6
2-0
23
C
1 0
11

X 2 8

6-2-e-23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ROBERTI STEPHANI
LEXICOGRAPHORUM PRINCIPIS

THESAURUS
LINGUÆ LATINÆ
IN IV. TOMOS DIVISUS,

CUI

POST NOVISSIMAM LONDINENSEM EDITIONEM,
COMPLURIUM ERUDITORUM VIRORUM COLLECTIS CURIS
INSIGNITER AUCTAM,

Acceſſerunt nunc primùm

HENRICI STEPHANI Rob. F.
ANNOTATIONES AUTOGRAPHÆ
EX CODICE BIBLIOTH. P. CIVIT. GENEV.

Nova cura recenſuit, digeſſit, ab Auctorum Citationibus atque Interpretationibus falſis, Interpolationibus ſupervacuis, Mendiſque quamplurimis repurgavit,

Suaſque paſſim ANIMADVERSIONES adjecit

ANTONIUS BIRRIUS Philiater Basil.

TOMUS IV.

D.PROB.ROM.S.J.

BASILEÆ

Typis & Impenſis E. & J. R. THURNISIORUM Fratr.
M DCC XLIII.

Q

Q LITTERAM, veteres ignorabant: unde Locuntur, ſcribebant, non Loquuntur, ut teſtantur vetuſtiſſimi codices. Item Obliquum pro Obliquom. Nonnulli quia Q non litteram, ſed notam eſſe putabant, duas in ſe litteras continentem c & v, Qis, Qæret, & Qid ſcribere inſtituerunt abſque v, ut Velius Longus ait, quod ubi Cuis, Cuæret, Cuid, ſcribere malebant. Vide Pierii annotationes in Virgilium, ubi ſcribit veteres aſſeveraſſe Q, & c & v præ ſe ferre; poſt enim c, vocalem u adplicitam eſſe parte illa, quæ ad inſtar gravis accentus premitur, adcurvata: altera vero quæ acuti accentus in morem ſorrigebatur, ſubter lineam dejecta, vel ex librariorum commoditate, vel ne præcedentibus litteris eſſet impedimento. Quintil. lib. 12. cap. 10 p. 1093. Duas & illa ſyllabas facit; quæ ad conjungendas demum ſubjectas ſibi vocales eſt utilis, alias ſupervacua: ut Equos ac Equum ſcribimus, quum ipſæ etiam vocales duæ efficiant ſonum, qualis apud Græcos nullus eſt, ideoque ſcribi illorum litteris non poteſt. Idem lib. 1. cap. 4. Et K, quæ & ipſa quorundam nominum nota eſt: & Q, cujus ſimilis effectus ſpecieſque, niſi quod paulum a noſtris obliquatur. Quaſi diceret, Inter KA & QUA hoc ſervandum eſt diſcrimen, ut KA recto ſono, QUA paulum obliquato proferatur. Sane qui recte proferunt, hanc (ut ita dicam) obliquationem ſervant in Q litteræ prolatione. Exceptis Latinis, nulla alia lingua hanc litteram habet. Hæc prius non erat, unde & ipſa ſupervacua eſt vocata, quia per c cuncta veteres ſcripſerunt. Iſidor. 1. 4.

Q. Quintus, vel Quintius. Q. vel QV. Quartus. Q. vel QVINT. Quintilius. [De Prænomine Quintos controverſia nulla eſt, & de Quintius conſentit Urſin. in nummis hujus gentis. Solent hâc littera ſiliquâ & Quinarii nummi deſignari. Pro Quintilius Quintilis forſan apud Probum legendum. Cetera nugæ germanæ fere ſunt.

Q. B. F. Quare bene factum, Quare bonum factum. Q. B. M. V. Quæ bene mecum vixit.

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt: Notæ quibus Senatuſconſulta deſignabantur. Probus. Q. E. R. E. IV. DA. Quanti ea res erit, judicium dabo: Formula eſt Prætoria.

Q. F. Quinti filius.

Q. L. Quinti libertus, vel liberti. Q. L. F. Quinti Lucii filius. [Immo Quintus.

Q. M. Quintus Mucius, vel Quomodo.

Q. N. A. N. N. Quando neque ais, neque negas.

Q. R. F. E. V. Quod recte factum eſſe videbitur.

Q. S. S. S. Quæ ſupra ſcripta ſunt.

Q U A

QVAES. Quæſtor. QVAESS. Quæſtores.

QVAM. Quemadmodum.

QUA, QUACUNQUE, V. QUI, quæ, quod.

QUADAMTENUS, vel QUADANTENUS, V. QUIDAM, poſt QUI, quæ, quod.

QUADI, [Κουάδοι] Dioni, Bohemorum olim gens, ſicut & Marcomanni. Hieronymus, Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes equorum & vulpium carnibus delectantur. V. Tacit. Germ. cap. 42. Cluverius Moravos eſſe putat.

QUADRA, QUADRAGENARIUS, QUADRAGENI, QUADRAGESIMUS, QUADRAGIES, QUADRANGULATUS, QUADRANGULUS, QUADRANS, QUADRANTAL, QUADRANTALIS, QUADRANTARIUS, QUADRARIUS, QUADRATA, QUADRATARIUS, QUADRATE, QUADRATIM, QUADRATIO, QUADRATOR, QUADRATUM, QUADRATURA, QUADRATUS, a, um, QUADRIDENS, QUADRIENNIS, QUADRIENNIUM, QUADRIHASTAM, QUADRIPARTITER, QUADRIFIDUS, QUADRIFINALIS, QUADRIFINIUM, QUADRIFLUVIUM, QUADRIFORIS, QUADRIFORMIS, QUADRIFRONS, QUADRIGA, QUADRIGARIUS, QUADRIGATUS, QUADRIGEMINUS, QUADRIGULA, QUADRIJUGUS, QUADRILATERUS, QUADRILIBRIS, QUADRIMANUS, QUADRIMATUS, QUADRIMENSTRUUS, QUADRIMESTRIS, QUADRIMULUS, QUADRIMUS, QUADRINGENARIUS, QUADRINGENI, QUADRINGENTENI, QUADRINGENTESIMUS, QUADRINGENTI, QUADRINGENTIES, QUADRINUS, QUADRIPARTIO, QUADRIPARTITE, QUADRIPARTITO, QUADRIPARTITUS, QUADRIPLICATUS, QUADRIREMIS, QUADRIVIUM, QUADRO, QUADRULA, QUADRUM, QUADRUMANUS, QUADRUPEDANS, QUADRUPEDATIM, QUADRUPEDO, QUADRUPES, QUADRUPLARIS, QUADRUPLATUS, QUADRUPLEX, QUADRUPLICATIO, QUADRUPLICATO, QUADRUPLICO, QUADRUPLO, QUADRUPLUS, QUADRUPLUM, QUADRUPLUS, QUADRURES, QUADRUS, V. Singula ſuo ordine in QUATUOR.

QUADURCUM, Nobile emporium Quadurcorum in Aquitania, Galliæ parte tertia. Hodie *Cahors*, patria Poetæ Gallici Clementis Maroti. Plin. lib. 4. cap. 19. Rurſus Narbonenſi provinciæ contermini Rutheni, Quadurci, Antobroges, Tarneque amne diſcreti a Toloſanis Petrogori. Sed rectius Cadurcum ſcribitur. q. V.

QUÆ, QUÆCUNQUE, QUÆDAM, QUÆLIBET, QUÆPIAM, QUÆQUAM, QUÆQUE, QUÆVIS. V. QUI, QUICUNQUE, QUIDAM, QUILIBET, QUISPIAM, QUISQUAM, QUISQUE, QUIVIS.

QUÆRO, quæſivi, quæſitum, & per ſyncopen, quæſtum, [[illegible]] cre. Donatus, Non reperitur, niſi quod quæritur, non quæritur, niſi quod præſto non ſit. Ter. Eun. 2. 3. 3.

Ubi quæram: ubi inveſtigem? quem percontér? quam inſiſtam viam?

Idem Adelph. 3. 4. 15. Te quærebam ipſum, ſalve Demea.

Quærere, inquit Varro de L. L. lib. 5. 8. dictum ab eo quod, Quæ res ut recuperaretur, datur opera. V. Voſſ. Etymol.

Per compita quærere aliquem. Juven. 9. Sat. 112.

Aditum quærere per avia. Virg. 9. Æn. 58.

Argentum quæritur. i. e. Opes quæruntur. Hor. 1. Epiſt. 1. 44.

Argentum quærere in fœnus, vel mutuo. Plaut. Aſin. 2. 4. 21.

Auribus quærere effigiem perfectæ eloquentiæ. Cic. in Orat. 9.

Conjugium quærere. Juven. 11. Sat. 15.

Conſilium. Ter. Andr. 4. 2. 19.

Diverticula. Cic. 5. de Finib. 74. Quin etiam ipſi voluptarii diverticula quærant.

Excuſationem. Cic. 12. Att. 29. Quæ ſi manebunt, quærenda erit excuſatio ad Brutum, & ut nunc eſt, manſuræ videntur.

Exitum. Cic. 3. Verr. 2. Tamen impudentiæ ſuæ pudentem exitum quæſiſſe videatur.

Fidem quærere promiſſo, Id eſt promiſſa fidem aliquam & veritatem expetere. Plin. lib. 27. cap. 9.

Finem amori. Ovid. Rem. Amor. 143.

Fugam. Cæſ. 8. Bell. Gall. 19.

Fugam quærere ex aliquo loco. Cic. 7. Att. 16. De pueris in Græciam tranſportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri videbatur.

Fugam morbi. Hor. 1. Epiſt. 6. 29.

Gloriam. Cic. 1. Off. 38 Quum vero de imperio decertatur, belloque gloria quæritur. i. e. Captatur.

Immortalitatem ipſa morte. Cic. 2. Tuſc. 20. Sed videamus Herculem ipſum, qui tum dolore frangebatur, quum immortalitatem ipſa morte quærebat.

Inimicitias. Plaut. Men. 4. 3. 1. Sed longe alia lectio in codd. noviſſime emendatis.

Latebram perjurio. Cic. 3. Off. 106. Sed ii hoc ſibi ſumant, nullam eſſe fidem quæ infideli data ſit, videant ne quæratur latebra perjurio.

Liberos. Plaut. Capt. 4. 2. 109.

Liberorum quærendorum cauſa ei credo uxor data eſt.

Locum injuriæ. Liv. 5. 9.

Locum inſidiis. Liv. 35. 4.

Locum gratiæ apud aliquem. Liv. 25. 16.

Locum ſeditioni. Liv. 3. 49.

Materiam amori. Ovid. 1. de Arte Am. 49.

Moras. Ovid. 11. Met. 462.

Moram ſupplicio. Cic. 7. Verr. 164. Illum, quod moram ſupplicio quæreret, ideo clamitaſſe ſe civem Romanum, ſed ſpeculatorem fuiſſe.

Nova. Propert. lib. 1. 13. 12.

Numen & auxilium per ſacras quærere ſortes. Ovid. 1. Met. 368.

Occaſionem. Cæſ. 2. Bell. Civil. 14.

Opem quærere. Ovid. 5. Triſt. 7. 42.

Opes & amicitias. Hor. de Arte Poet. 167.

Periculum voce. Ovid. 2. Met. 565.

Quo modo aliquid ſit quærere. Ter. Heaut. 5. 4. 16.

Quæris id quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris, patri

Quomodo obſequare, & ſerves quod labore inveneris.

Digitized by Google

Rationem quærit animus. Lucret. lib. 2. 1043.
Regnum quæritur armis. Lucret. lib. 1. 351.
Remedium quærere ab aliquo. Cic. 2. Tuſc. 45. Cogamuſque confiteri, non eſſe ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem malorum omnium maximum eſſe dixerit.
Remedium ad rem aliquam. Cic pro Cluent. 71. Domo ſibi quærendum remedium exiſtimavit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur.
In remedio aliquid quærere. Plin. lib. 25. cap. 13.
Requiem quærit ſibi Hor. 1. Epiſt. 7. 79.
Riſus quærere ſibi. Hor. 1. Epiſt. 7. 79.
Salutem alicui malo. Ter. Adelph. 3. 2. 2.
Sermonem. Ter. Eun. 3. 3. 10. i. e. Occaſionem colloquendi captare.
Sitim quærere, Provocare. Cic 5. Philipp. 19. Ipſe interea decem & ſeptem dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, ſitim quærens: hæc enim ei cauſa ſolet eſſe declamandi. Budæus.
Somnum quærere re aliqua, Conciliare, Inducere. Plin. lib. 12. cap. 17. Odore ſtrobi arboris ſomnum ægris quærunt.
Venenum quærere alicui. Cic. pro Cluent. 185. Qui quum venenum privigno ſuo quæreret, manifeſto ſit deprehenſus.
Viam. Ovid 10 Met. 504.
Quærebatque viam, qua ſe, genitrice relicta,
Exſereret. Scil. Infans.
Victoriæ ſollicitis ardua quæritur armis. Ovid. 14. Met. 453.
Voluptatem. Cic. 1. de Finib. 32. Sed quia nonnunquam ejuſmodi tempora incidunt, ut labore & dolore magnam aliquam quærat voluptatem.
Ad unum exemplum & regulam quærere, Omnes ſub uno exemplo comprehendere. Cic In Salluſt. Primum igitur, quoniam omnium majores Criſpus Salluſtius ad unum exemplum & regulam quærit, velim mihi reſpondeat.
Quærere & Requirere hoc differt, quoniam Requirere, eſt diu quærere. Afranius Fratriis, Primum tu quum quærem, ne requiram te vide. Nonius, 5. 46. et legit Mercer.
Quærere, cum Infinitivo. ut, Quæro doceri. Virg. 6. Æn. 614.
Incluſi pœnam exſpectant: ne quære doceri,
Quam pœnam; aut quæ forma viros, fortunave merſit. Et Cic. 3. de Finib. Egone, quæris, inquit, ſcire, quid ſentiam? Hor. 3. Carm. 27. 56.
—ſpecioſa quæro
Paſcere tigres. [I. e. Volo, cupio.
Quærere, Velle, contendere. Plin. lib. 8. cap. 53. Potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes.
Quærere aliquem, pro Quæſtionem habere de aliquo. Liv. 33. 28. pr. In præſentia placuit comprehendi eos qui ſimul fuiſſent, quæſtionem de his haberi, dum quæruntur, &c. In emendatis codd. exſtat, Quæſtionemque ex his haberi. Qui dum quæruntur, &c. ubi ſimpliciter ponitur, pro Conquiruntur ad quæſtionem.
Quærere aliquem ad necem. Cic. pro Sext. 54. Vexabatur uxor mea, liberi ad necem quærebantur.
Quærere, eſt Judicum, cum de factis inquirunt, unde & Quæſitores appellati. Cic 1. Att. 17. Senatus cenſuit, ut de iis qui ob judicandum pecuniam accepiſſent, quæreretur. V. infra QUÆSITOR.
Quærere, eſt etiam id quod nunc dicimus, *Informationem facere*, & Legibus vindicare. Cic. Decernebat enim ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Idem pro Milon. 15. Tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta eſſet, in qua P. Clodius occiſus fuit. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur. Quid porro quærendum eſt? factumne ſit? at conſtat. A quo? at patet. Hæc Budæus.
Quærere in aliquem. Cic. pro Cluent. 148. Cic. pro Milon. 60. Majores noſtri in dominum de ſervis quæri noluerunt. conf. Quærere tormentis.
Quærere de crimine. Cic. 2. Verr. 27. Quum Prætores deſignati ſortirentur, & M. Metello obtigiſſet, ut is de pecuniis repetundis quæreret.
Quærere rem, eſt Agitare cauſam criminis, ut Prætor quum judicium cogit. Cic. 4. Verr. 72. Illo die rem quæſiturus non eſſet, quum repente juberetur dicere.
Quærere rem tormentis, & per tormenta. Cic. pro Cluent. 176. Tormentis omnibus vehementiſſimis quæritur. Suet. in Tiber. cap 58. pr. Acta res in Senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæſita eſt. Nam quum more majorum de ſervis in dominum, ne tormentis quidem quæri, &c Cic pro Dejot. 3.
Quærere, [ἐπιπυνθάνομαι] Percontari, ſciſcitari, petere, interrogare. Plaut Amph prol. 127.
Atque ut ne, qui eſſem, familiares quærerent. Ter. And. 1. 1. 63.
— item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere.
Cauſam quærere quamobrem. Ter. Eun. 5. 6. 30.
Identidem quærere. V. IDEM.
Seria quæramus amoto ludo. I. e. Disquiramus. Hor. 1. Serm. 1. 27.
Quærere, Diſputare, conſulere, vel diſcutere. Cic. 9. Fam. 26. Ille baro te putabat quæſiturum, num unum cælum eſſet, an innumerabilia?
Quæro abs te, quare Cic pro Roſc. Amer. 73. Non quæro abs te, quare patrem Sex Roſcius occiderit.
Quærere hores ab aliquo Plin. lib. 7. cap. 53.
Circa aliquem quidpiam quærere. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Quærere de aliquo. Cic. 4. Acad. 76. Quæſivit de Zenone fortaſſe quid futurum eſſet. Liv. 4. 40. Quæro de te, &c. h. e. Abs te.
Quærere de re aliqua. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 15. Nerviorum de natura moribuſque Cæſar quum quæreret, ſic reperiebat.
Quæro ex te. Cic in Vatin. 10. Quæro illud etiam ex te quod privatus admiſiſti. Ter. Heaut 4. 1. 45.
—neſcio, niſi ut ex ipſa quæras, unde hunc habuerit.
Quærere ſecreto ab aliquo. Cæſ. 1. Bell Gall. 18.
Ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Eruditius aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Subtiliter aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Verum Hor 2. Epiſt. 2. 45.
Si verum quæris. Cic. 12. Fam 8. Spem omnem in Decimo Bruto & Planco habemus: ſi verum quæris, in te, & in meo Bruto, non ſolum ad præſens periculum, ſed, &c. [i. e. Ut verum dicam.

Quæro quid ſit, cur, &c. Cic. 1. de Orat. 6.
Et ea res, ſi quæris, magno ei honori fuit. Cic. 3. Off. 80.
Quærat aliquis, quæ ſint mentiti veteres magi. Plin lib. 30 cap. 2.
Forſitan quæratis, qui iſte terror ſit, & quæ tanta formido, quæ tot ac tales viros impediat, quo minus, &c. Cic. pro Roſc Amer. 5.
Quæret fortaſſe quiſpiam, diſpliceatne mihi legum præſidio a capite periculum propulſare. Cic. pro Cluent. 144.
Quid quæris amplius? Cic. pro Roſc. Amer. 145. [Et ſæpe omiſſo Adverbio, Quid quæris, Quid quæritis. Quod vulgo dicunt, Quid vis amplius? &c.
Quærere, pro Captare: ut, Quærere furtum, pro Captare furtum, ſeu adniti & ſtudere ut furtum committas. Plin. lib. 33 cap. 6. Quapropter id furtum quærentes, ovi liquore candido aſum eum adulteravere, mox & hydrargyro. De argento vivo & auro loquitur.
Quærere, nonnunquam ſignificat Comparare, ſive acquirere. Ter. Adelph. 5. 4. 15. — Contrivi in quærundo vitam atque ætatem meam. Idem Heaut. 1. 1. 87. Laborans, quærens, parcens, illi ſerviens. Ibid. 3. 1. 38. Poſt illa cœpit victum vulgo quærere. Cic. pro Quint. 13. Nec mirum ſi is, qui vocem venalem habuerat, ea, quæ voce quæſiverat, magno ſibi quæſtui fore putabat. Ovid. 2. de Pont. 9 40.
Et melius nulla quæritur arte favor. [Niſi pro Captatur.
Gratiam quærere alicui ad vulgum, dicitur res aliqua. Liv. 6. 34. Eaque ipſa affinitas haud ſpreta, gratiam Fabio ad vulgum quæſierat. i. e. Compereverat apud vulgum.
Invidiam ex re aliqua alicui quærere, Conflare. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Invidiam in aliquem. Cic. pro Rabir. Poſt. 46.
Laudem ſibi in vita alterius. Ter. Heaut. 2. 3. 74.
In medium quærere, In commune, ſive in communi victum ſibi quærere. Tunc enim omnia erant communia. Virg. 1. Georg. 127.
Finis quærendi. Hor. 1. Serm. 1. 92.
Quærere rem honeſte mercaturis faciendis, &c. Cic. in Parad. 6. Iis, qui honeſte rem quærunt, mercaturis faciendis, operis dandis, publicis ſumendis, quæſitu opus eſt.
Quærere multo labore. Cic. 2. de Finib. 111.
Quærere, Petere. Plaut. Aul. 1. 2. 13. Quid ſi quiſpiam ignem quæret?
Non quæro ex his illa initia mathematicorum. Cic. 4. Acad. 116
Quæri de. Cic. de Orat. In quibus ſæpe non de facto, ſed de jure atque æquitate quæritur.
Quæritur inter medicos, cujus generis aquæ ſint utiliſſimæ. Plin. lib. 31. cap. 3.
Quærendi Gerund. V. paulo ſupra, Finis quær.
Quærendo juvencum procumbit bucula. Virg. 8. Ecl. 86.
Quæſo antiqui dicebant. V. infra ſ. l.
QUÆRENS, entis. Partic. [ζητῶν] Ovid. 6. Met. 584.
Verbaque quærenti ſatis indignantia linguæ
Defuerunt.
Mihi percunctanti, aut aliquid quærenti nunquam defuiſti. Cic. 1. de Orat. 287.
QUÆRENDUS, a, um. [ζητητέος] Partic. Senec. Herc. OEth. 211.
Quoties, genitor, quærendus eras? Lucret. lib. 5. 716.
— hoc tamen eſt, ut
Quærendum videatur, & in diſcrimen agendum.
QUÆSITUS, a, um. [ζητηθεὶς] Partic. ut, Artes quæſitæ. Virg. 3. Georg. 549. Ovid. 2. de Pont. 7. 47.
Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.
Odium hominum quæſitum eſt mihi carmine. Ovid. 2. Triſt. 87.
Salus quæſita fuga. Ovid. 14. Met 216.
Adulatio quæſitior fuit. Tacit 3. Ann. 57. h. e. Exquiſitior.
Quæſitiſſimus, pro Exquiſitiſſimo. Tacit. 2. Ann. 53. Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus.
QUÆSITUM, i. n. pro Re parta. Ovid. 7. Met. 657.
— parcum genus eſt, patienſque laborum,
Quæſitique tenax. Cic. in Parad. 6. Cui quæſito autem opus ſit, quis unquam hunc vere dixerit divitem?
Quæſitum, idem quod Poſtulatum. Ovid. 4. Met. 794.
Accipe quæſiti cauſam.
QUÆSITUS, ûs. m. Plin. lib. 5. cap. 9. Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta & ardentia: & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, famaque tantum inermi quæſitu cognitus ſine bellis, quæ ceteras omnes terras invenere, originem, &c.
QUÆSITIO, ônis. f. a Supino Quæſitum, [ζήτησις] Idem quod Quæſtio. Plaut. Caſin. 3 1. 16. Cave in quæſitione mihi ſis. Antique.
QUÆSTIO, ônis. f. [ζήτησις, ζήτημα, ἀνάκρισις] e Quæſtum ſupino. Plaut. Ciſt. 2. 3. 49.
Vir tuus ſi veniet, jube domi opperirier,
Ne quæſtioni mihi ſit, quid eum velim. I. e. Ne cogar eum quærere. Al. Ne in quæſtione.
Quæſtio, a quærendo. Varr. 5. de L. L. 8. Cic. 4. Acad 26. Quæſtio autem eſt appetitio cognitionis: quæſtioniſque finis, inventio.
Quæſtio, eſt aliquando Dubitatio & diſceptatio. Magna. Cic. 2. de Finib. 34. In his primis naturalibus voluptas inſit, necne, magna quæſtio eſt.
Nulla quæſtio eſt, quin, Controverſia nulla. Paulus in l. ult. D. Quod juſſu, Si dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, juſſerit ſervo filiove numerari: nulla quæſtio eſt, quin ipſi condici poſſit.
Quæſtionis eſt. Ulpianus in l. Sed ſi damnum. D. de peculio, Sed eſt quæſtionis, utrum ipſa furti æſtimatio, &c. Cajus in l. Si noxali. eodem titulo.
Immenſæ. Plin. lib. 7. cap. 28. Fortitudo in quo maxime extiterit, immenſæ quæſtionis eſt.
Diſceptatio & Quæſtio. Cic. 3. de Orat. 127. De omni re, quæcunque in diſceptationem, quæſtionemque vocaretur, ſe copioſiſſime dicturum eſſe profitetur.
Quæſtio de Cic. 4. Acad. 115. De ſapiente loquamur, de quo, ut ſæpe jam dixi, omnis hæc quæſtio eſt.
Aſperitas quæſtionum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Frigus quæſtionum & argumentorum. Quintil. lib. 11. cap. 12.
Vinculum quæſtionis Quintil. lib. 2. cap. 21.
Dura quæſtio, Ad ſolvendum difficilis. Quintil. lib. 7. cap. 2. Dura prima fronte quæſtio.
Immenſa quæſtio. V. IMMENSUS, & paulo ſupra.

Infinita,

Infinitæ. V. INFINITUS.
Legitimæ. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Luſoriæ. V. LUDUS.
Magna, V. Habere in.
Naturales. Quintil. lib. 1. cap. 4. De his Sen. libri 7.
Nodoſæ & anxiæ. Macrob. 7. Saturn. cap. 1.
Perdifficilis & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. conf. Exſiſtit quæſtio.
Quæſtiones perpetuæ. V. PERPETUUS.
Summa quæſtio. V. SUMMUS.
Adjuvare quæſtionem. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Afferre quæſtionem. V. AFFERO.
Agitare quæſtionem. Martian. in l. Creditor. D. qui pot. in pig. hab. Erit autem facti quæſtio agitanda, quid inter eos actum ſit.
Conſcribere fictam quæſtionem. V. CONSCRIBO.
Decidere. Ulp. in l. Si fundus. D. de lege commiſſ. Sed jam deciſa quæſtio eſt, ex vendito actionem competere.
Deducitur in judicium quæſtio. Paul. in l. In duobus. D. de jurejur. Si modo eadem quæſtio in judicium deducatur.
Dividunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quatuor: primum docent eſſe deos: deinde quales ſint: tum mundum ab his adminiſtrari: poſtremo conſulere eos rebus humanis. Cic. 2. de Nat. Deor. 3.
Exoritur aſpera & vehemens quæſtio de jure belli. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Exſiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, numquando, &c. Cic. de Amicit. 69.
Eſſe in quæſtione. Plin. lib. 10 cap. 66. Nec ſine cauſa in quæſtione eſt, quis primus tantum bonum invenerit.
Ferre quæſtionem. V. FERO.
Habere aliquid quæſtionis dicitur res, quum dubia eſt & incerta. Cic. in Or. 68 Sed id nec dubium eſt: & ſi quid habet quæſtionis, hoc tamen, &c.
Habere aliquid in magna quæſtione. Plin. lib. 10 cap. 7. Sanqualem autem, atque immuſſulum, augures Romani in magna quæſtione habent, h. e. Magna eſt quæſtio inter augures quid ſit, &c.
Habere quæſtionem de aliqua re. Cic. 4. de Fin. 7.
Indicare quæſtionem. Quintil. lib. 4 cap. 4.
Ratiocinativa, atque collectiva quæſtio dicitur. Quintil. lib. 7. cap. 8.
Perſolvere quæſtionem. V. PERSOLVO.
Hæc quæſtio ita procedit, ſi de peculio agi non poteſt. Paul. l. 14. D. de in rem verſo.
Tenet eum quæſtio, qui in jus vocatus eſt. Papinian. in l. Judicatæ. D. de except. rei judicatæ, Nam & quum alterum ex cohæredibus inofficioſi quæſtio tenuit, aut etiam duobus ſeparatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit.
Variare quæſtiones. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Verſari in quæſtione dicitur res, dum de ea diſceptatur & dubitatur. Cic. pro Sull. Quæ res in quæſtione verſatur.
Quæſtionem intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem, inquit Ulpianus, de injuriis & famoſis libellis, l. Injuriarum. D. Idem de S. C. Silaniano l. 1. Quæſtionem, inquit, ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis.
Facti in eculeo quæſtio eſt, juris in judicio. Cic. pro Milon. 58.
Abripere ad quæſtionem. V. ABRIPIO.
Accipere quæſtioni ſervos. Plaut. Moſt. 5. 1. 39.
Habere quæſtionem de viri morte. Cic. pro Cluent. 176. V. QUÆRO.
Habere quæſtionem mortis paternæ de ſervis paternis. Cic. pro Roſc. Amer. 78. Mortis paternæ de ſervis paternis quæſtionem habere filio non licet.
Habere quæſtionem in caput alterius de furto. Cic. pro Cluent. 180.
Habere quæſtionem tormentis. Liv. 33. 30 extr. De Piſiſtrato aliquæ quæſtiones tormentis habitæ: & ſumptum ſupplicium eſt.
Polliceri in quæſtionem ſervos. Cic. pro Roſc. Amer. 77. O dii immortales, rem miſeram & calamitoſam, quod in tali crimine innocenti ſalus eſſe ſolet, ut ſervos in quæſtionem polliceatur, id Sexto Roſcio facere non licet?
Poſtulare quæſtionem ejus eſt, qui injuriam ſibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Liv. 8. 29. Senatus tumultuoſe vocatus, tumultuoſius conſulitur: quæſtionem poſtulantibus iis, qui pulſati fuerant, &c. Hæc Budæus.
Poſtulare in quæſtionem. Cic. pro Roſc. Amer. 77. Aliquoties duos ſervos paternos in quæſtionem ab adverſariis Sextus Roſcius poſtulavit.
Quæſtio & Tormenta. Cic. pro Sull. 78. Quæſtiones nobis ſervorum & tormenta accuſator minitatur.
Quæſtio & Animadverſio. Cic. 2. de Legib. 37. Quo in genere ſeveritatem majorum, Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, & Conſulum, exercitu adhibito, quæſtio animadverſioque declarant.
Quæſtio etiam dicitur quam vulgo *Informationem* dicunt.
Auri Tholoſani quæſtio. Cic. 3. de Nat. Deor. 74.
Potentiſſimæ quæſtiones. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Adhibere quæſtionem. Cic. 1. de Divin. 46. Is quæſtione adhibita confeſſus eſt, pateramque retulit.
Conſtituere quæſtionem. V. CONSTITUO.
Conſtituitur quæſtio de furto. Cic. pro Cluent. 183.
Decernere quæſtionem. V. DECERNO.
Exercere quæſtionem inter ſicarios. Cic. 2. de Finib. 53. Quum Prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, aperte cepit pecunias ob rem judicandam.
Facere quæſtiones juris. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Ferre quæſtionem. V. FERO.
Ferre quæſtionem de jure, non de facto. Cic. pro Milon. 31.
Habere quæſtionem. Quintil. lib. 5. cap. 4.
Hoc falſum eſt: habita enim quæſtio eſt. Cic. 2. de Orat. 171.
Inferenda eſt alia quæſtio. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Inſtituere quæſtionem. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Quæſtio quandoque pro Publico judicio uſurpatur, maxime apud Juriſconſultos. Hotomanus, Quæſtiones ſunt publica judicia, inde ducto nomine, quod in his reus in judicium vocatur, nocens ſit, an innocens conſtituto judicio quæritur. Libro ſingulari de verborum quæ ad jus pertinent ſignif. Quæſtio numaria, pro judicio privato, in quo non de capite, ſed de pecunia diſceptatur. Calliſtratus, l. ult. Ne de ſtat. defuncto in Pand. Per quæſtionem numariam.
Quæſtionem, & Judicium publicare, eodem ſenſu dixit Cic. in Brut. 127. de C. Galba ita loquens: Hic, qui in collegio ſacerdotum eſſet, primus poſt Romam conditam judicio publico eſt condemnatus. Paulo poſt 128. Invidioſa lege Mamilia quæſtio C. Galbam &c. L. Opimium &c. Gracchani judices ſuſtulerunt.

QUÆSTIUNCŬLA, æ. f. diminut. [ζητημάτιον] Parva interrogatio vel dubitatio. Cic. 1. de Orat. 102. Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Græculo otioſo & loquaci, & fortaſſe docto atque erudito, quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?
Minutæ quæſtiunculæ. V. MINUO.

QUÆSĪTOR, ōris. m. [ζητητής] Is dicitur qui quæſtionem habet, hoc eſt qui inquirendum curat de crimine, de eoque judicium exercendum. Hic Quæſitor ſedebat pro tribunali, Judices autem in ſubſelliis, omniaque ferme in poteſtate habebat. Cic. in Bruto 200. Itaque intelligens dicendi exiſtimator, &c. videt oſcitantem judicem loquentem cum altero, nonnunquam circulantem, mittentem ad horas, Quæſitorem ut dimittat rogantem. Quæſitorem vocat Prætorem, in cujus erat poteſtate ſolvere conſilium quum libuerat, & dare veniam abeundi conctis judicibus: quod interdum judices tædio affecti poſtulabant, horam non exſpectantes. Idem in Vatin. 34. Quæro ex te, Vatini, num quis in hac civitate poſt urbem conditam Tribunos plebis appellarit, ne cauſam diceret: num quis reus in Tribunal ſui Quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, urnam dejecerit? Ad hanc autem ſimilitudinem, inquit (in 3. Verr. pr.) Aſconius, Virgilius Minoem, judicem apud inferos, tanquam Prætor ſit rerum capitalium, Quæſitorem appellat. Dat ibi ſortitionem, ubi urnam nominat: dat electionem judicum, quum dicit, Conſiliumque vocat: dat cognitionem facinorum, quum dicit, Vitaſque & crimina diſcit. Verba Virgilii 6. Æn. 431. hæc ſunt,

Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine judice ſedes:
Quæſitor Minos urnam movet, ille ſilentum
Conſiliumque vocat, vitaſque & crimina diſcit.

Per ſyncopen etiam Quæſtor dicitur. Hæc Budæus. V. QUÆSTOR. Cic. pro Font. 11. Quid mihi opus eſt ſapiente judice? quid æquo Quæſitore? quid oratore non ſtulto? Idem 3. Q. fratr. 3. Gravis & firmus Quæſitor.
Quæſitor diſtinguendus eſt a Prætore: Judicum enim quæſtionis duo video fuiſſe genera, unum eorum, qui quum Prætores eſſent, Quæſtionis etiam judices appellabantur; alterum eorum, qui quum Prætores non eſſent, capitali tamen de crimine quærebant. De Judice quæſtionis Prætore, patet ex oratione pro Cluentio (148.) in qua ita ſcriptum eſt: Jubet lex Judicem quæſtionis, hoc eſt Q. Voconium, eoſque, qui illi judices obvenerint, quærere de veneno. Voconium autem Prætorem fuiſſe duobus argumentis conjicio: primum quod in eo loco paulo ante (147.) Cicero dixit; Quid ſibi illi ſcribæ? quid lictores? quid ceteri, quos apparere huic quæſtioni video, volunt? Lictores enim, qui magiſtratum non gereret, non habebat. Judicem autem quæſtionis magiſtratus nomen fuiſſe, certe nemo dixerit. Alterum argumentum eſt, quod ibidem Cicero ſubjungit de aliis Prætoribus, ſuam unoquoque quæſtionem exercente. Hæc, inquit, quæſtio ſola ita gubernatur? quid M. Plætorii, & C. Flaminii inter ſicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquillii de ambitu? quid reliquæ quæſtiones? Quibus ex verbis, Prætorem fuiſſe Voconium, qui Judex quæſtionis appellatur, quis non intelligit? nam, etſi Prætores non nominat; ſatis tamen conſtat, de Prætoribus intelligi. A quibus enim & tot quæſtiones, niſi a Prætoribus, & tam graves exercerentur, inter ſicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea, ſe quæſiſſe de repetundis, in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in Prætura, Valerius, (9. 12.) & Plutarchus (in vita) confirmant. Ut omittam, quod Quæſitorem Aquilium nominat: cujus annum fuiſſe legitimum, eundem, qui Ciceroni, ad petendum conſulatum, prima docet ad Atticum epiſtola: ex quo, fuiſſe collegas in Prætura, licet exiſtimare. Quod etiam libro 2. de Officiis (60.) manifeſtum eſt. Collegam enim ſuum Cicero appellat. Rurſus Judicem quæſtionis Junium, qui Prætor non erat, quæſiſſe de veneno in Oppianici cauſſa, docet Pedianus (in 1. Verr. 29.) his verbis: Junius Quæſitor fuit in Cluentii cauſſa, Verre Prætore, in qua Oppianicus damnatus eſt. Et alio loco: (3. Verr. 157.) Damnato Oppianico, res in invidia fuit; quod pecunia reus videretur oppreſſus: & princeps illorum judicum damnatus eſt, C. Junius, quod diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reum damnarent, non eos, quos prætor Verres fuerat ſubſortitus. Neque hic eum Pedianus, neque ſupra Prætorem nominavit. Cicero autem in oratione pro Cluent. 89. Condemnatus eſt, inquit, C. Junius, qui ei quæſtioni præfuerat. Adde etiam illud, ſi placet: tum eſt condemnatus, cum eſſet judex quæſtionis. & alio loco: (74.) L. Quinctius, qui cum eſſet eo tempore tribunus pleb. convicium C. Junio, Judici quæſtionis, maximum fecit. Non fuiſſe autem Prætorem, aperte, ſic inquam aperte, ut clarius eſſe nihil poſſit, idem demonſtrat in eadem (79) his verbis: In hanc flammam recentem C. Junium, qui illi quæſtioni præfuerat, injectum eſſe memini, & illum, hominem Ædilicium, jam Prætorem opinionibus hominum conſtitutum, de civitate eſſe ſublatum. Ecce, non Prætorium, ſed Prætorem opinionibus hominum conſtitutum dicit: quod, eum Prætorem ſine dubio futurum, homines opinarentur. Prætor autem ſi fuiſſet, non eum Ædilitium, ſed Prætorium vocaſſet. Laudabant enim veteres, ubi ornare aliquem vellent, ab eo magiſtratu, quem poſtremum geſſiſſet, itaque, Homo ædilicius, prætorius, conſularis, dicebant. Præterea, quum Prætores in leges non juraverint, neque ſententias tulerint: quod & Cicero & Pedianus (in. 2. Verr. 27.) docent, a Junio autem Judice quæſtionis ideo multa petita ſit, ut in oratione pro Cluentio legimus, quia in legem non juraſſet: (erat enim illi jurandum idem, quod judicibus, leges omnino ſe eſſe in ferenda ſententia ſervaturum) ſatis conſtat, Junium, quum de Oppianico quæſivit, Prætorem non fuiſſe. Quod ſi quis dixerit, non tam Junium Judicem quæſtionis, quam Verrem Prætorem, in illa Oppianici cauſſa quæſiſſe; quia Pedianus ita dicat, (in 1. Verr. 29) Junius Quæſitor fuit in Cluentii cauſſa, Verre Prætore; & quia idem alio loco (in. 1. Verr. 17. & 3. 157.) ſortitionem, & ſubſortitionem a Verre Prætore factam tradiderit: huic ita reſponderi poterit, & ſortitionem, & ſubſortitionem, non illius modo judicii, verum etiam aliorum, ideo pertinuiſſe ad C. Verrem, quia Prætor urb. erat. quod ipſe declarat Cicero in ea pro Cluentio. Prætor

autem urbanus de criminibus non quærebat; quare nec unquam Quæſitor dicebatur; ſed jus tantum dicebat, hoc eſt judices & formam judicii dabat. idemque judices, quibus alii Prætores ad cognoſcendas capitales cauſſas uterentur, ſortiebatur, & ſubſortiebatur. Quod ex Pediano, & ex ipſo etiam Cicerone ſatis liquet. Accedit locus ex lib. 1. accuſationis in Verrem: (158.) quo in loco Q. Curtium Judicem quæſtionis appellat Cicero, in cauſſa Verris repetundarum: de qua Prætor M. Acilius Glabrio cognoſcebat, eumque Curtium ait Pedianus (ad loc.) a Cicerone eſſe rejectum. Illud addo; quum jam docuerim, Judicem quæſtionis, & Prætorem, & non Prætorem, de crimine capitali cognoviſſe; tertium genus judicum quæſtionis interdum fuiſſe, quorum jus cognoſcendi non eſſet, ſed tantummodo ſortiendi. quod locus de Q. Curtio proximus jam oſtendit, quem cognoviſſe de repetundis, abſurdum eſt credere: quum, in ea cauſſa Prætorem quæſiiſſe Glabrionem, ex Cicerone & Pediano ſatis conſtet. itaque tertium hoc genus Quæſitores dici non poterant: duo illa ſuperiore genera, quoniam quidem quærerent, Quæſitores & erant, & proprie dicebantur. Ex libro P. Manut. de Legibus Romanis.

Edere quæſitorem. Cic. pro Planc. 43. Et ſi Quæſitor edendus fuiſſet, quem potius quam tunc, &c.

Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujuſque, regit quæſitor, &c. Cic. pro Sulla, 78.

QUÆSTOR, ōris. m. [ταμίας, ἀργυροταμίας, φορολόγος, χρηματιστής, ταμιοῦχος] Quæſtores, ait Varro de L. L. lib. 4. 14. a quærendo, Qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quæ triumviri capitales nunc conquirunt: ab his poſtea qui quæſtionum judicia exercent, quæſtores dicti. [Niſi Quæſitores legendum. V. tamen Feſt. in Parici & Quæſtor.

Quæſturas creatos, regnante Romulo, Ulpianus (l. 1. D. de Offic. Quæſtor.) prodidit a Junio Gracchano traditum in his libris, quos de Poteſtatibus inſcripſit; idem tamen hæc ſubjungit: Sicuti dubium eſt, an Romulo & Numa regnantibus, Quæſtor fuerit, ita, Tullo Hoſtilio rege, Quæſtores fuiſſe certum eſt. Et ſane crebrior opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Remp. quæſtores induxiſſe. Fuit autem quæſtura patricius magiſtratus, nec a principio, multoſque deinde per annos, niſi ſolis patriciis datus eſt. Poſtea non tam Quæſturam, quam reliquos omnes magiſtratus plebi communicatos animadverto. Ex libro P. Manut. de Legibus Romanis.

Urbani Quæſtores, ærarium curabant, ejuſque pecunias expenſas, & acceptas referre in tabulas publicas conſueverant. Valer. lib. 2. cap. 8. 1. de Lege triumphi loquens, Ceterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ oblitteraretur, legis alterius adjutorio fulta eſt, quam L. Marius & M. Cato Tribb. pleb. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum civium falſum numerum litteris Senatui auſi eſſent referre. Jubetque eos, quum primum urbem intraſſent, apud Quæſtores urbanos jurare de utroque numero vere ab his Senatui eſſe ſcriptum. Hi autem Quæſtores ſigna ex ærario promebant exeuntibus ad bellum Conſulibus, aut aliis Imperatoribus. Auctor Liv. lib. 7. (23. pr.) Budæus.

Quæſtorum item ſub Imperatoribus munus fuit, orationes Imperatorum in ſenatu recitare, ut ex Tranquillo (in Tito cap. 6.) colligere eſt, ubi ait, Orationeſque in Senatu recitaret Quæſtoris vice. De Quæſtoribus etiam illis, qui Candidati principis erant, ſic refert Ulpianus (l. 1. D. de Offic. Q.) Hi etenim ſoli libris principalibus in Senatu legendis vacabant. Annotavit Turnebus Adverſ. 5. 11. quæ nos eo conſilio huc transferenda putavimus, tum ut ne quid antiquitatis (cujus docta locos alioqui difficillimos in claſſicis enodes reperias) ignorares, tum quod haud paſſim ſint omnibus obvia. V. in CANDIDATUS notata.

Ærarios Quæſtores hodie vocare poſſumus, quos multarum, id eſt *emendarum receptores* vocant. Tacit. 13. Ann. 28. Addidit L. Piſo deſignatus Conſul, ne quid &c. neve multam ab iis dictam Quæſtores ærarii in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent, medio temporis contradicere liceret, deque eo Conſules ſtatuerent. de Tribb. pl. Budæus.

Quæſtor Provincialis, qui comitandæ rei militari primum creatus fuit; eum nunc Theſaurarium bellicum vocamus. Cum Imperatoribus enim Populi Rom. mittebantur Quæſtores, id eſt, cum Conſulibus & Prætoribus, ad adminiſtrandam rem pecuniariam & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas, ut videre eſt apud Livium multis locis. Cic. 1. Verr. 61. Sic enim a majoribus noſtris accepimus, Prætorem Quæſtori ſuo, parentis loco eſſe oportere: nullam neque graviorem, neque juſtiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quam conjunctionem ſortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam muneris ſocietatem. Aſconius in Divinationem, (38.) Hæc erat, inquit, prima Senatoria adminiſtratio, Quæſtorem fieri, & in provincia curam gerere publicæ pecuniæ in uſus diverſos erogandæ. Inde Cicero in Prætura urbana, ſive Verr. 3. (14.) Ne diutius teneam, inquit, pecunia attributa numerata eſt: profectus eſt Quæſtor in provinciam: venit in Galliam exſpectatus ad exercitum Conſularem cum pecunia. Hi autem Quæſtores, lictores, & veſtem & inſignia quæſtoria habebant: quod Cicero pro Plancio, 98. oſtendit his verbis, Nam ſimul ac me Dyrrhachium attigiſſe audivit Plancius, ſtatim ad me, lictoribus dimiſſis, inſignibus abjectis, veſte mutata profectus eſt. Budæus.

Quæſtor non principis, ſed Sacri palatii dicitur. Quæſtor cuſtos eſt juſtitiæ. Ex Quæſtoribus ſunt Codicillares, aut qui vere Quæſtores fuerunt. Quæſtori leges, preces, laterculum minus curæ fuit. Loquimur vero de poſterioris temporis Quæſtoribus: ſtante enim Rep. Rom. qui Quæſtores dicerentur antea expoſitum eſt. Theodoſius in Novella De homicid. caſ. facto. Cujacius lib. 1. Inſtitutionum civilium.

Quæſtor, idem etiam ſignificat quod Quæſitor. V. QUÆSITOR. Cic. 4. in Catil. 10. Jam hoc nemini dubium eſt, qui reo cuſtodiam, Quæſtori gratulationem, indici præmium decrevit: quid de tota re & cauſa judicarit. Quibus verbis Quæſtorem conjurationis ſuæ vocat ob decretam ſibi Conſuli a Senatu quæſtionem. Vetus tamen codex legit Quæſitori. V. QUÆSITOR.

Creare Quæſtores. Ulpianus in l. 1. D. de Offic. Quæſtor. ubi ter eam locutionem uſurpat.

Sortiri alicui provinciæ Quæſtores. Cic. pro Muren. 18.

QUÆSITŪRA, æ. f. Tacit. 3. Ann. 29. Quæſituram per leges petere. Idem ac

QUÆSTŪRA, æ. f. Quæſtoris dignitas, ſicut a Prætore Prætura. Cic. 13.

Fam. 39. Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia, jam inde a Quæſtura mea Siciliensi.

Sed Quæſtura utrioſque propemodum pari momento ſortis fuit. Cic. pro Muren. 18.

Conſedit nemo in Quæſtura. V. CONSIDO.

Conſignata litteris Quæſtura. V. CONSIGNO.

QUÆSTŌRIUS, a, um. Adj. [ταμιευτικός] Quod ad Quæſtorem pertinet. Cic. 1. Fam. 27. Quod ego officio quæſtorio te adductum, &c.

Ager quæſtorius dictus eſt, Qui ex hoſtibus captus, per Quæſtores Pop. Romano, limitibus actis diviſus, eſt venditus. Flaccus p. 2. Gœſ. Hyginus de Cond. agror. pr. p. 205. Quæſtorii agri dicuntur, quos Pop. Rom. devictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandavitque Quæſtoribus, ut eos venderent.

Vir quæſtorius, Qui Quæſturam geſſit. Cic. 3. Philip. 30. Qui ædilicii? qui tribunicii? qui quæſtorii? V. Manut. in QUÆSTOR.

Sicinius quæſtorius mortuus eſt. Cic. de Clar. Orat. 263.

Legatus quæſtorius. Cic. 3. Verr. 56. i. e. Legatus ex Quæſtore agens. Aſcon.

Perſona quæſtoria. Cic. pro Planc. 100. Abjecta quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta.

QUÆSTŌRIUM, i. n. [ταμεῖον σκηνή] In caſtris, Quæſtoris tabernaculum erat. Liv. 10. 32. extr. Itaque captum quæſtorium: Quæſtorque ibi Panſa occiſus. Cic. pro Planc. 99. Theſſalonicam me in quæſtoriumque perduxit.

QUÆSTUS, ûs, vel i. antique, [χρηματισμός, κέρδος] Dativum & Ablativum plurales facit Quæſtibus per i, teſte Valla: ſignificatque Lucrum ex nummis, vel re qualibet. Cic. 5. Verr. 109. Tantum de quæſtu ac lucro dicam unius agri & unius anni.

Quæſti Genit. pro Quæſtus. Varro Prometh. Æmulum illius artis, atque obſtrigilatorem, qui per aliquot annos quæſti nihil fecerit. Antiquum. Ex Nonio 8. 6. Plaut. Aul. 1. 2. 5.

Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus.

Quæſtuis, item Genit. antiquus. Novius apud Nonium l. c. Per deam ſanctam Lavernam, quæ cultrix quæſtuis ſit.

Rem aliquam gerere ſui quæſtus aut commodi cauſa. Cic. pro Roſc. Amer. 111.

Conſequi quæſtum. V. CONSEQUOR.

Pecuniam in quæſtu relinquere. Cic. in Piſon. 86. Nonne ſeſtertiûm centies & octogies, quod, quaſi vaſarii nomine, in venditione mei capitis aſcripſeras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti?

Quæſtus, pro Actione ipſa atque artificio lucrandæ pecuniæ, teſte Valla lib. 3. Cic. 1. Offic. 150. Jam de artificiis & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, hæc fere accepimus. Ter. Eun. 2. 2. 22.

— imperavi egomet mihi
Omnia aſſentari: is quæſtus nunc eſt multo uberrimus.

Quintilianus in procem. lib. 1. Nam ut lingua primum eſſe cœpit in quæſtu, inſtitumque eloquentiæ bonis male uti. Quæſtu dixit, quaſi Acquiſitione.

Carcerarius quæſtus. V. CARCER.

Illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium. Cic. 1. Offic. 150.

Judiciarius quæſtus. V. JUDICO.

Opimi. Plin. lib. 10. cap. 51.

Uberrimus quæſtus. Ter. Eun. 2. 2. 22.

Abducere a meretricio quæſtu. V. ABDUCO.

Callere ad quæſtum. V. CALLEO.

Colere quæſtum. V. COLO.

Comparare quæſtum. Cic. 7. Verr. 26.

Conſtituere ſibi magnos & uberes quæſtus. Cic. 4. Verr. 30.

Conterere quæſtum. V. CONTERO.

Duci quæſtu & lucro emendi. Cic. 5. Tuſc. 9.

Facere quæſtum in aliqua re. Cic. 15. Fam. 14.

Facere quæſtum ſortis. Cic. 7. Verr. 140.

Facere maximos quæſtus & prædas. Cic. 5. Verr. 119.

Habere Remp. quæſtui, turpe. Cic. 2. Offic. 77.

Inſtituere ſibi quæſtum. V. INSTITUO.

Satiari quæſtu. Claud. 1. in Ruff. 199.

Nunquam dives eris, nunquam ſatiabere quæſtu.

Servire quæſtui. Celſ. lib. 3. cap. 4.

Quæſtus quandoque plus eſt quam Lucrum. Cic. in Piſon. 57. Uter eorum periiſſet, tanquam laniſta, in ejuſmodi pari lucrum fieri putabat; immortalem vero quæſtum, ſi uterque cecidiſſet. [Lucrum in ſingulis capturis eſt, Quæſtus lucrum continuatum & quaſi perpetuum ex pluribus capturis. Unde Cic. epitheton Immortalem appoſuit. Gloſſ. Lat. Gr. Lucrum, κέρδος. Quæſtus, πόρος, πορισμός. Optime.

QUÆSTUŌSUS, a, um. Adj. [χρηματιστικός] Idem quod Lucroſus. ut, Quæſtuoſus homo, Qui quæſtus & lucri avidior, undique lucella quæritat, ut ait Valla. Cic. in Parad. 6. 3. Venio jam ad ſumptuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum. [Sed errat Valla. Ciceroni enim Quæſtuoſus dicitur, non Qui ſectatur quæſtum, ſed Qui percipit. Ut ex ſubjectis ejus verbis apparet.

Res. Cic. 4. Verr. 115. Quam illa res calamitoſa Heraclio, quæſtuoſa Verri, turpis Syracuſanis, miſeranda omnibus videbatur?

Quæſtuoſus & Sumptuoſus ager, contraria. Cato R. R. cap. 1.

Damnum quæſtuoſum. Cic. 14. Att. 9. Sed tamen ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem & auctore Veſtorio, ut hoc damnum quæſtuoſum ſit.

Edictum quæſtuoſiſſimum, & uberrimum. Cic. 5. Verr. 36. Quum illud edictum repente uberrimum & quæſtuoſiſſimum naſcitur.

Inſula quæſtuoſa margaritis, h. e. Ex cujus margaritis magnus fit quæſtus. Plin. lib. 6. cap. 25.

Mercatura quæſtuoſa. Cic. 5. de Finib. 91. Nec mercatura quæſtuoſa, ſi in maximis lucris paulum aliquid damni contraxerit.

Ratio quæſtuoſiſſima paſcendi. Columel. lib. 6. in præfat.

Scientiam quæſtuoſam habere. Cic. 2. Philipp. 8.

Quæſtuoſus, cum Genitivo. Cic. 2. Philipp. 35. Cujus domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum. i. e. Abundans, unde maximum quæſtum faciat Antonius. Nam mortuo Cæſare commentaria ejus, Antonii domum tranſlata ſunt, in quibus decreta perſcripta erant. Hinc Antonius quodcunque ipſius animo collibuiſſet, faciebat: aliis magiſtratus dabat, aliis immunitates; & hæc omnia faciebat quaſi a Cæſare ante decreta, & in commentaria relata. [Sed iſte Genitivus una cum epitheto refertur ad ſeq. vocem Officina haud dubie. Nulla eſt igitur hujus vocis cum Genitivo conſtructio.

Quæſtuo-

Quæſtuoſus, cum Ablativo. Curtius lib. 4. 7. 19. A Septentrione Naſamones ſunt, gens Syrtica, navigiorum ſpoliis quæſtuoſa: quippe obſident litora, & æſtu deſtituta navigia notis ſibi vadis occupant.

Quæstuose, Adv. Cum quæſtu. Compar. Plin. 19. 4. Compertum eſt non aliter quæſtuoſius cenſum haberi. Superl. Sen. de Benef. 4. 5. Ubi quæſtuoſiſſime habeas, unde facillime tollas.

Quæstuarius, a, um. Adj. [illegible] Seneca lib. de Benef. 6. 32. Quum ex adultere in quæſtuariam verſa, jus omnis licentiæ ſub ignoto adultero peteret. [Subauditur Meretricam.
Mancipia quæſtuaria. Ulpian. in l. Athletas. D. de his qui not. infam. Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habet. [Hic quoque de Corporis quæſtu [illegible]. Gloſſ. Lat. Gr. Quæſtuaria, [illegible], [illegible]. An emendandum [illegible]; In Gr. Lat. [illegible] Quæſtuaria. & [illegible] Quæſtoria. ſcribe Quæſtuaria.

Quæsticulus, i. m. [illegible] Dimin. ſignificat Parvum quæſtum. Cic. 2. de Divin. 34. Convenire poteſt aut fiſſum jecoris cum lucello meo, aut meus quæſticulus cum cælo, rerumque natura?

Quærito, [ἐκζητέω] āre. frequentat. Inſtanter quærere. Ter. Adelph. 3. 3. 9.

> Atque hercle hic de grege illo eſt: ſi me ſenſerit
> Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.

Catull. in Camerium, 53. 52.

> Et multis languoribus pereſus
> Eſſem, te mihi, amice, quæritando.

Quæritare, proprie de iis dicitur, qui quotidie in quærendo vix victum inveniunt, ut ait Donatus ad ſtuc. Ter. And. 1. 1. 48. Lana, ac tela victum quæritans. Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam.

Quæsito, V. Quæso infra.

Quæso, [illegible] idem ſignificat quod Rogo: ita Quæſere ponitur ab antiquis pro Quærere, ut Ennius lib. 3. apud Feſt.

> Oſtia munita eſt: idem loca navibus pulchris
> Munda facit, nautiſque mari quæſentibus vitam.

Et in Creſphonte, Ducit me uxorem liberorum ſibi quæſendûm gratia. Cic. in Arato v. 18.

> — ſi quæſere perges. Plaut. Bacch. 2. 2. 1.
> Mirum eſt me, ut redeam, te opera tanto quæſere.

Idem ſignificat ac Oro, rogo. Lucret. 5. 1228.

> Non divûm pacem votis adit, & prece quæſit
> Ventorum pavidus paces.

Anomalum verbum eſt, Sed præcipue in uſu eſt prima perſona utriuſque numeri. Quæſo, quæſumus. Quidam Quæſimus, per tertiam vocalem in ſecunda ſyllaba ſcribi volunt, quod tertiæ eſſet conjugationis, ſi integrum reperiretur, ut Legimus. Ter. Eun. 3. 2. 13.

> Quæſo, hercle, ut liceat, (pace quod fiat tua)
> Dare huic quæ volumus, convenire & colloqui.

Idem. Andr. 1. 2. 34. Bona verba, quæſo. Cic. 1. de Legib. 6. Quamobrem aggredere, quæſumus, & ſume ad hanc rem tempus.
Quæſo, quid hoc eſt? Cic. 7. Att. 23.
Quid eſt, quæſo, Metelle, judicium corrumpere, ſi hoc non eſt? Cic. 2. Verr. 28.
Quæſo quid ſit mihi faciendum. Cic. 12. Att. 15.
Fac quæſo, qui ego ſum, eſſe te. Cic. 7. Fam. 15.
Reficite vos, quæſo, Judices, per deos immortales. Cic. 6. Verr. 205.
Quæſo deos, Optandi formula. Ter. And. 3. 2. 7.

> Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe eſt ingenio bono.

Deos quæſumus, conſilia tua Reipub. ſalutaria ſint. Cic. 11. Fam. 3.
A te maximopere peto, & quæſo. Cic. 3. Fam. 2.
Quæſo a vobis. Cic. pro Arch. 1. Quæſo a vobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis quemadmodum ſpero, non moleſtam.
Da te, quæſo etiam atque etiam, vide. Cic. 15. Att. 8.

Quæsito, [ἐκζητέω] āre. frequentat. Plin. lib. 21. cap. 3. Semper tamen auctoritas vel ludicro quæſitature fuit. Vetus codex habet Quæſitarum. ſubaud. Coronarum, ut ſit nomen participiale. Loquitur autem de coronis.
Quæſito, frequentat. Priſc. lib. 8. cap. de Speciebus verborum. Merſo, merſo, merſas. Quæro Quærito differentiæ cauſa facit, quia a Quæſo, Quæſito fit. Ibidem præcedit & Lego, legis, Legito. H. St. V. fol. 205. a. Aldi. Nimirum docet Grammaticus a ſecunda Præſentis perſona formari utrumque, ut in iis verbis, quorum Præteritum in ſi terminatur.

Quæsticulus, Quæstio, Quæstus, Quæstuosus, Quæstura, Quæstus, V. Quæro.

Qualibet, Qualubet, V. Qui, quæ, quod.

Quālis, e. [illegible] relativum, alicujus rei naturam declarans: ut, Qualis pater, talis filius. Cic. de Amicit. 6. Nec ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.
Qualis, interrogative aliquando ponitur. Plaut. Trin. 4. 4. 3.

> Qualine amico mea commendavi bona?

Qualis, Infinita, pro Quis, quæ, quod, vel Cujuſmodi. Cic. pro Font. 21. Quamobrem quali fide, quali pietate exiſtimatis eos, qui, &c. Idem pro Lege Manil. 36. Ac primum quanta innocentia debent eſſe imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fide? quanta facilitate? quanto ingenio? quanta humanitate? quæ breviter qualia ſint in Cn. Pompejo conſideremus.
Nulla gens eſt, quæ non etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum cenſeat, Cic. 1. de Legib. 24.
Nihil intereſt ad beate vivendum, quali utaris victu. Cic. 2. de Finib. 90.
Qualis corpore. Cic. 1. de Nat. Deor. 65. Concedo eſſe deos: doce me igitur unde ſint, ubi ſint, quales ſint corpore, animo, &c.
Qualis & quantus. Cic. 3. Tuſc. 56. Nam de ipſius rei natura, qualis & quanta ſit, quæritur.
Qualis oratoris, & quanti hominis in dicendo putas eſſe, ſcribere hiſtoriam? Cic. 2. de Orat. 51.
Quid, quale, quantum. Cic. 1. Tuſc. 60. Si, quid ſit hoc, non vides, ut quale ſit, vides: ſi ne id quidem, ut quantum ſit, profecto vides.
Quale, ter repetitum. Cic. 2. de Divin. 133. Ad aperta & clara veniamus, quale eſt de illo interfecto a caupone Megaris: quale de Simonide, &c. quale etiam de, &c.
Tale, quale. Virg. 5. Ecl. 46.

> Tale tuum carmen nobis, divine poeta,
> Quale ſopor feſſis in gramine, quale, &c.

Ut non tales, quales ante habitæ ſint, habeantur. Cic. 2. de Invent. 176.
Præbe te talem huc tempore, qualem te jam antea præbuiſti. Cic. pro Roſc. Amer. 12.
Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis ſit pilus alius. Cic. 4. Acad. 85.
Vidi quoſdam in te tales, quales tu eoſdem in me videre potuiſti. Cic. 1. Fam. 9.
Siquis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet. Cic. 2. Off. 44.
Qualis, pro Qualiter, comparationibus faciendis apta particula, apud poetas. Virg. 4. Georg. 511.

> Qualis, populea mærens philomela ſub umbra,
> Amiſſos queritur fetus, &c. Ovid. 3. Met. 682.
> — falcate noviſſima cauda eſt,
> Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.

Qualiscunque, [illegible] Cic. in Piſon. 27. Quum tamen ille, qualiſcunque eſt, qui eſt ab uno te improbitate victus, Gabinius, colliget ipſa ſe via. Idem 1. Tuſc. 95. Totumque hoc leve eſt, qualecunque eſt.
Sed homines benevolos, qualeſcunque ſunt, grave eſt inſequi contumelia. Cic. 14. Att. 15.
Qualeſcunque ſummi civitatis viri ſunt, talis & civitas. Cic. 3. de Legib. 31.
Quæ qualiacunque in me ſunt (me enim ipſum non pœnitet quanta ſint) ſed apparent in orationibus. Cic. in Orat. 130.
Scripta qualiacunque. Ovid. 1. Triſt. 1. 46.
Carmina noſtra qualiacunque. Ovid. 3. Triſt. 10. 18.
Qualis enim cunque eſt, per Tmeſin. Ovid. 4. de Pont. 13. 6.
Quale tamen cunque eſt. Ovid. 3. de Pont. 4. 6. [Extenuat fere rem.

Qualisnam, Apul. Apol. p. 274. Elmenh. Facile intellectu cuivis ſuit qualiſnam accuſatio future eſſet. [Malim diviſe ſcribi Qualis nam

Qualisqualis, Idem quod Qualiſcunque. Tryphoninus in l. Reſcriptum. D. De diſtract. pignor. Quia ex contractu, qualiquali obligatione a debitore interpoſita. [Separari etiam poteſt.

Qualislibet, [illegible] Cic. 2. de Nat. Deor. 95. Si innumerabiles unius & viginti formæ litterarum, vel aureæ, vel qualeſlibet, aliquo conjiciantur. Legitur & ſeparatis dictionibus, Quales libet.

Quālĭtas, ātis. f. [ποιότης] eſt, Secundum quam quales dicimur; ut albedo, nigredo, advocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates ſunt, quod ſecundum eas, albos, nigros, advocatos, procuratores, legatos, patres, filios eſſe dicimus. Hæc Perottus. Cic. 1. Acad. 25. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant. Ibid. 25. Sed quod ex utroque (id eſt ex materia & vi) id jam corpus, & quaſi qualitatem quandam nominabant. Et 2. de Nat. Deor. 94. Rurſum 1. Acad. 26. Et quum ita moveatur illa vis, quam qualitatem eſſe dicimus, & quum ſic ultro citroque verſetur, & materiam ipſam totam penitus commutari putant, & illa effici, quæ appellant qualia.
Qualitatum aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Cic. 1. Acad. 26.
Cæli qualitas. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Qualitatem litoris noſtri contemplemur, ſi vitemus ſcopulos, an probemus. Columel. lib. 8. cap. 17.
Qualitas materiæ excipientis. Plin. lib. 2. cap. 80.
Qualitatis nomen apud Jureconſultos generale eſt, ut omne accidens, quicquid eſt præter ſubſtantiam rei, comprehendat. Amplitudo, quæ ipſa quantitatis eſt & dimenſionis nomen a Celſo numeratur inter ea, quibus prædia dicuntur qualiter ſe habere, id eſt qualia eſſe. l. quid aliud. 86. De verb. ſignific. in P. Qualitates autem prædiorum, quoniam quaſi a natura inſunt, nec poſſunt ab ipſo fundo ſeparari, & qui fundum vendit cum ſua illum bonitate, quæcunque eſt, ſalubritate, amplitudineque vendidiſſe cenſetur: immo illo vendito, nihil de iſtis ſibi retinere poteſt. Ideo videntur nihil aliud eſſe, quam ipſa prædia qualiter ſe habentia, id eſt iis qualitatibus prædita. Celſus, Quid aliud ſunt jura prædiorum, quam prædia ipſa qualiter ſe habentia? &c.

Qualiter, Adv. V. Dict. anteced. In comparatione Plin. lib. 8. cap. 48. Antiquis enim torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Val. Flacc. 4. 304.

> Qualiter ex alta cum Juppiter arce coruſcat.

Qualitercunque, aliud Adv. ſignificat Utcunque. Columel. lib. 12. cap. 3. Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum, qualitercunque ſatum.

Qualiterqualiter, pro Qualitercunque. Ulpian in l. Qua enim in fine. D. rem ratam haberi, Nam qualiterqualiter quis eundem actum retractat, qui a procuratore actus eſt, committi ſtipulationem oportet.

Quălus, i. m. [illegible] Genus vaſis viminei, per quod vinum guttatim defluit quum calcatur uva, aliqua vero materia exire prohibetur. Virg. 2. Georg. 241.

> — tu ſpiſſo vimine qualos,
> Colaque prelorum fumoſis deripe tectis.

Plin. lib. 17. cap. 20. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, &c.
Qualus, In quo gallinæ ova edunt, apud Columel. lib. 8. cap. 3. Idem lib. 9. cap. 15. Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus inverſæ metæ ſimilis, qualis eſt quo vinum liquatur, obſcuro loco ſuſpenditur.
Qualum, neutro genere etiam legitur. Cato R. R. cap. 11. Corbulas Amerinas viginti, quala ſataria ſeptem, alveos quadraginta. Sunt autem, Turnebo interprete, Quibus ad ſerendum opus eſt, id eſt ad ſementem. Columel. lib. 7. cap. 3. Sint quala mundiſſima, ne qua earum valetudo, quæ &c. Quidam hic legunt Caula. Sed forte legendum, Sint quam mundiſſima, &c. Loquitur enim de ſtabulis ovium. [Geſn. Sintque illa. An Sintque alias?
Vindemiatorii quali. Ulpian. in l. Inſtrumento. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.
Qualus, Ciſtula, in qua mulieres reponebant penſa. Hor. 3. Carm. 12. 4.

> — tibi qualum Cythereæ
> Puer ales, tibi telas, operoſæque Minervæ.
> Studium aufert.

Qualus, apud Apulejum lib. 4. Met. p. 153. Elmenh. accipitur pro Caniſtro in quo panis ſervatur. Quanquam prius, cum eſſem Lucius, unico vel ſecundo pane contentus menſa decederem, tunc ventri tam profundo ſerviens, jam ferme tertium qualum remigabam.
Qualus, Vas quo cæmentarii, ſive calcarii, utuntur ad portandam calcem vel gypſum. Ulpian. in l. Sed & ſi quid inædificaverit, in principio. D.

de uſufructu. Nam ſi librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat. i. e. Calcem in qualo. [Hic eſt Qualus cæmentarius.

QUASILLUS, i. m. & QUASILLUM, i. n. [[illegible]] dimin. a Qualus. Feſtus, Calathos Græci, nos dicimus quaſillos. Cic. in 3. Philipp. 10. At vero hujus domi inter quaſilla pendebatur aurum. Quaſi diceret, Inter mulierculas & lanificia. Quem locum citat & Servius in illud 2. Eclog. 46.

Ecce ferunt nymphæ calathis. Sed corruptum. Tibul. 4. 10. 3.
Sit tibi cura togæ potior, preſſumque quaſillum.

Quaſillus, Calathus, vas ipſis lanificiis aptum. Propert. lib. 4. 7. 41.
Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis. Gl. L. G. Quaſillus, [illegible].

QUASILLĀRIA, æ f. Petron. cap. 132. Convocat omnes quaſillarias, familiæque ſordidiſſimam partem.

QUAM, [ὡς] Conjunctio, notæ ſignificationis, cui eleganter in oratione præponitur Tam particula. Ter. Eun. 4. 4. 50.

Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere. Cic. 2. Verr. 5. Quod ſi quam audax eſt ad conandum, tam eſſet obſcurus in agendo, &c.

Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam hominem eum, quicum omnia communicem. Cic. 1. Att. 15.

Quam, [ὡς] eleganter connectit duos Comparativos. Quintil. lib. 3. cap. 1. Sitque ſalubrior ſtudiis, quam dulcior. Cic. Mil. 78. Non timeo, Judices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hæc in illum evomere videar, quam verius.

Comparativo Poſitivum junxit Columel. Procem. lib. 12. Idcirco timidiorem reddidit, quam virilem pluribus. [Inſcite, ut tute, ſi præcedentia verba adjicias, videbis. Et quoniam hunc ſexum cuſtodiæ & diligentiæ aſſignaverat, id circo &c. Quare ſi ſi Virilem ad Sexum referas, uti debet, non erit Comparativus Poſitivo junctus, perinde ac ſi nempe Viriliorem dicere licuiſſet.

Comparativo Verbum. Cic. 15. Fam. 8. Majora erga ſalutem, dignitatemque meam ſtudia, quàm erant a muliere poſtulanda.

Quam, pro Magis, vel Potius quam: apud Jureconſultos frequentiſſimum; Paulus l. 2. D. De rebus credit. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondera, numero, menſura conſiſtunt: quoniam earum datione poſſumus in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie. Ulpianus l. 2. D. De judiciis: Alioquin compelletur judicium accipere, quam invenire eos, qui ſatis pro eo dent. Et alibi ſæpius. [An non hæc dubia? H. St.

Quam, pro Quantum, potiſſimum poſt negationem in priore oratione, Tam non neceſſario ſequitur. Liv. 35. 49. Homo, non quam iſti ſunt, glorioſus. Pro Non tam, quam &c.

Quam, cum verbis Poſſum, Queo, Valeo, & ſimilib. Terent. Heaut. 3. 1. 7.
Haud faciam: nam quam potero adjutabo ſenem. Plaut. Men. 5. 9. 4.
— tua eſt imago, tam conſimilis eſt, quam poteſt.

Quam, pro Quantum, quibuſdam interpoſitis verbis, cujuſmodi ſunt, Poſſum, Valeo, & ſynonymis, tum Superlativis, tum Poſitivis additur. Superlativis. Salluſt. in Jugurth. cap. 13. pr. Quam maximas poteſt copias armat.

Quam cum Adv. Superlativi gradus. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 37. Re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata. Cic. de Senect. 46. Convivium ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Aves nidos conſtruunt, eoſque, quam poſſunt, molliſſime ſubſternunt.

Quam, pro Quantum, Poſitivo Adv. jungitur. Cicero, Videte quam valde malitiæ ſuæ confidat. Cic. 2. Philip. 47. Sed reliquum curſum vitæ, quam quidem poſſum, celeriter perſtringam. Vetus codex legit, Videte: quem quidem celeritet &c. Terent. And. 1. 1. 109.

Rejecit ſe in eum flens quam familiariter. [Hic videtur pro Perquam dictum. Plura exempla infra habes, in Quam pro Valde.

Quam, optantis cum affectu particula, & frequentius cum verbis Volo aut Cupio jungitur. Terent. Adelph. 4. 1. 16.

Vah! quam vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari. Ubi Donatus, Quam vellem, præcipue dicimus in his, quæ non videmus fieri. Cic. 3. de Finib. 10. Quam vellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinaviſſes.

Quam magis, & Tam magis: ut, Quo magis, eo, vel hoc magis, & Quanto magis, tanto magis, dicunt non parum frequenter Latini. Lucret. lib. 1. 537.

Et quam quæque magis cohibet res intus inane,
Tam magis his rebus penitus tentata labaſcit. Virg. 7. Æn. 787.
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Plaut. Pœn. 1. 2. 135.
Quam magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & nugæ meræ.

Quam, pro Quantum, interrogativum. Terent. Eun. 2. 2. 44.
Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe?

O rem difficilem, planeque perditam! quam nihil prætermittis in conſilio dando! quam nihil tamen, quod tibi ipſi placeat, explicas! Cic. 9. Att. 2. Quam (hic) In Admirationem adhibitum. H. St.

Quam timeo, quorſum evadas! Terent. And. 1. 2. 100.

Quam, cum Indicativo. Cic. in Verr. Incredibile eſt autem, quam multa & quam præclara fuerunt.

Quam, cum Volo, pro eo quod vulgo dicitur *Tantum, quantum.* Terent. Hec. 4. 4. 12.

Dum ne reducam, turbent porro quam velint. Cic. pro Cœl. 22. Quam volet ſit potens.

Quam, pro Quanto, Comparativo datur: quod raro uſu venit. Quintil. Procem. lib. 1. Quam in his quoque libris erunt eadem aliqua &c. omnia compoſitiora, & quam nos poterimus elaborata. Sed in emendatis codd. Quare in his quoque.

Quam cum Superl. Varr. de L. L. lib. 7. 2. Impoſititia nomina eſſe voluerunt quam pauciſſima, &c.

Quam, & Tam cum gemino Superlativo. Cato R. R. c. 65. Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. Salluſt. in Jugurtha c. 31. Itaque quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Ter. Heaut. 5. 2. 44.

— namque adoleſcens quam minima in ſpe ſitus erit,
Tam maxime patris pacem in leges conficiet ſuas. Ovid. 1. Amor. 8. 27.

Tam felix eſſes, quam formoſiſſima, vellem. [Non eſt ſimile illi. H. St. Niſi dicas, Poſitivum hunc vim Superlativi habere.

Quam, pro Valde, elegantiſſime Superlativo datur, & aliquando Poſitivo. [Subaud. Fieri poteſt.

Superlativo. Ter. And. 5. 1. 16.
Quibus id maxime utile eſt, illum eſſe quam deterrimum. Idem Heaut. 2. 3. 127.
Eademque ut eſſet apud te ob hoc quam gratiſſima. Cic. de Amicit. 45. Alienis nimis implicari, moleſtum eſſe: commodiſſimum eſſe, quam laxiſſimas habere habenas amicitiæ. Idem 2. de Nat. Deor. 3. Geram tibi morem, & agam quam breviſſime potero.

Quam proxime hoſtem, & ad hoſtem. Cic. 6. Att. 5. Officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hoſtem. Liv. 1. 23. Is ducis exercitum quam proxime ad hoſtem poteſt. Cic. 10 Philipp. 26. Operamque det, ut cum ſuis copiis quam proxime Italiam ſit.

Quam maturrime. Tacit. 15. Ann. 74. Ut templum Divo quam maturrime publica pecunia poneretur.

Quam maturrimum. Tacit. 12. Ann. 65. Amplecti Britannicum, robur ætatis quam maturrimum precari. [Cave putas Hic τὸ Maturrimum Adverbium eſſe. Maturum robur dicitur, ut Matura ſenectus &c. V. ADAU Ʒ.

Poſitivo. ut, Quam longe, Quam multi, Quam celeriter. Ter. Eun. 2. 3. 41.
Continuo accurrit ad me, quam longe quidem. Cic. 3. de Nat. Deor. 54. Soles ipſi quam multi a theologis proferuntur? Idem 3. Tuſc. 83. Atqui ſtirpes ſunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ! Et 7. Att. 15. Suam in Senatu operam, auctoritatemque quam magni æſtimat! Et alibi, Scribit ad me quam honorifice de reſtitutione Sexti Clodii. Quintil. lib. 10. cap. ult. Quam multa, immo pæne omnia, tradidit Varro. Virg. 2. Ecl. 20.
Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans. Liv. 26. 14. Quam forti animo, &c.

Quam facile accipiter columbam conſequitur. Virg. 11. Æn. 722.

Liberis dare operam quam honeſte dicitur. Cic. 9. Fam. 22.

Suos valde quam paucos habet. Cic. 11. Fam. 13.

Valde quam puto jungi, ut Sane quam. H. St. V. SANE.

Quinto die quam, i. e. Poſtquam, & ſic de aliis. Columel. lib. 8. cap. 8. Quinto die, quam ſuſtuleris, condire oportebit. Idem lib. 12. cap. 38. Poſt nonum diem, quam id factum eſt.

Tabellarii venerunt poſt diem XL & ſextum, quam a nobis diſceſſerant. Cic. 16. Fam. 21.

Poſtero die, quam illa erant acta, Catulus venit. Cic. 2. de Orat. 12.

Triduo proximo quam. Plin. lib. 8. cap. 42. Terram attingere ora triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe.

Ego autem non commemini ante, quam natus ſum, me miſerum. Cic. 1. Tuſc. 13.

Sæculis multis ante gymnaſia inventa ſunt, quam in iis philoſophi garrire cœperunt. Cic. 2. de Orat. 21. V. ANTEQUAM.

Numa ſapientiam conſtituendæ civitatis duobus prope ſæculis ante cognovit, quam, &c. Cic. 2. de Orat. 154.

Tamdiu, quam. Plin. 3. Epiſt. 16. Si tamdiu, tantaque concordia vixerit tecum, quam ego cum Pæto, volo. Cic. de Clar. Orat. 4. Vixitque tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere.

Quam longa. Virg. 4. Æn. 193.
Nunc hiemem inter ſe luxu, quam longa, fovere. Servius, i. e. In quantum longa eſt hiems. Fecit & talem figuram 8. Æn. 86.
Tibris ea fluvium, quam longa eſt, nocte tumentem
Leniit.

Quam, geminatum. Ter. Phorm. 2. 3. 61.
Potius, quam litem ſecter, aut quam te audiam.

Te igitur imitabor, quam multa, quam paucis. Cic. 11. Fam. 24.

Quam, pro Plus quam. Columel. lib. 1. cap. 8. Fermenta duplicia, quam numerus ſervorum exigit, refecta & repoſita cuſtodiat. Budæus. Alias. quam: Diverſus, quam, Vide in DIVERSUS. H. St. & infra.

Pluſculum quam, ut Pluſculum, quam concedit veritas &c. H. St. V. PLUS.

Nihil libentius quam. Cic. pro Cluent. 151. Quod ſi fieri poſſe exiſtimaſſet, &c. nihil feciſſet libentius, quam omnem illam acerbitatem proſcriptionis ſuæ, &c.

Non me hercule quicquam libentius facio, quam ſcribo ad te. Cic. 15. Fam. 19.

Quam pro, Præcedente comparatione. Curt. lib. 5. 4. 25. Ne aurium quidem uſus ſupererat, ſilvas quatiente vento, qui concutientibus ramis majorem, quam pro flatu, ſonum edebat. Liv. Quicquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum eſt.

Quam quantum. Cic. 3. de Orat. 15. Ut majus quiddam de L. Craſſo, quam quantum a nobis exprimetur, ſuſpicentur. Cic. 5. Verr. 102. Sexies tantum, quam quantum ſatum ſit, ablatum eſſe.

Hic majorem pecuniam Prætori pollicetur, quam quantam tu dediſti. Cic. 4. Verr. 70.

Quam quoad. Cic. pro Domo 137. Id ſperaſti Rempub. diutius, quam quoad mecum expulſa careret his mœnibus, eſſe laturam?

Quam quod. Cic. 11. Att. 7. Sed ex omnibus, nihil magis tamen deſideratur, quam quod in Africam non ierim. Quam quod, ſubaud. Id, ut ſit: Nihil magis deſideratur, quam id, quod ſcilicet non ierim in Africam.

Quam quomodo. Cic. 3. de Orat. 10. Quod ſi quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium jejuniorem, aut Craſſum pleniorem fuiſſe putet, quam quomodo a nobis uterque inductus eſt. Cic. de Senect. 12. Multa præclara in eo viro cognovi, ſed nihil eſt admirabilius, quam quomodo ille mortem M. filii tulit.

Quam ut. Cic. 3. de Orat. 22. Hoc eſt altius, quam ut nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. Cic. 5. Tuſc. 117. Plerumque dolor vehementior, quam ut cauſa ſit cur feratur.

Quam ut, pro Aliter quam ut. Sueton. in Galba, cap. 8. In receſſu plurimum vixit, nec ad geſtandum quidem unquam iter ingreſſus, quam ut ſecum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret.

Quam qui. Quintil. lib. 12. cap. 9. Ideoque ne ſuſcipiendæ quidem ſunt cauſæ plures, quam quibus ſuffecturum ſe ſciat.

Quam qui, cum Superlativo. Liv. 34. 32. Nam quid minus conveniret, quam nos, qui pro libertate Græciæ adverſus Philippum gereremus bellum,

Digitized by Google

lum, cum tyranno inſtituere amicitiam? & eo tyranno, quam qui unquam fuit, ſæviſſimo & violentiſſimo in ſuos? Verba ſunt Quintii de Nabide.
Contra quam, ut Contra facis, quam pollicitus es. Cic 2. de Legib. 12. Cic 1. Q. fratr. 2. 2. Factum eſt enim mea culpa, contra quam tu mecum egeras. Cic. pro Cluent. 12. Generi, contra quam fas erat, amore capta.
Diverſum quam. Quintil. lib. 1. cap. 8. Pranſus quoque & potus, diverſum valent, quam indicant.
Extra quam. V. EXTRA.
Super quam quod. V. SUPRA.
Nulla æque, quam prædictæ ſalſuræ pabula. Columel. lib. 8. cap. 17.
Quam minime multi. Cic. 3. Verr. 75. Quo quam minima multi ex illis de iſtius nefario ſcelere audire poſſent.
Quam faceta, Quam venuſte; irridentis particula. Plaut. Aſin. 3. 2. 35.
Ut aſſimulabat Sauream me eſſe, quam faceta! Ter. Eun. 3. 2. 4.
— quam venuſte! quod dedit
Principium adveniens.
Quam cito. Ter. Eun. 1. 2. 98.
Labaſcit, victus uno verbo, quam cito.
Quam extemplo, ſic dicitur, ut Quam mox, apud Plautum, Nunc dicito, quam extemplo hoc erit factum. [Ubi?
Quam mox, Interrogativum cum venuſtate. Plaut. Aſin. 2. 4. 43. Quam mox mihi operam das? Idem Bacch. 4. 6. 6.
Bone ſerve ſalve, quid fit? quam mox navigo
In Epheſum, ut aurum repetam? Ter. Eun. 4. 7. 18. Quam mox irruimus?
Quam mox, aliquando non interrogat, & ſignificat Quam cito, vel ſtatim. Ter. Adelph. 5. 6. 1.
Hera, ego hinc ad hos, proviſam, quam mox virginem
Arceſſant. Cic. pro Roſc. Com. pr. Exſpecto quam mox Chærea hac oratione utatur. conf. ibid. 44.
Quam mox, ſignificat Quam cito. Sed ſi per ſe ponas Mox, ſignificabit paulo poſt, vel poſtea. Feſtus.
Quam pæne tua me perdidit protervitas! h. e. Quam parum abfuit quin me perdiderit &c. Ter. Heaut. 4. 6. 10.
Quam non multi. Cic in Brut. Ut intelligatis, primum ex omni numero quam non multi auſi ſint dicere, deinde ex iis ipſis, quam pauci fuerint laude digni.
QUAMDE, pro Quam, uſos eſſe antiquos, cum multi veteres teſtimonio ſunt, tum eſt Livius in primo:
Juppiter ut muro fretus magis quamde manu, &c. Item alibi,
Quamde tuas omneis legiones ac populares. Et Lucret. 1. 640.
Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes,
Quamde graves Graios inter, qui vere requirunt. Feſtus. V. Scalig. & Dacer. not.
QUAMDIU, Adv. temporis. [ὅσον χρόνον, ἐν ὅσῳ, ἕως, ἄχρις ἂν, ἄχρις οὗ] Quanto tempore. Cic. 7. Verr. 118. Homo, quamdiu vixit, domi ſuæ non ſolum, poſt mortem tota Sicilia clarus & nobilis. [Sic diſtinguo. Tamdiu, Quamdiu. Cic. 9. Att. 3. Ego tamdiu requieſco, quamdiu ad te ſcribo.
Quamdiu, Interrogative. Cic. in Somn. Scip. 16. Ipſi autem qui de vobis loquuntur, quamdiu loquentur? Vetus exemplar elegantius legit, Quam loquentur diu? Idem pro Roſc. Amer. 89. Hæc tu, Eruci, tot & tanta ſi nactus eſſes in reo, quamdiu diceres? quo te modo jactares? Scribitur & diviſe.
QUAMDUDUM, Adv. interrogandi. Plaut. Aſin. 2. 4. 43.
Quam mox mihi operam das? L. hem, optime, quamdudum tu advenisti? Ter. Eun. 4. 4. 30. — venit Chærea.
PH. Meus frater ne? DO. ita. PH. quando? DO. hodie. PH. quamdudum? DO. modo. [Veteres diviſe ſcripſerunt, ut Jam dudum.
QUAMLIBET, Adv. pro Quantumlibet. Plin. lib. 36. cap. 22. Faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues cruſtas.
Quamlubet cito. Lucret. lib. 2. 542. — quamlubet eſto
Unica res quædam nativo corpore ſola.
Quamlibet parum. Quintil. lib. 1. cap. 1. [Et hoc diviſe ſcribas licet.
QUAMOBREM, V. QUI, quæ, quod.
QUAMPLURES, a nonnullis negatur eſſe Latinum: aliis contra, probantibus id ex locis ſequentibus: quod an ſit æquum, docti viderint. Plaut. Stich. 1. 3. 44.
Sed curioſi ſunt hic quamplures mali. Idem Caſ. 2. 8. 23.
Nec qua quamplures ſunt mihi quæ velim. Al. Nec quacum. Gell. lib. 1. cap. 7. Videbatur quampluribus in extremo verbo menda eſſe. Al. Compluribus. Cæſ. 2. de Bell. Civil. cap. 50. pr. Hæ permanſerunt aquæ dies quamplures. Al. Complures. Cic. 5. Tuſc. 61. Abacoſque quamplures ornavit argento, auroque. Al. Complures. [Mihi quidem nulla dubitatio aſſertur, quin poſterior lectio in omnibus his locis ſequenda ſit. Quin & in priore Plautino loco Complures legerim. V. Gronov. ad Gell. Quamplures tamen tuetur Cort. ad Sall. Catil. cap. 19. pr. ex quo vi Complures conflatum putat.
In PANDECTIS itidem ex quodam Calliſtrati loco. H. St. Niſi error eſt.
QUAMPLURIMUS, a, um. Adj. Cato de R. R. cap. 156. Quamplurimam braſſicam ederit, tam citiſſimum ſanus fiet. Illiterati dicunt, Quanto plus, aut quanto magis ederis ex braſſice, tanto citius ſanus fies. Quamplurimo vendere. Cic. 5. Verr. 43. Quæro, ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodum quamplurimo venderet, &c. Scribitur & ſeparatim.
QUAMPRIDEM, Quanto tempore ante, Interrogantis particula. Ter. Eun. 3. 3. 11.
Ubi friget, huc evaſit, quampridem pater
Mihi & mater mortui eſſent. dico, jam diu. Cic. pro Roſc. Com. 8. Illud vero quod ad rem vehementer pertinet, quæro, quampridem hoc nomen, Fanni, in adverſaria retuliſti? Et hoc dividere licet.
QUAMPRIMUM, Valde cito. Ter. Adelph. 2. 4. 18.
— obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum
Quamprimum abſolvitote. Cic. 3. Fam. 18. Gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris.
Perferre litteras ad aliquem quamprimum. Cic. 2. Fam. 5. [Hoc quoque dividitur rectius, & ſubauditur Fieri poteſt.
QUAMQUAM, vel ut frequentius ſcribitur, QUANQUAM, [καίτοι, καίπερ] Conjunctio cauſalis, idem ſignificans quod Tametſi. Virg. 2. Æn. 12.
Quanquam animus meminiſſe horret. Ter. Adelph. 2. 1. 51.
Id quoque poſſum ferre, ſi modo reddat, quanquam injurium eſt.
Quanquam particulam aliquando ſubſequitur alia particula Tamen, & eleganter. Ter. Heaut. 1. 1. 1.
Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt, &c.
Tamen vel virtus tua, vel vicinitas, &c. Cic. in Partit. 127. Quanquam utrumque, tamen, &c. Et 1. Off. 7. Ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet. Virg. 2. Æn. 534.
Quanquam, ſed tamen. Cic. 4. Acad. 75. Parmenides, Xenophanes, minus bonis quanquam verſibus, ſed tamen illis verſibus increpant eorum arrogantiam.
Quanquam, Verumtamen. Ter. Eun. 1. 2. 92.
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxime, verumtamen
Potius, quam te inimicum habeam, faciam ut juſſeris.
Quanquam, cum Interrogatione, & ſine Interrogatione, venuſtatem quandam habet corrigentis ſeipſum. Cic. 2. de Orat. 197. Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, &c. quanquam te quidem quid hoc doceam? qui, &c. Idem 3. de Nat. Deor. 41. Quanquam quem potiſſimum Herculem colamus, ſcire ſane velim. Cic. 15. Fam. 16. In integro res nobis erit, quanquam quid tecum loquor? &c.
Quanquam, Subjunctivo additum. Cic. 2. de Orat. 1. Quanquam ita ſe rem habere arbitrarentur. Idem 1. de Orat. 81. Quanquam vis oratoris, profeſſioque ipſa bene dicendi, hoc ſuſcipere ac polliceri videatur. Alii legunt, Videtur.
QUAMVIS, [εἰ καί] Conjunctio adverſativa. Cic. 18. Att. 17. Quamvis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es: tamen niſi magnæ curæ tibi eſſet, ut ego conſequerer id, quod magnopere vellem, &c. Quintil. lib. 9. cap. 4. Quamvis enim juncta ſit, tamen ſoluta videri debet oratio.
Etſi quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti. Cic. 16. Att. 7.
Quamvis licet. Cic. 3. de Legib. 24. At duo Gracchi fuerunt, & præter eos, quamvis enumeres multos licet, quum deni creantur, nullos in omni memoria reperies, &c.
Quamvis ille felix ſit, ſicut eſt, tamen, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 22.
Quamvis, pro Quantumvis. Cic. 1. Fam. 25. Quamvis parvis Italiæ latebris contentus eſſem. Idem pro Roſc. Amer. 47. Quaſi vero mihi difficile ſit, quamvis multos nominatim proferre. [i. e. Quamplurimos.
Quamvis increpitent ſocii. Virg. 3. Æn. 454.
Quamvis callide facere. Cic. 4. Verr. 134. Inveſtigare, adire, appellare, corrumpere, quidvis facere in ejuſmodi rebus, quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter. [i. e. Quantumvis. Veteres etiam Quam vult, Quam vultis &c. dicebant, diviſe.
Quamvis ſubito. Lucret. lib. 4. 157.
Et quamvis ſubito, quovis in tempore, quamque
Rem contra ſpeculum ponas apparet imago.
QUANDO, Adv. temporis. [ὅτε, πότε, ὁπότε, ὁπόταν, πηνίκα] ſignificat Quo tempore: & acuitur in prima.
Utinam tunc eſſem natus, quando Romani, &c. non eſſem paſſus, &c. Cic. 2. Off. 75.
Interrogativa ſæpe ponitur. Ter. Heaut. 2. 2. 9. Jam aderunt, CLIN. quando iſtuc erit? Cic. in Piſon. 49. Quando hoc bellum aut hic ordo, aut populus ſuſceperat?
Infinite aliquando. Cic. 9. Fam. 1. Ex his litteris, quas Atticus a te miſſas mihi legit, quid ageres, & ubi eſſes, cognovi: quando autem te viſuri eſſemus, nihil ſane ex iiſdem litteris potui ſuſpicari.
Quando gentium. i. e. Quando, abſoluta, ea forma qua Ubi locorum, & Nuſquam gentium. Plaut. Amph. 4. 3. 60. ſuppoſ. — quis me miſit
Furcifer? S. qui me rogat. A. quando gentium? S. dudum, jam pridem, modo.
Quandò, pro Siquidem, vel quoniam poſitum, Conjunctio eſt cauſalis, habetque accentum in ultima. Virg. 1. Æn. 665.
— quandò hæc te cura remordet. Ter. Adelph. 5. 3. 16.
Quandò ego tuum non curo, ne cura meum. Idem Eun. 1. 2. 116.
Mea ſic ſis poſtremo animus, quandò ego ſum tuus. Liv. 34. 34.
Bene vertat, inquit, obſideamus Lacedæmonem, quandò ita placet. Cic. 10. Fam. 22. Quam quandò complexus es & tenes. Idem eſt ac Quando quidem. q. V.
QUANDOCUNQUE, ſec. c. Adv. [ὁποτεοῦν] i. e. Quocunque tempore. Columel. lib. 8. cap. 10. Quandocunque in uſus prompſerimus, integram lentem reperiamus. Plin. lib. 29. cap. 1. Quandocunque iſta gens ſuas litteras dabit, omnia corrumpet. De Græcis.
QUANDOQUE, Adv. temporis. [ποτέ] Aliquo tempore, Aliquando. Cic. 6. Fam. 19. Ego me Aſturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat.
Quandoque, pro Quandocunque. Hor. 4. Carm. 1. 17.
Et quandoque potentior
Largis muneribus riſerit æmuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream ſub trabe Cypria. Al. Citrea. Porphyr. Quandoque pro Quandocunque poſitum eſt. Et eſt ſenſus: Quandocunque apud puellam potior rivale ſuo fuerit, quamvis illa muneribus commendare ſe ei conatus ſit, marmoreum ſignum ei & templum dedicatum ſtatuet. Hactenus Porphyr. Idem in Arte Poet. 359.
Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terque bonum cum riſu miror: idemque
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas eſt obrepere ſomnum. Quemadmodum ſi forte aliquid eruditum elegansque protulit Chœrilus, malus poeta, ut portenti ſimile, dicit ſe Flaccus mirari: ita etiam ægre ferre ac ſtomachari, ſicubi negligentior viſus eſt Homerus, qui tamen excuſatione non careat: opere enim in longo fas eſt obrepere ſomnum. Vide etiam Antonium Auguſtinum lib. 3. Emendation. cap. 7. & Hotomanum in Commentario verbor. juris, & Lambinum in Horatium.
QUANDOQUIDEM, [ἐπεί, ἐπειδήπερ, ἐπειδή] Conjunctio cauſalis, pro Siquidem, vel quoniam. Virg. 3. Ecl. 55.
Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba. Ter. Hec. 3. 5. 42.
Illique exopto, ut reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui ſit fortunatior:
Quandoquidem illam a me diſtrahit neceſſitas. Cic. 4. Verr. 9.
Urbes ac ſedes ſuas relinquerent, quandoquidem jam ante iſtius injuria exagitati reliquiſſent.
Quandoquidem tu iſtos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem, &c. Cic. de Clar. Orat. 163.

Digitized by Google

Quandoquidem honeſtum ipſa virtus eſt. Cic. 5. de Finib. 66.
Quandoquidem, Quia. Ter. And. 3. 2. 7.

Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe eſt ingenio bono. Cic. 2. Philipp 101. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini in Populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur.

QUANQUAM, V. QUAMQUAM.

QUANTUS, a, um. Adj. [ὅσος, πόσος, ἡλίκος] Modo relativum, modo indefinitum, modo interrogativum eſt, refertur que ad numerum & pondus & menſuram, inquit Perottus. Ter. Heaut. 2. 3. 9.

— væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi! Idem Eun. 5. 4. 8.

Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno. Cic. pro Sull. 76. Quantas audacias, quam incredibiles furores. Et 1. Tuſc. 86. In propagatione vitæ, quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates?

Quanta pecunia. Cic. pro Sext. 24. Ab eo provincias acciperent quas ipſi vellent: exercitum & pecuniam quantam vellent. Idem pro Cluent. 87. Quum ipſa pecunia, quæ Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua, non modo quanta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit, oſtendat.

Quanti & quam multi mortales. Salluſt. ad Cæſarem de Repub. ordinanda. Ep. 1. cap 2. extr. Minus probantibus doctis.

Quantis animis iverit in L. Quintium Lucullus. Salluſt in oratione Macri Trib. pleb. ad plebem. §. 10. lib. 3. Fragm.

Quantus homo in dicendo. Cic. 3. de Orat. 51. Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas eſſe hiſtoriam ſcribere?

Parit ova quanta anſeres. Plin. lib. 8. cap. 25. De crocodilo. i. e. Pari magnitudine.

Quanta poteſt maxima. Cic. de Amicit. 76. Niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia.

Quanta mea ſapientia eſt, Quantum intelligo. Plaut. Stich. 1. 2. 62. Ter. Phorm. 5. 17. 10.

Heus heus, quanta hæc mea paupertas eſt, tamen
Adhoc curavi unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides. Al. Heus, quanta quanta. conf. infra QUANTUS QUANTUS.

Tantus & Quantus. Cic. 7. Att. 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, &c. quanta nunquam fuit. Idem ad Brut. 3. Nam tantæ multitudinis, quantam capit urbs noſtra, concurſus eſt ad me factus.

Quantus, Tam. Liv. 9. 38. Profectio Q. Fabii trans Ciminiam ſilvam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hoſtes tulerat.

Quanti eſt negotii? ironice, pro Minimi eſt negotii. Plaut. Truc. 2. 7. 69.

QUANTI, Genitivus, verbis pretii ſolet addi. Ter. Eun. 5. 6. 14.

Emit? perii hercle: quanti? P. viginti minis. Idem Adelph. 5. 9. 20.
Ob eam rem? n. ob eam. poſtremo a me argentum, quanti eſt, ſumito. i. e. Quanto pretio valet, inquit Donatus. [Subauditur ubique Pretii, ut ex Cic. loco. 1. Q. frat. 2. 4. qui infra ſequitur, apparet. conf. Ter. And. 5. 2. 16. & Hec. 5. 3. 1.

Quanti ea res erit, & Quanti eam rem eſſe apparet, idem valent: in utraque enim clauſula placet veram rei æſtimationem fieri. Ait Ulpianus, l. Inter 179. D. De verb. ſignif. Hoc eſt, non ad id quod intereſt: ſed ad verum rei pretium pertinent. ut l. Arbitro. D. De dolo mal. l. Prætor. 4. § Hæc autem. Vi bon. rap. Interdum autem id etiam quod intereſt complectitur. ut l. 4. D. de Damno infecto. Hinc formula apud Valerium Probum, Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. D. D. D. P. F. Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, teſtibuſque duntaxat decem denuntiandi poteſtatem faciam.

Quanti minoris. Ulpianus in l. Julianus. D. de action. empt. & vendit. Qui pecus morboſum, aut tignum vitioſum vendidit, ſiquidem ignorans fecit, id tantum ex empto actione præſtaturum, quanti minoris eſſet empturus, ſi ita ſciſſet. Paulo poſt, Qui furem vendidit, aut fugitivum: ſiquidem ſciens, præſtare debebit quanti emptoris interfuit non decipi: ſi vero ignorans, circa fugitivum quidem tenetur, quanti minoris empturus eſſet, ſi eum fugitivum ſciſſet. Sed forte utrobique legendum eſt, Quanto minoris.

Pluris Senatus æſtimaſſet, quam quanti eſſet annona. Cic. 5. Verr. 195.

Quanti plurimo, & Quanti minimo. Ulpianus in l. Ex empto. D. de act. empt. & vendit. Idem ait, non tradentem quanti intereſt condemnari: ſatis autem non dantem, quanti plurimo auctorem periclitari oportet. Paulo poſt, Emptorem noxali judicio condemnatum, ex empto actione id tantum conſequi, quanti minimo defungi potuit. Quæ locutio ſic reſolvitur: Tanti damnari debet venditor, quanti periclitari oportet emptorem, quum plurimo periclitatur, id eſt plurima pecunia. Quanti minimo defungi potuit, id eſt quanti explicari poteſt, quum minimo explicatur.

Quanti conductum erit aut locatum. Cato R. R. cap. 144.

Quanti veheret, interrogavi. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Quanti dimiſerit. Cic. 7. Verr. 111. In quo docet, quot a civitate ſua nautas acceperit, quot, & quanti quemque dimiſerit. i. e. Quanta pecunia accepta.

Sed quanti quanti: bene emitur quod neceſſe eſt. Cic. 12. Att. 23. ſubaudi, Liceant horti. Senſus eſt, Etiamſi hortos emam quantivis, non male emero. quod enim neceſſarium eſt, id quanquam magno pretio emptum, bene tamen emptum eſt: horti autem mihi ad ſanem neceſſarii ſunt. [Obſervetur repetitio, ut Quantus quantus apud Ter. V. infra.

Translate. Cic 4. Acad. 120. Quanti libertas iſta æſtimanda eſt, non mihi neceſſe eſſe quod tibi eſt?

Quanti intereſt. Africanus in l. Qui uſumfructum. §. ultimo. D. de uſufructu, & quemadmodum, Quanti legatarii intereſt moram factam non eſſe.

Quanti eſt ſapere. Ter. Eun. 4. 7. 21.

Quanti eſt ad famam. Cic. pro Muren. 38. Scil. Momenti. V. Periz. ad Sanct. Min. 2. 3. 2. & 3. 5. 5.

Quanti fuerit. Plaut. Capt. 2. 2. 40.

Ego poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium,
Expertus quanti fuerit, nunc deſidero.

Quanti penderes illum nunquam oſtendiſti. Ter. Heaut. 1. 1. 103.

Quanti ſit homo. Cic. 1. Q. frat. 2 4 extr. Noli ſpectare quanti homo ſit: parvi enim pretii eſt, qui jam nihil ſit. Al. Nihili. [Lego, Nihili ſit.

Quanti faciam. Cic. 2. Fam. 15. An dubitas, quum ſcias quanti, cum illum, tum vero Tulliam meam faciam?

Quanti ſim apud: pro Quanto in pretio & æſtimatione. Cic. 7. Fam. 20. Vide, quanti apud me ſis.

QUANTISPER, Adv. unde & Aliquantiſper. Cæcil Fallacia, apud Non. 11. 20.

Velim pauliſper experiri te. Quantiſper? non plus triduum. Pompon. Dotata, Poſſum exorare te ut recedas a me pauliſper modo? Quantiſper ſat habes?

QUANTUM, Adv. quantitatis. Proprie de His, quæ numero, vel menſura conſtant.

Quantum peditum. Tacit. 4. Hiſt. 33. Idem in vita Agric. 33. Quantum enim tranſiſſe militum, ſi ſeſe Britanni numerant?

Quantum, ſubintellecto Tantum. Ter. Phorm. 1. 2. 3.

Lectum eſt, conveniet numerus quantum debui. Subaudi Argentum. Et And. 3. 2. 31.

Quod juſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, Date.

Quantum maximum potuit. Plin. Epiſt. 3. 21. Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius ſi potuiſſet.

Quantum plurimum Columel. lib. 12. cap. 21. extr. Ut exploratum habeat quantum plurimum ſalſæ (aquæ) vinum, quod fecerit, ſine offenſa guſtus pati poſſit.

Quantum, Tantum. Quintil. in proœm. lib. 4. Ut quantum nobis expectationis adjecit, tantum ingenii aſpiret. Virg. 2. Georg. 292.

Æſculus in primis, quæ quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice ad tartara tendit. Idem 4. Æn. 446. iiſdem verbis.

Quantum animis erroris ineſt! Ovid. 2. Faſt. 789. pro Quantus error.

Quantum ad. Plin. Epiſt. 616. Quantum ad porticus, nihil interim occurrit, quod videatur iſtinc eſſe repetendum. h. e. Quod autem attinet ad porticus.

Quantum attinet ad antiquos noſtros, ante, &c. Varr. 1. de R. R. 10.

Quantum eſt adhibere hominem amicum, ubi quid geras! Plaut. Perſ. 4. 4. 46. h. e. Quanti eſt, Quam confert & præſtat

Quantum, pro Quantulum. Pompon. in l. 2. ff. de Orig. Juris. Quantum eſt jus in civitate eſſe, niſi ſint qui jura regere poſſint? (i. e.) Jus autem qui conſtare poteſt. H. St. Exſtant §. 13. ejuſd. l.

Quantum, Quam multum. Plaut. Amph. 1. 1. 198.

Neſcio quantum familiaris ſis: niſi actutum hinc abis, &c. Al. Quam tu.

Quantum aſſequi potui. Cic. pro Cluent. 51. Sic ad omnia confugi, quantum ego aſſequi potui, remedia, ac perfugia cauſarum, ut, &c.

Quantum hunc audivi facere verborum. Plaut. Milit. 2. 6. 13.

Quantum conjectura auguramur. Cic. 2. Att. 9. Quantum conjectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his Dynaſtis in gratia.

Quantum ego opinione auguror. Cic. pro Muren. 65.

Quantum exiſtimare poſſum. Cic. pro Roſc. Amer. 35. Tres ſunt res, quantum ego exiſtimare poſſum, quæ obſtant hoc tempore Sexto Roſcio.

Quantum ego intelligere poſſum. Ter. Heaut. 5. 2 31. Cic. 3. Fam. 8. Etſi, quantum ex litteris tuis intelligere potui, videbam te hanc epiſtolam, quum ad urbem eſſes, eſſe lecturum.

Quantum ex ipſa re conjecturam facio. Ter. Heaut. 2. 3. 25.

Quantum e vultu ejus intelligo. Cic. 3. de Legib. 37. Nec mihi placet, nec Attico noſtro, quantum e vultu ejus intelligo.

Quantum intellexi. Ter. And 1. 3. 2.

Enimvero, Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ,
Quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis.

Quantum ego ſentio. Cic. 4. Acad. 140.

Quantum ſuſpicor. Ter. Eun. 1. 2. 62.

Quantum ex tuto poterat. Liv. 26. 38. Daſius Annibali amicus, Blaſius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat.

Quantum proxime conjectura poteſt. Liv. 25. 23. Simul altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permenſus.

Quantum ego illum vidi, nonnihil timeo miſera. Ter. Eun. 4. 1. 2. i. e. Quantum intelligere potui ex illius geſtibus.

Quantum, pro Sicut. Sueton. in Veſp. cap. 4. Id de Imperatore Romano, quantum eventu poſtea patuit, prædictum, Judæi ad ſe trahentes rebellarunt.

Quantum in me ſitum eſt. Cic. pro Arch. 17. Huic profecto ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutem ferre debemus. i. e. Quantum per nos fieri poteſt. Sæpius tamen per ellipſin dicimus, Quantum in me eſt.

Quantum in me erit. Cic. 1. Q. frat. 1. 29. Neque te patior (quantum in me erit) cum exceptione laudari.

Quantum illa ætas capit. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Quantum importunitatis habent. Velut per parentheſin dictum. Salluſtius in Jugurtha 31. extr. Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripiatur.

Quantum poteſt. i. e. Celerrime, ut ait Donatus. Ter. Eun. 5. 1. 20. Comprehendi jube quantum poteſt. Idem Phorm. 5. 8. 3.

Quantum poteſt, nunc conveniendus Phormio eſt,
Priuſquam, &c.

Quantum potes. Ter. Phorm. 4. 3. 69.

Quantum potes me certiorem inquit, face. Ter. And. 5. 2. 20.
— ſublimem hunc intro rape, quantum potes. i. e. Quam cito poteris; quaſi dicas, celerrime.

Quantum potero. Cic. 2. de Finib. 39. Quantum enim potero minuam contentiones.

Quantum queo. Ter. Eun. 5. 2. 5.

— ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum. Deeſt in hoc loquendi genere, Cito, aut Velociter: ut ſit, Quantum cito queo. Sic declarandum, Quantum poſſum, & quantum potes [Niſi potius deeſt Maxime.

In quantum, ut In tantum vide In tantum in IN. H. St.

QUANTO, Adv. [ὅσῳ] comparativo jungitur, eique reſpondet Tanto. Ter. Heaut. 3. 1. 25. — & quanto diutius

Abeſt, magis cupio tanto, & magis deſidero.

Quanto magis, Tanto. Virg. 4. Georg 412.

Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes, Tanto &c.

Quanto magis, & Tam magis. Lucret. lib. 4. 79.

Quanto ita, pro Quanto tantum Lucret. lib. 3. 200.

— igitur parviſſima corpora quanto
Et læviſſima ſunt, ita mobilitate fruuntur. Loquendi genus eſt quod adverti debet.

Quanto, abſque particula Tanto. Ter. Eun. 4. 5. 4.

— vah!

Digitized by Google

—vah! quanto nunc formoſior
Videre mihi, quam dudum?

Quanto magis, ſimiliter Ter. Eun. 3. 3. 1.
Profecto, quanto magis magiſque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Cic. 1. Acad. 10.
Quanto magis philoſophi delectabunt, ſi ut illi Æſchylum, &c.
Quanto plus delectationis habiturus eſt, quam ex illis ineruditis voluptatibus. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Quanto minoris actiones in jure Civili duæ reperiuntur, quarum altera Civilis: altera Ædilitia eſt. Civilis, eſt quanto minoris empturus erat emptor, ſi vitium ſciſſet. l. Julianus de Action. empt. in P. Ædilitia, eſt quanto minoris res fuit contractus tempore, quam quanti emptor eſt. l. Quod ſi nolit. §. ſi plures. de Ædilit. edict. in P.

Quantŏpĕre, Adv. [illegible] Contractum ex Quanto opere, pro Quam valde. Cic. 3. Tuſc. 6. Quanquam de univerſa philoſophia quantopere expetende eſſet & colenda, ſatis, ut arbitror, dictum eſt in Hortenſio.
Neque enim tantopere deſiderabam, &c. quantopere delector, &c. Cic. 1. de Orat. 164.
Dici enim non poteſt quantopere gaudeant. Cic. 14. Att. 6.

Quantusquantus, a, um. [illegible] i. e. Quantuſcunque. Ter. Adelph. 3. 3. 40.
Tu quantuſquantus, nihil niſi ſapientia es. h. e. Totus, quantus es, ſapientia es. Sic Quanti quanti Cic. V. quanti. Vett. diviſe ſcripſere.

Quantuſcunque, a, um. aliud Adj. Idem. [illegible] i. e. Quam magnus eſt, vel tantus quantus eſt. Cic. pro Corn. Balb. 56. Quæ neque invidioſa eſt, & quantacunque eſt, ejuſmodi eſt, ut conſervata magis, quam corrupta eſſe videatur. Idem 2. de Orat. 182. Atque ego is qui ſum, quantuſcunque ſum, &c.

Quantumcunque, Adv. [illegible] Tantum quantum. Cic. 3. de Fin. 34. Nec rurſus in malis. quantumcunque eo addideris, in ſuo genere manebit. Ibidem, lib. 1. 20. Quantumcunque poſſim.

Quantuslĭbet, a, um. Adj. Idem ſignificat, vel Unum quantum tibi capere licet, non omne; ut, Quantumlibet ſpatium, non omnem quantitatem ſpatii, ſed eam quam tibi capere libet. Plin. lib. 20. cap. 6. Suppurationes quantaslibet ſanat, fractæ incoctum fabæ, atque ita in cibo ſumptum. Ovid. 6. Faſt. 669.
Servus erat quidam, quantolibet ordine dignus.

Quantusvīs, a, um. Adj. [illegible] Idem. Liv. 26. 42. Tum ſitam ſuper portum, ſatis amplum quantævis claſſi. De Carthagine. Lucret. lib. 4. 1265.
Sed tamen eſto jam quantovis oris honore. Ibid. 901.
Et manus una regit quantovis impete euntem. De navi.
Quantivis pretii homo. Ter. And. 5. 2. 15.
Quum faciem videas, videtur eſſe quantivis pretii. Donatus, Ad magnitudinem refertur Quantivis, non ad parvitatem pretii. Plaut. Perſ. 4. 4. 73.
Nomen atque omen quantivis eſt pretii. [Ad parvitatem Quantuli vis, vel Quantilli vis, diceres.

Quantumvis, Adv. [illegible] Plaut. Milit. 2. 2. 98.
Quantumvis prolationum, dum modo nunc prima via
Indutamus, vera ut eſſe credat quæ mentibimur. al. Quantum vis.
Et ſane hæc quoque veteres diviſiſſe apparet.
Quantumvis ruſticus. Hor. 1. Epiſt. 2. 30.

Quantĭtas, ātis. f. [illegible] Id quo quantum quid eſſe dicitur, aut judicatur. Plin. lib. 17. cap. 24. Laborant & fame & cruditate, quæ fiunt humoris quantitate.
Quantitas in jure Civili quum opponitur Corpori, ſic definienda videtur, Res cujus vis, ac momentum, vel ſolum, vel præcipue ſpectatur. Corpus vero, Res cujus materia vel ſola, vel præcipue ſpectatur. Ulpian. l. 34. §. 2. de Legatis & fideicommiſ. lib. 1. Pandectarum vero lit. 30.
Quantitas pro Pretio & valore apud Paulum lib. 2. Sententiarum, cap. 32. Servus qui furtum fecerit, damnumve dederit, niſi id pro ſui quantitate dominos ſarcire paratus ſit, noxæ dedi poteſt.

Quantŭlus, a, um. Adj. diminut. a Quantus. Cic. 4. Acad. 82. Quantulus nobis videtur? De ſole. Idem 2. de Legib. 47. Id autem quantulum eſt?
Miſit conjectori quantulum viſum eſt de argento. Cic. 2. de Divin. 134.
Etenim quantulum intereſt, utrum in Maſſici radices, an in Italiam aliove deducamini? Cic. 2. de Lege Agrar. 65.
Ut ne plus nos aſſequamur, quam quantulum tu in dicendo aſſecutus es. Cic. 1. de Orat. 133.
Sed magni referre ea primum quantula conſtent. Lucret. lib. 2. 893.
Quantula, cui reſpondet Tanta. Lucret. lib. 3. 379.
Quantula prima queant nobis injecta ciere
Corpora, &c. —tanta
Intervalla tenere exordia prima animaï.

Quantŭlum, Adv. Cic. 5. Verr. 3. Nos qui jam & quid facere, & quantulum judicare poſſemus, oſtendimus. Hor. 2. Serm. 3. 124.
Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum.

Quantuluſcunque, Adj. diminut. a Quantuſcunque; ſignificat Quamminimum, vel Quam parum tibi videbitur. Columel. lib. 2. cap. 11. Nam ſi una inceſſit, quantulocunque humore, prius quam obruatur, corrumpitur. Cic. 6. Att. 9. Procura, quantulacunque eſt, Precianam hereditatem. Idem 1. de Orat. 135. Sed de hac mea quantulacunque eſt facultate, quæritis. Martial. lib. 11. 15.
Nam terra aſt illi quantulacunque gravis. Ovid. 4. de Pont. 13. 14.
Pars ego ſum cenſus quantulacunque tui. Idem 3. de Arte Am. 264.
Inque tuo jaceas quantulacunque toro.
Quantulumcunque videbitur. Cic. 4. Verr. 183. Sed tamen quicquid erit in his libellis, quantulumcunque videbitur eſſe, hoc quidem certe manifeſtum erit.
Quantulumcunque dicere. Cic. in Orat. 106. Jajunas igitur hujus multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fuſæ orationis aures civitatis accepimus, eaſque nos primi, quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus, ad hujus generis dicendi, audiendi incredibilia ſtudia convertimus.
Quantulum id cunque eſt. Cic. 2. de Orat. 97. Par tmeſin.

Quantulumlĭbet, Ulpian. in l. 4. §. ultim. D. de ædilit. edict. Non denique febriculam quantulamlibet ad curſum hujus edicti pertinere.

Quantillus, a, um. Aliud Adj. dimin. a Quantulus. Plaut. Capt. 1. 2. 90.
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet. Item Pſeud. 4. 7. 95.

Quid meres? quantillo argenti te conduxit Pſeudolus? Al. Argento.

Quantillum, Adv. Plaut. Curc. 1. 2. 24.
Sitit hæc anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica eſt,
Capit quadrantal.

Quapropter, V. qua, in qui, quæ, quod.
Quaqua, ibid. Quaque, V. quiſqua, in qui, quæ, quod.
Quaquam, V. quiſquam, in qui, quæ, quod.
Quare, V. qui, quæ, quod.

Quariates, Populi ſunt in Gallia Narbonenſi, alio nomine Cavaræ, a Cavo, opinor, Alpium dicti, quorum metropolis eſt Avenio, hinc Valentia; nunc inferi Delphinates appellantur. Eos, uti antea diximus, Strabo Quaros appellavit. Plinii vero locus ſi accuratius inſpiciatur, Calepinum mendacii arguet: nam Plinius Cavaras a Quariatibus ſeparavit, eos ad Antipolim referens, Cavaras ſupra Druentiam collocans. V. Plin. lib. 3. cap. 4.

Quarta, Quartana, Quartanus, Quartarius, Quarticeps, Quarto, Quartum, Quartus, V. quatuor.

Quăsi, [illegible] Adv. ſimilitudinis, ſignificat Ita ut. Plaut. Stich. 4. 1. 33.
—fuit olim, quaſi ego ſum, ſenex, & ei filiæ
Duæ erant, quaſi nunc meæ ſunt: eæ erant duobus nuptæ fratribus,
Quaſi nunc ſunt meæ vobis. Cic. 4. Verr. 187. Repente aſpicimus literas ejuſmodi, quaſi quædam vulnera tabularum recentia. Idem 4. Acad. 40. Sed prius poteſtis totius eorum rationis quaſi fundamenta cognoſcere. Ter. Adelph. 4. 7. 21.
Ita vita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris. Ubi Donatus, rectum erat, ſi diceret, Ita vita eſt hominum, quemadmodum teſſeris ludere, aut quemadmodum ludus eſt teſſerarum.
Quaſi, geminatum. Ælius Spartianus in vita Antonini Getæ cap. 4. extr. Qui quum contenderet, & diceret, quaſi joco, quaſi ſerio, omnes cum liberis occidendos, &c. [Pro, Seu joco, ſeu ſerio.
Quaſi, ſimulationem dicit. Ter. And. 3. 2. 29.
Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint hæc ſic fore. Idem Adelph. 3. 1. 3.
Jam nunc times, quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? Cic. 2. de Finib. Quaſi me pudeat, inquit, iſtorum, aut non poſſim quemadmodum ea dicuntur oſtendere. Idem 7. Verr. 129. Quaſi ego excitare filium ejus ab inferis poſſem.
Quaſi tu dicas me te velle argento circumducere. i. e. Verba tua eo tendunt, ut dicas, &c. Plaut. Pſeud. 2. 2. 40.
Quaſi vero. Ter. Eun. 4. 4. 18.
Tace obſecro: quaſi vero paulum interſiet. Cic. 5. Fam. 7. Non poteram (credo) ante hiemem: ſic enim ſcribis: quaſi vero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.
Quaſi uti. Plaut. Merc. prol. 90.
Servum una mittit, qui olim a puero parvulo
Mihi pædagogus fuerat, quaſi uti mihi foret
Cuſtos.
Quaſi, pro Pæne vel fere. Cic. 4. Acad. 82. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis. De ſole loquitur. Ter. Heaut. 1. 1. 94. Quaſi talenta ad quindecim coegi. [i. e. Circiter.
Quaſi, Ita. Cic. pro Quint. 9. Qui quaſi ſua res, aut honos agatur, ita diligenter Sext. Nævii ſtudio & cupiditati morem gerunt.
Quaſi contractus, ex duobus verbis una res in Civili jure, eſt conſenſio tacita, nec civilibus verbis pacta: ſed magis re ipſa in ſimilitudinem contrahentium contracta: qua obligantur, qui ſe vel alienis negotiis immiſcent, vel aliena abſque aperto domini conſilio auferunt. De illis Quaſi contractibus, eſt titulus lib. 3. Civilium inſtitutionum.
Quaſi poſſeſſio, Quaſi caſtrenſe peculium, nobilia quoque verba apud Juriſconſultos. Quaſi poſſeſſione ea retinere dicimur, quæ corpora non ſunt: ſed jura, ut Prædiorum dotes & onera, quas ſervitutes dicimus urbanorum & ruſticorum prædiorum, item ea quæ ſolo jure conſiſtunt: ut actiones, obligationes, hæreditates. Sic Quaſi caſtrenſe peculium eſt, quod ad exemplum caſtrenſis pecuniæ, filiusfamil. in reipub geſtione acquirit. Eſt tit. in P. Civilib. de Peculio tam Caſtrenſi, quam Quaſi caſtrenſi.

Quaſillus, V. qualus.
Quaſſo, Quaſſatio. V. quatio.
Quatenus, V. qua in qui, quæ, quod.
Quater, Quaterdeni, Quaternarius, Quaternio, Quaternus, V. quatuor.
Quatinus, V. qua in qui, quæ, quod.

Quătio, ſſi, ſſum, [illegible] ĕre. Commovere cum vi quadam. Plin. 7. Epiſt. 27. Manibus catenas gerebat, quatiebatque. Liv. 1. 10. Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. Plin. lib. 26. cap. 4. Non ſatius fuit Æmilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis clauſtra per tot annos quatere? Virg. 2. Æn. 611.
Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque a ſedibus urbem
Eruit.
Quatere, Suſpenſum & vicinum rei alicujus motum ſignificat, non ut Verrius putat Ferire, quum id ipſum verbum Concutere ex præpoſitione, quæ eſt, Con, & Quatere ſit compoſitum. Quaſſare autem, eſt Sæpe quatere. Feſtus.
Quatere aliquem mente ſolida, pro Excutere, Deturbare. Hor. 3. Carm. 3. 4.
Juſtum & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni,
Mente quatit ſolida. h. e. Non excutit, nec dimovet mente firma & conſtanti, vel A conſilio & propoſito firmo non depellit.
Quatere, Percutere. Virg. 8. Æn. 596.
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. Nonius.
Quatere, pro Infeſtare. Virg. 9. Æn. 608.
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. Nonius. [Hic ad Arietem mœnia quaſſantem alluſio fit.
Alas quatere magnis clangoribus. Virg. 3. Æn. 226.
Comas ſplendidas quatiunt faces. Catul. in Epithal. 59. 78. i. e. Vibrant, Coruſcant, Scintillant.

Cymbala quatere. Virg. 4. Georg. 64.
Tinnituſque cie, & matris quate cymbala circum. [Videtur anaſtrophe cum tmeſi, pro Circumquate.
Curſu quatere armenta. Virg. 3. Georg. 132. i. e. Exercere.
Haſtam certam quatit improbus. Virg. 11. Æn. 767.
Lacertos quatit ille nudos. Ovid. 2. de Arte Am. 89. de Icaro.
Pectora quatit gemitu dux. Valer. 5. Argon. 310.
Pennas quatere. Ovid. 4. Met. 676.
Riſu quatere aliquem. Hor. 2. Epiſt. 2. 84. Quia venter riſu ſuccutitur.
Tædam quatere manu. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 13.
Tonitru quatiuntur cærula cæli. Lucret. lib. 6. 95.
Quatere foras, pro Excludere. Ter. Eun. 2. 3. 66.
— homo quatietur certe cum dono foras. Ex Nonio.
Membra quatit frigidus horror. Virg. 3. Æn. 30. Idem 5. Æn. 200.
— tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit.
Ægritudine quati, quaſi tempeſtate. Cic. 3. Tuſc. 82. Eſt naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quaſi tempeſtate, quatietur. [Forte præpoſitio delenda.
Animum alicujus quatere. V. ANIMUS.
Terrore quatere populos. Senec. Herc. OEth. 17.
QUATIENS, entis. Partic. [σείων] Virg. 11. Æn. 656.
Tollaque, & auratam quatiens Tarpeja ſecurim.
QUASSUS, a, um. [σεισθεὶς] Partic. Ruptum. Plaut. Curc. 5. 26.
— nam quid id refert mea,
An aula quaſſa cum cinere effuſſus ſiet?
Membra quaſſa. Ovid. in Ibin, 17.
Rates quaſſæ. Hor. 4. Carm. 8. 18.
Vox quaſſa, Fracta, Deficiens. Curt. lib. 7. 7. 20. Sic apud Catull. ad Flav. 6. 11.
— tremulique quaſſa lecti
Argutatio. De ſonu lecti intelligendum.
QUASSUS, ûs. m. [σεισμὸς] Cic. 2. Tuſc. 50.
Nam attrectatu & quaſſu ſævum amplificatis dolorem. Ex Pacuv.
QUASSO, [διασαλεύω] âre. Frequentat. Sæpe, vel multum quatere. Plaut. Merc. 3. 4. 15.
Triſtis incedit, pectus ardet, hæreo: quaſſat caput. Idem. Epid. 3. 3. 55.
Sed hic quis eſt, quem huc advenientem conſpicor,
Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit? Idem Bacch. 2. 3. 71.
Subducunt lembum capitibus quaſſantibus. V. Gell. lib. 2. cap. 6. & Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7.
Caput quaſſare. Valer. 2. Argon. 526.
Tuſſis frequens quaſſavit me. Catul. ad Fundum, 42. 14.
Quaſſare, Rumpere. Virg. 1. Æn. 553.
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Idem 4. Æn. 53.
Quaſſatæque rates, & non tractabile cælum. Plin. Epiſt. 170.
Quaſſata atque etiam decuſſa monumenta.
QUASSANS, antis. Partic. [διασαλεύων] Lucret. 4. 591.
— cum Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans, &c.
QUASSATUS, a, um. Partic. [διασαλευθεὶς] Plin. lib. 18. cap. 26. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quaſſata farcire. Legitur & Quaſſa.
Domus quaſſata. Ovid. 2. Triſt. 83.
Humo quaſſatus tempora Lyæo. Sil. lib. 7. 202.
Rates quaſſatæ. Virg. 4. Æn. 53. V. in ipſo verbo.
Reſp. quaſſata, Afflicta, oppreſſa. Cic. pro Marcell 25. Non fuit recuſandum, in tanto civili bello, tantoque animorum ardore, & armorum, quin quaſſata Reſpub. quicunque belli eventus fuiſſet, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ.
Vaſa quaſſata. Lucret. lib. 3. 433.
QUASSANDUS, a, um. Partic. Ovid. 1. de Arte Am. 696.
Quaſſanda eſt iſta Palias haſta manu.
QUASSABUNDUS, a, um. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. Herculem fictores veteres, non ſine cauſa, cum poculo fecerunt, & nonnunquam quaſſabundum & ebrium. Quaſſabundum, i. e. Ex vino vacillantem, & velut caſibundum.
QUASSATIO, ônis. f. Liv. 22. 17. Quaſſatio irrita.
QUASSATURA, æ. f. Plin. Valer. 4. 3.
QUASSABILIS, e. Adj. Quod quaſſari poteſt. Lucan. lib. 6. 22.
Sed munimem habet nullo quaſſabile ferro.
QUATRIDUO, QUATRIDUUM, QUATRINI, QUATRIO, V. QUATUOR.
QUATUOR, vel QUATTUOR, [τέσσαρες, τέτταρες] Nomen numerale indeclinabile. Virg. 5. Ecl. 65. — en quattuor aras.
Diſputarunt viri docti de primæ ſyllabæ quantitate. Nonnulli correptam eſſe volunt niſi duplicatur T, & pro exemplo afferunt illud Ennianum apud Cic. 1. de Divin. 108.
Cedunt ter quatuor de cælo corpora ſancta. Hoc autem rem non ſatis probat. Primo enim varia eſt lectio, & receptiſſima hæc eſt, quæ ſequitur,
Cedunt de cælo ter quatuor corpora ſancta. Adeoque Quatuor fit vox diſſyllaba. V. Chriſt. Waſium de ſenario, cap. 9. Secundo, Utramvis lectionem accipias, Quatuor pro diſſyllabo facile haberi poteſt. Porro, ſi in Quatuor prima ſit natura brevis, mirum ſane videtur Virgilium vicies hac voce uſum ſemper produxiſſe. [At idem Quater ſemper corripit.
QUATUORVIRI, [οἱ τέσσαρες] ut Triumviri. Pompon. in l. 2. de Origine juris §. 30. Cic. 13. Fam. 76. inſcripſit, Quatuorviris & Decurionibus.
QUATUORVIRATUS, ûs. m. [τῶν τεσσάρων ἀρχὴ, τετραδαρχία] Ipſa Quatuor virorum dignitas. Cic. 10. Fam. 32. Quatuorviratum ſibi prorogavit.
QUATER, [τετράκις] Adv. numerale. Plaut. Pſeud. v. 3. 181.
Viginti minis? utrum vis, vel quater quinis minis. Columel. lib. 5 cap. 2.
Quater deni, pro Quadraginta [τετράκις δέκα] ut, Ovid. 3. de Pont. 2. 50.
Perque quater denos itur in illa gradus.
Anni quater deni Ovid. 7. Met. 293. [Perperam ἑνὶ in edit. Lond. ſcribebatur, tanquam Adjectivum compoſitum.

Quater, pro Sæpius. Virg. 2. Æn. 242.
— quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.
O terque quaterque beati. Virg. 1. Æn. 98. Tibul. lib. 3. 3. 26.
O mihi felicem, terque quaterque diem.
Quater decies. Cic. 3. Verr. 100. Huic HS quater decies P. Tadio numerata Athenis teſtibus planum faciam [i. e. Quater & decies V. Priſc. de Ponderib.
Quater & quadragies. Plin. lib. 7. cap. 27. Sit proprium Catonis quater & quadragies cauſam dixiſſe.
QUATERNI, æ, a. Adj. [τέσσαρες] Diſtributivum numerale, i. e. Quater in numero: ut, Quaterni denarii. Cic. pro Font. 9. Hor. 1. Serm. 4. 86.
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. Virg. 10. Æn. 202.
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.
Quaternis diebus latent. i. e. Quatuor quotannis. Plin. lib. 8. cap. 36.
Quaternûm jugerum balenæ, priſtæ ducenûm cubitorum. Plin. lib. 9. cap. 3.
Quaternorum pedum latitudine. Plin. lib. 8. cap. 43. de ſingulis.
Quaternûm pedum ſpatia. Columel. lib. 5. cap. 5.
QUATERNARIUS, a, um. [τετραδικὸς] aliud Adj. Numerus qui quater eſt. Plin. lib. 28. cap. 6. Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine prodidit, & quare quaterni cyathi, ſextariive non eſſent. Quaternarii ſcrobes. Columel. lib. 11. cap. 2. Eorum (ſcilicet ſcrobium) quaternarii, hoc eſt quoquo verſus pedum quatuor, ſi eſt commodum terrenum, TERNI ab uno fiunt. V. SCROBS.
QUATERNIO, ônis. m. [τετράδιον, τετρὰς, τετρακτὺς] Quatuor chartarum, ſive alterius cujuſcunque rei compoſitio ex quatuor. ut, Quatuor quaterniones militum. V. Voſſ. de Vit. L. L. 3. 40. V. & TERNIO.
QUATRINI, æ, a. Varro de L. L. 7. 30. Ut eſt ab uno uni, a tribus trini, a quatuor quatrini.
QUATRIO, [τετρὰς] quo verbo Latine Iſidorus utitur, pars eſt in talo, quam pronam vocant. Galenus in libello de Oſſibus, cap. 23. Talus (inquit) ab imis tibiæ ſuræque proceſſibus comprehenditur. Ejus pars, quam Quatrionem vocant, ſurſum vergit. [In Græco eſt τέτρωρον, quod Quadrijuge, vel Quadrigam, ſonat.
QUARTUS, a, um. [τέταρτος] Adj. numerale, ordinem ſignificans. Liv. 24. 46. Eoſque ubi quartæ vigiliæ ſignum cecinſſet, ad eum locum ſcalas juſſit ferre.
Quartus pater, pro Abavo. Virg. 10. Æn. 619.
Pilumnuſque illi quartus pater.
Hora quarta. Virg. 3. Georg. 327.
QUARTA, æ. f. ſolenne verbum in Civili jure, quo illa variarum hæreditatum portio deſignatur, quæ variis ex cauſis, variis quoque perſonis conſtituto jure debentur, ſubauditurque Pars.
Quarta Agnatorum,
Quarta Arrogati,
Quarta Curiæ,
Quarta heredis ex lege Falcidia,
Quarta Trebelliana,
Quarta filiarum ex bonis rei majeſtatis,
Quarta fiſcalis,
Quarta liberorum, quæ in Trientem, aut Quadrantem, pro numero liberorum, commutata eſt,
Quarta matris, aut aviæ Curialium,
Quarta poſtumi,
Quarta fideicommiſſarii,
Quarta parentum præmortuis liberis, quas ex Pandectarum libris, Civilis juris candidati habent petere, ne nos in meſſem alienam (tametſi Encyclopædiam cudimus) miſiſſe falcem pronuntient. Collegit & Hotomanus libro ſingulari, de verb. quæ ad jus pertinent ſignificatione.
QUARTUM, Adv. [τέταρτον] pro Quarto. ut, Quartum Conſul. Liv. 3. 66. pr. T. Quintius Capitolinus quartum & Agrippa Furius Conſules inde facti.
QUARTO, Adv. Quarto Conſul, & Quartum Conſul inter ſe differunt, nam Quarto, locum deſignat, & tres ante factos: Quartum vero ſignificat tempus, & ter ante factum. Perottus, ex Gellio lib. 10. cap. 1.
QUARTANUS, a, um. Adj. [τεταρταῖος] a Quarta ſcil. die. ut, Quartana febris, Quæ quarta quaque die novam acceſſionem habet, ſeu ingraveſcit ac ſævit. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Vide, quæſo, ſi omnis motus, omniſque, quæ certis temporibus ordinem ſuum conſervant, divina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas divinas eſſe dicendum ſit, quarum reverſione & motu quid poteſt eſſe conſtantius?
Febri quartana liberari. Plin. lib. 7. cap 50.
QUARTANA, æ. f. Subſt. ſubaudito Febris. Cic. 16. Fam. 10. Sed quum in quartanam converſa vis eſt morbi (ſic enim ſcribit Curius) ſpero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Idem 8. Att. 6. Modo enim audivi quartanam a te diſceſſiſſe.
Quartanas excutere, Sanare. Plin. lib. 20. cap. 6. Quartanas quoque excutere putant caput unum cum laſerpicii obolo in vino auſterum.
Frigida quartana. Hor. 2. Serm. 3. 290
Vetus quartana. Ulpian. in l. 1. D. de Ædil. edicto.
QUARTANUS, i. m. Quartæ legionis miles. Pl. Tacit. 4. Hiſt. 37. Dein mutati in pœnitentiam primani, quartanique, & duodevicesimani, Voculam ſequuntur.
QUARTANARIUS, i. m. Qui Febri quartana laborat apud Juniores Medicos. conf. QUATERNARIUS.
QUARTARIUS, i. m. Quartarium apud Catonem ſic congii quartam partem ſignificare exiſtimo, ut Tertiarius tertiam, & Sextarius ſextam: Amurcæ (inquit ille c. 95 R. R.) in vas æneum indito congios duos: poſtea igne leni coquito: rudicula agitato crebro, uſque adeo dum fiat tam craſſum quam mel. Poſtea ſumito bituminis tertiarium, & ſulphuris quartarium: conterito in mortario per ſe utrumque. Columel. lib. 12. cap. 3. In ſextaria duodequinquaginta fermenti libram, ſiei aridæ pondo quadrantem, ſalis ſextarium: hæc ſubterito, & ſubtrita cum quartario mellis aceto diluito. Quartarium autem dicimus, non quartam partem alicujus majoris menſuræ, ſed vas quod quatuor menſuras caperet: ſic Tertiarium, quod tres. Hæc Budæus. Liv. 5. 46. Cui univerſi ſelibras farris, & quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt.
Quartarius, mulio mercenarius. Feſtus, Quartarios appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæſtus capiebant. Lucilius,

Porro

Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos
Colligere omnes.

QUARTATO, Adv. Quarta vice. V. Tertiato in TAES.

QUARTICEPS, ipis vox eſt a Varrone in libris de Lingua Lat. ut 4. 8. ſæpe uſurpata, ſignificatque non tam ordinem, quam collium & jugorum multitudinem. Sic exponit Turnebus. [In edit Stephanica eſt Quadriceps, in Gothofrediana Quarticepſos. pro Quatriceps, puto.

QUADRINUS, a, um. [τετραδικός] Adj. Idem ac Quaternus, a Quatuor, quemadmodum Trinus. Plin. lib. 11 cap. 36. Mutationes, & in alias figuras tranſitus, trinis aut quadrinis diebus. Idem lib. 7 cap. 50. Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hibernis menſibus incipere. Quadrinæ diviſionum copulæ, apud Varr. lib. 9. de L. L. §. 1. ad fin. [Alibi tamen Quatrinus pr. V. QUATUOR. & n litt.
Quadrinæ molæ dicebantur antiquitus, quæ plurimum farinæ in piſtrinis faciebant. Pomponius in Piſtore apud Non. 8. 6. Nam plus quæſti facerem, quam quadrinas ſi haberem molas. Ex Turnebo 12. Adverſ. 16.
Quadrina vaſa, ſunt Quadrina torcularia, ut apud Catonem de R. R. cap 18. legimus, quæ plus olei vinique premebant. V. Turneb. 7. 25. Al Quadraria.

QUADRANS, antis. m. [τεταρτημόριον] Quarta pars alicujus rei. ut, Quadrans pedis. Gell. 3. 10.
Quadrans operæ. Columel. lib. 2. cap. 4. i. e. Quarta pars operæ.
Item, Nummi genus, quarta pars aſſis, vel Hæreditatis item proprie.
Quadrans erat (auctore Plinio) Nummulus, qui & Triuncis vel Triunx, vel Teruncius vocatus eſt a tribus unciis. Ut enim Seſtertius quarta pars eſt denarii, ita Quadrans quarta pars aſſis. Juven. 7. Sat 8.
Nam ſi Pieria quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur. Hæc Budæus. Liv. 3. 18. In Conſulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactaſſe fertur. Martial. lib. 3. 7.
Centum miſelli jam valete quadrantes, &c.
Quadrans ratitus, ſic dictus, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, ut navis in Aſſe. Paulus. Idem & Nummus Ratitus. V. in RATIS.
Quadrantem ſolviſſe videntur ingredientes balneum. Hor. 1. Serm. 3. 137.
— dum tu quadrante lavatum
Rex ibis. Juven. 6. Sat. 447.
Cædere Silvano porcum, quadrante lavari. [I. e. Publice, quod alias Matronæ non videntur feciſſe, ut inſpectante populo in Thermis publicis lavarent, quadrante balneatico dato, ſed vel domi ſuæ, vel locis ſecretis.
Minus locuples uno quadrante. Hor. 2. Serm. 3. 93.
Quadrans, Quatuor cyathorum menſura. V. Sextarius Romanus, in SEX. Celſus lib. 3. cap. 15. de curatione quartanæ febris, Si quarto die cum horrore febris revertitur, vomere, ſicut ante præceptum eſt: deinde poſt febrem modicum cibum ſumere, vinique quadrantem.
Quadrans, Genus ponderis. Plin. lib. 27. Et lib. 28. Ad tuſſim veterem racemi decoquitur, quadrantis pondere, in vini ſextariis tribus.
Quadrans, Quarta pars jugeri. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars quarta pedes ſeptem millia & ducentos, hoc eſt quadrans.

QUADRANTĀLIS, e. Adj. Plin. lib. 13. cap 15. Quatuor pedum & ſemipedis per medium ambitum, craſſitudine quadrantali. i. e. Pedis quartæ partis.

QUADRANTAL, ālis. n. [ἀμφορεύς] Feſtus, Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta ſextarios capit. Plaut Curc. 1. 2. 15.
Sitit hæc anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica eſt,
Capit quadrantal. Plin lib. 14. cap. 2. Ne quis vinum Græcum, Aminæumque octonis aſſibus æris ſingula quadrantalia venderet. Varr. 1. de R. R. cap. 57. Quidam ipſum triticum conſpergunt, quum addant circiter in M. modium quadrantal amurcæ. Budæus ſatis multis verbis docet, ſe nihil aliud potuiſſe colligere ex verbis auctorum, quid ſignificaret Quadrantal, quam Amphoram. [Gloſſ. Lat. Gr. Quadrantala, Κεράμιον, & Gr. Lat. Κεράμιον, Orcium, Amphora.
Quadrantal, Figura eſt quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ, quibus in alveolo luditur; in quamcunque enim partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem. Gell. lib. 1. cap. 20. Vel qualia ſunt quadrata undique, quæ κύβους illi, nos quadrantalia dicimus.

QUADRANTĀRIUS, a, um. aliud Adj. [τεταρτημοριαῖος] Quadrante conſtans. Cic. pro Cœl. 62. Niſi forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Per contemptum dictum, id eſt Quæ accepto quadrante a balneatore familiaris facta eſt, more meretricum. Sic Cæcilius Clytemneſtram quadrantariam dixiſſe videtur, apud Quintilianum lib. 8 cap. 6. id eſt Impudicam: ſiquidem quadrantes fuiſſe proſtitutarum pretium, innuit Plutarchus in vita M. Tullii, inquiens, Adoleſcentem quendam in Clodii ſororis loculos, pro argenteis nummis, quadrantes immiſiſſe æreos: quam ob rem deluſa puella Quadrans ſive Quadrantaria eſt cognominata ex concubitus pretio. Eſt autem inquit Plutarchus, nummus ex ære minutiſſimus, quem quadrantem vocant.

QUADRATA, QUADRATARIUS, QUADRATUS, QUADRATUS, Adj. V. QUADRUM.

QUADRĀTUS, i. m. [Κοδρᾶτος] Apoſtolorum diſcipulus, Præſul Athenienſis, una cum Philippi filiabus, prophetico ſpiritu clarus perhibetur. Chriſtianos magnis ea tempeſtate terroribus diſperſos, ſua prudentia redintegravit. Ex Hieronymo & Euſebio.

QUADRUS, a, um Adj. Gloſſ. Gr. Lat. Τετράγωνος, Quadrus, quadra, Quadratus, quadrata: τετράγωνον, Quadrum, quadratum! Hinc

QUĀDRA, æ. f. [μαγίς, μαγίδιον] Menſarium inſtrumentum ex ſtanno vel argento, ſuper quod dapes ſcinduntur, ſive apponuntur ſciſſæ: quod quadrata forma fieri ſolcat: veluti rotunda repoſitoria, orbes dicimus. Fitque aliquando etiam ex pane. Virg. 7. Æn. 115.
— patulis nec parcere quadris. Juven. 2. Sat. 5.
Ut bona ſumma putes, aliena vivere quadra.
Quadram, Panis fragmentum ſive fruſtum eſſe nonnulli dicunt: quia olim apud Romanos quadrati panes dicerentur. Martial. lib 6. 75.
Quum mittis turdumque mihi, quadramque placentæ,
Sive femur leporis, ſive quid his ſimile. Sic apud eundem lib 12. Quadra caſei Toloſatis [Gloſſ L. G. Quadra, Τόμος. Forte Τόμος.

QUADRŪLA, æ. f. dimin. Solin. cap. 50. Nunc bracteerum, nunc pulvereum habet quadrulas.

QUĀDRUM, i. n. [τετράγωνον] Quod rectas atque æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habet. Columel. lib. 8. cap. 3. Perticæ dolantur in quadrum.
In quadrum ſententias redigere: h. e. Æqualiter fundere, & ſuo numero ſervato æqualiter diſponere. Forma enim quadrata, nulla eſt ex parte neque longior, neque brevior. Cic. in Orat. 208. Quum redigeret omnes fere in quadrum, numerumque, ſententias Vel. In quadrum numerumque, id eſt In numerum quadratum, ſive perfectum & abſolutum. [Immo hic Numerus intelligitur, non proprie, ſed tranſlate, pro Pedum modulo ſeu Rythmo, Cadentiam vulgo vocant. Redigere in quadrum, numerumque, eſt Facere ut apte quadrent, & numeroſe cadant.

QUADRĀRIUS, a, um. Adj. [τετράγωνος] ut, Vas quadrarium. h. e. ex quadrato lapide factum, ut contractius ſit. Cato de R. R. cap. 18. Torcularium ſi ædificare voles, quadrariis vaſis, uti contractiora ſient, ad hunc modum vaſa componito. Ibidemque ſæpius. conf. QUADRINUS.

QUADRO, [τετραγωνίζω] āre In quadrum redigere. Columel. lib 11. cap. 2. Abiem atque populum ſingulis operis ad unguem quadrantur. Hor. 1. Epiſt. 6. 35. tranſlate,
— & quæ pars quadrat acervum.
Quadrare, per tranſlationem, pro Ex omni parte convenire, & abſolutum eſſe ponitur. Tractum a lapidibus quadris, qui ſtructura laterum æquali proportione inter ſe optime conveniunt. Virg. 2. Georg. 278.
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Cic. 3 de Orat. 175. Et tamen eam conjunctionem, ſicuti verſum, numeroſe cadere & quadrare & perfici volumus. conf. QUADRUM extr.
Quoniam tibi quadrat, omnia in illis fuiſſe paria. Cic. de Clar. Orat. 43.
Quadrare ad multa. Cic. 4. Att. 17. Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare.
Quadrare apte in. Cic. pro Cœl. 69. Niſi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare apte viderentur.
Summa rationum quadrare dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua: id eſt quum æqualis eſt ſumma accepti & expenſi. Cic. 3. Verr. 92. Expenſa Chryſogono ſervo ſeſtert. ſexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies ſeſtert. ſexcenta ſint facta, quomodo ſexcenta eodem modo quadrarint, ut illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua ſeſtert. ſexcenta facta ſint, &c. vos æſtimabitis. Budæus.
Orationis quadrandæ induſtria. Cic. in Orat. 197. h. e. Artificium quo ſic expolitur oratio, ſic coagmentatur & conſtruitur, ut in muro pavimentove quadrati lapides.

QUADRĀTUS, a, um. [τετράγωνος] Partic. h. e. Quatuor angulos habens. Liv. 6. 5. Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. conf. Plin. 10. Epiſt. 37. de Aquæductu Nicomedienſium.
Agmen quadratum. Cic. 2. Philip. 108. Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites.
Angulis quadratis palmus. Plin. lib. 17. cap. 11.
Imago quadrata. Lucret. lib. 4. 357.
Menſa quadrata. Varro 4. de L. L. 25.
In quadratum pedem ſerantur. Columel. lib. 2. cap. 10.
Turres quadratæ. Lucret. lib. 4. 354.
Quadrata figura ideo perfecta putatur, quoniam ex nulla parte eſt neque brevior, neque longior. Unde etiam apud Latinos Quadrare, idem eſt quod Convenire: nam quadratum ſolidum in quamcunque partem cadat, ſemper ſui ſimile eſt. Hinc Quadratus homo (τετράγωνος ἀνήρ) dicitur Sapiens & conſtans, ut Ariſtoteles Ethicorum primo docet. Quadratura autem & in numero, & in figura, & in corpore dicitur. Numerus enim quilibet in ſe ipſum multiplicatus, dicitur quadratus. Figura vero, quæ lineas quatuor æquales, & totidem angulos rectos continet, quadrata eſt. Corpus denique ſolidum quadratum, qui Cubus (κύβος Gr.) etiam dicitur, duodecim habet lineas omnes æquales, octo rectos angulos, ſex æquales extremitates: ita formatum, ut in quamcunque partem ceciderit, ſemper rectum ſit. Ex quo facile poteſt intelligi, cur Quadrum pro Re perfecta & abſoluta ponatur. [V. Eraſm. Adag. Chil. 4. cent. 8. 35. & H. Steph. Theſ voce Τετρ. Ariſtot. 3. Rhet. 2.
Quadratus numerus, Mathematicis eſt, Qui æqualiter æqualis, vel, qui a duobus æqualibus numeris continetur. Eucl. 7. Elemen.
Quadratum & Rotundum, oppoſita. Cic. 2. de Finib. 36. Hor. 1. Epiſt. 1. 100. — mutat quadrata rotundis.
Boves quadrati, grandibus membris. Columel. lib. 6. cap. 1. i. e. *Formati, & bene membrati*, quod vulgo dicunt. Idem de canibus lib. 7. cap. 12. Probatur quadratus potius, quam longus, aut brevis. Idem de gallinis lib. 8 cap. 2. Sint ergo nutrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus.
Compoſitio quadrata. Quintil lib. 2. cap. 5. p. 150 Burm. Quæ lenis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio. I. e. Æqualiter fuſa: forma enim quadrata, nulla eſt ex parte neque longior, neque brevior. Idem lib 9 cap. 4. p. 851. Id quod ex illis conficitur, aut ſeverum, aut luxurioſum, aut quadratum, aut ſolutum erit.
Corpus quadratum intelligit Cælius, Quod ſit ſtaturæ mediæ. Celſus lib. 2. cap. 1. Corpus autem habiliſſimum, quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. Nam longa ſtatura, ut in juventa decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur: gracile corpus, infirmum: obeſum, hebes eſt.
Quadrata, ſimpliciter, aut adjuncte Quadrata legio. Sex millium & ducentorum hominum primus C. Marius conſcripſit legionem, quum antea quatuor millium fuiſſet: unde etiam appellabatur Quadrata, inquit Paulus lib. 17. voce Sex.

QUADRATA Roma (locus) in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi repoſita ſunt, quæ ſolent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi. Quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem quadratam. Ejus loci Ennius meminit quum ait,
Et quis exſtiterat Romæ regnare quadratæ. Feſtus. Ubi vide not.

QUADRĀTUM, i. n. [τετράγωνον] Mathematicis figura eſt, quod & Æquilaterum, & Rectangulum eſt. Eucl. 1. Elemen. in Defin. Manil. 2. 332. Quadrati forma.
Triangula & quadrata. Cic 2. de Divin. 89. Quum autem in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus ejus qui naſcatur, aut in eam quæ conjunctum aliquid habeat, aut conſentiens, ea triangula illi & quadrata nominant. De ſtellis.
Dimenſio quadrati. Cic. 5. Tuſc. 57. Puſionem quendam Socrates interrogat quædam Geometrica de dimenſione quadrati.
Forma cylindri, vel quadrati, &c. Cic 1 de Nat. Deor. 24.
Efficere quadratum paribus oris. Quintil lib 1. cap. 10.

QUADRĀTĀRII, i. m. [τετραγωνισταί] Quadratarii dicuntur marmorarii,

morarii, qui marmora ad amuſſim quadrant. Sidonius lib. 3. Epiſt. 12. Vide ut vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum ſive ab induſtria, ſeu per incuriam, mihi magis quam quadratario lividus lector adſcribet.

QUADRATE, Adv. Manil. 2. 295.
Ternaque bis ſenis quadrate fingere ſignis.

QUADRATIM, Aliud Adv. qualitatis, a Quadro, aut quadro. Flavius Soſipater lib. 2. Inſtitutionum.

QUADRATIO, ōnis. f. Vitruv. 4. 3. Anguli quadratio.

QUADRATOR, ōris. m. Qui lapides aut aliam rem quadrat. Caſſiod. 2. Epiſt. 7. Marmorum quadratores.

QUADRATŪRA, æ. f. Hygin. de Limit. Goeſ. p. 203. Ut quadraturæ diligenter eludi poſſint.

QUADRŬPLEX, icis. Adj. pr. c. [τετραπλάσιος] Quod quatuor eſt modorum, ſpecierum, vel ordinum. Plin. lib. 18. cap. 11. Alia arbor floret, albæ violæ ſpecie, ſed magnitudine quadruplici. Liv. 30. 10. Onerariarum quadruplicem ordinem, pro muro, adverſus hoſtem oppoſuit.

Quadruplex judicium. Plin. lib. 4. Epiſt. 24. Proxime quum apud centumviros dixiſſem, ſubiit recordatio egiſſe me juvenem æque in quadruplici judicio: proceſſit animus ut ſolet, longius: cœpi reputare, quos in hoc judicio, quos in illo ſocios habuiſſem. Turnebus 4. Adverſ. 4. Quadruplex intelligit, quod coactum eſt e quatuor judicum conſiliis & decuriis, quæ in baſilica Julia ſedebant. Nam in ea quatuor erant tribunalia. Sunt & apud Fabium Duplicia judicia lib. 11. in quibus duo conſilia ad unam cogebantur haſtam, unumque tribunal: In quadruplicibus quatuor. Poſſit fortaſſe & Centumvirale judicium Quadruplex dici, propter quatuor haſtas, quatuorque tribunalia, idque verius putem. To Judices. [V. in JUDICIUM. Junge Plin. Ep. 5. 22. unde liquet, Ipſum centumvirale judicium, quod alias quadruplex docet fuiſſe, in Baſilica Julia haberi ſolitum.

Stellæ quadruplices. Cic. in Arat. 93. i. e. Quatuor.
Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas.

QUADRUPLĬCO, [τετραπλασιάζω] āre. Plaut. Stich. 3. 1. 4.
Simul Mercurio, qui me in mercimoniis
Juvit, lucriſque quadruplicavit rem meam.

QUADRUPLICĀTUS, a, um. Partic. Varr. de L. L. 8. 24. pr. Vides ut Græci habeant eum quadruplicatum. Sed emendati codd. exhibent Quadripartitum.

QUADRUPLICĀTO, Adv. [τετραπλασίως] Plin. lib. 14. cap. 4. Emptis quadruplicato vineis.

QUADRUPLICATIO, ōnis. f. Ulpian. l. 2. D. de exceptionibus, Et contra replicationem duplicatio, & contra duplicationem ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio.

QUADRŬPLUS, a, um. Adj. Relativum. [τετραπλοῦς Gl. L. G.] Plaut. Truc. 4. 2. 49.
Poſt id ego in te manum injiciam quadruplus, venefica. Ubi interpres, Quadruplus, id eſt veniemus quatuor in te irrumpentes. Al. Quadrupli.

Conſueverat (Tiberius) & quadruplam ſtrenam, & de manu reddere. Suet. Tiber. 34. extr.

QUADRŬPLUM, i. n. Plin. Paneg. cap. 40. Alius tarditatem ſolvendi dupli vel & quadrupli irrogatione mulctaret.

Quadruplum alicujus rei alicui attribuere, h. e. Quater id quod dicitur, Plin. lib. 7. cap. 48. Cornici novem noſtras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis.

Quadruplum, Pœna furis. Quintil. lib. 7. cap. 5. Quum duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſque, an duplum debeat. Cato de R. R. in præfatione, Furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.

Dare judicium in quadruplum. Cic. 5. Verr. 34. Qui in decumanos, octupli judicium ſe daturum dixit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum.

QUADRUPLO, Adv. Plin. lib. 11. cap. 37. Pulmo quadruplo major bubulo. De elephantis.

QUADRUPLĀRIS, e. Adj. Macrob. Somn. Scip. 1. 19. Numerus duplaris, triplaris, quadruplaris. [Ut Singularis. Hæc numeralia æquipollere putant in Arius deſinentibus, ut Binarius, Ternarius &c.

QUADRŬPLOR, [τετραπλασιάζω, ſυκοφαντέω] āri. Quadruplatorem agere, vel crimina publica deferre. Plaut. Perſ. 1. 2. 10.
Neque quadruplari me volo: neque enim decet
Sine meo periculo ibim aliena amptum bona.

Quadruplari apud Jureconſultos id dicitur, quod in quadruplum damnatur. Ulpian. in l. Item ſi quum. §. 1. D. de eo quod metus, &c. Si quis non reſtituat, in quadruplum in eum judicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcunque reſtitui oportuit.

QUADRUPLĀTOR, ōris. m. [ſυκοφάντης, φιλεγκλήμων] Aſconius in 2. Verr. 24. Quadruplatores, Delatores erant criminum publicorum, in quo re quartam partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant, aſſequebantur.

Quadruplatores dicebantur, Qui eo quæſtu ſe tuebantur, ut eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. Paulus apud Feſtum.

Quadruplatores nomen invenere ab illa quarta, quam lex accuſatori pro præmio tribuebat. Id ex Cornel. Tacito ſatis conſtat, quum ſcribit 4. Ann. 20. 2. Contra M'. Lepidus quartam accuſatoribus ſecundum neceſſitudinem legis, cæterum liberis conceſſit. Monuit Turnebus Adverſ. 2. 9. Cic. 1. Verr. 68. Putant ſore, uti, ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit, per homines honeſtiſſimos, viroſque fortiſſimos, non imperitos adoleſcentulos, nec illiuſmodi quadruplatores, leges judiciaque adminiſtrentur. In eundem, 4. 28. Petis Nævius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus. Liv. 3. 72. Populum Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ perſonam laturum?

Quadruplator, ut breviter deſcribam, capitalis eſt: Eſt enim improbus & peſtifer civis. Hanc definitionem Quadruplatoris, ut generalem nimis reprehendit. Auctor ad Herenn. lib. 2. 41.

Quadruplatores beneficiorum vocat Seneca, Qui exiguis magna venantur. 7. de Benefic. 25. Male iſtis improbis & importunis beneficiorum ſuorum quadruplatoribus eveniat, qui admonitionem tam bellam inter amicos ſuſtulerunt.

QUADRANGŬLUS, a, um. Adj. [τετράγωνος] Quod quatuor angulos habet. Plin. lib. 13. cap. 22. Intus granum quadrangula figura.

Quadrangulus homo, pro Perfecto, qualem Plato ait eſſe difficile reperire. Eraſmus in Parœmiis Quadratus homo Bapt. Pius in lib. 4. Lucret.

QUADRANGULĀTUS, a, um. aliud Adj. Tertull. de Anima, cap. 17.

QUADRICEPS, V. QUATICEPS, in QUATUOR.

QUADRIDENS, entis. Adj. [τετράοδους] Quod quatuor habet dentes. Cato de R. R. cap. 10. Rutra quinque, raſtros quadridentes duos. Et cap. 11. Rutra quatuor: raſtros quadridentes duos.

QUADRIDUUM per d non dixerunt, ſed per t

QUATRIDUUM, i. n. [τετραημερία] Spatium quatuor dierum. Cic. 6. Verr. 6. Non ablata ex orbibus ſociorum quatridui cauſa per ſimulationem Ædilitatis.

Quatriduum per vaſtas ſolitudines abſumptum eſt. Curtius lib. 4. 7. 15.

Quatriduum fuit. Liv. 3. 3. Sic finem juſtitio, quod quatriduum fuit, reditus Quintii Conſulis in urbem fecit.

Quatridui navigatio. Plin. lib. 6. cap. 22.

Quatridui iter. Cic. 10. Fam. 15.

Quatriduo, ut, Quatriduo ante. Cic. 3. Fam. 2. Triduo vero aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam.

Quatriduo, quo. Cic. pro Roſc. Amer. 105. Mors Sext. Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur.

QUADRIENNIUM, i. n. [τετραετία] Spatium quatuor annorum. Cic. 5. Verr. 47. Nam quum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem, ſic mihi affecta viſa eſt, &c.

QUADRIENNIS, e. Adj. Florus lib. 2. cap. 6. Poſt primum Punicum bellum vix quadriennis requies.

QUADRIFĀRIAM, Adv. [τετραχῶς] Quadripartito, in quatuor partes. Varro apud Non. 2. 681. Et ea quæ ad mortales pertineant, quadrifariam diſpertierim. Liv. 4. 22. Quadrifariam diviſo exercitu.

QUADRIFARĬTER, Idem. Paulus in l. Juriſconſultus. D. de Gradib. & affinib. Proavus quadrifariter intelligitur. Paulo poſt, Pronepos quoque & Proneptis quadrifariter intelliguntur. h. e. Quatuor modis, quadrupliciter.

QUADRIFĬDUS, a, um. Adj. [τετράσχιδης] Quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt. Virg. 2. Georg. 25.
Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos. h. e. Ita robuſtæ, ut in quatuor partes dividi poſſint. Columel. lib. 4. cap. 33.

Trabs quadrifida. Valer. 1. Argon. 663.

Labor Solis quadrifidus. Propter quatuor anni partes. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 268.

QUADRIFĪNIUM, i. n. Iſid. 15. 14. Quadrifinium, quod quatuor poſſeſſionum fines adſtringit. Occurrit & apud Rei Agrariæ ſcriptores.

QUADRIFINĀLIS, e. Adj. Apud Goeſ. alioſque de re agraria ſcriptores.

QUADRIFLŬVIUS, a, um. Adj. Vitruv. 2. 9. de abiete, Ima autem, quum excisa quadrifluviis diſparantur. V. not. Gul. Philandri ad loc.

QUADRIFŎRIS, e. Adj. [τετράθυρος] Quod quatuor foras ſive foramina habet. Plin. lib. 11. cap. 21. Veſpæ nidos vere faciunt, fere quadrifores.

QUADRIFORMIS, e. Adj. [τετράμορφος] Quod habet formas quatuor.

QUADRIFRONS, frontis. Jani epitheton apud Servium ad Virg. 7. Æn. 607. Janum certe apud aliquos quadrifrontem eſſe non mirum eſt.

QUADRIGA, QUADRIGARIUS, QUADRIGATUS, QUADRIGULÆ, V. QUADRIJUGUS.

QUADRIGĔMĬNUS, a, um. Adj. [τετραδύμος] ut, Quadrigemina cornicula. Plin. lib. 8. cap. 23. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina: quorum motu, reliquo corpore occultato, ſollicitent ad ſe aves.

QUADRĪJŬGUS, a, um. vel QUADRĪJŬGIS, e. Adj. [τετράζυγος] ut, Quadrijugi, ſive Quadrijuges equi, Quaterni ad unum jugum alligati. Virg. 10. Æn. 571.
— quin ecce Niphæi
Quadrijuges in equos, adverſaque pectora tendit.

Certamen quadrijugum. Stat. 6. Theb. 370.

Currus quadrijugus. Virg. 3. Georg. 18. Plin. in Paneg. cap. 22. pr. Jam hoc ipſum, quod ingreſſus es, quam mirum, lætumque: nam priores invehi & importari ſolebant: non dico quadrijugo curru, & albentibus equis, ſed humeris hominum.

Quadrijuges, Abſolute Ipſi Equi dicuntur, quadrigis juncti. Ovid. 2. Met. 166. — triumque relinquunt
Quadrijuges ſpatium: nec quo prius ordine currunt.

Nivei quadrijuges. Stat. 12. Theb. 533. Gl. Lat. Gr. Quadrijugem, Τέθριππον.

QUADRĪGA, æ, vel potius QUADRIGÆ, arum. pl. f. [τέθριππον] pro Quadrijugæ, a quatuor equis junctis appellatæ. Gell. lib. 19. cap. 8. Quadrigas Cæſar, etiamſi currus unus, equorum quatuor junctorum agmen unum ſit, plurativo ſemper numero dicendas putat. Sing. eſt apud Plin. lib. 7. cap. 21. Gloſſ. Lat. Gr. Quadriga, τέθριππον.

Binæ quadrigæ Latine loquentibus dicitur, non Duæ. Rationem pete ex Varr. lib. 9. de L. L. a. pag. 130. ad. tert. Steph. ubi hoc pluribus perſequitur.

Quadrigæ initiorum, per metaphoram. Sunt autem (ut Varro pluribus lib. 4. de L. L. 1. extr.) Locus, corpus, tempus, & actio.

Apta quadrigis equa. Hor. 1. Carm. 16. 35.

Nec enim in quadrigis eum ſecundum numeraverim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit. Cic. de Clar. Orat. 173.

Minervam quadrigarum inventricem ferunt. Cic. 3. de Nat. Deor. 59.

Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Cic. pro Muren. 57.

Aliquando Quadrigarum nomine intelliguntur etiam Equi, qui quadrigas agunt. Columel. lib. 3. cap. 9. Unde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſervatione cuſtodiunt, & ſpem futurarum victoriarum concipiunt propagata ſobole generoſi armenti.

Curru quadrigarum vehi. Cic. 1. de Divin. 144.

Albæ quadrigæ. Plaut. Aſin. 2. 2. 13.
Nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Quo loco Turnebus, Ego quadrigas Jovis interpretor, quæ celerrimo per cælum ferri curriculo cenſebantur. Movet me Plautus, qui alio loco ſcribit, Quadrigas ſi inſcendas Jovis, nunquam effugies infortunium. Ad currum autem Jovis cenſebant equos nivei candore junctos eſſe, ut ex Suetonio videre eſt. Hæc ille. V. Plaut. Amph. 1. 1. 294. Suet. Aug. cap. 94.

Citæ

Citæ quadrigæ. Virg. 8. Æn. 642.
Inſanæ, audacioſi Metaph. Claud. 4. Conſ. Hon. 63.
Niveæ. Claud. de Bell. Get. 327.
Perniciſſimæ quadrigæ. V. PERNIX.
Pomeridianæ. Cic. in Orat. 157.
Roſeæ, Auroræ. Virg. 6. Æn. 535.
Poeticæ. Cic. 2. Q. fratr. 15. Curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum vero (quoniam ſcribis poema ab co noſtrum probari) quadrigis poeticis.
Agitantur quadrigæ. Varr. de L. L. lib. 5. 5. extr.
Vehens quadrigis per. Cic. de Clar. Orat. 331. Sed in te intuens, Brute, doleo, cujus in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſverſa incurrit miſera fortuna Reipub.

QUADRIGARIUS, a, um. Adj. Sueton. in Calig. cap. 19. Quadrigario habitu, curriculoque bijugi.

QUADRIGARIUS, i. m. [illegible] Qui in Circenſibus quadrigas agitabat, inquit Aſconius. Varro 2. de R. R. cap. 7. Itaque peritus belli alios alit, atque alit, & docet aliter quadrigarius, ac deſultor.

QUADRIGATUS, a, um. Adj. [illegible] Plin. lib 33. cap. 3. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ, & inde bigati, quadrigatique dicti. Subauditur Nummi, quod Liv. 22. 52. expreſſit.

QUADRIGULÆ, arum. pl. f. dimin. [illegible] Cic. de Fato 5. An Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare monebatur?
Singulariter Plin. lib. 34. cap. 8.

QUADRILATERUS, a, um. Adj. [τετράγωνος] Iſid. 2. 12. Figura quadrilatera.

QUADRILIBRIS, e. Adj. [illegible] Quod eſt pondo quatuor librarum. Plaut. Aulul. 5. 1. 2.
Quadrilibram aulam auro onuſtam habeo: quis me eſt divitior?

QUADRIMANUS, a, um. Adj. Qui quatuor habet manus, qua forma Virgilio dicitur Centimanus Briareus. Julius Obſequens lib. de Prodigiis, C. Lælio, L. Domitio COSS. puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina feminea natura, mortua nata. Hos idem auctor alibi Quadrumanes vocat inflexione tertia. T. Graccho, inquit, M. Juventio COSS. pueri quadrupedes & quadrumanes nati.

QUADRIMESTRIS, e. Adj. Suet. Neron. cap. 14. Conſulatus quatuor geſſit &c. tertium quadrimeſtrem.

QUADRIMESTRUUS, a, um. Adj. [illegible] Gloſſ. Cyrill.

QUADRIMUS, a, um. Adj. [illegible] Quod habet quatuor annos. Liv. 27. 37. Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem. Plin. lib. 8. cap. 44. Ad tales partus equis neque quadrimis minores, neque decennibus majores legunt.
Quadrimus Cato. Cic. 16. Fam. 22. Hoc Cimmeriis velut tenebris involutum, ſic explicat Turnebus, ut intelligat de quodam loco laudationis Catonis Uticenſis, in quo ſcripſerat aliquid factum a puero quatuor annorum Catone, ejus laudes & decora a prima uſque infantia ducens. Hæc ille.
Merum quadrimum. Hor. 1. Carm. 9. 7.
Quadrima dica, pro Quarto anno. Alfenus in l. Aliud eſt. D. de pactis dotalibus, Si pater pro filia dotem promiſit, ut annua, bima, trima, quadrima, quinto anno a ſe redderetur.

QUADRIMATUS, ûs. m. [illegible] Ætas quatuor annorum. Plin. lib. 19 cap. 11. Sed ea bis, quæ ſunt fortiſſima, nullum extra quadrimatum utile eſt.
Quadrimatum agere. Columel. lib. 7. cap 9. [Sic Bimatus, Trimatus, Quimatus. H. St.

QUADRIMULUS, a, um. Adj. dimin. Plaut. Pœn. prol. 85.
Altera quinquennis, altera autem quadrimula,
Cum nutrice una periera.

QUADRINGENARIUS, V. QUADRINGENTI.

QUADRIPARTIO, ire. Dictys Cret. 1. 19. extr. Paſſive, Ita per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus.

QUADRIPARTITUS, a, um. Partic. [illegible] In quatuor partes diviſum. Plin. lib. 15. cap. 22. Nucleorumque illis quadripartita diſtinctio. Cic. 3. Verr. 33. Quare hæc eadem erit quadripartita diſtributio totius accuſationis meæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 6. Legitur & Quadripertitus, per e ſecundam vocalem; ſed minus recte.

QUADRIPARTITO, Adv. Columel. 4. 26. Brachia quadripartito locabimus.

QUADRIPARTITIO, ônis. f. Varr. de L. L. lib. 4. cap. 1. Quadripartitio magis ſic apparabit. Et lib. 6. cap. 2. Et ſi quid excidit ex hac quadripartitione, &c.

QUADRIPLICATUS, a, um. V. QUADRUPLEX.

QUADRIREMIS, is. f. [illegible Gl. L. G.] Navis quatuor remorum ordines habens. Liv. 24. 33. Præmiſſa quadriremis, quum intraſſet fauces portus, capitur. Cic. 7. Verr. 83. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes e portu.

QUADRIVIUM, i. n. [illegible] Locus publicus, quo quatuor viæ concurrunt. Juven. 1. Sat. 64.
Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrivio.

QUADRO, V. QUADRUS.

QUADRUMANES, V. QUADRIMANUS.

QUADRUPES, ĕdis. o. g. [τετράπους, illegible] Quod habet quatuor pedes. Ter. And. 5. 2. 24.
Cura adſervandum vinctum, atque audin'? quadrupedem conſtringito. Per translationem dixit Maſc. Ovid. 2. Met. 84.
Nec tibi quadrupedes, animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promptu regere eſt. Femininum, ubi ſubauditur Beſtia, apud Plin. lib. 10. cap. 33. Ut nulla quadrupes poſſit accedere. Neutr. apud Columel. lib. 11. cap. 2. Nec minus majora quadrupedia charactere ſignari debent. Intellige Animalia.
Eques quadrupes. Ennius lib. 7. Annal.
Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti
Projiciunt ſeſe. In quo loco illud notandum Equitem pro Equo dici. V. Gell. lib. 18. cap. 5.
Infans quadrupes. Ovid. 15. Met. 220.
Abſolute poſitum fera femininum eſt, ut,
Cornuta quadrupes. Varr. de L. L. lib. 6. 3. de Elephanto.
Diſtentæ quadrupedes viridi pabulo. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Vaſta. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.
Nihil inter te atque inter quadrupedem intereſt. Cic. in Parad. 1.
Vectio quadrupedum. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

QUADRUPEDATIM, Adv. qualitatis, a nomine Quadrupes. ut, Vivere quadrupedatim, Ambulare quadrupedatim. Flavius Soſipater libro 2. Inſtit. Es terminata nomina, videntur ex ſe duobus modis adverbia figurare, ut quadrupes, quadrupedatim: miles, militariter.

QUADRUPEDO, âre. Quatuor pedibus incedere. Turneb. Adverſ. 26. 19. Hinc Participium.

QUADRUPEDANS, antis. Partic. [illegible] Quod quatuor pedibus graditur, ut equi, & ejuſmodi. Plaut. Capt. 4. 2. 34.
Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos,
Qui advehuntur quadrupedanti, crucianti canterio. Plin. lib 8. cap. 45. Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare.
Subſtantive Virg. 11. Æn. 614.
— perfractaque quadrupedantum
Pectora, pectoribus rumpunt. i. e. Equorum.
Adjective, Sonitus quadrupedans. Virg. 8. Æn. 596.
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

QUADRURBS, urbis, f. Civitas quæ ex quatuor urbibus in unam coaluit, velut Athenæ. Feſtus, Quadrurbem Athenas Attius appellavit, quod ſcilicet ex quatuor urbibus, in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Piræeo, Sunio.

QUATUORDECIM, [illegible] ex Quatuor & Decem compoſitum. Plin. lib. 8. cap. 36. Præter quatuordecim dies. Sic lib. 2. cap. 14. Intra quatuordecim partes ſolis, ſemper occultam eſſe. De luna.
Quatuordecim, ſubaudito Gradus, pro Equeſtribus ſedilibus in Spectaculis Romanorum. Cic. ru. Fam. 32. Herennium Gallum hiſtrionem, ſummo ludorum die, annulo aureo donatum, in quatuordecim ſeſſum deduxit. Tot enim fecerat ordines equeſtris loci.

QUATUORDECIES, Adv. [illegible] apud Plin. lib. 3. cap. 7. Quatuordecies centena.

QUARTOSOECIMUS, a, um. [illegible] Adj. ut, Quartadecima luna. Plin. lib. 2. cap. 59.

QUARTADECIMANUS, a, um. Adj. [illegible] Quartadecimani paulum dubitaverant. Tacit. 1. Ann. h. e. Quartædecimæ legionis milites. Idem 2. Ann. 11.

QUADRAGINTA, indecl. [illegible, ſive illegible] Plin. lib. 2. cap. 8.
Annos natus magis quadraginta. V. MAGIS Adverbium.
Jugera quadraginta arvi. Catull. in Mentulam, Epig. 2.

QUADRAGENI, æ, a. [illegible] Diſtributivum a Quadraginta. Pro Cardinali ipſo apud Columel. lib. 5. cap. 2. Centies vicies ducenti quadrageni fiunt viginti octo millia & octingenti.
Quadragena millia. Cic. 4. Att. 18. Ut ambo H-S. quadragena COSS. darent, ſi eſſent ipſi COSS. facti.
Quadrageni pedes in terga. Plin. lib. 17. cap. 23.
Quadragenis diebus latent. Plin. lib. 8. cap. 36.
Quadragena, Abſolute aliquando ponitur, Subaudito Millia nummûm. Suet. de Claris Gram. cap. 23. Nec ſufficeret ſumptibus, quanquam ex ſchola quadragena annua caperet.

QUADRAGENARIUS, a, um. Adj. [illegible, ſ. illegible] Qui natus eſt quadraginta annos. Arnob. lib. 2.
Quadragenariæ fiſtulæ. Vitruv. 8. 7. i. e. Quadragenum pedum.

QUADRAGESIMUS, a, um. [illegible] Ordinis Adjectivum a Quadraginta. Plin. lib. 14. cap. 20. Cocti parte quadrageſima. Idem lib. 2. cap. 8. Quadrageſima ſecunda Olympiade.
Quadrageſimum ſtipendium. Tacit. 1. Ann. 64.
Quadrageſima, Abſolute dicitur, pro Quadrageſima parte. Suet. in Calig. cap. 40. Quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur. Subaudi, Pars. Idem in Veſp. cap. 1. Publicanum quadrageſimæ in Aſia egit.

QUADRAGIES, Adv. [illegible] Auctor de Viris illuſt. cap. 47. Ipſe quadragies quam accuſatus, glorioſe abſolutus.
Quadragies, ſubaudito Centena millia nummum, ut in DECIES. Liv. 38. 55. Potius quadragies, quam ducenties quadragies litem æſtimatam. Cic. pro Flacc. 30. Seſtertium ter & quadragies.

QUADRINGENTI, æ, a. [illegible] numerale, Quater centum ſignificans. Plin. lib. 8. cap. 17. Pompejus Magnus quadringentas decem miſit, divus Auguſtus quadringentas viginti. Cic. in Piſon. 10. Centum prope annos legem Æliam & Fufiam tenueramus: quadringentos judicium, rationemque Cenſoriam.
Tali quadringenti jacti. Cic. 2. de Divin. 48.

QUADRINGENTIES, Adv. [illegible] Cic. 4. Verr. 26. H-S quadringenties accepiſſe te arguo contra leges. Supple Centena millia.

QUADRINGENTESIMUS, a, um. [illegible] Adj. Ordinis Plin. lib. 8. cap. 6. Anno urbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Liv. 5. 45.

QUADRINGENTENI, æ, a. Adj. Diſtributivum. Plin. lib. 8. cap. 43. Quadringentena millia nummorum.

QUADRINGENI, Idem ſyncopatum, vel ut nonnulli perperam legunt, QUADRIGENI, vel QUADRICENI, æ, a. Liv. 8. 11. Vectigal quoque eis Campanus populus juſſus pendere in ſingulos quotannis (fuere autem mille & ſexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos. Varr. 2. de R. R. cap. 8. Ubi tricenis ac quadringenis millibus admiſſarii aliquot venierunt. Suet. Vitell. cap. 13.

QUADRINGENARIUS, a, um. Adj. ut, Quadringenariæ cohortes, Quadringenos viros continentes. Liv. 7. 7. Cic. 6. Att. 1.

QUAXO, âre. Quaxare ranæ dicuntur, quum vocem emittunt. Sunt qui non Quaxare, ſed Quoaxare, alii Coaxare ſcribant. Feſtus. V. COAXO.

Q U E

QUE, [τε] Conjunctio enclitica, & adjectio ſyllabica, quæ non niſi in compoſitione reperitur: & modo copulativa eſt, ut Virgil. 1. Æn. 5.
Arma virumque cano. Et 10. Eclog. 23.
Perque nives alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.

Cauſativa,

Expletiva, quando ornatus tantum cauſa ponitur, in Polyſyndeto. Propert lib. 3. c. 29.

Deiphobumque, Helenumque & Polydamantas in armis.

Cauſativa, pro Quoniam, ſive Quia. Cic. 12. Off. 22. Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem amici.

Que, pro Id eſt. Plaut. Rudis eſt, neſcitque quid expediat.

Que, Explanationem quandam præcedentium infert. Virg. 1. Æn. 30.

— manet alta mente repôſtum

Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ. Quaſi, Nempe injuria ſpretæ formæ: vel, Id eſt injuria ſpretæ formæ. Grammatici Epexegeſim vocant. [V. Ovid. 6. Faſt. 190.

Que conjunctiva, duo membra conjungens. Cic. 2. Fam. 7. Sed tibi & gratulor: &, ut ſempiternæ laudi ſit iſte Tribunatus, exopto: teque hortor, ut omnia gubernes & moderere prudentia tua.

Et ut apud Sueton. in Nerone, Ut e nigro rutilum, ærique aſſimilem capillum redderent, pro, Aſſimilemque æri. Et in Calig. cap. 51. Proripere ſe e ſtrato, ſub lectumque condere ſolebat. pro Condereque ſub lectum. H. St. Prior. Suet. locus eſt cap. 1. Paucula hujus animadverſionis verba ex pectæ culter abſtulit. Innuit ita particulam hanc ſæpe duo membra connectere, ut non ſuo tamen verbo, nominive jungatur, ſed inverſa conſtructione, ut in Cic. loco Teque hortor, pro Hortorque te.

Que, pro Etiam. Apul. Idque ei ſerio colloquenti non crederem. i. e. Etiam ſerio loquenti.

Que, ſæpe repetitum legitur apud Cic 2. de Nat. Deor. 147. Ex quo videlicet quid, ex quibuſque rebus efficiatur: idque ratione concludimus: ſingulaſque res definimus: circumſcripteque complectimur.

Que disjunctiva pro Ve. Virg 2. Æn. 36.

Aut pelago Danaûm inſidias, ſuſpectaque dona

Præcipitare jubent, ſubjectiſque urere flammis. Et eodem modo apud Hor. 2. Serm. 7. 58.

Quid refert uri virgis, ferroque necari?

Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca? Pro eo quod eſt, Quid refert uri virgis, an ferro necari? Quaſi dicat, Nihil hoc ab illo differt.

Quais, Quamadmodum, V. qui, quæ, quod.

Queo, quis, quivi, quitum, [[illegible]] quire. Poſſe: inter verba defectiva numeratur e Grammaticis. Dictum Queo, quaſi Quieo. Unde Quiens Partic. Frequenter additur Negatio, nec unquam alias periodum incipit. Cic. 14. Fam. 1. Non queo reliqua ſcribere, tanta vis lacrimarum eſt. Hor. 2. Serm. 7. 92.

— liber ſum, dic age, non quis. i. e. Nequis, non potes. V. nun.

Non queat. Catul. 59. 71.

Quæ tuis careat ſacris,

Non queat dare præſides

Terra finibus.

Quit. Lucret. lib. 3. 646.

Mobilitate mali non quit ſentire dolorem.

Cum quiret. Tacit. 1. Ann. 66.

Quivi. Ter. Andr. 4. 1. 30. — is nunc propterea tibi

Succenſet, nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.

Nec mitigari quivere. Tacit. 3. Hiſt. 25.

Quiſtis, pro Quiviſtis. Juvenc. 2. 679. — nunquam comprendere quiſtis.

Ero velocior, ſi quivero. Varro de L. L. 4. 1.

Ut deterreri quiverit. Liv. 4. 24.

Dixit ſe loqui non quire. Gell. 11. 9.

Quiſſe. Idem 15. 1. Turrim ligneam ardere non quiſſe. Lucret. lib. 5. 1421.

Diſperiiſſe, neque in fructum convertere quiſſe.

Queor. Lucret. lib. 1. 1044.

Dum veniant aliæ, ac ſuppleri ſumma queatur.

Quiens, entis. Partic. Apul. Met. 6. p. 175. Elmenh. Nec indipiſci maritum volatilem quiens.

Quitus, a, um. Partic. a Queor. Ter. in Hecyr. 4. 1. 58.

Nam quum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt.

Sed antiqua, ut ait Donatus. Gell. lib. 20. cap. 1. Sævitia iſta pœnæ contemni non quita eſt. Apul. Apol p. 274. Elm. Ne ſic quidem quitus eſt.

Quiantiam, pro Potentiam, veteres aliquando ſcripſere. Perottus.

Quercerus, V. querquerus.

Quercetum, Querciscus. V. quercus.

Quercus, ûs. f. [δρῦς] Ablativo plurali Quercubus. Arbor nota. Cic. 1. de Legib. 12. Quercus glandiſera. Virg. 3. Georg. 332.

Sic ubi magna Jovis, antiquo robore, quercus

Ingentes tendat ramos.

Feſtus, Quercus dicitur quod id genus arboris grave ſit, ac durum: tum etiam in ingentem evadat, amplitudinem. Querquerum enim gravem & magnum quidam putant dici. [Lego Querquerum enim grave & magnum.

Aeria. Virg. 3. Æn. 680.

Annoſa. Virg. 4. Æn. 441.

Auritæ. V. Auritus, in auris.

Decidua. Ovid. 8. Met. 758. Al. Delon. V. deciduus.

Dura. Virg. 4. Ecl. 30.

Fatidica. Senec. Herc. OEth. 11.

Geminæ conſurgunt. V. cunrago.

Glandifera. Ovid 12. Met. 328.

Ingens. Virg. 11. Æn. 5.

Rigidæ motant cacumina. Virg. 6. Ecl. 28.

Sacra. Virg. 7. Ecl. 13.

Sublimis. Lucan. lib. 1. 136.

Torta quercu redimitus tempora. Virg. 1. Georg. 349.

Quernus, a, um. Adj. [δρύϊνος] Quod eſt ex quercu. Virg. 1. Georg. 305.

Sed tamen & quernas glandes. Plin. lib. 3. cap. 5. Querno folio aſſimilata. [Ex Querneus, vel potius Quercinus contractum puto.

Corona querna. Ovid. 1. Faſt. 614.

Stipes. Ovid 4. Faſt. 331.

Vimen. Virg. 11. Æn. 65.

Querneus, a, um. Adj. Idem. Columel. lib 6. cap 3. Probatur maxime ulmea frons, poſt fraxinea, & ab hac populnea, ultimæ ſunt ilignea, & quernea, & laurea. Idem lib. 9. cap. 1. Querneæ glandis & iligneæ. Sic Cato R. R. cap. 5.

Querceus, a, um. Adj. Idem Servius ad 6. Æn. 772. Querceam coronam accipiebant, qui in bello civem ſervaſſent.

Quercicus, a, um. Adj. Idem. Suet. in Calig. cap. 19. Primo die phalerato equo, inſigniſque quercica corona, & cetra, & gladio, aureaque chlamyda.

Querculanus, a, um. Adj. Plin. lib. 16. cap. 10. Ubi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur emendatius Querquetulana.

Quercetum, vel Querquetum, i. n. [δρυμὸς] Locus ubi conſitæ ſunt quercus. Varr. 1. de R. R. cap. 16. Si enim ad limitem quercetum habet, non poſſis recte ſecundum eam ſilvam ſerere oleam.

Querceta Gargani laborant. Hor. 2. Carm. 9. 7.

Querela, V. queror.

Queranus, V. quercus.

Queror, ĕris, queſtus ſum, [μέμφομαι] queri. a Quæ & Res, inquit Perottus, componitur, & ſignificat Lamentari: nam lamentando, quæ res ſit, quæ nos angat, explicamus. Ideo autem ſine diphthongo ſcribitur, & corripit primam, ut a Quæror differat, quod eſt Paſſivum verbi Quæro. Abſolute aliquando ponitur. Cic. 1. Fam. 9. Quid multa? queſtus eſt graviter. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 4. Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intuliſſe bellum ſibi querebantur.

Aves queruntur in ſilvis. Hor. Epod. 2. 26.

Bubo viſa ſæpe queri ferali carmine. Virg. 4. Æn. 463.

Carmine queri. Ovid. 4. de Ponto, 14. 1.

Ore queri. Hor. Epod. 5. 11.

Dulce queruntur aves. Ovid. 3. Amor. 1. 4.

Queror, cum Accuſativo. Cic. de Amicit. 73. Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 39. Abditi in tabernaculis, aut ſuum fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur. Cic. 5. Att. 8. Romæ acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam. Ovid. 5. Faſt. 233.

Ibat ut Oceano quereretur facta mariti.

Queri cum aliquo, vel ſecum, ſignificat Expoſtulare. Cic. 4. Acad. 81. Neque tam quereretur cum deo, quod parum longe, quam quod falſum videret. Idem 6. Att. 7. Mirifice conturbatum vidi puerum, lacrimans mecum eſt queſtus. Eidem, lib. 10. 3. Facile patior quod ſcribit, ſecum Tullium & Servium queſtos eſſe, &c.

Queror de. Sall. Catil. cap. 52. Sæpe de luxuria, atque avaritia noſtrorum civium queſtus ſum. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 8. Licere, ſi velint, in Ubiorum finibus conſidere: quorum ſint legati apud ſe, & de Suevorum injuriis querantur.

Queri de conditione ſuorum temporum. Suet. in Calig. cap. 31. Alibi cum Accuſ. H. St.

Queri alicui multa de. Cic. 1. Fam. 9. Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſari. Vetus exemplar habet Cæſar. Idem 3. Verr. 156. Is mihi etiam queritur, quod a nobis XI ſolis diebus prima actio ſui judicii tranſacta ſit. [Hic & mihi [illegible].

Queri ſuper re aliqua. Hor. 2. Epiſt. 2. 64.

Queri apud, quod. Auctor de Viris illuſtr. cap. 15. Quo cognito, apud populum queſtus quod de ſe tale aliquid timuiſſent. [I. e. Cum populo.

Querebatur ſe, tum quum illa videre cœpiſſet, extingui. Cic. 3. Tuſc. 69.

Querens, entis. Partic. [μεμφόμενος] ut,

Multa querens. Virg. 4. Georg. 320.

Fidibus querens. Hor. 2. Carm. 13. 24.

Queſtus, a, um. aliud Partic. [μεμψάμενος] Ovid. ad Liv. 166.

Oraque nequicquam per modo queſta fluunt. i. e. Per ea, quæ modo queſta fuerant. Idem 10. Met. 76.

Eſſe deos Erebi crudeles queſtus, in altam

Se recipit Rhodopen.

Queſtus, ûs m. [μέμψις] ablativo plurali Queſtubus, vel ut quidam volunt, Queſtibus. Virg. 4. Æn. 553.

Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus. Idem 4. Georg. 515.

— & mæſtis late loca queſtibus implet. Cic. 2. de Finib 94.

Quod ejulatu, queſtu, gemitu, &c. Ex poeta Et pro Quint. 64. Qui denique queſtus, qui mæror dignus inveniri, &c.

Acerbus queſtus. Valer. 5. Argon. 623.

Aniles. Ovid 9. Met. 276.

Creber. Tacit. 3. Ann. 7.

Fictus. Catul. 60. 36.

Flebilis. Claud. 1. in Ruff. 127.

Mæſti. Sil. lib. 13. 258.

Secreti. Tacit. 3. Ann. 17.

Abſumere queſtus. Stat. 11. Theb. 646.

Queſtibus abſumptis triſtem jam ſolvere nodum

Cœperant.

Agere iras vanis queſtubus, Exercere iras ſuas tantummodo verbis & lamentationibus ſine effectu. Senec. Thyeſt. 180. Sic edit. Veneta. Al.

— queſtibus vanis agis

Iratus Atreus?

Ciere flebiles queſtus. Senec. Theb. 2.

Edere queſtus. Ovid. 4. Met. 587.

Effundere queſtus pectore. Virg. 5. Æn. 780.

Effundi in queſtus, lacrimas, vota. Tacit. 1. Ann. 7.

Exaudire triſtes queſtus. Senec. Octav. 1.

Exonerat ſic dura ſuos patientia queſtus. Lucan. lib. 9. 881.

Fundere inanes queſtus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 46.

Implere cælum queſtibus. Virg. 9. Æn. 480.

Implet mæſtis late loca queſtibus. Virg. 4. Georg. 515.

Opprimere queſtus. Senec. Troad 6.

Parcere queſtibus. Senec. Herc. OEth. 16.

Rumpere queſtus pectore. Virg. 4. Æn. 553.

Rumpere inexpleto queſtu pectora. Stat. 3. Silv. 3. 8.

Sedare queſtus. Senec. Herc. OEth. 14.

Seponere queſtus. Senec. Hippol. 4.

Tunc queſtus tenuere ſuos. Lucan. lib. 2. 20.

Volvunt tacitus muto in pectore queſtus. Lucan. lib. 1. 247.

Queritor, [μεμφόλιζω] ari ſrequent. ſic Lexicographi, ſed ſemper vitioſe lectio eſt Queritor, pro Quiritor. V. quiritor in ſuo loco.

Tacit.

Digitized by Google

Tacit. 16. Ann. 34. Igitur flentes, queritanteſque qui aderant, faceſſere propere jubet Thraſea. Sed rectius Quiritantes.

QUĔRĒLA, æ. f. [μεμψιμοιρία, μομφή] Querimonia. Cic. de Senect. 7. Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium. Idem 11. Fam. 12. Sed tamen providendum ſit, ne qua juſta querela eſſe poſſit.
Plena querelarum epiſtola. Cic. 5. Q. frat. 8.
Querela temporum. Cic. 2. Fam. 13. Quid tu illis fuit, præter querelam temporum? [i. e. De temporibus his.
Querelæ cum. Cic. pro Dejot. 9. Quanquam cui ſunt inauditæ cum Dejotaro querelæ tuæ? Ovid. 17. Epiſt. 12.
Ruſtica judicio noſtra querela tuo. i. e. Expoſtulatio. V. Queri cum.
In querelis meus. V. IN præpoſitionem.
Querelæ, Cantus lugubris. Lucret. lib. 4. 588.
Chordarumque ſonos fieri, dulceſque querelas. Et lib. 5. 1383.
Inde minutatim dulces didicere querelas.
Falſa enim eſt querela, &c. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Femineæ. Stat. 10. Theb. 581.
Graviſſima. Cic. pro Marcell. 21.
Inertes. V. INERS.
Infeſtæ. Lucret. lib. 6. 15.
Inveterata. V. INVETERO.
Juſta querela mea eſt. Ovid. 4. de Ponto, 3. 22.
Mæſtæ. Ovid. 3. Met. 239.
Molles. Hor. 2. Carm. 9. 18.
Supplices. Tibul. lib. 1. 4. 71.
Abruptæ. V. ABRUMPO.
Abſcindere querelas. V. ABSCINDO.
Adhibere querelas. V. ADHIBEO.
Aſſurgere haud juſtis querelis. Virg. 10. Æn. 94.
Audire miſeras. Ovid. 2. Met. 342.
Canere. Virg. 1. Georg. 378.
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Compeſcere querelas. Lucret. lib. 3. 967.
Complere querelis nemus. Lucret. lib. 2. 358.
Delata eſt regi querela a parentibus puerorum. Juſtin. lib. 1. cap. 5. ubi de Cyro adhuc puero loquitur.
Deferri querela potuit ad competentem judicem. Paulus in l. Si ab arbitro D. Qui ſatiſdare cogan.
Deplorare querelam ſolebant. Cic. de Senect. 7. Si Quas legas, ubi alii Quæ, vel, quod præfero, Queis.
Effundunt juſtas in numina ſæva querelas. Lucan. lib. 2. 44.
Expleta eſt annis iſta querela tuis. Ovid. 2. Amor. 6. 8.
Expromam multas mente querelas. Catul. Argon. 62. 223.
Figere querelas intra ſe. Juven. 9. Sat. 94.
Habere querelam dicitur res aliqua. Cic. 10. Fam. 28. Ut veſtrum illud divinum in Rempublicam beneficium nonnullam habeat querelam.
Jacere querelas ore. V. JACIO.
Incendere querelis aliquem. Virg. 4. Æn. 360.
Inceſſit turba querelis. Lucan. lib. 5. 681.
Incuſat fata querelis. Stat. 1. Achil. 439.
Interponere querelas. V. INTERPONO.
Mitto veteres querelas. Stat. 12. Theb. 302.
Parere querelas. Senec. Medea, 2.
Proferre querelas extremis medullis. Catull. Argon. 62. 130. Lucan. lib. 5. 761. Tandem ut non mæſtas potuit proferre querelas.
Pulſare rabidis querelis injuſtos cælicolas. Stat. 5. Silv. 1. 22.
Scalpe querelam noſtri memorem ſepulcro. Hor. 3. Carm. 11. 52. Querulum carmen.
Siſtere querelas. Ovid. 7. Met. 711.
Sum. ut, Eorum enim eſt hæc querela qui ſibi cari ſunt. Cic. 3. de Finib. 29.
Eſt querela de. Cic. pro Sext. 64. His de tot, tantiſque injuriis in ſocios, &c. Conſulum querela eſſe debuit.
Tollere, Emittere. Lucret. lib. 4. 332.
Cum liquidam tollunt lugubri voce querelam.
Tolle querelas, Remove. Hor. 1. Epiſt. 12. 3.
Querela, apud Jureconſultos, peculiari ſignificatione, Eam quaſi actionem denotat, qua liberi adverſum parentum ſuorum judicia inofficioſa, & vice verſa parentes contra liberos liberorum teſtamenta, naturalem portionem, id eſt trientem, aut ſemiſſem & poſtulant & obtinent. Toto titulo de Inofficioſo teſtamento in Pand. Civilibus, & 3. lib. Cod. Juſtiniani.

QUĔRIMŌNIA, æ. f. [μεμψιμοιρία] Querela, lamentatio. Hor. in Arte Poet. 75.
Verſibus impariter junctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos. Cic. 2. Q. frat. 1.
Eo metu injecto repente magna querimonia omnium diſceſſimus.
Cum querimonia. V. CUM præpoſitionem.
Quotidiana querimonia populi. Cic. 1. Verr. 9.
Malis querimoniis divulſus. Hor. 1. Carm. 13. 18.
Querimonias ultro citroque jactare. Liv. 7. 9.
Querimoniam habere de re aliqua. Cic. 7. Verr. 72. Ut ſi me in ea querimonia, quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de civium Romanorum indigniſſima morte, non modo vires, verum etiam vita deficiat.

QUĔRŬLUS, a, um. Adj. [μεμψίμοιρος, ὀδυρτικός] Qui conqueritur, ſive qui querelis plenus eſt. Martial. lib. 2. 26.
Quod querulum ſpirat, quod acerbum Nævia tuſſit. Idem lib. 4. 44.
Miſſa nec a querulo mappa cliente fuit.
Calamitas querula. Curt. 5. 5. 12.
Caput querulum. Senec. Thyeſt. 8.
Doloris queruli cauſa nunquam abeſt. Ovid. 3. Triſt. 8. 32.
Fores. Ovid. 3. Faſt. 642.
Sub verbum querulas impulit aura fores.
Murmure querulo referens queſtus. Senec. Herc. OEth. 3.
Sono querulo referre aliquid. Propert. lib. 3. 6. 18.
Ululatus queruli. Ovid. 5. Epiſt. 73.
Querulus, Canorus aliquando dicitur a poetis. Virg. lib. 3. Georg. 328.
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Servius. Sic apud Columellam lib. 10. v. 12. Querula rana.
Chordæ querulæ. Ovid. 3. Met. 339.

Calliope querulas prætentat pollice chordas. Hor. 3. Carm. 7. 30.
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ. Ovid. de Medicam. faciei, 77.
Addita de querulo volucrum medicamina nido. [His duobus locis proprie intelligendum videtur. Nam & Tibiarum ſonos lugubris queſtum imitatur, unde & Funeribus adhibitæ ſunt. V. Barthol. de Tib. cap. 15. & Ovid. de Halcyonum nido loquitur, quibus Plenam querelæ vocem tribuit 11. Met. 734. Burmannus de Pullorum querulo ſtrepitu exponit.

QUĔRĬBUNDUS, a, um. aliud Adj. [μεμψίμοιρος] Lamentabilis. Cic. pro Sulla 30. De ſupplicio P. Lentuli, de carcere, magna & queribunda voce dicebat.
Senectus queribunda. Sil. lib. 13. 583.

QUERQUĔDŬLA, æ. f. Avis ſemper in aquis natans. Varr. 3. de R. R. cap. 3. Altera ſpecies eorum quæ non ſunt contenta terra ſolum, ſed etiam aquam requirunt, ut ſunt anſeres, querquedulæ, anates. Vulgus noſtrum corrupte *cercedulam* vocat.

QUERQUERNI, Hiſpaniæ citerioris ſunt populi. Plin. lib. 3. cap. 3. Simili modo Bracarum XXIIII civitates CCLXXXV M. capitum, ex quibus, præter ipſos Bracaros, Vibali, Celerini, Gallæci, Hequæſi, Limici, Querquerni citra faſtidium nominentur. [Puto poſt Limici puncto diſtinguendum, ut in ſola Querquernorum mentione mali ominis faſtidium collocet, quaſi a Querquera febri dictis.

QUERQUĔRUS, vel QUERCĒRUS, a, um. Adj. [ῥιγηλός] Quod eſt frigidum cum tremore: a Græco κέρκερος. ut, Febris quercera. Lucilius, Jactat me ut febris quercera. Et alibi,
Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores. Plaut. 1. Fragm. 88. Is mihi erat bilis querqueratus. Hæc Feſtus. ubi nota V. Gell. lib. ult. cap. 1. An tu forte morbum appellari hic putas ægrotationem cum febri rabida & quercera? Querceram enim Gravem & magnam quidam putant dici.

QUERQUĒTŬLĀNUS, a, um. Adj. Querquetulana Porta Romæ fuit ita dicta a Querceto, quod intra muros juxta ſe habebat. Feſtus. Al. Querquetularia. V. Querculanus, in QUERCUS.
Querquetulanæ dicebantur Nymphæ querqueto vireſcenti præſidentes. Paulus. Feſtus autem ſic, Querquetulanæ viræ putantur ſignificari Nymphæ, præſidentes querqueto vireſcenti, quod genus ſilvæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia. Sed feminas antiqui, quas ſagas dicimus, viras appellabant, unde adhuc permanent virgines & viragines.
Querquetulani, Populi in prima regione Italiæ, inter eos, qui carnem ex monte Albano quotannis peterent, memorantur Plin. lib. 3. cap. 5.
Querquetulanus collis, qui poſtea Cœlius a Cœlio Hetruſco, a querceto quoque appellabatur. Alexander Alexandrinus lib. 6. cap. 11.

QUERULUS, V. QUEROR.

Q U I

QUI, quæ, quod; cujus, cui. [ὅς] Pronomen relativum. Plaut. Truc. 2. 7. 2. Qui amat, nequit quin nihili ſit.
Qui Articulo poſtpoſitivo, a Græcis ὅς, reſpondens, Quo relativum cum ſuo antecedente, indicatur. Rabonius, qui legem noſſet. Qua in lege &c. In Verrem 84. Sic pro M. Fontejo, Extat oratio hominis, (ut opinio mea fert) noſtrorum hominum &c. p. p. quo in oratione &c. H. St. V. 3. Verr. 134. Pro M. Font. 29.
Qui interrogativum, pro Quis. Ter. Phorm. 5. 8. 18.
Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris? Liv. lib. 3. 67.
Qui finis erit diſcordiarum? Cic. pro Quint. 94. Qui deus appellandus eſt? Idem pro Domo 27. Qui tantus fuit labor? quæ ſimultas?
Qui, pro Nempe qui, utpote qui: Id eſt Quia. Cic. 5. Att. 9. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſime navigaſſemus. Virg. 1. Æn. 392.
Quiſquis es, haud, credo, inviſus cœleſtibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem. Cic. 6. Verr. 33.
Pueri autem Siſennæ, credo, qui audiviſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, de iſto nuſquam oculos dejicere, ab argento digitum non diſcedere. i. e. Credo, quia audiverant. Ter. Heaut. 4. 3. 6.
O mi Syre, audiſtin' obſecro? a. quid ni, qui uſque una affuerim?
Ques antiqui dixerunt numero plurali, unde declinatum remanet dativo caſu Quibus: nam Qui adhuc etiam Quis facit, ut Iſti iſtis, Illi illis. Hæc Feſtus. Servius in illud Virg. 1. Æn. 99.
Quis ante ora patrum. Cato (inquit) in Originibus, Si ques ſunt populi. Et declinavit Ques, quium: ſicut Puppes, puppium.
Queis, [οἷς] Dativus vel Ablativus pl. a Qui. Cato R. R. cap. 12. Cola, queis florem demant, tria. Virg. 1. Æn. 100.
Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere. Ubi Servius, Ab eo quod eſt hi Qui in is mittit: ab eo quod eſt hi Quo, in is mittit. Sed a tertia declinatione in uſu ſunt Dativus & Ablativus plurales. Valerius Probus, inquit Pierius) Queis Iambum eſſe dicit, paſſimque dativo & ablativo caſu pro Iambo accipi debere: itaque *quies* per *ei* ſcribendum, ut aliquot habent marmora.
Qui, Ablativus ſing. etiam fem. Plaut. Amph. 1. 1. 263.
Patera rex qui potitare ſolitus eſt, patera aurea. i. e. Qua. Idem Pſeud. 1. 1. 86. —reſtim volo
Mihi emere, ? Quam ob rem? c. qui me faciam penſilem. i. e. Qua.
Quoi, pro Cui. Cic. 2. de Legib. 60. Quoi auro dentes vincti eſſent.
Quojus, pro Cujus. Cic. 1. de Legib. 32. Ad finem bonorum, quo referuntur, & quojus adipiſcendi cauſa ſunt facienda omnia.
Qui, pro Qualis. Cic. 1. de Divin. 52. Xenophon Socraticus, qui vir & quantus? Et contra Antonium, Qui vir & quantus fuiſſes? Sic in Orat. 180. Et e poeticiſne numeris, an ex alio genere quodam; & ſi e poeticis: quis eorum ſit, aut qui. Ter. Adelph. 3. 7. 5. Neſcis qui vir ſiet. Budæus.
Fac quæſo qui ego ſum, eſſe te. Cic. 7. Fam. 24.
Talem igitur te eſſe oportet, qui primum te disjungas, &c. Cic. 10. Fam. 6.
Si qui ſunt, qui pauci ſunt. Cic. 1. Fam. 1. Regis cauſa, ſi qui ſunt qui velint, qui pauci ſunt, omnes rem ad Pompejum deferri volunt.
Niſi qui (ut ſcis) Parthicus caſus acceſſerit. Cic. 7. Att. 25. pro Quis
Quibus ipſis, ſive Quibus in ipſis. Quintil. lib. 1. Nec tamen ii quibus

diſcere

Digitized by Google

diſcere ipſis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant. Cic de Senect. 4. Quibus enim nibil opis eſt in ipſis ad bene beateque vivendum, eis omnis gravis eſt ætas. Idem de Amicit. 79. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis inſit cauſa cur diligantur.

Quem te appellem? Cic. 13. Philip. 22. O Spartace: quem enim te potius appellem, cujus propter, &c.

Qui, relativum ab antecedente diſcrepans. Gell. lib. 1. cap. 14. Memorantis multis magniſque rebus, quæ bene ac benevole poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet, &c. Enallagen vocant Grammatici.

Qui, pro Ut. Cic. 4. Fam. 3. Me quidem etſi nemini concedo, qui majorem ex pernicie & peſte Reipub. moleſtiam traxerit; tamen multa jam conſolatur.

Quemadmodum, [ὥσπερ, ὡςπερ, ὃν τρόπον] Adv. ſimilitudinis; compoſitum ex Quem, & Ad, & Modum; quæ tres particulæ in unum junctæ, idem ſignificant quod Ad quem modum, vel Ad eum modum, quem, &c. Cic. de Amicit 2. Pergratum mihi feceris, ſpero item Scævolæ, ſi quemadmodum ſoles de ceteris rebus, quum ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris quid ſentias. Ibid. 17. Ut quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus. [Rectius puto diviſe ſcribi, ut Quem ad finem, Quem in finem, vel Modum, ſimiliaque. Hinc

Aliquando nam interponitur, & dicitur Quem nam ad modum. Plaut. Bacch 2. 2. 13.

Qui ſcire poſſum? c. nullos plus p. quem nam ad modum?

Quemadmodum, aliquando interrogative ponitur, pro Quo pacto. Plaut. Perſ. 1. 1. 36.

Facere amicum tibi me potis es ſempiternum. s. quemadmodum?
T. Ut mihi des nummos ſexcentos &c. Cic. 7. Verr. 6.

Quemadmodum eſt aſſervatus?

Sic ſæpe apud Senecam. H. St.

Quemadmodum, poſitum ubi ſæpius poni conſuevit Ut. Cic. 14. Fam. 2. Nam ad me P. Valerius homo officioſiſſimus ſcripſit, id quod maximo cum fletu legi, quemadmodum a Veſtæ ad Tabulam Valeriam ducta eſſes. Idem 4. Acad. 69. Excogitat, inquam, quemadmodum menſe illo legitimo comitia haberentur.

Quemadmodum ſpero, Quemadmodum dicere audivi, per parentheſin dicta. Cic. 2. Fam. 2. Nos in Senatum (quemadmodum ſpero) dignitatem no n m, ut poteſt in tanta hominum perfidia & iniquitate retinebimus. Idem 5. Verr. 153. Pepercit homini amico, & (quemadmodum ipſum dicere audivi) neceſſario.

Quæ, [ἥ] pronomen femininum a Qui, vel Quis. Interrogative aliquando pronuntiatur. Cic. in Verr. Quæ (malum) eſt iſta tua audacia, atque amentia? Idem 1. Philipp. 15.

Quæ tua facilitas, & hujuſmodi, per parentheſin poſita, pro Pro ea facilitate, humanitate, &c. qua præditus es. Plin. lib 5. Epiſt. 2. extr. Sed (quæ facilitas tua) hoc magis dabis veniam, quod ſe non mereri fatentur. Cic. 6. Att. 9. Spero enim (quæ tua prudentia & temperantia eſt) & hercule, ut me jubet Acaſtus, confido te jam, ut volumus, valere.

Quæ tua eſt humanitas, in principio ſententiæ. h. e. Pro tua humanitate. Cic. ad Brut. 4. Quæ tua eſt humanitas, æquo animo te moneri patieris.

Quæ tua poteſtas. Cic. Antonio, 14 Att. 13. Quare quoniam hoc a me ſic petis, ut (quæ tua poteſtas eſt) ea neges te, me invito uſurum, &c.

Quæ tua virtus. Hor. 1. Serm. 9. 55.

— velis tantummodo, (quæ tua virtus)
Expugnabis. Genus loquendi eſt obſervatione dignum, quod tantundem valet, quantum ſi diceret: Ea eſt tua virtus, ut facile ſis expugnaturus: vel, Ea, qua præditus es, virtute, facile ad amicitiam Mæcenatis pervenies. Sic ſæpe loquitur Cic. ut, 5. Fam. 20. extr. Ibid. 7. 13. & aliis ſexcentis locis. Ex Lambin.

Quæ mea mens in ſuſcipienda cauſa fuit, fides in agenda: eadem veſtra in judicanda ſit. Cic. 7. Verr. 188.

Quæ, neutrum plurale a Nominativo ſingulari Quod. Virg. 3. Ecl. 72.

O quoties, & quæ nobis Galatea locuta eſt.

Inter Quæ Relativum & Infinitum. Audivi quæ dixiſti: hic Quæ relativum eſt, & ſubauditur pronomen Ea: ut ſit ſenſus, Audivi ea, quæ dixiſti. Audivi quæ dixeris: Quæ hoc loco, infinitum nomen eſt, nec petis quicquam ſubaudiri: eſt enim quaſi tu dicas, Audivi qualia tu dixeris: hoc eſt qualia ſint ea, quæ tu dixiſti. Cic. 1. Fam. 6. Quæ geruntur accipies ex Pollione. h. e. Intelliges ex Pollione qualia gerantur: id eſt qualia ſint ea, quæ geruntur.

Quare, [τίνος ἕνεκα] Adv. interrogandi, ex Ablativis Qua re, ſubaudita præp. Ex. Significatione convenit cum Quam ob rem. Ter. And. 5. 4. 6.

Tu negas? itane huc paratus advenis: ch. quare? s. rogas? Cic. 2. de Orat 71. Namque illud quare Scævola negaſti?

Quare, infinite poſitum. Cic. pro Lege Manil. 49 Quare quum & bellum neceſſarium ſit, ut negligi non poſſit, &c. Cn. Magnus ad Domitium, in Epiſt 8. Att. 12. Miror quid cauſæ fuerit, quare conſilium mutaris. Cic pro Roſc. Amer. 41.

Quare, in principio orationis, pro Quamobrem. Cic. pro Quint. 18. Quare quod ſocium tibi eum velles adjungere, nihil erat. Idem 13. Fam. 72. Quare ſic tibi eum commendo, ut, &c. Virg. 8. Æn. 631.

Quare, agite, ô tectis juvenes ſuccedite noſtris. i. e. Proinde.

Quare, pro Ut. Cic. 10. Fam. 21. Omnia feci, quare, Lepido conjuncto ad Rempub defendendam, minore ſollicitudine veſtra perditis reſiſterem.

Quamobrem, [τίνος ἕνεκα, διὸ, ὧν ἕνεκα] unica dictio, quibuſdam rectius tres, Quam ob rem: Interrogantis particula, & rationem alicujus rei petentis. Ter. And. 5. 2. 21.

— ſublimen hunc intro rape, quantum potes.
da. Quem? s. Davum. d. quamobrem? quia lubet. Cic. 1. de Fin. 15. Quamobrem tandem, inquit, non ſatisfacit?

Quamobrem, interdum non interrogat, atque idem ſignificat quod Quapropter, vel Quam ob cauſam. Ter. And 2. 3. 8.

— dictum ac factum, invenerit
Aliquam cauſam, quamobrem ejicias oppido. Cic. 3. Fam. 12. Multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Cæcin 99. Deinde nihil rationis affers quamobrem, ſi libertas adimi nullo modo poſſit, civitas poſſit.

Quamobrem, ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des conſilium velim. Cic. 8. Att. 3.

Q U I

Verum illud eſt quamobrem hæc commemorarim, quod exiſtimare vos volo, &c. Cic. 6. Verr. 135.

Quamobrem Collectiva particula, Vide ιστιτυι. H. St.

Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, utar, &c. Cic. 2. Fam. 3.

Quamobrem, quanquam in uno prælio omnis fortuna Reip. diſceptat, &c. tamen ipſa fama, &c. Cic. 10. Fam. 10.

Quas ob res. Cic. 3. Philip. 37. Quas ob res, quod Trib. pleb. verba fecerunt, ut Senatus Cal. Jan. tuto haberi, ſententiæque de ſumma Rep. libere dici poſſint, de ea re ita cenſeo, &c. Lucret. lib. 1. 156.

Quas ob res, ubi viderimus nil poſſe creari
De nihilo, &c.

Quod, cujus, cui. [ὅ, ποῖον] Interrogativum, & relativum eſt. ut, Quod pomum? Plaut. Quod facinus auſi tantum? Idem, Nec mihi, quod facinus conſciſcem, inveni.

Quod, aliquando Appellativi vicem obtinet, id eſt, rem multis communem ſignificat. Cn. Magnus Lentulo, apud Cic. 8 Att. 12. Ego ad P. Lupum & C. Coponium Prætores miſi, ut ſe vobis conjungerent, & militum quod haberent, ad vos deducerent. [i. e. Quantum haberent.

Quod biremium. Tacit. 5. Hiſt. 23. Complet & quod biremium, quæque ſimplici ordine agebantur, &c.

Quod caſtrorum, Quæ pars. Tacit. 1. Ann. 48. Ex aquiliferis, ſigniferiſque, & quod maxime caſtrorum ſincerum erat, occulta recitat.

Quod floris, quod roboris in juventute erat, amiſerant. Liv. 37. 10.

Quod militum. Tacit 2. Hiſt. 44. Et a Flavio Sabino, præfecto urbis, quod erat in urbe militum ſacramento Vitellii adactum.

Quod provocabulum, etſi ut plurimum referri ſolet ad ea, quæ antecedunt, interdum tamen ad ea refertur, quæ ſequuntur. Cic. 2. Att. 3. Pompejus, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit. Quorum verborum hic ordo eſt, Pompejus, noſtri amores, ipſe ſe afflixit, quod mihi ſummo dolori eſt. Sic alibi ſæpe. Lambinus.

Quod, relativum, aliquando diſſentit a ſuo antecedente. Cicero 2. Off. 70. Omnes non improbi humiles, quæ magna in populo multitudo eſt, ſibi præſidium paratum putant. Salluſt. in Catil. cap. 55. pr. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. ubi Cort. V.

Quod, abſolutum, pro Quæ res. Ter. Eun. 3. 1. 55.

Par pari referto, quod eam mordeat.

Quod, Propter quod, vel itaque. Ter. Hecyr. 2. 3. 3.

Nam (ita me ament di) quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. Ubi Donatus. Deeſt In eo, ut ſit, In eo, quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. An Quod, propter quod? Hactenus Donatus. Videtur hoc loco Quod conjunctio eſſe, pro Quantum pertinet ad.

Quod, Propter quod, aliter. Plaut. Epid. 3. 4. 20.

Animum advorte: ut quod ego ad te venio, intelligas. i. e. Ut intelligas propter quod ad te venio. conf. quia.

Quod te obſecro, i. e. Propter quod te obſecro Hor. 1. Epiſt. 16. 94.

Quod te per genium, dextramque, deoſque penates,
Obſecro & obteſtor, vitæ me redde priori. Lambinus. Ter. Andr. 1. 5. 54.

Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum.

Quod, pro Quare. ut. Quod te oro. qui modus eſt Latini ſermonis, quo utebantur quum aliquid timentes narrabant, ac deinde, ne quid tale eveniret, obſecrabant: & perinde eſt quaſi, Quare te oro. Ter. Hec. 3. 2. 3.

Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat.
Quod te, Æſculapi, & te Salus, ne quid hujus ſit, oro.

Quod, pro Quæ plurali, inquit Donatus. Ter. Eun. 1. 1. 19.

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egone illam, quæ illum, quæ me?

Qui omnes (quod ad me attinet) vellem viverent. Cic. pro Roſc. Amer. 90.

Quod attinet ad, aliter Ter. Adelph. 3. 1. 9.

Quando vitium oblatum eſt virgini, quod ad illum attinet potiſſimum. [Niſi Quod hic conjunctio eſt, & Gr. ὅτι reſpondet.

Quod, aliquando tantum accipitur pro quadam continuatione, ſive connexione, quoties Utinam adjunctum habet. Cic. 14. Fam. 4. Quum autem ſcribo ad vos, aut veſtra lego, conficior lacrimis, ſic ut ferre non poſſim: quod utinam minus vitæ cupidi fuiſſemus, certe nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus. Ter. Phorm. 1. 3. 5.

Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet.

Quaſi, Atque utinam, vel Utinam vero. [Ut Quod ſi, Quod niſi, &c.

Quod, In quo. Ter And 4. 3. 23.

— ſed ſi quid eſt,
Quod mea opera opus ſit vobis, aut tu plus vides,
Manebo.

Quod, pro Qui, vel Quæ &c. auctore Donato. Ter. Eun. 2. 2. 5.

— ego quoque una pereo, quod mihi eſt charius. i. e. Qui mihi charior ſum. Et apud Plaut. Aſin. 4. 1. 12.

Alienum hominem intromittat neminem,
Quod illa aut amicum aut patronum d. neminem.
p. Aut quod illa amicæ ſuæ amatorem prædicet. Plin. lib. 18. cap. ult. de tempeſtatum præſagiis, Nube gravida candicante, quod vocent tempeſtatem albam, grando imminebit.

Quod abſque moleſtia fiat, Quod commode facere poſſis, Pace quod fiat tua, &c modi ſunt loquendi, honoris præfatiunculam quandam & humanitatis ſignum denotantes. Cic. 13. Fam. 24. Atque eum, quod abſque moleſtia fiat, ſi qua in te opus ei fuerit, juveris. Idem 4. Fam. 5. Tu velim, quod commodo valetudinis tuæ fiat, quam longiſſime poteris, obviam nobis properes. Et 14. Att. 16. Et ipſe, quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere.

Quod bene vertat, Quod bonum &c. ſit, modus bene precandi. Liv. 1. 28. Tum interrex, concione advocata, Quod bonum, fauſtum, feliæque ſit, inquit, Quirites, regem create.

Quod inter nos liceat dicere. Cic 2. Att. 4. Serapionis librum ad me miſiſti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo. Vulgus dicit, *Quod ego velim alii dicere vel dici.*

Non noviſti me? p. quod quidem veniat in mentem. Plaut. Epid. 5. 1. 32. h. e. Quod meminerim. Plin. 12. 14. Nec tamen ab ullo (quod equidem ſciam) Latino arborum earum tradita eſt facies.

Quod

Quod ſatis eſt, pro Quantum ſatis eſt. Hor. 2. Serm. 7. 3.
— amicum
Mancipium domino, & frugi, quod ſit ſatis. I. e. Tantum frugi, quantum ſufficiat. [Tollendum videtur comma. Ordo eſt, Mancipium amicum domino, & quod ſatis frugi ſit.

Sum quod ille, i. e. Talis ſum, qualis ille: ſum illi ſimilis. Hor. 2. Serm. 7. 40.
Tu cum ſis quod ego, & fortaſſis nequior, ultro
Inſectere? Senſus eſt, Quum ſis id quod ego ſum, id eſt, ſimiliter vitioſus, ut ego: tu me ultro inſecteris?

Quod, pro Quicquid. Cic. pro Domo 111. Ornamentorum quod ſuperfuit in fanis & communibus locis, tota e Græcia, &c. ſane frugaliter, domum ſuam deportavit. Budæus.

Quod nunquam fere. Cic pro Milon. 18. Nullis Græcis comitibus, ut ſolebat: ſine uxore, quod nunquam fere. Subaudi Facere ſolitus eſt, vel Fiebat.

Si quid erit, quod ad quos. Cic. 11. Att. 12. Si quid erit, quod ad quos ſcribendum meo nomine putes, velim, ut ſoles, facias.

Quod quum ita eſt, ex edicto bona poſſeſſa non ſunt. Cic. pro Quint. 65.

Quod ſupereſt, modus eſt loquendi, quod etiam dicitur, Quod reliquum eſt, quod reſtat, h. e. Ceterum. Virg. 11. Æn. 15.
Quod ſupereſt, hæc ſunt ſpolia & de rege ſuperbo
Primitiæ. Servius, i. e. De reliquo: & eſt abſolute locutio. Cic. 9. Att. 22. Quod ſupereſt, ſcribe quæſo quam accuratiſſime.

Quod contra, pro E contrario vero. Cic. de Amicit 91. Peccaſſe enim ſe non anguntur, objurgari moleſte ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere. Budæus. Subaudi fieri.

Quod genus, pro Quemadmodum, quale eſt, vel cujus generis eſt; loquendi genus ſimilitudinem denotans. Lucret. lib. 3. 222.
Quod genus eſt, Bacchi cum flos evanuit, &c. Oſtendit enim a ſimili animum minutis admodum primordiis conſtare, quia quemadmodum cum odor vini aut unguenti evanuit, vinum aut unguentum nihilominus eſt ad ſpeciem atque ad aſpectum: ita poſtquam animus exceſſit e corpore, ipſa extrema corporis cæſum nulla ex parte videtur deminuta. Lambinus.

Quod idem, pro Id quod. Cic. de Aruſp 6. Quod idem in judicio capitis durum atque iniquum eſt. Idem 3. Philip. 25. Quod idem fecit L. Philippus, vir avo, patre, majoribuſque ſuis digniſſimus. Budæus.

Quod idem, pro Quod ipſum, quod etiam, id quod. Cic. pro Domo, 71. Quotieſcunque de me conſultus eſt, toties eam nullam eſſe judicavit. Quod idem tu, Lentule, vidiſti in ea lege, quam de me tuliſti. Et 2. de Nat. Deor. 53. Quod idem faciunt ſtellæ ſuperiores. Budæus.

Quod ipſum. Cic. in Orat 20. Nam & grandiloqui fuerunt, cum ampla & ſententiarum gravitate, & majeſtate verborum, vehementes, varii, copioſi, graves: ad permovendos, & convertendos animos inſtructi & parati. Quod ipſum alii aſpera, triſti, horrida oratione: &c. alii leni, & inſtructa &c. ſunt conſecuti.

Quod ipſum aliquando interjectis quibuſdam inter Quod & Ipſum. Livius libro 44. Quod niſi dii mentem regi ademiſſent, ipſum ingentis difficultatis erat. p. 559. H. St. Extant cap. 6. ad fin.

Quod unum. Cic. 14. Att. 20. Nunc autem videmur habituri ducem: quod unum municipia, bonique deſiderant.

Quod, pro ὅσον, vel ὅσῳ, ſive quatenus, aliquando quantum. Ter. Phorm. 1. 2. 81. — omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum atque commodum. Quintil. lib. 1. cap. 7. de Orthographia, Ego, quod conſuetudo obtinuerit, ſcribendum quicque judico, quomodo ſonat. Pro Quoad, vel Quatenus. Alii legunt Niſi quod.

Quod quidem continens memoria ſit. Vide in NULLUS, ubi affertur exemplum ἐκ Nullus dum ex Livio. H. St.

Quod, Cur, quamobrem. Virg 3. Ecl. 35.
Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. Cic. 14. Fam. 12. In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt. Idem pro Roſc. Amer. 1. Credo ego vos mirari, quid ſit quod quum is, &c. ego potiſſimum ſurrexerim.

Quod, pro Ut, inquit Donatus. Ter. Phorm. 5. 9. 63.
Vin' primum hodie facere quod ego gaudeam, Nauſiſtrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? Cic 10. Philip. 13. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod unus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit? Verus tamen codex legit Ut unus.

QUOD, Conjunctio, [ὅτι] Quia ſignificat, & Indicativo aliquando, frequentius tamen Subjunctivo jungitur. Indicativo. Cic. 1. Att. 4. Quod ad me ſcribis de Hermathena, per mihi gratum eſt, & ornamentum Academiæ proprium meæ: quod & Hermes commune omnium, & Minerva ſingulare eſt ejus gymnaſii. Idem, Utinam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quod me vivere coegiſti. Subjunctivo. Cic. Attic. Et arceſſam, ſed prohibebo, quod intelligam multo magis intereſſe tua, te agere quod agendum eſſet hoc tempore, quam mea, te adeſſe comitiis.

Reſpondiſſe quod, Vide RESPONDERE. Et ζήτ. illud Quod, an ſit pro Quoniam. H. St.

Quod, Sed, verum, at: quo modo fere cum Si vel Niſi jungitur. Ter. Phorm. 1. 3. 19. Quod ni fuiſſem incogitans. Virg. 1. Georg. 155.
Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris. Cic. pro Muren. 4. Quod ſi e portu ſolventibus, ii qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent. h. e. Si vero.

Quod quum, pro Sed quum. Cic. 3. de Fin 8. Quod quum accidiſſet ut alterum nec opinato videremus, ſurrexit ſtatim. Budæus.

Quod quia, pro Sed quia, verum quando. Cic. 1. de Fin. 37. Quod quia nullo modo ſine amicitia firmam & perpetuam jucunditatem vitæ tenere poſſumus. Budæus.

Quod quoniam. Cic. In præfat. 2. de Invent. 4. Quod quoniam nobis quoque voluntatis accidit, ut artem dicendi præſcriberemus. Ubi principium eſt ſententiæ, pro Quando vero nobis, vel, Quam vero nobis. Bud.

Quod pro ὅτι, ut, Scio quod ſcribis, vel ſcribas. Plin. 3. Epiſt. 3. Quod lectitas, mihi pergratum eſt.

Quod, ut ὅτι Gr. Juſtinus lib. 36. circa principium. Igitur Antiochus memor, quod etiam pater propter ſuperbiam invisus, & frater propter ſegnitiem contemptus fuiſſet. Et libro 8. Immemores prorſus, quod in dubiis rebus ſuis illo deo etiam conſiliorum auctore uſi fuerant. Varro lib. 7. p. 99. poſter. meæ edit. Sed eadem, quæ dicta ad judicandum ſatis ſunt, quod analogiam in collutione verborum ſequi non debemus. Et p. 91. Sequitur quod in pluribus eſt diſſimilitudo. H. St. Prior Juſtini locus eſt cap. 1. alter cap. 2. lib. cit. Varronis prior. 7. §. 39. poſterior. 7. 19. de L. L.

Quod, aliquando præcedentis verbi ſignificationem determinat. Plin. ad Servianum 6. Epiſt. 26. Gaudeo & gratulor, quod Fuſco Salinatori filiam tuam deſtinaſti. Ulpian. in l. j. §. denuntiare. D. de agnoſcendis vel alendis liberis. Sufficit mulieri, notum facere, quod ſit prægnans. Mariti eſt jam aut mittere cuſtodes, aut eidem renuntiare, quod non ſit ex eo prægnans. Paulo poſt, Illud notandum eſt, quod denuntiatio a marito non incipit, ſed a muliere. Ibidem §. ult. Quæ cauſa ſi fuerit acta apud judicem, & pronuntiaverit quod ex eo prægnans fuerit: in ea cauſa eſt, ut agnoſci debeat quaſi ſuus.

Quod, pro Quantum ad illud. Ter. Eun. 4. 7. 15.
Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe hic, nebulo magnus eſt. Idem Adelph. 5. 9. 29.
Ut id oſtenderem, quod te iſti facilem & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita. Cic. 3. Fam. 5. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, viſurusne me ſis in provincia: ea res ſic habet: Brunduſii quum loquerer cum liberto tuo Phania, &c. Ibidem ſub finem, Quod te a Scævola petiiſſe dicis, ut dum tu abeſſes, ante adventum meum provinciæ præeſſet: eum ego Epheſi vidi, fuitque mecum familiariter triduum illud, &c.

QUIS, quæ vel qua, quod vel quid; cujus, cui. [τίς, ποῖος] Interrogative, aut infinite ponitur, nunquam relative. Ter. Andr. 5. 3. 1. Quis me vult? perii, pater eſt. Virg. 10. Ecl. 3.
Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat.

Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui quum, &c. Cic. de Amicit. 42.

Quis, feminino genere, pro Quæ. Plaut. Aulul. 2. 1. 48.
Dic mihi, quæſo, quis ea eſt, quam vis ducere uxorem?

Quo facto. I. e. Qua re facta. Ulpian. in l. Pro hærede. § Papinianus. D. de acquir. vel omit. hære. Qui hæreditatem repudiavit: quo facto ſtatu liber filio nominatim pecuniam dare juſſus, &c.

Infinite, apud Plin. Jun. Tum mihi neſcio quis in aurem inſuſurravit.

Quis omnium. Salluſt. in Jugurth. cap. 4. At contra, quis eſt omnium his moribus, qui non divitiis & ſumptibus, &c.

Quis, de duobus etiam dictum. Liv. 39. 53. de Perſeo & Demetrio Philippi filiis loquens, Et Philippus (inquit) ipſe vix ſui arbitrii fore, quem hæredem regni relinqueret, credens, ſibi quoque graviorem eſſe, quam vellet, minorem filium cenſebat.
Immo hic excuſari poteſt, quaſi hoc dicatur generaliter, non jam ad illos duos filios ſpectando, ſed latius. q. d. Non eſt in meo arbitrio, quem hæredem velim relinquere, ſed primum ex duobus filii cogor alterum, deinde non eum quem volo. de Quis, pro Uter, aptius exemplum in meo indice regiſtrali. 4. 4. H. St.

Quis, & Uter. Quintil. lib. 7. cap. 5. Ex duobus uter dignior, ex pluribus quis digniſſimus.

Quis, pro Qualis. Ter. And. 4. 2. 19. Quis videor? G. miſer æque atque ego. Cic. 2. Fam. 7. Cui ſcribam video h. e. Video qualis ſit is ad quem ſcribo. In hoc loco dativus Cui non a Qui, ſed a Quis declinatur.

Quis ego ſum, aut quæ in me eſt facultas? Cic. de Amicit. 17.

Queis, pro Quibus, in Dativo vel Ablativo. Hor. 1. Serm. 1. 75.
Queis humana ſibi doluit natura negatis. Plin. 22. 1. Mille præterea ſunt uſus earum, ſine queis vita degi non poſſit. De arboribus. V. in QUI.

Queiſcum, pro Cum quibus. Plaut. Capt. 5. 4. 6.
Aut anates, aut coturnices dantur, queiſcum luſitent.

E queis, pro Ex quibus. Columel. lib. 1. cap. 1. Athenæ vero ſcriptorum frequentiam pepererunt, e queis probatiſſimi auctores Chereas, Ariſtandros, &c.

In queis, pro In quibus. Gell. lib. 3. cap. 11. Alii Homerum quam Heſiodum natu majorem fuiſſe ſcripſerunt, in queis Philochorus & Xenophanes: alii minorem, in queis L. Accius poeta.

Quem ad finem ſeſe effrenata jactabit audacia? Cic. 1. in Catil. 2. i. e. Quouſque

Quis quiſquam. Plaut. Aul. 1. 3.
Quis me Athenis nunc magis quiſquam eſt homo, cui dii ſint propitii?

QUID, [τί] Nomen ſubſtantivum, Interrogat, aut infinite capitur, nunquam refert. Cic. 5. Ver. 79. Quid facerent miſeri? aut quid recuſarent? [Contractum ex Quod id, puto, ut Quis ex Qui is, licet corripiatur.

Quid ætatis. Plaut. Merc. 2. 2. 19. Quid tibi ego ætatis videor? i. e. Cujus ætatis, ſive quot annos natus tibi videor?

Quid animi. Plaut. Merc. 2. 3. 115.
— qui ſcio
Quid ſit ei animi, venirene eam velit, an non velit?

Quid cauſæ. Ter. And. 3. 4. 21.
Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via? Cic. 5. Tuſc. 32. Quid eſt cauſæ, quin ſi Zenonis rationi conſentaneum ſit, &c.

Quid ſui conſilii ſit, oſtendit. Cæſ. 1. Bell. Gall. 21.

Quid hominis, Cujuſmodi, aut cujus formæ ac naturæ homo. Ter Heaut. 4. 8. 7. Quæſo, quid tu hominis es? Idem Eun 3. 4. 8. Quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt? Al Quid hoc ornati eſt? Cic. 4. Verr. 143 Exponam vobis breviter quid hominis ſit.

Quid gentium. Plin. lib. 17. cap 24. Infeſtantur & arbores morbis: quid enim gentium caret his malis? h. e. Quæ natio, quæ gens, qui populus? Verus autem codex habet, Quid enim genitum caret, &c. [Rectius.

Quid iſtuc gaudii eſt? Ter. And. 5. 5. 7. h. e. Quid ſibi vult gaudium iſtud?

Quid juris ſit, quæritur. Marcianus in l. Filius familias. §. apud D. de Legat. 1. Et Cajus in l. Mortis cauſa capitur. §. ult. D. de mort. cauſ. donatione.

Quid mulieris. Ter. Hec. 4. 4. 21.
— ſed quid mulieris
Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Quid hujus ſit rei, ſciam. Plaut. Aul. 4. 5 72. i. e. Quid de hac re futurum ſit.

Quid hoc rei eſt? pro Quæ res, vel Quidnam eſt? Liv. 1. 48.
Quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt? Ter. Eun. 4. 7. 34.
Quid rerum geram, pro Quod negotium, vel quam rem. Plaut. Aulul. 1. 1. 15.
Quid ſententiæ. Ter. Phorm. 2. 4. 4.
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiæ. h. e. Quid de hac re ſentiat.
Quid ſigni. Plaut. Amph. 1. 1. 266.
Quid verbi. Ter. Phorm. 2. 2. 29.

— cœna dubia apponitur?
a. Quid iſtuc verbi eſt? h. e. Quid ſibi volunt hæc verba?

Quid viri. Plaut. Pœn. 3. 5. 15. Apage, neſcio quid viri ſis.
Quid, pro Aliquid. Ter. Hec. 3. 4. 25.
Dic mihi, harum rerum nunquid dixi jam patri? Idem Andr. 1. 2. 14.
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo.
Quid cum Genet. pl. pro Quantum, Quid rerum portant. Ter. Heaut. 2. 3. 6.
Quid captivorum ducunt ſecum? Plaut. Epid. 1. 1. 27. pro Quantum.
Quid militum, aut nautarum per triennium dederunt? Cic. 6. Verr. 150. h. e. Quos, vel quot milites.
Ad quid. V. AD.
Quid! admirative dictum a reſpondente quid factum ſit. Ter. And. 1. 1. 61.

— ehu quid Pamphilus? quid? ſymbolum
Dedit, cœnavit, &c.

Quid, Ob quid, propter quid. Ter. And. 1. 4. 7.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid ſiet. [conf. in QUIANAM quæ notavi.
Quid, pro Quamobrem. Virg. 1. Æn. 749.
Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles.
Quid ſit, quod, &c. Cic. 2. Verr. 38. Quid ſit, quod P. Septimio Senatore damnato, Q. Hortenſio Prætore, de pecuniis repetundis lis &c.
Quid ego neſciam factum? Ter. Heaut. 3. 2. 18.
Scin eſſe factum ut dico? c. quid ego neſciam? i. e. Cur ego neſciam? vel, quid, id eſt quam rem, quaſi dicat, de qua re mihi loqueris, quam me ſcire oportuerit? Al. Ni ſciam.
Quid eſt, quod. Ter. Eun. 3. 5. 11.
Quid eſt, quod lætus ſis? quid tibi vis? ſatis ne ſanus? quid me adſpectas? Cic. 4. Verr. 49. Quid eſt quod tu alios accuſes? i. e. Quid eſt in cauſa, quid eſt quamobrem, vel propter quod.
Quid eſt cur. Cic. 1. de Finib. 33. Hanc ego quum meam ſententiam, quid eſt cur verear, ne ad eam non poſſim accommodare Torquatos noſtros?
Quid eſt quamobrem quiſquam noſtrûm Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? Cic. pro Cluent. 132.
Quid, quid? Emphaſis. Ter. Eun. 3. 2. 51. Quid? quid aliud volui dicere? Donatus, pro, Quid aliud? Ibid. 5. 3. 1.
Quid? quid venire in mentem nunc poſſit mihi,
Quidnam? qui referam &c.
Quid, quid præterea, quid aliud. Cic. pro Cæcin. 24. Quid? teſtes, quid ajunt? P. Vetilius propinquus Æbutii, ſe Æbutio cum armatis ſervis veniſſe advocatum. Quid præterea? fuiſſe complures armatos. Quid aliud? minatum eſſe Æbutium Cæcinæ.
Quid? ſenem quoad exſpectatis veſtrum? Ter. Phorm 1. 2. 97. Donatus, Animadverte Quid ſecundum morem quotidianum tum dici, quum ſit tranſitus a mentione alterius rei ad alteram. Idem Phorm. 5. 3. 28.

— age fiat: quid, illa filia amici noſtri,
Quid futurum eſt?

In hoc genere loquendi accipitur Quid, quaſi pro Autem: ut ſit ſenſus, Senem autem veſtrum quoad exſpectatis? Et, Illa autem amici noſtri filia, quid futurum eſt? Cic. in Partit. 4. Quid orationis, quot ſunt partes? h. e. Orationis autem quot ſunt partes?
Quid, contemnendi adverbium, ſive interjectio, vel potius ironice ac jocoſe dictum. Cic. 7. Fam. 1. Noſti enim reliquos ludos, quid? ne id quidem leporis habuerunt quod ſolent mediocres ludi.
Quid? ro me hoc mandaſſe exiſtimas, ut, &c. Cic. 2. Fam. 7.
Quid eſt, ſi hoc non contumelia eſt? Ter. And. 1. 5. 2. Cic. 2. Verr. 29. Quid eſt, quæſo, Metelle, judicium corrumpere, ſi hoc non eſt?
Quid pater, vivitne? h. e. Quid de patre? Plaut. Capt. 2. 2. 32. Et Ibid. 31. Quid divitiæ, ſuntne optumæ?
Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, ut non multum abſint ab inſania, quod inſipientibus contingit, omnibus his nullane eſt adhibenda curatio? Cic. 3. Tuſc. 4.
Quid ergo, & Quid igitur eſt? Cic. pro Roſc. Amer. 39. De hiſce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur eſt? non eodem modo de omnibus. Ibid 55. Vident omnes qua de cauſa huic inimicus venias: ſciunt hujuſce pecuniæ te adductum eſſe. Quid ergo eſt? &c.
Quid mecum eſt tibi, aut huic, aut Cum hac re? Plaut. Curcul. 5. 3. 10. Cic. pro Cluent. 172. Quid huic cum Avito? nihil. Idem pro Quint. 55. Quid mihi, inquit, cum iſta ſanctimonia & ſumma diligentia?
Quid Antonio cum, &c. Cic. 10. Philipp. 11. Cum Illyrico vero, & cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? i. e. Quid ad eum pertinebant? Budæus.
Quid quidem tibi? pro Quid ad te? Cic. 4. Att. 7. Alii aliter leg.
Quid, quod; modus dicendi quum quis interrogatur, verbi gratia, Quid, quod me etiam occidere vult? Cic. 4. Acad. 95. Quid, quod eadem illa ars, quaſi Penelopa telam texens, tollit ad extremum ſuperiora: utrum ea veſtra, aut noſtra culpa eſt? Ibid. 26. Quid, quod ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur?
Quid, quod; ſæpius repetitum. Cic. 1. de Nat. Deor. 109. Quid, quod ejuſdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? Quid, quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerint, &c.
Quid, quum ipſe Antiochus diſſentit quibuſdam in rebus, ab his quos amat Stoicis, nonne indicat non poſſe illa probanda eſſe ſapienti? Cic. 4. Acad. 133.
Quid illi fiet? Quid illi faciam? Quid illi factum eſt? Vetuſta locutio, pro eo quod quidam admirantes, vel accepta aliqua calamitate, aut jactura, dicunt, Quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum eſt? Plaut. Merc. 2. 7. 78. Sed quid illi nunc fiet? Al. Illâ. Idem Moſt. 3. 2. 90.

— quid mihi fiet tertio,
Qui ſolus facio facinora immortalia?

Quid illo fiet? Cic. 6. Att. 1. Quid illo fiet, quem reliquero? Idem 14. Fam. 4. Sed quid Tulliola mea fiet? Idem de Lege Agrar. 71. Quæro, ſi, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet?
Quid te futurum? pro Quid de te. Cic. 4. Verr. 155. Utrum tibi Siculos publice, privatimque amicos, an inimicos exiſtimari vis? ſi inimicos, quid te futurum eſt?
Quid facerem? pro Quid facere poſſem? Virg. 1. Ecl. 41.
Quid faceret? Cic. 3. Off. 60. Stomachari Canius: ſed quid faceret? nondum, &c.
Quid faceret aliud? Cic. 3. de Orat. 84. Valerius quotidie cantabat: erat enim ſcenicus, quid faceret aliud?
Quid ſciam? Ter. And. 4. 4. 52.
Eho inepte, neſcis quid ſit actum? M. quid ſciam? Niſi legendum eſt, Qui ſciam, i. e. Quomodo, aut unde ſciam. aut videtur eſſe Quid ſciam, ut illud ſupra, Quid ego neſciam factum?
Quid ſi, venuſta locutio, pro eo quod quis dicat, Quid futurum eſt, ſi; vel, rectumne fuerit, ſi; vel, quid dicas, aut cenſes, ſi. Plaut. Aſin. 3. 3. 130. Quid ſi optaro? L E. eveniet. Ter. Phorm. 1. 4. 32.

Quid ſi aſſimulo, ſatin, eſt? G. garris. A. voltum contemplamini, hem:
Satin' ſic eſt? G. non. A. quid ſi ſic? G. propemodum. A. quid ſi ſic? G. ſat eſt.

Idem Eun. 5. 2. 36. Quid ſi hoc quiſpiam voluit deus?
Quid tibi videtur: adeon' ad eum? Ter. And. 2. 1. 17. Plaut. Moſtel. 3. 3. 2.
Quid tibi viſum eſt hoc mercimonii? T. totus gaudeo.
Quid eo? pro Ad quid? Ter. Hec. 5. 3. 11.
Parmeno, opportune te offers, propere curre ad Pamphilum.
P. Quid eo? B. dic me orare ut veniat. [Eo, Adv. ſubaudi Curram.
Quid tibi hoc? Plaut. Bacch. 2. 1. 6. Ter. Heaut. 3. 2. 7. Syre. S. hem. C. quid tu iſtic? &c.
Quid tua refert? Ter. Phorm. 4. 5. 11. Quid tua (malum) id refert?
Quid noſtra? pro, Quid nobis confert? quid nos juvat? Cic. ad Brut 17.
Quid intereſt, utrum Prætor imperet, vique cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere? an hujuſmodi judicium det, &c. Cic. 4. Verr. 43.
Quid poſtea? Cic. pro Muren. 26.
Quid tum inde? Cic. pro Muren. 26.
Quid tum? Ter. Heaut. 3. 3. 41.

— fuit quædam anus Corinthia
Hic, huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.
C. Quid tum? S. ea mortua eſt.

Cic. 5. Tuſc. 107. At multantur bonis exſules. Quid tum?
Quid tum ſi fuſcus Amyntas? Virg. 10. Ecl. 38.
Quid tum poſtea? Ter. Adelph 4. 5. 15.
Neque enim diu huc commigrarant. M. quid tum poſtea? Idem Hec 4. 1. 37. Quid tum poſtea, ſi modeſte ac raro hoc facit? Ubi Donatus, Idiotiſmus, quo contemnimus crimina leviora.
Quid deinde? Ter. Eun, 4 8. 24. Dicam. quid deinde? h. e. Quid poſtea? ſubaudi Dicam.
Quid, pro In quo. Cic. de Amicit. 30. Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle. Quintil. Quid tibi tantum malum feci? quid offendi?
Quid iſtuc? adverbium eſt ægre concedentis, inquit Donatus. Ter. Eun. 2. 3. 96.

Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias: verum ne poſt conferas
Culpam in me. Al. Quid iſtic?

Quid nunc agimus? conſilium quærentis eſt, inquit Donatus. Ter. Eun. 4. 7. 41.
Quid quæris? ornate dictum, pro Quid vis præterea? Quid plura? Quid vis dicam? Sic loquuntur ſcriptores, quum paucis rem expedire volunt. Cic. 1. Att. 11. Quid quæris: nunc ut ad privata redeam? Eidem, lib. 10. 13. Quid quæris? atque jubebat. Eſt enim ſuſpicio illa domeſtici mali & ſermonis Curtiani. Hor. 1. Epiſt. 10. 8.
Quid vultis amplius? Cic. pro Roſc. Amer. 32. Patrem meum, quum proſcriptus non eſſet, jugulaſtis: occiſum in proſcriptorum numerum retuliſtis, me domo mea per vim expuliſtis, patrimonium meum poſſidetis. Quid vultis amplius?
Quid vis tibi? aut quid quæris? Ter Heaut. 1. 1. 9.
Quid verbis opus eſt? reticentiæ forma, pro eo quod quis dicat, Quid cupis præterea? quid multa? Ter. Phorm. 1. 2. 25.

Cœpi adverſari primo: quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.

Τί δεῖ λέγειν. H. St.
Quid multa? Utuntur auctores hoc interrogandi genere, quum properant ad eventum rei, & quum multis ſigillatim enumeratis & commemoratis, ſignificant longum eſſe cetera perſequi. Cic. 1. Att. 10. Si unquam mihi [illegible] ſuppeditaverunt, illo tempore. Quid multa? clamores tanti fuerunt, ut ego brevior ſim, quod eos uſque iſthinc exauditos putem. Hor. 1. Serm. 6 82. Lambinus.
Quid multa? Cic 3. Off. 59. Gravate ille primo: quid multa? impetrat. Idem 1. Att. 8. Quid multa? vereor, &c.
Quid multa verba? Ter Eun. 3. 3. 20.
In hac commotus ſum. A. ſin tu? C. primam dicas, ſcio, ſi videris:
Quid multa verba? amare cœpi.
Videri poſſit Verba vacare. H. St. Immo & in Quid multa ſubauditur. q. d. Quid multa verba faciam? h. e. quod paulo ſupra Quid opus eſt verbis?
Quid multis moror? Ter. And. 1. 1. 87.
Quid dicam? Cic. 2. de Nat Deor. 160. Quid multitudinem, ſuavitatemque piſcium dicam? Feſtinantis ſunt verba, & exaggerantis. Budæus.
Quid dicam, vel Quid loquar; pro Mitto, & Non dico, Prætereo. venuſta loquendi forma, quum aliquid nos tacere ſimulamus, quod tamen exprimimus. Cic. 2. de Nat. Deor 129. Quid dicam quantus amor ſit beſtiarum in educandis cuſtodiendiſque iis quæ procreaverunt? Idem 2. de Nat. Deor. 128. Quid loquar quanta ratio in beſtiis appareat?
Quid cenſes nos eſſe facturos, qui omnino virtutem a bonorum fine ſegregaverunt, Epicurum, Hieronymum, &c Cic. 4. de Finib. 49.
Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum ſciunt? Ter. Heaut. 4. 1. 29. Cic. pro Cæcin. 32. Quid huic tu homini facias?

Quid

Digitized by Google

Quid facias? ut homo eſt, ita morem geras. Ter. Adelph. 3. 3. 76.
Quid, aliquando in oratione vacat. Cic. 4. Fam. 1. Trebatio mandavi, ut ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret. Idem 13. Fam. 73. Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Budæus.
Quid, pro Quid fecit. Cic. Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid pater? quicum? quid vicini, propinqui, &c.
Quid eſt factum? Varr. Quid funus? Quod funus? quid eſt factum? i. e. Quid eſt quod accidit?
Quid enim? hac interrogatione Latini uti ſolent, quum ſignificare volunt ſe recte ſentire, vel verum dicere, neque eum, quicum loquuntur, contra dicere quicquam poſſe, ut intelligere licet ex illo loco L. Lucejì ad Cic. 5. Fam. 14. Quid enim, tu ſolus aperta non videbis, qui propter acumen occultiſſima perſpicis? Sic Hor. 1. Serm. 1. 7.
Militia eſt potior: quid enim? concurritur, &c. i. e. Quid eſt, quod contra dici poſſit, quamobrem ita non ſit? Ex Lambino.
Quid enim? Cic 2. de Finib. 93. Quid enim? ſummus dolor plures dies manere non poteſt? Vide ne etiam menſes. Ut τὸ apud Græcos interrogationi congruit. Budæus.
Quid enim aliud quam admonendi eſſetis, ut morem traditum a majoribus ſervaretis? Livius.
Quid enim cenſes? ſi L. Mummius videret, &c. Utrum putaret, &c. Cic. In Parad. 5.
Quid enim, ad amicoſne confugiam? Cic. 5. Fam. 15.
Quid ita? una pars orationis, inquit Donatus, pro Quamobrem. Ter. And. 2. 1. 22.
Si id facis, hodie poſtremum me vides. P. quid ita? C. hei mihi, Vereor dicere.
Quid ita? quia, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 34. Eſtne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ non ſimillimum? Accuſatis Sext. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit, quia ſe occidi paſſus non eſt. Ter. Eun. 4. 4. 57.
Thais jam aderit. PY. quid ita? D. quia quum inde abeo, &c.
Quid ita non? Ter. Phorm. 4. 1. 2.
Quid ita tantum? Ter. Eun. 5. 4. 36.
— qua audacia
Tantum facinus audes? PY. quid ita tantum?
PA. Annon hoc maximum eſt?
Quid niſi, uſurpaviſſe antiquos teſtis eſt Afranius in Epiſtola, Me auctore, mater, abſtinebis: quid niſi? Feſtus. pro Quid ni. q. V.
Quid aliud niſi. Cic. 1. Tuſc. 75. Num quid aliud agimus, quum, &c. quum a negotio omni ſevocamus animum? quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum advocamus?
QUISNAM, quænam, quidnam. [[illegible]] interrogativum eſt. Ter. Andr. 5. 6. 1. Quiſnam homo eſt? P. ego ſum. D. ó Pamphile. Cic. 6. Verr. 80. Quiſnam igitur, per deos immortales, tuebitur P. Scipionis memoriam mortui: quæ monumenta atque indicia virtutis, ſi tu ea relinquis ac deſeris?
Quiſnam igitur liber? Hor. 2. Serm. 7. 158.
Infinitum aliquando. Plin. lib. 11. cap. 37. Delphini quonam modo audiant, mirum. Gell. lib. 9. cap. 2. Tum Herodes interrogat quiſnam eſſet.
QUIDNAM, interrog. [[illegible]] Ter. Phorm. 1. 4. 6. Quidnam ille commotus venit? Cic. 3. Tuſc. 56. Quidnam dici poteſt quamobrem, &c.
Quidnam, ſine interrogatione, pro Quid. Ter. Eun. 5. 4. 1.
Reviſo quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic. 14. Attic. 20.
QUIDNI, [[illegible]] Confirmandi adverbium, Cur non? Ter. Eun. 2. 3. 36.
Patris cognatum atque æqualem Archidemidem
Noſtin'? P. quidni? Subaudi, Noſſem. Cic. 2. Off. 75. Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abſtinens: quidni laudet? ſed in illo alia majora.
Quid ego ni negem, qui egomet ſciam? pro Quidni ego negem. Plaut. Amph. 1. 1. 278. conf. Quid niſi, in QUID, ad fin.
QUISPUTAS, Idem ſignificat quod Quiſnam. [Potius disjungenda hæc. In N. Teſt H. St. Forſan in ſua Novi Teſtamenti editione id ſe feciſſe innuit.
QUA, cujus, cui. [[illegible]] Nominativo non utimur niſi in compoſitione, ut Aliqua, Siqua. [Multa hic e Stephano male divulſa, quæ loco ſuo reddere nondum licuit.
Quam ad rem. Plaut. Epid. 2. 2. 90. Quam ad rem iſtuc refert? Idem Milit. 3. 1. 176.
Quam rem agis? Ter. Heaut. 5. 1. 69.
Qua cauſa. Plaut. Men. 3. 2. 25.
Qua de cauſa. Cic. 1. Acad. 32. Qua de cauſa definitiones rerum probabant.
Qua gratia? I. e. Quamobrem. Ter. Eun. 1. 2. 79.
Ego excludor, ille recipitur: qua gratia,
Niſi illum plus amas quam me?
Qua ratione. Ter. Phorm. 2. 1. 68.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
G. Non ratio, verum argentum deerat.
Qua de re, pro Quam ob rem. Cic. 4. Verr. 28. Qua de re, Judices, vobis magnopere providendum eſt. Ter. And. 1. 2. 13. Quid ais? D. qua de re? S. rogas? [Hinc per ellipſin Præpoſitionis factum QUARE.
Qua de re, aliter, pro De qua re. Varro 2. de R. R. cap. 2. Emptor ſtipulatur illas oves, qua de re agitur, ſanas recte eſſe. Cic 1. de Invent. 82. Firmatur ſimilitudine ejus rei qua de re agitur, ad eam rem qua de re judicatum eſt. Verum hic locus hodie ſic legitur, Judicatum firmatur ſimilitudine ejus rei, de qua agitur, ad eam rem, qua de judicatum eſt. Sic enim Cic non infrequenter loquitur, ut hoc ipſo primo libro, 27. Aut delectationis non alienæ ab eo negotio, quo de agitur. Et lib. 2. 7. Negare oportebit de vita ejus & moribus quæri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. Superior tamen lectio etiam Tulliana eſt. Sic enim ait lib. 2. de Invent. 29 Si locus opportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur, fuiſſe oſtendetur. Ibid. Oſtendi oportet ejus eſſe rei ſignum proprium, qua de re agitur: ut &c. [Pleonaſmo ejuſmodi delectatur Cæſar.
Qua pro re argentum promiſit hic tibi? Plaut. Rud 5. 3. 22
Qua impudentia eſt? Ut aſſ impudens vel, Qua eſt ejus impudentia? Cic pro Roſc. Com. 45. Quod ſi facit, qua impudentia eſt? eumne teſtem improbabit, quem judicem probarit? [Qua pro Quanta, ut Quam pro Quantum, & Quamvis pro Quantumvis. Nec hic interrogat.
Qua, pro Qua ratione. Virg. 1. Æn 678.
Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem. [Subauditur Via. V. QUA, Adv.

Prædico delectus, quo poſſit, habiturum. Cic. 6. Philipp. 5.
QUA, Adv. loci, Per quem locum. Auctor Priap. Carm. 29.
Ad fontem, quæſo, dic mihi quà ſit iter? [Subauditur Parte, ut & in ſeqq. Etſi ſit pro Quam in partem. Aliis placet Via ſubintelligi. Vid. Cort. ad Sall. Catil. 57. 3. Sed non ubique convenit æque.
Licet illi vagari quà velit Cic. 1. de Orat. 70.
Perge modo, & quà te ducit via dirige greſſum. Virg. 1. Æn. 404.
Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum. Cic. pro Cæcin. 21.
Ipſe in templum, neſcio quà, per cuniculum aſcendit. Cic. 3. Philipp. 20.
Quà digitum proferat non habet. Cic. pro Cæcin. 71.
Quà proximum. Tacit. 15. Ann. 12. Quà proximum, & commeatibus non egenum, regionem Comagenam, &c. petivit.
Quà viſus erat. Salluſt. in Jugurth. cap. 101. extr. Poſtremo omnia, quà viſus erat, conſtrata telis, armis, cadaveribus, & inter ea humus infecta ſanguine. [I. e. Quam longe lateque.
Eà, quà, inter ſe relata. Liv. 6. 24. Et Volſci, quà modo ſimulato metu, eà in veram fugam effuſi. Sic locus ille emendandus eſt, ut ait Rhenanus in Caſtigationibus in lib. 19. Taciti.
Qua, aut quo. Cic. 8. Att. 7. Sic diſcedit, quo, aut qua, aut quid nobis agendum ſit, neſcio.
Qua, pro Qua ex parte. Ulpian l. 1. §. 13. Idem Scævola. D. De Silaniano ſenatuſconſ. Attamen ubi deceſſit, qua extinctum legatum & libertas eſt, ſenatuſconſulto fore locum dicit. Et alibi ſæpe: ſicuti Qua, pro Qua ratione utuntur.
Quà, aliquando ſignificat Tum, ſive partim. Plaut. Trin 4. 3. 37.
Neque iſtis quicquam lege ſanctum eſt, leges mori ſerviunt,
Mores autem rapere properant, quà ſacrum, quà publicum. I. e. Partim, vel Juxta potius, aut Tum ſacrum, tum profanum, inquit Budæus. Cic. 2. Att. 19. Nam gladiatoriis, quà dominus, quà advocati, ſibilis conſciſſi. i. e. Dominus juxta ac advocati.
Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera, quà baſim villæ, quà intercolumnia ambulationis. Cic. 3. Q. frat. 1.
Quà itineris, Quà de Bruto: modus eſt dicendi, pro quo inepte dicitur, *Ea parte, qua itineris, vel de Bruto mentio fit.* Cic. 9 Att. 12. At quam honeſta, quam expedita tua conſilia, quam evigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà navigationis, quà congreſſus ſermoniſque cum Cæſare. Eidem, lib. 15. 18. Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, quà de Buthrotiis, quà de Bruto. i. e. Partim ob Bruti ludos, partim ob Buthrotios cives, inquit Budæus.
Quà, pro Quatenus. Paulus, Sed nec ille, qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt. Sed in præſentia, non quà filius alicujus, ſed quà homo æſtimatur. Budæus.
QUAPROPTER, [[illegible]] Adv. interrogandi, reſponſionem quærens, cur quid ita factum ſit. Terent. And. 1. 1. 136.
Factum magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quam ut obſequatur gnato. SO. quapropter? SI. rogas? Idem Heaut. 1. 2. 14. Cave faxis, non eſt opus, pater. CH. quapropter? CL. quia, &c.
Sed quid eſt, quapropter nobis malum minitemini? Plaut. Bacchid. 5. 2. 25.
Quapropter, [[illegible]] infinite poſitum. Plaut. Pſeud. 1. 5. 83.
— animum advorte nunc jam,
Quapropter te expertem amoris gnati habuerim.
Quapropter, [[illegible]] Quamobrem. Ter. Adelph. 5. 2. 44.
— cum amet aliam, non eſt utile hanc illi dari:
Quapropter quoquo pacto celato eſt opus.
Quapropter nihil eſt quod metuas, ne quid mecum fingam. Cic. 4. Verr. 180.
Quapropter quoniam. Lucret. lib. 1, 794.
Quapropter, quoniam, quæ paulo diximus ante
In commutatum veniunt, &c. conf. 128.
QUATENUS, Adv. [[illegible]] ſignificat Quantum, ſive Ad quem finem. Cic. de Amicit. 36. Quamobrem id primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem 1. Tuſc. 107. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus eſſet quodque curandum. Et 2. de Orat. 355. Itaque ſoli, qui memoria vigent, ſciunt, quid, & quatenus, & quomodo, dicturi ſunt. Idem 1 Fam. 2. Poſtulatum eſt ut Bibuli ſententia divideretur: quatenus de religione dicebat, Bibulo aſſenſum eſt. Liv. ab Urbe cond. Italiæ, niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno.
Quatenus, pro Quoniam, vel quandoquidem. Plin. 3. Epiſt 51. ad Caninium Rufum, Et quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. Sueton. in Claud Cæſ cap. 26. Confirmavitque pro concione apud Prætorianos, quatenus ſibi matrimonia male cederent, permanſurum ſe in cælibatu. Quintil. lib. 6. cap. 3. Propria tamen vis nominis, & exprimenda natura eſt, quatenus appellatione ipſa non ſatis ſignificari videtur.
Quatenus, inquit Feſtus, ſignificat Qua fine, ut Hactenus, Hac fine. At Quatinus, Quoniam. Sed antiqui Quatenus dicebant: ut Scipio Africanus in ea oratione, quam ſcripſit poſtquam ex Africa rediit, Uti negotium natum erat quatenus caſtra noſtra ita munita erant, ut poſſes partem exercitus abducere. Ex his Feſti verbis, videtur Quatinus pro Quoniam per I, tertiam vocalem ſcribendum: & ita obſervari video a doctis. Valla, de Quandoquidem pro Quoniam loquens, Ejuſdem ſignificati eſt Quatinus, apud ſæculum duntaxat Quintiliani. Nam Cicero dixit Quatenus, ſolummodo pro Inquantum, ſicut Eatenus, pro Intantum. Sæculum autem Quintiliani, a Livio, Virgilio, Horatio exordior: quorum ultimus, 2. Serm. 4. 47. ſic ait,
Quatinus ima petit volvens aliena vitellus. Quo modo hic ſcripſerit Valla, non eſt certum, quum pro voluntate chalcographi ſcribatur locus iſte, ſicut & alii multi. [Quum ſine controverſia Quatenus ex Qua & Tenus particula ſui generis compoſitum ſit, ut Ea tenus, Hactenus, &c. liquet futilem eſſe, quam afferunt, hujus vocis a ſequente diſtantiam. Tametſi Protinus quoque, pro Protenus uſu frequens ſit. V. Cauſaub. ad Suet. Claud. cap. 26.
Quatenus id facit. Hor. 1. Serm. 1. 63.
— jubeas miſerum eſſe libenter
Quatenus id facit. Quem locum explicat Turnebus his verbis, Qui inſanabilis eſt, nec deduci de aviditate ſtudioque nummorum accumulandorum poteſt, eum quum videas in maxima verſari miſeria,

jubeas eam, quantamcunque avaritia affert, libentes jucundeque ferre. Eſſe enim puto, Quatenus id facit, ad quam uſque miſeriam ſtudium lucri perducere ſolet. Hæc ille.

Quatinus, Conjunctio, [ὅτι] ſignificat Quoniam, vel Quia, ut ait Feſtus. Juven. 12. Sat. 102.

Quatinus hic non ſunt, nec venales elephanti. V. quatenus pro Quoniam, paulo ante.

Quatinus, pro Ut. Macrob. lib. 2. Saturnal. cap. 5. Non ſemel præceperat ei pater, temperatu tamen inter indulgentiam gravitatemque ſermone, quatinus moderaretur profuſos cultus, perſpicuoſque comitatus. [Immo Hic Quatenus eſt Quem ad finem, Quo ad. In quantum.

Qui, Adv. ex Ablat. Qui pro Quemadmodum, vel quomodo, venuſte ponitur. Ter. And. 2. 1. 36.

Facite, fingite, invenite, efficite qui detur tibi. Donatus putat hoc in loco pro Quemadmodum accipi. Non minus tamen recte pro Ut, expoſueris, ut ſit ſenſus, Efficite ut hæc Philumena detur tibi nuptum, Charine.

Qui interrogative. Cic 4. Acad. 24. Qui poterit eſſe ſapientia? Idem pro Cæcin. 7. Qui igitur convenit, quæ cauſa fuerit, &c.

Qui, Quomodo, Qui vocare? Plaut. Amph. 1. 1. 22. Et apud Ter. Adelph. 5. 6. 3.

Qui, Quamobrem. Ter. And. 5. 4. 52.

Recte admones, Davo iſtoc dedam jam negotii. s. non poteſt.
P. Qui? s. quia habet aliud magis ex ſeſe. Donatus.

Qui, Unde, vel quomodo. Ter. Hec. 4. 1. 37.

Si modeſte ac raro hoc fecit, nonne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt, quam dare operam, id ſcire, qui nos oderit?
Idem And 3. 2. 21. Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio? Idem Hec. 2. 3. 6. Hæc Donatus. Cic. 2. de Fin. 18. Deinde qui fit ut ego neſciam, ſciant omnes, quicunque Epicurei eſſe volunt?

Qui, Utinam. Ter Phorm. 1. 2. 71. — eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum di omnes perduint. Ubi Donatus, Qui illum? Qui, utinam eſt: et Lucilius lib. 2. Satirarum,

Qui te, Momentane, malum jam cetera perdat. Aut, Qui hoc conſilium quod dicam, dedit. Item, Qui aut expletivum eſt, aut pronomen, quo incipiens Phormionem deſcribere, cohorruit conſideratione ejus, & in hanc vocem, quaſi confuſe erupit. Hoc autem certum genus eſt parentheſeως. Cic. 4. Att. 7. De Apollonio quod ſcribis, qui illi dii irati, homini Græco, &c. In quem ſic ait Paulus Manutius, Qui pro Utinam dixit, more Comicorum. [Niſi pro Quin. quocum & confundi ſolet. q. V.

Qui, pro ut. Ter. in prol. And. 6.

Nam in prologis ſcribundis operam abutitur:
Non qui argumentum narret, ſed qui malevoli
Veteris poetæ maledictis reſpondeat. Donatus.

Qui, Quare, cur. Ter. Adelph. 5. 3. 24.

Cur emis amicam Micio? num qui minus
Mihi idem jus æquum eſt eſſe, quam mecum eſt tibi? Ubi Donatus, Aut Num, aut Qui abundat. Et eſt ordo, Qui minus æquum eſt eſſe idem jus mihi, &c. Qui ergo, Quare, vel cur ſignificat. Hactenus Donatus. Al. Num quid. Cic. 5. Tuſc. 109. Qui enim beatior Epicurus quod in patria vivebat, quam Metrodorus quod Athenis? Hic non inepte poſſet capi pro Quomodo. Idem 16. Att. 14. Qui minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim quam eſt Marcellus?

Qui, Quomodo, qua re, qua ratione. Ter. Adelph. 4. 5. 57.

Si frater aut ſodalis eſſet, qui magis morem gereret? Cic. 16. Att. 14. Qui fieri poterat? Donatus.

Qui ne, pro Ut non. Ter. in And. 2. 1. 34.

Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi:
Ego id agam mihi qui ne detur. Verba ſunt Pamphili ad Charinum, Ego, inquit, id agam, ut mihi non detur nuptum Philumena.

Quidum, Quare igitur? Plaut. Amph. 4. 2. 18.

Prodigum te fuiſſe oportet olim in adoleſcentia.
A. Quidum? M. quia ſenecta ætate a me mendicas, malum. Ter. Eun. 2. 2. 42. At nunquid aliud? P. quidum? C. quia triſtis es.

Quicum, [μεθ' ὅ] pro Cum quo: Qui enim Ablativus eſt. Ter. Heaut. 3. 2. 4. Quicum loquitur filius? Idem Eun. 4. 6. 21.

Immo hoc cogitato, quicum res tibi eſt, peregrinus eſt. Cic. 4. Fam. 1. Nemo eſt omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem.

Quo, [ποῖ] Adv. interrogandi ad locum. Virg. 1. Æn. 374.

Quove tenetis iter? Cic. 6. Fam. 2. Tu velim ſcribas ad me quid agas, & ubi futurus ſis, ut, aut quo ſcribam: aut quo veniam, ſcire poſſim.

Quo abis? Ter. Hec. 3. 5. 45. P — quo abis? mane,
Mane inquam: quo abis? Ubi Donatus, Bene Quo abis? Quia patrem deſeris & uxorem. Sic Virg. 10. Æn. 649.

Quo fugis Ænea? Ibid. 369.
Quo fugitis ſocii? Sic enim loquitur, qui vult oſtendere conditionem locorum, in qua perverſo modo alius petatur, alius linquatur.

Quone, pro Quo. Hor. 2. Serm. 3. 295.

Quone malo mentem concuſſa? timore Deorum. Ubi Turnebus, Obſervandum, inquit, arbitror eſſe, Flaccum in percontatione particulis ſua ſponte interrogantibus Quis & Quantus, addere ex ſupervacuo etiam interrogatricem particulam ne. ut Quantane, id eſt quanta? &c. [Hic Quo, non Adv. ſed Pronomen eſt.

Quo te agis? Donatus, Admonitio diſcedentis. Nam a quo diſcedere deſideramus, admonemus eum, quo vadat, aut quo eat. Ter. Andr. 4. 2. 25.

Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis.
P. Ego hanc viſam. D. quid tu? quo hinc te agis?

Quo non? Ter. Adelph 4. 6. 4.

Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad lacum:
Quo non? i. e. Non eſt locus ullus, quem non adierim.

Quo, pro Unde. Ter. Adelph. 2. 1. 36 Illuc quæſo redi, quo cœpiſti, Æſchine. Ubi Donatus, Figurate: rectum enim erat, Unde cœpiſti. Niſi forte. Quo pronomen eſt modo accipiendum, ut ſit A quo.

Quo gentium fugiam? Plaut. Rud. 3. 1. 44.

Quo autem, & quo, nihil ſcimus. Cic. 8. Att. 3. Subaudi Eundum ſit, aut ſimile quid

Quo, Conjunctio, varia ſignificat.

Quo, Quare, inquit Donatus. Terent. And. 2. 5. 18.

Ego cum illam vidi, virginem forma bona
Memini videre: quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, quam illum amplecti maluit.

Quo ut. Cic. 2. de Orat. 52. Quo etiam feci libentius, ut eum ſermonem, quem illi quondam inter ſe de his rebus habuiſſent, mandarem litteris. [Refertur ad Compar. & ſignificat Eoque.

Quo bonum eſt? pro Quam ad rem utile eſt? Frequens locutio apud Juriſconſul. Gajus in l. aliquando. 13. in fine. ad Velleja. in Pand. Quo bonum eſt exſpectare conditionem vel diem, cum, &c. Ulpian. l. 3. §. ſi quis ex liberis. de bon. poſſ. contra tab. in P. Quo bonum eſt ei contra tabulas dari? Idem in l. ſi poſt mortem. 10. §. liberi. eod. Quo bonum eſt eis favere? Scævula in l. ſi duo. 93. de ſolution. Quo bonum eſt hoc dicere? Similis eſt noſtra loquendi formula eique plane reſpondet, *A quoy ſert-il?* [Cui bono alias Cic. V. Pro Mil. 32. & 2. Philipp. 35.

Quo, Quod, quoniam, ex quo, aut quare. Ter. Eun 2. 2. 16.

Non pol, quo quenquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci, ſed ita erat res, faciundum fuit. Cic. 6. Verr. 64. Nam rex id celatum voluerat, non quo quicquam metueret aut ſuſpicaretur, ſed ut ne multi, &c.

Non quo libenter male audiam, &c. ſed quia, &c. Cic. 2. de Orat. 305.

Quo minus mirum eſt, ſi audientium intentio langueſcat. Plin. Epiſt. 19. lib. 2. Cic. pro Quint. 4. Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparavi.

Interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent quo minus Reſpub. a me commode adminiſtrari poſſit. Cic. 11. Fam. 10.

Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inveſtigandum curioſior. Cic. 4. Fam. 13.

Quo minus, interrogativum. Cic. 1. de Fin. 58. Neque enim civitas in ſeditione poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorum domus: quo minus animus a ſe ipſe diſſidens, ſecumque diſcordans, guſtare partem ullam liquidæ voluptatis & liberæ poteſt? [Nulla eſt interrogatio.

Quo magis, pro Quo minus. Imperator in l. 3. C. de judic. Nihil prohibet, quo magis apud eum quoque diſceptatio terminetur. Idem in l. j. C. qui dare tutor. Non ideo oportuit impediri, quo magis liberali cauſa ordinata curator tibi daretur. i. e. Quo minus. q. V.

Quo, pro Ut. Plin. jun. Neque enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. Ter. Heaut. 3. 2. 31.

Quone, pro Ut non. Cic. 7. Fam. 2. Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud venire quamplurimo. Sed ea vidiſti multum, quod præfiniſti, quone pluris emerem. [i. e. Quanti, nec eſt Conj.

Eo, quo. Cic. pro Quint. 5. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & conſtantia, aut quo, &c.

Quo, eo. Cic. pro Quint. 5. Quæ quo plura ſunt, C. Aquili, eo te & hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audire oportebit. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Quo, hoc. Quintil. lib. 2. cap. 2. Nam quo ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. De officiis præceptoris.

Quo plus prodeſt, hoc præſtantior. Cic. 4. Acad. 2. Quo plus in negotiis gerendis res quam verba proſunt, hoc erat memoria illa præſtantior.

Quo maxime, ita maxime. Cic. 4. Verr. 27. Quo uſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tuo putabatur.

Quo, Ad quid, in quem uſum. Hor 1. Epiſt. 5. 12.

Quo mihi fortunas, ſi non conceditur uti? conf. Quo bonum.

Quo tibi tantum opus fuerit, id quæro. Cic. 4. Verr. 183.

Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? Cic. 7. Fam. 24.

Quoad, [ἕως ὅ. μέχρις ὅ] i. e. Quandiu, ut ait Donatus. Ter. Phorm. 1. 2. 98. Quid, ſenem quoad exſpectatis veſtrum? Cic. de Amicit. 1. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, ut quoad poſſem, & liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem.

Quoad, Quoad uſque, Quamdiu. Cæſar 5. Bell. Gall. cap. 17. Neque finem inſequendi fecerunt, quoad ſubſidio confiſi equites, præcipites hoſtes egerunt.

Videte nunc quoad fecerit iter apertius quam antea. Cic. 1. de Lege Agr. 5.

Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, nolui eſſe. Cic. 7. Att. 2.

Quoad vixit, Dum, donec. Suet. de Clar. Gram. 20.

Quoad tibi æquum & rectum videbitur. Cic. 13 Fam. 15.

Eatenus quoad. Ulpian. in l. j. D. de peric. & com rei vend. Quod non deſignavit tempus, eatenus periculum ſuſtinere debet, quoad guſtetur vinum.

Nihil differt ita loqui, Quoad vivam, & Quoad moriar: hæc enim quamvis contraria eſſe videantur, idem tamen ſignificant: quoniam duo tempora, quum inter ſe oppoſita ſunt, atque ita cohærentia ut alterius finis cum alterius initio miſceatur, non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium ſequentis locus ipſe conſinis demonſtretur. Perottus. V. Gell. lib. 8. cap. 21.

Quoad, quantitatem rarum aliquando denotat. Cic. 1. de Lege Agr. 12. Audite, audite vos, qui ampliſſimo populi, Senatuſque judicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis, Quoad quemque pervenit, perveneris ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. i. e. Quantum.

Quod ad in meis Schediaſmatis libro 2do. H. St. Sic & in emendatis libris expreſſum. conf. et. ſeq. 59.

Quoad, pro Quantum, fere cum verbo Poſſum.

Quoad potuit reſtitit. Cic. de Senect. 11.

Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis. Cic pro Arch. 1.

Quoad, pro Quantum ad. Cajus in l. iij. D. De acquit. rer. domin. Nec intereſt (quoad feras beſtias & volucres) utrum in ſuo quiſque fundo capiat, an in alieno. i. e. Quantum ad feras beſtias.

Quoad, pro Interim dum. Quintil. lib. 10. cap. 3. Niſi forte viſus infirmior membranarum potius uſum exiget: quæ ut juvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt.

Quoad munus officii exſequi & tueri poſſis. Cic. de Senect. 21.

Quoad per me licitum eſt, pro Quantum vel quamdiu permiſi & licuit. Cic. 5 Verr. 77. Denique domi tuæ piratæ, a quo tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerunt.

Quoad poteſt. Cic. 7. Verr. 275. Tulit hæc civitas quoad potuit, quoad

neceſſe

neceſſe fuit, regiam iſtam veſtram dominationem in judiciis, & in omni Repub. tulit.

Quoad ejus fieri poteſt, hîc Ejus parelcon eſt. Auctor ad Heren. lib. 1. 2. Cic. 11. Att. 12. Tu tamen velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me. Cato R. R. cap. 32.

Quoad ejus poteſt. Liv. 30.

Quoad uſque. Actius, Nihil te impedio, quoad uſque rem peragas. Sueton. in Julio Cæſ. cap. 14.

Quoaduſque, Eouſque, oppoſita. Ulpian in l. 1. §. Julianus. D. de itiner. actuque privato. Julianus ait, quoaduſque ingreſſus eſt, eouſque ei competere interdictum.

Quo ad ſejunait, per tmeſin. Gell. lib 1. cap. 15. Ulyſſem Homerus virum ſapienti facundia præditum, vocem mittere ait, non ex ore, ſed ex pectore, quo ſcilicet, non ad ſonum magis, habitumque vocis, quam ex ſententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret. [Sed aliter emendd. libri.

Quocirca, [illegible] Conjunctio rationalis, i. e. Quamobrem, Itaque. Cic. de Senect. 41. Quod quo magis intelligi poſſet, fingere animo aliquem jubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima, nemini cenſebat fore dubium, quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet; quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quam voluptatem. Quocirca bene apud majores noſtros Senatus decrevit, &c. Cic. 1. de Divin. 92.

Quocum, [illegible] Ablativus e Quicum. Cic. 1. de Legib. 54. Ergo aſſentiris Antiocho familiari meo: magiſtro enim non audeo dicere, quocum viai. [Qui poteſt eſſe Ablativus a Quicum, cum hoc ipſum ſit Ablativus?

Quominus, [illegible] i. e. Ut non. Ter. Andr. 4. 2. 17.

Si poterit fieri ut ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quominus hæ fierent nuptiæ, volo.

Cic. 1. de Orat. 70. Nullis ut terminis circumſcribat jus ſuum, quominus liceat vagari quo velit.

Nihil deſideramus, quominus Epirum ipſam poſſidere videamur. Cic. 2. Att. 14.

Illud non perficies, quominus tua cauſa velim. Cic. 1. Fam. 7.

Abſtinere quominus. V. Abstineo.

Adverſari quominus. V. Adversor. [Rectius diviſe ſcribitur. V. in Quo.

Quonam, [illegible] Adv. ad locum. Plaut. Trinum. 4. 3. 71.

Eamus intro, ſequere. s. quo tu te agis? c. quonam, niſi domum?

Cic. 8. Att. 3. Eum ſi nunc ſequor, quonam?

Quonam, [illegible] Ablativus a Quinam: jungitur Ablativo Modo, eſtque tanquam una dictio vice Adverbii poſita. Cic. 2. de Finib. 6. Quonam, inquit, modo? Quia, &c. [Subjungi debet τῷ Quomodo.

Infinite. Cic. 4. de Finib. 69. Admirantes quæramus ab utroque quonam modo vitam agere poſſimus.

Quousque, [illegible] i. e. Quamdiu, vel uſque ad quod tempus: & ponitur interrogative. Plaut. Aſin. 1. 1. 29. Nam quouſque? l. uſque ad mortem volo. Cic. pro Cn. Planc. 75. Atque etiam clamitas, Laterenſis, Quouſque iſta dicis? Nihil in Ciſpio profeciſti.

Quouſque tandem, primo loco poſitum, & quaſi ex abrupto prolatum. Cic. 1. in Catil. 1. Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? Quamdiu, &c.

Quouſque, cui reſpondet Quoad. Cic. 15. Att. 24. Quouſque inquies? Quoad erit integrum.

Quouſque, pro Quatenus. Martian. in l. 1. §. 1. D. Quæ in pign. oblig. poſſunt. Facti tamen eſt quæſtio, ſi quæratur, quouſque eis permiſſum videntur peculium adminiſtrare.

Quomodo, [illegible] Adv. i. e. Qua ratione. Quidam volunt eſſe Ablativi caſus & ſeparatim legendum, Quo modo. [Quod ita eſſe ex Quo nam modo & ſimilibus apparet.

Interrogative aliquando ponitur. Plaut. Aulul. 1. 1. 8. Quomodo tibi ſe res habet? Cic. 5. Verr. 70. Etiamne ſi plus edidiſſet, quam quantum natum eſſet? etiam. Quomodo? Magiſtratus ex ipſius edicto exigere debebant. [illegible]

Quomodo, Quare. Plaut. Stich. 1. 3. 97.

Illa quidem nullum ſacrificavit. G. quomodo?
Quid igitur me volt?

[Hic Quomodo poſitum videtur, pro Quid ais? Quid ita?

Admirative aliquando. Cic. de Amicit. 9. Quomodo (ut alia omittam) mortem filii tulit?

Infinite ut plurimum. Ter. Heaut. 5. 3. 2.

Idque adeo miror, quomodo tam ineptum quicquam potuerit tibi
Venire in mentem, mi vir.

Cato R. R. cap. 2. Ubi cognovit, quomodo fundus cultus ſiet.

Locutus ſum cum Cincio, quomodo ſe res habet. Cic. 2. Q. frat. 4.

Si Reſpubl. tibi narrare poſſet, quomodo ſeſe haberet, non facilius, &c. Cic. 3. Fam. 3.

Ita me feciſtis Conſulem, quomodo pauci in hac civitate facti ſunt. Cic. 3. de Lege Agrar. 33.

Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Cic. 2. de Orat. 18. i. e. Quo vocabulo.

Quomodo, pro Quoquomodo. Cic. 2. de Orat. 140. Verum hoc (ut dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noſter & Sulpici, quomodo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum: eſt enim infinita.

Quomodo potuiſſem, te conveniſſem, ſi, &c. Cic. 5. Fam. 20.

Quomodo, pro Ut. Cic. 13. Att. 2. Ariarathes Ariobarzanis filius Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere a Cæſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet. Et ad Q. frat. lib. 2. epiſt. 2. Quomodo res ſe habet, non eſt facillima. Idem 11. Att. 22. Pharnaces autem, quomodo agit, afferet moram. Hoc autem dicit, quia Pharnaces Ponto, quem occupaverat, non diſcedebat; ut ea res Cæſari in Italiam proficiſcenti, moram allatura videretur.

Quomodonam, [illegible] Cic. 2. Q. frat. 16. Quomodonam, mi frater, de noſtris verſibus Cæſar? Sic Quorſum nam &c.

Quonam modo, V. Quonam paulo ſupra.

Quicunque, quæcunque, quodcunque, [illegible] Cic. 2. de Lege Agrar. 49. Ut quibuſcunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum una tuerer. Quintil. lib. 10. cap. 4. Ex iis, quæ ſupra poſui, apparet moloſſum quoque clauſulæ convenire, dum habeat ex quocunque pede ante ſe brevem.

Quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum. Cic. 10. Fam. 31.

Quicunque, geminatum. Cic. 1. de Orat. 51. Quicquid erit, quacunque ex arte, quocunque de genere, &c.

Quicunque, interpoſitis dictionibus, ut Hor. 2. Serm. 5. 51.

Qui teſtamentum tradet tibi cunque legendum.

Hor. 1. Carm. 16. 2.

Quem criminoſis cunque voles modum
Pones iambis.

Quæ me cunque vocant terræ. Virg. 1. Æn. 614.

Quodcunque hoc regni. Virg. 1. Æn. 82. V. Quodcunque.

Omnia quæcunque. Cic. 2. de Orat. 44. Non omnia, quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta eſſe revocanda. Idem 3. de Lege Agrar. 5. Omnia quæcunque ille feciſſet, eſſent rata.

Queiscunque obvertimus oris. i. e. Quibuſcunque. Lucret. lib. 4. 168.

Quicunque, pro Qualiſcunque. Cic. de Orat. Quicunque in dicendo ſumus. Plin. lib. 31. cap. 9. Sed quicunque ſal ſcopis additur. i. e. Omnis generis, ſive nativus, ſive factitius. Hæc Budæus. Cic. pro Rabir. Poſt. 21. Quæcunque mens illa fuit, Gabinii fuit. Idem 1. de Orat. 117. Illam ipſam, quamcunque aſſequi potuerit in dicendo, mediocritatem. Ibidem 117. Illa ipſa facultate, quamcunque habet, &c.

Quodcunque, cujuſcunque. [illegible] a Quicunque. Virg. 2. Æn. 77.

Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcunque, fatebor.

Cic. 3. de Legib. 6. Quodcunque Senatus decreverit, agunto.

Quodcunque, aliquando nomen appellativum eſt: ut Cic. 5. Fam. 19. Quodcunque cepiſſem conſilii. Columel. lib. 1. cap. 5. Quodcunque rubiginis aut ſpurcitiæ reſedit, ſiccare.

Quodcunque militum, pro Quoſcunque milites. Cic. 8. Att. 17. Vos hortor, ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. V. in Quod.

Quacunque, Ablativus a Quæcunque. Liv. 1. 3. Is Aſcanius, ubicunque, & quacunque matre, genitus (certe natum Ænea conſtat) abundante, &c. Quaſi dicat, Tametſi incertum ubi, & qua matre ſit genitus, tamen, &c.

Separatur nonnunquam apud poetas per Tmeſin. Lucret. lib. 6. 84.

Quid faciant, & qua de cauſa cunque ferantur.

Quacunque, Adv. pro Per quamcunque partem. Cic. 5. Verr. 44. Quacunque iter facit, ejuſmodi fuit, non ut Legatus Populi Romani, ſed ut quædam calamitas pervadere videretur. Idem 15. Att. 18. Quacunque nos commovimus.

Quacunque vacat ſpatium. Lucret. lib. 1. 509.

Sic & per Tmeſim. Idem lib. 1. 809.

— qua porro cunque tenet ſe
Corpus, &c.

Quocunque, [illegible] Ablat. a Quicunque. Plin. lib. 27. cap. 12. Quocunque hæc modo ſe habeant, via eorum eſt ſpiſſare, ac refrigerare. Quocunque tempore mihi poteſtas tui præſentis fuerit. Cic. 1. Fam. 9.

Quocunque, Adv. [illegible] Plin. lib. 15. cap. 27. Numeroſis nominibus & novis, quocunque incedit inſignis. Vetus exemplar legit Quacunque.

Ire pedes quocunque ferent. Hor. Epod. 16. 21.

Eleganter interponitur dictio inter Quo & Cunque, per eam figuram quæ Tmeſis dicitur. Cic. 2. Tuſc. 7. Ut enim heri feci, ſic nunc rationem, quo ea me cunque ducet, ſequar.

Quomodocunque, [illegible] pro Quocunque modo. Cic. 14. Fam. 14. Quomodocunque nunc res ſe habet, modo ut hæc nobis loca tenere liceat. Vetus exemplar habet Quomodo quidem. Idem lib. 5. de Finib. 30. Quomodocunque dicitur, intelligi tamen quicquid dicatur poteſt.

Quorſum, contractum ex Quo verſum, Adv. ad locum, Verſus quem locum. Cum interrogatione, & ſine interrogatione aliquando ponitur. Ter. Eun. 2. 3. 13.

Unde is? c. ego neſcio hercle, neque unde eam, neque quorſum eam.

Quorſum, Ad quam rem. Ter. Eun. 1. 2. 75.

At ego neſciebam quorſum tu ires?

h. e. Quid tuis verbis velles? quo tenderes? Idem And. 1. 1. 100.

Quam timeo quorſum evadas!

i. e. Ad quem finem (vel exitum) perveniat oratio tua. Ibid. 1. 5. 29.

Incertum eſt, quid agam. m. miſera timeo, hoc incertum quorſum
accidat.

i. e. Vereor ne illud Incertum, quod dixit Pamphilus, male vertat nobis, & in noſtram perniciem convertatur. Cic. pro Roſc. Com. 43. Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro.

Quorſum iſtuc? quod vulgo dicitur *Ad quod propoſitum?* Ter. And. 2. 2. 14.

Non cohærent. p. quorſum nam iſtuc? c. ego me continuo ad
Chremem.

Cic. de Amicit. 42. Quorſum hæc? quia ſine ſociis nemo quicquam tale conatur. Idem Poſt red. ad Quir. 5. Quorſum igitur hæc diſputatio? quorſum? ut intelligere poſſitis, neminem, &c.

Verebar quorſum id caſurum eſſet. Cic. 3. Att. 24. Ter. Andr. 1. 2. 4.

Mirabar hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas
Verebar quorſum evaderet.

Unde mihi lapidem? quorſum eſt opus? Hor. 2. Serm. 7. 116. [Ad quid? Quorſum hæc tandem? h. e. Ad quid tandem hæc dicis? Hor. 2. Serm. 7. 21. Legitur & Tendunt.

Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? Cic. 1. de Legib. 4.

Quorſus, ex Quo verſus, Idem. Cic. de Clar. Orat. 292. Quorſus, inquam, iſtuc? non enim intelligo. Idem 2. Att. 21. Nunc repente tanto in odio eſt omnibus, ut quorſus eruptura ſit, horreamus.

Quidam, quædam, quoddam vel quiddam; cujuſdam. [illegible] Perſonam certam dicit, & ſingulare potius ſignum eſt, quam particulare. Ter. Eun 3. 2. 30.

Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtentat, neque tibi obſtat, quod quidam facit.

Quidam ex advocatis, homo & honoribus populi ornatus, & ſumma virtute præditus dixit. Cic. pro Cluent. 177.

Quidam de collegis. Cic. 11. Fam. 21.

Certus quidam. Cic. 1. de Orat. 183. Quæ ſi judicarentur certis quibuſdam verbis, non novis nuptiis fieri cum ſuperiore divortium.

Cujuſdam modi. Cic. 4. de Finib. 25. Sumus igitur homines: ex animo conſtamus & corpore: quæ ſunt cujuſdam modi. i. e. Non cujuslibet.

Magni cujuſdam hominis & perſapientis videtur. Q. Cic. de Provinc. Conſul. 44. Cic. 2. de Orat. 298. Craſſi quidem reſponſum excellentis cujuſdam eſt ingenii, ac ſingularis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quiddam divinum, quiddam portenti ſimile: pro Neſcio quid vel quidvis. Cic. 1. Acad. 33. Ut in his quiddam divinum eſſe diceret. Idem 3. de Legib. 23. Ego enim fateor in iſta ipſa poteſtate ineſſe quiddam mali. Et 2. de Orat. 298. Cui quiddam portenti ſimile eſſe viſum eſt, poſſe aliquem &c. Alia exemplaria legunt, Cui quidem.

Cic. ſæpe Quandam vel Quoddam cum Adjectivo ponit, ut ſi quis dicat Divinam quandam majeſtatem, vel Divinam quandam eloquentiam. Quem uſum dat Dio voculæ [illegible], ut, 385. [illegible]. Perinde ac ſi dixiſſet, [illegible]. Utitur alioqui Dio voce [illegible] non minus audacter & improprie alibi, non adjecta vocula illa, ut dixi in Annot meis in illum. H. St. Sic Cic. 2. de Or. 298.

Quadamtĕnus, vel Quadantenus, Adv. [illegible] Uſque ad quandam partem, aliquantulum. Plin. lib. 29. cap. 10. Tria autem genera ejus, latum, & alterum longius, quadamtenus rubens.

Quodammŏdo, [illegible] Adverbium id ſignificans quod barbare dicitur *Aliqualiter*, & alias Latine Aliquo pacto. Cic. de Amicit. 29. Quippe quum propter virtutem & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.

Quaſi quodammodo. Cic. 1. de Orat 251. Idem 13. Fam. 27. Litteras ad te a M. Lepido Conſule, non quæ te aliquid juberent, ſed quodammodo quaſi commendatitias ſumpſimus.

Quilĭbet, quælibet, quodlibet vel quidlibet; cujuſlibet. [illegible] Unus quem tibi capere libet. Hor. 1. Serm. 2. 126.

Ilia & Ægeria eſt, do nomen quodlibet illi. i. e. Quodcunque placet, non tamen omne nomen. Ovid. 2. de Arte Am. 444.

Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. Sueton. In Tiber. cap. 12. extr. Non ceſſavit efflagitare aliquem, cujuſlibet ordinis, cuſtodem factis atque dictis ſuis. Juſtin. de Hæred. Inſtit. Cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt. Cic. 4. Acad. 132. Ad vos nunc refero, quem ſequar? modo ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat: quemlibet, modo aliquem.

Indotus quilibet. Hor. 1. Epiſt. 17. 28.

Garrire quidlibet. Hor. 1. Serm. 9. 13.

Arti cuilibet idoneus. Hor. 2. Epiſt. 2. 7.

Quibuſlibet temporibus egregius Senatus. Liv. 2. 49.

Quolibet modo. Plin. lib. 11. cap. 54.

Quidlibet, pro Vili & obſcuro, aut etiam Imperito. Plin. lib. 7. cap. 28. Bis ab Annibale captus, neque enim cum quolibet hoſte res fuit.

Non quælibet injuria eſt, i. e. Non vulgaris, aut parva, aut levis. Cajus in l. Si vero. D. Qui ſatisdat. cog. Sane non quælibet injuria eſt, duci in jus eum, qui ſatis idoneum fidejuſſorem det.

Peritus & Quilibet, veluti contraria. Cic. 2. de Divin. 71. Apud majores adhibebatur peritus, nunc quilibet.

Quālĭbet, ſive Quālŭbet, Adv. Ubicunque libet, undecunque. Plaut. Moſtel. 3. 2. 122.

Qualibet perambula ædes oppidò tanquam tuas. Quintil. lib. 5. cap. 13. Si vel maxima flumina in rivos deducantur, qualibet tranſitum præbent.

Quid vis? qualubet eſſe notus optas? Catull. 38. 6. Sunt qui diviſe Qua lubet ſcribunt.

Quiſpiam, quæpiam, quodpiam, & quidpiam vel quippiam; cujuſpiam, cuipiam. [illegible] Aliquis. Cic. 1. Off. 32. Ut ſi conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum. Idem 3. de Nat. Deor. 80. Nec ſi uredo aut grando quidpiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. Quid ſi hoc quiſpiam voluit Deus? Ter. Eun. 5. 8. 36.

Non vis te moneam quippiam. Nævius apud Chariſ. p. 192.

Abſolvere quempiam alteri. V. absolvo.

Abrogare quempiam. V. abrogo.

Quiſpiam, pro Quidam. Gell. lib. 2. cap. 21. Tum quiſpiam ex iis, qui eodem in numero Græcas res eruditi erant.

Quippiam, cujuſpiam. [illegible] Aliquantulum. Ter. And. 2. 6. 7.

Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ? Quidam ſcribunt Quippiam.

Quodpiam, [illegible] a Quiſpiam. ut Quodpiam oppidum, pro Quoddam, apud Cic. in Verr.

Aliquod quodpiam membrum. Cic. 3. Tuſc. 19. Rectius Aliud quodp.

Quopiam, Adverbium ad locum. Ter. Eun. 3. 2. 9. Iturane Thais quopiam es?

Quiſquam, quæquam, quidquam vel quicquam; cujuſquam, cuiquam. Aliquem, ſive quemquemlibet ſignificat.

Negative, interrogative, & ſubjunctive ponitur.

Negative. Cic. 1. Fam. 1. Nam cum in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palam ſic egit cauſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam, nec gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit. i. e. Ut nemo agere potuerit majore eloquentia, nec gravitate.

Non fere quiſquam. V. nullus.

Interrogat fere ſemper cum Indignatione. Cic. 3. Verr. 142. Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me invito aſpirat? Idem pro Lege Manil. 45. Et quiſquam dubitabit quid virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate profecerit? Virg. 1. Æn. 52.

— & quiſquam numen Junonis adoret?

Subjunctive. Ter. prol. Eun. 1.

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis

Quam plurimis, & minime multos lædere. Cic. Att. Quod ſi, non modo tu, ſed quiſquam alius fuiſſet. conf. alius.

Quiſquam, pro Quivis. Cic. 14. Fam. 7. Niſi vos fortiores cognoſſem, quam quemquam virum. pro Quemvis virum.

Quiſquam, pro collectivo poſitum. Plaut. Amphit. 5. 2. 19.

Neque noſtrum quiſquam ſenſimus, quum peperit, neque prævidimus.

Quiſquam, feminine. Ter. Eun. 2. 3. 82.

Quandoquidem illarum neque quiſquam te novit, neque ſcit qui ſies.

Quiſquam gentium. Ter. Hec. 3. 1. 13. An quiſquam gentium eſt æque miſer? Ex emendato exemplari legendum, An quiſquam uſquam gentium eſt.

Quiſquam unus. Liv. 2. 9. extr. Nec quiſquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando, univerſus Senatus fuit. Ibid. Quia nondum in quenquam unum ſæviebatur.

Quiſquam omnium. Cic. 4. Verr. 119. An hoc dubitabis quiſquam omnium, quin is venalem in Sicilia juriſdictionem habuerit?

Quicquam, vel Quidq. cujuſquam. [illegible] i. e. Aliquid. Ter. And. 5. 2. 22.

Si quicquam mentitum invenies, occidito. Cic. 4. Acad. 6. Nec quicquam aliud videndum eſt nobis, quos populus Romanus hoc in gradu collocavit, &c. Liv. 26. 15. Queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam penſi fuiſſet.

Ipſum quicquam. Lucret. lib. 1. 1056.

Ipſum ſi quicquam poſſe in ſe ſiſtere credis.

Quaquam, Adv. per locum ullum. Lucret. lib. 1. 429.

Si nullum foret: haud uſquam ſita corpora poſſent

Eſſe, neque omnino quaquam diverſa meare. i. e. Neque omnino per ullam regionem, ſive hanc, ſive illam meare. Alii codices habent Quoquam: ſed ſic legit Lambinus, ex fide manuſcriptorum.

Quoquam, Adverbium ad locum. Cato R. R. cap. 72. Boves ne pedes ſubterant, prius quam in viam quoquam agas. Cic. 4. Verr. 52. O Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quo non attuleris tecum iſtum diem? Quoquam reſolvi. Lucret. lib. 1. 1054.

— neque quoquam poſſe reſolvi.

Quiſque, quæque, quodque & quidque; cujuſque, cuique. [illegible] Univerſale pronomen. Unico verbo contentum eſt. Virg. 6. Æn. 743.

Quiſque ſuos patimur manes. Cic. 2. de Nat. Deor. 58. Ceteræ naturæ, ſuis ſeminibus quæque gignuntur. Idem in Salluſt. 16. Elogium Appii Claudii & L. Piſonis integerrimorum virorum, quo uſus eſt quiſque eorum, pro lege, &c.

Quiſque homo. Plaut. Merc. 5. 4. 51.

Cuique, cuique. Cic. 3. Philipp. 24. Divina vero opportunitas, ut quæ cuique apta eſſet, ea cuique obveniret. De provinciis.

Quid quemque cuique præſtare oporteret. Cic. 3. Off. 70.

Ego quid ad te tuorum quiſque neceſſariorum ſcribat, neſcio. Cic. 1. Fam. 9.

Quiſque, Superlativis, vel his quæ horum ſimilem habent naturam jungitur: qualia ſunt ex numeralibus nomina ordinalia, cum ſuo interrogativo vel infinito Quotus; vel Poſitivis his, quæ ſuperlativa publico uſu non recipiunt: vel duobus pronominibus Sui & Suus: vel obliquis relativi ſubſtantiæ fere junctum invenias. Hæc ex Valla.

Superlativis; ut, Doctiſſimus quiſque. Aliquando in diverſo caſu a ſuperlativo; ut, Maximo quiſque animo. Cic. 2. Acad. 31. Certe enim recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maxime. Idem 2. Tuſc. 77. Sed neſcio quo modo doctiſſimus quiſque contemnit. [i. e. Ut quiſque doctiſſimus, ita maxime.

Ordinalibus. Plaut. Pſeud. 4. 2. 17.

Nam in foro vix decumus quiſque eſt, qui ipſus ſeſe noverit. Idem Merc. prol. 66.

Neque niſi quinto quoque anno poſſe tum viſere

Urbem. conf. infra Quoque, Ablativ.

Cum Quotus. Quotus quiſque, i. e. Nullus vel rarus. Cic. 2. Tuſc. 12. Quotus enim quiſque philoſophorum invenitur, qui ita ſit moratus? Idem 2. de Divin. 52. Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis?

Superlativis carentibus, Strenuus quiſque, Singularis quiſque, Principalis quiſque. [Vellem exempla vett. prolata.

Cum Sui & Suus. Ter. prolog. Adelph. 22.

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,

Suo quiſque tempore uſus eſt, ſine ſuperbia. Cic. 5. de Finib. 25. Sua cujuſque animantis natura eſt. Et paulo poſt, Et ſua cuique propria, & ad id apta, quod cujuſque natura deſiderat.

Pictores & poetæ ſuum quiſque opus a vulgo conſiderari vult. Cic. 1. Off. 143.

Ex quo quia ſuum cujuſque ſit, eorum quæ natura fuerunt communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat. Cic. 1. Off. 21.

Obliquis relativi ſubſtantiæ. Quintil. Cui quodque loco ſit aptiſſimum.

Raro abſolutis aliis, vel Comparativis. Suet. in Othon. cap. 2. pr. Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, atque invalidum quemque obviorum vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime jactare.

Quiſque cum Comparativo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Sed quo quique pedes ſunt temporibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hoc graviorem faciunt orationem, breves celerem ac mobilem. Idem lib. 2. cap. 3. Erit etiam eo obſcurior, quo quiſque deterior.

Pro ſe quiſque. Cic. 3. Verr. 68. Pro ſe quiſque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Idem 1. de Lege Agrar. 26. Huic pro ſe quiſque noſtrûm mederi, atque hoc omnes ſanare velle debemus.

Quoque, Ablativus. Cic. 4. Verr. 139. Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur. Idem pro Rabir. Poſt. 34. Modo vobis inſpectantibus in judicio Gabiniano tertio quoque verbo excitabantur.

Quid quoque loco quadret. Quintil. lib. 6. cap. 4. conf. paulo ſupra.

Quæque, pro Unaquæque. Cic. de Seneſt. 15. Earum, ſi placet, cauſarum quantum quæque valeat, quantumque juſta ſit unaquæque videamus.

Quiſque, de duobus. Cajus in l. Si ſervus. §. Si inter D. de verbor. obligat. Quia poſſit contingere, ut tam ſtipulator, quam promiſſor, ante aliquod tempus ſuo quiſque diſpenſatori notum fecerit.

Quicque, vel Quidque, [illegible] Quintil. lib. 3. cap. 11. Non ut quicque primum dicendum, ita primum cogitandum eſt. Cic. 3. de Nat. Deor. 60. Veſtri autem non modo hæc non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando quorſum quicque pertineat.

Primum quicque videamus. Cic. 3. de Nat. Deor. 7.

Quidque, Abſolute. Columel. lib. 12. cap. 7. Tum quidque vaſe conditur. Cic. 6. Verr. 35. Ede mihi ſcriptum, quid argenti in provincia Sicilia paraſis, unde quidque aut quanti emeris.

Qui in ſua quidque arte optime faciant. Quintil. lib. 2. cap. 8.

Quiſquis, in utroque genere & m. & f. & Quidquid vel Quicquid, n. cujuſcujus. [illegible] ſignificat Quicunque. Uno verbo petit, quia per relativum declaratur. Plaut. Pſeud. 4. 7. 42.

Quiſquis es, adoleſcens, operam fac compendi quærere. Liv. 41. 8. Nam &, ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibuſquibus in eam conditionem ut manumitterentur, mancipio dabant, &c.

Quiſquis eſt ille, ſi modo eſt aliquis. Cic. de Clar. Orat. 215.

Quiſquis, pro Quiſque. Cic. 1. Off. 46. Colendum autem eſſe ita quemque maxime, ut quiſquis his virtutibus erit ornatus. Ex vetuſto codice legitur, Ut quiſque maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus.

Quiſquis, generi etiam feminino attribui poſſe veterum auctoritas voluit. Livius, (Andronicus,) Mulier quiſquis es, te volumus. Cæ-

cilius, Quæſo igitur quiſquis es mea mulier. Pacuvius, Quiſquis tu es, mea mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine. Ex Nonio 3. 49.

QUICQUID, vel QUIDQUID, [illegible] infinite capitur, nunquam refert. Cic. pro Roſc. Amer. 122. Quicquid maleficii, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit. Ter. Heaut. 1. 1. 31.

Ne lacrima, atque iſtuc, quicquid eſt, fac me ut ſciam.

De Orthographia Quintil lib. 1. c. 7. Frigidiora his alia: ut Quicquid quartam haberet, ne interrogare bis videremus. Et Quotidie, non Cotidie: ut ſit, quot diebus. Verum hæc jam inter ipſas ineptias evanuerunt.

Quicquid, Quoties. Hor. 1. Ep. 2. 14.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Quicquid eſt, pro Quicquid ſit, vel quicquid eveniat. Plaut. Curcul. 5. 3. 16. Quicquid eſt, ipſe ibit potius. Al. Quid? Quid eſt? Idem Truc. 2. 1 42. Sed fores, quicquid eſt futurum, feriam. Cic 1. Verr. 36. Aut enim id mihi ſatis eſt, quod eſt de me opinionis, quicquid eſt. Virg. 2. Æn. 49.

Quicquid id eſt, timeo Danaos & dona ferentes.

Quicquid ſapit. Plaut. Pœn. 5. 4. 30.

Nunc hinc ſapit, hinc ſentit: quicquid ſapit, meo amore ſapit.

Quicquid pauxillulum. Plaut. Truc 5. 48.

Da tu mihi de tuis deliciis ſummis quicquid pauxillulum. Al. Summis quid pauc.

Quicquid, pro Quicque. Lucret. lib. 4. 146.

Semper enim ſummum quicquid de rebus abundat,

Quod jaculentur, &c. Lambinus.

QUAQUA, Adv. [illegible] Plaut. Epid. 5. 2. 9.

Quaqua tangit, omne amburit, ſi prope aſtes, æſtu calefacit. h. e. Quamcunque partem attingit.

QUAQUAVERSUS, vel QUAQUAVERSUM, Idem. Per quemcunque locum. Cæſar in Comment. de B. G. 3. 23. pr. Legatos quaqua verſum dimittere. Al. Quoquo verſus.

Quaqua verſus. Cic. 9. Philip. 16. Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludiſque, liberos, poſteroſque ejus, quaqua verſus pedes quinque, habere. Legitur &

QUAQUE. Adv. Ibidem.

QUOQUO, [illegible] Ablativus, i. e. Quocunque. Cic. 9. Att. 4. Confido igitur adventum noſtrum illi quoquo tempore fuerit, ut ſcribis, [illegible] fore.

Quoquo conſilio fecit, fecit certe ſuo. Cic. pro Rabir. 21.

Hic ager, quoquo pretio coemptus ſit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Cic. 2. de Lege Agrar. 69.

Quoquo modo. Plaut. Men. 5. 2. 75.

Tibi, aut adeo iſti, quæ mihi moleſta eſt quoquo modo? i. e. Omnibus modis, omnino. Cic. Q. frat. 2 4. Tu quoquo modo, quoniam Epheſi eſt, hominem inveſtiges velim: ſummaque diligentia vel tecum deducas.

Fuit aliquis caſus quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit. Cic. 6. Philipp. 19.

Quoquo modo ea res huic quidem cecidit. Cic. 8. Att. 3. & 7. Verr. 37. Tu quum eſſes Prætor renuntiatus quoquo modo. i. e. Quomodocunque, ſive utcunque.

Quoquo modo de me meritus eſt. Cic. pro Milon. 94.

Quoquo modo, tamen. Cic. 4. Verr. 70. Quoquo modo ſe in ea quæſtione præbebat, tamen in conſilio habebat homines honeſtos e conventu Syracuſano.

Quoquo pacto. Ter. Adelph. 3. 2. 44.

Quapropter quoquo pacto celato eſt opus. Idem Eun. 5. 9. 53.

Mirum, ni illuc homine quoquo pacto opus eſt.

QUOQUO, [illegible] Adverbium ad locum, In quemcunque locum. Cic. 2. de Divin. 149. Ita quoquo ſeſe verterint Stoici, jacent neceſſe eſt omnis eorum ſolertia.

Quoquo gentium. Plaut. Merc. 5. 2. 17.

Me uſque quærere illam, quoquo hinc abducta eſt gentium.

QUOQUOVERSUM, ſive QUOQUOVERSUS, [illegible] Adverb. ad locum, i. e. Verſus quemcunque locum. Cæſar 3. Bell. Gall. 23. Ejus imperio claſſem quoquoverſum dimittunt. Idem 2. Bell. Civil. 8. Patebat hæc quoquoverſus pedes ſex.

Quum quoquoverſus ſpatium vacet infinitum. Lucret. lib. 2. 1052.

QUIVIS, quævis, quodvis, vel quidvis; cujuſvis, cuivis. [illegible] Unus a multis, ſed indifferenter hic vel ille. Ter. Adelph. 2. 3. 1.

Abs quivis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas pro A quovis. h. e. Ab hoc, ſive Ab illo, indifferenter. Cic. pro Quint. 84. Utrumque quivis intelligere potuiſſet.

Non quivis unus e populo. Cic. de Clar. Orat. 320.

De quavis una re. Lucret. 1. 417.

Quiſvis anni temporibus mature eſt & tempeſtiva. pro Quibuſvis. Cato R. R. cap. 17. Legitur & Quidvis.

Quidvis potius quam. Cic. pro Cluent. 96. Vis illa fuit, & ut ſæpe jam dixi, ruina quædam atque tempeſtas, & quidvis potius, quam judicium, aut diſceptatio, aut quæſtio.

Quidvis perpeti malle, quam. Cic. 5. Verr. 45. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de iſtius pravitate & injuriis deplorare & conqueri mallent.

Quodvis. Cic. de Opt. gen. Orat. 1. Poematum ſuûm quodvis eſt diverſum a ceteris.

Ut lumlentus ſus cum quovis volutari. Cic. in Salluſt. 9.

Cuivis tempori homo. Cic. 2. de Orat. 271. Per mihi ſcitum videtur C. Publicium ſolitum dicere. P. Mummium cuivis tempori hominem eſſe. Senſus eſt, P. Mummius lepidus & facetus quum eſſet, homo cuivis temporis Publicio dictus eſt, quod in otio, in negotio, in rebus lætis, in aſperis, jucundus hominibus eſſet, & cuicunque tempori aptus. Simile quiddam de Aſinio Pollione refert Quintil. lib. 6. cap. 4. ad finem, hunc in modum: Ut de Pollione Aſinio feriis jociſque pariter accommodato dictum eſt, Eſſe eum omnium horarum.

QUOVIS, Adverbium ad locum.

Quovis gentium. Ter. Heaut. 5. 1. 55.

Immo abeat potius multo quovis gentium,

Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

QUOVISCUNQUE. Martial. lib. 14. 1.

Quoviscunque loco potes hunc finire libellum.

QUIA, [illegible] Conjunctio cauſalis. Ter. Heaut. 3. 1. 100.

—an eo ſit, quia in re noſtra, aut gaudio

Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Sed quia natura mutari non poteſt, idcirco veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Cic. de Amicit. 32.

Quia, bis repetitum ſequente Subjunctivo, vel Indicativo. Quintil. lib. 12. cap. 11. Non quia prodeſſe unquam ſatis ſit, ſed quia decet hoc quoque proſpicere, ne quid pejus quam fecerit, faciat.

Quia, pro Quod, Subjunctivo. Cic. 1. de Finib. 32. Neque porro quiſquam eſt, qui dolorem ipſum, quia dolor ſit, amet.

Quia & Quod. Quintil. lib. 1 cap. 4. Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio, non ſolum quia nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum laborem, ſed quod ſtudium, diſcendi voluntate, quæ cogi non poteſt, conſtat.

Quia, eo. Salluſt. in Catil. cap. 20. pr. Sed quia multis & magnis tempeſtatibus vos cognovi fortes, fidoſque mihi, eo animus auſus eſt maximum atque pulcherrimum facinus incipere.

Quippe quia. Ter. Heaut. 3. 2. 27.

—quippe quia

Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.

Quia enim. Plaut. Amph. 2. 2. 33.

Qui tibi iſtuc in mentem venit? a. quia enim ſero advenimus. Et Caſ. 2. 6. 33.

Quid tu id curas? c h. quia enim metuo ne in aqua ſumma natet.

QUIANAM, Interrogat. pro Quare, vel cur, ut annotat Feſtus. Plaut. Truc. 1. 2. 34. Virg. 5. Æn. 13.

Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? Idem 10. Æn. 6.

Cœlicolæ magni quianam ſententia vobis

Verſa retro? Legitur & Quænam. [Quidnam probarem, ſi codices juvarent. Nam & Quid cauſam quærit. ut Quidve dolens regina deûm &c. Sic in Quidni? Quid ita? &c. conf. QUID. Sed V. Feſt.

QUIANE, Significat Certe, revera. Auctor Servius. Virg. 4. Æn. 538.

—quiane auxilio juvat ante levatos,

Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti?

QUICQUAM, V. QUISQUAM, QUICQUE, V. QUISQUE, QUICQUID, V. QUISQUIS, in QUI, quæ, quod.

QUICUM, QUID, QUIDAM, QUIDNAM, V. In QUI, quæ, quod.

QUIDEM, Adv. affirmandi. [illegible] i. e. Certe. Duobus autem tribuſve modis in oratione accipi ſolet, Uno, ad diſtinguendas res. ut, Ego quidem ſcribo, tu vero legis, ille autem dormit. In quo modo his duabus tantum dictionibus jungitur Vero, Autem. Altero, quaſi per exceptionem ejus quod affirmes. Quintil. in Infami Decl. 18. cap. 13. extr. Torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Cic. 3. Off. 39 Atqui hoc loco philoſophi quidam, minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, &c. Et ſequuntur iſtæ dictiones, Verum, verumtamen, ſed tamen, at, attamen, ceterum. Idem ad Brut. 15. Suſpicor illud tibi minus probari, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, ſed in Republica rudibus non probatur. V. Vallam lib. 2. cap. 23. Tertio modo, Quum nulla ſequitur ex prædictis conjunctionibus, ut apud Cic. de Amicit. 9. Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquam, ille ſapiens fuit.

Tu quidem, ut Ille quidem: ſequente ſemper adverſativa Conjunctione. Cic. pro Planc. 52. Fortius tu quidem, quum nonnulli defuncti honoribus, ſed apertius quam, &c.

Non tu quidem, ſed. Cic. 2. Philipp. 107. Collegam quidem de cœlo detraxiſti: effeciſtique, non tu quidem etiam nunc, ut in familis tui, ſed certe ut diſſimilis eſſet ſui.

Vos quidem. Cic. 8. Att. 9. Num igitur peccamus? minime vos quidem, ſed tamen ſigna conturbantur, quibus voluntas a ſimulatione diſtingui poſſet.

Ille quidem. Cic. de Clar. Orat. 115. Q. Mucius, enucleate ille quidem, & polite, ut ſolebat, dixit, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud cauſæ poſtulabat. Idem 2. in Catil. 20. Eſſent illi quidem deſperandi: ſed tamen eſſent ferendi.

Minus quidem illa ſevere, quam decuit, non tamen omnino diſſolute. Cic. 6. Philipp. 1.

Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipſe voluto. Virg. 9. Ecl. 37.

Ea quidem, ut Ille quidem. Cic. 10. Att. 11. Quæ de fratre meo ſcribis, ſunt ea quidem parum firma, ſed habent nihil [illegible]. Alii legunt Equidem.

Nunc quidem. Cic. 1. Verr. 18. Hanc habent arcem ſocii, minus munitam aliquanto nunc quidem, quam antea: verumtamen ſi qua reliqua illis ſpes eſt, ea tota poſita in lege eſt.

Jungitur etiam dictioni Ne, ſed interjecta ſemper una dictione: & hoc, quum aliquid vehementer negare cupientes, id quod minus quoque eſt, negamus. Ut cupientes negare nos aliquem Romæ pulſaſſe, nos Romæ fuiſſe negemus. Tune illum Romæ pulſaſti? Ne fui quidem Romæ. Interdum una tantum pars negatur: & altera negata intelligitur, ut in exemplo prædicto. Interdum utraque exprimitur, ut, Non ſolum homines non times, ſed ne deum quidem.

Ne, vel nec quidem. Cic. 10. Fam. 2. Quapropter in privatis rebus, nullum neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis: ne in publicis quidem, ſi quid erit in quo me intereſſe neceſſe ſit, unquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ.

Et quidem, vel Ac quidem, pro Atque etiam. Cic. de Clar. Orat. 22. Nobis vero, inquit Atticus, & vehementer quidem. Subaud. Placet. Idem 2. Att. 19. Tantum doleo, ac mirifice quidem.

Et quidem, pro Et certe. Cic. 2. de Divin. 93. Poſt Solſtitium Canicula exoritur, & quidem aliquot diebus.

Quidem certe. Cic. 1. Fam 9 Illud quidem certe noſtrum conſilium jure laudandum eſt. Et 2. Q. frat. Aliud hoc tempore de Repub. nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil. Et pro Quint. 1. Qui ne ſumma haberem cetera, temporis quidem certe vix ſatis habui.

Quidem hercle certo, vel certe. Ter. Phorm. 1. 3. 12.

Nam tua quidem hercle certo vita hæc expetenda, optandaque eſt. Idem And. 2. 2. 10

Mea quidem hercle certe in dubio vita eſt. [Sic Donat & MSſ An Certo?

Quidem profecto. Cic 6 Att. 5. Nunc quidem profecto Romæ es. Et 10. 4. Hoc quidem eſt verum profecto.

QUIDNAM, QUIDNI, QUIPIAM, QUIQUE, QUISQUIS, V. in QUI, quæ, quod.

QUID-

Digitized by Google

QUIBUVIS, V. QUIVIS ibid.
QUIDUUM, V. QUI. ibid.
QUIES, ētis. f. [ἡσυχία, ἠρεμία, ἀτρεμία] Ceſſatio a quocunque motu, vel opere: unde etiam pro Somno ſumitur, Requies, laxamentum, vacatio, ceſſatio, finis.
Poteſt facere Genitivum Quietis, & Quiei quintæ declinationis. Unde & Requies, requiem & requietem Accuſativum facit.
Sed quis utitur? H. St.
Quies & Tranquillitas. Cic. 1. de Orat. 2. Qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur.
Mors. laborum aut miſeriarum quies. Cic. 4. in Catil 7.
Nec eum labor ad quietem revocavit. Cic. pro Lege Manil. 40.
Quies & Remiſſio. Cic. pro Cœl. 39. Quem non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delectarent.
Animi quies. Ovid. 4. de Pont. 9. 91.
Omnibus una quies operum. Virg 4. Georg. 184.
Quies doctrinarum, Quieta litterarum vacatio. Plin. lib. 18. cap. 28.
Quies, Somnus. Ovid. 3. Met. 437.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt.
In quiete, & Secundum quietem. Cic. 1. de Divin. 42. Quæ ei ſecundum quietem viſa ſunt. Ibid. 53. Ei viſum in quiete egregia facie juvenem, &c. Sil lib. 13. 56.
— medios inter ſomnos, altamque quietem.
Sub his facta quies. Celſus lib 4. cap. 11.
Veniat quies. Celſus lib 6. cap. 6. Noctu vero quo commodior quies veniat, non alienum eſt, ſuperimponere candidi panis interiorem partem ex vino ſubactam.
Quies & Vigilia, opponuntur. Quintil. lib. 7. cap 3. Refert enim convivium præceſſerit an triſtitia, labor an otium, vigilia an quies.
Amica. V. AMICUS.
Fremebunda, Somnus turbulentus. Stat. 5. Theb. 244.
Grata quies, & primum ſomnus in horam. Hor. 1. Epiſt. 18. 6.
Infeſtam miſeris faciebant ſæpe quietem. Lucret. lib. 5. 981. de Feris.
Inſidioſa. Stat. 1. Silv. 4. 57.
Nocturna Senec. Hippol. v. 100.
Opaca. Stat. 10. Theb. 89.
Præſaga. Stat. 10. Theb. 318.
Segnis. Sil. lib 3. 166.
Sopita. V. Sopitus, in SOPIO.
Tremefacta. Stat. 1. Achill. 247.
Turbata. Stat. 3. Silv. 5. 86.
Et nunquam turbata quies, ſomnique peracti.
Veſana quies, ſomnique furentes. Lucan. lib. 7. 764.
Abrupta. V. ABRUMPO.
Capere quietem. V. CAPIO.
Dedit feram per membra quietem. Virg 8. Æn. 30.
Cura non dat quietem membris. Virg. 4. Æn. 5.
Dare parva tempora quieti. Ovid. 3. Amor. 6. 10.
Datur hora quieti. Virg 5. Æn. 844.
Imus ad quietem integri, aut Onuſti cibo opponitur. Cic. 1. de Divin. 60. Quæ quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & vino, perturbata & confuſa cernimus. De ſomniis.
Excutitur terrore quies. Ovid. 4. Faſt. 667.
Fugit pigra quies, inerſque ſomnus. Stat. 1. Silv. 6. 92.
Irrigat placidam per membra quietem. Virg. 1. Æn. 695.
Irrorat quietem oculis ſomnus. Sil. lib. 10. 357.
Laxaverat artus inopina quies. Virg. 5. Æn 857.
Laxarant membra quiete. Virg. 5. Æn 836.
Levari dulci membra quiete. Ovid. de Rem. Amor. 206. al. Pingui.
Mandare corpus quieti. Lucret. lib. 4. 846.
Preſſit oculos languida nocte quies. Virg. 12. Æn. 909.
Preſſit dulcis & alta quies jacentem. Virg. 6. Æn. 522.
Reddere ſe quieti. Senec. Hippol. 4.
Sequitur vina quies. Ovid. 2. Faſt. 305.
Sopita quiete. Lucret. lib. 3 1051.
Suſcitare e molli quiete. Catull. 78 3.
Tradere ſe quieti. Cic. 1. de Divin. 61. At qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit, ea parte, &c.
Turbare quietem alicujus. Propert. lib. 1. 3. 17.
Quies, Mors. Virg. 10. Æn. 745.
Olli dura quies oculos & ferreus urget Somnus.
Quies, Pax. Plin. lib. 15. cap. 30. Ipſa laurus pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.
Quies, Tranquillitas, ſerenitas aeris vel clementia. Virg 2. Georg. 344.
Si non tanta quies iret friguſque caloremque
Inter, & exciperet cæli indulgentia terras.
Quies, Otium. Virg. 9. Æn. 187.
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum
Mens agitat mihi; nec placida contenta quiete eſt. Servius.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum. Virg. 3. Æn. 495.
Portus æterna placidus quiete. Senec. Agam. 7.
Adverſa. Sil. lib. 15.
Blanda. Stat. 2. Silv. 2. 140.
Impacata pelagi. Claud 1. in Ruff. 72.
Imperioſa. Claud. Conſ. Mall. Theod. 241.
— mandata que fortius urget
Imperioſa quies.
Mira quies pelagi. Stat. 2. Silv. 2. 26.
Modica V. MODUS.
Obſcura quies. i. e. In qua degunt Ignoti & humiles homines. Senec. Hippol. 11.
Secura quies, & neſcia fallere vita. Virg 2. Georg 467.
Summa Lucret. lib 2. 310.
Tranquilla. Lucan. lib. 1. 261.
Expellere. V Rumpere.
Impetrare ſtudiis quietem. Quintil. in Procem lib. 1.
Mitigare febrem quiete & abſtinentia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Pati quietem non. Claud. 1. in Ruff. 7.
Retineri quiete. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Rumpe, atque expelle quietem. Sil. lib. 15. 550.
Rupta quies populis. Lucan. lib. 1. 239.
Quietes in plurali. Salluſt. Catil. 15. Namque animus impurus diis hominibuſque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat. Cic. 1. Off. 103. Joco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus ceteris.
Quietes, Cubilia. Lucret. lib. 1. 405.
Namque, canes ut montivagæ perſæpe feraï
Naribus inveniunt intectas fronde quietes.
QUIES, Dea apud Romanos, cui fanum extra urbem via Lavicana ſacratum fuit. Alexand. Gen. dier. lib. 2. cap. 4. Et lib. 4. cap. 16. Næniæ quoque ſacellum, quod cantu querulo funeribus preeſſet pari exemplo ab urbe ſemotam, extra portam Viminalem ſtatuerunt: ſicut fanum Quietis via Lavicana, & Ridiculi extra portam Capenam, quod ſecundo Punico bello conſtructum fuiſſe conſtat. Item, Collina, inquit, porta eo dicta quod anfractus multiplices circum haberet, & partim edita, partim declivia eſſent loca ad eam: intra eam Veneris Erycinæ, & Quietis templa fuere, & juxta campus Sceleratus: in quo inceſti damnatas, vivas defodere Veſtales Romani aſſueverant. De ea ſcribunt Auguſtinus lib. 4. 16. de Civitate Dei, & T. Liv. lib. 4. 41.
QUIES, ētis. Adj. Antique. Nævius,
Jamque ejus mentem fecerat Fortuna quietem.
QUIETĀLIS, e. Adj. a Quiete dea Romanorum, de qua jam diximus, Orcus Quietalis dictus. Lilius Syntag. 1. p. 49. edit. Baſil. Sed
QUIETĀLUS, i. m. ab antiquis dicebatur Orcus, inquit Feſtus. Verum Quietalis in MSſ exſtat, teſte Dacerio, ut & in Fragmento Feſt.
QUIESCO, quiēvi, quiētum, [ἠρεμέω, ἀτρεμέω, ἡσυχάζω, ἀναπαύομαι] ĕre. In quiete eſſe, vacare a labore, cura, officio, negotio, unde etiam pro Dormire ſumitur. ut apud Cic. pro Roſc. Amer. 65. Propterea quod qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. Idem 6. Verr. 32. Eo quum venio, Prætor quieſcebat. Ovid 2. Amor. 9. 39.
Infelix, tota quicunque quieſcere nocte Suſtinet.
Quieſcere, de Mortuis dictum. Tibull. lib. 2. 4. 49.
Et bene diſcedens dicet placideque quieſcas. Virg. 9. Æn. 445.
— placidaque ibi demum morte quievit. Idem 10. Ecl. 33.
— o mihi tum quam molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores! Lucret. lib. 3. 933.
Cum pariter mens & corpus ſopita quieſcunt.
Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcent. Virg. 4. Georg. 87. De apum certaminibus.
Quieſcere in propria pelle. Hor. 1. Serm. 6. 22.
— in propria non pelle quieſſem. Proverbiale eſt, ſumptumque videtur a veſtitu, & calceis, quæ tanquam hominum pellis eſt. Nam libertinus latum clavum, ſenatorii ordinis proprium, & calceos lunatos ſi gerat, intra pellem ſuam quieſcere non patetur. Niſi quis a Cumano aſino tractum putet, qui leonem mentiebatur leonis exuvio. Turnebus.
Conticuit tandem, factoque hic fine quievit. Virg. 3. Æn. 718.
Quieſcere dicitur, Qui non eſt inſolens & inquietus. Ter. in prol. And. 22.
Dehinc ut quieſcant porro moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua. [i. e. Taceant.
Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat. Auctor ad Heren. lib. 4. 68. [i. e. Tace.
Quieſcere, Abſtinere, & ſuperſedere. Cic. pro Planc. 90. An ſi unquam in me vitæ cupiditas fuiſſet, ego, menſe Decembri mei Conſulatus, omnium parricidarum tela commoveram, quæ, ſi viginti quieſſem dies, in aliorum jugulum Conſulum recidiſſent? Gell. lib. 2. cap. 18. Statuere atque edicere quieſcebant. i. e. Abſtinebant, & ſuperſedebant.
Quieſcas, vel quieſce: h. e. Sine, vel deſine. Ter. And. 3. 4. 19.
— corrigere mihi gnatum porro enitere.
D. Faciam hercle ſedulo. S. potes nunc dum animus irritatus eſt.
D. Quieſcas. Cic 3. Verr. 134. Iſte Rabonium quieſcere jubet, & ſimul ei nonnullam ſpem ſocietatis oſtendit. [i. e. Securum eſſe, vel potius Non tumultuari, ſibique curam ejus rei relinquere. conf. QUIETUS Partic.
Æquora alta quierunt. Virg. 7. Æn. 6.
Æquora ſæva quieſcant. Virg. 4. Æn. 523.
Arma quierunt. Sil. lib. 7. 253.
Bella quierunt. Lucan ad Piſon. 26.
Cineres collapſi, & flamma quievit. Virg 6. Æn. 226.
Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit. i. e. Deſinit. Ovid. 1. Amor. 15. 39.
Opus quievit tuis humeris. Ovid 2. de Ponto, 9. 60. Sed lectio dubia eſt.
Potentia. Cic. pro Cæcin. 71. Nimia iſta, quæ dominatur in civitate, potentia in hoc ſolo genere quieſcit.
Voces hominum quieſcebant. Ovid 1. Triſt. 3. 27.
Quieſcas cetera; activum. Plaut. Milit 3. 3 53. — potin' ut hominem
Mihi des? quieſcas cetera mi lepide ludificum
Ero &c. Quaſi dicat, Ne de ceteris ſis ſollicitus, ſine ea. Idem Merc 2. 3. 111.
Quieſce, inquam, iſtam rem: ego certe videro. [Sed rectius diſtinguunt alii puncto poſt Quieſce, ſublata ſequenti diſtinctione In priore exemplo & Cetera Adverbii loco ponitur, neque proinde ſatis conſtat de verbo hoc tranſitive ſumpto. Nam de ſeq. loco nihil pronuntio, quum indicatio falſa ſit, ex Pariſino mendoſiſſimo Indice, ut in ſexcentis Plauti locis, temere deſcripta. Nec huc pertinet v. 51. ejuſd ſcen.
Quieſce hunc tumultum qui eſt ante oſtium Plaut Moſt 1. 2 5.
Quieſcere, Permittere, ſinere. Cic. 7. Att. 9. Aut ſi per Trib. pleb. non patiatur, tamen quieſcat rem adduci ad interregnum. [Quod ſi poſt Quieſcat diſtinguas, ſequentia referentur ad Neceſſe eſt, quod præceſſit. Idque rectius.
Quieſci, Imperſonale. Ter. Andr. 4. 2. 8.
Quibus quidem quam facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet.
QUIĒTUS, a, um [ἥσυχος, ἡσύχιος, ἤρεμος, ἄτρεμος] Adj. ex Partic. Plaut. Amph 1. 1. 15.
Quietus eſto. Ter. Phorm 4. 5. 1.
Quietus eſto, inquam: ego curabo, ne quid verborum duint. Ubi Donatus, Quietus, ſecurus, ab eo quod præcedit, id quod ſequitur.
Quietos eſto de. Plaut. Curc. 4. 2. 6. Meminero: de iſtoc quietus eſto.
Quietum

Digitized by Google

Quietum aliquem reddere, Efficere ut quiete & ſecure vivat. Ter. Eun. 2. 2. 46.
Æquor quietius. Hor. Epod. 10. 11.
Aer quietus. Virg. 5. Æn. 216.
Amnes quietos irritat diluvies. Hor. 3. Carm. 29. 40.
Animus in. Virg. 1. Æn. 307.
 — in primis regina quietum
 Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.
Animus ſolutus & quietus. Cic. pro Roſc. Com. 43. Hoc ego loco, ſoluto & quieto ſum animo: & quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro.
Animo quieto vivere. Cic. 2. Tuſc. 2. Qui id quod vitari non poteſt, metuit, is vivere animo quieto nullo modo poteſt.
Annus. Liv. 2. 18. Bellum indictum, tacitæ induciæ quietum annum tenuere.
Dies cæleſtium quieti. Cic. 2. de Legib. 19.
Enſe quieto latus ſecurum. Stat. 1. Silv. 1. 43.
Gentes agitare quietas. Virg. 10. Æn. 71.
Homo quietiſſimus. Cic. 6. Verr. 40. Primo mirum omnibus videri Diodorum reum, hominem quietiſſimum, &c.
Nunquam quietum eſſe per aliquem. Cic. 10. Fam. 1. Nunquam per M. Antonium quietus fui. Quaſi dicat, Semper adverſatus eſt mihi, & perſecutus eſt me.
Inane quietum. Lucret. 2. 238.
Mente quieta conſiſtere. Cic. 2. de Divin. 149.
Nox quieta. Valer. 1. Argon. 258.
Officio quieto fungi. Ovid. 5. Triſt. 12. 19.
Oſſa quieta precor tuta requieſcite in urna. Ovid. 3. Amor. 9. 67.
Pax. Senec. Thyeſte 7.
Regnum. Hor. 1. Carm. 12. 33.
Reſpublica quieta, & Turbata, contraria. Cic. 2. in Catil. 19.
Sedes. Virg. 1. Æn. 209.
Sermo quietus & remiſſus. Cic. de Senect. 28.
Somni quieti. Senec. Herc. furent. 10.
Vitam traducere quietam & otioſam. Cic. de Senect. 82.
Urbs quieta, & immanis belli. Virg. 12. Æn. 559.
Compar. ut Exſilium quietius oro. Ovid. 2. Triſt. 578.
Superl. Valde quietus. Plin. 10. Epiſt. 7. ad Trajanum, Ad quam ſpem, alioqui quietiſſimum, hortatur natalium ſplendor, &c. De amico loquitur, cui Præturam petebat. Plura utriuſque exempla ſupra V.
QUIETURUS, a, um. Partic. [ἡσυχάσων] Cic. 2. de Orat. 236. Videmur enim quieturi fuiſſe, niſi eſſemus laceſſiti.
QUIETE, Adv. [ἡσύχως, ἠρέμα, ἀτρέμας] Cic. de Senect. 13. Quiete, & pure, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis ſenectus.
Quietiſſime ſe recipere. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 46.
QUIESCENTIA, æ. f. Idem quod Quies. Firmic. lib. 1. cap. 3.
QUILIBET, V. in QUI, quæ, quod.
QUIMATUS, QUIMUS, V. QUINQUE.
QUIN, [ὅπως οὐ, ὅτι μή, μὴ οὐ] Adv. varia ſignificat, varioſque eſt ejus uſus, ut docet Donatus in Terentium paſſim. Gell. lib. 17. cap. 13. Quin particula, inquit, quam Grammatici conjunctionem appellant, variis modis, ſententiiſque connectere orationem videtur. Perlege caput integrum, ubi multa de hac particula.
Ecquis fuit, quin lacrimaretur, in LACRIMO ex Cic. 7. Verr. Quin, pro Qui non. Et quid ſi ita legendum? ſaltem Quin ex Qui non videtur συγκεκομμένον. H. St. Immo ex Qui ne, per apocopen.
Quin, Quod non. Ter. Adelph. 5. 4. 1.
 Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
 Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi.
Quin, pro Quod. Cic. Non dubito, quin eo ſis animo, quo ego eſſem ſi quid tu me rogares. Ter. And. 1. 2. 1.
 Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius.
Non dubitare quin. Cic. pro Domo, 69. Non quod dubitaret, quin ab iſto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure eſſet actum. Idem 5. Att. 11. Non enim dubitabas Zeno, quin ab Areopagitis invito Memmio impetrari non poſſet. Idem 9. Att. 11. conf. DUBITO.
Nihil abeſt quin. Cic. 11. Att. 15. Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Idem in Orat. 233. Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet.
Facere non poſſum, quin quotidie ad te mittam. Cic. 12. Att. 26. Idem pro Quin, dixit Ut non, ad Att. lib. 8. 16. Ut ad te nihil dem litterarum, facere non poſſum.
Non poſſum quin exclamem. Cic. 2. de Orat. 39. Ibid. 66. De muſicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere ſuſcepto, recuſare.
Quin, Quominus. Ter. Eun. 3. 2. pr.
 Apud Antiphonem uterque, mater & pater,
 Quaſi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
 Introire poſſem, quin viderent me. Cic. Non idcirco cauſas Iſocrates non defendit, quin id utile eſſe & honeſtum exiſtimaret.
Nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido diceret. Cic. 6. Fam 7. pr. Nemo noſtrûm eſt, ut opinor, quin vota victoriæ ſuæ fecerit: nemo, quin &c. optaret.
Quin, Qui non, quæ non. Ter Hec. 2. 1. 43.
 Et merito adeo: nam veſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit
 Ducere uxorem. Quintil lib. 7. cap. 2. Quis tam imperitus, quis tam procul a litteris, quin ſic incipiat? Cic. 7. Verr 57. Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis: in qua quum multa ſint vulnera, quis eſt veſtrûm, Judices, quin intelligat? Ibid. 71. & 140.
Nullum intermiſi diem quin, &c. Cic. 7. Att. 5. Ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te litteras. Cic. 8 Att. 12.
Dies fere nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet Cic. 1. Att. 1.
Nego ullam gemmam aut margaritam fuiſſe, &c. quin quæſierit, inſpexerit, abſtulerit. Cic. 6. Verr. 1.
 Pro Quam non. H. St.
Quin, Quare non, vel, ut non. Ter. Adelph. 2. 2. 39. Nunquid vis, quin abeam? Plaut. Ciſtel. 1. 1. 119.
 Nunquid me vis, mater, intro quin eam? &c. Donatus.
Cauſæ nihil eſſet, quin ſecus judicaret. Cic pro Quint. 32.
Nullam cauſam dico, quin. Vide CAUSA. H. St.
Quin, admirative. Ter. Adelph. 2. 3. 9.

 — illius opera, Syra, nunc vivo, feſtivum caput?
 Quin omnia ſibi poſt putarit eſſe præ meo commodo. Legendum eſt Qui, ſine liquida, ut in codd. emendatis legitur.
Quin, Certe, profecto. Plaut. Amph. 2. 2. 73.
 — at pol quin certa res
 Hanc eſt objurgare, quæ me hodie advenientem domum
 Noluerit ſalutare. Idem Men. 2. 3. 74.
 Hercle quin tu recte dicis, eadem ignorabitur.
Quin, Corripiendi vel imperandi vim habet. Ter. Andr. 2. 6. 18.
 Quidnam eſt? D. puerile eſt. S. quid eſt? D. nihil. S. quin dic quid eſt.
Quin age, ſi quid habes. Virg. 3. Ecl. 52.
Quin, Cur non, interrogative ſumitur. Ter. Phorm. 1. 4. 33.
 Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Cic. in Somn. Scip. 3. Quin tu aſpicis ad te venientem Paulum patrem? Ibid. 6. Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Idem 7. Fam. 8. Quin tu urges occaſionem iſtam? Et pro Rabir. 18. Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ? Item 4. Att. 4. Quin tu huc advolas, & inviſis illius noſtræ Reipub. germanæ? [Hic eſt pro Quid ni?
Quin potius pacem æternam, pactoſque hymenæos Exercemus? Virg. 4. Æn. 99.
Quin ergo, quod juvat, quod carum æſtimant, id ſemper faciant; ament, potent. Salluſt. in Jugurth. cap. 85. §. 41.
Quin, Etiam. Ter. Heaut. 3. 3 21.
 — Syre, pudet me. S. credo: neque id injuria:
 Quin mihi moleſtum eſt. [Plenius Quin adeo diceres.
Quin, Immo. Ter. Heaut. 4. 3. 23.
 Quid dicam? quam cauſam afferam? S. quin nolo mentiare:
 Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato. Idem Eun. 5. 2. 63.
 Non faciam, Pythias. P. non pol credo, Chærea,
 Niſi ſi commiſſum non erit. C. quin, Pythias,
 Tu me ſervato. Idem Heaut. 4. 4. 13.
Quin, Quin immo. Ter. Adelph 4. 2. 5.
 Verum. C. perii. S. quin tu animo bono es. Virg. 1. Æn. 283.
 — quin aſpera Juno,
 Quæ mare nunc, terraſque metu, cœlumque fatigat,
 Conſilia in melius referet. Plaut. Capt. 3. 4. 19.
 Quid tu ais? adduxtin' illum hujus captivum filium?
 VIR. Quin, inquam, intus hic eſt.
Quin potius. Plaut. Caſin. 1. 1. 12.
 Quin potius quod legatum eſt tibi negotium,
 Id curas, atque urbanis rebus te abſtines? Plin. Epiſt. 3. 13. extr.
Quin potius illud, adnota, quæ putaveris corrigenda.
Quin, Quamobrem. Plaut. Epid. 3. 4. 19.
 Quin tu alium quæras, cui centones farcias. Ter. Andr. 1. 2. 18.
 Quin tu uno verbo dic; quid eſt, quod me velis.
Quin, Quin etiam, inſuper, præter id. Plaut. Aulul. 2. 4. 34.
 Famem hercle utendam ſi roges, nunquam dabit:
 Quin ipſi pridem tonſor ungues dempſerat,
 Collegit, omnia abſtulit præſegmina.
Quin taces? correptio eſt ſilentium præcipientis, & timorem alicui adimentis, id eſt, Eſto ſecurus: nam tacere, ſecuri eſt. Ter. Andr 3. 3. 25.
QUINETIAM, [ὅτι δὲ, ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, καὶ] Conjunctio copulativa, qua nectimus quæ conjuncta ſignificare volumus. Cic de Amicit. 59. Quonam enim modo quiſquam amicus eſſe poterit, cui ſe putabit inimicum eſſe poſſe? quinetiam neceſſe erit cupere & optare ut quam ſæpiſſime peccet amicus. Ibid 67. Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, congreſſus ut hominum fugiat atque oderit. Virg. 2. Georg. 269.
 Quinetiam cæli regionem in cortice ſignant. Ter Eun. 4. 3. 3.
 Quinetiam inſuper ſcelus, poſtquam ludificatus eſt virginem,
 Veſtem omnem miſeræ diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit.
QUINIMMO, [ἀλλὰ δὴ, καὶ μᾶλλον] Conjunctio, pro Immo vero, vel Immo etiam. Plaut. Ciſtel. 2. 1. 39.
 Itaque me Ops opulenta illius avis. M. quinimmo mater quidem. Al. Immo αὐτός. Plin. Epiſt. 4. 9. Prævaluit ſententia Cæpionis; quinimmo conſurgenti ei ad cenſendum, acclamatum eſt, quod ſolet reſidentibus. Cic. 2. Att. 10. Ejus autem Collega, & in me perhonorificus, & partium ſtudioſus ac defenſor bonorum Quinimmo leviter inter ſe diſſident: ſed vereor ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius. Vetus codex legit, Qui nunc leviter.
 Quinimmo quum proſperi quiddam ex provinciis nuntiatum eſſet. Sueton. in Neron. cap. 42. H. St. Rectius diviſe Quin immo ſcribitur.
QUINCTIA, Gens Patricia, Romam, Alba diruta, a Tullo rege tranſlata eſt. Teſtes Liv. 1. 30. pr. & Dionyſ. lib. 3. V. Fulv. Urſin. in Denariis hujus gentis. Ejus familiæ nobiles paſſim ab Hiſtoricis celebrantur. In quibus cognomento Barbati, qui & Capitolini, Cincinnati, Criſpini, Flaminini, Penni.
 Omnium nobiliſſimus rebus domi foriſque geſtis T. Quinctius Flamininus, qui anno U. C. 554. cum Sex. Ælio Pæto coſ. factus, ſortituſque Macedoniam provinciam, de Philippo & Nabide regibus triumphum ſplendidiſſimum reportavit, libertatemque Græciæ in ludis Iſthmiis promulgari curavit. V. Liv. lib. 32. & ſeq.
 C. Quinctio M'. Acilio coſſ. Plin. lib. 7. cap. 36. Idem lib. 33. cap. 1. docet, In Quinctiorum familia aurum ne feminas quidem habere morem fuiſſe. Scribitur & Quintius, ſed altera ſcribendi ratio in Denariis antiquis occurrit.
QUINCTIA prata, a L. Quinctio Cincinnato dicta. V. Feſt. in voce. Liv. 3. 26. Plin. lib. 18. cap. 3.
QUINCUNCIALIS, QUINCUNX, QUINCUPEDAL, QUINCUPLEX, V. poſt QUINQUE.
QUINDA, n. pl. [Κυίνδα] Munitio eſt Macedonum, non procul ab Anchiale & Tarſo Ciliciæ urbibus, quas bellum illum Sardanapalum uno die condidiſſe autumant. Strabo lib. 4. Supra Anchialam ſunt Quinda, munitum caſtellum, in quo olim Macedones theſauros ſervabant. V. Alexand. Alexandrinum lib. 2. cap. 2.
QUINDECIES, QUINDECIM, QUINDECIMVIRI, QUINDENI, V. poſt QUINQUE.
QUINETIAM, V. QUIN.

Quingeni, Quingenarius, Quingenteſimus, Quingenti, Quingenties, Quini, æ. a. V. poſt quinque.
Quinimmo, V. quin.
Quinquagenarius, Quinquagenus, Quinquageſſis, Quinquageſimus, Quinquagies, Quinquaginta, Quinquatria, Quinquatrus, V. poſt quinque.
Quinque, [[illegible]] Nomen numerale.
Quinque ter implebat ulam, i. e. Quindecim. Ovid. 8. Met. 742.
Quinque pedum uſucapio, apud Ciceronem quid ſit, lib. 1. de Legib. 55. ipſemet explicat: Ex hac, inquit, non rerum, ſed verborum diſcordia controverſia nata eſt de finibus, In qua (quoniam uſucapionem, XII tab. intra quinque pedes eſſe noluerunt) depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus, nec Manilia lege ſinguli, ſed ex his, tres arbitri fines regemus. Eum locum ſic, & recte, explicat Hotomanus: Ut in controverſia vicinorum de finibus, termini requiruntur, quibus repertis, quinque quaque verſus pedes definiuntur, qui quamvis longo tempore ab alterutro poſſeſſi ſint, finibus tamen dirimendis reſervantur: ſic in controverſia de finibus bonorum & malorum, quæ philoſophos exercet, termini Academicæ diſciplinæ a Socrate poſiti, perveſtigandi ſunt, & Antiochi arrogantia illius gloriam depaſcentis regenda & corrigenda eſt. Lex autem Manilia unicum adigi arbitrum volebat finibus agrorum regundis: ſed quum tres tum eſſent, facete intulit, nec Manilia lege ſinguli: ſed ex his tres arbitri fines regemus. Aggenus Urbicus p. 53. Gœſ. De fine enim lex Manilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit, quoniam hanc latitudinem, vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri, quod uſucapi non poteſt.
Quinque primi, [[illegible]] qui Græce, & cap. 2. C. de privilegiis eorum qui in ſacro palatio militant, dicuntur Pentaproti. Cic. 5. Verr. 68. Agyrio Magiſtratus & Quinque primi, accitu iſtius, evocantur.
Quinquies, Adv. [[illegible]] Quinque vicibus. Cic. 5. Verr. 188. Reperietis quinquies tanto, Judices, amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, civitatibus imperaſſe. Idem 13. Philip. 18. At hic, me defendente, quinquies abſolutus eſt.
Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23. Scribitur & Quinquiens.
Quimus ex. gr. etiam dicere licebit, ut Bimus, Trimus, Quadrimus. H St.
Quimatus, ûs. m. [[illegible]] ut, Bimatus, & trimatus: hoc eſt, tempus vel ſpatium quinque annorum. Plin. lib. 8. cap. 45. Vim feminis xv annis longiſſima, maribus xx, robur in quimatu. De bobus.
Quini, æ. a. [[illegible]] diſtributivum vel ordinale. Cic. 5. Verr. 114. In medimna ſingula video ex litteris publicis tibi Haleſinos HS quinos denos dediſſe conſ. quinnacem. Plaut. Pſeud. 1. 3. 111. Quater quinis minis.
Quina millia pedum. Liv. 8. 8.
Quini deni. Caſſius lib. 8. cap. 9. extr. Menſes in quinos denos deſcripſerunt dies. i. e. xv. De ſapientibus Indorum.
Quina dena ſeſtertiûm. Sueton. Claud. cap. 10. extr.
Quini viceni nummi. Liv. 22. 54.
Quinas hic capiti mercedes exigit. Hor. 1. Serm. 2. 14.
Quini verſus. Nepos, 25. 18.
Græci ſtipati quini in lectulis. Cic. in Piſon. 67.
Quinio, ônis. m. [[illegible]] Tertull. de Anim. c. 6. extr. Quinionem annæ filiorum. conf. c. 46.
Quinârius, a, um. Adj. [[illegible]] dicitur Quod quinque complectitur. Plin. lib 31. cap 6. Fiſtulas denûm pedum longitudinis eſſe, legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendere. V. Octonarius, in octo.
Quinarii nummi, quod quinos æris valebant, ſicuti Denarii, quod denos. Auctor Varro de L. L. lib. 4. 36.
Quinarius argenteus, quinque libris æris, id eſt, aſſibus quinque valebat, hoc eſt, denarii dimidium. Budæus.
Quintus, a, um. [[illegible]] Adj. ordinis, a Quinque. Liv. 31. 7. Non quinto inde menſe, quemadmodum ab Sagunto Annibal, ſed quinto inde die, quam ab Corintho ſolverit naves, in Italiam perveniet.
Quintæ Calendæ, & Quinto Calendas, pro eodem apud Juriſconſultos uſurpatum ubique comperimus. Et quidni? nam qui dies Nonæ aut Idus non ſunt, in menſe, Calendæ ſunt, illiſque diebus calari populus ſolebat. Feneſtella.
Quintus Prænomen, V. paulo poſt.
Quintum, Adv. ut, Quintum Conſul, tempus deſignat, & quater ante factum. Liv. 27. 6. Declarati Conſules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Flavius Flaccus quartum. Idem 6. 42. Ut M. Furius Dictator quintum diceretur. [Quod vulgo dicunt Quinta vice, ut pro Quinquies, Quinque vicibus.
Quinto, Adv. vulgo uſurpant, ſed ſine exemplo probati auctoris.
Quintânus, a, um. Adj. [[illegible]] Plin. lib. 17. cap. 22. Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt ut quinto quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur. De limitatione vinearum loquitur.
Quintana febris, [[illegible]] apud Galenum ſæpe, quæ quinto quoque die redit.
Quintani, Quintæ cohortis, aut legionis milites. Tacit. 4. Hiſt. 71. Adventu quintanorum, quintadecimanorumque aucta legiones.
Quintana, æ. f. porta, & ſtatio militum, quum legiones in caſtra fuerant diſpoſitæ. Alexander Alexandrin. lib. 1. cap. 12. Quarta poſt Prætorium Quintana dicitur, quippe per eam commeatus in caſtra convehi, & rerum utenſilium copia venalis exponi: inde etiam merces ad uſum militaris multitudinis, quæque bello uſui forent importari & exportari ſolita. Liv. 41. 6. Ad quæſtorium forum, quintanamque hoſtes pervenerunt. Sueton. in Neron. cap. 26. Quintana domi conſtitum, ubi partæ prædæ & ad licitationem dividendæ pretium aſſumeretur [Quibus ipſis ex locis, ſi minus aliunde conſtaret, ſatis apparet, Quintana non Portæ, ſed Viæ caſtrenſis nomen fuiſſe, ubi forum eſſet rerum venalium. Pleniſſime Lipſ. de Mil. Rom. lib. 5. Dial 3. & 4.
Quintarius, a, um. Adj. Quintarium limitem ita nominavit Hyginus pag. 208 Gœſ. Quintum quemque quintarium volunt. Porro autem inter Quintum & Quintarium intereſt aliquid. Quintus eſt, qui quinto loco numeratus: Quintarius, qui quinque centurias cludit. Hunc volunt eſſe quintum, qui eſt ſextus. Nam & legumlatoribus, quemadmodum perlatum eſt, ſic cavarunt, ut a Decumano maximo quintus quiſque ſpatio itineris ampliaretur. Erat ſane interpretatio legis hujus ambigua ni ſi eorum formæ ſextum quemque limitem latiorem haberent, ſignificatione qua & minores. Tractemus nunc diligentius quid diverint e D. M.

quintum quemque latiorem decumano. Quum decumanus erat poſitus, poſiti ſunt deinde quinque limites, quorum noviſſimus factus eſt latior: his quum decumanus acceſſit, ſex fiunt. Eandem obſervationem in reliqua limitum parte eſſe voluerunt, quemadmodum a DM quinque limites docebantur, quorum eſſet ſummus latior, ſic & ab eo quintario, quum ſpatium definitum erat, quinque adjectis limitibus, ſummo, latitudinem ſuam ſervari placuit. Hæc ille.
Quintilis, is. m. [[illegible]] Quintilis menſis XXXI. dierum, ideo dictus eſt, quod in Anno Romuli quintus in ordine eſſet. Sed poſtea in honorem Julii Cæſaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio. M. filio Conſule, Julius appellatus eſt, quod hoc menſe, a. d. IV. Idus Quintiles Julius procreatus ſit, inquit Macrobius lib 1. cap. 12. Meminit & Sueton. cap. 75. Cic. 14. Att. 7. Volo menſe Quintili in Græciam.
Quincŭplex, ficis. Adj. [[illegible]] ut Duplex dicitur. Martial. lib 14. 4.

Cæde juvencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera quum datur altus honor.

Quincuplices ceras vocat Tabellas, a numero quinque foliorum: his decretus triumphus nuntiabatur Imperatori, ut placet Domitio Calderino, vel potius Conſulatus. [Gloſſ. Gr. L. [illegible], Quinqueplex, & [illegible], Quinqueplex.
Quincuplico, vel Quinquplico, âre. ut, Quinquplicare magiſtratus, apud Tacit. 2. Ann. 36. pro In annum quintum prorogare.
Quincunx, quincuncis. m. [[illegible] Gloſſ. G. L.] Quinque unciæ. ut, Uncia remota de quincunce. Hor. de Arte Poet. 327.
Quincunx, Quinque cyathorum menſura, ſive potius Quinque cyathi, qui Unciis totidem æquantur. Martial. lib. 11. 37.

Quincunces & ſex cyathos, beſſemque bibamus:
Caius ut fiat, Julius, & Proculus. Idem lib. 1. 28.
Heſterna tibi nocte dixeramus,
Quincunces, puto, poſt decem peractos.

h. e. Poſt potos decies quinque cyathos, ut vult Bud. Idem lib 2. 1.

Te conviva leget miſto quincunce, &c.

V. Budæum lib 5. de Aſſe. Beſſem poeta vocat octo cyathos. V. Sextarius Romanus in sex. [Quod in Londin. edit. & in Theſ. Lipſ. Quincunx Menſuræ genus dicitur, paulum ſupra dimidiam Heminam continens, quid ſit non aſſequor. Hemina enim, [illegible], ſive [illegible] Græcorum, cyathos 6. continet, Quincunx vero 5. Nec rem expedies, ſi & ipſam Heminam in uncias 12. diviſeris, ut quibuſdam placet, ut Libram ſcil. menſuralem.
Quincunx. Jugeri pars tertia, & una duodecima, hoc eſt, quinque unciæ. Dividitur enim jugerum, ut as, in uncias duodecim. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars tertia & una duodecima, pedes duodecim millia, hoc eſt, quincunx.
In quincuncem [[illegible]] arbores diſpoſitæ cur dicantur, facile ex Quintil. intelligimus, apud quem hæc verba, lib 8. cap. 3. leguntur, Nulluſne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem certaque intervalla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui in quamcunque partem ſpectaveris, rectus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt, ut terræ ſuccum æqualiter trahant. Cic. de Senect. 59. Quum admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam, atque puram, & ſuavitatem odorum, qui afflarentur e floribus, tum eos dixiſſe, mirari ſe, non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus. Columel. 3. 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur. Fortaſſe autem antiqui ſic Quincuncem appellaverunt exactam plantarum metationem: ut Decuſſem, exactam ſpatii diviſionem. Hæc Budæus. V. Virg. 2. Georg. 277. ſeqq. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 73. Ante hos obliquis ordinibus, in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. Varr. 1. de R. R. cap. 7. In quincuncem prope ſint ordines atque intervalla modica. Baylius, Arborum ordines dicuntur in quincuncem digeſti, quando ſecundi ordinis arbores paribus intervallis ſic diſponuntur, ut figuram quincuncialem ſervare adinvicem videantur. Glareanus in Commentarios Cæſaris, quincuncialem ordinem putat dictum, quaſi quinpunctialem, ut ſit Quincuncialis ordo, qui in quovis quadrato centro ipſius quatuor angulorum punctis comparatur. Aſpectu enim ſic fiunt quinque hoc modo ⁙ Quod ſi plura quadrata connecti intelligamus, emerget totius jugeri forma ſub ordine & aſpectu quincunciali ad hanc formam,



Vide paulo infra Quincuncialis figuram &c.
Quincunces uſuræ, ſunt Quoties ex centum nummis (ut exempli gratia ſit) quinque nummos uſuræ menſtruæ nomine percipimus. Sic Semiſſes uſuræ, trientes, beſſes & hujuſmodi.
Modeſto quincunce nutrire nummos. Augere nummos ſuos fœnore quincunciali. Perſ. 5. Sat. 149. V. Uſura, in utor.
Quincunciâlis, e. Adj. ut, Quincuncialis herba: quæ minor eſt ſemipede, & ſeptenûm ferme digitorum. Plin. lib. 27. cap. 11. Inter omnes herbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius: Aliqui ægonychon vocant, alii dioſpyron; alii heracleos: Herba quincuncialis fere, foliis duplo majoribus quam rutæ. Et paulo poſt, Jacere eam, atque humi ſerpere auctores tradunt. Budæus.
Quincuncialis figura, ejus figuræ quæ Decuſſim antiquis ſignificabat, media eſt. Fiebat vero decuſſis ad X litteræ formam, quæ quidem apud Latinos decem ſignificat. Atque hæc ſi per medium ſecetur, remanebit V figura, quæ quinarium numerum, atque adeo quincuncem demonſtrat. Sed hæc quidem multoties tum ſuperius, tum etiam inferius multiplicata, figuram facit quæ quincuncialis appellatur.

Quincunx, Ordo quincuncialis.

V




Quincun-


Quincuncialis ordinum ratio. Plin lib. 17. cap. 11. In diſponendis arboribus arbuſtiſque, ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata & neceſſaria, non perflatu modo utilis, verum & aſpectu grata quocunque modo intueare, in ordinem ſuporrigente verſu.

Didici, inquit Budæus in Aſſe, duplicem quincuncialis ordinis rationem eſſe. Alteram noſtrates *Scacariam*, quaſi alveolatam appellant, *en eſchiquier.* Sumſit enim formam a poſtica parte alvei, in qua ſcrupos hodie luſitantes promovent & reducunt. Altera ratio reticulata dici poteſt, non in quadras ut prior, ſed in rhombos conformata, ea forma, qua ſpecularia apud nos plerumque videntur in feneſtris lumen vitro tranſmittentibus, *en lozanges.* Hujuſmodi ordinum obſervatio Northmannis ſolennis eſt inſtituendis pomariis: quorum arboratores e ſeminariis plantulas transferentes, ita ſtellatim decoſſare norunt ordines, ut in quamcunque partem te vertas, rectam ſemper ſeriem videas, nuſquam obliquante proſpectu in longinquum. Hæc Budæus.

Alveolata.



Reticulata.



Quincupĕdal, Menſura quædam quinque pedum, qua fabri murarii in demetiendis parietibus uti ſolent. Hujus formam & uſum ſic depingit, Martial. lib. 14. 92.

Puncta notis ilex, & acuta cuſpide clauſa,
Sæpe redemptoris prodere furta ſolet.

Quinquātria, trium. n. [Παναθήναια Gloſſ. Lat. Gr.] ab eo quod Quinquatre, in ſingulari, ſicut Bacchanale & Vulcanale. Feſta erant quæ quinque diebus Palladi fiebant menſe Martio: ita appellata, quoniam quinque diebus poſt Idus celebrabantur: nam dies poſt Idus, ater erat. Inde Quinquatria, quaſi quinque ab atro die. Primo die fiebant ſacrificia: tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant: quinto die erat luſtratio. V. Ovid. 3. Faſt. 809. &c. Sunt qui dicant hunc diem munuſculorum quoque eſſe, quo tempore matronæ inter ſe invicem munera miſſitabant, & cœnas ſervis apponebant, ut viri Saturnalibus. Plaut. Milit. 3. 1. 98.

— da quod dem Quinquatribus,
Præcantatrici, conjectrici, ariolæ, atque aruſpicæ. [Immo Nonæ illæ Juniæ ſunt, quæ Caprotinæ dicebantur. V. Interpp. ad Ovid. 2. de A. A. v. 257. Quamquam & Quinquatrus hilariter tranſigebant. Quod item de Atris diebus additur nugæ ſunt. V. ſeq. dict.

Feſta Quinquatria. Hor. 2. Epiſt. 2 197.

Quinquatria, Quinquatriorum, Quinquatribus & Quinquatriis, tam tertiæ quam ſecundæ declinationis, ſicut cetera feſtorum nomina. Diomedes vero Quinquatræ [vel Quinquatriæ] in prima declinatione protulit. Cic. 12 Fam. 25. Quinquatribus frequenti Senatu cauſam tuam egi, non invita Minerva. Alludens ad Deæ præſentiam.

Quinquātrus, ûs. m. etiam dicitur, ſicut Triatrus, Sexatrus, Septimatrus, Decimatrus. Jungiturque hæc particula atrus, nihil ſignificans, ſupplementi cauſa. Auctor Gellius lib. 2. cap. 21. Varro lib. 5. de L. L. 3. Quinquatrus: hic dies unus a nominis errore obſervatur proinde, ut ſint quinque, dictus, ut ab Tuſculanis poſt diem ſextum Eidus ſimiliter vocatur Sexatrus, & poſt diem ſeptimum, Septimatrus, ſic hic quod erat poſt diem quintum Idus Quinquatrus. Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui fere bis celebrantur. Qui ſcilicet errant, tam hercule, quam qui triduo Saturnalia, & totidem diebus Compitalia: nam omnibus his ſingulis diebus fiunt ſacra. Forma autem vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum enuntiata eſt, quod poſt diem quintum Iduum eſt, is dies feſtus. ut apud Tuſculanos, Triatrus, & Sexatrus, & Septenatrus, & apud Faliſcos Decimatrus. Minervæ autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die ædis ejus in Aventino conſecrata eſt. Hæc Feſtus. At Chariſius lib. 1.

Quinquatrus antiqui dicebant a Quinquando, id eſt luſtrando, quod eo die arma Ancilia luſtrari ſint ſolita.

Quinquatrus, pl. f. pro ipſis Quinquatriis, antique. Cic. 9 Att. 12. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas, qua ego illum uſum puto. Idem 2. Fam. 12. Ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ quinquatrus afferebantur.

Minores etiam Quinquatrus erant, de quibus Ovid. 6. Faſt. 651. Hæc erant Idibus Juniis. Idem v. 694.

— ſupereſt mihi diſcere, dixi,
Cur ſit Quinquatrus illa vocata dies &c. V. Varr. l. c. Feſt. in Minuſculæ.

Quinquĕfŏlium, i. n. [πεντάφυλλον] Herba, e numero foliorum nomen habens, unde etiam Græcis Pentaphyllon dicitur. Plin. lib. 25. cap. 9. Quinquefolium nulli ignotum eſt, quum etiam fraga gignendo commendetur. Græci vocant pentapetes, ſive chamæzelon, ſive pentaphyllon. Quum effoditur, rubram habet radicem. Hæc inareſcens nigreſcit, & anguloſa fit. Nomen a numero foliorum habet: & ipſa herba incipit & deſinit cum vite. Idem cap. 6. Foliis per intervalla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartito.

Quinquelībrālis, e. Adj. [πεντάλιτρος] Pondo quinque librarum. Columel. lib. 3. cap. 15. Diſpoſitis lapidibus paucis, qui ſinguli non excedant quinquelibrale pondus.

Quinquemestris, e. Adj. [πεντάμηνος] Quod quinque menſium eſt. Varro 2. de R. R. cap. 7. Quinquemeſtribus pullis factis, quum redacti ſunt in ſtabulum, objiciendum, &c. Plin. lib. 8. cap. 48. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, præmaturum exiſtimant.

Quinquennium, i. n. [πενταετία] Spatium quinque annorum, quod & Luſtrum dicitur. Cic. 3. de Legib. 7. Bini ſunto, magiſtratum quinquennium habento. De Cenſoribus.

Duo quinquennia, Decem anni. Ovid. 11. Met. 584.

In quinquennio. V. in.

Quinquennis, e. Adj. [πενταετής] Quod quinque annorum eſt. Plaut. Pœn. prol. 85.

Carthaginenſi duæ fuere filiæ,
Altera quinquennis, altera autem quadrimula. Columel. lib. 7. cap. 6. Caper quinquennis parum idoneus. Ovid. 4. de Ponto 6 5.
In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. Hor. 1. Serm. 2. 57.
Quinquennes oleas eſt, & ſilveſtris corna.

Vinum quinquenne. Hor. 2. Serm. 8. 47.

Quinquennālis, e. Adj. [πενταετηρικός] Quod fit ſingulis quinque annis. Cic. 3. de Orat. 127. Ex quibus Elæus Hippias, quum Olympiam veniſſet, maxime illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus eſt, &c.

Quinquennales ludi. Plin. lib. 4. cap. 5.

Quinquennalis magiſtratus, Qui quinque annis continuis geritur. Liv. 4. 24. Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem cenſuram.

Tempus quinquennale. Varr. de L. L. lib. 5. 2.

Vota quinquennalia, in quinquennium ſuſcepta, quod exactum tempus ludis ſolennibus celebrabatur. Liv. 31. 9. extr. Vovit in eadem verba cos. præeunte Max. Pontifice, quibus ante quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant: præterquam quod tanta pecunia, quantam tum, quum ſolveretur, Senatus cenſuiſſet, ludos, donaque facturum vovit. conf. quinquennalia.

Quinquepartītus, a, um. Adj. [πενταμερής] Quod in quinque partes diviſum eſt. Cic. 1. de Invent. 59. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant eſſe argumentationem. Legitur etiam Quinquepertitam.

Quinquepartīto, Adv. [πενταμερῶς] Plin. lib. 25. cap 6. Foliis per intervalla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum inciſis quinquepartito, nigris & ipſis, plumoſiſque.

Quinquepedum uſucapio, Quinqueprimi, V. quinque

Quinquerēmis, is. f. [πεντήρης] Navis quinque remorum ordines habens. Liv. 41. 9. DC equites & decem quinqueremes naves, ſi deducere ea navalibus vellet. Cic 6. Verr 103. Certos homines in quinqueremi miſiſſe, qui eos dentes reportarent.

Quidam Quinquiremis ſcribunt. H. St.

Quinquertium, i. n. [πένταθλον] Exercitationis genus, quod quinque artibus his conſtabat, jactu diſci, curſu, ſaltu, jaculatione, luctatione. Feſtus Budæus in l. Athletas. D. de his qui notantur infamia. V. Ariſtot. 1. Rhet. 5. ad fin. & ex eo Hier. Mercur. de A. G. 2. 14. Vandale Diſſ. 8. De Gymnaſiarchis &c. cap 4.

Quinquessis, is. m. Nomus apud Romanos. Antonius Auguſtinus ad Feſtum; Quinqueſſis, inquit, quinarius, ſive victoriatus dictus eſt, quod initio quinque aſſibus æſtimaretur, poſtea octo valuit, ejuſque nota erat Victoria. Plinius [Planiſſume hic quidem lib. 33. cap 3. de Quinario ſeu Victoriato. Quinqueſſis vero mentionem nuſquam apud antiquos invenio.

Quinquĕvir, viri. [εἷς τῶν πέντε] dicitur ut Triumvir. Cic. 4. Acad. 114. Neſcio an ne Quinquevirum quidem quenquam, niſi ſapientem. Idem 2. de Lege Agrar. 17. Toties legibus Agrariis curatores conſtituti ſunt Triumviri, Quinqueviri, Decemviri. Hor. 2. Serm. 5. 59.

Scriba ex Quinqueviro corvum deludet hiantem.

Quinquevirātus, ûs. m. [ἀρχὴ τῶν πέντε, πενταρχία] Officium (vel magiſtratus) Quinquevirorum. Cic. 9. Att. 2. Repudiari ſe totum magis etiam, quam olim in Quinqueviratu, putabit. Vetus codex legit, XX viratu. Idem de Provinc. Conſul. 41. Me ille, ut Quinqueviratum acciperem, rogavit. Hic quoque F. Urſin. & Manut. legunt XXviratum.

Quindĕcim, [δεκαπέντε] Numerale nomen indeclinabile. Plaut. Pſeud. 1. 3. 112. Et jam quindecim habeo minas.

Quindecimvir, viri m. [εἷς τῶν πεντεκαίδεκα, πεντεκαιδεκάδαρχος] Nomen magiſtratus apud Romanos. Plin. lib. 7. cap 43. Q. Metellus in ea oratione, quam habuit ſupremis laudibus patris ſui L. Metelli, Pontificis, bis Conſulis, Dictatoris, Magiſtri equitum, Quindecimviri agris dandis, &c. [Non Magiſtratus hic, ſed Officii a S. P. Q. R. extra ordinem demandati nomen eſt.

Quindecimviri ſacris faciundis, erant apud Romanos Pontifices quindecim, qui tam divinis myſteriis & ſacrificiis ſolennibus, quam reſponſis dandis præeſſe in Algido, in templo Dianæ, juſſi ſunt per populum. Alexand. lib. 3. cap. 16. [Primum duo ab ipſo Tarquinio rege inſtitutos fuiſſe docet Dionyſ. 4. 62. Decem deinde populus eſſe juſſit, partim patricios, partim plebejos, anno U. C. 387. V. Liv. lib. 6 cap. 37. extr. & 42. pr.

Digitized by Google

Quindecimviri Sibyllini, a Sulla Dictatore fuerunt inſtituti, quum ante Sullæ Dictaturam decem duntaxat fuiſſent, ad quorum cuſtodiam & inſpectio librorum, ſeu carminum Sibyllinorum, quæ fata orbis continere putabant, tum ludorum Sæcularium procuratio pertinebat, ut docet Corn. Tacit. lib. 11. Ann. 11. his verbis, Nam is (Domitianus) quoque edidit ludos ſæculares; iiſque intentius affui, ſacerdotio Quindecimvirali præditus, ac tum Prætor. Quod non jactantia refero, ſed quia collegio Quindecimvirûm antiquitus ea cura mandabatur, & magiſtratus potiſſimum exſequebantur officia cæremoniarum. Hæc Tac. Eodem reſpexit in Carmine Sæculari Horatius, ubi ait, v. 70.

Quæque Aventinum tenet, Algidumque
Quindecim Diana preces virorum
Curet, & votis puerorum amicas
Applicet aures.

Habuiſſe eos & Magiſtrum collegii, & Sacro quoque illo, quo vivi homines a Romanis defodiebantur, carmen præire conſueſſe docet Plin lib. 28 cap 2 Cujus ſacri, inquit, precationem, qua ſolet præire Quindecimvirum collegii Magiſter, ſi quis legat, profecto vim carminum fatebitur. [Malim Quam ſolet. Sic enim paſſim vett. loquuntur. V. PARSO.

QUINDECIES, Adv. [illegible] Quindecim vicibus. Martial. lib. 7. 9.
Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad rem?

Quindecies, ſubaudito, centena millia. Cic. 4. Verr. 61. At illa H-S D. millia hæreditatis, acceſſit ipſius antiqua H-S quindecies pecunia.

QUINDENI, æ, a. [illegible] Adj. Idem ſignificat quod Quindecim diſtributive. Liv. 35. 40. Quindena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt, &c. Quidam legunt, Quina dena.

QUINI DENI, Quinæ denæ, Quina dena. Idem l. Qui quadraginta. §. qui ducenta. Ad legem Falcid. in Pandectis.

QUINTUSDECIMUS, a, um. Adj. [illegible] Plin. lib. 9. cap. 51.

QUINDECAGONUM, [illegible] Figura eſt æquilatera & æquiangula, compoſita ex XV angulis, & lateribus æqualibus. Euclid. 4. Element. Probl. 16. Propoſ. 16. in dato circulo, quindecagonum & æquilaterum & æquiangulum deſcribere. [Sic vetus Euclidis interpres. Al. Quindecagonum. Sed aut Græcum vocabulum retinendum fuit, aut Quindecangulum Latine dicendum.

QUINQUAGINTA, indecl. [illegible] Virg. 1. Æn. 707.
Quinquaginta intus famulæ, &c.

QUINQUAGIES, Adv. [illegible] Columel. lib. 5. cap. 2. Has duas ſummas in ſe multiplicato, quinquagies centeni fiunt quinque millia. Plin. lib. 7. cap. 25. Idem ſignis collatis quinquagies dimicavit.
Quinquagies bis centena, quindecim, &c. Plin. lib. 2. cap. 108.
Quinquagies centena millia. Plin. lib. 2. cap. 108. Quod & per ellipſin Quinquagies tantum dicitur.

QUINQUAGESIES, Adv. Subaudito Centena millia. Plaut. Men. 5. 9. 99.
Vix credo tota auctione capiet quinquageſies. Alii legendum putant Quinquagies.

QUINQUAGENUS, a, um. Adj. [illegible] Idem in diſtributione, quod Quinquaginta. Plin. 8. 36. Vivunt quinquagenis annis, quidam & centenis. Idem 15. 24. Juba auctos eſt quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia eſſe eas. Cic. 5. Verr. 69. In ſingulos H-S quinquagenis millibus damnari mavultis? Quod & per ellipſin Quinquagena dicebant.

QUINQUAGENARIUS, a, um. Adj. [illegible] Quod quinquaginta continet. Cato R. R. cap. 13. Urnam quinquagenariam unam, ſextarium olearium unum. Sic cap. 10.
Quinquagenariæ cohortes, Quæ quinquaginta militibus conſtabant. Curtius lib. 5. 2. 3. Sed rectius Quingenariæ ſcribitur.
Quinquagenarius grex, h. e. Quinquaginta capitum. Varr. 2. de R. R. cap. 10.

QUINQUAGESIMUS, a, um. aliud Adj. [illegible] Ordinis, ut, Quinquageſimus unus. Plin. lib. 7. cap. 9. Quinquageſimo uno raptus anno.
Quinquageſima liba, Quinquagies oblata Natalitio ſacro. Martial. lib 10. 24.

Natales mihi Martiæ Calendæ,
Lux formoſior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi munera & puellæ?
Quinquageſima liba, ſeptimamque
Veſtris addimus hanc focis acerram.

Quinquageſimas exigere, ea forma qua & Decumas exigere dicitur. Cic. 5. Verr. 116. Subauditur Partes.

QUINGENTI, æ, a. [illegible] ut, Quingenti milites: h. e. Quinquies centum. Cic. 16. Att. 8. Nec mirum, quingentos denarios dat. Eidem, lib. 4. 2. Tuſculanam villam quingentis millibus, Formianum H-S. ducentis quinquaginta millibus. Virg. 10. Æn. 204.
Hinc quoque quingentos in ſe Mezentius armat.

Quingentis empto drachmis. Hor. 2. Serm. 7. 43.

QUINGENTIES, Adv. [illegible] Cic. 4. Verr. 27. Ob eam rem H-S quingenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exacturum.

QUINGENI, æ, a. [illegible] Idem in diſtributione, quod Quingenti. Columel. lib. 5. cap. 2. Horum pars dimidia duo millia quingeni.
Quingena, ſubaudito Millia, in pecuniaria ratione Romanorum. Cic. 4. Att. 2. Apud eum H-S quingena depoſuerunt, ut qui a Catone damnatus eſſet, id perderet.
Quingeni, pro Singulis quingenti. Suet. in Cæſ. cap. 38. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos quos pollicitus olim erat, viritim diviſit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ uſque ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſit.
Sunt qui Quingentani uſurpant, ſed nulla auctoritate freti. Etſi ſane alterum illud ex hoc per Syncopen natum videtur.

QUINGENARIUS, a, um Adj. [illegible] Plin. lib. 33. cap. 11. Diſpenſator Hiſpaniæ Citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat. i. e. Pondo quingentarum librarum.

QUINGENTESIMUS, a, um. Adj. [illegible] Plin. lib. 15. cap. 1. anno orbis quingenteſimo quinto.

QUINIANUS, V. QUINTUS, poſt QUINQUE.

QUINTII, [Κοίντιοι] Populi ſunt in Armenia ad Medorum montes. Strabo lib. 11. Hus autem montium radices, ad ſummum uſque a mari incipiendo, Albanorum & Armeniorum nonnulli quadam ex parte habitant, partem vero maximam Gelæ, Docaſinii, & Amardi & Quintii, (al. Quiti, Κοίτιοι) & Anariacæ.

QUINTILIANI dicti ſunt juvenes, qui per ludum & laſciviam currentes Lupercalia celebrabant. Alexander Alexandrinus lib. 4 cap. 12. Sunt qui putent Romulum & Remum, quum Fauno ſacra facerent clamore paſtorum excitos, quorum oves abactæ erant, in latrones præda onuſtos incurſiſſe nudos, prædamque detraxiſſe: qua poſtquam potiti ſunt, ſacra inſtituiſſe, ut nudi juvenes, incincti pellibus, per ludum & laſciviam currerent: ex quibus alii Fabiani, nonnulli Quintiliani dicti. V. Feſt. in Fabiani, & in ipſa voce.

QUINTILIANUS, i. m. [illegible] Cognomen adoptivum, a Quintiliis tractum. M. Fabius Quintilianus, Rhetor, ortus in Hiſpania, in civitate Calagurritana, ut Euſebio placet. Ipſe Quintilianus Hiſpanos provinciales ſuos vocat. Eum dicunt Romam cum Galba Imp. veniſſe, brevique tempore poſtea in familiaritatem Domitiani principis receptum ſororis ejus nepotes erudiiſſe. Id quod ipſe teſtatur in proœmio lib. 4. Ludum Romæ aperuit, primuſque e fiſco ſalarium tulit. Laurentius Valla, eum in præceptis Ciceroni præferebat, ſtiloque ejus & doctrinæ magnopere adhærebat. Meminit ejus Martial. lib. 2. 90.

Quintiliane, vagæ moderator ſumme juventæ,
Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ.

Plinius quoque ejus diſcipulus 2. Epiſt. 14. ad Maximum, Ita certe ex Quintiliano præceptore meo audiſſe memini. Sic lib. 6. Epiſt. 6. ad Fundanum. Idem 6. Epiſt. 3. extr. teſtatur ſe L. millia nummûm donaſſe nupturæ ejus filiæ.

QUINTILIS, V. QUINQUE.

QUINTILIUS, i. m. Nomen gentile Ro.
Cn. Quintilius, Dictator Romæ veneficis matronis puniendis creatus eſt. Alexander Alexandrinus lib. 1. cap. 6. Poſt quem quum Romæ de veneficiis quærerent, & aliquot matronæ damnatæ forent, eaque res prodigii haberetur loco: ut mentes alienatæ ſui compotes fierent, ſimili memoria ex annalibus repetita, clavi figendi cauſa Dictator creatus Cneus Quintilius fuit, qui fixo item clavo, quum eo piaculo civium mentes ſui compotes feciſſet, diſcordeſque animos conciliaſſet, Dictatura ſe abdicavit. Ex Livii 8. 18. Scribitur & QUINCTILIUS per CT.
Quintilius Varus Poeta nobilis, ut ſcribit Euſebius ad Ol. 189. Cremonenſis fuit, Virgilii olim & Horatii familiaris, qui obiit ante Virgilii obitum annis ſex. Hujus meminit Horatius, cum alibi, tum 1. Carm 24. ubi ipſius mortem deplorat. Idem eſſe creditur, qui in Germania cum tribus legionibus totidemque alis & ſex cohortibus cæſus eſt. Quam cladem Varianam graphice deſcripſit Vellejus lib. 2. cap. 117. & 118. V. Gyrald. de Poet. Hiſt. Dial. 4. & infra ſ. l. VARUS.

QUINTIPOR, V. QUINTUS, Prænomen.

QUINTUS, [Κόϊντος] Prænomen antiquis magno in uſu. Fuit autem Quintus a principio is dictus, Qui loco natus eſſet quinto: ut Sextus, qui ſexto: Decimus, qui decimo. Quod & in feminis eſt ſervatum, ut Claudia Quinta. Poſtea tamen Quintus cœpit eſſe prænomen ejus etiam quandoque, qui ſecundo, vel tertio, atque etiam primo loco natus eſſet, ut in Metellis, Catulis, & aliis licet reperire. Scribitur & Quinctus.

QUINTIPOR, ſervile nomen frequens apud antiquos erat, a prænomine domini ductum, ut Marcipor, Caipor. Quamvis ſint, qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. Feſtus. A Cajo ſcil. Marco, Quinto. Por autem, pro Puer. V. Dacer. ad loc.

QUINTIUS, vel QUINCTIUS, nom. gentis Ro. V. QUINCTIA gens.

QUINUS, V. QUINQUE.

QUIPPE, Adverbium, quo rationem ejus, quod præceſſit, reddimus. Terent. Heaut. 2. 4. 9.

Nam expedit bonas eſſe vobis: nos, quibuſcunque eſt res, non ſinunt:
Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt.

Cic. 1. de Finib. 20. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto.
Dixiſti quippe, jam ſtatum & ſtatutum eſt Cic. pro Muren. 62.
Movet me quippe lumen curiæ. Cic. pro Milon. 34.
Quippe, pro Certe. Cic. pro Cæcin. 55. Recte igitur diceres te reſtituiſſe? quippe. quid enim facilius eſt quam probari iis, qui Latine ſciant? &c. [Puto tollendum punctum poſt Quippe. q. d. Quid enim quippe &c.
Quippe quum. Cic. 2. Off. 34. Harum igitur duarum ad fidem faciendam juſtitia plus pollet: quippe quum ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis.
Quippe etenim. Lucret. lib. 2. 791.

Quippe etenim multo proclivius exorientur
Candida de pullo, &c.

conf. paulo ante Quippe enim.
Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus. Virg 1. Georg. 268.
Quippe qui, Ut qui, nempe qui, vel nempe quum. Columel. lib. 11. 3. 55. de cappari, Quippe quæ res etiam in deſertis agris, citra ruſtici operam, convaleſcit. Plaut. Amph. 2. 2. 113.

An etiam id tu ſcis? AL. quippe quæ ex te audivi, ut urbem maximam
Expugnaviſſes, &c.

Cic. pro Roſc. Amer 52. Convivia cum patre inibat, quippe qui ne in oppidum quidem niſi perraro veniret.
Quippe quia. Ter. Heaut. 3. 2. 17.

Ego vero laudo. s recte ſane. c. quippe quia
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.

Quippe quod. Cic. 1. Fam. 9. Ubi de mea ſententia queſtus eſt Cæſar: quippe quod etiam Ravennæ Craſſum ante vidiſſet. Legitur in emendatis libris, Quippe qui.
Quippe quoniam. Plin. 26. 10. Inſanabilis non eſt credendus: quippe quoniam & ſponte deſinit, in pluribus certe. De podagræ morbo.
Quippe ubi. Virg 1. Georg 507.

Quippe ubi fas verſum atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ ſcelerum facies.

Lucret. 3. 431.

Quippe ubi imaginibus fumi nebulæque moventur.

Græcanicum eſt: eſt enim quod Græci ſcriptores, [illegible] dicere ſolent, quod valet, Præſertim quum. Ait enim principia animæ tenuiora eſſe fumo & nebula, præſertim quum fumi & nebulæ imaginibus ſoleant moveri. Faerb.
Quippe in principio clauſulæ Cic. pro Muren. 74. Quippe, inquit, tu mihi ſummum imperium, ſummam auctoritatem, tu gubernacula Reip. petas fovendis hominum ſenſibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus.

Quippe,

Quippe, indignantis, cum amaro quodam joco. ut Virg. 1. Æn. 43.
Quippe vetor fatis.

QUIPPINI, [τί γάρ] Cur non, antique. Plaut. Men. 5. 5. 45.
Ad me face ut efferatur. s. itan' cenſes? MAN. quippini? Al. Quippe ni, rectius.

QUIRIANUS, a, um. Adj. ex Quiris Italiæ populis confictum ac Catoni attributum a Plin. lib. 15. cap. 14. Cato adjicit Quiriana poma, & quæ tradit in doliis condi, Scantiana. Ubi V. Hard. not. & mox QUIRINIANUS.

QUIRINA Tribus, V. TRIBUS.

QUIRINUS, i. m. [Κυρῖνος] inquit Servius, Romulus dictus eſt, vel quod haſta utebatur, quæ Sabinorum lingua Curis dicitur: haſta enim, id eſt curis, telum longum eſt, unde & Securis, quaſi ſemicuris. Vel quod Græce κοίρανος Rex dicitur: conſtat autem Græcos fuiſſe Romanos. Vel propter generis nobilitatem. Mars enim quum ſævit, Gradivus dicitur: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Urbe duo ejus templa ſunt: unum Quirini intra urbem, quaſi cuſtodis & tranquilli: aliud in Appia via, extra urbem, prope portam, quaſi bellatoris, vel Gradivi. Hæc Servius enarrans illud Virg. 1. Æn. 296.
Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt, &c. V. Ovid. 2. Faſt. 475. [Gloſſ. Lat. Gr. Quirinus, Ἐνυάλιος, & Gr. Lat. Ἐνυάλιος, Quirinus.
Genitor urbis Quirinus. Ovid. 15. Met. 862.
Victor. Virg. 3. Georg. 27.
Armifer. Sil. lib. 16. 76
Iliacus. Sil. lib. 13. 266.
Magnus. Ovid. 4. Faſt. 808.
Martigena Quirinus. Ovid. 1. Faſt. 199.
Trabbeatus. Ovid. 14. Met. 828.
Collis Quirini, Quirinalis. Ovid. 14. Faſt. 375.

QUIRINALIS, e. Adj. [Κυρινάλιος] Quirinalis collis dictus eſt Romæ, quod in eo Quirini templum erat: ſive quod in eum commigraverint Sabini a Curibus venientes. V. Feſt. & Varr. de L. L. 4. 8.
Quirinalia porta etiam Romæ dicta, ſive quod ea in collem Quirinalem iretur: ſive quod proxime eam eſſet Quirini ſacellum. Feſt.
Jugum Quirinale. Ovid 6. Faſt 218.
Lituus Quirinalis, Qualem Quirinus habuit. Virg. 7. Æn. 187.
Trabea Quirinalis. V. TRABEA. conf. FLAMEN.

QUIRINALIA, um. n. pl. [Κυρινάλια] Dies quo Quirino fiebant ſacra menſe Februario. Idem Stultorum feriæ appellantur (ante, quam in eum commigrarent fere Sabini a Curibus venientes poſt fœdus inter Romulum & Tatium) quod quidem ſuorum fornacalium ſacrorum cognominant, eo potiſſimum rem divinam faciunt. Feſtus. ubi V. Scalig. Ovid. 2. Faſt. 513.
Lux quoque cur eadem ſtultorum Feſta vocetur,
Accipe; parva quidem cauſa, ſed apta ſubeſt. &c. Cic. 2. Q. frat. 13. Comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur, Appius, &c. Ibid. epiſt. 3. Clodius in Quirinalia produxit diem.

QUIRINIANUS, a, um. Adj. Cato de R. R. cap. 7. Poma Quiriniana. Sic MSſ. legitur & Quiriana. V. QUIRIANUS.

QUIRITES, ium. m. pl. Cives Romani dicuntur a Quirino, id eſt Romulo, urbis Romæ conditore: vel a Curibus, Sabinorum urbe. Auctor Servius enarrans illud Virg. 7. Æn. 710.
— poſtquam in partem data Roma Sabinis,
Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites. V. de hujus nominis ratione Liv. 1. 13. & 2. 56. Varr. de L. L. 4. 8. & Feſt. Cic. pro Cæcin. 96. Qui enim poteſt jure Quiritium liber eſſe is, qui in numero Quiritium non eſt. De Genit. V. mox.
Belliciſſ. Hor. 3. Carm. 3. 57.
Mobiles. Hor. 1. Carm. 1. 7.
Quirites interdum ignominiæ cauſa Imperator vocabat milites, nimirum quum ob grave aliquod delictum integram legionem exauctoraret: ut eſt apud Lampridium in Alexandro cap. 54. qui de exauctorata una legione loquens, ita inquit, Quum nihilominus poſt illa fremerent, exclamavit, Quirites diſcedite, atque arma deponite. Miraudo exemplo, depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, non ad caſtra, ſed ad diverſoria varia diſceſſerunt. Cui ſimile illud eſt Cæſaris apud Lucan. lib. 5. 357.
Jam certe mihi bella geram: diſcedite caſtris:
Tradite noſtra viris ignavi ſigna Quirites. Quirites enim eos appellans, ſignificabat non eſſe milites, ſed cives tantum Romanos, & paganos jam eſſe. [V. Suet. Jul. cap. 70. Gloſſ. Lat. Gr. Quirites, Πολῖται Ῥωμαῖοι, & Gr. Lat. Ἀνὴρ Ῥωμαῖος, Quiritis, & Vocativi Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, Quirites.
Et quamquam hoc nomen Quiritem, quidam tantum pluraliter declinari velint, apud poetas tamen reperimus Quiritem, a Quiris Quiritis, vel Quirites Quiritis, vel hic & hæc Quiritis. In Genitivo plurali Quiritium, & Quiritum per ſyncopen. Perſ. 5 Sat. 75.
— heu ſteriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit. Ovid. 1. Amor. 7. 29. Minimum de plebe Quiritem.
Quiritium foſſæ dicuntur, quibus Ancus Marcius circumdedit urbem, quam ſecundum oſtium Tiberis poſuit. ex quo etiam Oſtiam. Et, quia populi opera eas foſſas fecerat, appellavit Quiritium. Feſtus.
Quiritium jus, erat jus Quiritibus, non etiam peregrinis, inter ſolos Quirites commune, velut Mancipatio, Uſucapio, Ceſſio in jure, Juſta hæreditas, Emptio ex præda ſub corona, Emptio in bonis, ſectionive alicujus. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 1. & Ulpian. in fragment.

QUIRITIS, Juno menſalis dicta eſt apud Romanos. De ea ſic Alexander lib. Gen. dierum 1. cap. 17. Romuſque ſingulas Curias (Romanus populus in tres tribus Titienſem, Ramnenſem, & Lucerem diſtributus, quinque & triginta poſtea ſupercrevit) in decurias, præfectos illarum Decuriones diviſiſſe, ut in ſua quiſque Curia ſacra facerent, ſuamque aram haberent: ubi Juno Menſalis, quæ Quiritis dicta eſt, colebatur: feriaſque obſervarent, ac ex repertarum nominibus, decuriis nomina fuiſſe multi aſſeverant.

QUIRITO, [χειλιάζω, ἐπικαλοῦμαι] āre. & frequentius

QUIRITOR, āri. Clamare, Romanorum civium, ſeu Quiritum auxilium invocare. Varr. lib. 5. de L. L. 7. Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. Et paulo poſt, Ut Quiritare urbanorum, ſic Jubilare ruſticorum. Nonius 1. 78. Quiritare, eſt Clamare: tractum ab iis qui Quirites invocant. Lucil. lib. 12. Satyr.
Concurſans veluti ancarius, clareque quiritans. Budæus, Quiritari, deos hominesque implorare. Liv. 30. 8. extr. Occulebat vim. quod præ ululatibus, tympanorumque & cymbalorum ſtrepitu, nulla vox quiritantium, inter ſtupra & cædes, exaudiri poterat. conf. cap. 10. extr. Cic. 10. Fam. 32. Quum quidem pranſus, nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum rejectis inambularet, & illi miſero quiritanti, Civis Romanus natus ſum: reſponderet, Abi nunc, fidem populi implora.
Quiritare, Exclamare. Quintil. lib. 3. cap. 8. Rogatus ſententiam, ſi modo eſt ſanus, non quiritet, ſed quam maxime poteſt, civili & humano ingreſſu mereri aſſenſum deliberantis velit.
Quiritare, Conqueri. Plin. lib. 9. cap. 17. Quæ reputatio aufert tranſverſum animum ad contemplationem eorum, qui in conqueſtione luxus coquos emi ſingulos pluris, quam equos quiritabant. [Eo veriſimilius eſt, hoc verbum non frequentativum a Queror eſſe, Sed à Quiritium fide implorare deduci, quod & primam brevem habet, & penultimam longam. Gloſſ. Lat. Gr. Quiritans, Ἐπιβοώμενος.

QUIRITATIO, ōnis. f. Liv. 33. 28. Fuga comitum & quiritatio facta, & tumultus tota urbe diſcurrentium factus cum luminibus.

QUIRITATUS, ûs. m. Clamor urbanorum, Jubilatus ruſticorum, ut oſtendit Valla ex auctoritate Varronis de L. L. 5. 7.
Quiritatus infantium. Plin. 6. Epiſt 20. Audires ululatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.
Eodem habitu & quiritatu. Valer. lib. 6. cap. 2. hiſtoria 8. H. St. Adde verba, quæ ſequuntur, Sævitiam tuam exſecrantem.

QUIRITARIUS, i. m. Cui jure Quiritium dominium competit. Vox apud JCtus occurrens.

QUIRRITO, āre. Vocem edere verris. Auctor Philomelæ, v. 55.
Quirritat verres, pardus rudit, oncat aſellus.

QUIS, QUISNAM, QUISPIAM, QUISQUAM, QUISQUAM, QUISQUE, V. QUI, quæ, quod.

QUISQUILIÆ, ārum. pl. tantum, [ἀποβλήματα] dici putantur quicquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumve cadit, velut quicquid cadit, inquit Feſtus. Ob id Cæcilius Quiſquilias volantes dicit.
Quiſquilia, σκύβαλα Gloſſ Lat. Gr. [legendum Quiſquiliæ. In Gr. Lat. Σκύβαλον Stercus, retrimentum.
Quiſquilias, Homines nihili vocat Cic. 1. Att. 13. Idem pro Sext. 94. Omitto jam Numerium, Serranum, Ælium, quiſquilias ſeditionis Clodianæ.

QUISQUILIUM, i. n. [κόκκος δενδρίτης] vocant exiguum fruticem ilicis, producentem coccum: quod granum eſt ad tingendas veſtes gratiſſimum. Plin. 16. 8. Omnes tamen has ejus dotes ilex ſolo provocat cocco. Granum hoc, primoque ceu ſcapus fruticis parvæ aquifoliæ ilicis: Quiſquilium vocant, penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat. Vetus codex legit Cuſculium, quem Hard. ſequitur.
Hinc natum eſſe putatur, ut Veſtis coccina, litteris per imperitiam interceptis, *ſquallata* (vel *Scarlata*) vulgo hodie dicatur, pro Quiſquiliata vel cuſculiata.

QUISQUIS, QUIVIS, V. QUI, quæ, quod.

Q U O

QUO, QUOAD, QUOCIRCA, QUOCUM, V. QUI, quæ, quod.

QUOCUNQUE, V. QUICUNQUE, in QUI, quæ, quod.

QUOD, Pronom. & Conjunct. QUODAMMODO, QUODCUNQUE, QUODPIAM, QUOI, QUOJUS, QUOMINUS, QUOMODO, QUOMODOCUNQUE, QUOMODONAM, QUONAM, V. QUI, quæ, quod, & ibid. QUICUNQUE, QUINAM.

QUONDAM, [πάλαι, ποτὲ] Adverbium temporis, Præteritum tempus aliquando notat, pro Olim vel Aliquando. Cic. 1. Catil. 3. Fuit iſta quondam in hac Repub. virtus. Idem 2. Fam. 15. Noſti enim, non modo ſtomachi mei, cujus tu ſimilem quondam habebas, &c. Liv. 2. 47. Omnia onera, quæ communia quondam fuerint, inclinaſſe in primores civitatis. Cic. 1. de Orat. 135. Conſuetudo mea, qua quondam ſolitus ſum uti.
Aliquando Futurum. Virg. apud Priſcian.
— quondam tua dicere facta Tempus erit.
Præſens nonnunquam. Virg. 2. Æn. 367.
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.
Quondam, Semper. Virg. 3. Georg 90.
Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis. Servius in 2. Æneidos 678. [Tantum in comparatione poetica.

QUONIAM, [ὅτι, ἐπεὶ, ἐπειδὴ] Conjunctio cauſalis. Ter. And. 1. 5. 15.
Aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini obtrudi poteſt,
Itur ad me. Idem Eun. 2. 2. 6.
Quid iſtuc ornati eſt, inquam? quoniam miſer quod habui perdidi.
Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, utar ea clauſula, &c. Cic. 2. Fam. 3. Sic 3. Philip 29. Quapropter, quoniam res in diſcrimen adducta eſt, utrum ille pœnas Reip. luat, &c.
Quoniam, aliquando ſignificat Poſtquam, auctoribus Feſto & Donato. Plaut. Aſin. 3. 3. 121.
Quid nunc, quoniam ambo, ut eſt lubitum, nos ambo deluſiſtis,
Datiſne argentum? Ter. And. 2. 1. 6.
Quæſo edepol, Charine, quoniam id fieri, quod vis, non poteſt,
velis id,
Quod poſſis.
Quoniam & Idcirco, veluti relative ſunt. Propert. lib. 2. 24. 13.
An, quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
Juppiter, idcirco facta ſuperba, dea, es?
Quoniam quidem ſuſcepi, non deeſt. pro Quandoquidem. Cic. pro Sext. Roſc. 30. Idem 2. Att. 1. Quoniam quidem ea, quæ nos ſcribimus, &c. te etiam delectant.
Quoniam quidem, ſecundo loco. Columel. lib. 5. cap. 5. Nos autem præcipimus eaſdem virgas, quum a matre fuerint præciſæ, ſicubi demortuis vitibus ordines vacent, aut ſi novellam quis vineam inſtituere velit, pro viviradice ponere: quoniam quidem partes ſarmentorum, quæ fuerint obrutæ, ſatis multas habent radices, quæ depoſitæ ſcrobibus confeſtim comprehendant.
Quanquam quoniam, &c. idem Roſcius, &c. Cic. 1. de Orat. 254.
Quoniam, pro Quod, vel quia. Plin. lib. 23. cap. 1. Quo certe vocabulo ſatis conſilii dedere priſci, quoniam & in materiis cariem ſumus erodit.

Digitized by Google

QUOPIAM, V. QUISPIAM, QUOQUAM, V. QUISQUAM, in QUI, quæ, quod
QUOQUE, [illegible] Conjunctio, pro Etiam, ſimiliter. Ter. Eun. 2. 2. 20.
Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negent, laudo id quoque. Idem And 4. 4. 13. Ego quoque hinc ab dextera venire me aſſimulabo. Cic pro Rabir Poſt. 33. Si per eum reductus inſidioſe rediiſſem, me ſcilicet maxime, ſed proxime illum quoque feſelliſſem.
Quoque enim. Liv. 30. 1. P. Sempronius (ei quoque enim Proconſuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio ſuccederet.
Quoque etiam. Ter. Hec 5. 1. 35.
Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ: ego quoque etiam credidi.
Quoque certe. Curtius lib. 8. cap. 10. extr. Puero quoque certe poſtea, ex ea utcunque genito, Alexandro fuit nomen.
Quoque, cum particula Et. Plin. lib 8. cap. 16. Sunt vero & fortuita eorum quoque clementiæ exempla. De leonibus.
Quoque in fine ſententiæ, vetuſtatem habet in oratione. Quintil. lib. 8. cap. 6. Nam fit longa & inexpedita: ut in quæſtionibus eam judices ſimilem agmini, totidem lixas habenti, quot milites quoque. Idem lib. 9. cap. 4. Perdidiſſet gratiam ſimplicis atque inaffectati coloris, perdidiſſet fidem quoque.
Quoque, pro Quidem veteres dixere. Gellius lib. 17. cap. 2. ex Q. Claudio, cujus hæc refert verba, Seſe, ne id quoque, quod tum ſuaderet, facturum eſſe. Dein Gellius ſubdit, Ne id quoque dixit, pro Ne id quidem: infrequens nunc ita loquendo, ſed in libris veterum creberrimum.
QUOQUO, V. QUISQUIS. QUASSUM, QUORSUM, V. QUO in QUI, quæ, quod.
QUŎT, [illegible] Nomen numerale. Plaut. Stich. 1. 3. 59.
Quot adeo cœnæ, quas deflevi, mortuæ!
Quot potiones mulſi! quot autem prandia! Admirative dictum. Et apud Terentium in Hec. 5. 3. 19.
Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!
Tot, quot Ter. Phorm 2. 4. 14.
Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos. Hæc eadem verba habes Cic. lib. 1. de Finib. 15.
Quot homines, tot cauſæ. Cic. 2 de Orat. 140.
Quot, quantæ, quam incredibiles calamitates. Cic. 1. Tuſc. 86.
Quot ſunt? S. totidem quot ego & tu ſumus. Plaut. Rud 2. 7 6. Cic. in Orat. 53 Quot orationum genera, &c. totidem oratores ſunt.
Quot modis. Ter. Andr 1. 5. 13.
— quot modis
Contemptus, ſpretus: facta, tranſacta omnia.
Quot annos nata? H. ſeptendecim. Plaut. Ciſtel. 4. 2. 89. Idem Men. 5. 9. 56.
Quot eras annos natus, quum te pater a patria avehit?
MEN. Septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum.
Quot menſibus, pro Quolibet menſe, ſive ſingulis menſibus: quemadmodum Quot annis, pro Singulis annis. Ulpian. in l. 8. Quum ii. § 24. Si cui non. D. De tranſactionibus, Si tamen ita ſine Prætore tranſegerit, ut in vicem eorum nummum quot annis, vel quot menſibus, acciperet, &c. V. Vallam lib. 2. cap 6. conf. QUOTQUOT, & QUOTANNIS.
QUOTCUNQUE, Manil 4. 315.
Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit.
QUŎTUS, a, um. [illegible] Relativum ordinale, quo ſignificatur Cujus numeri, ſive in quo numero aut ordine. Ut, Sum primus in civitate, quotus es in tua?
Quotus, ſimpliciter interrogat, & numerum petit. Cic. 5. Vert. 100. Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? Hor. 2. Serm. 6. 44. Hora quota eſt?
Quotus, ſine interrogatione. [in Oratione directa. H. St.] Hor. 2. Epiſt. 1. 35.
Scire velim chartis pretium quotus arroget annus. Martial. lib. 14. 217.
Dic quotus es, quanti cupias cœnare.
Dic quotus eſſe velis. Horat. H. St. Immo
Tu quotus eſſe velis, reſcribe. Hor. Ep. 1. 5. 30. i. e. Quo numero convivarum.
Quota pars, i. e. Minima pars. Ovid. 4. de Ponto, 10. 24.
Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei? Idem 2. Amor. 12. 12.
Ex tot in Atridis pars quota laudis erat? Martial. lib. 1. 28.
Cæſaris hæc noſtri pars eſt quota? Quaſi diceret, Minima.
Quoti. *Jey deſſut.* H. St. Sed ejus animadverſionem emperta reſecuit, reſiduis his tantum verbis, Plin. Vide in libro meo de Latinitate falſo ſuſpecta.
QUOTUSQUISQUE, Nomen numerale, per interrogationem profertur: ut. Quotuſquiſque eſt, qui teneat artem numerorum? Quaſi dicat, Nullus aut rarus. Et dividi poteſt, Quotus quiſque. Cic. 5. de Fin. 31. Quotus enim, aut quotuſquiſque, cui, mors quum appropinquet,
Non refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu? Ex poeta. At fuit fama. Quotus quiſque iſtam poteſt effugere in tam maledica civitate? Cic. pro Cœl 38.
Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis? Idem 2. de Divin. 52.
Quotocuique lorica eſt? quis equum habet? Curtius lib. 9. 3. 11.
Ne quando perturbatione ordinis impediamus, quo ſecius quotoquoque loco libebit, poſſimus. Auctor ad Heren. lib. 3. 30. Scribitur & diviſe.
QUOTUSCUNQUE, [illegible] Tibul. lib. 2. 7. ad finem,
Moverit e votis pars quotacunque deos, i. e. Minima pars. Quantumvis parva. H. St.
QUŎTUMUS, a, um. pro Quotus. Apud Plaut. Pſeud. 4. 2. 7.
Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto ſcio. Al. Quotas. Ibid. 4. 7. 77 Quotumo die.
QUŎTĒNUS, [illegible] Relativum diviſivum, ſignificat Uſque ad quem numerum. Ad bini, terni, quaterni, quini, ſeni, &c. refertur. Sic docet Priſcianus. Cic. 12 Att. 32. Is, opinor, ita partes fecit in ripa neſcio quotenorum jugerum, ut certa pretia conſtitueret, quæ mihi nota non ſunt. Alii tamen dicunt nihil aliud ſignificare quam Quot. [Forte tamen Tullius Neſcio quot denorum ſcripſit, intelligens nimirum incertum ſupra Dena, ad Vicena, numerum, vel potius Neſcio quot centenum. Diſpiciant acutiores.

QUŎTUPLEX, icis, Adj. &
QUŎTŬPLUS, a, um. Adj. [illegible] Ad menſuram vel ad pondus refertur. ut, Meus ager reddit decuplum, quotuplum non reddit tuus?
QUŎTIES, [illegible] Adverbium numerale, h. e. Quot vicibus. Ter Hec. 1. 1. 3.
Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi? Cic. 4. Verr. 145. Verum quoties, & quot nominibus a Syracuſanis ſtatuas auferes? Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit? Cic 1. Fam 7.
Apud veteres, Quotiens per N ſcriptum fuiſſe teſtatur Pierius his verbis, In omnibus codicibus antiquis quos evolverim, Quotiens per N a ſcriptum obſervavi. Quibus aſtipulatur Caper Grammaticus, ubi dicit, Sine N ſcribenda ſunt Millies, Centies, Decies. Totiens & Quotiens quum ſcribuntur, per N ſcribenda ſunt. In cujus ſententiam Victorinus etiam deſcendit, dum ait, Adverbia vero cum N ſcribenda ſunt, Totiens, Quotiens. [Gloſſ. Lat. Gr. Quotiens, [illegible], & Gr. Lat. ſimiliter. Ut & Totiens [illegible]. Uſus tamen Quoties voluit, & obtinuit hodie.
Quoties jam. Cic. 1. in Catil. 16. Quoties jam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties vero excidit caſu aliquo & elapſa eſt?
QUOTIESCUNQUE, [illegible] Cic. pro Cluent. 51. Quotieſcunque dico, toties mihi videor in judicium venire. Idem 3. Tuſc. extr. Cetera, quotieſcunque voletis, & hoc loco & aliis parata vobis erunt.
QUOTQUOT, [illegible] compoſitum a Quot. Catul. de Acme, 43. 2.
Adeſte, hendecaſyllabi, quot eſtis,
Omnes, undique, quotquot eſtis, omnes.
Quotquot eunt dies, Singulis diebus. Hor. 2. Carm. 14. 5. V. QUOTIDIE.
Si duæ leges, ſi plures, aut quotquot erunt. Cic. 2. de Invent. 145.
Quotquot annis, pro Quotannis. Varro de L. L. lib 4 cap. 4 Quod in agris quotquot annis rurſum facienda eadem, ut rurſus capias fructus, appellata rura, &c. Idem paulo ante. Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac reſeritur quotquot annis. i. e. Singulis annis. V. QUOTANNIS.
Quotquot menſibus, pro Singulis menſibus. Varro de L. L. lib 6. cap. 8. Quæ pertinet in arcem, qua ſacra quotquot menſibus feruntur in arcem, &c. V. Quot menſibus in QUOT, ad fin.
QUŎTANNIS, [illegible] Singulis annis. Plaut. Epid. 2. 2. 45.
Quid iſtæ, quæ veſti quotannis nomina inveniunt nova? Cic. 4. Verr. 131. Quod omnes Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt. Sic 2. de Fin. 101. Columel. lib. 5. cap. 9. Omnis deinde ſoboles, quæ ab una ſtirpe nata eſt, quotannis exſtirpanda eſt. Scribitur & Quot annis. V. ſeq. dict.
QUOTANNIS, e. Adj Quotannorum, ut Biennis. Deſpaut. 655. 657. H. St. Hoc interrogative tantum ponitur, modo uſquam occurrit ita ſcriptum. Quotannis videtur per Aphæreſin ex Quot quot annis factum. Nam antiquiores ſic uſurpabant. V. QUOT, & QUOTQUOT.
QUOTIDIE, pr. & fac. com. Adv. [illegible] Singulis diebus. Ter. Heaut. 3. 1. 14.
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo. Cic. 3. Verr. 149. Quo maximarum rerum frequentiſſimæ quotidie advocationes fiunt. Quintil. lib. 1. cap. 7. pr. de Orthographia, Frigidiora his alia: ut Quicquid C quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et Quotidie, non Cotidie: ut ſit, quot diebus. Verum hæc jam inter ipſas ineptias evanuerunt. [V. Cort. ad Sall. Catil. cap. 14. extr. Videtur dici, pro Quoto quoto die.
Quotquot eunt dies. Horatius, quaſi alludens ad derivationem, ſeu potius compoſitionem. H. St. extſtat Carm. 2. 14. 5.
Quotidie, vel potius in ſingulos dies, breviores ad te litteras mitto. Cic. 5. Att. 7. [Quaſi minus recte dixerit Quotidie.
QUŎTIDIĀNUS, vel QUOTTIDIANUS, a, um. Adj. [illegible] Quod quotidie fit. Cic. 2. de Divin. 62. Quia ſunt hæc quotidiana, angues non item.
Quotidianum, magis quam Uſitatum. Cic. ad Brut. 16. Audire aliquid de te, non ſolum uſitatum, ſed etiam quotidianum eſt.
Cœnam quotidianam alicui apponere. Plin. lib. 9. cap. 35. Ordinariam vulgo dicimus.
Culpa. Catull. ad Mallium 66. 139. prima producta, per Diplaſiaſmum.
Conjugis hic et ipſa flagravit quottidiana. [Niſi per ſe communis eſt.
Cura. Terent. Phorm 1. 3. 8.
Epiſtolæ quotidianæ odioſæ. Cic. 8. Att. ee.
Febris. Ter. Hec. 3. 2. 22.
Formæ quotidianæ, i. e. Vulgares & uſitatæ. Ter. Eun. 2. 3. 5.
O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
Tædet harum quotidianarum formarum. Ubi Donatus, Quotidianarum, hoc eſt Levium & uſitatarum. Eſt quippe contrarium, Nova figura oris.
Opera quotidiana & pervagata. Cic. 3. de Orat. 186.
Querimonia. Cic. 1. Verr. 9.
Res. Plin. lib. 8. cap. 5.
Sermo quotidianus, Qui quotidie habetur. Cic. 1. Fam. 1. Idem 3. Verr. 199. Nam quid ego de quotidiano ſermone, querimoniaque Pop. Rom. loquar. Quintil. lib. 2. cap 4.
Sermo quotidianus & familiaris. Cic. pro Cæcin. 52. Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur.
Sumptus quotidiani. Ter. Heaut. 4. 5. 7.
Verba quotidiana. Cic. 9. Fam. 21. Epiſtolas quotidianis verbis texere ſolemus. i. e. Quibus in quotidiano ſermone utimur.
Victus quotidianus. Cic. pro Roſc Amer. 77.
Vitæ quotidianæ expreſſa imago. Cic. pro Roſc. Amer. 77. Hæc conficta arbitror a poetis eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus.
Vita quotidiana, aſſidua, & urbana. Cic. in Piſon. 64.
QUOTIDIANO, Adv. pro Quotidie. Plin lib 11. cap 37. Palpebræ in genis homini utrinque. Mulieribus vero etiam infectæ quotidiano. Tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque. [Suſpectus locus. H. St. Sic tamen in libris MSſ. extare teſtatur Harduinus, qui Cura quotidiana ſuſpicatur legendum. Malim Viro etiam, unius litterulæ mutatione. Agnoſcis ſtilum Plinii, quavis occaſione luxum feminarum perſtringentis. Sic enim Fucum ſuperciliorum [illegible], conf. in FUCUS.

QUO-

Quovis, QuovisCUNQUE, V. quivis, in qui, quæ, quod.
Quousque, V. quo, ibidem.

Q U U

Quom, [ὅταν] vel Qum, vel Quom, ſcribebant veteres, quando Adverb. temporis erat. Victorinus in orthographiæ præceptis admonet ſic eſſe ſcribendum, quum eſt Adverbium temporis. Ejus hæc ſunt verba, Cum autem, ſi fuerit adverbium temporis, per q & u, ſive unum, ſive duo ſcribatis, ut Quum primum, & Qum facerem. Hactenus Victorinus. Scripſerunt veteres & Quom, per o ante m. Plaut. Amphit. 2. 2. 36.

Gravidam ego illam reliqui, quom abeo. Ter. in prolog. And. pr.

Poeta quom primum animum ad ſcribendum appulit. Cic. de Amicit 29. Quom ſæpe multa, tum memini, &c. ſubaud. Narraret. Al. Quum. V. cum Adv.

Quum, pro Quo, auctore Donato. Ter. And. 1. 1. 125.

Prope adeſt, quum alieno more vivendum eſt mihi.

Rex Bocche, magna nobis lætitia, quum te talem virum di monuere. Apud Salloſtium in Bello Jugurth. col. 705. editionis cum Comment. Quum interim injurias pro beneficiis reddimus. pro, Quum interim reddamus. Seneca in Epitola 82. in fine p. 171. Laudo, laudo vos, Quirites, quum gratiſſimis animis proſequimini nomen &c. pro Quod proſequamini. Cic. initio Philipp. 4. H. St. Locus Sall. extat cap. 102. pr. Senecæ Ep. 81. extr. edit. Grut. Ciceronis 4. Phil. 1. Sed in editionibus noviſſ. ubique Cum expreſſum eſt. Notum eſt autem hanc particulam Indicativo & Subjunctivo modo promiſcue jungi, ut loco ſuo dictum eſt.

Quris, vel Quirina, lingua Sabinorum Haſta dicebatur: unde & Quirinum, & Quirites, & Quirinalia dixere. Scribebant vero per c, quoniam q litteræ Hetruſcis in uſu, ſicut Romanis, non erat. V. Lilius 1. Syntagmate, pag. 120. edit. Baſil. & ſupra curis, & quirites.

Quris cœlibaris, V. Cælibaris haſta, in cælebs.

Digitized by Google

R

Littera conſonans, ſemivocalis, Græcis Ρ, ρ. Olim Romanis, mediis in dictionibus, incognita, cujuſque vice, S litteram poſuerunt: nam Laſibus, Feſiis, Valeſiis, Foſiis; pro Laribus, Feriis, Valeriis, Foriis, ſcripſerunt. Pomponius in libro ſingulari Enchiridii relatus in L. 2. §. Idem Appius. de Origine jur. lib. 1. Pandect. Idem Appius Claudius: qui videtur ab hoc proceſſiſſe, R litteram invenit, ut pro Valeſii, Valerii eſſent, & pro Fuſiis Furii. V. Paulum, in R. Fabium lib. 1. cap. 4. Orat. inſtitut. Liv. 3. 4. pr. & Cic. 9. Fam. 21.

R littera in compoſitione conſequente L liquida, in alterum L itidem permutatur, ut in Perluceo, Pelluceo; Perlucidus, Pellucidus. Ulpian. L. 19. §. Gemmæ autem. De auro & argento legat. Gemmæ autem, inquit, pellucidæ ſunt materiæ. In Pandectis Florentinis, Perlucidæ legitur. V. ſuo loco.

R & L promiſcui fere uſus in vocibus nonnullis, Latialis & Latiaris, Palilia & Parilia: ita ex κανθήλιος Latini fecerunt Cantherius: ſic Cæruleus olim fuit Cæluleus; Lemures, Remures.

R Littera canina a Perſ. 1. Sat. 109. dicitur, quod cum rictu pronuntiatur, fragorem enim ſtridoremque concitat, hærente lingua dentibus, ſpiritu copioſiore, ſonitu vero ſtridulo: itaque ei L opponitur, quod tam leniat verba, quam R exaſperat.

R liquida ante ſe in eadem ſyllaba quaſvis mutas admittit, ut Brevis, Creſco, Draco, Frango, Gradior, Pratum, Traho, V & Q exceptis: item poſt ſe in diverſis univerſas cum mutas tum liquidas; ut Arvum, Arcus, Perjurus, &c. & in fine ſolas S & X; ut Ars, Arx. [& T, Fert.

R, liquidarum maxime generoſa, ut ſcribit D. Halic. Quæ cum Græce ſpiritum admittat, uſus obtinuit ut aſpiratio illa apud Latinos poſt ponatur, ut ῥήτωρ, Rhetor; ῥέδη, Rheda.

R. vel RO. Roma.

R. C. Romana civitas.

R. D. Regis domus.

R. E. Requietorium erexit.

R. F. E. D. Recte factum eſſe dicetur. R. F. E. V. Recte factum eſſe videbitur. R. FERRARIN. Rurum Ferrarinorum. V. mox R. VE.

R. G. C. Rei gerendæ cauſa. RG. F. Regis filius.

R. I. Requietorium inſtituit.

R. L. P. Recte legi poſſit.

R. N. LON. P. X. Retro non longe pedes decem. [Saltem Non longius pedibus x dicendum.

R. P. Reſpublica, Romana pecunia, vel Romani principes. RP. C. vel R. P. C. Reipublicæ conſtitutor, Reipublicæ cauſa, vel Retro pedes centum. [In nummis gent. Æmiliæ, Antoniæ, Juliæ, III. VIR. R. P. C. Triumvir reip. conſtituendæ.

R. R. Actuum ſolennis nota apud majores noſtros, quæ Rationes relatas ſignificabant. Feſtus, R duobus in compluribus orationibus, quum de actis diſſeritur, etiam perſcribi ſolet, id eſt Rationum relatarum, quod iis tabulis docentur judices, quæ publice data atque accepta ſint.

R. R. Rurum Romanorum, Roderibus recolligendis, Rejectis rudibus, alias ruderibus. R. R. R. F. F. F. Regnum Romæ ruet, fame, flamma. R. REG. Rurum Regienſium.

R. S. P. Res ſua publica, Requietorium ſibi poſuit.

R. VE. Res Veronenſis. [Cur non & hic Rus Veronenſe? Sed rectius Res etiam ſupra.

R A B

Rabba, ſeu Rabbath, [Ῥαββάθ] Civitas Arabiæ Trans Jordanem, ſeu Decapoleos, quæ quondam Metropolis erat filiorum Ammon, poſtea a Ptolemæo Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Judæa, Philadelphia nominata eſt. V. Cellar. Geogr. Ant. lib. 3. cap. 13. 292.

Rabies, ēi. f. [λύσσα] & Rabia, æ. apud antiquos; Morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inveniunt.

Alii rabiem, quaſi Raviem dici putant, a raucitate vocis, quam rabioſi habent ſimilem latratui canis. Plin. lib. 29. cap. 5. Multo tamen utiliſſime jecur ejus, qui in rabie momorderit, datur.

Canum rabies. Ovid. 14. Met. 66.

Horrenda rabies ferarum. Sil. lib. 16. 104. & Hor. 2. Serm. 3. 323.

Non dico horrendam rabiem?

Inflammantur rabie equi. V. INCLAMMO.

Sparget intentam rabiem draconis. Senec. Herc. OEth. 12.

Venit canibus rabies. Virg. 3. Georg 496.

Rabies, transfertur & ad hominum vitia. Cic. in Salluſt. 9. Quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem meam invaſiſti. Idem 3. Tuſc. 63. Hecubam autem putant, propter animi acerbitatem quandam & rabiem, fingi in canem eſſe converſam.

Rabies, pro Iracundia. Cic. 4. Tuſc. 52. Definitione fortitudinis aperta, quis eſt, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neque eos exiſtimes ſine rabie quicquam fortiter facere poſſe?

Rabies, Furor alios laniandi. Hor. in Arte Poet. 79.

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

Scelerum rabies. Lucan. lib. 5. 262.

— liceat diſcedere, Cæſar

A rabie ſcelerum.

Civica rabies, i. e. Civile diſſidium. Hor. 3. Carm. 24. 26.

Effrenata Scytharum rabies, Crudelitas. Firmic. lib. 1. cap. ult.

Innata. Claud. 1. in Ruff. 48.

Promptiſſima in ferrum. Lucan. lib. 7. 244.

Addere rabiem in fines Italûm puero. Sil. lib. 1. 70.

Collegerat dolor rabiem. Ovid. 9. Met. 212.

Colligit os rabiem. Ovid. 1. Met. 234.

Diſſimulare rabiem & minas. Stat. 2. Achil. 32.

Effundit cunctam rabiem, Irarumque procellas. Sil. lib. 11. 224.

Parare rabiem alicui, i. e. Furorem bellicum. Hor. 1. Carm. 15. 12.

Placata cruore rabies. Stat. 10. Theb. 283.

Quievit fracta rabies. Claud. de Bell. Get. 432.

Sedare indomitam properat rabiem. Hor. Epod. 12. 9. conf. Sil. lib. 13. 344.

Servat frons irarum rabiem. Sil. lib. 13. 734.

Stimulatus ut furenti rabie vagus animus. Catul. de Berecynth. 61. 4.

Tollere. Hor. 3. Carm. 24. 26.

Tument corda rabie fera. Virg. 6. Æn. 49.

Vertitur jocus in rabiem. Hor. 2. Epiſt. 1. 149.

Rabies, Fames, ut Virg. 9. Æn. 64. — collecta fatigat edendi

Ex longo rabies.

Improba ventris. Virg. 2. Æn. 357.

Remiſſa. Stat. 11. Theb. 30.

Rabies de Rebus inanimatis. ut Hor. 1. Epiſt. 10. 16.

Leniat & rabiem canis, & momenta leonis. De æſtu caniculari.

Sæva ventorum. Ovid. 5. Met. 7. Hor. 1. Carm. 3. 14.

Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.

Comprimere rabiem cæli. Virg. 5. Æn. 802.

Exaſperat fretum rabies ventorum. Ovid. 5. Met. 2.

Rabiōſus, a, um. Adj. [λυσσώδης] Rabie correptus. Plaut. Capt. 3. 4. 25.

Hic homo rabioſus habitus eſt in Aulide.

Canis rabioſa. Hor. 2. Epiſt. 2. 75. Plin. lib. 29. cap. 5. Eſt limus ſalivæ ſub lingua rabioſi canis.

Fortitudo. Cic. 4. Tuſc. 49. Vide ne fortitudo minime ſit rabioſa, ſitque iracundia tota levitatis.

Jurgia rabioſa fori clamoſi. Senec. Herc. fur. 172.

Signi rabioſi tempora, Dies caniculares. Hor. 1. Serm. 6. 126.

Rabiōſe, Adv. [λυσσωδῶς] Cic. 4. Tuſc. 48. Atque hi, collocuti inter ſe prius quam manum confererent, leniter & quiete, nihil ne in ipſa quidem pugna iracunde, rabioſeve fecerunt. De Ajace & Hectore.

Rabiōſŭlus, a, um. Adj. dimin. [ὑπολυσσώδης] Cic. 7. Fam. 16. pr. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti. Intelligit litteras aſperas & mordaces. [An Rabioſulus?

Rabĭdus, a, um. Adj. [λυσσήεις, λυσσῶν] Qui rabiem habet. Plin. lib. 29. cap. 5. In canis rabidi morſu tutatur a pavore aquæ, capitis canini cinis illitus vulneri. Idem lib. 8. cap. 9. Domantur autem elephanti rabidi fame & verberibus.

Rabidum & incitatum agere aliquem. Catul. de Berecynth. 61. 85.

Animi rabidi furor. Catul. de Berecynth. 61. 38.

Aſpectu rabido circumſpectare. Auctor ad Heren. lib. 4. 62.

Canes. Ovid. 3. Amor. 12. 21. Sen. OEdip. 932. Plin. lib. 29. cap. 5.

Certamen. Sil. lib. 16. 410.

Corpus. Cic. in Arat. 110.

Nec toto ſpirans rabido de corpore flammam.

Dens, Rabie plenus. Martial. lib. 1. 18.

Dolor. Stat. 6. Theb. 83.

Fames. Virg. 6. Æn. 421.

Ferarum rabidarum more. Stat. 8. Theb. 71.

Flatus.

Flatus. Stat 2. Silv. 2. 118.
Ingenium Claud. 1. in Ruff. 109.
Ira Ovid 7. Met 413.
Miles. Sil. lib. 13. 255.
Mores. Ovid. 3. de Arte Am. 501. De Ira,
Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores.
Murmur. Valer. 4. Argon. 239.
Os. Virg. 6. Æn 80.
Tigres. Virg. 2. Georg. 151.
Voces. Claud. 1. in Ruff 44.

RABIDE, Adv. Cic. 5. Tuſc. 16. Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, &c.

RABIO, Iis. & RABO, [λυσσάω] ĕre. Verbum dictum a Rabie; Nimia ira & quaſi rabie agi. Varro, Quid eſt quod blateras? quid rabis? quid vis? Cæcilius Hypobolimæo, Raſtraria: Rabere ſe ait. Ex Nonio, 1. 186. V. etiam vet. poeta apud Cic. 1. Divin. 66. Item Manil. 5. 207.
—latratque Canicula flammans
Et rabit igne ſuo. & v. 222.
Corda micant & lingua rabit.
Acerrime rabere. Sen. Epiſt. 29. Videbis eoſdem intra exiguum tempus acerrime ridere & acerrime rabere. V. Mur. H. St. Gloſſ. Lat. Gr. Rabiat, λυσσᾷ, Scribe Rabit.

RABIENUS, dictus eſt Labienus orator, mutato nomine, quod omnes paſſim laceraret. Cæl. lib. 11. cap. 13. In Labieno tanta, & tam impromiſcua memoratur libertas, ut libertatis nomen excederet, & quia paſſim omnes lacerabat, Rabienus vocabatur. In hunc primum excogitata eſt nova pœna, effectum enim per inimicos, ut omnes ejus libri comburerentur. Quæ res inuſitata fuit, & prorſus mira, ſupplicium de ſtudiis ſumi. Eam contumeliam Labienus non tulit, nec ſuperſtes (inquit Seneca in Præf. lib. 10. contr.) ingenio ſuo eſſe voluit: ſed in monumenta majorum ſuorum ſe ferri juſſit, atque ita includi: veritus (credo) ne ignis, qui nomini ſubjectus erat, ſibi quoque negaretur: nec tantum finivit ipſe ſe, ſed ſepelivit. Caſſius Severus Labieni amiciſſimus, quum ex Senatuſconſulto libri ejus comburerentur: Nunc (inquit) me vivum uri oportet, qui illos edidici. conſ. LABIENUS.

RABŬLA, æ. m. [πραγματικὸς Gl. Gr. L.] dicitur in multis intentus negotiis, paratuſque ad radendum quid, auferendumque: vel eſt ita dictus, quia acrior ſit in negotiis agendis, & quaſi rabioſus. Hæc Feſtus. Unde & pro cauſidico litigioſo accipi ſolet. Vel dicitur a radendis auribus. Nam ut a Fando fabula, a Nando nabula, a Stando ſtabula, a Paſcendo pabula, ita a Radendo rabula. Nec alia ratione Rabulas in foro dictos puto, ait Hermolaus in Plinium, quam quod ſuo clamore radant. id eſt offendant aures: & ut ait Quintilianus, nimia verboſitate feriant. V. in RABULANUS paulo infra. Quintil. lib. 12. cap. 9. Super omnia, perit illa, quæ plurimum oratori & auctoritatis & fidei affert, modeſtia, ſi a viro bono in rabulam latratoremque convertitur. Cic. in Orat. 47. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimum quærimus. Idem 1. de Orat. 202. Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem aut rabulam, hoc ſermone noſtro conquirimus, &c.
Rabulæ, Litigioſi, inquit Nonius 1. 106. a Rabie dicti. Varr. περὶ ἐγκωμίων: Ille ales gallus, qui ſuſcitabat Atticarum muſarum ſcriptores, an hic quia gregem rabularum?
Rabula, inquit Nonius rurſus, 1. 298. a Rabie dictus eſt, quem nunc Advocatum, vel Cauſarum patronum dicimus.
Rabula ſane probabilis P. Antiſtius. Cic. in Brut. 226.

RABILUS, I, m. [Ῥάβιλος] Arabiæ rex, qui Antigonum Macedonem in vico, cui nomen poſtea factum Motho, interfecit. Stephanus in dictione Μωθώ.

RĂBĪRIUS, [Ῥαβίριος] Nom. gent. Ro. C. Rabirius, Eques Romanus, perduellionis, id eſt læſæ majeſtatis accuſatus a T. Labieno Tribunoplebis, quod Saturninum virum ſceleratum & hoſtem patriæ in tumultu occiderit, defenſus a Cicerone: cujus exſtat oratio, quæ inſcribitur pro C. Rabirio perduellionis reo.
C. Rabirius Poſtumus, Eques item Ro. & Publicanus potens, qui quod Ptolemæum Auleten, Ægypti regem, a ſubditis expulſum, & per A. Gabinium in regnum reſtitutum, recuperandi crediti cauſa, ſecutus erat, ejuſque Diœceſen egerat, Repetundarum, vel, ut alii volunt, Majeſtatis lege Julia poſtulatus, & a Cicerone item defenſus eſt. V. Cic. orat. pro ipſo & Dion & Suet Claud. 16.
Rabirius, Poeta quidam temporibus Ovidii, ut ipſe Ovidius teſtatur 4. de Ponto 16. 5.
Quum foret & Marſus, magnique Rabirius oris. Magni oris vocat, i. e. Magniloquum Adde Sen de Benef. 6. 3. Quintil. lib. 10. cap. 1. Alius forte de quo Cic. in Acad. 1. pr.

RĀBO, ōnis. m. [ἀῤῥαβὼν] pro Arrhabone, conciſum apud Plaut. Truc. 3. 2. 20.
—ſequere
Intro me, amabo, mea voluptas s. tene hoc tibi. rabonem habeto,
Ut mecum hac nocte ſies. A pari, rabonem, quam eſſe dicam
Hanc beluam? quin tu arrabonem dicis? s. Ut facio lucri,
Ut Prænestinis conia eſt ciconia.

RABULA, V. RABIES.
RABULANUS, a, um. Adj. V. Radulanus, in RADO.
RĂBUSCŬLUS, a, um. Adj. Ravi coloris. ut, Rabuſcula vitis vel uva. Plin. 14. 3. V. RAVUS.

R A C

RĂCĒMUS, I. m. [βότρυς] Pars botryonis, ſive potius ipſe Botryon, qui & botrys Græcis, & noſtris botrus, hoc eſt integer uvæ racemus. Eſt enim illa Veſta uvarum plurima grana continens Virg 2. Georg. 102.
Non ego te, menſis & diis accepta ſecundis,
Tranſierim Rhodia, & tumidis bumaſte racemis. [An Diis & menſis?
Ferentis racemis rumpet uva Ovid 4. Faſt. 6. 9.
Fulgentes ſole racemi. Il. lib 7. 208
Prima mihi variat liventibus uva racemis. Propert. lib. 4. 2. 13.
Lividi. Hor. 2 Carm. 5. 11.
Patli. Virg. 4 Georg 269.
Turpes racemos fert uva. Virg. 2. Georg. 60.
Variis racemis uva. Ovid. 3. Met. 484.

Racemus non ſolum de vite, ſed etiam de aliis plantis dicitur. Plin lib. 16 cap. 34. de hedera, Aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis. V. plura in indice Hard.

RACEMŌSUS, a, um. Adj. [βοτρυώδης] Racemis plenum. Plin. lib. 13. cap. 2. Olivæ modo racemoſus.

RACEMĀRIUS, i. m. [βοτρυοφόρος] Malleolus ex quo pampini pullulant vel ſteriles, vel certe minus feraces. Columel. lib. 3. cap. 18. Nec dubium, quin gemmæ, cacumini proximæ quæ ſunt infecundæ, in eo relinquantur, ex quibus pampini pullulant vel ſteriles, vel certe minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios. [Gloſſ. Lat. Gr. Racemus, Περιφύας καφυλής. An Racemarius?

RACĒMOR, āri. Racemos facere, item Racemos a vindemiatoribus prætermiſſos ſublegere. Varr. R. R. 3. 9.

RACEMĀTUS, a, um. Partic ſeu Adj. [βοτρυωτὸς] Quod racemos habet. Plin. lib. 18. cap. 7. de panico, Parvis racemato paniculis.

RACEMĀTIO, ōnis. f. [βοτρυολογία] Racemorum vindemia, ut quando a vindemiatoribus racemi mel prætereuntur: ſicut in meſſibus peractis, quod ſupereſt, ſpicilegium dicitur. Tertull. Apol. cap. 35. Poſt vindemiam racematio ſuperſtes.

RACEMIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [βοτρυοφόρος] ut,
Uvæ racemiferæ. Ovid. 3. Met. 666.
Bacchus. Ovid 15. Met. 413.
Capilli. Ovid. 6 Faſt. 483.
Bacche, racemiferos hedera redimite capillos.

RACILIUS, Nomen gentis Ro. Plebejæ. L. Racilius, Tribunus pleb. qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu, ut ſcribit Cic. 2. Q. fratr. 6.

R A D

RADAGASUS, Gotthorum rex, qui floruit Arcadii & Honorii Cæſarum temporibus. Dicitur habuiſſe ſub ſignis ſupra ducenta bellatorum millia. Paulus Diaconus.
RADAMANTHUS, V. RHADAMANTHUS.
RADIATIO, RADIATUS, RADIO. V. RADIUS.
RADICITUS, RADICOR, RADICULA. V. RADIX.

RĂDIUS, I. m. [ἀκτὶς, ἀκτὶν] Splendor a ſole micans. Varro, O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radiis illuſtras. Cic. 5. de Fin 71. Ita enim parvæ & exiguæ ſunt iſtæ acceſſiones bonorum, ut quemadmodum ſtellæ in radiis ſolis, ſic iſtæ in virtutum ſplendore ne cernantur quidem.
Solis radii. Lucret. lib. 1. 148.
Non radii ſolis, neque lucida tela diei.
Lumen radiorum. Lucret. lib. 2 116.
Verbera radiorum. Lucret. lib. 5. 1103.
Vires radiorum. Ovid. 4. Met 247.
Ardentes radii. Lucret. lib 6. 754.
Coruſcis radiis inſigne jubar. Ovid. 1. Met. 768.
Micantes. Ovid 2. Met. 41.
Tabifici, Peſtilentes Lucret. lib. 6. 737.
Nubes ardens radiis & auro, i. e. inquit Servius, Radiis aureis. Virg. 7. Æn. 142. [ἐν ?? ...], pro Radiis aureis.
Calere radiis Ovid. 2. Met 171.
Erumpunt radii. Virg. 1. Georg 446.
Excludunt radios frigora Stat. 1. Silv. 2. 154.
Ingruentes ſolis radios ſentit luna. V. INGRUO.
Inferti ludunt radii per opaca domorum Lucret lib 2. 114. Inferti autem radii dicuntur, qui per domos inferuntur, & in eas ſubeunt, ſoliſque lumina ſpargunt Turnebus. Al. Inſertim.
Interrumpunt nubes radios lucis. Lucret. lib. 5. 288.
Retexit Titan orbem radiis Virg 4. Æn. 119.
Rubeſcebat mare radiis. Virg 7 Æn. 25.
Radius, Fulgor oculorum, ut vult Plin Cujus ex oculis radii nocte micantes cernuntur. Gell. lib. 5. cap. 16 Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt emiſſionem, aeriſque ſimul intentionem.
Radii [κνῆμαι] quoque rotarum dicuntur, ut apud Virg. 2 Georg. 444.
Hinc radios trivere rotis. Plin. lib. 16. cap. 40 Sed lignum non aliò pæne, quam ad radios rotarum uſe. Virg 6. Æn. 16.
Saxum ingens volvunt alii, radiiſque rotarum
Diſtricti pendent. Ovid 2 Met. 108 de curru Solis,
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Radius, Virga qua Geometræ lineas indicant, Virga qua Mathematici formas ſuas in pulvere delineabant. Sic Vives in Bucolica. Virg. 3. Ecl. 41.
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Inventa autem eſt hæc arte tempore, quo Nilus, plus æquo creſcens, confudit terminos poſſeſſionum. Ad quos innovandos adhibiti ſunt philoſophi, qui lineis diviſerunt agros. Servius. Macrob lib 7 Saturn cap. 2 Qui ubierunt maria & terras, gaudent quum de ignoto multis vel terrarum ſitu, vel ſinu maris interrogantur: libenterque reſpondent, & deſcribunt modo verbis, modo radio loca: glorioſiſſimum putantes, quæ ipſi viderint, aliorum oculis objicere. V. Willichium in Bucolica. Putat enim radio ſignificari Dioptram.
Deſcribere radio cæli meatus. Virg. 6 Æn. 850.
A pulvere & radio Archimedes excitatus. Cic 5. Tuſc. 64. Ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere & radio excitabo, qui multis poſt annis fuit, Archimedem.
Radius ferreus. Plin. lib 10. cap. 42.
Radius, [κερκὶς, πηνίον] Textoris inſtrumentum, quo telæ annectuntur. Virg. 9. Æn. 476.
Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa. V. Ovid. 6. Met. 132. Lucret. lib. 5. 1352.
Inſilia, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes.
Acutus radius V. ACUO.
Atriti manu. Claud. 3. de Rapt Proſerp. 161.
Radius, Inſtrumentum quo metiuntur menſuræ, alias Hoſtorium dicitur. Plaut. Di deæque omnes, tantam nobis lætitiam, tot gaudia ſine radio cumulent. [Unde hæc ſint diſquirat lector.
Radii, Olivæ oblongæ. Virg. 2. Georg. 86.

Nec pinguea unam in faciem naſcuntur olivæ
Orchades, & radii, & amara pauſia bacca. Columel. lib. 5. cap. 8. Orchis quoque & radius melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur.

Radius eſt paſtinacæ piſci pro telo. Plin. lib. 9. cap. 42.

Radius, Os minus brachii, & brevius, idemque ſuperius: conſtat enim brachium duobus oſſibus. Vulgus Anatomicorum Focile minus vocat, ut & in pede Fibulam. Cornel. Celſ. lib. 8. cap. 1. Radius, quem κερκίδα Græci appellant. Plin. lib. 11. cap. 47. Avium quibuſdam gravioribus, in cruribus additi radii. [Immo hic Radii ſunt, quæ Calcaria vocant. V. Plin. 30. 11. Gloſſ. L. Gr. Radius, Ἀκτὶς, ἡ κνήμη. Ubi & pro Sura ponitur.

Radius virilis, dicitur Membrum virile. Cæl. Aurel. Acut. 3. 13. V. Reineſ. Var. Lect. p. 662.

RADIŎLUS, i. m. dimin. Parva olea oblonga. Columel. lib. 12. cap. 47. Albam pauſeam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge. [conf. RADIUS, & CERCITIS. Iſidoro Radiolæ. 17. 7. q. V.

RADIŌSUS, a, um. Adj. [ἀκτινώδης] Quod multos emittit radios. Plaut. Stich. 2. 2. 40.
Commodum radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.

RĂDIO, āre. Radios emittere, Columel. lib. 10. 288.
Nec tam nubifugo Boreas Latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu. Ovid. 3. Amor. 3. 9.
Argutos habuit, radiant ut ſidus, ocellos.

Radiare, Fulgere. Martial lib. 8. 45.
Vera minus flavo radiant electra metallo. Ovid. 2. Met. 4.
Argenti bifores radiabant lumine valvæ. Propert. lib. 4. 1. 27.
Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis.

RADIOR, Deponentis forma, Ovid. 3. de Pont. 4. 103.
Scuta ſed & galeæ gemmis radientur, & auro. Niſi forte hoc Paſſivum ſit. Vide Broekhuſ. ad Propert. 2. 25. 7.

RADIANS, antis. Partic. [ἀκτινοβολῶν] Cic. in Arat. 172.
Stellas ſub pedibus ſtratas radiantis Aquari.

Aſtra. Ovid. 9 Met. 272.
Lumina ſolis Ovid. 2. Triſt. 325.
Lunæ radiantis imago. Virg 8. Æn. 23.
Sidera. Ovid. 7. Met. 325.
Radians, Fulgens, ut Virg. 8. Æn. 616.
Arma ſub adverſa poſuit radiantia quercu.
Aurum Ovid. 4. Met 636.
Cataſ radiantis nitor ab auro. Ovid. 13. Met. 105.
Templa multo auro. Ovid. 3. de Arte Am 451.
Toga radiante decorus, Picta, triumphali. Claud. 6. Conſ. Hon. 371.

RADIĀTUS, a, um. Partic. Quod radios habet ut,
Radiatus ſol. Cic. 4. Acad. 126. Solis magnitudo (ipſe enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, &c.
Radiatos ſtellæ modo. Plin. lib. 27. cap. 5.
Orbis flammeus radiatus. Cic. 1. de Divin. 44.
Splendor radiatus. Sil. lib. 7. 143.
Rota. Varro 3. de R. R. cap. 5. V. RADIUS.
Radiatum caput principis vocat Plin. quod in deos referebatur: qualiter pinguntur hodie divorum imagines. Sic enim ait in ſuo Panegyrico 52. Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore. [Radiata corona divorum inſigne eſt in nummis antiquis. Primus vivus ſumpſit Domitianus, teſtibus ejus nummis non nullis, quorum unum ſervo.

RADIATIO, ōnis. f. [ἀκτινοβολισμός] Plin. lib. 36. cap. 5. Et Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cujus contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt. Firmicus lib. 1. cap. 1. & 4. ſub finem.

RĀDIX, īcis. f. [ῥίζα] dicta eſt, quod ſæpe effoſſa parumper terra raditur, ut arbor melius fruticeſcat. Cic. 5. de Fin. 33. Videamus ea, quæ terra gignit, corticibus & radicibus valide ſervari. [Videtur ex Gr. ῥίζα per metathesin factum. V. tamen Voſſ. Etym.
Ocelli radicis. V. Ocellus, in OCULUS.
Radix, Cujuſvis rei ima pars. ut
Ultima radix linguæ. Ovid. 6. Met. 557.
Radix ſaxi, a Lucretio 2. 102. dicitur tranſlate, veluti ſi diceres Stirpem ſaxi: ſed & Græci terram ἐῤῥιζωμένην non ineleganter ſolent dicere, eam ſtabiliter hærentem fundatamque dicere ſtudentes. Ex Turnebo.
In radice Palatii, id eſt in ima parte Palatii. Cic. Anteq. iret in exſil. 24. Cujus templum a Romulo, victis Sabinis, in Palatii radice cum Victoria eſt collocatum. De Jovis Statoris templo.
Altæ radices. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Arborea. Ovid. 8 Met. 379.
Bibulæ radicis fibræ. Ovid. 14. Met. 633.
Bulboſa V. BULBUS.
Carnoſa V. CARO.
Cavernoſa. V. CAVERNA.
Lata radice arbor. V. LATUS, adj.
Lenta. Ovid. 11. Met. 78.
Limoſa. V. LIMUS.
Nocens. Ovid. 14. Met. 56.
Nudis radicibus arbores. V. NUDUS.
Oleagina, Oleaginea. V. Oleagineus, Oleaginus, in OLEA.
Utilis radix medendi. Ovid. 5. Epiſt. 147.
Abeunt ſurſum radices, pro Surſum tendunt. V. ABEO.
Affigere radicem terræ. Virg. 2. Georg. 318.
Agere radices. Plin. lib. 16. cap. 31.
Capere radices. V. CAPIO.
Conterere radicem in pulverem. V. CONTERO.
Deſcendit radice arbor. Plin. lib. 16. cap. 31. Eſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit.
Deſcendunt radices Plin. lib. 16. cap. 31. Quidam non altius deſcendere radices, quam ſolis calor tepefaciat, idque natura loci tenuioris craſſiorisve dixere: quod falſum arbitror.
Eruta radicibus pinus. Virg. 5. Æn. 449. [An Radicitus?
Expulſa imis ab radicibus ſeges. Virg. 1. Georg. 319.
Figere radices. Ovid. 2. Met. 583.
Inflectere radices in nodum. V. INFLECTO.
Latens in locis aſperis. Hor. Epod. 5. 68.
Mittere radicem. V. MITTO.
Niti altis radicibus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Pullulat ab radice ſilva. Virg 2. Georg. 17.
Revulſa. Claud. 2. in Eutrop. 29.
Ruptis radicibus vellitur arbor ſolo. Virg. 3. Æn. 27.
Vulſæ. Virg. 3. Æn. 650.
Radices agere, Tranſlate. Cic. 2. Off. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.
Defixum radicibus. Cic. 4. Philip. 13. Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt.
Evellere fibras radicum. Cic. 3. Tuſc. 13. Nos audeamus, non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed etiam radicum fibras evellere.
Habiturum malum fundamentum & radices altiores. Cic. ad Brut. 17.
Niti radicibus. Cic. pro Cœl. 14. Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niterentur.
Radices montis, [ἀγκῶνες, ὑπώρεια] pro Inferiori parte. Cæſ. 1. Bell. Civil. 41. Ab infimis radicibus montis, intermiſſis circiter paſſibus quadringentis caſtra facere conſtituit. Plin. lib. 9. cap. 18. Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium.
Imæ radices montis. V. IMUS.
Radix, metaphorice, de Incorporeis. pro Etymo, vel voce primitiva. Varr. de L. L. lib. 5. 5. Primigenia dicuntur verba, ut lego, ſcribo, ſto, ſedeo: & cætera, quæ non ſunt ab aliquo verbo, ſed ſuas habent radices.

RADIX IDÆA, [Ἰδαία ῥίζα.] Nomen peculiare herbæ cujuſdam, quæ in Ida naſcitur, eadem folia, quæ ruſcus habet: adhærent iis veluti linguæ capreoli, e quibus flos. Dioſcorides lib. 4. cap. 40.

RADICŬLA, æ. f. [ῥιζίον] dimin. Plin. lib. 20. cap. 9. Laſeris radicula. Cic. 2. de Divin. 135. Tum ſecundum quietem viſus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre. Columel. lib. 5. cap. 5. Reciſis radiculis.
Radicula, Herba. Plin. lib. 19. cap. 3. At quæ vocatur radicula, lavandis demum lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori mollitiæque. Et paulo poſt, Struthion Græci vocant, floret æſtate, grata aſpectu, verum ſine odore, ſpinoſa, & caule lanuginoſo: ſemen ei nullum, radix magna quæ conciditur ad quem dictum eſt uſum. Hactenus Plinius. Hanc a Latinis Lanariam herbam appellari Dioſcorides contendit. [Gloſſ. Lat. Gr. Radix, Lanaria, Στρουθίον, βοτάνη. Sic enim diſtinguendum. Dioſc. notha intelligit.
Quin etiam radiculæ nomen ad raphanum transfertur, quam radicem vocat Dioſcorides. [Gloſſ. Lat. Gr. Radix, Ῥίζα βοτάνης, ἡ ῥάφανος. Et Gr. Lat. ῥαφανίς, Radix. Radiculam Celſus paſſim ad vomitum excitandum commendat.

RADĪCESCO, ĕre. Sen. Epiſt. 87. Vidi vitem ex arbuſto ſuo annoſam transferri. Hujus capillamenta quoque, ſi fieri poteſt, colligenda ſunt, deinde liberalius ſternenda vitis, ut etiam ex corpore radiceſcat.

RADICOR, [ῥιζοῦμαι. ῥιζοβολέω] āri Radicem facere, ſeu capere, vel emittere. Plin. lib. 18 cap. 7. Frumenta multis radicantur fibris.
Radicari in fruticem Plin. lib. 13. cap. 4.
Radicari in rectum. Plin. lib. 19. cap. 6.

RADICĀTUS, a, um. [ἐῤῥιζωμένος] Partic. Columel. de Arbor. cap. 20. Arbores & radicata ſemina Autumno ſerito. Sidon. 7. Epiſt. 8.

RADĪCŌSUS, a, um. Adj. [ῥιζώδης] Quod multas radices habet. Plin. lib. 16. cap. 34. Omnium ederarum generi radicoſa brachia.

RADĪCITUS, Adv. [ῥιζόθεν Gl. L. G.] A radice, vel Uſque ad radicem. Cato R. R. cap. 50. Herbaſque malas omnes radicitus effodito. Plin. lib. 11. c. 11. Eruitur poſt æquinoctium vernum radicitus. Catull. Argon. 62. 288.
Nonacrias atque ille tulit radicitus altas
Fagos. Propert. lib. 3. 7. 51.
Huic fluctus vivos radicitus abſtulit ungues.
Radicitus, per tranſlationem ponitur pro Omnino. Plaut. Moſtell. 5. 1. 62.
Nam omnia malefacta veſtra reperi radicitus:
Non radicitus quidem hercle, verum etiam eradicitus. Cic. 2. de Fin. 27. An poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt atque extrahenda radicitus.
Excutere opinionem radicitus. Cic. 2. Tuſc. 211.

RĀDO, ſi, ſum, [ξέω, ξύω, ξυρέω] ĕre. Complanare, incidere, exſtirpare, mundare. Columel. lib. 8. Sic tamen, ne quid radatur.
Arenas radit remus. Propert. lib. 3. 2. 23.
Arva radit imbribus Eurus. Hor. Epod. 16. 54.
Caput radere. Suet. in Calig. cap. 5. Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. h. e. Radenda curaſſe.
Genas radere, i. e. Laniare, lacerare. In legibus XII Tabul. de ſumptibus funerum, & ſepulcris, tollendaque lamentatione, Mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo habento. Quæ legis verba ſic alii concipiunt, Mulier genas ne carpito: ut videre eſt apud Cic. 2. de Legib. 59. Plin. lib. 11 cap. 33. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII Tabul. interdicto radi a feminis eas vetantes. Hoc autem ſumptum e Solonis legibus teſtatur Cicero. Solon, inquit Plutarchus (p. 90. ed. Francof.) lacerationes plangentium ſuſtulit. Olim autem humanus ſanguis ante rogum effundebatur, vel captivorum, ut apud Homerum in rogo Patrocli: vel gladiatorum, unde Buſtuarii gladiatores a Romanis vocati: quorum ſi copia deeſſet, feminæ genas lanjantes, cruorem effundebant.
Guttur radere. Juven. 6. Sat. 105. Ætatem declarat barbatuli juvenis.
Janua expletis quoque raditur oris. Lucret. lib. 4. 535.
Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas. i. e. Secat purum aerem. Virg. 5. Æn. 217.
Litora raduntur Circeæ proxima terræ. Virg. 7. Æn. 10.
Saxa raduntur impreſſo vomere. Sil. lib. 8. 393.
Terram radit corvus pedibus Plaut. Aul. 4. 3. 2.
Tigna lævia radere. Lucret lib. 5. 1266.
Aures radere. Quintil. lib 3. cap. 1 Quorum ne jejuna, atque arida traditio averteret animos, & aures, præſertim tam delicatas, raderet, verebamur. h. e. Læderet, offenderet, fatigaret.
Nomen Piſonis radendum faſtis cenſuit. Tacit. 3. Ann. 17. De Aurelio Cotta. i. e. Eradendum, Auferendum.

RADENS,

Digitized by Google

Rādens, entis. Partic. [illegible] Lucret. lib. 6. 117.

— quam de latere ita

Diverſo motu radentes corporis tractum. De nubibus.

Arva radens adhæret humo ſerpens. Stat. 5. Theb. 525.

Flumina radentia ripas. Lucret. lib. 5. 257.

Rāſus, a, um. aliud Partic. [illegible] Plaut. Pſeud. prol. 13.

In ſcænam qui jejunus venerit aut ſitiens,

Is riſu & ventre raſo vigilabit ſedulo.

Barba raſa. Gell. 3. 4.

Liber raſus lima. Ovid. 2. de Pont. 4. 17.

Littera raſa in extremo margine. Ovid. 1. Amor. 11. 22.

Virgæ raſæ haſtilia. Virg. 2. Georg. 358.

Tabellæ raſæ. Ovid. 1. de Arte Am. 436.

Terra raſa ſquamis ſerpentis. Ovid. 3. Met. 75. conf. RALLA infra.

Rāſus, ûs. m. Varro de L. L. 4. 31. Homo in pratis feſtucas abradit, quo ab raſu raſtelli dicti.

Rāſor, ōris. m. [illegible] Qui radit. Et per translationem Raſores, Fidicines antiqui appellabant, qui, ut ait Verrius, ita appellati videntur, quia radere ictu chordas videantur artificio quodam. Feſtus.

Raſūra, æ. f. [illegible] Columel. lib. 4. cap. 29. Calamus autem non amplius tribus digitis debet allevari æqualiter ex ea parte, qua raditur, ut ſit lævis, eaque raſura ita deducitur, ut, &c.

Raſĭlis, e. Adj. [illegible] Quaſi raſum, nihil exſtantis aut redundantis plenitudinis habens, inquit Valla lib. 1. Ovid. 8. Met. 318.

Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem. Plin. lib. 17. cap. 23. Nuper repertum, draconem ferere juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribuſque induratam annis. Hunc præciſum quammaxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraſo cortice, quatenus obruatur, unde & raſilem vocant, deprimere ſulco, reliqua parte ad arborem arecta, ociſſimam in vite.

Foris raſilis. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 168.

Haſta raſilis. Sil. lib. 4. 176.

Raſile, Quaſi raſibile. Virg. 2. Georg. 449.

— & torno raſile buxum.

Rāmentum, i. n. [illegible] Tenuis cujuſque rei particula, a radendo, quaſi raſura. Unde Ramenta auri, Ramenta argenti, lignorum & ceterarum rerum dicimus, quæ ex ſectione earum rerum decidunt. Plaut. Bacch. 4. 4. 29. Patri omne cum ramento reddidi. Subaudi, Aurum. Columel. lib. 4. cap. 29 Quippe non ſcobem, ſed ramenta facit. De terebra Gallica. V. PRESMA. Gloſſ. Lat. Gr. Ramenta, [illegible], [illegible]. Ramentum dici voluere, inquit Fulgent. de Priſco Serm. 31. quaſi projectitium quoddam purgamentum. Q. Fabius Lucul. Epic. carm.

Viliſſimam ramentum, proluvioſa peſtis.

Auri ramentum, inquit Budæus in lib. 4 de Aſſe, aſt Arena aurea, Chryſitis, & Chryſammos Græce dicta. V. ſuo loco.

Ferri ramentum. Lucret. lib. 6. 1043.

Fluminum ramenta; i. e. Arenæ particulæ. Plin. lib. 33. cap. 4.

Sulphurata ramenta. Martial. 10. 3.

Ramenta, æ. f. Plaut. Bacch. 3. 4. 15.

Verum quam illa unquam de mea pecunia

Ramenta fiat plumea propenſior, &c. Ex Nonio, 3. 183.

Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior. Plaut. Rud. 4. 3. 77.

Ramentōſus, a, um. Adj. Plenus ramentis. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. Sanguinolenta & ramentoſa. [Ramenta inteſtinorum intelligit.

Rādŭla, æ. f. [illegible] Inſtrumentum ferreum, quo doliorum veterum pix, liquata primum, vel in ſole, vel lampade ardenti, educitur, ut deinde iterum picentur ad futuram vindemiam; a radendo dictum. Columel. lib. 12. cap. 18. Nam ea quæ demerſa ſunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: & quum picem in fundum diſtillavit, ſublata lampade rutabulo ligneo & ferrea curvata radula ducitur quod diſtillavit, aut quod in lateribus hæſit. conf. infra RALLUM.

Radulānus, a, um. Adj. [illegible] Radulana pix dicta, Quæ radula educitur e doliis. Plin. lib. 14. cap. 19. Italiæ pars aliqua radulana pice. Subaudi Lenitatem vini accitat. Hermolaus apud Plinium legit Rabulana pice. Sic enim ait in Prioribus caſtigationibus: Quidam ex L. Columella malunt Radulana, quam Rabulana legere, quod auctor is inſtrumentum in pice ducenda Radulam, quaſi a radendo nominavit. Sed & Rabula quoque a Radendo flectitur, ut a fando, nando, paſcendo, flando, fabula, nabula, pabula, ſtabula, mille hujuſmodi. Idem in Poſterioribus: Rabulana pice, Quidam Radulana, quaſi ab inſtrumento Radula, cujus mentionem Columella faciat. Non probavi, cum ob alia, tum quod inſtrumentum id, ſi quid ad propoſitum pertinere poſſet, non minus bella Rabula a radendo, quam Radula vocaretur: quando & Rabulæ forenſes etiam a radendis auribus, quia & Græci quoque garrulos, ajunt [illegible] eſſe, & [illegible]; ut Julius Pollux auctor: vel, ut Feſtus, a radendo, id eſt auferendo nomen traxere; quanquam & a Rabie, & a Ravi, hoc eſt raucitate dictos quidam volunt. In Gallia quoque Tranſalpina inſtrumentum fabrile, quo aſſamenta lævigantur & poliuntur, non aliter fere quam Rabo, quaſi Rabula vocatur, a radendo: in aliis locis a complanando Planula. Utcunque, verba Columellæ de Radula nihil omnino ſuffragantur. Ea ſunt ultimo ejus libro de pice in univerſum, non de una aliqua ejus ſpecie. Sunt qui Rabulanam picem, a colore quaſi Ravulanam ſcribendum autument. Eſt enim Ravus color inter flavum & cæſium, unde, ut Feſtus ait, raviliæ dicantur & raviſcelli, Plauto. Quidam a loco Ionii ſinus Rhaba, de quo, non tamen de pice, Stephanus. Non deſunt qui pro Zopiſſa rabulanam interpretentur. Eſt autem zopiſſa, ut ait Plinius, deraſa maritimis navibus pix cum cera. Hæc Hermolaus. V. Beroald. in Columell. & Harduin. in Plin. MſſT habent Rabulana, vel Rapulana, eodem ſenſu.

Rāſĭto, [illegible] āre. frequentat. Sæpe radere. Gell. lib. 3. cap. 4. Comperimus autem ceteros quoque in eiſdem temporibus nobiles viros barbam in ejuſmodi ætate raſitaviſſe.

Faciem quotidie raſitare. Sueton. Oth. cap. 12.

R A G

Ragades, V. RHAGADES.

R A I

Răja, æ. f. [illegible] Genus piſcis plani & cartilaginei. Plin. lib. 9. cap. 42. Simili modo ſquatina & rhombus abditi pinnas extaras movent ſpecie vermiculorum, itemque quæ vocatur raja. Hermolaus dicit Græce vocari, a rubi ſimilitudine, qui [illegible] Græcis dicitur, quoniam in tergo hamos habeat aculeatos, quos etiam habet paſtinaca, ſed præterea radium in cauda perniciſſimum & venenoſiſſimum. Eſt & alia major Raja, quæ Latinis Lævraja, Græcis [illegible] dicitur, quod uncos non habeat: Mucoſa etiam hæc appellatur quibuſdam. Gloſſ. Lat. Gr. Raja, [illegible].

R A L

Ralla, æ. f. Genus veſtis a raritate. Nam Rarum, diminutivum facit Rallum, auctore Nonio 14. 14. Ralla veſtis, inquit, dicta a Raritate. Plaut. Epid. 4. 2. 46.

Quid iſtæ, quæ quotannis nomina inveniunt nova?

Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, &c. [Ita quidem Nonius, quod Spiſſam neceſſario opponi Rallæ putaret. Cui ſubſcribit Voſſ. aliique, quaſi a Rarulus, Rallus. Non dubito tamen quin potius Ralla pro Raſula dictum ſit, ut innuit Iſid. 19. 22. Ralla, inquit, quæ vulgo Raſilis dicitur. Raſas in muliebris luxuriæ ſupellectili ponit Juvenal. Sat. 2. 97.

Cærulea indutus ſcutulata, aut Galbina raſa. ubi Schol. Raſa, Polita, tenuiter raſa. Græcis ſunt [illegible], teſte Polluce lib. 10. ſect. 42. & 6. 12. & 4. 116. & 7. 49. & 96. voce iſta diminutiva. conf. Suid. Formatur autem Ralla, a Raſula, eodem modo, atque a Redula, ut in ſeq. dict. poſui.

Rallum, i. n. [illegible] Ferramentum eſt quo raditur vomer, & inhærente terra liberatur atque purgatur. Nomen habet a Radendo. Plin. lib. 18. cap. 19. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rallo. In editis legitur Ralla, ſed corrupte. Poſſet & melius Ralla legi, quum præſertim reperiam in antiqui critici lexico Rallam eſſe [illegible], quod & interpretationem noſtram confirmat. Turneb. [Contractum nempe ex Radula. V. Voſſ. Etymol. Sic ex Paluda, Palla; ex Trua, Truola, vel Trudula, interpoſita littera, indeque Trulla; ab Hira, Hirula, Hilla. conf. ad præced. dict. Gloſſ. Lat. Gr. Ralla, ῥάξ. Gr. Lat. ῥάξ, Ralla, Rallum, Rallus, Raſorium.

R A M

Ramale, V. RAMUS.

Ramenta, **Ramentosus**, **Ramentum**, V. RADO.

Rāmex, icis. m. [illegible] Genus herniæ. Ramices has ſpecies ſub ſe continent, Porocelam; quæ eſt quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit: Sarcocelam, quum in ipſo ſcroto concrevit caro: Cirſocelam, quum venæ intumuerunt, tunicis teſtium integris, vel in ipſo ſcroto, vel quum bubonocela dicitur in inguine. Hæc Hermolaus in Gloſſematis. V. Celſ. lib. 7. cap. 22. Plin. lib. 20. cap. 13. Teſtium vero epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeo peculiari in viſceribus his effectu, ut ſilveſtri ruta, cum axungia veteri illitos ramices ſanari prodant. Plaut. Merc. 1. 29.

Tua cauſa rupi ramices, jamdudum ſputo ſanguinem. V. mox. Jacet exiguus cum ramice nervus. Juven. 10. Sat. 205. Ubi Vet. Scholiaſtes, Nervus, penis; Ramicem dicit inteſtinum. [Sic Hectoris hernia 6. 326. Ramices, dicuntur Pulmones vel Hernia, inquit Nonius, 2. 743. Alii Pulmones. [Male. Nec melius ipſe Nonius, ex loco ſuperiori Plauti non intellecto. Nec rectius Pectoris venas Hier. Mercurialis expoſuit. Nimirum nemo vidit, ſervulum ibi loquentem, & curſu exanimatum, voci parcere voluiſſe. Notum autem eſt, Clamorem juxta ac curſum, non ſolum anheloſis infeſtum eſſe, verum etiam hernioſis. Hinc illæ lacrimæ. conf. reliqua apud Non. Gl. L. Gr. Ramex, [illegible]. Ramices, Longurii apud Columel. lib. 9. 1. 3. Cæl. lib. 5. cap. 24. Lectionum var.

Ramicōſus, a, um. Adj. [illegible] Qui ramice laborat. Plin. lib 30. cap. 15. Ramicoſis cochlearum cinis cum ture ex ovi albi ſucco illitus per dies xxx medetur.

Ramiſes, qui & Rhamses. Tacit. 2. Ann. 60. Rex quidam Ægypti in Solis urbe, quo regnante Ilium a Græcis captum & ſolo adæquatum eſt, teſte Plin. lib. 36, cap 8. ubi eum docet quadraginta cubitorum columnas ex alabaſtrite feciſſe. V. Hard. ad Plin. & Marsham. Can. Chron. ſæc. 15.

Ramnenſes, [illegible] Iidem qui & Ramnetes. Liv. 1. 13. Eodem tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt, Ramnenſes ab Romulo, ab Tito Tatio Titienſes appellati.

Ramnes, vel **Ramnetes**, Tertia pars fuere Populi Romani temporibus Romuli: de quibus plura vide in dictione LUCERES. Propert. lib. 4. 1. 31.

Hinc Tities, Ramneſque viri, Lucereſque coloni:

Quatuor hinc albos Romulus egit equos. Alii Rhamnetes ſcribunt.

Rāmus, i. m. [illegible] eſt, id in arbore, inquit Theophraſtus, quod a caudice fiſſum, multiplexque ſpargitur; unde ramos nonnulli nodos appellavere, ſuntque veluti quædam ipſarum arborum brachia. Unde Virg. 2. Georg. 296.

Tum fortes late ramos & brachia tendens. Cic. 3. de Orat. 179. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia, &c.

Inſignis ramis olivæ. Virg. 6. Æn. 808.

Umbra ingens ramorum. Virg. 2. Georg. 489.

Alti rami. Lucret. lib. 2. 30.

Aureus. Ovid. 7. Met. 277.

Bifurcus. Ovid. 12. Met. 442.

Cæcus. V. CÆCUS.

Felix. Virg. 2. Georg. 81.

Fortis. Virg. 2. Georg. 296.

Fragilis. Virg. 8. Ecl. 40.

Frondens. Virg. 7. Æn. 135.

Ingens. Virg. 3. Georg. 333.

Laureus. V. LAURUS.

Lentus. Virg. 4. Georg. 558.

Longus. Ovid. 2. Met. 352.

Nudi rami, Sine frondibus. Lucan. lib. 1. 139.

Pandi rami pondere Autumni. Ovid. 14. Met. 660.

Patuli. V. PATULUS.
Pingues olivæ. Hor. Epod. 2. 56.

Jucundior, quam lecta de pinguiſſimis
Olivæ ramis arborum.

Teneri. Ovid. 2. Met. 359.
Virides. Ovid. 12. Met. 22.
Abrumpit teneros ramos manibus. Ovid. 2. Met. 359.
Adoptat ramus ramum. V. ACCEPTO.
Amputans ramos inutiles falce. Hor. Epod. 2. 13.
Apprehendunt vites ramos. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Compeſcere fluentes ramos. Virg. 2. Georg. 370.
Contingere ramos fragiles. Virg. 8. Ecl. 40.
Deciſis ramis quercus. Virg. 11. Æn. 5.
Defringere ramum arboris. Cic. pro Cæcin. 60. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.
Denudat foliis ramos & cortice truncos. Cic. in Arat. 119.
Deponere corpus ſub ramis arboris. Virg. 7. Æn. 108.
Diffunduntur late rami. Cæſ. 6. Bell. Gall. 25.
Diffundit ramis arborem Deus. Columel. lib. 3. cap. 10. Truncum deinde ſuperpoſuit velut quandam ſtaturam corporis & habitus: mox ramis diffudit quaſi brachiis.
Direpti rami arbore. Ovid. 11. Met. 29.
Extendere ſe rami poterunt. Virg. 2. Georg. 287.
Figere ramos humo. Ovid. 2. Faſt. 648.
Flectitur obſequio curvatus ab arbore ramus. Ovid. 2. de Arte Am. 179.
Frondeſcunt ſummi rami. Lucret. lib. 1. 1092.
Habet ramos pomiferos ſilva. Sen. Herc. fur. 9.
Mutilatus. Ovid. de Nuce 37.
Nutant pondere rami. Ovid. 2. de Arte Am. 263.
Percuſſi ventis. Sen. Hippol. 3.
Stetit ramus nudus fugiente poma. Senec. Thyeſt. 2.
Turgeſcit in arbore. Ovid. 3. Triſt. 12. 25.
Nunc avis in ramo tecta laremque parat. Ovid. 3. Faſt. 242.
Ramus montis. Plin. lib. 6. cap. 27. Sub monte Cambalido, qui eſt Caucaſi ramus.
Ramus in radice arborum dicitur, quod in herbarum radicibus Capillamentum. Columel. lib. 5. cap. 10. Quum ad ſcrobis ſolum radix pervenit, duritia humi coercita recurvatur, & ex ſummo duſum ramorum ambas radices emittit. De nuce.
Amputare ramos miſeriarum. V. AMPUTO.

RAMEUS, a, um. Adj. [κλάδινος] Quod ex ramo eſt. Virg. 4. Georg. 303.

— & rameas coſtis
Subjiciunt fragmenta, thymum, caſiaſque recentes.

RAMŌSUS, a, um. Adj. [κλαδώδης] Ramos habens multos. Plin. lib. 13. cap. 5. Nam quæ durum, acutum, ſpinoſum, habet, oxycedros vocatur, ramoſa & nodis infeſta. Ovid. 8. Met. 237.

Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.

Arbor ramoſa. Lucret. lib. 5. 1095.
Cervix ramoſa colubris. Ovid. 9. Met. 73. De Hydra Lernæa.
Cornua ramoſa cervi. Virg. 7. Ecl. 30.
Corpora ramoſa. Lucret. lib. 2. 446.
Domus Silvani ramoſa. Propert. lib. 4. 4. 5.
Stipes ramoſus. Ovid. 3. Faſt. 751.
Compar. Folium ramoſius. Plin. lib. 2. cap. 10.
Superl. Coralium quam ramoſiſſimum. Plin. lib. 32. cap. 2.

RAMĀLE, is. n. [κλαδίσκιον] Ramus inutilis ex arbore deciſus. Ovid. 8. Met. 644.

Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto. Perſ. 1. Sat. 97.
Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.

Veteris ramalia fagi. Perſ. 5. Sat. 59.

RAMŬLUS, i. m. dimin. [κλαδίσκος] Columel. lib. 5. cap. 5. Nam in brachiatis plerumque fit ut crura, aut cornibus boum, ramuli vitium defringantur. Cic. 1. de Divin. 123. Quum ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe, &c.
Floridi ramuli. Catull. 59. 22.
Nitidiſſimus ramulus. V. NITEO.

RAMULŌSUS, a, um. Adj. [κλαδισκώδης] a dimin. Ramulus. Plin. lib. 16. cap. 24. Ramuloſa folia olmo & cytiſo.

RAMUSCŬLUS, aliud dimin. [κλαδίσκιον] Plin. lib. 20. cap. 23. E viridi ferula ramuſculus, utilis eſt ad omnia ea vitia.

R A N

RĀNA, æ. f. [βάτραχος] Animal paluſtre notiſſimum, quanquam in genera diviſum. Ranarum aliæ ſunt terreſtres: aliæ in aqua dulcique degunt: aliæ marinæ. Ex terreſtribus quædam in vepribus mutum vivunt, & rubetæ appellantur, auctore Plin. lib. 32. cap. 5. Aliæ inter arundines, fruticeſque verſantur. Eſt & rana arborem ſcandens, & ex ea vociferans, ob id a calamis calamita. Virg. 1. Georg. 378.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. Plin. lib. 11. cap. 29. Quum Theophraſtus tradat invectitias eſſe in Cyrenaica vocales ranas. Cic. 2. de Nat. Deor. 125. Ranæ autem marinæ dicuntur obruere ſeſe arena ſolere.

Loquaces. Virg. 3. Georg. 431.
Paluſtres. Hor. 1. Serm. 5. 14.
Turpes. Hor. Epod. 5. 19.
Virides. Ovid. 15. Met. 157.
Rana Gyrina. Plato, Nihilo rana Gyrina prudentior. In ſtupidos proverbium. Gyrini ſunt informes ranarum partus. Cæl. lib. 4. cap. 2. [A forma ſcilicet corporis pæne rotunda dicti γυρῖνοι. Nam γῦρος Circulus.
Rana, Morbus bobus peculiaris. Columel. lib. 6. cap. 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas vocant veterinarii.

RANŬLA, æ. f. dimin. Apul. Met. 9. p. 233. Elmenh. Virens exſiluit ranula.

RANUNCŬLUS, i. m. dimin. [βατράχιον]
Ranunculos per jocum vocat Cicero Ulubrenſes, qui ſibi obloquerentur, eo quod clamarent tanquam ranæ, quæ præſertim inſtante veſpere, totas paludes coaxationibus implent, 7. Fam. 18. In fine, Nam Ulubris honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat.

Alii putant ſignificari Homines habitantes in paluſtribus locis, Ulubrenſes.
Ranunculus, [βατράχιον] Herba. Plin. lib 25. cap 13 Ranunculum vocamus, quem Græci batrachion. Genera ejus quatuor. Unum pinguioribus quam coriandri foliis, & ad latitudinem malvæ accedentibus, colore livido, caule alto, gracili, & radice alba. Naſcitur in limitibus humidis & opacis. Alterum folioſius, pluribus foliorum inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt, gravi odore, flore aureo. Quartum ſimile huic, flore luteo. Omnibus vis cauſtica, ſi cruda folia imponantur, puſtulaſque, ut ignis, faciunt. conf. Apulej. de Herb. c. 8. &c.

RANCEO, ēre. ſicut & RANCO, āre. de quo verbo infra dicitur. Budæus. poſteriora libro Philologiæ, Rancere fictitia voce tunc dicuntur (de cervis loquitur.) Rancentes autem ololygones (ſic enim tum vocantur) diluculo venator ſecundo vento exaudiens: decumanumque eſſe rancore dijudicans, aut alias memorabili magnitudine, eo decurias canum admovet, indagatora numellato venatus auſpicatum præeunte, ut fere alias ſolet.

RANCENS, entis. Partic. [σαπρούμενος] a verbo inuſitato RANCEO, Idem quod Rancidus. Lucret lib. 3. 720.

Unde cadavera rancenti jam viſcere vermes
Exſpirant? i. e. Unde cadavera a viſcere rancenti vermes edunt? Lambinus.

RANCESCO, ĕre. Idem quod Ranceo. Arnob. lib. 1. p. 11. Præcipiant, olearum fluenta ranceſcere.

RANCOR, ōris. m. [σαπρότης] Putor quidam aut odoris gravitas, quæ ex vetuſtate & putredine ac corruptione naſcitur. Palladius lib. 1. cap. 20 Receptacula olei ſemper ſint munda, ne novos ſapores veteris rancore infecta corrumpant. Idem in Octobri, cap. 11. Canales, & omnia receptacula olei, calida aqua prius lavabis, ut nihil de anni præteriti rancore cuſtodiant. i. e. De mucido odore, ut exponit Cæl. lib. 7. cap. 27. in fine.

RANCĬDUS, a, um. Adj. [σαπρός] Quod eſt rancore putidum. Hor. 2. Serm. 2. 89.

Rancidum aprum antiqui laudabant, &c.

Rancidus, pro Putrido. Lucret. lib. 6. 1153.

Rancida quo perolent projecta cadavera ritu, &c.

Rancidus, pro Inſuavi aliquando ponitur. ut,
Rancidus aſpectus. Plin. lib. 22. cap. 22.

RANCĬDE, Adv. [σαπρῶς] Tranſlate Gell. lib. 18. cap. 8. In collocandis verbis immodice faciunt & rancide. Idem cap. 11.

RANCĬDULUS, a, um. Adj. dimin. [ὑπόσαπρος] Juven. 11. Sat. 135.

— non tamen his illa unquam opſonia fiunt
Rancidula. Martial. lib. 7. 33.
Qui ſic rancidulo loquatur ore.

RANCO, āre. Verbum fictitium, e voce tigridum. Auctor Philomelæ 49.

Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

R A P

RĀPA, æ. f. [γογγύλη] Radix eſculenta globoſæ figuræ. Columel. lib. 11. cap. ult. Napus & rapa duas ſationes habent, & eandem culturam, quam Raphanus. Paulo poſt, Rapæ ſemina Hyginus putat poſt trituram jacentibus adhuc in area paleis inſpergi debere. Gloſſ. Lat. Gr. Rapa, γογγύλη, & Gr. Lat. Γογγύλη, Rapa.
Rapa, dicta eſt, auctore Varrone lib. 4. de L. L. 22. quaſi Ruapa, quod rueret e rure.
Lutoſa rapa. V. LUTOSUS.

RĀPUM, i. n. [γογγύλη] Idem. Plin. lib. 18. cap. 13. Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculinum, femininumque, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili. Semen præſtantius quo ſubtilius. Species vero omnium tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. Tertiam ſpeciem ſilveſtrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani ſimilitudine, & folio anguloſo ſcabroque, ſucco acri: qui circa meſſem exceptus oculos purgat, medetur caligini admiſto lacte mulierum. Martial. lib. 13. 16.

Hæc tibi, brumali gaudentia frigore rapa,
Quæ damus, in cælo Romulus eſſe ſolet. Varro de R. R. lib. 1. cap. 11. Nam ex ſemine braſſicæ ſato naſci ajunt rapa: & contra ex raporum, braſſicam. Columel. lib. 2. cap. 10. Rapa campis in locis humidis lætantur.

Rapum Seneca dixit, quod in capite radicis hæret: nempe fibras quibus arboris radix involvitur: Epiſt. 87. Magnarum, inquit, arborum truncos circumciſis ramis & ad unum redactis pedem cum rapo ſuo tranſtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipſo, ex quo illæ pependerant. Loquitur de modo tranſplantandi arbores annoſas.

RAPŬLUM, i. n. dimin. [γογγύλιον] Hor. 2. Serm. 8. 8.

In primis Lucanus aper leni fuit Auſtro
Captus, ut ajebat cœnæ pater: acria circum
Rapula. [Gloſſ. Lat. Gr. Rapilum, Ῥαφίς. Scribe Rapulum, Ῥάφυς, quod idem ac ῥάφανος. An Rapillum?

RAPUNCŬLUS, i. m. [γογγυλίδιον] aliud diminutivum, Radicula, quæ commeditur in acetariis.

RAPICIA, ſive RAPACIA, ōrum. n. pl. Raporum frondes, quas homines decoctas in cibum ſument. Plin. lib. 18. cap. 13. Quadrupedes & fronde eorum gaudent: & homini non minor rapiciorum ſuis horis gratia, quam cymarum, &c. Cato R. R. cap. 35. Rapinam & coles rapicii unde fiant, & raphanum in loco ſtercorato bene, aut in loco craſſo ſerito.

RAPĪNA, æ. f. Ubi ſeminatur rapum. Columel. lib. 11. cap. 2. Nam & napinæ, itemque rapinæ, ſiccaneis locis per hos dies fiunt. Sic Cato R. R. cap. 35. V. dict. ſuper.

RAPACITAS, RAPACITER, RAPAX. V. RAPIO.
RAPHAEL, RAPHANA, RAPHANIS, RAPHANITIS, RAPHANUS, RAPHIA, V. per RH, RHAPHAEL, &c.
RAPICIUM, RAPINA, V. in RAPA, & RAPIO.

RĂPIO, rapui, raptum, [ἁρπάζω] ĕre. Per vim, aut cum feſtinatione, auferre.
De aquis. Virg. 1. Georg. 203.

Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Carinas venti rapuere. Lucan. lib 3. 46.
Currum equi rapiunt per avia. Ovid. 2. Met. 205.

Pavore

Pavore equi rapitur tractus. Sil. lib. 4. 257.
Pedes quo te rapiunt, & auræ. Hor. 3. Carm. 11. 49.
Ad ſe rapere, Trahere. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Quum autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem fere cibum ad ſeſe, eoque ſeptum fingit animal.
Ad ſe convertere & rapere. Cic. 2. Off. 37.
Virginem rapere, eſt Ei vim inferre, & violare. Plin. lib. 13. cap. 29. Propter raptas virgines.
Ad ſtuprum virgines. Liv. 26. 13.
Rapi ſimulatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, quum ad virum trahitur, quod videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit. Rapi ſolet fax, qua prælucente nova nupta deducta eſt ab utriſque amicis, ne aut uxor eam ſub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in ſepulchro comburendam curet, quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur. Feſtus. [Lego Utriuſque amicis.
Rapere, Per vim ſtuprare. Quintil. Declam. 259.
Rapere, cum furore trahere, evellere, auferre. Ter. And. 3. 2. 20. Sublimem hunc intro rape, quantum potes. Idem Adelph. 3. 2. 21.
Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem.
De complexu parentum ad mortem rapere. Cic. 7. Verr. 138. Navium præfectos ſine ulla cauſa de complexu parentum ſuorum, hoſpitumque tuorum, ad mortem, cruciatumque rapuiſti.
In crucem. Cic. 7. Verr. 166. Ille, quiſquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi eſſet ignotus, quum, &c.
In jus aliquem rapere, quod & Trahere, & vocare dicitur. Plaut. Pœn. 5. 5. 56. Rapiamus in jus. Idem Aſin. 2. 4. 32.
Nam vidi huc ipſum adducere, & rapere in jus Exærambum.
Al. Adducere trapezitam Exær. Hor. 2. Serm. 3. 72.
Cum rapies in jura malis ridentem alienis. Al. In jus.
Ad mortem rapi. Cic. 1. in Catil. 27. Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?
Rapi ad mortem, de illo, qui rapitur, ut ſupplicio afficiatur. Sed Rapi etiam dicitur, Qui morte immatura moritur. V. RAPTUS Partic. Rapi Fatis. H. St.
Ad pœnam rapere. Cic. pro Flac. 3. Rapitur ad pœnam qui indicia communis exitii cepit.
Ad prætorem aliquem rapere. Plaut. Aul. 4. 10. 30.
Ad ſupplicium rapi, quod & Trahi dicitur. Cic. 3. Verr. 7. Rapiunt eum ad ſupplicium dii patrii, quod iſte inventus eſt qui, &c.
Ad tortorem rapi. Cic. 5. Tuſc. 13.
Præcipitem, famuli, rapite hunc. Ovid. 3. Met. 694.
Fatis rapi, Trahi. Ovid. 2. de Pont. 2. 32.
Imperium rapere. Tacit. 3. Hiſt. 19.
Invitum rapere aliquem. Ovid. 7. Met. 704.
In fomite flammam rapere, Raptim excitare. Virg. 1. Æn. 180.
Limis rapere: ſubaudi, Oculis. Hor. 2. Serm. 5. 53.
Sic tamen ut limis rapias, quid prima ſecundo
Cera velit verſu. i. e. Obliquis oculis raptim perlegas.
Oſcula rapere, Raptim dare. Tibull. lib. 1. 4. 53.
In parteſque rapit varias. Virg. 4. Æn. 286.
In pejorem partem, Interpretari. Ter. prol. Adelph. 3. Ubi Donatus, i. e. Vitio dare, vituperare.
Se alicunde rapere ocius, Ejicere. Hor. 2. Serm. 7. 118.
Se aliquo rapere, Conjicere. Ovid. 3. Amor. 5. 29.
Se rapere ad. Cic. 13. Philip. 18. Inde ſe, quo furore, quo ardore, ad urbem, id eſt ad cædem optimi cujuſque rapiebat?
In ſublime. Plin. lib. 35. cap. 10.
Rapere, pro Raptim ac feſtinanter ducere. Plin. in Paneg. cap. 14. Per hoc omne ſpatium quum legiones duceres, vel potius (tanta velocitas erat) raperes: non vehiculum unquam, non equum reſpexiſti.
Campum rapit acrior ſonipes. Stat. 5. Theb. 1.
Fugam rapere. Valer. 5. Argon. 271.
Greſſus rapit. Lucan. lib. 3. 115. i. e. Quanta vi poteſt, intendit curſum.
Laborem ſibi quiſque rapiunt. Sil. lib. 13. 187.
Viam rapere aliquo. Sil. lib. 8. 182.
Ad cognitionem rei cura & ſtudio rapi. Cic. 1. de Divin. 111. Rarum eſt quoddam genus eorum, qui ſe a corpore avocent, & ad divinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioque rapiantur.
Cupiditate, aviditate, & ſimilibus rapi. Cic. 3. Verr. 65. Iſte qui una cupiditate raperetur, totum illius poſtulatum, cauſamque neglexit.
Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. Cic. in Piſon. 37.
Ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit. Cic. 1. Off. 101.
Impetus rapit huc, rapit illuc. Stat. 12. Theb. 794.
Inops mentis rapitur. Ovid. 4. Faſt. 457.
Claſſis ſtudio inflammato rapitur ad Italiam. Cic. pro Lege Manil. 21. Ab eodem Imperatore claſſem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam.
Diſciplinam ad ſuam aliquem rapere, Attrahere & impellere ad diſciplinæ ſuæ cognitionem. Cic. 4. Acad. 114. Neque vero tu ſolus, ſed me ad ſuam diſciplinam quiſque rapiet.
Ad id rapi quod bonum videtur. Cic. 4. Tuſc. 12.
In errorem rapi, Præcipitari. Cic. 2. de Legib. 45. Nos opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus.
In fraudem aliquem rapere. Cic. 2. de Invent. 36. Eam cauſam putare, quæ homines audaces in fraudem rapere ſoleat.
Oculis in fraudem rapi. Cic. de Aruſp. Reſp. 39. Quare miſerior es, quum in omnem fraudem raperis oculis, quam ſi omnino oculos non haberes.
In invidiam rapi, Inviſum fieri. Cic. 4. Acad. 126. Sed quum rapior in invidiam, licetne per vos neſcire quod neſcio?
In mærorem me rapit ſtultitia mea. Plaut. Ciſt. 1. 1. 63.
In odium aliquem. Auctor ad Heren. lib. 1. 8.
Senſu & conjectura rapi, Duci. Cic. de Aruſp. Reſp. 34.
Rapere, de amore ſæpe dicitur, ut
Ocellos alicujus. Ovid. 2. Amor. 19. 19. Subaudi In amorem.
Vultus alicujus rapere. Ovid. 3. Amor. 6. 28.
De morte, & exitio quoque, ut

Flammæ rogales rapuere te. Ovid. 3. Amor. 9. 41.
Fortuna rapit juvenes. Ovid. ad Liv. 372. Subaudi Morte.
De luce almæ rapi. Stat. 8. Theb. 102.
Vis leti improviſa rapuit, rapietque gentes. Hor. 2. Carm. 13. 20.
Urbes rapuerunt prælia, Vaſtarunt. Claud. 2. in Eutrop. 568.
Rapſere antiquum verbum, pro Rapere. Cic. 2. de Legib. 22. Sacrum, ſacrove commendatum, qui clepſerit rapſeritve, parricida eſto. [Præteritum ſyncopatum, pro Rapuerit.
Spes rapiendi & prædandi occæcat animos. Cic. 4. Philip. 9.
RAPIENS, entis. Partic. [ἁρπάζων] Hor. 3. Carm. 3. 32.
Omne ſacrum rapiente dextra.
Flamma rapiente curſum ocior. Senec. Hippol. 6.
Ventus rapiens incendia. Lucan. lib. 3. 496.
RAPIENDUS, a, um. aliud Partic. [ἁρπαστέος] ut, Pignora rapienda manu. Ovid. 6. Faſt. 446.
Ad arces rapiendas tendit. Lucan. lib. 6. 14.
RAPTUS, a, um. ſimiliter Partic. [ἁρπασθεὶς] ut, Raptus a diis Ganymedes. Cic. 1. Tuſc. 65.
Sublime raptus. Tacit. 4. Hiſt. 30.
Amore cæco raptus furit. Ovid. 2. Faſt. 762.
Auribus raptis populata tempora. Virg. 6. Æn. 496.
Fortuna rapta ex oculis. Liv. 28. 7.
Lingua rapta. Ovid. 6. Met. 632.
Nuptiæ raptæ. Cic. 3. Tuſc. 26. Qualis tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam a ſocero OEnomao rege Hippodamiam raptis nactus eſt nuptiis?
Occaſio rapta. Liv. 27. 18.
Prædas raptas ad litora vertere. Virg. 1. Æn. 532.
Tecta rapta. Ovid. 3. Triſt. 10. 18.
Virginitas rapta. Ovid. 8. Met. 85. de filia Eriſichthonis.
Virgo rapta. Hor. 2. Carm. 4. 7.
Raptus, pro Præreptus immatura morte. Ovid. in lib. Ex Ponto, aut de Triſtibus,
Quæ mihi de rapto tua venit epiſtola Celſo. H. St. Exſtant lib. 1. ex Ponto. Ep. 9. pr.
RAPTUM, i. n. [ἁρπασθὲν] Res rapta. Liv. 7. 25. Quos rapto vivere neceſſitas cogeret. Martial. lib. 7. 46.
Dividere rapta. Liv. 1. 4.
Potiri rapto. Virg. 4. Æn. 217.
Vivere de rapto. Ovid. 5. Triſt. 10. 16.
Vivitur ex rapto. Ovid. 1. Met. 144.
RAPTŪRUS, a, um. Partic. [ἁρπάσων] Lucan. lib. 3. 99.
— namque ignibus atris
Creditur ut captæ rapturus mœnia Romæ.
RAPTIM, Adv. [ἁρπαγήδην] Velociter, cito, quaſi rapto tempore, non accepto. Plin. lib. 17. cap. 14. Semine raptim avium fame devorato. Liv. 3. 23. Fabius, omiſſis omnibus, prædam ex caſtris raptim Antium convehit. Cic. 1. Att. 17. Et raptim in eam ſententiam pedarii cucurrerunt. Cæſ. 1. Bell. Civil. 5. pr. His de cauſis aguntur omnia raptim atque turbate. Lucret. lib. 3. 1015.
— & plani raptim petit æquora campi.
Iſte ſe raptim domum ſuam conjicit. Auctor ad Heren. lib. 4. 65.
Imperia raptim mutata. Sil. 7. 21.
Raptim mittere. Lucret. lib. 1. 663.
Raptim ſcribere. Cic. 2. Att. 9. Subito quum mihi dixiſſet Cæcilius Quæſtor, puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim.
RAPTIO, ōnis. f. [ἁρπαγὴ] ad perſonam refertur. Ter. Adelph. 3. 3. 2.
Diſperii, Cteſiphonem audivi filium
Una fuiſſe in raptione cum Æſchino. Ubi Donatus: Raptio ad perſonam refertur: Rapina ad rem: Raptus ad ſtuprum, ſi proprie loqui volumus.
RAPTUS, ūs. m. [ἁρπαγμὸς] Cic. 6. Verr. 107. Locus ut ipſe raptum illum virginis, quem jam a pueris accepimus, declarare videatur. Idem 4. Tuſc. 71. Quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poetæ velint? Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 12.
It Venus, & raptus metitur corde futuros.
RAPTŪRA, æ. f. [ἁρπαγή] Idem. Plin. lib. 11. cap. 24. Quum vero raptura incidit, quam vigilans & paratus ad curſum? Caſtigatum exemplar habet Capturæ. h. e. Præda. De araneo.
RAPTOR, ōris. m. [ἁρπακτὴς] Plaut. Epid. 2. 2. 113. Raptor hoſtium glorioſus. Idem Trin. 2. 1. 23. Raptores panis & peni. Columel. lib. 7. cap. 12. Quum & lupi repellere inſidias, & raptorem ferum conſequi fugientem, prædamque excutere atque auferre debeat.
Audax raptor. Hor. 3. Carm. 20. 4.
Conſilium raptor vertit ad fallaciam. Phædrus 1. 31. 3. De milvio.
RAPO, ōnis. m. [ἁρπακτὴς] Idem quod Raptor. Pomponius,
Ne vos conturbent auri argentique rapones. V. Non. 1. 108.
RAPAX, ācis. Adj. [ἁρπακτικὸς] Avidus, & rapinis ſemper intentus. Plaut. Perſ. 3. 3. 6. Procax, rapax, trahax. Sueton. Domit. cap. 3. Inopia rapax, metu ſævus. Columel. lib. 8. cap. 17. Rapax lupus. Olim furunculus, nunc rapax. Cic. in Piſon. 66.
Falces rapaces. Lucret. lib. 3. 650.
Fata rapacia. Senec. Herc. Œt. 2.
Fluvii. Virg. 3. Georg. 142.
Ignis. Ovid. 8. Met. 843.
Mors. Tibul. lib. 1. 3. 63.
Torrens. Senec. Theb. 1.
Ventus. Valer. 4. Argon. 606.
Undis rapacibus committere ſe. Ovid. 8. Met. 550.
Rapax virtutis ingenium. Senec. Epiſt. 96.
Compar. Catull. ad Thallum, 25. 4.
Idemque, Thalle, turbida rapacior procella. Cic. de Amicit. 50.
Nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quam natura.
Superl. Rapaciſſimæ manus. Salluſt. in Cic. 5.
RAPĀCITAS, ātis. f. [τὸ ἁρπακτικὸν] Columel. lib. 1. cap. 7. Niſi ſi maxime vel negligentia ſervi, vel rapacitas intervenit. Martial. lib. 12. 53.
Diræ filius eſt rapacitatis.
Quis in rapacitate avarior? Cic. pro Cœl. 13. De Catilina.
RAPĀCIDA, æ. c. Rapacidæ, imitatione patronymicorum, Homines

E 3 rapaces

rapaces appellantur, joco comico ficti, ut Æacidæ dicuntur ab Æaco. Plaut Aul. 2. 7. 8.

Rapacidarum ubi tantum ſiet in ædibus. Turnebus.

Rapĭdus, a, um. Adj. [ὁρμητικός] i. e. Velox: ab eorum, qui rapiunt, celeritate. Lucret. lib. 1. 295.

Corripiunt, rapidique rotanti turbine portant. Plin. lib. 16. cap. 39. Tantum tempeſtivitas etiam in rapida celeritate pollet.

Æquor rapidum. Valer. 4. Argon. 270. Hypallage.
Æſtus. Virg 3. Ecl. 10. Al. Rabidus.
Alæ. Claud 3. de Rapt. Proſerp. 254.
Amnis. Virg. 6. Æn. 550.
Amnes rapidos tranant. Lucret. lib. 1. 15.
Arma pro Armatis. Sil. lib. 5. 98.
Aura rapida velocius Ovid 3. Met. 209.
Bella Claud. 1. in Conſ. Stil. 188.
Canes. Lucret. lib 5. 890.
Clamorca rapidi. Stat. 5. Theb. 96. Alia exemplaria habent Rabidi. [Sæpeque hæc duo confunduntur. V. infra plura exempla.
Currus. Virg 12. Æn. 478.
Curſus. Virg. 5. Æn. 291.
Decurſus. Virg 10. Æn. 583.
Equi. Ovid. 9. Epiſt 28.
Feræ. Ovid. 11 Epiſt. 111.
Flamen. i. e. Ventus. Virg. 4. Æn. 241.
Flamma Ovid. 2. Met. 123.
Flumen Hor. 2 Serm. 3. 242.
Flumen rapidiſſimum. Cæſ. 1. Bell. Civil. 50.
Gurges. Cic. 2. de Nat. Deor. 106.
Ignis. Virg 4. Georg. 263.
Ira Stat. 3. Theb. 96.
Lapſus rapidi fluminum. Hor. 1. Carm. 12. 9.
Leones. Hor. de Arte Poet. 393. Al. Rapidi.
Lupa. Ovid 3. de Arte Am. 8. Al. Rabida.
Mare. Tibull. lib. 4. 1. 126. Ob æſtus ſcilicet.
Oratio rapida, Concitata. Cic. 2. de Finib. 3. Quum enim fertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cujuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas.
Paſſus. Virg 7. Æn. 156.
Rotis rapidis inſiſtere. Virg. 3. Georg. 114.
Sol. Virg. 1. Georg. 424.
Torrens. Virg 2. Æn. 305.
Turbo. Lucret. lib. 1. 638.
Venti. Virg. 6. Æn. 75.
Unda rapidior. Curt. 4. 9. 18.
Volucris rapidiſſima. Ovid. 2. Met. 716.
Vortex. Virg. 1. Æn. 121.

Rapĭde, Adv. [ὁρμητικῶς] Cic. 2. de Legib. 6. Rapideque dilapſus cito in unum confluit. De Fibreno fluvio.

Ferri rapide. Cic. in Orat. 128. Quod quum rapide fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt. De argumento quod vocatur [illegible].

Rapidŭlus, a, um. Adj. dimin. Mart. Capel. lib. 8. Rapiduli ſonitus raucitas.

Rapiditas, ātis. f. [τὸ ὁρμητικόν] Cæſ. 1. Bell. Civil. 62. Tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum impedirentur.

Rapīna, æ. f. [ἁρπαγή] ad rem refertur: Violenta rerum ablatio. Cic. 1. Verr. 3. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, avaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet. Cæſ. 1. Bell. Gall. 17. Satis habebat in præſentia hoſtem rapinis populationibuſque prohibere.

Spes prædæ ac rapinarum. Cic. 10. Fam. 12.
Avida rapina. Ovid. 1. Triſt. 11. 32.
Ingens. Stat. 10. Theb. 820.
Invidioſa. Ovid. 1. Amor. 8 55.

Rapinātor, ōris. m. antiquum, pro Raptor uſurpatum. [ἁρπακτήρ] Lucil. apud Non. 2. 468. Homo impudicus impune eſt rapinator.

Rapto, [διαρπάζω] āre. Frequenter rapere. Virg. 1. Æn. 483.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

Fortunæ vexatæ, diſſipati liberi, raptata conjux Cic. pro Sext. 145. V. mox.
Æthere raptavit toto. Lucret. lib. 5. 399.
In crimina raptare aliquem. Propert. lib 3. 11. 27.
Captus raptatur manu. Stat. 9. Theb 161.
Curru quadrijugo raptari. Cic. 1. Tuſc. 105.
Equorum arbitrio raptatur. Ovid. 2. Met. 234.
Per vim raptari. Ovid. 12. Met. 223.
Ac ſubito vexantia turbine raptant. Lucret. lib. 1. 280. De ventis loquitur.
Raptare, pro Conviciari. Plaut. Aul. 4 4. 5.

Quid me afflictas? Quid me raptas? Qua me cauſa verberas? Conf. Milit. 2. 6. [Eſt Vexare, Agere trahere. V. in rapio. Sic apud Cic. Raptata conjux, niſi forte in jus raptam intelligit.

Raptātus, a, um. Partic. [ἁρπαζόμενος] ut, Bigis raptatus. Virg. 2. Æn. 272.

Raptĭto, āre. aliud frequent. Gell. lib. 9. cap. 6.

Rapsa, Oppidum in Pentapoli, ſeu Cyrenaica regione, apud Plin. lib. 5. cap. 5.

Rapulum, **Rapum**, **Rapunculus**, V. rapa.

R A R

Rare, **Rarefacio**, **Rarefio**, **Rarenter**, **Raresco**, **Rariplus**, **Raritas**, **Raritudo**. **Raro**, V. in rarus.

Rārus, a, um. Adj. [ἀραιός, σπάνιος, ὀλίγος] proprie dicitur, Quod non eſt denſum. ut, Rari capilli.

Rarum, ut vult Nonius 4. 388. conſuetudine infrequens ſignificat. Virg. 9. Æn. 508.

Qua rara eſt acies, interlucetque corona.

Acies rarior. Tacit 3. Hiſt. 25.
Aer rarus. Lucret. lib. 2. 106.
Cribrum. Ovid 12. Met. 437.
Lanugo. Plin. lib. 8. cap. 17.
Locus rarus & anguſtus. Cic. in Somn. Scip. 14. Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis.
Retia. Virg. 4. Æn. 131.

Retia rara, plagæ, & lato venabulo ferro.

Segeti raræ, Denſa opponitur. Colum. 2. 9. Etiam ex rara ſegete denſam facit.
Textum tenue atque rarum. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque illud in Lyſia dicendi textum tenue lætioribus numeris corrumpendum erat.
Umbra. Virg. 7. Ecl 46.
Rarus, Paucus. Virg. 1. Æn. 122.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Idem 6. Ecl. 40.
Rara per ignotos errent animalia montes.

Frutices rari apparent in vertice. Ovid. 10. Epiſt. 25.
Lacrima rara per genas manat. Hor. 4. Carm. 1. 34.
Racemi. Virg 5. Ecl. 7.
Tectis raris habitata mapalia. Virg 3. Georg. 340.
Vocibus raris hiſco. Virg. 3. Æn. 314.
Rarum, Electum Nonius ex Virg 4. Georg. 130.

Hic rarum tamen in dumis olus, &c.

Juvenum rariſſimus. Stat. 4. Silv. 8. 30.
Facie rarus. Ovid. 14. Met. 337. de Nympha canente,

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi. Locutio propter Ablativum annotanda.

Conjux rariſſima. Stat. 3. Silv. 1. 11.
Turba rariſſima. Ovid. 2. de Arte Am. 281.

Sunt tamen & doctæ rariſſima turba puellæ.

Rarum, Quod non ubique reperitur, unde etiam pro Præſtanti ſumitur. Cic. de Amicit. 81. Rarum genus (& quidem omnia præclara rara) nec quicquam difficilius quam reperire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. Plin. in Paneg. cap. 60. ad fin. Sed in principe rarum ac prope inſolitum eſt, ut ſe putet obligatum.
Rarum & Vulgare, contraria Cic in Topic. 69.
Solitarium & Rarum. Cic. 1. de Invent. 81. Oportet animadvertere, ne quum aliter multa ſint judicata, ſolitarium aliquod, aut rarum judicatum afferatur.
Rarum eſt enim, ut ſe quiſque vereatur. h. e. Raro accidit quin. Quintil. lib. 10. cap. ult.
Audentia. Tacit. de German. 31. Rara & privata cujuſque audentia apud Cattos in conſenſum vertit.
Fides. Hor. 1. Carm. 35. 21.
Gratia fratrum rara eſt. Ovid. 1. Met. 145.
Litteras raras tuas quidem, ſed ſuaves accipio. Cic. 2. Fam. 12.
Salus. Plin. lib. 7. cap. 4.
Rarus in potu, Qui raro potat. Plin. lib. 8. cap. 16.
Rarum dictu, eſſe aliquid cui proſit negligentia. Plin. lib. 18. cap. 16. Sic lib. 9. cap. 17. Rarus inventu.

Rare, [ἀραιῶς] ius, iſſime. Adv. Non denſe neque ſpiſſe. Columel. lib. 2. cap. 9. Nam niſi raro conſeritur, vanam & minutam ſpicam facit. Subaud. Locus Gloſſ. Lat. Gr. Rare, Σπανίως.

Comp r. Plin. lib. 17. cap. 27. Ceteræ rarius tondentur. h. e. Infrequentius.

Rarius fieri. Cic. 2. Fam. 7. Quod ſi rarius fiet quam tu exſpectabis, id erit cauſæ, quod non ejus generis meæ litteræ ſunt, ut eas audeam temere committere. [Poteſt iſte Comparativus & a ſeq Adv. eſſe, ut a Sero Serius, a Cito Citius, &c.

Raro, aliud Adv. ex Ablativo a. [σπανίως, ὀλιγάκις] Inſolenter, Non ſæpe, Minus ſæpe. Cic. 1. Off 136. Si ad hoc genus caſtigandi raro, invitique veniamus. Idem pro Roſc Amer. 37. In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro exſtitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur. Hor. 3. Carm. 2. 31.

Inſolenter & Raro, cui Vulgo opponitur. Cic. 1. de Invent. 43. Deinde natura ejus evenire vulgo ſoleat, an inſolenter ac raro.

Rarenter, Adv. [σπανίως] Idem quod Raro. Gell. lib. 12. cap. 25. A rarus non dicitur Rare, ſed alii Raro dicunt, alii Rarenter. Cato R R. c. 103. Dato rarenter bibere. Macrob. 7 Saturn. cap. 12. conf. Non 2. 731.

Rarĭtas, ātis. f. [ἀραιότης, σπάνις] Infrequentia. Plin. lib. 2. cap. 18. Namque modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunæ, placida nocte leniter illuſtrante eas: modo raritas. Hic Confertam multitudinem oppoſuit Raritati.

Raritas arborum. Plin. lib 11. cap. 27. Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum. i. e. Ubi raræ ſunt arbores, & non denſe conſitæ.

Raritas in pulmonibus, Laxitas, mollities ſpongioſa. Cic 2. de Nat. Deor. 136. In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima.

Mirabilis raritate. V. Mirabilis, in miror.

Rarĭtūdo, inis. f. [ἀραιότης] Idem quod Raritas. Columel de Arboribus, cap. 3. Et mediocri raritudine optima eſt vitibus terra. Varro de L. L. 4. 29. Dictum rete a raritudine.

Raro, [ἀραιόω] āre. Rarum facere Cujus compoſita ſunt Diſraro, & Interraro, quod eſt in medio rarum facio, quorum priore Columel. lib. 4. 32. utitur. [Niſi aliter legendum eſt. V. loc.

Raresco, [ἀραιοῦμαι] ēre. ſignificat Rarum fieri, ſive deficere. Columel. lib. 3. cap. 16. Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim ſeminum cetera, quæ virent, rareſcunt. Idem lib. 3. cap. 6. Vetuſtate rareſcit. Virg. 3. Æn. 411.

Aſt ubi digreſſum Siculæ te admoverit oræ
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori. Ubi Servius, Rareſcent ideo, quia venientibus de Ionio propter curvaturam litorum clauſæ videntur anguſtiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur.

Rareſcere dicitur, quod fit ſubtilius & minus denſum. Ovid. 13. Met. 245.

— reſolutaque tellus
In liquidas rareſcit aquas.

Colles paulatim rareſcunt. Tacit. de German. 30.
Corpus rareſcit. Lucret. lib 4. 863.
Lanæ rareſcunt. Plin. lib 11. cap. 39. Pili quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt, lanæque rareſcunt.
Miles rareſcit. Sil. lib 17. 427.

Rareſcit multo laxatus vulnera miles,
Atque aperit patulas, proſtrato corpore, late
Inter tela vias.

Nubila rareſcunt pluviis. Stat. 1. Silv. 2. 186.
Sonitus rareſcit arenæ. Propert. lib. 3. 13. 33.

Tenebræ

Digitized by Google

Tenebræ profundæ rareſcunt. Stat. 11. Theb. 74.
Phocis, & Aoniæ jaculis rareſcitis umbræ. Stat. 1. Achil. 451.
Umbræ rareſcentes. Stat. 1. Theb. 343.

RARĔFĂCIO, [ἀραιόω] ĕre. Raram facere. Columel. lib. 3. cap. 9. Hoc autem facile contingit, ſi prius rarefeceris eas partes, quas ſupra ramum ſecaturus es, fœno aut ſtramentis texeris. Ex vetuſto codice legendum, Si prius varam feceris, & Eam partem quam, &c. Lucret. lib. 6. 870.

Et rarefecit calido miſcente vapore.

Rarefacit per tmeſim dixit Lucret. lib. 6. 232.

— raraque facit lamramina vaſis.

RARESCO, [ἀραιοῦμαι] ĕri. Rarus fio. Lucret. lib. 2. 648.

Nil prodeſſet enim calidum denſarier ignem,
Nec rareſieri, ſi partes ignis, &c.

RAREFACTUS, a, um. [ἀραιωθεὶς] Partic. Lucret. lib. 2. 1138.

Jure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo
Sunt, &c.

Conquaſſatum ex aliqua re ac rarefactum. Idem 3. 443.

RARĬPĬLUS, a, um. Adj. [ψιλόθριξ] Quod habet raros pilos. Columel. in præfat. lib. 1. Et id ipſum aliter curatus mutilum, & raripilum, aliter cornutum & ſetoſum, quale eſt in Sicilia.

R A S

RASILIS, RASITO. V. RADO.

RASIS, is. m. Arabs, Nobilis & antiquus medicus, clarusque ſcriptis ſuis, a medicis ſæpiſſime laudatis. Alias Albubecar Muhamed, vel ut vulgo efferunt Abubeter dictus V. Fabric. Elench. Medicor. vett. Biblioth. Gr. vol. 13. p. 46 & 383.

RĀSIS, is. f. [ῥῆσις] ut ait Columel. lib. 12. cap. 20. Genus eſt crudæ picis: eaque quanto eſt vetuſtior, tanto melior habetur: nam longo tempore durior facta, quum eſt contuſa, in pulverem redigitur, & his medicaminibus admiſcetur. Sed locus ſuſpectus eſt.

RASTELLUM, V. RASTRUM.

RASTRUM, i. n. quod in plurali hi Raſtri, & hæc Raſtra dicimus: Inſtrumentum ruſticum ad glebas confringendas: dictum quod terram radat, & fodiendo conculcet. Ter. Heaut. 1. 1. 36.

— at iſtos raſtros interea tamen
Depone, ne labora.

Columel. lib. 2. cap. 10. Subactum ſolum pluribus iterationibus aratri, vel raſtri, largoque ſtercore ſatiatum poſtulant. [Antiqui in recto ſing. Raſter, i. m. uſurparunt, unde in plur. Raſtri Gloſſ. Lat. Gr. Raſter, Δίκελλα; & Græc. Lat. Δίκελλα, Raſter, Raſtrum, Videns. Pro Bidens ſcil. ut eſſoevit iſte Gloſſographus.

Raſtri, quibus dentalibus penitus eradunt terram, atque ruunt, a quo & rutabri dicti. Auctor Varro de L. L. lib. 4. 31.

Raſtra, omin. Cornel. Celſus apud Nonium 3. 190. Omnes raſtra & attollunt, & adigunt.

Arva obnoxia raſtris. Virg. 2. Georg. 439.
Intacta raſtro tellus. Ovid. 1. Met. 101.
Graves raſtri. Ovid. 11. Met. 36.
Quadridentes raſtros. Cato R. R. cap. 10.
Tenaces. Virg. 2. Georg. 421.
Vulnera raſtrorum fert tellus. Ovid. 2. Met. 287.
Frangere glebas raſtris. Virg. 1. Georg. 94.
Aſſiduis terram inſectabere raſtris. Virg. 1. Georg. 155.
Humus patitur raſtros. Virg. 4. Ecl. 40.
Rimari terram raſtris. Virg. 3. Georg. 534.

Res ad raſtros redit, pro Ad inopiam, quidam velut proverbio uſurpant ex illo Ter. Heaut. 5. 1. 58.

Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptus,
Menedeme, mihi illæc vero ad raſtros res redit.

RASTELLUM, i. n. vel RASTELLUS, i. m. dimin. Varro 1. de R. R. cap. 49. Tum de pratis, inquit, ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſiciæ cumulum. Columel. lib. 2. cap. 11. Medica obruitur, non aratro, ſed ligneis raſtellis. Raſtelli, inquit Varro de L. L. 4. 31. ut irpices, ferræ levet: itaque homo in pratis per fœniſecia eo feſtucas abradit: quo abraſu, raſtelli dicti.

Raſtellis & terram effodiebant. Suet. in Neron. cap. 19. Tubaque ſigno dato primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.

RASURA, RASUS. V. RADO.

R A T

RATARIA, æ. f. Genus quoddam navium, de quibus meminit Gell. lib. 10. cap. 25.

RATIARIUS, V. RATIS.

RATIASTUM, auctore Ptolemæo, lib. 2. cap. 3. Lemovicum urbs eſt, quam Galli vulgari noſtro ſermone *Limoges* nuncupamus.

RATIFICO, RATIHABITIO, RATIO, RATIOCINOR, &c. RATIONABILIS, &c. RATIONALIS, &c. RATIONARIUM, RATIONARIUS, RATIOMATOR, V. Ratus participium, in REOR.

RĂTIS, vel RATES, is. f. ſecundum Probum, [σχεδία] Navigium temere factum & inconditum, ut trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ navigii vicem præbent. Cic. 9. Att. 14. Circumvallatum eſſe Pompejum, ratibus etiam exitus portus teneri. [conf. Cæſ. 1. Bell. Civ. 25.

Ratis & Navis. Cic. 7. Verr. 5. Quum, aut navibus, aut ratibus, conarentur accedere.

Scirpea ratis. Plaut. Aul. 4. 1. 9.
Tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. Cic. 1. Tuſc. 73.
Rates duplices. Cæſ. 1. Bell. Civil. 25.
Opitergina. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 247. Burm. conf. Flor. 4. 2. 32.
Advehi ratibus. Varr. de L. L. lib. 4. 7. extr.

Ratis, abuſive uſurpatur pro Navi a poetis. Virg. 1. Æn. 43.

Disjecitque rates.

Membra ratis. Ovid. 1. Triſt. 1. 2.

Dii maris & cæli (quid enim niſi vota ſuperſunt?)
Parcite quaſſatæ ſolvere membra ratis.

Ratis dicta Navis longa propter remos: quod hi quum per aquam ſublati ſub dextra & ſiniſtra, duas partes efficere videntur. Ratis enim unde hoc tranſlatum, illic ubi plures mali aut aſſeres. Varro de L. L. lib. 6. 2. conf. RATITUS.

Cavæ. Ovid. 18. Epiſt. 8.
Celſa. Valer. 5. Argon. 9.
Ceratæ. Ovid. 5. Epiſt. 42.
Excelſæ. Sil. lib. 17. 623.
Fractarum ratium ſubita ruina. Lucan. lib. 2. 574.
Frugiferæ. Claud. de Bell. Gildon. 58.
Inſana. Valer. 1. Argon. 605.
Intrepida. Senec. OEdip. 11.
Laceræ ratis naufraga membra. Ovid. 1. de Arte Am. 412.
Laceræ ratis fracta membra. Ovid. in Ibin, 277.
Pronæ. Ovid. 14. Met. 548.
Quaſſatæ. Virg. 4. Æn. 53.
Turbata. Claud. 4. Conſ. Hon. 61.
Velivolæ. Ovid. 4. de Ponto, 5. 42.
Victrices. Claud. de Nupt. Honor. & Mar. 178.
Armare rates. Virg. 10. Æn. 165.
Committere ratem vento. Ovid. 3. Faſt. 579.
Committere fragilem ratem pelago. Hor. 1. Carm. 3. 12.
Credita eſt vento ratis. Senec. Agamemn. 6.
Nondum credenda periclis ratis. Stat. 4. Silv. 4. 100.
Dedere fluctibus ratem. Senec. Agamemn. 3.
Flectere ratem. Ovid. 10. Epiſt. 36.
Frenare ratem. Senec. Medea, 1.
Implicuit Auſter rates. Stat. 11. Theb. 520.
Impulerat aura ratem. Ovid. 15. Met. 697.
Mergere ratem in ima. Ovid. 11. Met. 557.
Merſa ratis. Juven. 14. Sat. 301.
Navigare ratibus. V. Navigo, in NAVIS.
Ponere carinas ratibus. Virg. 2. Georg. 445.
Provecta ratis fertur in altum. Senec. Octav. 6.
Recurrit leta ratis. Valer. 1. Argon. 170.
Reficere rates quaſſas. Hor. 1. Carm. 1. 18.
Regere ratem in undis nocturnis. Virg. 5. Æn. 868.
Regere ratem dubiam. Ovid. 1. de Arte Am. 588.
Repens ratis in alto. Pacuv. apud Varr. de L. L. 6. 2. extr. (Æges) ſeme aderant in æquore in alto ratibus repentibus.
Repletum mare everſis ratibus. Senec. Agamemn. 13.
Submerſis ratibus ſaturata Charybdis. Ovid. 2. Amor. 16. 25.
Solvere ratem. Ovid. 15. Epiſt. 213.
Subigere ratem conto. Virg. 6. Æn. 302.
Temperare ratem. Ovid. 13. Met. 396.
Tenuere altum rates. Virg. 3. Æn. 192.
Tentare Thetin ratibus. Virg. 4. Ecl. 32.
Tranſnare rates vidit. Stat. 1. Achil. 452.
Vectus rate parva. Ovid. 1. Met. 319.
Vectus rate celeri. Catull. de Berecynth. 61. 1.
Vanæ rates. Virg. 6. Ecl. 77.

RATIĀRIUS, i. m. [σχεδιαγὸς] dicitur ut Navicularius, non opifex, ſed negotiator. Paulus de Pignorat. act. l. 30. dig. Qui ratiario crediderim, quum ad diem pecunia non ſolveretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit: poſteaque flumen crevit, & inde ratem abſtulit. Si invito ratiario retinuiſſet, ejus periculo ratem fuiſſe, reſpondi.

RATĪTUS, a, um. attributum ex Rate verbo confictum.

Ratitus quadrans. Paulus apud Feſtum, Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, & triente, ratis fuerit effigies, ut navis in Aſſe. [conf. Varr. L. L. 4. 7. extr. Habebant autem Aſſes librales duntaxat effigiem roſtri navis, Quadrantes vero & Trientes ratis, ut vult Plin. 33. 3. ex eo Feſtus ac Paulus. Ego tamen etiam in quadrantibus & trientibus antiquis certæ notæ roſtrum navis expreſſum vidi, ut forſan erraverit Plinius, non attendens veteres Ratim Navem longam vocaſſe, quæ Ennio Ærata ratis dicitur, ut aſſerit Varro L. L. 6. 2. Nam poëtica licentia Puppim poſuit Naſo 1. Faſt. 239.

At bona poſteritas puppim ſervavit in ære.

Ubi V. interpp. ut & ad Feſt. ac Plin. vel Lex. Pitiſc.

RATIUNCULA, V. Ratio poſt Ratum, in REOR.

RATUMENNA, æ. m. Auriga fuit, qui quum in ludis Circenſibus excuſſus fuiſſet, equi ejus cum corona & palma in Capitolium pervenerunt, ſedemque ter luſtrarunt. Ex quo factum eſt, ut porta, per quam intraverant, Ratumenna diceretur. Plin. 8. 42. Solin. cap. 45. Al. 57.

RATUMENNA, æ f. porta, a nomine ejus appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor, Etruſci generis juvenis, Vejis, conſternatis equis excuſſus Romæ periit: qui equi feruntur non ante conſtitiſſe, quam pervenirent in Capitolium, conſpectamque fictilium quadrigarum (molem,) quæ erant in faſtigio Jovis templi, quas faciendas locaverant Romani Vejenti cuidam, artis figulinæ prudenti, quæ bello ſunt reciperatæ: quia in fornace adeo creverant, ut eximi nequirent: idque prodigium portendere videbatur, in qua civitate eæ fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam. Feſtus. conf. loca in dict. ſuper. allata & Plut. in Public. p. 104. edit Francf.

RATUS, V. REOR.

R A U

RAUCA, æ. f. Vermis eſt. Plin. lib. 17. cap. 18. Olea, ubi quercus effoſſa ſit, male ponitur: quoniam vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus naſcuntur & tranſeunt. Ulpian. in l. Ex conducto. D. Locati & conducti, Si raucis, aut herbis, ſegetes corruptæ ſint. Alciatus tamen 7. Parerg. cap. 5. legendum putat apud Ulpianum, Erucis.

RAUCUS, a, um. Adj. [βραγχώδης] Qui nimio clamore vel ob aliam cauſam, vocem habet compreſſam & impeditam. [Forſan a Ravi, pro Ravicus. Et propria quidem animalium voci tribuitur, ut

Sonare raucum quiddam. Ovid. 3. de Arte Am. 289.
Bubones rauci. Ovid. 1. Amor. 12. 19.
Cicadis raucis reſonant arbuſta, i. e. Clamoſis & multum ſtrepentibus. Virg. 2. Ecl. 12.
Cornices. Lucret. lib. 5. 751.
Cygni. Virg. 11. Æn. 458.

Dant ſonitum rauci per ſaxa ſilentia cygni.

Raucos cygnos vocat, non quidem canoros, ſed alarum concuſſione inter volandum, raucum per aera ſonum efficientes, qualis eſt tubarum. Talis enim auditur cygnorum volantium ſonus, qualis tubarum clangor.

Garrulitas alitum, in quas Pierides converſæ ſunt. Ovid. 5. Met. 678.
Guttura rauco Avis. Ovid. 3. de Pont. 2. 22.

Mugi-

Digitized by Google

rapaces appellantur, joco comico ficti, ut Æacidæ dicuntur ab Æaco. Plaut Aul. 2. 7. 8.

Rapacidarum ubi tantum ſiet in ædibus. Turnebus.

RAPĬDUS, a, um. Adj. [illegible] i. e. Velox: ab eorum, qui rapiunt, celeritate. Lucret. lib. 1. 295.

Corripiunt, rapidique rotanti turbine portant. Plin. lib. 16. cap. 39. Tantum tempeſtivitas etiam in rapida celeritate pollet.

Æquor rapidum. Valer. 4. Argon. 270. Hypallage.

Æſtus. Virg 3. Ecl. 10. Al. Rabidus.

Alæ. Claud 3. de Rapt. Proſerp. 254.

Amnis. Virg 6. Æn. 550.

Amnes rapidos tranant. Lucret. lib. 1. 15.

Arma pro Armatis. Sil. lib. 3. 98.

Aura rapida velocius Ovid 3. Met. 209.

Bella Claud. 1. in Conſ. Stil. 188.

Canes. Lucret. lib 5. 890.

Clamores rapidi. Stat. 5. Theb. 96. Alia exemplaria habent Rabidi. [Sæpeque hæc duo confunduntur. V. infra plura exempla.

Currus. Virg 12. Æn. 478.

Curſus. Virg. 5. Æn. 291.

Decurſus. Virg 12. Æn. 523.

Equi. Ovid. 9. Epiſt 28.

Feræ. Ovid. 11. Epiſt. 111.

Flamen. i. e. Ventus. Virg. 4. Æn. 241.

Flamma. Ovid. 2. Met. 125.

Flumen Hor. 2 Serm. 3. 242.

Flumen rapidiſſimum. Cæſ. 1. Bell. Civil. 50.

Gurges. Cic. 2. de Nat. Deor. 106.

Ignis. Virg 4. Georg. 263.

Iræ Stat. 3. Theb. 96.

Lapſus rapidi fluminum. Hor. 1. Carm. 12. 9.

Leones. Hor. de Arte Poet. 393. Al. Rapidi.

Lupa. Ovid 3. de Arte Am. 8. Al. Rabida.

Mare. Tibull. lib. 4. 1. 126. Ob æſtus ſcilicet.

Oratio rapida, Concitata. Cic. 2. de Finib. 3. Quum enim fertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cujuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas.

Paſſus. Virg 7. Æn. 156.

Rotis rapidus inſiſtere. Virg. 3. Georg. 114.

Sol. Virg. 1. Georg. 424.

Torrens Virg 2. Æn. 305.

Turbo. Lucret. lib. 1. 638.

Venti. Virg. 6. Æn. 75.

Unda rapidior. Curt. 4. 9. 18.

Volucris rapidiſſima. Ovid. 2. Met. 716.

Vortex. Virg. 1. Æn. 121.

RAPĬDE, Adv. [illegible] Cic. 2. de Legib. 6. Rapideque dilapſus cito in unum confluit. De Fibreno fluvio.

Ferri rapide. Cic. in Orat. 128. Quod quum rapide fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt. De argumento quod vocatur [illegible].

RAPIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Mart. Capel. lib. 8. Rapiduli ſonitus raucitas.

RAPIDĬTAS, ātis. f. [illegible] Cæſ. 1. Bell. Civil. 62. Tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum impediebantur.

RAPĪNA, æ. f. [illegible] ad rem refertur: Violenta rerum ablatio. Cic. 1. Verr. 3. Quo res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, avaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet. Cæſ. 1. Bell. Gall. 27. Satis habebat in præſentia hoſtem rapinis populationibuſque prohibere.

Spes prædæ ac rapinarum. Cic. 12. Fam. 12.

Avida rapina. Ovid. 1. Triſt. 11. 31.

Ingens. Stat. 10. Theb. 820.

Invidioſa. Ovid. 1. Amor. 8. 55.

RAPĬNĀTOR, ōris. m. antiquum, pro Raptor uſurpatum. [illegible] Lucil apud Non. 2. 468. Homo impudicus impune eſt rapinator.

RAPTO, [illegible] āre. Frequenter rapere. Virg. 1. Æn. 483.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

Fortunæ vexatæ, diſſipati liberi, raptata conjux Cic. pro Sext. 145. V. mox.

Æthere raptavit toto. Lucret. lib. 5. 399.

In crimina raptare aliquem. Propert. lib. 3. 11. 27.

Captus raptatur manu. Stat. 9. Theb 161.

Curru quadrijugo raptari. Cic. 1. Tuſc. 105.

Equorum arbitrio raptatur. Ovid. 2. Met. 234.

Per vim raptari. Ovid. 12. Met. 223.

Ac ſubito vexantia turbine raptant. Lucret. lib. 1. 280. De ventis loquitur.

Raptare, pro Conviciari. Plaut. Aul. 4. 4. 1.

Quid me afflictas? Quid me raptas? Qua me cauſa verberas? Conf. Milit. 2. 6. [Eſt Vexare, Agere trahere. V. in RAPIO. Sic apud Cic. Raptata conjux, niſi forte in jus raptam intelligit.

RAPTĀTUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Bigis raptatus. Virg. 2. Æn. 272.

RAPTĬTO, āre. aliud frequent. Gell. lib. 9. cap. 6.

RAPSA, Oppidum in Pentapoli, ſeu Cyrenaica regione, apud Plin. lib. 5. cap 5.

RAPULUM, RAPUM, RAPUNCULUS, V. RAPA.

R A R

RARE, RAREFACIO, RAREFIO, RARENTER, RARESCO, RARIPILUS, RARITAS, RARITUDO, RARO, V. in RARUS.

RĀRUS, a, um. Adj. [illegible] proprie dicitur, Quod non eſt denſum, ut, Rari capilli.

Rarum, ut vult Nonius 4. 388. conſuetudine Infrequens ſignificat. Virg. 9. Æn 508.

Qua rara eſt acies, interlucetque corona.

Acies rarior. Tacit 3. Hiſt 25.

Aer rarus Lucret lib. 2. 106.

Cribrum Ovid 12 Met. 437.

Lanugo. Plin. lib. 8. cap. 37.

Locus rarus & anguſtus. Cic. in Somn. Scip. 14. Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis.

Retia. Virg. 4. Æn. 131.

Retia rara, plagæ, & lato venabulo ferro.

Segeti raræ, Denſa opponitur. Colum. 2. 9. Etiam ex rara ſegete denſam facit.

Textum tenue atque rarum. Quintil lib. 9. cap. 4 Neque illud in Lyſia dicendi textum rarum lætioribus numeris corrumpendum erat.

Umbra. Virg. 7. Ecl 46.

Rarus, Paucus. Virg. 1. Æn. 122.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Idem 6. Ecl. 40.

Rara per ignotos errent animalia montes.

Frutices rari apparent in vertice. Ovid. 10. Epiſt. 25.

Lacrima rara per genas manat. Hor. 4. Carm. 1. 34.

Racemi. Virg 5. Ecl. 7.

Tectis raris habitata mapalia. Virg 3. Georg. 340.

Vocibus raris hiſco. Virg. 3. Æn. 314.

Rarum, Electum Nonius ex Virg. 4. Georg. 130.

Hic rarum tamen in dumis olus, &c.

Juvenum rariſſimus. Stat. 4. Silv. 8. 38.

Facie rarus. Ovid. 14. Met. 337. de Nympha canente,

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi. Locutio propter Ablativum annotanda.

Conjux rariſſima. Stat. 5. Silv. 1. 11.

Turba rariſſima. Ovid. 2. de Arte Am. 281.

Sunt tamen & doctæ rariſſima turba puellæ.

Rarum, Quod non ubique reperitur, unde etiam pro Præſtanti ſumitur. Cic. de Amicit. 81. Rarum genus (& quidem omnia præclara rara) nec quicquam difficilius quam reperire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. Plin. in Paneg. cap. 60. ad fin. Sed in principe rarum ac prope inſolitum eſt, ut ſe putet obligatum.

Rarum & Vulgare, contraria Cic. in Topic. 69.

Solitarium & Rarum. Cic. 1. de Invent. 81. Oportet animadvertere, ne quum aliter multa ſint judicata, ſolitarium aliquod, aut rarum judicatum afferatur.

Rarum eſt enim, ut ſe quiſque vereatur. h. e. Raro accidit quin. Quintil. lib. 10. cap. ult.

Audentia. Tacit. de German. 31. Rara & privata cujuſque audentia apud Cattos in conſenſum vertit.

Fides. Hor. 1. Carm. 35. 21.

Gratia fratrum rara eſt. Ovid. 1. Met. 145.

Litteras raras tuas quidem, ſed ſuaves accipio. Cic. 2. Fam. 13.

Salus. Plin. lib. 7. cap. 4.

Rarus in potu, Qui raro potat. Plin. lib. 8. cap. 16.

Rarum dictu, eſſe aliquid cui proſit negligentia. Plin. lib. 18. cap. 16. Sic lib. 9. cap. 17. Rarus inventu.

RARE, [illegible] ius, iſſime. Adv. Non denſe neque ſpiſſe. Columel. lib. 2. cap. 9. Nam niſi rare conſeritur, vanam & minutam ſpicam facit. Subaud. Locus Gloſſ. Lat. Gr. Rara, [illegible].

Comp r. Plin. lib. 17. cap. 27. Ceteræ rarius tondentur. h. e. Infrequentius.

Rarius fieri. Cic. 1. Fam. 7. Quod ſi rarius fiet quam tu exſpectabis, id erit cauſæ, quod non ejus generis meæ litteræ ſunt, ut eas audeam temere committere. [Poteſt iſte Comparativus & a ſeq Adv. eſſe, ut a Sero Serius, a Cito Citius, &c.

RARO, aliud Adv. ex Ablativo n. [illegible] Inſolenter, Non ſæpe, Minus ſæpe. Cic. 1. Off 136. Si ad hoc genus caſtigandi raro, invitique veniamus. Idem pro Roſc Amer. 37. In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari maleficio, quod ita raro exſtitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur. Hor. 3. Carm. 2. 31.

Inſolenter & Raro, cui Vulgo opponitur. Cic. 1. de Invent. 43. Deinde natura ejus evenire vulgo ſoleat, an inſolenter ac raro.

RARENTER, Adv. [illegible] Idem quod Raro. Gell. lib. 12. cap. 25. A rarus non dicitur Rare, ſed alii Raro dicunt, alii Rarenter. Cato R R. a. 103. Dato rarenter bibere. Macrob. 7 Saturn. cap. 12. conſ. Non 2. 731.

RARĬTAS, ātis. f. [illegible] Infrequentia. Plin. lib 2. cap. 18. Namque modo multitudo conferta ineſt circa dimidius orbes lunæ, placida nocte leniter illuſtrante eas: modo raritas. Hic Confertam multitudinem oppoſuit Raritati.

Raritas arborum. Plin. lib 11. cap. 27. Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum i. e. Ubi raræ ſunt arbores, & non denſe conſitæ.

Raritas in pulmonibus, Laxitas, mollities ſpongioſa. Cic 2. de Nat. Deor. 136. In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima.

Mirabilis raritate. V Mirabilis, in MIROR.

RARĬTŪDO, inis. f. [illegible] Idem quod Raritas. Columel de Arboribus. cap. 3. Et mediocri raritudine optima eſt vitibus terra. Varro de L L. 4. 29. Dictum rete a raritudine.

RARO. [illegible] āre. Rarum facere Cujus compoſita ſunt Diſraro, & Interraro, quod eſt in medio rarum facio, quorum priore Columel. lib. 4. 32. utitur. [Niſi aliter legendum ſit V. loc.

RARESCO, [illegible] ēre. ſignificat Rarum fieri, ſive deficere. Columel. lib. 3. cap. 16. Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim ſeminum cetera, quæ virent, rareſcunt. Idem lib. 5. cap. 6. Vetuſtate rareſcit. Virg. 3. Æn 411.

Aſt ubi digreſſum Siculæ te admoverit oræ

Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori. Ubi Servius, Rareſcent ideo, quia venientibus de Ionio propter curvaturam litorum clauſæ videntur anguſtiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur.

Rareſcere dicitur, quod fit ſubtilius & rarius deorſum. Ovid. 15. Met. 245.

— reſolutaque tellus

In liquidas rareſcit aquas

Colles paulatim rareſcunt. Tacit. de German. 30.

Corpus rareſcit. Lucret lib. 4. 863.

Lanæ rareſcunt. Plin. lib. 11. cap. 39. Pili quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt, lanæque rareſcunt.

Miles rareſcit. Sil. lib 17 427.

Rareſcit multo laxatus vulnere miles,

Atque aperit patulam, proſtrato corpore, late

Inter tela viam.

Nubila rareſcunt pluviis. Stat. 1. Silv. 2. 186.

Sonitus rareſcit arenæ. Propert. lib. 3. 15. 33.

Tenebræ

Digitized by Google

Tenebræ profundæ rareſcunt. Stat. 11. Theb. 74.
Phocis, & Aoniæ jaculis rareſcitis umbræ. Stat. 1. Achil. 421.
Umbræ rareſcentes. Stat. 1. Theb. 343.

Rarefacio, [ἀραιόω] ěre. Rarum facere. Columel. lib. 3. cap. 9. Hoc autem facile contingit, ſi prius rarefeceris eas partes, quas ſupra ramum ſecaturus es, fœno aut ſtramentis texeris. Ex vetuſto codice legendum, Si prius varum feceris, & Eam partem quam, &c. Lucret. lib. 6. 870.

Et rarefecit calido miſcente vapore.

Rarefacit per tmeſim dixit Lucret. lib. 6. 232.

— rareque facit lateramina vaſis.

Rarefio, [ἀραιοποιοῦμαι] ĕri. Rarus fio. Lucret. lib. 1. 648.

Nil prodeſſet enim calidum denſarier ignem,
Nec rarefieri, ſi partes ignis, &c.

Rarefactus, a, um. [ἀραιωθεὶς] Partic. Lucret. lib. 2. 1138.

Jure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo
Sunt, &c.

Conquaſſatum ex aliqua re ac rarefactum. Idem 3. 443.

Raripilus, a, um. Adj. [ψιλός] Quod habet raros pilos. Columel. in præfat. lib. 1. Et id ipſum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum & ſetoſum, quale eſt in Sicilia.

R A S

Rasilis, Rasito. V. rado.

Rasis, is. m. Arabs, Nobilis & antiquus medicus, clarusque ſcriptis ſuis, a medicis ſæpiſſime laudatis. Alias Albubecar Muhamed, vel ut vulgo afferunt Abubeter dictus V. Fabric. Elench. Medicor. vett. Biblioth. Gr. vol. 13. p. 46 & 383.

Răsis, is. f [πίσσα] ut ait Columel. lib. 12 cap. 20. Genus eſt crudæ picis: eaque quanto eſt vetuſtior, tanto melior habetur: nam longo tempore durior facta, quum eſt contuſa, in pulverem redigitur, & his medicaminibus admiſcetur. Sed locus ſuſpectus eſt.

Rastellum, V. rastrum.

Rastrum, i. n. quod in plurali hi Raſtri, & hæc Raſtra dicimus: Inſtrumentum ruſticum ad glebas confringendas: dictum quod terram radat, & fodiendo conculcet. Ter. Heaut. 1. 1. 36.

— at iſtos raſtros interea tamen
Depone, ne labora.

Columel. lib 2. cap. 10. Subactum ſolum pluribus iterationibus aratri, vel raſtri, largoque ſtercore ſatiatum poſtulant. [Antiqui in recto ſing. Raſter, i. m. uſurparunt, unde in plur. Raſtri Gloſſ Lat. Gr. Raſter, Δίκελλα; & Græc. Lat. Δίκελλα, Raſter, Raſtrum, Videns. Pro Bidens ſcil. ut aſſuevit iſte Gloſſographus.
Raſtri, quibus dentalibus penitus eradunt terram, atque eruunt, a quo & rutabri dicti Auctor Varro de L. L. lib 4. 31.
Raſtra, orum Cornel. Celſus apud Nonium 3. 190. Omnes raſtra & attollunt, & adigunt.
Arva obnoxia raſtris. Virg. 2. Georg. 439.
Intacta raſtro tellus Ovid. 1. Met. 101.
Graves raſtri, Ovid. 11. Met. 36.
Quadridentes raſtros. Cato R. R. cap. 10.
Tenaces. Virg 2 Georg. 421.
Vulnera raſtrorum fert tellus. Ovid. 2. Met. 287.
Frangere glebas raſtris. Virg. 1. Georg 94.
Aſſiduis terram inſectabere raſtris. Virg. 1. Georg. 155.
Humus patitur raſtros. Virg. 4. Ecl. 40.
Rimari terram raſtris. Virg 3. Georg. 534.
Res ad raſtros redit, pro Ad inopiam, quidam velut proverbio uſurpant ex illo Ter Heaut. 5. 1. 58.

Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptus,
Menedeme, mihi illæc vero ad raſtros res redit.

Rastellum, i. n. vel Rastellus, i m. dimin. Varro 1. de R. R cap. 49. Tum de pratis, inquit, ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſiciæ cumulum. Columel lib. 2. cap. 13. Medica obruitur, non aratro, ſed ligneis raſtellis. Raſtelli, inquit Varro de L. L. 4. 31. ut irpices, ferræ leves: itaque homo in pratis per fœniſecia eo feſtucas abradit: quo ab raſo, raſtelli dicti.
Raſtellis & terram effodiebant. Suet. in Neron. cap. 19. Tubaque ſigno dato primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.

Rasura, Rasus. V. rado.

R A T

Rataria, æ. f. Genus quoddam navium, de quibus meminit Gell. lib. 10. cap. 25.

Ratiarius, V. ratis.

Ratiastum, auctore Ptolemæo, lib. 2. cap. 3. Lemovicum urbs eſt, quam Galli vulgari noſtro ſermone *Limoges* nuncupamus.

Ratifico, Ratihabitio, Ratio, Ratiocinor, &c. Rationabilis, &c. Rationalis, &c. Rationarium, Rationarius, Rationator, V. Ratus participium, in reor.

Rătis, vel Rates, is, f. ſecundum Probum, [σχεδία] Navigium temere factum & inconditum, ut trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ navigii vicem præbent. Cic. 9. Att. 14. Circumvallatum eſſe Pompejum, ratibus etiam exitus portus teneri. [conf. Cæſ. 1. Bell. Civ. 25.
Ratis & Navis. Cic. 7. Verr. 5. Quum, aut navibus, aut ratibus, conarentur accedere.
Scirpea ratis. Plaut. Aul. 4. 1. 9.
Tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. Cic. 1. Tuſc. 73.
Rates duplices. Cæſ. 1. Bell. Civil. 25.
Opitergina. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 247. Burm. conf. Flor. 4. 2. 32.
Advehi ratibus. Varr. de L. L. lib. 4. 7. extr.
Ratis, abuſive uſurpatur pro Navi a poëtis. Virg. 1. Æn. 47.

Diſjecitque rates.

Membra ratis. Ovid 1. Triſt. 2. 2.

Dii maris & cæli (quid enim niſi vota ſuperſunt?)
Parcite quaſſatæ ſolvere membra ratis.

Ratis dicta Navis longa propter remos: quod hi quum per aquam ſublati ſub dextra & ſiniſtra, duas partes efficere videntur. Ratis enim unde hoc translatum, illic ubi plures mali aut aſſeres. Varro de L. L. lib. 6. 2. conf. ratitus.
Cavæ. Ovid. 18. Epiſt. 8.
Celſa. Valer. 5. Argon. 9.

Ceratæ. Ovid. 5. Epiſt. 42.
Excelſæ. Sil. lib. 17. 623.
Fractarum ratium ſubita ruina. Lucan. lib. 2. 574.
Frugiferæ. Claud. de Bell. Gildon. 58.
Inſana. Valer. 1. Argon. 605.
Intrepida. Senec. OEdip. 11.
Laceræ ratis naufraga membra. Ovid. 1. de Arte Am. 412.
Laceræ ratis fracta membra. Ovid. in Ibin, 277.
Proræ. Ovid. 14. Met. 548.
Quaſſatæ. Virg. 4. Æn. 53.
Turbata. Claud. 4. Conſ. Hon. 61.
Velivolæ. Ovid. 4. de Ponto, 5. 42.
Victrices. Claud. de Nupt. Honor. & Mar. 178.
Armare rates. Virg. 10 Æn. 165.
Committere ratem vento. Ovid. 3. Faſt. 579.
Committere fragilem ratem pelago. Hor. 1. Carm. 3. 11.
Credita eſt vento ratis. Senec. Agamemn. 6.
Nondum credenda periclis ratis. Stat. 4. Silv. 4. 100.
Dedere fluctibus ratem. Senec. Agamemn. 3.
Flectere ratem. Ovid. 10. Epiſt. 36.
Frenare ratem. Senec. Medea, 1.
Implicuit Auſter rates. Stat. 11. Theb. 520.
Impulerat aura ratem. Ovid. 15. Met. 697.
Mergere ratem in ima. Ovid. 11. Met. 557.
Merſa ratis. Juven. 14. Sat. 302.
Navigare ratibus. V. Navigo, in navis.
Ponere carinas ratibus. Virg. 2 Georg 445.
Provecta ratis fertur in altum. Senec. Octav. 6.
Recurrit læta ratis. Valer. 1. Argon. 170.
Reficere rates quaſſas. Hor. 1. Carm. 1. 18.
Regere ratem in undis nocturnis. Virg 5. Æn. 868.
Regere ratem dubiam. Ovid. 1. de Arte Am. 588.
Repens ratis in alto. Pacuv. apud Varr. de L. L. 6. 2. extr. (Ægeo) ferme aderant in æquore in alto ratibus repentibus.
Repletum mare averſis ratibus. Senec. Agamemn. 13.
Submerſis ratibus ſaturata Charybdis. Ovid. 2. Amor. 16. 25.
Solvere ratem. Ovid. 15. Epiſt. 213.
Subigere ratem contu. Virg. 6. Æn. 302.
Temperare ratem. Ovid. 13. Met. 396.
Tenuere altum rates. Virg. 3. Æn. 192.
Tentare Thetin ratibus. Virg. 4. Ecl. 32.
Tranſnare rates vidit. Stat. 1 Achil. 452.
Vectus rate parva. Ovid. 1. Met. 319.
Vectus rate celeri. Catull. de Berecynth 61. 1.
Vexare rates. Virg. 6. Ecl. 77.

Ratiărius, i. m. [σχεδιάρχης] dicitur ut Navicularius, non opifex, ſed negotiator. Paulus de Pignorat. act. l. 30. dig. Qui ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non ſolveretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit: poſteaque flumen crevit, & inde ratem abſtulit. Si invito ratiario retinuiſſet, ejus periculo ratem fuiſſe, reſpondi.

Ratĭtus, a, um. attributum ex Rate verbo confictum.
Ratitus quadrans. Paulus apud Feſtum, Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, & triente, ratis fuerit effigies, ut navis in Aſſe. [conf. Varr. L. L. 4. 7. extr. Habebant autem Aſſes librales duntaxat effigiem roſtri navis, Quadrantes vero & Trientes ratis, ut vult Plin. 33. 3. ex eo Feſtus ac Paulus. Ego tamen etiam in quadrantibus & trientibus antiquis certæ notæ roſtrum navis expreſſum vidi, ut forſan erraverit Plinius, non attendens veteres Ratim Navem longam vocaſſe, quæ Ennio Ærata ratis dicitur, ut aſſerit Varro L. L. 6. 2. Nam poëtica licentia Puppim poſuit Naſo 1. Faſt. 239.

At bona poſteritas puppim ſervavit in ære.

Ubi V. interpp. ut & ad Feſt. ac Plin. vel Lex. Piriſc.

Ratiuncula, V. Ratio poſt Ratum, in reor.

Ratumenna, æ. m. Auriga fuit, qui quum in ludis Circenſibus excuſſus fuiſſet, equi ejus cum corona & palma in Capitolium pervenerunt, ſedemque ter luſtrarunt. Ex quo factum eſt, ut porta, per quam intraverant, Ratumenna diceretur. Plin. 8. 42. Solin. cap. 45. Al. 57.

Ratumenna, æ f. porta, a nomine ejus appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor, Etruſci generis juvenis, Vejis, conſternatis equis excuſſus Romæ periit: qui equi feruntur non ante conſtitiſſe, quam pervenirent in Capitolium, conſpectumque fictilium quadrigarum (ratiem,) quæ erant in faſtigio Jovis templi, quas faciendas locaverant Romani Vejenti cuidam, artis figulinæ prudenti, quæ bello ſunt receptæ: quia in fornace adeo creverant, ut eximi nequirent: idque prodigium portendere videbatur, in qua civitate eæ fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam. Feſtus. conf. loca in dict. ſuper. allata & Plut. in Public. p. 104. edit Francf.

Ratus, V. reor.

R A U

Rauca, æ. f. Vermis eſt. Plin. lib. 17. cap. 18. Olea, ubi quercus effoſſa ſit, male ponitur: quoniam vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus naſcuntur & tranſeunt. Ulpian. in l. Ex conducto. D. Locati & conducti, Si raucis, aut herbis, ſegetes corruptæ ſint. Alciatus tamen 7. Parerg. cap. 5. legendum putat apud Ulpianum, Erucis.

Raucus, a, um. Adj. [βραγχώδης] Qui nimio clamore vel ob aliam cauſam, vocem habet compreſſam & impeditam. [Forſan a Ravi, pro Ravicus. Et propria quidem animalium voci tribuitur, ut
Sonare raucum quiddam. Ovid. 3. de Arte Am. 289.
Bubones rauci. Ovid. 1. Amor. 10. 29.
Cicadis raucis reſonant arbuſta, i. e. Clamoſis & multum ſtrepentibus. Virg. 2 Ecl. 12.
Cornices. Lucret. lib. 6. 751.
Cygni. Virg. 11. Æn. 458.

Dant ſonitum rauci per ſaxa ſilentia cygni.

Raucos cygnos vocat, non quidem canoros, ſed alarum concuſſione inter volandum, raucum per aera ſonum efficientes, qualis eſt tubarum. Talis enim auditur cygnorum volantium ſonus, qualis tubarum clangor.
Garrulitas alitum, in quas Pierides converſæ ſunt. Ovid. 5. Met. 678.
Guttura rauco Avis. Ovid. 3. de Pont. 1. 22.

Mugi-

Mugitus raucos edere. Ovid. 14. Met. 409. Idem 1. Faſt. 560.
Mugitum rauco furta dedere ſono. conf. Sen. Nat. Q. 2. 27.
Palumbes. Virg. 1. Ecl. 58.
Pectus Senec. Agamemn. 7.
Vox ranæ. Ovid. 6. Met. 377.
Raucus, pro Feſſo & defatigato loquendo: ut, Rauca fama. Cic. 9. Fam. 2. Te vero nolo, niſi ipſe rumor jam raucus erit factus, ad Bajas venire. i. e. Niſi quum ipſe rumor jam defecerit. Budæus.
Chartæ raucæ, i. e. Libelli forenſes. Martial. lib 8. 67.
Male rauci Hor. 1. Serm. 4. 66. i. e. Admodum rauci, ex quo ſignificat eos admodum vocales & clamoſos fuiſſe. Lambin.
Orator. Cic. 1. de Orat. 259. Itaque nos raucos ſæpe attentiſſime audiri video.
Querela longa raucus. Propert. lib. 1. 16. 39.
Rumor. Cic. 9 Fam 2. V ſupra Rauca fama.
Dicitur de quovis ſono, vel Strepitu, ad vocis humanæ, vel alius animalis, raucedinem ſimilitudine accedente.
Æris rauci canor. Virg. 4. Georg. 71.
Aquis raucis fervet mare. Ovid. 18. Epiſt. 26.
Aquilo raucus. Martial. 1. 50.
Bombus tubæ. Lucret. lib 4. 550.
Concentus rauci, Diſſoni. Stat. 6. Theb. 227.
Cornua rauca ſonant. Claud. 2. in Ruff. 57.
Fragor. Claud 2. in Eutrop. 163.
Fremitus. Valer. 2. Argon. 307.
Litus, Undarum alliſione. Stat. 5. Theb. 292.
Murmur undæ. Virg. 1. Georg. 109.
Ora Acheloi fluvii. Ovid. 3. Amor. 6. 52.
Poſtes, Cardines. Propert. lib. 4. 9. 23. Al. 4. 8. 49.
Rivi Claud. de Conſ. Prob. & Olyb. 222.
Stridor. Ovid 8. Met. 287.
Tympana. Ovid in Ibin, 458.
Vallis rauca ſonat. Stat. 4. Theb. 801.
Unda. Ovid. 11. Met. 783.

RAUCIDULUS, a, um. Adj. dimin. Hieron. Epiſt. 1. 18.

RAUCITAS, ātis. f. [βράγχος] Vocis obtuſæ ſonus. Plin. lib. 11. cap. 51. Elephas per nares tubarum raucitati ſimilem elidit ſonum.
Raucitas, Morbus. Idem lib. 22. cap. 23. In tuſſi, uva, fellis veteri ſuffuſione, hydropicis, raucitatibus. Celſ. 2. 1. Tuſſis, deſtillatio, raucitas.

RAUCEDO, inis. f. Iſidor. 4. 7. Raucedo, amputatio vocis.

RAUCEO, ui, [βραγχιάω] ēre. vel RAUCIO, ſi, ſum, īre. Raucum eſſe. Vet. Gloſſ. Lat. Gr. Raucio, βραγχῶ Priſcian. lib. 10. p. 907. Aldi. 133. b. Præteritum & Supinum format Rauſi, Rauſum, & Lucilii eo verſum refert;
Rauſuro tragicus qui carmina perdit Oreſte.
Obraucatus, Vide ſuo loco, In Solino. H. St.

RAUCISONUS, a, um. Adj. [βραγχίζων] Lucret. lib. 2. 619.
Concava raucisonoque minantur cornua cantu. Catull. Argon. 65. 263.
Multi raucisonis efflabant cornua bombis.

RAUDUS, vel RODUS, a, um. Adj. [ἀνέργαστος] ſignificat, inquit Feſtus, Rem rudem & imperfectam. Nam Saxum quoque raudum appellant poetæ. Æs raudum, non ſolum imperfectum veteribus dictum, verum & ſignatum. Unde in mancipando dicebatur, Rauduſculo libram ferito, aſſeque tangebatur libra. Ex Feſto.
Rodus modo eſt Adjectivum, ut ſupra: modo Subſtantivum, ut & Rudus in architectura: & quum molem, glebam, maſſam ſignificat. ut, Hinc rapere ramibus rodus ſaxeum grande & grave. Et apud Lucilium,
Plumbi pauxillum rodus linique mataxam. Hic Rodus eſt Pondus. Ex Feſto item in Rodus. q. V.

RAUDUSCULUM, i. n. dimin. Cic. 4. Att 8. pt. Nam de rauduſculo quod ſcribis, &c. Id eſt, modico illo ære. Raudum enim pro ære apud veteres Cic. hic uſurpat pro Minimo ſumptu. Eidem lib. 14. 15. Nec mehercule me rauduſculum movet. i. e. Pecunia. conſ. Feſt. l. c.

RAUDUSCULĀNUS, a, um. Adj. unde, Rauduſculana porta Romæ. Val Max lib. 5. cap. 6. 3. Genucio Cipo Prætori, paludato portam egredienti, novi & inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite ejus ſubito velut cornua emerſerunt, reſponſumque eſt, eum regem fore, ſi in Urbem reverſiſſet; quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum ſibimet indixit exſilium. Cujus teſtandæ rei gratia, capitis effigies ærea portæ, qua exceſſerat, incluſa eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim Rauda æra dicebantur. Al. Raudera. conſ. Feſt. in Roduſculana.

RĂVENNA, [Ῥάβεννα] Urbs in octava regione Italiæ, Sabinorum oppidum, in ora litoris Adriatici, olim tota ligneis compacta ædificiis, aquis diffuſa, pontibuſque ac lembis peragrata: a Theſſalis conditam perhibetur. Alii poſt exciſam Trojam, alii poſt confuſa hominum labia in Babylone conſtructam fabulantur. De hac Sil. lib 8. 603. Livius [ubi?] auctor eſt, ab Auguſto muris cinctam fuiſſe, quos Valentinianus imperator poſtea ampliavit, ejuſque Archiepiſcopo duodecim civitatum Epiſcopos ſubjecit, Arimini, Cæſenæ, Fori Livii, Fori Cornelii, Faventiæ, Brixelli, Bononiæ, Mutinæ, Rhegii, Parmæ, & Placentiæ: quæ civitates deinceps ſub Exarchatu fuere. Hanc urbem vetuſtam eſſe, res ab Oſtrogothis geſtæ commemorant, qui eam regiam poſuere. Et Alaricus ſubinde eam magnificavit, ſic Theodoricus, qui in ea octo & triginta annis regni ſedem habuit. conf. Suet. Aug cap: 48.

RAVENNAS, ātis. [Ῥαβεννάτης] Ravennæ incola, aut Ad Ravennam pertinens. Martial. 3. 93.
Meliuſque ranæ garriant Ravennates. V. Tacit. Hiſt. 2. 100. 5. & 3. 50. 3.

RAVIS, is. f. pr. comm. [βράγχος] Raucedo vocatur, quæ fit aut nimia ſiccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis locum fluente, ex quibus vox homini plerumque negatur Plaut. Aul. 2. 5. 10.
Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum,
Ubi ſi quid poſcam, uſque ad ravim poſcamus prius
Quam quicquam detur? i. e. Improbe, ſæpius, clamoſe, adeo ut vox etiam toties vociferanti raucescat inquit Eraſmus. Idem Fragm. 1. 21.
Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim. conf. Feſt. & Nonius, 2. 730.

RĀVUS, a, um. Adj. [ὑπόλευκος, μελανόφαιος] Veteres dixerunt Obtuſum. Unde,
Rava vox, Rauca & parum liquida, proxime canum latratum ſonans: unde etiam Cauſidicus pugnaciter loquens Ravula. Paulus. V. ſ l.
Rava frumenta, Nimium ſicca, torrida & arida appellata eſſe ſcribit Feſtus in Raucus, ex Verrio: ex eo, ut ſuſpicatur Turnebus, quod quemadmodum rauci ab ariditate vocis & gutturis appellantur, ab eadem nominatæ ſunt ſpicarum ariſtæ, & frumenta rava: niſi quis in Feſto Stramenta legat, eodem ſenſu, quanquam alterum magis illi probetur. [Forte tamen ad colorem referendum epitheton.
Ravus color. Obtuſus, ideſt miſtus niger cum fulvo, color inter flavum & cæſium. Nonius 2. 726. Ravum, Fulvum. Cic. 4. Acad. 105. Quia nobiſmet ipſis modo cæruleum videbatur, mane ravum Legitur hic in noſtris exemplaribus Flavum. Varro 2. de R R. cap. 9. Facie debent eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigricantibus, aut ravis. Quidam legunt Glaucis. Ibid. cap. 2. Cornibus pronis ad roſtrum, ravis oculis.
Leones ravos, pro Flavos quidam ex vett. libris legunt. Vide Cruquium. H St. Locum innuit Horatii ex Epod. 16. 33.
Lupa rava. Hor. 3. Carm. 27 3.

RAVIDUS, a, um. [μελανόφαιος] aliud Adjectivum. ut, Ravidi oculi, Nigro & fulvo miſti, qui color eſt inter flavum & cæſium. Columel. lib. 8. cap. 2. Ravidi, vel nigrantes oculi. [An Ravuli?

RAVILLUS, a, um. Adj. Dimin. Ravillæ mulieres a ravis oculis dictæ, quemadmodum a cæſiis, cæſullæ. Paulus.

RAVŬLUS, a, um. Adj. dimin. Sidon. 9. Epiſt. 13. Ravuli choraulæ. conf. Rava vox ſupra in RAVUS.

RAVISCELLUS, a, um. ſimiliter Adj. a Ravus. Plaut. apud Feſtum. Quia inquit hæc mulier, & illa raviſcellus qui venit? Legitur & Raviſtellus.

RAVIO, īre. Ad ravim uſque clamare. Anglicè *to rave*. Plaut Pœn. 3. 5. 33.
Nego & negando, ſi quid refert, ravio. Meurſ. Annuo. V. & Paulum in Feſto.

RAURĂCI, [Ῥαυρακοὶ Metaphr. Cæſ.] Galliæ Belgicæ populi, ut ſcribit Cæſar in Comment. 1. 5. & 6. 25 & 7. 75. Plinio lib. 4. cap. 17. 10. Rauraci dicuntur, quos nunc Baſilienſes eſſe conjectura eſt. V. Cluver. Antiq. Germ. 2. 5.

RAURĂCUM, vel RAURĬCUM, i. n. Oppidum Galliæ, Plin. lib. 4. cap. 12. Ejuſdem populi caput. Rauriaca colonia eidem Plin. lib. 4. cap. 17. Niſi Raurica legendum, ut in Inſcript. apud Gruter. p. 429. n. 8. IN GALLIA COLONIAS DEDUXIT LUGDUNUM ET RAURICAM.

RAURACUS, vel RAURICUS, a, um. Adj. ut Montes Rauraci, Ammian. 22. & Solin. cap. 23. pt.

R E

RĔ, [ἀνὰ] Præpoſitio Inſeparabilis, a Retro per apocopen facta videtur. Unde Reſpicio, retro aſpicio. Revertor, retrovertor. & non niſi compoſita reperitur. [Ancipitem in compoſitis docet Brœkhuſ. ad Propert. 4. 3. 29. & 8. 44. conf. Ricciol. & Borrich.
Re cum Rurſum. Plin. lib. 8. cap. 22. Homines in lupos verti, rurſumque reſtitui ſibi. Ibid. cap. 12. Quum prope ventum eſt, rurſus fugæ præſidia repetentes. Plura V. in reliquis compoſitis.
Re cum Iterum Plin. 2. Epiſt. 14. Iterum clamor. Iterum reticuit.
Rē, ablativus a Res, V. ſuo loco. Cic. pro Milon. 12. Quum diceret Senatum, non quod ſentiret, ſed quod ego vellem, re decernere. i. e. Exitu. Vetus codex non habet Re.

R E A

REA, V. REUS.
REACCEPTO, V. REDACCEPTO.
READUNO, āre, unde READUNĀTIO, ōnis. f. Tertull. de Reſur. carnis, cap. 30. Recorporatio eſt readunatio oſſium.
REÆDIFĬCO, [ἀνοικοδομέω] āre. Rurſum vel denuo ædificare.
Reædificare raetitom, pro Reſarcire. Cic 6. Att. 2. Cæſarem in merito reædificando diligentiorem fore. Al. In Nemorenſi ædificando. V. not. Varior.
REAPSE, V. RES.
REASSŪMO, umſi, ēre. Plin. 5. Epiſt. 6. Æſtate fluminis nomen arenti alveo deſerit, autumno reaſſumit. al Reſumit.
REĀTE, is. n. [Ῥεᾶτε] Oppidum Sabinorum, Italiæ umbilicus, unde Reatini populi. Sil. lib. 8. 417.
— magnæque Reate dicatum
Cælicolûm matri.
REATĪNUS, a, um. Adj Reatini, [Ῥεατῖνοι] Populi, a Reate oppido quartæ regionis Italicæ inter Nomentanos & Trebulanos. Plin. lib. 3. cap. 12. Varro 2. de R. R. cap. 6. Ego, inquit, de aſinis potiſſimum dicam, qui ſum Reatinus, ubi optimi & maximi fiunt.
REATUS, V. REUS.

R E B

REBAR, V. REOR.
RĔBELLIS, e. [ἀντιπολεμῶν] Adj. Qui debellatus reſumit bellum, Translate Repugnans, Obſtinatus in reſiſtendo. ut,
Rebellis amor. Ovid Rem Amor. 246.
Flammæ rebelles. Stat. 2. Theb. 35.
Regio rebellis Curt. 8. 1. 35.
REBELLIO, ōnis. f. [ἀποστασία] Cæſ. 3. Bell. Gall. 10. Rebellio facta poſt deditionem: defectio, datis obſidibus. [Dicitur ea forma, qua Perduellio, a Perduelli.
Cœpture rebellionem Tacit. 3. Ann. 40.
REBELLIUM, i. n. Idem. [ἀποστασία] Liv. 42. 21. Qui deditis contra jus & fas bellum intuliſſet, & pacatos ad rebellium incitaſſet. Al. Ad rebellandum. V. J F. Gronov. not.
REBELLIO, ōnis. m. Idem quod Rebellis. Gloſſ. Lat. Gr. Rebellio, Ἀποστάτης, Ἀντάρτης. Vulcat. in Avid Caſſ cap 9 extr in Epiſt Fauſtinæ ad Marcum, Ut, ſi amas liberos tuos, iſtos rebelliones acerrime perſequaris. Capitol. In Antonino Pio cap 5. extr In Achaja, atque etiam Ægypto rebelliones repreſſit. ut vult Caſaub q V.
REBELLO, [ἀφίσταμαι, ἀντιπολεμέω] āre. ex Re & Bello, are, compoſitum; ſignificat Iterum bellare. Ovid. 13. Met. 619. de Memnoniis avibus,
— quum

—quum ſol duodena peregit
Signa, parentali moriturae more rebellant. I. e. Bellum inſtaurant, bellum iterum in ſe ſuſcipiunt, more eorum qui inferis parentant.

Rebellare & Bellare. Livius libro 7mo. 130. Volſci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum, gens. Sic alibi libro 34. pag. 408. & iterum 409. jungit hæc duo verba. H. St. Locus prior eſt cap. 27. alter cap. 13. extr. tertium non reperias, niſi forte cap. 17. in oratione Catonis pro Rebellare, Bellare Stephanus legebat.

Rebellare, Bellum redintegrare, Renovare, aut Certando reſiſtere. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 44. Si tali ratione diverſis in locis plures rebellare cœpiſſent. Liv. 8. 14. Quia cum Latinis rebellare noluiſſent.

Rebellare vulnera, ſeu alia vitia dicuntur, quando ſemel curata repullulant. Plin. lib. 25. cap. 13. Creduntque, ad rurſus fatâ, rebellare quæ curaverint vitia: quo ſcelere & plantagine utuntur.

Rebellat humor. Plin. lib. 13. cap. 12. Minus ſorbet politurâ charta, magis ſplendet. Rebellat ſæpe humor, incurioſe datus, primo, malleoque deprehenditur, aut etiam odore, quum fuerit indiligentior. [An Inelegantior? V. Hard.

Rebellātio, ōnis. f. Valer. lib. 7. cap. 3. ext. 9. Quum crebris rebellationibus terruiſſent ut eorum urbem funditus Romani evertere vellent. Tacit. 14. Ann. 31. Commoti ad rebellationem.

Rebellātor, ōris. m. & Rebellātrix, īcis. f. [ἀφισταμένη] Qui vel quæ rebellat. Liv. 40. 35. Dictu quam re facilius ſit, provinciam ingenio ferocem rebellatricem confeciſſe. Ovid. 3. Triſt. 12. 47.
Taque, rebellatrix, &c.

Rĕbĭto, [ἐπάνειμι] āre. a Re, & Ito frequentativo verbi Eo, compoſitum; Reverti ſignificat, & redire. Interpoſitum eſt autem b, tantum euphoniæ cauſa. Plaut. Capt. 2. 3. 20.
Si non rebitas huc, ut viginti minas
Dem pro te. Ibid. 3. 5. 89.
At unum hoc quæſo, ſi huc rebitet Philocrates, &c. Antiquum.

Reblata, V. antiochia.

Rĕbŏo, [ἀντιβοάω] āre. ex Re & Boare. Virg. 3. Georg. 223.
— reboant ſilvæque & magnus Olympus. I. e. Reſonant, retougiant. Eſt autem Græcum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum eſt, quod ante o finalem, habeat u, excepto Iochoo: quod tamen majores aliter ſcribebant, aſpirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant Iocohu. Servius.
Laqueata templa citharis reboant. Lucret. lib. 2. 28.
Tympana reboant. Catul. de Berecyoth. 61. 21.
Reboare, cum Accuſativo. Sil. lib. 3. 439. de Hercule,
— mæſto clamore ciebat
Pyrenen: ſcopulique omnes, ac luſtra ferarum
Pyrenen reboant. al. Reſonant.

Rebullio, īre. Apul. lib. 5. Met. p. 170. Elmenh. Lucerna fervens oleum rebullivit in ejus humerum. Et alibi, (lib. 8. p. 208.) Spiritum rebullire, pro Mori.

R E C

REC. Recondita.

Rĕcalcĭtro, [ἀντιλακτίζω] āre. Idem quod Calcitro. Hor. 2. Serm. 1. 20.
— niſi dextro tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem:
Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.

Rĕcalco, [ἀναπατέω] āre. Rurſum calcare. Columel. lib. 2. cap. 2. Si velis ſcrobibus egeſtam humum recondere, & recalcare, quum aliquo quaſi fermento abondaverit.

Recalcans, Partic. Apul. 6. Mileſ. p. 181. Elmenh. Recalcans priore veſtigia.

Rĕcălĕo, ui, [ἀναθέρομαι] ēre. Idem quod ſimplex Caleo. Virg. 12. Æn. 35.
— vix urbe tuemur
Spes Italas, recalent noſtro Tiberina fluenta
Sanguine.

Recălesco, [ἀναθερμαίνομαι] Rurſus caleſcere. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Quod noſtris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recaleſcunt. Ovid. de Rem. Amor. 629.
Quid juvat admonitu tepidam recaleſcere mentem?
Acrius multo atque vehementius Theſſalici incendii cineres recaluere. Florus lib. 4. cap. 2.

Recălĕfacio, vel Recalfăcio, fēci, factum, [ἀναθερμαίνω] ĕre. Rurſus calidum facere. Ovid. 8. Met. 444.
— calidumque priorie
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.

Recalefio, vel Recalfio, fiĕri. Scribonius Largus cap. & comp. alt. Rurſus recalfiunt, & colantur per linteum.

Rĕcalvus, a, um Adj. [ἀναφαλαντίας] Idem quod Calvus Plaut. Rud. 2. 2. 12.
Recalvum ac ſilonem ſenem, ſtatutum, ventrioſum.

Rĕcalvaster, tri. m. [ἀναφάλανθος] Qui fronte calvus eſt, non toto corpore, quaſi Recalvatulus, quod eſt diminutivum. Valla lib. 2. cap. 5. Sen. Epiſt. 66. Comatum & criſpulum malis, quam recalvaſtrum. Sed in quibuſdam codd. abeſt hoc κομμάτιον. Exſtat apud Interp. Vulgat. Levit. 13. 41.

Răcandeo, ui, [ἀναλευκαίνομαι] ēre. vel potius Recandesco, ĕre. Iterum candere, ſive candidum eſſe, vel fieri. Ovid. 4. Met. 529.
Seque ſuper Pontum, nullo tardata timore,
Mittit, onuſque ſuum: percuſſa recanduit unda. I. e. Candida & alba facta eſt propter ſpumam, quam concitatum mare emittere ſolet.
Recandeſcere, [ἀναπυρωθῆναι] Rurſus incaleſcere. ut,
Ira recanduit, Iterum inflammata eſt. Ovid. 3. Met. 707.
Tellus recanduit. Ovid. 1. Met. 434.
Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis almoque recanduit æſtu.

Recandens, entis. Partic. [ἀναπυρούμενος] Valde candens ſignificat. Plin. 37. 9. Sed eſſe aliquos ſcabris lateribus & angulis inæqualibus dicunt, In ſole aperto projectas, radios in ſe recandentes diſcurrere. Vetus exemplar legit Candentes.

Rĕcăno, cinui, centum, [ἀναφωνέω] ĕre. Iterum canere. Plin. lib. 10. cap. 33. Adeoque vincit libido etiam fetus caritatem, ut illa furtim &

in occulto incubans, quum ſenſit feminam aucupis accedentem ad marem, recanat, revocetque. De perdice.

Recanere, pro Incantationem retorquere ac diſſolvere. Plin. lib. 26. cap. 2. ut legit Turneb. Non pauci etiam ſerpentes ipſos recanere, &c. Senſus eſt, ut cantu angues rumpi priſci cenſebant, ſic angues ipſos exiſtimabant, ſi id præſentirent, recanere, & incantationem referre ac diluere. Quidam legunt Recantare. V. recanto. Ceterum magis uſurpatur

Rĕcĭno, cinui, centum, [ἀναφωνέω] ĕre. Rurſus canere. Cic. de Clar. Orat. 171. Illud eſt majus, quod in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius. Hor. 1. Epiſt. 1. 55.
— hæc recinunt juvenes dictata, ſeneſque.
Nomen alicujus recinere. Hor. 1. Carm. 12. 3.
Parræ recinentis omen. Hor. 3. Carm. 27. 1.

Recanto, [παλινῳδέω] āre. eſt Rem incantatam alio carmine liberare. Plin. lib. 28. cap. 2. Non pauci etiam ſerpentes ipſas recantari credunt.
Recantare, Iterum cantare. Martial lib. 2. 85.
Nuſquam Græcula quod recantat Echo. h. e. Cantanti vel loquenti reſpondet.

Recantātus, a, um. Partic. [παλινῳδημένος] Hor. 1. Carm. 16. 25.
— nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas. Recantatis, i. e. Meliore carmina deletis. Recantantur autem opprobria, quum mutato carmine laudibus corriguntur, ait Acron. Porphyrio vero, Recantari probra dicuntur, quum contraria probris carmina fiunt in eum cui maledixerimus.
Curæ recantatæ. Ovid. Rem. Amor. 259.
Nulla recantatas deponent pectora curas. i. e. Amores magicis carminibus repreſſos.

Rĕcăpĭtŭlo, [ἀνακεφαλαιόω] āre. Summa rerum capita breviter repetere. Tertull. adv. Marc. 5. 17. Ut ita dixerim, ſicut verbum illud in Græco ſonat, recapitulare, id eſt, ad initium redigere, vel ab initio recenſere. Auguſt. de Civ. Dei lib. 20. cap. 21. Recapitulat ab initio. conf. cap. 14. Quintil. 6. 1. ἀνακεφαλαίωσιν vertit Decurrere per capita.

Recapitulātio, ōnis. f. Sic Latine redditur ἀνακεφαλαίωσις. Laur. Valla.

Recasurus, V. recido.

Rĕcauta, uno verbo, Apochæ ſpecies in Novel. 130. cap. 1. de tranſitu militum, in qua Juſtinianus oſtendit de recauta de more facta. [illegible] Briſſonius lib. 16. De verborum quæ ad jus pertinent ſignificat. V. Suid. in [illegible]

Rĕcēdo, ſſi, ſſum, [ἀναχωρέω, ἀναχωρίζομαι, ὑπείκω] ĕre. quaſi Retro cedere. Plin. lib. 3. cap. 23. Recedens a mari m. paſſuum.
Recedere ab aliquo procul. Plaut. Capt. 3. 4. 20.
Accedere ad aliquem, & Recedere ab aliquo, contraria. Cic. pro Planc. 15.
Ab hoſte recedere. Ovid. 3. de Pont. 1. 131.
Ex acie. V. acies.
Longius. Virg. 4. Georg. 191.
Recede illuc. Plaut. Rud. 3. 5. 7.
Jube dum recedere iſtos ambo illuc modo.
Flammæ recedunt. Virg. 2. Æn. 633.
Turpiter victa Venus ſæpe receſſit. Ovid. Rem. Amor. 590.
Recedere ab armis, pro Ceſſare, & deſiſtere. Cic. pro Roſc. Amer. 16. Poſtcaquam ab armis receſſerunt, in ſummo otio, rediens a cœna, Romæ occiſus eſt.
A cauſa alicujus paululum recedere. Cic. Poſt redit. in Senat. 6. Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus, partim metu mortis, partim deſperatione reipub. paululum a mea cauſa receſſerunt.
A conditione, a perſona, a ſtatu; eſt quod Immutare conditionem, perſonam, ſtatum dicimus.
Ab uſitata conſuetudine. Cic. pro Quint. 67. Uſque dum inveniretur, qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet.
A lege. Cic. 4. Verr. 44. Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege receſſiſſe: Ipſa re impedies.
A natura. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Ab officio, Non facere officium. Cic. 3. Off. 19. Quam ſi ſequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus.
Nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur. Auctor ad Heren. 3. 5.
A vera longe ratione recedit. Lucret. lib. 2. 229.
A ſententiis alicujus, pro Illas taxare. Cic. 12. Att. 4. Si a ſententiis ejus dictis, ſi ab omni voluntate conſiliiſque, quæ de Repub. habuit, recedam, &c.
A ſignificatione dictio receſſit. Cic. 1. Off. 37. Hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, &c. quanquam id nomen durius jam effecit vetuſtas: a peregrino enim receſſit, & proprie in eo, qui arma contra ferret, remanſit.
A vitiis recedere. Plin. Epiſt. 182.
De medio. Cic. pro Roſc. Amer. 112. Recede de medio, per alium tranſigam.
De ſtatu dignitatis recedere. Cic. 1. Att. 17. Neque de ſtatu nobis noſtræ dignitatis eſt recedendum, neque, &c.
In otia tuta. Hor. 1. Serm. 1. 31.
In ventos vita. Virg. 4. Æn. extr.
Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.
In auras tenues recedere. Virg. 2. Æn. 791.
Illa etiam ſi quando in tergum pulſa receſſit. Virg. 12. Æn. 653.
Ab oculis, Mori. Plin. 2. Epiſt. 1. Vivit enim, vivetque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit.
A vita recedere, Mori. Cic. 4. Tuſc. 40. Quippe qui ob eam cauſam a vita receſſerit.
Corde alicujus recedere. Stat. 3. Silv. 5. 55.
Sic, ut mater, amas, ſic nunquam corde recedit
Nata tuo.
Vita receſſit patrio corpore, I. e. Mortuus eſt pater. Plaut. Merc. prol. 73.
Recedere, pro Reverti. Salluſt. in Jugurth. cap. 36. extr. Albinus, Aulo

lo fratre in caſtris pro Prætore relicto, Romam receſſit. [Sed rectius legitur Deceſſit, quod proprium in ea re verbum eſt.
Recedo, pro Diſcedo. Cic. 2. Att. 13. Tu ſi litteras ad Sicyonios habes, advola in Formianum. unde nos pridie Non. Maji recedere cogitamus.
Ante finem recedere, Quod Galli totidem verbis, *S'en aller devant la fin.* Plin. 1. Epiſt. 13. Nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt.
Receſſit cura, fortuna &c. Virg. 6. Æn. 595.
Quid furis: aut quonam noſtri tibi cura receſſit? Virg. 3. Æn. 53.
Ille, ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna receſſit.
Recedere, pro Diminui. Plin. 6. Epiſt. 3. Receſſit venter.
Recedere de. Stat. 11. Theb. 74.
Rareſcunt tenebræ, tantum de luce receſſit.
Recedere, pro Disjungi. Celſ. lib. 8. cap. 7. Sed in aliis quidem oſſibus ex toto ſæpe fragmentum a fragmento recedit: maxillæ vero ſemper oſſa, etiam vexata aliqua parte, cohærent.
Membra cæſa receſſerunt a cute. Ovid. 6. Faſt. 707.
Ante receſſiſſet caput hoc cervice cruenta,
Quam tu, &c.
Domus receſſit, In receſſu poſita eſt. Virg. 2. Æn. 300.
Et magis atque magis (quanquam ſecreta parentis
Anchiſæ domus, arboribuſque obtecta receſſit.) &c. i. e. inquit Servius, a frequentia ſe removit. Et eſt ſpecioſa translatio, quoties rei mobilis ad immobilem, vel e contra transfertur officium.
Recedere, Remotum eſſe. Curt. lib. 4. 1. Maritimam tamen oram, & pleraque longius etiam a mari recedentia, nec ejus inſulæ Strato poſſidebat. conf. Plin. ſupra e pr.
RECEDENS, entis. Partic. [ἀναχωρῶν] ut, Anni venientes & recedentes. Hor. de Arte Poet. v. 175.
Rurſus recedens hoſpes. Valer. 7. Argon. 118.
RECESSUS, a, um. Partic. Compar. Vitruv. 5. 8. Receſſior ſcena.
RECESSURUS, a, um. [ἀναχωρήσων, ὑπείξων] aliud Partic. Ovid. in Ibin. 237. Jamque receſſuræ, &c.
RECESSIM, Adv. [ἀναδρομάδην] Retro cedendo. Plaut. Amph. 5. 1. 60.
Ego cunas receſſim rurſum prorſum trahere & ducere.
RECESSIO, ōnis. f. Vitruv. 1. 6. Ventus inclinationibus & receſſionibus varietates mutatione flatus facit.
RECESSUS, ûs. m. [ἀναχώρησις, ὕπειξις] Actus recedendi. Cic. 2. de Nat. Deor. 34. Beſtiis autem ſenſum & motum dedit, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, a peſtiferis receſſum.
Acceſſus & Receſſus æſtus, contraria. Cic. 2. de Divin. 34. Quid de fretis, aut de marinis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus & receſſus Lunæ motu gubernantur.
Receſſus in oculo, pro Cavitate, ſive profunditate quam vocant. Plin. lib. 8. cap. 33. Oculi in receſſu cavo, tenui diſcrimine, prægrandes, & corpori concolores.
Oris receſſus. Quintil. lib. 1. cap. 5. Quum vox quaſi in receſſu oris auditur.
Receſſus in collibus. Martial. lib. 4. 64. 4.
Lati collibus imminent receſſus.
Anguloſi receſſus. V. ANGULUS.
Apricus. V. APRICUS.
Longis receſſibus ingens ſpelunca. Ovid. 1. Faſt. 555.
Magni receſſus & amœni. Curt. lib. 7. c. 22.
Marmoreo ſuperi ſedere receſſu. Ovid. 1. Met. 177.
Seducti. Ovid. 13. Met. 902.
Tenebroſo receſſu carceris obtecta. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 80.
Tacito Naturæ receſſu Formarit vultus. Stat. 1. Silv. 2. 272. de Utero materno.
Imitatio Ciceronis, vide in LATEBRA. H. St.
Umbra aliqua aut receſſus. Cic. 3. de Orat. 99. Sed habeat tamen ille in dicendo admiratio ac ſumma laus, umbram aliquam aut receſſum, quo magis id quod erit illuminatum, exſtare atque eminere videatur.
Solitudo & Receſſus. Cic. 12. Att. 25, Mihi ſolitudo & receſſus provincia eſt. i. e. Inſtar ſolitudinis & receſſus.
In receſſu, & Fronte, contraria. Quintil. lib. 1. cap. 4. p. 38. Plus habet in receſſu, quam fronte promittit.
Latebræ & Receſſus in animis hominum. Plin. 3. Epiſt. 3. Vita hominum altos receſſus, magnaſque latebras habet. i. e. Reconditiſſima arcana. Bod.
RECELLO, is, [ἀνακλίνω] ĕre. Reducere, &, ut ait Feſtus, Reclinare. Apul. lib. 10. de Aſino p. 249. Elmenh. Illa enim, quoties ei parcens nates recellebam accedens, toties niſu rabido, & ſpinam prehendens, ad arte applicitore niſu inhærebat. Liv. 24. 34. Ferrea manus, quum injecta proræ eſſet, gravique libramento plumbi recelleret ad ſolum: ſuſpenſa prora, navim in puppim ſtatuebat. i. e. Deprimeret, inquit Budæus.
Terra retro recellit, i. e. Reclinat. Lucret. lib. 6. 572.
RECELLICLUNIÆ, ârum. f. pl. Meretriculæ in Plauto apud Feſtum.
RĔCENS, entis. Adj. [νέος, πρόσφατος] Novum, quod nuper accidit. Ter. Adel. 3. 2. 14.
Ut iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.
Recens, novus. Cic. 11 Fam. 21. Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quærit: non quo veterem comederit (nullam enim habuit) ſed hanc ipſam recentem novam devoravit.
Recens & Vetus contraria, V. Recens e provincia, infra.
Recens & Inveteratus, contraria. Cic. de Senect. 72. Omnis conglutinatio recens, ægre: inveterata facile divellitur.
Pullus a partu recens. Varro 2. de R. R. cap. 8.
Dido recens a vulnere. Virg. 6. Æn. 450.
Recens ab ejus ætate. Cic. 3. de Nat. Deor. 11. Et quos Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, ſepultos dicit Lacedæmone.
Recens a diis, Qui nuper a diis profectus eſt. Sen. Epiſt. 91. Non tamen negaverim fuiſſe alti ſpiritus viros, &c. ut ita dicam, a diis recentes.
Recens e provincia. Cic. 2. Verr. 5. Quum a provincia recens eſſet, invidiaque & infamia, non recenti, ſed vetere ac diuturna flagraret.
Alius alio recentior eſt in dolore. Auctor ad Heren. lib. 2. 10. Al. Reticentior. [Sed Recentior retinendum, exponendumque Minus dolorem expertus, neque duratus in perferendo eo.
Ægritudo. Ter. Adelph. 3. 2. 14. V. ſupra.
Animæ recentes. Ovid. 8. Met. 488.
Recentiſſima bella. Liv. 38. 45.
Cædes. Virg. 2. Æn. 718. Idem 9. Æn. 455.
— tepidumque recenti Cæde locum. Al. Tepidaque recentem, eodem ſenſu.
Cauſa recens acceſſit ad iras. Ovid. 3. Met. 73. al. Plaga.
Crimen. Ovid. 9. Epiſt. 53.
Cura. Ovid. 3. Amor. 9. 32.
Delectus recens. Tacit. 4. Hiſt. 70.
Dolor. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Epiſtola recentiſſima. Cic. 8. Att. 15.
Exemplum. Claud. 2. in Eutrop. 547.
Factum. Ovid. 1. Met. 164.
Fama. Plin. lib. 10. cap. 43.
Homines recentes. Nuper nati. Hor. 1. Carm. 10. 2.
Laudes. Ovid. 4. de Pont. 8. 87.
Litteræ recentiſſimæ. Cic. 6. Att. 1. Recentiſſimas a Cybiſtris meas litteras habere eas ad a. Cal. Oct. datas.
Malum. Ovid. 4. Triſt. 6. 22.
Maritus. Plin. Epiſt. 176. Plaut. Novum dixit. Gr. νεόγαμος.
Memoria recentiore. Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Et recentiore memoria iidem Tyndaridæ Perſen victum nuntiaverunt. i. e. Haud ita multo ante.
Metu recenti trepidat mens. Hor. 2. Carm. 19. 5.
Negotio recenti. Cic. 3. Verr. 101. Datam quidem eſſe tum inter omnes, recenti negotio, facile conſtabat.
Re recenti, i. e. Eo tempore, quo res contigit. Cic. 7. Verr. 75. An recenti re, Syracuſis, apud notos, inſpectante Sicilia pæne tota, ſecuri ferire?
Seditio recens. Ovid. 12. Met. 61. al. Repens.
Sermo hominum recens, & Vetuſtas annalium, contraria. Cic. pro Muren. 17. Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ.
Tempore recens illo tu omnia, &c. Cic. ad Brut. 7.
Veſtigia recentia. Cic. 5. Verr. 79. Præſertim quum in lectulo Decumanæ mulieris veſtigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perſeverandum intelligebant.
Umbræ recentes, Quarum corpora nuper ſunt mortua. Ovid. 10. Met. 48. de Orpheo.
Recentiores, Juniores, vulgo Moderni. Cic. 2. de Finib. 80. Attuliſti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab ipſo illo, quod ſciam. Nonius 2. 755. in hunc locum, Recentiorum, id eſt novorum.
Recentiores ex auctoribus. Plin. lib. 12. cap. 17.
Auctor recentior. Liv. 2. 56.
Recens, illibatus, vegetus, putus.
Candore recenti ſol irrigat cælum. Lucret. lib. 5. 283.
Flores recentes carpere. Hor. 3. Carm. 27. 43.
Fluvius recentes, pro Aqua ſtatim hauſta, Virg. 3. Georg. 301. Servius.
Folio velata recenti. Ovid. 3. Faſt. 141.
Poma recentiſſima. Columel. lib. 12. cap. 44.
Prata recentis rivis. Virg. 6. Æn. 674.
Rore recenti gemmantes herbæ. Lucret. lib. 2. 319.
Recens & Laſſus, contraria. Curt. lib. 3. 7. 9. Timere, ne non virtute hoſtium, ſed laſſitudine ſua, vincerentur. Perſas recentes inde ſucceſſuros, ſi laxius ſtare potuiſſent. Hinc dicuntur Equi recentes. Ovid. 2. Met. ut paulo poſt videbis adnotatum. [Hic Recens eſt idem ac Integrum, recentibus viribus.
Animus, i. e. Præfervidus. Liv. 21. 52. Recentis animi alter, eoque ferocior. Opponitur Minuto & infracto.
Equi recentes, Non laſſi, vel A laſſitudine recreati. Ovid. 2. Met. 63.
Pede recenti recurrere. Plaut. Trin. 4. 3. 8.
Vires recentes. Ovid. 4. Triſt. 6. 29.
RECENS, [πρόσφατον] Adverbium eſt aliquando, idem quod Recenter ſignificans. Virg. 3. Georg. 156.
Sole recens orto. Suet. in Tiber. Cæſ. cap. 1. pr. Inde Romam, recens conditam, cum magna clientum manu, commigravit. h. e. Nuper, modo.
Recens natus, apud Plaut. Ciſt. 1. 2. 17.
Recens dives. Ovid. 3. Amor. 8. 9. Gr. νεόπλουτος.
Recentes Roma venerunt. Cic. 16. Att. 7. Rhegini quidam illuſtres homines eo venerunt, Roma ſane recentes.
RECENTER, Adv. Apic. 1. 1. Olivæ de arbore recenter ſublatæ. Pallad. 1. 26. Poma recenter lecta.
Superl. Plin. lib. 18. cap. 23. Quam recentiſſime ſtercorato ſolo.
RECENTOR, [νεάζομαι] āri. Renovari, & denuo recens fieri. Matius apud Gell. lib. 15. cap. 25.
Jamjam albicaſcit Phœbus, & recentatur
Commune lumen hominibus & voluptas. Nonius 2. 758.
RĔCENSEO, ui, ſum. vel itum, [ἐπιλέγομαι, ἀπογράφω] ēre. Recognoſcere, ſummam totius numeri colligere. Liv. 1. 16. Inter hæc recenſet exercitum, militem inſtruit.
Captivos recenſere. Liv. 26. 49.
Numerum. Virg. 4. Georg. 436. Subaudi Gregis.
Numerum porcorum. Columel. lib. 7. cap. 9.
Vellere ad numerum pecoris. Columel. lib. 12. cap 3.
Recenſere, Narrare. Cic. 16. Att. 1. Ovius enim recenſet multa, quæ vellem. Aliqui legunt, Ovius enim receſſit multa, al. recens; is &c.
Facta fortia recenſere. Ovid. 9. Epiſt. 105. Stat. 4. Silv. 1. 29.
Dinumera faſtos, nec parva exempla recenſe.
RECENSUS, a, um. Partic. [ἐπιλεχθείς] a Recenſeo. Suet. in Veſp. cap. 9. Ampliſſimos ordines, & exhauſtos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia, purgavit, ſuppleviтque, recenſo Senatu & equite, ſubmotis indigniſſimis, & honeſtiſſimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.
RECENSĪTUS, a, um. Aliud Partic. [ἀπογραφείς] a Recenſio, quartæ conjugationis verbo antiquo, ut docet Georgius Valla: Idem quod Recenſus. Suet. in Jul. Cæſ. cap. 41. extr. Inſtituit, quotannis in demortuorum locum, ex his, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio a Prætore fieret. Claud. in Eutrop. lib. 2. 60.
Priſca recenſitis evolvite ſæcula faſtis.
RĔCENSIO, ōnis f. [ἐπίλογος] Ipſa recenſendi actus, ac recognitio. Cic. pro Milon. 74 Eum qui ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicæ recenſionis, tabulis publicis impreſſam, exſtingueret. Suet. in Jul. Cæſ. c. 41. extr. Ne qui novi cœtus recenſionis cauſa moveri quandoque poſſent.
RECENSITIO, ōnis. f. Idem. Ulpian. in l. 3. §. Si quis nomen. D. Ad exhibend.

exhibend. Recenſitione ſervorum facta. Sic habent Pandectæ Florentinæ, & Haloander.
Recensus, ûs m [ἀπογραφή] Idem. Sueton in Cæſ cap. 41. Recenſum populi, nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit.
Receptaculum, Recepto. V. recipio.
Recessum, Recessus. V. recedo.
Rechănus, i. m. Trochlea, per cujus orbiculum funis ductorius trajicitur. Vitruv 10. 2.
Recharmĭdo, āre. ficta vox a Græco χάρμη, Lætitia, apud Plaut. in Trin. 4. 2. 135.
Tute itidem ut Charmidatus es, rurſum recharmida. i. e. Conceptam lætitiam & nomen Charmidis depone.
Rechedipna, V. trechedipna.
Rĕcĭdo, cĭdi, cāſum, [ἀποπίπτω Gl. L. G. & G. L.] ĕre. ex Re & Cado compoſitum; Retro, ſive iterum cadere. Jungitur præpoſitionibus Ad vel In. Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Quia & recidant omnia in terras, & oriantur e terris.
Reccido, c geminato productionis gratia interdum dixerunt poetæ. Lucret. lib. 1. 857.
At neque reccidere ad nihilum res poſſe. Idem lib. 5. 281. Propert. lib. 4. 9. 38.
Reccidit inque ſuos menſa ſupina pedes. Legitur & Decidit. Sed Broeckh. Recidit pr. longa tuetur. q. V.
Tela in jugulum Conſulum recidiſſent. Cic. pro Planc. 90.
Ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe. Cic. 1. de Divin. 123.
Recidit eventus improſperæ curationis ejus in caput. Curt. lib. 9. 5. 25. Liv. 36. 29. Ætolorum prava conſilia, atque in ipſorum caput ſemper recidentia, accuſavit.
In te recident hæ contumeliæ. Plaut. Men. 3. 2. 54.
Ex qua illi fortuna, & in quam recidendum ſit. Quintil. lib. 6. cap. 1.
In graviorem morbum recidere. Liv. 24. 29.
In priſtinam cauſam recidere, i. e. In priſtinam conditionem. Neratius in l. Quod in litora. D. de acquir. rer. domin.
In tenebras recidere. Cic. ad Brut. 16. Nunne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe?
Incaſſum recidit omnis impenſa, Perit. Columel. lib. 4. cap. 3.
Eo recidit, Eo redactum eſt. Liv. 4. 2. Ne id Jupiter Opt. Max. ſineret, regiæ majeſtatis imperium eo recidere.
Recidit ad paucas familias attenuata bellis civitas. Plin. 5. 2.
Ad luctum reciderunt ex lætitia. Cic. pro Sull. 91. Quam cito illa omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrimas reciderunt?
Ad ludibrium recidit. Curt. lib. 9. 7. 23.
Ad nihilum recidere. Cic. 7. Philip. 28 Hunc tuum tantum apparatum, tamque præclarum, ne ad nihilum recidere patiare.
Ad paucos recidit ars muſica. Ter. in prol. Hec. 47.
Recidunt febres, Redeunt. Plin. lib 28. cap. 16. Quartanis magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari jubent: & ne recidant, non removeri ſepteno circuitu.
Hoc in memoriam recidit, Redit. Cic. 13. Philip. 19.
Quorſum recidit reſponſum. Cic. pro Roſc. Com. 43. Et quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro.
Recāsūrus, a, um. Partic, [ἀναπεσούμενος] Retro caſurus. Cic. 4. Att. 26. Id ego puto, ut multa ejuſdem, ad nihil recaſurum. Suet. Aug. 96. Adverſa cuncta in illos recaſura.
Recĭdīvus, a, um. Adj. [ὑπότροπος, ὑποτρέφων] Quod poſt caſum renaſcitur. Chariſius lib. 1. Redivivus dicimus, quæ poſt interitum redeunt: recidiva, quæ ex ſuo caſu reſtituuntur. Virg. 4. Æn. 344.
Et recidiva manu poſuiſſem Pergama victis. i. e. Quæ reciderunt, quaſi Didoni ſe purgans Æneas, Si mihi, inquit, licuiſſet, ruinas Trojæ protinus inſtauraſſem: non tot, tantiſque laboribus ac periculis condere novam quæſiſſem. Servius Recidiva, Poſt caſum reſtituta, interpretatur. Sed V. Interp. Sil. 1. 106. [Recidiva ſunt παλίμπτωτα, ἐπιπτώσιμα, Caſui priſtino obnoxia, Recidiva Pergama, ἀποπεσούμενα, vel παλιμπεσούμενα, quaſi quæ iterum excidium minentur. Quam expoſitionem ipſe firmat poeta verbis Anchiſæ, 2. Æn. 642.
— ſatis una, ſuperque,
Vidimus excidia, & captæ ſuperavimus urbi. Huc pertinet Cratetis dictum de Thebis reſtituendis apud Laertium 6. 93. Qui aliter exponunt, mihi illi videntur cum Redivivus τὸ Recidivus confundere, quod & ſæpe in Mſſ. factum. Nec mirum. Apposite Gloſſ. Cyrill. Παλίγγενής, Redivivus, Tanquam de urbe ſcilicet ab excidio reſurgente. Atque ita forſan ſcripſit Virgilius, quod non auſus eſt rejicere Pierius. ad 10. Æn. 58. Recidivus ea tamen in ſignificatione, quam Servius adſtruit, apud Tertullianum ſæpe poſitum occurit.
Recidivæ febres Plin. lib. 30. cap. 11. Celſ 3. 4. Hippocrati ὑποστροφὴ & ὑποτροπιάζειν dicitur, quod vulgo Recidivam vocant.
Recidivātus, ûs. m. Renovatio. Tertull. de Reſur. carnis cap. 18. Scripturæ recidivatum carnis pollicentur. [Alibi Revivificatum dicit, niſi fallor.
Rĕcīdo, cīdi, cīſum, [ἀποκόπτω] ĕre. ex Re & Cædo compoſitum; Incidere. Unde, Reciſos ramos dicimus. Cato R. R. cap. 2. Viam publicam muniri, vepres recidi. Martial. lib. 1. 32.
Quam primum longas, Phœbe, recide comas.
Barbam recidere falce. Ovid. 13. Met. 766.
Vulnus enſe recidendum eſt. Ovid. 1. Met. 190.
Ornamenta ambitioſa recidere. Hor. de Arte Poet. 447.
Culpa reciditur ſupplicio. Hor. 3. Carm. 24. 34.
Recīsus, a, um. Partic. [ἀποτετμημένος] Plin. lib. 16. cap. 34. Itaque quum trunco inaruit reciſa, etiam lætius fruticat.
Caput reciſum eſt. Ovid. 9. Met. 71.
Columnæ reciſæ. Hor. 2. Carm. 18. 4.
Fuſtes reciſi. Hor. 3. Carm. 6. 40.
Vultus a cervice reciſus. Lucan. lib. 2. 112.
Vita reciſa a ſtirpe, Exciſa. Claud. 1 in Ruff. 56.
Coloni cuncti ſimul enſe reciſi, Interfecti. Lucan. lib. 2. 194.
Nationes partim reciſæ, partim repreſſæ. Cic. de Prov. Conſ. 31.
Ab omni parte reciſum, Ancile. Ovid. 3. Faſt. 377.

Opus reciſum, Breve & contractum. Paterc. lib. 2. 89. pr. Quæ magnificentia triumphorum Cæſaris, quæ fuerit munerum, ne in operis quidem juſti materia, nedum hujus, tam reciſi, digne exprimi poteſt.
Compar. Calliſtrat. l. 2. D. De termino moto, Poſſunt ad tempus, ut cujuſque ætas patietur, relegari: & ſi junior, in longius: ſi ſenior, reciſius.
Recīsūrus, a, um. Partic. [ἀποτεμούμενος] Hor. 1. Serm. 3. 123.
— quum dicas eſſe pares res,
Furta latrociniis, & magnis parva, mineris
Falce reciſurum ſimili te.
Recīsio, ōnis. f. [ἀποτομή] Plin. lib. 21. cap. 4. Omnis autem reciſione atque uſtione proficit.
Recīsāmentum, i. n. [ἀπότμημα] Parvum fruſtum & quaſi ramentum ex re aliqua reciſum. Plin. lib. 34. cap. 11. Ocyſſime vero coronarium æruginem contrahit, reciſamentis in acetum additis. De ære.
Rĕcingo, cinxi, cinctum, [ἀναζώννυμι] ĕre. Idem quod Diſcingere, quemadmodum Revincio, & multa alia, ſignificationem habent ſuis ſimplicibus contrarium. Plin. lib 17. cap. 28. Privatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis, nudis pedibus, recincta. Subaud. Multi jubent. h. e. Diſcincta, & veſtem recinctam habente, ut menſes fluant ſuper humo. Ovid 4. Met. 510.
— ſumptumque recingitur anguem. i. e. Iterum deponit anguem, quo ſe antea velut cingulo præcinxerat.
Recinctus, a, um. Partic. [ἀναζωσμένος] ut, Veſtis recincta. Virg. 4. Æn. 518.
Tunica recincta. Ovid. 1. Amor. 5. 9.
Caſtaque fallaci zona recincta manu. Ovid. 2. Epiſt. 116.
Rĕcinium, ſive Rĕcinum, i. n. ſive Rĕcinus, i. m. Veſtis antiquiſſima quadrata, ut ait Varro L. L. 4. 30 ab eo quod dimidiam partem retrorſum jaciebant, ab rejiciendo dictum. Servius Comment. in primum Æneid 286. Togas etiam feminas habuiſſe, cycladum & recini uſus oſtendit. Recinus autem dicitur, quod poſt tergum rejicitur, quod vulgo Mavorte dicunt. Hæc illi. [Reicinus igitur cum diphth. ei veteres ſcripſerunt a Reicio, pro Rejicio, ut Reice capellas. Unde apparet Ricinium & Ricinus per i longum ſcribendum, ut Varronis exhibent codices. Recinium, omne veſtimentum quadratum. Ii qui l. 12. tabul. interpretati ſunt, eſſe dixerunt virilem togam, qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo. Unde Reciniati mimi planipedes Quam rem diligenter exſequitur Santra libro ſecundo de Antiquitate verborum. Feſtus. conf. rica, & ricinium.
Reciniatus, vel Riciniatus, a, um. Adj. V. dict. præced.
Recino, V. recano.
Reciperatio, Recipero, &c. V. recupero.
Rĕcĭpio, cēpi, ceptum, [ἀναδέχομαι, ἀποδέχομαι, ἐνδέχομαι, ὑποδέχομαι] ĕre. ex Re & Capio; Rurſum capere ſignificat Liv lib 9. 11. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. Auctor de Viris Illuſtr. cap 61. Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, & locum recipere juſſit. conf. Capere arma, locum, in capio.
Anhelitum recipere. Plaut. Epid. 2. 2. 21.
Animam. Quintil. in procem. lib. 6. Animam recipere, auramque communem haurire amplius potui?
Animum. Ter. Adelph. 3. 2. 26.
Animum vultumque. Ovid. 4. Faſt. 615.
Animum vel animos a, vel ex pavore. Liv. 2. 50. Idem 21. 5. extr.
Mentem. Virg. 11. Æn. 899.
Se recipere, pro Ad ſe redire, & animum ac vires reſumere. Cic in Somn. Scip. 11. Quæ quum intuerer ſtupens, ut me recepi, Quis hic, inquam, quis eſt qui complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus?
Recipere, Recuperare, ut
Libertatem priſtinam recipere. Cajus in l. Adeo. in prin. D. de acquir. rer. domin.
Res amiſſas. Liv. 3. 63.
Urbem aliquam recipere. Cic. de Senect. 11. Tarentum vero, qua vigilantia, quo conſilio recepit?
Recipere ſe, Servare, ab his fere, quæ cum periculo conjuncta ſunt.
Ab undis ſe recipere. Virg. 4. Georg. 404.
Ad aliquem fuga recipere ſe. Cæſ. 1. Bell. Gall. 15.
In portum ſe. Cic. 5. de Finib. 15. Ex quo tantus error conſequitur, ut quem in portum ſe recipiant, ſcire non poſſint.
In montem ſeſe. Cæſ. 1. Bell. Gall. 25.
Sub murum ſe. Cæſ. 2. Bell. Civil. 14.
Recipere, In tutum reducere, liberare. Virg. 6. Æn. 111.
— medioque ex hoſte recepi.
in tutum recipi. Liv. 2. 19.
In periculo aliquem recipere. Vatin. Cic. 5. Fam. 9. Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepiſti.
Ab aliquo pœnas, Sumere. Virg. 4 Æn. 656.
Ulta virum, pœnas inimico a fratre recepi. Bene Recepi, inquit Servius, quaſi debitas.
Recipere ſe, Reverti, ſimpliciter. Ter. Phorm. 2. 4. 22.
Percunctatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.
Ad diem ſe recipere. Cic 3. Off. 45. Qui quum ad diem ſe recepiſſet, &c.
Ex opere ſe recipere. Plaut. Men. 5. 3. 7.
Aliquò recipere ſe. Cic. 1. Att. 20. pr. Cum a Pompejano me Romam recepiſſem.
Ab Actio quum Samum inſulam in hiberna ſe recipiſſet. Suet. in Auguſt. cap. 17.
Domum ſe recipere. Ter. Phorm. 5. 4. 7.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa, &c.
Ad limina greſſum recipere, Regredi. Virg. 11. Æn. 26.
Ad cœnam ſe recipere ad aliquem, Ire ad cœnam. Plaut. Capt. 4. 2. 51.
Ad dominum domum te recipe. Plaut Trin. 4. 8. 8.
Ad me recipe te. Plaut. Perſ. 1. 1. 48.
Ex loco aliquo ſe recipere. Cic 6. Verr. 26. Et quum ex hiſce ſe locis reciperent, eodem deferrentur.
Domo me recipio tempore. Cic. 12. Att. 6.
Recipere, in cuſtodiam, Tutelam. Plaut. Rud. 3. 3. 34.
Nos in cuſtodiam ut tuam recipias & tutere. Et apud Plin. in Paneg. Recipere in tutelam.

Sinu recipere. Cic. de Univerſ. 36. Ite orientur animantes, quos & vivos alatis, & conſumptos ſinu recipiatis.
Domum recipere cuſtodiendum aliquem. Liv. 39. 50. pr.
Recipere ſe in principem, In qualitatem ac perſonam Principis. Plin. in Paneg. cap. 76.
Recipere ſe ad frugem. Cic. pro Cœl. 28. Sed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dedidiſſent, emerſiſſe aliquando, & ſeſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe.
Recipere, Accipere, ut
Animis recipere conſilia alicujus. Liv. 22. 39. pr. Sed in emendatis libris eſt Accipere.
In aures recipere, Audire. Plaut. Ciſt. 2. 1. 34.
Epiſtolas recipere. Cic. 12. Att. 36. A te heri duas epiſtolas recepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die a tabellario. ζητ. an recte Recepi. H. St.
Sonum recipiunt aures. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Aures quum ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ ſunt.
In ſe omnia recipere, Capere, Comprehendere. Cic. 4. Acad. 118. Plato ex materia, in ſe omnia recipiente, mundum eſſe factum cenſet a deo ſempiternum.
Auſteritatem recipere dicuntur vina, Admittere, Pati. Plin. lib. 14. cap. 2. Vina, primo dulcia, auſteritatem annis recipiunt, & rubra fiunt. In vetuſto exemplari legitur Accipiunt.
Caſum recipere res aliqua dicitur. Cæſ. 3. Bell. Civil. 51. Quæ res tamen fortaſſe aliquem reciperet caſum, ne imperatorias ſibi partes ſumpſiſſe videretur.
Cunctationem non recipit hæc res. Liv. 29. 24.
Detrimentum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 9.
Frenum recipit equus. Hor. 1. Epiſt. 10. 36.
Fulgur lotima receperunt oſſa. Ovid. 11. Met. 417.
Ignem recipere dicitur lignum, & ſimilia. Plin. lib. 14. cap. 20. Fæx vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat.
Incrementum, Capere. Columel. lib. 5. cap. 6.
Recipere, Approbare. Quintil. lib. 8. cap. 6. p. 737. Burm. de Metonymia loquens, Ex eo quod continetur, uſus recepit Bene moratas urbes, & Poculum epotum, Sæculum felix. Budæus.
Recipere in mores, Obſervatione quadam, non legibus confirmare. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Recipi in cibum, vel in menſas, dicitur herba, vel avis, quam recipitur pro cibo. Plin. lib. 22. cap. 22. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens. Et lib. 10. cap. 26. Quæ noviſſimæ ſunt peregrinarum avium in menſas receptæ, propter ingratum virus. De Africis gallinis.
In ſedem recipere, & Recipere dorſo dicitur equus hominem. Plin. lib. 8. cap. 42. Neminem hic alium, quam Alexandrum, regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, alios paſſim rejiciens. De equo Alexandri. Idem ibidem. Nec Cæſaris dictatoris quenquam alium recepiſſe dorſo equus traditur.
Recipere aliquem, Admittere in urbem, vel Ad ſe. Cic. 3. Off. 48. Cyrſilum quendam ſuadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt.
Adytis recipere ſuis. Columel. lib. 1. in præf.
Civitate recipere. Cic. pro Corn. Balb. 31. Ubi eſt igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem Populus Romanus Gaditanum recipiat civitate?
Hoſpitio recipere aliquem. Ovid. 5. Met. 658.
Menſa, lare, tecto, &c. aliquem recipere. Liv. 26. 25. Cic. 4. Verr. 26. Idem pro Cluent. 170. Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, &c.
Portis non recipi, aut duci in mœnia poſſint. Virg. 2. Æn. 187.
Tectis ac ſedibus ſuis aliquem recipere. Cic. 2. de Lege Agr. 89.
Tectoque animoque recepi. Ovid. 6. Epiſt. 55.
Thalamo & animo aliquem recipere. Ovid. 2. de Arte Am. 407.
Ad deos recipi. Liv. 4. 15.
Ad ſe hoſpitio recipere aliquem domum. Cæſ. 2. Bell. Civil. 20.
Ad ſeſe aliquem. Virg. 2. Æn. 524.
In aciem ſecundam aliquem. V. ACIES.
In cælum. Ovid. 2. Met. 529.
In domum recipere hoſpitem. Cic. 1. Off. 139. Sic in domo clari hominis, in quam & hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittenda hominum cujuſque generis multitudo.
In navem eandem. Cic. 3. de Nat. Deor. 89. Non injuria ſibi illud accidere, qui illum in eandem navem recepiſſent.
In cenitbons aliquem. V. CENITION.
In amicitiam. Cic. 2. Att. 20. Numeſtium ex litteris tuis ſtudioſe ſcriptis libenter in amicitiam recepi.
In deditionem. Cæſ. 3. Bell. Gall. 21.
In familiaritatem aliquem. Cic. 2. Philip. 78. Quem plane perditum ære alieno, egentemque, ſi eundem nequam hominem audacemque cognoverat, hunc in familiaritatem libentiſſime recipiebat.
In fidem civitatem. Plin. lib. 7. cap. 26. Cæſ. 2. Bell. Gall. 15. Cæſar honoris Divitiaci cauſa atque Heduorum, ſeſe eas in fidem recepturum, & conſervaturum dixit. Ibid. lib. 8. 27 pr. Cic. 1. Off. 35. Ut ii qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more majorum.
In fidem ſuam aliquem. Cic. 13. Fam. 70. Ut igitur eum recipias in fidem, habeaſque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo.
In fidem & neceſſitudinem. Cic. 13. Fam. 20. Sed eo vehementius ete contendimus, ut Lyſonem in fidem, neceſſitudinemque tuam recipias.
In gratiam. Cic. pro Rabir. Poſt. 19. Quem, ex tantis inimicitiis receptum in gratiam, ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum violare non debeo.
Cognitio recepta eſt, i. e. Admiſſa eſt actio cauſæ. Plin. Epiſt. 108.
Ignorantiam alicujus recipere, i. e. Excuſationem ignorantiæ admittere. Ulpian. 10 l. Si fidejuſſor. §. 1. D. Mandati, vel contra.
Hoſpites recipere. Cic. 3. Verr. 121. Quum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum.
Recipere ſervum, inquit Ulpian. D. de ſervo corrupto, l. 1. eſt Abſcondendi cauſa ſervo refugium præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno, loco, ædificiove.

Recipere, Excipere ad uſum ſuum, & reſervare: quod fit quum quis venditis ceteris, ſibi quippiam reſervat. Plaut. Trin. 1. 2. 157.

—ubi nunc adoleſcens habet?

c. Poſticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. Nonius 4. 399.

Recipere, eſt Exceptum facere. Budæus, Recipere, antiquum verbum juris. Gell. lib. 17. cap. 6. Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſmittebat, ea recipere dicebatur: ſicuti nunc quoque in venditionibus quæ excipiuntur, neque veneunt. Receptitius ergo ſervus mulieris eſt proprius, quem cum pecunia reliqua mulier receperat, neque dixerat doti, ſed retinuerat.
Nomen abſentis recipere. Cic. 4. Verr. 94. Et hac actione quam voletis multi dicent, & qui ex iſto ipſo audierint, viri primarii noſtri ordinis, & alii, qui interfuerint quum abſentis nomen reciperetur. i. e. Inter reos reciperetur, inquit Bud. Valer. 3. 7. 9. de M. Antonio, Lex Memmia eorum, qui Reipub. cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat. V. NOMEN.
Recipere corpore telum. Virg. 9. Æn. 348. h. e. Educere, inquit Servius. ut 10. Æn. 383.

—haſtamque receptat
Oſſibus hærentem.

Senſu alio. Cic. pro Roſc. Amer. 33. Ajunt hominem (ut erat furioſus) reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. h. e. Admiſiſſet, ſeu intrare permiſiſſet.
Recipere, Extinguere, proſternere. Virg. 9. Æn. 348.

Pectore in adverſo totum cui cominus enſem
Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit. Nonius 4. 399.

Recipere, Facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere. Cic. 5. Fam. 8. Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſervaturum. Ter. Phorm. 5. 8. 9.

Quid ad me ibatis? ridiculum. an verebamini
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel? [Subauditur In me.

Ad ſe recipere, In ſuam fidem & periculum accipere. Ter. Heaut. 5. 5. 12. Ad me recipio, faciet.
In ſe recipere. Cic. 13. Fam. 11. Sed tamen ſeparatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptati & uſui.
In me recipio & tibi ſpondeo. Cic. 13. Fam. 18.
Recipere, Promittere. Cic. 6. Fam. 7. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret & auferret: aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum.
Thermus omnia ſe facturum recepit. Cic. 5. Att. 13.
Recipere alicui. Cic. 5. Att. 13. Ut ego ei coram dixeram, mihique ille receperat. Idem 13. Fam. 3. Velim ita tractes, ut mihi coram recepiſti.
Cauſam capitis recipere. Cic. poſt Red. ad Quir. 11. i. e. Defendendam ſuſcipere. Idem 4. Verr. 1. Recepi enim cauſam Siciliæ.
Fidem de aliquo recipere. Cic. 2. Att. 22.
Mandatum recipere. Cic. pro Roſc. Amer. 112. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es?
Officium receptum perſolvere. Cic. 7. Verr. 172. Quum & Populo Romano ſatisfactum, & receptum officium Siculis, neceſſariis meis, erit perſolutum.
Onus aliquod recipere. Cic. in Orat. 35. Volo mihi tecum commune eſſe crimen, ut ſi ſuſtinere tantam quæſtionem non potuero, injuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti.
Inter Recipere, & Suſcipere. Cic. 1. Verr. 26. Ego in hoc judicio mihi Siculorum cauſam receptam, Populi Rom. ſuſceptam eſſe arbitror. Ubi Aſcon. Suſcipitur totum, Recipitur pars: Suſcipitur quod principale eſt, Recipitur quod hinc pendet: Suſcipitur ſolum aliquid propter ſe, Recipitur etiam propter aliud. Cic. 2. de Orat. 101. In quo eſt illa quidem magna offenſio, vel negligentiæ ſuſceptis rebus, vel perfidiæ receptis. [Suſcipimus ultro, Recipimus promiſſo rogati.
Recipere & Reſpuere, contraria. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Cognoſcere & Recipere. Cic. 1. Tuſc. 3. Sero igitur a noſtris poetæ, vel cogniti, vel recepti.
Recipere, Revocare. Lucil. lib. 29. Primum ex adverſo, ſi quod eſt cœnaculum, quo recipiat te. Virg. 2. Æn. 524.

—ſic ore effata recepit
Ad ſeſe.

Receptum eſt, Imperſonale, pro Approbatum eſt, ut ait Budæus. Plin. lib. 28. cap. 2. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermones de ſe, receptum eſt.
Ratione falſa receptum eſt. Lucret. lib. 1. 378.
RECEPTUS, a, um. Partic. [illegible] ut Recepti in civitatem dicuntur, Qui cum ſuffragio cives ſunt effecti, ut apud Livium ſæpe legitur.
Ex facili nulloque urgente receptus. Lucan. lib. 4. 46.
Cælo receptus. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Sede cæleſti receptus. Ovid. 3. de Pont. 5. 53.
Amans receptus tota nocte. Propert. lib. 2. 14. 28.
Enſis receptus pectore. Senec. Thyeſt. 8.
Receptus mos, eſt, Quem ſua ſponte civitas alienum adſcivit. Feſtus.
Perſuaſio publice recepta. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Preces receptæ. Stat. 4. Silv. 1. 9.
Somnus receptus parte oculorum. Ovid. 1. Met. 686.
Verba acre recepta. Ovid. 4. de Pont. 4. 14.
Receptus, Servatus. Virgil. 1. Æn. 180.

—frugeſque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo. i. e. Liberatas,

inquit Servius, ut, Medioque ex hoſte recepit. Virg. 6. Æn. 111.
RECEPTUM, i. n. [ἀναδεχθέν] Cic. 2. Philipp. 79. Promiſſum & receptum intervertit, ad ſeque tranſtulit.
Promiſſo ac recepto ſuo ſatisfacere. Cic. 7. Verr. 138.
RECEPTIO, ōnis. f. [ἀνάδεξις] Plaut. Aſin. 5. 2. 70.

Quid tibi hue receptio ad te eſt meum virum? i. e. Quare recipis ad te virum meum? Verbale nomen cum caſu verbi.

RECEPTUS, ûs. m. [ἀναδοχή] Ipſe recipiendi ſe actus. Liv. 8. 10. Brevitate ipſa loci, facilique receptu in tam propinqua caſtra, haud ægre militem a multa cæde eſt tutatus.
Receptui canere, eſt Tuba e prælio exercitum revocare. [ἀνακαλεῖν] Cic. 12. Philipp. 8. Quis enim revocante & receptui canente Senatu properet dimicare?
Per tranſlationem, pro Diſcedere & abire. Cic. 3. Tuſc. 33. Vetat igitur ratio

ratio intueri moleſtias, abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miſerias contemplandas: a quibus quum cecinit receptui, impellit rurſum & incitat ad conſpiciendas, totaque mente contrectandas varias voluptates.
Receptui ſignum dare. Liv. 2. 62.
Receptui ſignum, aut revocationem a bello audire. Cic. 13. Philipp. 15.
Receptus nimis pertinacis ſententiæ, apud Livium lib. 4. 57. pro Reſipiſcentia a ſententia pertinaci. Alia conſtructione, lib. 28. Receptus a malis conſiliis.
Receptus, [ὑποχωρή] Locus in quo ſe tuto recipit exercitus, & ſine periculo hoſtem reſpectare poteſt. Virg. 11. Æn. 527.
Planities ignota jacet, tutique receptus.
Habere aliquem receptum. Cic. 10. Fam. 11.
Amittere receptum. Cic. 8. Att. 19. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam.
RECEPTOR, ōris. m. [ὑποδέκτης] Qui latrones, eorumque ſurrepta recipit, occultatque. Cic. pro Milon. 50. Suſtinuiſſet hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator & receptor locus, dum neque multa ſolitudo indicaſſet, neque cæca nox oſtendiſſet Milonem. Al. Receptator. Ulpian. l. 3. Quo naufr. §. 3. Non tantum. ff. de incend. ruin. naufrag. &c. Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque qui recepit, ex cauſis ſupre ſcriptis, tenetur: quia receptores non minus delinquunt, quam aggreſſores. Al. Receptatores.
Prædarum receptor. Tacit. 4. Ann. 23.
RECEPTRIX, īcis. f. [ὑποδέκτρια] Cic. 6. Verr. 17. Tua, inquam, tua Meſſana, tuorum adjutrix ſcelerum, libidinum teſtis, prædarum ac furtorum receptrix.
RECEPTIBILIS, e. Adj. Auguſt. de Trin. 5. 13. Noſtra ſcientia eſt amiſſibilis & receptibilis.
RECEPTITIUS, a, um. Adj. Quod reſervatur. Unde, Receptitius ſervus appellatus eſt, Nuptæ mulieris proprius, quem ſcilicet, quum dotem marito daret, ſibi reſervavit. Quoties enim mulier in danda viro dote, aliqua ex ſuis bonis retinet, nec ea ad virum tranſmittit, recepta ea dicitur. Cato apud Gell. lib. 17. cap. 6. V. Recipere, pro Excipere ad uſum ſuum, in ipſo verbo.
Receptitia dos apud Cajum l. 31. §. 2. D. de mort. cauſ. donat.
RECEPTORIUS, a, um. Adj. Tertull. de Reſ. carn. cap. 27. Locus receptorius.
RECEPTORIUM, i. n. Idem ac Receptaculum. Sidon. 3. Epiſt. 17. Nunciatum eſt progredi Epiſcopum de receptorio.
RECEPTO, [ὑποδέχομαι] āre. frequentat. Ter. Heaut. 5. 2. 15.
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium, Clitipho,
Victus, veſtitus, quo in tectum te receptes. Idem Hec. 5. 1. 16.
Quid iſtuc eſt? meum receptas filium ad te Pamphilum. Liv. 5. 8.
Animam receptare. Lucret. lib. 3. 504.
Suo ſuo cuncta receptat natura. Lucan. lib. 7. 810.
Receptare, Concedere, probare. Lucret. lib. 1. 669.
Scilicet ea illa facere id ſi parte receptent,
Occidet ad nihilum, &c. Codices veteres habent Reparcent, plane mendoſe, ut ait Lambin. conf. Recipere telum in RECIPIO.
RECEPTATIO, ōnis. f. Ammian. Marcell. lib. 20. ſub fin. Pro receptatione ſpiritus. Sed varia eſt lectio, de qua V. Valeſ. in loc.
RECEPTĀTOR, ōris. m. Qui fures, eorumque furta domi ſuæ receptat, ſeu recipit & occultat. Vulgus *Recelatorem* vocat. Marcianus Juriſconſ. l. 1. D. tit. De receptatoribus, Peſſimum, inquit, genus eſt receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. Al. Receptoribus & Receptorum.
Receptator hoſtium atque defenſor Rhenus. Flor. 3. 10. 9.
Ille latronum occultator & receptator locus. Cic. pro Milon. 50. V. RECEPTOR ſupra.
RECEPTĀCŬLUM, i. n. [ὑποδοχή, δοχεῖον, καταφύγιον] Confugium. Cic. 7. Verr. 58. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ.
Receptaculum omnium purgamentorum urbis. Liv. 1. 56.
Niſi illud & rei frumentariæ ſubſidium, & receptaculum claſſibus noſtris pateret. Cic. 4. Verr. 3.
Receptaculum animi corpus. Cic. 1. Tuſc. 52. Corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum.
Mors æternum nihil ſentienti receptaculum. Cic. 5. Tuſc. 117.
Cibi receptaculum ventriculus. Lactant. de Opific. Dei, cap. 11.
RĔCIPRŎCUS, a, um. Adj. ſec. comm. [παλινδρομος, ἀντίστροφος] dicitur Quod eo redit, unde prodiit. Spiritus reciprocatur quum rurſum reſorbetur. Et, Unda a litore excuſſa, rurſus litus alluens, reciprocari dicitur. Et, Horæ reciprocantur, quum expleto legitimo curſu, rurſum ad priſtinum ordinem redeunt. Illud aliter Pronomina reciproca ad id, unde prodierant revocantur. Hæc Ereſmus. Varro de L. L. 6. 5. A recipiendo derivat reciprocum, qui eſſe aſſerit, Id quod aliunde profectum, redit eo unde profectum eſt. Rectius alii a PROCUS.
Amnis reciprocus, Refluus. Plin. lib. 9. cap. 57.
Mare reciprocum. Idem lib. 5. cap. 4. Tertius ſinus dividitur in geminos, duarum Syrtium, vadoſo ac reciproco mari diros. Sil. lib. 3. 60.
Fertque, refertque fretum, ſequiturque reciproca Tethys
Argumenta reciproca, Græcis ἀντιστρέφοντα dicta, vitium ſunt in oratione longe maximum, quum ſcilicet argumentum propoſitum referri contra convertique in eum poteſt, a quo dictum eſt, & utrumque pariter valet, quale eſt illud pervulgatum Protagoræ, de quo Gell. lib. 5. cap. 10. V. & lib. 9. cap. 16.
Motus reciproci. Sen. Herc. fur. 12.
Tela reciproca. Varro, Reciproca tendens nervo equino concita tela. Quod ſic accipit Turnebus, quum arcus tenditur, ſagitta ad nos verſus trahitur, quæ mox, dum mittitur, in eam partem, unde trahebatur redit, idque eſt quod reciprocum appellat.
RECIPRŎCO, [ἀντιστρέφω, παλινδρομέω] āre. Repetere, reflectere, remittere, retrogredi. Liv. 21. 57. Quum jam ſpiritum intercluderet, nec reciprocare animam ſineret, averſi a vento parumper conſedere. Cic. 1. de Divin. 10. Siquidem iſta ſic reciprocantur, ut ſi divinatio ſit, dii ſint: & ſi dii ſint, ſit divinatio. Idem 3. de Nat. Deor. 24. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? Liv. 28. 30. Quinqueremem ſatis credens, deprehenſam rapido in freto, in adverſum æſtum reciprocari non poſſe.
Reciprocare cœpit mare, magno tractu aquis in ſuum fretum recurrentibus, reddebatque terras paulo ante profundo ſalo merſas. Curt. lib. 9. 9. 20.

Reciprocare manu telum. Gell. lib. 9. cap. 11.
Reciprocare item, pro Recipere. Nonius 2. 737. Reciproca animum, inquam, odioſe. Ex vet. Ennius Andromeda, Riſcus prorſus reciprocat, fructus ferem. [Mercer. Rufus & Fluctus. Legendum Rurſus, prorſus. Idem interpretationis loco aſteriſcum poſuit.
RECIPROCANS, Partic. ut Reciprocantes aquæ. Flor. lib. 2. cap. 8.
RECIPROCĀTUS, a, um. Partic. ut Reciprocata viciſſitudo. Arnob. lib. 2. adverſ. Gent. Cujus eſt autem pudoris, maledicti & criminis loco dare ea, quæ in te poſſint reciprocata viciſſitudine retorqueri?
RECIPROCATIO, ōnis. f. [ἀντιστροφή] Retrogreſſio. Plin. lib. 8. cap. 52. Quum circumactum anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca. Idem lib. 9. cap. 8. Obſervata æſtus reciprocatione. Idem lib. 11. cap. 24. Longitudo fili a culmine ac rurſus a terra per illud ipſum velox reciprocatio.
RECISAMENTUM, RECISIO, RECISUS. V. RECIDO.
RĔCĪTO, [λέγω, ἀπαγγέλλω, ἀναγινώσκω] āre. ex Re & cito, are. compoſitum; Scripturam clara voce, ut alii audiant, intelligantque, legere. Cic. 4. Verr. 23. Quid ego nunc hic Sext. Pompeji Chlori teſtimonium recitem?
Recitare identidem. V. IDEM.
Clare recitare. Plaut. in Perſ. 4. 3. 30.
Carmen recitare. Ovid. 3. de Pont. 3. 39.
Edictum recitare. Cic. pro Quint. 39.
Litteras in ſenatu. Cic. 10. Fam. 26. Cave putes ullas litteras unquam graviores, quam tuas in Senatu eſſe recitatas.
Scripta recitant in medio foro. Hor. 1. Serm. 4. 73.
Recitare de, vel ex. Cic. pro Cluent. 135. Cui loco reſpondere poſſe vix videor, quod elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatii patris. Idem 5. Verr. 26. De quæſo ſcribæ, recitet ex codice.
De tabulis publicis recitare. Cic. pro Flacc. 40.
Recitatus hæres teſtamento, Factus, pronunciatus, ſcriptus. Plin. lib. 7. cap. 50. Apertoque teſtamento recitatum hæredem minorem funeri inſtitiſſe.
Recitare Senatum, aut Senatorem. Cic. pro Domo, 84. Patrem tuum, &c. L. Philippus Cenſor avunculum ſuum præterit in recitando Senatu. [i. e. In recitando laterculo ſenatorum. V. Legere ſenatum in LEGO.
Recitare, Memoriter enunciare. Quintil. Declamat. 6. At iſta legem recitat. De muliere cæca. Celſ. lib. 3. cap. 18. Quin etiam recitare, ſi qua meminerunt, cogendi ſunt. De phreneticis.
RECITATIO, ōnis. f. [ἀνάγνωσις] Cic. pro Cluent. 141. Craſſus tum ita Brutum ultus eſt, ut illum recitationis ſuæ pœniteret.
Litterarum recitatio. Cic. pro Domo 22.
Item Lectio ſcriptorum in cœtu amicorum, ut judicium de iis fieret. Plin. 1. Epiſt. 13. Poſſum jam repetere ſeceſſum, & ſcribere aliquid quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuiſſe, ſed creditor.
RECITĀTOR, ōris. m. [ἀναγνώστης] Cic. 2. de Invent. 139. Neque enim vos ſcripti ſui recitatores, ſed voluntatis interpretes fore putavit. Idem pro Cluent. 141. Tres & Ipſe excitavit recitatores cum ſingulis libellis.
Acerbus recitator. Hor. de Arte Poet. 474.
Recitatores ſunt etiam, Qui in cœtu amicorum ſcripta ſua recitant. Sen. Epiſt. 95. Recitator hiſtoriam ingentem attulit minutiſſime ſcriptam, arctiſſime complicatam, & magna parte perlecta; Deſinam, inquit, ſi vultis. Acclamatur, Recita, recita, ab his, qui illum obmuteſcere illico cupiunt. Plin. 1. Epiſt. 13. Subinde ſibi nuntiari jubent, an jam recitator intraverit. conf. RECITATIO.
RECLĀMO, pr. comm. [ἀντιλέγω, ἀντιβοάω, ἀναβοάω] āre. Clamore adverſari, non acquieſcere, repugnare, refragari. Cic. 6. Verr. 41. Reclamat Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium. Ibid. 76. Res agitur in Senatu, vehementer ab omnibus reclamatur.
Ager canenti domino reclamat, Reſpondet ad vocem. Stat. 4. Silv. 5. 20. Idem 3. Theb. 120.
Fervet iter gemitu, & plangoribus arva reclamant.
Æquora ſcopulis illiſa reclamant. Virg. 3. Georg. 261.
Ratio vere reclamat. i. e. Contradicit. Lucret. lib. 1. 617.
Theatra tota reclamant. Cic. 3. de Orat. 194. At in his ſi paulum modo offenſum eſt, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.
Reclamare in libertatem. V. PROCLAMO.
Reclamo tibi pro reo, i. e. Reprobo cum clamore quæ in reum dicis. Plin. 3. Epiſt. 9.
Reclamari, Paſſivum, pro Objici. Quintil. lib. 12. cap. 1. Nunc de iis dicendum, quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur.
Ab univerſo Senatu reclamatum eſt. Cic. pro Domo 10.
RECLAMATIO, ōnis. f. [ἀναβόησις] Cic. 4. Philipp. 5. Præclara & luculenta reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobaviſtis. h. e. Nova acclamatione, iterato clamore. Re, enim, ait Cælius Secundus, hic repetit, non contrarium dicit.
RECLAMĀTOR, ōris. m. Apul.
RECLAMĀTRIX, īcis. f. Mart. Capel.
RECLAMĪTO, [ἀναβοάω] āre. frequent. Cic. pro Roſc. Amer. 66. Magna eſt enim vis humanitatis, multum valet communio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.
RECLINATORIUM, RECLINIS, V. RECLINO.
RECLĪNO, pr. comm. [ἀνακλίνω, κατακλίνω] āre. Ad aliquid flexum eſſe, recurvari & reflecti. Cic. in Arato, 417.
At Cepheus caput atque humeros, palmaſque reclinat. Plin. lib. 29. cap. 3. Candido ovorum in oculis & pili reclinantur ammoniaco trito, admiſtoque. Cornarius in Dioſc. lib. 2. cap. 41. Ex Galeno Reclinantur exponit Agglutinantur.
Nullum a labore me reclinat otium. Horat. H. St. Exſtant Epod. 17. 24.
Reclino, neutrum eſt apud Senecam in Conſolatione ad Marciam, cap. 2. In quem onus imperii reclinaret.
RECLINĀTUS, a, um. Partic. [ἀνακλιθείς] Hor. 2. Carm. 3. 7.
Seu te in remoto gramine, per dies
Feſtos reclinatum, bearis
Interiore nota Falerni. h. e. Reſupinum, Recumbentem. Porphyr.
RECLINĀTŌRIUM, i. n. V. Barthii Adverſ. 35. 13.

omnes diſſenſiones, quorum nulla exitium Reipub. quæſivit, ejuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, ſed internecione civium dijudicatæ ſint.

Pl. Gratiarum reconciliationes. Cic. Poſt redit. ad Quirit. 23.

RECONCILIĀTOR, ōris. m. [illegible] Liv. 35. 45. Phaneas reconciliatore pacis & diſceptatore de iis, quæ in controverſia cum Pop. Rom. eſſent, utendum potius Antiocho cenſebat, quam duce belli.

RĔCONCINNO, [illegible] āre. Denuo vel rurſum concinnare, hoc eſt Expolire. Plaut. Men. 2. 3. 70.

Pallam illam, quam dudum dederas ad phrygionem ut deferas,
Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur quæ volo.

Cic. 2. Q. frat. 6. Tribus locis ædifico: reliqua reconcinno. Varr. 3. de R.R. cap. 16. extr. Hoc faciundum ſecundum alvos, ut reconcinnatæ ad ſuum quæque opus & domicilium redeant. Al. Reconciliatæ.

Reconcinnatur detrimentum. Paſſive. Cæſ. 2. Bell. Civil. 15. Diuturni laboris detrimentum ſolertia & virtute militum brevi reconcinnatur.

RĔCONDO, condidi, conditum, [illegible] ĕre. Reponere, contegere. Cic. 2. de Nat. Deor. 108.

Hoc caput hic paulum ſeſe ſubitoque recondit.

Ex Arato. Plin. lib. 7. cap. 53. Flammæ vi e rogo ejectus, recondi propter ardorem non potuiſſet.

Caput ſtrato recondere. Ovid. 11. Met. 649.

Gladium recondere in vaginam. Cic. 2. de Invent. 14. Gladium propter appoſitum e vagina eduxit, & illum alterum occidit, nummos abſtulit, gladium cruentatum in vaginam recondidit.

Gladium lateri. Ovid. 12. Met. 482.

Glandem recondere tabulatis fumo, vel ciſternis in aquam. Columel. lib. 7. cap. 9.

In vaſis aliquid recondere. Columel. lib. 10. cap. 15.

In aliquem locum ſe recondere. Quintil. lib. 10. cap. 3.

Interius recondere venerem. Virg. 3. Georg. 137.

Nummos aurumque. Hor. 2. Serm. 3. 109.

Oculos erigere, & Recondere, oppoſita. Ovid. 4. Met. 146.

Opes recondere. Ovid. 1. de Arte Am. 628.

Uvas recondere in amphoras. Plin. lib. 12. cap. 16. Uvas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

Mens aliqua ſic recondidit, e quibus memoria oritur. Cic. 4. Acad. 30.

Multi præterea, quos fama obſcura recondit. Virg. 5. Æn. 302.

RECONDĬTUS, a, um. [illegible] Partic. Plin. lib. 10. cap. 33. Merops vocatur, genitores ſuos reconditos paſcens.

Clauſum & reconditum. Cic. 6. Verr. 42. Statuerunt ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumque eſſet.

Sepoſitum & Reconditum. Cic. 6. Verr. 23. Quod celari oportebat, habebant ſepoſitum & reconditum. Hor. 3. Carm. 28. 2.

—prome reconditum, Lyde, ſtrenua Cæcubum.

Ægyptus recondita. Cic. 2. de Lege Agr. 41. Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus? ut occulte latet? ut recondita eſt?

Angulus reconditus ac derelictus. Cic. 5. Verr. 193. Angulum mihi aliquem eligas provinciæ reconditum ac derelictum.

Saltus reconditi. Catul. 32. 11.

Mores penitus reconditi. Cic. 1. de Legib. 26. Tum ſpeciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret.

Natura triſtis ac recondita. Cic. pro Quint. 59. Vixit enim ſemper inculte atque horride: natura triſti ac recondita fuit: non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt.

Artes, Arcanæ, abſtruſæ, non vulgares. Cic. 1. de Orat. 8. Studia quæ reconditis in artibus verſantur.

Litteræ reconditæ, Interiores. Cic. 15. Fam. 21. Multæ erant & reconditæ litteræ. Idem de Clar. Orat. 265. Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ.

Reconditiora. Cic. 4. Acad. 10. A me enim ea, quæ in promptu erant, dicta ſunt: a Lucullo autem reconditiora deſidero. Cic. 11. Fam. 20. Ad has litteras ſtatim mihi reſcribe: tuorumque aliquem mitte, ſi quid reconditum magis erit.

RĔCONDŪCO, ĕre. Iterum conducere. Ulpian. In l. Item quæritur. §. Qui impleto. D. Locati & conducti, Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione: non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignora videntur durare obligata. Quintil. Declam. 12. Vicinarum provinciarum copias reconducit.

RECONDUCTUS, a, um. Partic. Plin. 29. 1. Unum ægrum ex provincialibus HS ducentis reconductum.

RECONFLOR, [illegible] āri. Rurſus conflari. Lucret. lib. 4. 925.

Unde reconflari ſenſus per membra repente
Poſſit? h. e. Reſuſcitari.

RECONVĔNIO, īre. Actionem contrariam intentare. &

RECONVENTIO, ōnis. f. Voces apud JCtos. [De iterata conventione.

RĔCŎQUO, coxi, coctum, [illegible] ĕre Iterum coquere. Martial. lib. 11. 46.

Altera non deerunt tenui verſata favilla,
Et Veſuvinſi muſſa recocta foco.

Recoquere, per tranſlationem, Rurſus erudire, polire & formare, tanquam ea, quæ iterum coquuntur, ut meliora fiant. Quintil. lib. 12. cap. 6. de Cicerone, Quum jam clarum meruiſſet inter patronos, qui tunc erant, nomen, in Aſiam navigavit: ſeque & aliis ſine dubio eloquentiæ ac ſapientiæ magiſtris, ſed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, reformandum ac velut recoquendum dedit. Cic. de Senect. 83. Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit, neque tanquam Peliam recoxerit.

Spiculis recoxit. Lucan. lib. 7. 148.

RECOCTUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Paſſum recoctum. Stat. 4. Silv. 9. 38.

Recocti aulici, i. e. (inquit Budæus) Veteratores, & conſummati.

Senex recoctus. Catul. 54. 5. i 2. Qui ſæpius eundem magiſtratum geſſit. Victorius in Variis lectionibus ſignificari putat, ſenem illum ſtudio & artificio quodam ſenectam exuiſſe, & quaſi iterum juvenem factum exquiſito cultu corporis. [Videtur potius ſcomma in ſenem decrepitum & nequam, qui, velut alter Æſon, recoctus videretur.

Scriba recoctus ex Quinqueviro. Hor. 2. Serm. 5. 55. Recocti dicuntur ſcribæ, qui ſæpius pro Conſulibus ad provincias miſſi, exercitatiores facti ſunt ex ipſa frequentia & ipſo uſu. Acron. Lambinus vero ſic: Recoctum ſcribam appellat, vel quod ex Quinqueviro refectus erat Scriba, quod munus ante Quinqueviratum geſſerat: vel quia hic Coranus, quamvis aliquantum eſſet ætate provecta, ita firmus erat tamen, & validus, ut recoctus eſſe videretur. Nota autem eſt omnibus de Æſone a Medea recocto fabula. Alii Recoctum, Vafrum & callidum interpretantur, per tranſlationem. Hæc ille. V. Drakenb. ad Sil. 7. 403.

RĔCORDOR, [illegible] āri. Rurſus in cor revocare, vel iterum rem Cordi dare, hoc eſt in mentem revocare, reminiſci. Cic. 1. Tuſc. 57. Ex quo effici vult Socrates, ut diſcere nihil aliud ſit, quam recordari. Hor. 2. Epiſt. 2. 145.

Quocirca mecum loquor hæc, tacituſque recordor.

Ovid. 13. Met. 705.

Inde recordati Teucros, a ſanguine Teucri
Ducere principium.

Recordor hujus rei. Cic. pro Planc. 69. Hujus meriti in me recordor.

Recordor hanc rem. Cic. de Senect. 79. Ut pedeſtres navaleſque pugnas, ut bella a ſe geſta, triumphoſque recordentur. Idem 2. de Lege Agrar. 72. Eſt operæ pretium diligentiam majorum recordari.

Si rite audita recordor. Virg. 3. Æn. 107.

Benefacta priora recordari. Catul. 74. 1.

Verbera, ſecures, & cruces recordari. Cic. 5. Verr. 6. Is non tibi plus etiam, quam inimicum eſſe debeat, quum tua verbera, quum ſecures, quum cruces ad civium Romanorum ſupplicia fixas recordetur?

Recordor vocem, vultumque. Virg. 8. Æn. 156.

Et vocem Anchiſæ magni, vultumque recordor.

Recordari cum animo ſuo aliquid. Cic. pro Cluent. 70. Atque hæc, Judices, quæ vere dicantur a nobis, facilius credetis, ſi cum animis veſtris longo intervallo recordari C. Staleni vitam & naturam volueritis.

Recordor anteferre, pro Recordor me antetuliſſe. Cic. in Orat. 23. Sed ego idem, qui in illo ſermone noſtro, qui eſt expoſitus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel ut hortarer alios, vel quod amarem meos, recordor longe omnibus unum anteferre Demoſthenem. V. Grammaticos.

Recordari de. Cic. pro Planc. 104. Quoniam iſtis veſtris lacrimis de illis recordor, quas, &c. Idem 1. Tuſc. 13. Te ſi meliore memoria es, velim ſcire ecquid de te recordere.

Recordor quantum. Cic. 6. Verr. 129. Hinc colligere poteſtis, ſi recordari volueritis, quanta religione fuerit, eadem ſpecie atque forma ſignum illud, &c.

Ut recordor, per parentheſin. Cic. 13. Att. 6. Et, ut recordor, una, &c.

Recordanda & cogitanda. Cic. pro Sull. 26. Mihi ne ad ea quidem, quæ pro ſalute omnium geſſi, recordanda & cogitanda quicquam relinquitur temporis.

RECORDO, āre. ab antiquis uſurpatum. Quadrigar. Annal. lib. 5. Is ubi Dacium cognovit, & patria (alii patriæ) eum recordavit. Ex Nonio, 7. 65.

RECORDANS, antis. Partic. [illegible] Cic. 4. Att. 16. O navigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis.

RECORDĀTIO, ōnis. f. [illegible] Reminiſcentia. Cic. 1. Fam. 6. Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum.

Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque beneficiorum recordatio jucundiſſima eſt. Cic. de Senect. 9.

Ultimi temporis recordatione & proximi memoria. Cic. de Provinc. Conſ. 43.

Acerba ſane recordatio veterem animi curam moleſtiamque renovavit. Cic. 3. de Orat. 2.

Aſſidua recordatio. V. ASSIDUUS.

Doloris præteriti ſecura recordatio. Cic. 5. Fam. 12.

Veteris memoriæ non ſatis explicata recordatio. Cic. 1. de Orat. 4.

Fugere recordationes. Cic. 12. Att. 18. Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo.

Subit recordatio. Plin. 1. Epiſt. 9. al. Fundanum.

RECORDĀTUS, ûs. m. Tertull. de Reſur. Carn. cap. 4. Caro recordatui tuo erepta.

RĔCORRĬGO, ĕre. Senec. Epiſt. 51. Si modo ante incipimus formare animum noſtrum & recorrigere, quam indureſcat pravitas ejus.

RECRASTĬNO, pr. comm. [illegible] āre. Idem quod Procraſtinare, ſeu In diem craſtinum differre. Columel. lib. 2. cap. 21. Propter quæ recraſtinari non debet, ſed æqualiter flaventibus jam ſatis, antequam ea toto grana indureſcant, quum rubicundum colorem traxerunt, meſſis facienda eſt. conf. Plin. 17. 4.

RECREATIO, V. RECREO.

RECREAMENTUM, V. RECREMENTUM.

RECRĔO, pr. comm. [illegible] āre. Iterum creare. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. Atqui & noſtrorum augurum, & Hetruſcorum, & aruſpicum diſciplinam P. Scipione, C. Figulo COSS. res ipſa probavit, quos quum T. Gracchus COS. iterum, recrearet, primus rogatorum, ut eos retulit, ibidem eſt repente mortuus. Sed Al. Iterum, crearet. V. not. Daviſ. & Bouhier.

Recreare carnes, Rurſus creare. Plin. lib. 34. cap. 15. Præcipua tamen commendatio ejus in hygremplaſtro, ad purganda vulnera fiſtulaſque, & omnem callum erodendum, & raſis oſſibus carnes recreandas.

Recreari cum recipit res. Lucret. lib. 5. 278.

Recreare, [illegible] per tranſlationem, pro Inſtaurare, & quaſi novum facere. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. h. e. Reſtaurantur & reficiuntur. Idem lib. 12. cap. 1. Ex arboribus recreans membra olei liquor, vireſque potus vini.

Viribus recreandis, ore, ſtomachoque mulcendo, &c. Plin. lib. 22. cap. 24.

Recreari & confirmari. Cic. 7. Verr. 178. Poſteaquam iſte recreari & confirmari viſus eſt, lex ſtatim promulgata eſt.

Recreari & reſtitui. Cic. pro Roſc. Amer. 137. Tum vero in iſto bello, non recreatus, neque reſtitutus, ſed ſubactus, oppreſſuſque Populus Rom. eſt.

Recreor ejus nomine. Cic. in Somn. Scip. 1. Cujus ego nomine ipſe recreor.

Afflictos bonorum animos recreare. Cic. 1. Att. 13.

Arbor æſtiva recreatur aura. Hor. 1. Carm. 22. 17.

Humerum recreare. Hor. 3. Carm. 20. 13.

Litteris amicorum recreari. Cic. 16. Fam. 6.

Litteris

Litteris recreari & ſuſtentari. Cic. 4. Att. 9.
Mentem meam conſpectus veſter reficit & recreat. Cic. pro Planc. 1.
E morbo recreatus. Cic Poſt. redit. ad Quir. 4. Tanquam bona valetudo jucundior eſt eis, qui a gravi morbo recreati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt.
Recreant piacula. Horat. lib. 1. Epiſt. 1.

— ſunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.

H. St. v. 37. Hic eſt Sanare.
Perditum recreare. Cic. pro Lege Manil. 13. Idem 5. Verr. 212. Quibus illam tu provinciam afflictam & perditam erexiſti, atque recreaſti.
Se colligere & recreare. Cic. 1. Tuſc. 58. Quum ſe collegit atque recreavit, tum agnoſcit illa reminiſcendo.
Se ex magno timore recreare. Cic. 5. in Catil. 8.
Veritas debilitata recreatur. Cic pro Quint. 4. Ut multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur.
Vites recreare. Lucret. lib. 6. 5.
Vocem recreare. Cic 2. Att. 23. Et quum recreandæ voculæ cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, hæc dictavi ambulans.
Urbes dirutæ ac pæne deſertæ per aliquem recreatæ. Cic. 1. Q. frat. 1. 180.
Ex vulnere recreatus. Cic. 2. de Invent. 154.
Recreātio, ōnis. f. Plin. lib. 22. cap. 25. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.
Recreātor, ōris. m. Tertull. de Anim. cap. 43. Somnus recreator corporum. V. Gruteri Inſcript. p. 1095. n. 7.
Recrĕpo, āre. pr. comm. Ut reſono. Catul. 64. 59.

Leva tympanum remugit, cava cymbala recrepant.

i. e. Crepitum reddunt.
Recreſco, crēvi, pr. comm. [ἀναφύομαι] ĕre. Rurſum creſcere. Plin lib. 11. cap. 37. Cartilago rupta non ſolideſcit. Nec præciſa oſſa recreſcunt. Liv. 26. 41. Vos modo, milites, favete nomini Scipionum, ſoboli imperatorum veſtrorum, velut acciſis recreſcenti ſtirpibus.
Terra aucta recreſcit. Lucret. lib. 5. 261.
Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit. Ovid. 2. Epiſt. 5.
Recrĕmentum, i. n. [σκωρία] Id ipſum quod recrevit: hoc eſt, veluti purgamentum & retrimentum alicujus rei. Plin lib. 18. cap. 16. Farrago ex recrementis farris prædenſa ſeritur. Celſ. lib. 6. cap. 8. Ulcera, illinenda ſunt aut plumbi recremento, aut ceruſſa. i. e. Scoria. [Non poteſt a Recreſco deduci, repugnante ſignificatione. Potius itaque a Recerno deducendum, ut ab Excerno, Excrementum. Dicitur autem & Retrimentum, & Recrementum eadem ſignificatione. Gloſſ. Lat. Gr. Recrementum, [illegible]; item Retrimentum, [illegible]. & Gr. Lat. [illegible]; Detrimentum. Lego Retrimentum. conf. Retrimentum in retero.
Recrīmĭnor, āri. pr. comm. &
Recrīmĭnātio, ōnis. f. apud Auguſtin.
Recrūdeſco, ui, ĕre. pr comm. Renovari. Tractum a vulneribus, quæ agitatione nimia, vel male purgata, interdum pejora, id eſt cruda & nova fiunt. Cic. 4. Fam. 6. Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt.
Recrudeſcere dicitur dolor, qui denuo repetit. Curt. lib. 7. non procul ab initio, Recruduit ſopitus dolor. h. e. Sopitus qui fuerat.
Nefas recrudeſcit. Senec. Theb. 1.
Recrudeſcit ſeditio. Liv. 6. 18.
Recruduit pugna. Liv. 10. 19.
Recta, Recte, Rectio, Rector, Rectus. V. rego.
Rĕcŭbo, ui, itum, [ἀνάκειμαι] āre. proprie eſt Toto corpore jacere, ita ſcilicet compoſito, ut facilius ſomnum capere poſſis, Quieſcere, jacere. Virg. 1. Ecl. 1.

Tityre, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Ovid. 2. de Arte Am. 342.

Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.

Aliter Cic. 1. de Divin. 57. Eum primo, perterritum ſomnio, ſurrexiſſe: dein quum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe. h. e. Rurſus cubuiſſe. [Hic videtur Præteritum a Recumbo.
Recubare in. Cic. 2. de Orat. 287. Ut M. Lepidus, quum ceteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet, Vellem hoc eſſet, inquit, laborare.
Toro Tyrio recubare. Tibul. lib. 1. 2. 77.
Recubare & Conſidere. Columel. lib. 7. cap. 3. extr. Neque ab his longius recedat: nec aut recubet, aut conſidat. [Hic motum habere Recubet videtur, niſi Recumbat legendum.
Rĕcŭbans, antis. Partic. [ἀνακείμενος] Cic. 5. de Orat. 60. Sed in hortulis quieſcet ſuis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter & delicate nos avocat a Roſtris, &c.
Solo recubans. Virg. 3. Æn. 392.
Rĕcūdo, di, ſum, [ἀναχαλκεύω] ĕre. Denuo cudere. Varro apud Perott. Ut hi ſolent qui veterem metalla recudunt.
Rĕcumbo, cŭbui, cubĭtum, [ἀνακλίνομαι] ĕre. Cubandi cauſa corpus ſubmittere. Interdum pro Accumbendi verbo uſurpatur. Hor. 1. Epiſt. 5. 1.

Si potes Archaicis conviva recumbere lectis, &c.

Martial. lib. 2. 19.

Debet Aricino conviva recumbere clivo,
Quem tua felicem, Zoile, cœna facit.

Recumbere, pro Recubare, & Jacere. Plin. 4. Epiſt. 22. Cœnabat Nerva cum paucis, Vejento proximus, atque etiam in ſinu, recumbebat. Plin. lib. 17. cap. 22. Adeo non recumbat in eo, nec dilicare ſe ſpargat.
Recumbebat mecum. Plin. Epiſt 100. Recumbebat mecum vir egregius Fidius Rufinus, ſuper eum municeps ipſius.
Humo recumbere. Ovid. 14. Met. 100.
Cervix collapſa in humeros recumbit. Virg 9. Æn. 434. Ovid. 10. Met. 195.

Ipſa ſibi eſt oneri cervix, humeroque recumbit.

Onus recumbit in partes proclinatas Ovid 2. Triſt 84.
Recumbunt jugera jugo Janiculi, Adjacent. Martial. lib. 4. 64. Sed eleganter motum tribuit rei inanimatæ.
Rĕcŭbĭtus, ûs. m. [ἀνάκλισις] Plin. lib. 24. cap. 13. Itemque baculum ex ea factum, in quodvis animal emiſſum, etiamſi citra ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi.
Rĕcŭpĕro, [ἀνακτάομαι, ἀναλαμβάνω] āre. a Recipio derivatur, ut ait Perottus: vel forſan a Reci, antiquo pro Re, & Paro; ſignificat Recipiendo parare, vel Rem amiſſam rurſus acquirere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 91. Quo confecto, ille ſuam dignitatem, & nos noſtram libertatem recuperabimus Cic. 4. Verr. 86. Victoriam recuperare. Liv. 1. 45. Recuperare imperium.
Scribitur & Reciperam. Varro de R. R. 1. 13. Se quiete reciperare. Et eodem modo Tacit. 12. Ann. 54. Reciperandæ libertatis initium. Et 2. Hiſt. 24. Gloriam reciperam.
Recipero. Puto & a Cicerone ita apud Gell. Vide Annotat. in Juſtinum, ſed & Scaligerum. H. St. Etiam in Gloſſ. Lat. Gr. ordo poſtulat Recipero, etſi ſcriptum ſit, Recuperavit, [illegible]. V. Voſſ. Etym. & Cellarii Orthogr.
Conſumpta replere, & erepta recuperare. Cic. pro Muren. 50.
Judicium ſuum recuperare. Cic. 5. Verr. 35. Ille autem unde oblatum eſt, judicio ſuum recuperare nullo modo poteſt.
Gloriam. Tacit. 2. Hiſt. 24.
Veterem belli gloriam. Cæſ. 7. Bell. Gall. 1.
Jus ſuum. Cic. 15. Att. 13.
Aliquam honeſtatis ſuæ partem recuperare. Cic. pro Cluent. 180.
Libertatem. Corn. Tacit. 2. Ann. 45.
Somnum interruptum. Suet. in Auguſt. cap. 78.
Vires. Tacit. 3. Hiſt. 22. Et recuperatis cibo ſomnoque viribus, confectum, algore, &c.
Recuperare aliquem per. Cic. 1. Q. frat. 2. Idem 15. Fam. 77. Ego ſi hominem per te recuperaro, ſummo me beneficio affectum arbitrabor.
Recuperare ſe, &c. Cic. 14. Fam. 1. Quem ego diem ſi videro, & ſi in veſtrum complexum venero, ac ſi & vos & me ipſum recuperaro.
Reſpub. ſe adhuc tantummodo ulta eſt, nondum recuperavit. Cic. 2. Philip. 115.
Rĕcŭpĕrātio, ōnis. f. [ἀνάκτησις, ἀνάληψις] Cic. 10. Philip. 20. Ita præclara eſt recuperatio libertatis, ut ne mors quidem ſit in repetenda libertate fugienda.
Recuperatio, quæ & Reciperatio eſt, ut ait Gallus Ælius, quum inter populum, & reges, nationeſque & civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, reſque privatas inter ſe perſequantur. Feſtus.
Reciperationem Turnebus eſſe dicit, quum inter populos lex convenit, quomodo res repetantur recuperenturque. Σύμβολα, ſi credimus Suidæ, appellat Demoſthenes 7. Philipp. quæ pacta conventa ſunt civitatum inter ſe, quibus jura civibus ultro citroque redduntur. Hæc ille.
Rĕcŭpĕrātor, ōris. m. dicebatur ille, cui Prætor juriſdictionem mandabat privatarum cauſarum, qui Delegati judices poſtea appellari cœpti ſunt a recentioribus, ut ait Budæus. Plaut. Bacch. 2. 3. 36.

Poſtquam quidem Prætor recuperatores dedit.

Cic. apud Quintil. 7. 5. Etenim recuperatoris non ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum, vitamque pervenit, ſed etiam multo major ea, quæ periculo mortis injecto, formidine animum perterritum, loco, ſpe & ſtatu certo dimovet. Sed rectius vocandi caſu, Recuperatores, ut legitur in emendatis Tullii codd. pro Cæcin. 42.
Sublatus a numero recuperatorum. Cic pro Flacc. 11.
Sumere recuperatores. Liv. 43. 2.
Recuperator a Judice diſtinguitur proprie loqui volentibus. Cic. 5. Verr. 28. De conventu nullum unquam judicem, neque recuperatorem dedit. Idem pro Cæcin. 8. At ſi quis mihi hoc judex, recuperatorve dicat, Potuiſti enim, &c.
Recuperatores, inquit Budæus in Forenſibus, hodie Judices commiſſarii vocantur.
Rĕcŭpĕrātōrius, a, um. Adj. Quod ad recuperatorem pertinet. Cic. 2. de Invent. 60. Non enim oportet in recuperatorio judicio ejus maleficii, de quo inter ſicarios quæritur, præjudicium fieri.
Judicium recuperatorium, i. e. Commiſſariorum cognitio. Bud. in Forenſ. Adde Plin. 3. Epiſt. ult & Suet. Veſp. cap. 3.
Rĕcŭpĕrātīvus, a, um. Adj. ut, Status recuperativus. Aggen. Urb. de Limit p. 65. edit. Goeſ.
Rĕcŭpio, ivi, itum, [illegible] ĕre. Valde cupere. Plaut. Capt 4. 2. 76.

Quin ita faciam, ut recupias facere ſumptum, etſi ego vetem.

Sed Gronovius legit, Ut re cupias.
Rĕcūro, [ἀναθεραπεύω] āre. Diligenter curare. Plin. lib. 13. cap. 12. Quæ non eſſet ita recurata, in ſuo manſit amphitheatrica.
Otium ſe recurare. Catul. 45. 15. al. Procurare.
Rĕcurro, curri, curſum, [ἀνατρέχω, παλινδρομέω] ĕre. Rurſum currere. Ter. Adelph 4. 1. 10.

Nunc ubi me illic non videbit, jam huc recurret, ſat ſcio.

Cic. 14. Fam. 3. Deſippo quoque ita imperavi, ſtatim ut recurreret.
Recurrere curſum ad aliquem. Plaut. Ciſt. 2. 3. 50.
Recurrere ad. Cic. 2. Att. 12. Quam quanquam jam te ipſum exſpecto, tamen iſti puero, quem ad me ſtatim juſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam.
Ad initia recurrere Luna dicitur, quum renovatur. Cic. 2. de Nat Deor. 51. Lunæ ſpecies mutatur, tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.
In arcem recurrere. Liv. 4. 55. Cic. 13. Att. 45. Equidem Cal. in Tuſculanum recurram.
Recurrere eodem. Columel. lib. 8. cap. 14. Unaquæque recurrit eodem, ubi primo peperit.
Aqua verſa recurret ad fontem. Ovid. 5. Epiſt. 30.
Hiems. Ovid. 2. Faſt. 854.

Et metuit, ne qua verſa recurrat hiems.

Luna recurrit. Tibul. lib. 2. 4. 18.
Opus inceptum ſæpe recurrit. Ovid. 5. de Arte Am. 360.
Ad ſuos auctores recurrere, quod vulgo dicunt, *Avoir recours contre ſon auteur, ou vendeur.* Papirius Juſtus in l. Imperator. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad Remp. pertinent.
Ad rationem eam recurrunt, Confugiunt. Quintil. lib 1. cap. 6 p 74. Burm.
In contrarium recurrere dicuntur argumenta, quæ retrorſum eunt reciproca valent. Quintil. lib. 5. cap 9.
Recurrere, cum Dativo. ut, Recurrit memoriæ hominum. Plin. in Paneg. cap. 88. extr. Etenim ut nomine Auguſti admonemur ejus, cui primum dicatum eſt: ita hæc Optimi appellatio, nunquam memoriæ hominum ſine te recurret.
Recurrere, cum Ablativo. ut, Recurrere rure. Hor. 1. Serm. 2. 127.
Rĕcurrens, entis. Partic. [ἀνατρέχων] ut, Sol recurrens. Virg. 7. Æn. 100.

Anni recurrentes. Hor. 2. Epiſt. 1. 147.

RECURSIO, ōnis. f. Recurrendi actus. Mart. Capell. lib. 9. in Choriamb. pr.

Quo gemmata poli volvere ſidera
Suevit lege ratâ ſacra recurſio.

RECURSUS, ûs. m. [illegible] Idem. ut Liv. 26. 42. Ut ſubeunti ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret.

Annui recurſus pomorum. Plin. lib. 16. cap. 25. Natales pomorum recurſus annuos verſicolori nuntio promittunt.

Ad bonam valetudinem recurſus facilis. Celſ. lib. 4. cap. 4. Si vero his morbus levatus, jamque fauces & cibum & ſpiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recurſus eſt.

Ad priſtinum militiæ ordinem recurſus. Val. Max. lib. 2. cap. 2. de Senatu Romano.

Curſus & recurſus adverſis ſpatiis inire. Virg. 5. Æn. 583.

Lydia perfuſa Mæandri recurſibus. Plin. lib. 5. cap. 29.

Celeres recurſus ſpondere. Ovid. 6. Met. 450.

Inſperati recurſus. Claud. 1. in Ruff. 331.

Dant fata recurſum. Ovid. 6. Epiſt. 59.

RECURSO, [illegible] āre. Frequent. Plaut. Moſtel. 3. 1. 54.

Quid ego recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Virg. 4. Æn. 4.

— multuſque recurſat
Gentis honos.

Huc & huc recurſare. Senec. Med. 6.

Curæ ſub noctem recurſat. Virg. 1. Æn. 666.

Curæ dies noctesque recurſans. Stat. 1. Theb. 316.

Longe recurſant. Lucret. lib. 1. 105.

RECURSITO, āre. Aliud Frequent. Mart. Capel. lib. 1. p. 10. Hic curſor plerumque recurſitans gaudet occupari.

RĔCURVUS, a, um. Adj. [illegible] Idem quod Curvus: niſi ipſa præpoſitio aliquid augeat. V. PROCURVUS. Columel. lib. 3. cap. 18. Quicquid recurvum, & ſurſum verſus ſpectans, demerſum eſt, quum tempeſtivum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti foſſori. Plin lib. 9 cap. 33. extr. Ad plauſum apertis, ad buccinam recurvis. De Conchis.

Æra recurva, Hami. Ovid. de Rem. Amor. 210.

Cornu recurvum. Ovid. 3. Amot. 13. 17.

Haſta. Ovid. 2. Faſt. 560.

Pedes. Ovid. 2. Faſt. 251.

Puppis. Ovid. 8. Met. 141.

Roſtrum. Claud. 2. in Eutrop. 230.

Tectum. Ovid. 10. Epiſt. 71.

RECURVO, [illegible] āre. Columel. lib. 5. cap. 10. Quum ad ſcrobis ſolum radix pervenit, duritia humi coercita, recurvatur, & ex ſummo duarum reſtorum ambas radices emittit. De arboribus pomiferis. Stat. 3. Theb. 585.

Horrenteſque ſitu gladios in ſæva recurvant
Vulnera.

Aquas recurvare in caput. Ovid. 1. Amor. 8. 6. de Saga.

RECURVĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Quod recurvum factum eſt. Columel. lib. 3. cap. 18. Prætorto capite & recurvato ſemen. Celſ. lib. 5. 26. 18. Recurvato articulo.

Undis recurvatis ludit Mæander. Ovid. 2. Met. 246.

RĔCŪSO, [illegible] āre. Renuere. Tractum ab his, qui ad cauſam actitandam aſciti onus rejiciunt. Virg. 2. Æn. 704.

Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuſo. Auctor de Viris illuſt. cap. 44. extr. Imperatoris nomen a militibus, & a Senatu triumphum recuſavit oblatum. Cic. 4. Verr 5. Quando id, quod imperaretur, recuſavit? Ibid. 6. 85. Quum recuſaret, vehementer minatur. Virg. 2. Georg. 51.

Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet? Subaudi Ferre.

Vires recuſant ferre rem illam. Hor. 2. Epiſt. 1. 259.

Longe recuſare. Virg. 5. Æn. 406.

Deprecari & Recuſare. Cic. 7. Verr. 140. Servilius & recuſare & deprecari.

Amicitiam alicujus recuſare. Cæſ. 1. Bell. Gall. 44.

Arma. Virg. 5. Æn. 417.

Juſſa. Virg. 5. Æn 749.

Munus legationis. Cæſ. 1. Bell. Civil. 33.

Periculum. Cæſ 7. Bell. Civil. 19.

Sortem. Cæſ 8. Bell. Gall. 1.

Verbera. Tibull. lib. 1. 9. 57.

Vetera omnia recuſabant animo. Tacit. 2. Hiſt. 78.

Vincla leones recuſantes. Virg. 7. Æn. 16.

Filius uxorem grandi cum dote recuſat. Hor. 1. Serm. 4. 50.

Recuſare, Negare, negationemque tueri. Celſ in l. 48 D. mandati, Quintus Mucius Scævola ait: Si quis ſub uſuris creditam pecuniam fidejuſſiſſet, & reus, in judicio conventus, quum recuſare vellet ſub uſuris creditam eſſe pecuniam, & fidejuſſor, ſolvendo uſuras, poteſtatem recuſandi ei reo ſuſtuliſſet, eam pecuniam a reo non petiturum.

Recuſare actionem, Exceptione depellere. Ulpian. in l. Quod ad hæredem. D. de magiſtrat. conven. Idem l. 4. in princip. D. de re judicat. ubi etiam paulo poſt dicitur, Rem judicatam recuſare.

Recuſare judicem, pro Rejicere. Cic. pro Flacc 97. Populum Rom. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco.

Recuſare, pro Accuſationem depellere. Cic. de Clar. Orat. 90. Tum igitur Galba recuſans pro ſeſe. Budæus.

Recuſare de. Cic. 3. Verr. 6. Sin abſolvitur, deſinemus nos de judiciis transferendis recuſare.

Non recuſo quin, pro Non abnuo, non inficias eo. Cic. 1. Att. 1. Neque recuſas, quin non modo, ſi opus ſit, ſed etiam ſi velim, accurras.

Non poſſumus, quin alii a nobis diſſentiant, recuſare. Cic 4 Acad. 7.

Non recuſo quominus. Cic. 1. de Fin. 7. Nec vero, ut noſter Lucilius, recuſabo, quominus omnes mea legant.

Recuſatur, Imperſ. Paſſivum. Liv. 1. 24. Cum trigeminis agunt reges, ut pro ſua quiſque patria dimicent ferro: ibi imperium fore unde victoria fuerit: nihil recuſatur: tempus & locus convenit.

RECŪSANS, antis. Partic. [illegible] Cic. 4. Verr. 189. Itaque fit, omnibus recuſantibus, & plorantibus. Al. Implorantibus.

Rogatus & recuſans hoc feci. Cic. in Orat. 36.

Militibus nullum periculum pro ſalute Cæſaris recuſantibus. Cæſ. 3 Bell. Civil. 26. pr.

Miniſtri recuſantes. Ovid. 2. Faſt 387.

RECUSĀTUS, a, um. aliud Partic. Ovid. 4. ex Pont. 13. 27.

RECUSATIO, ōnis. f. [illegible] Cæſ. 3. Bell. Civil. 98. Quod ubi ſine recuſatione fecerunt, &c. Cic. 2. de Orat. 26. Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quædam fuit mihi quidem perjucunda.

Recuſatio, pro Defenſione ſeu exceptione. Cic. 2. de Legib 41. Pœna vero violatæ religionis, juſtam recuſationem non habet. Idem 2. de Invent. 31. Aliud accuſatio aut recuſatio conficere debet. Idem 2. de Orat. 364. Adimere, inquit, omnem recuſationem Craſſo volui.

RECUSĀBILIS, e. Adj. Tertull. adverſ. Marc. 4. 35. Revelatio prima recuſabilis, &c.

RĔCŬTIO, ĕre. Auguſt. Confeſſ. 8. 11. incutiebat horrorem, ſed non recutiebat retro, nec avertebat.

RĔCUSSUS, a, um. Partic. [illegible] Virg. 2. Æn. 53.

— uteroque recuſſo,
Inſonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ. Recuſſo pro Concuſſo, inquit Servius, præpoſitio pro præpoſitione.

Æquor recuſſum. Valer. 6. Argon. 166.

RECUSSUS, ûs. m. Plin. lib. 8. cap. 53. In hæc ſe librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recuſſu pernicius quo libuerit exſultant. De ibicibus.

RECUSSĀBILIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 3. 6. Recuſſabilis ſphæra, quam Italicam vocant. Al. Fera

RĔCŬTĪTUS, a, um. Adj. [illegible] Curtatus, & cui reſecta eſt cutis glandem penis tegens. Quo nomine dicti ſunt Judæi, a verendorum cute ſumma reciſa. Martial. lib. 7. 29.

Nec recutitorum fugis inguina Judæorum:
Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.

Recutitus, Ruptus & exulceratus. Martial. lib. 9. 59.

Nec ruptæ recutita colla mulæ. i. e. Nova pelle reſtituta.

R E D

REDA, V. RHEDA.

RĔDABSOLVO, ſolvi, ſolūtum, [illegible] ĕre. Idem quod Abſolvere, vel ſolvere. Plaut. Curc. 3. 84.

Sequere hac, te redabſolvam qua adveniſti gratia. Componitur ex Re, & Abſolvo, d littera interpoſita, ut in plurimis vocibus, quæ partim infra ſequuntur.

RĔDADOPTO, āre. Iterum ſive denuo adoptare. Modeſtinus in l. ſi pater filium. D. de adopt. Sed nec is in patris poteſtatem, inquit Juriſconſultus, revertitur, quem avus retinuerat, filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptavit. Nam etſi in vulgatis legitur Readoptavit, in Pandectis tamen Florentinis legitur Redadoptavit, ac rectius

RĔDAMBŬLO, [illegible] āre. Reverti. Plaut. Capt. 4. 2. extr.

Cura quam optime potes. 22. bene ambula, & redambula.

RĔDĂMO, [illegible] āre. In amore reſpondere, Contra vel ſimiliter, ſive ſe amantem amare. Cic. de Amicit 49. Quid enim tam abſurdum, quam delectari multis inanibus rebus: ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut veſtitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel, ut ita dicam, redamare poſſit, non admodum delectari?

RĔDANDRUO, āre. antiquum, dicitur in Saliorum exſultationibus, quum Præſul amptruavit, quod eſt motus edidit, ei referuntur invicem iidem motus. Nonius 2. 739. Redandruare, Redire. Lucil lib 9. Sat. Ut vulgus redandruet inde. Pacuvius Chryſe, Græcos nihil mediocriter redandruare. Alii legunt Redamtruo. q. V.

RĔDĂNĬMO, āre. Tertull. de Reſur. Carn. cap. 13. Nec redanimari, ſed reformari exiſtimentur.

REDANIMĀTUS, a, um. Partic. Tertul. loc. cit. cap. 19. Redanimatus & revivificatus.

REDANIMĀTIO, ōnis. f. Tertul. loc. cit. cap. 38. Ad præſentem gratiam redanimationis.

RĔDARDESCO, [illegible] ĕre. Iterum ardeſcere, recandeſcere. Ovid. de Rem. Amor. 734.

Sic niſi vitaris quicquid revocabit amorem,
Flamma redardeſcet, quæ modo nulla fuit.

RĔDARGUO, ui, ūtum, [illegible] ĕre. Accuſare cum reprehenſione. Cic. 2. Tuſc. 5. Philoſophia naſcatur Latinis quidem litteris ex his temporibus, eamque nos adjuvemus, noſque ipſos redargui refellique patiamur. Idem 3. de Nat. Deor. 88. Improborum igitur proſperitates, ſecundæque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem deorum, ac poteſtatem.

Poterat autem impune, quis enim redargueret? Cic. 2. de Finib. 55.

Redargue me ſi mentior. Cic. pro Cluent. 62.

Inconſtantiam alicujus. Cic. pro Domo 21.

Verba alicujus redarguere armis. Virg. 11. Æn 688.

Redarguere, partem refutationis facit. Quintil. lib 6. cap. 4. Refutatio, inquit, non ſit in negando, redarguendo, defendendo, elevando.

REDARMĀTUS, a, um. Partic Iterum armatus Dict. Cretenſ. lib. 2. cap 40. Novis jaculis manus utriuſque redarmatæ ſunt.

RĔDAUSPĬCO, [illegible] āre. & REDAUSPICOR, āri. Incipere ſignificat, & Denuo auſpicium ſumere vel auſpicari. Plaut. Capt. 3. 5. 109.

Exauſpicavi ex vinculis, nunc intelligo
Redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. i. e. Cœpi ego illum e catenis eximere, nunc quoque volo ut rurſus in catenas redeat.

REDDO, reddidi, redditum, [illegible] ĕre. ex Re per diplaſiaſmon prod. & Do, proprie eſt Ablatum vel acceptum reſtituere. Ter. Adelph. 2. 4. 10. — reddetur, ne time

22. At ut omne reddat. 2 omne reddet: tace modo, ac ſequere hac.

Mutuari aliquid ab aliquo, & viciſſim reddere aliquid aliud. Cic. de Fato, 3.

Anhelitum reddere, ac per vices recipere, Reſpirare. Plin 9. 7

Animam reddere, Reſpirare Cic. 2. de Nat Deor. 136 Excipiatur a animam, eam quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, ac reddat. Plin. lib. 11. cap. 37. Sub corde pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens animam.

Animam reddere, Mori, exſpirare. ut Virg 3. Georg. 495.

Et dulces animas plena ad præſepia reddunt. Ovid. 2. de Pont. 11. 7.

Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras.

Animam tandem poſt ſem triſtem vulnere reddidit. Tacit. 4. Ann. [Videntur potius poetæ alicujus verba. Ceterum cum Anima reddi dicitur, ſubauditur Naturæ.

Reddere, Retorquere, revibrare, rejicere. Stat. 9. Theb. 121.

Tandem intermiſſa jaculantum nube, poteſtas
Reddere tela fuit. i.e. In ſe ab hoſtibus miſſa in ipſos retorquere.

Beneficium reddere, Referre. Ter. Phorm. 2. 2. 22.

Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere. Quintil. lib. 7. cap. 5. In paupere gratior liberalitas, quam in divite: dante beneficium, quam reddente. Cic. 2. Off 48. Nam quum duo genera liberalitatis ſint, unum dandi beneficii, alterum reddendi.

Clamorem. Liv. 5. 38.

Data reddere nolunt. Ovid. 1. de Arte Am. 433.

Depoſitum. Cic. 1. Off. 31.

Dicta reddere, i. e. Reſpondere. Lucret lib. 4. 463.

Gratiam cum fœnore reddere. Columel. lib 4. cap. 3. Experto mihi crede, Silvine, bene poſitam vineam, bonique generis, & bono cultore, nunquam non cum magno fœnore gratiam reddidiſſe.

Judicium iterum de eadem cauſa reddere. Ter. Phorm. 2. 3. 57.

Jura, legesque civitati. Cæſ. 7. Bell. Gall. 76. Pro quibus meritis civitatem ejus immunem eſſe juſſerat, jura, legeſque reddiderat. [Adempta ſcil. prius, eidem reſtitueret.

Lucem patriæ reddere. Hor. 4. Carm. 5. 5.

Me vitæ redde priori. Hor. 1. Epiſt. 7. 95.

Merces reddita mihi. Ovid. 3. de Pont. 3. 39.

Mors ô fortunata, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimum reddita. Cic 14 Philipp. 41.

Mors jam vitai reddita. Lucret. 4 765. Mors vitæ reddita. h. e. (ut opinor) Vita cum morte commutare, inquit Lambinus.

Odium pro gratia. Tacit. 4. Ann. 18. extr.

Operam. Plaut. Epid. 1. 1. 82. — te volo
Percontari, operam da, opera reddibitur tibi.

Operas reddere. Cic. 16. Fam. 12. Tu Muſis noſtris para ut operas reddas. i. e. Abſolvas penſum. [Immo, Sicut ante feciſti, operam des rurſus mihi a litteris.

Ornamenta reddere. Cic. 2. Verr. 14.

Pœnæ reddere aliquem, Reſtituere ad pœnam. Plin. Epiſt. 275. Reddendumque pœnæ, quam fractis vinculis evaſit. conf. lib. 10. Ep. 40. & 41.

Servum reddere in poteſtatem domini. Ulpian. in l. Aut damnum. §. ult. D. de pœnis.

Se convivio reddere, Redire in. Liv. 23. 9.

Seſe epulis reddere. Sil. lib. 11. 368.

Se labori reddere. Claud. 8. Paneg.

Spiritum reddere alicui. Liv. 28 34. Ut aut (ſi ita videatur) reddant ſpiritum P. Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut ſervati bis uni debitam vitam pro eo in perpetuum devoveant. i. e. Pro Scipione fundant, quibus ut ne funderetur, defendit Scipio.

Suggillata reddere colori, Reſtituere priſtino. Plin. lib. 20. cap. 11.

Vacuum ſe reddere alicui. Cic. 12. Att. 44. Sed, quæſo, conſice, & te vacuum redde nobis. i. e. Ab omni ſollicitudine vacuus redi.

Veniam rurſus reddere. Hor. 1. Serm. 3. 75.

Vicem reddere meritis. Ovid. 1. Amor. 6. 23.

Vicem alteris reddere, aliter. Plin. lib. 2. cap. 8.

Vitam reddere ferro. Cic. 7. Verr. 89. Quod reliquum vitæ viriumque fames fecerat, id ferro potiſſimum reddere valebant. i. e. Reliquum vitæ pugnando finire.

Vitam reddere pro Republica. Cic. pro Planc. 92. Qui pro Repub. vitam reddiderunt, licet me deſipere dicatis, nunquam mehercule eos mortem potius, quam immortalitatem aſſequutos putavi. i. e. Mortui non ſunt.

Voces audire, & reddere, Humaniter loqui, inquit Servius. Virg. 1. Æn. 411.

Vota reddere, Solvere. Cic. 3. de Legib. 22. Caute vota reddunto. Curtius lib. 3. 7. pr. Vota deinde, pro ſalute ſuſcepta, per ludum atque otium reddens, &c.

Reddere pro pietate Catull. 74. 26.

O dii reddite mi hoc pro pietate mea. Ex antiquorum conſuetudine id dixit, qui ſæpe a diis pietatis ſuæ in ipſos præmia mercedemque petebant, quod æquum eſſe videretur, a diis eos facilius aliquid impetrare, qui numina pie colerent, venerarenturque. Sic apud Plaut. Rud. 1. 3 6.

Hanccine ego partem capio ob pietatem præcipuam? Ex Turnebo.

Reddit ager, i. e. Fructum affert. Varro 3. de R. R. cap. 3. Ut L X eo anno reddiderit ea para villæ: bis tantum, quantum tuus fundus reddit. Ter. Phorm. 4. 3. 75.

Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia.

Reddere, pro Dare. Celſ. De verb. ſignif. l. Verbum, Reddendi (inquit) verbum, quanquam ſignificatum habet retrodandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

Colorem vini, Exhibere, referre. Plin. lib. 27. cap. 12.

Corpus ſepulchro reddere. Virg 2. Æn. 542.

Epiſtolam reddere. Cic. 1. Att. 20 Cincius noſter eam mihi abs te epiſtolam reddidit, quam tu Idib. Feb. dederas. conf. Litteras.

Exſequias reddere, Solvere. Ovid. ad Liv 218.

Farinam reddere dicuntur quæ moluntur. Plin. lib. 18. cap. 9.

Flores reddit arbor. Plin. lib. 16. cap. 26. Abies flores croci colore circa ſolſtitium, ſemen reddit poſt vergiliarum occaſum.

Geſtus reddunt brachia. Ovid. 6. Met. 308.

Honorem ſuum cuique & gradum reddere. Cic. pro Roſc. Amer. 136.

Imaginem reddere. Plin. lib. 11. cap. 37. Adeoque iis abſoluta vis ſpeculi, ut tam parva pupilla totam imaginem reddat hominis.

Imaginibus redditis veris. Plin. lib. 35. cap. 7.

Impendium reddere uſque ad aſſem. V. A D aſſem.

Reddere judicium, Conſtituere, ut vult, Græv. Cic. pro Quint. 71. Neque judicium redditum eſſe uſitatum.

Jura reddere. Ovid. 1. Faſt. 252.

Jura reddere foro. Stat. 1. Silv. 4. 47.

Juſta reddere funeri. Plin. lib. 10. cap. 2.

Litteras reddere, Tradere. Cic. 2. Fam. 1. Scripta & obſignata jam epiſtola, litteræ mihi redditæ ſunt a te. [Dare litteras ſignificat ſcribere. Inde Reddere, pro Tradere ei, ad quem datæ fuerunt. Non tamen id perpetuum.

Ludos reddere. V. L U D O S.

Motus genitales. Lucret. lib. 2. 228.

Nitorem. Plin. lib. 28 cap. 8.

Nomen. Plin. lib. 7. cap. 21.

Odorem reddere, pro Odorem emittere, ſive ſpirare. Plin. lib. 36. cap. 23.

Partum reddere, Parere. V. Partus, in V A S T O.

Pœnas reddere. V. P Œ N A.

Quies nulla reddita eſt corporibus. Lucret. lib. 2. 95.

Reſponſa nec poteſt conſultus reddere vates. Virg. 3. Georg. 491.

Saporem reddere. Plin. lib. 19. cap. 12.

Semen reddit arbor. Plin. lib. 16. cap. 26.

Solatia reddita confuſæ menti. Ovid. 1. de Pont. 3. 3.

Sonum reddere, pro Facere & excitare. Plin. lib. 11. cap. 51.

Sonitum reddere. Cic. 1. Tuſc. 96. Quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus.

Sonitum plangoris reddere, Reciprocare. Ovid. 3. Met 493. De Echo.

Statua reddita eſt ei tum a majoribus pro vita. Cic. 9. Philipp. 3.

Stridorem reddit janua. Ovid. 11. Met. 608.

Titulum reddere meritis. Ovid. 13. Met. 372.

Vitam reddere pro aliquo, Subaudito Naturæ. Ovid. 10. Met. 203.

Atque utinam pro te vitam, tecumque liceret Reddere.

Vocem humanam reddit pſittacus. Plin. lib. 10. cap. 42

Reddere cum Adj. Facere. ut, Reddo te certiorem: & Tu me reddidiſti probum virum.

Ut caritas liberorum, amiciores Reipub. parentes redderet. Cic. 12. Fam. 3.

Arborem reddere truncam. Columel. lib 2.

Animum alicujus conciliatum reddere. Cic. 14. Att. 14. Puero quoque hoc a me dabis, ſi tibi videbitur, ut animum ejus conciliatum reddas.

Commotum reddere. Ter. And. 5. 2. 13. Ubi Donatus, Commotum, citum, celerem.

Delibutum gaudio reddere. V. D E L I B U T U S.

Dictum ac factum. Ter Heaut. 4. 5. 12.

Dubia omnia. Cic. 4. Acad. 84. Et ſi una fefellerit ſimilitudo, dubia omnia reddiderit.

Exercitatum te reddam. V. E X E R C I T O R.

Ferociorem & impotentiorem aliquem reddere. Cic. 4. Fam. 9.

Impetratum reddere aliquid alicui, i. e. Impetrare. Plaut. Epid. 1. 1. 46.

Incerta omnia reddere. Cic. 4. Acad. 110. Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur, & incerta reddere.

Infectum. Hor. 3. Carm. 29. 47.

Inſignem arte multa reddere aliquem. Virg. 5. Æn. 705.

Meliorem aliquem reddere. Cic. 2. Att. 1.

Otioſum aliquem reddere. Cic. 9. Fam. 23. Mathonem & Pollionem inimicos habet Fabius: quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris.

Paria reddere in utramque partem. Cic. 3. de Fin. 12. Qui omnia ſic exæquaverunt, ut in utramque partem ita paria redderent, uti nulla ſelectione uterentur ejus, virtutem ipſam ſuſtulerunt. Hic Cicero exponit quid ſit Paria reddere, quum ait Omnia exæquaverunt.

Perfectum reddere aliquid, Perficere. Plaut. Aſin. 1. 1. 109.

Promiſſa reddere alicui. Virg 5. Æn. 385.

Segniorem reddere ad reſpondendum, &c. Cic. 1. de Fin. 34.

Tranſactum reddere aliquid, Tranſigere. Plaut. Capt. 2. 2. 95.

Vaſtitatem reddere, i. e. Efficere. Liv. 3. 26. Tantam vaſtitatem in agro Sabino reddidit.

Reddere, Reponere. Plaut Moſt. 1. 2. 29.

— tempeſtas venit,
Confringit tegulas, imbriceſque: ibi
Dominus indiligens reddere alias nevolt. V. Nonium 4. 392.

Reddere, pro Referre, ſive recenſere. Plin. in præf. Tria, non amplius, ut opinor, abſolute quæ traduntur inſcripta, ille fecit, quæ ſuis locis reddam.

Redde, age, illa, quæ deinceps riſiſti. Hor. 2. Serm. 8. 80. i. e. Renuntia. Tralatio eſt.

Perge, Pomponi, de Cæſare, & redde quæ reſtant. Cic. de Clar. Orat. 258.

Cauſas reddere. Hor. 1 Serm 6. 116.

— ſapiens vitatu, quodque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi.

Rationem reddere. Plaut. Aul. 1. 1 6.

Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges?

Ratio reddunda eſt. Lucret. lib. 5. 27.

Rationem reddere facti, vel ſuæ vitæ. Cic. 3. de Fin. Idem 1. Verr. 27 Nihil eſt enim quod minus ferendum ſit, quam rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere.

Rationem ſententiæ ſuæ redderet. Cic. 1. Tuſc. 39.

Rationem reddere cur. Cic 4 Acad. 105. Ut etiam ſi poſſis rationem reddere cur id eveniat, tamen, &c.

Rationem reddere, quare. Quintil lib. 7. cap 2.

Reddere aliquem inter philoſophos, Referre, & connumerare iis. Quintil. lib. 10. cap 1.

Auctoribus ſuis reddere, Acceptum referre. Celſ lib. 2. cap. 14. Oportet autem neque recentiores viros in his fraudare, quæ vel repererunt, vel recte ſecuti ſunt: & tamen ea, quæ apud antiquiores aliquos poſita ſunt, auctoribus ſuis reddere.

Aliquem reddere, pro Referre, æquare, repræſentare. Plin. Epiſt. 139. Tantæ feminæ matrem rurſus videor amittere, quam hæc ut reddit, ac refert nobis, ſic, &c.

Clodius omnes Catilinas reddidit. Cic. 4. Att. 3.

Eloquentiam alicujus eloquentiorem reddere. Quintil. lib. 1. cap. 1. Et Lælii filia reddidiſſe in eloquendo paternam eloquentiam eloquentiorem dicitur. i. e. Dicitur ita retuliſſet paternam eloquentiam, ut etiam elegantius patre loqueretur. [An Reddidiſſe in loquendo, & Eloquentior?

Exemplum ac effigiem virtutis alicujus reddere, Repræſentare denuo. Liv. 26. 14. extr.

Facies quas hominum reddunt, qualeſque colores? Lucret. lib. 6. 812.

Nomine aliquem reddere, Habere idem nomen. Virg 6. Æn. 768.

Vim alicujus herbæ reddere, Saporem guſtu, vel vires referre. Plin. lib. 21. cap. 18.

Aliquem

Aliquem ſibi ipſi reddere, Reſtituere. Cic. Poſt redit. in Senat. 1. Qui denique noſmetipſos nobis reddidiſtis.

Animum reddere alicui, pro Reconciliari alicui, intelligi videtur debere apud Hor. 1. Carm. 16. 28.

—dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas. h. e. Spem mihi redintegrandi amoris facias. Acron. Al. Animam. [Significat Animum, velut amiſſum, reſtituere exanimato metu, vel ægritudine morituro.

Animum reddere, aliter. Ter. And. 2. 1. 35.

Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier.
CHAR. Reddidiſti animum. [An Animam? i. e. Vitam.

Reddere, Egerere. Plin. lib. 10. cap. 47. Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt devorare quæ ceteræ reddunt. [Reddunt ore ſcil. aſſumpta. i. e. Vomunt. An potius Alvo? conf. quæ hic ſequuntur.

Crepitum. Plin. lib. 27. cap. 12. h. e. Pedere.

Excrementa. Plin. lib. 9. cap. 43.

Fimum reddere, pro Cacare. Plin. lib. 8. cap. 15.

Humorem reddere, pro Mejere. Plin. lib. 11. cap. 26.

Onera ciborum. V. ONUS.

Sanguinem reddidit, Exſpuit, Vomuit. Plin. Epiſt. 114.

Urinam reddere. Plin. lib. 8. cap. 42.

Latine reddere, Vertere. Cic. 1. de Orat. 155. Ut quum ea, quæ legerim Græce, Latine redderem, non ſolum optimis verbis uterer, &c.

Verbum reddere pro verbo: Hoc intelligitur interpretando. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. V. not. Gulielm.

Reddere, interdum eſt, Id, quod ab aliquo acceperis, ac didiceris, vel recitare, vel cantare. Hor. 4 Carm. 6. extr.

Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati. Et 1. Epiſt. 1. 13.
Ut puerum ſævo credas dictata magiſtro
Reddere, &c.

Reddere aliquid ſine ſcripto. Cic. de Clar. Orat. 301. Primum memoria tanta, quantam in nullo cognoviſſe me arbitror, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet, quibus excogitaviſſet. De Hortenſio loquitur. Cujus rei meminit his verbis Quintil. lib. 10. cap. 6. Cicero certe Græcorum Metrodorum Scepſium, & Eriphylum Rhodium, noſtrorumque Hortenſium tradidit, quæ cogitaverant, ad verbum in agendo retuliſſe. Paulo ante capite eodem diſerat, Aſſumendus uſus paulatim, ut pauca primum complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint.

Reddibo, futurum antiquum, pro Reddam. Plaut. Men. 5. 7. 49.

Salvum tibi ire, ut mihi dediſti, reddibo. Al. Redhibebo. Idem Vidular. Ego ſervabo, quaſi ſequeſtri detis, neutri reddibo. Nonius 17. 75.

REDDITUS, a, um. Partic. ut, Redditæ litteræ, cujus generis innumerabilia exempla reperies.

Redditus his primum terris. Virg. 6. Æn. 18.

REDDITURUS, a, um. Partic. [illegible] Catul. de Acme, 40. 4.

Et negat, mihi veſtra redditurum
Pugillaria, ſi pati poteſtis.

REDDITIO, õnis. f. [illegible] Quintil. lib. 8. cap. 3. Redditio illa rem utramque comparat.

REDDITUS, ûs. m. pro Proventu, vide REDITUS, in REDEO. H. St.

REDDITOR, õris. m. Auguſt. Epiſt. 5. Debitorum redditores.

REDEMPTIO, REDEMPTOR, REDEMPTURA, &c. V. REDIMO.

REDEO, ivi, & frequentius ii, itum, [illegible] Ire. Retroire, ſive Reverti. Ter. Andr. 1. 1. 120. Redeo inde iratus atque ægre ferens. Virg. 9. Ecl. 23.

Tityre, dum redeo, (brevis eſt via) paſce capellas.

Redire actutum. Plaut. Pſeud. 1. 5. 148.

Redire rurſum. Ter. Eun. 4. 2. 6.

Redire retrorſum. Plin. lib. 9. cap. 31.

Mature redire. Hor. 1. Epiſt. 7. 97.

Tardius. Ovid. 10. Met. 674.

Domum. Ovid. 5. Faſt. 455.

Inde domum redeunt ſub prima creſpuſcula mæſti. Virg. 1. Ecl. 36.
Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.

Redire a foro. Plaut. Aul. 2. 3. 6. Virg. 1. Georg. 249.

Aut redit a nobis aurora, diemque reducit.

Redire e ſuburbano. Plin. lib. 8. cap. 40.

Redire ad. Plaut. Aeph. 2. 2. 32. Redire ad navim melius eſt. Ter. Heaut. 2. 3. 17. Ad lanam redit.

Redire in. Liv. 2. 43. Redeunt in caſtra. V. mox Redire pedibus, &c.

Redire cum Dativo, V. infra Animus mihi redit, & ſimilia plurima.

Itque reditque viam toties. Virg. 6. Æn. 122.

Redire viam, & Inire viam apud Juriſconſultos. Cic. pro Muren. 26. Prætor interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque ipſe aliquid ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum ceteris rebus abſurdum, tum vero nullo uſu, utriſque ſuperſtitibus, præſentibus, iſtam viam dico, Inite viam. Præſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret. Redite viam, eodem duce redibant.

In ſemitam rectam redire, ſive in viam. Cic. 12. Philipp. 6. Quod ſi eſt erratum, P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam: optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii.

Redierit victor, ſeu victus. Cic. 10. Att. 10. Et dubita, ſi potes, quin ille, ſeu victus, ſeu victor redierit, cædem facturus ſit.

Redire pedibus. Plaut. Men prol. 49.

Nunc in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi.

Pedibus invitis redit. Propert. lib. 2. 25. 20.

Carbaſa redierunt adverſo vento. Ovid. 21. Epiſt. 71.

In ordines redire, dicuntur milites. Liv. 25. 5. Obſtabant duces, haſtilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes.

Redire, pro Referri, revocari. Lucil. lib. 27. Si tamen non ad te hoc redivit, hoc carebis commodo. Et Virg. 2. Georg 401.

— redit agricolis labor actus in orbem. Ex Nonio 4. 401.

Redire, Reverti, frequens eſt in formulis poſt Digreſſionem. Ter. Heaut. 4. 3. 41.

Quid ſi redeo ad illos, qui ajunt, quid ſi nunc cælum ruat?

Atque (ut ad me redeam) meminiſtis, Q. Maxime, fratre Scipionis, &c. Cic. de Amicit. 96. i. e. Ut redeam ad propoſitum.

Sed redeamus illuc, unde divertimus. Cic. 12. Fam. 25.

Illuc quæſo redi, quo cœpiſti. Ter. Adelph. 2. 1. 36.

Illuc, unde abii, redeo. Hor. 1. Serm. 1. 108.

Ad pauca ut redeam, Ut in pauca conferam. Ter. Phorm. 4. 3. 43.

Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.

Ad illa prima redeamus. Cic. de Amicit. 100.

Ad propoſitum. Cic. 1. Tuſc. 23. Utrum igitur inter has ſententias dijudicare malimus, an ad propoſitum redire.

Ad rem. Ter. Heaut. 2. 3. 78. —quor, malum, ambages mihi
Narrare occipis? c. Syre, verum hic dicit: mitte, ad rem redi.
V. Cic. 1. de Fin. 66.

Amores redeunt vel cum odio depoſiti. Plin. lib. 24. cap. 17.

Animus mihi redit. Ter. Hec. 3. 2. 12.

Animi rediere viris. Valer. 3. Argon. 468.

Calor vere redit uſtibus. Virg. 3. Georg. 272.

Color redit. Plin. lib. 13. cap. 25. Reſtinctis colore ſuo redeunte.

Color rediit in ora. Ovid. 3. de Arte Am. 730.

Febres redeunt. Plin. lib. 28. cap. 16.

Gramina jam redeunt campis. Hor. 4. Carm. 7. 1.

Mens rediit. Ovid. 14. Met. 319.

Mos redit. Liv. 2. 43. pr. Redibatque, non ſua ſponte, plebi mos detrectandi militiam.

Rabies eadem redit. Lucret. lib. 4. 1111.

Vires rediere. Valer. 4. Argon. 673.

Virtus redit in præcordia victis. Virg. 2. Æn. 367.

Vultus, ardore remiſſo, rediit. Stat. 8. Theb. 518.

Ad ineptias redire. Cic. 2. Tuſc. 29. Ad ineptias redis: illud enim quod me angebat, non eximis.

Ad ingenium. Ter. Adelph. 1. 1. 46.

Ad pugnam. Virg. 5. Æn. 454.

Ad rationem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Ad ſe redire, Animum recipere, animum colligere. Cic. 7. Att. 3. Et id, quod animum inde erat, paulliſper non tenuit, ſed cito ad ſe rediit. Adde Ter. Andr. 3. 5. 16. & Adelph. 5. 3. 8.

Ad ſe, & ad mores ſuos redire, i. e. Priſtinos mores reſumere. Cic. 1. Verr. 57.

Ad ſurenum res rediit. Lucret. lib. 3. 923.

Ad veſtitum ſuum. Cic. pro Sext. 32.

In amicitiam alicujus redire. Liv. 25. 16.

In concordiam redire. Plaut. Amph. 3. 8. 7.

In conſpectum. Cic. 7. Verr. 144. Nunquam te in horum conſpectum rediturum, nunquam in forum Populi Rom. venturum, &c.

In deditionem. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 25.

In familiam. Quintil. lib. 3. cap. 6. In adoptionem dato redire in familiam liceat.

In fidem alicujus. Liv. 25. 1.

In gratiam cum aliquo. Cic. 1. Fam. 9. Ut cum Craſſo redirem in gratiam. Simpliciter Ter. Phorm 5. 9. 40.

Redeam ſane in gratiam, jam ſupplicii ſatis eſt mihi. [conf. 3 Fam. 8. 27.

In gratiam redire cum libris. Cic. 9. Fam. 1. Scito enim me, poſteaquam in urbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt cum libris noſtris, in gratiam.

In magiſtrum ſæpe ſcelera rediere ſua, In caput magiſtri reciderunt. Senec. Thyeſt. 4.

In metum redire. Plin. Epiſt. 164.

In mores patrios. Liv. 29. 1.

Redit in rugas. Perſ. 6. Sat. 79.

Jam decies redit in rugas. i. e. Eum tanta ſumma non ſatiat, ſed corrugat & iratum reddit, adductumque vultum. Vulgo tamen exponitur Decies crumenam non explet, & eam adhuc rugoſam, needum diſtentam relinquit. Turnebo prior magis arridet.

In ſaporem redire. Plin. lib. 21. cap. 42. Caſeos redire in muſteum ſaporem, aceto & thymo maceratos, certum eſt. h. e. Recipere eaſdem ſaporis vires, quas muſtum, vel Muſteum, id eſt recentem & novum.

In ſedes antiquas primordia redeunt. Lucret. lib. 6. 87.

In ſpeciem veram rediit, ſolitumque nitorem. Ovid. 4. Met. 231. De Apolline, qui in feminam mutatus fuerat.

In ſtatum antiquum redire. Liv. 3. 9.

Redit animo aliquid, In memoriam redit. Plin. Epiſt.

Ad animum alicujus redire. Quintil. lib. 7. cap. 2.

In corda redeunt tumultus, Tumultus recordor. Claud. de Bell. Get. 286.

In memoriam ſecum redire, Reminiſci. Ter. Phorm. 5. 3. 19.

Non temere dico, redi mecum in memoriam. Cic. de Senect. 21. His enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum.

Res adeo rediit. Ter. Phorm. 1. 2. 5.

Præſertim, ut nunc ſunt mores: adeo res rediit,
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Ubi Donatus, figurate, pro ita ut loqueris, adeo res rediit dixit, & proprie Rem rediiſſe dicitur, quum aliquid pejus exſpectatione contigit.

Ad nilum redeunt res funditus omnes. Lucret. lib. 2. 755.

Ad reſtim rediit res, ſive ad raſtros: Proverbium de re deſperata. Ter. Phorm. 4. 4. 5.

In eum locum res rediit, ut, &c. Ter. Adelph. 2. 4. 8.

Redire, Provenire unde fit Reditus; Proventus. q. V. Plin. lib. 14. cap. 4. Varro 1. de R. R. cap. 44. Ut ex eodem ſemine alibi cum decimo redeat, alibi cum quintodecimo: ut in Hetruria, & locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicunt etiam cum centeſimo redire ſolitum.

Nihil ad me rediit ex his. Cic. 2. de Fin. 78. i. e. Nullum ex his percipio commodum.

Ad te redit hæreditas. Ter. Hec. 1. 2. 97.

Reditur, Imperſonale. Liv. 3. 5. Romam reditum eſt, juſtitiumque remiſſum eſt. Cic. 3. de Legib. 18. Sed jam, ſi placet, de provinciis diſcedatur, in urbemque redeatur.

REDIENS, entis. Partic. [illegible] ut, Annus rediens. Hor. 3. Carm 8. 9.

Lunæ redeuntis cornua. Ovid. 10. Met 479.

REDITURUS, a, um. aliud Partic. [illegible] Cic. 13. Att. 9. Ad quos dies rediturus ſim, ad te ſcribam. Ovid. 4. de Pont. 5. 43.

Fluminaque in fontes curſo reditura ſupino.

Dicet non rediturae. Propert. lib. 2. 15. 24.

Vela reditura tenebat Eurus. Ovid. 7. Met. 664.

REDITIO, ōnis. f. Cic. 3. Verr. 16. Cæſ. 1. Bell. Gall. 7. Ut domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent.

REDITUS, ûs. m [[illegible]] Reverſio. Cic. de Amicit. 13. Idem dicebat ſemper animos hominum eſſe divinos, iiſque, quum e corporibus exceſſiſſent, reditum ad cælum patere.

Aditus & Reditus. Cic. pro Cluent. 119. Hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet.

Itus & Reditus, opponuntur. Cic. 15. Att. 5. Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos?

Profectio & Reditus, contraria. Cic. de Clar. Orat. 227. Inter profectionem & reditum L. Sullæ.

Solis anfractus, reditusque. Cic. de Somn. Scip. 3.

Ad meum reditum. V. AD præpoſitionem.

Abſcindere dulces reditus. Hor. Epod. 16. 35. i. e. Impedire quo minus revertamur.

Aperire reditum. V. APERIO.

Arcere reditu. V. ARCEO.

Ceſſare ex reditu. V. CESSO.

Conficere reditum. V. CONFICIO.

Excuſare reditus. Ovid. 2. Epiſt. Sabin 63.

Ferre reditum, Redire. Catull. de Coma Berenicis, 66. 35.

Si reditum tetuliſſet is. i. e. Si ſoſpes rediiſſet. Idem de Berecynth 61. 79.

Face ut hinc furoris ictu reditum in nemora ferat. conf. non Referre.

Morari reditus. Hor. 3. Carm. 5. 52.

Parare reditum ſibi. Hor. 1. Epiſt. 2. 21.

Parere ſibi reditum. V. Segnis providentia, in PROVIDEO.

Patent reditus populo. Ovid. 1. Faſt. 279.

Perimere reditum. V. PERIMO.

Pollicitus maturum reditum. Hor. 4 Carm. 5. 3.

Prohibere reditu aliquem. Cic. 8. Philipp. 32.

Promittere inanes reditus ſibi. Ovid 11. Met. 576.

Referre reditum. Catull de Berecynth. 61. 47.

Animo alluante rurſus reditum ad vada retulit. Alii legunt Tetulit.

Reſervare ad reditum. V. AD.

Rupere reditum Parcæ. Hor. Epod. 14. 22.

Non erit emiſſo reditus tibi. Hor. 1. Epiſt. 21. 6.

Reditus in gratiam. Cic. 3. Fam. 50. Quid illa tandem popularia? reditus illuſtris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiæ.

Gratiæ reditus ei patet. Cic. de Aruſp. Reſp. 52. Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum?

Reditus, Proventus, eo quod ſingulis annis redeat. Ovid. 2. de Pont. 3. 17.

At reditus jam quiſque ſuos amat: & ſibi quid ſit

Utile, ſollicitis computat articulis. Plin. lib. 17. cap. 1.

Sic Redire apud Æmilium Probum. Vide in Indice edit. Lambini. H. St. Nepos in Themiſt. cap. 2. & 10. V. In ipſo verbo ad fin. & infra.

Pecuniæ reditus, i. e. Uſuræ. Scævola in l. 30. D. de adimen. vel transferen. legat. §. 1. Et ſi putaveris eam ad bonam vitæ conſuetudinem reverſam, ita viginti auri libras ei reddere, quum morieris, interim tamen reditus ejus, id eſt uſuras ſemiſſes, ei præſtes.

Populi reditus. Ovid. 4. de Pont. 5. 19.

Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,

Et minui magnæ non ſinet urbis opes.

Tutior reditus. Plin. lib. 16. cap. 37. Nullius quippe tutior eſt reditus minoriſve impendii, aut tempeſtatum ſecurior. De ſalice loquitur.

Uberiores reditus. Paterc. lib. 2. [Niſi error eſt.

Scribitur & Redditus, pro Proventu. Sic in Suetonio edit. Bononienſis, & ita ipſe Beroald. Sic in Hiſtoricis Rom Frob. ut apud Vopiſcum in Tacito 295. Redditibus. Puto & Bud. ita ſcripſiſſe. Sed Ovid. in verſu repugnat. Alioqui & Varro (ni fallor) ita videtur voluiſſe ſcribi a Reddendo. H. St. V. Cellarii Orthogr. Lat. Redditus pl. tribuitur & Aſconio Pediano.

REDITO, [[illegible]] āre. frequent. Statim, ſive continuo redire. Plaut. Capt. 2. 3. 20 Si non reditas huc, &c. Exemplaria quæ legimus, Rebitas hoc loco legunt. V. BAETO.

REDHIBEO, ui, itum, ēre. ex Re & Habeo compoſitum, d interpoſita, cauſa melioris ſoni. Eſt, inquit Ulpian. De ædilicio edicto, l. Redhibere, Facere ut rurſus habeat venditor quod habuerat: quia id reddendo fiebat, idcirco Redhibitio eſt appellata, quaſi redditio. Feſtus, Redhiberi dicitur, id quod redditum eſt, improbatumque. Plaut. Merc. 2. 3 81.

Quid ſi igitur reddatur illi unde empta eſt? D. minime gentium.

C. Dixit ſe redhibere, ſi non placeat. De venditore loquitur. i. e. Pretium reſtituere, re reddita ſcilicet. Idem Men. 5. 7. 49.

Salvum tibi, item ut mihi dediſti, redhibebo: hic mane. Al Reddibo. Subaudi Marſupium. i.e. Reſtituo, reddo. Ulp. in l Pomponius, D. De acqui. vel amit. poſſ. Præterea quæritur, ſi quis hominum venditori redhibuerit, an acceſſione uti poſſit venditio ex perſona ejus. Cic. 3. Off 91. In mancipio vendendo dicendane vitia, non ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium?

Redhiberi, tum id proprie dicitur, quod redditum eſt, improbatumque, & qui dedit, idemque rurſus coactus eſt habere id quod ante habuit. Nonius. [Niſi error. V. & Lex. Pitiſc.

REDHIBITIO, ōnis. f. Quintil lib. 8. cap. 3. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare, aut circa ſtillicidia affici, aut in mancipii redhibitione ſudare? h e In agendo tanta uti vehementia, ut ſudorem emittas. Eſt autem Redhibitio actionis nomen, quæ & Redhibitoria actio vocetur. Ea vero actio contra eum intentatur, qui quid corrupti vitio commutaverit ſive vendiderit, ut cogatur & reſtituere pretium, & retro quod tradiderat accipere: hoc eſt enim redhibere, ut ex titulo De ædilicio edicto colligi poteſt. Hæc interpres.

REDHIBITOR, ōris. m. Qui venditum recipit, l. 25. ff. de except. rei jud.

REDHIBITŌRIUS, a, um. Adj. ut, Actio redhibitoria, Exceptio redhibitoria. Pompon. in l. Si tamen. D. de Ædilic edict & Papinianus ibidem in l. Actioni redhibitoriæ.

Judicium redhibitorium. Cajus in l. Si quid venditor. D. de Ædilit. edict. & alibi ſæpius eodem titulo.

REDHOSTIO, ire. antiquum. Redhoſtire, inquit Feſtus, Referre gratiam. Nævius inn Lupo, Vel Vejens regem ſalutat, jube Albanum militum, comitem, ſenem, ſapientem, contra redhoſtis Menalus Et Accius in Amphitryone, Cedo ecquid te redhoſtirum, quum meaſſem objectes facilius? Hæc Feſtus. Quæ valde corrupta eſſe nemo non videt. V. Scalig not.

Redhoſtit, Redit, inquit Nonius 2. 740. Accius in Amphitryona, Quid hic redhoſtit viam? comitem obiet facilius. Sic Marcer. Hadr Junius legit, Quid hic redhoſtit eam, quum mi aſſem obhiet facilius. Alii aliter. [Puto pro Redit apud Non. Reddit ſcribendum. Cetera excutere non vacat. conf. HOSTIO, ire.

REDHOSTIMENTUM, i. n. vulgo uſurpant, nulla tamen antiquorum auctoritate ſuffragante. V. Cellar. Cur. poſter. p 365. & Antibarb. p. 91.

RĔDĬCŬLUS, i. m. Deus, extra portam Capenam a Romanis cultus. Feſtus, Rediculi fanum extra portam Capenam Cornificius ait fuiſſe, qui Rediculus propterea appellatus eſt, quia accedens ad Urbem Hannibal, ex eo loco redierit, quibuſdam viſis perterritus. V. Alex. Alexandrinus libro Genialium dierum 2. cap. 4. Campus Rediculi appellatus occurrit apud Plin. 10. 43. [Suſpicor nomen Campum, Fanumque rediculi dictum a recto Rediculum, i, n. ut Diverticulum, &c. Ipſe enim Deus Tutanus dictus eſt, qui in fano colebatur, ut apparet ex Varr. verſibus apud Non. 1. 242.

RĔDĬGO, ēgi, actum, [[illegible]] ĕre. ex Re & Ago compoſitum, A in I converſa, & D interpoſita: eſt Vi quadam vel induſtria ducere ad aliquid vel aliquo, & ſemper Accuſativum poſtulat cum præpoſitione, multiſque accommodatur actibus, & in utramque partem ſumi ſolet. Proprie tamen eſt Rurſus, vel Retro agere, ut

In rura ſua boves actos. i. e. Abactos. Ovid. 3. Faſt. 64. al. In jura.

Redigere, pro Agere, ſive ducere. Liv. 26. 12. extr. Hi ſupra LXX comprehenſi, & cum transfugis novis mulcati virgis, manibuſque præciſis, Capuam rediguntur.

In urbem redigere, Reducere. Auctor de Viris Illuſt. 23. pr.

Monte capras redigere. Ovid. 4. Faſt. 511.

Filia parva duas redigebat monte capellas. h. e. Reducebat.

Hoſtem in caſtra redigere, Vi agere. Liv. 21. 9.

Rem ad priſtinam belli rationem redigere, Reducere. Cæſ. 1. Bell. Civil 76.

Ad æqualitatem redigere. Plin. lib. 30. cap. 13. Carnaſque excreſcentes ad æqualitatem redigit.

Ad neceſſitatem ordinis ſui verba. Quintil. lib 8. cap. 6.

In concordiam redigere. Plaut. Amph. 1. 2. 13.

In gratiam redigere aliquos. Ter. Phorm. 5. 8. 73.

In ſpeciem. Plin. lib. 14. cap 4. Durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in ſpeciem redacta mellis aſperi.

In tranquillum remp. Liv. 3. 40.

Facilia ex difficillimis redigere, Facilia reddere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 27. extr. Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. [An Reddiderat?

In memoriam redigere, Reducere, Revocare. Ter. Phorm. 2. 3. 36. Cic. 2. Philipp. 8. Qui autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam noſtram, te domi Publii Lentuli eſſe educatum?

In teſtatum redigere, Teſtatum facere. Ulp. in l. 1. §. Necte. D. Uſufruct. quemad. caveat.

Frequens uſus hujus verbi in Re pecuniaria eſt, ſignificatque Cogere, Colligere ex re aliqua, ut

Bona redigere alicujus: Accumulare, In unum reducere. Cic. 4. Verr. 47. Syracuſani, qui præfuerant his Heraclii bonis, verbo redigendis, re diſpertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in Senatu. Idem 1. Verr. 56. Deinde bona vendit, pecuniam redigit.

Pecuniam ex bonis patriis in prædæ diſſipatione redigere. Cic. 13. Philipp. 10.

Quæſtum totum ad ſe redigere. Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Unde ut rediit, quæſtum illum maxime fecundum, uberemque campeſtrem, totum ad ſe ita redegit, ut homo popularis fraudaret improbiſſime populum.

In ærarium redigere venditum ſub haſta quod prædæ eſt. Liv. 4. 53.

In unum pecuniam. Cic. 5. Philipp. 22. Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata eſt, ut ſi hoc genus in unum redigatur, non ſit pecunia Pop. Rom. defutura.

Sæpe in malum ponitur, & quodammodo Deſperationem vel Rei diminutionem exprimit, ut

Redactus eo, & In id loci redactus ſum, ut &c. h. e. Eo deveni, ac perductus ſum Ter. Eun. 4 4 23.

Eo redigis me, ut quid egerim, egomet neſciam. Idem Phorm. 5. 7. 86. Et Eun. 2. 2. 7.

Ad interitum. Lucret. lib. 5 875.

Ad irritum & vanum victoriam redigere, Irritam victoriam facere. Liv. 26. 37.

Ad maciem ultimam. Columel. lib. 4. cap. 3.

Ad inopiam redigere aliquem. Ter. Heaut. 5. 1. 56.

Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Ad onus minimum rediguntur membra conſumpta. Ovid. 14. Met. 149.

Ad paucos. Cic. pro Marcell. 10.

In mala antiqua. Liv. 3. 9.

In ſervitutem redigere. Plaut. Aul. 2. 1. 47.

Nihil moror quæ in ſervitutem ſumptibus redigunt viros.

Ad aſſem redigere pretium alicujus rei. Plin. lib. 18. cap. 3.

Ad libros ſex redigere. Varro 1. de R. R. cap. 2.

Ad nihilum redigi. Lucret. lib 1. 791.

Ad numerum duorum redigi. Ovid. 6. Met. 199.

Ad, vel In peregrinitatem redigere Cenſores dicebantur, Quos albo civium Ro. eradebant. Sueton. in Claudio, cap. 16. Ulpianus l. in §. 6 D. De in jus vocando, Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem.

In deditionem imperii redigere, Cogere ut ſe dedant. Cic. 4 Philipp. 13. Potentiſſimos reges, belliccſiſſimas gentes in deditionem hujus imperii redegerunt.

In ditionem ſuam. Cic. pro Corn. Balb. 25. Quos Gaditanis adjutoribus armis ſubegimus, atque in ditionem noſtram redegimus.

In ordinem. V. ORDO. Quintil. lib 1. cap. 4. p. 18. Burm. Auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.

In poteſtatem, Subdere poteſtati ſuæ. Cic. 3. Off. 79. Si ſe Conſulem feciſſent, brevi tempore, aut vivum aut mortuum Jugurtham ſe in poteſtatem Pop. Romani redacturum.

In provinciam. Cæſ. 1. Bell Gall. 45. V. PROVINCIA.

In turbam ſordidiſſimam. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15. extr.

Sub

Sub Imperium redigere. Caeſ. 5. Bell. Gall. 29. V. & Gruter. Inſcript. p. 226. n 7.

REDACTUS, & REDACTURUS, a, um. Partic. V. In ipſo verbo.

REDACTUS, ûs. m. i. e. Pecunia ex frugibus venditis redacta. Scaevola, l. 58. §. 1. D. de uſufructu, Sempronio do lego, ex redactu fructuum oleris & porrinae, partem ſextam. ſic enim in Pandectis Flor. & manuſcriptis codicibus legitur, non Reditu.

REDĬMIO, [ἀναστέφω, στέφω] îre. ex Re & Emio, D interpoſita compoſitum, & a in e mutata: ſignificat Ornare, coronare, circumdare. Claud. de Rapt. Proſerp. lib 2 99. Idem in Laud. Serco. 2. Martial. 8. 65.

Hic lauro redimire comas, & candida vultu, &c. Ibid. 70.
Pieriam tenui frontem redimire corona

Contentus, famae nec dare vela ſuae. Cic. 3. Tuſc. 43. Incendes odores, & ſertis redimiri jubebis & roſa.

Redimire & Circumdare. Idem in Somn. Scip. 15. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam & circumdatam cingulis.

Capillos frondibus redimita. Ovid. 1. Faſt. 713. Idem 9. Epiſt. 63.
Auſus es hirſutos mitra redimire capillos.

Caput corona redimire. Lucret lib. 5. 1368.

Cervix redimita jacebat. Claud. de Rapt. Proſerp. lib. 3. 246.

Comas intonſaſque viridi redimita corona. Sil. lib. 16. 526.

Crinem redimire corymbis Stat. 1. Silv. 5. 16.

Frons redimita corymbis Tibul. lib. 1. 17. 45.

Tempora vittis & ſacra redimitus lauro. Virg. 3. Æn. 81.

Puppis votiva redimire corona. Ovid. 3. Amor. 11. 29.

Faſtigium aedis tintinnabulis redimivit Suet. in Auguſt. cap. 91.

Loca redimita ſilvis. Catul. de Berecynth 61. 39.

REDIMITUS, ûs. m. Solin. cap. 33. Mitrata capita, redimitu pari, raſa in cutem barba. Sed Salmaſ. legit, Mitrata capita, pars raſa in cutem barba.

REDIMICŬLUM, I. n. [μίτρα, ἐμπλόκιον] Ornamentum capitis mulierum, & vittarum taeniae pendentes a poſteriore parte mitrae. Virg. 9. Æn. 616.

Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae. Juven. 2. Sat. 84.
— accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus, & toto poſuere monilia collo. Cic. 5. Verr. 76. Haec civitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines.

Redimiculum vocant mulieres Catellam, qua maxime utuntur ornatus cauſa. Paulus. [i. e. Catenulam

Aurea redimicula demere collo. Ovid. 4. Faſt. 135.

Longa redimicula. Juven. 2. Sat 84.

Auferre collo redimicula. Ovid. 9 Epiſt. 71.

Pendent aure leves baccae, redimicula pectore. Ovid. 10. Met. 265.

Redimiculum, per tranſlationem. Plaut. Truc. 2. 4 41.

Ut eſſet aliquis laqueus & redimiculum. Quum enim redimiculo innexi impleaique teneantur crines mulierum, Redimiculum pro quodam vinculo & nodo, quo velut alligatus teneretur Babylonienſis miles, id eſt miles Graecus, qui Babylone ſtipendia meruerat, jucunda ſuavique tranſlatione dixit.

REDIMICŬLO, âre. Gloſſ. Lat. Gr. Redimiculat, ἀναδεῖν διάδημα.

REDĬMO, ēmi, emptum, [λυτρόω, ἀπολυτρόω, ἐξωνέομαι] ĕre. ex Re & Emo, D interpoſito euphoniae cauſa, compoſitum: pro ſimplici accipitur. Plaut. Men. 4 3 6.

Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.

Paululo redimere. V. PAULULUM.

Domum redimere. Cic 13 Philipp. 10. Eamque, non minoris, quam emit Antonius, redimet: redimet inquam Cn. Pompeji domum filius.

Hoſtias redimere. Cic. 2. de Invent. 96.

Jus ſepulchri aere redimere. Ovid. 13. Met. 472.

Poteſtatem ſepeliendi redimere pretio. Cic. 7. Verr. 119.

Voluntates militum redimere largitione. Caeſ. 1. Bell. Civil. 39.

Amicos ſibi redimere, Acquirere. Caeſ. 1. Bell. Gall. 44. Quorum omnium gratiam atque amicitiam ejus morte redimere poſſet.

Pacem ſibi redimere re aliqua. Cic 1. Q. frat. 1. 27. Æquo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat, atque otium.

Qui ab hoſtibus capti ſunt, vel alicui poenae obnoxii, ſoluto pretio redimuntur. Cic. 2 Off. 55. Liberales, qui ſuis facultatibus, aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum ſuſcipiunt amicorum. Ovid. Rem Amor. 229.

Ut redimas, corpus ferrum patieris & ignes. Ter. Eun. 1. 1. 29.
Quid agas, niſi ut te redimas captum quam queas
Minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas.

Qui injuſte vexantur, ſi per ſolutionem pecuniae, vel alio incommodo ſuſcepto, liberati fuerint, redemiſſe vexationem dicuntur. Curtius 5. 9. 3. Sed medici quoque graviores morbos aſperis remediis curant: & gubernator, ſi naufragium timet, jactura quicquid ſervari poteſt, redimit.

Acerbitatem a Repub. ſuis privatis & domeſticis incommodis redimere. Cic 2. Fam. 15.

Culpam redimere praeteritam. Cic 10 Fam. 8. Ille praeteritam culpam redimere dicitur, qui aliquo egregio facto compenſat.

Metum virgarum redimere pretio. Cic. 7. Verr. 117. Metum virgarum navarchos nobiliſſimae civitatis pretio redemit.

Mortem morte redimere. Ovid. 1. de Pont. 3. 105.

Poenitaeo ut per noſtram ſua redimat perjuria. Ovid 3. Amor. 3. 21.

Redimere dicitur qui pretio accepto aliquid faciendum ſuſcipit, quod & Conducere dicimus. Cic. 3. Verr 142. Si pupillo opus redimitur, mihi praeda de manibus eripitur. conf. Ibid. 141.

Conducere & Redimere, pro eodem. Ulpian. In l. Planum D. de uſu & habitation. Quare etſi lanam conduxerit uſuarius expediendam, poterit etiam per uſuarias ancillas opus perficere. Itemque ſi veſtimenta texenda redemerit, vel inſulam, vel navem fabricandam: poterit ad hoc operis uti uſuariis. [Inſulam. i. e. Domum V. ſ. I.

Opus faciendum redimere. Cic. 5. Verr. 128. & 131. Eundemque te memini Cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere & commutare, ne is redimeret cujus res eſſet.

Vectigalia redimere. Cic. 5. Verr. 78 Ne forte ab nocturno ſuo quaeſtu animum ad vectigalia redimenda transferret.

Redimere, pro Corrumpere: ut, Redimere delatorem, Pecunia eum a delatione deducere. Ulp l. 26. D. de jure fiſci.

Eripiendum reum redimere. Cic 3. Verr. 31. Etenim qua ſtultitia fuiſſem, ſi quam diem, qui iſtum eripiendum redemerunt, in cautione viderunt, &c.

Redemerunt (inquit) id eſt, qui ſuſceperunt procurationem corrumpendorum judicum, vel conduxerunt corrumpenda judicia. Budaeus.

REDIMENDUS, a, um. Partic. [λυτρωτέος] Ovid. 3. Epiſt. 39.

Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuiſſem.

REDEMPTUS, a, um. Partic. [λυτρωθείς] Virg. 9. Æn. 213.

Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemptum,
Mandet humo.

Mercede capitis redemptus. Ovid. 2. Amor. 8. 63.

Plauſor redemptus, i. e. Ad plaudendum pretio conductus. Petron. cap. 5. V. ibi Burm.

REDEMPTIO, ōnis. f. [λύτρωσις, ἀνάληψις] Cic. 2. Verr. 116. Ut primum e provincia rediit, eſt redemptio hujus judicii facta grandi pecunia.

Temeritas redemptionis, Conductionis. Cic. de Provinc. Conſ. 11. Itaque, P. C. videtis, non temeritate redemptionis, aut negotii gerendi inſcitia, ſed avaritia, ſuperbia, &c. paene afflictos jam atque everſos publicanos.

Redemptio, Quod pro liberatione datur. Auctor de Viris Illuſt cap 55. His facile victis, inter captivas uxor Regis Orgiagontis Centurioni cuidam in cuſtodiam data, a quo vi ſtuprata de injuria tacuit, & poſt, impetrata redemptione, marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit. Sic & Valer. Maxim. lib 4. cap. 3. 1. de Scipione, Aurum quoque quod pro redemptione puellae allatum erat, ſummae dotis adjecit.

REDEMPTOR, ōris. m. [ἐργολάβος, ἐκλήμπτωρ Gl. L. G.] Vectigalium emptor. Hor. 1. Epiſt. 2. 72.

Feſtinat calidus mulis, geruliſque redemptor.

Redemptores, inquit Feſtus, proprie atque antiqua conſuetudine dicebantur, Qui quum ad faciendum aut praebendum conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus Emere pro Accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur Redemptores, qui quid conduxere praebendum, utendumque.

Redemptor, Qui certo pretio conducit univerſum aliquod opus faciendum. Cic. 2. de Divin. 47. Et redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerit faciendam, non inertia aut Inopia tardior fuit, ſed a diis immortalibus ad iſtam rem reſervatus eſt. Idem 2. Q. frat. 4. Redemptori tuo dimidium pecuniae curavi.

Litium redemptor, ſeu cauſarum quis dicatur pulchre explicat Alexandrinus Alexand. lib. 4. cap. 16. Redemptor cauſarum is dicitur, qui lites quotidianas pecunia mercari, illiſque pactionibus muneribuſque pellicere conaretur, haud ſecus quam qui domos aedificiumque faciendum, utendumve pretio conducit: qui etiam Quadruplator, & Interceptor alienae litis dictus eſt, quos homines, tanquam inciviles, & malarum artium artifices, Jureconſulti jure inceſſere.

Pontis redemptor portorium ab eo exigebat. Labeo in l. Cum in plures §. Vehiculum. D. Locati & cond.

Silvae redemptor, Qui conduxit operas ad ſilvam cuſtodiendam, vulgo Silvanus dicitur. Alfenus in l. Lege. D. Locati & cond.

Redemptor κατ' ἐξοχὴν Chriſtus. [λυτρωτής] Prudent. Cathem. 10. 157.

Sequimur tua dicta, Redemptor.

REDEMPTRIX, îcis. f. Prudent. in Romano v. 774.

Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit redemptrix prima membrorum omnium.

REDEMPTŪRA, ae. f. Redemptio, quae fit per mancipes. Gallice *Ferme*. Liv. 23. 48 Exhortandos qui redempturis auxiſſent patrimonia, ut Reip ex qua creviſſent, ad tempus commodarent. Ulp in l. Quicunque §. 2. D. de inſtitoria actione, Labeo quoque ſcribit, Si quis iis pecuniis foenerandis, agris colendis, mercaturis, redempturiſque faciendis praepoſuerit, &c.

REDIMIAE, arum. f pl. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀύραι, Redimiae

REDEMPTO, âre. frequent. Tacit. 3. Hiſt. 34. A propinquis occulte redemptabantur.

REDEMPTITO, [λυτροῦμαι] âre. Aliud frequent. Plautus, Redemptitavere ad unum captos. Cato apud Feſtum, Lege facta benefactis non redemptitavere.

RĔDINTĔGER, egra, um pen. corr. Adj ex Re & Integer compoſitum; Rurſus integrum & renovatum ſignificat. Liv. 8. 32. Tunc Papirius redintegra ira ſpoliari Magiſtrum equitum, ac virgas & ſecures expediri juſſit. Vetus exemplar habet Redintegrata.

REDINTEGRO, pen. corr. [ἀνανεόω Gl. L. G.] âre. Rurſus inchoare, inſtaurare, ſive innovare & integrum facere. Componitur a Re & Integro, n interpoſita, euphoniae cauſa. Plin. in Paneg cap. 61. extr. Hominiſne iſtud ingenium eſt, hominis poteſtas, renovare gaudia, redintegrare laetitiam, nullamque requiem gratulationis dare?

Animum redintegrare, Inſtaurare, reſumere. Caeſ. 2 Bell. Gall. 25.

Bellum redintegrare, Renovare. Cic. 11. Fam. 9. Ne bellum nobis redintegrare poſſit, Antonio ſibi conjuncto.

Ira redintegrata. V. REDINTEGER.

Legatum redintegratur. Ulp. in l 4 D. de adimend legat.

Locatio redintegratur. Ulp. in l. Qui ad certum. D. Locati.

Pacem. Liv. 2. 13.

Seditionem redintegrari. Tacit. 1. Ann. 21. Horum adventu redintegratur ſeditio.

Spem victoriae. Caeſ. 7. Bell. Gall. 25.

Vires. Caeſ. 3. Bell. Gall. 26.

Redintegro, plus eſt, quam Renovo. Auctor ad Heren. lib. 2. 47. Breviter, ut renovetur, non redintegretur oratio.

REDINTEGRĀTUS, a, um. Partic. ut, Memoria redintegrata. Liv. 3. 56.

Acies redintegrata. V. ACIES.

Clamor redintegratus. Liv. 3. 63. conf. Aggen. de Limit. p. 52. Goeſ.

REDINTEGRATIO, ōnis. f. Renovatio. Ter. And 3. 3. 24.

Amantium irae, amoris redintegratio eſt. Cic. Anteq. iret in exſil. 21. Nam quid ego improborum facta renovem oratione, ut redintegratione illius conjurationis animos vulnerem veſtros?

REDINTEGRĀTOR, ōris. m Vet. Inſcript. Grut. p. 459. n. 1, REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICORVM.

Carnis redintegrator Tertull de Reſur. Carn. cap. 57.

REDINUNT, pro Redeunt ſcripſerunt veteres. Feſtus.

REDĬPISCOR, redeptus ſum, [ἀναλαμβάνομαι] iſci. Recuperare. Aſſequi. Plaut. Trin. 4. 3. 15.

Inter eoſne homines condalium te redipiſci poſtulas,
Quorum eorum unus ſurripuit currenti curſori ſolum?

REDITIO, & REDITUS. V. REDEO.

REDIVIA, V. REDUVIA.

Digitized by Google

Redivius, vel Reduvius, i. m. [κρότων] Vermiculus, ſeu animalculum quoddam quod infixo ſemper ſanguini capite vivit, cui uni ex omnibus, cibi exitus non eſt, ſed uſque adeo intumeſcit ſatietate, ut ipſo alimento moriatur. Hoc Græci κρότωνα vocant. Latine Redivium a redivivendo, id eſt ſolvendo, quod carnem animalium ſuctu reſolvat. Columel. lib 6 cap. 2. Ventri quoque, & ſub femina, manum ſubjicere convenit, ne ad ejuſmodi tactum poſtmodum paveſcant, & ut redivii, qui plerumque feminibus inhærent, eximantur. Emendata exemplaria habent Ricini. V. in hac voce.

Redivivus, a, um. Adj. [παλίμψυχος] Quod ex vetuſto renovatur. Juven. 6 Sat. 361.

Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum,
Ac velut exhauſta redivivus pullulet arca
Nummus, & e pleno ſemper tollatur acervo,
Non unquam reputat quanti ſibi gaudia conſtent.

I. e. Reviviſcens ac renaſcens, poſtquam exſtinctus eſt.

Lapis redivivus. Cic. 3. Verr. 147. Utrum exiſtimatis minus operis eſſe, unam columnam efficere ab integro novam, nullo lapide redivivo, an quatuor illas reponere? Et paulo poſt 148. prolatis edicti verbis, REDIVIVA SIBI HABETO. Quaſi quicquam redivivi ex opere illo tolleretur: ac non totum opus ex redivivis conſtitueretur.

Bella rediviva, Renovata. Sil. lib. 10. 257.

Gens rediviva. Sil lib. 1. 106. conf. RECIDIVUS.

Rēdo, ōnis. m. Genus piſcis ignoti. Auſon. Moſella v. 89.

Et nullo ſpinæ nociturus acumine redo.

Rĕdŏleo, ui vel ēvi, [ὄζω] ēre. Multum olere. Virg. 4. Georg 169.

Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. [Redolere eſt Late olere. Eadem particulæ vis in Reluceo, Reſonare, aliiſque.

Fœtorem redolet. Columel. lib. 12. cap. 18.

Situm redolet. Plin. lib. 12 cap. 12.

Vinum. Cic. 2. Philipp. 63. Is vomens, fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal implevit.

Virus. Plin. lib. 12. cap. 12.

Solitudinem, Tranſlate. Plin. lib. 12. cap. 17. Odor ferus, & quodammodo ſolitudinem redolens.

Antiquitatem redolet; per tranſlationem. Cic. de Clar. Orat. 82. Sed neſcio quomodo hujus, quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quam aut Lælii, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis.

Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Bajæ denique ipſæ loquuntur? Cic. pro Cœl. 47.

Sermonem ejus redolet. Cic. pro Sext. 24. Et quod ita domus ipſe fumabat, ut multa ejus ſermonis indicia redoleret.

Rĕdŏlens, entis. Partic. [ὄζων] ut,

Melle redolentia thymi flore. Ovid. 15. Met. 80.

Mala redolentia. Ovid. 8. Met. 675.

Redones, um. m. Galliæ populi. V. RHEDONES.

Rĕdōno, [ἀναδίδωμι] āre. Reddere. Hor. 2. Carm. 7. 3.

Quis te redonavit Quiritem
Diis patriis, Italoque cælo?

Iloviſum nepotem Marti redonabo. Hor. 3. Carm. 3. 3.

Redonātor, ōris. m. Inſcript. Grut. p. 1095. n. 7. REDONATOR LIBERTATIS.

Rĕdordior, orſus ſum, [ἀνυφαίνω] diri. Rurſus ordiri, Retexere: Quod orſum eſt & textum, filatim explicare, & diſſolvere. Quod bombyces ordiuntur, nos redordimur: deinde rurſum teximus, & pannum conficimus. Plin. lib. 9. cap. 17. Unde geminus feminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi. Et lib. 11. cap. 22. Primas eas redordiri, rurſuſque texere invenit.

Rĕdormio, [ἀνακοιμάομαι] īre. Rurſum dormire. Plin. 9. Epiſt. 36. Paulum redormio: dein ambulo, mox orationem Græcam Latinamve clare & intente, non tam vocis cauſa, quam ſtomachi lego.

Redormitio, ōnis. f. [ἀνακοίμησις] Plin. lib. 20. cap. 73. In redormitione vana eſſe viſa, prope convenit. Harduinus legit Redormitatione.

Rĕdūco, xi, ctum, [ἀνάγω, ἐπανάγω, κομίζω] ĕre. Retroducere, retrahere. Suet. In Calig. cap. 27. Equitem Romanum objectum feris, quum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit: abſciſſaque lingua rurſus induxit.

E convivio reducere. Cic. 7. Verr. 31. Curritur ad Prætorium, quo iſtum e convivio illo præclaro reduxerant paulo ante mulieres cum cantu atque ſymphonia.

Domum reducere aliquem. Cic. 2. Q. frat. 8. Craſſum COS. ex Senatu domum reduxi.

Reducere ad. Cic. 1. Acad. 1. Satis eum longo intervallo ad ſuam villam reduximus. Virg 4. Georg. 434.

Veſper ubi e paſtu vitulos ad tecta reducit.

In viam reducere. Plaut. Pſeud. 2. 3 2.

Æſtas dum mox frondoſa reducitur, Redit. Virg 3. Georg. 296.

Amicitiam pulſam & errantem reduxiſti. Plin. in Paneg. cap. 81. pr.

Amorem ſcelerum reduxit. Lucan. lib. 4. 836.

Diem reducit Aurora. Virg. 1. Georg. 249.

Exemplum reducere, libertatem, morem. Plin. in Paneg. Hæc nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas.

Exſules reducere. Cic. 7. Verr. 12. Vincti ſolvantur, exſules reducantur.

Febrim reducere. Hor. 2. Serm. 3. 294.

Lucem reducit Aurora, Invecta croceis rotis. Ovid. 3. Met. 150.

Luctus fortuna iterum reduxit. Claud. 2. in Eutrop. 551.

Paſſus reducere, Retrocedere. Valer. 5. Argon. 374.

Solem reducere. Virg. 1. Æn. 147.

Collectaſque fugat nubes, ſolemque reducit.

Somnum. Hor 3. Carm. 1. 21.

Spem mentibus anxiis. Hor. 3. Carm. 21. 17.

Ad colorem reducere, Revocare. Plin lib. 27. cap. 12. Cauſtice vi exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit.

Ad divitias reducere & revocare. Plaut. Ciſt. 2. 3. 17.

Ad etymum vera & multipliciter verba reducere. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Ad maciem reducere obeſum corpus. Plin. lib. 34. cap. 8.

Ad plenum cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ad ſalutem reducere aliquem medicina. Cic. Poſt red. ad Quirit. 15.

Ad conſilium vitæ reducere aliquem. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 9.

Animum alicujus ad miſericordiam reducere. Ter. And. 3. 3. 28.

In concordiam priſtinam diſtractos reducere. Balbus Cic. 8. Att. 14. Obſecro te, Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis, ut Cæſarem & Pompejum, perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas.

In gratiam. Ter. And. 5. 4. 46.

Jamdudum res reduxit me ipſa in gratiam.

In gratiam cum aliquo reduci. Cic. pro Rabir. Poſt. 18.

In memoriam reducere, quod & Revocare dicitur. Cic. 1 de Invent 98. Et reducere in memoriam, quibus rationibus unamquamque partem confirmaris.

Reducere, Liberare, & ſine periculo recipere. Apulejus, Meque oppidum in arcem reduco.

A morte reducere aliquem, Eripere. Virg. 4. Æn. 375.

Amiſſam claſſem, ſocios a morte reduxi.

Reducere numen, Reconciliare. Virg. 2. Æn. 178.

—numenque reducant. Servius.

Reducere, Attenuare, vel Refrenare, Contrahere, In anguſtum redigere. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14. Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam liberalitatem, & frenis arctioribus reprimam. [Quod p. p. dicit, Benignitatis fines introrſus referre.

Se reducere undique, pro Contrahere. Senec. Epiſt. 14. Undique nos reducamus. [Quod paulo ſupra dixerat In tutum nos reducamus. Eſtque dictum pro Recipiamus. V. Partic. REDUCTUS.

Redduco duplici d propter carmen, apud Lucret. lib. 4. 990.

—& crebras redducunt naribus auras. V. RE, particula.

Rĕdūcens, entis. Partic. [ἐπανάγων] ut, Sinum nitidum reducens. I. 2. Aperiens, veſte utrimque reducta. Catul. in Camerium, 53. 11.

Reductus, a, um. Partic. [ἐπαναχθείς] ut,

Reductus de exſilio. Cic. 9. Att. 17.

Reductus in gratiam. Cic. pro Cluent. 110.

Eminens & Reductus, oppoſita. Quintil. lib. 11. cap. 3. Ut qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia tamen reductiora, alia eminentiora fecerunt.

Medium vitiorum virtus eſt, & utrimque reductum, i. e. Remotum. Hor. 1. Epiſt. 18. 9.

Sinus reductus, Replicabilis. Virg. 1. Æn. 165. Servius.

Vallis reducta. Virg. 6. Æn. 703. h. e. Secreta. Acron. Lambinus vero in illud Hor. 1. Carm. 17. 17.

Hic in reducta valle, &c. Reductam vallem appellat, Quæ ſinus quoſdam ſinuoſos & receſſus habeat, in quibus quis a ventis & injuria cæli tutus eſſe queat.

Producta & Reducta. Cic. 5. de Finib. 90. Hæc igitur quum ego tot nominibus a Stoicis appellata, partim novis & commentitiis, ut iſta, producta & reducta: partim idem ſignificantibus, &c. [Producta, προηγμένα; Reducta, ἀποπροηγμένα Stoicorum.

Teſtes reductos poſſum excitare multos liberalitatis tuæ. Cic. pro Rabir. Poſt. 47. Al. Relictos.

Reductio, ōnis. f. [ἀναγωγή] Cic. 1. Fam. 7. Quoniam Senatuſconſultum nullum exſtat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit. V. Vitruv. 5. 10.

Reductor, ōris. m. [ἐπαναγωγός] Liv. 2. 33. Reductori plebis Romanæ in urbem, ſumptus funeri defuit.

Literarum ſeneſcentium reductor. Plin. 8. Epiſt 12. pr.

Reducto, āre. frequent. Aurel. Vict. Schotti in Numeriano: Cum exercitum reductaret.

Redux, ŭcis. Adj. [παλίνορσος, παλίνορτος] Qui ex itinere domum, vel e periculis in tutum, ab exſilio ſive captivitate redit in patriam. Cic. pro Milon. 16. Quid me reducem eſſe voluiſtis? an ut ſpectante me expellerentur hi, per quos eſſem reſtitutus? Virg. 1. Æn. 394.

Namque tibi reduces ſocios claſſemque relatam
Nuntio.

Facere reducem ab Orco in lucem. Ter. Hec. 5. 4. 12.

— egone? qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris?

Facere reducem in patriam. Ter. Heaut. 2. 4. 16.

Ergo, mea Antiphila, tu nunc ſola reducem me in patriam facis.

Gratari aliquem reducem. Virg. 5. Æn. 40.

Carina redux. Ovid. 6. Epiſt. 1.

Fortuna redux, quod a bello, aut longinqua peregrinatione, exſiliove reduceret, appellata, eoque nomine illi ſacrum in urbe fabricatum referunt ea veterum monumentis. Lilius Syntagm. 116. p. 445. edit. Baſil. & Alexand. Alexandrin. lib 1. cap. 13.

Τύχη Ἐπαναγωγός, ut Dio interpr. Vide col. 604. H. St. Exſtant lib 54. in Auguſtu, τύχῃ τῇ ἐπαναγωγῷ (οὕτω γὰρ πως αὐτὴν ὠνόμαζον) βωμὸς ἱδρύθη. Occurrit in nummis Auguſti, Veſpaſiani & Hadriani apud Oiſel. Tab. 53. n. 8. 9, 10, 11.

Reduces, pro Redeuntibus ſimpliciter. Plin. lib 8 cap. 5. Initur autem biennio, quinis (ut ferunt) cujuſque anni diebus, nec amplius: ſexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen.

Choreæ reduces, Multitudo comitum divitem aliquem reducentium. Martial. lib. 10. 70.

Redulcĕro, [ἀνελκόω] āre. ab Ulcere fit. ut, Cutis redulceratur, h. e. Rurſus ulceroſa fit: vel etiam Plaga redulceratur, h. e. Redintegratur. Columel. lib 7. cap. 5. Tepefactumque medicamentum linitur ſcabræ parti, quæ prius aſpera teſta vel pumice defricata redulceratur. Nempe ut facilius medicamentum penetret.

An Illinitur? H. St.

Redulcerātus, a, um. Partic. Apul. 5. Met. p. 163. Elmenh. Redulcerato prurſus dolore.

Rĕduncus, a, um. Adj [ἀνακεκαμμένος] contrarium eſt Adunco. Plin. lib. 11. cap 37. de cornubus quadrupedum. Aliis adunca, aliis reduncа. [Adunca antrorſus. Reduncа retrorſus flexa exponit Hard. Idem in MSſ. Reunca exſtare teſtatur.

Roſtrum reduncum. Ovid. 11. Met. 568.

Redundo, [κυμαίνω, πλεονάζω, ὑπερπλεονάζω, περισσεύω] āre. ex Re & Unda compoſitum; ſignificat Superabundare.

Si lacus Albanus redundaſſet, iſque in mare fluxiſſet, Romam periturам. Cic. 1. de Divin. 100.

Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua. Ovid. de Rem. Amor. 536.

Pituita redundat. Cic. 4. Tuſc. 23.

Sanguine redundare. Cic. pro Lege Manil. 30. Teſtis eſt Africa, quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorum ſanguine redundavit.

Corna

Digitized by Google

Cœna heſterna redundare. Plin. in Paneg. cap. 63. Non eſſi marcidi ſomno, heſternaque cœna redundentes, comitiorum ſuorum nuntios operiebantur?
Eloquio. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 151.
Ornamentis omnibus redundare. Cic. 3. Fam. 10. Præſertim quum tu omnibus vel ornamentis, vel præſidiis redundares.
Digito uno. i. e. Plus habere, & ſupervacaneum. Cic. 1. de Nat. Deor. 110. Tuus autem deus, non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus.
Verbis non complere quod propoſueris, & Redundare, contraria. Cic. in Partit. 18. Numerus aures ipſæ metiuntur, ne aut non compleas verbis quod propoſueris, aut redundes.
Nihil prætermittatur, cui opponitur Nihil redundet. Cic. in Orat. 217. Nulla neque prætermittatur, neque redundet.
Deeſſe & Redondare, contraria. Cic. 3. de Orat. 16. Neque in Antonio deerat hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundabat.
Oratio redundat. Cic. 5. de Finib. 14. Critolaus imitari antiquos voluit, & quidem eſt gravitate proximus, & redundat oratio.
Vindicta libelli ſera redundavit veteris. Ovid. 2. Triſt. 454.
Ad amicos infamia redundat. Cic. de Amicit. 78. Erumpunt ſæpe vitia amicorum tum in ipſos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia.
Ad fructum alicujus redundare. Cic. pro Ligar. 8. Quod laudem adoleſcentis propinqui etiam exiſtimo ad meum aliquem fructum redundare. i. e. Referri, & pertinere. Budæus.
Ad te damni periculum non redundat. Imp. Alexand. l. Et ſi ſciſſes C. De adminiſt. tut.
Redundare de. Cic. 5. Verr. 155. Neceſſe eſt quod redundaret de veſtro frumentario quæſtu, ad illum potiſſimum, per quem agebatis, defluxiſſe.
Redundat ex. Cic. 5. Verr. 103. Quibus quod tum eis remiſſum, aut relictum ſit, id fuiſſe tantum, quantum ex eo, quo iſtius avaritia contenta fuit, redundarit. Cic. 3. Verr. 100. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex parte nos inveſtigamus, redundarunt.
Redundabit ea neceſſitate onus legatorum ad hæredem. Ulpian. in l. Si ſervus plurium ſit. §. Si quis ante. D. de legatis 1.
Redondat in. Plaut. Hoc facinus in tuum redundabit caput. i. e. Redibit, recidet, revertetur.
Redundat mihi in poſteritatem. Cic. 1. in Catil. 29. Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in poſteritatem redundaret.
In annum ſeq. redundare. Cic. pro Mman. 85. Sed quid tandem fiet, ſi hæc, elapſa de manibus noſtris, in eum annum, qui conſequitur, redundarint?
In eum captio redundat, qui ſuſcepit mandatum. Paulus in l. Si mandavero tibi §. ult. D. Mandati.
In genus auctoris miſeri fortuna redundat. Ovid. 3. Triſt. 1. 73.
In me commiſſi pœna redundet ſi ſcelus eſt. Ovid. 6. Faſt. 451.
Redundare, Abundare, ſupereſſe. Cic. 3. Off. 91. Nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant. Et Herenſ. Tum intelligas, quam illud non ſit neceſſarium, quod redundat. Ex Nonio 4. 400.

Redundans, antis. Partic. [πλεονάζων] ut, Redundans homo. Cic. de Fato 7. Inter locorum naturas quantum interſit videmus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes, in aliis exſiccatos atque aridos.
Is dedit operam, (ſi modo id conſequi potuit) ut nimis redundantes nos, & ſuperfluentes juvenili quadam dicendi impunitate & licentia, reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentes coerceret. Cic. de Clar. Orat. 316. Ibid. 51. Sed parum preſſi, & nimis redondantes.

Redundātus, a, um. Partic. [πλεονασθεὶς] Ovid. 6. Faſt. 402.
Amne redundatis foſſa madebat aquis. al. Redundanti.

Redundanter, Adv. Plin. 1. Epiſt. 20. Ut illud immodice & redundanter, ita hoc jejune & infirme.
Compar. Ambroſ. Epiſt. 82. Pro remedio parcius, pro deliciis redundantius bibendum.

Redundantia, æ. f. [περισσολογία] quam Superfluitatem appellamus. Cic. in Orat. 108. Ipſe enim ille pro Roſcio juvenilis redondantia, multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

Redundātio, ōnis. f. [πλεονασμός] Plin. lib. 7. cap. 6. Feſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. i. e. Nauſea, vel quæ fluctuatio dicitur.

Redŭvia, æ. f. [παρωνυχία] Morbus eſt quum cutis circa ungues ſe ſolvit. Plin. lib. 29. cap. 2. Lana ſuccida reduvias ſanat ex aqua frigida.
Redivias quidam, alii Reluvias appellant, cum circa ungues cutis ſe reſolvit, quia Luere eſt Solvere. Feſtus. Sed peritiores dicunt Reduvia per quintam vocalem, & l in d mutata. V. PARONYCHIA.
Reduviam curare. Cic. pro Roſc. Amer. 128. Intelligo me ante tempus, Judices, hæc ſcrutari, & propemodum errare, qui quum capiti Sexti Roſcii mederi debeam, reduviam curem. h. e. Qui res maximi momenti & præcipuas negligam, ſecundarias & infimis partibus minoris æſtimandas confectes. Narrat Plutarchus quendam conſuluiſſe medicum de vitio unguium, quum color argueret illum eſſe vitiato hepate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, Nihil, inquit, tibi periculi eſt a reduvia, ſed gravius malum urget te. Inde natum proverbium, De reduvia queritur quo utimur, ubi quis pravo pudore, leviſſimis malis quærit remedium, diſſimulans majora. Eraſm.
Eſcarum reduviæ. Solin. cap. 45. Trochilos avis parvula eſt. Ea dum reduvias eſcarum affectet, os belluæ hujuſce paulatim ſcalpit, & ſenſim ſcalpurigine blandiens aditum ſibi in uſque fauces facit, &c. Reduvias eſcarum vocat Reliquias ciborum, inter crocodili dentes hærentium. Has dormiente crocodilo appetit Trochilus, inde victum ſibi parans, ut ſcribit etiam Plin. lib. 8. cap. 25.

Reduviōsus, a, um. Adj. Aſper & exſtans. Lævius:
Scabra in legendo reduvioſaque offendens. V. Feſt. in Redivia cum not. Dacer.

R E E

Reexināno, ire. Apic. 4. 2. Reexinanire in cacabum.

REF. C. Reficiendum curavit.
Refacio, Refectio, Refectus. V. reficio.
Rĕfello, felli, [ἀποσκαλίζω, διασκαλίζομαι] ēre. ex Re & Fallere; Quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendere, inquit Donatus. Ter. Phorm. 1. 2. 80.
Quum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet. i. e. Quum factum non negabis. Donatus, Refelles, refutabis, redargues. Cic. 2. Tuſc. 5. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. Virg. 4. Æn. 380.
— neque te teneo, neque dicta refello.
Refello & Approbo, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Ea in ipſa refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Aliquem refellere, Alicujus ſententiam oppugnare. Cic. 4. Acad. 15. Socrates autem de ſe ipſe detrahens, in diſputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere.
Refellere quæ ab aliquo dicta ſunt. Cic. 4. de Finib. extr. Ut audias me, quæ a te dicta ſunt refellentem.
Fortunam refellere. Stat. 2. Silv. 2. 226. legitur & Repellere.
Mendacium alicujus refellere & coarguere. Cic. pro Ligar. 16.
Opprobria non poſſunt refelli. Ovid. 1. Met. 759.
Orationem ſuam vita. Cic. 2. de Finib. 81. Ita enim vivunt quidam, ut eorum vitā refelletur oratio.
Senſus non poſſunt refelli. Lucret. lib. 4. 481.
Teſtimonia refellere, & teſtes, & tabulas dicebant veteres. Cic. pro Flacc. 17. Nam aut oratio teſtium refelli ſolet, aut vita lædi. Tranquillus in Auguſt. cap. 56. Teſtem ſe in judiciis & interrogari & refelli æquiſſimo animo patiebatur. Dicitur & Elevare, apud Quintil. Stodæus.

Rĕfercio, ſi, tum, [πιμπλῶ] ire. ex Re & Fercio; ſignificat Implere. Cic. de Senect. 56. Semper enim boni, aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria eſt, villaque tota locuples eſt.
Complere & Refercire. Cic. pro Sext. 77. Meminiſtis tum, Judices, corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refarciri.
Omnia referſerunt libris. Cic. 2. Tuſc. 6. Idem pro Corn. Balb. Quod eis rebus urbem Italiamque referſerunt.
Refercire in. Cic. 1. de Orat. 163. Sed hoc nobis da, Scævola, & perfice, ut Craſſus hæc, quæ coarctavit, & peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis atque explicet.
Sermonibus aures hominum refercire. Cic. pro Rabir. Poſt. 40. Tum ſubinviſum apud malevolos Poſtumi nomen, propter opinionem pecuniæ neſcio quam, æſtatem unam complures aures referſit iſtis ſermonibus.

Refertus, a, um. Partic. [ἀνάπλεως] ut, Refertæ ſuavitate litteræ, h. e. Omni officio plenæ. Cic. 2. Q. frat. 15. Accepi tuas litteras datas Placentiæ. Deinde alteras poſtridie, datas Blandenonæ, cum Cæſaris litteris, refertis omni officio, diligentia, ſuavitate.
Locuples ac Refertus. Cic. 5. Verr. 128. Cum provinciā tam locupleti ac refertā, non modo rem, ſed ne ſpem quidem ullam reliquam cuiquam feceris.
Plenus & Refertus. Cic. 1. Acad. 17. Sed utrique Platonis ubertate completi, certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.
Domus referta, Plena, dives. Senec. Med. 17.
Domus locuples & referta. Cic. 1. de Orat. 161. conf. paulo ſupra Locuples & Refertus.
Genitivo aliquando jungitur. Gell. 1. 8. Is librum multæ variæque hiſtoriæ refertum compoſuit. Cic. pro Font. 1. Referta Gallia negotiatorum eſt, plena civium Romanorum. Idem 8. Att. 4. Etſi propediem video bonorum, id eſt lautorum & locupletum, urbem refertam fore.
Genitivo, quia Plenus, quod συνώνυμον eſt, Genitivo jungitur, Græcorum imitatione. H. St. Ut verba copiæ. V. Non. 9. 6. & 13. Vechner. Hellenol. 1. 24. 1.
Elephantorum ſaltus referti. Plin. lib. 5. cap. 1.
Hominum oppida referta. Varr. de vita Pop. Rom. Ipſe Italiæ oppida ſunt vaſtata, quæ prius fuerant hominum referta. Ex Nonio 9. 13.
Prædonum mare refertum. Cic. pro Rabir. Poſt. 20.
Ablativo frequentius. Cic. 3. Verr. 137. Domus erat, non meretricio conventu, ſed Prætoria turba referta. Et 7. Verr. 70. Referta piratarum præda navis.
Divitiis puppis referta. Claud. 6. Conſ. Hon. 134.
Pecunia annus refertus. Cic. 6. Verr. 41. Primus annus erat provinciæ: non, ut in Sthenio, jam refertus pecunia. [Si modo ad § Annos referendum.
Compar. ut Ærarium refertius. Cic. 5. Verr. 202. Tum refertius erit ærarium Populi Romani, quam unquam fuit.
Superl. Refertiſſimus, quod & Conferiſſimus dicitur. Cic. 1. Q. frat. 1. 33. Quare, quoniam ejuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, &c.

Refresina faba. V. refrina.
Rĕfĕrio, [ἀντικρούω] ire. Repercutere. Ter. Adelph. 4. 2. 26.
— quia miſeram mulierem, & me ſervolum,
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter! Ovid. 4. Met. 349.
Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus.

Rĕfĕro, tuli, lātum, [ἀναφέρω, ἀνάγω, ἀνακομίζω, ἐπαναφέρω] ferre. Reportare, quaſi retro ferre. Quintil. Decl. 4. 5. Ad patrem arma non retuli. Tacit. 14. Ann. 24. Quum ex agris ſegetes domum referrent.
Præteritum perpetuo a poetis, propter metrum per diplaſiaſmo prod. ſcribitur Rettulit. Unde quidem communem pr. putant.
Humeris ſuis pecuniam alicui referre. Cic. 6. Att. 2. Itaque ſine ulla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt.
Sub tectum referre. Columel. lib. 11. cap. 3.
Pateram referre, pro Reſtituere. Cic. 1. de Divin. 54. Is pateram retulit.
In tectum referre. Varro 3. de R. R. cap. 6. Præterea ova emit, ac ſupponit gallinis: ex quibus ex his exclusos pullos refert in id tectum, in quo pavones habet. [Niſi Detert legendum.
Dexteram ad oſculum referre. Plin. lib. 28. cap. 2.
Manum ad poplitem referre. Plin. lib. 28. cap. 4.
Pedem quam molliſſime referre. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Pedem retulit ad me. Plaut. Epid. 3. 4. 3.
Ad aliquem referre. In conſultationem illius ponere, ut ait Valla lib. 3. Plaut. Curc. 2. 2. 4.

Digitized by Google

Tute ipſe, ſi quid ſomniaſti, ad me refers. Cic. 1. de Divin. 144. Ex eo evenit, ut & Tarquinius augure Attio Nævio uteretur, & populus de ſuis rebus ad eum referret.
De rebus obſcuris & incertis ad Apollinem cenſeo referendum. Cic. 1. de Divin. 122.
Ad Senatum de re aliqua referre, Conſules & ii, quibus Senatum cogere licebat, dicebantur, quum rem in Senatu, ad deliberandum proponebant, rogantes Senatorum ſententias. Cic. 2. in Catil. 11. Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, jam ad Senatum referemus, quem vocari videtis. Virg. 3. Æn. 58.
Delectos populi ad proceres, primumque parentem,
Monſtra deûm refero. Et ne dubitares de ſenſu ſermonis, more ſuo aperuit, ſubjungens,
— & quæ ſit ſententia poſco. Cic. in Piſon. 29. An tum eratis Conſules, quum quacunque de re verbum facere cœperetis, aut referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat? oſtendebatque, nihil eſſe vos acturos, niſi prius de me retuliſſetis? Ex Budæo.
Rem omnem ad Patres Conſcriptos retuli. Cic. 2. in Catil. 12.
Conſulere ſe, & ad ſe referre. Cic. pro Quint. 53. Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti, ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti.
Ad ſe ipſum aliquid referre, i. e. Perpendere, & quaſi de ſuo facto, alienum metiri. Cic. pro Dejot. 7. Quæ quoniam anguſtiora parietes faciunt, actioque cauſæ maxime debilitetur loco; tuum eſt, Cæſar, qui pro multis ſæpe dixiſti, quid nunc mihi animi ſit, ad te ipſum referre.
Ad arbitrium alicujus referre. Cic. 5. Tuſc. 81. Omnia ad ſuum arbitrium referre, ſuis ſtare judiciis.
Ad finem aliquem referre omnia. Cic. 4. Acad. 60. Nempe fines conſtituendi ſunt, ad quos & bonorum & malorum ſumma referatur.
Ad oſtentationem nihil, omnia ad conſcientiam referre. Plin. 1. Epiſt. 22. Tanquam ad finem ſcil.
Ad memoriam vetuſtatis referre omnia. Cic. 7. Verr. 84. Atque hæc omnia ad memoriam vetuſtatis, non ad contumeliam civitatis referri volo.
Ad ſummam unam referre omnia. Cic. 4. de Finib. 40. Introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad ſummam. conf. 32.
Ad voluptatem, vel Ad ventrem referre omnia, & ſimilia, eſt Omnia propter voluptatem facere. Cic. de Amicit. 32. Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus.
Conſilia referre aliquo. Cic. 1. de Finib. 20. Quid ultimum, quo ſint omnia bene vivendi, recteque faciendi conſilia referenda?
Curas omnes referre ad aliquem, & in eum conſumere, i. e. Illum ſolum curare, de eo ſolo ſollicitum eſſe. Cic. ad Brut. 18. Rogatus ſum a prudentiſſima femina, matre tua, cujus omnes curæ ad te referuntur, & in te conſumuntur, ut venirem ad ſe a. d. VIII Calend. Sext.
In acceptum referre. Cic. 3. Verr. 149. Poſtquam reus factus eſt, primo negabat opus in acceptum referre poſſe. Referre in acceptum, inquit Budæus, eſt Scribere opus eſſe præbitum & probatum, quod Prætoris munus erat in fartis tectis.
In acta referri. Juven. 2. Sat. 136.
In album referre. Liv. 1. 32.
In cenſum aliquid referre. Liv. 39. 44.
In codicem referre. Cic. pro Sull. 44. Tibi, meo familiari & contubernali, prius etiam edituri fuerint indicium ſcribæ mei, ſi voluiſſes, quam in codicem retulerint?
In commentarium referre. Cic. 7. Att. 3. Quod ipſa in Tuſculano me referre in commentarium mea manu voluit.
In libellum referre. Cic. 1. Philipp. 19. Niſi forte, ſi quid memoriæ cauſa retulit in libellum, id numerabitur in actis.
In libros referre. Macrob. 7. Saturn. cap. 15. Quod tantum virum in libros retuliſſe, mirandum eſt.
In litteras publicas referri. Cic. 6. Verr. 14. Turpitudinem ſummam eſſe arbitrabantur referri in publicas litteras, pretio adductam civitatem.
In numeros referre. Plin. 1. Epiſt. 8. extr. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt. Militum ſcil.
Rationibus referre, & in rationes, eſt Rationibus adſcribere, hoc eſt *Impenſam vel receptam facere*, ut vulgo loquitur. Tranquillus in Veſp. cap. 22. Expugnatus autem a quadam, quaſi amore ſui deperiret, quum perductæ pro concubitu ſeſtert. quadraginta donaſſet, admonente diſpenſatore quemadmodum ſummam rationibus referri vellet, Veſpaſiano, inquit, adamato. Alii legunt, Inferri. Dicitur & Referre in rationes, ut Referre in publicas litteras, quod Juvenalis Referre in acta dixit. Budæus. Paulus in l. Neſennius, ad finem. D. de negot. geſtis, Maxime ſi etiam in rationes impenſam eam retuliſſe aviam apparebit.
In tabulas referre. Cic. 7. Verr. 101. Iſte in tabulas refert, obſignat ſignis amicorum providens homo.
Acceptum referre alicui, eſt Fateri ſe ab eo accepiſſe: idque In codicem accepti referre: denique eſt quaſi Debitorem ſe profiteri. Significat etiam interdum [Immo ſemper] Fateri, ſibi pecuniam a ſe creditam, a debitore eſſe ſolutam. Cic. pro Cæcin. 17. Se habere ait argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata.
Per tranſlationem autem dicimus, Acceptum referre alicui bonum, vel malum, & tam rei, quam perſonæ, pro eo quod eſt, Ingenue fateri ac prædicare, ſibi illius opere id boni evenisse, vel mali. Exempla paſſim reperies. V. in FERO, & ACCIPIO.
Acceptam referre [illegible] ſalutem ſuam benevolentiæ alicujus, pro Fateri accepiſſe. Cic. 11. Att. 2. Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum ſuſcipias: ut ſi ii ſalvi erunt, quibuſcum ſum, una cum iis poſſim incolumis eſſe, ſalutemque meam benevolentiæ tuæ acceptam referre.
Cum Infin. Ovid. 2. Triſt. 10.
Acceptum refero verſibus eſſe nocens.
In ærarios referre. V. Ærarius, adj. in AS.
In judices ſelectos referre. Cic. pro Cluent. 121. Deinde Prætores urbani, qui jurati debent optimum quemque in ſelectos judices referre.
In Novocomenſes retulit, i. e. Adſcripſit iis. Cic. 13. Att. 35.
In numerum deorum referre aliquem, i. e. Adſcribere diis. Suet. Jul. 88.
Referre, Adſcribere. Varr. Eumen. Forenſes decernunt, ut exiſtimatio nomen meum in ſanorum numerum referet. Nonius 4. 394.
In reos referre, Reum facere. Relatus inter reos quid ſit, ex Juriſcon-

ſultis & Aſconio Pediano diſce. Ulpian. in l. 15. §. 5. D. ad legem Jul. de adult. Lege (inquit) Juliæ de adulteriis cap. 7. ita cavetur, ne quis inter reos referat eum, qui tum ſine detrectatione Reip. cauſa aberit: neque enim æquum viſum eſt abſentem reipublicæ cauſa inter reos referri, dum Reipub. operatur. Aſconius ad 2. Verr. 5. Quid eſt reum fieri, niſi apud prætorem legibus interrogari? quum enim in jus ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut victo: ſi negaſſet, petebatur a magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio. Hæc ille. Interea autem ejus nomen in reorum album referebatur, ut cauſa ex ordine ageretur, dicebaturque in reos receptus, vel relatus. V. L. 3. D. de accuſat.
Cælum & terram in Deos refert Heraclides. Cic. 2. de Nat. Deor. 34.
Diem inter nefaſtos referre. Auctor de Viris illuſtr. cap. 14. & 23.
Diem prodictam referri, i. e. Anteferri. Feſtus.
Judices rejicere, & Referre, contraria. Cic. pro Planc. 41. An vero nuper clariſſimi cives nomen editi judicis non tulerant, quum ex CXXV judicibus, principibus Equeſtris ordinis, V & L A reus rejiceret, L referret?
Animum referre ad rem aliquam. Cic. pro Roſc. Amer. 48. Age nunc, refer animum ſis ad veritatem, & conſidera. Ovid. 3. de Arte Am. 499.
Sed libet a parvis animum ad majora referre.
Animum ad mala ſua referre. Ovid. de Rem. Amor. 559.
Animum & oculos ad aliquem. Cic. pro Quint. 47.
Aſpectum referre in curiam. Cic. de Provinc. Conſul. 38. Qui ſi ex illa jactatione, curſuque populari, bene geſta Repub. referunt aſpectum in curiam, atque huic ampliſſimæ dignitati commendati eſſe volunt, non modo non repellendi ſunt, verum etiam expetendi.
Oculos referre ad aliquem, vel ad terram. Cic. pro Quint. 47. Quum autem ad te, C. Aquili, oculos animumque retuli. Idem in Somn. Scip. 14. Hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem.
Oculos & ora in aliquem referre. Virg. 12. Æn. 657.
Ora retulit ad juvenem, Aſpexit juvenem. Valer. 7. Argon. 79.
Se referre, pro Redire domum. Virg. 4. Georg. 180.
Se domum referre ad &c. Redire. Hor. 1. Serm. 6. 125.
Se iterum Romam referre. Cic. pro Flacc. 50.
Se ab æſtu referre. Ovid. 14. Met. 52.
Se in gregem ſuum veterem referre. Cic. 6. Att. 1. Velim te in tuum veterem gregem retuliſſes.
Se ad ordinem referre. Cic. 4. Acad. 67. Jam enim referam me ad ordinem, i. e. Ordine omnia agam ut cœperam.
Se ad ſtudia referre, ad philoſophiam. Cic. 2. Off. 45. Exiſtimavi honeſtiſſime poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem, i. e. recepiſſem.
Referre, Reddere. Virg. 8. Æn. 560.
O mihi præteritos referat ſi Juppiter annos!
Enſem vaginæ referre. Sil. lib. 7. 508.
Eodem referri, Reportari. Cic. 1. Tuſc. 119. Si reflantibus ventis rejiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur neceſſe eſt.
Rationes referre, pro eo quod vulgo *Computum reddere* dicunt. Cæſ. 2. Bell. Civil. Relatis ad eum publicis rationibus, cum fide, quod penes eum eſt pecuniæ, tradit. Cic. 5. Verr. 37. Ut hoc pacto rationem referre liceret, eo Sullanus repente factus eſt.
Rationes referre ad ærarium. V. Ærarium, in AS.
Manubias referre. Cic. 2. de Lege Agr. 61. Is excipitur unus, ne manubias referre debeat.
Gratiam referre, eſt facto: ut ſi tu a me ſublevatus, aut pecunia, aut patrocinio, aut manu, aliove ſubſidio, viciſſim me aliquo modo ſublevaveris; gratias retuliſti, reddidiſtique, ut ait Valla lib. 5. Liv. 37. 37. Satiatus tandem complexu filii, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non poſſe, quam ut ſuadeam, ne ante in aciem deſcendat, quam in caſtra me rediſſe audierit. Cic. in Salluſt. 9. Non enim me ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturum, ut viciſſim tuos compellarem. Referre gratiam hoc loco, etiam verbo dicitur. Cic. 2. Off. 69. Nimirum enim inops ille, ſi bonus eſt vir, etiamſi referre gratiam non poteſt, habere certe poteſt.
In malum. Ter. Eun. 2. 3. 93.
Nunc referam gratiam: atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur.
Se ipſum exponit Terent. Ubi Donatus, Referam gratiam, non eas, inquit, laceſſam: ſed quod juſtum eſt, vicem reddam.
Gratia referenda eſt emeritis. Ovid. 1. de Pont. 7. 61.
Gratia referatur facto. Ovid. 5. Triſt. 4. 47.
Gratiam referre in aliquo. V. IN præpoſitionem.
Gratiam plenius referre. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Gratiam referre in majus, pro Majorem gratiam. Senec. de Benef. 3.
Gratiam bonam, vel præclaram referre. Cic. 2. Att. 9. Ut ſciat hic noſter Hieroſolymitanus traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit, quarum exſpecto divinam παλινῳδίαν.
Gratias referre, Idem. Plaut. Amph. 1. 1. 27.
Honorem officii. V. Fructum.
Par referre. Ter. Adelph. 1. 1. 48. Donatus, Par referre, i. e. Benefacere. [Immo Beneficium obſequio rependere.
Salutem alicui referre, pro Reſalutare. Cic. 16. Att. 3. Atticam noſtram cupio ſuaviari, ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. Refer igitur ei plurimam ſalutem.
Vicem referre, Rependere. Ovid. 1. de Arte Am. 370.
Voces. Cic. 1. Q. fratr. 1. 33. Theatrum Aſiæ ita reſonans, ut uſque Romam ſignificationes, voceſque referantur.
Animo aliquid. Ovid. 7. Epiſt. 26.
Ænean animo noxque dieſque refert.
Diem referre dicitur ſol. Virg. 1. Georg. 458.
At ſi, quum referetque diem, condetque relatum.
Pedes referunt me in locum aliquem. Cic. 15. Att. 16.
Ventus me retulit ad vel in Italiam. Cic. 16. Fam. 25.
Aliquem ore referre, i. e. Ore ſimilem eſſe alicui. Virg. 4. Æn. 329.
Colorem paternum referre. Columel. lib. 7. cap. 2.
Figuras proavorum. Lucret. lib. 4. 1213.
Laudem referre familiæ alicujus, Deſitam & antiquatam in dignitatem reſtituere, ſive revocare. Cic. pro Flacc. 1. Quum L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem prope quingenteſimo anno Reipub. retuliſſet?

Conſue-

Digitized by Google

Conſuetudinem repetere atque referre. Cic. 1. Verr. 67. Neque enim magis animos hominum nocentiore res unquam ulla commovit, quam hæc majorum conſuetudo longo intervallo repetita atque relata. i. e. In uſum reſtituta, quæ deſita & antiquata fuiſſet.
Figuram proavorum. Lucret. lib. 4. 1213.
Morem referre, Revocare, & quaſi rurſus ferre. Virg. 5. Æn. 598.
Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus
Aſcanius, longam muris quum cingeret Albam,
Retulit. [Sic ſemper, ut dixi. An quia per Syncopen ex Retetuli?
Mores patris referre, i. e. Exprimere, & imitari. Plin. 5. Epiſt. 16. Amiſit enim filiam, quæ non minus mores ejus, quam os vultumque referebat: totumque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat.
Saporem ſalis, Exhibere. Virg. 3. Georg. 397.
Senium parentis referre. Columel. lib. 7. cap. 3. h. e. Imitari, reddere.
Similitudinem referre. Plin. lib. 22. cap. 8.
Sonum eundem referre in cadendo. Cic. in Orat. 38.
Fructum diligentiæ referre alicui, Reportare. Cic. 3. Verr. 149. Quum in eo veſtra mihi dignitas fructum diligentiæ referret, id ſum aſſecutus ut, &c. i. e. Reciperem e veſtra dignitate fructum ob diligentiam meam. Ovid. 2. Met. 286.
Hos ne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem,
Officiique refers?
Quæſtum majorem referre. Columel. lib. 1. cap. 3.
Repulſam referre, quod & Ferre repulſam ſimpliciter dicitur, & Pati repulſam, hoc eſt Repelli, rejici. Cic. 1. Off. 139. Hic, ſummi & clariſſimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulſam ſolum retulit, ſed ignominiam etiam & calamitatem.
Spem referre. Cic. pro Roſc. Amer. 110. Pro re certa ſpem falſam domum retulerunt. h. e. Reportarunt.
Victoriam. Liv. 4. 17.
Referre, Oſtendere. Lucret. lib. 1. 76.
Unde refert nobis victor, quid poſſit oriri,
Quid nequeat. Ex Nonio 4. 394. Eſt potius
Referre, Narrare, indicare. Virg. 2. Æn. 547.
— referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori. Non. ibid. Cic. ad Brut. 18. At ille retulit, quæſivitque quidnam mihi videretur.
Ordine referre. Ovid. 9. Met. 5.
Horreſco referens. Virg. 2. Æn. 204.
Acta memoranda referre. Ovid. 13. Met. 956.
Dicta referre. Ovid. 1. Met. 656.
Facta. Hor. 2. Epiſt. 2. 130.
Palam facta. Ovid. 3. Amor. 14. 8.
Magna facta. Ovid. 4. de Pont. 8. 88.
Referre numerum, Numerare. Virg. 6. Ecl. 85.
Pauca referre. Virg. 4. Æn. 333.
Pugnas referre, Recenſere. Ovid. 12. Met. 160.
Verſus in ordine referre. Virg. 7. Ecl. 20.
Vera referre. Ovid. 3. Met. 659.
Voces pectore. Virg. 5. Æn. 409.
Tum ſenior tales referebat pectore voces.
Voce referre. Virg. 1. Æn. 98. Servius, Pleonaſmos eſt.
Ad aures alicujus referre aliquid. Virg. 3. Ecl. 73.
O quoties, & quæ nobis Galatea locuta eſt?
Partem aliquam venti divûm referatis ad aures. i. e. Utinam referatis.
Refertur, pro Narratur. Plin. lib. 7. cap. 41. Una feminarum in omni ævo Lampido Lacedæmonia refertur.
Referre, pro Perferre. Cic. ad Cæſ. Junior. Sed hæc videbimus, cum legati reſponſa retulerint. Ex Nonio 4. 394. V. mox, Reſponſum.
Epiſtulam referre. Cic. 4. Att. 11. extr. Statim ut ſit qui a te mihi epiſtolam referat.
Facta referre quæ mandata ſunt. Plaut. Capt. 2. 3. 86.
Mandata referre ad aliquem. Cæſ. 3. Bell. Civil. 58.
Mandata referre alicui. Virg. 7. Æn. 267.
Reſponſum referre alicui, Quod reſponſum eſt referre & recenſere. Cic. 6. Att. 1. Dejotarus etiam mihi narravit ſe ad eum legatos miſiſſe de re Bruti: eos ſibi reſponſum retuliſſe, illum non habere. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 35. His reſponſis ad Cæſarem relatis, iterum ad eum Cæſar legatos cum his mandatis mittit.
Referre, Convertere. Virg. 11. Æn. 425.
Multa dies, varioſque labor mutabilis ævi,
Retulit in melius. Ex Nonio 4. 394.
In deterius referre, Interpretari. Tacit. 13. Ann. 13. extr.
In ſpem ſibi aliquid referre alicunde. Plaut. Epid. 3. 2. 3.
Conſilia in melius. Virg. 1. Æn. 285.
Referre, pro Reſpondere. Cic. pro Cæcin. 85. Ego enim tibi refero, ſi non ſum ex eo loco dejectus, &c. i. e. Reſpondeo. Idem pro Quint. 44. Quid autem a nobis refertur?
Referre introrſus, Revocare. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 14. Quare ſi quis admiratur nos, quum iſta præcipimus, benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire.
Gradum referre, quod & Pedem referre dicitur. Liv. 3. 70. Idem 1. 14. Et quum, velut inter pugnæ fugæque conſilium trepidante Equitatu, pedes quoque referret gradum, plenis repente portis effuſi hoſtes. Ovid. 2. Faſt. 502.
Retulit ille gradus, horrueruntque comæ.
Os ſuum referre in ſe. Ovid. 2. Met. 303.
Pedem referre, quod inepte dicitur *Retrahere ſe*. Virg. 10. Æn. 794.
Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat. Cæſ. 1. Bell. Civil. 44. Pedem referre, & loco excedere, non turpe exiſtimarent. Liv. 3. 22. Inde ſignum obſervare juſſit, ut pariter & ſocii rem inciperent, referrentque pedem, ſi receptui cecinifſet. Virg. 4. Georg. 485.
Jamque, pedem referens, caſus evaſerat omnes.
Referre rem judicatam, Retractare. Cic. pro Domo 78. Si Decemviri ſacramentum in libertatem injuſtum judicaſſent, tamen quotieſcunque vellet quis, hoc in genere ſe rem judicatam referre poſſe voluerunt. Sic, Referre myſteria dixit lib. 3. de Orat. 92. pro Iterare. Et Ter. in prol. Hec. 7. Referre comœdiam, pro Denuo agere.

Ad capita referre, Redigere in. Quintil. lib. 3. cap. 11. p. 295. Burm. Theodori ſchola, ordini, omnia refert ad capita.
Omnia referre ad unum. i. e. In unum omnia conferre. Cic. pro Lege Manil. 52. Si ad unum omnia referenda ſunt, digniſſimum eſſe Pompejum. De re intelligitur, non de oratione. Valla lib. 3. cap. 38. Sed in emendatis codd. ſcribitur, Si uni omnia tribuenda ſunt.
Opem referre. Cic. 1. de Divin. 67.
— cives referte opem, & reſtinguite. Ex poeta. Al. Ferte. Idem 3. de Legib. 43. De quibus ſæpe opem referre poſſit. Subeadi Cæli partibus. Al. R. P. i. e. Reip. ferre. i. e. Auxilio eſſe.
Opes in apertum referre. Cic. in Parad. 1. [Niſi error eſt.
Primas referre ad aliquem. Cic. 1. de Nat. Deor. 15. Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus referebant. Vetus exemplar habet Deferebant.
Refert & Referunt Imperſ. V. infra.
Relatum, relatu, Supin. Plin. lib. 32. cap. 11. Præter hæc purgamenta aliqua, relatu indigna, & algis potius annumeranda, quam animalibus.
Digna relatu. Ovid. 4. Met. 792.
Fœdum relatu. Ovid. 9. Met. 167.
Horrenda relatu res. Ovid. 15. Met. 298.
Refert, Imperſ. pr. comm. [Διαφέρει] Utile eſt ſignificat, & Genitivo jungitur. Refert quum dicimus, errare nos Verrim ait, eſſe enim rectum Reifert, Dativo ſcilicet, non Ablativo caſu. Sed eſſe jam uſu poſſeſſum. Alii Refert, quaſi Res fert. An Refert, quaſi Fert ad rem, quod fert ad rem. Puto & Gellium meminiſſe. H. St.
Aliquando his Adverbiis jungitur, Multum, plus, plurimum, parum, paulum, pauxillum, nihil, aliquid, & ſimilibus. Martial. lib. 9. 102.
Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur,
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet unda lacu.
Magnopere. Cic. pro Cœl. 57. At quibus ſervis? refert enim magnopere id ipſum.
Nihil referre iniquitatis. h. e. ut ego quidem opinor, Nihil intereſſe quod ad iniquitatem attinet. Plin. in Panegyr. cap. 40. extr. Vetuiſti exigi, quod deberi non tuo ſæculo cœperat. Alius ut contumacibus iraſceretur, tarditatemque ſolvendi, dupli, vel & quadrupli irrogatione multaret: tu nihil referre iniquitatis exiſtimas, exigas quod deberi non oportuerit, an conſtituas ut debeatur.
Plurimum refert compoſitionis, quæ quibus anteponas. Quintil. lib. 9. cap. 4. Cic. 5. de Fin. 90. Tantum refert quam magna dicam.
Cum Genitivis pretii frequentiſſime conſtruitur, Magni, parvi. Cic. 13. Fam. 99. Ut habeamus aliquam Rempub. cujus conſiliis magni referebat te intereſſe. Ter. Phorm. 4. 3. 41.
— parvi rettulit
Non ſuſcepiſſe: inventa eſt quæ dotem petat. Cic. 1. Q. frat. 1. 16.
Parvi refert abs te ipſo jus dici æqualiter & diligenter, niſi, &c.
Permagni referre eadem primordia ſæpe. Lucret. lib. 1. 907.
Cum Ablativis his, Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra. Plaut. Curc. 3. 25.
— nam quid id refert mea,
An aula quaſſa cum cinere effoſus ſiet? h. e. Non magnopere laboro. Et Amph. 2. 2. 108. Tua iſtuc refert ſi curaveris. h. e. Tuo fit commodo. Ter. Phorm. 4. 5. 11. Quid tua, malum, id refert?
Utramque conſtructionem conjunxit Saluſtius in Jugurtha cap. 111. pr. Faciendum aliquid quod illorum magis, quam ſua retuliſſe videretur. De poſteriore V. Periz. ad Sanct. Minerv. 3. 5.
Nihil mea refert utrum tu, &c. Cic. in Piſon. 29.
Non adſcripſi id quod tua nihil referebat. Cic. 5. Fam. 20.
Quid rettulit? Ter. And. 3. 2. 16.
Interminatus ſum ne faceres? num veritus? quid rettulit? Ubi Donatus, Retulit, profuit, vel interfuit.
Refert, cum Infinitivo. Cic. de Clar. Orat. 110. Neque enim refert videre quid dicendum ſit, niſi, &c.
Refert, [ὠφελεῖ] Ad rem pertinet. Plin. lib. 14. cap. 6. Quibus exemplis niſi fallor, manifeſtum eſt, patriam, ſolumque referre, non uvam. i. e. Ad vini præſtantiam maxime pertinet, eligere ſolum & regionem. Idem lib. 16. cap. 39. de arboribus cædendis, Infinitum refert lunaris ratio, nec niſi a viceſima in triceſimam cædi volunt. Hæc Budæus. Varro 1. de R. R. cap. 8. Refert, inquam, quod genus vineæ ſit, quod ſunt multæ ſpecies ejus.
Plurimum referre aliquid. Plin. lib. 21. cap. 11. Diximus & terram referre plurimum.
Refert in ea re. Cic. 2. de Divin. 97. Fac in puero referre ex qua affectione cæli primum ſpiritum duxerit.
Aves paſcantur, necne, quid refert. Cic. 2. de Divin. 72.
Nec multum refert an villatici corporibus graves, & parum veloces ſint. Columel. lib. 7. cap. 12. De canibus loquens.
Nihil refert, quomodo. Plaut. Rud. 4. 4. 25.
Quomodo habeas, nihil id refert, jure, anne injuria? Al. Illud refert, jure ne, an inj.
Sed refert quomodo adhibeatur. Cic. 3. Tuſc. 40.
Nec tenim tantum natura circa has refert. Plin. lib. 16. cap. 33. i. e. Ad rem non tantum pertinet.
Adeone eſt fundata leviter fides, ut ubi ſim, quam qui ſim magis referat? Liv. 2. 7.
Refert, Neceſſe eſt. Salluſtius Catil. cap. 58. Quare vanum quidem hoc conſilium eſt, ſi periculum ex illis metuit: ſi in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert me mihi atque vobis timere. Al. Me omittunt. Virg. 2. Georg. 104.
— neque enim numero comprehendere refert.
Ad rem hæc referunt, i. e. Pertinent. Plaut. Perſ. 4. 4. 44.
Relatus, a, um. Partic. [ἀναφερόμενος] Cic. 2. de Nat. Deor. 144. Sed duros, & quaſi corneolos habent introitus, multiſque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus. De auribus.
Cauſa relata mea eſt. Ovid. 3. Faſt. 476.
Relatio, ōnis. f. [ἀναφορά, ἀνταπόδοσις] Referendi actus.
Criminis relatio, Illatio mutua. Ulpian. in l. Is qui reus. D. de publ. judiciis. Is qui reus factus eſt, purgare ſe debet: nec ante poteſt accuſare, quam fuerit excuſatus. Conſtitutionibus enim obſervatur, ut non relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur. [An Rellatione?
Gratiæ relatio. Senec. lib. 5. de Benefic. cap. 11.
Meritorum relatio, Commemoratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. p. 301. Burm.

Relatio, Actus referendi ad ſenatum Cic in Piſon. 14. Nam relatio illa ſalutaris & diligens fuerat Conſulis: animadverſio quidem & judicium, Senatus. Ibid. 29. Quis audivit, non modo actionem aliquam, aut relationem, ſed vocem omnino, aut querelam tuam? Plin. Epiſt. 190. Et relationem quidem de eo Cæſar ad Senatum non remiſit. Hic propoſitionem nominis & rei apud Senatum ſignificat.

Jus quintæ relationis, eſt Jus de quinque rebus quoties ſenatus haberetur, referendi. Scribit Julius Capitolinus in Pert. cap. 5. ominoſum Pertinaci Imperatori fuiſſe, quod ei, pro jure quintæ relationis, jus quartæ relationis decretum fuiſſet: par enim numerus infauſtus eſt. Nam Probo Imperatori jus tertiæ relationis decretum eſt, nec ominoſum fuit. V. Vopiſc. cap. 12. extr. Initio autem jus unius relationis dabatur, ut Auguſto Cæſari. Dion, Et quandocunque ſenatus haberetur, jus eſſe ei unius relationis, de quacunque re vellet.

Relātus, ûs. m. Tacit. 1. Hiſt. 30. Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus eſt.

Relātor, ōris. m. [μηνυτής] Cic. 8. Att. 24. Incipiam ſperare, etiam conſilio Senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum & Cæſarem conjungi poſſe.

Relātōrius, a, um. Adj. Relationem continens. Cod. Theod. lib. 15.

Relatīvus, a, um. Relationem habens. Arnob lib. 7. p. 221. Honos relativi eſt ad alterum generis.

Pronomen relativum apud Grammaticos.

Relatīve, Adv. Auguſtin. lib. 5. de Trin.

Referendārius, i. m. Referendarii apud Ro. Imperatores dicebantur, Per quos ipſi ſingulorum deſideria perdiſcebant, teſte Caſſiodoro, qui libro 6. Variar. Epiſtolar. 17. quibus verbis hæc dignitas ſolebat concedi, indicat. Horum funguntur miniſterio, qui hodie in aulis Principum Cancellarii appellantur. Nominat autem eos ipſe Juſtinianus Spectabiles, qui mox ſuum poſt Illuſtres obtinebant locum. V. No. De Referend. ſacri palatii. Alciatus lib. 3. Diſpunct. & Jureconſulti in l. Eos. C. de Excuſationib. munerum. lib. 10. C. Cocleus hanc vocem ad barbaros relegavit. [Suid. Ῥεφερενδάριος, ἀξίωμα Ῥωμαϊκὸν, ἤγουν Ἀναφορεύς. Scribendum Ῥεφερενδάριος.

Rĕferveo, bui, [ἀναζέω] ēre. Valde fervere. Partio. Plin. lib. 16. cap. 11. Item terebinthinam in ſartagine referventi.

Crimen refervens. Cic. pro Roſc. Com. 17. Nonne ut ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur, & refrigeratur: ſic refervens falſum crimen, in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit & extinguitur?

Refervere, aliquando contrarium ſignificat. Cic. de Clar. Orat. 316. Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quaſi referbuerat oratio. h. e. Refrixerat.

An Deferbuerat? H. St. Videtur ad ſeq. dict. pertinere, niſi vera Steph. conjectura eſt.

Referveſco, [ἀναζέω] ĕre. Idem quod Refervere. Cic. 1. de Divin. 46. Ex his Mercurium ex patera, quam dextera manu teneret, ſanguinem viſum eſſe fundere: qui quum terram attigiſſet, referveſcere videretur, ſic ut tota domus ſanguine redundaret.

Rĕfībŭlo, [ἀναπορπάω] Fibulam tollere, vel ſolvere. Martial. lib. 9. 28.

Refibulavit turgidum faber penem. V. infibulo.

Rĕfĭcio, fēci, fectum, [ἀνακαινίζω, ἀνακτάομαι] ĕre. Eſt Inſtaurare, renovare, ut Ulp. ait, Quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reſtaurare. Verbo item reficiendi, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, & advehere, apportareque ea, quæ ad eandem rem opus ſunt, continentur. Hæc Ulpianus l. 1. D. De rivis, §. 6. Deinde Prætor.

Ædes reficere quæ vitium fecerunt. Cic. in Topic. 15.

Puppes laceras refeci. Ovid. 2. Epiſt. 46.

Rates quaſſas reficere. Hor. 1. Carm. 1. 17.

Templum. Cic. 1. de Divin. 4. Quin etiam memoria noſtra templum Junonis Soſpitæ L. Julius, qui cum P. Rutilio Conſul fuit, de Senatus ſententia refecit. Hor. 3. Carm. 6. pr.

Delicta majorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris
Ædesque labentes deorum.

Villam reficere, vel ſtabulum Ulpian. in l. Ex conducto. in princ. D. Locati.

Reficere opus ex pecunia alicujus. Cic. 3. Verr. 142. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur.

Memoriam judicum reficere brevi repetitione rerum, pro Recolligere. Quintil. in procem. lib. 4.

Pecuniam reficere ex venditionibus. Papin. in l. Tutores. §. Patruus. D. de adminiſtr. tutor.

Reficitur ei tantum ex ſuis poſſeſſionibus. Cic. in Parad. 6. Hoc propoſito nunquam eris dives, ante quam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut eo tueri ſex legiones & magna equitum ac peditum auxilia poſſis. i. e. Redeat.

Teſtamentum reficere, Facere denuo. Ulpian. in l. Idemque erit. D. de militari teſtamento.

Reficere Tribunos, & alios magiſtratus, pro Recreare, ſeu iterum creare. Cic. de Amicit. 65. Papirius legem ferebat de Tribunis reficiendis.

Tribum reficere. Cic. pro Planc. 45. Neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſervent tribules ſuos, ne diligant, ne reficere neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint. Conficere Græv. q. V.

Refici, In priſtinum ſtatum reponi. Lucret. lib. 1. 557.

Nam quidvis citius diſſolvi poſſe videmus,
Quam rurſus refici.

Reficere. Recreare, delectare. Ad animum refertur, & ad corpus. Plin. Jun. Quum reficiendi animi gratia id feciſſet. Idem in Paneg. cap. 77. ad fin. Adhæc tam aſſiduus in Tribunali, ut labore refici ac reparari videretur.

Refectus ſum, quum tua legerem. Plin. 4. Epiſt. 1.

Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amiſi. Cic. 7. Fam. 27. Hic pro Reſtaurare ſumitur, & vires recipere ex morbo.

Exercitum reficere ex labore & inopia, Cibo & potu reparare, atque etiam quiete, ne labore victus deficiat. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 81.

Herbas teneras aurora refecit. Ovid. 3. Faſt. 711.

Me conſilium Cn. Pompeii recreat, & reficit. Cic. pro Milon. 2.

Salutem communem reficere. Cic. pro Sext. 15.

Reficere ſe ab imbecillitate. Plin. lib. 26. cap. 11. Reficientibus ſe ab imbecillitate utiliſſima.

Se reficere ex magnis caloribus. Cic. 3. Q. frat. 1. Ego ex magnis caloribus, non enim meminimus majores, in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus.

Se reficere ad audiendum. Cic. 6. Verr. 101. Ad ea autem, quæ dicturus ſum, reficite vos, quæſo, Judices, per deos immortales.

Vires reficere cibo, Reparare. Liv. 37. 24.

Vultum reficere. Cic. 12. Att. 15.

Refici dicitur, qui convaleſcit. Plin. 8. Epiſt. 11. Quanquam vereor ne poſt gratulationem quoque in metum redeas, atque ita gaudeas periculo liberatam, ut ſimul quod periclitata ſit, perhorreſcas. Jam hilaris, jam ſibi, jam mihi reddita, incipit refici, tranſmiſſumque diſcrimen convaleſcendo remetiri.

Arte Æmonia refectus Thelephus, Sanatus. Stat. 1. Silv. 4. 112.

Furiis refecti ardebant. Virg. 3. Georg. 511. Quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium convaleſcere. Servius.

Refācio, [ἀνακατασκευάζω] ĕre. antiquum, apud Plautum legitur in Truc. 4. 4. 24. Nam refacere ſi velim, non eſt locus.

Refectus, a, um. Partic. Cic. 16. Att. 3. pr. Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum & refectum. Ovid. 4. Faſt. 610.

Opibus curiſque amici refectus. Hor. 2. Epiſt. 2. 116.

Refectio, ōnis. f. [ἀνάκτησις] Ipſe reficiendi & reſtaurandi actus. Columel. lib. 12. cap. 3. Ceteraque, ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur.

Quies & Refectio. Quintil. lib. 10. cap. 3. Tempora ab ipſa rerum naturæ ad quietem, refectionemque nobis data, in acerrimum laborem convertimus.

Inſtar refectionis. Plin. in Paneg. cap. 81. pr. Quod ſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris.

Valere refectioni, Sufficere viribus ad. Celſ. lib. 3. cap. 15.

Dicitur etiam Ciborum refectio. Celſ. lib. 4. cap. 9. extr. Si in refectione quoque manſerit tuſſis, intermittere oportebit uno die. [Hic quoque Refectio eſt ἀνάληψις, quam Cæl. Aurel. Reſumptionem vocat. Status nempe eorum, qui reficiuntur ex morbo. Non ergo Ciborum refectio.

Refectus, ûs. m. [ἀνάληψις] Ipſa refectio. Plin. lib. 18. cap. 7. Panem ex hordeo, antiquis eſitatum, vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus. [Hard. Quadr. fere cibus eſt. Porro Eſitatum lego.

Refector, ōris. m. Sueton. in Vaſpaſ. cap. 18. Item coloſſi refectorem inſigni congiario magnaque mercede donavit.

Rĕfīgo, xi, xum, [ἀναπήγνυμι] ĕre. Ruſſus, ſive valde figere. Columel. lib. 4. 16. Nam ſive prope truncum defigitur palus, pedali tamen ſpatio refigendus eſt. Al. Recedendum eſt. Virg. 4. Georg. 202.

—auleſque & cerea regna refigunt. i. e. Figunt, inquit Servius. Al. Refingunt. [Omnia ergo hæc ſuſpecta ſunt.

Refigere, [ἀποκαθηλόω] Frequentius contrarium ſignificat primitivi: nempe Quod fixum eſt educere inde, Refigere tabulas, & leges, i. e. Reſcindere. Cic. 13. Philipp. 5. Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis. Leges enim in tabulis æneis inciſæ & affixæ erant.

Æra refigere. Cic. 12. Fam. 1. Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus.

Leges figere & refigere. Virg. 6. Æn. 622.

Signa. Hor. 1. Epiſt. 18. 56.

Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.

Refixus, a, um. Partic. ut, Clypeus refixus. Virg. 5. Æn. 36. & Hor. 1. Carm. 28. 11.

Sidera refixa cælo. Virg. 5. Æn. 527.

Rĕfĭgūro, [ἀνατυπόω] āre. Reformare. Vulg. Interpr. Sapient. cap. 19. 6. Omnis creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur.

Refingo, is. H. St. Unica vocula, quia diffluxit atramentum, legi nequit. Occurrit vero id verbum apud Apul. 3. Milef. p. 134. Elmenh. Quantumque poteram lætiorem me refingens.

Reflāgĭto, pr. comm. [ἀπαιτίζω] āre. Iterum flagitare. Catul. de Acme, 40. 6.

Perſequamur eam, & reflagitemus. Subaudi Codicillos.

Reflatio, Reflatus, V. reflo.

Reflecto, xi, xum. pr. comm. [ἀνακάμπτω] ĕre. Retro flectere. Plin. lib. 11. cap. 50. Canum degeneres caudam ſub alvum reflectunt.

Aciem reflectere. Senec. Herc. fur. 8. Aciem oculorum intelligit.

Caput leviter reflectens. Catul. de Acme, 43. 10.

Colla mollia ei reflectunt. Virg. 11. Æn. 622.

Oculos reflectere. Ovid. 7. Met. 342.

Pedem reflexis inde. Catull. Argon. 62. 112.

Viſus reflectere. Valer. 5. Argon. 454.

Reflecti in ungues. Ovid. 5. Met. 547. De Aſcalapho in bubonem verſo.

Inque caput creſcit, longoſque reflectitur ungues.

Reflectere, per tranſlationem, pro Revocare. ut,

Revocare & reflectere animum ad aliquid. Cic. pro Sull. 46. Fero ego te, Torquate, jam dudum, fero: & nonnunquam animum, incitatum ad ulciſcendam orationem tuam, revoco ipſe & reflecto.

Reprimere atque Reflectere. Ter. Adel. 3. 2. 9.

Quem neque fides, neque jusjurandum, neque illa miſericordia
Repreſſit, neque reflexit, neque quod partus inſtabat prope.

Incitare & Reflectere, contraria. Cic. 1. de Orat. 53. Quæ niſi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, cauſaſque eas, quibus mentes, aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perſpexerit, dicendo quod volet perficere non poterit.

Animum reflexi. Virg. 2. Æn. 741.

Reflexus, a, um. Partic. [ἀνακαμφθείς] ut, Cervix reflexa Stat. 1. Achill. 382.

Telum reflexum rotabat obliquo Marte. Sil. lib. 16. 54.

Reflexum & Rectum, contraria. Plin. lib. 11. cap. 37.

Reflexim, Adv. Vice verſa. Apul. de Syll. Categor. p. 14. Elmenh. Reflexim inferre; cui opponitur Directim.

Reflexio, ōnis. f. Apul. ibid.

Reflexus, ûs. m. Apul. 2. Florid. p. 342. Elm. Prope Oceani reflexus.

Reflo, pr. comm. [ἀντιπνέω] āre. Retro, vel contra ſpirare. Cic. 6. Att. 7. Inde quamprimum Athenas, etſi Eteſiæ valde reflarint. Idem 2. Off. 19. Nam & quum proſpero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos: & quum reflavit, affligimur. De Fortuna.

Reflor,

Reflor, Paſſiv. Lucret. lib. 9. 936.
Inter enim etiam partem ſpirantibus aer
Verberat hic idem, quum ducitur, atque reflatur.

REFLANS, antis Partic. Cic. 1. Tuſc. 119. Si reflantibus ventis rejicimur.

REFLATUS, a, um. Partic. ut, Reflata ſucceſſitas. Cæl. Aurel. Acut. 2. 29. 151.

REFLATIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. 28. Ex alto reflatio quædam viarum nuditate permittitur.

REFLĀTUS, ûs m. [ἀντίπνοια] Plin. lib. 9. cap. 6. Quorum unum meri vidimus reflatu belluæ expletum unda. Cic. 12. Att. 2. pr. Hic rumor eſt T. Murcum periiſſe naufragio, Aſinium delatum vivum in manus militum; 2 naves delatas in Uticam reflatu hoc.

REFLĀBILIS, e. Adj. ut, Cibi facile reflabiles. Cæl. Aurel. Tard. 4. 1. 6.

REFLŌREO, ui, pr. comm. [ἐξανθέω] ēre. ſive potius REFLORESCO, ēre. Rurſum florere. Plin. lib. 18. cap. 16. Secatur incipiens florere, & quoties refloruit, &c. Idem lib. 19. cap. 8. Cujus natura in carnariis reflorescens ſæpius dicta eſt. Sil. lib. 15. 738.
Celſus, ceu prima reflorescente juventa,
Ibat conſul ovans.

REFLUO, xi, xum, pr. comm. [ἀναῤῥέω] ěre. Rurſum fluere. Plin. lib. 2. cap. 87. Nec unquam eodem tempore, quo pridie, refluit. Virg. 9. Æn. 32. Undis refluentibus ſtridet mare. Virg. 4. Georg. 262.

REFLUUS, a, um. Adj. [παλίρροος, παλίῤῥοος] Quod refluit. ut, Refluum mare, Plin. lib. 2. cap. 97.
Gurges refluus. Stat. 3. Silv. 1. 91.

REFLUĀMEN, ĭnis. n. Fortunatus 1.
Parvula Grammaticæ lambens refluamina guttæ.

REFŎCILLO, [ἀναψυχίζομαι, ἀναψύχω] āre. Idem quod Focillare, Recreare, reparare, inſtaurare. Plin. lib. 3. Epiſt. 14. Ipſe paucis diebus, ægre refocillatus, non ſine ultionis ſolatio deceſſit, ita vivus vindicatus, ut occiſi ſolent. Verbum ex Focillo, quod Calefacio ſignificat, compoſitum: quod ex Focillo diminutivo hujus nominis Focus, derivatur. [Imo ex verbo Foculo, ut a Scribo Scribillo, a Sorbeo Sorbillo, ut placet Voſſ. Sunt qui Focilo ſcribunt, pr. prod. ſec. corr. decepti falſa, ut vult Scaliger, lectione Lucani ad Piſon. 114. V. Voſſ. Etym. Gloſſ. Lat. Gr. Focilat, Θάλπει Refocilat, Ἀναπνέειν τὸν λειποθυμοῦντα. Focilatus etiam in Mſſ. apud Suet. in Aug. cap. 17. Unde a faucibus deducit & Ricciol. pr. prod.
Lugentem efficacibus remediis refocillare. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 9.

REFŎDIO, fōdi, foſſum, [ἀνασκάπτω, ἀνορύσσω] ĕre. contrariam habet ſignificationem ſuo primitivo: ſignificat enim Extra terram educere, fodiendo eruere. Plin. lib. 15. cap. 18. Quæ mitiore cælo refoſſæ cum arbore, atque in lucem remiſſæ, novos ſoles recipiunt. Idem lib. 2. cap. 63. Si ulli eſſent inferi, jam profecto illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodiſſent. Columel. lib. 4. cap. 12. Sed illud de integro refodi debet.

REFOSSUS, a, um. Partic. V. in ipſo verbo.

REFORMĪDO, [ὑποπτεύω] āre. Idem quod ſimplex Formidare, ſive Valde formidare. Cic. 3. de Finib. 7. Quippe qui ne reprehenſionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſæpe. De Catone. Idem pro Cæcin. 84. Iſtum locum fugis & reformidas.
Crimen amicitiæ reformidare. Cic. pro Cœl. 14.
Ferrum reformidant frondes. Virg. 2. Georg. 369.
Solem inſuetum lumina reformidant. Ovid. 3. de Pont. 4. 49.
Tactum membra ſaucia reformidant. Ovid. 2. de Pont. 7. 13.
Tempus illud mens reformidat. Ovid. 3. Triſt. 6. 29.
Vulnus humus reformidat. Ovid. 1. Faſt. 646.

REFORMIDĀTIO, ōnis. f. [ὑποψία] Cic. in Partit. 11. In ſuaſione autem, aut ſpem, aut reformidationem deliberantis.

REFŌRMO, [ἀναπλάττω, ἀναποιέω] āre. In priorem, vel meliorem, formam redigere. Plin. in Paneg. cap. 53. pr. Ut oſtendam quam longa conſuetudine corruptos depravatoſque mores principatus parens noſter reformet & corrigat.
Reformare, & velut recoquere. Quintil. lib. 12. cap. 6. de Cicerone, Qui poſtquam egit pro Seſtio, tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rurſus reformandum, ac velut recoquendum, ſe dedit. Legitur &, Rurſus formandum.
Reformare ad exemplum. Senec. Epiſt. 94. Deinde jubetur imitari propoſita, & ad illa reformare chirographum.
Reformare, h. e. Conſtituere denuo. Hermogenianus, De publicanis & vectigalibus. l. Vectigalia, Vectigalia ſine imperatorum præcepto, neque præſidi, neque curatori, neque curiæ conſtituere, neque præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere licet. Budæus.
Reformo, Transformo. μεταμορφῶ. Gloſſ. Gr. Lat. Ovid. 11. Met. 254.
Sed preme, quicquid erit, dum, quod fuit ante, reformet. i. e. Dum formam mutet in priſtinam denique. Apul. 3. Met. p. 218. ſeq. ſæpius.

REFORMĀTUS, a, um. Partic. Ovid. 9. Met. 339.
Ora reformatur primos ſolatus in annos.

REFORMĀTIO, ōnis. f. [μεταμόρφωσις] Apul. 3. Met. p. 140. Elmenh. Facilior hujus reformationis medela ſuppeditat. & ibid. ſæpius.

REFORMĀTUS, ûs. m. Tertull. adv. Valent. cap. 13. Tutelaris reformatus.

REFORMĀTOR, ōris. m. [ἀνανεωτής] Plin. Epiſt. 12. lib. 8. ad Minocianum, Ipſarum denique litterarum jam feneſcentium reductor ac reformator.

REFORMATRIX, īcis. f. Idem. JCt. in Dig.

REFŎVEO, fōvi, fōtum, [ἀναθάλπω] ēre. Rurſum fovere, ſive nutrire. Columel. lib. 2. cap. 1. Licet enim majorem fructum percipere, ſi frequenti, & tempeſtiva & modica ſtercoratione terra refoveatur.
Artus refovet complexibus. Lucan. lib. 8. 67.
Corpus refoventque foventque. Ovid. 8. Met. 536.
Ignes tepidos refoverat. Ovid. 2. Amor. 19. 15. Amoris ſcil.
Membra refovere quiete. Sil. lib. 5. 637.
Oculos inungere ac refovere. Plin. lib. 8. cap. 37. Quod vulgus dicit *fomentare*.
Vites abſumptas refovere ſtercore. Columel. lib. 2. cap. 14.
Vires det refoveatque deus. Stat. 6. Theb. 581.
Refovere, per tranſlationem. Plin. in Paneg. cap. 69. extr. Si quid eſt quam ſtirpis antiquæ, ſi quid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refovet, & in uſum Reipub. promit. Ibid. cap. 18. pr. Quam ſpecioſum eſt enim, quod diſciplinam caſtrorum lapſam exſtinctamque refoviſti, depulſo prioris ſæculi malo, inertia & contumacia.

REFŌTUS, a, um. Partic. Suet. Neron. cap. 27. Refotus ſæpius calidis piſcinis.
Animus refotus. Gell. 15. 2.

REFRACTARIUS, V. REFRINGO.

REFRĒNO, &c. V. REFRENO.

REFRĀGOR, pr. comm. [ἀντιπράττω, ἀντιψηφίζομαι] āri. Reſiſtere, repugnare. Plin. 3. Epiſt. 19. extr. Proinde hoc te non moveat, ſi cetera non refragantur, quæ velim quam diligentiſſime examines. Idem 2. 3. Si materia non refragetur. Plin. lib. 19. cap. 8. Quidam eunuchion, quoniam hæc maxime refragetur veneri.
Refragari, Repugnare, ſed proprie verbis. Cic. 11. Philipp. 20. Etſi, quis poteſt refragari, non modo non petenti, verum etiam recuſanti?
Ingenium illi refragatur. Quintil. lib. 10. cap. 6.
Refragabunt, pro Suffragabunt. Siſenna lib. 22. Multi populi, plurimæ concionis Dictaturam omnibus animis & ſtudiis refragavere. Nonius 7. 3. [In edit. Gothofr. Conciones & Refragabunt. Mercer. Contionis & Suffragaverunt. Locus mutilus eſt, cecideruntque loca veterum, ubi Refragare pro Refragari dixerunt, quibus alium ſubjicit, ubi Suffragaverunt, pro Suffragati ſunt legitur. Nihil aliud enim eo capite propoſuit ſibi Nonius, quam Contrario in genere poſita verba referre. Quare a pr. Refragabunt, pro Refragabuntur reliquiſſe potest, etſi etiam a Suffrago exemplum afferat, quod in aliis item verbis paſſim facit. Probabiliter autem utrumque arceſſitur ab antiquo verbo Frago pr. prod. quod ex Gr. φράγω, ut vult Voſſ. q. V. Gloſſ. Lat. Gr. Refragatur, Ἐναντιοῦται, Refragantes, ἀντιψηφίζοντες.

REFRAGĀTOR, ōris. m. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 1. Omnes martyriorum refragatores ebulliunt.

REFRAGĀTIO, ōnis. f. Auguſt. Epiſt. 177. In re facillima curvam refragationem & nodos difficultatis poſuiſſe.

REFRĒNO, pr. comm. [ἀναχαλινίζω, ἀναστέλλω] āre. a Freno deductum verbum, ſignificat Valde frenare, cohibere, coercere: ut, Refrenare libidines. Cic. in Parad. 5. Et 2. de Lege Agrar. 54. O libidinem refrenandam.
Refrenare atque Coercere. Cic. 2. de Divin. 4. His præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrenanda ac coercenda ſit. De juventute.
Aquas, Earum curſum ſiſtere. Ovid. 6. Epiſt. 87.
Illa refrenat aquas, obliquaque flumina ſiſtit. De Medea.
Licentiam indomitam refrenare. Hor. 3. Carm. 24. 29.
Morſus refrenat voluptas, i. e. Mitigat. Lucret. lib. 4. 1079.
A gloria refrenare, cui Incitare opponitur. Cic. pro Cœl. 76. Semper magno ingenio adoleſcentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt.
A reditu refrenare. Cic. 12. Philipp. 4. A progreſſu arcuit, a reditu refrenavit.
Ab exitio refrenare, i. e. Tueri, defendere. Lucret. lib. 1. 850.
— neque ab exitio res ulla refrenat. Metaphora eſt.
Refrenor, Paſſiv. uſus eſt Lucret. lib. 2. 283.
Et projecta refrenatur, retroque reſidit? i. e. Reprimitur. Lambinus.

REFRENĀTUS, a, um. [ἀναχαλινωθείς] Partic. ut, Religione refrenatus. Lucret. lib. 5. 115.

REFRENĀTIO, ōnis. f. Senec. 3. de Ira, 15. Neceſſaria eſt iſta doloris refrenatio, utique hoc ſortitis vitæ genus, & ad regiam menſam adhibitis.

REFRICO, ui, ctum, vel āvi, ātum, pr. comm. [ἀνατρίβω] āre. Rurſum, vel valde fricare. Cato R. R. cap. 87. Idem linteum novum indito, exprimito cremorem in patinam novam, aut in mortarium: id omne ita facito, & refricato denuo.
Refricare, [ἀνανεοῦν] Renovare. Tractum a vulneribus, quæ plerumque fricando renovantur. Cic. 3. de Lege Agrar. 4. Refricare obductam Reipub. cicatricem. Idem 5. Fam. 17. Sin autem omnia quæ ſentio perſcripſerim, ne refricem meis litteris deſiderium ac dolorem tuum.
Nec hæc, quæ refricant, hic me magis angunt. Cic. 12. Att. 45.
Animum memoria refricat cinis patriæ. Cic. pro Sull. 19. Quum cinis patriæ verſari ante oculos, atque animum memoria refricare cœperat.
Vulnera refricare. Cic. 5. Att. 15. Appii vulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt. V. paulo ſupra.
Refricare, neutrum. Cic. 10. Att. 19. Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam.

REFRIGEO, xi, pr. comm. [ἀναψύχομαι] ēre. vel potius REFRIGESCO, ĕre. Frigidum fieri. Cato R. R. cap. 105. Ubi jam vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Columel. lib. 2. cap. 2. Et boves inhibeat, ut colla eorum refrigeſcant, quæ celeriter conflagrant, niſi aſſidue refrigerentur: & ex eo tumor, ac deinde ulcera invadunt.
Cor refrixit. Ovid. 12. Met. 442.
Refrigeſcit enim cunctando plaga per auras. Lucret. lib. 4. 707.
Res refrigeſcit, per tranſlationem. Cic. 3. Q. frat. 8. Sed tota res & timetur & refrigeſcit. Idem 9. Fam. 10. Ego, cetera qui animo æquo fero, unam vereor ne haſta Cæſaris refrixerit. Al. Cæſari.
Res refrixerit, pro Refrigeſcit: ut ait Donatus. Ter. Adel. 2. 2. 24. Nihil eſt, refrixerit res. i. e. Tacent de hac re, nulla amplius mentio fit. Cic. 2. Q. frat. 6. Nam quod de Pompejo Caninius agit, ſane quam refrixit.

REFRĪGĔRO, pr. comm. [ἀναψύχω, καταψύχω] āre. Frigus inducere, rem calidam frigidam facere. Cic. de Senect. 57. Ubi enim poteſt illa ætas, aut æque caleſcere, vel apricatione melius, vel igni, aut viciſſim umbris aquiſve refrigerari ſalubrius?
Refrigerare & Incendere, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Quarum tantus eſt concentus ex diſſimillimis motibus, ut quum ſumma Saturni refrigeret, media Martis incendat. De ſtellis.
Aliquem refrigerat frigus. Cic. 5. Fam. 10. Et eo minus quod me frigus Dalmaticum, quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit.
Æſtum refrigerare. Plin. lib. 20. cap. 7.
Calor refrigeratur & extinguitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Refrigerato autem & extincto calore, occidimur ipſi & extinguimur.
Membra refrigerat onda. Ovid. 13. Met. 903.

Piſcinas refrigerare. Varro 3. de R. R. cap. 17.
Thermas refrigerare. Martial. lib. 5. 28.
Teſtem refrigerare. Tranſlate, Ad frigus redigere, id eſt Attonitum reddere, & perturbare, & pæne explodere. Quintil. De teſtibus interrogandis, lib. 5 cap. 7. Teſtis, inquit, brevi interlocutione patroni refutandus eſt, aut aliquo, ſi continget, urbane dicto refrigerandus. Budæus.

REFRIGERĀTUS, a, um. Partic. [ἀναψυχθεὶς] Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrha melior radice refrigerata.
Ardens & Refrigeratus, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Quæ, ſi mundus eſt deus, quoniam mundi partes ſunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda ſunt.
Accuſatio defeſſa ac refrigerata. Cic. 2. Verr. 31. Ita, defeſſa ac refrigerata accuſatione, rem integram ad M. Metellum Prætorem eſſe venturam.
Amor inventionis refrigeratus. Quintil. Tryphoni.
Sermone leviſſimo hominum provincialium refrigerato. Cic. 3. Fam. 8.
Refrigeratus, Refocillatus. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 41. Et quum primum frequenti auditorio commiſiſſet, ægre perlegit, refrigeratus ſæpe a ſemet ipſo. [i. e. A ſtudio & contentione in recitando, ſubito ad ſilentium & frigus redactus. V. FRIGUS.

REFRIGESCENTIA, æ. f. Idem quod Refrigeratio. Tertull. de Anima cap. 43. Sed non refrigeſcentiam admittam.

REFRIGERĀTIO, ōnis. f. [ἀνάψυξις, ψυγμὸς] Plin. lib. 34. cap. 13. Additur & in emplaſtra, quibus lenis quæritur refrigeratio & ſiccatio. Columel lib. 11. cap. 1. Qui quum ſit una profectus, umbras arborum, fonticulorumque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captavit. Cic. de Senect. 46. Et refrigeratio æſtate, & viciſſim aut ſol, aut ignis hibernus.

REFRIGERĀTOR, ōris. m. & REFRIGERĀTRIX, īcis. f. [ἀναψυκτήρ] Plin. lib. 19. cap. 8. Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix.

REFRIGERĀTŌRIUS, a, um. Adj. [ἀναψυκτικὸς] ut, Vis refrigeratoria. Plin. lib. 22. cap. 2.

REFRIGERIUM, i. n. Idem. Tertull. de Reſur. Carn. cap. 17. Aliter anima non capiat paſſionem tormenti ſeu refrigerii. V. Cur poſt. Cellar. p. 228. & Antibarb. p. 91.

REFRINA. V. REFRIVA.

REFRINGO, frēgi, fractum, pr. comm. [ἀναῤῥήγνυμι, διαθραύω] ĕre. Rumpendo aperire. Plaut. Capt. 4. 4. 10. Cellas refregit omnes intus.
Carcerem refringere. Liv. 34. 44.
Clauſtra, Tranſlate eleganter. Plin. 2. Epiſt. 10. Enotuerunt quidam tui verſus, & invito te clauſtra tua refregerunt.
Clauſtra nobilitatis. Cic. pro Muren. 17. Quum vero ego tanto intervallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, ut aditus ad Conſulatum poſthac, ſicut apud majores noſtros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret.
Aditus. Valer. 2. Argon. 595.
Domos. Valer. 8. Argon. 322.
Belli ferratos poſtes, portaſque refregit. Hor. 1. Serm. 4. 61. de Diſcordia.
Portas refringere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 33.
Silvas refringens pectore. Stat. 4. Theb. 139.
Virgulta refringit pede vago. Catul. de Berecynth. 61. 86.
Aculei judicii delinimentis refringuntur. Plin. 3. Epiſt. 15. extr. Confido tamen, me non ſic auribus duci, ut omnes aculei judicii mei illarum delinimentis refringantur. Hebetantur fortaſſe, & paululum retunduntur, revelli quidem, extorquerique non poſſunt.
Mucronem unguium refringere & hebetare. Plin. lib. 8. cap. 15.
Radius ſolis refringitur. Plin. 2. 59.
Gloriam alicujus. Cic. pro Milon. 5. Nunquam exiſtimavi ſpem ullam eſſe habituros Milonis inimicos, ad ejus, non ſalutem modo extinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros refringendam. al. Infringendam.
Impetus ingeniorum anguſtiſſimo gyro refringere. Plin. lib. 9. Epiſt. 26. ad Lupercum, Sed hoc intelligi volo, laxandos eſſe eloquentiæ frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus refringendos.
Opes alicujus. Propert. lib. 3. 3. 44.
Vim fortunæ refringere, Coercere. Liv. 5. 37.

REFRACTUS, a, um. Partic. [ἀνακεκλασμένος] ut, Aquilo refractus. Stat. 4. Silv. 5. 8.
Clauſtris pudoris refractis. Plin. 2. Epiſt. 24.
Gubernacula refracta. Lucret. lib. 4. 442.

REFRACTIO, ōnis. f. ut, Refractio ſeu repercuſſio luminis, lib. 8. Dig. t. 2. l. 17. §. 2.

REFRACTĀRIUS, a, um. Adj. [αὐθάδης] a Refringo, quaſi Repercutiens ad tactum & reluctans: ſignificat Contumacem, & nimis in ſua ſententia tenacem. Senec. Epiſt. 74. Errant ſi qui exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos contumaces eſſe ac refractarios, & contemptores magiſtratuum. al. Regum.

REFRACTARIŎLUS, a, um. Adj. dimin. Cic. 2. Att. 1. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat civis ille tuus Demoſthenes, & quod ſe ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerat, ut σεμνότερός τις & πολιτικώτερος videretur, curare ut meæ quoque eſſent orationes, quæ Conſulares nominarentur.

REFRIVA, æ. f. Faba dicitur, ut ait Cincius quoque, quæ ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete, auſpicii cauſa, quaſi revocent fruges, ut domum dotantes ta virtito ad rem divinam faciendam. Ælius dubitat, an ea ſit, quæ prolata in ſegetem, domum referatur: an quæ refringatur, quod eſt teratur: ſed opinionem Cincii adjuvat, quod in ſacrificiis publicis, quum puls fabata diis datur, nominatur refriva. Hæc Feſtus. Turnebus quum illud Te virtito nihil ſignificet, ſcribendum putat E tritico, hoc ſenſu, Quum abſeverant ſegetem, quia in agrum fruges tulerant, quod inauſpicatum videbatur domo eas exportaſſe, ut non redituras, ſolebant e ſegete, aut ſtatim ſementi facta, aut poſtea auſpicii cauſa, domum fabam referre, pro tritico & frugibus. Retuliſſeque fabam perinde erat ac retuliſſe fruges, & auſpicari earum reditum, ominarique, eas domum reverſuras, non in agro ſemper remanſuras. Plin. lib. 18. cap. 12. Namque fabam utique e frugibus referre mos eſt, auſpicii cauſa, quæ ideo refriva appellatur. Al. Refrina, ut & apud Feſt. Turnebus in quibuſdam legit Referiva: edit. Parmenſ. Referuia. [Turnebi ſententiam confirmat ex MſT. Harduin. Cui aſtipulatur Voſſ. in Etymol. Analogia tamen poſtulare videtur Refertiva, a Refertum antiquo Partic. quod & in aliis a Fero deductis ſervatum reperimus. Standum tamen fide codicum in tam obſcuris & antiquis vocabulis. Pro Ta virtitu, emendati Feſti codd. Re virtito exhibent. An, Domum dotantes reverſito? i. e. Reverſi. vel potius Reſerto? i. e. Relato.

REFRONDESCO, pr. comm. ĕre. Sidon. Apollin. Carm. 22. 46.
Sponte refrondeſcit per brachia roſcida palmes.

RĔFŪGIO, fūgi, fūgitum, [ἀποδιδράσκω, ἀποφεύγω, ὑποφεύγω] ĕre. Retro fugere. Plin. lib. 9. 57. Contraque venantes refugere (nempe piſces) in ſuas cavernas. Gellius, Poſtea quum prælio victus in ultima regione refugiſſet. [Forte In ultimas regiones. De Pompejo, puto.
Trepiduſque repente refugit. Virg. 2. Æn. 380.
A mari refugere. Columel. lib. 1. cap. 5.
A peſtiferis & nocentibus refugere. Cic. 2. de Nat. Deor. 120. Quinetiam a caulibus braſſicis, ſi propter ſati ſint, ut a peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur. De vitibus.
Aliquo. Cic. 7. Verr. 99. Qui ex illo numero reliqui Syracuſas, claſſe amiſſa, refugerant. Liv. 5. 39. Præter eos, qui Romam refugerant.
Ad urbem refugere. Liv. 23. 47.
Ad aliquem refugere. Cic. pro Dejot. 32. Nonne quum eſſet productus teſtis, & quum tecum fuiſſet, refugit ad legatos?
Ad planctus refugit. Stat. 5. Silv. 1. 30.
Ex cæde nemo refugit. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 36. Magnæ felicitatis eſſe arbitrabatur, neminem ex cæde refugiſſe.
In ſecundam aciem refugere. V. ACIES.
Tela refugere, Devitare. Cic. pro Cæcin. 22. Et jam ingrediens intra finem ejus loci, quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi, ceterorumque tela atque incurſus refugit.
Virum mors ipſa refugit. Lucan. lib. 2. 75.
Ab inſtituta conſuetudine refugere. Cic. 1. Att. 1. Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longe refugit.
Memoriam noſtram refugiunt iſta, i. e. Non meminimus iſtorum. Columel. lib. 12. cap. 50.
Refugere, Devitare, valde fugere. Columel. lib. 3. cap. 3. pr. Idque adeo plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talem poſitionem ruris.
Neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerent. Pro M. Cœlio 500. Lamb. H. St. Exſtant ſegm. 40.
Animus refugit, eaque reformidat dicere, quæ, &c. Cic. 14. Philip. 9.
Fortuna refugit procul hæc. Lucan. ad Piſon. 116.
Invidiam refugere muneris, Munus recuſare propter malevolam invidorum calumniam. Senec. de Beneſ. lib. 2. cap. 16.
Jurgia vicina refugit. Hor. 2. Epiſt. 2. 171.
Periculum refugere ac deprecari. Cic. 10. Fam. 31.
Venerem omnem refugerat Orpheus. Ovid. 10. Met. 79.
Refugere, Recuſare. Cic. pro Roſc. Com. 45. Quem ego ſi ferrem judicem, refugere non deberet: quum teſtem producam, reprehendere audebit?
Refugere ab admonendo aliquo. Cic. 12. Att. 19. Dum recordationem fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo.
Refugere a dicendo. Cic. 1. de Orat. 10. Pudore a dicendo & timiditate ingenua quadam refugiſti.

REFUGIENS, entis Partic. [ὑποφεύγων] Auctor de Viris illuſtr. cap. 7. ad fin. Qua re audita Servius, dum ad curiam properat, juſſu Tarquinii gradibus dejectus, & domum refugiens, interfectus eſt.

REFŬGUS, a, um Adj. Quod eſt quaſi Retrofugiens, Item reclive, aut rejectum.
Amnis refugus. Plin. Paneg. 30. Ovid. 18. Epiſt. 182.
Spamque ſuo refugi fluminis ore ſequi.
Mare refugum. Stat. 12. Theb. 634.
Umbra refuga. Valer. 4. Argon. 41.
Capilli refugi a fronte, h. e. Reflexi, & velut refugientes, quales ſunt criſpi Maurorum capilli. Lucan. lib. 10. 132. Sidon. Capitis apex rotundus, in parulum a planitie frontis verticem cæſaries refuga criſpatur.

REFŬGA, æ. m. & f. [δραπέτης] Qui aliorum dominium refugit. Ulpian. in l. Aut damnum. D. De pœnis, Quique refugæ ex opere metalli in metallum damnantur. Marcellus, De re militari, in lege, Miles agrum, Quia cuſtodiæ refuga, non deſertor militiæ eſt.
Angelos refugas, vocat Hieron. Epiſt. 151.

REFŬGUS, i. m. [ὑποφεύγων] Qui ſe fuga ſubducit, vel Retro fugit. Tacit. 13. Ann. 40. Quibus juſſerat, ut inſtantibus cominus reſiſterent, refugus non ſequerentur. h. e. Refugientes.
Refugus in locum. Tacit. 3. Hiſt. 61. Quidam in caſtra refugi, omnia formidine implebant.

REFŬGIUM, i. n. [ἀποφυγὴ] Locus ad quem confugimus. Cic. 2. Off. 26. Regum, populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Suet. in Tiber. cap. 35. Ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet.
Refugia, ſunt Loca domus abditiora, & penitiora, in quæ immineute vi majore, vel hoſtium, vel incendii, bona ſua refugiendi incendii vel hoſtium impetus cauſa, paterfamilias conjicere ſolet. Hujuſmodi loca aperire, & pervia facere, uſufructuario non licet. Ulpian. in l. Si cujus rei. D. de uſufr. & quemad. quis utat. fruat. Sed neque diætas transformare, vel conjungere, easve ſeparare ei permittitur: vel aditus, poſticaſve vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare, &c.

REFUGITO, āre. Idem quod Refugere. Commodian. Inſtruct. 23.

RĔFULGEO, ſi, [καταλάμπω] ēre. Valde fulgere. Virg. 1. Æn. 592.
Reſtitit Æneas, claraque in luce refulſit.
Cervice roſea refulſit. Virg. 1. Æn. 406.
Humus refulſit luce purpurea. Ovid. 6. Faſt. 252.
Lucifer refulgens ab occaſu. Plin. lib. 2. cap. 8.
Nubes longe refulget. Virg. 8. Æn. 623.
Galea radiis refulget adverſa. Virg. 9. Æn. 374.
Sol refulget in liquida aqua. Ovid. 2. de Arte Am. 722.
Saſpectu refulgere. Plin. lib. 9. cap. 38. Color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens.
Umbris refulgere. Plin. lib. 37. cap. 5.
Fama ſplendida refulget. Propert. lib. 3. 20. 8.
Spes refulſit. V. SPES.

REFULGENS, entis. Partic. Plin. lib. 11. cap. 28. Nunc pennarum hiatu refulgentes.

REFULGENTIA, æ. f. Fulgor. Apul. Florid. 4. pr. p. 359. Elmenh. Lacunarium refulgentia.

RĔFUNDO, fūdi, fūſum, [ἀναχέω] ĕre. Idem quod Fundere. Plin. lib. 2. cap. 103. Glaciem refundat, cunctaque humifico ſpiritu laxet.

Da

De luna. Refundat, i. e. Regelet, reſolvat, liquefaciat. Cic. 2. de Nat. Deor. 118. Quibus altæ, renovatæque ſtellæ, atque omnis æther refundunt eadem, & rurſum trahunt eadidem. Refundunt, h. e. Remittunt, rejiciunt, rurſus fundunt, regerunt.
Aquas refudit urna. Propert. lib. 2. 26. 50.
Æquor refundit in æquor. Ovid. 11. Met. 488.
Unda refunditur. Stat. 9. Theb. 465.
Refundere, Reddere, reſtituere. Ulpian. in l. Si pecuniam. D. de condit. cauſ. dat. Conſequens eſt, ut dicamus eum refundere quod accepit.
Sanguinem alicui refundere & bona, pro Reddere. Liv.
Refūsus, a, um. Partic. [ἀναχυθεὶς] ut, Refuſum mare, Redundans. Plin. lib. 36. cap. 26.
Oceanus refuſus. Virg. 7. Æn. 225.
Ponto ſonat unda refuſo. Virg. 2. Georg. 163. h. e. Retro fuſo, & molibus oppoſitis repulſo.
Stagna refuſa vadis. Virg. 1. Æn. 130. i. e. Effuſa.
Campos pariter vallesque refuſas, Litoraque impleat Nomas. Sil. 17. 63. [Ubi agitur de Equitatu Numidico, effuſe vagante. Forte legendum Refuſus, ut referatur ad ſ Nomas.
Refūse, ius, iſſime. Adv. [ἀναπεχυμένως] Redundanter. Compar. Columel. lib. 4. cap. 1. Nam ſemper in plano refuſius egeſta humus tumidior eſt, quam gradus ſoli crudi.
Refusio, ōnis. f. Macrob. 1. Saturn. 22. Pluvialis copia eſt refuſio humoris, ad ſupera tracti.
Refusōrius, a, um. Adj. ut, Refuſoriæ litteræ. Sidon. 9. Epiſt. 10.
Refūto, [ἀνασκευάζω, διασκευάζομαι] āre. Feſtus, Refutare, redarguere, compoſitum a Fundo, verſa n littera in a, unde Confutare, & Refutare, id eſt redarguere, ſive non ita eſſe oſtendere, reprehendere. V. confuto, & Voſſ. Etymol. Cic. in Vatinium teſtem, 1. Nemo enim horum te ita refutandum, ut gravem adverſarium: aut ita rogandum, ut religioſum teſtem, arbitrabatur.
Manifeſta refutat id. Lucret. lib. 2. 866.
Res vero refutat id. Lucret. lib. 2. 245.
Teſtes refutare. Cic. pro Font. 1. Plus ego in hac cauſa laboris & operæ conſumo in poſcendis teſtibus, quam ceteri defenſores in refutandis.
Teſtibus refutare. Cic. 2. de Orat. 2. Quos tum, ut pueri, refutare domeſticis teſtibus, patre, & C. Aculeone propinquo noſtro & L. Cicerone patruo, ſolebamus.
Refutare, Reprimere. ut, Conatum alicujus refutare, Reprimere aut verbis, aut etiam facto. Cic. de Aruſp. Reſp. 7. Et aut concedente, aut etiam adjuvante Milone, ejus conatum refutabo. V. Cic. 1. Fam. 9.
Bello refutare. Cic. de Provinc. Conſul 32. Semper illas nationes noſtri imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putaverunt.
Oratione feroci refutando plebem. Liv. 2. 52.
Refutare ac Rejicere. Cic. 2. Tuſc. 55. In primiſque refutetur ac rejiciatur Philocteteus ille clamor.
Aſpernari & Refutare, Complecti & augere, contraria. Cic. pro Rabir. Poſt 44. Quam quidem vos, Judices, in novo genere bonitatem, inuſitatam claris ac præpotentibus viris, non modo non aſpernari ac refutare, ſed complecti etiam & augere debetis.
Refutātus, a, um. Partic. Cic. pro Lege Manil. 52. Obſolevit jam iſta oratio, re multo magis, quam verbis refutata.
Refutatio, ōnis. f. [ἀνασκευή] Cic. in Topic. 93. Refutatio autem accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quæ Græce στάσις dicitur, Latine appelletur Status, in quo primum inſiſtit, quaſi ad repugnandum congreſſa, defenſio.
Firma refutatio. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Refutātus, ûs. m. [ἀνασκευή] Refutatio. ut, Ancipiti refutatu convincere falſum. Lucret. lib. 3. 524.
Refutātor, ōris. m. Arnob. lib. 1. p. 18. Refutator incredulus.
Refutatōrius, a, um. Adj. Refutatoriæ preces, l. 5. C. de relat. l. 18. C. de appell. & Refutatorii libelli, l. 17. § 1. C. eodem tit. l. 8. eod. in C. Theod. Judex a quo provocatum erat opinionis ſuæ exemplum litigatoribus dare debebat & acta edere. Quod ſi ea minus plena, vel contrarie viderentur, is refutatorias preces offerebat, quæ ſimul mittebantur. Abſolute Symmach. lib. 1. Epiſt. 31. Cujus meritum Perennitas veſtra, lectis geſtis ac refutatoriis cohærentibus, æſtimabit.

R E G

REG. Regio. REG. SACR. Regi ſacrorum.
Regaliolus, Regalis, V. rex, in rego.
Regĕlo, āre. contrarium eſt ſuo ſimplici, Gela reſolvere. Columel. lib. 1. cap. 5. Idem lib. 2. cap. 16. Alter quod aſſiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. Idem lib. 10. 77.

Poſt ubi Riphææ torpentia frigore brumæ
Candidus aprica Zephyrus regelaverit aure.

Regelare, Refrigerare. Varro R. R. 1. 57. Granaria, quæ ventus regelare poſſit. [V. in regulo.
Utitur & Martialis, & Seneca. H. St. Locum Martialis V. in dict. ſeq.
Regelātus, a, um. Partic. Calefactus. Martial. lib. 11. 9.

Succina virginea quod regelata manu.

Regelātio, ōnis. f. Aggen. de Limit. p. 57. Gœſ. de Gallia Togata, Immodicas Alpium nives in mare tranſmittit, & ſubitarum regelationum repentinas inundationes patitur.
Regĕnĕro, [ἀναγεννάω] āre. Iterum, ſive rurſum generare. Plin. lib. 12. cap. 1. Platani ſatæ regeneravere vitium. Idem lib. 7. cap. 12. Signa quædam, nævoſque & cicatrices etiam regenerari.
Avum regenerare, Similem avo gigni. Plin. lib. 7. cap. 12. Indubitatum exemplum eſt Nicæi nobilis Pyctæ, Byzantii geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, nil e ceteris colore differente, ipſe avum regeneravit Æthiopem. h. e. Niger natus eſt, qualis fuerat avus, quum tamen albo eſſet mater.
Regenerare patrem, Idem ſignificat quod Repræſentare, ſeu naturam & mores referre. Plin. lib. 14. cap. 22. Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrem Tiberium ferebatur.
Immo, non ſimpliciter Repræſentare, ſed ita repræſentare patrem, ut redivivus eſſe videatur, quod ad hanc rem attinet. H. St.
Regeneratio, ōnis. f. [παλιγγενεσία] Vox eccleſiaſtica, apud Patres paſſim, & in Vulg. Nov. Teſt. Interpr. Matth. 19. 28. Tit. 3. 5. occurrens. Gloſſ. Gr. Lat. Παλιγγενεσία, Regeneratio, Recreatio, renatio, ut ſolet e pro t ante i.

Regermĭno, [ἀναβλαστάνω] āre. Iterum germinare. Plin. lib. 16. cap. 33. Et in Ænaria ſucciſa regerminat.
Regerminātio, ōnis. f. [ἀναβλάστησις] Plin. lib. 17. cap. 20. Regerminatione cædua, vel ſalice lætior.
Regĕro, ſſi, ſtum, [ἀναφέρω] ĕre. Retro portare, reducere, rejicere. Plin. lib. 2. cap. 9. In coitu quidem non cerni, quoniam haustum omnem lucis averſa illo regerat, unde acceperit. De Luna. Columel. lib. 2. cap. 20. Deinde quum ad alteram partem areæ pervenerint, in acervum culmos regerant.
Culpam communem regerere in aliquem. Plin. 10. Epiſt. 30.
Convicia regerere. Plin. lib. 28. cap. 4.
Crimen alicui regerere, i. e. In aliquem rejicere. Senec. Hippol. 2. 720.
Invidiam regerere in aliquem. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Alicui regerere alterum, pro Objicere, vel opponere. Cic. 15. Fam. 19. Pro quo tibi proxime epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum eſſe dicas.
Regerere in commentarios, In librum referre. Quintil. lib. 3. cap. 6. p. 253. Burm. Sunt enim velut regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat, ſcholæ. Budæus. De Rhetoricis Ciceronis.
Regestus, a, um. Partic. ut, Tellus regeſta. Ovid. 11. Met. 188.
Regestum, i. n. Latine dici poteſt, quod vulgo *regiſtrum* vocamus, teſte Budæo. Vopiſc. in Probo, 2. Uſus ſum etiam ex regeſtis ſcribarum porticus Porphyreticæ: Actis etiam Senatus ac populi. Subauditur Libris.
Regestus, ûs. m. Regeſta terra, ſive Terra ex ſulco egeſta, ut ait Budæus. Columel. lib. 3. cap. 13. Quum a ſuperiore parte in inferiorem detrahitur humus, via juſtum paſtinationi præbet regeſtum.
Regia, æ. V. rego.
Regiesco, ĕre. Creſco. Feſtus: & apud eum Paulus: Regieſcit, apud Plautum, ſignificat creſcit. Sed quum Glires, inquit Turnebus, indidem nomen habere in fragmento ſignificare videatur, Regleſcit eſſe ſcribendum affirmo, pro Regliſcit a Gliſco. V. edit. Dacer.
Regifugium, V. rex in rego.
Regigno, ĕnui, ĭtum. [ἀναγεννάω] ĕre. Iterum gignere. Hinc paſſivum Regignor, apud Lucret. lib. 5. 245.

— quapropter maxima mundi
Quum videam membra, ac partes conſumpta regigni.

Regĕnitus, a, um. Partic. Pro Renato, utuntur vulgo Theologi.
Regilla, V. rex, in rego.
Regillianus, Gallieni tempore Imperator Romanus factus eſt, miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis faſtigium evectus. Nam quum forte milites aliquot apud ipſum cœnarent, exortaque eſſet quæſtio unde Regilliani nomen deductum foret, quibuſdam ad Regillum lacum, aliis alio originem ejus referentibus, Grammatiſta, qui forte aderat, deflectere hoc nomen e rege exorſus eſt: Regi, Regillianus; qua voce velut omine quodam excepta, ſucclamatum eſt protinus a militibus: Merito itaque rex eris. Quum itaque poſtridie in publicum produſſet, ab univerſis Imperator eſt conſalutatus. Treb. Poll. in xxx tyrann. cap. 10.
Rēgillus, i. m. [Ῥήγιλλος] Lacus eſt in Agro Tuſculano, ad quem Aulus Poſtumius Dictator proſpere adverſum Tarquinium Superbum, patria ejectum, & Latinos, bellum inferentes, pugnavit. Liv. 2. 19.
Regillus, Appellativ. V. in regulus.
Regillum, i. n. vel potius Regillus, i. m. [Ῥήγιλλος Steph.] Oppidum eſt in Sabinis, unde Claudii oriundi, teſte Liv. 2. 16. &
Rēgilli, orum. m. pl. Idem. Suet. Tiber. cap. 1.
Regimen, Regina, Regio, V. rego.
Reginualia, Ludus, vel potius ea Sors, qua ducta rex creatur. Vide Cælium Rhodiginum, & Lilium Gyraldum, 13. Syntagmate Hiſtor. deorum. p. 385. ed. Baſ.
Regis-villa, æ. f. [Ῥηγισουίλλα] Urbs exigua in extrema Italia, non procul ab Oſtia. Strabo lib. 5. A Coſſis Oſtiam navigantibus exiguæ occurrunt urbes, Graviſcium, Pyrgi, Alſium, Fregena, ad Graviſcos ccc ſunt ſtadia. Inter hæc locus eſt, quem Regis villam vocant.
Regium, i. n. vel Regium Lepidi, vel Lepidum, [Ῥήγιον Λεπίδου Ptol.] Galliæ Ciſalpinæ oppidum, a quo Regienſes. Auctor Plin. lib. 3. cap. 15.
Rhegium aliud, cum aſpiratione, Promontorium. V. ſuo loco.
Reglūbo, ĕre. Gloſſ. Lat. Gr. Regluvo, Ἐκδύειν.
Reglūtĭno, pr. comm. [ἀποκολλάω] āre. contrarium ſuo ſimplici Glutinare. Catull. ad Thallum 25. 9.

Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina & remitte.

Reglutinare, Redintegrare. Prudent. Periſteph. 10. 873.

Vel amputatum plaga collum dividens
Rurſus coibit ac reglutinebitur.

Reglutinātus, a, um. Partic. Deglutinatus. ut, Reglutinatis luminibus. Mart. Capel. lib. 6. p. 191.
Reglutinōsus, a, um. Adj. [κολλώδης] Valde glutinoſum ſignificat. Plin. lib. 12. cap. 15. Sequens probatur, ut ſit odoratum, ex dulci acre, reglutinoſum, perlucidum. Vetus exemplar habet Glutinoſum. [Re adhæſit ex præcedente voce.
Regno, Regnum. V. rego.
Rĕgo, rexi, rectum, [ἄρχω, ἡγέομαι] ĕre. Gubernare: quaſi rem populi agere. Virg. 4. Ecl. 17.

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

Regere & Moderari. Cic. in Somn. Scip. 19. Siquidem deus eſt, qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui providet: qui tam regit & moderatur, & movet id corpus, cui præpoſitus eſt, quam hunc mundum princeps ille Deus.
Conſilio rem aliquam. Ter. Eun. 1. 1. 13.
Aliquem regere diſciplina. Cic. 10. Att. 7. extr. Hoc autem vitium puto te exiſtimare, non noſtra indulgentia, ſed a natura profectum, quem tamen nos diſciplina regimus.
Animum regere. Hor. 1. Epiſt. 2. 62.
Animos dictis regere. Virg. 1. Æn. 157.
Ingenium alicujus. Plaut. Bacch. 3. 3. 90.
Mentem ſuam. Lucan. ad Piſon. 56.
Mores regere ſuo exemplo. Ovid. 15. Met. 834.
Naturam ſuam verſare & regere ad tempus. Cic. pro Cœl. 13.
Semet ipſum. Cic. 4. Fam. 14.

Google

Imperium regere. Virg. 1. Æn. 344.
Opes Auſonias. Ovid. 14. Met. 772.
Populos imperio. Virg. 6. Æn. 851. Idem 4. Æn. 230.

Sed fore, qui gravidam imperiis belloque frementem
Italiam regeret.

Res imperio. Virg. 1. Æn. 234.

—ô, qui res hominumque deûmque
Æternis regis imperiis!

Rempublicam. Cic. 1. Off. 92. Illud autem eſt judicandum, maximas geri res & maximi animi ab iis, qui Reſpub. regunt: quod earum adminiſtratio latiſſime pateat.
Senatum conſiliis. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Urbes regere in longa pace. Virg. 7. Æn. 46.
Urbes conſiliis. Quintil. in proœm. lib. 1.
Bella regere. Sil. lib. 7. 47.
Fines regere. Cic. pro Muren. 22. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus, tu in regendis. Fines regi dicuntur (inquit Boethius lib. 2. Topic.) quando agri propoſitis terminis finiuntur. Nam Regere, antiquæ legis XII Tab. ſignificatione, eſt ſuis finibus terminatum habere & ſtatuere. Juſtinian. lib. 4. Inſt. tit. 17. De officio jud. §. ultimo, Si finium regundorum actum fuerit, &c. Eleganter ad ipſos terminales lapides, rem inanimatam, tranſtulit Tibul. lib. 1. 3. 44.

— non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva, lapis.

Equos, Moderari. Ovid. 1. Triſt. 3. 28.

Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Habenas regere. Ovid. 2. Faſt. 25.
Iter rexit lino Theſeus. Propert. lib. 2. 14. 8.
Ore equi. Ovid. 8. Met. 34.
Navem, vel Ratem arte. Ovid. 1. Triſt. 4. 12.
Rates gubernacula regunt. h. e. Dirigunt. Plin. lib. 12. cap. 19.
Rates reguntur remo. Ovid. 1. de Art. Am. 3. al. Moventur. Sic.
Curſus, Virg. 6. Æn. 350.

REGENS, entis. Partic. Virg. 6. Æn. 30.

Cæca regens filo veſtigia. Sic Iter lino ſupra.

Fortuna ita regente. Juſtin. l. 9. 23.

REGENDUS, a, um. Partic. [illegible] Senec. Octav. v. 446.

Regenda magis eſt fervida adoleſcentia.

Juvenem ſuſcipere regendum. Cic. 10. Att. 6.

RECTUS, a, um. Partic. [illegible] ut, Rectus ad ingenium bonum. Plaut. Bacch. 3. 3. 8.

RECTUS, a, um. Adj. ex Partic. [illegible] Erectus, Qui ſtat & erectus eſt.
Rectus, Qui nullam in partem inflectitur, cujus contrarium eſt, Obliquus. Plin. lib. 12. cap. 19. Recta curſu.
Acies recta oculorum. V. ACIES.
Coma recta, i. e. Preſſa, Criſpæ opponitur. Senec. Epiſt. 95.
Flumine recto. Virg. 8. Æn. 57.

Ipſe ego te ripis & recto flumine ducam.

Lux recta aut obliqua. Lucret. lib. 2. 799.
Ore recto voces emittere fores. Lucret. lib. 4. 552.
Platea recta, Via recta. Ter. Phorm. 2. 1. 80. Eo recta via quidem illuc. quod & Recta, formâ Adv. per ellipſin dicitur. Cic. 1. in Catil. 23. Recta perge in exſilium. V. infra.
Talo recto ſtare. Hor. 2. Epiſt. 1. 176.

— poſt hoc
Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo.

i. e. Parum ſollicitus poſt hoc, utrum exſibiletur, atque applodatur comœdia, an probetur. Recto talo dixit per tralationem, quia qui ſtant, recto ſunt talo. Ita dicebant Stare fabulam, quæ attente audiretur, & quæ placeret: Cadere & excidere hiſtriones, qui explodebantur. Lambinus. V. STO.
Truncus rectus. Ovid. 2. Met. 822.
Via recta rem narrare, Narrare rem ut eſt, nihil mentiri. Ter. Heaut. 4. 3. 28. Immo ut recta via rem narret ordine.
Via recta animi. Propert. lib. 3. 5. 10.
Cœna recta. V. CŒNA & APOSTOLA.
Cœnæ rectæ jus habere, i. e. *Buccam ad curiam*, inquit Budæus.
Tunica recta dicebatur, Quæ ita contexta erat, ut veluti rigens ſtaret. Vel Quæ a ſtantibus ab imo in altum texebatur. Hac tirones & novæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis ſuis conficiendam curabant, ominis cauſa. Ex Feſto.
Conſcientia recta, Tranſlate. Cic. 13. Att. 20. In omni vita ſua quemque a recta conſcientia tranſverſum unguem non oportet diſcedere.
Conſilium rectum & tutum capere. Ter. Heaut. 2. 3. 86. Idem And. 2. 1. 11.

Facile omnes, quum valemus, recta conſilia ægrotis damus.

Indoles recta, i. e. Bonæ naturæ. Senec. Hippol. 20.
Ingenia recta, i. e. Non depravata. Senec. Hippol. 21.
More recto ſervat munia vitæ. Hor. 2. Epiſt. 2. 132.
Vitæ rationem rectæ, honeſtæque, ut quidam putaverunt, ad philoſophos relegandam non conceſſerim. Quintil. in proœm. lib. 1.
Rectus, cum Genitivo: ut, Rectus judicii animus. Seneca de Vita beata.
Compar. Hor. 1. Serm. 2. 82.

Sit licet hoc, Cerinthe, tuæ, tenerum eſt femur, aut crus
Rectius: atque etiam melius perſæpe togatæ eſt.

Longa trabe rectior. Ovid. 3. Met. 78.
Superl. Rectiſſimus in dicendo. Cic. 2. de Orat. 206. Ego mehercule, inquit, Antoni, ſemper is fui, qui de te oratore ſic prædicarem, unum te in dicendo videri rectiſſimum.

RECTUM, i. e. per tranſlationem, pro Eo quod eſt cum virtute conjunctum; & pro Bono ponitur: ut Recte Adv. pro Bene. ut, Hor. 2. Epiſt. 2. 44.

— curva dignoſcere rectum.

h. e. Quid ſit vitium, quid virtus. Porphyrio.
Non agere iter in rectum. Ovid. 2. Met. 715. i. e. Non recta pergere.
Rectum eſt. Cic. 6. Att. 9. Saulejum ſine meis litteris ad te venire vix rectum erat. i. e. Honeſtum.
Videre rectum. Hor. 2. Epiſt. 1. 63.

Interdum vulgus rectum videt, eſt ubi peccat.

Rectum in oratione, & Pravum, contraria. Cic. 1. Acad. 16. Tertia de diſſerendo, & quid verum, & quid falſum, quid rectum in oratione, pravumve, quid conſentiens, quid repugnet judicando.
Amor recti. Stat. 5. Silv. 3. 248.
Conſcia mens recti. Virg. 1. Æn. 608.
Capeſſere recta. Hor. 2. Serm. 7. 7.
Colere rectum. Ovid. 1. Met. 90.
Defendere rectum. V. DEFENDO.
Præponere rectum utilibus. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 103.
Servare animi rectum. Hor. 2. Serm. 3. 201. h. e. ut ita dicam, Rectitudinem.
Trahere ad. Hor. 2. Serm. 6. 75.

Quidve ad amicitias, uſus, rectumne trahat nos.

RECTA, Adv. ex Ablat. ſ. ſubaudito Via. [illegible] Ter. Eun. 2. 2. 7. Cur non recta introibas? Cic. 5. de Fin. extr. Sed tempus eſt, ſi videtur, & recta quidem ad me. Idem 7. Varr. 159. Sibi recta iter eſſe Romam: Verri ſe praſto advenienti futurum. Et 4. Att. 5. Tu de via recta in hortos. E navi recta ad me venit. Cic. 6. Att. 8. conf. ſupra Via recta.

RECTE, Adv. [illegible] Proprie eſt, cui Oblique opponitur. Cic. 1. de Fin. 20. Sive aliæ declinabunt, aliæ ſuo nutu recte ferentur. Primum erit hoc quaſi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur. Al. Rectæ, quæ obliquæ.
Recte tranſlate, Bene. Cic. 4. Acad. 98. Recte concluſit, teneo: ſin vitioſe, minam Diogenes reddet.
Augurari recte de me, bene enim tibi cognitus ſum. Cic. 9. Att. 19.
Recte an ſecus, nihil ad nos. Cic. in Piſon. 68.
Recte atque ordine facere. V. ORDO.
Recte, in reſponſione. Ter. Hec. 3. 2. 20.

Quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam triſtis? PA. recte mater.

Ubi Donatus, Recte mater, Sic dicimus quum ſine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii Recte ſic accipiunt, ut intelligant, Nihil eſt mali. Hæc Donatus. [Subauditur Eſt, ut in ſeq.
Recte, pro Nihil, auctore Donato. Ter. Eun. 2. 3. 49.

Dum hæc dicit, abiit hora, rogo nunquid velit,
Recte inquit, abeo. Idem in Heaut. 2. 1. 16.
Tum quod dem ei, recte eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere.

h. e. Nihil. Quare autem Recte pro Nihil dixerit, oſtendit ſubdens, Nam nihil &c. i. e. Dicere quod nihil mihi ſit, quod dem amicæ, eſt religio, id eſt, metus mali ominis cavendi. Putabant enim ſuperſtitioſi illi mortales, ſi dixiſſent ſibi nihil eſſe, nihil etiam futurum: & ſi interroganti Quis me petiit? puer reſpondiſſet, Nullus, ſe a nullo deinceps expetendos: unde reſpondere ſolebat, Bona fortuna here; id eſt nullus. Al. Satis eſt exponunt.
Recte, ut dicitur, [illegible]. H. St.
Recte, pro Sic eſt, etiam, ita. Ter. Adelph. 3. 3. 79. S. Tu rus hinc abis? D. recte. [Subauditur Putas, quod alias addit. V. And. 1. 1. 114.
Recte, reſponſio ad Quid fit? Ter. Adelph. 5. 5. 3.

Quis homo? ô Syre noſter, ſalve: quid fit? quid agitur?
S. Recte. D. optume eſt.

Recte facis, Gratiarum actio eſt, Interprete Donato. Ter. Eun. 5. 8. 54.

Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. C. idem arbitror.
G. Recte facitis. [V. Facis bene, in BENE.

Recte parere, Non monſtrum parere, inquit Donatus. Ter. Hec. 4. 1. 27.

— præſertim quum & recte, & tempore ſuo pepererit.

Recte, pro Juſte. Ter. Andr. 5. 4. 53. Pater, non recte vinctus eſt. Et Andr. 4. 4. 27. Recte ego ſemper fugi has nuptias.
Recte abuti. Quintil. lib. 5. cap. 10. Patet videri hoc nomine recte abuſus.
Late recte, & Vitio late, contraria. Cic. de Aruſp. Reſp. 48. Augures interrogabant, quæ ita lata eſſent, rectene lata eſſent: illi vitio lata eſſe dicebant. [In hoc & ſeq. eſt Auſpicato, rite.
Tabernaculum recte captum. Cic. 2. de Divin. 75.
Recte apud Juriſcon. maxime in ſtipulationibus, idem quod Arbitratu boni viri. l. hæc verba. 73. D. de Verb. ſign. l. jam tamen. 5. §. 3. D. jud. ſol. Cato de R. R. cap. 144. & cap. 146. Varr. R. R. lib. 2. cap. 4.
Admones recte. Cic. 6. Verr. 5. Sed earum artificem quemnam? recte admones, Polycletum eſſe dicebant.
Convivari recte. V. Recta cœna, in CŒNA.
Dicere non recte alicui, pro Maledicere. Plaut. Pſeud. 4. 6. 23.
Dicis recte. Ter. Adelph. 4. 3. 18. Et recte & verum dicis. Plaut. Capt. 5. 2. 7.

Recte & vera loquere: ſed neque ea vere neque recte adhuc
Feciſti unquam. Al. Recta & vera.

Recte & Secus contraria. Cic. de Clar. Orat. 331. Quæ, ſi recte eſſet, ſalute reip. ſin ſecus, interitu ipſo teſtimonium meorum de rep. conſiliorum darent. i. e. Si omnia bene & commode cederent. Budæus. V. ſupra.
Eſſe recte alicui, pro Valere. Cic. 14. Att. 16. extr. De Attica pergratum mihi feciſti, quod curaſti ante ſcirem ei recte eſſe, quam non belle fuiſſe.
Facere alicui recte. Plaut. Aul. 2. 5. 16.
Factum recte, & Peccatum. Cic. 1. Acad. 36. Sic inter recte factum atque peccatum, officium, & contra officium, media locabat quædam: recte ſola, &c.
Ferre moleſtias recte, i. e. Patienter. Ter. Eun. 1. 2. 33.
Meminiſti recte. Ter. Heaut. 5. 2. 43. Sat recte hoc mihi in mentem venit [i. e. Opportune, commode.
Miniſtrare recte. Hor. 2. Serm. 8. 70.
Olere recte, Bene olere. Plaut. Moſtel. 1. 3. 113.
Oneratus recte. Plaut. Bacch. 2. 3. 115.

Ille eſt oneratus recte, & plus juſto vehit.

Ponere otia recte. Hor. 2. Serm. 7. 112.
Sperare recte. Cic. 13. Att. 17. Attica noſtra quid agat ſcire cupio, etſi tuæ litteræ (ſed jam nimis veteres ſunt) recte ſperare jubent.
Valere recte. Plaut. Bacch. 2. 2. 14.

Quia ſi illa inventa eſt, quam ille amat, vivit, recte valet.

Vivere recte. Hor. 1. Epiſt. 6. 29.
Recte, Tuto. Cic. 14. Fam. 14. Si ille Romam modeſte venturus, recte in præſentia domi eſſe poteſtis.
Dare recte litteras. Cic. 1. Fam. 7. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem: non prætermittam. i. e. Quibus tuto & citra periculum dare poſſim litteras.

Dare

Dare recta fundum. Cic 13. Att. 48. Ut ipſa ei Puteolis fundum recte mancipio dare poſſet. [Delectatur hac phraſi Corn. Celſus, at ea Recta dari ægris dicat, quæ Sine periculo dantur.
Eſſe recte alicubi, pro Sine reprehenſione manere. Cic. 16. Att. 9. Qui minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim, quam eſt Marcellus? [i. e. Tuto, ſeu in tuto.
Eſt recte apud matrem. Cic. 1. Att. 7.
Epicurus circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. Cic. 2. de Divin. 40. h. e. Aperte, non diſſimulanter, nec per circuitionem. Al. Recta.
Compar. Rectius. Plaut. Merc. 4. 4. 62.
Eadem licebit mox cœnare rectius.
Meminiſſe rem rectius. Plaut. Epid. 4. 1. 26.
Perſpicere rectius. Lucret. lib. 1. 157.
Tenere rem rectius. Plaut. Amph prol. 210.
Valere rectius. Plaut. Trin. 1. 2. 125.
Superl. ut, Rectiſſime animadvertere. Cic. 3. de Legib. 12.
Probam rectiſſime. Ulp. l. 54. §. 4. Dig. pro ſocio.
RECTO, Adv. Anton. & Verus apud Papir. L. 1. pr. D. de Appellat. & relat. Appellationes, quæ recto ad Principem factæ ſunt. [An Recta? vel Non recte?
RECTIO, ōnis. f. [ἡγεμονία] Cic. 5. de Fin. 11. Quum autem tertia pars bene vivendi præcepta quæreret, ea quoque eſt ab iiſdem, non ſolum ad privatæ vitæ rationem, ſed etiam ad Rerumpub. rectionem relata.
RECTŪRA, æ. f. ut, Rectura limitum, apud rei agrariæ ſcriptores. V. Goeſ. Ind. & Rigalt. Gloſſ. & Fines regere in ipſo verbo.
RECTOR, ōris. m. [ἡγεμών, ἡγήτωρ, ἡγητήρ] Qui regit. Cic. 2. de Nat. Deor. 90. Intelligere ineſſe aliquem, non ſolum habitatorem in hac cæleſti ac divina domo, ſed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantique muneris.
Majeſtas rectoris. Sil. lib. 15. 417.
Divûm Juppiter maximus rector. Virg. 8. Æn. 572.
Juvenem rectores. Virg. 9. Æn. 173.
Olympi rector. Ovid. 9. Met. 498.
Pelagi, Neptunus. Ovid. 1. Met. 331.
Populorum centum. Ovid. 7. Met. 481.
Regum rector maximus. Sen. Troad. 10.
Superûm. Ovid. 1. Met. 668.
Rectores ſequiori ævo proprie dicti ſunt Provinciarum præſides. Caſſiod. Var. 6. 22. Fuit & dignitas aulæ Conſtantinop. Suid. Ῥαίκτωρ, ὄνομα ἀξιώματος. conf. Gloſſ. Cang.
RECTRIX, īcis. f. Quæ regit. Columel. lib. 3. cap. 10. Videmus hominibus inſpiratam, velut aurigam, rectricemque membrorum animam. Plin. lib. 37. cap. 13. Italia rectrix parenſque mundi altera.
RECTITŪDO, ĭnis f. Aggeu in Goeſ. Agrar. p. 46. Rigor ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit.
REGĬBĬLIS, e Adj. Quod facile regitur. ut, Acies regibilis. Ammian. 19. 15. Juventus regibilis. Idem 15. 2.
REGĬMEN, ĭnis. n. [ἰθύνσις] Ipſa rectio. Lucret. lib. 3. 95.
In quo conſilium vitæ, regimenque locatum eſt. Liv. 3. 33. Regimen totius magiſtratus penes Appium erat, favore plebis.
Cruentum regimen manu tractare, Regem in Tyrannide. Stat. 12. Theb. 658.
Lentum regimen navis. Senec. Agamem. 6.
Vocis, ſermoniſque regimen primores tenent dentes. Plin. lib. 7 cap. 16.
REGĬMENTUM, i. n. Idem quod Regimen. Arcad. in l. 1. §. 1. De offic. præf præt. Regimentis Reipub. ad Imperatores perpetuo translatis, &c. Adde Ammian. 28. 1. & 25. 9. Apud antiquiores non occurrit.
RĔGĬTO, [ἡγέομαι] āre. frequentat. Varro 1. de R. R. cap. 57. autr. Granaria in agro quidam ſublimia faciunt, ut in Hiſpania citeriore, & in Apulia: ita ut non ſolum a lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus a ſolo ventus regitare poſſit. Vetus exemplar habet Regelare. Al. Regytare, vel Regirare, vel Regerare. [Puto ſyllabam librarios omiſiſſe, legendumque Refrigerere. V. in hac dict. & in REGELO.
RĔGĬO, ōnis. f. [χώρα. κλίμα] dicta a Rego, quod prius quam provinciæ fierent, regiones ſub regibus erant, atque ab his regebantur. Virg. 9. Æn. 390.
Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Regio & Ora. Cic. pro Sext. 66. Quæ regio, orave terrarum erat latior, in qua non, &c.
Certa regio loci. Lucret. lib. 2. 260.
Terræ regio. Cic. 2. de Nat. Deor 24. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus.
Agrorum regiones. Juſtinian. lib 4. tit. 17. De officio jud. §. ultim. Quod ſi de una re, veluti de fundo: ſiquidem iſte fundus commode regionibus diviſionem recipiat, partes ejus ſingulis adjudicare debet.
Deſerta ſiti regio. Virg. 4. Æn. 42.
Montoſa. V. Montoſus, in MONS.
Ignota. Ovid. 2. Met. 203.
Cultu vacantes. V. COLO.
Apprehendere regionem. V. APPREHENDO.
Attingere regionem. V. ATTINGO.
Defendere regiones ſuas & fines. Cic. in Orat. 141.
Obire pedibus regiones. V. OBEO.
Peragrare mente regiones. V. PERAGRO.
Regiones cæli quatuor, Ortus, Occaſus, Meridies, Septentrio. Ortus & Occaſus, mobilia ac varia ſunt: Meridies & Septentrio perpetuo ſtatu permanet. Oritur quippe ſol non ibidem ſemper, ſed aut Æquinoctialis oriens dicitur, aut Solſtitialis, aut Brumalis. Idem non in eundem ſemper occidit locum: ſed occaſus ejus ſimiliter fit. Ab his quatuor regionibus, quatuor venti flare dicuntur, qui ſunt Eurus, Auſter, Favonius, Aquilo. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. Sed etiam regio, quæ tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis. De regione Lunæ.
Regiones, Cæli ſpatia, in quæ Augures illud lituo dividebant. Cic. 1. de Divin. 30. de lituo agens, Eo, inquit, Romulus regiones direxit, tum quum urbem condidit.
Ara locata ſub media cæli regione. Cic. in Arato, 293.
Auſtralis regio. V. AUSTER.
Veſpertina. Hor. 1. Serm 4. 30.
Arctis regionibus exire. Lucret. lib. 6. 119.
Regio, inquit Budæus, vulgo *quarterium* dicitur, apud Cic. pro Planc. 32. qui etiam Tractum vocat, Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Allifanus: tota denique noſtra illa aſpera & montuoſa & fidelis & ſimplex & fautrix ſuorum regio, &c.
Viam in regio nota. Virg. 2. Æn. 737.
Recta regione viæ declinare. Lucret. lib. 2. 250.
Regiones, Majores urbis partes appellari cœptæ a ſimilitudine earum regionum, in quas orbis dividitur. Quatuor autem fuerunt antiquitus urbis Romæ regiones: e quibus prima regio Suburrana: ſecunda, Eſquilina: tertia, Collina: quarta, Palatina. Sub Auguſto 14. vocari cœperunt. V. Suet. Aug. cap 30. & l. 3. ff. de Off. præf. vigil. vel Lex. Pitiſc. qui rem late perſequitur.
Natura & regio provinciæ, h. e. Natura partis & regionis ejus provinciæ quam incolis, vel cui præfueris. Cic. 1. Fam 7. Eam eſſe naturam & regionem provinciæ tuæ, ut, &c [Vulgo Situm, vel Situationem dicunt.
Regiones vineæ, Fines & limites. Cic. 2. de Nat. Deor. 9. An Attii Navii lituus ille, quo ad inveſtigandum ſuam regiones vineæ terminavit, contemnendus eſt? Al. Inveſtigandam ovem. conf. 1. de Divin. 31.
Regionibus officii ſeſe continere. Cic. 2. de Lege Agrar. 96. Singularis homo privatus, niſi magna ſapientia præditus, vix facile ſeſe regionibus officii, magis in fortunis & copiis continet. [i. e. Intra terminos officii ſui.
Modicæ regiones orationis. Cic. 2. de Orat. 67. Sed ita ut ſit circumſcripta modicis regionibus.
Regionibus circumſcriptum vitæ ſpatium, ſ. e. Finibus & terminis, ut ait Budæus. Cic. pro Arch. 29. Si nihil animus præſentiret in poſterum, &, ſi quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas.
Regiones & fines eloquentiæ. Cic. in Orat 141. de Juris ſcientia loquens, Ea vero, inquit, repugnante eloquentia vix ſuas regiones fineſque defenderet.
Regio, pro Orbita & linea. Cic. 7. Verr. 176. De omnibus nobis, ſi quis tantulum de recta regione deflexerit, &c. Ibid. 181. Hæc eadem eſt noſtræ rationis regio & via, horum nos hominum ſectam atque inſtituta perſequimur. Inde E regione idem pro Rectis lineis accipit. Budæus.
E regione, tanquam Adverb. ponitur in oratione, pro In conſpectu, quaſi rectis lineis. V. e præp. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 35. Quum uterque utrique eſſet exercitus in conſpectu, fereque e regione caſtris caſtra poneret. Cic. 4. Acad. 123. Nonne etiam dicitis, eſſe e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis?
RĔGĬŌNĀTIM, Adv. [κατὰ χώρας] Per ſingulas regiones. Suet. in Cæſ. cap. 39. Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones. conf. Liv. 40. 51. extr.
RĔGĬŌNĀLĬTER, Adv. Apul. de Mundo p. 68. Elmenh. Quæ tamen illi cum regionaliter videantur eſſe peſtifera, ad omne ſalutaria ſunt. conf. Cæl. Aurel. Acut. 2. 29.
RĔGĬŌNĀRIUS, i. m. Frontin. de Colon. p. 134. Goeſ. Caſſium oppidum militi regionarii diviſerunt. [Legendum Caſinum opp. milites legionarii, ut ex coll. p. 104. liquet.
RĒGŬLA, æ. f [κανών. Gl. L. G.] Norma, qua hæc diriguntur, quaſi menſuram regens. Columel. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas, ejus latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ litteræ χ decuſſavimus: atque ita mediæ parti, qua regulæ committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus.
Regula prima. Lucret. lib. 4. 516.
Denique ut in fabrica, ſi prava'ſt regula prima. Quo loco Lambinus, Regula, lignum eſt rectum, oblongum, & latum, quo fabri utuntur ad exigendas rectitudines, & parietes ædificiorum dirigendos. Fiunt etiam e ferro regulæ. Hæc ille.
Regula & Norma quid differant, V. NORMA.
Exemplum & Regula. Cic. in Salluſt 4. Primum igitur, quoniam omnium majorem Criſpus Salluſtius ad unum exemplum & regulam quærit.
Mediocritatis regula optima. Cic. 2. Off. 59. In his autem ipſis mediocritatis regula optima eſt.
Naturæ norma, regula, & præſcriptio. Cic. 4. Acad. 140.
Oratoris. Plin. Epiſt. 9. 26. ad Lupercum, Sed Demoſthenes ipſe ille norma oratoris & regula.
Philoſophiæ regula. Cic. 4 Acad. 29. Hanc eſſe regulam totius philoſophiæ, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti.
Oraculum una regula eſt, quam cupio tibi eſſe notiſſimam, &c. Cic. 3. Off. 81.
Aberrare a regula & præſcriptione vitæ. V. ABERRO.
Dirigere ad regulam. Cic. 1. de Fin. 63. Servata illa, quæ quaſi delapſa de cælo eſt ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia judicia rerum diriguntur.
Habere regulam qua vera & falſa judicentur. Cic. de Clar. Orat. 152.
Irrogat regula pœnas æquas peccatis. Hor. 1. Serm. 3. 118.
Loqui ad regulam. Quintil. lib 9. cap 4. Neque enim loquuti ſunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines.
Regula, Baculus quo aliquid rectum tenetur. Columel. lib. 6. cap. 19. Deinde prius quam ferrum admoveas, duabus anguſtis ligneis regulis, veluti forcipibus, apprehendere teſtium nervos, &c.
Regula, Inſtrumentum, eundem uſum præbens in factura olei, quem fiſcus. V. FISCUS loco ſuo. Columel. lib 12. cap 50. Aut regulis, ſi conſuetudo erit regionis, aut certe novis fiſcis ſampſæ exprimi.
RĒGŬLĀRIS, e. Adj. [κανονικός] Quod ſecundum regulam eſt, vel quod in regulam trahi poteſt.
Æs regulare, Quod obſequitur malleis, & quaſi in utramque partem regi poteſt, quod etiam ab aliis Ductile appellatur. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cypro coronarium æs & regulare eſt, utrumque ductile.
RĒGŬLĀRĬTER, Adv. Ulpian. in l. Quod ſi ſervus. § 2. D. de in rem verſo, Et regulariter dicimus toties de in rem verſo eſſe actionem. Idem in l. Regulariter definiendum eſt. De petit. hæred.
RĒGŬLĀTIM, Adv. Idem. Veget. de Re Vet. 2. 48. Regulatim currere.
RĒGŬLO, āre. Cæl. Aurel Tard. 3. 4. 62. Regulantur vel diriguntur eorum virtutes non natura loci.
REX, rēgis m [βασιλεύς, ἄναξ] Qui regit populum, & regnum poſſidet. Cic. 2. Off 41. Mihi quidem, non apud Medos ſolum, ut ait Herodotus, ſed etiam apud majores noſtros, juſtitiæ fruendæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Idem 3. de Fin. 75. Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit.
Triumphi regum. Ovid. 1. Amor. 15 33.
Cælicolûm rex, Juppiter. Virg. 3. Æn. 21.

Deorum.

Deorum. Hor. 4. Carm. 4. 2.
Divûm pater, atque hominum rex. Juppiter. Virg. 1. Æn. 69.
Olympi magnus rex. Virg. 5. Æn. 533.
Fluviorum rex, Eridanus. Virg. 1. Georg. 481.
Infernus, Pluto. Virg. 6. Æn. 106.
Nominis ingentis. V. INGENS.
Regum rex. Hor. 1. Epiſt. 1. 107. de Sapiente Stoicorum.
Æquævus. Virg. 2. Æn. 561.
Fortiſſimus gentis Sidoniæ. Sil. lib. 8. 212.
Indomitus. Lucan. lib. 2. 581.
Magni. Hor. 2. Serm. 3. 45.
Minantes. Hor. 2. Carm. 12. 12.
Purpureus, i. e. Purpuratus, ſeu purpura ornatus. Ovid. 7. Met. 103.
Semidei. Stat. 2. Achil. 363.
Superbus. Virg. 12. Æn. 15.
Timendi. Hor. 3. Carm. 1. 5.
Tremendus. Virg. 4. Georg. 470.
Abacta pauperies epulis regum. Hor. 2. Serm. 2. 45.
Colere reges, non regna. Sen. Herc. OEth. 5.
Conſtitue e regem populis. V. CONSTITUO.
Editus atavis regibus. Hor. 1. Carm. 1. 1.
Expugnant reges, capiuntur, prælia miſcent. Lucret. lib. 4. 1007.
Imminent duo reges toti Aſiæ. V. IMMINEO.
Imponere regem alicui regioni. V. IMPONO.
Inducere regem in regnum. V. INDUCO.
Interceptus mortalitate rex. V. INTERCIPIO.
Pati imperia regum. Sen. Herc. fur. 6.
Pati famulum & regem, i. e. Infimam & ſummam conditionem. Sen. Herc. OEth. 3.
Succurrere regis tectis. Virg. 2. Æn. 451.
Reges etiam appellantur Liberi affineſque regum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 107. Interim controverſias regum ad P. R. & ad ſe, quod eſſet Conſul, pertinere exiſtimans. Per Reges intelligit Ptolemæi regis Ægyptii ante liberos.
Populus rex. Adjective. Virg. 1. Æn. 25.
Hinc populum, late regem, belloque ſuperbum,
Venturum excidio Libyæ.
Rex, pro Rectore. Hor. 1. Carm. 36. 8.
— memor
Actæ non alio rege puertiæ. I. e. Moderatore ac magiſtro.
Rex, (ait Donatus) alias Regnatorem, alias Dominum, alias Divitem ſignificat. Sed hunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad ſignificandum Paraſitum. Ut enim paraſitus regis eſt, & libertus patroni: ſic contrario rex paraſiti eſt, & patronus liberti. Hæc ille in illud Ter. Phorm. 2. 2. 24. Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert.
Rex, Potentior: & is, quem nobis veluti in patronum eligimus, quem aſſectemur. Martial. lib. 2. 18.
Capto tuam, pudet heu, ſed capto, Maxime, cœnam,
Tu captas alias: jam ſumus ergo pares.
Mane ſalutatum venio, tu diceris iſſe
Ante ſalutatum: jam ſumus ergo pares.
Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis,
Tu comes alterius: jam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe.
Qui rex eſt, regem, Maxime, non habeat. Captare, eſt Blanditiis & ſervilibus officiis aliquid quærere, ut ſcurræ & paraſiti. Vicarius, eſt Servi ſervus.
Rex, Dives, qui a clientibus colitur & paraſitis. Hor. 2. Carm. 14. 12.
— ſive reges,
Sive inopes erimus coloni. Juven. 1. Sat. 136.
Veſtibulis abeunt veteres laſſique clientes,
Votaque deponunt, quamvis longiſſima, cœnæ:
(Spes hominum!) caulis miſeris, atque ignis emendus.
Optima ſilvarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuiſque toris tantum ipſe jacebit:
Nullus jam paraſitus erit. Spes hominum: acclamatio eſt poetæ in miſeriam clientum, qui diu ſperaverant ſe apud divitem cœnaturos. Plaut. Capt. 1. 1. 24.
Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium, &c. Verba ſunt Ergaſili paraſiti, Philopolemum ob id Regem ſuum appellantis, quod ſæpe apud eum cœnaret. Hor. 1. Serm. 2. 86.
Regibus hic mos eſt, ubi equos mercantur, opertos
Inſpiciunt. Ubi Schol. vet. Reges hic divites ſunt, & nobiles.
Coram rege ſuo. Horat. Hoc eſt Patrono & amico ſuo potentiore. Gauḡ. 575. H. St. Locus hic eſt Hor. 1. Epiſt. 17. 43.
Coram rege ſuo de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent.
Ærarii, &c. reges, Qui præſunt ærario, &c. Cic. 2. de Lege Agr. 15. Atque ego a primo capite legis uſque ad extremum reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum, niſi uti decem reges, ærarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius Reip. regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini conſtituerentur, legis Agrariæ ſimulatione atque nomine. [Omnino ſic diſtinguendum eſt, ut non dicat Reges ærarii, &c. ſed Dominos Tullius Decemviros Rullianos, & eo ipſo totidem reges.
Menſæ rex, qui & Dominus convivii. Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 1. Ipſe rex menſæ, nec in moribus Socrate minor. Varro apud Gell. lib. 13. cap. 11. Dominum autem convivii eſſe oportet, non tam lautum, quam ſine ſordibus.
Nemorenſis. V. NEMUS, vel Lex. Pitiſc.
Sacrorum rex. Cic. de Aruſp. Reſp. 12. L. Claudius rex ſacrorum. Plin. lib. 11. cap. 37. V. Lex. Pitiſc.
Rex fuit etiam cognomen gentis Marciæ. V. MARCIUS.
RĒGINA, æ. f. [[illegible]] Regis uxor. Cic. 14. Att. 8. Reginæ fuga mihi non moleſta.
Teque, particeps connubii, ſocia regni, regina Juno. Cic. Anteq. iret. in exſil. 24.
Regina deûm, Juno. Virg. 1. Æn. 13.
Siderum regina bicornis, Luna. Hor. in Carm. ſæcul. 35.

Regina, Quæ provinciæ alicui præeſt & eam regit: quemadmodum Dido apud Carthaginienſes, & Cleopatra in Ægypto.
Regina, Domina. Plaut. Truc. 2. 6. 50. Sed iſtæ reginæ domi ſuæ fuêre ambæ. [i. e. Ambæ domi ſuæ Regibus naptæ fuerunt, vel Regum etiam filiæ.
Omnium regina rerum oratio. Cic. 2. de Orat. 187.
Pecunia regina. Adjective. Hor. 1. Epiſt. 6. 37.
Reginæ, Divites, inquit Donatus. Ter. Eun. 1. 2. 88.
— eunuchum porro dixti velle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ: repperi. [Poteſt tamen & proprie de Regii generis, vel faſtigii feminis intelligi. Idque rectius.
RĒGŬLUS, i. m. [[illegible]] dimin. quaſi Parvus rex, non quod parvæ ſtaturæ, ſed quod parvi regni, puta alicujus urbis, aut oppidi, dominus ſit: qui generali vocabulo Dominus aut Princeps dicitur. Reguli ſunt etiam Filii aut Nepotes regum. Plin. lib. 18. cap. 3. Ut quum regulis Africæ bibliothecas donaret. Liv. 21. 2. [GL. G. L. [illegible] Regula.
Regulus, Avis minima, a quibuſdam Regaliolus dictus: alio nomine Trochilus, ut Plin. lib. 10. cap. 74. docet. Et ab Ariſtotele [illegible], quaſi Rex & præſes avium dicitur. V. REGALIOLUS.
Regulus, Serpentis genus eſt, quem Græci Baſiliſcum dicunt. [Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], ὁ ὄφις, Regulus. Scribendum [illegible]. In iiſdem male, [illegible] Reguliolus, Regius, Regalis, Imperialis, Principalis. Regillus, Regulus. Interponendum enim ante duo poſtrema vocabula, [illegible]. Quod, ut multa, librarii omiſerunt.
Regulus, nomen proprium. ut, M. Attilius Regulus. V. infra in ſuo loco.
RĒGIUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod eſt regis: ſive Quod rege dignum eſt. Cic. 3. Off. 78. Erat autem regius paſtor. De Gyge.
Apparatu regio acceptus. Cic. de Somn. Scip. 1.
Bellum regium, Cum rege. Cic. pro Lege Manil. 50. Cur non ducibus diis immortalibus eidem, cui cetera ſumma cum ſalute Reipub. commiſſa ſunt, hoc quoque bellum regium committimus?
Civitatem regiam Ægyptios inveniſſe, Popularem Atticos ſcribit. Plin. lib. 7. cap. 56.
Conditio. Cic. 12. Att. 13. Balbi regia conditio eſt delegandi.
Conjux. Virg. 2. Æn. 783.
Conſuetudo. Cic. 5. Verr. 76.
Dona. Virg. 1. Æn. 700.
Honos. Virg. 7. Æn. 815.
Regium imperium pati. Sen. Med. 4.
Inſigne. Tacit. 6. Ann. 42.
Juvenis. Ovid. 2. Faſt. 762.
Moles. Hor. 2. Carm. 15. 2.
Nutus regios omnes tuemur interfecto rege. Cic. 12. Fam. 1.
Ornatus. Cic. 1. Tuſc. 116. Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes, famulari veſte, ne poſſet agnoſci ſi eſſet ornatu regio.
Parens. Ovid. 13. Met. 484.
Poteſtas. Cic. 2. Philip. 3.
Principatus. Cic. 3. de Fin. 52. Sed eos, qui in aliquo honore ſunt, quorum ordo proxime accedit ut ſecundus ſit ad regium principatum.
Progenies. Ovid. 2. de Pont. 9. 11.
Puer. Virg. 1. Æn. 681.
Sanguis. Hor. 3. Carm. 27. 65.
Virgo. Ovid. 2. Met. 570.
Urbs. Plin. lib. 12. cap. 1.
Superbum iſtuc ac regium. Plin. junior. in Panegyr. Vide SUPERBUS. H. St. Exſtant cap. 7. conf. REGIE Adv.
Ales regia, Aquila Jovis ſatelles. Ovid. 4. Met. 362.
Chartæ regiæ. Catul. ad Varum, 20. 6. V. PAPYRUS.
Morbus regius, qui & Arquatus. Plin. lib. 22. cap. 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam mulſo curetur. Hor. in Arte Poet. 453.
Aut mala quem ſcabies, aut morbus regius urget. Alias Aurigo dicitur hic morbus. Celſ. lib. 3. cap. 24. Æque notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant.
Olea regia. Columel. lib. 5. cap. 8.
Pira regia, apud Columel. lib. 5. cap. 10. Et lib. 12. cap. 10.
RĒGIA, æ. f. [[illegible]] Domicilium & aula regis. Cic. 3. de Fin. 52. Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem. [Subſt. ex Adj. eſt, & ſubauditur Domus. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], Aula. Sic & Lat. Gr.
Cœli regia. Virg. 1. Georg. 503.
Jampridem nobis cœli te regia, Cæſar, Invidet.
Solis regia. Ovid. 2. Met. 1.
Regia Solis erat, ſublimibus alta columnis.
Aurea regia cœli. Virg. 7. Æn. 210.
Celſa regia Priami. Ovid. 1. Epiſt. 34.
Opulenta. Catull. Argon. 62. 44.
Parva regia Numæ antiqui. Ovid. 3. Triſt. 1. 30.
Feſtaque confuſa reſonabat regia turba. Ovid. 12. Met. 214.
Regia, Romæ ſtatus ſub regibus. Livius lib. 1. p. 17. Tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplum. H. St. Exſtant cap. 46. Nec tam pro Statu ſub regibus, quam pro Domo ac ſtirpe regia poſitum eſt.
Contingere regiam affinitate. V. CONTINGO.
Urbes ac oppida cognomento veluti appellantur Regiæ in Vet. Inſcript. ſic, BACTRA REGIA: COLONIA AELIA HADRIANA REGIA. [Eſt Adj.
Regia, Locus in urbe Roma, ubi Rex immolabat arietem Agonalibus diebus. Varr. 5. L. L. 3. pr. & infra paulo, Ab Dea Ope conſiva, cujus in Regia ſacrarium. V. Lex. Pitiſc.
RĒGIE, Adv. [[illegible]] Ut decet regem, vel ut ſolet rex. Cic. 1. in Catil. 30. Si in hunc animadvertiſſem, crudeliter & regie factum eſſe dicerent. Correctius exemplar habet, Non egregie factum. [Perperam. Politum regie ædificium. Varr. 1. de R. R. cap. 2.
Statuere regie. Cic. 5. Verr. 115. Nunc, ut hoc tempore ea, quæ regie, ſeu potius tyrannice, ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.
RĒGILLUS, a, um. Adj. Dimin. a Regius, teſte Non. 14. 13. unde
RĒGILLA, æ. f. [[illegible]] Veſtis, quæ & Baſilica, & Trabea dicitur, quoniam ea reges uterentur, auro & purpura intexta. Plaut. Epid. 2. 2. 39.
Quid erat induta? an regillam inducolam, an mendiculam?
Meminit Nonius 14. 13. ubi tamen Regillam tuniculam legit.

Regillis,

Digitized by Google

Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis, utriſque rectis, textis ſurſum verſum, a ſtantibus, pridie nuptiarum diem virgines indutæ cubitum ibant, ominis cauſa, ut etiam in togis virilibus dandis obſervari ſolet. Feſtus.

REGALIS, e. Adj. [Βασιλικὸς] ad excellentiam & eminentiam pertinet, & ſignificat Dignum rege. Cic. de Senect. 56. Nihil est tam regale videri, quam ſtudium agri colendi.
Animus regalis. Liv. 27. 19.
Arma. Propert. lib. 4. 4. 11.
Armentum. Ovid. 2. Met. 842.
Atria. Ovid. 5. Met. 2.
Aula regalis. Senec. Troad. 771.
Carmen regale, Tragœdia. conf. Scriptum. Ovid. 4. de Pont. 16. 9.
Cultus. Hor. 4. Carm. 9 15.
Divitiæ. Hor. 1. Epiſt. 12. 6.
Domus. Ovid. 1. Met. 171.
Epulæ. Ovid. 6. Met. 488.
Gaza regali ſplendida domus. Catul. Argon. 62. 46.
Genus civitatis regale. Cic. 3. de Legib. 25.
Imago Jovis. Ovid. 6. Met. 74.
Impendia. Plin. lib. 36. cap. 15.
Luxus. Virg. 1. Æn. 641.
Menſæ. Virg. 1. Æn. 690.
Nomen. Cic. pro Lege Manil. 24.
Nomine regali a Senatu dignus exiſtimatus Dejotarus. Cic. de Aruſp. Reſp. 29. [i. e. Rex & amicus populi Ro. appellatus. V. in APPELLO.
Ornatus. Cic. 2. de Finib 69.
Poteſtas. Cic. de Aruſp Reſp. 54.
Sceptrum. Ovid. 5. Met. 422.
Scriptum. Ovid. 2. Triſt. 553.
Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis. conf. Carmen, ſupra.
Sententia. Cic. 1. Off. 38. Regalis ſane, & digna Æacidarum genere ſententia.
Solium. Liv. 1. 47. Dii te penates patriique, & patris imago, & domus regia, & in domo regale ſolium, & nomen Tarquinium, creat, vocatque regem. Ovid. 6. Faſt. 353.
Tecta. Ovid. 6. Met. 614.
Virgo. Ovid. 1. de Arte Am. 697.
Regales, etiam Filii regum dicuntur. Ammian. 16. 27. Hos ſequebantur poteſtate proximi, reges numero quinque, regales decem.
Regalia, dicta ſunt, Quæ multum felicitatis & fortunæ pollicentur. Alexandrinus Alexander lib. 5. cap 25. Subaudi Exta.
Regalia exta appellantur, Quæ potentibus inſperatum honorem pollicentur: privatis & humilioribus hæreditates, filiofamilias dominationem. Feſtus.

REGALITER, Adv. [Βασιλικῶς] Idem quod Regie. Ovid. 2. Met. 397.
— precibuſque minas regaliter addit.

REGALIOLUS, i. m. [τρόχιλος] Avis, quam Plin. lib. 10. cap. 74 ſcribit appellari regem avium in Italia, propter diſſidia & bella, quæ ſunt inter eam & aquilam. V. TROCHILUS. Alii putant Galgulum, quæ avis Græce dicitur Icteros, e colore. Suet. In Jul. Cæſ cap. 81. Pridie autem eaſdem Idus, avem regaliolum, cum laureo ramulo, Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varii generis e proximo nemore perſecutæ ibidem diſcerpſerunt. [Gloſſ. Lat Gr. Regaviliolus, Σπίνος. Regauſolus, Βασιλίσκος, ὀρχίλος. At in Gr. Lat. Σπίνος, ὁ ϛρεῦθος. Fringillus, fringillos Regaviliolus autem, ut ſolet, pro Regabiliolus, quod idem ac Regaliolus.

REGIFICUS, a, um. Adj [Βασιλικὸς] ut,
Luxus regificus. Virg 6. Æn. 605.
— epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu.
Paratus regificus. Valer. 2. Argon. 652.

REGIFICE, Adv. [Βασιλικῶς] Cic. 3. Tuſc. 44.
Vidi ego te, aſtante ope Barbarica
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore, inſtructam regifice. Ex poeta. Sil. lib. 11. 273.
Regifice exſtructis celebrant convivia menſis.

REGICIDA, æ. c. & REGICIDIUM, i. n. vulgo Politici uſurpant, pro Percuſſore regis & Cæde regia.

REGIFUGIUM, i. n. Feſtus dies apud Romanos 6. Cal. April. quo die fugiſſe Tarquinios Hiſtoria antiquitatis teſtis meminit. Lilius Syntag. 17. Hiſtoriæ deorum. V. Auſon. Ecl. de Feriis Rom. v. 13.

REGNUM, i. n. [Βασιλεία] Ipſa Regiæ poteſtatis poſſeſſio. Cic. 12. Fam. 1. Nam ut adhuc quidem actum eſt, non regno, ſed rege liberati videmur.
Regnum, pro Dominatu, ſive dominatione. Plaut. Pſeud. 1. 2. 23.
Sub Veneris regno vapulo, non ſub Jovis.
Aut dominatus, aut regnum. Cic. de Aruſp. Reſp. 54.
Regnum pro Ditio. Cic. 6. Verr. 60. Nationes, quæ in eorum regno ac ditione ſunt.
Everſor regnorum Priami Achilles. Virg. 12. Æn. 545.
Fructus regni ferrus. Sil. lib. 1. 148.
Novitas regni. Virg. 1. Æn. 567.
Alterna. Stat. 1. Theb. 1.
Barbara. Hor. 2. Epiſt. 1. 253.
Cæleſtia. Ovid. 1. Met. 152.
Continua. V. CONTINUO.
Famoſa. Lucan lib. 7. 277.
Furentia. Sil. lib. 3. 491.
Ignobile. Hor. 1. Serm. 6. 9.
Inamabile Plutonis. Ovid. 4. Met. 476.
Inamœna Plutonis. Ovid. 10. Met. 15.
Inferna. Sen. Herc. fur. 12.
Infelix Erebi. Stat. 8. Theb. 22.
Inhoſpita regna. Ovid. 11. Met. 284.
Injuſta. Valer 6. Argon 608.
Jovis vivis. Virg. 6. Æn. 154. Orcum intelligit.
Lacerum. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 202.
Lamentabile. Virg. 2. Æn. 4.
Lare. Virg. 4. Æn 199.
Liberale regnum, Munificum. V. LIBER adj.
Magni regni potentia Ovid. 6. Met. 153.
Nobile. Ovid. 17. Epiſt. 153.
Opacum, Plutonis. Sen. Herc. fur. v. 809.
Cuſtos opaci pervigil regni canis. de Cerbero.
Opulenta. Senec. Theb. 1.
Pallida Ditis. Lucan. lib. 1. 451.
Piceum Ditis. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 90.
Potentia. Ovid. 1. Amor. 1. 13.
Stabile. Sen. Herc fur 6.
Triſtia regna, Inferorum regna. Hor. 3. Carm. 4. 46.
Trux regnum. Sen. Herc. fur. 9.
Vaſti regni ſilentia, Inferorum. Ovid. 10. Met. 30.
Uberrime. Virg. 3. Æn. 106.
Viduata lumine, Orcus. Sil lib. 3. 601.
Abuti regno & licentia ad omnia. V. ABUTOR.
Affectare regnum. Ovid. 1. Met. 152.
Appetere regnum. Cic. pro Milon 72. In ſuſpicionem incidit regni appetendi. Idem de Senect. 56. C Servilius Ahala Sp. Melium, regnum appetentem, & occupare volentem, interemit.
Capeſſere regna. Virg. 8. Æn. 507.
Concutere regna Jovis. Senec Medea, 10.
Contribuere in regna. V. CONTRIBUO.
Decernere regnum. V. DECERNO.
Deducere aliquem ex regno. V. DEDUCO.
Deferre regnum alicui. Cic 2 Philipp 87. At etiam aſcribi juſſit in faſtis, ad Lupercalia, C. Cæſari Dictatori perpetuo M. Antonium Conſulem, populi juſſu, regnum detuliſſe, Cæſarem uti noluiſſe.
Detrudere ſuperis regnis Jovem. i. e. Cœlo. Virg 6. Æn. 584.
Dividitur ferro regnum. Lucan. lib. 1. 109.
Dare & Adimere regna, contraria Cic. pro Milon. 74.
Dominari regno capaci. Sen. Herc. fur. 9.
Exercere regnum. Plin. lib. 10. cap. 21.
Fœdant mea regna ſuis ruinis. Sil lib. 15. 538.
Gerere indeſerta regna pectore. Ovid. 2. Amor. 9. 52.
Gerere regna ſuperba. Tibul. lib. 1. 9. 80.
Habere regna, Regnare. Virg. 1. Æn. 350. Idem 6. Æn. 566.
Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna.
Impendere regnum. Ovid. 6. Met. 463.
Inducere regem in regnum. V. INDUCO.
Inſtituere regnum. V. INSTITUO.
Inſurgere regnis alicujus. Ovid. 9. Met. 444.
Intercipere regnum. V. INTERCIPIO.
Invadere regnum aliquod. Ovid. 3. Faſt. 552.
Locare aliquem in parte regni. Virg. 4. Æn. 374.
Occupare regnum. Cic. 5. Philipp. 17. Neque ii, qui regibus exactis regnum occupare voluerunt.
Optare locum regno. V. OPTO.
Permittere regnum alicui. Hor 1. Serm. 3. 123.
Permittere regnum alicui in aliquos. Hor. 4. Carm. 4. 2.
Pollutum regnum ſanguine. Sil. lib. 1. 22. al. Crimine.
Poſſidere regna. Sen. Herc. fur. 9. Ter. Adel. 2. 1. 21.
Prodere regna alicujus Ovid. 7. Met. 38.
Pulſi regnis. Virg 7. Æn. 217.
Regere regnum. Ovid. 11. Met. 270.
Reſurgunt regna. Virg. 1. Æn. 210.
Sancire regnum. Tacit. 5. Hiſt 2.
Sum ſub regno. Cic. 7 Att. 7. Niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint, qui id nunquam, dummodo otioſi eſſent, recuſarunt.
Tenere regna. Lucret. lib 5. 1127.
Tenere injuſta regna. Ovid 5. Met. 277.
Torpent regna. Virg. 1. Georg. 124.
Trahere ad auxilium ſeptem regna. Senec. Theb. 12.
Viget regnum conſiliis. Virg. 2. Æn 88.
Regnum, Regio quæ a rege poſſidetur. Cic. 1. de Lege Agrar. 35. Nullum regnum fuit unquam, quod non, ſi minus jure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur. Virg 1. Æn. 576.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Diſſona regna, Linguis diverſis utentia. Valer 5. Argon. 607.
Pulſata gemino mari regna Pelopis. Sen. Herc. fur. 13.
Regnum etiam dici poteſt quicquid a quoquam poſſidetur. Cic. 1. de Orat. 4. Niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem. I. e. In Toſculano. Item 14. Att. 27. Poſt in Cumana & Puteolana regna renavigare.
Humida. Virg 4. Georg. 363. Intelligit regna Cyrenes Nymphæ ſub aquis.
Undoſa regna, Najadum. Sil. lib. 5. 21.
Aduſta regna, Zona torrida. Sen. Herc fur. 4.
De Poſſeſſionibus exiguis Virg. 1. Ecl. 70.
Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. Quem locum imitatur Quintil Declam. 13. pr V. not. Burm. p. 272.
Regnum, In quo quis ita eminet, ut in eo regnare videatur. Cic. 1. Att 1. Aquilium non arbitrabamur, qui denegat & juravit morbum, & illud ſuum regnum judiciale oppoſuit h e. Juris interpretandi munus: in quo ita excellebat Aquilius, ut quaſi regnare videretur, omnibus ad unum conſilii cauſa confluentibus.
Amiſſo forenſi regno. Idem 9. Fam. 18. pr. I e. Eloquentiæ forenſis principatu.
Ereptum Cenſuræ regnum. i. e. Magiſtratus pæne regius Liv. 4. 32
Sortiri regna vini talis. Hor. 1. Carm 4. 18. Hoc, inquit Porphyr ad Magiſteriorum convivia pertinet. V. Talus pro ludo, in TALUS. Lambinus in hunc locum, Regna vini ea, inquit, appellat, quæ in conviviis conſtituebantur, in quibus is e convivis, cui tale regnum ſorte obtigiſſet, leges bibendi ferebat, quibus ceteros omnes parere erat neceſſe. Hujuſmodi regem, Arbitrum bibendi nominat idem Hor. 2. Carm. 7. 25. conf. Lipſ. in Tacit. 13 Ann. 15. 2.

REGNO, [Βασιλεύω, ἀνάσσω] are. Regnum poſſidere & gerere Priſcian. Rex, ſolum quod a Regendo naſcitur, peperit ex ſe aliud verbum quod eſt Regno. Cic. 15. Fam 2. Illum cohortatus ſum, ut in vita ſua conſervanda primum regnare diſceret: a quibus perſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eos uteretur jure regio, &c. Idem pro Lege Manil 7. Sed ab illo tempore annum jam tertium & viceſimum regnat, & ita regnat, &c. Senec. Medea, 194.
Si judicas, cognoſce: ſi regnas, jube.
Meditatus eſt regnare. V. MEDITOR.

Impotenter regnare. V. IMPOTENS.
Latius regnare Hor. 2. Carm. 2. 9.
In otio. Sen Herc. fur. 7.
Cælo regnare. Hor 3. Carm. 5. 1.
Mundo vacuo. Sen Herc fur. 1.
Oppido alicui regnare. Cic. 4 Verr 136. Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe. [Niſi Oppidis Ablativus eſt, & ſubauditur præpoſitio, quæ præceſſit.
Regnare in centuriis equitum. Cic. 11. Fam. 16. Quum equitum centurias tenes, in quis regnas.
Per urbes Grajas. Virg 3. Æn 295.
Advenæ in nos regnaverunt. Tacit. 11. Ann. 24. 7.
Ardor edendi regnat per fauces & viſcera Ovid. 8. Met. 828.
Ebrietas geminare libidine regnat. Ovid. 12. Met. 226.
Oratio in hoc uno regnat. Cic. in Orat 128.
Regnavit populorum, pro Rex fuit. Hor. 3. Carm. 30. 11.

Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnavit populorum. Sic emendavit hunc locum Lambinus, idque optime. Solet enim Horatius ſtructuram Græcam ſervare etiam in ſermone Latino, ut Deſine mollium querelarum, Abſtineto irarum, & cætera id genus. Dicerent autem Græci, ἐβασίλευσε τῶν λαῶν.

Regnare, pro in auctoritate eſſe. Cic. 7. Fam. 23. Olim, quum regnare exiſtimabamur, &c.
Regnare, pro Beatum eſſe, & ſuo voto vivere. Hor. 1. Epiſt. 10. 8.

Quid quæris? vivo & regno. Phædr. 3. 8. extr.
Regnare nolo, liber ut non ſim mihi.

Regnatur, Imperſ. Virg. 1. Æn. 276.

Hic jam tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub Hectorea. Sil. lib. 3. 392.
Hinc Cytherea tuis longo regnabitur ævo.

Regnatum eſt. Liv. 1. 17. Oriundi a Sabinis, ne, quia poſt Tatii mortem ab ſua parte non erat regnatum, in ſocietate æqua, poſſeſſionem imperii amitterent, ſui corporis creari regem volebant. Romani veteres peregrinum regem aſpernabantur. In variis voluntatibus regnari tamen omnes volebant. Idem lib. eod. extr. Regnatum Romæ ab condita urbe ad liberatam annos CCXLIV.
Regnor, Paſſ ut, Gentes regnantur. Tacit. 1. Hiſt. 16. 7. Idem Germ. 43. 7. Trans Lygios Gothones regnantur, paulo jam adductius, quam ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen ſupra libertatem.
Gens regnata feminis. Plin. lib. 6. cap 20. Ab iis gens Pandæ, ſola Indorum regnata feminis. i. e. Quibus imperaverunt feminæ.
Terra regnata Philippo. Ovid 4. de Pont. 15. 13.
Cupido dira regnandi. Virg. 1. Georg 37.
Accipere Albam regnandam. Virg 6. Æn. 770.

REGNANS, antis. Partic. Virg. 1. Æn 269.

Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas. Juſtin. 7. 6. 1. Uno ex Amyntæ filiis regnante.

REGNĀTUS, a, um. Partic. [βασιλευθείς] Hor. 2. Carm. 6. 11.

— & regnata petam Laconi Rure Phalanto. Idem. 3. Carm. 27. 29. & Virg 3 Æn. 14. Plura. V. in ipſo verbo.

REGNĀTOR, ōris. m. [βασιλεύτης] Qui regnat. Plaut. Amph. prol. 41.

Deorum regnator, architectus omnibus Juppiter ſcil.

Olympi ſuperi regnator. Virg. 2. Æn. 779. conf. Idem 4. Æn. 269. & 7. 558.
Regnator agelli, pro Poſſeſſore. Martial. lib. 10. 61.

REGNĀTRIX, īcis. f. [βασιλεύουσα] ut, Domus regnatrix. Tacit. 1. Ann. 4.
REGRĀDO, āre. pr. comm. Gloſſ Gr. Lat. Καθυβρίζω, Regrado.
REGRADĀTUS, a, um. Partic. ut, Regradati menſes. Solin. cap. 3. conf. Salmaſ. in loc.
REGRADATIO, ōnis. f. Gloſſ. Gr. Lat. Καταβιβασμός, Regradacio. conf. Theod Cod tit. 8. l. 5. & Valeſ in Ammian. p. 65.
REGRĔDIOR, ĕris, greſſus ſum, pr. comm. [ἀναχωρέω, ἀναχωρεῖν] grĕdi. Retro gradi, reverti. Plaut. Aul. 1. 1. 7. Illuc regredere ab oſtio. Cic. 8. Att. 19. Quamobrem nolito commoveri, ſi audieris me regredi, ſi forte Cæſar ad me veniet.
Ad formandos animos, ſtatuendaſque vitæ leges regreſſi, partem quidem potiorem (ſi dividi poſſet) retinuerunt. Quintil. procem. lib. 1.
In memoriam regredi. Plaut. Capt. 5. 4. 26.
Regredi & Progredi, contraria. Cic. 1. Off. 33. Cum utriſque ſeparatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appeterent, atque in regredi quam progredi mallent. [Hic Regredi eſt de Finibus controverſis cedere, Progredi vero Fines proferre.
REGRĔDO, ĕre. legitur apud antiquos, pro Revocare. Ennius Achille, Quo nunc, incerta re, atque inorata, gradum regredere conare? V. Nonium, 2. 745. [Non per ſe Revocare, ſed τῷ Gradum addito, ſignificat.
REGRESSUS, a, um. Partic. Juſtin. 20. 4. 4. Inde regreſſus Cretam contenderat. conf. Tacit 2 Hiſt. 74. 5.
REGRESSIO, ōnis f. [ἀναχώρησις Gl. L. G.] Cic. 1. Philipp. 1. Exponam vobis breviter conſilium profectionis, & regreſſionis meæ. Apul. lib. 2. Aur. Aſin. p. 222. Elmenh. Metum ſtum tibi demum reaturata regreſſione.
Regreſſio, Schema rhetoricum. Quintil. 9. 3. Ἐπάνοδος Græce dicitur; noſtri Regreſſionem vocant.
REGRESSUS, ūs. m. [ἀναχώρησις] Liv. 24. 6. Neque locus pœnitendi, aut regreſſus ab ira relictus eſſet. Tacit. 1. Ann. 30. extr. Et Druſus, non exſpectato legatorum regreſſu, quia præſentia ſatis conſederant, in urbem rediit.
Progreſſus & Regreſſus, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. Nihil errat quod in omni æternitate conſervat progreſſus & regreſſus, reliquoſque motus conſtantes & ratos.
Neque habet fortuna regreſſum. Virg. 11. Æn. 413.
Regreſſus ad aliam actionem. Ulp. in l. Quod in hæredes. D. de tributor. action Eligere quis debet, qua actione experiatur: utrum de peculio, an tributoria, quum ſcit ſibi regreſſum ad aliam non futurum.
Mandati regreſſum habere. Ulpian. in l. Sed ſi paterfamilias §. ult. D. ad Senatuſcon. Maced Quia & ipſi mandati habent regreſſum.
REGULA, REGULUS V. RECO.
REGULUS, i. m. M. Attilius, de quo Gell lib. 6. cap. 4. ſic ſcribit, Eundem Regulum Tubero in hiſtoriis rediiſſe Carthaginem, noviſque exemplorum modis excruciatum a Pœnis dicit. In atras (inquit) & profundas tenebras eum claudebant, ac diu poſt, ubi erat viſus ſol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſos ictus ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus, ne conniveret poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. Tuditanus autem, ſomno diu prohibitum, atque ita vita privatum refert. Idque ubi Romæ cognitum eſt, nobiliſſimos Pœnorum captivos, liberis Reguli a Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo deſtitutos, eademque inſomnia cruciatos interiiſſe. Hactenus Tubero apud Gellium. Cic. in Piſon 43. M Regulus, quem Carthaginienſes, reſectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt. Idem 5. de Finib. 82. Qui in poteſtate hoſtium, vigiliis & inedia necatus eſt Regulus? De rebus ab eo geſtis V. Auctor de Viris Illuſt. cap. 40. & Valer. Max. lib. 4. cap. 4. 6. conf. Drakenb. ad Sil. 6. 539.
Mens provida Reguli. Hor. 3. Carm. 5. 3.
Sunt & alii hujus nominis, inter quos ille M. Aquilius Regulus, de quo Plin. lib. 1. Epiſt. 5. & paſſim. Tacit. 4. Hiſt. 42. Qui & Memmium Regulum coſ. & alium Livinejum, & Roſcium memorat.
REGUSTO, [ἀναγεύομαι] āre. Iterum guſtare. Cic. 4. Att. 16. Nam Veſtorio dandi ſunt dica, & ille Latinus Ἀττικισμὸς ex intervallo reguſtandus. Eidem, lib. 13. 13. Sed crebro reguſto tuas litteras: in his acquieſco, tamen exſpecto novas i. e. Crebro tuas litteras in manus ſumo, iis legendis acquieſco, quia ſcribis te de Attica ægrotante bene ſperare.
Laudationem alicujus reguſtare. i. e. Orationem ſcriptam de laude. Cic. 13. Att. 48. Velim M. Varronis & Ollii mittas laudationem. Ollii utique: nam illam legi: volo tamen reguſtare. conf. Sen. de Provid 3.
REGUSTĀTUS, a, um. Partic. Perſ. 3. Sat. 118. Reguſtatum ſalinum. al. Falernum.
REGȲRO, āre. Revolvi. Flor. 4. 2. 6. Poſtremo in Hiſpaniam regyravit. V. Gruter. Varr. R. R. 1. 57. ſed locus incertus. V. RECELO. Gloſſ. Gr. Lat. Περιγυρεύω, Regyrare.

R E H

REHĀLO, [ἀσθμαίνω] āre. ex Re & Halo; Iterum halo, & ſpiro. Lucret. lib. 6. 522.

Terraque quum fumans humorem tota rehalat. I. e. Humorem e cælo delapſum iterum atque iterum ſurſum halat. Lambinus.

R E I

REI GER. CAVS. Rei gerundæ cauſa. REIP. Reipublicæ.
RĒJICIO, jēci, jectum, [ἀναβάλλω, ἀπορρίπτω, ἀποδοκιμάζω, ἀποπέμπομαι] ĕre. Retro jacere. Virg. 11. Æn. 619.

Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt. Cæſ. 1. Bell. Gall. 46. Suiſque imperavit, ne quod omnino telum in hoſtem rejicerent. h. e. Viciſſim jacerent, retorquerent.

E gremio rejicere aliquid. Ovid. 1. Triſt. 1. 66.
Amictum rejecit ex humeris. Virg 5. Æn. 421.
Lictores togulis acceptis ſagula rejecerunt. Cic. in Piſon. 54.
Veſtem de corpore rejicere. Ovid. 9. Met. 30.
Rejicere ex humeris veſtem Ovid 2. Met. 582.
Cum autem hic de rheda, rejecta pænula, deſiluiſſet. Cic. pro Milon. 29. [Subauditur In tergum.
Rejectis ad tergum manibus. Cic. 10. Fam. 32. Quum quidem pranſus, nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum rejectis inambularet.
Rejicere ſe in aliquem. Ter Andr. 1. 1. 109.
Ut domus eorum fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur. Plin lib. 36. cap. 15.
Rejici a vento ad, vel in. Cic 16. Att. 6 Quum a Leucopetra profectus ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, rejectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetram. Et 3. Att. 8. Vento rejectus ab illa in Macedoniam. De navigatione.
Rejicere, Repellere. Virg 3. Ecl. 96.

Tityre, paſcentes a flumine reice capellas. V. infra.

Hoſtem ab aliquo loco, Repellere. Cic 2. Fam. 9.
A ſtudio ad famem aliquem. Ter prol. Phorm. 19.

Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit rejicere.

Rejicere, Abjicere, & pro vili habere. Ter. Phorm. 4. 5. 5.

Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos rejiciat.

Spernere & Rejicere. Cic. 1. de Finib. 4.
Rejicere, Repulſam dare. Cic 3. Verr. 140. Rejecti a Chelidone, capiunt conſilium neceſſarium.
Aliquid a ſe rejicere & aſpernari. Cic. pro Roſc. Amer. 153.
Refutetur ac rejiciatur clamor. Cic. 2. Tuſc. 35.
Deligere bona, & Rejicere, contraria. Cic. 2. de Legib. 60.
Rejicere judices, [ἀποδοκιμάζειν] aliquando pro Eligere & accipere judices. Cic. 5. Verr. 28. Quid Prætor? jubet Recuperatores rejicere. Decurias ſcribamus. quas Decurias? de cohorte mea rejicies, inquit. Rejecti enim, Electi dicuntur, inquit Aſconius. Alibi pro Iniquum dicere, & alium ſubſortiri cupere: ut ibid. 95. Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes, qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigiſſent, judices rejicere. Hoc ipſe in eadem 137. Iniquum ejurare appellat. Cur autem utramque ſignificationem habeat, ex loco ejuſdem orationis intelligi poteſt, 140. Apronio permittis, ut quos velit de cohorte ſumat Recuperatores. Indignum, uni potius ex iniquis ſumendi, quare utriſque ex æquis rejiciendi fieri poteſtatem. Qui enim rejicit, is quaſi electos ſumit. Budæus. V. SUBSORTITIO, [V. & Aſcon. ad 2. Verr. 16. ſeq. & 3. Verr. extr.
Rejicere ex albo, ſignificat Judicem ut ſuſpectum & iniquum recuſare & averſari. Budæus. [Gloſſ. Lat. Gr. Rejectio, Ἀποβολή, ἀποπομπή ... ſcribend. ἀπόταξις.
Rejicere, pro Remittere & differre. Cic. 10. Fam. 16. Tu quamquam conſilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, ut nihil huc rejicias: neve in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis a Senatu conſilium petendum putes.
In menſem Quintilem rejecti ſumus. Cic. 1. Att. 4.
Rejicere aliquem ad, Remittere. Cic. 9. Att. 15. Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam rejicio.
Si huc te rejicis Cic. 8 Att. 15. i. e. Si hanc curam ſuſcipis. Manut.
Rejicere cauſam ad Senatum, pro Referre ad Senatum, quod vulgus dicit *Remittere*. Liv. 3. 13. Summam pecuniæ, quantam æquum eſſet promitti

mitti veniebat in dubium, Id ad Senatum rejicitur. Idem 29. 7. De ea re conſultationem integram Senatus ad novos magiſtratus rejecit.

Rejicere ſanguinem, Exſpuere. Plin. 8. Epiſt. 1. ad Septitium, Encolpius quidem lector, ille ſeria noſtra, ille deliciæ, exaſperatis faucibus pulvere, ſanguinem rejecit. Idem lib. 5. Ep. 19. ad Paulinum, Hic dum intente, inſtanterque pronuntiat, ſanguinem rejicit. Paulo poſt, Redditus dixit.

Rejicere, pro Reponere ſeu reclinare. Curt. lib. 10. 5. 3. Velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra rejecit.

Per contractionem, Reicere, dempta littera, & per ſyncopen Reice diſſyllab. cum diphth. Virg. 3. Ecl. 96.

— a flumine reice capellas. conf. Drakenb. ad Sil. 8. 671.

REJECTUS, a, um Partic. [illegible] Cic. 2. Verr. 16. Ut primum e provincia redit, redemptio eſt hujus judicii facta grandi pecunia, manſit in conditione atque pacto uſque ad eum finem, dum judices rejecti ſunt.

Capillus rejectus circum caput, h. e. Projectus. Ter. Heaut. 2. 3. 49.

Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter. [i. e. Retro flexus ſine arte.

Os rejectum terræ quemadmodum obtegatur. Cic. 2. de Legib. 55.

Minæ rejectæ retrorſum. Hor. 4. Carm. 8. 16.

Naves tempeſtate rejectæ. Cæſ. 5. Bell. Gall. 5.

Præda rejecta. Hor. 2. Serm. 3. 68.

Rutuli bis rejecti reſpectant. Virg. 11. Æn. 630.

Conqueſti Romæ apud ſenatum, rejectique ad conſulem. Liv. 39. 3. pr.

REJECTURUS, a, um. aliud Partic. [illegible] Ovid. 9. Met. 512.

Ergo ego quæ fuerem non rejectura petentem,
Ipſa petam?

REJECTIO, ōnis. f. [illegible] Ipſe rejiciendi actus.

Selectio & Rejectio, contraria. Cic. 3. de Finib. 12. Deinceps ut ea teneat quæ ſecundum naturam ſint, pellatque contraria, quæ inventa ſelectione, & item rejectione ſequuntur.

Rejectio civitatis. Cic. pro Corn. Balb. 29. Quod ſi civi Romano licet eſſe Gaditanum ſive exſilio, ſive poſtliminio, ſive rejectione hujus civitatis.

Rejectio judicum, cui Selectio contraria eſt. Cic. 2. Verr. 16. Poſteaquam rejectio judicum facta eſt, quod, & in ſortitione iſtius ſpem fortuna Pop. Romani, & in rejiciendis judicibus, mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat, renuntiata eſt tota conductio. [V. omnino Aſcon. ad eum locum & ſeqq. & ſupra in ipſo verbo. conf. Gloſſ. Lat. Gr.

Rejectio ſanguinis, pro Fluxu. Plin. lib. 25. cap. 13. ſect. 105.

Rejectio, Vomitus. Plin. Et vernatio utilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerat, ſtatim rejectio ſequatur. [Ita Steph. Sed error videtur.

REJECTUS, ûs m. [illegible] Idem quod Vomitio. Celſ. Et rejectus cibi non erit inutilis, ſtatim hat. Conf. Hygin. Aſtr. 3. 36. & ibi Schelfer. [Celſi verba non fideliter adducta puto.

REJICULUS, a, um. Adj. [illegible] Rejiculæ res dicuntur, Quæ propter vitium aliquod rejiciuntur. Varro 2. R. R. cap. 1. Scire oportet in grege, quod rejiculæ ſint alienandæ. de Ovibus. Ibid. Rejiculæ ſoboles. Cato R. R. cap. 2. Vendat boves vetulos, armenta rejicula, oves rejiculas, lanam, pelles. Nonius Reiculas ſcribit 2. 757. q. V.

Dies rejiculi. Sen. de Brev. Vitæ cap. 8. & Quæſt. Nat. 7. 32.

Rejicula mancipia. Idem Epiſt. 47.

REJECTITIUS, a, um Adj. Scriban. de Paſſ. Chriſt. cap. 3.

REJECTO, [illegible] āre. frequent. Lucret. lib. 2. 330.

— clamoreque montes
Icti rejectant voces ad ſidera mundi. i. e. Referunt voces. Lambin. Capitol. in Ant. Pio, cap. 12. Quum caſeum ediſſet avidius, nocte rejectavit.

REJECTANS, antis. Partic. Virg. 5. Æn. 469.

— craſſumque cruorem
Ore rejectantem. &c.

REJECTATIO, ōnis. f. Solin. cap. 5. Æterna rejectatione terram terra evomit.

REJECTANEUS, a, um. Adj. [illegible] Rejectanea a philoſophis dicuntur mala: ut morbus, dolor, &c. quod ab omnibus rejiciantur, vel rejici debeant. Cic. 4. de Finib. 71. Illa autem, morbum, egeſtatem, dolorem, non appello mala, ſed ſi libet, rejectanea.

REITERO, āre. Apul. 8. Met. p. 204. Elmenh. Ferinos mugitus reiterans.

REITERATIO, ōnis f. [illegible] Repetitionem ſignificat. Quintil. lib. 11. cap. 2. Sola, quæ exciderunt, retractantur, ut crebra, reiteratione firmentur.

R E L

RELABOR, ĕris, lapſus ſum, [illegible] lābi. depon. Iterum, vel Retro labi ſignificat. Ovid. 15. Epiſt. 95.

Huc ades, inque ſinus formoſe relabere noſtros.

In præcepta alicujus relabi. Hor. 1. Epiſt. 1. 18.

Relabi dicuntur flumina, Quum eo refluunt & revertuntur, unde fluxerant. Hor. 1. Carm. 29. 11.

— quis neget arduis
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus, ac Tiberim reverti? h. e. In montes arduos, unde deſcenderunt, poſſe referri & refluere, quum tu vitæ ſtudia in contrarium verteris, quod nemo ſperaverat poſſe fieri. [Retro labi dixit Ovid. 1. Triſt. 8. pr.

In caput alta ſuum labentur ab æquore retro
Flumina.

RELANGUEO, ui, [illegible] ēre. Valde languere. Languidum fieri. Vel potius RELANGUESCO, ĕre. Ovid. 6. Met. 291.

Impoſito fratri moribunda relanguit ore. Cic. 13. Att. 39. Quod autem ille relanguiſſe ſe dicit, ego ei tuis litteris lectis [illegible] ſignificavi me non fore.

Relangueſcit animus. Cæſ. 2. Bell. Gall. 15. 4. Quod his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem exiſtimarent.

Impetus relangueſcit. Liv. 35. 45. Ut tædio & impetus relangueſcat regis, & Romani tempus ad comparandum habeant.

RELATIO, RELATOR, RELATUS. V. REFERO.

RELAVO, lāvi, lūtum, āre. Frequenter lavare. Lucret. lib. 6. 799.

Denique ſi calidis etiam quum te relavaris,
Plenior effueris ſolio ferventis aquai. al. Cunctere lavacris.

RELAXUS, a, um. Adj. [illegible] Valde laxum & ſolutum ſignificat. Columel. lib. 11. cap. 3. Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix.

RELAXO, [illegible] āre. Laxum facere, aperire, liberare, diſſolvere. Cic. de Senect. 81. Ex quo intelligitur quales futuri ſint, quum ſe plane corporis vinculis relaxaverint.

Vincula tunicarum relaxat, Solvit. Ovid. 2. Faſt. 321.

Campum, Aperire. Sil. lib. 7. 715.

Agmina diſturbat gladio, campumque relaxat.

Denſa relaxare, & laxa denſare. Virg. 1. Georg. 420.

Ora fontibus relaxare. Ovid. 1. Met. 281.

Pelagus relaxans fontes Oceani. Sil. lib. 3. 51.

Calor relaxat cæca ſpiramenta, Aperit breves & occultas cavernulas. Servius. Virg. 1. Georg. 89.

Alvum aſtringere, & Relaxare, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. Alvus tum aſtringitur, tum relaxatur.

Relaxare & Aſtringere, contraria. Cic. 10. Att. 6. Pater enim nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat.

Dat intervalla & relaxat dolor. Cic. 2. de Finib. 95. Si longus, levis: dat enim intervalla & relaxat.

Relaxantur inſani. Cic. 4. Acad. 52. Quod idem contingit inſanis, ut & incipientes furere, ſentiant, & dicant aliquid, quod non ſit, id videri ſibi: & quum relaxentur, ſentiant, atque illa dicant Alcmæonis,

Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum aſpectu.

Relaxare animum, & Relaxari animus, Recreari. Cic. 1. Off. 122. Atque etiam, quum relaxare animos, & dare ſe jucunditati volent. Idem 2. Philipp. 39. Verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus ſint, tamen, ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur. Sic de Clar. Orat. 21. Relaxa modo paulum animum: aut ſane, ſi potes, libera.

Mentem relaxare. Senec. Hippol. 4.

Relaxatus ſomno animus, h. e. Reſolutus ſopore. Cic. 2. de Divin. 100. Hæc me Peripateticorum ratio magis movebat, &c. qui cenſent eſſe in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præſentiant, ſi aut furore divino incitatus animus, aut ſomno relaxatus, ſolute moveatur ac libere.

Relaxare ſe occupatione. Cic. 16. Att. 15. Cura ſorore ages attentius, ſi te occupatione iſta relaxaris. i. e. Remiſeris occupationem iſtam: plane te illa exſolveris, & omnino reliqueris.

A nimia neceſſitate aliquid faciendi ſe relaxare. Cic. in Orat. 176.

RELAXATUS, a, um. Partic. V. ſupra in ipſo verbo.

RELAXATIO, ōnis. f. [illegible] Cic. 7. Fam. 27. Viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. Idem 2. de Orat. 22. Verum otii fructus eſt, non contentio animi, ſed relaxatio.

RELAXATOR, ōris. m. Cæl. Aurel. Acut. 2. 38. Relaxator fluentium.

RELEGO, [illegible] āre. Separare, ſemovere. Virg. 3. Georg. 212.

Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant
Paſcua. Cic. 3. Off. 112. Criminabatur etiam quod Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare juſſiſſet. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 30. Ne rejecti, & longe relegati ab ceteris, aut ferro, aut fame intereant.

Relegare alicui cauſas alicujus rei, i. e. Prætexere illum eſſe in cauſa. Tibul. lib. 4. 6. 5.

Illa quidem ornandi cauſas tibi, diva, relegat:
Eſt tamen, occulte cui placuiſſe velit. i. e. Aſſignat tibi cauſam ſui ornatus, quod te religioſius colere voluerit hodie, ſed alia cauſa ſubeſt, quod habet cui placere, quam tibi, ornata mavult.

Relegare, Remittere. Plin. lib. 7. cap. 1. Nec tamen ego in plerisque eorum obſtringam fidem meam, potiuſque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus. Paterc. 2. 64. 2. Invidiam rei in auctorem relegabat.

Relegare, [illegible] In exſilium mittere. Plin. 2. Epiſt. 11. Marcianum in quinquennium relegandum, Marium repetundarum pœnæ, quam jam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum. Cic. 2. Att. 12. Narro tibi, plane relegatus mihi videor poſtquam in Formiano ſum. Ovid. 2. Triſt. 201.

Unde precor ſupplex ut nos in tuta releges. Cic. pro Sext. 29. L. Lamiam, qui &c. in concione relegavit: edixitque ut ab Urbe abeſſet millia paſſuum ducenta. [Subauditur In exſilium, quod addit Liv. 25. 6. Nemo eorum relegatus in exſilium eſt.

Verba alicujus relegare. Ovid. 2. de Pont. 2. 7.

Relegare in alio ſignificato, V. Ulpian. in l. 1. & 2. D. de dote prælegata, vel relegata.

RELEGATUS, a, um. Partic. [illegible] ut,

Relegatus, Remotus. Cic. 2. Tuſc. 20. Ex poeta.

Non ſæva terris gens relegata ultimis.

Ambitio relegata, Semota. Hor. 1. Serm. 10. 84.

Relegatus, In exſilium miſſus. Ovid. 4. de Pont. 13. 40.

— ſed me jam, Care, nivali
Sexta relegatum bruma ſub axe videt. conf. RELEGATIO.

Relegati dicuntur proprie, Quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſa neceſſe eſt ab urbe Roma, aliove quo loco abeſſe lege, Senatuſque conſulto, aut edicto magiſtratus, ut etiam Ælius Gallus indicat. Feſtus.

RELEGATIO, ōnis. f. [illegible] eſt Exterminatio, quum quis exire fines patriæ jubetur: quod Cicero Sedibus expellere interpretatur. Liv. 3. 10. Exſilio & relegatione civium ulciſcentes Tribunos.

Relegatio ac Supplicium. Cic. pro Roſc. Amer. 43. Tot prædia, tam pulchra, tam fructuoſa, Sext. Roſcius filio ſuo relegationis ac ſupplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat?

Relegatio atque Amandatio. Cic. pro Roſc. Amer. 43. Tamenne hæc attenta vita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Jejuna & bella relegatio. Cic. 2. Att. 7. Hæc jejuna ac bella relegatio ſtatuitur ei, cujus Tribunatus ad iſtorum tempora reſervatur. Emendatiores codices legunt, Jejuna tabellarii legatio, &c.

Relegationem ſemper Exſilio minorem facit Ovid. ut 2. Triſt. 137.

Quippe relegatus, non exſul dicor in illo.

RELEGATOR, ōris. m. in Digeſt.

Digitized by Google

Rĕlĕgo, lēgi, lectum, [ἐπαναγινώσκω] ĕre. Rurſus legere. Cic. 2. de Nat. Deor. 72. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo.
Scripta relegere, & Scripta relecta. Ovid. de Rem. Amor. 717.
Pecuniam Idibus relegere, Recolligere. Hor. Epod. 2. 69.

Hæc ut locutus fenerator Alfius,
Jamjam futurus ruſticus,
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

Tanquam enim eum, inquit Acron, pro fenoris lucro jam receptæ pecuniæ pœniteret, ita recollectam Idibus, Calendis properat commodare.
Alii Redegit ibi ſcribunt. V. Cruquium 257. priori parte. H. St. Cruquium, vel potius codices MSS. ejus, ſequutus eſt Bentl. aſpernante Cuningamio.
Iter relegere, Redire per eandem viam. Stat. 1. Achill. 23.
Litore errata retrorſum relegens. Virg. 3. Æn. 690.
Sæpe relegendo feci plura. Ovid. 3. de Pont. 5. 12.

Relĭgens, entis. Partic. Gell. lib. 4. 9. Diſputatur de verſu antiqui Poetæ;

Religentem eſſe oportet, religioſum nefas: ubi prius mediocritatem, alterum exceſſum religionis ſignificare dicunt.

Relectus, a, um. Partic. V. Ovid. ſupra in ipſo verbo.
Relĕgo, V. infra ſuo loco.
Rĕlentesco, ĕre. Idem quod Lenteſcere. Ovid. 1. Amor. 8. 76.

Neve relenteſcat ſæpe repulſus amor. i. e. Lentus fiat, & imminuatur.

Rĕlĕvo, [ἀνακουφίζω] āre. Rurſum levare.
E terra corpus relevare. Ovid. 9. Met. 318.
Humeros paternos relevare. Ovid. 4. Faſt. 169.
Per tranſlationem ad multa alia transfertur. ut,
Æſtus relevare. Ovid. 3. de Arte Am. 697.
Aliquem relevare, Excuſare, & quaſi noxæ eximere. Cic. 3. Att. 10. Hæc eo ſcripſi, ut potius relevares me, quod facis, quam aut caſtigatione, aut objurgatione dignum putares.
Animum relevare alicui, h. e. Suſcitare & erigere. Ter. Adelph. 4. 4. 21.
Caput relevare. Plin. 2. Epiſt. ult.
Caſus alicujus relevare. Ovid. 5. Triſt. 3. 63.
Caſum communem. Cic. 1. Q. frat. 4. ad fin. Si relevare potes communem caſum miſericordia hominum: ſcilicet incredibile quiddam aſſequeris. Vetera exemplaria legunt, A ſe levare poteſt, vel Si levare poteſt.
Famem copia nulla relevat. Ovid. 11. Met. 129.
Laborem relevare, Minuere. Plin. in Paneg. cap. 19. Ut ſtudium omnium, laboremque, & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps, ſociuſque relevares.
Laborem longum requie relevare. Ovid. 15. Met. 16.
Pectus mero. Ovid. 3. Faſt. 304.

Et relevant multo pectore ſicca mero.

Satietas cibi atque faſtidium relevatur. Cic. 1. de Invent. 25. Cibi ſatietas atque faſtidium, aut ſubamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur. Al. Levatur.
Sitim relevare. Ovid. 6. Met. 354.
Relevari cura, metu, moleſtiis, Liberari. Cic. 2. de Divin. 7. Ut animus moleſtiis potiſſimum relevaretur. Vetus codex habet, Ut & animus moleſtiis hac potiſſimum re levaretur. Idem 2. in Catil. 31. Videbimur fortaſſe ad breve quoddam tempus cura & metu eſſe relevati.
Dolore relevari. Ovid. 9. Met. 674. al. Labore.
Relevari, Ex morbo convaleſcere. Ovid. 1. de Pont. 3. 17.

Non eſt in medico, ſemper relevetur ut æger.

Fructus dotis relevat onera matrimonii. Paulus in l. Quæris. D. de pactis dotalibus.
Mulier pro parte dimidia relevatur. Papinianus in l. Quum pater. §. Quare exiſtimaret. D. de leg. 2.
Mulier per ſenatuſconſultum relevatur. Ulpian. in l. Quamvis. §. Interdum. D. ad ſenatuſconſultum Vellejanum.
Relevare aliquem ſatiſdatione. Modeſtinus in l. Si procuratorem. D. de procurat.
Relevari in aliquo. Ulpian. in l. poſt rem. D. de tranſactionib. Etſi tranſactio non perimit rem judicatam, tamen in eo quod datum eſt, relevari rem judicatam oportet.
Relevari, pro Exonerari. Ulpian. in l. 4. in princ. D. de cenſibus. Illam enim æquitatem debet admittere cenſitor, ut officio ejus congruat, relevari eum, qui & in publicas tabulas delato modo frui certis ex cauſis non potuit; quare & ſi agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem relevari.
Relevari, in ſenſu illo vulgari, qui eſt, In integrum reſtitui. Modeſtinus in l. Etiam § 1. D. de minoribus. Ex cauſa curationis condemnata pupilla, adverſus unum caput ſententiæ reſtitui volebat: quia videbatur in ceteris litis ſpeciebus relevata fuiſſe.

Relevātus, a, um. Partic. [ἀνακουφισθείς] ut,
Mens relevata cura. Ovid. 1. Triſt. 10. 12.
Relevata mihi & recreata reſpublica videtur. Cic. 2. Catil. 7.
Relevatio, ōnis. f. Octav. Hor. 1. 9. Capillorum relevatio.
Relevāmen, inis. n. Priſcian. Perieg. —facilis relevaminis partus.
Relīdo, āre. Papinian.
Relicīnus, a. um. Adj. Antiquum vocabulum, ſignificat, In occiput refugiente capillamento recriſpum. Nomen (ut quidam putant) a Recello deductum, quod ſignificat Retraho, revibro, reclino, & cæſim reduco. Et quoniam ad cranium capillitium retorquetur, inde Relicinus velut Recellinus crinis appellatus, euphoniæ cauſa. Apul. lib. 1. Florid. pr. p. 341. Edmenh. de Marſya loquens, Laudans ſeſe, quod erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus. Et Relicina frons dicitur, ut idem paulo poſt p. 344. de Alexandro M. loquens, Utque omnibus ſtatuis, & tabulis, & toreumatis, idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Frontem ſcilicet intelligit, quæ lata, aperta, ſpectabilis, & a capillorum tegmento libera viſeretur. Alii deduci putant a Participio Relictus: ut ſit Frons relicina, Capillitio denudata, & velut relicta. [Onomaſt. vet. ἀναφαλαντίας. Relicinus. Gloſſ. Lat. Gr. Licinus, ἀνάσιλλος, quod idem ac Relicinus. V. Voſſ. Etymol. in utraque voce.

Relictus, V. **relinquo**.
Rĕlĭgio, ōnis. f. [θρησκεία, θεοσέβεια, ἁγιστεία] eſt, ut ait Cic. 2. de Invent. 161. Quæ ſuperioris cujuſdam naturæ (quam divinam vocant) curam cærimoniamque affert.
Relligio vulgo apud poetas per ll. H. St. Male fortaſſis, quia pr. ſyll. anceps eſſe poteſt, ut in multis aliis.
Religioſi, quaſi Relinquoſi: Vide dict. ſeq. H. St. Miror hunc Nonii locum omiſſum a Voſſio in Etymol. q. V.
Religio & Superſtitio. Cic. 1. de Nat. Deor. 118. de atheis loquens, Horum enim ſententiæ (inquit) non modo ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt timor inanis deorum, ſed etiam religionem: quæ deorum cultu pio continetur. Cujus dicti meminit Auguſtinus lib. 4. de Civitate, cap. 30. Idem ibid. lib. 6. cap. 9. Quale autem illud eſt, quod Varro religioſum a ſuperſtitioſo ea diſtinctione diſcernit, ut a ſuperſtitioſo dicat timeri deos: a religioſo autem tantum vereri, ut parentes: non ut hoſtes timeri?
Religio quid a Superſtitione differat. Cic. 2. de Nat. Deor. 72. Non enim philoſophi tantum, verum etiam majores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent: ſunt dicti religioſi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, tanquam a deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus ineſt vis legendi eadem, quæ in religioſo. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo, alterum vitii nomen, alterum laudis. Lactantius lib. 4. cap. 28. a Religando dici Religionem tradit, carpitque interpretationem Ciceron.
Religare religione ex Cic. H. St. V. paulo infra, & in **religo**, āre. extr.
Pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia pure & caſte deorum numini tribuenda ſunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 3.
Religio eſt juſtitia erga deos. Cic. in Partit. 78.
Superſtitio imitatur religionem. Cic. in Partit. 81.
Divûm religio, i. e. Religio erga deos. Lucret. lib. 6. 1274.
Priſca religione ſacer receſſus. Ovid. 10. Met. 693.
Ætheris alti relligio. Virg. 12. Æn. 181.
Nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur. Cic. 1. de Invent. 2.
Cadit labefacta religio. Claud. 1. in Ruff. 14.
Conficere ſacra Cereris ſumma religione, cærimoniaque. Cic. pro Balb. 55.
Conſecratum nemus religione. V. **consecro**.
Eripere religionem e domo Pontificis. Cic. pro Domo, 104. Publiuſne Clodius, qui ex Pontificis Maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit?
Expiabo religionem ædium mearum. Cic. de Aruſp. Reſp. 10.
Habet magnam religionem dedicatio. Cic. pro Domo, 126.
Implicare ſe religionibus. Cic. pro Domo, 105.
Interponere religionem. Cic. in Piſon. 50.
Manare in religione. Virg. 3. Æn. 409.

Hac caſti maneant in relligione nepotes.

Polluere religionem. Cic. Quid te impurius, qui religiones omnes pollueris, &c.
Poſſidet magnam religionem paternus, maternuſque ſanguis. Cic. pro Roſc. Amer. 66.
Religare religione. Cic. pro Domo, 124. V. ſupra.
Suſcipere cultum deorum, & puram religionem. Cic. 1. de Legib. 69.
Tollere religionem. Cic. 1. de Divin. 105.
Trahere in religionem. Liv. 5. 23.
Tueri populum antiqua ſub relligione. Virg. 2. Æn. 188.
Venire in religionem res aliqua dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. Gracchus, quum comitia nihilominus peregiſſet, remque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, rem ad Senatum retulit.
Violare religiones maximas. Cic. 6. Verr. 88.
Ponitur interdum pro Superſtitione. Juſtin. 18. 6. 11. Cruenta ſacrorum religione & ſcelere pro remedio uſi. Idem 20. 6. 1. Terrebat eos potentia religio.
Religio, Conſcientiæ ſcrupulus. Cic. de Aruſp. Reſp. 10. Quæ tanta religio eſt, qua non in noſtris dubitationibus, atque in maximis ſuperſtitionibus unius Servilii ac Luculli reſponſo ac verbo liberemur? Hæc Budæus. Ter. And. 5. 4. 39.

At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. P. dignus es
Cum tua relligione, odio: nodum in ſcirpo quæris

Liber religione animus. V. **liber**, adj.
Afferre religionem. V. **affero**.
Cepit quoſdam religio. V. **capio**.
Conſtringi religione. Curt. lib. 6. 7. 7.
Religio eſt mihi. Plaut. Curc. 2. 3. 71.

Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui. Budæus. Ter. Heaut. 2. 1. 16.
Tum quod dem ei, recte eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere.

Suet. Aug. cap. 6. Hoc introire, niſi neceſſario & caſte, religio eſt, i. e. Nefas, non licet.
Religio mihi non eſt quo minus hoc faciam. Cic. 3. in Catil. 15.
Eximere religionem aliquam. Liv. 4. 31. i. e. Scrupulum, & vanum metum adimere. Budæus.
Exſolvere religione. V. **exsolvo**.
Habere religioni, pro Vereri, & averſari. Cic. 2. Off. 51. Nec tamen, ut hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt religioni, nocentem aliquando & nefarium defendere impiumque. Budæus.
Impediri religione. V. **impedio**.
Inceſſit dein religio. Tacit. 3. Ann. 71.
Incutere religionem. V. **incutio**.
Infixa animis religio. V. **infigo**.
Injicere religionem alicujus rei. V. **injicio**.
Mederi religioni. V. **medeor**.
Obligare religione, vel Obſtringere dicebant veteres, pro eo quod dicimus Conſcientiæ metum incutere. Cic. 2. Philip. 83. Obſtrinxiſti Populum Romanum religione, Augur Augurí, Conſul Conſuli obnunciaſti. i. e. De cælo ſervaſſe te dixiſti, ne populus eo die comitia haberet, & vitium obveniſſe dixiſti (verba ſunt auguralia) ut comitia diſturbares, & populum

lum adalligares, & morareris hac obnuntiatione. Verebantur enim Romani aliquid agere vetantibus auſpiciis, ne male cederet, ſi contra deorum monita agerent.
Offerre religionem. V. OFFERO.
Oppreſſa gravi ſub religione vita. Lucret. lib. 1. 64.
Solvere civitatem religione. Cic. pro Cæcin 98. Plaut. Merc. 5. 2. 40. Liv. 7. 2. V. Cronov.
Tangi religione. Liv. 1. 45.
Vertere in religionem. Liv. 26. 11. Et poſtero die eodem loco acies inſtructas eadem tempeſtas diremit: ubi recepiſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos verſa eſt. i. e. Pœni interpretati ſunt id diis non placere, ut pro urbe Roma capienda confligarent, vel ut urbe Roma armis oppugnaretur. Budæus.
Religio judicis, Integritas, vel anxia cura. Calliſtratus in l. divus Adrianus. D. de re jud. Conſpiratione adverſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem judicis circumventam eſſe. [Religio Judicibus & Teſtibus tribuitur, ob jusjurandum, quo aſtringebantur. Simia judex apud Phædrum. lib. 3. fab. 15. 8.
Ac ne relligio peccet imprudens mea. Sic in ſeqq. exemplis.
Religio, quam vulgo *Conſcientiam rectam* dicunt. Cic. pro Cæcin. 28. Splendor Equeſtris ordinis, decus atque ornamentum judiciorum, exemplar antiquæ religionis. Budæus.
Religio, Fides. Cic. pro Flacc. 10. de teſtibus, Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. Budæus.
Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. Cic. pro Flacc. 9.
Religio, Metus, & ſollicitudo, inquit Servius. Virg. 8. Æn. 344.
Jam tum relligio pavidos terrebat agreſtes
Dira loci.
Religio ſceleroſa. Lucret. lib. 1. 84.
Refrenatus relligione. Lucret. lib. 5. 115.
Religiones Plur. Sic apud Suet. in Tiber. cap. 69. pr. Circa religiones negligentior, quippe addictus mathematicæ. Sic puto & apud Livium, H. St. Sæpe in malum, ut Superſtitio.
Cæleſtes religiones. Tacit. 1. Ann. 11.
Colere religiones. Cic. pro Planc. 80. Qui ſancti, qui religionum colentes, niſi qui meritam diis immortalibus gratiam juſtis honoribus & memori mente perſolvunt?
Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicujus. Cic. pro Milon. 74.
Suſcipiunt gentes bella pro ſuis religionibus. Cic. pro Font. 20.
Arcti nodi relligionum. Lucret. lib. 4. 6.
Inducere religiones inexpiabiles in Rempub. i. e. Anxietates & formidines impendentis, qualique adventantis iræ divinæ. Cic. 1. Philip. 13. Ut inexpiabiles religiones in Rempub. inducerentur?
Religionibus ſuus tenor ſuaque obſervatio reddenda. Val. Max. 1. 1. 8. V. & ſupra.
Numinum religiones introſpicere. Tacit. 3. Ann. 60.
Religio officii, eſt Latine loquentibus, id quod vulgo *Debitum officii*, hoc eſt juſtam muneris functionem appellant. Cic. 9. Verr. 2. Nam qui ſibi hoc ſumpſit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat: quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officii declinarit? Budæus. [Vet. Gloſſ. Lat. Gr. Religio, [illegible], [illegible], [illegible]. In poſteriore ſignificatione hic ponitur. Ibid. Religione, [illegible]. [illegible] autem exponi debet, ut in Gr. Lat. [illegible], [illegible], Affectio, Affectus. Religio officii, pro Religioſo officii reſpectu.
Religio recte judicandi. Plin. 4. Epiſt. 15. ad C. Tacitum, Si parentibus ſolis jus præceptoris conducendi relinquatur, iiſdemque religio recte judicandi neceſſitate collationis addatur. I. e. Sollicita, & anxia cura probos præceptores idoneoſque deligendi liberis ſuis. Budæus.
Religio, Diligentia, & vehemens cura. Cic. in Orat. 25. Athenienſium religioni quum ſerviret orator, nullum verbum inſolens, nullum odioſum ponere audebat. Religionem vocat eam Diligentiam, qua utebantur Attici, ne quod inſolens verbum aut loquerentur aut audirent.
Adhibere religionem. V. ADHIBEO.
Oratio nimia religione attenuata. Cic. de Clar. Orat. 282.
RELIGIŌSUS, a, um. Adj. [illegible] Gellius lib. 4. cap. 9. ex Nigidio Figulo, Quocirca religioſus is appellabatur, qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſeſe alligaverat: eaque res vitio aſſignabatur. Sed præter iſta, quæ Nigidius dicit, alio quodam diverticulo ſignificationis, Religioſus pro caſto atque obſervanti, cohibantique ſeſe certis legibus, finibuſque dici cœptus. Simili autem modo illa quoque vocabula ab eadem profecta origine, diverſum ſignificare videntur, Religioſi dies, & Religioſa delubra. Religioſi enim dies dicuntur triſti omine infames, impeditique, In quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum prave & perperam Nefaſtos appellant. Itaque M. Cicero in lib. 9. Att. 5. Majores, inquit, noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quam urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Idem tamen M. T. in oratione de Accuſatore conſtituendo, (1. Verr. 3.) Religioſa delubra dicit, non ominoſa nec triſtitia, ſed majeſtatis venerationiſque plena. Maſſurius autem Sabinus in commentariis, quos de indigenis compoſuit, Religioſum, inquit, eſt quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac ſepoſitum a nobis eſt. Verbum a relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ a carendo. Hactenus Gell.
Religioſi, ut Nonio 5. 36. placet, dicti ſunt, quaſi Relinquoſi ceterorum omnium, ſacrificiis deſervientes. V. toe loc.
Religentes & Religioſi. Bongarſ Annot in Juſtinum. In his conferendis non religentes ſolum, ſed & religioſi eſſe debemus. H. St. V. Religens Partic. in RELEGO.
Religioſus & Impius, contraria. V IMPIUS.
Juſtus, integer, religioſus, timidus, perferens injuriarum. Cic. 2. de Orat. 184.
Ita non religioſus, ut edat de patella. Cic. 2. de Fin. 22. Atqui reperiemus aſotos, ita non religioſos, ut edant de patella. V. Patella, in PATINA.
Dedicatio eſt religioſa. Cic. pro Domo, 125.
Delubrum ſanctum, & religioſum. Cic 6. Verr. 124. Herculis templum eſt apud Agrigentinos, non longe a foro, ſane ſanctum apud illos & religioſum.

Dies religioſi, V. paulo ante ex Gellio. Cic. 2. Q. frat. 4. Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi. conf. Liv. 6. 1.
Domum facere aliquam religioſam. Cic. de Aruſp. Reſp. 33.
Limina religioſa deorum. Virg. 2. Æn. 365.
Res religioſiſſimæ, & Nefas, contraria. Cic. 2. de Invent. 135.
Religioſum eſt quod jurati legibus judicaverunt Cic. 1. de Invent. 48.
Religioſum eſt id facere, Vulgus dicit *Facienda eſt conſcientia.* Liv. 2. 5.
Religioſum habere. Plin. lib. 28. cap. 4.
Religioſus teſtimonio, vel teſtis, Fidelis Cic. pro Cæcin. 26. Huic ego taſti gratias agam, quod & in re miſericordem ſe præbuit, & teſtimonio religioſum. Ita Budæus. Rurſum Cic. 4. de Fin. 61. Religioſiſſimus teſtis. V. in ASLINIO.
Aures Atticorum teretes, & religioſæ. Delicatæ & faſtidioſæ. Cic. in Orat. 27.
Religioſus, aliquando pro Superſtitioſo ponitur. Ter. Heaut. 4. 1. 37.
Ut ſtultæ & miſeræ omnes ſumus religioſæ.
Compar. Agricolæ religioſiores. Columel. lib. 11. extr. conf. Plin. lib. 29. cap. 1.
Superl. Mortales religioſiſſimi. Salluſt. Catil. cap. 12.
Sacra religioſiſſima. Paterc. 2. 45. conf. Sen. Nat. Quæſt. 7. 16. Petron. cap. 21. & Cic. 1. Verr. 3.
RELIGIOSŬLUS, a, um. Adj. dimin. Hieronym. adv Ruffin 3. 5.
RELIGIŌSE, Adv. [illegible] i. e. Sollicite & accurate, inquit Budæus. Columel. lib. 5. cap. 10. Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrant.
Religioſe teſtimonium dicere, Ex jurisjurandi fide. Cic. pro Cæl. 55. Utrum temeraria, procax, irata mulier finxiſſe crimen: an gravis, ſapiens, moderatuſque vir religioſe teſtimonium dixiſſe videatur.
Religioſe promittere, i. e. Summa fide. Nepos 25. 15. 1.
Cineres & oſſa religioſe quieſcentia. Quintil Decl. 10.
Compar Plin. 3. Epiſt. 7. Natalem alicujus religioſius, quam ſuum, celebrare. Idem Paneg. cap. 65.
Superl. Cic. 2. de Invent. 1. Templum Junonis, quod religioſiſſime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Plin. 3. Epiſt. 15. Poeticen religioſiſſime veneror. conf. Petron. cap 117.
Religioſe, pro Subtimide & verecunde. Cic. 13. Fam. 18 Faciamque id quod debent facere hi, qui religioſe & ſine ambitione commendant
RELIGIOSĬTAS, ātis. f. Apul. Doctr. Plat p. 16. Elmenh Juſtitia cum religioſitate, id eſt [illegible], copulatur; &c. conf. Tertull Apol cap 25.
RELIGO, [illegible] āre. Ligare ſignificat, aut Fortius ligare. Columel. lib. 2. Diutiuſque perennat quæ firmis truncorum & idoneis locis religata eſt.
Claſſem religavit ab aggere. Virg. 7. Æn. 106.
Funiculus a puppi religatus. Cic. 2. de Invent 54.
Funis ab humeris religatus. Plin. lib 9. cap 46.
Religatus ad. Cic. 1. Tuſc. 105. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. Columel. lib. 12. cap. 44.
Religare ex. Cajus, D. de diviſione rerum L riparum, Funes ex arboribus religare
Religare in. Plin. lib. 2 cap. 65 Religetur in mali cacumine.
Funem religare in querno ſtipite. Ovid. 4. Faſt. 552.
Catena religari. Ovid. 10. Epiſt. 89.
Claſſem religavit litore, Alligavit. Ovid. 13. Met. 439. Catull. 65. 174.
Robore catenis religare. Lucan. lib. 2. 671.
Religare lineo funiculo. Columel. lib. 7 cap. 10.
Juſſu ipſius quadrigis religatus, ac in diverſa diſtractus eſt. Auctor de Viris illuſt. cap. 4. extr.
Religare religionibus bona alicujus, pro Conſecrare alicui deo. Cic. pro Domo, 124. Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Cenſori Tribunum plebis facere; nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religavit? &c.
RELIGĀTUS, Partic. [illegible] Hor. 4. Carm. 11. 5.
—eſt hederæ vis
Multa, qua crinus religata fulges.
Nodo religatus brachia. Tibul. lib. 1. 8 5.
Si prudentia extrinſecus religata pendeat. Cic. 3. Tuſc. 37.
Somno religata agmina. Claud. 6. Conſ. Hon. 472.
Hedera crines religata. Virg 9. Æn. 552.
RELIGATIO, ōnis. f. [illegible] Cic. de Senect. 53. Et ipſa naturæ delectat, adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumque.
RELIGĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Pſychom. 359.
Combibat infuſum croceo religamine nardum.
RELINIO, V. ſuo ordine.
RĔLĬNO, lēvi & lĭni, lĭtum, [illegible] āre. Quod obturatum oblitumque erat aperire. Ter. Heaut. 5. 1. 51.
Relevi dolia omnia, omnes ſerias. Plaut Stich 5. 4. 38.
Nolo ego nos pro ſomno bibere: nulli relerimus poſtea. Pro Releverimus. i. e. Nulli deinceps vinum deprompſerimus. [Solebant enim veteres doliorum opercula pice circumlinere.
Epiſtolam relinere. Cic. 1. Att 15 pr. Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo graviorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releverit? Al. Per lectionem vel Pellectione relevarit. [Lego Perlatione relevarit. Jocus eſt, pro Se relevarit perlatione ejus i. e. perferenda ea.
RĔLINQUO, liqui, lictum, [illegible] &c. notæ ſignificationis. Plaut. Moſt. 1. 3. 45. Reliquit, deſeruitque me. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 9. In litore molli atque aperto deligatas ad ancoras relinquebat.
Relinquere ab ſe aliquem, Dimittere. Plaut. Truc. 2. 6 50.
Relinquere aliquem, pro Non juvare. Cic. 13. Fam. 64. Tantum a te petimus ut agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicujus tui diſſimilis quæſtum.
Amata relinquere pernix, Deſerere. Hor. in Arte Poet. 165.
Amicitiam relinquere. Cic. 2. de Fin. 45. Quid ages tandem, ſi utilitas ab amicitia (ut fit ſæpe) defecerit relinquetur?
Animam relinquam potius, quam illas deſeram. i. e. Moriar potius, ſive Mori me malim. Ter. Adelph. 3. 4. 52.
Comites in valle reliquit. Ovid. 3. de Arte Am. 711.
Conſuetudinem relinquere. Cic. 1. Acad. 17. Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita conſuetudinem diſſerendi reliquerunt.
Dominos relinquens, ut famuli ſolent, Deſerens. Catul de Berecyn. 63 51.
In egeſtate relinquere. Cic. 3. Verr. 72. Nemo jam, Dolabella, neque tui

Digitized by Google

tui, neque tuorum liberûm, quos tu miſeros in egeſtate, atque in ſolitudine reliquiſti, miſereri poteſt
Gaudia relinquere. Ovid. 16. Epiſt 204.
Incertam relinquere aliquem, & vulnere mentis turbatam. Virg. 12. Æn. 160.
Incœpta fila relinquit. Ovid. 6. Met 34.
Infecta ſacra relinquunt. Ovid. 6. Met. 202.
Limen. Virg. 5. Æn. 316.
Lucem. Virg 4. Æn. 452.
Mature relinquere aliquid. Hor. 2. Epiſt. 1. 100.
Negotia longa relinquere. Hor. 3. Carm. 5. 54.
Obſeſſionem alicujus oppidi. Cic. 10. Fam. 33. Antonium turpiter Mutinæ obſeſſionem reliquiſſe.
Opus incœptum dextra reliquit. Ovid. 2. de Arte Am. 78.
Spem relinquere, Abjicere. Cic. 1. Tuſ. 39. Quam (niſi quid dicis) prætermittamus, & hanc totam ſpem immortalitatis relinquamus.
Studium rei alicujus. Cic. 4. Acad. 7. Neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus.
Terras dulces relinquere. Virg. 4. Æn. 281.
Verba imperfecta reliquit. Ovid. 13. Epiſt 15.
Vitam. Virg. 3. Georg. 547. Tacit. 4. Ann. 34. Relinquendæ vitæ certus.
Prætereo ac relinquo. Cic. 5. Verr. 105.
Curionem quondam concio reliquit. Cic. de Clar. Orat. 26.
Animus relinquit eum, pro Deficit, ſive concidit animo. Plaut. Mil. 4. 8. 37. Et Men. 5. 2. 6. Relinquere vires.
A febre quartana relinqui. Cic 8. Att. 6.
Oſſa pavor reliquit. Virg. 3. Æn. 57.
Vita reliquit eum. Lucret. lib. 5. 64.
Aculeos relinquere in animis auditorum. V. ACULEUS.
Dubitationem relinquere apud aliquem. Cic. 15. Fam. 21. Nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me amares.
In medio relinquere. Cic. pro Cœl. 48. Hic ego jam rem definiam: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam.
In opinione alicujus relinquere. Cic. 1. Verr. 16. Verum non id mihi ſumo, Judices, & hoc, non modo in oratione mea non pono, ſed ne in opinione cujuſquam relinquo, me omnibus patronis eſſe præpoſitum.
In ſpe aliorum relinquere. Cic. 1. Verr. 26. In quo quid eniti, aut quid efficere poſſim, malo in aliorum ſpe, quam in oratione mea relinquere.
In ſuſpenſo. Plin. Epiſt. 248.
Suſpicionem alicui. Suet. Cæſ. cap 86.
Verbum in ambiguo. Lucret. lib. 4. 1131.
Conſultationi relinquere. Liv. 25. pro Remittere, vel Rejicere ad conſultationem
Direptioni urbem relinquere. Cic. 4. Fam. 1. Urbem, ſine legibus, ſine judiciis, ſine fide, relictam direptioni & incendiis.
Diis votiſque relinquere navem, Permittere. Ovid 2. Met. 185.

Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit
Frena ſuus rector, quam dis, votiſque reliquit. Pinus, i. e.

Navis pinea.
Relinquere, eſt Aliquid teſtamento alicui tranſmittere, ſeu legare. Plaut. Aul. prol. 13.

Agri reliquit ei non magnum modum.

Abſolute, ſine Dativo. Ter. Phorm. 2. 3. 46.

At ſi talentûm rem reliquiſſet decem,
Primus eſſes, &c.

Æs alienum relinquere. Cic. pro Quint. 15. Propterea quod C. frater aliquantum æris alieni reliquerat. i. e. Mortuus fuerat non perſoluto ære alieno omni.
Arraboni relinquere. Ter. Heaut. 3. 3. 42.

Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. i. e. In pignus.

Confectum relinquere. Cic. 5. Att. 21. Illud tamen non deſinam, dum adeſſe putabo, de Cæſaris nomine rogare, ut confectum relinquas.
Conſolationem alicui relinquere. Cic. 15. Fam. 21. Ut unam mihi conſolationem relinquas.
Excuſationem relinquere ad aliquem. Cic. 9. Att. 6. Etſi Ciceroni meo togam puram quum dare Arpini vellem, hanc eram ipſam excuſationem relicturus ad Cæſarem.
Hæredem teſtamento. Cic. pro Quint. 15. Hæredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium.
Memoriam alicujus rei. Cic. 2. Off. 55. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam, aut brevem, aut nullam omnino, ſint relicturi.
Memoriam acrem ſui relinquunt, Tacit. 15. Ann. 68. De aſperis facetiis.
Monimentum æternum audaciæ relinquere in ſermone hominum. Cic. 3. Verr. 19 Quo maximarum rerum frequentiſſimæ quotidie advocationes fiunt: in eo loco, in ſermone hominum, audaciæ ſuæ monimentum æternum relinquere?
Nihil de tanto patrimonio relinquere. Cic. pro Roſc. Amer. 20.
Patrimonium filio meo ſatis amplum in memoria nominis mei relinquam. Cic. 2. Fam. 15.
Pecuniam in quæſtu. Cic. pro Lege Manil. 37. Quid hunc hominem, magnum aut amplum de Repub. cogitare, qui pecuniam, ex ærario depromptam ad bellum adminiſtrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magiſtratibus diviſerit, aut propter avaritiam Romæ in quæſtu reliquerit?
Teſtamento aliquid alicui. Cic. 3. Off. 93. Quum ei teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur.
Veſtigium amnis. Plin. lib. 36. cap. 5.
Certatio relinquitur mihi cum aliquo. Cic. 2. de Fin. 44. Ita ceterorum ſententiis ſemotis relinquitur, mihi non cum Torquato, ſed cum virtute certatio. [i. e. Reliqua eſt mihi.
Ita relinquitur, ut ea fortuita divinari poſſint, quæ nulla nec arte, nec ſapientia provideri poſſunt. Cic. 2. de Divin. 14.
Mihi ne ut dubitem quidem relinquitur. Cic. 4. Acad. 120.
Locum admonitionibus, Reliquum facere. Cic. 1. Fam. 1. Sed plane nec precibus noſtris, nec admonitionibus relinquit locum. i. e. Nec ſe orari, nec ſe admoneri ſinit: adeo præſtat omnem diligentiam in tuo negotio.
Locum precibus non relinquere, dupliciter dicitur. Aut enim ſignificat, Facere aliquid vel non rogatum; ut Cic. 1. Fam. 1. aut plane Non Admittere preces, ut Ter. And. 5. 4. 23.
Locum ſubtilitati nullum relinquere. Plin. lib. 35. cap 10.
Locum vituperandi. Cic. 2. Q. frat. 4. Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum. i. e. Daremus anſam, &c.
Spem relinquere, Reliquam facere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 51. Ne qua ſpes in fuga relinqueretur.
Præſidium relinquere caſtris, Imponere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 51. Poſtridie ejus diei Cæſar præſidium utriſque caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, reliquit.
Scriptum relinquere. Cic. de Clar. Orat. 74. Utinam exſtarent illa carmina, quæ multis ſæclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus ſcriptum reliquit Cato. i. e. Scripſit. conf Nep. 9. 5. 3.
In commentariis relinquere. Plin. lib 29. cap. 4. Subaud. Scriptum.
Relinquitur ut, pro Reſtat, ſive Reliquum eſt. Cic. 9. Att. 4. Relinquitur, ut, ſi vincimur in Hiſpania, quieſcamus. conf. paulo ſupra.
Relinquendo. Ovid. 3. Triſt. 15. 9.

Inque relinquendo, quod idem fecere ſodales,
Tu quoque dixiſſes triſtis in orbe, vale. al. Jamque relinquendâ.

RELINQUENS, entis. Partic. Catull. 36. 3. Relinquens Comi mœnia. Paterc. 2. 17. 7. Occupatam relinquens materiam, quærit novam.
RELICTUS, a, um. Partic. [ἀπολειφθεὶς] Ter. Eun. 2. 2. 55.

Etiamnum hic ſtas, Parmeno, eho numnam tu hic relictus cuſtos,
Ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet? Ovid. 2.

Met. 187.

Quid faciet? multum cœli poſt terga relictum. De Phaethonte.

Poſtes a tergo relicti. Virg. 2. Æn. 454. [Poſtici periphraſis.
Spatium. Virg. 5. Æn. 321.

Inſequitur Salius: ſpatio poſt deinde relicto,
Tertius Euryalus.

Relictum eſſe ſibi. Plin 9. Epiſt. 36. Ab his, quos evocant, abductus, & liber, & mihi relictus, non oculos animo, ſed animum oculis ſequor.
Relictus, Deſertus. Virg. 9. Æn. 290.

At tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relictæ. Ovid. 14. Met. 217.
Solus, inops, exſpes, leto, pœnæque relictus. Idem 2.

Amor. 16. 47.

Si qua mei tamen eſt in te pia cura relicti.

Relictus ab omni honeſtate, Inhoneſtus. Cic. pro Rabir. 23. Nemo eſt, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni, non modo honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur.
Æs alienum relictum. Cic. pro Quint. 77.
Ætate relicta diſſimilem animum ſubiit. Ovid. 7. Met. 170. De Æſone ſene priſtinæ juventuti reſtituto.
Arbitrium relictum cuique intelligendi. Plin. lib. 6. cap. 29.
Curſus relictos iterare. Hor. 1. Carm. 34. 5.
Fides relicta. Ovid. 3. de Arte Am. 460.
Loci relicti. Hor. 2. Carm. 1. 37.
Officia omnibus relictis. Hor. 2. Epiſt. 2. 67.
Rebus relictis; uſitatum loquendi genus veteribus, quod idem valet, atque Rebus aliis omnibus poſtpoſitis. Plaut. Epid. 4. 2. 35.

Ego relictis rebus, Epidicum operam quærendo dabo. Idem

Ciſtel. 1. 1. 6.

—ita omnibus relictis rebus,
Mihi frequentem operam dediſtis. h. e. Præ aliis omnibus. Lu-

cret. lib. 3. 1084.

— jam rebus quiſque relictis
Naturam primum ſtudeat cognoſcere rerum. Lambin. conf. Ter.

And. 2. 5. 1.
Virtute relicta invidiam placare paras. Hor. 2. Serm. 3. 13.
Vita tantummodo relicta eſt mihi. Ovid. 4. de Pont. 16. 48.
Repetere relicta. Hor. 1. Epiſt 7. 97.
Relicta loca ſunt, Quæ limites non acceperunt, ut ait Frontinus de limitibus p. 42. Goeſ. Cic 1. Lege Agr. 2. Ut a majoribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet
RELICTIO, ōnis. f. [ἐγκατάλειψις] Cic. 3. Verr. 35. Quibus illam relictionem proditionemque Conſulis, &c. Paulo ante dixerat, Conſulem, exercitum, provinciamque deſeruit. Idem 16. Att. 7. Quod effugiſſem duas maximas vituperationes. Unam, quam itinere faciendo me intelligebam ſuſcipere, deſperationis ac relictionis Reip. Aliqui legunt Religionis, ſed inepte.
RELICTUS, ûs. m. Gell. 3. 1. Ut, ſicut alia in his omnia, præ pecunia, ita labor quoque virilis, exercendique corporis ſtudium relictui ſit.
RĔLIQUUS, a, um. Adj. [λοιπὸς, ὑπόλοιπος] Quod relinquitur, vel ſupereſt. Cæſ. 1. Bell Gall. 13. Demonſtrant ſibi, præter agri ſolum, nihil eſſe reliqui. Ter Adelph. 3. 2. 48.

Periit, pro virgine dari nuptum non poteſt: hoc reliquum eſt,
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem reliquerat.

Perge reliqua. V. PERGO.
Dies reliqui. Cic. pro Planc. 99. O reliquos omnes dies, noctesque eas, quibus iſte, a me non recedens, Theſſalonicam me, in Quæſtoriumque perduxit.
Græcia in reliqua. Cic. de Amicit. 6. Nec ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.
Oppida erant mihi complura etiam reliqua, quæ adire vellem. Cic. 4. Verr. 65.
Operam reliquam dare. Plaut. Truc. prol. 15.
Spes reliqua in. Ter. Eun. 2. 2. 9.

Itane paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi. Cic. 11. Fam.

5. Spem reliquam nullam video ſalutis.
Tempus omne reliquum Cic. 3. Verr. 30. Menſes mihi tres quum eripuiſſetis, ad agendum maxime appoſitos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remiſſurum putaſtis.
In reliquum tempus ſancit Cic. 1. de Lege Agrar. 13. conf. Cæſ. 1. Bell. Gall. 20.
Tranquillitatis reliquæ ſpe luctus fugere. i. e. Futuræ. Cic. pro Sext. 73.
Vaticinationis reliqua brevi confecta ſunt. Cic. 1. de Divin. 68
De reliquo velim tibi perſuadeas, &c. Cic. 1. de Orat. 100. Quoniam,

id

id quod difficillimum nobis videbatur, ut omnino de his rebus, Craſſe, loquerere, aſſecuti ſumus: de reliquo jam noſtra culpa fuerit, ſi te, niſi omnia quæ percunctati erimus explicaris, dimiſerimus.

In reliquum. Quintil. lib. 4. cap. 5. Propoſitis enim probationibus, omnis in reliquum gratia novitatis præcerpitur.

Reliquos facere, pro Relinquere: ut, Miſſos facere. Cic. 5. Verr. 126. Quos belli calamitas reliquos fecerat. Budæus.

Reliqui nihil facere de aliqua re, vel alicujus rei, locutio Latinitatis optimæ. Cic. 5. Verr. 115. Et quibus nihil, non modo de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit. i. e. Omnia abſumpſit. Idem 7. Verr. 89. Et quod reliquum vitæ viriumque fames fecerat, id ferro potiſſimum reddere volebat. conf. 128. Nepos, 25, 21. 5.

Reliqui nihil eſt ei. Cic. 5. Verr. 116. Quid eſſe reliqui poterat ei, qui per hanc injuriam, non modo frumentum omne amitteret, ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur? conf. 121.

Reliquum eſt, ut de me id ſcribam, quod te ex tuorum litteris & ſpero, & malo cognoſcere. Cic. in quadam epiſtola. Idem 7. Fam. 32. Reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos.

Præter te neminem habeo reliquum, in quo, &c. Cic. 9. Fam. 15.

Reliqui, pl. Cic. 4. Acad. 96. Sunt enim multi, qui omnino Græcas non ament litteras, plures qui philoſophiam, reliqui, qui etiamſi hæc non improbent, tamen, &c.

Reliquum, i, n. Subſt. pro Reliqua ſumma. Plaut. Ciſt. 1. 3. 42.

Nunc, quod reliquum reſtat, volo perſolvere:
Ut expungatur nomen, ne quid debeam. Ter. Phorm. 1. 1. 2.
—erat ei de ratiuncula
Jampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum, id ut conficerem.

Reliqua, n. pl. [ἐλλείμματα] ut, Reliquorum ratio, h. e. Debitorum ab aliquo. Cic. 16. Att. 3. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quæ quanquam explicata ſunt, tamen, quod & Dolabellæ nomen in iis eſt, & attributio eſt mihi nominum ignota, conturbor. i. 2. Quanquam ſint ſolvendo qui mihi debent, vel non ſit controverſa perſecutio. Idem ad eundem, lib. 16. 1. Plin. 9. Epiſt 37. ad Paulinum, Nam priore luſtro, quanquam poſt magnas remiſſiones, reliqua creverunt. Idem 3. Epiſt. 19. Reliqua colonorum minuit ad tempus. i. e. Debita contracta colonis.

Reliqua. Subductis rationibus, & collatis creditorum debitorumque nominibus, quum eam pecuniam quare ipſi debemus, & quam alii nobis, redigimus in ſummam: id quod ſuperat a nobis, reliqua dicuntur. Budæus.

Accepiſſe ſe reliqua mea Camillus ſcribit. Cic. 6. Att. 1. i. e. Quæ mihi reliqua debentur.

Contrahere reliqua. V. ſeq. Trahere reliqua.

Trahere reliqua, quod alii Contrahere dicunt. Paulus, ff. de adminiſtratione & periculo tutorum. l. L. Titius, Curator Caji Seji, tempore curæ fundum Cornelianum locavit Sempronio: qui Sempronius reliqua traxit. Sic enim habent Pandectæ Flor. & Haloander. Al. Contraxit. Ibidem paulo poſt, Ex quibus quidam, quum reliqua traherent, idonei ipſo tempore adminiſtrationis eſſe deſierunt. Papin. in l. Servus ſi heredi. § 1. D. de ſtatu liberis, Quod reſcriptum ita accipi debet: ut ſi reliqua non trahat, liber ſit. Quod ſi trahat: ita demum, ſi obtulerit eam quantitatem, quæ refundi debuit, ex fide veritatis. Eſt igitur Reliqua trahere, idem quod Reliquari.

Sunt, qui ſecundam producunt, vel prima geminatione litteræ producta, ſcribunt

Rellīquus, vel Rellĭcŭus, ut, Rellicuo tempore. Lucret. lib. 1. 561. conf. 2. 953.

Relĭquor, [λειπογραφέω] āri. deponens, Æs alienum ex reliquis rationum contrahere. Paulus de adminiſtratione tutorum, l. L. Titius, Paulus reſpondit, non ex eo quod adultus eum, qui prædia ejus coluit, procuratorem habere voluit: debitum quod ex conditione reliquatus eſt, agnoviſſe eum videri. Ulpianus de Muneribus & honoribus, l. Reſcripto, Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex adminiſtratione Reip. reliquantur. Budæus.

Reliquātio, ōnis. f. [λειπογραφία Gl. L. G.] Paulus in l. Qui nominibus. D. de adminiſt. & peric. tut. Sed & ſi pupillus poſt pubertatem, rationibus a tutore acceptis, reliquationem ejus ſecutus, uſuras acceptaverit: privilegium ſuum non amittit in bonis tutoris venditis. conf. Tertull. de Anima, cap. 56.

Reliquātor, ōris. m. Qui reliqua contraxit: Qui integrum non ſolvit, ſed partem æris alieni ſervat ſibi. Scævola, De ſolutionibus & liberat. l. Creditor, D. Valerius, L. Titii ſervus ſcripſit, Accepi a Marino Materno ex ſumma majore tot aureos. Quæro an hæc ſumma in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum ſuperioris anni ſit reliquator? Budæus. Conf. Cujac. de H. D. 15. 3.

Reliquātrix, īcis. f. Tertull. de Anima cap. 35. Anima reliquatrix delictorum, donec exſolvat noviſſimum quadrantem.

Reliquia, æ. f. Apul. Apol p. 277. Elmenh. ex poëta,
Converritorem pridianæ reliquiæ.

Reliquia, apud Plinium & Apulejum, ut citat Gulielmus Lilius. Vide converritor. H. St. deſiderabatur in Lugd. hæc vox. Sed frequentius

Relĭquiæ, arum. f. pl. [λείψανα, ἐγκαταλείμματα] ut, Reliquiæ cibi, prandii, cœnæ. Plaut. Stich. 2. 3. 40. Et Men. 3. 1. 13. Idem Perſ. 1. 2. 25.
Nunc huc introibo, viſam heſternas reliquias
Quieverint recte, nec ne. Scribitur & Relliquiæ, pr. prod.

Cibi reliquiæ, Excrementa. Cic. 2. de Nat. Deor 128. Cibi reliquiæ depelluntur, tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus.

Cœnæ vel prandii reliquiæ, tranſlate. Cic. 12. Fam 4. Vellem Idibus Martiis me ad cœnam invitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet.

Nihil reliquiarum exſtat. Lucret. lib. 1. 1102.

Animæ reliquias reddere omnes. Lucret. lib. 3. 656.

Belli. Paterc. 2. 17.

Cladis reliquiæ. Liv. 22. 56.

Conjurationis reliquiæ. Cic. in Parad. 4. Et reliquiæ conjurationis, a Catilinæ furiis ad tuum ſcelus furoremque converſæ.

Exercitus reliquiæ. Liv. Reliquias duorum exercituum cum cura collegerent. conf. Hirt. Bell. Alex. cap. 40.

Febrium reliquiæ. Celſ lib. 3. cap. 4.

Flagitiorum reliquias colligere. Cic. 4. Verr. 74. de Timarchide, Non ſolum nummos, ſi qui iſti exciderant, tollere ſolebat, ex quibus pecuniam maximam fecit: ſed etiam voluptatum, flagitiorumque iſtius ipſe reliquias colligebat.

Generis hujus reliquiæ. Ter. Adelph. 3. 3. 91. Subaudi Hominum.

Legionum reliquias conſervare. Paterc. 2. 46. 4.

Motus vitalis reliquiæ. Lucret. lib. 2. 954.

Vitæ reliquias membris ex omnibus aufert. Lucret. lib. 6. 825.

Vitæ alicujus lacerare reliquias & diſtrahere. V. lacero.

Colligere, velut ex naufragio, tantæ cladis reliquias. Liv. 22. 56.

Reliquias alicujus perſequi. Cic. de Senect. 16. de Carthaginis everſione loquens, Quam palmam utinam dii immortales, Scipio, tibi reſervent, & avi reliquias perſequare, i. e. Superioris Africani præſcriptum ſequare, & perage inceptum. Budæus.

Reliquiæ, pro Oſſibus & Cineribus defunctorum. Modeſtinus in l. Quidam. D. De cond. inſtit. Quidam teſtamento ſuo heredem ſcripſerat tali conditione, ſi reliquias ejus in mare projiciat. Plinius lib. 10. 73. ad Trajanum, de reliquiis ſepultorum transferendis epiſtolam ſcripſit. Budæus. Suet. Domit. cap. 8. Monimentum, quod libertus ejus, e lapidibus templo Capitolini Jovis deſtinatis, filio conſtruxerat, diruit per milites: oſſaque & reliquias, quæ inerant, mari merſit.

Receptæ reliquiæ ex ardente Troja. Virg. 7. Æn. 244.

Legere reliquias. Suet. Aug. cap. 100. extr.

Colere reliquias ſuorum. Virg. 4. Æn. 343.

Sic λείψανα, cum apud alios, tum apud Herodianum puto. H. St. Herodian. 4. 1. 6. κάλπιν φέροντες, ἔνθα ἦν τὰ Σεβήρου λείψανα, Urnam cum Severi reliquiis geſtantes, Interp Polit. Sic & alias.

Relĭquum, orum. n. pl. Phædr. 1. Fab. 23. 6.
—ut fruaris reliquis,
Quæ ſunt rosuri. Al. Quas. Plaut. Milit. 1. 1. 54.
At pedites tibi reliquia erant, ſi viverent. Al. Peditatus reliquiæ.

Reliquārium, i. n. ἄθροισις λειψάνων. Gloſſ. Lat. Gr.

Rēlŏco, āre. Rurſus locare. Ulpian. in l. Item quæritur. §. Si lege. D. Locati & conducti, Si in lege operis locandi comprehenſum eſſet, ut ſi ad diem effectum non eſſet, alii relocare id liceret.

Rēlŏquor, ĕris, lŏqui. Idem quod Eloqui. Varro lib. 5. de L. L. 7. Hinc etiam amplius dicuntur Eloqui ac Reloqui, in fanis Sabinis, e cella dei qui eloquuntur, &c. Al. Loquuntur

Rēlūceo, luxi, [ἐκλάμπω, ἀπολάμπω] ēre. Valde lucere. Virg. 2. Æn. 312.
—Sigea igni freta late relucent. Cic. 2. de Nat. Deor 107.
Huic non uno modo caput ornans ſtella relucet. Ex poeta. Liv. 22. 17. Relucens flamma.

Dies reluxit cæco. h. e. Viſum recepit. Tacit. 4. Hiſt. 81.

Barba reluxit flammis. Virg. 12. Æn. 300.

Focus reluxit vivo torre. Valer. 3. Argon. 113.

Veſtis fulgore reluxit. Ovid. 11. Met. 617.

E Veſuvio latiſſime flammæ atque incendia relucebant. Plin. 6. Epiſt. 16.

Rēlūceſco, ĕre. Mart. Capell. 8. Luna, qua ſolem ſpectat pleno lumine reluceſcit. Idem infra, Plena luminis effigie reluceſcit.

Rēluctor, [ἀντιπαλαίω] āri. Repugnare, reniti ſive obniti. Martial. lib. 5. 36. Suſcitanti reluctatur. Claud. 2. Ruff. 354.
—equites poſcentia curſum
Ore reluctantur preſſia ſedare lupatis.

Dracones reluctantes. Hor. 4. Carm. 4. 12.

Hoſtis reluctans. Ovid. 2. Amor. 9. 10.

Ore reluctanti ir equus. Ovid. 3. Amor. 4. 24.

Reluctor, āre. Apul. 4. Met. p. 151. Elmenh. Jam faucibus ipſis hiantis Cerberi reluctabat. Fulgent. de Cont. Virg. Contra omnem furiam ſapientiæ & ingenii arma reluctant.

Rēluctātus, a, um. Partic. [ἀντιπαλαισθείς] Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 40.
Pæne reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem. i. e. Convulſis. Paſſive enim accipitur. Ut vult Barth. vero. Reluctari auſis, aut quæ tum reluctatæ fuiſſent. Dio precibus reluctatum ægre vicerunt. Curt. 8. 2. 12.

Rēluctātio, ōnis. f. Apul. de Mundo, Terrenæ reluctationes.

Rēlūmĭno, āre. Lumine redonare. Tertull. Apol cap 21. Cum ille cæcos reluminaret, leproſos purgaret. Paul. Nolan. Epiſt. 30. Reluminare, quod cæcatum fuerat.

Rēlūmĭnātio, ōnis. f. Gloſſ. Lat. Gr. Reluminatio, ἀναβλέψις.

Rēluo, ui, ēre. eſt, inquit Feſtus, Reſolvere, repignerare. Cæcil. in Carine, Ut aurum & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipſi oppoſuit pignori. A Luo compoſitum, quod eſt Perſolvo. Paulus, Reluere, Solvere, repignerare. Uſus eſt Cic. in Salluſt 19. ut in optimo codice legit Turneb. 17. 8. Unde tu, inquit, qui modo ne paternam quidem domum reluere potueris, repente, tanquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, villam in Tiburti C. Cæſaris, reliquaſque poſſeſſiones paraveris? Al. Redimere.

Rēlŭvia, æ. f. a Reluendo dicitur, grammaticis auctoribus, Quum ſe cutis reſolvit, quod eſt reſolvit circa ungues. Unde Turnebus quam Reduviam dicunt, ipſa vocabuli origine adductus, contra fidem librorum omnium & famam, Reluviam libenter appellaret. Quod probaris, ſequere.

R E M

REM. P. N. Rempublicam noſtram. REMP. Rempublicam.

Rĕmacreſco, ĕre. pr. corr. Suet. Domit. cap. 18. Poſtea calvitio quoque deformis, ventris obeſitate, crurum gracilitate, quæ tamen ei longa valetudine remacruerant.

Rēmălĕdīco, xi, ctum, [ἀντικακολογεῖν] ĕre. Maledictum maledicto retaliare. Suet. Veſp. cap. 9. extr. De jurgio quodam Senatoris Equitiſque Romani ita pronuntiavit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, civile faſque eſſe. conf. Tertull. de Idol cap 21.

Rēmancĭpo, [ἀναχρεῶ] āre. pro Mancipatam rem reddere, & iterum mancipare, hoc eſt redhibere. Boethius in 4. Topic. Fiduciam inquit accepiſſe dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. V. fiducia.

Rēmancĭpātus, a, um. Partic. Remancipatam Gallus Ælius eſſe ait, Quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum convenerit. Feſtus. V. Lex. Priſc.

Rēmando, di, ſum, [ἀναμαρυκάομαι] ĕre. Rurſus mandere, Ruminare. Plin. lib. 10. cap. 73. Pontici mures ſimili modo remandunt. Quintil. lib.

lib. 11. cap. 3. Devoret initio tædium illud, & ſcripta, & lecta ſæpius revolvendi, & quaſi eandem cibum remandendi.

Rĕmāneo, ſi, ſum, [καταμένω, ὑπολείπομαι] ēre. Retro manere, ſiſtere. Cic. 1. Tuſc. 2. Expone igitur, niſi moleſtum eſt, primum, ſi potes, animos remanere poſt mortem. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap 87. Annon audiſtis ex iis, qui per cauſam valetudinis remanſerunt, cohortes eſſe Brunduſii factas?
Recedere ab aliquo, & Remanere in aliquo, contraria. Cic. 1. Off. 36. A peregrino receſſit, & proprie in eo, qui contra ferret arma, remanſit. De verbo Hoſtis loquitur, quod Peregrinum olim ſignificabat.
Remanet in mente. Varro 5. de L. L. 6. Cum id, quod remanſit in mente, in id rurſus &c.
Cubito remanens preſſo. Hor. 1. Carm. 28. 7.
Amicus remanens in duris rebus. Ovid. 1. Triſt. 8. 23.
Cauſa injuriæ remanet. Cic. 1. Verr. 59.
Effigies remanſit non cognoſcenda. Ovid. 9. Met. 263.
Mens animuſque remanſit. Lucret. lib 3. 403.
Res incolumi remanent corpore. Lucret. lib. 2. 147.
Veſtigia antiqui officii in illo remanent. Cic. pro Roſc. Amer. 27.

Rĕmanſio, ōnis. f. [καταμονή] Manſio. Cic. pro Ligar. 4. Profectio certe animum ſuum non debet offendere: non igitur remanſio? multo minus.

Rĕmanſor, ōris. m. pro Emanſore dixit Arrius in l. 4. § 13. de re milit. D. Edicta faciebant, qui diu abſuiſſet, ut is inter remanſores haberetur. Et l. 5. § 6. Si remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei.

Rĕmāno, [ἀναζέω] āre. Repetere, inquit Feſtus. Ennius lib 5.
— deſerunt rivos, campoſque remanant. Al. Remant. V. ſeq. dict.
Remanare, Refluere. Lucret. lib. 5. 207.
Percolatur enim virus, retroque remanat
Materies humoris. i e. Retrocedit.

Rĕmant, Repetant. Ennius lib. 1. Deſont rivos, campoſque remant. Feſtus. Certe eo verbo, eaque ſignificatione utimur Vocontini. Remere enim pignora, pro Repetere dicimus. [Immo, pro Redimere, ut paſſim J. C. Galliæ utuntur. Sed nihil hæc ad Ennium & Feſtum, cujus locum inquinatiſſimum eſſe omnes fatentur.

Remediabilis, **Remedialis**, **Remediatio**, **Remediator**, **Remedio**, **Remedior**, V. remedium.

Rĕmĕditor, āri. ita legit Lipſius in Sen. Epiſt. 72. pr.

Rĕmĕdium, i. n. [ἀλεξιφάρμακον, ἀλεξητήριον] a Medeor, ēri. Id quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur. Ter. Heaut 3. 2 28.
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt. Cic. 3. Verr. 142.
Quod eſt igitur remedium?
Ratio certa remedii. Lucret. lib 6. 1224.
Remedium & Allevamentum. Cic pro Syll. 66. In adverſis fortunis ſine ullo remedio atque allevamento permanere.
Incommodorum remedia. Cic. 5. Fam. 12.
Remedium unum incommodis. Cic. 1. Verr. 9. Quum hoc unum his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer, ut homines idonei atque integri cauſam Reipub. legumque ſuſciperent. Ter. And. 3. 5. 10.
Quod remedium nunc huic malo inveniam?
Remedium ad. V. Comparare, & Quærere remedium infra.
Remedium contra tonitrum, clavus ferreus ſub ſtramine ovorum poſitus. Plin. lib. 10. cap. 54.
Acre remedium. Cic. pro Cluent. 67. Acrioribus ſaluti ſuæ remediis ſubveniendum putavit.
Aſpera. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Lena Liv. 2. 23.
Efficax remedium Celſ lib. 3. cap. 18.
Eximium remedium. Plin. lib. 27. cap. 12.
Salutare. Firmic. lib. 6. cap. 34.
Singulare. Plin. lib. 28. cap. 8
Adhibere remedium. V. adhibeo.
Cedere remediis. V. cedo.
Comparare remedium ad frigorum magnitudinem. Cic. 7. Verr. 26. Primum temporibus hibernis, ad magnitudinem frigorum, & ad tempeſtatum vim ac fluminum præclarum ſibi hoc remedium comparat.
Habere remedium, & Uti remedio. Cic 2. de Nat. Deor. 126. Auditum eſt pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo quum eſſent uſæ, non morerentur.
Invenire remedium alicui malo. Cic. 13. Philip 25. Veneficum audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit?
Lenire molli & levi manu remedia aſpera. Quintil lib. 2. cap. 4.
Pati remedium. Liv. 1. in præf Donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt.
Quærere remedium. Cic. 5. Verr. 129. Non, inquam, perpeterere, ut homines injuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent.
Quærere remedium ad aliquam rem. Cic. pro Cluent. 7.
Reperire remedium. Cæſ. 3. Bell. Civil cap. 50.
Scatet remediis urtica. Plin. lib 22. cap. 13.
Tentare remedia. Celſ. præf. lib. 1. Quod ſi jam incidat mali genus aliquod ignotum: non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris, ſed eum protinus viſurum, cui morbo proximum ſit, tentaturumque remedia ſimilia iſtis, quæ vicino malo ſæpe ſuccurrerunt: & per ejus ſimilitudinem opem reperturum.

Rĕmĕdiālis, e. Adj Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Perunctus unguentis remedialibus. Macrob. lib 7 Saturn. extr. Ineſt æri vis quædam remedialis & ſiccifica, quam dimittit in vulnere.

Rĕmĕdio, āre. Curare, ſanare. Scribonius Largus compoſ. 14. Conſtat inter plures, & crocodili teſticulum denarii P. 1. aut victoriati, ex aquæ cyathis tribus ſumptum, multos remediaſſe. Idem comp. 18 Illud non oportet ignorare, ſenari hoc vitium, quum cognitum eſt, aliquibus: viros facilius mulieribus remediari. Idem Comp. 21. & 104. & 122. Item Hieron. vit. Hilar. § 94. Et Tertull. adv. Marc. 4. 35.

Rĕmĕdior, āri, Deponentaliter uſurpatur, ut Munckerus probavit ad Hygin. Fab. 101. Et Andr. Borrich. Vind. p. 201. Ex Apul. de Herb. cap. 2. Herba quinquefolium contrita, potui ſi datur cum vino, mire remediatur Idem cap. 195. Febricitanti mira remediaberis. V. & 122. & Rhodii Lexicon Scribonian.

Rĕmĕdiātus, a, um. Partic. Scribonius Largus compoſ. 122. extr. Oportet tamen non indifferenter remediatos in futurum vivere. Paulo poſt, Ante quam remediati erunt. Conf. Tertull. ad Scap. cap. 4.

Rĕmĕdiātio, ōnis. f. Scribonius Largus comp. 18. Quod ſignum eſt remediationis.

Rĕmĕdiātor, ōris. m. Tertull. contr. Marc. 4. 8. Remediator valetudinum. Idem cap. 35. Remediator languorum.

Rĕmĕdiābĭlis, e. Adj. Sen. Epiſt 95. Minora peccantes & levi cura remediabiles. Caſſiod. Varr. 3. 14. Remediabile bonum eſt in peccatum accelerata correctio.

Rĕmĕlĭgo, inis. f. Remeligines, & Remoræ a morando dictæ ſunt. Plaut. Caſ. 4. 3. 7.
— nam quid illæ nunc
Tam diu intus remorantur remeligines. Afranius in Prodito, remeligo a laribus miſſa ſum. Lucill. Quænam vox ex te reſonans, meo gradu remorem facit. Feſt. Al. Remoragines. al. omnino omittunt. Conf. Dacer. ad Feſt. not.

Rĕmĕo, [ἀναστρέφομαι] āre. Retromeare, redire, reverti. Plaut. Aſin. 2. 3. 75.
Remeato audacter: mercedem ſi eris nactus, nunc abi. Martial. lib. 1. 99.
Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.
Remeare, redire, ut Commeare, ultro citroque ire. unde Commeatus dari dicitur, id eſt tempus, quo ire, redireque poſſit. Afranius in Emancipato, Vetuit me ſine mercede profeſſum paucius remeare in ludum. Feſtus.
Remeare ad. Virg. 2. Æn. 95.
Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.
Remeare ex. Varro 3. de R. R. cap. 5. Idemque faciunt, quum ex Italia trans mare remeant.
Urbem remeare. Virg. 11. Æn. 793.
Aer remeat. Cic. 2. de Nat. Deor 118. Neque remearet aer, cujus ortus, aqua omni exhauſta, eſſe non poſſet. Al. Remaneret, vel Remanaret.
Remeant equæ Plin. lib. 6. cap. 27.
Calor remeat peſtifer. Plin. lib 7. cap. 50.
Dies remeat. Tibul. lib. 1. 4. 28.
Remeare in ſe, pro Replicari, ſive revolvi. Senec. Epiſt. 36. Obſerva orbem rerum in ſe remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingui, ſed vicibus deſcendere ac reſurgere.
Remeandi, do, dum. Lucret. lib. 4. 724.
— aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur, in remeando
Lædere ne poſſint, &c. i. e. In redeundo.

Rĕmĕans, antis. Partic. [ἀναστρεφόμενος] Tacit. 1. Ann. 3. Cajum remeantem Armenia, & vulnere invalidum, mors fato propera, vel novercæ Liviæ dolus abſtulit.

Rĕmĕātus, ûs. m. Martinus in l. Relegati, in fine. D. de pœnis, Nemo poteſt commeatum, remeatumve dare exſuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa. *Rappel de ban.* Budæus.

Rĕmĕābĭlis, e Adj Prudent Apoth. 1053.
— e tumulo cum jam remeabilis adſtat.
Cerno Deum.

Rĕmĕācŭlum, i. n. Apul. Met lib. 6. pr. Illuminarium Proſerpinæ nuptiarum demeacula, & luminoſarum filiæ inventionum remeacula.

Rĕmētior, menſus ſum, [ἀναμετρέω] iri. Rurſum metiri. Aliquando etiam Reddere.
Aſtra ſervata remetior. Virg. 5. Æn. 25.
Iter remenſus Stat. 3. Theb. 324.
Mari remenſo ire. Virg. 3. Æn. 143.
Pelagus remetiri. Virg 2. Æn. 181.
Stadia 3 & x fuere, quæ remenſi ſunt. Curt. 5. 3. extr.
Voluntatem apud. Cicer. Ego autem voluntatem tibi profecto remetiar. Ubi eſt Emetiar. V. emetior. H. St. De Clar Or. 16. ubi V. not. Gruter.
Remetiri, pro Recognoſcere. Senec. 3. de Ira 36. Quum ſublatum e conſpectu lumen eſt, & conticuit uxor, moris jam mei conſcia, totum diem mecum ſcrutor, factaque dictamea remetior. Plin 8. Epiſt. 11. Jam ſibi, jam mihi reddita, incipit refici, tranſmiſſumque diſcrimen convaleſcendo remetiri.
Fabulam illam tuam remetire. Apul. lib 2. Met. p. 123. Elmenh.
Remetiri, pro Penſare vel remunerari Quintil. Decl. 12. 19. extr. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem noſtram addicimus.

Rĕmenſus, a, um. Partic. Martial. lib. 6 89.
Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus.
Remenſum ſpatium. Lucret. lib. 2. 515.
Finiti' eſt, retroque pari ratione remenſum eſt.
Peſſiva, Pelagoque remenſo. Virg. 2. Æn. 181.

Remex, V. remus.

Remigero, V. remigro.

Remigium, **Remigo**, V. remus.

Rĕmĭgro, ſec. comm. [ἀπομετοικίζομαι] āre. Iterum migrare, reverti. Cic. 1. Tuſc. 118 In noſtram domum remigremus. Idem 1. Acad. 13. Remigrare in domum veterem e nova.
In locum remigrare. Lucret. lib. 2. 965.
Romam tibi remigrandum eſt. Cic. 9. Fam. 18.
Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad juſtitiam remigraret. Cic. 5. Tuſc. 62.
Remigrare, ad alia tranſlatum Plaut. Pœn. prol. 47.
Ad argumentum nunc viciſſatim volo
Remigrare. Idem Epid. 4. 1. 42.
— remigrat animus nunc demum mihi.

Remigĕro, āre. Antique pro Remigrare. Reverti. Plaut. Perſ. 4. 6. 3.
Crumenam hanc emere, aut facere, ut remigeret domum. Al. Remigret.

Remillus, V. remus.

Reminiſcentia, V. reminiſcor.

Rĕmĭniſcor, ēris, [ἀναμιμνήσκομαι, ἀναπολέομαι] iſci Depon. Recordari: quod fit quum ea, quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varro 5. de L. L. 6.

L. 6. quaſi iterum rem in mentem revocare. Jungitur aliquando Genitivo, aliquando etiam Accuſativo.
Genitivo. Cic. 4. Att. 2. Reminiſcebantur enim Calendarum Januar. Cæſ. 1. Bell. Gall. 13. Reminiſceretur veteris incommodi.
Accuſativo. Ovid. 5. Triſt. 4. 30.
Sæpe etiam mærens tempus reminiſcitur illud.
Aliquem animo reminiſci. Ovid. 1. de Pont. 8. 31.
Nam modo vos animo dulces reminiſcor amici.
Actus miſeros reminiſcitur. Stat. 12. Theb. 391.
Dies reminiſcor illos. Accius apud Nonium 9. 8. Heu me miſerum, quum hæc recordor, quum illos reminiſcor dies. Ubi plura V.
Reminiſci & Recordari aliquid. Cic. de Senect. 79. Magno eſſe argumento, homines ſcire pleraque antequam nati ſint: quod jam pueri, quum artes difficiles diſcant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci & recordari.
Reminiſcentem recordari de re aliqua. Cic. pro Ligar. 36. Quoniam hoc eſt animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de hujus Quæſtoris officio cogitantem, etiam de aliis quibuſdam Quæſtoribus reminiſcentem, recordari.
Reminiſcendo recognoſcere. Cic. 1. Tuſc. 29. Declarare ſe, non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere.
Reminiſcens, entis, Partic. Cic. Anteq. iret in exſil. 22. In noſtro eventu aliorum reminiſcentes caſus.
Reminiſcentia, æ. f. Tertull. de Anima, cap. 23.
Reminiſcentiæ, plur. Arnob. lib. 2.
Remiſceo, ui, [ἀναμίγνυμι] ēre. Idem quod ſimplex Miſceo. Hor. in Arte Poet. 151.
Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet.
Remiſtus, vel **Remixtus**, a, um. Partic. ut, Venenum remiſtum. Sen. lib. n. de Tranquil. vitæ. Al. de Conſt. cap. 7. Venenum mihi dedit aliquis, ſed vim ſuam, remiſtum cibo, perdidit. Paulin. 6. Nat. Fel. 80. Remixto corpore.
Remitto, miſi, miſſum, [ἀναπέμπω, ἀποστέλλω, ἀνίημι, ἀφίημι, λύω, ἐνδίδωμι] ēre. Retro mittere, ut ait Perottus. Plaut. [Forte in ſuppoſ.] Munere accipit frequens, remittit nunquam. Ovid. 13. Met. 702.
Nec leviora datis Trojani dona remittunt.
Remittere, primo loco: & Mittere, ſecundo. Cic. 16. Fam. 1. Volebam ad te Marionem remittere, quem quum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres. [Nempe quia & ante jam miſerat.
Ablativo pretii aliquando jungitur. Curt. lib. 4. 11. 15. Captivos, ſi placet reddi, honeſtius dono dabimus, quam pretio remittemus.
Remittere aliquem ſub furca. Plaut. Caſ. 2. 8. 1.
Sine modo rus veniat, remittam ad te virum
Sub furca in urbem, tanquam carbonarium. Quo loco Turnebus, Furca aptati geſtabantur carbones, & furciferi ſervi ſub furca plectabantur, & in axe ſæpius traducebantur. Ærumnæ etiam furculæ erant, quibus onera tollebantur ferebanturque. Hæc ille. Al. Cum furca.
Ædes remittere alicui, quas emeris. Plaut. Moſt. 3. 2. 111.
Mandata remittere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 10. Illi, re deliberata, reſpondent, ſcriptaque ad eum mandata per eos remittunt.
Nuncium ad aliquem. Plaut. Capt. 2. 3. 15.
Remittere, Rurſus emittere, reddere. Columel. lib. 1. cap. 6. Plin. lib. 9. cap. 18. His aquam acceptam ore remittunt.
Remittere, Concedere, condonare, dimittere, ignoſcere, & Dativo conſtruitur.
Remitto & Condono. Cic. 5. Fam. 10. Meam animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi & condono.
Dionyſio ego, non modo placabilem me præbuiſſem, ſed totum remiſiſſem. Idem 10. Att. 16.
Culpam remittens. Valer. 3. Argon. 407. i. e. Condonans.
Legem. Curt. lib. 6. 11. 20. Legem ſe ſupplicio conjunctis ſontium remittere edixit.
Pœnam. Liv. 40. 10.
Verba aſpere remittere alicui, i. e. Non acrius objurgare aliquem. Ovid. n. de Pont. 6. 8.
Urgere, & nihil remittere. Cic. 4. de Finib. 77.
De cuſtodia remittere, Negligentiorem fieri in cuſtodiendo. Columel. lib. 1. cap. 8. ad finem.
De ſupplicio remittere. Cic. 7. Verr. 82. Aliquid de ſummo ſupplicio remitteres. i. e. Minueres ſupplicium.
De voluntate nihil remittere. Cic. ad Brut. 17. Perſuade tibi de voluntate mea nihil eſſe remiſſum, de judicio largiter.
Ex regis aliquid vis tu remittere? Plin. Epiſt. 194.
Ex virtute priſtina remittere aliquid. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 28.
Annum remittere alicui. Plin. 7. Epiſt. 16. Ille me in Tribunatu, &c. quum mihi Cæſar annum remiſerit. i. e. Anno citius petere ſiverit, quam lege licuit.
Animum remittere a. Liv. 39. 24. Nunquam tamen remiſit animum a colligendis in pace viribus, quibus, quandocunque data fortuna eſſet, ad bellum uteretur. i. e. Nunquam ceſſavit colligere vires, &c.
Ardorem pugnæ remittere. Liv. 35. 5. h. e. Minuere.
Contentionem. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 14.
Curas remittens. Stat. 4. Silv. 6. 1.
Curam animi remittere. Cic. 6. Verr. 137. Quum diutius in eo negotio, curaque fuiſſem, ut requieſcerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii præclaras tabulas revertebar.
Diligentiam in. V. Memoriam.
Iracundiam. Cic. 8. Philipp. 19. Quotidie aliquid iracundiæ remittebat.
Iras. Virg. 4. Georg. 536.
Labores remittere, Ceſſare a laboribus, ſive minus & parcius laborare. Martial. lib. 10. 82.
Memoriam remittere. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 13. Quod fere pleriſque accidit, ut præſidio litterarum diligentiam in perdiſcendo ac memoriam remittant. i. e. Memoriam non curent, & negligant meminiſſe.
Nervos remittere, & Intendere, contraria. Plin. lib. 26. cap. 10.
Numeros in cantu. Cic. 1. de Legib. 11. Quemadmodum Roſcius familiaris tuus in ſenectute numeros in cantu remiſerat. V. NUMERUS.
Opera belli remittere. Liv. 30. 3. pr.
Saporem remittere, pro Minus acrem reddere, vel temperatiorem. Senec. de Provident. Non mutant ſaporem maris, neque remittunt quidem.
Sonum vocis intendere, & Remittere, contraria. Cic. in Orat. 59.
Spiritus remittant, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam. Cic. pro Flacc. 38.
Tempus nullum remittis, neque te reſpicis. i. e. Non ceſſas. Ter. Heaut. 1. 1. 18.
Remitto, Permitto, ſino, concedo. Ovid. 11. Met. 376.
Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit. Cic. 10. Att. 5. Tullium & Servium queſtos eſſe, quia non idem ſibi, quod mihi remiſiſſet. V. Burm. ad Quintil. Decl. 2. 1. & Drakenb. ad Sil. 17. 167.
Remittere alicui aliquid, Concedere. Cic. 4. Acad. 106. Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, quod minime vis: aut memoriam mihi remittas oportet, & facile eſſe ei locum, etiam ſi comprehenſio, perceptioque nulla ſit. i. e. Concedas mihi memoriam eſſe.
Remittere, Rurſus demittere: cui contrarium eſt Erigere. Plin. lib. 8. cap. 32. Quum erexere aures, acerrimi auditus: quum remiſere, ſurdi.
Remittere, pro ſimplici Mittere apud antiquos. Lucilius, Cohibet domi mæſtus ſe Albinus, repudium quod filiæ remiſit. Nonius 4. 398.
Nuntium remittere uxori, Repudiare uxorem. Cic. in Topic. 19. Si mulier, quum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur.
Repudium remittere, Repudiare. Ter. Phorm. 5. 7. 35.
Quum ego veſtri honoris cauſa repudium alteræ
Remiſerim, quæ dotis tantundem dabat.
Remittere cum Infin. Ceſſare. Ter. And. 5. 1. 8.
Nam ſi cogites, remittas jam me onerare injuriis.
Remittere, Diſſolvere. Virg. 4. Georg. 35. — frigore mella
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.
Animum remittere, Delectare, inquit Nonius 4. 398. cui contrarium eſt Intendere. Cic. in Hortenſ. Quæro enim, non quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem, ac remittam.
Animos remittere & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Legib. 38. Et incitat languentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit. De cantu.
Fila incœpta remiſit. Ovid. 2. Faſt. 755.
Frena remittere equo, Laxare. Ovid. 1. Triſt. 4. 14.
Frenos remittere dolori, per tranſlationem. Plin. lib. 5. Epiſt. 104.
Frontem remittere, Minus ſeverum effici. Plin. 2. Epiſt. 5. Idem tamen, qui a te hanc auſteritatem exigo, cogor id quod diverſum eſt poſtulare, ut in pleriſque frontem remittas.
Habenas adducere & Remittere, contraria. Cic. de Amicit. 45.
Vincula ſæva. Ovid. 2. de Arte Am. 291.
Vultum. Ovid. n. de Pont. 2. 65.
De ſuo remittere, Pati deduci. Cic. pro Rabir. Poſt. 31. Neque fuit Gabinii, remittere tantum de ſuo, nec regis imponere tantum pati ſuis.
Ex pecunia remittere. Cic. 5. Verr. 81. In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat.
Debitum remittere. Cic. 13. Att. 23. Ne exiſtimes eos, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros.
Decimam ejus, quod ſolveris. Plin. Epiſt. 155. Rurſus ergo iis, qui ſolverant, ejus quod ſolverant, decimam remiſi.
Horam remittere de ſuis legitimis horis, Prætermittere, præterire. Cic. 3. Verr. 121. Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam.
Inimicitias ſuas remittere Reip. Condonare in gratiam reip. Liv. 39. 5.
Interceſſionem remittere, Ceſſare ab interceſſione. Liv. 38. 54.
Jus domini ægro, Manumittere. Martial. lib. 1. 96.
Lacrimis remittere, adoleſcentiæ alicujus remittere. Plin. Epiſt. 198.
Multam remittere. V. Multam dicere, in DICO.
Voluntate remittere. Liv. 35. 45.
Remittere alicui dicimur, quæ non exigimus ab eo, etſi debita.
Beneficium ſuum alicui. Cæſ. 2. Bell. Civil. 32. extr.
Nomen remittere. Tacit. 4. Hiſt. 11. Vim principis complecti, nomen remittere.
Officium alicui remittere, cui opponitur Exigere. Plin. Epiſt. 143. i. e. Condonare.
Remittere, intranſitive, Minui. V. COLOR.
Dolores pedum remiſerunt, i. e. Remiſſiores facti ſunt. V. DOLOR.
Febres ex toto remittuntur. Celſ. lib. 3. cap. 12. Horror autem eas fere febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur.
Furor ille ſe remiſit. Ovid. 4. Epiſt. 51.
Hiems ſe remittit Vere. Tibul. lib. 3. 5. 4.
Imbres remiſerunt. Liv. 40. h. e. Ceſſarunt, vel Minores fuerunt.
Cauſam integram ad Senatum remittit, Rejicit. Tacit. 3. Ann. 10. 5.
Librum remittere dicitur arbor, quando librum ſua ſponte relinquit. Columel. lib. 11. cap. 2. Poſſuntque, ſi jam librum remittunt, inſeri oleæ, vel emplaſtrari.
Opinionem, Dimittere. Cic. pro Cluent. 6. Deinde ſi quam opinionem jam veſtris mentibus comprehendiſtis: ſi eam ratio convellet, ſi ratio labefactabit, ſi denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eamque animis veſtris aut libentibus aut æquis remittatis. i. e. Diſcedatis ab ea.
Remittor, eris. Paſſ. pro Interquieſco, occupationes intermitto, & animum remitto. Plin. 1. Epiſt. 16. Erucio, Eſt ergo mecum per diem totum: eundem antequam ſcribam, eundem quum ſcripſi, eundem etiam quum remittor, non tanquam eundem lego.
Lege remiſſum, Conceſſum lege. Ovid. 2. de Arte Am. 599.
Thyades membra remiſſæ. Senec. OEdip. 5.
Remittens, entis. Partic. Valer. Flacc. 3. 407. Culpam remittens.
Remiſſus, a, um. [ἀνειμένος, ἀνετός] Partic. ut,
Ambage remiſſa. Ovid. 7. Met. 149.
Hos populos potius in dotem, ambage remiſſa,
Accipe. i. e. Omiſſa. Alii legunt, Ambage remota.
Ramus adductus, quum remiſſus eſſet, in oculum recidit. Cic. 1. de Divin. 123.
Sanguis e pulmone remiſſus, i. e. Ejectus. Ovid. 1. de Pont. 3. 19.
Remiſſus, Adj. Laxus, negligens.
Triſtia & Remiſſus, contraria. Cic. pro Cæl. 13. Cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde: cum ſenibus graviter, cum juventute comiter: cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivere.
Remiſſus & Acris, contraria. Cic. 3. de Finib. 2. Quanquam in eo ſermone, qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus: tamen hæc acrior eſt cum Stoicis parata contentio.

Remiſſionem eſſe, & Summo jure contendere, contraria. Cic. 16. Att. 15. Ego, ſi me non improbiſſima Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe utrum remiſſior eſſem, an ſummo jure contenderem.
In ulciſcendo remiſſior. Cic. Poſt redit. ad Quirit. 23.
Remiſſus animo. Cæſ. 2. Bell. Civil. 14.
Mente remiſſus. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 143.
Remiſſior æſtimatio, quam annona. Cic. 5. Verr. 214. Remiſſior aliquanto ejus fuit æſtimatio, quam annona.
Animus remiſſus. Cic. 2 de Divin 81. Hæc ſcilicet in imbecillo remiſſoque animo multa omnibus modis confuſa & variata verſantur.
Animo leni & remiſſo eſſe. Cic. 2. de Orat. 193.
Animo ad otium & ad omnem comitatem remiſſiſſimo. Suet. Auguſt. cap. 98.
Corpus contentum & Remiſſum, contraria. Cic. 2. Tuſc. 54. Onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt.
Digitos inter remiſſos cecidere pocula. Propert. lib. 4. 9. 27.
Frigus remiſſius. Cæſ. 5. Bell. Gall. 12.
Genus dicendi remiſſius. Cic. pro Sext. 115. Facit, Judices, veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, ut mihi jam liceat putem remiſſiore uti genere dicendi.
Ira remiſſior. Liv. 24. 39.
Opus remiſſum, Humile & non magnæ artis, aut magni laboris. Ovid. 2. Triſt. 547.
Pectus remiſſum. V. PECTUS.
Studia remiſſa temporibus. Cic. 1. Tuſc. 2.
Ventus remiſſior. Cæſ. 3. Bell. Civil. 26.
Remiſſus, Solutus febri. Plin. 7. Epiſt. 1. Quin etiam, quum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus unctuſque, acciperem a medico potionem, &c.

REMISSE, Adv. [ἀνειμένως] Leniter vel laxe. Salluſt. Pauca timide, remiſſeque locutus abſceſſit. [An Demiſſe? locum fruſtra quæſivi.
Remiſſe, Lente, & veluti remiſſo, id eſt laxato animo. Cic. 3. de Orat. 27. Quis unquam res, præter hunc, tragicas pæne comice, triſtes remiſſe, ſeveras hilare, forenſem ſcenica prope venuſtate tractarit? Nonius 4. 398. Remiſſe hoc loco, Læto animo interpretatur.
Remiſſe diſſerere, & Nervoſe, contraria. Cic. 3. Off. 106. Nervoſius qui iſta diſſerunt, ſolum audent malum dicere id, quod turpe ſit: qui autem remiſſius, hi tamen non dubitant ſummum malum dicere.
Remiſſe ſe gerere, ἀνεῖναι. H. St.
Remiſſius agere. Cic. 1. de Finib. 1. Quidam autem non id tam reprehendunt, ſi remiſſius agatur: ſed tantum ſtudium, tamque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.
Agere verſum leniter, remiſſe, non actuoſe. Cic. 3. de Orat. 102.
Remiſſe, leniter, urbane cum aliquo, cui opponitur Graviter, ſevere, priſce Cic. pro Cæl. 33.
Remiſſe & Vehementer, contraria. Cic. 6. Verr. 76. Quum iſte nihilo remiſſius, atque etiam multo vehementius, inſtaret quotidie.
Remiſſe, & Serio contraria. Suet. Claud. cap. 33. Ingredientem deſtituebant poplites minus firmi, & remiſſe quid, vel ſerio, agentem multa dehoneſtabant. conf. Non. 4. 398.

REMISSIO, ōnis f. [ἄνεσις, ἄφεσις, χάλασις, λύσις] Plin. 4. Epiſt. 3. ad Hadrianum, Ego tamen te vel magis in remiſſionibus miror; nam, &c. Alii legunt Remiſſioribus, id eſt levioribus, & hilarioribus.
Remiſſio pœnæ. Cic. 4. in Catil. 13.
Remiſſio, Relaxatio & diſſolutio. Cic. 5. Fam 2. Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima injuria remiſſio animi ac diſſolutio.
Quies & remiſſio. Cic. pro Cæl. 39. Quem, non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia, delectarent.
Danda tamen eſt omnibus aliqua remiſſio. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Non inutilis laborum remiſſio. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Remiſſio morbi ſeneſcentis. Cic. 7. Fam. 26. Viſa eſt mihi, vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe.
Remiſſio animorum. Cic. 9 Fam. 24. Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atque victus, remiſſionemque animorum, quæ maxime efficitur ſermone familiari, qui eſt in conviviis dulciſſimus.
Remiſſio & moderatio vocis. Cic. de Clar. Orat. 313.
Contentio vocis & Remiſſio, contraria. Cic. 1. de Orat. 261.
Remiſſio & contractio ſuperciliorum. Cic. 1. Off. 146. Ex oculorum obtutu, ex elevatione, aut ſuperciliorum remiſſione, aut contractione.
Remiſſio penſionis. Suet. Jul. cap. 20.
Remiſſio, Relevatio. Columel. lib. 1. cap. 7. Nam ubi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam detrimentum affert, eoque remiſſionem petere colonus non audet. *Rabais de ſon marché.*
Remiſſiones. Tacit. in Vita Agric. cap. 9. Jam vero tempora curarum remiſſionumque diviſa. conf. ſupra Plin.

REMISSOR, ōris. m. Ambroſ. de Off 1. 7. & Chryſolog. Serm. 84.
REMISSA, æ. f. pro Remiſſione. Cyprian. lib. 3 Epiſt. 14. Tertull. adv. Marc. 4 18. conf. Zimmern. Anal. Miſcell. Menſ. 5. §. 1.
REMISSĀRIUS, a, um. Adj. [ἀνετικός] ut, Remiſſarius vectis in ſucula torcularis, quia frequenter remittitur: vel quia ad remiſſionem factus eſt. Cato R. R. cap. 19. Vectes longiſſimos pedum decem & octo, ſecundos pedum ſexdecim, tertios pedum quindecim, remiſſarius pedum duodecim.
REMISSĪVUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 3. 4.
REMISSUS, V. REMITTO.
REMOBOTH, Monachorum genus apud Ægyptios deterrimum. Rhodiginus lib. 10 Antiq. lect. cap. 4. Quia vero Antonii anachoretæ facta mentio eſt, ambigentque forſan multi, quæ ſit cognominis ejus ratio: ſciendum in Ægypto tria fuiſſe monachorum genera. Quidam Cœnobitæ dicebantur, vel ejus gentis lingua *Sauſes*. Alii Anachoretæ, qui deſerta fere incolebant: unde & nominis profluit ratio, ex Græcæ linguæ interpretamento. Tertios Remoboth appellant, deterrimos, neglectoſque: quibus mos eſt, ut bini ternive habitent ſimul, ſuoque vivant arbitrio, conquiſita in medium conferentes. Verum apud eos omnia affectata, laxæ manicæ, follicantes caligæ, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, inquit Hieronymus.
REMŌLIOR, [ἀνακινέω] iri. Rurſus moliri, vel De ſuo loco pellere. Ovid. 5. Met. 354.

Sæpe remoliri luctatur pondere terræ,
Oppidaque & magnos devolvere corpore montes. De Typhoeo.

h. e. Excutere: vel decutere & demoliri.
Arma remolitur. Sil. lib. 1. 36. i. e. Retractat, & inſtaurat. conf. REMOLLIO.
REMOLĪTUS, a, um. Partic. ut, Orbis remolitus. Sen. Herc. Fur. 6.
REMOLLESCO, [ἀναμαλάττομαι] ĕre. Molle fieri. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 2. Vinum ad ſe importari non ſinunt, quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atque effeminari arbitrantur.
Cera remolleſcit ſole. Ovid. 10. Met. 285. Idem 9. Met. 661.

Sole remolleſcit, quæ frigore conſtitit unda.

Remolleſcere, per translationem, Mitem & placatum fieri. Ovid. 1. Met. 377.

— precibus ſi numina juſtis
Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum.

REMOLLIO, ivi, itum, [ἀναμαλάττω] ire. Valde, vel rurſus mollire. Columel. lib. 2. cap. 12. extr. Nihil itaque amplius in iteratione, quam remolliri terra debet æqualiter. Sed in emendatis codd. legitur Remoliri.
Artus tactus remollit Salmacis. Ovid 4. Met. 286.
REMOLLĪTUS, a, um. Partic. [ἀναμαλαχθείς] Suet. in Auguſt. cap. 79. Vultu erat, vel in ſermone, vel tacitus, adeo tranquillo ſerenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quo minus, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium, per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in præcipitium propelleret.
Grana humore remollita. Apul. Herb. cap. 3.
REMONIUM, i. n. Locus juxta urbem, quem ad inauguranda templa Remus cepit. Alexander lib. 6. Genial. dier. cap. 11. Al. Remoria. q. V.
REMŌRA, æ. f. a Remo, Romuli fratre, appellatio. Ennius apud Cic. 1. de Divin. 107.

Certabant urbem Romam, Remoramne vocarent.

Sic in manuſcriptis. Editi habent, Remamne vocarent. Turnebus priorem ſcripturam magis probat. Adverſ. 23. 4. V. Grut. not. conf. REMURIA in REMUS.
REMORA, Appellativ. REMORES, V. REMORES.
REMORBESCERE, [ἀνανοσεῖν] In morbum recidere, inquit Feſtus. Verbum antiquum.
REMORDEO, di, ſum, [ἀντιδάκνω] ēre. Mordere eum a quo quis eſt morſus.
Remordere, Cruciare, ſollicitare. Virg. 1. Æn. 261.

— quando hæc te cura remordet.

conf. Claud. de Bell. Get. 302. Lucret. 3. 840.

Præteritiſque admiſſa malis peccata remordent.

Animus conſcius remordet. Lucret. lib. 4. 1129.
Libertatis deſiderium remordet animos. Liv. 8 4.
REMORSŪRUS, a, um. Partic. [ἀντιδήξων] Hor. Epod. 6. 4.

Quin huc inanes, ſi potes, vertis minas,
Et me remorſurum petis?

REMŎROR, [ἀναβάλλω, ἐπέχω, ἀνέχω, περιέλκω] āri. Retardare: a Remora piſce, ut ait Donatus. Ter. And. 4. 4. 18.

Monebo, ne quod veſtrum remorer commodum.

Idem Eun. 2. 3. 10.

Ut illum di, deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.

Ituros remorari. Ovid. 13. Met. 220.
Verba & preces puellæ me remorantur. Propert. lib. 1. 6. 5.
Aliquem remorari a re aliqua. Cic 1. in Catil. 4. Num unum diem poſtea L. Saturninum Trib. pleb. & C. Servilium, mors a Reipub. pœna remorata eſt?
Gradum remorari. Plaut. Perſ. 1. 2. 28.
Iter. Ovid. 11. Met. 233.
Pœnam. Ulpian. in l. Si quis filio. §. Quid tamen. D. de injuſto teſtamento.
Spes alicujus. Cic. 3. Att. 13. Scito te me iis epiſtolis potius, & meas ſpes ſolitum eſſe remorari.
Remorari, ſine caſu. Liv. 37. 45. In deteriore ſua fortuna pacem faciet ma, quia ſerius facit, quam facere potuit; ſi nunc remoratus fuerit, &c. Vetus codex habet Moratos. Plaut. Caſ. 4. 3. 7.

— nam quid illæc nunc
Tam diu intus remoratur, quaſi ob induſtriam?

Non diu remoratus es. Catul in Epithal. Mallii, 59. 200.
REMŎRANS, antis. [ἀναβάλλων] Partic. Ovid. 6. Faſt. 772.

Et fugiunt, freno non remorante, dies.

conf. Ovid. 4. Met. 137. & 10. 671.
REMORĀTUS, a, um. Partic. [ἀναβεβλημένος] ut, Calamitas remorata longius ſerpit. Cic. Anteq iret in exſil. 14.
REMORĀTIO, ἀναστροφή, διατριβή.
REMORĀTOR, περιέλκτης. } In Vet. Gloſſ. Cyrill.
REMORĀTRIX, περιέλκτρια.
REMORĀMEN, inis. n. Ovid. 3. Met. 567.

— remoraminaque ipſa nocebant.

V. Heinſ.
REMŎRA, æ. f. [περιελκυσμός] Idem quod Mora, vel Retardatio. Lucilius, Quæ vox ex te reſonans meo gradu remoram facit? Plaut. Trin. 2. 2. 15.

Quæ in rebus multis obſtant, odioſæque ſunt,
Remoramque faciunt rei privatæ & publicæ.

Idem Pœn. 4. 2. 106.
Remora, [ἐχενηΐς] Animal aquatile, admodum breve: a remorando nomen trahens, quod navem, cui adniſum ſit, remoretur. Plin. lib 32. cap. 1. Tamen omnia hæc pariterque eodem impellentia unus ac parvus admodum piſciculus, echeneis appellatus, in ſe tenet. Ruant venti licet, & ſæviant procellæ, imperat furori, vireſque tantas compeſcit, & cogit ſtare navigia: quod non vincula ulla, non ancoræ pondere irrevocabili jactæ. Et paulo poſt, E noſtris quidam Latinis remoram appellavere eum.
REMŌRES, um. m. pl. Aves in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Feſtus. conf. REMUS.
REMŎVEO, mōvi, mōtum, [ἀπωθέω, ἀφαιρέω, διαζεύγνυμι, μεθίστημι] ēre. Amovere, abducere, auferre. Cic. 16. Fam. 12. Accepimus conditiones, ſed ita, ut removeat præſidia ex his locis, quæ occupavit.
Infantem removere, A lacte depellere. V. INFANS.
Manus removere ex oculis. Ovid 9. Met. 390.
Oculos removere, & ſe totum avertere. Cic pro Corn. Balb. 11. Fuiſſe judicem ex illis equitibus Romanis, graviſſimis viris, neminem, qui non removeret oculos, & ſe totum averteret.
Artem removere. Cic. in Brut. 48. Lyſiam primo profiteri ſolitum artem eſſe

eſſe dicendi: deinde quod Theodoros eſſet in arte ſubtilior, in orationibus autem jejunior, orationes eum ſcribere aliis cœpiſſe, artem removiſſe. Similiter Iſocratem primo artem dicendi eſſe negaviſſe, ſcribere autem ſolitum aliis orationes, quibus in judiciis uterentur. Artem removiſſe, h. e. Negaviſſe ullam eſſe artem dicendi, ut multi alii negarunt: quod Cic. 1. de Orat. 90. ſcripſit. Ita vero interpretandum docet particula, Similiter, quæ ſequitur. Et Quintil. lib. 2. cap. 18. ſcribit Lyſiam negaſſe artem eſſe.
Cauſas deſidiæ removere. Ovid. 3. Triſt. 7. 31.
Invidiam a ſe removere. Ovid. 12. Met. 626.
Metum. Liv. lib. 2. 2. Hunc tu, inquit, tua voluntate, L. Tarquini, remove metum.
Moram. Plaut. Stich. 2. 1. 37.
Operam ſuam a populari cœtu. Cic. 4. Acad. 18. Quod ſi, quum fungi munere debeamus, non modo operam noſtram nunquam a populari cœtu removemus, ſed ne litteram quidem ullam facimus niſi forenſem.
Pudorem. Ovid. 8. Met. 157.
Suſpicionem levare, atque ab ſe removere. Cic. 3. Verr. 136. Tum iſte, homo innocens, qui illam ſuſpicionem levare, atque ab ſe removere cuperet.
Vim procul hinc remove. Ovid. 1. Amor. 14. 29.
Nubem animi removit ipſe dolor. Ovid. 1. Triſt. 3. 13.
Soporem cura removens. Ovid. 6. Met. 439.
Removere aliquem a legibus, Dejicere eum a ſpe legum ferendarum. Cic. 2. Q. frat. 5. Hunc Catonem Lentulus a legibus removit.
Removere aliquem a Rep. Poteſtate privare. Cæſ. 3. Bell. Civil. 31. Senatus Cœlium a Repub. removendum cenſuit. V. RESPUBLICA.
Removere ab oculis, & Occultare, idem. Cic. 1. Off 129. Quæ natura occultavit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, removent ab oculis.
Removere de medio, Clam auferre. Cic. pro Roſc. Amer. 23. Multa palam domum ſuam auferebat, plura clam de medio removebat.
Ex urbe me removi in montes. Hor. 2. Serm. 6. 16.
A vulgo & ſcena in ſecreta ſe removere. Hor. 2. Serm. 1. 18.
Miniſterio ſceleris me removi. Ovid. 3. Met. 645.
Se removere ab aliquo, pro Alienare. Cic. 4. Att. 8. Quid ſit, quod ſe a me removit, ſi modo removit, ignoro.
Se a negotiis publicis removere, Extricare ſe. Cic. 1. Off. 69. Multi & ſunt & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis ſe removerunt. i. e. Abdicaverunt ſe muneribus publicis. [Immo Abſtinuerunt publicis negotiis, vel Superſederunt.
Se ab amicitia alicujus removere. Cic. de Amicit 79.
Se a ſuſpicione alicujus commodi. Cic. 2. de Lege Agrar. 22.
Se arte ſua removere, Non eam exercere amplius. Cic. in Orat. 5. Ne opifices quidem ſe artibus ſuis removerunt, qui aut Ialyſi (quem Rhodi vidimus) non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari.
Remôſſe, pro Removiſſe. Lucret. lib. 3. 68.

— falſo terrore coacti
Effugiſſe volunt longe, longeque remôſſe.

A vulgo remôrant ſe in ſecreta, i. e. Removerant, ſeceſſerant. Hor. 2. Serm. 1. 71. Syncope eſt. Sil. lib 11. 175.

— hi ſunt qui jam dedere
Terrore expulſo, Sidicinaque bella remôrant.

REMŌTUS, a, um Partic. Cic. 7. Verr. 80. Remoto atque ablegato viro, non liberius quam ante, &c. Virg 1. Æn. 220.

Poſtquam exempta fames epulis, menſæque remotæ.

Ambage remota verum abdicit. Ovid 3. Faſt. 337.
Arbitris remotis, dicit, eſſe quæ ſecreto agere de Repub. velit, &c. Liv. 2. 37.
Cuſtos remotus. Hor. de Arte Poet. 161.
Delectu omni & diſcrimine remoto, officia tollebantur. Cic. 4. de Finib. 69.
Joco remoto, tibi hæc amiciſſimo animo præcipio. Cic. 7. Fam. 11. Quod & Amoto joco dicitur.
Nimbi verni jam remoti. Hor. 4. Carm. 4. 8.
Pietas remota. Lucan. lib. 3. 155.
Res remota ab aliquo. Cic. 2. Q. frat. 2. Sine dubio res a Lentulo remota videtur eſſe.
Remotus, Adj Qui longius abeſt.
Remotum procul. Cic. 5. Verr. 85. Etiamne hæc tam parva civitas, tam procul a manibus tuis atque a conſpectu remota?
Procul urbe remotus. Ovid. 4. de Pont. 9. 123.
Longa regione remotus. Ovid. 3. Triſt 4. 73.
Remotus ab aliqua re, & ſubauditur Animo.
Longe remotus homo ab ambitione. V. LONGUS.
A cupiditate remotus. Cic. 3. Verr 35 Quis tam remotus fuit a cupiditate?
Ab inani remotus laude & ſermonibus vulgi. Cic. 15. Fam. 4. Si quiſquam fuit unquam remotus ab inani laude, & ſermonibus vulgi, ego profecto is ſum.
A pudore remotus longiſſime. Cic. 2 de Lege Agrar. 31.
A religione remotus teſtis, Perjerus. Cic. pro Font. 11. Teſtibus, Judices, non credere cupidis, & iratis, & conjuratis, & ab religione remotis, non ſolum poteſtis, ſed etiam debetis.
Femina a viris remotiſſima, Non dedita libidini. Columel. lib. 12. cap. 1.
Vitio ab omni remotus. Hor. de Arte Poet 384.
A culpa remotus, Qui caret culpa. Cic. pro Muren 73.
A dialecticis remotus homo, i. e Alienus, non exercitatus in dialecticis. Cic. 14. Att. 12. Hæc conſcripſi x. Cal accubans apud Veſtorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum.
Ab injuriis alicujus remotiſſimus. Cic. 4. Verr. 160. Homines quietiſſimi, qui maxime, ab injuriis noſtrorum magiſtratuum remotiſſimi conſueverant eſſe, præſidio fœderis, &c. Al Remoti conſ. ſectius.
Ab oratoris officio procul remotæ quæſtiones, Sejunctæ. Cic. 1. de Invent. 8.
A ſenſibus remotum, Inſenſibile. Lucret. lib. 3. 149.
A ſuſpicione minimi errati remotiſſimus. Cic. 6. Verr. 40.
Res a memoria noſtra remota. Cic. 1. de Invent. 39. Quum autem res ab noſtra memoria, propter vetuſtatem, remotas ex litterarum monumentis repetere inſtituo, &c.
Locus ab arbitris remotus. Cic 7. Verr. 80.
Antrum remotius. Ovid. 6. Faſt. 181.

Sermo a ſtrepitu forenſi remotiſſimus. Cic. in Orat. 32.
REMŌTE, Adv. Compar. Cic. 2. de Nat. Deor. 87. de Stellis, Aliæ propius a terris, aliæ remotius eadem ſpatia conficiunt.
Superl. Remotiſſime. Auguſtin. de Trin. 12. 5.
REMOTIO, ōnis. f. [ἀπομάκρυνσις] Cic. 1. de Invent. 15. Ejus partes ſunt quatuor, conceſſio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. Ibid. Remotio criminis eſt, cum id crimen, quod infertur, ab ſe & ſua culpa, vi, & poteſtate, in alium reus removere conatur. Et 2. de Invent. 86. Remotio criminis eſt, cum ejus intentio facti, quod ab adverſario infertur, in alium, aut in aliud dimovetur. [Forte & in priori loco Demovere legendum.
RĔMŪGIO, ivi vel ii, itum, [ἀντιμυκάομαι, ἀναβοάω] ire. Reſonare mugitu. Ovid. 1. Met. 657.

— quodque unum potes, ad mea verba remugis.

Verba Inachi ad filiam mutatam in vaccam. h. e. Mugitum reddis, non verba.
Cælum remugit, Tonat. Virg 9 Æn 504.
Mons totus circum remugit. Virg. 12. Æn. 928. Terræ ſcil. Tremore.
Nemus remugit ventis. Hor. 3. Carm 10 5.
Nemus remugit bellatore. Stat. 12. Theb. 602.
Sinus Ionius remugiens Noto. Hor. Epod. 10. 19.
Tympanum remugit. Catul. de Berecynth. 61. 29.
Vox ingeminata, Echo. Virg. 3. Georg 45.

Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Antro remugit Sibylla. Virg 6. Æn 99.
Inſanis ululatibus remugit. Stat. 12. Theb. 274.
RĔMULCEO, ſi, ſum, [ἀναψάλλω] ēre. ut,
Corda ſtimulata remulcere. Stat. 8. Theb. 93.
Minas remulcere. Stat. 8. Theb 93.
Remulcere, pro Reflectere. Virg. 11. Æn. 812.

Ac velut ille, prius quam tela inimica ſequantur,
Continuo in montes ſeſe avius abdidit altos,
Occiſo paſtore, lupus, magnoque juvenco,
Conſcius audacis facti, caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, &c.

Caudam remulcens, inquit Turneb. Adverſ. 21. 22. i. e. Reflectens: ſic enim lupi & canes timentes reflectunt caudam, ut eam ſub verenda reducant. Sic & Demulcere aures pro Demittere dixit Lactantius. V. DEMULCEO.
REMULCO, V. REMULCUS.
RĔMULCUS, i. m. vel REMULCUM, i. n. ut vult Iſidor. 19. 4. Machina, trahendis navibus idonea. Cæſ. 3 Bell. Civil. 40 Ad Oricum venit, ſubmerſamque navim remulco, multiſque contendens funibus, reduxit. Liv. 25. 30. Itaque Marcellus nocte navim onerariam cum armatis remulco quadriremis, trahi ad Achradinam juſſit. Idem 37. 24. Contemplatus Eudamus hoſtes, claudas, mutilaſque naves apertis navibus remulco trahentes, viginti paulo amplius integras abſcedentes, &c. Qui locus aperte docet, Remulcum, non eſſe parvam navem, aut ſcapham, ut quidam ſunt interpretati. Quas enim Naves apertas Livius vocat, quis tam ſtupidus, ut Scaphas intelligat? Quis rurſum in ſuperioribus, ubi ſcribit Navim onerariam remulco quadriremis tractam, Quadriremem dici putet, aut parvam navem aut ſcapham? Certe nihil aliud eſt, Navim remulco trahi, quam Remigio ſive remigatione. Naves enim vel plus æquo oneratæ, vel fractæ, vel mutilæ, aliis navibus remigum plenis alligatæ ducuntur: ut quo ſimpliciter a nautis duci non poſſunt, aliorum navigiorum adminiculo perveniant. Itaque quemadmodum navis oneraria quadriremi alligata, eorum, qui in ea quadriremi erant remigio, trahebatur, ſic & naves claudæ mutilæque navibus apertis alligatæ. Sunt qui putent Remulcum eſſe Funem, ad quem navis alligata remorum vice trahitur, in quibus Iſidor. l. c. Sunt qui putent Haſtam eſſe prælongam unco ferreo præfixam, quo navis grandior a minore ſcapha attrahebatur. V. Voſſ. Etymol. Scheff. de Mil. Nav. 2. 5. p. 150. ſeq. conf. Lex. Pitiſc.
Tranſlate Ammian. 18. 5. Non contis, nec remulco, ut ajunt, id eſt, non flexiloquis ambagibus vel obſcuris, ſed velificatione plena in rempublicam ferebatur.
REMULCO, [ῥυμουλκέω] āre. Latinis minus in uſu. Proprie eſt, Remigando e ſcapha grandiorem navim trahere, quod aliquando non ſolum neceſſitatis gratia fit, ſed ut navis quietius agatur
Remulcare dictum, quaſi Molli & leni tractu ad progreſſum mulcere. Siſenna Hiſt. lib. 2. Si quæ celeriter ſolvi poterat, in altum remulcare trahit. Non. 1. 282. [Forte Remulco retrahit legendum Non vero enim, de verbo locutus, nomen, unde fluxit, e. g profert iſte Grammaticus. Suid. Ῥυμουλκῶ, ἕλκω, τὸ τὰς ναῦς ἕλκειν. conf. dict ſuper.
Remulco, eſt, Quum ſcaphæ remis navis magna trahitur, ait Feſtus.
RĔMŬLUS, i. m. Silvius cognomine, Rex Latinorum ob impietatem fulmine ictus. Ovid. 4. Faſt. 49.

Jam tamen Agrippam natum Remulumque nepotem
Viderat, in Remulum fulmina miſſa ferunt.

Rŏmulus. V. in suus.
REMUNCŬLUS, i. m. Navigium piſcatorium, inquit Nonius, 13 8. Salluſt. Hiſtor lib. 2. Primo incidit forte ſuper (alii per) noctem in remunculo piſcantis. Meminit & Gell. lib. 10. cap. 25. al. Renunculus, vel Lenunculus. V. Gell. loc. cit & ſuo loco.
RĔMŪNĔRO, [ἀντιμισθόω, ἀντιχαρίζομαι] āre. & REMUNĔROR, āri, depon. Retribuere, compenſare, beneficium reddere, mutuam gratiam referre. h e. Munere aliquo, munus aliud compenſare Plin Epiſt. 165. Remuneranda eſt igitur probitas eorum, &c. Cic. Poſt red in Senat. 8. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor? Idem 8. Att. 1. Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerare ſane volim.
Officio aliquem remunerare. Q. Cic. de Petit. Conſul. 29.
Remunerare præmio. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 44.
Remunerari aliquem munere. Cic. 9. Fam. 8. Ut poſſem te remunerari quam ſimillimo munere.
Ad remunerandum nihil ſuppetit præter voluntatem. Cic. 13. Fam. 13.
Suppliciis his te remunerabor. Catul. ad Calvum, 14. 24.
REMUNERĀTUS, a, um. Partic. Gell. 18. 13. Facete Diogenes ſophiſma remuneratus.
REMUNERĀTIO, ōnis. f. [ἀντιδωρεὰ, ἀμοιβή] Cic de Amicit 49. Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucundius. Idem 2. Off 68. A quo enim expeditior & celerior remuneratio fore videatur, in eum fere eſt voluntas noſtra propenſior.

REMUNERĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. cap. 36. A Deo remuneratore.

REMUNERĀBILIS, e. Adj. Sariſb. Epiſt. 143. Remunerabilius eſt exſulem ad bonorum participium invitare.

REMURIA, REMURINUS, V. mox REMUS.

REMURMŬRO, [ἀντιμορμύρω] āre. Contra murmurare. Stat. 5. Silv. 1. 153.

Qualiter alta comam ſilvarum gloria pinus,
Seu Jovis igne malo, ſeu jam radice ſoluta,
Deficit, & nulli ſpoliata remurmurat auræ. conf. Fortunat. lib. 3. carm.

RĔMUS, i. m. [Ῥῶμος, Ῥέμος] filius Martis & Iliæ, a fratre Romulo interemptus, ut ſcribit Liv. 1. 5. &c. Poſt cujus mortem, oborta peſtilentia, conſulto oraculo reſponſum eſt, placandos eſſe manes fratris extincti: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & corona, & ceteris regni inſignibus ſemper juxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare videretur: unde eſt illud Virg. 1. Æn. 296.

— Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt. Hæc Servius. Tibul. lib. 2. 5. 24.
Romulus æternæ nondum firmaverat urbis
Mœnia, conſorti non habitanda Remo. De ratione nominis ita Victor de Orig. gent. Rom. Romulum ſcribit a virium magnitudine appellatum: nam Græca lingua ῥώμη Virtutem dici, certum eſt: alterum vero Remum dictum a tarditate, quippe talis naturæ homines ab antiquis Remores dicti.

Fuit hoc nomine alius quidam Æmathionis filius. Item alius Latinorum tyrannus, de quo Plutarch. in Romulo.

RĔMŪRIA, orum. n. pl. Remi occiſi funeſti dies. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Etiam menſe Majo, dies quibus Remuria celebrantur, ut occiſi Remi umbra placaretur: & Nonis Julii, quæ Caprotinæ dictæ ſunt, qua die Romulus apparere deſiit. Poſtea Lemuria dicti ſunt. V. Lex. Philſc. Ovid. 5. Faſt. 479.

Romulus obſequitur, lucemque Remuria dixit. conf. ſeq. dict.

RĔMURĪNUS, a, um. Adj. ut, Remurinus ager dictus, Quia poſſeſſus eſt a Remo, & habitatio Remi Remora: ſed & locus in ſummo Aventino Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus. Paulus apud Feſtum. q. V.

RĒMUS, i. m. [ἐρετμός, κώπη, πλάτη] Inſtrumentum, quo naves aguntur. Cic. 3. Verr. 134. Quam multos eſſe oporteret, ex ipſo navigio, quod erat factum ſecundum remorum numero, conjiciebant.

Remi, ſunt navales pedes, ſicuti pleriumque remus remigis. Virg. 5. Æn. 153. — quam deinde Cloanthus
Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus
Tarda tenet. Ex Nonio 4. 393. [Sed Mercerus exhibet plenius & emendatius, Plerumque Remos remiges Virgilii auctoritate poſſumus dicere. Facit enim id h. l. poeta, per metonymiam adjuncti ſcil.

Breves remi. Juven. 15. Sat. 128.

Inflexus. Cic. 4. Acad. 19. Neque vero hoc loco exſpectandum eſt, dum de remo inflexo, aut de collo columbæ reſpondeam. i. e. Cur in aqua inflexus videatur.

Lenti remi. Sen. Hippol. 3.

Validi. Valer. 2. Argon. 318.

Abſtergere remos. Curt. 9. 9. 16. V. ABSTERGEO.

Adjicere velis remis. Ovid. de Rem. Amat. 790.

Admotum fretum remis. Ovid. 6. Met. 512. Hypallage.

Aptare remos. Virg. 5. Æn. 753.

Confiſa minutis remis cymba. Propert. lib. 1. 11. 9.

Conſurgunt ordine terno remi. Virg. 5. Æn. 120.

Contorſit remum in hoſtem. Lucan. lib. 3. 671.

Convulſum remis dehiſcit æquor. Virg. 5. Æn. 143.

Detergere remos tranſcurrentes. Cæſ. 1. Bell. Civil. 58. pr. V. DETERGEO.

Dare aliquem ad remum. V. in præpoſitione AD.

Ducere remos. Ovid. 1. Met. 294.

Franguntur remi. Virg. 1. Æn. 108.

Impellere remos. Ovid. 4. Æn. 594.

Impellere navim remis, i. e. Remigare. Cic. 4. Tuſc. 9.

Impallit æquora properantibus remis. Ovid. 3. Met. 65.

Incumbere remis. Ovid. 2. de Arte Am. 731. Virg. 5. Æn. 15.

Colligere arma jubet validiſque incumbere remis.

Incurvare lentos gurgite remos. Catul. Argon. 64. 183.

Inhibere remos. V. INHIBEO.

Ineunt gravibus certamina remis. Virg. 5. Æn. 114.

Inſiſtere remis. Ovid. 5. Met. 558. V. Alarum remi.

Inſurgere remis. Virg. 3. Æn. 207.

Intenta remis brachia. Virg. 5. Æn. 136.

Lentandus remus in unda. Virg. 3. Æn. 384.

Obſiſtunt remis freta. Ovid. 13. Epiſt. 5.

Peragit freta agili remo. Ovid. 15. Epiſt. 65.

Perſtant in verbere remorum. Ovid. 3. Met. 662.

Petit maris agmine remorum celeri. Virg. 5. Æn. 211.

Petere æquore ſummis remis. Lucan. lib. 3. 532.

Pulſata fremunt remis reſonant. Sen. Octav. 6.

Reducere remum ad pectora. Ovid. 11. Met. 462.

Reguntur rates remo. Ovid. 1. de Arte Am. 3. al. Moventur.

Sollicitare freta remis. Virg. 2. Georg. 503.

Stringere remos, Fabricare. Virg. 1. Æn. 556.

Subducere remos, Tollere. Ovid. 11. Met. 486. Sed varia lectio eſt.

Torſit aquas remis. Ovid. 5. Faſt. 644.

Verrunt vada remis. Virg. 6. Æn. 320. & 3. Æn. 668.

Verrimus & proni certantibus æquora remis.

Verrebant freta demiſſi remi. Ovid. 3. Amor. 8. 42.

Remis ventiſque. Virg. 3. Æn. 563.

Lævam cuncta cohors remis ventiſque petivit.

Ventis remiſque, idem quod Remis ac velis, hoc eſt Citiſſime; proverbialis eſt locutio. Cic. 12. Fam. 25. Atque inde ventis remiſque in patriam omni feſtinatione properavi. Vetus codex legit Ventis remis. conf. Interpr. ad Sil. 1. 566. [Feſtinationem indicat proverbium.

A remo ad tribunal. V. A vel AB præpoſitionem.

Corporis remos, pro Brachia natantis dixit Ovid. 18. Epiſt. 213.

Alarum remi. Ovid. 5. Met. 558.

Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis. i. e. Poſſe volare.

Pennarum remos dixit Sil. 12. 98.

RĒMIGO, [ἐρέσσω, ἐρετεύω, κωπηλατέω] āre. Remum agere, Remis navigare. Cic. 4. Tuſc. 9. Utrum igitur mavis: ſtatimne nos vela facere, an quaſi e portu egredientes, paululum remigare? Plin. lib. 32. cap. 1. Tenuit & noſtra memoria Caji principis ab Aſtura Antium remigantis. Harduin. Renavigantis. Liv. 6. 4. Qui non remigaſſet Romam.

REMIGANS, antis. Partic. Sen. Epiſt. 122. extr. Contra aquam remigantes.

RĒMIGĀTIO, ōnis. f. [εἰρεσία] Cic. 13. Att. 21. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim.

REMEX, igis m. [ἐρέτης, κωπηλάτης, Gl. L. G.] Qui remos agit, & remigandi miniſterio fungitur. Plaut. Merc. 4. 2. 5.

Nimium obſonavit, ſed coquos quaſi in mari
Solitus eſt hortator remiges hortarier,
Ita hortabatur. Cic. 2. de Divin. 114. Quid, inquies, remex ille de claſſe Coponii, nonne ea prædixit, quæ facta ſunt? Cæſ. 3. Bell. Gall. 9. Naves interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum: remiges ex provincia inſtitui: nautas, gubernatoreſque comparari jubet.

Ictus remigis. Ovid. 3. Amor. 6. 3.

Officium remigis. Ovid. 15. Met. 367.

Claſſis infirma, propter dimiſſionem propugnatorum & remigum. Cic. 7. Verr. 85.

Opem remigis addere velo. Ovid. 1. de Arte Am. 368.

Acri remige velocem agit Priſtin. Virg. 5. Æn. 116.

Remige iter carpere. Ovid. 1. Triſt. 9. 4.

Exercere remiges. Nepos, 10. 9. 2.

Exſtructi remigis ordo quater ſurgens. Lucan. lib. 3. 535.

Imperare remiges. Cic. 2. de Orat. 40.

Nominat. Sing. Remigis in Gloſſ. Gr. Lat. Κωπηλάτης. Remigis, Remix. [Niſi retrogrado ordine legendum, Remex, remigis. Nam ſæpe flexiones indicat vocum iſte Gloſſularius.

REMIGIUM, ii. n. [εἰρεσία] Ipſa remorum agitatio & remigatio. Virg. 1. Georg. 202.

Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit.

Aptæ remigio aquæ. Ovid. 2. de Arte Am. 196.

Aptat remigio biremes. Virg. 8. Æn. 80.

Findere aquas remigio. Ovid. 3. Faſt. 586.

Meo remigio rem gero. Plaut. Mil. 3. 1. 152. Proverbiale eſt, hunc que ſenſum continet, Illis velint nolint parendum eſt, quum mei ſint. Alii a enim fortaſſe remigibus imperare quod vellem invitis non poſſem: nunc vero meis remigibus & ſervis rem gero, qui mihi dicto audientes eſſe coguntur. Turnebus.

Nudum remigio latus navis, Remis. Hor. 1. Carm. 14. 4.

Remigium, Remigum multitudo. Virg. 3. Æn. 471.

Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. Cic. 3. Tuſc. 14.

Quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, &c.

Vitioſum remigium Ulyſſis. Hor. 1. Epiſt. 6. 63. Per metonymiam, Socios Ulyſſis intelligit, nequam & voluptatibus addictos, ut qui nec a Circes poculis temperarint, nec a Lotophagis avelli potuerint. Proverbii ſpeciem habet. V. Eraſmum.

Remigium, ad Volatum transfertur, quoniam alis, veluti remis quibuſdam, ad diffindendum aerem utuntur. Virg. 1. Æn. 300.

— volat ille per aëra magnum
Remigio alarum. de Mercurio. conf. Idem 6. 19.

Pennarum remigium. Lucret. lib. 6. 743.

REMULUS, i. m. Dimin. Turpil. ap. Non. 13. 1.

REMILLUS, a, um. Adj. i. e. Repandus, ut docet Feſtus: Inſtar remi qui inflexus in aqua videtur, ſecundum Perott. & Dacer.

REMIPES, ĕdis. Auſon. Moſell. 201. Remipedes lembi. Idem Epiſt. 3. 13. Anates remipedes. Sic quoque legendum videtur in Varr. apud Non. 6. 65. pro Tremipedas.

REMIVĂGUS, a, um. Adj. ut, Remivaga celox. Varr. apud Non. 13. 1.

RĔMUTO, āre. Tacit. de Orat. 19. 2. Vidit namque, ut paulo ante dicebam, cum conditione temporum ac diverſitate aurium, formam quoque ac ſpeciem orationis remutandam. al. Eſſe mutandam.

R E N

RĔN, rēnis. m. [νεφρός] Renes ſunt qui lumbis ſummis coxis inhærent. Ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, Fluere, quod rivi ſpermatis ab his oriantur. Raro in Singulari ponitur. Gloſſ. Lat. Gr. Renes, Νεφροί. Ren, Νεφρόν. & Gr. Lat. Νεφρός, Ren, renis. Veteres Rienes dicebant, teſte Feſto. Rienes, inquit, quos nunc vocamus, antiqui Neſundines appellabant, quia Græci νεφροὺς eos vocant. Plautus in Satyrione,

Malo tibi eveniſſe video: qui glaber erat, tanquam rien. [Scribendum puto, Rienes. quos nunc Renes vocamus, Antiqui &c.

Dolent renes. Plaut. Curc. 2. 1. 21.

Sed quid tibi eſt? c. lien necat, renes dolent,
Pulmones diſtrahuntur, cruciatur jecur.

Humores qui ex renibus veſicaque profunduntur. i. e. Urina. Cic. 2. de Nat. Deor. 137.

Laborare e renibus. Cic. 2. Tuſc. 60. Quum ex renibus laboraret, ipſo in ejulatu clamitabat falſa eſſe illa, quæ &c.

Tentantur renes morbo acuto. Hor. 2. Serm. 3. 163.

Renes, pro Lumbis ipſis. Nemeſianus in Cynegeticis v. 112.

Renibus ampla ſatis validis, diductaque coſtas. Uſus eſt & eo in ſignificatione Auſonius. Turneb. Adverſ. 5. 6. & Barth. in loc.

RENICŬLUS, & RANUNCŬLUS, dimin. Marc. Empir. cap. 26

RĒNĀLIS, e. Adj. [νεφριτικός] Cæl. Aurel. Tard. 5. 3. Renalis paſſio.

RENŌSUS, vel RIENŌSUS, Vet. Gloſſ. Lat. Gr. Renitioſus, νεφριτικός. [An Rienoſus? In Gr. Lat. Νεφριτικός, Renoſus.

RĔNANCISCOR, ĕris, nactus ſum, ſci. Reprehendo. Feſtus, Renanciſcitur Verrius quidem ſignificare ait Reprehendit: unde adhuc nos dicimus Nanciſcitur, & Nactus, id eſt Adeptus. [Reprehendit, pro Rurſus prehendit ſcil.

RĔNARRO, [ἐπεξηγέομαι] āre. Idem quod Narrare. Virg. 3. Æn. 717.

Sic pater Æneas intentis omnibus unus
Fata renarrabat divûm, curſuſque docebat.

Facta

Facta renarrare. Ovid. 6. Met. 316.
Utque fit, a facto propiore priora renarrant.

Renaſcor, ĕris, nātus ſum, [ἀναφύομαι] naſci. Iterum naſci. Plin. lib. 21. cap 29. Deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. Liv. 26. 41. Ut revixiſſe, aut renatum ſibi quiſque Scipionem Imperatorem dicat. Cic. 1. Tuſc. 54. Nam principium exſtinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec a ſe aliud creabit.
Renatum bellum. Cic. ad Brut. 13. Renatum bellum eſt, idque non parvo ſcelere Lepidi.
Ardor occultus renaſcitur ſub corde. Stat. 2. Achil. 315.
Renaſcitur malum. Cic. ad Brut. 4. Neu ſemper primi cujuſque mali excidendi cauſa ſit, ut aliud renaſcatur illo pejus.

Renaſcens, entis. Partic. [ἀναφύων] ut, Renaſcens annus, pro Primo vere. Plin. lib. 26. cap. 25.

Renātus, a, um. [ἀναπεφυκὼς] aliud Partic. ut,
Dentes renati. Plin. lib. 11. cap. 37. Equus ſeptimo anno dentes omnes habet, & renatos, & immutabiles.
Dies renatus. Senec. Troad. 1.
Flumen. Lucan. lib. 3. 262.
— rurſuſque renatum
Fonte novo flumen, pelagi non abnegat undis.
Renata urbs. Liv. 6. 1.
Renaſci de. Lucret. lib. 1. 675.
De nihiloque renata forent quæcunque videmus.

Renaſcibĭlis, e. Adj. &

Renaſcibilitas, ātis. f. apud Auguſtin.

Renāvĭgo, [ἀναπλέω] āre. Navigatione redire. Cic. 14. Att. 17. Poſt in Puteolana & Cumana regna renavigare. Plin. lib. 6. cap. 23. Ex India renavigant menſe Ægyptio Tybi incipiente. conf. remigo.

Rĕnāvo, āre. Cic. 1. Att. 14. extr. Video hominem, valde petitur, renavabo operam. h. e. Diligenter ac celeriter præſtabo. Sunt qui ſejunctim legant, Re navabo: ſunt qui Renuvabo. Manutius legit, Video hominem valde pœnitere; navabo operam. Torneb Adverſ. 9. 3. ex Mſſ. Video hominem valde petiturire: Atque ita Boſ. Lambin. Gronov. Græv. [Petebat tum cum maxime conſulatum L. Lucceius cum C. Cæſare, ab optimatium factione, quæ M. Bibulo ſtudebat, dejectus, teſte Suet. in Jul. cap. 19. pr.

Rĕnĭdeo, ui, [στίλβω] ēre. Reſplendere. Proprium eſt æris, quum politum & lævigatum fuerit. Stat 10. Theb. 654.
Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident. Hor 2. Carm. 18. 1.
Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar. h. e. Fulget. Porphyrio.
Idem 2. 5. 19. V. infra ex Gloſſ.
Oratio renidet. Quintil. lib. 12. cap. 10.
Renidere, pro Ridere. [μειδιᾶν, μειδιᾶν] Catul. in Egnatium, 37. 2.
Egnatius, quod candidos habet dentes,
Renidet uſquequaque: ſeu ad rei ventum eſt
Subſellium, quum orator excitat fletum,
Renidet ille: ſeu pii ad rogum filii
Lugetur, orba quum flet unicum mater,
Renidet ille. quicquid eſt ubicunque eſt,
Quodcunque agit, renidet. Et paucis interjectis,
Tamen renidere, uſque quaque te nollem:
Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt.
Renidere dicitur, quicquid hilarem aliquam ſpeciem præ ſe fert. quo ſenſu transfertur etiam ad inanimata. Exempla ſupra vide.
Renidere, Lætari, gaudere. Hor. 3. Carm. 6. 12.
— & adjeciſſe prædam
Torquibus exiguis renidet. Lambinus. [Gloſſ. Lat. Gr. Renidet μειδιᾷ, Ἀστράπτει, Renidiuit, Ἐμειδίασε.

Renĭdens, entis. Partic. [στίλβων] Reſplendens: ut,
Domus auro renidens. Lucret. lib. 2. 27.
Ære renidenti fluctuat tellus. i. e. Splendet armis rutilantibus. Virg. 2. Georg. 281.
Lares renidentes. Hor. Epod. 2. 65. h. e. Splendentes, aut vultu, aut garrulitate. Acron. [Melius Schol. Cruq. Nitidos, reſplendentes.
Falſum vultu renidens Tacit. 4. Ann. 60.
Ore renidens. Ovid. 8. Met. 197.
— puer Icarus una
Stabat, & ignarus ſua ſe tractare pericla,
Ore renidenti modo quas vaga moverat aura
Captabat plumas. h. e. Ore hilari, læto, & ridenti. Acro in illud Hor. 2. Serm. 7. 38.
— naſum nidore ſupinor: Nidor, inquit, e nimio odore tractum, ſeu riſu: unde & Renidet. Ibid. Porphyr. Nidorem pro riſu poſuit, a quo verbum fit Reniden.
Puer renidens. Stat. 4. Theb. 789. h. e. Labra contrahens. Lactantius. conf. Ovid. 2. de Arte Am. 49.

Renideſco, [ἀναστίλβω] ĕre. Inchoativum. Lucret. 2. 328.
Fulgur ibi ad cœlum ſe tollit: totaque circum
Ære renideſcit tellus. h. e. Splendore armorum perfuſa hilaritatem quandam præ ſe fert, & quaſi riſu diffundit ſpectatorem. Lambin.

Rĕnĭteo, ui, [ἀναστίλβω] ēre. Valde nitere. Plin lib. 37. cap. 6. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido atque non gracili, neque in receſſu gemmæ aut in dejectu renitente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimi coloris.

Rĕnītor, ĕris. niſus vel nixus ſum, [ἀντερείδω] niti. Contra, vel adverſum niti. Plin. lib. 2. cap. 80. Poſteaque alterno pulſu renitentes. Celſ. 5. 28. Si magis id renititur.
De hominibus. Liv. 5. 49 Quum illi renitentes pactos dicerent ſeſe, negat eam pactionem ratam eſſe. Ammian. 18. 2. Renitebatur firmiſſime Cæſar.

Renitens, entis. Partic. ut Sanis conſiliis male renitens. Sulp. Sev. 2. 20. 8.

Renixus, ûs. m. [ἀντέρεισις] Celſ. lib. 5. cap. 28. de fiſtulis, At cartilago ubi ſubhæſit, ipſa ſedes docet, perventumque eſſe ad eam ex renixu patet.

Rĕno, [ἀνανήχομαι] āre. Iterum nare, aut natando redire Ovid. ad Liv. 430.
Nullaque per Stygias umbra renavit aquas. Hor. Epod. 16. 25.
— ſimul imis ſaxa renarint Vadis levata.

Rĕnōdis, e. Adj. Julius Capitol. in fine vitæ Clodii Albini. Capillo renodi & criſpo. H. St.

Renōdo, āre. In nodum conſtringere. Hor. Epod. 11. extr.
Aut teretis pueri longam renodantis comam. Valer. 5. Argon 380.
Teque renodatam pharetris, ac pace fruentem. [Hic videtur potius, Reſoluta nodo, pharetris liberatam ſignificare.

Rĕnŏvo, [ἀνανεόω, ἀνακαινίζω] āre. notæ ſignificationis.
Vetera renovare. Cic. 2. Acad. 14. Immo vero, & iſtam, & totam veterem Academiam, aqua abſumptam diu, renovari a te, niſi moleſtum eſt, velim. Al. Abſorptam, vel A qua abſum tam. [An Æque abſumtam diu? vel Atque?
Ager renovatur aratro. Ovid. 5. Triſt. 12. 23.
Amicitia ac ſocietas renovata. Liv. 34. 31.
Amores veteres renovamus deſiderio. Catul. ad Calvum, 93. 3.
Animum renovare. Hirt. de Bell. Afric. cap. 18. At cohortes. ſuis ex terrore firmatis, rurſuſque renovatis animis, legionarios converſis equitibus, &c.
Animum alicujus renovare, & revocare ad. Cic. 2. de Orat 199. Animos Equitum Romanorum, apud quos tum judices cauſa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, a quo erant ipſi propter judicia abalienati, renovabam, atque revocabam. Idem 2. de Invent. 49 Animus aut renovatur ad ea quæ reſtant, aut omnibus jam dictis exſuſcitatur.
Annos renovaverat Titho. Tibul. lib 4. 1. 113.
Aratrum renovans terram. Ovid. 4. Triſt. 6. 13.
Arvum renovaverat taurus. Ovid. 15. Met. 125.
Bellum renovare. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 2.
Campus renovatur aratris. Ovid. 1. Amor. 3. 9.
Caſus omnes renovare. Virg. 2. Æn. 750.
Clamorem renovare. Liv. 34.
Commendationem. Cic. 7. Fam. 18. Multa, mihi crede, aſſequêre: ego enim renovabo commendationem, ſed tempore.
Conſilia belli. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 1.
Deſiderium. Cic. Poſt red. ad Quir. 8. Frater erat unus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret: qui ſuo fletu deſiderium mei, memoriamque renovaret.
Dictum renovare, pro Iterum dicere. Cic. 2. de Lege Agr 24. Hic quoniam video vos hominis dignitate, & contumelia legis eſſe commotos, renovabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem veſtram hac lege funditus tolli.
Dolorem, Memoriam doloris. Virg. 2. Æn 3.
Fœdus. Liv. 1. 14. Fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum eſt.
Honores. Cic. 2. Q. frat. 11.
Hoſpitium. Cic. pro Dejot. 8. Tu vetus hoſpitium renovare voluiſti.
Humum. Martial. lib. 2. 74.
Inſtitutum referre ac renovare. Cic. 1. Verr. 68. Hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri atque renovari moleſte ferunt
Legendo renovare. Cic. 1. Acad. 11. Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcarent, renovabam, quum licebat, legendo.
Locationem. Ulp. in l. Item quæritur. §. ult. D. Locati.
Luctus renovabantur acerbi. Tibul. lib. 2. 6. 41.
Memoriam. Cic. pro Muren. 16. Et ut Scaurus memoriam prope intermortuam generis ſui, virtute renovaret. conf. ſupra Deſiderium.
Militiam. Cic. 7. Verr. 146 Renovabitur prima illa militia, quum iſte e foro abduci, non, ut ipſe prædicat, perduci ſolebat.
Operam. Cic. 1. Att. 14. V. renavo.
Opibus novis ſe renovare. Cic. pro Muren. 33. Tantum tamen conſilio atque auctoritate valuit, ut ſe, rege Armeniorum adjuncto, novis opibus copiiſque renovarit.
Nuptias. Papin. in l. Inter § ult. D. de pact. dotalib.
Orationem. Cic. 1. de Invent. 100.
Prælium. Cæſar 3. Bell Gall. cap. 20.
Recordatione, vel commemorando rem aliquam renovare. Cic. 1. de Fin. 57. Stulti malorum memoria torquentur, ſapientes bona præterita grata recordatione renovata delectant.
Scelus priſtinum in aliquem renovare & inſtaurare Cic. 2. Verr. 11. Quum in Cn. Dolabellam ſcelus ſuum illud priſtinum renovavit, & inſtauravit Quæſtorium.
Servitutem. Jabolen. in l. Si locus D. Quemad ſervit. amit.
Societatem. Cic. 10. Fam 27. Quod ſocietatem Reip conſervandæ, tibi mecum a patre acceptam, renovas, gratum eſt.
Studia. Cic. 2. de Divin. 7 Quod quum accidiſſet noſtræ Reip tum priſtinis orbati muneribus, hæc ſtudia renovare cœpimus, ut & animus moleſtia hac potiſſimum re levaretur, & prodeſſemus civibus noſtris qua re cunque poſſemus.
Teſtamentum renovatum. Ulpian. in l. In fraudem §. j. D. de milit. teſtam. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ, quamvis Revocatum legat Haloander.
Vulnera alicujus. Ovid. 2. Triſt. 209.
Renovare a. Quintil. lib. 6 cap. 4 Animum a ſatietate, vel a fatigatione renovet, h. e. Recreat vel inſtaurat, & reficit. De riſu.

Renovātus, a, um. Partic. [ἀνανεωθεὶς] Quintil lib 1. cap. 3. Itaque & virium plus afferunt ad diſcendum renovati ac recentes. De pueris.
Ager renovatus. Ovid. 1. Met. 110.
Clades domus renovata. Juven. 10. Sat. 243.
Lucifer renovatus unde Oceani, Surgens Sil. lib. 7. 639.
Senecta renovata in florem redit. Ovid 7. Met. 215.
Stellæ altæ & renovatæ. Cic 2. de Nat. Deor. 118
Templum Honoris a M. Marcello renovatum, Reſtitutum. Cic. 2. de Nat. Deor. 61.

Renovatio, ōnis. f. [ἀνανέωσις, ἀνακαίνωσις] Cic. 6. Att. 1. Confeceram ut ſolverent centeſimis ſexennii ductis, cum renovatione ſingulorum annorum
Uſurpatione & renovatione doctrinæ. Idem de Clar Orat. 250.
Renovatio timoris. Cic. 11. Fam. 18.

Renovātor, ōris m. Inſcript. apud Fabrett. p. 102. INSTITVTORI NOVOR. AC RENOVATORI OBR OPERVM PVBLICORVM.

Renovāmen, ĭnis. n. Idem, quod Renovatio. [ἀνακαινισμός] Ovid 8. Met. 729. Forma ſemel mota eſt, & in hoc renovamine manet.

Renovātīvus, a, um. Adj. ut,

Renovativum fulgur vocatur, Quum ex aliquo fulgure functio fieri cœpit, ſi facta eſt ſimile fulgur, quod idem ſignificet. Feſtus.

RENŎVELLO, [illegible] āre. Rurſus novellum facere. Columel. de Arbor. cap 6. Ejuſmodi itaque vinea, ſi non aridos in corpore habet truncus, & flecti poteſt, factis ſulcis optime ſternitur, atque ita renovellatur.

RENŪMERO, [illegible] āre. Reddere quod ante nobis numeratum fuerat, ut aurum, dotem, &c. Ter Hec. 3. 5. 50.

Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.

RENUNTIO, [illegible] āre. Referre quid actum ſit, aut velit aliquis: quemadmodum nuntios referre dicimus, de his ob quæ miſſi ſunt. Cic 5. Verr. 132. Fremebat tota provincia, nemo id tibi renuntiabat? Idem pro Cluent. 17. Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renuntiari, me habere in animo cauſam hanc præſidio legis defendere

Poſteaquam mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ. Sulpic. ad Cic 4 Fam. 5.

Renuntiare domum ad Senatum acta. Cic. 5. Verr. 73. Qua de re Agyrinenſes magiſtratus, & Quinqueprimi, quos tui quæſtus cauſa evocaſti, acta & imperia tua domum ad Senatum ſuum renuntiaverunt: quorum renuntiatio legibus illorum litteris publicis mandata eſt conf. 3 88

Renuntiare, Deferre arcanum, vel rem novam narrare Cic pro Cluent. 143 Quiſnam tibi hoc renuntiavit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narravi? Budæus.

Ut nobis renuntiatur. Cic pro Cluent. 163.

Renuntiare, Aperte denuntiare, ſignificare. Ter. And. 3. 2. 28.

Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut ſis ſciens,
Ne tu mihi hoc poſterius dicas, Davi factum conſilio, aut dolis.

Cic. 2 Verr. 19. Renuntio, inquit, tibi, te hodiernis comitiis eſſe abſolutum.

Renuntiare alicui de re aliqua. Plaut. Men. 2. 3. 67.

Renuntiare ad patrem, dixit Plaut 1. 3. 49.

Amicitiam renuntiare, redemptionem, repudium, Denuntiare amicitiam diſciſſam, teſtari ſe non eſſe redemptorem, & repudiare uxorem. Tacit. 2. Ann. 70. Componit epiſtolas, quis amicitiam ei renuntiabat. Ter. Phorm 4. 3. 72.

Jam accipiat: illis repudium renuntiet, hanc ducat. Cic. 3.

Verr 142. Itaque renuntiat Rabonius illam deciſionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Junius patruus. i. e. Significat ſe non eſſe redemptorem, ex deciſione antegreſſa

Conductionem renuntiare. Cic 2. Verr. 16 Renuntiata eſt tota conductio. Ubi Aſconius, Renunciatio dicitur recuſatio ejus rei, quæ in pactum & promiſſionem venerat. Alii Conditio legunt. V. not. Verburg.

Hoſpitium renuntiare alicui dicebatur is, quem contracti hoſpitii pœnitebat, ne hoſpitii jus violaret. Cic 4. Verr. 89. Itaque iſte vehementer Sthenio infenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo ejus emigrat. i. e. Denuntiat ſeſe nolle amplius hoſpitari in domo ejus. Liv. 25. 18.

Societatem alicui renuntiare. Liv. 38. 31.

Renuntiare depoſito, eſt Rerum depoſitarum curam & cuſtodiam deponere. Ulpian. in l. Si hominem. §. Quoties. D Depoſiti vel contra.

Exceptionibus renuntiare, Declarare ſe uti nolle. Ulpian. in l. Sed & ſi quis. §. Quæſitum eſt. D. Si quis caution.

Excuſationi renuntiare. Ulpian. in. l. Prætor. §. ult. D. de vacation. muner.

Legationi renuntiare. Paulus in l. Si abſenti. D. de legation.

Societati renuntiare. Ulpian. in l. Si convenerit. & Paulus in l. Actione. D. pro Socio.

Renuntiare, pro Nuntium remittere, & ſalutem ultimam dicere. Quintil lib. 10 cap. 7. Mea quidem ſententia, civilibus officiis renuntiabit.

Stoicis renuntiare, Valedicere. Cic. 1. de Orat. 230. Pedem nemo in illo judicio ſuppoſuit, credo ne Stoicis renuntiaretur.

Vitæ. Suet. Galb cap. 11.

Renuntiare, aliter, & quod vulgo dicitur *Contramandare.* Senec. 1. de Clement. 9. Renuntiari extemplo amicis, quos in conſilium rogaverat, imperavit. i. e. Indicavit mutato conſilio nihil ſe eorum opera in præſens uſurum.

Renuntiatus Conſul, Tribunus, aliuſve magiſtratus, i. e. Declaratus factus Conſul, Tribunus, &c. Quod more ſolenni id in Campo Martio voce ejus, qui comitiis præerat fiebat.

Conſulem renuntiare aliquem. Cic. 2. de Orat. 260.

Prætorem. Idem de Lege Manil. 2.

Renuntiatus pro ſuffragio in tribus ſacerdotibus. Cic. 4. Verr. 129. de ſacerdotibus Jovis. Perfecerat iſte imperio, ut pro ſuffragio Theomnaſtus familiaris ſuus in tribus illis renuntiaretur. Conf. Lex. Pitiſc.

RENUNTIĀTUS, a, um. Partic. Plin. in Paneg. cap 92. Tuo judicio Conſules facti, tua voce renuntiati ſumus: ut idem honoribus noſtris ſuffragator in curia, in Campo declarator exſiſteres.

RENUNTIĀTIO, ōnis. f. [illegible] Relatio. Cic. 5. Verr. 88. Cæſo renuntiat ſe dediſſe: cognoſcite renuntiationem ex litteris.

Suffragiorum renuntiatio. Cic. pro Planc. 14.

Renuntiatio, Teſtimonii genus, quod *Rapportum* vulgo dicunt: cujuſmodi edere ſolent architecti & magiſtri uniuſcujuſque opificii, quum opus eſt, qui propterea publice ſacramento adiguntur. Budæus. Ulpian. in l. 1. in princ. D. Si menſor falſum modum dixerit, Adverſus menſorem agrorum Prætor in factum actionem propoſuit, a quo falli nos non oportet: nam intereſt noſtra ne fallamur in modi renuntiatione.

Renuntiatio dicitur Recuſatio ejus rei, quæ in pactum & promiſſionem venerat. Aſconius in 2. Verr. 16.

Renunciatio, In ſignificatione vulgari, *Renoncement, ou Renonciation.* Ulpian. in l. Verum eſt. in fine. D. Pro ſocio, Voluntate diſtrahitur ſocietas renuntiatione. *Par y renoncer, En y renonceant.*

RENUNTIĀTOR, ōris. m. Tertull. de Anima, cap. 57. & de Pallio cap. 4.

RENUNTIUS, i. m. [illegible] Qui aliquid iterum nuntiat. Plaut. Trin. 2. 1. 20.

Cantrices, ciſtellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis & peni.

Theod. Cod. 3. t. 7. Taciti nuntii, renuntiique corrupti

RĔNUO, ui, ūtum, [illegible] ĕre. Reſpuere, & quaſi ſigno aliquo oſtendere aliquid ſibi diſplicere. Martial. lib. 2. 14.

Omnia cum fecit, ſed renuente Deo.

Nullum convivium renuere. Cic. pro Cœl. 27.

Fato renuente novos furores. Sil. lib. 10. 49.

Oculo renuente negavi. Ovid 17. Epiſt 89.

Quibus ſuperciliis renuentes huic decem millium crimini? Cic. pro Rabir. Poſt 36.

RENŪTUS, ūs m. [illegible] Plin. 1. Epiſt. 7. Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Nutu, i. e Aſſenſu, dum promitto non agere adverſus Gallum. Renutu, dum nolo adeſſe Gallo adverſus Bæticos.

RENŪTO, [illegible] āre. Frequent. Negare, renuere, non velle. Lucret. lib. 3. 351.

Quod ſupereſt, ſi quis corpus ſentire renutat.

Simulachra renutant. Lucret lib. 4. 604.

Incolumis tranſire poteſt, ſimulachra renutant.

R E O

RĔOR, rātus ſum, [illegible] rēri. Æſtimare, opinari. Quintil. lib 8. cap 3 Horridum Reor, tolerabilius Autumo. Ex quo apparet in Præf. Iudic. rarius Fabii ætate uſurpatum fuiſſe. V. not. Burm p. 687. Salluſtius in Catil. cap. 57. extr. Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare.

Quod minime reris. Virg 6. Æn. 97.

Illos in quibus eas virtutes eſſe remur, a natura ipſa diligere cogimur. Cic. 2 Off 32.

Docebam animo, rebarque. Virg 6. Æn. 690. Ter. Hec. 4. 2. 5.

Teque antequam me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.

Tibi ſi rebare pudendum juſſa pati. Sil. lib. 13. 378. Cic. 3. de Nat. Deor. 15 Rebantur enim fore, ut exercitus imperatorem, equo incitato ſe in hoſtem immittentem, perſequeretur, id quod evenit.

Ratus ſum Plaut. Amph. 2. 2. 24.

Victis hoſtibus, quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt.

Rectius Æneid. xi

At juvenis, viciſſe dolo ratus, avolat ipſe. H. St. verſus eſt 718.

Tum reſtitutas fratribus rebor meis animas. Senec Herc. fur. 20.

Rear. Virg 9. Æn. 253

Quæ vobis, quæ digna, viri, pro talibus auſis
Præmia poſſe rear ſolvi?

Ut tenebras omnes Acheronta reamur Liquiſſe. Lucret. 4. 171.

RĂTUS, a, um. Partic [illegible] Priſcianus, Reor quoque Ratus facit Participium, ut puto, differentiæ cauſa: quia Ritus aliud ſignificat, & Reus pro Reatus dicebant, quomodo Saucius pro Sauciatus, Laſſus pro Laſſatus.

Ratus ſum, ſignificat Putavi: ſed aliquando pro Firmo certoque ponitur Ratum. Feſtus.

Abunde ratus, pro Satis ratus. Tacit. 2. Hiſt. 95.

Obſidionem flagitii ratus. Tacit. 3. Ann. 20.

Ratum, [illegible] Firmum, conſtans, certum, fixum. Ter. Hec. 4. 1. 39 Ne quod egiſſem, eſſet ratum.

Vide in Reor in hac ſignificatione. H. St.

Certus & Ratus Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Qui quum tam certos cæli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta viderit.

Conſtans & Ratum. Cic 2. de Nat. Deor. 51. Nihil errat quod in omni æternitate conſervat progreſſus & regreſſus, reliquoſque motus conſtantes & ratos.

Ratum & Immutabile. Cic. 2 de Nat. Deor. 95. Aſtrorum in omni æternitate rati & immutabiles curſus.

Juſſum, ratum atque firmum. Cic. pro Cæcin. 96. Si populus juſſerit me tuum, aut item te meum ſervum eſſe, id juſſum, ratum atque firmum futurum?

Verum illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe vis. Cic. 4. Acad. 141.

Ratum & irritum, contraria. Cic. de Provinc Conſul. 45. Cujus Tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe.

Ruptum & Ratum, contraria. Cic. 1. de Orat. 173. Teſtamentum ruptum aut ratum

Dicta rata Ovid. 2. Faſt. 488.

Fides. Ovid. 3. Triſt. 10. 36.

Leges naturæ. Senec. Œdip 12.

Opus Parcarum. Ovid in Ibin, 76.

Quæque ratum triplici pollice netis opus.

Pro rata, ſive Pro rata parte, quod vulgus noſtrum *Ad æquipollentiam,* & etiam Pro rata dicit, Latinam vocem uſurpans Ulp l. In his vero § Imperator. D. de Solut. Si vero ſumma uſurarum debitarum non eadem ſit æqualitas ad utramque cauſam proficit, quod ſolutum eſt: non pro rata. Idem ibidem, §. 3. Si quis ita caverit debitori in ſortem & in uſuras ejus ſe accipere: utrum pro rata & ſortis & uſurarum decedat. Cic. 1. Tuſc 94. Omnia iſta, perinde ut cuique data ſunt pro rata parte a vita, longa aut brevia dicuntur conf. Liv. 45. 40. & Cæſ. 1. Bell Civil. 17.

Pro rata portione. V. Ad portionem, in præp. A D.

Ratæ preces, i. e. Exauditæ Ovid. 1. Faſt. 696. Budæus.

Spes irrita, et Ovidio in SPES, ſic videtur dici poſſe & Spes rata. H. St.

Rato tempore, Certo, fixo. Cic. 2. de Divin. 29. Si nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil evenire, niſi quod ab omni æternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore, quæ poteſt eſſe fortuna?

Habere ratum aliquid, [illegible] Approbare, confirmare. Cic. pro Roſc. Com. 3. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut quodcunque retuliſſet, id ratum haberet? Hinc Ratihabitio.

Judicium ratum habere, & Reſcindere, contraria. Cic. in Partit. 105.

Ratum habere aliquid, pro Comperto & conſtituto. Cic. 1. de Nat. Deor. 10. Id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident. De Pythagoreis.

Ratum facere augurium. Cic. 2. de Divin. 85. Quid habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Quid augur, cur a dextra corvus, a ſiniſtra cornix faciat ratum? Subaudi, Augurium.

Ratum mihi eſt, h. e. Probo vel approbo. Cic. 7. Fam. 24 Attamen iſta ipſa, quæ te emiſſe ſcribis, non ſolum mihi rata erunt, ſed etiam grata.

Superl. Feſtus, Ratiſſima quoque ab iis quæ rata dicimus: unde etiam

Rationes

rationes dictæ. Cato in Q. Thermum, Erga Rempublicam multa beneficia ratiſſima atque gratiſſima.

Rato, Adv. Certo. Tertull. de Anima, cap. 35. & ad Uxor. 2. 9. & adverſ. Marc. 4. 8.

Ratifico, [κυρόω] are. Approbare, quod actum eſt confirmare. Veteres Ratare pro Ratificare dicebant: unde & Irritare contrarium. Perottus. V. RATIO.

Ratihabitio, onis. f. Vox apud JCtos; de qua V. Julian. 3. t. 5. l. 6. § 6. Nihil agitur retihabitione.

Ratio, onis. f. [λόγος, τὸ λογισμὸς] a Supino Ratum; eſt illa Vis animi, qua a ceteris animalibus homo disjungitur, iiſque præpollet atque imperat. Cic. 1. Off. 101. Duplex eſt enim vis animorum atque naturæ. Una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græce, quæ hominem huc & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendumque ſit. Ita fit ut ratio præſit, appetitus vero obtemperet. Idem 3. de Nat. Deor. 69. Sic haud ſcio, an melius fuerit, humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam, quam rationem vocamus, quoniam peſtifera ſint multis, admodum paucis ſalutaria, non dari omnino, quam tam munifice, & tam large dari.

Ratio quaſi quædam lux, lumenque vitæ. Cic. 4. Acad. 26.
Omni ratione valentior amor patriæ. Ovid. 1. de Pont. 3. 29.
Homines rationis egentes. Ovid. 15. Met. 150.
Egeſtas rationis. Lucret. lib. 5. 1210.
Tentat enim dubiam mentem rationis egeſtas.
Expers rationis, & Utens ratione, contraria. Cic. in Topic. 69.
Particeps rationis, Quod rationale dicimus. Cic. 1. Off. 11. Homo autem, quoniam rationis eſt particeps, conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumque progreſſus & quaſi anteceſſiones, non ignorat, ſimilitudines comparat, rebuſque præſentibus adjungit atque annectit futuras.
Tenor rationis. V. Jus ſingulare, in JUS.
Abſtruſa ratio. V. ABSTRUDO.
Bona. Cic. 2. in Catil. 25. Poſtremo copiæ cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, &c. confligit [Videtur hic νοῦς intelligi.
Naturalis. Lucret. lib. 6. 200.
Perdita. V. Bona.
Perverſa. Lucret. lib. 4. 831.
Omnia perverſa præpoſtera ſunt ratione.
Sagax. Lucret. lib. 1. 131.
Scruposa. Lucret. lib. 4. 526.
Vitalis. Plin. lib. 11. cap. 4.
Abſtrahere a ratione. V. ABSTRAHO.
Carere ratione. Senec. Troad. 20.
Confirmare quicquam animi ratione, i. e. Intelligentia. Lucret. lib. 1. 426. Utitur autem hoc loquendi genere frequenter.
Demere uſum rationis alicui. Ovid. 3. de Pont. 6. 47.
Dictat ratio. V. Dicto, in DICO, ere.
Exſolvere animi ratione aliquid. Lucret. lib. 2. 381.
Exſpuere ex animo rationem. Lucret. lib. 2. 1040.
Inire impia elementa rationis. Lucret. lib. 1. 82.
Labi a vera ratione. Lucret. lib. 1. 638.
Obtendere rationem turpitudini. V. OBTENDO.
Orta ratio ab ſenſu falſo an valeat. Lucret. lib. 4. 485.
Vincere furorem ratione. Ovid. 7. Met. 11.
Vociferari ratio cœpit. Lucret. lib. 3. 14.
Nam ſimul ac ratio tua cœpit vociferari,
Naturam rerum, &c.
Ratio, pro Reſpectu & cura. Cic. 10. Fam. 2. Peto a te, ut mei rationem habere velis, & ſalutis & dignitatis meæ. Sic 2. Off. 64. Habenda autem eſt ratio rei familiaris. V. mox Habere rationem, & in HABEO.
Ratio prior eſt, i. e. Potior reſpectus. Quintil. lib. 1. c. pr. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio eſt: recte tamen etiam loquantur. h. e. In his morum potior, quam ſermonis habenda eſt ratio.
Ventoſa ratio vani favoris. Claud. de Bell. Get. 113.
Ducere ſui commodi rationem. Cic. 7. Fam. 17. Ego, ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maxime vellem.
Ducere rationem, aliter. Cic. 8. Fam. 5. Tota porro exercitus vix unum ſaltum tueri poteſt. Hanc autem nemo ducit rationem. i. e. Nemo hanc habet conſiderationem de paucitate tui exercitus. V. DUCO.
Habere rationem officii in ſocios. Cic. 4. Verr. 154.
Habenda auctoritatis ratio. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Habere rationem ſi. Cic. 7. Verr. 37. Neque illud rationis habuiſti, ſi forte expergefacere te poſſes [Suid. ex Theopompo, λόγον ἔχειν, φροντίζειν.
Habere rationem alicujus in petitione honoris. V. HABEO.
Haberi ratio eorum dicebatur in Comitiis, Quibus petendi honoris copia jure fiebat, quos vulgo Eligibiles vocant. Liv. 4. 7. Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quam quibus ut indigni præterirentur.
Populari ratione alicui ſe anteponere. Cic. pro Domo 88. i. e. Populi ſtudio ac favore.
Quæ ratio tibi cum illo intercedit? V. INTERCEDO.
Laborioſiſſima vitæ ratio. Cic. pro Lege Manil. 70.
Varia & commutabilis vitæ ratio. Cic. pro Milon. 69.
Ratio, Cauſa. Cic. 15. Fam. 4. Quum autem ad Cybiſtra, propter rationem belli quinque dies eſſem moratus. Cæſ. 8. Bell. Gall. 6. Quantum hibernorum opportunitas, bellique ratio poſtulabat.
Non eſt ratio. Cic. 2. Verr. 24. Minari denique diviſoribus ratio non erat, propterea quod, &c.
Nulla eſt ratio amittere ejuſmodi occaſionem. Cic. pro Cæcin. 15.
Rationis eſt. Columel. lib. 5. cap. 5. Tenuiſſimo ſolo vitiarium facere minime rationis eſt, quoniam, &c.
Operta ratio, Obſcura, difficilis. Ovid. 3. Faſt. 763.
Parva ratio. Ter. Eun. 3. 5. 27.
Num parva cauſa, aut parva ratio eſt? traditus ſum mulieri.
Potens ratio. Juven. 14. Sat. 59.
Sordidiſſima & inquinatiſſima. V. INQUINO.
Quid habuit argumenti aut rationis res, quamobrem, &c. Cic. 4. Verr. 135. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade, quid tandem habuit argumenti aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Sthenianum præmium poneretur?

Poſcitur ab aliquo ratio. Varr. de L. L. lib. 5.
Invenire rationem cur. V. INVENIO.
Pendent rationes ex conjecturis. V. PENDEO.
Reddere rationem doctis dictis. Lucret. lib. 2. 986.
Reddere perfacile exemplo rationem poſſis. Lucret. lib. 2. 762.
Trahere rationem. V. TRAHO.
Exponere facti ſui rationem alicui. Cic. de Aruſp. Reſp. 3.
Probare alicui rationem facti ſui. Cic. pro Muren. 3.
Ratio, Modus, via, forma, mos, conſuetudo. Salluſt. Catil. cap. 40. At ego vobis (inquit) ſi modo vultis eſſe viri, rationem oſtendam, qua tanta iſta mala fugiatis. Cic. 6. Att. 1. Tantummodo diſſimilitudo meæ rationis offendit hominem, i. e. Viæ, quam ſequor in adminiſtranda provincia. [Ibidem Conſilium, & Inſtitutum vocat.
Ratio dicendi. Cic. in Partit. 1. Studeo, mi pater, Latine ex te audire ea, quæ mihi tu de ratione dicendi Græce tradidiſti.
Aſſumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Artificialis ratio. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Fieri caleri ratione. Lucret. lib. 5. 181.
Fuſa latius. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Inſolita ratio dicendi. V. INSOLITUS.
Navigii ratio, Ars navigandi. Lucret. lib. 5. 1004.
Improba navigii ratio tum cæca jacebat.
Alia ratione, Aliter. Cic. pro Quint. 19. Negat ſe alia ratione facturum.
Multis rationibus proviſum. Cic. 2. Verr. 27. Vacca ne noceri poſſit, multis rationibus eſſe proviſum.
Nulla ratione. V. NULLUS.
Pari ratione. Lucret. lib. 6. 902.
In rationem eandem. V. in præpoſitione IN.
Duæ epiſtolæ in eandem rationem ſcriptæ, In eandem ſententiam. Cic. 1. Att. 11.
Ad rationem, i. e. Comparatione. Cic. de Clar. Orat. 46. Et Græciæ quidem oratorum partus, atque fontes vides, ad noſtrorum annalium rationem veteres, ad ipſorum ſane recentes. Et infra. Ad noſtrorum temporum rationem vetus. Budæus. conf. Exquirere paulo poſt.
Inire rationem, Invenire modum. Ter. Heaut. 4. 2. 7.
Inire rationem de, quomodo, ut, utrum, &c. V. INEO, ire.
Inſtruere rationem operis. V. INSTITUO.
Labuntur ſidera vaga & mutabili ratione. Cic. de Univerſ. 32.
Tractare rem aliquam ratione modoque. Hor. 2. Serm. 3. 267.
Ratio, interdum Conſilium, & propoſitum ſignificat. Cic. 4. Verr. 10. Ut ego iſtum accuſarem, a quo mea longiſſima ratio, voluntaſque abhorrebat. Et 7. Fam. 17. Poſteaquam mea mutata ratio eſt.
Ratio & Conſilium. Cic. 2. Verr. 34. Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem: ita fiet ut tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta; meum hoc conſilium neceſſarium.
Veſtram nequeo mirari ſatis rationem. Ter. Adel. 3. 3. 25. Cic. 10. Philipp. 18. Quæ (malum) eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis veteranorum nomen opponere?
Adduci rationibus. V. ADDUCO.
Adhibere rationem. V. ADHIBEO.
Admittere. Juven. 1. Sat. 21.
Afferre rationem quamobrem, &c. Cic. pro Cæcin. 96.
Agitare rationes. V. Agito, in AGO.
Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Cic. pro Rabir. Poſt. 38.
Capere rationem oculis. V. OCULUS.
Cognoſcere rationem facti. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Colligere rationem & rationes. V. COLLIGO.
Confligere ratione. V. CONFLIGO.
Dicere rationem. Plaut. Truc. 1. 2. 57.
Dicam coram contra iſtam rationem meam. Cic. 2. Fam. 2.
Dictare rationem. Plaut. Amph. 2. 2. 38.
Diſputare rationibus conquiſitis. V. CONQUIRO.
Dare rationem. Quintil. lib. 4. cap. 2. Alias cauſas, aliam, atque aliam rationem dabo.
Dare rationem ſuarum fabricarum. Plaut. Milit. 3. 1. 175.
Dabatur certa ratio remedii. Lucret. lib. 6. 1224.
Dare rationem, pro Referre. Cic.
Duci aliqua ratione. Lucret. lib. 4. 597.
Exponere rationem ſuam alicui. Lucret. lib. 1. 945.
Exquirere facta alicujus ad. Cic. 6. Verr. 10. Noli iſto modo agere cum Verre, noli ejus facta ad antiquæ religionis rationem exquirere.
Facere ratione. V. FACIO.
Facere aliquid certum ratione. Ter. Eun. 1. 1. 17.
Facere rem mala ratione. Hor. 2. Serm. 6. 6.
Geratur cum ratione. Lucret. lib. 2. 165.
Jacent rationes. V. JACEO.
Incumbere toto animo & ſtudio omni in aliquam rationem. Cic. 1. Q. frat. 2. 21.
Inire aliquid ratione. Ter. Phorm. 2. 2. 30.
Inſanire certa ratione. Hor. 2. Serm. 3. 271.
Limat ratio. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Repetere altius rationem. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Scrutari aliquid ratione. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Servare, ut, Cic. 1. Fam. 16. Certa quadam ratione non ſervat.
Subjicere & ſupponere rationem. Cic. 2. de Invent. 70.
Timere aut cupere aliquid ratione. Juven. 10. Sat. 4.
Tractare rationes. Cic. 7. Att.
Videre rationem opinionis ſuæ. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Ratio, Supputatio aliquando dicitur, vel Calculus; Nonnunquam & Expenſa. Plaut. Aul. 5. 5. 5.
Itur, putatur ratio cum argentario. Plin. lib. 12. cap. 14. Schœnus patet Eratoſthenis ratione, ſtadia XL. Columel. lib. 1. cap. 3. Ne majorem agrum, quam ratio calculorum patiatur, emere velit.
Caſtrenſis ratio. V. CASTRUM. [Gloſſ. Cyrill. λογισμὸς ὁ στρατιωτικὸς, Racio.
Implicita ratio, apud Juriſconſultos, eſt quotiens ex multis & variis cauſis, ultro citroque facta ſunt nomina, quæ compenſata, vel ſolvitur quod

quod deberi apparet, vel conſtitutæ ſummæ chirographum datur. Jacob. Cujacius ad l. Emptor. §. Lucius. de pactis. in Pandect.

Lunaris ratio, Calculus. V. Lunaris, in LUNA.

Nummaria. V. NUMMUS.

Accipere rationem. V. ACCIPIO.

Apparet ratio. V. Non comparet ratio argenti, in COMPAREO.

Comparet ratio argenti. V. ibid.

Computare rationem. Columel. lib. 5. cap. 1.

Conficere, ut Tabulas conficere. Cic. 7. Verr. 146. Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſime conficitur, quo quiſque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus ſit.

Conſtat ratio. V. CONSTO.

Conſtat Pergami non multum auri ratio. Cic. pro Flacc. 68.

Convenit inter eos ratio accepti & expenſi. V. CONVENIO.

Exacta tenuis ratio ſaporum. Hor. 2. Serm. 4. 36.

Habere rationem cum Orco. V. ORCUS.

Habeo rationem, quid a Pop. Rom. acceperim. Cic. 7. Verr. 36.

Inducere pecuniam in rationem. V. INDUCO.

Ponere rationem cum Orco. V. ORCUS.

Habere rationem de aliquo. Lucret. lib. 1. 128.

Quapropter bene cum ſuperis de rebus habenda
Eſt ratio; ſolis lunæque meatus
Qua fiant ratione, & qua vi quæque gerantur
In terris: tum &c.

Habere rationem cum terra. V. HABEO.

Habere rationem cum Muſis. V. HABEO.

Putare rationem argentariam, frumentariam, olearium, vinariam. Vulgo dicunt, *Audire computum vini, olei*, &c. Cato de R. R. cap. 2.

Reddere rationem, tranſlate. Lucret. 3. 260.

— rationem reddere aventem
Abſtrahit invitum patrii ſermonis egeſtas. V. REDDO.

Reddere rationem de factis aliorum. Cic. 4. Verr. 30.

Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. Cic. 4. Verr. 28.

Rationem conficere ad denarium: Phraſis elegans, & aliquantum ſubdifficilis propter antiquitatis ignorationem. Significat vero, ut ex Turnebo didici, quum ſumma quædam, quæ in ære debebatur (ut puta ſi centum millia æris debita ſint) in argento ſolvi deſiderabatur: quod ſæpe fit, quum nemo non magnam ſummam in argento, quam in minuto ære habere malit. Et hoc eſt quod Ad denarium rationem conficere, ſive ſolvere dicimus. Erat enim denarius argenteus, & in argento ratio, vel ad denarium fiebat, vel ad ſeſtertium. Voluſius Mæcianus, Quota ſi ad denarium rationem conficies. Et paulo poſt, Quum ad denarium ratio conficeretur. Rurſum Voluſius, Si prius inſpexeris ad quem modum ſeſtertiaria ratio conficiatur.

Repoſcere rationem vitæ ab altero, vocat Cic. 5. Verr. 27. Item Edere & exponere quod in magiſtratu quiſque geſſerit: quod nunc Juriſperiti, nullo antiqui juris exemplo, *ſyndicare* dicunt. Budæus. [Immo, interprete Pediano, Rationem vitæ repoſcere, eſt Accuſatorem eſſe.

Revocare ad veritatem rationem, Accurate expendere. Cic. 3. Off. 84.

Omnes quibuſcum ratio huic aut eſt, aut fuit. Cic. pro Quint. 75.

Sæpius in plur. Rationes, tumque plerumque de Publicæ, vel Provincialis pecuniæ adminiſtratione & computo intelligitur.

Vertere rationes vitæ. Lucret. lib. 1. 106.

Somnia, quæ vitæ rationes vertere poſſint.

Rationum ſumma quadrans, In qua nulla ſunt reliqua: illi contraria eſt, Summa excurrens. V. Quadro in QUATUOR.

Domeſticæ rationes, Curæ œconomicæ. Quintil. lib. 1. cap. 12. pr.

Familiares componere. Tacit. 6. Ann. 16. extr.

Longæ rationes. Hor. de Arte Poet. 325.

Sumptuariæ. Cic. 13. Att. 45.

Accipere rationes a colono. Cic. pro Cæcin. 94.

Componere rationes. Tacit. 6. Ann. 16.

Conferre rationes. V. CONFERO.

Conficere rationes in ordinem. V. CONFICIO.

Confingere rationes. V. CONFINGO.

Conſulere rationibus. V. CONSULO.

Deponere rationes. Cic. 2. Fam. 17.

Rationes expunctæ & ſubſcriptæ. V. EXPUNGO.

Inferre rationibus, apud Latine ac ex formula loquentes, eſt In rationario perſcribere, quid cui ſit erogatum. Cæl. Rhod. lib. Lect. Antiq. 12. cap. 21. Suet. in Cæſare cap. 47. extr. conf. mox Referre.

Inferre rationes falſas. Cic. pro Flacc. 20.

Onerare rationes. V. Onero, in ONUS.

Putare rationes cum aliquo. Cic. 6. Att. 10.

Reddere rationes, Reliqua ſolvere. Africanus, l. 53. D. de condit. & demonſtrat. Quamvis, inquit, rationes reddere, nihil aliud ſit, quam reliqua ſolvere, &c.

Referre rationes. Cic. 3. Verr. 7.

Rationes ad ærarium per Quæſtores ſuos Magiſtratus ex provinciis decedentes Referre dicebantur, pro eo quod nunc *Computum reddere* dicunt. Cic. in Piſon. 61. Rationes ad ærarium retuli continuo, Cæſar, ſicut lex tua jubebat: neque alia ulla in re legi tuæ parui. Quas rationes ſi cognoris, intelliges nemini plus quam mihi, litteras profuiſſe. Budæus.

Referre rationibus ſummam, eſt Inter recepta computare, hoc eſt *Receptam facere*, ut vulgus loquitur. Sueton. in Veſpaſiano cap. 22. Budæus. V. REFERO.

Potius Inferre, ut in aliis, Vide ſupra. H. St. Ita ex Mſſ. Salmaſii Torrent. Gajet. Gronov. legunt.

Procurare rationes Galliæ. Plin. lib. 7. cap. 16. In filio Cornelii Taciti Equitis Rom. Belgicæ Galliæ rationes procurantis. V. PROCURO.

Subducere rationes. V. SUBDUCO.

Subducta bene ratione eſſe ad vitam. Ter. Adelph. 5. 4. 1. Donatus, Bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim, eſt digitis computare: ſed Ducere, eſt apud alium & palam, Subducere, apud ſe ipſum & ſecreto; quo magis in verbo illo majoris attentionis & diligentiæ ſignum eſt.

Ratio, pro eo quod recentiores Quantitatem dicunt. Cato de R. R. 1. 1. Ad villam quum venies, videto, vaſa, torcula, & dolia multane ſient. Ubi non erunt, ſcito pro ratione fructuum eſſe. i. e. Secundum quantitatem.

Pro ratione pecuniæ liberius eſt Brutus tractatus, quam Pompejus. Cic. 6. Att. 3.

Ad rationem & loci & temporis. Plin. 3. Epiſt. 18. pr.

Ratio Mathematicis, pro Magnitudine & quantitate. Eucl. 5. Elemen. Ratio, eſt duarum magnitudinum, ejuſdem generis, mutua quædam ſecundum quantitatem habitudo.

RATIUNCŬLA, æ. f. dimin. Cic. 2. Tuſc. 29. Concludunt ratiunculis Stoici, cur non ſit malum: quaſi de verbo, non de re laboretur. Sic 4. Tuſc. 42.

Suggerere ratiunculas. Cic. 3. de Nat. Deor. 73.

Ratiuncula, Supputatio. Ter. Phorm. 1. 1. 2.

— erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum: id ut conficerem: confeci, affero.

RATIŌNĀLIS, e. Adj. [λογικός] Quod ratione utitur. Quintil. lib. 7. cap. 3. Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale; Nam equus eſt animal, ſed irrationale. [Formatur ἀναλόγως a ſubſt. Ratio, ut ab Auctio, Auctionalis; ab Emptio, Emptionalis. Et hinc Irrationalis. Sed alia ratio in Rationabilis & Irrationabilis, q. V.

Rationalis particula, ut Cauſalis, Grammatici. H. St.

Quæſtio rationalis, Quæ in re, non in ſcripto verſatur. Quintilian. lib. 3. cap. 5.

RATIONALIS, is. m. Qui eſt a rationibus, vel Rationes procurat.

Rationales, & Procuratores Cæſaris iidem erant, ut ait Lampridius in Alexandro, teſte Budæo. [Locus hic eſt cap. 45. Ubi aliquos voluiſſet, vel rectores Provinciis dare, vel Præpoſitos facere, vel Procuratores, id eſt Rationales, ordinare.

Rationales, officiales dicuntur a Conſtantino, pro iis qui quum in aliqua poteſtate curationeque fuerint, nondum rerum a ſe adminiſtratarum rationem retulerunt. ὑπεύθυνοι a Græcis appellantur, id eſt reddendis rationibus obnoxii l. 4. C. de Epiſc. & Cleric. Lampridius in Alexandro a fiſci procuratoribus nihil differre Rationales putat. Hunc Budæus ſequitur, cui ego adſtipulor: nam nos quoque eos, qui rationum cognoſcendarum ſuſceperunt officium, ſeu reddiderint, ſeu non reddiderint, Rationales dicimus, *Maiſtres rationaulx, ou Gens de comptes.* Primum illud adnotat Hotomannus, lib. ſingulari de verborum quæ ad jus attinent ſignificatione.

Vide Torr. in Suet. Domitianum cap. 11. H. St. conf. PROCURATOR. f. l. & Lex. Pitiſc.

RATIONALĬTER, Adv. Sen. Epiſt. 109. Hominem movere rationaliter. Tertull. de Anima cap. 16. Indignabitur Deus rationaliter.

RATIONALĬTAS, ātis. f. Tertull. de Anima cap. 38. Anima habet immortalitatem, rationalitatem, &c.

RATIONĀBĬLIS, e. Adj. Ulpian. in l. 2. §. Ei quoque. D. de judiciis. Et hæc ſententia vera & rationabilis eſt. Sen. de Vit. Beat. cap. 14. Rationabilem ſortiris naturam. [Suſpecta tamen hæc dictio cum inde derivatis Voſſio fuit, de Vit. Serm. 4. 15. ut & contraria eidem Irrationabilis, ibid. 33. aſſerente utramque Borrichio Cogit. p. 150. & 216. Ego vero cum videam, Senecæ, Celſi, Fabii codices variare in hac voce, ita ut alii Rationalis, alii Rationabilis præferant, ſtandum eſſe priori lectione puto, quæ ſine controverſia Latina eſt, de ſequioris ævi conſuetudine nil contra dico. Exſtat etiam in Gloſſ. Græco Lat. λογικὸν ἔχων Rationabilis. Verum cum formam Adjectivi verbalis habeat, unde formetur non apparet. Non enim dicitur Rationor, ſed Ratiocinor, unde lege artis Ratiocinabilis dicendum foret, & forſan ita ſcribendum in Gloſſ. L. Gr. pro Ratiocinale λογικόν, & Ratiocinalis λογικοί. Forte tamen veteres etiam Rationor dicebant, ut Sermonor pro Sermocinor, teſte Gell. 17. 2. unde & Rationator. conf. Cellar. Cur. poſt. p. 119. & Antib. p. 130.

RATIONABĬLĬTER, Adv. Hieron. Epiſt. 25. cap. 5. Rationabiliter errare.

RATIONABĬLĬTAS, ātis. f. Apul. de Doctr. Plat. 1. p. 9. Elmenh. Rationabilitas, mentis optima portio, capitis arcem tenet. al. Rationabilis.

RATIONĀRIUS, a, um. Adj. [λογιστικός] ut, Rationarius codex, In quo rationes continentur. Marcellin. 18. 5. Quidam ex mercatore opulenta rationarius apparitor.

RATIONARIUM, i. n. Commentarius rationum. Suet. Aug. cap. 28. pr. De reddenda Rep. bis cogitavit: primo poſt oppreſſum ſtatim Antonium, memor objectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret, ne redderetur; ac rurſus tædio diuturnæ valetudinis, cum etiam magiſtratibus ac Senatu domum accitis, rationarium imperii tradidit.

RATIONARIUS, i. m. Qui rationarium conficit, vel qui rationibus præeſt.

RATIONĀTOR, ōris. m. Idem. Ulpianus, in l. Procuratoris. D. de tribut. action. Sed etſi duas tabernas ejuſdem negotiationis exercuit, & ego ſui tabernæ (verbi gratia) quam ad Bucinum habuit, rationator: alius ejus, quam trans Tiberim: æquiſſimum puto, &c. [Al. Ratiocinator?

RATIOCĬNOR, [ἀναλογίζομαι, συλλογίζομαι] āri. Ratione colligere & deprehendere, vel etiam *Computare* quod dicitur. Cic. 1. Tuſc. 4. At nos metiendi ratiocinandique utilitate, hujus artis terminavimus modum.

Ratiocinari, Argumentis colligere. ut,

Cujus illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec ſi cuperent, reprimere poſſent. Cic. pro Milon. 12.

De pecunia ratiocinari. Cic. 2. de Invent. 123. De pecunia ratiocinari ſordidum eſt, quum de gratia referenda deliberetur.

RATIOCINĀTUS, a, um. Partic. Paſſ. Vitruv. 10. 15. Omni proportione eorum ratiocinata ex longitudine.

RATIOCINATIO, ōnis. f. [συλλογισμὸς] Computatio. Vitruv. 1. 1. Ratiocinationes cognoſcere & percipere.

Tralate ad mentis actum. Cic. 2. de Invent. 18. Ratiocinatio autem, eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio, &c.

RATIOCINĀTOR, ōris. m. [λογιστής] Calculator. Cic. 1. Att. 12. Libertum ego habeo, ſane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem, & clientem tuum.

Ratiocinatores officiorum. Cic. 1. Off. 59. Et conſuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus: & addendo, deducendoque, videre quæ reliqui ſumma fiat.

RATIOCINĀTĪVUS, a, um. Adj. [συλλογιστικός] Quod ad ratiocinationem pertinet. ut, Ratiocinativum genus orationis. Cic. 1. de Invent. 17.

Ratiocinativa atque collectiva quæſtio dicitur. Quintil. lib. 7. cap. 6.

Ratiocinativus ſtatus, id eſt ſyllogiſmus. Quintil. lib. 3. cap. 6.

RATIO-

Ratiōcĭnium, ii. n. Ipſe ratiocinandi actus. Columel. lib. 5. cap. 1. Hæc non aliena, nec procul a ratiocinio, quod tradituri ſumus, breviter præfari oportuit.

R E P

REP. Republica.

Rĕpāgŭlum, i. n. [μοχλὸς πυλῶν θύρας. Gloſſ. Græc. Lat.] quod & Repages dicitur feminino genere, Obex dici poteſt, ex Re & Pago compoſitum. Feſtus, Repagula ſunt, ut Verrius ait, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut ex contrario opponantur, ut Cic. 6. Verr. 94. Poſtea, convulſis repagulis, effractiſque valvis, demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. Quæ poetæ interdum Repages appellant. Hactenus Feſtus. Plaut. Ciſt. 3. 18.
Ubi eſtis, ſervi? occludite ædes peſſulis, repagulis.
Portæ repagula ceciderunt. Ovid. 14. Met. 783.
Convellere repagula. V. convello.
Laxare repagula. Lucan. lib. 1. 295.
Perfringere repagula juris. V. perfringo.
Pulſent pedibuſque repagula. Ovid. 2. Met. 155.
Rupta robuſta repagula de poſte. Ovid. 5. Met. 120.
Recludere iram repagulis. Cic. 3. de Nat. Deor. 66. Illa, verſa mente, mihi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem recludam.

Repagulārius, a, um. Adj. ut,
Repagularii judices, ſeu diſceptatores, Commiſſarii ſunt, ad fores Curiæ jus dicentes. Et ſententiæ eorum, vel interfata, ſeu interlocutiones, Acta repagularia vocantur. Budæus in Forenſibus.

Rĕpandus, a, um. Adj. [ἀνάκυρτος] Quod eſt recurvum & ſinuoſum, quodque retrorſum patet. Plin. lib. 14. cap. 22. Ad hæc pertinet pectoroſa cervicis repandæ oſtentatio. Idem 9. 8. Cic. 1. de Nat. Deor. 83. Quam tu nunquam, ne in ſomnis quidem, vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. conf. Solin. cap. 43.

Repandirostrus, a, um. Adj. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 26. Repandus vero, nunc retro patentem ſignificat, nunc reflexum: unde Repandiroſtrum concinnavit Pacuvius, quanquam dure, Quintiliano teſte 1. 5.

Rĕpango, pēgi, & panxi, pactum, ĕre. Idem quod Pangere. Columel. lib. de Arborib. cap. 22. In quo ſcrobe deſtinaveris nucem ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito, ibique ſemen ferulæ repangito. Idem 5. 10.

Rĕparco, ſi, ſum, [ἀναφείδομαι] ĕre. Idem quod Parcere. Plaut. Truc. 2. 4. 25.
Utinam a principio mi item parſiſſem mere,
Ut nunc reparcis ſuaviis. Antiquum eſt.
Reparcere, ex contrario ſenſu, pro Non parcere, ut in Claudere & Recludere. Lucret. lib. 1. 668.
Scilicet ex ulla facere id ſi parte reparcent. Sic, enim legit Lambinus, alii aliter, ut annotavit Turnebus.

Rĕpăro, [ἀνακτάομαι, ἀναλαμβάνω, ἀνασκευάζω, ἀκέομαι] āre. Inſtaurare. & in ſtatum priſtinum redigere, quaſi rurſus parare. Plin. Epiſt. 191. Sed quæ ſunt vetuſtate ſublapſa, reparentur in melius.
Perdere & Reparare contraria. Cic. 5. Verr. 199. Quibus injuriis graviſſimis tamen illud erat miſerum ſolatium, quod id perdere videbatur, quod alio Prætore, eodem ex agro reparare poſſet.
Reparare quod amiſeris. Plin. 6. Epiſt. 94.
Amiſſas res reparare. Hor. 2. Serm. 5. 2.
Exercitum. Plaut. Capt. 1. 5. 52. al. Imperare.
Reparare bellum. Liv. 30. 7.
Requies reparat vires. Ovid. 4. Epiſt. 90.
Reparare, pro Repetere. Ut enim Parare, eſt Quærere: ſic Reparare, Requirere, recuperare. Hor. 1. Carm. 37. 24.
Fatale monſtrum: quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expavit enſem, nec latentes
Claſſe cita reparavit oras. Monuit Turnebus.
Reparare, Redimere, rurſus emere. Alfenus in l. Quidam. D. de in rem verſo, Quidam fundum colendum ſervo ſuo locaverat, & boves ei dederat. Quum hi boves non eſſent idonei, juſſerat eos venire, & his nummis, qui recepti eſſent, alios reparari. Servus boves vendiderat: alios redemerat: nummos venditori non ſolverat, &c.
Reparari, Paſſive, Reſarciri. Lucret. lib. 1. 1036.
Unde amiſſa ſolent reparari in tempore quoque
Reparari labore, ac refici. Plin. in Paneg. cap. 77.

Rĕpărātus, a, um. Partic. ut, Vina Syra reparata merce. Hor. 1. Carm. 31. 12. h. e. ut interpretatur Duarenus lib. 1. Anniverſ. diſput. Vina, quæ ſint empta nummis, ex venditione Syræ mercis refectis. Juriſconſultis autem, Parare, pro Emendi verbo in uſu eſt. Reparare igitur, pro Parandi verbo ab Horatio eſt uſurpatum, quemadmodum & Redimere, pro eo quod eſt Emere, ponere ſolemus. Lambinus.
Majores copias eſſe reparatas. Curt. 4. 911.

Rĕpărātio, ōnis. f. [ἀνανέωσις] Sall. in Jugurth. c. 31. Sed ſane fuerit regni reparatio, plebi ſua jura reſtituere. Al. Paratio. Prudent. Hymn. Exſeq. 120.
Mora hæc reparatio vitæ eſt. Veget. R. M. 3. 14. extr. Reparationis ſpes.

Rĕpărātor, ōris. m. [ἀνανεωτής] Stat. 4. Silv. 1. 11.
Ipſe etiam immenſi reparator maximus ævi
Attollit vultus &c. conf. Fab. Pict. apud Serv. in 1. Georg. 21.

Rĕpărābĭlis, e. Adj. [ἀνανεωτός] ut, Damnum reparabile. Ovid. 1. Amor. 14. extr. & Met. 1. 379.
Pudicitia nulla arte reparabilis. Ovid. 5. Epiſt. 103.
Vitam abire, ut rem ſupervacuam & reparabilem, ſinitis. Senec. de Brev. vitæ cap. 6.

Rĕpastĭno, [ἀνορύσσω] āre. Repaſtinari dicebant veteres vineas, Quæ refodiebantur. Feſtus, Repaſtinari is ager dicitur, ut Verrius exiſtimat, cujus natura mutatur fodiendo, quum aut ſilveſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat paſcui, vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione. Cato in ea quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum, Ego jam a principio in parcimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui, agro colendo, ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis, atque conſerendis. Hactenus Feſtus. Columel lib. 4. cap. 32. Quum deinde cultus conſenuit, repaſtinandum eſt. Idem lib. 2. cap. 15. Æſtivis deinde menſibus, non aliter ac ſi repaſtines, totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet. Plin. lib. 13. cap. 13. Cn. Terentium ſcribam, agrum ſuum in Janiculo repaſtinantem, offendiſſe arcam. conf. Varro 1. de R. R. 18.

Repastinatio, ōnis. f. Cic. de Senect. 54. Quid agri foſſiones, repaſtinationeſque proferam?

Rĕpătrio, āre. Redire. Solinus cap. 46. extr. Hoc Arabiæ ſi eſt, hinc ad Peluſium repatriemus. Idem cap. 40. Aſſiduis denique exemplis patet eos pepercisse, quum multi captivorum, aliquot leonibus obviis, intacti repatriaverint. h. e. In patriam reverſi ſint.

Rĕpecto, xi, vel xui, xum, [ἀναπεκτίζω] ĕre. Rurſum pectere. Unde

Rĕpexus, a, um. Partic. [ἀναπεπεκτισμένος] ut Equi repexi. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 3.
Sparge diem meliore coma: crinemque repexi
Blandius elato ſurgant temone jugales.
Coma repexa modo. Ovid. 3. de Arte Am. 154.
Repecto, Quod pexum erat & compoſitum diſſolvo. Stat. 6. Theb. 418.
Colla toris crinita tument, ſtanteſque repectit
Aura jubas. h. e. Diſpergit, diſſolvit. Lactantius. De equis loquitur.

Rĕpĕdo, [ἀναποδίζω] āre. Pedem retrahere, Repedare. Recedere, inquit Feſtus. q. V. Lucilius apud Non. 2. 718. Rediiſſe ac repedaſſe, ut Romam vitet gladiatoribus. Cic. 3. de Legib. 13. Domum cum laude repedanduſ. Correctius exemplar legit Redeunto.

Rĕpello, pŭli, pulſum, [ἀπωθέω, ἀνακρούω] ĕre. Retro pellere quod ingruit, rejicere, propellere ſive propulſare. in Præt. ſcribitur & Reppuli metri cauſa. Plaut. Bacch. 4. 9. 41.
Conſiliat, atque hominem repuli: dein pugnam conſerui ſeni. Cic. 6. Verr. 94. Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, male mulcati clavis ac fuſtibus, repelluntur.
Armis repellere, Fugare, & avertere aliquem. Cic. pro Cæcin. 33.
Repellere a vel ab. Cic. Poſt redit. in Senat. 16. Tu meum generum propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam, ſuperbiſſimis & crudeliſſimis verbis a genibus tuis repuliſti? Idem pro Domo, 54. Homines audaces ab ejus templi aditu atque aſcenſu repuliſti?
Jugum ſervitutis a corpore ſuo. Cic. Anteq. iret in exſil. 8. Sit is veſtris animis acceptiſſimus, qui a veſtro corpore jugum acerbiſſimum repulit ſervitutis.
Legatum a ſe. Julian. in l. Si hæreditatem. D. Mandati.
Servitutem a civibus. Cic. ad Brut. 14. Tibi perſuade, non tu Idib. Martiis, quibus ſervitutem a tuis civibus repuliſti, plus profuiſſe patriæ, quam ſi mature veneris, profuturum.
Repellere ab impediendo & lædendo. Cic. de Petit. Conſ. 42.
Repellere & Excludere a. Cic. 1. de Orat. 46. Multi erant præterea præclari in philoſophia & nobiles, a quibus omnibus una pæne repelli voce Oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina, rerumque majorum ſcientia, &c. videbam
Quum te a Conſulatu repuli. Cic. 1. in Catil. 27.
Bellum repellere. Cic. de Provinc. Conſul. 32. Bellum Gallicum, P. C. C. Cæſare imperatore geſtum eſt, antea tantummodo repulſum; ſemper illas nationes noſtri Imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putaverunt.
Cauſam repellere. Cic. 3. de Finib. Nec qui defendunt eam, verſuti ſunt in diſſerendo: nec qui contra dicunt, cauſam difficilem repellunt. [An refellunt? & Verſuti? Locum falſo notatum non reperi.
Contumelia repellatur, ſeveritas adhibeatur. Cic. 1. Off. 137.
Dolorem a ſe. Cic. 1. de Finib. 30. Dolorem aſpernari, ut ſummum malum, & quantum poſſit a ſe repellere.
Facinus. Ovid. 15. Met. 777.
Famem arte humili reppulit. Ovid. 4. de Pont. 3. 40.
Fraus conceſſa eſt repellere fraudem. Ovid. 3. de Arte Am. 491.
Hiemem ver repulit. Ovid. 10. Met. 164.
Impetum ægre repellere. Cic. de Provinc. Conſul. 6.
Ictus validos cute reppulit. Ovid. 3. Met. 64.
Nefas reppulit ille. Ovid. 2. Faſt. 140. al. Submovet.
Preces alicujus. Ovid. 14. Met. 377.
Sanguinem repellere, pro Depellere, vel extrahere. Plin. 28. 16.
Tellurem haſta. Ovid. 2. Met. 786.
Verba faſtidita. Ovid. 4. de Pont. 1. 19.
Vim vi. Cic. pro Sext. 88. Non verebar ne quis, aut vim vi repulſam reprehenderet, aut, &c.
Vim repellere, & inferre vim, contraria. Cic. pro Milon. 52.

Rĕpulsus, a, um. Partic. [ἀπωσθεὶς] ut,
Repulſus foribus, pro A foribus, apud Hor. 2. Serm. 7. 90.
A vera ratione repulſum. Lucret. lib. 6. 767.
Æra repulſa toties. Tibul. lib. 1. 3. 24.
Æra repulſa ſonant. Tibul. lib. 1. 9. 12. h. e. Frequenter pulſata ſeu percuſſa.
Amor ſæpe repulſus. Ovid. 1. Amor. 8. 76.
Hoſtis repulſus. Ovid. 6. Faſt. 391.
Nox repulſa effugiat meis ſtabulis. Ovid. 4. Faſt. 748.
Tellus repulſa eſt. Ovid. 6. Met. 512.
Telum repulſum ære. Virg. 2. Æn. 545.
Repulſior ſecunda conlatione dixit Cato in ea quæ eſt contra Cornelium apud populum. Nec quis, inquit, incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. Repulſior Comparative dixit a Repulſo. Feſt.

Repulsio, ōnis. f. Cæl. Aurel. Chron. 2. 7. 112.

Repulsus, ūs. m. [ἀπῶσις] Ipſe repellendi actus. Plin. lib. 34. cap. 8. Cervumque ona ita veſtigiis ſuſpendit, ut linum ſubter pedes trahatur alterno morſu digitis calceque retinentibus ſolum, ita vertebrato dente utriſque in partibus, ut a repulſu per vices reſiliat. Idem lib. 11. cap. 37. Vipera prægnans veneno impreſſo, dentium repulſu virus fundit in morſus.
Repulſus ſcopulorum. Cic. 2. de Divin. 13.
Rauci repulſus umbonum. Claud. de Bell. Gild. 433.
Aſſiduus creberque repulſus. Lucret. lib. 4. 105.
Repulſus, pro Repercuſſu. Plin. lib. 8. cap. 43. de aſinis, Repulſu durioris materiæ claudicatem illico affert.

Repulsa, æ. f. Rejectio ab honore vel magiſtratu. V. Valer. Max. lib. 7. cap. 5. Dicimus autem Accipere repulſam, & Ferre repulſam. Cic. pro Planc. 51. C. Marius, duabus Ædilitatis acceptis repulſis, ſepties Conſul eſt factus. Idem 5. Att. 19. Quod ſcribis, libenter repulſam tuliſſe eum, qui cum ſororis tuæ filii patruo certaret, hoc magni amoris ſignum.

Gravior mihi morte repulſa eſt. Ovid. 20. Epiſt. 167.
Offenſiones & repulſas, quaſi quandam ignominiam & infamiam, timere. Cic. 1. Off. 71.
Raræ repulſæ. Ovid. 2. Amor. 19. 6.
Sordida. Hor. 5. Carm. 2. 17.
Triſtes. Claud. 6. Conſ. Hon. 361.
Turpia. Hor. 1. Epiſt. 1. 43.
Accipere repulſam, V. paulo ſupra.
Afferre repulſam. V. AFFERO.
Aſſequi honores ſine repulſa. Cic. in Piſon. 2.
Ferre repulſam. Cic. 2. de Orat. 280. Nepos 4. 25. V. paulo ſupra.
Ferre repulſam & Præteriri. Cic. 11. Philipp. 19.
Pati repulſam. Ovid. 2. Met. 97.
Referre repulſam in domum. Cic. 1. Off. 139. Hic ſummi & clariſſimi viri filius in domum multiplicatam, non ſolum repulſam retulit, ſed ignominiam, &c.
Dolore repulſæ creſcit amor. Ovid. 3. Met. 395.
REPULSO, [ἀπωθίζω] āre. Frequent. unde
REPULSANS, antis. Partic. [ἀπωθίζων] Lucret. lib. 4. 583.
—ita colles collibus ipſis
Verba repulſantes iterabant dicta referre.
Pectus repulſans vera. Lucret. lib. 4. 912.
Vere repulſanti diſcedas pectore dicta.
RĔPENDO, di, ſum, [ἀνταποδίδωμι, ἀμείβω, ἀμείβομαι, ἀντισηκόω, ἀντισηκώζω] ĕre. Retribuere, compenſare. Virg. 1. Æn. 243.
— fatis contraria fata rependens. Plaut. Pſeud. 1. 2. 86.
Sine modo, rependam ego cuncta ob hæc hercle una opera. al. Reprehendam.
Rependere argento. Plin. lib. 12. cap. 25. de opobalſamo, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æſtivo unam concham impleri juſtum erat. Omni vero fecunditate a majori horto congios ſenos, minore ſingulos, cum duplo rependebatur argento.
Damna ingenio formæ rependo meæ. Ovid. 15. Epiſt. 32.
Dona rependere alicui. Stat. 9. Theb. 658.
Gratia rependatur facto, Reddatur, Referatur. Ovid. 2. Met. 694.
Pœnas ſceleribus rependere pares. Senec. Œdip. 14.
Præmia digna. Stat. 9. Theb. 50.
Pretium pro officiis. Ovid. 2. Amor. 8. 21.
Vices. Propert. lib. 4. 4. 58.
Vota alicui rependere pro re aliqua. Stat. 3. Silv. 3. 155.
REPENSUS, a, um. [ἀντισηκωθείς] Partic. ut, Repenſum aurum pro capite alicujus, & Repenſum auro caput, Idem. Cic. 2. de Orat. 269. Plin. lib. 33. cap. 3. Quum Septimulejus C. Gracchi familiaris, auro repenſum caput ejus exciſum ad Opimium tulerit.
REPENSURUS, a, um. aliud Partic. [ἀμείψων] ut, Magna repenſurus. Sil. lib. 17. 578.
REPENSO, [ἀντισηκόομαι] āre. Frequent. Columel. lib. 3. cap. 2. Id tamen incommodum repenſat uvarum multitudine. Paterc. lib. 2. 12. 15. quem vide.
Repenſans. Seneca Troad.
Brevi repenſans, quicquid adjecit moræ
Scyros, &c. H. St. Sed locum aliter in Membranis legi docuit Gronov. q. V. Eſt autem v. 206.
REPENSATIO, ōnis. f. Salvian. lib. 4. Ad repenſationem viciſſitudinis.
REPENSĀTRIX, īcis. f. ut, Repenſatrix data. Mart. Capell. lib. 9.
REPENS, entis. Adj. [αἰφνίδιος, ἐξαιφνίδιος, ἐξαπιναῖος] Subitus & repentinus. Tacit. 6. Ann. 7. Quid repens, aut vetuſtate obſcurum?
Adventus hoſtium repens, & Exſpectatus, contraria. Cic. 3. Tuſc. 52. Quanquam hoſtium repens adventus magis aliquando conturbat, quam exſpectatus: & maris ſubita tempeſtas, quam ante proviſa, terret navigantes vehementius.
Bellum repens. Liv. 10. 7. Si quod repens bellum oriatur.
Caſus. Liv. 53. 2.
Cauſa. Tacit. 15. Ann. 68.
Clades. Liv. 22. 8. pr.
Clamor. Sil. lib. 3. 220. Claud. de Bell. Get. 460.
— gaviſa repens per mœnia clamor Tollitur.
Cogitatio. Tacit. 1. Hiſt. 23. 1. Idem 4. 25. 2.
Conſternatio. Curt. lib. 10. 8. 15.
Cura repens. Cic. 3. Tuſc. 29.
Ne me imparatum cura laceraret repens. Ex Poeta.
Defectio Lucanorum. Liv. 8. 29.
Diſcordia. Virg. 12. Æn. 313.
Fama repens belli Gallici allata. Liv. 6. 42.
Ictus fulminis repens. Lucret. 5. 401.
Lacrimas repentes fuderunt ſimulachra. Tibul. lib. 2. 5. 77. al. Tepentes.
Metus. Senec. Troad. 6.
Perfidia. Tacit. 4. Hiſt. 25.
Religio repens civitatem eo tempore invaſerat. Liv. 29. 10.
Sonus. Seneca Medea, 12.
Terror. Liv. 21. 30.
Tumultus. Liv. 1. 14.
Vox. Valer. 2. Argon. 91.
REPENTE, Adv. [αἰφνιδίως, ἐξαίφνης, ἄφνω, αἰφνιδίως] Subito, ſtatim. Cic. 9. Fam. 12. Gratulor Bajis noſtris, ſiquidem, ut ſcribis, ſalubres repente factæ ſunt.
Senſim & Repente, contraria. Cic. 1. Off. 120. Magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente præcidere.
Modo egens, repente dives. Cic. 2. Philipp. 65.
Repente præter ſpem dixit. Cic. 4. Fam. 4.
Sed repente, e veſtigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus eſt verres. Cic. 1. Verr. 57.
Repente tanquam ſomnio. Cic. in Salluſt. 20.
Ruere omnia viſæ repente. Virg. 8. Æn. 525.
Lapſa repente turris. Virg. 2. Æn. 465.
De repente. V. DE præp.
REPENTINUS, a, um. Adj. [αἰφνίδιος, ἐξαιφνίδιος, ἐξαπιναῖος] Subitum, & a nemine proviſum, ſeu de quo nemo cogitaverat. Ter. And. 5. 4. 34.
— vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
Exſpectatus & Repentinus. Cic. 2. de Orat. 285.
Aquam repentinas ejaculatus eſt. Ovid. 1. Faſt. 270.
Conſilium. Nepos 4. 4. 5.
Edictum exoritur peculiare repentinum. Cic. 5. Verr. 36.
Exitus repentinus & informis. Tacit. 6. Ann. 49.
Fragor. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 211.
Homines. Cic. de Clar. Orat. 242. Ignoti homines & repentini, Quæſtores celeriter facti ſunt, oppidano quodam & incondito genere dicendi. Turnebus, Homo repentinus dicitur, homo novus, qui ſubito repenteque in hominum cognitionem, famam, commendationemque pervenit. conf. REPENTITIUS.
Mala. Cic. 3. Tuſc. 40.
Mors. Cic. 2. de Divin. 74.
Motu repentino accidentia, & Quæ meditata inferuntur, contraria. Cic. 1. Off. 27. Leviora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditate & præparate inferuntur.
Nuntius. Cic. 7. Verr. 27. Veniunt Syracuſas parentes, propinquique miſerorum adoleſcentium, hoc repentino calamitatis ſuæ commoti nuntio.
Tumultus. Ovid. 5. Met. 5.
REPENTINO, Adv. [αἰφνιδίως] Plaut. Pſeud. 1. 1. 37.
Quaſi ſolſtitialis herba, pauliſper fui:
Repente exortus ſum, repentino occidi. Cic. pro Quint. 14.
Moritur in Gallia Quintius, quum adeſſet Nævius, & repentino.
RĔPERCŬTIO, cuſſi, cuſſum, [ἀνακρούω, ἀνάκρουσις] ĕre. Percutientem ferire. Plin. 4. Epiſt. 30. An ut flumina, quæ in mari deferuntur, adverſantibus ventis, obvioque æſtu retorquentur: Ita eſt aliquid, quod hujus fontis excurſum per momenta repercutiat?
Repercutere aciem oculi dicit Senec. Epiſt. 115. pro Repercutiendo perſtringere.
Repercutere alicujus dicta. Quintil. lib. 6. cap. 3. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut repercutimus, aut eludimus. i. e. Refellimus. [Immo Retorquemus in adverſarium.
Repercutere faſcinationes, Diſcutere. Plin. lib. 28. cap. 4.
REPERCUSSUS, a, um. Partic. [ἀνακρουσθείς] Plin. lib. 37. cap. 21. Quum vero concreti ademere tranſitum, repercuſſa erumpit.
Repercuſſus ſol. Virg. 8. Æn. 23.
Sic ut aquæ tremulum, labris ubi lumen ahenis,
Sole repercuſſo, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia pervolitat late loca. Ubi Servius, Repercuſſo, aut vacat UT, aut bene Repercuſſum, quia primo aquam ferit, inde poſtea tendit ad tecta. Ovid. 2. Met. 110.
— poſitæque ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.
Imaginis repercuſſæ umbra. Ovid. 3. Met. 434.
Repercuſſæ clamoribus valles. Liv. 21. 55.
REPERCUSSIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quæſt. 7. 19. Per repercuſſionem vicinorum ſiderum. conf. Ulp. Dig. 1. 2. l. 17. §. 2.
REPERCUSSUS, ûs. m. [ἀνάκρουσις] Ipſe repercutiendi actus. Plin. Epiſt. 282. Nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſervabit, & reprimet quicquid e lacu veniet. conf. 2. Epiſt. 17.
Repercuſſus colorum. Plin. lib. 37. cap. 2. Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, & quoſdam colorum repercuſſus, quales in cæleſti arcu ſpectantur. *La reverberation des couleurs.*
Repercuſſus ſolis, quæ vulgo *Reverberatio* dicitur. Plin. lib. 5. cap. 5.
Repercuſſus ventorum. Plin. lib. 5. cap. 9.
Repercuſſu unda intumeſcit. Tacit. Germ. 5. 2.
REPERCUSSIBILIS, e. Adj. ut, Repercuſſibilis uſus. Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. Repercuſſibilis ſphæra. Idem ibid. 3. 6.
RĔPĔRIO, repĕri, vel Poetice, reppĕri, repertum, [εὑρίσκω, ἀνευρίσκω] ire. eſt Caſu offendere non quæſitum aliquid. Plaut. Aul. 5. 1. 10.
Reperi. L. quid reperiſti? S. non quod pueri clamitant
In faba ſe reperiſſe. Ovid. 1. Met. 654.
— tu non inventa reperta es. I. e. Tu quæ non inveniebaris olim eras. [Sed rectius legitur, mutata diſtinctione,
— tu, non inventa, reperta
Luctus eras levior. V. Voſſ. Etymol. in Aperio.
Reperio, ex Re & Pario componitur: ut, Repertum ſit quaſi Repartum, & in lucem proditum. V. Voſſ. l. c.
Reperire, non eſt aliquando fortunæ. Ter. Phorm. 1. 4. 15.
Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere inſiſtam via?
Reperiri dicitur aliquis, aut aliquid, Quum palam & comperta nobis eſt. Cic. pro Quint. 56. Tamen in iſta populatione & proſcriptione bonorum, improbiſſimus reperiebare.
Pro Comperiebare. H. St. Et refertur ad Adj. Improbiſſimus.
Repertus es ingratus. Plaut. Perſ. 5. 3. 59. i. e. Palam viſus & compertus es eſſe ingratus.
Aditum ſibi reperire. V. Aditus, in ADEO.
Auxilium alicui rei. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 15.
Cauſam reperire, Invenire rationem quapropter aliquid fieri aut minus fieri debeat. Ter. Phorm. 2. 1. 4. Quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient? Idem Eun. 3. 3. 6.
Ubi veni, cauſam, ut ibi manerem, repperit.
Cauſas reperio cur ſenectus miſera eſſe videatur. Cic. de Senect. 15. Quum complector animo, quatuor cauſas reperio, cur ſenectus miſera videatur.
Conſilium reperire. Ter. Phorm. 1. 4. 1.
Nullus es, Geta, niſi aliquod jam tibi conſilium celere reperies. conf. Idem Heaut. 3. 2. 22.
Exitum. Cic. 1. de Nat. Deor. 108. Nec vos exitum reperitis, reſque tota vacillat & claudicat.
Gloriam armis. Ter. Heaut. 1. 1. 60.
Malefacta veſtra repperi radicitus. Plaut. Moſt. 5. 1. 62.
Medicinam alicui rei. Cic. 1. Verr. 70. Profecto nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur.
Negotium repperi in hac re. Plaut. Rud. 2. 5. 26.
Novi aliquid. Cic. 4. Acad. 16. Poſteaquam Arceſilas Zenoni, ut putatur, obtrectans, nihil novi reperienti, ſed emendanti ſuperiores immutatione verborum, &c.
Occaſionem. Plaut. Pſeud. 4. 4. 9.

Periculum

Periculum ſuum. Ovid. 8. Met. 381.
Rationes bellandi. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 50. In novo genere belli novæ ab utriſque bellandi rationes reperiebantur.
Viam. Cic. 2. Att. 1. Quod ſi in eam me partem incitarem, profecto jam aliquam reperirem reſiſtendi viam. Idem 5. Verr. 110. Mihimet ineunda ratio, & via reperienda eſt, qua, &c. Virg. 5. Æn. 807.
Reperire parentes. Ter. And. 4. 6. 11.
Hoc non ſecus reperies. Plaut. Capt. 3. 4. 93.
Non reperiebam, quemadmodum poſſet jungi ſententia duorum tam diverſe ſentientium. Cic. de Clar. Orat. 8. Quibus armis quemadmodum uterentur, non reperiebant.
Quid ad hæc repereris? ſolvamus inquis. Cic. 7. Att. 3.
Reperire quamobrem. Ter. Adel. 4. 3. 1.
Reperio eum veniſſe Tarentum. Cic. de Senect. 10. Quem Tarentum veniſſe L. Æmilio, App. Claudio Conſulibus reperio.
Non reperitur ullo veſtigio. Cic. pro Cluent. 30. Cluentii nummus nullus judici datus ullo veſtigio reperitur.
Reperitur de quodam. Plin. lib. 10. cap. 54. Scitum de quodam potore reperitur Syracuſis, tamdiu potare ſolitum, donec cooperta terra fœtum ederent ova.
Reperiam multos, vel potius innumerabiles, non tam, &c. Cic. 2. de Finib. 29.
Reperibo, in futuro antiqui dixerunt. Cæcil. Oboloſtate, Nunc enimvero eſt, quum meæ morti remedium reperibit nemo. Auctor Nonius, 10. 29.
Reperibitur, in futuro Paſſ. dixit Plaut. Epid. 1. 2. 48.
Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur.
Reperirier, pro Reperiri. Lucret. lib. 4. 482.
Nam majore fide debet reperiſier illud, &c.
Reperiens, entis. Partic. Cic. 4. Acad. 16. Zeno nihil novi reperiens, ſed emendans ſuperiores.
Repertus, a, um. Partic. ut, Carmina labore reperta. Lucret. lib. 3. 420.
Civis repertus frater ejus. Sulpic. Apoll. in Ter. Eun. arg. 11.
Divina antiqua reperta. Lucret. lib. 5. 13.
Divitiis repertis incumbere. Virg. 6. Æn. 610.
Obſcura reperta Grajorum. Lucret. lib. 1. 137.
Superl. Apul. Apol. Per me licet fuerit repertiſſimum.
Repertum, i. n. [εὕρημα] Lucret. lib. 1. 732.
Carmina quinetiam divini pectoris ejus
Vociferantur, & exponunt præclara reperta. i. e. Inventa, quæ ipſe Empedocles (de quo hic fit mentio) primus adinvenit. Idem 5. pr. Divina reperta.
Repertus, ûs. m. Apul. Met. 11. pr. Ceres repertu lætata filiæ. Idem Florid. pr. Quippe adhuc erat iſta repertu novo commodum oriebatur.
Repertor, ôris. m. Qui reperit. Ovid. 3. Faſt. 762. Plin. 2. 12.
Doctrinarum repertores. Lucret. lib. 3. 1050.
Hominum rerumque repertor. Virg. 10. Æn. 829.
Legum. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Opis medicæ repertor Phœbus. Ovid. de Rem. Amor. 76.
Pœnæ miraculus repertor. Ovid. 3. Triſt. 11. 51.
Tormentorum. Claud. 1. in Eutrop. 163.
Vitis repertor, Bacchus. Ovid. 2 Faſt. 329.
Repertrix, îcis. f. Apul. Apol. p. 285. Elmenh. Paupertas omnium artium repertrix.
Repertorium, i. n. quid ſit, declarat Ulpianus De adminiſtratione & periculo tutorum, l. Tutor. his verbis, Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo Inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur, niſi forte aliqua neceſſaria & juſtiſſima cauſa allegari poſſit, cur id factum non ſit.
Repertitius, a, um. Adj. Quod repertum eſt. Salluſt. in Cic. 1. Repertitius, aſcitus, & paulo ante inſitus huic orbi civis. Repertitius autem appelletur civis, Turnebo auctore, Qui non eſt origine civis, ſed jure, ut in civitate receptus, quaſi repertus civis & quæſitus. Alii tamen Reptitius legunt eleganter: quidam Irreptitius: non deeſt etiam qui Repetitius, quaſi is ſit, qui quum ſe civem Romanum ferat, ab aliis repetatur. Sed Repertitius, quod in veteribus libris perſcribitur, ut ingenuum & verum libentius retinuerim. [Nec inſcite legeris Repentinus. V. in voce ee Cic. Homo repentinus. Nihil enim Tullio, niſi novitatem objici his verbis perſpicuum eſt. de Reptitius conf. in a a p o.
Repertito, āre frequent. Varr. R. R. 1. 1. Indicabo a quibus ſcriptoribus repertites. al. Reperias.
Repeto, îvi vel ii, ītum, [ἀπαιτέω, μετιέναι, ἐπαναλαμβάνω] ĕre, proprie Reſtituendum petere. Auctor ad Heren. lib. 2. 19. Id quod argentario detuleris expenſum, a ſocio ejus recte repetere poſſis. Ter. Eun. 4. 6. 12.
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretii.
Cic. 7. Verr. 127. Repetere res ſuas.
Dare & Repetere. Cic. 1. Tuſc. 116. At ea quidem dedit uſuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Quid eſt igitur quod querare, ſi repetit quum vult?
Beneficium repetere. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15.
Bona ſua repetere ac perſequi lite atque judicio. Cic. 3. Verr. 32.
Fructum repetere; dictum de rebus ad animum pertinentibus. Cic. pro Arch. 1. Earum rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope ſuo jure debet. Hoc dixit Cicero poſt commemoratum ingenium ſuum, & dicendi exercitationem, & optimas artes. Eſt autem metaphora a villico, a quo dominus villæ rationem fructuum ſolet exigere.
Fructum & officii præmium repetere. Cic. Anteq. iret in exſil. 4.
Gratiam pro beneficio repetere. Liv. 1. 47.
In ſervitutem urbes. Liv. 34. 58.
Jus. Cic. 1. Verr. 18. Ecquid auctoritatis apud vos in ſuo jure repetundo ſocii Populi Romani, ſupplices veſtri, habere debeant.
Pœnas ab aliquo, Exigere. Cic. 7. Verr. 16. Verebatur ne Populus Romanus ab iſto eas pœnas vi repetiſſe videretur, quas veritus eſſet, ne iſtis legibus & veſtro judicio non eſſet perſoluturus.
Repetere, Revocare. Plaut. Truc. 4. 3. 72.
Bene agis mecum, filium iſtinc tute melius eſt repetere. Ter. And. 1. 5. 14. Hem, repudiatus repetor.
Repetere, Sæpius petere. Cic. pro Planc. 101. Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? quid meam fidem imploras?

Repetere, Iterare. Columel. lib. 4. cap. 28. Poſtea licet eandem pampinationem repetere.
Audita repetens. Ovid. 20. Epiſt. 193.
Omina repetere, i. e. Auſpicia iterare. Virg. 2. Æn. 178.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec poſſe Argolicis exſcindi Pergama telis
Omina ni repetant Argis. Sumptum ex diſciplina Roman. apud quos duces a provincia & exercitu auſpiciorum repetendorum cauſa Romam ſæpe advolabant. Liv. 8. 30. Namque Papirius Dictator a pullario monitus, quum ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur, magiſtro Equitum denuntiavit, ut ſeſe loco teneret. Ex Turnebo.
Sermonem de re aliqua. Plin. lib. 33. cap. 1.
Somnum. Cic. 13. Att. 37. Deinde ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus ſum.
Verba. Ovid. 20. Epiſt. 9.
Repetere per judicem. Ulpian. l. 3. §. Si liber. D. de condict. cauſ. dat.
Repetere reum. Paulus in l. Reum. D. de accuſat. Quod ſi libelli inſcriptione legitime ordinati non fuerint: rei nomen aboletur: & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. l. a. Rurſus accuſandi. V. a s u a.
Vox quoque gladiatorum erat, qui icti novo icto ferirentur. V. Lipſ. Saturn. 2. 20. Huc pertinet teſſera percuſſorum Caligulæ apud Suet. cap. 58. Repete. Sic Liv. 4. 19. pr. Repetitum cuſpide ad terram affixit.
Repetere, [ἐπανιέναι] Reverti: ut, Caſtra repetere. Liv. 31. 01.
Domum. Ovid. 3. Met. 204.
Præſepia tauri repetunt. Virg. 7. Ecl. 39.
Urbem. Virg. 2. Æn. 749.
Iter. Ovid. 3. de Arte Am. 747.
Repetere in Africam. Liv. 25. 27.
Conſilia. Cic. 2. in Verr. 17. Comitiis conſularibus factis, eadem illa vetera conſilia pecunia majora repetuntur. i. e. Renovantur. Bud.
Miniſteria repetere ſolita, Redire ad conſuetum opus. Plin. 9. Epiſt. 33.
Opus propoſitum. Ovid. 3. Met. 151.
Relicta repetere, Redire ad intermiſſa negotia. Hor. 1. Epiſt. 7. 97.
Studia. Cic. de Fato, 4.
Repetere, Petere. Tibul. lib. 1. 3. 39.
Nec vagus ignotis repetens compendia terris, &c.
Repetere, eſt Retrorſum petere: ut quum Alte repetitam orationem dicimus. Cic. 3. de Orat. 89. Quorſum igitur hæc ſpectat, inquit, tam longe, & tam alte repetita oratio? Alte repetita, pro A principiis rerum accerſita dicit: quod ipſum interdum vitioſum eſt. Ibid. 23. Repetam, & non ab incunabulis noſtræ veteris puerilique doctrinæ, quendam ordinem præceptorum. Budæus.
Repetita longius interrogatio, apud Quintil. lib. 5. cap. 7. Vulgo dicimus, *Longiſſime rem quærere*, vel *longiſſime veſtigare*. Hæc Budæus.
Altius repetere. Cic. pro Cluent. 66. Repetam paulo altius, Judices, & omnia quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis videamini.
Altius omnis mi repetenda oratio eſt. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Alte & a capite repetere. Cic. 1. de Legib. 18. Alte vero, & ut oportet, a capite, frater, repetis quod quærimus.
Ab initiis Urbis. Cajus in l. 1. D. de orig. juris.
Ab origine prima. Virg. 4. Georg. 286.
Expediam, prima repetens ab origine famam.
Ab ultimis, vel Ab ultima antiquitate repetere. Cic. 1. de Divin. 2. Principio Aſſyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam.
Ab ultimo aliquid repetere, i. e. Ab initio, Auctor ad Heren. lib. 1. 14.
Ex litterarum monumentis res repetere. Cic. 1. de Invent. 1. Quum autem res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas, ex litterarum monumentis repetere inſtituo, &c.
Longe repetere principia. Cic. 1. de Legib. 20. Dii immortales, quam tu longe juris principia repetis!
Memoriam alicujus temporis. Cic. pro Dejot. 20.
Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr. 105. De quo ſi paulo altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoſcite.
Originem repetere. Cajus in l. 1. D. de orig. juris.
Rem repetere ſupra annos multos. Liv. 1. in præfat. Res eſt præterea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur, &c.
Inde uſque repetens. Cic. pro Arch. 1. Nam quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde uſque repetens hunc video, &c.
Repetere uſque a. Cic. 1. de Orat. 91. Quum repeteret uſque a Corace neſcio quo, &c.
Repetita conſuetudo & inſtitutum dicitur, hoc eſt Longo intervallo relata, id eſt, ut clarius dicam, A longiſſimis retrorſum temporibus petita. Cic. 1. Verr. 67. Neque enim magis animos hominum nocentium res unquam ulla commovit, quam hæc majorum conſuetudo, longo intervallo repetita atque relata. Hæc Budæus.
Repetita die, Locutio a Juriſconſultis uſurpata pro eo quod *antidatam* appellant. Paulus l. 3. c. 4. D. de fide Inſtr. Repetita quidem die cautionem interponi non debuiſſe. i. e. Die retrorſus ementita. Ubi dies pro tempore intelligi debet, quum feminino genere ſit poſitum, ut in illa locutione Annua, bima, trima die. Ulp. l. 15. Si finita. §. 31. Item D. De damno infecto, Videamus ſi cautio ei offeratur poſtquam miſſus eſt in poſſeſſionem, an prius decedere debeat, quam ſi ei caveatur, etiam de eo damno quod ei contigerit poſteaquam miſſus eſt in poſſeſſionem: quod quidem magis probatur: repetita igitur die cavendum erit. i. e. Referenda retrorſus cautio & in præteritum. Huic opponitur, Prolata die, in titulo De edendo. Ex Budæo. conf. Ulpian. l. 4. Julianus §. 6. proinde ſi D. Ad exhib.
Repetere, [ἀναμιμνήσκεσθαι] pro Recordari. Suet. de Clar. Gram. cap. 17. Me quidem adoleſcentulo, repeto quendam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis diſputare. Subauditur Memoriâ. Plin. 3. Epiſt. 5. Repeto me correptum ab eo cur ambularem.
Repetere memoriâ. Cic. 1. de Or. 1. Cogitanti mihi ſæpenumero & memoriâ vetere repetenti, perbeati fuiſſe, Quinte frater, illi videri ſolent, qui, &c.
Repetere, pro eo quod Galli *Regretter* dicunt. Sic enim quidam exponunt. Cic. 4. Acad. 13. Repetunt jam P. Valerium, qui exactis regibus primo anno Conſul fuit: commemorant reliquos, qui leges populares, &c. Repetunt & Commemorant videtur eodem ſenſu dixiſſe.
Repetere, pro Referire. Unde Repetere mulam calcibus, & canem morſu. Senec. lib. 3. de Ira, cap. 27. i. e. Viciſſim impetere mulam,

& canem remordere. *Refrapper des pieds, & remordre.* Idem ibid. lib. 2 cap. 34.

Repetitus, a, um. [ἐπαναληφθεὶς] Partic. V. ſupra.
Per arma repetitus. Ovid. 16. Epiſt. 341.
Clades repetita. Claud. de Bell. Get. 284.
Emptio repetita dicitur Retrorſum petita: ut ſi re vendita & pretio ſoluto conveniat inter contrahentes, ut diſcedatur ab ea venditione, & conſiſtat ſecunda, & quaſi alia non præceſſerit. Certe ex quo res non eſt integra (quia pretium ſolutum eſt) non poteſt conſiſtere alia poſterior venditio, ſed prior cenſetur repetita; & ſic diſceditur a ſecunda, & recurritur ad priorem. Pompon. in l. 2. De reſc. vend.
Exordia repetere Sil. lib. 7. 435.
Memoria repetita. Cic. in Parad. 4. Eſſet juris & æquitatis (quæ vincula ſunt civitatis) repetita memoria.
Poſſeſſio repetita per interdictore. Cic. pro Cæcin. 9.
Somno repetito. Cic. 13. Att. 37. Deinde quum ſomno repetito, ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola a ſororis tuæ filio.
Vulnus. Ovid. 12. Met. 287.
Semiremoque novat repetitum ſtipite vulnus.
Divinatio eſt ab omni æternitate repetita. Cic. 1. de Divin. 25.
Loci ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetiti. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Repetendus, vel antique Repetundus, a, um. [ἀπαιτητέος] Partic. ut, Terra nunquam repetenda. Ovid. 13. Met. 947.
Vulnera repetenda. Sil. lib. 6. 320.

Repetundæ, f. pl. Repetundarum, Repetundis: hos duos tantum caſus habet. Repetundarum, vel De repetundis pecuniis a provincialibus accuſatur is, qui præſes provinciæ ſociorum pecunias aut vi, aut dolo expilavit. Unde Marcian. l. 1. pr. lib. 48. D. t. 11. de l. Jul. Lex Julia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel alio officio, munere, miniſteriove acceperit. Sed poſtea latius patuit, ut hoc nomine, omnia, quibus divitiæ conſtant, contineantur, ut vaſa pretioſa, veſtes, frumentum, navigia: ut etiam ſi quis populus alteri populo injuriam fecerit, aut captivorum, aut incendii, aut prædæ, qui injuriam repeteret, diceretur Agere repetundarum rerum. Ergo quum repetuntur quæ ſunt ablata, tunc Repetundarum rerum agitur, vel De repetundis. Hæc fere omnia ex Marciano, Ad legem Juliam repetundarum. Plin. lib. 2. Epiſt. 11. Marium repetundarum pœnæ, quam jam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum. Cic. 2. Off. 75. Nondum centum & decem anni ſunt, quum de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex. Valla lib. 1. extr. Repetundarum, & De pecuniis repetundis, non habet alios caſus: & dubitari poteſt Participiumne ſit, ſive Nomen, an Gerundium. Verres accuſatus eſt repetundarum, vel de pecuniis repetundis. Quum dico Repetundarum, ſubintelligo Pecuniarum: quo nomine, pecunias & omnia quibus divitiæ conſtant, contineri dicimus. Et paulo poſt, Hoc autem ſive Participium, ſive Nomen, ſive Gerundium, a tertia conjugatione natum, mutavit e in u, vel ob hoc ſaltem ut differret ab illo quod dicitur Ad res repetendas, ut Sunt miſſi legati ad res repetendas: quo ſignificatur, aut principi aut populo erepta eſſe vel pecorum, vel hominum, vel locorum, aut terrarum, agrorumque corpora. [Falſo in Diptotis poni hanc vocem contra Vallam docuit Voſſ. de Anal. 1. 48.
Repetundæ, crimen capitale necne fuerit, dubitatur a doctis. Verum omnem dubitationem tollit una diſtinctio. Prioribus enim temporibus capitale non fuit: poſtea, cum avaritia magiſtratuum haud paulo latius regnare jam in Provinciis cœpiſſet, viſum eſt, ut acrioribus remediis obviam iretur. Itaque, lege lata, capitale crimen factum eſt. Utrumque probatur exemplis. L. Lentulum, de repetundis damnatum, poſtea cum L. Marcio Cenſorino Cenſorem eſſe factum, tradit Valerius lib. 6. (9. 10.) Quo patet, damnatione, jus Romæ manendi ademptum illi non eſſe, ſiquidem Cenſuram ſit aſſecutus, quam geſſit anno ab urbe condita DCVI. Idem illa confirmant, quæ ſcripta ſunt lib. 1. 20. Rhetoricorum ad Herennium; Lex vetat eum, qui de repetundis damnatus ſit, in concione orationem habere. Altera lex jubet, Augurem, in demortui locum qui petat, in concione nominare. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis, in demortui locum qui petat, nominavit. Petitur ab eo mulcta. Veteris enim legis, non ejus, quæ poſtremis Reip. temporibus lata eſſet, exempla ea videtur attuliſſe: cum libro 2. de Offic. 75. ita loquatur Cicero: Proximæ quæque leges de repetundis duriores. Hæc manſiſſe Romæ primis illis temporibus, qui jam de repetundis damnati eſſent, facile demonſtrant. Ruſus, capitale crimen fuiſſe, eoque damnatos exſulaſſe, interdictæ aqua & igni, A. Gabinii, & C. Verris exemplo cognoſcitur. Quod ſi quis objecerit, non eos lege exſulaſſe: ſed quia, cum ſolvendo non eſſent, aut omnino cum nollent ſolvere, voluntarium in exſilium profecti ſint: adjungemus de C. Catone: quem & eſſe damnatum de repetundis Cic. 6. Verr. 22. Vellejuſque (2. 8. pr.) tradunt, & exſulaſſe Tarracone, ex oratione pro Balbo (28.) perſpicuum ſit, cum tamen æſtimata ei lis eſſet tantummodo HS XVIII millibus, ut exſulaſſe videatur: non, quod fortaſſe poſſet aliquis de Gabinio & Verre ſuſpicari, ne ſolveret quod æſtimatum erat, quod minimum ſane pecuniæ fuit, ſed quia legi, quæ repetundarum damnatis aqua & igni interdiceret, parere cogeretur. Eſt etiam apud Vellejum (2. 13.) P. Rutilii exemplum, repetundarum lege damnati: quem exſulaſſe & Cicero in oratione pro Balbo (l. c.) & epitome Liviana lib. 70. declarat. Verum, ut hæc ſint dubia, quæ tamen ſatis aperta mihi quidem videntur, Pediani teſtimonio nihil illuſtrius. Is, ubi exponit illud Cic. 3. Verr. 8. Avaritiæ ſupplicio communi; ſubjungit, Æſtimatione litis, & exſilio. Satis manifeſte exſilium cum pecuniaria pœna in repetundarum crimine conjungens. Actionem fuiſſe in hoc crimine adverſus hæredes, niſi ſi rei in reatu, ut Juriſconſulti loquebantur, periiſſent: cum ex ipſis cognoſcitur Juriſconſultis, tum Valerius indicat (9. 12. 7) his verbis: C. Licinius Macer, vir Prætorius, Calvi pater, repetundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in Mænianum conſcendit: deinde M. Ciceronem, qui id judicium cogebat, prætextam ponentem quum vidiſſet, miſit ad eum, qui dicerent, ſe non damnatum, ſed reum periiſſe, nec ſua bona haſtæ poſſe ſubjici: ac protinus ſudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluſo ſpiritu pœnam mortis præcurrit. Qua cognita re, Cicero de eo nihil pronuntiavit. Igitur illuſtris ingenii orator, & ab inopia rei familiaris, & a crimine domeſticæ damnationis, inuſitato paterni fati genere vindicatus eſt. Pœna vero damnatis de repetundis, quod ex Pediano ſatis liquet, dupli fuit. (Immo, vel ſimpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur, ut ipſe ait Pedian. in 2. Verr. 38.) Lex per annos DC hoc de crimine lata Romæ nulla eſt: Conſulibuſque Cenſorino & Manilio, L. Piſo Frugi Tribunus pl. primum de repetundis rogationem tulit, ut Cic. 2. Off. 75. & in Bruto, 106. docet. Eodemque anno, aut certe proximo, alia lex a Cæcilio tribuno pl. lata eſt: qua damnatum L. Lentulum, eum, de quo proxime meminimus, qui poſtea Cenſor fuit, prodidit Valerius lib. 6. (l. c.) Aliæ deinde leges de repetundis, Servilia, Acilia, Cornelia, Julia: quibus ſingulis aliquamdiu judicia ſunt adminiſtrata. Nam poſterior quæque proximam ſuperiorem abrogavit, ſic tamen, ut quædam retineret, atque adeo interdum multa. Non enim dubito, quin quot in rebus crimen repetundarum Servilius conſtituit, iiſdem in rebus, aut omnibus, aut pleriſque idem crimen Acilius, quum ſuam legem ferret, eſſe voluerit: pœnam vero ſemper fere auxit poſterior lex, & judicii rationem aliqua re multæ mutarunt. Itaque C. Servilius Glaucia, (tadem enim ad quatuor leges, quas proxime nominavi) is qui cum Saturnino Tribuno pl. Prætor eſt occiſus, quum de repetundis rogationem ferret, novum de Comperendinatione caput primus tulit, intraque ſpatium hoc judicii tempus concluſit, ut accuſatori dies viginti ad agendum, totidem defenſori ad defendendum darentur. Ante hanc legem ampliari quidem licebat, comperendinari vero in judicio repetundarum non licebat. Quorum alterum lege Servilia confirmatum: alterum, nulla in veteri lege ſcriptum, ſed novum inductum, Acilia ſuſtulit. Qua de re Pedianus (in loc. infra ſeq.) ſic, Ante legem Glauciæ de comperendinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur, ſi abſolvendus eſſet reus: aut amplius pronunciabatur, ſi videretur eſſe damnandus, quum dixiſſent judices, Non liquet, hoc eſt, obſcura cauſſa eſt. Itaque ea pars, interpoſita dilatione, dicebat, in cujus peroratione videbatur obſcuritas. Comperendinatio vero utriuſque partis recitatio eſt. Aciliam legem, quam tulit M. Acilius Glabrio, pater ejus, qui Verris in cauſſa Prætor fuit, ſeveriſſimam fuiſſe Cic. 3. Verr. 26. & Pedianus (ibid.) tradunt. Nec enim ea lege comperendinari, aut ampliari reum licebat. Itaque multi, nulla omnino, neque comperendinationis, neque ampliationis, dilatione interpoſita, ſemel accuſati, ſemel dicta cauſſa, ſemel auditis teſtibus, ea lege damnati ſunt. Quod autem eo in loco Cicero dixit, Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, non dixit, Reſtituo, quaſi de lege ante Serviliam lata, ſed habuit rationem præſentis temporis, cum ex lege Cornelia, non jam ex Acilia, de repetundis quærebatur. Acilia enim tollebat omnino & comperendinationem, & ampliationem: quum utraque, comperendinatio quidem certe, lege Cornelia permittebatur. Id Cicero ſignificavit ſatis aperte quum (paulo ſupra) dixit: Adimam enim comperendinatum: quod habet lex in ſe moleſtiſſimum, bis ut cauſſa dicatur. Et in eo, (paulo poſt,) Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus. Nam ſi primus Glaucia, ergo aliquis poſt eum idem de comperendinatione tulit. Eum autem Acilium conſtat non fuiſſe, id quod oſtendimus. Fuit igitur L. Sulla, cujus ex lege eo tempore judicia de repetundis adminiſtrabantur. Idemque declarat Pedianus, quum ait, (in 3. Verr. 24.) Ideo teſtibus uſum eſſe Ciceronem, ut ſi poſſet, comperendinationem tolleret. Fruſtra enim Cicero conatus eſſet tollere, ac ne conatus quidem eſſet, ſi neceſſaria fuiſſet. Quare autem ſubjunxit, (64.) Ita mittam in conſilium, ut etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen illi turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare. Hoc dicit: Ita teſtes interrogabo, ita ſcelera Verris patefaciam, ut etiam ſi lex Acilia, quam, quod ad me attinet, tibi reſtituo, (adimo enim comperendinatum) permittat id, quod minime permittit, dilationem videlicet, judices tamen haudquaquam ampliantes, (comperendinationem non nominat, quia comperendinatio, non judicum, ſed accuſatoris & defenſoris erat, eorumque alterutro petente, debat, ampliatio vero judicum) magnitudine criminum, & vi probationum inſpecta, ſibi turpe arbitrentur non primo judicare. Et quod Aciliam Cicero mitiſſimam vocat, quam Aſconius ſeveriſſimam; uterque recte: ſeveriſſimam, ſi cum veteribus, mitiſſimam, ſi cum Cornelia conferatur. Hæc pluribus verbis, quia locus Ciceronis in Verrem ſatis habet obſcuritatis: & in eo interpretes omnes implicati, tanquam in ſalebris hæſerunt. Cornelia, L. Sullæ Dictatoris fuit, ut poſterior quæque lex, durior, quam Acilia: etſi comperendinationem concedebat, quam Acilia tollebat. Sicuti lex Glauciæ durior, quam vetus; cum tamen Glauciæ lege comperendinari poſſet reus, veteri lege non poſſet. Id Cicero (26.) ſignificat his verbis: Utram putas legem molliorem? opinor, illam veterem. Eodemque modo ſeverior, quæ conſecuta eſt, Julia, quam Cornelia. Quod idem Cicero ſcripſit in oratione pro Poſtumo, 9. Sunt autem lege Corneliæ judicia de repetundis omnia uſque ad C. Cæſarem, qui poſtea Dictator fuit, primum conſulatum adminiſtrata. Conſul enim Cæſar novam de repetundis legem rogavit: cujus quidem capita, quæ ex veterum ſcriptis liceat colligere, hæc maxime fuerunt: Ut repeterentur pecuniæ, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſteriove publico cepiſſet, vel aliquis ex cohorte ipſius: Ut urbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtinerent, neve plus doni muneriſve in anno acciperent, quam quod eſſet aureorum centum: Neve quis ob judicem arbitrumve dandum, mutandum, jubendumve, ut judicaret; neve ob hominem in vincula publica conjiciendum, vinciendum, vincirive jubendum, vel ex vinculis dimittendum, neve quis ob hominem condemnandum, abſolvendumve, neve ob litem æſtimandam, judiciumve capitis pecuniæve faciendum, aliquid acciperet. Quæ verba non minus pertinebant ad Provinciales, quam ad Urbanos Magiſtratus. Item, ne quis omnino ob negotium faciendum, vel non faciendum, per calumniam pecuniam acciperet. Cautum præterea, ne Provinciæ Præſidum avaritia premerentur, aut exhaurirentur: ne illi, qui Provincias regebant, quive circa eos erant, negotiarentur, nec mutuam pecuniam darent, fœnuſve exercerent: neque hoc tantum, ſed ne uxorem quidem ducere quiſquam poſſet ex ea provincia oriundam, vel domicilium ibi habentem; neve filio uxorem ducenti conſentiret; ne iis in liberos populos jus de pecuniis creditis dicere liceret: Item, ne quis de provincia exiret, aut exercitum inde ſua auctoritate educeret, bellum ſua ſponte gereret, in regnum alienum injuſſu ſenatus ac populi accederet, ut libertas ſociis, ac præmia, ob merita in Rempubl. data, integra, eſſent: ne cuiquam aurum coronarium aut imperare, aut accipere liceret, niſi cui decretus eſſet a ſenatu triumphus: ne dona Quæſtores acciperent, aut xenia: ut rectores provinciarum, rationes, priuſquam decederent, apud duas in provincia civitates deponerent: ne quis Pro conſule, aut

Pro

Pro Prætore Legatum ſuum ante ſe de provincia dimitteret: quod ab Ulpiano in lege Meminiſſe, traditum eſt. (Immo vix quicquam in hac lege. quæ eſt 10 De offic. Proc. & Legat Plura V in l. 4 Obſervare. ejuſd tit. 16. lib. 1. D.) Spectavit hæc lex non modo ad eos, qui cum aliquo poteſtate erant, verum etiam ad eos, qui curabant aliquod opus publice faciendum, frumentum comparandum, vel viam reficiendam: item ad Legatos, qui provinciarum rectoribus a ſenatu dabantur, (& a Præſidib. aſſumebantur) Præfectoſque, & Tribunos, Quæſtores etiam, totamque cohortem Prætoriam, ſi quid accepiſſe a provincialibus convicti eſſent. Eadem lege illud etiam ſancitum erat, Quid rectoribus provinciarum, dum in provinciam irent, a ſociis pop. Rom. liceret accipere. Qua de lege Cicero, dum in provinciam proficiſcitur, ita ſcribit ad Att. lib. 5. 14. (Al. 10.) Adhuc ſumptus, nec in me, aut publice aut privatim, nec in quenquam comitum. Nihil accipitur lege Julia nihil ab hoſpite. Poſtea vero, quam in provinciam pervenit, eodem libro epiſt. 21. (Al. 16.) ſic: Scito non modo nos fœnum, aut quod lege Julia, dari ſolet, ſed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & tectum, quenquam accipere quidquam. Ad hanc legem poſtea Cæſar, rerum potitus, fortaſſe caput hoc addidit, Ut repetundarum convicti etiam ordine ſenatorio moverentur. Id quidem ab eo factum, Sueton (cap 43. vitæ) narrat. Quod vel aucta, ut dixi, ſua vetere lege potuit, vel nova lege lata, vel etiam, lege nulla, pro ea, quam omnium rerum novus habebat, poteſtate. Scriptum etiam apud Marcianum Juriſconſultum (V. l. c.) invenio, lege Julia repetundarum cautum eſſe, ne judicare, neve teſtimonium dicere liceret ei, qui ob turpitudinem ſenatu motus, nec reſtitutus eſſet. Ex P. Manutii libro de Legibus Romanis. [V. omnino totum tit. de lege Julia repetundarum, qui eſt 11. lib. 48. D. junge Lex. Pariſ. in Repetund. & in Lex. Glaucia, &, quæ eadem rectius ſic vocatur, Servilia.

Repetundarum judicium inde dictum eſt, quod eo judicio ſocii pecunias ſibi contra leges ereptas repetebant, quas ex condemnatorum litibus æſtimatis domum reportarent. [Ut apparet ex Cic. 7. Verr. 128. & 1. Verr. 17. & 18.

Crimina repetundarum. Tacit. 4. Ann. 19.

Inſimulari repetundarum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Poſtulare aliquem repetundis. Tacit. 3. Ann. 66.

Cicero fere plenius, ſublata ellipſi, profert, ut 6. Verr. 56. Ejus, qui primus de pecuniis repetundis legem tulit.

Repetere ab aliquo rationem de pecuniis repetundis. Cic. pro Cluent. 104.

Teneri lege pecuniarum repetundarum. Cic. pro Cluent. 148.

Repetentia, æ. f. [ἀνάμνησις] Recordatio, & memoria. Lucret. lib. 3. 864.

Interrupta ſemel quum ſit repetentia noſtra. Sic legit Lambinus. Quidam vero Repentia: ſed prior magis placet. [Gl. L. G. Repetentia, Ἐπανάληψις.

Repetītio, ōnis. f. [ἀνάμνησις, ἐπαναφορά] Cic. 3. de Orat 204. Et ejuſdem verbi crebra, tum a primo repetitio, tum in extremum converſio.

Repetītor, ōris. [ἀπαιτητής] ut, Ademptæ nuptæ repetitor. Ovid 8. Epiſt. 19.

Repetītius, V. Repertitius in repepto, & Reptitius, in repo.

Rĕpignĕro, [ἀνεχυράζω] āre. Pignus recipere ſoluto pretio. Ulpian. tit. Commodati, l. Si ut certo. § Nunc videndum, in quibus ſpeciebus commodati actio locum habeat: & eſt apud veteres de hujuſmodi ſpeciebus dubitatum. Rem tibi dedi, ut creditori tuo pignori dares: dediſti, non repigneras, ut mihi reddas. Paulo poſt, Si a me culpa abſit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus, &c. Alii legunt Repignoras, & Repignorandi. Eſt autem Repignorare, Pignus luere.

Repigro, āre. pen. comm. Retardare. Apul 8. Met. p. 208. Elmenh. Ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur impetus.

Repigrātus, a, um. Partic. Apul. 1. Met. p. 106. Elmenh. Obſepto utero & repigrato fetu.

Replaudo, ēre. & Hinc

Replaudens, entis. Partic. Apul. 1. Met. p. 105. Elmenh. Dextra frontem replaudens. Et 6. Met. p. 185. Quadrupedi curſu ſolum replaudens.

Repleo, ēvi, ētum, pr. com. [ἀναπληρόω Gl. L. G.] ēre. Implere. Plaut. Pœn. 3. 3. 88 Ibi te replebo uſque unguentorum echeugmatis.

Corpora replere toſta carne. Ovid. 12. Met. 156.

Delubra mors repleret corporibus exanimis. Lucret. lib. 6. 1270.

Dolia replere. Propert. lib. 2. 1. 67

Domos exhauſtas. Cic. de Provinc. Conſ. 4.

Foſſa repletur humo. Ovid. 4. Faſt. 823.

Lagenam replere vino. Martial. lib. 7. 19.

Miſto lagenam replet ad pedas vino.

Litora voce replet. Ovid. 1. Met. 338.

Locum rumore. Ovid. 4. de Pont. 4 19.

Nemora ac montes ſilvaſque gemitu replebat. Lucret. lib. 5. 990.

Populos fama replebat multiplici ſermone. Virg. 4. Æn. 189.

Tectum omne gemitu replebat. Virg. 2. Æn. 679.

Femina lacte repletur quæ peperit. Lucret. lib. 5. 811.

Repletur ex lege, quod ſententiæ judicis deeſt. Ulpian. in l. 4. §. Si quis condemnatus. D. de re judicata. [i. e. Suppletur.

Repleri numerum, Compleri. Lucret. lib. 2. 535.

Multa licet genere eſſe in eo, numerumque repleri.

Replētus, a, um. Partic. [ἀναπεπληρωμένος] ut,

Auris repleta. Celſ. lib. 7. cap. 8. pr. & paulo poſt, Specillo tentandum eſt, alte ne id repletum, an in ſummo tantum glutinatum ſit.

Eruditione repletus. Suet. in Auguſt. cap. 89.

Terrore trepido repletus. Lucret. lib. 5. 41.

Cornu repletum pomis & flore. Ovid. 9. Met. 87.

Genus pietate repletum. Lucret. lib. 2. 1167.

Inſula repleta ſilvis. Plin. lib. 12. cap. 10.

Mare repletum ratibus everſis. Senec. Agam. 13.

Templis omnibus repletis refertoque foro. Cic. pro Lege Manil. 44.

Vox repleta. Stat. 2. Theb. 625.

Replētio, ōnis. f. ut, Belliſſime repletio. Imp. Cod. 7. t. 2. l. 15. §. 4.

Replētūra, æ. f. Idem. ut, Accreſcentes repleturæ. Cod. Theod. lib. 13.

Replĭco, pr. com. [ἀναπτύσσω] āre. contrarium eſt ſui ſimplicis Plico. Plaut. Replica tricam, atque extende.

Replicare ad, Retro plicare, Flectere. Cato R. R. cap. 4. extr. Eos ſurculos facito ſint longi pedes binos, eos in terram demittito, replicatoque ad vitis caput. conf. 21.

Replicari in rugas, pro Plicari. Plin. lib. 17. cap. 14.

In ſe replicari. Senec. lib. 1. de Benef. cap. 4. Chryſippi acumen nimis tenue retunditur, & in ſe ſæpe replicatur.

Replicare, per tranſlationem, pro Rurſus explicare, dicere. Plin. Quum ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit.

Memoriam annalium vel temporum replicare Cic. pro Sull. 27. Si quæris, qui ſint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domeſticis imaginibus invenies. Evolvas annales.

Replicare nunc eſt opportunum. Marcell. 30. 499. In m. Vide & in Indice Francf. H St. Exſtant cap. 7. pr. Valeſ Sic cap. 1. pr. Scribendo ad Comitatum, aſſidue Cylacis necem replicabat & Artabanis. i. e. Repetebat, inculcabat.

Replĭcans, antis. Partic. ut, Replicans tempus, Explicans, proferens, oſtendens, patefaciens, quod vulgus *deplicans* dicit. Cic. 1. de Divin. 127. Non illa quæ furore ſunt ſubito exſiſtunt: ſed eſt quaſi rudentis explicatio, ſic traductio temporis nihil novi efficientis & primum quidque replicantis.

Replicans, Invertens. Plin lib 8. cap. 27. de angue membranam exuente, Exuit autem a capite primum, nec celerius quam una die ac nocte, replicans, ut extra fiat membranæ quod fuerat intus

Replĭcātus, a, um. Partic. ut, Intus replicatum. Plin. lib. 9. cap. 33. Cervix replicata. Plin lib 34. cap. 8.

Replĭcĭtus, a, um. Partic. contracte Replictus. Stat. 4. Silv 9. 29. Replictæ bulborum tunicæ.

Replĭcātio, ōnis. f. Cic. 1. de Nat. Deor. 53. Modo alium quendam præficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat.

Eſt & Replicatio verbum Juriſconſultis frequens, ad eas allegationes pertinens, quæ intentionem ſuſtentant adverſum exceptionis iniquitatem. De qua tractatur eſt lib. 4. Inſtit Juſtiniani inde dicta Replicatio, quod implicatam & tectam exceptionis iniquitatem replicet atque patefaciat. [Gl. L. G. Replica, Ἀναδίπλωσις, Ἀναπτυγμάτιον, Replicatura, Ἀνάπτυξις.

Replum, i. n. pr. com. Operimentum quoddam. Vitruv. 4 6. Item replum, inquit, de impage dimidia & ſexta parte. Et 10. 17. Cheloni, inquit, replum, quod eſt operimentum ſecuriculæ, includitur. In quibus tamen locis Peplum legi debere ſuſpicatur Turnebus, ut tanquam ornamentum & veſtimentum eſſe videatur. Auget conjecturam quod hæc dictio vix apud alium Latine loquutum reperiatur [Philander priori loco Coronicem impagis arbitratur intelligi, de poſteriori non liquere ſibi ſilentio declarat.

Replumbo, pr. comm. [ἀπομολυβδόω] āre. Diſſolvere. Ulpian. in l. Cum autem. D. de aur. argent. mundo legatis Celſus libro decimo octavo Quæſtionum quærit, ſi centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut ſic adpendantur? Et Proculus & Celſus ajunt, exempto plumbo adpendi debere. Nam & emptoribus replumbata aſſignantur, & in rationes argenti pondus ſic deſertur Senec. Nat Quæſt. lib. 4. cap. 4. Argentum replumbatur De caloribus Æthiopiæ loquitur.

Replūmis, e. Adj pr. comm. Quod iterum plumis veſtitur. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 853.

Ut pullus aquilæ dicitur repaſcere
Cura parentes mutua:
Quos vis ſenectæ rurſus implumes facit,
Nidoque paſcendos refert:
Donec replumi veſtiantur corpore,
Pennisque floreſcant novis.

Repluo, ēre. pr. comm Viciſſim pluere. Senec. Controv. 5. Præf. Quis ferret hominem de ſiphonibus dicentem: cælo repluunt.

Rēpo, pſi, ptum, [ἕρπω] ĕre. proprie dicitur de animalibus quæ pedibus & ventre gradiuntur, ut ſunt vermes: quamvis & ea quæ parvos pedes habent, repere dicantur, ut ſunt lacertæ & ſimilia. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ 2. 17.

Cum Veneris filia angues repſiſſe tellus Epirotica
Vidit.

Vulpecula per rimam repſerat in cumeram. Hor. 1. Epiſt. 7. 29. Bentlejus legit Nitedula, probante Cuning.

Genibus repere. Plin lib. 8. cap. 7.

In purpuris repere. Quintil. lib. 1. cap. 2. de infantibus.

Per iter longum cauſa repſere latenti. Lucan. lib. 3. 458. i. e. Promotæ ſunt. Nam de turribus loquitur.

Repere, Lente incedere. Hor. 1. Serm. 5. 25.

Millia tum pranſi tria repſimus. conf. repto frequent.

Repere etiam Radices dicuntur. Columel. lib. 8. Spatium autem radicibus, qua repant, lapides præbent.

In altitudinem repit vinea. Columel de Arbor. cap. 16.

Repens, entis. [ἕρπων] Partic. ut, Repens humi. Plin. lib. 16. cap. 34. Animantis repentis itus. Lucret. lib. 3 389.

Sermones repentes per humum. i. e. Humiles, ſive ſtili humilioris. Hor. 2. Epiſt. 1. 251.

Rĕpens, Adj. pro Celeri & ſubito, pr. br. V. repens paulo ante alphabetico ordine.

Reptĭlis, e. Adj. [ἑρπυστικός] Quicquid repit. ut, Cochleæ reptiles. Sidon. 8. Epiſt. 12.

Reptītius, a, um. Adj. [ἑρπυστικός] Salluſt. in Cic. 1. Ubi M. Tullius leges, judicia Populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quaſi unus reliquus ex familia viri clariſſimi Scipionis Africani, ac non reptitius, aſcitus, ac paulo ante inſitus huic urbi civis. Reptitius, i. e. Qui velut clanculum irrepſit in hanc urbem novus homo. Sunt qui legant Repetitius, quam recte ipſi viderint? [Si Irrepſiſſe in civitatem Tullium intelligi voluit, cur non potius Irreptitium dixit? Qui autem Aſcitus & inſitus eſt, qui potuit irrepſiſſe videri. Quare non pœnitet me ejus conjecturæ, quam in repertitius poſui.

Repto, [ἑρπύζω] āre. frequentat. Sæpe ſeu continue repere.

Sine cruribus & pennis reptare. Plin. lib. 11. cap. 20.

Reptare, per tranſlationem, dicimus eum, Qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt qui in hortis aut vineis ſpatiantur. Hor. 1. Epiſt. 4. 4.

An tacitum ſilvas inter reptare ſalubres?

Pecudes reptant in colli tondentes pabula. Lucret lib. 2. 318. i. e. Senſim procedunt.

Per vada reptabat pronus equus. Claud. 2. in Eutrop. 441.

Solo noſtro repraſti. Stat. 1. Silv. 2. 662. Infans ſcil. conf. Repo.
Nive effoſſa reptans. Stat. 1. Achill. 477. de puero Achille.
Reptere cum Accuſativo. Tacit. 4. Ann. 23. pr. Et adhuc reptabat Africam Tacfarinas. Sed Repetabat in libris emendatis.
Caput reptant. Plaut. Merc. ſuppoſ. 4. 6. 9.
Reptātus, a, um. Partic. [ἑρπυσθεὶς] ut, Ager reptatus. Stat. 5. Theb. 581.
Reptābundus, a, um. Adj. Idem quod Reptans. Senec. de Vita beata, cap. 18. Ex ingenti intervallo reptabundus ſequar.
Reptatio, ōnis. f. Quintil. lib. 1. cap. 12. Nec illa per manus & genua reptatio graviter effligit infantium corpora.
Reptātus, ûs. m. [ἑρπυσμὸς] Plin. lib. 14. cap. 1. de Vitibus, Aliæ improbo reptatu, pampinorumque ſeperfluitate, perita domini, emplo diſcurſo atria media complentes.
Rĕpŏlio, ire. Rurſus polire. Columel. lib. 2. cap. 21. extr. Sin protinus uſui deſtinantur (nempe frumenta) nihil attinet repoliri: ſatiſque eſt in umbra refrigerari, & ita granario inferri. Paulo ante Repurgari debere dixerat.
Rĕpondĕro, āre. Sidon. 1. Epiſt. 4. Reminiſcaris velle me tibi ſtudii hujuſce viciſſitudinem reponderare.
Rĕpōno, poſui, pŏſitum, [ἀποτίθημι, Gl. Gr. Lat. & L. G.] ĕre. Rurſus ponere. Virg. 3. Æn. 231.
— arisque reponimus ignem. i. e. Rurſus adhibemus ignem, & ſacrificamus. Liv. 1. 34. Rurſus, velut miniſterio divinitus miſſa, capiti apte reponit.
Inſigne regium, quod ille de ſuo capite abjecerat, repoſuit. Cic. pro Sest. 58.
Lapidem loco ſuo reponere. Cic. 3. Verr. 146. Quid erat quod reſcinderet, quum ſuo quemque loco lapidem reponeret?
Reponere, idem quod Ponere, collocare, ut
Membra reponunt ſtratis. Virg. 4. Æn. 392.
Senſibus imis reponere. Virg. 4. Ecl. 54.
In cauſa eadem reponere aliquem. Cic. 10. Philipp. 15. Nam ſi quatuor exercitus ii, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro populi Rom. libertate arma ceperent, quid eſt cur hic M. Bruti exercitus non in eadem cauſa reponatur?
In coronamenta reponere, pro Inter herbas, quibus coronæ fiunt, numerare. Plin. lib. 21. cap. 21.
In deos reponere aliquem, pro Inter deos collocare. Cic. 1. de Nat. Deor. 38. Quo quid abſurdius, quam aut res ſordidas atque deformes deorum honore afficere: aut homines jam morte deletos reponere in deos, quorum omnis cultus eſſet futurus in luctu?
In gremio reponere aliquid. Liv. 26. 15.
In libris aliquem reponere pro alio. Cic. 12. Att. 7.
In numero aliquem reponere. Cic. de Opt. gen. Orat. 17. Tamen hunc in numero non repono. Sic 1. de Orat. 63. Reponere in numero eloquentium.
In numero deorum reponere. Cic. pro Sext. 143. Quos equidem in deorum immortalium cœtu ac numero repono.
In numerum fabularum reponere aliquid. Cic. 1. de Invent. 39.
In ordinem aliquorum. Columel. lib. 9. cap. 10.
In obſcuritate & ſilentio reponuntur recte facta. Plin. 1. Epiſt. 8.
In ſuis aliquem reponere, pro Inter Amicos. Cic. 10. Att. 13. Sic volo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe cariorem, te excepto, Cæſare meo, meque illud una judicare, Cæſarem maxime in ſuis M. Ciceronem reponere.
Grues in tergo prævolantium capita reponunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 125.
Ligna large reponere ſuper foco. Hor. 1. Carm. 9. 6.
Pocula reponere. Virg. 4. Georg. 378.
Vina reponite menſis. Virg. 7. Æn. 134.
Animas lætis ſedibus reponere. Hor. 1. Carm. 10. 30.
Capillum reponere. Quintil. lib. 8. c. 1. [Loco ſuo ſcil. quod & Componere.
Cervicem reponere, pro Reprimere, contrahere. Quintil. lib. 4. cap. 6.
Reponere omnia in aliquo, Ponere, Collocare. Cic. 9. Fam. 14. Intelligere debes in te repoſitam eſſe Remp. I. e. In te ſitam, & ex te pendere, in te ſpem habere. [Velut humeris tuis ſuſtineri.
Animum ſuum omniaque ſua in aliquem reponere. Valer. 5. Argon. 390.
Cauſam reponere in manſuetudine judicum. Cic. pro Sull. 92. Veſtræ jam ſunt partes, judices: in veſtra manſuetudine atque humanitate cauſam totam repono.
Fiduciam ſuam reponere in aliquo. Plin. 3. Epiſt. 9. ad Minutianum.
Spem alicujus rei in alicujus virtute reponere. Cic. 5. Philipp. 42. Magnam ſpem in ejus virtute, ſecuritate, felicitate reponere, otii, pacis, concordiæ, libertatis.
Spem ſui in ſe ipſo reponere. Cic. 5. Tuſc. 36.
Spem unicam ſenectutis in aliquo reponere. Quintil. in procem. lib. 6.
In vita alterius vitæ ſuæ partem reponere. Cic. 1. Q. frat. 3. Teſtor omnes deos, me hac una voce e morte eſſe revocatum, quod omnes in mea vita partem aliquam tuæ repoſitam eſſe dicebant.
Reponere, Seponere, Condere, Recondere. ut,
Acervum farris tecto reponunt. Virg. 4. Æn. 403.
Alimenta in hiemem. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Fructus condere ac reponere. Cic. 2. de Nat. Deor. 156. Neque ſerendi neque colendi, neque tempeſtive demetendi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt.
Proviſa ante reponere. Virg. 1. Georg. 167.
Seorſum reponere. Columel. lib. 9. cap. 15.
Vaſa in horreum ſicciſſimum reponi convenit. Columel. lib. 12. cap. 15. Paulo poſt, Religatas junco, vel qualibet herba, offas reponunt in crates. Ibid. Siccatam in rubuletum reponunt. Quam locutionem idem doctor ſemel & iterum uſurpavit lib. eod. cap. 12. Rurſus cap. 16. Quum deinde modica aruerint, in vaſa nova ſicco loco reponito.
Hiemi reponere aliquid, Reſervare in hiemem. Virg. 3. Georg. 403.
Lacrimas reponere. Stat. 5. Silv. 5. 47.
— repono
Infelix lacrimas, & triſtia carmina ſervo.
Odium reponere, donec impetus famæ & favor exercitus langueſceret. Tacit. in vita Agric. 39. extr.
Onus mens reponit, Graves curas deponit. Catul. ad Sirmionem, 29. 8.
Remum reponere, Ceſſare a remigando. Plaut. Aſin. 3. 1. 16.

In medium quæſita reponunt. Virg. 4. Georg. 157. Quæſita & parta in commune conſervant. De apibus. Servius.
In vetuſtatem reponere aliquid. Columel. lib. 12. cap. 44. h. e. Ut diu ſervetur.
Reponere, Reddere quod ablatum eſt. Cic. 13. Att. 13. Catulo & Lucullo alibi reponemus: ita tamen ſi tu hoc probas: deque eo mihi reſcribas velim. Budæus. Al. Catullum & Lucullum.
Deterioribus reponi, Reſtitui. Hor. 3. Carm. 5. 30.
Nec vera virtus, quum ſemel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Reponere alicui, [ἀντεμβάλλειν] pro Viciſſim objicere, quaſi replicare, recriminari. Cic. 1. Fam. 9. Cur autem laudarim, peto a te ut id a me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras, ne tibi idem reponam quum veneris: tametſi poſſim vel abſenti. i. e. Ne te viciſſim rogem, ne tibi idem objiciam. Budæus.
Reponere, Vices, reddere. Juven. 1. Sat. 1.
Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam? i. e. Semper ero auditor, & nunquam ſcribam, aut mea opera recitabo? Nunquam poetis ſua recitantibus, me auditore, vicem rependam mea recitans? Nunquam illis parem faciam, aut quod debeo, & ab illis accepi, reddam?
Cœnam reponere, Dare cœnam ei qui prior dederat. Martial. lib. 2. 37.
Ullus ſi pudor eſt, repone cœnam. Vel potius, Repone cœnam, i. e. Refer quæ ſuſtuliſti e menſa.
Donata reponere, Relinquere, vel reddere. Hor. 1. Epiſt. 7. 39.
Fabulas & ſcripta ſua reponere poetæ dicuntur, quum ſecundo hæc in ſcena apponunt, i. e. Quum rurſus recitant. Solebant enim (ut Porphyrio meminit) qui ludis apud veteres præerant, ſcriptores, quum primum in ſcenam prodirent, benigne excipere: at ſi forte non recte egiſſent, iterum ad ſcribendum audientium benignitate allicerentur: propterea inquit Hor. in Arte Poet. 190.
Fabula quæ poſci vult & ſpectata reponi. I. e. Primo & ſecundo in ſcena recitari. Ibid. 120.
Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem. h. e. Si fabulam ſemel de Achille poſitam, rurſus ponere in animo eſt.
Injuriam reponere, pro Rependere. Senec. de Ira, lib. 2.
Mentem reponere, Reddere animum. Valer. 7. Argon. 295.
Nummos reponere, Reddere, reſtituere. Plaut. Perſ. 1. 1. 38.
In gradum reponere. Quintil. lib. 5. cap. 7. Dejectum ſcil. de gradu. V. Eraſm. Chiliad.
In locum alicujus reponi. Cic. ad Brut. 16. Scilicet ut illo prohibito rogaremus alterum, qui ſe in ejus locum reponi pateretur.
In ſceptra reponere aliquem. Virg. 1. Æn. 257.
In vicem alicujus rei aliud reponere. Columel. lib. 4. cap. 26.
Reponere, Revocare, reprimere, cohibere. Stat. 7. Theb. 291.
— quoties jam torta reponam
Fulmina, quam ſarve terris hic imperet ignis. [Ponere dixit Horat. V. ſupra.
Repoſivi pro Repoſui. Plaut. Aſin. 3. 4. 16. Si repoſivi remum.
Rĕpŏſĭtus, & per ſyncopen Repoſtus, a, um. [ἀποτεθεὶς Gl. L. G.] Partic. ut, Repoſiti & frigidi cibi. Quintil. lib. 2. cap. 4. h. e. Rurſum appoſiti menſæ.
Epulæ repoſtæ. Virg. 3. Georg. 527. i. e. Abundantes, aut variæ. Servius.
Cervice tereti repoſta. Lucret. lib. 1. 36.
Honos repoſitus, i. e. Reſtitutus. Tacit. 14. Ann. 61.
Judicium mente repoſtum. i. e. Reconditum. Virg. 1. Æn. 26.
— manet alta mente repoſtum
Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ.
Pecunia in theſauris repoſita. Liv. 31. 13.
Puer in optima ſpe repoſitus. Antonius Conſ. ad Cic. 14. Att. 13. Et voles P. Claudium in optima ſpe puerum repoſitum, exiſtimare, non ro inſectatum eſſe, quum potueris amicos paternos.
Terras tentare repoſtas. Virg. 3. Æn. 364.
Italiam petere, & terras tentare repoſtas. i. e. Longe poſitas. Servius.
Tellure repoſiti, i. e. Sepulti. Virg. 6. Æn. 663.
Rĕpŏsĭtio, ōnis. f. Pallad. 1. 32. Repoſitiones fœni, ligni, &c.
Rĕpŏſĭtor, ōris. m. Reſtitutor. Ovid. 1. Faſt. 63.
Templorum poſitor, templorum ſancte repoſtor.
Rĕpŏſĭtōrium, i. n. Id quod ſuper antiquorum menſa reponebatur ad fercula collocanda, quæ ſubinde una cum ipſo repoſitorio adferebantur & auferebantur; vel dictum fortaſſis quod ſuper ea fercula & menſæ reponerentur. Plin. lib. 28. cap. 2. Bibente conviva menſam, vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum judicatur.
Ponitur pro Loco ſecretiori apto ad aſſervandas res pretioſas. [ἀποθήκη] Capitol. Anton. Phil. cap. 17. Gemmas multas in repoſitorio ſanctiore Adriani repererat. [Volgo Repoſorium corrupte, pro Repoſitorium.
Rĕporto, [ἀνακομίζω] āre. notæ ſignificationis. Virg. 1. Georg. 275.
— aut atræ maſſam picis urbe reportat. [i. e. Urbe rediens portat.
Dorſo vel collo reportare. Columel. lib. 7. cap. 1.
Humeris ſuis. Salluſt. in Cic. 7. Italia exſulem humeris ſuis reportavit.
Ad aures alicujus reportare aliquid, Nuntiare. Virg. 7. Æn. 167.
Frigidiſſime reportare. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Commodatum reportare. Cic. 6. Verr. 6. Ut illis benignus uſus eſt ad commodandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum.
Dicta hæc triſtia ædytis reportat, Accipit. Virg. 2. Æn. 115.
Exercitum reportare Britanniæ. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 23. Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. [Proprie de navibus dicitur, ut Deportare. q. V. conf. de Bell. Gall. 4. 29. extr.
Mandata. Propert. lib. 3. 6. 37.
Pedem reportat ex hoſte. Virg. 11. Æn. 764.
Prædas ac manubias reportare ad Decemviros. Cic. 2. de Lege Agr. 61. Si eſt æquum prædas ac manubias ſuas imperatores, non in monimenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, ſed ad Decemviros, tanquam ad dominos, reportare.
Reportare, Acquirere, Partum referre, ut
Benevolentiam de provincia. Cic. 6. Att. 1. Si nihil aliud de hac provincia, niſi illius benevolentiam reportaſſem, mihi id ſatis eſſe. Vetus exemplar legit Deportaſſem.
Gaudia mente reportare. Stat. 1. Silv. 3. 13.

Gloriam

Gloriam reportaverat ex Proconſulatu. Plin. 3. Epiſt. 7. pr.
Laudem ex hoſtibus. Cic. 3. de Legib. 18. Nihil præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hoſtibus, neque a ſociis, reportandum.
Victoriam ab aliquo rege. Cic. pro Lege Manil. 8. Adhoc ita veſtri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo inſignia victoriæ non victoriam reportarent.

Reportātus, a, um. Partic. ut, Equis & curru reportatus. Cic. Poſt redit. in Senat. 27.

Reportatio, ōnis. f. JCt. in Dig.

Rĕposco, pŏpoſci, poſcitum, [ἀπαιτεῖν] ĕre. Ab aliquo petere quod nobis debet, vel quod a nobis accepit. Virg. 7. Æn. 606.

—Parthoſque repoſcere ſigna. Ter. Adelph. 1. 2. 52.
—nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti.

Repoſcere, duobus Accuſativis jungitur, ut apud Plaut. in Curc. 5. 2. 26. Quam tu virginem me repoſcis? Cic. 2. Verr. 125. Seſe a ſuis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent, & eum ſimulacrum Cereris & Victoriæ repoſcerent.
Aliquid repoſcere ab aliquo. Cic. Poſt redit. in Senat. 9. Quorum alter a me Catilinam, amatorem ſuum, multis audientibus, alter Cethegum conſobrinum repoſcebat.
Auxilium datum repoſcere. Liv. 3. 23.
Fœdus repoſcit flammis. Virg. 12. Æn. 573.
Fratrem clamore magno repoſcit. Sil. lib. 17. 460.
Pacta repoſcere. Stat. 11. Theb. 570.
Pœnas. Virg. 6. Æn. 530.

—dii talia Grajis
Inſtaurate, pio ſi pœnas ore repoſco.

Pœnas ab aliquo. Catul. ad Licinium, 48. 20. al. Reponere.
Promiſſa ſua repoſci videt. Virg. 12. Æn. 2.
Rationem. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 30.
Rationem vitæ ab altero. Cic. 5. Verr. 1. Legem ſibi ipſi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero vitæ rationem repoſcunt.
Rationem vos repoſcitis, quid Achæi Lacedæmoniis bello victis fecerimus? Liv. 39. 37.
Vicem. Martial. lib. 8. 18.
Repoſcere per judicem, Calliſtratus in l. Exſtat. D. de eo quod metus cauſa, &c.
Cauſa repoſcit, Exigit. Ulpian. in l. in eos. D. Ad legem Jul. maje.
Repoſco, pro Poſco. Lucret. lib. 6. 920.

Quo magis attentas aures animumque repoſco.

Ad pœnas repoſcere aliquem. Virg. 2. Æn. 139.
Ad ſupplicium aliquem repoſcere. Virg. 8. Æn. 495.
Propenſiores ad bene merendum, quam repoſcendum. Cic. de Amicit. 32.

Repoſcōnes, um. m. Ammian. 22. 6. Ægyptii controverſi & repoſcones acerrimi. Hic forte iidem qui Flagitatores acres, moleſti & aſſidui, apud Cic. in Brut. 5.

Repoſitorium, V. **repono**.

Rĕpōtia, ōrum. n. pl. [ἐπαύλια] dicta ſunt, quod poſtridie nuptiarum apud novum maritum fiunt, nempe Cœna & compotationes, quia quaſi reficitur potatio. Hæc Feſtus. Hor. 2. Serm. 2. 60.

Cujus odorem olei nequeas perferre, licebit
Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtus albatus celebret.

Ubi Porphyrio, Repotia dicebatur Dies poſt nuptias. Acron vero, Repotia, inquit, dicuntur Septimus dies, quo nova ſolet nupta redire ad parentes ſuos. Hic pro Feſtis diebus. Gell. lib. 2. cap. 24. Nuptiis autem & repotiis H S. millies eſſe. Turnebus hunc Horatii locum aliter explicat his verbis, Sed crediderim etiam repotia celebrari ſolita liberis natis, & cum maritis nova quotannis prope ſoboles naſcatur, ut renovanda ſit epolatio, idcirco ea convivia repotia appellata. Nec vero Avidieni perſonæ convenit nuptiale convivium. Ea, niſi me fallit augurium, dicere voluit Acron Grammaticus ἀναδοχεῖα Græce vocari, veluti ſublatis & ſuſceptis liberis & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. Ut autem ita Repotia interpreter, mihi perſuadet Auſonius Epiſt. 9. 50. ſic ſcribens,

Conjugioque dapes, & ſacra repotia patrum.

Ecce coram epulas dicit, qui ſuſceptis liberis facti ſunt parentes. Hactenus ille, 3. 6. [Gloſſ. Lat. Gr. Reproca, Ἐπιδεῖα, ὁ μετὰ τὸν γάμον. Scribo Repotia.

Repotiālis, e. Adj. ut, Liber repotialis. Pacuv. apud Feſtum. V. Turneb. Adverſ. 13. 25. Scalig. & Dacer. ad Feſt.

Repotatio, ōnis. f. Varro de L. L. lib. 5. cap. 8. Ab eadem lingua πίνω, unde Potio, unde poculum, potatio, repotatio: &c.

Repræſaliæ, pr. com. Verbum quod a tyrannide in Jus civile irrepſit, ut Corvata quæ diurna opera eſt. Prendere eſt manu injecta trahere, ducere. Hinc Reprehendere, quaſi quod auferet, ita violenta ſatu, recarpere, recuperare. Hinc & Repræſaliæ alicitum a Barbaris verbum, pro Remancipatione. At Barbaros de re omnino non Barbara, ſed quæ in uſu frequens ſit, audiamus: Repræſaliæ ſunt pignorationes hominum, quæ concedi ſolent ob damna, vel injurias adverſus quoslibet habitatores loci, in quo fuerint admiſſa hujuſmodi delicta, C. r. de injuriis lib. 6. No. Ne perſonæ, vel rei, vel auri alterius, pro alio oppignerationes fiant: ſed oppignoratione oblæſo, ejus quadruplum reſtituatur. Conſtit. 52. Novis fœderibus inter potentiſſimum Galliarum principem & Allobrogum ducem Repræſaliæ funditus ſublatæ ſunt edicto, anno 1588. [Quaſi Reprehenſaliæ. Sed quum Præſalim etiam dixiſſe conſtet, merito in dubium vocatur hoc etymon. V. Cang. Gloſſ. Forte a Repreſſo Repreſſaliæ. An potius a Præſalio, Præſaliæ?

Repræſento, pr. com. [παριστάνω, ἐμφανίζω, παρίστημι] āre. Velut præſens aliud oſtendere vel offerre oculis. Plin. 8. Epiſt. 6. Aſtruitur his, quum Senatui, Populoque Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, quam ſi, &c.
Aliquid repræſentare animo, In memoriam revocare. Curt. lib. 3. 10. 7.
Faciem veri maris repræſentare. Columel. lib. 8. cap. 17. h. e. Facere ut ſtagnum quam proxime accedat ad ſimilitudinem maris.
Imaginem ſceleris repræſentare. h. e. Tanquam præſens oſtendere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Iram Deûm. Liv. 8. 6. Ad repreſentandam iram Deûm ficta.
Memoriam alicujus rei. Cic. pro Sext. 22. Erat eodem tempore Senatus in æde Concordiæ, quod ipſum templum repræſentabat memoriam conſulatus mei.
Mores repræſentare. Hor. 1. Epiſt. 18. 14.
Se repræſentare. Columel. lib. 11. cap. 1. Itaque non ægre conſequetur, ſi ſemper ſe repræſentaverit. i. e. Præſentem ſe oſtenderit, inquit Budæus, neque diſceſſerit.
Vicem alicujus rei repræſentare. Plin. lib. 28. cap. 10. Nam ſi oleum non ſit, vicem ejus repræſentat.
Virtutem & mores alicujus. Hor. 1. Epiſt. 19. 14.
Repræſentare, proprie locum habet in pecunia in diem debita, die præſenti ſolvenda: & Diem promiſſi repræſentare, eſt Promiſſum, antequam dies advenerit, vel certe quum advenerit, exſolvere. Ex quo repræſentandi verbo utimur pro eo quod eſt Rem, quæ abeſt, præſentem conſtituere, ut Cic. pro Sext. 26. Hor. 1. Epiſt. 19. 14.

Virtutemne repræſentet, &c. Ex Lambino. V. Pretium repræſentare.

Repræſentare ab aliquo. V. **a** vel **ab** præpoſitiones.
Diem promiſſorum repræſentare. i. e. Præſtare ante diem dictam promiſſa. Cic. 16. Fam. 14. Conſerva te mihi: dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo, ſi adveneris.
Legata repræſentare. Suet. Calig. cap. 16.
Mercedem repræſentare, i. e. Exhibere. Suet. in Claud. cap. 18.
Pecuniam ab aliquo repræſentare. V. **vaconia**.
Pœnam repræſentare, i. e. Statim & ſine dilatione exigere. Suet. Claud. c. 34.
Pretium rei emptæ repræſentare, eſt Præſenti pecunia ſolvere, non autem ante diem ſolvere. Cic. 12. Att. 25. Reliquæ pecuniæ vel uſuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræſentabimus. Hæc Budæus. Paulus Manutius hunc Ciceronis locum exponens diſſentit a Budæo. Sic enim ait, Repræſentare, Budæus hoc loco dicit eſſe, Præſenti pecunia ſolvere, non, ut aliis locis, Ante diem ſolvere. Non improbo eruditi hominis opinionem; quanquam nec cur probem quidem eſt. Cur enim uſitatam verbi ſignificationem ſine cauſa negligimus? Sane mihi placet, ac vehementer quidem placet, ut hic Repræſentare valeat Ante diem ſolvere; contra Budæi ſententiam, fateor: ſed nunquid apud me pluris eſſe debet illius auctoritas, quam ratio & veritas ipſa? Neque tamen illum, quem omnibus noſtræ ætatis hominibus eruditione video præſtitiſſe, ut male ſentientem reprehendo: ſed quando interpretis partes ſuſcepi, & præter communem utilitatem nihil ſpecto, quod meum officium eſt, quodque mihi a principio ad hoc opus aggredienti propoſitum fuit, id facio, ut omnia libere exponam, cum hoc tamen ne quid temere affirmem. Senſum igitur conſideremus, & enodatum quam planiſſime poterit exponamus. Siliani, inquit, horti, de quibus ad me ſcripſiſti, placent: ſed ita, ut numerato eos malim accipere, quam æſtimatione. Si autem numerato accipimus, unde pecunia? habebimus inſert, H S D C, ab Hermogene expreſſa: & D C item, quæ domi ſunt. erit igitur unde ſumamus H S M C C quæ autem reliqua pecunia erit, quæ ſcilicet a nobis ſupra H S M C C Silio debebitur, ei pecuniæ ſolvendæ diem, pure annuam, vel bimam, præſtituemus: interea Silio vel verſuram pendemus. Quoniam autem hoc poſuerat, Verſuram pendemus, veritus ne Attico videretur inſanire, qui hortos eo uſque cuperet, ut etiam uſuras ſubire vellet: quaſi ſe excuſans adjecit, dum a Faberio repræſentabimus: hoc ſignificans, diuturniorem uſuram non futuram: quum putet ſe, pecunia a Faberio debitore ſumpta, repræſentaturum, hoc eſt ſolutionem facturum ante diem reliquæ pecuniæ ſolvendæ præfinitam. Certe enim hortos, niſi præſenti pecunia potuiſſet, vel pendendis uſuris emere cogitabat: quas putabat fore ut non diu penderet, quum ſperaret, hortorum pretium, pecunia a debitoribus ſuis exacta, brevi ſe poſſe totum perſolvere. Quod confirmat illud aliquanto ante, ut uſuram ei pendam a quo emero, non plus annum poſſum aſſequi, ſi tu me adjuvas. Simili ſententia dixit, Repræſentare medicinam, in Epiſtola ad Titium 5. Fam. 16. & Repræſentare diem, ad Tironem, 16. 14. &, Repræſentare libertatem, Philipp. 2. 118. &, Repræſentare improbitatem, lib. 16. ad hunc ipſum Atticum 2. Quibus ex locis quum de ſignificatione hujus verbi liqueat unicuique vel negligenter conſideranti; quumque in eum, quem oſtendimus, ſenſum accipi hoc in loco non abſurde poſſit vox illa Repræſentabimus: non video cur aſſentiar Budæo, docto alioqui viro, & de litteris optime merito: quum præſertim Repræſentare pro Præſentem pecuniam ſolvere, quo modo ipſe exponit: nuſquam apud eos, quos ego auctores in Latina lingua vehementer ſequor, poſitum reperiam. Hæc Paulus. [Cujus ſententiam ita amplector ut ſtatuam, & eam pecuniam, quæ ſine mora numerata eſt, Repræſentatam recte dici, & eam, quæ ante diem ſolvitur, Repræſentari. conf. Ant. Schori phraſ. Latin. & pleniſſima Gronov. de Pec. vet. lib. 1. cap. 6. Gloſſ. Lat. Gr. Repræſento, Ἐν παρουσίᾳ ποιῶ, Ἀποκαθίστημι, Ἀποτίνω, Ἀποδίδωμι.
Spectaculum repræſentare, pro Pronius exhibere. Suet. in Calig. 58.
Tormenta repræſentare. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 34. Tormenta quæſtionum, pœnaſque parricidarum repræſentabat, exigebatque coram.
Improbitatem ſuam repræſentare. Cic. 16. Att. 2. Mihi quidem videntur iſtorum animi incendi ad repræſentandam improbitatem ſuam. i. e. Citius aliquanto, quam feciſſent, oſtendendam. Sic exponit Paulus Manutius.
Libertatem civitatis morte ſua. Cic. 2. Philipp. 118. Quin etiam corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas civitatis poteſt. i. e. Dari nunc & ſtatim. [Vel potius Celerius, maturius.
Libertatem. Ulpian. in l. Si pure. D. de fideicom. libert. & Scævol. in l. Thais. §. 1. eodem tit.
Repræſentare, pro Accelerare: Propere edere. Cic. 16. Att. 2. Mihi quidem videntur iſtorum animi incendi etiam ad repræſentandam improbitatem ſuam. Sic apud Quintil. lib. 10. cap. 7. Innumerabiles incidunt ſubitæ neceſſitates, vel apud magiſtratus, vel repræſentatis judiciis continuo agendi. Budæus.

Repræſentans, antis. Partic. Cic. 8. Fam. 2. pr. Certe, inquam, abſolutus eſt. Me repræſentante pronuntiatum eſt. Al. Me præſente. Gronov. Me in re præſenti.

Repræſentātus, a, um. Partic. Suet. Othon. cap. 5. Omnibus dena ſeſtertia repræſentata.
Minæ cæleſtes repræſentatæ. Liv. 2. 36.

Repræſentatio, ōnis. f. [ὑποτύπωσις] Plin. lib. 9. cap. 6. Hoc ſcite orcas, infeſtam his belluam, & cujus imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quam carnis immenſæ, dentibus truculentæ.

Repræ-

Repræſentatio, pro ipſa pecuniarum ſolutione. Cic. 12. Att. 30. Si enim Faberianum venderem, explicare vel repræſentatione non dubitarem de Silianis, ſi modo adduceretur ut venderet. Senſus eſt, Non dubitarem Silii hortos emere, vel ſi repræſentandum ſit: hoc eſt, vel ſi pretium nunc numerandum ſit, nulla temporis dilatione. Eſt enim Repræſentare, quod aliquando futurum eſt, id præripere, ut nulla interpoſita mora, ſtatim fiat. Quoniam autem conſtituerat hortos ita emere, ut partem pecuniæ ſolveret, reliquæ pecuniæ uſuram penderet: nunc ſi Faberianum nomen poſſit vendere, dicit ſe non cogitare de die, neque ſolutionis tempus velle differre, ſed repræſentaturum, hoc eſt, non exſpectaturum diem, quam conſtituerat, univerſumque pretium ſtatim perſoluturum.

Concludere repræſentatione. Cic. 13. Att. 29. Nomen Dolabellæ jam expeditum videtur, ut etiam repræſentatione concludam.

REPRÆSENTATOR, ōris. m. Tertull. adverſ. Praxean. cap. 24. Filius repræſentator patris.

REPRÆSENTANEUS, a, um. Adj. Tertull. Apol. cap. 27. Repræſentaneæ poteſtatis reſpectu aliquid facere.

REPRĔHENDO, vel per ſyncopen REPRENDO, di, ſum, pr. comm. [ἐπιλαμβάνω, Gloſſ. Lat. Gr.] ĕre. Retrahere, quaſi Retro prehendere, & corripere. Plaut. Pſeud. 1. 3. 19. Reprehende hominem, adſequere. Propert. lib. 3. 19. 9.

Quam poſſit noſtros quiſquam reprehendere curſus.

Manu reprehendere. Cic. 4. Acad. 139. Revocat virtus, vel potius reprehendit manu, pecudum illos motus eſſe dicit, hominem jungit Deo.

Verba elapſa reprendere. Ovid. 11. Epiſt. 53.

Viam copiunt reprehendere vinclum extremum. Lucret. lib. 3. 598.

Se. Ter. Adelph. 4. 4. 15.

Senſi illico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen,
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.

Reprehendere, Arguere, increpare. [ψέγω, ἐπιτιμάω Gl. L. G.] Cic. 4. Acad. 65. Nam ſi minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.

Pergraviter reprehendere. V. PERGRAVITER.

Reprehendere & exagitare aliquem. Cic. in Orat. 26.

Diſceſſum alicujus reprehendere & ſubaccuſare. Cic. pro Planc. 86.

Factum alicujus. Ovid. 20. Epiſt. 49.

Juſtius reprehendi. Hor. 2. Serm. 4. 86.

Studia aliena. Hor. 1. Epiſt. 18. 39.

In aliquo vitio reprehendi. Cic. in Partit. 129.

REPREHENSUS, a, um. Partic. Retractus. De fugitivis dixit Curt. 4. 14. 2. Reprehenſos ex fuga Perſas pugnaturos.

Locus reprehenſus. Ter. Adelph. prol. v. 14.

Membra reprenſa relinquere. Ovid. 15. Met. 526.

Item Culpatus. Nepos 4. 1. 3. Pauſanias in eo reprehenſus, &c. V. Hor. 1. Serm. 10. 55.

REPREHENSIO, ōnis. f. [ἐπίληψις Gl. G. L.] Actus reprehendendi, Nonniſi tranſlate. Cic. 1. de Finib. 1. Quamobrem diſſentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ.

Non indigna laude. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Levis reprehenſio. V. LEVIS.

Abeſſe a reprehenſione temeritatis. V. ABSUM. Cic. 10. Fam. 23.

Capere reprehenſionem. Quintil. lib. 5. cap. 7. Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, Infamare ſignatores licet. De teſtibus.

Fugere reprehenſionem. Cic. 10. Att. 3.

Incurrere in varias reprehenſiones. Cic. 1. de Finib. 1.

Vereri reprehenſionem doctorum atque prudentium. Cic. in Orat. 1.

REPREHENSOR, ōris. m. [ἐπιλήπτης] Qui reprehendit. Cic. 2. de Nat. Deor. 20. Nam ut profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facile corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur.

Delicti reprehenſor. Ovid. 17. Epiſt. 219.

Reprehenſor, pro Emendatore & correctore. Cic. de Opt. gen. Orat. 18. Duo genere reprehenſorum.

REPREHENSĬBĬLIS, e. Adj. ut, Ebrietas reprehenſibilis. Salvian. lib. 4. de Gubern. Dei, p. 142.

REPREHENSIBILĬTER, Adv. Rufinus in Apolog. Libellos reprehenſibiliter ſcriptus.

REPREHENSO, [ἐπαναλαμβάνω] āre frequentat. Liv. 2. 10. Reprehenſans ſingulos, obſiſtens, obteſtanſque deûm & hominum fidem, teſtabatur, nequicquam, deſerto præſidio, eos fugere.

REPRENDO, &c. V. REPREHENDO.

REPRESSIO, REPRESSUS. V. REPRIMO.

REPRĬMO, preſſi, preſſum, pr. com. [ἀνασείω, ἀναστέλλω, ἐπιπλήσσω] ĕre. Continere, cobibere. Ter. Adel. 5. 3. 8.

Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.

o. Repreſſi, redii; mitto maledicta omnia. Cic. 2. de Legib. 51. Reprimam jam me, nec inſequar longius, eoque minus, quo plus pœnarum habeo, quam petivi.

Coercere & Reprimere. Cic. 1. de Finib. 2. Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eos, quod ſemel jam miſſum coerceri, reprimique non poteſt.

Reprimere & Comprimere. Cic. 1. in Catil. 30. Hæc Reipub peſtis pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poteſt.

Fletu reprimi, ne quid ſcribamus, Prohiberi. Cic. 11. Att. 15.

Bella naſcentia repreſſit. Claud. de Bell. Get. 400.

Conatus hominum reprimere. Cic. 4. Verr. 64.

Conſuetudinem peccandi. Cic. 4. Verr. 53.

Famam, ſive ſermones. Cic. 11. Philipp. 23. Hanc, quæſo, pro tua ſingulari ſapientia, reprime famam, atque effice ne id, quod non curas, capere videare.

Ferocitatem alicujus. Cic. 2. Off. 40.

Fluvium redundantem. Cic. 2. de Divin. 69.

Furorem exſultantem. Cic. pro Sext. 95.

Gemitum virtute. Ovid. 9. Met. 163.

Impetum populi. Cic. 3. de Legib. 27.

Irem repreſſit pudore. Ovid. 1. Met. 755.

Objurgationem ſuſceptam. Cic. 4. Att. 15. Nunc reprimam ſuſceptam objurgationem.

Se continere & reprimere a ſupplicio. Cic. 7. Verr. 73. Fit in eo gemitus omnium & clamor, cum tamen a præſenti ſupplicio tuo ſe continuit pop. Rom. & repreſſit, & ſalutis ſuæ rationem Judicum ſeveritati reſervavit.

Se reprimere & revocare ab omni contagione vitiorum. Plin. in Paneg. cap. 83. Eſt magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac revocas: ſed magnificentius, quod tuos.

Reprimere, Suſtinere, ſiſtere, ut

Dextram. Virg. 12. Æn. 939.

Eoſdem. Stat. 11. Theb. 309.

Curſum. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 93.

Itinera. Cic. 10. Att. 1. Dubitaverat noſtrûm nemo, quin Cæſar itinera repreſſiſſet. [Itinera dixit, pro itinerum celeritate.

Pedem repreſſit retro. Virg. 2. Æn. 378.

REPRESSUS, a, um. Partic. [ἀνασταλείς] Cic. pro Lege Manil. 13. Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos.

REPRESSIUS, Adv. Compar. Gell. 12. 11. Repreſſius pudentiuſque peccabitur. al. Suppreſſius.

REPRESSOR, ōris. m. [ἀναστολεύς] Cic. pro Sext. 144. Extinctorem domeſtici latrocinii, repreſſorem cædis quotidianæ, defenſorem templorum atque tectorum, &c.

REPRŎBO, pr. com. [ἀθετέω, ἀποδοκιμάζω, ἀποδοκιμάζω] āre. Improbare, rejicere; notæ ſignificationis. Cic. 4. Acad. 130. Qui quum Zenonis, fuiſſet auditor, reprobavit ea, quæ ille verbis, Nihil eſſe bonum, niſi virtutem. Legendum exiſtimo, Re probavit, disjunctim. [Lapis eſt qui non videat, nec aliter codd. caſtectiores omnes.

Aſciſcere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Finib. 23. Confirmat autem illud vel maxime, quod ipſa natura, ut ait ille, aſciſcat & reprobet, id eſt voluptatem & dolorem.

REPROBĀTUS, a, um. Partic. Scævola JCt. Statuas imperatorum reprobatas conflare.

REPROBATIO, ōnis. f. cui contrar. Electio. Tertull. Apol. cap. 13. Nec electio ſine reprobatione.

REPROBĀTOR, ōris. m. Auguſtin. Unde

REPROBĀTRIX, īcis. f. Tertull. contr. Marc. 4. 36. Diſciplina reprobatrix ſuperbiæ.

REPRŎBUS, a, um. Adj. [ἀδόκιμος] Vulg. Interpr. Rom. 1. 28. Ulpian. l. 24. §. 1. ff. de pign. act. Qui reprobos nummos ſolvit creditori. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀδόκιμος, Reprobus, Abſurdus.

REPROMITTO, miſi, miſſum, ĕre. pr. comm. Spondere ſtipulanti. Cic. pro Roſc. Com. 37. Repromittis tu abhinc triennium Roſcio? quid? recita iſtam reſtipulationem clarius. Plaut. Aſin. 2. 4. 48.

Vero re iſtoc argentum tamen mihi, ſi vis, denumerere,
Repromittam iſtoc tibi nomine ſolutam rem futuram.

i. e. Stipulatione a te facta me obſtringam. Cic. de Clar. Orat. 18. Non mehercule, inquit, tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim. Auctor de Viris Illuſt. 2. Illa petiit, quod illi in ſiniſtris manibus gerebant, videlicet annulos, armillas: quibus doloſe repromiſſis, Sabinos in arcem perduxit. Ibid. 10. Necem regis repromittens. Budæus.

Repromittit, inquit Alciatus, qui nuda ſtipulatione ſe obligat.

Repromittere differt a Satiſdare, inquit Budæus, ut ex exemplo ſequenti Pauli patet, De operis novi nuntiatione, l. Non ſolum D. Si, quum jure poſſem te prohibere, nuntiavero tibi opus novum, non alias ædificandi jus habebis, quam ſi ſatis dederis. Quod ſi nuntiavero tibi ne quid contra leges in loco publico facias, repromittere debebis; quoniam de eo opere alieno jure contendo, non meo; & tanquam alieni juris petitor, repromiſſione contentus eſſe debeo. conf. l. 9. §. 7. Dig. quod met. cauſa, &c.

Repromittere, pro ſimplici Promittere. Suet. in Claud. cap. 19. Quum quidam privato ſumpto emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri concederentur. [Niſi legendum Seſe prom. Tertull. de Reſ. carn. p. 61. Frob. Dum præcipitur, quod poſt illam repromittitur. An Fore promittitur? ſed iterum p. 79. & ſæpius.

REPROMISSUS, a, um. Partic. Aurel. Vict. de Vir. Illuſt. cap. 2. V. in ipſo verbo.

REPROMISSIO, ōnis. f. Cic. pro Roſc. Com. 39. Roſcius, qui ea juriſperitorum conſilio & auctoritate reſtipularetur a Fannio diligenter, ut quod is exegiſſet a Flavio, dimidiam partem ſibi diſſolveret, ſi quidem ſine cautione & repromiſſione nihilo minus id Fannius ſocietati, hoc eſt, Roſcio debebat.

REPROPITIO, āre. pr. & ſec. comm. Repiare. Tertul. ad Nation. 1. 17. Neque imagines Cæſarum repropitiando hoſtes populi nuncupamur.

REPTABUNDUS, REPTILE, REPTO, &c. V. REPO.

RĔPŪBESCO, [ἀνηβάω] ĕre. Rurſum pubeſcere, juvenem fieri, *rejuveneſcere*, quod vulgo dicitur. Columel. lib. 2. cap. 1. Non ergo eſt exiguarum frugum cauſa terræ vetuſtas, ſi modo quum ſemel invaſit ſenectus, regreſſum non habet, nec revireſcere, nec repubeſcere poteſt.

RĔPŪDIUM, ii. n. [ἀποπομπή, ἀποπεμπτικόν] proprie dicitur Renuntiatio ea, qua vir uxorem a ſe rejicit ob rem aliquam pudendam. Quintil. lib. 7. cap. 4. Simpliciores illæ quæſtiones injuſti repudii. Cajus de divortiis, l. Divortium. D. in repudiis, i. e. Renuntiationibus comprobatæ ſunt hæc verba, Res tuas tibi habeto. Item hæc, Tuas res tibi agito. [Repudium a Divortio diſtinguit Modeſtinus J C. quod hoc ſit inter conjuges, illud inter ſponſum & ſponſam. V. loc. in DIVORTIUM. Non tamen ubique antiqui eam differentiam obſervant. Ceterum verbale nomen puto a Repudio, ut Divortium a Diverto, Repurgium a Repurgo &c.

Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. Feſtus.

Mittere repudium. V. poſt, in REPUDIO.

Repudium alicui remittere. Ter. Phorm. 5. 6. 35.

Repudium renuntiare. Ter. Phorm. 4. 3. 73.

REPUDIŌSUS, a, um. Adj. Plaut. Perſ. 3. 1. 56.

Verum videto, me ubi voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias.

i. e. Ut nemo velit me habere in uxorem propter hanc famam.

REPUDIO, [ἀποπέμπω, ἀπωθέω, ἀποσυνίσταμαι] āre. Matrimonium dirimere, & quaſi ob rem pudendam aliquam uxorem repellere. Sueton. in Cæſ. cap. 1. Neque ut repudiaret illam compelli a Dictatore Sulla ullo modo potuit.

Repudiat etiam maritum uxor. Quintil. lib. 7. cap. 9. pr. Sæpe ſecubanti amatorium dedit, repudiavit. Ulp. l. Julianus. D. De divortiis, Julianus lib. 18. Digeſtorum, quærit, an furioſa repudium mittere, vel repudiari poſſit: & ſcribit furioſam repudiari poſſe, quia ignorantis loco habetur: repudiare autem non poſſe; neque ipſam, propter dementiam; neque

neque curatorem ejus. Patrem tamen ejus nuntium mittere poſſe. Ter. And. 1. 5. 15.

Contemptus, ſpretus? facta, tranſacta omnia: hem,
Repudiatus repetor.

Repudiare, Non accipere, recuſare, reſpuere, aſpernari. Ter. Adel. 5. 4. 4. Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Repudiare & Recipere, contraria. Cic. 5. Fam. 9. Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepiſti.

Repudiare & Aſſumere, contraria. Cic. in Orat. 209.

Beneficium repudiare. Cic. 2. de Finib. 76. Metrodorum non putant ipſum profeſſum: ſed quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluiſſe.

Conditionem repudiare æquiſſimam. Cic. pro Quint. 46.

Conſilium. Ter. And. 4. 4. 12.

Repudio conſilium, quod primum intenderam.

Gratiam alicujus repudiare. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 40.

Morem patrium contumaciter repudiare. V. CONTUMAX.

Obſecrationem alicujus repudiare & aſpernari. Cic. pro Font. 38. Cavete, ne periculoſum ſuperbumque ſit, ejus vos obſecrationem repudiare, cujus preces ſi dii aſpernarentur, hæc ſalva eſſe non poſſent.

Hoc non repudio. Cic. 2. Att. 19. Honeſtior hæc declinatio periculi, ſed ego hoc non repudio.

Voluntatem alicujus. Cic. 3. Verr. 98. Eorum ego voluntatem omnium repudiavi: non modo proditori, ſed ne perfugæ quidem locus in meis caſtris cuiquam fuit.

Auctoritas alicujus repudiata, Neglecta, contempta. Cic. 3. Verr. 153.

Funditus repudiare aliquid. Cic. in Orat. 25.

Repudiari, pro Repulſam ferre in comitiis. Cic. pro Planc. 21. Nunquam enim nobilitas, præſertim integra atque innocens, populo Rom. ſupplex repudiata fuit.

Iracundia omnibus in rebus repudianda eſt. Cic. 1. Off. 89.

REPUDIATUS, a, um. Partic. [illegible] Gloſſ. Lat. Gr.

REPUDIATIO, ōnis. f. [illegible] Cic. 12. Att. 51. Sed mihi ſimulatio pro repudiatione fuerit.

REPUDIATOR, ōris. m. Qui repudiat. Tertul. adv. Marc. 1. 14. Marcionita repudiator creatoris.

REPUERASCO, [illegible] ĕre. quaſi In puerilem ætatem reverti: & De ſenibus fere ſemper dicitur, quum deſipere vitio ætatis incipiunt. Plaut. Merc. 2. 2. 25. Cic. de Senect. 83. Et ſi quis deus largiatur ut ex hac ætate repuaraſcam, & in cunis vagiam, valde recuſem. Vetus exemplar legit Repueriſcam. Idem 2. de Orat. 22. Quum is diceret ſocerum ſuum Lælium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repuereſcere eſſe ſolitos, quum rus ex urbe, tanquam ex vinculis, avolaviſſent.

REPUGNO, [illegible] āre. Reſiſtere, contradicere, refragari, obſiſtere. Cic. de Amicit. 64. Cum omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa (tollit enim judicium veri, idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maxime.

Non pugnare, ſed repugnare. Cn. Magnus Domitio, Cic. 8. Att. 19.

Oppugnare aliquem, & Repugnare alicui. Cic. 5. Fam. 2. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnavi.

Dictis & factis repugnare & reſiſtere crudelitati. Cic. pro Rabir. 15.

Repugnare & Concedere, contraria. Cic. 1. Fam. 2. Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant.

Nimium repugnare. Ovid. 1. de Arte Am. 127.

Repugnare alicui rei. Cic. 3. Tuſc. 17. His autem perturbationibus, quas in vita hominum ſtultitia quaſi quaſdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum eſt.

Amori fœdo. Ovid. 10. Met. 319.

Dictis. Ovid. 2. Met. 103.

In una parte repugnare. Ovid. 15. Met. 854.

Repugnant hæc inter ſe. Cic. 3. Tuſc. 72.

Reſiſtere & repugnare contra veritatem. Cic. pro Roſc. Com. 51. Hoc cum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere & repugnare contra veritatem non audet.

Repugnare circa. Quintil. in procem. lib. 8. Circa quæ ſi is, qui inſtituitur, non repugnarit, primum ad cetera habitutus eſt curſum.

Cum ſæpe obnitens repugnaſſet. Paterc. lib. 2. 89.

REPUGNANS, antis. Partic. [illegible] Plin. lib. 8. cap. 16. Ita ut devinciatur non repugnans.

Adverſans & repugnans natura. Cic. 3. Off. 110.

Cede repugnanti. Ovid. 2. de Arte Am. 197.

Compar. Quo quid repugnantius dici poſſit? Lactant. de Ira Dei, cap. 9.

REPUGNANTER, Adv. [illegible] cui contrarium eſt Patienter. Cic. de Amicit. 95. Ut igitur & monere, & moneri, proprium eſt veræ amicitiæ: & alterum libere facere, non aſpere: alterum, patienter accipere, non repugnanter.

REPUGNANTIA, æ. f. [illegible] Cic. 2. Philipp. 19. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profecto ſapis.

REPUGNATIO, ōnis. f. Actus repugnandi. Apul. de Phil. Platon. p. 9. Elmenh. Repugnationes nocivæ.

REPUGNATORIUS, a, um. Adj. Ad repugnandum utilis. Vitruv. lib. 10. cap. ult. In repugnatoriis rebus non tantum machinæ, ſed etiam maxime conſilia ſunt comparanda.

REPUGNAX, ācis. Adj. [illegible] Qui obſiſtit & reluctatur. Cic. 1. de Orat. 95. Quibus dicere Carneades ſolebat, ingenium tuum, Craſſe, vehementer admiratus, me tibi perfacilem in audiendo, te repugnacem in diſputando eſſe viſum. Vetus exemplar legit, Perpugnacem.

REPULLULO, [illegible] āre. Iterum pullulare. Plin. lib. 16. cap. 20. Larix uſtis radicibus non repullulat, picea repullulat.

Repullulare a radicibus. Plin lib. 16 cap 44.

REPULLULASCO, [illegible] ĕre Rurſum pullulaſcere, & novos pullos emittere: & de arboribus ac plantis fere ſemper dicitur. Columel. lib. 4. cap. 22. Quoniam fere plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodat, ut juxta cicatricem novellis frondibus repullulaſcant. Ibid. cap. 24. Nam præſtat ex vulnere ſubolem repullulaſcentem vellere, quam nodoſam & ſcabram plagam relinquere.

REPULSA, REPULSIO, REPULSO, V. REVELLO.

REPŪMICO, āre. videtur a Pumice deduci, ut ſit quaſi Pumice expolire. Unde

REPUMICATIO, ōnis. f. in arboribus dicitur, quando gemmæ hirſutæ propter frigus, expoliuntur Vere. Plin. lib. 17. cap 26. de remediis arborum, Item ſucco emiſſo quibuſdam veluti detractio ſanguinis circumraſi corticis, vitium extenuatio, & domitura palmitum. Gemmas ſi frigus torridas hirſutaſque fecerit, repumicatio, & quædam politura. V. Harduin. in loc.

REPUNGO, pŭpŭgi, & punxi, punctum, [illegible] ĕre. Viciſſim pungere. Cic. 1. Fam. 9. Quoniamque illi haberent ſuum Publium, darent mihi ipſi alium Publium, in quo poſſem illorum animos, mediocriter laceſſitus, leviter repungere. [Pungo Præt. facit Pupugi, ſed Compoſita in xi, ut Compunxi, Diſpunxi.

REPURGO, [illegible] āre. Idem quod Purgare, vel diligenter emundare. Plin. lib. 19. cap. 10. Enecatur cyminum ab imo dorſo, niſi repurgetur.

Humum repurgare. Ovid. de Nuce 125.

Nomas repurgare. Plin. lib. 23. cap. 4.

Cælum repurgatum. Ovid. 5. Met. 286.

Repurgatus in ſinceriſſimum nitorem. Senec. Epiſt. 67.

Repurgare, Iterum purgare. Colum. 2. 21. extr. Pura deinde frumenta, ſi in annos reconduntur, repurgari debent.

REPURGIUM, i. n. a Repurgando, utuntur Juſtinianus, C. de aquæ ductibus, & Ambroſius ad Theodoſium. Non audiſti, Imperator, quia quum juſſiſſet Julianus reparari templum Hieroſolymis, divino qui faciebant repurgium igne cremarunt.

REPŬTO, [illegible] Gloſſ. Lat. Græc.] āre. Diligenter putare.

Reputare, per tranſlationem, pro Multum ac diu cogitare, conſiderare, ſecum volvere. Ter. Eun. 3. 5. 44.

Dum hæc mecum reputo, arceſſitur lavatum interea virgo. Idem And. 2. 6. 11.

Etenim eam ſecum rem recta reputabit via. Cic. 1. Fam. 9. Tamen non reputans quid ille vellet. Idem 2. de Nat. Deor. 119. Hunc horum nihil unquam reputaviſſe certo ſcio. Sil. lib. 17. 347.

— ſed enim reputa tecum ipſa furores
Sidonios.

Non facile eſt reputare, utrum, &c. Cic. in Salluſt. 14.

Reputare, pro Imputare. Modeſtinus in l. Nihil intereſt. §. Si quum filios. D. de inofficioſo teſtamento, Tamen eſt aliquid quod teſtatoris vitio reputetur ut merito repellendus non ſit.

Reputare, Computare, compenſare. Ulpian. in l. 1. §. Si pupillus. D. de tutel. & rationibus diſtrah. Item ſumptus litis tutor reputabit, & viatica, ſi ex officio neceſſe habuit aliquo extra vel proficiſci. Papin. in l. Sed ſi nondum. D. relig. & ſumpt. funer. Sed ſi nondum pater dotem recuperaverit: vir ſolus conventus, reputaturus patri, quod eo nomine præſtiterit. [i. e. Expenſum laturus, quod barbari dicunt Super computum ejus miſſurus, vel poſiturus.

REPUTATIO, ōnis. f. [illegible] Gl. L. G.] Conſideratio. Plin. lib. 10. cap. 37. Gell. lib. 12. cap. 5. Per incrementa ætatis exorta e ſeminibus ſuis ratio eſt, & utendi conſilii reputatio, & honeſti contemplatio. Plin. Paneg. cap. 70. Ingenia hebetabat miſera ſed vera reputatio.

Reputatio, pro Computatione. Cajus in l. Item ex diverſo. D. familiæ erciſcundæ. Si judex aut reputationes inter eos fecerit, aut curaverit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda & incommoda. Marcellus in l. Titia. D. de ſolutionibus. Titia, quum propter dotem bona mariti poſſideret, omnia pro domina egit: reditus exegit, & moventia diſtraxit. Quæro an ea quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus reſpondit, reputationem ejus quod proponeretur, non iniquam videri. [Etiam hic eſt Expenſilatio.

R E Q

REQ. Requieſcit.

REQUIES, ēi, vel ētis. f. [illegible] Ipſe quieſcendi actus. Cic. de Senect. 52. Ut meæ ſenectutis requietem, oblectamentumque noſcatis. Chariſius lib 1. Cicero requietem dixit, ad Hoſtilium. [Ut & Requietis &c. V. infra.

Labori requies hæc erat. Ovid. 7. Met. 812.

Requietis intervalla. Cic. 1. de Finib. 49. Et ad dolores ita paratus eſt, ut meminerit maximos morte finiri, parvos multa habere intervalla requietis.

In amicitia Scipionis, requies plena oblectationis mihi fuit. Cic. de Amicit. 103.

Requies ſpatiumque. Virg. 4. Æn. 433.

Tantum temporis quantum ad animi & corporis requiem conceditur. Cic. pro Arch. 13.

Bellorum requies, i. e. A bellis. Stat. 3. Theb. 295.

Doloris fera requies. Ovid. 2. de Arte Am. 490.

Curarum requies animi oblectatio. Cic. 2. Off. 6.

Curæ medicina & requies. Ovid. 4. Triſt. 10. 118.

Laborum certa requies. Virg. 3. Æn. 395.

Laboris grata requies. Ovid. ad Liviam, 306.

Mali nulla requies erat. Lucret. lib. 6. 1176.

Pugnæ requiem ſperabant. Virg. 12. Æn. 241.

Senectæ meæ ſera requies. Virg. 9. Æn. 481.

Alterna requies. Ovid. 4. Epiſt. 89.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Mæſta. Stat. 8. Theb. 161.

Tutior. Ovid. 8. Met. 557.

Attulit pugna requiem multorum dierum. Ovid. 12. Met. 146.

Dare requiem ab opere. Columel. lib. 6. cap. 14.

Dare voce requiem & modum. Ovid. 3. Met. 618.

Habere requietem. Cic. 1. Att. 15. Ita ſum ab hominibus deſtitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore & filiola & mellito Cicerone conſumitur.

Negare requiem. Ovid. 10. Met. 135.

Petit exiguam requiem. Ovid. 4. Met. 622.

Poſcunt requiem ſocii. Ovid. 7. Epiſt. 175.

Quærere requietem. Cic. 5. de Finib. 54. Itaque ſi aut requietem natura non quæreret, aut eam poſſet alia quadam ratione conſequi.

Quærere requiem ex occupationibus. Cic. 5. Fam. 14. Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus.

REQUIESCO, ēvi, ētum, [illegible] ĕre.

Requieſcere, pro Conquieſcere, vel quietem capere, & tranquille vivere, ſine ullo animi aut corporis impedimento.
Requieſcere, & curam animi levare. Cic. 6. Verr. 33. Quum diutius in eo negotio curaque fuiſſem, ut requieſcerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii præclaras tabulas revertebar.
A malis. Cic. 1. Tuſc. 107.
Ubi remiſſa humana vita corpus requieſcat e malis. Ex Ennio.
A turba rerum. Ovid. 4. de Pont. 5. 27.
In lectione poetarum. Quintil. lib. 10. cap. 1.
In miſeriis. Cic. 8. Att. 22. Et ſimul, crede mihi, requieſco paulum in his miſeriis, quum quaſi tecum loquor.
In ſermone alicujus. Cic. 2. de Orat. 234. Sed tamen defeſſus in labore, atque itinere diſputationis meæ, requieſcam in Cæſaris ſermone, tanquam in aliquo peropportuno diverſorio.
In ſpe alicujus adoleſcentiæ. Cic. pro Cœl. 79. h. e. Ex ſpe futuræ illius probitatis, quietem ſibi polliceri.
Non requieſcere conſilio cujuſquam. Cic. 1. Att. 15. Non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident & urgent, & nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt.
Arva requieſcunt mutatis fetibus. Virg. 1. Georg. 82.
Aures requierant omnibus. Catul. de Ario, 85. 7.
Cum tot ſideribus cælum requievit in illo. Ovid. 4. Met. 661.
Pectora requierunt. Stat. 12. Theb. 514.
Requieſcere frequenter, pro Dormire. Virg. 1. Ecl. 80.
Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper viridi.
Lecto requieſcere. Tibul. lib. 2. 1. 43.
Humo. Ovid. 10. Met. 556.
Somno molli. Catul. ad Mallium, 66. 5.
Noctes longas. Tibul. lib. 3. 7. 21.
In ſella. Cic. 1. de Divin. 104. Quum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu ulla vox exſtitiſſet, puellam defatigatam petiiſſe a matertera, ut ſibi concederet, paulisper ut in ejus ſella requieſceret.
Requieſcere, Quietum facere, ſive retardare, cum Accuſativo, teſte Servio. Virg. 8. Ecl. 4.
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. Ubi Servius, Requierunt, Curſus proprios retardaverunt, & quietos eſſe fecerunt. Eodem modo Propert. 2. 2. 47.
Juppiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos. [Apud Virg. poſſet conſtructio Græca videri, Mutata ſuos curſus, pro Mutatis curſibus ſuis, requierunt. Sed ſententiam ſuam pluribus antiquorum exemplis aſtruit Serv. Cui junge Voſſ. de Analog. 3. 4. & Sanct. Minerv. 3. 3. litt. R. & ad Quieſco Periz. ibid.
Requiētus, a, um. Partic. [ἀναπαυσάμενος] Qui requievit. Salluſt. Paululum requietis militibus. apud Serv. l. c.
Ager requietus. Ovid. 2. de Arte Am. 351. i. e. Ager qui aliquantulum requievit.
Arvum requietum. Columel. lib. 2. cap. 9.
Lac requietum. Columel. lib. 7. cap. 8.
Requietior. Columel. lib. 2. cap. 1. Neque enim idcirco rudis & modo ex ſilveſtri habitu in arvum tranſducta fecundior haberi terra debet, quod ſit requietior & junior.
Requiētio, ōnis. f. Hieron. adv. Jovin. c. 12. Septimo requietionis anno.
Requiētōrium, i. n. Sepulcrum. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 1030. n. 8 SIBI ET CONIVGI CARISSIMAE REQVIETORIVM FECIT.
Rĕquīro, ſivi, ſitum, [ἐπιζητεῖν, ἀναζητεῖν] ēre. Sæpius vel rurſum quærere, aut inveſtigare. Virg. 1. Æn. 221.
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt. Ter. Phorm. 2. 1. 79.
Abi Phædria, eum require, atque adduce huc. Cic. 3. de Finib. 10. Tu autem quum ipſe tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris?
Requirere & Quærere hoc differunt: quoniam Requirere, eſt diu quærere. Afranius Fratriis: Proin totum quæram, ne requiram te vide. Ex Nonio. V. in QUÆRO.
Animo & oculis aliquem. Ovid. 4. Met. 129.
Oculis requirere terram. Curt. lib. 4. 7. 12.
Sermone, V. paulo ſupra.
Aliquem vocibus requirere. Plin. Epiſt. 106.
Requirere ab aliquo, Quærere ab aliquo, interrogare aliquem. Cic. 12. Att. 40. Si quis requirit e te? cur Romæ non ſim, quia diſceſſus eſt. Idem 1. Acad. 3. Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere.
Requirere ex. Cic. pro Cœl. 67. Ex quibus requiram, quonam modo latuerint.
Requiſivit rex, quis ſupremum diem Athenis obiiſſet. Plin. lib. 7. cap. 29.
Illud quoque requiſivi, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contradicat. Cic. pro Quint. 84.
Studioſe requirere. Ovid. 1. de Arte Am. 245.
Cauſam. Ovid. 10. Met. 388.
Cauſas requirit inſcius. Virg. 6. Æn. 710.
Domum alicujus. Cic. 6. Verr. 7.
Requirere, pro Inſpicere, animadvertere, inquirere. Cajus in l. 4. D. de teſtam. Si quæramus an valeat teſtamentum: in primis animadvertere debemus, an is, qui fecit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem: deinde ſi habuerit, requiremus an ſecundum regulas juris civilis teſtatus ſit.
Requirere, Poſtulare, flagitare, depoſcere. Cic. pro Lege Manil. 54. Quibus amiſſis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. De Vectigalibus.
Requirere & flagitare. Cic. 7. Verr. 70. Abs te officium tuum debitum generi & nomini requiro & flagito.
Requirere auxilium. Cic. 7. Verr. 142. Omnes hoc loco cives Romani, & qui adſunt, & qui ubicunque ſunt, veſtram ſeveritatem deſiderant, veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt.
Divitias. Tibul. lib. 1. 1. 41.
Requirere, pro Deſiderare quod non adeſt. Cic. 6. Fam. 6. Vereor ne litterarum a me officium requiras. Nam ſupra dixerat, Vereor ne deſideres officium meum. Idem in Parad. 1. In quo equidem continentiſſimorum hominum majorum noſtrorum prudentiam requiro.
Requirere, pro Deſiderio rei amiſſæ teneri, vel præteritæ, vel abſentis, vel eam poſcere. Cic. de Senect. 50. Denique iſto bono utare dum adſit: quum abſit, ne requiras: niſi forte adoleſcentes, pueritiam: paulum ætate progreſſi, adoleſcentiam debeant requirere.
Requiri, pro Neceſſarium eſſe: & Requirere, pro Opus habere. Cic. 1. de Finib. 61. Virtutem autem nixam hoc honeſto, nullam requirere voluptatem, atque ad beate vivendum ſe ipſa eſſe contentam.
Requīſītum, i. n. ut, Ad requiſitum reſpondere. Quintil. lib. 8. procem.
Poſt requiſitum etiam, niſi ejuſmodi eſſet viſum verum, quale falſum. Cic. 4. Acad. 77.
Requiſita naturæ, dixit Salluſtius per periphraſin, ut notat Quintil. lib. 8. cap. 6. pro Exoneratione alvi.
Requīſītio, ōnis. f. Gell. lib. 1. cap. 2. Hiſtoriæ antiquioris requiſitio.
Requīſīto, [ἀναζητοῦμαι] āre. frequent. Plaut. Moſt. 4. 3. 12.
Quid tu ut otioſus res novas requiritas?

R E S

RESP. Reſpublica. REST. Reſtitutum.
Rēs, rĕi. f. [χρῆμα, πρᾶγμα, πράγματα] generalem habet ſignificationem.
Abdita rerum. Hor. in Arte Poet. 49.
Aſperitas rerum. Cic. 1. de Orat. 3. Sed tamen in his vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporis, obſequar ſtudiis noſtris.
Caput & fons rerum. Hor. 1. Epiſt. 17. 45.
Cauſas rerum cognoſcere. Virg. 2. Georg. 490.
Concordia rerum diſcors. Hor. 1. Epiſt. 12. 19.
Creatrix rerum natura. Lucret. lib. 1. 623.
Curſus rerum. Cic. 4. Fam. 2.
Deſiderium rerum. Lucret. lib. 3. 931.
Edax rerum tempus. Ovid. 15. Met. 234.
Fama rerum incredibilis. Virg. 3. Æn. 294.
Fundamina rerum mole ſub ingenti ponit. Ovid. 15. Met. 433.
Gravitas rerum. Cic. ad Brut.
Inſcitiæ rerum. Hor. 1. Epiſt. 3. 33.
Interitus rerum. Cic. 6. Fam. 1.
Majeſtas rerum. Lucret. lib. 5. 7.
Natura rerum. Cic. 4. Acad. 84. Negas tantam ſimilitudinem in rerum natura eſſe.
Novatrix rerum natura. Ovid. 15. Met. 252.
Opifex rerum, Deus. Ovid. 1. Met. 79.
Perturbatio rerum vel confuſio. Cic. 1. Off. 93.
Prudens rerum animus. Hor. 4. Carm. 9. 35.
Prudentia rerum. Virg. 1. Georg. 415.
Sepulchrum commune rerum, terra. Lucret. lib. 5. 260.
Status rerum. Cic. 12. Fam.
Tumor rerum. Cic. 14. Att. 5. Ne deſerere viderer hunc rerum tumorem.
Turba, & confuſio rerum. Cic. 6. Fam. 6. Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaque in confuſione rerum viveremus.
Turbine rerum miſerarum attonitus. Ovid. 7. Met. 614.
Varietas rerum. Cic. 2. Fam.
Abſurda res. V. ABSURDUS.
Acerba. Lucret. lib. 4. 665.
Ampliſſimis rebus ornatus. Cic. 5. Fam. 2. pr.
Anguſtæ res, Exiguæ, non magni momenti. Virg. 3. Georg. 290.
Ad faciendam fidem res appoſitæ. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Arcana. Ovid. 4. Met. 223.
Arduæ. V. ARDUUS.
Bona. V. BONUS.
Bonæ res, vel optimæ. Cic. 4. Fam. 3. ad fin.
Calamitoſæ res. Cic. pro Lege Manil. 53.
Certa. V. CERTUS.
Contorta. V. CONTORQUEO.
Contractæ res, Implicatæ, ut vult Gronov. Cic. 7. Fam. 31.
Converſæ res. Cic. 1. Fam.
Corporea. Lucret. lib. 2. 185.
Credula res amor eſt. Ovid. 6. Epiſt. 21.
Declamatoriæ res, Declamationi aptæ. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Deſperatæ res. Cic. 5. Fam. 21.
Deteriores res. Cic. Quanto deteriores res offenſurus ſis, &c.
Diſſociabilis res principatus ac Libertas. Tacit. Agric. cap. 3.
Everſæ res. Cic. 6. Fam. 21.
Facilis. Lucret. lib. 2. 1085.
Furtiva. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Horrenda relatu. Ovid. 15. Met. 298.
Illiberalis ad cognoſcendum. V. ILLIBERALIS.
Immoderata res eſt Cupido. Ovid. 4. de Pont. 15. 31.
Implicata res controverſiis. V. IMPLICO.
Incognita res turbat animos. Virg. 1. Æn. 519.
Incommodæ res. Cic. 6. Fam. 4. V. INCOMMODUS.
Incredibilis dictu res. Quintil. in Gladiatore, non procul a fine.
Infirma & nugatoria ad probandum. V. INFIRMUS.
Ingenioſa res eſt. Ovid. 1. Amor. 8. 62.
Inquiſita & comperta. V. INQUIRO.
Inſolitam rem apportare auribus, Referre aliquid inauditum antea. Lucret. lib. 5. 101.
Invidioſa. V. INVIDEO.
Involutæ & occultæ res. V. INVOLVO.
Luculenta res. Cic. 4. Att. 15. Eſt enim res luculenta.
Ludicra. Hor. 2. Epiſt. 1. 180.
Manifeſtas contra res & veras repugnare. Lucret. lib. 3. 354.
Manifeſtaria res eſt. V. MANIFESTUS.
Medicatiſſima. V. MEDICO, as.
Miſſiles res. V. Miſſilis, in MITTO.
Moleſta & odioſa. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Nec opinata. V. NEC.
Negotioſa. V. NEGOTIUM.
Novæ res. V. NOVUS.
Nudæ atque inornatæ. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Operoſa res. Cic. 3. Q. frat. 5. Res operoſa eſt, & hominis, &c.
Otii pluſimi res. Cic. 4. Att. 16.

Otioſa.

Otioſa. V. Otioſus, in OTIUM.
Parvæ res. Virg. 3. Ecl. 54.
Penſitare. V. PENSO.
Perditæ res. Cic. 6. Fam. 1. V. Perditus, in PERDO.
Periculoſæ res. Cic. 4. Acad. 68. In magnis, periculoſiſque rebus, &c.
Perturbatæ res. Cic. 6. Fam. 6.
Ridicula & jocoſa. Catul. ad Catonem, 54. 1.
Suaves. Hor. 2. Serm. 8. 92.
Teſtata. V. TESTOR.
Turbulentæ res. Cic. 9. Fam. 1.
Abducere a re aliqua ad aliam. V. ABDUCO.
Abire in rem aliquam. V. ABEO.
Abjicere rem. Cic. 7. Att. 3. Quin nunc ipſum non dubito rem tantam abjicere.
Abrumpere ae re aliqua. V. ABRUMPO.
Abſtinere rebus urbanis. V. ABSTINEO.
Abeſſe res videtur. V. ABSUM.
Abſumere aliquot dies frigidis rebus. Plin. 1. Epiſt. 9. ad Fundanum.
Abundare in re aliqua. V. ABUNDO.
Accedere alicui rei. V. ACCEDO.
Accipere ab aliquo rem aliquam. V. ACCIPIO.
Accommodare in rem aliquam. V. ACCOMMODO.
Acquieſcere alicui rei. V. ACQUIESCO.
Addere nomina rebus. Ovid. 5. Met. 565.
Adducere rem in locum, vel deducere. Cic. 16. Fam. 12. pr.
Adducere rem in diſcrimen. Cic. 5. Fam. 21.
Adhibere rebus cautionem. Cic. 1. Att. 16.
Agere alias res. Cic. Ita furebat, ut mirarer tam alias res agere populum, &c. V. ALIUS.
Agere res aliquas. V. AGO.
Cedit illi res. V. CEDO.
Cogitare rem aliam ex alia. V. COGITO.
Conferre rem in pauca. V. CONFERO.
Conſolatur me hæc res. V. CONSOLOR.
Deducere rem aliquo. Hor. 1. Serm. 1. 15.
Deducta eſt eo res. V. DEDUCO. conf. Adducere.
Deducere rem aliquam in diverſas partes. V. DEDUCO.
Deferre rem ad aliquem, vel alicui committere. Cic. 1. Fam. 8.
Differre rem. Cic. 10. Fam. 16.
Eſſe rem in motu. Cic. Q. frat.
Eſſe rem in integro. Cic. 5. Fam. 20.
Eſſe rem loco, id eſt ſtatu. Cic. 10. Fam.
Exaſperare rem verbis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exponere rem verbis. Lucret. lib. 1. 833.
Habere ſe. Cic. 10. Fam. 6.
Jectare rem ſermonibus. V. Jecto, in JACIO.
Imperitare rem æquam. Hor. 1. Serm. 3. 188.
Inclinari rem. Cic. 1. Fam. 1.
Increbuit res proverbio. V. INCREBRESCO.
Inducere chaos rebus. Senec. Agamemn. 6.
Intendere honeſtis rebus animum. Hor. 1. Epiſt. 2. 36.
Ire melius rem, pro Expediri. Cic. 14. Att. 15. Incipit res melius ire, quam putaram.
Ibat prorſus res. Cic. 14. Att. 20. i. e. Erat cum bene ſperaremus. *Tout alloit bien: tout l'affaire ſe portoit bien.* [i. e. Procedebat.
Loqui magnis de rebus. Lucret. lib. 4. 1018.
Movere res. Cic. 2. Q. frat. 3.
Naſci rem. Ter. Hec. 5. 2. 30.
Notare res nominibus novis. V. NOTA.
Notare inſigni aliqua & notare quippiam. V. INSIGNIS.
Pando rem ordine. Virg. 3. Æn. 179.
Procurare rem. Cic. 6. Att. 9.
Reddere rationem rei. Lucret. lib. 6. 918.
Refrigeſcere rem. Cic. 1. Att. 16.
Rejicere rem. Cic. 5. Fam. 6.
Revocare rem ad manus. V. MANUS.
Secernere apertas res a dubiis. Lucret. lib. 4. 469.
Sequar ſumma faſtigia rerum. Virg. 1. Æn. 346.
Suſcipere rem. Cic. 3. Q. frat. 1.
Tentare rem. Hor. 2. Epiſt. 1. 159.
Res, aliquando relativum eſt, referens præcedentia. Ter. Phorm. 2. 1. 41.

Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans.

Ubi Donatus, [Res ad Culpam relatum. [Ex qua re. i. e. Ex quo.
Viliſſima rerum aqua. Hor. 1. Serm. 5. 85.
Pulcherrima rerum Roma. Virg. 2. Georg. 534.
Trepidus rerum. Virg. 12. Æn. 589. ubi vacat Rerum.
Feſſi rerum. Virg. 1. Æn. 182.
Res, Negotium, cauſa ipſa. Ter. Adelph. 5. 3. 10.

Rem ipſam putemus: dictum inter nos hoc fuit.

Ubi Donatus, Res, cauſa litis. Ter. Hec. 3. 5. 18.

Omnem rem ſcio, ut ſit geſta, adveniens audivi omnia.

Idem Heaut. 1. 1. 23.

Chreme, tantumne eſt ab re tua otii tibi;
Aliena ut cures, eaque quæ ad te nihil attinent?

h. e. Præter familiaria negotia tua, eſtne tantum tibi otii ut, &c.
Rem eſt mihi cum illo. Ter. Phorm. 1. 3. 19. Cic. 13. Fam 27. Si qui difficiliores erunt, ut rem ſine controverſia confici nolint, ſi eos, quando cum Senatu res eſt, Romam rejeceris.
Rem habere cum aliquo, i. e. Conſuetudinem, amorem. Ter. Eun. 1. 2. 39.
Integra res. V. INTEGER.
Parvula. V. PARVUS.
In invidia res eſt. V. INVIDEO.
Accingi ad rem aliquam. V. ACCINGO.
Agitur res in ſcenis, aut acta refertur. Hor. in Arte Poet. 179.
Agere rem quaſi alienam. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Agitare res. V. AGITO.
Agitur res tua. Cic. 5. Verr. 115. Quod ſi res tua non ageretur, a te potius poſtulaſſent, ne ampliuſ, &c.
Attinet ad rem. Hor. 2. Serm. 2. 27.

Credenda fuit nemini res tanti ſceleris. Cic. pro Cœl. 52.
Gerere rem male. Hor. 2. Serm. 3. 74.
Gerendis in rebus acer. V. ACER, adj.
Gerendis e rebus abſtrahere. V. ABSTRAHO.
Gerendis rebus minus apta. Ovid. 1. de Arte Am. 415.
Habebo ſi quid in eam rem. V. IN præpoſitionem.
Incipiunda in re. V. IN præpoſitionem.
Intereſt nihil ad rem. V. INTEREST.
Locuti ſumus nihil, neque ante rem, neque præter rem. Auctor ad Herenn. lib. 4. 1.
Miniſtrare res timide gelideque. Hor. in Arte Poet. 171.
Monet res. V. MONEO.
Moventur res magnæ. V. MOVEO.
Natus rebus agendis. Hor. in Arte Poet. 82.
Novi rem omnem. V. NOSCO.
Salva res eſt. Ter. Eun. 2. 2. 37.
Apud Juriſconſultos Res, ut Cajus inquit in l. 1. D. de rerum diviſione, ſive corporalia, ſive incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quæ tangi poſſunt, ut fundus, homo, veſtis: incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt ea quæ in jure conſiſtunt, ſicut hæreditas, uſus fructus, obligationes.
Animales res. Ulpian. in l. a divo. D. de re jud.
Communis. Hor. 2. Serm. 6. 36.
Comperendinata res ſignificat Judicium in diem tertium conſtitutum. Feſtus. V. COMPERENDINO.
Confeſſa. V. CONFITEOR.
Corporales res. V. CORPUS. & paulo ſupra.
Incorporales res. V. ibidem.
Manifeſtæ. V. MANIFESTUS. Hic eſt Crimen. V. Aſcon. 3. Verr. 182.
Damnatus rei capitalis. V. DAMNO.
Ire in rem præſentem. V. IN præpoſitionem.
Venire in rem præſentem. Totum ad rem judiciariam pertinet, neque admodum abſimile eſt, ac Juſto ſacramento contendere. Budæus.
In re præſenti. V. IN præpoſit.
Res prolatæ, & Rerum prolatio, ſignificat Tempus illud, quum homines feriarentur. Declarat maxime Plautus in Capt. 1. 1. 10. ex perſona paraſiti,

Ubi res prolatæ ſunt, quum rus homines eunt,
Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi quum caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo ſibi ſucco vivunt, ros ſi non cadit:
Item paraſiti rebus prolatis latent,
In occulto miſeri victitant ſucco ſuo, &c.

Cic. pro Muren. 28. Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudentia, quæ neque extra Romam uſquam, neque Romæ rebus prolatis, quidquam valet. Idem 14. Att. 5. Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc rerum tumorem. Et 3. Q. frat. 2. a fine, Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta. Idem 7. Att. 12. Iſtum quidem, cujus phalariſmum times, omnia teterrime facturum puto. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus magiſtratuumque diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit. Rerum igitur prolatio, ſive Res prolatæ, idem eſt ac ſi dicas, Vacatio a muneribus: quæ maxime erat ludorum diebus. Ludorum autem nomina, Votivi, Romani, Victoriæ, Plebeji. Quorum primi Votivi a. d. VII Cal. Sept. commiſſi, per quindecim dies celebrabantur: & continuo Romani per decem dies: quum interea res prolatæ dicabantur. Confectis Votivis & Romanis, rurſus ad negotia: judicia fiebant: ſenatus habebatur: tum publice, tum privatim quiſque ſatagebat in ſua re: hoc uſque ad VIII Cal. Novembris. Nam quum inter ludos Romanos & ludos victoriæ dies interſint XLV; quod aperte ipſe declarat lib. 2. in Verrem: (4. Verr. 130.) recte ſubducenti perſpicuum fiet, ludorum Victoriæ commiſſionem incidere in diem VIII Cal. Novembris. iterum igitur res prolatæ. Victoriæ autem ludi, cumque his Plebeji conjuncti, dies auferebant octo: ut ad IIII Nonas Novembris, & magiſtratus, & cujuſvis ordinis homines intermiſſam rei, ſive publicæ, ſive privatæ adminiſtrationem repeterent. Itaque 4. Att. 16. non procul a fine, Pontinius vult a. d. IIII Nonas Novembris triumphare. Ex quo patet, non fuiſſe diem feſtum IIII Nonas Novembris. Quocunque igitur tempore ad Urbem Cæſar venerit, ſtatim aget quæ putabit e re ſua. non eum tardabit rerum prolatio, quo tempore nihil neque publice fit, neque privatim: contemnet antiquum morem: ſine ſenatu, ſine magiſtratibus decernet ipſe ex libidine: refringet ærarium, publicaſque pecunias ad uſum Reipublicæ ſervatas, ad rei publicæ oppugnationem convertet. Ex P. Manut. ad 7. Att. 12. [conf. reliqq. Interpp. & Aſcon. in 2. Verr. 31. & 54.
Mobiles res. Ulp. in l. a divo. D. de re jud.
Moventes res, pro Mobilibus. V. MOVEO.
Res voluptatum. Plaut. Amphitr. Act. 2. Scena 2.

Satis parva res eſt voluptatum in vita,
Atque in ætate agunda.

H. St. priore verba aliter abſtulit, voluit ſine dubio Græcorum more Rem voluptatum, pro Ipſis voluptatibus Plautum dixiſſe, [illegible], ut ad eum locum Muretus annotavit.
E re, & Ex re. V. E & EX præpoſitiones.
E re nata, i. e. Occaſione, ut ait Donatus. Ter. Adelph. 3. 1. 8. V. E præpoſ.
Ex re conſulere. Tacit. 1. Ann. 24. h. e. Prout res, vel occaſio tulerit.
Pro re pauca loquar. Virg. 4. Æn. 337.
Pro re nata, Pro eventu rei & occaſione. Cic. 14. Att. 6. Antonii colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. i. e. Quantum ad præſens tempus attinet. *Pour le temps.*
Cum re præſenti deliberare. V. CUM præpoſitionem.
Ob rem. V. OB præpoſitionem.
Ab re. V. A & AB præpoſitiones.
Ab re, i. e. Ab eventu. Liv. 1. 17. Id ab re (quod nunc quoque tenet nomen) interregnum appellatum.
Verba ad rem conferre. Ter. Eun. 4. 6. 4. Ubi Donatus; Verba ad rem contulit, h. e. Agere quod dicebat, aggreſſus eſt. Idem Andr. 5. 2. 5.

Ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Re juvare. Ter. Heaut. 1. 1. 34.

Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.

[Niſi hic Re eſt Pecunia, Re familiari mea.

Dictu, quam re, facilius. Liv. 31. [ſ. e. Dicere, quam facere.
Res, pro Sumptu. Marcianus in l. Quum vir. D. de doli mal. & me. except. Quum vir in area, ab uxore ſibi donata, aliquid ædificaſſet, pleriſque placet, doli mali exceptione poſita rem ſervari poſſe.
Res, Utilitas. Ter. Hec. 1. 2. 27.
Ita di deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis. Idem Phorm. 2. 4. 9.
Ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias.
In rem noſtram eſt. V. IN.
Cogitare rem ſuam tractare. V. COGITO.
In rem ſuam aliquid convertere. Cic. pro Roſc. Amer. 15.
E re, Ex utilitate, utiliter. Papin. in l. Donationes. in §. 1. D. de donationib. Nec matrem offenſam e re petitionem habere. h. e. Matrem ex levi offenſione eas res utiliter repetere non poſſe.
Alicui rei eſſe. Ter. Adelph. 3. 3. 4.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. Ubi Donatus, Recte: de hoc enim ſupra dixit, 1. 2. 15.
— non fratrem vides
Rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium?
Res, Patrimonium. Ter. Adelph. 5. 3. 44.
— at enim metuo ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulo. i. e. Negligant curare rem domeſticam. Idem Adelph. 5. 3. 03.
Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Ubi Donatus, Pro re, pro Patrimonii tui qualitate.
Res, Hæreditas. Ter. Phorm. 2. 3. 46.
At ſi talentum rem reliquiſſet decem. Donatus.
Res, Pecunia, & etiam fortunæ bona. Ter. Eun. 1. 2. 51.
— ejus frater aliquantum ad rem eſt avidior. Idem Adelph. 5. 3. 48.
Solum unum hoc vitium affert ſenectus hominibus.
Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt. Cic. 2. in Catil. 10. Res eos jam pridem, fides deficere nuper cœpit. [Subauditur § Familiaris. q. ſupra V.
In re mea eſt. V. IN.
Res & aurum. Lucret. lib. 5. 1112.
Acciſæ res. V. ACCIDO.
Ampla res domi. Juven. 12. Sat. 10.
Anguſta res domi. Juven. 3. Sat. 165.
Arctis in rebus abſit pudor, In magna rerum anguſtia. Valer. 5. Argon. 124.
Avita res & patria. V. Avitus, in AVUS.
Contemptæ rei dominus ſplendidior. Hor. 3. Carm. 16. 25.
Contracta res. V. CONTRAHO.
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Hor. 3. Carm. 24. 64.
Modica. Juven. 13. Sat. 143.
Parvis rebus alte paratur quies. Sen. Thyeſt. 5.
Paupera res, apud Plautum. V. PAUPER.
Pauperculæ res, modicæ & modeſtæ. V. MODUS.
Præclara filius in re ſublatus male alitur. Hor. 2. Serm. 5. 45.
Salva res & Perdita, contraria. Ter. Eun. 2. 2. 26.
Ampliare rem. Hor. 1. Serm. 4. 32.
Augere rem, Locupletari. Cic. pro Rabir. Poſt. 3. Ita ut in augenda re, non avaritiæ prædam, ſed inſtrumentum bonitati quærere videretur.
Conficere rem. Cic. Poſt redit. in Senat. 10. Cum ſuam rem, non minus ſtrenue quam publicam, confeciſſet. V. CONFICIO.
Confringere rem. V. CONFRINGO.
Facere rem, Lucrari. Ter. Adel. 2. 2. 12.
Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines. Sannio. Ex Donato.
Habere rem, Non inopem eſſe. Cic. 2. Off. 73. Illud male dixit, non eſſe in civitate duo millia hominum, qui rem haberent.
Nitet res magna domino ſene. Hor. 2. Serm. 5. 12.
Obſtat virtutibus res anguſta domi. Juven. 3. Sat. 164.
Quærere rem honeſte mercaturis faciendis. Cic. in Parad. 6.
Stringat præclaram ingrata malus ingluvie rem. Hor. 1. Serm. 2. 45.
Vir haud magna cum re. Cic. de Senect. 1. Licet enim verſibus eiſdem mihi affari te, Attice, quibus affatur Flaminium
Ille vir, haud magna cum re, ſed plenus fidei.
Haud magna cum re. Hinc Pontanus, Ipſique haud magna ſane cum mentis atque ingenii re, ſenes tamen ſumus, philoſophamurque. In principio libri primi de prudentia. H. St.
Curare rebus alienis, ſuo veſtimento & cibo. Plaut. Truc. 1. 2. 35.
Intercipere res alicujus. Ovid. 9. Met. 122.
Merſat membra copia rerum. Lucret. lib. 5. 1006.
Officient tibi multæ res. Hor. 1. Serm. 2. 97.
Partæ ſanguine res. Ovid. 1. Epiſt. 92.
Res, Status, conditio. ut, Res publica, Res privata. Cicero, Id enim, rebus noſtris minime conducebat. i. e. Statui noſtro. Virg. 6. Æn. 857.
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Siſtet eques. Ubi Servius, Rem Romanam, Statum Reip.
Tueri armis res Italas. Hor. 2. Epiſt. 1. 2.
Privatæ ac domeſticæ res. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Obire rem privatam vel publicam. V. OBEO.
Ordinare publicas res. Hor. 2. Carm. 1. 11. V. RESPUBLICA, infra.
Cibaria re copioſus. V. COPIA.
Divina, Sacrificium. Cic. 4. Att. 15. Senex ad rem divinam dicit ſe velle diſcedere.
Facere rem divinam alicui deo. Cic. 3. de Nat. Deor. 47.
Bellica res. Hor. 4. Carm. 3. 6.
Rem bellicam adminiſtrare. Cic. 2. de Divin. 76.
Familiaris res miniſtra & famula corporis. Cic. 1. Tuſc. 75.
Familiaris res mea. Cic. 2. de Orat. 97.
Familiaris rei naufragia. Cic. 1. Fam. 9.
Adminiſtrare rem familiarem. V. ADMINISTRO.
Amplificare rem familiarem. V. AMPLIFICO.
Comminuti re familiari ſumus. Cic. 4. Att. 3. extr. V. COMMINUO.
Corrumpere rem familiarem. V. CORRUMPO.
Diminuere rem familiarem. Cic. 11. Fam. 28.
Diſſipare rem familiarem. Cic. 4. Fam. 7.

Impertire de re familiari. Cic. 2. Off. 87.
Forenſis res. Quintil. lib. 4. cap. 0.
Revocare ſe ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, Rei publicæ. Cic. pro Cæl. 42. V. RESPUBLICA.
Frumentaria res. Cic. 8. Att. 2.
Militaris res divinitus conſtituta. V. CONSTITUO.
Militaris rei ſcientia. Cic. pro Lege Manil. 28.
Militarem rem diſcere. V. MILES.
Navalis res, ſive nautica. Cic. 7. Verr. 42. Tacit. 15. Ann. 46.
Nummaria res. V. NUMMUS.
Paſtoria. V. PASTOR.
Perdere rem patriam, Patrimonium. Hor. 1. Serm. 4. 111.
Pecuniaria. V. PECUNIA.
Pecuaria. V. Pecuarius, in PECUS.
Res privatæ, i. e. Bona privatorum. Cic. 9. Att. 6.
Inviſere res ruſticas, vel fructus cauſa, vel delectationis. Cic. 1. de Orat. 249.
Res, [ἀρχή] Imperium. Virg. 3. Æn. 1.
Poſtquam res Aſiæ, Priamique evertere gentem
Immeritam viſum ſuperis. Ibid. 54.
Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus. Servius.
Res Romana, pro Acie, vel potius Imperio, Fortuna. Livius, Sed res Romana erat ſuperior. Et ſic ſæpe. Budæus.
Adepta rerum. V. ADIPISCOR.
Domina rerum Roma. Ovid. 15. Met. 447.
Caput rerum. Tacit. 1. Ann. 47.
Cuſtos rerum Cæſar. Hor. 4. Carm. 15. 17.
Eventus rerum. Lucan. lib. 5. 779.
Forma rerum. Ovid. 1. de Pont. 10. 17.
Imperia rerum. Hor. 2. Serm. 7. 75.
Inclinationes rerum & temporum. V. INCLINO.
Origo rerum & moliſio. V. ORIOR.
Poteſtas ſumma rerum. Virg. 10. Æn. 100.
Summæ rerum conſulere. Ovid. 2. Met. 300.
Rem, vel res gerere, pro Pugnare apud Juriſconſultos, & alios. Livius 21. 60. Malleque adverſus ſingulos ſeparatim, quam adverſus duos ſimul rem gerere. Plin. lib. 2. cap. 67. In Arabico ſinu res gerente C. Cæſare Auguſti filio, ſigna navium ex Hiſpanienſibus naufragiis feruntur agnita. i. e. Belligerante.
Bene geſtæ res. Virg. 9. Æn. 157.
Maxima res effecta. Virg. 11. Æn. 14.
Abſciſſa res erat. V. ABSCINDO.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore. Lucan. lib. 3. 381.
Dare rem in caſum. Tacit. 10. Ann. 52.
Emittere rem de manibus, Occaſionem rei gerendæ. V. MANUS.
Dura. Virg. 1. Æn. 567.
Inclinata. V. INCLINO.
Infracta. V. INFRINGO.
Rem miſeram, Adverbium dolentis. Cic. 7. Att. 24.
O rem lugubrem! V. LUGEO.
Adverſæ res. V. ADVERSOR.
Afflictæ. Virg. 1. Æn. 456.
Anguſtæ. Hor. 2. Carm. 10. 21.
Dubiis rebus non deficere. Virg. 6. Æn. 196.
Diffidere rebus ſuis. Liv. 1. 2.
Duris urgens in rebus egeſtas. Virg. 1. Georg. 146.
Egenis in rebus. Virg. 6. Æn. 91.
Extremæ. Tacit. 1. Hiſt. 45.
Feſſis rebus ferre opem. Virg. 3. Æn. 145.
Fluxæ. Sil. lib. 7. 27.
Fractæ. Virg. 4. Georg. 240.
Humanæ. Virg. 10. Æn. 152.
Jucundæ. Hor. 2. Serm. 6. 96.
Secundæ. Virg. 9. Æn. 301.
Secundis rebus merſus. V. MERGO.
Res, quod vulgo Realia vocant.
Inopes rerum verſus. Hor. in Arte Poet. 322.
Res, Modus. Plaut. Rud. 4. 3. 87.
Mane jam: repperi rem, quo pacto nec fur, nec ſocius fies.
Res, [πρᾶγμα] Experientia. Ter. Adel. 5. 4. 1.
Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid apportet novi. Donat.
Re vera, [ὄντως] duæ dictiones ſunt, aut unica Revera, vice Adverbii. Cic. pro Quint. 7. Deinde habet adverſarium P. Quintius, verbo Sex. Nævium, re vera hujuſce ætatis homines diſertiſſimos. Idem pro Cluent. 54. Verbo ille reus erat: re quidem vera, & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. [Sæpe omittitur § Vera, unde liquet non unam eſſe dictionem.
Nomine, & Re vera, contraria. Cic. 3. Verr. 76. Quod iſta M. Marcelli, & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, re vera Pop. Rom. & erant, & habebantur.
Verbo & ſimulatione, & Re vera, contraria. Cic. 5. Verr. 133.
Re vera pugnare: quod vulgus dicit, *De facto*. Hor. 2. Serm. 7. 99.
Res ipſa. V. IPSE.
In re ipſa. V. IN præpoſitionem.
Ex re ipſa. Quintil. lib. 5. cap. 13. Accuſator dat teſtem, patronus ex re ipſa refellit.
Ex re ipſa natus. i. e. Temporalis. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Reque eapſe, pro Re ipſa. Scipio Africanus Pauli filius, quum pro æde Caſtoris diceret, hac compoſitione uſus eſt: Quibus de hominibus ego ſæpe, atque in multis locis opera, factis, conſiliis, reque eapſe (ſæpe) bene meritis ſpem, &c. Feſtus. V. infra.
Res, Veritas. Ter. Adelph. 4. 7. 15.
Quid facias? ſi non in re ipſa tibi iſtuc dolet,
Simulare certe eſt hominis. Al. Si non ipſa re. Item Hec. 5. 2. 8.
Hæc res hic agitur, Pamphilo me facere ut redeat uxor,
Oportet. Ubi Donatus, Aut ſic intelligendum eſt, quaſi dicat. Hoc agebamus, quum tu advenires: aut cum aſſeveratione pronuntiandum eſt, ut ſit Res, Veritas: quaſi dicat, Hic non verba ſunt, ſed res agitur.
Res ipſa atque veritas. Cic. pro Roſc. Amer. 44. Vides, Eruci, quantum diſtet argumentatio tua a re ipſa, atque a veritate.

Res

Res ipſa indicat. V. INDICO, āre.
Res ipſa loquitur. V. LOQUOR.
Re ipſa & Verbo. Cic. pro Roſc. Amer. 123. Qui recuſet, eum profecto, tametſi verbo non audeat, tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri.

REAPSE, [τῷ ὄντι] ſignificat Re ipſa. Pacuvius, Si non eſt ingratum reapſe quod feci. Feſt. Cic. 2. de Divin. 81. Formæ quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. Al. Re ipſa.

RESPUBLICA, æ. f. [πολιτεία] ex duobus integris compoſita dictio, quam nonnulli disjungunt; Res populi dicitur, & negotium publicum. Videtur tamen debere ſeparari apud Ciceronem in orat. pro Marco Cœlio, Revocent ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, rei publicæ. Apud Lamb. tamen Reipublicæ conjuncta. p. 500. H. St. Locum ſupra in RES, ſtatus, conditio, V. Conſ. 7. Verr. 175. Veteres perpetuo diviſe ſcripſiſſe quis dubitet, ut Res familiaris, Res militaris, Res nummaria, Res frumentaria &c? ſed frequentior uſus copulavit, ut alia innumerabilia. Unde & ſæpe Publica res per anaſtrophen apud poetas, nec raro tmeſi ſeparant oratores, interjecta voce, ut 3. Fam. 8. Et pro re, non privata ſua, ſed publica. conf. 1. Off. 92. & plura ſupra. Conjuncte ſine dubio Plin. 7. Epiſt. 15. Reipublicæ ſuæ negotia curare. Niſi alia lectio in Mſſ. exſtaret. Cic. 2. Legg. 33. Et noſtra eſt plena reſp. &c. Sed neceſſe eſt, caritate eam præſtare, qua R. P. nomen univerſæ civitatis eſt: pro qua mori: & cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 5.
Converſiones Rerumpublicarum. Cic. 2. de Divin. 6. Id ipſum e Platone, philoſophiaque didiceram, naturales eſſe quaſdam converſiones Rerumpub. ut eæ tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a ſingulis.
Forma Reip. Cic. 3. Fam. 11.
Interitus. Cic. pro Sull. 33.
Salus. Cic. 4. Catil. 4.
Status. V. STATUS.
Summa. Cic. 13. Fam. V. SUMMUS.
Ægra Reſp. V. ÆGER.
Beata. V. BEATUS.
Caſtrata. V. CASTRO.
Commotabilia. V. COMMUTO.
Conſtituta. V. CONSTITUO.
Nuda a magiſtratibus Reſp. V. NUDUS.
Inclinata. V. INCLINO.
Summa Reſp. & Municipalis. Cic. 3. de Legib. 36. Utinam, inquit, M. Cicero, iſto animo atque virtute in ſumma Rep. nobiſcum verſari, quam in municipali maluiſſes. conf. 2. 5. Dicitur & Summa Reip. & Res ſumma & Summa rerum. V. RES.
Abducere aliquem a Repub. V. ABDUCO.
Accedere ad Remp. V. ACCEDO.
Accipere Rempub. V. ACCIPIO.
Accommodare ſe ad Remp. V. ACCOMMODO.
Adire ad Rempub. V. ADEO.
Adminiſtrari eo cenſu nullius civitatis Reſpubl. potuit. Cic. 4. Verr. 138.
Ædificare Remp. V. ÆDIFICO.
Agere Remp. Paulus. l. 35. §. 3. D. ex quib. cauſ. major.
Amplificare Remp. V. AMPLIFICO.
Arrodere. V. ARRODO.
Attingere. Cic. 1. Fam. 9. Atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendæ Reip. fuiſſe, quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute, &c.
Cadere Remp. vel occidere. Cic. 6. Fam. 6.
Capere Remp. pro Occupare. Salluſt. in Catil.
Capeſſere Remp. V. Capeſſo in CAPIO.
Cedere de Rep. V. CEDO.
Celebrare Remp. V. CELEBRO.
Cenſere e Rep. Tacit. 3. Ann. 53. pr. [Subauditur Eſſe.
Conferre ſe ad Rempub. V. CONFERO.
Conflictare Rempub. Tacit. 6. Ann. 48.
Conſulere Reipub. V. CONSULTO.
Continere Remp. V. CONTINEO.
Conſtituere Remp. pro Stabilire vel confirmare. Cic. 6. Fam. 17.
Convellere Remp. Cic. in Piſon. 4.
Cruentare Remp. vulneribus. V. CRUENTO.
Deficere a Rep. Cic. 12. Fam. 10.
Delere Remp. Cic. 10. Att. 6.
Erigere. Cic. 3. Att. 19.
Excitare. Cic. pro Sext. 99.
Exſurgere. Cic. 12. Fam. 10.
Facere contra Rempub. Eſt Hoſtem eſſe Reip. vel perduellem. Cic. 2. Q. frat. 1.
Gerere Remp. Cic. 15. Fam. 12.
Gubernare Remp. Cic. 1. Fam.
Habere Remp. Cic. ad Brut. 15. Hoc bello victores quam Remp. ſimus habituri neſcio, victis certe nulla unquam erit.
Incumbere in Remp. Cic. 10. Fam. 1.
Interire Remp. Cic. 6. Fam. 11.
Labefactare & evertere Remp. V. LABES.
Lugere Remp. V. LUGEO.
Mederi Reipub. V. MEDEOR.
Mereri bene de Rep. Cic. 10. Fam. 5. Nec quicquam ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut præſtantius, quam de Republica bene mereri.
Obruere Remp. Salluſt. Et quam Remp. ſervitio non potuerat obruere, &c.
Opprimere. Cic. 4. Fam. 3.
Oppugnare. Cic. pro Sext. 120.
Pendet Reſp. e Bruto. V. PENDEO.
Perturbare Remp. Cic. 9. Fam.
Præcipitare. Cic. pro Sull. 87.
Profligare. Cic. 3. de Orat. 3.
Regere. Cic. 4. Acad. 115.
Reviviſcere. Cic. 6. Fam. 10.
Salvare. Cic. in Piſon. 78.
Serere. Cic. 1. Tuſc. 31. Al. Conſerere.
Stabilire. Cic. pro Sext. 143.
Suſtinere. Cic. pro Domo. 148.
Temperata inſtitutis & legibus. Cic. 1. Tuſc. 2.
Temperare res publicas. V. TEMPERO.
Tenere, pro Occupare. Cic. 1. Fam. 9.
Tenere, pro Gubernare. Cic. 4. Fam.
Tractare. Cic. 6. Fam. 6.
Trahere funditus. Tacit. 3. Ann. 54.
Vaſtare. Salluſt. Profecto neque Reſpub. ſicuti nunc, vaſtaretur.
Violare. Cic. 1. Fam. 9.
Reſpublicas multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea quam conſcripſit de lege P. Ennii & peregrinis, quum ait: Eæ nationes, cum aliis rebus, per avaritiam atque ſtultitiam, Reſpublicas ſuas amiſerunt. Feſtus. [Lege, Tum per av. conſ. ibi Dacer. & quæ ſupra.

RECULA, æ. f. Diminutiv. p. 260. H. St. Reliqua rejecta fuerunt. Videtur ex Pontano attuliſſe. Affertur in Theſauro Fabriano ex Plaut. Cliſtell. fragm. v. 19. qui potius eſt 32.
Siquidem imperes pro copia, pro recula. Apul. Met. 4. Paupertinas, pannoſaſque reculas miſerrimæ anus. Ut legit Pric. p. 71. Sed Elmenh. p. 148. Reſculas, ut ſæpius apud Salvianum. Ex quo apparet quam remiſſe hunc Theſaurum in Stephanianum tranſfuderint Londinenſes. Ceterum Recula potius, quam Reſcula analogia poſtulat, ut a Spes Specula; a Dies, Diecula. conf. Cang. Gloſſ.

RESARCIO, V. RESARCIO.

RĔSÆVIO, īre. Iterum ſævire. Ovid. 1. Triſt. 1. 103.
Quæque quieſcebat, ne mota reſæviat ira.

RĔSĂLŪTO, [ἀντασπάζομαι] āre. Salutantem rurſus ſalutare. Plaut. Pſeud. 2. 4. 19.
Dic utrum Spemne an Matrem reſalutem, Pſeudole? legitur & hoc modo,
Dic utrum Spemne an Salutem te ſalutem, Pſeudole? Cic. 2. Philipp. 106. Sed cum nimis inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum. Martial. lib. 4. 84.
Securus nullum reſalutas, deſpicis omnes.

RESALUTĀTIO, ōnis. f. Suet. Neron. cap. 37. Neque proficiſcens quemquam oſculo impertivit, ac ne reſalutatione quidem.

RĔSĀNESCO, ānui, ēre. Ad ſanitatem redire. Lactant. 5. 2. Ut ſuſceptio Deorum cultibus reſaneſcant. Ovid. 1. Amor. 10. 9.
— animique reſanuit error.

RĔSĀNO, āre. Ad ſanitatem reducere. Lactant. lib. 4. cap. 10. Ne adduceret eos in pœnitentiam, atque reſanaret. Idem 5. 22.

RĔSARCIO, ſi, tum, [ἀκέομαι] īre. Idem quod ſimplex Sarcire, ſignificatque Reficere, Id quod detractum eſt reſtituere, Explere. [illegible] reddit Gloſſ. Lat. Gr. Proprieque de veſtibus dicitur. Ter. Adel. 1. 2. 41.
Fores effregit? reſtituentur: diſcidit
Veſtem? reſarcietur. Hæc eadem verba habet Cic. pro Cœl. 38.
Damnum reſarcire. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 6. Quod decretum abolitum eſt, excuſante Tiberio imbecillitatem ejus, ac damnum liberalitate ſua reſartorum pollicente.
Damna reſarcire. Cic. 1. Fam. 9.
Quæſtum reſarcire. Columel. lib. 12. cap. 8.

RĔSARRIO, ivi, itum, [ἀνασκαλεύω] īre. Rurſum ſarrire. Plin. lib. 18. cap. 20. Quum hieme prægelida captæ ſegetes ſteterunt, reſeverunt, reſarrientes campos.
Reſarrire, inquit Varro, ab Serra dictum, i. e. Aperire. Hinc etiam Seræ, quibus remotis fores panduntur. Quidam Reſerare legunt. V. lib. 6. de L. L. 6.

RESCINDO, ſcidi, ſciſſum. [ἀναξαίνω, ἀνασχίζω Gl. L. G.] ĕre. Tollere, auferre, deſtruere. Virg. 1. Georg. 280.
Et conjuratos cælum reſcindere fratres.
Locum aliquem reſcindere. Cic. 2. de Lege Agrar. 3.
Pontem. Cæſ. 1. Bell. Gall. 7. Pontem, qui erat ad Genevam, jubet reſcindi.
Vias. Sen. Phœniſſ. v. 226.
Reſcindere, ad omnia quæ reſecari & ſcindi poſſunt aut ferro, aut alio quovis inſtrumento, pertinet. Columel. lib. 1. cap. 14. Et quod falx reliquerit, prius quam inareſcat, vomis reſcindat, atque obruat: id enim cedit pro ſtercore. Virg. 3. Georg. 453.
Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Ulceris os: alitur vitium, vivitque tegendo. i. e. Aperire.
Pectora ferro reſcindere. Stat. 11. Theb. 507.
Terram reſcindere, quod & Proſcindere dictum eſt. Columel. lib. 2. cap. 2.
Vitem reſcindere. Columel. lib. 4. cap. 29.
Reſcindere, pro Abolere, ſive abrogare accipitur, per tranſlationem. Ter. Phorm. 2. 4. 16.
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe.
Acta alicujus. Cic. 13. Philipp. 5. Acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis per vim.
Beneficium. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.
Comitiatus & Concilia. Cic. 2. de Legib. 31. Quid enim majus eſt, ſi de jure quærimus, quam poſſe a ſummis imperiis & ſummis poteſtatibus comitiatus, & concilia, vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere?
Crimina reſcindere, Renovare, Refricare, Iterum commemorare. Ovid. 3. Triſt. 11. 63. al. Vulnera.
Damnationem. Cic. 4. Verr. 100.
Fedus. Paterc. lib. 2. 90.
Injurias alicujus reſcindere, & Irritas facere. Cic. 4. Verr. 63. Fecerat hæc egregie primo adventu Metellus, ut omnes iſtius injurias, quas modo poſſet, reſcinderet & irritas faceret. [Injuſta Verris acta & decreta intelligit.
Judicia reſcindere, ſive rem judicatam. Cic. pro Planc. 10.
Judicium reſcindere, & Ratum habere, contraria. Cic. in Partit. 125. Negat probari oportere, eos, qui leges ſcripſerunt, ratum habere judicium, ſi totum corruptum ſit: Si unus accuſator corruptus ſit, reſcindere nititur æquitate.
Juſſa Jovis. Ovid. 2. Met. 677.
Luctus obductos annis reſcindere, i. e. Renovare luctus multitudine annorum obrutos & oblitos. Ovid. 12. Met. 543.

Pactiones. Cic. de Provinc. Conſ. 10. Pactiones ſine ulla injuria factas reſcidit.

Venditio reſcindenda eſt. Scævola in l. Tutor. D. de minoribus. Pandectarum lib. 18. titulus quintus eſt, De reſcindenda venditione.

Voluntatem mortui reſcindere. Cic. 3. Verr. 111. Solus tu inventus es, cui non ſatis fuerit corrigere voluntates vivorum, niſi etiam reſcinderes mortuorum.

Rescissus, a, um. Partic. [ἀνεσχισμένος] ut, Propert. lib. 3. 8. 8.
Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu.

Palatum reſciſſum. Lucan. lib. 4. 328.
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato.

Gloria reſciſſa cunctis. Claud. de Bell. Get. 586.

Rescissio, ōnis. f. Ulpian. in l. Sed etſi. D. Ex quibus cauſ. major. in integr. reſt.

Reſciſſio prioris decreti. Calliſtratus in l. pen. D. de decret. ab ordin. faciend.

Reſciſſio, præciſe pro Reſciſſio matrimonii, quum ſcilicet Prætor matrimonium in danda poſſeſſione pro nihilo ducens, tacite illud reſcindit; & quantum ad jus impetrandæ poſſeſſionis pertinet, exſtinguit. Ulpianus, l. 3. §. 5. D. de bonor. poſſ. contra tab. Si emancipatus filios, uxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit ſortitus, deinde nepos, patre jam mortuo, ad bonorum poſſeſſionem avi velit venire: admittendus eſt ad eam. Non enim per reſciſſionem is, qui filius juſtus eſt, efficietur non filius, quum reſciſſio quo magis, non quo minus adhibeatur.

Mortis reſciſſio. Tertul. de Reſur. Carn. cap. 57.

Rescissōrius, a, um. Adj. ut, Actio reſciſſoria. Ulpian. in l. Exemplo D. Ex quibus cauſ. major. &c.

Rescio, īvi, ītum, [μανθάνω] īre. Factum aliquod occultius, aut inopinatum, inſperatumque cognoſcere: ut vult Gellius 2. 19. vel potius Rem poſtquam geſta eſt, ſcire, quam neſciebas quum gereretur. Sic enim interpretatur Valla carpens Gell. lib. 6. cap. 23. Pro Gellio tamen exempla ſtant antiquorum. Liv. 29. 14. pr. Quanquam nondum aperte Africa provincia decreta erat, occultantibus id, credo, Patribus, ne reſcirent Carthaginienſes. Ter. Adel. 5. 3. 5. Reſcivit omnem rem. Cic. 3. Off. 91. Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, quum id reſcierit, ſoluturuſne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis? Cic. 8. Fam. 12. Id poſtquam reſcit, excanduit. [Et hæc Præterita, & quæ apud Gell. ſunt, a ſeq. verbo eſſe poſſunt, & apud Liv. forſan Reſciſcerent ſcribendum.

Rescisco, [ἀναγινώσκω] ĕre. Idem. Ter. Hec. 5. 4. 27.
Omnia omnes, ubi reſciſcunt: hic, quos par fuerat reſciſcere,
Sciunt; quos non autem ſcire æquum eſt, neque reſciſcent, neque ſcient.
Ovid. 2. Met. 424.
Hoc certe conjux furtum mea neſciet, inquit:
Aut ſi reſcierit, ſunt, o! ſunt jurgia tanti. conf. dict. præced.

Rescrībo, pſi, ptum, [ἀντιγράφω, ἀντεπιστέλλω] ĕre. Rurſus ſcribere. Suet. in Jul. cap. 56. Exiſtimatque reſcripturum, & correcturum fuiſſe.

Alterius ſcriptis reſpondere. Ovid. 1. Epiſt. 2.
Nil mihi reſcribas attamen, ipſe veni. [Sic diſtinguo.

Manu trepida reſcribere. Ovid. 2. Amor. 2. 6.

Cui rei fugeret me reſcribere. Cic. 5. Att. 12. Noſtra negotia, (quoniam Romæ commoraris) amabo te, explica, cui rei fugerat me reſcribere.

Alicui reſcribere ad. Cic. 11. Fam. 2. Reſcribas nobis ad omnia, rogamus.

Ad omnia quæ quæruntur reſcribere. Cic. 1. Fam. 9.

Reſcribere de aliquo. Cic. 2. Att. 1. Tu tamen de Curtio ad me reſcribe certius.

Epiſtolæ alicujus reſcribere. Cic. 7. Att. 16. Uni tuæ diſertiſſimæ epiſtolæ non reſcripſi. i. e. Non reſpondi.

Reſcribere, pro E centiario ſcribere. Quintil. lib. 10. cap. 5. Melius hoc quam reſcribere veteribus orationibus.

Reſcribere legionem ad equum, eſt Eam quæ peditum erat, in numerum equitum tranſcribere. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 42.

Argentum alicui reſcribere. Ter. Phorm. 5. 8. 28.
Sed tranſi, ſodes, ad forum, atque illud mihi
Argentum jube rurſum reſcribi, Phormio. Ubi Donatus, Reſcribi, reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura, reſcribere dicebant pro renumerare. Hor. 2. Serm. 3. 76.
Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis. Plaut. Aſin. 2. 4. 34.
— adducit domum etiam ultro, & reſcribit nummos. Eſt autem Reſcribere nummos, non præſentes ſolvere, ſed pro his in certum diem ſolvendis apud Trapezitam ſe obligare, & per argentarium in certam diem cavere redditum iri nummos, qui debeantur. Quæritur enim pro pecunia præſenti cautionem ſolvendæ per menſam pecuniæ apud argentarium factam: & ante dictum erat,
Nam vidi huc ipſum adducere ad Trapezitam Exærembum. Hæc Turnebus. Al. Scribit legunt, pro Reſcribit.

Rescriptus, a, um. Partic. Cic. 4. Tuſc. 3. ubi ſcribit Cantus reſcriptos fuiſſe ſonis. i. e. Notatos & ſcriptos ſuis ſonis, nec antiquis defuiſſe muſicam. V. Turnebus.

Rescriptum, i. n. [ἀντιγραφὴ βασιλικὴ] ſignificare videtur id genus Epiſtolæ, qua Imperatores, aut ſummi Pontifices conſulentibus reſpondent; cujuſmodi ſunt quas Decretales vocant. Ulpian. in l. 1. De appellationibus, Quæſitum eſt an adverſus reſcriptum Principis provocari poſſit: ſi forte Præſes provinciæ, vel quis alius conſuluerit, & ad conſultationem ejus fuerit reſcriptum.

Immite reſcriptum. Tacit. 6. Ann. 9. Immiti reſcripto venas reſolvit.

Rescriptio, ōnis. f. Idem. L. 8. D. de Off. Præſidis. Sæpe audivi Cæſarem noſtrum dicentem, hac reſcriptione, &c.

Resculpo, pſi, ptum, ĕre. Tertull. de Jejun. cap. 5. Populus primi hominis reſculpſerat crimen. Prudent. Pſychom. præf. v. 51.
Quam noſtra recto vita reſculpat pede.

Rĕsĕco, ſecui, ſectum, [ἀνατέμνω] āre. Reſcindere, de aliquo exſcindere. Columel. de Arboribus, cap. 6. Veterem vineam, ſi in ſummo radices habebit, reſecare nolito: alioqui etiam novella vinea, quæ ex reſectione enata fuerit, vim inutilem habebit.

Alas reſecare. Ovid. de Rem. Amor. 701.

Ferro reſecare capillos. Ovid. 11. Met. 183.

Linguam. Cic. 2. de Divin. 96. Aut quorum linguæ ſic inhærerent, ut loqui non poſſent, hæ ſcalpello reſectæ liberarentur?

Palpebras. Cic. in Piſon. 43. Quem Carthaginienſes, reſectis palpebris, illigatum in machina vigilando necaverunt. De M. Regulo.

Ungues reſecare, apud Valer. Max. 3. 2. 15.

Ad vivum reſecare. Columel. lib. 6. cap. 12.

Reſecare, per tranſlationem. Cic. 4. Tuſc. 45. Hæc tamen ita diſputant, ut reſecanda eſſe fateantur: evelli penitus dicant nec poſſe nec opus eſſe. Idem 2. in Catil. 11. Quæ ſanari poterunt, quacunque ratione ſanabo: quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare.

Libidinem reſecare. Cic. 1. Att. 15. In quo ego nactus (ut mihi videbar) locum reſecandæ libidinis & coercendæ juventutis, vehemens fui. Sic 5. Verr. 208. Reſecare audaciam ac libidines.

Reſeco ſpem longam ſpatio brevi. Hor. 1. Carm. 11. 7.

Resecandus, a, um. Partic. [ἀνατμητέος] ut, Seges falce reſecanda. Ovid. 1. Epiſt. 53. conf. paulo ſupra in Verbo.

Resectus, a, um. Partic. [ἀνατετμημένος] ut, Farra reſecta. Ovid. 2. Faſt. 580.

Barba reſecta. Ovid. 4. Triſt. 10. 58.

Lingua enſe reſecta. Ovid. in Ibin, 441.

Resecatus, a, um. aliud Partic. unde
Compar. Apulejus Florid. Sic enim ferme aſſolet apud prudentes viros eſſe in operibus elaboratis judicatio reſecatior, in rebus ſubitariis venia prolixior. Ita Aldus, ſed Elmenh. p. 364. Reſtrictior.

Resectio, ōnis. f. [ἀνατομή] V. paulo ante in primo exemplo, in verbo ipſo. Columel. lib. 4. cap. 29. Is nodus etiam ſi quatuor digitis a reſectione abſuerit, illigari tamen eum prius, quam vitis findatur, conveniet.

Resecatio, ōnis. f. Salvian. de Gubern. Dei, 7. Dum peccata auferre cupiunt, ipſi in peccatorum reſecatione peccant.

Resegmen, ĭnis. n. [ἀπότμημα] Quod ex aliquo reſecatur: ut Reſegmina unguium. Plin. lib. 28. cap. 2.

Rĕsex, ĕcis m. Palmes, qui & Cuſtos, & Præſidiarius palmes, & ſubſidiarius dicitur in vitibus. V. custos. Columel lib. 3. cap. 10. Nam confiteor pampinarios quoque, quum e duro prorepſerint, tempore anni ſequentis acquirere fecunditatem, & ideo in reſecem ſubmitti, ut progenerare poſſit. Verum ejuſmodi partum comperimus, non tam ipſius reſecis, quam materni eſſe muneris. Pampinum reſecem vocat Columella, Qui reſectus, reciſuſque melius provenit: fitque fructuoſior. Idem lib. 4. cap. 22. vocat Cuſtodem & Præſidiarium, & Subſidiarium, ibid. cap. 24.

Rĕsecro, vel Resacro, ſec. conj. [ἀναδέομαι] āre. eſt aut Eaſdem preces iterare, aut Contrarias facere. Plaut. Aul. 4. 7. 4.
— nunc te obſecro,
Fac mentionem cum avunculo, mater mea,
Reſecroque, mater, quod dudum obſecraveram.
Id eſt, Hoc tibi remitto, quod a te tantopere contenderam. H. St.

Reſecrare, inquit Feſtus, Reſolvere religione, utique quum reus populum comitiis oraverat per deos, ut eo periculo liberaretur, jubebat magiſtratus eum reſecrare: &c. Nepos 7. 6. de Alcibiade, Reſtituta ergo huic ſunt publice bona. Iidemque illi Eumolpidæ ſacerdotes rurſus reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant: pilæque illæ, in quibus devotio fuerat ſcripta, in mare præcipitatæ. Reſacrare enim ibi legitur per primam vocalem.

Resecratio, ōnis. f. Auguſtin.

Rĕsĕda, æ. f. Plin. lib. 27. cap. 12. Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam vocant. Diſcutit collectiones inflammationeſque omnes. Qui curant ea, addunt hæc verba: Reſeda morbos reſeda, ſciſne ſciſne quis hic pullos egerit? radices, nec caput, nec pedes habeant. Hæc ter dicunt, totieſque deſpuunt.

Rĕsēdo, [ἀναπαύω] āre. Plin. lib. 27. cap. 12. Idem quod Sedo ſimplex ſignificat. V. dict. præced. reseda.

Resegmen, V. reseco.

Rĕsēmino, āre. Ovid. 15. Met 392.
Una eſt, quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet, ales.

Reseminātio, ōnis. f. Columel.

Rĕsĕquor, ĕris, ſecūtus ſum, [ἀνταπολουθέω, ἀποκρίνομαι] ſĕqui. Sequi, Reſpondere. Ovid. 8. Met. 862.
Illa dei munus bene cedere ſenſit, & a ſe
Se quæri gaudens, his eſt reſecuta rogantem. i. e. Sic reſpondit interroganti. Ovid. 13. Met. 749.
Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt.

Rĕsĕro, [ἀνοίγω] āre. Aperire. Cic. 2. Off. 54. Quamobrem, nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, ut pateat omnibus.

Reſerare, inquit Nonius 1. 195. Aperire, a Sera dictum, qua remota valvæ patefiunt. Virg. 8. Æn. 244.
Non ſecus, ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes. [Gloſſ. Lat. Gr. Reſerat, Ἀνοίγει, μοχλὸν ἀνοίγει. Et Græc. Lat. Μοχλὸς θύρας, Sera.

Claudere & Reſerare, contraria. Plin. lib. 10. cap. 21.

Fores reſerare. Ovid. 10. Met. 384.

Mœnia. Ovid. 8. Met. 61.

Urbem reſerare, & pandere portas. Virg. 12. Æn. 584.

Reſerare Italiam exteris gentibus. Cic. 7. Philipp. 2. Ut conditiones ferret, leges imponeret, reſerare nos exteris gentibus Italiam juberet.

Pelagus. Lucan. lib. 2. 682.
Ut reſeret pelagus, ſpargatque per æquora bellum.

Annum reſerat Janus. Ovid. 4. de Pont. 4. 23.

Oracula reſerabo auguſtæ mentis. i. e. Divinæ. Ovid. 15. Met. 145.

Secreta reſerans. Valer. 2. Argon. 438.

Reserātus, a, um. Partic. [ἀνεῳγμένος] ut, Janua reſerata patet. Ovid. 2. Faſt. 456.

Carcere reſerato patent poſtes. Ovid. 3. Amor. 2. 77.

Pectore reſerato egerere dapes. Ovid. 6. Met. 663.

Rĕsĕro, ſēvi, ſătum, [ἀναφυτεύω] ĕre. Rurſus ſerere, ſeu rurſus plantare. Plin. lib. 18. cap. 20. Nam quum hieme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeverunt, refarcientes campos menſe Martio. Columel. lib. 3. cap. 11. Nam de vinetis, quæ longo uſu exoleverant, inter omnes auctores conſtitit, peſſima eſſe, ſi reſerere velimus.

Rĕservo, [ἀναφυλάττω, διατηρέω] āre. Retro ſervare, vel in futurum ſervare. Plin. 10. Epiſt. 3. Sed hoc votum meum bonitati tuæ reſervatum eſt.
Uſum

Uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervari. Cic. in Orat. 160.
Rem totam vobis integram reſervavi. Cic. 11. Fam. 21.
Quæſita reſervare. Ovid. 7. Met. 657.
Judici reſervare rationem ſalutis rei. Cic. 7. Verr. 66. Quum tamen a præſenti ſupplicio tuo ſe continuit Populus Rom. & repreſſit, & ſalutis ſuæ rationem judicum ſeveritati reſervavit.
Præſenti ſermoni reſerventur cetera. Cic. 2. Q. frat. 8.
Pœnas in diem. Cic. pro Cœl. 59. Pro dii immortales! cur interdum in hominum ſceleribus maximis aut connivetis, aut præſentis fraudis pœnas in diem reſervatis?
Supplicia reſervare alicui. Stat. 8. Theb. 121.
Ad aliam rem aliquam. Cic. pro Roſc. Amer. 151.
Reſervabo in congreſſum noſtrum. Cic. 1. Att. 17. Mihi vero ut invideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te alias, aut in congreſſum noſtrum reſervabo.
Ad extremum. Cæſar. 3. Bell. Gall. cap. 3.
Ad majora reſervare ſe. Virg. 4. Æn. 368.
Ad majora ſeſe. Sil. lib. 10. 56.
Ad pœnam vel ad periculum. Cic. 7. Verr. 181. Quos (ut mihi videtur) ab illorum innocentium pœna, Fortuna ad hanc cauſam reſervavit.
Quartam partem agri in pratum reſervare. Cato R. R. cap. 29.
Ad ſpem aliquam. Cic. 3. Verr. 20. Ad quam ſpem tam perfidioſum, tam importunum animal reſervetis?
Ad tempora dubia. Cic. pro Font. 34. Nonne & hominem ipſum ad dubia Reipub. tempora reſervandum, & ceteros ſtudio laudis ac virtutis inflammandos putatis?
In aliud tempus. Cic. 3. de Nat. Deor. 3. Quare & mundus univerſus, & ſol, & luna, & ſtellæ ſenſum ac mentem haberent, in idem tempus reſervabo.

Reservātum, i. n. }
Reservātio, ōnis. f. } Voces apud JCtos.
Reservātor, ōris. m. }
Reses, V. residеo.
Resex, V. resecо.
Rĕsĭdeo, ſēdi, [ἀναπαύομαι, ἀναπαύομαι, ἀνάκειμαι] ēre. Quieſcere, ſedere, ſine motu, ac firmum ſtare. Virg. 7. Æn. 27.

Quum venti poſuere, omniſque repente reſedit Flatus.

Reſidere, deinde ſpatiari. Cic. pro Roſ. Amer. 59. [In his puto a Reſido.
Aſelli tergo. Ovid. 3. Faſt. 749.
Humi. Ovid. 3. Faſt. 15. & 3. de Arte Am. 696.
Monte ſuo. Ovid 5. Met. 364.
Saxo reſedit paſtor. Ovid. 4. Triſt. 1. 11.
In clunes reſidere dicuntur quædam animalia. Plin. lib. 8. cap. 37. Similiter reſident in clunes, & binis pedibus gradiuntur. Alii legunt, Reſidunt rectius.
In rupe reſidere. Virg. 5. Æn. 180.
In ſolio. Ovid. 6. Faſt. 613.
Reſideamus, ſi placet. Cic. 3. de Fin. 9. h. e. Sedeamus.
Acies reſidet hoc campo. V. acies, pro Exercitu.
Bellum horum tectis ac ſedibus reſidet. Cic. pro Domo, 61.
Reſidere, Reſiduum, vel reliquum eſſe, remanere, inhærere, ut
In corpore mortui nullus reſidet ſenſus. i.e. Reliquus eſt. Cic. 1. Tuſc. 104.
In vobis reſident mores priſtini. Plaut. Truc. prol. 7.
Per artus reſidet animæ pars. Lucret. lib. 3. 399.

Nam ſine mente, animoque nequit reſidere per artus
Temporis exiguam partem pars ulla animai.

Si quid amoris reſidet in te erga me. Cic. 5. Fam. 5.
Auctoritas reſidet in. Cic. de Senect. 61. Quorum, non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas.
Culpa ejus rei reſidet in te. Cic. ad Brut. 16. Cujus culpa non magis in te reſidet, quam in omnibus aliis. Idem 1. Att. 17.
Culpa in nobis reſedit. Lucret. lib. 5. 1424.
Culpa reſidet penes eum. Alphenus in l. Si ex plagis. §. 2. D. ad l. Aquiliam.
Periculum reſidet. Cic. 1. in Catil. 31. Videbimur fortaſſe ad breve quoddam tempus cura, & metu eſſe relevati: periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis, atque in viſceribus Reipublicæ.
Ratio reſidet in. Cic. Anteq. iret in exſil. 30. O miſera vitæ ratio, quæ tamdiu reſides in voluptate!
Spes reſidet in virtute tua. Cic. 12. Fam. 3. Etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua.
Spes reliquis reſidet. Cic. Anteq. iret. in exſil. 9. Quomodo ſpes ſalutis reliquis reſidebit, quum civibus præclara ſit exſpectatio incolumitatis?
Suſpicio. ut, Res geſtæ, in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſuſpicio. Cic. 1. Q. frat. 1. 22.
Iræ cum reſediſſent. Liv. 2. 29. i. e. Quieſſent, ſedatæ ſunt, ceſſarent. [A Reſido. Sic
Tumor animi reſidet. Cic. 3. Tuſc. 26. i. e. Quieſcit. [Submiſit ſe, detumuit.
Pecunia publica reſidet apud eum, i. e. In debitos uſus ab eo non erogata. Marcianus in l. 4. D. ad legem Juliam peculatus. [Immo Reſedit, Detenta eſt ultra diem ſolutionis. V. in residuum.
Reſidere eſuriales ferias. Plaut. Capt. 3. 1. 8.

Itaque venter, gutturque reſident eſuriales ferias. i. e. Otiantur aguntque ferias eſuritione pleniſſimas, feriantur, quieſcunt. Reſidere enim Feriari eſt. Sic dicimus Vivo vitam, Servio ſervitutem.

Reſideor, Paſſ. Cic. 2. de Legib. 55. Nec vero tam Denicales, quæ a nece appellatæ ſunt, quia reſidentur mortui, quam ceterorum cœleſtium quieti dies, Feriæ nominarentur, niſi majores eos, qui ex hac vita migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent. h. e. Quia feriamur mortuis. Reſidere enim feriari eſt, a quiete feriarum ducto vocabulo. Quidam codices habent Reſidunt.
Residens, entis. Partic. B[illegible] factum aliquod ſedens, quieſcens. Plin. lib. 34. cap. 14. Ariſtonides artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo reſidentis pœnitentiam, &c. Alia exemplaria ſic habent, Quum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato reſidentem, pœnitentiamque, ferrum & æs miſcuit: ut rubigine ejus per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor.
Vertice reſidens. Sil. lib. 7. 366.
In vertice reſidens. Sil. lib. 5. 206.

Reses, ĭdis. Adj. [ἀναπαυόμενος] Qui reſidet, vel remanet, Otioſus a labore, ſeu opere, quod exercere ſolebat. Liv. 2. 32. Timere patres reſidem in urbe plebem: incerti, manere eam, an abire mallent.
Viros reſides in arma movere. Virg. 6. Æn. 813.
Reſes aqua. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Piſcinas ejus deſpiciebat, quod æſtuaria idonea non haberet, ac in reſidem aquam & locis peſtilentibus habitarent piſces ejus.
Curas reſides ſolvere. Valer. 8. Argon. 120.
Reſes animus, Piger. Virg. 1. Æn. 726.

Jampridem reſides animos, deſuetaque corda. Ubi Servius, Reſides, pigros, & ad amandum inertes.

Residuus, a, um. Adj. [ὑπόλοιπος Gl. L. Gr.] Quod reſidet & ſupereſt, ſive reliquum eſt. Liv. 33. 47. pr. Omnibus reſiduis pecuniis exactis, tributo privatis remiſſo, &c. Cic. 10. Fam. 11. Cupio mehercules, nullam reſiduam ſollicitudinem eſſe.
Quid relatum, quid reſiduum ſit. Cic. 2. de Lege Agr. 58.
Reſidua & vetus ſimultas. Liv. 29 37.
Reſiduus, pro Relictus. Sueton. in Auguſt. cap. 73. Inſtrumenti ejus & ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc, reſiduis lectis, atque menſis.
Reſiduus pœnæ ſuæ homo, Qui tantum in pœnam vivit. Quintil. in Gladiatore, Cum confectum cladibus ſenem, & tantum pœnæ ſuæ reſiduum conſidero.
Residuum, i. n. Paulus in l. Sacrilegi. D. ad l. Juliam peculat. Lex Julia reſiduorum. Papin. ibidem. l. ult. Publica judicia peculatus, & de reſiduis, & repetundarum. Marcianus ibidem. l. 4. Lege Julia de reſiduis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliave qua cauſa, pecunia publica reſedit. [i. e. Penes quem pecuniæ publicæ reliqua, ex pacto ſolvenda, detenta fuerunt. Gloſſ. Lat. Gr. Reſiduo, τῷ ὑπολοίπῳ, & Reſiduum, Ὑπόλοιπον, ἐγκαταλειπόμενον, Ἐγκαταλειφθέν.
Rĕsīdo, ſēdi, [ἀναχωρίζομαι] ĕre. Motum ſignificat. Plin. Epiſt. 22. extr. lib. 4. ad Sempronium, Nam Viennenſium vitia intra ipſos reſidunt, noſtra late vagantur. Al. rectius Reſident. Plin. lib. 28. cap. 9. Datur & phthiſicis unciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres unciæ e toto reſidant. i. e. Superſint & remaneant, reſiduæ ſint. [Ergo Reſideant legendum.
Si montes reſediſſent, amnes exaruiſſent. Cic. in Piſon. 82.
Retro reſidere. Lucret. lib. 2. 283. i. e. Quieſcere.
Reſidunt in clunes. Plin. lib. 8. cap. 37. De muribus Ponticis. Al. Reſident. Sed hæc lectio melior videtur. V. ſupra in residео.
Corda ex ira reſidunt. Virg. 6. Æn. 407.
Omnia quæ commoverat, pace & otio reſederunt. Cic. in Salluſt. 10.
Rĕsigno, [ἀποσφραγίζω Gl. Gr. Lat.] āre. Quod ſignatum erat aperire, relaxare, patefacere: ut, Reſignare litteras. Plaut. Trin. 3. 3. 65.

Jam ſi obſignatas non feret, dici non poteſt
Apud portitorem eas res reſignatas ſibi,
Inſpectaſque eſſe.

Cic. 11. Att. 9. Quas ſi putabis illi ipſi utile eſſe reddi, reddes: nihil me lædet: nam quod reſignatæ ſunt, habet, opinor, ejus ſignum Pomponia.
Teſtamenta reſignare. Hor. 1. Epiſt. 7. 9.
Reſignare, [ἀποσφραγίζειν] Perfecta ſignare. Columel lib. de Arboribus, cap 20. Prius quam arbuſculas transferas, rubrica reſignato, ut iiſdem quibus ante ſteterunt conſtituas eas. Qui locus ex caſtigato exemplari ſic ſequitur, Rubrica, vel alia quolibet re ſignato, ut iiſdem ventis, quibus ante ſteterunt, conſtituas eas.
Reſignare, Claudere. Virg. 4. Æn. 244.

Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.

Serv. Turnebus contra Aperire exponit, Adverſ. 24. 26. & 16. 5. V. Taubm. not.
Fata venientia reſignare, Reſolvere, vel Revelare. Ovid. 6. Faſt. 535.
Reſignare, pro Reſcribere dicebant antiqui, ſicuti Subſignare, pro Subſcribere: & Reſignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum juſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Feſtus.
Reſignare, Reddere, ut ajunt Acron & Porphyrio: quod fit quum in libris datorum & acceptorum, pecuniam, quam acceptam ſignavimus, redditam demonſtramus. Hor. 3. Carm. 29. 54.

— ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit. De Fortuna. Idem 1. Epiſt. 7. 9.
Hac ego ſi compellar imagine, cuncta reſigno.

h. e. Reddo, reſtituo.
Reſignare, [λύειν] pro Diſſolvere, perimere, abrogare. Cic pro Arch. 9. Nam quum Appii tabulæ negligentius aſſervatæ dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas: poſt damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet. Budæus.
Sic, Parem rationem reſignare. Senec. de Benef. 6.
Perjuria reſignare. Sil. lib. 17. 426.

— irrumpit mole ruinæ
Auſonius globos, & perjuria Graja reſignat.

h. e. Aperit & laxat Macedonum perjurorum phalangem denſam, & quaſi ſignatam & clauſam.
Resignātus, a, um. Partic. Cic. 11. Att. 9. Litteræ reſignatæ.
Resignātor, ōris. m. [ἀποσφραγιστής] Gloſſ. Cyrill. ſeu Græc. Lat.
Resignātrix, īcis. f. Tertull. de Habit. muliar. cap. 1. Eva arboris illius reſignatrix.
Resignācŭlum, i. n. [ἀποσφράγισμα] Tertull. Adv. Marc. 2. 10. Tu es reſignaculum ſimilitudinis. Ex Ezech. 28. 12.
Resĭlio, ſilivi, vel ſilui, ſaltum, [ἀναπηδάω] īre. In contrarium agi, rebellare, inquit Perottus. Lucret. lib. 4. 689.

Omnia quandoquidem cogit natura referri,
Ac reſilire ab rebus ad æquos reddita flexus.

Plin. Quandoque reſilit vulnus, & curare ſcalpello oportet. [Celſi potius, quam Plinii verba putem, quæ apud neutrum tamen reperire licuit.
Crepido reſilit a culmine tecti. Ovid. 12. Met. 480.
In ſpatium breve reſilire manus. Ovid. 3. Met. 677. Reſilire dixit pro Retrahi, ſeu potius Contrahi.
Reſilire dicitur mamma quando ſterileſcit. quaſi Retro ſaliat, ſive intro ſe recipiat. Plin. lib. 11. cap. 40. Detracto mamma alumno ſuo ſterileſcit illico, ac reſilit.
Reſilire crimen ab aliquo, tranſlate, pro Non inhærere, non convenire ei.

ei. Cic. pro Roſc. Amer. 79. Ubi ſcopulum offendis ejuſmodi, ut non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in voſmet ipſos recidere intelligas.
Reſilire, A priore emptione diſcedere, ſive abire. Ulpian. in l. Sabinus. D. de in diem addiction. Quid tamen, ſi hoc erat nominatim actum, ut liceret emptori reſilire, meliore conditione allata? Dicendum erit diſſolutam priorem emptionem.

Rĕsulto, [[illegible], [illegible], Gl. Lat. Gr.] āre. frequent. Sæpe reſilire, inquit Feſtus.
Reſultant colles clamore. Virg. 5. Æn. 150.
— pulſati colles clamore reſultant.
Imago vocis reſultat. i. e. Echo vocem reddit. Virg. 4. Georg. 50.
Oranti nca & juga longa reſultant. Stat. 6. Theb. 714. i. e. Vocem orantis reddunt.
Reſultantia vocibus tecta. Plin. in Paneg. cap. 73. pr.
Reſultans ſonus. Plin. lib. 11. cap. 19.

Resultatio, ōnis. f. Auguſt.

Rĕsimus, a, um. Adj. [ἀνάσιμος] ex Re & Simus compoſitum; Qui ſurſum verſus reductas habet nares. Columel. lib. 6. cap. 1. Naribus reſimis, patuliſque.
Labra. Varro 2. de R. R. cap. 9. Labris ſubnigris, aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus.
Roſtrum. Plin. lib. 8. cap. 25. Roſtro reſimo, cauda & dentibus aprorum aduncis, &c.
Lamina. Celſus lib. 8. cap. 1. Lamina autem ænea eſt, firma, paulum reſima. i. e. Repanda.

Rēsina, æ. f. [ῥητίνη] Humor ex arboribus defluens, in iiſdemque reſidens. V. Suid. Plin. lib. 16. cap. 10. Pinus fert minimum reſinæ, interdum & nucibus ipſis, &c. Plaut. Merc. 1. 2. 28.
Reſinam ex melle Ægyptiam vorato, ſalvum feceris.
Reſina terebinthina. Columel. lib. 12. cap. 20.
Reſina condire, frigidis ſtomachis utilis exiſtimantur. Plin. lib. 23. cap. 1. h. e. Quæ reſina condita ſunt; ut vinum reſinatum, & hujuſmodi.
Gloſſ. Gr. Lat. Ῥητίνη, Retina. Scribe Ῥητίνη, Reſina. De quantitate pr. & ſec. V. Ricciol. & Borrich. qui rectius produci ſtatuunt utramque.

Resinŭla, æ. f. dimin. Arnob. 7.

Resinācĕus, a, um. Adj. [ῥητινώδης] Quod reſinam refert. Plin. lib. 24. cap. 11. Alterum ſterile, alterum cui & caulis & ſemen reſinaceum, quod cachrys vocatur.

Resinālis, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 2. 13. Reſinale quid in ſemet habeat. conſ. cap. 14. 207.

Resinōsus, a, um. Adj. [ῥητινώδης] Quod reſina abundat. Plin. lib. 15. cap. 7. Eſt enim pinguiſſima & reſinoſiſſima.

Resinētus, a, um. [[illegible]] aliud Adj. Quod eſt reſina illitum. Juven. 8. Sat. 114. — quid reſinata juventus? [Videtur a Reſino, āre. Partic. ut dicitur Picare & Picatus.
Reſinatum vinum, Cui reſina admiſta eſt. Plin. lib. 23. cap. 1. Martial. lib. 3. 77.
Reſinata bibis vina, Falerna fugis.

Rĕsĭpio, ivi, & ui, [ὄζω] ĕre. ex Re & Sapio compoſitum; Eodem modo, ac ab Oleo, fit Redoleo. Unde dicimus Reſipit picem. Plin. lib. 14. cap. 1. Jam incenta citis per ſe in vino picem reſipiens.

Rĕsĭpisco, [[illegible], [illegible]] ĕre. eſt (ut ait Valla lib. 5.) Ad priorem mentis ſtatum, vel Ad meliorem mentem redire. Ter. And. 4. 2. 15.
Reſipiſco. P. non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.
Idem Heaut. 4. 8. 3. Quum te intelligo, reſipiſſe. pro Reſipuiſſe. Cic. 4. Att. 5. Vix aliquando te auctore reſipivi. Al. Reſipui. Liv. 36. 22. Ut tunc ſaltem, experti regiam vanitatem, reſipiſcerent.
Reſipiſcere dicuntur ægroti, quum ad ſe redeunt ex defectione vel animi deliquio. Cic. pro Sext. 80. An quod, quum eſſet ablatus, primumque reſipuiſſet, non ſe referri juſſit? Al. Reſipiſſet. Suet. in Tiber. cap. 73. Quum aſtractum ſibi deficienti annulum mox reſipiſcens requiſiſſet. [Huc & priorem Terentii locum ſpectare putem; Nam reſponſio ex ambigua ſignificatione verbi petita eſt. Gloſſ. Lat. Gr. Reſipiſco, Ἀναζωπυρῶ, Ἀνανήφω. Ubi Activum vim Paſſivi habet.

Resipiscentia, æ. f. Budæus 10 lib. 1. De tranſitu Hell. Reſipiſcentiam autem nemo neſcius eſt, opinor, mæſtam & veluti ſqualentem recordationem eſſe, ob errorem admiſſum in vita inſtituenda, atque in ratione comparanda ad functiones animæ commodas, naturæque rationali conſentaneas & congruentes.
Vox a recentioribus ſolis uſitata, ut patet ex Lactant. 6. 24. Μετάνοιαν nos poſſimus reſipiſcentiam dicere. [Vetus interpres Bibliorum Pœnitentiam convertit fere. V. in voce.

Rĕsisto, ſtiti, ſtitum, ĕre. Conſiſtere. Liv. 1. 12. Reſiſtere Romani, tanquam cæleſti voce juſſi. Ovid. 5. Faſt. 234.
Reſtitit ad noſtras feſſa labore fores. & 2. de Arte Am. 704.
Ad thalamos clauſos, Muſa, reſiſte fores.
Reſiſtere in gradu aliquo. Cic. 4. de Fin. 50. Quod bonum ſit, id eſſe optabile: quod optabile, id eſſe expetendum: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus: ſed ego in hoc reſiſto.
In voce media. Virg. 4. Æn. 76.
Nihil eſt jam, unde nos reficiamus, aut ubi lapſi reſiſtamus. Cic. pro Muren. 84.
Reſiſtere, Remanere. Liv. 36. 13. extr. Bæbius reſtitit ad Pellinæum oppidum.
Reſiſtere, [ἀνθίσταμαι] Adverſari, Repugnare. Cæſar 2. Bell. Gall. cap. 22. Quum diverſis locis legiones aliæ alia in parte hoſtibus reſiſterent. Cic. 5. Verr. 36. Q. Septitio, honeſtiſſimo homine, equiteque Rom. reſiſtente Apronio, & affirmante, ſe plus decima non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum.
Reſiſtere & Pervincere. Cic. 2. Att. 1.
Age reſtitero Peripateticis. Cic. 4. Acad. 115.
Amori reſtitit robur. Lucan. lib. 2. 379.
Armis reſiſtere. Cic. 1. Tuſc. 33.
Malo reſiſtere. Ovid. 1. Met. 288.
Reſiſtere alicui clamore hominum. Cic. 3. Verr. extr. Cui ego niſi vi populi & hominum clamore, atque convicio reſtitiſſem.
Arbor reſiſtit ventis. Ovid. 2. de Arte Am. 851.
Reſiſtere immobilem. Plin. lib. 12. cap. 9.
Reſiſtere contra. Columel. lib. 1. cap. 5. Præſtructa valenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent.

Contra veritatem reſiſtere & repugnare. Cic. pro Roſc. Com. 51.
Contumaciter reſiſtere. V. contumax.
Fortiter reſiſtere dolori. Cic. 5. Fam. 17.
Obfirmate reſiſtere. V. obfirmo.
Pauliſper reſiſtere. V. Pauliſper in parum.
Sero reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Cic. 7. Att. 5.
Reſiſtere dicitur veneno herba aliqua. Plin. lib. 8. cap. 27. Cervus herba cinara venenatis pabulis reſiſtit.
Reſiſtitur, Imperſ. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 3. Omnibus his reſiſtitur, omnibuſque oratio eos. Scipionis, Catonis opponitur. Liv. 3. 21. Tamen legi reſiſtebatur.

Resistens, entis. Partic. ut
Reſiſtens oratio. Quintil. lib. 11. cap. 2. Inde Interruptus actionis impetus, & reſiſtens ac ſalebroſa oratio. h. e. Interſiſtens, non perpetuo tenore fluens, ſed interdum ſubſiſtens & hærens.
Species reſiſtentis. V. adumbro, āre.

Resistentia, æ. f. Vox barbara.

Rĕsolvo, ſolvi, ſŏlūtum, [ἀναλύω] ĕre. Quod ligatum erat rurſus ſolvere. Ovid. 1. Met. 382.
Et velate caput, cinctaſque reſolvite veſtes. Plin. lib. 8. cap. 12.
Reſolvunt illi nodos manu. Ovid. 3. de Arte Am. 270.
Arida nec vinclis crura reſolve ſuis.
Vincire & Reſolvere, contraria. Columel. lib. 11. cap. 1.
Colligere & Reſolvere, contraria. Quintil. lib. 12. cap. 2. Proprietates vocis cujuſque noſſe, & ambigua aperire, & perplexa diſcernere, & de falſis judicare, & colligere ac reſolvere quæ velis.
Reſolvere & Componere, contraria. Senec. Epiſt. 30.
Ab amplexu reſolvi. Ovid. 2. Epiſt. Sabin. 66.
Artus nexos reſolvere. Virg. 4. Æn. 695.
Artus & animam. Virg. 4. Æn. 695.
Crines. Liv. 24. 26.
Fila reſolvunt Parcæ. Ovid. 2. Met. 654.
— tripliceſque Deæ tua fila reſolvent.
Galeam alicui. Ovid. 13. Epiſt. 147.
Latus enſe, Enſem latere. Lucan. ad Piſon. 130.
Litteras, Vincla litterarum. Liv. 26. 15.
Vittas capitis. Virg. 3. Æn. 370.
Reſolvere, Aperire, Reſerare, ut
Clauſtra vitæ reſolvere. i. e. Animam a corpore ſeparare. Lucret. lib. 1. 416.
Fauces reſolvere in verba, Aperire fauces ad loquendum. Ovid. 1. Met. 282.
Ora ſono. Ovid. 13. Met. 126.
Operata reſolvimus ora. Ovid. 6. Faſt. 249.
Vocem atque ora. Virg. 3. Æn. 457.
Jugulum ferro. Ovid. 6. Met. 643. & 1. 227.
Vulnera. Stat. 5. Silv. 5. 80.
Vulnera reſolvi. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Bella, Debellare. Sil. lib. 8. 277.
Curas, Diſſipare. Virg. 1. Georg. 302.
Fraudes. Sil. lib. 7. 153.
Triſtitiam animi. Plin. lib. 24. cap. 6.
Gleba ſe reſolvit Zephyro, Mollitur. Virg. 1. Georg. 44.
Humum reſolvere, Mollire, ſubigere. Columel. lib. 2. cap. 2. Neque enim aliud eſt colere, quam reſolvere & fermentare terram.
Nebulæ ventis ac ſole reſolvuntur. Ovid. 14. Met. 400.
Tenebras. Virg. 8. Æn. 591.
Reſolvere in pulverem, Reducere. Columel. lib. 11. cap. 3.
Reſolvere in tabem margaritas. Plin. lib. 9. cap. 35.
Mollire & reſolvere hominem: pro Effeminare. Senec. Epiſt. 16.
In deſidiam nimia quiete reſolvi. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. de Appio Claudio.
Vires reſolvunt. Lucret. lib. 4. 950.
Emptio ſub conditione reſolvitur, Ad nihilum redigitur. Ulp. in l. 2. D. de in diem addictione.
Jura ſacrata. Virg. 2. Æn. 157.
Obligatio reſolvitur. Paulus in l. 3. & 4. D. de reſcind. vendit.
Reſolvere corruptam partem a viva, Separare. Celſ. lib. 5. cap. 28.
Reſolvere, pro Numerare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promiſimus. Plaut. Epid. 3. 2. 16.
Nam leno omne argentum abſtulit pro fidicina: ego reſolvi. Cic. 14. Philipp. 38. Senatum quæ ſit antea pollicitus legionibus exercitibuſque noſtris, ea ſummo ſtudio, Rep. recuperata, reſoluturum. Al. Perſol.
Reſolvere, Refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13. Reſolvere ex parte diverſa dicta difficile erit.
Reſolvere, pro Abſolvere piaculo. Hor. 1. Carm. 28. 34.
Teque piacula nulla reſolvent. h. e. Nullis hoſtiis expiaberis. Piacula enim dicebantur quibus facinus expiabatur admiſſum. Acron.

Rĕsŏlūtus, a, um. Partic. [ἀναλελυμένος] ut, Comas reſoluta puella. Tibul. lib. 1. 3. 32.
Vincla reſoluta. Sil. lib. 3. 460.
Amore reſolutus, Liber ab amore. Tibul. lib. 1. 9. 83.
Ira reſoluta frenis legum. Lucan. lib. 2. 145.
Tranſactio reſoluta. Ulpian. in l. Eleganter. in princ. D. de condiction. indebit.
Corpore reſolutum ſomnus habebat regem. Ovid. 7. Met. 328.
Quiete reſolutus, Dormiens. Ovid. 9. Met. 468.
Brachia reſoluta ſomno. Ovid. 2. Faſt. 372.
Corpora fluxa & reſoluta. Columel. lib. 1. cap. 1.
Pondus. Sil. lib. 3. 643.
Dat gemitum patiens reſoluto pondere moles. h. e. Saxo putrefacto igni & aceto.
Tellus reſoluta revertitur in aquas. Ovid. 15. Met. 245.
Mens in gaudia reſoluta. Sil. lib. 11. 325.
Compar. Martial. 10. 98. Reſolutior cinædo. i. e. Mollior.
Os reſolutius. Valer. Max. 8. 7. ext. 1. de Demoſthene, Fertur ori inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet & reſolutius.

Resolūte, Adv. Compar. Tertull. ad Nation. 1. 19. Quo facilius rideatis & reſolutius decachinnetis.

Digitized by Google

Resolūtio, ōnis. f. Gell. 17. 9. Reſolutio lori.
Sophiſmatis reſolutio. Idem 18. 2.
Ventris reſolutio. Celſ. 2. 6. & alibi paſſim.

Rĕsŏno, ui, [illegible] āre. Contra ſonantem ſonare. Virg. 1. Ecl. 5.

Formoſam reſonare doces Amaryllida ſilvas. de Echo.

Gloria virtuti reſonat, tanquam imago. Translate. Cic. 3. Tuſc. 3.
Reſonare, Sonum reddere. Cic. 1. Tuſc. 96. Qui quum conjectus in carcerem, triginta juſſu tyrannorum, venenum ut ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic e poculo ejecit, ut id reſonaret. Quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ.
Cornua, quæ ad nervos reſonant in cantibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 149.
Cantu aſſiduo. Virg. 7. Æn. 12.
Ore ſuperbo. Sil. lib. 3. 247.
Æther clamoribus reſonat. Virg. 5. Æn. 228.
Æther reſonat latratibus. Ovid. 3. Met. 231.
Arbuſta reſonant cicadis. Virg. 2. Ecl. 13.

At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. Hic Virgilius a cicadarum cantu maximum æſtum ſignificat, perinde ac ſi diceret, At nunc meridiano tempore ſolis vapore omnia torrentur, quod arbuſta cicadis reſonantia oſtendunt. Per æſtum enim cicadæ vehementius canunt. Turnebus.

Avia tum reſonant avibus virgulta canoris. Virg. 2. Georg. 328.
Spectacula plauſu reſonant. Ovid. 10. Met. 668.
Umbræ acutum reſonant. Hor. 1. Serm. 8. 41.
Umbræ triſte reſonant. Hor. 1. Serm. 8. 41.
Recinere & reſonare, per translationem. Cic. de Clar. Orat. 171. Illud eſt majus, quod in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius. V. Urbanius recinere & reſonare, in urbs.
Reſonavi, pro Reſonui apud Manil. 5. 566.
Imperſ. Paſſ. ut, In fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.

Resŏno, ĕre. per Tertiam conjugationem ab antiquis reperitur uſurpatum. Acc. Æneadis, aut Decio: Clamore & gemitu templum reſonit cælitum. Pacuv. Duloreſt. Hymenæum fremunt æquales, aura reſonit crepitu muſico. Non. 10. 4.
Clypei reſonunt. Ennius apud Priſcian. 9. V. Laurenb. Antiquar. p. 427. Dict. Sonit.

Resŏnans, antis. Partic. [illegible] ut, Saxa reſonantia. Virg. 3. Æn. 432.
Carmina reſonantia chordis Romanis. Lucan. ad Piſon. 229.
Theatrum. Cic. 1. Q. frat. 1. 33. Quare quoniam ejuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, judicio eruditiſſimum, natura autem ita reſonans, ut uſque Romam ſignificationes voceſque referantur.
Unda reſonante tunditur litus. Catul. ad Furium, 11. 3.

Resonantia, æ. f. Vitruv. 5. 8. Locus ubi non impeditur reſonantia. Idem paulo poſt, Voces ſine reſonantia perveniunt ad aures.

Resonābilis. e. Adj. Ovid. 3. Met. 358.

Vocalis nymphæ, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo. Verbum de verbo expreſſit. Nam Echo dici poteſt Reſonantia. Reſonabilis, i. e. Reſonans. conf. Auſon. Epigr. 99. & mox resona.

Resŏnus, a, um. Adj. [illegible] ut,
Ictus reſoni. Valer. 1. Argon. 619.
Voces reſonæ. Ovid. 3. Met. 496.

Resona, æ. f. [illegible] in Gloſſ. Lat. Gr.

Rĕsōpio, īre. Fulgent. Cont. Virg. Tricerberum mellitis reſopit offulis.

Rĕsorbeo, bui, & pſi, ptum, [illegible] ēre. Rurſum ſorbere. Plin. lib. 4. Epiſt. ult. An quæ Oceano naturæ, fonti quoque? quaque ille ratione aut impellitur, aut reſorbetur, hac modicus hic humor, vicibus alternis ſupprimitur, vel egeritur?
Vomere & Reſorbere, contraria. Ovid. 12. Epiſt. 125.

Quæque vomit totidem fluctus, totidemque reſorbet.

Reſorbent interanea, quæ evomuerunt. Plin. lib. 9. cap. 43. pr.
Æſtum reſorbet mare. Lucret. lib. 6. 695.
Lacrimas reſorbere. Stat. 5. Theb. 654.
Pontus ſaxa revoluta reſorbet. Virg. 11. Æn. 627.
Vocem reſorbere. Plin. lib. 18. cap. 35.

Rĕsortior, [illegible] īri. a quo verbum Reſortus elicuerunt pragmatici, quo Territorium aut juriſditionem ſignificant. Budæus in notis ad Pandectas adnotavit, [illegible], inquit, Græcis dicitur, quaſi Sortiri judicium. Sorte enim cognoſcendarum cauſarum diem capiebant, auctore Servio lib. 6. Æn. in illum locum Virgilii, v. 431.

Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine judice ſedes. Cujus moris reliquias lingua vernacula retinet: Reſortiri enim in curiam eos dicimus, qui curiam appellant, hoc eſt quorum diſceptationes in curia per provocationem agitantur. [Nuſquam tamen hoc verbum legitur apud veteres.

Respecto, & Respectus. V. respicio.

Respergo, ſi, ſum, [illegible] ĕre. Circum circa ſpargere. Columel. lib. 1. cap. 6. Deinde quum prædictum tectorium inaruit, rurſus amurca reſpergitur. Cic. 7. Verr. 78. Quum Prætoris nequiſſimi inertiſſimique oculos prædonum remi reſpergerent.
Sanguine reſpergere dextram. Catull. Argon. 62. 230. conf. Liv. 1. 13.
Mero reſpergere tergora. Columel. lib. 6. cap. 2.

Respersus, a, um. Partic. [illegible] ut, Reſperſæ matris cruore virgines. Liv. 24. 26.
Cæde fraterna juvenis reſperſus. Catull. Argon. 62. 181.
Pulvere reſperſus. Stat. 8. Theb. 8.
Sanguine manus reſperſæ. Cic. pro Roſc. Amer. 68.
Comæ reſperſæ ſanguine. Ovid. 3. Faſt. 452.
Menſa reſperſa cruore. Liv. 39. 43. conf. Idem 1. 48.
Vinum reſperſum dixerunt antiqui, quia vino ſepulcrum ſpargebatur. Paulus. V. Feſtus

Respersio, ōnis. f. [illegible] Cic. 2. de Divin. 48. Habes & reſperſionem pigmentorum, & roſtrum ſuis, & alia permulta.

Respersus, ūs. m. [illegible] Plin. lib. 10. cap. 3. Hæc cauſa eſt gregatim avibus natandi: quia plures ſimul non infeſtantur, reſperſu pinnarum hoſtem obcæcantes.

Rĕspĭcio, ſpexi, ſpectum, [illegible] ĕre. Retro aſpicere, ſive flexis in terram oculis aſpicere, ut ait Eraſmus. Cic. 1. de Divin. 49. Tum ei ducem illum præcepiſſe, ne reſpiceret.
Inter Reſpicere & Proſpicere. Proſpicere enim advorſum videre ſignificat: Reſpicere vero, quaſi retro aſpicere. Varr. Manio, Sedens altus alieno ſumpta, neque poſt reſpiciens, neque ante proſpiciens. Ex Nonio 5. 85.
Reſpicit Æneas ſubito. Virg. 6. Æn. 548.
Inſtantem tergo Cloanthum reſpicit. Virg. 5. Æn. 168.
Tellus reſpicitur. Ovid. 2. Amor. 11. 23.
Tam longe retro reſpicere non poſſunt. Cic. 5. Tuſc. 6.
A tergo reſpicere. Virg. 8. Æn. 697.
Reſpicere ad. Ter. And. 2. 5. 6. Quaſi de improviſo reſpice ad eum. Idem Eun. 2. 3. 50. Quum huc reſpicio ad virginem. Cic. 1. de Divin. 69. Et noctu ad oppidum reſpicientes.
Ad aliquid reſpicere, Subaud. Animo. Quintil. lib. 2. cap. 10. Et quum Latinis ſtudebimus litteris, non reſpiciamus ad Græcas.
Reſpicere, Retrorſum aſpicere & in præteritum. Cic. pro Arch. 1. Nam quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari.
Mala ſua reſpicere, Conſiderare. Lucret. lib. 4. 1132.
Vitæ exemplar reſpicere. Hor. in Arte Poet. 317.
Reſpicere aliquem. Rationem ejus habere. Cic. 2. Fam. 15. Ut reſpiciam generum meum, adoleſcentem optimum, mihique cariſſimum. Stat. 3. Theb. 159. —nulloque ululata dolore

Reſpexit Lucina domum. V. Reſpicere, Juvare.

Rempub. reſpicere. Cic. ad Brut. 14. Quod ipſum, ſi Rempublic. cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi jam jamque faciendum eſt.
Cavere alicui, & reſpicere eum. Cic. 5. Verr. 26.
Reſpicere Cæſarem, Juvare, favere, vel obſequi. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 1.
Se reſpicere, pro Sui rationem habere. Plaut. Pſeud. 2. 2. 18.
Se reſpicere, Sibi proſpicere, vel conſulere. Ter. Heaut. 1. 1. 18.

Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Cic. 2. de Finib. 79.

Ne tum quidem te reſpicies, & cogitabis, ſibi quemque natum eſſe & ſuis voluptatibus?
Ætatem ſuam reſpicere, Proſpicere ætati ſuæ. Ter. Phorm. 2. 3. 87.
Homo aptiſſimus ad jocandum, minimeque reſpiciens patriam. Cic. 2. de Nat. Deor. 46.
Reſpicere aliquem, pro Juvare. Ter. And. 5. 6. 11. Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice. Al. Rebus omittunt. Idem Adel. 3. 2. 55. Nam hercle alius nemo reſpicit nos.
Reſpicit nos Deus, i. e. Cuſtodit, vel diligit. Ter. Phorm. 5. 3. 34.

Di nos reſpiciunt: gnatam inveni nuptam cum tuo filio. Cic. 1, Att. 13. Niſi quis nos Deus reſpexerit.

Pietas reſpicit labores humanos. Virg. 5. Æn. 689.
Periculum rei venditæ ad venditorem debet reſpicere. Ulpian. in l. Si quis vina vendiderit. D. de pericul. & comm. rei vendit. quod cap. Idem ibidem, dicens, Periculum acoris & mucoris ad venditorem pertinebit.
Summa imperii ad me reſpicit, i. e. Ad me pertinet. Cæſ. 3. Bell. Civil. 5. extr.

Respiciens, entis. Partic. [illegible] Ovid. 1. Triſt. 3. 60.

Reſpiciens oculis pignora cara meis.

Æneas mœnia reſpiciens. Virg. 5. Æn. 3.
Reſpiciens Fortuna. Notum eſt litteratis omnibus, antiquos idololatras, varias Fortunæ finxiſſe functiones, & numina, quæ & illi varia quoque nomina pepererunt. Reſpicienti, id eſt proſperæ fortunæ fanum Romæ ædificatum atque ſacratum ſcimus, non procul a fano Jovis Victoris. V. Alex. ab Alex. lib. 1. Genial. dier. cap. 13.

Respiciendus, a, um. alind Partic. [illegible] Ovid. 1. Amor. 8. 38.

Quantum quiſque ferat, reſpiciendus erit.

Respectus, ūs. m. [illegible] Ipſe oculorum conjectus. Plautus, Et me reſpectu terruit. [Puto in ſuppoſ.
Effuſa ac ſine reſpectu fugit rex Philippus. Liv. 32. 12.
Reſpectus, Id quod reſpicitur. Cic. 1. de Divin. 68. Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. i. e. Horrendum ſpectaculum.
Reſpectus, [illegible] Ratio, qua ad aliquid agendum movemur. Martial. lib. 11. 50.

Sit pudor, & tandem veri reſpectus & æqui. Cic. ad Brut. 1. Meus quidem animus in acie eſt, neque reſpectum ullum quærit, niſi me utilitas civitatis forte converterit.

Reſpectus honeſti. Lucan. lib. 8. 490.
Movebat hæc multitudo hoſtium, reſpectu paucitatis ſuæ. Juſtin. 18. 9. 2.
Occultæ medicæ nullum eſſe reſpectum. Suet. Neron. cap. 20.
Reſpectum habere ad aliquem. Cic. 5. Philipp. 49. Itaque quum reſpectum ad Senatum, & ad bonos non haberet.
Rerum privatarum reſpectus. Liv. 2. 30. Sed factione, reſpectuque rerum privatarum, quæ ſemper offecere, officientque publicis conſiliis, Appius vicit.
Abſcindere rerum omnium reſpectum. V. abscindo.
Reſpectu mei. Ovid. 1. Triſt. 3. 100. Ovid. 4. de Pont. 9. 100.

Reſpectu cupiunt hic tamen eſſe ſui.

Respecto, [illegible] āre. frequent. Ter. Adel. 1. 1. 3. Quid reſpectas? nihil pericli eſt. Cic. pro Planc. 45. Ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent.
Lumine obliquo reſpectare aliquem. Stat. 9. Theb. 377.
Si qua pios reſpectant numina. Virg. 1. Æn. 607.
Sed patet immani, & vaſto reſpectat hiatu. Lucret. lib. 5. 376. i. e. Janua leti valde late, & vaſte retrorſum patefacta eſt. Lambinus.

Respectans, antis. Partic. [illegible] Lucret. lib. 6. 1232.

Funera reſpectans, animam & mittebat ibidem. Paterc. 2. 107.

Sine fine reſpectans Cæſarem.

Respīro, [illegible] āre. Recipere intro anhelitum. Ter. Heaut. 2. 2. 12. ô Clitipho, timeo. clit. reſpira. Plaut. Epid. 2. 2. 40.

Mane, ſine reſpirem quæſo. p. immo acquieſce. e. animo male eſt,
Recipiam anhelitum. Cic. pro Roſc. Amer. 22. Quum tot tantiſque negotiis diſtentus ſit, ut reſpirare libere non poſſit. Sic 1. de Finib. 53.

Reſpirare & Reddere animam, h. e. Anhelitum extra mittere. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Eaque ad pulmones uſque pertineat, excipiatque animam, eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, & reddat.
A re aliqua reſpirare. Quintil. lib. 1. cap. 8. Quum poeticis voluptatibus aures a forenſi aſperitate reſpirent.

A metu reſpirare. Cic. pro Cluent. 200.
Reſpirat civitas, quum in priſtinum ſtatum redit. Cic. 6. Fam. 2. Si armis, aut conditione poſitis, aut defatigatione objectis, aut victoria detractis, civitas reſpiraverit, & dignitate tua frui tibi, & fortuna ot licebit.
Reſpiraro ſi te videro. Cic. 9. Att. 24. Itam, atque eò ſi poteſt acrius, te rogo, ut plane ad nos advoles: reſpiraro, ſi te videro.
Reſpiravi, liberatus ſum. Cic. pro Milon 48.
Reſpirat cupiditas, Paulum ceſſat. Cic. pro Quint. 53. Si mehercule hæc tecum duo verba feciſſes, Quid ago? reſpiraſſet cupiditas atque avaritia paululum.
Reſpiro, Efflo, Exhalo, aut emitto odorem aliquem. Stat. 2. Silv. 2. 78.
— inde malignum
Aera reſpirat pelago circumflua Neſſis.
Respiratio, ōnis. f. [ἀναπνοή] Cic. de Univerſ. 26. Neque erant animæ circumfuſa extrema mundi, ut reſpirationem requireret.
Reſpiratio parva atque anhela. Cæl. Aurel. Acut. 2. 30. 167.
Mora & reſpiratio in oratione. Cic. in Orat. 53. Diſtincta alios, & interpuncta intervalla, moræ, reſpirationeſque delectant.
Reſpiratio aquarum, pro Evaporatione quam vocant. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Ipſe oritur ex reſpiratione aquarum, earum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt.
Respirātus, ûs. m. [ἀνάπνευσις] Cic. 2. de Nat. Deor. 136. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum in reſpiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. Aliqua exemplaria habent, Reſpiritu; alia, Tum ſpiritu dilatant, &c. Apul. Met 4. p. 149. Elmenh. Parvis reſpiratui circa nares & oculos datis foraminibus.
Respirāmen, ĭnis. n. [ἀναπνευσμα] pro Halitu ſeu meatu ſpiritus. Ovid. 2. Met. 828.
Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.
Respiramentum, i. n. Auguſtin. Confeſſ. 7. 7. Laxamentum & reſpiramentum.
Respirācŭlum, i. n. Claud. Mamert. c. 12. Redactæ paululum reſpiraculo pauſæ vires.
Respirium, i. n. Gloſſ. Lat. Gr. Reſpirium, ἀναπνοή. ut Suſpirium.
Resplendeo, ui, [περιλάμπω, αἴθω] ēre. Idem quod Splendere. Cic. 2. de Finib. 23. Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent: reſplendeat iis veſtis, argentum, vel Corinthium orichalcum, locus ipſe, ædificium.
Respondeo, di, ſum, [ἀποκρίνομαι, ὑπολαμβάνω, ἀμείβομαι] ēre. notæ ſignificationis. Ter. Adel. 2. 1. 26. Reſponde. Virg. 10. Ecl. 8.
Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſilvæ.
Reſponde quod rogo. Plaut. Pſeud. 4. 2. 12.
Acute reſpondere. V. acuo.
Benigne. Hor. 1. Epiſt. 7. 63.
Incaute. Quintil. lib. 5. cap. 22.
Memoriter. V. memor.
Paratiſſime. V. Paratus, in paro.
Propalam aliquid. Tacit. 16. Ann. 46.
Pudice Quintil lib. 5. cap. 11.
Venuſte Quintil. lib. 5 cap. 7.
Corde ſedato. Virg 12. Æn. 18.
Reſpondere ad Cic. 7. Verr. 147. Quid ad hæc cogitas reſpondere.
Ad ea quæ quæſita ſunt reſpondere. Cic 1. Philipp. 2.
Ad rogatum reſpondere, ſive ad interrogata. Cic pro Flacc. 10. Nunquam nob·s ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quam ad rogatum. Liv. 3. 4. Ita reſponderunt ad interrogata, ut magis ſuſpecti, quam venerant, dimitterentur.
Ad poſtulata. Cæſ. 1. Bell. Gall. 44. Arioviſtus ad poſtulata Cæſaris pauca reſpondit.
Ad voluntatem alicujus. Cæſ. 4. Bell Gall. cap. 5.
Videat quid de illis reſpondeat, quos, &c. Cic. 3. Verr. 10.
Reſpondere aliquid in utramque partem. Cic. 4. Acad. 104. Item ut quæ interrogati in utramque partem reſpondere poſſumus.
Reſpondis quod. Cic. pro Roſc. Amer. 33. Ajunt hominem, ut erat furioſus, reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. Accuſaturum ſc.
Reſpondere pro aliquo. Cic. de Clar. Orat. 122. Ut etiam pro Bruto reſpondeam.
Graviter reſpondere contra inimici contumeliam Cic de Aruſp Reſp. 17.
Reſpondere criminibus. Cic. 11. Fam. 28. Reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat tua ſingulari bonitate & amicitia noſtra, ſæpe reſtitiſti.
Maledictis reſpondere. Ter. in prol. And. 7.
Reſpondere jus. Plin. Epiſt. 101.
De jure reſpondere. Cic. de Clar. Orat. 13. Multaque opera, multaque induſtria Rutilius fuit, quæ erat propterea gratior, quod idem magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat.
Ad nomina reſpondere, quod vulgo in jure dicitur, *Comparere*. Liv. lib. 7. 4.
Non reſpondere citatum: eſt ut nunc loquuntur in jure, *Deſerere*. Cic. 3. Verr. 19. Budæus.
Non reſpondere dicitur citatus, Quando non comparet. Marcellus in l. penult. D. de in integrum reſtitution.
Ad tempus reſpondere, vel ad diem debitor dicitur, qui in mora non eſt. Cic. 10. Att. 2. Quanquam enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſolvendum, tamen fit ſæpe ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus. Turnebus, Ut Appellari, inquit, dicitur debitor, quum flagitatur ut ſolvat, ita quum ſolvere ſe dicit, Reſpondere dicitur.
Amore, vel in amore reſpondere alicui, Amantem redamare. Cic. 15. Fam. 21. Cui ego quidem amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo.
Reſpondere, Convenire, quadrare, conſentire, & parem eſſe. De rebus inanimatis, atque adeo quibusvis. Virg. 1. Æn. 585.
— dictis reſpondent cetera matris.
Pariter & æqualiter. V. pariter.
Reſpondere, pro Profectum habere, & non fallere conſilium & propoſitum medici. Celſ. lib. 2. cap 10. Id quod ſi in cute quoque aquæ, quæ inter cutem eſt, ita reſpondet, quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat? Alibi Cedere vocat. Budæus.

Varia reſpondere. Celſ. lib 5. cap. 18. Credo autem, quo pejus id malum eſt, minuſque facile diſcutitur, eo plura eſſe tentata: quæ in perſonis varie reſponderunt. De malagmate ad ſtrumas.
Dextra dextris reſpondent. Cic de Univerſ. 42.
Ut omnia omnibus, paribus paria reſpondeant. Cic. 1. de Nat. Deor. 50.
Par pari reſpondere. Plaut. Truc. 2. 7. 45.
Convenire & reſpondere. Cic. 3. de Finib. 8. Quid poſterius priori non convenit? quid ſequitur, quod non reſpondeat ſuperiori?
Ad normam reſpondere Structuram ad normam & libellam & ad perpendiculam reſpondere oportet. i e Competere & quadrare. Vitruv lib. 7. c. 3.
Ad illud reſpondet. Varro de L. L. 9. 4. Quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, ſic quarta ad ſeptimam reſpondet. i. e. Concinit cum ſeptima.
Reſpondet frumentum ad pondus & menſuram Senec de Brevitate vitæ.
Reſpondet ad ſpem eventus, h. e. Secundum exſpectationem accidit. Liv. 28. 6.
Spei reſpondere. V. spes.
Sic Exſpectationi reſpondere. H. St.
Reſpondiſſet tibi, pro Spei tuæ, aut Exſpectationi. Vide in optatus. H. St.
Invidiæ reſpondere. Ovid de Rem. Amor. 397.
Labori ſuo fama reſponſura Hor 2. Serm. 8 66.
Labori fructus non reſpondens. Ovid. 4. Faſt. 642.
Laudibus reſpondere Græcorum. Cic. 1. Tuſc. 3. Idem ad Brut. 7. Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. i. e. Qui veſtras æquet laudes.
Meritis favor non reſpondet Hor 2. Epiſt 1. 9.
Opinioni hominum tua virtus non reſpondet. Cic. 3 Fam. 4.
Voto reſpondere. Plin. 1. Epiſt 7. Non ego quoque ſimili nutu, ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. i e. Facere quod deſideras.
Si bonitas tua reſponderit judicio meo. Antonius Cic. 14. Att. 13.
Neque quicquam tam obſcœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas ſua reſpondeat. Cic. in Salluſt. 1.
In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit. Cic 2. Fam. 1.
Reſpondere patri, pro Imitari mores patris, nec degenerare. Cic. 3. de Finib 8. Eſt enim magnæ curæ (quanquam quidem hoc proprium tuum munus eſt) ut ita erudiatur, ut & patri, & Scipioni noſtro, & tibi tam propinquo reſpondeat. Budæus.
Nobilitati majorum reſpondere. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Plenius & uberius reſpondere. Senec. de Benef lib. 3. cap. 17.
Reſpondere, Reſpicere, ſeu contra poſitum eſſe. Virg 6. Æn. 23.
Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus. Servius.
Ædificare porticum quæ palatio reſpondeat. Cic. de Aruſp Reſp. 49.
Res ibi reſpondent ſimili forma, &c. De ſpeculo. Lucret. lib. 4. 168.
Reſponſum eſt, Imperſ. Cic 1. de Finib. 2. Quanquam philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo a nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt.
Reſponſu. Supinum, pro Reſponſione ſive reſponſo. Cic. pro Cluent. 104. Videtis hæc quam ſint levia genere ipſo, quam brevia reſponſu.
Etiam in Tertia conjugatione uſi ſunt veteres. Manil. 5. 734.
Sic etiam magno quædam reſpondere mundo
Hæc natura fecit. Hinc Martial. lib 3. 4.
Si quando veniet, dicet reſponde Poeta.
Respondens, entis. Partic. [ἀποκρινόμενος] ut, Tympana reſpondentia, i. e. Sonantia, quod pulſata reclamant. Stat. 2. Achill. 275. V. ſupra.
Responsus, a, um. Partic. unde
Responsum, i. n. [ἀπόκρισις, ἀπολογία] Ipſum id, quod reſpondetur. Ter. in prol. Phorm. 17. Is ſibi reſponſum hoc habeat. Idem in prol. Eun. 6. Sciat reſponſum, non dictum eſſe. Cic. 7. Att. 16. Ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur.
Liberale reſponſum. V. liber, adj.
Fida. Virg. 2. Æn. 376.
Medium. V. medius.
Torva reſponſa tracta Senatus. Sil. lib. 11. 321.
Auferre reſponſum ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 239.
Dare. Cic. 6. Verr. 85. Senatus Sopatro reſponſum nullum dat, ſed commotus, perturbatuſque diſcedit. Virg. 1. Ecl. 45.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.
Elicere Quintil. lib. 5. cap. 7.
Ferre ab aliquo. Cic. 1. in Catil. 29. A me quoque id reſponſum tuliſti, me nullo modo poſſe.
Reddere. Cic pro Planc. 34. Quum ſenatus impediretur quo minus id, quod hoſtibus ſemper erat tributum, reſponſum æquitibus Romanis redderetur.
Reſponſa atque decreta juriſconſultorum. Cic. pro Muren. 28.
Reſponſum. Oraculum. Virg. 9. Æn. 134.
Si qua Phryges præ ſe jactant reſponſa deorum.
Τῶν χρηστηρίων τῶν ἀπαγγέλων Herod. 24. pag. 13. Ἐπειρώτησε ... κ. τ. λ. H. St.
Reſponſum aruſpicis. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. Multa ex aruſpicum reſponſis commemorare poſſum.
E reſponſo. Tacit. 13. Ann. 24.
Perplexum reſponſum. V. perplexus.
Deluſit Apollo animum reſponſo. Virg. 6. Æn. 344.
Edere reſponſa. Tacit. 2. Ann. 54.
Horrent divûm reſponſis regna Caſpia. Virg. 6. Æn. 798.
Petunt in dubiis reſponſa. Virg 7. Æn. 86.
Poſcens reſponſa ſacerdos. Sil. lib. 1. 121.
Reddere reſponſa. Virg. 3. Georg. 491.
Responsio, ōnis. f. [ἀπόκρισις, ἀπολογία] Cic. pro Corn. Balb. 36. Accuſatoris interpretatio indigna reſponſione Et in Piſon. 55. Reſponſione inimica. Quintil. lib. 9. cap. 1. Sibi ipſi reſponſio.
Responsus, ûs. m. [ἀναλογία] Convenientia, conſenſuſque. Vitruv. lib. 1. cap. 2. Symmetria eſt ex ipſius operis membris conveniens conſenſus: ex partibuſque ſeparatis, ad univerſæ figuræ ſpeciem ratæ partis reſponſus.
Pontanus 438. A membrorum reſponſu & conformatione. H. St.
Responsor, ōris. m. [ἐγγυητὴς] Fidejuſſor, qui pro aliquo ſpondet. Hor. 1. Epiſt. 16 38
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur. Sed videndum numquid de eo loquatur, qui de jure reſpondebat, qualis erat Scævola & alii multi. V. q. ſeq.

Immo

Immo legendum, Quo res ſponſore. Vide Cruquium. H. St.

RESPONSIVE, Adv. Aſcon. in Verr. p. 106. Interrogative pronuntiandum eſt, & contra reſponſive.

RESPONSO, [ἀνταγωνιάω] āre. frequent. Ferociter & aſpere alteri compellanti reſpondere. Plaut. Men. 4. 1. 57. Reſponſa aut loquere.

Reſponſare cupidinibus, i. e. Reſiſtere, repugnare, contradicere. Hor. 2. Serm. 7. 85. Acron.

Gallina dura malum reſponſat palato, i. e. Non ſapit, non convenit palato. Vel, ut exponit Acron, Reſiſtit, reluctatur in faucibus. Tralatio eſt. Hor. 2. Serm. 4. 18.

Fortunæ ſuperbe reſponſare, Contumaciter reſpondere. Hor. 1. Epiſt. 1. 68.

RESPONSITO, [illegible] āre. aliud frequentativum a Reſponſo, reſponſas. Gell. lib. 17. cap. 19. Conſulentibus de jure publice reſponſitavit. Cic. 1. de Legib. 14. Egone? ſummos fuiſſe in civitate noſtra viros, qui id interpretari populo, & reſponſitare ſoliti ſint.

RESPUBLICA, V. ſupra in RES.

RESPUO, ui, ūtum, [ἀναπτύω, ἀποπτύω] ĕre.

Frenos cum ſanguine reſpuit equus, Exſpuit. Stat. 8. Theb. 543.

Tela in aliquem reſpuere, Rejicere. Senec. Epiſt. 54. Quædam tela Philoſophia diſcutit, & in eum uſque, qui miſerat, reſpuit.

Reſpuere, Repudiare, & quaſi Cum ſputo per contemptum rejicere. Liv. 2. 41. Adeo propter ſuſpicionem inſitam regni, velut abundarent omnia, munera ejus in animis hominum reſpuebantur.

Aſpernari & reſpuere aliquid. Cic. 3. de Orat. 97.

Reſpuere aliquid, & pro nihilo putare. Cic. pro Cæcin. 56.

Conditionem reſpuere. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 42.

Conſolationem. Cic. 3. Tuſc. 79. Prodeſt hæc quidem conſolatio, ſed nec ſemper, nec omnibus: ſunt enim qui reſpuant.

Curam. Claud. conſ. Mall. Theod. 160.

Imperium. Columel. lib. 6. cap. 2.

Interdictum. Cic. 7. Att. 25. Cæſaris interdicta ſi te ſecundo lumine hic offendero, reſpuuntur.

Munera parva. Tibul. lib. 4. 1. 7.

Auribus reſpuere hominem. Cic. in Piſon. 45. Qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur?

Reſpuunt aliquid aures, per tranſlationem. Quintil. lib. 11. cap. 1.

Reſpuit hoc ſapientiſſimi cujuſque fides. Plin. lib. 28. cap. 2. h. e. Nemo ſapiens id credit.

Cadaver humus reſpuet inviſum. Ovid. in Ibin, 170.

Ab ſe reſpuere liquorem dicuntur parietes picati, Vitruv. 7. 4.

Ictum reſpuit hoc ferri. Plin. lib. 7. cap. 15. h. e. Ferro non læditur.

Secures reſpuere dicitur lignum, Quod ſecuribus non poteſt findi. Plin. lib. 17. cap. 10.

Tela omnia reſpuit, h. e. Repulit, rejecit. Lucan. lib. 3. 484.

Tergus reſpuens vulnus: h. e. Quod nullo vulnere affici aut offendi poteſt, præ duritie. Plin. lib. 8. cap. 21.

Reſpuor. Paſſ. Lucret. lib. 2. 389.

Præterea lumen per cornua tranſit, at imber
Reſpuitur. i. e. Humorem non tranſmittunt. Juvenc. 2. 689.

Reſpuor a vobis.

RESPUENS, entis. Partic. [ἀποπτύων] pro Adj. Gell. lib. 6. cap. 15. Communium vocum reſpuens minus, & faſtidiens.

RESTAGNO, [λιμνάζω, πλημμύρω] āre. Aquam pigram & reſidem, ſtagni modo, continere. Columel. lib. 2. cap. 17. Itaque ſi palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat, ſulcis derivanda eſt: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æque exitio eſt. Idem lib. 8. cap. 15. Ora lacus ne corrumpantur violentia reſtagnantis undæ, quæ ſemper inſtituere debet, opere ſignino conſternuntur.

Aquis reſtagnantibus. Plin. lib. 5. cap. 5.

Flumina reſtagnant alto vallo. Lucan. lib. 4. 89.

Lacus reſtagnant vaſto gurgite. Sil. lib. 5. 4.

Mare. Ovid. 11. Met. 364.

Palus. Sil. lib. 8. 382.

RESTAGNĀTIO, ōnis. f. [λιμνασμός] Reſtagnatio Euphratis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Alvi reſtagnatio, Ructus, ut vult Hard. Plin. lib. 11. cap. 37. Ne reſtagnatio intempeſtiva alvi obſtrepat.

RESTAURO, [ἐπισκευάζω, ἀνακαινίζω, ἀνοικοδομέω] āre. Renovare, Redintegrare, proprieque de Ædificiis dicitur. Tacit. 3. Ann. 72. 2. At Pompeji theatrum, igne fortuito hauſtum, Cæſar exſtructurum pollicitus eſt, eo quod nemo e familia reſtaurando ſufficeret. Idem 4. Ann. 43. 4. Et Segeſtani ædem Veneris, montem apud Erycum, vetuſtate delapſam reſtaurari poſtulavere.

Bellum, tranſlate. Juſtin. lib. 20. 5. Ita facta ſocietate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum, velut ex integro, reſtaurat. conf. idem 20. 10. pr. & 3. 5.

Actio furti reſtauratur. Tryphoninus in l. Si alienus. D. de noxalibus actionibus.

Obligatio vetus reſtauratur. Papinianus in l. Ob eam. D. de præſcriptis verbis. Ulpian. in l. Licet. §. 1. D. de jure dotium Reſtauranda erit in diem priſtinum obligatio.

Servitutem. Julianus in l. Si maritus fundum. D. de fundo dotali. Redintegrare ſervitutem, dicitur ibidem, eodem ſignificatu.

RESTAURĀTUS, a, um. Partic. ut, Navis reſtaurata. Ulpian. in l. Quid tamen. §. In navis. D. Quib. mod. uſusfructus, &c.

RESTAURATIO, ōnis. f. Julianus in l. Si maritus fundum. D. de fund. dotal. Si eundem fundum Titio reddiderit ſine reſtauratione ſervitutis.

RESTAURĀTOR, ōris. m. Spon. Miſcel. p. 27. CVRAT. ET RESTAVRATOR.

RESTĪBILIS, e. Adj. [illegible] ut,

Reſtibilis ager. Feſtus, Reſtibilis ager fit, qui continuo biennio ſeritur farreo ſpico, id eſt, ariſtato; quod ne fiat, ſolent qui prædia locant, excipere. Varro 1. de R. R. cap. 44. Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis, an in verfactu, quæ interdum requierit.

Arbor reſtibilis. Plin. lib. 16. cap. 32. Eſt in exemplis, & ſine tempeſtate, ullave cauſa alia, quam prodigii, cecidiſſe multas, ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc pop. Rom. Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis, Nuceriæ in luco Junonis, ulmo, poſtquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ita ut protinus floreret. A quo deinde tempore majeſtas pop. Rom. reſurrexit, quæ ante vaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, ſalice procidua atque detruncata: & Stagiris in Muſeo populo alba. Omnia fauſti ominis. Sed maxime mirum, Antandri platanus, etiam circumdolatis lateribus, reſtibilis ſponte facta vitæque reddita, longitudine quindecim cubitorum, craſſitudine quatuor ulnarum. Ex his Plinii verbis apparet vocem hanc, Reſtibilis, ductam eſſe a verbo Reſtituo. [An a Reſtibilio? vel poſcente Analogia, ut & Voſſius mavult, a Reſto? V. ejus Etymol. Gothofr. placet a Reſtituo, ut a Proſtituo, inquit, Proſtibulum. V. Gothofr. not. ad Varr. de L. L. 4. 4. Quaſi non & Proſtibulum a Proſtando dicatur, quia propalam proſtat. Gloſſ. Lat. Gr. Reſtibulis, Ἀγρὸς διὰ τὸ ἔτος ὀργαζόμενος.

Arvum reſtibile. Plin. lib. 18. cap. 17.

Craſſitudo reſtibilis. Plin. lib. 18. cap. 17.

Fecunditas reſtibilis. Plin. lib. 28. cap. 29.

Seges reſtibilis, eſt Quæ regerminat, quaſi cujus fecunditas in ſequentem quoque annum reſiſtat. V. ſupra. Varro 1. de R. R. cap. 9. Contra in agro pingui, ut in Hetruria, licet videre fructuoſas ſegetes, ac reſtibiles, & arbores prolixas.

Vinea reſtibilis. Columel. lib. 3. cap. 11.

Vinetum reſtibile. Columel. lib. 3. cap. 18. Paſtinum vocant agricolæ, ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur, unde etiam repaſtinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur: hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. Reſtibilis, i. e. Quod reſtituebatur. *d'une vieille vigne, qu'on remettoit en nature, & qu'on repeuploit de nouveau plant.*

RESTIBĪLIO, īre. Reſtituere. Pacuv. apud Feſt. in Sus. Teucrum regi ſapſa res reſtibiliet. [Videtur pro Reſtabilio dictum. V. in dict. præced.

RESTILLO, āre. Rurſus inſtillo. Prudent. adv. Symmach. 2. 287.
—ad proprium reſtillet vena metallum. Cic. 9. Att. 7.

Litteræ tuæ mihi quiddam quaſi animulæ reſtillarunt.

RESTINGUO, vel RESTINGUO, ſtinxi, ſtinctum, [ἀποσβέννυμι] ĕre. Idem quod Exſtinguere. Plaut. Caſin. 4. 1. 16. Ignem reſtingunt aqua. Liv. 1. 39. pr. Quum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab regina retentum, &c.

Sic Gall. *Eſteindre & Reſteindre.* H. St.

Incendere & Reſtinguere, contraria. Cic. 4. de Finib. 7. Quid ille incendat? reſtinguet citius, ſi ardentem acceperit.

Ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur & refrigeratur. Cic. pro Roſc. Amer. 17.

Favillas ardentes reſtinxit lacte. Stat. 5. Silv. 5. 17.

Flammam reſtinguere. Hor. 1. Serm. 5. 76.

Flamma reſtinguitur. Lucret. lib. 4. 871.

Ignes reſtinguere fontibus. Virg. 2. Æn. 686.

Ignis vero reſtinguitur. Ovid. de Rem. Amor. 807.

Incendium reſtinguere. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 42.

Reſtinguere, —& omnes
Reſtinxit ſtellas, exortus ut ætherius ſol. citat Lactant. de Falſa ſap. lib. 3. puto eſſe Lucretii de Epicuro. H. St. Apud Lucret. 3. 1057. Præſtinxit legitur, ſed in Lactantii codicibus 3. 17. 28. conſtanter Reſtinxit. Eſtque dictum, ut paulo poſt Studia reſtinguere, ex Cic.

Reſtinguere, per tranſlationem. Cic. 1. de Finib. 43. Omnium cupiditatum ardore reſtincto.

Flammam. Cic. 7. Verr. 14. Exortam videtur flammam, paucorum dolore ac morte reſtinxiſſe.

Genus ſuum. Plaut. Trin. 3. 2. 50.

Improbitatem. Cic. 3. Verr. 153. Communi præſidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt.

Incendium, ruina. V. Ruina, in RUO.

Iracundias reſtinguere & cupiditates. Cic. 2. de Nat. Deor. 148.

Sermones reſtinguere, ſive rumores. Cic. 12. Att. 10. Sermunculum omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit: ſunt enim qui loquantur etiam mecum.

Sitim. Cic. 2. de Finib. 9. Eademne, inquam, quæ reſtincta ſitis? Immo alio genere: reſtincta enim ſitis ſtabilitatem voluptatis habet, inquit. Virg. 5. Ecl. 47.
—ſitim reſtinguere rivo.

Studia. Cic. in Orat. 5. Nec ipſe Ariſtoteles, admirabili quadam ſcientia & copia, cæterorum ſtudia reſtinxit. conf. Stellas reſtinguere paulo ſupra.

Reſtinguere incenſum aliquem, Sedare iram, lenire. Ter. Phorm. 5. 8. 82.

Verba alicujus. Ter. Eun. 1. 1. 24.

RESTINCTUS, a, um. Partic. [ἀποσβεσθείς] ut, Reſtinctum bellum. Cic. 11. Fam. 12. Ex tuis litteris, & ex Græceji oratione, non modo non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur.

Reſtincta eſt ſeditio, inventum eſt temperamentum. Cic. 3. de Legib. 24.

Vapor reſtinctus omnis. Virg. 5. Æn. 698.

RESTINCTIO, ōnis. f. [ἀπόσβεσις] Cic. 2. de Finib. 9. Illa autem voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

RESTIO, ivi, itum, ire. eſt, Ad referendum, laborandum, colendumve aptum eſſe. Columel. lib. 3. cap. 21. Nam & quæ reſtire incipiunt tempeſtive leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt uvæ, ſine diſpendio differuntur. Legitur in aliis exemplaribus, Et quæ maturaſcere incipiunt. Al. Putreſcere. [De hac ipſa vero lectione ne γρ. quidem in editione noviſſima Geſneri. Nec ſane ſcio quid verbi ſit.

RESTĪPŬLOR, [ἀντομνύω Gl. L. G.] āri. Reſtipulari dicitur is, qui cum eo certat, a quo ſponſione eſt provocatus, i. e. Viciſſim ſtipulari, & mutuam ſponſionem exigere. Valer. lib. 2. cap. 8. tit. 1. Valerius ſponſione Luctatium provocavit, non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitavit reſtipulari Luctatius. Cic. pro Roſc. Com. 35. Tua vox eſt, Fanni: quid tu auferri peris a Flavio, ſi Flavius nihil debet? quid hic porro nunc reſtipulatur, quod jam pridem ipſe exegit? quid vero Flavius tibi daturus eſt? Budæus; Reſtipulari, pro Stipulari, ſive Viciſſim ſtipulari, vel Poſt rem actam ſtipulari. conſ. Varro L. L. 5. 36.

RESTIPULATIO, ōnis. f. [ἀντομοσία Gl. L. G.] Cic. pro Roſc. Com. 37. Quid enim reſtipulatio clamat? Quod a Flavio abſtulero, partem dimidiam, inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Et paulo poſt, Quis eſt hujus reſtipulationis ſcriptor, teſtis, arbiter? quis?

RESTIS, is. f. [σχοινίον μικρὸν Gl. L. G.] Funiculus. In Accuſativo Reſtem vel Reſtim. Plaut. Perſ. 5. 2. 34.

A metu reſpirare. Cic. pro Cluent. 200.
Reſpirat civitas, quum in priſtinum ſtatum redit. Cic. 6. Fam. 2. Si armis, aut conditione poſitis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis, civitas reſpiraverit, & dignitate tua frui tibi, & fortuna uti licebit.
Reſpiraro ſi te videro. Cic. 2. Att. 24. Item, atque eò ſi poteſt acrius, te rogo, ut plane ad nos advoles: reſpiraro, ſi te videro.
Reſpiravi, liberatus ſum. Cic. pro Milon 48.
Reſpirat cupiditas, Paulum ceſſat. Cic. pro Quint. 53. Si mehercule hæc tecum duo verba feciſſes, Quid ago? reſpiraſſet cupiditas atque avaritia paululum.
Reſpiro, Efflo, Exhalo, aut emitto odorem aliquem. Stat. 2. Silv. 2. 78.
—inde malignum
Aera reſpirat pelago circumflua Neſſis.
RESPIRATIO, ōnis. f. [ἀναπνοή] Cic. de Univerſ. 16. Neque erant anima circumfuſa extrema mundi, ut reſpirationem requireret.
Reſpiratio parva atque anhela. Cæl. Aurel. Acut. 2. 32. 167.
Mora & reſpiratio in oratione. Cic. in Orat. 53. Diſtincta alios, & interpuncta intervalla, moræ, reſpirationeſque delectant.
Reſpiratio aquarum, pro Evaporatione quam vocant. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Ipſe oritur ex reſpiratione aquarum, earum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt.
RESPIRATUS, ûs. m. [ἀναπνοή] Cic. 2. de Nat. Deor. 136. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum in reſpiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. Aliqua exemplaria habent, Reſpirito; alia, Tum ſpirito dilatant, &c. Apul. Mun 4. p. 149. Elmenh. Parvis reſpiratui circa nares & oculos datis foraminibus.
RESPIRAMEN, inis. n. [ἀναπνοή] pro Halitu ſeu meatu ſpiritus. Ovid. 2. Met. 828.
Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.
RESPIRAMENTUM, i. n. Auguſtin. Confeſſ. 7. 7. Laxamentum & reſpiramentum.
RESPIRACULUM, i. n. Claud. Mamert. 2. 12. Redactæ paululum reſpiraculo pauſæ vires.
RESPIRIUM, i. n. Gloſſ. Lat. Gr. Reſpirium, ἀναπνοή. ut Suſpirium.
RESPLENDEO, ui, [περιλάμπω, στίλβω] ēre. Idem quod Splendere. Cic. 2. de Finib. 23. Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent: reſplendeat iis veſtis, argentum, vel Corinthium orichalcum, locus ipſe, ædificium.
RESPONDEO, di, ſum, [ἀποκρίνομαι, ὑπολαμβάνω, ἀμείβομαι] ēre. notæ ſignificationis. Ter. Adel. 2. 1. 26. Reſponde. Virg. 10. Ecl. 8.
Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſilvæ.
Reſponde quod rogo. Plaut. Pſeud. 4. 2. 12.
Acute reſpondere. V. ACUO.
Benigne. Hor. 1. Epiſt. 7. 63.
Incaute. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Memoriter. V. MEMOR.
Paratiſſime. V. Paratus, in PARO.
Propalam aliquid. Tacit. 12. Ann. 46.
Pudice Quintil lib. 5. cap. 11.
Venuſte Quintil. lib. 5 cap. 7.
Corde ſedato. Virg 12. Æn. 18.
Reſpondere ad Cic. 7 Verr. 147. Quid ad hæc cogitas reſpondere.
Ad ea quæ quæſita ſunt reſpondere. Cic 1. Philipp. 2.
Ad rogatum reſpondere, ſive ad interrogata. Cic pro Flacc. 10. Nunquam noſtri ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quam ad rogatum. Liv. 3. 4. Ita reſponderunt ad interrogata, ut magis ſuſpecti, quam venerant, dimitterentur.
Ad poſtulata. Cæſ. 1. Bell. Gall. 44. Arioviſtus ad poſtulata Cæſaris pauca reſpondit.
Ad voluntatem alicujus. Cæſ. 4. Bell Gall. cap. 5.
Videat quid de illis reſpondeat, quos, &c. Cic. 3. Verr. 12.
Reſpondere aliquid in utramque partem. Cic. 4. Acad. 104. Item ea quæ interrogati in utramque partem reſpondere poſſumus.
Reſpondit quod. Cic. pro Roſc. Amer. 33. Ajunt hominem, ut erat furioſus, reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. Accuſaturum ſc.
Reſpondere pro aliquo. Cic. de Clar. Orat. 122. Ut etiam pro Bruto reſpondeam.
Graviter reſpondere contra inimici contumeliam Cic de Aruſp Reſp. 17.
Reſpondere criminibus. Cic. 11. Fam. 28. Reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat tua ſingulari bonitate & amicitia noſtra, ſæpe reſtitiſti.
Maledictis reſpondere. Ter. in prol. And. 7.
Reſpondere jus Plin. Epiſt. 101.
De jure reſpondere. Cic. de Clar. Orat. 113. Multaque opera, multaque induſtria Rutilius fuit, quæ erat propterea gratior, quod idem magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat.
Ad nomina reſpondere, quod vulgo in jure dicitur, *Comparere*. Liv. lib. 7. 4.
Non reſpondere citatum: eſt ut nunc loquuntur in jure, *Deſicere*. Cic. 3. Verr. 19. Budæus.
Non reſpondere dicitur citatus, Quando non comparet. Marcellus in l. penult. D. de in integrum reſtitutioo.
Ad tempus reſpondere, vel ad diem debitor dicitur, qui in mora non eſt. Cic. 16. Att. 2. Quanquam enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſolvendum, tamen fit ſæpe ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus. Turnebus. Ut Appellari, inquit, dicitur debitor, quum flagitatur ut ſolvat, ita quum ſolvere ſe dicit, Reſpondere dicitur.
Amore, vel in amore reſpondere alicui, Amantem redamare. Cic. 15. Fam. 21. Cui ego quidem amori, utinam ceteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo.
Reſpondere, Convenire, quadrare, conſentire, & parem eſſe. De rebus inanimatis, atque adeo quibusvis. Virg. 1. Æn. 585.
—dictis reſpondent cetera matris.
Pariter & æqualiter. V. PARITER.
Reſpondere, pro Profectum habere, & non fallere conſilium & propoſitum medici. Celſ. lib. 2. cap 10. Id quod ſi in ea quoque aqua, quæ inter cutem eſt, ita reſpondet, quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat? Alibi Cedere vocat. Budæus.

Varie reſpondere. Celſ. lib 5. cap. 28. Credo autem, quo pejus id malum eſt, minuſque facile diſcutitur, eo plura eſſe tentata: quæ in perſonis varie reſponderunt. De malagmate ad ſtrumas.
Dextra dextris reſpondent. Cic de Univerſ. 41.
Ut omnia omnibus, paribus paria reſpondeant. Cic. 1. de Nat. Deor. 50.
Par pari reſpondere. Plaut. Truc. 2. 7. 45.
Convenire & reſpondere. Cic. 3. de Finib. 8. Quid poſterius priori non convenit? quid ſequitur, quod non reſpondeat ſuperiori?
Ad normam reſpondere Structuram ad normam & libellam & ad perpendiculum reſpondere oportet i. e. Competere & quadrare. Vitruv lib. 7. c. 3.
Ad illud reſpondet. Varro de L. L. 9. 4 Quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, ſic quarta ad ſeptimam reſpondet. i. e. Concinit cum ſeptima.
Reſpondet frumentum ad pondus & menſuram Senec. de Brevitate vitæ.
Reſpondet ad ſpem eventus, h. e. Secundum exſpectationem accidit. Liv. 28. 6.
Spei reſpondere. V. SPES.
Sic Exſpectationi reſpondere. H. St.
Reſpondiſſet tibi, pro Spei tuæ, aut Exſpectationi. Vide in OPIMITAS. H. St.
Invidiæ reſpondere. Ovid de Rem. Amor. 397.
Labori ſuo fama reſponſura Hor. 2. Serm. 8 66.
Labori fructus non reſpondens. Ovid. 4. Faſt. 642.
Laudibus reſpondere Græcorum. Cic. 1. Tuſc. 3. Idem ad Brut. 7. Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. i. e. Qui veſtras æquet laudes.
Meritis favor non reſpondet Hor. 2. Epiſt 1. 9.
Opinioni hominum tua virtus non reſpondet. Cic. 3 Fam. 4.
Voto reſpondere. Plin. 1. Epiſt 7. Non ego quoque ſimili voto, ac renuntio reſpondere voto tuo poſſum i e. Facere quod deſideras.
Si bonitas rea reſponderit judicio meo. Antonius Cic. 14. Att. 13.
Neque quicquam tam obſcænum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas ſua reſpondeat. Cic. in Salluſt. 1.
In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit. Cic. 2. Fam. 1.
Reſpondere patri, pro Imitari mores patris, nec degenerare. Cic. 3. de Finib 8. Eſt enim magnæ curæ (quanquam quidem hoc proprium tuum munus eſt) ut ita erudiatur, ut & patri, & Scipioni noſtro, & tibi tam propinquo reſpondeat. Budæus.
Nobilitati majorum reſpondere. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Plenius & uberius reſpondere. Senec. de Benef lib. 3. cap. 17.
Reſpondere, Reſpicere, ſeu contra poſitum eſſe. Virg 6. Æn. 23.
Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus. Servius.
Ædificare porticum quæ palatio reſpondeat. Cic. de Aruſp Reſp. 49.
Res ibi reſpondent ſimili forma, &c. De ſpeculo. Lucret. lib. 4. 168.
Reſponſum eſt, Imperſ. Cic 1. de Finib. 2. Quanquam philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo a nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt.
Reſponſu, Supinum, pro Reſponſione ſive reſponſo. Cic. pro Cluent. 164. Videte hæc quam ſint lævia genere ipſo, quam brevia reſponſu.
Etiam in Tertia conjugatione uſi ſunt veteres. Manil. 5. 734.
Sic etiam magno quædam reſpondere mundo
Hæc natura fecit. Hinc Martial. lib 3. 4.
Si quando veniet, dicet reſponde Poeta.
RESPONDENS, entis. Partic. [ἀντηχούμενος] ut, Tympana reſpondentia, i. e. Sonantia, quod pulſata reclamant. Stat. 1. Achill. 175. V. ſupra.
RESPONSUS, a, um. Partic. unde
RESPONSUM, i. n. [ἀπόκρισις, ἀπολογία] Ipſum id, quod reſpondetur. Ter. in prol. Phorm. 17. Is ſibi reſponſum hoc habeat. Idem in prol. Eun. 6. Sciat reſponſum, non dictum eſſe. Cic. 7. Att. 16. Ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur.
Liberale reſponſum. V. LIBER, adj.
Fida. Virg. 2. Æn. 376.
Medium. V. MEDIOS.
Torva reſponſa trucis Senatus. Sil. lib. 11. 281.
Auferre reſponſum ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 239.
Dare. Cic. 6. Verr 85. Senatus Sopatro reſponſum nullum dat, ſed commotus, perturbateſque diſcedit. Virg. 1. Ecl. 45.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.
Elicere Quintil. lib. 5. cap. 7.
Ferre ab aliquo. Cic. 1. in Catil. 19. A me quoque id reſponſum tuliſti, me nullo modo poſſe.
Reddere. Cic pro Planc. 34. Quum ſenatus impediretur quo minus id, quod hoſtibus ſemper erat tributum, reſponſum equitibus Romanis redderetur.
Reſponſa atque decreta juriſconſultorum. Cic. pro Muren. 28.
Reſponſum. Oraculum. Virg. 2. Æn. 134.
Si qua Phryges præ ſe jactant reſponſa deorum.
[illegible] Herod. 24. pag. 13. [illegible] H. St.
Reſponſum aruſpicis. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. Multa ex aruſpicum reſponſis commemorare poſſum.
E reſponſo. Tacit. 13. Ann. 24.
Perplexum reſponſum. V. PERPLEXUS.
Deluſit Apollo animam reſponſo. Virg. 6. Æn. 344.
Edere reſponſa. Tacit. 2. Ann. 54.
Horrent divûm reſponſis regna Caſpia. Virg. 6. Æn. 798.
Petunt in dubiis reſponſa. Virg 7. Æn. 86.
Poſcens reſponſa ſacerdos. Sil. lib. 1. 121.
Reddere reſponſa. Virg. 4. Georg. 401.
RESPONSIO, ōnis. f. [ἀπόκρισις, ἀπολογία] Cic. pro Corn. Balb. 36. Accuſatoris interpretatio indigna reſponſione Et in Piſon. 55. Reſponſione inimica. Quintil. lib. 9. cap. 1. Sibi ipſi reſponſio.
RESPONSUS, ûs. m. [ἀναλογία] Convenientia, conſenſuſque. Vitruv. lib 1. cap. 2. Symmetria eſt ex ipſius operis membris conveniens conſenſus: ex partibuſque ſeparatis, ad univerſæ figuræ ſpeciem ratæ partis reſponſus.
Pontanus 432. A membrorum reſponſu & conformatione. H St.
RESPONSOR, ōris. m. [ἐγγυητής] Fidejuſſor, qui pro aliquo ſpondet. Hor. 1. Epiſt. 16. 38
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur. Sed videndum numquid de eo loquatur, qui de jure reſpondebat, qualis erat Scævola & alii multi. V. q. ſeq.

Immo

Immo legendum, Quo res ſponſore. Vide Cruquium. H. St.

RESPONSIVE, Adv. Aſcon. in Verr. p. 106. Interrogative pronuntiandum eſt, & contra reſponſive.

RESPONSO, [ἀπολογέομαι] āre. frequent. Ferociter & aſpere alteri compellanti reſpondere. Plaut. Men. 4. 1. 57. Reſponſa aut loquere.

Reſponſare cupidinibus, i. e. Reſiſtere, repugnare, contradicere. Hor. 2. Serm. 7. 85. Acron.

Gallina dura malum reſponſat palato, i. e. Non ſapit, non convenit palato. Vel, ut exponit Acron, Reſiſtit, reluctatur in faucibus. Tralatio eſt. Hor. 2. Serm. 4. 18.

Fortunæ ſuperbæ reſponſare, Contumaciter reſpondere. Hor. 1. Epiſt. 1. 68.

RESPONSITO, [ἀνταπαμείβομαι] āre. aliud frequentativum a Reſponſo, reſponſas. Gell. lib. 17. cap. 19. Conſulentibus de jure publice reſponſitavit. Cic. 1. de Legib. 14. Egone? ſummos fuiſſe in civitate noſtra viros, qui id interpretari populo, & reſponſitare ſoliti ſint.

RESPUBLICA, V. ſupra in RES.

RESPUO, ui, ūtum, [ἀναπτύω, ἀποπτύω] ĕre.

Frena cum ſanguine reſpuit equus, Exſpuit. Stat. 8. Theb. 543.

Tela in aliquem reſpuere, Rejicere. Senec. Epiſt. 54. Quædam tela Philoſophia diſcutit, & in eum uſque, qui miſerat, reſpuit.

Reſpuere, Repudiare, & quaſi Cum ſputo per contemptum rejicere. Liv. 2. 41. Adeo propter ſuſpicionem inſitam regni, velut abundarent omnia, munera ejus in animis hominum reſpuebantur.

Aſpernari & reſpuere aliquid. Cic. 3. de Orat. 97.

Reſpuere aliquid, & pro nihilo putare, Cic. pro Cæcin. 56.

Conditionem reſpuere. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 42.

Conſolationem. Cic. 3. Tuſc. 79. Prodeſt hæc quidem conſolatio, ſed nec ſemper, nec omnibus: ſunt enim qui reſpuant.

Curam. Claud. conſ. Mall. Theod. 160.

Imperium. Columel. lib. 6. cap. 2.

Interdictum. Cic. 7. Att. 25. Cæſaris interdicta ſi te ſecundo lumine hic offendero, reſpuuntur.

Munere parva. Tibul. lib. 4. 1. 7.

Auribus reſpuere hominem. Cic. in Piſon. 45. Qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur?

Reſpuunt aliquid aures, per translationem. Quintil. lib. 11. cap. 1.

Reſpuit hoc ſapientiſſimi cujuſque fides. Plin. lib. 28. cap. 2. h. e. Nemo ſapiens id credit.

Cadaver humus reſpuet inviſum. Ovid. in Ibin, 170.

Ab ſe reſpuere liquorem dicuntur parietes picati, Vitruv. 7. 4.

Ictum reſpuit hoc ferri. Plin. lib. 7. cap. 15. h. e. Ferro non læditur.

Secures reſpuere dicitur lignum, Quod ſecuribus non poteſt findi. Plin. lib. 17. cap. 10.

Tela omnia reſpuit, h. e. Repulit, rejecit. Lucan. lib. 3. 484.

Tergus reſpuens vulnus: h. e. Quod nullo vulnere affici aut offendi poteſt, præ duritie. Plin. lib. 8. cap. 21.

Reſpuor. Paſſ. Lucret. lib. 2. 389.

Præterea lumen per cornua tranſit, at imber
Reſpuitur. i. e. Humorem non tranſmittunt. Juvenc. 2. 689.

Reſpuor a vobis.

RESPUENS, entis. Partic. [ἀποπτύων] pro Adj. Gell. lib. 6. cap. 15. Communium vocum reſpuens minus, & faſtidiens.

RESTAGNO, [λιμνάζω, πλημμυρέω] āre. Aquam pigram & reſidem, ſtagni modo, continere. Columel. lib. 2. cap. 17. Itaque ſi palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat, ſulcis derivanda eſt: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æque exitio eſt. Idem lib. 8. cap. 15. Ore lacus ne corrumpantur violentia reſtagnantis undæ, quæ ſemper interfluere debet, opere ſignino conſternuntur.

Aquis reſtagnantibus. Plin. lib. 5. cap. 5.

Flumina reſtagnant alto vallo. Lucan. lib. 4. 89.

Lacus reſtagnant vaſto gurgite. Sil. lib. 5. 4.

Mare. Ovid. 11. Met. 364.

Palus. Sil. lib. 8. 382.

RESTAGNATIO, ōnis. f. [λιμνασμός] Reſtagnatio Euphratis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Alvi reſtagnatio, Ructus, ut vult Hard. Plin. lib. 11. cap. 37. Ne reſtagnatio intempeſtiva alvi obſtrepat.

RESTAURO, [ἀνακαινίζω, ἀνανεόω, ἀνοικοδομέω] āre. Renovare, Redintegrare, proprieque de Ædificiis dicitur. Tacit. 3. Ann. 72. 2. At Pompeji theatrum, igne fortuito hauſtum, Cæſar extructurum pollicitus eſt, eo quod nemo e familia reſtaurando ſufficeret. Idem 4. Ann. 43. 4. Et Segeſtani ædem Veneris, montem apud Erycum, vetuſtate delapſam reſtaurari poſtulavere.

Bellum, tranſlate. Juſtin. lib. 20. 5. Ita facta ſocietate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum, velut ex integro, reſtaurat. conf. Idem 20. 10. pr. & 3. 5.

Actio furti reſtauratur. Tryphoninus in l. Si alienus. D. de noxalibus actionibus.

Obligatio vetus reſtauratur. Papinianus in l. Ob eam. D. de præſcriptis verbis. Ulpian. in l. Licet. §. 1. D. de jure dotium. Reſtauranda erit in diem priſtinum obligatio.

Servitutem. Julianus in l. Si maritus fundum. D. de fundo dotali. Redintegrare ſervitutem, dicitur ibidem, eodem ſignificatu.

RESTAURATUS, a, um. Partic. ut, Navis reſtaurata. Ulpian. in l. Quid tamen. §. In navis. D. Quib. mod. uſusfructus, &c.

RESTAURATIO, ōnis. f. Julianus in l. Si maritus fundum. D. de fund. dotal. Si eundem fundum Titio reddiderit ſine reſtauratione ſervitutis.

RESTAURATOR, ōris. m. Spon. Miſcel. p. 97. CVRAT. ET RESTAVRATOR.

RESTIBILIS, e. Adj. [παλίμβλαστος] ut,

Reſtibilis ager. Feſtus, Reſtibilis ager fit, qui continuo biennio ſeritur farreo ſpico, id eſt, ariſtato; quod ne fiat, ſolent qui prædia locant, excipere. Varro 1. de R. R. cap. 44. Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea feras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis, an in vervacto, quæ interdum requierit.

Arbor reſtibilis. Plin. lib. 16. cap. 32. Eſt in exemplis, & ſine tempeſtate, ullave cauſa alia, quam prodigii, cecidiſſe multas, ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc pop. Rom. Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis, Nuceriæ in luco Junonis, ulmo, poſtquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ita ut protinus floreret. A quo deinde tempore majeſtas pop. Rom. reſurrexit, quæ ante vaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, ſalice procidua atque detruncata: & Stagiris in Muſeo populo alba. Omnia fauſti ominis. Sed maxime mirum, Antandri platanus, etiam circumdolatis lateribus, reſtibilis ſponte facta vitæque reddita, longitudine quindecim cubitorum, craſſitudine quatuor ulnarum. Ex his Plinii verbis apparet vocem hanc, Reſtibilis, ductam eſſe a verbo Reſtituo. [An a Reſtibilio? vel poſcente Analogia, ut & Voſſius mavult, a Reſto? V. ejus Etymol. Gothofr. placet a Reſtiton, ut a Proſtituo, inquit, Proſtibulum. V. Gothofr. not. ad Varr. de L. L. 4. 4. Quaſi non & Proſtibulum a Proſtando dicatur, quia propalam proſtat. Gloſſ. Lat. Gr. Reſtibulis, Ἀγρὸς ὃς τὸ ἔτος ἐργάζεται.

Arvum reſtibile. Plin. lib. 18. cap. 17.

Craſſitudo reſtibilis. Plin. lib. 18. cap. 17.

Fecunditas reſtibilis. Plin. lib. 28. cap. 29.

Seges reſtibilis, eſt Quæ regerminat, quaſi cujus fecunditas in ſequentem quoque annum reſiſtat. V. ſupra. Varro 1. de R. R. cap. 9. Contra in agro pingui, ut in Hetruria, licet videre fructuoſas ſegetes, ac reſtibiles, & arbores prolixas.

Vinea reſtibilis. Columel. lib. 3. cap. 11.

Vinetum reſtibile. Columel. lib. 3. cap. 18. Paſtinum vocant agricolæ, ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur, unde etiam repaſtinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ reſodiebantur: hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. Reſtibilis, i. e. Quod reſtituebatur. *d'une vieille vigne, qu'on remettoit en nature, & qu'on repeuploit de nouveau plant.*

RESTIBILIO, īre. Reſtituere. Pacuv. apud Feſt. in Sas. Teucrum regi ſapſa res reſtibiliet. [Videtur pro Reſtabilio dictum. V. in dict. præced.

RESTILLO, āre. Rurſus inſtillo. Prudent. adv. Symmach. 2. 287.

— ad proprium reſtillet vena metallum. Cic. 9. Att. 7.

Litteræ tuæ mihi quiddam quaſi animulæ reſtillarunt.

RESTINGUO, vel RESTINGUO, ſtinxi, ſtinctum, [ἀποσβέννυμι] ĕre. Idem quod Exſtinguere. Plaut. Caſin. 4. 1. 16. Ignem reſtingunt aqua. Liv. 1. 39. pr. Quum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab regina retentum, &c.

Sic Gall. *Eſteindre & Reſteindre.* H. St.

Incendere & Reſtinguere, contraria. Cic. 4. de Finib. 7. Quid ille incendat? reſtinguet citius, ſi ardentem acceperit.

Ignis in aquam conjectus continuo reſtinguitur & refrigeratur. Cic. pro Roſc. Amer. 17.

Favillas ardentes reſtinxit lacte. Stat. 5. Silv. 5. 17.

Flammam reſtinguere. Hor. 1. Serm. 5. 76.

Flamma reſtinguitur. Lucret. lib. 4. 871.

Ignes reſtinguere fontibus. Virg. 2. Æn. 686.

Ignis ventu reſtinguitur. Ovid. de Reme. Amor. 807.

Incendium reſtinguere. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 42.

Reſtinguere, — & omnes

Reſtinxit ſtellas, exortus ut ætherius ſol. citat Lactant. de Falſa ſap. lib. 3. puto eſſe Lucretii de Epicuro. H. St. Apud Lucret. 3. 1057. Præſtinxit legitur, ſed in Lactantii codicibus 3. 17. 28. conſtanter Reſtinxit. Eſtque dictum, ut paulo poſt Studia reſtinguere, ex Cic.

Reſtinguere, per tranſlationem. Cic. 1. de Finib. 43. Omnium cupiditatum ardore reſtincto.

Flammam. Cic. 7. Verr. 14. Exortam videtur flammam, paucorum dolore ac morte reſtinxiſſe.

Genus ſuum. Plaut. Trin. 3. 2. 50.

Improbitatem. Cic. 3. Verr. 153. Communi præſidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt.

Incendium, ruina. V. Ruina, in suo.

Iracundias reſtinguere & cupiditates. Cic. 2. de Nat. Deor. 148.

Sermones reſtinguere, ſive rumores. Cic. 12. Att. 10. Sermunculum omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit: ſunt enim qui loquantur etiam mecum.

Sitim. Cic. 2. de Finib. 9. Eademne, inquam, quæ reſtincta ſitis? Immo alio genere: reſtincta enim ſitis ſtabilitatem voluptatis habet, inquit. Virg. 5. Ecl. 47.

— ſitim reſtinguere rivo.

Studia. Cic. in Orat. 5. Nec ipſe Ariſtoteles, admirabili quadam ſcientia & copia, ceterorum ſtudia reſtinxit. conf. Stellas reſtinguere paulo ſupra.

Reſtinguere incenſum aliquem, Sedare iram, lenire. Ter. Phorm. 5. 8. 82.

Verba alicujus. Ter. Eun. 2. 1. 24.

RESTINCTUS, a, um. Partic. [ἀποσβεσθείς] ut, Reſtinctum bellum. Cic. 11. Fam. 12. Ex tuis litteris, & ex Græceji oratione, non modo non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur.

Reſtincta eſt ſeditio, inventum eſt temperamentum. Cic. 3. de Legib. 24.

Vapor reſtinctus omnis. Virg. 5. Æn. 698.

RESTINCTIO, ōnis. f. [ἀπόσβεσις] Cic. 2. de Finib. 9. Illa autem voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

RESTIO, īvi, ītum, īre. eſt, Ad reſerendum, laborandum, colendumve aptum eſſe. Columel. lib. 3. cap. 21. Nam & quæ reſtire incipiunt tempeſtive leguntur; & quæ nondum maturitatem ceperunt uvæ, ſine diſpendio differuntur. Legitur in aliis exemplaribus, Et quæ maturescere incipiunt. Al. Putreſcere. [De hac ipſa vero lectione ne γρ. quidem in editione noviſſima Geſneri. Nec ſane ſcio quid verbi ſit.

RESTIPULOR, [ἀντεγγυάω Gl. L. G.] āri. Reſtipulari dicitur is, qui cum eo certat, a quo ſponſione eſt provocatus, i. e. Viciſſim ſtipulari, & mutuam ſponſionem exigere. Valer. lib. 2. cap. 3. tit. 1. Valerius ſponſione Luctatium provocavit, non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitavit reſtipulari Luctatius. Cic. pro Roſc. Com. 35. Tua vox eſt, Fanni: quid tu auferri peris a Flavio, ſi Flavius nihil debet? quid hic porro nunc reſtipulatur, quod jam pridem ipſe exegit? quid vero Flavius tibi daturus eſt? Budæus; Reſtipulari, pro Stipulari, ſive Viciſſim ſtipulari, vel Poſt rem actam ſtipulari. conf. Varro L. L. 5. 36.

RESTIPULATIO, ōnis. f. [ἀντεγγυησμός Gl. L. G.] Cic. pro Roſc. Com. 37. Quid enim reſtipulatio clamat? Quod a Flavio abſtulero, partem dimidiam, inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Et paulo poſt, Quis eſt hujus reſtipulationis ſcriptor, teſtis, arbiter? quis?

RESTIS, is. f. [σχοῖνος μικρός Gl. L. G.] Funiculus. In Accuſativo Reſtem vel Reſtim. Plaut. Perſ. 5. 2. 34.

Reſtim tu tibi cape craſſam, ac ſuſpende te. Ibid. 2. 4. 21. Cædere hodie ta reſtibus. Apul. 1. Met. p. 109. Elmenh. Reſtim, qua (grabatulus) erat intextus, aggredior expedire. Plin. lib. 17. cap. 10. Eaque iatrita reſtem circumlini.

Deſpaut. 271. ex Plauto,

Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim,

Et præter operam reſtim ſumpti fecerim. Non tamen conjuncte ſcribit. At ego conjuncte puto ſcribendum, ut Lucrifacio Sed in ſequentibus ponit & Aſſifacio, vide ab Aſſis. H. St. Locus Plauti eſt Caſ. 2. 7. pr. V. in Facio Sumpti facio.

Ad reſtim mihi quidem res redit planiſſima. Ter. Phorm. 4. 4. 5. Hoc adagio ſumma rerum deſperatio ſignificatur; nam in hac ſolent quidam amentes ad laqueum confugere. Juven. 6. Sat. 30.

Ferre potes dominam, ſalvis tot reſtibus, ullam? Eraſmus.

Alliorum connexa capita, Reſtes apud Plinium dicuntur, lib. 20 cap. 6. Reſtim ducere In ſaltatione dicebatur chori puerorum puellarumque manibus conſertis. Ter. Adelph. 4. 7. 34.

Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. Liv. 27. 38. de ſacrificio Junoni Reginæ facto loquens, Per manus reſte data virgines, ſonum vocis pulſu pedum modulantes, inceſſerunt.

RESTIARIUS, i. m. & RESTIO, ōnis. Vet. Gloſſ. Gr. Lat σχοινοπλόκος, Reſticularis, reſtio. Fronto, Reſtiarius, qui facit; Reſtio, qui vendit. Suet. cap. 2. vitæ tradit Auguſto proavum libertinum reſtionem exprobratum fuiſſe.

RESTICŬLA, æ. f. Dimin. [σχοινίον, σπαρτίον] Varro 1. de R. R. cap. 41. Tum enim reſticulam per ficus, quas edimus, maturas perſerunt, & eas quum inaruerint, complicant, ac quo volunt, mittunt. Ammian. 14. 23. Hirſutis reſticulis cruribus ejus innexis

RESTICŬLUS, i. m. aliud Dimin. Ulpian. in l. Si vero. §. fin. D. de iis qui dejecerunt, Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet, & damnum dediſſet. Alii legunt Reticulo. [An Retinaculo?

RESTICULĀRIS, is. m Idem quod Reſtiarius, vel Reſtio Gl. G L. V. RESTIARIUS. In iisdem Σχοινᾶς, Reſter, Reſticularis. [Forte Reſtio ſcribendum.

RESTIFER, ěri. m. Reſtiferi [σπειροφόροι] Genus militum Parthorum. V. Suidas in dict. Græca.

RESTITO, V. RESTO.

RESTĬTUO, ui, ūtum, [ἀνίστημι, ἀποκαθίστημι, ἐπανορθόω] ĕre. ex Re & Statuo; ſignificat Reponere, Reddere. Ter. And. 4. 1. 57.

Cupio, reſtitue in quem me accepiſti locum. Idem Heaut. 3. 1. 83.
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem.

Reſtituere ac reddere. Ter. Eun. 1. 2. 67.

Animum alicui. Liv. 25. 18.

Calliditatem ſuam veterem reſtituere. Cic. pro Roſc. Amer. 61. Reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam.

Fraudata. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 60. Quam maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſuis ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent.

Imperium populo Rom. Plin. lib. 7. cap. 26.

Jus reſtituens ademptum. Ovid. 1. Faſt. 626. al. Exemptum.

Nomen ſuum alicui. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 32.

Rem reſtituere alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 114. Nonne, ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet, damnatus per arbitrum, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret?

Tutelam reſtituere, pro Rationem & reliqua tutelæ, apud Africanum in l. 10. D. rem pupil ſal. fore.

Viſum reſtituere. Plin. lib. 11. cap. 37.

Reſtituere aliquem, Venia proſequi. Curt. lib. 8. 6. extr. Pretremque, antequam pro ſalute ejus precaretur, reſtituit. [Subaudi In gratiam.

Reſtituere ex toto, Perſanare. Celſ. lib. 8. cap. 20.

Dies nulla poteſt igne extinctos reſtituere. Ovid. 3. de Pont. 6. 36.

Reſtituere rem, In ſtatum priſtinum reducere. Ter. And. 3. 5. 12.

Tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem quo fretus ſiem.

In antiquum ſtatum provinciam reſtituere. Cic. 2. Verr. 12. Quam iſte per triennium ita vexavit ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit.

A limine mortis reſtituere aliquem. Carol. ad Mallium 66. 4.

Reſtituuntur proprie volentes, auctore Donato, cupienteſque: ut Civis patriæ. Cajus de Verb. ſignif. l. Plus eſt: Plus eſt, inquit, in reſtitutione, quam in exhibitione: nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere: Reſtituere vero, eſt etiam poſſeſſorem facere, fructuſque reddere.

Ejicere aliquem, & Reſtituere, contraria. Cic. pro Milon. 37. Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei, niſi fuiſſet injuſta ejiciendi?

Damnatum. Cic. 9. Fam. 10. Nec committam, ut ſi ego eum condemnaro, tu reſtituas.

Reſtitui in bona paterna. Papin. in l. Si uno. §. ult. D. loc. & cond.

Dignitatem in priſtinam. Cic. pro Domo, 87. Ruſus ab eodem populo placato ſunt in ſuam priſtinam dignitatem reſtituti.

In gaudium reſtituere. Plaut. Merc. 5. 2. 44.

In gratiam. Ter. Hec. 3. 1. 11.

Rem cognoſces, iram expedies, reſtitues rurſum in gratiam. Cic. de Provinc. Conſul. 23. Hic me meus in Rempub. animus priſtinus ac perennis cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam.

In honorem Tribunicium. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 77.

In integrum reſtituere, Integrum facere ut prius, inſtaurare, reparare. Cic. 7. Verr. 12. Hos ſolent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum reſtituantur, vincti ſolvantur, exſules reducantur. Ter. Phorm. 2. 4. 11.

— quod te abſente hic filius

Egit, reſtitui in integrum æquum eſſe & bonum. V. RESTITUTIO.

In locum antiquum gratiæ & honoris reſtituere. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap 18.

In locum reſtitui, unde quis decidit. Cic 9. Att. 14. Primum illud te ſcire volo, Sampſiceramum, noſtrum amicum, vehementer ſui ſtatus pœnitere, reſtituique in eum locum cupere, ex quo decidit.

In poſſeſſionem. Cic. pro Cæcin. 36. In poſſeſſionem in præſentia non reſtituetur.

Patientiæ veteri aliquem reſtituere. Tacit. in vita Agric. cap. 16.

Reipublicæ reſtitui. Cic. 1. Fam. 9. Quum ſe maximum fructum cepiſſe dicerent ex libertate mea: meque tum denique ſibi viſum Reipub. qualis fuiſſem, reſtitutum, i. e. Me fortem & conſtantem eſſe in libere loquendo pro Repub. defendenda, qualis ſcilicet fuiſſem ante exſilium meum.

Reſtituere, [ἐπισκευάζειν] Inſtaurare ac reficere. Cic. In Topic. 15. Si ædes exuſtæ corruerunt, vitiumve fecerunt, quarum uſusfructus legatus eſt, heres reſtituere non debet. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap 28. Ipſos oppida, vicoſque, quos incenderant, reſtituere juſſit. Ter. Adelph. 1. 2. 40. Fores effregit? reſtituentur.

Aciem reſtituere. Liv. 5. 18.

Comas turbatas. Ovid. 3. Faſt. 16.

Horam reſtituere. Cic. pro Quint. 32. Dicendum neceſſario eſt, reſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum. Vetus codex legit Præſtituendæ rectius.

Prælium, ſive pugnam. Liv. 6. 8. Idem 4. 38.

Sanitatem reſtituere, & ſanitati. Plin. lib. 20. cap. 6. Ibid. cap. 7.

Se reſtituere, ac reviviſcere. Varro 3. de R. R. cap. 16.

Vina reſtitui ſibi dicuntur, quæ mutata fuerunt. Plin. lib. 14. cap 18. Vina in apothecis Canis orto mutantur quædam, poſteaque reſtituuntur ſibi. Budæus.

Reſtituiri, pro Reſtitutum iri. Julianus l. 23. D. de actio. empti.

RESTĬTUENS, entis. Partic. ut, Capitis ulcera manantia ſanitati reſtituens. Plin. lib. 20. cap. 6.

RESTITUENDUS, a, um Partic. [ἀποκατασταθησόμενος] Plin. lib. 17. cap. 10. Inſita reſtituenda. Ovid. 4. de Pont. 13. 38.

Cæſaris imperio reſtituendus eris.

Lingua ſuppreſſa palato reſtituenda mero. Ovid. 3. Triſt. 5. 22.

RESTITŪTUS, a, um. Partic. ut, Animus reſtitutus, Liv. 28. 53. Reſtituta acie, Plin. 29. 6. Ab Alexandro reſtituta Smyrna. Idem 5. 29. Oppidum reſtitutum. Idem 6. 26. Poteſtas reſtituta. Cic. 2. de Lege Agr. 36. Lux ſaluſque. Idem pro Domo 75. conf. Ibid. 72. & 86.

RESTITŪTIO, ōnis. f. [ἀποκατάστασις] Cic. 4. Att. 1. Profecto hac reſtitutione fortunæ me ipſe non ſatis dignum judicabo.

Nemini eſt triomphus honorificentior, quam mihi ſalus reſtitutioque perſcripta. Cic. in Piſon. 35.

Reſtitutio ædificiorum, pro Inſtauratione. Ulpian. In l. Creditor. Si certum pet.

Reſtitutio in integrum. Judicium quod peracta cauſa ſequebatur a Principe pro reo, qui litem perdiderat. V. Ulp. l. 1. D. de integr. reſtit. vel Lex. Pitiſc.

RESTITŪTOR, ōris. m. Cic. pro Milon. 40. P. Lentulus, ultor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor veſtræ voluntatis, patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meæ.

Reſtitutor orbis, urbis, provinciæ, Tituli Imperatorum in nummis. V. Spanh. de U. & P. num. diſſ. 13. Vaillant. Occon. &c.

RESTITUTŌRIUS, a, um. Adj. Cajus in l. Qui proprio. §. Item D. de procurator. Item quæritur, ſi judicium acceperit defenſor, & actor in integrum reſtitutus ſit: an cogendus ſit reſtitutorium judicium accipere. Actio reſtitutoria. Ulpian. in l. Quamvis pignori. D. ad Senatuſconſul. Vellejan.

Interdictum reſtitutorium. Ulpianus in l. Stipulatio. D. de nov. oper. nuntiat.

RESTO, as, ſtiti, ſtitum, [ὑπολείπομαι] āre. Supereſſe, ſive reliquum eſſe ſignificat: & vel Perſonaliter, vel Impeſonaliter ſumi videtur.

Perſonaliter. Cic. pro Quint. 33. Illud etiam reſtiterat, quod heſterno die fecerant, ut te in jus adducerent. V. Id reſtat, infra. Idem 1. Off 9. Qui e diviſione tripertita duas partes abſolverit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Item ad Brut. 15. Longa ſunt, quæ reſtant.

De viginti reſtabam ſolus. Ovid. 3. Met. 687.

Dum reſto. Idem 3. 626.

Dum noctes reſtant de menſe ſecundo. Ovid. 2. Faſt. 758.

Reſtat reliquum. Ter. Hec. 4. 2. 11.

Reſtat ex. Cic. 2. de Invent. 109. Quid etiam nobis ex eo genere reſtet, & quare reſtet, admonendum videtur.

Id reſtat etiam: ironia eſt, qua Terentius utentem Æſchinum inducit in Adelph. 2. 1. 34. qui lenoni dicenti,

Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,
Perjurus, peſtis: tamen tibi a me nulla eſt orta injuria: reſpondet,
Nam hercle etiam id reſtat.

Cic 13. Att. 13. Illud utique ſcire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, niſi forte Brutum: id hercle reſtabat. Quaſi dicat: Invidia exſiſtit inter pares: at Varro neutiquam Bruto comparandus: cur igitur ille invideat? conf. ſupra e pr.

Reliqua pars eſt, & reſtat. Cic. pro Marcell. 28. Hæc igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, ut Rempublicam conſtituas.

Hoc nunc reſtat. Ter. Heaut. 5. 5. 22.

Reſtat aliud nihil, niſi. Ter. Phorm. 1. 2. 35.

Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere.

Quid reſtat, niſi porro, &c. Ter. Hec. 3. 1. 20.

Nihil reſtat præter. Cic. 3. Q. frat 1. In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem, ſed tamen nihil ei reſtabat, præter balnearia, & ambulationem, & aviarium.

Unum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, ut Domitio non ſubveniat. Cic 8 Att. 7.

Reſtat Impersonaliter. Cic. 2. de Divin. 70. Reſtat etiam de Chaldæis: ſed primum auſpicia videamus.

Ire reſtat. Hor. 1. Epiſt. 6. 27.

Ire tamen reſtat, Numa quo pervenit & Ancus.

Reſtat ut. Cic. 4. Acad. 19. Reſtat ut his reſpondeamus, qui ſermonibus ejuſmodi nolint perſonas tam graves allegari.

Reſtat mihi. i. e. Futurum eſt, manet me. Virg. 7 Æn. 271.

Hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant. [Hic perſonale eſt.

Reſtare, Retro ſtare, Remanere, vel reſidere, ac immorari, vel remorari, Ter. And. 2. 6. pr.

Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Idem Eun. 2. 3. 11.
Ut illum di deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt:
Meque adeo, qui reſtiterim.

Cic pro Ligar. 5. Tertium eſt tempus, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit. Item 3. Off 110. Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. & pro Muren. 79. Ab illo in ſpeculis atque inſidiis relicti, in capite atque in cervicibus noſtris reſtiterunt. [Niſi Præterita ſunt totidem a Reſiſto. q. V.

Ratio nulla eſt reſtandi. Lucret. lib. 2. 881.

Reſtare, Reſiſtere. Ter. Heaut. 3. 1. 6.

In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? ego neſcio. Cic. 5. de Fin. 74. Quin etiam ipſi voluptarii diverticula quærant, & virtutes habeant in ore totos dies, voluptatemque primo duntaxat expeti dicant, deinde conſuetudine, quaſi alteram naturam effici, qua impulſi multa faciant, nullam quærentes voluptatem. Stoici reſtant. [i. e. Reliqui ſunt, de quibus agamus.

Reſtat pro Diſtat ait Ennium ponere, cum is dicat,

Impetus, aut longe mediis regionibus reſtat. Feſtus. Sobaudi Verrius. [Sic legit Scalig. & in verſu Enniano Impetus aſt, &c. Malim Quin petis. Haut longe, &c. Haut, pro Haud, antique.

Reſtavi, pro Reſtiti. Propert. 2. 25. 53.

Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtaverit undas. al. Reſtabit ad.

RESTANS, antis. Partic. [illegible] Sil. lib. 10. 65.

Nunc in reſtantes mucronem cominus urget.

Clauſtra reſtantia ſolvit. Sil. lib. 7. 130. i. e. Obſtantia. Ita Æra clauſtris reſtantia. Lucret. 2. 450.

Larvinæ reſtantes adverſus pila & gladios. Tacit. 3. Ann 46. 6.

Dona reſtantia flammis. i. e. Quæ ex flammis reliqua fuerunt & relicta incendio. Virg. 1. Æn. 683.

RESTITRIX, icis. f. Plaut. Truc. 4. 2. 5.

RESTITO, [illegible] āre. frequent. Plaut. Capt. 3. 2. 3.

— ita me miſerum reſtitando,

Retinendoque laſſum reddiderunt. Ter. Eun. 4. 4. pt.

Etai foras, ſceleſte! at etiam reſtitas?

Ubi reſtitaret, mortem denunciantes. Liv. 7. 39.

RESTĬTANS, antis. Partic. Liv. 10. 19. Prope reſtitantes Conſules. Idem 30. 31. Reſtitantem ac tergiverſantem attraxerim. conf. Plin. lib. 8. cap. 16.

RESTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, [illegible] ĕre. Retro ſtringere, ſive Valde ſtringere. Plaut. Capt. 3. 1. 25.

Saltem ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent. Plin. 6. Epiſt. 19. Nam ſumptus Candidatorum, fœdos illos & infames, ambitus lege reſtrinxit.

Reſtrinxit Bellona faces. Stat. 11. Theb. 413. al. Reſtinxit rectius.

Sol exortus reſtrinxit ſtellas. Lucret. lib. 3. 1057. al. Præſtinxit, vel Reſtinxit. V. RESTINGO.

Reſtringere ſermonem, V. SERMO. H. St.

Reſtringere ad, pro Aſtringere. Plin. 1. Epiſt. 8. Nam quum omnes homines ad cuſtodiam pecuniæ natura reſtrinxerit.

Reſtringere, Solvere. Apul. Jumentum reſtrinxit, abireque ſtabulo liberum ſivit, quod ſtabularius inventum mox domum reducit.

Reſtringere viam, Aperire. Lucret. lib. 2. 403.

Hæc magis hamatis inter ſe nexa teneri,

Proptereaque ſolere vias reſtringere noſtris

Senſibus, introituque ſuo perrumpere corpus.

Reſtringere, Rurſus ſtringere. Apul. Et duplici, ne ſolvi facile queat, reſtringit.

Reſtringit nauſeam hæc herba. h. e. Reprimit, coercet, facit ad vel contra nauſeam. Plin. lib. 8. cap. 27. Ex vetuſto codice legendum Reſtinguit.

RESTRICTUS, a, um. [illegible] Partic. ut,

Lacertis reſtrictis ſenſit lore. I. e. Vinctis. Hor. 3. Carm. 5. 33.

Membra catena reſtrictus. Catul. Argon. 64. 296.

Imperium reſtrictum. Tacit. 15. Ann. 48. 5. Idque pluribus probatur, qui in tanta vitiorum dulcedine ſummum imperium, non reſtrictum, nec perſeverum volunt. I. e. Auſterum & rigidum.

Reſtrictus, pro Avaro & parco, per tranſlationem: quoniam qui avari ſunt, pecuniam ita ſtringunt, ut nihil prodigant aut profundant. Cic. 3. Fam. 8. Quum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior.

Reſtrictus & tenax. Cic. pro Planc. 54.

Compar. Plin. 9. Epiſt. 19. An reſtrictius arbitraris, per orbem terrarum legendam dare duraturam memoriam ſui, quam uno in loco duobus verſiculis ſignare quod feceris?

Superl. Imp. Cod. 1. 2. 17. l. 2. §. 10. Reſtrictiſſima regula.

RESTRICTE, [illegible] Parce, cui opponitur Plene. Cic. de Amicit. 58. Ditior mihi & affluentior videtur eſſe vera amicitia, nec obſervare reſtricte, ne plus reddat quam acceperit.

Reſtricte præfinire. Cic. 2. de Legib. 45. Sed ego cetera non tam reſtricte præfinio, vel hominum vitiis, vel ſubſidiis temporum victus.

Parce & reſtricte. Cic. 2. de Fin. 42. Nec tamen cur id tam parce tamque reſtricte faciant, intelligo.

Superl. Plin. lib. 5. Epiſt 8. Tam ſi laudaveris, parcus: ſi culpaveris, nimius fuiſſe dicaris, quamvis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris.

RESTRICTIM, aliud Adv. Idem. [illegible] Afranius, Eaque firmo federe melius conſultoribus, quam reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus. Nonius, 11. 53.

RESTRICTIO, ōnis. f. Auguſtin. de Morib. Eccl. Cath. cap. 31. Epularum reſtrictio.

RESTRIGO, āre. Non ſtrigare, non interquieſcere. Sen. Epiſt. 4. Surge & reſtriga, ac clivum iſtum uno, ſi potes, ſpiritu exſupera. V. Scalig. ad Propert. p. 281. & in Catalect. p. 240.

RESTRUO, xi, ctum, ĕre. Rurſus ſtruere. Tertull. Apol. cap. 6. Licet aras reſtruxeritis. Idem de Reſ. Carn. cap. 31. Deus eam reſtruebat fidem, quam populus deſtruebat.

RESTRUCTUS, a, um. Partic. ut, Altitudo muri reſtructa. Nepos, 2. 6. 5. al. Exſtructa. Tertull. ad Nation. 2. 10. Varro commemorat ſtatuas a Senatu dejectas, non niſi per vim popularium reſtructas.

RĔSŪDO, āre. Curt. 7. 10. 3. Solum, ſub quo amnis fluit, ne modico quidem reſudat humore.

RESŪDANS, antis. Partic. Curt. 5. 1. 12. Toto fere ſolo, propter venas aquarum, reſudante.

RĔSULCO, āre. Prudent. Vincent. 144.

Præſicca rurſus ulcere

Manus reſulcans diruet.

RĔSOLTO, āre. V. RESULTO.

RĔSŪMO, ſumpſi, ſumptum, [illegible] ĕre. Iterum ſumere. Plin. 4. Epiſt. 13. pr. Vereor enim ne ſi hanc intentionem jam in finem laxavero, ægre reſumam. Idem 2. Epiſt. 18. Nam beneficio tuo in ſcolam redeo, & illam dulciſſimam ætatem quaſi reſumo.

Ponere & Reſumere, oppoſita. Ovid. 9. Met. 524.

Inque vicem ſumptas ponit, poſitaſque reſumit.

Curas principales reſumere. Plin. Paneg. cap. 79. Hic Conſularibus curis exſolutus, principales reſumpſit.

Gemitus reſumere, Iterare. Stat. 6. Theb. 11.

Tela. Ovid. 2. Amor. 9. 14.

Vires, Recuperare. Ovid. 9. Met. 39.

RESUMPTUS, a, um. Partic. Ovid. 4. Met. 665.

— pennis ligat ille reſumptis

Parte ab utraque pedes. Ibid. 15. 743.

— ſpecie cæleſte reſumpta.

RESUMPTIO, ōnis. f. [illegible] Vide EPANALEPSIS. H. St. V. Barth. Adverſ. 9. 2554. de uſu hujus vocis in re medica.

RESUMPTĪVUS, a, um. [illegible] Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. Odoramenta reſumptiva.

RESUMPTŌRIUS, a, um. Idem Acut. 3. 8.

RĔSUO, ui, ūtum. [illegible] ĕre. Iterum ſuere: aliquando contrarium ſignificat ſuo ſimplici; ut apud Suet. Aug. cap. 94. Sumenti virilem togam, tunica lati clavi, reſuta ex utraque parte, ad pedes decidit.

RĔSŪPĪNO, [illegible] āre. Invertere, ſupinum aliquid devolvere. Ter. Phorm. 5. 6. 24.

Pone apprehendit pallio, reſupinat: reſpicio: rogo,

Quamobrem retineat me. Liv. 4. 19. Adſurgentem ibi regem umbone reſupinat. Plin. lib. 24. cap. 17. Hac admota, leones reſupinari cum hiatu laxo.

Reſupinare collum. Plin. lib. 10. cap. 34.

Valvas reſupinare. Propert. lib. 4. 9. 64.

Reſupinare, Pervertere. Juven. 3. Sat. 112.

Horum ſi nihil eſt, aulam reſupinat amici. [Ita Mſſ. Sed Aviam, in correctis eſt libris. Et hanc tamen lectionem probare nequeo, quum manifeſte abſurda ſit. Vetus Scholiaſtes Et anum reſupinat legiſſe videtur, unde forſan ſciolus Aviam reformavit. Si hoc minus arridet, lege

Horum ſi nihil, ancillam reſupinat amici. Eſt autem ſenſus obſcœnus.

Reſupinare, A propoſito ſuo incœpto revocare, differre. Accius, Quid agis? perturbas rem omnem, ac reſupinas, ſoror. Nonius, 2. 734.

RESUPINĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Juven 8 Sat. 176.

Et reſupinati ceſſantia tympana Galli. conf. Petron. cap. 29. & Vitruv. 3. 3.

RĔSŪPĪNUS, a, um. Adj. [illegible] Qui ventre in altum converſo eſt, facie in cælum verſa. Plin. lib. 7. cap 2. Eoſdemque ſciopodas vocari, quod in majore æſtu humi jacentes reſupini, umbra ſe pedum protegant.

Jacuit reſupinus humi. Ovid. 4. Met. 121.

Hæret curru reſupinus inani. Virg. 1. Æn. 480.

Corpore phocarum ſummo reſupina profundo. Ovid. 2. Met. 267.

Spiritus reſupinus. Lucret. lib. 1. 38.

Eque tuo pendet reſupini ſpiritus ore.

Stans reſupinus in ungues. Martial lib. 12. 78.

Multis dum precibus Jovem ſalutat,

Stans ſummos reſupinus uſque in ungues. Mos erat precantium, ut cælum reſpicientes reſupini ſummis pedum digitis inſiſterent. Domitius.

Vultus reſupinus. Martial 9. 44.

Reſupinus, pro Molli & effeminato. Quintil. lib. 5. cap. 12. Quapropter eloquentiam, licet hanc libidinoſam reſupinos voluptate auditoria probent: nullam eſſe exiſtimabo, quæ ne minimum quidem in ſe indicium maſculini & incorrupti, ne dicam gravis & ſancti viri, oſtendet.

Reſupinus, Negligens. Paul. l. 25. ff. de probat. Qui ſolvit, nunquam ita reſupinus eſt, ut facile ſuas pecunias jactet. conf. SUPINUS.

RĔSURGO, ſurrexi, ſurrectum, [illegible] ĕre. Rurſum ſurgere. Ovid. 1. Faſt. 523.

Victa tamen vinces, everſaque, Troja, reſurges.

Reſurgere dicitur herba, vel arbor, quæ rurſus creſcit. Plin. lib. 13. cap. 9. Sed præcipua utilitas, quod cæſa anno tertio reſurgit. De ſpina Ægyptia. V. Reſtibilis arbor, in RESTIBILIS. Ovid. 2. Amor. 16. 9.

Amor reſurgens. Virg. 4. Æn 531.

Incendium reſurrexit. V. INCENDO.

Majeſtas reſurrexit. Plin. lib. 16. cap. 32.

Res Romanæ reſurgent contra ſpem. Liv. 24. 43.

Urbs reſurrexit. Curt. 5. 7. 9. Adde Paterc. 1. 7. 4. & Propert. 4. 1. 87.

RESURRECTIO, ōnis. f. [illegible] Tertull. de Reſ. Carn. paſſim. quomodo Eccleſiaſtici omnes pro Mortuorum reſuſcitatione, & vulg. interpr. Biblior, ut Matth. 22. v. 28. & 32.

RĔSUSCĬTO, [illegible] āre. Iterum ſuſcitare. Ovid. 8. Met. 474.

— poſitamque reſuſcitat iram.

Legatum reſuſcitatur. Paul. in l. Si ſervo. D. de adimend. legat.

Prior obligatio novo pacto reſuſcitatur. Paulus in l. Si unus ex. §. Sed ſi pactum. D. de pactis. [Gloſſ. Gr. Lat. Ἀνεγείρω, Reſuſcito, Excito.

RESUSCITATIO, ōnis. f. Tertull. Reſ. Carn. cap. 30. & 25.

RESUSCITĀTOR, ōris. m. Idem ibid. cap. 30.

R E T

RET. P. Retro pedes.

RETÆ, arum. f. pl. ſunt Arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alveis ipſorum exſtant: a retibus dictæ, quod prætereuntes naves impedirent, & quaſi irretirent. Unde ex edicto Prætorum, retanda flumina locari ſolebant, hoc eſt, purganda, ne quid aut moræ aut periculi navibus in ea virgulto incidentibus fiat. Hæc fere Gell. lib. 11. cap. 17. ex libro Gaji de Origine vocabulorum. Hinc

RETO, āre. ut, Retare flumina, pro Purgare. Gell. l. c. V. Voſſ. Etymol.

RETĀRIUS, i. m. Inſcr. Vet. NEGOTIATOR ET RETARIVS

RĔTĀLIO, āre. pro Talionem, ſive par referre, apud Juriſconſultos non raro uſurpatum. Talio (inquit interpres verborum juris Spiegelius) pœnæ genus eſt ex Duodecim tabulis, quo damnum illatum ſimili damno penſabatur: veluti ſi oculus eruatur ei, qui alteri oculum effoderit. Unde Retaliare dicimus, Quum par pari refertur. Gell. 20. 1. Quod per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet.

RĔTARDO, [illegible] āre. Remorari, retinere. Cic. de Senect.

nect. 57. Agro bene colto nil poteſt eſſe, nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius, ad quem fruendum, non modo ſe non retardat, verum etiam invitat, atque allectat ſenectus. Plin. Epiſt. 123. Sed quid imprudens, quem revocare conor, retardo? Cic. 1. Att. 7. Sed, mihi crede, ſimulatque hoc noſtrum legeront, neſcio quo pacto retardantur.
In via aliquem retardare. Cic. 10. Philipp. 11. Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres.
Flumina objecta retardant equos. Virg. 3. Georg. 253.
Ora retardare. Ovid. 3. Met. 82.
— inſtantiaque ora retardat
Cuſpide prætenta.
Retinere ac Retardare. Columel. lib. 11. cap. 2.
Incitari & Retardari, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 103. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſæpe etiam inſiſtunt.
Animum alicujus retardare. Cic. 3. Verr. 17. Quum iſte, atque iſtius amici, homines lauti & urbani, ſermones hujuſmodi diſſipaſſent, quo animos teſtium retardarent.
Celeritatem. Cic pro Lege Manil. 22. Ut eorum collectio diſperſa, mœrorque patrius, celeritatem perſequendi retardaret.
Impetum reprimere, ac retardare. Cic. pro Lege Manil. 13. Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt, ac retardatos. Hirt. Bell. Afric. 68
Iter retardare. Ovid. 3. Triſt. 9. 32. al. Morari.
Loquacitatem. Cic. In Vatin 2.
Maritum alterius retardare dicitur formoſa. Hor. 2. Carm. 8. extr.
Menſes mulierum. Plin. lib. 21. cap. 21.
Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet. Ovid. 3. Triſt. 7. 22.
Aliquoties retardati ſunt Bœotii. Nepos, 15. 9. 2. conf. Tacit. 4. Hiſt. 34. 9. Idem 6. Ann. 35. 5. & Curt. 4. 15. 28.
Retardātus, a, um. Partic. Suet. Othon. cap. 8. Et primo egreſſu inundationibus Tiberis retardatus. Idem Galba, cap. 20. In auxilium advolavere, ſed ſerius, itinere devio, per ignorantiam locorum, retardati. conf. Hirt Bell. Afric. cap. 66.
Juvenes retardata arte. Claud. 1. In Eutrop. 345.
Retardatio, ōnis. f. [ἐποχὴ] Mora. Cic. 5. Philipp. 30. Unde eſt adhuc bellum, niſi retardatione & mora?
Plur. Retardationes facere. Vitruv. 4. 9.
Rĕtaxo, [ἀντιγυμνάζω] āre. Suet. Veſpaſ. cap. 13. Licinium Mucianum notæ impudicitiæ, ſed maritorum fiducia minus ſui reverentem, nunquam niſi clam, & hactenus retaxare ſuſtinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clauſulæ, Ego tamen vir ſum. Retaxare, eſt Eum a quo fueris taxatus, ſuorum vitiorum admonere, & viciſſim reprehendere.
Rēte, is. n. [δίκτυον, σαγήνη, ἀμφίβληστρον] Quo piſces capiuntur. Plaut. Rud. 4. 2. 8.
— neque piſcium ullam unciam hodie
Pondo cepi, niſi hoc, quod nunc fero in rete. Cic. 2. de Nat. Deor. 103. Ut in araneolis, aliæ quaſi rete texunt: ut ſi quid inhæſerit, conficiant: aliæ ex inopinato obſervant, &c.
Rete, ab raritudine dicitur, ut ait Varro de L. L. 4. 29. Al. A rapio. V. Voſſ Etymol.
Retis jactus V. jacio.
Fallentia retia. Ovid. 2. de Arte Am. 189.
Rete jaculum. Plaut. Aſin. 1. 1. 86.
Jubes una opera me piſcari in aere,
Venari autem reti jaculo in medio mari. Nemo, inquit Turnebus, venari poſſit in mari, nemo piſcari in aere, ſed venari & aucupari Rete autem jaculum dicitur ad verriculi diſcrimen. Nam jaculum jacitur, funditque etiam appellatur a Marone, e fundendo vel e fundo; [illegible], e Græcis dicitur, inquit Servius, & recte jaculum vocatur. Verriculum autem non jacitur, ſed verritur, id eſt trahitur. Plaut. In Truc. 1. 1. 14. de reti jaculo,
Quaſi in piſcinam rete qui jaculum parat. Alii emendant, Recte qui jacit vim parat, quibus non aſſentior. Hactenus Turnebus. V. Jaculum, in jacio. [Rete jaculum, non in piſcatus, ſed in aucupii inſtrumento erat. Verum alioqui rete.
Rara retia. Virg. 4. Æn. 131.
Exire retibus. Lucret. lib. 4. 1141.
Retia dolum meditantur cervis. Virg. 5. Ecl. 60.
Ponere retia cervis. Virg. 1. Georg. 307.
Servare retia. Virg. 3. Ecl. 75.
Summittere alicui retia. *Baiſſer les rets, & le laiſſer evader.* Plin. lib. 9. cap 8. Saltu nullus conatur evadere, ni ſummittantur ſibi retia.
Tendere retia cervis. Ovid. 1. de Arte Am. 45. Idem 5. Epiſt. 19.
Retia ſæpe comes, maculis diſtincta, tetendi.
Retis, m. & f. quidam probant ex Plaut. in Rud. 4. 3. 5.
Non vides me referre uvidum retem, ſine ſquammoſo pecu? Ubi in noſtris exemplaribus nunc legitur Uvidum rete, neutro genere. Varro 3. de R. R. cap. 5. Intra retem aves ſunt omne genus, maxime cantrices; ut luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculum, cibus objicitur ſub retem. [Plaut. in eadem Sce. v. 45.
Ubi demiſit retem atque hamum, quicquid hæſit, extraho. Gloſſ. Lat. Gr, Retes augurales, [illegible]. An Retia Aucupalis? Niſi vox augurii.
Retia, æ. f. [δίκτυον] antiquum pro eodem, ut nonnullis placet. Plaut. Rod. 4. 1. 9.
Jam nunc & operam ludos facit, & retiam. Nunc, legitur Retie, neutro genere. [Vet. Gloſſ. Gr. Lat. Δίκτυον, Retium. Δίκτυον [illegible], Plagulæ, retium, retia. & Lat. Gr. Retia, Δίκτυα, Σαγήνα. Niſi neutrum pl. eſt, ut puto.
Reticŭlum, i. n. dimin. [δικτύδιον] Plin. lib. 31. cap. 6. Item demiſſæ reticulis in mari concavæ e cera pilæ, vel vaſa inania obturata, dulcem intra ſe colligunt humorem.
Reticulum, [κεκρύφαλος] Genus retis, quod in orbem ſpargitur: unde aliquando capitur pro Muliebri faſcia, quæ capillos continet. Juven. 2. Sat. 96.
Reticulumque comis auratum ingentibus implet.
Reticulum, ait Nonius 14. 32. Tegmen capitis mulliebre. Varro, Suſpendit laribus marinas molles pilas, reticula, ac ſtrophia.
Reticulum, Faſcia quædam lanea, vel linea ad formam retis facta, quam faciei admovemus ne agnoſcamur, vel ut naribus ſuaves odores admovemus. Cic. 7. Verr. 27. Ipſa autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo: reticulumque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. Maſculinum eſſe hic contendit Nonius 3. 188.
Reticulum junceum vel lineum. Columel. lib. 12. cap. 51.
Reticulum, Inſtrumentum luſorium, quo pilam accipimus & remittimus. Ovid. 3. de Arte Am. 361.
Reticuloque pilæ leves fundantur aperto.
Reticulum, Sacculus in modum retis, quo viatores pecuniam & panem geſtant. Hor. 1. Serm. 1. 47.
Non tuus hoc capiet venter plus quam meus; ut ſi
Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam, &c. Ubi Acron; Reticulum, Rete quo in urbe panis inter venales ſervos portari ſolet.
Reticula etiam appellantur Cancelli quibus loca ſeparantur a communi acceſſu. Feſtus in voce Seceſpita; Sacraria in Templis reticulo æneo olim ſepiebantur, in quo tubæ relictæ ſunt, per quas manibus ſacra tangere licet.
Retiacŭlum, i. n. [δικτύδιον] antiquum Diminutivum a Retia, ut nonnullis placet. Plaut. Aſin. 1. 1. 86. Quidam legunt Jaculo: alii Reti jaculo. V. ſupra in rete.
Reticŭlus, i. m. [κεκρύφαλος] Plin. lib. 12. cap. 14. At hercule Alexandriæ ubi tura interpolantur, nulla ſatis cuſtodit diligentia officinas. Subligaria ſignantur opifici. Perſonæ adjicitur capiti, denſuſve reticulus: nudi emittuntur. V. Lex. Pitiſc.
Reticuli e nervis, pro Cancellis. Varro 3. de R. R. cap. 5. Inter columnas exteriores, pro pariete reticuli e nervis ſunt, ut perſpici in ſilva poſſit, & quæ ibi ſunt, neque avis ea tranſire.
Maſculine etiam protulit Ulp. in l. fundi nihil. D. de action. empt. & vend. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia, vela, ædium non ſunt. conf. Non. 3. 188. [Gloſſ. Lat. Gr. Reticulus, [illegible], καὶ Κεκρύφαλος. Reticulum, Γύργαθος, genere utroque.
Reticulātus, a, um Adj. [δικτυωτὸς] Quod factum eſt in modum retis. Plin. lib. 36. cap. 22. Dictyotheton vocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſſime Romæ ſtruunt, rimis opportunam.
Feneſtræ reticulatæ, Reticulis objectis munitæ. Varro 3. de R. R. cap. 7. conf. Vitruv. 2. 8.
Retiŏlum, i. n. dimin. Apul. Met. 8. Calcata retiola. Gloſſ. Cyrill. Retiolum, [illegible]. [Nec hoc in Gloſſ. reperio, & apud Apul. p. 202. Elmenh. femininum eſſe apparet a Recto Retiola, æ.
Retiārius, i. m. [δικτυοφόρος] Gladiatoris genus, qui rete immittit. Nam compoſiti gladiatores per paria, diverſa nomine ſortiebantur. Nam alter dicebatur Retiarius, quod rete jaceret: alter Sequutor, periode ac retiarium fugiens, vel ſegam ſtimulans, ſequeretur. Quintil. lib 6. cap. 3. Et Pedo de Mirmillone, qui retiarium conſequebatur, nec feriebat: Vivum, inquit, capere vult. V. Gladiator in gladius, & Sequutor, in sequor & Voſſ. Etymol.
Retiario pugnante adverſus Mirmillonem cantatur Non te peto, piſcem peto, quid me fugis, Galle? Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum eſt, ipſique Mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Hoc autem genus pugnæ inſtitutum videtur a Pittaco, uno ex ſeptem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus, propter controverſiam finium, quæ erant inter Atticos & Mytilenæos, rete occulte lato, impedivit Phrynonem. Feſtus.
Contra retiarium ferula. Martial. in præf lib 2. Denique videas an te delectet contra retiarium ferula. i. e. An id faciendum tibi putes, quod nemo non damnet atque exſibilet. Domitius Calderinus interpres admonet ſubeſſe Proverbium, dici ſolitum in eos, qui infirmo præſidio contra maxime inſtructum pugnarent. Quanquam idem paulo poſt alio dilabitur, nempe huc, gladiatores olim, ſi minus placuiſſent, ferula cæſos ejici ſolere. Eraſmus.
Retiarius, Qui retia conficit. Gloſſ. Gr. Lat. Δικτυοπλόκος, Retiarius.
Retina, æ f. [ἀμφιβληστροειδὴς] ſive Retiformis, & Reticularis, eſt in oculis tunica, ſive Pellicula pertenuis, quæ in duas dividitur partes, anterior Aranea nominatur: poſterior retina. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. lib. 16. cap. 1. V. Anatomicos.
Rĕtĕgo, texi, tectum, [ἀνακαλύπτω, ἀποκαλύπτω] ĕre. Nudare, aperire. Virg. 1. Æn. 360.
— cæcumque domus ſcelus omne retexit. Juven. 6. Sat. 277.
Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.
Animi commenta retegere. Ovid. 13. Met. 38.
Caput retexit. Petron. cap. 17.
Conſilium. Hor 3. Carm. 21. 15.
Damna dies clara retexit *Pharſalica*. Lucan. lib. 7. 787.
Diem lucifer retegens. Ovid 8. Met. 1.
Inſidias. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 214.
Orbem retexit Titan radiis. Virg. 4. Æn. 119.
Pectus. Ovid. 13. Met. 459.
Silvas ferro, Cædere. Stat. 3. Theb. 174.
Thecam nummariam retegere. Cic. 4. Att. 7.
Vultus retegit ſciſſo velamine. Lucan. lib. 8. 669.
Retectu es, dixit Lucretius, forma quadam Paſſivi Præteriti, lib. 3. 30.
His tibi me rebus quædam divina voluptas
Percipit, atque horror, quod ſic natura tua vi
Tam manifeſta patens ex omni parte retecta es. Sic enim legendum contendit Lambinus, non Retecta eſt, ut vulgo.
Retectus, a, um. Partic. [ἀνακαλυφθεὶς] ut, Res luce retectæ. Virg. 9. Æn 461. conſ. 12. 374.
Idem quod Tectus, reconditus. Suet. Aug. cap. 78. Poſt cibum meridianum, ita ut veſtitus calceatuſque erat, retectis pauliſper pedibus, conquieſcebat. [An Rejectis? Solet enim minima quæque hujus principis attingere, ſitum corporis, geſtus &c.
Rĕtendo, di. ſum, vel tum, [ἀνίημι] ĕre. Laxare, contrariam habet ſignificationem ſuo ſimplici. Ovid. 2. Met. 419.
Exuit hic humero pharetram, lentoſque retendit
Arcus. Ibid 3. 166.
— Nympharum tradidit uni
Armigeræ jaculum, pharetramque arcuſque retentos.
Paſſive. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Retin-

Retento, [illegible] āre. Ex Re & Tento compoſitum; Iterum tentare. Ovid. 1. Met. 746.
— timide verba intermiſſa retentat. I. e. Iterum tentat proferre. Idem 10. Epiſt. 11.
Nullus erat, referoque manus, iterumque retento.
Memoriam retentare. Sen. Epiſt. 73. Diu res iſta non retentavit memoriam meam.
Studium retentāre, Intermiſſa ſtudia repetere. Ovid. 5. Triſt. 12. 51.
Viam leti ſine fine retentet. Ovid. 11. Met. 792.
Retento, frequent. a Retineo. V. ſuo loco.

Retentātus, a, um. Partic. ut, Dominatio retentata. Aur. Vict. de Cæſ. 37. 1.
Precibus fruſtra retentatis. Ovid. 14. Met. 382.

Retergeo, ſi, ēre. Rurſus tergere. Ammian. 29. 37. Reterſit obrutas rudaribus foſſas.

Rĕtĕro, trivi, tritum, [illegible] ĕre. Iterum terere, purgare. Columel. lib. 2. cap. 21. extr. Pura deinde frumenta, ſi in annos recondontur, reteri debent. Emendati libri præferunt, Repurgari.

Retrīmentum, i. n. pr. comm [illegible] a Retero; ſicut Detrimentum a Detero. Varro lib. 1. de R. R. cap. 64. Amurca, quum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum conditum in vas fictile.
Retrimentum, Excrementum fæculentum, & ſtercus ipſum. Macrob. lib. 7. cap. 4. In ventre fit prima digeſtio, cujus fæx, retrimenta ſunt, quæ per inteſtina inferiora orificio trudente labuntur. Idem, Aridiore retrimento in alvum convenire refert, humidiora in veſicam retrahi. Intelligit Stercora & urinam. Hæc, Recrementa a Celſo vocantur. Gellio item quum ait, Recrementa aridiora in alvum conveniunt. V. recrementum in recerno. [Videntur hæc duo vocabula veteri errore confuſa, ut ex his, quæ ibidem ex Gloſſ. aſcripſi apparet. Gloſſ. Cyrill. [illegible], Stercus, Retrimentum.

Rĕtexo, texui, textum, [illegible] ĕre. Quod textum erat, diſtractis filis reſolvere, & non textum reddere.
Telas intertextas retexere. Stat. 3. Silv. 5. 9.
Penelopes telam retexere. V. penelope.
Properata fata retexere. Reſolvere, ut poſſit qui mortuus eſt ad vitam redire. Ovid. 10. Met. 31. al. Fila, quod eodem redit, quum de Parcis intelligatur Fata hominum filo nentibus.
Idem ordo retexitur, Reſolvitur. Ovid. 15. Met 249.
Plenum orbem Luna quater retexuit, Diſſolvit. Ovid. 7. Met. 531.
Nomen retexere, Reminiſci. Stat. 9. Theb. 148.
Retexere, per tranſlationem, Irritum facere. Cic 2. de Orat. 158. Et ad extremum, ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modo ea, quæ jam non poſſint ipſi diſſolvere, ſed etiam quibus ante exorſa, vel potius detexta prope retexantur. Ovid. de Rem. Amor. 12.
Nec nova præteritum Muſa retexit opus.
Retexere orationem, pro in contrarium mutare, expolire, emendare, vel potius Rurſus texere, & ordiri quaſi aliam telam. Cic. 2. Philipp. 32. Itaque jam retexo orationem illam: ſcribam & illos, ut ſi qui forte quod a te mihi objectum eſt, quærent ſitne verum. i. e. Quod negabam confiteor.
Novi timores retexunt ſuperiora. Cic. 11. Fam. 14. i. e. Irrita & vana reddunt.
Se ipſum retexere. Cic. 11. Fam. 28. An quod adoleſcens præſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam?
Retexere, pro Diſſolvere, revocare, irritum facere. Cic. 4. Verr. 63. Omnia erant Metelli ejuſmodi, ut totam ſuam Præturam retexere videretur. Supra dixerat, Ut omnes iſtius injurias, quas poſſet, retexeret. Budæus.
Retexi, Inf. Paſſ. [illegible] Reſolvi. Lucret. lib. 2. 530.
Hæc neque diſſolvi plagis extrinſecus icta
Poſſunt, nec porro penitus penetrata retexi.

Retexens, entis. Partic. [illegible] Hor. 2. Serm. 3. 2.
— ſcriptorum quæque retexens.

Retextus, a, um. Partic. Ovid. 3. Amor. 9. 30.
Tardaque nocturno tela retexta dolo.

Retiarius, **Reticulum**, **Reticulus**. V. rete.

Rĕtĭceo, [illegible] ēre. A loquendo deſiſtere: & proprie de iis dicitur, quæ dolorem ſive ſollicitudinem afferent. Ter Heaut. 1. 1. 33.
Ne lacrima: atque iſtuc quicquid eſt, fac me ut ſciam.
Ne retice: ne verere. Cic. 2. de Legib. 41. Quoniam mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo.
Nihil nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo. Cic. 1. Q. frat. 2.
Non poſſum reticere. Catull. ad Mallium, 66. 41.
Patefacere & Reticere, contraria. Cic. 14. Fam. 2. Quod ii, qui ea patefacere poſſent, propter metum reticuiſſent.
Negare & Reticere. Cic. 3. Verr. 90. Hoc tantum facinus, non modo negare interrogati, ſed ne producti quidem reticere poterant.
Celare & Reticere. Cic. 3. Off. 36. Neque enim id eſt celare quicquid reticeas: ſed quum quod tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire.
Reticere de. Cic. 3. Verr. 139. Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit, alio reſponſionem ſuam derivavit.
Dolores reticere. Propert. lib. 1. 10. 13.
Paſſiv. Ovid. 20. Epiſt. 151.
— reticetur formula pacti.
Arteriæ reticendo acquieſcunt. Auctor ad Herenn lib. 3. 21.

Reticens, entis. Partic. Compar. Auctor ad Herenn. 2. 10. Alius alio reticentior eſt in dolore. al. Recentior.

Reticendus, a, um. aliud Partic. Propert 2.24.4. Reticendus amor.
Multa reticenda lingua modeſta. Ovid. 19. Epiſt. 63.
Crimina reticenda deorum. Stat. 1. Theb. 230.

Reticentia, æ. f. [illegible] eſt, Quum id non dicitur quod dici debuit, ut vitium ædium, vel rei venalis. Cic. 3. Off 65. A Jureconſultis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. Plaut. Merc. 5. 2. 52.
Quid taces? dic: enecas me miſerum tua reticentia.
Eſt & Figura rhetorica, Gr. [illegible]. V. Quintil. 9. 2. & Cic. 3. de Orat. 205.

Retina, V. rete.

Rĕtĭneo, tinui, tentum, [illegible] ēre. Remorari, quod & Detinere dicitur. Ter. Phorm. 1. 3. 23.
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis
Retinere, amare, amittere. Ovid. 1. de Arte Am. 393.
Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo.
Aliquem retinere, Remorari. Cic. 13. Att. 14. Quare, niſi jam profecti ſunt, retinebis homines.
Euntem retinere. Ovid. 18. Epiſt. 99.
Firmis vinclis. Ovid. Rem. Amor. 213.
Abalienare & Retinere, contraria. V. abalieno.
Amore patriæ retineri. Ovid. 1. Triſt. 3. 49.
Animo ſtudia retinere. Cic. 1. Tuſc. 1. Retuli me, Brute, te hortante maxime, ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo intervallo intermiſſa revocavi.
Aſſenſum retinere, Dictum eſt in assensus. Puto eſſe tamen apud Ciceronem. H. St. Suſtinere ſe ab aſſenſu, vel Aſſenſum ſuſtinere, continere, cohibere frequentius Cic. dicit. Sed iſtuc tamen etiam ex 4. Acad. quæſt. affert Nizol. ubi ſæpius Aſſenſus vel Aſſenſionis retentio occurrit. V. infra hoc verbale.
Complexu retinere. Cic. pro Planc. 100. Ut me Plancius & complexu ſuo retinuit.
Cuſtodiis retineri atque ſervari. Cic. 5. Verr. 60. Equitem Romanum ſcitote biduum cibo, tectoque prohibitum, biduum Leontinis in foro cuſtodiis Apronii retentum atque ſervatum: neque ante dimiſſum, &c.
Memoria retinere. Cic. pro Roſc. Amer. 33. Neque plura tamen dici poſſunt, quam pop. Rom. memoria retinet. Nepos 25. 5. 11.
Menſa. Ovid. de Rem. Amor. 631.
Non facile eſuriens poſitæ retinebere menſæ.
Morbo retineri. Liv. 34. 10.
Tempeſtatibus retineri. Cic. 11. Att. 16. At eas Cephalioni dedi, qui multos menſes tempeſtatibus retentus eſt.
Vi aliquem retinere, aut metu. Cic. 4. Verr. 7. Ac si qui contra iſtum legatos decreverant, & teſtimonium publicum, mandataque acceperant, vi ac metu retinerentur.
In fide retinere animos ſociorum. Liv. 25. 41.
In officio. Cic. pro Roſc. Amer. 70. Ut quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſummoverentur.
In poſſeſſione. Cic. 2. Off. 65. Quam quidem ante hanc confuſionem temporum in poſſeſſione ſua principes retinuerunt.
Sermone in longo aliquem retinere, Occupare longo ſermone & detinere. Cic. 4. Att. 15. Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet.
Virtute retineri in vita. Cic. 3. de Finib. 61. Neque his qui virtute retinentur in vita, nec his qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda.
Commiſſa retinent aures. Hor. 1. Epiſt. 18. 70.
Gaudia, non retinere. Lætitiam præ ſe ferre. Ovid. 12. Met. 285.
Gemitus non retinere. Ovid 4. Faſt. 461.
Lacrimas. Ovid. 1. Met. 648.
Manus. Ovid. 6. Met. 35.
Nummos & ſimilia. Cic. 5. Verr. 170. Quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes.
Pilam. Cic. in Piſon. 69. Iſte claudus (quomodo ajunt) pilam retinere: quod acceperat, teſtificari. V. pila.
Se retinere. Cic. 1. de Legib. 52. Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem.
Retinere dicitur qui adverſum aliquem tenet, inquit Donatus. Ter. Adel. 1. 1. 32.
Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo quam metu. [i. e. In officio continere.
Retinere, Fulcire, vel aliquem retrahere, ne cadat. Plaut. Curc 2. 3. 32.
— retine, retine me obſecro.
Vide, ut capulluit? datin' iſti ſellam, ubi aſſidat cito. Ter. Heaut 2. 4. 23. Oh! retine me, obſecro.
Retinere, pro Tenere etiam accipitur. Cic. 6. Verr. 74. Sagittæ pendebant ab humero, ſiniſtra manu retinebat arcum.
Retinere, Relinquere. Plin. 10 Epiſt. 40. Et in publicis officiis retinere damnatos, non ſatis honeſtum putabam.
Judicem retinere aliquem. Cic. 2. Verr. 31. Quem ego hominem, ſi ejus fidei diffiſus eſſem, judicem non retinuiſſem.
Amicos retinere, Conſervare. Cic. pro Quint. 59. Id egit, ut amicos obſervantia, rem parcimonia retineret.
Caritatem retinere in aliquem. Cic. de Amicit. 70. Quum cogniti ſunt & aut deorum, aut regum filii inventi, retinent tamen caritatem in paſtores, quos patres per multos annos eſſe duxerunt. i. e. Amant ſemper ipſos paſtores.
Decus nativum retinent inviolata. Ovid. de Nuce 52.
Dignitatem in Rep. Cic. 1. Att. 13. Sum enim & ab obſervando homine perverſo liber, & ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem ſolutus.
Exiſtimationem. Cic. pro Cluent. 56. Affirmabat enim lacrimans, non ſe cupidiorem eſſe civitatis retinendæ, quam exiſtimationis.
Fidem in amicitia, Fidelem eſſe. Cic. de Amicit. 90. Una illa ſublevanda offenſio eſt, ut & utilitas in amicitia, & fides retineatur.
Gratiam alicujus. Cic. 2. Q. frat. 3. Quæ tibi eo ſcribo quod me de retinenda Sextii gratia litteris ſæpe monuiſti. Idem 1. Att. 1. Vides enim in quo curſu ſumus, & quam omnes gratias, non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus.
Gravitatem. Cic. 1. Off. 137. Rectum eſt autem etiam in illis contentionibus, quæ cum inimiciſſimis fiunt, etiamſi nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere.
Humanitatem. Cic. 3. Verr. 65. Hic Philodamus, poſtquam jus ſuum obtinere non potuit, ut humanitatem ſuam retineret laborabat.
Invidiam ſuam apud improbos. Cic. 2. Att. 9. Sunt enim illi apud bonos invidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem invidiam, alienam ſumpſiſſem.
Judicium ſuum. Cic. 1. de Finib. 50. Qui ſuum judicium retinent, ne voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum: Hi voluptatem maximam adipiſcuntur, prætermittenda voluptate. i. e. In ſuo judicio perſeverare.

Jus retinere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 5.
Jus ſuum. Cic. de Senect. 37. Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.
Juſtitiam. Cic. 1. de Invent. 3. Urbibus conſtitutis, ut fidem colere, & juſtitiam retinere diſcerent.
Majeſtatem retinere, pro Conſervare, [διαφυλάττειν] Cic. in Orat. 102. Jus omne retinendæ majeſtatis Rabirii cauſa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarſimus.
Memoriam gratiſſimam alicujus rei. Cic. 3. de Legib. 29. Illa vero, etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimamque memoriam retinet conſulatus tui, pace tua dixerim, non modo cenſores, ſed etiam judices omnes poteſt defatigare.
Modum ludendi. Cic. 1. Off. 104. Ludendi etiam eſt modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.
Morem. Cic. 2. de Finib. 2. Qui mos cum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum revocavit.
Officium retinere, pro In officio manere. Cic. pro Cluent. 133. Neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt.
Pacem. Cic. Cn. Magno, 8. Att. 11. Meaque ſemper fuerit ſententia, primum de pace, vel iniqua conditione retinenda, deinde de urbe.
Religionem retinere. Cic. 2. Verr. 46. Obſervant quemadmodum ſe unuſquiſque veſtrûm gerat in retinenda religione, conſervandiſque legibus.
Spem retinere. Tacit. 3. Hiſt. 84.
Veritatem. Cic. pro Quint. 75. Unum tamen hoc cogitent, ita ſe graves eſſe, ut ſi veritatem volent retinere, gravitatem poſſint obtinere.
Virtutem. Cic. 15. Fam. 19. Itaque & Panſa, qui ἡδονὴν ſequitur, virtutem retinet.
Vitam retinere. Cic. 5. Verr. 81. Hic tantum potuit, ut nemo illo invitu, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet.
Utilitatem hæc & gratiam retinent. Plin. 2. Epiſt. 8.
Retineor, Paſſiv. Lucret. lib. 2. 453.

Nec retinentur enim inter ſe glomeramina quæque. i. e. Non cohærent inter ſe, neque manent conſtipatæ. Lambinus.

RETINENS, entis. [κατέχων] Partic. ut,
Retinentis pocula ſite manu. Lucret. 1. 495.
Ferociam retinens. Salluſt. Catil. 60.
Vento retinente morari. Ovid. 13. Epiſt. 3.
Membra retinentia aliquid animæ. Ovid. 6. Met. 644.
Retinens, Adj. cum Genitivo, ut
Dignitatis retinens. Cic. 1. Q. frat. 2. 3. Fert enim graviter, homo & mei obſervantiſſimus, & ſui juris, dignitatiſque retinens.
Modeſtiæ retinens. Tacit. 5. Ann. 11.
Superl. Gell. lib. 10. cap. 20. Saluſtius quoque proprietatum in verbis retinentiſſimus.
RETINENDUS, a, um. Partic. [καθεκτέος] ut, Cura retinendæ puellæ. Ovid. 2. de Arte Am. 295. V. ſupra plura.
RETENTUS, a, um. Partic. [κατεχόμενος Gloſſ. L. G.] h. e. Detentus, remoratus. Martial. lib. 1. 47.

Exſpectare jube: velocius ibo retentus. Cic. 1. Verr. 29. Potamonem, ſcribam & familiarem tuum, retentum eſſe a Verre in provincia, quum tu decederes. Sen. Epiſt. 9. Retentus in navigatione longa. Ovid. 6. Faſt. 741.

Solliciti terrentur equi, fruſtraque retenti,
Per ſcopulos dominum duraque ſaxa trahunt.

Lingua retenta metu. Ovid. 11. Epiſt. 32.
Verba dolore retenta. Ovid. 10. Met. 474.
Hoc retento, reliqua voluntas auctoritati aut gratiæ traditur. Cic. 3. de Legib. 39.
RETINENTIA, æ. f. Tenacitas, & memoria. Nomen Lucretianum, & aliis, quod ſciam, inuſitatum: quod ſignificat, inquit Lambinus, [illegible], ſive μνήμην, i. e. Recordationem ſeu memoriam rerum præteritarum: vel, ut quidam malunt, Continuationem quandam partium, ex quibus conſtamus, permanentem. Lucret. lib. 3. 676.

Nam ſi tantopere eſt animi mutata poteſtas,
Omnis, ut actarum exciderit retinentia rerum, &c. Idem eodem libro v. 864.
Interrupta ſemel cum ſit retinentia noſtri.

RETENTIO, ônis. f. [κατάσχεσις, ἐποχὴ Gl. L. G.] Cic. 13. Att. 21. Semperque Carneades [illegible] pugilis, & retentionem aurigæ ſimilem facit ἐποχῇ. Idem 4. Acad. 59. Ex his illa neceſſario nata eſt ἐποχὴ, id eſt aſſenſionis retentio. & 79. Illud certe, opinatione & perceptione ſublata, ſequitur, omnium aſſenſionum retentio: ut ſi oſtendero nihil poſſe percipi, tu concedas nunquam aſſenſurum eſſe. conf. Vitruv. 9. 4. & Lactant. 6. 10.
RETENTUS, ûs. m. Claud. in Rufin. 2. 418. Viviorque imitere retentus.
RETENTOR, ôris. m. Apul. 1. Florid. Retentores ſuos toto corpore obſidere.
RETINAX, âcis. Adj. Symmach. 1. Epiſt. 47. Retinax advenarum lotos. H. St. In Lugd. deſiderabatur.
RETINACULUM, i. n. [ὅπλα, ῥυτὴρ, δέσμωμα, κατοχεὺς Gl. L. G.] Quo aliquid retinetur. Virg. 1. Georg. 265.

Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

Retinacula vitæ abrupit multo Corellius. Plin. 1. Epiſt. 12. ad Caleſtrium Tironem. h. e. Poſthabitis omnibus rationibus, quæ eum retinere potuiſſent in vita, mori decrevit.
Unca retinacula. Stat. 3. Silv. 2. 32.
Ferit retinacula ferro ſtricto. Virg. 4. Æn. 580.
Prærumpere puppis retinacula. Ovid. 14. Met. 547.
Solvere retinacula. Ovid. 7. Epiſt. 55.
RETENTO, [κατέχω] âre. frequent. Cic. 2. de Divin. 17.

Quæ penitus ſenſus hominum vitaſque retentat. Ex poeta. Lucan. lib. 4. 723.
Ipſe cava regni vires in valle retentat. h. e. Retinet exercitum.

Cælum a terris retentare. i. e. Facere ne cælum cum terris miſceatur. Lucret. lib. 2. 728.
Frena retentare. Ovid. 2. Amor. 9. 30.
Lora retentat. Sil. lib. 4. 211.
Cur me retentas? Plaut. Aſin. 3. 3. 92.

Qui tanquam cochlea abſcondens retentat ſeſe tacitus. Auct. ad Herenn. 4. 46.
Retento, compoſitum a Tento, are. V. ſuo loco.
RETENTANS, antis. Partic. Aur. Vict. de Cæſ. 41. 10. Liberis Cæſarum nomina retentantibus. i. e. Retinentibus.
RETENTATOR, ôris. m. Caſſiod. 2. Epiſt. 10. & 1. Epiſt. 20. Gloſſ. Cyrill. Διακατοχεύς, Poſſeſſor, Detentator, Retentator.
RETENTATRIX, îcis. f. Macrob. 7. Saturn. 4. Secundæ huc cura virtutis eſt, quam Græci, quia retentatrix eſt, vocant καθεκτικήν. De Digeſtione.
RĔTINGO, [ἀναβάπτω] ĕre. Stat. 1. Silv. 4. 78.

— nec in otia pacis
Permiſſum laxare animos, ferrumque retingi. Sed hic legendum puto, Recingi, i. e. Diſcingi. Pallad. 13. tit. 2. Vinum myrtite retingemus.

RETIS, V. RETE.
RETO, âre. V. RETÆ.
RĔTONDEO, di, ſum, [ἀποκείρω] ēre. Omnino vel perfecte tondere. Plaut. Pſeud. 1. 2. 26.

At hæc retonſa eſt. 2. ſine ſiet, itidem quoque vos eſtis plagis omnes. Rectius al. Retunſa.

RETONSUS, a, um. Partic. Plin. lib. 18. cap. 17. Retonſarum vero etiam ſemel omnino certum eſt, granum longius fieri. De ſegetibus.
RĔTŌNO, [ἀντιβροντάω] âre. Contra tonare, reſonare. Catul. de Berecynth. 61. 82.

Face cuncta mugienti fremitu loca retonent. Verba Cybeles ad Furorem.

RETORPESCO, ĕre. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 2. Priſtini ſenſus retorpeſcunt.
RĔTORQUEO, torſi. tortum, [ἀντιστρέφω, ἀναστρέφω] ēre. Retro torquere, vel remittere. Cic. de Senect. 83. Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit. Vetus codex legit, Neve tanquam Peliam recoxerit. Ovid. 3. Met. 68.

Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit.

Retorquere aliquem, pro In alteram partem invertere. Quintil. Decl. 16.
Colla retorquere ferocis equi. Ovid. 4. Epiſt. 79.
Currus averſos retorſit. Virg. 12. Æn. 485.
Retorqueri ſub terra. Plin. lib. 17. cap. 10. h. e. Reflecti.
Retorquere telam, Diſſolvere, retexere. Plin. lib. 11. cap. 22. Prima telas bombycinas retorquere, &c. Ex vetuſto codice legendum, Redordiri.
Retorquere ſarmentum. Columel. lib. 4.
Oculos. Ovid. 10. Met. 686.
Oculos ad urbem. Cic. 2. in Catil. 2. Retorquet oculos profecto ſæpe ad hanc urbem, quam e ſuis faucibus ereptam eſſe luget.
Animum ad præterita. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 3.
Retorquere gubernacula. Retro flectere, i. e. Reverti. Plin. Paneg. cap. 86. extr. Nec dubito quin agitaverit ſecum, an gubernacula retorqueret: & feciſſet, niſi quod pæne ipſo contubernio principis felicius, jucundiuſque eſt deſiderare principem.
Crimina in aliquem, Rejicere. Ulp. l. 14. §. 6. Dig. de bon. libert. Si ab eo petitus, retorſit in eum crimina.
RETORQUENS, entis. Partic. Virg. 8. Æn. 460.

Demiſſa ab læva pantheræ terga retorquens. Tertull. de Pallio cap. 2.

RETORTUS, a, um. Partic. [ἀνεστραμμένος] ut, Retortæ cervices. Plin. Paneg. cap. 34. Quum delatorum ſupina ora, retortaſque cervices agnoſcebamus, & truebamur.
Brachia tergo retorta. Hor. 3. Carm. 5. 22.
Manibus retortis trahi. Hor. 2. Epiſt. 1. 191.
Specus in cochleam retorti. Columel. lib. 8. cap. ult.
Undæ violenter retortæ. Hor. 1. Carm. 2. 13.
RETORSIO, ônis. f. verbum vulgare JCtorum.
RETORRESCO, [ἀποξηραίνομαι] ĕre. Retorridum fieri. Columel lib. 3. cap. 9. Deinde ſæpe non ita enutriunt, ut ante convaleſcant ac proſiliant, quam retorreſcant. Idem cap. 5.
RETOSTUS, a, um. Partic. [ἀνάφρυκτος] Iterum toſtus. Plin. lib. 13. cap. 4. Marceſcitque non retoſtus furnis.
RĔTORRIDUS, a, um. Adj. [κατάξηρος] Quod intempeſtive, amiſſis viribus, a ſole retorretur. Columel. lib. de Arbor. cap. 17. Si in olea unus ramus aliquanto ceteris lætior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem lib. 3. cap. 11. Igitur ſi non retorrida & ſcabra, ſed lævia & nitida, & prolixa fecundaque viderimus, eam intelligemus eſſe terram ſurcularem. conf. Plin. 13. 19.
Retorridi rami. Sen. Epiſt. 12.
Retorridum etiam dicitur Quod igne combuſtum eſt: ut Seneca vocat manum Mucii Scævolæ retorridam, Epiſt. 66.
Retorrida frons. Columel. lib. 2. cap. 2.
Tralate, Veteratorius, verſutus, vafer. ut, Phædr. 4. 2. 7.

Aliquot ſecutis, venit & retorridus:
Qui ſæpe laqueos & muſcipulam effugerat, &c. De mure.

RETORRIDE, Adv. [κατεξηραμμένως] Plin. lib. 17. cap. 5. Terram amaram, ſive macram, ſi quis probare valit, demonſtrant atræ herbæ, frigidam autem retorride nata.
RETOSTUS, V. RETORRESCO.
RETRACTO, V. RETRAHO.
RETRĀDO, tradidi, traditum, ĕre. pr. comm. Rurſus tradere. Pomponius in l. Tenetur. D. de action. empt. & vendit. Si aream tibi vendidi certo pretio, & tradidi, ita ut inſula ædificata partem dimidiam mihi retradas: verum eſt, ut ædifices, agere me poſſe ex vendito, & ut ædificatam mihi retradas.
RETRĀHO, traxi, tractum, pr. comm. [ἀνέλκω, ἀφέλκω, ἀνέχω, ἀνακωχεύω] ĕre. Retro trahere: ſive Rurſus, vel in contrariam partem trahere. Virg. 5. Æn. 709.

Nate dea, quo fata trahunt, retrahuntque, ſequamur. Cic. pro Cœl. 63. Licinium autem, cum jam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Idem de Senect. 83. Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit.

Non habeo certum, quæ res te hinc maxime retrahat. Cic. 5. Fam. 14.
Retrahere ad ſe argentum. Ter. Heaut. 4. 2. 11.

Ex

Ex fuga retrahere. Plaut. Merc. 1. Perioch. 7.
Retrahere verba fugitiva. Varro lib. 4. de L. L. pr. Quare illa, quæ jam majoribus noſtris ademit oblivio, fugitiva ſi ſedulitas Mucii & Bruti retrahere nequit, non, ſi non potuero indagare, eo ero tardior. Translatio eſt: Fugitivi enim ſervi dicuntur retrahi, qui e fuga reducuntur ad herum. unde & apud Varronem de R. R. 1. 24. pr. Fugitivarius dicitur, qui fugitivum conquirit & ſectatur. De verbis igitur, ut de ſervis, honeſta præclaraque tranſlatione loquutus eſt. Turnebus Adverſ. 24. 29. Alii poſt Fugitiva diſtinguunt, ut ſit Fugitiva oblivio.
Retrahere ſe ne. Cic. pro Cœl. 64. Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum ſe retraxit, ne pyxidem traderet, quam ſi non retraxiſſet?
Ab ictu ſe retrahere. Ovid. 3. Met. 87.
Aliquem a ſtudio. Ter. prol. Phorm. pr. i. e. Revocare. Sic, Retrahere aliquem a Republica. Cic. pro Sext. 34.
Scipio Annibalem in Africam retraxit. Cic. 2. de Finib. 56.
Verſus errones retrahere in corpus. Plin. 1. Epiſt. 10.
Nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit. Tac. 16. Ann. 1.
Retrahere ſe, Deſiſtere a re aliqua. Catull. ad Alphenum, 28. 9. Hor. 1. Epiſt. 18. 58.
Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis. i. e. ut Lambinus explicat, Ne te nimis longe abducas ab exercitationibus tuis, &c.
Retrahere verba, pro Reducere & quaſi reſorbere: quum interventu alicujus ſermonem interrumpimus. Senec. Epiſt. 3.
Paſſiv. Retrahi ex fuga. Salluſt. Catil. 47. extr. V. Partic. RETRACTUS.
RETRAHENS, entis. Partic. Cic. in Salluſt. 10. Ipſa republica manu retrahente me.
RETRACTUS, a, um. Partic. [ἀφελκυσθεὶς, ἀνελκυσθεὶς] Cic. 6. Philipp. 10. Neſcio quomodo ſe conjecit in urbem, atque ita mæſtus rediit, ut retractus, non reverſus videretur.
Retractis ac reſupinis capitibus. Columel. lib. 2. cap. 2.
Retractus in tutum animus. Senec. de Benef.
Retracti, Fugitivi dicuntur, quum reprehenduntur, ut apud Cic. in Verr. Tranquillus Reprehenſus dicit. Salluſtius Catil. cap. 47. extr. Cæparius (namque is paulo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio ſenatori traditur. Idem cap. 48. Ad Catilinam proficiſcentem ex itinere retractum eſſe ajebant. Bud. conf. cap. 39.
Retractus locus, pro Remoto. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gallum, Hujus a læva retractius paulo cubiculum eſt amplum. Liv. 34. 9. Hiſpanis retractior a mari trium millium paſſuum in circuitu murus erat.
Retractus, pro Abdito. Liv. 36. 1. Theſpienſium emporium eſt in intimo ſinu Corinthiaco retractum.
RETRACTIO, ōnis. f. pro Contractione. Vitruv. 3. 3. Retractiones graduum. Macrob. 1. Saturn. 14. pr. Modo auctio, modo retractio dierum proveniebat.
RETRACTUS, ûs. m. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 1. Bellicam machinam retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant.
RETRACTO, pr. comm. [ἀνθέλκομαι] āre. Rurſus, vel retro trahere; frequentativum a Retraho, ut Tracto a Traho. [Niſi potius ab hoc ipſo eſt compoſitum, etſi a retinuit, cum alia compoſita in e mutent, ut Contrecto, Attrecto, Detrecto.
Arma retractare. Liv. 2. 30. Tutius viſum eſt defendere inermes Latinos, quam pati retractare arma.
Mentem. Tacit. Germ. 22. extr. Ergo detecta & nuda omnium mens, poſtera die retractatur, & ſalva utriuſque temporis ratio eſt.
Retrahere. Virg. 12. Æn. 889.
Quæ nunc deinde mora eſt, aut quid jam, Turne, retractas?
Largitiones retractare, Revocare, reprobare, Trajanus ad Plin. lib. 10. 112. pr.
Retractare. [ἀναπολεῖν] Revocare, velut ſub incudem, repolire, repetere. Plin. 7. Epiſt. 6. ad Macrinum, Præceptum eſt Serviano, ut vacaret finitam cauſam retractanti, ſi quid novi afferret.
Pedamenta retractare. Columel. lib. 4. cap. 26. Tamen in his, hæc eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandæ, &c. Quibus verbis abunde declarat quid ſit Pedamenta retractare, nimirum Superioris anni pedamenta in manus reſumere, rurſum exacuere, putrefactis partibus amputatis, inutilia rejicere, redolare, ut ita dicam. Gallis dicitur, *Remanier, reparer*.
Retractare aliquid, Rurſum tractare, ut ait Feſtus, ſive Refricare, & iterum commemorare, [ἀναμιμνήσκειν] Cic. 8. Att. 9. Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando. Plin. ad Septitium, lib. 1. Epiſt. 16. Ex ſtudio. Hor. 2. Carm. 1. 38.
Sed ne relictis, Muſa procax, jocis,
Ceæ retractes munera næniæ.
Vulnera cruda retractare, Rurſus vel frequenter contrectare. Ovid. 3. Triſt. 11. 19. Idem 4. Triſt. 4. 41.
Neve retractando nondum coeuntia rumpe Vulnera.
Actiones retractare, i. e. Repetere, & iterum tractare & reſcribere, repolire, emendare. Plin. 5. Epiſt. 8. Egi magnas & graves cauſas, has deſtino retractare. Ibid. Reſcribere vocat. Budæus.
Dicta retractare. Virg. 12. Æn. 11.
Materiam eandem. Quintil. lib. 2. cap. 4. V. Partic. RETRACTATUS.
Verba deſueta. Ovid. 5. Triſt. 7. 63.
Diligenter retractare. Cic. 2. de Nat. Deor. 72. Qui omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo.
Retractare ac recogitare ſecum. Columel. in præfat. lib. 1.
RETRACTANS, antis. Partic. [ἀνθελκόμενος] Salluſt. Fragm. cap. 7. Vos muſſantes & retractantes verbis. conf. Liv. 3. 49. pr. & cap. 52. & 53. Item Aurel. Vict. de Cæſ. paſſim.
Retractans juvencus, & calcitroſus, Qui non poteſt facile duci quo volumus, & retractat ac renuit. Columel. lib. 2. cap. 2. Alii legunt Retrectantem per e ſecundam vocalem. Gallice, *Reſtif*.
RETRACTĀTUS, a, um. [ἀναμεμηχανευθεὶς] aliud Partic. Quintil lib. 2. cap. 4. Quoties eandem materiam, rurſus a me retractatam, ſcribere de integro juberem.
Compar. Retractatius opus, pro Emendatiori, & lituris pleno. Cic. 16. Att. 3. Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum & refectum. Quaſi dicat Limatius & politius.
RETRACTATIO, ōnis. f. [ἀναμεμηχάνησις] Actus ipſe retractandi: h. e. Opinionem revocandi. Cic. 13. Att. 25. pr. Conficies igitur, & quidem ſine ulla dubitatione, aut retractatione. Idem 5. Tuſc. 29. Sine retractatione libere dicere. V. Gronov. ad Liv. 3. 49.
RETRACTĀTOR, ōris. m. Tertull. de Jejun cap. 15. Retractator officii. conf. Salmaſ. ad Spartian. Hadr. c. 12. & ad Getam, c. 4. pr.
RETRECTANS, RETRECTO, &c. V. ſuperius RETRACTANS, &c. in RETRACTO.
RETRĬBUO, ui, ūtum, pr. comm. [ἀνταποδίδωμι, ἀντιμείβομαι] ĕre. notæ ſignificationis, Reddere. Cic. pro Roſc. Com. 44. Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis ſeveriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam. Idem Anteq. iret in exſil. 1. Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Liv. 2. 41. Pecuniam acceptam retribui populo. Rebus retribuere corpora. Lucret. lib. 5. 278.
RETRIBŪTUS, a, um. Partic. Paulin. Epiſt.
Nec retributa ſuis, nec potienda tibi.
RETRIBUTIO, ōnis. f. Auguſt. Civ. Dei, 22. 23. Tertull. adv. Marc. 5. 4. & 2. 18. Lactant. 4. 13. & 6. 18.
RETRIBŪTOR, ōris. m. Paulin. Nolan. Epiſt. 11. Salvian. Gub. Dei. 1. Tertull. adv. Marc. 4. 29. & 5. 16.
RETRĪCES, um. pr. com. aut, ſi a Gr. ῥεῖθρον, ut vult Martin. longa. Rivuli nomen extra Urbem, ex quo aqua irrigandorum pratorum ac hortorum gratia derivabatur. Feſtus, Retricibus quum ait Cato, in ea quam ſcripſit, quum ediſſertavit Fulvii Nobilioris cenſuram, ſignificat aquam eo nomine, quæ eſt ſupra viam Ardeatinam, inter lapidem ſecundum & tertium, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam, uſque ad Latinam. conf. Nardin. Rom. vet. 3. 3. vel Lex. Pitiſc.
RETRIMENTUM, V. RETRO.
RETRO, Adv. utraq. comm. ut vult Ricciol. ut Voſſ. & Borrich. ult. prod. [ὄπισθεν, ἀπίσω, ὀπίσω, ἄψορρον] contrarium habet Ante. Ter. Heaut. 5. 1. 29.
Eſt mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro. Plin. lib. 28. cap. 6. Contra lippitudines retro aures fricare prodeſt.
Retro ad Alpes verſus iter mihi incidit. Cic. 8. Fam. 15.
Retro & A tergo. Cic. 1. de Divin. 49. Tum viſam belluam vaſtam, &c. præcepiſſeque ut pergeret protinus: quid retro, atque a tergo fieret, ne laboraret.
Retro inhibita roſtrata. Liv. 30. 10. V. INHIBEO.
Vocare retro aliquem. Virg. 4. Georg. 495.
Longe & Retro. Cic. 5. Tuſc. 87. Ut omnia, quæ ſine ea ſint, longe & retro ponenda cenſeat. Ibid. 6. Quod tam longe retro reſpicere non poſſunt. Virg. 5. Æn. 428.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu.
Abſcedere retro. V. ABSCEDO.
Ambulare retro. Plin. lib. 7. cap. 45.
Cedere retro, ſive unica dictione, ut aliis placet, Retrocedere. Liv. 8. 8. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo, eos retro cedentes in intervalla ordinum principes recipiebant.
Cedentia retro ſemper arva Auſoniæ. Virg. 3. Æn. 496.
Commeare retro. Cic. 3. de Nat. Deor. 31. Cumque eadem viciſſim retro commeant.
Dare retro, & Retro reddere. Marcellus in l. Si quis duos. D. de ſolution.
Diſcedere retro. Lucret. lib. 4. 911.
Fluere retro amnes noſtra vidit ætas. Plin. lib. 2. cap. 103.
Fugit retro. Virg. 11. Æn. 405.
Ire retro. Hor. 3. Carm. 10. 10.
Properare retro. Ovid. 5. Epiſt. 31.
Recurrere retro, pro Reciprocum eſſe. Plin. in Paneg. cap. 38. extr. Cur enim poſteris amplior honor, quam majoribus haberetur? cur a non retro quoque recurreret æquitas eadem? [i. e. Majoribus etiam impertiatur.
Referri retro. Virg. 1. Georg. 200.
Ruere retro. Stat. 12. Theb. 19.
Verſa retro. Virg. 10. Æn. 6.
Dubiique diſceſſerint, in caſtra Galli, Græci retro ad naves, victos ſe, an victores putarent. Livius lib. 7. pag. 9. a principio. Legati retro, unde venerant, iverunt. Sic ὀπίσω Herodot. lib. 1. non procul ab initio, ὀπίσω ἀπελαύνειν. Eum fortaſſe voluit imitari. H. St. Prior Livii locus exſtat lib. 7. cap. 25. Alterum reperire difficile eſt, quum loci notatio paginis neque Frob. neque Feirab. quas alias denotat, reſpondeat. Herodoti locus eſt ubi de Arionis fabula. Ita autem ſæpe idem ſcriptor, ut paulo ſupra de Cyaxare, ἀπονοστήσαι ὀπίσω.
Retro, pro Ante, uſurpavit Jul. Capitol. in Pertinace cap. 9. Stipendia, inquit, plurimis retro debita exſolvit. Pacatus in Paneg. Theodoſii pr. Cum te ſemper ultra omnes retro principes laudari oportuerit. Quomodo videtur etiam uſus Plin. ad Trajanum 10. Epiſt. 119. a fine, Hic quoque, ait, non mediocriter hæreo, ne cujuſquam retro habeatur ratio, dandumque quod tunc, quum vincerent, non debebatur.
Sic, Retro-anni, Retro ſæcula, &c. per hyphen dicuntur. V. Borrich. Cogit. adv. Sciopp. p. 282. & Gruter. Inſcript. p. 281. n. 4. & p. 283. n. 11. [Hic eſt Adv. temporis.
Retro, pro Contra, vel e converſo. Africanus in l. Si de eo. D. de acqu. vel amitt. poſſeſſ. Non ideo magis hoc tempore clam poſſidere me videri ait. Nam retro quoque, ſi ſciens tuum non a domino emerim, &c.
RETRŎĂGO, ēgi, actum, [ἀναχωρίζω, ἀναποδίζω] ĕre. Plin. lib. 7. cap. 44. Aut quos non honores curruſque illa ſua violentia Fortuna retroegit, per mediam urbem Cenſore tracto?
Capillos retroagere. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Expoſitionem. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Ordinem. Quintil. lib. 12. cap. 2. conf. Mela 3. 1.
RETROACTUS, a, um. Partic. Quintil. lib. 9. cap. 4. Dactylus retroactus vocatur Anapæſtus. [i. e. Inverſus.
RETRŎCĒDO, ĕre. Liv. 8. 8. Pede preſſo retrocedentes. Al. diviſe Retro ced. V. in RETRO.
RETROCESSUS, ûs. m. Apul. Doctr. Plat. 1. p. 53. Elmenh. Proceſſus & retroceſſus, &c.
RETRŎCĬTUS, a, um. Partic. a Retrocieo. Lucret. lib. 4. 546.
Aut reboat raucum retrocita barbara bombum. Sed lectio varia eſt.
RETRŎDŪCO, ĕre. Vitruv. 10. 6. extr. Neceſſe erat rurſus retroducere.
RETRŎĔO, ivi, itum, [ἀναχάζω, ἀναχωρέω, ἀναποδίζω] īre. Plin. lib. 2. cap. 16. Retroire incipiunt ſtellæ. Ibid. Et retroire cogit vapor repercuſſas.
RETRŎFĔRO, fers, tŭli, lātum. Retroferre ſe, pro Retrocedere. Seneca

occa in præf. Decl. Neſcio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentiæ ſe retrotulerit. [Niſi diviſe ſcribendum Retro tulerit.

RETROLĀTUS, a, um. Partic. Cod. Theod. 13. 1. Retrolatarum ſanctionum auctoritas. [i. e. Ante latarum.

RETROFLECTO, ĕre. Petron. cap. 126. Frons radices capillorum retrofleserat. Al. Retro fleserat.

RETROFLEXUS, a, um. Partic. Apul. Met. 3. Retroflexum effigere lapide geſtit. At Elmenh. p. 131. Capillo ebreptum, ac retro reflexum.

RETRŌGRĂDIOR, vel gredior, ĕris, greſſus ſum, [ἀναχάζομαι] gradi. Plin. lib. 2. cap. 15. Ab his retrogradiuntur ad ſolem, & occaſu veſpertino dehteſcunt. Idem lib. 8. cap. 15. Ob id retrograditur in paſcendo.

RETROGRESSUS, ûs. m. Macrob. 1. Saturn. 17. Sol retrogreſſum agit.

RETROGRĂDUS, a, um. Adj. [ἀναποδίζων, ἐπαναφερόμενος, ἀψορρος] ut, Retrogradus exortus. Plin. lib. 2. cap. 17. Firmic. lib. 1. cap. 2.

RETROGRĂDO, āre. Mart. Capell. 8. Eas retrogradare facit.

RETROGRADATIO, ōnis. f. Idem lib. 8. Retrogradatione ſol viciniæ ſolis admotus.

RETRŎLEGO, ĕre. Quintil. Decl. 6. Curva litora retrolego. Al. Retro lego.

RETROPENDŬLUS, a, um. Adj. Apul. Met. 5. p. 168. Elmenh.

RETRORSUM, vel RETRORSUS, [ὀπίσω, εἰς τὸ ὀπίσω] pro Retro verſum. Plin. lib. 6. cap. 15. Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia. Cic. 2 de Nat. Deor. 84. Nam ex terra aqua: ex aqua oritur aer: ex aere æther: deinde retrorſum viciſſim, ex æthere aer, inde aqua: ex aqua terra infima. i. e. Contra, ſive e converſo. Hor. 1. Epiſt. 1. 75.

Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum. conſ. Varro L. L. 4. 30.

Rejectæ retrorſum Hannibalis minæ. Hor. 4. Carm. 8. 16.

Retrorſum valere dicuntur argumenta, quæ reciproca ſunt. Quintil. lib. 5. cap. 9. Sed quædam & retrorſum idem valent: ut vivere hominem qui ſpirat, & ſpirare qui vivit. Vulgo Convertibilia.

Retrorſum ad id tempus conventionem reducere emptoris, quo venditor conventus ſit. Ulpian. in l. Si ex duobus. D. de peculio.

Retrorſum ſe actio refert. Ulpian. in l. Item illa. §. 1. D. de conſtituta pecunia.

Retrorſum homo mihi venit. Africanus in l. Si duobus. D. de diverſis præſcriptionibus.

RETRORSUS, a, um. Adj. [ὀπισθόφανής] Plin. lib. 26. cap. 9. Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda virgo reſtinguat: atque ita retrorſa manu ter dicat, totieſque ambo deſpuant. Apul. Met. 2. Denique ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſiſtit. i. e. Reflexa, obliquata. Sic Elmenh. in indice, at p. 117. in texto Retrorſus. Idem 4. pr. ubi item Elmenh. p. 145. Ac me retrorſus celeri gradu rurſus in ſtabulum, quo deverteram, recipio.

RETRŌSĔCUS, Adv. Tacit. Germ. 38. 3. Apud Suevos uſque ad canitiem horrentem capillum retroſecus. conſ. Voſſ. Etym. p. 461.

RETROSPICIO, ĕre. Vitruv. 9. 4. Orientis orbem Sol retroſpiciens.

RETRŌTRIMĔTER, tri. m. Inverſus trimeter. Quintil. lib. 9. cap. 4. Sat adeo adjungat retrotrimetros.

RETROVERSUS, a, um. Adj. Ovid. 4. Met. 655.

Ipſe retroverſus ſqualentia prodidit ora. conſ. Solin. cap. 4. & Lactant. 1. 16. Al. Retro verſus diviſe.

RETRŪDO, ſi, ſum, pr. comm. [ἀπωθέω] ĕre. Retro trudere. Plaut. Epid. 2. 2. 64.

Cœpi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere,
Quaſi retruderet hominum me vis invitum. Sulp. Sever. Vita Martin. cap. 4. Retrudi in cuſtodiam jubetur.

RETRŪSUS, a, um. Partic. Cic. 3. Verr. 7. Simulachra jacent ab iſto retruſa atque abdita.

Retruſum atque abditum in. Cic. 1. de Orat. 87. Hæc autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa atque abdita, quæ iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent.

RĔTUNDO, tŭdi, tūſum, [ἀμβλύνω, ἀνακόπτω] ĕre. Repercutere, cuſpidem vel aciem alicujus rei uſu nimio, vel alio caſu, perſtringere, atque hebetare. Plin. lib. 16. cap. 40. Argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat.

Ferrum retundere jugulis. Lucan. lib. 6. 61.

Gladios retundere, per translationem. Cic. 3. in Catil. 2. Iidemque gladios, in Rempub. diſtrictos, retudimus, mucroneſque eorum e jugulis veſtris rejecimus.

Mucronem ſtili retundere. Cic. pro Cluent. 123. Ne Cenſorium ſtilum, cujus mucronem multis remediis majores noſtri retuderunt, æque poſthac, atque illum Dictatorium gladium, pertimeſcamus.

Improbitatem alicujus retundere, Reprimere. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Linguam & ſermones quorundam. Liv. 33. 33.

Tela conjurationis retundere. Cic. pro Domo 63. In me omnia quæ ego quondam retuderam, conjurationis nefariæ tela adhæſerunt.

In præſentia aliquem. Cic. 16 Att. 14. In præſentia belle iſta puer retundit Antonium. h. e. Reprimit.

RETŪSUS, a, um. Partic. [ἀμβλυνθείς] Columel. lib. 4. Quod evenit in retuſo & craſſo ferramento.

Aurum retuſum hebeti mucrone. Lucret. lib. 5. 1273.

Ferrum. Hor. 1. Carm. 35. 39.

Securis. Plaut. Pſeud. 1. 2. 26.

Tela. Ovid. 12 Met. 456.

Res retuſæ, Fractæ, imminutæ. Sil. lib. 16. 21.

—rebuſque retuſis
Fidas ductoris tenuit reverentia mentes.

Cor retuſum, Tranſlata. Plaut. Pſeud. 4. 4. 8.

Ingenium retuſum: cui contrarium eſt Acutum. Cic. 1. de Divin. 79. Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa.

RĔTŪRO, āre. Recludere. Varro Agathone, Pueri obſcœnis verbis novæ nuptulæ aures returant. V. Non. Marc. 4. 330.

R E V

RĔVĂLESCO, ui, [ῥαΐζω, ἀνηβάζω, ἀναφαίνω] ĕre. Ad ſanitatem redire. Gell. lib. 16. cap. 13. Quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo revaluiſſet. Ovid. 21. Epiſt. 231.

Ne tamen ignores ope qua revaleſcere poſſis. conſ. l. 28. §. 3. ff. de uſur.

RĔVĀNESCO, [ἀναφανίζομαι] ĕre. Iterum evaneſcere, & in nihilum redigi. Ovid. 2. Amor. 9. 27.

Quum bene pertæſum eſt, animique revanuit ardor,
Neſcio quo miſeræ turbine mentis agor.

An Evanuit? H. St. Al. Reſanuit, vel Relanguit. V. Heinſ. not.

RĔVĒHO, xi, ctum, ĕre. Reducere. Plaut. Bacch. 1. 1. 9.

Ab iſtoc milite, ut, ubi emeritum ſibi ſit, ſe revehat domum. Liv. 3. 70. Conficerent equos viroſque, ne quis reveheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. Stat. 2. Theb. 734.

—ſignamque ſuperbis
Arma tholis, quæque ipſe meo quæſita revexi
Sanguine.

Aliquem domum revehere. Hor. Epod. 13. 16.

In caſtra revectos Conſul. Liv. 2. 47.

Curru revectus eſt triumphali. Plin. lib. 7. cap. 26.

Equo revehi. Liv. 32. 15. pr.

Famam optimam revehere ex provincia. Plin. Epiſt. 177.

Manus revehere, Reducere exercitum. Senec. Med. 7.

Pecuniam ex re vendita revehere, pro Colligere. Liv. 35.

Prædam revehere. Liv. 1. 35.

Ad ſuperiorem ætatem revehi, Incidere in ſermonem de ſuperiore ætate. Cic. de Clar. Orat. 225. Sed ad paulo ſuperiorem ætatem revecti ſumus, nunc ad eam, de qua aliquantum locuti ſumus, revertamur.

RĔVĒLO, [ἀποκαλύπτω] āre. contrarium eſt ſuo ſimplici Velo, quod Tego ſignificat. Unde Revelare, Detegere ſignificat.

Frontem revelare. Tacit. Germ. 31. 2.

Tempus omnia revelat. Tertull. Apol. cap. 7.

RĔVĒLĀTUS, a, um. Partic. ut, Os revelatum. Ovid. 6. Faſt. 619.

RĔVĔLĀTIO, ōnis. f. ut, Revelatio pudendorum. Arnob. 5. Auguſtin. Confeſſ. 9. 10. Somnia & imaginariæ revelationes. conſ. Hieron. Epiſt. 25. cap. 2.

RĔVELLO, velli & vulſi, vulſum, [ἀποσπάω, ἀνασπάω] ĕre. Rurſus vellere, Avellere, Extirpare.

Præterit. Revelli, habet Virg. 12. Æn. 787. Ovid. 6. Epiſt. 104. & Cic. 5. Att. 20. Perilluſtres fuimus, & omnes injurias revellimus ſuperiores. [Revulſi merito ſuſpectum eſt. V. in EVELLO.

Revellere, Attollere. Columel. lib. 2. cap. 3. Boves quum ab opere disjunxerit, ſubſtrictos confricet, manibuſque comprimat dorſum, & pellem revellat, nec patiatur corpori adhærere.

Revellere frequentius pro Auferre ſimpliciter & detrahere ſumitur, ut in ſequentibus exemplis. Cic. 6. Verr. 124. Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, revellit, atque abſtulit. [Vi nempe e valvis.

Acies revellunt ſigna. Lucan. lib. 7. 77.

Clauſtra revellere & effringere multorum fores. Cic. 6. Verr. 52. Et apud Liv. 5. 21. Revellere clauſtra portarum.

Humum revellit dente, Aravit. Ovid. 3. Amor. 10. 14.

Tabulam revellere, in qua nomina civitate donatorum inciſa ſunt. Cic. 13. Fam. 37.

Titulum chartæ de fronte revellere. Ovid. 4. de Pont. 13. 7.

Revellere tela de corpore Reip. per translationem. Cic. in Piſon. 25. Et abſentem, principe Cn. Pompejo referente, & de corpore Reip. tuorum ſcelerum tela revellente, revocarunt.

Vincula judiciorum revellere. Cic. pro Cæcin. 70. Nam qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit, non modo judiciorum, ſed etiam utilitatis, vitæque, communis.

Oſcula revellere. Stat. 3. Silv. 2. 57.

Revellere ex omni memoria. Cic. 13. Philipp. 26. In quibus tu es videlicet conſularis, cujus totus conſulatus eſt ex omni monimentorum memoria revulſus.

Revellor, Paſſ. Lucret. lib. 1. 602.

Quæ quoniam per ſe nequeunt conſtare: neceſſe eſt,
Hærere: ut nequeant ulla ratione revelli.

Revellatur penitus falſorum recepta perſuaſio. Sen. Epiſt. 95.

RĔVULSUS, a, um. Partic. [ἀποσπασθείς] ut,

Ara revulſus temone. Ovid. 2. Met. 316.

Caput a cervice revulſum. Virg. 4. Georg. 523.

Fores Templi revulſæ. Suet. Calig. cap. 6.

Gradibus revulſis, ſublato aditu. Cic. in Piſon. 23.

Janua effracta & revulſa. Cic. pro Muren. 33.

Limeo revulſum tellure. Ovid 12. Met. 281.

Saxum e monte revulſum. Ovid. 12. Met. 341.

Statuæ revulſæ jacenteſque. Cic. 4. Verr. 144.

Tabula revulſa. Cic. 4. Verr. 112.

RĔVULSIO, ōnis. f. [ἀποσπασμός] Plin. lib. 13. cap. 12. Sed ratio deprehendit vitium, unius ſchedæ revulſione plures infeſtante paginas.

RĔVENDO, dĭdi, dĭtum, [ἀντιπωλέω] ĕre. Iterum vendere. Ulpian. in l. Julianus. D. de bonis libertorum. Julianus ait, ſi patronus libertatis cauſa impoſita liberto revendiderit, filium ejus e bonorum poſſeſſione ſubmoveri. Paulo poſt, Quoties pater ejus donum, munus, operas liberto revendiderit.

RĔVĒNEO, īre. Iterum venire, rurſus vendi. Neratius in l. Lege fundo vendito dicta. D. de lege commiſſoria, Sed ſi fundus reveniſſet: Ariſto exiſtimabat, venditori de his judicium in emptorem dandum eſſe.

RĔVĔNIO, vēni, ventum, [ἐπανέρχομαι] īre. Reverti. Plaut. Amphit. 2. 2. 33.

Victores, victis hoſtibus, legiones reveniunt domum. Idem Capt. 2. 3. 87.

Et tua, & tua, huc ornatus reveniam ex ſententia. Cic. 1. de Orat. 175. Quum miles domum reveniſſet, egiſſetque lege in hereditatem paternam.

Revenire ex aliquo loco. Tacit. 3. Ann. 24.

Revenire in gratiam. Plaut. Stich. 1. 3. 8.

RĔVENTUS, ûs. m. Macrob. 2. Saturn. 14. Suo poſt inde reventu.

RĔVĒRĀ, Ablativus ex Re & Vera. V. Res, rei.

RĔVERBĔRO, āre. Senec. 2. de Clement. 5. Omnem Fortunæ impetum reverberabit, & ante ſe franget.

RĔVE-

Rĕvĕreor, ēris, verĭtus ſum. [αἰδέομαι, ἐντρέπομαι] ēri. Timere, vereri, vel etiam Honorare. Ter. Phorm. 1. 5. 3.

Nec meum imperium, age, mitto imperium, non ſimultatem meam
Revereri? ſaltem non pudere? &c. Hæc eadem verba refert

Cic. 2. Att. 19. Ter. Hec. 3. 1. 10.

Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, ſcio revereturas.

Difficile eſt primum virtutem revereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit uſus. Auctor ad Herenn. lib. 4. 17.

Lectum reverere parentis. Ovid. 4. Epiſt. 127.

Apud Ovidium, pro Vereri ſimpliciter. H. St.

Revereri & Colere aliquem. Cic. 2. de Invent. 66. Obſervantiam, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur & colimus.

Revereri, Genitivo junctum. Varro Sardis Venalibus: Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei revereatur? Ubi Nonius 9. 3. Veteribus Genitivum pro Accuſativo poni placuit, quod multis exemplis docet.

Revereo & Revereor Priſcianus p. 790. refert inter ea, quæ tam Activa, quam Paſſiva voce unum atque idem ſignificant.

Rĕvĕrens, ior, iſſimus. Adj. ex Partic. [αἰδούμενος] Qui defert, five dat honorem. Tacit. 1. Hiſt. 17. pr. Sermo erat erga patrem Imperatoremque reverens. Sed frequentior uſus Compar. Plin. 6. Epiſt. 17. ad Reſtitutum extr. Niſi forte aliud judicas tu. Quanquam quis uno te reverentior hujus operis, quis benignior æſtimator?

Quis enim vel uno die reverentior Senatus candidatus, quam tu, cum omni vita, tum illo ipſo tempore, quo judicas de candidatis? Plin. in Paneg. cap. 69.

Illa nulla eſt reverentior deorum. Ovid. 1. Met. 323. al. Metuentior.

Florus tum de eo qui exhibet, tum qui meretur reverentiam, 2. 12. 11. Nec reverentior captæ majeſtatis alius Paulo fuit. Idem 4. 12. 66. Sanctius & reverentius viſum eſt nomen Auguſti.

Superl. Plin. 10. Epiſt. 18. pr. Probum, induſtrium, atque inter iſta reverentiſſimum mei.

Rĕvĕrendus, a, um. Partic. [αἰδεστός, αἰδοῖος] ut,

Caniries reverenda. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 12. leg. Lucida.

Nox reverenda ſpecie tenebrarum. Ovid. in Ibin, 73.

Superl. Reverendiſſimum, habent Impp. Honor. & Theod. 1. Cod. tit. 55. l. 8. & Inſcriptio Chriſtiana apud Fabrett. p. 145.

Rĕvĕrĭtus, a, um. Partic. Gell. lib. 11. cap. 11. Nigidium Cicero ſumme reveritus. Curt. 6. 2. 8. Fortunam captivæ reveritus. Idem 3. 13. 17. Regis vicem reveritus.

Rĕvĕrenter, Adv. [αἰδημόνως] Honorifice. Plin. 7. Epiſt. 31. Idem quam reverenter, quam fideliter, amicos colat, multorum ſupremis judiciis, &c. credere potes.

Reverenter habere fortunam. Auſonius in exhortatione ad modeſtiam, epigr. 8.

Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

Compar. [αἰδημονέστερον] Plin. lib. 8. Epiſt. 21. Lego enim omnia, ut omnia emendem: quod contingere non poteſt, electa recitantibus. At illud modeſtius, & fortaſſe reverentius, ſed hoc ſimplicius, & amantius. Idem Paneg. 25.

Superl. Suet. Neron. 23. Reverentiſſime alloquebatur. Idem Octav. cap. 93. pr. Peregrinarum cærimoniarum, ſicut veteres ac præceptas reverentiſſime coluit, ita ceteras contemptui habuit.

Rĕvĕrentia, æ. f. [αἰδώς, αἰδώς, σέβας] Honor, quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus. Cic. 1. Off. 99. Adhibenda eſt igitur quædam reverentia adverſus homines.

Frequentius cum Genit. Propert. lib. 3. 13. 53.

Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reverentia dandi. Columel. lib. 11. cap. 1. Niſi magnitudo rei pepererit reverentiam vel diſcendi, vel profitendi pæne immenſam ſcientiam. h. e. Timorem.

Famæ reverentia. Ovid. 9. Met. 555.

Imperii reverentia. Tacit. 1. Hiſt. 55.

Sacramenti reverentia. Tacit. 1. Hiſt. 12.

Clauſtra pudoris & reverentiæ refracta. Plin. 2. Epiſt. 14. ad Maximum.

Vultu placido decens reverentia. Ovid. 5. Faſt. 23.

Adſit reverentia vero. Ovid. 5. Epiſt. 11.

Adhibere reverentiam. V. Adhibeo.

Amittere reverentiam. V. Amitto.

Conſtat magiſtratibus reverentia. V. Conſto.

Debetur reverentia parentibus. Quintil. lib. 11. cap. 2. Juven. 14. Sat. 47.

Maxima debetur puero reverentia, ſi quid
Turpe paras.

Exuere reverentiam imperii. Tacit. 1. Hiſt. 55. 4.

Inſervire reverentiæ alicujus, h. e. Deferre honorem. Plin. in Paneg. extr.

Intendere reverentiam auditorum. Plin. 5. Epiſt. 3. Primum quod ipſe qui recitat, aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorum reverentiam intendit. i. e. Auget.

Obſtat nobis reverentia perſonæ. Quintil. lib. 9. cap. 2.

Præſtare reverentiam. Plin. 3. Epiſt. 8.

Remiſit libertas reverentiam. Stat. 1. Silv. 6. 45.

Rumpere ſacramenti reverentiam. Tacit. 1. Hiſt. 12. 1.

Rĕvĕrecundĭter, Adv. a Reverecundus, ex Ennio apud Priſcianum, 15. Al. Reveriunditer.

Rĕverto, vel Rĕvertor, ĕris, verti, vel verſus ſum, [ἀναστρέφω, μεταστρέφω, ὑποστρέφω, ἀναχωρέω, ἀναστρέφομαι, ἐπανήκω] verti. notæ ſignificationis. Ter. Heaut. 1. 1. 70. Domum revertor mæſtus. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 54. Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti cœperunt. Virg. 4. Georg. 132.

—ſeraque revertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemptis.

Iterum reverti. Virg. 6. Æn. 720.

Cum laude reverti. Ovid. 13. Met. 248.

Unde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reverti. Cic. pro Muren. 89.

Ad diem. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 33. extr. Ad eam diem revertantur.

Ad priſtinum actum. Plin. Epiſt. 246.

Ad vitam. Lucret. lib. 2. 960.

In civitatem. Cic. 6. Fam. 6.

In gratiam cum aliquo. Liv. 8. 35.

Frequenter ad orationem transfertur, ut

Ad cauſam. Cic. 5. Verr. 109. Ad illam, quam inſtitui, cauſam frumenti ac decumarum revertar.

Ad propoſitum. Cic. 2. de Finib. 104. Sed ut ad propoſitum revertamur, &c. nunc totum illud concludi ſic licet.

Eo reverti, unde egreſſus es. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Reverti, pro Venire, vel divertere. Cic. de Fato 7. Sed Poſidonium, æquum eſt, cum bona gratia dimittamus: ad Chryſippi laqueos revertamur. Cum nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

Reverſus ſum pro Reverti. Hirt. de Bell. Hiſp. cap. 13. Qui cum in oppidum reverſi eſſent. conf. ibid. cap. 18. Phædr. 4. 13. 10.

Sero domum eſt reverſus. V. Borrich. Vind. 204.

Reverto, ĕre. Active, ſæpe apud Ciceronem legitur: ſed non niſi in Præterito, aut in temporibus a Præterito formatis, ut 3. Fam. 10. Conſcendens jam navem, Epheſo Laodiceam revertit. Idem 3. Off. 45. Vas factus eſt alter ſiſtendi ejus; ut ſi ille non revertiſſet, moriendum eſſet ipſi.

Revortit, pro Revertit in tempore Præſenti dictum eſt antiquis. Pomponius Majali, Cœnam quæritet, ſi eum nemo vocat, revortit mæſtus ad me, nam miſer. Ex Nonio 17. 68.

Reverti aliquo. Cic. 8. Att. 3. Ipſe ne quo inciderem, reverti Formias.

Legati Ameriam, re ignorata, reverterunt. Cic. pro Roſc. Amer. 26.

Ad eum revertit, unde exorta eſt. Lucret. lib. 5. 1152.

Ad illum animum meum reverti priſtinum. Cic. 12. Fam. 28.

Subitoque revertit. Lucret. lib. 3. 1074.

Revertendi, [τοῦ ἀναστρέφειν] Ovid. 1. Epiſt. 80.

Neve revertendi liber abeſſe velis.

Rĕvertens, entis. Partic. Virg. 1. Georg. 274.

—lapidemque revertens —reportat. Ibid. 427.
Luna revertentes cum primum colligit ignes.

Adverſa revertens. Cic. 2. Tuſc. 73. Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa adverſa revertens, tanquam ratis in mari immenſo, noſtra vehitur oratio. h. e. Revolvens & reputans apud ſe. Niſi forte legendum potes Reverens, i. e. Timens.

Rĕverſus, a, um. Partic. Manil. 5. 464. Sol reverſus. Adde Salluſt. apud Non. 1. 232. & Cæſ. 6. Bell. Gall. 41.

Rĕverſūrus, a, um. Partic. [ἀναστρέψων] Ovid. 1. de Arte Am. 340.

Pœna reverſura eſt in caput iſta tuum.

Rĕverſio, ōnis. f. [ἀναστροφή, ἀναχώρησις, ἐπαναστροφή] Cic. 1. Philipp. 1. Exponam vobis breviter conſilium & profectionis & reverſionis meæ.

Reverſio & Reditus nonnihil differre videntur. Cic. 16. Att. 7. Dii immortales, quam valde ille reditu, vel potius reverſione mea lætatus, effudit illa omnia, quæ tacuerat! Qui regreditur ante quam eo perveniat, quo animum intenderat, is non redire dicitur, ſed reverti: redire autem, qui cœptum iter abſolvit. Reverſione igitur, quia quum proceſſiſſet, ab auſtro retro verſus eſt: id quod ipſe luculentiſſime dicit in ipſo ſtatim initio hujus epiſtolæ.

Febrium reverſio & motus. Cic. 3. de Nat. Deor. 24.

Temporum reverſiones. Apul. Doctr. Plat. 1.

Rĕvertĭcŭlum, i. n. Idem quod Reverſio. ut, Solis annua reverticula. Apul. 4. Florid. p. 361. Elmenh. conf. 3. Met. p. 134.

Rĕverſor, āri. Frequentat. Veget. Mulom. 3. 11. Si dyſenteria jumentum apprehenderit, reverſatur ejus natalis. [i. e. Deſcendit inteſtinum.

Rĕverſātus, a, um. Partic. Plin. Valer. 1. 21. Reverſata prius palpebra.

Rĕvīleſco, ĕre. Vilis fieri. Sen. de Tranquil. vitæ, lib. 1. cap. ult. Sed nec virtuti periculum eſt, ne admotu oculis reviletcat.

Rĕvincio, vinxi, vinctum, [ἀναδεσμῶ] īre. Retro vincire, vel Vehementer & arcte vincire. Virg. 2. Æn. 57.

Ecce manus juvenem interea poſt terga revinctum.

Latus enſe revincit. Propert. lib. 3. 14. 11.

De muri Gallici ſtructura Cæſ. 7. Bell. Gall. 23. Revinciuntur retrorſus, & multo aggere veſtiuntur.

Rĕvinciens, entis. Partic. ut,

Mentem amore revinciens. Catul. in Epithal. Jul. 59. 13.

Rĕvinctus, a, um. [δετὸς Gl. L. G.] Partic. Lucret. lib. 5. 554.

—niſi eſſet
Partibus aeriis mundi, cæloque revincta.

Rĕvinco, vici, victum, [ἐλέγχω] ĕre. Convincere & confutare. Lucret. lib. 4. 490.

An confutabunt nares oculive revincent? Cic. pro Arch. 12. Quære argumenta, ſi quæ potes: nunquam enim hic neque ſuo, neque amicorum judicio revincetur.

Revincere crimen verbis, aut rebus. Liv. 6. 26.

Revinci in culpa. Gell. lib. 6. cap. 2. Apul. Apol.

Revincere, Viciſſim vincere & ſuperare. Lucret. lib. 1. 587.

—nam ſi primordia rerum
Commutari aliqua poſſent ratione revicta. i. e. Viciſſim ſuperata. Lambinus.

Rĕvictus, a, um. Partic. Apul. Met. lib. 8. p. 205. Elmenh. Simulanter revicta Charite ſuſcipit, &c. i. e. Se revictam ſimulans, inſit.

Vires revictæ. Lucret. lib. 5. 410.

Rĕvictio, ōnis. f. Apul. de Syllog. Cat. Utriusvis harum revictio confirmat alteram.

Rĕvĭreſco, ui, [ἀναθάλλω, ἀναθηλέω] ĕre. Iterum vireſcere. Columel. lib. 2. cap. 1. Non eſt ergo exiguarum frugum cauſa terræ vetuſtas, ſi modo quum ſemel invaſit ſenectus, regreſſum non habet, nec revireſcere nec repubeſcere poteſt.

Silvæ læſæ revireſcunt. Ovid. 2. Met. 407.

Revireſcere, per translationem, pro Reviviſcere & renovari ac renaſci. Cic. de Provinc. Conſul. 34. Impolitæ vero res, & acerbæ, ſi erunt relictæ, quamquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renovandum bellum revireſcent. Idem 15. Att. 13. Ille enim nunquam reviruiſſet, nos timor confirmare ejus acta non coegiſſet. Ovid. 7. Met. 305.

Arte ſuum parili revireſcere poſſe parentem. i. e. Rejuveneſcere.

Pignore laudis revireſcens, Gaudens, & animam recipiens ob promiſſa. Sil. lib. 8. 238.

Revireſcere, Revixiſſe. Idem 15. 134. —pars lumina patris,
Pars credent torvos patrui revireſcere vultus.

Rĕvĭreo, ēre. Albinovan. de morte Mæcen. 113.
Redditur arboribus florens revirentibus ætas.
Rĕvĭrĭdo, āre. Vulg. Int. 4. Eſdr. 5. 36.
Reviſeo, V. reviſo.
Rĕvīſo, ſi, ſum, [ἐπανεπισκέπτομαι] ĕre. Redire ad videndum. Ter. Eun. 5. 4. 1. Reviſo quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic. 1. Att. 15. Reviſe nos aliquando. Eidem 12. 49. Quare quum poteris, reviſes nos.
Sæpius aliquem reviſere. Virg. 7. Ecl. 67.
Agrum ſæpe reviſere. Columel. lib. 1. cap. 4.
Domos. Liv. 7. 39.
Ad aliquem. Gell. lib. 13. cap. 29.
Sedes ſuas. Virg. 1. Æn. 419.
Urbem. Lucret. lib. 3. 1080.
Crebra reviſit ad ſtabulum mater vituli. Lucret. lib. 2. 360.
Ad hanc quia ſigna reviſunt. idem 5. 635.
Furor reviſit, Redit. Lucret. lib. 3. 1111.
Reviſens, entis. Partic. Catull. 65. 376.
Non illam nutrix oriente luce reviſens. Ibid. 387.
Sæpe pater divûm templo in fulgente reviſens. Virg. 11. Æn. 426.
— multos alterna reviſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locavit.
Reviſio, ōnis. f. Claud. Mamert. ad Sidon. 4. Epiſt. 2. Reviſionis poteſtas intercluditur.
Rĕvīſĭto, [ἐπανεπισκέπτομαι] āre. Frequent. a Reviſo. Iterum viſitare. Plin. lib. 18 cap. 3. Nundinis urbem reviſitabant.
Rĕvīvīſco, revixi, [ἀναβιόω, ἀναζωπυρέομαι] ĕre. Rurſum vivum fieri. Cic. 4. de Finib. 61. Quid ſi reviviſcant Platonici illi, & deinceps illi, qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquantur?
Is ubi galli cantum audivit, avum ſuum revixiſſe putat. Cic. in Piſon. 67.
Anima moribunda revixit ab alloquiis. Ovid. 4. Triſt. 5. 3.
Ad verba alicujus reviviſcere. Ovid. 1. de Pont. 3. 9.
Pennæ reviviſcunt, Renaſcuntur. Plin. lib. 11. cap. 28. Nullis eorum pennæ reviviſcunt avulſæ.
Reviviſcere, per translationem, Ad priſtinum ſtatum redire. Cic. 4. Fam. 4. Ut ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reviviſcentis Reip. Et 7. Philipp. 1. Senatum dolent ad auctoritatis priſtinæ ſpem reviviſcere.
Reviviſcere, reſpirare a metu cædis, emergere a fluctibus ſervitutis. Cic. de Aruſp. Reſp. 48.
Adventu noſtro reviviſcunt juſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis. Cic. 5. Att. 16.
Rĕvīvo, ĕre. Idem. Paul. Nolan. de obitu Celſi pueri, 563.
— omnes in qua vixerunt carne revivent.
Rĕvīvĭfĭco, āre. unde
Revivificātus, a, um. Partic. Tertull. de Reſur. Carn. cap. 19. Redanimatus & revivificatus Deo.
Rĕunctor, ōris. m. a Reungo, Miniſter & mediaſtinus eorum medicorum qui iatralepticen, hoc eſt reunctoriam medicinam docebant. Plin. lib. 29. cap. 1. Prodicus Selymbriæ natus, diſcipulus ejus, inſtituens, quam vocant, iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediaſtinis vectigal invenit.
Rĕvŏco, [ἀνακαλέω] āre. Rurſum vocare. Plaut. Merc. 2. 4. 6.
Mane, mane, obſecro, Charine. c. qui me revocat? Cic. pro Quint. 83. Revocares eum, quam in Galliam miſeras?
Revocare in ſignif. pæne contraria pro Iterum vocare. Sed apud Valerium, quia dicit, Revocatus aliquoties, non poteſt Revocatus exponi Iterum vocatus, ſed Juſſus repetere. H. St.
Repetere & revocare aliquem. Cic. pro Domo 48.
Unde tu me ex jure conſertum vocaſti, inde ibi ego te revoco. Cic. pro Muren. 26. Verba juris.
Forum revocare. Ulp. in l. Si quis poſtea D. de judiciis, In ea cauſa jus revocandi forum non habebit.
Quæſtio revocatur inter eaſdem perſonas, quum eadem res, quæ priore judicio petita fuit, ſecundo petitur. Ulp. in l. 3. D. de except. rei jud. Quoties inter eaſdem perſonas eadem quæſtio revocatur, vel alio genere judicii.
Teſtes revocare, quod Recolere dicimus, apud Marcianum in l. Divus, De cuſtodia & exhibitione reorum. Budæus.
Publice aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 22.
Ab opere revocare. Cæſ. 1. Bell. Civil. 82. Cæſar ab opere legiones revocat.
Ab exſilio. Plin. lib. 7. cap. 30.
Ab inferis. Cic. pro Milon. 80. Etiamſi propter amicitiam vellet illum ab inferis revocare, propter Remp. non feciſſet.
A morte, A limine mortis. Plin. 7. 44. A limine ipſo mortis revocatus. idem 23. 6. Dyſentericos a morte revocari.
Reprimere ac revocare ſe a contagione vitiorum. Plin. Epiſt. 137.
Ab armis ingenium revocatur. Ovid. 2. Amor. 18. 12.
A conſilio revocare. Cic. 3. Att. 15. Quod ſi non modo tu, ſed quiſquam fuiſſet, qui me, Pompeji minus liberali reſponſo perterritum, a turpiſſimo conſilio revocaret, &c.
A cupiditate revocare. Cic. pro Cluent. 12.
A curſu inſtituto. Cic. pro Lege Manil. 40. Non avaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam revocavit. al. Devocavit.
Ab incœpto furore revocare. Cic. 4. Verr. 99. Commoventur amici Sthenii, ſperant fore, ut patris litteris, nuntiiſque, filius ab incœpto furore revocetur.
Ab errore lapſus. Quintil. lib. 2, cap. 6.
Ab ira animum. Ovid. 2. Triſt. 557.
Mentem revocare a. Cic. 1. Tuſc. 37. Magni autem eſt ingenii revocare mentem a ſenſibus, & cogitationem a conſuetudine abducere.
A ſcelere. Cic. 2. de Legib. 16. Quam multos divini ſupplicii metus a ſcelere revocavit.
Revocare cum præpoſitione Ad, fere ſemper Referre ſignificat. Cic. 5. Verr. 213. An me ad M. Antonii æſtimationem frumenti, exactionemque pecuniæ revocaturus es? h. e. Diceſne me imitatum fuiſſe Antonium in exactione pecuniæ, & ſimile Antonio aliquid feciſſe, quod ad æſtimationem frumenti attinet?
Ad arbitrium ſuum revocare rem aliquam. Cic ad Brut. 4. Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec populus Rom. juſſit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum. i. e. Nolo arbitratu meo rem peragi.
Ad conjecturam revocare rem aliquam. Cic. pro Domo 15. Nonnulli autem illam rem ad illam rationem, conjecturamque revocabant.
Ad curam revocare aliquid. Plin. lib. 28. cap. 9. h. e. Cum cura & diligentia facere.
Ad manus rem revocare. Cic. pro Cluent. 136. Quum Tribunus plebis populo concitato rem pæne ad manus revocaviſſet. h. e. Ita commoviſſet populum, ut propter eam rem pæne inter ſe digladiarentur.
Ad mediocritatem revocare modum alicujus rei. Cic. 1. Off. 140. Quarum quidem certe eſt adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus.
Ad potentiam ſuam revocare omnia. Cic. de Amicit. 60. Sed impuri cujuſdam, & ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam revocantis, eſſe ſententiam.
Ad ſcientiam omnia. Cic. 2. de Finib. 43. Herillus autem ad ſcientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit.
Ad ſollicitudinem ſuam rerum adminiſtrationem revocare, In ſe recipere. Scævola in l. Mævia. D. de annuis legat. & fideicommiſſ.
Ad exempla aliquem. Cic. 5. Verr. 210. Quo me igitur, aut ad quæ exempla revocas?
Ad memoriam alicujus rei animos aliquorum revocare. Cic. pro Flacc. 60. Revocarem animos veſtros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam univerſorum civium Romanorum, per tot urbes, uno puncto temporis, miſeram, crudelemque cædem.
At vero Aſcenſius ibi, Hæreo, utram ſignif. dicere debeam. H. St.
Ad rationem operum operarumque villicum. Cato R. R. cap. 2.
Ad mæſtitiam ſe revocare, Reverti. Cic. 3. Tuſc. 33. Quod ſi qui forte, quum in luctu eſſent vallent, aliquid fecerunt humanius, aut ſi hilarius locuti ſunt, revocant ſe rurſus ad mæſtitiam, peccatique ſe inſimulant, quod dolore intermiſerint.
Ad ſtudia priſtina ſe revocare. Cic. de Clar. Orat. 313. Nam veſtris primum litteris recreatus, me ad priſtina ſtudia revocavi.
Ad vitam revocare, Facere ut aliquis reviviſcat. Cic 7. Att. 2. Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Caſſium Trib. plebis, Philotimi litteræ ad vitam revocarunt.
Ad vitam revocare, alio ſenſu dicit Lucretius, de mortuis intelligens, quos ſolebant veteres abluere, & per intervalla conclamare, quod plerumque ſolet ſpiritus extremus efflatus eſſe putari, & homines fallere. Lucret. lib. 3. 469.
Unde neque exaudit voces, nec noſcere vultus
Illorum potis eſt, ad vitam qui revocantes
Circumſtant, lacrimis rorantes ora, &c. V. Donat. in Eun. Terentii 2. 3. vel ſ. l. conclamo.
Revocare ea. Cic. pro Cæcin. 84. Et me ex hoc (ut ita dicam) campo æquitatis, ad iſtas verborum anguſtias, & ad omnes litterarum angulos revocas.
Ex itinere revocare. Cic. 2. de Divin. 88. Quod enim is, qui divinat, prædicit, id vero futurum eſt, ut ne illud quidem ſciam quale ſit, quod Dejotarum, neceſſarium noſtrum, ex itinere Aquila revocavit.
Ex otio revocare. Plin. in Paneg. cap. 87.
Revocare, cum præpoſitione In. Seneca Epiſt. 51. Robora in rectum, quamvis flexa, revocabis. i. e. Reſtitues.
In crimen mandati revocare negligentiam alicujus. Cic. pro Roſc. Amer. 113. In minimis privatiſque rebus etiam negligentia in crimen mandati, judiciumque infamiæ revocatur. h. e. Crimine mandati prætermiſſi & infamiæ judicii damnaturi. [V. not. Græv.
In dubium. Cic. pro Cæcin. 38. Populi Rom. cauſa, civitatis jus, bona, fortunæ, poſſeſſioneſque in dubium incertumque revocabuntur.
In formam priorem. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 21.
In lucem aliquid. Plin. lib. 29. cap. 1.
In memoriam revocare. Non eſt etiam in memoria. H. St. [Dubia phraſis.
In viam revocare. Cic. 7. Att. 23. Aliter ſupra.
Facta revocare. Ovid. 9. Met. 617. — ſi facta mihi revocare liceret. h. e. Si poſſem efficere, ut facta eſſent infecta.
Promiſſum revocare, pro Negare quod promiſeras. Seneca de Benef. 4. 39.
Gradum revocare, Redire. Virg. 6. Æn. 128.
Labores incœptos. Valer. 3. Argon. 685.
Opus cœptum. Ovid. 1. Epiſt. Sabin. 54.
Pedem revocare, quod dictum eſt etiam de fluminibus. Virg. 9. Æn. 125. V. Non. 6. 75.
Amor revocatur admonitu. Ovid. de Rem. Amor. 729. al. Refricatur.
Revocare *avec un ſubſtantif ſemble ne s'être bien expoſé*. H. St.
Euntem. Catull. ad libellum ſuum.
Manum cupidam. Ovid. 1. de Arte Am. 452.
Et revocat cupidam alea ſæpe manum.
Oculos alicujus. Ovid. 16. Epiſt. 252.
Pecuniam revocare & exigere ab aliquo. Plin. 10. Epiſt. 240. ad Trajanum.
Se revocare, Mutare ſententiam. Cic. 4. Acad. 52. Dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum, hiſque, quæ videntur, imbecillius aſſentiuntur.
Vires victu revocare, Reſumere. Virg. 1. Æn. 218.
Revocare, auctore Nonio 2. 751. Per vices mutuo (ad cœnam) vocare Varr. Sexageſ. Qui nobis miniſtrarunt pueri diebus feſtis cicer viride, qui nos prævocare ac vocare cum audeant, nos illos revocare timemus. Lactant. 6. 12. Idem Deus præcepit, ut, ſi quando cœnam paraverimus, eos in convictum adhibeamus, qui revocare non poſſunt, & vicem reddere. conf. Phædr. 1. 27. 3. & Turneb. Adverſ. 28. 13.
Revocare, inſtaurare. Suet. Claud. cap. 22. Item circa omnium ordinum ſtatum, domi foriſque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova inſtituit.
Exordia pugnæ. Virg. 7. Æn. 40.
Libertatem revocare ac reducere. Plin. in Paneg.
Morem revocare. Cic. 2. de Finib. 2. Qui mos cum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum revocavit.
Prætermiſſum revocare. Plin. lib. 18 cap. 6. Sic Cic. 4. Acad. 11. Philoſophia iſta nunc prope dimiſſa revocatur.
Studia intermiſſa revocare, Reprehendere. Cic. 1. Tuſc. 1.
Rĕvŏcans, antis. Partic. Ovid. 1. Met. 503.
— neque ad hæc revocantis verba reſiſtit.
Rĕvŏcātus, a, um. Partic. [ἀνακεκλημένος] ut, Millies revocatus. V. mille. Petron. cap. 10. Cæſ. 5. Bell. Gall. 7. & Virg. Æn. 1. 235.
Voce revocatus de curſu Reip. Cic. 10. Fam. 1.

Servare

Servare aliquem revocatum a morte. Virg. 5. Æn. 476.
Puncta revocata. Auſonius,
Narrantem fido per ſingula puncta recurſu
Quæ data per longum, quæ revocata moras. De ludo teſſerarum loquitur, in quo bolos vel dabant, vel revocabant.
Revocatus, Eructatus. Ovid. 3. Amor. 5. 17.
Dum jacet, & lente revocatas ruminat herbas.

Revocātio, ōnis. f. [ἀνάκλησις] Cic. 13. Philipp. 15. Receptui ſignum, aut revocationem a bello audire non poſſumus.
Revocatio ad contemplandas voluptates. Cic. 3. Tuſc. 33. Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda moleſtia, & revocatione ad contemplandas voluptates.
Plur. Vitruv. 9. 4. A ſole revocationibus.

Revocāmen, ĭnis. n. [τὸ ἀνακάλεσμα] Idem quod Revocatio. Ovid. 1. Faſt. 561.
Accipio revocamen ait: vocemque ſequutus,
Impia per ſilvas ultor ad antra venit. Idem 2. Met. 596.
Talia dicenti tibi, ait, revocamina corvus, &c.

Revocātor, ōris. m. ut, Revocator animarum. Quintil. Decl. 10. extr.

Revocātōrius, a, um. Adj. ut, Revocatoria emplaſtra. Theod. Priſc. 2. 32. Vulgo Revellentia.

Revocābĭlis, e. Adj. [ἀνακλητός] Qui poteſt revocari. Ovid. ad Liv. 427.
— non eſt revocabilis iſtis.
Carmen fatorum nulli revocabile. Propert. 4. 7. 51.
Damnum revocabile. Claud. 2. in Eutrop. 488.
Telum non revocabile. Ovid. 6. Met. 264.
Manſurum, & non revocabile verum. Stat. 1. Theb. 291.

Rĕvŏlo, [ἀναπέτομαι] āre. Retro, vel rurſum volare. Virg. 1. Georg. 361.
Cum medio celeres revolant ex æquore mergi. Cic. 2. de Nat. Deor. 125. Eæque in tergo prævolantium colla & capita reponunt: quod quia ipſa dux facere non poteſt, quia non habet ubi nitatur, revolat, ut ipſe quoque quieſcat. De gruibus.
De celeri regreſſu Paterc. lib. 2. cap. 120. pr. Revolat ad patrem Cæſar. Paulo poſt cap. 123. Feſtinanter revocavit filium. Ille ad patrem patriæ exſpectato revolavit maturius.

Revŏlans, antis. Partic. Manil. 1. 190.
Cum ſol æquoreis revolans decurrit ab aſtris.

Rĕvolvo, volvi, vŏlūtum, [ἀνελίσσω, ἀνακυλίω, ἀνακυκλέω] ĕre. Rurſum volvere. Cic. 2. de Nat. Deor. 106.
Torvus draco ſerpit ſubter, ſupraque revolvens
Seſe, conficienſque ſinus e corpore flexos. Ex poeta.
Fluctus revolvere. Columel. lib. 8. cap. 17. Quoniam gelidum ab imo fluctum revolvit in partem ſuperiorem.
Revolvere iter, Repetere, remetiri retro. Virg. 9. Æn. 391.
— rurſus perplexum iter omne revolvens
Fallacis ſilvæ.
In locum revolvi. Cic. 13. Att. 26. Itaque revolvor identidem in Tuſculanum.
Revolvi ad, per tranſlationem, pro Recidere, redire. Cic. 2. de Orat. 130. Contraque quæ pro reo dicentur, omnia neceſſario a tempore, atque homine ad communes rerum & generum ſummas revolventur.
Ad ſententiam alicujus revolvi. Cic. 4. Acad. 148. Egone, inquit, ad patris revolvor ſententiam?
In eandem vitam revolvi. Ter. Hec. 4. 4. 69.
Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video eſſe. Ubi Donatus, Non rediiſſe, ſed revolutum eſſe, tanquam invitum aut neſcium; relinquit enim quandam veniam, ut velit eſſe correctior.
In aliqua revolvi. i. e. In cogitationem aliquarum rerum recidere. Ovid. 10. Met. 335.
— quid in iſta revolvor? Id fit quum jam conſilio ſtabilito, neſcio quid novi conſilii inſtitutum interturbat.
Revolvi, Recidere, reduci, ut
Victoria ad irritum revolvebatur. Tacit. 3. Hiſt. 26. 2.
Eo revolvi, vel eodem. Cic. 4. Acad. 18. Et 1. Tuſc. 12. Revolveris eodem. h. e. Idem dicis. Celſ. lib. 7. cap. 26. 2. Cum majore periculo eodem revolvuntur.
In eundem ſomnum revolvi, Relabi. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. de Q. Metello.
Retro, quaſi ruina quadam, revolvuntur. Celſ. lib. 2. cap. 2. pr. Subaudi Bona.
Revolvitur ad emptorem infecti damni ſtipulatio. Paulus in l. Damni. §. Emptor prædii. D. de damno infecto, &c.
Revolvere libros, ineptias, pro Volvendo tractare & legere, quod de libris convolutis veterum proprie dicebatur. Liv. 34. 5. Martial. lib. 11. 1.
Antiqua revolvere, Repetere, referre. Sil. lib. 8. 49.
Caſus revolvere. Virg. 10. Æn. 61.
— Xanthum & Simoenta
Redde oro miſeris: iterumque revolvere caſus
Da pater Iliacos Teucris. Ubi Servius, Si ad Trojam vis referre, ſic dicit, Nobis redde Trojam per naufragia & pericula. i. e. Patiamur denuo quæ pertulimus: duntaxat nobis Troja reddatur. Si vero ad Italiam vis referre, ſic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea, quæ in Troja pertulimus.
Vulnera ſua revolvere, Mortes ſuorum memorare. Stat. 2. Silv. 2. 100.

Revŏlūtus, a, um. Partic. [ἀνειλιχθείς] Redactus.
Equo ſuffoſſo revolutus. Virg. 11. Æn. 671.
Penſa revoluta. Virg. 9. Æn. 476.
Saxa æſtu revoluta Pontus reſorbet. Virg. 11. Æn. 627.
Sæcula revoluta, Ætates, ſive anni jam exacti. Ovid. 4. Faſt. 29.
Revolutus ad diſpenſationem inopiæ, Redactus. Liv. 4. 12. extr.
Revolutus, Apertus. Virg. 10. Æn. 256.
— & interea revoluta ruebat
Matura jam luce dies. Revoluta, aperta: ſicut contra, involutum dicimus eſſe quod clauſum eſt. Servius.

Revolūtio, ōnis. f. Auguſtin. de Civitate Dei, 22. 12. extr. Poſt multas per diverſa corporis revolutiones. Idem lib. 12. de Trin. cap. ult.

Revolūbĭlis, e. Adj. [ἀνστρεπτός] Ovid. in Ibin, 191.
Siſyphe, cui tradas revolubile pondus, habebis.

Rĕvŏmo, ui, ĭtum, [ἀνεμέω] ĕre. Idem quod Emovere. Plin. lib. 10. cap. 72. Dracones avibus devoratis ſolidis, contentione plumas, & oſſa revomunt. Sil. lib. 10. 326.
Ac miſeri fluitant revomentes æquora nautæ.
Revomere, Sæpius vomere. Virg. 5. Æn. 182.
Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus. Servius.
Charybdis vorat reptas, revomitque carinas. Ovid. 13. Met. 731.
Revomere, per tralationem, pro Rejicere; ut, Humor aquæ revomit ſurſum ligna. Lucret. lib. 2. 199.
Tam cupide ſurſum revomit magis, atque remittit.

Rĕus, i. m. [ὑπόδικος, ὑπαίτιος, ὑπεύθυνος, ἔνοχος] Quicunque in litem adducitur, etiamſi nihil amiſerit, i. e. Contra quem quiſpiam lege agit. Cic. 2. de Orat. 183. Reos autem appello, non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur. Plaut. Truc. 2. 7. 58. Reus ſolutus cauſam dicit.
Reus dictus eſt a re, quam promiſit, ac debet: Paulus. Reus ſtipulando eſt, qui ſtipulatur. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid pro altero promiſit: Paulus. Feſtus vero, in hunc modum: Reus nunc dicitur, qui cauſam dicit: Et item qui quid promiſit, ſpopondit ve, ac debet. At Gallus Ælius lib. 2. ſignificationum verborum, quæ ad jus pertinent, ait: Reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſive is egit, ſive cum eo actum eſt. Reus ſtipulando eſt, idem qui ſtipulator dicitur; quippe ſuo nomine ab altero, qui ſtipulatus eſt, non is qui alteri adſtipulatus eſt. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid promiſit, quive pro altero quid promiſit. At Capito Ateius in eadem quidem opinione eſt, ſed exemplo adjuvat interpretationem. Nam in ſecunda tabula, ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt: Qui horum fuit unum judici, arbitrove, reove, eo die diffenſus eſto. Nunc uterque, actor, reuſque in judicio rei vocatur: itemque accuſator de vi, accitur more vetere & conſuetudine antiqua. Hæc Feſtus. conf. Scalig. & Dacer. not. & Lex. Piſiſc.
Petitor & Reus, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 42.
Capulares rei, i. e. Capulo digni, apud Cæcil. Lucil. & Plaut. ut ex Nonio 1. 13. & Fulgentio 23. diſcimus.
Diuturni rei, quorum lis diu pendet. Suet. Auguſt. cap. 32.
Nocens reus. Cic. 1. Verr. 9.
Sontes rei. Claud. 4. Conſ. Hon. 88.
Trepidi rei. Ovid. 1. de Pont. 2. 118.
Reus eſt maximis plurimiſque criminibus in judicium vocatus. Cic. 4. Verr. 95.
Ambitus reus. Cic. 4. Att. 15. Candidati conſulares omnes rei ambitus.
Capitis reus. Apul. Met. 3. i. e. Rei capitalis. V. infra Facere reum.
Criminis alicujus reus. Ovid. 16. Epiſt. 324.
Culpæ reus. Cajus in l. Ex maleficio. §. ult. D. de act. & oblig.
Culpæ alienæ. Liv. 24. 22.
Delicti reus. Nepos 7. 8. 4.
Facti reus, Qui factum aliquod commiſit. Plaut. Ciſt. 2. 3. 16.
Injuriarum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Majeſtatis læſæ. V. LÆDO.
Peculatus. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Sacrilegii reus eſt. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Reus de vi. Cic. 2. Att. 56. Nunc reus erat apud Craſſum Divitem Vettius de vi, & quum eſſet damnatus, erat judicium poſtulaturus. conf. infra Facere reum.
Avaritiæ reus. Cic. pro Flacc. 7. Et is eſt reus avaritiæ, qui in uberrima re, turpe compendium: in maledicentiſſima civitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modo crimen, effugit. i. e. Repetundarum pecuniarum, quaſi propter avaritiam.
Deſidiæ. Martial lib. 10. 70.
Fortunæ ejus diei reus. Liv. 6. 24. Orare ſingulos, univerſoſque, ut ſe, reum fortunæ ejus diei, crimine eximerent.
Pugnorum reus, ebriæque noctis. Martial. lib. 10. 87. i. e. Nocturnæ petulantiæ.
Reus etiam, interdum pro Expromiſſore accipitur. Ulp. in l. 1. §. Exceptionem. D. Quarum rerum actio non datur, Exceptionem onerandæ libertatis cauſa, ſicut & ceteras, fidejuſſori non eſſe denegandam ſciendum eſt: nec ei quidem, qui rogatu liberti reus factus eſt. Modeſtinus. Quum ſervus pecuniam pro libertate pactus eſt, & ob eam rem reum dederit, quamvis ſervus ab alio manumiſſus eſt, reus tamen obligabitur. Budæus.
Reus ſatiſdandi, ab Ulpiano dicitur, qui ſatiſdato obligatus eſt, id eſt fidejuſſore dato. Reus vero ſatiſaccipiendi, qui fidejuſſores accepit ob debitum. In l. Qui hominem. §. Quidam. De ſolutionibus, Dici poteſt quoties reus ſatiſdandi, reo ſatiſaccipiendi heres extiterit, fidejuſſores liberari.
Promittendi reus, qui ſuo nomine, quid pro altero promittit. Stipulandi reus, qui ſtipulatur. Modeſt. in l. j. D. de duobus reis conſtit. Qui ſtipulatur, reus ſtipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur.
Reus, inquit Nonius 6. 71. non ſolum crimini & culpæ obnoxius, ſed etiam honeſti, vel voti debitores promiſſi, auctoritas voluit. Virg. 5. Æn. 236.
Conſtituam ante aras, voti reus. [Scribo, Vel promiſſi, &c.
Tutandæ ſuæ ſtationis reus dicitur, Qui ſtationem ea lege cuſtodit, ut illi imputetur ſi quid adverſi acciderit. Liv. 25. 30.
Voti reus, inquit Macrobius 3. Saturn. 2. Qui ſuſcepto voto numinibus ſe obliget. Virg. 5. Æn. 237.
Conſtituam ante aras voti reus. [Qui & Damnatus voti. V. DAMNO.
Agere reum. V. AGO. Agitur autem reus, qui accuſatur. Ovid. 20. Epiſt. 91.
Nunc reus infelix abſens agor.
Agitur ſpretarum legum reus. Ovid. 13. Met. 36.
Ampliati rei. V. AMPLIO.
Arguere reum. V. ARGUO.
Citare reum. V. CITO. Cic. Anteq. iret in exil. 6. Non citatur reus audaciæ, virtutis reus citatur.
Coarguere reum teſtibus. V. COARGUO.
Comperendinare reum. V. COMPERENDINO.
Conſidere in reum. V. CONSIDO.
Conſtituere aliquem reum, i. e. Facere. Papinian. in l. libertus a patrono reus conſtitutus. D. de in jus vocand.

Deferre reum criminis. Quintil. lib. 11. cap. 1. h. e. Accuſare.
Denuntiare teſtimonium reus poterit, & inquirere. Plin. 6. Epiſt. 5. ad Urſum, Addidit etiam petendum e Conſulibus, ut referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adjici, ut ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibuſque denuntiandi poteſtas ea lege eſſet, ita reis quoque fieret. ex Budæo.
Eximere ex, vel de reis. Cic. 4. Verr. 90.
Facere aliquem reum, pro Accuſare, ſive reum agere. Tacit. 1. Ann. 58. Violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præſidebat, reum feci.
Facere aliquem rei capitalis reum. Cic. 4. Verr. 94. Ea poſtea quam numerata eſt, contentus hac iniquitate non fuit: palam de ſella, ac tribunali pronuntiat, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe ejus nomen recepturum, & ſimul ut ad cauſam accederet, nomenque deferret.
Facere aliquem reum de moribus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Fieri reum, inquit Aſconius in 2. Verr. 5. eſt Apud Prætorem legibus interrogari. Quum enim in jus ventum eſſet, dicebat apud Prætorem accuſator reo, Ajo te Siculos, verbi gratia, ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut victo: ſi negaſſet, petebat a magiſtratu dies accuſator inquirendorum criminum, & inſtruebatur accuſatio.
Fieri reum, eſt Se expromiſſorem & alieni debiti debitorem conſtituere. Ulp. in l. 1. §. Except. D. Quarum rerum act. non dat. Cum enim propoſitum ſit Prætoris, in hujuſmodi obligationibus reo ſuccurrere: non ſervaturus eſt propoſitum ſuum, niſi fidejuſſorem quoque & eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit, adverſus patronum defenderit.
Pendentes rei. V. PENDEO.
Peragitur reus, qui damnatur. Plin. 3. Epiſt. 9. Dum ille peragitur reus, ſedimus. Juriſconſ. Peregiſſe reum non alias quis videtur, niſi condemnaverit. V. PERAGO.
Poſtulare reum, pro Accuſare. Plin. jun. Reum poſtulavit, tanquam in cauſa prævaricaretur. V. POSTULO, & PRÆVARICOR.
Referre in reos. V. REFERO.
Repetere reum. V. REPETO.
Subdere reum. Tacit. 1. Ann. 6.
Supponere ſe reum. Cic. pro Dejot. 42.

REA, æ. f. Seneca Controverſ. lib. 4. cap. 29. Rea es. Idem mox, Hæc rea non mittenda in exſilium. Ibid. plur. Comparemus inter ſe duas reas.
Agi ream falſi criminis. Ovid. de Rem. Amor. 388.
Agi ream laudis. Ovid. 14. Epiſt. 120.

REATUS, ûs. m. Vocabulum Auguſti ætate inventum a Meſſala, qui primus dixit, ut auctor eſt Quintil. lib. 8. cap. 3. quo deſignatur Status & conditio reorum, hoc eſt Habitus demiſſus, pannoſus, ſqualidus, & miſericordiæ aucupator. Unde reorum Sordes, Sordidatique rei dicebantur. Modeſtinus, D. de pœnis, in l. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ejus ſublevanda erit. i. e. In eum mitius animadvertendum, qui diu ſordidatus fuerit: id quod evenire ſolet, aut judicum conſilio in diem longiorem judicium rejicientium: aut pro re nata, ſi qua de cauſa plane non liquebat, reus ſæpius ampliatus eſt. Pars enim pœnæ viſa eſt, longa temporis intercapedo in conſpicua calamitate & miſeranda. Paulus D. de bonis damnat. l. Cum ratio, Fraudis autem cauſa adoptio facta videtur, etiamſi non reatu, ſed in deſperatione reum per conſcientiam metu imminentis accuſatoris quis adoptet.
Dat Fortuna reatum alicui. Martial. lib. 2. 24.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorque reo.

Revocare ad reatum. Juſtin. lib. 4. Hiſtor. cap. 4. Revocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia ſecunda Nicias & Lamachus faciunt. Ad reatum, inquit, i. e. Ad cauſam dicendam. Budæus.
Suſtinere reatum. Apul. 3. Met. p. 133. Elmenh. Nec poſſum reperire, cur juſtæ ultionis, qua contra latrones deterrimos commotus ſum, nunc iſtum reatum ſuſtineam. Idem 7. p. 191. Malæ conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo, ſi quod bonum mihi videtur diſſimulavero. Ubi Reatum pro Tacita criminatione conſcientiæ dixit.
Obligari reatu. Quintil. Decl. Trib. Mar. cap. 8. p. 81. Burm. Nemo paternis reatibus obligatur.
Errore autem miro hæc opinio inter Juriſperitos, aliiſque invaluit, ut Reatus pro Crimine exaudiatur. Budæus. Sequiori tamen ævo Eccleſiaſtici ſic uſurparunt. V. Prudent. Nat. Dom. 10. Hymn. Jejun. 175. Alcim. Avit. 2. 180.

REVULSIO, **REVULSUS**. V. REVELLO.

R E X

REX, regis. V. REGO.

R H A

RHA, indecl. n. [Ῥᾶ] auctore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. Sarmatiæ fluvius, in Europa: alio nomine *Volga*, *Volha*, a Tartaris *Edel* nuncupatus. Ab hoc nomen medicamento nobili, (ut Ammian. Marcel. lib. 22. Hiſtoriarum inquit) quod Rheon, ῥῆον, ſeu Rha barbarum, atque aliud Ponticum, vocatur. Cornelius Celſus in antidoto Mithridatis 5. 23. 3. radicem Ponticam nominavit. V. Dioſc. 4. 164. Ruellium lib. 3. cap. 2. & Salmaſ. exerc. Plin. p. 796. & Pomp. Melæ interp. 3. 5.

RHABA, æ. f. [Ῥάβα] Oppidum eſt ad ſinum Ionium, a quo deducitur gentile Rhabæus, Stephan.

RHABARBARUM, [ῥῆον] V. RHA paulo ſupra.

RHABATHMOMA, æ. f. [Ῥαβαθμωμᾶ] tertiæ Paleſtinæ urbs, alio nomine Areopolis dicta. Auctor Steph.

RHABBENUS, i. m. [ῥαββηνὸς] Rhabbi, magiſter. Hacce Rhabbenus Antoninum inſtruxit quid nomen Jehova יהוה ſignificaret Hebræis. Lilius refert primo Syntagmate hiſtoriæ Deorum.

RHABDOS, i. f. [ῥάβδος] Latine, Virga. Meteoron apud Apul. de Mundo p. 64. Elmenh. Ad virgæ figuram per longum colorata nubecula.

RHACHIS, is. f. [ῥάχις] Lat. Spina. Portio eſt Sturionis, qua dorſum flectit. Eſt ſturio piſcis apud Gallos notiſſimus, nempe Martio Apriliſque menſibus, multus Rhodanum averſo flumine ſecat: capitur plurimum inter Arelatem & Taraſconem: ſed & alibi Cælius de eo ſcribit lib. 12. cap. 12.

RHACINUS, i. m. Piſcis pulli coloris a nemine eorum, qui Halieutica ſcripſerunt, præterquam ab Ovidio commemoratus: ob id fortaſſis quod non alibi, quam in Ponto naſcatur, ubi ſupremis ſuis temporibus opus hoc Ovidius inchoavit. Plin. lib. 32. cap. ult. Orphum rubentem, Rhacinumque pullum, inquit. Rhacinus eſt ex conchatorum piſcium in mari degentium numero. V. Ulit. not. ad Ovid. Halieut. v. 103.

RHACODES, is. f. [ῥακώδης] Cutis lacera in abſceſſibus. Cæl. lib. 3. cap. 19. Eſt & in abſceſſibus cutis nuncupata Rhacodes, puris virulentia inſigniter attenuata & τριβακώδης, id eſt, attritis linteis admodum aſſimilis. Lacernoſam autem Latine appellent nonnulli, quia lacernæ inſtar rodatur. V. Fœſii OEconom. Hippocr. in Ῥακῶδ.

RHACOMA, ătis. n. [ῥάκωμα] Herba, cujus radix coſto nigro eſt ſimilis, minor & ruffior paulo, ſine odore, calefaciens guſtu & aſtringens. Plin. lib. 27. cap. 12. Rhacoma, inquit, adfertur ex his, quæ ſupra Pontum ſunt, regionibus.

RHACOSIS, is. f. [ῥάκωσις] i. e. Detritio, laceratio, multa ſcroti extenſio eſt. Galen. in libro finitionum Medicæ artis.

RHADAMÆI, orum. pl. m. [Ῥαδαμαῖοι] Populi in Nabathæa Arabiæ regione, quorum originem referunt quidam ad Rhadamanthum Minois fratrem. Plin. lib. 6. cap. 28. [Forſan Ῥαδαμάνιες Nonn. Dionyſ. 21. 306.

RHADAMANTHUS, i. m. [Ῥαδάμανθυς, νος] Jovis ex Europa filius, & rex Lyciæ, qui quod ſeverus fuerit, & juſtitiæ exſecutor, fingitur a poetis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Virg. 6. Æn. 566.

Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna, &c. conf.

Ovid. 9. Met. 436. & Plin. lib. 7. cap. 56.

RHADAMANTHEUS, a, um. Adj. [Ῥαδαμάνθειος] ut,
Rhadamantheum judicium, [Ῥαδαμάνθυος κρίσις] proverbio de incorrupte judicantibus dictum: Rhadamanthus enim Manium judex, neque muneribus, neque gratia flecti dicebatur, quo minus ſevere judicaret. Eraſmus in Chiliad. V. Suid.
Rhadamantheum jusjurandum, [Ῥαδαμάνθυος ὅρκος] quod nullo nomine conteſtato aut nominato fit, neſas enim eſt Deum jurando teſtem iſtis quiſquiliis advocare. Eraſm. in Chiliadibus. V. Suid.

RHADAMISTUS, i. m. Regis Iberiæ filius fuit, qui dum ſimularet cum Mithridate rege Armeniæ fœdus inire, & ob id colligandi pollices forent, lorum ad terram callido aſtu decidere ſimulaſſe fertur, quo Mithridatis pedes vinculo invaſit, ipſumque cum uxore & liberis captivum ſecum abduxit, atque occidit. Alexand. Alex. lib. 5. cap. 3. Ex Tacit. Ann. 12. 44. ſeqq.

RHADATA, æ. f. [Ῥαδάτα] Oppidum Syenitarum in Æthiopia, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Plin. lib. 6. cap. 29.

RHADINE, es. f. [ῥαδινή] i. e. Gracilis, tenella. apud Lucret. lib. 4. 1160. Item
Virgo quædam, quæ Corinthio cuptum data tyranno, dicitur a Samo flante Zephyro navigaſſe. Strabo lib. 8. In quam hymnum ſive Epithalamium concinnavit Steſichorus. V. Caſaub. in Strabonis loc. cit.

RHÆBOS, Adj. & n. pl. **RHÆBA**, [ῥαιβά] Galen. de Cauſis morbor. c. 7. Intempeſtivi autem, & vehementiores motus labefactant membra, et in quam minime ſit opportunum partem circumaguut. Crura etenim ex ipſa innitentium corporum gravitate, aut ad exteriora, aut ad interiora vertuntur, ut magis ad hæc quam ad illa primum tibiæ momentum declinet: quibus enim eſt rectior, quam natura convenit, blaſſa fit magis: quibus autem cavior, efficitur Rhæba. Voco autem blaſſum, quod ad exteriora convertitur: Rhæbum autem, quod in contrariam partem. Al. ſcrib. ῥαιβὸς, vel ῥαιβά. V. Fœſii Oecon. Hipp. βλαισὸς Valgum denotat, ῥαιβὸς Varum.

RHÆTIA, **RHÆTI**. V. RHETIA, &c.

RHAGA, æ, vel as, [Ῥάγα] ſive **RAGE**, es. f. Mediæ urbs a Nicatore condita, & ab ipſo quidem Europus, a Perſis vero Arſacia appellata. Strabo lib. 11. conf. ſeq. dict.

RHAGÆ, pl. n. [Ῥαγαί] **RHAGEA**, æ. f. [Ῥαγαία Ptol.] Regiuncula eſt in Parthia, affinis Hyrcaniæ & Perſicæ regionibus. Rhagis nomen impoſitum dicitur a terræ motibus, qui ibi frequenter fiunt, a quibus multæ urbes, ut Poſidonius refert, & duo millia vicorum everſa ſunt. Strabo lib. 11.

RHAGAS, ădis. f. [ῥαγάς] pl. Rhagades. & **RHAGADIA**, orum. n. [ῥαγάδια] Diminutiv. vocantur Sciſſuræ, ſive fiſſæ, quæ in ſede, pedibus, labiis, aliave qua corporis parte, proveniunt; dictæ a verbo Græco ῥήσσω, quod ſignificat Rumpo. Plin. lib 23. cap. 4. Attrita ſanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Ibid. cap. 3. Uſus ejus cum aceto, aut vino vetere, aut mulſo, ut quæque cauſa exigat in curationa oris, dentium, aurium, ulcerum manantium, genitalium, rhagadum. Idem lib. 7. cap. 15. Arboris ipſius cinis ex melle ſedat rhagadia. Alias Sciſſuras vocat. V. Galen. in lib. Finitionum Medicæ artis; & Celſ. lib. 6. cap. 18. 7. Qui & Ani fiſſa vocat. V. in SIGNO.

RHAGION, i. n. [ῥάγιον] Aranei ſpecies, acino nigro ſimilis, ore minimo ſub alvo, pedibus breviſſimis, tanquam imperfectis. Dolor a morſu ejus qualis a Scorpione. Plin. lib. 29. cap. 4. Sane ῥάγιον, dimin. a ῥάξ, vertitur Latine, Parvus acinus.

RHAGOIDES, is. f. [ῥαγοειδής] Tunicula oculi inferior. Celſ. lib. 7. cap. 7. 13. Oculus ſummas habet duas tunicas, ex quibus ſuperior a Græcis κερατοειδὴς vocatur. Ea, qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adjuncta eſt, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine concava, circa tenuis, ulterioribus partibus ipſa quoque plenior, quæ ῥαγοειδὴς a Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ cum interiora oculi cingant, rurſus ſub his coeunt, extenuatæque, & in unum coactæ, per foramen, quod inter oſſa eſt, ad membranam cerebri perveniunt, eique inhæreſcunt. Sub his autem, qua parte pupilla eſt, locus vacuus eſt. Hæc Celſus. [In edit. Linden. χοροειδὴς legitur, quod ex margine, opinor, editionum antiquiorum arripuit, quæ partim χοροειδὴς, partim mendoſe κορσειδὴς adſcriptum exhibent. Eſt autem Choroides, vel Chorioides, & Rhagoides unius, ejuſdemque tunicæ oculi commune nomen, quam vulgo Uveam vocant, dicta. ὅτι ἔοικε ῥαγὶ τῶν βοτρύων, ut vult Rufus Epheſ.

RHAGOPODES, um. m. [ῥαγόποδες] Chiropodes, qui morbo pedum laborant, quaſi rupturas in pedibus habentes. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 12. Denique in pedibus quæ fiunt rupturæ, vocantur Chiræ, unde ita affecti Chiropodes nuncupati, velut Rhagopodes.

RHAMNES, um. m. pl. [Ῥαμνήτες] Hor. de Arte Poet. 342.

Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes. Acron, Rhamnes, Luceres, Tatienſes, Romanæ tribus erant: vel ut melius, Equites. Hactenus ille.

Rhamnes

Rhamnes alii a Romulo appellatos: alii Rhamnes & Luceres vocabula eſſe Tuſca volunt, ut infert Varro lib. 4. de L. L. 9. Sed rectius ſine aſpirata ſcribitur. V. RAMNENSES, & RAMNETES.

RHAMNIS, æ. f. Urbs fuit in Eubœa, in qua Fortunæ templum habebatur maximum: hinc Rhamnenſis, & Rhamnenſe. Alexander Alexandrin. lib. 1. cap. 13. [V. RHAMNUS.

RHAMNŪS, i. m. [ῥάμνος] Genus fruticis, aſperrimum aculeis, & flore gratiſſimum. Plin. lib 24. cap. 14. Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Græcis, candidior & fruticoſior. Is floret ramos ſpargens rectis aculeis, non ut ceteri aduncis, foliis majoribus. V. Ruell. lib. 1. cap. 123. Dioſc. 1. 119. & Columel. lib. 10. cap 373. Alias Spina alba.

RHAMNŪS, untis. m. [Ῥαμνοῦς] Pagus in Attica, non procul a Marathone. Plin. lib. 4. cap. 7. & cap. 12. In hac Fortunæ ſimulacrum fuit Phidiæ manu factum. Unde

RHAMNŪSIUS, a, um. poſſeſſ. [Ῥαμνούσιος] Quod eſt ex Rhamnunte. Ter. And. 5. 4. 26.

Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe ajebat eſſe.

Rhamnuſia dea, ſeu Virgo Rhamnuſia, Fortuna. Catull. Argon. 62.395. V. Heſych. & Alexandrum ab Alex. lib. 4. cap. 26.

RHAMNŪSIA, æ. f. [Ῥαμνουσία] Indignationis dea, quam Græci Νέμεσιν vocant. Nam quum Narciſſus formæ bonitate abuteretur ſuperbius, recte fingitur ejuſmodi Dea adverſus eum, qui præſentibus bonis ſit indignus. Claud. de Bell. Get. 601.

Sed Dea, quæ nimiis obſtat Rhamnuſia votis. Ovid. 5. Triſt. 9. 9.
Exiget in dignas ultrix Rhamnuſia pœnas. V. NEMESIS.

RHAMNŪSIS, idis. patronym. f. [Ῥαμνουσίς] Ovid. 14. Met. 694.

— memoremque time Rhamnuſidis iram. h. e. Rhamnuſiæ deæ.

RHAMPSINITUS, i. m. [Ῥαμψίνιτος] Nomen proprium regis Ægypti, ut Herodotus lib. 2. Hiſt. refert. Idem qui & Ramiſes & Ramſes, & Rhapſaces, & Rhemphis. conf. RAMISES.

RHĂNIS, idis. f. [Ῥανίς] nomen Nymphæ unius Dianæ comitum, cujus meminit Ovid. 3. Met. 171.

Excipiunt laticem Nymphæque, Hyaleque, Rhaniſque.

RHĂPHÆ, arum. f. pl. [ῥαφαί] Suturæ in cranio, quæ ſerratæ inter ſe coaleſcunt, Rabdoiadas ſunt qui appellent.
Item piſces. V. RHAPHIS.

RHĂPHĂEL, elis. m. [Ῥαφαήλ] Rhaphael Volaterranus, vir inſignis doctrinæ & virtutis, noſtro ævo excelluit: de quo quoniam Alexander Alexandrinus ejus familiaris ingenue ſcribit lib. 6. cap. 7. non neceſſe eſt haſce paginas replere: ſed cupidum lectorem ad Alexandrum remittimus.

Rhephaeles, Juriſconſulti duo, celebrantur: alter Fulgoſius, Comenſis alter, quorum uterque Patavii jus civile profeſſus eſt circiter annum 1420. Volaterr.

RHĂPHĂNA, [Ῥαφάνα Steph.] Nobilis civitas in Decapoli regione Syriæ. Plin. lib. 5. cap. 18. Plurimi tamen Damaſcum & Optoton riguas amne Chryſorroa, fertilem Philadelphiam, Rhaphanam, omnia in Arabiam recedentia, &c.

RHAPHANE, es. f. [Ῥαφάνη] quæ & Apamia, Oppidum in Media. Plin. lib. 6. cap. 14. Reliqua Medorum oppida, Phauſia, Agamzua, Apamia Rhaphane cognominata.

RHAPHANĪTIS, idis. f. [ῥαφανῖτις] Iridis Illyricæ genus primum. Plin. lib. 21. cap. 7. Illyrica quoque (de Iride loquitur) duorum generum eſt, Rhaphanitis a ſimilitudine, quæ & melior: Rizotomos ſubrufa, optima, quæ contactu ſternutamenta movet. Illa herba caulem habet cubitalem, erectum. Floret diverſi coloris ſpecie, ſicut arcus cæleſtis, unde & nomen habet.

RHAPHANOS AGRIA, [ῥάφανος ἀγρία] Herba, quæ alias Apios, ſive Iſchas dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8.

RHĂPHĂNUS, ſive RAPHĂNUS, i. m. [ῥάφανος] Genus radicis hortenſis notæ. Plin. lib. 19. cap. 5. Cortice & cartilagine conſtant raphani: multiſque eorum cortex craſſior etiam, quam quibuſdam arborum. Amaritudo plurima illi eſt, & pro craſſitudine corticis, cetera quoque aliquando lignoſa. Et vis mira colligendi ſpiritum, laxandique ructum. Ob id cibus illiberalis: utique ſi proxime olus mandatur: ſi vero cum olivis drupis, rarior ructus fit, minuſque fœtidus.

Raphanis utebantur veteres ad adulterorum pœnam, quos deprehenſos conſtituebant quadrupedes, ac violenter expilatis partibus pudendis, per podicem ſummo cum cruciatu grandiores raphanos, aut mugiles piſces, immittebant. Catul. ad Aurel. 16. 19.

Percurrent raphanique, mugileſque. Ubi V. Interpp. Juven. 10. Sat 317.

— quoſdam mœchus & mugilis intrat.

Aliud raphani genus agreſte, de quo Plin. lib 20. cap. 4. Eſt & ſativi uſus in Italia, & Armoraciam vocant ſativam. Sativi vero decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt & ejiciunt calculos.

Raphanus, pro Braſſica, Hermolaus in lib. 19 Plin. cap. 7. Attica lingua Rhaphanos braſſicam ſignificat, non radicem, quam illi proprie raphanida, non raphanum vocabant. Sed poſtea inolevit atque obtinuit, ut Rhaphanos pro radice caperetur, non pro braſſica. Idem in Corollario, cap 349. Braſſicam antiqua Græcia, non Cramben, ſed Rhaphanon appellabat: quod & Ariſtoteles, ut Julius Pollux inquit, & Theophraſtus, fere ſequitur. Hæc ille. Cornarius in cap 2. lib. 7. Galeni de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos, Braſſicam, inquit, id eſt κράμβην, a veteribus fuiſſe item ῥάφανον dictam. Ariſtot. lib. 5. cap. 19. de animalium hiſtoria teſtatur, ubi de braſſicarum erucis ait, αἱ δὲ γίγνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην. Et ſic ſane etiam Theophraſtus vocat. Atque inde natus error videtur eorum, qui crambeo & braſſicam, rhaphanum hodiernum eſſe exiſtimant, æquivoco rhaphani decepti, qui veteribus etiam de braſſica, (ut dixi) hodie de ea tantum, quam Radicem & Radiculam appellamus, uſurpatur, veluti etiam Galen. lib. 2. de Aliment. teſtatur. Plin. certe lib. 17. cap. 24. in fine, Rhaphanum, ex Theophraſto ut apparet, itidem Rhaphanum reddidit, quam braſſicam oportuit, velut ex eodem Theophraſto, lib. 20. cap. 9. manifeſtum fit, ubi de braſſica idem repetit. Hæc & plura Cornarius. Scribitur & Rhaphanus. Gloſſ Cyrill. ῥάφανος, Radix.

RHAPHANĬNUS, a, um. Adj. [ῥαφάνινος] ut, Rhaphaninum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. Dioſcor. lib. 1. cap. 36.

RHĂPHĂNIS, idis. f. [ῥαφανίς] Idem quod Radix, vel Radicula, item Rhaphanus. Gloſſ. Cyrill. ῥαφανίς, Radix. V. RADIX.
Rhaphanides Thaſiæ, apud Cæl lib. 9 cap. 12.

RHAPHĒA, æ. f. [Ῥάφεια] Oppidum in Palæſtina Idumææ, non procul a Rhinocolura. Plin. lib 5. cap. 13. Forſan idem cum Rhaphia.

RHAPHEIUM, i. n. Herba eadem quæ Leontopetalon. Plin. lib 27 cap 11.

RHAPHĪA, æ. f. [Ῥαφία, Ῥάφεια Steph.] Ptolemæo lib 5. cap. 19 Urbs Judææ Palæſtinæ prope Jordanem fluvium, a Judæis Rama appellatur.
Rhaphia, [Ῥάφεια] Locus in Arabia poſt Gazam, ubi Ptolemæus quartus cum Antiocho Magno, prælium commiſit. Strabo lib. 16.

RHAPHIS, idis. f. [ῥαφίς] Gr. Acus dicitur. Item piſcis genus, qui & Latine Acus dicitur. V. ACUS.
Rhaphides, ut vult Cæl. lib. 13. Lect. antiq. cap. 28. Dorion in libello de piſcibus Rhaphidas aliud multo eſſe, quam βελόνας, dicit: nam eſſe piſciculos, quos & Belonas vocant, auctor eſt. V. Athen. Deipnoſoph. lib. 7.

RHAPHIUS, i. m. Animal. Plin lib. 8. cap. 19. Pompeji magni primum ludi oſtenderunt chaum, quem Galli rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis.

RHAPSŌDIA, æ. f. [ῥαψῳδία] Sic dictæ ſunt partes Homerici poematis. Nepos 10. 6. 4. Verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia. V. Scalig. Poet. 1. 41. & Salmaſ Exerc. Plin. p. 867. & Suid.

RHAPSŌDI, ōrum. m. pl. [ῥαψῳδοί] Divinorum interpretes dicuntur. Cælius Rhod. lib. 7. cap. 1. Conſtat omnirum divino inſtinctu ab interpretibus, quos & Rhapſodos nuncupant, aliquam enarrari poeſin. V. Suid.

RHASCUPOLIS, V. RHESCUPORIS.

RHATŌUS, i. m. [Ῥάτωος] fluvius Auſtrum verſus in Ionium ſinum influens. Strab. lib. 7. Sed Xyl. probante Caſaub legit Ἄρατθος.

RHAURARIS, is. m. Obris, & Atax ex Gammeno monte, per Galliam Narbonenſem in ipſum mare devolvuntur. Strabo lib 4. Hæc quidem flumina e Pyrenæo monte inter Narbonem & Aphrodiſium ex utraque Narbonis parte ac etiam ex Cemmeno monte feruntur in mare, quo ex monte & Atax oritur & Obris, & Rhauraris: quem integriore lectione quidam vocant Amurarim. Gallice, Eraud, Orb, & Aude.

RHAXYALI, orum m. pl. [Ῥαξύαλοι] Populi ſunt extra Germaniæ fines, trans Albim ad Septentrionis oram. Strabo lib. 7. Verum enimvero quid ultra Germaniam exſiſtat & quid de aliis ex ordine poſitis, ſive Baſtarnas appellare oporteat, ut plures arbitrantur, ſive alios intermedios, ſeu Iazygas, ſeu Rhaxyalos, ſeu quoslibet alios ex iis, qui pro tecto carris utuntur, non facile protulerim.

R H E

RHEA, æ. f. [Ῥέα] aliis nominibus Ops, Deûm mater, Cybele, Magna mater, Dea Phrygia, Veſta, Idæa, Dindymene, Pylena, Peſſinuntia, Enthea, aliiſque compluribus nominibus vocitata, re vera (ut auctor eſt Orpheus in hymnis) Protogenis cujuſdam filia. Hanc fabulantur Cæli & Terræ filiam, Saturni uxorem, denique terram eſſe. Cui quanta religione olim ſacra Galli dicti, Sacerdotes ejus faciebant, auctores ſunt Feſtus in Gallus, Arnobius, Auguſtinus, aliique, ex quibus Lilius, 4. Syntagmate Hiſtoriæ deorum. Hujus ſemiviri, id eſt exſecti ſacerdotes, ſe caſtrabant furentes. V. Stat. 2. Achil. 154.
Rhea Sylvia, filia Numitoris, Veſtæ ſacerdos Romulum & Remum (ſi fides fabulæ) de deo Marte, aut potius furtivo concubitu ex quopiam adoleſcente, uti adſolent connubio prohibitæ, & concepit & peperit. Livius lib. 1. 4.

RHĒBANUS, i. m. [Ῥήβαντος] Fluvius in Faucibus Boſphori Thracii, ut ſcribit Orpheus in Argonaut. Idem forſan, ac

RHĒBAS, æ. m. [Ῥήβας] Plin lib 6. cap. 1. Ergo a faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rhœſum dixerunt. Valer. 4. Argon. 698.

— nigrantia quin jam
Litora, longinquique exirent flumina Rhebæ.

RHECAS, æ. m. Unus ex iis ducibus qui Laconas Heniochiam deduxerunt. Auctor Strabo lib. 11.

RHECTÆ, arum. m. pl. [ῥῆκται] Species terræ motuum, quorum impulſu diſſilit tellus, ut habet Apul. de Mundo p 61. Elmenh.

RHĒDA, vel RĒDA, æ. f. [ῥαίδα] vocabulum Gallicum, ut ait Quintil. lib. 1. in cap. 5. de virtut. & vitiis oration. Eſt autem genus Vehiculi curruum, quo geſtabantur nobiliores in villas ſuas, cujuſmodi ſunt hodie quos Itali cocchi vocant. Cic. 5. Att. 17. Hanc epiſtolam dictavi ſedens in rheda, quum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui. Eidem 6. 1. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus eſſedis, & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna. Cæſ. 1. Bell Gall 51. Omnemque aciem ſuam rhedis & carris circumdederunt. V. Leo. Pitiſc. [Gloſſ. Gr. Lat. ῥαίδιον, Reda. Conſ. Suid. in ῥαίδιον.
Tollere aliquem rheda. Hor. 2. Serm 6. 42.

RHEDĀRIUS, a, um. Adj. ut, Rhedarius mulus, Qui rhedam ducebat. Varro 3. de R. R. cap. 17.

RHEDĀRIUS, i. m. [ἁμαξηλάτης] Auriga, rectorque ipſius rhedæ. Cic. pro Milon. 29. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum, adverſi rhedarium occidunt. conſ. Capitol. Max. & Balb. cap 5.

RHEDONES, um. m. pl. Galliæ populi, in ducatu Britanniæ, de quibus Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 75. Scribitur & ſine aſpiratione.

RHEGIUM, i. n. [Ῥήγιον] Oppidum ſitum in margine Italiæ, cui Græci a fractura nomen dedere. Hic enim Sicilia avulſa abruptaque eſt ab Italia, auctore Plin. lib. 3. cap. 8. Olim Rheginæ civitatis ingens fuit potentia, ob eamque cauſam nomen civitati factum eſſe aliquot autumant, quaſi Regia urbs foret. Unde & Strabo ſcribit quoſdam exiſtimaſſe a quodam rege dici potuiſſe: ſicque abſque aſpiratione ſcribendum eſſet. Ovid. 14. Met. 48.

Liquerat & Zanclen, adverſaque mœnia Rhegi. Nunc vulgo dicitur Reggio, teſtis Olivarius in Melam.
Rhegium appellatur id municipium, quod in freto Siciliæ eſt, quoniam id a rumpendo dictum eſt, quod eſt Græce ῥήγνυμι, eo quidem maris, quia in Gallia Ciſalpina, ubi forum Lepidi fuerat, Rhegium vocatur. Feſtus. conſ. Juſtin 4. 1.
Eſt alterum illud Rhegium Ciſalpinæ Galliæ oppidum, non longe a Parma & Mutina a Lepido inſtauratum, quod & Rhegium Lepidi pro differentia alterius dicitur, a quo Rhegienſes.

RHEGINUS, a, um. Adj. [Ῥηγῖνος] Sil. lib. 13. 94.

Dum Libis haud lætus Rhegina ad litora tendit.

RHEGINI, orum. m. [Ῥηγῖνοι] Populi qui Rhegium incolunt. Cic. pro Arch. 5.

RHĒGMA, ătis. n. [ῥῆγμα] in Gloſſ. Cyrill. Volſura. Eſtque citra plagam, ut ſpaſma in nervoſis, Trauma τραῦμα, ex illato ictu in corpulentis, ut vult Cæl. lib. 3. cap. 17.

RHEGMA, ătis. n. [Ῥῆγμα] Lacus eſt poſt Anchialam, qui antiqua navalia habet multa, haud procul a Tarſo, qua parte ſpectat Rhodios. Strabo lib. 14.

RHEGMOCHASMUS, i. m. [ῥηγματοχασμός] Hians ruptura. Celſ. 4. 7. 5.

RHĒMI, ōrum. m. pl. [Ῥῆμοι] Galliæ Belgicæ populi, ut ſcribit Cæſar in Commentariis, & Plin. lib. 4. cap. 17. Vulgo *Rhemenſes*. [Hi videntur eſſe, qui Stephano Ῥῆμοι. minus recte audiunt. Scribitur & REMI.

RHEMNIA Lex, pœnam calumniatoribus irrogat: Calumniator enim cum falſa intendat ſciens crimina, innocentemque laceret immeritum, ea lege coercetur. V. tit. in Pandect. Civil. ad Sen. Conſ. Turpil.

RHĒNIA, æ. f. [Ῥήνεια] Exigua eſt inſula Delo uſque adeo vicina, ut a Polycrate Samiorum Tyranno duæ hæ inſulæ catenis aliquando fuerint connexæ. In hanc mortuos ſuos Delii inferebant, eo quod in Delo nec parere licebat, nec mortuos ſepelire, nec canem alere. auctor Thucydides lib. 1. & 3. belli Peloponneſiaci. V. Strab. lib. 10. Hermolaus, Rhenen, vocat, ut & Steph.

RHĒNO, ōnis. f. [ἀλωπεκῆ] Veſtis pellicea, præcipue ovilla, ad uſum humanum redacta. Ab ovibus nomen habet, quas Græci ῥῆνας appellant. Licebit etiam pelles caprinas Rhenones appellare. Plurimum enim his duobus pecorum generibus indifferenter tribuitur. Cæſ. 6. Bell. Gall. 20. ſcribit Germanos uti parvis rhenonum tegumentis. V. & Varr. 4. de L.L. 35. Iſidor. 19. 23. Voſſ. Etymol.

RHĒNUS, i. m. [Ῥῆνος] Germaniæ fluvius celeberrimus, qui ab Alpibus defluens, tribus oſtiis in mare Germanicum effunditur. Cæſ. 4. B. G. 10. Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt. & longo ſpatio per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Trevirorum citatus fertur: & ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibuſque inſulis effectis: quarum pars magna a feris barbariſque nationibus incolitur: ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur: multiſque capitibus in Oceanum influit. Hactenus ille. V. Tacit. 2. Ann. 6.

Rhenus veteribus Germanis dictus eſt a puritate, quod unda ſit limpidiſſima & pura. Nam *Rein* purum ſignificat. Vel a fluendo, quod *Rinnen* Germanis dicitur. Hic in principio agri Batavorum juxta Lobeccam arcem in tria exit cornua, ſeu oſtia. Primum quod ad Auſtrum labitur, Flandriam atque Selandiam verſus, Cornelio Tacito Ann. 2. 6. & Hiſt. 5. 26. Vahalis. Cæſari 4. Bell. Gall. 10. pr. Vacalus, Plinio 4. 15. Helium, Mariano Wallis, Conrado Celti Balus, Germanis *der Waal* appellatur. in hoc Moſa fluvius defertur. Secundum oſtium, quod medium eſt, nunc Lecca, *der Leck* dicitur. Tertium Friſiam Occidentalem alluens, ad Septentrionemque deſcendens, Iſſula, ſive Iſela, *die Yſſel*, Germanis vocatur. Plinius l. c. & Mela 3. 2. Flevum dicunt. His itaque tribus oſtiis Rhenus in Germanicum evolvitur mare, totamque inundat Geldriam, Hollandiam, Selandiam, & Friſiam. Porro quod Ptolemæus & alii multi tria Rheni oſtia faciunt, Virgilius loco infra ſeq. & Veteres duo tantum: hinc accidit, quia tertium oſtium, quod hodie *Iſela* dicitur, antiquitus non fuit: ſed Druſi adverſus Germanos bellantis juſſu, foſſa in mare ducta, factum eſt, ut munimentum adverſus Barbaros eſſet. Atque ideo Ptolemæo tria ſunt Rheni oſtia, quæ veteribus duo. Ex Andrea Althamero in Tacitum, & Clareano in Cæſarem. Ovid. 2. Met. 258.

Heſperiuſque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque.

Caput luteum Rheni. Hor. 1. Serm. 10. 37.

Ripæ feraces Rheni. Lucan. lib. 1. 459.

Bicornis Rhenus: propter duo cornua, ſeu oſtia. Virg. 8. Æn. 727. [Non neceſſe eſt de duobus Rheni oſtiis intelligi. Forſan enim imaginem fluvii, virili ſpecie, ac capite bicorni, (quomodo fere fluvios effingebant,) reſpexit poeta.

Citatus Rhenus. V. CITO.

Gallicus. Catull. ad Furium, 11. 11.

Spumans vertice Arctuo. Lucan. lib. 1. 371.

Squallidus. Ovid. 3. de Pont. 4. 108.

Rhenus, pro populis. Rheni accolis,

Minax. Claud. 1. in 1. Conſ. Stil. 220.

Rebellis. Stat. 1. Silv. 4. 89.

Flumen Rhenum. n. g. Hor. de Arte Poet. 18. Ubi Schol. vet. V.

Alius item fluvius Italiæ Bononiam alluens. Sil. lib. 8. 601.

— parvique Bononia Rheni. conſ. Plin. 3. 16.

RHENI, orum. m. pl. [Ῥῆνοι] Rheni accolæ, Germani videlicet Galli dicti ſunt a Perſ. 6. Sat. 47. conſ. RENI.

RHĒNĀNUS, a, um. Adj. [Ῥηνανός] Unde Ciſrhenanus, & Tranſrhenanus, qua dictione utitur Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 16. Ubii autem, qui uni ex tranſrhenanis, ad Cæſarem legatos miſerunt, &c.

Rhenana manus. Martial. 9. 36.

RHĒON, i. n. [ῥῆον] apud Pharmacopolas Rha barbarum, itemque aliud Ponticum: radix eſt nobilis, quam medicamentis inſertam multis uſibus applicant. V. RHA.

RHESCUPŎRIS, vel RHASCYPŎRIS, idis. m. [Ῥησκούπορις] Thraciæ regis Rhœmetalcis frater. V. Tacit. Ann. 2. 64. & 67. Vellej. 2. 129. Spanh. Numm. diſſ. 8.

RHĒSUS, i. m. [Ῥῆσος] Rex Thraciæ fuit, inquit Servius, qui cum ad Trojæ veniſſet auxilia, clauſiſque jam portis tentoria locaviſſet in litore, Dolone prodente Trojano, qui miſſus fuerat ſpeculator: a Diomede & Ulyſſe eſt interfectus, qui & ipſi ſpeculatum venerant, abductique ſunt equi, quibus pendebant fata Trojana. Hactenus Servius apud Virg. 1. Æn. 473.

Nec procul hinc Rheſi niveis tentoria velis.

Sithonii tentoria Rheſi. Ovid. 2. de Arte Am. 137.

Nec Rheſi niveæ citæque bigæ. Catul. 56. 26. conſ. Suid.

RHĒSUS, i. m. [Ῥῆσος] Fluvius in Zelia Aſiæ regione. Strabo lib. 13. Circa Zeliam eſt Tarſius amnis, qui eadem via viginti locis tranſitur, quemadmodum is, de quo poeta dixit,

Et ſeptem Rheſi vada, qui a Nicomedia Nicæam fertur.

RHÆTI, vel potius RÆTI, orum. m. [Ῥαιτοί] inter Alpinas gentes, Plinio commemorantur, lib. 3. cap. 20. Hi duce Rheto, a Gallis pulſi, Alpes occupaverunt: & a nomine ducis Rheti condiderunt Rhetiam. Hor. 4. Carm. 4. 17.

Immanes Rheti. Hor. 4. Carm. 14. 15.

Sævi Rheti. Claud. in Epithal. Palladii 89. al. Geti. [Ræti, cum diphth. & ſine aſpirat. rectius ſcribi docet ex vett. monum. Cellar. in Orthographia ſua p. 57. & 143. Atque ita conſtanter Græci.

RHÆTIA, vel potius RÆTIA, æ. f. [Ῥαιτία] Regio Europæ eſt, quæ (ut lib. 2. cap. 12. Ptolemæus refert) ab Occaſu limites habet montem Adulam, & fontes Danubii & Rheni: ab Ortu Lycium fluvium, qui in Danubium exit, & Rhetiam a Vindelicia dividit: a Septentrione Danubium: a Meridie Alpibus terminatur, ſupra Galliam Ciſalpinam. Poſt Rhetiam verſus Orientem ſequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Œno tantum fluvio disjuncta. Quidam eam Bavariam appellant.

Rhetia antiquitus in Primam, & Secundam, Ripenſem, & Mediterraneam fuit diviſa, & ab ipſa Germania Danubio flumine ſeparata. Prima Rhetia, quæ & Superior, complexa eſt Alpes. Sed & trans Rhenum, & Brigantinum lacum, quem Conſtantienſem vocant, verſus Occidentem & Rhodanum flumen ſuam habet portionem. Inſuper bonam ejus provinciæ partem comprehendit, quam Atheſinam ab Atheſi amne vocant. In Telinam prætereà vallem & Larium lacum excurrit: ubi Rheticum vinum in primis generoſum profert, quo ſummopere delectatus eſt Auguſtus Cæſar, (teſte Suet. cap. 77. vit.) Germani *Valtlyner* & *Paſſauner*, Traminium & Vernaciolum vocant. Hi Rheti nunc vulgo *Griſones*, *Graubunter*, Engedini, Curienſes, Atheſini, Tirolenſes, &c. nuncupantur. Rhetia Secunda ſive inferior ab Lyco amne, qui primam a ſecunda diſterminat, incipit: & ad Œnum amnem uſque porrigitur, qui Rhetiæ & Norici terminus eſt. Hæc comprehendit Vindeliciam. Bojoarii ipſam hodie incolunt. Rhetia Ripenſis, ea eſt portio provinciæ, quæ Danubii ripam attingit: in qua ſunt Ulma, Guntiæ, id eſt *Guntzburgum*, &c. Rhetia Mediterranea eſt tractus qui interjacet, per quem Iler, Guntia, Camlachus, Mindula, Zaſum, & Smuter fluvii labuntur.

Rhetiam in provinciæ formam redegit Auguſtus Cæſar per Tiberium & Druſum, Vellejo Paterculo 2. 95. Suetonio Aug. 21. & Horatio Carm. 4. 4. & 14. teſtibus.

Univerſa Rhetia nunc intra Germaniam connumeratur, ad quam olim non pertinebat, moribus, lingua, & flumine Danubio diſcreta. Germanicum quoque idioma recepit, præter Alpinæ Rhetiæ partem, quæ adhuc Romana lingua utitur. Suevi Alemanni nunc Rhetiam tenent. Andreas Althamerus in Corn. Tacitum. V. Clever. de Vindelicia & Norico cap. 3. Claud. de Bell. Get. 330.

Prominet Hercyniæ confinia Rhetia ſilvæ.

RHÆTICUS, a, um. Adj. [Ῥαιτικός] ut, Rheticæ vites, & Rheticum vinum, quod inter generoſa Italiæ vina numeratur: quod (ut Strabo lib. 4. ſcribit) in montanis Rhetorum radicibus naſcitur, qui populi Veronam Comumque uſque pervenerunt. V. Virg. 2. Georg. 96. Suet. Aug. 77.

Arma Rhetica. Ovid. 2. Triſt. 226.

Rheticæ vites. Plin. lib. 14. cap. 2.

Rheticæ Alpes, quæ Rhenum effundunt, late porriguntur, & ab Curia Rhetiæ civitate, ſupra quam Occidentem verſus oriuntur, per Helvetios Tridentum uſque contra Orientem vagantur, variaque aſciſcunt nomina. Incipiunt (inquit Alciatus in Tacitum) ab Adys monte (Straboni corrupte legitur nunc Adula, nunc Aduela) id eſt inacceſſo, vernacula ſimplicitas montem *Brallium* nuncupat in Voltureno, ſeu ut imperiti, in valle Telina, & in Venetiam protenduntur, donec Ocriæ ſubeant.

RÆTICO, ōnis. m. [Ῥαίτικον] Mons apud Pomp. Melam lib. 2. 3. Eſt jugum illud Rhetiæ primæ, inter fines Curienſium & Valleſianorum, Helvetiis imminens, cujus adhærens vallis reliquias nominis vetuſti ſervat. Vulgo enim *Bretigau*, eſt Rhetorum ager, pagus, aut vallis pro Rheticone appellatur. Apparet Pomponium *bretigau* ad Romanæ linguæ figuram in Rheticonem deflexiſſe. Andreas Althamerus in Tacitum.

RHĒTOR, ŏris. m. [ῥήτωρ] Acc. Rhetorem vel Rhetora, Qui artem oratoriam profitetur, & dicendi præcepta tradit. Cic. 3. de Fin. 4. Item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes atque populares. Martial. lib. 5. 57.

Omnes grammaticoſque, rhetoraſque

Divites moneo. Plin. Epiſt. 3. lib. 3. Jam circumſpiciendus rhetor Latinus, cujus ſcholæ, ſeveritas, pudor, in primis caſtitas conſtet.

Rhetor a Sophiſta & Oratore differt, Rhetor eſt, qui docet, atque artis traditor eſt eloquentiæ: Sophiſta vero, apud quem dicendi exercitium diſcitur: Orator qui in cauſis publicis & privatis plena & perfecta utitur eloquentia. Cæl. Rhod. lib. 19. cap. 17. conſ. Voſſ. de Nat. & Conſt. Rhet. cap. 1.

Rhetores, & qui dicendi præcepta tradunt. Cic. 1. de Orat. 84. Græce ab eloquendo ῥήτωρ, & Latine eloquens dictus eſt. Cic. in Orat. 61. Antiquum enim verbum ῥέω, & per contractionem ῥῶ, quod in futuro facit ῥήσω, idem ſignificat quod Eloquor; unde ῥῆσις, eloquutio, & ῥήτωρ, Eloquens.

Cicero noſter, dum ego adſum, non ceſſavit apud rhetorem. Cic. 3. Q. frat. 1.

Eminentiſſimus rhetor. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Magnus & nobilis. V. NOBILIS.

Congredi cum rhetore. V. CONGREDIOR.

Rhetor interdum pro Oratore uſurpatur. Cic. in Brut. 42. At ille ridens, Tuo vero, inquit, arbitratu, quoniam quidem conceſſum eſt rhetoribus ementiri & in hiſtoriis, ut aliquid dicere poſſint argutius. Ut enim tu nunc de Coriolano, ſic Clitarchus, ſic Stratocles de Themiſtocle finxit. Et in hiſtoriis, hoc eſt etiam in hiſtoriis, nedum in aliis rebus. Rhetoribus, & his qui docent artem dicendi, & his qui orant. Utrumque enim Cicero hic complecti voluit: quod & qui docent, declamatiuncas fingant, ac mentiantur: & qui orant, hiſtorias ſæpe aliter referant. Sic Æſchinem mentitum ſæpe convincit Demoſthenes. Idem libro eodem 265. Reliqui ſunt, qui mortui ſint; L. Torquatus, quem tu non tam cito rhetorem dixiſſes, (etſi non deerat oratio) quam, ut Græci dicunt, πολιτικόν. Rhetorum, id eſt oratorem, in hoc enim libro catalogum texit oratorum. Vel Eloquentem: nam Græce ab eloquendo rhetor, & Latine eloquens dictus eſt, ut ait in Oratore. Πολιτικόν, civilem, Reipublicæ adminiſtrandæ peritum. Idem lib. 2. de Fin. 17.

Quis

Quaſi vero perpetua oratio Rhetorum ſolum, non etiam Philoſophorum ſit. Juven. 1. Sat. 44.

Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

Rhētŏrĭcus, a, um. Adj. [ῥητορικός] Quod ad rhetorem ſive rhetoricen pertinet. Cic. 2. de Orat. 10. Rhetoricis nunc quibuſdam libris, quos tu agreſtes putas.

Ars rhetorica. Quintil. lib. 2. cap. 17.

More rhetorico loqui. Cic. 1. de Orat. 133.

Umbra, Umbratilis exercitatio. Juvenal. 7. Sat. 173.

Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab umbra.

Rhetorica, orum. n. pl. [ῥητορικά] Cic. de Fato, 4. Rhetorica mihi noſtra ſat nota.

Rhetorici, orum. m. [ῥητορικοί] Libri de Rhetorica ſcripti. Quintil. lib. 3. cap. 1. Poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi & rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret. De Cicerone. Idem numero quoque ſingulari uſus eſt lib. 3. cap. 5. Sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifeſtum eſt.

Rhētŏrĭca, æ. vel Rhetorice, es. f. [ῥητορική] Quintil. lib. 2. cap. 15. Huic ejus ſubſtantiæ maxime convenit finitio, rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. Cic. 2. de Fin. 17. Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut jam ante Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes dicere: rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſius.

Rhetorica duplex eſt, altera forenſis, altera philoſophica, quod lib. 2. de Fin. 17. oſtendit Cicero, quum ait: Obſequar igitur voluntati tuæ, dicamque ſi potero rhetorice: ſed hac rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, quum populariter loquatur, eſſe interdum paulo hebetiorem. De forenſi ſic idem Cic. in Orat. 13. Sic eloquentia hæc forenſis, ſpreta a philoſophis & repudiata, multis quidem illa adjumentis, magniſque caruit: ſed tamen ornata verbis atque ſententiis, jactationem habuit in populo, nec paucorum judicium reprehenſionemque pertimuit. Senſus eſt: Quoniam Philoſophi eloquentiam forenſem ſpreverunt, qui poterant ei plurimum prodeſſe: populares homines ejus ſtudium amplexi, verborum luminibus exornarunt, & populi judicio contenti, quid de ſe philoſophi ſentirent penitus neglexerunt. Hanc igitur forenſem eloquentiam philoſophi ſpreverunt, non illam doctam & elegantem, quam in Platone & Ariſtotele videmus. Spreverunt, inquam, quoniam ab adminiſtratione Reipublicæ remoti, ſuis tantum ſtudiis vacabant. Subdit ibidem Cicero: Ita & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit. Doctis, id eſt, philoſophis: Diſertis, oratoribus, qui tantum forenſi eloquentia inſtructi, philoſophiam non attigerunt.

Exercere rhetoricen apud Grammaticos. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Rhetŏrĭce, Adv. Cic. de Clar. Orat. 43. Hanc enim mortem rhetorice & tragice ornare potuerunt. Rhetorice, id eſt, Eleganter, copioſe, electis verbis & ornatis, qualibus rhetores uti ſolent. Tragice, Graviter, & verbis grandibus quibus tragici utuntur.

Rhetoricotĕros, [ῥητορικώτερος] Compar. Græc. Magis rhetor. Cic. 3. de Orat. 169. Quæ quum dixiſſet, in Albucium illudens, ne a me quidem abſtinuit,

Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero' tu ſis. Verſus eſt fictus a Cicerone ad antiquum morem. Rhetoricotero' dixit pro Rhetoricoteros. Veteres enim s finalem frequenter elidebant.

Rhetorĭcor, [ῥητορίζω] ari. Rhetorum, vel oratorum more loqui. Tertull. de Reſ. Carn. cap. 5. Ita nos rhetoricari provocant hæretici.

Rhetorĭco, are. Novius Aſinio, Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde, quod te rogo. Nonius, 7. 69.

Rhetoriſſo, [ῥητορίζω] are. Rhetorice loqui. Pomp. Medico, Dolaſti uxorem nunc, & propter me cupis concidere, & jam rhetoriſſas. Nonius, 2. 742.

Rhetoriſſem. Jo. Picus pag. 364. H. St.

Rhētra, æ. f. [ῥήτρα] Reſponſio Apollinis. Dein de legibus Lycurgi dicitur. Ammian. 16. 5. Tanquam adſtrictus ſumptuariis legibus viveret, quas ex rhetris Lycurgi & axonibus Romam tranſlatas diuque obſervatas & ſeneſcentes paullatim, reparavit Sulla dictator. V. Dempſter. Paralip. ad Roſin. Ant. Rom. 8. p. 764.

Rhĕtus, V. rhœtus.

Rhēum, i. n. V. rha, & rheon.

Rheuma, ătis. n. [ῥεῦμα] Unda, fluxus, catharrhus, fluentum, impetus aquarum, tempeſtas, ἀπὸ τοῦ ῥέω, quod eſt fluo. Hieron. Epiſt. 46. cap. 2. [Gloſſ. Gr. Lat. ῥεῦμα, Aquæ curſus ῥεῦμα ποταμοῦ, Fluentum, Fluor. ῥεῦμα τοῦ πελιδνοῦ, Libor. Forſan pro Livor, ut ſolet. Apud medicos ſignificat quemvis fluxum humoris, vel Deſtillationem, in quacunque parte corporis. Hinc Gallica vox *Rheume*, vel *Rhûme*, ut obſervat Henr. Stephanus in Theſ. ſuo Græco, q. V. To. 3. col. 680.

Rheumătĭcus, a, um. Adj. [ῥευματικός] Qui rheumate ſive fluxione laborat. Plin. lib. 29. cap. 6. Humaniſſimi eorum cinerem crematarum reſervandum ad hos uſus in cornea pyxide cenſuere, aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoïcis, aut rheumaticis.

Rheumatizo, are. [ῥευματίζομαι] Fluxione laborare. Th. Priſc. 1. 16. Si oculi rheumatizaverint.

Rheumatiſma, ătis. n. Idem quod Rheuma, ut vult Cæl. lib. 7. cap. 27. Lect. Antiq. Apud antiquos tamen non invenio.

Rheumatiſmus, i. m. [ῥευματισμός] Fluxio dicitur. a v. ῥευματίζομαι. Plin. lib. 22. cap. 18. Radicem ejus aliqui conciſam ſervari jubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatiſmos vocant. Cæl. Tard. 3. 2. 42.

Rheumatiſmus ventris. Plin. lib. 27. cap. 16.

Rhexēnor, oris. m. [Ῥηξήνωρ] Nauſithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum regis, & pater Aretes, ab Apolline ſagittæ ictu interfectus. Homer. lib. 7. Odyſſ.

Rhexia, æ. f. Herba, proprio nomine Onochelos. Plin. lib. 24. cap. 3.

R H I

Rhymetalces, is. m. [Ῥυμητάλκης] Thracum rex, qui ab M. Antonio ad Cæſarem Octavianum tranſierat. Hic quum Cæſari petulantius, crebrioſque inter pocula ſocietatem & convictum exprobraret, illud ab indignante Auguſto reportavit: Ἐγὼ, inquit, προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ'

οὐκ ἐπαινῶ, Amo proditionem, Proditores vero odi. Plutarchus in Apophthegm. p. 207. edit. Francf. V. Cæl. Rhod. Lect. Antiq. lib. 8. cap. 3. & Spanheim. de Uſu & Præſt. Nom. diſſ. 8. p. 400. Scribitur & Rhœmetalces, & Rhymitalcas. Plut. Rhymetalces, Ῥυμητάλκης.

Rhīna, æ. f. [ῥίνη] Piſcis marinus, alias Squatina. Plin. lib. 32. cap. 7.

Rhinenchȳtes, æ. m. [ῥινεγχύτης] Inſtrumentum quo aliquid in nares infunditur. Rhinanchytos Cæl. Aurel. 2. Tard. 4. 82. & 3. 2. 42. Rhinenchyto ferramento, Adjective. V. Rhodium in Scrib. Larg. p. 38.

Rhīnion, i. n. dictum videtur voce diminutiva, hoc eſt, Limula, quod ad limæ ſimilitudinem cicatrices & callos oculorum deterat: ῥίνη enim Lima eſt. Celſus lib. 6. cap. 6. De Rhinio collyrio, Collyrium vero aptiſſimum eſt, quod Rhinion vocatur. Meminit & Galenus lib. 4. cap. 7. De compoſ. pharmacor. ſec. loc. Habet item Paulus lib. 7. quod Rhinarion vocat. [Gloſſ. Lat. Gr. & Gr. Lat. ῥίνη, Lima redditur.

Rhinæ, arum. f. pl. ſunt Nigriores caricæ. *Figues noires.* Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 15.

Rhinnea, æ. f. Inſula Nomadum in mari Arabico. Plin. lib. 6. cap. 28.

Rhīnŏcĕros, ōtis. m. [ῥινόκερως] Animal, dictum a ῥὶς, ῥινὸς, quod Naſum ſignificat; & κέρας, Cornu. Plin. lib. 8. cap. 20. Iiſdem ludis & rhinoceros, unius in nare cornu, qualis ſæpe viſus. Alter hic genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione alvum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus. Feſtus, Rhinocerotem quidam putant eſſe bovem Ægyptium. Pauſanias affirmat rhinocerote duo habere cornua, alterum inſigni magnitudine ex oſſibus exſtans, alterum quod ſuperne erumpit, exiguum quidem, ſed validiſſimum. Martial. de Spectac. 22. de Rhinocerote & urſo,

Namque gravem gemino cornu ſic extulit urſum,
Jactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.

Rhinocerotis naſum habere dicimus Sagacem & prudentem virum. Martial. lib. 1. 4. ad Librum ſuum,

Majores nuſquam ronchi: juveneſque, ſeneſque,
Et pueri naſum rhinocerotis habent. h. e. Producunt mentum & roſtrum in tantam longitudinem, ac ſi eſſet cornu Rhinocerotis. [Immo Naſum, quo ronchantur. V. rhonchus.

Rhinoceros, ponitur pro quodam Vaſe oleum guttatim fundente lavantibus ſe in balneis. Martial. lib. 14. 50. Guttus corneus loquitur,

Geſtavit modo fronte me juvencus,
Verum rhinocerota me putabis. Juven. 7. Sat. 130.

— exitus hic eſt
Tongilli, magno cum rhinocerote lavari
Qui ſolet. i. e. Illo vaſe ex cornu rhinocerotis facto, quo potentiores utebantur in balneis.

Rhinoceros, per tranſlationem dicitur, Qui dente eminente bronchus eſt. Lucilius, Bronchus bovillanus dente adverſo eminulo, hic eſt rhinoceros. Quid ſit autem Bronchus, vide ſuo loco.

Rhinocerōtius, a, um. Adj. ut, Cornua rhinocerotia.

Rhinocerōtĭcus, a, um. aliud Adj. Sidon. Carm. 9. extr.

Rugato Cato tetricus labello
Narem rhinoceroticam minetur.

Rhinoclīsia, æ. f. ſec. comm. [ῥινοκλεισία] alterum Callæ herbæ genus. Plin. lib. 27. cap. 8. Alterum genus ejus, quidam Anchoſam vocant, alii Rhinochiſiam. Folia lactucæ longiora, plumoſa, radice rubra, quæ ignes ſacros cum flore polentæ ſanat trepuſita.

Rhinocolūra, æ. f. ſive ut Stephanus, Rhinocurura, [Ῥινοκούρουρα] legitur in Ægypto fuiſſe urbs, inde ita nuncupata, quod incolæ forent mutilati naribus, ut Stephanus idem interpretatur, & pluribus expoſuit Diodorus. Colura namque dicunt, quæ caudam omnino non habent, aut mutilatam præciſamque habent. Meminit ad Dardanum Hieronymus: ſed Rhinocolure ab eo dicitur. Cælius Rhodig. lib. 3. cap. 30. Strabo lib. 16. V. Senec. lib. 3. de Ira cap. 20. cum Not. Lipſ.

Rhinos, [ῥινός] Pellis: hinc [illegible], Andreas non contemptibilis auctor: Si Salamandræ (inquit) ſanguine, vel manum, vel omnino veſtem infeceris, documenta ex igne haud prorſum ſentiet. Cælius Rhodig. lib. 10. cap. 10. addit; Poſtremo, animal nec corio contegitur, nec præfulcitur ſquamma. Quin eo argumento Græcus poeta [illegible] appellavit, quoniam pellem dicant rhinon.

Rhinthon, [Ῥίνθων] Poeta Comicus, patria Tarentinus, nugator viliſſimus in agendis præcipue fabulis, ad quem alludunt tam Varro, quam Columella, apud quos modo legitur Mython, modo Rhynton. Varro 1. de R. R. cap. 2. Quis contra nunc Rhinthon non dicit ſua nihil intereſſe, utrum his piſcibus ſtagnum habeat plenum, an ranis? Eadem verba habet Columel. lib. 8. cap. 16. Athenæus lib. 3. [illegible] hunc Rhinthonem citat in comœdia Amphitryone. Cicero quoque ad Atticum 1. Epiſt. ult. Nam ut ait Rhinthon ut opinor,

Οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει. Ad quem ſenariolum, vice proverbii jactatum, putantur alluſiſſe Varro & Columella. Meminit ſæpe Pollux. V. & Suid.

Rhiocharus, i. m. [Ῥιόχαρος] Fluvii nomen in Colchida. Strabo lib. 10. In Colchidis autem finibus non procul a Dioſcuriade Rhiocharus flumen labitur.

Rhion, i. n. [Ῥίον] Achaiæ promontorium eſt. Plin. lib. 4. cap. 2. Promontorium Antirrhium, ubi oſtium Corinthiaci ſinus, minus mille paſſuum latitudine influentis, Ætoloſque dirimentis a Peloponneſo. Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhion. Livius quoque lib. 28. 7. hujus Rhii meminit. conf. antirrhium. Græcis proprie Verticem, vel Rupem ſignificat.

Rhiphæus, a, um. Adj. Rhiphæi montes, [Ῥίπαια ὄρη] montes Septentrionalis Scythiæ, quorum Coſmographi omnes meminerunt. Plin. lib. 4. cap. 12. Græci hoc nomen in ſecunda ſyllaba non aſpirant, quod ἀπὸ τῶν ῥιπῶν, hoc eſt a flatuum vi deductum putent: quod ibi vehementiſſimi eſſe dicantur Boreæ flatus. Latini vero tenuem π, mutant in φ, ad differentiam Rhipæorum montium, qui in Arcadia, teſte Servio, collocantur. Scribitur & Riphæos, ſine aſpirata a pr. & Ripæus, ut Græci.

Arces Rhiphææ. Virg. 1. Georg. 240.

Nix Rhiphæa. Stat. 11. Theb. 115.

Pruinæ Rhiphææ. Virg. 4. Georg. 518.

Rhiphæus, a, um. Adj. Virg. 3. Georg. 382.

Gens effrena virûm Rhiphæo tunditur Euro.

Rhiphæi Populi ſunt Septentrionales Rhiphæorum montium accolæ.

Rhiphæos populos Riphath filius Gomer inſtituit, quos a ſe Rhiphæos nominavit, ut ſcribit Joſephus lib. 1. Jud. 7.

RHIPHEARMA, æ. f. Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 28. Rhiphearma oppidum, quo vocabulo hordeum appellant.

RHOETEUS, ſive RHIPHEUS, i. m. diſſyll. [Ῥοιτεύς] unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ovid. 12 Met. 352.

Fuit & alter Rhipheus Trojanus, Juſtitiæ nomine Trojanis omnibus prælatus: ut auctor eſt Virg. 2 Æn. 426.

RHITHYMNA, æ. f. [Ῥίθυμνα] Ptolemæo lib. 3. cap. 17. Urbs Cretæ, hodie Rhetimum, vulgo *Retimo* ſive *Retimo*.

RHIZAGRA, æ f. [ῥιζάγρα] Forceps, quo Chirurgi dentes radicitus eximunt. Celſ. 7. 12. 1.

RHIZÆI, orum. m. pl. [Ῥιζαῖοι] Populi Dardaniæ confines. Sunt in Aſia populi de quibus Strabo lib. 7. ita ſcripſit: Poſt Ardiæorum & Plenæorum oram maritimam Rizæorum ſinus eſt, & eorundem oppidum cum quibuſdam caſtellis. Hinc

RHIZICUS, a, um. Adj. [Ῥιζικός] ut, Rhizicus ſinus. Apud eundem lib. 7. Poſt ſinum vero Rhizicum Liſſus, &c.

RHIZEES, um. m. pl. [ῥίζεις] Animalia quædam in Æthiopia frequentia, forma tauris perſimilia, vitu vero & magnitudine, pugnandi quoque viribus elephantes referentia. Strabo lib. 17.

RHIZIAS, æ. m. [ῥιζίας] Succus eſt ex radice laſerpitii profluens: nam qui e caulibus exprimitur, cauliae appellatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

RHIZINIUM, RHIZINIUM, RHIZON, & RHIZINUM, i. n. [Strab. & Steph. Ῥίζων, Ptolemæo, Ῥίζινον] Dalmatiæ oppidum non longe ab Epidauro, in intimo receſſu Rhizonici ſinus. Plin. lib. 3 cap. 22. Ab Epidauro ſunt oppida civium Romanorum, Rhizinium, &c. V. Liv. 45. 26. Hodie *Riſine*. Volaterranus putat id eſſe oppidum quod hodie *Cataro* vocatur; quoniam ſinus Rhizonicus hodie *le Golphe de Cataro* dicitur. Hinc

RHIZŌNICUS, a, um. Adj. [Ῥιζονικός] ut, Sinus Rhizonicus. Plin. 3. 22.

RHIZŌNITÆ, arum. m. pl. [Ῥιζωνῖται] Populi, Livii lib. 45. 26. & Steph.

RHIZŌTŎMUS, i. m. [ῥιζοτόμος] Qui radices colligit.

Item herba, Subruſæ iridæ ſpecies. Plin. lib. 21. cap. 7.

RHIZOTOMŪMĔNA, n. pl. [ῥιζοτομούμενα] a v. ῥιζοτομέω. Rhizotomumena ſcripſit Micton. Plin. lib. 20 cap. 23.

RHIZUS, i. m. [Ῥίζοῦς] Oppidum in Magneſia juxta Melibœam & Erymnas. Plin. lib. 4. cap. 9.

R H O

RHŎÆ, arum. [ῥοαί] ſunt Coſtæ teniores molliореſque. Cæl. Rhod. lib. 4. cap 4. Tenuiores molliorasque coſtas Græci ῥοάς vocant.

RHOALI, orum. m. pl. Populi in Meſopotamiæ finibus. Plin. lib. 5. cap. 24. Qui cohærent Meſopotamiæ, Rhoali vocantur.

RHOAS, æ. m. Flumen in Themiſcyrena, quod ex Caucaſo defluit. Plin. lib. 6. cap. 4.

RHŎDA, æ. f. [Ῥόδη] Rhodiorum in Gallia Narbonenſi metropolis: a quibus Rhodiis & Rhodanum dictum putant. Plin. lib. 3. cap. 4. Oppida de cetero rara, præjacentibus ſtagnis, Agatha quondam Maſſilienſium & regio Volcarum Tectoſagum: atque ibi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus. [Hæc eadem videtur Rhodanuſia, Ῥοδανουσία Steph. & Rhodope Strab.

RHŎDÆI, orum. m. pl. [Ῥοδαῖοι] Strabo lib. 6. de Calabria agens, Ceterum in mediterranea regione Rhodæi ſunt & Lupiæ. Item paulo ſupra, Hinc obſervato ferente vento, Brunduſinis propinquant portubus, & egreſſi Rhodæos urbem Græcam pedeſtres ocius adventant; ex qua oriundus Ennius poeta fuit. V. RUDIÆ.

RHŎDĂNUS, i. m. [Ῥοδανός] Fluvius Galliæ, a Rhoda, Rhodiorum oppido, ut ait Plin. lib. 3. cap. 4. Adeo magni curſus eſt, ut vix adverſa poſſit navigari aqua. Ferunt hunc amnem ex Alpibus oriri, quæ Italiam a Gallia dividunt, non longe a fontibus Rheni & Danubii. Fertur per Lemanum lacum ad Genevam, & verſus Occidentem, per Galliam fluens, Ararim ſuſcipit. Inde ad meridiem converſus, & Iſaram Druentiamque ſuſcipiens, apud Heracleam, uno oſtio, & paulo ulterius duobus aliæ in mare Tyrrhenum irrumpit. V. Cæſ. 1. Bell. Gall. 1. Vulgo, *le Rhoſne*. [Quod ſi Græcis appellationem Rhodani acceptam referimus, multo veriſimilius mihi videtur a Rapiditate, qua fertur, nomen inveniſſe. Ῥοδανός enim Rapidus, ut apparet ex Iliad. σ. 576.

Gentes feræ Rhodani. Lucan. lib. 6. 145.

Celer. Tibul. lib. 1. 7. 11.

Torrens. Claud. de mulabus Gallicis 1.

Velox. Claud. 2. in Ruff. 111.

RHODANĬCUS, a, um. Adj Vet Inſcript. apud Gruter. p. 418. n. 3. IIVIR. VIENNENSIVM PATRONO RHODANICORVM ET ARRICOR.

RHODANĪTIS, idis. f. Sidon. Anacr. Epiſt. 13. lib. 9.

Rhodanitidas per orbes.

RHŎDIA, æ. f. [Ῥοδία] Nymphæ marinæ nomen, Oceani & Thetidis filiæ a roſeo, ut videtur, genarum colore impoſitum. Heſiod. in Theogonia v. 351.

Rhŏdia radix, Herbæ nomen proprium, de qua ſic Dioſcorides, lib. 4. cap. 41. Gignitur Rhodia radix in Macedonia, Coſto ſimilis, levior, inæquabilis, quæ contrita roſas redolet. Utiliſſima capitis doloribus, ſi madefacta, fronti & temporibus cum roſacei momento imponatur.

RHODIGINA Jacoba, mulier quædam Rhodigina, quæ malo genio correpta, a Cælio compatriota deprehenſa eſt mendax in futurorum admonitionibus. Dæmoni malo nomen erat Cincinnatulus. Cæl. lib 8. cap. 18.

RHODIGĬNUS Cælius, ex Rhodigio Inſubriæ oppidulo, homo tantæ lectionis, ſcientiæ, ſapientiæ, ut vere cum anterioribus omnibus humanarum litterarum ſcriptoribus palmam præripuiſſe libere, verequa pronuntiem: noſtris vixit temporibus, quem tamen ex ſolis ſcriptis cognovimus. Libros Lectionum variarum in bibliothecam divinam, poſteritati tradidit. [De hoc opera V. Birrii præf.

RHŎDĬNUS, a, um. [ῥόδινος] Adj. a Rhodon, ῥόδον, quod Latine Roſam ſignificat. Unde Rhodinum oleum, quod Roſaceum noſtri nuncupaverunt. Plin. lib. 15. cap. 7. de oleo factitio loquens, Sic & rhodinum e roſæ, juncinum e junco, quod eſt roſaceo ſimillimum.

Rhodinum, aut cum adjectione Oleum rhodinum. Plin. lib. 13. cap. 1. Itaque ſimpliciſſima Rhodini miſtura diu fuit, additis omphacio, flore roſæ, &c.

RHŎDĬDES, um. f. pl. [ῥοδίδες] Paſtilli ex roſis confecti. Dioſc. 1. 116.

RHŎDĪTES, [ῥοδίτης] Gemma a roſæ rubore nomen ſortita. Plin. lib. ult. cap. 11. & Dioſc. 5. 35.

RHŎDŎDAPHNE, es. f. [ῥοδοδάφνη] Frutex eſt, quem alio nomine vocant Rhododendron, florem habens colore ſimilem roſæ, folium autem indeciduum, ſimile lauri foliis, unde Rododaphna appellatur, nomine ex roſa & lauro compoſito: ῥόδον enim Græci appellant, quam nos roſam: & quam nos laurum dicimus, illi vocant δάφνην. V. Plin. lib. 16. cap. 20. Dioſc. 4. 82. Prudent. Hamartig. 834.

— viridem qui veſtit flos rhododaphnen. conf. ſeq. dict.

RHŎDŎDENDRON, i. n. [ῥοδόδενδρον] quaſi Roſa arboreſcens dicta. Frutex eſt idem, qui & Nerion & Rhododaphne dicitur a flore roſeo, & folio laureo; eam ait eſſe Barbarus, quæ vulgo *Salvia herba* dicitur, officina tamen ea eſt, quæ *Oleander* appellatur. Plin. lib. 24. cap. 11. Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum: Rhododaphnen vocant aut Nerium. Mirum, folia ejus quadrupedum venenum eſſe, homini vero contra ſerpentes præſidium, ruta addita, & e vino pota. Pecus etiam & capræ, ſi aquam biberint, in qua folia ea madueriut, mori dicuntur. conf. Dioſc. 6. 80. dict. ſuper. & ſ. l. NERIUM. [Mirum autem eſt in hujus vocis interpretatione Grammaticorum inconſtantia. Gloſſ. Lat. Gr. Roſa Græca, λέγεται ὁ Ῥοδοδάφνη. & Gr. Lat. Ῥοδοδάφνη, Taxus, Lauria, Andrum, Viburna. An ἴσως Lauriandrum? Roſam laureum etiam appellabant, ut docet Apul. 4. Mileſ. pr. quem omnino V.

RHŎDŎMELI, n. [ῥοδόμελι] Mel roſaceum. Pallad. in Majo, cap. 16. & Dioſc. 5. 35.

RHŎDŌNIA, æ. f. [ῥοδωνιά] Locus ubi roſæ enaſcuntur, ſicut Ionia locus in quo violæ excreſcunt, quæ vocantur Ia. At Rhoduntia olla. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 10. Ionia ſi accentiunculam in poſtrema recipiat apud Græcos, locum ſignat, ubi violæ naſcuntur, quæ dicuntur Ia, quod probat Libanius: ſicuti Rhodonia, ubi roſæ. Sunt qui plantam ipſam eo nomine intelligant: quanquam eſt & ganeati genus condimenti Rhodonia, in Athenæi monumentis. Sed ῥοδωνιά, inquit, λοπάς nuncupatur quoque, id eſt olla rhoduntia: concinnabatur avium cerebellis ac porcorum in roſa decoctis, numeroſiore addito item garo, oleo, vino, pipere, ovorum luteis, quæ is vocat τῶν ᾠῶν τὰ χλωρά. conf. Suid. & Heſych.

RHŎDŎPA, es. f. [Ῥοδόπη] Oppidulum eſt Emporienſium, quod plerique a Rhodiis conditum fuiſſe tradunt. Strabo lib. 3. Caſaubon. Ῥόδη legit. V. RHODA.

Rhodopes Plin. in Epiro commemorat lib. 4. cap. 1. [Immo Rhodopen montem, poſtea, quæ ad lævam Epiri ſequuntur, in Thracia. V. loc.

RHŎDŎPE, es. f. [Ῥοδόπη] Mons Thraciæ, a Rhodope Thracum regina ibi ſepulta. Vel a Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Sed Ovidius ipſam Rhodopeo in montem ſui nominis converſam tradidit, quod deos aſpernaretur. V. 6. Met. 86. Virg. 8. Ecl. 44.

Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. Idem 3. Georg. 351.

Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem. i. e. inquit Servius, Qua Rhodope, mons Thraciæ, protentus in Orientalem plagam, Gammaiden in Septentrionalem reflectitur. Nam ideo ait, Redit ſub axem. Nam axis eſt Septentrio, qui Græce ἄρκτος nominatur. Hæc Serv. Nunc vocatur Baſiliſſa, βασίλισσα, quaſi montium regina. Aliis Mons argenti dicitur, propter argentifodinas, quæ illic ſunt frequentes.

Glacialis Rhodope. Ovid. 2. Epiſt. 113.

Thracia. Senec. Herc. OEtb. 12.

RHŎDŎPĒIUS, a, um. [Ῥοδοπήιος] Adj. poſſeſſivum, quinque ſyllab. ut Orpheus Rhodopeius, i. e. Thracius. Ovid. 10. Met. 50. Idem 3. de Arte Am. 321.

Saxa feraſque lyra movit Rhodopeius Orpheus.

Rhodopeia ſpicula, Thracum ſagittæ. Sil. 10. 399.

Rhodopeiæ arces, Montes Thraciæ. Virg. 4. Georg 461.

RHŎDŎPIS, idis. f. [Ῥοδῶπις, Suid.] vel RHŎDŎPE, es. [Ῥοδώπη] ſecundum Plin. Meretrix fuit quædam Thraciæ miræ pulchritudinis, quæ una cum Æſopo captiva fuit. Illam Charaxes Mytilenæus frater Sapphus magna pecunia redemit, ut Herodotus ſcribit lib. 2. Cujus rei etiam meminit Sappho in epiſtola ad Phaonem apud Ovid 15. Epiſt 63. Hanc eandem Plin. lib. 36. cap. 12. pyramidem laudatiſſimam conſtruxiſſe ſcribit, ne quis opera regum miretur: ut majora ſit miraculo, eam tantas opes meretricio quæſtu conquiſiſſe: aſſeritque una cum Herodoto, illam Æſopi philoſophi conſervam & contubernalem fuiſſe Juven 9 Sat. 4.

RHŎDŎRA, æ f. Herba. Plin. lib. 24. cap. 19. Rhombotinum (inquit) arborem demonſtravimus inter arbuſta. Juxta hanc viduam vite naſcitur herba, quam Galli Rhodoram vocant: caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum. Præcipua contra tumores, ſervoreſque & collectiones, &c.

RHŎDUS, i. f. [Ῥόδος] Nomen urbis, ut ait Strabo, ſuper Orientali promontorio ſita, dicta quod capulo roſæ illic invento ſit ædificata. Nomen etiam hodie retinet. Ea portubus olim & viis & mœnibus & reliquis ornamentis tantopere ceteras ſuperavit, ut nulla putaretur æqualis: legum præſtantia & navalis rei peritia adeo valuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit.

Eodem etiam nomine dicta eſt inſula, in qua ea urbs eſt, quam Plinius Lyciæ, & primam Cycladum ſcribit eſſe venientibus ab Oriente. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde Stadia, poſtea Telchin, eo quod Telchines inſulam incolerant. Auctor Strabo lib. 14. Sunt qui hanc inſulam Carpathio mari adſignant, ut ex Luciniano verſu intelligi licet,

Carpathium Rhodos in pelagus ſe inclinat apertum. Soli ſacra eſt, qui puellæ nomine Rhodi amore captus, Rhodum ab ea nominavit, ut Diodorus lib 6 refert. Nam ut Solinus cap. 11. auctor eſt, nunquam ita cælum nubilum eſt, ut in ſole Rhodos non ſit. Diodorus Siculus lib. 6. cap. 13. Neptunus jam vir, ex alia Telchinum ſorore ab ſe dilecta genuit liberos mares ſex, femellam unicam nomine Rhodon: a qua & inſula cognominata eſt. Pindarus etiam a Rhodo Nympha dictam ſcribit, ſed, quæ fuerit Apollinis & Veneris filia. Alii a Roſa nomen ducunt, quæ Græce ῥόδον vocatur: vel quod locus ille pulchras ferat roſas: vel quod dum urbs ædificaretur, in fundamentis inventa ſit roſa.

roſa. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem Inſulæ cecinit Pindarus, ubi ſtudia liberalium artium, & in primis oratoriæ facultatis floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis Coloſſus. In ea etiam urbs opulentiſſima Lindus, ex qua Chares ſtatuarius, qui Coloſſum fecit, teſte Plin. 34. 7. Gymnaſium habuit Aſiatica eloquentia & mathematicis ſtudiis clariſſimum. V. Vitruv. præfat. lib. 6. Dicta etiam eſt Aſtaria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœeſſa, Atabyria ab rege. Plin. 5. 31. conf. Meurſ. Rhodum, vel Lex. Pitiſc.

Hanc urbem uſque ad An. 1522. tenuerunt Equites Joannitæ, quo Solimannus 2. Turcarum Imp. ſemeſtri oppugnatione facta, occupavit, ſuoque cum tota inſula imperio ſubjecit.

Aſpera Rhodos. Stat. 1. Silv. 1. 104.

Clara Rhodos. Hor. 1. Carm. 7. 1.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mytilenen. Vel quod in ea nunquam (ut ait Plin. lib. 2. cap. 62) tanta nubila obducantur, ut non aliqua hora Sol cernatur: vel quod clara, nobilis & illuſtris fuit libertate, re maritima, Romanorum amicitia, rebus geſtis, pictura, & artibus etiam liberalibus, quas ibi magni viri ſunt profeſſi, & in his Poſidonius & Molo, cui Cicero & Cæſar operam dederunt. [Sic & Mytilene clara.

Nobilis. Catull. de Phaſelo, &c. 4. 8.

Phœbea. Ovid. 7. Met. 365.

Rhodius, a, um. Adj. [Ῥόδιος] ut Rhodiæ aves. Columel. lib. 8. cap. 11. Vitis Rhodia, Genus eſt vitis e Rhodo inſula primum in Italiam advectum. Virg. 2. Georg. 102.

Non ego te, menſis & diis accepta, ſecundis
Tranſierim, Rhodia. V. Varr. L. L. 7. extr.

Rhodiacus, a, um. Adj. Plin. lib. 31. extr. Rhodiacæ ſpongiæ.

Rhodienſis, e, Adj. ut Rhodienſis hoſpes. Suet. Tiber. 62.

Rhoduntia, æ. f. [Ῥοδουντία] eſt locus ſane munitus, apud Heracleam, non procul ab antiqua Trachina. Strabo lib. 9.

Rhoduſſæ, arum. f. [Ῥοδοῦσσαι] duæ Inſulæ in Boſphoro ante Propontidem & Helleſpontum. Plin. lib. 5. cap. ult.

Rhœas, ădis. f. [ῥοιάς] tertii generis Papaver, quod noſtri appellant Papaver erraticum. Plin. lib. 19. cap. 36.

Rhœbus, i. m. [Ῥοῖβος] Equus fuit Mezentii apud Virg. 10. Æn. 861.

Rhœbe diu, res ſi qua diu mortalibus ulla eſt,
Viximus, &c.

Rhœcus, V. Rhœtus, & Rhæcus.

Rhœdias, æ. m. Fluvius Macedoniæ, qui in Axium influit. Plin. lib. 4. cap. 10.

Rhœmatalces, V. Rhimotalces.

Rhœo, ūs, f. [Ῥοιώ] Cæl. lib. 7. cap. 15. Vino autem veritas attribuitur: hinc Græci, οἶνος καὶ ἀλήθεια λέγεται. Superpondii vero id loco fuerit, Staphylum Dionyſi filium, Ῥοιώ, id eſt, Rhœo, filiam ſuſcepiſſe, quam Apollo compreſſit; id ubi reſcivit pater, conjectam in arcam demiſit in mare.

Rhœſus, V. Rheſus.

Rhœtaces, is. m. Fluvius in Armenia, qui ex Caucaſo monte in Arabonem influit: Arabo autem in mare Caſpium intrat. Strabo lib. 11.

Rhœtus, i. m. [Ῥοῖτος] Marrubiorum Rex in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit novercam, hanc privignus ſtupravit, quo cognito, quum eum pater perſequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille, ſe ad Turnum contulit. Hæc Servius in illud Virg. 10. Æn. 388.

Hinc Sthenelum petit, & Rhœti de gente vetuſta
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare novercæ.

Rhœtus, Centaurus, Ixionis filius. Lucan. lib. 6. 390.

Teque ſub Ætnæo torquentem vertice vulſas,
Rhœte ferox, quas vix Boreas inverteret, ornos. conf. Horat. 3. Carm. 4. 55. Rhœtus ab aliis ſcribitur, ab aliis Rhœcus.

Inſanus multo Rhœtus Iaccho. Valer. 1. Argon. 141.

Quidam Rhœtum montem Trojanum fuiſſe dicunt, in quo Ajax Telamonius poſtquam ſe ipſum interfecit, ſepultus fuit. [Immo Rhœteum.

Rhœtēum, i. n. [Ῥοίτειον] Troadis oppidum & promontorium, ubi fuit Ajacis Aſylum, inquit Servius, ſicut in Sigæo Achillis.

Capax Rhœteum. Ovid. 4. Faſt. 279. al. Rapax.

Rhœtēus, [Ῥοιτεῖος] & **Rhœtēius**, a, um. Adj. ut,

Litora Rhœtea. Virg. 6. Æn. 505.

Oræ Rhœteæ. Virg. 3. Æn. 108.

Profundum Rhœteum. i. e. Mare. Ovid. 11. Met. 197.

Rhœti, V. Rheti.

Rhoicus, V. Rhus.

Rhoītes, æ. m. [ῥοΐτης] Vinum ex malis Punicis expreſſum, quæ Græci ῥοιὰς appellant. V. Plin. 14. 16. Dioſcorides lib. 5. cap. 25.

Rholus, i. m. Unus ex his architectis, qui Lemnium Labyrinthum ædificarunt. Plin. lib. 36. cap. 13.

Rhombītes, æ. m. [Ῥομβίτης] major & minor, nomina ſunt locorum in Mæotide, de quibus ita Strabo lib. Geographiæ, 11. Navigantibus ſecus terram & ad octingenta ſtadia Tanaide progredienti, primum eſt is, qui magnus Rhombites dicitur, ubi piſcatio multa eſt, & conditura aptæ: deinde aliorum octingentorum ſtadiorum intervallo, eſt minor Rhombites; quod promontorium non adeo piſcibus abundat. Majores Rhombitani inſulas habent ſtationibus plenas, &c.

Rhombus, i. m. [ῥόμβος] Græca vox eſt, ſignificatque Figuram quadratam ſolidam, cujus latera omnia ſunt æqualia, anguli vero obliqui, tetrapleuros, id eſt, quatuor laterum. Hic ſi in terram jactetur, volvitur ad ſimilitudinem fere cylindri.

Rhombus item apud Theocritum eſt magicum Inſtrumentum. Corymbum ab Athenienſibus quidam dici putant. Apollonii interpres Rhombum eſſe rotulam dicit, quam loris diverberantes circumagunt, atque ita ſonum inde eliciunt. Quidam etiam Didymon vocant Rhombum dimidiatum.

Utebantur maleficæ mulieres ad deducendam lunam tortis filis confecto. Martial lib. 9 30.

Quæ nunc Theſſalico lunam deducere rhombo.

Rota ſtaminea rhombi. Propert. lib. 3. 6. 26.

Rhombus, Torques, ſive machinula illa, quam vertendo mulieres tramam ad laniciora nent.

In re militari etiam transformatum in triquetrum, cuneum ſeu roſtrum vocamus.

Rhombus ſtrumba, ſeu bombix.

Rhombus, jaculi evibratio, apud Pindarum, quæ ſine rotata vertigine non fiat. Cælius Rhodigin. lib. 9. cap. 22. [Gloſſ. Gr. Lat. ῥόμβος, Tornus. V. & Suid.

Rhombus, Piſcis, quem Græci alio nomine ψῆτταν vocant, ut ſcribit Athenæus lib. 7. extremo. A figura autem Rhombus appellatus eſt. Galli lingua vernacula *turbinem*, & *turbonem* nominant. Piſcem fuiſſe magni pretii declarat. Hor. 2. Serm. 8. 30. Juven. 4. Sat. 39.

Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris. Martial. lib. 13. 81.

Quamvis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior eſt tamen patella. Sic Plin. lib. 32. cap. 9.

Grandes rhombi. Hor. 2. Serm. 2. 95.

Rhombus, Faſciæ genus apud Galenum in lib. de Faſciis.

Rhomboīdes, [ῥομβοειδής] quod Rhombi aſſimile eſt

Rhombus, eſt quadrilatera figura, quæ tamen rectangula non eſt: ſicut Rhomboides, quod in contrarium collocatas lineas, atque angulos habet æquales, non autem rectis angulis, neque lateribus æquis, continetur.

Rhomphæa, æ. f. [ῥομφαία] Genus gladii. Liv. 31. 39 Thracas quoque Rhomphææ, ingentis & ipſæ longitudinis, inter adjectos undique ramos impediebant. V. Iſidor. 18. 3. Valer Flacc. 6. Argon. 98

Æquaque nec ferro brevior, nec rhomphæa ligno. Penultima corripitur a Flacco hoc loco, licet a Græcis ſcribatur cum diphthongo ῥομφαία. Heinſius legit Rompia. [An Framea? Gloſſ. Græc. Lat. ῥομφαία, Framia, Gladium. Vox Germanica, teſte Tacito, *Een pfriem*. V. Framea.

Rhomphæalis, e. Adj. Prudent. Cathem. 7. 93.

Dextram perarmat rhomphæali incendio. i. e. Rhomphæa flammante.

Rhonchus, i. m. [ῥόγχος] Stertentis ſonus, nomen fictitium. Martial. lib. 1. 4.

Majores nuſquam rhonchi: juveneſque, ſeneſque,
Et pueri naſum rhinocerotis habent. de hac & ſeq. dict. V. mox ad Rhonchisso.

Rhoncho, āre. Sidon. 1. Epiſt. 6. Bubſequæ ruſticani, ſubulcique rhonchantes.

Rhonchisso, [ῥογχίζω] āre. Stertere. Plaut. Cyathiſſat dum cœnat: dum dormit, rhonchiſſat. [Ita Calepin. Sed locum fruſtra quæras. In Gloſſ. Græc. Lat. ῥογχίζω, Roncino, & in Lat. Gr. Runcinat, ῥογχίζει, καὶ ῥογχάζει. Sterto vero ῥέγχω in utroque Gloſſ. longe utique diſtante ſignificatione, redditur. At in Gloſſ. Gr. Lat. ῥύγχωνες, Naſuti, ῥύγχος, Roſtrum. Quod Græcis neut. eſt, & [illegible] quoque ſcribitur. Sed non dubito, quin etiam ῥύγχος, a. ra pro Naſuto uſurparint, ita ut Martialis Rhynchi ſcripſerit, quos Naſutos intelligi vellet, & minime Stertentes, niſi forte errore litteræ Rhonchos pro Rhynchis Romanum vulgus appellabat, quod ex imitatione Sidonii veriſimile fit. conf. Suid. in utraque voce.

Rhonchisŏnus, a, um. Adj. Qui ſonat rhonchos, & deriſor eſt. Sidonius Carm. 3.

Nec nos rhonchiſonus rhinocerote notat.

Rhŏpălon, i. n. [ῥόπαλον] Græcis Clavam ſignificat. Quæ quia Herculi tribuitur, inde ſic dicta eſt Herba, quam alii Nymphæam, alii Heraclion nominant. Plin. lib. 25. cap. 8. Nymphæa nata traditur, Nympha, zelotypia erga Herculem, mortua. Quare Heraclion vocant aliqui, alii Rhopalon, a radice clavæ ſimili. ideoque eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu genituraque privari. Laudatiſſima in Orchomeno & Marathone. Bœoti Madon vocant, qui & ſemen edunt. Naſcitur in aquoſis, foliis magnis, in ſumma aqua, & aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio ſimili, & quum defloruit, capiti papaveris, tenui caule: ſecatur Autumno. Radix nigra in ſole ſiccatur, adverſaturque alvinis.

Rhopalĭcus, a, um. Adj. [ῥοπαλικός] Grammaticis Rhopalicus verſus dicitur, qui a monoſyllaba voce incipiens gradatim creſcit, & ῥόπαλον, i. e. Herculis clavam imitatur, ab anguſto & tenui in latitudinem deſinens. ut,

Spes Deus æternæ ſtationis conciliator. V. Salmaſ. ad Solin. p. 942.

Rhoptron, i. n. [ῥόπτρον] eſt quod nos in janua Cricum dicimus. Lyſias: Ad ſacrum rhoptrum equum deſtinavit. Cæl. lib. 8. cap. 13. Ex Suida.

Rhŏsos, i. f. [Ῥῶσος Steph. Ῥωσός Strab.] Oppidum Syriæ ad Caſium montem, inter Iſſum Ciliciæ & Seleuciam poſitum. Plin. lib. 5. cap. 22. & Strab. lib. 16. Scribitur & Rhoſſus.

Rhosius, a, um. Adj. Plin. lib. 5. cap. 22. Oppidum Rhoſos, & a tergo portæ, quæ Syriæ appellantur, intervallo Rhoſiorum montium & Tauri.

Rhosiăcus, a, um. Adj. [Ῥωσιακός] Idem. ut, Rhoſiaca vaſa. Cic. 6. Att. 1.

Rhospodūsa, æ. f. alio nomine a Stephano Rhoduſſa dicta, Inſula eſt maris Pontici, paulum admodum a Matra diſtans. Plin. lib. 4. cap. 13. Al. Rhoduſa. q. V.

Rhossus, V. Rhosos.

Rhoxălāni, orum. m. [Ῥωξαλανοί] vel **Rhoxŏlāni**, [Ῥωξολανοί] Populi in Scythia Septentrionali, inter Boryſthenem & Tanaim amnes, campeſtria incolentes. Strabo lib. 7. Plin. lib. 4. cap. 12.

Rhoxana, æ. f. [Ῥωξάνη] Oxyartis Bactrii filia, & uxor, ex captiva, Alexandri Magni, quæ illi jam vita functo poſthumum peperit, de qua multa tum apud Q. Curtium lib. 8. 4. 23. qui Cohortanum vocat patrem, & 10. 6. 9. Arrianum lib. 4. & 7. tum apud Plutarchum in opuſculo de Virt. & Fortuna Alexand.

Rhoxolani, V. Rhoxalani.

R H U

Rhuniæ, V. Runiæ.

Rhūs, rhŏis. f. [ῥοῦς] Fruticis genus, duplicem utilitatem habentis: ab antiquis enim ad condienda opſonia veniebat, & concinnandis conficiendiſque pellibus utilis erat, unde frutex coriarius, & rhus ſutorius appellatur. Plin. lib. 24. cap. 11. Rhoe, quæ erythros appellatur, frutex eſt, & hujus fruticis ſemen vim habet aſtringendi, refrigerandive. Vulgo vocatur *du Rhodoul*. Eo utuntur coriarii ad coria depilanda.

Rhoĭcus, a, um. Adj. [ῥοϊκός] Plin. lib. 25. cap. 18. Medici rhoicis utuntur ad contuſa. Subaudi Foliis.

Rhuscano, V. Ruscino.

Rhusĕlīnon, i. n. [ῥουσέλινον] Apium ruſticum. Apul. de Herb. cap. 8.

R H Y

Rhyas, ădis. f. [ῥυὰς] eſt, Vitis genus apud Suidam, Item vitium earum, quum effluunt.

Rhyas, dicitur, quum angulus oculi ex latente quadam cauſa receſſerit, aut prava curatione ſublatus fuerit, ut lacrimas continere non amplius poſſit: ſed humorem dimittat. Galenus in lib. Finitionum medicæ artis. conf. Suid. in ῥυάδες.

Rhymitalcus, V. Rhoemetalces.

Rhynus, i m. [Ῥῦνος] Myſiæ fluvius juxta Alaſiam fluens, & per Mygdonium campum in Rhyndacum influens. Strabo lib. 12.

Rhyndacus, i. m. [Ῥύνδακος] Fluvius, teſte Strabone lib. 12. ex Aranitide ortum habens, qui aſſumptis ex Abrettana Myſia cum aliis, tum etiam Meceſto, ab Anchora Abaſitica in Propontidem juxta Besbicum inſulam emittit.

Rhynthon, V. Rhinthon.

Rhyparographus, Rhypodes, Rhypographus, V. Rhypos ſeq.

Rhypos, i. [ῥύπος] m. & n. Pulvis ſordidus, ſordes, pulverulentum. Galen lib. 8. de Simplicium medicamentorum facultatibus cap 52. Hinc

Rhypōdes, is. m. [ῥυπώδης] Emplaſtrum ad extrahendum, a Sordium colore ſic dictum Celſ. 5. 19. 5. &

Rhypographus, [ῥυπογράφος] vel potius

Rhyparographus, i. m. [ῥυπαρογράφος] A ῥυπαρὸς Sordibus, & γράφω Pingo, Sordidarum humiliumque rerum pictor. Plin. lib. 35. cap. 10. Tonſtrinas ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia, ob hoc cognominatus Rhyparographus, in iis conſummatæ voluptatis: quippe eæ pluris veniere quam maximæ multorum.

Rhyptūsa, æ. f. [ῥύπτουσα] Medicamentum abſtergens. Celſ. 5. 26. 23. A ῥύπτω Abſtergo.

Rhytidōsis, ĕos, f. [ῥυτίδωσις] Morbus eſt oculorum, quem Latine Rugationem appellamus. Cæl. lib. 7. cap. 20.

Rhythmus, i. m. [ῥυθμὸς] Latine Numerus dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 4. Sunt numeri rhythmi, qui neque finem habent certum, nec ullam in contextu varietatem: ſed qua cœperunt ſublatione ac poſitione ad finem uſque decurrunt. Diomedes, Rhythmus eſt verſus imago modulata, ſervans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationemque continens. Differt a Metro: quia temporum, ſyllabarum, pedumque congruentia in infinitum multiplicatur ac proficit. V. & Suid.

Translate Vitruv. 1. 1. Eſt ratiocinatio medicis de venarum rhythmo. I. e. De harmonia & juſta proportione pulſuum.

Rhythmĭcus, a, um. Adj. [ῥυθμικὸς] ut, Rhythmica muſicæ pars. Iſidor. Orig. 2. 16. & 21.

Tempus rhythmicum. Mart. Capel. 9. p. 327.

Rhythmĭcus, i. m. [ῥυθμικὸς] Muſicus dicitur, Qui numeros in cantu vel in prolatione aut ſono obſervat. Cic. 3. de Orat. 190. Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti videtur: nec ſunt hæc rhythmicorum ac muſicorum acerrima norma dirigenda.

Rhythmĭce, es. f. [ῥυθμικὴ] Mart. Capell. 9. p. 327. Rhythmice eſt ars omnis in numeris.

Rhythmizŏmenon, i. n. [ῥυθμιζόμενον] Materia numerorum. Idem 9. p. 336.

Rhythmizatio, ōnis. f. Vet. Interpr. Irenæi 2. 20. Apta rhythmizatio.

Rhythmoīdes, is. [ῥυθμοειδὴς] i. e. Similis numeris. Mart. Capel. 9. p. 327.

Rhythmopœia, æ. f. [ῥυθμοποιΐα] Rhythmificatio. Idem l. c.

Rhytium, i. n. Genus vaſis curvi, inſtar lunæ cornuum. Martial. lib. 2. 35.

> Quum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua lunæ,
> In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes. al. Imbricio. V. Imbricium, in Imbrex.

R I C

Rica, æ. f. eſt Veſtimentum quadratum, fimbriatum, & purpureum, quo Flaminicæ pro palliolo utebantur. Alii dicunt, quod ex lana fiat ſuccide alba, quod conficiunt virgines ingenuæ patrimæ, matrimæ, cives, & inficiatur cæruleo colore. Hæc Paulus. conf. Feſtus. Plaut. Epid. 2. 2. 48.

> Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicam, aut exoticum.

Nonius 14. 15. Rica eſt quod nunc ſudarium dicimus.

Rica, a ritu, inquit Varro de L. L. 4. 29. quod Romano ritu ſacrificium feminæ quum faciunt, capita velant.

Ricŭla, æ. f. dimin. pro Rica ponitur, apud Feſtum. Turpil. apud Nonium 14. 16. Veliterna.

> Ducit me ſecum, poſtquam ad ædem venimus,
> Veneratus deos. Interea aſpexit virginem,
> Injectam in capite riculam indutam oſtrinam.

Ricæ. & riculæ, inquit Feſtus, vocantur parva ricinia, ut palliola ad uſum capitis facta.

Ricīnus, a, um. Adj. apud Non. 14. 15. ut Mitra ricina. Varr. Prometheo lib. 1. Aliæ mitram ricinam, aut mitram Melitenſem.

Ricĭnium, i. n. Palliolum eſt femineum breve. Varro de Vita populi Romani lib. 1. Et quo mulieres in adverſis rebus ac luctibus, quum omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt. Cic. 2. de Legib. 59. Extenuato igitur ſumptu tribus riciniis, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Varro περὶ Μυῶν, Nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio palliolum ſimplex. Quidam Ricinus ſcribunt. Al. Recinium. q. V. ut & Voſſ. Etym. p. 434.

Riciniātus, a, um. Adj. Ricinio indutus. Arnob. lib. 6. adverſus gentes, Fronte Janus ancipiti, riciniatus Juppiter.

Ricĭnus, [κρότων] Genus vermis, canes acrius atque boves infeſtans. Varro 2. de R. R. cap. 9. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, quod muſcæ, & ricini & pulices ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) eas exulcerare. Plin. lib. 22. cap. 18. Et ricinos canum necant Columel. lib. 6. cap. 2.

Ricini quoque ovium ſunt. Cato de R. R. cap. 103. V. Plin. 11. 34. conf. Rigivius. Gloſſ. Lat. Græc. Riginus, κρότων. ſcribe Ricinus, ut in Gr. Lat. Κρότων, Φθείρ, Ricinus.

Ricinus, [κίκι] Frutex grana ferens ricinis animalibus ſimilia, unde nomen traxit. Græcis Cici appellatur. Plin. lib. 15. cap. 7. Proximum fit & e Cici arbore in Ægypto copioſa: alii crotonem, alii trixin, alii ſeſamum ſilveſtre appellant. Et paulo poſt, Noſtri eam vocant ricinum, a ſimilitudine ſeminis. Vulgus noſtrum hodie vocat *palmam Chriſti*. Cujus e ſemine & granis exprimitur oleum cibis ſœdum, lucernis emplaſtriſque utile, cicinum appellatum, inquit Dioſcorides lib. 4. cap. 164. Galenus Cicininum vocat. Ceterum ricinum Hetruſci phaſelum Romanum appellant.

Ricinus, Mori fructus immaturus. Plin. lib. 23. cap. 7. Mori germinatione, prius quam in folia exeant, ſiniſtra decerpi jubentur futuri poma, ricinos Græci vocant. Hi terram ſi non attigere, ſanguinem ſiſtunt adalligati.

Ricto, Rictus, V. Ringo.

Ricotia, æ. f. Medicamenti genus. Octav. Hor. 1. 5.

Ricula, V. Rica.

R I D

Rīdeo, ſi, ſum, [γελάω, μειδιάω, μειδιάω] ēre. notæ ſignificationis. Cic. 5. Verr. 62. Ridere convivæ, cachinnari. Gell. lib. 1. cap. 19. Rex, quaſi anus ætate deſiperet, riſit.

Fletu miſto riſit. Stat. 9. Theb. 880.

Ore ridere catuli Gallicani, eſt Turpiter & late inter ridendum os diducere, ut patulus erat oris rictus canibus Gallicis venaticis. Catull. 40. 9.

> Ridere catuli ore Gallicani. Turnebus.

M. Craſſus ſemel in vita riſit, ex quo vocatus ἀγέλαστος. Cic. 5. de Finib. 92.

Alicui ridere. Plaut. Truc. 5. 8. Virg. 5. Æn. 358.

> — riſit pater optimus olli.

Rideo canterio; Proverbium eſt, quod Sinnius Capito interpretatur de iis, qui principio rei alicujus inchoatæ deficiunt animo. Sulpicius Galba, quum in provinciam exiens ad portam ipſam Canterium ſuum animadvertiſſet cecidiſſe, Rideo, inquit, canteri, te jam laſſum eſſe, quum tam longum iter iturus, via id ſis ingreſſus. Feſtus.

Ridere aliquem, vel aliquid, pro Deridere. Ter. Adelph. 4. 2. 10. Cic. de Aruſp. Reſp. 8. Quum riſeritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. Ovid. 1. Faſt. 356.

> Ridet amatorem Lyda puella ſuum.

Deos ridere inultum Ovid. 3. Amor. 3. 20.

Nivem riſi atram, teque hilari animo eſſe & prompto ad jocandum valde me juvat. Cic. 2. Q. frat. 2.

Riſum ridere. Cic. 7. Fam. 26. Videris mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα Σαρδάνιον. Atticiſmus. conf. Risus.

Vitia ridere, pro De vitiis. Tacit. in lib. de moribus German. 19. De ſeveritate in adulteriis puniendis, Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi, ſæculum vocatur. Hoc eſt, Nemo connivendo vitia probat, vel excuſat: nemo arridet, applaudit, blanditur vitiis, nemo vitiis prætexit illud, ſic ſæculum eſt.

Verſus alicujus ridere. Hor. 1. Serm. 10. 54.

Ab omni conventu rideri. Hor. 1. Serm. 7. 22.

De re aliqua ridere. Cic. 14 Att. 15. De hæreſi Veſtoriana, & de Pherionum more Puteolano riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe reſcribere.

Ridere in ſtomacho. Cic. 2. Fam. 16. Hoc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. [i. e. Non obſtante ſtomacho.

Intempeſtive ridere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. Hor. 1. Epiſt. 7. 27.

Ridere etiam dicitur quicquid hilaritate nobis adblanditur. ut,

Omnia nunc rident. Virg. 7. Ecl. 55.

Æquora Ponti tibi rident. Lucret. lib. 1. 8.

Angulus mihi ridet, i. e. Arridet, placet. Hor. 2. Carm. 6. 13.

Domus ridet argento, Splendet. Hor. 4. Carm. 11. 6. Acron.

Fortuna ridet vultu ſereno. Ovid. 1. Triſt. 4. 27.

Tempeſtas ridet. Lucret. lib. 5. 1394

Venus dulce ridet. Ovid. 16. Epiſt. 83.

Rīdo, ĕre. antiquum, Idem. Lucret lib. 3. 22.

> — diffuſo lumine ridit. al. Ridet.

Rīdens, entis. Partic. [γελῶν] ut, Arridere ridentibus. Hor. de Arte Poet. 101.

Dulce ridens. Catul. ad Lesbiam, 49. 5.

Undæ ridentes. Lucret lib. 5. 1001.

Ridendus, a, um. Partic. [γελαστέος] Hor. 1. Epiſt. 1. 9.

> Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
> Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Ridĭbundus, a, um. Adj. [μειδιῶν] Abunde ridens. Plaut. Epid. 3. 3. 33.

> Ita ridibundum, atque hilarum huc adduxit ſimul. V. Gell. lib. 11. cap. 15. ubi late de his quæ in bundus finita ſunt, differit.

Rīſio, ōnis. f. [μειδίασις, γέλασις] Plaut. Stich. 5. 2. 10.

> Quot ego voluptates fero, quot jocos.

Rīsus, ûs. m. Idem quod Riſio. [γέλως, μειδίαμα] Plaut Milit. 4. 2. 81.

> — nequeo hercle quidem riſu meo moderarier. Al. Me admoderarier.

Blando riſu fraudem prætexere. Claud. 1. in Rufin. 99.

Gratus riſus. Hor. 1. Carm. 9. 22.

Ineptus. Catul. in Egnatium, 37. 16.

Lentus. Hor. 2. Carm. 16. 26. Al. Lætus.

Multus. Hor 4. Carm. 13. 27.

Soluto riſu ludere. Virg. 2 Georg. 386.

Tremulus. Lucret. lib. 1. 918.

Adimere riſum. V. Adimo.

Compeſcere mappa. Hor. 2. Serm. 8. 63.

Concitare riſum Cic. 2. de Orat 235. Atque illud primum quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur, ubi ſit, quo modo exiſtat, atque ita repente erumpat.

Conſequutus eſt riſus. Cic. 5. Fam. 2. Viſa eſt oratio non injucunda, & mediocris quidam eſt riſus conſequutus.

Conſumere riſum. V. Consumo.

Continere.

Continere. V. CONTINEO.
Elicere riſum alicui. Juven. 7. Sat. 212.
Eſt riſus de. Cic. 2. Philipp. 73. Qui riſus hominum de te erat?
Excipere aliquid riſu & oſculo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Excitare riſum. V. EXCITO.
Excutere ſibi riſum. Hor. 2. Serm. 4. 34.
Factus eſt riſus. Cic. 6. Verr. 27. Riſus populi atque admurmuratio omnium facta eſt.
Mereri riſum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Movere riſum. Cic. 6. Att. 3. In quo tamen illa mihi riſum magis quam ſtomachum movere ſolet.
Movere riſum facto aliquo, vel ipſo vultu. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Quatere populum riſu. Hor. 2. Epiſt. 2. 84.
Solventur riſu tabulæ. Hor. 2. Serm. 1. 86. Audax Metonymia. Tabulæ i. e. Judices.
Tenere riſum. Cic. de Clar. Orat. 292. Equidem in quibuſdam riſum vix tenebam.
Tollere riſum. Hor. in Arte Poet. 381.
Riſos ſæpe plurali numero, non poëtæ modo, ſed & Oratores dicunt, quum Magnum riſum intelligi volunt. Lucret. 5. 1402.
Unde oriebantur riſus, dulceſque cachinni.
Lacrimoſi. Stat. 6. Theb. 164.
Obſcæni. Ovid. 2. Triſt. 409.
Teneri riſus pueri. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 346.
Captare riſus. Cic. 2. Tuſc. 17. Epicurus ea dicit, ut mihi riſus captare videatur.
Conciliatur riſus. Quintil. lib. 6 cap. 3.
Conſequebantur magni riſus. Cic. 2. Q. frat. 6.
Dare riſus alicui. Hor. 2. Serm. 5. 98.
Edere miros riſus. Cic. 2. Q. frat. 9. Memini quum hominem portarem ad Bajas, &c. miros riſus nos edere.
Ridere riſum Sardonium *Ris d'hoſte*, apud Gallos; Ridere riſum Sardonium, lo eos dictum, qui præferunt lætitiam, cum intus angantur curis, quique blanditiis velant odium. Riſus Sardonius dicitur, quod in Sardinia Apiaſtro ſimilis herba naſcatur, cujus eſus diducto ore velut ridentes homines mortem oppetere cogit. V. Chiliad. Deſcribit periphraſi Tibul. lib. 3. d. 35.
Non bene mendaci riſus componitur ore. conf. Riſum ridere in verbo.
RISUS, Idoli nomen. Deum enim riſuum multi olim populi, riſu, geſticulatione, ſummaque lætitia coluerunt. Lilius Syntag. 1. lib. Hiſtor. Deorum: Riſûs ſimulachrum, ut Dei, Lycurgum apud Lacedæmonios erexiſſe teſtis eſt Plutarchus. (p. 55. ed. Francf.) Putabat enim ille, Riſum laboris & modeſti victus eſſe condimentum. Apud Apulejum quoque (2. Met. extr. & 3. Met. p. 134. Elmenh.) Riſus, quod etiam interpres notat, mentio eſt. Hypatenſes Theſſali huic Deo quotannis rem divinam in ſumma lætitia faciebant γέλωτι θεῷ, id eſt Dei riſus. Pauſanias meminit.
RISOR, ōris. m. [γελαστής] Hor. in Arte Poet. 225.
Verum ita riſores, ita commendare dicaces
Conveniet Satyros.
RISŌRIUS, a, um. Adj. Fulgent. Mythol. 2. Riſorii honores.
RISIBILIS, e. Adj. Aptus ad ridendum: quo utuntur Philoſophi ſcholaſtici.
RIDICŬLUS, a, um. Adj. [γελοῖος, καταγέλαστος] Qui vel quod aliis riſui eſt, & de quo alii rident. Ter. Eun. 2. 3. 13.
At ego infelix, neque ridiculus eſſe, neque plagas pati
Poſſum. Cic. 4. Verr. 143. Hoc poſtulatum de ſtatuis ridiculum eſſe videatur ei, qui rem ſententiamque non perſpiciat. Cic. 2. Verr. 19. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. Plaut. Stich. 1. 3. 68.
Jocos ridiculos vendo, agite, licemini. Al. Logos
Ridiculus proprie dicitur, Qui in rebus turpibus ridetur. Feſtus.
Ridiculus, Facetus, quique diceret ea, quibus homines riderent, non ipſe rideretur. Cic. in Brut. 217. Cn. Sicinius, homo impurus, ſed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris ſimile quicquam: is quum Tribunus plebis Curionem & Octavium Conſules produxiſſet, Curioque multa dixiſſet, ſedente Cn. Octavio collega, qui devinctus erat faſciis, & multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus: Nunquam, inquit, Octavi, collegæ tuo gratiam referes: qui niſi ſe ſuo more jactaviſſet, hodie te iſtic muſcæ comediſſent. Et libro eodem, 224. Longe autem poſt natos homines improbiſſimus C. Servilius Glaucia, ſed peracutus, & callidus, cum primiſque ridiculus. i. e. Facetus, cujus etiam joci lib 2. de Orat. 217. ponuntur.
Facie magis, quam facetiis, ridiculus. Cic. 1. Att. 10.
Multa Græcorum ridicula & ſalſa. Cic. 2. de Orat. 217.
Mos ridiculus. Hor. de Arte Poet. 139.
Poema ridiculum. Hor. 2. Epiſt. 1. 237.
Rem ô ridiculam! Catul. ad Catonem, 54 1.
Ridiculiſſimus. antiquum. Plaut. Stich. 2. 2. 58.
Quando adbibero, allodiabo, tum ſum ridiculiſſimus. al. Ridiculoſiſſimus.
RIDICŬLUM, i. n. [γελοῖον] Res, vel Sermo riſum excitans. Ter. And. 3. 1. 6. Hui, tam cito? ridiculum. Idem Eun. 5. 7. 3.
Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, ſciebam. Gloſſ. Græc. Lat. Γελοῖον, Ridiculum, Jocus.
Dicuntur ſæpe etiam ſententioſe ridicula. Cic. 2. de Orat. 286.
Eludere ridiculum ridiculo. Quintil. lib 6. cap. 3.
Eſt ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere, &c. Cic. pro Arch. 8.
Eſſe in ridiculo. V. IN.
Haberi in ridiculo. V. IN.
Jacere ridiculum, & Mittere. V. JACIO & MITTO.
Iterare ridiculum. V. ITERUM.
Per ridiculum Cic. 2. Off. 134. Quum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſevere, maledice, contumelioſeque dicitur. Al. pro Perridiculum q. V. ſ. l.
RIDICŬLE, Adv. [γελοίως] Ter. Adel. 4. 5. 42.
— hæc, mi pater,
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridicule, adverſumne illum cauſam dicerem,
Cui veneram advocatus? Cic. 1. de Orat. 243. Non modo acute, ſed etiam ridicule ac facete.

RIDICULĀRIUS, a, um. Adj. antiquum, [γελωτοποιός] Idem quod Ridiculum. Plaut. Trin. 1. 2. 28.
Sed hoc animum advorte, aufer ridicularia. Gell. lib. 4. cap. 20. Qui jurabat cavillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit.
RIDICULŌSUS, a, um. Idem. Arnob. 5. p. 175. Ridiculoſa negotia defendere. Et Hieron. adv. Rufin. 3. 4. pr. Non ridiculoſa, ut ſcribis, ſed ridicula mihi forte res accidit. Gloſſ. Græc. Lat. Γελοιώδης, Jocoſus, Ridiculoſus.
RISITO, āre. frequent. a Rideo. Nævius apud Non. 3. 116. Clam ineunt, irruunt, cachinnos, joca, dicta riſitant.
RISILŎQUIUM, i. n. Tertull. de Pœnit. cap. 10. In riſiloquio conſiſtere.
RIDICA, æ. f. [χάραξ] Pedamentum vinearum Varr. 1. de R R cap 8. Pedamentum item fere quatuor generum Unum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam e querco ac junipere, & vocatur ridica Columel. lib. 4. cap. 12. Hic annus nondum vehementem palum aut ridicam deſiderat. Idem lib. 11. cap. 2. Palos una opera cædere, & exputatos acuere centum numero poteſt: ridicas autem querneas ſive oleagineas findere, & dedolatas utraque parte exacuere numero ſexaginta. Plin lib. 17. cap. 22. Pedamenta optima, quæ diximus, aut ridicæ robore, oleaque: aut ſi non ſint, pali e junipero, cupreſſu, laburno, ſambuco. Pedamentum vinearum, inquit Budæus, aut eſt fiſſile ut ridica, quo hodie plurimum utimur: aut eſt teres, ut palus.
RIDICŬLA, æ. f. dimin. Senec Quæſt. Nat. 1. 3. pr. Idem videbis accidere, ſi quando volueris obſervare fullonem, cum os aqua impleverit, & veſtimenta, ridiculis diducta, leviter aſpergit. [Ald. Tendiculis. Utraque lectio firmatur MSſ. V. not. Muret. & Grut. Poſſet & Rudiculis legi.
RIDIBUNDUS, Adj. V. RIDEO.

R I E

RIENES, um. Rienes quos nunc vocamus, antiqui Nefrundines appellabant quia Græci νεφροὺς eos vocant. Plaut in Satyr. Male tibi eveniſſe video; glaber erat tanquam rien. Feſtus. V. eund. in Nefrendes. & ſupra ſuo ordine REN.

R I G

RIGEO, RIGIDUS. V. RIGOR.
RIGIACUM, i. n. auctor Ptolemæo lib. 3. cap. 9. Attrebatum civitas: vulgo *Arras*.
RIGO, [ὕδω, βρέχω, ποτίζω] āre. Madefacere, humorem aſpergere. Ac proprie de his dicitur, quæ humoris aſperſione indigent. Ovid. 2. de Pont. 1. 13.
Juppiter utilibus quoties rigat imbribus agros. al. Juvat. Plin. lib 12 cap. 11. Rigatur arbor gelidis fontibus.
Conſpergere & Rigare. Columel. lib. 5. cap. 6.
De flumine. Hor. 3. Carm. 3. 48.
Qua tumidus rigat arva Nilus.
Hortus rigatur fonte. Ovid. 5. Faſt. 210.
Ora vatum rigantur Pieriis aquis. Ovid. 3. Amor. 9. 26.
Non raro ad lacrimarum periphraſin transferunt poetæ. Ovid. 1. de Arte Am. 532.
Indigno teneras imbre rigante genas. Idem 11. Met. 420.
— ter fletibus ora rigavit. Virg 9. Æn. 251.
— & vultum lacrimis atque ora rigabat.
Sanguinem venæ rigant vitalem membris Plin. lib. 11. cap. 37.
Rore vitali rigare, Lactare. Cic. 1. de Divin. 20.
— quæ parvus Mavortis ſemine natus
Uberibus gravidis vitali rore rigabat.
De mictione. Lucret. lib. 4. 1023.
Tum Babylonica magnifico ſplendore rigantur.
Arma cruore rigare. Virg. 12. Æn. 308.
Cælum ſua ſolis rigat. Lucret. lib. 4. 203.
Metaph. ut, Ingenia omnium rigare. Auctor ad Herenn. lib. 4. 10. Iſti, cum non modo dominos ſe fontium, ſed ſe ipſos fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum ſi, quum id polliceantur aliis, areſcant ipſi ſiccitate.
Rigari, per metaphoram pro Compleri, amplificari, & propagari. Lucret. lib. 2. 262.
Nam dubio procul his rebus ſua cuique voluntas
Principium dat: & hinc motus per membra rigantur. Lambinus.
RIGANS, antis. Partic. [βρέχων] ut, Nimbi rigantes. Lucret. lib. 6. 520.
Atque aliis aliæ nubes, nimbique rigantes.
RIGĀTIO, ōnis. f. [βρέξις] Columel. lib. 11 cap. 3. Sin autem ſicco loco ſeri debuerint, quod rigationem miniſtrari non expediat, menſe Feb. ſeſquipedali altitudine ſulci faciendi ſunt.
RIGĀTOR, ōris. m. Tertull. adv. Valent. cap. 15. O fictum rigatorem.
RIGUA, ōris. n. Plin. 5. 4. Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum rigua. al. Irrigua. [An Riguo? Sic ſolet Plin V paulo infra.
RIGUUS, a, um. Adj. [ἐπίῤῥυτος] Quod æquis irrigatur: cui opponitur Siccaneus. Columel. lib. 2. cap. 17. de prato loquens. Ejus igitur, inquit, animadvertimus duo genera: quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum.
Amnes rigui. Virg. 2. Georg. 485.
Hortus riguus. Ovid. 8. Met. 646.
Saltus rigui. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 5.
RIGUUM, i. n. Rigatio, vel Aquæ ipſæ rigantes. Plin lib. 17. cap. 26. Rigua æſtivis vaporibus utilia, hieme inimica, autumno varia. Paulo poſt, Circa canis ortus rigua maxime proſunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Ruſus cap. 27 Urit vineas fimum ſuillum, niſi quinquennio interpoſito, præterquam ſi riguis diluatur.
RIGOR, ōris m. [ῥῖγος] Frigus vehemens. Plin. 8 Epiſt 8. ad Romanum, Rigor aquæ certaverit nivibus, nec color cedit. Columel. lib. 9. cap. 14. Quam recentiſſimi rigoris aqua infuſa Plaut. Bacch 2. 3 46.
Longum eſt rigorem maleficum exornarier. Al. Strigorem, vel Strigonem. [Locus obſcurus, &, ut videtur, male habitus. Certe de frigore ex poni nequit.
Calor & Rigor, contraria. Plin. lib. 7. cap. 50.
Horridus rigor tenet artus. Valer. 3. Argon. 263.

RIGOR, is, m. [σκληρότης] Duritiea. Virg. 1. Georg. 143
Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ. Servius.
Auri rigor. Lucret. lib. 1. 493.
Conlabefactatus rigor auri ſolvitur æſtu. Tralatio eſt. [Immo Hendyadis pro Rigido auro, ferro &c.
Nervorum rigor, Spaſmus. Celſ. lib. 4. cap. 3.
Formoſus. Claud. de Nupt. Honor. 324. [Puto Vigor legendum.
Juris rigor, Tranſlate. Modeſtin. in l. Si expreſſim. D. de appel. Si expreſſim ſententia contra juris rigorem data fuerit. [i. e. Rigidam obſervantiam.
Naturæ rigor. Plin. lib. 7. cap. 19. Eſt hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ, duram & inflexibilem, affectuſque humanos adimit.
Rigore nimio in id negotium juſſit inquiri. Ammianus lib. 28. p. 468. Francf. H. St. Exſtant cap. 1. ejus libri, ſed perperam legitur in edit. Gronov. Vigore.
Orationi tribuit Quintil. lib. 9. cap. 3. extr. Oratio habeat rectam quandam velut faciem, quæ ſtupere immobili rigore non debeat.
Rigor, Rapiditas, ῥοῖζος. Ulpian. in l. 1. D. de fluminibus. ne quid, &c. Ripa autem recte ita definitur: id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Idem titulo ſequenti proxima, Quod autem ait, Aliter fluat, non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet. ſed ad modum, & ad rigorem curſus aquæ referendum eſt. [Rigor hic pro Tenore dicitur, vel tractu quodam, ut apud ſcriptt. Gromaticos.
Stillicidii rigor. Scævola in l. Olymp. § ult. D. de ſervit. urb. præd.
Rigor eſt etiam Tractus rectus. Frontin. de qualitate agrorum p. 31. edit. Goeſ. Rigor eſt, quicquid inter duo ſigna, vel in medio lineæ, rectum perſpicitur. Et mox: Quicquid in agro menſori operis cauſa ad finem rectum fuerat, rigor appellatur.

RIGŌRĀTUS, a, um. Adj. [σκληρωθεὶς] Plin. lib. 17. cap. 23. Traduces Gallica cultura, bini utrinque lateribus, ſi pars quadrageno diſtet ſpatio: quaterni, ſi viceno: inter ſe obvii miſcentur, alligaunturque una conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati, qua deficiant. h. e. Rigidiores & firmiores facti. V. ibi Harduin. not.

RĬGĬDUS, a, um. Adj. [κρυερὸς, ἢ ψυχρὸς Gl. L. G.] Frigidum. ut Pruinæ. Lucret. lib. 2. 520.
Hinc flammæ, illinc rigidis infeſta pruinis. Virg. 2. Georg. 316.
Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam ſpirante movere. Ovid. 3. Triſt. 10. 48.
Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas. [His duobus locis potius pro Duro poni videtur.
Rigidus, [ἀνένδοτος] Durus, Erectus, Quod non niſi ex duritie accidit. Virg. 6. Ecl. 28. — tum rigidas motare cacumina quercus.
Æſculus rigida. Hor. 3. Carm. 10. 17.
Capillis rigidis hirta canities. Ovid. 10. Met. 425.
Cornu. Ovid. 9. Met. 85.
Cruribus rigidæ aves ibes. Cic. 1. de Nat. Deor. 102.
Enſem in rigidum falces conflantur. Virg. 1. Georg. 508.
Ferro rigido fodit pectora. Ovid. de Rem. Amor. 19.
Mons. Ovid. 8. Met. 797.
Roſtrum. Ovid. 5. Met. 673.
Silex. Ovid. 10. Met. 242.
Ungues. Ovid. 2. Amor. 6. 4.
Rigidus, Durus, agreſtis, ut Ovid. 1. Amor. 4. 36.
Nec mihi in rigido pectore pone caput.
Manus rigida, Dura. Ovid. 14. Met. 647.
Signa Canachi rigidiora eſſe, quam ut imitentur veritatem. Cic. de Clar. Orat. 70. Intelligit Statuas, in quibus nihil molle expreſſum.
Caligo rigida. Cic. 1. Tuſc. 37.
Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus,
Maximis, ubi rigida & craſſa conſtat caligo inferûm. Ex quodam poeta. [Ubi forſan Frigidam intelligit, vel potius Inflexibilem, atque inexorabilem.
Rigidus quaſi ad animum tranſlatum, Durus, ſeverus, conſtans. ut,
Leo rigidus. Martial. lib. 10. 65.
Fores. Ovid. 3. Amor. 7. 24. V. in ERGON, ad fin.
Innocentia rigida. Liv. 39. 40.
Jus eſt rigidum & inevitabile. Ovid. ad Liviam, 443.
Mente rigida patriæ negavit opem. h. e. Dura & pertinaci. Ovid. 3. Epiſt. 96.
Minæ. Ovid. 1. Amor. 8. 24.
Mores. Ovid. de Rem. Amor. 762.
Mors. Lucret. lib. 6. 1194. [Ab effectu, an quia Flecti nequit?
Pudor. Claud. Conſ. Mall. Theod. 246.
Sententia. Plin. 4. Epiſt. 9. Sententiam Macri, ut rigidam duramque, reprehendunt.
Vultus rigidus & trux. Ovid. 4. Epiſt. 73.

RĬGĬDE, adv. ut, Submovere rigide. Ovid. 3. de Pont. 3. 55.
Compar. Valer. Max. 9. 7. extr. Diſciplinam præfractius & rigidius adſtringere.

RĬGĬDĬTAS, ātis. F. Vitruv. 2. 9. Rigiditatem habere.

RĬGEO, [ῥιγῶ] ēre. Frigere. Plin. lib. 6. cap. 13. Verum Aſiæ quoque magna portio appoſita Septentrioni, injuria ſideris rigentis, vaſtas ſolitudines habet. Sic lib. 8. cap. 36.
Frigore rigent partes mundi incultæ. Cic. 1. Tuſc. 69. Ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore.
Frigore rigere. Lucret. lib. 3. 904. Ovid. 2. de Pont. 7. 72.
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
Gelu rigere. Liv. 21. 32. Homines intonſi & inculti, animalia, inanimaque omnia rigentia gelu, cetera viſu, quam dictu, fœdiora terrorem renovavere.
Prata rigent, Horrent gelu. Hor. 4. Carm. 12. 3.
Rigere, Erectum eſſe. ut,
Comæ rigebant terrore gelido. Ovid. 3. Met. 100.
Capilli metu rigent. Ovid. 1. Faſt. 97.
Cervix horrida riget. Ovid. 8. Met. 284.
Lingua riget. Ovid. 1. de Arte Am. 515.
Linguaque ne rigeat, careant rubigine dentes. [i. e. Ut loqui audeas, ne lingua torpeat pudore.
Rigere, Durum eſſe. Virg. 5. Æn. 405.
Terga boum, plumbo inſuto ferroque, rigebant.
Rigere nobis dicuntur, quæ preces non admittunt noſtras. Ovid. 1. Amor. 6. 28.
Roboribus duris janua fulta riget. Sic Propert. 4. 11. 6.
Non exorato ſtant adamante viæ. i. e. Obſtant, reſiſtunt votis & precibus clauſæ foribus adamantinis. Sic & Fores rigidi ſupra.

RĬGENS, entis. [ῥιγῶν] Partic. ut,
Artus rigentes imbri ventoque. Stat. 1. Theb. 387.
Bruma rigens. Lucan. lib. 1. 16. ſc. Gelu.
Caput prædurum ac rigens. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Corpus rigens, Nullo modo flexum. Quintil. lib. 2. cap. 13. A ſummo ad imum rigens corpus. Alii legunt, A ſummis ad ima rigens opus. De Statuis & picturis.
Membra rigentia. Lucan. lib. 2. 25.
Oculi rigentes, apud Plin. lib. 11. cap. 37. Qui non circumaguntur, ut ait Budæus.
Palla rigens ſignis & auro. Virg. 1. Æn. 652. i. e. Signis auro intextis rigida eſt.
Veſtes auro & oſtro rigentes. Virg. 11. Æn. 72.
Ungue rigente ſecare genas. i. e. Duro. Ovid. 5. Epiſt. 72.

RĬGESCO, [ῥιγῶμαι] ēre. Indurari. Virg. 3. Georg. 363.
Æraque diſſiliunt vulgo, veſteſque rigeſcunt. Ubi Serv. Rigeſcunt, Durantur, ut frangi potius, quam ſcindi poſſe videantur. Plin. lib. 17. cap. 22. Uva quæ naſcatur a duro rigeſcente.
Lacrimæ rigeſcunt ſole. Ovid. 2. Met. 364.
Ubera ſenſit rigeſcere. Ovid. 9. Met. 357.

RĬGĬDOR, āri. Rigidum fieri. Senec. Epiſt. 71. Recta eſt, flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non poteſt. Alii legunt Rigida eſt.

RĬGĔFĂCIO, ēre. Frontin. Strat. 2. 5. 23. Jejunum exercitum in maximo frigore tranſito fluminis rigefecit. Alii, Rigere fecit.

RĬGUUS, a, um. V. RIGO.

R I M

RĪMA, æ. f. [ὀπὴ, σχίσμα. ῥῆγμα] Fiſſura. Rimæ proprie dicuntur, Exiguæ diſtantiæ tabularum in juncturis. Unde tractum eſt ut omnes fiſſuræ, rimæ dicantur. Lucan. lib. 1. 619.
Cor jacet, & ſaniem per hiantia viſcera rimas
Emittunt. Plin. lib. 15. cap. 8. Ut formicæ, rimæque abſint.
Agere rimas. Ovid. 2. Met. 211.
Explere rimas dicuntur oratores, per tranſlationem, quum verba infarciunt, ut pleniorem orationem faciant. Cic. in Orat. 231. Neque infarciens verba, quaſi rimas expleat, nec minutos numeros ſequens concidat, delumbetque ſententias.
Fatiſcunt naves rimis. Virg. 1. Æn. 127.
Invenire rimam; in tergiverſatores dictum, qui nulla in cauſa tot fidei vinculis aſtringi poſſunt, quin aliquid inveniant, qua elabantur: ut ait Eraſmus. Plaut. Curc. 4. 2. 24.
Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit:
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.
Plenus rimarum, dicitur Qui nihil celat eorum, quæ creduntur ipſi. Ter. Eun. 1. 2. 25.
Plenus ſum rimarum, hac atque illac perfluo. Tralatio ſumpta a vaſe aquario fictili.
Habet & obſcœnum ſenſum. Juvenal. Sat. 3. 96.
— vacua & plana omnia dicas
Infra ventriculum, & tenui diſtantia rima. [Gloſſ. Lat. Gr. Rima, [illegible]. A Gr. [illegible], Lat. Rima.

RĪMŬLA, æ. f. dimin. Celſ. 6. 4. Ne parvæ rimulæ fallant.

RĪMŌSUS, a, um. Adj. [διαῤῥωγὼς, διακεχηνὼς] Quod eſt rimis plenum. Columel. lib. 2. cap. 5. Quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit rimoſumque.
Cymba rimoſa. Virg. 6. Æn. 414.
Auris rimoſa. i. e. Rimarum plena, & hac & illac perfluens, vel quæ negligenter audit, & audita ſtatim obliviſcitur, nec memoriæ mandat. Hor. 2. Serm. 6. 46.
Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure. [Schol. Cruq. Rimoſis, h. e. Garrulis. & Auris rimoſa, Auris patula eſt, quæ nihil ſecreti continet. Sumptum ex dicto Terentiano, Plenus, &c.
Compar. Gell. 17. 11. Pulmo rimoſior.

RĪMOR, [ματεύω, ἐρευνάω] āri. Diligenter quærere, ſcrutari, quaſi rimulas quaſque perquirere. Tractum a ſuibus, qui glandes rimantur de rimis terrarum, auctore Servio. Virg. 1. Georg. 385.
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Caystri. i. e. Paſcuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes: inquit Servius. At Nonius 4. 395. Rimantur exponit hic, Inhabitant. Pro Servio ſtant ſeqq. loca. Cic. 2. de Divin. 130. Sed tamen id quoque rimatur quantum poteſt.
Diligentiſſime rimari. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Juga rimari canibus. Claud. de Bell. Gild. 357.
Partes apertas rimari. Virg. 11. Æn. 748.
Vultus alicujus rimari lumine acerbo, Contemplari. Stat. 11. Theb. 526.
Rimari, Scindere, & quaſi in rimas agere. Virg. 3. Georg. 534.
Ergo ægri raſtris terram rimantur. Servius. [Immo Rimantur, Fodiunt, Scrutantur. V. RASTRUM.
Rimari, Expleri, paſci. Virg. 6. Æn. 599.
— rimaturque epulis, habitatque ſub alto
Pectore. Servius, & Nonius l. c. [Verum rectius ſubauditur [illegible] Viſcere. Rimatus viſcera epulis, i. e. Ad epulas, ut inde famem expleat. Et expreſſit hoc ipſo verbo pœnæ modum.

RĪMO, āre. Feſtus in voce Ruſpari: Et ego ibo, ut latebras ruſpaverim atque optimas. Ita in ſchedis legi teſtatur Dacerius; ſed Scaliger legere cupit, Rimer maritimas. alii, Rimer amaptimas.

RĪMANS, antis. Partic. Quærens. Virg. 7. Æn. 507.
— quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit.

RĪMĀTUS, a, um. Partic. Paſſive. Sidon. 7. Epiſt. 2. Diligenter, quæ ad ſocrum pertinuerant, rimatis, coacervatiſque. [i. e. Conquiſitis.

RĪMĀBUNDUS, a, um. Adj. Intente contemplans. Apul. 2. Met. p. 116. Elmenh. Dum hæc identidem rimabundus eximie delector.

RĪMĀTIM, Adv. Per rimam. Martian. Capella 2. Rimatim ab oſtio ſpeculari.

RIMĀ-

Rimātor, ōris m. Qui rimatur. Arnob. 5. p. 161. Varro in antiquitatis indagatione rimator.

R I N

Ringo, rinxi, rictum, ĕre. vel Ringor, ĕris. deponens; Os torquere: quod canes faciunt latraturi, vel quam ex ira in rugas deducunt os.

Dedocunt. Præt. Rinxi Deſpautas. Vide Ringi, pro Iraſci. H. St.

Ringi, Iraſci, & tacitum ſtomachari, ut ait Donatus. Ter. Phorm. 2. 2. 27.

— quum ille & cura & ſumptu abſumitur,
Dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas. Sidonius;
Multum ringitur otioſa virtus. Gloſſ. Lat. Gr. Ringitur, Διαγρίεται, Ὀργίζεται. Non. 2. 735. Ringitur, Iraſcitur.

Ringi dicitur a narium tortura. nam ῥὶν naris dicitur, ut ſit Ringi, quaſi narem agi, hoc eſt narem torqueri, inquit Perottus. Rhingo e Græco habet originem, ſed Latinum pæne factum videtur. Ideo aſpiremus, an non parum refert. Ex Georgio Valla affert Deſpaut. 681. Intelligit autem puto factum eſſe ex ῥηγεῖν. H. St. Immo quaſi ῥῖνα ἄγειν.

Ringens, entis. Partic. Petron. cap. 75. Me non facies ringentem, amaſioncula.

Ricto, āre. frequent. eſt leopardorum quum vocem emittunt. Spartianus in Geta cap. 3. Leopardi rictant.

Rictus, ûs. m. [τὸ σκιωπτερ. ſive τὸ χάσμα] eſt Oris diſtentio, qualis eſſe ſolet in ridentibus: e Græcis Gelaſinus dicta, inquit. Budæus. Martial, lib. 3. 93.

Quum comparata rictibus tuis, ora
Niliacus habeat crocodilus anguſta.

Rictus, Rixæ, Rixoſæ, Ringitur, dici videntur, quia in diverſum rumpantur, contrariaque ſint recto: quod vocabulum dictum videtur a regendo. Feſtus.

Ferarum rictum dici volunt, inquit Non. 6. 43. cum Titinnius auctor ſit, hominis dici debere: ut, Cave frontem excoedem, labia, percilia, rictus. Item Pomponius Proſtibulo, Quis hic eſt, quamobrem hic proſtat, rictum & labia quum conſidero?

Columbi rictus. Plin. lib. 10. cap. 9.
Caninus rictus. Juven. 10. Sat. 272.
Crudi. Senec. Agamemn. 9.
Dehiſcens rictus ad aures. Plin. lib. 8. cap. 21.
Flexibiles rictus quadrupedis ſive equi. Lucan. ad Piſon. 58.
Fluidi ſanguine. Ovid. 14. Met. 168.
Fulmineus lupi. Ovid. 11. Met. 367.
Immanes. Claud. 4. Conſ. Hon. 249.
Lati. Ovid. 3. Met. 673.
Letiferi. Claud. 2. in Ruff. 261.
Modici. Ovid. 3. de Arte Am. 283.
Niger. Sil. lib. 13. 560.
Oblitus ſpumis. Ovid. 11. Met. 367.
Paruli. Ovid. 6. Met. 378.
Peſtiferi. Ovid. 3. Met. 74. De ſerpente Cadmeo.
Spumantes. Ovid. 4. Met. 98.
Tabido rictu mæſta jacens Fames. Sen. Herc. fur. 9.

Rictus etiam ponitur pro Minaci habitu oris. Tractum e canibus dum ringuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11. Obſervandum, ne labra diſtorqueantur, ne immodicus hiatus rictum diſtendat. i. e. Os in ringentis modum formet. Budæus. [Gloſſ. Lat. Gr. Rictus, ἐπισκύνιον. At Gr. Lat. Ἐπισκύνιον, Supercilium.

Contrahere rictum, eorum eſt qui mæſti aut meditabundi ſunt. Budæus.
Diducere riſu rictum, Ad hilaritatem impellere. Hor. 1. Serm. 10. 7. Budæus.
Diducere rictum, Os aperire. Juven. 10. Sat. 230. Budæus.
Diſtendere rictum. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Reddere rictum alicujus in loquendo. Plin. lib. 7. cap. 12.
Ruunt nimboſoque ſpumantia fluminis rictu. i. e. Ore vehente nimbos & aquas. Sil. lib. 1. 207.

Rictum, i. n. ut vult Non. 3. 285. Lucret. lib. 5. 1063.

Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. Adde 6. 1193. Cic. 6. Verr. 94. Uſque eo, judices, ut rictum ejus ac mentum paulo ſit attritius. Gloſſ. Vet. Rictum, menſura oris.

R I P

Ripa, æ. f. [ὄχθη] Extremitas terræ, aquæ vicina. Dicta quod aquarum agitatione rumpatur. Et proprie eſt fluminum vel fontium, ſicut Litus maris. Ovid. 1. Met. 42.

— campoque recepta
Liberioris aquæ, pro ripis litora pulſant. Cæſ. 6. Bell. Gall. 6. Erat inter Labienum atque hoſtem difficili tranſitu flumen, ripiſque præruptis. Sic lib. 5. 18.

Ripa & Litus, pro eodem accipi videntur apud Columel. lib. 1. cap. 5. Villa ſemper mare recte conſpicit, quum pulſatur, aut fluctu reſpergitur, nunquam ex ripa, ſed paulum ſummota a litore.

Ripa de mari Pontico. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni dextra ripa intrant, læva exeunt.

Agger ripæ gramineus. Virg. 7. Æn. 106.
Anfractu riparum incurvus fluvius. Stat. 4. Theb. 52.
Margo riparum. Ovid. 2. Faſt. 222.
Murus riparum. Plin. lib. 16. cap. 37. h. 2. Ripæ vicem murorum præbentes.
Veſtitus viridiſſimi riparum. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Abruptiſſimæ ripæ. Plin. Epiſt.
Algentes. Stat. 1. Silv. 3. 44.
Arentes. Virg. 3. Georg. 555.
Arundineæ. Stat. 6. Theb. 274.
Declives. Ovid. 5. Met. 591.
Fluviales. Ovid. 5. Epiſt. 25.
Frondentes. Claud. 6. Conſ. Hon. 594.
Gelidæ. Hor. 2. Serm. 3. 294.
Limoſæ. Ovid. 3. Amor. 6. 2.
Opacæ. Sil. lib. 4. 85.
Pendens ripa. Ovid. 1. de Arte Am. 620.
Peregrina. Ovid. 2. Met. 337.
Tacens. Stat. 4. Silv. 3. 90.
Tremantes ripæ verbere. i. e. Undis & ventis verberatæ. Hor. 3. Carm. 27. 24.
Tumentes æſtate ripæ Nili. Lucan. lib. 8. 826.
Virides. Ovid. 2. Met. 371.
Viridiſſima gramine. Virg. 3. Georg. 144.
Umbroſa. Hor. 3. Carm. 1. 23.
Aſcendit eodem equo adverſam ripam. Cic. 1. de Divin. 58.
Aſſuetæ ripis volucres. Virg. 7. Æn. 33.
Caret taciturna ripa ventis vagis. Hor. 3. Carm. 29. 24.
Cingere obliquis ripis flumina. Ovid. 2. Met. 39.
Coercere fluvium extra ripas diffluentem. Cic. de Clar. Orat. 316.
Effuſus capacibus ripis amnis. Ovid. 3. Amor. 6. 19.
Habitare ripis. Virg. 3. Georg. 430.
Inambulare in viridi & opaca ripa. Cic. 1. de Legib. 15.
Intrare ripas fluminis. Virg. 7. Æn. 201.
Labuntur altis ripis aquæ. Hor. Epod. 2. 25.
Rodunt flumina rodentia ripas. Lucret. lib. 5. 257.
Stringens Tiberis ripas flumine pleno. Virg. 8. Æn. 63.
Mæoniæ. Ovid. 2. Met. 252. i. e. Cayſtri, fluminis Mæoniæ ſive Lydiæ.

Ripŭla, æ. f. dimin. [ὀχθίδιον] Cic. 15. Att. 6. Itaque me referunt pedes in Tuſculanum, tamen hæc τοπογραφία ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem.

Ripārius, a, um. Adj. Quod in ripis habitat ut, Ripariæ hirundines. Plin. 30. 4. Ita vocant in riparum cavis nidificantes.

Ripārius, i. m. [ὀχθοφύλαξ] Gloſſ. Lat. Gr. In Gr. Lat. ὄχθη, Ripa limitum. Unde apparet Riparium militem intelligi.

Ripariŏla, æ. f. Hirundo riparia. Marcell. Emp. cap. 13.

Ripariensis, um. de quibus mentio fit C. de Re militari. l. de caſtris Ripavienſibus, erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica adverſus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias adverſus Sarmatas: & in ripis Euphratis, adverſus Parthos. Herodianus lib. 6. 7. Alciatus, Qui ripam inhabitant, Riparii dicuntur: & legiones, quæ prætendebant apud riparios, dictæ Riparienſes. Vopiſc. Aurel. cap. 18. extr. Septem millibus Hiberorum, & Riparienſium, & Caſtrianorum, & Daciſcorum interemptis.

Ripenſis, e. Adj. Juxta ripam, cui opponitur Mediterraneus. Ammian. 26. 30. Dacia ripenſis.

Ripātĭcum, i. n. Tributum, quod accipitur in ripis. JCti.

Ripa alta, [Ὄχθη ὑψηλή] Britanniæ locus, Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 3.

Ripepora, æ. f. Civitas ex Cordubenſi conventu populo Romano fœdere conjuncta. Plin. lib. 3. cap. 1.

Riphæi montes, & Riphæi populi, V. in rhiphæus, a, um.

Riphæos, V. rhiphæos.

R I R

Rira, æ. Fluvius in Thracia, regione Aſtice, non procul e Cherroneſo, Plutarchi patria. Plin. lib. 4. cap. 11.

R I S

Risagallum, i. n. alias Realgar, Pharmaci quoddam genus pulverulenti, quod & viruſ eſt, & Aurificibus atque Chymiſtis uſui eſſe ſolet ad metallorum faciliorem tractationem & fabricam. V. Matthiolum in Dioſcoridem lib. 6. cap. 29. Sunt qui idem eſſe dicunt, quod Auripigmentum. Alii diſtinguunt. V. Lexica Chymica & Pharmac.

Risardir, Portus in Mauritania a regione Gaditani freti. Plin. lib. 5. cap. 1.

Riscus, i. m. [ῥίσκος] auctore Donato, eſt Ciſta pelle contecta. Nomen Phrygium. Servius vero ait Feneſtram eſſe parvam in pariete. Ter. Eun. 4. 6. 16.

Abi tu, ciſtellam, Pythia, domo effer cum monumentis.
c. Viden' tu illum Thais? p. ubi ſita eſt. t. in riſco, odioſa, ceſſas?

Riſcus, loca in parietibus anguſta. Nonius 2. 736.
Riſcus in mundo muliebri ponitur ab Ulpiano in l. 25. §. 4. D. de auro, & argen. leg. Pollux 7. Sect. 160. Riſcon inter arculas muliebres memorat. [Gloſſ. Lat. Gr. Riſcos, Κιβώτιον μικρόν. V. Voſſ. Etymol. ad Lex. Pariſ.

Risimon, V. smiziaheum.

Risus, V. rideo.

R I T

Rĭtus, ûs. m. [θεσμὸς. θρησκεία] Paulus, Rites, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. Feſtus, Ritus eſt mos, vel conſuetudo. Cic. 2. de Legib. 22. Ex patriis ritibus optima colunto.

Antiquus ritus. Juven. 10. Sat. 335.
Barbarici. Lucan. lib. 1. 445.
Profani. Tacit. 2. Ann. 85.
Ediſcere populi pios ritus. Ovid. 2. Faſt. 546.
Exigere ritus humanos ad cæleſtia. Ovid. 9. Met. 500.
Exuere ritus profanos. Tacit. 2. Ann. 85. extr.
Indere novos ritus. Tacit. 5. Hiſt. 4. pr.
Luſtrari magico ritu. Ovid. 10. Met. 398.
Ritu. Ablat. vice Adv. Inſtar, vel More, lege, conſuetudine, modo. Cantherino ritu. Plaut. Men. 2. 3. 44.

Certe hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat.

Quadrupedum ritu, & Ferarum more. Lucret. lib. 4. 1260.
Tempeſtatis ritu mobilis. Hor. 2. Serm. 3. 268.
Vivere latronum ritu. Cic. 2. Philipp. 62. [conf. Varr. L. L. 6. 5.
Rituis, pro Ritus, Genitivus antiquus. Varr. Cato, vel De liber. educand. Itaque domi rituis noſtri, qui per deum Fidium jurare volt, prodire ſolet in compluvium. Nonius 8. 93.

Ritus, is. m. Idem. [θεσμός] Stat. 11. Theb. 283.

Heu mihi primitiis ararum, & rite nefaſto
Libatus, &c. [Noluit Rituque. An eſt Adv. Rite?

Rituālis, e. Adj. [θρησκευτικός] Rituales nominantur Hetruſcorum libri,

libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condantur urbes; aræ, ædes ſacrentur; qua ſanctitate muri; quo jure portæ; quo modo tribus, curiæ, centuriæ diſtribuantur; exercitus conſtituantur, ordinentur, ceteraque ejuſmodi ad bellum, ad pacem pertinentia. Feſtus.

RITUALITER, Adv. Rite. Ammian. 29. 7. Ritualiter conſecratus.

RĪTĒ, Adv. [ὡσπεὶ θεσμοῖς] a Rito verbo, ſecundum Priſcianum, ſignificat Recte, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum eſſe credatur. Vel, ut ait Varro L. L. 6. 5. quia quod fit rite, id ratum & rectum eſt. Feſtus, Rite, bene ſignificat, ac recte. Cic. 2. de Fin. 37. Quam igitur pronuntiabit ſententiam ratio? Adhibitâ primum divinarum humanarumque rerum ſcientia, quæ poteſt appellari rite ſapientia.
Affuerunt teſtes rite, teſtamentum ipſo præſente conſcribunt. Auctus ad Hereon. lib. 1. 23. Gloſſ. Lat. Gr. Rite, Ὀρθῶς, Ἐθίμως.
Coli rite. Ovid. 13. Met. 633.
Colere deos rite Cic. 1. de Divin. 21.
Perpetrare rite ſacrificium. Liv. 44. 37. extr.

R I V

RIVALIS, RIVALITAS, RIVINUS, V. RIVUS.

RIVOLTA Sicca, Nomen loci, in quo contra Venetus pugnarunt Galli non procul ab Addua Italiæ flumine. V. Cæl. lib. 5. cap. 1.

RIDBIANA, æ. f. Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, vulgo *Gungen*.

RĪVUS, i. m. [ῥυάξ] eſt Locus, inquit Ulpianus D de rivis, l. 1. per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat: cui nomen eſt, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. Feſtus, Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ſpe, conſilio vel factus, verum naturali ſuo impetu. Sed & ii rivi dicuntur, qui manu facti ſunt, ſive ſuper terram foſſa, ſive ſuper ſpecu. Cujus vocabuli origo ex Græco pendet. Hæc ille. Turnebus legit, Non ſpecu, inſtruo, ne. Cic. In Topic. 33. Tanquam rivorum a fonte deductio. Gloſſ. Lat. Gr. Rivus, Ὀχετὸς, ῥεῖθρον. Gr. Lat. Ὀχετὸς, Rivus canalium, clabata. conf. in RIVUM.
Aquæ puræ rivus Hor. 3. Carm. 16. 29.
Rurſus rivi. Hor. 1. Epiſt. 10 6.
Signinus Ulpian. in l. De rivis.
Cæmentitius. Ulp. in l. 3. D. de rivis.
Apertus rivus Paul. in l. 2. D. de rivis.
Arens, Siccus fere. Virg. 3. Æn. 350.
Fluens. Virg. 8. Ecl. 87.
Garrulus. Ovid. 2. Faſt. 316.
Integer. Ulpian in l. 1. D. de rivis.
Lapidoſus. Ovid 3. Faſt. 273.
Mobiles. Hor. 1. Carm. 7. 14.
Obliquos. Hor. 2. Carm. 3. 12.
Proni. Hor. 1. Carm. 29. 11.
Rauci. Claud. Conſ. Prob & Olyb. 221.
Saliens rivus dulcis aquæ. Virg. 5. Ecl. 47.
Structilis. Ulpian. in l. 3. D. de rivis.
Terrenus. Ulpian. in l. 3. D. de rivis.
Agit aqua rivus. Ovid. 1. Faſt. 404.
Claudere rivos. Virg 3. Ecl. 111.
Deducere rivos. V. DEDUCO.
Fugiens tenuis per gramina. Virg. 4. Georg. 19.
Gaudent potis rivis intyba. Virg 4. Georg. 120.
Indigens rivus purgatione & refectione. Ulp. in l. 1. D. de rivis.
Inficere gelidos rivos ſanguine. Hor. 3. Carm. 13. 104.
Labens rivus cum murmure. Ovid. 2. Met. 456.
Morari calores rivos. Hor. 3. Carm. 11. 14.
Reficere rivos. Ulpian. in l. 3. D. de rivis.
Trepidat aqua cum murmure per pronum rivum. Hor. 1. Epiſt. 10. 21.
Argenti rivus & auri. Lucret. lib. 5. 1055.
Facundiæ, Tranſlate. Lactantius de Opific. Dei, cap. ult. Tenuis in nobis facundiæ rivus eſt.
Fortunæ rivus. Hor. 1. Epiſt. 12. 9.
Lacrimarum rivus. Ovid 9. Met. 655.
Lactis uberes rivi. Hor. 2. Carm. 19. 11.
Sanguinis rivus Plin. lib 11. cap. 37. Virg. 11. Æn. 668.
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, morienſque ſuo ſe in vulnere verſat.
Flumina facere e rivo. Proverbii figuram habet, ut illud, Ex muſca elephantum, i. e. E re minima rem maximam. Ovid. 2. de Pont. 5. 22.

RIVUM, i, n. Idem. Gloſſ. Græc. Lat. ῥεῖθρον, Rivum, Rivus, Alveum, Flumen. Atque ita ſæpe Rei agr. auctores. V. Indic. Goeſ.

RIVŎLUS, i. m. dimin. [ῥυάκιον] Cic. 1. Acad. 7. ut ea fontibus potius haurient, quam rivulos conſectentur. Idem pro Cœl. 19. Nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe: fortaſſe, ut ſoleo, commovebor: ſive autem ut rivulus arceſſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor.

RIVĀLIS, e. Adj. Rivos frequentans. [ποτάμιος] Columel. lib 8 cap. 15. Datur cammarus, & rivalis alecula, vel ſi qua ſunt incrementi parvi fluviorum animalia.
Rivales, Qui eodem rivo utuntur, Ulpian. in l. 1. D. de aqua quotidia. & æſtiv. Si inter rivales, id eſt, qui per eundem rivum aquam ducunt, ſit contentio de aquæ uſu, &c.. Idem l. 3. eodem tit. Is qui jus aquæ quotidianæ habet, vel fiſtulam in rivo ponere, vel aliud quodlibet facere poteſt, dummodo ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat. V. Gell. 14. 1.

RIVĀLIS, is. m. [ἀντεραστής, Gl. L. G.] Qui eandem amat cum aliquo: quemadmodum Procus qui eandem petit. Plaut. Stich. 3. 1. 30.
Eadem eſt amica ambobus: rivales ſumus. Ter. Eun. 2. 2. 37.
Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video,
Rivalis ſervum.
Rivales dicti ſunt, inquit Nonius 1. 137. quaſi in unum amorem derivantes. Ter. Eun. 2. 3. 62. Miles Thraſo, Phædriæ rivalis. [Gothofr. interponit Rivum. Scripſit puto Nonius, In unum.
Amare nullo rivale. Ovid. 1. Amor. 8. 95.
Sine rivale diligere dicuntur, qui ſtulte mirantur, quod nemo alius concupiſcat. Veluti ſimia catulos ſuos & miratur & amplectitur: & indocti poetæ ſuas nugas ſoli diligunt. Sumpta allegoria ab amantibus quibus eſt amica deformis, & quam alius nemo velit. Extat adagium in Epiſtolis Auſonianis. Cic 3. Q. frat. 8. O dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans, ſine rivali? Hor. in Arte Poet. 444
Quin ſine rivali, teque & tua ſolus amares. Tranſlatio ſumpta vel a beſtiis, quæ ſitientes, quum ex eodem rivulo hauſtum petunt, prælium contra ſe invicem concitant Vel a re ruſtica: nam rivales dicuntur ii, quorum agros rivus aliquis determinat, qui incertitudine & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat.
Rivalis area. Columel. lib. 7. cap. 3.

RIVALĬTAS, ātis f. [ζηλοτυπία] dicta eſt Æmulatio illa inter amatores. Cic. 4. Tuſc. 56. Obtrectare vero alteri, aut illa vitioſa æmulatione, quæ rivalitati ſimilis eſt.

RIVĀLIA, æ. f. Ζῆλος. Gloſſ. Lat. Gr. [At in Gr. Lat. Ζῆλος, Pelix. Scribe Pellex, ut ex adjectis vocabulis apparet.

RIVĪNUS, i. m. [ζηλότυπος] Idem quod Rivalis. Priſcian. in Plaut. Aſin. Perioch. 6. Rivinus, amens ob præreptam mulierem.

RIVĀTIM, Adv. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Quæ igitur ratio facit, ut rivatim aquæ de Ponto fluant, quum foris influentes aquas Pontus accipiat?

RIVŎRUM, i. n. Minor rivus. ut, In monte poſita tria rivora, &c. Vet. Auct. Rei agr. Goeſ. p. 25. V. indicem Goeſ.

RIVŌSUS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. ῥυακώδης, Rivoſus.

RIVIFINĀLIS, e. Adj. Objecta rivi fines inter vicinos faciens. Siculus Flacc. de Condit. Agr. p. 12. Goeſ. Per omnem tractum rivifinalem. Al. Rivifinem. [Sic Index Goeſ. in textu vero Rivi finalem diviſe ſcribitur.

R I X

RIXA, æ. f. [ἔρις] Nomen fictitium, a ringendo, quod eſt proprium canum quando irritantur. Feſtus, Rictus, rixæ, rixoſæ, ringitur, dici videntur, quia in diverſum rumpantur, contrariaque ſint tecto. Cic. 6. Verr. 148. Ecce autem nova turba atque rixa. h. e. Contentio & pugna. Gloſſ. Lat. Gr. Rixa, Μάχη. Græc. Lat. Μάχη ἡ διὰ χειρῶν, Rixa.
Calidæ rixæ. Hor. 3. Carm. 27. 70.
Dulcis rixa. Propert. lib. 3. 8. 1.
Nocturna. Ovid. 3. de Arte Am. 72.
Sanguineæ rixæ. Hor. 1. Carm. 27. 4.
Verora. Catull. ad Ravidum 38 4.
Committere rixam. V. COMMITTO.
Committere ſe rixæ. Lucan. ad Piſon. 187.
Concitus ad rixam. V. CONCIO.
Excitare. Catull. ad Ravidum, 38. 4.
Inſerere rixas. Tibull. lib. 1. 1. 74.
Eſt rixa cum eo magna. Cic. 9. Fam. 22.
Sedare rixa. Liv. 2. 29.

RIXŌSUS, a, um. Adj. [ἐριστικὸς, δύσερις] Contentioſus.
Aves rixoſæ, Pugnaces, & ad ineunda inter ſeſe certamina proclives, cujuſmodi erant Græcorum alites, inquit Columella: eorum enim ſtudium erat ferociſſimum quemque alitem certaminibus & pugnæ præparare. Columel. lib 8. cap. 2.

RIXOR, [ἐρίζω, ἐριδαίνω] āri. Jurgiis agere, contendere. Gloſſ. Lat. Gr. Rixatur, Μάχεται, Hor. 1. Epiſt. 18. 15.
Alter rixatur de lana ſæpe caprina,
Propugnat nugis armatus. Proverbium eſt in eos, qui de re nihili diſceptant: quod a quopiam eventu natum apparet, contentioſe decertantibus duobus, utrum lanam haberet caper, an ſetas. Aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, re videlicet inutili, minimique momenti, cujuſmodi jocus fertur & De aſini lana. Loquitur autem Horatius de moroſis in amicitia, qui quantumlibet frivola de cauſa litem cum amico ſuſcipiunt.
Rixantur inter ſe. Plin. lib. 16. cap. 2.
Rixari cum aliquo de. Cic. 1. de Orat. 240. Quum eſſet cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.
Herbæ aridæ rixantur. Varr. 1. de R. R. cap. 47. Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quam ſequuntur.

RIXO, āre. Antiqui pro Rixor ſunt uſi. Varr. apud Non. 7 82. Armorum judicio, ille viros hortari, ut rixarent, præclari philoſophi. Idem Sextrano, Dormit altius, nimirum vigilent, clamant, calent, rixant. Idem de Rerum Natur. lib. 1. Ne familiæ rixent cum vicinis.

RIXANS, antis. Partic. [ἐρίζων] Lucret. lib. 6. 1284.
Rixantes potius, quam corpora desererentur.

RIXĀTOR, ōris. m. Firmic lib. 5. cap. 8. Homines erunt mali, litigioſi, rixatores, contentioſi. Quintil. 11. 1. p. 967. Burm. Videns autem rixatores quoſdam, &c.

R I Z

RIZONICUS, a, um. V. RHIZINIUM.

R O

RO. Roma, Romanus, Romilia. ROB. Robigalia.

R O B

ROBETHRON, i. n. [ῥοβεθρον] Herba eadem, quæ Hypociſtis. Dioſc. 1. 127.

ROBIGALIA, V. ROBIGO.

RŌBIGO, inis. f. Dea, quam Romani putabant robiginem ſive Rubiginem avertere. Ovid. 4. Faſt. 907.
Flamen & antiquum lucum Robiginis ibat. Erat &

ROBIGUS, i. m. deus, cui Robigalia ſacra VII Calend. Maji fiebant, quoniam tunc fere ſegetes robigo occupat, ut ait Plin. 18. 29. V. Varronem 1. de R. R cap. 1. & L. L 5. 3. vel Lex. Pitiſc.

ROBIGĀLIA, um. pl. n. Dies feſtus ſeptimo calendas Majas, quo Robigo deo ſuo, quem putabant rubiginem avertere Romani ſacrificabant. Paulus. V. Præced dict.

RŌBIGO, vel RŪBIGO, inis. f. [ἐρυσίβη] Morbus ſegetum, qui culmis frumentorum innaſcitur ex nimio humore, ut ait Varr. Hoc vitio, ſpicæ marcidæ ſiunt, & in pulverem fœtidum conſtringuntur. Virg. 1. Georg 151.
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Eſſet robigo. Servius vero dicit, Rubiginem genus eſſe vitii quo culmi

culmi pereunt, ſed aboſive Robigo dicitur: nam proprie Robigo dici debet. V. RUBIGO. [Gloſſ. Lat. Gr. Rubigo, ἡ πάχνη γίνεται, ὅ ἐστιν Ἐρυσίβη τῶν φύλλων. Et Gr. Lat. Ἐρυσίβη, Rubigo.

RŎBUR vel RŌBUS, ŏris. n. [δρῦς] Species quercûs duriſſimæ. Plin. lib. 16. cap. 2. Roborum vaſtitas intacta ævis & congenita mundo. Cic. 1. de Divin. 85. Itaque perfracto ſaxo ſortes erupiſſe in robore inſculptas priſcarum litterarum notis. Gloſſ. Lat. Gr. Robor, ἰσχὺς ξύλου, μαλακὸν, & rurſus Robor, Ἔρεισμα, & Gr. Lat. Ἔρεισμα, Robur.
Acutum robur. V. ACUO.
Ambeſa flammis. Virg. 5. Æn. 753.
Antiquo robore quercus. Virg. 3. Georg. 332.
Cavum. Virg. 2. Æn. 260. Sic vocat Equum durateum.
Congeſta robore. Virg. 3. Georg. 377.
Fiſſile robur cuneis ſcinditur. Virg. 6. Æn. 181.
Grave robur aratri. Virg. 1. Georg 162.
Induratum flammis. Stat. 4. Theb. 64.
Infabricatum. Virg. 4. Æn. 399.
Innatum rupibus. Ovid. 7. Epiſt. 38
Magnum. Senec. Herc. fur. 9. Clavam intelligit trinodem.
Nodoſo robora fregit illi tempore. Ovid. 12. Met. 349.
Solidum. Virg 2. Georg. 64.
Movere convulſa robora terra. Ovid. 7. Met. 204.
Succidere robur. Ovid. 8. Met. 752.
Robur etiam Fuſtem lignumque ſignificare videtur, quo ſontes tundebantur fuſtuario. Lucret. lib. 3. 1030.
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ. Nam locum hic, ut reor, non ſignificat, nec vinculum: de ſuppliciis enim loquitur, non de vinculis. Turnebus.
Robur quoque in carcere, dicitur Is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod antea arcis robuſteis includebantur. Hæc Feſtus. Quidam legunt Robus. Plaut. Curc. 5. 3. 14. At ego vos ambo in robuſto carcere, ut pereatis. Erat enim genus ſupplicii, quod idem Plaut. Pœn. 5. 3. 34. Codicem robuſtum vocat. Liv. 38. 59. Ut in carcere, inter fures nocturnos & latrones, vir clariſſimus Scipio includatur, & in robore & tenebris exſpiret. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. in Ti. & C. Gracchos, Quin etiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt. Hinc facinora magnitudine rara, novitate dira & inauſpicatiſſima, Robora digna ſolent appellari. Apulejus in ſecunda Apologia p. 325. Elm. O mirum commentum, ô ſubtilitas digna carcere & robore. Meminit Cælius Rhodig. lib. 17. cap. 8. [Non ſatis conſtat idem ne Robur fuerit id, quo damnati rerum capitalium includebantur, necabanturque plerumque laqueo, & illud, unde præcipitabantur. V. Lex. Pitiſc. & Juſt Ryck. de Capitol cap. 45.
Robur, omnium rerum Firmitas, duritiaque. Columel. lib. 2. cap. 9. Quod protinus exile natum ſit, nunquam robur accipere manifeſtum eſt. Unde Servius dicit, Omne quod forte eſt, robur vocamus. Virg. 7. Æn. 610.
— æternaque ferri Robora. conf. Lucret. lib. 2. 449. [Apud Colum. Magnitudinem ſignificat.
Firmamentum & robur. Cic. pro Lege Manil. 10. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ atque Hiſpanienſis, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeji divino conſilio ac ſingulari virtute depulſum eſt. Gloſſ. Lat. Græc. Robor, ῥώμη, Σφρῖγος, Στερέωμα, Στιλπνὸς, Ἐνέργεια. [De poſteriori voce conf. Feſt. in Robum. Qui & inde Robur Materiam dictam putat, quod Robi, i. e. Rubri coloris multas venas habeat.
Robur, [ἰσχὺς] Corporis firmitas, quæ adverſus omnes difficultates firmiter obnititur. Cic. pro Roſc. Amer. 149. Fori judiciique rationem Meſſala, ut videtis Judices, ſuſcepit: qui ſi jam ſatis ætatis ac roboris haberet, ipſe pro Sext. Roſcio diceret. Idem in Philipp. 16. Alter virtutis robore firmior, quam ætatis, cum iſtis ipſis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus eſt. V. Ætatis robur ſeqq.
Ætatis firmius robur. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Ætatis quam maturrimum robur. Tacit. 12. Ann. 65.
Adultum. V. Adultus, in ADOLESCO.
Virili robore aucta proles. Stat. 4. Silv. 8. 26.
Acceſſit robur ætati. Cic. pro Cœl. 73. Quum autem paulum jam roboris acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt. V. ACCEDO.
Subeſt robur illi ætati. Celſus lib. 2. cap. 10.
Robur, [τὸ ἀνδρεῖον μένος] per translationem, pro Animi fortitudine, qua quis durat adverſus pericula. Cic. pro Font. 16. Equites Rom. quos nos vidimus, &c. habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut &c. Idem 2. de Orat. 343. Aliæ quæ in ingenii aliqua facultate: aut animi magnitudine & robore. Idem 6. Fam. 1. Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum.
Tenere firmitatem & robur in virtute. Cic. 5. de Fin. 12. Dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, firmitatis & roboris.
Animis ineſt robur. Lucan. lib. 5. 18.
Incredibili quodam robore animi homo. Cic. pro Milon. 101.
Firmamentum & robur accuſationis. Cic. pro Muren. 58. Venio nunc ad Catonem, quod eſt firmamentum & robur accuſationis.
Soboles & robur militum interiit. Cic. 11. Fam. 13.
Arboris robur. Ovid. 3. Met. 94.
Herba expers roboris. Ovid. 15. Met. 202.
Non expugnabile. Stat. 6. Theb. 103.
Illibatum robur hominis. V. ILLIBATUS.
Rude. Valer. 3. Argon. 680.
Aſſumere robora. Ovid. 15. Met. 422.
Capere robur. V. CAPIO.
Collectum robur vireſque receptæ. Virg. 3. Georg. 235.
Habere robur. Cic. pro Roſc. Amer. 149.
Mentiri inani ſagina verum robur. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Ponebat invictum non pectore robur, i. e. Deponebat. Sil. lib. 12. 157.
Proſequi honore verborum robur. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Stant vires ſolidæ ſuo robore. Virg. 2. Æn. 639.
Sumere robur corporibus Liv. 1 4.
ROBŎREUS, a, um. Adj. [δρύϊνος Gl. L. G.] Quod eſt ex materia roboris. Columel. lib. 6. cap. 19. Eſt autem talis machinæ forma, roboreis axibus compingitur ſolum.
Pons roboreus. Ovid. 3. Faſt. 622.

ROBURNEUS, a, um. aliud Adj. Quod ex robore naſcitur. ut, Fruges roburneæ, pro Glande. Columel. lib. 9. cap. 1. 5.
ROBUSTEUS, a, um. Adj. denominat. a Robur. ut, Robuſtea materies, Quæ ex robore erat. Varro 1. de R. R. cap. 38. Alii legunt Robuſta. V. Vitruv. 3. 3. & ſupra Robur quoque in carcere. ex Feſto.
ROBUSTUS, a, um. Adj. Idem quod Robuſteus & Roboreus. Columel. lib. 2. cap. 15. Sed eodem medio loco robuſtam materiam defigere convenit. Robuſtus codex apud Plaut in Pœn. 5. 3. 34. & Robuſtus carcer, apud eundem in Curc. 5. 3. 14. h. e. Ex robore arbore. [Poteſt tamen & his locis pro Valido accipi.
Robuſtus, [ἰσχυρὸς, ἐῤῥωμένος, εὔτονος, ἰσχυρὸς] Quod eſt multi roboris. Columel. lib. 2. cap. 9. Neque dubium eſt, ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtum. Gloſſ. Lat. Gr. Robuſtus, a, um. Ῥωμαλέος, ῥωμαλέον.
Ad incurſum robuſtus. Plin. lib. 11. cap. 37.
In clamando robuſtus atque exercitatus. Cic. 1. Verr. 48. In clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum atque exercitatum.
Exercitatione robuſtus. Cic. 2. in Catil. 20. Tertium genus eſt, ætate jam confectum, exercitatione robuſtum.
Vetuſtate res robuſta. Cic. 1. de Divin. 35. Quæ eſt igitur iſta calliditas, res vetuſtate robuſtas calumniando velle pervertere?
Animus. Cic. 1. Off. 67.
Collum. Catull. Argon. 64. 332.
Improbitas. Cic. 2. Philipp. 63. Sed hæc, quæ robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus.
Legiones robuſtiſſimæ. Cic. 7. Fam. 3.
Malum robuſtius. Cic. 5. Philipp. 63. Omne malum naſcens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robuſtius.
Plauſtra. Hor. 2. Epiſt. 2. 74.
Satelles robuſtus, & valens: & audax. Cic. 2 de Lege Agrar. 84.
Ætate robuſtus, Adoleſcens, vel Pueritiam egreſſus Cic. 5. Philipp. 31. Magni honores habiti Cn. Pompejo, quum eſſet adoleſcens, & quidem jure: ſubvenit enim Reipub. ſed ætate multo robuſtior.
Ætas robuſtior. Claud. 4. Conſ. Hon. 360.
Puer robuſtus acri militia. Hor. 3. Carm. 2. 2.
Viribus robuſtis adolevit ætas. Lucret. lib. 3. 450.
Annus robuſtior, Adultus. Ovid. 15. Met. 206.
Tranſit in æſtatem poſt ver robuſtior annus.
ROBOSŌSUS, a, um. Adj. ut, Roboſa paſſio. Veget. de Re Vet. 3. 24.
ROBORĀRIUM, i. n. [ταυρόδαστον] Roboraria, inquit Gellius, antiquis ſignificabant ea, quæ nunc Vivaria vulgus vocat. Sic autem erant appellata, a tabulis roboreis, quibus ſepta viſebantur: quod genus ſeptorum ſe adhuc plериſque locis in Italia vidiſſe ſcribit. Uſus eſt hoc vocabulo Scipio in oratione contra Cl. Aſellum quinta, ut idem Gellius auctor eſt lib. 2. cap. 20.
ROBORĒTUM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. δρυμών, Quercetum, roboretum.
ROBŎRO, [ῥώννυμι, ἰσχυρίζω] āre. Robur addere, firmare. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidos luto conſtruunt, ſtramento roborant.
Artus adulta ætas roborat. Lucret. lib. 4. 1032.
Gravitatem roborare conſtantia. Cic. 1. Off. 112. Catoni autem cum incredibilem tribuiſſet natura gravitatem, eamque ipſe perpetua conſtantia roboraviſſet, ſemperque in propoſito, ſuſceptoque conſilio permanſiſſet, moriendum potius, quam tyranni vultus aſpiciendus erat.
Se roborat eloquentia. Cic. in Orat. 42. Sed quod educata ejuſmodi nutrimentis eloquentia eſt, ipſa ſe poſtea colorat & roborat, non alienum fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere.
Vox roboratur. Plin. lib 11. cap. 51.
ROBORĀTUS, a, um. Partic. Sareſb. 7. 8. Humanis viribus roborati intumuerunt.
Compar. Tertull. de Anima, cap. 25. Roboratior exitus.
ROBORASCO, ĕre. Nævius apud Nonium, 2. 368. Cujus vox gallulaſcit, ejus jam ramus roboraſcit.
ROBUS, a, um. Adj. [ἐρυθρὸς] apud veteres dicebatur pro Rubeus. Feſtus, Robum, Rubro colore, & quæ ruſo ſignificari, ut bovem quoque Ruſtici appellant, manifeſtum eſt. Unde & materia, quæ plurimas venas ejus coloris habet, dicta eſt robur: hinc & homines valentes, ac boni coloris, robuſti. Apud Colum. Robius. V. indic. Geſn.
ROBUS, i. m. Genus frumenti. Columel. lib. 2. cap. 6. Tritici genera complura cognovimus. Verum ex his maxime ferendum eſt, quod robus dicitur, quoniam & pondere, & nitore præſtat.
ROBEUS, a, um. Adj. Rubeus. ut, Robeus color. Varro. de R. R. 2. 5.
ROBIGALIA, ROBIGUS, V. RUBIGO.

R O D

RŌDO, ſi, ſum, [τρώγω, κατατρώγω] ĕre. proprie Murium eſt, qui dentibus fere ſemper aliquid demoliuntur. Cic. 2. de Divin. 59. Quaſi vero quicquam interſit mures, diem & noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint.
Dentem dente rodere dicitur, qui carpit eum, qui neque lædi queat, neque ſentiat: aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martial. lib. 13. 2. In obtrectatorem quendam,
— quid dentem dente juvabit
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.
Pollicem rodens. Hor. Epod. 5. 78.
Ungues rodere. Hor. 1. Serm. 10. 71.
Ripas radentia flumina rodunt. Lucret. lib. 5. 257.
Rodere aliquem, per translationem, pro Obtrectare alicui, & obſcure, ac diſſimulanter maledictis inſectari. Cic. pro Corn. Balb 57. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis non toto vellicant.
Amicum abſentem rodere. Hor. 1. Serm. 4. 81.
RODOR, Paſſ. Lucret. lib. 5. 259.
Præterea, pro parte ſua quodcunque alid auget,
Roditur, &c. Tralatio eſt.
Ferrum roditur ſcabra rubigine Ovid. 1. de Pont. 1. 71.
RŌSIO, ōnis. f. Plin. lib. 20. cap. 14. Stomachi autem ex aqua item roſiones ſiſtit, & vomitiones cum aceto & polenta. Ibid. cap. 21. Succus decoctæ nervis prodeſt, & veſicæ, & inteſtinorum roſionibus.
ROSOR, ōris. m. Qui rodit. Ambroſ. Serm. 81. p. 380. Mures, horreorum roſores.
RODUS, V. RAUDUS.

Digitized by Google

R O E

Roecus, V. rhoecus.

R O F

Roffredus, i. m. Juriſconſultus Beneventanus, jus Civile publice Bononiæ, dein Aretii, profeſſus eſt circiter annum 1200.

R O G

Rogatianus, i. m. Nobilis ſenator, cujus tantam frugalitatem prædicat. Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 21. ex Porphyrio, ut podagræ morbum ea depoſuerit.

Rŏgo, [δέομαι, ϖροσδέομαι, λιτανεύω, ἀξιόω] āre. notæ ſignificationis. Gell. lib. 13. cap. 20. Crepidarium, inquit, cultellum rogavit a crepidario ſutore. Accuſativo jungitur rei quam rogamus.
Moleſtum verbum eſt, Rogo. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2. Moleſtum verbum eſt, onerofum, & demiſſo vultu dicendum, Rogo.
Monito magis eo, quam rogato. Livius. V. magis. H. St.
Rogare ad & in. Plin. 1. Epiſt. 9. ad Fondanum, ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in advocationem, ille in conſilium rogavit.
Ab amico rogari. Cic. 9. Att. 9. Quod majus imperium a minore rogari non ſit jus. [Hic eſt Rogare magiſtratum. V. infra.
De proximo aquam rogare. Plaut. Rud. 2. 3. 73.
Rogare aliquem de. Cic. 3. Q. frat. 1. Et ſimul Taurum, quem tibi audio promiſiſſe, qui nunc Romæ erat, de aqua per fundum ejus ducenda rogabo.
Auxilium rogare, Petere precibus. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 13. Legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium.
Beneficium hoc meo jure te rogo. Cic. 14. Att. 13.
Divitias deos rogare. Martial. lib. 4. 33.
Nunquam divitias deos rogavi.
Finem rogant erroris. Ovid. 14. Met. 484.
Opem rogavit ſummiſſa voce. Ovid. 4. de Pont. 3. 41.
Rogare & orare, ne, vel ut. Cic. 1. Verr. 3. Rogare & orare, ne illos ſupplices aſpernarer, quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret. Idem 13. Fam. 67. Te oro atque rogo, ut eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves.
At te illud primum rogabo, ne quid, &c. Cic. 13. Fam. 1.
Rogare ut. Ter. Heaut. 2. 3. 64.
Ubi dicimus rediſſe te, & rogare uti
Veniret ad te, mulier telam deſinit.
Studio magno rogare. Cic. 1. Q. frat. 2. 3. Hoc te ita rogo ut majore ſtudio rogare non poſſim.
Voce ſupplice rogare. Ovid. 6. Met. 33.
Concinne rogare. V. Concinne, in concinnus.
Impudenter rogare, & impudentiſſime poſtulare. V. impudens.
Leviter rogare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 1.
Miſerabiliter rogare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 14.
Moleſte rogare. Cic. 1. Att. 17. Jam illud moleſte rogo, quod maxime cupio, ut quam primum venias. Moleſte refertur ad perſonam legentis, i. e. Cum moleſtia tua.
Nominatim rogare. V. Nominatim, in nomen.
Precario aliquem rogare. Cic. 7. Verr. 58. Quo tempore in tanta inopia navium tantaque calamitate provinciæ, etiamſi precario eſſent rogandi, tamen ab iis impetrarentur.
Suppliciter rogare deos. Ovid. 1. Pont. 10. 44.
Occidere aliquem rogando. Hor. Epod. 14. 5. i. e. Moleſtum eſſe alicui, & inſtare ſemper rogando.
Omittere rogare. V. omitto.
Rogare, Utendum accipere. Cic. 6. Verr. 12. Profecto hinc natum eſt, Malo emere, quam rogare [Precario gratis accipere. conf. ſupra ex Senec.
Rogare utendum. Cato R. R. cap. 5.
Mutuum aliquem rogare. V. mutuus.
Pecuniam mutuam aliquem rogare. Celſ. in l. Si me. D. Si certum petatur.
Vaſa inſpicienda rogare, i. e. Commodato petere, ut tantum inſpicere liceat. Cic. 6. Verr. 41. Mittit rogatum vaſa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat, ait ſe ſuis cælatoribus velle oſtendere. Budæus.
Rogare, [ἐρωτᾶν] Interrogare. Plaut. Amphit. 2. 2. 76.
Alcumena, unum rogare te volo. al. quidvis rogare? roga?
Rogavi, perveniſſentne Agrigentum? dixit perveniſſe. Quæſivi, quemadmodum reverti ſſent? negavit adhuc reverti ſſe. Cic. 6. Verr. 27.
Rogare de. Plaut. Perſ. 4. 4. 90.
Jam de iſtoc rogare omitte: non vides nolle eam loqui? Al. Nolle eloqui. Cic. 7. Fam. 23. Eſtne aut tui pudoris, aut noſtri, primum rogare de die? deinde plus annua poſtulare? [Si modo hic eſt Interrogare, non vero ſynonymum τȣ̃ Poſtulare.
De aliquo aliquid rogare. Cic. in Vatin. 10. Tum reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro.
Roget quis. Modus eſt loquendi, & veluti quædam dilutio eorum, quæ objici poſſent: pro quo multi inepte dicunt, si aliquis me interrogaret, peteret, diceret. Ter. Eun. 3. 1. 5.
Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.
Rogat, eſt Conſulit populum, vel petit ab eo, ut id ſciſcat, quod ferat. Unde nos quoque in conſuetudine habemus pro Petere & Orare. Cato in diſſuaſione, ne lex Bæbia derogaretur, ait, Hoc potius agam, quod hic rogat. Feſtus.
Uti rogas, Formula ſolennis, qua populus Ro. jubebat, quæ rata eſſe vellet, quo ſenſu dici ſoleret, hinc intelliges. Cic. 1. Att. 14. Quum dies veniſſet rogationi ex ſenatuſconſulto ferendæ, concurſabant barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis: & populum, Ut antiquaret, rogabant. Piſo autem Conſul, lator rogationis, idem erat diſſuaſor. Operæ Clodianæ pontes occuparant: tabellæ miniſtrabantur, ita ut nulla daretur, Uti rogas. Hic tibi Roſtra Cato advolat, &c. Quum populus in campum Martium convenerat, ut rogationem aliquam, aut acciperet, aut antiquaret: tabellæ ſingulis binæ dabantur, diverſe inſcriptæ: altera ſic. V. R. id eſt Uti rogas: qua ſignificabant, ſe rogationem accipere, & velle, uti rogaſſet is, qui rogationem tuliſſet: altera, cum litera A, quæ erat antiquaræ, id eſt ſublatæ rogationis nota. Liv. 10. 8. extr. Ego hanc legem, Quirites, quod bonum, fauſtum, felixque ſit vobis ac reipublicæ, uti rogaſtis, jubendam cenſeo. Tametſi ſuſpicor mendoſe ſcriptum in Livio, Rogaſtis: non enim populus rogat, ſed rogatus jubet: mallem igitur, Rogati: aut Rogati eſtis: ut apud eundem lib. 31. 26. Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata eſt, omnes quinque & triginta tribus, uti rogatæ, juſſerunt. Libro autem de Legibus 3. 38. Vos demum, ut video, legem antiquaſtis ſine tabella. Corrupti igitur Clodiani, qui tabellas miniſtrabant, quum eas tantum darent, quibus antiquari rogatio poſſet. Cic. in Piſon. 3. Me univerſa civitas, non prius tabella, quam voce, priorem Conſulem declaravit. Ex P. Manut. V. Suffragia quomodo ferri ſolerent, in suffragor.
Legem rogare. Gell. lib. 2. cap. 24. Lex deinde Licinia rogata eſt. Cic. 2. Philip. 72. Ego leges pernicioſas rogavi? Hinc, Legis rogatio dicitur, quoniam rogare populum magiſtratus ſolebant, an id placeret, quod ſtatuerant. Rogare populum, eſt Agere cum populo. In qua re hæc erant verba ſolennia, Velitiſne, jubeatiſne, Quirites, ut hoc vel illud fiat? Cic. 2. de Legib. 23. Et ſi quæ forte a me hodie rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Repub. nec fuerint, tamen erunt fere in more majorum, qui tum ut lex valebat. ex P. Manut. De legibus. Ro. V. adrogo. & infra rogatio.
Magiſtratum aliquem rogare, Rogatis ſuffragiis creare. Cic. 9. Att. 11. Id aſſequitur, ſi per Prætores Conſules creantur. Nos autem in libris habemus, non modo Conſules a Prætoribus, ſed ne Prætores quidem creari jus eſſe, idque factum eſſe nunquam: Conſules, eo non eſſe jus, quod majus imperium a minore rogari non ſit jus: Prætores autem, quum ita rogentur, ut collegæ Conſulum ſint, quorum eſt majus imperium. Idem 1. de Divin 33. Comitia Conſulibus rogandis habuit. Et populum rogare magiſtratum dicebatur is, qui comitia habebat: id eſt, populum rogare, ut ſuis ſuffragiis eum magiſtratum crearet, cujus magiſtratus cauſa comitia haberentur. Et legimus in Livio 6. in fine, Factum eſſe Senatuſconſultum, ut duos viros Ædiles ex patribus Dictator populum rogaret. Cic. 3. de Legib. 10. Tribuniſque, quos ſibi plebes rogaſſit, jus eſto cum patribus agendi. Verba ſunt xii Tabul. Rogaſſit, id eſt Creaverit rogatione ſuffragiorum.
Militem ſacramento rogare. Liv. 35. 2. Idem 32. 26. Cum quinque legatis profectos, obvios in agris ſacramento rogatos, arma capere & ſequi cogebat.
Additur interdum nomen poteſtatis, ut Rogare Conſulis ſacramento, id eſt, jure Conſulari. Cæſar in princip. lib. 6. Bell. Gall. Quos ex Ciſalpina Gallia Conſulis ſacramento rogaviſſet, ad ſigna convenire, & ad ſe proficiſci juberet. Al. Conſul is &c. diriſe.
Sententiam rogare. In ſenatu primi ſententias a Conſule rogabantur Conſules deſignati, ſi modo poſt conſularia comitia ſenatus haberetur: ſin ante, rogabat Conſul arbitratu ſuo, non quem vellet ex omni Senatorum frequentia, ſed quem vellet e numero Conſularium. Et antiquæ conſuetudini dabatur, ut quem ordinem interrogandi ſententias Conſul Calendis Januariis inſtituiſſet, eum toto anno conſervaret, quo ordine Cæſar neglecto, primum Pompejum poſt affinitatem Conſul rogare ſententiam cœpit, quum antea Craſſum ſolitus eſſet. (Suet. Cæſ. 21.) Quoniam autem, quum deſignati Conſules fuiſſent, ii ſententiam primi rogabantur: quæri poteſt, uter ex ipſis deſignatis prior rogaretur. Sciendum igitur, ſive patricius & plebejus, ſive duo plebeji deſignati conſules eſſent, qui priore loco declaratus eſſet Conſul, eum in magiſtratu priorem quoque ſententiam rogaſſe. Ideoque rogavit in re Catilinaria non C. Antonius, ſed M. Cicero, quia Conſul priore loco declaratus: nam genere pares erant, uterque plebejus. Et 1. Att. 13. pacificatorem Allobrogum (C. Calpurnium Piſonem intelligit) rogat ſententiam M. Pupius Piſo Conſul, ex familia plebeja: M. Valerius Meſſala, etſi patricius, tamen non rogat. Plebejus igitur anteponitur patricio: cur? quia priore loco declaratus Conſul. Uter in magiſtratu prior rogaret, oſtendi: quo conjicitur, & uter rogaretur, quum deſignati eſſent. Ex P. Manut. de Senat. Ro.
Sententiam rogare aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 3. Poſt acceptam hæreditatem, primus ſententiam rogabatur, cujus hæreditas eſt.
In perpetuum rogari. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Rogans, antis. Partic. [δεόμενος] ut,
Partes rogantis agere. Ovid. 6. Faſt. 70.
Veniam dare roganti. Ovid. 6 Met. 33.
Facilis rogantibus. Ovid. 2. Amor. 3. 5.
Verba rogantia. Adjective. Ovid. 20. Epiſt. 93. Idem 1. de Arte Am 442.
Flectitur iratus voce rogante deus.

Rogandus, a, um. Partic. [δεητέος] Ovid. 3. Triſt. 8. 20.
Tunc quoque ſollicita mente rogandus erit.
Comitia Conſulibus rogandis habere. Cic. 1. de Divin. 53. Qui quum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomærium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit. Liv. 38 42. Comitia conſulibus rogandis fuerunt ad xii. Calend. Mart. Creati Conſules M. Æmilius Lepidus, C. Flaminius. i. e. Rogatione ſuffragiorum creandis. conf. Cic. 3. de L. L. 10.

Rogātus, a, um. Partic. [ἐρωτηθεὶς] ut, Rogatus ſententiam in Conſulatu. Plin. lib. 7. cap. 48.
Creditores rogati. Cic. 3. Verr. 113. Erat in conſilio etiam æquiſſimus judex, ipſe Verres: erant nonnulli rogati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi cujuſque legati plurimum prodeſt gratia. Emendatiora exemplaria legunt Togati, & poſt hanc vocem diſtinguunt commatis nota.
Leges rogatas rumpere. Plaut. Curc. 4. 2. 24.
Puellæ gaudent eſſe rogatæ. Ovid. 1. de Arte Am. 345.

Rogatum, i. n. Cic. de Amicit. 30. Æque autem nefas ſit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. [Hic potius eſt Accuſativus, a recto Rogatus, m. g.
Non reſpondere ad rogatum, Ad interrogationem. Cic. pro Flac 10. Nunquam nobis ad rogatum reſpondent: ſemper accuſatori plus, quam ad rogatum.

Rogatio, ōnis. f [δέησις, δεῆμα, λιτανεία] Interrogatio.
Rogatio & huic finitima percontatio. Cic. 3. de Orat. 203.
Judicis rogatio. Cic. 3. Off. 44. Itaque præclarum a majoribus morem accepimus rogandi judicis, ſi eum teneremus, quæ ſalva fide facere poſſit. Hæc rogatio judicis ad ea pertinet, quæ paulo ante dixi, honeſta amico a judice poſſe concedi.
Rogatio, pro Supplicatione, & prece. Valer. Max. lib. 6. cap. 4. de Publio

Publio Rutilio, Quum amici cujuſdam injuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet, Quid ergo, inquit, mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis? reſpondit, Immo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum?
Alicujus rogatione aliquem diligere. Cic. 3. Q. fr. 1.
Rogationis etiam nomine continetur Lex, plebiſcitum, & privilegium. Suet. in Cæſ. cap. 5. Reditum in civitatem rogatione Plotia confecit. i. e. Lege a Plotio lata. Cic. 4. de Finib. 77. Et eadem imbecillitate & inconſtantia L. Tubulum fuiſſe, qua illum, cujus condemnatus eſt rogatione, P. Scævolam.
Rogatio ea dicitur, inquit Feſtus, quum populus conſulitur de uno, pluribuſve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una, pluribuſve rebus, de quibus non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines reſve populus ſcivit, Lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, Inter Legem & Rogationem hoc intereſt: Rogatio eſt genus legis, quæ lex non continuo eſt, ea rogatio eſt, non poteſt non eſſe lex, ſi modo juſtis comitiis rogata eſt. V. Ant. Auguſtin. & Dacer. not. & Gell. 10. 20.
Rogationem a Lege nihil differre oſtendit Cic. in Brut. 89. de C. Galba: Rogatione, inquit, Manilia, Jugurthinæ conjurationis invidia, oppreſſus eſt. Paulo poſt, Invidioſa lege Manilia quæſtione C. Galbam Gracchani judices ſuſtulerant. Nihil igitur differunt Lex & Rogatio: niſi prius ſit Rogatio, & poſtea Lex: quo ordine in his exemplis ponuntur. [Rogationem & legem ferre auctor legis & ſuaſor dicitur, quod populum rogat, etſi Legem revera ferat populus, rogationem accipiendo demum. Veteres tamen nonnunquam hoc diſcrimen neglexerunt, ut Legem & Rogationem promiſcue dicerent, quum tamen Lex non ſit niſi Rogatio perlata; ſeu quam populus juſſit. Gloſſ. Græc. Lat. Εἰσφορὰ νόμου. Rogatio legis, & Lat. Gr. Rogatæ, Εἰσενεχθεῖσαι. At minus recte in iiſdem, Rogatæ ſunt, Ἐκυρώθησαν, & Al. Gloſſ. Rogatio, Κύρωσις. Nam Κυροῦν eſt Decernere, Sancire, & Κύρωσις ipſa Sanctio, ut in Gr. Lat. recte legitur. Nec audiendus Nonius 4. 397. Qui Rogare, Inſtituere ſignificare his locis putat, quum ſubaudiatur ſemper Accuſativus, Populum, ſicut in Ferre rogationem ſubauditur Ad populum. Prorſus ſicut in Senatu Sententia cenſentis, ſi Senatus frequens aſſenſu comprobaſſet, in Senatus conſultum tranſibat, ſimiliter Rogatio, juſſu populi comprobata, tranſibat in legem, alioqui neutra ullam ſanctionis vim habebat.
Rogationes & plebiſcita. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Accipere rogationem, i. e. Legem jubere. Cic. 1. Att. 14. Ut Conſules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam. V. ACCIPIO.
Ferre rogationem ad populum. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 1.
Perferre rogationem per vim, idem quod Legem perferre. Cic. 2. Q. fr. 2. Sed tamen ſuſpicor per vim rogationem Caninium perlaturum.
Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. Cic. pro Sext. 25.

ROGATIUNCŬLA, æ. f. [ἐρωτημάτιον] dimin. Cic. pro Domo 51. Te meam domum conſecraſſe, te monimentum feciſſe, in meis ædibus te ſignum dedicaſſe, eaque te ex una rogatiuncula feciſſe.
Rogatiuncula, Syllogiſmus. Cic. 1. de Fin. 39. Illum in hac eſſe rogatiuncula delectatum.

ROGĀTUS, ûs. m. [αἴτησις] Cic. 1. de Nat. Deor. 15. Nam quum feriis Latinis ad eum, ipſius rogatu, arceſſituque, veniſſem, offendi eum ſedentem in exhedra.
Impetravit rogatu meo. Cic. 13. Att. 36.

ROGĀTOR, ōris. m. [αἰτητής] ut, Rogator comitiorum, Qui populum ſuffragia rogat in comitiis. Cic. 1. de Divin. 33. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti, negaverunt juſtum comitiorum rogatorem fuiſſe. V. mox.
Rogatores in comitiis dicebantur Conſules, qui comitia habebant: ſed & illi qui in centuria aliqua rogabant ſuffragia, & renuntiabant Conſuli comitia habenti, interrogante præcone, ut facile colligitur ex verbis Cic. 2. de Orat. 260. de Scipione Maluginenſi. Tum autem voce ſuffragia, non tabella ferebantur, nondum latis legibus tabellariis. Rogatores vero renuntiatores centuriarum fuiſſe, ita docet Cic. 2. de Divin. 74. Quos quum Ti. Gracchus propter mortem repentinam ejus, qui in prærogativa referenda ſubito concidiſſet, in ſenatum introduxiſſet, non juſtum rogatorem comitiorum fuiſſe dixerunt. Primum vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuiſſet. Is enim erat mortuus. Sed & Conſul renuntiabat, ut Cicero Murænam ſe renuntiaſſe dixit in ipſo ſtatim orationis pro Muræna principio. Præco etiam populo renuntiabat quem centuria quæque relata & renuntiata a rogatoribus Conſulem faceret. [Nec hic alius ſane Rogator comitiorum, quam ipſe Conſul intelligitur, cujus rogationem adverſum auſpicium irritam fecit. conf. Non. 4. 397.
Rogator, Poſtulator, qui quid poſtulat. Pro mendico Plaut. Ut rogator oſtiatim petam panem? Cic. 16. Att. 17. Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoria eſt, ſed rogatoria. V. Bucca, pro fruſto panis, in BUCCA.

ROGATĀRIUS, i. m. [ἐπερωτητὴς] Tabellio qui rogat quod quiſque ſtipulatur, hoc eſt promittit. Perottus.

ROGATŌRIUS, a, um. Adj. ut, Rogatoriæ litteræ. Alcuin. de Div. Offic.

ROGATŪRA, æ. f. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀσπασμὸς, Salutatio, Amplexus, Rogatura.

ROGĀMEN, inis. n. Eædem Gloſſ. Αἴτημα, Rogamen.

ROGAMENTUM, i. n. Idem. Apul. de Syllog. Categ. p. 32. Elmenh. Rogamentum proponere. conf. ROGATIUNCULA.

ROGITO, [αἰτίζω] āre. frequent. Multum, vel Sæpe rogare.
Rogitare, Precari. Plin. Patiem odit, rogitas ut ſui miſereatur. Ter. Eun. 2. 2. 35.

— ſed ego ceſſo
Ad Thaidem hunc deducere, & rogitare ad cœnam ut veniat.

Rogitare, Sciſcitari. Ter. And. 1. 1. 57.

Obſervabam mane illorum ſervulos,
Venientes aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? Idem Adelph. 1. 2. 2.
Quid triſtis es? D. rogitas me, ubi nobis Æſchinus
Siet, quid triſtis ego ſim? Al. Rogas. Plaut. Aul. 2. 8. 3.
Venio ad macellum, rogito piſces, indicant
Caros, &c.

Rogitare ſuper aliquo, De aliquo interrogare. Virg. 1. Æn. 754.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

ROGITĀTIO, ōnis. f. [ψήφισμα, πρόβλησις] Lex, plebiſcitum. Plaut. Curc. 4. 2. 23.

Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit.

RŎGUS, i. m. [πυρὰ] Strues lignorum ad cremanda cadavera. dictus, quod in eo dii Manes rogentur. Plaut. Men. 1. 2. 44.

Age ſane igitur quando æquum oras, quam mox incendo rogum?

Cic. 3. de Finib. 76. Nam ſi beatus unquam fuiſſet, beatam vitam uſque ad illum a Cyro exſtructum rogum protuliſſet. Quintil. Decl. 6. Refertur rogus. Hoc eſt, lignum cremando cadaveri advectum refertur domum.
Avidi rogi. Ovid. de Rem. Amor. 38.
Flagrans. Senec. Herc. fur. 1.
Laceri. Senec. Octav. v. 107.

Impia currus, laceroſque ſeni
Violenta rogos nata negavit. Sed legendum potius, Laceroque ſeni, cum codd. corr.

Ploratus. Ovid. 4. Faſt. 856.

Ultima plorato ſubdita flamma rogo eſt.

Tepidi. Ovid. 6. Epiſt. 90.
Triſtis. Lucan. lib. 8. 762.
Accendere rogum. Lucan. lib. 9. 55.
Aſcendere in rogum ardentem. Cic. 2. de Divin. 47. Siquidem ad mortem proficiſcens Calanus Indus, quum aſcenderet in rogum ardentem, O præclarum diſceſſum, inquit, e vita, quum (ut Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit!
Conſumptus rogis. Ovid. 7. Epiſt. 193.
Dare corpus plebejo rogo. Ovid. in Ibin, 154.
Exſtruere rogum. Lucan. lib. 6. 825.
Imponere aliquem in rogum. Cic. 1. Tuſc. 85.
Impoſiti rogis juvenes. Virg. 4. Georg. 477.
Proſequi uſque ad rogum. Cic. pro Quint. 99.
Rogum etiam neutro genere dicitur, ut auctor eſt Nonius 3. 186. Afran. Epiſtola, Pulchre hoc incendi rogum, arder, tenetur, hoc ſepulcro ſepeli licet. [Niſi forte ante ſ Incendi diſtinguendum fuit.

ROGĀLIS, e. Adj. [ὁ τῆς πυρᾶς] ut, Ignis rogalis. Stat. 2. Theb. 112. Flammæ rogales. Ovid. 3. Amor. 9. 41.

ROGĀRIUS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. Νεκροκαύστης, Rogarius, buſtuarius.

R O M

ROM. ET AVG. Romæ & Auguſto, in nummis Aug. & Tiberii. ROM. FEL. Romæ felici.

RŌMA, æ. f. [Ῥώμη] Orbis aliquando caput dicta, & ampliſſimi imperii jure in hunc uſque diem felix. Cujus ſitum atque habitum, quo tempore cœpta eſt condi, obſervaverunt antiqui, e quorum numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus, Chaldaicis literis eruditus, quemadmodum Cic. 2. de Divin. 98. ſcriptum reliquit. Hæc parvum ab initio oppidum fuit, a juventute Latina Valentia appellatum. Quod quum Evander ad ea loca veniens extendiſſet, ſervata prius impoſiti nominis ſignificatione, Romam nuncupavit. Siquidem Græci ῥώμην Robur appellant. Alii volunt Troja capta quoſdam ex Achivis in ea loca, ubi nunc Roma eſt, deveniſſe per Tiberim. Deinde ſuadente nobiliſſima captivarum, cui Roma nomen erat, incenſis navibus, poſuiſſe ſedes, & ſtructo oppido Romen ab ea vocaſſe. Alii Romam a Romulo dictam volunt. Romulus vero a Rumula arbore, id eſt ficu, ſub qua Romulus & Remus pueri inventi ſunt cum lupa prabente infantibus Rumen, id eſt mammam. Vel a Ruminando, quod æſtate ſub ea pecudes ruminabant. Sunt etiam qui Romulum & Remum a Robore, ἀπὸ τῆς ῥώμης appellatos volunt. Multa de Roma ex variis auctoribus, ſed antiquis, vide apud Sext. Pompejum Feſtum, ſuo ordine.
Duos populos ſeminarium gentium Romanarum fuiſſe reperio, Aborigines, & Trojanos, qui utrique ab Ænea, ut Livius & Dionyſius tradunt, communi nomine Latini ſunt appellati. Aborigines autem, qui ante adventum Æneæ, Latium, regente Latino, tenebant, docet Dionyſius ex Græcia in Italiam venientibus eſſe conflatos. Græcos autem hos nominat, OEnotrum ex Arcadia, Pelaſgos ex Theſſalia, Evandrum item ex Arcadia, Herculem ex Peloponneſo profectum. Atque etiam iidem ſcribunt, Romulum, ſuperante Latinorum Albanorumque multitudine, urbem in Palatio condidiſſe. Quæ quum ita ſint, jam id dubium eſſe non poteſt, quin ad hos populos alii etiam plurimi acceſſerint, qui Romanam urbem gentibus repleverint. Siquidem accepimus, Romulum Cæninenſes, Antemnates, Camerinos, Vejentes, Fidenates, quos bello devicerat, Sabinos vero etiam, quibuſcum æquo Marte pugnaverat, in ſocietatem novæ urbis vocaſſe. Quin etiam multas Etruſcorum urbes ſe ad eum recepiſſe, initio a Medullia facto, traditum eſt. Hoc autem Romuli inſtitutum, reliqui deinceps reges ſtudioſiſſime ſibi conſervandum eſſe duxerunt, ut finitimas civitates aut vi, aut benevolentia ſibi adjungerent, Romamque transferrent. Itaque Tullus Hoſtilius, everſa Alba, familias ejus urbis Romam traduxit. Ancus Lucumonem Etruſcum in ſenatum aſcivit. Priſcus Ser. Tullium Corniculanum ſibi etiam generum adjunxit. Idem poſt quoque factum eſt, liberata regio dominatu Repub. Neque enim unquam deſitum eſt, civitatem victis populis & gentibus dari, Italiamque ipſam municipiis devinciri, quouſque bello Marſico univerſa fere civitate donata eſt. Ex libro Caroli Sigonii de Nominibus Romanorum.
Roma Urbs dicta κατ' ἐξοχήν. H. St.
Civium Romanorum tria genera fuiſſe video, ſenatores, equites, de plebe: qui tres ordines dicebantur, & ex duplici genere conſtabant, Patricio & Plebejo. Duplex enim eſt civium Romanorum diviſio, quarum altera ad alteram nihil pertinet. Prior hæc, Vel patricii ſunt cives Romani, vel plebeji. Poſterior hæc, Vel ſenatores ſunt cives Romani, vel equites, vel de plebe; Ita vel a genere, vel ab ordine diſtinguebantur: ut civis Romanus genere patricio natus, equeſtris tamen ordinis, ſi nondum in ſenatum lectus eſſet, diceretur; ſin ſenator eſſet factus, ordinis ſenatorii. Quod ſi patricius non modo in ſenatum allectus non eſſet, verum nec inter equites locum haberet; quia ſcilicet equeſtri cenſu non eſſet, hoc eſt ſeſtertiorum quadringenta millia non poſſideret, (minus enim qui habebat, eques eſſe non poterat, ſed, ut Horatii verbis utar, Plebs erat) aut quia, quum quadringenta millia poſſideret, annulo tamen aureo & equo publico non uteretur, quæ illi, equeſtris ordinis inſignia, Cenſor ob aliquod flagitium ademiſſet; aut

denique, quia neque majores ejus, neque pater, neque ipſe, cum quadringenta millia, eove amplius haberet, de equeſtri dignitate laboraſſent, equeſtriſque ordinis indicia, annulum ſcilicet aureum, & equum publicum, neque in militia a Duce, neque domi a Cenſoribus, quum cenſeretur, poſtulaſſet: quod tamen vix eſt ut credi poſſit. Quis enim contemnit honeſtatem? quis, quum ab infimo ordine plebejo ad equeſtrem poſſit aſcendere, aut ab equeſtri ad ſenatorium, recuſet? Si quis igitur patriciæ generis neque ſenator eſſet, neque eques, is Patricius quidem & erat, & dicebatur, idem tamen de plebe & erat, & dicebatur. Quandoquidem, civis Romanus quicunque erat, is de tribus ordinibus unum haberet, ſenatorium aut equeſtrem, aut plebejum, neceſſe erat. Senator non es, ergo eques, aut de plebe. Neque ſenator, neque eques, ergo de plebe. Ordo enim præterea nullus ſupereſt: at quadringenta millia, qui eſt equeſtris cenſus, aut octingenta millia, qui ſenatorius, poſſideo: ſequitur ergo, ut eques ob quadringenta millia ſim, aut ſenator ob octingenta millia. Falſum. Cenſus enim dat, non ut eques aut ſenator neceſſario ſis, ſed ut eſſe poſſis: neque propter opes honor datur, ſed ob inopiam negatur. Turpe enim & indecorum, ſenator egens: malaſque res non omnino malis mentibus quandoque perſuadet inopia. Erant ergo Patriciorum tria genera, patricii ſenatores, patricii equeſtris ordinis, patricii de plebe. Sed oritur conſideratio. Civis Romanus, ex equite ſenator factus, amittitne ordinis equeſtris inſignia, annulum aureum, & equum? minime. Auctus enim dignitate, tantum abeſt ut de priſtino jure quidquam amittat, ut etiam aliquid præterea conſequatur. Nam præter annulum, & equum, quæ equitum erant, habebant ſenatores tunicam purpuream, ut ab equeſtri ordine aliqua omnino ſpecie diſtinguerentur, ſicuti equeſter ordo a plebe annulo aureo, & equo diſtinguebatur. Ex Manutii obſervationibus. [Rectius diceret Tunicam laticlaviam, quæ alba cum clavo purpureo erat. V. ſuo loco in CLAVUS, &c.

Roma, in montibus poſita & convallibus, cœnaculis ſublata atque ſuſpenſa. Cic. 2. de Lege Agrar. 95.
Urbs Roma. Hor. 3. Carm. 5. 12.
Altæ Romæ mœnia. Virg. 1. Æn. 11.
Beata. Hor. 3. Carm. 29. 12.
Bellatrix. Ovid. 2. Triſt. 321.
Dardania. Ovid. 15. Met. 431.
Domina Roma, Dominans. Hor. 4. Carm. 14. 44. Sic Virgil. de Romanis ait, Populum late regem, 1. Æn. 25. & Romani rerum domini. 1. Æn. 286.
Ferox. Hor. 3. Carm. 3. 44.
Magna. Martial. lib. 12. 69.
Martia. Ovid. ad Liviam, 246.
Potens. Hor. 2. Epiſt. 1. 61.
Princeps urbium. Hor. 4. Carm. 3. 13.
Pulcherrima rerum. Virg. 2. Georg. 534.
Regia. Hor. 1. Epiſt. 7. 44.
Romæ ambitum varie prodidere auctores. Plin. lib. 3. cap. 5. Mœnia ejus collegere ambitu, Imperatoribus Cenſoribuſque Veſpaſianis anno conditæ DCCCXXVIII. paſſ. XIII. M. CC. Fla. autem Vopiſcus tradit, Aurelianum imperatorem ambitum urbis ad triginta millia paſſuum ampliaſſe. V. cap. 39. pr. & 21. extr. conf. If. Voſſ. de magnitud. Rom. vet. in Obſerv. ejus.

ROMÆA, Parilia dici cœperunt, Fortunæ templo ab Adriano in urbe reſtituto. Cælius Rhodig. lib. 5. cap. 4. V. in dictione PARILIA.

ROMĀNUS, a, um. Adj. [Ῥωμαῖος] Quod ad Romam pertinet, vel e Roma eſt.
Achilles Romanus. V. ACHILLES.
Arces. Virg. 2. Georg. 172.
Gens. Virg. 1. Æn. 37.
Linguæ Romanæ facundia. Ovid. 2. de Pont. 2. 69.
Ore Romano profluit Græcia. i. e. Homo Romanus Græce loquitur. Lucan. ad Piſon. 77.
Populus. Hor. 2. Epiſt. 1. 70.
Porta Romana, propria appellatione dicta eſt ea in urbe Roma, quam Romulus infimo clivo Victoriæ inſtituit. Appellata autem Romana a Sabinis præcipue, quod ea proximus aditus erat Romam. Feſtus, Romanam portam vulgus appellat, ubi ex epiſtylio defluit aqua. Qui locus ab antiquis appellari ſolitus eſt Statuæ Cinciæ, quod in eo fuit ſepulcrum ejus familiæ.
Potentia. Ovid. 15. Met. 877.
Pubes. Hor. 4. Carm. 4. 46.
Sermo. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Tellus. Virg. 4. Æn. 275.
Romana urbs, pro Roma. Lactant. de Divino præmio, lib. 7. p. 480. edit. Plantin. cap. 15. H. St. En verba, Non inſcite Seneca Romanæ urbis tempora diſtribuit in ætates.
Urbis Romanæ conditor. Ovid. 14. Met. 849.

ROMANUS, i. m. [ὁ Ῥωμαῖος] Qui a Roma eſt, vel Romam inhabitat.
Domini rerum Romani. Virg. 1. Æn. 286.
Acer Romanus. Virg. 3. Georg. 346.
Vincit Romanus ſedendo; Proverb. in eos, qui tranquilli atque otioſi, tamen quæ volunt, efficiunt. Varro 1. de R. R. 2. pr.

ROMANULA porta teſte Varrone lib. 4. de L. L. 34. in Palatino monte fuit, gradus habens in novalia ad Volupiæ ſacellum. conf. 5. 3. ad fin.

ROMĀNE, Adv. [Ῥωμαϊκῶς, Ῥωμαϊστί] Gell. 13. 21. Hæc Romane & ſevere dixit.

ROMANENSIS, e. Adj. [Ῥωμανήσιος] Qui alibi ortus eſt, ſed in Roma verſatur. Unde Cato in lib. de R. R. cap. ult. Salem Romanenſem appellat, non Romæ factum, ſed qui Romæ vendebatur.

ROMANIENSIS, e. Adj. Grut. Inſcript. p. 41. n. 7. PISTOR ROMANIENSIS.

ROMANICUS, a, um. Adj. [Ῥωμαϊκός] Cato R. R. cap. 135. Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, juga Romanica optima erunt. Sic
Romanicum oleum, apud eundem, cap. 153. in lege oleæ pendentis.

ROMANIA, æ. f. Barbariæ opponitur. Fortunat. 6. Carm. 4. 7.
Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit.

ROMANĬTAS, ātis. f. pro Orbe, ſive Imperio Romano, ponitur a Tertull. de Pallio cap. 4. pr.

ROMANDUAS, [Ῥωμάνδυαι] Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Populi ſub Rhotomago. Trunco capite nominis. Nam alii Veromandui, vel Viromandi, q. V. Hodie *Vermandois*.

ROMILIA, gens Patricia, ex qua T. Romilius cum C. Veturio COS. A. U. 299. idemque 303. Decemvir.

ROMILIUS, a, um. Adj. ut Romilia lex, cavit, ne alii præter patres & magiſtratus, ſacra inirent, poſtea plebi quoque aditus ad ſacra fuit. Nam rogationibus tribunitiis, primum Sextio Licinia ſancitum eſt, ut Decemviri ſacrorum, non ut antea omnes patricii, ſed ex parte dimidia de plebe crearentur. Deinde ſecuta eſt Ogulnia, ut quum quatuor Pontifices eſſent, placeretque ſacerdotum numerum augeri, quatuor præterea Pontifices, quinque Augures, de plebe omnes allegerentur, ut omnino octo Pontificum, novem Augurum numerus fieret: Ex Manutio de Legib. Rom.
Tribus Romilia. V. TRIBUS.

ROMPHÆA, V. RHOMPHÆA.

ROMPHUS, i. Pedamenti vitium genus. Alexander Alexandrinus lib. 2. cap. 10. Quod autem nativum ex arboribus in arbores traductis vitibus, nonnulli traduces. quidam Romphos, plerique arbuſta dixere, quas in Tranſpadana Italia ex Cornu, Populo, Tilia, Acere, Orno, Carpino, & Quercu frequenter arbuſtari tradunt. [Latinum vocabulum non videtur.

ROMULA, Arbor dicebatur ſub qua Remus & Romulus pueri inventi ſunt. V. ROMA, & RUMINALIS.

ROMULENSIS, e. Adj. Romulenſis, Colonia Romanorum in Celtica Hiſpalenſium. Plin. lib. 3. cap. 1. Et a læva Hiſpalis colonia, cognomine Romulenſis.

RŌMULUS, i. m. [Ῥωμύλος] Martis & Iliæ filius, frater Remi, primus rex Romanorum. Cujus & Remi fratris hiſtoriam ſic ſcribit Servius, Amulius, inquit, & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, & filium ejus necavit: filiam vero ejus Iliam, Veſtæ ſacerdotem fecit, ut ſpem ſobolis auferret, a qua ſe puniri poſſe cognoverat. Hanc, ut multi dicunt, Mars compreſſit, unde ſunt nati Remus & Romus, quos cum matre Amulius præcipitari juſſit in Tiberim: tum, ut quidam dicunt, Iliam ſibi Anien fluvius fecit uxorem: ut alii, inter quos Horat. Tiberis: unde ait, 1. Carm. 2. 17. Uxorius amnis. (V. ibi Acronem.) Pueri vero expoſiti ſunt ad ripam vicinam: hos Fauſtulus reperit paſtor, cujus uxor erat ante meretrix, Acca Laurentia, quæ ſuſceptos aluit pueros. Hi poſtea avum ſuum Numitorem, occiſo Amulio, in regna revocaverunt. Quibus dum cum in anguſtum Albæ videretur imperium, receſſerunt, & captatis auguriis urbem condiderunt. Sed Remus prior ſex vultures vidit, Romus poſtea duodecim: quæ res poſtea bellum creavit, in quo extinctus eſt Remus: & a Romi nomine Romani appellati. Ut autem pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti gratia factum eſt, quod gaudet diminutione. Quod autem a lupa dicuntur nutriti, fabuloſum figmentum eſt, ad celandam auctorum Romani generis turpitudinem: nec incongrue factum eſt: Nam & meretrices Lupas vocamus, unde & Lupanaria. Et conſtat hoc animal in tutela eſſe Martis. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 1. Æn. 278.

— donec regina ſacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

Romulus, Martis filius, educatuſque a Lupa dicitur. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Julio, ſe Deum eſſe, & Quirinum vocari, templumque ſibi dedicari in eo loco juſſit. Cic. 1. de Legib. 3.
Mavortius Romulus. Virg. 6. Æn. 778.
Alius Romulus Silvius, de quo Liv. 1. 3.

ROMULĒUS, a, um. Adj. [Ῥωμύλειος] poſſeſſivum: ut,
Colles Romulei. i. e. Romani. Ovid. 14. Met. 845.
Culmo Romuleo ſedens. Virg. 8. Æn. 654.
Enſe Romuleo cadit Amulius, i. e. Enſe Romuli. Ovid. 3. Faſt. 67.
Muri Romulei. Sil. lib. 7. 485.
Urbs Romulea. Ovid. 15. Met. 625.

ROMŬLUS, a, um. Adj. pro Romuleus: ut,
Gens Romula. Hor. in Carm. ſæcul. 1.
Tellus Romula. Virg. 6. Æn. 876.

ROMULĬDÆ, arum. m. Patronym. [Ῥωμυλίδαι] dicti ſunt Romani a Romulo. Perſ. 1. Sat. 31.

— ecce inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent.

Arx Romulidarum. Lucret. lib. 4. 687.

ROMPOTINUM, V. RUMPOTINUM.

R O R

RORO, āre. V. ROS.

R O S

RŌS, rōris. m. [δρόσος, ψεκάς, ἐρση, ἕρση] Humor qui ſereno tempore e cælo ſtillat, ſerena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis exſiſtentibus. Ariſtoteles lib. 1. Meteor. cap. 10. ſcribit rorem fieri ex vaporatione modica, atque in hoc differre a pluvia, quæ largo vapore progeneretur. Apulejus lib. de Mundo p. 61. Elmenh. Ros nocturnus humor, quem ſerenitas tenuiter ſpargit. Al. Serenitatis tenuitas. A Græcis dicitur ὁ δρόσος.
Ἡ δρόσος, non, ὁ. Idem tamen error in vulg. Lex. Ex δρόσος factum, ut Mos ex Νόμος. H. St. Gloſſ. Lat. Gr. Ros, Δρόσος, Φλοιός. At hoc poſterius Corticem ſignificat.
Gelidus. Virg. 2. Georg. 202.
Levis. Virg. 6. Æn. 230.
Liquidus ros, Aqua fontana. Ovid. 3. Met. 164.
Nocturni. Plin. lib. 21. cap. 17. ad finem.
Purus ros Caſtaliæ. Hor. 3. Carm. 4. 61.
Vitreus. Ovid. 1. Amor. 6. 55.
Canent recente rore herbæ. Ovid. 3. Faſt. 880.
Stillavit ſanguineis roribus arbor. Lucan. lib. 7. 837.
Quum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt. Virg. 8. Ecl. 15.
Amarus ros, Aquæ marinæ. Virg. 4. Georg. 431.
Salis ros, pro Aqua marina. Lucret. lib. 4. 440.

Nam quæcunque ſupra rorem ſalis edita pars eſt
Remorum, recta'ſt, &c. Rorem ſalis, i. e. Aquam maris. Lambin.

Tepidus,

Tepidus, Lacrimæ Ovid 10 Met. 360.
Lacrimarum rore madidæ coronæ. Ovid. 14. Met. 708.
Vitalis, Lac. Cic 1. de Divin 20.
Ros maris, vel Ros marinus, Herba. V. infra poſt derivata.

Rōrālis, e Adj. Ovid 4. Faſt. 728.
Virgaque rorales laurea miſit aquas. I. e. Ad irrigandum, ſive ad aſpergendum, vel aſpergentes. Alii legunt Roratas.

Rōscĭdus, a, um. Adj. [δροσερὸς, ἔγχυμος, ἔνικμος] Quod eſt rore perfuſum; unde Nox roſcida dicitur, Quæ rore humecta eſt. Plin. lib. 18. cap 28.
Antra roſcida. Ovid. 2. Faſt. 332.
Aurata. Ovid. ad Liviam 182.
Colles Plin lib 3 cap 12.
Gramina. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 104.
Herba roſcida. Varro 2. de R. R. cap. 2.
Iris. Virg 4. Æn. 700.
Mala roſcida, Quæ matutino rore humecta ſunt. Virg. 8. Ecl. 37.
Mella. Virg 4 Ecl 30.
Poma. Propert lib. 2. 20. 36.
Pruina roſcida foliis excuſſa. Ovid. 5. Faſt. 015.
Solum roſcidum. Columel. lib. 3. cap. 2.
Tellus roſcida Senec. Hippol. 1.
Folia melle, roſcida. Plin. lib 11. cap. 12. Itaque tum, prima aurora, folia arborum melle roſcida inveniuntur.

Rōſidus, a, um. Idem. Columel 5. 6. Roſidum & nebuloſum ſolum. [Sil 3. 1. & 4. 30. Alioqui Roſcidum, vel Roridum legendum puto.

Rōſidus, a, um. Idem. Propert. 2. 23. 27. V. ibi Broekhuſ.

Rōrŭlentus, a, um. Adj. [δροσερὸς, δροσώδης, πολύδροσος] Plenum rore. Columel. lib. 5. cap. 6. Cavendum ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, ſed ſiccæ ferantur vites. Idem lib. 12. cap 38. Ne rorulentæ baccæ legantur cavendum.

Rōrārius, a, um. Adj Rorarii milites dicebantur, Qui armatura levi prælium primi committebant: quod ut ante pluvias cælum rorare ſolet, ſic illi ante gravem armaturam qui prodibant, rorarii appellabantur, qui & Ferentarii. Hæc ex Feſto Liv. 8. 8. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum rorarios, minoris roboris ætate factiſque.
Rorarii appellati, quod imbribus fere primum rorare incipiat. Varro de vita Pop. Roman. lib 3. Idem lib. 6. de L. L. 3. Rorarii dicti a rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat, quam pluit. V. Non. 18. 3.
Vinum rorarium, Quod rorariis dabatur. Feſtus. V. Heinſ. ad Sil. lib. 1. Stewech. ad Veget. lib. 1. cap 20. & Dalechamp. ad Plin. lib. 9. cap. 60. [Gloſſ Lat. Gr. Rorarii, Ἀκροβολισταί. ſcribe Rorarii.

Rōrĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [δροσοφόρος] ut, Aura rorifera. Senec. Hippol v. 11.
Biga Lunæ rorifera. Stat. 1. Theb. 338.
Umbris roriferis terram non obruit. Lucret. lib. 6 864.

Rorifluus, a, um. ſec comm. Adj. ut,
— rorifluam ſectemur carmine lunam. Vetus Poeta lib. 2. Catalect p 239. edit. Scalig.

Rōro, [δροσίζω, ψεκάζω, ῥαίνω] āre. Humorem inſtar roris paulatim deſtillare. Virg 8 Æn 645.
— & ſparſi rorabant ſanguine vepres. Columel. lib. 11. cap. 2. 1111 Id. Jun. Delphinus veſpere exoritur, Favonius interdum rorat. In vetuſto exemplari abſolute legitur, Nonnunquam rorat. V. infra. Plin. lib. 17 cap. 10. Periculum tantum eo die eſt, ſi roraverit quantulumcunque imbrem.
Undique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant. Ovid. 3. Met. 683. De delphinis.
Oculi rorantur lacrimis obortis. Ovid. 15. Epiſt. 97. i. e. Rigantur.
Rorare ſaxa cruore. Sil. lib. 10. 263.
Quum videt in ſcopulo rorantem ſaxa cruore,
Torvoque obtutu labentem in Tartara Paulum.
Rorat, abſolute: quomodo dicimus Pluit, Ningit, Tonat. Columel. lib. 11. cap. 2. Idibus Octobris, & ſequenti biduo interdum tempeſtas, nonnunquam rorat. [Gloſſ. Lat. Gr. Rorat, ψεκάζει.

Rōrans, antis. Partic [δροσίζων, ῥαντίζων] Lucret. lib. 3. 470.
— lacrimis rorantes ora, genaſque.
Antra rorantia fontibus. Ovid. 3. Met. 177.
Aſtra rorantia. Virg 3. Æn. 567.
Capilli rorantes. Ovid. 4. Faſt. 141.
Lacrimis rorantibus ſpargunt ora. Lucret. lib. 2. 976.
Pocula minuta, atque rorantia. Cic. de Senect. 46.

Rōrātus, a, um. [ψακαδώδης] Partic. ut, Rorata pruina. Ovid. 3. Faſt. 357.
Mollis erat tellus rorata mane pruina. Alii legunt Rorataque, ut referatur ad Tellus.
Roſæ roratæ. Ovid. 2. de Pont. 1. 36.

Rōrātio, ōnis. f. [ψεκασμός] Roris diſtillatio. ut, Nocturnæ rorationes. Apul. 9. Met. p. 232. Elmenh.
Roratio, quam Theophraſtus Rhoada, quaſi defluxum, appellat, morbus eſt vitium, quem vulgo *Colaturam* vocamus. Plin. lib. 17. cap. 24. Siderationis genus eſt in vitibus defloreſcentibus roratio. Aut quum acini priuſquam creſcant, decoquuntur in callum. Theophraſtus lib. 4. de plantis cap. 16. Roratio, inquit, fit quum vitis defloreſcens irrorat. Fit autem id genus affectionis, quum acini defluunt: & qui remanent, parvuli ſunt. Propter hoc vitium Floralia, ab antiquis inſtituta ſunt. Plin. lib. 18. cap. 29. Floralia quarto Cal. Maji inſtituerunt, anno urbis quingenteſimo ſextodecimo, ex oraculis Sibyllæ: ut omnia bene defloreſcerent.

Rōrāmentum, i. n. Capitolin. in Vero cap. 10. Capiti auri roramenta reſpergere. Alii Ramenta rectius.

Rōreſco, [δροσίζομαι] ĕre. Rore aſpergi. Vox dubiæ auctoritatis. Plin. lib. 18. cap. 34. Aquilonem prænuntiat terra ſiceſcens, ſed roreſcens repente, &c. Sic leg. in veteri edit. A. D. 1491. ſed hodierna exemplaria omittunt voces, Sed roreſcens. Ovid. 15. Met. 243. — reſolutaque tellus
In liquidas roreſcit aquas. al. Rareſcit, quem lectionem recepit Robertus Stephanus. V. RARESCO.

Rōs mărīnus, roris marini, m. [ἐσμάρινον. Gl. L. G.] officinis Anthos. Horat. 3. Carm. 23. 15.

Parvos coronantem marino
Rore deos, fragilique myrto. Dicitur &

Rōs măris, Ovid. 3. de Arte Am. 690.
— tegit arbutus herbam,
Ros maris, & laurus, nigraque myrtus olent. Alii conjuncte ſcribunt. Idemque

Rosmarīnum, i. n. vel **Rosmarīnus**, i. m. [λιβανωτίς] Frutex. Plin. lib. 19 cap. 10. Libanotis, locis putridis & macris ac roſcidis ſeritur ſemine Radicem habet oluſatri, nihil a ture differentem. Uſus ejus poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio roſmarinum appellant. Idem lib. 17. cap. 13. Et Columel lib 9 cap. 4.
Roſmarinum coronarium. Roſmarinum (Gallice *Romarin* appellatur) duplicis eſt differentiæ: Unum ſecundum frugiferumque, cujus ſemen cachrys vocatur. Folia fœniculi habet, &c. Alterum coronarium quo in fertis coroniſque amaſii abutuntur. De utroque vide Dioſcoridem lib. 3. cap. 72. & 71.

Rŏſa, æ. f. [ῥόδον] Flos e ſpina naſcens, cui ῥόδον Græcis nomen eſt. Plin lib 21. cap 4. Roſa naſcitur ſpina verius quam frutice, in rubo quoque proveniens, illic etiam jucundi odoris, quamvis anguſti, &c. Cic. 7. Verr. 27. Sed quum roſam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur. Martial 4. 29. 4.
Hibernæ pretium ſic meruere roſæ.
Flos roſarum. Hor. 3. Carm. 29 3.
Atria plena roſarum Ovid. 2 Met. 113.
Albentes roſæ. Ovid. 3. de Arte Am. 182.
Amœnæ. Hor. 2. Carm. 3. 14.
Arantes. Virg 4. Georg. 268.
Confuſa rubore. V COMBURO.
Plena nimium pudoris roſa, Nimium rubra. Columel. lib. 10. 102.
Punicea. Hor. 4. Carm 10. 4.
Sera. Hor. 1. Carm. 38. 3.
Carpere roſam. Virg 4. Georg. 134.
Deligere primam tenui ungue roſam. Ovid. 4. Epiſt. 30.
Fulgent quale roſæ inter ſua lilia mixtæ. Ovid 2. Amor. 5. 37.
Perlucidus pulvinus Melitenſi roſa fartus. Cic. 7. Verr. 27.
Redimiri fertis & roſa. Cic 3 Tuſc. 43.
Spargere roſas Hor. 3. Carm. 19. 22.
Vivere in roſis, i. e. Florere, & omni felicitate affluere. Martial. 8. 77.
Liber, in æterna vivere digne roſa. Cic. 5. Tuſc. 73. Etiamnum in cruciatu atque tormentis? M. Ante me in violis putabas, aut in roſa dicere?
Roſam, quæ præterierit, ne quære iterum; i. e. Noli te cruciare deſiderio rerum, quæ reſtitui nequeunt. V. Chiliad.
Roſas loqui, i. e. Blandiri Eraſm. ibid.
Roſam ſuam vocat amicam amator quidam apud Plaut. Aſin. 3. 3. 74. blandiendi gratia.
Roſa, pro Oleo roſaceo. Celſ lib 8 cap. 3. Neque alienum eſt inſtillare paulum roſæ, vel lactis, quo magis lubrico circumagatur. Ibid cap 4. Quod ſi membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida.
Roſa Græca. V. RHODODAPHNE.

Rŏſŭla, æ. f. dimin Dracont Hexaëm v. 597.
Qui roſulis ſtellare nemus, vel ſcribunt agros
Impetu Autumni, &c.

Rŏſeus, a, um. Adj [ῥόδεος, ῥοδόεις Gl. G. L.] Quod eſt coloris roſæ. Plin. 28. 19. Aſini a coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento, venerem ſtimulat. Idem lib. 14. cap 1. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roſeo. Gloſſ Græc. Lat. Ῥοδόχρους, Roſeo colore.
Cervix roſea, i. e. Pulchra. Servius. Virg. 1. Æn 406.
Convalles roſeæ, i. e. Florulentæ, ſpecies pro genere. Claud. 3. de Rapt. Proſerp 85.
Dea roſea, Aurora. Ovid. 3. de Arte Am. 84.
Ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. Roſeis Aurora quadrigis. Vide RECA. H.St. V. Virg. 6. Æn. 535
Face roſea ſol infert lumina cælo. Lucret. lib. 5. 974.
Genæ roſeæ Virg. 12. Æn. 606.
Labella. Catul. de Berecynth. 61. 74.
Os roſeum. Virg. 2. Æn. 593.
Rubor. Ovid 3. Amor. 3 5.

Rŏſāceus, a, um. Adj. [ῥόδινος] Quod ex roſa factum eſt: unde Roſaceum oleum, quod ex roſis oleo infuſis expreſſum eſt, quod Græci Rhodinon vocant. Plin. lib. 20. cap. 3.
Corona roſacea. Plin. lib. 21. cap. 3. L. Fulvius argentarius, bello Punico ſecundo, cum corona roſacea interdiu e pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus.

Rŏſāceum, i. n. ſubaud. Oleum. Plin 21. 29 & 37. 3.

Rŏſālia, ōrum. n. pl. Ῥοδισμός Gloſſ. Græc. Lat.

Rŏſārius, a, um. Adj. ut, Abſortio roſaria. Suet. Neron. cap. 27. V. in ABSORBEO.

Rŏſārium, i. n. [ῥοδών] Copiam fruticum ſignificat, uno loco roſas gignentium: vel Locum in quo ſunt hujuſmodi frutices. Plin lib 21. cap. 11. Roſaria a Favonio foſſu oportet eſſe, iterumque ſolſtitio. Columel. lib 11. cap. 2. Roſarium ſerotinum, perfoſſum & cultum habere jam tempus eſt.
Amœna roſaria. Ovid. 5. Triſt 2. 23.

Rŏſo, āre. Roſa imbuere. Hinc

Rŏſātus, a, um. Partic. ut, Propoma roſatum. Pallad. Feb. tit. 32.

Rŏſātum, i. n. Lamprid. Heliogab. cap. 19. & 21. & Apic. 1. 4. Ubi modum faciendi docet.

Rŏſētum, i. n. [ῥοδωνιά] Locus roſis conſitus. Virg. 5. Ecl. 17.
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis. [Gloſſ Gr. Lat. Ῥοδωνία, Roſetum & Ῥοδών, Roſetum. Item Ῥόδον, Roſam. Puto Ῥοδών, Roſarium, vel certe Roſetum ſcripſiſſe grammaticum, niſi Roſum, n. g. pro Roſa dixit.

Rŏſŭlentus, a, um. Plenus roſarum. Mart Capella lib. 1. p. 19. Roſulenti ſplendoris gratia totam aulæ ipſius curiam &c. illuminavit. de Aurora Solem antegreſſa.

Roſſa, æ. f auctore Feſto, Campos in agro Reatino appellatur, quia in eo arva rore humida ſemper feruntur. Varro lib. 1. de R. R. cap. 7. ad finem, Cæſar Vopiſcus Ædilicius, cauſam quum ageret apud Cenſores,

campos

campos Roſeæ, Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam. Hinc

ROSEĀNUS, a, um. Adj. ut, Roſeani equi. Varro de R. R. 2. 7.

ROSCINUS, V. ROS.

ROSCIUS, i. m. cognomine Otho, [Ῥώσκιος Ὄθων] Tribunus plebis legem tulit, ut Equitibus Romanis in theatro XIIII gradus proximi aſſignarentur, qui cenſum CCCC. HS. haberent. V. Livii. Epit. 99. De hoc Cicero pro Muren. 21. L. Otho, vir fortis, meus neceſſarius, equeſtri ordini reſtituit, non ſolum dignitatem, ſed etiam voluptatem.

Q. Roſcius Gallus, Comœdus, Ciceronis præceptor in pronuntiationis & geſtus exercitatione, eo præſtantiæ venit, ut quum de perfecto in arte aliquis loquitur, in ſuo genere Roſcius e nobis dicatur, teſte Cicerone lib. 1. de Orat. 130. Hic a Cicerone defenſus eſt, quum a Fannio quodam ob pecuniariam actionem in judicium adductus eſſet. V. Feſt.

Doctus Roſcius. Hor. 2. Epiſt. 1. 82.

Sex. Roſcius Amerinus, etiam in cauſa parricidii defenſus a Cicerone patrem habuit hominem locupletem, quem quidam clam interfecerunt: filius per occaſionem diſcordiæ cujuſdam, quæ inter eos intervenerat, paternæ cædis auctor accuſatur. Præda ad quendam Sullæ ſatellitem L. Cornelium Chryſogonum redibat, accuſatore Erucio, quam cauſam egit primam publicam Cicero, annos natus XXIII ut eſt Auctor Corn. Nepos. apud Gell. 15. 28. De qua cauſa ipſe in Bruto 312.

ROSCIUS, a, um. Adj. ut, Lex Roſcia. Hor. 1. Epiſt. 1. 62.

ROSCIĀNUS, a, um. Aliud Adj. ut, Roſciana imitatio. Cic. 2. de Orat. 242.

ROSEUS, V. ROSA.

ROSIO, V. RODO.

ROSMARINUM, ROSMARINUS, ROSMARIS, V. in ROS ad fin.

ROSTELLUM, V. ROSTRUM.

ROSTRUM, i. n. [ῥύγχος, ῥάμφος Gl. L. G.] Quo aves cibum capiunt. Nec ſolum de avibus, ſed etiam de reliquis animalibus, & de ipſo homine interdum dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Procero corneoque roſtro aves. Ovid. 14. Met. 282.

Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.

Acumen roſtri. V. Acumen, in ACUO.

Acies roſtri. Plin. lib. 11. cap. 37.

Roſtrum, de Quadrupedis, ut

Canum. Plin. lib. 8. cap. 40. Ventos & odorem captantes, prodentaſque roſtro cubilia.

Caprarum. Varro 2. de R. R. cap. 3. Duo enim genera earum, ſub roſtro duas ut mammulas penſiles habeant.

Cervorum. Plin. lib. 8. cap. 32.

Hippopotami. Plin. lib. 8. cap. 25. Roſtro reſimo, cauda & dentibus aprorum, &c.

Suum. Columel. lib. 7. cap. 9. Roſtris brevibus & reſupinis. Cic. 1. de Divin. 23. Sus roſtro ſi humi A litteram impreſſerit, num propterea, &c. & 2. 48. Roſtrum ſuis.

Tragelaphorum. Plin. lib. 8. cap. 33. Eminet roſtrum ut in parvo ſit haud diſſimile ſuillo.

Roſtrum Piſcium, ut

Delphinorum. Plin. lib. 9. cap. 8.

Draconum piſcium. Plin. lib. 9. cap. 27.

Teſtudinum piſcium. Plin. lib. 9. cap. 10.

Roſtrum de Homine etiam dicitur. Plaut. Men. 1. 1. 13.

Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. Petron. cap. 75. p. 377 Ut celerius roſtrum barbatum haberem. V. Non. 6. 41.

Acutum roſtrum. V. Acutus, in ACUO.

Aptum rapinæ. Ovid. 6. Faſt. 133.

Corneum. V. Corneus, in CORNU.

Crepitante ipſa ſibi plaudat ciconia roſtro. Ovid. 6. Met. 97.

Immodicum Ovid. 6. Met. 673.

Obuncum vulturis. Virg. 6. Æn. 597.

Pandum. Ovid. 14. Met. 282.

Punica. Ovid. 2. Amor. 6. 22. de Pſittaco.

Tincta gerens rubro punica roſtra croco.

Reduncum. Ovid. 12. Met. 562.

Rigidum. Ovid 6. Met. 673.

Contingere cibum terreſtrem roſtris facile. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.

Exacuere ſpicula roſtris. Virg. 4. Georg. 74.

Promitteret immodicum pro longa cuſpide roſtrum. Ovid. 6. Met. 673.

Malleorum roſtrum. Plin. lib. 34. cap. 14. i. e. Ferreum illud in malleis, quo proprie ad percutiendum utimur.

Roſtrum inſulæ. Cic. 2. de Legib. 6. Sed ventum in inſulam eſt. Hac vero nihil eſt amœnius. Ut enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diviſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, &c.

A ſimilitudine autem roſtri avium, aut aliorum animalium, dicta eſt pars illa navis exporrecta atque acuta e prora, a quo Naves ipſæ, Roſtratæ dicantur. Cæſ. 3. Bell. Gall. 13. Roſtro enim noceri non poſſe cognoverant. Virg. 5. Æn. 143.

Convulſum remis roſtriſque ſtridentibus æquor. Gloſſ. Lat. Gr. Roſtra, Ἔμβολα, Ῥύγχη, Χείλη.

Roſtra, pl. [ἔμβολα] auctore Liv. 8. 14. extr. dictum eſt Templum, ſeu forum, ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris navium Antiatium, ex quo loco Magiſtratus concionari ſolebant. Unde ſæpe legimus Pro roſtris, id eſt, In roſtris: in eo enim loco roſtra ab hoſtibus capta, fixa erant. Chariſius lib. 1. Roſtra, locus in urbe ubi concionantur. Cic. 3. Off. 80. Conſcripſerant communiter edictum, cum pœna atque judicio, conſtitueruntque ut omnes ſimul in Roſtra poſt meridiem deſcenderent. V. Græv. not.

Aſcendere in roſtra. V. ASCENDO.

Convocare ad roſtra. V. CONVOCO.

Deducere de roſtris. V. DEDUCO.

Perorasset quum Vectius, deſcendiſſetque de roſtris. Cic. in Vatin. 26.

Statuere in roſtris ſtatuam alicui. Cic. ad Brut. 15.

ROSTRĀTUS, a, um. Adj. [ῥυγχωτός] ut, Roſtrata navis. Cic. 2. de Invent. 98. Lex eſt apud Rhodios, ut ſi qua roſtrata in portu navis deprehenſa ſit: publicetur. V. NAVIS.

Corona roſtrata, Navalis victoriæ præmium. Plin. lib. 16. cap. 4. Virg. 8. Æn. 685.

—cui, belli inſigne ſuperbum,

Tempora navali fulgent roſtrata corona. Sextus Pompejus, Pompeji filius, in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa pugnavit Auguſtus Poſtea Agrippæ cura data eſt, qui eum delevit: ob quod Auguſtus ei roſtratam dedit coronam, quia viceras navali certamine. Servius. V. CORONA.

Falces roſtratæ. Columel. 2. 21. *Faucilles becbues, non pointues.*

Impetus roſtratus, Qui fit ipſo roſtro. Plin. lib. 10. cap. 23.

ROSTRĀLIS, e. Adj. Sidon. 1. Epiſt. 10. Dignum poema, quod apicibus pererrandum auretis juſte tabula roſtralis acciperet. [An Pererandum?

ROSTRO, [ῥυγχέω] āre. Roſtro ſcrutari. Gloſſ. Lat. Gr. Roſtrat, Ῥυγχεῖ Hinc

ROSTRANS, antis. Partic. Plin. lib. 18. cap. 19. In collibus tranſverſo tantum monte aratur: ſed modo in ſuperiora, modo in inferiora roſtrante vomere. i. e. Roſtrum impingente, ut ait Budæus.

ROSTELLUM, i. n. dimin. [ῥαμφίδιον] Parvum roſtrum. Columel. lib. 8. cap 5. Die viceſimo animadvertat an pulli roſtellis ova percuderint. Plin. lib. 30. cap. 11. Muris roſtellum, auriculaſque ſummas roſeo panno, ipſumque dimittunt.

R O T

RŎTA, æ. f. [τροχὸς, κύκλος] a rotunditate, ſeu a ruendo: ruit enim facile in ſuos orbes. Plaut. Capt. 2. 3. 9.

—pro rota me uti licet:

Vel ego huc, vel illuc vortar, quo imperabitis. Plin. lib. 16. cap. 40. Sed lignum non aliò pæne, quam ad radios rotarum utile.

Curvatura ſummæ rotæ. Ovid. 2. Met. 107.

Orbis rotarum. Plin. lib. 8. cap. 16.

Radii fractarum rotarum. Ovid 2. Met. 317.

Strepitus rotarum. Hor. 1. Epiſt. 18. 7.

Veſtigia rotæ. Ovid. 2. Met. 133.

Currens. Hor. 3. Carm. 10. 10.

Effuſæ rotæ, Currentes. Propert. lib. 4. 8. 18.

Errantes. Stat. 1. Theb. 220.

Volucres. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 431.

Evitata fervidis rotis meta. Hor. 1. Carm. 1, 5.

Inducere rotam. V. INDUCO.

Terenda hæc eſt admiſſa meta rotis. Ovid. 1. de Arte Am. 40.

Rota figuli. Perſ. 3. Sat. 23.

Udum & molle lutum eſt, nunc nunc properandus, & acri

Fingendus ſine fine rota.

Aquariæ rotæ, apud Paulum lib. 4. ſentent. tit. 6. ſunt, Per quas tollitur aqua.

Aquilega rota. Tertullian.

Rota, pro Vi dicendi, ſive orationis impetu ponitur. Sidon. 9. Epiſt. 15.

Homericæque par & ipſe gloriæ

Rotas Maronis arte ſectans comparl. V. Auſon. Profeſſ. Burdigalenſ. Commem. carm. 5. [Sidonio non eſt Pro impetu orationis, ſed pro ipſo curriculo, ſeu curuli certamine ponitur, quo velut certare inter ſe ingenia finguntur, parum verecundà ſane metaphorà.

Fortunæ rota. Cic. in Piſon. 22.

Rota, pro Solis orbe a Latinis uſurpatur, ſicut *Κύκλος* pro eodem a Græcis. Sidonius,

Inde patefecit radiis rota candida cælum. I. e. Sol exortus cælum nocte clauſum aperuit luce ſua: nocte enim cælum claudi cenſebant. Hinc illud Maronis, 1. Æn. 378.

Ante diem clauſo componet veſper Olympo. Turnebus. [V. Broekh. ad Tibull. 1. 10. 62.

Rota, Supplicii genus quoddam fuit apud Græcos, quo diſtento corpore homines torquebantur, ſicque definiebant, Τροχὸς ἐν ᾧ ἐκτεινόμενοι ἐστρεβλοῦντο οἱ ... τῶν βασανιζομένων. Cic. 5. Tuſc. 24. In eo etiam putatur dicere, in rotam (id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos) beatam vitam non aſcendere. Apud Joſephum, in Maccabæis, ejus ſupplicii crebra mentio eſt. Meminit & Ariſtophanes, ſed & Plutarchus quoque in Nicia. Cælius lib. 10. cap. 15. putat illi ſimile eſſe, quod apud Gallus graſſatoribus infertur, vocaturque vulgo *La Roue.* Quanquam lubentius crediderim genus quoddam tormenti fuiſſe ad verum exſculpendum. V. Turneb. Adverſ. 7. 16. [Id quod ex loco Ariſtoph. in Plut. 4. 3. 26. perſpicue apparet, ubi Servile tormentum fuiſſe docet Schol. Conf. Henr. Steph. Theſ. Græc. dict. τροχὸς, in τρέχω vol. 4.

Rotæ, Genus caprarum. Varro 3. de R. R. cap. 1. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot, ut in Phrygia ex ovibus, ubi greges videntur complures: ut in Samothrace, caprarum, quas Latine rotas appellant.

Rota, Piſcis cetarii generis. Plin. lib. 32. cap. 11.

ROTŬLA, æ. f. dimin. [τροχίσκος, τροχίδιον] Plaut. Perſ. 3. 3. 38.

Miram, quin citius jam a foro argentarii

Abeunt, quam in curſu rotula circumvortitur. Plin. 18. 18. Galliæ vero duas addiderunt rotulas.

ROTŬLO, āre. Sateſb. 8. 10. In orbe rotulari quam incedere magis idoneus eſt.

ROTĀTIM, Adv. Rotaruta modo. Apol. 10. Met. p. 253. Elmenh. In orbe rotatim flexuoſi.

ROTĀLIS, e. Adj. ut, Carpentum rotale. Capitolin. in Macrin. cap. 12.

RŎTO, [κυκλόω, τροχάω] āre. In tandum rotæ verſare, vertere, circumagere. Rotavit, Ἐδίνευσε, Ἐτρόχισε. Gloſſ. Lat. Gr. & Græc. Lat. τροχιάζω, Roto. Τροχάζω, Roto, Rotor. Δινεύω, Roto.

More fundæ rotare aliquem. Ovid. 4. Met. 17.

Canes rotat aper. Ovid. 2. de Arte Am. 374.

Caput enſe rotare. Lucan. lib. 8. 673.

Flammas venti rotant cavis fornacibus. Lucret. lib. 6. 201.

Silvas rotare rapiens amnis dicitur. Stat. 4. Silv. 3. 79.

Telum immane rotat. Stat. 9. Theb. 802.

Circumque infraque rotantur Tyrrheni greges. Stat. 1. Achil. 56.

Rotare proprie dicuntur pavones. Columel. lib. 8 cap. 11. Signa ſunt extimulatæ libidinis, quum ſemet ipſum, veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis, protegit: idque quum facit, rotare dicitur. De pavone.

ROTANS, antis. Partic. [κυκλῶν] ut,

Turbine rotanti portant ea venti. Lucret. lib. 1. 294. conf. Hor. 4. Carm. 11 11.

Rotantia,

Rotantia, Ἐλιγμοί, Κυλινδήματα, Κυλίσματα. Gloſſ. Lat. Græc.

Rotātus, a, um. Partic. [κυλιϛθεὶς] ut, Cervia rotata. Lucan. ad Piſon. v. 53.
Ignis rotatus. Ovid. 12. Met. 296.
Sermo rotatus. Juven. 6. Sat. 448.
— & curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema. Sermonem rotatum, Turnebus hic interpretatur, Orationem converſione concluſam, atque comprehenſam ambitu: quod genus dicendi a Cicerone Verſum, ab Ariſtotele ϛρογγυλόν appellatur: quo genere loquendi contorta oratio eſt, ideoque brevior, quam ſponte naturæ fuſa.
Sol rotatus, i. e. In præceps datus. Prudent. Cathem. 11. 29.
Viri rotati. Valer. Flacc. 4. 181.

Rotātio, ōnis. f. Circum actio. Vitruv. 10. 8. Sine porrecto rotationis. Et in fine capitis, Per rotationem circini. V. Apul. Apol. p. 303. Elmenh.

Rotātus, ûs. m. Idem. Claudian. de Conſul. Mallii v. 77. Rapido cæli rotatu.
Præceps rotatus. Auſon. Moſella, v. 362.

Rotātor, ōris. m. Stat. 2. Silv. 7. 7. de Baccho,
Et tu, Baſſaridum rotator, Evan.

Rotātĭlis, e. Adj. Sidon. 2. Epiſt. 9. Inter rotatiles cataſtropharum gyros.

Rotabĭlis, e. Idem. Ammian. 23. 4. Agiliter rotabilis.

Rothomagus, i. m. [Ῥοθόμαγος] Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 8. Galliæ civitas ad Sequanam. Vulgo *Rouen*.

Rŏtundus, a, um. Adj. [ϛρογγύλος, σφαιρικὸς, περιφερὴς, κυκλικὸς, κυκλοτερὴς] dicitur quaſi collectum, & per omnem circuitum læve ſine offenſione aſperi anguli. Non. 1. 297. ex Cic. Plin. lib. 10. cap. 52. Aquatilium ova rotunda.
Dictum rotundum a Retundendo: quod omnis undique retuſa & veluti deformata ſit aſperitas. Habet enim quod rotundum eſt, unicam ſuperficiem, in qua nec principium notari poteſt, nec finis. Rotundum etiam a Radendo dici poteſt, quod circum raſum atque expolitum ſit.
Rotundum a rota dictum, teſte Nonio 1. 297. vel rota, a rotundo. Cui ſubſcribit Voſſ. q. V.
Quadratum & Rotundum valde contraria. Cic. 2. de Fin. 36.
Ambitus rotundus. Cic. de Univerſ. 23.
Baccæ rotundiores. Hor. Epod. 8. 53.
Cælum rotundum. Cic. 3. de Orat. 176.
Deus volubilis & rotundus. Cic. 2. de Nat. Deor. 46.
Figuræ rotundæ præſtantia & perfectio ſatis intelligitur ex Cic. de Univerſ. 25. & 2. de Nat. Deor. 47. Quid pulchrius, inquit, ea figura, quæ ſola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? Cumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος, Græce dicitur, his duabus formis contingit ſolis, ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, a medioque tantum abſit extremum, quantum idem a ſummo, quo nihil fieri poteſt aptius; hujus enim figuræ extremitas paribus a medio radiis attingitur. Hactenus Cicero. Unde perſuadent nobis philoſophi, cælum, ſtellas, elementa, mundum denique totum, rotunda atque globoſa eſſe figura formatum a Deo. Hinc factum eſt, ut quum aliquid egregium & plane perfectum ſignificare volumus, illud rotundum appellemus.
Forma rotunda ullam negat eſſe pulchriorem Plato. Cic. 1. de Nat. Deor. 24.
Lances rotundæ. Hor. 2. Serm. 4. 40.
Stellæ globoſæ & rotundæ. Cic. de Somn. Scip. 6.
Rotundum eleganter ad orationem tranſtulit primus Cicero, ut vult Nonius l. c.
Clauſulæ rotundæ. Quintil. lib. 8. cap. 5. Rotundas clauſulas intelligit, Intra quas ſententiæ clauduntur, cum ſequentibus non hærentes. Budæus.
Conſtructio verborum apta, & quaſi rotunda. Cic. de Clar. Orat. 272.
Diſtributio rotunda. Quintil. lib. 3. cap. 4. Celeri magis ac rotunda uſi diſtributione, quam vera.
Orator rotundus, per tranſlationem. Cic. in Orat. 40. Thucydides autem præfractior, nec ſatis, ut ita dicam, rotundus. i. e. Elegans & compoſitus: vel rotundam non habens ſententiarum & clauſularum elegantiam, qua integra clauſula integram ſententiam comprehendit.
Ore rotundo loqui. Hor. in Arte Poet. 323. i. e. inquit Parrhaſius, Perfecto, pleno, vel ſine offenſione & aſpiratione in ſe revolvente.
Rotundior. Compar. Celſ. 5. 28. Rotundiſſimus Superl. Idem 8. 1. & Plin. lib. 10. cap. 52. extr. de ovis, Exeunt a rotundiſſima ſui parte dum pariuntur.

Rŏtunda, proprium nomen templi ejus quod Numa Pompilius Veſtæ ſacravit. Feſtus, Rotundam, ædem Veſtæ Numa Pompilius rex Roman. conſecraſſe videtur, quod eandem eſſe terram, qua vita hominis ſuſtentaretur crediderit, eamque pilæ forma eſſe, ut ſui ſimili templo Dea coleretur. [Sed non videtur poſt hanc vocem diſtinguendum, nec dicit Appellaſſe rotundam, ſed Conſecraſſe. Hodie Romæ Sancta Maria rotunda dicitur Pantheon Agrippæ, Deiparæ virgini conſecratum.

Rotunde, Adv. [ϛρογγύλως] Cic. 5. de Finib. 7. Iſta ipſa, quæ tu breviter Regem, dictatorem, divitem, ſolum eſſe ſapientem, a te quidem apte ac rotunde, quippe habes enim a rhetoribus. i. e. Eleganter, Concinne, vel Collecte, ut ſit Nonius 2. 727.

Rotundŭla, æ. f. Idem quod Rotula. Apul. de Herb. cap. 13. His bene commixtis, facies exinde velut rotundulam. [i. e. Pilulam.

Rotundĭtas, ātis. f. [ἡ κυκλοτερὴς] Plin. lib. 9. cap. 30. Cornibus, quæ ſunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis. Ibidem cap. 36. Rotundius oris. Idem lib. 16. cap. 23. Folia in juventa circinatæ ſunt rotunditatis. Gloſſ. Gr. Lat. Στρογγυλότης, Rotunditas.

Rotundo, āre. [ϛρογγυλίζω. Gl. G. L.] Rotundum facere. Cic. de Univerſ. 31. Quumque ſimilem univerſi naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit. Vitruv. lib. 10. cap. 21. Id ad circinum rotundatur.
Caput rotundare, Rotundum habere, vel producere. Plin. lib. 20. cap. 18.
Rotundare, pro Complere, & perficere. Hor. 1. Epiſt. 6. 34.
Mille talenta rotundentur, totidem altera porro,
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret acervum.

Rotundātus, a, um. Partic. ut, Solis orbis rotundatus. Vellej. 2. 59. 6.
Hendecaſyllabi rotundati. Sidon. 8. Epiſt. 4.

Rotundatio, ōnis. f. Vitruv lib. 10. cap. 11. Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia ſpatia fient.

Rotundifŏlius, a, um. Adj. ut, Phlomides rotundifoliæ. Apul. de Herb. cap. 71.

R O X

Roxane, es. f. [Ῥωξάνη] Alexandri concubina, quæ quum prægnans eſſet ex defuncto rege, eamque præcipuis honoribus Macedones cumulaſſent, Statiram æmulam dolo ad ſe pertractam, una cum ſorore, occidi & in puteo obrui curavit. Auctor Plutarchus in Alexandro extr. V. Rhoxana.

Roxicum, i. n. [Ῥώξικον] Corſicæ inſulæ civitas. Ptolemæo lib. 3. cap. 2.

R R

RR. R duabus, inquit Feſtus, in compluribus orationibus, quum de actis diſſeritur, etiam præſcribi ſolet: id eſt, Rationum relatarum, quod iis tabulis docentur judices, quæ publice data atque accepta ſint.

R U B

Rubeas, Promontorium eſt in Ponto. Plin. lib. 4. cap. 13. Philemon Morimaruſam a Cimbris vocari, hoc eſt mortuum mare, uſque ad promontorium Rubeam: ultra deinde Cronium.

Rubedo, Rubefacio, Rubellianus, Rubellulus, Rubellus, Rubens, V. Rubeus.

Rubensis, e. Adj. ut, Rubenſis lacus in Narbonenſi provincia, quem præterlabitur Atax. Plin. lib. 3. cap. 4. Flumen Atax e Pyrenæo Rubenſem permeans lacum.

Rubes, quod huc tranſponi debuit, V. ante Rubeus.

Rŭbēta, æ. f. [Φρῦνος] Plin. lib. 8. cap. 31. Ranæ quoque rubetæ, quarum & in terra & in humore vita, plurimis refertæ medicaminibus. Idem lib. 32. cap. 5. Sunt quæ in vepribus tantum vivunt, ob id rubetarum nomine, ut diximus, quas Græci phrynos vocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores. Juven. 1. Sat. 70. — quæ molle Calenum
Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.
Rana rubeta. Plin. 25. 10. Auxiliantur contra ranam rubetam. Propert. lib. 3. 6. 27. [Videtur a Rubo dicta. In Gloſſ. Cyrill. tamen Φρῦνος, Rubeta, Rana rubra. quaſi ſcil. a Rubro colore.

Rubetum, V. Rubus.

Rŭber, bra, brum. Adj. [ἐρυθρὸς, φοινικοῦς, πυῤῥὸς, ἐρυθραῖος] Idem quod Rubeus, ſed magis in uſu eſt Ruber. Martial. lib. 1. 56.
Flavaque de rubro ponere mella cado. [Gloſſ. Lat. Gr. Rubrum, Ἐρυθρὸν, Ξανθόν.
Æquor rubrum. Virg. 3. Georg. 359.
Aurora rubra. Propert. lib. 3. 13. 16.
Flamma rubra. Ovid. 11. Met. 368.
Humor ruber occupat ora. Lucret. lib. 4. 1044.
Sanguis ruber. Hor. 3. Carm. 13. 7.
Ruber crine. Martial. lib. 12. 54.
Hunc dico rubrum, brevem, incurvum, canum, ſubcriſpum, cæſium. Auctor ad Herenn. lib. 4. 64.
Deus ruber hortorum, Priapus. Ovid. 1. Faſt. 415.
Mare Rubrum. Plin. lib. 6. cap. 23 ad finem, Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere noſtri. Græci Erythræum, a rege Erythra, aut (ut alii) ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab arena terraque: alii tali aquæ ipſius natura. Cic. 1. de Nat. Deor. 97. V. Erythræus.
Compar. Plin. lib. 10. cap. 63. Colorem illico mutant rubriore pilo.
Superl. ut, Uva ruberrima. Scribon. Larg. Compoſ. 249.

Rŭbor, m. Idem quod Ruber. Solinus cap. 53. Colores duo ſunt, quos fingere non valet, rubrus & candidus: ceteros facile mentitur. De chamæleonte. [Gl. Gr. Lat. Ἐρυθρὸς, ἰχθὺς, Rubrus. Ibid. Ἐρυθρὸς. Rubra.

Rŭbeus, a, um. Adj. [ἐρυθρὸς] Rubeus & Rufus generalia nomina ſunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent. Etenim ſanguineus, roſeus, aureus, oſtrinus, fulvus, flavus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, ſpadicus, rubri ſeu rufi coloris ſunt, aut acuentes eum, quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes. Hactenus Perottus ex Gell. lib. 2. cap. 26. Negant tamen quidam Latinam eſſe dictionem, Rubeum. Inter quos ſic Hermolaus in Plinium lib. 9. cap. 38. Rubens color nigricante deterior. Non Rubeus. Prætériſſem, inquit idem, hoc ut leve, niſi in omnibus codicibus inoleviſſet: vulgoque imperiti barbariem ſuam in eo verbo tueri laborarent. Hactenus Hermolaus. Columel. lib. 6. cap. 1. Colore rubeo, vel fuſco. Ubi alii tamen legunt Rubro. Nam in eodem capite legitur, Umbria vaſtos & albos, eademque rubros. Gellius loco ſupra adducto, Rufus enim color & ruber nihil a vocabulo rubei differunt. Firmic. lib. 4. cap. 10. Rubeis capillis, oculis ſanguinolentis. Gloſſ. Lat. Gr. Rubeus, Ἐρυθρός.
De alia ſignific. V. in Rubus, & Rubor.

Rubellus, a, um. Adj. [ὑπέρυθρος] dimin. a Ruber, bra, brum. Rubellum vinum, Vinum ſubrubens. Martial. lib. 1. 104.
Et Vejentani bibitur fæx craſſa rubelli.
Vites rubellæ, & Vineæ rubellæ appellatæ ſunt, quarum materia rubra ſit. Plin. lib. 14. cap. 2. Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellavere vineas.

Rubellŭlus, a, um. Adj. aliud dimin. ut, Umbilicus rubellulus. Mart. Capell. 5. p. 187.

Rubelliānus, a, um. Adj. ut, Rubellianæ vites. Columel. lib. 3. cap. 2. Sed earum quoque feracior eſt minor, cujus & folium parcius ſcinditur, & materia non ita rubet, ut Amineis: a quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rubellio, ōnis. m. [ἐρυθρῖνος] Piſcis. Plin. lib. 32 cap. 10. conf. Rubrus. Item f. Rubigo. Gloſſ. Lat. Gr. Rubellio, Ἐρυσίβη. ἡ ἰὸς σιδήρου.

Rubor, ōris. m. [ἐρύθημα. Gloſſ. Græc. Lat.] Color rubens, qui & Rubedo dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. In malis maxime oſtenditur rubor. Idem lib. 2. cap. 18. Ardentior in ruborem.
Dilutus rubor, Debilis, & velut aqua permiſtus parum intenſus atque ardens. Plin. lib. 22. cap. 22. & cap. 23. Tutiſſimi, qui rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti.

Igneus

Igneus rubor. Lucan. lib. 5. 214.
Miſtus candore. V. MISCEO.
Tyrii ruboren, Purpura. Virg. 3. Georg. 307.
Virgineus rubor, pro Pudore. Virg. 1. Georg. 430.
Acuere ruborem. V. ACUO.
Conſcius ſecreta rubor, Pudor. Claud. de Nupt. Honor. & Mar. 9.
Conſequitur pudorem rubor. Cic. 4. Tuſc. 19.
Ejectus rubor attriti de fronte. Juven. 13. Sat. 240.
Incanduit ore rubor. Claud. de Nupt. Honor. & Mar. 8.
Notavit ſubitus rubor ora. Ovid. 6. Met. 46.
Præſtet ingenuitatem & ruborem ſuum, verborum turpitudine, & rerum obſcœnitate vitanda. Cic. 2. de Orat. 248.
Traxerunt pectora tenuem percuſſa ruborem. Ovid. 3. Met. 482.
RUBEDO, inis. f. Firmic. lib. 2. cap. 12. Leo ſignificat colorem croceum, atque ad rubedinem declinantem. V. Voſſ. de vit. Serm. p. 602.
RUBEO, [ἐρυθραίνω, ἐρυθραίνομαι] ēre. Rubrum eſſe. Gell. lib. 2. cap. 26. Sed quum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocus. Virg. 2. Georg. 430.
Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis.
Facies rubet igne ſacri veneni. Stat. 9. Theb. 748.
Prata ante novis rubeant quam coloribus. Virg. 4. Georg. 306.
Terra rubet ſanguine. Ovid. 2. Faſt. 212.
Rubere, Pudore ſuffundi. Cic. 15. Att. 4. Rubeo, mihi crede: ſed jam ſcripſeram, delere nolui. Idem 4. Verr. 187. Hærere homo, adverſari, rubere. [Gloſſ. Lat. Gr. Rubet, Ἐρυθριᾷ.
RUBENS, entis. Partic. [ἐρυθριῶν] ut, Dulce rubens. Stat. 4. Theb. 224.
— ſublimis agebat
Dulce rubens, viridique genus ſpectabilis ævo.
Color rubens. Plin. lib. 9. cap. 36.
Hiacynthus ſuave rubens. Virg. 3. Ecl. 63.
Ferrum rubens igne. Ovid. 12. Met. 277.
Nupta rubens dulci probitate. Stat. 1. Silv. 2. 12.
Vina rubentia. Ovid. 5. Faſt. 512.
Zona ſemper ſole corruſco rubens. Virg. 1. Georg. 234.
RUBESCO, [ἐρυθραίνομαι] ēre. Rubrum fieri. Plin. lib. 9. cap. 35. Miror ipſo tantum eas cœlo gaudere, ſole rubeſcere, coloremque perdere ut corpus humanum.
Aurora rubeſcebat. Virg. 3. Æn. 521.
Mare radiis rubeſcit. Virg. 7. Æn. 25.
Mundus rubeſcit. Ovid. 2. Met. 116.
Tum pater, ut terras mundumque rubeſcere vidit.
RUBEFACIO, fēci, factum, [ἐρεύθω, ἐρυθραίνω] ēre. Ruborem afferre. Sil. lib. 16. 137.
Vixque Atlantiadum rubefecerat ora ſororum.
Setas rubefecit ſanguine. Ovid. 9. Met. 383.
RUBEFACTUS, a, um. Partic. [ἐρυθρωθείς] Ovid. 13. Met. 394.
Expulit ipſe cruor, rubefactaque ſanguine tellus.
RUBICUNDUS, a, um. Adj. [ἐρυθρίας, ἐρυθρός] Rubore plenus, ſive Abunde rubens. In quo alternitatis cauſa, ut ait Priſcianus, c loco b ponitur, ne ſit abſonum, ſi Rubibundus dicatur. Ter. Hec. 3. 4. 26.
Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Martial. lib. 14. 114.
— Cumano rubicundam pulvere teſtam.
Cornua rubicunda. Hor. 1. Epiſt. 17. 8.
Conjux rubicunda Umbri mariti. Ovid. 3. de Arte Am. 303.
Compar. Varr. 2. de R. R. cap. 8. Hinnus qui appellatur, ex equo & aſina, minor eſt, quam mulus corpore, plerumque rubicundior.
RUBICUNDULUS, a, um. Adj. dimin. Juven. 6. Sat. 425.
— tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum ſitiens.
RUBIDUS, a, um. Adj. [ἐρυθρόμελαν] Quod eſt colore ruſo atrore multo miſtum. Plaut. Stich. 2. 1. 77.
Rubiginoſam ſtrigilem, ampullamque rubidam.
Panis rubidus, Scaber, atque aſper: unde a ſcabritia, panis ſecundo coctus, rubidus vocatur, qui & a nautarum uſu, nauticus appellatur. Plautus, Exiguam buccellam rubidi panis. Feſtus, Rubidus apud Plaut. Caſ. 2. 5. 2. Panis vocatur parum coctus.
Rubidæ dicuntur etiam Scorteæ ampullæ & rugoſæ. Feſtus.
RUBRANS, antis. Partic. a Rubro, are. Rubens, rubeum. Alcim. Avit. 5. 525. Rubranti profundo.
RUBRICUS, a, um. Adj. ut, Amurcam rubricam diluere. Columel. 5. 10 Emendati codd. legunt, Rubricam amurca.
Terra rubrica. Idem 2. 10. Eaſdem amat terram, & rubricam præcipue. [Poteſt eſſe Subſtantivum per appoſitionem.
RUBRICA, æ. f. pr. comm. [μίλτος] Terra rubentis coloris, & minio proxima. Plin. lib. 35. cap. 6. Ex reliquis rubricæ generibus fabris utiliſſima Ægyptia & Africana: quoniam maxime ſorbentur. Pictoris autem apta naſcitur & in ferrariis metallis. [Gloſſ. Græc. Lat. μίλτος, Rubrica. At Lat. Græc. Rubrica, μίλτωμα. An μιλτίον;
Fabrilis rubrica. Dioſcorid. lib. 5. cap. 71.
Sinopica rubrica. Dioſcorides ibid.
Delibutus rubrica. Auctor ad Herenn. lib. 3. 37.
Notare rubrica. Columel. lib. de Arboribus, cap. 17. ad finem, Omnes arbuſculas, prius quam transferas, rubrica notare convenit: ut quum ſerentur, eaſdem cœli partes aſpiciant, quas etiam in ſeminario conſpexerant.
Rubrica, pro Jure civili & publico, ab eo quod capita legum rubrica eſſent inſignita. Perſ. 5. Sat. 90.
— vivere tolle,
Vindicta poſtquam meus a Prætore receſſi,
Cur mihi non liceat juſſit quodcunque voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetavit? Quod de Jureconſulto Maſurio Sabino eſt intelligendum. Etſi enim Juriſconſultorum officium conſumebatur potiſſimum in jure civili & privato enucleando, tamen iidem jus publicum in legum ſanctionibus poſitum explicabant, quod Rubricæ nomine hic intelligendum videtur eſſe. Nam quamvis Juriſconſulti hodie ob miniatam capita juris, Rubricas in ore habeant in quocunque jure, tam privato quam publico, tamen veteres in publico legitimoque Rubricas poſuiſſe videntur, ut majeſtas legibus accreſceret, capitibus earum ſinopide aut cinabari notatis, & ſanguineum quiddam, & cruentum fortaſſe etiam minantibus. Itaque a Prudentio in Symmach. 2. 461. ſcriptum eſt,
— dicant cur condita ſit lex
Bis ſex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos? Quintilianus quoque, non de Jure Prætorio, ſed de Duodecim tabulis Rubricas intelligit, non tamen tantum ubi criminibus minantur pœnas, cum credibile ſit omnia earum capita minio picta fuiſſe. Verba Fabii ſunt 12. 3. Quorum alii ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt, ac formularii, ac (ut Cicero ait) leguleji eſſe maluerunt. Ecce hic Album pro Jure Prætorio dixit, Rubricas pro Jure civili, quod Duodecim tabulis continebatur: ut & formularios ad prætorias retulit formulas: leguleios ad duodecim tabularum leges. Ex Turnebo.
RUBRICĒTA, æ. f. [ἀνθίνιον] Color quo mulieres ad emendandum faciei ruborem utuntur. Plaut. Truc. 2. 2. 39.
Buccas rubriceta omnes corpus intinxit tibi. Purpuriſſum etiam dicitur. unde idem Plaut. Truc. 2. 2. 35. Buccas purpuriſſatas vocat, Rubriceta intinctas. Al. Rubricæ cere omne &c.
RUBRICŌSUS, a, um. Adj. [μιλτώδης] ut, Terra rubricoſa, h. e. Rubra & rubrica veluti conſperſa, aut rubris arenulis, ut differat ab aliis, hoc eſt, pulla, &c. Plin. lib. 18. cap. 17. In ſolo autem rubricoſo lupinum. Columel. lib. 4. cap. 33. Spiſſum ſolum & rubricoſum reformidat.
RUBRICO, āre. Rubrica tangere. Claudiano tribuit Paſſeratius.
RUBRICĀTUS, a, um. Partic. ut, Herba rubricata. Marc. Empir. cap. 33. Libri rubricati, i. e. Quorum capita & tituli ſunt minio notati. Petron. Fragm. Tragur. p. 18. V. Not. Scheff. p. 106.
RŪBI, orum. [Ῥοῦβαι, ſeu Βαῖτοι] tantum pluraliter, Oppidum Campaniæ, a ruborum frequentia, ſeu a colore ruboris. Hor. 1. Serm. 5. 94.
RUBEUS, a, um. Adj. ut, Vimina Rubea, pro Fiſcellis quæ inde afferebantur. Virg. 1. Georg. 266.
Nunc facilis Rubea texatur fiſcina virga. V. ibi Servium.
RUBIA, æ. f. [ἐρυθρόδανον, ἐρεύθεδανον] Herba. Plin. lib. 24. cap. 11. Erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelleſque perficiuntur: in medicina urinam ciet. Vulgus pharmacopolarum *rubeam majorem*, *& rubeam tinctorum* vocant.
RŬBICŌN, ōnis. m. [Ῥουβίκων] Fluvius Galliam citeriorem a reliqua diſterminans Italia, cujus multa mentio eſt apud Plutarchum in vita Pompeji & Cæſaris. Sueton. in Cæſ. cap. 31. Conſecutuſque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paulum conſtitit. Volaterranus lib. 6. Geograph. de hoc flumine hæc habet, Rubicon ipſe nunc Piſitella, parvus quidem amnis, ſed memorabilis, quod terminus Gallorum ac Romanæ provinciæ fuerit. Blondus in Italia illuſtrata, Sequitur magni quondam nominis torrens perexiguus Rubicon, Ciſalpinæ Galliæ & Italiæ olim diſterminare ſolitus: Piſatellum nunc qui ſub Flaminia via, Ruconem qui ſupra accolunt, vocant: fuitque olim ſtante & integra Republica Romana, lege prohibitum, ne quiſpiam armatus illum injuſſo magiſtratuum tranſgrederetur. Eaque lex loco mota, in quo ab initio fuit poſita, marmore litteris inciſa elegantiſſimis, etiam nunc viſitur. Sabellicus in Suetonium, Rubiconem hodie corrupto nomine Ruconem accolæ appellant. Priuſquam ad mare ſit ventum, proximo amniculo inſinuatus, aquis & nomine confuſis, in Adriam inter Ariminum & Ravennam evolvitur. Sulpicius in Lucan. Ultima Italiæ urbs Ariminum erat: prima Galliæ, Ravenna. Ejus legis ſeu edicti, cujus meminit Blondus, verba, tum ex ipſo Blondo, tum ex Volaterrano, tum ex Petro Crinito lib. 12. cap. 5. de Hon. Diſcip. ſic collegimus; Juſſu mandatuve pop. Rom. Conſul, Imperator, Tribune, miles, tiro, commilito, armate, quiſquis es, manipularie, Centurio, turmarie, legionarie, hic ſiſtito: vexillum ſinito: arma deponito: nec citra hunc amnem Rubiconem, ſigna, arma, exercitum, commeatumve traducito. Si quis hujuſce juſſionis ergo adverſus præcepta ierit feceritve, adjudicatus eſto hoſtis populi Rom. ac ſi contra patriam arma tulerit, penateſque e ſacris penetrabilibus aſportaverit. S. P. Q. R. SANCTIO PLEBISCITI S. V. C. hoc eſt, Senatuſve conſulti.
De Rubiconis ortu & nomine ſic ait Merula in Galliæ Ciſalpinæ antiquitatibus: Rubicon non procul a Sarſina, Plauti patria, fontes habet: vocaturque hac ætate a circumvicinis populis materno idiomate altius Rugum, paulo inferius Rugozum, non procul a ſinu, in quem influit, Adriatico, Piſciatellum ingreditur per duo millia juxta Ciſennam. Non eſt audiendus Vibius Sequeſter, qui Rubiconem putat eum eſſe fluvium, qui Varus appellatur inter Avenionem & Niceam in extremis Liguriæ finibus. Hæc Merula.
Undæ Rubiconis. Lucan. lib. 7. 254.
Amœni Rubiconis incola. Claud. ad Gennadium, 2.
Parvus Rubicon. Lucan. lib. 1. 185.
Puniceus. Lucan. lib. 1. 213. Putat Sidonius Rubiconem a rubro arenarum colore, ſeu puniceo, nomen habere.
RUBICUNDUS, RUBINUS. V. ROBUS.
RUBĪGO, inis. f. pr. comm. [ἰός] in metallis ſitu quodam contrahitur, arida & rubra, metallum paulatim abſumens, qualem in ferro videmus. Dicta a colore, nam veteres Robum, rubrum dicebant.
Dicit tanquam ſcribens Robigo. Vide ROBIGO. H. St. V. & ROBUS, Adj.
Adorandæ rubiginis pocula, Antiqua. Juven. 13. Sat. 148.
Nigræ robiginis morſu ſcabri enſes. Lucan. lib. 1. 243.
Putris. Stat. 3. Theb. 582.
Salſa. Virg. 2. Georg. 220.
Squalida. Catull. Argon. 62. 42.
Deterſa. Sil. lib. 4. 12.
Exeſa inveniet ſcabra rubigine tela. Virg. 1. Georg. 495.
Obducere rubiginem. Plin. lib. 17. cap. 4. Ferroque omnis rubiginem obducit.
Dicitur & de aliis, ut, Dentium rubigo. Ovid. 2. Met. 776.
Ingenium rubigine læſum. Ovid. 5. Triſt. 12. 21.
Numen rubigine tangere. Catull. 69. 151.
Rubigo, [ἐρυσίβη] idem quod Robigo ſignificat, eſtque vitium in ſegetibus. V. ROBIGO. Plin. lib. 18. cap. 17. Rubigo quidem, maxima ſegetum peſtis, lauri ramis in arvo defixis, tranſit in earum folia ex arvis. Rubigo vel Ærugo in ſegetibus, inquit Budæus, eſt quam *meylliam* noſtrates agricolæ vocant. Spicæ enim marcidæ fiunt hoc vitio, & in pulverem fœtidum conſriatiles.

Sterilem

Sterileſ rubiginem non ſentiet ſeges. Hor. 3. Carm. 23. 7.
RUBIGO Dea. & RUBIGALIA. V. ROBIGO.
RUBELLIO, ōnis. f. Idem quod Rubigo, V. RUBER.
RUBĪGĬNŌSUS, a, um. Adj. [ἰώδης] Plenum rubigine. Plaut. Stich. 2. 3. 77. Rubiginoſam ſtrigilem.
Rubiginoſi dentes. Martial. lib. 5. 29.
RUBIGĬNO, [ἰοῦμαι] āre. Rubiginem contrahere. Paſſ. Apulejus lib 3. Florid. p. 357. Elmenh. Profecto ut gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur, ita vox in vagina ſilentii condita, diutino torpore hebetatur.
RUBOR, RUBRANS, V. RUBER.
RUBRIANUS, V. RUBRIUS.
RUBRICA, RUBRICATUS, V. in RUBER.
RUBRICATUM, i. n. [Ῥουβρίκατον] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis fluvius. Plin. 3. 3. Vulgo *Lobregat*.
RUBRICATA, RUBRICO, RUBRICOSUS, RUBRICUS, V. RUBER.
RŬBUS, i. m. vel f. [βάτος] Sentis genus. Columel. lib. 11. cap. 3. de ſepibus hortorum, Ea ſemina ſint vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubi & paliuri, & ejus, quam Græci vocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus. Horum autem ruborum ſemina quam maturiſſima legi oportet. Ibidem in femin. gen. Alternis ordinibus ferulas, alteros rubos in hortis conſitas habere. Ex Gell. lib. 19. cap. 12. Videt forte vicinum rubos late atque alte obortas excidentem. [At Gloſſ. Græc. Lat. Βάτος, Hic Rubus, Ruſcus. V. & RUSCUS.
Acuta rubus. V. Acutus, in ACUO.
Aſper rubus. Virg. 3. Ecl. 89.
Duri rubi. Ovid. 4. de Pont 4. 4.
Horrentes rubi. Virg. 3. Georg. 315.
Mordax rubus. Ovid. de Medic. faciei, 4.
Punicei rubi. Propert. lib. 3. 13. 28. i. e. Mori ſilveſtres.
Caninus rubus. Palladius lib. 1. cap. 34. Columella cynosbaton vocat, & ſentem canis. *Eſglantier*. V. ſupra.
Idæus rubus, ab Ida monte Phrygio. Dioſcorid. lib. 4. cap. 34. & Plin. lib. 24. cap. 14. *Un framboiſier*.
RUBEUS, a, um. Adj. Spinoſus. ut, Virga rubea. Virg. 1. Georg. 266. a Rubo, frutice, vel potius a Rubis oppido Campaniæ, ut putat Servius. V. ſupra in RUBI.
RUBĒTUM, i. n. [βατών] Locus in quo rubi ſunt. ut,
Dura rubeta. Ovid. 1. Met. 105.

R U C

RUCTAMEN, RUCTATOR, RUCTATUS, RUCTITO, RUCTO, RUCTOR, RUCTUOSUS, V. RUCTUS.
RUCTUS, ûs. m. [ἐρυγή] Cibi vel potus in ſtomacho male concocti ventoſa per os efflatio. Cic. 9. Fam. 22. Stoici crepitus ajunt æque liberos ac ructus eſſe oportere. Celſ. lib. 4. cap. 5. ad finem, Sed ſi concoxit intus cibus, aut computruit (quorum utrumlibet ructus oſtendit) ejiciendus eſt. Plin. lib. 20. cap. 18. Anethum quoque ructus movet, & tormina ſedat. [Gloſſ. Lat. Gr. Ructeus, Ἐρυγή. Scribe Ructus.
Ructus Nonio 2. 733. a Ructando dictus. Plaut. Pſeud. 5. 1. 9.
Quid lubet? pergin' ructare in os mihi, ſi ſuavis ructus mihi eſt, ſic ſine modo. Lucilius Satiris, Exhalas tum acidos ex pectore ructus.
[Rectius Voſſ. ab antiquo verbo Erugo q. V.
Crebri ructus, cruditatis indicium. Columel. lib. 6. cap. 6.
Ructu gravis herba. h. e. Gravem odorem ipſo ructu ori referens, quale eſt allium. Plin. lib. 24. cap. 15.
RUCTUŌSUS, a, um. Adj. [ἐρευγματώδης] ut, Spiritus ructuoſi. Quintil. lib. 4. cap. 2. Ipſum offendunt temulento ſopore profligatum, totis præcordiis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare.
RUCTO, [ἐρεύγομαι] āre. Ructus emittere. Plaut. Pſeud 5. 1. 9. Pergin' ructare in os mihi? Cic. 12. Fam. 25. Quem ego, ructantem & nauſeantem, conjeci in Cæſaris Octaviani plagas. Juven. 3. Sat. 108.
— laudare paratus,
Si bene ructavit, ſi rectum minxit amicus.
Cui ructare turpe eſſet, is vomuit. Cic. 2. Philipp. 63.
Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis, tanquam opimos boves. Cic. 5. Tuſc 100.
RUCTOR, [ἐρυγγάνομαι] āri. Depon. Idem ſignificat.
Aves ructari. Varr. 3. de R. R. cap. 2.
Verſus ructari. Tranſlate dixit Hor. in Arte Poet. 457.
RUCTĀTUS, a, um. Partic. [ἐξερευχθείς] ut, Ructati cruores, Eructati. Sil. lib. 15. 412.
Permiſcetque mero ructatos ore cruores.
RUCTĀTOR, ōris. m. [ἐρευκτής] & RUCTĀTRIX, īcis. f. Ructatrix herba, Quæ ructus inducit. Martial. lib. 10. cap. 48.
Nec deeſt ructatrix menta, nec herba ſalax.
RUCTĀMEN, inis. n. Prudent. Hamartig. v. 466.
Carnis & immundicæ ſparco ructamine crudos.
RUCTĬTO, [ἀνερεύγομαι] āre. frequent. Columel. lib. 6. cap. 6. de bove ægrotante ſic inquit, Gemitus exprimit, loco que ſtare non patitur, ſæpe decumbere & ructitare cœpit, caudamque crebrius agere. Locus corruptus eſt, legi autem debet, Sæpe decumbere, & agitare caput, caudamque, &c.
RUCTUOSUS, V. RUCTUS.

R U D

RUDENS, entis. V. RUDO.
RUDERA, RUDERO, RUDETUM. V. RUDUS.
RŪDIÆ, ārum. f. [Ῥωδίαι] vetus Apuliæ oppidum, Ennii patria. Pomponius Mela lib. 2. 4. Poſt Barium (inquit) Egnatia, & Ennio cive nobiles Rudiæ. conf. Plin. lib. 3. cap. 11. [Stephano Rhodæ, Ῥοδαί, niſi error eſt. Straboni tamen etiam incolæ Rhodæi, Ῥοδαῖοι. V. ſuo ordine. V. & Alex. ab Alex. lib. 1. cap ult Dier. gen. Hodie non exſtant.
RUDIUS, a, um. Adj. Hominem Rudium, Cic. pro Arch. 22. Ennium vocat.
RUDINUS, a, um. Adj. Idem. Auſon Idyll. 12.
Unde Rudinus air divûm domus altiſonum cæl.
RŪDIARIUS, V. RUDIS, ſubſtantivum.
RUDIMENTUM, V. RUDIS, adject.

RŪDIS, is. f. [ῥάβδος, σπάθη] Virga impolita dicitur. Cato de R. R. cap. 104. Hæc rude miſceto ter in die, dies quinque continuos.
Rudibus ſolitus pugnam gladiatores, teſtis eſt Lampridius, quum ait, Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores pugnaſſe. [Habentur cap. 5. Quum autem ſubjungit, Lucentibus aliquando mucronibus, eo ipſo docet, non gladiatoria hæc arma, neque pugnæ arenali apta fuiſſe, verum novitiorum, tironumque hujus diſciplinæ exercitationi deſtinata, præciſo etiam ligneo mucrone. Unde & magiſtri, ſeu Laniſtæ proprie dicti, itemque emeriti & miſſione donati gladiatoris inſigna fuit. Gloſſ. Lat. Gr. Rodes, ῥάβδος [illegible], & rurſus Radis ῥάβδος, ἡ τῶν [illegible]. Unde apparet & Rudes in Recto ſing. veteres dixiſſe. Cæterum miror Dionem, qui eadem de Commodo referens, quæ ſupra ex Spartiano allata ſunt, ξίφος [illegible] interpretatur. De rude plura Lipſ. Saturn. 1. 15. & 2. 23. & ex eodem aliiſque Lex. Pitiſc. & Voſſ. Etym.
Accipere rudem, pro Dimitti a munere; Rude donari, pro Dimittere, apud idoneos auctores obvia ſunt. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores, quibus permiſſum erat a gladiatorio munere ceſſare, Rude donati dicebantur. Ea ceſſatio dabatur virgâ, quam rudem appellabant: unde hoc modo dimiſſi, Rudiarii vocabantur. Cic. 2. Philipp. 74. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti? [Non niſi tamen de Emeritis ſem dicitur.
Compellere ad rudem. Cic. ad Octav. Veteres vulneribus & ætate confectos Julianos gladiatores, egentes, reliquias Cæſaris ludi, ad rudem compuliſſet? quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli parceret, ſibi viveret. i. e. Certare facere.
Donatus rude. Hor. 1. Epiſt. 1. 2.
Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris,
Mæcenas, iterum me antiquo includere ludo. Item Juven. 7. Sat. 171.
Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra movebunt
Conſilia.
Meruit rudem. Martial. lib. 3. 36. in Fabianum,
Hoc merui, Fabiane, toga, tritaque, meaque,
Ut nondum credes me meruiſſe rudem. h. e. Miſſionem, vel ceſſationem ab officio præſtando & ſalutationibus. Domitius ſic exponit: Putas me non meruiſſe rudem, i. e. Ut me eſſe ſine officio: Gladiatores enim ætate ingraveſcente donabantur rude: qua rude accepta non cogebantur amplius pugnare, ſed publica alebantur pecunia.
Tuta rudis. Ovid. 2. Amor. 9. 22.
Feſſus in acceptos miles deducitur agros:
Tutaque depoſito poſcitur enſe rudis.
RŪDĬCŬLA, æ. f. dimin. [ῥαβδίον] Parva virga impolita ad multa utilis, potiſſimum autem ad movenda & agitanda ea, quæ ſuper igne decoquuntur: vulgus noſtrum *ſpatulam* vocat. Cato cap. 9. de R. R. Convolvulus in vinea ne ſiet, amurcam, igni leni coquito, rudicula agitato crebro, uſquedeo, dum fiat tam craſſa quam mel. Plin. lib 29. cap. 3. Non eſt opus in hoc uſu lanas rudiculis eſſe versatas. Sed hic locus aliter nunc legitur. Columel. lib. 12. cap. 46. [Onomaſt. vet Rudicula, Σπάθη.
RUDIĀRIUS, i. m. [ἄφετος] Rudiarii gladiatores dicti ſunt, qui impetrarant miſſionem artis ſuæ, donati rude. Sueton. in Tiber. cap. 7. Rudiariis quoque quibuſdam revocatis auctoramento centum millium.
Rudiarius, Qui ſaga rudia & nova polit, ut ait Hermol. ex Feſto in Rodus.
Rudiarius, Qui ruderatium cribrum facit, & rodiora linteamina.
RŬDIS, e. Adj. [ἄπειρος, ἀδαής, ἀμαθής, ἀδίδακτος, ἀγροῖκος] Imperitus, indoctus, inſcius, ignarus; a Radere, derivatur. V. Voſſ. Etymol. Cic. pro Flacc. 16. Quum in theatro homines imperiti, homines rerum omnium rudes, ignarique conſederent.
Rudis ad, ut
Ad bella rudis. Liv. 24. 48. Ovid. 3. de Pont. 7. 18.
Ad mala jampridem non ſumus ulla rudes.
Ad ſeditiones rudis. Liv. 28. 25.
Rudis in. Cic. 1. de Orat. 40. Quum tu adoleſcentulus perpuliſſi, ignarum legum, hæſitantem in majorum inſtitutis, rudem in jure civili.
In re nulla orator tiro ac rudis, nec peregrinus atque hoſpes eſſe debet. Cic. 1. de Orat. 18.
Rudes, & omnium ignari. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Artem rudes homines. Liv. 1. 7.
Artium bonarum rudis. Tacit. 1. Ann. 3.
Belli rudis, Inexpertus armorum. Hor. 2. Epiſt. 2. 47.
Conjugii rudis juvenca. Ovid. 4. Faſt 336.
Exemplorum rudis. Cic. pro Corn. Balb. 47. Dicat ſe non Imperitum fœderis, non rudem exemplorum, aut ignarum belli fuiſſe.
Litterarum Græcarum rudes. Cic. 1. Off. 1.
Operum rudes juvenci. Ovid. 1. Faſt 83.
Provinciæ rudis & tiro. Cic. 4. Verr. 17. Nolebat in agendo diſcere, tametſi non provinciæ rudis erat & tiro.
Rerum rudis. Valer. 1. Argon. 771.
Rerum omnium rudis. Cic. 1. Tuſc. 57.
Rei militaris rudis. Cic. 4. Acad. 2. Quum eſſet Roma profectus rei militaris rudis.
Dicendi rudis. Tacit. 1. Ann. 89.
Tractandi rudis militares animos. Curt. lib. 4. 1. 17. h. e. Imperitus.
Rudis, cum ad animum transfertur, Rudes illi dicuntur, qui adhuc animum non expolivere diſciplinis & doctrina, rerumque uſu. Plin. lib. 2. cap. 7. Sedere cœpit ſententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude, in eam curſu vadit. Feſtus, Hominem imperfectum rudem dicimus.
Anni rudes. Claud. 3. Conſ. Hon 85.
Campus rudis. V. CAMPUS.
Capilli rudes, Non compti. Senec. Hippol. 3.
Carmen rude, Inemendatum. Ovid 1. Triſt. 7. 22.
Diſcipulum me rudem atque integrum accipe. Cic. 3. de Nat. Deor. 7.
Epicurus hebes ac rudis. Cic. 2. de Divin. 103.
Forma ingenii admodum impolita & plane rudis. Cic. de Clar. Orat. 293.
Genus hominum rude, hebes & impolitum. Cic. 2. de Orat. 133.
Ingenium rude, Nullis ſtudiis excultum. Hor. de Arte Poet. 410.
Lanæ rudes. Ovid. 2. de Arte Am. i. e. Impolitæ.
Materia rudis, Chaos informe. Lucan. lib. 2. 8.
Moles rudis indigeſtaque. Ovid. 1. Met. 7.

Pectus. Ovid. 4. Epiſt. 23.
Pupuli. Ovid. 1. Faſt. 38.
Puer rudis ignoto amore tactus. Ovid. 2. Amor. 1. 6.
Sermo rudis. Cic. 1. de Orat. 32. Quid eſſe poteſt in otio aut jucundius, aut magis proprium humanitatis, quam ſermo facetus ac nulla in re rudis?
Simplicitas. Ovid. 3. de Arte Am. 113.
Vetuſtas. Ovid 1. Faſt. 131.
Vulgus. Ovid. 8. Faſt. 898.
Rudis, pro Ruſtico. Juven. 11. Sat. 143.

Tunc rudis, & Grajas mirari neſcius artes. Budæus.

Superl. Ammian. 26. 6. In rabido corde rudiſſimus.

RUDITAS, ātis. f. [ἀμαθία, ἀπαιδευσία] Imperitia, & obtuſitas ingenii. Perottus.
Litteratoris ruditatem eximere. Apul. 4. Florid. p. 363. Elmenh.
Utitur Pontanus 400. 401. H. St. Exemplum Apuleji deſiderabatur in Lugd.

RŬDĬMENTUM, i. n. [πρωτομάθημα] Principium ſive prima diſciplina quæ rudibus datur: quod & tirocinium appellatur. [Gloſſ. Lat. Gr. Rudimentum, Ἰδιωτεία, πρωτομάθεια.
Clara rudimenta primæ militiæ. Stat. 5. Silv. 2. 9.
Dura rudimenta. Virg. 11. Æn. 157. Difficilia.
Turpe rudimentum. Ovid. 5. Epiſt. 97.
Dicendi rudimenta. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Lucis rudimentum, pro Initio vitæ, apud Plin. lib. 7. in proœm.
Militiæ rudimentis imbutus cum aliquo actæ. Paterc. lib. 2. ſub finem.
Regni puerilis rudimentum. Liv. 1. 3.
Virtutis rudimenta & incunabula. Cic. in Salluſt. 8. An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis?
Deponere rudimenta tirocinii ſub aliquo. Juſtinus lib. 9. pr. Ut ſub militia patris tirocinii rudimenta deponeret.
Ponere rudimentum, Idem. Cic. in Salluſt. 2. Verum eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum, ſed ita ingreſſus eſt, ut neque ab alio vinci poſſit, &c.

RUDO, pr. comm. [ὀγκᾶσθαι Gl. L. G. & G. L.] ĕre. propria ad aſinos pertinet, qui Rudere dicuntur, quum vocem emittunt. Perſ. 3. Sat. 9.

Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Vide MUGIO. H. St. & infra RUDENS.
Aſellus ſono intempeſtivo rudit. Ovid. 6. Faſt. 342. Idem 3. de Arte Am. 290.

Ut rudit a ſcabra turpis aſella mola.

Rudere, abuſive & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virg. 7. Æn. 16.

—ſera ſub nocte rudentum. Idem 8. Æn. 248.

Incluſumque cavo ſaxo, atque inſueta rudentem. i. e. Clamantem: & abuſive dictum eſt. Servius.

Rudeo, ēre. per ſecundam conjugarunt antiqui. Lucilius,

Hæc inquam rudet ex roſtris, atque hinnilitabat. Meminit Varr. lib. 6. de L. L. 5.

RUDENS, entis. Partic. [ὀγκώμενος] ut, Prora rudens. Virg. 3. Æn. 561.

—primuſque rudentem
Contorſit lævus proram Palinurus ad undas.

Aſellus rudens. Ovid. 1. Faſt. 433.
Leones rudentes. Virg. 7. Æn. 16.

RUDĬTUS, us. m. Clamor aſini. Apul. 8. de Aſino, p. 215. Elmenh. Audito ruditu meo. [Gloſſ. Gr. Lat. Ὀγκηθμὸς, Hic Ruditum. Al. Gloſſ. Rugitus, ὄγκημα. ſcribendum Ruditus.

RUDOR, ōris. m. Idem. Apul. 3. Florid. p. 357. Elmenh. Vox hominis & tuba rudore torvior, & lyra concentu variatior.

RŬDENS, entis. m. & f. [κάλως, σχοῖνος. σχοινίον] Funis nauticus: quod quum vento agitatur, veluti rudere audiatur. Virg. 1. Æn. 91.

Inſequitur clamorque virûm, ſtridorque rudentum. Plaut. Rud. 4. 3. 1.

Heus mane. G. quid maneam? T. dum hunc tibi rudentem, quam trahis, complico. Cic. 5. Tuſc. 40. Non ſane optabilis eſt quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. [Gloſſ. Lat. Gr. Rudentes, Κάλοι. Græc. Lat. Κάλως, ὁ σχοῖνος, Funis, Rudens.

Rudentes ea cauſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod funes, quum vento verberantur, rudere exiſtimentur: atque hunc ſonum proprium funium, non aſinorum putant. Nonius 1. 854.
Aptare remos & rudentes. Virg. 5. Æn. 753.
Excutere rudentes. Virg. 3. Æn. 682.
Explicare rudentem. Cic. 1. de Divin. 127. de fato loquens, Sed eſt quaſi rudentis explicatio.
Jactare rudentes. Ovid. 4. de Pont. 9. 73.
Immittere rudentes. V. IMMITTO.
Laxare excuſſos rudentes. Virg. 3. Æn. 267.
Porrexit innumeros rudentes puppis utrinque. Stat. 5. Silv. 1. 243.
Suſtollunt intorti rudentes vela. Catul. Argon. 64. 235.
Tractare duros rudentes. Juven. 6. Sat. 102.

RUDENTISĬBĬLUS, i. m. dictio compoſita, qua uſi ſunt antiqui, & in primis Pacuvius, ut auctor eſt Varro lib. 4. de L. L. pr.

RUDUS, ĕris. n. quod & Raudus dicitur, [ἐρείπια] proprie ſignificat Rem rudem, aſperam & imperfectam. Ideo hominem imperfectum, Rudem nominamus. Et Rudis, impolita virga: de quibus ſuis locis.
Rudus, Æris fruſtum, Liv. 26. 11. Æris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, poſt profectionem Annibalis magni inventi. [Gloſſ. Lat. Gr. Rudus, Βῶλος, χῶμα, καὶ Χαλκὸς ἀσήμαντος, καὶ γῆς σωρός. Al. Gloſſ. Rudus hoc, Σωρὸς γῆς. Sed rectius in Gr. Lat. Σωρὸς, Cumulus. Σωρὸς γῆς. Rudus, Agger. Χῶμα. Agger, Rudus, Tumulus.
Dicitur autem Novum rudus, & Vetus rudus, ſed diverſa ſignificatione.
Novum rudus, eſt Materia pavimenti, hoc eſt, ſaxa recens contuſa, ſeu teſtæ confractæ cum calce ad pavimentum faciendum. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Deinde ruderi novo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur, calciſque duæ partes ad quinque mortarii mixtionibus præſtent reſponſum. Plin. lib. 36. cap. 25.
Redivivum rudus. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Rudus ſi novum erit, ad tres partes una calcis miſceatur. Si redivivum fuerit, quinque ad duûm mixtiones habeant reſponſum.
Vetus rudus, eſt Materia pavimentorum & dirutorum ædificiorum, quæ lapidibus, teſtis confractis, calceque arena commiſta conſtat. Plinius, Complanatæ veteri rudere erant viæ. [Si hæc Plinii ſunt modo.
Rudus, Stercus, quod raditur, ut vult Nonius 1. 65. Lucil. Sat. lib. 11. Viam ſternendam, & jaciendum huc aggerem, & id genus rudus.
Rudera pl. Rutil. Numant. 1. 418.

RUDĔRO, āre. Rudus inducere. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Tunc inſuper ſtatuminetur, ne minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere, ſtatuminationibus inductis ruderetur.

RUDERĀTIO, ōnis. f. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Primumque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.
Ruderatio, & Statuminatio differunt. Statuminatio fit lapidibus & cæmentis libralibus & manualibus, ſive calce & arena: Ruderatio vero ſtatumini ſuper inducitur cum calce & arena, aut rudere novo, aut redivivo, id eſt, ex vetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, quod conſtet e cæmento, ad differentiam nuclei, qui e teſta contuſa conſtat, & tertio loco inducitur. De his omnibus Vitruvius abunde lib. 7. Monuit Turnebus ex Budæo.

RUDERĀTUS, a, um. Adj. Ruderatus ager. Qui veterum ædificiorum materia ſcatet. Plin. lib. 11. cap. 4.

RUDĒTUM, i. n. Locus plenus ruderibus: ſive Terra, quæ prius rudis fuerat & inculta, tum autem arata. Cato R. R. cap. 38. Lentim in rudeto & rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito. Idem cap. 37. Ager rubricoſus, & terra pulla, materina, rudeta, arenoſa. Vetus exemplar habet Reducto, Rudecta.

RUDERARIUS, a, um. Adj. Ruderarium cribrum, vilius & furfurarium Apulejus dixit 8. Met. p. 218. Elmenh. [Quo rudus redivivum cribratur.

RUDUSCŬLUM, i. n. Non modo pro Ære infecto vulgus uſurpat, ſed etiam pro Signato, ut cum dicitur in mancipando: Ruduſculo libram ferito, id eſt, aſſe libram tangito. Feſtus. V. RAUDUS.

RUDUSCULĀNUS, vel RODUSCULĀNUS, a, um. Adj. Feſtus, Roduſculana porta, rudis & impolita relicta, vel raudo, id eſt ære, vincta. conf. Valer. Max. 5. 6. 3.

RUDECTUS, vel RODERATUS, a, um. Adj. Cato R. R. cap. 34. Terra pulla, materina, rudecta. Al. Rudeta.
Loca rudecta. Idem cap. 131.

R U E

RUELLIUS, Joh. Inclyti nominis Phyſicus ac Medicus, qui eruditionis ſuæ reliquias poſteritati, libris de natura ſtirpium editis, reliquit, qui ſæpius in hoc opere laudantur.

R U F

RVF. Rufus.

RŬFILLUS, i. m. Nomen viri apud Hor. 1. Serm. 2. 27.

Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. [Videtur diminut. a Rufinus, vel Rufulus.

RŪFINUS, i. m. Cornelius Rufinus, vir Conſularis a Fabricio Cenſore damnatus, quod decem pondo argenti apud eum inventa eſſent. Valer. Max. 2. 9. 4.
Rufinus alter una cum Stilicone & Gildone relictus a Theodoſio ſeniore imperii adminiſtrator pro tutela Arcadii & Honorii filiorum, Gildo in Africa, Stilicon in Occidente, Rufinus vero in Oriente, omnes ſane cupiditate regni incenſi in ſuos principes arma converterunt: ex quo diverſis modis oppreſſi periere. Extant in hunc Rufinum Claudiani poetæ invectivæ. V. Volaterranum.

RUFRÆ, arum. f. Oppidum Campaniæ, cujus meminit Virg. 7. Æn. 739. V. Sil. lib. 8. 568. & ibi Drakenb.

RUFRENI, orum. m. Incolæ. Cic. 10. Fam. 21.

RUFRIMĀCĔRIÆ, ārum. f. Oppidum Campaniæ. Cato R. R. cap. 22. Venduntur ad Rufrimacerias nummis centum octoginta, temperantur nummis triginta, tantidem Pompejis emuntur. Idem cap. 135. Eſt & Pompeji, oppidum Campaniæ.

RŬFUS, a, um. Adj. [πυῤῥός, ξανθὸς Gl. L. G.] Color non plene ruber. Martial. lib. 14. 129.

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis.

Rufus, qui Rufo capillo eſt. Ter. Phorm. 1. 2. 1. Si quis me quæret rufus. Idem Heaut. 5. 5. 17. Rufamne illam virginem, &c.
Quidam ſcribunt duplici v, Ruffus. Sed hi vehementer falluntur, ut palam facit Martial. lib. 8. 51. ubi aperte docet vocativum Rufe conſtare tantum litteris quatuor. V. SEPTUNX. [Sic & in nummis ſcribitur.
Agna rufa. Hor. 2. Serm. 3. 214. al. Nivea.
Color. Plin. lib. 18. cap. 18.
Gingiva. Claud. in Eutropium 37. 19. al. Ruffa.
Vela lutea & rufa. Lucret. lib. 4. 73.

Et vulgo faciunt id lutea, ruſaque vela. al. Ruffa.

Compar. [πυῤῥότερος] Plin. lib. 16. cap. 14. Namque & materies maris dura, rufiorque, ac nodoſa.

RŪFŬLUS, a, um. Adj. dimin. [ὑπόπυῤῥος] Plaut. Amphit. 4. 4. 63. Ut primum coivit cicatrix rufula.
Rufuli appellabantur, Tribuni militum, quos Conſul faciebat, non populus, de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerat, quæ eis cavebatur moris modis, Rufuli e cognomine Rutili, ac poſt Rutilli appellati ſunt. Feſtus. V. Liv. 7. 5. [Apud Feſt. puto poſtremo loco Rufilli legendum, etſi Paulus Rutuli habet.

RUFO, [πυῤῥοποιέω] āre. Rufum facere. Plin. lib. 15. cap 22. Rufatur capillus primum prodeuntibus nuclais. Et lib. 23. cap. 2. Tunc addito lentiſcino oleo illita una nocte rufat capillum.

RUFEO, ēre. & quo RUFESCO, [πυῤῥοποιέομαι] ĕre. Rufum fieri. Plin. lib. 10. cap. 29. Grues ſenectute nigreſcunt, merula ex nigra rufaſcit.

RŪFUS, i. m. [Ῥοῦφος] Cognomen multis Ro. gentibus commune, ut Aureliæ, Cœliæ, Cordiæ, Curtiæ, Luciliæ, Meſcinię, Minuciæ, Plotiæ, Pomponiæ, Sulpiciæ, &c.
P. Rutilius Rufus, Trib. mil. ſub Scipione Africano, cujus & res geſtas, & belli apparatum deſcripſit. Auctor Appianus.
Virginius Rufus, Orator egregius, interfectus a Nerone, de quo Tacitus Ann. 15. 71. Virginium, inquit, Rufum claritudo nominis expulit. Et paulo inferius, Nam Virginius ſtudia juvenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fovebat.
Rufus, Poeta Bononienſis, cujus meminit Martial lib. 6. 85.

Funde

Funde tun lacrimas, orbata Bononia, Rufo,
Et reſonet toto planctos in Æmilia.

Rufus Epheſius, Medicus, ſub Trajano principe multa conſcripſit, quorum nonnihil ad nos pervenit. Sæpe ab antiquis teſtis citatur. Suid.

Rufus Corinthius, Sophiſta, quanquam divitiis, & generis nobilitate pollebat, plus tamen ad ejus laudem dicendi gloria, linguæque gratia contulit. Auctor Philoſtratus.

R U G

Rŭga, æ. f. [ῥυτὶς] Pl. Rugæ, ῥυτίδες. Gloſſ. omn. In hominibus præ ſenectute accidit. Cic. de Senect. 62. Non cani, non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas, &c. Ovid. 2. de Arte Am. 118.
Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Aniles rugæ. Ovid. 14. Met. 96.
Cavæ. Ovid. 7. Met. 291. al. Venæ.
Deformes. Claud. 2. in Eutrop. 67.
Senilis. Ovid. 5. Faſt. 58.
Cogitur denſiſſima ruga in frontem. Juven 13. Sat. 215.
Decipere aliquem rugis & ſupercilio. Cic. Poſt. red in Senat. 14.
Exarat ſenectus frontem rugis. Hor. Epod. 8. 3.
Excutere rugas. Ovid. 1. Amor 8. 45.
Inducit rugas ſenectus. Tibul. lib. 1. 8. 20.
Laxantur corpora rugis. Ovid 3. de Arte Am. 73.
Portaru rugas. Ovid. 1. Amor. 8. 45.
Trebere rugam. Juven. 14. Sat. 325.
Turpant te capitis nives & rugæ. Hor. 4. Carm. 13. 12.
Rugæ, pro Severitate. Plin. 9. Epiſt 17. Vis tu remittere aliquid ex rugis.
Ruga, non ſolum in corporibus dici ſolet, ſed etiam in veſtibus. Plin. lib. 35. cap 8. Præter quæ in veſte & rugas & ſinus invenit.
Ruga in arboribus. Plin lib. 12. cap. 7. Deeſt tota illa maturitas, ideoque & rugarum coloriſque ſimilitudo.

Rugōſus, a, um. Adj. [ῥυσώδης, πτυχώδης, ῥυτιδωτός] Rugis plenus. Plin. lib. 12. cap. 13. Amomum laudatur quam maxime punici mali foliis ſimile, nec rugoſis. [Gloſſ Lat. Gr. Rugoſus, ῥυσός, ῥυσώδης.
Acinos rugoſa. Columel. lib. 12. cap 43.
Cortex rugoſus. Plin. lib. 16. cap. 31.
Facies rugoſior uva paſſa. Claud. 1. in Eutrop. 112.
Folium rugoſum. Plin. lib. 13. cap. ult.
Frons. Martial. lib. 3. 93.
Genæ. Ovid. 1. Amor. 8 112.
Palmæ. Ovid. 8 Met 674.
Senecta rugoſa ora pallent. Tibull. lib. 3. 5. 25.

Ruginōſus, a, um. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 11. Cutis veluti ruginoſa vel ſulcata pannoſitas

Rugoſitas, ātis. f. pro Severitate poſuit Tertull. de Patient. cap. 15. Frons nulla mœroris aut iræ rugoſitate contracta.

Rugo, āre. Rugare dicitur veſtis, quum multos ſinus facit. Plaut. Caſin. 2. 3. 30. Vide palliolum ut rugat

Rugātus, a, um. Partic. ut, Rugata teſta, apud Plin. lib. 9. cap. 33.

Rugio, ps. ane. [βρυχᾶσθαι] īre. Rugire dicitur leo, quum vocem emittit. Auctor Philomelæ, v. 49.
Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones. [Ἐλαφ... ...ζω, Ilurdir, Rugit. Gloſſ. Gr Lat

Rugītus, ūs. m. [βρυχηθμός] Vopiſc in Prob. cap. 19. Una miſſione centum jubatos leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excitabant. V. Ruditus, in rudo

Rugusci, orum. n. Alpini populi inter eos quos maximus ille Cæſar Julius ſub jugum Romanorum miſit. Plin. lib. 3. cap. 20.

R U I

Ruĭdus, ſive Ruvĭdus, a, um. Adj. [ἄξεστος] Plin. lib. 18. cap. 10. Major pars Italiæ ruido utitur pilo. Hermolaus, Præferratum pilum in molando propterea vocatur Plinio, ut a pilo ruido (ſic enim vocat ipſe) diſtinguatur: ad molas videlicet, quas aqua verſat, utili: nec tam, quod ſine ferro eſt, id nomen habet, quam quod aſperum, impolitumque. Nam & Ruvidos panis Plauto, ut ait Feſtus, eum ſignificat, qui parum coctus, rugoſuſque ſit, quanquam Rubidus fere ſcribitur.

Ruina, V. ruo.

R U L

Rulla, æ. f. Inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad vomerem detergendum. Plin. lib. 18. cap. 19. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Diminutivum a Runa, quod eſt teli genus, ut ait Feſtus. Ennius, apud Feſt. in Runa, Runata recedit. Habet autem hoc telum latiorem cuſpidam. Al. Rallo, quod f. l. V.

Rullus, i. m. Mendicus, Ἀγύρτης. Gloſſ Lat Gr. &

Rulla, æ. f. Χωρική, Ἀγύρτις. eædem Gloſſ. [Videtur a Rure derivari, ut ſit tertium Diminut. a Ruſticus, Ruſticulus ſcil. Ruſticellus, Rullus, a, um.

Rullus. i. m. [Ῥοῦλλος] cognomen gentis Serviliæ plebejæ. P. Servilius Rullus, teſte Plin. lib. 8 cap 51. ſolidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariam promulgavit, a Cic. duabus orationibus impugnatam. V. Alexandrum Alexandrin. lib. 1. cap. 9.

R U M

Rūma, æ. f. [θηλή Gl. L. G.] Idem quod Rumen. A veteribus dicebatur Mamma. V. Nun. 2. 756. & rumen, ac rumis. In Gloſſ Lat. Gr, redditur & Κιόνιος. In Gr. Lat. Θηλή, Mamma, Papilla, Ruma, Mamilla. Rūma, Gutturis pars eminens. Servius in Virg. Ecl. 6. 54. Rumatio dicta eſt a ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus a certis revocatur animalibus. In emendatis codd. legitur Ruminatio.

Ruma, [ἀναμηρυκάζειν, μηρυκάζω] āre. Idem quod Ruminare dicebatur apud veteres, teſte Feſto.
Eſt etiam Rumare, Lactare, quaſi mammam in rumen immittere. [Rumat, Ἐμβρωμάζει. Gloſſ. Lat. Gr.

Rumatiu, önis. f. V. ruma.

Rūmia, æ. f. [Ῥουμία] dicta eſt, Dea, quæ rumis, id eſt, mammis, hoc eſt, pueris lactentibus præſidebat. Hujus meminit Auguſtin lib 4 de Civit. Dei. Varro 2. de R. R. cap. 11. Non negarim, inquam, ideo apud divæ Rumiæ ſacellum a paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus.

Rumpotinus, V. rumpotinus.

Rūmen, inis. n. Eminens ſub mento gutturis pars, qua cibus in alvum demittitur. Feſtus, Rumen eſt pars colli, qua eſca devoratur: unde & rumare dicebatur, quod nunc ruminare.
Rūmen, Mamma dicitur. [μαστός] Plin. lib. 15. cap. 18. de Ficu Ruminali, Magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato, tanquam in comitium ſponte tranſiiſſet.
Ῥοῦμεν, βρωτῆρ ... Suid. 2252. H. St.
Rumen, Nonius 1. 64. docet eſſe Locum in ventre, quo ſumitur cibus, & unde redditur. Pomponius Proſtibulo, Ego rumorem parvitacio, dum ſit rumen qui impleam. conf. ruma & rumis.

Rūmino, [μηρυκάζω Gl. L. G. & G. L.] āre: & Rumĭnor, āri. eſt Revomere, ac rurſus conſumere, quaſi cibum ad rumen revocare, iterumque conficere. Columel. lib. 6. 6. pr. Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua ſe deterget.
Herbas ruminare. Ovid. 3. Amor. 5. 17. Virg 6. Ecl. 54.
Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.
Ruminari, per tranſlationem, In memoriam revocare. Varro Tanaquile, Non modo abſens quicquam de te ſæpius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem. Livius Ægiſtho, Nemo hæc volter ruminabitur mulieri, Alii legunt, Voltræ ruminetur Nonius 2. 756. & 17 103.
Utitur Gellius lib. 19. cap. 7. H. St. Verba hæc ſunt, Figuras habituſque verborum, nove aut inſigniter dictorum, in Læviano illo carmine ruminabamur.

Rumĭnans, Partic. Ruminantes, μαρυκώμενοι. Gloſſ. Lat. Gr

Rumĭnātio, ōnis. f. [μηρυκισμός] Plin. lib. 11. cap 37. Quibus neque dentes utrimque, nec ruminatio.
Hiemis ruminatio. Idem lib. 17. cap. 22. Si ſaucias recenti medicina mordeat quædam hiemis ruminatio. i. e. Frigoris reiteratio. Ducta metaphora a cibi repetitione & revocatione.
Ruminatio, Ipſa in memoriam revocatio. Cic. 2. Att. 12. Quanto magis vidi ex tuis litteris, quam ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, &c.

Ruminātor, ōris. m. Arnob 7. p. 230 Rumæ ſunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos & referre natura eſt ruminatoribus ſecularis. conf. Voſſ Etym. p 438.

Ruminālis, e. Adj. Ficus ruminalis, [Ῥωμυλία ἐρινεός] ſub qua Lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuiſſe, ut ait Feſtus: quæ & Romula vocitata eſt. Sive quod ſub ea pecudes æſtatis tempore languore captiores, herbas ruminare conſueverunt. conf Liv 1. 4.
Ruminales hoſtiæ, Eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51.

Ruminus, a, um. Adj. Idem. Ovid 2. Faſt. 411.
Arbor erat, remanent veſtigia, quæque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat. ubi V. Heinſ.

Rumīna, æ. f. Dea eadem, quæ paulo ſupra Rumia dicta eſt. Varro Cato, vel de Liberis educandis: Hiſce manibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, id eſt, priſco vocabulo, mammam, a quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni. Ex Nonio. 2. 756.

Rŭmex, icis. m. [λάπαθον Gl. L. G. & G. L.] Herbæ genus. Plin lib. 19. cap. 12. Solum vero ex omnibus lapathum ſilveſtre melius, hoc in ſativis rumex vocatur, naſciturque fortiſſimum
Rumex, Genus teli, ſimile ſpari Gallici, ut ait Feſtus. Lucilius,
Tum ſpara, tum rumices portantur, ſtragula porro. V. Gell. lib. 10 cap. 25.

Rumia, V. ruma.

Rūmĭca, æ. f. Avis eadem, quæ Cuculus. Gloſſ Lat. Gr. Rumica, κόκκυξ. [Hanc vocem reſtituendam Juvenali putu, Sat 6. 276.
Tu tibi tunc rumica places. Ubi vulgo Curruca. al. cum Schol. vet. Uruca, vel Urtica legunt. Certe Cuculi appellatio non noſtro demum ævo in probris haberi cœpit.

Rumigero, Rumigerr. V. rumor.

Rumigeſtri, orum. Telorum genus quoddam fuit apud antiquos, de quibus meminit Gell. lib. 10. cap. 25. Rumigeſtri, faces. Sed quia in MSſ. diviſe ſcribitur Rumi geſtri faces, Lipſius Rumices, triſaces legit. V. not. Gronov. conf. cartrus.

Rumigo, āre. apud Apul lib 4. Met p 153. Elmenh. Tum ventri profundo ſerviens, jam fere tertium qualum rumigabam. i. e. ut interpretor, Ruminabam.

Rumina, Romino, Ruminor. V. rumen.

Ruminum, i. n. quid ſit diſquirendum. Gloſſ Lat. Gr. Ruminum ... [An pro Ricinio poſuit?

Rūmis, is. f. [θηλή] Idem quod Ruma, id eſt, mamma, ſed proprie animalium. Varro lib. 2. de agricultura, cap. 11. Mammæ enim rumis, ſive rumæ, ut ante dicebant, a rumi, & inde dicuntur ſubrumi agni lactentes, a lacte. Sic ibid. cap. 1. Gloſſ Lat. Gr. Rumis, θηλή, ...

Rumon, Præceps in Tiberi locus. Alexander Alexandrin. lib. 5 cap 26. Præterque aram Conſi, quæ in circo fuit, ab acceſſu hominum ſemota, etiam ara Ditis & Proſerpinæ in loco abdito in Martio campo ad Terentum colebatur, locum denominatum, quod ibi Tiberis ripas tereret, qui Rumon propterea dictus & Serra, ad quam rarus erat acceſſus hominum.

Rūmor, ōris. m. [φήμη, φάτις, ...] Sermo in populo ſine certo auctore, de re quacunque recenti diſperſus. Cic. 5. Verr. 98. Multa ſunt impoſita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non ſolum legum ac judiciorum, ſed etiam rumorum ac temporum. Gloſſ. Lat. Gr. & Gr. Lat. Rumor, θρύλλος, φήμη.
Multitudinis rumor. Cic. 2 de Finib. 49. Honeſtum quid ſit, ſi id non eſt in voluptate, negat ſe intelligere: niſi forte illud quod multitudinis rumore laudetur.
Rumor de. Cic. 12. Fam. 9. Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore.
Ex ſermone rumor attulit ea ad aures. Cic. pro Lege Manil. 25. Sinite hoc loco, Quirites, ſicut Poetæ ſolent, qui res Romanas ſcribunt,

præterire me noſtram calamitatem, quæ tanta fuit ut eam ad aures L. Luculli, non ex prælio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret.
Aura rumoris. Cic. pro Muren. 35. Totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris.
Adverſus. V. ADVERSO.
Amarus. Virg. 4. Æn. 203.
Atrox. Tacit. 2. Hiſt. 54.
Bellus, vel Non bellus. Cic. 8. Fam. 1. Quod ad Cæſarem attinet, crebri, & non belli de eo rumores veniunt: alius equitem perdidiſſe: alius, &c.
Celebris. V. CELEBRARE.
Clemens. V. CLEMENS.
Conſtans. V. CONSTO.
Crebri rumores. V. Bellus rumor.
Fallax. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 294.
Firmus non. Cic. 11. Att. ult. Illum diſceſſiſſe Alexandria rumor eſt non firmus, ortus ex Sulpicii litteris.
Iniquus. Ovid. 4. Faſt. 307.
Injucundus. Cic. 3. Q. frat. 8. Rumor Dictatoris injucundus bonis.
Magnus. V. MAGNUS.
Miſerabilis. Claud. de Bell. Get. 199.
Nuntius rumor. Cic. 12. Fam. 10. Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audivimus: ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nuntio.
Secundo rumore, h. e. Grato. Tacit. 3. Ann. 29. Utque hæc ſecundo rumore, ita adverſis animis acceptum, quod filio Claudii ſocer Sejanus deſtinaretur. Hor. 1. Epiſt. 10. 9.
Quæ vos ad cælum effertis rumore ſecundo. conf. ad finem.
Siniſter. Lucan. lib. 8. 52.
Triſtis. Cic. 15. Fam. 17. Rumores triſtiores, ſed [illegible].
Vagus. Tacit. 2. Ann. 39.
Validus. Tacit. 4. Ann. 10.
Afferre rumores. V. AFFERO.
Affingere rumoribus. V. AFFINGO.
Aucupari inanem rumorem. V. AUCUPOR.
Colligere rumorem. V. COLLIGO.
Differre rumorem. Tranquillus in Octav. cap. 7.
Diſſipatis rumoribus improbiſſimis. Cic. 14. Philipp. 10.
Excipere rumores. Cic. pro Dejot. 25. At eo, inquit, tempore ipſo Nicæam Epheſumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent.
Exſtinguere rumorem. Cic. 15. Att. 10.
Flagrare rumore malo. Hor. 1. Serm. 4. 125.
Inflat animos. V. INFLO.
Intelligere rumore. Plaut. Caſin. prol. 11.
Nos, poſtquam populi rumore intelleximus,
Studioſe expetere vos Plautinas fabulas.
Pugnare rumoribus cum aliquo. Cic. 3. de Nat. Deor. 13. Rumoribus, inquis, mecum pugnas, Balbe, ego autem a te rationes requiro.
Serere varios rumores. Virg. 12. Æn. 228.
Servire rumori, i. e. Famæ. Plaut. Trin. 3. 2. 14.
Spargere rumorem. Cic. pro Dejot. 25.
Subdere rumorem. Tacit. 3. Hiſt. 25.
Erat claro apud vulgum rumore. Tacit. 15. Ann. 48. De Piſone.
Afflavit rumor. Cic. 16. Att. 5. Sed tamen rumoris neſcio quid afflaverat, commiſſione Græcorum frequentiam non fuiſſe. i. e. Neſcio quid rumoris affluxerat, quum Græci ludi committerentur, infrequentem populum affuiſſe.
Affluere rumorem. Cic. 3. Q. frat. 3.
Ait rumor. Martial. lib. 3. 80.
Rumor ait linguæ te tamen eſſe malæ.
Calent rumores. V. CALEO.
Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor. Virg. 7. Æn. 144.
It facti rumor per oppida. Ovid. 6. Met. 147.
Fieri raucum rumorem, i. e. Exſtingui. Cic. 9. Fam. 2.
Incedit rumor. Tacit. 1. Ann. 5. h. e. Subit.
Increbreſcit. V. INCREBRESCO.
Manat frigidus a roſtris per compita rumor. Hor. 2. Serm. 6. 50.
Narrat rumor. V. NARRO.
Ortus rumor. V. ORIOR.
Perferret multa etiam ipſe rumor. Cic. 2. Fam. 7. Ovid. 2. de Pont. 1. 49.
Pertulit hoc idem nobis, Germanice, rumor.
Perſtrepit rumor in aula. Stat. 2. Achil. 76.
Pervaſerat rumor, ipſo tempore flagrantis urbis, &c. Tacit. 15. Ann. 39.
Seneſcunt rumores. Tacit. 2. Ann. 77. h. e. Vaneſcunt, & conſumuntur.
Serpere rumorem. Cic. pro Muren. 45.
Eſt rumor in ambiguo. Ovid. 3. Met. 253.
Eſt rumor, erit, & erat. Ter. And. 1. 2. 14.
Meum gnatum rumor eſt amare. Idem Phorm. 5. 8. 18.
Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi feceris? Cic. 1. Fam. 8.
Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat. Sic Martial. 4. 16.
Surrexit rumor. Tacit. 2. Hiſt. 48.
Vagantur rumores. Ovid. 12. Met. 55.
Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum.
Venit rumor, datum iri gladiatores. Ter. in Hec. prol. 39.
Rumor, pro Favore. Virg. 8. Æn. 90.
Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo. i. e. Proſpero favore, & auxilio fluminis. V. ſupra Secundus rumor.
RUMUSCULUS, i. m. dimin. [illegible] Cic. pro Cluent. 105. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati, tum illum abſolverunt, jam ſuam clementiam laudari magnopere nolebant.
Rumuſculi populares. Cic. 4. de Legib. 35.
RUMIFERO, [illegible] are. Rumoribus ferre: antiqua. Plaut. Amph. 2. 2. 46.
Quamque adeo cives Thebani vero rumiferant probam. Al. Rumificant.
RUMIGERO, [illegible Gl. Gr. L.] are. Vulgo, ſed obſoletum. V. Feſt. in voce Rumito.
RUMIGERATIO, onis. f. Lamprid. Heliogab. cap. 10. Infami rumigeratione paſci. V. Voſſ. de Vit. Serm. Lat. 4. 22. p. 769.
RUMIGERULUS, i. m. [illegible, illegible Gl. Lat. Gr. & Gr. Lat.] Ammian. 14. 1. Per clandeſtinos rumigerulos.

RUMITO, are. Feſtus, Romitant, rumigerentur. Nævius. Simul alius aliunde rumitant inter ſe.
RUMPO, rupi, ruptum, [illegible] ere. Frangere.
Aditus rumpere. V. ADEO, ire.
Aera ictibus rumpit. Ovid. 4. Met. 224.
Amnes fontibus rumpuntur. Virg. 3. Georg. 428.
Capillos. Ovid. 10. Met. 723.
— pariterque ſinus, pariterque capillus Rupit.
Diem. ut, Fulmen emicuit, & rupit diem, i. e. Erumpendo emiſit lucem igneam. Lucan. lib. 1. 153.
Frena pudoris. Propert. lib. 3. 19. 3.
Funem ab litore rumpere, & fugere. Virg. 3. Æn. 640.
Guttura cultro, Secare. Ovid. 15. Met. 464.
Iter rumpere ad litora dicitur fluvius, armorum congerie & corporum. Sil. lib. 1. 54.
Pectora rumpere enſe. Virg. 9. Æn. 432.
Pectora fremitu rumpere. Lucret. lib. 3. 298. De leonibus.
Præcordia ferro. Ovid. 6. Met. 251.
Telum rupit terga novena boum clypei. Ovid. 12. Met. 97.
Tunicas. Virg. 2. Georg. 75.
Veſtes. Ovid. 6. Met. 131.
Vincula, Catenas, &c. Virg. 10. Æn. 233.
Rupimus invitæ tua vincula. Hor. 2. Serm. 7. 70. Rumpere catenas. Cic. 7. Verr. 78. Quid ſi aufugiſſet, ſi vincula rupiſſet?
Rumpere intro, Introire protinus. Ter. Eun. 5. 6. 26. Ceſſo huc intro rumpere? Nonius 4. 396.
Rumpere, Translate non uno modo, ut
Amores tantos rumpi non ſperet. Virg. 4. Æn. 292.
Edicta rumpere. Hor. 3. Carm. 15. 22.
Fidem. Liv. 9. 40. Idem 24. 29. Rupta pacis fides.
Fœdus. Liv. 3. 25. Virg. 12. Æn. 585. Ibid. 8. 540.
Fœdera negligere, violare, rumpere. Cic. pro Corn. Balb. 13.
Imperium. Tacit. 13. Ann. 36.
Iter cœptum. Ovid. 3. Amor. 6. 88.
Jus rumpere. Liv. 4. 17.
Leges. Virg. 1. Georg. 510.
Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes
Arma ferunt.
Moras rumpere, h. e. Feſtinare, quaſi moram frangere, in mora non eſſe. Virg. 3. Georg. 43. Martial. lib. 2. 64.
Eja age, rumpe moras, quo te ſpectabimus uſque?
Græcia conjurata rumpere nuptias. Hor. 1. Carm. 15. 7.
Patientiam rumpere. V. Patientia, in PATIOR.
Queſtus pectore rumpere. Virg. 4. Æn. 553. i. e. In queſtus repente & clare erumpere.
Quies populis rupta. Lucan. lib. 1. 239.
Reverentiam ſacramenti rumpere. Tacit. 1. Hiſt. 12.
Silentium rumpere. Virg. 10. Æn. 64.
— quid me alta ſilentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Silentia ſermone rupit. Ovid. 1. Met. 208.
Somnos. Lucan. lib. 3. 25.
Teſtamentum rumpere. Cic. 1. de Orat. 241. Quia conſtat agnoſcendo rumpi teſtamentum, ergo in hoc genere juris judicia nulla ſunt.
Teſtamentum rumpi dicitur, quum permanente ſuo in ſtatu teſtatore caſu aliquo evertitur. l. 3. §. 2. D. de injuſto, rup. & irrito teſtamen.
Teſtamentum ruptum, & Ratum, contraria. Cic. 1. de Orat. 173.
Verba ſingultu. Ovid. de Rem. Amor. 598.
Ruptaque ſingultu verba loquentis erant. i. e. Interrupta.
Vocem rumpere, de eo dicitur, qui cum diu tacuerit, repente quidpiam edit. Virg. 2. Æn. 129.
Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ. Servius, h. e. Erumpit in vocem. Et dictum eſt per contrarium. Nam ſi Silentium rumpere, eſt loqui: Vocem rumpere, eſt tacere. Sed aliqua interdum ſimpliciter, interdum per contrarium intelliguntur. Idem 3. Æn. 246.
— rupitque hanc pectore vocem. h. e. Cum indignatione loquitur, ut ait Servius.
[illegible] H. St.
Rumpere, Disjicere. Virg. 8. Ecl. 71.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Non. l. e.
Ut aliquando iſta quæ ſunt inflata rumpantur. i. e. Crepent. Cic. in Vatin. 10. Phæd. 1. 24. extr.
— dum vult validius
Inflare ſeſe, rupto jacuit corpore.
Rumpo, i. e. Rumpi facio. Plin. lib. 30. cap. 4. de bupreſti, Devoratumque tacto felle ita bovem inflammat, ut rumpat. Martial. lib. 10. 79.
Invidia rumpi, Crepare, tranſlate. Virg. 7. Ecl. 26.
Malis rumpi, & Non moveri, contraria. Cic. 3. Q. frat. 9. pr.
Rumpere, Defatigare. Plaut. Merc. 1. 2. 40.
— opera licet
Experiri, qui me rupi currendo tua cauſa. Ter. Hec. 3. 4. 21.
Ut me ambulando rumperet? Nonius. 4. 396.
Rupiſſe videtur, qui corrupit. Ulpianus, vi bonor. rapt. l. Prætor. Idem in l. Si ſervus ſervum. §. inquit. D. ad l. Aquil. Inquit lex, ruperit: quod verbum fere omnes veteres ſic intellexerunt, Corruperit. Alphen. in l. Qui inſulam. Locati, Qui mulas ad certum pondus oneris locarat, quum majore onere conductor eas rupiſſet.
Mulas rumpere. V. paulo ante, Rupiſſe videtur, &c.
Horrea rumpere dicuntur immenſæ meſſes, quum eas Horrea non capiunt. Virg. 1. Georg. 49.
Rupſit, pro Ruperit, Præteritum antiquum in XII Tab. apud Feſtum, Si membrum rupſit, &c. i. e. Ruperit.
RUMPOR, Paſſiv. Hor. 1. Serm. 3. 136.
Urgeris turba circum te ſtante: miſerque
Rumperis, &c. Plura in ipſo verbo.
RUMPTUS, a, um. Partic. pro Ruptus Ulpian. l. 3. §. Dig. de injuſto, rumpto, irrito facto teſtamento [Niſi error eſt.
RUPTUS, a, um. Partic. ut, Gloſſ. Lat. Gr. Ruptum, [illegible].
Aggeres rupti. Virg. 2. Æn. 496.
Comis ruptis exſulare. Ovid. 15. Epiſt. 124. al. Sciſſis.

Fides.

Fides. Ovid. 2. Epiſt. Sabin. 96.

Rupi, quam rupeam ſum mihi queſta, fidem.

Montes rupti. Lucan. lib. 3. 63.

Puſtula rupta lædit teneros manca. Tibul. lib. 2. 3. 10.

Vincla rupta. Virg. 8. Æn. 651.

Rupta, Abſolute, Fracturam paſſa. Plin. lib. 20. cap. 6. Convulſis & ruptis, cum ſale & oleo.

Ruptim, Adv. Cæſ. 1. Bell. Civil. 5. Aguntur omnia ruptim atque turbate. Sed Raptim legit D. Voſſ. q. V.

Ruptio, ōnis. f. Ulpianus in l. Si ſervus. §. rupiſſe. D. ad legem Aquiliam, Aquilius enim eas ruptiones, quæ damna dant, perſequitur.

Ruptor, ōris. m. Liv. 4. 19. Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris? Adde Tacit. 4. Hiſt. 57.

Rumpi, orum. m. qui & Traduces dicuntur. Varr. 1. de R. R. cap. 8. Quartum pedamentum eſt nativum ejus generis ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. [An hi Romphi Alex. Alexandrino? V. f. l.

Rumpotīnum, i. n. Columel. lib. 5. cap. 7. Eſt & alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur rumpotinum: id deſiderat arborem humilem, nec frondoſam. Plin. lib. 24. cap. ult. V. hic ſequentia.

Rumpotinētum, i. n. Locus arboribus rumpotinis conſitus. Columel. lib. 5. cap. 7. Nam fere ita conſtitutum rumpotinetum animadverti, ut ad octo pedes locis ſiccis & clivoſis, ad duodecim locis planis & uliginoſis tabulata diſponantur, plerumque autem ea arbor in tres ramos dividitur, quibus ſingulis ab utraque parte complura brachia ſummittuntur, tum omnes pæne virgæ, ne umbrent eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis ſi frumentum non inſeritur, in utramque partem viginti pedum ſpatia interveniunt.

Rumpotīnus, i. f. [αἴγειρος] vocatur & alio nomine Populus arbor Italiæ Padum tranſgreſſis. Plin. lib. 14. cap. 1. Alii tamen legunt Rumbotinus. [Hard. ex Colum. de Arb. 16. pr. Opulus legendum cenſet. Etiam Varr. R. R. 1. 8. Quartum arbuſta, ubi traduces poſſint fieri vitium, ut Mediolanenſes faciunt in arboribus, quas vocant Opulus. Gloſſ. Lat. Gr. Opulus, Κοκκόφυλλον. Videtur ex Populi ſpecies, quæ Plin. Lybica, junioribus Tremula, & Alpina dicitur.

Rumusculus, V. rumor.

R U N

Runa, æ. f. Genus teli ſignificat. V. Feſt. Hinc

Runatus, a, um. Ennius, Runata recedit, i. e. Pilata. Paulus.

Runca, V. runcina.

Runcaliæ, vel Roncaliæ, arum. f. Locus eſt campeſtris ad Padum, haud longe a Placentia. Otho Friſing. lib. 2. cap. 11. Rerum Ænobarb. Fit mentio in libris Feudorum, De cap. Conrad. in princip.

Runcīna, æ. f. [ῥυκάνη] Runcinæ (ut ait Hermolaus) ſunt Maiores ſerræ, quibus fabri materiarii ſecant arborum moles, ſubjectis canteriis. Plin. lib. 16. cap. 42. Ad incitatos runcinarum raptus. [Immo & hic eſt quod ſeq.

Runcina, præterquam quod ſignificat ſerram majorem, ſignat & Planulam, qua levigandis lignis lignarii fabri utuntur. Galliot appellamus un Chevalet, une planne. Cæl. lib. 8. cap. 4. [Gloſſ. Lat. Gr. Runcina, ῥυκάνη. & Gr. Lat. ῥυκάνη, Tribula, Runcina. Rurſus Lat. Gr. Tribula, Τυκάνη. ſcr. ῥυκ. conf. Suid. Heſych. & Hard. in Plin.

Runca, æ. f. pro Runcina veteres uſurpaverunt, teſte Feſto.

Runcīno, āre. Varro de L. L. 5. 20. Runcinare a runcina, cujus origo Græca, ῥύγχος. Et Arnob. 5. p. 177. Ex arbore ramum, dolat, runcinat, &c. [Gloſſ. Lat. Gr. Runcinat, ῥυκανίζει, καὶ ῥυγχάζει. & Gr. Lat. ῥυγχάζω, Runcino. ῥυκανίζω, Runcio.

Runco, [βοτανίζω Gl. Gr. L.] āre. Eruere, avellere noxias herbas. Cornutus, Runcari proprie ſegetes vel herbæ dicuntur. Plin. 18. 21. Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato, quibus dictum erit diebus. Apud Caton. R. R. cap. 2. Runcare ſpinas. V. eruncо. H. St.

Runcatio, ōnis. f. [βοτανισμός] Evulſio ipſa. Plin. lib. 18. cap. 21. Runcatio, quum ſeges in articulo eſt, avulſis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, ſegetemque diſcernit a cæſpite.

Runcātor, ōris. m. [βοτανιστής] Columel. lib. 11. cap. 3. Quæque prætereo, intelligi oportebit nullam operam poſtulare runcatoris.

Runcina Dea, fromento præeſſe ab antiquis Idololatris credita eſt. Lilius Syntagmate, 1. Hiſtor. Deorum, Runcina Dea (inquit) tum placabatur, quum frumenta runcanda eſſent, id eſt, a terra auferenda. Auguſtinus & Varro de L. L. [Ubi dixi l. 5. extr. de inſtrumento, non de Dea.

Runco, ōnis. m. Pallad. 1. 43. Runcones, quibus vepreta perſequimur. conf. Iſidor. 20. 16.

R U O

Rŭo, rui, rŭtum, [ἐρείπομαι, πίπτω, ὁρμῶ, ὁρμῶ] ĕre. Concidere. Virg. 2. Æn. 290.

— ruit alto a culmine Troja. Ter. Heaut. 4. 3. 41. Quid ſi nunc cælum ruat? Gloſſ. Lat. Gr. Ruit, Συμπίπτει, καὶ Συνίπτει, Ἐπιφέρεται.

Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefacta motu concidant. Cic. pro Lege Manil. 19. Ovid. 4. de Pont. 3. 36.

Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.

Æther arduus ruit. Virg. 1. Georg. 324.

Cælum ruit imbribus. Martial. lib. 3. 100.

Dies ruit, matura jam luce, pro Oritur. Virg. 10. Æn. 256.

Nox ruit. Virg. 6. Æn. 539.

Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. Virg. 3. Æn. 508.

Venti ruunt, qua data porta. Virg. 1. Æn. 87.

Venti ruant licet, & ſæviant procellæ, imperat furori, vireſque tantas compeſcit. Plin. lib. 32. cap. 1.

Ver ruit, Præcipitatur, declinat, in finem vergit. Virg. 1. Georg. 313.

— vel quum ruit imbriferum ver.

Ruere, Effundi. Virg. 6. Æn. 44.

Unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ.

Amnes de montibus ruunt. Virg. 4. Æn. 164.

Flumina ruunt per aperta campos. Ovid. 1. Met. 285.

Impetus unde ruit. Ovid. 11. Met. 530.

Ruere, Feſtinanter ire, ſeu in præceps ferri, & impetum de improviſo facere in aliquem. Virg. 10. Æn. 811.

Quo moriture ruis? majoraque viribus audes? Ter. Heaut. 2. 3. 128.

Sed heus tu, vide ſis ne quid imprudens ruas. Cic. 7. Att. 19. de Cæſare, At illum ruere nuntiant, & jam jamque adeſſe.

In ruit reſoluta frenis legum. Lucan. lib. 2. 145.

Ad interitum. Cic. pro Marcell. 14. Tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla, non modo cupiditate, ſed ne ſpe quidem, prudens & ſciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium.

Ad urbem ruere infeſto agmine. Liv. 3. 3.

In agendo ruere, & ſæpe peccare. Cic. pro Domo, 141.

In arma media ruere. Virg. 2. Æn. 353.

In bella. Virg. 7. Æn. 782.

In facinus. Senec. Octav. 17.

In fata media. Liv. 8. 24.

In ferrum. Virg. 8. Æn. 648.

In fugam. Liv. 26. 40.

In furias & ignem. Virg. 3. Georg. 244.

In perniciem ſuam. Liv. 37. 43.

In prælium avidi ruunt. Liv. 7. 14. extr.

In rixam. Quintil. lib. 2. cap. 12.

In hoſtium tela. Liv. 7. 15.

In vulnera ac tela. Liv. 26. 44.

Per fas omne nefaſque ruere. Lucan. lib. 5. 313.

Per medios ruit. Virg. 4. Æn. 647.

Per nefas vetitum gens humana ruit. Hor. 1. Carm. 3. 26.

Sine lege ruere. Ovid. 2. Met. 204.

Portis mane ruunt. Virg. 4. Georg. 185.

Portis ruere. Liv. 27. 41.

Ruere, Decipi cupiditate. Cic. 3. Off. 55. Si hoc non eſt emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere.

Ruere, Iracunde furere. Cic. 2. Att. 14. Nihil eſt jam quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noſter Sampſiceramus, quum ſe omnium ſermonibus vapulare videbit, ruere incipiat. Pompejum intelligit.

Ruere, Evertere, diruere, complanare, Accuſativo junctum. Virg. 1. Georg. 105.

Quid dicam, jacto qui ſemine cominus arva

Inſequitur, cumuloſque ruit male pinguis arenæ? Servius.

Ruit nubem ad cælum. Virg. 2. Georg. 308.

Et totum involvit flammis nemus: & ruit atram

Ad cælum picea craſſus caligine nubem. i. e. Egerit, emittit, & ruere facit, nam modo Ruit, agentis eſt. Servius.

Ruere, Impellere. Ter. Adelph. 3. 2. 21.

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem.

Ruere, Eruere, levare. Virg. 11. Æn. 211.

Mærentes altum cinerem & confuſa ruebant

Oſſa focis. i. e. De cineribus eruebant. Servius.

Ruere herbas & limum. Eruere, proruere. Plin. lib. 11. cap. 37. Cornea & acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta: herbas ruentibus, limumque lata, ut ſuum generi.

Ruens, antis. Partic. Virg. 4. Æn. 401.

Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes. Hor. 1. Carm. 16. 12.

Nec ſævus ignis, nec tremendo

Juppiter ipſe ruens tumultu.

Acervus ruens. Hor. 2. Epiſt. 1. 47.

Imperium ruens. Lucan. lib. 5. 200.

Ira ruens. Propert. lib. 3. 14. 44.

Fulcire ruentem. Sil. lib. 11. 234.

Ruitūrus, a, um. Partic. ut, Pons ruiturus. Lucan. lib. 2. 499.

Ruīna, æ. f. [κατακρημνισμός, συμπίπτωσις Gl. L. G.] proprie Caſum ſignificat alicujus rei quæ concidit. Cic. 2. de Divin. 40. Eos enim ipſos jocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum. De diis loquitur. Hor. 2. Carm. 19. 15.

— tectaque Penthei,

Disjecta non levi ruina. Ratio carminis exigit Leni, non Levi,

Cæli ruina. Virg. 1. Æn. 133.

Fluctibus oppreſſos Troas, cælique ruina. i. e. Tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. Servius. [Immo Sæva tempeſtate

Fortunarum ruinæ. Cic. 1. in Catil. 14. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum.

Mentis illa fuit prima ruina meæ. Ovid. 12. Epiſt. 32.

Neronis ruina, i. e. Mors violenta. Plin. lib. 37. cap. 05.

Patriæ ruina. Ovid. 8. Met. 498.

Avida. Stat. 8. Theb. 132.

Graves. Hor. 2. Serm. 8. 54.

Impendens. Ovid. ad Liv. 363.

Innocens. V. innocens.

Perlucens. Juven. 11. Sat. 13.

Probroſæ. Hor. 3. Carm. 5. 40.

Putres. Lucret. lib. 2. 1145.

Triſtes. Virg. 1. Æn. 242.

Cadunt properante ruina ſumma. Lucan. lib. 5. 746.

Collabi ruina. V. collabor.

Convulſa loca ruina. Virg. 3. Æn. 414.

Dedit ruinam domus. Virg. 2. Æn. 310.

Dare ſonitu ingenti ruinam. Virg. 12. Æn. 613.

Edere ruinas. Cic. 1. de Legib. 39.

Facere ruinam, Ruere. Hor. 2. Serm. 8. 54.

Facere ruinam, per tralationem pro Errare, labi, decipi. Lucret. lib. 1. 741.

Principiis tamen in rerum fecere ruinas. i. e. Graviter cecidarunt, lapſi ſunt.

Fit quaſi paulatim nobis per membra ruina. Lucret. lib. 4. 940.

Impendet magna ruina. Cic. 11. Att. 22.

Incident ruinæ capitibus noſtris. V. incido.

Labent cuncta quaſſata ruina. Senec. Thyeſt. 9.

Opprimi ruina. V. opprimo.

Perire ruina. Lucan. lib. 5. 637.

Reſtinguere incendium ruina. Catilina apud Salluſt. in Catil. cap. 31. extr. Incendium meum ruina reſtinguam.

Sarcire generis lapſi ruinas. Virg. 4. Georg. 249.

Subdere caput ruinæ, Periculo ſe exponere. Curt. lib. 5. 10. Ruinæ rerum illos ſubdere capita, in perniciem trahi.
Tonat horrificis Ætna ruinis. Virg 3. Æn. 572.

Ruinōſus, a, um. Adj [ἐρειπώδης] Quod ruinam minatur. Cic. 3. Off. 54. Male materiatæ, ruinoſæ. Subaudi Ædes. Vitruv. lib. 2. cap. 8.

R U P

Rūpes, is. f. [κρημνὸς, κρημνοὶ, καὶ φαράγγες Gl. L. G.] eſt Prærupta pars terræ, vel ſcopuli, aut ſaxi prægrandis, propter altitudinem ac proclivitatem inacceſſa, quod veluti abrupta ſit, a Rumpendo dicta. Fluminum quoque altiores atque inacceſſæ ripæ, Rupes dicuntur. Cæſ. 2. Bell Gall. 29 Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectuſque haberet, una ex parte leviter acclivis aditus, in altitudinem non amplius ducentorum pedum, relinquebatur.

Rupes, proprie de Montibus dicuntur. Virg. 10. Ecl. 14.

Pinnifer illum etiam ſola ſub rupe jacentem
Mænalus.

Acuta. Senec. Agamem 6.
Aerea. Virg. 4 Georg. 508.
Alta Virg. 1. Ecl. 57.
Ardua. Ovid. 5. Faſt. 293.
Cavata Virg 1. Æn. 314.
Exeſa. Lucan. lib. 3. 226.
Frigida. Propert. lib. 1. 18. 27.
Frondoſæ. Sil. lib. 7. 468.
Maxima. Hor. 2. Serm. 3. 59.
Nubifera. Valer. 4 Argon. 599.
Præcelſa Virg 3. Æn. 647.
Scopuloſa Lucan. lib. 2. 619.
Vaſtæ. Virg. 1. Æn. 166.
Undiſonæ. Stat. 1. Achil. 198.
Exſcindere rupes. Stat. 3. Silv. 1. 124. [Niſi Excidere legendum.

Rupĭcapra, æ. f. pr. comm [πετρώδης αἴξ] Capra ſilveſtris, quaſi Rupium capra Plin. lib. 11. cap. 37. Rupicapris in dorſum adunca cornua, damis in adverſum.

Rupĭces, um. m. Rupices a rupibus dicebantur & ruſtici, ut & Petrones a petrarum aſperitate appellabantur. Feſtus Gell. 13. 9. Sed enim veteres noſtri non uſque adeo rupices & agreſtes fuerunt. V. Tertull. de Pallio cap. 5. & Salvian. de Gubern. Dei, 1. p. 34.

Rupĭco, onis. m. Homo nullius pretii. Apul. Florid. p. 344. Elmenh. Rupicones, bajuli, tabernarii.

Rupinæ, arum. f. pl. Abrupta montium. Apul. 6. Met. p. 184. Elmenh. Video iſtas rupinas proximas, & præacutas in his præminentes ſilices. V. Voſſ. Etym. in Rupes.

Rŭpĭlius, i. m. cognomento Rex, Præturam gerens, ab III viris Octaviano M. Antonio, M. Lepido proſcriptus eſt: qua calamitate afflictus, ad Brutum confugit, eumque poſtea perpetuo ſecutus eſt. Hujus meminit Hor. 1. Serm. 7. 1.

Proſcripti Regis Rupili pus atque venenum, &c
Hybrida quo pacto, ſit Perſius ultus, &c.

Rupitio, ſre. Rupitias in XII Tab. ſignificat Damnum dederit. Feſtus, [Valde obſcura hæc ſunt, & quod in Gloſſ. Lat. Gr. exſtat, Rupiat, Ῥάκει ὄρυσσε. Ropiam, ῥωπος.

Rupius, i, m. Στρεβλὸς μαλάγματα, καὶ Κατεψυγμένος. Hæc quoque obſcuriora.

Ruptor, Ruptio, Ruptus V. rumpo.

R U R

RVR. Rura, vel Rurſus.

Ruricola, Rubicola, Ruro, ſre. V. rus.

Rurina, V. rusina.

Rurſum, Rurſus, [ἀνάπαλιν. Gl. L. G.] Adv. ſignificant Retro. Ter. Hec. 3. 1. 35.

Trepidari ſentio, & curſari rurſum prorſum. Donatus, Rurſum proprie Retro, Prorſum Ante ſignificat, & eſt proverbiale, ut dicimus, Surſum deorſum, Intro foras, Hac illac, & ſimilia.

Rurſus, & Prorſus, contraria Varr. Sendabat. apud Non. 4. 402. Mortales multi rurſus ac prorſus meant.

Rurſus, E contrario, ut vult Donatus. Ter. Eun. 4. 4. 44. Heus tu, negato rurſum, i. e. Contrarium ſuperioribus dicito. Ibid. 2. 2. 20.

Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque.

Rurſus, Temporis Adv. Denuo, iterum. Ter. Eun. 1. 1. 16.

In amore hæc omnia inſunt vitia: injuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum. Cic. pro Muren. 15. Facis ut rurſus plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur. Virg 2. Æn. 317.

Rurſus in arma feror. Idem 2. Æn. 401.
Scandunt rurſus equum.

Rurſus & Denuo, ſimul conjuncta. Plaut. Pœn. prol. 79.

Revertor rurſus denuo Carthaginem.

R U S

Rūs, rūris. n. [ἄγρος, χωρίον, ἀγρὸς Gl. L. G.] Locus extra urbem, ubi agri ſunt & villæ. Dictum quod in agris quotquot annis rurſum facienda eadem, ut rurſus capias fructus, ut vult Varro L. L. 4. 4. extr. Ter. Eun. 2. 2. 107. Rus ibo, [Ab ἄγρος Voſſ. An ab Ἀγρὸς per Aphæreſin, ut ex ὄρος, ros, ex μῦς, mus?

Rure, veteres Incultos agros dicebant, id eſt, ſilvas, & paſcua. Ex libello veriorum auctorum, de Limitibus apud Rigalt. p. 299.

Solatia ruris aves. Ovid. 1. Faſt 442.
Amatores ruris. Hor. 1. Epiſt. 10. 2.
Amœnum rus. Cic. pro Roſc. Amer. 133. Habet animi relaxandi cauſa rus amœnum & ſuburbanum.
Aprica. Hor. 3. Carm. 18. 2.
Aſpera dumis. Virg. 4. Æn. 527.
Cretoſa rura Cimoli. Ovid. 7. Met. 463.
Devia. Ovid. 1. Met 676.
Divini gloria ruris. Virg. 1. Georg. 168.
Exiguum rus colere. Virg. 2. Georg 413. V. illic commentarios.
Ferax. Ovid. 1. Met. 694.
Florea, Prata. Virg 1. Æn. 434.
Fluvialia. Sil. lib. 13. 85.
Frigida. Virg. 3. Georg. 324.
Gaudentia. Stat. 3. Silv. 1. 78.
Inambitioſa. Ovid. 11. Met. 766.
Ingentia rura colere. Virg. 2. Georg. 412. V. commentarios.
Innocui ruris labor. Senec. Herc. fur. 21.
Oblita pomis. Ovid. 13. Met 719.
Opaci ruris umbræ. Virg. 2. Georg. 156.
Opulenta. Senec. Troad. 15.
Parva. Hor. 2. Carm. 16. 37.
Paſcua. Lucret. lib. 5. 1247.
Saturum Perſ. 1. Sat. 71.
Sobria, In quibus non naſcitur vinum. Stat. 4. Silv. 2. 37.
Sordida. Virg. 2. Ecl. 28.
Suburbana. Hor. 1. Epiſt. 7. 76.
Abducere rus. V. abduco.
Evolare rus ex urbe, tanquam ex vinculis. Cic. 2. de Orat. 22.
Mittere aliquem rus. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Tendit rus. Quintil. lib. 11. cap. 2.
Habitare ruri. Cic. 3. Off. 112.
Morans rure Martial. lib. 4. 45.
Redire vel venire rure. Ter. Eun. 5. 5. 25. Cic. 5. Fam. 20. Quum Tullius rure redierit, mittam eum ad te. Hirtius Ciceroni, 15. Att. 6. Rure jam redierim.
Eſt ruri. Cic. pro Cluent. 141. Forte evenit ut in Privernate eſſemus.
Rure eſſe autumant. Plaut. Merc. 4. 5. ſuppoſ. 2. 18. conf. ad fin.
Carpere rura. V. carpo.
Inducere in rure oves & armenta. V. induco.
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas. Hor. 4. Carm. 5. 18.
Paſcuntur omni rure. Columel. lib. 8. cap. 10.
Peragrare rura. V. peragro.
Scindere rura bubus. Senec. Troad. 11.

Rus, per tranſlationem, pro Sermone inconcinno, invenuſto, illepido, inornato, & ruſticitatis pleno. Catull. in Annales Voluſii, 34. 19.

Pleni ruris, & inficetiarum
Annales Voluſi, cacata charta. Hor. 2. Epiſt. 1. 160.
—ſed in longum tamen ævum
Manſerunt, hodieque manent veſtigia ruris. Lambinus.

Merum V. merus.

Ruri & rure, Adverbialiter, ut Peregre & peregri, docet Flav. Soſipater. Feſtus, Ruri eſſe, non rure, dicendum. Teſtis eſt Ter. in Phorm. 2. 3. 17. quum ait, Ruri ſe continebat: ibi agrum de noſtro patre, &c.

Rure, κατ' ἀγρὸν, χωρίον, χώραν. Gloſſ. Lat. Græc. Ubi aut repetendum puto & Κατὰ poſt primam diſtinctionem, aut inferendum Rura.

Ruscŭlum, i. n. dimin. Gell. lib. 19. cap. 9 Sub urbe in ruſculo.

Rūrina, æ. f. Dea agrorum apud antiquos vide in dictione rusina.

Rūrālis, e. Adj. Quod ad rus pertinet. ut Opus rurale. Macrob. lib. 5. Saturn cap 2. Virgilius Theocritum ſibi fecit paſtoralis operis auctorem, ruralis Heſiodum.

Falx ruralis. Cæſ. 3. Bell Gall. 14. Falces præacutæ, inſertæ, affixæque longuriis, non abſimili forma muralium falcium. Sic enim legit Robortellus Annot 1. 28. non Muralium, idque ex tribus vetuſtis codicibus. [Sed exploſus merito ab Hotom. q. V.

Officium rurale Firmicus lib. 8 cap. 11. In Virginis parte decima oritur Spica. Quicunque ſub hoc ſidere natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, & ad agrorum cultum patientia laboris adjunctus.

Rurālĭter, Adv. Caſſiodor. 3. Epiſt. 51. Necdum fundatis ædificiis ruraliter.

Rurestris, e. Adj. [ἀγροικικὸς] Quod eſt ruris, vel eorum proprium, qui ruri degunt: antiquum. Apulejus 4. Met. p. 143. Elmenh. Rureſtri vocabulo vulgus indoctum Roſas laureas appellat. Gloſſ. Græc. Lat. Ἀγροικικὸς, Ruricola, Rureſter.

Opus rureſtre, i. e. Ruſticum. Paulus in l. Servis urbanis. § muliones. D. de legat. 3. Muliones de urbano miniſterio ſunt: niſi propter opus rureſtre teſtator eos deſtinatos habebat.

Rustĭcus, a, um. Adj. [ἀγροικικὸς] Quod ruris vel ruſtici eſt. Cic. pro Quint. 12. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta & fructuoſa.

Ruſticus dicitur, Qui moribus & vita incultus eſt, quaſi ſemibarbarus. Virg. 2. Ecl. 56.

Ruſticus es Corydon. V. ſeq. dict.

Aratra ruſtica Ovid. 2. de Arte Am. 184.
Conjux. Ovid. 1. Epiſt. 77.
Convicia. Ovid. 14. Met. 522.
Corda. Propert. lib. 4. 1. 12.
Dona. Ovid. 2 de Arte Am. 264.
Homines ruſtici & agreſtes Cic. 10. Philipp 143.
Manus indoctæ ac ruſticæ Quintil. lib. 2. cap. 11.
Mores. Cic. pro Roſc. Amer. 75.
Populus. Ovid. 3. Faſt. 783.
Proverbium. Liv. 23 47.
Querela Ovid 17. Epiſt. 12.
Res ruſticas vel fructûs cauſa, vel delectationis inviſere. Cic. 1. de Orat. 249. conf. pr. dict.
Silva ruſtica. Ovid. 4. Epiſt. 102.
Titulus ruſticior. Senec. Epiſt. 88.
Ruſtica vinalia appellantur, menſe Auguſto, quarto decimo Kalend. Septemb. Jovis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes adverſus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt. Eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad Circum maximum, alterum in luco Libitinenſi, quia in Ipſius Deæ tutela ſunt horti. Feſt. Paulus, Ruſtica vinalia a XV. Kal. Septemb. celebrabantur, quo die primum vinum in Urbem deferebant. V. Alexander lib. 6. dierum cap. 8.
Vita ruſtica & agreſtis. Cic pro Roſc. Amer. 75.

Rustĭcus, i. m. [ἀγροῖκος, ὁ ἀγροικός] Idem. ut,
Arat ruſticus. Virg. 2. Georg 406.

Jam

Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus, &c.

Urbani fiunt ruſtici. Plaut. Merc. 4. 3. 17.

Sermo urbanorum, & Ruſticorum, contraria. Cic. in Orat. 81.

Immo, non omnis, qui dicitur Ruſticus, intelligendus eſt Semibarbarus, ſed a Cicerone is quoque, qui non eſt Urbanus, dicitur Ruſticus. H. St. Hæc ideo ſubjunxit, quia in Lugd. edit. Ciceronis iſte locus cum Virgiliano ex 2. Ecl. 56. jungebatur, quum tamen in hoc § Ruſticus epitheton hominis ſit, & Ruralem ſimplicitatem ipſius denotet, qui muneribus parvulis confidat.

Rustĭce, Adv. [ἀγροίκως] Ut ſolet ruſticus, hoc eſt, Imperite. Cic. 3. de Orat. 42. Ex quo ſic locutum eſſe ejus patrem judico, ſic majores, non aſpere, ut ille, quem dixi, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æqualiter, & leniter.

Compar. Hor. 1. Serm. 3. 31.

— rideri poſſit, eo quod
Ruſticius tonſo toga defluit. i. e. Nimis ruſtica & negligenter, ut ab imperito tonſore.

Rusticĭtas, ātis. f. [ἀγροικία Gl. Gr. L.] contraria eſt Urbanitati. Quintil. lib. 6. cap. 3. Martial. lib. 7. 57.

Quæra aliquem Curios ſemper, Fabioſque loquentem,
Hirſutum, & dura ruſticitate trucem. Plin. lib. 35. cap. 4. Poſt eum M. Agrippa, vir ruſticitati quam deliciis propior.

Vultus pudentes ſine ruſticitate. Ovid. 20. Epiſt. 59.

Ruſticitas, Timida quædam & indecens verecundia. Ovid. 1. Amor. 8. 44.

Aut, ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat.

Excutienda eſt ruſticitas. Ovid. 17. Epiſt. 186.

Ruſticitas, pro ipſis Ruſticis. Lege 3. §. 3. Cod. de defenſ. civit. Utili ratione proſpectum eſt, ut innocens & quieta ruſticitas peculiaris patrocinii, id eſt, defenſoris locorum beneficio fruatur.

Rusticŭlus, a, um. Adj. Dimin. Martial. lib. 10. 19.

Nec doctum ſatis, & parum ſeverum,
Sed non ruſticulum nimis libellum,
Facundo mea Plinio Thalia,
I, perfer, &c.

Rusticŭlus, i. m. dimin. [ὑπάγροικος] Qui utcunque moribus ruſticis eſt præditus. Cic. pro Sext. 82. Senſit ruſticulus non incautus, &c.

Rusticula, æ, f. Avis perdici ſimilis, niſi quod roſtrum longius habet, de qua Martial. lib. 13. 76.

Ruſtica ſum perdix; quid refert, ſi ſapor idem eſt?
Carior eſt perdix; ſic ſapit illa magis.

Rusticellus, a, um. Adj. aliud dimin. Varro apud Plin. lib. 7. cap. 10. Ruſticellus, inquit, Hercules appellatus.

Rusticānus, a, um. Adj. [ἀγροικικός] Idem quod Ruſticus. Cic. 7. Verr. 34. Unum illud, quod ita fuit illuſtre, notumque omnibus, ut nemo tam ruſticanus homo, L. Lucullo & M. Cotta Conſulibus, Romam ex ullo municipio vadimonii cauſa venerit.

Homines ruſticani ex municipiis. Cic. 3. Verr. 127.

Parcimonia ruſticana. Cic. pro Quint. 92.

Verbum. Cic. 3. de Orat. 39. Et illud quod loquitur, priſcum viſum iri putat, ſi plane fuerit ruſticanum.

Vita. Cic. pro Roſc. Amer. 44. Tamenne hæc attenta vita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Rusticārius, a, um. Adj. [ἀγροικικός] Quod ad ruſticum pertinet. Cato R. R. cap. 11. Falces ſilvaticas quinque, arborarias tres, ruſticarias decem. Vetus exemplar habet Ruſcarias. Varro 1. de R. R. cap. 22. Ruſticariis falces. Et hic Ruſcariæ legitur.

Rūro, [ἀγροικίζω] āre: & Ruror, āri. Depon. Ruri agere. Plaut. Capt. 1. 1. 16.

Dum ruri rurant homines, quos liguriant. Varro Serrano, Dum in agro ſtudioſe ruror, aſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas. Non. 2. 731.

Rurātio, ōnis. f. Apul. Apol. p. 310. Elmenh. Iſte nec diis rurationis, qui eum paſcunt ac veſtiunt, ſegetis ullas, aut vitis, aut gregis primitias impertit.

Rustĭcor, [ἀγροικίζω] āri. Ruri agere. Cic. 16. Fam. 21. Liceat modo ruſticari. Idem pro Arch. 16. Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

Rusticātim, Adv. [ἀγροίκως] pro Ruſtice. Pomponius Atellanis, At ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio. Apud Non. 2. 747.

Rusticātio, ōnis. f. [γεωργία Gl. G. L.] Columel. lib. 11. cap. 1. Et hoc undecimum præceptum ruſticationis memoriæ tradidi. Cic. de Amicit. 103. Neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationeſque communes.

Rusticātus, ūs. m. Ruſticatio. Cic. 12. Att. 1. In ruſticatu garrire & ſcribere. Alii aliter legunt.

Rurĭcŏla, æ. c. [ἀγροικικός, ἀγροῖκος] Qui colit rus. Columel. lib. 10. 339.

Hæc ne ruricolæ paterentur monſtra.

Boves ruricolæ. Ovid. 5. Met. 479.

Ruricolāris, e. Adj. Fortunat. de vita Martin. lib. 2 v. 326. Cultores ruricolares.

Rusazus, V. Ruzasus.

Ruscīno, ōnis Oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul a Pyrenæis montibus, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie, *la Tour de Rouſſillon* appellatur.

Item fluvius præter fluens eidem. Strab. lib. 4. E Pyrena fluunt Ruſcino & Illiberis, uterque urbem habens cognominem.

Rusco, ōnis, m. Ruppo, Ruſco. Κνίσαρος, Κάφουρος. Gloſſ. Lat. Græc.

Rusconiæ, arum. f. Coloniæ Auguſti in Tingitana provincia. Plin. lib. 5. cap. 2.

Ruscum, i. n. ſive Ruscus, i. m. [μυρσίνη ἀγρία] Virgultum unde vites ligantur, auctore Servio. Virg. 2. Georg. 413.

— nec non etiam aſpera ruſci
Vimina per ſilvam. Ex eo enim ruſco magis vimina fiebant, ex quo nunc ſcopæ fiunt. Folia autem habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora: unde Myrtus ſilveſtris & chamæmyrſine & oxymyrſine vocatur. [Gloſſ. Lat. Græc. Ruſcum, Χαμαιδάφνη, Κεντρῶτις, ἀλλ᾽ Βοτάνη. conf. in Rubus & Feſt. in voce.

Horridior ruſco Virg. 7. Ecl. 42. Ruſto legit Giſan. Ind. Lucret.

Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Columel. lib. 10. 375.

— hirſuta ſepes nunc horrida ruſco
Prodit.

Ruscarius, a, um. Adj. ut, Falx ruſcaria, i. e. Ruſcis ſecandis apta. Cato R. R. cap. 11. V. Ruſticarius Adj. in Rus & Rustarius.

Rusco, āre. i. e. Runcare. Ita legit Havercamp. ad Tertull. Apol. cap. 4.

Ruscurium, i. n. Populi Rom. oppidum in Tingitana provincia a Claudio civitate honoratum. Plin. lib. 5. cap. 2. Al. Ruſconiæ.

Rusellana, æ. f. Colonia in Hetruria. Plin. lib. 3 cap. 5. Intus coloniæ, Faliſca, Argis orta, ut auctor eſt Cato, quæ cognominatur Hetruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſellana, Senenſis, Sutrina.

Rusicade, es. f. Oppidum in Numidiæ. Plin. lib. 5. cap. 3. Mela 1. 5. & 7. Ruſicadam nominat. Nunc *Stora* dicitur.

Rusina, æ. f. Dea fuit, cui rura committebant antiqui, ut ait Divus Auguſtinus. Eam quidam Rurinam vocitarunt. Lilius Syntagmate primo Hiſtor. Deor.

Ruspina, æ. f. Oppidum in Africa proprio nomine dicta, non procul ab Adrumeto. Plin. lib. 5. cap. 4.

Ruspino, āre. Verbum obſcœnum. Gloſſ. Lat. Gr. Ruſpinat, χαμαιτυπεῖ.

Ruspor, [ἐξερευνάω] āri. eſt Scrutari. Accius Meleagro, Vagent ruſpantes ſilvas. Hæc Nonius 2. 744. Feſtus, Ruſpari eſſe quærere crebro, hoc verſu indicatur, Et ego ibo ut latebras ruſpans rimer amaptimas.

Russatus, V. Russus.

Russus, & Russeus, a, um. Adj. Coloris nomen, ad rufum inclinantis, dilucidius tamen rubentis. Unde in factionibus aurigantium Ruſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Thyleſius in libello de Coloribus. Gloſſ. Græc. Lat. Πυῤῥός, Ruſeus.

Faciem ruſſeam, pro Colore ruſſeo, dixit Cato, qui e viridi rutilus eſt, aut flavus. Sic enim ſcribit, Coronas aureas ruſſea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula. Al. Ruſeas Turnebus. V. Feſt. in Ruſcum.

Tunicæ ruſſæ, i. e. Militares. Trebell. Pollio in Claud. cap. 14.

Vela ruſſa. Lucret. lib. 4. 73.

Et volgo faciunt id lutea, ruſſaque vela. Al. Rufa.

Russātus, a, um. Adj. Ruſſata veſte indutus. Iſidor. 19. 22. Ruſſata, quam Græci Phœniceam vocant, nos Coccineam, reperta eſt a Lacedæmoniis ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinem, ut quoties quis in acie vulneraretur, contemplanti adverſario animus augeſceret. Hac ſub conſulibus & Romani uſi ſunt milites: Unde etiam Ruſſati vocabantur. Hinc Tertullianus de Chriſtiano milite loquens lib. 1. de Coron. cap. 1. Et nunc ſanguine ſuo ruſſatus, ſpe calceatus. V. Alexand. Alexandrin. lib. 1. cap. 20. conf. idem lib. 6. cap. 22.

Ruſſata factio, V. Factio in Facio.

Russŭlus, a, um. Adj. Dimin. Idem quod Ruſſus. ut,

Faſciolæ ruſſulæ. Capitol. in Albino cap. 5. V. Scalig. in Feſt. v. Roſeum.

Tunicæ ruſſulæ. Vopiſc. in Probo cap. 4.

Russeŏlus, a, um. Adj. Idem. ut, Sanies ruſſeola. Prudent. Periſteph. 11. 130.

Rustarius, a, um. Adj. ut, Ruſtariæ fal[illegible], apud Varronem ſunt, Quibus rure ſecantur rubi, qui per agros ſerpunt. Turnebus 13. 26. auctor eſt, conjiciens ex eo quod legitur apud Feſtum, Ruſtum ex rubus. Alii Ruſcariæ. V. ſupra.

R U T

Ruta, orum. n. pl. apud Juriſconſ. quaſi Eruta dicuntur, ut arena, creta, & ſimilia.

Ruta cæſa dicuntur (ut ait Feſtus) quæ venditor poſſeſſionis ſui uſus gratia concidit, ruendaque contraxit. Ulpian. in l. Fundi. § Si ruta cæſa, De actionibus empt. & vendit. Si ruta cæſa excipiantur in venditione, ea placuit eſſe Ruta, quæ eruta ſunt, ut arena, creta & ſimilia: Cæſa ea eſſe, ut arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. Mucius, l. In rutis, de Verb. ſignif. In rutis & cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili, tectoriove non continentur.

Ne rutis quidem & cæſis. Haud dubie proverbiali figura dictum eſt a Cic. 2. de Orat. 226. pro eo quod eſt, Nulla in parte: Sed dic[illegible] te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis, ſolum tibi pa[illegible]num recepiſſe. Eſt hoc loco Recipere, Idem quod Excipere. Meminit & in Topicis de Rutis & cæſis, in fine; & in Partit. 107. Et quum ſignificamus inclementius nihil omnia, neque quicquam fieri reliqui, venuſte dicimus, Ne rutis quidem & cæſis receptis, ut Jureconſultorum more loquar. Ex Eraſmo.

Rūta, æ. f. [πήγανον] Herba: dicta a ruendo, quod una ex omnibus herbis, propter multiplices ejus uſus maxime eruatur. Peculiaris illi auctoritas propter venena, quibus remedium exhibet præſentaneum. V. Plin. lib. 20. cap. 13.

Rutam per translationem, ac prope ænigmatice uſurpavit Cic. 16. Fam. 23. ſcribens, de Lepta, Etenim ad cujus rutam pulegio mihi ſermonis tui utendum eſt. Significat enim Leptam virum fuiſſe doctum, & acris judicii, qualis eſt in condimentis ruta: ſed & pulegium quoque, quod rutæ opponit, acumen & eruditionem Tironis innuens. Ex Turneb. Adverſ. 8. 5.

Conjici in rutæ folium; proverbii ſpeciem habet, & ſignificat in ſpatium minimum cogi & contrahi poſſe.

Rutŭla, æ. f. Ruta puſilla. Cic. 9. Fam. 22. Volo mentam puſillam ita appellare, ut rutulam.

Rutāceus, a, um. Adj. Ex ruta, aut mixtum, aut omnino confectum. Oleum rutaceum. Plin. Valer. 2. 28.

Rutātus, a, um. aliud Adj. [πηγανωτός] Ex ruta factum. Plin. lib. 19. cap. 8. Invenio muſtum rutatum populo datum. h. e. In quo macerata eſt ruta, ſive ruta medicatum.

Lacerti rutati, Ruta involuti. Martial. lib. 10. 48. 11.

Secta coronabunt rutatos ova lacertos.

Rŭtabri, ſec. comm. orum. pl. m. dicti ſunt olim Raſtri, quod eradant terram atque eruant, teſte Varrone lib. 4. de L. L. 31.

Rutābŭlum, i. n. Inſtrumentum quo utuntur ruſtici in proruendo igne, panis coquendi gratia. Feſtus q. V. Cato R. R. cap. 11. & Columel. lib. 12. cap. 18. Vulgo dicitur *Rable*. [Al. *Roable*. H. St. Provinciali nempe ſermone.

Ponitur & pro Veretro. Nævius obſcœnam viri partem deſcribens, Vel, inquit, quæ ſperat ſe nupturam iri adoleſcentulo, ea licet ſenile tractet retritum rutabulum. Feſtus. [An Rotabulum]? i. e. Cylindrum.

Rutēla,

Rutēla, æ. f. *Tarantula* Galli appellamus, maxime Maſſilienſes, nam apud eos ſæpe Phalangium vidimus, *Tarante*: animal eſt non abſimile ei quam *tarantulam* vulgo dicimus. Cælius Rhodiginus lib. 7. cap 16. Phalangium vero ex araneorum decuria, ſolers recentiorum perpenſio dici ab Arabibus Rutelam animadvertit, collatis quæ eum Galeno prodit Avicenna, vulgo autem Tarantulam, cujus exitiale virus ſtuporem laſia inducat, genuum labefactationem, demumque univerſi corporis tremorem, qui in proverbium uſque profecerit. Illud gravius multo, qua quis affectione morſus tempore diſtrahatur, eandem vel ad extrema ſervare perpetem. Sic qui, uti aſſolet, per mentis hallucinationem, Regem ſe aut Deum ementimur, imaginario malo perdurante, regiæ claritatis aut divinæ excellentiæ opinionem exuere nunquam. Hæc Cælius.

Rutēni, orum. m. [Ῥουτηνοὶ Strab. Ῥουτανοὶ Ptol.] Galliæ Aquitanicæ populi, Narbonenſi provinciæ contermini, & Caduscis vicini. Auctor Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgo *Rhodez*.

Rutilius, [Ῥουτίλιος] Nomen gentis Ro. plebej. P. Rutilius M. F. Rufus libros Pontificales fecit, de quo Cicero in Brut. 113. Rutilius in quodam triſti & ſevero dicendi genere verſatus, magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt ejus orationes jejunæ, multa præclara de jure, doctus vir, & Græcis litteris eruditus, Panætii auditor, prope perfectus in Stoicis. Hic actus in exſilium a partibus Sullanis, & a Sulla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud, quod a Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 37. ponitur, Malo ut patria mei exſilii erubeſcat, quam reditu mœreat. V. Valer lib. 6 cap. 4. 4. conf. rufus.
P. Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit. De quo Valerius lib. 2. cap. 7. 3. Al. Rupilius.
Rutilius Lupus, rhetor, cujus meminit Quintil.
Rutilium, inquit Feſtus, Rufum ſignificat: cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuere, unde traxere cognomina Rutiliæ, ut indicat frequenter Afranius. [Sed rectius ſcribitur Rutilum & Rutilæ. V. infra.

Rutilesco, Rutilo, V. rutilus.

Rŭtĭlus, a, um. Adj. [ὑπέρυθρος, πυῤῥὸς] Quod habet aliquid ruboris admiſtum, ut conſpicuum & lucidum videatur. Plaut. Rud. 5. 2. 14.
Nam hoc quidem pol e rubigine, non e ferro, fabrefactum eſt;
Ita quamo magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit. Plin. lib. 8. cap. 18. Albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus.
Sueton. principio Neronis, Ut a nigro rutilum, ærique aſſimilem, capillum redderent. H. St.
Aurei, rutili, inquit Varro, & inde etiam mulieres valde rufæ, rutilæ dictæ. V. lib. 6. de L. L. 5. conf. rutilius extr.
Canes rutilæ, id eſt, non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Atejus capito, Canario ſacrificio pro frugibus, deprecandæ ſævitiæ cauſa ſideris Caniculæ. Feſtus.
Capilli rutili. Ovid. 2. Met. 319.
Comæ. Plin. lib. 6. cap. 22. Ipſos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci.
Cruor. Ovid. 5. Met. 83.
Flamma. Ovid. 3. Faſt 285.
Mars rutilus & horribilis terrenis. Cic. in Somn. Scip. 9. De ſidere.
Squamæ. Virg. 4. Georg. 93.

Rutilo, [ὑπεῤῥίζω] āre. Splendere: unde dicimus Aurum rutilare.
Arma rutilant. Virg. 8. Æn. 529.
Rutilare, Activum, pro Rutilum facere. Plin. lib. 28. cap. 12. Gallorum hoc inventum rutilandis capillis ex ſevo & cinere.
Comam rutilare. Suet. Calig. cap. 47.
Aliter in Gloſſ. Lat. Gr. Rutilat, Ἐρυθρᾷ, Ξανθίζει. V. scutino.

Rutĭlans, antis. Partic. ut, Arva rutilantia. Stat. 12. Theb. 514.
Arvaque ſanguineo ſcribit rutilantia gyro.
Compar. Fortunat 8. 5.
Vellere candidior niveo, rutilantior auro.

Rutilātus, a, um. Partic. Tacit. 4. Hiſt. 61. Propexum rutilatumque crinem patrata demum cæde legionum, depoſuit.
Comæ promiſſæ & rutilatæ. Liv. 38. 17.

Rutilesco, [πυῤῥαίνομαι] ēre. Rutilum fieri. Plin. lib 8. cap 55. In Alpibus candidi lepores, quibus hibernis menſibus pro cibatu nivem credunt eſſe: certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus.

Rutilus, cognomen gentis Marciæ. C. Marcius Rutilus Cenſorinus, teſte Valerio de Moderatione lib 4. cap. 1. 3. iterum Cenſor creatus, in concione populum corripuit, quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet, cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum judicaſſent.
Item Nautiæ. V. Rupert. in Pompom. de O. J. lib 3. cap. 6.

Rutŭlus, i. m. Idem, quod Rutilus. V. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. in Vopiſc. Prob. cap. 19. p. 705.

Rutrum, i. n. pr. com. [σκάφη] Inſtrumentum quo quid eruitur. A ruendo. Nam ſicut Aratum, aratrum; ſic Rutum, rutrum facit. Feſtus, Rutrum tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio, Ephebi, more Græcorum, arenam ruentis, exercitationis gratia, quod ſignum Pompejus Bithynicus ex Bithynia, ſupellectilis regiæ, Romam deportavit. Cato R. R. c. 11. Oportet habere villicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos. Plin. lib. 36. cap. 23. Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat. Adde Plin. lib. 28. cap. 45.

Rutellum, i. n. dimin. [σκαφίον] Lucil.
Frumentarius eſt, modium hic ſecum, atque rutellum,
Una adfert. Nonius 1. 66. a radendo dici putat, proinde quaſi inſtrumentum ſit hoſtorium ad æquandam menſuram & radendam: cum tamen ſignificari poſſit inſtrumentum, quo fruges corruuntur in modium, id eſt, conjiciuntur. Turnebus Adverſ. 8. 6.

Rŭtŭba, æ. m. [Ῥούτουβα] Flavius Liguriæ ex Apennino fluens, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.
Cavus Rutuba. Lucan. lib. 2. 422.
Dexteriora petens montis declivia Tibrim
Unda facit, Rutubamque cavum.

Rutubam, [τύρβη] Veteres Perturbationem appellabant. Varro Sexageſima, Ergo tum Romæ parce, pureque pudentis vivere in patriam: nunc ſumus in rutuba. Nonius, 2. 750.

Rutŭli, orum. m. Antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. Virgil. 8. Æn. 474. & paſſim.

Rutŭlus, a, um. Adj. ut,
Caſtra Rutula. Tibull. lib. 2. 5. 47.
Colles Rutuli. Virg. 7. Æn. 798.
Hoſtes Rutuli. Ovid. 2. Triſt. 5. 22.

Rutŭlus, i. m. Viri proprium. ut,
Magnanimus Rutulus. Ovid. 1. de Pont. 3. 63.
Et grave magnanimi robur mirare Rutuli
Non uſi reditus conditione dati. al. Rotili. V. rutilius.

Rutŭpiæ, arum. f. [Ῥουτουπίαι] Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum lib 2. cap. 3. Vulgo *Sandwich*.

Rutupīnus, a, um. Adj. [Ῥουτουπῖνος] Lucan. lib. 6. 67.
Aut vaga quum Tethys, Rutupinaque litora fervent,
Unda Caledonios fallit turbata Britannos.

R U Z

Ruzasus, i. m. Auguſti colonia in Tingitania. Plin. lib. 5. cap. 2. Rufazus legit Harduinus.

S

S

Littera semivocalis, quæ tantam habet cum H aſpiratione cognationem, ut veteres eam loco ipſius H aſpirationis poſuerint, in hujuſmodi vocibus & aliis; ἅλς, ſal: ἕξ, ſex: ἑπτὰ, ſeptem: ὗς, ſu. A Græcis derivata eſt ejus figura, & facili mutatione ex Σ fit S. Apud veteres Græcos pingebatur ad inſtar Romanæ C, a qua haud multum differt minuſcula ς. Sicut Græca σ in initiis & mediis, ς autem tantum in fine vocum ſcribitur; ſic apud Latinos [hac ætate] ſ principium & medium ſolummodo, s vero finem nec ullum alium locum occupat, excepto immediate ante aliam ſ; non enim ſcribitur *poſſum*, ſed *poſsum*, vel *poſſum*.

S literam in fine dictionis veteres elidebant ſubſequente conſonante. Quintil lib. 9. cap. 4. de compoſitione, Ceterum conſonantes quoque, eæque præcipue, quæ ſunt aſperiores, in commiſſura verborum rixantur, & s ultima cum x proxima, quarum triſtior etiam, ſi binæ collidantur, ſtridor eſt; ut Ars ſtudiorum. Quæ fuit cauſa & Servio (ut dixi) ſubtrahendæ s litteræ, quoties ultima eſſet, aliaque conſonante ſuſciperetur. Quod reprehendit Lauranius: Meſſalu deſcodit. Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, quum dicit Serenu' fuit, & Dignu' loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit ſic loquutos. Hactenus Quintilianus. Cic. in Orat. 161. Quinetiam, quod jam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant poſtremæ duæ litteræ, quæ ſunt in Optumus, poſtremam litteram detrahebant, niſi vocalis ſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt poetæ novi. Ita enim loquebamur,

Qui eſt omnibu' princeps. non, Omnibus princeps. &,
Vita illa dignu' locoque. non, Dignus. V. & Gell. 12. 4. qui hoc affert Ennii exemplum;

Suavis homo, facundu', ſuo contentu', beatus. [Quam plurima exempla ſuppeditant Plautus & Lucretius. In ſoluta tamen oratione hac eliſione abſtinuiſſe veteres videntur, præterquam in compoſitis vocabulis, ut in ſeq. apparebit.

Tollebatur etiam in dictionibus, quibus annexa eſt conjunctio enclitica ne, ut Scin' pro Scisne; Satin' pro Satisne.

Tollebatur etiam in dictionibus, quæ a Græcis derivatæ fuerunt, ut a ποιητής, Poeta. [Dorice ποιητάς. Nonnullis Vocativus videtur pro recto. V. Priſcian. l. 17. extr. Sed rectius habetur pro Æolicæ dialecti proprietate. conf. eundem lib. 6. fol. 61. a. Ald.]

Ciceronis temporibus, paulumque infra (ut inquit Quintil lib. 1. cap. 7.) fere quoties ſ littera media vocalium longarum, vel ſubjecta longis eſſet, geminabatur: ut Cauſſæ, Caſſus, Diviſſiones; quo modo & ipſum, & Virgilium quoque ſcripſiſſe, manus eorum docent. Atque paulalum ſuperiores etiam illud quod nos gemino ſ. dicimus Juſſi, una dixerunt.

Huic litteræ magna cum T cognatio eſt, & cum R, ut idem Quintilianus teſtatur lib. 1. cap. 4. nam & T in S, & rurſus S in T tranſit. ſimiliterque de R; dicit enim, Nam ut Valeſii & Fuſii, in Valerios Furioſque venerunt; ita Arbos, Labos, Vapos, etiam & Clamos, ac Laſes, ætatis fuerunt. Et hæc ipſa S littera ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit: nam Mertare, atque Pultare dicebant. [Pro Pulſare & Merſare. Laſes, pro Lares. V. ſ. l.

Nonnunquam tranſiit in X, ut Αἴας, Ajax; πρίστις, Piſtrix. [Sic Ulixes in Mſſ. optimæ notæ, pro Ulyſſes.

S, ſi ſequatur nomen proprium, denotat Servum vel ſervam; ſic AVG. N. S. Auguſti noſtri ſervus. [Niſi eſt, Auguſti nomini ſacrum.

Item S. pro Sacellum, Sacrum, Scriptus, Semis, Senatus, Sepulcrum, Sequitur, Sibi, Silentium, Stipendium.

S Semuncia. [vel Semis, ut dictum.

ꟙ Uncia, vel Centuria.

S — Bes.

S. A. Sub aſcia. SA. Sua. $\overline{SA}$. Sanguis.

S A B

SAB. Sabatina.

Săbă, [Σαβᾶ, Σαβαὶ Steph.] Civitas regia Æthiopiæ, inquit Joſephus, quam poſtea Cambyſes ſororis ſuæ nomine, Meroen denominavit. Hanc Nilus circumdans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt Revereri: quia tus mittit, quo in ſacrificiis utuntur: V. sabæi. Et ideo Turiferam vocat Ptolemæus. Sunt qui dicant, Saba Arabum lingua Myſterium ſignificari. Saba appellatur, quod ſignificare Græci Myſterium dicunt. Plin. lib. 12 cap. 14. Hieronymus vero Converſionem ſonare autumat.

Saba quidem civitas eſt regalis Æthiopiæ, ut ſcribit Hieronymus in libro de Locis Hebraicis: ſed tunc ſcribitur Saba per litteram Samech. Eſaiæ 43. 3. Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te, ſortiturque nomen a Saba filio Chus. Geneſis 10. 7. Filii autem Chus: Saba, Hevila, & Sabatha. Nam aliud vocabulum Saba ſcribitur per Sin litteram, & ſignificat Arabiam, a ſuo auctore Saba filio Regma, ut Geneſis 10. 7. Et ab eo dicuntur Sabæi, non Æthiopici, ut ſupra, ſed Arabici, de quibus Strabo libro 16. poſtquam de Nabathæis multa loquutus eſt. Unde quando invenitur per Sin litteram ſcriptum, transfertur Arabia, ut Pſalmo 71. 15. Dabitur ei de auro Arabiæ. Et paulo ſuperius 10. reges Arabum & Saba dona adducent. Ubi utraque vocabula in eodem verſiculo reperies. Solent itaque in hoc vocabulo facile decipi qui negligenter intuentur orthographiam. Saba igitur per Sin, Arabia eſt turifera, ad mare Rubrum, odorifera, & dives, ac ſeutæ cognomina inclyta. Per Samech autem, Æthiopica. Unde facile eſt intelligere reginam Saba, quæ ad audiendum Salomonem acceſſerat, 3. Regum 10. non fuiſſe Æthiopiſſam, ſed Felicis Arabiæ reginam.

Sabæus, a, um. Adj. [Σαβαῖος] ut, Tus Sabæum, Quod in Saba regione invenitur, vel quod apud Sabæos creſcit. Virg. 1. Æn. 420.

— centumque Sabæo
Ture calent aræ.

Flores Sabæi. Stat. 5. Silv. 1. 211.
Myrrha Sabæa. Sen. OEth. 376.
Ros Sabæus. Flacc. 6. Argon. 709.

Sabæi, [Σαβαῖοι] Arabiæ felicis populi, quorum metropolis eſt Saba, quam Strab lib. 16. Mariabam vocat: His proxima eſt (inquit) feliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos tus & myrrha, & cinnamomum naſcitur, in ora etiam balſamum. &c Mariaba, Sabæorum urbs, in monte jacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui judiciorum ac ceterarum rerum poteſtatem habet. Hæc & plura ibidem Strabo. Hos Joſephus lib. 1. a Saba Chuli filio, qui a Cham ortus fuit, dictos affirmat. Sabæos dictos putat Servius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, hoc eſt, venerari: quod deos per ipſorum tura venerantur, enarrans illud. Virg. 1. Georg. 57.

Indus mittit ebur, molles ſua tura Sabæi.

Dociles Sabæi. Claud. 4. Conſ. Hon. 305.
Leves Sabæi. Claud. 1. in Eutrop. 321.
Turiferi Sabæi. Vales. 6. Argon 138

Sabacus, Æthiopum rex, qui Aniſim Ægypti regem fugavit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herodoto, lib 2.

Sabăja, æ. f. apud Illyricos Cereviſiæ genus vocatur. Ammian. 26 8. Eſt ſabaja ex hordeo vel frumento in liquorem converſis paupertinus in Illyrico potus. Ubi V. Lindenbr. qui & Sabajum, i, n ex Hieron. in Eſaj. 6. 19. affert.

Sabăjărius, i. m. Sabajam potans. Ammian. 26. 8. Injurioſe compellabatur ut ſabajarius

Sabănum, i. n. [σάβανον] Linteæ veſtis genus. Marc Empir cap. 26. In ſabanis conſtitutus. V. Caſaubon. ad Suet. Aug cap. 83. Gloſſ. Græc. Lat. Σαβανον, Sabanum, Lentium. [Ut in N. T. λέντιον, pro Linteum.

Sabaoth, ſ. pl. [σαβαώθ] Hebræis Militiæ vel exercitus: unde Dominus ſabaoth. V. Tertul. adverſ. Jud cap 13.

Săbăta, [Σαββατα Steph.] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Sabatium, Plin. lib. 3. cap 4. Sabatia, Pomponio lib. 2. 4. Maritima civitas Liguriæ, vulgo *Savona*, aliis *Saona*. V. savona.

Sabătius, a, um. Adj. ut, Stagna Sabatia. Sil lib 8. 491.

Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique
Stagna tenent. Strab lib. 4. Ad Genuam Liguſticum emporium, & Sabatis vada nuncupata, quæ paludes ſunt, Apenninus quidem a Genua, Alpes vero a Sabatiis initium capiunt: Inter Genuam vero & Sabatios ducenta ac ſexaginta ſtadia interſunt.

Sabatus, Lacus Italiæ eſt. Unde fit

Sabatinus, a, um. Adj. Columel. lib 8. cap. 16. Inde Velinus, inde etiam Sabatinus, & item Volſinienſis, & Ciminus, lupos, auratasque procreaverunt.

Sabatina Tribus. V. tribus.

Sabathra, [Σάβαθρα] Ptolemæo lib 4 cap. 3. Urbs parvæ Syrtis, Plinio Sabram dicta, vulgo *Raxamabes*. V. Drakenb. ad Sil. 3. 256.

Săbăzius, i m. [Σαβάζιος] Bacchus ſive Dionyſus ita dicitur ab [illegible], quod barbari, præſertim Phryges, [illegible] vocant. Auctor Suidas. Eſt autem [illegible] Bacchari, tripudiare, & more furentium ſaltare. Valer. Max. lib. 1, cap. 3. 2. de Cornelio Hiſpalo, Idem, qui Sabazii Jovis

S

culto

coltu ſimolato mores Romanos inficere conati ſunt, domor ſuas repetere coegit. Eundem vero eſſe & Dionyſum, cum alii, tum Amphitheus in ſecundo libro Heracleæ. Mnaſeas vero Patareus Sabazium ait filium eſſe Dionyſi. V. Cælium lib. 7. cap. 15. [Vel potius Suid.
Item nomen fuit Jovis, in cujus honorem Cretenſes Orgia celebrabant, & eum Sabazium vocabant. V. Valer. paulo ante.

SABAZIA, orum. n. [Σαβάζια] Sacra in honorem Bacchi inſtituta; de quibus. V. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. & Arnob. 5. p. 171.

SĂBĂTUM, vel SABBĂTUM, i. n. [τὸ σάββατον] Vox Hebraica, inflexione Latina declinata, ſignificans Quietem, ceſſationem ab opere. Eſt autem Septimus dies, quo requievit Deus ab operibus ſuis. Prima itaque ſabbati dicitur, primus dies ſeptimanæ, quem Dominicum etiam nominamus: ſecunda ſabbati, ſecundus dies: tertia ſabbati, tertius dies: quarta ſabbati, quartus dies: quinta ſabbati, quintus dies: ſexta ſabbati, ſextus dies, a die Dominico: & ipſum Sabbatum ſeptimus dies. Hæc Ethnici Planetarum nominibus appellant: quod nunc quoque retinemus: ut prima a Sole, ſecunda ſabbati a Luna ſit, tertia a Marte, quarta a Mercurio, quinta a Jove, ſexta a Venere, ipſum Sabbatum a Saturno. Apud Græcos & Romanos, ſemper pro Septimo die, Saturno ſacra. Sueton. in Auguſt. cap. 76. Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis jejunium ſervat, quam ego hodie ſervavi. Verba ſunt Auguſti. Idem in Tiber. cap. 32. Diogenes Grammaticus diſputare ſabbatis Rhodi ſolitus, venientem, &c. Hor. 1. Serm. 9. 69. Hodie triceſima ſabbata. V. Juſtin. 36. 2. 14. Tertul. Apol. cap. 18. Plin. 31. 2. In Judæa rivus ſabbatis omnibus ſiccatur. V. & Sen. Epiſt. 95. Rutil. Itin. v. 389. De Sabbato gentilitio peculiaris eſt Jo. Jac. Syrbii diſquiſitio. conf. item Broeckh. in Tibul. 1. 3. 18.
Σάββατον, Sabata. Gloſſ. Græc. Lat. In Singulari apud Latinos antiquiores rarius occurrit.
Feſta ſabbata obſervare. Juven. 6. Sat. 158.
Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges.
Peregrina ſabbata. Ovid. Rem. Amor. 219.
Nec pluvias opta, nec te peregrina morentur
Sabbata, nec damnis Allia nota ſuis.

SABBATĀRIUS, a, um. Adj. ut Sabbatarius luxus, i. e. Magnus & Feſtivus. Sidon. 1. Epiſt. 2.

SABBATĀRIUS, i. m. [ὁ σαββατίζων] Qui ſabbatum colit & obſervat, quod faciunt Judæi. Unde & Sabbatarii a Martiale dicuntur, lib. 4. 4.
Quod jejunia ſabbatariorum,
Mallorum quod anhelitus reorum, &c.

SABBATIZO, āre. [σαββατίζω] Tertull. adv. Jud. cap. 2. Juſtos ſabbatizaſſe.

SABBATISMUS, i. m. [σαββατισμός] Sabbati celebratio. Auguſtin. de Civ. Dei, 22. 30.

SABA, Syrorum lingua, Menſis Februarius dicitur.

SABELLUS, SABELLICUS. V. SABINUS.

SĂBĬDIUS, Vir Romanus, gulæ deditus. Cujus voracitatem & fœtorem ex eo animæ, inſectatur Martial. lib. 3. 17.
Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis,
Urebat nimio ſæva calore manus.
Sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo
Sufflavit buccis terque quaterque ſuis.
Illa quidem tepuit, digitoſque admittere viſa eſt:
Sed nemo potuit tangere, merda fuit. Eundem & hoc epigrammate inſectatur, lib. 1. 33.
Non amo te, Sabidi, nec poſſum dicere quare:
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

SABIM, Arabes Deum appellant, & illi decimas menſura, non pondere perſolvunt.

SĂBĪNA, æ. f. [ἡ βράθυ] Herba de qua ſic Plin. lib. 24. cap. 11. Herba Sabina, brathy appellata a Græcis, duorum generum eſt. Altera tamaricæ ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Columel. lib. 6. cap. 4. Alii ſabinam herbam, rutamque cum mero diluunt.

SĂBĪNA, æ. f. Illyrii appellabant Telum venabuli ſimile. Ennius apud Paulum,
Illyrii reſtant ſicis ſabiniſque fodentes. al. Sibynis. V. ſuo loco.

SĂBĪNI, ōrum. m. [Σαβῖνοι] Antiquiſſimi Italiæ populi ſunt & indigenæ atque aborigines. Ab iis Picentes, Samnitesque in colonias defluxere. Sabinorum agrum Tiberis alluit, quemadmodum Umbriam, Latiumque. Quippe inter Umbros ac Latinos ſunt Sabini, extenduntúrque uſque ad Nomentum oppidum, & a religione & deorum cultu, hoc eſt ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, dicti ſunt Sabini, quaſi Sebini. Auctor Plin. lib. 3. cap. 12. Quanquam Silius a Sabo, gentis auctore, Sabinos dici putat, qui lib. 8. 423. ſic ait,
— parat ſudes ore ferebant,
Sabe, tuas: qui de proprio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos. Sabum iſtum Sanci vel Sancti eſſe filium tradit Dion. Halicarn. Antiq. 2. 51.
Sabinos vocat fortiſſimos & florem Italiæ. Cic. pro Ligar. 32.
Triſtem & tetricam diſciplinam antiquis Sabinis tribuit Liv. 1. 18.
Mulieres Sabinæ præ ceteris placuerant tanquam pudicæ & caſtæ; V. Ovid. 1. Amor. 101. &c. Hor. Epod. 2. 39. Martial. 1. 63.
Ardui Sabini. Hor. 3. Carm. 4. 21.
Baccifero Sabino nutrita gens. Sil. lib. 3. 596. ob oleæ copiam.
Incultæ Sabinæ. Ovid. 1. Amor. 8. 39. al. Immundæ.
Rigidi Sabini. Hor. 2. Epiſt. 1. 25.
Tetricæ Sabinæ. Ovid. 3. Amor. 8. 61.
Veteres Sabinæ. Juven. 10. Sat. 299.
Hordeum, quod Fordeum Sabini dixerunt. Pontanus de Aſpir. p. 18. Idem p. 49. Nam Folem & Foliam (antiqui) dixiſſe inveniuntur, idque ex Sabinorum lingua. H. St. V. fol. 27. 2. Aldi, ubi de O ante S.

SABĪNUS, a, um. Adj. [Σαβῖνος] ut,
Ager Sabinus. Hor. 2. Serm. 7. 118.
Cælum. Idem 1. Epiſt. 7. 77.
Diota. Hor. 1. Carm. 9. 7.
Gens Sabina. Ovid. 15. Met. 4.
Herba Sabina. Propert. lib. 4. 3. 58. V. ſupra SABINA.
Sol Sabinus. Stat. 5. Silv. 1. 123.
Vila Sabinum. Hor. 1. Carm. 20. 1.
— vile potabis modicis Sabinum
Cantharis. Subaudi, Vinum.

SĂBELLUS, a, um. aliud Adj. Juven. 3. Sat. 169.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negavit
Tranſlatus ſubito ad Marſos, menſamque Sabellam. Virg. 2. Georg. 167. de Italia loquens,
Hæc genus acre virûm Marſos, pubemque Sabellam,
Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos
Extulit, &c. Idem 8. Æn. 510.
Gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret.
An quaſi Sabinellus? H. St. Gloſſ. Græc. Lat. Σαβίνη, Sabella. Stephano Σαβίνη ſit etiam regionis nomen, quod apud Latinos ita abſolute poſitum non reperi. Semper enim illi gentile ponunt, additis præpoſitionibus, ut In Sabinos, vel Sabinis, Ex Sabinis &c. Suſpicor tamen Sabinum dixiſſe, ut Samnium. Quod de aliorum Sabinorum trans Padum regione ſatis conſtat, quæ adhuc *Val di Sabo* vocatur.
Anus Sabella. Hor. 1. Serm. 9. 29.
Carmina Sabella. Hor. Epod. 17. 28.
Jaculator Sabellus. Sil. lib. 4. 221.
Ligonibus Sabellis verſare glebas. Hor. 3. Carm. 6. 38.
Pubes Sabella. Virg. 2. Georg. 167. V. ſupra.

SABELLICUS, a, um. aliud Adj. ut, Sus Sabellicus. Virg. 3. Georg. 255.
Ipſe ruit, denteſque Sabellicus exacuit ſus.

SABELLIUS, i. m. [Σαβέλλιος] Hæreticus Trinitatem Perſonarum in Deitate negans. V. Arat. 1. Apoſt. 1. 924. A quo Sabelliani.

SABĪNUS, i. m. [Σαβῖνος] Cognomen multarum gentium Romæ fuit. Sabinus Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio. Cujus meminit Seneca in Declamationibus. [Forſan Aſellius Sabinus, de quo Suet. in Tib. cap. 42.
Flavius Sabinus, Veſpaſiani frater, Præf. Urb. per ann. XII. ſub Nerone & Othone, interfectus a Vitellio, qui Veſpaſiano res contra Judæos gerente, poſt Othonis mortem, Capitolium cum æde Jovis occupaverat. V. Suet. Veſp. 1. & Vitell. 15. Tac. Hiſt. 1. 46. Plut. in Othon. p. 1068. edit. Francf.
Sabinus, Sergius, Zeugmatenſis ſophiſta, ſub Adriano principe. Scripſit Iſagogen ad materias & hypotheſes, Declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas in Σαβῖνος & Σέργιος.
Sabinus Maſurius J. C. ſub Ti. Cæſare, ſcripſit Faſtorum & memorabilium rerum libros. Ejus meminit Pompon. Enchir. C. 13. §. 2. ubi V. Rupert.
Sabinus Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hieroſolymorum muros aſcendit: auctor Joſephus lib. 7. cap. 1.
Sabinus Tiro, qui ſcripſit περὶ κηπουρικῶν, id eſt de Hortenſibus, ut ſcribit Plin. lib. 19. cap. 10.

SABIS, Fluvius inter Belgas. V. SAMAROBRINA.

SABIOSA, Porta Romæ dicebatur, quæ recta in Sabinos ducebat. [Quis auctor?

SABOTA, [Σαβώ Steph.] Urbs Arabiæ in monte excelſo, a quo octo manſionibus differt regio eorum turifera. Auctor Camers, Solini interpres.

SABRATHA, vel SABRATA, cum tenui [Σαβράθα Ptol.] Plin. 5. 4. Syrticæ regionis urbs, contingens Syrtim minorem. Meminit Itin. Anton. Solin. cap. 27. Videtur eadem ac Sabathra Ptol. V. SABATHRA. Hinc

SABRATENSIS, e. Adj. gentile. Suet. Veſp. cap. 3. pr. Statilii Capellæ equitis Romani Sabratenſis ex Africa delicatam.

SABRIANA, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Æſtuarium Britannici maris.

SABRINA, æ. f. [Σαβρίανα Ptol.] Fluvius Angliæ celeberrimus, qui ortus in comitatu Montgomerienſi, deinde per Angliam fluens, Salopiam & Vigorniam irrigat. Hodie vocatur, *Severn*. Hujus meminit Tacit. 12. Annal. 31.

SABUCUS, V. SAMBUCUS.

SĂBŬLUM, i. n. [ἄμμος] Arena tenuior & minutior. Plin. lib. 17. cap. 4. Invicem ſabulum album in Ticinenſi, multiſque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permiſtum, infecundum eſt. Curt. 4. 6. 9. Deſidens ſabulum. Gloſſ. Lat. Gr. Sabulum, τὸ μάλιον, ἀμμώδης.

SABŬLO, ōnis. m. Idem. Columel. lib. 4. cap. 33. de caſtanea. Pullam terram & reſolutam deſiderat, ſabulonem humidum, vel refractum tophum non reſpuit. Varro 1. de R. R. cap. 9. In quis lapis, marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, &c. Ibidem 4. Præterea diſcrimina etiam omnium horum generum ſubtiliora alia, ut in ſabuloſa terra, quod ibi refert, ſabulo albus ſit, an rubicundus. Columel. lib. 3. cap. 11. Nigrum tamen & rutilum ſabulonem, qui ſit humidæ terræ permiſtus, probaverunt antiqui.
Item Qui ſabulo canit. Macrob. 2. Saturn. 1. [Niſi Sabulonis legendum q. V.

SABULŌSUS, a, um. [ἀμμώδης] Adj. Plenum ſabulo. Columel. lib. 2. cap. 9. Nec in ſabuloſo ſolo, ſed in arena quoque proveniunt modo humido cælo, vel riguo ſolo. Plin. lib. 13. cap. 4. Palma gignitur levi, ſabuloſaque terra. Apud Columel. 6. cap. 23. Stabula ſabuloſa.

SABULĒTUM, i. n. [ψαμμῶδες] Locus qui ſabulo abundat. Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilium naſcitur in ſabuletis.

SĂBŪRA, æ. m. Nomen viri proprium, qui ſecundum poſt regem Jubam obtinuit locum apud Numidas. Lucan. lib. 4. 723.
Mittitur, exigua qui prælia prima laceſſat,
Eliciatque manu, Numidis a rege ſecundus,
Ut ſibi commiſſi ſimulator Sabura belli. V. Cæſ. Civil. 2. 38. ſeq.

SĂBURRA, æ. f. [ἕρμα, ἑρμάτιον Gl. L. G.] Arena craſſior & vilior, qua naves onerari uſque ad certam menſuram, quo ſtabiliores ſint, conſueverunt. Plin. lib. 10. cap. 23. Certum eſt, Pontum tranſvolaturas, primum omnium anguſtiſſima petere, inter duo promontoria Criu metopon, & Carambin: mox ſaburra ſtabiliri. De gruibus. Liv. 37. 14. Se in animo habuiſſe tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere, multa ſaburra gravatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. Virg. 4. Georg. 195.
— & ſæpe lapillos,
Ut cymbæ inſtabiles fluctu jactante ſaburram,
Tollunt.

SABURRĀLIS, e. Adj. Saburra conſtans. Vitruv. 9. 9. V. SACOMA.

SABURRO, [ἑρματίζω] āre. Satagere in ſabulo, ac merſare. Plin. lib. 18. cap. 35. Echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt.

ſunt. Solin. cap. 15. Grues volaturæ arenas devorant, ſublatiſque lapillis ad moderatam gravitatem ſaburrantur.

Saburrātus, a, um. Partic. [ἑρματισθεὶς] Saburra oneratus; & per translationem, Plenus, oppletus. Plaut. Ciſtel. 1. 2. 1. Quæ ubi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplo ſumus.

Sabus, V. sabinus.

Sabyllos, Gelæ urbis Siciliæ tyrannus, poſt a ſe ipſo interfectum Cleandrum. Auctor Herodotus lib. 6.

S A C

SAC. Sacerdos, Sacrum.

Saca, V. amanus & amanites.

Sacæ, ārum m. pl. [Σάκαι] ſunt Scythiæ populi, quos Herodotus tradit vocari a Perſis omnes Scythas: Item Plin. lib. 6. cap. 17. Ultra (inquit) ſunt Scytharum populi, Perſæ illos Sacas univerſos appellavere a proxima gente, antiqui Aramæos, Scythæ ipſi Perſas Chorſaros. Horum meminit & Strabo lib. 11. Dicuntur & Sagæ, teſte Mela lib. 3. cap. 5. & 6. V. Infra.

Sacarum, Regio eſt (ut Ptolemæus lib. 6. cap. 13. ait) in Aſia ultra mare Caſpium, Sogdianis contermina: in qua nec urbes nec vicos eſſe teſtatur; ſed incolæ ejus regionis nemora & ſpecus habitant, ſagittandi arte peritiſſimi. Qui olim Bactrianam provinciam occupavere, & optimam Armeniæ regionem adepti ſunt, ut lib. 11. Strabo refert, atque uſque ad Cappadocas proceſſerunt. Sed quum ex ſpoliis feſta celebrarent, Perſarum imperatores eos noctu adorti, funditus delevere. Hos quidam Saccaſanos vocant.

Saccaria, Saccarius, Saccatus, Saccellus, Saccia, Saccipērio, Saccipērium, Sacco, Saccularius, Sacculum, Sacculus, V. saccos.

Saccharon, i. n. [τὸ σάκχαρον] Succus ex certi generis arundinibus collectus, concretuſque gummi, vel ſalis modo, candidus, ac fragilis & mellei ſaporis. Quibuſdam Mel arundinaceum dicitur. Plin. lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Ampliſſimum, nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum uſum. V. Harduin. ad loc.

Saccus, i. m. [ὁ σάκκος] Receptaculum ad pecuniam, frumentum, aut aliud quidpiam condendum; necnon ad vinum percolandum & defæcandum.

Saccus, pecuniæ ſervandæ. Hor. 1. Serm. 1. 70.

— congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians. Idem 2. Serm. 3. 149.
— menſam poni jubet, atque
Effundi ſaccos nummorum.

Saccus frumentarius, Quo frumentum geritur. Cic. 3. Verr. 95. Quum iſte civitatibus frumentum; coria, cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret; pro his rebus pecuniam exigeret.

Saccus nivarius, ſic loquitur apud Martial. lib. 14. 140.

Attenuare nives norunt & lintea noſtra,
Frigidior colo non ſalit unda tuo. Domitius, Nives in penu ſervatæ vina refrigerabant hoc pacto. Cola, vel ſacci nivibus implebantur, per quos effuſa vina colabantur graviſſimo frigore. Hinc Colum nivarium apud Martialem, & Saccus nivarius. V. Nivarius in nix. Cola autem ſerviebant lautioribus, erantque majoris pretii: Nam ex politis viminibus, aut certe panno craſſiore conſtabant. Conficiebantur item ſacci ad eundem uſum linteis, ſed minoris pretio. Huc faciunt Plinii verba lib. 19. cap. 4. Hæc, inquit, prodigia ventris. Hi nives, illi glaciem potant, pœnaſque montium in voluptatem gulæ vertunt. Servatur algor æſtibus, excogitaturque ut alienis menſibus nix algeat. Decoquunt alii aquas, mox & illas hiemant. Paulo ante dixerat, Inveterari vina, ſacciſque caſtrari. Tunc autem Caſtrari vina dicuntur, quum vires ſacco franguntur. Plin. lib. 23. cap. 50. Utiliſſima tamen omnibus ſacco viribus fractis.

Saccis vina caſtrare. V. castro.

Saccus vinarius. [Ὑλιστήρ. Gloſſ. Lat. Græc.] Plin. lib. 24. cap. 1. de quo idem lib. 14. cap. 22. Quinimmo ut plus capiamus, ſacco franguntur vires. Columel. 9. cap. 15. Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus inverſæ metæ ſimilis. Idem lib. 12. cap. 17. Poſtea in junceis fiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant.

Biſaccia, Commentator Horatii. Vide in Schediaſmate quodam in Charteario, quod eſt aſſutum Theſauro col. 1104. b. Gall. Il fait ſes Bouges. H. St. Sed Theſaurus iſte Gallicus ad manus non erat nobis, ut ſatis quo pertineat hæc animadverſio appareret. conf. avesta & bisaccium. Dictum autem Biſaccium, quod ſacco duplici conſtaret.

Saccia, æ. f. Gloſſ. Græc. Lat. Σάκκος, Saccia, ſaccus.

Saccŭlus, i. m. dimin. [σακκίον] Cic. 2. de Fin. 23. Cui nihil domi ſit, jus & ſacculos abſtulerit. Vetus codex legit Sarculos. V. not. locus deſperatus. Martial. lib. 5. 40.

Excuſſi loculoſque ſacculumque. Plaut. Capt. 1. 1. 20.
Vel ire extra portam trigeminam ad ſaccolum licet. Al. Saccum.

Catul. 13. 8. Plenus ſacculus eſt aranearum.

Pleno cum turget ſacculus ore. Juven. 14. Sat. 138.

Saccŭlum, i. n. Idem. Vet. Gloſſ. Græc. Lat. Βαλλάντιον, Sacculum, Sacculus. Βαλαντίδιον, Sacculum.

Saccellus, i. m. aliud dimin. Vet. Gloſſ. Lat. Gr. Saccellus, βαλάντιον. Petron. cap. 40. Sonantes ære ſaccellos mittere. [Suid. Σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσίππιον: ἐξ οὗ καὶ Σακελλάριος. Scribendum fuit Σακκέλλιον & Σακκελλάριος. Sed ita & alibi Μάρσιπος, σάκος, βαλάντιον, σακέλλιον. Etſi litteram in primitivo geminaverat.

Saccārius, a, um. Adj. ut,

Saccaria navis. Quintil. lib. 8. cap. 2. Fallunt etiam verba, vel regionibus quibusdam magis familiaria, vel artium propria, ut Atabulus ventus & navis Saccaria. V. Cælium lib. 25. cap. 20.

Saccarius, i. m. Bajulus vel gerulus [ὁ σακκοφόρος] qui ſaccis geſtandis victitat. Paulus in l. Qui fundum, De contrahend. empt. Ceterum ſecundum verba non eſſe exceptum quod ex ſtipula naſceretur, non magis, quam ſi quid ex eo quod ex ſacco ſaccarii cecidiſſet, aut avibus ex ore cecidiſſet, natum eſſet. Budæus.

Item, Qui ſaccos conficit. Vet. Gloſſ. Gr. Lat. Σακκοπλόκος, Saccarius.

Saccaria, æ. f. [ἡ τῶν σάκκων ἐμπορία] Saccorum mercatura. Apul. lib. 1. de Aſino, Saccariam faciens merebam. Sagariam legit Elmenh. pag. 105.

Sacculārius, i. m. [βαλαντιοκλέπτης] quid ſignificet, declarat Ulpianus, De extraordin. criminibus, L. Saccularii, his verbis, Saccularii, qui vetitas artes exercentes, in ſacculos partem ſubducunt, partem ſubtrahunt.

Sacco, āre. [σακκίζω Gl. L. G.] Sacco percolare, uti explicat Columel. 12. 17. Martial. 2. 40.

Cæcuba ſaccentur, quæque annus coxit Opimi. Plin. 29. 2.

Quæ pinguitudo in linteo ſaccatur.

Dicitur interdum in eodem ſenſu Caſtrare vinum, ut apud Plin. 19. 1. & Vinum liquare, apud Hor. 1. Carm. 11. 16.

Saccātus, a, um. Partic. [ὁ διὰ σάκκου σακκισθείς] Plin. lib. 20. cap. 19. De diacodio, fit autem hujus papaveris aut cujuſcunque ſilveſtris capitibus cxx in aquæ cæleſtis ſextariis tribus biduo maceratis, in eademque diſcoctis: deinde ſaccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Idem lib. 29 cap. ult. Saccatuſque lineis ſaccis, & in fictili novo repoſitus loco frigido, minus putreſcit addito melle. De adipe avium præparando. Saccatus, i. e. Per ſaccum colatus, ſic vinum Hippocraticum colant pharmacopolæ. Sen. Epiſt. 86. Non ſaccata aqua lavabatur, ſed ſæpe turbida. Sic MSS; ſed alia eſt lectio quorundam exemplarium.

Saccatus corporis humor, Urina. Lucret. 4. 1032.

Saccipērio, ōnis. m. Marſupium majoris modi; a Sacco & Pera. Non. cap. 12. 50. Nubentes aſſem in ſacciperione condidiſſent. V. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. 11. 12.

Saccipērium, i. n. Idem. Plaut. Rud. 2. 6. 64.

Quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

Sacellum, [τὸ σηκίον] V. sacer.

Săcer, acra, um. pr. comm [ἅγιος, ἱερὸς Gloſſ. Lat. Gr.] Venerabilis, Religione ſanctum. Virg. 8. Æn. 591.

Suſtulit ex ſacrum cælo. Plaut. Men. 5. 5. 38.
At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Jovi ſcio. Plin. Epiſt. 177.

Reverere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in urbibus ſacra eſt.

Confundere ſacra profanis. Claud. 4. Conſ. Honor. 238.

Miſcere ſacra profanis. Hor. 1. Epiſt. 16. 54.

Ædes ſacra. Cic. 13. Fam. 12.

Amor ſacer. Valer. 3. Argon. 367. Sic vulgati codices; ſed rectius in hodiernis editionibus legitur Acer.

Tib. Elegia 2. libri primi. H. St. Reliqua reſecta fuerunt. Puto verſum 27. ejuſdem elegiæ adſcripſiſſe hunc,

Quiſquis amore tenetur eat tutuſque ſacerque. Unde forſan non inſcite & Amor ipſe Sacer dicetur.

Aræ ſacræ. Virg. 3. Georg. 160.

Aut aris ſervare ſacris, aut ſcindere terram. Sic ſcriptum legimus in nonnullis editionibus, ſed in Romano & Mediceo codice legitur Sacris, quod Pierio potius arridet.

Arvum ſacrum Martis. Ovid. 7. Met. 100.

Chorus ſacer. Ovid. 2. Faſt. 156.

Dies ſacer. Hor. 2. Carm. 13. 20.

Effigies ſacræ divûm. Virg. 3. Æn. 148.

Fontes ſacri. Virg. 1. Ecl. 53.

Horror ſacer. Claud. 6. Conſ. Hon. 33.

Ignibus ſacris imponit libamina. Virg. 6. Æn. 244.

Jura ſacerrima lecti. Ovid. 9. Epiſt. 159.

Locus ſacer, & Profanus, contraria. Cic. 1. de Invent. 38. & Nep. 2. 6.

Lucus late ſacer. Virg. 5. Æn. 761.

Medicamen ſacrum, Divinum. Ovid. 2. Met. 122.

Mens ſacra. Ovid. 6. Faſt. 6.

Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet. i. e. Divinæ.

Signa ſacra & religioſa. Cic. 3. de Legib. 31.

Voce ſacra profatur Tellus. Ovid. 2. Met. 278. Alii hic leg. Voce ſicca locuta eſt.

Vulgus ſacrum. Cœtus deorum. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 71.

Sacer, cum Genitivo. Plin. lib. 8. cap. 21. Feram nomine Axim, hinnuli pelle, pluribus candidioribuſque maculis, ſacram Liberi patris. Græco more. H. St. V. ejuſd. not. ad primum epigram. Anthologiæ ipſius edit.

Sacer, cum Dativo. Plin. lib. 16. cap. 4. Civica iligna primo fuit, poſtea magis placuit ex æſculo Jovi ſacra. Ibidem cap. 33. Diti ſacra cupreſſus.

Sacrum eſt ritu. Plin. lib. 11. cap. 37. Morientibus oculos operire, rurſuſque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu ſacrum eſt.

Sacer, Exſecrandus, ſceleſtus [ὁ ἐξάγιστος] Virg. 3. Æn. 56.

— quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? Plin. lib. 33. cap. 1. Utinamque poſſet e vita in totum abdicari aurum, ſacra fames, ut celeberrimi auctores dixere.

Homo ſacer, inquit Feſtus, is eſt, Quem populus judicavit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari, ſed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunicia prima cavetur, Si quis eum, qui plebiſcito ſacer ſit, occiderit parricida ne ſit. Ex quo quivis homo malus atque improbus, Sacer appellari ſolet. Hor. 2. Serm. 3. 181.

— uter Ædilis fueris, vel
Veſtrûm Prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto. Budæus, Antiqui Sacros homines vocabant, quaſi Exſecrandos & deteſtandos. Unde, Sacra fames Virgilio: & Sacer atque inteſtabilis Horatio, e xii Tabulis ſumptum vocabulum: quod more Gallorum Servius tranſlatitium eſſe ait. Nam quum Maſſilienſes peſte laborarent, unus ſe ex egentibus offerre ſolebat annum integrum alendum publicis cibis & purioribus. Poſtea verbenis, veſtibuſque ſacris ornatus circumducebatur per urbem cum exſecrationibus, precabanturque ut in eum omnia mala civitatis incumberent & inciderent: ſicque projiciebatur. Plaut. Bacchid. 4. 6. 14.

Men' criminatus eſt? optume eſt: ego ſum malus,
Ego ſum ſacer, ſceleſtus.

Sæpe additur Datīvus. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 7. Hoc loco, inquit, non alienum videtur de conditione eorum hominum referre, quos leges diis ſacros eſſe jubent: quia non ignoro quibuſdam mirum videri, quod

quum cetera ſacra violari nefas ſit, hominem ſacrum jus fuerit occidi. Cujus rei cauſa hæc eſt: Veteres nullum animal ſacrum in finibus ſuis eſſe patiebantur, ſed abigebant ad fines deorum, quibus ſacrum eſſet: animas vero ſacratorum hominum diis debitas eſſe exiſtimabant. Liv. 3. 55. Ejus caput Jovi ſacrum eſſet. Inde Sacratæ leges dictæ, ut Feſtus alibi auctor eſt, Quibus ſanctum eſt, qui quid adverſus eas fecerit ſacer, alicui deorum, ſicut familia pecuniaque. Hactenus Budæus. [Lego, Deorum ſit, ut.

Sacer item pro Magnus. Sil. 8. 100.
Heu ſacri vatum errores. Ubi Heinſius interpretatur Sacros, Magnos ex Græcorum more. Lucanus utrumque conjunxit, 9. 983.
O ſacer & magnus vatum labor.

Sacer ignis, [ἑρπυστικὴ, ἢ ἐρυσίπελας Gl. L. G. & G. L.] Morbus, cujus multa ſunt genera, quæ apud Plin. lib. 25. cap. 11. habentur. Columel. lib. 7. cap. 5. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores. Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta eſt, univerſum gregem contagione proſternit: ſic quidem quod nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur: nam pæne ad omnem tactum excandeſcit. V. IGNIS. Lucret. lib. 6. 660.
Et ſimul ulceribus quaſi inuſtis omne rubere
Corpus, ut eſt, per membra ſacer quum diditur ignis.

Ignis ſacer edit contactos artus. Virg. 3. Georg. 566.

Sacer morbus, appellatur Comitialis. Gloſſ. Græc. Lat. Ἱερὰ νόσος, Sacer morbus, Morbus ſonticus, Morbus comitialis, V. COMITIUM.

Os ſacrum. Gloſſ. Gr. Lat. Ἱερὸν ὀστοῦν, Coxendix, Maſpina. [l. Ima ſpina.

SACER Mons, appellatur trans Anienem, paulo ultra tertium milliarium, quod eum plebes (Romana) cum ſeceſſiſſet a patribus, creatis Tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes Jovi conſecraverunt. Feſtus. Cic. in Brut. 54. Videmus item, inquit, paucis annis poſt reges exactos, quum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium conſediſſet, eumque montem, qui Sacer appellatus eſt, occupaviſſet, M. Valerium Dictatorem dicendo ſedaviſſe diſcordias, atque ob eam rem honores ampliſſimos habitos, & eum primum ob eam ipſam cauſam Maximum eſſe appellatum. Hactenus Cicero. Sunt qui Sacrum eſſe dictum putant, quod in eo leges ſacratæ ſint latæ, & magiſtratus ſacroſancti creati. Feſto præit Cic. Fragm. Or. pro C. Cornel. V. p. 1794. Varburg.

SACRA Via, Locus in urbe Roma, ubi Romulus & Tatius fœdus fecerunt: cujus meminit Cicero pro Planc. 17. his verbis, Equidem, inquit, ſi quando, ut fit, jactor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſumma Sacra via, quum ego ad Fabium fornicem impellor: ſed eum qui in me ipſum incurrit atque incidit. Hac, triumphantes in Capitolium ibant. Tendebat autem a regia uſque in arcem. Hor. 1. Serm. 9. 1.
Ibam forte via ſacra, ſic ut meus eſt mos. Hanc idem auctor Sacrum clivum nuncupavit. V. 4. Carm. 2. & Feſt. in Sacram viam.

SACRUM Promontorium, Luſitaniæ locus, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 2. *Caput ſancti Vincentii* hodie dicitur, ubi Cuneus ager. *Cabo de ſan Vincente.*

SACRUM, i. n. [ἱερὸν, θῦμα Gl. L. G.] dicitur Omne quod nomine deorum habetur. Frequenter pro Sacrificio.

Familiare ſacrum, erat Sacrificium privatum ſingularum familiarum. V. Macrob. 1. Saturn. 16.

Non gratum ſacrum. Lucan. lib. 1. 611.

Novendiale ſacrum. V. NOVEM.

Piaculare ſacrum facere, h. e. Sacrificium pro expiatione ſceleris. Liv. 29. 19. Sacrum piaculare fieri. Et 29. 21. Prætor Legatique Locros profecti, primum, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere. Omnem enim ſacram pecuniam, quæque apud Pleminium, quæque apud milites erat, conquiſitam, cum ea quam ipſi ſecum attulerant, in theſauris repoſuerunt, ac piaculare ſacrum fecerunt.

Populare ſacrum dicebatur Publicum, quia pro populo publice fiebat. Feſtus.

Publicum vocabatur, Quod publico ſumptu pro populo fiebat, quodque pro montibus, pagis, curiis & ſacellis. Feſtus.

Secluſum ſacrum fuit, quod Græci Myſterium vocabant. Feſtus.

Solenne, Quod certis temporibus anniſque fieri ſolet. Feſtus. Vocabatur etiam Statum. V. infra.

Solenne, & neceſſarium ſacrum. Tacit. 9. Ann.

Solenne ſacrum luſtri Troici. Sen. Troad. 8.

Facere ſacrum. Liv. 29. 19. V. Piaculare ſacrum.

Inſtaurabat ſacrum diis loci. Tacit. 2. Hiſt. 70. h. e. Adornabat. Sic enim hoc verbum uſurpant auctores aliquando.

Jurare per commune ſacrum doloris. Stat. 12. Theb. 392.

Sacrum, dicitur Templum; [ἱερὸν] Paulus Juriſconſ. D. Ad legem Juliam peculatus, L. Sacrilegi capite puniuntur, Sunt autem Sacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui privata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam ſacrilegi, merentur. [Gloſſ. Lat. Gr. Sacrum, τὸ σεβαστὸν, & Græc. Lat. Ἱερὸν, Sacrum, Templum.

Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit rapſeritque, parricida eſto. Cic. 2. de Legib. 22.

Inter ſacrum & ſaxum ſtare: proverbialis locutio, pro In periculo eſſe. Plaut. Capt. 3. 4. 84.
Nunc ego inter ſacrum ſaxumque ſto, nec quid faciam ſcio. i. e. In ſummo vitæ periculo ſto. Apulejus in Aſino Aureo, lib. 11. extr. p. 271. Elm. Plurimum ergo, duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus proverbium, Inter ſacrum & ſaxum poſitus, cruciabar. Explicat hic Apulejus allegoriam adagii, videlicet alludens ad ſacerdotium, cui erat initiandus: & paupertatem ſaxo duriorem, per quam non ſuppetebant ſumptus. Sumptum apparet ex priſcis fœderis feriendi cærimoniis, in quibus Fecialis porcum ſaxo feriebat. hæc interim pronuntians, Qui prior populus fœdus rumpet, Juppiter ita eum feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed undecunque fluxit adagium, ſatis liquet dici ſolitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur. Ex Eraſmo. [Hic Sacrum puto ipſam Victimam intelligi. Gloſſ. Gr. L. Ἱερεῖον, Victima, Sacrum.

Sacra pl. [ἱερὰ, ἀπόρρητα, μυστήρια. Gl. L. G.] In priori ſignificatione ſæpius apud poëtas. Virgilius quoties Sacra nominat, additionem fere deorum facit, ut 3. Æn. 19.
Sacra Dionææ matri diviſque ferebam. Idem 4. Æn. 638.
Sacra Jovi Stygio, quæ rite incepta paravi,
Perficere eſt animus. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16. Sacra, Celebritas eſt, vel quum ſacrificia diis offeruntur, vel quum dies divinis epulationibus celebratur: vel quum ludi in honorem aguntur deorum, vel quum feriæ obſervantur. Al. Sacra celebritas, rectius.

Ne quid de ſacrorum religione mutetur. Cic. pro Domo 36.

Vates ſacrorum. Ovid. 11. Met. 68.

Accerſita ſacra. V. ACCERSO.

Anniverſaria ſacra. Cic. 1. Att. 18.

Annua ſacra. Virg. 1. Georg. 338. & 8. Æn. 173.

Arcana ſacra. Ovid. 10. Met. 436.

Fera ſacra. Ovid. 13. Met. 454.

Funebria ſacra. Ovid. 4. Triſt. 4. ad finem.

Gentilicia ſacra; ita vocabantur Sacrificia Gentium Romanarum propria. Liv. 5. 52. An gentilitia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos Deos etiam in pace deſeri placet? V. Macrob. 1. Saturn. 16.

Horrida ſacra. Sil. lib. 3. 140.

Jugalia ſacra. Nuptiarum celebritas aut celebratio. Ovid. 7. Met. 700.

Municipalia ſacra. V. MUNUS.

Myſtica ſacra. Ovid. 2. Epiſt. 42.

Nefanda ſacra. Ovid. 10. Met. 227.

Nuptialia ſacra. Quintil. lib. 1. cap. 7.

Peregrina ſacra. V. PEREGRINUS.

Privata ſacra perpetua manento. Cic. 2. de Legib. 22.

Pura ſacra. Ovid. 2. Met. 713.

Sancta ſacra generis. Sen. Herc. fur. 23.

Socialis ſacra, Conjugium. Ovid. 11. Epiſt. 155.

Stata ſacra, dicuntur, Quæ ſtato & certo tempore ſingulis annis recurrunt, diverſa ab illis quæ Indicta vocantur, quæ nimirum vel in alia tempora rejici poſſunt, vel etiam omitti penitus. Ovid. 1. Faſt. 660.
Ter, quater evolvi ſignantes tempore Faſtos,
Nec Sementina eſt ulla reperta dies.
Tum mihi (ſenſit enim) lux hæc indicitur, inquit
Muſa, quid a Faſtis non ſtata ſacra petis?

Veneranda ſacra. Sil. lib. 7. 382.

Accedere caſtis ſacris. Stat. 1. Achil. 370.

Alligari ſacris. V. ALLIGO.

Aſtringere ſe ſacris. V. ASTRINGO.

Canere ſacra. Virg. 2. Æn. 239.
— circum pueri innuptæque puellæ
Sacra canunt. i. e. Hymnus dicunt. Servius.

Conficere ſacra. V. CONFICIO.

Facere ſacra. Cic. de Aruſp. Reſp. 57. Itaque ne quis meorum imprudens introſpicere tuam domum poſſit, ac te ſacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum.

Frequentare ſacra. Ovid. 3. Met. 581.

Initiari ſacris. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Obire ſacra. V. OBEO.

Parare ſacra. Ovid. 12. Met. 11.

Parcere ſacris. Hor. 1. Serm. 3. 75.

Peragere ſacra de more. Ovid. 5. Faſt. 444.

Peregiſſe mihi videor ſacra tradentium artes. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Sacra, Magicum quoddam ſacrificium, ad compeſcendas detrahentium linguas. Ovid. 2. Faſt. 571.
Ecce anus; in mediis reſidens annoſa puellis,
Sacra facit tacite, nec tamen ipſa tacet.

Magica ſacra. Virg. 8. Ecl. 66.

Legationis ſacra. Tacit. 1. Ann. 42. Hoſtium quoque vis, & ſacra legationis, & fas gentium rupiſtis.

Menſæ ſacra. Tacit. 13. Ann. 17. Quanquam intra ſacra menſæ, &c. properata ſit. ſc. Mors.

De ſacris autem (qui locus patet latius) hæc ſit una ſententia, ut conſerventur, & deinceps familiis prodantur, & (ut in lege poſui) perpetua ſint ſacra. Cic. 2. de Legib. 42.

SACELLUM, i. n. [σηκός, ἱερὸν μικρὸν Gl. Gr. L.] Dimin. a Sacrum; ſignificat Locum parvum deo conſecratum cum ara. Trebatius Juriſconſ. ſcribit, Sacellum, compoſitum verbum, quaſi Sacra cella. Virg. 3. Ecl. 9.
Novimus & qui te, tranſverſa tuentibus hircis,
Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello. Plin. lib. 8. Epiſt. 8. ad Romanum, Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidemque dei: ſua cuique veneratio, ſuum numen. Cic. 2. Lege Agr. 36 Sunt enim loca publica urbis, ſunt ſacella, quæ poſt reſtitutam Tribuniciam poteſtatem nemo attigit: quæ majores in urbe, partim periculi perfugia eſſe voluerunt. Idem 1. de Divin. 104. Quum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, exiiſſe in quoddam ſacellum, ominis capiendi cauſa: quod fieri more veterum ſolebat. Plin. lib. 6. cap. 29. Delubrum Ammonis eſt ibi religioſum, & toto tractu ſacella. Propert. lib. 4. 3. 57.
Flore ſacella tego.

A Sacrum, ut a Lucrum Lucellum. At ego puto dici, quaſi Sacra cella. H. St. Dicitur & Ædicula. q. V.

Ponere modicum ſacellum alicui deo. Tacit. 3. Hiſt. 74. Modicum ſacellum Jovi Conſervatori, aramque poſuit.

SACRARIUS, i. m. Æditu, vel Sacrorum cuſtos. Inſcript. apud Gruter. p. 308. n. 1. SACRARIVS IVNONIS QVIRITIS.

SACRARIUM, i. n. [ἱερεῖον, θησαυροφυλάκιον, ἱερὸν, σκευοφυλάκιον. Gl. L. G.] Locus ſacer in templo, in quo ſacra reponuntur. Unde a Cicerone pro Milon. 86. Sacrarium Bonæ deæ nominatur. Ulpian. l. Sacra. De diviſione rerum, Sacer locus eſt, locus conſecratus. Sacrarium, eſt locus in quo ſacræ res ponuntur. Propert. 3. 24. 19.
Mens bona (ſi qua dea es) tua me in ſacraria dono. Al. Condo. Liv. 7. 20. Cære, ſacrarium Populi Rom. diverſorium ſacerdotum, ac receptaculum Romanorum ſacrorum, intactum, inviolatumque crimine belli, hoſpitio Veſtalium, cultiſque diis darent.

Diri ſacraria Ditis. Virg. 12. Æn. 199.

Probro veterem temerat ſacraria: Templum polluit & violat concubitu nefario. Ovid. 10 Met. 695.

Sacrarium, [τὸ ναΐδιον] pro Sacello, locoque ſacrato ſumpſit Suetonius, de Auguſto loquens, cap. 5. Natus eſt, inquit, Auguſtus ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habetur, aliquanto poſt, quam exceſſit conſtitutum. Cic. 6. Verr. 4. Erat apud Heium ſacrarium cum magna dignitate

tate in ædibus a majoribus traditum, perantiquum. Ibidem 90. Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis. conf. Tacit. 2. Ann. 41.

Sacrarium Fidei fuit in urbis regione prima. Liv. 1. 21.

Sacrarium Martis Gradivi fuit locus in ipſius templo, in quo Ancilia ſervabantur. V. Servium in Virg. 7. Æn. 603.

Sacrarium, pro Larario in ædibus privatis. Cic. 13. Fam. 2. Cajo Aviano Evandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono ejus M. Æmilio familiariſſime.

Sacrarium vocabatur locus, in quem conveniebant ſenatores, apud Vopiſcum in Tacito 294. H. St. In oratione Metii Falconii Nicomachi in ſenatu habita. cap. 6. Nulla unquam neque gravior, neque prudentior in hoc ſacrario dicta ſententia eſt.

Teſtor mentis ſacraria, Jovis jusjurandum. Stat. 3. Theb. 246.

Scelerum ſacrarium. Cic. 1. in Catil. 13. Quum aquilam illam argenteam (cui ille etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat) ſcirem eſſe præmiſſam.

Sacrarium principis, pro Interiore ejus conſilio uſurpatur. V. Inſcriptionem Romæ repertam apud Piriſc. in Lex. Ant. Ro.

SACRIS, e. Adj. Sincerus, ad ſacrificium idoneus. ut, Sacres porci appellabantur, quoniam puri eſſent ad ſacrificium, ut immolarentur. Plaut. Men. 2. 2. 16.

Adoleſcens, quibus hic pretiis porci veneunt
Sacres, ſinceri? Et in Rud. 4. 6. 4. Sunt domi agni & porci

ſacres. Varr. 2. de R. R. cap. 1. Fere ad quatuor menſes a mamma non disjunguntur agni, hœdi tres, porci duo, a quis, quoniam puri ſunt ad ſacrificium, ut immolentur, olim appellati ſacres: quos appellat Plautus quum ait, Quanti ſunt porci ſacres? Ibidem cap. 4. Porci, qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificia idonei dicuntur primum. V. Turneb. Adverſ. 29. 32.

SACRO, pr. comm. [ἱερόω] Are. Deo dicare, & ſacrum facere. Plin. lib. 36. cap. 11. Ejuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt cæcitatem viſu reddito, ex oraculo Soli ſacravit. Cic. 1. de Divin. 22.

Quod patriæ vocis ſtudiis, nobiſque ſacraſti. Ex poeta.

Aras ſacrare. Virg. 5. Æn. 305.

Conditionem parentum ſacrare. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 11. Parentum conditionem ſacravimus, quia expediebat liberos tolli.

Honorem ſacrare alicui. Virg. 12. Æn. 413.

— hunc illi rex ætheris altus honorem
Juppiter erepta pro virginitate ſacravit.

Nomen alicujus ſacrare. Martial. lib. 1. 117.

Condidit hic natæ cineres, nomenque ſacravit.

Templum ſacrare deo. Plin. lib. 8. cap. 16. extr. Libero patri templum in Samo Elpis ſacravit.

Vota ſacrare diis, quod & Conſecrare dicimus. Virg. 8. Æn. 715.

— votum immortale ſacrabo.

Fœdus ſacrare, pro Sancire. Liv. 38. 33. Fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis ſacratum fuiſſet, irritum per illos eſſe.

Carmina ſacrarunt avum tuum, Immortalem fecerunt. Ovid. 4. de Pont. 8. 64.

Sacrare, [ἀναγίζειν] Devovere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, ut impune occidi & violari poſſit. Liv. 2. 8. Ante omnes de provocatione adverſus magiſtratus ad populum, ſacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniiſſet, gratæ in vulgus leges fuere. Aliter lib 5. 25. extr. Eum prædam Vejentanam publicando, ſacrandoque ad nihilum redegiſſe, abſentes ferociter increpant.

SACROR, ari. Paſſ. ut, In aris ſacrari. Ovid. 1. Faſt. 535.

Utque ego perpetuis olim ſacrabor in aris,
Sic Auguſta novum Livia numen erit.

SACRĀTUS, a, um. [ὁ ἱερωθεὶς] Partic. Ponitur pro Sacro, ut

Caput ſacratum. Virg. 3. Æn. 371.

Exorat pacem divûm, vittaſque reſolvit
Sacrati capitis.

Corona. Ovid. 4. de Pont. 14. 55.

Tempora ſacrata mea ſunt velata corona. i. e. Corona hederacea Baccho ſacra, qua coronabantur poetæ.

Dona ducum ſacrata. Lucan. lib. 1. 138.

Jura. Virg. 2. Æn. 157.

Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura. i. e. Jusjurandum militare. Serv. [Aperire juris jurandi religione calanda.

Homines ſacrati dicebantur, Qui diis ſacra faciunt, & ſaſe dicant. Macrob. 3. Saturn. 7. Auguſtin. de Civ. Dei, 2. 26.

Leges ſacratæ, Quibus ſacer jubetur eſſe alicui deorum, qui quid adverſus eas fecerit, ſicut familia, pecuniaque. ex Feſt. q. V. Liv. 2. 54. Præcipuus pavor Tribunos invaſerat, quam nihil auxilii ſacratæ leges haberent morte Collegæ monitos. Idem 36. 38. pr. Sub idem ferme tempus Ligures, lege ſacrata coacto exercitu, nocte caſtra Proconſulis aggreſſi ſunt. conf. Cic. pro Domo 43.

Opus alicui ſacratum. Ovid. 2. Triſt. 552.

Sede ſacrata recondere. Virg. 1. Æn. 685.

Compar. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant magos) viſco, & arbore, in qua gignatur, ſacratius.

Nomen nullum ſacratius. Sil. lib. 8. 228.

Superl. [ἱερώτατος Gl. Gr. L.] Plin. lib. 33. cap. 4. Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate, & ante quam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holoſphyraton in templo Anaitidis poſita dicitur, quod in ſitu terrarum nomine hoc ſignificavimus, numine illis gentibus ſacratiſſimo.

Pontifices ſacratiſſimi. Sidon. 7. 6.

SACRATE, Adv. Auguſt. Epiſt. 22. Aliud bene, aliud ſacrate vivere.

SACRATIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 1. 7. Sacrationis vocabulo obſervantiam divini juris implevit. Conf. Feſt. in Sacramento.

SACRĀTOR, ōris. m. Auguſt. Epiſt. 140. Sacrator juſtitiæ.

Item nomen proprium apud Virgil. 10. Æn. 747.

Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpen.

SACRĀMENTUM, i. n. [ὁρκωμόσιον, Gl. L. G.] Quod jusjurandi ſacratione interpoſita geritur, ut ait Paulus. conf. Feſtus.

Contendere ſacramento. Cic. 7. Fam. 33. Niſi cetera, quæ ſunt a me in ſecundo libro de Oratore, per Antonii perſonam, diſputata de ridiculis, inepta & arguta apparebunt, ut ſacramento contendas mea non eſſe. Eſt autem Contendere ſacramento, Contendere depoſita certa ſumma pecuniæ, ſicut fiebat in ſponſione. Qua de re vide paulo poſt, Sacramentum ex Varronis, &c.

Contendere juſto ſacramento. Cic. 1. de Orat. 41. Quod vero in extrema oratione tua, Craſſe, quaſi tuo jure ſumpſiſti, oratorem in omnis ſermonis diſputatione copioſiſſime poſſe verſari, id niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem: multiſque præiſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. Agerent enim tecum lege, primum Pythagoræi omnes atque Democritici, ceterique in ſuo genere Phyſici: vindicarentque ornati in dicendo & graves, quibuſcum tibi juſto ſacramento contendere non liceret. Juſto ſacramento cum Pythagoræis & Democriticis contendere oratori non licere dixit Scævola, propter præſtantiam ingenii eorum hominum, qui fundatores auctoreſque fuerunt magni nominis ſectarum, quibuſcum ſacramento & vindicatione contendendo de Phyſicæ ſpeculationis explicationiſque profeſſione, nullus ſane orator litem vincere poſſet: vel propter tanti nominis præjudicium, vel quia impudentiæ daretur, ſi quis illis viris doctrinarum poſſeſſione non cederet, qui nomina ſua profeſſione earum rerum uſque adeo illuſtrarunt. Hæc Budæus.

Obſtringere aliquem religione ſacramenti. Juſtin. 1. 9.

Rogare aliquem ſacramento. Quintil. lib. 12. cap. 2. Sed hæc inter ipſos, qui velut ſacramento rogati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt a ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. i. e. Jurejurando adacti & jurati. Budæus. V. ROGO.

Sacramentum, ex Varronis verbis intelligi poteſt lib. 4. de Lingua Latina 36. extr. Sacramentum (inquit) a Sacro. Et qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus utrique quingenos æris ad pontem deponebant: de aliis item rebus certum alium legitimum numerum aſſium. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat: victi, ad ærarium redibat. Id eſt, ut Budæus exponit, victus ea pecunia, quam depoſuerat, mulctabatur in pœnam injuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Sacramentum dixit, ipſam Pecuniam lite depoſitam apud Pontificem. Decipi enim docti putant eos, qui in Varrone legunt, Ad pontem: quum ſit legendum, Apud Pontificem, vel forte rectius Ad Pontificem. Erat igitur Sacramentum, Litis genus ſimile Sponſionis. Cic. 1. de Orat 42. Quibuſcum tibi juſto ſacramento contendere non liceret. i. e. Depoſita pecunia contendere. In privatis enim controverſiis, ne calumniatores impune diſcederent, moris erat, ut qui litem intenderet, adverſarium ſponſione certæ pecuniæ laceſſeret, ni veram cauſam haberet. V. Vindiciæ in VINDEX. Feſtus lib. 17. Sacramentum Æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſive eo qui interrogatur, ſive contenditur. Id in aliis rebus L aſſium eſt, in aliis rebus D inter eos, qui judicio inter ſe contenderent. Et id quidem propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem, conſumebatur in rebus divinis. Hæc Feſtus. Cic. pro Cæcin. 97. Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemviris religionem injeciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum juſtum judicari, quod Aretinis adempta civitas eſſet, &c.

Sacramentum militare. [ὅρκος ϛρατιωτικὸς Gl. L. G. & G. L.] Veget. de Re Mil. lib. 2. 5. Milites jurare ſolent, & ideo militiæ ſacramenta dicuntur. Jurant autem ſe omnia ſtrenue facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam pro Romana Repub. Plin. 10. Epiſt. 29. ad Trajanum, De ſervis inter tirones inventis, Ipſe enim dubito ob hæc maxime, quod, ut jam dixerant ſacramento militari, ita nondum diſtributi in numeros erant.

Longum ſacramentum. Tacit. 1. Hiſt. 3.

Solenne ſacramentum. Tacit. 1. Hiſt. 55.

Accedere ſacramento alicujus. V. ACCEDO.

Adigere ſacramento alicujus. V. ADIGO.

Dicere ſacramenta. Cato apud Feſt. in voce. V. DICO, ěre.

Dicere ſacramentum. Tacit. 5. Hiſt. 59. Inſtantibus Tribunis dixit ſacramentum. Idem 1. Ann. 28. Percennio ne, & Vibuleno ſacramentum dicturi ſumus? V. DICO, ěre.

Dicere perfidum ſacramentum. i. e. Falſo jurare, pejerare. Hor. 2. Carm. 17. 9.

Exuere ſacramentum. Tacit. 3. Hiſt. 42. Cujus ſacramentum cunctis circa hoſtilibus non exuerat.

Imbutus ſacramento. Tacit. 2. Hiſt. 76. Miles urbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus, &c.

Interrogari ſacramento. Feſt. in voce bis. Frequentius tamen Rogare q. V.

Obligare ſacramento. Cic. 1. Off. 36. Secundo eum obligaret militiæ ſacramento.

Renovare ſacramentum in nomen alicujus. Tacit. 1. Ann 8. Addebat Meſſala Valerius, renovandum per annos ſacramentum in nomen Tiberii.

Rogare ſacramento milites. Cæſ. de Bell. Gall. 6. 1.

Teneri ſacramento. Suet. in Cæſ. 42. Sanxit, ne quis civis major viginti annis, minorve decem, qui ſacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abeſſet.

Sacramenta, Milites ipſi a Juvenale dicuntur, 16. Sat. 36.

Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus
Sacramentorum. h. e. Militum juratorum & ſacramento rogatorum. [Niſi potius Militiam, vel ipſa ſtipendia intelligit, i. e. Annos militiæ. Gloſſ. Græc. Lat. Στρατεία, Militia, Sacramentum.

Sacramentum ſodalitii juris, eſt Formula ſeu pactio, in quam ſe obligant ſodales vel collegiati. Juſtin. 20. 4. Sed trecenti ex juvenibus, cum ſodalitii jure ſacramento quodam nexi ſeparatam a ceteris civibus vitam exercerent, quaſi cœtum clandeſtinæ conjurationis haberent, civitatem in ſe converterunt. Sic Plin. 10 Epiſt. 97. de Chriſtianis ad Trajanum refert, Eos ſe ſacramento, non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. Et hoc ſenſu accipitur, cum Chriſtiani per Sacramentum baptiſmi Eccleſiæ inferuntur. Sic utuntur Hieronymus, Tertullianus aliique Scriptores Eccleſiaſtici.

Inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat. Lactant. Divin. Inſtitut. Epit. cap. 6. p. 540. Plant. H. St.

Aliquando etiam pro Myſterio ponitur. ut, Redemptionis ſacramentum, pro Myſterio Redemptionis. Fulgent. de Incarn. cap. 2.

SACRAMENTĀLIS, e. Adj. Ad ſacramentum pertinens. Gloſſ.

Digitized by Google

SACRICŎLÆ, arum. m. pl. [ἱερόδουλοι] Tacit. 3. Hiſt. 74 pr. Domitianus prima irruptione apud æditum occultatus, ſolertia liberti lineo amictu turbæ ſacricolarum immiſtus, ignoratuſque, apud Cornelium Primum, paternum clientem, juxta Velabrum delituit. Macrob. 5. Saturn. cap. 19. Velut ad ſacricolarum, ſagarumque, carmina & devotiones fugientem. Et ipſi Ciceroni hanc vocem refert Guiliel. 6. Verr. 111. Omnes ſacricolæ & Antiſtites Cereris eſſe videntur. Vulgo, Accolæ.

SACRIFER, ĕra, um. [ἱερόφορος] Adj. Qui fert ſacra: ut
Rates ſacriferæ, Quæ ſacra vehunt. Ovid. 4. Faſt. 252.
Quum Trojam Æneas Italos portaret in agros,
Eſt dea ſacriferas pæne ſecuta rates.

SACRIFICUS, a, um. [ἱερουργικός] Adj Quod ad ſacra facienda pertinet. ut, Sacrificæ tibiæ, Quibus utebantur in ſacrificiis. Plin. lib. 16. cap. 36. Nunc ſacrificæ Tuſcorum e buxo tibiæ.
Aræ ſacrificæ. Valer. 8. Argon. 243.
Dies ſacrifici. Ovid. 13. Met. 590. — dieſque
Des mihi ſacrificos, caliturasque ignibus aras.
Os ſacrificum. Ovid. 1. Faſt. 130.
Preces ſacrificæ. Sen. Med. 2.
Ritus ſacrifici. Ovid. 15. Met. 483.
Veſtis ſacrifica. Sil. lib. 3. 27.

SACRIFICUS, i. m. [ἱερουργός, ἱεροποιός] Qui ſacra facit.
Ancus ſacrificus. Ovid. 6. Faſt. 803.

SACRIFICŬLUS, i. m. [ἱερουργίσκος] Diminut. ut pleraque, contemptum denotans. Liv. 35. 48. extr. Sueton. in Domit. cap. 1. Ardente templo, apud æditum clam pernoctavit: ac mane Iſiaci celatus habitu, interque ſacrificulos vanæ ſuperſtitionis, &c.
Sacrificulus & Vates. Liv. 25. 1. & 39. 8.
Rex ſacrificulus, qui, Rex ſacrorum, in locum Regum expulſorum, ad ſacra patranda creatus. Liv. 2. 2. Idem 6. 41. Vulgo ergo Pontifices, Augures, Sacrificuli reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus. Unde apparet ex Patriciis lectum. Meminit. Gell. lib. 10. cap. 15. conf. REX.

SACRIFICIUM, i. n. [θυσία, ἱερουργία Gl. L. G.] Sacrum, ſeu res divina. Liv. 1. 28. Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat.
Sacrificium facere. Cic. de Clar. Orat. 56. Quum M. Popilius ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis. Idem 15. Fam. 11. In eo ſum majorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cujus vos Pontifices ad aram in Velabro ſacrificium facere ſoletis. Et de Aruſp. Reſp. 12. De illo ipſo ſacrificio quod fit pro ſalute Pop. Rom.
Anniverſaria ſacrificia. Cic. 6. Verr. 128.
Penetrale ſacrificium, V. Penetralis in PENETRO.
Perpetrare ſacrificium. Liv. lib. 44. 37. extr. Sacrificio rite perpetrato.

SACRIFICĀLIS, vel SACRIFICIALIS, e. [ἱερουργικός] Adj. ut,
Apparatus ſacrificalis. Tacit. 2. Ann. 69. Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat. Al. Sacrificialem. Apul. Met. 9. pr. Epulæ ſacrificiales. V. Tertull. adv. Hæret. cap. 40. Macrob. Saturn. 3. 2.

SACRIFICO, [ἱερουργῶ, Gl. L. G.] āre. Sacrum facere. Plaut. Moſtel. 1. 3. 84.
Edepol ſummo Jovi ſi vivo argento ſacrificaſſem. Idem Capt. 2. 2. 41.
Quin etiam, ut magis noſcas, genio ubi ſuo quando ſacrificat,
Ad rem divinam quibus eſt opus, Samiis vaſis utitur.
Deæ forti ſacrificare. Ovid. 3. Faſt. 850.
Suem ſacrificare. Ovid. 4. Faſt. 414.
Sacrificare, & Litare. Plaut. Pœn. 2. 42.
Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum me Juppiter
Faciat, ut ſemper ſacrificem, neque unquam litem. De differentia inter Sacrifico & Lito V. Non. 5. 20. & LITO. ſ. 1.
Sacrificare alicui deo vel Deæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Namque diva Angerona, cui ſacrificatur ante diem XII Cal. Januarii, ore obligato, &c.
Orco ſacrificare. Plaut. Epid. 2. 1. 7. V. ORCUS.
Sacrificare abſolute, Immolare hoſtias. Nepos 23. 2. 4.
Videtur Varro innuere, dictum fuiſſe Sacrificor, pro Sacrifico. H. St. V. Varr. de L. L. 8. 61. In edit. Lugd. deſiderabatur locus ſequens.
Sacrificor pro Sacrifico ſcribit Nonius ex Varrone 7. 98.

SACRIFICANS, antis. Partic. [θύων] Vulg. Interp. Iſai. 66. 3. Sacrificans de grege.

SACRIFICĀTUS, a, um. Partic. Cypr. Epiſt. 52.

SACRIFICĀTIO, ōnis. f. [τὸ ἱερουργεῖν] Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Itaque in ea dea, quod eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & ſacrificatio extrema eſt.

SACRIFICĀTUS, ûs. m. Apul. Met. 7. Nullum pecus ſacrificatui habere.

SACRIFICĀTOR, ōris. m. Tertull. de Spectac. cap 8

SACRĬLĔGUS, i. m. [ἱερόσυλος Gl. L. G. & G. L.] Qui ſacra, aut de ſacro legit, id eſt furator. Plin. lib. 24. cap. 17. Ophiuſam in Elephantine ejuſdem Æthiopiæ, lividam, difficilemque aſpectu, qua pota terrorem minaſque ſerpentium obverſari, ita ut mortem ſibi eo metu conſciſcant, ob id cogi ſacrilegos illam bibere.
Sacrilegum interpretatur Cicero, Qui aliquid e ſacro abſtulerit. Cic. 2. de Legib. 40. Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei, qui ſacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis.
Sacrilegus & Hoſtis ſacrorum. Cic. 1. Verr. 3. Non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum, religionumque.
Græcos vocat Cicero ſacrilegos, 5. Verr. 69. Juven. 13. Sat. 150.
Hæc ibi ſi non ſunt, minor exſtat ſacrilegus, qui &c.

SACRILĔGUS, a, um. Adj. ut
Bellum ſacrilegum. Cic. 7. Verr. 187. Ceteros iterum deos, deaſque omnes imploro atque obteſtor, quorum templis & religionibus iſte, nefario quodam furore & audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper, impiumque, habuit indictum.
Furores ſacrilegi, Bellum contra Principem ſacratum. Martial. lib. 9. 85.
Quum tot ſacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro domino Cæſare ſancta fides.
Ignes ſacrilegos admovere templis. Tibul. lib. 3. 5. 12.
Lingua ſacrilega. Ovid. Rem. Amor. 367.
Manus ſacrilega. Hor. 2. Carm. 13. 2. Cic. 12. Philipp.
Sanguis ſacrilegus. Virg. 7. Æn. 595.
Sacrilegus in conviciis quoque fuit. Ter. Adelph. 2. 4. 1. Ubi eſt ille ſacrilegus? Idem Eun. 5. 1. 13. Quid ais, ſacrilega? Adelph. 3. 3. 6. O genera ſacrilega!
Artes ſacrilegæ meretricum. Ovid. 1. de Arte Am. 435.
Superl. Plaut. Rud. 3. 4. 1.
Exi e fano, natum quantum eſt, hominum ſacrilegiſſume.

SACRILEGE, Adv. Tertull. Apol. cap. 12. Contumelioſiſſime & ſacrilege.

SACRILEGIUM, i. n. [ἱεροσυλία Gl. Gr. L.] Ipſum ſacrarum rerum furtum. In ſodalitium ſacrilegii alicujus abire. Cic. in Salluſt. 14.
Admittere ſacrilegium. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Committere ſacrilegium. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Facere ſacrilegium. Quintil. lib. 5. cap. 10. Si quis ſacrilegium faciet, faciet & furtum.
Reum eſſe ſacrilegii. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Sacrilegium verius, quam ſacrum videbatur. Curt. 4. 3.
Prope ſacrilegium ratus ſum. Liv. 4. 20.

SACRILEGO, ἱεροσυλῶ. Gloſſ. Græc. Lat.

SACRIM, ἀπαρχὴ γλεύκους. Gloſſ. Lat. Gr.

SACRIMENSIS, m. ἱερομηνία. Gloſſ. Græc. Lat.

SACRIPORTUS, ûs. m. Sacer portus. Locus Romæ ſic dictus. Varr. de L. L. 4. 8. In hac regione ſacriportus eſt. conf. Aur. Vict. Vir. ill. cap. 68. 75.

SACROSANCTUS, a, um. Adj. [ἄσυλος, ἱερός, [illegible], ἀβέβηλος. Gl. L. Gr.] Maxime ſanctus, vel inviolabilis.
De quantitate antepenultimæ ambigi poteſt; Corripitur a Voſſio Arte Gram. 2. 20. auctoritate Drepanii, cujus hic verſus eſt,
Te laudet cæli ſacroſancta exercitus ore. [Verum ſi quondam ſeparatim conſtructum fuit Sacro ſanctus, quemadmodum dicitur, Edicto, Fide, Lege, Jurejurando ſanctum quid eſſe, ut admodum veriſimile eſt, rectius producitur o, ut in his, quæ cum Adv. in o compoſita ſunt. Cui ſententiæ accedit Borrichius. ad v. 135. Parnaſſ.
Sacroſanctum, Quod jurejurando interpoſito eſt inſtitutum: ſi quis id violaſſet, morte pœnas penderet: ut ait Budæus. Cic. pro Corn. Balb. 35. Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompeio a Gellio, & a Lentulo COSS. lata eſt, in quo aliquid ſacroſanctum videretur?
Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum, plebemve ſancitum eſt. Cic pro Corn. Balb. 35.
Sacroſanctus Trib. pleb. dicebatur, quem violare nefas erat: qui ſine capitali piaculo attingi violenter non poterat. [ὁ [illegible]] Plin. lib. 7. cap 44. Quum reſiſtendi ſacroque ſanctum repellendi jus non eſſet, virtutis ſuæ opera & cenſura periturus, &c. Liv. 9. 8. Tum Poſtumius, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos ſalva religione poteſtis: dedetis deinde & iſtos ſacroſanctos, quum primum magiſtratu abierint. Ibid. Pro eo, quod ſpondendo pacem, ſervaſſent exercitum Populi Romani, pœnam nullam meritos eſſe: neque ad extremum, quum ſacroſancti eſſent, dedi hoſtibus violarive poſſe. Ideo principes Romanos legimus Tribuniciam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos: ut auguſtiores ſe & ſacroſanctos facerent: id quod in numiſmatis quoque eorum exſtat. Tranquil. in Aug cap. 27. Tribuniciam poteſtatem perpetuam recepit. Tacit. 1. Hiſt. 47. Accurrunt Patres: decernitur Othoni Tribunicia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principum honores. De hac poteſtate, multa Cic. lib. 2. de Legib.
Sacroſancta poteſtas, h. e. Tribunicia. Liv. 29 20. Comprehendere Tribuni juberent, ac jure ſacroſanctæ poteſtatis reducerent.
Sacroſanctæ poſſeſſiones. Cic 2. in Catil. 18. Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? h. e. Intactas, & ab omni injuria tutas.
Sacroſanctæ eccleſiæ dictæ, In quibus eſt jus aſyli.
Compar. Valer. Max. lib. 5. cap. 3. In Phocionem, Honore aræ decoratos cineres ſacroſanctiores colis.

SACRŌVIR, iri. m. Cognomen Julii apud Tacit. 3. Ann. 40. 1. & 3. 44. 3.

SACROVIRIĀNUS, a, um. Adj. ut, Bellum ſacrovirianum. Tacit 4 18. 1.

SĂCERDOS, ōtis. c. [ἱερεύς, καὶ ἱέρεια. Gl. L. G.] Qui deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda: e Sacris dictus. Apud Romanos varia erant Sacerdotum genera, Flamines, Dialis, Martialis, Quirinalis, &c. Salii, Pontifices minores, Pontifices maximi, Reges ſacrorum, ſacrificuli, Augures, &c. V. Liv. 10. 6. & Lucan. 1. 595. qui multa ſacerdotum genera deſcripſerunt. Cic. 4. Acad. 121. Sed quum ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto eſt æquius habere ipſos deos?
Muſarum ſacerdos; Poeta, vates. Hor. 3. Carm. 1. 3. Ovid. 3. Amor. 8. 21.
Illa ego Muſarum purus, Phœbique ſacerdos.
Caſti ſacerdotes. Virg. 6. Æn. 661.
Doctus ſacerdos. Claud. 6 Conſ. Hon. 326.
Religioſus libertatis ſacerdos. Cic. pro Domo 111.
Stuprorum ſacerdos. Cic. pro Sext. 39. Cum ſororis adultero, ſtuprorum ſacerdote, cum venefico.
Maximum ſacerdotem creare. Cic. 4. Verr. 128.
Furiata ſacerdos. Stat. 11. Theb. 21.
Magna ſacerdos. Virg. 6. Æn. 544.
Longæva ſacerdos. Virg. 6. Æn. 321.
Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. Cic. pro Corn. Balb. 55.
Pro Augure Romano. Plin. 2. Epiſt. 1. Illo die, quo ſacerdotes ſolent nominare. conſ. 2. Epiſt. 8.
Eſt etiam Sacerdos in propriis nominibus. V. Quintil. 6. 3. Cic. in Verr. paſſim.

SACERDŌTISSA, æ. f. Vet. Inſcriptio Hiſpanica; CORNELIAE CLEMENTIS FILIAE TVSCAE SACERDOTISSAE PERPETVAE. Sed raro admodum invenitur; Sacerdos potius frequentiſſime de femineo ſexu dicitur. [Forte in Inſcr. diſtinguendum SACERDOTI SSÆ. i. e. Sacroſanctæ.
Sacerdotiſſa Flaminica. Gell. lib. 10. cap. 15. Eædem ferme cerimoniæ ſunt, quas Flaminicas ſacerdotiſſas Dialis ſeorſum ajunt obſervitare. Ita vett. edit. Idem tamen lib 13. cap. 19. Sacerdotes feminas dicit: & iſtud Sacerdotiſſa eruditi plerumque, ut Gloſſema, rejiciunt.

SACERDŌTŬLA, æ. f. Varro de L. L. 4 24. Sacerdotulæ in capite capital oune ſolent habere. V. Gronov. ad Gell. l. c.

SACERDŌTIUM, i. n. [ἱερωσύνη, ἱερατεία. Gl L. G] Sacerdotis dignitas. Liv. 30, 26. Augur in locum ejus inauguratus Q. Fabius Max. Filius: in ejuſdem

ejuſdem locum Pontifex, (nam duo ſacerdotia habuit) Ser. Sulpicius Galba Idem lib 9. 29. Gens Potitia, cujus ad aram Herculis familiare ſacerdotium erat.

Auctus ſacerdotiis & honoribus. V. AUGEO.

Inire ſacerdotium. Cic. pro Domo 135.

Mandare ſacerdotia per religionem populus non poterat. Cic. 2. de Lege Agr 18.

Præditus ſacerdotio. Cic. pro Domo 136 Quum Licinia virgo Veſtalis, ſummo loco nata, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita, T. Flaminino, Q. Metello COSS. aram & ædiculam & pulvinar ſub ſaxo ſacr dedicaſſet. Idem 1. de Divin 89. In qua & reges augures, & poſtea privati eodem ſacerdotio præditi Rempub. religionum auctoritate rexerunt. Tacit. 11. Ann. 11. Iiſque intentius affui, ſacerdotio Quindecimvirali præditus.

Venire in ſacerdotium. Cic. pro Domo 37 Cur enim quiſquam vellet Tribunum plebis ſe fieri non licere? anguſtiorem ſibi eſſe petitionem Conſulatus, in ſacerdotium quum poſſit venire, quia Patricio non ſit is locus, non venire?

SACERDOTALIS, e. Adj. [ἱερατικός] Quod ad ſacerdotem pertinet. Liv. 5. 40. extr. Virgines, ſacraque in plauſtrum impoſuit, & Cære, quo iter ſacerdotalibus erat, pervexit. Emendatis in codd. ſcriptum eſt, Sacerdotibus.

Lex ſacerdotalis. Tertull. adv. Jud. cap. 5.

Nomen ſacerdotale. Macrob. 3. Saturn. 5.

SĂCŌMA, ătis. n. [[illegible]] eſt Æquipondium, hoc eſt quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum, vel quod lanci trutinæ ſurſum latæ adjungitur, ut graviori fiat æqualis. Teſtis Julius Pollux lib 4. cap. 24. Ariſtoteles in Mechanicis dicit [illegible], pro Æquilibrium facere. Vitruvius lib 9. cap. 3. de Archimede, Quum auream coronam votivam diis immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locavit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter, regi approbavit, & ad ſacoma pondus coronæ viſus eſt præſtitiſſe. Idem eod. lib. cap. ult. Pendet ex una parte phellos ſive tympanum, quod ab aqua ſublevatur, ex altera æquo pondere phelli ſacoma ſaburrale.

SACRAMENTUM, &c. V. SACER.

SACRĀNI, Populi ſunt, quorum origo ſic Servio narratur in illud Virg. 7. Æn. 795.

Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici. Dicunt quendam Corybantem veniſſe ad Italiam, & tenuiſſe loca, quæ nunc Urbi vicina ſunt. Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos Nam ſacrati ſunt Matri deûm Corybantes. Alii Sacranas acies Ardeatum volunt, qui aliquando quum peſtilentia laborarent, Ver ſacrum voverunt, unde Sacrani dicti ſunt Hactenus Servius [Nugæ ſunt Scripſit Maro Saticanæ.

SACRATUS, SACRIFICO, SACRILEGUS, SACRO, SACRUM. V. SACER.

S A D

SADDUCÆI, [Σαδδουκαῖοι] Judæorum de gente dicebantur, Qui Sadducæum (Σαδὼκ) quendam magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus eſſe. V. Hieron in Matt. cap. 22. Tertul. adv. Hæret. cap 45.

SADYATTES, fuit Ardyos filii Gygis filius, qui poſt patrem regnavit in Lydia. Vide Herodotum lib. 1. Hiſtoriarum.

S Æ

SÆCŬLUM, ſive per Sync. SÆCLUM, i. n. [αἰών Gl. G. L. & L. G.] pro Certo annorum ambitu uſurpari ſolet. Spatium centum annorum, inquit Feſtus. Et Varro de L. L. 5. 2 extr. Sæculum ſpatium annorum centum vocarunt. Liv. lib. 1. 18 pr ſcribit Numam Pompilium ante Pythagoram centum amplius annis fuiſſe. Unde Cic 2. de Orat. 154. Ex quo etiam quidam Numam Pompilium, regem noſtrum, fuiſſe Pythagoræum ferunt, qui annis permultis ante fuit quam ipſe Pythagoras: quo etiam major vir habendus eſt, quum illam ſapientiam conſtituendæ civitatis, duobus prope ſæculis ante cognorit, quam eam Græci natam eſſe ſenſerunt. Virg 4. Ecl. 5.

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.

Sæculum, nonnulli ſcribunt, & revera legitur [illegible] apud Dionem cum æ. Vide SÆCULARIS. H St. Nempe in edit. Lugd cum e Seculum ſcriptum fuerat. Cum diphthongo autem rectius ſcribi ſatis conſtat inter eruditos. V. Cellarii Orthogr. p. 144. Sic & in nummis perpetuo ad infimam uſque ætatem ſcribitur.

Seculum alii ſcribunt, a Sequendo, eo quod ſequatur ſe, atque in ſe revolvatur. Varro l. c. a Sene derivat, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putaverunt. Sed V. paulo ſupra.

Sæculum, ſpatium xxx annorum nonnulli dici putant. Servius in illud Virg 8. Æn 508.

Sed mihi ſera gelu, ſæcliſque effeta ſenectus. Notandum, inquit, dicta ſæcula etiam in uno homine, ſecundum eos, qui dicunt ſæculum triginta annos habere. Nam alii volunt centum & decem: alii mille annis putant ſæculum contineri. Hæc ille. Plaut. Milit. 4. 2. 87.

Qui mille annorum perpetuo vivunt ab ſæculo ad ſæculum. [Sed rectius ante Ab diſtinctio ponitur. Millenarium ſæculum in nummis. V. Oiſel. Tab. C.

Aliquot ſæcula, vel ſæculis Cic. 6. Verr. 73. Aliquot ſæculis poſt P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem capit. Idem de Univerſ. 1. Quum aliquot ſæcula in Italia viguiſſet.

Tot annis & ſæculis. Cic 5. Verr. 21. Verres tot annis, atque adeo ſæculis, inventus eſt, qui hæc, non commutarit, ſed everterit.

Tot ſæculis, vel ſæcula. Cic. 6. Verr. 122. Parietes, quorum ornatus tot ſæcula manſerat Idem 4. Acad. 15. Nihilne tot ſæculis, ſummis ingeniis, maximis ſtudiis explicatum putamus?

Multis ſæculis ante. Cic. de Clar. Orat. 74 Atque utinam exſtarent illa carmina, quæ multis ſæclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis, &c.

Sæculis multis ante gymnaſia inventa ſunt, quam in his philoſophi garrire cœperant. Cic. 2. de Orat. 21.

In multa ſæcula, i. e Diu & in multos annos. Cic. 11. Fam. 14. In multa ſæcula videbamus Remp. liberatam.

Poſtera ſæcla. Lucret. lib. 3. 980.

Priora ſæcla ſcriptorum Lucret lib. 3. 629.

Proximum ſæculum. Cic in Brut. 41. Denique Piſiſtratum proximo ſæculo Themiſtocles inſecutus eſt. h. e. Ætate ſequenti Nam ſæculum integrum, id eſt ſpatium centum annorum, eſſe non potuit: ſiquidem annis ſeptuaginta poſt Piſiſtratum Themiſtocles fuit.

Serere arbores, quæ alteri ſæculo proſint. Cic. de Senect. 24

Sempiternis ſæculorum ætatibus non immutari. Cic. 2. de Nat. Deor. 53.

Vitæ veſtræ tot ſæcula aguntur. Ovid. 3. Met. 444.

Proinde licet quotvis vivendo condere ſæcla. Lucret. lib. 3. 1103.

Senectus effeta ſæclis. Virg. 8. Æn. 508.

Animantum ſæcla brevi ſpatio mutantur. Lucret. lib. 2. 77.

Propagare multa ſæcula Reip. Cic 2. in Catil. 11.

Sæcula & poſteri. Martial. lib. 10 19.

Multaque vivendo vitalia vincere ſæcla. Lucret. lib. 1. 203. Poſt multa ſæcula, & ætates multas, ſupereſſe adhuc in vivis, Multas ætates vixiſſe, & adhuc vivere.

Sæculum, pro Tempore ſæpe uſurpatur: ut, Sæculum ſterile, effetum. Plin. Epiſt. 112. Cic. in Parad. 6 Etiam ipſe fortaſſe in hujus ſæculi errore verſor. Idem 9. Philipp. 13. Hujus ſæculi inſolentia. Virg. 1. Æn. 295.

Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis. [Hic non tam tempus, quam ætatis alicujus homines & mores denotat.

Æreum ſæculum. V. ÆS.

Aurea ſæcula. V. AURUM.

Fecunda culpæ ſæcula. Hor. 3. Carm. 6. 17.

Impia ſæcula. Virg. 1. Georg. 467.

Rude ſæculum. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Sæculum, pro Moribus ſæculi. Tacitus in lib. de Moribus German. 19. verba faciens de eorum in puniendis adulteriis ſeveritate: Nemo, inquit, illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſæculum vocatur, h. e. Nemo arridet, applaudit & blanditur vitiis: nemo vitia excuſat, hoc illis prætexens, Sic ſæculum eſt. Nunc vero nullis non vitiis, flagitiiſque obtendimus illud, Sic ſæculum eſt, culpamque corrupti moris in ſæculum rejicimus.

Inſipiens ſæclum & inficetum. Catull. 41. 9.

Sæculum, ſive potius Sæclum, ſæpius Lucret. uſurpat pro Genere, ſobole, multitudine: ut, Serpentia ſæcla. lib 6. 766. & lib. 3. 753.

Deſiperent homines, ſaperent fera ſæcla ferarum. I. e. Feræ beſtiæ. Idem lib. 4. 1181.

Et muliebre oritur patrio de ſemine ſæclum. & lib. 2. 994.

Et genus humanum parit omnia ſæcla ferarum.

Ut propagando poſſit procudere ſæcla Lucret. lib. 5. 848.

Efficis ut cupide generatim ſæcla propagent. Lucret. lib. 1. 21.

Sæva ſæcla leonum. Lucret. lib. 5 861.

Bucera ſæcla. Idem 5. 864. V, Bucerus in BOS.

SÆCULĀRIS, e. Adj. Quod centeſimo quoque anno inſtauratur: ut, Ludi ſæculares apud Romanos. Plin. lib 7. cap. 48.

Carmen ſæculare apud Horat. exſtat & Catullum.

Sæculares ludi apud Romanos, poſt centum annos fiebant, ſæculum in centum annos extendi exiſtimabant. Paulus.

Auctores Chriſtiani utuntur pro Mundano & perituro. ut,

Viri ſæculares. Tertull. de Corona, cap. 7. i. e. Mundanis curis dediti.

Codices ſæculares, i e. Profani Hieron. Epiſt 22. 13.

SÆCULARIA, orum. n. pl. cum æ. [illegible] Dio 363. Parif [illegible] 358. H. St Subauditur Sacra. V. Oiſel Tab. C.

SÆPĔ, [[illegible]] Adv. ius, iſſime. I. e Frequenter. Recipit diphthongum, ut differat a Sepe Ablativo nominis Sepes. Sed V. Voſſ. Etym. qui utrumque diphth. ſcribi vult. Ter. Eun. 5. 2. 34.

— ſæpe ex hujuſmodi re quapiam,
Malo ex principio, magna familiaritas
Conflata eſt Idem Heaut. 4 1. 53.
Non licet hominem eſſe ſæpe ita ut vult, ſi res non ſinit.

Multum & Sæpe. Cic. 1. de Invent. pr. Sæpe & multum hoc mecum cogitavi, boni ne, an mali plus, &c. Idem pro Quint. 3. M. Junius, &c. in hac multum & ſæpe verſatus.

Sæpe ac diu. Cic. pro Quint. 96.

Sæpius, [illegible]. Gloſſ. Lat Gr.

Semel, atque iterum, ac ſæpius. Cic. pro Font. 16.

Sæpe, & Sæpius. Cæſar Ciceroni, 9 Att. 6. Etſi hoc & feci ſæpe, & ſæpius mihi facturus videor.

Quod etſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpius. Cic. 3. Off. 69.

Iterum & ſæpius te rogo. Cic. 13. Fam. 43.

Nimium ſæpe. Cic. 2. de Fin. 41. Interdum, vel potius nimium ſæpe. V. NIMIS.

Non ſæpe. Cic. 1. Fam. 7. Scis temporibus illis non ſæpe in Senatu fuiſſe. Subaud. Pompejum.

SÆPIUS, us. Compar. & Superl.

SÆPISSIMUS, a, um. Adjectiva antiqua ab adv. Sæpe, ut teſtatur Priſcian. lib. 15.

SÆPICŬLE, Adv. Idem quod Sæpe. Frequens vox eſt apud Apul. ut 1. Met. p. 107. Elmenh. Ut lacrimæ ſæpicule de gaudio prodeunt & 2 pr. Sæpicule nomen inter tuos frequentatum educatores Sic 6. p 185. & 9. p. 235. Occurrit & ſemel in Plaut. Caſ 3. 5. 59 Sæpicula peccas. Sed

SÆPIUSCŬLE, Adv. Priſcianus aſſerit a Sæpius derivari; & ita legit Plaut. l. c.

SÆPENUMĔRO, Adv. [πολλάκις] compoſita dictio ex Sæpe & Numero. Idem ſignificat quod ſimplex Sæpe. Plin. lib. 11. cap. 37. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium & narium deſunt. Cic. 16. Fam. 21. Sum totos dies cum eo, noctiſque ſæpenumero partem. Cic. de Senect. 1. Sæpenumero mirari ſoleo, &c

Sæpiuſnumero. Gell. 3. 16. pr. Gigni hominem ſeptimo rarenter, nunquam octavo, ſæpe nono, ſæpiuſnumero decimo menſe Ita MSſ.

SÆPINUM, Σαίπινον, Ptolemæo lib. 3. cap 1. Urbs Samnii Hodie *Supino*.

SÆTABIS, [Σαίταβις] Urbs ad Sucronem fluvium apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Auguſta Valeria alio nomine dicta, Sætabis olim, nunc *Xativa*.

SÆVIO, SÆVITIA. V. poſt SÆVUS.

SÆVUS, a, um. Adj. [χαλεπός, δεινός] Significationes varias recipit, proprie tamen tribuitur iratis.

Sævus, [ἐχθρός] Inimicus. Virg. 1. Æn 8.

— ſævæ memorem Junonis ob iram.

Sævus,

Sævus, [καρτερὸς] Fortis. Virg. 1. Æn. 105.
Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.
Manibus ſævum eſſe. Tibull. lib. 1. 10. 67.
Sed manibus qui ſævus erit, ſcutumque, ſudemque
Is gerat.
Sævus alicui, Iratus. Virg. 1. Æn. 462.
— & ſævum ambobus Achillem.
Sævus, Magnus. Virg. 12. Æn. 107.
— maternis ſævus in armis.
Sævus, Potens. Virg. 1. Æn. 142.
Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum.
Sævus, Durus, crudelis. Virg. 5. Æn. 270.
Quum ſævo e ſcopulo multa vix arte revulſus. Ter. Adel. 5. 4. 12.
Ergo ille agreſtis, ſævus, triſtis, parcus truculentus, tenax. Ex Nonio 4. 413 hæc omnia. [Subtilius, quam verius diſtantia notata. Gloſſ. Lat. Græc. Sævus, Χαλεπὸς. & Græc. Lat. Χαλεπὸς, Sevus, Severus, Acerbus, Durus, Atrox. A Scævus deducit Voſſ.
Adulationes ſævæ. Tacit. 4. Ann. 20. Nam pleraque ab ſævis adulationibus aliorum, in melius flexit. De Lepido.
Amor ſævus. Virg. 8. Ecl. 47.
Amore ſævo ſaucia Medea. Cic. pro Cœl. 18.
Armis ſævit cominus certare. Virg. 12. Æn. 890.
Belluæ ſævæ. Hor. 1. Carm. 12. 22.
Belli ſævi certamina. Lucret. lib. 1. 476.
Cædes ſæva. Ovid. 1. Met. 162.
Catenæ ſævæ. Hor. 3. Carm. 11. 45.
Dolor ſævus. Sil. lib. 15. 236.
Dolores ſævi animo exciderant. Virg. 1. Æn. 29.
Facies ſæva ac deformis. Tacit. lib. 3. Hiſt. 83.
Faces ſævæ. Virg. 4. Æn. 566.
Feræ ſævæ. Ovid. 7. Met. 387.
Gelu ſævum. Valer. 1. Argon. 582.
Gens ſæva. Cic. 2. Tuſc. 20.
Horror ſævus. Virg. 2. Æn. 556.
Hiems ſæva. Valer. 7. Argon. 52.
Jocus ſævus. Hor. 1. Carm. 33. 12. Idem 2. Epiſt. 1. 148. Jocus ſcil. Deus.
Ira ſæva. Ovid. 1. Met. 453.
Lea ſæva. Ovid. 4. Met. 102.
Militia ſæva. Hor. 1. Epiſt. 18. 55.
Neceſſitas ſæva. Hor. 1. Carm. 35. 17.
Noverca ſæva. V. NOVERCA.
Odor vini ſævus. V. ODOR.
Paupertas ſæva. Hor. 1. Carm. 12. 43.
Rabies ventorum ſæva. Ovid. 5. Met. 6.
Scopulo e ſævo revulſus. Virg. 5. Æn. 270.
Tempeſtates ſævæ. Tacit. in vita Agric. 22.
Turbines ſævi. Cic. 3. de Orat. 155.
Venenum ſævum. Virg. 12. Æn. 857.
Ventus ſævus. Cic. 5. Att. 12. A. d. VIII Iduum ab Ceo jucunde inde ad Gyarum ſævo vento, non adverſo.
Verbera ſæva. Virg. 3. Georg. 252.
Verba ſæva. Hor. Epod. 12. 13.
Vox ſæva. Cic. 2. de Divin. 115.
Unde ſuperſtitioſa primum ſæva evaſit vox fera. [Obſcurus locus. An Sacla evaſit?
Sævum, Adverbialiter. ut, Coi ſævum arridens, Sil. 1. 398. Sævum fremere, Claud. de Rapt. Proſerp. 1. 285. & 2. 242.
Compar. Juvencis indomitis ſævior. Ovid. 13. Met. 798.
Peſtis nulla ſævior. Virg. 3. Æn. 214.
Superl. Centaurorum ſævorum ſæviſſimus Eurytus. Ovid. 12. Met. 219.
Sæviſſimus quam qui unquam. Liv. 34. 32. pr. Et tyranno, quam qui unquam, ſæviſſimo & violentiſſimo in ſuos?
Juno ſæviſſima. Virg. 2. Æn. 612.
Juſſa ſæviſſima matris ferre. Valer. 3. Argon. 67.
SÆVE, Adv. [χαλεπῶς. Gl. G. L.] Suet. Tiber. cap. 59. Multa ſæve & atrociter factitavit.
Compar. Aut ſævius aut lenius, agendo. Columel. 11. 1.
Superl. Quædam loca æſtate ſæviſſime candent. Idem 1. 4.
SÆVITER, Aliud Adv. Plaut. Pſeud. 5. 2. 3.
Num mea gratia pertimeſcit? magis cogito, ſæviter, blanditerne alloquar.
Nimium ſæviter. V. NIMIS.
SÆVITIA, æ f. [ὠμότης] Crudelitas. Plin. lib. 6. cap. 17. Proxima inculta ſævitia gentium. Idem lib. 18. cap. 31. Hoc non rara ſæpe proventu nimio evenit, quam ſævitia inſidiantium caritati civili. Tibull. lib. 1. 6. 3. Quid tibi ſævitiæ mecum eſt?
Clementia & Sævitia, contraria. Cic. in Partit. 11. Quas res ſibi proponet in iſtis tribus generibus orator? C. P. Delectationem in exornatione: in judicio, aut ſævitiam, aut clementiam.
Inteſtabilis ſævitia, ſed obtectis libidinibus. Tacit. 6. Ann. 51.
Intolerabilis ſævitia. V. INTOLERABILIS.
Nefandæ ſævitiæ mos, parcere morti pereuntis. I. e. Crudele eſt hominem ita cruciare, ut non ſtatim moriatur, ſed efficere ut elangueat, quo ſint cruciatus graviores. Lucan. lib. 2. 180.
Adhibere ſævitiam in aliquem. V. ADHIBEO.
Afflictat ſævitia. Tacit. 13. Ann. 30. Italiam luxuria, ſævitiaque afflictaviſſet.
Demere aliquid ſævitiæ. Catull. ad Juventium 96. 6.
Da breve ſævitiæ ſpatium, pelagique, tuæque. Ovid. 7. Epiſt. 71.
Gliſcit ſævitia. Tacit. 6. Ann. 19. Quantumque ſævitia gliſceret, miſeratio arcebatur.
Relinquere ſævitiam. Ovid. 6. Met. 688.
Trahere aliquid ad ſævitiam. Tacit. 3. Ann. 22. Exemit etiam Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ quod alii civile rebantur, ne ceteris aſſentiendi neceſſitas fieret: quidam ad ſævitiam trahebant.
SÆVITIES, ēi. f. Idem. Tacit. 11. Ann. 10. Per ſævitiem & luxum adegit Parthos.
SÆVITAS, ātis. f. Idem quod Sævitia. Firmicus lib. 5. cap. 5. Semper ad arma parati, unde alios ſua fortitudine aut ſævitate deterreant. Apul. Met. 9. En rei ſævitatem. Scævitatem Elmenh. p. 221.
SÆVITŪDO, inis. f. Plaut. apud Non. 2. 796. Mole ſævitudo mala fit pejor.
SÆVIDICUS, a, um. Adj. Ter. Phorm. 1. 4. 36.
Ne re iratus ſuis ſævidicis dictis protelet. Al. Sævidictis, aut Sævis dictis.
SÆVIO, ivi, vel ii, itum, [μαίνομαι, χαλεπαίνω] ire. Crudeliter in aliquem agere, aut Vehementius iraſci. Virg. 6. Æn. 544.
— ne ſævi, magna ſacerdos. Liv. 28. 34. extr. Ceterum ſe neque arma iis ademturum, neque ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos, ſi defecerint, ſæviturum. Idem 3. 45. Sævite in tergum, & in cervices noſtras, pudicitia ſaltem in tuto ſit.
Graviter ſævire. Virg. 4. Georg. 456.
Flagellis ſævire. Juven. 10. Sat. 180.
Rabie fameque ſævit. Ovid. 11. Met. 369.
Accipiter in aves omnes ſævit. Ovid. 11. Met. 345.
Amor reſurgens ſævit. Virg. 4. Æn. 532.
Dolor ſævit in erepto amore. Propert. lib. 2. 8. 36.
Ira ſævit in illum. Ovid. 14. Met. 193.
— ô ſi quis referat mihi caſus Ulyſſem,
Aut aliquem ex ſociis, in quem mea ſæviat ira.
Quo fortuna magis ſævit, magis ipſe reſiſtis. Ovid. 2. de Pont. 3. 51.
Latratus canum ſævit in auras. Virg. 5. Æn. 257.
Sævitur. Imperſ. Liv. 7. 19. pr. In Tarquinienſes acerbe ſævitum, multis mortalibus in acie cæſis. conf. 28. 19. pr.

S A G

SĀGA, æ. f. [ἡ φαρμακὶς, ἡ φαρμακολόγος, ἡ ἐπῳδὸς] Mulier prudens, verſuta, quæ multa ſcire vult, inquit Cic. 1. de Divin. 65. Item Perita ſacrorum, & divina. Acron, Saga dicta eſt Incantatrix & malefica, quod ſatis agat: & ea eſt quæ carminibus & herbis mala hominibus dicebatur vel arceſſere, vel pellere. Hor. 1. Carm. 27. 21.
Quæ ſaga, quis te ſolvere Theſſalis
Magus venenis, quis poterit deus? Columel. lib. 11. cap. 1. Sacrificia, niſi ex præcepto domini, facere neſciat, aruſpicem ſagamque ſua ſponte non noverit: quæ utraque genera, vana ſuperſtitione rudes animos infeſtant.
Rapacis ſagæ præcepta. Tibull. lib. 1. 5. 59.
Theſſala ſaga. Propert. lib. 3. 24. 10.
Saga eſt etiam, virorum Indagatrix ad libidinem, ut interpretatur Nonius 1. 86.
Saga, Veſtis. V. SAGUM.
SAGÆ, [Σάκαι] Iidem qui Sacæ antea dicti, Auctor Pomponius Mela lib. 3 cap. 5. & 6.
SAGĂNA, æ. f. Priſcian. 4. Sagana & Saga idem ſignificant.
Item celebris Venefica apud Hor. Epod. 5. 25. [Non videtur proprium.
SAGAPĒNUM, i. n. [σαγάπηνον, ἡ σαγαπηνὸν] Succus eſt herbæ ferulaceæ, quæ in Media naſcitur. Optimum eſt tranſlucens, fulvo forinſecus colore, & intus albo, neſcio quid inter laſer & galbanum redolens, guſtu acri. Auctor Dioſcorides lib. 3. cap. 95. Officinæ interpolato vocabulo Serapinum appellant. Sagapeni meminit Plin. lib. 20. cap. 18. & alibi. Dicitur & Sacopenium. V. & Suid.
SAGARIA, SAGARIUS. V. SAGUM.
SAGĂRIS, ſive SAGARIS, [Σαγγάριος Steph. & Suid.] Fluvius Phrygiæ, teſte Herodoto lib. 1. Livius autem in octavo de bello Macedonico fluvium eſſe dixit Gallogræciæ, qui per Phrygiam defluens; & ad Berecynthum pertingens, in Propontidem tandem influit. Emendati codd. Livii ſic habent, lib. 38. cap. 18. Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miſcetur ad Bithyniam Tymbri fluvio; Inde major jam, geminatis aquis, per Bithyniam fertur, & in Propontidem ſeſe effundit, non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piſcium accolis ingentem vim præbet. Strabo lib. 12. Sangarius fontes habet apud Sangiam vicum. Diſtat a Peſſinunte CL. ſtad & magnam Phrygiæ Epicteti ac Bithyniæ partem percurrit, ut ab urbe Nicomedia paulo pluribus quam CCC. ſtad abſit, ubi Gallus amnis in eum influit, &c. Homerus apud eundem Strabonem lib. 12.
Ὅι Φρυγίην ναίεσκον ἐπὶ Σαγγαρίοιο, id eſt,
Sangarium Phrygiæ campos habitantis ad amnem. Plin. lib. 6. cap. 1. ſub finem, Sagaris fluvius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit vaſtos amnes, inter quos Tenibrogium & Gallum. Idem Sangarius a pleriſque dictus. V. & Solinum cap. 55. pr. Ovid. 4. de Pont. 10. 67.
Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypaniſque, Crateſque
Influit, & crebro vortice tortus Halys. Apparet igitur hunc fluvium & Sagarim dici & Sangarium. [Et Sagarum & Sangarum appellant alii. V. Burm. ad Ovid. & infra SANGARIUS.
SAGATUS, V. SAGUM.
SAGACITAS, SAGACITER, SAGAX, V. SAGIO.
SĀGĒNA, æ. f. [σαγήνη] Genus retis piſcatorii. Gloſſ. Græc. Lat. Σαγήνη, Verriculum, & Lat. Græc. Verriculum, Σαγήνη. conf. Suid. Manilius lib. 5. 678.
Excipitur vaſta circumvallata ſagena.
SĀGĪNA, æ. f. [σιτία, ἡ σίτευσις Gl. G. L.] Cibus quo animalia pinguia efficiuntur. Plin. lib. 9. cap. 56. Saginam cochlearum commentatus eſt ſapa & farre, aliiſque generibus. Columel. lib. 8. cap. 14. Eſt facilis harum avium ſagina. [Gloſſ. Lat. Gr. Sagina, σιτευτὸν ζῶον.
Immunda ſagina. Propert. lib. 4. 8. 25.
Qui dabit immundæ venalia fata ſaginæ. Al. Farta.
Sagina, Nepotatus. Juven. 4. Sat. 67.
— genialis agatur
Iſte dies, propera ſtomachum laxare ſaginis. Plaut. Mil. 3. 2. 31.
Poſtules ſagina ejicere cellaria.
Cedere ſaginam. Plaut. Moſt. 1. 1. 62.
Quomodo occœpiſtis, bibite, pergræcamini,
Eſte, effercite vos, ſaginam cædite. Scriver. Tendite. V. Salmaſ. not. Ibid. 1. 3. 79. — dies noctesque eſtur,
Bibitur, neque quiſquam parcimoniam adhibet. ſagina plane eſt.
Sagina, Largitio. Cic. pro Flacc. 17. Qui multitudinem illam, non auctoritate, ſed ſagina tenebat. De Mithridate. V. loc.

Sagina, [τὸ λίπ☉, τὸ πῖαρ] Pinguedo ſupervacua, arte, non natura adaucta, per totum corpus diſperſa. Juſtinus lib. 21. 2. pr. Sublatis deinde æmulis in ſegnitiem lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit.

Conjicere ſe in ſaginam. V. CONJICIO.

Sagina dicendi, Ubertas. Quintil. lib. 10. cap. 5. Forenſibus certaminibus exercitatos, & quaſi militantes reficit ac reparat hæc velut ſagina dicendi.

Inanis ſagina. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Sagina, Onus jumenti. Gloſſ. Græc. Lat. Σάγμα, Sagina. [Hæc videtur propria vocis ſignificatio, ceteræ translatæ. V. in ſeq. dict.

SAGĬNO, [σιτίζω Gl. Gr. L.] āre. Pinguefacere. Columel. lib. 6. cap. 17. Ea herba viridis, nec tarde tamen arida, fœni vice ſaginat jumenta, verum modice dande, ne nimio ſanguine ſtranguletur pecus. Ibid. cap. 27. Ordeo ſaginandus equus. Ibid. Quidam etiam præcipiunt eodem ritu quo mulos admiſſarium ſaginare, ut hac ſagina hilaris plurimis feminis ſufficiat. Varro 3. de R. R. cap. 3. Et nata nutricare, ſaginareque in macellum ut perveniant.

Saginat aſinum, Σάττω ὄνον. Saginatus, Σεσαγμένος Gloſſ. Lat. Græc. [Eſt autem Σάττω, Onus, vel Clitellas impono. V. Henr. Steph. Theſ. Gr. Voſſ. legit Sagmat, & Sagmatus. Sed parum ſibi conſtat, quum τὸ Sagina a Σάττω, Onero deducat, de ceteris, quaſi ab eadem radice non ſint, neget. Suidas etiam Σάγη pro Sagmate dici docet, Σάγη, τὸ τοῦ ὄνου ἐπίθημα. Sed & Telum notare in Σάγμα docet. Gloſſ. Græc. Lat. Σάγμα, Sagina. Σαγματοποιός, Saginarius. An potius Sagma & Sagmarius ſcribendum? conf. ſeqq. dict.

Saginare exquiſitis epulis. Plin. lib. 9. cap. 35.

Saginari ſanguine civium. Cic. pro Sext. 78.

Saginare plebem populares ſuos ut jugularentur. Liv. 6. 17. pr.

SAGINĀTUS, a, um. Partic. [ὁ σιτιςθεὶς] ut, Porcus ſaginatus. Propert. lib. 4. 1. 23.

SAGINATIO, ōnis. f. [λιπασμός, σιτισμός] Plin. lib. 8. cap. 51. Pingueſcunt ſexaginta diebus, ſed magis tridui inedia ſaginationem orſa.

SAGINATOR, ōris. m. Gloſſ. Græc. Lat. Σιτιστὴς βοῶν, Saginator.

SAGIMEN, ĭnis. n. Calepinus probat ex Columel. lib. 6. cap. 38. Ne nimio ſagimine ſtrangulentur pecora. Ubi nunc legimus, Ne nimio ſanguine ſtranguletur pecus.

SAGINĀRIUS, a, um. Adj. Quod ſaginatum eſt. Unde e Servio Mulus ſaginarius, Bos ſaginarius.

SAGINĀRIUM, ii. n. [τὸ σιτιστήριον] Locus ubi ſaginantur altilia. Varro lib. 3. de R. R. cap. 10. Ad ſaginandum eligunt pullos circiter ſeſquimenſe qui ſunt natu, eos includunt in ſaginario, ibique polentam & pollinem aqua madefacta dant cibum, ita ut perinde ſe ſaturent.

SAGINARIUS, ii. m. Qui ſaginas conficit. [Gloſſ. Græc. Lat. Σαγματοποιός, Saginarius. Miror Voſſ. non hic quoque legere Sagmarius.

SĀGIO, [τρανῶς αἰσθάνομαι] īre. Acute ſentire. Cic. 1. de Divin. 65. Sagire enim, ſentire acute eſt: ex quo Sagæ anus, quia multa ſcire volunt, & Sagaces dicti canes. Is igitur qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur Præſagire, id eſt futura ante ſentire. Hæc Cic. conf. Priſcian. 4. & Voſſ. Etym. [Quantitas tamen diſcrepat.

SĀGAX, ācis. Adj. [ἰχνηλάτης, ἀγχίνους, ἐντρεχὴς, εὐστοχος Gl. L. G.] Acutus, ſolers. Feſtus, Sagaces appellantur, multi ac ſolertis acuminis. Martial lib. 12. 87.

Excogitavit homo ſagax & aſtutus. Cic 6. Att. 3. Quæſtorem nemo dignum putat: etenim eſt levis, libidinoſus, ſagax. Al. Tagax. An Fugax?

Mens ſagax. Cic 2. de Finib 45. Homines enim, etſi multis aliis, tamen hoc uno a beſtiis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura datam, mentemque & acrem & vigentem, celerrimeque multa ſimul agitantem, & ut ita dicam, ſagacem, quæ & cauſas rerum, & conſequutiones videat.

Sagax ad. Cic. 10. Fam. 23. Sed certe nimia ejus indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem. Cic. In Catil. 1. 19. Quem tu videlicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, & ad ſuſpicandum ſagaciſſimum, & ad vindicandum fortiſſimum fore putaſti.

Acies oculorum ſagax. V. ACIES.

Animus ſagax. Lucret. lib. 1. 403.

Curæ ſagaces. Hor. 4. Carm. 4. 75.

Cura ſagaci aliquid videre. Cic. 1. de Divin. 26.

Mens ſagax. Lucret. lib. 6. 1081. conf. ſupra.

Naris ſagax. Lucan. lib. 7. 829.

Palatum ſagax in guſtu. Plin. lib. 8. cap. 37. de muribus, Quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum, auctores quonam modo intellexerint, miror.

Ratione ſagaci videndum eſt. Lucret. lib. 1. 131.

Naturæ rerum ſagaciſſimus, Peritiſſimus. Columel. lib. 1. cap. 1. Nam qui ſe in hac ſcientia perfectum velit profiteri, ſit oportet rerum naturæ ſagaciſſimus, declinationum mundi non ignarus.

Naſum ſagax, apud Plaut. in Curc. 1. 2. 17.

Canem eſſe hanc quidem magis par fuit: ſagax
Naſum habet. [Niſi poſt Sagax diſtinguas, ut Naſum habet, ſit exegeſis ejus vocis. V. Martial. 1. 42. 18.

Sagaces canes dicuntur, auctore Feſto, Qui ferarum cubilia præſentiunt. V. SAGIO.

Catulo ſagaci ſectari leporem. Ovid. Rem. Amor. 201.

Anſer ſagacior canibus. Ovid. 11. Met. 599.

Superl. Sagaciſſimus, Ἀγχινούστατος, φρονιμώτατος. Gloſſ. Lat. Græc. V. ſupra.

SAGACĬTER, Adv. [ἀγχίνως] Perſpecte, prudenter, callide. Cic. 1. de Orat. 223. Acuto homine nobis opus eſt, & natura uſuque callido, qui ſagaciter pervеſtiget, quid ſui cives, iique homines, quibus aliquid dicendo perſuadere velit, cogitent, ſentiant, opinentur, exſpectent. Columel. lib. 7. cap. 12. Satiſque pulchre funguntur officio, ſi & advenientem ſagaciter adoriuntur, & latratu conterrent. Liv. 27. 28. pr. Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem.

Compar. Odorari ſagacius. Hor. Epod. 12. 4. Cic. 6. Att. 4.

Superl. Sagaciſſime odorari. Cic. 2. de Orat. 186. Omni mente in ea cogitatione curaque verſor, ut odorer, quam ſagaciſſime poſſim, quid ſentiant, quid exiſtiment, quid exſpectent, quid velint.

SAGACĬTAS, ātis. f. [ἡ ἰχνηλασία] Calliditas. Cic. 6. Verr. 29. Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem, ut eas per illum ipſum inſpiceres, ubi erant depoſitæ, &c. Idem 3. Verr. 105. Utrum admonitus, an tentatus, an (qua eſt iſte ſagacitate in his rebus) ſine duce ullo, ſine indice pervenerit ad hanc improbitatem, neſcio.

Narium ſagacitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.

Sagacitas etiam ſenſuum corporis. Sen. Epiſt. 96.

Vigili ſagacitate occulta faciorum perquirere. Firmic. lib. 5. cap. 5.

SĂGITTA, æ. f. [βέλος, ἡ βέλη Gl. L. Gr.] Jaculi genus, quod arcu emittitur. Dicta Sagitta, quod ſatis longe agatur. Vel a Satio & Ictus: ad longum enim ſpatium profert ictum ſuum. Vel quod Sagax ſit ictus ejus. V. Voſſ. Etym.

Aculeus ſagittæ. V. ACULEUS.

Acuta ſagitta. V. ACUO.

Hamatæ. Ovid. 3. Triſt. 10. 63.

Infeſtæ. Juven. 15. Sat. 74.

Leves. Virg 5. Æn. 68.

Miſſiles. Hor. 3. Carm. 6. 16.

Pennigeræ. Sil. lib. 8. 375.

Sceleratæ. Ovid. 1. de Arte Am. 399.

Velocis ſagitta. Sil. lib. 7. 646.

Acuere ſagittas. V. ACUO.

Aptare nervo ſagittas. Virg. 10. Æn. 131.

Armatus ſagittis ac face Cupido. Quintil. lib 2. cap. 4. Et quid ita crederetur Cupido puer, ac volucer, & ſagittis ac face armatus?

Aſperare ſagittas oſſibus. Tacit. de Germ. 46. Sola in ſagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus aſperant.

Configere ſagittis. V. CONFIGO.

Celeres ſagittas corripere. Virg. 1. Æn. 191.

Depromere ſagittam pharetra. Virg. 11. Æn. 858.

Diverberat auras ſagitta. Virg. 5. Æn. 503.

Primaque per cælum nervo ſtridente ſagitta
Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras.

Emittere ſagittas arcu. V. EMITTO.

Expellere ſagittas arcu. V. ARCUS.

Ire in aliquem ſagittis. Stat. 3. Silv. 5. 4.

Non metuo ne læſa fides, aut pectore in iſto
Alter amor, nullis in te datur ire ſagittis.

Imbuit ſagittas Phœbi primus draco. i. e. Tinxit cruore ſuo. Sen. Herc. fur. 6.

Imponere ſagittam nervo. Ovid. 8. Met. 380.

Impellere. Virg. 12. Æn. 856.

Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta.

Infigere ſagittarum venabula prætereuntibus. V. INFIGO.

Pendebant ſagittæ ab humero. Cic. 6. Verr. 74.

Promere celeres ſagittas. Hor. 3. Carm. 20. 9.

Volans ſagitta. Ovid. 3. Triſt. 10. 55.

Uti nudis ſagittis ad bella. Ovid. Rem. Amor. 25.

Sagitta, Signum cæleſte. Plin. lib. 18. cap. 26. Pridie Nonas Januarii Cæſaris Delphinus matutino exoritur, & poſtero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta veſperi occidit.

Sagittam, inquit Columel. lib. 3. cap. 17. ruſtici vocant Noviſſimam partem ſurculi: ſive quia longius receſſit a matre, & quaſi emicuit atque proſiluit: ſeu quia cacumine attenuata, prædicti teli ſpeciem gerit. Idem lib. 3. cap. 10. Nam ſi ſagittam, id eſt ſuperiorem partem malleoli, vituperandam cenſebant, quum eſſet eadem pars ſurculi frugiferi: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, ſi eſt ſterile improbatum ab his ratio ipſa declarat? Sic Plin. lib. 17. cap. 21. pr.

Sagitta, Herba. Plin. lib. 21. cap. 17. extr. Item piſtanam dicit e Græcis vocari, quam inter olvas ſagittam appellamus.

SAGITTŬLA, æ. f. dimin. Apul. Met. 10. p. 254. Elmenh. Pinnulis & ſagittulis.

SAGITTĀRIUS, a, um. Adj. [ὁ ἀφ' οὗ τὰ βέλη ποιοῦσι ἐπιτήδειος] Quod ad ſagittam pertinet, ſive idoneum eſt ut ex eo fiant ſagittæ. Plin. lib. 16. cap. 36. Suum genus ſagittario calamo.

SAGITTARIUS, ii. m. [τοξότης Gl. L. G. & G. L.] Qui ſagittas emittit, Artis ſagittandi peritus. Cic. 5. Att. 20. Magna tormentorum copia, multis ſagittariis, magno labore, apparatu, multis ſauciis noſtris, incolumi exercitu negotium confecimus. Idem 15. Fam. 4. Uſuſque multis tormentis, multis ſagittariis, magno labore meo, ſine ulla moleſtia ſumptuve ſociorum, ſeptimo & quinquageſimo die rem confeci.

Tranſlate. Idem pro Sext. 133. Neque putavi, quum omnibus machinis ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnarer, de uno ſagittario me queri convenire.

Sagittarius, Signum cæleſte. Plin. lib. 17. cap. 24. Quum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario.

Sagittarius, Numiſma erat Perſicum, a notæ genere ita nuncupatum. Quod genus nummi iidem erant qui Darici quoque dicuntur, auctore Plutarcho in Apophthegmatis Lacon. p. 211. ed. Francf. Ex quo celebre manavit Ageſilai dictum, ſe ex Aſia pulſum triginta millibus ſagittariorum, quum Perſarum rex, ea nummorum ſumma corruptis per Timocratem Athenienſibus, effeciſſet ut is de provincia decederet. conf. eund. in Ageſ. p. 604. & in Artax. p. 1021.

SAGITTĬFER, a, Adj. [ὀϊστοφόρος] Qui fert ſagittas: ut Geloni ſagittiferi. Virg. 8. Æn. 725.

Pecus ſagittifera. Claud. de Hiſtrice, 48.

Pharetræ ſagittiferæ. Stat. 1. Achill. 416. & Ovid. 1. Met. 468.

SAGITTĬPŎTENS, [τοξοκράτωρ] Cic. in Arato v. 321.

Menſe ſagittipotens ſolis quum ſuſtinet orbem.

SAGITTO, [τοξεύω Gl. Gr. L.] āre. Sagittas emittere. Curt. 7. 5. 42. Sagittandi celebris uſus. conf. Juſtin. 41. 2. 5. Voſſ. de Vit. Serm. 1. 23. & 4. 23.

SAGITTĀTUS, a, um Partic. Cæl. Aurel. Tard. 2. 12. Quidam in bello ſagittatos. Plaut. Trin. 2. 1. 16.

Quam extemplo ſaviis ſagittatis percuſſus eſt. [Hic videtur Adj. non Partic. τὸ Sagittatis. i. e. Sagittis inſtructis.

SAGITTATOR, ōris, m. Pontanus de bello Neapol. 319. Sagittatorem petiiſſe. Id eſt eum, qui ſagittam emiſiſſet. H. St.

SAUMA, æ. f. vel SAGMA, ătis. n. [σάγμα] Sella, quam vulgus *baſtum* vocat, ſuper qua componuntur ſarcinæ: vel inſtratum, quo mollior ſit ſeſſio. Sed & pro Sarcina quandoque ponitur. Ex Cælio lib. 11. cap. 47. V. in SAGINA & derivatis ab eodem conf. Pollux lib. 10. C. 161. & 142. & 7. 167.

SAGMARIUS, a, um. Adj. Sarcinarius: ut, Equus ſagmarius, qui onera portat. V. Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. cap. 7. Voſſ. Etymol. & paulo ſupra in

in SAGINATUS. Suid. Σαγηνεύσαι. τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τάλλιν, ᾧ διαχρίζονται τὴν ἀπόπνοιαν καὶ τὴν μετεωρισμὸν τῶν ὑποζυγίων.

Sagmen, inis n. [ὁ ἀθερινον] quaſi Segmen; Herba vulgaris ubique ſponte ſua creſcens, de qua ſic Feſtus, Sagmina vocantur verbenæ, id eſt herbæ puræ, quia ex loco ſancto arcebantur a Conſule, Prætoreve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum. Vel a Sanciendo, id eſt confirmando. Nævius, Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine. Et alibi, teſte Paulo, Scapos atque verbenas ſagmine ſumpſerint. Liv. 1. 24. Jubeſne me, rex, cum Patrepatrato populi Albani fœdus ferire? Jubente rege: Sagmina, inquit, te, rex, poſco. Rex ait, Puram tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit: ita poſtea regem interrogavit: Rex, facisne me tu regium nuntium, Populique Rom. Quiritium, vaſa, comiteſque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, Populique Rom. Quiritium fiat, facio Hactenus Livius. V. Idem 30 43. Plin. lib. 22. cap 2. Quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenæ Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt Gramen ex arce cum ſua terra avulſum. Marcianus in l. Sanctum. D. de diviſione rerum Sanctum eſt, quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt. Sanctum autem dictum eſt a ſagminibus. Sunt enim Sagmina quædam Herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. conf. SANCTUS.

Sagochlamys, V. SAGUM.

Sagra, æ. f. [Σάγρας Strab.] Fluvius eſt in ora magnæ Græciæ in Italia. Auctor Plin. lib. 3. cap. 10. de Locris & Italiæ fronte. Hujus meminit & Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Quum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deviciſſent. Ibid. 3. 13. De Sagra Græcorum eſt vulgare proverbium, qui, quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quam illa quæ apud Sagram.

Sagulatus, Sagulum, V. SAGUM.

Sagum, i. n. [τὸ σάγος] Veſtimentum apertum & infibulatum, quodque reliquis veſtimentis ſuperinduceretur. Sil. 17. 531.

— humeris imponit honorem
Fulgentis ſaguli.

Siniſtras ſagis involvunt. Cæſ. de Bell. Civil. 1. 75.

Sagum fuit Index belli, ut Toga pacis, quam tamen Conſulares non geſtabant: id quod oſtendit Cic. 8. Philipp 32. Equidem, Patres Conſcripti, quanquam hoc honore uſi togati eſſe ſolent, quum eſt in ſagis civitas: ſtatui tamen a vobis, ceteriſque civibus in tanta atrocitate temporis. tantaque perturbatione Reip. non differre veſtitu. Non ita nos gerimus hoc bello Conſulares, ut æquo animo pop. Rom. viſurus ſit noſtri honoris inſignia. Budæus. [Magno exorto bello populus univerſus nempe, poſitis togis, ſaga ſumebat, nec ante ad priſtinum habitum revertebatur. quam belli periculum depulſum eſſet. V. Ferrar. de Re Veſt. 2. 3. 3. & 7.

Sagum autem Militare ac bellicum geſtamen fuiſſe, cum ex Nonio 14. 10. tum ex Tranquilli verbis in Auguſto, cap. 26. intelligimus, Conſulatum (inquit) viceſimo ætatis anno invaſit: admotis hoſtiliter ad Urbem legionibus, miſſiſque, qui ſibi nomine exercitus depoſcerent. Quum quidem, cunctante Senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, rejecto ſagulo, oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere, Hic faciet, ſi non feceritis vos. Capitolinus in M. Antonino Philoſopho cap. 27. Per Brundoſium veniens in Italiam, togam & ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe juſſit, nec unquam fuerunt ſagati ſub eo milites. Hæc Budæus.

Ad ſaga ire, & redire ad togas. Cic. 14. Philipp 2.

Lugubre ſagum mutare Punico. Hor. Epod, 9. 28.

Sumere ſagum. Cic. 7. Verr. 93. Tum iſte excitatus exit, audit rem omnem ex Timarchide, ſagum ſumit.

Sagum, eſt etiam Veſtis ſtragulæ genus, non diſſimilis cilicio. Suet. in Oth. cap. 2. Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, & invalidum quemque obviorum, vel potolentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime jactare. Plin. lib. 16. cap. ult. ad finem, de viſco loquens, Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce demetit, candido id excipitur ſago. Ceterum quod Tranquillus, In ſublime ſago jactare, dicit, vulgo bernare dicunt, i. e. Sago excutere ſurſum verſus. Hæc Budæus Cic 7. Fam. 10. Valde metuo ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum cenſeo. Idem Mucio & Manilio placebat, præſertim qui ſagis non abundares: quanquam vos nunc iſtic ſatis calere audio. Columel lib. 1. cap. 8. Quæ aucta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis cucullis. [Videtur tamen omnibus his locis de veſte eadem exponendum, quæ non ſolis a militibus geſtabatur. conf CUCULLUS.

Saga, æ. f. Veſtimenti idem genus. Cato de R. R. cap. 59. Quoties cuique tunicam aut ſagam dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant [Niſi Sagum Cato reliquit.

Sagus, i. m. [Σάγος Gl. G. L.] Idem. Ennius apud Non. 3. 201.

— tergum ſagus pinguis opertat.

Sagŭlum, i. n. dimin. [σάγιον] Brevius ſagum. Virg. 8 Æn. 660.

Virgatis lucent ſagulis. Cæſ. 5. Bell. Gall. 41. Gladiis cæſpites circumcidere, manibus, ſaguliſque terram exhaurire cogebantur. Cic. in Piſon. 54. Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt: quibus illi acceptis, ſagula rejecerunt, & catervam Imperatori ſuo novam præbuerunt. [Gloſſ. Græc. Lat. Σάγιον, Lodix. Hæc autem eſt Stragula veſtis Ceterum non videtur eſſe Diminutivum, niſi quod Sagum, quia contractius erat, eo etiam Sagulum, quaſi diſtaret a Sago, diminutiva voce, dicebatur.

Fulgentis ſaguli honor. Sil. lib. 17. 531.

— atque humeris imponit honorem
Fulgentis ſaguli.

Sagulum gregale. Liv. 7. 34. Hæc omnia ſagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hoſtes notarent, perluſtravit.

Sagulum Hiſpanum, apud Liv. 27. 19. extr.

Sagulo militari opertus. Liv. 21. 4. de Annibale, Multi ſæpe militari ſagulo opertum, humi jacentem, inter cuſtodias, ſtationeſque militum conſpexerunt. [Forte hic Lodicula eſt.

Sagātus, a, um Adj. [σαγοφόρος] Qui ſago indutus eſt. Suet. in Cæſ, cap. 48. Convivatum aſſidue duobus tricliniis, uno quo ſagati, palliative, altero quo togati cum illuſtrioribus provinciarum diſcumberent. Martial. lib. 6. 11.

Vis te purpureum, Marce, ſagatus amem?

Deinde cras ſagati prodeamus. Cic. 14. Philip. 1.

Sagati milites erant ad bella exeuntes, ut Paludati Conſules, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam vocabantur. Budæus. V. ſupra & Lex. Pitiſc.

Galli ſagati, bracchatique Cic. pro Font. 33.

Sagulātus, a, um. Adj [σαγίον ἐνδεδυμένος] Sagulo indutus. Suet. in Vitell cap 11. Urbem denique ad claſſicum introiit paludatus, ferroque ſuccinctus, inter ſigna atque vexilla, ſagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

Sagarius, a, um. Adj. Ad ſaga pertinens. ut Ulp. in l. procuratores. D. de Tributaria actione, Dum negotiationes exercebat, puta ſagariam & linteariam.

Sagaria communio. Ulp. in l. Cum duobus. § Quidam. D. pro ſocio, Quidam ſagariam communionem inierunt.

Senatus auctoritate ſagaria. Siſenn apud Non. 14. 10.

Sagarius, i. m. [σαγοπώλης] Qui ſaga vendit. Gruter. Inſcript. p. 650. n. 2. MERCATOR SAGARIVS.

Sagaria, æ. f. [σαγοπωλεία] Exercitium vendendi ſaga: ſicut ab Argento, Argentaria.

Sagestre, is. n. Lucil. Turnebus 18. 16. ſic explicat; Operimentum craſſum, ut ſagorum erat craſſior pannus. V. SAGESTRE.

Sagŏchlămys, ўdis. f. [Σαγοχλαμύς] Veſtis compoſita ex Sago Romano, & Chlamyde Græcanica. Treb. Poll. in Claud. cap. 14.

Săguntia, [Σαγουντία] Ptolemæo lib. 2. cap. 4 & Plin. lib. 3. cap. 3. Hiſpaniæ urbs. Eidem etiam Saguntia dicta, cap. 1. Seguntia Liv. 34. 19. Nunc Siguenza.

Săguntus, i. m. vel Saguntum, i. n. [Ζάκυνθος] Hiſpaniæ civitas ultra Iberum fluvium a Zacynthiis condita. Florus 2. 6. Saguntus vetus Hiſpaniæ civitas, & opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monumentum. Strabo, Saguntus (loquit) occurrit a Zacynthiis condita, quam Annibal, contra populi Romani fœdera, diruens belli Punici ſecundi ſuſcitavit incendium. Hactenus ille lib. 3. Hujus urbis ſitum eleganter deſcribit lib 1. Silius. v. 270. ſeq. Meminit cladis Liv. lib. 21. cap. 7. ſeq. Nunc vulgo dicitur *Morvedre* teſte Olivario in Melam.

S A I

Săii, [Σάιοι] ſunt Populi, qui Thracia relicta, in Samum inſulam navigarunt, eamque coluerunt. Strabo lib. 10. Sunt qui a Saiis, priſcis Thraciæ cultoribus, & qui continenti finitimam habitant, Samum appellatam eſſe dicunt. Seu illi ſint, qui Sapæi aut Sinti vocabantur, quoſque poeta Sintias nuncupat, aut alii. Saiorum quidem meminit Archilochus,

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, κ. τ. λ.

Săis, æos, f. [Σάϊς] Civitas eſt in Ægypto, paulo infra Oſiridis aſylum. diſtat a Naucrate Fluvio ſchœnis duobus. Strabo lib. 17. Plin. 5. 10. extr.

Saïtes, [Σαΐτης νομός] Præfectura in Ægypto, hinc dicta, auctore Plin. lib. 5. cap. 9.

Saitæ, [Σαΐται] Populi in Aſia, juxta Suſianen, teſte Plin. 6. 27. de quibus ſic ſcribit Alexander Alexandrinus lib. 3. cap. 2. Genial. dier. Sicut Saitanis reges qui imperitarunt, intra ſepta templi ſepelire aſſuetum erat, hoc ſepulturæ genus optimum pietatis ultimum officium æſtimantes.

S A L

Săl, ſălis. m. & n. conf. Non. 3. 197. & Priſcian. 5. 8. extr. fol. 46. Ald. [ἅλς] Quo in condendis cibis utimur. Dictio Græca, ἡ ἅλς, metatheſi litterarum. [Non eſt Metatheſis, ſed mutatio ſpir. aſp in s, & apocope. Maſcul. Cato l. c. Ex ſale, qui apud Carthaginienſes fit. Saluſtius in Jugurtha cap. 89. extr. Neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta quærebant. Modius ſalis. Cic. de Amicit. 69. Verumque eſt illud, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Concha ſalis puri. Hor. 1. Serm 3. 14.

Animam pro ſale datam ſui ait Chryſippus. Cic. 2. de Nat. Deor. 160.

Sal torridum. Columel. lib. 7. cap. 5.

Sal foſſilis. Celſ. lib. 6. cap. 13.

Fuſile ſal. Columel. lib 6. cap. 33. Al. Foſſile rectius.

Flos ſalis. Plin. lib. 30. cap. 10.

Flumina ſalis. Plin. lib. 31. cap. 7. Sed & ſumma fluminum denſantur in ſalem, amne reliquo veluti ſub gelu fluente, ut apud Caſpias portas, quæ ſalis flumina appellantur.

Grumus ſalis. Plin. lib. 33. cap. 4. Torretur & cum ſalis grumo.

Montes ſalis nativi. Plin. lib. 31. cap. 7. Sunt & montes nativi ſalis, ut in Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo cæditur renaſcens: majuſque regum vectigal ex eo eſt, quam ex auro atque margaritis.

Aſpergere ſalem carnibus, & Sale carnes. V. ASPERGO.

Obruere ſale. V. OBRUO.

Sales pl. [ἅλες, ἅλατα. Gl. L. G. & G. L.] pro Condimento ipſo. Columel. lib. 7. cap. 8 Aſpergitur tritis ſalibus.

Sal, interdum eſt Vitium in gemmis. Plin. lib. 37. cap. 2. De myrrhinis.

Sal, aliquando Mare dicitur, [ἡ ἅλς] quia ſalſum eſt, & ex cujus aqua ſal elicitur. Virg 1. Æn. 39.

— & ſpumas ſalis ære ruebant. Idem 5. Æn. 848.

Mene ſalis placidi vultum, fluctuſque quietos
Ignorare jubes? Idem 3. Æn. 383. & 10. 214.

Tremuli ſalis adverſæ undæ. Catul. Argon. 64.

Veſco ſale ſaxa peresa. Lucret. lib. 1. 327.

Sal, Translate, pro Sapientia. Ter. Eun. 3. 1. 10.

Labore alieno magno partam gloriam,
Verbis ſæpe in ſe transmovet, qui habet ſalem,
Qui in te eſt. Ubi Donatus; Sal neutraliter, Condimentum: maſculinum, pro Sapientia. Sed V. ſupra ex Non. & Priſc.

Sal, [ἀστεϊσμός Gl. L. G.] Urbanitas, jocus, & dicta ad riſum vel delectationem compoſita, tam ſingulari, quam plurali numero. Catul. de Quintia 84. 4.

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis. h. e. Nihil venuſtum. Quintil. lib. 6. cap. 3. non recte exponi dicit, Nihil in corpore ejus eſſe ridiculum. Victorius lib. 12. Variar. lect. cap. 13. Salem apud Catullum interpretatur Venuſtatem, argutiamque ac leporem: quomodo Græci ſalſum ſua voce, quæ huic reſpondet, acremque pulchritudinem appellabant, ἁλμυρὸν & δριμὺ κάλλος, intelligentes, non inertem, nec parum aptam ad conciliandos ſibi eos qui vidiſſent: ſed contra miſtam venuſtate quadam, ac factam ad alliciendum, quæque tanquam pungit

pungit ac vehementer commovet, ut dapes ſale conditæ delectare magis excitareque deſiderium cibi conſuevarunt. Id tractatus eſt Plutarchus in 5. lib. συμποσιακῶν capite extremo. Plin. lib. 31. cap. 7. Ergo hercule vita humanior ſine ſale nequit degere, adeoque neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita ſales appellantur, omniſque vitæ lepos & ſumma hilaritas: laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat.

Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum. Cic. 9. Fam. 16. V. SANNA.

Sal dicendi & facetiæ. Cic. 2. Q. frat. 2 §. 2. Quibus quidem in rebus, ſi quod te plus auctoritas mea, quam tua, ſive natura paolo acrior, ſive quædam dulcedo iracundiæ, ſive dicendi ſal, facetiæque valuiſſent, nihil ſane eſſet quod nos pœniteret.

Sal humanitatis. Cic. 1. Att. 10. Pure loquuntur, cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignes amoris notis.

Sal & lepor, vel facetiæ. Cic. 5. Toſc. 55. C. Cæſaris, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, ſuavitatis, leporis. Idem 1. Off. 135. Sale vero & facetiis Cæſar, Catuli patris frater, vicit omnes.

Sal & venuſtas. Cic. 2. de Finib. 8. Quem quidem locum cum multa venuſtate & omni ſale, &c.

Facetus ſal. Plin. lib. 36. cap. 63.

Verſiculi habent ſalem ac leporem. Catul ad Aurelium, 16. 7.

Frequentius plurali numero Sales Martial. lib. 3. 20.

Lepore tinctos Attico ſales narrat.

Librorum ſales. Propert. lib. 3. 21. 28.

Amari ſales. V. AMARUS.

Aſperſi ſales. Claud. 2. in 1. Conſ. Stilich. 170.

Liberi ſales. Seneca Suaſoria prima. Calliſthenem occidit Alexander propter intempeſtive liberos ſales.

Periculoſi ſales. Sen. lib. 1. de Tranquill. vitæ, cap. 4. Quidam urbanitatem neſciunt continere, nec periculoſis abſtinere ſalibus.

Protervi ſales. Stat. 1. Silv. 6. 6.

Et ridens jocus, & ſales protervi.

Vehemens ſalibus natis intra pomœria, h. e. Urbanis, non ruſticis. Juven. 9. Sat. 11.

Urbani ſales. Cic. 9. Fam. 15.

Sale, in nominativo etiam dicitur, auctore Priſciano. Ennius lib. 4. Annal.

Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum. i. e. Mare.

SALĀRIUS, a, um. Adj. [τῶ ἁλός] Quod ad ſal pertinet. Plin. lib. 31. cap. 7. Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniam illa ſal in Sabinos portari conſueverat. Varr. lib. 3. de R. R. cap. 2. 15.

Salaria via Romæ eſt appellata, quia per eam Sabini ſal a mari deferebant. Liv. 7. 9.

Annona ſalaria. Liv. 29. 37. Vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

SALARIUS, i. m. [ἁλοπώλης] Qui ſal, vel ſalſamenta vendit. Martial. lib. 1. 42.

Quod viles pueri ſalariorum.

SALARIUM, i. n. dicitur Stipendium, ſeu Merces, quam quis pro ſervitio meritus eſt. [Gloſſ. Lat. Græc. Salarium, Ὀψώνιον, μισθός, σιτηρέσιον, ἁλατικόν. Poſterius ſynonymon originem vocis declarat. V. hic ſeqq. Vox Σιτήδοσια corrupta videtur.

Salarium, a Sala originem habere, vel ipſius vocabuli ſono notum eſt: accedit auctoritas Plinii (31. 7.) verborum non incallidi inveſtigatoris. Nam honoribus, inquit, etiam militiæque interponitur, ſalariis inde dictis. Salaria autem tribunorum militarium & ducum erant Annonæ ipſorum: proinde ἁλάριον Græci, ſic enim recentiores hoc nomen æmulati ſua effinxerunt lingua, interpretantur σιτηρέσιον. Vopiſcus in Aureliano cap. 9. Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta. Deinde ſic ſcribit, Panes militares numero ſedecim, panes militares caſtrenſes quadraginta, vini menſalis ſextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duo, porcinæ pondo triginta, & quæ ſequuntur. E quibus quis non intelligit annonam cuique deſtinatam & aſſignatam Salarium dici? Latius tamen patuit hoc vocabulum, ſignificavitque non tantum eorum Annonam, verum etiam Commoda & Stipendium. Plin. 34. 3. pr. Nec pudet tribunorum militarium ſalariis emere. Quod Juvenalis dicit, 3. Sat. 132.

Alter enim, quantum in legione Tribuni
Accipiunt, donat Calvinæ vel Catienæ. Hæc ex Turnebo.

Salario aliquem ſuſtentare. Suet. Tiber. cap. 46.

Salarium Proconſuli ſolitum offerri. Tacit. Agric. 42. 5.

Salarium annuum, & Salarium conſtituere. Scævola in l. ult. D. de act. & obligat.

SALARIĀRIUS, i. m. Cui ſalarium ſolvitur. Ulpian. Niſi ſi ſalariarius fuit, & hoc convenit, ut ſumptus de ſuo faceret ad hæc itinera. hoc eſt, de ſalario. lib. 17. Dig. t. 1. leg. 10. §. 9.

SĂLĪNA, æ. f. [ἁλοπήγιον] Locus ubi fit ſal. Frequentius pl. Salinæ [ἁλαί, ἡ ἅλως Gl. L. G. & G. L.] Cic. 5. Att. 12. De ſitu ſalinarum plane rogo. Idem pro Lege Manil. 16. Quum publicani familias maximas, quas in ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus atque cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitremur. al. Saltibus. V. Turneb. Adverſ. 1. 5.

Salinæ ab ora maritima remotiſſimæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 132.

Salis magna vis ex ſalinis congeſta. Cæſ. 2. Bell. Civil. 37.

Stagnum ſalinarum. Hirt. Bell. Afr. 8.

Salinæ pro Salibus & jocis ex ambiguo. Cic. 7. Fam. 32. Quibus in litteris omnia mihi perjucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum a te procuratore defenditur. Sic

Salinas celebrare. Manil. 5. 682.

SALINĀRIUS, a, um. Adj. Ad ſalinas ſpectans. ut Areæ ſalinariæ apud Vitruv. 8. 3.

SALINĀTOR, ōris. m. Qui rei ſalariæ operam dat. Arnob. inter artifices numerat lib. 2. Et hinc Livio Salinatori cognomen eſt inventum. Liv. 29. 37. de M. Livio & C. Claudio Cenſoribus loquens. Vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt, ſextante ſal & Romæ, & per totam Italiam erat. Romæ pretio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio præbendum locaverunt. Id vectigal commentum alterum ex Cenſoribus ſatis credebant, populo iratum, quod iniquo judicio quondam damnatus eſſet: & in pretia ſalis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Livio inditum cognomen. Hæc T. Livius. Hunc ſolo cognomine appellat Cic. in Bruto 73. Ludi juventutis, quos Salinator Senenſi prælio voverat. Quo in loco πρόληψις eſt: quum ludos enim vovit, nondum Salinator dicebatur, ut ex verbis Livii apparet, ſcribentis eum, quum Cenſor eſſet, id eſt annis tribus poſt, quam Conſul ludos voverat, Salinatorem appellatum fuiſſe. Prælium autem Senenſe deſcribit Liv. lib. 27. cap. 46. & ſeqq.

SĂLĪNUM, i. n. [ἁλοδοχεῖον] Vaſculum in quo ſal reponitur, tum ad menſæ uſum, tum ad ſacrificia paratum. In eo enim cum ſale diis primitiæ offerebantur. Perſ. 3. Sat. 25.

— purum & ſine labe ſalinum. Liv. 26. 36. Ut ſalinum patellamque deorum cauſa habere poſſint.

Exiguum ſalinum. Stat. 1. Silv. 5. 131.

Reguſtatum ſalinum digito terebrare. Perſ. 5. Sat. 138.

Salinum ponitur pro quocunque Vaſe fictili menſæ pauperis. Hor. 2. Carm. 16. 13.

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum. [Si ſplendet, argenteum ſane, non fictile ſalinum intelligitur. Indicat pro omni argento menſæ, unicum ſalinum pauperi ſufficere.

Uterque patellam Deorum & ſalinum habuit. Val. Max. 4. 4.

Salinum in menſa pro Aquali ſolitum eſſe poni ait (Cincius) cum patella, quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. Salinum cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Eſquilina regione figulo, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atque ille proxime eam convivatus, ſuper modum potus, ſomno eſſet oppreſſus cum convivis ſuis, prætereuns quidam petulans, oſtio patente, ex menſa ſalinum conjecit in fornacem, atque ita, incendio excitato, figulus cum ſuis concrematus eſt. Hæc Feſtus.

SĂLILLUM, i. n. Dimin. Plaut. Trin. 2. 4. 91.

— verum nos homunculi,
Salillum animæ qui cum extemplo amiſimus, &c.

Purior ſalillo. Catull. ad Furium, 23. 19.

SALMĂCĬDUS, a, um. Adj. [ἁλμυρός] Gloſſ. Lat. Græc. Ibid. Salmacidum, ἁλμυρόν. Et Salmacia aqua, ἁλμυρὸν ὕδωρ. De alia v. notione V. in SALACIA. Salinacida contendit legendum Salmaſ. Sed receptam lectionem ex Plinio Valeriano aſſerit Turneb. Adverſ. 28. 37. Nec aliter in Plinii codicibus lib. 31. cap. 3. V. in SALMACIS.

SALĬFŌDĬNA, æ. f. Vitruv. 8. 3. Per ſalifodinas percurrentes fontes & lacus.

SALNITRUM, vel SALŌNITRUM, i. n. Plin. 31. 10. Salnitrum ſulphuri concoctum vertitur in lapidem. Hard. Sal nitrum, diviſe.

SALLO, li, ſum, [ἁλίζω] ĕre. Idem, quod Salire, & quidem antiquiore uſu. V. SALIO. Lucil. Sat. 4.

Sallere murænas, mercem in frigidaria ferre. Salluſt. in tertio Hiſtor. Parte conſumpta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus ſallerent. Hæc ex Priſciano lib. 10. extr. q. V.

Pecus occidere & ſallere. Varr. de L. L. 4. 22.

SALSUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἁλμυρός, ἁλυκός, ἁλμυρός, ἁλμυρώδης] Quod ſale conditum aut aſperſum eſt, ſive Quod ſalis ſaporem habet. Plaut. Rud. 2. 7. 31. Itaque alvum prodi ſperavit nobis ſalſis poculis.

Æquora ſalſa. Hor. Epod. 16. 34.

Fluctus ſalſos pectore revomere. Virg. 5. Æn. 182.

Lacrimæ ſalſæ. Lucret. lib. 1. 126.

Rubigo ſalſa. Virg. 2. Georg. 220.

Saporis ſalſi humor. Lucret lib. 4. 223.

Sudor ſalſus. Virg. 2. Æn. 273.

Compar. Marina aqua ſalſior. Plin. 31. 7.

Superl. Mare ſalſiſſimum. Plin. 31. 6.

Salſus etiam pro Facetus, a ſale qui facetias ſignificat. Cic. 2. Philipp. 42. Salſum omnino hominem. Hinc

Salſum, in conſuetudine, pro Ridiculo tantum accipimus, inquit Quintil. lib. 6. cap. 3. Cic. 9. Fam. 15. Accedunt non Attici, ſed, ſalſiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani ſales.

Dictum ſalſum. Quintil. lib. 6. cap. 3.

SALSE, Adv. [ἀστείως] Cic. 2. de Orat. 275. Valde hæc ridentur, & hercule omnia quæ a prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeque dicuntur. i. e. Acute, & quaſi cum quadam reprehenſione.

Dicere ſalſe. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Compar. Nihil dicitur ſalſius. Quintil. ibid.

SALSŬLUS, a, um. Adj. Dimin. Ammian. 18. 4. Aqua ſalſula. conf. SALSULÆ. f. l.

SALSIUSCŬLUS, a, um. Adj. dimin. Auguſtin. Confeſſ. 8. 3. Ebrioſi ſalſiuſcula comedunt.

SALSŪRA, æ. f. [ταρίχευμα] Idem quod Salſamentum. Columel. lib. 8. cap. 17. Nulla tamen æque, quam prædictæ ſalſuræ pabulum, commode dantur, quoniam odorata ſunt. Idem frequenter lib. 12. cap. 53. Et Varro de R. R. 2. 4. Corpus ſuis in ſalſura fuit. Plaut. Curc. 2. 1. 27.

Nunc dum ſalſura ſat bona eſt. Idem Stich. 1. 2. 35.
Quia ita meæ animæ ſalſura evenit.

SALSILĀGO, inis. f. Plin. 31. 7. Salſilago tota liquida.

SALSŪGO, inis. f. Plin. 31. 7. Appellatur in ſalinis ſalſugo.

SALSITŪDO, inis. f. Plin. 20. 14. Salſitudo corporis. Vitruv. 8. 4. Inconſueta ſalſitudo.

SALSĒDO, inis. f. [ἁλμυρότης] Ipſe ſalis ſapor. Onomaſt. vet. Lat. Gr.

SALSIPŎTENS, entis. Adj. Plaut. Trin. 4. 1. 1. Salſipotens Neptunus.

SĂLIO, [ἁλίζω] ire. Sale condire. Columel. lib. 12. cap. 53. Cocto ſale, nec nimium minuto, ſed ſuſpenſa mola infracto, diligenter ſalito. Celſ. lib. 2. cap. 18. Item piſces omnes, qui ſalem non patiuntur, ſolidive ſaliuntur.

SALLIO, ivi, itum, ire. veteres dixerunt. Siſenna, Sic meam paludem multi piſcium ſalliendorum cauſa a navibus ſemiouſtis commeant. Ex Priſciano lib. 10. extr. ubi plura V.

SALLĪTUS, a, um. Partic. [ἁλισθείς] Corn. Severus, (apud Priſcian l. c.) Ad quem ſalliti pumiliones adferebantur. Sed rectius cum ſimplici l ſcribitur.

SALĪTOR, ōris. m. [ταριχευτής] Gloſſ Lat. Græc.

SALITŪRA, æ. f. [ταρίχευσις] Condimentum cum ſale factum. Columel. lib. 12. cap. 21. Fœnum Græcum, quum eſt aridum factum, molitur, & ex eo molito poſt ſalituram muſti cochlear conjicitur.

SALIO, āre. [ταριχεύω] Gloſſ. Græc. Lat. Hinc

SALSĪTIO, ōnis. f. [illegible] Gloſſ. Græc. Lat.

SALSĀMEN, Inis. n. Arnob. 7. Pulpamenta & ſalſamina. [Gloſſ. Lat. Græc. Salamen, [illegible]. [An Salſamen? Nam in Græc. Lat. Ταρίχιον, Salſamen.

SALSĀMENTUM, i. n. [Τάριχος Gl. L. G. & G. L.] Quod ſale conditur ad uſum diuturnum, ut piſces, & cetera id genus. Ter. Adel. 3. 3.27.

— ſalſamenta hæc, Stephanio,

Fac macerentur pulchre. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Præterea ſalſamenta in eas piſcinas emptitia conjiciebat. Sic Cic. 2. de Divin. 117. De vino aut ſalſamenta putes loqui, quæ evaneſcunt vetuſtate. Adde Columel. 12. 13. Gell. 2. 7.

SALSAMENTĀRIUS, a, um. Adj. [ταριχοπωλικός] Quod ad ſalſamenta pertinet. Plin. lib. 32. cap. 8. Quin &, teſtæ cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia vetere, mirum in modum prodeſt. Columel. lib. 2. cap. 10. In vaſis oleariis, ſalſamentariiſque. Plin. lib. 28. cap. 9. Parotidas admiſta farina ſalſamentariæ teſtæ. Subaud. Sanat.

SALSAMENTĀRIUS, ī. m. [ταριχοπώλης G. G. L.] Qui ſalſamenta vel facit, vel vendit. Auctor ad Herennium. lib 4.67. Ut ſi ſalſamentarii filio dicas: Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat. Suet. in Vita Hor. pr. Patre, ut ipſe tradit, libertino, & exactionum coactore, ut vere creditum eſt, ſalſamentario. [Leg. Ut vero.

SALA, [Σάλα] Oppidum & Fluvius Mauritaniæ. Plin. 5. 1. [An Stephani Σάλγας;

Eſt item Sala, Oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ ſuperioris atque Armeniæ. Ptolem. lib. 4. cap. 1.

Eſt & Franciæ orientalis fluvius. V. SALII Germaniæ populi.

SALABASTRÆ, Gentes ſunt circa Indum, auctore Plin. lib 6. cap. 20.

SALABRIA, quæ & Sarabrea, civitas eſt Cappadociæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

SĂLĀCIA, æ. f. Amphitrite, Dea aquæ, a Salo ciendo appellata. Paulus apud Feſtum, Salaciam, inquit, dicebant Deam aquæ, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt mare movere: unde Ovidius,

— Nymphæque ſalaces. Quo vocabulo poetæ pro Aqua uſi ſunt. Pacuvius, Hanc ſævitiam ſalaciæ fugimus, id eſt fluctuum. Hæc ille.

Oceanus & Salacia, cæli ſatu, terræque concepto generati. Cic. de Univerſ. 35.

Salacia, ſcribit Gellius 13. 22. in Romanis comprecationibus quæ ritu Romano fiebant, nominari Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini. Eſt autem Salacia, quam poetæ Amphitriten appellant, Neptuni uxor. Salmacia item dicitur, ut in antiquo lexico legiſſe ſe Turnebus ſcribit. V. Auguſt. 4. de Civit. Dei, & Lilium 5. Syntagm. [Gloſſ. Lat. Græc. Salmacia, Ἀμφιτρίτη, Νηρεύς.

SALACIA, Urbs imperatoria ad Tagum Luſitaniæ fluvium. Plin. lib. 4. cap. 22. Nunc pagus cui nomen *Alcaçar de ſal.*

SALACŌMA, ătis. n. [illegible] Cic. 14. Att. 2. Altera epiſtola de Madaro ſcripta: apud quem nullum ſalacoma. i. e. Apud quem nulla mea fuit inanis jactantia, tanquam interitu Cæſaris recuperata Republica ab φιλαλαζονεία.

SĂLĀCŌN, vel SALĀCO, ōnis. m. [Σαλάκων] Autolyci pater, molliculus, & deliciis diffluens, defamatuſque propterea, ut vult Scholiaſt. Ariſtoph. Hinc fit ſubſtantivum nomen Salaconia, (σαλακωνία) quo Deliciæ molliores ſignificantur. Ariſtoteles in Rhetoricis lib. 2. cap. 16. pr. a Delicato diſparem Salaconem videtur: nam divitum mores exprimens, eos eſſe ait Trypheros, id eſt delicioſos & Salaconas. Et Trypheros quidem ob delicias & felicitatis oſtentationem: Salaconas autem & Solœcos, quia inſueverint omnes circa id quod amant immorari, quodque admirantur, ac putant eiſdem ceteros affici, quibus ipſi. Eſt vero deductum nomen a verbo σαλακωνίζειν. quod nos Cevere dicimus. Cæl. Rhodig. lib. 12. cap. 16. Haſychio & Suidæ, is dicitur Salacon, qui totidem fere litteris ἀλαζὼν vocatur, id eſt Superbus, arrogans, glorioſus, jactabundus, inſolens, præferox. Cic. 7. Fam. 24. Cognoſti meam cauſam & iſtius ſalaconis iniquitatem. [Nec aliter Ariſtot. d. l. At Suidas & Heſy. Divitias in paupertate ſimulantem exponunt, qui & πτωχαλαζὼν dicitur.

SALACŌNĬA, æ. f. [σαλακωνία] Græca vox a Latinis uſurpata. Jactantiam ſignificans cum vanitate & ſuperbia conjunctam. Quidam & Mollitiem interpretantur. V. dict. ſuper.

SALÆ, Populi Themiſcyrenæ regionis apud Plin. lib. 6. cap. 4.

SĂLĀMANDRA, æ. f. [σαλαμάνδρα] Plin. lib. 10. cap. 67. Sicut ſalamandra, animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus proveniens & ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo quam glacies. Ejuſdem ſanie, quæ lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili: idque quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat. Ariſtoteles de natura animalium, ſcribit eſſe animal in igne vivens. V. Ælian. Hiſt. An. cap. 31. Petron. cap. 107. extr. Quæ ſalamandra ſupercilia tua excuſſit?

SALAMANTICA, [Σαλμαντίκη] Ptolemæo lib. 2. cap. 5. Oppidum eſt in orientali tractu Luſitaniæ in Hiſpania Vettonum, vulgo *Salamanca.*

SALAMBO, ōnis Salambonem Babylonii Venerem dicunt. Lampridius in Heliogabalo cap. 7. Salambonem (inquit) omni planctu Syriaci cultus & jactatione exhibuit.

SALAMBRIA, [Σαλαμβρία] Civitas eſt Cappadociæ in Gardaocrotæ præfectura Ptolemæo lib. 5. cap. 6.

SALAMINUS, Unus ex iis diis, qui Idæi appellantur. Lilius lib. Hiſtoriæ Deorum, Syntag. 1. Sunt qui Idæos quatuor tantum numerent; Salaminum, Damnaneum, Herculem & Acmonem. Hos Rheæ Deûm matris miniſtros, id eſt Dactylos dixerunt.

SĂLĀMIS, vel SALĀMIN, Inis: ſive SALAMINA, æ. f. [Σαλαμίς, ῖνος.] Inſula in mari Euboico contra Athenas ſita, in qua urbs eſt ejuſdem nominis, ubi Telamon, Ajacis & Teucri pater, regnavit. Sed quum reverteretur Teucer a bello Trojano, nec inimicos Ajacis ultus fuiſſet, expulſus a patre, in Cyprum navigavit: ibique urbem aliam condidit nomine Salaminam. Inde Jovis Salaminii cognomen Teucro auctore, qui ad Salaminem Cypri huic deo inſigne & magnificum templum extruxit, ut auctor eſt Tacitus, 3. Ann. 62. Cic. 1. Off. 75. Citeturque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. De qua V. Nepot. Themiſt. cap. 5.

Salamina. Cic. 1. Tuſc. 119. Ante enim Salaminam ipſam Neptunus obruet, quam, &c.

Item Urbs Cypri a Teucro condita. V. ſupra. Hor. 1. Carm. 7. 28.

— Teucer, Salamina patremque

Cum fugeret, &c.

Certus enim promiſit Apollo,

Ambiguam tellure nova Salamina futuram.

SALAMĪNIUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Σαλαμίνιος] Ex Salamine urbe: unde Solon Salaminius dicitur. Cic. pro Arch. 19. Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant.

Salaminia pugna. Nepos 3. 2.

Salaminium trophæum. Cic. 1. Tuſc. 110.

SALAMINIĀCUS, [Σαλαμινιακός] aliud Adj. ut, Mare Salaminiacum. i. e. Mare Salaminis inſulæ. Lucan. lib. 5. 109.

Salaminiaca tropæa. Sil. 14. 283.

SALAPHITANUM, Urbs Africæ provinciæ apud Plin. lib. 5. cap. 4.

SĂLĀPIA, [Σαλαπία] Urbs eſt Apuliæ Daunorum, meretricio Hannibalis amore nobilitata. Plin. lib. 3. cap. 11.

SALAPITTA, æ. f. [ῥάπισμα] Gloſſ. Lat. Gr.

SĂLĂPŪTIUS, a Sale & Putius compoſitum nomen. Puſius enim, ſive puſus, & puſio, apud Latinos dicitur Puer. Quo nomine dictus eſt Calvus, Catulli familiaris, tanquam puer, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis. Catul. 54. 5.

Di magni, ſalaputium diſertum. [Sed mira lectionum varietas V. not. Iſ. Voſſ. An Salapuſius, pumilio ſalitus? V. Sallitus in SALLIO.

SĂLAR, aris. m. Piſcis. Auſon. Moſel. v. 88.

Purpureiſque ſalar ſtellatus tergora guttis

Rapaciſſimi ſalares. Sidon. 2. Epiſt. 2.

SĂLĀRIA, Regio, vel via potius, Italiæ, ſale caſtaneis Romæ nobilitata; quam & Salarianam appellarunt. Meminit Varr. R. R. 1. 14. Hinc

SALARIĀNUS, a, um. Adj. Plin. lib. 15. cap. 23. Pura & plana eſt ex eis & Salariana. Subaud. Caſtanea. V. in SAL.

SALARIUM, V. SAL.

SĂLAS, [Σάλας] Fluvius Germaniæ, inter quem & Rhenum quum Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus, victus oppetiit. Strabo lib. 7. Vulgo Iſala, *Yſel.*

SĂLASSI, [Σαλασσοί] nunc Saluſſiani, *Saluſſes.* Regio ſeu Marcha eſt nobiliſſima inter Alpium juga, auro abundans, quæque olim Ebrodunum Pedylorum metropolim attingebat: ea Salaſſos habitatores habuit, de quibus ſic ſcribit Strabo lib. 4. Poſt iſtos & Padum Salaſſi ſunt. Et paulo poſt, Salaſſorum quidem regio magna eſt, profundam utrinque vallem, agrumque claudentibus rupibus, eorum etiam pars in ſuperiora extenditur cacumina. Item paulo poſt; Tellus Salaſſorum auriſodinas habet, quas Salaſſi, quum olim potentia valerent, poſſidebant, &c. conf. SALISSI.

SALAUCES, Colchorum rex ditiſſimus ob peritiam auri inveniendi. De eo ſic Plin. lib. 33. cap. 3. Jam regnaverat in Colchis Salauces & Eſubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruiſſe dicitur in Suanorum gente, & alioqui velleribus aureis inclytum regno. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque paraſtatæ, victo Seſoſtre Ægypti rege, tam ſuperbo, ut prodatur annis quibusque ſorte reges ſingulos e ſubjectis jungere ad currum ſolitus, ſicque triumphare.

SĂLAX, ācis. Adj. [καταφερής, ἀφροδισιαστικός Gl. L. G.] Libidinoſus, vel qui præceps in libidinem fertur. Voſſius in Etym. a Salio eſt Salax; ut ab Audeo, Audax. Alii a Sale deducunt, quia Sal libidinem excitare putatur. Columel. lib. 7. cap. 9. Maximeque quod ad rem pertinet, quam ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & annicula ætate commode progenerant. [Salacia primum pecora maſcula dicta videntur, quæ cupidius ſalirent, i. e. fœminas inirent. Inde ad homines, ut alia, translatum. V. SALIO, ire, infra.

Aquæ ſalaces. i. e. Scaturientes, quaſi e terra proſilientes. [Quis auctor?

Aries ſalax. Ovid. 4. Faſt. 771.

Cibi ſalaces, Venerem concitantes; ut, Erucæ ſalaces. Ovid. de Rem. Amor. 799.

Herba ſalax. Ovid. 2. de Arte Am. 422.

Taberna ſalax. Catull. ad contubernales, 37. 1.

SALĀCĬTAS, ātis. f. Laſcivia & propenſio in Venerem, [τὸ ἀφροδισιαστικόν] Plin. lib. 10. cap. 36. Paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par. conf. Columel. 8. 2. Pallad. 1. 29.

SALDA Colonia, [Σάλδαι κολωνία] Mauritaniæ Cæſarienſis urbs Ptolemæo auctore lib. 4. cap. 2. hodie *Algier* vel *Algeria*, olim Barbaroſſæ regnum. Saldæ colonia Tingitanæ provinciæ apud Plin. lib. 5. cap. 2. Al. Salde.

SALDUBA, Urbs Hiſpaniæ apud Melam. lib. 2. 6. Nunc vulgo dicitur *Ubeda* teſte Olivario.

SALE, Stagnum eſt Mæoniæ, eodem in loco, in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu deſedit. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sale, is. n. pro Sal. V. in SAL. De Sale promonr. V. SALANTINUM.

SĂLEBRA, æ f. ſec. com. [ἐγκόπτημα] Frequentius pl. Salebræ, a Saltu dictæ, ut ait Nonius 2. 828. edit. Gothofr. Nam Mercerus hæc verba omiſit: ſunt Loca inæqualia & aſpera, quæ quaſi ſine ſaltu præteriri non poſſunt. Martial. lib. 11. 91.

Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt,

Sed quæ per ſalebras, altaque ſaxa cadunt. Hic per translationem. Propert. lib. 3. 16. 15.

Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras. Hor. 1. Epiſt. 18. 53.

Qui queritur ſalebras & acerbum frigus.

Translate Cic. 2. de Finib. 30. Hic ſi diffinire & dividere didiciſſet, ſi loquendi vim, ſi denique conſuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. i. e. In tantas aſperitates, & incultas orationis formulas.

Salebra recto ſing. Valer. Max. 6. 9. 5. Triſtitiæ ſalebra. Apul. lib. 1. Met. Verborum ſalebra. Cic. 5. de Finib. 84. Quod veſtri non item, tria genera bonorum, proclivior currit oratio, venit ad extremum, hæret in ſalebra. Sed numerus ſingularis minus eſt frequens. [Gloſſ. Lat. Gr. Salabræ, (Sic enim ſcriptum) [illegible]. Onomaſt. vet. Salebræ, Ἐγκόμματα.

SALEBRĀTUS, a, um. Adj. Sidon. 2. Epiſt. 2. Fluvio intratus, qui ſalebratis ſaxorum obicibus anfractus, &c.

SALEBRATIM, Adv. Sidon. ibid. ut alii legunt.

SALEBRŌSUS, a, um. Adj. [ἐγκοπτηματώδης] Quod multas habet ſalebras, quodque eſt aſperum. Martial. lib. 11. 2.

Lectorem

Lectores tetrici, ſalebroſum ediſcite Santram. Per translationem. Quintil. lib. 11. cap. 2. Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtens ac ſalebroſa oratio.
Salebroſa & exſiliens oratio. Sen. Epiſt. 101.

Salebrĭtas, ātis. f. Aſperitas viæ. Apul. Met. 6. p. 178. Elmenh. In acceſſa ſalebritate lubricus.

Salējus, i. m. Pauper quidam Poeta. Juven. 7. Sat. 80.
— tenuique Salejo
Gloria quantalibet. conf. Quintil. 10. 1.

Salĕotia, [Σαλεωτία] Urbs Meſſepiorum, a qua

Salentīnus, a, um. Adj. [Σαλεντῖνοι] Nomen gentile, Stephano Sallentinus litt. gem. Ovid. 15. Met. 51.
Præterit & Sybarim, Salentinumque Neæthum.
Campi Salentini. Virg. lib. 3. Æn. 400.
Et Salentinos obſedit milite campos.
Salentini campi, peninſulæ forma intra Tarentinum & Adriatici fauces propanſi, Iſthmo ſe juxta Brunduſium & Rudias contrahente, non amplius CCCC ſtadiis lato, quod ex Ptolemæi tabula diſcitur.
Cohortes Salentinæ. Sil. lib. 8. 576.

Salentini, [Σαλεντινοὶ] Populi dicti, quod in ſalo amicitiam fecerint Idomeneus & Locrenſes. Hos, Strabo ſcripſit eſſe Cretenſes. V. Serv. ad 3. Æn. 400.
Regio Salentinorum, quæ nunc (ut quidam volunt) *Terra Idrunti*, ſive *Terra di Bari* vocatur, in Italia ſita eſt, & Apuliæ finitima. In ea eſt Iapygium promontorium, quod & Salentinum dicitur. Saluſtius, Omnis Italia coacta in anguſtius ſcinditur in duo promontoria, Pachynum & Salentinum.
Salentini Illyrici, Cretæ. Feſtus Pompejus: Salentini a ſalo dicti ſunt, Cretæ & Illyrici, qui cum Locrenſibus navigantes ſocietatem fecerunt ejus regionis Italiæ, &c. V. ſeq. dict.

Salentīnum, i. n. [Σαλεντῖνον] Ptolemæo promontorium eſt extremum totius Italiæ, quo illa quam longiſſime in mare excurrit, quod alio nomine Acren Iapygian Græci appellant. Plin. lib. 3. cap. 11. Sale dicitur a Pomponio Mela lib. 2. 4. de Italiæ ſinubus, Primus (inquit) Tarentinus dicitur, inter promontoria Salen, & Lacinium, in eoque ſunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Turium.

Salernum, i. n. [Σαλερνον] Picentinorum oppidum in Italia. Plin. lib. 3. cap. 5. A Surrento ad Silarum amnem XXX. M. paſſ. ager Picentinus fuit Tuſcorum, templo Junonis Argivæ, ſub Jaſone condito, inſignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. Volaterranus dicit Salernum fuiſſe ab Romanis contra Picentes & Lucanos munitum, ob initam cum Annibale ſocietatem.
Caſtrum Salerni. Liv. 32. 29.

Salernus, i. m. Gentile, ut
Pugnas Salernus. Sil. lib. 8. 583.

Salesis, Una ex Jovis filiabus, quam Nilo ortam, Minervam Ægyptii fabulantur: Alexandrinus Alexander Genial. Dierum, lib. 6. cap. 4.

Salgăma, orum. n. pl. [σαλγάμα] appellabantur a priſcis Quæcunque conditanea ad victum in vaſis ſervabantur, interdum ſicca, ſæpe cum liquamine & jure: ut puta mala, pyra, ſici, uvæ, rapæ. Columel. lib. 10. 117.
Tempora non alio vili quoque ſalgama merce,
Capparis, & triſtes inulæ, ferulæque minaces,
Plantantur. Idem lib. 12. cap. 4. Poſt hoc præceptum, locum & vaſa idonea ſalgamis præparari jubent. Locum eſſe debere averſum a ſole, quam frigidiſſimum & ſicciſſimum, ne ſitu penora mucorem contrahant.
In Codice Imperatorio, lib. 10. legimus Salgami nomine contineri culcitram, lignum, oleum.

Salgamārius, i. m. [σαλγαμαρικός] Columel. lib. 12. cap. 44. Libros tres edidit, quos inſcripſit nominibus coci, & cetarii, & ſalgamarii.

Salganeus, [Σαλγανεύς] Perſarum dux a Metabate non procul ab Euripo interfectus. Suſpicabatur Metabates præ malitia claſſem eo fraude illum conjeciſſe, & anguſtum in mare minime pervium induxiſſe. At ubi intellexiſſet falſum ſe, Barbarus ille pœnitentia ductus, ipſum claſſis ductorem indigna cæde peremptum cernens, honore ſepulturæ decoravit. Strabo lib. 9. V. ſubjecta.
Salganeus item Locus in Aulide ad Euripum fluvium de quo ſic Strabo lib. 9. Prope quidem locus eſt ſublimis cognomento Salganeus, ab Salganeo cognomentum aſſequutus ibi ſepulto. Is homo fuit Bœotius origine, qui ſeſe navigantibus e Malea hoc mare Perſis ducem præbuit. Ipſum vero claſſis præfectus Metabates, priuſquam Euripum attingeret, occidit, & occiſum in eo loco ſepelivit.

Sali, orum. m. Aviculæ ſunt, quas Ariſtoteles αἰγίθος, & αἰγίθαλος appellat, fecunditatis magnæ, ut Perdices, gallinæque. Plin. lib. 10. cap. 50. Plurima ova pariunt ſtruthiocameli, gallinæ, perdices, ſali.

Salia, [Σαλία] Fluvius eſt Hiſpaniæ ad oram Britannici maris, a quo Saleni accolæ dicti, quos Selinus Ptolemæum lib. 2. cap. 6. nominaſſe exiſtimat Hermolaus

Saliaris, V. salius in salio.

Salica lex, V. salii Germaniæ populi.

Salicaſtrum, Salicetum, Salictum, Salignus. V. salix.

Salici, Populi ſunt in Cordubenſi conventu. Plin. lib. 3. cap. 1. Conventus vero Cordubenſis circa flumen ipſum Oſſigi, quod cognominatur Laconicum, Illiturgi, quod Forum Julium, Ipaſturgi, quod Triumphale. Et paulo poſt, Mox Ripepora fœderatorum, Salici.

Sălii, [Σάλιοι] Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, ejus regionis incolæ quæ vulgo *Franconia* vocatur. Sidonius, in Paneg. Socero dict.
Sauromata, clypeo, Salius pede, falce Gelonus. Ammianus Marcellinus lib. 17 cap. 8. de Conſtantio ſcribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos conſuetudo Salios appellavit. Andreas Althamerus in Tacitum, ſuſpicatur ita fuiſſe nuncupatos ab Sala fluvio. Francia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radiantia, Æſto, Sale, Sinne, & Tubero. Hi Galliis expulſis, eorum ſedes occuparunt, Franciamque de ſuo nomine appellarunt. Ab his Saliis putat Alciatus Legem Salicam nomen duxiſſe, quaſi dicas Francicam.
Salii. Appellativ. V. in salius

Salinæ, arum Urbs Siciliæ juxta Lilybæum palmis abundans.
Sunt & aliæ non paucæ ejuſdem nominis urbes, a ſalſis fontibus nomen ſortitæ, inter quas minime convenit præteriri, quæ apud Sequanos ſitantur, & ſtructuræ genere, & ſalis proventu adeo admirandæ, ut non immerito octavum ſibi locum inter orbis miracula poſſint vendicare. Vulgo a nobis dicuntur *Salins* non procul a Claudiano monte.

Salinæ. Appellativum, Salinator, Salinum, &c. V sal.

Sălio, ſalīvi, vel ſalii, vel ſalui, ſaltum, [πηδάω, ἅλλομαι Gl. G. L. & L. G.] Ire. Virg. 2. Georg. 383.
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Quidam legunt Saluere. Plin. lib. 10. cap. 38. Saliunt aliquæ aves, ut paſſeres.
Ad ſtrepitum tibicinæ ſalire. Hor. 1. Epiſt. 14. 26.
Saliendo ſe exercere. Plaut. Bach. 3. 3. 25.
Salire de muro. Liv. 25. 24.
Salire e terra. Lucret. lib. 1. 188. i. e. Prodire, emitti.
Grando ſalit in tectis. Virg. 1. Georg 449.
Salit mihi cor, per translationem. Plaut Ciſtel. 2. 6. 62.
Salire dicuntur animalia ratione carentia, Quando mares ineunt feminas, nam ſaliendo aſcendunt. Ovid. 2. de Arte Am. 485.
Læta ſalitur ovis, tauro quoque læta juvenca eſt.
Salire matrem; de equo dictum. Varr. 2. de R. R. cap. 7.
Salire in aqua. Varr. 3. de R. R. cap. 11.

Saliens, Partic. [ἀλλόμενος] ut Mica ſaliens. Ovid. 4. Faſt. 409.
Farra deæ, micæque licet ſalientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos. Micam ſalientem pro Sale accipit. [Non tamen, et in Lond. Theſ. a ſale, verum a ſaltu arceſſendum epitheton, quod in igne crepitent & ſubſiliant ſalis micæ.
Aqua ſaliens, pro Currente. Plin. 2. Epiſt. 17. 24. & Suet. Aug. cap. 80.
Grandine ſaliente graves ceciderunt nimbi. Ovid. 14. Met. 543.
Rivo ſaliente ſitim reſtinguere. Virg. 5. Ecl. 47.
Vena ſaliens ſanguine. Virg. 3. Georg. 460.

Saliens, m. Salientes Latinis dicuntur Capita fiſtularum, atque etiam ipſæ tubulorum, fiſtularumque Scaturigines, quæ & Siphunculi dicuntur & Sipunculi, ab aquæ expreſſione, tanquam ex ſiphone ſalientis. Hos Græci κρουνοὺς dicunt, Vitruvius lib. 8. cap. 3. Hæc maxime conſiderantur Athenis: ibi enim ex ejuſmodi locis fontibus, & in Aſty, & ad portum Piræum, ducti ſunt ſalientes, a quibus bibit nemo, ſed lavationibus & reliquis rebus utuntur, bibunt autem ex puteis. Ibid. cap. 7. Budæus. Cic. 3. Q. frat. 1. Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica ſuavitate te villam habiturum piſcina & ſalientibus additis palæſtra & ſilva viridicata.
Κρουνηδὸν, in vulg. exp. Inſtar ſalientium. H. St.

Salitio, ōnis. f. Actus ſaliendi. Veget. de Re Milit. 1. 18. Salitio equorum.

Saltus, ûs. m. [πήδημα Gl. G. L.] Qualis eſt cervorum & leporum. Virg. 9. Æn. 554.
— ſaltu ſupra venabula fertur. Dicitur & de hominibus. Sic Virg. de Turno 9. Æn. 815.
Tum demum ſaltu præceps, ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit.
Superbus ſaltu. Virg. 10. Æn. 326.
Agreſtis ſaltus. Ovid. 14. Met. 520.
Facilis ſaltus. Claud. de Bell. Get. 178.
Rapidus ſaltus. Stat. 1. Achil. 178.
Volucer ſaltus. Stat. 6. Theb. 569.
Dare ſaltum. Ovid. 1. Faſt. 507. i. e. Salire.
Inſilire ſaltu. V. insilio.
Superare viam ſaltu. Virg. 3. Georg. 141.
Uti excurſione & ſaltu. Cic. de Senect. 19.
Saltus, Silva, V. cum derivatis ſuo ordine.

Saltuōsus, a, um. Adj. [πηδητικός] Gloſſ. Græc. Lat.

Saltĭcus, a, um. Adj. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 8. Contumelioſa cæde truncatur in puellæ ſalticæ lucar.

Saltuāris, e. Adj. [πηδηματικός] Plin. lib. 2. cap. 95. Sunt & in Nymphæo parvæ inſulæ, Saltuares dictæ, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur.

Saltuātim, Adv. [πηδηματικῶς] h. e. Per ſaltus. Gell. lib. 9. cap. 4. Atque item eſſe alia apud ultimas Orientis terras miracula: homines, qui monomeri appellantur, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, vivaciſſimæ pernicitatis.
Saltuatim ſcribere; h. e. Non ſcribere rem aliquam ſuo ordine, ſed ut ſeſe offert, id eſt digredi. Siſenna lib. 1. Hiſtor. Nos una æſtate in Aſia & Græcia geſta litteris idcirco continentia mandavimus; ne vellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. ex Non. 2. 758. conf. Amm. 26. 12. Sidon. 4. 3.

Salto, [ὀρχῶ, ὀρχέομαι] āre. Frequent. Tripudiare. Cic. in Catil. 2. 23. Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſolum amare & amari, neque cantare & ſaltare, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt. Verus exemplar legit, Pſallere. Idem 3. Off 93. At ſi daret hanc vim M. Craſſo, ut digitorum percuſſione heres poſſet ſcriptus eſſe, qui revera non eſſet heres, in foro, mihi crede, ſaltaret.
Nemo fere ſaltat ſobrius. Cic. pro Muren. 13.
Nudus in convivio ſaltaret. Cic. in Piſon. 22.
Laudes alicujus ſaltare, pro Saltationibus immiſcere, ut ait Budæus. Plin. in Paneg. cap. 54 pr. Ita Cantari ſaltarique commentarios dixit Tacit. de Orat. 26. [Veteres nimirum, non ad organorum ſonum duntaxat, ſed & Cantica deſaltabant, ſumpto etiam habitu Deorum aut Heroum, quorum perſonas exornando agebant. Apud Tac. eſt Fracta modulis oratio.
In oratione ſaltare. Cic. in Orat. 226. Saltat, incidens particulas.
Carmina ſaltantur theatro. Ovid. 5. Triſt 7. 25. i. e. Populus ſaltat ad carminum menſuras.
Saltata poemata populo Ovid. 2. Triſt. 5. 9.

Saltābundus, a, um. Adj. Gell. 20. 2. Saltabundi canebant, quæ nunc ſtantes canunt.

Saltātio, ōnis. f. [ὄρχησις, ὀρχηθμὸς Gl. Gr. L.] Cic. pro Muren. 135. Intempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Idem 3 de Fin 24.
Cordax ſaltatio. V. Cordax, in cor.
Saltationi Titius nomen. Cic. de Clar. Orat. 225. Quos Sex. Titius conſequutus, homo loquax ſane & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.
Armatam ſaltationem Curetes docuere: Pyrrichen Pyrrhus. Plin. lib. 7. cap. 56.

Saltātiuncŭla, æ. f. dimin. Vopiſc. in Aurel. cap. 6. Pueri ſaltatiunculas in Aurelianum componerent.

SALTATUS, ûs. m. [ὀρχηθμός] Ipſa ſaltatio. Liv. 1. 20. Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſolennique ſaltatu juſſit. Ovid. 14. Met. 637.
Quid non & ſatyri, ſaltatibus apta juventus,
Fecere?

SALTATOR, ōris. m. [ὀρχηστής Gl. L. G. & G. L.] apud Romanos nomen contemptum inſinuans. Cic. pro Muren. 13. Idem 1. Off. 150. Adde huc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. conf. Suet. Calig. cap. 54. Plin. 35. 11. Quintil. 6. 3.
Facere aliquem ſaltatorem. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Motus certus datus ſaltatori. Cic. 3. de Fin. 24.

SALTATRIX, īcis. f. [ὀρχηστρίς Gl. G. L.] Cic. in Piſon. 18. Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reip. occaſum atque interitum lugere vetuiſti. Gabinium intelligit. conf. Juſtin. 9. 8. Plin. 10. 23.

SALTATRICŬLA, æ. f. [ὀρχηστρίδιον] dimin. a Saltatrix. Gell. lib. 1. cap. 5. Dionyſiamque eum, notiſſimæ ſaltatriculæ nomine, appellaret.

SALTATŌRIUS, a, um. Adj. [ὀρχηστικός] Quod ad ſaltationem pertinet: ut, Ludus ſaltatorius, In quo ſaltare docetur. Scipio Africanus Æmilianus, apud Macrob. Saturn. lib. 2. 10.
Orbis ſaltatorius. Cic. in Piſon. 22. Quumque ipſe nudus in convivio ſaltaret, in quo ne tum quidem, quum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, Fortunæ rotam pertimeſcebat.

SALTITO, āre. Frequent. a Salto. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 14. Sed quid loquor de hiſtrionibus, quum Appius Claudius, vir triumphalis, qui Salius adusque ſenectutem fuit, pro gloria obtinuerit, quod inter collegas optime ſaltitabat. Arnob. l. 2. Saltitaret & caneret. Adde Quintil. 9. 4. Vopiſc. in Aurel. cap. 6.

SALISSATIO, ōnis. f. [παλμός] Palpitatio. Gloſſ. Gr. Lat. [In iiſdem Gloſſ. Salatio, παλμός vitioſa puto lectione, pro Saltio. Nam in Græc. Lat. Παλμός, Ssicio. c. pro t. ante i ubique ponit.

SALISATOR, ōris. m. Gloſſ. Iſid. 8. 9.

SALAX, SALIUS, V. ſuo ordine.

SALIALIUM, i. n. Στρατηγικόν, φιλάνθρωπον. Gloſſ. Lat. Gr. Quod Oedipo indiget enarratore.

SALIUCANUS, Portus Galliæ. Urbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Vulgo ὁ. παυλ.

SĂLĪSII, vel SALSIII, [Σαλίσιοι] Stephano pars Pannonum. Forſan iidem ac Salaſſi.

SALISUBSULUS, V. SALIUS.

SĂLĪVA, æ. f. vel SALĪVUM, i. n. [σίαλος Gl. L. G. & G. L.] Sputum: quod fere ſalis ſaporem habeat. Vel a ſaliendo, quod in ore ſaliat & creſcat. Plin. lib. 28. cap. 4. Quidam vero aggravant ictus ante conatum ſimili modo ſaliva in manu ingeſta.
Jungere ſalivas oris. Lucret. lib. 4. 1101.
Jejuna ſaliva. Plin. lib. 28. cap. 4.
Spurca ſaliva lupæ commiſtæ. Catul. ad Juventium, 96. 10.
Mercurialis ſaliva, pro Lucro. Perſ. 5. Sat. 12.
Tenuis ſaliva turdorum, i. e. Guſtus, aut ſapor. Perſ. 6. Sat. 24.
Item in genere pro quovis Succo aut humore. Plin. 9. 36. Purpuræ conchæ vivunt ſaliva ſua.
Saliva lacrimationum, Humor lacrimarum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Saliva ſiderum. Plin. lib. 11. cap. 12. Sive eſt cæli ſudor, ſive quædam ſiderum ſaliva.
Saliva vino innocentiſſima. Plin. lib. 23. cap. 1. Sua cuique vino ſaliva innocentiſſima, ſua cuique ætas gratiſſima, hoc eſt media.

SALIVŌSUS, Adj. [σιαλώδης] Quod ſalivæ ſaporem habet, vel ſalivæ eſt ſimile. Plin. lib. 16. cap. 38. Humor ulmis ſalivoſus. Sub finem carminis obſcæni,
Quibus repletus, aut ſalivoſis aquis,
Obeſam ad uxorem redis.

SALIVATUM, i, n. V. Salviatum in SALVIA, etſi hæc verior lectio videtur.

SALIVĀRIS, e. Adj. ut, Harba ſalivaris. [πύρεθρον] Dioſc. 3. 86.

SALIVĀRIUS, a, um. Adj. [σιαλικός] Plin. lib. 9. cap. 51. Quæ duriores teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ, ſalivario lentore proveniunt. i. e. Viſcoſitate ſalivæ ſimili.

SALIVO, [σιαλίζω] āre. Salivam facere, ſive emittere. Plin. lib. 9. cap. 36. Congregantur verno tempore purpuræ, mutuoque attritu lentorem cujuſdam ceræ ſalivant.
Salivare etiam eſt, quod Salivire quoque a nonnullis dicitur. Quid autem hac voce intelligant vide infra ſuo loco. Columel. lib. 6. cap. 5. Tunc panacis & eryngii radices fœniculi ſeminibus miſcandæ, & cum defruti ac moliti tritici farina, candentique aqua conſpergendæ, eoque medicamine ſalivandum ægrotum pecus. Ibid. cap. 37. de aſino admiſſario, Et defecto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam ſalivandus erit.

SALIVATIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Acut. 3. 2. Plurima ſalivatio.

SALIUNCA, æ. f. [ἀγριονάρδος, λευκόναρδος Gl. L. G] Nardus Celtica, ut putat Ruellius, lib. 1. cap. 7. Herba ſtatim e terra exſiliens. Plin. lib. 21. cap. 7. Saliunca folioſa quidem eſt, ſed brevis, & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret: herba verius quam flos, denſa veluti manu preſſa, breviterque ceſpes ſui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiumque aprica.
Humilis ſaliunca. Virg. 5. Ecl. 7.

SALIUNCANUS Portus, maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte, qua Britanniam inſulam ſpectat. Auctor Ptolemæus lib. 2. cap. 8.

SALIUS, i. m. [Σάλιος, ὁ τῷ Ἄρεως ὅπλα βασταζόντων, ἱερεὺς, ἀγύρτης, Gl. L. G.] Martis Gradivi ſacerdos. Pompejus Feſtus, Salios a ſaliendo & ſaltando dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat: tamen Polemon ait, Arcada quendam fuiſſe nomine Salium, quem Æneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace cum Ænea Deos Penates, qui Lavinium tranſtulerit, Saliare genus ſaltandi inſtituiſſe, a quo appellatos eſſe Salios, quibus per omnes dies ubicunque manent, quia amplæ ponuntur cœnæ, ſi quæ aliæ magnæ ſunt, ſaliares appellantur.
Salii, Sacerdotes Martis dicti, quod in portandis Ancilibus ſaltare eos mos eſſet. Liv. 1. 20. Numa item Salios duodecim Marti Gradivo legit, tunicæque pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma (quæ Ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſolennique ſaltatu juſſit. V. Plin. lib 28. cap. 3. Cic. 3. de Orat. 197. Ut epularum ſolennium fides ac tibiæ. Saliorumque verſus indicant. Ovid. 3. Faſt. 387.
Jam dederint Saliis a ſaltu nomina dicta.
Exſultantes Salii. Virg. 8. Æn. 285.
Curia Saliorum. Cic. 1. de Divin. 30.
Iidem vocentur Saliſubſuli, a Catullo, 18. 6. V. Infra.

SALIUS, a, um. Adj. ut, Salius mos. Hor. 1. Carm. 36. 12.
Neu, morem in Salium, ſit requies pedum. i. e. Neu ceſſemus Saliorum more ſaltare. Erant autem Salii Martis Gradivi ſacerdotes a Numa Pompilio inſtituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudiis & ſaltibus ſolennibus: de quibus qui plura ſcire volet, legat Dionyſ. Halycarn. lib. 2. Ex Lambino.
Saliæ virgines, Cincius Salias virgines eſſe ait Conductitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ, quas Ælius Stilo ſcripſit ſacrificium facere in Regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum. Feſtus. Ego Salias, illis non abſimiles exiſtimo, quas Saliis Provincialibus Aquarum Sextiarum (quæ urbs in Provincia eſt Maſſilienſium) cives Sacramentario die, per vicos ſalire, rident.

SALIĀRIS, e. Adj. Ad Salios pertinens. Saliare Numæ carmen. Tacit. 2. Ann. 83. conf. Hor. 2. Epiſt. 1. 86.
Curſus Saliaris. Sen. Epiſt. 15.
Saliares Cœnæ, Dapes, Epulæ, [Σαλιακαὶ δαῖτες] auctore Feſto, Magnæ & copioſæ cœnæ dicebantur, & opiparæ, quales ſolebant facere Salii ſacerdotes Martis. Hor. 1. Carm. 37. pr.
Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus, nunc Saliaribus
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus. V. SALIUS.
Epulari Saliarem in modum. Cic. 5. Att. 9.

SĂLĪSUBSŬLUS, Mars dictus a ſaliendo ſubſultandoque: Nonius ex Pacuvio. Catull. 18. 6.
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
In quo vel Saliſubſuli ſacra ſuſcipiunto. [Sed vocem nihili eſſe contendit If. Voſſius, & a Mureto ſuppoſitum verſum, qui pro Pacuviano affertur, vultque legi Salii ipſulis.

SĂLIX, īcis. f. [ἰτέα Gl. L. G. & G. L.] Arbor: a Saliendo dicta: vel quia caſu terræ impacta ſalit ac repente ſurgit. V. Plin. lib. 16. cap. 37. Virg. 10. Ecl. 40.
Mecum inter ſalices lenta ſub vite jaceret.
Salicem, Verrius, Virgulti genus, non Arboris dicit, & ridicule interpretatur dictam, quod ea celeritate creſcat, ut ſalire videatur. Feſtus.
Amaræ ſalices. Virg. 1. Ecl. 79.
Amnicolæ ſalices. Ovid. 10 Met. 96.
Curva ſalix. Ovid. 5. Met. 594.
Erratica. Vitruv. 8. 1.
Fecundæ ſalices viminibus. Virg. 2. Georg. 446.
Frugiperda ſalix. V. Frugiperda, in FRUGES.
Glaucæ ſalices. Virg. 4. Georg. 182.
Lenta ſalix. Virg. 3. Ecl. 83.
Munda ſalix apud Juriſconſultum, Ea dicitur, quæ omni ſpurcitia & frondibus liberata & purgata eſt, aptaque eſt ad vinciendum & alligandum: ut quum ex arundine juga fiunt, aut pedamenta adminiculaque vitium. Verba Juriſconſulti ſunt, Et ſalicis mundæ annua librarum viginti millia. Ex Turnebo. V. l. Cajus. D. de ann. legatis.
Perticalis ſalix. V. Perticalis, in PERTICA.
Teneræ ſalices. Lucret. lib. 2. 361.
Viminalis ſalix. V. Viminalis, in VIMEN.
Salicis tria genera. V. Columel. lib. 4. cap. 30. & Plin. lib. 16. cap. 37.
Salix Græca, Ἄγνος, ὄσιον. Gloſſ. Lat. Græc.

SALIGNEUS, a, um. Adj. [ἰτέϊνος] Quod ex ſalice factum eſt. Columel. lib. 7. cap. 10. Deinde ab ictu virgæ oportet tumentem venam ferro reſcindi, detractoque ſanguine colligari ſaligneo libro, vel etiam ulmeo. Idem lib. 11. cap. 3. Et lib. 6. cap. 2. Saligneа clava.
Virgas ſaligneas inſtituendi ſalicti cauſa ſi quis defixerit, hæque radices egerint. Ulp. in l. 3. §. j. D. arb. furt. cæſar.

SALIGNUS, a, um. Adj. Idem. Columel. lib. 7. cap. 1. Quippe vel foliis, ſpinisque, vel perticis ſalignis alitur.
Crates umbonum ſalignæ. Virg. 7. Æn. 632.
Falx ſaligna. Virg. 4. Georg. 110.
Fores ſalignæ. Stat. 4. Theb. 161.
Fuſtis ſalignus. Hor. 1. Serm. 5. 22.
Lectus ſalignus. Ovid. 8. Met. 659.

SALICĒTUM, & per ſyncopen, SALICTUM, i. n. quod eſt uſitatius, [ἰτεών Gl. G. L.] Locus ſalicibus conſitus. Varro, Idoneus locus eligendus ubi faciat ſalictum.
Flos ſalicti. Virg. 1. Ecl. 55.
Amœna ſalicta. Cic. 1. de Divin. 40.
Canentia ſalicta fronde glauca. Virg. 2. Georg. 13.
Denſis ſalictis obſeſſa palus. Ovid. 11. Met. 363.
Horrile ſalictum. Juven. 11. Sat 67.
Incultum ſalictum. Virg. 2. Georg. 415.
Udum ſalictum. Hor. 2. Carm. 5. 8.
Inſtituere ſalictum, V. paulo ante Virgas ſaligneas.

SALICTARIUS, a, um. Adj.
Adjective apud Plin. 21. 15. Lupus ſalictarius; Herba quædam.

SALICTARIUS, i. m. Qui ſalictum curet, & ex eo materiam ſalignam viti pedandæ jugandæque parat. Meminit Cato de R. R. cap. 11. ubi de vinea inſtruenda loquitur.

SALICASTRUM, i. n. [ἀγριάμπελος] Labruſca in ſalicetis naſcens. Plin. 23. 1. Eſt labruſcæ ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ideo diſtinguitur nomine, quum eoſdem uſus habeat, & ſalicaſtrum vocatur.

SALLIO, SALLO, V. SAL.

SALLUSTIUS, i. m. [Σαλλούστιος] C. Salluſtius Criſpus. Natus eſt Amiterni, oppido Sabinorum. A. U. C. 668. Obiit autem A. U. C. 723. Scripſit Hiſtoriam Romanam, egregium opus, de quo Martial. 14. 191.
Criſpus Romana primus in hiſtoria. Tacit. lib. 3. Ann. 30. Criſpum Equeſtri ortum loco, C. Salluſtius rerum Romanarum florentiſſimus

mus auctor, ſororis nepotem in nomen adſcivit. V. CARSEUS. V. Quintil. lib. 2. cap. 5. Hodie ejus exſtant tantum,
1. Bellum Jugurthinum.
2. Bellum Catilinarium, ſive de Conjuratione Catilinæ liber.
3. E ſex libris Hiſtoriarum populi Romani, a morte Sullæ A. U. C. 626. uſque ad Catilinæ conjurationem, pauca quædam fragmenta.
4. Duæ Orationes (ſive Epiſtolæ) de Republica ordinanda: quas quidem nonnulli Salluſtii eſſe negant.
5. Declamatio in Catilinam, & alia in Ciceronem; de quibus V. Voſſium de Vit. Serm. 3. 6.
Subtiliſſimæ brevitatis artifex dicitur Gell. 3. 1.

SALLUSTIĀNUS, a, um. Adj. ut Tacit. 13. Ann. 47. Horti Salluſtiani. Salluſtiana brevitas. Quintil. lib. 4. cap. 2.

SALMĂCIS, idis f. [Σαλμακίς] Nympha Cæli & Terræ filia, fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis, quam qui bibiſſet vitio impudicitiæ molleſceret, ob eam rem, quod ejus aditus anguſtatus parietibus, occaſionem largitur juvenibus petulantibus antecedentium [alias accedentium] puerorum puellarumque violandarum, quia non patet refugium. Ennius, Salmacidas ſpolia ſine ſudore & ſanguine Feſtus. Ita enim legendus eſt ille ſenarius, non Salmaci da. Itaque M. Cicero lib. 1. de Off 61. Intelligendum eſt, &c. ſic reſtituendus eſt: Et ſi quid ejuſmodi: Salmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore. [Salmacida ſpolia Scalig. ad Feſt. Alii tamen diviſa Salmaci, da ſpolia malunt. V. Ant. Auguſt. Dacer. ad Faſt. Turneb. Adverſ. 28. 37. & interpp. Cic.
Item Fons in Caria, juxta Halicarnaſſum. Dictus Venereus ab amœnitate incolarum, ubi paulatim homines illecti, omnem feritatem depoſuerunt. Strabo lib. 14. Salmacis fons, neſcio quamobrem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities videtur ab aere, vel ab aqua cauſam trahere, quum ea minime ſint cauſa mollitiei, ſed divitiæ, & victus incontinentia. Spolia quoque ſine labore parta, Salmacia dicuntur, & Salmacida Bajas dixit Macer. [ap. Sen. puto] Ovid. 4. Met. 285.

Unde ſit infamis, quare male fortibus undis
Salmacis enervet, tectoſque remolliat artus,
Diſcite. V. ibi fabulam.

Undæ obſcænæ Salmacis Ovid. 15. Met. 319.
Oppidum Cariæ hoc nomine memorat Steph.

SALMĂCIS, Adj. [Σαλμακίς] ut, Salmacides aquæ. Plin. lib. 31. cap. 3. Nam nitroſas atque Salmacides, in deſertis Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciunt. [Immo Salmacidas Accuſ. pl. f. ab Adj. Salmacidus, a, um. quo de ſupra V. & Harduin. ad loc.

SALMANS, Gentes ſunt in Arabia. Auctor Plin. lib. 6. cap. 26.

SALMANTICA. V. SALAMANTICA.

SALMO, ōnis. m. Genus piſcis. Alii a Sale, alii a Saliendo ducunt. Plin. lib. 9. cap. 18. In Aquitania ſalmo fluviatilis, marinis omnibus præfertur. Quibuſdam tamen Sulmo rectius placet dici. Auſon. in Moſel. v. 97.

Nec te, puniceo rutilantem viſcere, ſalmo,
Tranſierim, latæ cujus vaga verbera caudæ
Gurgite de medio ſummas referuntur in undas. Onomaſt. Vet.

Salmo, Ἀτλαντίς.

SALMŌNA, æ. f. Fluvius in Moſellam profluens. Auſon. Moſell. v. 366.

Nec faſtiditos Salmonæ uſurpo fluores.

SALMŌNE, [Σαλμώνη] Una ex octo urbibus Piſanæ regionis, in qua olim Salmoneum imperaſſe auctor eſt Strabo lib. 8. conf. Steph. & Actus 27. 7.

SALMŌNEUS, ĕos. vel i. m. triſyllabum, [Σαλμωνεύς] Æoli filius, non regis ventorum, ſed cujuſdam apud Elidem, ubi regnavit: qui fabricato ponte æreo, ſuper eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua: & in quem jaculatus eſſet facem, eum jubebat occidi. Hic poſtea verum expertus eſt fulmen. Hactenus Servius enarrans locum Virg. 6. Æn. 580.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, &c.

SALMŌNIS, idis. f. [Σαλμωνίς] patronym. Ovid. 3. Amor. 6. 43.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus.

Nympha Salmonis, Tyro Salmonei filia. Valer. 5. Argon. 478. [V. Ovid. 6. Met. 116. vel potius Homer. Odyſſ. λ. 235.
Ex hac & Cretheo nata eſt Æſon Iaſonis pater.

SALMOXIS, Dæmon quidam Thracum. Herodot. lib. 4.

SALMYDESSUS, [Σαλμυδησσός] Regio Ponti ſiniſtra, quam cœno increviſſe Strabo lib. 1. auctor eſt. V. eundem lib. 7. & Steph.

SAL-NITRUM, ut vulgo nunc dicitur, factitium eſt, & ad tormenta ignium miſſilia repertum, veteribus autem fuiſſe videtur incognitum ἀλόνιτρον. Corrupta tamen dictio eſt: nam legitur apud Plinium 31. 10. Sal nitrum ſulphuri concoctum in lapidem vertitur. V. in SAL & NITRUM & Hard. in loc.

SĂLO, ōnis. m. [Σάλων] Fluvius eſt apud Celtiberos non procul a Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martial. lib. 10. 96.

Auriferumque Tagum ſitiam patriumque Salonem.

Salo, Dalmatarum emporium, quod Cæſar vaſtavit incendio. Strabo lib. 7. Dehinc Dalmatarum litus & eorum emporium Salo. Ea gens annos complures adverſus Romanos bella geſſit. Caſtella ad quinquaginta habuerunt dignitate præſtantia, In his & oppida quædam Salo, Priamo, Ninia, atque Sinotiam & novum & vetuſtum, quæ Cæſar Auguſtus vaſtavit incendio. conf. SALO & SALONÆ

SALOBRIARÆ, Populi ſunt circa Indum, apud Plin. lib. 6. cap. 20.

SALŌME, es. f. [Σαλώμη] Soror ejus Herodis, qui data Antonio pecunia regnum Judæorum invaſerat, quo tempore Jeſus Chriſtus de Maria virgine natus fuit. Strabo lib. 16. Cæſar & Herodis filius, & ſororem Salomen, & Berenicen ejus filiam, honore proſecutus eſt.

SĂLŌMŌN, ōnis. m. [Σαλομών] Nomen regis Hieruſalem, & Pacificus interpretatus. Pacem enim habuit cum omnibus regibus, ſapientiſſimus judicatus. Templum Deo pulcherrimum exſtruxit, ut in litteris Sacris habetur. Ab Hebræis Schalomoh ſcribitur, a Græcis vero Solomon. Σολομών.

SALOMONIUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Σαλομώνειος] ut, Templum Salomonium, apud Lactant. 4. 13.

SALON, [Σάλων] Regio eſt Bithyniæ paſcendis bobus idonea. Unde etiam Salonenſis caſeus dicitur Strab. lib. 12. conf. Steph. in Σαλώνεια, & SALO ſupra.

SALONA Litoreæ, Oppidum in Provincia, medio itinere inter Avenionem Cavarum & Phocenſium Maſſiliam, nobilitatum Craucea lapidea. Craucea eſt planities, quæ cum quinquaginta millaria per circuitum habeat, non poſſis tamen digito terram tangere, quin te ſaxum impediat: tantus eſt lapidum (quos ex Herculis pugna relictos fabulantur) in ea planitie numerus. Sunt & apud Salonem Marii monumenta & Cæſaris: nempe calliata via, murus Marius, Auguſti lapides, & miſſilia multa paſſim inveniuntur. Gallice, *Salon de crau.*

SALŌNÆ, arum. f. pl. [Σαλῶναι] Urbs Dalmatiæ, capta olim ab Aſinio Pollione. Hor. 2. Carm. 1. 15. conf. SALO, SALONINUS, & Steph.

SALŌNIUS, a, um. Adj. [Σαλώνιος] ut, Quercus Saloniæ. al. Chaoniæ. Claud. 3. Conſ. Hon. 118.

SALŌNĪNUS, [Σαλωνῖνος] Serv. in 4. Ecl. pr. Aſinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, quum poſt captas Salonas, Dalmatiæ civitatem, primo meruiſſet lauream, poſt etiam Conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem a capta civitate, Saloninum vocavit, cui nunc Virgilius Genethliacon dicit, quem conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen eſt infelicitatis: nam ipſum puerum inter ipſa primordia periiſſe manifeſtum eſt.
Saloninus dictus eſt & Gallieni Imp. filius a matre Cornelia Salonina. Periit a militibus Poſtumianis occiſus Coloniæ Ubiorum, & a patre Romæ fuit conſecratus.

SALONENSIS, [Σαλωνίτης] In SALON.

SALONIĀNI, Catones, Catonis Cenſorii genus apud Romanos celebre, ex Salonio cliente Catonis, cujus ille filiam uxorem duxit, atque genuit anno ſuæ ætatis LXXX. Plin. lib. 7. cap. 14.

SALPA, æ. f. [σάλπη] Genus piſcis circa Ebuſum, obſcænus alibi, & qui coqui non poſſit, niſi verberetus, ut ait Plin. lib. 9. cap. 18. Ibid. cap. 51. Salpæ Autumno gignuntur.

SALPIA, [Σαλαπία] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Apulorum urbs in Ionio pelago: Salapia Plinio. q. V.

SALPINA, Palus in Apulia juxta Salpiam civitatem meretricio amore Hannibalis inclitam. Lucan. lib. 5. 377.

Quos recipit Salpina palus Sunt qui non Salpiam: ſed Salapiam & Salapinus ſcribant, de quo ſuo loco ſcripſimus.

SALPŪGA, æ. f. Genus formicarum. Plin. 29. 4. & 14. 4.

SALSAPARILLA, æ. f. aut, ut nonnulli voluerunt, Sparta parilla, Ebulo ſimilis herba, de qua ad Dioſcoridem ſcribit Matthiolus lib. 11. cap. 113.

SALSAMENTUM, &c. SALSE, V. SAL.

SALSICORTEX, icis. a nonnullis appellatur Arbor ex genere glandiferarum, quam Græci ἀλίφλοιον nominant. Eſt autem hæc arbor cortice atque caudice craſſiſſimo & plerumque cavo, fungoſoque. Sola corde caret etiam quum vivit putreſcens, fulmine frequenter icitur, etiamſi altitudine non excellat: ideo ad ſacrificia uti nefas erat apud Æoles. Eadem fere ſterilis eſt, & ſi quando glandem tulerit, ea adeo eſt amara, ut præter ſues, a nullo attingatur animali, ac ne ab iis quidem quum aliud pabulum poſſunt nanciſci. [V. Plin. 16. 6. ad fin.

SALSILAGO, SALSITUDO, V. SAL.

SALSOS, Amnis in Caſſandro Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 25.

SALSŬLÆ, arum. f. pl. [Σαλσοῦλαι] Fons Narbonenſis Galliæ juxta Raſcinonem, non dulcibus, ſed ſalſioribus, quam marinæ ſunt, aquis defluens. Pomponius Mela lib. 2. 5. Vulgo *Saulſes*: ubi eſt arx munitiſſima regum Galliæ ditionis.

SALSURA. V. SAL.

SALTATUS, SALTATRICULA, SALTATRIX, V. SALTO, & SALTO.

SALTEM, [κἂν, γοῦν Gl. L. G.] Conjunctio adverſativa, per defectionem dicitur, quaſi Si aliter non poteſt. Perottus.
An Si autem aliter non poteſt? H St.
Servius in 4. Æn. 327. Saltem, Vel hoc. Eſt autem ſermo tractus a captivis, qui quum tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem concede. Inde per ſynæreſin, hic natus eſt ſermo, ut in contemptu rerum multarum petituri aliquid ſaltem dicamus. Donatus in Andr. 2. 1. 13. Deſperatis rebus, ſolam petentes ſalutem, hoc verbo utimur. V. Gellium lib. 12. cap. 14. Ter. And. 3. 2. 14.

— itane candere idoneus
Tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui videar, certe ſi reſciverim.

Idem Phorm. 2. 10. 2. Cic. 8. Att. 16. Quare nunc ſaltem ad illos calculus revertamur. Eidem, 9. 6. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem. Atque aliquo, ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Cic. 9. Fam. 8.
Vix ſaltem. Quintil. lib. 6. cap. 5. Illud vix ſaltem præcipiendum videtur. Nonnulli ſcribunt Saltim. V. Priſcian. 15. & Voſſ. Etymol.

SALTII, Populi ſunt juxta Pontum Euxinum, poſtea Phthirophagi a tenuitate victus appellati.

SALTITO, SALTO, SALTUARIUS, SALTUS verbale, &c. V. SALIO.

SALTUS, ûs. m. [νάπη, ὕλαιδες νέμος Gl. G. L.] Denſior ſilva & invia, quod ibi arbores ſaliant, in quo paſci & æſtivare pecudes ſolent: ut ait Valla lib. 4. Sunt qui dicant Saltus eſſe Loca arboribus expedita, quia facile in his ſaltetur. Virg. 3. Georg. 143.

Saltibus in vacuis paſcant, & plena ſecundum
Flumina. Plaut. Caſ. 5. 2. 41.
Ubi illum ſaltum video obſeptum, rogo ut altero ſinat ire.

Saltum, Gallus Ælius libro ſecundo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ita definit: Saltus eſt, ubi ſilvæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque. Si qua particula in eo ſaltu, paſtorum aut cuſtodum cauſa, aratur, ea res non perimit nomen ſaltui, non magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, & ejus cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſilvam. Feſtus.
Significat etiam Campi ſpatium. Vide Pontanum in 3. Georgic. 471.
Saltus, ſalti, ſecundæ declinat. antiquis. Accius Menalippo, Hic Menalippum interea trajectus nemorum in ſalti faucibus. Nonius 8. 18.
Nemorum ſaltus. Virg. 6. Ecl. 57.
Apti ſaltus venatibus. Ovid. 5. Epiſt. 17.
Floriferi ſaltus. Lucret. lib. 3. 11.
Innoxius ſaltus. V. INNOXIUS.
Invii ſaltus. V. INVIUS.
Profundi. Virg. 2. Georg. 391.
Umbriferi ſaltus. Juven. 10. Sat. 194.
Cingere ſaltus indagine. Virg. 4. Æn. 121.
Circumdare magnos ſaltus canibus. Virg. 1. Georg. 140.
Depaſcere ſaltus. Ovid. 5. Faſt. 283.
Detrudi de ſaltu agroque communi. Cic. pro Quint. 28.
Occupare ſaltus. V. OCCUPO.
Peragrare virides ſaltus. Lucret. lib. 2. 355.

Sepire ſaltum plagis. Lucret. lib. 5. 1250.
Pyrenæi. Cæſ. Bell. Civil. 1. 37. Celeriter Pyrenæos ſaltus occupari jubet. Sic cap. ſeq. pr. Alter a ſaltu Caſtulonenſi, &c.
Saltum pro Magna poſſeſſione accepit Catullus, ut e Varrone memoratum eſt in libris de R. R. 1. 10. extr. Sic autem ſcribit Epigr. penult.
Firmano ſaltu non falſo mentula dives. Turnebus. V. Iſ. Voſſ.

SALTUARIUS, vel SALTARIUS, i. m. [ὁριοφύλαξ, Gl. L. G. & ἀγροφύλαξ Gl. L.] Silvarum ſeu ſaltus cuſtos. Pomponius de Uſu & Habit. lib. 7. l. Si ita, D. Dominus proprietatis, etiam invito uſufructuario vel uſuario, fundum, vel ædes, per ſaltuarium, vel inſularium, cuſtodire poterit. Petron. cap. 53. Saltuariorum teſtamenta.

SALTUENSIS, e. Adj. Qui ſaltus a publico redimit, conducitve, Diocletianus & Maximianus Principes. Cura pervigili obſervare debebit Sublimitas tua, ne coloni, vel ſaltuenſes, ultro etiam ſe offerentes ad militiam ſuſcipiantur armatam, aut cogantur inviti. Per ſaltus paſcunt pecora, ſunt enim herboſi ſaltus, quos ſi cultore deſtituas, deſerta ſilvæ fient: itaque eos haud eſſe avocandos ab opere principes conſtituunt: Ex agris quippe ſitim: ex ſaltibus carnes accipimus. Antoninus. vide l. 3. de fugit. Colon. lib. 11. C. & l. 13. Qui militar. non poſſunt. l. 13. De fundis patrimonial. eodem lib.

SALTUOSUS, a, um. Adj. [ναπώδης] Locus ſaltibus plenus. Liv. 27. 18. Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias latebris: itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit. Nepos 14. 4. 2. Regio ſaltuoſa.

SALUBER, SALVEO. V. SALUS.

SALVIA, æ. f. [ἐλελίσφακος, ἐλελίσφακον] Herba, dicta quod diverſos ſanet morbos. Plin. lib. 22. cap. 25. Noſtri, qui nunc ſunt, herbarii eleliſphacon Græce, Latine ſalviam vocant, mentæ ſimilem, canam, odoratam. Partus emortuos ea appoſita extrahunt. Item vermes aurium ulcerumque. Idem lib. 26. cap. 6.

SALVIATUM, i. n. Genus potionis, quo veterinarii ſeu mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione. Græce πότιον vocant, a Salvia, quam veteres pro ſucco accipere conſueverunt. Quidam tamen volunt Salviatum, a Salviæ ſucco deduci. Columel. lib. 6. cap. 10. pr. Recens toſſis optime ſalviatu farinæ ordeaceæ diſcutitur. Plin. lib. 27. cap. 12. Ea hac in tres modios ſalviati additur. Docti quidam contendunt legendum eſſe Salivatum, & ita in vetuſtis haberi codicibus teſtis eſt Harduinus, in loc. & Victor. ad Colum. 6. 9. pr. Porro Salivatum appellant, quod Apſyrtus & alii, qui de medicina equorum ſcripſerunt, προπότισμα vocant & Salivare, quod illi προποτίζειν.

SALVIO, āre. Salviatum in potum dare, vel, ut alii volunt, Salviati more demittere. Columel. lib. 6. cap. 34. Vel tenero ulere, commiſto torrido, molitoque milio, & per unam noctem lacte macerato ſalviatur. Alii legunt Salivatur.
Salviandum pecus, h. e. Salviato potionandum. Salviatum, quod a quibuſdam Salivatum dicitur, Potionis genus eſt, quo in veterinis jumentiſque maxime utuntur veterinarii, hoc eſt, medici veterinorum. Sunt autem Veterina, Animalia quæ vehere poſſunt. Salivatum a Saliva quaſi ſucco dictum videtur. Qui Salviatum legere mavult, a Salvia ſive Sale nuncupationem trahit. Hæc in Columellam Beroaldus. V. Geſneri indicem.

SALVIA, Mater Apuleji.
Salvia, Oppidum Treienſium in quinta Italiæ regione. de quo Plin. lib. 3. cap. 13. Hard. conjencte, Urbeſalvia Pollentini.

SALVIUS Fuſius inter eximii roboris viros recenſetur a Plin. lib. 7. cap. 20. in hunc modum: Fuſius Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra ſcalas ferebat [Harduinus dividit, ut duo nomina gentilicia ſint. Homines Italici generis ſæpe occurrunt cum Cognomine ſimili gentili in ius, aut forte corruptum fuit cognomen hominis Romani. An Salvinus?
Salvii in Romana hiſtoria in primis memorandi Othones cognomine, de quibus V. Suet. pr. vitæ Othonis Imp.
Salvius Julianus cognomento Severus, origine Mediolanenſis, nobili familia, juris peritiſſimus fuit. Is perpetuum edictum diligentiſſime compoſuit: floruit ſub Hadriano, poſt Chriſtum anno 134. V. Rutilium lib. ſingulari de vita Juriſcon.

SALVIANUS, a, um. Adj. ut, Salvianum interdictum de quo lib. 43. P. tit. 33. quo adverſus ſe fruſtrantes creditores, ad pignora recuperanda, agunt.
Fuit & proprium nomen Presbyteri Maſſilienſis, cujus exſtant de Gubernatione Dei libri VIII. & Adverſus avaritiam IIII. ut & Epiſtolæ.

SĂLUM, i. n. [σάλος] Mare dicitur a ſapore ſalis. Vel a verbo Græco σαλεύω, quod ſignificat movere, fluctuare. Virg. 1. Æn. 541.
Perque undas ſuperante ſalo. Cic. 3. Tuſc. 67. Nec tam ærumnoſo navigaſſem ſalo. [Ex Gr. Σάλος. de q. V. Suid.
Spumante ſalo fit ſonitus. Virg. 2. Æn. 209.
Salus, maſculine protulit Ennius Hecuba, Undantem ſalum. Non. 3. 199.

SĀLUS, ūtis. f. [ὑγεία, σωτηρία Gl. L. G.] Incolumitas Plaut. Capt. 3. 1. 3.
Hic ille eſt dies, quum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum. Ter. Adel. 4. 1. 3.
— utinam quidem
(Quod cum ſalute ejus fiat) ita ſe defatigarit velim,
Ut triduo hoc perpetuo prorſum e lecto nequeat ſurgere. h. e. Sine malo aliquo. Ibid. 3. 2. 6.
Salus, contrarium habet Exitium. Cic. pro Roſc. Amer. 149.
Rerum ſalus. Lucan. lib. 2. 221.
Reipub. ſalus. Cic. 5. Verr. 207. Reip. ſalus deerit, ſi improborum exemplis improbi judicio ac periculo liberabuntur.
Salus omnis in focis. Plin. lib. 9. cap. 46.
Cum ſalute. V. COM præpoſitionem.
Dubius ſalutis Æneas. Ovid. 15. Met. 437.
Incertus ſum ſalutis meæ. Ovid. 3. Triſt. 3. 4.
Socius ſalutis. Virg. 5. Æn. 174.
Via prima ſalutis. Virg. 6. Æn. 96.
Afflicta ſalus. V. AFFLIGO.
Dulcis ſalus. Ovid. 5. Triſt. 7. 3.
Infeſta alicui ſua ſalus. V. INFESTUS.
Afferre ſalutem. Cic. 3. de Legib. Cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutem a bonis potuit afferre.
Amittere ſalutem. V. AMITTO.
Confidere de. V. CONFIDO.
Conſiſtit ſalus. V. CONSISTO.
Conſulere ſaluti. Cic. 4. Fam. 14. Idem 6. Att. 19. Saluti, ſi me amas, conſule. V. CONSULO.
Conſulere de ſalute alterius. V. CONSULO.
Continetur ſalus publica incolumitate illius. V. CONTINEO.
Dare ſalutem. Cic. 1. de Or. 32. Dare ſalutem, liberare periculis. Ovid. 4. Ep. 91.
Debere ſalutem ſuam alicui. Ovid. 4. de Pont. 15. 3.
Deferere ſalutem. Cic. 1. Fam. 7. Multum enim intereſt, utrum laus minuatur, an ſalus deſeratur.
Deſperare ſalutem. Ovid. 3. de Pont. 7. 03.
Donatus æterna ſalute. Lucret. lib. 5. 1214.
Ferre opem & ſalutem indigentibus. Cic. 2. de Finib. 118. Et pro Arch. 1. Huic profecto ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutem ferre debemus.
Fulcire ſalutem. Lucret. lib. 3. 105.
Habere ſalutis rationem. Cic. 1. Fam. 6.
Jacare ſalutem in reliquum. V. JACIO.
Impetrare precibus ſalutem. V. IMPETRO.
Incumbere ad ſalutem Reipub. V. INCUMBO.
Inviſa eſt mihi ipſa quoque ſalus. Ovid. 4. de Pont. 14. 5.
Juncta ſalus noſtra eſt. Ovid. 20. Epiſt. 233.
Monſtrat ſalutis iter Fortuna. Virg. 2. Æn. 387.
O ſocii, qua prima, inquit, Fortuna ſalutis
Monſtrat iter.
Periclitanda ſalus. V. PERICLITOR.
Petere ſalutem. Cic. 6. Fam. 19.
Poſita eſt noſtra ſalus in te uno. Ovid. 3. Met. 648.
Potiri ſtabili ſalute, Firma eſſe valetudine. Ovid. 20. Epiſt. 179.
Quæſita ſalus fuga. Ovid. 14. Met. 036.
Recuperare ſalutem. Cic. 14. Fam. 1.
Reducere ad ſalutem. Cic. Poſt redit. ad Quirit. 15. An ego quum mihi eſſet exploratiſſimum, &c. dubitarem quin is me confectum conſularibus vulneribus, conſulari medicina ad ſalutem reduceret.
Reſtituere ſalutem. Cic. pro Domo 75.
Retinere ſalutem. Cic. 6. Fam. 21.
Sperare. Virg. 2. Æn. 354.
Saluti eſſe alicui. Cic. 9. Att. Quum ei ſaluti, qui mihi fuerit, fuiſſes, tamen lectis ejus litteris, quas, &c.
Supereſt ſalus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Vocari ad perniciem, & Ad ſalutem, contraria. Cic. 2. de Orat. 35. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem vocatur.
Utitur medicis ſuis, non ad ſalutem, ſed ad necem. Cic. de Aruſp. Reſp. 35.
Salus, Remedium. Virg. 2. Æn. 354.
Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
Suprema ſalus in aliquo. Virg. 12. Æn. 653.
Salutem dicere alicui, Salutare, ſalutem precari. Plaut. Capt. 2. 3. 29.
Omnium primum ſalutem dicito matri & patri. Cicero ſalutem dicit Appio Pulchro, lib. 3. ad Fam. atque ita in ceteris epiſtolis. Idem 5. Tuſc. 90. Anacharſis Hannoni ſalutem. Subaudi Dicit. Sic 4. Att. 47. Dionyſio plurimam ſalutem. [Gloſſ. Lat. Græc. Salutem, Χαίρειν. Et plenius Græc. Lat. Χαίρειν λέγω. Salutem dico.
Accepta, redditaque ſalute. Liv. 7. 5.
Adſcribere ſalutem alicui. Cic. 6. Att. 20. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut ſalutem mihi adſcriberes. V. ASCRIBO.
Dicere multam, plurimam ſalutem. V. MULTUS.
Dicere multam ſalutem foro & curiæ. Cic. 7. Fam. 33. Quas ſi ut volumus acceperimus, ego vero multam ſalutem & foro dicam, & curiæ: vivamque tecum, & cum communibus noſtris amatoribus. h. e. Jubebo valere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune.
Dic a me illi ſalutem. Cic. 14. Fam. 1.
Data redditaque ſalute. Liv. 3. 26. [An Dicta?
Impertire ſalutem alicui, & Impertire aliquem ſalute. Cic. 2. Att. 12. Ter. Eun. 2. 3. 39.
Mittere ſalutem alicui. Ovid. 16. Epiſt. 1. & 4. 1.
Mittere ſalutem, & Referre ſalutem: pro Salutare, & Reſalutare. Cic. 16. Att. 4. Atticam noſtram cupio ſuaviari: ita mihi dulcis ſalus viſa eſt, per te miſſa ab illa: Referes igitur ei plurimam ſalutem.
Nuntiare ſalutem. V. NUNTIO.
Referre, V. MITTERE.

SALUS, [Ὑγεία] Dea apud Martianum Capell. In ſedecim, inquit, diſcernitur cœlum omne regiones, in quarum prima, ſedes habere memorantur poſt Jovem dei Conſentes, Penates, Salus ac Lares. Lilius Syntag. 1. lib. Hiſtoriæ deorum. Ferebatur Æſculapii filia, & hanc precari ſolebant, ut morbos depelleret. Ter. Hec. 3. 2. 2.
Male metuo, ne Philumenæ magis morbus ingraveſcat,
Quod te, Æſculapi, & te, Salus, ne quid ſit hujus, oro. Et Plaut. Capt. 3. 3. 14.
Neque jam ſervare, Salus ſi vult, me poteſt: nec copia eſt. Item meminit Tacit. 16. Ann. 03. Ejus typus frequens in nummis. V. Oiſel. Tab. 80.

SALŪBER, bris, bre: vel SALŪBRIS, bre. Adj. [ὑγιεινός, ὁ ὑγιεινός Gl. L. G. & G. L. σωτήριος idem Gl.] Quod præbet ſanitatem, ut ait Valla: unde Aer, Cibus, Locus, Salubres dicuntur. Columel. lib. 1. cap. 2. Salubri cælo.
Annus ſalubris, & Peſtilens, contraria. Cic. 1. de Divin. 132.
An Saluber? H. St.
Aquæ ſalubres. Hor. Carm. ſæcul. 31.
Aura ſalubris. Ovid. 3. de Arte Am. 693.
Fluvius ſaluber. Virg. 1. Georg. 272.
Herbis ſalubribus ſanare curas. Tibul. lib. 2. 3. 13.
Locus. Varr. de R. R. 1. 2.
Lympha ſalubris. Propert. lib. 3. 22. 26.
Malvæ ſalubres corpori. Hor. Epod. 2. 58.
Verba ſalubria. Ovid. 6. Faſt. 753.
Salubris huic rei. Plin. lib. 8. cap. 27.
Adoptio ſalubris pupillo, i. e. Utilis. Ulpian. in l. Nec ei. §. Et primum. D. de adoption.
Conſilium ſalubre. Cic. 8. Att. 12. Quare nunc ſaltem ad illos calculos reverta-

Digitized by Google

revertamur, quos tum abjecimus, ut non ſolum glorioſis conſiliis utamur, ſed etiam paulo ſalubribus. [An Salubrioribus? vel Paulum ſalubribus?
Factum ſalubre. Ovid. Rem. Amor. 316.
Liber ſtudiis ſalubrior, quam dulcior. Quintil. lib 3 cap. 1.
Princeps. Sueton. in Aug cap 42. pr. Sed ut ſalubrem magis, quam ambitioſum principem ſcires. H. St.
Sententia Reipub. ſaluberrima. Cic. pro Domo 16.
Quicquid ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium Atticorum eſt. Cic. in Orat. 90.
Salubris, pro Sano aliquando accipitur. Liv. 3. 8 Graviore tempore anni jam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. Cic. 9. Fam. 12 Gratulor Bajis noſtris, ſiquidem, ut ſcribis, ſalubres repente factæ ſunt. [Hoc vel de Aquis Bajanis, vel de Cælo, ſub quo poſitæ ſunt intelligendum eſt, neque proinde Salubre pro Sano.
Comp. & Superl. exempla ſupra exſtant. Gloſſ. Græc. Lat. Ὑγιεινότατος, Saluberrimus. Item Σωτηριωδέστατος, Saluberrimus.
SALUBRITER, Adv. [ὑγιεινῶς] Liv. 3. 62. Et trahi bellum ſalubriter, & maturo perfici potaſt.
Emere ſalubriter. V. EMO.
Refrigerari ſalubrius. Cic. de Senect. 57. Ubi enim poteſt illa ætas aut æque caleſcere vel apricatione melius, vel igni; aut viciſſim umbris, aquisve refrigerari ſalubrius?
Superl. Plin. lib. 27. cap. 3. Sed majores, oculorum quoque medicamentis aconitum miſceri ſaluberrime promulgavere.
SALUBRITAS, ātis. f. [τὸ ὑγιεινὸν] Sanitas. Plin. lib. 37. cap. 13. Jam ſitu ac ſalubritate cæli atque temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, &c. Cato R. R. cap. 157. De braſſica Pythagorea, quid in ea boni ſit, ſalubritatiſque. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 52. Quantum ſatis eſſet ad mutationem locorum, propter ſalubritatem.
Urbis vel alicujus loci ſalubritas. Cic. 2. de Lege Agrar. 94.
Afferre ſalubritatem. V. AFFERO.
Vini ſalubritas. Plin. 14. 6.
Dictionis ſalubritas, per translationem. Cic. de Clar. Orat. 51. Ita peregrinata tota Aſia eſt, ut ſe externis abſtineret moribus: omnemque illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perderet, ac loqui pæne dediſceret. De eloquentia. V. Succus orationis, in SUCCUS.
Salubritates in plur. dixit Vitruv. 5. 3.
SALUTĀRIS, e. Adj. [ὑγιεινός, σωτήριος Gl. L. G. & G. L.] Idem quod Saluber, hoc eſt ſalutem præſtans, vel ad ſalutem idoneum. Cic. ad Octav. Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.
Cultura agrorum generi univerſo ſalutaris. Cic. de Senect. 56.
Salutaris ſtella ad ortus puerorum. Cic. 1. de Divin 85. Quid aſtrologus, cur ſtella Jovis aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit, Saturni Martisve contraria?
Acceſſus ad res ſalutares, A peſtiferis receſſus, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 34.
Civis beneficus & ſalutaris. Cic. pro Milon. 20.
Salutares litteræ, Quæ conſolationem afferunt. Cic. 9. Att. 9. Sic ergo habeto, ſalutares te mihi litteras miſiſſe: neque ſolum has longiores, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius, ſed etiam illas breviores. &c. Idem 2. de Nat. Deor. 27. Salutaris calor. Et 3. de Fin. 66. Salutaris Juppiter.
Salutaris ſeveritas vincit inanem ſpeciem clementiæ. Cic. ad Brut. 2.
Salutaris littera dicitur A, quod Abſolutionis nota fuit in tabulis judicum. V. A præpoſitionem.
Salutaris digitus, Qui pollici eſt proximus, qui & Index dicitur. Suet. de Auguſt. Cæſ. cap. 80.
Salutaris porta appellata eſt ab æde Salutis, quæ ei proxima fuit. Paulus.
Compar. Cic. 14. Fam. 17. Nihil magnificentius, nihil præclarius actum unquam, nihil Reipub. ſalutarius.
SALUTĀRITER, Adv. [σωτηριωδῶς Gl. G. L.] Cic. de Clar. Orat 8. Tum arma ſunt ea ſumpta, quibus illi ipſi, qui didicerant eis uti glorioſe, quemadmodum ſalutariter uterentur, non reperiebant. Cic. 10. Fam 24.
SALUTĀRIUM, i. n. Munus a convaleſcentibus debitum. Tertull. Apol. 46. Statuis & ſalutariis remunerari.
SALUTIFER, ĕra, ĕrum. Adj [σωτηρίαν φέρων] Ferens ſalutem. Martial. lib. 5. 1.
Puer ſalutifer orbi. Ovid. 2. Met. 642. de Æſculapio.
Venit urbi ſalutifer. Ovid. 15. Met 744.
Opem ſalutiferam dare. Ovid. 21. Epiſt. 174.
Sorte ſalutifera ſuccurrere rebus miſeris. Ovid. 15. Met. 632.
SALUTIFICATOR, ōris. m. Salvator. Apud Eccleſiaſticos.
SALUTIGER, ĕra, ĕrum. Idem quod Salutifer. Auſon. Ecl. de Nom. 7. dier.
Sexta ſalutigerum ſequitur Venus alma parentem.
Item Qui ſalutem nuntiat. Apul. de Deo Socr. p. 4. Elmenh. Interpretes & ſalutigeri.
SALUTIGĔRŬLUS, a, um. Adj. Idem. Plaut. Aulul. 3. 5. 28.
Salutigerulos pueros, vehicula, qui vehar. Pueros ſalutigerulos vocat, Servos qui juſſu dominæ hunc illum ſalutant, ſuntque Nuntii & Renuntii. al. Sandaligerulos legunt.
SALUTIGERULUS, i, m. [illegible] Gloſſ. Lat. Græc. i. e. Salutator.
SALŪTO, [ἀσπάζομαι, σωτηριάζω Gl. L. G. & G. L.] āre. Salutem dicere, quod non accedentibus ſolum, ſed abeuntibus quoque attribuitur. Ter. Eun. 2. 2. 29
Salutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Idem Adel. 3. 3. 92.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem, & colloquar. Cic. 5. Att. 13. Domus te tota noſtra ſalutat. Idem de Univerſ. 2. Veniſſetque eodem Mitylenis me ſalutandi & viſendi cauſa
Salutare benigne, comiter appellare unumquemque. Cic. 13. Philip. 4. Liv. 23. 4. pr. Plebem adulari, ſalutare, benigne invitare.
Salutare, Salutem precari. Plin. lib. 28. cap. 2. Cur ſternutamentis ſalutamur? h. e. Quum ſternutamus.
Salutabant antiqui, non homines modo, ſed & loca, quo veniebant, vel redibant. Virg 3. Æn. 524.
Italiam læto ſocii clamore ſalutant. Ovid. 1. Triſt. 1. 15.
Vade liber, verbiſque meis loca grata ſaluta.
Agros ſalutare. Ovid. 3. Met. 25. Idem 15. Met. 687.

Aſſuetaſque domos, habitataque templa ſalutat.
Salutare, pro eo quod Vale dicere vulgo dicitur. Plaut. Milit. 4. 8. 29.
Etiam nunc ſaluto te familiarius, priuſquam eo.
Conſervi, conſervæque omnes bene valete & vivite. Stat. 4. Theb. 32.
Stant tamen, & nota puppim de rupe ſalutant.
Salutare deum, Venerari. Ter. Phorm. 2. 1. 81. Cic. pro Roſc. Amer. 55. Quod ſi luce quoque canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringantur. Plaut. Bacch. 2. 3. 113. Salutatum ire Deos. Ter. Phorm. 1. 5. 81.
At ego Deos Penates ſalutatum domum
Devortar. [Ob adventum ſcilicet felicem ture ſupplicabant.
Salutare deum precibus. Martial. lib. 12. 74.
Deum læto clamore ſalutare. Ovid. 15. Met. 731.
Salutare, Appellare, ut Regem, Imperatorem &c. Hor. de Arte Poet. 87.
Deſcriptas ſervare vices, operumque colores
Cur ego, ſi nequeo, ignoroque, poeta ſalutor? V. Liv. 1. A. Cic. 2. Fam. 10. Suet. Aug. 58.
Salutare: Servare. Plin. lib. 17. cap. 22. Sequenti anno palmites ſalutentur, pro viribus matris, ſinguli aut gemini. Salutentur dixit, pro Serventur incolumes, nec reſecentur. [Sed lectio dubia eſt. Dalec. legit Summittantur, Harduin. Salventur. Sed quum paulo poſt Nutriantur dicat, cum idem intelligi velit, ſuſpicor Plinium reliquiſſe, Palmites alitentur, verbo frequentativo ab Alo deducto; ut quaſi alludere videatur ad fetus animantium, qui pro viribus matris alantur, aut macello deſtinantur, vel ad liberos quoque, qui pro facultatibus patris familias, vel tollebantur, vel exponebantur.
Salutari, Paſſivum. Cic. de Senect. 62. Salutari, appeti, decedi, &c. Viſne ſalutari ſicut Sejanus? Juven. 10. Sat. 90.
Eſſe ſalutatum te vult mea littera primum. Ovid. 2. de Pont. 7. 1.
Salutanti mutuam ſalutationem reddere. Senec. 2. de Tranquil. Vitæ, cap. 13.
SALUTĀBUNDUS, a, um. Adj. Mart. Capel. l. 7.
SALUTATIO, ōnis. f. [ἀσπασμὸς Gl. L. G. & G. L.] Cic. in Piſon 96. Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi ſalutatione dignum putet?
Dare ſe ſalutationi, Admittere ſalutantes. Cic. 7. Fam. 28. Quum enim ſalutationi nos dedimus amicorum, &c. [De matutinæ ſalutationis officio intelligendum eſt, quod ſolenne domi potentiorum civium fuit. conf. lib. 9. Ep. 20. Sall. Catil. cap. 28. pr. & Cort. not. Lampr. Alex. 18. & dict. ſeq.
Tempus conſumere ſalutationibus. V. CONSUMO.
Facta ſalutationem. Liv. 2. 1. Cort. 10. 8 extr. Utrumque agmen, mutua ſalutatione facta, coit. Ritus militaris eſt. conf. in SACRUM, & CONSALUTO.
SALUTĀTOR, ōris. m. [ἀσπαστικὸς] Cic. de Petit. Conſul. 28. Jam deductorum officium, quo majus eſt, quam ſalutatorum.
Salutator mercenarius. Columel. in præfat. lib. 1. An honeſtius duxerim mercenarii ſalutatoris mendaciſſimum aucupium, circumvolitantis limina potentiorum, &c. Eos notat, qui ſportularum ſpe ſingulis matutinis veniebant potentiores ſalutatum. V. Juvenal. Sat. 5. v. 15. ſeq. [Togati autem & calceati id officium obire cogebantur ſalutigeruli iſti.
Regum ſalutator. Stat. 2. Silv. 4. 29.
SALUTĀTRIX, īcis. f. Adjective, Turba ſalutatrix. Juven. 5. Sat. 21. Charta ſalutatrix. Martial. 9. 100.
SALUTATŌRIUS, a, um. Adj. [ἀσπαστικὸς Gl. G. L.] Plin. lib. 15. cap. 11. Omnia jam & virorum ſalutatoriis cubilibus incluſa. i. e. Veſtibulis.
Salutatorius caſus, qui & Vocativus dicitur: ut, Salve Ænea. Priſcian. lib. 5. cap. de Caſu.
SALUTATŌRIUM, i. n. Senec. 2. de Tranquil. Vitæ, ſeu de Conſt. c. 14. Itaque illi quoque, quiſquis erit, qui ſalutatorium publicum exerceat, donabit. Qui ſalutatorium publicum exercet, is eſt, quem Seneca & Janitorem & Oſtiarium appellat. [Salutator ſcilicet, ſeu Salutigerulus. Sed emendati codd. præferunt, Salutationum publicum. V. Gron. not. Certe etſi veterem lectionem ſequaris, tamen non erit ſubſtantivum, ſed Adj. ſ. Salutatorium, refereturque, ad dict. Publicum, Quaſi nempe Salutatores non minus laboris ſuſtineant in colligendo lucello ex hoc moleſto officii genere, quam qui Publicum exercent, in vectigalibus po. Ro. exigendis.
SALVE, [χαῖρε Gl. L. G. & G. L.] Verbum defectivum, ſic conjugatur, Imper. Salve, ſalveto. Pl. ſalvete, ſalvetote, Infin. ſalvere. Ter. Phorm. 2. 1. 56.
Here ſalve, ſalvum te adveniſſe gaudeo.
D. ô Bona cuſtos ſalve. Hor. lib. 1. Epiſt. 10. 1.
Urbis amatorem Fuſcum ſalvere jubemus
Ruris amatores.
Multum ſalve. V. MULTUS.
Salve cura deûm. Tibul. lib. 3. 4. 43.
Salve læta dies. Ovid. 1. Faſt. 87.
Salve ſancte parens. Virg. 5. Æn. 80.
Dionyſium ſalvere jubeas. Cic. 4. Att. 15.
Salve & Vale. Salve dicimus in ſalutatione matutina: Vale, quum diſcedimus. Sueton. in Galba c. 4. Ut liberti ſervique bis die frequentes adeſſent: ac mane ſalvere, veſpere valere ſibi ſinguli dicerent. Utrumque Virgilius poſuit, quum ſcripſit, 11. Æn. 97.
— Salve æternum mihi maxime Palla,
Æternumque vale. Turnebus.
SALVEO, ēre. dixit Plaut. pro Salvus & ſanus ſum: in Trucul. 2. 2. 4.
Salve. S. ſatis eſt mihi tuæ ſalutis, nihil moror, non ſalveo.
Salvebis, in futuro, dixit Cic. 6. Att. 6. Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam noſtram jubebis litteris, & ſalvebis a meo Cicerone. i. e. Cicero meus te ſalutat. [Puto Salveo, Salvus ſum, ēre. ut Audeo, Auſus; Gaudeo, Gaviſus; Prandeo, Pranſus &c.
SALVUS, a, um. Adj. [σῶος, σωθεὶς Gl. Lat. Gr.] i. e. Sanus. Ter. Phorm. 2. 1. 56. Salvum te adveniſſe gaudeo. Idem And. 4. 5. 7.
— ô Myſis ſalve. M. ſalvus ſis, Crito. Ubi Donatus;
Salvus ſis, Aſſeveratio ſalutantis eſt, non quaſi reſponſio.
Te ſalvum veniſſe in Epirum vehementer gaudeo. Cic. 5. Att 20.
Sum ſalvus, ſi hæc vera ſunt; h. e. Tutus, extra periculum. Ter. Andr. 5. 6. 9.
Salvus & incolumis. Cic. 2 de Invent. 169.
Salvus, ad inanimata transfertur. Plaut. Merc. 1. 62.

Quid alia armamenta? A. ſalva & ſana ſunt. h. e. Integra. Ter. Eun. 2. 2. 37. Salva res. & 2. 2. 27.

Quibus & re ſalva & perdita profueram, & proſum ſæpe. h. e. Dum divitiæ erant. Plura infra V.

Salva res eſt, quum ſaltat ſenex; ab Apollinaribus ludis tractus mos. Servius in 8. Æneidos v. 110. conf. 3. 279. Feſtus, Salva res eſt, quum ſaltat ſenex, quare Paraſiti Apollinis in ſcæna dictitent, cauſam Verrius reddit: quod P. Sulpicio & Cn. Fulvio conſulibus, M. Calpurnio Piſone Prætore Urbis faciente ludos, ſubito ad arma exierint, nunciato adventu hoſtium, victoresque in theatrum redierint, ſolliciti, ne intermiſſi religionem adferrent, inſtaurandique eſſent, inventum eſſe ibi C. Pomponium libertinum mimum, magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret. Itaque gaudio non interruptæ religionis editam vocem nunc quoque celebrari. De Ludis Apollinaribus V. ſuo loco.

Clypeus ſalvus, Servatus. Cic. 2. de Fin. 97. Simulatque ipſe gravi vulnere exanimari videret ſe, ut primum diſpexit, quæſivit, ſalvusne eſſet clypeus. Quum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, &c.

Epiſtola ſalva. Cic. 7 Fam. 26. Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare: ſalva eſt domi.

Res ſalva eſt. Plaut. Capt. 2. 2. 34. V. ſupra. conf. Satin' ſalvæ? in SATIS.

Reſpublica ſana ac ſalva. Cic. 12. Fam. 23.

Salvum me fac, Σῶσόν με. Gloſſ. Græc. Lat. Hinc Salvifico ductum verbum.

Salvus, Illæſus, inviolatus, integer, & fere duobus Ablativis. ut

Auſpiciis proſcriptionem illam ſalvis rogatam eſſe dicebant. Cic. de Provinc. Conſ. 45.

Capite ſalvo. Cic. pro Cæcin. Cecinæ placuit & amicis, quoad videretur ſalvo capite fieri poſſe, experiri.

Fide ſalva aliquid facere. Cic. 3. Off. 44. Itaque præclarum a majoribus morem accepimus rogandi judicis, ſi eum teneremus, quæ ſalva fide facere poſſit.

Gratia ſalva. Quintil. lib. 11. cap. 3. Quum aliquid detrahere ſalva gratia velis, concedas alia omnia.

Jure ſalvo amicitiæ. Cic. 13. Fam. 77. pr. Quum his temporibus non ſane in ſenatum ventitarem, tamen ut tuas litteras legi, non exiſtimavi me, ſalvo jure noſtræ amicitiæ veteris, multorumque inter nos officiorum, facere poſſe, ut honori tuo deeſſem.

Lege ſalva. Cic. 3. Fam. 6. Et ut habere rationem poſſis, quo loco me, ſalva lege Cornelia, convenias. Idem 1. Fam. 2. Ne quid agi cum populo, aut ſalvis auſpiciis, aut ſalvis legibus, aut denique ſine vi poſſit, &c.

Magnitudine ſalva tua, domine, deſcendas oportet ad meas curas, quum jus mihi dederis referendi ad te. Plin. Epiſt. 248.

Officio ſalvo aliquid facere. Cic. pro Roſc. Amer. 4.

Pietate ſalva. Ovid. 15. Met. 109.

Corpora miſſa neci ſalva pietate fatemur.

Pudore ſalvo. Ovid. 2. de Pont. 2. 68.

Gratia quod veſtro ſalvo pudore queat.

Reverentia ſalva, &c. Martial. lib. 1. 29.

Virginitate ſalva. Ovid. 16. Epiſt. 160.

Urbe. Cic. 16 Fam. 12. Modo ut Urbe ſalva.

SALVE, Adv. Plaut. Men. 5. 2. 26. Salven' arceſſi jubes? Apul. Mileſ. 2. extr. Quam ſalve agit, inquit, Demeas noſter? conf. Satin ſalvæ, in SATIS.

SALVIFICUS, a, um. Adj. } Apud Eccleſiaſticos.
SALVIFICO, āre. Salvum facere. V. SALVUS. }
SALVIFICATIO, ōnis. f. σωτηρία, Gloſſ. Græc. Lat. }
SALVIFICATOR, ōris. m. }

SALVO, [σώζω Gl. G. L.] āre. Salvum reddere, Conſervare. Quintil. lib. 12. cap. 10. Quod ſi non evaniret, omnes pares eſſent, & idem omnes deceret. At loquuntur, & ſalvant perſonarum diſcrimen, ita qua quiſque plus efficit dicendo, hoc magis ſecundum naturæ eloquentiam dicit. In caſtigatis exemplaribus legitur Servant. Cic. 2. de Nat. Deor. 9. Itaque maximæ Reipub. partes in iis bellis, quibus Reipub. ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſalvantur. Hoc verbum apud veteres doctiſſimorum judicio non invenitur: ideoque hi duo loci ſuſpecti ſunt, cum & in meliore ſenſu legi poſſit, Servant & Servantur. Quintil. Decl. 5. 7. Perdiderunt pulchritudinem ſanctitatemque naturæ, qui putant illis parentibus jura ſuccurrere, quibus apud liberos ſalvanda eſt de mutua caritate reverentia. Caſtigatiores codices habent Salva eſt, &c. Apud Lactantium tamen legitur Salvare, oppoſitum verbo Perdere, de ira Dei cap. 5. 449. Vivificare, quam occidere: ſalvare, quam perdere. H. St. Sic apud alios Latinos patres, ut Sedul. 1. 109.

SALVĀTIO, ōnis. f. vox apud Eccleſiaſticos ſcriptores non infrequens.

SALVĀTOR, ōris. m. [σωτὴρ Gl. L. G.] Verbale, de quo nullum exemplum legi apud idoneos Latinæ linguæ auctores. Servator enim Latine magis dicitur. Cic. 4. Verr. 154. negat exſtare Latinum nomen, quod reſpondeat Græco vocabulo σωτήρ. V. dictionem SOTER. Sed Lactantius, Arnobius, aliique Patres Latini hac voce utuntur. Et veterem fuiſſe & vere Latinam probare videtur vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 19. IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG. COL. SARM.

Salvator quidem plus ſignificat, quam Servator; Servare enim eſt vox militaris denotans Parcere in bello, quos interimere poſſumus: Salvare vero eſt, non tantum Vitam, ſed & Felicitatem & meliorem omnino ſtatum impertire. V. SERVO.

SALVĀTRIX, īcis. f. Fulgent. de Nativ. Chriſti. Et Proſper. Aquit. Epiſt. 16. Salvatrix gratia Chriſti.

SALYES, um; vel SALYI, orum. m. pl. [Σάλυες] Straboni & Ptolemæo, Populi ſunt Narbonenſis Galliæ Liguribus finitimi. Plinius tamen Sallyos vocat & Salluvios, Liguriæ eos adſcribens: Ligurum celeberrimi ultra Alpes. Salyes Liv. 21. 26. Salyi Flor. 2. 3. 5.

Vocantur & Salvii in Epitome Livii. Et Salluvii apud Plin. & Marcellin.

Salyes, ſunt Populi, qui Salonam atque vicinos agros inhabitant. Salona caſtellum eſt provinciæ ejus noſtræ, quæ Maſſiliam & Sextias Aquas principes civitates habet. Strabo poſt princip. lib. 4. A Maſſilia itaque initio capto, & ducto per medium agrum inter Alpes, & Rhodanum curſu uſque ad Druentiam amnem, per ſtadia quingenta Salyes incolunt.

S A M

SAMA, æ. f. Creta Italica. Iſidor. 20. 4. Al. Samia.

SAMACEA, [σαμάκια] Ornamenta quædam muliebria ex Polluce lib. 5. cap. 16.

SAMÆNA, [σάμαινα, ἢ Σαμαίνη] eſt Navigium dicrotum, hoc eſt bireme, rotundum, concavum, ac in ventris ſimilitudinem formatum, ut mare percurrere & celeriter converti poſſit. Alii Samænam, Numiſma intelligunt. Cæl. lib. 7. cap. 31. V. Heſych. & Suid.

SAMANÆI orum. m. pl. ſunt Gymnoſophiſtæ apud Indos, quos Porphyrio ſolis pomis, oryzis, aut farina vivere aſſerit. Eos rex veneratur ut deos, quod illorum precibus omnia e Deo impetrare ſe credit. Vitam hanc faſtidiunt, itaque emori ſtudent, beatos tum demum ſe futuros opinati. Cæl. Rhodig. lib. 13. cap. 25.

SAMARA, V. SAMERA & SAMAROBRINA.

SAMARABRIÆ, Gentes circa Indum, auctore Plin. lib. 6. cap. 20.

SĀMĀRIA, [Σαμάρεια] Judææ Paleſtinæ regio eſt, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 13.

Eſt autem Civitas regalis in Iſrael, a qua tota regio decem Tribuum eſt Samaria. Poſtea Sebaſte dicta ab Auguſti nomine. Dicitur quoque Sichar, & Sichem, & Sichima: ea eſt Paleſtinæ inter Judæam & Galilæam ſita. Hinc

SAMARITĀNI & SAMARĪTÆ, [Σαμαρεῖται] dicti ſunt, qui Samariam habitant, quorum frequens mentio in Bibliis.

SAMAROBRĪNA aut SAMAROBRIVA, æ. f. [Σαμαρόβριγα] civitas Galliæ dicitur Cæſari & Ptolemæo lib. 2. cap. 9. inter Belgas, ubi Cæſar Gallorum concilium indixit. Cæſ. de Bell. Gall. 5. 24. pr. Hanc Cameracenſem eſſe urbem nonnulli autumant, quam Scaldis fluvius interfluit. Conſtantior tamen opinio urbem eſſe putat Novioduno vicinam, quam vulgo Sancti Quintini dicunt: hanc enim præterfluit Samara fluvius.

SAMBICUS, i. m. [Σαμβίκος] Famoſi ſacrilegi nomen, qui cum Dianæ τῆς ἀπειτικῆς, fanum aliquoties expilaſſet: tandem deprehenſus annum perpetuum in quæſtione tormentiſque habitus, miſerrimo mortis genere excarnificatus, ſacrilegii pœnas luit. Hinc factus eſt locus proverbio, ut Sambico graviora pati dicamus, quem ſignificare volumus Exquiſitiſſimo tormenti genere excruciari. V. Cæl. lib. 18. cap. 3.

SAMBRACATÆ, Inſulæ & oppidi nomen in Chaldæorum Arabia apud Plin. commemoratur lib. 6. cap. 28.

SAMBRUCENI, Populi ſunt circa Indum teſte Plin. lib. 6. cap. 20.

SAMBŪCA, æ. f. [σαμβύκη] Auctore Feſto, Organi & inſtrumenti muſici genus. Vitruv. 6. 1. Sambuca, inquit Porphyrius in Ptolemæi harmonica, Triangulum inſtrumentum eſt, quod ex inæqualibus longitudine ſicut & craſſitudine nervis efficitur. V. Iſidor. 3. 20. Athen. lib. 14. Suid. & Barth. Adverſ. 55. 9.

Sambuca primo uſam Sibyllam produnt aliqui a Sambyca quodam inventa, unde & nomen. Eſt vero organum id, oxyphthongon, quo tetrachordo Parthi ſunt uſi, ac Troglodytæ. Cæl. lib. 9. cap. 4.

Sambucam citius caloni aptaveris alto. Perſ. 5. Sat. 95.

Sambuca, eodem Feſto auctore, Machina, qua urbes expugnantur, ſimilitudine vocatur: nam ut in organo chordæ, ſic in machina intenduntur funes. conſ. Veget. de Re Mil. 4. 21. Athenæus 14. 8. & Polyb. 8. 5. & Suid.

SAMBUCĪNA, æ. f. [σαμβυκίστρια] Quæ ſambuca canit. Plaut. Stich. 2. 2. 57.

Poſt, ut occœpi narrare, fidicinas, tibicinas,
Sambucinas advexit ſecum forma eximia.

SAMBUCISTRIA, æ. f. [σαμβυκίστρια] apud Feſtum, Idem quod Sambucina. Liv. 39. 6. Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. conf. Arnob. 2.

SAMBŪCUS, i. f. [ἀκτῆ] Arbor. V. Plin. lib. 24. cap. 8. Scribitur & Sābucus Seren. cap. 4. & ſæpius. Gloſſ. Lat. Gr. Sabucus, Ἀκτὴ, ἀκτῆ δένδρον. Et Græc. Lat. Ἀκτὴ, τὸ φυτὸν. Sabucus.

SAMBUCEUS, a, um. Adj. [ἀκτίνος] Quod ex ſambuco eſt. Auctor de Viris Illuſt. cap. 10. Juvenibus regiis Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adſcitus, baculo ſambuceo aurum infuſum deo donum tulit.

Sambucea arbor. Plin. lib. 29. cap. 4.

SAMBULOS, Mons in Perſide Herculi ſacer. Alex. ab Alex. lib. Genial. dierum 2. cap. 14.

SAMBYCE, V. SAMBUCA.

SĀMĒ, [Σάμη] Inſula ante ſinum Ambracium, quæ & Samos, & Cephalenia dicta eſt, non procul ab Ithaca, ſi Ovidio credimus 1. Triſt. 4. 67.

Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithaceve, Sameve.

Dulichiumque Sameque. Virg. 3. Æn. 271.

Item Oppidum ejuſdem Inſulæ a Romanis dirutum. Plin. lib. 4. cap. 12. V. & SAMOS.

SAMĔRA, æ. f. [πτελέας σπέρμα] Columel. lib. 5. cap. 6. Atinéam ulmum Tremellius Scrofa non ferre ſameram (quod eſt ſemen ejus arboris) falſo eſt opinatus. Plin. lib. 16. cap. 17. Atineæ, inquit, non ferunt ſamaram: ita vocatur ulmi ſemen: omneſque radicum plantis proveniunt: reliquæ ſemine. Scribitur enim & Samara.

SAMIA, SAMIARIUS, SAMIATOR, &c. V. SAMOS.

SAMICUM Litus, ubi ſacellum eſt Neptuni maxima veneratione cultum, in Aſia ſitum eſt. Strabo lib. 8.

SAMIO, SAMIUS, V. SAMOS.

SAMMŌNIUM, [Σαμμώνιον] Promontorium eſt Cretæ, adverſum Rhodo, apud Plin. lib. 4. cap. 12. Al. Samonium, & Salmone. q. V.

SAMNĪTES, um, & ium. m. [Σαμνῖται, ἢ Σαυνῖται] Populi in Samnio, quod nunc Aprucium vocamus, regio Italiæ inter Picenum, Campaniam & Apuliam. V. Liv. 7. 29. Flor. 1. 16. Urbes in ea ſunt Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aquinum, Athina, Beneventum, Corfinium. Quidam etiam Sannites per duplex N ſcribunt. Rectus ſing. eſt Samnis.

Samnites quondam apud Caudinas furculas Romanum exercitum profligaverunt, quos poſtea L. Papirius ſub jugum miſit. De Samnitibus multa Strabo lib. 5. & hiſtoriæ Romanæ ſcriptores V. Liv. maxime l. 7. 29.

Samnitibus, inquit Feſtus, nomen factum ab haſtis, propter genus haſtæ, quod σαύνια appellant Græci. Alii dicunt Sabinis, vere ſacro voto, hoc genus hominum extra fines ejectum, Comio Caſtronio duce, occupaſſe collem, cui nomen Samnio, a quo Samnites.

Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites quum attuliſſent, repudiati ſunt. Cic. de Senect. 55.

Samnites, Gladiatorum genus quoddam fuit. Ductum autem eſt nomen a Samnitibus illis, qui diu ancipiti Marte cum Romanis bella geſſerunt, ut teſtatur Livius 9. 40. Et Romani quidem ad honorem Deûm inſignibus armis hoſtium uſi ſunt: Campani ab ſuperbia & odio Samnitium, gladia-

gladiatores, eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt. V. Lipſ. Saturn. 2. 11. vel Lex. Pitiſc.

Samnium, i. n. [Σαμνιον, Σαυνῖτις] Regio Samnitium. Flor. 1. 16. Populus Romanus ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur. conf. Varro de R. R. 2. 1.

Samnītĭcus, a, um. Adj. [Σαμνιτικὸς] Flor. 1. 16. Bellum Samniticum. Suet. Vitell. cap. 1.

Samnitius, a, um. Adj. Liv. 7. 29. pr. Samnitium bellum ancipiti Marte geſtum. [Niſi vel Samniticum legendum, vel Genitivus pl. eſt Samnitium. Sic Bellum fugitivorum Cic. 7. Verr. 5. & 2. Agrar. 83. Bellum Pyrrhi. 5. Epiſt. 12. Bellum Latinorum. 2. de Nat. Deor. 6. Affert etiam Σάμνιος πόλεμος Steph. apud quem pro Βρεττανίας, Βρεττίας legendum puto. Sed apud Latinos non invenio. Samnitici bello dixit Plin. 34. 6.

Samunium, Cretæ inſulæ promontorium Rhodo obverſum, ſicut contrario litore Cyrenas verſus, κριοῦ μέτωπον prominet. Pomponius Mela, lib. 2. 7.

Samonium, [Σαμώνιον, ἢ Σάμωνα Steph.] Urbs Epheſus apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Sămos, vel Samus, i. f. [Σάμος] eſt Nomen duarum inſularum, quarum altera eſt in mari Icario, modica, & Junoni dicatiſſima, quod in ea nata fuerit & educata, & Jovi nupta. Unde Virg. 1. Æn. 20.

Poſthabita coluiſſe Samo. Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, ibi antiquiſſimum fuit templum, & ſimulacrum (Junonis) in habitu nubentis figuratum: & ſacra ejus anniverſaria nuptiarum ritu celebrabantur. A qua & Juno Samia dicta eſt. In ea Pythagoras quoque philoſophus ortum habuit, necnon & una ex Sybillis, quæ eadem Samia dicta eſt, quam ferunt de Chriſto prædixiſſe. Fiebant etiam in ea vaſa fictilia egregie ex creta fabricata, quæ Samia vocabantur. Ferunt hanc inſulam Thraciæ adjecere, quæ poſtea ex commiſtis Thraciæ populis Samothracia appellabatur. Virg. 7. Æn. 208.

Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Nunc vulgo vocatur *Samo*.

Altera vero eſt Samus Inſula, a Plinio collocata prope Ithacam apud Dulichium: de qua videtur Suetonius intelligere, quum non multum diſtet ab Epiro, ubi de Auguſto ait cap. 17. Ab Actio quum Samum inſulam in hiberna ſe recepiſſet. Same vero, ut ait Servius, in 3. Æn. 271. civitas Thraciæ eſt Cephalenia. Apud Strabonem tamen legimus Samum & Samen, Samum urbem aſſa, Samen vero inſulam. Sunt qui ſcribant Samothraciam inſulam eſſe, quæ prius Dardania vocabatur a Dardano, qui Palladium Minervæ ſecum ferens, eo confugiſſe traditur. Poſt Samiis inſula bello ejectis, quum eo ſe in Thraciam ex Aſia reciperent, inditum nomen, ut pro Dardania, Samothracia vocaretur. [Samus Ioniæ oræ adjacet, e regione oſtii Cayſtri fl. Samothraca vero in ore Thraciæ ad oſtium Hebri fluvii, & ipſa olim Samos Thracia dicta. V. Geographos, & Suid. in Σαμοθρᾴκη. Mela quoque 2. 7. Samon & Samen vocat.

Juno Sami colebatur. Cic. 6. Verr. 71.

Concinna Samos. Hor. 1. Epiſt. 11. 2.

Sămius, a, um. Adj. [Σάμιος] Quod a Samo inſula eſt. ut

Aſſerit his Samius, i. e. Pythagoras. Sidon. Carm. 15. 52.

Bathyllus Samius. Hor. Epod. 14. 9.

Terra Samia. Plin. 35. 16.

Teſtæ Samiæ. Tibull. lib. 2. 3. 51.

Vaſa Samia, Fictilia. Plaut. Capt. 2. 2. 41. Cic. pro Muræn. 75. Plin. 35. 12. conf. Plaut. Men. 1. 2. 65. Gell. 17. 8. Plin. 36. 21. Iſidor. 20. 4.

Samium, eſt Teſtum. Lucil. Sat. lib. 14. apud Non. 4. 434.

Et non pauper eat Samio, curtoque catino. Cic. 6. de Republ. Extat oratio Lælii, quam omnes habemus in manibus, quam ſympuvia Pontificum diis immortalibus grata ſint, Samiæque, ut is ſcribit, capedines.

Confringi vas cito Samium ſolet. Plaut. Bacch. 2. 2. 24.

Samium, Acutum, ſi credimus Nonio l. c. unde & Samiare dicimus Acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat. Lucil. Sat. lib. 8.

Hanc ubi vult male habere, ulciſci pro ſcelere ejus,
Tettam ſumit homo Samiam, ſibique illico telo
Præcidit caulem, teſteſque una amputat ambo.

Samiŏlus, a, um. Adj. dimin. [Σαμιόλος] Plaut. Stich. 5. 4. 12. Nos noſtro Samiolo poterio tamen vivimus.

Samia, æ f. [Σαμιακὸς πλακοῦς] Placentæ genus, veteribus nobilitatæ. Tertull. adv. Marc. 3. 5. Non tamen ut de Glebis credas te unquam placentas & Samias coctorum. Athenæus 14. p. 644. C. Excellere Samias placentas, V. Salmaſ. in Vopiſc. Aurel. cap. 7. Jun. in Tertull. Caſaubon. in Athen.

Samio, āre. Veteres pro Acuere ponebant, & quaſi Samiæ teſtæ acumen inducere, auctore Nonio 4. 414. V. paulo ante Samium, Acutum, &c. conf. Stewech in Veget. 2. 14. Auſon. Epiſt. 4. 68 [De Samio Lapide V. Plin. 36. 21. Unde Samiare, ut a Pumice Pumicare, & Pumicator, pro Politore.

Samiatus, a, um. Partic. Vopiſcus Aureliano cap. 7. Ferramenta ſamiata. Nonius l. c. Acuta & mucronata explicat: & recte, quod ex eo credo, quia Samia creta polita & nitida acuerantur. Vim enim in ea detergendi eſſe noverunt omnes: igitur & detergendo ferramenta acuit, unde ducta Nonii interpretatio, quæ mihi valde probatur. Nam & Samiator in vetere lexico ἀκονητής exponitur, & in antiqua Inſcriptione, Samiarius doryphoron legitur. Ex Turnebo. V. ſuper & ſeq. dict.

Samiātor, ōris. m. Qui arma acuit & tergit. Gloſſ. Lat. Græc. Samiator, Ἀκονητής. Item Cotiarius & Samiator, Ἀκονητής. V. Salmaſ. in Vopiſc. Aurel. cap. 7.

Samiarius, i. m Idem. Turneb. Adv 27. 21. ex antiqua Inſcriptione, SAMIARIIS DORYPHORON. Gloſſ. Græc. Lat. Ἀκονητής, Samiarius, Cotiarius, Acuciarus. in Lat. Græc. Samiator, q. V.

Samŏlus, i. m. Herba. Plin. 24. 11.

Samŏsăta, n. pl. [Σαμόσατα] Urbs Aſiæ ad Euphratem, auctore Strabone, lib. 14. Samoſata Luciano ſophiſta alumno nobilis. V. Steph.

Sămothrāca, es ſive Samothracia, æ. f. ſec. com. [Σαμοθρᾴκη] Stephano Inſula eſt maris Ægei, Thraciæ adjacens ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, a Dardano quodam Trojano, qui Palladium ſecum ferens eo traditur confugiſſe. Gentilia ſunt Samothrax & Samothracius. Virgil 7. Æn 208.

Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Fuit hæc inſula religione & templo Junonis celeberrima; ubi Cereris & Proſerpinæ myſteria celebrata fuerunt. V. Strab. & Liv. 45. 5. Diod. Sic 5. 47.

Hic & inventum fuit annulorum genus ferreorum; unde Lucret 6. 1042.

Exſultare etiam Samothracia ferrea vidi. conf. samos.

Sămothrācia, Gemma nigri coloris ab inſula Samothracia nomen ſortita, quia in illa invenitur. Plin. lib. 37. cap. 10. Samothracia inſula, ejuſdem nominis gemmam dat, nigram ac ſine pondere, ſimilem ligno.

Samothrăces, um. m. pl. [Σαμόθρᾳκες] Populi hujus inſulæ. Curt. 8. 1. 26.

Dii Samothraces, i. e. Caſtor & Pollux. Varr. de L. L. 4. 10. V. & Macrob. 3. Saturn. 4.

Samothracĭcus, a, um Adj. [Σαμοθρᾳκικὸς] Macrob. 3. Saturn. 4. Samothracicis religionibus myſtice imbutus.

Sampsa, V. samsa.

Sampſicĕramus, [Σαμψικέραμος] Baſſi Cæcilii filius fuit, qui juxta Apamiam & Arethuſam regnavit: Phylarcha quoque genti Emiſenæ præfuit. Strab. lib. 16.

Sampſiceramus, Pompejus vocatus eſt a Cic 2. Att 14. a regulo quodam in Syria Sampſiceramo devicto, ut eſt apud Strabonem [V quæ Græv. de hoc nomine ex Reineſio affert. Puto tamen Tullium ſcripſiſſe Sampſiceramius, vel Sampſiceramicus noſter. Ut ſit nomen triumphale, datum Pompejo ob victoriam de Sampſiceramo reportatam. Sic alibi Hieroſolymarium vocat, ob Hieroſolyma capta.

Sampsūchum, i. n. ſive Sampsȳchus, i. m. [σάμψυχον] Herba quæ & Amaracus dicitur Plin. lib. 21. cap. 22. Sampſuchum, ſive amaracum, in Cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum. conf. Idem 13. 1. Scribitur & Sanſucus. V. amaracus. Columel. lib. 10. 172.

Nataque jam veniant hilari ſampſucha Canopo. [Gloſſ. Græc. Lat. Σάμψυχον, Caſia, Sambuchum. Scribendum Sambſuchum.

Sampsuchĭnus, a, um. Adj. [σαμψύχινος] ut, Sampſuchinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22. & 13. 1.

Samsa, ſive Sampsa, ſive samsa, æ. f. Cum offulis preſſæ olivæ dicitur. Columel. lib. 12. cap. 49. Et quum aſt in ſamſam redacta, tunc ſal coctus, trituſque manu permiſcetur cum ceteris aridis condimentis. Idem lib. 12. cap 50. Et aut regulis, ſi conſuetudo erit regionis, aut certe novis fiſcinis ſampſæ exprimi.

Samula, vel Samulla, ob diuturnam vitam (vixit enim centum decem annis) ab Aſconio Pediano primum, deinde a Plinio lib 7 cap. 48. nobilitata mulier. Al. Sammula. [Forte Samiola, ut ſit gentile Samiæ mulierculæ.

S A N

Sanabilis, Sanatio. V. sano.

Sanātes, um. m pl. dicti ſunt, inquit Paulus, Qui ſupra, infraque Romam habitaverunt: quod nomen iis fuit, quia quum defeciſſent a Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in xii cautum eſt, ut idem juris eſſet Sanatibus quod fortibus, id eſt, bonis, & qui nunquam defecerant a Populo Romano. conf. Feſtus. Gell. 16. 10.

Sanaus, Phrygiæ oppidum, Apolloniæ metropolis, teſte Strabone libro 12. Ptolemæus *Vanida* appellat.

Sanazarius, Jac. Libertus Accii Sinceri apud Alex. ab Alex. lib. Genial. dier. 2. cap. 1. Sed V. elogium ejus apud Jov. p. 140.

Sanchoniathon, ōnis. m [Σαγχουνιάθων] Berytius, Scriptor inter antiquiſſimos numeratus, quem vel ante tempora Trojana floruiſſe prodiderunt Porphyrius Tyrius philoſophus in quarto eorum, quos adverſus Chriſtianos libros evomuit, & Euſebius Pamphil. lib. 1. Præpar. Evang. Eam theologiam Philon Byblios, non ille Hebræus, in Græcam linguam tranſtulit. Lilius Syntag. 1. Hiſt. deorum. conf. Suid.

Sancio, ivi, itum, vel ſanxi, ſanctum, [κυρῶ. θεσπίζω Gl. L. G. & G. L.] ire. Confirmare, religioſe inſtituere. Cic. de Amicit 40. Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Virg. 12. Æn. 200.

— qui fœdera fulmine ſancit. Ubi Servius; Sancit, Confirmat, ſancta eſſe facit; quia quum fiunt fœdera, ſi coruſcatio fuerit, confirmantur. Vel certe quia apud majores aræ non incendebantur, ſed ignem divinum precibus eliciebant. Sancire autem proprie eſt Sanctum aliquid, id eſt, conſecratum facere, fuſo ſanguine hoſtiæ: & dictam ſanctum, quaſi ſanguine conſecratum. Hactenus Servius. Cic. 1. de Legib. 20 Populariter interdum loqui neceſſe erit, & eam legem, quæ ſcripto ſanciat quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus, appellare.

Cavere & Sancire. Cic. 2. de Fin. 121. Quum reliqui nihil ſit omnino quod pertineat ad nos, tam accurate, tamque diligenter caveat & ſanciat. V. Heaut. in 6. Verr. 114.

Sancire ne. Cic. 6. Verr. 9. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum, i. e. Vetuerunt & interdixerunt lege.

Sancire de. Cic. 4. Verr. 123. In quibus multa ſanxit de ætate hominum.

Cæſar digna ſcelere hominum perditorum ſancit. Cic. 4. in Catil 8.

Cærimonias violatas religione ſancire. Cic. 1. Tuſc. 27. Quas maximis ingeniis præditi, nec tanta cura coluiſſent, nec violatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent.

Dubia ſancire. Cic. 3. de Lege Agr. 13. Quæ dubia ſunt, per vos ſancire vult. i. e. Poſſeſſiones dubii juris confirmare legis auctoritate.

Exſilium ſancire. Tacit. 1. Ann. 65.

Fidem ſancire. Stat 5. Theb. 155.

Leges ſancire. Cic 2. Tuſc. 33 Cretum quidem leges, quas ſive Juppiter, ſive Minos ſanxit, de Jovis quidem ſententia, ut poetæ ferunt. [Gloſſ. Lat. Græc. Sancit legem, Κυροῖ νόμον ὅρκῳ. Non tamen omnes leges jure jurando ſancitæ, ſed pœnis. V. Cic. pro Corn. Balb. 3.

Legem de ambitu ſancire. Cic pro Planc. 44.

Legem ſancire in aliquem. Hor. 1. Serm. 3. 67.

Quam temere in noſmet legem ſancimus iniquam!

Orbem purgatum ſanxerat Hercules. Propert. 4. 9. al. 10. 73. [i. e. Purum & ſanctum fecerat.

Pacem victoria ſancit mundo. Claud. de Bell. Get. 578.

Pœnas ſancire malorum. Stat. 3. Theb 244.

Præcepta ſancire. Quintil. lib. 2. cap. 13. Neque enim rogationibus, plebiſve ſcitis ſancta ſunt iſta præcepta.

Regnum ab Antonio Herodi datum victor Auguſtus ſanxit. Tacit. 5. Hiſt. 9.

Societatem ſancire. Sen. de Benef lib. 1. cap. 4. Quibus tam convenit hæc adhortatio, quam vobis, ſocietatem humani generis ſancientibus.

Templum ſancire. Coripp. 4. 264.

Augurem ſancire aliquem. Cic. 13. Philipp. 12.
Carmina ſancire alicui, Dicare, conſecrare. Stat. 3. Silv. 3. 215.
Capite ſancire. Cic. 10. Att. 1. Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit. i. e. Multavit, vindicavit, punivit lege ſua.
Dictis connubia ſancire. Claud. In Epithal. Pallad. 129.
Dolore ſuo ſancire militaris imperii diſciplinam. Cic. 1. de Fin. 35.
Edicto ſancire ne. Cic. pro Flacc. 67. Prætor ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret de frumento.
Exſecrationibus publicis ſancire. Cic. 3. Off. 55. Quod Athenis exſecrationibus publicis ſanctum eſt. i. e. De quo lege cautum eſt ſi quid admitteretur hujuſmodi, &c. Budæus.
Fidem dextra ejus volebat ſancire. Liv. 28. 35. pr. i. e. Firmare, ut cap. 17.
Fide ſancire. Liv. 25. 8. Congreſſi cum Annibale, rurſus fide ſanxerunt, liberos Tarentinos, leges, ſuaque omnia habituros.
Fœdera ſancire fulmine. de Jove, Virg. 12. Æn. 200.
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit.
Fœdus capite, vel ſanguine, alterius cum aliquo ſancire. Liv. 25. 16. Niſi imperatoris, & ejuſdem hoſpitis, proditi capite ac ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet. conf. 23. 8. extr.
Jurejurando ſancire. Liv. 39 17.
Lege ſancitum eſt. Cic. 2. de Legib. 65. Id quoque ne fieret, lege ſancitum eſt.
Lege aut Communi jure Gentium ſancitum. Cic. de Aruſp. Reſp 32. Hoc ſi minus jure Civili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, communi jure Gentium, ſancitum eſt.
Pœna ſancire aliquid. Cic. pro Planc. 47. Religione. V. Cærimonia ſancire.
Sanciendus, a, um. Partic. Gloſſ. Lat. Græc. Sanciendo, κυρῶσαι.
Sanctus, a, um. [κεκυρωμένος Gl. L. G.] Partic. uſurpat Liv. 10. 9. De provocatione legem diligentius ſanctam. conf. Exſecrationib. ſancire.
Sanctus, Adj. Ulpian. ff. de diviſione rerum. l. Sacra loca, ſcribit Sanctum eſſe, Quod nec ſacrum, nec profanum eſt, ſed ſanctione aliqua firmatum: ut, Sanctæ leges, h. e. Sanctione quadam ſubnixæ. Marcian. in l. Sanctum ff. De diviſione rerum, ait Sanctum proprie dici, Quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt. Tractum e ſagminibus herbis, quas legati Populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. V. Sagmen. Alii dicunt Sanctum eſſe Religioſum, ſacrum, & incorruptum. Virg 12 Æn. 648.
Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ
Deſcendam. i. e. Incorrupta. Idem lib. 11. 158.
— tuque, ô ſanctiſſima conjunx,
Felix morte tua. i. e. Caſtiſſima. Juven. 14. Sat. 68.
— & ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem. Unde, Sanctus vir, dicitur Integer moribus. Donatus in Ter. Adelph. 5. 7. pr. Sanctum dicitur, Quod omni obſervatione inviolatum eſt.
Sanctus, ὅσιος, ἅγιος. Sanctum, ἅγιον, καθιερωμένον, ἅγιον, Sancta, ἱερά. Sanctiſſimus, ἱερώτατος, θειότατος, ὁσιώτατος. Hæc Gloſſ. Lat. Gr. In Græc. Lat. ὅσιος, Sanctus, Juſtus. Item ἅγιος, Sanctus. ἁγιώτατος, Sanctiſſimus.
Sanctus & perſonis & rebus variis modis tribuitur, & vel quid Sanctione, venerationeve inviolabile denotat, ut. Cic 2. Philip. 60. Tanta enim eſt caritas patriæ, ut veſtris etiam legionibus ſanctus eſſem, quod eam a me ſervatam eſſe meminiſſent. Sic
Amicitiæ ſanctum nomen & venerabile. Ovid. 1. Triſt. 8. 15.
Animal ſanctius. Ovid. 1. Met. 76.
Antiquius & ſanctius. Cic. 12. Att. 19.
Concilium ſanctum patrum. Hor. 4. Carm. 5. 4. Al. Conſilium.
Conſilium ſanctiſſimum graviſſimumque. Cic. In Catil 1. 9. Hic, hic ſunt, in noſtro numero, P. C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimo graviſſimoque conſilio.
Fides induciarum ſancta. Liv. 8. 36.
Fidem ſanctam violare. Carol. 74. 3.
Jus ſanctum atque integrum. Cic. pro Roſc. Amer. 109.
Leges ſanctæ Hor. 2. Serm. 1. 81.
Libertas. Liv 3. 51.
Memoria ſancta. Tacit. 4. Hiſt. 10.
Officium ſanctum & ſolenne. Cic. pro Quint. 26.
Teſtimonia firmiſſima & ſanctiſſima. Cic. pro Roſc. Com. 43. Firmiſſimis enim & ſanctiſſimis teſtimoniis virorum optimorum cauſa Roſcii communita eſt.
Sanctus, ad Mores relatum inculpatos, pro Caſto & Puro,
Sanctus atque integer. Cic. pro Roſc. Amer. 109.
Sanctus & innocens. Liv. 32. 27.
Nihil jam ſanctum atque ſincerum in civitate. Cic. pro Quint. 5.
Ætate grandis natu, natura ſanctus & religioſus homo. Cic. pro Roſc. Com. 44.
Sanctum, auguſtum, & religioſum. Cic. de Aruſp. Reſp. 12.
Sanctius & reverentius viſum eſt nomen Auguſti. Flor. 4. 12. 66.
Amor ſanctus. Cic. 3. de Fin. 68. Ne amores quidem ſanctos a ſapiente alienos eſſe arbitrantur.
Di ſancti. Ovid. 3. Amor. 8. 54.
Flumen ſanctum. Virg 8 Æn. 72.
Fons ſanctus, auguſtuſque. Cic. 5. Tuſc. 36. Ex hoc igitur Platonis, quaſi quodam ſancto auguſtoque fonte, noſtra omnis manabit oratio.
Numina ſancta Palladis. Virg. 3. Æn. 543.
Ornatus ſanctus. Quintil. lib. 8. cap. 3. Hic ornatus virilis, fortis & ſanctus ſit, nec effeminatam levitatem, nec fuco eminentem colorem amet.
Pietas ſancta. Sen. Octav. 4.
Præmia virtutis ſancta & caſta eſſe oportet. Cic. 2. de Invent. 114.
Pudicitia. Liv. 3. 52.
Sententia ſancta. Lucret. lib. 3. 372.
Vates ſanctiſſima. Virg. 6. Æn. 65.
Vir ſanctiſſimus. Cic. 10. Fam. 21. At Laterenſis, vir ſanctiſſimus, ſuo chirographo mittit mihi litteras, &c. Plin. 2. Epiſt. 9. Nam pater ejus Erucius, clarus vir, ſanctus, antiquus, diſertus. Ad Mores perfectiſſimos, vitæque integritatem refertur hic Sanctus.
Sanctum, Interius, arcanum, ſecretum, ut
Ærarium ſanctius. V. Æs, æris. Cic 6. Verr. 140. Primum mihi litteras publicas, quas in ærario ſanctiore conditas habebant, proferunt.
Aula ſanctior. Martial. lib. 5. 6.
Admittas timidam, brevemque chartam
Intra limina ſanctioris aulæ. V. Aula.
Sanctum ad ſilendum. Liv. 23. 22. extr. Et ſi quid unquam arcani ſanctive ad ſilendum in curia fuerit. conf. Sanctuarium.
Sanctŭlus, a, um Adj. dimin Hieron.
Sancte, Adv. [ὁσίως] Auguſte, Religioſe. Cic. pro Font. 12. Cum his vos teſtibus veſtram religionem conjungetis, ab his quicquam ſancte aut moderate dictum putabitis?
Pie ſancteque Deum colere. Cic. 1. de Nat. Deor. 57.
Auguſte ſancteque conſecrare aliquem. Cic. 2. de Nat. Deor. 62.
Sancte, Firmiter. Ter. Hec. 2. 2. 26.
— ſancte adjurat,
Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. Cic. 5. Fam. 8. Meque ea, quæ tibi promiſi ac recepi, ſanctiſſime obſervaturum, diligentiſſimeque eſſe facturum. Idem 13. Fam. 20. Quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto.
Sanctio, ōnis. f. [κύρωσις Gl. Gr. L.] Lex cum terrore pœnæ. Cic. pro Corn. Balb 3. Primum enim ſacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus, plebſve ſanxiſſet. Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis aut pœnæ, quum caput ejus, qui contra facit, conſecratur. Idem 6. Verr. 149. Niſi vehementer homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionem, pœnamque recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Liv. 4 41. Ægerrime plebs ferebat jacere tamdiu irritas ſanctiones, quæ de ſuis commodis ferrentur.
Fœderis ſanctio. Cic. pro Corn. Balb. 36.
Sanctor, ōris. m. [κυρωτής] Qui aliquid ſancit. Tacit. 3. Ann. 26. Sed præcipuus Servius Tullius ſanctor legum fuit.
Sanctĭtas, ātis. f. [ἁγιότης, ἁγιωσύνη. ὁσιότης Gl. G. L.] eſt (ut ait Cic. 1. de Nat. Deor. 116.) Scientia colendorum deorum. Idem Poſt red. in Senat. 33. Mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones abfuerunt. Sic pro Cœl. 32. Si matremfamilias, ſecus quam matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. Item 3. Philip. 15. Quod in juventute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis?
In genere Sanctitas eſt Innocentia, integritas, juſtitia. Nepos 6. 4. 1. Petiit ut ſibi teſtimonium daret, quanta ſanctitate bellum geſſiſſet. conf. Sidon. 6. 10. Tacit. 14. Ann. 60.
Sanctitas regum, Majeſtas. Suet. Cæſ. cap. 6.
Conſtituere ſanctitatem in aliquo. V. Constituo.
Sanctĭmōnia, æ. f. [ἁγιότης, ὁσιότης. Gl. G. L.] Idem. Cic. pro Rabir. perd. reo, 30. Quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & ſanctimoniam demigraſſe. Idem pro Quint. 55. Quid mihi, inquit, cum iſta ſumma ſanctimonia ac diligentia?
Habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ. Cic. pro Quint. 93.
Nuptiarum ſanctimonia. Auct. ad Heren. lib. 4. 45.
Femina ſanctimonia inſignis. Tacit. 12. Ann. 6.
Sanctimonium, i. n. ἁγιασμός, ἁγιότης. Gloſſ. Græc. Lat.
Sanctimonĭālis, e. Adj. Sanctimoniæ addictus. Auguſtin. de Civ. Dei, 1. 26.
Sanctimoniales appellant Imperatores Virgines, Deo devotas, dicatas & conſecratas. Rub. de Rapt. Virg. & l. unic. ad finem. lib. 9. C. tit. 13. Ut hac tantummodo lex (inquit Princeps) in hoc capite pro omnibus ſufficiat, quam de ſanctimonialibus, & virginibus, & viduis, locum habere ſancimus.
Sanctimonialĭter, Adv. Juſt. Cod. 1. tit. 3. l. 56. §. 1.
Sanctĭtūdo, ĭnis. f. [ἁγιότης] Idem ac Sanctimonia, ſed antiquius. Accius Tereo. Alia hic ſanctitudo eſt, aliud & nomen, & numen Jovis. Idem Phœniſſis, Lelobra cæli, tu maxima ſanctitudines. Cic. lib. 4. de Rep. Eoſdem terminos hominum curæ, atque vitæ, ſic Pontificio jure ſanctitudo ſepulturæ. Nonius 2. 805. conf. Gell. 17. 2. & 13. 3.
Sanctuārium, i. n. [ἁγιαστήριον] Sacer locus, templum, ſacrarium. Sanctuarium, ſive Sanctuaria Mithridatis appellavit Plinius, Quæ alio loco Arcana, lib. 23. cap. 8. In ſanctuariis Mithridatis, maximi regis, devicti, Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti. conf. Sanctus extr.
Sanctuarium non ſolum Locum ſacrum, aut Sacroſanctum ſignificat: ſed etiam Tabulas, aut Librum, in quo ſancta referuntur, reſcribuntur, ſubnotantur. Hinc, Sanctuarium principis dixit Siculus Flaccus, pro Libris atque Commentariis, in quos agrorum formæ referebantur, vel potius Locum ipſum & tabularium, in quo hujuſmodi libri repoſiti adſervabantur, ſignificare voluit. Sic. Flacc. in libro de Conditionibus agror p. 16. Goeſ. Quod ſi quis contradicat, Sanctuarium Cæſaris reſpici ſolet. Omnium enim agrorum, & diviſorum & adſignatorum, formas, ſed & diviſionem commentarios & principatus in ſanctuario habet. Qualeſcunque enim formæ fuerint, ſi ambigatur de earum fide, ad ſanctuarium principis revertendum erit. Al. Diviſionum commentarios princ.
Sanctesco, ĕre. Accius apud Non. 2. 576.
Sanctivĭcus, a, um. Adj.
Sanctivicium, i. n.
Sanctifĭco, āre. Ἁγιάζω. Gloſſ. Græc. Lat. Prudent. Cath. 3. 15.
Sanctificātus, a. um. Partic. [ἡγιασμένος] Vulg. Interp. Job 17 19.
Sanctificatio, ōnis. f. Ἁγιασμός, ἁγιασμὸς, ἁγιωσύνη. Gloſſ. Græc. Lat.
Sanctificātor, ōris. m.
Sanctilŏquus, a, um. Adj. Prudent. Apoth. 1002. Septem hæ voces leguntur paſſim in Scriptoribus Eccleſiaſticis.
Sancus, i. m. Unus ex iis diis, quos in 16. cælorum ordinibus Marcianus Capella enumerat. Ex duodecima (inquit) Sancus tantummodo advocatur. Refert Syntagmate 1. lib. Hiſtor. Deor. Lilius Giraldus. Sabinis Sangus, Græcis Hercules, Latinis Dius Fidius appellatur. Varr. de L. L. 4. 10 Nomen a Sanciendo ductum. Propert. 4. 10. extr.
Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,
Sic Sancum Tatiæ compoſuere Cures.
Sandălĭdes, um f. pl. [σανδαλίδες] Palmæ genus, a ſimilitudine ſandalii dictum. Plin. lib. 13. cap. 4. de palmis, Quarta, inquit, auctoritas, ſandalidum, a ſimilitudine appellatarum.
Sandaleon, [Σανδάλιον] Inſula in mari Ionico auctore Plinio lib. 5. c. 31.

Digitized by Google

Sandaliōtis, [Σανδαλιῶτις] Sardinia inſula denominata eſt, ab effigie ſandalii, hoc eſt ſoleæ, quam nonnulli Ichnuſſan vocant, a ſimilitudine veſtigii, quod Græce ἴχνος dicitur. Plin. 3. 5.

Sandălium, i. n. [σανδάλιον, βλαυτίον] Calceamenti muliebris genus, quod & viri geſtabant, Græci σανδάλιον, voce diminutiva a σάνδαλον, vocant. Ter. Eun. 5. 7. 4.

Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput. [Gloſſ. Græc. Lat. Σανδάλιον, Gallicula. An Caligula? Sed V. Gallicæ in GALLUS. Sandalium, Farris Gallici genus. Plin. lib. 18. cap. 7. Galliæ quoque ſuum genus farris dedere, quod illi brance vocant: apud nos ſandalum nitidiſſimi grani. Hard. Bracem, & Sandalam, cujus not. V.

Sandaliārius, a, um. Adj. Sandalimius vicus, ab Apolline Sandaliario, cujus effigiem ornatam ſandalio, quod eſt calceamenti genus, in quarta urbis regione auctores ponunt. Alex. ab Alex. lib. 9. Genial. Dier. cap. 18. Meminit Suet. Aug. cap. 57. Gell. 18. 4.

Sandaliārius, i. m. Qui ſandalia conficit. Reineſ. Inſcript. claſſ. 1. n. 299. GENIO VIARVM L. LVTATIVS L. L. PACCIVS SANDALIARIVS.

Sandalĭgĕrŭlus, a, um. Adj. [σανδαλοφόρος] Qui ſandalia fert. Plaut. Trinum. a. 1. 82. Flabelliferæ, ſandaligerulæ.

Sandanis, Vir fuit quidam Lydus, qui fruſtra Crœſo ſuadere conatus eſt, ne bellum Perſis inferret. Herodotus lib. 1. & 2. Sardanis a quibuſdam appellatur.

Sandăpĭla, æ. f. [νεκροφορεῖον, Gl. L. G.] Genus feretri, quo mortui efferebantur. Martial. lib. 2. 81. Idem lib. 8. 71.

Permutatus onus, ſtipataque tollitur alte
Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.

Fabri ſandapilarum. Juven. 8. Sat. 157.

Sandapilam antiqui dici voluerunt Feretrum mortuorum, id eſt, Loculum, non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebejorum, atque damnatorum, cadavera portabantur, ſicut Steſimbrotus Thaſius de morte Polycratis Samiorum regis ſcripſit, dicens, Poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt. Ex Fulgentio de Priſc. ſerm. §. 1.

Sandapilārius, i. m. [νεκροθάπτης] Sidon. 2. Epiſt. 8. Veſpillonum ſandapilariorum miniſteria.

Sandapilarii erant Veſpillones, aut ex eorum grege, quos Vulturios ſeu Codonophoros, id eſt tintinnabula geſtantes, ſive anteambulones, feraleſve præcones, appellarunt. Budæus in notis ad Pand. Vide POLLINCTOR. H. St.

Sandapilo, ōnis. m. Idem. Gloſſ. Lat. Græc. Sandapelo, Νεκροθάπτης. V. Voſſ. Etymol.

Sandărăcha, æ. f. [σανδαράχη] Feſtus, Sandaraca ſcribit & Sandaracinus. Plin. lib. 34. cap. 18. Sandarachæ quoque propemodum dicta natura eſt. Invenitur autem & in aurariis, & in argentariis metallis, melior quo magis rufa, quoque magis virus redolens, ac pura friabiliſque. Valet purgare, ſiſtere, excalefacere, perfodere. V. idem lib. 35. cap. 6. Vitruvius architecturæ lib. 7. cap. 12. Ceruſſa vero, quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendii ſandaracha fit. Id autem, incendio facto, ex caſu didicerunt homines: & ea meliorem uſum præſtat, quamquæ de metallis, per ſe nata, foditur. Hinc conjicere licet duplicem eſſe ſandaracham metallicam, Foſſiciam nempe & Factitiam. Foſſitia eſt colore cinnabaris. Vulgo *Arſenicum rubrum* vocatur. de qua Vitruv. 7. 7. extr. Factitia fit, ceruſſa in fornace cremata. Plin. l. c. Adulterinam vocat. Errant Arabes medici, qui putant Sandaracham eſſe noſtrum Vernicem: quum hic ſit Juniperi gummi. Philander in Vitruvium l. c. & Ruell. lib. 2. cap. 90.

Sandaraca, Genus coloris. Feſtus.

Sandaraca, Herbæ nomen apibus gratiſſimæ, quam alio nomine Cerinthum & Eriſhacen appellant. Plin lib. 11. cap. 7.

Sandarachĭnus, a, um. Adj. [Σανδαράχινος] Colore ſandarachino. Nævius, Merula ſandaracino ore. Feſtus.

Sandarachātus, a, um. aliud Adj [σανδαραχωτός] Cui ſandaraca admiſta eſt. Plin. lib. 35. cap. 15. Item lendes (tollit) in palpebris, aceto ſandarachato admiſto.

Sandaracurgium, [Σανδαρακούργιον] Mons eſt concavus in Ponto de quo ſic ſcribit Strab. lib. 12. Sandaracurgium mons eſt concavus propter metallorum effoſſionem: hunc operarii maximis cuniculis ſubeunt. Solebant olim publice operari & foſſoribus utebantur ſervis, ex aliquo maleficio redemptis. Nam præter operandi laborem, qui maximus eſt, dicunt aerem ex metallis letiferum eſſe, atque intolerabilem, propter odoris gravitatem e glebis prodeuntem. Unde corpora cito ibi mori, ſæpeque metallorum effoſſionem deficere, propter operariorum incommoditatem, qui cum plures ſint quam ducenti, continue & morbis, & labe abſumuntur. Hæc ille. [Videtur Σανδαρακουργεῖον, Sandaracurgium penult. prod. dicendum, id enim Sandarachæ officinam, ſeu fabricam denotat.

Sandareſos, Gemma, a Sandareſa Indiæ loco ſic dicta. Plinius de Carbunculis, lib. 37. cap. 7. Cognata eſt huic Sandareſos, quam aliqui Garamantitim vocant: naſcitur in India, loco ejuſdem nominis.

Sandaresi, ſeu Sandaresson, Gemma quæ expolita, ad Sandareſi ſplendorem quamproxime accedit: Plin. lib. 37. cap. 7.

Sandastros, Gemma eadem. Plin. l. c.

Sandix, V. SANDYX.

Sandobanes, Fluvius eſt Albaniæ, qui in Caſpium mare erumpit: Strabo lib. 11.

Sandracoba, Locus Cappadociæ. Strabo lib. 14.

Sandyx, ȳcis. f. [σάνδυξ] Herba. Virg. 4. Ecl. 45.

Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos. Plinius de Sandyce herba intelligit, & ut verum fateamur, eſt concinnior ſententia agnos inter paſcendum ejus herbæ, quam comedant, ſuco colorari. Contra tendunt Grammatici recentiores: cenſent enim Sandycem eſſe Colorem ſandaracha & rubrica temperatum, quod & Plinius retulit. Videtur & de Herba loquutus potius quam de Pigmento Gratius cum ſcripſit Cyneg. 86.

Interdum Libyco fucantur ſandyce pinnæ. Quaſi ea ſtirps in Lybia proveniat: niſi ſi quis cenſeat metallum illius pigmenti illic fuiſſe, aut officinam, quando in factitiis pigmentis erat: ſed illud alterum de planta verius crediderim in Gratio, ut & in Vopiſco cap. 29. extr. cujus hæc verba ſunt, Dicitur enim ſandyx Indica talem purpuram facere ſi curetur. Hæc ex Turneb. Adverſ. 15. 20.

Sandyx, Genus coloris metallici, auctore Plinio lib. 35. cap. 6. Sandaracha (inquit) ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta, ſandycem facit.

Amictus ſandycis, i. e. Sandycini coloris. Propert. lib. 2. 25. 45. V. & Heſych. Suid. Σάνδυξ, χρῶμα κόκκινον.

Sane, Saneccu, V. SANUS.

Sanda, [Σάνδα] Plinio lib. 4. cap. 20. Fluvius Cantabrorum in Hiſpania citeriori.

Eſt etiam Servi nomen. Terent. in Eunucho.

Sangărius, [Σαγγάριος] Fluvius eſt Lycaoniæ apud Plin. lib. 5. cap. ult. Oritur in Phrygia. Idem auctor lib. 6. cap. 1. Ejus meminit & Servius. in 6. Æn. 785. Alio nomine dicitur & Sagaris, & Coralius, ut teſtatur Plin. lib. 6. cap. 1. ſub finem. Vulgo *Zagari*. conf. SAGARIUS. Heſiod. in Theog. v. 344. Magnum vocat.

Sangărius, a, um. Adj. [Σαγγάριος] ut, Sangarius puer, Ganymedes. Stat. 3. Silv. 4. 41. V. Steph.

Sangēnos, i. m. Gemma ex Opalorum genere. Plin. lib. 37. cap. 6. Sunt & qui privatum genus ejus faciunt, Sangenonque ab Indis vocari dicunt. Traduntur vero naſci & in Ægypto & in Arabia, & viliſſimi in Ponto. Item in Galatia ac Tharſo & Cypro.

Sanguen, ĭnis. n. uſurpabant antiqui pro m. Sanguis, ĭnis. Lucret. 1. 836.

Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari. Chariſius lib. 1. Sanguis maſculino genere dicitur, & facit hunc Sanguinem. Sed Cato de habitu ait, Sanguen demittatur. [Hoc ex loco falſo colligebat Theſ. Lond. compilator, Sanguen etiam maſculino in genere veteres poſuiſſe, quum contrarium Chariſius velit intelligi.

Sanguen illi fervet. Patron. cap. 59. conf. Non. 3. 203.

Sanguis, ĭnis. m. [αἷμα] a Sanguen veteri, unde Sanguinis in Genitivo: Humor eſt vitalis in venis contentus. Celſus lib. 5. cap. 26. 20. de ſanguine & ſanie, &c. Malus eſt ſanguis, nimium aut tenuis, aut craſſus, colore vel lividus vel niger, aut pituita miſtus, & varius. Optimus, calidus, rubens, modice craſſus, non glutinoſus. Itaque protinus ejus vulneris expedita magis curatio eſt, ex quo ſanguis bonus fluxit.

Sanguis interdum ultimam producit. Sil. 10. 83.

Et color, & ſanguis, & tela minora pericla. V. Drakenb. ad loc. Ovid. 6. Faſt. 488. Et 10. Met. 459.

Amore ſanguinis aſper. Sil. lib. 1. 148.

Dulcedine ſanguinis aſper lupus. Ovid. 11. Met. 402.

Detractio ſanguinis, Celſ. lib. 2. cap. 8. & Sanguinis miſſio. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Fluxio ſanguinis. [αἱμοῤῥαγία] Plin. lib. 23. cap. 1. & lib. 20. cap. 17.

Habitus ſanguinis. Celſ. lib. 2. cap. 10. Incidenda ad medium vena eſt: ex qua cum ſanguis erumpit, colorem ejus, habitumque oportet attendere.

Profluvium ſanguinis, per nares. Columel. 6. 33.

Tenuitas ſanguinis. Plin. lib. 11. cap. 39.

Vitio occurrit ſanguinis quinquefolii ſuccus. Plin. lib. 26. cap. 7.

Altilis ſanguis. V. ALO.

Ater ſanguis. V. ATER Adjectivum.

Conglobatus ſanguis. V. CONGLOBO.

Corruptus ſanguis. Claud. 2. in Eutrop. 17.

Craſſus ſanguis. V. CRASSUS.

Generoſus ſanguis. Ovid. 13. Met. 457.

Integer ſanguis. V. INTEGER.

Juvenilis ſanguis. Ovid. 7. Met. 334.

Largus ſanguis. Claud. Conſ. Mall. Theod. 309.

Niger ſanguis. Ovid. 12. Met. 326.

Pinguis, Pinguior, pinguiſſimus ſanguis. Plin. lib. 11. cap. 38.

Rapidus ſanguis. Claud. 3. Conſ. Hon. 101.

Rutilus ſanguis. Lucan. lib. 1. 610.

Salſus ſanguis. Ennius in Creſphonte, apud Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 2.

Neque miſeræ lavere lacrimæ ſalſum ſanguinem.

Tenuis ſanguis. Plin. lib. 11. cap. 38.

Tætri ſanguinis profluvium. Lucret. lib. 6. 1203.

Vdoſus ſanguis. Celſ. lib. 2. cap. 10. Nam ſi is craſſus & niger eſt, vitioſus eſt (ſubaud. Sanguis) ideoque utiliter effunditur.

Vitioſus ſanguis, & Verus, opponuntur. Cic. de Clar. Orat. 282. Metuenſque, ne vitioſum colligeret, verum ſanguinem deperdebat.

Aſtringit rigens ſanguis ſicca vulnera. Lucan. lib. 4. 291.

Avertere aliquo profuſionem ſanguinis. Celſ. lib. 2. cap. 11.

Avertitur interdum ſanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur. Celſ. lib. 2. cap. 10.

Augere ſanguinem. Plin. lib. 20. cap. 7.

Coagulant ſanguinem, & ideo rejicientibus ſanguinem proſunt. Plin. lib. 24. cap. 11. De gummium generibus.

Coit celerrime taurorum ſanguis, atque dureſcit: ideo peſtifer potu maxime. Aprorum & cervorum, caprarumque & bubalorum omnium non ſpiſſatur. Plin. lib. 11. cap. 38.

Cohibere ſanguinem vulnerum. Plin. lib. 26. cap. ult.

Concreſcere ſanguinem non patitur thymum e melle. Plin. lib. 21. cap. 21.

Concretum ſanguinem ventris, aut veſicæ abſumit heliochryſum. Plin. lib. 21. cap. 25.

Concreti ſanguine crines. Valer. 3 Argon. 286.

Concutitur ſanguis. al. Quatitur. Lucret. lib. 3. 250.

Conquievit ſanguis. Celſ. lib. 4. cap. 4. ad finem.

Denſari ſanguinem prohibet Balſaminum. Plin. lib. 23. cap. 4.

Detrahere ſanguinem. Celſ. lib. 2. cap. 10.

Detractus ſanguis venis. Lucret. lib. 3. 443.

Diffunditur ſanguis per venas in omne corpus. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

Diſcutit conglobatum ſanguinem acetum. Plin. lib. 23. cap. 1.

Dare alternum ſanguinem dicuntur, Qui ſe invicem vulnerant. Sen. Thyeſt. v. 339.

Quis vos exagitat furor,
Alternum dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi? V. infra.

Duratur ſanguis, h. e. Concreſcit. Quintil. Decl. 2.

Editur ſanguis per urinam. Celſ. lib. 2. cap 7. [An Redditur?

Effunditur ſanguis. Celſ. lib. 2. cap. 10.

Egeſtus ſanguis per immenſus fletus. Ovid. 10. Met. 136.

Emicat ſanguis. Lucret. lib. 4. 1043.

Emittere ſanguinem. Celſ. lib. 2. cap. 10.

Erumpit ſanguis. Celſ. lib. 2. cap. 10.

Erumpit graviter ſanguis. Celſ. lib. 4. cap. 7. 5. De tuſſi.

Exit ſanguis ex gingivis, ex ore. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. De tuſſi.
Exonerare oculus ſuffuſus ſanguine. Plin. lib. 8. cap. 5.
Exſcreare ſanguinem ſpumantem. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Exſpirans ſanguinis flumen de pectore. Lucret. lib. 2. 354.
Exſpuere ſanguinem. Celſ. lib. 4. cap. 7. De tuſſi. Plin. lib. 26. cap. 7.
Extrahunt ſubtilem ſanguinem raphani. Plin. lib. 20. cap. 4.
Extrahit denſatum ſanguinem abiga pota. Plin. lib. 24. cap. 6.
Extundit ſanguinem frequens tuſſis. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. De tuſſi.
Facere ſanguinem, Fundere. Liv. 2. 30. extr. Pluſque ibi ſanguinis, promiſcua omnium generum cæde, quam in ipſa dimicatione factum. Idem lib. 35. 51. pr. Nondum, aut indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem uſquam factum audiſſent.
Fertur ſanguis ex pectore, aut ex latere, aut ex jecinore. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. de tuſſi.
Perveſcit ſanguis. Perſ. 3. Sat. 115.
Fluere mihi ſolet ſanguis. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. De tuſſi.
Fluit mihi ſanguis ex naribus. Celſ. lib. 2. cap. 7. [Gloſſ. Græc. Lat. Αἱμοῤῥαγῶ, Sanguinem fluo.
Fluens ſanguis per nares. Plin. lib. 26. cap. 13.
Fundere ſanguinem. Celſ. lib. 2. cap. 10.
Fuſo per venas ſanguine exſtinguitur. Tacit. 4. Hiſt. 11. De cæde Calpurnii Galeriani. i. e. Inciſis venis.
Fundere ſanguinem de rege, h. e. Ob regem. Curt. lib. 10. 5. 13.
Hebet gelidus ſanguis tardante ſenecta. Virg. 5. Æn. 395.
Incitatur ſanguis ex ea parte. Scribonius Largus comp. 84.
Incitatur ſanguinis eruptio muſculorum compreſſione. Scribonius Largus comp. 84.
Inficere æquor ſanguine. Hor. 3. Carm. 6. 34.
Inficere rivos rubro ſanguine. Hor. 3. Carm. 13. 8.
Madens veſtis ſanguine. V. MADEO.
Manat cicatrix multo ſanguine. Sen. Troad. 3.
Minuere ſanguinem. Plin. lib. 32. cap. 9.
Miſceror letifero ſanguine orbis. Ovid. 1. Faſt. 123.
Mittere ſanguinem ex brachio, Venam ſecare in brachio. Celſ. lib. 2. cap. 10. conſ. MITTO.
Mittere ſanguinem in brachiis. Celſ. lib. 2. cap. 10. Mitti vero is debet, ſi totius corporis cauſa fit, ex brachio: ſi partis alicujus, ex ea ipſa parte, aut certe quamproxima: quia non ubique mitti poteſt, ſed in temporibus, in brachiis, juxta talos.
Miſſus ſanguis a corpore. Lucret. lib. 2. 194.
Mittere ſanguinem tranſlate dicuntur oratores, quum adverſariorum argumenta ita ſolvunt, ut cauſa ipſa ſtare non poſſit. Unde Quintil. lib. 8. cap. 6. Illa agendis cauſis jam detrita, Pedem conferre, & Jugulum petere, & Sanguinem mittere, inde ſunt: nec tamen offendunt.
Obſtiterit frigidus circum præcordia ſanguis. Virg. 2. Georg. 484.
Occupare ſanguinem. Celſ. lib. 8. cap. 4. Inter quæ ſi ſanguis fertur, ſpongia ſubinde in aceto tincta cohibendus eſt, occupanduſque objectis linamentis, & caput altius excitandum.
Pellere ſanguinem per urinam. Plin. lib. 35. cap. 15.
Pellit copioſum ſanguinem per nares. Plin. lib. 27. cap. 8. De crocodilo.
Perfuſus ſanguine. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Perſolves calido ſanguine pœnas mihi. Virg. 9. Æn. 422.
Procedit ſanguis ex ore. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. De tuſſi.
Profluit ſanguis. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. De tuſſi.
Prorumpit ex naribus ſanguis. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. De tuſſi.
Redditus ſanguis per os. Plin. lib. 26. cap. 13.
Reddere ſanguinem per urinam, vel alvum. Scribonius Largus. comp. 149.
Refugere ſanguinem in metu, certum eſt: multiſque non transfluere transfoſſis. Plin. lib. 11. cap. 38.
Reiicientibus ſanguinem datur ſuccus porri. Plin. lib. 20. cap. 6.
Rejicientibus ſanguinem occurrit quinquefolii ſuccus. Plin. lib. 26. cap. 7.
Reliquit ſanguis corpus. Ovid. 3. Met. 39.
Reſpondet ſanguis per menſtrua. Celſ. lib. 4. cap. 7. 4. Sæpe feminæ, quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet, hunc exſpuunt. De tuſſi.
Revocetur ſanguinis curſus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione adverſus profuſionem ſanguinis in vulneribus.
Saliens vena ſanguine. Virg. 3. Georg. 460.
Satiare ferrum ſanguine. Ovid. 5. Faſt. 575.
Siſtere ſanguinem. Plin. lib. 25. cap. 8.
Siſtit ſanguinem ex vulnere glycyrrhiza commanducata. Plin. lib. 22. cap. 9.
Siſtit ſanguinem interiorem ruta pota, & narium indita. Plin. lib. 20. c. 13.
Siſtit æque maribus ac feminis ſanguinem menta. Plin. lib. 20. cap. 14.
Siſtunt ſanguinem vulnerum folia vitium. Plin. in proœm. lib. 23. Sic lib. 31. cap. ult.
Trahere ſanguinem. Celſ. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 21. cap. 19.
Venit ſanguis. Celſ. lib. 2. cap. 10.
Vocatus in corpus ſanguis. Ovid. 2. Met. 235.
Vomens globos ſanguinis. Ovid. 12. Met. 258.
Vomere ſanguinem. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Vomens rivus ſanguinis. Virg. 11. Æn. 668.
Sanguis ærarii, per tranſlationem, pro Subſtantia, quæ in ærario continetur. Cic. 5. Verr. 83. Quæ quum de Populi Romani victu, de vectigalium nervis, de ſanguine detraxiſſet ærarii, Tertiæ mimæ condonavit.
Sanguis ſæpe pro hominibus, vel hominum vita, nonnunquam & pro cæde, ut Plenus ſanguinis homo, Sanguinis effuſionem appetens, ſanguine coinquinatus.
Captivus ſanguis. V. Captivus in CAPIO.
Venalis ſanguis. Valer. 4. Argon. 558.
Dare ſanguine pœnas. Virg. 2. Æn. 366.
Dandus invidiæ eſt ſanguis, nihil ne ego quidem moror, quominus Decemviratu abeam. Livius 3. 54. pr. conf. ſupra.
Exſorbere. ut, Ne judicio iniquo exſorbeatur ſanguis tuus. Cic. 1. de Orat. 225.
Luere quippiam ſanguine. V. LUO.
Poſcere pœnas cum ſanguine. Virg. 2. Æn. 72.
Sitire ſanguinem. Sen. Troad. 10.
Sumit pœnam ſcelerato ex ſanguine. Virg. 12. Æn. 949.
Sanguis, pro Vigore & viribus. Cic. 4. Att. 16. Amiſimus, mi Pomponi, omnem ſuccum & ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam civitatis: nulla eſt Reſp. quæ delectet, in qua acquieſcam.
Sanguis orationis incorruptus tranſlate, Cic. in Brut. 36. Succus ille, & ſanguis incorruptus uſque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor. Sanguis, i. e. Oratio fortis, robuſta, vires, lacertos, & nervos habens. Sic enim ſolet a Cicerone per tranſlationem dici, et Viri fortes & robuſti dicuntur, Qui plurimum ſanguinis habent: unde Plaut. Bacch. 1. 2. 45.

Nihil moror diſcipulos mihi eſſe jam plenos ſanguinis:
Valens afflictat me nunc jam vacuum virium.

Incorruptus, h. e. Purus, ſanus, integer, non vitioſus. Hinc eodem in dialogo 51. dicit, Salubritatem Atticæ dictionis, quaſi Sanitatem, & Sanum genus dicendi in Calidio: in libello vero de Opt. gen. orat. 8. Incorruptam ſanitatem, & bonam valetudinem. Semper enim Athenienſium, ut in Orat. 25. ſcribitur, ita prudens ſincerumque judicium fuit, ut nihil poſſent, niſi incorruptum & elegans, audire.
Sanguis, Progenies. Virg. 1. Æn. 19.

Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci
Audierat, &c.

Auctor ſanguinis. Virg. 7. Æn. 49.
Cognatio ſanguinis Tranſalpini. Cic. Poſt redit. in Senat. 14. Is non me, quanquam equidem non cognorat eum, propter Piſonum affinitatem, quam longe hinc ab hoc genere cognatio materna Tranſalpini ſanguinis abſtuliſſet.
Degener ſanguinis. Stat. 9. Theb. 619.
Gradu ſanguinis propior. Ovid. 3. Epiſt. 28.
Nomina ſanguinis, Nomina conſanguinitatis: ut pater, frater, ſoror, &c. Ovid. 9. Met. 465. de Byblide quæ fratrem amabat,

Jam dominum appellat, jam nomina ſanguinis odit,
Byblida jam mavult, quam ſe vocet ille ſororem.

Vincula cari ſanguinis, Conſanguinitas. Propert. lib. 1. 15. 16.
Alto a ſanguine genus. Virg. 4. Æn. 230.
Aureus ſanguis, Proles aurea ſub Saturno. Stat. 3. Theb. 559.
Carus ſanguis. V. Vincula &c. paulo ante.
Claro ſanguine genitus. Sen. Octav. v. 90.
Cognatus ſanguis. Virg. 12. Æn. 29.
Conſors ſanguis. Ovid. 8. Met. 444.

—calidumque prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.

i. e. Occidit etiam fratrem ejus.
Obſcuri ſanguinis deformes ortus. Stat. 5. Silv. 3. 116.
Paternus & maternus ſanguis. Cic. pro Roſc. Amer. 66. Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus, maternuſque ſanguis.
Regius ſanguis. Hor. 3. Carm. 27. 65.
Attingere aliquem ſanguine. V. ATTINGO.
Cohærere ſanguine alicui, pro Conſanguineum eſſe. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Conjungi ſanguine alicui, Idem. Cic. 2. de Invent. 66.
Hortamur fari, quo ſanguine cretus. Virg. 2. Æn. 74.
Rumpere vincula ſanguinis. Propert. 1. 15. 14.
Sanguis pro Morte, vide in TRANSCENDO. H. St.
Sanguinum, αἱμάτων. Gloſſ. Lat. Græc. Sic Interp. vulg. Joh. 1. 13. Sanguinibus.

SANGUĬCŬLUS, i. m. [αἱμάτιον] Sanguis hœdi, ſive ſuis, &c. in cibum formatus. Plin. lib. 28. cap. 14. Utuntur ad utrunque vitium & coagula hœdi in vino myrtite, magnitudine fabæ poto: & ſanguine ejuſdem in cibum formato, quem ſanguiculum vocant.

SANGUĬNEUS, a, um. Adj. [αἱματώδης Gl. G.L.] Ad corpus aliquando refertur, & Plenum ſanguine, vel Sanguinolentum ſignificat.
Caput ſanguineum. Ovid. 3. Triſt. 9. 30.
Guttæ ſanguineæ. Ovid. 2. Met. 360.
Imber ſanguineus. Cic. 2. de Divin. 60.
Pulmo ſanguineus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Color ſanguineus. Plin. lib. 14. cap. 3.
Cometæ ſanguinei. Virg. 10. Æn. 273.
Frutices ſanguineæ. V. Virga ſanguinea infra.
Mora ſanguinea. Virg. 6. Ecl. 22.
Virga ſanguinea, Cujus cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet. Plin. lib. 24. cap. 10. Sic, Frutices ſanguineæ. Idem lib. 16. cap. 18.
Aliquando ad animum, pro Crudeli, cruentoque. Apulejus, Immani ac ſanguinea voce perterruit. Virgil. 4. Æn. 642.

At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam volvens aciem, &c.

Bellum ſanguineum, Cruentum. Stat. 5. Theb. 5.
Cædes ſanguinea. Ovid. 13. Met. 65.
Rixæ ſanguineæ. Hor. 1. Carm. 27. 4.

SANGUINĀLIS, e. Adj. ut, Sanguinalis herba, [πολύγονον] eadem quæ Sanguinaria, inde nomen habens, quod ſanguinis fluorem, undecunque feratur, ſiſtat. Columel. lib. 6. cap. 12. Celſ. lib. 2. cap. ult. Herba ſanguinalis, quam Græci πολύγονον vocant.

SANGUINĀRIUS, a, um. aliud Adj. [φιλαίματος] Sævus, crudelis ſanguinem ſitiens. Cic. Itaque gravem illam ac ſanguinariam vocem audivimus. Sic Sanguinarius homo, Qui gaudet humano ſanguine.
Juventus ſanguinaria. Cic. 2. Att. 7.
Numida ſævus, ſanguinarius. Plin. lib. 19. cap. 4.
Sententia ſanguinaria. Plin. lib. 4. Epiſt. 17. De hujus nequitia, ſanguinariiſque ſententiis, in commune omnes ſuper cœnam loquebantur. i. e. Iis quibus multi homines adjudicaverat.
Herba ſanguinaria dicta eſt, cujus ſuccus infuſus naribus, ſupprimit ſanguinem. Columel. lib. 7. cap. 5. Eſt etiam gravis pernicies herbæ ſanguinariæ, quam ſi paſta eſt ovis, toto ventre diſtenditur, contrahiturque, & ſpumam quandam tenuem tetri odoris exſpuit. conf. SANGUINALIS, ubi aliud etymon allatum.

SANGUINĀRIUS, ī, m. Beſtiola, inſectorum generis, quæ & Hirudo. Onomaſt. vet. Lat. Græc. in tit. de Serpentib. Sanguinarius, αἱμοπότης. Gloſſ. Græc. Lat. Αἱμοπότης, Sanguinarius.

SANGUĬNŎLENTUS, a, um. Adj. a Genit. Sanguinis. [αἱματώδης Gl. G. L.] Plenus ſanguine, & ſanguine conſperſus. Auctor ad Heren. lib. 4. 52. Sanguinolenta palma.
Color ſanguinolentus. Ovid. 1. Amor. 12. 12.

Littera

Littera ſanguinolenta, Quæ exitio ſit alicui. Ovid. in Ibin. 4.
Pectora ſanguinolenta Ovid. 3. Epiſt. 50.
Seditio. Varro de Vita pop. Rom. apud Non. 6. 101. Magiſtratus gravatim ſeditionibus ſanguinolentis urbem perturbavere.
Sanguinolentos appellant Juriſconſulti Ro. & Principes, Infantes recenter editos, quique vixdum ſordes materni uteri amiſerunt, cum aut venduntur aut exponuntur. Conſtantinus. Si quis, propter nimiam paupertatem, egeſtatemque, victus cauſa, filium, filiamve ſanguinolentos vendiderit. L. ii. C. de patribus, qui fil. diſtrax. lib. 4. C. tit. 43. non enim ibi Sanguinolentus legendum eſt: ſed Sanguinolentos. Auctor mihi eſt ea Rubrica, quæ 8 lib. C tit 52. inſcribitur, De infantibus expoſitis liberis & ſervis, & de iis qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.
SANGUILENTUS, a, um. aliud Adj. a genit. Sanguis Idem. Scribon. Largus Compoſ. 143. Etiamſi ſanguilentam urinam faciunt. Idem comp. 182. Oculi ſanguilenti conſpiciuntur. Semperque ita uſurpat hic auctor. V. Lexic. Rhodii.
SANGUINŌSUS, a, um. Adj. Idem Cæl. Aurel. Acut. 3. 4.
SANGUĪSŪGA, æ. [βδέλλα] Vermis in aqua degens, qui & Hirudo dicitur. Plin. lib. 32. cap. 7. Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur. Idem lib. 8. cap. 10. [In Gloſſ. Græc. Lat. Βδέλλα, Suga. Βδέλλα χερσαία, Hirudo. Βδέλλα ἐνυδρος, Sanguiſuga. At Lat. Græc. Hirudo, λιμναία βδέλλα, & Sanguiſuga, βδέλλα, λιμναία. conf. SANGUINARIUS.
SANGUĪNO, [αἱμάσσω, αἱμάττω Gl. G. L.] āre. Sanguine manare. Quintil. in Declam. 10. Tam repetitis ſanguinavere planctibus jam convaleſcentes lacerti. Ibid. non procul a fine, Quando non lividum pectus & ſanguinantes vidit lacertos.
Coluber veneno noxio colla ſanguinans. Apul. Met. 5. p. 166. Elmenh.
Lex a contactu feminæ ſanguinantis ſubmovet. Tertull. ad Marc. 4. 40.
Eloquentia lucroſa & ſanguinans. Tacit. in Orat. 12. Plin. lib. 32. cap. 9. Si pedes ſanguinent. Sed varia eſt lectio. [Apud Tacit. ſuſpicor Saginantis legendum. In Gloſſ. Græco Lat. Φλεβοτομῶ, Sanguino. Φλεβοτομοῦμαι, Sanguinor. Ubi Sanguinem mittere ſignificat. Unde eſt Gall. *Saigner*. At alibi in iiſdem Gloſſ. αἱμάσσω, Sanguino, αἱμάττω, Sanguino, Sanguinor. Quod Italis *Sanguinare*, illud vero *Sanguinarſi*.
SANGUINATIO, ōnis. f. [αἱμορραγία] Cæl. Aurel. Tard. 4. 6. & 1. 4. Gingivarum ſanguinatio.
SANGUS, i. m. Deus Sabinorum ex quo & Sangi dicti ſunt. Sangi ſacellum urbis regione ſeptima ſtatuit P. Victor. Cæl. lib. 2. cap. 3. V. SANCUS.
SANICULA, æ. f. Herba, quam nos *Orecchie* vel *aegrette* appellamus, a Matthiolo deſcribitur in Dioſcoridis lib. 4. cap. 9.
SANIES, ēi. f. [ἰχώρ, ἰχῶρ Gl. L. G. & G. L.] Celſ. lib. 5. 28. Sanguis omnibus notus eſt: Sanies eſt tennior hoc, varie craſſa, & glutinoſa, & colorata: Pus craſſiſſimum albidiſſimumque, glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut jam ſaneſcente: ſanies eſt inter utrunque tempus. Pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. Virg. 8. Æn. 487.
— & ſanie taboque fluentes. Cic. in Piſon. 43. Saxa ſpargens tabo, ſanie, ſanguine atro.
Jocinoris recentis inaſſati ſanies. V. INASSATUS.
Putris ſanies. Stat. 12. Theb. 569.
Serpentium ſanies. Sen. Med. 9.
Ejectat ſaniem permiſtus viſcere ſanguis. Lucan. lib. 3. 658.
Emittere ſaniem conjecto ferro. Ovid. 7. Met. 338.
Eructare ſaniem. Virg. 3. Æn. 632.
Exſpirant ſaniem tabificam. Sil. lib. 6. 276.
Vomant ſaniem ſerpentes. Ovid. 4. Met. 493.
Sanies, pro Infectura purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38. Rurſuſque mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem.
Pro Peſtifero ſerpentis afflatu. Sil. 12. 10.
— ſaniem ſublatis faucibus efflat. conf. ſupra.
Oleæ ſanies amara, pro Fæce. Plin lib. 15. cap. 3.
SANIŌSUS, a, um. Adj. [ἰχωρώδης] Sanie & impuro ſanguine conſperſus. Plin. lib. 7. cap. 15. Ergo quum gravidis fluxit, invalidi, aut non vitales partus eduntur, aut ſanioſi, ut auctor eſt Nigidius.
SANITAS, V. SANUS.
SANNA, æ. f. [μῶκος Gl. L. G & G. L.] Solutus deriſus dicitur, a narium ſonitu. vel in genere, Deriſus aliquis geſtu mimico expreſſus. Juven. 6 Sat. 305.
I nunc, & dubita, qua ſorbeat aëra ſanna
Tullia, quid dicat notæ Collatia Mauræ.
Poſtica ſanna. Perſ. 1. Sat. 58.
Rugoſa ſanna cadet naſo. Perſ. 5. Sat. 91. i. e. Subſannatio, quæ fit cum criſpatione & corrugatione naſi, remittatur. V. Schol. Juven. l. c.
Sanna, pro Deriſore. Gloſſ. Lat. Græc. Sanna, Subſannator, Μῶκος.
SANNAS, æ. m. [σάννας] apud Cratinum, Fatuum indicat: unde & Sanna verbum Latinis frequens, defluxit, etiamſi a narium ſonitu Grammatici opinentur ductum. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 8. 43.
SANNIO, ōnis. m. [χλευαστής] Qui ſoluto riſu, & contortis corporis totius partibus immoderatam quandam alios deridendi formam effingit, & aliorum mores inepto quodam geſtu per contemptum exprimit, ut ſtultus propemodum videatur, ac ridiculus. Cic. 2. de Orat. 251. Quid enim poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt? ſed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipſo. idem 9. Fam. 16. Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum. Proverbii forma.
Sanniones, dicuntur, a Sannia, qui ſunt in dictis fatui, & in motibus, & in ſchemis, quos μωροὺς vocant Græci, inquit Nonius 1. 308. [Sic legit & Mercer. Suſpicor tamen Μώκους ſcribendum Quæ vox & Sannam & Sannionem denotat. V. Suid. in ea dict. Gr.
SANNO, āre. vel **SANNOR**, āri. Dep. unde Deſannare, & Subſannare compoſ. Gloſſ. Græc. Lat. Μυκτηρίζω, Sannor, Deſannor.
SANNATOR, ōris. m. Μυκτηριστής. Gloſſ. Lat. Græc. & in Græc. Lat. Μυκτηριστής.
SANNALI, Populi ſunt immani auricularum patularum prolixitate totum corpus tegentes, de quibus, ut ſuſpicor, prodigioſa illa fabula ficta eſt, quia toto corpore pelliti & bracchati erant, at cum binæ inde penderent pellium prægrandes alæ, aures viderentur. Pomponius Mela. 3. 6. Et Sannalos, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioqui, pro veſte ſunt. Vulgo *Satmalos* legitur, ſed ex veteri libro ſic Turnebus reſtituit. Al. Otomegalos.

SANNAUS, Lacus de quo Plin. lib. 2. cap. 103. Lacus Sannaus in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur.
SANNYRION, ōnis. [Σαννυρίων] cognomine Canabus, poeta comicus Athenienſis, de quo V. Cæl. Rhodig. lib. 8. Lect. Antiq. cap. ult. vel potius Athen. & Suid.
SANO, āre. Sanor, āri. V. SANUS.
SANQUĀLIS, is. f. Avis. Plin. lib. 10. cap. 7. Sanqualem avem atque immuſſulum, augures Romani in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſanqualem oſſifragæ. Maſſurius ſanqualem oſſifragam dicit eſſe, Immuſſulum autem pullum aquilæ, prius quam albicet cauda. al. Sangualis. conf. IMMUSSULUS.
Sanqualis avis appellatur, quæ in commentariis Auguralibus Oſſifraga dicitur, quia in Sangi Dei tutela eſt. Feſtus.
Sanqualis porta appellata eſt, ab avi Sanquali, ideoque eodem eſt nomine, quo avis ipſa appellatur. Feſtus. Paulus dicit, eſſe proximam ædibus Auci. Al. Ædi Sangi.
SANSŪCUS, V. SAMPSUCHUM.
SANTĀLUM, i. n. [σάνταλον] (quod vulgus noſtrum Sandalum vocat) Græcis recentioribus, inquit Ruellius, Lignum eſt quod India mittit. Hujus tria genera apud pharmacopolas, candidum, rubrum, luteum: quibus ſimul commiſtis, fit compoſitio vulgaris, quæ Triaſandali appellatur, vel trium ſandalorum, ad roborandum ventriculum, & cardiacos affectus. Quin etiam nullæ non fere medicorum potiones hodie his ſantalis imbuuntur, ut gratiam a ſumentibus ineant, & aliquid jucundi ſaporis habeant. Ex Ruellii commentariis.
SANTERNA, æ. f. [χρυσοκόλλα] Plin. lib. 33. cap. 5. Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam ſimiliter utentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis: ſanternam vocant noſtri. Idem lib. 34. cap. 12.
SANTŎNES, & Santŏni, ſive Xantŏnes, [Σάντονες Steph.] populi Galliæ, non longe a Toloſatium finibus, quæ civitas eſt in Provincia, ut Cæſar Comment. lib. 1. cap. 10. pr. ſcribit. Lucan. lib. 1. 422.
— gauderque amoto Santonus hoſte. Vulgo *Xaintonge*. Aliis *Saintonges*, & oppidum ipſum *Saintes*, *Xaintes*.
SANTŎNICUS, a, um. Adj. [Σαντονικός] Juven. 8. Sat. 145.
Tempora Santonico velas adoperta cucullo. V. Martial. lib. 14. 128.
Oceani litora Santonici. Tibul. lib. 1. 8. 10.
Santonica Herba, quam Abſinthium Santonicum vocat Plin. lib. 27. cap. 7. a Galliæ civitate nomen accepit, eſtque abſinthii genus illius, quod nobis in vulgari uſu eſt. Columel. lib. 6. cap. 25. Poteſt etiam cum arida fico & ervo conteri herba Santonica, & formata in offam, ſicut Salivatum demitti. V. Dioſc. 3. 28. qui Σαντόνιον vocat.
SANTONICUM, i. n. [Σαντονικόν] Semen herbæ Santonicæ, vel ipſa herba. Gloſſ. Lat. Græc. Sandonicum, Θαλασσοκτόνον, βοτάνη. Quod vermes ſcil. necat.
SANTONUM Portus, [Σαντόνων λιμήν] Ptolem. lib. 2. cap. 7. Galliæ urbs. Vulgo *La Rochelle*.
SANTONOM Promuntorium [Σαντόνων ἄκρον] in Gallia. Ptolem. lib. 2. cap. 7. Vulgo *Blaye*.
SĀNUS, a, um. Adj. [σῶος, Gl. L. G. ὑγιής] Integer & incorruptus, bene valens. Cic. pro Sext. 135. Non ea eſt medicina, quum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur. Idem pro Sext. 97. Qui integri ſunt, & ſani.
Sanum facere aliquem. Cic. 2. Philipp. 101. Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. [Ambiguo ſenſu.
Medicamento ſanum fieri. Cic. 3. Off. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ſi eo medicamento ſanus factus eſſet, &c.
Fieri ſanum ex morbo. Cato R. R. cap. 157.
Sanum abire ex. Propert. lib. 2. 15. 12.
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
Reſpub. ſana ac ſalva, translate. Cic. 12. Fam. 23. Nullam partem per ætatem ſanæ ac ſalvæ Reip. guſtare potuiſti.
Sanum genus dicendi. Cic. in Brut. 202. i. e. Incorruptum. V. SALVUS.
Sanus, Ad animum translatum. Ter. Eun. 3. 5. 8. Quid mihi quæram? ſanus ſim: anne inſaniam? Idem Heaut. 4. 3. 29. Satin' ſanus eſt, aut ſobrius? Sic Cic. 2. de Divin. 94. Sanus homo.
Pro ſano aliquid facere. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 7. extr. Nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum arbitratus, qui præſentis imperium neglexiſſet.
Homo ſanus, cui opponitur Furioſus. Cic. 4. Acad. 89.
Male ſanus, i. e. Inſaniens. Cic. 9. Att. 15.
Mentis ſanus. Plaut. Trin. 2. 4. 53.
Mens bene ſana. Hor. 1. Serm. 9. 44.
Mentis ſanæ homo. Cic. 2. de Nat. Deor. 44. Eſſe igitur deos ita perſpicuum eſt, ut, id qui neget, vix eum ſanæ mentis exiſtimem.
Mentis ſanæ vix compos. Ovid. 8. Met. 35.
Mente ſana ſcribere. Cic. 9. Att. 18. Miſi etiam Cæſaris ad eos ſana mente ſcriptas litteras, quomodo in tanta inſania?
Compar. Hor. 2. Serm. 3. 242. — qui ſanior, ac ſi
Idem illud in rapidum flumen, jaceretve cloacam?
Saniores oratores. Cic. de Clar. Orat. 51.
SANE, Adv. [ὑγιῶς, ὑγιεινῶς Gl. L. G. & G. L.] Plaut. Curc. 1. 3. 20.
Nam bonum eſt pauxillum amare ſane, inſane non bonum eſt.
Sane, [μάλιστα, ὄντως, ὑγιῶς, ὁμολογουμένως, ὅμως. Gl. L. G.] Adv. a Sanus. Quandoque (inquit Valla) affirmative ponitur pro Certo: ut, Ita ſane. Cic. 1. Fam 9. Sane moleſte Pompejum id ferre conſtabat. [In Gloſſ. male ὁμοίως, pro ὅμως.
Sane, pro Quidem. Cic. in Verr. 6. 182. Sane homini præter opinionem improviſo incidi. [Pro ſane quidem.
Herennius tribulis tuus, ſane homo nequam. Cic. 1. Att. 19.
Sane; Permiſſiva particula, quando aliquid adverſario tribuimus: ut. Sit, ſane, ut vis. Cic. Quid enim habet commodi, quid non potius laboris? ſed habeat ſane. Quintil. in Corpore projecto, Tulerit ſane filius noſter merito pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio. h. e. Eſto tulerit, ſae tulerit.
Sane, pro Satis, ac Valde aliquando ponitur: quando qui ſani ſunt, iidem & validi, ut ait Donatus in illud Ter. Adelph. 4. 2. 41.
Sane hac multo propius ibis, & minor eſt erratio. [Pro Certe, puto.
Sane bene, pro Bene quidem. Cic. pro Quint. 12. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica, ſane bene culta & fructuoſa. [Ubi Bene abundat, nec recte cum Sane copulatur. Etiam hic Certo eſt.

Sane

Sane, quod. Ter. Eun. 4. 7. 25.

Sane, quod tibi nunc vir videatur eſſe hic, nebulo magnus eſt, ne metuas.

Ne ſit ſane. Cic. 4. Acad. 57. Negas tantam ſimilitudinem in rerum natura eſſe, pugnas omnino cum adverſario facili: ne ſit ſane videri recte poteſt. [Diſt. Ne ſit, ſane.

Sane ſi placet, Reſponſive. Cic. in Partit. 2. Si ego te viciſſim eiſdem de rebus Latine interrogem? c. p. Sane ſi placet.

Sane; In principio ſententiæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 44. Sane reſtat, ut qualis eorum natura ſit, conſideremus. Budæus. Vetus exemplar non habet Sane.

Sane, pro Setie. Cic. 4. Verr. 69. Sopater, cum hoc belli improviſum accidiſſet, commotus eſt ſane. Sic apud eundem ſæpe. Budæus.

Sane autem vellem obſequi voluntati tuæ. Cic. 3. Fam. 5.

Et ſane; Affirmativum eſt. Quintil lib. 1. cap. 2. Et ſane concipiat quis vel declamantis habitum, vel orantis vocem, inceſſum, pronuntiationem, illam denique animi & corporis motum, nunne, &c.

Sane quam, Admirantis. Cic. 11. Fam. 13. Sane quam ſum gaviſus. Idem 2. Q. frat 5. Nam quod de Pomponio Caninius, ſane quam teſtis eſt.

Sane quidem, Permittentis. Ter. And. 1. 2. 24.

Nempe ergo aperte vis, quæ reſtant, me loqui? D. ſane quidem. Cic. 2. de Legib. 8. Sane quidem hercle, & eſt iſta recte dicendi via.

Sane tamen; In principio ſententiæ. Quintil. in Mathematico, Sane tamen claritas patriæ privatos vicerit metus.

Sane quia vero. Ter. Eun. 1. 2. 9 —quid taces?

PH Sane quia vero hæ mihi patent ſemper fores. Ironicon eſt.

Sane pol, Multum. Ter. Andr. 1. 4. 2.

Sane pol, illa temulenta eſt mulier & temeraria. Donatus.

Recte ſane. Ter. Adelph. 4. 2. 48. Ubi potetis vos. D. recte ſane. Ubi Donatus; Recte ſane, hic ironia eſt, non approbatio.

Non ſane, pro Non admodum. Cic. 3. Tuſc. 74. Mediocritatem, vel perturbationum, vel morborum mihi non ſane probant. i. e. Non valde eos probo. Idem 2. de Fin. Poſt enim Chryſippum non ſane eſt diſputatum. Idem de Senect. 3. Rem haud ſane, Scipio & Læli, difficilem Budæus.

Non ſane, Reſponſive. Cic. in Partit. 3. Semperne igitur ordinem collocandi, quem volumus, tenere poſſumus? C. P. non ſane.

Non ita ſane vetus. Cic. de Clar. Orat 41.

Compar. Sanius. in propria ſignif. Hor. 2. Carm. 7. 26.

—non ego ſanius

Bacchabor Edonis: recepto

Dulce eſt mihi furere amico. i. e. Libet mihi Edonos illos Thraciæ populos, intemperanter bibendo, imitari. [Immo Bacchantes.

SANITER, Adverbium priſcum auctore Nonio 11. 51. Afran. Megalenſibus, Adeſto, aſſentio te non amare me, ni adorare ſaniter.

SANITAS, ātis. f. [ὑγίεια, ἰασις, ῥῶσις Gl. Gr. Lat.] proprie ad corpus pertinet. Quintil. lib. 5. cap. 10. Si robur corporibus bonum non eſt, minus ſanitas.

Petere ſanitatem ægri. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Reddere ſanitatem veram. Celſ. lib. 8. cap. 2.

Reddita ſanitas. Celſ. lib. 5. cap. 20.

Metri ſanitas. V. METRUM.

Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit, ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & verecundiam oratoris probat. Cic. de Clar. Orat. 283. V. Succus orationis, in SUCCUS.

Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem, perdidit. Cic. de Clar. Orat. 51.

Qui incorrupta ſanitate ſunt, quod eſt proprium Atticorum. Cic. de Opt. gen. Orat. 8.

Animi ſanitas. Cic. 3. Tuſc. 9. Ita fit ut ſapientia ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania eademque dementia.

Sanitas, Abſolute ſæpiſſime, pro Bono ſtatu mentis, & Animo quieto ac tranquillo. Cic. 12. Fam. 10. Quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Cal. Septemb. poteſtas facta eſt.

Suum quemque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat. Cic. in Piſon. 46.

Alienus a ſanitate. Cic. pro Sull. 83. Adeone vobis alienus a ſanitate, adeo oblitus conſtantiæ meæ, adeo immemor rerum a me geſtarum eſſe videor?

SANITAS Dea, cujus teſſara, ſeu ſymbolum ab Alexandro illo Magno tribunis datum legitur, ut eorum veſtibus inſueretur. Lilius Syntag. 1. Hiſtoriæ Deorum. [Niſi eſt Hygea, ſeu Salus.

SANO, [σώζω, θεραπεύω, Cl. L. G. & ὑγιάζω, ἰάομαι G. L.] āre. Sanum facere. Cic. 4. Tuſc. 81. Citiuſque repentinus oculorum tumor ſanatur, quam diuturna lippitudo depellitur.

Corpora vix ferro quædam ſanantur. Ovid. Rem. Amor. 587.

Medicina ſanat dolores. Propert. lib. 2. 1. 57.

Carmine & herbis ſanare. Ovid. 10. Met. 397.

Vulnera ſanare. Ovid. 1. de Pont 3. 22.

Sanare vulnera Reipublicæ; per tranſlationem. Cic. 4. de Finib. 66.

Remediis ſanare vulnera. Cic. 7. Verr. 121. Qui te exiſtimares, avaritiæ vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare.

Animos ſanare & mentes conſolatione. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 38. Idem 1. Bell. Civil. cap. 35. conf. infra.

Cotes ſanare. Tibull. lib. 2. 3. 13.

Dolorem levare, minus quam ſanare. Cic. 5. Fam. 16. Quæ levare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet.

Malum ſanabant vina. Propert. lib. 3. 17. 10.

Malum nativum ſanare. Cic. pro Domo 12.

Rempublicam ægram & labentem ſanare & confirmare. Cic. pro Milon. 69.

Sanare, Ad ſanam mentem perducere. Cic. 2. in Catil. 17. Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare Reip.

Sanor. Lucret. lib. 3. 509

Et quoniam mentem ſanari, corpus ut ægrum,

Cernimus, &c.

Domi ſanata diſcordia. Liv. 2. 32.

Sanari eſt ad conſilium redire. Cæſar lib. 1. de Bello civili. Uti majore ſpatio temporis interjecto, militum mentes ſanarentur. Et ſic identidem. Bud. H. St. Exſtant cap. 30. ante.

SANĀTOR, ōris. m. [ἰατήρ] Vulg. Interp. Exod. 15. 27. Ego Dominus ſanator tuus.

SANĀTIO, ōnis f. [ἴασις] Cic 4. Tuſc 35. Eorum igitur malorum in una virtute poſita ſanatio eſt. Ibid 60. Hæc eſt propria, & certa ſanatio, ſi doceas, &c.

SANĀBILIS, e. Adj. [ἰάσιμος Gl. C. L.] Quod facile ſanatur. Cic 4. Tuſc. 80. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut invidi, aut tale quid, ii ſunt ejuſmodi, conſtituti quaſi in mala valetudine animi, ſanabiles tamen.

Genus vulneris ſanabile. Ovid. 2 de Pont. 2. 59.

Vulnus ſanabile. Ovid Rem. Amor. 101.

SANESCO, [ὑγιαίνομαι] ĕre. Sanum fieri. Columel. lib. 8. cap. 7. Sed vulnera facta igne, dum ſaneſcunt, defricare bubula urina convenit. Plin. lib. 17. cap 23. Diu enim dolent talia quoque ulcera & difficile ſaneſcunt. Adde Celſ. 3. 18. & 5. 26.

Saneſcere pro Sanari identidem Celſus dicere ſolet, & de morbo & de homine. Bud. H St. V. loc. præced. & CONSANESCO.

SANATES, V. in ſuo loco.

S A O

SAOCONDARIUS Caſtor, [Σαωκονδάριος] qui regiam habuit ad amnem Sangarium Phrygiæ, ut auctor eſt Strabo lib. 12

SAON, [Σάων] vel SAOCE, [Σαώκη] Mons Samothraces inſulæ apud Plin. lib. 4 cap. 12. Attollitur monte Saoce decem M. paſſ. importuoſiſſima omnium.

SAOS, fl. V. SAVUS.

S A P

SĂPA, æ. f. [ἕψημα, Gl. L. G.] a Sapiditate dicitur; & eſt Muſtum coctum ad mediam, vel tertiam partem, de quo Plin. lib 23. cap 2. Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſupereſt. Ex albo hoc melius. Idem lib. 9. cap. 56. de cochleis, Quin & ſaginam earum commentus eſt ſapa & farre, aliiſque generibus. Varro lib. 3. de R. R. cap. 14.

Sapa, inquit Nonius 17. 14. quod nunc Mellacium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum. Varro de Vita pop. Rom. lib. 1. Sapam appellabant, quod de muſto ad mediam partem decoxerant. hæc Nonius, conf. DEFRUTUM.

Purpurea ſapa. Ovid. 4. Faſt. 778.

SĂPÆI, [Σαπαῖοι] Populi ſunt in Thracia. Plinius lib. 4. cap. 11. Inter Eletos, Diobeſos, Carbyleſos, inde Bryſas, Sapæos. Ovid. 1. Faſt. 389.

Eſta canem vidi Triviæ libare Sapæos.

SĂPERDA, æ. m. [σαπέρδης] Saperdæ, inquit Nonius 2. 823. quaſi Sapientes ac elegantes. Varro Modio, Omnes videmur nobis eſſe belli, feſtivi, ſaperdæ, quum ſimus copriæ: ut legit Lipſius; i. e. Scurræ, ut exponit Scaliger. V. Voſſ. Inſtit. Or. 5. 5. 1. vel σαπροί, i.e. Putidi, ut legit & exponit Junius, cum eoque Mercerus. [Forte Σαπέρδαι quam ſimus σαπροί, conjuncte legendum. q. d. Piſciculi putidi, vel Nugatorii. Nam quemvis ſale conditum piſcem eo nomine comprehendi docet Etymologus. Saperda, [σαπέρδης] eſt Ponticum (inquit Cæl Rhodig. lib. 13. cap. 26.) obſonium. Perſ. 5. Sat. 134.

—ſaperdam advehe Ponto. Athenæus lib. 7. Saperdam appellat Coracinum. Photion Saperdam pro Apua inveterata arundini inſerta uſurpat. item pro Succidia & lardo.

SAPERDION, [Σαπέρδιον] cognomen alterius Phrynes meretricis. Cæl Rhod. lib. 14. cap. 15 Scribit Apollodorus Phrynas fuiſſe duas: quarum alteram Cleuſigelora cognominarunt, Saperdion alteram. Ex Athen. lib. 13.

SAPHAR, Urbs regia Arabum, apud Plin. lib 6 cap. 23.

SAPHON, onis. m. Funis in prora poſitus ut ex Cæcilio habet Iſidor. 19. 4.

SAPHICUS, V. SAPPHICUS.

SAPIENS, SAPIENS, SAPIENTIA. V. SAPIO.

SAPINOS, Gemma ex genere Iaſpidum. Plin. lib. 37. cap. 9. Dilutior ex eodem ſapinus vocatur.

SAPĪNUS, i. f. [πίτυς] Plin. lib. 16. cap. 39. Abietis quæ pars a terra fuit, enodis eſt: hæc qua diximus ratione fluviata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa duriorque, fuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opaciſque: ſpiſſiores ex apricis & diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. conf Vitruv. 2. 9 & Varr. de R. R. 1. 6. [Videtur primam longam habere, quum in Gloſſ. Lat. Græc. geminetur littera, Sapinus, πίτυς. Sappinus, πεύκη. At in Græc Lat. Πίτυς. Pinus. Πεύκη, Larix, Pinus, Tæda. Quaſi nihil diſtaret a Pino, & Picea, quæ Abies rubra Botanicorum, Mas Theophr. & forſan Sapinus nigra Catoni R. R. cap 31. Pro Plinio, qui, non arboris ſui generis, ſed Materiæ abiegnæ nomen eſſe docet, conſuetudo Gallorum ſtat, quibus adhuc *Sapinum* Abies dicitur.

SAPINĔUS, a, um. Adj [ἐλάτινος] Columel. lib. 12. cap. 5. Alii nucibus ſapineis ardentibus idem efficiunt. conf. Vitruv. 2. 9.

SĂPIO, īvi vel ii, itum, vel (quod frequentius) ui, itum, [χυμίζω] ĕre. Proprie pertinet ad ſenſum guſtûs: diciturque res ipſa ſapere, quæ aliquem habet ſaporem. Juven. 11. Sat. 81.

Qui meminit, calidæ ſapiat quid vulva popinæ.

Jucundiſſime ſapit. Columel. lib. 7. cap. 8.

Mare ſapit. Plin lib. 14. cap. 7.

Oleum male ſapiet. Cato de R. R. cap. 66.

Palatus ſapit. Cic 2. de Finib. 24. Nec enim ſequitur ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. h. e. De ſaporibus recte judicet.

Sapio, interdum refertur ad odorem: ut apud Plinium 13. 3. cum dicuntur jucundiora unguenta eſſe, quæ terram ſapiunt, quam quæ crocum. i. e. Redolent. Plaut. Pſeud. 2. 4. 47.

Sed iſtic ſervus, ex Caryſto hue qui advenit, quid ſapit?

CH Hircum ab alis. Editi habent, Uſque a cunabulis, nullo aut inepto ſenſu. Turnebus.

Sapio, [νοῶ, φρονῶ Gl. L. G.] ad animum ſæpiſſime transfertur, pro Sapientem eſſe, ſeu Rectam ſententiam vel opinionem habere. Ter. Adel. 3. 3. 32.

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt

Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,

Proſpicere. Ibid. 5. 3. 41.

—video,

— video, eos ſapere, intelligere, in loco
Vereri, inter ſe amare. Cic. 14. Fam. 1. Nam quid ego de Cicerone dicam? qui quum primum ſapere cœpit, acerbiſſimos dolores miſeriaſque percepit.
Intelligere & Sapere. Cic. 2. Off. 48. Quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere plus quam ceteros arbitrantur.
Nemo mortalium omnibus horis ſapit. Plin. lib. 7. cap. 40.
Pectus ſapit illi. Plaut. Bacch. 4. 4. 12.
Rem ſuam ſapit. Plaut. Pſeud. 1. 5. 81.
Deſiſte, recte ego meam rem ſapio, Calliphe. h. e. Scio quid mihi agendum ſit.
Semitam ſibi ſapere. Cic. 1. de Divin. 133.
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. Ex poëta.
Sapiunt male miſeri. Plaut. Merc. 4. 6. 8.
Sapere pleno pectore. Plaut. Epid. 2. 2. 102.
Sapitis plus, vel ſatis. Plaut. Epid. 2. 2. 77. Idem Trin. 3. 2. 20.
Sapere recta. Cic 14. Att. 5. Nam iſta quidem Cæſaris libertorum conjuratio facile opprimeretur, ſi recta ſaperet Antonius.
Sapere ad. Plaut. Perſ. 2. 3. 28. Sapis multum ad genium. h. e. Noſti probe curare cuticulam & indulgere genio. Plaut. Truc 4. 4. 1.
Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam.
Aliquid ſapere. Cic. 7. Fam. 29. Quanquam quis, qui aliquid ſapiat, nunc eſſe beatus poteſt?
Nihil ſapere. Cic. 2. de Divin. 81. Idem 1. Verr. 33. Hic plane nihil ſapit.
Per ſe ſapere. Hor. in Arte Poet. 367.
Sapivi, pro Sapui antiquis. Novius Virgine prægnante, Quando ego plus ſapivi, qui fullonem compreſſi quinquatribus. V. Nonium 10. 31.
Sapiſti, Præterit. Martial. lib. 9 6.
Nubere vis Priſco, non miror, Paula, ſapiſti.

Sapiens, entis, Adj. ex Partic. [σοφὸς, φρόνιμος. Gl. L. G.] Qui ſapit. Cic. 2. Off. 16. Ut enim quiſque maxime perſpicit, quid in re quaque veriſſimum ſit, quique & acutiſſime, & celerrime poteſt videre & explicare rationem, is prudentiſſimus & ſapientiſſimus rite haberi ſolet. Idem pro Cluent. 84. Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.
Miſera mors ſapienti non poteſt accidere. Cic. 4. in Catil. 3.
Sapiens ad. Cic. 10. Philipp. 17. Quis aut ſapientior ad conjecturam rerum futurarum?
Ad normam alicujus ſapiens. V. NORMA.
Facere ſapientem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Formare ſapientem Quintil. lib. 1. cap. 10.
Judicatus ſapiens. V. JUDICO.
Dictum ſat ſapienti. Plaut. Perſ. 4. 7. 19.
Ætas ſera & ſapientior. Ovid. 1. de Arte Am. 65.
Conſilium ſapiens. Ovid. 13. Met. 433.
Excuſatio ſapiens. Cic. 1. Att. 16.
Mores ſapientes. Plaut. Rud 4. 7. 25.
Nutrices ſapientes Quintil. lib. 1. cap. 1.
Populus ſapiens. Hor. 2. Epiſt. 1. 18.
Puella ſapiens. Ovid. 10. Met. 622.
Vir bonus & ſapiens. Hor. 1. Epiſt. 7. 22.
Sapientes κατ' ἐξοχὴν apud Græcos memorantur ſeptem, Cleobulus, Solon, Chilo, Pittacus, Thales, Bias, Periander, quorum multæ ſunt ſententiæ, quas leges vitæ vocat Quintil. 5. 11. Lactantius 4. 1. tamen eos ſibi ſapientum nomen tribuiſſe affirmat. conf. Cic. de Amic. 6.
Sapiens cognomento dictus eſt C. Lælius. Cic. l. c. & de Senect 5.

Sapientia, æ. f. [σοφία, φρόνησις, Gl. L. G.] in primo ſenſu ad ſenſus corporeos pertinet, & de Sapore dicitur. Sic luſit in hac voce, ut quidam volunt, Ter. Adel. 3. 4. 72.
Hoc ſalſum, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum:
Illud recte: iterum ſic memento: ſedulo
Moneo, quæ poſſum, pro mea ſapientia. Sed plerumque ad animum refertur, & eſt (ut ait Cic 4 Tuſc 57.) Rerum divinarum & humanarum ſcientia cognitioque, quæ cujuſque rei cauſa ſit. conf. Idem 2. Off. 5.
Princepſque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Cic. 1. Off. 153.
Ita fit, ut mater omnium bonarum rerum ſapientia ſit: a cujus amore, Græco verbo Philoſophiæ nomen invenit. Cic. 1. de Legib. 58.
Sapientia, hominis cuſtos & procuratrix. Cic. 4. de Finib. 1.
Sapientia, moderatrix omnium rerum. Cic. 1. de Invent. 5.
Doctores ſapientiæ, pro Philoſophis. Tacit. 14. Ann. 16.
Præcepta ſapientiæ. Quintil. lib. 1. cap 4.
Profeſſores ſapientiæ. Quintil. in procem. lib. 1. de philoſophis.
Studia ſapientiæ. Tacit. 14. Ann. 56.
Sapientia cuſtodiendæ civitatis, Politices ſcientia. Cic. 2. de Orat. 154.
Cæleſtis ſapientia. Hor. 1. Epiſt. 3. 27.
Compoſitiſſima ſapientia. Plin. lib. 18. cap. 3. in fine; qui locus nunc aliter legitur.
Conſummata ſapientia. V. CONSUMMO.
Erudita ſapientia. Cic. Philipp. 13. 6. Næ ego iſtam eruditam ſapientiam non audiam.
Fracta ſapientia cadat. Ovid. 5. Triſt. 12. 13.
Inops dicendi ſapientia. V. INOPS.
Inſaniens ſapientia Epicureorum. Hor. 1. Carm. 34. 2. Oxymoron.
Oſcitans & dormitans ſapientia. Cic 2. de Orat. 144. Iſtam oſcitantem & dormitantem ſapientiam, Scævolarum & ceterorum beatorum otio concedamus. Sapientiam vult accipi Juriſprudentiam. Oſcitantem & dormitantem, quia languet otio, domique ſecum manet. Signum languoris & ſecuritatis eſt oſcitatio. Significat Juriſconſultos non agitari remotu forenſium cauſarum dictionumque, quibus inſudant caulidici: ſed in otio ſecuraque tranquillitate de jure conſulentibus domi reſpondere.
Par ſapientis. V. PAR.
Perverſa ſapientia Tuberonis. Cic. pro Muren. 75.
Compilare ſapientiam alicujus. V. COMPILO.
Sapientiam pro Judicio videtur ponere Cic. in Orat. 70 Sed eſt eloquentiæ, inquit, ſicut reliquarum rerum, fundamentum ſapientia. Ut enim

in vita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quam quid deceat videre. πρέπον appellant hoc Græci, nos dicamus ſane decorum Certe multa ſunt vocabula, quæ Cicero pro Animi ſagacitate uſurpat: ut, Prudentia, Sapientia, Judicium, Conſilium. Ratio, Intelligentia, Mens & nonnulla alia, quæ ſæpenumero idem ſignificant; ut non mirum ſit hoc loco Sapientiam pro Judicio poni. Eſt igitur Judicium. Eloquentiæ fundamentum: ſicuti etiam reliquarum rerum omnium. Nam ſi quis judicio careat, non tantum infans erit, ſed etiam omnia perquam inſipienter tractabit. Hanc interpretationem plurimum juvant ipſius Ciceronis verba præcedentia. [Et Horatii imitatio in Arte v. 309.
Scribendi recte ſapere eſt & principium & fons.

Sapientiālis, e. Adj Sapientia pollens. Tertull. de Anim. 15. Summus in anima gradus vitalis & ſapientialis.

Sapientipŏtens, Adj. [σοφοδύναμος] Cic 2. de Divin. 116. Poſtremo quanquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Æacidarum, bellipotentes ſunt magis quam ſapientipotentes, tamen hanc Amphiboliam verſus intelligere potuiſſet.

Sapienter, Adv. [σοφῶς] Plaut. Men. 5. 7. 2.
Vitam ſapienter inſtituere. Ter Andr. 1. 1. 40.
Fallaciter & Sapienter, contraria Cic. pro Domo 77. Quia jus a majoribus noſtris, qui non ficte & fallaciter populares, ſed vere & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, &c.
Agendum ſapienter. Ovid. 13. Met. 377.
Amare ſapienter. Ovid. 21. Epiſt 57.
Facere ſapienter. Cic. pro Roſc. Amer. 70.
Facere aliquid ſapienter & fortiter. Cic. 1. Fam. 7.
Monere ſapienter Cic. 3. de Finib
Uti ratione ſapienter. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Compar. Cic 2. Fam 6. Nemo eſt, qui tibi ſuadere ſapientius poſſit te ipſo.

Sapor, ōris. m. a Sapio, [χυμὸς, γεῦσις. Gl. L. G. & G. L.] Qualitas illa, quæ lingua ſive guſtu deprehenditur. Interdum etiam ipſe Senſus, quo aliquid ſapimus, vel quale ſit dignoſcimus. i. e. Guſtus. Plin. lib. 15. c. 27. Interim quæ ſunt communia & pomis omnibuſque ſuccis ſaporum genera, tredecim reperiuntur, dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus, &c. Cic 3 de Finib 34. Ut enim mel, etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur
Sapor oris. Plin. lib. 30. cap. 4. Oris ſaporem commendari. [ſive Emendari.
Acumen ſaporis. V. Acumen in ACUO.
Acidulo ſapore jucunda pira. Plin. lib 15. cap. 15.
Aſper in ore ſapor. Virg. 4 Georg 277. Plin. lib 2. c. 100. Sapor maris aſper.
Aſperrimus ſapor. V. ASPER.
Calidus ac vinoſus ſapor. V. Calidus, in CALOR.
Cerealis ſapor. V. Cerealis, in CERES.
Cibarius ſapor V. CIBUS.
Dulcis ſapor. Hor. 3. Carm. 1. 19.
Durus ſapor. Virg. 4. Georg. 102.
Ferruginei ſaporis aqua. Plin. lib. 31. cap. 2. V. FERRUM.
Fœdus ſapor. Lucret. lib. 2 401.
Horridus ſapor. Plin. lib. 3. cap. 13.
Ingrati ſaporis caſeus. V. INGRATUS.
Infirmi ſaporis vinum. V. INFIRMUS.
Inimitabilis ſapor Quintil lib. 2. cap. 10.
Jucundus ſapor. V. JUCUNDUS.
Medicatus ſapor. V. MEDICO.
Mulſeus ſapor. V. MULSUM.
Salſi ſaporis humor. Lucret. lib 6. 928.
Tardus ſapor Virg 2. Georg 126.
Triſtis ſapor. Ovid 4. Triſt. 6. 12.
Vinoſus ſapor. Plin. lib. 12. cap. 13.
Adjudicare ſaporem. V. ADJUDICO.
Capi aliquo ſapore. Cic. pro Cœl. 42.
Conſpurcare tætro ſapore omnia. Lucret. lib. 6. 22.
Donare ſaporem durum. Virg. 4. Georg. 102.
Imbuere ſapore. Quintil. lib. 1, cap. 1.
Infuſcare ſaporem. V. INFUSCO.
Noſſe ſaporem. V. NOSCO.
Perficere ſaporem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Redolere ſaporem, Translate. Quintil lib. 6. cap. 3. Atticiſmus, redolens Athenarum proprium ſaporem. conf. SAPIO.
Sapor, per tranſlationem, pro Jucunditate ſermonis. Cic. de Clar. Orat. 172. Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo. Budæus. V. Urbanius recinere & reſonare, in URBS.
Sermonem habere non publici ſaporis. Petron. cap. 3.
Sapor item, pro Sapientia. Arnob. 1. Quiſquamne eſt hominum rationis alicujus ſapore contactus. Et Ennod Epigr. 13.
Tu mea vel ſenii perfundis corda ſapore. conf. Barth. Adverſ. 43. 19.

Sapōro, āre. Sapore imbuere. Petr. Chryſol. Serm. 15. Chriſtus in nuptiis aquas ſaporavit in vinum.

Saporātus, a, um. Petron. Fragm. p. 675. Burm.
Mille ſaporatam medicatis frugibus offam. Haud multum differt ab illo Virg. 6. Æn 420.
Melle ſaporatam & medicatis frugibus offam
Objicit. ſed alii legunt Soporatam: de qua lectione V. Turnebi Adverſ. 28. 45. & 29. 6. V. in SOPOR.
Saporatos cibos dixit Ammian. 3 8.
Pulmenta bene ſaporata. Tertull. de Spectac. cap. 27.
Comparativo uſus eſt Arnob. 5. Ex ſanguine ſaporatiore genus ducunt.

Sapōrus, a, um. Adj Lactant. 3. 16. extr. vocat Piper & Palmas, merces ſaporas, Tanquam, inquit, ſapientia cum ſaporis mercibus fuerit invecta. [Ubi Genitivum ego ſing. eſſe puto vi Saporis. Sed exſtat apud Prudent. 4. Cathem 94.
Nil eſt dulcius ac magis ſaporum.

Saporōſus, a, um. aliud Adj. Conſtant. Afer. de Febr. cap. 4. Sanguis eſt omnibus elementis ſaporoſior. [Hinc Gallorum ſavoureux.

Sapĭdus, a, um. Adj. Quod gratum habet ſaporem Apic 9. 10. Jus ſapidum. & cap 11. Piſces ſapidiores. conf Apul. Met. 2 p. 117. Elm. Attamen barbaram eſſe hanc vocem cenſet Voſſius. V. Borrich. Cogit. p. 212.

Sapĭde, Adv. Superl. apud Apul. Met. 8. extr. Femur ſapidiſſime concoctum.

Sapīres, [Σάπειρες] Stephano, Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, Σάβειρες dicuntur. Orphæus in Argonauticis 753. Sapiri a quibuſdam appellantur.

Săpis, is. m. Fluvius Italiæ in Flamminia prope Cæſenam urbem. Plin. lib. 3. cap. 15.

Eſt & Sapis, Galliæ Ciſalpinæ fluvius Senogalliam urbem ſubterlabens, juxta quem & Iſaurus fluit. Lucan. lib. 2. 406.

Cruſtumiumque rapax & junctus Sapis Iſauro. adde Sil. 8. 450. [Idem qui ſuperior fluvius eſt, nec Junctus hic proximitatem indicat, verum ad omnea, quos ibidem recenſet Lucanus, Italiæ fluvios jungendum, & hunc cum Iſauro dicit.

Săpium, vel Sappium, i. n. Picis genus. Plin. lib. 16. cap. 12. Inter hæc genera proprium quidam fecere ſapium, quoniam ea cognationem earum ſeritur, qualis dicta eſt in nuceis. V. not. Hard. [An Sappinium.

Saplūtus, V. zaplutus.

Sapo, onis. m. pr. dub. [σάπων Gl. G. L.] Plin. lib. 28 cap. 12. Prodeſt & ſapo: Gallorum hoc inventum rutilandis capillis, ex ſevo & cinere. Optimus fagino & carpino duobus modis, ſpiſſus ac liquidus: uterque apud Germanos majore in uſu viris, quam feminis.

Sapor. V. sapo.

Sapphīrus, i. f. [σάπφειρος] Lapis pretioſus cæruleus opacus. Plin. lib. 37. cap. 9. Sapphirorum, æquo cum purpura, optimæ apud Medos, nuſquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles ſcalpturæ intervenientibus cryſtallinis centris. Quæ ſunt ex iis cyanei coloris, mares exiſtimantur. conf. Dioſc. 5. 100. Tertull. adv. Marc. 2. 10. [Differt a Sapphiro juniorum Sapphirus Plinii. Forſan eſt Lazuli dictus lapis officinis.

Sapphirīnus, a, um. Adj. [σαπφείρινος] ut, Lapis ſapphirinus. Plin. lib. 37. cap. 9. De Cyano loquens, Ineſt ei aliquando & aureus pulvis, non qualis in ſapphirinis. In ſapphiris enim aurum punctis collucet cæruleis.

Sapphirātus, a, um. Adj. [σαπφειρωτός] Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius 2. Epiſt. 10. Ac ſi ſub verſicoloribus figuris vernans herbida cruſta ſapphiratos.

Sapphō, ûs. f. [Σαπφώ] Nomen mulieris vatis. Unde Sapphici verſus appellati. Ferunt autem nonnulli fuiſſe duas hoc nomine, quarum una Ereſia, quæ & antiquior Lyrica: qua tempeſtate Alcæus claruit, Steſichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii Priſci. Ea plectrum prima invenit. Scripſit Lyricos modulos. Epigrammata, Elegeia, Iambos, & Monodias. Altera Mytilenæa, longe junior, cujus pulcherrimum opuſculum ad amicum Phaonem extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, ut merito nona inter Lyricos poetas annumeretur. V. Suid. Ælian. V. H. 12. 19. Strab. lib. 13. & Hor. 2. Carm. 13. 25. In eam extat Antipatri Sidonii epigramma in Anthologia cap. ξζ. 9. E junioribus V. Tanaq. Faber de Poet. Græc. Perizon. ad Ælian. l. c. & Fabric. Bibl. Græc. Vol. 1. p. 589.

Maſcula Sappho. Hor. 1. Epiſt. 19. 28.

Lesbia Sappho. Ovid. 2. Triſt. 365.

Sapphĭcus, a, um. Adj. [Σαπφικός] ut, Carmen Sapphicum. Diomed. p. 508.

Muſa Sapphica. Catull. ad libellum, 35. 17.

Sapros, pr. com. [σαπρός] Nugatorius, nugax, fœdus in Gl. G L. exponitur. Sed & Putrem denotat, unde de caſeo loquens Plin. lib. 28. cap. 9. Sapron, inquit, vocant, qui cum ſale & ſorbis ſiccis e vino tritus potuſque medetur cœliacis.

Saprophăgus, i. m. [σαπροφάγος] Qui ſaprum devorat. Martial. lib. 3. 77.

Neſcio quod ſtomachi vitium ſecretius eſſe

Suſpicor: ut quid enim Bætice ſaprophagis? [Græce ſcribendum σαπροφαγεῖς, ut ſit ſecunda præſ. Indic. a Σαπροφαγέω, Putribus veſcor, nequaquam vero nomen. Explicationem pete ex ſuperiore Plin. loco. An Ad quid enim?

Sapsa, a veteribus dictum eſt pro Ipſa, vel Seipſa. Ennius,

Quæ res ſapſam loco ſeſe oſtendat. conf. sas.

Sapula, æ. f. λάμβα in duobus Gloſſ. Lat. Gr. Piſcis genus.

S A R

Saraballum, i. n. Veſtis erat Parthorum fluxior. Hieronymus in Danielem. [Puto eſſe dict. ſeq. diminutivum Saraballium, Σαραβάλλιον.

Sarabara, ōrum. n. pl. [σαράβαρα] Veſtis erat Medica fluxa. Alii interpretantur crurum Operimenta & indumenta. Ejus mentio apud Septimium Florentem de Pall. cap. 4. Monuit Turneb. 7. 20. V. Salmaſ. not. p. 325. Suid. & Heſych.

Saraca, [Σάρακα] Ptolemæo lib. 6. cap. 2. Oppidum in mediterraneis Mediæ. Steph. in Arabia collocat.

Eſt & Ptolem. lib. 5. cap. 10. Sarace civitas In Colchide.

Sărăcēni, ōrum. m. pl. [Σαρακηνοί Suid.] Arabum gens, vaga & inculta. Sarraceni Steph. q. V.

Sarangæ, Populi ſunt Caucaſi juga incolentes apud Plin. lib. 6. cap. 16.

Sarapani, Populi ſunt Colchidis, de quibus ſic ſcribit Strabo: Navigatur autem uſque ad Sarapanos, quæ munitio urbis habitatores recipere poſſet. Strabo lib. 10.

Saraparæ, Populi ſunt circa Caucaſum, non procul ab Hyrcano: Plin. lib. 6. cap. 16.

Sărāpis, V. serapis.

Sărāpūs, ŏdis. m. [σαράπους] Homo latos pedes habens, qualem Alcæus Pittacum fuiſſe refert. A naturæ quippe deformitate multi cognomina ſua traxerunt. Alex. ab Alex. lib. Genial. Dier. 2. cap. 18. ex Suid.

Sarasa, Urbs Parthorum quos Carduchos appellabant. Strabo lib. 16.

Sarbastes, V. sabbastes.

Sarbonis, idis. Lacus in Ægypto extrema apud Strabonem lib. 1.

Sarcasmus, i. m. [σαρκασμός] Latine dicitur Jocus cum amaritudine: ut apud Virg. 2. Æn. 547. — referes ergo hæc, & nuntius ibis

Pelidæ genitori: illi mea triſtia facta,

Degeneremque Neoptolemum narrare memento. V. Suid.

Sarcima, æ. V. sarcio.

Sarcio, ſi, tum, [ἀνασκευάζω Gl. L. G.] Ære eſt Integrum facere, inquit Feſtus. Proprie eſt Veſtes conſuere. Transfertur tamen etiam ad alia. Plin. lib 11. cap. 10. Apes ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciendum. Cato R. R. cap. 31. pr. Vimina matura: ſalices per tempus legantur, uti ſit unde corbulæ fiant, & veteres ſarciantur. conf. 23. pr.

Sarcire, Rependere beneficium. Cic. 13. Fam. 62. Primum tibi ago gratias, &c. deinde impudentia proſequor, ſed idem ſarciam.

Damna ſarcire, Reparare. Columel. lib. 9. cap. 15.

Detrimentum ſarcire, Reſtaurare. Cæſ. 1. Bell. Civil. 45. Dum ſarcire acceptum detrimentum volunt, temere inſecuti fugientes, &c.

Fideicommiſſum ſarcire. Ulpian. in l. Fideicommiſſa. §. ſi quis alicui decem. ff. de legat. 3.

Infamiam ſarcire, Delere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 74.

Ruinas ſarcire generis lapſi. Virg. 4. Georg. 449.

Uſuram longi temporis, magnitudine officiorum ſarcire. Cic. 3. Fam. 1. Quod cum ita ſit, perficiam profecto, ut longi temporis uſuram, qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam.

Sartus, a, um. Partic. [ἐπισκευασθείς] ut, Male ſarta gratia nequicquam coit. Hor. 1. Epiſt. 3. 31.

Sarta tecta vocabantur, auctore Feſto, Opera publica, quæ locabantur, ut integra præſtarentur.

Sarta tecta exigendi cura ad Cenſores ſpectabat, Interdum etiam ad Ædiles, raro ad Prætores, nec niſi quum Senatus decreverat. Cic. 3. Verr. 128. In ſartis tectis vero quemadmodum ſe geſſerit. Ibid. 130. Quum L. Octavius C. Aurelius Conſules ædes ſacras locaviſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere, neque ipſi, neque ii Prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos & M. Ceſius: factum eſt Senatuſconſultum, quibus de ſartis tectis cognitum & judicatum non eſſet, uti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoſcerent, & judicarent. Idem paulo poſt, 131. Quæſivit quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. Et rurſus, Monumentum illa amplitudine, illo opere, quamvis ſartum tectum, integrumque eſſet: tamen aliquid ſe inventurum, in quo moliri prædarique poſſet, arbitrabatur. Ex cujus orationis lectione, facile intelligimus quomodo ſarta tecta locari ſolerent exigique. Hæc Budæus. [At hic coſſ. exigunt Gloſſ. Lat. Græc. Sarta tecta ὑπεργεῖσθαι. Scribendum, ὑπεργεῖν.

Cenſores ſarta tecta acriter & cum ſumma fide exegerunt. Liv. 29. 37. Idem 42. 3. Cenſorem moribus regendis creatum, cui ſarta tecta exigere ſacris publicis, & loca tuenda more majorum traditum eſſet.

Quibus ſarta tecta ædium ſacrarum locorumque communium tueri poſſunt. Cic. 13. Fam. 11.

Dicitur interdum cum conjunctione, Sarta tectaque, & Sartum & tectum, quum plena eſt locutio, quomodo Cicero ſæpe uſus eſt. Budæus. [Cic. 3. Verr. 136. Verum etiam in iis ſartis tectiſque dominatu eſt. Ubi Aſcon. Addidit que, ut eſſet plenum dictum. Nam ſarta tecta dicuntur.

Sartum tectum habere aliquid, per translationem eſt Integrum & incorruptum ſervare. Budæus. Nonnunquam & cum præpoſ. a. V. poſt.

Sartum & tectum Cic. de homine. H St. Vide locum ex 13. Fam. infra.

Utuntur & hac locutione antiqui metaphoricôs. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Si igitur aliquo tempore his hominibus conſuluiſtis, quorum animus eſt religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque proſpicere, qui numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſervavi, & vos ut tutam tranquillamque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia. Quo tamen in loco, non Periculo, ut in omnibus exemplaribus legitur, ſed Piaculo lego: hoc ſenſu, ut Cic. ſignificet animum ſuum integrum intactumque ab omni piaculo conſervaſſe: id eſt indigno facinore & gravi aliqua pœna expiando, ac nihil in ſeſe ſceleſtum admiſiſſe. Idem 13. Fam. 50. Hoc mihi da atque largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumque conſerves. Plaut. Trinum. 2. 2. 36. joculari metaphora uſus eſt,

Sarta tecta tua præcepta uſque habui mea modeſtia. h. e. Omnibus numeris obedientiæ tibi parui: unguem latum, aut digitum tranſverſum, a tuis præceptis non diſceſſi. Budæus.

Sarte, Adv. Feſtus, Sarte in Auguralibus pro Integre ponitur, Sane, ſarteque audite videreque.

Sartor, ōris. m. [ἠπητής] Non. 1. 24. Sartores dicti, non ſolum a ſarciendo, verum etiam a ſarriendo. Plaut. Capt. 3. 5. 3.

Sartor, ſatorque ſcelerum & meſſor maxume. Et in ſubſequentibus aperuit. V. loc. & infra in sarrio.

Sartrix, īcis. f. apud Frontonem.

Sartūra, æ. f. Refectio, inſtauratio. Columel. 4. 26. Jugo, ſi non erit opus nova ſartura, recentia vincula inſerantur. conf. in sarrio.

Sarsūra, æ. f. Idem. Varr. R. R. 3. 9. Ego quæ requiro, ſarſuræ, aſſuræ, membra de palumbis. V. Turnebi Adverſ. 24. 22. al. Farſuræ. conf. Aſſuta, in assuo.

Sarcĭna, æ. f. [φορτίον ὁδοιπορικόν Gl. L. G.] a Sarcio derivatur, ut ait Perottus: & proprie Utenſilium eſt, & earum quæ ad cultum, ad ornatum, & ad reliquum uſum pertinent, veluti Faſcis, quem quis in itinere faciendo portare poſſit. Plaut. Moſtel. 2. 1. 83.

Unde advenienti ſarcinam imponam ſeni.

Fida ſarcina. Propert. lib. 4. 3. 46.

Magna ſarcina. Ovid. 3. Epiſt. 68.

Conſtringere ſarcinam. Plaut. Trin. 3. 2. 93.

Sarcinæ pl. Σκεύη ὁδοιπορικά, τίρμα. Gloſſ. Lat. Græc. Et Græc. Lat. Σκεύη ὁδοιπορικά, Sarcinæ, ſingulare non habet. [Nam fere de Militum onere, qui Sub ſarcinis eſſe dicuntur, dum iter faciunt. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 17. Hanc (legionem) ſub ſarcinis adoriri. Quod Metaphr. Græc. reddit, ἐν τοῖς σκευοφόροις ἐπιθέσθαι.

Colligere ſarcinas dicuntur milites, Quum caſtra movere volunt: & qui in aliam domum immigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent. [Immo Vaſa colligere id eſt. Colligere vero ſarcinas ſolebant, inſtante pugna. Sall. Jugurth. 97. Et ipſi hoſtes aderant, & priuſquam exercitus aut inſtrui, aut ſarcinas colligere, denique antequam ſignum ullum accipere quivit, equites &c. Tranſlate tamen in priore ſignificatione poſuiſſe videtur Varro 1. de R. R. pr. Annus enim octogeſimus admonet me, ut ſarcinas colligam, antequam proficiſcar e vita.

Conjicere ſarcinas in medium. V. conjicio. conf. Liv. 8. 11.

Sarcinas etiam vocamus Res noſtras domi, ciſtis capſiſque compoſitas. Quintil. in Paſtu cadaverum, Jacent relictæ ſine herede ſarcinæ. Hæc ex Valla lib. 4. cap. 49.

Sarcĭnas, ātis. neutro genere dixit Plaut. Moſtel. 3. 2. 83.

Quid ſarcinatis ecqua eſt, ſi umbram non habes? De hac voce varia eſt Auctorum opinio. V. Interp. in loc. In emendatis codd. Sarſinatis, V. in sarsina.

Sarcĭnŭla, æ. f. dimin. [λωποδύτιον] Juven. 3. Sat. 161.
Aptæ ſarcinolæ, & expeditæ. Catul. ad Veranium, 28. 2.
Colligere ſarcinulas. Juven. 6. Sat 145. conf. Petron. 81.

Sarcinālis, e. Adj. Ad ſarcinas pertinens. Ammian. 15. 7. Sarcinalium jomentorum actuarius. itemque

Sarcinārius, a, um. Adj. [σακκοφορικὸς] Quod ad ſarcinas pertinet. Cæſ. 1. Bell. Civil. 81. Illi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad id expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.

Sarcinarius, i. m. Ἀχθοφόρος, Gerulus, Onera ferens, Sarcinarios, Bajolator. Gloſſ. Græc. Lat.

Sarcinōsus, a, um. Adj. Saginatus. Apul. 8. Met. p. 208. Elmenh. Lupos enim numeroſos, grandes, & vaſtis corporibus ſarcinoſos, &c.

Sarcīno, [σακκίζω] āre. Vet. Onom.

Sarcinatus, a, um. Partic. [σακκοφορῶν] Sarcinis onuſtus. Plaut. Pœn. 5. 2. 19. Viden' homines ſarcinatos conſequi?

Sarcinātor, ōris. m. Sartor, qui reſarcit ac reparat; vel Qui ſarcinas compingit. Plaut. Aul. 3. 5. 41. Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Lucilius apud Non. 2. 818.
Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime. Paulus De ſortis: in L. Fullo, Fullo vel ſarcinator, qui polienda & ſarcienda veſtimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit. [At in Gloſſ. Græc. Lat. eſt Idem qui Sarcinarius, nempe σακκοφόρος.

Sarcinātrix, īcis. f. [ἠπήτρια, Gl. L. G. ἀκέστρια, ἡ ῥάπτουσα G. L.] Quæ veſtes ſuit & reficit. Cajus in l. Et ancillarum, De peculio, D. Et ancillarum nomine, & filiarumfamilias in peculio actio datur: maxime ſi qua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat.
Sarcinatricis in machinis. Varro apud Non. 1. 276. V. sarcitrix.

Sarcītor, ōris. m. Idem ac Sarcinator. Inſcript. apud Fabrett. p. 753.
M. PVPIVS. M. L. VRBANVS. SARCITOR. SIBI. ET CLARAE. CONLIBER. ET LAVRENTINAE. F.

Sarcītrix, īcis. f. Non. 1. 276. Improbat. Sarcinatricis, inquit, non (ut quidam volunt) Sarcitricis, quaſi a Sarciendo; ſed magis a Sarcinis, quod plurimum veſtium ſumant. [Videtur jocus Varronis.

Sarcīmen, ĭnis. n. [ῥαφὴ] Sutum. Apulejus Met. 4. p. 149. Elmenh. Tunc tenui ſarcimine ſummas oras ejus adæquavimus, & juncturæ rimam ſetæ denſitate ſepſimus.

Sarcītector, ōris. m. Iſidor. 19. 19. Sarcitector dictus, quod ex multis hinc inde conjunctis tabulis unum tecti faciat corpus; idem & tignarius.

Sarcion, [σάρκιον] eſt velati Caro quædam gemmarum. Vena, vitiumque Carchedoniis & Smaragdis peculiare. Plin. 37. 5. Caruncula Lat.

Sarcitis, [σαρκίτης] Gemma, quæ bubulas carnes repræſentat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sarcocolla, æ. f. [σαρκοκόλλα] Lacrima arboris in Perſide naſcentis, inquit Dioſcorides; dicta ab effectu, quem præſtat, & vi poteſtateque ſua, nempe a vulneribus glutinandis, hoc eſt carnibus, quas Græci σάρκας vocant, κόλλαν enim illi glutinum vocant. Plin. lib. 24. cap. 14. Sunt qui & ſarcocollam ſpinæ lacrimam putent, pollini turis ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem. Idem lib. 13. cap. 11. Fit & ea ſarcocolla (ita vocatur arbor) gummi utiliſſimum pictoribus ac medicis, ſimile pollini thuris. Vides quemadmodum Plinius & Arborem ipſam & Gummi, eodem nomine appellet. conf. Dioſc. 3. 90. Apul. de Herb. cap. 31.

Sarcōma, ătis. n. [σάρκωμα] Iſidor. 4. 7. Superfluum carnis incrementum, quo ultra modum corpora ſaginantur. [A v. σαρκόω. Gloſſ. Gr. Lat. Σάρκωμα, Pulpamentum.

Sarcŏphăgus, i. m. [σαρκοφάγος] Sepulchrum, auctore Nonio 1. 13. Macer in l. Funeris ſumptus. D. de relig. &c.
Sarcophagus, Lapis. Plin. lib. 2. cap. 96. At circa Aſſon Troadis lapis naſcitur, quo conſumuntur omnia corpora: ſarcophagus vocatur.
Contentus ſarcophago. Juven. 10. Sat. 172.

Sarcŭlum, i. n. & Sarculus, i. m. [σκαλὶς, σκαφίον Gl. L. G.] a Sarriendo dicitur, Inſtrumentum eſt ruſticum, quo ſegetes purgantur. Cato de R. R. cap. 10. Sarcula octo, palas quatuor. Plaut. Trucul. 2. 2. 21. Ita me amabit ſarculum, ut ego me ruri &c.
Ceſſant ſarcula. Ovid. 1. Faſt. 699.
Diſperſa per agros ſarcula. Ovid. 11. Met. 36.
Arare ſarculis. Plin. lib. 18. cap. 19.
Agros findere ſarculo patrio. Hor. 1. Carm. 1. 11.
Sarculi vel ſimplices vel bicornes. Pallad. Jan. tit. 43.

Sarcŭlo, [σκαλίζω Gl. L. G.] āre. Sarculo abſcindere. Columel. lib. 5. 9. Primo (plantæ) ſarculari debent, ita ut ſimplex ſtilus altitudinem maximi ſcrobis non excedat. Al. Surculari. q. V.

Sarcŭlātio, ōnis. f. [σκαλισμὸς] Idem quod Sarritio. Plin. lib. 18. cap. 21. Sarculatio induratam hiberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus vernis. Videtur legendum Teporibus.

Sarda, æ. f. [σάρδα] Genus gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 7. Omnia autem hæc genera, ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt, partemque ceræ in ſigno tenent. E diverſo ad hæc ſarda utiliſſima, quæ nomen cum ſardonyche communicavit. Ipſa gemma vulgaris & primum Sardibus reperta.
Sarda, Piſcis ex genere pelamidum. Plin. lib. 32. cap. ult. V. sardinia.

Sardabala, Fluvius Tingitanæ provinciæ. Plin. lib. 5. cap. 2.

Sardachates, Gemma Achates a Sardinia nomine accepto, quod ibi inveniatur a ceteris degenerans. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sardănăpălus, i. m. [Σαρδανάπαλος] Ultimus Aſſyriorum rex, de quo Juſtinus lib. 1. 3. Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus: nec erubuit inter ſcortorum greges nere, quin & muliebri habitu feminas omnes laſcivia antecibat. Quamobrem indignati Aſſyrii tali feminæ parere, duce Arbace deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus, in regiam ſe recepit, & extructa pyra, ſe atque divitias in incendium miſit. Hic fuit a Nino trigeſimus rex, ut ait Diodorus lib. 3. Biblioth. Et moriens condidit hoc epitaphium,
Ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas. Cic. 5. Tuſc. 101. Quomodo igitur jucunda vita poteſt eſſe, a qua abſit prudentia, abſit moderatio? ex quo Sardanapali, opulentiſſimi Syriæ regis, error agnoſcitur, qui incidi juſſit in buſto:
Hæc habui, quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit, at illa jacent multa & præclara relicta. [Scribendum videtur Aſſyriæ, ut 2. de Fin. 106.
Athenæus autem aliud huic Epitaphium attribuit. V. 12. 7. conf. Max. Tyr. Diſſ. 29. extr. & Clem. Strom. 2. a. extr. Juven. 10. Sat. 362.

—& potiores
Herculis ærumnas credat, ſævoſque labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Sardanapalĭcus, a, um. Adj. Sidon. 2. Epiſt. 13. Sardanapallicum in morem.

Sardemisos, Tauri montis promontorium eſt, quod inter Lyciam & Pamphyliam in noſtrum mare imminet. Plin. lib. 5. cap. 27.

Sardessus, [Σαρδησσὸς] Urbs Lyciæ, quæ a Lyrneſſo non multum diſtabat: ab ea urbe dictus eſt Sardeſſius Juppiter, quod in ea urbe ſanctiſſime coleretur Σαρδήσσιος Ζεύς. Auctor Stephanus.

Sardi, V. sardinia.

Sardia, [σαρδία] inter Ornamenta muliebria recenſentur a Polluce lib. 7. cap. 22. ad finem.

Sardiæi, [Σαρδιαῖοι] Populi ad Pannonias gentes relati a Strabone lib. 7. Sunt & Sardiæi (inquit) ad meridiem procedenti, quorum ab initio Adriæ ſinus regio montana, ad Rhizonicum ſinum progrediens, agrumque Sardiæorum inter mare genteſque Pannonias cadit. Alii Sardiæos provinciam inter Illyricanos ſtatuunt. Caſaub. Ardiæos putat eſſe.

Sardĭca, æ. f. [Σαρδικὴ] Illyrii civitas; de qua Epiphanius Tom. 2. l. 2. Scribitur & Sardica. Hodie *Triadizza*.

Sardicensis, e. Adj. Attributum a Sardica. Sardicenſis ſynodus (inquit Spiegel.) non a Sardibus, ſed Sardica Illyrii civitate dicta, de qua poſt Epiphanium lib. 2. Tom. 2. V. & Vadianum, Illyria, Hiſtor. tripart. lib. 4. cap. 21. Theodor. lib. 2. cap. 4.

Sardĭnia, [Σαρδὼ] Inſula maris Mediterranei. Salluſtius, Sardinia, in Afro mari, facie humani veſtigii, in Occidentem, quam in Orientem, latior prominet. A Sardo Herculis filio dicta, ut lib. 12. Silius, & Solinus ſcribunt. De ea Plin. lib. 3. cap. 7. Eadem Sandaliotis & Ichnuſa, a forma ſandalii, vel humani veſtigii dicta. Claud. de Bello Gildon. 509.
Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat
Inſula: Sardiniam veteres dixere coloni. Sardiniam Ptolemæus multo longiorem facit, quam ſit lata. Nam Eoum litus CLXXXVIII mil. paſ. longitudinis habet, maxima latitudine CXXII mil. paſ. cognita. Eadem prope & Pomponii Melæ 2. 7. ſententia eſt. Nam anguſtius ſpectare eam in Ortum quam Occaſum ait, litoribus videlicet medio contractis: in univerſum autem ubique ſpatioſiorem eſſe, quam Corſica ſit, etiam tractu quo latiſſima eſt. De Sardinia Pauſanias in Phocic. p. 332. Wech. & Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 16.
Ferax eſt, & inter ſubſidia frumentaria Romæ, ut ſcribit Varro de R. R. lib. 2. præf. conſ. Plin. 3. 7.
Opimæ Sardiniæ. Hor. 1. Carm. 31. 3.
Aere fuit inſaluberrimo infamis. Unde Cic. 7. Fam. 27. Sardum quendam patria ſua peſtilentiorem fuiſſe dixit. V. sardi. Et in hoc Martialis Sardiniam Tiburi opponit lib. 4. 60.
Nullo fata loco poſſis excludere: quum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt. Et Claud. de Bello Gildon. extr.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aer
Sævit, & excluſis regnant Aquilonibus Auſtri. V. & Tacit. 2. Ann. 85.

Sardus, a, um. Adj. [Σαρδῷος] Hor. de Arte Poet. v. 375. Mel ſardum; i. e. Peſſimum.

Sardi, [Σαρδῷοι, Σαρδιανοὶ, Σαρδῶνες] Indigenæ, qui in Sardinia nati ſunt. A Græco inſulæ nomine Σαρδὼ, ut vult Steph.
Sardi venales. In eo libello cui titulus eſt, De Viris illuſtribus, quem alii Plinio, nonnulli Suetonio tribuunt, utriuſque reclamante ſtilo, cap. 57 hujuſmodi quoddam adagium refertur, Sardi venales: de negotio infinitæ prolixitatis atque inexplicabili. Idque hinc eſſe ortum tradunt, quod Ti. Sempronius Gracchus, quum altero conſulatu Sardiniam domuiſſet, tantum ex ea captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium abierit. Plutarchus in problematis Rom. Quæſt. 53. aliam affert cauſam, nimirum olim inoleviſſe morem apud Romanos ſolennem, ut qui ludos ederent in Capitolio, Sardos venales pronuntiarent, prodiretque puer quiſpiam, per ludibrium monili cinctus, quem bullam vocant. Eum morem hinc ortum putat, quod Vejentes Hetruſcorum populi multum temporis cum Romulo bellum geſſiſſent, quod horum urbem poſtremam Romulus expugnaſſet. Uſus eſt hoc adagio Cic. 7. Fam. 24. Habes, inquit, Sardos venales, alium alio nequiorem. Sentit Cicero de contemptis & improbis, & ni fallor, patria quoque Sardis. Nam ita ſcribit paulo ante hunc locum, Id ego in lucris pono, non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua. Eraſmus.

Sardōus, a, um. Adj. [Σαρδῷος] ut
Sardoa herba ſelino ſimilis, id eſt apio: eam Pauſanias in Phocic. p. 333. Wech. naſci in ambitu fontium ait, ac eam mortem cum riſus ſpecie afferre. Inde Homerum ac poſteros, Sardonium riſum, nuncupaſſe. V. in risus, & infra sardonius.
Sardoa lex eſt, Seneſcentes jam parentes faſtibus letaliter a filiis cædi ac mox contumulari. Cæl. Rhodig. lib. 19. Lect. Antiq. cap. 26.
Regna Sardoa. Ovid. 4. Faſt. 289.

Sardōnius, a, um. Adj. [Σαρδόνιος] Solin. cap. 4.
Sardonius riſus, [Σαρδόνιος γέλως] Proverbium de riſu ficto aut amarulento, aut inſano denique. Senſus & origo proverbii varie traditur auctoribus. Zenodotus in collectaneis ſuis Æſchylum citat, qui hujuſmodi famæ tradiderit in opere de parœmiis, Gentem eſſe quandam Carthaginienſium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet: ei morem eſſe, ſenes ſeptuageſimum prætergreſſos annum Saturno ſacrificare, ridentes interim, ac mutuo ſeſe complexantes. Nam turpe ducebant, in funere aut ejulatum edere, aut lacrimas profundere. Hinc adſimulatum riſum, Sardonium vocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodotum ait, Sardonis conſuetudinem fuiſſe, ut filii parentes jam grandiores juxta foſſam aut præcipitium, in quo ſepeliendi forent, collocarent: atque inde fuſtibus cædentes, in eam darent præcipites. At illi interim pereuntes ridebant, exiſtimantes eam mortem felicem atque egregiam, quod liberorum impietate interirent. Sunt qui dicunt in Sardorum inſula herbam naſci quandam, cui Sardoæ cognomen ſit, apiaſtro ſimilem: eam ſapore quidem eſſe dulcem, verum guſtatam, ora hominum in rictus dolore contrahere, ut veluti ridentes emoriantur. Hoc ſenſiſſe videtur Solinus, eamque hoc Servius grammaticus, enarrans hunc Virgiliani Thyrſidis verſum ex Eclog. 7. 41.
Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis. M. Tull. 7. Fam. 25.

Videris,

Videris, inquit, mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα Σαρδόνιον. Significans futurum, ut ſi Cæſar rerum potiretur, mulris aſſidere atque applaudere cogerentur, quæ magnopere diſplicerent. Alii riſum Sardonium ridere, in hoc Ciceronis loco interpretantur, Præſentis, & qualiſcunque delectationis.cauſa perniciem ſibi arceſſere: ſive in ea re eſſe hilarem, quæ paulo poſt magnum malum eſt allatura. Plura de origine proverbii apud Eraſmum in Chiliadibus, unde hæc deſumpta ſunt.

Sinus Sardonii. Claud. de Bell. Get. 218.

SARDŎNĬCUS, a, um. Adj. [Σαρδονικός] Rutil. 1. 354.

Nec quæ Sardonico ceſpite maſſa fluit. Al. Sardonio. [Sed o longum Græca conſuetudo poſtulat. Aut igitur Sardoo legendum, aut poeticæ licentiæ tribuendum.

SARDINIENSIS, e. aliud Adj. Nepos, 24.1.4. Triumphus Sardinienſis.

SARDINIA, Piſcis genus ad condimenta & ſalſuras utilis, apud Italos plurimus. Columel. lib. 8 cap 17. Tabentes haleculas, & ſalibus exeſam chalcidem, putremque ſardiniam. Sardelam exp. Beroald.

SARDIS, [Σάρδεις] Urbs Lydiæ magna, ad latus Tmoli montis maxime celebris, ut teſtis eſt Herodotus lib. 1. Et Plin lib 5. cap. 29. Eadem fuit olim regia Crœſi Lydorum regis, ut late oſtendit Herodotus, & Hor. 1. Epiſt. 11. 2.

Quid concinna Samos, quid Crœſi regia Sardis? Terminat autem nominativum & accuſativum in is productam, quomodo Tralis & Syrtis.

Frequentius legitur pluralis Sardes. Nepos, 1. 4. 1. Athenienſium auxilio Iones Sardes expugnaſſent.

Magnæ Sardes. Ovid. 11. Met. 137.

Vada ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem. Intelligit Pactolum.

SARDIANUS, a, um. Adj. [Σαρδιανός] Sardiani balani a Græcis dictæ ſunt Caſtaneæ, quod circa Sardis primum fuerint inventæ. Plin. lib. 15. cap. 23.

SARDO, ĕre. Antiquum verbum, quo Nævius uſus eſt. Paulus: Sardare, intelligere: Nævius,

Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

SARDONICI, [Σαρδόνικοι ὄρη] Montes Liburniæ. Ptolemæo lib.2.cap.17. Vulgo *Marana*.

SARDŎNYX, ychis. m. & f. [σαρδόνυξ] Lapis pretioſus. Componitur ex Sarda, quæ lapis fuit in Sardinia primum compertus, coloris rubentis, & Onyx gemma, cui eſt candor ſubcandidus, unguis humani ſimilitudine, quaſi utriuſque colorem obtineat. Plin. lib. 37. cap. 7. E diverſo ad hæc ſarda utiliſſima, quæ nomen cum ſardonyche communicavit. Juven. 6. Sat. 382.

—organa ſemper
In manibus, denſi radiant teſtudine tota
Sardonyches. Perſ. 1. Sat. 16.
Et natalitia tandem cum ſardonyche albus.

SARDONȲCHUS, i. m. Idem. [σαρδόνυχος] Juven. 13. Sat. 139.

Arguit ipſorum quos littera, gemmaque princeps
Sardonychus, loculis quæ cuſtoditur eburnis. Sed in emendatis codd Sardonychum. Genitivo pl.

SARDONYCHĀTUS, a, um. [σαρδονυχωτός] Sardonyche ornatus. Martial. lib. 2 29.

Cujus & hinc lucet ſardonychata manus.

SARDOUS, V. SARDINIA.

SARDUA, i. m. [Σαρδῷ] Urbs Illyrici, teſte Steph. &

SARDOĒNUS, a, um. Adj. [Σαρδῷος] f. Sardina, Θύννα. Gloſſ Lat. Gr.

SARDUS, [Σάρδος] Herculis filius, qui adhuc puer, ab Iolao eorum furori ſubtractus, quos Hercules vivens laceſſierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam inſulam pervenit, eamque, quæ antea Sandaliotis, ſeu Ichouſa vocabatur, a nomine ſuo Sardiniam creditur appellaſſe.

SAREPTA, æ. f. [Σάρεπτα] Urbs Sidoniorum, inter Tyrum & Sidonem ſita; ubi divinus vates Elias eſurientem viduam miraculo paviſſe ſcribitur in Sacris litteris. Sarapta, Σάραπτα. Steph. Hinc

SAREPTĀNUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Σαρεπτηνός] Sidonius Apoll. Carm. 17. 15.

Vina mihi non ſunt Gazetica. Chia, Falerna,
Quæque Sareptano palmite miſſa bibas.

SAROĂCÆ, Populi intra Mæotidem, quorum oppida Mormetion, Panticapæum, Theodoſia, Hermiſium. Pomponius eos Satarchas appellat cap. 1. lib. 2. De Scythia Europæa de quibus ſuo loco.

SARGAPISES, Tomyris filius, qui a Cyro Perſarum rege captus, cum manicas & brachiorum vincula demi ſibi impetraſſet, ſe ipſum interfecit. Herodotus.

SARGAURASANÆ, Regio Cappadociæ apud Plin lib. 6. cap. 3.

SARGUS, i. m. [σαργός] Piſcis genus, inquit Feſtus, qui in Ægyptio mari fere naſcitur. Lucil. in Sat.

Quem præclarus elops, quem Ægypto ſargu' movebit. Plin lib. 9. cap. 51. Ibid. cap. 17. Lutarium ſemper comitatur ſargus nomine alius piſcis: &, cœnum fodiente eo, excitatum devorat pabulum.

SARI, n. indecl. [σάρι] Genus fruticis proveniens in aqua, radice dura tortaque, ferrariis officinis utilis, de quo Plin.lib 13. cap. 23. Fruticoſi eſt generis & Sari, circa Nilum naſcens, duorum cubitorum altitudine, pollicari craſſitudine, coma papyri, ſimilique manditur modo, radice ferrariis officinis præcipua, carbonis uſu, propter duritiam. Vocatur & Sariphs.

SĂRISSA, æ. f. [σάρισσα] Haſtæ Macedonicæ genus, auctore Feſto. Liv. 9. 19. Arma, clypeus, ſariſſæque illis: Romano ſcutum majus, corpori tegumentum. Idem 37. 42. Ibi ſimul perturbati ordines, & impeditus intercurſu ſuorum uſus prælongarum haſtarum (ſariſſas Macedones vocant) intulere ſigna Romanæ legiones.

Macedonia ſariſſa. Ovid 12. Met. 466. Lucan. lib 8 298.

Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas. Idem lib. 10. 47.

SARISSŎPHŎRUS, i. m. [σαρισσοφόρος] Alexander lib. 6. Genial. Dierum cap. 23. Sequutis inde tempeſtatibus, Græcorum duces diverſas turmas legionesque deſcripſere, inter quas Macedonum robur ſariſſophorus magni æſtimatur, quo velut firmiſſimo munimento in poſterum uſi ſunt.

SARMATIA, æ. f. [Σαρματία] Sarmatarum regio. Sunt autem duæ Sarmatiæ ſecundum Ptolemæum: quarum una eſt in Europa, quæ (ut libro tertio ſcribit) a Septentrione Oceano terminatur, ab Occaſu parte Germaniæ, a Meridie Iazygibus Metanaſtis In ea eſt Olbia, quam nunc Ruſſiam & Tartariam eſſe crediderunt. Altera Sarmatia eſt in Aſia, ut idem lib. 5. refert, quæ a Septentrione terra incognita terminatur, ab Occaſu Sarmatia Europæ, & Tanai fluvio In ea ſunt Caucaſii montes.

SARMĂTÆ, arum. m. pl. [Σαρμάται] Populi Scythiæ ſunt, qui a Græcis Sauromatæ dicuntur ab oculis lacertarum, σαῦρος enim lacerta eſt, ὄμμα oculus. Nomina diverſa habent Sarmatæ, habitant montes & ſaltus, utuntur plauſtris pro domibus, paſcunturque lacte equino, unde quidam eos vocant ἱππημολγοὺς, hoc eſt equorum mulſores: alii γαλακτοφάγους, hoc eſt lacte veſcentes. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui ſanguinem equinum lacte miſtum potant, quos vocant Gelonos. Virg. 3. Georg. 115.

Item Sarmatæ alii ſunt, qui cruda farina equino ſanguine miſta, e cruria venis aluntur. Alii etiam,qui pro victimis homines immolant. Alii bellorum & cædis amatores, quibus bellantibus mos eſt cruorem ejus, quem primum interemerint, ex ipſius vulneribus bibere: & ut quiſque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur.

Sunt etiam in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina veſcuntur, alii qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocantur Anthropophagi, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τοὺς ἀνθρώπους, hoc eſt ab hominibus edendis. Iidem ab uſu plauſtrorum Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobii Ptolemæo vocantur. Hi, ut auctor eſt Mela lib. 2. 1. auri & argenti, maximarum peſtium ignari, vice rerum commercia exercent: atque ob ſæva hiemis admodum aſſidue demerſis in humum ſedibus,ſpecus aut ſuffoſſa habitant, totum braccati corpus, & niſi qua vident etiam ora veſtiti. Horum meminerunt Plin. lib. 4. cap. 12. Et Strabo libro 11. Sarmatæ nunc Poloni vocantur. Olivarius in Melam.

Diſcors Sarmata. Claud. 4. Conſ. Hon. 484.
Frigidus Sarmata. Sen Herc. OEth. 2.
Intonſi Sarmatæ. Sen. Herc. fur. 7.
Refugi Sarmatæ Stat 4. Silv. 7. 50.
Vagus Sarmata. Sen. Hippol. 1.

SARMATĬCUS, a, um. Adj. [Σαρματικός] ut,

Belli Sarmatici jejunia. Lucan. lib. 3. 282.
Braccæ Sarmaticæ. Valer. 5. Argon. 424.
Hiemes Sarmaticæ. Stat 5. Silv. 1. 128.
Juga Sarmatica. Ovid. 1. Triſt. 7. 42.

SARMATĬCE, Adv. [Σαρματικῶς] Ovid. 5. Triſt. 12. 59.

Jam didici Græce, Sarmaticeque loqui.

SARMĂTIS, idis. f. [Σαρματίς] patronym. Adjective. Ovid. 1.Pont.2. 11.

Terreat haud manes Sarmatis umbra meos.

Tellus Sarmatis. Ovid. 1. Triſt. 2. 82.

SARMENTITIUS, SARMENTOSUS, SARMENTUM, V. SARPO.

SARMENTUS, i. m. [Σαρμέντος] Nomen viri proprium, qui ſcurrilitate claruit, cujus meminit Hor 1. Serm. 5. 52. —nunc mihi paucis

Sarmenti ſcurræ pugnam, Meſſique Cicerri,
Muſa, velim memores. conf. Voſſ. Etymol. In Sarmentum.

SARNUS, i. m. [Σάρνος] Campaniæ fluvius, ex Sarno, ejuſdem nominis monte, ortum ducens.juxta oppidum in Sarni radicibus ſitum: primoque magno cum murmure defluit, mox in paludes amplas deſinit, quæ graves incolis nebulas toto anno emittunt: deinde coactus rupibus Veſevum montem radit, & inde parvo contentus curſu, in Tyrrhenum mare influit. Strabo lib. 5. Plin. 3. 5.

Miris Sarni opes. Sil. lib 8. 540.
Pompejanus Sarnus. Stat. 1. Silv. 2. 265.

SARON, [Σάρων] Deus marinus, qui arti nauticæ præeſſe exiſtimabatur, a quo datum eſt mari nomen. Lilius Syntag. 5. Hiſtor. deorum.

Stephano eſt locus apud Trœzenem. Hinc

SARŌNĬCUS, [Σαρωνικός] Portus in Achaia, ad Iſthmum Corinthiacum. Ptolemæus ſinum facit Saronicum. Plinius quoque lib. 4. cap. 5. Sinus (inquit) Saronicus, olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi a Sarone deo marino. Nam Saronem fuiſſe regem, qui illic poſt Althepum, Neptuni filium, regnarit, in Corinthiacis ſcribit Pauſanias. p. 73. Wech. Saronicus ſinus, dictus & Megaricus.

SAROPHAGES, Gentes Indicæ ſunt, accolæ Indi fluminis, auctore Plinio lib. 6. cap. 20. [Forte Saurophagi, Σαυροφάγοι, quod Lacertis veſcerentur.

SARPĒDON, ŏnis. m. [Σαρπηδών] teſte Homero lib. Iliad. 16. Jovis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herodotus vero in Polyhymnia ſcribit eum fuiſſe Jovis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic quum aliquando rex eſſet Lyciæ, & in armis ſtrenuus, Trojanis contra Græcos favit: & multa bellando virtutis documenta demonſtrans, a Patroclo tandem interfectus eſt, ut idem Homerus ſcribit.

Sarpedon Jovis progenies. Virg. 10. Æn. 471.
Ingens Sarpedon. Virg 1. Æn. 100.
Lycius Sarpedon. Ovid. 13. Met 256.

Eſt & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam a Pamphylia diſtinguit. Pomponius Mela lib. 1. 13. in deſcriptione Ciliciæ Stephano Urbs Thraciæ.

SARPO, pſi, ptum, ĕre. Idem quod Putare, apud Priſcianum: unde Vineta ſarpta Hinc nos hodie Falcem vinitoriam, Sarpam vocamus. Sed fortaſſe tamen verius ſit Sarpam ab Harpa deduci,& ſibilata,ut plerumque, in denſum ſpiritum exaſperari: atque adeo Falcem lignatoriam ſic vocamus, propterea quod cedit & putat arbuſculas. Turnebus Adverſ. 6.16. V. Voſſ. Etymol.

SARPTUS, a, um. Partic. ut Sarpta vineta, Putata, id eſt pura facta. Virgulæ enim relictæ impedimento vitibus ſolent eſſe, quæ ideo abſcinduntur: inde etiam Sarmenta ſcriptores dici putant. Sarpere enim antiqui pro Purgare dicebant. Hæc Feſtus. V. Turnebi Adverſ & Voſſ l. c.

SARMENTUM, i. n. frequentius pl Sarmenta [κλήματα ἢ φρύγανα Gl. L G.] Sarmenta ſunt Virgulæ vitium ſupervacuæ abſciſſæ V. SARPO. Varro de R. R. lib. 1. cap 31. Juncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt ejicere vitem, quam minorem vocant flagellum, majorem etiam unde uvæ naſcuntur, palmam.

Sarmentum pro Palmite. [κλῆμα τὸ βότρυς ἔχον, Gl. G.L.] Columell. lib. 3. cap. 16. Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cujus ſingulæ uvæ in ſingulis ſarmentis conſpiciuntur: ſed ſi per unumquemque pampinum major uvarum numerus dependet. Idem lib. 3. cap. 10. Et lib. 4. cap 6.

Amputa-

Amputatio ſarmentorum, & Immiſſio, contraria. Cic. de Senect. 52.
In viribus nova ſarmenta cultura excitantur. Cic. 2. de Orat. 88.
Silveſcere ſarmentis dicitur vitis. Cic. de Senect. 52. Vitis, quæ natura caduca eſt, &, niſi fulta ſit, ad terram fertur: eadem ut ſe erigat claviculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta complectitur: quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſilveſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.
Sarmenta, Lignoſi illi ramuſculi quibus ſtipatim adhærent uvarum acini. Plin. lib. 23. cap. 1. Sarmenta earum, in quibus acini fuere, aſtringendi vim habent, efficaciora ex olla.
Frequentius de Aridis, ſeu vitium, ſeu aliarum fruticum virgultis uſurpant antiqui. unde utrumque apud Græcos nomen habent, Nam κλῆμα proprie Fragmentum ſignificat, & φρύγανον Arefactum quid, a φρύγω vel φρυγάω, Torreo, Areſacio. Gloſſ. Græc. Lat. Κλῆμα ξηρόν, Sarmentum. Quidam etiam Cremia vocant. Cato R. R. cap. 37. exts. De vinea & arboribus putatis ſarmenta degere. Al. Deterge, vel Digere.
Devecta ſarmenta cremare. Virg. 2. Georg. 408
Ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere cœperunt. Cic. 3. Verr. 69.
Sarmentitius, a, um. Adj. [φρυγάνινος] Quod eſt ex materia ſarmentorum. Columel. lib. 6. cap. 26. Verum vulnera ejus ſarmentitio cinere cum argenti ſpuma linienda ſunt. Cæl. lib. 10. cap. 8. Lego denique Chriſtianos quandoque Sarmentitios & Semaſſios probroſe nuncupatos, quod ad ſtipitem dimidii aſſis revincti, ſarmentis circumjectis comburerentur.
Sarmentōſus, a, um. aliud Adj. [φρυγανώδης] Quod plurimum habet ſarmenti. Plin. lib. 25. cap. 11. Pſyllion alii cynoides, alii cryſtallion, alii ſicelion, alii cynomyian appellant, radice tenui, ſupervacua, ſarmentoſum.
Sarra, æ. f. [Σάῤῥα] Nomen civitatis, quæ poſtea Tyrus dicta eſt, teſte Gellio lib. 14. cap. 6. a qua Sarranum Oſtrum eſt nominatum. Sed id quoque a piſce quodam accepit, qui illic abundat, & Sar Tyria lingua vocatur, ex cujus ſanguine ſericum in purpuram tingebatur.
Sarrānus, a, um. Adj. [Σαῤῥανός] Quod ex Sarra eſt. Unde, Sarranæ veſtes, Tyriæ dictæ ſunt, quæ & Oſtrinæ & Purpureæ. Virg. 2. Georg. 506.

— Sarrano dormiat oſtro.

Aulæa Sarrana. Juven. 10. Sat. 38.

— aut pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ,

i. e. Togam pictam & purpura diſtinctam: ut ſit periphraſis Togæ triumphalis.
Gens Sarrana. Sil. lib. 1. 72.
Numina Sarrana. Sil. lib. 8. 46.
Viola Sarrana. Columel. lib. 9. cap. 4.
Sarraca, [Σάῤῥακα] Duarum urbium nomen, quarum una eſt in Media: altera in Felici Arabia. Ptolem. lib. 6. cap. 2. & 8.
Sarracēni, [Σαῤῥακηνοί] Populi poſt Nabathæos Arabiæ populus, ut auctor eſt Stephanus. Al. Saraceni.
Sarrācum, i. n. Quo ligna, marmora, & grandiores lapides vehi conſueverunt. Juven. 3. Sat. 255.

— longa coruſcat,
Sarraco veniente, abies.

Idem 5. Sat. 23.

— illo tempore, quo ſe
Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.

Quintil. lib. 8. cap. 3. p. 685. Burm. An quum dicit in Piſonem Cicero, Quum tibi tota cognatio in ſarraco advehatur, incidiſſe videtur in ſordidum nomen?
Nonnulli ſcriptum eſſe potius Saracum volunt, ducentes a Gr. Σάγμα. Et Soracum habet Plaut. Perſ. 3. 1. 64. Feſtus, Soracum dicitur, Quo ornamenta portantur ſcænicorum. Plautus d. l. in Perſa,

Librorum eccillum habeo plenum ſoracum.

Sunt tamen qui Soracum, de quo Pollux lib. 1. ſ. 245. & lib. 10. ſ. 149. 130 & Suid. a Sarraco, vel Saraco, vel Serraco, tot modis enim ſcribitur, diſtinguunt. Gloſſ. Lat. Græc. Sarraca, Ἅμαξα. Plauſtra exponit Schol. Juvenal. loc. poſtea.
Sarrastes, [Σαῤῥάσται] Populi Campaniæ Sarno amni vicini, a quo & nomen accepiſſe putantur. Virg. 7. Æn. 738.

— late jam tum ditione premebat
Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnos.

Sarrio, ivi, itum, [σκαλεύω, σκαλίζω, σκάλλω] ire. Sarculis fodere, purgare, quod fit quum ſegetes leviter ſcalpendo, & raſtris a noxiis herbis purgamus. Plaut. Capt. 3. 5. 5.

Nam ſemper occant prius, quam ſarriunt ruſtici.

Varr. 1. de R. R. cap. 29. Prata purgari, ſalicta ſeri, ſegetes ſarriri.
Sarrire frumenta. Cato R. R. cap. 37. exts.
Sarrire ſaxum. Martial. lib. 3. 93.
Scribitur & Sario. Gloſſ. Lat. Græc. Sario, Βοτανίζω. Sic fere MSſ.
Sarrītio, ōnis. f. [σκάλευσις] Varro de R. R. lib. 2. cap. 12. Peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis. Columel. lib. 2. cap. 9. Frequentem tamen exigunt ſarritionem.
Sarrītūra, æ. f. [σκάλευσις] Columel. lib. 11. cap. 2. Sarritura quoque frumentorum iteratos egregie, modios tres una opera recte ſarrit. Et apud Plin. 18. 27. legitur Sartura. Ab æquinoctio ſartura nocere & vineæ & ſegeti æſtimatur. conf. dict. ſeq.
Sarrītor, ōris. m. [σκαλευτής] Qui ſarrit. Columel. lib. 2. cap. 13. Tritici modii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas primum, & unam quum iterum ſarriuntur. Scribitur & pro Sarritor, Sartor apud Plaut. Capt. 3. 5. 3.

Sator ſartorque ſcelerum, & meſſor maxime.

V. sartor.
Sarritōrius, a, um Adj. Columel. 2. 13. Opera ſarritoria.
Sasernæ, æ m. Pater & filius, nobiliſſimi ſcriptores, quos Plinius commemorat damnaſſe arbuſtorum rationem ad vites ſublevandas. lib. 17. cap. 23.
Sarsīna, æ. f. [Σάρσινα] Plin. lib. 3. cap. 14. Oppidum in Umbria, ex quo Plaut. poeta comicus ortus eſt. Sil. lib. 8. 463.

— his Sarſina dives
Lactis, &c.

V. Drakenb. ad loc. qui oſtendit quoſdam hunc locum nominare Saſſinam. Martial. 9. 59.

Nec tua Bajanas Sarſina malit aquas.

Sarsinas, ātis m. Ibi natus. Plin. 3. 14.
Saſſinatis Fem. Plaut. Moſt. 3. 2. 83.

Quid, Sarſinatis ecqua eſt? ſi Umbram non habes.

Sarsūra, V. in sarcio.
Sartāgo, inis. f. [τήγανον Gl. L. G. & G. L.] Patella ænea, in qua caro frigitur. V. Voſſ. Etym. Plin. lib. 16. cap. 11. Item terebinthinam in ſartagine reſervent. Juven. 10. Sat. 64. de ſtatua Sejani conflata,

Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.

conf. Onomaſt. vet. Sartago loquendi, tranſlate. Perſ. 1. Sat. 79.

Hos pueris monitus patres infundere lippos
Quum videas, quæriſne unde hæc ſartago loquendi,
Venerit in buccas?

h. e. Hic linguæ ſtridor, qualis ex ſartagine, cum aliquid frigitur, ſonat: vel, Hic corruptus ac depravatus loquendi mos. Frigendo enim ſartago confuſum & diſſonum reddit ſtrepitum. V. Caſaubon ad loc. qui aliter exp.
Sartor, V. sarcio, & sarrio.
Sarus, Fluvius Cappadociæ apud Plin. lib. 6. cap. 3.

S A S

Sas, Verrius putat ſignificare Eas, teſte Ennio, qui dicat libro primo,

Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas:

quum Suas magis videatur ſignificare. Sicuti ejuſdem libro quarto fatendum eſt Eam ſignificari, quum ait, Nec quiſquam philoſophiam, (quam doctrinam Latina lingua non habet, ſapientiamque perhibetis,)

Inſomnis vidit, prius quam ſam diſcere cœpit.

Feſtus. [Puto, Quam ipſam licuit, idque omnino intelligi voluit poeta.
Sason, ōnis. m. [Σάσων] Inſula eſt inter Epirum & Brunduſium, ut auctor eſt Strabo lib. 6. Sil. lib. 7. 480.

Adriaci fugite infauſtas Saſonis arenas.

Sassumini, Populi ſunt in Aquitanica Gallia apud Plinium lib. 4. cap. 19.
Sasuræ, Gentes ſunt in India auctore Plin. lib. 6. cap. 19.

S A T

Sat, V. satis.
Satagitæ, Populi in Aſia Scythica apud Herodotum lib. 4.
Satago. V. satis.
Satan, indecl. Sătănas, æ m. [σατανᾶς] Hebraicum verbum, quod Adverſarium hoſtemque ſignificat. Quo nomine appellatus eſt Diabolus, quod bonorum adverſarius ſit: nam & διάβολος calumniantem, impoſtoremque ſignificat. Quicquid enim animæ ad deum tendenti ſiſtit & adverſatur, & quicquid paci eſt contrarium, hoc verbo Satanas recte exprimitur: ſicut legitur in Regum libris. Quia ſuſcitavit deus Salomoni Satanam, adverſus eum qui erat pacificus. Et, filii Sarviæ cur efficimini mihi hodie in Satan? Ex Jobi hiſtoria apparet Malum genium eo verbo, velut propria notatione, deſignari. Item in Evangelio Matthæi, Ductus eſt Jeſus Chriſtus Dei ſpiritu in deſertum, ut ibidem a Satana tentaretur. Sed cum idem Chriſtus Jeſus D. Petrum, fatalia impedire volentem, redarguendo Satanam appellavit, figurate loquutus eſt. Dæmones enim ſcelerati, quoſque ad bonos exercendos Deus plerunque commovet atque excitat, proprie peſſimi ſunt mortales, eorum ductu. [V. tu Suid. vel potius Suic. Theſ. Eccl. Satanas princeps hujus mali generis. Tertull. Apol. cap. 22.
Satanas præter Notam calumniantis ſignificationem, Terræ malleum apud Hieronimum cap. 50. denotat. Cæl. lib. 2. cap. 9.
Sătarchæ, [Σατάρχαι] Populi ſunt Septentrionales, ad paludem Mæotin vergentes, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 2. 1. Hi bellicoſiſſimi ſunt. De quibus Valer. Flacc. 6. Argon. 144.

Exomatæ, Torniique, & flavi crine Satarchæ.

Satarchæ, Gentes ſunt eædem circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.
Sataros, notiore nomine Patara, Urbs in Lycia apud Plin. lib. 6. cap. 27.
Sataspes, is. m. Vir Achæmenius fuit, Theaſpis filius. qui cum Zopyri filiam violaſſet, & ob eam rem a Xerxe cruci deſtinatus eſſet, interceſſione matris, quæ Darii erat ſoror, impetravit ut in exſilium ageretur, donec Africam univerſam luſtraſſet, cumque jam aliquot menſes aliquos in peregrinatione conſumpſiſſet, navigationis tædio adductus in Perſidem rediit, regique retulit ſeſe reliquum itineris conficere non potuiſſe, quod naves a magnetibus retinerentur: quod quum Xerxi fabuloſum videretur, hominem, ut antea deſtinarat, cruci affixit. Herodot. lib. 4.
Sătelles, itis m. [δορυφόρος, σωματοφύλαξ] Miles mercede conductus, ut ab dominantis latere non diſcedat. Plin. lib. 12. cap. 14. Sed præter hos, & cuſtodes ſatellitesque, & oſtiarii, & miniſtri populantur. Liv. 2. 18. Comprehenſum regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal regis. Ovid. 5. Faſt. 518.

Ille deæ cuſtos, ille ſatelles erat.

Adminiſtri & ſatellites alicujus. Cic. pro Quint. 90.
Vides tamen tyranni ſatellites in imperiis. Cic. 14. Att. 5.
Per medios ire ſatellites. Hor. 3. Carm. 16. 9.
Rigidus ſatelles. Hor. 1. Epiſt. 17.
Satelles Jovis, Aquila. Cic. 2. Tuſc. 24.

Tum adveſtatu, aduncis lacerans unguibus,
Jovis ſatelles pullo dilaniat fero.

Ex Poeta. Sic 1. de Divin. 106.
Satellites alicujus dicuntur, Qui partibus ejus devoti ac mancipati ſunt. Liv. 23. 12. Iſta, quæ modo Mago jactavit, Himilconi, cæteriſque Annibalis ſatellitibus jam læta ſunt. conf. loca Cic. ſupra.
C. Manlius audaciæ ſatelles atque adminiſter tuæ. Cic. 1. in Catil. 7.
Miniſtri ac ſatellites cupiditatum alicujus. Cic. 5. Verr. 21. Qui primus certos inſtituerit, nomine Decumanos, re vera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum.
Satellites voluptatum virtutes. Cic. 2. de Fin. 37.
Satellĭtium, i. n. [δορυφορία, τὸ δορυφορικόν] Luciano collectivum nomen eſt, ipſos ſignificans Satellites, tuendi corporis cauſa adhibitos, quemadmodum Servitium accipitur pro ipſis Servis, Sodalitium pro ipſis Sodalibus. Gloſſ. Vet. V. sodalis.
An Lucano? H. St.
Satellius Quadratus, (uti ait Seneca Epiſt. 27.) fuit quidam ſtultorum divitum arroſor, & quod ſequitur arriſor, & quod duobus his annexum eſt, deriſor.
Satias, V. in satis.
Sătĭculus, i. m. Populus Campaniæ moribus aſper, de quo Virg. 7. Æn. 729.

— amniſque vadoſi
Accola Vulturni: pariterque Saticulus aſper.

Al. Satriculus.
Satias, Satietas, Satin', Satio verbum, &c. V. in satis.

Sᴀᴛᴜᴍ, ōnis. V. ꜱᴇʀᴏ, ſevi.
Sᴀ̆ᴛɪs, Adv. [ἅλις, ἱκανῶς] & per apocopen Sat; ſignificat Quantum opus eſt. Plaut. Men. 5. 5. 49.

Arceſſe homines, qui illunc ad me deferant. s. quot ſunt ſatis? Hor. 1. Epiſt. 2. 6.

Quod ſatis eſt cui contingit, nihil amplius optet. Cic. de Amicit. 98. Satis erat reſpondere magnas, ingentes inquit.

Poro ex ἅλις, mutato λ in τ. Hinc conſtruitur cum Genitivo Satis. H. St. Imitatione nempe Græcorum, ut & reliqua Adv. copiæ. Exempla infra V.

Satis ad. Cic. 5. Verr. 170. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerum frumenti ſatis ſit, quem civitati imperas.

Mihi autem ad vincendum ſatis eſt. fuiſſe procuratorem, quicum experiri poſſet, quales in, &c. Cic. pro Quint. 68.

Satis cum periculo. Ter. And. 1. 1. 104.
Satis audacter. Plaut. Amph. 3. 1. 208.
Satis bene. Plaut. Pœn. 1. 2. 73.
Satis certe, vel certo, ſcio. Ter. Adelph. 2. 3. 3. Idem Heaut. 1. 1. 19.

Hæc non voluptati tibi eſſe, ſatis certo ſcio.

Satis diu hoc jam ſaxum vulvo. Ter. Eun. 5. 9. 55.
Satis recte mones. Plaut. Perſ. 4. 4. 53.
Satis ſæpe jam & virtutem militum & fortunam tentatam. Salloſt. in Jugurth. cap. 62. pr.
Satis, ſatis. Ter. Heaut. 3. 1. 30.

Non poſſum; ſatis jam, ſatis pater durus fui. Gloſſ. Lat. Græc.

Satis ſatis eſt, ἀρκεῖ, πολὺ ἐστί.
Satis tempore. Cic. 4. Verr. 108. Satis putabat ſe ad comitia tempore venturum, ſi pridie veniſſet. h. e. Satis tempeſtive.
Satis abondeque, ἱκανῶς καὶ ἱκανῶς. Gloſſ. Lat. Cræc.
Satis abundeque coerceri menſorem viſum eſt, ſi &c. Ulpian. in l. 1. §. Hæc actio ff Si menſor falſum modum dixerit. Papinianus l. Tutores qui poſt. §. 1. ff. de adminiſtratione tutorum. Quum ſatis abundeque ſit, vel in una ſpecie per amici laborem domino conſuli.
Satis ſuperqua. [ἀπαραιτήτως, ...] Virg. 2. Æn. 642.

— ſatis una ſuperque
Vidimus excidia. Cic. 2. de Nat. Deor. 2. Nam contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt. Hor. Epod. 1. 31.

Satis ſuperque me benignitas tua
Ditavit.

Reſponſa non dabantur fida ſatis. Virg. 2. Æn. 375.
Satis fortis homo, & ſatis plane frugi. Cic. 5. Verr. 67.
Imbrem ſatis largum cælo demittere. Virg. 1. Georg. 23.
Satis magna pecunia. Cic. 1. Offic. 25. Ut nuper M. Craſſus negabat ullam ſatis magnam pecuniam eſſe ei, qui in Repub. princeps vellet eſſe.
Satis multa. Cic. 11. Fam. 20. Satis me multa ſcripſiſſe, quæ litteris commendari poſſint, arbitror. Idem 4. Acad. 147. Et quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum.
Satis ſanus. Curt. lib. 4. 1. 23. Interdum, ſatiſne ſani eſſent, qui tam protervè ſibi illuderent, percontabatur. conf. Satin'.
Satis, cum Genitivo; Satis cauſæ. Ter. And. 1. 1. 112.

Nec ſatis ad objurgandum cauſæ. V. ſupra Satis ad.

Satis exemplorum alienæ clades præbent. Liv. 32. 21.
Satis hiſtoriarum eſt? Plaut. Bacch. 1. 2. 50.
Orationis ſatis eſt. Vide Oratio in oʀᴏ.
Satis aſt mihi tuæ ſalutis, nihil moror. Plaut. Trucul. 2. 2. 4.
Satis temporis ad dicendum. Cic. 4. Verr. 1.
Satis jam verborum eſt. Plaut. Capt. 1. 2. 16.
Satis credo. Ter. Eun. 5. 9. 21.

Gaudeo. c. ſatis credo: nihil eſt Thaide hac, frater, tua dignius.

Satis jam deluſum cenſeo: nunc rem, ut eſt eloquamor. Plaut. Aſin. 3. 3. 141.
Satis habeo. Plaut. Capt. 2. 3. 86. Ter. Adelph. 3. 2. 15.

Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo. Salluſt. in Jugurth. 31. 20. Satis habebatis animam retinere. [conf. Cic. 5. Fam. 2. 14. Vulgo dicunt Contentum eſſe.

Et ne ſatis habeas ſemel circuire. Cato cap. 1. R. R.
Satis mirari nequeo. Ter. Eun. 3. 4. 9. Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari.
Nec ſatis, extremas Corithi penetravit ad urbes. Virg. 9. Æn. 10.
Non ſatis alere. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Sed quum agelius eum non ſatis aleret, ut opinor, ludimagiſter fuit. [i. e. Non ſufficeret ad alendum.
Non eſt ſatis æſtimare, parens melior homini, an triſtior noverca fuerit. Plin. lib. 7. in præfat. h. e. Non ſatis æſtimari poſſit.
Non enim ſatis intelligebam: per parentheſim poſitum. Cic. 4. Acad. Me quoque jocanſne, an ita ſentiens? (non enim ſatis intelligebam) cœpit hortari, ut ſententia deſiſterem.
Satis pernoſti qualis ſim. Ter. Adelph. 3. 2. 23.
Satis proſpicere oculis, Satis cernere, Satis videre. Plaut. Amph. 5. 1. 7. Ter. Adel. 3. 3. 85.

Sed quis illic eſt, quem video procul? eſtne hic Hegio,
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle eſt.

Pluſquam ſatis opus eſt, doleo. Cic. 7. Verr. 122.
Satis præceptum. Plaut. Pœn. 3. 2. 17.
Satis ſcire. Liv. 1. 9.
Quum hominem nomino, ſatis mihi videor dicere. Cic. pro Quint. 40.
Quare de hoc ſatis. Cic. 6. Att. 9. Subaudi Dictum eſt.
Satis hoc tibi eſt. Ter. Eun. 4. 7. 39. Hic furti ſe alligat. ᴄʜ. ſatis hoc tibi eſt.
Quod ſatis eſt ſapio mihi. Perſ. 3. Sat. 78.
Satis eſt, ἀρκετόν ἐστι. Gloſſ. Cræc. Lat.
Non eſt ſatis, niſi præſens confirmaſſem, ne id quidem ſatis eſt. Cic. 5. Verr.
Non ſatis eſt id, cur alia percipi poſſe dicas, alia non poſſe. Cic. 4. Acad. 44.
Satin', pro Satiſne. Ter. Eun. 5. 2. 12. Satin' id tibi placet? c. non. Idem And. 4. 5. 20. Satin' ſanus es, qui me id rogites?
Satin' ſalvæ? Modus loquendi apud veteres, quum ubi quid turbati erat, interrogabant an ſatis ſalvæ res eſſent. Ter. Eun. 5. 5. 8.

Hem quid eſt? quid trepidas? ſatin' ſalvæ? dic mihi. Alii ſic legunt,
Hem quid eſt quod trepidas? ſatiſne ſalve? dic mihi. In quem

locum ſic ait Donatus; Salve, Integre, recte, commode. Plaut. Trinum. 5. 2. 53. Satin' ſalve? dic mihi. Nunc Adverbium eſt: producta eſt e littera. Salluſtius, Inde ortus ſermo, percontantibus utrinque, ſatin' ſalve? quam grati ducibus ſuis, quantis familiaribus copiis agerentur. Hactenus Donatus. [Sed errat magiſter, & ſine dubio Satin' ſalvæ ſcribendum, ſubauditurque Res. Quod & ſæpius additur. Liv. 1. 58. Quærentique viro, Satin' ſalvæ? Minime, inquit. Quid enim ſalvi eſt mulieri, amiſſa pudicitia. Qua ex reſponſione apparet ſatis, non eſſe Adv. Salve h. l. Sic

Satin' ſalva omnia. Liv. 3. 26. Admiratus, rogitanſque ſatin' ſalva omnia? togam propere e tugurio proferre oxorem Raciliam jubet.

Sᴀ̆ᴛ, [ἱκανῶς Gl. G. L.] Adv. per apocopen, a Satis; ſignificat Abunde, vel Quantum opus eſt. Virg. 10. Ecl. 70.

Hæc ſat erit divæ veſtrum ceciniſſe poetam.

Sat bonum te facit. Cic. pro Roſc. 89.
Sat commode. Ter. And. 3. 1. 17.
Sat diu vixit. Plaut. Capt. 4. 2. 10. Cic. 15. Att. 3. Modo & libenter fuerit, & ſat diu.
Sat eſt. Ter. And. 1. 1. 143. Sat eſt, curabo. Cic. de Seneſt. 48. Quantum ſat eſt.
Sat aſt oſculi. Plaut. Stich. 1. 2. 34. Sat litium; apud eundem legitur in Rud. 2. 7. 25. Cic. 2. de Fin. 62. Teſtium ſat eſt.
Sat fecit officium. Ter. Eun. 4. 5. 3.
Sat habere. Ter. And. 4. 2. 22. Sat habeo. Idem Eun. 3. 2. 30.

Ubi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur.

Sat ſcio. Ter. Adelph. 3. 3. 6. Parſualis ille imputus, ſat ſcin. Ibid. 4. 1. 10.
Pone hic ꜱᴀᴛᴜᴍ. H. St. quia in Lugd. ſeparata erat hæc dictio ꜱᴀᴛɪꜱ.

Sᴀ̆ᴛᴀ́ɢᴏ, ēgi, [ἀγωνιάω. Gl. L. G.] ĕre. Sat habere quod agas, Anxium eſſe, anxie diſtorqueri difficultate alicujus rei conficiendæ. Cum Genitiv. Ter. Heaut. 2. 1. 13.

Nam hic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit. Al. Sat agitat.

Satagere, Diligentem eſſe, ſeu feſtinare. Plaut. Aſin. 2. 4. 34.

Nunc ſatagit, adducit domum etiam ultro, & ſcribit nummos.

Satagere de. Gell. lib. 9. cap. 11. Conſulibus de vi ac multitudine beſtium ſatagentibus. h. e. Sollicitis.
Agere & Satagere. Quintil. lib. 6. cap. 4. Afer venoſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem & imponentem, Non agere dixit, ſed ſatagere. h. e. Anxie multa ſimul agere, ſed ita, ut nullum pro dignitate conficiat.

Sᴀᴛɪꜱᴀᴄᴄɪ́ᴘɪᴏ, ēpi, eptum, [ἱκανῶς λαμβάνω, συσχεφθομαι, ...] ĕre. dictum eſt eodem modo, quo Satisfacere. Nam quia id, quo quis contentus eret, ei præſtabatur, Satisfieri dictum eſt: ita quia tales quibus contentus quis futurus eſſet, ſic dabantur, ut verbis obligarentur, Satiſaccipi dictum eſt. Hæc Pomponius in l. ſtipulationum aliæ ff de verbor. obligat. Plaut. Stich. 4. 2. 4. Cic. pro Roſc. Com. 40. Qua de cauſe Flavius, quum de tota lite faceret pactionem, neque ſatiſacciperet a Roſcio, neque judicio abſolveretur a Fannio. Idem pro Quint. 44. Si veretur ut res judicio facto parata ſit, judicatum ſolvi ſatiſaccipiat. Cato R. R. cap. 2. Quæ ſatiſaccipienda ſient ſatiſaccipiantur.
Plerumque ſeparatim ſcribitur, Satis accipio. Idque more veteri rectius.
Satiſaccipere, contrarium habet Satiſdare. q. V.
Satis acceptum, per tranſlationem pro Certum, compartum, & firmum, veluti datis fidejuſſoribus & ſponſoribus. Satis enim accipit, cui prædes & ſponſores dantur. Plaut. Moſtal. 1. 3. 90.

Si acceptum ſat habet, tibi fore illum amicum ſempiternum. Et in Stich. 4. 1. 4.

Satis abs te accipiam, niſi videam mihi te amicum eſſe, Antipho. Ex Turnebo.

Sᴀᴛɪꜱᴀᴄᴄᴇᴘᴛɪᴏ, ōnis. f. [ἱκανοδοσία] Stipulatio. Satiſacceptionem appellat Pomponius in l. Stipulationum aliæ. de Verb. obligat. Stipulationem, quæ ita obligat promiſſorem, ut expromiſſores quoque ab eo accipiantur: id eſt qui idem promittunt.

Sᴀᴛɪꜱᴅᴏ, dĕdi, dătum, [ἱκανὸν δίδωμι] āre. ſignificat Fidejubere, promittere per vadem, ſive fidem ſuam pignori dare, & re ipſa certum facere. Cajus ff. Qui ſatiſdare cog. l. 1. Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo Satisfactio. Nam ut Satisfacere dicimur ei, cujus deſiderium implemus: ita Satiſdare dicimur adverſario noſtro, quum pro eo, quod a nobis petit, ita cavemus, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fidejuſſoribus. Cic. 5. Att. 1. De ſatiſdando te rogo quoad eris Romæ, tu ut ſatiſdes. Cic. pro Quint. 30.
Judicatum ſolvi ſatiſdare. Cic. 4. Verr. 60. Amici, ſi quis quid peteret judicio, ſecum agi paſſuros, judicatum ſolvi ſatiſdaturos eſſe dicebant.
Satiſdare Genitivo junctum. Cic. 3. Ver. 146. Qui redemerit, ſatiſdet damni infecti. Scilicet Nomine.

Sᴀᴛɪꜱᴅᴀ̆ᴛᴜᴍ, i. n. [ἱκανοδοσία] Cic. 16. Att. 15. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores ejus non diſſolvere. Pomponius, in l. Et magis. ff. de ſolut. Potius enim eo nomine exſolviſſe videor, quod ſatiſdato, quam quod ſine ſatiſdatione debeo.
Satiſdato promittere. Papinian. in l. 8. in princip. ff de cuſtod. reor. Ulpianus duobus locis in l. Sed & ſi quis §. Quæſitum eſt. ff Si quis caution.

Sᴀᴛɪꜱᴅᴀᴛɪᴏ, ōnis. f. [ἱκανοδοσία Gl. C. L.] Cic. 5. Att. 1. De ſatiſdando vero te rogo quoad eris Romæ tu ut ſatiſdes: & ſunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium, in his Mammianorum prædiorum vel Atilianorum.
Capitalis ſatiſdatio, Cum aliquid in nos recipimus cum obſtrictione capitis. Plin. lib. 36. cap. 5. Nec minor quæſtio eſt in Septis, Olympum & Pana Chironemque cum Achille qui fecerint, præſertim quum capitali ſatiſdatione fama judicet dignos. Hoc autem & ipſe Plinius lib 34. cap. 7. apertius declarat his verbis, Ætas noſtra vidit in Capitolio, priuſquam id noviſſime conflagravit, a Vitellianis incenſum, in cella Junonis, canem ex ære, vulnus ſuum lambentem: cujus eximium miraculum & indiſcreta veri ſimilitudo, non eo ſolum intelligitur, quod ibi dicata fuerat, verum & nova ſatisdatione: nam ſumma nulla par videbatur: capite tutelarios cavere pro ea, inſtituti publici fuit.
Satiſdationem implere non potuit. Papinian. in l. 2. ff. de cuſtod. reor.
Præſtare ſatiſdationem. Ulpian. in l. ſi fidejuſſor § ſi neceſſaria. ff qui ſatiſd. cog. Si neceſſaria ſatiſdatio fuerit, & non facile poſſit reus ibi præſtare, ubi convenitur: poteſt audiri, ſi in alia ejuſdem provinciæ civitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit. Si autem ſatiſdatio voluntaria eſt, non in alium locum remittitur.

Sᴀᴛɪꜱ-

Satisdator, ōris. m. [Ἱκανοδότης Gl. L. G. & G. L.] Sidon. 4. Epiſt. 24. Curatori necdum ſatiſdator eſt inventus.

Satis exigere, vel non exigere; ea forma dicitur, qua Satiſdare, vel non dare. Ulpian. in l. Julianus. §. Si tibi. ff. ad exhibendum. Paulus in l. Lucius Titius. §. Cum in teſtamento. ff. de adminiſtrat. tutorum, A quo magiſtratus ſatis exegerunt rem ſalvam fore [Semper diviſe legas.

Satisfacio, ēci, actum, [πληροφορέω Gl. Gr. L.] ĕre. Tantum facere quantum ſatis ſit irato, ad vindictam, inquit Aſconius in 3. Verr. 79. Publice ſatisfacere, h. e. Publico nomine. Cic. 3. Verr. 70. Sed aliqua ea parte violatus ſit, niſi publice ſatisfactum ſit, ei civitati bellum indici atque inferri ſolere. i. e. Niſi decreto publico traditi ad pœnam ſint culpæ auctores, inquit Aſcon.

Dativo jungitur. Plaut. Amph. 3. 2. 8. — quin ego illum aut deſeram, Aut ſatisfaciat mihi ille, atque adjuret inſuper. Cic. 7. Att. 23. Cui nos valde ſatisfacere multi ad me ſcripſerunt. conf. 11. Fam. 13. pr.

Satisfaciat, quibus debet. Cic. 16. Att. 16.extr. [i.e. Solvat debita. Al. Quibus debeat.

Satisfacere, & fraudata reſtituere. Cæſ. 3. Bell Civil. cap. 60. extr.

Satisfacere de viſceribus ſuis, pro Suis viſceribus æs alienum diſſolvere, hoc eſt ſua ipſius pecunia re. Cic. 1. Q.frat. 3. Sentio quid ſceleris admiſerim, quam de viſceribus tuis & filii tui ſatisfacturus ſis quibus debes, ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine fruſtra diſſiparim.

Satisfacere alicui in pecunia. Cic. 8. Fam. 11. Ut ſi mihi in pecunia minus ſatisfeciſſet, per hanc ſpeciem ſimultatis eum conſectarer.

Da ea aliqua plene & ſtatim ſatisfacere. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Deo alicui ſatisfacere, Pro ope præſtita ſacrificare. Cic. 14. Fam. 7. Cui quidem tu deo, quemadmodum ſoles, pie & caſte ſatisfacias: id eſt Apollini & Æſculapio.

Satisfacere alicui, pro Purgare ſe ei. Cic. 2. Philip. 49. Acceperam enim jam ante Cæſaris litteras, ut mihi ſatisfieri paterer a te. i. e. Ut acciperem tuam excuſationem & purgationem. Inde, Satisfactio, pro Purgatione & excuſatione.

Satisfacere cumulate alicui. Cic. 2. Q. frat 4. Idem in Topicis.

Satisfacere de injuria Cæſ. 5. Bell Gall cap. 1. Seſeque paratos eſſe demonſtrant, omnibus rationibus de injuriis ſatisfacere. [i.e. Reparare damnum.

Exiſtimationi hominum ſatisfacere, Purgare ſe hominibus. Cic. 5. Verr. 131. Commoveri te oportuit, vocare Apronium, nec illum ante tibi ſatisfacere, quam tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes.

Opinioni omnium ut ſatisfiat. Cic. pro Rabir. Poſt. 45.

Suſpicioni alicujus ſatisfacere. Cic. pro Rabir. Poſt. 41. Sed ut omnium vel ſuſpicioni, vel malevolentiæ, vel crudelitati ſatisfiat, occultat pecuniam Poſtumus, latent regiæ divitiæ. [Pro Crudelitati, lego Credulitati, ut ſententia poſtulet. Error frequens in MSſ.

Frequens uſus hujus verbi in his, quæ ad officium pertinent, ut,

Amicitiæ ſatisfacere. Cic. 10. Fam. 1. conf. infra ad fin.

Cauſæ & officio ſuo ſatisfacere. Cic. 1. Verr. 40.

Mandatis alicujus ſatisfacere. Cic. 6. Att. 1. Noli enim putare, me quidquam maluiſſe, quam ut mandatis tuis ſatisfacerem, nec ulla de re plus laboraſſe. Vetuſtum exemplar hic habet, Ut mandet iſ facerem.

Naturæ & legibus ſatisfacere. Cic. pro Cluent. 29. Morte & Exſilio ipſe exp.

Officio erga aliquem in re aliqua ſatisfacere, Fungi officio. Cic. 2. Q. frat. 2. In ea re nos, & officio erga Lentulum mirifice, & voluntati Pompeji præclare ſatisfacimus.

Promiſſo noſtro ac recepto ſatisfactum eſt. Cic. 7. Verr. 138.

Vitæ ſatisfacere, vel ætate, vel factis, vel gloria. Cic. 10. Fam. 1. pr.

Voluntati voluntate ſatisfacere. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 55.

Loco in diſputatione alicui ſatisfacere. Cic. 1. de Legib. 5. Nec enim ſatis fieri cenſent huic loco, qui nunc eſt in manibus, niſi hoc ipſum naturæ jus eſſe diſputarint.

Immortalitati laudum alicujus ſatisfacere. Cic. 13. Fam 17. Nunc autem incenſus ſtudio rerum tuarum, eas litteris Græcis mandare cupiebat. Poſſe arbitror: valet ingenio: habet uſum: jampridem in eo genere ſtudii, litterarumque verſatur: ſatisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. i. e. Laudes tuas reddere immortales.

Hiſtriones in diſſimillimis perſonis ſatisfaciant. Cic. in Orat. 109.

Sæpe interjectis quibuſdam ponitur, ut Cic. 4. Fam. 8 extr. Me certe in omnibus rebus ſatis noſtræ conjunctioni amorique facturum.

Satisfīo, [πληροφοροῦμαι] ĕri. Ovid. de Rem. Amor. 698.

Quemquam a te quidem cumulate ſatisfit & mihi & omnibus. Cic. 13. Fam. 53. Plura ſupra V.

Satisfacitur, pro Satisfit. Varr. apud Priſcian. 8.

Satisfactio, ōnis. f. [πληροφορία Gl. L. G.] Purgatio, excuſatio. Cic. 7 Fam. 13. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Idem 4. Att. 6. Et ſimul ne ἀπολογία mea, quæ in agendo apparuit, in ſcribendo ſit occultior, & aliquid ſatisfactio levitatis habere videatur.

Satisverbo, [ἱκανῶ ῥήματι] āre. Idem quod Satisdare [Diviſe melius.

Sătior, us; ōris. Adj. Melior. Plin. lib. 17. cap 5. Erit igitur hæc optima, & operi ſatior. De terra tenera. Harduinus exhibet, Optima & operi & ſatis.

Sătius, [ἄμεινον Gl. L. G.] Adv. compar. a Satis, & ſignificat Melius, quaſi ultra id, quod opus eſt. Ter. Heaut. 3. 1. 66. — & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt, quam illo minam. Virg. 2. Ecl. 15.
Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia? Cic. 7. Att 1. Video cum altero vinci ſatius eſſe, quam cum altero vincere. [Comparativum a Satis eſſe dubitare nos non ſinit Gloſſographus Græcus, Ἱκανῶς, Abunde, Satis. Ἱκανώτερον, Satius.

Non igitur ſatius eſſet, dicet aliquis, ab initio, præſertim quum ſcribas, ad optimum & electiſſimum verbum devenire? Eſt quum non eſt ſatius, ſi &c. Auctor ad Herenn. lib. 4. 56.

Multo ſatius eſt. Lucret. lib. 5. 1126.

Nimio ſatius. V. Nimie.

Satiĕtas, ātis. f. [χορτασία τροφῆς Gloſſ. Lat. Gr. Κόρος Gr. Lat.] Faſtidium ex copia abundanti cibi, alteriusve rei. Cic 7. Verr. 99. Poſteaquam a portu piratæ, non metu aliquo affecti, ſed ſatietate exierant.

Cibi ſatietas & faſtidium, aut ſubamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur. Cic. 1 de Invent. 25.

Omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater. Cic. 1. de Invent. 76.

Satietas vitæ. Plin. lib. 4 cap. 12.

Satietas hominum. Ter. Eun. 3. 1. 13.

Satietas noſtri & Deſiderium, contraria. Cic. 2. Att. 5.

Satietas & Aviditas, contraria. Plin. lib. 12. cap. 17.

Citra ſatietatem. V. Citra præpoſitionem.

Abire in ſatietatem. Plin. lib. 8. cap. 16.

Affert hæc res multum hominibus ſatietatis ac faſtidii. Cic. pro Muren. 21.

Afficere ſatietate Cic. 7. Verr. 99. V. ſupra.

Capere ſatietatem. Ter. Eun. 3. 1. 13. Sumere. Phorm. 5. 4. 6.

Deeſſe non. ut, Satietas voluptatibus non deeſt. Plin. lib. 5. cap. 5.

Defatigari ſatietate, vel Defeſſum eſſe. Cic. 2. de Orat. 177. Et 2. Fam. 3.

Dare ſatietatem. Cic. 5. de Nat. Deor. 90.

Explere naturam ſatietate vivendi. Cic. pro Marcell 28.

Facere. ut, Omnium rerum ſatietas, vitæ facit ſatietatem. Cic. de Senect. 76.

Ferre ſatietatem ex copia. Quintil. lib. 5. cap. 14. Et odium ex quadam ſervitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidium tulerit.

Fugere ſatietatem. Cic. Facillime fugiant ſatietatem.

Habere ſatietatem, pro Afferre. Cic. 15. Att. 16.

Occurreret varietas ſatietati. Cic. in Orat. 174.

Parere ſatietatem. Cic. 4. ad Herenn. 7.

Superare ſatietatem. Cic. pro Mur. 21. Ego mei ſatietatem magno meo labore ſuperavi.

Tenet me alicujus rei ſatietas. Salluſt. In Jugurth. 31. Niſi forte nondum etiam vos dominationis eorum ſatietas tenet. [i. e. Pœnitet nondum.

Trucidare ad ſatietatem. Liv. 24. 18. extr.

Vincere ſatietatem. Cic. 3. de Orat.

Vitare ſatietatem. Cic ad Herenn.

Satias, ātis. f. [πλησμονή] pro Satietas aliquando ponitur. V. Non. 2. 791. Ter. Eun. 5. 5. 3.
Ubi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Idem Hec. 4. 2. 18.

Satias me jam tenet ſtudiorum iſtorum. Lucret. lib. 5. 40.
Nil, ut opinor, ita ad ſatiatem, &c.

Feſſus ſatiate vivendi. Lucret. lib. 2. 1037.

Facta ſatias frumenti. Salluſt. Frumentique ex inopia gravi ſatias facta.

Saties eum cepit amoris in uxore. Liv. 30. 3.

Cibi ſatias. Lucret. lib. 5. 1390.

Satias capit. Macrob. lib 7. Saturnal. cap. 12. Cur qui avidius vorant, facilius ſatias capit, quam qui eodem quietius ederint? Male al. Capiunt.

Saties, ēi. f. Idem. [κόρος Gl. G. L.] Nec finis ſatieſve. Sil. lib 4. 110.

Satie necari. Plin. lib. 8 cap 51.

Sed non ſatis certa eſt hæc vox Saties. Nam in utroque loco (ſcil. tum Plinii, quam Silii) datur lectionum varietas V. Drakenb ad Sil. l. c.

Sătio, [χορτάζω, κορέω, ἐμπίπλημι, χορτάζω] āre. a Sat deduci videtur; ſignificatque Saturare, ſeu explere, & habere quod ſatis ſit. Pertinet ad omnes ſenſus, & frequenter ad animum transfertur.

A Sat ſejungi non debet, quum ſit inde. H. St. Id factum fuit in Lugd.

Ad corpus. Columel. lib. 8. cap. 9. Satiatque ſemodius cibi in diebus ſingulis vicenos & centenos turtures.

Satio populum tritico, χορτάζω τὸν δῆμον σίτῳ. Gloſſ. Græc. Lat.

Ad animum. Cic. de Senect. 52. Satiari delectatione non poſſum, ut meæ ſenectutis requietem, oblectamentumque noſcatis.

Legendo non poſſe ſatiari Cic. 3. de Fin. 7.

Nunquam expleor, nec ſatiarer, cupiditatis ſitis. Cic. in Parad. 1.

Animum non poſſe ſatiare in lacerando alicujus corpore. Cic. 11. Philipp. 8.

Cor ſatiare. Ovid. 9. Met. 178.

Cupiditatem ſatiare. Plin. lib. 34 cap 8.

Deſideria naturæ ſatiare. Cic 2. de Fin. 25. Veniebat enim ad cœnam, ut ſatiaret animo quieto deſideria naturæ. [i. e. Famem & ſitim.

Iram ſatiare Ovid. 3 Triſt. 8 19.

Lumina ſatiavit longo viſu Stat. 4. Silv. 6. 34.

Oculos ſatiemus amore. Propert lib. 2. 16. 23.

Odium ſatiare, cupiditates explere. Cic in Partit. 96.

Pectora ſua ſatiare luctu alterius. Ovid. 6. Met. 281.

Pratum non ſatiatur aquis. Ovid. 8. Met. 836.

Numerus ſatiat. Cic. in Orat. 215.

Satiere videtur a Plinio poſitum pro Abundare, lib. 5. cap. 9. Propterea obſervatum eſt, prout in Mauritania nives imbreſve ſatiaverint, ita Nilum increſcere. [Subaudi Ipſum Nilum, ſcil. aquis

Satians, antis. Partic. Apul. Met. 5. p. 162. Elmenh. Hæc autem noviſſime, quam fetu ſatiante poſtremos partus effudit.

Satiātus, a, um. Partic. [κεκορεσμένος, ἀπληστεύς, ἀκόρεστος] ut, Cruore hoſtium ſatiatus. Tacit. 2 Ann. 21.

Longo nimis ludo ſatiate. Hor. 1. Carm. 2. 37. ad Martem.

Somno ſatiatus Liv. 2. 65.

Suppliciis ſatiati nocentium. Liv. 8. 20.

Ira nondum ſatiata cædibus. Lucan. lib. 7. 803.

Libido mentis ſatiata Catul Argon. 62. 147.

Senecta vita longa ſatiata. Sen. Herc. fur. 10.

Satiate, Adv. Vitruv. 2. 9.

Satianter, Adv. Apul. Met. 7. p. 195. Elm. Satianter paſtus.

Sătur, ūra, ŭrum. Adj. [κεκορεσμένος, ἐμπλήσιος] Quod eſt cibo plenum. Ter. Hec. 5. 2. 2.
Sed quum tu ſatura atque ebria eris, puer ut ſatur ſit facito. Cic. 1. de Divin 77. Præclara vero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geritur.

Altilium ſatur. Hor. 1. Epiſt. 7. 55. h. e. Saturatus altilibus.

Rerum ſatur omnium. Ter. Adel. 5. 1. 3.

Fricando ſatur. Plaut. Pœn. 1. 2. 21.

Capellæ ſaturæ. Virg. 10. Ecl. 77.

Colonus ſatur, Locuples, copioſus. Tibul. lib. 2. 1. 23.

Conviva ſatur. Hor. 1. Serm. 1. 119.

Cor ſaturum. Catull. 46. 4.

Verna ſatur, Bene paſtus. Martial 2 90.
Sit mihi verna ſatur; ſit non doctiſſima conjux;
Sit nox cum ſomno; ſit ſine lite dies.

Satur, Fecundus & abundans. Perſ 1. Sat. 71.
— nec tua ſaturum laudare Virg. 2. Georg. 197.
Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti. Ubi Servius; Saturi, aut Fecundi: aut Quod juxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturam

Saturum vicinæ ſunt Calabriæ civitates. [Nugæ exp. Juvenal. Sat. 6. 297.
Adque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.
Præſepia ſeruæ. Virg. 3. Georg. 214.
Satur color, Plenus, vehemens, & quem vulgus noſtrum *carcatum* vocat. Plin. lib. 37. cap. 10. Ion apud Indos violacea eſt, ſed raro ſaturo colore lucet.
Vellera fucata ſaturo colore. Virg. 4. Georg. 335.
Satura jejune dicere. Cic. in Orat. 130. Eloquens nec ſatura jejune dicet, nec grandia minuta, nec item contra: ſed erit rebus ipſis par & æqualis oratio. Senſus eſt, Si quæ res ſunt ſaturæ, hoc eſt plenæ, & quæ magna dicendi copia explicari poſſunt, non eas jejune & exiliter tractabit orator, eſſet enim indecorum: ſed quantam maximam poterit ubertatem orationis illis adjunget.
Compar. Saturior lactis agnus. Columel. lib. 7. cap. 4. Sen. Q. Nat. 2. 5.
SATULLUS, a, um. Adj. dimin. Varr. de R. R. 2. 2. Ut agni ſatulli fiant lacte.
SĂTŬRA, æ. f. Lanx variis frugum, pomorum, vel ſimilium, generibus referta. Porphyr. in Hor. 1. Serm. 1. pr. Lanx plena diverſis frugibus in templum Cereris infertur, quæ Saturæ nomine appellatur. Diomed. 3. p. 483. Lanx referta variis multiſque primitiis in ſacro apud priſcos Diis inferebatur, cujus generis lancium meminit Virg. 2. Georg. 194.
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Et ibid. 394.
— lanceſque & liba feremus.
Nimirum mos erat apud antiquos, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri, annua vota ſolverent pro læto frugum fructuumque proventu, ut primitias rerum collectarum, in lancem congeſtas, cuique Deo pro ratione ejus cultus, offerrent. Et cum lances refertæ fuerunt variarum rerum copia, Lances ſaturæ appellabantur, vel uno verbo Saturæ. Et hinc, Aliarum rerum mixturas, vocarunt Saturas. Poſtea ad multa alia vox translata eſt. [Pro ipſa Satietate in Gloſſ. Græc. Lat. κόρος, Satura, Sacietas, Sacies.
Satura vocabatur Farciminis genus variis rebus refertum. Varro Plautin. Quæſt. 2. Satura eſt, ubi uva paſſa & polenta & nuclei pinei ex mulſo conſperſi: ad hæc addunt alii de malo Punico grana. Diomed. 3.
Satura etiam vocabatur Poematis genus e vario metrorum genere compoſitum, ab illa Saturæ ſignificatione, qua quod varium eſt, confuſumque ſic dicitur. Diomed. 3. p. 483. Olim carmen, quod ex variis poematibus conſtabat, Satura vocabatur, quale ſcripſerunt Pacuvius & Ennius. At Varro non tantum vario & metro & argumento ſaturam condidit; ſed etiam proſam miſcebat carmini. Has ſaturas a Menippo, philoſopho Cynico, quem imitatus eſt, Menippeas dixit. Gell. 2. 18. Servus Menippus fuit, cujus libros M. Varro in ſaturis æmulatus eſt, quas alii Cynicas, ipſe Menippeas appellat. Quintil. 10. 1. Alterum illud eſt, & prius ſaturæ genus, quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro. Quod, ſi non ſolum carmine conſtitit, proſa etiam ſcriptum fuiſſe conſequitur. V. Voſſ. Inſtit. Poet. 3. 10. 2. & Voſſ. Etymol. Schott. Obſervat. Philolog. 1. 4. Caſaubon. 2. de Sat. Poeſ. J. C. Scal. Poet. 1. 12. Poſtea ſuaviori littera Satira dici cœpit. V. SATYRA.
Per ſaturam, antiqui ritu proverbii, pro Res confuſa ac miſta, ſcribit Juſtinian. in Prooem. de Rat. diſc. Jur. Et primi anni (ait) hoc opus legentibus tradebatur, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim, & quaſi per ſaturam collectum, & utile cum inutilibus miſtum. Et pro Eo quod inordinate & nullo recto inſtituto, (ſed more quodam ſaltantis & ludentis ſatyri.) Conſt. de Lat. lib. toll. Cum deditii liberti jam ſublati ſunt, ea propter imperfecta Latinorum libertas incertis veſtigiis titubat, & quaſi inducta per ſaturam adhuc remanet. Quomodo dicit Salluſt. de Bell. Jugurth. cap. 32. Poſtero die quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. i. e. Paſſim, & nullo ordine, nec more majorum, &, ut poeta quidam loquitur, Seminatim hinc inde exquiſitis ſententiis.
Item, Lex vocabatur Satura, quæ multa ſimul comprehendit. [νόμος πολλὰ περιέχων. Gl. L. G.] Diomed. & Feſto auctore, Satura eſt Lex multis aliis legibus conferta. Hinc, Per ſaturam fieri dicitur, Quicquid raptim & confuſe fit. Lucil. apud Diomed. 3. 3.
Per ſaturam ædilem factum qui legibu' ſolvat.
SATURIO, ōnis. m. [ἀδηφάγος] Idem quod Satur. Plaut. Perſ. 1. 3. 23.
Nam eſurio venio, non advenio Saturio. [Jocus eſt ex proprio nomine Saturionis paraſiti. Gr. Σατυρίων.
SATURĬTAS, ātis. f. [χορτασία Gl. L. G.] Plaut. Capt. 4. 2. 85.
Proin tu deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi conf. v. 97.
De colore Plin. lib. 9. cap. 39. Sic gignitur laudatus ille pallor, ſaturitate fraudata.
Saturitas, pro Abundantia. Cic. de Senect. 56. Neque ſolum officio, quod hominum generi univerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed etiam delectatione, quam dixi, & ſaturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad victum hominum, & cultum etiam deorum pertinent.
Saturitas, pro Excrementis ventris. Plin. lib. 10. cap. 33. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioreſque circumagi docent, & foris ſaturitatem emittere.
SATŬRO, [χορτάζω, χορτίζω Gl. G. L.] āre. Explere. Ad omnes ſenſus pertinet, proprie tamen ad guſtum. Virg. 10. Ecl. 30.
Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.
Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate ſaturantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 128.
Famem epulis ſaturare. Claud. de Phœnice 23.
Expleri & Saturari hanc habent differentiam: Expleri eſt tantummodo plenum eſſe; Saturari, ſupra modum. Cic. lib. 6. de Repub. Quæ quia expleri, nec ſaturari ullo modo poſſunt. Non. 5. 23. Al. Satiari.
Placare & Saturare. Cic. pro Domo 44. Explevi animos invidorum, placavi odia improborum, ſaturavi etiam perfidiam & ſcelus proditorum.
Saturare ſe ſanguine. Cic. 2. Philip. 59. Verſatus in bello eſt, ſaturavit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui civium.
Odium ſaturare ſanguine. Cic. pro Flacc. 95. Mactare victimam gratiorem, quam ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in vos omnes odium ſaturaveritis?
Saturnus appellatus quod ſe ſaturat annis. Cic. 2. de Nat. Deor. 64.
Stercore ſaturare terram. Columel. lib. 2. cap. 9.
Cum Genitiv. conſtr. in Gloſſ. Lat. Græc. Saturo exercitum commeatus, Χορτάζω τὸ στράτευμα ἐπισιτισμοῦ.

SATURĀTUS, a, um. [ἀδηφάγος, χορτασθείς] Partic. ut, Juno ſaturata. Virg. 5. Æn. 608.
Multa movens, necdum antiquum ſaturata dolorem. Synecdoche.
Expletus & Saturatus. Cic. 5. Verr. 100. Ut aliquando ex eorum agris, atque urbibus expleti atque ſaturati, cum hoc cumulo quæſtus, decederent.
Cæde armenti ſaturati leones. Ovid. 10. Met. 541.
Homines ſaturati honoribus. Cic. pro Planc. 20.
Mens ſaturata bonarum cogitationum epulis. Cic. 1. de Divin. 61.
Lumine ſaturata cara figura. Catul. Argon. 68. 220.
Saturatæ veſtes murice, i. e. Tinctæ. Martial. lib. 8. 48.
Compar. ut, Saturatior color. Plin. lib. 21. cap. 8.
SATURANTER, Adv. Compar. Fulgent. Mytholog. 3. Hæc ſaturantius Apulejus enarravit.
SATURĀTIM, Adv. [χορτασμένως] Gloſſ. Gr. Lat.
SATURATIO, ōnis. f. [χορτασία, πλησμονή] Gloſſ. Vet. Lat. Græc.
SATURATUS, ûs. m. χορτασία Gloſſ. Græc. Lat.
SATURABILIS, e. Adj. [χορταστικός] Gloſſ. Vet. Lat. Gr.
SATULLO, [χορτάζω] āre. Idem quod Saturare. Varro apud Non. 2. 786.
Neque in pulvere mythico coquam carnes, quibus ſatullem corpora, & famem ventris.
SATOR, SATIVUS. V. SERO, ſevi.
SATRÆ, Populi Græcorum in litoribus Thraciæ. Herodotus lib. 7.
SATRĂPA, vel SATRĂPES, æ. m. pr. comm. [σατράπης] dictio Perſica, quæ apud nos Præfectum ſignificat. Ter. Heaut. 3. 1. 43.
— ſatrapes ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre ejus ſumptus queat. Al. Satrapa.
Mardonius, ſatrapes regius, natione Medus, regis gener. Nepos 4. 1. 2. V. Gell. 10. 18. Plin. 6. 26. Freinſh. indic. in Curt.
SATRAPS, ăpis. m. Idem. Sidon. Carm. 2. 78.
Quiſque ſedet, ſub rege ſatraps.
Non eſt prætereundum ſactum Pharnabazi ſatrapis regii. Nepos 6. 4. 1. Sed de hoc Genitivo, (qui vel a Satraps, vel a Satrapes deduci poteſt) V. Voſſ. de Anal. 2. 3.
SATRAPĪA, æ. f. [σατραπεία] Præfectura, vel Provincia apud Perſas. Plin. lib. 6. cap. 20. Etenim plerique ab Occidente, non Indo amne determinant, ſed adjiciunt quatuor ſatrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas.
Dicitur & Satrapēa. Curtius lib. 5. 1. 44. Mazæum transfugam ſatrapea Babyloniæ donat. Idem lib. 6. 6. 12.
SATRĪCUM, i. n. pr. comm. [ſo Σάτρικον Steph. ?] Clara Latii civitas apud Plinium lib. 3. cap. 5. conf. SATRICULUS.
SATRĪCUS, i. m. pr. comm. Quidam a Silio memoratus, quem filius ſuus interfecit. Sil. lib. 9. v. 68. 77. 104. 111.
SATRIUS, a. um. Adj. Victus. Plin. 8. 5. Cato cura, qui fortiſſime præliatus eſſet in Punica acie ſatrum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Al. Sutum. V. Harduin. in loc.
SATULLO, & SATULLUS. V. SATUR, in SATIS.
SATUM, i. n. [σάτον] Genus menſuræ Palæſtinæ, quæ capit ſeſquimodium, ſive, ut nos lingua noſtra dicimus, Seſquibœetium. V. Suid.
SATUR, SATURA, Appellativ. V. in SATIS.
SATURA, æ. f. Palus, quæ & Pomtina, juxta Circejos fuit viginti trium olim urbium locus, ut eſt Muciani ſententia apud Plinium lib. 3. cap. 5. Hæc ad viam uſque Appiam pertinebat, ubi & navibus trajiciebatur inter Appii forum & Anxuren. Virg. 7. Æn. 801.
— queis Juppiter Anxurus arvis
Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco,
Qua Saturæ jacet atra palus, gelidaſque per imas
Quærit iter valles atque in mare conditur Ufens. conf. Sil. 8. 381.
SATURABILIS, SATURANTER, SATURATIM, SATURATIO, SATURATUS, SATURIO, SATURITAS, SATURO, V. SATUR, in SATIS.
SĂTŬRĒJA, æ. f. [θύμβρα Gl. L. G.] Herba fragrantis odoris, quæ & Cunila dicitur, & Origanum Heracleoticum: a Saturo dicta, quod nullum fere condimentum ſine ea fiebat, propter quod ſaturitatem inducere videbatur. Columel. lib. 10. 233.
Et ſatureja thymi referens thymbræque ſaporem. Plin. lib. 19. cap. 8. Thymbram vero, quæ ſit cunila. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, ſatureja dicta, in condimentario genere. Seritur menſe Februario, origano æmula.
SATUREJUM, i. n. Idem. Ovid. 2. de Arte Am. 415.
Sunt qui præcipiunt herbas ſatureja nocentes
Sumere. Martial. 3. 74.
Improba nec proſunt jam ſatureja tibi.
SĂTŬRĒJUM, i. n. Urbs in Apulia. Scribitur & Saturum. Hinc
SATUREJĀNUS, a, um. Adj. ut, Caballus Saturejanus. Hor. 1. Serm. 6. 59.
SATURCHEI, Populi ſunt circa Mæotim apud Plinium lib. 6. cap. 7.
SATURNIA, V. SATURNUS.
SATURNIA, æ. f. Colonia civium Romanorum in agro Caletrano, teſte Liv. 39. 55. Hinc
SATURNINI Populi in Etruria. Plin. 3. 5.
SATURNINUS Volufius, Urbis præfectus, cui, ut Plinius lib. 11. cap. 38. commemorat, quotannis ſanguis per ora profluxit, tametſi nonageſimum exceſſerit annum.
L. Apulejus Saturninus. Tribunus plebis fuit ſeditioſus, qui cum pernicioſis legibus rempublicam perturbaret, ſumptis ex Senatuſconſulto armis, in Capitolio occiſus eſt a Scæva quodam Q. Crotonis ſervo, cui idcirco libertas præmii loco data eſt. Fuerunt multis poſt annis, qui a C. Rabirio occiſum dicerent, quo nomine ille a T. Labieno in judicium vocatus, & perduellionis reus factus, a Cicerone defenſus eſt pulcherrima illa oratione, quæ pro C. Rabirio Poſtumo perduellionis reo, inſcribitur. V. Flor. 3. 16. & Aur. Vict. de Vir. Ill. cap. 73.
Saturninus, item Hæreticus, de quo Iren. 1. 22. Euſeb. H. Eccl. 4. 7.
SATURNUS, i. m. [Κρόνος] Cæli filius, auctore Cicerone lib. 2. de Nat. Deor. 63. Vetus (inquit) hæc opinio Græciam opplevit, ſcilicet exſectum Cælum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipſum a filio Jove. Phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in impias fabulas. Cæleſtem enim altiſſimam ætheream que naturam, id eſt igneam, quæ per ſeſe omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret

egeret ad procreandum. Saturnum autem eum eſſe voluerunt, qui curſum & converſionem ſpatiorum, ac temporum contineret, qui deus Græce id ipſum nomen habet: Κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt Spatium temporis. Saturnus autem eſt appellatus, quod ſaturetur annis. Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit ætas temporum ſpatia, annisque præteritis inſaturabiliter expletur. Vinctus autem a Jove, ne immoderatos curſus haberet, atque ut eum ſiderum vinclis alligaret. Hactenus Cicero. V. & Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 40. 41. 42. Alii philoſophi interpretantur Saturnum Cronon, veluti a ſatietate intellectus, eo quod Græca Satietas κόρος; Intellectus vero ſive mens νοῦς dicitur, ut ſit nomen compoſitum Saturnus ex prima parte Latina, & poſteriore Græca, ipſa Satietas mentis. Sunt qui Saturnum a Satu deducant, quoniam peritiam ruris, & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. V. Feſt. & Varr. L. L. 4. 10. Quidam a verbo quod Græci dicunt μήδεα, quo Virilia ſignificantur, quod patris pudenda abſcidiſſe, atque in mare projeciſſe dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quæ a ſpuma, unde coaluit, Aphroditen nomen accepit.

Rariſſime in monumentis veterum apparet. Alias pingebatur homo ſenex & canus, barba prolixa, incurvo corpore, capite aperto, triſtis & pallidus cum falce adunca. Albric. de Deor. Imag. ſ. 1. Macrob. 1. Saturn. 7. De quo Virg. 7. Æn. 179.

Vitiſator curvam ſervans ſub imagine falcem,
Saturnuſque ſenex.

Dextra ſerpentis portabat imaginem, qui caudam propriam dentibus commordebat. Siniſtra vero filium parvum ad os applicabat, & eum devorare videbatur.

Saturno, dies feſtus celebratur menſe Decembri, quod eo ædis eſt dedicata, & is culturæ agrorum præſidere videtur, quod etiam falx eſt ei inſigne. Feſtus.

Dies Saturni religioſa habebatur. Tiboll. 1. 3. 17.

Aut ego ſum cauſatus aves, aut omina dira,
Saturni aut ſacrum me tenuiſſe diem.

V. SABBATUM. & Broekh. not.

Deus curvus Saturni, i. e. Falx. Virg. 2. Georg. 406. Servius.

Saturnus regnis a Jove pulſus erat. Ovid. 3. Faſt. 796.

Aureus Saturnus. Virg. 2. Georg. 538. Quia ſub Saturno fuit ætas aurea.

Gravis Saturnus. Perſ. 5. Sat. 50.

Impius Saturnus. Hor. 2. Carm. 17. 22. Quia liberos devoravit, & patrem vinxit.

Senex Saturnus. Virg. 7. Æn. 180.

Saturni ſtella, Phænon Græce, XXX fere annis curſum ſuum conficit. Cic. 2. de Nat. Deor. 53.

Sidus grave Saturni. Propert. lib. 4. 1. 84.

Stella Saturni frigida. Virg. 1. Georg. 336.

SATURNIUS, a, um. Adj. [Σατούρνιος, Κρόνιος] ut,

Arva Saturnia. Virg. 8. Æn. 573.

Conjux Saturnia. Sil. lib. 10. 338.

Juno Saturnia. Virg. 3. Æn. 380. V. SATURNIA.

Mons Saturnius, Tarpejus & Capitolinus, Romæ notiſſimus. V. ibid.

Regna Saturnia. Virg. 4. Ecl. 6.

Stella, quam in terris Saturniam nominant. Cic. de Somn. Scip. 9.

Tellus Saturnia frugum parens. Virg. 2. Georg. 173.

Verſus quoque antiquiſſimi, inquit Feſtus, quibus Faunus fata ceciniſſe hominibus videtur, Saturnii appellantur: quibus & a Nævio bellum Punicum ſcriptum eſt, & a multis aliis plura compoſita ſunt.

SATURNIA, æ. f. [Σατουρνία] Nomen regionis, & oppidi. Virg. 8. Æn. 358.

Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Æditiora etiam loca (ut Diodorus ſcribit) Saturnia dici conſueverunt.

Saturnia, Italia: & Mons, qui nunc eſt Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni eſſe exiſtimatur. Saturnii quoque dicebantur, qui caſtrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo (Saturno) ante bellum Trojanum videtur, quia apud eam ſupplicant apertis capitibus. Nam Italici, auctore Ænea, velant capita, quod is, cum rem divinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyſſe cognitus interrumperet ſacrificium, caput adoperuit, atque ita conſpectum hoſtis evitavit. Hæc Feſtus.

Item Cognomen Junonis, quod ſæpe abſolute ponitur. Ovid. 1. Triſt. 2. 7.

Oderat Ænean, propior Saturnia Turno.

SATURNĀLIA, ĭum. n. pl. [Κρόνια] Feſta ſeptem, ſeu quinque dierum, menſe Decembri, Saturno dicata; antiqua dies illi pleni lætitiæ, in quibus Romani ſyntheſin veſtem ſumebant. Diebus quoque his munera ultro citroque mitti remittique ſolebant, quæ Saturnalitia dicebantur. Suet. in Auguſt. cap. 75. Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet, modo munera dividebat, veſtem & aurum & argentum: modo nummos omnis notæ. Cic. 5. Att. 20. Saturnalibus mane, &c. Hor. 2. Serm. 3. 5.

De Saturnalibus vide Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 7. 8. & 10.

Secundis & tertiis Saturnalibus, pro Secundo & tertio die Saturnaliorum. Cic. 13. Att. 50. Sed quum ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet, villa ita completa militibus eſt, &c. Paulo poſt, Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam, nec quenquam admiſit.

Hilara Saturnalia. Cic. 5. Att. 20.

Saturnalia, Proverbii modo, Vitam lautam & Securam vocabant. Petron. cap. 44. Seneca in Apocoloc.

SATURNĀLĬTIUS, a, um. Adj. [Κρόνιος] Quod ad Saturnalia pertinet. Martial. lib. 5. 19.

Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ. Ibid. 30.

— potioſque videtur
Saturnalitias perdere, Varro, nuces.

V. Gell. 18. 2. Spartian. in Hadr. cap. 7.

SATURNIGENA, æ. m. Nomen Jovis a Saturno geniti. Auſon. Idyll. 15. 22.

Teſtatur Saturnigenam nec nomine ceſſit
Iacuſare Jovem.

conf. Sidon. Carm. 9. 132.

Appoſuit, ſed ſine exemplo Hen. Steph. quum in Lugd. deſideraretur.

SATURO, V. SATUR.

SATUS, V. SERO, ſevi.

SĂTŸRA, æ. f. [σατύρα] quaſi Satura dici videtur, ob carminis varietatem, ſeu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Eſt enim Satyra, Carmen maledicum, & ad carpenda hominum vitia compoſitum: quale ſcripſerunt Lucilius, Horatius, Juvenalis, Perſius. Accepit & id carminis hunc titulum, quod perſonis, factiſque ſatiatum abundare videatur. Quidam a Satura lance, quæ referta multis variiſque primitiis, in ſacrificiis diis offerebatur. Alii a Lege Satura, dictam exiſtimant, quæ una rogatu multa ſimul comprobat. De qua lege ſupra V. Varro a quodam farciminis genere, quod multis rebus refarciebatur, dictam Saturam eſſe ſcribit. Unde in 2. lib. Plautinarum quæſtionum habetur, Satura eſt uva paſſa & polenta, & nuclei pinei ex mulſo conſperſi. Donatus in Terentium, Deinde aliud genus fabulæ, id eſt ſatyra, ſumpſit exordium, quæ a Satyris, quos illotos ſemper ac petulantes eſſe legimus, vocitata eſt. Poteſt etiam dici, Satyram ideo vocatam, quod in antiqua ſatyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles Satyris. Duo quippe ſatyrarum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius, quod ſola carminum varietate conſtabat: Alterum recentius, apertam hominum reprehenſionem continens, & acrem vitiorum objurgationem.

Nondum ſatis inter doctos convenit, utrum quando de Horatii, Perſii, aut Juvenalis carminibus ſermo ſit, ſcribendum ſit Satyra, an Satura, an Satira. Iſ. Caſaubonus de Poeſ. Sat. contendit veram orthographiam eſſe Saturam, aut Satiram, non Satyram; atque adeo non a Satyris, ſed a Satura lance nomen eſſe factam. Eadem ſentit Scaliger ad Manil. lib. 5. p. 408. At Heinſio contra videtur nulla eſſe firma ratio, quare non ſcribatur Satyra ex recepto modo, & a Satyris deducatur. [V. Voſſ. Etymol. in utraque dictione Satura & Satyra. Omnino Latinum nomen videtur, & Græcam litteram reſpuere. Satyra Romanis Satyrici generis feminam denotat, ut infra dicetur. Græci nunquam omnino hoc genus poematis, nec nomen ejus, uſurparunt. Nam quod illi Σατυρικὸν vocant, ſubaudita voce δρᾶμα, id fabulæ genus eſt, multum a Satura Latinorum diſcrepans; quæ caſu inventa, ante fabulam in theatro Romæ, producta fuit, teſte Livio lib. 7. cap. 2. quem omnino vide.

Livens ſatyra. Stat. 1. Silv. 3. 103.

SATYRA, femina, SATYRIASIS, SATYRIASMUS, SATYRICE, SATYRICUS, SATYRIDES, SATYRION, SATYRISCUS, SATYRISMUS, V. SATYRUS.

SĂTŸRUS, [Σάτυρος] Satyri Animalia ſunt in ultimis Libyæ gentibus, quæ nihil hominis, præter effigiem, habent. Simiarum genus. Plin. 9. 45. Satyri autem dicti eſſe creduntur Grammaticis, quod in libidinem ſemper ſint proni, a virili membro, quod Græci σάθην dicunt. V. Etymolog. magn. Veteres hujuſmodi monſtra pro ſemideis, ſive pro ſilveſtribus diis, coluerunt, quemadmodum Faunos, Silvanoſque: Faunos ac Satyros, nemorum deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Silvanos ſilvarum: confunduntur tamen hæc omnia a poetis. Ovid. 1. Met. 192.

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni, &c.

Ex ſuperiori parte forma hominis induti ſunt (niſi quod capite cornuti) ex altera vero capri; unde Capripedes nominari ſolent. V. Plin. 7. 2. Solin. cap. 44. Hor. 2. Carm. 19. 3.

— aures
Capripedum Satyrorum acutas.

Recte obſervat Caſaubonus Poeſ. Sat. 1. 2. Satyros haud eſſe in rerum natura, ſed omnia de iis dicta a Poetis eſſe meras fabulas & figmenta. V. Melam lib. 3. 10. in deſcriptione Æthiopiæ.

Juvenilis Satyrorum in Venerem prona. Ovid. 1. Faſt. 397.

Agreſtes Satyri. Hor. in Arte Poet. 221.

Laſcivus Satyros. Sil. lib. 3. 103.

Leves Satyri. Ovid. 1. de Arte Am. 542.

Protervi Satyri. Hor. in Arte Poet. 233.

Saltantes Satyros imitari. Virg. 5. Ecl. 73.

Satyrus de Simulacro Cic. 6. Verr. 135. Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Veſtæ eſt.

Item Satyrus, eſt ſcriptor Satyrarum apud Hor. de Arte Poet. 225.

Verum ita riſores, ita commendare dicaces
Conveniet ſatyros.

[Immo hic Satyri ſunt Dramatis Satyrici Græcorum perſonæ, Satyri effigie ſumpta.

Suidas pro Saltatore ponit, Σάτυρος, ὁ χορευτής. [Nempe quia Satyri aſſidue tripudiantes fingebantur. At in Gloſſ. Græc. Lat. Σατυριστὴς, ὁ σατυρικὸς, Ludio.

SATYRISCUS, i. m. dimin. [Σατυρίσκος] Cic. de Divin. 1. 39. Dionyſii mater ſomniavit ſe peperiſſe Satyriſcum.

SATYRA, æ, f. [Σατύρα] Satyrum generis, vel Satyris ſimilis femina. Lucret. lib. 4. 1162.

Simula, Silena ac Satyra eſt; labioſa Philema

SĂTYRĬCUS, a, um. Adj. [σατυρικός] Vitruv. 5. 8. Genus ſcænarum ſatyricum.

Satyricum ſignum. i. e. Priapi effigies, quæ in hortis conſtitui ſolet ad faſcinationes hortorum arcendas, Græce σατυρικὸν ἄγαλμα. Plin. lib. 19. cap. 4. Quam rem comitata eſt & religio quædam: hortoſque & fores tantum contra invidentium faſcinationes dicari videmus, in remedio Satyrica ſigna. Quanquam hortos Veneris tutelæ Plautus adſignat. V. Harduin. in loc. & Feſt. in Ruſtica vinalia.

SATYRICUS, i. m. [σατυρικός] Qui ſatyras ſcribit. Sidon. 4. 1. Si quid ſatyricum figuratum condidit. Sed V. in SATURA.

SATYRICE, Adv. [σατυρικῶς] Acriter, cum convitio. V. ibid.

SATYRISTA, æ. m. [σατυριστὴς] Ludio. V. in Satyrus ad fin.

SATYRIDES, idum. f. [Σατυρίδες] Inſulæ, in quibus inhabitent Satyri. Lubet ad hunc locum ea adſcribere, quæ Pauſanias in Atticis narrat ſe a quodam Euphemo Care de Satyris accepiſſe. Dicebat igitur Euphemus (inquit Pauſanias) cum in Italiam navigaret, ſe vi ventorum & tempeſtate abreptum, a recto curſu longe admodum aberraſſe, atque in mare peregrinum, & inauditum, in quo denique navigari non ſoles, delatum eſſe. In eo mari inſulas eſſe multas deſertas atque incultas, in quibus habitarent tamen homines feri, & agreſtes, & rufi: quibus caudæ, non multo caudis equinis minores, ad coxas uſque propenderent: inſulas autem illas appellari Satyridas. Hæc Pauſanias in Attic. p. 21. Wech. V. & Ptolem. 7. 2.

SATYRISMUS, i. m. [σατυρισμὸς] apud Hippocratem Tuberculum prælongum, cujus viſuntur modi ſub ipſas Satyrorum aures. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 8. V. Iſidor. 4. 8. qui vocat Satyriaſin, vel potius Fœſii Oecon. Hippocr. in voce.

SATYRIĀSIS, vel SATYRIASMUS, i. m. [σατυρίασις: σατυριασμὸς] Pulſus teſtium, & velut Singultus quidam inguinis ſequens inflammatam quandam paſſionem ſeminalis receptaculi, cum intentione & tentigine. Quod ſi non ceſſaverit pulſus illa, ſolent ſeminaria vaſa intendi, vel ſpaſmos naſci. Satyriaſmus (inquit Galenus lib. 2. Methodi) ait Virilis

membri

membri præter naturam arrectio, σατυρᾶν enim Græcis Arrigere eſt: & rei Venereæ prurìtu extimulari. Idem & Priapiſmus dicitur, ab obſcœno hortorum cuſtode ducto nomine, qui veretro prægrandi ſculpi ſolet, & erecto. [V. Forc. l. c. Accurata morbi hujus deſcriptio exſtat apud Cæl. Aurel. Acut. 3. 18.

Satyrion, i. n. [σατύριον] Herba. Plin. lib. 26. cap. 10. Concitatricem vim habet ſatyrion. Duo ejus genera: una longioribus foliis quam oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina, ad formam hominis teſtium, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera ſatyrion, orchis cognominatur, & femina eſſe creditur: diſtinguitur internodiis, & ramoſiore frutice, radice faſcinis utili. Naſcitur fere juxta mare. Rura, inquit Ruellius lib. 3. cap. 65. vocant *teſticulum ſacerdotis*.

Satyrion bibiſſe, pro Ad libidinem eſſe incitatum & inflammatum, e vi illius herbæ. Petronius cap. 8. Ubique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe. conf. Apul. de Herb. cap. 15. & in dict. ORCHIS.

Satyrus, i. m. [Σάτυρος] Inſignis quidam architectus quem commemorat Plin. lib. 36. cap. 9. A Satyro (inquit) architecto aliqui devectum tradunt rate.

S A U

Saucio, [τραυματίζω, ἑλκόω Gl. G. L.] are. Vulnerare. Plaut. Rud. 3. 4. 53.

Quid exſpectas, quin virgis te uſque ad ſaturitatem ſauciem? Cic. 3. Verr. 67. Servi nonnulli vulnerantur, Ipſe Rubrius in turba ſauciatur.

Genas ſauciat ungue. Ovid. 3. de Arte Am. 708.

Per latus alicujus ſauciari, Metaphora proverbialis. Cic. in Vatin. 13. Omniaque mea tela ſic in te conjicientur, ut nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur.

Vites ſauciare. Columel. lib. 4. cap. 4.

Ferro ſauciare vitem. Columel lib. 4. cap. 24. Si neque id reperiatur, ſaucianda ferro eſt, atque exulceranda vitis in ea parte, qua pampinum ſtudemus elicere.

Famam ſauciare, tranſlate Plaut Bacch. 2. 2. 30.

Animum fodicant, bona deſtimulant, facta & famam ſauciant.

Sauciabitur. Fut. Paſſ. Cic. de Fato 36. Ex his igitur neceſſe eſt invito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum: ut ſauciabitur Philoctetes, omnibus ante ſæculis verum fuit: non ſauciabitur, falſum.

Sauciatus, a, um. Partic. [τρωθεὶς Gl. G. L.] Columel. lib 11. cap. 1. Sive quis (quod plerumque accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta.

Sauciatio, ōnis. f. [τρῶσις] Cic. pro Cæcin. 41. Et ſauciatio quæretur, quum fugam factam eſſe conſtabit?

Saucius, a, um. [τραυματίας Gl. L. G. & G. L.] Adj. quod naſcitur a Participio Sauciatus: quomodo Laſſus, a Laſſatus. & Lacerus vel Lacer, a Laceratus. Significat Vulneratus. Virg. 2. Æn. 223.

Quales mugitus, fugit quum ſaucius aras

Taurus. Cic. pro Cæcin. 40. Nemo inquit, occiſus eſt, neque ſaucius.

Leviter ſaucius. V. LEVIS.

Vulnere gravi ſaucius. Virg. 12. Æn. 5.

Pectus ſaucia Bellona. Tibull. lib. 1. 6. 49. Al. 7. 55.

Brachia direpta ſaucia fecit acu. Ovid. 1. Amor. 14. 18.

Gladiator confectus & ſaucius. Cic. 2. in Catil. 24.

Saucius, ex Labore etiam dicitur. Apulejus lib. 2. de Aſino p. 121. Elmenh. cum Genitivo junxit, Mihi vero, fatigationis heſternæ etiam nunc ſaucio, da veniam.

Nubila dividuis clareſcunt ſaucia ſulcis. Claud. Conſ. Prob. 202.

Terra ſaucia vomeribus. Ovid. 1. Met. 102.

Trabs ſecuri ſaucia. Ovid. 10. Met. 372.

Saucia vina mero. Martial. 4. 6.

Saucius ſævo amore. Cic. pro Cæl. 18.

Animus ſaucius, iratus. Cic. 1. Att. 17. Subeſſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſauciumque ejus animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones.

Mens ſaucia amore. Lucret. lib. 4. 1041.

Saucius pro Ebrius. Martial. 4. 66.

Inſeluit quoties ſaucia vena mero. [Ad libidinem quoque Saucius refertur, quomodo ſæpe Apulejus. Sic idem 3. 68.

Hic, jam depoſito poſt vina roſaſque pudore,

Quid dicat neſcit, ſaucia Terpſichore.

Mulieres ſauciæ. Petron. cap. 67. Interim mulieres ſauciæ inter ſe riſerunt, ebriæque junxerunt oſcula. conf. Juſtin. 24. 8. & 1. 8. [An Ebriæque?

Sauciĕtas, ātis. f. Læſio. Cæl. Aurel. Chron. 2. 13. 179.

Savĕra, æ. f. [Σαούατρα] Vicus eſt Lycaoniæ, qui poſtea in orbem magnam evadens, metropolim regionis obtinuit. Strabo lib. 12.

Saufējus, i. m. prænomine Appius Romanus quidam, qui cum a balneo reverſus mulſum bibiſſet, ovumque ſorberet, morte repentina abſorptus a Plin. lib. 7. cap. 53. commemoratur.

Licet me Saufeium putes eſſe, nihil eſt me inertius. Cic. 2. Att. 8. conf. Nepos 25. 12. 3. Cic. 4. Att. 6. & 7. 1. Fulv. Urſin. in Famil. Ro.

Savilium, Savior, Savium. V. SUAVIUM.

Săvo, ōnis. m. Fluvius eſt in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Piger Savo. Stat. 4. Silv. 3. 66.

Item oppidum Liguriæ, alias

Savōna, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vadum Sabbatium Plinio 3. 5. Sabatia Pomponio 2. 4. Urbs Liguriæ notiſſima: hodie Genuenſium ditionis. Vulgo *Savone*. [Priſcis Savo, ōnis. m. ut Narbo, Salo &c. Apud Pomp. Sabatia n. pl. eſſe putant, & ſubaudiri Vada. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 1. 52. Steph. tamen Σαββατία, f. g.

Saura, æ. f. [σαύρα] Lacerta, quæ in maceriis & in ſepibus delitescit. Gloſſ. Lat. Gr. Scribitur & m. g. Σαῦρος, Saurus. q. V.

Eſt & Piſcis nomen, quem & Latini Lacertum nominant. Dioſc. 2. 57. Gloſſ. Græc. Lat. Σαῦρος, ἑρπετὸν, Σαῦρος, ἰχθύς. Lacertus.

Sauritis, æ. f. [σαυρῖτις] Gemmæ ſpecies, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inveniri. Plin. lib. 37. cap. 10. Harduin. Sauritis.

Sauroctonos, i. m. [σαυροκτόνος] Signum, quod Praxiteles mira arte fabricaſſe dicitur. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & puberem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonon vocant. [i. q. d. Lacerticidam.

Sauromătæ, arum. m. pl. [Σαυρομάται] Iidem populi Græcis dicuntur qui Latinis Sarmatæ. V. SARMATÆ. Soli uſurpant poetæ.

Inter Sauromatas Getaſque. Ovid. 3. Triſt. 3. 6.

Truces Sauromatæ. Juven. 15. Sat. 125.

Avidi Sauromatæ. Stat. 3. Theb. 352.

Saurus, i. m. [Σαῦρος] Nobilis ſtatuarius, cujus opera commemorat Plin. lib. 36. cap. 5.

Item Latro ab Hercule interfectus. Pauſan. lib. Eliac. p. 399. Wech.

Item Piſcis ita vocatus. Plin. 32. 8. V. SAURA, & LACERTUS.

Săvus, i. m. [Σάος] Fluvius qui ex Alpibus defluit in Germaniam, mox intrat Illyricum: labitur per mediam Segeſtem, Pannoniam & Tauriſcos. Strabo lib. 4.

Pannonius potorque Savi. Claudian. de Laud. Stil. 2. 192.

S A X

Saxŏnes, um. m. pl. [Σάξονες] Ptolemæo lib. 3. cap. 11. Germaniæ populi, non longe a Cimbris, in Oceani Septentrionalis litoribus & paludibus inviis. Unde nomen ducitur vix conſtat.

Domitus Saxo. Claud. 1. in Eutrop. 392.

Saxonia, æ. f. Duplex hodie eſt, ſuperior & inferior. V. Cluver.

Saxonĭcus, a, um. Adj. ut, Domus Saxonica.

Saxum, i. n. [πέτρα Gl. L. G. & G. L.] majus, (aſperius, duriuſque,) quam Lapis. Cic. de Fato 6. Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura ejus incidiſſe?

Saxum, aliquando pro Lapide accipitur.

Saxum ſilex. Liv. 1. 24. extr. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit.

Radices validæ ſaxi. Lucret. lib. 2. 102.

Robur ſaxi. Lucret. lib. 1. 881.

Adamantina ſaxa. V. ADAMAS.

Antiqua ſaxa, Ingentia. Virg. 12. Æn. 897.

Arentia. Ovid. 13. Met. 691.

Avolſa ſaxis ſaxa. Virg. 2. Æn. 608.

Circumlita muſco ſaxa. Hor. 1. Epiſt. 10. 7.

Cruda. Valer. 2. Argon. 542.

Dura. Virg. 3. Georg. 230.

Frigida. Stat. 10. Theb. 52.

Grave. Ovid 13. Met. 26.

Ingens. Virg. 6. Æn. 616.

Intemerata gradu, Inacceſſa. Sil. lib. 3. 499.

Liquefacta ſaxa. Virg. 3. Æn. 576.

Liquefacta ſaxa volvit Ætna. Virg. 1. Georg. 472.

Lucida ſaxa. Stat. 3. Silv. 3. 200.

Miſſilia ſaxa. V. Miſſile in MITTO.

Obliqua ſaxa. Ovid. 8. Met. 552.

Obluctantia ſaxa. Stat. 3. Silv. 1. 20.

Præruptis oppida ſaxis. Virg. 2. Georg. 156.

Potira ſaxa. Claud. in Eutrop. 2. 277.

Rigidum ſaxum. Ovid. 4. Met. 517.

Rubrum ſaxum quadratum. Vitruv. lib. 2. cap. 8. V. ORTHOSTATA.

Scopuloſa ſaxa. Lucan. lib. 5. 675.

Surda ſaxa. Ovid. 3. Amor. 7. 58.

Venerabile tumuli ſaxum. Lucan. lib. 8. 855.

Vivum ſaxum. Ovid. 14. Met. 712. in Iphis fabula,

Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,

Et ſaxo, quod adhuc vivum radice tenetur. h. e. Quod nondum e terra eſt effoſſum. Saxa enim nondum a ſua radice avulſa, & viva dicuntur, & duriora ſunt.

Aptant ſaxorum orbes altis murorum turribus. Lucan. lib. 2. 451.

Aſperari ſaxo pugionem, & mucronem ardeſcere juſſit. Tacit. 15. Ann. 54.

Avulſa ſaxis ſaxa. Virg. 2. Æn. 608.

Cavari. Ovid. 1. de Arte Am. 476.

Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.

Conjicere grandia ſaxa. Virg. 4. Georg. 26.

Defendere ſaxis. Virg. 10. Æn. 130.

Facere molle manu, Sculpere ſcienter. Ovid. 3. Faſt. 832.

Quique facis docta mollia ſaxa manu.

Frangere corpora ad ſaxum. Virg. 3. Æn. 625.

Ingerere ſaxa. V. INGERO.

Intorquere ſaxum. Sil. lib. 7. 623.

Perrumpere ſaxa. Hor. 3. Carm. 16. 10.

Pertundunt guttæ ſaxa. Lucret. lib. 4. 1281.

Peti ſaxis a populo. Ovid. de Nuce, 2.

Revulſum ſaxum e monte. Ovid. 12. Met. 341.

Rotare radicibus avulſa ſaxa. Stat. 10. Theb. 528.

Signare carmine ſaxum, Inſculpere epitaphium. Ovid. 2. Met. 326.

Structum ſaxo. Virg. 3. Æn. 84.

Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.

Subigere ſaxum, Rotare, volvere. Sil. lib. 13. 610.

Volant faces & ſaxa. Virg. 1. Æn. 154.

Volvere ſaxa infeſto pondere. Virg. 9. Æn. 512.

Volvere ſaxum. Ter. Eun. 5. 9. 55. Satis diu jam hoc ſaxum volvo. Donatus admonet Proverbium fuiſſe, dictum in eos, qui inextricabili ſudore affligerentur: tractumque putat a notiſſima Siſyphi fabula, ſaxum apud inferos ſurſum ac deorſum volventis. Unde Virg. 6. Æn. 616.

Saxum ingens volvunt alii.

Saxum, pro Scopulo. Virg. 1. Æn. 112.

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Ibid. 541.

Perque undas ſuperante ſalo, perque invia ſaxa

Diſpulit.

Ardua ſaxis inſula. Virg. 3. Æn. 271.

Acuta ſaxa. Hor. 3. Carm. 27. 61.

Aſperum ſaxum. Cic. in Piſon. 43. Tu naufragio expulſus uſpiam, ſaxis fixus aſperis, &c. ex Ennio.

Aſpera ſaxa. Ovid. 6. Met. 76.

Cæca ſaxa. Virg. 5. Æn. 165.

Candentibus late ſaxis Anxur impoſitum. Hor. 1. Serm. 5. 26.

Cava ſaxa. Virg. 2. Æn. 566.

Doloſa ſaxa, Sub undis latentia. Sen. Troad. 9.

Fera. Valer. 4. Argon. 585.

Gelida.

Gelida. Lucret. lib. 3. 905.
Immania. V. IMMANIS.
Invia. Virg. 1. Æn. 541.
Lævis ſaxa. Virg. 1. Georg. 110.
Latentia ſaxa. Virg. 1. Æn. 112.
Naviſraga ſaxa. Stat. 5. Theb. 415.
Pereſa. Lucret. lib. 1. 327.
Præcipitia. Ovid. in Ibin. 495.
Procurrentibus in ſaxis infelix hæſit. Virg. 5. Æn. 204.
Rauca. Virg. 5. Æn. 866.
Reſonantia. Virg. 3. Æn. 432.
Rigentia ſaxa. Sen. Herc. OEth. 2.
Salebroſa ſaxa. Ovid. 4. Epiſt. 103.
Undiſonum ſaxum. Valer. 4. Argon. 44.
Illidere ſaxis. V. ILLIDO.
Saxum, pro Monte. Virg. 2. Æn. 307.

— ſtupet inſcius alto,
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. Servius.

Apricis in ſaxis mitis coquitur vindemia. Virg. 2. Georg. 522.
Concava ſaxa. Virg. 5. Æn. 677.
Hirta dumis ſaxa. Stat. 3. Silv. 1. 13.
Immobile ſaxum Capitolii. Virg. 9. Æn. 448.
Nubiloſa ſaxa. Lucan. lib. 6. 91.
Decere ſaxa, ac ſilvas. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Saxum, Genus cretæ. Plin. 35. 17.

SAXŬLUM, i. n. Dimin. [πετρίδιον] Cic. 1. de Orat. 196. Ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum affixam, &c.

SAXEUS, a, um. Adj. [πέτρινος, λίθινος Gl. L. G.] Quod eſt a ſaxo. Plin. lib. 12. cap. 1. Saxeæ intus crepidinis corona muſcoſos complexa pumices.
Diſſepta ſaxea domorum. Lucret. lib. 6. 951.
Effigies ſaxea. Catul. 62. Argon. 61.
Imber ſaxeus ingruit. Sil. lib. 13. 181.
Moles ſaxea. Ovid. 12. Met. 283.
Pons ſaxeus. Lucan. lib. 4. 15.
Septa ſaxea. Lucret. lib. 4. 703. — quoniam per ſaxea ſepta
Non penetrat.
Strata ſaxea detrita vulgi pedibus. Lucret. lib. 1. 317.
Tecta ſaxea. Ovid. 10. Epiſt. 128.
Umbra ſaxea. Virg. 3. Georg. 145.

SAXŌSUS, a, um. Adj. [πετρώδης Gl. G. L.] Quod abundat ſaxis. Columel. lib. 5. cap. 10. Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat.
Flumina ſaxoſa. Virg. 5. Ecl. 84. Plin. lib. 5. cap. 24. Mox ubi perfregit, (Taurum ſcil.) Euphratem, ultra quoque ſaxoſum & violentum.
Frutex ſaxoſus, In ſaxis creſcens, vel ſaxoſis locis. Plin. lib. 15. cap. 7.
Incendia ſaxoſa Phlegethontis. Sil. lib. 13. 565.
Montes ſaxoſi. Virg. 2. Georg. 111.
Viam ſaxoſam terere. Propert. lib. 4. 5. 20.
Hypanis ſonans ſaxoſum. Virg. 4. Georg. 370.

SAXUŌSUS, a, um. Adj. Sicul. Flacc. Goeſ. p. 4. Locis ſaxuoſis & ſterilibus.

SAXŌSITAS, ātis. f. Cæl. Aurel. Tard. 3. 6. 82. &

SAXĬTAS, ātis. f. [σκληρότης] Idem 3. 4. pr. Saxeam duritiem vocat. 3. 6. pr.

SAXIĀLIS, e. Adj. Frontinus de Colon. p. 130. Goeſ. Termini lapidei, alii ſaxiales, alii morales.

SAXĀTĬLIS, e. Adj. [πετραῖος Gl. L. G.] Quod ſaxa incolit: ut, Piſces ſaxatiles. Columel. lib. 8. cap. 16. Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, ut merulæ, turdique, nec minus melanuri. Sic Plin. lib. 9. cap. 15. [Peculiare quoque genus piſcium faciunt ejus nominis Gloſſographi. In Lat. Græc. Saxatilis, φυκίς, εἶδος ἰχθύος, Saxatiles, φυκίδες. In Græc. Lat. Φυκίς, ἰχθύς, Saxatilis.
Saxatilis piſcatus, Qui inter ſaxa fit. Plaut. Rud. 2. 1. 10.
Saxatiles aves, Quæ ſaxa incolunt. Varro 3. de R. R. cap. 7. Unum agreſte, ut alii dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ, a quo appellatæ columbæ.

SAXĒTUM, i. n. [τραχών] Locus ſaxoſus & petricoſus. Cic. pro Lege Agr. 2. 66. Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

SAXETĀNUS, a, um. [πετραῖος] Adj. Quod in ſaxetis habitat. Martial. lib. 7. 77.
Quam ſaxetani ponatur cauda lacerti.
Colias ſaxetanus. Plin. 32. 11. al. Saxitanus, ab oppido Bæticæ Sex. [Atque ita etiam apud Martialem ſcribendum eſſe ex eodem Plinii loco liquet.

SAXĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Valer. Flacc. 5. Argon. 60.
— ſaxiferæ ſurgat quibus imber arenæ.

SAXIFĬCUS, a, um. Adj. [πετροποιός] ut, Os ſaxificum, i. e. Vultus temere aſpicientes in ſaxa vertens. Sen. Herc. fur. 81.
Saxifica Meduſa. Lucan. lib. 9. 670.
In quo ſaxificam juſſit ſpectare Meduſam.
Vultus ſaxificus. Ovid. 5. Met. 217.

SAXIFRĂGUS, a, um. Adj. Saxifragæ undæ. Cic. 3. de Orat. 165.

SAXIFRĂGUM, i. n. & SAXIFRĂGA, vel SAXIFRAGIA, æ. f. Herba, cujus permulti variam ſententiam habent: alii enim eam eſſe putant Bipinnellæ ſimilem, folio tantum minore ac magis ſerrato & minime piloſo, quam vulgus *parvam anum paſſerum* vocat. Græci Empetron, alii genus alterum adianti eſſe putant: de quo Plin. lib. 2. cap. 21. Calculos e corpore mire pellit, frangitque, utique nigrum: Qua de cauſa potius, quam quod in ſaxis naſceretur, & a noſtris Saxifragum appellatum crediderim.

S C

S.C. Senatus conſultum, I, &c. SC. Sicut. SCA. Sancta. SCA. vel SCAPT. Scaptia, ſcil. Tribus. SCAPHAR. Scapharum. SCD. Secundum. S. C. D. Senatus conſultus decrevit. SCDO. CSL. Secundo conſul.

S. C. D. E. R. I. C. Senatus conſultus de ea re, ita cenſuit. S. C. D. S. Sibi curavit de ſuo. S. C. E. C. Simul cum eo conditus. SCE. ECCL. ROM. Sanctæ eccleſiæ Romanæ. S. C. FAC. C. vel S. C. F. C. Senatus conſulto faciundum curavit. SCI. Sancti. SCATE. Sanctitate. SC. IMP. Scipio Imperator. SCL. Scilicet. SC. L. Sacræ largitionis. SC. L. CM. Sacrarum largitionum comes. SCM. Sanctum. SC. MM. Sanctæ memoriæ, vel ſacræ. SCOR. Sanctorum. S. C. P. S. Senatus conſulto Plebiſcitum. SCR. Scriba. SCS. Sanctus. SCTI. Sancti.

SCABELLUM, V. SCAMNUM.

SCĂBER, abra, brum. Adj. pr. comm. [τραχύς, τραχώδης] a Scabie deducitur; & Aſperum ſignificat: quod ſcabies aſperitatem inducat ipſi cuti. Virg. 1. Georg. 495.
Exeſa inveniet ſcabra rubigine pila. Hinc Ungues & Dentes dicuntur ſcabri, qui ſordidi ſunt, etiamſi non ſint aſperi tactu: ut ait Valla in Raudenſem.
Intonſus & ſcaber. Hor. 1. Epiſt. 7. 90.
Aſpectu ſcabro res, pro Re quæ aſpectu ſcabra apparet. Plin lib. 12. cap. 25.
Corticem ſcabrum myrrhæ quidam dixere. Plin. lib. 12. cap. 15.
Dentes ſcabri rubigine. Ovid. 8. Met. 802.
Enſis. Lucan. lib. 1. 243.
Et ſcabros nigræ morſu rubiginis enſes.
Mulæ ſcabræ. Ovid. 6. Faſt. 312.
Oves ſcabræ. Plaut. Trin. 2. 2. 140.
Pectus ſcabrum. Cic. 3. Tuſc. 26.
Atque intonſa infuſcat pectus illuvie ſcabrum. Subaudi Barba.
Pecus ſcabrum, pro Scabioſo. Cato R. R. cap. 96. Si hæc ſic feceris, non ſcabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt. Columel. lib. 7. cap. 4. ad finem.
Rubigo ſcabra. Virg. 1. Georg. 495.
Verſus ſcabri. V. Verſus in VASTO.
Unguis ſcaber. Ovid. 3. de Arte Am. 276. Celſ. lib. 6. cap. ult. ad finem, At ubi ſcabri ungues ſunt, circumaperiri debent, qua corpus contingunt.
Compar. Plin. 33. 6. Lapis ſcabrior & horridior.

SCABRUM, i. n. [τὸ τραχύ] Idem quod Scabritia. Plin. lib. 37. cap. 2. Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, &c. De cryſtallis.

SCABRE, Adv. [τραχέως] Aſpere. Varro Manic. apud Non. 2. 762. Ager derelinquetur, ac periret, ſquale, ſcabreque illuvie & vaſtitudine.

SCABRITIA, æ. f. [τραχύτης] Aſperitas: unde Plinius Unguium ſcabritiam dixit. Idem lib. 20. cap. 7. Communia autem ſponte naſcentibus, candor, caulis interdum cubitali longitudine, & ipſo & foliis ſcabritia.
Arteriæ ſcabritias ſanat ex paſſo. Plin. lib. 17. cap. 12.
Cutis ſcabritiam in facie emendat oleum raphaninum. Plin. lib. 23. cap. 4.
Faucium ſcabritiæ. Plin. lib. 29. cap. 3.
Genarum ſcabritiæ. Plin. lib. 23. in proœm.
Oculorum ſcabritiam ac prurigines emendare. Plin. lib. 28. cap. 7. V. mox.
Unguium ſcabritias expolit. Plin. lib. 24. cap. 4.

SCABRITIES, ēi. f. [τραχύτης] Idem. Columel. lib. 7. cap. 5. Poteſt etiam ſcabritiem tollere ſuccus viridis cicutæ. Plin. lib. 31. cap. 9.

SCABRĒDO, inis. f. Idem quod Scabrities, hoc eſt aſperitas & inæqualitas, τραχύτης, quo verbo Hieronymus eſt uſus in Divi Hilarionis vita. Et Apul. de Herb. cap. 73.

SCABRO, ōnis. m. l. 12. §. ult. D. de ædil. edict. Qui illuvie laborat, nec ea colluit. Voſſ. Etym. V. Cujac. Obſerv. 2. 10.

SCABRŌSUS, a, um. Adj. [τραχώδης] Idem quod Scaber. Plin. lib. 20. cap. 21. Hippolapathi radices privatim ungues ſcabroſos detrahunt. Harduin. legit Scabros.

SCABRĀTUS, a, um. Adj. [τετραχυσμένος] Columel. lib. 4. cap. 24. extr. Quo plerumque fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, & ſic vitis laniata ſcabrataque putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur. [Videtur Partic. a Scabro, āre. Scabrum reddere.

SCĂBIES, ēi. f. [ψώρα Gl. L. G. & G. L.] a Scabo, vel a corporis Scabritia, i. e. aſperitate dicta eſt, quæ ut Celſus ſcribit lib. 5. cap. 28. ſegm. 16. eſt Durior cutis, rubicundior, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens. [Ita vet. edit. Alii Humor cutis rubicundus, al. Tumor durior. Al. Duritiea cutis, quod Lind. ſecutus eſt. Morgag. Aſpritudo cutis. Sane Oculorum vitium Aſpritudinem memorat Celſus lib. ſeq. cap. 6. 26. Sed Duritiem ex finitione ſcabiei non exterminandam eſſe apparet ex ſubjecta deſcriptione Impetiginis, quæ ſimilitudine ſcabiem repræſentet, Nam & rubet, inquit, & durior eſt, & exulcerata, & rodit. Forte excidit vocabulum, ſcribendumque Aſpritudo, vel, ut alias quoque ſolet, Aſperitas durior cutis, &c. Nomen ſine dubio a Scabendo habet, ut Prurigo a Pruriendo. Attamen Gloſſ. Lat. Gr. Scaber, Scaver, ψωρός. Id autem eſt Scabioſus, quaſi hinc dicta ſit Scabies.
A Pſora diſtinguere videtur Plin. lib. 20. cap. 17. Ad ſcabiem, pruriginem, pſoras. [Scribo Porriginem. Sic & 28. 7. V. ſupra.
Vetuſta ſcabie lævis canis. Juven. 8. Sat. 34. Idem 2. Sat. 79.
— grex totus in agris
Unius ſcabie cadit & porrigine porci.
Ferre ſcabiem. Virg. 3. Georg. 299.
Tentat turpis oves ſcabies. Virg. 3. Georg. 441.
Urget illum mala ſcabies. Hor. de Arte Poet. 453.
Scabies voluptatis, Titillatio. Cic. 1. de Legib. 47. Animis omnes tenduntur inſidiæ, vel ab iis, quos modo enumeravi, &c. vel ab ea, quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet, imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium: cujus blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernuntur ſatis.
Modo haud multum abſimili Scabiem dixit Horatius de nimio Lucri ſtudio, quod, ſcabiei ad inſtar, animum ſollicitat ac pungit, 1. Epiſt. 12. 14.
Cum te inter ſcabiem tantam & contagia lucri
Nil parvum ſapias. Dicitur & Scabia, æ. in utroque Gloſſ.

SCABIŎLA, æ. f. Dimin. [ψωρίον] Onomaſt. Græc. Lat. vet.

SCABĬTŪDO, inis. f. Idem. Petron. cap. 99. Omnem ſcabitudinem animo, tanquam bonarum artium magiſter, deleret ſine cicatrice.

SCABIŌSUS, a, um. Adj. [ψωρός, ψωριώδης Gl. G. L.] Qui ſcabie laborat. Plin. lib. 29. cap. 2. Utile tale exiſtimantes erolis, & duris genis, angulis ſcabioſis & lacrimantibus. Perſ. 2. Sat. 13.

— namque eſt ſcabioſus, & acri
Bile tumet. Gloſſ. Lat. Græc. Scabioſus, ψωρὸς, λεπρός.

Scabio, āre. Scabie laborare. Gloſſ. Græc. Lat. Ψωριῶ, Scabio.

Scăbo, ſcābi, [κνήθω Gl. L. G.] ĕre. Scalpere, quaſi unguibus fodere. In Gloſſ. Lat. Gr. Scavere, frigare, pro Scabere, Fricare. Plin. lib. 8. cap. 27. Si vero ſquamæ obtorpuere, ſpinis juniperi ſe ſcabit. Ibid. cap. 25. Mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc ſcabendi dulcedinem quammaxime inhientes.
Caput ſcabere. Hor. 1. Serm. 10. 71.
— & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.
Mulum muli ſcabunt. Proverbium, in mutua facientes. V. Eraſm. Chil.
Aliæ ſcabentes ſeſe. Plin. 36. 25. Scil. Columbæ.

Scabella, Scabillum. V. scamnum.

Scabīnus, i. m. Conſul civitatis ſeu rector: Gallice *Echevin*, appellatur. Inſulanus, Nihil vetat (inquit) omnino, quin judices vulgo *Scabinos*, aut ejuſmodi homines vocemus *Juratos*, quo nomine etiam ſcimus in pleriſque urbis terrarum partibus a plebe recenſeri. Profert exemplum e Cic. lib. de Invent. 1. 48. Religioſum eſt quod jurati legibus adjudicaverunt. Exſtat quoque verbum hoc in Pontificio jure, cap. 1. §. 1. De immunitate Eccleſiæ. lib. 6. Decretal. & cap. 2. De alienat. judic. mutan. cauſ. fact. [Jurati erant Judices Romæ. Sed huc nil ad Scabinos, de quibus V. Cang. Gl.

Scandira, æ. f. Una ex Sporadibus Inſulis in ſinu Pagaſico. Plin. lib. 4. cap. 12. Sed Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scandiram, &c. Harduin. legit Scandilam.

Scææ, ārum. pl. f. [Σκαιαὶ] Porta Trojana, in qua ſepulcrum fuit Laomedontis, ut Homerus lib. 3. Iliados ſcribit. Virg. 2. Æn. 612.
— hic Juno Scæas ſæviſſima portas
Prima tenet. Sil. lib. 13. 73.
Scæa porta, i. e. Siniſtra. Gell. lib. 1. cap. 10. Quod ſi dextra cæli pars Oriens eſt, ſignificat vero ipſum hoc Grammaticorum ratio, Scæas portas aſtruentium dici, quod Occidentales forent: nam Scæa intelligi ſiniſtra, Occidentaliaque. [Immo potius a Scæis Thraciæ populo, ut vult Strabo. V. scæus.

Scæna, V. scena.

Scæva, V. scævus.

Scævus, a, um. Adj. [σκαιὸς] Pravus, Scæva res dicitur Mala, quaſi ſiniſtra, σκαιὸς enim Græce, ſiniſtrum dicitur. At Feſtus, Scævam vulgus quidem & in bona & in mala revocat: cum ajunt bonam, & malam ſcævam. At ſcriptores in mala ponere conſueverunt, ut apud Græcos inveniuntur poſitum. Pro ſiniſtro Scævum uſurpavit Hoſtius. Vulgus Scævam & malam rem vocat. Varro de L. L. 6. 5. Dicta ab ſcæva, id eſt ſiniſtra, quod quæ ſiniſtra ſunt bona auſpicia exiſtimantur.
Translate Gell. lib. 12. cap. 14. Scævus profectu & cæcus animi forem.
In bonam partem Gloſſ. Græc. Lat. Σκαιὸς, Scævus, Oportunus. [Niſi forte Importunus legendum.

Scæva, æ. f. Omen & augurium ſignificat, eſtque & bona ſcæva & mala. Plaut. Caſ. 5. 4. 4.
Hac ibo, caninam ſcævam ſpero meliorem fore. Eſt igitur Canina ſcæva, Cum canis latrat, aut ringitur. Ait enim minus grave fore ſeni latratum canis, quam probra & contumelias & jurgia, quibus ab uxore rixoſa onerabitur. Turnebus 8. 11. Quem reprehendit Gronov. cujus not. Plautin. V.
Scæva, æ. f. [σκαιὰ] Latine dicitur Siniſtra. apud Feſt. & Varr. de L. L. 6. 5.
Scæva, Ἀριστερὰ χείρ. Gloſſ. Latino Gr.

Scæva, æ. m. [Σκαιὸς] Qui ſiniſtra manu pro dextera utitur: quos Ulpianus l. Qui clavum, De Ædilitio edicto, ait non eſſe morboſos aut vitioſos, præterquam ſi imbecillitate dexteræ validius ſiniſtra utuntur: ſed hos non ſcævas, ſed mancos dici. conf. scævola.
Scæva etiam in Cognomen tranſiit. Hor. 1. Epiſt. 17. 1.
Quamvis, Scæva, ſatis per te tibi conſulis, & ſcis. In quem locum obſervat Torrentius illud Juniorum & Caſſiorum cognomen fuiſſe. conf. Heſych.

Scævĭtas, ātis. f. Perverſitas. Ammian. 30. 12. Artium ſcævitas. I. e. Perverſa earum abuſio. Gellii Præfat. Male doctorum hominum ſcævitas. i. e. Siniſtra voluntas. Arnob. 2. Scævitas innumerabilis vitiorum. Apul. Met. 9. p. 222. Elmenh. En indignæ rei ſcævitatem.

Scævŏla, æ. m. [Σκαιόλας] a Scæva appellatus eſt, uti nos docet Varro de L. L. 6. 5. Unde ita dictus eſt Mucius nobilis vir Romanus, qui debilitata dextra, ſiniſtra uſus eſt. Liv. 2. 12. V. mucius.

Scæus, a, um. Adj. [σκαιὸς] Thrax, aut Trojanus: Strabo lib. 13. Multa enim apud Troas & Thraces iisdem nominibus appellantur, ut Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Trojanæ portæ. conf. Steph. in Σκαιοί. & Heſych.

Scāla, æ. vel Scalæ, arum. f. pl. [κλίμαξ, κλίμακες Gl. L. G. & G. L.] a Scandendo, quod iis altiora ſcandamus. Nam proprie Scalæ ſunt, Quæ ex pluribus gradibus conſtant. Plaut. Rud. 3. 1. 10. Rogare ſcalas ut darem utendas ſibi.
Vide urallæ. H. St.
Lapſu ſcalarum exanimatus. V. labus, laberis.
Applicare ſcalas parieti. Liv. 26. 44.
Admovere. Curt. 9. 1. 18.
Aſcendere ſcalis muros. Virg. 9. Æn. 507.
Conjicere ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ. Cic. 2. Philipp. 21.
Hærent parietibus ſcalæ. Virg. 2. Æn. 442.
Induere ſcalas. Ovid. 14. Met. 650.
Induerat ſcalas, lecturum poma putares. Qui ſcalas ferunt, videntur eas induere, quum collo, per interſtitia ſcalæ tranſmiſſo, ferunt.
Scalam, a Scalis diſtinguunt quidam hoc pacto: ut Scala ſit, quæ ex teretibus lignis, aut funibus, aliave materia ſimili, huc atque illuc transferri poſſit. Cajus Jureconſ. in l. Si pignora. D. de furtis Vel ſcalam ſciens accommodaverit ad aſcendendum Scalæ vero, latiores habent gradus, & immobiles permanent. Plin. lib. 14. cap. 1. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur. Confunditur tamen ſæpe hæc differentia. Salluſt. in Jugurth. cap. 60. extr. Deinde ubi una atque alteræ ſcalæ comminutæ: qui ſuperſteterant, afflicti ſunt. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 81. Cic. pro Milon. 41 Quum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. Sic Columel. lib. 12. cap. 50.

Scalāris, e. Adj. Vitruv. 10. 13. Regulæ ſcalari forma compactæ.

Scalabrum, i. n. [κλιμακωτόν] Gloſſ. Gr. Lat. [Hinc Gall. *Eſcalier*.

Scalabis, [Σκαλάβις] alio nomine, Præſidium Julium: Municipium civium Romanorum, & Colonia in Oceano Luſitaniæ, a qua Scalabitanus conventus legitur apud Plin. lib. 4. cap. 22. Hæc

Scalabiscus. [Σκαλαβίσκος] Ptolemæo lib. 2. cap. 5. eadem Luſitaniæ civitas, antea Julium præſidium, ſive Turris Julia: hodie Troſilum, vulgo *Trugillo*. Harduin. putat Σκαλαβὶς κώλ. i. e. κολωνία ſcribendum.

Scaldis, [Σκάλδις] Fluvius Galliæ Belgicæ, ex Cæſaris commentariis notiſſimus. Plin. lib. 4. cap. 17. A Scalde ad Sequanam Belgica, &c. Aliis vocatur Scaldis: in Veromanduis ortus inter Artſiam & Hannoniam, per Flandriam & Brabantiam infra Antverpiam in Oceanum decurrit, Cameraco, Valencenis, Tornaco, Gandavo & Antverpia urbibus irrigatis. V. Cluver. lib. 2. cap. 21.

Scāri, orum. m. pl. Piſces plani, qui ſupine veſcuntur. Plin. 9. 24.

Scalmus, i. m. [σκαλμὸς] Lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant, ut ad navigandum firmius remigent: ſive ut alii volunt, Lignum crenatum ac feneſtratum in apſidem capiens remum, ut facilius ac ſolidius impellatur. Vitruv. 10. 8. Remi circa ſcalmos ſtrophis religati. Cic. 3. Off. 59. Venit ipſa mature: ſcalmum nullum videt Idem de Clar. Orat. 196. At vero ut contra Craſſus ab adoleſcente delicato, qui in litore ambulans, ſcalmum repperiſſet, ob eamque rem ædificare navem concupiviſſet, exorſus eſt: ſimiliter Scævolam ex uno ſcalmo captionis centumvirale judicium hæreditatis effeciſſe.
Navicula duorum ſcalmorum. Cic. 1. de Orat. 174.
Græca vox eſt. Gloſſ. Græc. Lat. Σκαλμὸς, ἐν ᾧ ὁ κώπη δεσμεῖται, Scalmus, Struppus. conſ. Polluc. 1. ſegm. 87. & 10. 134. & Etymol. M.

Scalphas, æ. f. eſt Aſopiæ terræ locus apud Strabonem lib. 9.

Scalpo, pſi, ptum, [γλύφω, κνήθω Gl. L. G. & Gr. L.] ĕre. Fodere, & unguibus pruritum auferre: ſcalpunt enim homines unguibus, & gallinæ pedibus. Plin. lib. 9. cap. 45. Contactos piſces, attrituque petræ ſcalpentes pruritum, invadit. De urtica marina.
Caput ſcalpere uno digito. Juven. 9. Sat. 133.
Terram ſcalpere unguibus. Hor. 1. Serm. 8. 26.
Scalpere morſu. Columel. lib. 7. cap. 5.
Scalpere, Fodere. Gloſſ. Græc. Lat. Σκαλεύειν, Scalpo.
Scalpere gemmam [γλύφω] aut aliquid aliud dicimus, auctore Diomede, non Sculpere. Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Itaque ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum, ad nervorum eliciendos ſonos ac tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum.
Scalptus e ſaxo. Cic. 4. Acad. 100. Non enim eſt e ſaxo ſcalptus, aut e robore dolatus: habet corpus, habet animum, movetur mente. Vetus codex legit Sculptus: & ſic optima exemplaria.
Scalpere querelam ſepulcro. Hor. 3. Carm. 11. 50.
— i ſecundo
Omine, & noſtri memorem ſepulcro
Scalpe querelam. conf. sculpo.

Scalptus, a, um. Partic. [γλυπτὸς Gl. G. L.] ut Hor. 2. Serm. 3. 23.
Quid ſcalptum infabre, quid fuſum durius eſſet. Plura ſupra V.

Scalptum, i. n. [γλυφὴ Gl. G. L.] Scalptura.

Scalptor, ōris. m. [γλύπτης] Qui ſcalpit. Plin. lib. 37. cap. 4. Expetuntur a ſcalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiem ex facili cavantes. Plin. 3. Epiſt. 10. Sed tamen ut ſcalptorem, ut pictorem, qui filii veſtri imaginem faceret, admoneretis, &c.

Scalptūra, æ. f. [γλυφὴ] Plin. lib. 37. cap. 7. Omnia autem hæc genera, ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt, partemque ceræ in ſigno tenent. Adde Vitruv. 4. 1. & 5. 3. Solin. cap. 33. Pallad. Nov. 1. 15.

Scalptōrium, i. n. Inſtrumentum, quo ſcapulæ prurientes fricantur. Martial. 14. 83. habet hunc titulum,
Scalptorium
Defendet manus hæc ſcapulas, mordente moleſto
Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius. [An ſcarifando utile ferramentum?

Scalper, pri. m. [ἐγχειρίδιος] Quo quid exciditur. Celſ. lib. 8. cap. 3. Tunc excitorius ſcalper, ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id, quod inter utrumque medium eſt, excidit. Ibid. cap. 4. Ab eoque ſcalper duabus lineis ad rimam agendus. Unde apud eundem Scalpellus pro Ferramento veniſecæ identidem accipitur. lib. 2. cap. 9.

Scalprum, i. n. [σμίλη Gl. G. L.] Scalpra ſunt, Ferramenta ſutoria, priore parte curva, & a flexu procurrentia acie recta quibus corium ſecant. Hor. 2. Serm. 3. 106.
Si ſcalpra & formas non ſutor. Subaudi Quis emat. Sed & a ſimilitudine in falce vinitoria pars illa, quæ ſic acie eſt ſecta, poſt ſinum curva, Scalprum vocatur a Columella. Nomen adeptum eſt a ſcalpendo. Eo enim commodius ſic poſt flexum procurrente, quam directo, ſcalpi poteſt. V. Turnebum.
Scalpro utuntur diverſi artifices. Cato de R. R. cap. 42. Ficos & oleas altero modo. Quod genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito. Columel. lib. 4. cap. 25. Quæ pars vinitoriæ falcis a flexu procurrit, ſcalprum: quæ deinde adunca eſt, roſtrum appellatur.
Scalprum librarium. Suet. in Vitell. cap. 2. Ac poſt Præturæ honorem inter Sejani conſcios arreptus, & in cuſtodiam fratri datus, ſcalpro librario venas ſibi incidit.
Scalprum fabrile vocat Livius, Quo magiſtri elephantos interimebant. Liv. 27. 49.
Scalprum inter Inſtrumenta chirurgica numerat Cornelius Celſus, inquiens lib. 8. cap 4. Tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt. Scalper ab eodem dicitur. V. paulo ante. [Nec hic Neutrum videtur.
Sutorum ſcalprum. Tacit. 5 Ann. 8.

Scalpium, i. n. Idem. Gloſſ. Lat. Gr. Scalpium, Σμίλη.

Scalprātus, a, um. Adj. [γλυπτοειδὴς] Ferramentum ſcalpratum dixit Columel. lib. 9. cap. 15. Ad ſimilitudinem ſcalpri formatum, quo ait opus eſſe ad caſtrandos apum alveos.

Scalpellus, i. m. vel Scalpellum, i. n. dimin. [σμιλίον Gl. L. G. & G. L.] Inſtrumentum Iatricum. Cic. pro Sext. 135. Non ea eſt medicina, quum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ. Celſ. lib. 7. cap. 7. Non nimium adducto ungue, ſcalpellus adhibendus eſt. Ibid. cap. 19. Sed primo rectus ſcalpellus quam leviſſima manu teneri debet, donec ſcrotum ipſum diducat.
Reſecare linguam ſcalpello. Cic. 2. de Divin. 96.
Scalpellus, Ferramentum, quo chirurgi venas incidunt. Celſ. lib. 2. cap. 10. At ſi timide ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat: neque venam incidit. *Lanceolam* vulgo vocant.

Scalpellum agricolæ. Columel. lib. 5. cap. 11. Medium truncum acuto ſcalpello permodice findito.

Scalpello, āre. Scalpello incidere. Gloſſ. Lat. Gr. Scalpellat, κατασχίζει, κατανύζει.

Scalptūro, [γλύφω] āre. Plin. lib. 36. cap. 25. Pavimenta credo primum facta, quæ nunc vocamus barbarica, &c. Romæ ſcalpturatum in Jovis Capitolini æde primum factum eſt poſt tertium Punicum bellum initum. Hoc eſt (ut ego quidem interpretor) Variæ ſcalpturis elegantius factum.

Scalpūrio, īre. Idem quod Scalpere, quod proprie eſt galli gallinacei quum terram frequentibus ictibus percutit. Plaut. Aul. 3. 4. 8.

Ubi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpurire ungulis
Circumcirca. al. Scalpturire. V. not. Glandorpii ad Cic. 4 Fam. 5. conf. Non. 2. 789.

Scalpurīgo, ĭnis. f. Prurigo. Solinus cap. 45. Os beluæ hujuſce paulatim ſcalpit, & ſenſim, ſcalpurigine blandiente, aditum ſibi in uſque fauces facit.

Scămander, dri. m. [Σκάμανδρος] Fluvius Trojæ, ex Ida monte deſcendens, quem Heſiodus in Theog. v. 345. θεῖον Σκάμανδρον, id eſt, Divinum Scamandrum appellavit. Catull. 65. 353. Unda Scamandri.

Parvi Scamandri frigida flumina. Hor. Epod. 13. 14.

Scamandria, æ. f. [Σκαμανδρεία] Urbs parva a portu Ilienſi parum remota. Plin. lib. 4. cap. 30.

Scamandrius, i. m. [Σκαμάνδριος] Hectoris & Andromaches filius, quod nomen ei pater Hector impoſuerat, teſte Homer. lib. 6. Iliados 400. ſed cæteri Aſtyanacta vocari maluerunt, quod ſolus illius pater urbem tutaretur.

Scambus, i. m. [σκαμβὸς] Qui crura depravata habet curvaque. Suet. in Othon. cap. ult. pr. Fuiſſe, inquit, traditur & modicæ ſtaturæ, & male pedatus ſcambuſque. In quibuſdam editis Calvus legitur: ſed cum calvitium nec ad corporis habitum pertineat, nec officiat in rebus gerendis, quis merito hunc locum ambiguæ fidei eſſe non credat? Turnebus in manuſcriptis modo Campus, modo Cambus reperiſſe ſe quodam loco ſcribit: quo fit ut legendum cenſeat Scambus, ſicut repoſuimus. Nec mirum eſſe debet, hanc vocem uſurpaſſe Suetonium, cum & tanta ſcribendi libertate uſus ſit, & hanc appareat vocem Latinis uſitatem fuiſſe. Sic enim apud Nonium 1. 109. legitur: Strabones ſunt, quos Scambos nunc dicimus: videlicet a depravata oculorum acie. [Sed in edit. Gothof. Quos ſtrabos. Merces. Sunt Strambi quos nunc dicimus. Utrumque Græcum vocabulum, idem oculorum vitium denotans, ut ſuo loco dicetur, Strabo & Strabus. Sic enim legendum, unde Strabo Gallo adhæſit cognomen. Sed apud Sueton. certatim docti viri Turnebi conjecturæ applaudunt, Torrent. Caſaub. Salmaſ. quum in optimis MſT Cambus, in aliis ipſa vox expreſſa legatur. Facili nimirum, & frequenti librariorum mendo, præcedentis vocis ultima littera primam ſequentis eliſit. Gloſſ. Græc. Lat. Σκαμβὸς, Scaurus, Valgus, Σκαμβὸς, Curvus, Lat. Gr. Scaurus, Σκαμβὸς, Σκελὸς, Στρεβλόπους. Valgium, Στρεβλὸς. Scribe Valgum. conf. Suid. in ipſa voce.

Scamma, ătis. n. [σκάμμα] Spatium definitum certamini & foſſa vel ſtadiis circumſcriptum. Hieron Epiſt. 61. 5. De ſcammate egrem, eſt E propoſito divagari. [Proprie Foſſam ſignificat, a Σκάπτω. Gloſſ. Græc. Lat. Σκάμμα, Foſſum.

Interdum pro ipſo Certamine athletico intelligitur. Tertull. ad Martyr. cap. 3. Epiſtates veſter vos ſpiritu unxit, & ad hoc ſcamma produxit. conf. Heſych.

Scammōnĕa, vel **Scammonĭa**, æ. f. vel **Scammonium**, i. n. [σκαμμωνία] Herba in tranſmarinis regionibus, præſertimque Aſia & Colophonio agro creſcens, cujus ſuccus valet ad medicinas, quanquam quidam Scammoniam, fem. gen. pro Herba: Scammonium autem neutro, pro Succo radicis ponunt. Plin. lib 24 cap. 15. Sed Græci clematidas & alias habent, unam quam aliqui echitem vocant, alii laginem, nonnulli tenuem ſcammoniam: & pedales, folioſos, non diſſimiles ſcammoniæ ramos habet, niſi quod nigriora, minoraque ſunt folia. Cic. 1. de Divin. 16. Quid ſcammoneæ radix ad purgandum, quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit. Adde Caton. de R. R. cap. 157. Celſ. 3. 24. [Et præcipue Plin. 26. 8. qui n. g. pro Succo ponit, qui Græcis ὀπὸς σκαμμωνίας.

Scamnum, i. n. [βάθρον Gl. L. G. & G. L.] Quod lecto velati gradus apponitur, ut per id in lectum facilius aſcendatur. Varro de L. L. 4. 35. Quia ſimplici ſcanſione ſcandebant in lectum non altum ſcabellum, in altiorem Scamnum, duplicata ſcanſio Gradus dicitur. Ovid. 1. de Arte Am. 162.

Et cava ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem.

Scamnum, pro Subſellio ſæpe ponitur, quoniam in his ſedere conſuevimus. Ovid. 6. Faſt. 305.

Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat. [Gloſſ. Græc. Lat. Βάθρον, Sedilium, Scampnum, Subſellium, hæc Seſſio.

Scamnum in agris. Plin. lib. 18. cap. 19. Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exſultent. Columel. lib. 2. cap. 2. Sed ita necubi crudum ſolum & immotum relinquat, quod agricolæ ſcamnum vocant. Idem lib. 4. cap. 13.

Scamna etiam in arboribus dicuntur, Rami & brachia per quæ vites aſcendunt. Plin. lib. 12. cap. 1. Aliud exemplum Caji principis in Veliterno rure mirati, platani unius tabulata, laxiſque ramorum trabibus ſcamna patula.

Scamnum regni, Thronus. Cic. 1. de Divin. 108.

Auſpicio regni ſtabilitaque ſcamna ſolumque.

Scamnatus, a, um. Adj. In ſcamna diviſus. ut, Ager ſcamnatus. Frontin. de Colon. p. 333.

Scamnellum, vel **Scamellum**, vel **Scamillum**, i. n. Dimin. Parvum ſcamnum. Ut enim a Mamma Mamilla diminutivus, ſic a Scamnum Scamillum, auctore Priſciano 3. p. 615. qui & illud affert. Verum infirma ſcamillorum obice fultæ fores. Alii Scabillorum legere malunt. Uſus eſt hac voce & Vitruvius 5. 9 m. g. cum ſcribit, Adjectionem per ſcamillos impares, i. e. Per parvula ſcamna. Hæc Turneb. 2. 2. [Utramque ut ſynonymon affertur in Gloſſ. Græc. Lat. Ὑποπόδιον, Scabellum, ſubſellium, ſcamillum, ſuppoſitorium.

An a Scamnum Scamellum, eliſa littera n ut Columella, pro Columnella; Deinde b. præpoſito Scabellum? H. St. Niſi hoc ex Scandibulum forte eſt.

Scabellum, vel **Scabillum**, i. n. dimin. [ὑποπόδιον Gl. L. G. & G. L.] Cato de R. R. cap. 10. Scamnum in cubiculo unum, ſcabilla tria, ſellas quatuor. al. Scabilla, ſed male.

Scabellum, quo ſcenici ſaltabant pedibus ſubjecto. Cic. pro Cœl. 65. Mimi ergo eſt etiam exitus, non fabulæ: in quo quum clauſula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur. Suet. in Calig. cap. 54. Repente magno tibiarum & ſcabellorum crepitu cum palla tunicaque talari proſiluit.

Scamos, Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.

Scandalium, [Σκανδάλιον] Nomen (opinor) inſulæ apud Strabonem, quam Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Scandillas nominat. Sita eſt in mari mediterraneo, apud quam eſt Coa civitas Coum. V. Strabonem lib. 14.

Scandălum, i. n. [σκάνδαλον, πρόσκομμα] Græca vox eſt, quam nos Offendiculum, vel Ruinam, vel Impactionem poſſumus dicere. Verbum adeo frequens apud Sacrarum litterarum ſcriptores, ut in noſtrum quoque idioma tranſitum fecerit. Ejus duo ſunt genera: Scandalum datum, Scandalum acceptum. Datum, eſt cum antea inculpatæ vitæ homo, in ſcelera prolabitur, eo utique judicio, ut probus nihilominus videri velit, cum tamen ſit nequiſſimus facto, ſive oratione. Acceptum dicitur cum viri boni, nihil contra virtutem aut dicentes, aut facientes: vitæ ſuæ integritate offenſioni ſunt nefariis, aut aliis imperitis, hypocritiſve: quæ res nihil bonos viros movere debet, uti ſæpe Jeſus Chriſtus docuit. V. Tertull. de Virg. Veland. cap. 3. & alibi ſæpe.

Effertur & m. g. Gloſſ. Lat. Gr. Scandalum, σκάνδαλος. Niſi error eſt.

Scandalizo, [σκανδαλίζω] āre. Præbere ſcandalum, Offendere. Tertull.

Scandia, vel **Scandinavia**, æ. f. Regio in Europæ partibus Borealibus, quam veteres Inſulam crediderunt. Ita Plin. lib. 4. cap. 13. refert Inſulam eſſe incompertæ magnitudinis; ſed certo certius hodie compertum eſt tractum eſſe telluris ſatis amplum, & revera Continentem; quæ dividitur in Sueciam & Norvegiam. V. Cluver. Introd. Geogr. lib. 3. cap. 19.

Notandum eſt autem, quoſdam fuiſſe, qui Scandinaviam exiſtimarunt eandem eſſe quam Codanoniam, de hac ex citantes Melæ lib. 3. cap. 6. & Solin. Polyhiſt. cap. 33. ſed perperam.

Scandianus, a, um. Adj. ut, Scandiana mala. Columel. lib. 5. cap. 9. Præterea malorum genera exquirenda, maxime Scandiana, Matiana, orbiculata. Ab inſitore Scandio, teſte Plin. 15. 14. [Malim tamen Scantius & Scantianum ſcribere per t. Scantiæ Veſtalis meminit Tacit. 4. An. 16. extr. Scandiorum nuſquam mentio. conf. infra ſuo ordine.

Scandix, īcis. f. [σκάνδιξ] Herba, quæ inter olera ſilveſtria a Græcis ponitur. Plin. lib. 21. cap. 15. Reliqua vulgarium in cibo apud eos herbarum nomina condrylla, hypochœris, & caucalis, anthriſcum, ſcandix, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco ſimillimis. Idem lib. 22. cap. 22. Scandix quoque in olere ſilveſtri a Græcis ponitur, ut Opion. & Eraſiſtratus tradunt. conf. Suid.

Scando, di, ſum, [βαίνω, ἀναβαίνω] ĕre. In altum ingredi. Cic. de Senect. 27. Ut ſi qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent.

In adverſum ſcandere. V. **adverto**.

In ſubjectum ſcandere, felium modo. Plin. lib. 10. cap. 18.

In aggerem ſcandere. Liv. 3. 67.

In arces Tarpeias ſcandere. Ovid. 2. de Pont. 1. 57.

Cymbam. Propert. lib. 3. 18. 24.

Scandenda eſt torvi publica cymba Canis.

Equum ſcandere. Virg. 2. Æn. 401.

Montem ſcandere. Catul. 102. 1.

Muros ſcandere. Virg. 2. Æn. 237.

—ſcandit fatalis machina muros.

Gradus ætatis paulatim ſcandere adultæ. Lucret. lib. 2. 1121.

Super titulos majorum ſuorum ſcandere. Lucan. ad Piſon. 33.

Scandere verſum, apud Grammaticos eſt, Pedibus ſuis menſurare.

Scandor, Paſſ. Plin. lib. 14. cap. 1. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur vite una Cypria. Sic lib. 2. cap. 16. Quæ quum ita ſint, manifeſtum erit ab exortu matutino latitudines ſcandi.

Scansio, ōnis. f. Aſcenſio per gradus. Vitruv. 6. 1. Scanſiones fanorum. conf. Varr. L. L. 4. 35.

Scanſio verſuum. V. ſupra **scando**.

Scansor, ōris. m. [ἀναβολεύς] Strator, qui equum ſcil. parat ut inſcendatur. Vet. Gloſſ. Lat. Græc. [Poteſt tamen eſſe is, qui Cataſtroma conſcendere conſuevit, nauticis nempe in operis; Vel faber, qui Cataſtromata facit. In eodem Gloſſ. Στρωτὴρ, Strator.

Scansōrius, a, um. Adj. Vitruv. 10. 1. Machina ſcanſoria.

Scansĭlis, e. Adj. [ἀναβατὸς] Per quod facile aſcenditur. Plin. lib. 17. cap. 11. Ficumque ſic etiam ſcanſilem fieri. Ficum arborem vocat ſcanſilem, quæ ita aſſurgit, & ita provenit, ut ſcandi facile poſſit.

Scanſilis annorum lex, Per quam ad ætatem veluti quibuſdam annorum gradibus aſcendimus. Plin. lib. 7. cap. 49.

Scandŭla, æ. f. [ζινδάλ] Scandulæ, Parvæ tabellæ, hoc eſt in parvas laminas ſciſſæ, quibus tecta teguntur. a Scando, vel, ut aliis placet Scindo. Plin. lib. 16. c. 10. Scandulæ e robore aptiſſimæ, mox e glandiferis aliis, fagoque: facillimæ ex omnibus, quæ reſinam ferunt: ſed minime durant, præter quam e pinu. Scandula contectam fuiſſe Romam uſque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos auctor eſt. Columel. lib. 8. cap. 3. Ab cohorte foriuſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter injungantur, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam. De gallinariis. conf. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 42.

Scandŭlārius, i. m. Faber eſt lignarius, qui ſcandulas tegendis domibus aptas fabricat. Scandularios jure immunitatis gaudere teſtatur Aurelius Arcadius libro ſingulari de muneribus civilibus. Quibuſdam (inquit) aliquam vacationem munerum gravior conditio tribuit, ut ſunt menſores, carpentarii, ſcandularii, gladiatores, aquilices &c. Ultimo reſponſo. de Jure immunitatis, lib. 50. P. titu. ſexto, Quod ideo receptum fuiſſe patet, quia, ut Cornelius Nepos auctor eſt; Scandulis Roma contecta fuit, uſque ad bellum Pyrrhi, annis videlicet, CCCLXX. Bud. V. l. 6. D. de jure immunit.

Scandŭlāris, e. Adj. Apul. Met. 3. p. 137. Elmenh. Tectum ſcandulare conſcendit. Al. Scindulare.

Scandulaca, Herba eſt, quam Scandulatam vocari debere Turnebus opinatur, quaſi Scandulas habeat. Ea herba ſtrangulat frumenta, ut orobanche videtur eſſe. Nos Convolvulum appellamus. V. Feſtum.

Scantaca, is. f. Oppidum Zamarenorum apud Nabatæos. Plin. lib. 6. cap. 28.

Scantianus, a, um. Adj.
Scantiana poma, a Scantio inventore dicta, quæ Cato tradit in doliis, optima condi, referente Plinio lib. 15. cap. 14.
Scantiana uva a Varrone dicta eſt, quæ alio nomine Aminnea major appellatur, ut refert idem Plin. lib. 14. cap. 4. conf. scandianus.

Scanius, V. scatinius.

Scăpănē, es. f. [σκαπάνη] Ligonem indicat, quem & Scaphium vocant: communius etiam Tzaplan, inquit Theocriti interpres. Cæl. lib. 9. cap. 22. Gloſſ. Græc. Lat. Σκαπάνη, Raſtrum. conf. scaphium.

Scăpha, æ. f. [σκάφη] Navicula ex ligno cavata: a σκάπτω, fodio, cavo. Unde & σκάφη a multis Fiſſura, Alvus, Linter traducitur, quæ navim majorem ſequitur. Et, Parvæ ad piſcandum naves, Scaphæ dicuntur. Liv. 25. 3. Quum merſiſſent eas in alto, exceptis in præparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces ementiebantur. Cic. de Invent. In ſcapham confugeret.
Biremis ſcapha. Hor. 3. Carm. 29. 62.
Conſcendere in ſcapham. Auctor ad Heren. lib. 4. 19.
Scapha piſcatoria. Juſtin. 2. 14. 10. Gloſſ. Græc. Lat. Σκάφη, τὸ πλοιάριον, Alveum, Alveus, Cumba. Σκάφη, Scapha, Lintreum, Alveum. Σκαφή, τὸ ὄρυγμα, Foſſura.

Scaphe, es. f. [σκάφη] Vitruv. 9. 9. pr. Vas concavum ad hemiſphærii formam confectum. conf. scaphium.

Scaphŭla, æ. f. dimin. [σκαφίδιον] Veget. de Re Mil. 3. 7.

Scaphīta, æ. m. [σκαφίτης] Scaphitæ ſunt, Qui ſcaphis navigant. Cæl. lib. 8. cap. 3. Sic & Scapharii dicuntur.

Scapharius, i. m. Qui ſcaphis negotiatur. Gruter. Inſcript. p. 258. n. 8. SCAPHARII QVI IVLIAE ROMVLAE NEGOTIANTVR.

Scăphalos, i. m. [σκάφαλος, ἀντλητὴς] Hauſtor. Cæl. lib. 8. cap. 3. ex Heſych.

Scaphis, idis, f. [σκαφὶς] Scaphides Vaſa ſunt, in quibus melicerides, id eſt favi collocantur. Cæl. lib. 8. cap. 3.

Scaphistērium, i. n. [σκαφιστήριον, Gl. G. L.] Inſtrumentum Columellæ purgandis ſeminibus aptum. Cæl. lib. 8. cap. 3.

Scăphĭum, i. n. [σκαφίον] Proprie Alveolum denotat, Dimin. a Σκάφη, vel σκάφος.
Vas, quod ſordidum & ventris purgandi cauſa fit. Ulpianus in l. Q. Mucius. D. de aur. arg. &c. Scaphia, habita ventris cauſa, non puto argento legato contineri. Apud Julium Pollucem 10. 9. pr. Matula eſt, in quam mejunt feminæ. Juven. 6. Sat. 264.
Et ride, poſitis ſcaphium cum ſumitur armis. [Alii de Capitis ornamento exponunt. Male ſcholiaſtes de poculo. V. infra.
Scaphium mœchæ. Martial. 11. 12.
Vas amplum. Lucret. lib. 6. 1044.
Et menta ſimul ferri furere intus ahenis
In ſcaphiis, &c. Ex Lambino. conf. Vitruv. 8. 2.
Scaphium. Plaut. Bacch. 1. 1. 37.
Pro galea ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis. Ubi Scaphium non videtur eſſe Vas illud, cui ſolent immejere mulieres. Nec Ornamentum capitis meretricii videtur, quod forma ſcaphæ & rotunditate colligeret capillum. Scribunt & Grammatici Græci, Genus eſſe tonſuræ meretriciæ ſed pro certo, Poculum eſt oblongioris figuræ lateribusque in ſcaphæ ſimilitudinem flexorum. Plaut. Perſ. 1. 3. 44.
Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium. Habet autem aliquam ſimilitudinem ejus forma cum galeæ figura, ut pro ea indui poſſe videatur. Hæc Turnebus 2. 30. [Verum ut capiti indui poſſet vix poculi modulus recipit. Quam nil vetat etiam hic ſpurcius illud vaſculum intelligere, quod Σκαφίδα Heſych. appellat. Quem omnino conf. & ad omnia hæc Lexic. Pitiſci. Nec abhorret Plautina jocandi licentia. V. & Henr. Steph. Theſ. Græc. in voce, & Voſſ. Etymol. Scaphia pro Poculis Cic. 6. Verr. 37. & Plaut. Stich. 5. 4. 18. planiſſime.
Scaphis, inquit Marcianus Capella 5. 1. Vaſa ſunt ex ære rotunda, quæ horarum ductus ſtili, ſeu gnomonis proceritate diſcriminant. Cæl. lib. Lect. Antiq. 8. cap. 3. conf. Philand. in Vitruv. 9. 9. pr.
Scaphium, [σκαφεῖον] Inſtrumentum ruſticum, ἀπὸ τοῦ σκάπτω, hoc eſt fodio. Ligonem intelligit Eraſmus. [Etiam hoc per jota ſcribitur in Gloſſ. Græc. Lat. Σκαφίον, ὅτι ὀξὺ κατωφερεῖ, Aciſculum. Et Lat. Græc. Sarculum, Σκαλίς, σκαφίον. Junge Polluc. 10. 29. ſect. 129. At Suid. Σκαπάνη, σκαφεῖον, ὀρύγιον, δικέλλιον, ὃ παρ' ἡμῖν τζαπίον λεγόμενον. A τζαπίον Gall. Sae. conf. scapane.

Scaphus, i. m. Rei cujuſvis cavitas. Vitruv. 9. 9. Æqualiter per id cavum influens aqua ſublevat ſcaphum inverſum, quod ab artificibus phellos, ſive tympanum dicitur. V. not. ſeq.
Eſt etiam Meatus aurium tortuoſus. Cæl. Rhodig lib. 3. cap. 29. Quærat hic forte quiſpiam, cur meatus ille aurium (ſcaphum vocant) anfractu ſit tortuoſo. [Græcum eſt, σκάφος, ut ex Polluc. 2. ſ. 85. apparet, & gen. neutri. Neutrum & Vitruv. facit. Quare ſuſpicor Scaphium reliquiſſe.

Scapos, i. f. Inſula deſerta eſt maris mediterranei non procul a Cherſoneſo. Plin. lib. 4. cap. 12.

Scaptĕsula, æ. f. [Σκαπτησύλη] Feſto, Locus, ubi argentum effoditur in Macedonia, dictus a fodiendo, quod eſt Græca σκάπτειν. Ut autem notior ſit hujus vocabuli origo, Scaptæſula dicta eſt, quaſi σκαπτὴ ὕλη, id eſt, foſſilis materia, mutata eſt enim aſpirationis nota in s, Scaptehula, Scapteſula, ut in ὗς ſus, ὑπὲρ ſuper, &c. Lucret. 6. 810.
Quales exſpirat ſcaptæſula ſubter odores. Sic legit Lambinus. Giſanius autem aliique Scaptenſula. [V. Steph. de Urb. in ipſa dict. Græc.

Scaptia, [Σκαπτία] Plin. lib. 3. cap. 5. Oppidum in Latio, a quo

Scaptius, a, um. Adj. ut
Scaptia Tribus vocitata eſt. V. tribus.
Pubes Scaptia. Sil. lib. 8. 397.
Eſt & gentile Ro. P. Scaptius, homo de plebe, Ardeatium agrum teſtimonio ſuo ad Pop. Romanum tranſtulit. Liv. 3. 71.

Scăpŭla, æ. f. [ὠμοπλάτη, ὠμοπλάται Gl. L. G. & G. L.] Humerus unde pendet. Fem pl. A ſcandendo, ut quidam volunt: quia mobilis veluti mollibus jugulis a cervice demittitur. V. Iſid. 11. 1. A Gr. Σκάπτω Voſſ. Plaut. Trin. 4. 3. 2.
Ne ſubito metus exoriatur ſcapulis, ſtultitiam abde.
Varro 2. de R. R. cap. 7. Lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maxime duplici.
Tutari ſcapulas. Claud. 1. in Eutrop. 76.
Radiantibus ſcapulis geſtati enſes. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 91. al. Capulis.
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi. Ter. Phorm. 1. 2. 26.

Scapulāris, e. Adj. Ad ſcapulas pertinens.
Scapulares, Servi dicti ſunt, quia ſcapulis cæduntur.
Scapularis veſtis, Quæ tantum ſcapulas tegit. V. Cang. Gloſſ.

Scapelium, i. n. [μετάφρενον] Veteres pro Tergo uſurparunt, & aliquando pro ipſa Scapula. Unde & Spatium, quod inter ſcapulas quaſi vallicula, Interſcapilium dicitur. Perott. V. in dict. ipſa.

Scāpus, i. m. [στῦλος] Columnæ pars inter baſin & capitellum. Columnæ partes, inquit Budæus, ſunt, ſcapus, quaſi columnæ corpus: ſupra ſcapum, capitulum: infra ſcapum, ſpira, quæ baſis ſæpe appellari ſolet: infraque ſpiram, ſtylobates. Hactenus ille ex Vitruvio. Vitruvius lib. 3. cap. 3. In ſummis columnarum ſcapis. Ibid. Imus ſcapus. Sic alibi frequenter.
Scapus alio nomine Cardinalis. Rectum illud & paulo craſſius lignum in valvis, quo fores ipſæ ſuſtinentur & reguntur præcipue, & cujus capitibus ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiori & inferiori cardine inſertis, valvæ ipſæ volvuntur aut aperiendæ aut claudendæ. Vitruvius lib. 4. cap. 6. Fores ita compingantur, uti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus, &c.
Candelabrorum ſcapi. Plin. lib. 34. cap. 3.
Scapus trutinæ. V. aurea.
Scapus, [καυλὸς] Ruell. lib. 1. cap. 2. Radix, eſt in quo alimentum allicitur, & terræ cohæret. Caulis vero, in quod idem defertur nutrimentum, ſimplexque ſupra terram aſſurgit. Is ſi in ſtili modum ſurſum prorepat, aut in altum feratur, Scapus Latinis nominari conſuevit, ducta a columnaribus ſcapis ſimilitudine. Varro de R. R. lib. 1. cap. 31. Quibus quum ſurſum ſerpit, ad ſcapum lupini. Plin. lib. 18. cap. 10. Inventus eſt jam & ſcapus unus centum fabis onuſtus. Iis conſtat claſſicis auctoribus, ſcapum pro caule frequenter uſurpatum. Idem quoque, quod in virgulæ modum, vel teli rectitudinem conſurgat, thyrſi nomen ſibi vindicavit. Hactenus Ruellius. V. & thyrsus.
Albuci ſcapus. Plin. lib. 21. cap. 17.
Aſphodeli ſcapus. Columel. lib. 9. cap. 4.
Ferulæ ſcapus. Plin. lib. 22. cap. 4.
Loti ſcapus. Plin. lib. 13. cap. 8.
Arbores grandiſcapiæ. Pincianus apud Senecam. Sed malim Grandiſcapæ. Vide in mea Prodrop. H. St. Extant verba Ep. 86. extr. Vulgo legitur Grandis copiæ.
Scapos quidam interpretantur Siliquas leguminum: citantes Plinianum illud lib. 18. cap. 10. Inventus eſt jam & ſcapus unus centum fabis onuſtus. Sed hi vehementer falluntur. Non enim dicit Plinius inventam ſiliquam, quæ centum fabas contineret, ſed ſcapum, ſeu caulem fabaceum, in quo tam multæ erant ſiliquæ, & in iis ſiliquis tam multæ fabæ, ut centenarium explerent numerum.
Scapus, in chartarum ratione, pro Plagularum congerie. [χάρτου τόμος, τομος βιβλίων, χάρτης. Gl. L. G.] Plin. lib. 13. cap. 12. Premitur deinde prelis, & ſiccantur ſole plagulæ, atque inter ſe junguntur, proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures ſcapo quam vicenæ. Id putatur eſſe, quod vulgo manum papyri vocamus, aut ramam potius. V. papyrus.
Scapus, ut aliqui putant, dicitur in quo ſemina quarundam herbarum dependent, ut in papavere. In papavere enim & ſimilibus Scapus, in arundinibus, in glandulis, in avellanis, Panicula appellatur. V. Cæl. lib. 12. cap. 14. & quæ paulo ſupra extant.
Scapi, In quibus uvarum grana ſunt. Varro de R. R. lib. 1. cap. 54. Quæ calcatæ uvæ erunt, earum ſcapi cum folliculis ſubjiciendi ſub prelum, ut ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum. Vetus exemplar habet Scopi. Meminit Cælius lib. 12. cap. 14. V. scopus.
Scapi, [σπάθαι κερκίδιαι Gl. L. G.] Inſtrumenta textoria, quorum pulſu tela coarctatur & condenſatur. Lucret. lib. 5. 1352.
Inſubula, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes. Ex Lambino in Lucretium.

Scarabantia, æ. f. Oppidum Bojorum in Norico: Plin. lib. 3. cap. 24.

Scărăbæus, i. m. [κάνθαρος Gl. L. G. & G. L.] Animal, inſectorum generis, volatile. Plin. lib. 11. cap. 28. Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſupervenit, ut ſcarabæis: quorum tenuior fragiliorque penna, his negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, biſulcis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morſum coeuntibus, infantium remediis etiam ex cervice ſuſpenduntur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus, qui e fimo ingentes pilas averſis pedibus volutant: parvoſque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fetus ſui nidulantur. Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excavant, nocturno ſtridore vocales.

Scardōna, æ. f. [Σκαρδῶνα] Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Liburniæ urbs, hodie Scardo.
Item Amnis Liburniam a Dalmatia ſegregans. Plin. lib. 3. cap. 22. Ab ea fit attributum.

Scardonitanus, a, um. Adj. quo utitur Plinius eodem lib. cap. 21. Conventum Scardonitanum petunt lapides, inquit ille.

Scărĭfĭco, [ἐγχαράσσω, ἐγχαράττω, ἐγχαράσσειν] āre. Scalpello aperire, quo aliquid facilius exeat. Plin. lib. 22. cap. 23. Pedum clavos, circum ſcarificatos ferro, miſſum ceræ extrahit. Legitur & Circumſcarificatos, unica dictione. Idem lib. 32. cap. 7. Dentium dolores ſedantur, oſſibus draconis marini ſcarificatis gingivis. Idem 28. 1. Vi interempti dente gingivas in dolore ſcarificari Apollonius efficaciſſimum ſcripſit. Cato R. R. cap. 52. Quam radicem capere voles ſcarificato, trajicitoque.
Scarificare etiam dolorem aliquando dicimus, h. e. Scarificando dolorem expellere. Plin. lib. 28. cap. 11.

Scarificatio, ōnis. f. Apertio facta tenui vulnere, ut humor facilius exeat. Columel. 6. 12. Poſt ſcarificationem ferro factam.

Scarifus, ĕsi. Scribonius Largus Comp. 262. Malagma ad lumborum dolorem, qui ante leniter ſcarifiant.

Scărĭfo, āre. Id quod Scarifico. Gloſſ. Lat. Græc. Scarifo, Χαράσσω, Κατα-

Digitized by Google

ριζω. Scarifat, Καταξίζει, Κατακνίζω, Καταχαράσσω. [Recte, opinor. Eſt enim ex Græco Σκαριφάω, quod & σκαριφίζω & σκαριφίζω dixerunt, unde forſan apud Plin. & R. R. ſcriptores Scarifizare ſcribendum, vel Scarifare reponendum, ut vult cum Voſſ. Salmaſ. codd. Mſſ. aſtipulantibus.

Scarĭŏla, æ. f. Herba eſt Seridi ſimilis, de qua apud Dioſcoridem Matthiolus lib. 2. cap. 125. ex Serapionis ſententia. Al. Seriola.

Scariphismos, i. m. [σκαριφισμός] Oratio philoſophorum tanquam umbra & ænigma: auctor Ariſtophanes. Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 6. V. Suid. Heſych.

Scarites, æ. f. [σκαρίτης] Gemma eſt quæ Scari piſcis colorem refert, ut ait Plin. lib. 37. cap. 11.

Scarphēa, ſive Scarphia, æ. f. [Σκάρφεια] Inſula Helladi adjacens in mari Ægeo, non procul ab Attica: de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

Eſt & Scarphia, Urbs Locrorum Epicnemidiorum decem ſtadiis diſtans a mari. Strabo lib. 9. a Stephano Phocidi falſo adſignata.

Scarphia, Civitas in Græcia, quam Demetrius Calatianus terræ motu everſam fuiſſe prodidit, ab imiſque fundamentis humi eſſe dejectam, ſeptingentis ac mille non minus corporibus oppreſſis. Strabo lib. 1.

Scarthon, Fluvius Aſiæ ex Pholoë in Heliensem agrum viginti locis fertur. Strabo lib. 13.

Scărus, i. m. [σκάρος Gl. G. L.] Piſcis. Plin. lib. 32. cap. 2. Mihi videntur mira & quæ Ovidius prodidit piſcium ingenia, in eo volumine quod Halieuticon inſcribitur v. 9.

— ſic & ſcarus arte ſub undis Incidit, &c.

Scarum incluſum naſſis, non fronte erumpere, nec infeſtis viminibus caput inſerere: ſed averſum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorſum erumpere. Quem luctatum ejus ſi forte alius ſcarus extrinſecus videat, apprehenſa mordicus cauda, adjuvare niſus erumpentis. Diphilus apud Athenæum libro 8. ſcarum commendat his verbis, Scarus molli, ſeu tenera carne præditus eſt, friatilis, dulcis, levis, ad concoquendum facilis, facile redditur, ventrem mollit. Addit idem, recentem ſcarum eſſe ſuſpectum, propterea quod lepores marinos captat, iiſque veſcitur, idcirco ejus inteſtina vim bilis effectricem habent. Idem libro 7. hunc ſolum ex omnibus piſcibus dormire dicit, & propter eam cauſam nunquam noctu capi. Oppian. lib. 1. Ἁλιευτ. 134. ſolum vocalem eſſe ſcribit. [Solus & ruminat. V. Ovid. Halieut. 119. & Suid.

Scatebra, Fluvius in Caſſinate, frigidus, abundantior æſtate. In eo, ut in Arcadiæ Stymphali enaſcuntur aquatiles muſculi. Plin. lib. 2. cap. 103. Scatebra, Numen commune V. poſt scateo.

Scăteo, es, [βρύω, βρύζω] ēre. Ebullire, & ita plenum eſſe ut exſiliat quod continetur. Cic. 1. Tuſc. 69.

Fontes ſcatere, herbis prata conveſtirier. Ex poëta.

Ablativo jungitur. Columella lib. 6. cap. 16. Solent etiam neglecta ulcera ſcatere vermibus.

Amore ſcatet tuus animus. Plaut. Perſ. 2. 1. 9.

Belluis pontus ſcatens. Hor. 3. Carm. 27. 26. h. e. Repletus, pullulans, fremens, ebulliens. Acron.

Miraculis ſcatet. Plin. lib. 7. cap. 2.

Remediis ſcatet urtica plurimis. Plin. lib. 22. cap. 13.

Scateo, cum Genitivo. Gell. lib. 1. cap. 17. Irarumque & moleſtiarum muliebrium per diem, perque noctem ſcatebat.

Terra ſcatet ferarum. Lucret. lib. 5. 41.

Scato, ēre, per tertiam. Idem quod Scateo. Lucret. lib. 5. 597.

— ita ad ſatiatem terra ferarum
Nunc etiam ſcatit, & trepido terrore repleta'ſt. Et ibid. 950.
Largiſſimum fontem ſcatere, atque erumpere flumen.

Scatebra, æ. f. ſec. com. [βρυγμός] Ebullitio aquæ ſurgentis. Virg. 1. Georg. 110.

— ſcatebriſque arentia temperat arva. Ubi Servius, Scatebris, Ebullitionibus, quæ fiunt quum aqua in aliquas rimas defluxerit. Plin. lib. 19. cap. 10. Mirum eſt & illud, ſcatebra fonticuli ſemper emicante, lacum nec augeri nec effluere.

Fontium ſcatebræ. Plin. lib. 5. cap. 1. [Gloſſ. Lat. Græc. Scatebra, Βρύσιμον ὕδατος ἀπὸ γῆς, πίδαξ ὕδατος, πομφόλυξ. Scatebris, Πομφόλυξιν, Βρύσεσι.

Scatūrīgo, ĭnis. f. Idem. Columel. lib. 3. cap. 13. Nam præſtat non conſerere, quam in ſumma terra ſuſpendere: niſi tamen ſi ſcaturigo paluſtris obvia (ſicut in agro Ravennate) pluſquam ſeſquipedem prohibeat infodere. Plin. lib. 31. cap. 3. In nigra ſcaturigines non fere ſunt perennes.

Scaturigines turbidæ & tenues emicare cœperunt. Liv. 44. 33.

Scatūrīgĭnōſus, a, um. Adj. Columel. lib. 5. cap. 8. Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa, & in qua ſemper uligo conſiſtit.

Scatūrex, vel Scatūrix, icis. f. Idem. Varr. Eſt modus matulæ, &c. Hymenias hic Thebogenes ſitit ſcaturex. Ex Nonio 2. 794.

Scatūrio, [βλύω, βλύζω, φλύζω, ἀναβλύζω] ire. Idem quod Scatere: quod eſt, non ſolum aquarum, ſed herbarum, & ceterorum ſua ſponte ubertim naſcentium. Columel. lib. 3. cap. 1. Modica tamen roſcidum ſolum, quod fontibus non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat, ſed ut vicinum radicibus humorem ſubminiſtret.

Scaturire aliquid. Cic. 8. Fam. 4. de Curione, Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit. Id eſt, undique bonum virum olet, & Cæſaris adverſarium ſapit. Alii legunt, Hoc ſtatu erit, Alii, Hic ſcaturit. V. Turneb. Adverſ. 13. 20. [Scribitur & geminata littera, Scaturrio. Gloſſ. Lat. Gr. Scaturrit, Πιδύει, καὶ βρύζει, καὶ πομφολύζει. At Græc. Lat. Βρύζω, Scaturio.

Scătinia Lex, vel ut nonnulli, Scantinia, eſt Qua præpoſteræ Veneris uſus coercebatur, ita a Scatinio latore dicta. Juven. 2. Sat. 38.

Quod ſi vexantur leges ac jura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Poſtulandum me lege Scantinia curant. Cic. 8. Fam. 12. conf. ibid. 14. V. Lex. Pitiſc. [P. Scantinii Pontif. meminit Liv. 23. 21. extr. Sed rectius ſine n ſcribi puto. Apud Varr. enim L. L. 7. 38. extr. Scatinia familia jungitur Atiniæ, ut ἀνάλογον. Sic & Vatinia.

Scaurus, i. m. [σκαῦρος] Qui talos pedum tumentes ac porrectos habet. Hor. 1. Serm. 3. 48.

— hunc varum diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum, pravis fultum male talis. Acron, Scauri ſunt Qui exſtantes talos habent. Alii dicunt Scauros eſſe, Qui habent talos inverſos. Plin. lib. 11. cap. 45. Vara homini tantum, exceptis quibuſdam. Namque & hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Scauri, Panſæ. conf. scambus.

Scaurus, [Σκαῦρος] Cognomen Æmiliæ & Aureliæ gentis Ro.

M. Æmilius Scaurus, cujus pater, quamvis Patricius, carbonariam ob paupertatem negotium exercuit, ipſe primo dubitavit, honores peteret, an argentariam faceret. Sed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam peperit. Conſul Liguras & Gantiſcos domuit, atque de his triumphavit. Cenſor viam Æmiliam ſtravit, pontem Mulvium fecit: utrique nomine ab ſe impoſito. Hæc Victor de V. I. c. 72. Plinius lib. 34. c. 7. Nat. Hiſt. dicit eum principem fuiſſe civitatis, & Marianarum rapinarum ſocium. Salluſt. in Jugurth. cap. 15. Scaurus homo nobilis, impiger, factioſus, avidus, ſed vitia ſua callide occultans.

Scaurus alter, ſuperioris filius, L. Sullæ privignus, de cujus Ædilitate lege Plinium lib. 36. cap. 7.

M. Aurelius Scaurus, Cos. ut Vellej. 2. 12. vel ut Liv. ſcribit, conſularis legatus, a Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & quum ad conſilium ab his evocatus eos deterreret, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci minime poſſe, a Bolo rege, feroci juvene occiſus eſt. Liv. Epit. lib. 67.

Frontinus in 4. 1. 13. ſcribit, Scaurus filium ſuum, quod in ſaltu Tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum venire vetuit: adoleſcens verecundiæ ignominia preſſus, mortem ſibi conſcivit. Eadem Victor l. c. Huic alii codd. T. plures M. prænomen adſcribunt.

Scāzōn, ontis. m. [σκάζων] Quoddam genus Iambici verſus delumbe & claudum, quod & Choliambum appellant. Habet enim in fine pro iambo ſpondeum. Differt autem a perfecto ſenario iambico, quod hic in ſexta ſede ſpondeus eſſe debet, tum in quinta ſemper iambus: nam quum ſcandantur jugati hi pedes in choliambo, tertius pes jugatus, ſemper eſſe debet epitritus primus, id eſt, prima brevis ante tres longas. Cavendum igitur ne in quinta ſede ponatur ſpondeus, aut alii, quos integer ſenarius iambicus ea ſuſcipit. Hanc legem accurate ſervavit Perſius his verſibus claudis, in Præfat. 1.

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c. Ecce in quinta ſede ſemper eſt iambus, & in ſexta ſpondeus, vel pro ſpondeo trochæus. Dicitur autem Scazon a Græcis, quia claudicat: nam ſextus pes in hoc metro major eſt, quam ſextus, qui in ſenario perfecto. Σκάζω enim, eſt Claudico: unde Σκάζων, σκάζοντος, Participium, id eſt, Claudicans. Eadem ratione χωλίαμβοι dicunt. Χωλὸς enim Græce, Latine Claudus: unde Choliambus componitur, quaſi Claudiambus. Hujus carminis inventor fuiſſe dicitur Hipponax.

Scazonem mittit ad Apollinarem. Martial. 7. 25.

Scazontes convicio extorquent. Plin. 5. Epiſt. 11.

S C E

Scracbaioes, Fluvius Cercetarum in Colchide ex Caucaſi jugis defluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

Scel…ti, Populi ſunt in Africæ regione Mauritania. Plin. lib. 5. cap. 1.

Scelæ, arum. f. pl. [σκελέαι] Inter Calceamentorum genera poſitæ a Polluce lib. 7. cap. 22. ubi ſcribit nonnullos exiſtimare, eaſdem eſſe cum Autopodiis, de quibus ſupra. Has autem Gualtherus vertit Ocreas. [Imo cum ibi, tum aliis locis, idem genus calceamenti ac Anaxyrides facit, αὐτοπόδων nuſquam meminit. Nec erat hic opus in Lexico Latino.

Sceleratus, Scelestus, &c. V. scelus.

Scĕlĕtus, i. m. [σκελετός]. Cadaver exarefactum, vel decarnatum, ſola oſſium compage conſtans. Vet. Gloſſ. Græco lat. Σκελετός, Larva, Sceletus. [Ejus deſcriptionem hanc affert. Apul. Apolog. p. 314 Elmenh. Macilentam, vel omnino eviſceratam formam dici cadaveris fabricatam, prorſus horribilem & larvalem. Subjicit enim p. ſeq. Dudum ergo cum audiret ſceletum perquam impudenti mendacio dictitari. Et rurſus, En vobis, quem ſceleſtus ille ſceletum nominabat. Et p. p. Hiccine eſt ſceletus? hæccine eſt larva? Et rurſus, Hunc, qui ſceletum audet dicere, &c. & Hunc denique, qui larvam putat. Suid. Σκελετός, ὁ ξηρός. Etymol. M. Σκελετός, ὁ νεκρός, ἀπὸ τοῦ σκέλλεσθαι. τὸ ξηραίνεσθαι. Eadem Plutarchi ſententia Sympoſ. 8. extr. quam ſequitur etiam Henr. Steph. Pollux tamen 4. c. ſ. 194. ἀπὸ τῶν σκελῶν arceſſit. conf. Galen. de Oſſib. pr. Imperite vulgo n. g. faciunt.

Scelio, onis. m. [σκελίων] Petron. Fragm. cap. 50. Annibal, homo vafer & magnus ſcelio. Al. Scelero. q. V. in scelus.

Scelotheia, [σκελόθηρα] ſunt Parvi tripodes. Cæl. Rhodig. lib. 8. Lect. Antiq. 25.

Scĕlŏtyrbe, es. f. [σκελοτύρβη] Morbi genus, quo compages in genibus reſolvuntur. Plin. lib. 25. cap. 3. In Germania trans Rhenum, caſtris a Germanico Cæſare promotis, maritimo tractu, fons erat aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageſque in genibus ſolverentur, ſtomacacen medici vocant, & ſcelotyrben. Hoc mali genere Ælii Galli exercitum laboraſſe ex Arabicorum fructuum eſu, auctor eſt Strabo lib. 16. Fit etiam mali hujus mentio in medicis definitionibus Galeno attributis. conf. Voſſ. Etymol.

Scĕlus, ĕris. n. [ἀνομία, ἀσέβημα, ἄγος Gl. L. G.] Flagitium, facinus, nefas. Plaut. Stich. 1. 2. 24.

Advorſari ſine dedecore & ſcelere ſummo haud poſſumus. Virg. 9. Ecl. 17.

Heu! cadit in quemquam tantum ſcelus?

Ἔλεγχος apud Suidam pro Scelere, ut puto. Vide col. 456. H. St.

Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes. Virg. 1. Æn. 351.

Miniſtri ſceleribus. Tacit. 6. Ann. 36.

Affinis ſcelerum. Cic. pro Sull. 70.

Artifex ſcelerum. Sen. Troad. 8.

Conatus ſcelerum. Stat. 5. Silv. 2. 87.

Hortator ſcelerum. Virg. 6. Æn. 529.

Imago ſceleris. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Inſtinctor ſceleris. Tacit. 1. Hiſt. 22.

Machinator, vel architectus ſcelerum. Cic. pro Cluent. 60.

Molimen ſceleris. Ovid. 6. Met. 473.

Miniſtri atque ſocii ſcelerum. Lucret. lib. 3. 61.

Ferox ſcelerum. Tacit. 4. Ann. 12.

Lugubris ſceleris ara. Ovid. 12. Met. 224. [Sed vexatæ lectionis locus eſt. Lugubris ſcelerum reliquiſſe poetam puto. Conſtructio Græca offudit tenebras ſciolis.
Clandeſtinum ſcelus. V. Clandeſtinus in CLAM.
Crudele ſcelus. Virg. 2. Æn. 106.
Deteſtabile ſcelus. Cic. de Amicit. 27.
Exitiale ſcelus Lacænæ. Virg. 6. Æn. 511.
Graviſſimum ſcelus. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Importunum ſcelus. V. IMPORTUNUS.
Impunita ſcelera. V. IMPUNITUS.
Infandum ſcelus. Senec. Agam. 13.
Infeſtum ſcelus & immane. Cic. pro Cluent. 188.
Ingens ſcelus. Senec. Octav. 3.
Inviſum ſcelus. Senec. Herc. fur. 1.
Leve ſcelus. Sen. Theb. 2.
Nefandum ſcelus. Lucan. lib. 4. 228.
Nefarium ſcelus. Cic. 1. Fam. 9.
Sævum ſcelus. Lucan. lib. 7. 766.
Non uſitatum ſcelus. Sen. Theb. 2.
Abeſſe ab aliquo ſcelere. V. ABSUM. Ovid. 3. Faſt. 310.
Abuti ſcelere, Abuti ſcelere & perfidia ad alicujus exitium. V. ABUTOR.
Accipi ſcelus majus pretium ſceleris. Sen. Theb. 2.
Addere ſcelus in ſcelus. V. ADDO.
Admittere ſcelus. Hor. 2. Serm. 3. 212.
Affluere ſcelere. Cic. pro Cluent. 189.
Aggredi ſcelus. Ovid. 2. Amor. 2. 63.
Alligare ſe ſcelere. Cic. pro Flac. 41.
Anhelare ſcelus. V. ANHELO.
Arcere ſcelus. Senec. Thyeſt. 1.
Aſtringi ſcelere. Cic. pro Sext. 108.
Coarguere ſceleris. V. COARGUO.
Committere ſcelus. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Conari ſcelus. Quintil. lib. 5. cap. 3.
Concipere ſcelus. V. CONCIPIO.
Contaminari ſcelere. Cic. de Provinc. Conſul. 14. Hoc ſtatuit ſenatus primum homini ſceleribus flagitiis contaminatiſſimo nihil eſſe credendum, &c.
Convictus ſcelere. Sen. OEdip. 12.
Coopertus ſceleribus. V. COOPERIO.
Cruentari ſcelere. V. CRUENTUS.
Cumulare ſcelus ſcelere. V. CUMULO.
Damnare aliquem ſceleris. Ovid. 5. Faſt. 624.
Defungi ſcelere aliquo. Senec. Theb. 2.
Devincire ſe ſcelere. Cic. de Aruſp. Reſp. 5.
Edere ſcelus in aliquem. Cic. pro Sext. 58.
Eſſe in ſcelere. Cic. pro Sull. 38.
Exercent curæ ſupplicium ſceleris parati. Stat. 3. Theb. 4.
Expendere ſcelus. Virg. 2. Æn. 229. — & ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. h. e. Supplicium: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Servius, Meritas ſceleris pœnas dediſſe.
Expiare ſcelus. Cic. in Piſon. 85.
Facere ſcelus. Cic. pro Roſc. Amer. 25. Intelligitur, Judices, id quod jam ante dixi, Imprudente L. Sulla ſcelera hæc & flagitia fieri.
Facere palam aliquod ſcelus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Imbuere ſcelere gladium. Cic. 5. Philip. 20.
Liberare ſcelere, vel A ſcelere. Cic. pro Marcell. 13.
Loquuntur mera ſcelera. V. MERUS.
Moliri ſcelus. Cic. Sexcenta alia ſcelera moliri.
Obligare aliquem ſcelere. V. OBLIGO.
Pendere non pœnas immani pro ſcelere omnes. Lucret. lib. 5. 219.
Perficere ſcelus. Cic. pro Cluent. 194. Neque ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtiis poſſe placari.
Prætermittere, vel præterire ſcelus. Cic. 1. Fam. 9.
Refugere. Ovid. 3. Faſt. 51.
Amne jubet mergi geminos, ſcelus unda refugit.
Relinquere monimenta ſcelerum. Ovid. 1. Amor. 7. 31.
Rependere pœnas ſceleribus pares. Senec. OEdip. 14.
Reſiſtere ſceleri. Ovid. 10. Met. 322.
Solvere breves pœnas magnis ſceleribus. Sen. OEdip. 12.
Suſcipere ſcelus aliquod. Cic. 11. Philip. 2.
Suſpectare ſcelus alicujus. Tacit. 1. Annal. 5.
Tegendis ſceleribus obſcurum. Tacit. 6. Ann. 24.
Velandum ſcelere ſcelus. Senec. Hippol. 5.
Ulciſci ſcelera. Senec. Thyeſt. 3.
Volutari in ſcelere. Cic. 9. Fam. 3.
Scelus & Flagitium, differunt. Flagitium, peccatum eſt ab aliqua animi mollitie, aut ignavia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: Scelus autem, vel cum aliqua crudelitate & cæde, vel cum impietate conjunctum eſt. Itaque Libidines flagitioſas dicimus, & Flagitioſam vitam. Cic. 9. Att. 12. Spes me ſuſtentabat fore, ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. Sceleratum Cæſarem, flagitioſum Pompejum eſſe ſignificat.
Scelus, pro Scelerato aliquando ponitur. Terent. Andr. 5. 2. 3. Scelus quem hic laudat? Ubi Donatus, Non eſt hic ſolœciſmus, ad ſenſum enim, non ad verba reſpexit. Ibid. 3. 5. 1.
Ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Donatus; quia Scelus, Sceleſtus intelligitur, Qui ſubjunxit, non Quod.
SCELESTUS, a, um. Adj. [ἀνόσιος, ἀλιτήριος] Qui ſcelus committit. Plaut. Milit. 3. 1. 136.
Et minus nodecter ſceleſta facerent facta, &c. Et paulo ante, Qui improbi eſſent & ſceleſti, iis adimerent animam cito.
Quo, quo ſceleſti ruitis? Hor. Epod. 7. 1.
Civis ſceleſtus. Cic. in Salluſt. 6.
Cœna ſceleſta. Plaut. Rud. 2. 6. 24.
Facinus ſceleſtum ac nefarium. Cic. pro Roſc. Amer. 37.
Manus ſceleſtas evitare. Senec. Agam. 11.
Pectus ſceleſtum. Senec. OEdip. 12.
Res ſceleſta, atrox, nefaria. Cic. pro Roſc. Amer. 62.
Servitus ſceleſta, lenonis ædium. Plaut. Curcul. 1. 1. 40.
Sceleſtus, Infelix. Plaut. Moſtel. 3. 1. 1.
Sceleſtiorem ego annum argento fœnori
Nunquam ullum vidi, quam hic mihi annus obtigit.
Plebs ſceleſta, Miſera. Hor. 2. Carm. 4. 17.
Compar. Liv. 5. 27. Sceleſtior ſermo.
Superl. Plaut. Amph. 2. 1. 2. Sceleſtiſſimum te arbitror.
SCELESTE, Adv. [ἀνοσίως] Cic. 6. Att. 1. Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſte ſuſpiceris, ego ἀφελῶς ſcripſi.
Sceleſte atque impie. Liv. 24. 25. pr.
SCELEROSUS, a, um. Adj. [πονηρότατος] proprie dicitur, ut vult Donatus, Auctor ſcelerum multorum. Ter. Eunuch. 4. 3. 1.
Ubi ego illum ſceleroſum, miſera, atque impium inveniam? conf. Lucil. & Afran. apud Non. 2. 809.
Facta ſceleroſa atque impia. Lucret. lib. 1. 84.
SCELERO, ōnis. m. Cic. 9. Att. 18. In qua erat Eros ſcelero. Sed varia eſt Lectio. Lambinus legit, Eros celeris; alii, Eros celeri; alii, Oratio celeris; alii, Area ſcelerum; alii ἄλως ſcelerum, & MS. Pal. Æro ſcelerum. Gronovius autem l. ἀχέρων leti. V. Verburg. in loc. Barth. Adverſ. 11. 17. Petron. cap. 50. Annibal, homo vafer, & magnus ſcelero. Al. Scelio, vel Stellio. V. Reineſ. in Petron. p. 74. & reliquos interpp.
SCELERO. [μιαίνω] āre. Polluere ſcelere. Virg. 3. Æn. 42.
Parce pias ſcelerare manus. Ubi Scelero verbum non dici, ait Serv.
Dextram ſanguine ſcelerare. Stat. 9. Theb. 666.
Sanguine vivo fauces ſcelerare. Stat. 8. Theb. 761.
Animum ſcelerare. Sil. lib. 16. 202.
Penates ſcelerare. Catul. in Argon. 65. 404.
Impia non verita eſt divos ſcelerare penates.
SCELERATUS, a, um. [ἀνόσιος, πονηρὸς Gl. L. G.] Adj. ex Partic. dicitur auctore Donato in 4. Eun. 3. pr. In quo ſcelus ſit conſtitutum, vel commiſſum. Significat proprie Scelere pollutum. Cic. 9. Att. 15. Ego autem illum male ſanum ſemper putavi, nunc etiam impurum & ſceleratum puto. Ovid. 3. Met. 5. — facto pius & ſceleratus eodem.
Amor habendi ſceleratus. Ovid. 1. Met. 131.
Arma ſcelerata devovere. Ovid. 5. Met. 102.
Audacia ſcelerata. Plin. lib. 7. cap. 44.
Gens ſcelerata. Virg. 9. Æn. 137.
Haſta ſcelerata, Sub qua bona proſcriptorum civium vendunttur. Cic. 2. Off. 29. Idem ſexto & triceſimo anno poſt a ſceleratiore haſta non receſſit. conf. 7. Att. 2.
Ignes ſcelerati. Ovid. 6. Faſt. 59.
Mens ſtulta, non ſcelerata nobis fuit. Ovid. 1. Triſt. 2. 100.
Miles ſceleratus. Lucan. lib. 3. 130.
Prælia ſcelerata. Lucan. lib. 2. 251.
Puellæ ſceleratæ facta. Ovid. Rem. Amor. 299.
Sanguis ſceleratus. Ovid. 5. Faſt. 575.
Terra ſcelerata. Virg. 3. Æn. 60.
Telum ſceleratius. Sen. de Ira, 3. 14.
Vox inhumana & ſcelerata. Cic. 3. de Fin. 64.
Campus ſceleratus, Romæ appellatus eſt, proxime portam Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, defodiebantur. Et, Sceleratus vicus Romæ, in quo, quum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Servium regem, ſocerum ſuum, corpus ejus jacens filia carpento ſupervecta eſt, properans in poſſeſſionem domus paternæ. Hæc omnia ſcelerata dicta ſunt, h. e. Polluta ſcelere. V. Feſt. & Liv. 1. 48 & 3. 15.
Porta ſcelerata, quæ & Carmentalis dicitur vocata, quod per eam ſex & trecenti Fabii, cum clientium millibus quinque, egreſſi adverſus Hetruſcos, ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti. Feſtus. V. & Serv. ad Virg. 8. Æn. 337.
Sedes ſcelerata, Impiorum apud inferos proprie dicta. Tibull. 1. 3. 67.
Vicus ſceleratus. Liv. 1. 48. V. paulo ante Campus ſceleratus.
Compar. Alio ſceleratior. Ovid. 14. Met. 781. Plura ſupra exempla.
Superl. Homini poſt homines natos ſceleratiſſimo. Cic. pro Domo 23. conf. Quintil. Declam. 11. & 372. Salluſt. Jugurth. cap. 102.
Sceleratus, ad Inanimata etiam aliter transfertur. Virg. 2. Georg. 256.
— at ſceleratum exquirere frigus,
Difficile eſt. h. e. Nocens, omnia exurens. Servius. Plaut. Pſeud. 3. 2. 28.
Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui triverunt,
Priusquam triverunt, oculi ut extillent facit.
In Inſcriptionibus ſceleratos ſe vocant ii, qui parentibus aut filiis monumenta ponunt; quaſi Infelices. Fabrett. p. 237. FILIIS SVIS INFELICISSIMIS FECIT MATER SCELERATA [q. d. Impia, quod ſupervixit.
SCELERATE, Adv. [πονηρῶς] Cic. 1. Q. frat. 1. Quare peccavi, ſcelerateque feci.
In aliquos loqui ſcelerate. Cic. Anteq. iret in exſil. 15.
Bellum ſcelerate ſuſceptum. Cic. 2. in Catil. 26.
Superl. Cic. pro Sext. 133. Omnes eſt inſidias ſceleratiſſime machinatus.
SCENA, vel SCÆNA, æ. f. [σκηνή, [illegible] Gl. G. L.] Inumbratio, ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim theatralis ſcena parietem non habuit: ſed de frondibus umbracula quærebant, ut docet Servius. Inumbrationis igitur cauſa reperta fuit ſcena, ubi prius carmina incondita decantabantur. Quare & a nonnullis Tabernaculum ac Papilio traductum fuit: poſtea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Sed quum in orbem deducta fuit ſcena, redactum eſt nomen ad eam partem theatri, quæ ab uno ejus cornu ad aliud ducebatur. Conſtat autem ſcenam theatri frontem, binis pluribusve contignationibus conſtructam, in quibus hiſtriones recitabant, mimique, & ceteri ludii, varios ludos ac geſticulationes edebant. In ſcena autem, quum hemicycli formam haberet, gradus ſediliaque fuere: de quibus primarii magiſtratus, honoratioresque ſpectarent: eorumque ſedilium pars intima Orcheſtra eſt dicta.
Placidus Grammaticus ſcribit eſſe cameram hinc inde compoſitam, quæ in umbræ locum in theatro erat, in quo ludi exercebantur. Item Scenam dici arborum in ſe cubantium, quaſi concameratam denſationem, ut ſubter poſitos tegere poſſit. Item ſcenam vocari compoſitionem alicujus carminis, quæ digna ſit agi in theatro, exclamationibus tragicis.
Scena ſic definitur a Labeone, apud Ulpianum, De his qui notantur infamia. l. 2. Quod ait Prætor §. 5. Ait Præt. Quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco, ubi quis conſiſtat, moveaturque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, privatoque, vel in vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur. Hactenus Labeo.
Scena autem verſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis, quum ſubito tota
quibuſ-

quibuſdam machinis vertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat. Ductilis, quæ tractis tabulis hac atque illac, interiorem picturæ ſpeciem denudabat. Virg. 3. Georg. 24.

Vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus.　　Idem 1. Æn. 433.
— immaneſque columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.　　[Pro Theatro.

Scæna cum diphthongo ſcribit perpetuo Varro, etſi fatetur ex Græco σκηνὴ ductum eſſe vocabulum. Rationem autem hanc affert, quod in pluribus verbis A ante E alii ponant, alii non ponant. V. ipſum de L. L. 6. 5. conf. Cellar. Orthogr.
Scenæ ſpectacula amantur. Ovid. 3. de Arte Am. 331.
Scena ſine arte. Ovid. 1. de Arte Am. 106.
Struere ſcenam. Tacit. 1. Ann.
Sceleribus ſcena referta. Cic. 3. de Nat. Deor. 69. Nec ſolum ſcena referta eſt iis ſceleribus, ſed multo vita communis pæne majoribus.
Idque tum in vita, tum in ſcena intelligi poteſt ex iis fratribus, qui in Adelphis ſunt. Cic. de Senect. 65.
Oreſtes agitatus ſcenis. Virg. 4. Æn. 471. Ἐκ τραγῳδιῶν.
Agere geſtum in ſcena. Cic. 2. de Orat. 233.
Stare in ſcena. Hor. 2. Epiſt. 1. 205.
In ſcenam producere, & Reducere in ſcenam. Plin. lib. 7. cap. 48.
Dignus qui ſpectetur in ſcena. Cic pro Quint. 78. Etenim cum artifex ejuſmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur, tum ubi ejuſmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eo non accedat.
In ſcena, id eſt in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt. Cic. de Amicit. 97.
Scena totius rei hæc eſt, pro eo quod eſt, Hæc eſt totius rei actio, metaphora a fabularum actione. Cic. 8. Fam. 11. Scena rei totius hæc, Pompejus, tanquam Cæſarem, &c. Scenæ, Partes actuum in fabulis. Scena totius rei hæc eſt. i. e. Actio.
Diſcutiendæ tamen oratione hujuſmodi ſcenæ. Quintilianus lib. 6. cap. 1.
Servire ſcenæ, M. Tullius dixit, pro eo quod eſt Servire tempori, & rebus præſentibus ſeſe accommodare. Translata ab hiſtrionibus fabularum metaphora, qui non ſuopte ingenio agunt, ſed hoc unum ſpectant, ut quovis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi exſibilandique. Sic enim ſcribit ad Brut. 9. Tibi nunc populo, & ſcenæ, ut dicitur, ſerviendum eſt. Eraſmus.
Ne quid ſcenæ deeſſet; i. e. Apparatui ad fallendum compoſito. Petron. cap. 117. conf. MIMUS.
Scena minore, pro Minore apparatu & oſtentatione, uſus eſt Suetonius Calig. cap. 15.
In ſcena eſſe dicitur, Qui oculos hominum ad ſe convertit. Ovid. 5. Triſt. 8. 48.
Scena manet dotes grandis, amice, tuas.
Scena, Inumbratio montis, ſilvæ, aut alius rei ſimilis. Virg. 1. Æn. 168.
— tum ſilvis ſcena coruſcis
Deſuper horrentique atrum nemus imminet umbra.
Scena ab aliis, a quibuſdam Sacena, appellatur Dolabra pontificia apud Feſtum. Et ibid. Livius, Corruit quaſi ictus ſcena. V. loc. & not. [An Secina a Secando?
SCENĀLIS, e. Adj. [σκηνικὸς] ut, Species ſcenalis. Lucret. lib. 4. 77.
Namque ibi conſeſſum caveai ſubter, & omnem
Scenalem ſpeciem patrum, matrumque, deorumque,
Inficiunt.　h. e. Colorant omnem ornatum & cultum ſcenæ.
SCENARIUS, a, um. Adj. Idem. Ammian. 28. 4. Artifices ſcenarii per ſibilos exploduntur.
SCENATICUS, a, um. Adj. Idem. Comici nitidi, ſcenatici. Varr. apud Non. 2. 822.
SCENATĬLIS, e. Adj. Idem. Varro apud Non. 2. 822.
Sed, ô Petrulle, ne meum taxis librum,
Si te pigeat hic modi ſcenatilis.　Mercer. Pepigat hic modo.
SCENĬCUS, a, um. Adj. Idem. [σκηνικὸς, θυμελικὸς Gl. G. L.] Quod ad ſcenam pertinet, vel in ſcena agit.
Nihil ſcenicum apud Græcos pudori eſt. Liv. 24. 24.
Actores ſcenici. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Adulteria ſcenica. Ovid. 2. Triſt. 514.
Artifices ſcenici. Cic pro Arch. 10. Quod ſcenicis artificibus largiri ſolebant, id huic, ſumma ingenii prædito gloria, noluiſſet.
Decor ſcenicus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Dicacitas ſcenica. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Oſtentatio ſcenica. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Plebs ſcenica. Stat. 1. Silv. 6. 73.
Venuſtas ſcenica. Cic. 3. de Orat. 27. Quis unquam res præter hunc tragicas pæne comice, triſtes remiſſe, ſeveras hilare, forenſes ſcenica prope venuſtate tractavit?
SCENICUS, i. m. abſolute, pro Actore in ſcena, vel Hiſtrione. Cic. pro Planc. 30. Quod dicitur Atinæ factum a juvene, vetere quodam in ſcenicos Jure, maximeque oppidano. Idem 1. Off. 114. Suum igitur quiſque noſcat ingenium, acremque ſe & bonorum & vitiorum ſuorum judicem præbeat, ne ſcenici plus quam nos videantur habere prudentiæ. conf. Suet. Neron. cap. 21. Tacit. 15. Ann. 59.
SCENICE, Adv. [σκηνικῶς] ut, Facere aliquid ſcenice. Quintil. lib. 6. cap. 1.
SCENOFACTŌRIUS, a, um. Adj. [σκηνοποιητικὸς] ut, Ars ſcenofactoria, Qua fiunt umbracula & tabernacula, quecunque ea fiant, ut auleis vel pellibus. Legitur in vulg. Act. Apoſt. 18. 3. de Paulo, & Aquila, Erant autem ſcenofactoriæ artis. In Græco eſt σκηνοποιοὶ.
SCENOPEGIA, orum. n. pl. [σκηνοπηγία] Feſta tabernaculorum, in quibus Judæi faciebant tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculorum, in quibus habitaverant, quum, ex Ægypto profugi, peregrinarentur in eremo. Ab σκηνὴ, & πήγνυμι Vulg Int. Joh. 7. 2. V. Levit. 23. 34.
Aliter in Gloſſ Græc. Lat. Σκηνοπηγία φιλοτενία, Tentoria.
SCENOS, Indeclinatum nomen loci cujuſdam in Aſiæ limitibus, non procul ab inſula Sadano, quæ eſt maris Troglodytici, apud Plinium lib. 6 cap. 29.
SCĒNÆ, ārum. pl. f. [Σκηναὶ] Urbs Perſſes nobilis. Steph. ex Strab. lib. 16. Hinc, ut idem volt,
SCENĪTÆ, [Σκηνῖται] Populi.
Sed alii ſunt Arabiæ Felicis, auctore Plinio lib. 6. cap. 28. vagi, & a

tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur ubi libuit. De his & Solinus cap. 46. his verbis, Scenitæ carnibus ſuillis abſtinent. Sane hoc animalis genus, ſi invectum illo fuerit, moritur illico. Hos Scenitas deinde Saracenos appellatos, indicat Ammianus lib. 22. cap. 15. & lib. 23. cap. 6. Scribitur & Schenitæ.
SCENOGRAPHIA, æ. f. [σκηνογραφία] dicitur quaſi Scenæ imaginaria excitatio, vel potius, ex definitione Vitruvii 1. 2. eſt Frontis & laterum abſcedentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum reſponſus. Quomodo differat ab Orthographia & Ichnographia plenius docet Salmaſ. Exercitat. Plin. p. 577.
SCENSA, æ, f. Scenſas antiqui dicebant, quam nunc cenas, quæ autem nunc Prandia pro Cenis habebant, & pro Cenis Veſpernas appellabant. Feſtus. Sed locus contaminatus videtur, ut & Pauli ibidem ſubjectus.
SCEPTĬCA, æ. f. [σκεπτικὴ] Philoſophorum ſecta, ſic dicta ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι, i. e. Cogito, conſulto, quod ſemper quærat, & nunquam inveniat, inquit Diogenes Laertius in Pyrrhonis vita l. 70. Idem paulo poſt ſ. 74. Sceptici ſectarum omnium dogmata evertere perſtabant, nihil ipſi dogmatis afferentes, ceterorum tantum enuntianda dogmata atque enarranda proponentes, nihil definiendo. Gell. lib. 11. cap. 5. Quod Pyrrhonios philoſophos vocamus, ii Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id ferme ſignificat, quaſi Quæſitores & conſideratores. Vide ibidem multo plura, ubi quærit, quid inter Pyrrhonios, & Academicos philoſophos interſit. Utrique enim nihil affirmant, nihilque comprehendi poſſe putant. Sed ex omnibus rebus perinde viſa heri dicunt, quas Phantaſias appellant, non ut ipſarum natura eſt, ſed ut affectio animi corporiſve eſt eorum, ad quos ea viſa perveniunt. Tandem reſpondet, in hoc potiſſimum differre inter ſeſe, quod Academici quidem ipſum illud, Nihil poſſe comprehendi, quaſi comprehendunt: & Nihil poſſe decerni, quaſi decernunt: Pyrrhonii Ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quod nihil eſſe verum videtur. V. Sext. Empiric. l. 1. & Suid. in Πύῤῥων.
SCEPTICUS, a, um. Adj. [σκεπτικὸς] V. dict. ſuper. In Gloſſ Græc. Lat. redditur, Conſultus, Meditativus. Philoſophi Sceptici dicuntur Græcis & οἱ ἀπὸ τοῦ σκέψεως, & ἀπὸ τοῦ ἐποχῆς, aliiſque nominibus.
SCEPTRUM, i. n. [σκῆπτρον] Virga, qua reges pro majeſtatis inſigni utuntur. Proprie autem Sceptrum Jovis erat, ab eo ad reges & principes & magiſtratus translatum. Hinc ad fœdera facienda ſemper adhiberi ſceptrum conſuevit, quando veteres in hoc Jovis ſimulacrum adhibere ſolebant cum ſceptro. Quod quum difficile eſſet aliquando præſertim quando fœdera cum remotiſſimis fiebant, inventum eſt ut ſceptrum, quaſi imaginem Jovis tenentes fœdus percuterent. Cic. pro Sext. 57. Sedens cum purpura & ſceptro & inſignibus illis regiis. De rege Ptolemæo.
Gravitas ſceptri. Ovid. 2. Met. 847.
Eburno ſceptro innixus. Ovid. 1. Met. 178.
Exitiale ſceptrum tyrannis, Stat. 1. Theb. 34.
Gemmantia ſceptra. Ovid. 3. Met. 264.
Regale ſceptrum. Ovid. 3. Amor. 1. 13.
Sublime ſceptrum Jovis. Claud. 2. Conſ. Stilich. 210.
Superba ſceptra. Lucret. lib. 5. 1136.
Sceptrum figurate uſurpatur pro ipſo Imperio. ut,
Accipere ſceptra alicunde. Virg 7. Æn. 173.
Capit ſceptra loci, rerumque moderamen. Ovid. 6. Met. 677.
Potiri ſceptris. Virg 9. Æn. 267.
Potiri perenni ſceptro & regem eſſe. Ovid. 15. Met. 585.
Reponere aliquem in ſceptra, Regno reſtituere. Virg. 1. Æn. 257.
Tenere ſceptra. Virg. 1. Æn. 61.
Transferre ſceptrum alio. Stat 11. Theb. 649.
SCEPTRĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [σκηπτροφόρος] ut, Manus ſceptriferæ. Ovid 6. Faſt 480. Sil. 17. 143.
Sceptriferas arcta palmas vinxere catena.
SCEPTRIGER, ĕra. ĕrum. Adj. Idem Sil. 16. 244.
Sceptrigero cum rege pari ſub honore reſidunt.
SCEPTŪCHUS, i, m. [σκηπτοῦχος] Latine Sceptrum tenens. Tacit. 6. Ann. 33. Contra Pharaſmanes adjungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum ſceptuchi, utrinque donis acceptis, more gentico, diverſa induere. Al. Sceptruchi. [Sed altero Homerus reges denotare ſolet. V. Iliad. α. 278.
SCERA, V. SCHERIA.

S C H

SCHASTERIA, æ. f. [χαστηρία] Pars quædam navis, ubi interquieſcente remigatione reponebantur remi. Plaut. Aſin. 3. 2. 16.
Quin pol ſi, repoſivi remum, ſola ego in ſchaſteria.　Sic legit Turnebus Adverſ. 4. 13. ſed perperam; nam codices omnes caſtigatiores exhibent Caſteria.
SCHĔDA, æ. f. [σχίδη, σχίδος] Tabella ſive pagella philyracea hoc eſt tiliacea, qua pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius & Ælianus aſſeverant. Hodieque Græcorum vulgus Schedas vocat Tabulas eas, quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongiæ leviter aboleri poſſint.
Scheda, Folium chartæ, ſive papyri, nondum compactæ & ligatæ, quod & Philyram Græco vocabulo nuncupamus. Plin lib 13. cap. 125. Sed ratio deprehendit vitium, unius ſchedæ revulſione. Cic. 1. Att. 17. Nunc, ſi amas me, ſi te a me amari ſcis, enitere per amicos, clientes, hoſpites, libertos denique ac ſervos tuos, ut ſcheda ne qua depereat. Nam & Græcis his libris, quos ſuſpicor, & Latinis, quos ſcio illum reliquiſſe, mihi vehementer opus eſt. Vetus codex legit Schida.
Schedæ, pro Libris monumentiſque litterarum. Martial. lib. 4. 91.
Nec ſumma potes in ſcheda teneri.
Excutere omnes ſchedas. Quintil. lib 1. cap. 8. conf. Iſidor. 6. 14.
SCHEDŬLA, æ. f. dimin. [σχεδάριον] Cic. 15. Fam. 16. Hæc te tertia jam epiſtola ante oppreſſit, quam tu ſchedulam, aut litteram. Vetuſtum exemplar legit Schedam. V Suid. in Σχεδάριον.
SCHEDIA, æ. f. [σχεδία] Rara eſt Latine, ut in Gloſſ utroque expreſſum, id eſt, navigium temere factum, & inconditum, ut trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ navigii vicem præbent, auctore Feſto & Suid. Ulpian in l. 1. D. de exercit. act. Navem accipere debemus, ſive marinam, ſive in aliquo ſtagno naviget, ſive ſchedia ſit. Sic enim legunt Budæus & Haloander. Pandectæ quoque Florentinæ ſic habent. Sunt tamen qui legant Synedria.
Schedia, ponitur aliquando pro Ponte, ſeu Loco fluminis quoquo modo
Z
juncto

junctâ, auctore Suida. Herodotus certe Pontem, quo Darius Boſphorum junxit, Schediam vocat. Pons tumultuarius.

SCHEDIUM, i. n. [σχέδιον] dicitur a Græcis Extemporaneum, id eſt, quicquid inelaboratum, quicquid temere factum eſt, nec ſatis confectum. Budæus. Gloſſ. Græc. Lat. Σχέδιον, Ex tempore dictum. Suid. Σχέδιον, ἐκ τοῦ ἐγγύς. Unde

Schedia, orum. n. pl. [σχεδιάσματα] Incondita & extemporanea carmina dicuntur, quæ noſtri Silvas appellant. Et Græci σχεδιάζειν uſurpant pro eo quod eſt Ex tempore dicere. Gloſſ. Græc. Lat. Σχεδιάζω, αὐτοσχεδίως λέγω, Ex tempore dico. Schedia, inquit Feſtus, uſus quoque poemata dicit & verſus, non ſatis perfecti qui eſſent. Sic Auſonius Libellum Epigrammatum, gratia puellæ conſcriptorum, vocat Schedium,

Biſſula in hoc ſchedio cantabitur, aut Eraſinus. V. Sidon. 9. 16.

SCHEDICUS, a, um. [σχέδιος] Extemporarius, ſubitarius, tumultuarius, inelaboratus, qua voce uſus eſt Apulejus in Florid. In ipſo (inquit) ſchedico & incondito experimini, an idem ſim repentinus, qui præparatus. Sed Elmenb. p. 364. exhibet, Etiam in iſto, ut ait Lucilius, ſcedio. pro Schedio.

SCHEDIUS, [Σχέδιος] Phocenſium princeps fuit, cui & honorificum ſepulcrum ædificarunt in Daphno antiqua ſua urbe, ac diruta. Huic ſepulcro nomen eſt Schedieum, Σχεδιεῖον. Strabo lib. 9.

SCHĒMA, ătis. n. [σχῆμα] Forma Latine dicitur, figura, ſive cultus, ornatusve. Gloſſ. Græc. Lat. Σχῆμα, Figura, cultus, habitus. Lat. Gr. Figuræ, Σχήματα.

Geometrica ſchemata. Vitruv. in præfat. lib. 6.

Schema, Rhetoribus, inquit Quintil. lib. 9. cap. 1. proprie dicitur, Quod eſt a ſimplici ac in promptu poſito dicendi modo poetice vel oratorie mutatum. Cic. de Clar. Orat. 275. Erant autem & verborum & ſententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus, tanquam inſignibus in ornatu, diſtinguebatur omnis oratio.

Ornamenta verborum, ſententiarumque, quæ appellantur σχήματα. Cic. in Topic. 34.

Non injuconda ſchemata. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Schemata cognationum, non Stemmata dici putat Alciatus lib. 2. Parergôn cap. 30. Sicque apud Paulum in l. penult. de gradib. legendum eſſe admonet.

Schema, Figura, Scomma ambiguo ſenſu jactum, ut

Dubium ſchema. Martial. lib. 3. 68.

Schemate non dubio, ſed aperte nominat illam,

Quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus. Illam, Mentulam. Sexto menſe, Auguſto, quo matronæ Romæ eam in fanum Veneris extra Collinam portam ritu ſolenni ferebant. V. SIDUSA.

SCHEMA, æ. f. Idem pro Ornatu & habitu. Plaut. Amphit. prol. 117.

Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,

Quod ego huc proceſſi ſic cum ſervili ſchema. In antiquioribus codicibus Scema abſque aſpiratione ſcriptum viſitur.

Forma quædam concubitus, & complexus. Sueton. in Tiber. cap. 43. Ne cui in opera edenda exemplar impetratæ ſchemæ deeſſet. Quibus verbis ſignificatur Forma ea concubitus & complexus, quam a portentoſis illis & extremæ libidinis hominibus impetrarat imperator, qui hiantibus & avidiſſimis oculis talem impuritatem ſpectabat. Ex Turneb. Al. codd. Imperatæ, vel Impuratæ, vel Perpetratæ. [Quid ſi Impatratæ ſcripſit Tranquillus, i. e. Nondum patratæ? Sed omnino placet Imperatæ cum Caſaub. Ex ſaltatorum ratio ſtan ac ſtatu arceſſitum vocabulum videtur. V. Pollux. lib. 4. ſegm. 105. & Suid. in Ἀσχήματα.

Schema, pro Schemata ſermonis obliqui. Petron. cap. 44. Nec ſchemas loquebatur.

SCHEMATISMUS, i. m. [σχηματισμός] Figuratio, a Σχηματίζω, Figuro. Quintil. 1. 8. Vitia in carmine metaplaſmos, & ſchematiſmos & ſchemata vocamus. [Hic ſunt Grammaticæ figuræ.

SCHENITÆ, V. SCENITÆ.

SCHERIA, æ. f. [Σχερία] Inſula eſt ex adverſo Theſprotiæ, a Buthroto XII M. paſſ. diſtans, quæ aliis nominibus Phæacia & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepane appellata. Plin. lib. 4. cap. 12.

SCHESIS, [σχέσις] vox Græca eſt, Habitum, vel Habitudinem ſignificans, ut eſt in Gloſſ. Græc. Lat. Accipitur autem apud Rhetores pro Figura non abſimili anthypophoræ, qua adverſariorum affectum quemlibet fingimus, cui nos reſpondeamus. Exemplum vide apud Rufinianum.

SCHIDIA, orum. n. pl. [σχίδια] a σχίζω, Findo, ſunt Fragmenta quæ fabri materiarii ex ligno dejiciunt. Ex Cæl. lib. 14. cap. 13. Vitruv. lib. 2. cap. 8. Intervallaque, quæ relinquuntur propter craſſitudinem materiæ, ſchidiis & luto obſtruunt.

SCHINALUS, Piſcis vulgo, notiore nomine Sphondylus. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 2.

SCHINIS, [Σχίνις] Pauſanias in Corinthiacis, in Iſthmi initio locus eſt, ubi Schinis latro apprehenſas piceas in terram flectebat, & quos pugna viciſſet, hos alligatos ſinebat in aerem efferri: quocirca cum utraque arbor alligatum ad ſe traheret, vinculique nodos in neutram laxaretur partem, ſed utrinque pariter convelleret, eveniebat ut, qui alligatus eſſet, laceraretur. Eodem pacto ipſum quoque Schinim Theſeus dilaniavit, viamque, quæ ex Trœzene Athenas ducit, latronibus infeſtam, tutam reddidit. In edit. Weeb. p. 44. Sinis, Σίνις V. SCINIS.

SCHĪNOS, [σχῖνος] Arbor eſt eadem cum Lentiſco, maſtichen exſudans, ex cujus ligno cuſpides fiunt, purgandis dentibus accommodæ, unde σχινοτρῶγες a Græcis dicti ſunt Homines delicatiores, qui ut dentibus candorem concilient, perpetuo lentiſcum arrodunt. Ex Cœlio. V. LENTISCUS.

SCHINUSSA, æ. f. [Σχινοῦσσα] Inſula eſt Aſiatici maris, auctore Plin. lib. 4. cap. 12.

SCHISMA, ătis. n. [σχίσμα] in Gloſſ. Græco Latino Sciſſura, Sciſſus, a verbo Græco σχίζω, quod eſt Scindo, Findo. Hinc Diviſionem in Religione Schiſma dicimus, cum varii varia de ejus partibus ſentiunt, integris manentibus principiis. Hinc &

SCHISMĂTICUS, a, um. Adj. [σχισματικός] Schiſmatici, dicti ſunt Qui in Eccleſia diverſum ab Orthodoxis ſentiunt & ſtatuunt, ſalvis principiis, Tertull. adv. Marc.

Schiſmaticum accurate definit Auguſtinus, & ab Hæretico diſtinguit. V. libr. de Fide & Symb. cap. 10.

SCHISTOS, [σχιστός] Fiſſilis, Sciſſilis; vel Fiſſus, Sciſſus, ut Σχιστὸν γάλα, Serum lactis. Plin. lib. 28. cap. 9. Medici ſpeciem unam addidere lactis generibus, quod ſchiſton appellavere.

Schiſta ova. Plin. lib. 29. cap. 3. Fiunt & tota lutea, quæ vocant ſchiſta quam triduo incubata tolluntur.

SCHISTUS, ſive SCHISTOS, i. m. [σχιστός] etiam Lapis eſt, crocei coloris, in tenuiſſimas bracteas fiſſilis, unde & nomen habet ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι, idque ſuo ingenio. Multi enim præterea ſunt lapides fiſſiles, quos hoc nomine non dignamur. Effoditur in quibuſdam Hiſpaniæ locis circa Iberum fluvium, morſus omnino expers: unde & ophthalmicis medicamentis in primis idoneus eſt. Hodie Seplaſiarii ejus loco utuntur Creta alba.

SCHŒNEUS, [Σχοινεύς] qui & Iaſius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis & Atalantæ pater. Hinc

SCHŒNĒIUS, a, um. Adj. [Σχοινήϊος] ut, Virgo Schœneia, Atalanta. Ovid. 2. Triſt. 399. &

SCHŒNĒIS, idis. patronym. f. [Σχοινηΐς] Ovid. 16. Epiſt. 263.

Ut tulit Hippomenes Schœneida, præmia curſus.

SCHŒNĬCŎLÆ, vel SCHŒNICŬLÆ, ārum. f. pl. Meretrices, propter uſum unguenti ſchœni ſic appellatæ. Feſtus. Varro de L. L. 6. 3. Diobolares, ſchœniculæ, miraculæ: Meretrices dicuntur quæ ſchœno unguentario (ſic enim in Varrone legendum exiſtimo) nonnullum odoris gratiam arceſſerent, quas & ſchœno delibutas ipſemet Plautus dixit Pœn. 1. 2. 55. Turneb. V. ſeq. dict.

SCHŒNOS, i. m. [σχοῖνος] Latine dicitur Funis & Juncus. Gloſſ. Lat. Gr. Juncus, Σχοῖνος, Græc. Lat. Σχοῖνος, Funis. Plaut. Rud. 2. 1. 5.

Hi ſchœni enim, atque hæ arundines ſunt nobis, quæſtu & cultu. Al. Hiſce hami, atque &c. Cato de R. R. cap. 105. Schœnum & calamum in pila contundito, quod fiet ſeſtarium unum. Columel. lib. 12. cap. 20. Eſt Unguenti genus ſordidiſſimi ex σχοίνῳ ſeu junco odorato confecti. Turneb. Adverſ. 23. 18.

Schœno delibutæ. Plaut. Pœn. 1, 2, 55.

Miſeras, ſchœno delibutas, ſervulicolas, ſordidas. Meurſius tamen explodit hanc ſententiam, & Scænum pro Cæno dixiſſe antiquo ſermone Plautum putat. [Certe ſi quod fuit Schœninum unguentum ex junco odorato, id non potuit vilius eſſe, quum juncus iſte inter pretioſa exotica numeratus ſit.

Schœnus, Menſura eſt Ægyptiaca, ſexaginta ſtadia capiens, auctore Herodoto: licet Plin. lib. 5. & 12. quadraginta ſtadia dicat, Id eſt quinque millia: niſi ſit error notarum. Budæus. Porro loci Pliniani ſunt lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 14.

SCHŒNUS, untis. f. [Σχοινοῦς] Urbs Græciæ infra Thebas. Plin. lib. 4. cap. 7.

Schœnus, Portus in Græcia, in ora Megarenſium. Plin. lib. 4. cap. 7.

Schœnus ſinus maris Carpathii. Plin. lib. 5. cap. 28.

Schœnus, untis. f. [Σχοινοῦς] Flumen Athenis proximum (ut ait Strabo) a juncis dictum, proindeque juncarius in Hiſpania campus Schœnuntas vocat. Sed & in Arcadia Schœnuntis fit mentio, ab amne quem Schœnicam appellant. V. Steph.

SCHŒNUS, i. m. [Σχοῖνος] Fluvius eſt Bœotiæ per ejuſdem nominis oppidum labens quinquaginta ſtadiis a Thebis. Strabo lib. 9. Puto eundem eſſe, cum eo quem Schœnuntem Plin. lib. 4. cap. 7. appellat.

SCHŒNISMA, ătis. n. [σχοίνισμα] &

SCHŒNISMUS, [σχοινισμός] Menſura quædam terræ eſt, & torturæ genus, quod fit per funes.

SCHŒNŎBĂTES, æ. m. [σχοινοβάτης] Qui per funes ſolendo graditur, a σχοῖνος funis, & βαίνω aſcendo. Gloſſ. Græc. Lat. Σχοινοβάτης, Funambulus. Juven. 3. Sat. 77.

Augur, ſchœnobates, medicus, magus, omnia novit.

SCHŒNOBATĬCUS, a, um. Adj. [σχοινοβατικός] Quod ad ſchœnobatem pertinet. Cic. 8. Fam. 1. Ego, qui ſciam Q. Pompejum Baulis ſchœnobaticam facere, & uſque eo, ut ego miſererer ejus eſuriei. Ubi interpres, Schœnobaticam facere artem, id eſt, qui ſciret eum propter paupertatem factum ſchœnobatem, id eſt funambulum. Vetus autem codex habet Embæneticam. V. ſuo loco.

SCHŒNOPLOCUS, [σχοινοπλόκος] Qui funes torquet, quem Latini Reſtionem appellant. Gloſſ. Græc. Lat. Σχοινοπλόκος, Reſticularis, Reſtio.

SCHŎLA, æ. f. [σχολή] Litterarum ludum ſignificat, a verbo Græco σχολάζω, inquit Paulus, quod eſt Vaco: quia ceteris rebus omiſſis, vacare liberalibus ſtudiis pueri debent. Auſon. Eidyll. 4. 16.

— Grajo ſchola nomine dicta eſt,

Juſta laborifenis tribuantur ut otia Muſis. Et huc pertinet illud Virg. 4. Georg. 564.

— ſtudiis florentem ignobilis oti. Ideo & Ludus vocatur, quia ſtudia ſunt animi liberalis ludus.

De Scholæ & Ludi vocabulis ita Feſtus: Scholæ dictæ ſunt, non ab otio ac vacatione omni, ſed quod ceteris rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent: ut etiam Ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fugiant pueri fungi ſuo munere.

At Schola, in ſignificatione maxime uſitata, eſt Locus, in quo ars aliqua publice docetur. Plin. 7. Epiſt. 24. extr. Lætor etiam, quod domus aliquando C. Caſſii hujus, qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſerviet domino non minori. Hic eſt Schola Juriſconſultorum.

Philoſophorum ſcholæ. Quintil. in proœm. lib. 1. Cic. in Orat. 95. E philoſophorum ſcholis tales fere evadunt.

Epicuri ſchola. Cic. 2. de Fin. 67. Nunquam audivi, in Epicuri ſchola Lycurgum, &c. nominari.

Cœtus ſcholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9.

Conſuetudo ſcholarum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Exercitationes ſcholarum. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Frequentia ſcholarum. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Magnæ ſcholæ. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Audire hominem de ſchola. Cic. 2. de Orat. 8.

Definire in ſchola. Cic. 5. de Finib. 80. Nec ego ſolus, ſed tu etiam, Chryſippe, in foro, domi, in ſcholis definis.

Eligere ſcholas. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Explicare ſcholam, Præcepta doctrinæ exponere. Cic. 2. de Finib. 1.

Fugere ſcholas. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Inſtitutæ ſevere ſcholæ. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Homo politus a ſchola. Cic. in Piſon. 59.

Vitare ſcholas. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Erat

Erat & in balneis Schola, apud Vitruvium lib. 5. cap. 10. Pars labri ſive alvei, a præſtolando, ut Hermolaus arbitratus dicta: ut occupato ab his, qui priores veniſſent, labro, in ſchola ceteri circumſpectantes recte ſtare poſſent. Aliis magis placet, Scholam apud Vitruvium eſſe Porticum in circuitu labri, ſive ſolii aut alvei, id eſt foſſæ lapideæ, balneorum.

Erat & in porticibus, auctore Plinio lib. 35. cap. 18. Et Heſionam nobilem pinxit, & Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerva, qui ſunt in ſchola, in Octaviæ porticibus. conf. 36. 5.

Scholæ, pro Diſputationibus & controverſiis atque diſſertationibus, quæ in ſcholis inter doctorem & diſcipulos otioſe agitari ſolent, apud Cic. 1. Tuſc. 8. Ponere jubebam de quo quis audire vellet, & id aut ſedens, aut ambulans diſputabam. Itaque dierum quinque ſcholas (ut Græci appellant) in totidem libros contuli. Ibid. lib. 3. 81. Separatim autem certæ ſcholæ ſunt, de exſilio, de interitu patriæ, &c. Hæc Græci in ſingulas ſcholas, & in ſingulos libros diſpertiunt.

Explicare ſcholam aliquam. Cic. 2. de Finib. pr.

Regeſtæ ſcholæ in commentarios. Quintil. lib. 3. cap. 6. Sunt enim velut regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat, ſcholæ. De Ciceronis rhetoricis. Alii ſic legunt, Sunt enim velut res regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola.

Vertere ſe ad alteram ſcholam. Cic. in Piſon. 60. Vertes te ad alteram ſcholam, diſſeres de triumpho.

Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit Quintil. lib. 3. cap. 1. h. e. Diſputationibus & prælectionibus pomeridianis.

Schola, non ſolum eſt eorum collegium, qui bonarum litterarum ſtudia perſequuntur: ſed ut diximus militum: Scholas porro militum undecim fuiſſe Juſtinianus in l. ultima. C. de loc. & conduct. ſignificat. In qua lege, non Opinionibus, uti hactenus lectum eſt, ſed Optionibus eſt legendum. Et in l. 7. C. de aquæductib. ubi Calculis ſcriptum eſt quum eſſe debeat Scholis. Veget. de Re Mil. 2. 21. In orbem quendam per diverſas cohortes & diverſas ſcholas promoveantur. Scholæ illæ tametſi ex Vegetio colligi poſſunt, nonnullas tamen earum formas referre lubet. Eſt igitur;

Schola Equitum, Peditum, Scutariorum, Clibanariorum, Agentium in rebus, Domeſticorum, Silentiariorum, Palatinorum, Societatis ſacrarum largitionum, Gentilium. Ex l. 6. C. de advocat. diverſor. judic. l. 9. de annon. civilib. in C. Theod. & in Notitia imperii Romani, & apud Marcellinum lib. 14. 22. & lib. 26. l. penult. C. de offic. milit. judic. l. j. de agentib. in reb. l. 12. C. l. j. C. de offic. magiſtr. offic. l. 12. C. de offic. ſacror. ſcrin. l. j. C. de præpoſit. agent. in reb. l. 7. C. de principal. agentib. l. 3. C. ubi Senator. l. 4. C. de Silentiar. lib. 12. l. 11. §. ſin autem. & §. illo proculdubio. C. de judic. l. 13. C. de palat. ſacrar. larg. lib. 12. C. Marcellinus lib. 26. 2. & in Notitia. Inde Scholaris militia l. 38. de Decurionib. in C. Theod. quum ait Scholari nomen quidam dederunt militiæ. Notavit Briſſonius in eo libro, quem de Verborum, quæ ad jus pertinent, ſignificatione edidit lib. 17.

Sunt aliæ vocis Scholæ ſignificationes, quas V. apud Valeſ. ad Ammian. lib. 14. conf. LUDUS & Lex. Pitiſc.

SCHOLĀRIS, is. c. novatum a novitiis Juriſperitis verbum, Eum ſignificet, qui ſcholas cujoſcunque ordinis aſſidue frequentat. Utitur Fridericus Imperator in ſua. l. Habita. quæ ſubjicitur tit. Ne filius pro patre. lib. 4. C. tit. 13. Omnibus (inquit) qui cauſa ſtudiorum peregrinantur ſcholaribus, & maxime divinarum atque ſacrarum legum profeſſoribus, &c. Scholares militantes ſunt in ſacro Palatio. Nam & Scholæ militum ſunt, Vegetio, Severo Sulpicio in vita Martini n. 2. Alciatus in tit. De privilegiis ſcholar. lib 12. C. V. dict. præc. & Cellar. Cur ſec. p. 319. ſeq.

SCHOLASTES, vel SCHOLIASCHUS, i. m. In recte dicitur, qui in collegiis ſacerdotum Scholaſticus barbare vocatur. Eraſm. in opuſculo de Pronuntiatione. Spieg. [Quaſi illa minus barbara ſint.

SCHOLĬCUS, a, um. Adj. [σχολικός] Gell. lib. 4. cap. 1. pr. Oſtentabat quiſpiam Grammaticæ rei doctior ſcholica quædam nugalia, de generibus & caſibus vocabulorum diſſerens. Niſi malis Scholica Subſtantivum n. eſſe.

SCHOLASTICUS, a, um. Adj. [σχολαστικός] Quod ad ſcholam pertinet. Unde, Scholaſtica diſciplina; & Scholaſtici diſcipuli, Qui diſcendi cauſa ſcholas frequentant. Quintil. lib. 7. cap. 2. Quædam in ſcholaſticis ponuntur ad conjungendam modo rei ſeriem.

Controverſiæ ſcholaſticæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. 66. & 69.

Scholaſticus, pro Declamatore, ſolum in fictis cauſis & otioſis verſato, non in veris litibus. Plin 2. Epiſt. 3. Scholaſticus tantum eſt. Quo genere hominum nihil, aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim, qui in foro veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolentes, addiſcimus. Schola & auditorium & ficta cauſa res inermis, innoxia eſt, nec minus felix, ſenibus præſertim.

SCHOLASTICUS, i. m. eſt, Qui ſeſe litteris dedit. Plin. Epiſt. ult lib. 1. Scholaſticis porro, ut hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli &c. Sever. Sulp. Dial. 1. 5. Quia ſcholaſticus es, non immerito te verſu comici illius admonebo. l. 2. Eruditus. [Atque ita Plin. ſupra, & ſæpe Apulejus.

SCHŎLIUM, i. n. [σχόλιον] Interpretatio brevior, breve ſcriptum. Cic. 16. Att. 7. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te iſtoc facere. (Hæc ſunt Attici ipſa verba) Itane, mi Attice, defenſione eget meum factum, præſertim apud te, qui id mirabiliter approbaſti? ego vero iſtum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, ſed ad eorum aliquem, quibus invitis & diſſuadentibus profectus ſum. Etſi, quid jam opus eſt σχολίου; ſi perſeveraſſem, opus fuiſſet. Eidem, lib. 3. 18. Hic autem jam langueſcit, & ait tibi illum jure iratum: ſed utar tuo conſilio. σχόλια enim tibi video placere. [Suid. Σχολάζει, τὸ διδασκαλεῖον, σχόλιον δέ, Σχόλια, παρεκβολή, ὑπομνήματα, ἡ ἑρμηνεῖαι.

S C I

SCIÆNA, æ. [σκίαινα] Piſcis, ex illorum genere, qui lapidem in capite habere perhibentur. Plin. lib. 9. cap. 16. [Gloſſ. Græc. Lat. Σκιὰς, ἰχθύς. Nulla adjecta interpretatione. Hujus vero femininum eſt Σκίαινα, ut a λύκος, λύκαινα. At Onomaſt. vet Umbra, σκιά. de Piſce item.

SCIAGRAPHIA, [σκιαγραφία] Prima illa & rudis pictoræ delineatio, quæ & Ichnographia dicitur, quum ſcilicet futuri operis lineamenta carbone, creta, vel rubrica ducuntur. Vitruv. 1. 2. V. ICHNOGRAPHIA. [Latine Adumbrationem ſonat.

SCIAMACHIA, [σκιαμαχία] Umbratilis pugna: ut Gell. lib. 13. cap. 21. tranſtulit. ad quam Juvenalis alludens Sat. 7. 173. dixit.

Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab umbra. Umbratilis autem pugna propterea dicebatur, quia hujuſmodi pugnæ ſimulacra ſub tecto fieri ſolita erant: non ut vera pugna, in ſole & pulvere. V. paulo ante in SCHOLASTICUS.

Talem ſciamachiam, ſeu pugnam umbratilem ex Ennio deſcripſit Virg. 5. Æn. 363.

Sciamachia, Pugna umbratilis, quæ in proverbium abiit de iis, quæ fieri nequeunt. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. 11. 6. Ex Suid. q. V.

SCIĀPŎDES, [Σκιάποδες] Populi ſunt Troglodytis finitimi, ut ex Cteſiæ ſententia tradit Plin. lib. 7. cap. 2. Qui & Monoſceli a ſingulis cruribus ſunt appellati, miræ pernicitatis ad ſaltum. Sciapodes inde dicti, quod in majore æſtu humi jacentes reſupini, umbra pedum ſe protegant. Auguſtinus in lib. de Civitate Dei. V. Suid.

SCIĂTHĒRĬCON, i. n. [σκιαθηρικόν] Horologium apud Plinium dicitur lib. 2. cap. 76. i. e. Umbræ indagatorium. Eſt autem Solarium, quo hodie utimur ad horas æquales æquinoctialeſque colligendas: antiqui autem ad inæquales & temporales. Alii Sciotericon legunt apud Plinium.

SCIATHĒRAS, æ. m. ſive SCIOTHERON, i. n. [σκιαθήρας ἢ σκιόθηρον] Inſtrumentum gnomonicum, quo umbras indagamus. Hoc Architecti in metandis urbibus utebantur, octoque cœli regiones exacte colligentes, ventorum vim, moleſtam urbibus, oppoſitis platearum angiportuumque angulis, frangebant aut amoliebantur: auraſque corporibus ſalubres platearum directionibus admittebant. Vitruv. 1. 6. A Græcis autem σκιαθήρας vocatur, quod θήρα Indaginem ſignificet. [Apud Suid. Σκιαθήρας, ὁ γνώμων.

SCIĂTHOS, i. f. [Σκίαθος] Inſula eſt in mari Ægæo, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. & Herodoto in Polymnia. Valer. 2. Argon. 8.

Jam Sciathos ſubſedit aquis.

SCIATĬCA, æ. f. Lumbago, quæ vocatur & Morbus ſciaticus. Vox corrupta eſt a medicis, pro Iſchiacus, ab ἰσχίον coxendix. V. Voſſ. de L. L. 1. 1. & 2. & ſuo ordine h. v.

SCIBILIS, V. SCIO.

SCIRONES, Telorum genus antiquis, ut refert Gellius 10. 25.

SCIENS, SCIENTER, SCIENTIA, SCILICET, V. SCIO.

SCILLA, Saxum. V. SCYLLA.

SCILLA, æ. f. [σκίλλα Gl. L. G. & G. L.] ſive ut Varro appellat, Squilla, Hippocrates vero etiam Scella per e; Herba & terra & mari creſcens. Radix tamen ſit, an bulbus, an cyma, ſive fructus, a Theophraſto 7. 11. dubitatus. Plin. lib. 21. cap. 17. Notabilis & ſcillæ crocique natura, quod quum omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem rotundentur, in iis caulis prior intelligitur, quam folium. Et in croco flos quidem impellitur caule, in ſcilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Idem lib. 19. cap. 5. Nobiliſſima eſt ſcilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo. Nec ulli amplitudo major, ſicut nec vis aſperior. Duo genera medica: Maſculus albis foliis, femina nigris: & tertium genus eſt cibis gratum: epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero: Seminis plurimum omnibus. Columel. lib. 5 cap. 10. At ſi jam arborem ſatam habueris, ſcillam ſecundum radicem arboris ſerito.

Scilla, Piſcis, V. SQUILLA.

SCILLĪNUS, a, um. Adj. [σκίλλινος] Quod ex ſcilla factum eſt, ut Acetum ſcillinum. Plin. lib. 23. cap. 2. Acetum ſcillinum inveteratum magis probatur: prodeſt ſuper ea, quæ diximus, aceſcentibus cibis: guſtatum enim diſcutit pœnam eam, &c.

SCILLĪTĬCUS, a, um. aliud Adj. [σκιλλιτικός] Idem, ut, Acetum ſcilliticum. Columel. lib. 12. cap. 34.

SCILLĪTES, æ. m. [σκιλλίτης] Vinum factitium ex ſcilla, vel etiam oleum, &c. Columel. lib. 12. cap. 33. Vinum ſcillites ad coquendum, & ad corpus reficiendum: itemque ad veterem tuſſim, & ad ſtomachum, hoc modo condire oportet.

Acetum ſcillites, h. e. In quo ſcillarum bulbi ad medicamentum infuſi ſunt. Plin. lib. 32. cap. 10. Urtica marina trita ex aceto ſcillite, &c.

SCILURUS, V. SCYLURUS.

SCIN' pro Sciſne. Vide SCIO. H. St.

SCINCUS, i. m. [σκίγκος] Animal Niliacum. Plin lib. 8 cap. 25. Similis Crocodilo, ſed minor etiam Ichneumone, eſt in Nilo Scincus, natus contra venena, præcipuum antidotis: item ad inflammandam virorum Venerem.

SCINDO, ſcidi, ſciſſum, [σχίζω Gl. L. G.] ĕre. Notæ ſignificationis. Cic. 5. Fam. 20. Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, cauſa nulla eſt. [Gloſſ. Græc. Lat. Σχίζω γῆν, Hiulco, Scindo. Σχίζω ἱμάτιον, Scindo. Σχίζω ξύλον, Findo. Virgil. tamen loc. ſeq. de Ligno poſuit. conf. SCISSURA, m.

Cuneis robur fiſſile ſcinditur. Virg. 6 Æn. 181.

Aquam ſcindit remus. Ovid. 3. Triſt. 10. 48.

Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas.

Fluvium ſcindere natatu. Claud. 4. Conſ. Hon. 546.

Fretum ſcindens Glaucus. Ovid. 13. Met 904. al. Findens.

Humum ſcindere vomere. Ovid. 12. Epiſt. 94. al. Findere. [Vide quæ ſupra ex Gloſſ. Ubique Scindere tactius puto. Finduntur arida, quæ diſſiliunt.

Mare ſcindere navigiis. Ovid. 2. de Arte Am. 671. al. Findere.

Nebulas ſcindere, Ire per nebulas. Ovid. 2. Met. 159.

Penulam ſcindere: hodie vulgo tritiſſimum eſt, pro eo, quod eſt Impenſius retinere hoſpitem, atque invitare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam injecta, quaſi vi conantur retinere. Id adagium ex antiquitate fluxit, ut alia complura. Cic. 13. Att. 33. de Varrone loquens, Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet: ſed ego ita egi, ut non ſcinderem penulam. Memini enim tuum, & multi erant, noſque imparati. Quid refert? Paulo poſt C. Capito cum T. Carinate. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt.

Solum ſcindere. Virg. 2. Georg 399.

Tellurem mare ſcindit. Lucan lib. 3. 61.

Terram ſcindere vomere. Ovid. 2. de Arte Am. 671.

Viam ſcindens per ſtagna Nerei Orion. Virg. 10. Æn. 765.

Unda ſcindit ſe in ſinus reductos. Virg. 4. Georg. 420.

Scindere, pro Laniare & vellere, ut in illo poetæ priſci verſu a Cicerone in 3. Tuſc. 62. prolato,

Scindens dolore identidem intonſam comam. Ita autem Scindere accipi hinc apparet, quod Bionis facetum dictum, Agamemnonem irridentis, ſtatim proferens ita dicit, In quo facetum illud Bionis. Perinde ſtultiſſimum regem in luctu ſibi capillum evellere, quaſi calvitio mœror levaretur. Atque, ut interea hoc moneam, puto hic diſtractas eſſe paru-

particulas, quæ conjungendæ ſunt in ordinanda ſyntaxi. Nam periode quaſi dicendum arbitror. Hæc Turnebus.
Capillos ſcindere. Ovid. 3. Triſt. 5. 51.
Crines ſcindere. Virg. 12. Æn. 870.
Latus ſcindere flagello. Ovid. in Ibin, 184.
Scindo tranſlate varie accipitur, ut
Dolorem ſuum ſcindere, Aperire, & commemorando patefacere, vel refricare. Cic. 3. Att. 15. pr. Nolo commemorare quibus rebus ſim ſpoliatus, non ſolum quia non ignoras, ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum. Grav. Reſcindam. [Paulo poſt dicit, Suis vulneribus manus afferre, quo ſatis docet quid intelligi velit.
Neceſſitudines ſanctiſſimas ſcindere, Dirimere. Plin. in Paneg cap. 37. extr.
Sententiam ſcindere. Cic. 13. Att. 20. extr. Putas autem me voluiſſe aliquid, quod perfectum non ſit? Non licet ſcindere ſententiam ſuam. Sed tamen quæ tum acta ſunt non poſſum non probare. Sed emendati codd. præferunt, Non licet ſcilicet &c. oratione elliptica, ubi alii Mutare, alii Oſtendere ſubauditum volunt.
Sententia diſcors ſcinditur vario motu. Stat. 12. Theb. 173.
Studium deinde ſe ſcidit. Quint. in procem. lib. 1. [i. e. In partes diviſum eſt.
Verba fletu ſcinduntur, Interrumpuntur. Ovid. 3. de Pont. 1. 157.
Vulgus ſcinditur in contraria ſtudia. Virg. 2. Æn. 39.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus: i. e. Dividitur, & in diverſas ſententias, veluti partes quaſdam, it.

Sciciddi, Præteritum antiquum apud Plaut. Pſeud. 3. 2. 42.

Nam ego cicilendrum quando in patina ſcicidi. Giſan. Sciſcidi. Al. In patinas indidi.

Seſcidi, Antiquum item Præteritum a verbo Scindo. Gell. lib. 7. cap. 9. extr. Inveni a verbo Scindo ſimili ratione, non Sciderat, ſed Seſciderat dictum eſſe. L. Attius in Sotadic. lib. 1. Seſciderat dixit. Verba hæc ſunt, Non ergo aquila, ita uti prædicant, ſeſciderat pectus. Sciſcidi affert Priſcianus lib. 10. cap. penult. p. 551. & 892. [Forſan eſt Seſcidi, a Seſcindo.

SCISSUS, a, um. Partic. [illegible] Gl. L. G.] Liv. 3. 58. Teſtis productus, qui ſeptem & viginti enumeratis ſtipendiis, octies extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conſpectu populi, ſciſſa veſte, tergum laceratum virgis oſtendit. [Puto Emeritis ſtipendiis Livium ſcripſiſſe. V. EMERO & STIPENDIUM.
Sciſſus comam, per Synecdochen. Virg. 9. Æn. 478.
Alumen ſciſſum. Columel. lib. 6. cap. 13. i. e. Sciſſile. V. SCHISTOS.
Capilli ſciſſi. Tibul. lib. 1. 10. 55.
Tunica ſciſſa. Ovid. 11. Epiſt. 57.
Veſtis ſciſſa. Virg. 12. Æn. 609.
Viſcera ſciſſa. Ovid. in Ibin, 280.

SCISSIM, Adv. Prudent. Tetraſt. 9.

Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt.

SCISSIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Ratione ſciſſionis.

SCISSUS, ûs. m. [illegible] pro ipſa Sciſſura. Varro, Sciſſu materiæ fatigatus, quieſcebat lectulo. Gloſſ. Cyrill. [illegible], Sciſſura, Sciſſus.

SCISSŪRA, æ. f. [illegible] Gl. G. L.] Plin. lib. 11. cap. 28. Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura.
Sciſſuræ Nili. Plin. lib. 5. cap. 9. Adde Celſ. 6. 18. & Senec. N. Q. 3. 14.

SCISSOR, ōris. m. [illegible] Qui obſonia conſcindit. Petron. cap. 36. Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus laceravit obſonium. V. Douſ. in loc. & Lipſ. Sat. 2. 2.

SCISSILIS, e. Adj. [illegible] Quod ſcindi poteſt; vel Quod ſciſſum eſt: ut, Sciſſile alumen, apud Celſum lib. 6. cap. 11. ubi quinquies hac dictione uſus eſt.

SCINDŬLA, æ. f. Vegetius & alii dixerunt pro Scandula, quod vide. conf. Turneb. Adverſ. 22. 18.

SCINDULĀRIS, e. Adj. Apul. Met. 3. Tectum ſcindulare. V. ibid.

SCINGOMAGUS, i. m. [illegible] Vicus eſt trans noſtras Alpes, a quo Italia incipit. Strabo lib. 4.

SCĪNIS, vel SINIS, is. m. [Σίνις] Latro Corinthius, Iſthmum obſidens, quem memorarunt Propert. 3. 20. 57. Ovid. 7. Met. 440. & Stat. 12. Theb. 576. Pauſan. Attic. p. 35. Wech.

SCINTILLA, æ. f. [illegible] Gl. L. G. & G. L.] proprie eſt, Quæ a ſilice, quum is cæditur, exſilire ſolet. Ovid. 4. Faſt. 795.

Pars quoque, quum ſaxis paſtores ſaxa feribant,
Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.

Scintillis plurimis carbo. Plin. lib. 16. cap. 66.
Agere ſcintillas. Lucret. lib. 2. 674.
Excudere ſilicis ſcintillam. Virg. 1. Æn. 174. Al. Silici [l Silice, ult. poſ prod.
Proſiluit ſcintilla. Ovid. 4. Faſt. 796.
Ad alia etiam eleganter transferri poteſt. Cic. 12. Fam. 14. Scintilla belli, pro Reliquiis. Cic. Anteq. iret in exſil. 14. Et quoniam animadvertiſtis illam conſpirationem conflatam iri eſſe reſtinctam, ut nulla ſcintilla comperent incendii, vos quoque Tribuniciam ſedate temeritatem. Cic. 4. Acad. 61. Iſti autem, quos tu probas, tantis offuſi tenebris, ne ſcintillam quidem ullam nobis ad aſpiciendum reliquerunt.

SCINTILLŬLA, æ. f. dimin. [illegible] Cic. 5. de Fin. 43. Non ſine cauſa eas, quas dixi, in pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus, e quibus accendi philoſophi ratio debet.

SCINTILLO, [illegible] āre. Splendere, micare, & veluti ſcintillas quaſdam emittere. Plaut. Men. 5. 2. 77. Ut oculi ſcintillant vide. Plin. lib. 22. cap. 1. Hoc enim veri experimentum eſt, ſi admotum prius quam exſtinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogat.
Criſtæ ſcintillant. Sil. lib. 7. 595.
Oleum ſcintillat cum ardente teſta. Virg. 1. Georg. 392.

SCINTILLATIO, ōnis. f. [illegible] Plin. lib. 20. cap. 9. Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorum caligini, ſcintillationibuſque, vel ſtomacho, præcordiis crudam ex aceto, &c.

SCIO, ſcivi, ſcītum, [illegible] Gl. L. G. & G. L.] ſcire. Noſſe, gnarum eſſe, cognitum habere. Ter. And. 1. 1. 88.

Scin poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum. Idem Hec. 3. 2. 25.
Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant?

Scire de argento ut factum ſit, pro Quid factum ſit de argento. Plaut. Aſin. 3. 3. 155.
Scire de aliquo, pro Referre ab aliquo. Cic. pro Sull. 67. De quo aliquid ſciri ipſe atque exiſtimare potuiſſet. Ibid. 59.
Scire ex aliquo. Plaut. Curcul. 2. 2. 7. Nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. Ter. Heaut. 3. 1. 2.

Scire utrum. Cic. 13. Fam. 19. Velim ſcire, utrum iſta ſollicito animo an ſoluto legas?
Ordine rem ſcire. V. ORDO.
Scire certum de cognitione virginis. Ter. Eun. 5. 3. 12. Cic. 1. de Orat. 222. Nihil certum ſciri, nihil plane cognoſci & percipi poſſe.
Scire pro certo. Liv. 25. 10. pr. Quid rei eſſet nemo ſatis pro certo ſcire.
Certe & certo ſcire. V. CERTUS.
Incerto ſcio. V. INCERTUS.
Haud ſcio. Cic. 2. de Orat. 72. Magnum eſt quoddam opus, atque haud ſciam, an de humanis operibus longe maximum. V. HAUD.
Quod ſciam. Cic. 16. Att. 2. Sed non venerat, quod ſciam.
Volo te ſcire illud, &c. Cic. 2. Att. 23. Primum igitur te ſcire volo, Sampſiceramum, &c.
Ut ſcires. Poto apud Ovid. Sciendo. Sic Senec. Sueton. Aug. cap. 42. pr. Sed ut ſalubrem magis, quam ambitioſum principem ſcires. H. Sc. Scires ſæpe apud Ovid. omiſſa conj. ſed paulo aliter tamen. V. Indicem Borm.
Tenere & ſcire, ut. Cic. pro Muren. 22. Ille tenet & ſcit, ut hoſtium copiæ: tu ut aquæ pluviæ arceantur.
Scit omnes linguas, h. e. Novit, ſive callet. Plaut. Pœn. prol. 112.
Scire fidibus, ſubaud. Canere. Ter. Eun. 1. 2. 55. Vetuſta ellipſis, inquit Donat.
Scire Latine vel Græce. Cic. de Clar. Orat. 140. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. Idem 2. de Fin. 15. Quum Græce ut videor, luculenter ſciam. [An ſubauditur Loqui?
In Imperativo. Cic. 6. Verr. 77. Apud Segeſtanos repertum eſſe, Judices, ſcitote neminem, neque liberum, neque ſervum, neque civem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere.
Scire, in Infinitivo, pro Nomine. Perſ. 1. Sat. 27.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Sciri, Paſſivum. Cic. 2. de Orat. 30. Ars enim earum rerum eſt, quæ ſciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. V. Non. 2. 836.
Sciri poteſt de aliquo. Cic. 12. Att.
Scibo in futuro facit, antiquis, & Sciam. Ter. Heaut. 5. 2. 43. Aut ſcibis cujus ſis. Idem Phorm. 5. 1. 38 Nemo ex me ſcibit. Idem Eun. 4. 4. 59.
Magis ſcibo. V. MAGIS.
Scibitur. Imperſ. Plaut. Capt. 4. 2. 5.

Quod quum ſcibitur, per urbem irridebor.

Sciebatur inter eum. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Scin', pro Sciſne. Ter. Eun. 4. 7. 30. Scin' tu ut tibi res ſeſe habeat?

SCIENS, entis. [illegible] Gl. L. G. & G. L.] Partic. cui contrarium eſt Neſciens. Ter. Andr. 5. 2. 28.

Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut ſis ſciens. Idem Heaut. 4. 8. 52.
Nam te ſcientem faciam quicquid egero.

Sciens, Prudens. cui contrar. Inſciens. Idem Adel. 4. 5. 78.

Ne forte imprudens faciam quod nolit, ſciens cavebo. Ubi Donatus, Sciens per alios. Sic Phorm. 2. 1. 7.
Verum ſcientem, tacitum, cauſam tradere adverſariis. Idem Heaut. 5. 5. 6.
— egon' mea bona ut dem Bacchidi dono ſciens? h. e.

Data opera, de induſtria, ſi reſcivero. Cic. 7. Verr. 25. Certe nihil ſciens prætermiſi. [Vulgo Bene ſciens, Scienter.
Si ſciens fallo, Juriſjurandi formula. Idem 4. Acad. 146. Deinde ita teneri, Si ſciens fallerent, quod inſcientia multa verſaretur in vita. conf. SCIENTER.
Nullum a me ſciente facinus occultatur. Cic. pro Sull 86.
Scientem ludificari & calumniari. Cic. pro Roſc. Amer. 55. Quum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe & ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari, & calumniari ſciens non videatur.
Contra fœdera ſcientem & inſcientem facere. Cic. pro Corn. Balbo 13.
Scientibus omnibus. Cic. 8. Verr. 37.
Sciens prudenſque. Cic. 8. Fam. 16. Etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te, tuoſque omnes funditus evertas, ne te ſciens prudenſque eo demittas, unde exitum vides nullum eſſe. Ulpian. in l. Si procuratorem. §. Si ignorantes ff. Mandat. Scientes & prudentes auxilium appellationis omiſerunt. Idem in l. 1. § ult. ff. de ventr. in poſſ. mittend. Si ſciens prudenſque ſe prægnantem non eſſe, conſumpſerit.
Sciens Adj. [illegible] Gl. L. G. [illegible] Græc. Lat.] Fere cum Genitivo, ut
Sciens locorum, [illegible]. Gloſſ. Lat. Gr.
Sciens, cum Genitivo. Varro 3. de R. R. cap. 3. Primum, inquit, dominum ſcientem eſſe oportet earum animalium, quæ in villa, circumve eam ali poſſunt. Sic Gell. lib. 18. cap. 5. Sciens Latinæ linguæ. In Macrobio tamen legitur lib. 6. cap. 9. Linguæ Latinæ ſcius. Et apud Quintil. lib. 9. cap. 5.
Sciens agendi. Paterc. lib. 2. 88. Vir, ubi res vigiliam exigeret, ſane exſomnis, providens, atque agendi ſciens. De Mæcenate loquitur.
Sciens citharæ. Hor. 5. Carm. 9. 10.
Fieri ſcientem conſilii alicujus. Senec. Thyeſte 3.
Sciens pugnæ, Doctus ad pugnandum. Acron. Hor. 1. Carm. 15. 24.
Compar. [illegible] Cic. pro Lege Manil. 28. Quis igitur hoc homine ſcientior unquam aut fuit, aut eſſe debuit?
Venefica ſcientior. Hor. Epod. 5. 72.
Superl. Cic. 1. de Orat. 214. Regendæ Reip. ſcientiſſimus. Columel. lib. 11. cap. 1. Sit oportet idem ſcientiſſimus, robuſtiſſimuſque.
Scientiſſimus regionum. Salluſt. Jugurth. cap. 100.

SCITŪRUS, a, um. [illegible] Partic. Lucan. lib 6. 168.

— ſequuntur Scituri juvenes.

SCIENTER, [illegible] Gl. L. G.] Adv. Cum ſcientia. Plin. in Paneg. cap. 64. Explanavitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter feſelliſſet, deorum iræ conſecraret.
Cum aliquibus moderate & ſcienter uti. Cic. 2. Off. 18.
Scienter, Scite, perite. Cic. de Clar. Orat. 199. Ut enim ex nervorum ſono in fidibus, quam ſcienter ii pulſi ſint, intelligi ſolet. Suet. in Tito, cap. 3. Sed ne muſicæ quidem rudis, ut qui cantaret & pſalleret jucunde ſcienterque.
Perite & Scienter. Cic. de Clar. Orat. 195. Quam omnino multa de conſervando jure Civili? quæ quidem omnia, cum perite & ſcienter, tum ita breviter & preſſe & ſatis ornate & pereleganter diceret.
Animadvertere & interpretari aliquid ſcienter. Cic. 1. de Divin. 92.

Compar.

Compar. Cic. in Orat. 175. Nam neminem in eo genere ſcientius verſatum Iſocrate confitendum eſt. i. e. Eruditius, peritius.
Superl. Cic. 1. de Divin. 16. Hetruria autem cælo tacta ſcientiſſime animadvertit. Idem 4. de Fin. 21. Perge porro, ſequentur enim quæ tu ſcientiſſime complexus es.

SCIENTIA, æ. f. [εἴδησις, γνῶσις Gl. L. G.] Qua aliquid ſcitur; ut, Conjurationis ſcientia. Tacit. 16. Ann. 17.
Futurorum malorum ignoratio utilior eſt, quam ſcientia. Cic. 2. de Divin. 23.
Scientia, Alicujus reiparta cognitio. Cic. 1. de Nat. Deor. 117. Sanctitas autem eſt ſcientia colendorum deorum. Idem 1. Offic. 153. Prudentia eſt rerum appetendarum, fugiendarumque ſcientia. Idem 1. Acad. 41. Et ſi ita erat comprehenſum, ut convelli ratione non poſſet, ſcientiam: ſin aliter, inſcientiam nominabat.
Citra ſcientiam. V. CITRA, præpoſitionem.
Hominibus nihil eſt jucundius ſuavitate ſcientiæ. Cic. 3. de Orat. 51.
Cognitio & ſcientia. Cic. 1. Off 18. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. Idem 5. de Fin. 48. Tantus eſt innatus in nobis cognitionis amor & ſcientiæ, ut nemo dubitare poſſit, &c.
Legitur & Amor cognitionis & ſcientia. 5. de Fin. ubi de pueris loquitur. H. St. Idem locus eſt. Sed Scientiæ omnino cum emendatis codd. legendum eſt.
Diſciplina & Scientia. Cic. 1. de Divin. 91. Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non ante Magorum diſciplinam, ſcientiamque perceperit.
Juris Civilis ſcientia: cui opponitur Ignoratio juris. Cic. 1. de Legib. 18.
Machinalis ſcientia, Mechanice. V. MACHINA.
Militaris rei ſcientia. Cic. pro Lege Manil. 28.
Officiorum civilium ſcientia. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Bene dicendi ſcientia. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Recta loquendi ſcientia. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Uſus & Scientia. Cic. in Orat. Uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi. H. St. V. paulo infra Reſervare ſcientiam.
Scientia de. Cic. pro Sull. 39. Cujus ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe, ejus ignoratio de aliquo, purgatio debet videri.
Efficax ſcientia. Hor. Epod. 17. 1.
Multa ſcientia. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Trivialis ſcientia. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Afferre ſcientiam. V. AFFERO.
Comprehendere aliquid ſcientia. Cic. 6. Fam. 12.
Conſequi omnium magnarum rerum atque artium ſcientiam. Cic. 1. de Orat. 20.
Dare ſcientiam artium. Cic. 2. de Divin. 123. Muſæ ſcribendi, legendi, cæterarum artium ſcientiam ſomniantibus non dabunt.
Efficere ſcientiam. Cic. 1. de Divin. 2. Chaldæi diuturna obſervatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.
Exercere ſcientiam. Quintil. lib. 1. cap. 4. Sed exercere altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit.
Habere ſcientiam magnarum artium. Cic. 7. Fam. 3. Et 2. de Divin. 131. Si dii ea nobis objiciant, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus. Al. Explanatorem.
Habeo ſcientiam curandi. Celſ. lib. 5. cap. 27. tit. ſecundo.
Habere ſcientiam in re aliqua. Cic. 2. Philip. 8. Quo me teſte convinces? an chirographo, in quo habes ſcientiam quæſtuoſam?
Profiteri ſcientiam. Cic. 2. de Orat 36.
Reſervare ſcientiam ſibi. Cic. in Orat. 160. Quum extorta mihi veritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi.
Sumere certam ſcientiam rei, Cui ſuſpicio opp. Auctor ad Heren. lib. 4. 54. Veſtrum eſt, Judices, his in unum locum collatis, certam ſumere ſcientiam, non ſuſpicionem maleficii.
Tenere medicinæ ſcientiam. Cic. 4. Fam. 5. Qui in alienis morbis profitentur tenere ſe medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt.
Tenere ſtabilem rerum ſcientiam. Cic. 1. de Finib. 65.
Tenuit auguratus ſcientiam. Cic. 1. de Divin. 32.

SCIENTIŎLA, æ. f. dimin. Arnob. 2. Concinnavit ſcientiolas artium.

SCIUS, a, um. Adj. Idem quod Sciens Unde compoſita Conſcius, Inſcius, Neſcius, Præſcius, &c. Gloſſ. Lat. Græc. Scius, εἰδώς. V. Voſſ. Etym. in Scio.
Scius, alicujus rei. Macrob. lib. 6. cap. ult. Lucilius vir apprime linguæ Latinæ ſcius. Apud Gellium tamen lib. 18. cap. 5. legitur, Linguæ Latinæ ſciens. V. SCIENS.
Scius & Conſcius hoc differunt, quod Scius ſecum: Conſcius cum alio ſcius eſt: licet Conſcium indifferenter poſitum legerimus. Nonius 5. 29. In Gloſſ. Lat. Gr. εἰδώς Scius, in Græc. Lat. Conſcius, Sciens redditur.

SCIŎLUS, a, um. Adj. i. e. Semidoctus, litteris leviter tinctus, qui quum in muſarum ædem via a limine inſpexit, nihil tamen non audet, falſaque eruditionis opinione intumeſcit. Arnob. 2.

SCIBILIS, e. Adj. Quod ſciri poteſt. Tertull. adverſ. Marc. 5. 16.

SCĪTUS, a, um. Adj. [αἰδήμων, χαρίεις Gl. L. G.] Sciens & argutum. Ter. Eun. 2. 2. 23.
Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.
Interrogationes ſcitæ. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Scitus lyræ, Sciens lyra canere. Ovid 5. Faſt. 54.
— & curvæ ſcita Thalia lyræ.
Vadorum ſcitus. Ovid. 9. Met. 108. h. e. Peritus.
Scitus, Placens, elegans. Plaut. Merc. 4. 4. 15. Satis ſcitum filum mulieris. Ter. And. 3. 2. 6. Per eaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo. conſ. Feſt.
Scitum eſt, Argutum, elegans, & prudenter factum. Ter. Heaut. 1. 2. 36.
Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet. Idem Phorm. 5. 4. 2.
Quam ſcitum eſt, ejuſmodi parare animo cupiditates,
Quas quum res adverſæ ſient, paulo mederi poſſis? Cic. 3. de Orat. 226. Scitum eſt enim cauſam conferre in tempus, cum, &c.
Scitum eſt enim, quod Carneades noſter dicere ſolebat. Idem in Orat. 51. Idem 2. de Divin. 51. Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt. Idem pro Planc. 35. Ego autem, ſi quid eſt, quod mihi ſcitum eſſe videatur, & homine ingenuo dignum atque docto, non aſpernor. [i. e. Scite dictum, facetum.

Conſilium ſcitum Plaut. Trin. 3. 3. 35.
Scitum, ut ego opinor, conſilium inveni.
Scitum, pro Juſſu vel Decreto. V. paulo infra in SCISCO.

SCITE, Adv. [σοφῶς] Docte, artificioſe, venuſte. Ter. Heaut. 4. 5. 16.
At ſi ſcias, quam ſcite in mentem venerit.
Satis ſcite. Cic. 11. Fam. 16. Satis ſcite & commode tempus ad te cœpit adeundi.
Mire ſcite. Idem 4. Verr. 87. Capella quædam, ea quidem mire, ut etiam nos qui rudes harum rerum ſumus, intelligere poſſimus, ſcite facta & venuſte.
Scite ſcitus. Plaut. Caſin 3. 1. 8. Eho nimirum ſcite ſcitus es.
Scite & litterate perſcriptæ rationes. Cic. in Piſon, 61.
Superl. Scitiſſime ſeparare. Gell. 10. 11.

SCITŬLUS, a, um. Adj. dimin. Plaut. Rud. 2. 3. 7. Qua ſunt facie? s. ſcitula. Ibid. 4. 1. 3.
Atque ambas forma ſcitula atque ætatula.

SCITULE. Adv. dimin. Apul. 7. Met. p. 192. Elmenh. Tuceta concinnat, apponit ſcitule. Idem lib. 2. p. 123. Puellæ ſcitule miniſtrantes. [Sed melius Scitulæ.

SCILICET, [δηλαδὴ Gl. L. G.] Confirmandi Adverbium, idem quod Scire licet, Videlicet, vel Certe: ſed per amaritudinem quandam cum deriſu permiſtam, ut ait Valla lib. 2. ut ſit Adverbium negandi per ironiam. Virg. 4. Æn. 379.
Scilicet is ſuperis labor eſt. Ter. And. 1. 2. 14.
Meum gnatum rumor eſt amare. D. id populus curat ſcilicet. Hoc eſt, veluti per ſenſum contrarium, nimirum, Id populus non magnopere curat. Ita exiſtimato, populo non maxime eſſe curæ, filius tuus amet, necne. Cic. 4 Acad. 96. Quid enim faceret huic concluſioni, Si lucet lucet: lucet autem, lucet igitur? Crederet ſcilicet. Ovid. 2. Met. 471.
Scilicet hoc etiam reſtabat, adultera, dixit,
Ut fecunda fores, &c.
Scilicetque. Cic. pro Milon. 48 Scilicetque latronem ac ſicarium abjecti homines & perditi deſcribebant.
Scilicet. Virg. Georg. lib. 1.
Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam
Scilicet, atque Oſſæ frondoſum imponere Olympum. Ubi Scilicet alii finem præcedentis verſus, alii principium ſequentis eſſe volunt. H. St. Exſtant v. agr. 282.
Scilicet; interrogativum. Cic. pro Rabir. perd. reo 14. Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris?
Quis? tu ipſe ſcilicet laudator & factorum & ſcriptorum meorum. Cic. 7. Att. 1.
Quid ad hæc Nævius? ridet ſcilicet noſtram amentiam. Cic. pro Quint. 55.
Scilicet, nonnunquam ſine amaritudine dicitur, & irriſione: & Adverbium affirmandi eſt, pro Certe. In reſponſione. Ter. And. 5. 4. 48. Idem Eun. 5. 8. 10. Fratris igitur Thais tota eſt? c. ſcilicet. Cic. 4. Att. 6. Si taceo, oppreſſus & captus, quo dolore eſſe debeo? quo ſum ſcilicet.
Seq. Nunc. Ter. Heaut. 4. 5. 44.
— neque tu ſcilicet
Eo nunc confugies; quid mea? num mihi datum eſt?
De Lentulo ſcilicet ſic fero ut debeo, virum bonum & magnum hominem perdidimus. Cic. 4. Att. 6.
Peto igitur a te, tanto ſcilicet ſtudio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi neceſſario & tam familiari. Cic. 13. Fam. 26.
Suſpenſo animo exſpecto primum te ſcilicet, deinde Marionem. Cic. 16. Fam. 3.
Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima Prætor fias. Cic. 10. Fam. 26.
Scilicet, ſi iſta Juppiter ſignificaret, tam multa fruſtra fulmina emitteret? Cic. 2. de Divin. 44.
Scilicet, [δῆλον] pro Id eſt, vel Nempe, ſive Nimirum ponitur. Ter. Heaut. 5. 1. 18
— nam ubi deſponſam nuntiaſti filio,
Continuo injeciſſe verba tibi Dromonem, ſcilicet,
Sponſæ veſtem, aurum, ancillas, opus eſſe argentum ut dares. Cic. 2. in Catil. 19. Quibus hoc præcipiendum videtur, unum ſcilicet & idem, quod ceteris omnibus, ut deſperent ſe id quod conantur conſequi poſſe. Idem 2. Q. frat. 5.
Quid tu in ea pones? nihil ſcilicet. Cic. 12. Att. 7.
Pro Scilicet, aliquando Nimirum poſuit Cicero; ut pro Roſc. Amer. 128. Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones, venditioneſque fiant: nimirum ad Calend. Junias. Aliquando, Videlicet; ut pro Cluent. 148. Qui eorum, quorum? videlicet qui ſupra ſcripti ſunt.
Nonnunquam eleganter ipſe Cicero ſubticet ipſum Scilicet; ut pro Muren. 66. Quam non pœnitebat facere idem, quod tu, habere eruditiſſimum hominem, & pæne divinum, domi, cujus oratione & præceptis &c. aſperior non eſt factus. h. e. Habere ſcilicet hominem.
Et ſcilicet. Cic. 1. Q. frat. 2. Et Flavii cauſa, & ſcilicet Pompeji omnia facies.

SCISCITOR, [γνώσκω, πυνθάνομαι, φιλοπευθῶ Gl. L. G.] āri dep. Idem quod Scitari. Cic. in Orat. 33. Quod quidem ego, Brute, ex tuis litteris ſentiebam, non te id ſciſcitari, qualem ego in inveniendo & in collocando ſummum eſſe oratorem vellem: ſed id mihi quærere videbare, quod genus ipſius orationis optimum judicarem. Ter. Eun. 3. 4. 10.
Niſi quicquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari. Cic. 1. de Nat. Deor. 17. Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam.
Sciſcitari aliquem. Sueton. in Domit. cap 15.

SCISCITO, [ὁμοῖω] āre. Activum protulit Plaut. in Merc 2. 3. 52.
Paucula etiam ſciſcitare prius volo CH. dic quid velis.

SCISCITATUS, a, um. Partic. Paſſ Ammian. 25. 8. Omnium ſententiis ſciſcitatis.
Active apud Petron. cap. 137. Sciſcitata cauſam triſtitiæ.

SCISCITĀBUNDUS, a, um. Adj. Percontareturque Antonium P... ſciſcitabundus, qui &c. H. St. Videntur Pontani verba ex Antonio dialogo.

SCISCITĀTIO. ōnis. f. Petron cap. 24. Diligentiſſima ſciſcitatione quærere. Ammian. 25. 4. Præſagiorum ſciſcitationi nimiæ deditus. [An Nimie?

SCISCITĀTOR, ōris. m. Martial 82. 16.
— ſciſcitator urinæ. al. Suſcitator rectius.

SCISCO, ſcivi, ſcitum, [ψηφίζομαι Gl. L. G.] ĕre. Idem ſignificat quod Scire, vel Reſcire. Plaut. Amph. 5. 1. 17. Accurro ut ſciſcam quod velit. Sciſco, Senatoriam dico. Paulus. Al. Sciſcito. [Neutrum probo.
Sciſcere, [κυροῦν, ψηφίζεσθαι] Sancire, Decernere. Plaut. Curcul. 4. 2. 23.
Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit. Cic. pro Flacc. 15. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus juberet, ſummota concione, diſtributis partibus, &c. Idem de Provinc. Conſul. 36. Simul oſtendit etiam ſe ſciſcere legem, quam eſſe legem neget. Idem 2. de Legib. 13. Quid quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quam ſi latrones aliquas conceſſu ſuo ſanxerunt? Sic pro Planc. 35. Plancus primus legem ſcivit de publicanis. Sil. lib. 7. 541.
— nunc munera Martis
Æquent imperio, & ſolem concedere nocti
Sciſcant, &c. V. SCITUM infra.
Sciſcor & Sciſco in eadem ſignificatione fuerunt apud veteres, teſte Priſcian. 8.
SCĪTUM, i. n. [δόγμα, ψήφισμα Gl. G. L.] Juſſum, decretum, ſanctum. Liv 10. 22. Et L. Volumnio ex Senatuſconſulto & ſcito plebis prorogatum in annum imperium eſt. Cic. pro Corn. Balb. 42. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, &c. ſcitum ſit fundus, quum ſcita ac juſſa noſtra ſua ſententia comprobet, quam quum hoſpitium fecit?
Fatalis ſciti lex. Firmic. lib. 1. cap. 3.
Scitum facere Cic. de Opt. gen. Or. 19. De hoc igitur Cteſiphon ſcitum fecit, nullis ab ipſo rationibus relatis, ut corona aurea donaretur. conf præced.
Scita actiora, quæ Græci vocant Dogmata. Senec. Epiſt. 96. Præterea nulla ars contemplativa ſine decretis ſuis eſt, quæ Græci vocant dogmata: nobis vel Decreta licet appellare, vel Scita, vel Placita.
Scitum populi dicebatur, quod ſine plebe cunctus patricius ordo, rogante patricio, ſuis ſuffragiis juſſit. Quod autem aliquo interrogante ex patribus, & plebe ſuffragante, ſcitum eſſet, id jam Leges ſcriptæ dicebantur. Sed illud Plebei ſcitum eſt, quod Tribunus plebis ſine patriciis plebem rogavit; id eſt, conſuluit; plebſque ſcivit. Plebes autem eſt omnis populus, præter Senatores, & præter Patricios. Hæc Feſtus.
SCĪTO, āre. frequent. pro Scire. Ammian. 30. 5.
SCĪTOR, [πεύθομαι] āri. a Sciſco. Interrogare, ſeu Inveſtigare, quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Virg. 2. Æn. 114.
Suſpenſi, Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus. Ovid. 10. Met. 357. — ſcitatur ab ipſa,
Nominibus dictis, cujus velit eſſe mariti? Hor. 1. Epiſt. 7. 60.
Scitari libet ex ipſo, quodcunque refers, dic.
Scitari cauſam viæ. Ovid. 2. Met. 511.
Nomen ſcitari. Ovid. 2. Met. 741.
SCĪTĀTIO, ōnis. f. Interrogatio. Ammian. 18. 9.
SCĪTĀTOR, ōris. m. Ammian. 22. 8.
SCĪTĀMENTUM, i. n. [ἡδύσματα] Gell. lib. 18. cap. 8. Ceteraque hujuſmodi ſcitamenta. i. e. Scite & argutule, ut ipſis videntur, excogitata orationis ornamenta. Utitur & Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 14.
Scitamenta apud Plaut. ſunt Cibi ſciti aut elegantes, Men. 2. 3. 26.
Atque aliquid ſcitamentorum de foro obſonarier.
Poſt SCITUS. H. St. Formam tamen ſervat nominis verbalis.
SCIOGRAPHIA, V. SCIAGRAPHIA.
SCIŌNE, [Σκιώνη] Plin. lib. 4. cap. 10. Oppidum Macedoniæ in ſinu Thermaico.
SCIOPODES, V. SCIAPODES.
SCIOTHERICON, Horologium, V. SCIATHERICON.
SCĪPIO, ōnis. m. [σκίπων] Baculus. Plaut. Aſin. 1. 1. 110.
Nam ego illud argentum tam paratum filio
Scio eſſe, quam me hunc ſcipionem contui. Idem Amph. 1. 3. 28.
[Gloſſ. Lat. Græc. Scipio, Σκίπων. [Forte Σκίμπων. Unde Boxillo Lat. dictio videtur. Apud Pollec. 10. 29. extr. σκίμπων. MſT. σκίπων.
Scipio eburneus, aquilam ſuſtinens, fuit inter inſignia Conſularis poteſtatis apud Romanos. Veteres autem conſules Scipionem tantum gerebant die triumphi. Dionyſ. 5. Hinc, triumphanti tribuit. Juven. 10. Sat. 43.
Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno. At poſtea quotidie geſtabant, & cum Scipione curiam ingrediebantur. V. Serv. ad Virg. 11. Æn. 218. Liv. 5. 41. M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam ſuam (ut tum omnibus promiſſa erat) permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo, iram moviſſe. [Conſularis ſcipio in nummis utrinque præpilatus, Triumphalis cum aquila.
Scipio eburneus in donis Regum. Idem 30. 15. Ibi Maſiniſſam primum Regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat.
Scipio, in vite, quo ipſa uva veluti baculo ſuſtinetur: Scapum Varro, noſtri Caudam appellant, alii Pedem uvæ. Columel. lib 12. cap. 43. Tum vinaceorum pes bene prelo expreſſus proruitur, & modice ſeparatæ ſcipionibus, reſolutaque intrita folliculorum, in dolio ſubſternitur. Idem de arboribus, cap 8. Quum ſcipionis amplitudinem acini habuerint, radice tenus vitem præcidito.
A Scipione Gens patricia Romæ Scipionum nomen ſortita eſt.
SCIPIO, Corneliorum cognomen. [Σκιπίων] Scipiones dicti, teſte Macrobio 1. Sat. 6. quod Cornelium quidam cognominem patrem, luminibus carentem, pro baculo regebat, quem ſcipionem veteres appellabant, uti jam obſervatum fuit.
P. Cornelius, Cn. F. L. N. Scipio, cum quo primum imperatore Annibal ſigna in Italia, ad Ticinum, contulit. Is quum Cn. fratri conjunctus, multas eſſet in Hiſpania victorias conſecutus, reſque geſſiſſet memoratu dignas, demum, cum Magone Pœno & Indibili Hiſpano loco difficili congreſſus, dum ſe offert ubi plurimum periculi erat, una cum exercitu occiditur. Livius lib. 21. & 25.
P. Cornelius, Scipio Africanus, hujus filius, cujus vitam ac res geſtas multi veterum litteris mandavere. Is puer certis diei horis ſecretum templi petere ſolebat, putabaturque apud vulgus cum Jove loqui: annum agens decimum ſeptimum, a patre in caſtra ductus eſt principio bel. Pun. 2. Conſtatque jam tunc in congreſſu Annibalis primo circumventum ab hoſtibus, ac ſaucium patrem liberaſſe, ut ſunt auctores. Reliqua apud Livium, Plutarchum, Aurel. Vict. &c. V.
P. Cornelius Scipio Æmilianus, qui & Africanus minor L. Æmilii Pauli fil. ab P. Africani majoris filio adoptatus, Numantiam evertit, in qua expeditione militem corruptum in diſciplinam priſtinam, ejectis ſcortis, reſtituit. Factus etiam Conſul ante ætatem, ac Carthaginem miſſus, eam penitus ſuſtulit: idque de ſententia Catonis in Senatu, qui præmaturas ac recentes oſtentans ficus, ait, Ex, Patres Conſcripti, Carthagine nuper allatæ ſunt, tam prope domum hoſtem habemus. V. Sil. 13. 615.
P. Cornelius Scipio Naſica, Cn. Scipionis, qui una cum P. fratre in Hiſpania cecidit, filius, a Senatu vir optimus judicatus, Matrem deûm, tunc primum advectam, apudque virum optimum ex oraculo hoſpitio recipiendam, excepit. Quum adverſus auſpicia Conſulem ſe a Graccho nominatum comperiſſet, magiſtratu ſe abdicavit. Cenſor ſtatuas, quas ſibi Conſul quiſque in foro per ambitionem habebat, ſuſtulit. Conſul Delminium, Dalmatiæ urbem, expugnavit, Imperatoriſque nomen a militibus, & a Senatu triumphum oblatum recuſavit. Eloquentia primus, juriſconſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit: unde vulgo Corculum dictus. Hæc fere auctor de Viris Ill. cap. 44. Quem filium cum patre confundere putant viri docti. V. Schott. not.
P. Scipio item; qui Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem ſuarii cujuſdam negotiatoris. Ob id erat in Tribunatu plebi admodum gratus, dignuſque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocavit: quaque præferebatur, flores proſpectu omni ſparſit. Hactenus Plin. lib. 21. cap. 3. [Idem ac ſuperior eſt Valerio 9. 14. 3.
Cn. Scipio Africani filius, ponitur inter eos apud Valerium 3. 5. pr. qui a parentibus claris degeneraverunt: inter eruditos tamen a Cic. in Brut. deſcribitur. Plutarchus in Africano, nihil ſane de eo ſe compertum habere dicit, niſi eum Præturam geſſiſſe, & in ea conſequenda, a Cicereio patris ſcriba adjutum fuiſſe.
Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio, Pompeji Magni ſocer, poſt bellum Pharſalicum inter Pompeianos bellum refoventes in Africam ſe recepit cum exercitu & Catone, Juba etiam rege adſcito. Qui primo feliciter adverſus Cæſarianos pugnans, victus tandem in fuga occubuit. V. Hirt. de Bello Afric.
Scipionem cognomento Salutionem, e Corneliorum familia, alioquin virum deſpectiſſimum, inter præliandum in Africa, perinde ac exercitus ducem Cæſar præpoſuit, quod cognoſceret adverſarios vetuſto quodam confidere vaticinio, quod ſemper in Africa, vincere fatale Scipionum generi foret. Plutarch. in Cæſare.
SCIPIĀDA, vel SCIPIADES, æ, m. [Σκιπιάδης] patronym. Pl. Scipiadæ, pro Scipionibus ipſis. Virg. 2. Georg. 170.
Scipiadas duros bello.
Fortis Scipiada. Hor. 2. Serm. 1. 17.
Scipiadæ duces rapidi. Virg. in Culice v. 369.
Gentis fulmina Scipiadæ. Sil. lib. 7. 106.
SCIRA, orum. n. pl. [Σκίρα] Celebritas fuit populi Athenienſium, in qua umbracula & ſcenæ fiebant, quæ eo nomine dicerentur, fere, ut ſimilis eſſet Scenopegiæ Hebræorum. Lil. Syntag. 17. Hiſtor. Deorum.
SCIRAS, ădis, f. [Σκιράς] Ægina quondam dicta eſt, unde & Minerva Sciras appellatur, & locus alter Atticæ Scira, & menſis Scirophorion. Strab. lib. 9.
SCIRESSA, Mons in Achaia notiſſimus, de quo Plin. lib. 4. cap. 5.
SCIRONA, V. SCIRRHONA.
SCĪRON, ōnis. m. [Σκίρων ἢ Σκείρων] Latro fuit, cujus oſſa quum in mare cecidiſſent, in ſcopulos converſa feruntur, quæ adhuc Scironia ſaxa vocantur. Ovid. 7. Met. 443.
Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet: &c. Filius fuit Canethi & Heniochæ. [An Heniochæ? H. St.] Pythei locum in Megara habitavit, quem dixerunt petras Scironides, unde viatores ſpoliatos præcipites agebat. Alii tradunt hoſpitibus jejunare coactis, panem pedibus offerre conſueviſſe: & apprehendentes, calcibus in mare de præcipitio deturbare. Megarenſes ſcribunt virum bonum fuiſſe: & ejus filiam Endeidem Æaco Jovis filio nupſiſſe: & ex his natos eſſe Peleum & Telamonem: ut Plutarch. auctor eſt. Scironem Theſeus interemit. Hujus meminit Ovid. 2. Epiſt. 69.
Quum fuerit lectus Sciron, torvuſque Procuſtes. Propert. lib. 3. 14. 12.
Nec tamen eſt quiſquam, ſacros qui lædat amantes,
Scironis media ſit licet ille via.
Item ventus Caurus, ſpirans a ſaxis Scironiis, haud procul Athenis. Sen. Quæſt. Nat. 5. 17. Athenas infeſtat Sciron. V. & Dalechamp. ad Plin. 2. 47.
SCIRŌNIUS, a, um. Adj. [Σκιρώνιος ἢ Σκειρώνιος] ut,
Scironia ſaxa, [Σκειρωνίδες πέτραι] Scopuli ſunt non longe ab Athenis, de quibus Strab. lib. 9. Poſt Crommyona igitur Scironides Atticis finibus imminent petræ, juxta mare tranſitum non relinquentes. Super eas autem via eſt in Atticam atque Megaram ab Iſthmo ducens. Adeo autem magis ac magis via petris propinquat: ut in multis ejus partibus præcipitium viatori minetur: tam excelſus & tranſitu periculoſus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte geſtæ, latronumque, & flectentes ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quos Theſeus obtruncavit. Ab hiſce locis extremis flantem, procellaſque cientem ſævum Caurum produnt, Athenienſes Scironem appellant. V. SCIRON ſupra. Hic paulo ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui & Olympius vocatur, & a nonnullis Helleſpontius. Claud. de Bell. Get. 188.
— vallata mari Scironia rupes.
SCIRPUS, i. m. [φλοῦς, σχοῖνος. Gl. L. G. & G. L.] eſt, ut ait Donatus in Ter. And. 5. 4. 39. ſine nodo, & lēvis Junci ſpecies, paluſtris res. Feſtus, Scirpum eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur, lēve & procerum, unde tegetes fiunt. Hic neutro genere declinat Feſtus. Al. tamen legunt Scirpus. Scribitur nonnullis abſque c poſt s primam litteram, Sirpus. Scyrpus a nonnullis per y pſilon.
Inde proverbium, Nodum in Scirpo quærere, ductum eſt, de iis qui difficultates vident, ubi non ſunt; vel ut ait Feſtus, In eas natum res, quæ nullius impedimenti ſunt. Ennius apud eundem,
Quærunt in ſcirpo (ſoliti quod dicere) nodum. Plaut. Men. 2. 1. 22. Ter. Andr. 5. 4. 39. Et Phorm. 4. 5. 3.
Scirpi, [γρῖφοι] apud Gell. dicuntur Captiunculæ, Argutiæque, vel Ænigmata. Sic enim ait lib. 12. cap. 6. Quæ dicunt ænigmata, hoc genus quidem ex noſtris veteribus ſcirpos appellarunt. Petrus tamen Crinitus & Cælius legunt Scrupos. Qui Scirpos legunt ſuam ſententiam ſic tuentur. Scirpæ uſos fuiſſe antiquos in vineis ligandis auctor eſt Varro lib. 4. de L. L. 31. Unde Scirpare pro Ligare uſurparunt. Quæ autem ligantur,

Digitized by Google

ligantur, ea nodo non carent. Nodum autem pro Difficultate, ſententiæque obſcuritate capi, nemo dubitat. Unde eſt illud Horat. in Arte Poet. 191.

Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit.

Qui vero Scrupos legendum putant, hac nituntur ratione. Scrupus proprie Lapillus eſt brevis, qui preſſus ſollicitudinem creat: unde Scrupus, pro Moleſtia & animi angore uſurpatur. Porro ænigmatum interpretatio mentem viri ſtudioſi nihilo reddit minus moleſtam, quam ſcrupulus in calceo, aut via ſcrupuloſa pedem offendit. Moſellanus putat Scirpos dici Ænigmata per antiphraſim. Alias enim proprie Scirpus, Herbam quandam junceam, omnino enodem, ſignificat. Unde proverbium extulit Ter. And. 5. 4. 39. Nodum in ſcirpo quæris. i. e. Scrupulos in re manifeſta inveſtigas. Apud Gellium vero ſermones maxime nodoſi & involuti, ſcirpi vocantur. Hæc illa. [Alii Scirpum, vel Sirpum apud Gell. Naſſam piſcatoriam exponunt.

Scirpeus, a, um. Adj. [ ] Ex ſcirpo factum. Plautus Aulul. 4. 1. 9.

Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis.

Imago ſcirpea. Ovid. 5. Faſt. 659. conf. Varr. 6. L. L. 3. ubi de Argeis.

Scirpea, æ. f. dicitur, Quæ virgis ſcirpatur, hoc eſt colligando implicatur, in qua ſtercus, aliudve ſimile vehitur jumentis. Ovid. 6. Faſt. 680.

— in plauſtro ſcirpea lata fuit. Cato de R. R. cap. 10.

Crates ſtercorarias viminibus contextas appellat Scirpeas. Al. Sirpeas. V. Scheff. de Re vehic. 1. 7 & 2. 20.

Scirpĭcŭla, æ. f. [ ] Falx, qua in ſcirpandis, hoc eſt ligandis vineis utuntur, ad amputanda ſuperflua ligamentorum. Varr. de L. L. 4. 31. Idem de R. R. 1. 22. Falces dicuntur vineaticæ opus eſſe ſex, ſcirpiculæ quinque. Cato de R. R. cap. 11. Al. Sirpicula.

Scirpĭcŏlum, i. n. [ ] Caniſtrum quod ſcirpis aut viminibus confectum eſt: a ſcirpando dicitur. Apud Columel. 10. 304.

— cavo jam vimine textum
Scirpiculum ferrugineis onerate hyacinthis. Propert. 4. 2. 40.
Scirpiculis medio pulvere ferre roſam.

Alii ſcribunt Sirpiculum, & Sirpiculis. V. £ 1.

Scirpicŭlus, i. m. Dimin. Parvus ſcirpus. Varro 2. de R. R. cap. 2. Cum inter hæc bina loca, ut jugum continens ſcirpiculos, ſic colles publice diſtantes paſtiones, &c.

Ex ego ora verberabo ſcirpiculis. Plaut. Capt. 4. 2. 36. al. Sirpiculis.

Scirpo, āre. non occurrit, niſi in Varr. de L. L. 4. 31. & ibi ſemper legitur Sirpo. Sirpiculæ, inquit, a Sirpando, id eſt Alligando. Sic Sirpata dolia, Quaſſa, cum alligata dicta.

Scirrhōma, ătis. n. [ ] Duritia. Eſt & Affectio hepatis, vel aliarum corp. partium, corani neſciens. Plin. lib. 25. cap. 8. Hæc cum cera ſcirrhomata diſcutit. Suidas ſcribit , cum littera ſolitaria.

Scirrhus, [ ] Tumor induratus cum nullo aut modico dolore, originem trahens ab atra bile, aut a pituita. Galen. lib. 14. Method. V. Plin. lib. 7. cap. 15. conf. dict. præced.

Scirtari, Populi Liburniæ apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Sciscitor, **Scisco**, V. in scio.

Scibile, V. scindo. **Scitor**, **Scitum**, V. scio.

Sciŏrus, i. m. [ ] Animal parvum, murini generis: ſic dictum , id eſt ab umbra caudæ. Nam quoties ſub dio, atque non ſub tecto eſt, cauda illi pro tecto eſt atque umbra. Plin. lib. 8. cap. 38. Prævident tempeſtatem & ſciuri: obturantque, qua ſpiraturus eſt ventus, cavernas, ex alia parte aperiunt fores: de cetero ipſis villoſior cauda pro tegmento eſt. Martial. lib. 5. 37.

Cui comparatus indecens erat pavo,
Inamabilis ſciurus.

S C L

Sclavi vel **Slavi**, orum. m. plur. Populi Germaniæ teſte Tacit. Germ. 46. 1. 2. Alii rectius e Sarmatia fuiſſe exiſtimant, uti judicat Cluver. Ant. Germ. 3. 44.

Sclavonia, æ. f. Eorundem ſedes, olim Pannonia, inter Savum & Dravum ſita.

Sclōpus, i. m. [ ] Sonus, qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſ. 5. Sat. 13.

Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Aliis Stlopus dicitur per T.

S C N

Scnips, ĭpis. f. [ ] Scnipes Vermiculi ſunt culicibus ſimiles, vitium oculos erodentes, quos ruſtici ampelitide terra enecabant. Galen. lib. 9. Simplic. Medicam. [Gloſſ. Græc. Lat. , Curculio. ſcribe Corculio. Scribitur & Scips, . V. Suid. in utraque voce.

S C O

Scobina. V. scobs.

Scobs, & **Scōbis**, is. f. ſecundum Priſcianum: vel **Scobis**, is. m. ſecundum Phocam; [, Gl. L. G. G. L.] eſt id quod ab aliqua materia minutiſſimum decidit, dum vel ſerra ſcinditur, vel terebro perforatur, vel lima teritur: necnon ex attritione laterum ſcobs habetur, qua frequenter ad metalla & pavimenta tergenda ſedali miniſtri utuntur. Hor. 2. Serm. 4. 81.

Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus? &c.

Plin. lib. 34. cap. 18. Alii elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

Eburnea. Columel. lib. 7. cap. 10. Nauſeantibus quoque ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale fricto, &c.

Abiegna ſcobe. Colum. lib. 12. cap. 43.

Centroſa ſcobs. V. centrum.

Semodium ſcobis. Juven. 14. Sat. 64.

Scobem facit terebra. Columel. lib. 4. cap. 29.

Scobīna, æ. f. [ ] a Scobe, inquit Varro L. L. 6. 3. Lima enim materia fabrilis eſt. [An Limæ?

Scobina fabri. Plin. lib. 11. cap. 37. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis quicquid appropinquat ventri. Noviſſima aſperitas, ut ſcobina fabri.

Scodra, [ ] Albaniæ, quæ contingit Dalmatiam, urbs. Turcarumque, cujus nunc eſt ditionis, Præfecti ſedes. Italis vulgo *Scutari*, ipſis autem Turcis *Iſcodar*. V. Plin. lib. 3. cap. 22. & Ptolem. lib. 2. cap. 17.

Scolax, ăcis. m. Funale. Iſidor. 20. 10. Funalia Græci ſcolaces vocant, quod ſint ſcoliciæ, id eſt intorta. Sic vulgo legitur. Al. Quod ſint id eſt intorti. Quod magis congruum videtur. [Nec Latinos, Græcos dictionis hujus apud Lexicographos veſtigia ſunt.

Scolex, ēcis. m. [ ] Cæl. lib. 19. cap. 1. Scolecas autem Vermes interpretamur, quorum ſpecies aliquot ſunt: nam qui ſunt in virentibus lignis, ac humectis vocantur , qui in aridis, Thripes: vitium dicuntur Ices, cornuum Ipes, leguminum Troges, veſtium ; ſicuti chartis qui adnaſcuntur, appellantur Tilphæ.

Scōlēcia, æ. f. [ ] Plin. lib. 34. cap. 12. Eſt & alterum genus æruginis, quam vocant ſcoleciam, in Cyprio ære: hoc trito, alumine & ſale, aut nitro pari pondere cum aceto albo quam acerrimo, &c. Teritur autem donec viride fiat contrahatque ſe in vermiculorum ſpeciem, unde & nomen. Hactenus Plin. Græce Vermis dicitur.

Scōlēcium, i. n. [ ] Plin. lib. 24. cap. 4. Coccum autem ilicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua, & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in Attica fere, & Aſia naſcens, celerrime in vermiculum ſe mutans, quod inde ſcolecion vocant, improbantque. Gloſſ. Græc. Lat. , Vermiculum.

Scolium, vel **Scolius**, Mons in Pylo Arcadiæ, vel Theſſaliæ. diſputant enim de finibus Strabo & Sceptius. Strab. lib. 8.

Scōlŏpax, ăcis. f. [ ] Avis roſtro oblongo, in partibus noſtris frequens, *Beccaccium* appellamus. Noctu capitur retibus dum roſtro exſugit terram. Quidam Gallinaginem appellant. V. Geſner. de Avib.

Scōlŏpendra, æ. f. [ ] Piſcis. Plin. lib. 9. cap. 43. Scolopendræ terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent. [Gloſſ. Græc. Lat. , Contiſes, Centipes. Prior vox quid ſignet neſcio.

Scolopendrion, i. n. [ ] eſt herba, quam totus officinarum chorus herbariorumque, Ceteracum vocant, vel Ceterac, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, pediculo nigro, &c. Ruellius lib. 3. cap. 67.

Ad calculoſos herba ſcolopendrion, q[...]n nos calcifragam appellamus, bella fecit contrita. Scrib. Larg. Com[...] 150.

Scolopomachærion, i. n. [ ] Cultellus pali imagine inter chirurgica organa a Galen. numeratus. Rhodig. 19. Lect. antiq. 1. [Gloſſ. Græc. Lat. , Sudis. Apud Henr. Steph. extat .

Scōlus, i. m. [ ] Urbs in Græcia eſt, juxta Thebas, notat Plin. lib. 4. cap. 7.

Apud Scolum Bœotiæ præſtantes fieri panes conſueſſe ſcribit Cæl. lib. 9. cap. 16.

Scolus, [ ] Strab. lib. 9. Pagus eſt in ora Aſopia ſub Cythærone, ſedes injucunda atque aſpera. Indeque natum eſt proverbium, Ad Scolon neque ipſe vades, neque alteri comes ibis. V. Chiliad. Ex eo quoque loco deductum Pentheum diſcerptum fuiſſe memoriæ proditur.

Scōlȳmos, i. f. [ ] Herba, quæ & Strobilus, quod echinos habeat nuci pineæ ſimiles: & Cinara, quod cineribus gaudet, appellatur. Theodorus Carduum vertit. Eſt enim revera carduus ſativus, quem vulgus *articoccallum* vocat. Plin. lib. 22. cap. 22. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limoniam appellat. Frutex eſt nunquam cubitali altior, criſtiſque foliorum ac radice nigra, ſed dulci. V. cinara. Nec me fugit (inquit Ruell. lib. 3. cap. 14.) Æginetam Paulum Aetiumque ſcolymon a cinara dirimiſſe, hanc officere ſtomacho, illum prodeſſe monſtrantes. Nec invenio Græcia aliud habere diſcriminis, quam quod ſcolymos ferus eſt & ſilveſter, cinara vero domita cultu ruditate mitior & altilis. [Cinara, vox Græcæ originis eſt. Gloſſ. Græc. Lat. , Hic carduus, Caria. — & carica paſſus acuta.

Scombraria, æ. f. [ ] Herculis inſula eſt ad Carthaginem ſpectans, quam a Scombrorum multitudine, qui inibi capiuntur, eo nomine appellatam Strab. lib. 3. notat.

Scomber, vel **Scombrus**, i. m. [ ] Genus piſcis marini. Plin. lib. 9. cap. 15. Cum thynnidæ & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quæque ducibus, & primi omnium ſcombri, quibus eſt in aquis ſulphureus color, extra qui ceteris. Plaut. Capt. 4. 2. 72. Plin. lib. 32. cap. 11. Laudatiſſimi, ſcomber, ſalpa, ſparus, &c. V. Columel. 8. 17. & Catul. 96. 8.

Iberum piſcem vocat Hor. 2. Serm. 8. 46.

Scomber, Ruellio ſignificat eum piſcem, qui apud Gallos dicitur *Maquereau*, a frequentibus ſcilicet maculis. Angl. *Mackerel.* Et vitiligines tibiarum variegatarum ab igne per hiemem (cujus exemplum videre eſt in vetulis) dicuntur *Maquereaux*.

Scomma, ătis. n. [ ] Latine dicitur Cavillum; eſt (ut ait Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3.) Morſus figuratus, quia ſæpe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud ſonet, aliud intelligas, nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit; ſed nonnunquam in quos jacitur & dulce eſt . [Gloſſ. Græc. Lat. , Cavillatio. , Cavillor.

Scōpæ, ārum. f. pl. pr. dub. [, Gl. L. G. & G. L.] inſtrumenta quibus pavimenta verruntur. Plaut. Stich. 2. 2. 23.

Munditias volo fieri hic: ferte huc ſcopas, ſimulque arundinem
Ut operam omnem aranearum perdam, & texturam improbem.

Scopæ, quaſi Scobæ dicuntur, quod his purgamenta veluti ſcobem educimus. Perott. Sed diſcrepat quantitas.

Viles ſcopæ. Hor. 2. Serm. 4. 81. V. scobs.

Scopæ diſſolutæ, Homines nihili nulliuſque prorſus conſilii Cicero vocat 7. Att. 13. L. Cæſarem vidi Minturnis ad VIII Calend. Febr. mane, cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas, ut id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe. Idem in Orat. 235. agens contra eos, qui numeros orationis contemnunt, Scopas diſſolvere dixit, pro eo quod eſt, Rem prorſus inutilem efficere. Nam Scopæ colligatæ, & ſpeciem videntur habere qualemcunque, & ad verrendum pavimentum ſunt accommodatæ: porro ſi diſſolveris, nihil inutilius, nihil inelegantius. Eraſm.

Scopæ, dicuntur Virgæ & putamina, qualiſque frondamenta virgultorum vel herbarum & fruticum: ut, Scopæ manuales chamæmeli, quas medici vulgo *manipulos* vocant. Plin. lib. 24. cap. 15. Cato de R. R. cap. 152. Facito ſcopas virgeas ulmeas aridas, in aſſerculo alligato, duabus

latera

latera doliis intrinſecus uſque bene perfricato, ne fæx in lateribus adhæreſcat. Veget. de Re Mil. 2. 33. Sagittarii, vel funditores, ſcopas, hoc eſt fruticum, vel ſtraminum faſces pro ſigno ponebant.

Scopa regia, [Σιδηρῖτις Gl. L. G.] Herba. Plin. lib. 25. cap. 5. De achilleo herba, quæ & millefolia appellatur. Etiamnum aliam ſimilem huic, ſed candidioribus foliis & pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis naſcentem. Aliam vero binûm cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, betæ ſemine, omnes vulneribus præcipuas. Noſtri eam, quæ eſt latiſſimo folio, ſcopam regiam vocant. Ruellius dicit eam eſſe quam vulgus *herbam carpentariorum* appellat, quod materiarii fabri ſæpicule hac utantur ad glutinanda vulnera. [Alias, ut obſervarunt Grammatici & Gloſſularii in Singulari hæc dictio non invenitur. Quædam Gloſſ. Lat. Græc. tamen, Scopa, Σάρον. Scopam regiam, ἱερoβoτάνην interpretatur Scribon. comp. 153.

SCOPELISMUS, V. poſt SCOPUS.

SCOPŬLA, æ. f. Dimin. [σκoπίδιον] Columel. lib. 12. cap. 18. Deinde peniculo detergitur, & ferventiſſima pice infuſa, novo alio rotabulo & ſcopula picatur. Idem lib. 12. cap. 38. Scopulis aridæ myrti ſeria ſuffiatur.

SCOPIUM, I. n. & SCOPUS, i. m. Ramoſum id, ex quo dependent acini. Cato de R. R. cap. 112. extr. Tum acinos de uvis miſcellis decerpito de ſcopio in idem dolium.

Scopus uvæ. Ruell. lib. 1. cap. 9. Uva, ſcopo & frequentibus acinis compacta. Scopus, ramoſum id, quo dependent acini. Quibuſdam etiam proprie Racemus æſtimatur, etſi pleromque cum Uva confundatur. Varr. 1. de R. R. cap. 54. Quæ calcatæ uvæ erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubjiciendi ſub prelum: ut ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum. Acini conſtant folliculo, vinaceis, muſto. Meminit & Cæl. lib. 12. cap. 14. Sed V. SCAPUS.

SCOPO, āre. Varro. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5. In fuſtium virgatorumque et tintinnaculos admunitione uſurpat ſimplex vulgus, quo tamen ſcientiſſimus ac eloquentiſſimus utitur Hieronymus, quum in Eſajæ tralatione ſcribit: Scopabo Babylonem in ſcopa terens, dicit dominus exercituum. Dignum vero ſcire eſt: Scopam, ſeu verius Scopas, uti Fabio placet, dici a Græcis κόρημα, ἀπὸ τοῦ κορεῖν, quod ſcopare, ornareque nobis indicat. Unde illud apud Ariſtophanem elegantiſſimum, Μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα. Ne ſcopes Græciam, i. e. Ne in deſolationem redigas.

SCOPĀRIUS, i. m. [σαρωτής] Miniſter, cujus miniſterium eſt ut deverrat pavimenta ſordentia. Ulpian. in l. Inſtrumento fundi. D. de fund. inſtruct. Quibuſdam in regionibus accedunt inſtrumento, ſi villa cultior eſt, etiam atrienſes, ſcoparii.

SCŎPAS, æ. m. [Σκόπας] Statuarius eminentiſſimus, qui Mauſoleum cælavit. Plin. lib. 35. cap. 5. Hor. 4. Carm. 8. 6.

Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus. conf. Vitruv. 9. 9. & Sold.

SCŎPĔLUS, [Σκόπελος] Inſulæ nomen, quæ eſt ante Troada Aſcanio apud Plin. lib. 5. cap. 31.

SCŎPES, um. f. pl. [σκῶπες] Aves ſunt nocturnæ ex genere noctuarum, eædem cum his, quos Bubones Latini appellant. Dictæ Scopes, quaſi σκώπες ὄντες ἀργοί: ſunt enim raucæ & minime canoræ. V. Plin. lib. 10. cap. 49.

SCOPIUS, Mons in Macedonia apud Plin. lib. 4. cap. 10.

SCOPTŬLA, n. pl. Scoptula operta [ὠμoπλάται] quæ medicis dicantur, docet Celſus his verbis, lib. 8. cap. 1. A cervice duo lata oſſa utrinque ad ſcapulas tendunt, noſtri ſcoptula operta, ὠμoπλάτας Græci nominant. Ea in ſummis verticibus ſinuata, ab his triangula, paulatimque lataſcentia, ad ſpinam tendunt: & qua latiora quoque parte ſunt, hinc humeros. Hactenus Celſus. Latos humeros quidam vocant, alii Oſſa humeraria. [Sed Celſi verba ſine dubio corrupta ſunt. Neque enim ὠμoπλάται, i. e. Scapulæ, ut alias ipſe Celſus vocat, ad ſcapulas tendunt. Puto reliquiſſe, Ad humeros tendunt; noſtri lata ſcapularum oſſa &c. Sic enim ibidem ſæpius vocat deinceps.

SCŎPUS, i. m. [σκοπός] Finis in quem emittendo tela dirigimus: a Græco σκοπεῖν, quod eſt conſidero, contemplor, ſpeculor. Macrob. Propoſitum vocat, quod Græci σκοπὸν nominant.

Scopus, metaphorice pro Fin, quo mens & propoſitum noſtrum dirigitur, Cic. 8. Att. 11. Eidem lib. 15. 18. Σκοπὸς hic eſt enim huic noſtro, nihil præbere. Idem 12. Philipp. 22. quid ſit ſcopus declarat his verbis, Quum omnes actiones horum menſium, omnes ſententiæ meæ pervenerint ad eum exitum, qui mihi fuit propoſitus.

Scopum vocat Cic. 16. Fam. 24. Proram & Puppim. [Gloſſ. Græc. Lat. Σκοπός, ὁ βάλλων, Scopulus. Σκοπὸς, ὁ προαίρεσις, Voluntas. Ubi forſan Scopus legendum. V. tamen in SCOPULUS.

SCŎPŬLUS, i. m. dimin. [σκόπελος, σκοπιά] Saxum eſt eminens, ut ait Servius: a ſpeculando ita vocatus, σκοπεῖν enim ſpeculari eſt. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio a dextra maris, ſcopulis inacceſſa. Cæſ. 3. Bell. Gall. 13. Et eadem de cauſa minus incommode ſcopulis continebantur. Virg. 1. Æn. 45. — ſcopuloque infixit acuto. [V. Suid. Apud Latinos tamen non fere niſi Maris vel Litoris ſcopulos legimus. Hinc Gall. *Eſcueil*.

Veſtes ſcopulorum. Catull. 62. 244.
Altus. Virg. 5. Æn. 220.
Exeſi. Sen. Herc. fur. 2.
Frequentes. Juven. 13. Sat. 246.
Immanis. Ovid. 14. Met. 182.
Piſcoſi. Virg. 4. Æn. 255.
Præruptus ſcopulus, ſicut Rupes prærupta. Ammian. Marcell. lib. 30. Oblitus profecto, quod regenti imperium omnia nimia, velut prærupti ſcopuli, ſunt devitanda. H. St. In edit. Valeſ. cap. 8. exſtat, Proceri ſcopuli.
Sævus. Virg. 5. Æn. 270.
Sonantes. Virg. 1. Æn. 204.
Turriti. Virg. 3. Æn. 536.
Vomentes æquor ſcopuli. Lucan. lib. 6. 24.
Accedere ad ſcopulos. V. ACCEDO.
Appellere ad ſcopulos. V. APPELLO.
Conſcendere ſcopulum. Virg. 1. Æn. 184.
Dant clamorem ſcopuli. Virg. 3. Æn. 566.
Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere.
Ire ad ſcopulum, pro Perire, & in nihilum redigi; metaphora eſt a navibus ſumpta, quæ quum ad ſcopulos impingunt, diſſolvi ſolent, atque ſummergi. Lucret. lib. 2. 1172.
Excutere aliquem præcipitem ſcopulo. Virg. 10. Æn. 532.
Exſtruere immanes ſcopulos. Claud. 4. Conſ. Hon. 103.
Minantur ſcopuli gemini in cælum. Virg. 1. Æn. 163. i. e. Eminent. Servius.
Pendens minaci ſcopulo. Virg. 8. Æn. 668.

Scopulus, per translationem. Cic. pro Roſc. Amer. 79. Reſtare tibi videbatur ſervorum nomen, quo quaſi in portum rejectus a ceteris ſuſpicionibus confugere poſſes: ubi ſcopulum offendis ejuſmodi, ut non modo ab hoc crimen reſilire videas, verum omnem ſuſpicionem in voſmet ipſos recidere intelligas.

Ad eoſdem ſcopulos navem appellere. Cic. pro Rabir. perd. reo, 25. Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sexti Titii afflictam navem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres.

Geſtare ſcopulos in corde, dicitur is qui nulla movetur miſericordia. Ovid. 7. Met. 33.

Scopulus, pro Scopo. Suet. Domit. cap. 19. extr. Nonnunquam in pueri procul ſtantis, præbentiſque pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. [Niſi Scopo, ut doctis placet, ſcribendum. Etiam in Gloſſ. tamen legitur. V. ſupra in SCOPUS. Poſſis etiam Pro ſcopula legere. V. quæ ex Veget. in SCOPA afferuntur.

SCOPULŌSUS, a, um. Adj. [σκοπελώδης] Scopulis plenum. Plin. lib. 9. cap. 18. Dejectumque per ſcopuloſa & abrupta, ubi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hoſpitari.
Colles ſcopuloſi. Sil. lib. 7. 274.
Limes ſcopuloſus. Stat. 1. Theb. 332.
Rupes ſcopuloſa. Lucan. lib. 2. 619.
Scopuloſus locus & difficilis, translate. Cic. 1. Verr. 36. Intelligo quam ſcopuloſo difficilique loco verſer: nam cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii, atque eloquentiæ multo moleſtiſſima. Idem 3. de Orat. 66. Oratores autem in inferum hoc, Tuſcum & Barbarum, ſcopuloſum, atque infeſtum laberentur, in quo etiam ipſe Ulyſſes erraſſet.

SCOPĔLISMUS, i. m. [σκοπελισμός] Ulp. in l. Saccularii. D. de extraord. crimin. Sunt quædam, quæ more provinciarum coercitionem ſolent admittere: utputa in provincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellant, cujus rei admiſſum tale eſt. Plerique inimicorum ſolent in prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt lapides ponere, indicio futuros, quod ſi quis eum agrum coluiſſet, malo leto periturus eſſet inſidiis eorum, qui ſκοπέλους poſuiſſent: quæ res tantum terrorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui σκοπελισμὸν fecerunt. Hanc rem præſides exſequi ſolent graviter uſque ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortem comminatur.

SCORDALUS, i. m. velut Scorodalus, i. e. Homo alliatus, fœdus, impurus, & ſordidus illuvie ſqualoreque. Seneca in epiſt. 83. Tullius, inquit, Cimber, & nimius erat in vino, & ſcordalus. Idem Epiſt. 57. pr. Adjice nunc ſcordalum, & iuvem deprehenſum. Hoc verbum etiam exſtat in Petronio cap. 95. Ego autem, inquit, nactus occaſionem vindictæ, Eumolpum excludo, redditaque ſcordalo vice, ſine æmulo ſcilicet, & cella utor & nocte. Ut tamen verum fatear, Scardalus in Petronio ſcribitur, ut exiſtimo, perperam. Eſt & hodie Græcis Scordalus, Morbus in oculis equorum, in angulo creſcente caruncula. Ex Turneb. 7. 4. V. Pitiſc. in Suet. Aug. 65. & not. var. ad Petron. [Apud Senecam alius intelligi nequit, niſi παρoινικός, i. e. Ganeo, vel Stuprator aliquis. Nolim igitur ab Allio vocem arceſſere.

SCORDIACUS, i. m. [ἐφίππιον] Ephippium. Vet. Gloſſ. Lat. Græc. Hinc

SCORDISCĂLA, is. n. Idem. Gloſſ. Græc. Lat. Ἐφίππιον, Scordiſcale.

SCORDISCĀRIUS, I. m. apud Hieronymum, Qui talia ſtrata vel coactilia facit & tegumenta. Turnebus conſ. Lex. Pitiſc.

SCORDISCI, [Σκoρδίσκoι] Populi Pannoniam incolentes in montis Claudii fronte, quo monte dividuntur a Tauriſcis. Plin. lib. 4. cap. 25. Scordiſci etiam gens Gallica a Cimbris devexata traditur a Strabone lib. 7.

SCORDIUM, i. n. [σκόρδιον] Herba eſt apud Dioſcoridem, tam in montoſis, quam in paluſtribus locis naſcens, foliis Trixaginis, majoribus tamen, & in ambitu non uſqueadeo diviſis, caule quadrangulo, flore ſubrubro. Dictum Scordion ἀπὸ τοῦ σκορόδου, hoc eſt ab allio, cujus odorem refert, & acrimoniam. Galen. lib. 8. Simplic. facultat.

SCORDONA, Inſula Dalmatiæ adjacens, auctore Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Vulgo *Maiſonſegno*.

SCORDŌTIS, [σκoρδῶτις] Herba, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramoſa, quernæ ſimilitudine, foliis lanuginoſis, amari guſtus: reperitur in campis pinguibus. Ea a quibuſdam appellatur Scordion. Ex Plin. lib. 25. cap. 6. pr.

SCŌRIA, æ. f. [σκωρία] Metallorum purgatio, & recrementum, quaſi fæx, ſicut ſpuma, quæ ex ferveſcente materia tollitur. Plin. lib. 33. cap. 4. Quæ e camino jactatur ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria.
Æris ſcoria. Plin. lib. 34. cap. 11.
Argenti ſcoria. Plin. lib. 33. cap. 6.
Plumbi ſcoria. Plin. lib. 34. cap. 18.

SCŎRŎDON, i. n. [σκόροδον] Herba eſt notiſſima, Allium Latini appellant. Gloſſ. Græc. Lat. Σκόροδον, Allium, Neccat. V. ALLIUM.
Eſt & Silveſtris allii genus, quod Græca appellatione, ὀφιοσκόροδον, quaſi allium anguinum, vocitatur. Dioſc. 2. 141.

SCORODOPRASUM, i. n. [σκοροδόπρασον] magnitudine porrum æquans herba. Participat ſaporem allium & porrum: unde ſibi vires promiſcuas ex utroque vendicavit, effectus allii & porri præbens: Inefficacius tamen Coctum, porri modo, dulceſcit, & in olerum vicem tranſit. Dioſcorid. lib. 2. cap. 148. apud Matthiolum.

SCORPÆNA, æ. f. [σκόρπαινα] Genus piſcis apud Plin. lib. 30. cap. ult. Meminit ejus & Ambroſius: Scorpæna (inquiens) quoque caſtitatem immaculati connubii generi ſuo ſervat, non percutit ſed reficit.

SCORPIO, ōnis & SCORPIUS, i. m. [σκορπίος] Beſtiola, venenato caudæ ictu nocens. Plin. lib. 11. cap. 25. Semper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, nequando deſit occaſioni. V. plura in eodem capite. V. etiam Celſ. lib. 5. cap. 27. Dicitur & Nepa. Gloſſ. Græc. Lat. Σκορπίος, Scorpius, Nepa; & alibi Γένος σκορπίου, Nepa. Lat. Græc. Nepa, Σκορπίος.
Metuendus acumine caudæ ſcorpius. Ovid. 4. Faſt. 163.
Scorpios, ſive Scorpio, Signum cæleſte. Columel. lib. 11. cap. 2. Sol ingreditur Scorpium XIII Calend. Novemb. Plin. lib. 17. cap. 24. Quum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario.

Ardens Scorpius. Virg. 1. Georg 35.
Cauda reinſe ſcorpius. Lucan. lib. 1. 654.
Concavat brachia Scorpius. Ovid. 2. Met. 195. V. BRACHIUM.
Formidoloſus Scorpius. Hor. 2. Carm. 17. 17.
Scorpio, Militare inſtrumentum, quod parvis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem: ſive quod ſcorpionis ſimilitudinem habeat, quum arcus hinc atque hinc chelarum ſimilitudinem præ ſe ferat, ſpiculum caudæ. Sunt qui Arcubaliſtam appellant. Quidam etiam accipiunt Scorpium pro Genere inſtrumenti torquendi, ut ſunt rubi aculeati, vel flagellum virgarum, ut ſcutica habens in ſummitate glandes plumbeas. Plin. lib. 7. cap. 56 Et in tormentis ſcorpionem Cretas inveniſſe dicunt. Cæſ. 7. Bell.Gall. 25. extr. Scorpione ab latere dextro trajectus concidit. [Metaphr. βέλος τινὸς βαλὼν. Sic Liv. 26. 47. Unde liquet Miſſile telum eſſe. Suidas σκορπίδιον vocat ex Polyb. q. V.
Scorpio, Tormentum eſt bellicum, ſed telum etiam illius tormenti, id eſt quod an tormento mittitur. Hirt. de Bello Afric. cap 29. extr. Scorpione accuratius miſſo, atque eorum decurione percuſſo & ad terram defixo. Videtur enim potius Telum hic, quam Tormentum ſignificari: quanquam ſi quis Tormentum velit, non repugnabo. conf. Lex. Pitiſc. & Etymol. Voſſ.
Scorpio, Piſcis. Plin. lib. 32. cap. 11. Onomaſt. Lat. Græc. Scorpios, Σκορπίος. [Scribe Scorpio, vel Scorpius. Idem f. σκόρπαινα, & σκορπίς.
Scorpius, [σκορπιοειδὴς] Herba eſt ſemen habens ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis, quæ valet adverſus animal ſui nominis. Plin. lib. 22. cap. 15.
SCORPIONIUS, a, um. Adj. [σκορπιόνειος] Plin. lib. 20. cap. 1. Aliqui etiam ab eo ſcorpionium cucumim vocant, efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus.
SCORPITES, [σκορπίτης] Gemma eſt ſcorpionis colore. Plin. lib. 37. cap. 11.
SCORPIURON, [Σκορπίουρος] Herba quam Tricoccum appellant, foliis parvis, in terram declinantibus: ſemen ei eſt effigie ſcorpionis caudæ: quare ea ei nomen. Plin. lib. 22. cap. 21.
SCORTATOR, SCORTATUS, SCORTEUS, SCORTILLUM, SCORTOR, SCORTULUM, V. poſt SCORTUM.
SCORTUM, i. n. proprie Corium eſt animalium, præſertim eorum, quæ craſſiorem pellem habent, ac duriorem. V. Varr. de L. L. 6. 5. & Feſt.
Scortum, dicitur etiam Meretrix. [σκύλος, πόρνη, ἑταίρα, φιλοκρόνη, Gl. L. Gr.] Plaut. Aſin. 4. 2. 5. Idem 5. 2. 17.
Is apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet. Cic 2. in Catil. 10. Quod ſi in vino & alea comeſſationes ſolum & ſcorta quærerent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi.
Scorta appellantur Meretrices, quia, ut pelliculæ, ſubigantur. Omnia namque ex pellibus facta, ſcortea appellantur. Scortes id eſt pelles teſtium arietinorum ab eiſdem pellibus dictæ. Paulus apud Feſtum. Hinc & Scrotum Chirurgi noſtri dicunt, pro Scortum. [Imo ipſe Celſus. V. Cl.
Scortum devium; non proſtiturum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtius, minuſque vulgare, ab Horatio dicitur 2. Carm. 11. 21. V. DEVIUS.
Scortum preſſum quaſillo. Tibull. 4. 10. 4. —preſſumque quaſillo
Scortum, quam Servi filia Sulpicii. Scortillum ſignificat Egenum, & ſe meretricio quæſtu male tolerans, lenificioque miſeram trahens vitam. Quæ enim ad extremam redactæ erant paupertatem meretrices & mulieres, lanam demum faciebant, & illa ſe Minerva exhibebant. Turnebus.
Honeſtum officium ſcorto poſtponere. Hor. 1. Epiſt. 18. 34.
Scortis implicitis. Vide IMPLICITUS. H. St.
Scortum etiam dicitur de Pueris muliebria patientibus. Liv. 39. 42. Philippus nobile ſcortum. [In Gloſſ. Græc. Lat. Πόρνος, Scortus.
SCORTA, æ. f. Gloſſ. Lat. Græc. Scorta, Χαμαιτύπη, Χαμαιτυπεῖον. Græc. Lat. Πόρνη, Lupanaria, Scorta, Meretrix, Fornix. [Forte in priore ſcribendum Χαμαιτύπιον, voce diminutiva, i. e. Scortillum. Nam Χαμαιτυπεῖον eſt πορνεῖον, Lupanar.
SCORTULUM, i. n. Gloſſ. Vet. Lat. Gr. Scortulum, Πόρνη.
SCORTILLUM, i. n. dimin. [πορνίδιον] Catull. de Varo & ſua amica, 10. 3.
Scortillum mihi quum repente viſum eſt,
Non ſane illepidum, nec invenuſtum.
SCORTEUS, a, um. Adj. [σκύτινος, δερμάτινος Gl. L. G. & G. L.] dicitur Omne id, quod ex pellibus factum eſt, ut ait Feſt. conf. Varr. d. l. & Ovid. 1. Faſt. 629.
Scorteum, ab eadem cauſa, qua Scortum, vocabatur Pelliceum, in quo ſagittæ reconduntur: ab eo quod ex pellibus factum eſt: quia pellibus nomen a σκύτος, quod Pellis, unde Scuticæ & Scuta, quia non ſine pellibus ſunt. Feſtus.
SCORTEA, æ. f. Subaudito Veſtis. Gloſſ. Lat. Gr. Scortea, Διφθεροχιτών. [Scribe Διφθεροχιτών. Hæc
Penula ſcortea. Martial. lib. 14. 130.
Ingrediare viam cælo licet uſque ſereno,
Ad ſubitas nuſquam ſcortea deſit aquas. Sabaud. Penula, quod in Lemmate expreſſum eſt.
SCORTOR, [πορνεύω, Gl. L. G. πορνεύω G. L.] ari. Eſt, ut Varro de L. L. 6. 5. exponit, Sæpius meretriculam ducere. Ter. Heaut. 1. 2. 32.
Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivarier. Idem Adel. 1. 2. 21.
Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum
Scortari, neque potare.
SCORTATOR, oris. m. [πορνευτὴς] Scortorum ſectator. Cic 2. in Catil. 24. O bellum magnopere pertimeſcendum, quum hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem Prætoriam. Hor. 1. Serm 5. 75.
SCORTATUS, ûs. m. Apul. 5. Mileſ. p. 171. Elmenh. Quod ille quidem montano ſcortatu, tu vero marino natatu ſecaſſeritis.
SCOTI, vel SCOTTI, [Σκότοι] Britanniæ Septentrionalis populi, quondam Anthropophagi. Hieronymus contra Jovinianum lib. 2. Quid loquar de ceteris nationibus, quum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis veſci carnibus, & quum per ſilvas porcorum greges, & armentorum, pecudumque reperiant, paſtorum nates, & feminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari? Hæc ille. Cui divus Chryſoſtomus in ſermone Pentecoſtes, ſtudio pietatis ſubſcribit, Ante hac (inquit) quoties in Britannia humanis veſcebantur carnibus? Nunc jejuniis reficiunt animam.

Lingua omnibus ſibila. Ideo Strabo lib. 4. Britannos balbutientes vocat, quos ipſe Romæ viderit.
SCOTIA, vel SCOTTIA, æ. f. Regio Septentrionalis Britanniæ, quam incolunt Scoti, de quibus ſupra. Olim Caledonia vocata eſt V. Tacit. in Agric. Vita. Vulgo *Albayn*; hodie vero *Scotland*. V. plura apud Boeth. & Buchanan. in Hiſt. Scot.
SCOTICUS, a, um. Adj. Claud. de Laud. Stil.
—ne bella timerem
Scotica, vel Pictam tremerem.
SCOTIA, æ. f. [σκοτία Gl. G. L.] Idem quod σκότος, Tenebræ. Item Cavitas in alicujus rei fundo.
Eſt & verbum Architecturæ proprium, quod Heſychius Triglyphum dicit ſignificare. Uſus eſt Vitruvius 4. 3. cum ſcribit Scotiam a Græcis trochilon appellari. V. Turnebum & Baldi Lex.
SCOTINUS, a, um. Adj. [σκοτεινὸς] Tenebroſus, obſcurus. Gloſſ Græcol. Scotinos dictus eſt Heraclitus Epheſius, vir nobilis & memoratu dignus, ſed in Phyſicis valde obſcurus; de quo vide Strabon. lib. 14. conf. Cic. 2. de Fin. 15. & Diog Laert.
SCOTITAS, [Σκοτίτας] Locus eſt apud Lacedæmonios, denſis quercubus umbroſus, in quo Juppiter colebatur, cognomento Scotitas, ut eſt auctor Pauſanias in Lacon. p. 91. Wech.
SCOTOMA, ătis. n. [σκότωμα] Hermolaus, Scotomata, ſive ſcotodiniæ, ex frigidis & lentis humoribus in cerebrum devocatis oriuntur: ita ut ſic affecti occaſione parva ſuccidant. Vertigines eas appellant noſtri, quoniam ob oculos eorum verticoſa quædam & rotatilia circumagi videantur. [Verbale eſt a Σκοτοῦμαι, quod a Σκότος. Gloſſ. Græc. Lat. Σκοτοῦμαι, Verticinor. Scribo Vertiginor. Dicitur & Σκοτοδινία, quod ibidem Cæcia redditur. Suid. Σκοτοδινιῶ, Σκοτοῦται, μετὰ σκότους ὀφθαλμῶν συμφέρεται, ὁ ἐστιν ἰλιγγιᾷ.
SCOTOMATICUS, a, um. Adj. [σκοτωματικὸς] Vertigine laborans. Scribonius Largus comp 99. Item ſanat, quibus ſubitis tenebris obſcurantur oculi cum vertigine, ſcotomaticos hos Græci vocant.
SCOTUSSA, [Σκότουσσα] Oppidum eſt in confinio Macedoniæ ad Neſſum amnem, locum habens, quem κυνὸς κεφαλὰς, hoc eſt Canis capita appellant, in quo Romani & Ætoli, T. Quintio duce, Philippum, Demetrii filium, Macedoniæ regem, ingenti prælio ſuperarunt. Auctor Strabo lib. 9. conf. Liv. in Hiſt. belli Macedonici.
SCOTUSSÆUS, a, um. Adj. [Σκοτουσσαῖος] Scotuſſæi, Populi liberi in Macedonia apud Plin. lib. 4. cap. 10.

S C R

SCRACIA, æ. f. æque deſpicienda ac contemnenda ut ſcrea ſputaque, ſic vocata quaſi Screacia. Verſus Accii extat apud Varro. de L. L 6. 3. Scraciæ, ſcrupedæ, ſtrictabillæ, tantulæ. Videtur Varro Scraciam explicare Siccam. Nam in eo videtur legendum, Scracia Siccam ſignificat, vel Exſiccam ſignificat. Nam cum ſiccæ ſunt & arentes fauces, magno & difficili ſtrepitu & roncho velut trochlea ſcreatum trahimus. Turnebus. At plerumque longe aliter legitur hic verſus. viz. Stratæ, ſcrupedæ, ſtrativolæ, ſordidæ. V. Gell. 3. 3. Al. vero, Scraptæ, ſcrapedæ, &c. Nempe.
SCRAPTA, æ. f. Vox Plautina apud Non. 2. 765. q. V.
Scraptæ, dicebantur Nugatoriæ, ac deſpiciendæ mulieres. ut ait Verrius, ab iis, quæ ſcrea iidem appellabant, id eſt, quæ quis exſcreare ſolet, quaſi eo id faciendo ſe purgaret. Titinius in Prilla:
Rectius mecaſtor piculetæ poſtumæ
Lectum hodie ſtratum vidi ſcraptæ mulieris. Feſtus.
SCREO, [χρέμπτομαι] āre. Cum conatu quodam de pectore ſputum ejicere. Nonio e REI. Screare idem eſt ac Exſpuere. Plaut. Curc. 1. 2. 22.
Vini pollens lepidus Liber,
Tibi qui ſcreanti ſiccæ, ſemiſomnæ
Affert, potionem & te ſedatum it. Plin. lib. 26. cap. 1. Eadem, in jumento homineque, phlegma aut ſanguinem qui ſcreatur, talos circum ligata, ſanat. De radice aſparagi. Vetus exemplar ſcriptum legit, Flereina, aut ſanguinem, qui ſe ad talos dejecerit, circumlig.
SCREATUS, ûs. m. [χρέμψις] Ter. Heaut. 2. 3. 132. Gemitus, ſcreatus, tuſſis, &c. V. Suet Neron. cap. 24. Tacit. 16. Ann. 4.
SCREATOR, ōris. m. [χρεμπτὴρ] Qui ſcreat. Plaut. Milit. 3. 1. 52.
Minime ſputator, ſcreator ſum, itidem minime muccidus.
SCREABILIS, e. Adj. [χρεμπτὸς] Quod ſcreari poteſt. Non legitur extra compoſitum Exſcreabilis. V. EXSCREO.
SCRIBA, V. SCRIBO.
SCRIBLIGO, ĭnis. f. [σολοικισμὸς] a vetuſtioribus Latinis dicebatur Solœciſmus, a tortuoſæ orationis pravitate ac verſura. Sed ſcribendum potius Striblígo. V. ſuo loco.
SCRIBLITA, æ. f. Genus cibi appellatum eſt, quod in circuitu ad reſtis modum torqueretur. Hoc ſolum differens a placente, quod ſine melle coquebatur, & ferventiſſima edi ſolebat. Cato R. R. cap. 78. Martial. lib. 3. 17.
Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis,
Urebat nimio ſæva calore manus. Plaut. Pœn. prol. 43.
Nunc, dum ſcriblitæ æſtuant, occurrite.
Alii Striblita. Vide STRIBLITA. H. St. Mele. Gloſſ Lat. Græc. Scriblita, Ἐγχυτὴ πλακοῦς. Sic enim, ſublata diſtinctione legendum Eſt enim Ἐγχυτὴς inſtrumentum, per quod meſſa ad has cruſtulas conficiendas in ſartaginem, oleo vel butyro liquato fervidam, demittitur.
SCRIBLITARIUS, i. m. Qui ſcriblitas conficit. Afran. apud Non 2. 483.
SCRIBO, pſi. ptum, [γράφω] ĕre. notæ ſignificationis. Plaut. Aſin. 4. 1. 10.
Et ſcribas vide plane & probe. Idem Pſeud. 1. 5. 131.
Quaſi in libro quum ſcribuntur calamo litteræ.
Sunt qui Partic. Scribtum faciunt, atque ſimiliter, per b, inde derivata. Quaſi ſcilicet ex Scribitum contractum ſit. Atque ita apud Non. Mercerus V. Voſſ. de Analog. 3. 25.
Corticibus ſcribere. Propert. lib. 1. 18. 22.
Notis ſcribere, & Celeriter excipere. Quintil. lib. 11. cap. 2. V. NOTA.
Notis, & Sermonibus ſcribere, opponuntur. Varro apud Servium in 6. Æn. 74. In foliis palmæ, interdum notis, interdum ſermonibus ſcribebat. Turnebus.
In animo ſcribere. Ter. And. 1. 5. 49.
In aqua ſcribere. Catull. 68. 4.
Scribere ſua manu, non autem Propria manu. Nuſquam enim apud bonos auctores poſterius reperitur. Cic. 5. Att. 14. Antequam aliquo loco conſederim,

re, neque longas a me, neque ſemper mea manu litteras exſpectabis. Ibid. lib. 7. 2. pr. Sexcentas uno tempore accepi, aliam alia jucundiorem, quæ quidem erat tua manu. Idem 3. in Catil. 10. Legimus, erat ſcriptum ipſius manu. Liv. 37. 10. Coram nuncio ejus Polyxenidas ſua manu ſcripſit. Junge Plin. 23. 8.
Fœdere Amilcaris ſcripta manu. Liv.
Ab ſingulari amore ſcribere. V. A vel AB præpoſitionem.
Ad aliquem ſcribere, quemadmodum. Cic. 14. Fam. 2.
Ad aliquem ſcribere de rebus, &c. Cic. 4. Acad.
Ad aliquem de re aliqua in aliam ſententiam ſcribere. Cic. 3. Q. frat. 1. In ejus ſermone ego utcunque ſoleo admirari, & tu de ſuburbano emendo quum ad illum ſcribas, non modo ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam de ſuburbano ſcribere: & quæ ad illum ſcribas, nihil te recordari de ſe, de epulis illis, quas tu in Tuſculano ejus mihi oſtendiſti. [Omnibus fere his locis ſubauditur & Litteras, vel Epiſtolam, ut & in ſequentibus multis.
Ambitioſe ſcribere. Cic. 4. Acad. V. AMBITIOSE.
Caute. Cic. 4. Fam. Caute perſcribas. V. CAUTE.
Commodius. Cic. 5. Fam. V. COMMODE.
Enucleate. Cic. 3. Q. frat. 3.
Explorate. Cic. ad Q. frat. V. EXPLORATE.
Fruſtra. Cic. 13. Att. 13.
Graviter. Cic. 1. Q. frat.
Humane. Cic. 3. Fam.
Humaniter. Cic. 2. Fam. Scripſit ad me Cæſar perhumaniter.
Liberius. Cic. 5. Fam.
Officioſe ſcribere. V. Officioſe in OFFICIUM.
Plane. Cic. 2. Fam. 13.
Pleniſſime. Cic. Quampleniſſime ad me ſcribas.
Raptim. Cic. 2. Att. 9.
Recte, i. e. Non fruſtra. Cic. Id ipſum ſcire cupio, quod ad tempus recte ad te ſcribere poſſim. V. RECTE.
Sæpiſſime. Cic. 3. Fam.
Subtiliter. Cic. ad Att.
Summatim. Cic. 5. Att. 16.
Velociter ac bene. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Verboſe. Cic. 7. Fam. 3. extr. Hæc ad te ſcripſi verboſius, tibique moleſtus fui.
Pluribus ſcribere. ſubaud. Verbis. Cic. 2. Fam. 13. Hæc eo pluribus ſcripſi, quod nonnihil ſignificabant tuæ litteræ ſubdubitare, qua eſſem erga illum voluntate. Al. Quod mihi ſig.
Quod in buccam. Cic. 7. Att. 10.
Quod in mentem venerit. Cic. ad Q. frat.
Tectis verbis. Cic. 9. Fam. 22.
Vacuo animo. Cic. 1. Q. frat. 8.
Scribere, proprie eſt eorum, qui aliquod ingenii monumentum condunt, vel aliquod opus faciunt, quod & Conſcribere dicitur. Ter. Eun. prol. 36.

Qui magis licet currentes ſervos ſcribere, &c. Cic. 12. Fam. 17.

Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi. Idem 1. Fam. 9. Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis. Ovid. 1. Triſt. 1. 41.

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.

Accurate, & cogitate. V. COGITO.
Concinne. V. CONCINNUS.
Diligentiſſime ſcripta. Quintil. in prooem. lib. 1.
Licenter. Hor. de Arte Poet. 265.
Luculente. V. LUCULENTUS.
Mendoſe. V. MENDA.
Separatim de re aliqua. Quintil. in prooem. lib. 4.
De integro ſcribere. Quintil. lib. 2. cap. 4. Expertus ſum prodeſſe, quoties eandem materiam, rurſus a me retractatam, ſcribere de integro juberem.
De Græcis Latine ſcribere. Cic. 1. de Finib. 8. Sed ex eo credo, quibuſdam uſu venire ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quædam & horrida, de malis Græcis Latine ſcripta deterius.
De hac re in utramque partem & dicta ſunt, & ſcripta multa. Cic. 4. Acad. 124.
Aliquem ad hiſtoriæ fidem ſcribere. Cic. 1. Q. frat. 19. Cyrus ille a Xenophonte, non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem juſti imperii.
Formulam alicui ſcribere. V. Formula, in FORMA.
Libellum ſcribere. Ovid. 4. de Pont. 13. 19.
Litteras ex ſermone alterius ſcribere. Cic. 10. Fam. 4. Gratiſſimæ mihi tuæ litteræ fuerunt, quas ex Furnii ſermone te ſcripſiſſe animadverti. Ego autem præteriti temporis excuſationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante rediiſſe ſcivi, quam ex epiſtola tua cognovi. Plura ſupra V. ubi & abſolute poni diximus.
Salutem alicui ſcribere. Plaut. Bacch. 4. 4. 79. V. SALUS.
Orationes ſcribere. Cic. de Clar. Orat.
Poemata ſcribere. Hor. 2 Epiſt. 1. 117.
Verſus ſcribere. Cic. 5. Verr. 77. De qua muliere verſus plurimi, ſupra tribunal & ſupra Prætoris caput, ſcribebantur.
Amor ſcribendi te rapit. Hor. 2. Serm. 1. 10.
Laborem ſcribendi ferre. Hor. 1. Serm. 4. 12.
Nulla voluptas ſcribendi eſt mihi. Ovid. 4. de Pont. 2. 29.
Scriptum eſt. Cic. 1. de Divin 123. Scriptum eſt item, cum Critonis, &c.
Scriptum reliquit. Cic. 1. de Divin. 36. Nonne, et C. Gracchus filius ejus ſcriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehenſis, aruſpices convocavit? conf. 33. & 56.
Scriptum video. Cic. 4. Acad. 129. Cujus, ut ſcriptum video, princeps Xenophanes. quem modo nominavi, deinde eum ſecuti Parmenides & Zeno.
Scribere, Accuſare. Martial. in præfat. lib. 1. Abſit a jocorum noſtrorum ſimplicitate malignus interpres, nec epigrammata mea ſcribat. Catanæus, Scribat, dictum putat pro Accuſet. Eſt tamen qui apud Martialem Cribet legat, non autem Scribat. Forte ſenſus eſt, Epigrammata mea ne legat quidem, indigna putet quæ ſibi deſcribat legenda. [Lego Nec in epigr.
Dicam alicui ſcribere. Cic. 2. Verr. 37. V. DICA.
Hæredem aliquem ſcribere; Inſtituere, Facere teſtamento. Martial. lib. 10. 97. Quintil. lib. 3. cap. 6. p. 264. Burm. Hæredi ſcripto opponitur lex. Idem Declamat. 1. Neque graviſſimum patrem ſuprema ſua juveni jactaſſe ediderim, ut hæredem filium ſcriberet. Hor. 2. Serm. 5. 48.
Hæredem aliquem teſtamento ſcribere. Hiſt. Bell. Alex. cap. 33.

Leges ſcribere, quod & Condere, & Dicere, & Facere dicitur. Cic. pro Roſc. Amer. 70. Ejus porro civitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit.
Legem ſcribere de, &c. Cic. 2. de Legib. 10. Nec ſi regnante Sex. Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiæ, Tricipitini filiæ, attulit?
Libertatem ſervo ſcribere, eſt, Ei libertatem teſtamento relinquere. Ulpian. in l. Si ſervum. D. de acquir. vel omittenda.
Nummos alicui ſcribere, Per menſæ ſcripturam dare: ut ait Budæus. Plaut. Aſin. 2. 4. 34. i. e. Nummos, non præſentes ſolvere, ſed pro his in certum diem ſolvendis per ſcriptum ſe obligare.
Supplementum ſcribere legionibus. Cic. 3. Fam. 3. Cenſebant enim omnes fere, ut in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.
Scribere, Pingere. Plinius de Nicomache pictore, lib. 35. cap. 10. Scripſit & Apollinem & Dianam, deumque Martem in leone ſedentem. Unde & Picturam legere dicimus. Virg. 6. Æn. 33.

— quin protinus omnia
Perlegerent oculis.

Vetus exemplar Plinii habet Pinxit. V. Harduin. in loc. Stat. 1. Silv. 3. 9.

Viſa manu tenera tectum ſcripſiſſe Voluptas.

[Niſi forſan Struxiſſe a manu poetæ relictum fuit.
SCRIPTUS, a, um. Partic. [γεγραμμένος] ut, Notæ ſcriptæ. Ovid. 3. de Pont. 2. 90.
Abſumere igne ſcriptos libellos. Ovid. 5. Triſt. 13. 61.
Diem ſcriptum proferre, Diem prædefinitum. Sen. Herc. fur. v. 190.
Scriptum lapidem eſſe ait, & ita vocari, Antiſtius Labeo in agro Menullino, ubi Scribæ dictam rem facerent. Feſtus. [Pro Menullino, ſcribendum Medullino.
SCRIPTUM, i. n. [γεγραμμένον G. L. G.] dicitur Id quod de re aliqua ſcribitur. Ovid. 1. de Arte Am. 469.

Si non accipies ſcriptum, illectumque remittet. Idem 6. Epiſt. 4.
Debueram ſcripto certior eſſe tuo.

Veterum ſcriptorum Muſæ. Catull. ad Manl. 66. 7. [Hic eſt a recto Scriptor.
Copia magna ſcriptorum. Catull. 66. 33.
Antiquiſſima ſcripta. Hor. 2. Epiſt. 1. 28.
Electiſſima ſcripta poetæ peſſimi. Catul. in Annal. Voluſii, 34. 6.
Nefaria ſcripta. Catull. ad Fundum 42. 18.
Optima ſcripta Græcorum. Hor. 2. Epiſt. 1. 28.
Regale ſcriptum Tragicis cothurnis. Ovid. 2. Triſt. 533.
Adire aliquem ſcripto. Tacit. 4. Hiſt. 39.
Dicere de ſcripto. V. e a præpoſitionem.
Exardeſcere ſcriptis. Ovid. 3. de Arte Am. 481.

Ah quoties dubius ſcriptis exarſit amator.

Mandare ſcriptis. V. MANDO.
Peccare ſcripto. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Recitare ſcripta. Hor. 1. Serm. 4. 75.
Relinquere ſcriptum aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 1. V. in ipſo verbo.
Sequi ſcripta oculis. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Tradere aliquid ſcripto. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Abdicare ſeſe ſcripto. Piſo apud Gell. lib. 6. cap. 9. i. e. Officio notarii vel ſcribæ renuntiare. &
Facere ſcriptum, pro Scribendo victum lucrari: apud Gellium lib. 6. cap. 9. V. SCRIPTUS, ûs.
Scripturam facio. H. St. Sed longe aliud eſt Scripturam, ac Scriptum facere. V. SCRIPTURA, & SCRIPTUS, us. m.
SCRIPTIO, ônis. f. [συγγραφὴ] Actus ſcribendi. Varro, apud Nonium 2. 807. Avarus fœnerator ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat. Cic. 9. Fam. 12. Oratiunculam pro Dejotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram: itaque eam tibi miſi: quam velim ſic legas, ut rem tenuem & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam. Idem lib. 2. de Orat. 5. Illud autem eſt hujus inſtitutæ ſcriptionis. i. e. Hujus rei quæ ſcribitur ad memoriam diuturnam.
Scriptio, Epigramma, ſive Id quod ſcribitur, ut ſit memorabile. Cic. pro Arch. 14. Quam multas nobis imagines, verum etiam ad imitandum fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptiones & Græci & Latini reliquerunt. Ubi tamen nonnulli, & inter ceteros Gruterus legit Imagines expreſſas ſcriptores &c.
Scriptiones philoſophicæ. i. e. Libri de philoſophia ſcripti. Cic. 5. Tuſc. 121. Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittemus, a quo non modo impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti.
Scriptio, aliter. Cic. in Orat. 37. Quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diverſa, neque in unam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum: &c. Laudationes vocat Encomia; quibus, non homines tantum laudantur, ſed etiam res aliæ: ut Ariſtides Romam laudavit, Alcidamus mortem, Syneſius calvitium, Lucianus muſcam, Eraſmus ſtultitiam. Scriptiones appellat, Exercitationes quidem oratorias, ſed quæ remotæ ſint a foro; qualis eſt Parænesis Iſocratis ad Demonicum, Nicocles de regno; tales ſunt Chriæ, Declamationes, & ſiquæ ſunt aliæ ejus generis. [Niſi ſynonymum & Hiſtoriarum.
SCRIPTIUNCŬLA, æ. f. Salvian. Præf. libror. de Gub. Dei.
SCRIPTIONĀLIS, e. Adj. Ad ſcriptionem pertinens. Mart. Capell. l. 5.
SCRIPTUS, ûs. m. Scribæ officium. Gellius ex Piſon. Annal. lib. 6. cap. 9. Cn. Flavius, Annii filius, dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripto ſeſe abdicaſſe. Alii codices habent, Scripto. [Idque rectius, ut in SCRIPTUM, i. n. extr. quo & ſeq. Livii locus pertinet. Non ſatis conſtat igitur de hoc verbali. Scriptum facere; i. e. Exercere ſcripturam, ſive Scribam agere. Liv. 9. 46. V. in FACIO.
SCRIPTOR, ôris. m. [γραφεὺς Gl. omn.] Qui ſcribit, ſive texit epiſtolam, orationem, librum, opuſve aliquod. Liv. lib. 1. in Prooem. Et, ſi in tanta ſcriptorum turba, mea fama in obſcuro ſit. Donatus in Prolog. Terentii, Indifferenter, inquit, omnis, qui aliquid ſcripſiſſet, Scriptor a veteribus dicebatur. Cic. 7. Att. 16. Qui quum ſcriptor luculentus eſſet, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ eſſent, Seſtio noſtro ſcribendas dederit. Martial. lib. 3. 20.

An quæ Neroni falſus aſtruit ſcriptor? Cic. in Orat. 29. Vetuſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias. Idem de Clar. Orat. 35. Lyſias, ipſe quidem in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregie ſubtilis ſcriptor atque elegans.

Artium ſcriptores. Quintil. lib. 2. cap. 13. Cic. 1. de Orat. 158. Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores, & legendi & pervolutandi.
Belli Trojani ſcriptor, Homerus. Horat. 1. Epiſt. 2. 1.
Carminum ſcriptores. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Aſſiduus ſcriptor. V. ASSIDUUS.
Iniquus ſcriptor. Horat. 2. Epiſt. 2. 126.
Nobilium ſcriptorum auditor. Horat. 1. Epiſt. 19. 39.
Scriptor, ſimpliciter pro Eo qui ſcribit alteri. Cic. 2. Fam. 4. Domeſticarum rerum habes & ſcriptores & nuncios.
In Epiſt. Scriptorem rerum domeſticarum. H. St. Idem locus 2. Fam. 4. p. Tuarum enim rerum domeſticarum habes & ſcriptores & nuntios.
Scriptor, A manu ſervus. Cic. 1. de Orat. 136. Neque precibus unquam, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potuit, &c. ex ejus ſcriptore & lectore Diphilo ſuſpicari liceret.
Scriptor legum, pro Legumlatore. Cic. ad Brut. 15. Neque ſolum ut Solonis dictum uſurpem, qui & ſapientiſſimus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem.

SCRIPTŌRIUS, a, um. Adj. [γραφικὸς] Quod aptum eſt ad ſcribendum, ſeu Quod ad ſcriptorem pertinet. ut, Atramentum ſcriptorium. Celſus lib. 6. cap. 4.
Calamus ſcriptorius. Celſ. lib. 5. 28. 12. de fiſtulis.

SCRIPTŪRA, æ. f. [γραφὴ Gl. G. L.] Id quod ſcribimus.
Scriptura, Compoſitio libri. Auctor ad Heren. lib. 3. 27. Non ſum neſcius quantum ſuſceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari ſcriptura conatus ſim voces. Scriptura, l. a. Scribendo. Idem lib. 4. Reliquum ſcripturæ conſumetur in exemplis. i. e. Ejus quod ſcribendum eſt. Ter. in prol. Adelph. 1.
Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſervari, &c.
Scriptum facere ex Gellio p. præced. forte Scripturam. H. St. V. quæ ſubjeci ibidem.
Diurna actorum ſcriptura. Tacit. 3. Ann. 3.
Perſequi ſcriptura. Cic. 15. Fam. 21. Quum vero ea, quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. V. PERSEQUOR.
Scriptura, Stilus quo quis utitur in ſcribendo. Cic. 6. Fam. 7. Genus autem hoc ſcripturæ, non modo liberum, ſed incitatum atque elatum eſſe debere quis ignorat?
Levis ſcriptura. Ter. Phorm. prol. 5.
Scriptura, pro Inſcriptione. Vell. Paterc. 2. 61. 3. Statuæ ætatem ſcriptura indicat.
Scriptura, pro Vectigali quod percipitur e paſcuis: vel ipſa ratio eorum qui præſunt hujuſmodi vectigalibus. Et tam ii, quam qui portus aut portoria curabant, vectigalia deſcribentes, aut colligentes, Magiſtri ſcripturæ & portus dicebantur. In illa autem ſocietate & Magiſtri, & pro Magiſtris erant. V. ſ. l. Plaut. Truc. 1. 2. 42.
Illa, haud ego, habuit publicum, perverſa interpretaris.
Nam adverſum legem a me ob meam ſcripturam pecudem accipi,
Plerique. A. idem quod tu facis, faciunt rem mala gerentes:
Ubi non eſt ſcriptura, unde dent, incuſant publicanos. Quem locum ſic reſtituit Turnebus,
Nam adverſum legem a me, ob meam ſcripturam, pecudem accepit.
Æraque. A. idem, quod tu facis, faciunt rei male gerentes:
Ubi non eſt, ſcripturam unde dent, incuſant publicanos. Pecuarii, inquit, & qui greges habebant, certam in ſingula pecudum capita pecuniam pendebant publicanis pro paſtione, quæ pecunia Scriptura vocabatur. Cic. 2. Att. 10. P. Terentius, meus neceſſarius, operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. h. e. Portorio & ſcripturæ Aſiæ magiſtri loco præfuit. Idem 4. Verr. 169. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Ibidem 171. Portum autem, & ſcripturam eadem ſocietas habebat. Aſconius in Divin. 33. Mancipes, ſunt publicanorum principes. Romani homines, qui, quæſtus ſui cauſa, decumas redimunt, Decumani appellantur: Si portum, aut paſcua publica, Portitores, aut Pecuarii, quorum ratio Scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a ſociis ſuo periculo exigunt, & Reipublicæ repræſentant: providentes etiam in illa redemptione commodis ſuis. [Sic puto ſcribendum & diſtinguendum locum. Scriptura autem ad ſolos Pecuarios pertinet. V. pro Manil. 15.
Magiſter ſcripturæ, Qui vectigal ſcripturæ manceps curabat. Cic. 5. Attic. 15. extr. Sæpe dare tabellariis publicanorum poteris, per magiſtros ſcripturæ & portus noſtrarum diœceſium. V. ſupra & MAGISTER, ac PROMAGISTER.

SCRIPTURĀRIUS, a, um. Adj. Ad ſcripturam pertinens, ut
Scripturarius ager publicus appellatur, In quo, ut pecora paſcantur, certum æs eſt; quod Publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore. Feſt.

SCRIPTURĀRIUS, i. m. Idem quod Magiſter ſcripturæ. Scripturarii dicebantur a Nonio & Feſto, ii qui mancipum rationes faciebant: quales hodie ſunt quos *clericos & commiſſarios* vocant octavariorum & viceſimanorum. Ex Budæo. V. ſeq.
Scripturarios veteres, quos nunc Tabularios dicimus, dici volunt, quod ſcriptoris, vel commentariis omnia, vel urbium, vel provinciarum complecterentur. Lucil. lib. 26. Publicanus vero ut Aſiæ fiam, ut ſcripturarius. Non. 2. 172.

SCRIPTILIS, e. Adj. Ammian. 17. 8. Elementa ſcriptilia, i. e. Quæ ſcribi poſſunt. [Immo Quæ ſcriptoris ſerviant, i. e. Litteræ.

SCRĪBA, æ. m. [γραμματεὺς Gl. L. G. & G. L.] Qui litteras, vel geſta, vel tabellas, & alia quæcunque ſcribit nomine regis vel alterius.
Scribas proprio nomine antiqui & librarios & poetas vocabant. At nunc dicuntur ſcribæ quidem librarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. Itaque quum Livius Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod a virginibus eſt cantatum, quia proſperius reſp. Pop. Rom. geri cœpta eſt, publice attributa eſt, & in Aventino ædis Minervæ, in qua liceret ſcribis hiſtrionibuſque conſiſtere, ac dona ponere in honorem Livii, quia is etiam & ſcribebat fabulas & agebat. Hactenus Feſt.
Scriba, Qui a manu eſt, vel Amanuenſis. Liv. 2. 12. de C. Mucio loquens, Ibi, quum militibus ſtipendia forte darentur, & ſcriba cum rege ſedens pari fere ornatu multa ageret. Et paulo poſt, Scribam pro rege obtruncat. Cic. 5. Fam. 20. Ad ea quæ ſcripſi commodius equidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius, ſcriba meus, adeſſet.
Scribæ, qui peculiarem ordinem Romæ efficiebant, numerantur in Ap-

paritoribus Præſidum provinciarum a Cic. 5. Verr. 183. & ſeq. ubi de eorum officio plura V.
Scribæ fuerunt diverſi a Notariis, ut Litteræ a Notis. Notis enim excipiebantur, quatenus illæ pro elementis ipſis, vel memoriæ juvandæ cauſa ſumuntur, Litteris vero deſcribebatur, quod legendum erat. V. Paull. C. 40. de teſtam. milit. Barth. Adverſ. 50. 1. [V. Suid. in Γραμματεὺς.
Scribarum varia ſunt nomina, pro munerum ratione. ut,
Scriba Ædilicius. Solebant nimirum ſibi ſcribæ ea adſcribere elogia, quibus magiſtratibus ſcribæ fuiſſent; uti teſtatur vetus titulus. CAPITONI SCRIBAE AEDILITIO. Reineſ. Inſcr. Claſſ. 11. n. 17. Turneb. Adverſ. 11. 20.
Ærarius. V. ÆRA.
Cenſualis erat, Apud quem teſtamenta aperiebantur, publicabantur, ſeu actis inſerebantur. l. 18. C. de Teſt.
Cubicularius eſt, quem vocant Galli *Secretaire de la chambre*. Inſcript. apud Gruter. p. 575. n. 7.

IANVARIVS DOMITIANI CAESARIS
L. SCRIB. CVB. CONTVBERNALI
OPTIMAE FECIT.

Epiſtolaris vocatur, Qui epiſtolis ſcribendis inſerviebat. Inſcr. apud Gruter. p. 577. n. 8.

TI. CLAVDIVS. ALCIBIADES. MAG.
A. BIBLIOTHECA. LATINA. APOLLINIS.
ITEM. SCRIBA. AB. EPISTVLIS. LAT.

Libellenſis eſt, Qui libellis ſcribendis inſerviebat. Inſcr. apud Gruter. p. 582. n. 1.

TI. CLAVDIO. TI. AVGVSTI. LIB.
ARRIO. CLAVDIANO. SCRIB. LIBELL.

Navalis ſcriba, Qui in nave apparebat, inter aliud genus ſcribarum minimæ dignationis habebatur, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet objectum. Plaut. in Fragment. apud Feſtum.
Non ego te novi, navalis ſcriba, columbar impudens? Al. Columbari.
Prætorius fuit, Qui prætori apparebat. Inſcript. Jaderæ,

C. MODIVS. S C R.
PR. VERRONA.
ANN. XX.

Quæſtorius denique ſcriba, inferior erat ordine, quam Ædilicius, aut Prætorius. Et huic Elogium hoc adſcribebatur, cujus magiſtratus ſcriba eſſet;

SVLPICIANO SCRIBAE QVAESTORIO.

Turneb. Adverſ. 11. 20. Inſcript. Reineſ. Claſſ. 11. n. 16. & 120. Notandum vero omnes, qui Magiſtratibus & Sacerdotibus publicis miniſtrabant, Scribas publicos, & abſolute Publicos appellatos fuiſſe. Vetus Lapis apud Gruter. p. 306. n. 7. Q. INGENVVS. MAXIMIANVS. SCRIB. PVBLICVS. PONTIF. ET CVRATOR. AERARI.
Σκρίβας, Σκρίβων, apud Λατίνους, ὁ τῶν σωματοφυλάκων ἀρχηγέτης. Suid. Unde apparet poſterioribus temporibus & Scribones dictos.
Inſanus ſcriba. Hor. 1. Serm. 5. 35.
Recoctus ſcriba. Hor. 2. Serm. 5. 56. V. RECOQUO.

SCRIBĀTUS, ûs. m. Scribæ munus & officium. Imp. Philipp. in l. Si ad ſcribatum. C. De appellationibus.

SCRIPTO, āre. Frequent. Hor. 1. Serm. 6. 122.
Ad quartam jaceo, poſt hanc vagor, aut ego lecto,
Aut ſcripto, quod me tacitum juvet: ungor olivo. In quem verſum ſic ſcribit Vet. Scholiaſt. Lecto producta ſyllaba enunciare debemus, quia frequentativum eſt, ab eo quod eſt Lego. Bentlejo autem Lecto & Scripto ſunt Ablativi participiorum Lectus & Scriptus; eumque illorum miſeret, qui Lecto hic & Scripto verba eſſe volunt, pro Lectito & Scriptito, quoniam (inquit) verba ſunt inaudita, & in ultimam barbariem releganda.
Scribit Non. 2. 781. Scriptat, conſtat eſſe rarum. V. Gell. 9. 6.

SCRIPTĬTO, [συχνογραφῶ] āre. frequent. a Scripto. Cic. 7. Att. 12. Et hæc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas, vel potius ſcriptites. Idem 1. de Orat. 152. Neque ea quiſquam, niſi diu multumque ſcriptitarit, etiamſi vehementiſſime ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit, conſequetur.

SCRIPTŪRIO, ire. Sidon. 7. Epiſt. 18.

SCRIBŌNIUS, [Σκριβώνιος] Nomen Rom. gentile.
Gens ſcribonia Plebeja Curionum & Libonum familiis emicuit.
Cn. Octavio C. Scribonio Conſulibus. Plin. lib. 2. cap. 35.
Aphrodiſeus, Orbilii ſervus atque diſcipulus, mox a Scribonia Libonis filia, quæ prius Auguſti uxor fuerat, redemptus & manumiſſus. Hujus meminit Suet. de Ill. Gram. 19. de Scribonia Aug. cap. 62.
Scribonius Largus, Medicus ſub Tiberii principatu. Cujus in hoc opere ſæpe Compoſitiones memorantur.

SCRIBONIĀNUS, a, um. Adj. Tacit. 2. Ann. 27. Ala Scriboniana.

SCRĪNIUM, ii. n. [χαρτοφυλάκιον Gl. G. L.] a ſecernendo; dicitur Locus in quo ſervantur pretioſa ac ſecreta. Plin. lib. 7. cap. 25. Captis apud Pharſaliam Pompeji Magni ſcriniis epiſtolarum. Ibid. cap. 29. Inter ſpolia Darii Perſarum regis unguentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſque ac margaritis pretioſum. Hor. 2. Epiſt. 1. 113.
— & prius orto
Sole, vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco.
Librariorum ſcrinia. Catull. 14. 17.
Clauſa ſcrinia. Propert. lib. 3. 6. 14.
Compilare ſcrinia alicujus. Hor. 1. Serm. 1. 120.
Retegere ſcrinia. Juven. 6. Sat. 277.
Scrinia, ſunt Plutei, vel Loculi, in quibus acta Principum, libelli & commentarii aſſervantur. V. Plin. & Horat. ſupra.
Sueton. in Nerone cap. 47. Inventus eſt poſtea in ſcriniis ejus hac de re ſermo formatus. Ubi Beroald. Scrinia, in quo ſc. epiſtolæ reponuntur. Seneca in ult. Controverſ. pr. Et ſcrinium, in quo miſſæ erant ab hoſtibus litteræ ſuſtulit. Hinc Magiſter ſcrinii dictus. H. St. V. ſeq. dict.

SCRINIĀRIUS, i. m. [χαρτοφύλαξ] Qui ſcrinium cuſtodit. In jure Civili Scriniarii dicuntur, qui iidem Chartularii appellantur. Quod enim chartæ in ſcrinia referuntur, & ab Scriniariis, i. e. Scriniorum cuſtodibus, quos quondam Æditúos Pontificeſque dixerunt, cuſtodiantur, Scriniarios dixerunt. V. l. ult. C. de Caſtren. pecul. lib. 12. & l. 8. & 10. C. de numerar. lib. 12. l. ult. de appar. præfecti præto. Alexander Ulpianum

ſuum ſcriniarium appellat. Lamprid. Vide l. ultima. C. de teſtam. milit. [Lampridii verba puto hæc ſunt cap. 26. Nam & conſiliarius Alexandri & Magiſter ſcrinii Ulpianus fuiſſe perhibetur. Suidas, Σκρινιάριος, ὁ χαρτουλάριος ὁ ἐπὶ τῶν σκρινίων, ὅπου τὰ χάρτια. Lamprid. in eadem vita cap. 31. omnino vide, ubi eos, Qui ſcrinium gerebant ab his, qui Ab epiſtolis & A libellis & A memoria appellabantur, nominatim diſtinguit. Gloſſ. Græc. Lat. Χαρτοφύλαξ, Chartularius, Χαρτοφυλάκιον, Scrinium. conf. Favorin. Lex.

SCRIPTITO, SCRIPTURA. V. SCRIBO.

SCRIPTULUM, SCRIPTUM, SCRIPULUM. V. SCRUPUS.

SCRIPULA, Vitis genus. Plin. lib. 14. cap. 3. Item ſcripola paſſo acino.

SCROBS, ſcrŏbis. m. & f. ſecundum Priſcianum: Servius tamen maſculini potius. [Βόθρος Gl. L. G. & G. L.] Sunt autem Scrobes, Foſſiones, ut putei vel foveæ, intra terram manufactæ, ad vineas, vel arbores conſerendas, vel ad metalla & quæcunque alia fodienda. Columel. lib. 4. cap. 1. pr. Nimium me profundas cenſuiſſe fieri ſcrobes. Ibidem p. p. Contendi bipedaneo ſcrobe. Ibidem, Melius conſurgunt altioribus demiſſa ſcrobibus: nam bipedanei etiam provincialibus agricolis via approbari poſſunt. Idem lib. 4. cap. 15. Ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum. Plin. lib. 9. cap. 51. Mus marinus in terra, ſcrobe effoſſa, parit ova, & rurſus obruit terra.

Ternarii ſcrobes & quaternarii. Columel. lib. 11. cap. 2. Scrobes omnis generis, quos eris Autumno conſiturus, hoc tempore præparare oportebit. (menſem Martium intelligit.) Eorum quaternarii, hoc eſt quoquoverſus pedum IIII. ſi eſt commodum terrenum, XIIII. ab uno fiunt: ternarii autem XVIII.

Repletæ ſcrobes. Virg. 2. Georg. 233.

Subactæ ſcrobes. Virg. 2. Georg. 50.

Invertere ſcrobes oleis. V. INVERTO.

Scrobis etiam in Nominativo dicitur. Columel. lib. 5. cap. 6. Sed arboris maritandæ cauſa ſcrobis viviradici fieri debet, latus pedum duorum. Ibid. cap. 10. Sed ſcrobis clibano ſimilis fiat. Non. 3. 207. [Gloſſ. Lat. Græc. Scrobis, Βόθρος. & Græc. Lat. Βόθρος, Borago, Scrobis, Scrobes, Foſſa, Fovea, Lacuna. Borago, pro Vorago. An igitur & in recto ſing. Scrobes?

SCRŎBĬCŬLUS, i. m. dimin. [ὀρυγμάτιον] Plin. lib. 21. cap. 5. Atque ita in ſcrobiculis ſeruntur, heminis fæcis circumfuſis. Columel. lib. 4. cap. 15. Et id, quod a matre abſciſſum recens erit, confeſtim alte circumfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſolum præciditur. Non. 3. 207.

SCRŌFA, æ. f. [Γρόμφαινα, Gl. L. G. & G. L. & Onomaſt.] Sus, quæ multos peperit porcos: tamen etiam pro Porca ipſa peculiariter ſumitur. Varro 2. de R. R. cap. 4. Scrofa in ſua quæque hara, ſuos alat oportet porcos. Plaut. Capt. 4. 2. 29.

Eorum ſi cujuſquam ſcrofam in publico conſpexero, &c. Columel. lib. 7. cap. 9. Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & ut ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis verribus. [Gloſſ. Græc. Lat. Γρόμφαινα, ἡ, ἡ θηλεία. An Θηλάζουσα intelligi voluit? Suid. Γρομφὰς, ἡ, ἡ παλαιὰ Σκρόφα. Porca igitur feta, ſeu mater eſt. conf. Heſych.

Candida ſcrofa. Juven. 12. Sat. 73.

SCRŌFA [Σκρόφας] Tremellius ponitur in lib. 2. cap. 4. Varronis de R. R. ubi de avo ſuo, Avus, inquit, meus primum appellatus eſt Scrofa. Qui, Quæſtor quum eſſet Licinio Nervæ Prætori in Macedonia provincia, relictus, qui præeſſet exercitui, dum Prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Avus, quum hortaretur milites ut caperent arma, atque exirent contra: dixit celeriter ſe illos, ut ſcrofa porcos, disjecturum, id quod fecit: Nam eo prælio hoſtes ita fudit atque fugavit, ut eo Nerva Prætor, Imperator ſit appellatus: & avus cognomen invenerit ut diceretur Scrofa. Itaque proavus, & ſuperiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus ſeptimus ſum deinceps Prætorius in gente noſtra. Hactenus Varro.

Scrofa, ſcripſit de Ruſtica libros, quos Plin. allegat lib. 17. cap. 23.

SCROFĪNUS, a, um. Adj. ut Scrofinum fel. Plin. 28. 11. ut legit Hard. Al. Hircinum.

SCROFŬLA, æ. f. [χοιράς] Dimin. Medicis junioribus quid Morbi ſit, vide in STRUMA.

Scrofulas dici a Scrofa ſue, palam eſt: quoniam eas Græci ab ejuſmodi bruto χοιράδας appellarunt. Solenne eſt Francorum regibus, eas ſola manuum attrectatione fideliter curare. Utitur Veget. Mulom. 2. 23. pr.

SCROFĬPASCUS, i. m. [χοιροβοσκός] Qui paſcit ſcrofas. Plaut. Capt. 4. 2. 27.

Tum piſtores ſcrofipaſci, qui alunt furfure ſues.

SCRŌTUM, i. n. [ὄσχεος, ὀσχεός] Cutis, quæ teſticulos continet. V. Celſum lib. 7. cap. 19. & cap. 20. ubi frequenter hanc vocem uſurpat. *Burſam teſticularem* nominant. conf. SCORTUM.

SCRUPĔDA, æ. c. a Scaro pede, quaſi Scauripeda: Scaurus autem exponitur φοξόπους & σκαμβὸς, ἐκτροπὲς a vetere Critico Hor. 1. Serm. 348.

Balbutit ſcaurum pravis fultum male talis. Accius apud Varr. de L. L. 6. 3. Scrantiæ, ſcrupedæ, ſtrittabillæ, tantalæ. Turneb. Ad hæc verba notat Gellius 3. 3. Poetam delectatum faceta verborum antiquitate, meretricum vitia atque deformitates ſignificantium. V. loc. & ſup. SCRATIÆ.

SCRUPEUS, SCRUPOSUS, SCRUPULUS. V. Infra ſub dict. ſeq.

SCRŪPUS, i. m. [λίθαξ. λιθάριον] Lapillus brevis, qui preſſus ſollicitudinem creat. Serv. Feſtus, Scrupi dicuntur Aſpera ſaxa & difficilia, petræ etiam attrectari inſuetæ, aut naufragiorum pollutæ ſcelere; unde & Scrupuloſam rem dicimus, Quæ aliquid in ſe habet aſperi. [Gloſſ. Græcolat. Τὸ σχοινίον, Scurpus. lege Scrupus.

Per omnes ſcrupos trahere cruentos pedes. Petron. cap. 79.

Scruporum luſus, apud Quintil. lib. 11. cap. 2. Cic. 1. de Orat. 217. Pila bene, & duodecim ſcrupis ludere. Hujus ludi meminit Ovid. 3. de Arte Am. 363. ubi inquit,

Eſt genus in totidem, &c. Scruporum luſus eſſe putatur, qui volgo *Dominarum luſus* vocatur. Victor. lib. 5. Variar. Lect. cap. 13. legendum putat Duodecim ſcriptis, tam apud Ciceronem, tam apud Quintilianum, propterea quod apud Nonium in litera S ita ſcribitur. Scripta conſtat eſſe rerum. [Immo Scriptat. V. in SCRIBO] M. Tullius in Hortenſio, Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis ſolemus, ut calculum reducas, ſi te alicujus dati pœnitet. Huc accedit Chariſius lib. 1. ſic inquiens: Scriptulum, quod nunc vulgus ſine T dicit, Varro in Plautorum dixit. Item in Annali nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullo dicunt: is quatuor ſcriptulis major fuit, quam nummi. Hinc apparet a Scriptum forma diminutionis factum Scriptulum, deinde per ablationem literæ T Scripulum. Voluſius Mæcianus in libro de Aſſe,

Uncia, inquit, dividitur in ſcriptula viginti quatuor. Drachma, inquit Budæus, in terna ſcrupula diſtribuitur, quæ a Græcis γράμματα, id eſt Literæ, ideo dicuntur, quod quatuor viginti literas Græci in alphabeto ſuo habent, quod uncia ſcrupulos capit. Quidam, teſte Glareano in libro de Aſſe, ut Grammata exprimant, Scriptulum primum vocatum putant, poſtea Scripulum abjecto T. Argentarii hodie Denarium vocant, & viginti quatuor grana continere ajunt. Fannius,

Semioboli duplum eſt obolus: quem pondere duplo

Gramma vocant, Scrupulum noſtri dixere priores. V. Gronov. de Pec. vet. lib. 3. cap. 13. & paulo infra SCRUPULUS.

Scrupus, [αἴνιγμα] Ænigma ſignificat apud Gell. lib. 12. cap. 6. V. Scirpi apud Gellium, in dictione SCIRPUS.

SCRUPEUS, a, um. [λιθώδης Gl. G. L.] Lapilloſus. Virg. 6. Æn. 236.

Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu,

Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris. i. e. Lapilloſa. Serv. Scrupeus. Varr. Ex eo ab Accio poſitum in Curioſa. Itaque eſt in Menalippa, Rejicis abs te religionem ſcrupeam pone. Accius, inquit, Scrupeum pro Curioſo uſurpavit in Menalippa, cum Religionem ſcrupeam dixit, quam poſt tergum rejiciendam ait. Ex Turnebo. Sed aliter apud ipſum Varr. L. L. 6. 3. q. V. conf. Enn. apud Feſt. in Scrupi.

SCRUPŌSUS, a, um. Adj. [λιθώδης] Plenum ſcrupis. Lucan. lib. 5. 673.

Scruposiſque anguſta vacant ubi litore ſaxis.

Scruposus, Difficilis, aſper. Tralatio a viis. Scrupi autem dicuntur Saxa aſpera. Ex quo Scrupoſam rem dicimus, Quæ aliquid habet in ſe aſperitatis. Lucret. lib. 4. 526.

— haud quaquam ratio ſcruposa relicta eſt. Lambin.

Saxum ſcruposum. Apul. 6. extr. Super aliquod ſaxum ſcruposum.

Via ſcruposa. Plaut. Capt. 1. 2. 82.

SCRIPTŬLUM, i. n. [γράμμα] Vigeſima quarta pars unciæ. Scribitur & Scripulum, omiſſa T, & per contractionem Scriplum. Soſip. Chariſ. 1. 81. V. ſupra SCRUPUS. [Barbaris Scrupulus. Gloſſ. Lat. Græc. Scripulum, Γράμμα, σταθμός. Alt. Gloſſ. & tert. Scripulum, Γράμμα, ὁ σταθμός. Scripulum ſemper, abjecto T. Sic autem & Columellæ codd. Mſſ. lib. 5. pr. ut & Varronis, Ciceronis, &c. Primam producunt Ovid. & Martial. Corripit Rhemn. Fannius ubique, qui ſub Claudio vixiſſe putatur, quod ægre mihi perſuadeo. Porro nec pro Pondere niſi in neutro genere poſitum apud antiquiores reperio, ita ut diſtent Scripulum & Scrupulus.

SCRŬPŬLUM, i. n. vel SCRŬPŬLUS, i. m. dimin. [ψηφίς] proprie Lapillus brevis & aſper, qui in calceo latens, pedem lædit, & preſſo pede, dolorem creat. V. ſuper. dict.

Scrupulus, tranſlate pro Sollicitudine, dubitatione, & difficultate aliquando ponitur. Unde, Injicere ſcrupulum, & Eximere ſcrupulum alicui dicimus. Ter. Phorm. 5. 9. 30.

Ea mortem obiit; e medio abiit: qui fuit in re hac ſcrupulus?

Scrupulum, Μάγαμα, ὁ Μάγαμαι, Scrupulo, ψυχῆς αἴνιγμα. Gloſſ. Lat. Gr. [An Scrupulus ſcribendum? non memini enim in hac ſignificatione aliter legere. An poſteriore loco Scrupuloſitas? Occurrunt enim trunca quædam in eo Lexico.

Sine ſcrupulo. Columel. lib. 5. cap. 12.

Odioſus ſcrupulus. V. Odioſus in ODIUM.

Aculei ſollicitudinum & ſcrupuli. Cic. 1. Att. 13. At domeſticarum quidem ſollicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo.

Evellere ſcrupulum alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 6. Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesque ſtimulat ac pungit, ut evellatis poſtulat.

Eximere. Idem 5. Att. 13. Exime, quæſo, quoad potes, de illo domeſtico ſcrupulum, quem non ignoras.

Injicere ſcrupulum alicui. Ter. Adelph. 2. 2. 20. Timet, injeci ſcrupulum homini.

Injicere ſcrupulum & dubitationem. Cic. pro Cluent. 76. Hic tum injectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædam dubitatio, quidnam eſſet actum.

Scrupulus unus reſtat. Ter. And. 5. 4. 37.

Scrupulum, ſive Scrupulus, Nomen ponderis. Scrupulum, inquit, Budæus, in binos obolos dividitur, ut obolus in binos ſemiobolos. Glareanus in libro de Aſſe, Obolum Columella ſemiſcrupulum vocat: eſt enim ſcrupuli dimidium: drachma igitur ſex habet obolos. V. SCRUPUS & SCRIPTULUM. Valer. Max. lib. 4. 4. 9. De paupertate Æliorum, Eadem gens nullum ante ſcrupulum auri habuit. Cic. 4. Att. 16. Etiam illud jam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem prædæ, niſi ex mancipiis. Al. Scripulum. Ex Budæo. Martial. lib. 4. 88.

Ergo nec argenti ſex ſcrupula Septitiani, &c. Al. Scripula. Ovid. de Medicam. faciei, 92.

Quinque trahant marathri ſcrupula, myrrha novem. Al. Scripula.

Scrupulum, etiam Menſura eſt in metiendis terris. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 10. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubciſivum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quum ad jugerum pervenerunt, id habet ſcrupula ducenta octoginta octo. Quem locum explicat Budæus in Aſſe. Columel. lib. 5. cap. 1. Igitur, ut diximus, jugerum habet quadratorum pedum viginti octo millia & octingentos, qui pedes efficiunt ſcrupula ducenta octoginta octo. Ut autem a minima parte, id eſt ab dimidio ſcrupulo incipiam, pars quingenteſima ſeptuageſima ſexta pedes efficit quinquaginta, id eſt jugeri dimidium ſcrupulum: pars ducenteſima octogeſima octava pedes centum, hoc eſt ſcrupulum: pars centeſima quadrageſima quarta, pedes CCLX, hoc eſt ſcrupula duo. Al. Scripula & Scripulum. [Quæ ſine dubio ſequenda lectio eſt. V. in SCRIPTULUM.

Hora etiam in ſcrupulos dividitur, ut patet ab inſcript. apud Fabrett. p. 96. SYLVANA QVÆ HIC DORMIT VIXIT ANN. XXI. MENS. III. HOR. IV. SCRVPVLOS VI.

SCRUPULŌSUS, a, um. Adj. [τραχύλιθος, μικρολόγος Gl. L. G] Plenus ſcrupulis. Plaut. Capt. 1. 2. 82. Nam meus ſcrupuloſam victus commeat viam. Scalig. hic legit Scruposam. Sic, Scrupuloſæ cotes apud Cic. 4. Tuſc. 33. Al. Scruposæ. V. COTES. Et apud Plin. lib. 15. cap. 23. Ceteræ ſuum pabulo gignuntur, ſcrupuloſa corticis intra nucleos quoque ruminatione. De caſtaneis.

Scrupuloſus, Sollicitus & anxius. Plin. 3. Epiſt. 5. Miraris, quod tot volumina, multaque in his tam ſcrupuloſa, homo occupatus abſolverit. De Plinio avunculo.

Diſputatio ſcrupuloſa. Quintil. 9. 1.

Scrupu-

Scrupuloſus in def.... Amm. Marcell. 501. In fine edit. Francf. H. St. Marcellini reliqua verba culter empectæ ſuſtulit, ſed explebunt facile quibus ea editio in prompto erit.

Ventorum paulo ſcrupuloſior obſervatio. Plin. lib. 18. cap. 33.

Scrupuloſiſſima ſaltatio. Columel. in præfat. lib. 1. i. e. Quæ anxie & cum cura & ſtudio exercetur. Al. Scrupuloſiſſime. V. dict. ſeq.

SCRUPULŌSE, Adv. [ἀκριβολογικῶς] Columel. lib. 9. cap. 8. At quæ domi vel aucupio contingunt minus ſcrupuloſe probantur. Plin. 8. 14. Minutius & ſcrupuloſius ſcrotantur omnia. Quintil. lib. 5. cap. 14. Scrupuloſiſſime requirunt. Colum. lib. 1. pr.

SCRUPULOSĬTAS, ātis. f. [ἀκριβολογία] Anxietas, difficultas. Columel. lib. 11. cap. 1. In hac autem ruris diſciplina non deſiderator ejuſmodi ſcrupuloſitas. Utitur & Tertull.

SCRUPULĀRIS, e. Adj. Quod ad ſcrupulum nummum, vel pondus pertinet. Plin. lib. 33. cap. 8. His coticulis periti, quum e vena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti vel æris, ſcrupulari differentia. Hard. Scripulari.

SCRUPULĀTIM, Adv. Per ſcrupula. Plin. lib. 22. cap. 24. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere vires, non conjecturæ humanæ opus, ſed impudentia eſt. [Niſi Scripulatim legendum.

SCRŪTA, orum. pl. [γρύτη Gl. L. G. & G. L.] Attritæ uſu veſtes, dimidiatæ ſtrigiles, & jumentorum ſoleæ, refixi clavi, idque genus alia, quæ viliſſimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui Scrutarios appellabant. Cæl. lib. Antiq. 10. cap. 56. Verbo, Scruta, Veteramenta omnifaria ſignificari puto, quæ cum uſu jam detrita ſint, pretio item deminuta cenſentur. Horat. 1. Epiſt. 7. 65.

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello. Ea que origine factum ut Scrutaria dicantur Viliſſima quæque. Lucil. apud Gell. Noct. Attic. lib. 3. 14.

Quidni? & ſcruta quidem ut vendat, ſcrutarius laudat

Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam. Sidonius item Apollinaris vocabulum in Centurias allegiſſe videtur, Nunc, inquit, frivola quædam, nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat. Quo in loco ſunt qui Imagunculas pueriles operis dulciarii Scruta poſſe accipi, augurentur. Ad hæc quæ de ſcrutorum ſignificantia pronuntiavimus, plane alluſit Apulejus fabulæ Græcanicæ lib. 4. p. 146. Elmenh. Enimvero vos, bonæ frugi latrones, inter furta parva atque ſervilia, timidicule per balneas & aniles cellulas reptantes, ſcrutariam facitis. Hæc Cæl. Quidam perperam ſcribunt Scorta. V. Burman. ad Petron. cap. 62.

SCRUTĀRIA, æ. f. [γρυτοπωλεία] Scrutorum venditio, ut ſagaria, cœnacularia, lintearia. Apul. lib. 4. Scrutariam facitis. V. dict. præced.

SCRUTĀRIUS, i. m. [γρυτοπώλης Gl. G. L.] Scrutorum venditor. Gell. 3. 14. V. ſupra in SCRUTA.

SCRUTARIUM, i. n. [γρυτοπωλεῖον Gl. G. L.] Locus, ubi ſcruta venum proponuntur.

SCRUTILLUS, i. m. Iſidor. Gloſſ. Scrutulus, vel Scrutillus eſt ventriculus fartus.

SCRUTATOR, SCRUTINIUM. V. poſt SCRUTOR.

SCRUTOR, [γρυτεύω, ἐρευνάω Gl. L. G. & G. L.] āri. Inquirere. Plaut. Aul. 4. 4. 24. Jam ſcrutari mitte.

Excutere & ſcrutari. Cic. pro Roſc. Amer. 97. Non excutio te, ſi quid forte ferri habuiſti: non ſcrutor, nihil ad me arbitror pertinere. Idem 1. Q. fmt. 1.

Tabellarios ſcrutari. Cic. 10. Fam. 31. Tamen nequaquam tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti ab utraque parte ſcrutantur tabellarios & retinent.

Abdita terræ ferro ſcrutantes. Lucret. lib. 6. 809.

Fretum ſcrutari. Lucan. lib. 3. 698.

Ignem gladio ſcrutari. Hor. 2. Serm. 3. 276. Parœmia.

Orbem ſcrutari. Plin. lib. 5. cap. 5.

Arcanum alicujus ſcrutari, Exquirere. Hor. 1. Epiſt. 18. 37.

Argumenta ſcrutari & quærere. Cic. in Partit. 8.

Mentes deûm ſcrutantur in extis. Ovid. 15. Met. 136.

Veſtigia ſcrutari domini ſui dicitur canis. Plin. lib. 8. cap. 40.

Scruto, active dixerunt Veteres. V. Non. 7. 6. & Priſcian. 8. Nec aliter in Gloſſ. Græc. Lat.

SCRUTĀTUS, a, um. Partic. Paſſ. Aur. Vict. Or. gent. Rom. cap. 6. Scrutatis omnibus latebris.

Idem active. Curt. 6. 5. 17. Ille venantium modo latibula ſcrutatus.

SCRUTANTER, Adv. Ambroſ. Epiſt. 40. Scrutanter diſcutere.

SCRUTATIO, ōnis. f. [ἔρευνα Gl. L. G. & G. L.] Seneca de Vita beata cap. 23. Ita dico ſi tuto & ſecurus ſcrutationem populo præbuerit. i. e. Permiſerit ſua ſcrutanda.

SCRUTĀTOR, ōris. m. [ἐξεταστής] ut, Pallidus ſcrutator auri. Lucan. lib. 4. 298.

Profundi ſcrutatores, Marini piſcatores. Stat. 3. Silv. 1. 84.

Quodque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi. i. e. Urinator ſcrutans uniones in mari Indico. conf. Quintil. Decl. 18.

Scrutatores dicebantur ſervi, qui Salutatores, ſive eos, qui mane ad principem ſalutandi cauſa veniebant, ſcrutabantur, & excutiebant, ne telum, aliudve armorum genus, abſconditum geſtarent. Suet. Claud. cap. 35. Reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit. Et hic mos a Claudio ad Veſpaſianum. Suet. Veſpaſ. cap. 12. Conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi manente adhuc bello civili omiſerat. [Repetitus tamen a malis ſubinde principibus.

SCRUTĀTRIX, īcis. f. Alcim. Avit. 2. 326.

— ſcrutatrix Eva malorum.

SCRUTĪNO, āre. Idem, quod Scrutor. Vulg. Int. 4. Eſdr. 16. [Gl. L. G. Rutilat, Ἐρευνᾷ, σπινθηρίζει. Scribe, Scrutinat, Ἐρευνᾷ. Nam in Græc. Lat. Ἐρευνα, Scrutinacio, Indagacio. Ἐρευνῶ, Scruto, Rimor. & in ipſo rurſus Lat. Gr. Scrutatio, Ἔρευνα, Scrutator, Γρυτεύω, ἐρευνῶ. Hinc

SCRUTĪNIUM, i. n. [ἐξέτασις, ἔρευνα] Inveſtigatio. Apul. lib. 9. Met. extr. Poſtremum magiſtratibus placuit obſtinate denegantem ſcrutinio detegere. Ammian. 29. 1. Inter ſcrutiola ſupellectilis.

S C U

SCULNA, æ. f. [σεκυεστρίαξ Gl. L. G.] Antiquum verbum, dictum a quaſi Sequulna: quem qui elegantius loquuntur Sequeſtrem appellant. Utrumque vocabulum a ſequendo factum eſt: quod ejus, qui electus ſit, utraque pars fidem ſequatur. Hæc Gell. apud quem vide plura lib. 20. cap. 11.

SCULPO, pſi, ptum, [γλύφω, Gl. L. G. & G. L.] ěre. Cædendo imaginem aliquam effingere. Plin. lib. 36. cap. 4. Marmore ſculpendo primi omnium incluruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta inſula. Alii legunt Scalpendo. V. mox.

Ebur ſculpſit miram arte. Ovid. 10. Met. 248.

Scalpo, non Sculpo dici debere, auctor eſt Diomedes. V. in dictione SCALPO. [Promiſcue fere hæc dictio ponitur in codd. MSſ. ut & in ver. Gloſſ. ſimiliterque in derivatis & compoſitis. Nec ſatis diſtat ſignificatio, ut duo verba putentur. Lapidibus tamen ſculpturam proprie tribuere videtur Gloſſographus Lat. Gr. Scalpit, Γλύφει, κολάπτει. Sculpit, Γλύφει λίθον. Sed Græc. Lat. Γλύφω, Scalpo, Cudo, Γλύψον, Sculpa. V. paulo poſt.

SCULPTUS, a, um. Partic. [γεγλυμμένος] ut, Animalia ſculpta. Lucan. lib. 3. 224.

SCULPTOR, ōris. m. [λιθογλύφος Gl. L. G. & G. L.] Qui ſculpit. Plin. lib. 36. cap. 5. Jam fuerant in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius ejus Miltiades, &c. Idem lib. 20. cap. 13. Sculptores & pictores utuntur. Alii legunt Scalptores. Gloſſ. Al. Lat. Gr. Scalptor, Γλύπτης.

SCULPTŪRA, æ. f. [γλυφή] Ars, quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, vitro, gemmis, opera efficit. Plin. lib. 16. cap. 40. Habens in ſculpturis facilitatem. Sic lib. 35. cap. 12. Vitruv. 4. 6.

SCULPTĬLIS, e. Adj. [γλυπτός] ut, Opus ſculptile. Ovid. 4. de Pont. 9. 28.

SCULPO, āre. occurrit in Gloſſ. Græc. Lat. Γλύψον, Sculpa. Modo ſcil. imperandi. Inde

SCULPĀTUS, ōris. m. Γλύπτης. Ibidem.

SCULPTŪRO, āre. Sculptum ornare. Verbum a Sculptum ductum, ut a Pictura, Picturare. Inde

SCULPTURĀTUS, a, um. Partic. Fortunat. 9. Carm. 15.

Et ſculpturata luſit in arte faber.

SCULPONEA, æ. f. apud Catonem de R. R. cap. 59. Calceamentorum genus eſt: nomenque Turnebo habere videtur a Sculpo vel Scolpo. Nihil enim differt, cum u & o propter ſoni vicinitatem ſæpe alternis commutentur. Scolpus autem fictitio verbo Sonum ſignificat, qualem ipſum nomen repræſentat. Fulgentius tamen de Priſc. ſerm. 21. Sculponeas explicat Ceſtos plumbo ligatos. Plautus in Caſ. 2. 8. 59.

Soleas. c. qui quæſo potius, quam ſculponeas?

SCULPONEĀTUS, a, um. Adj. Sculponeis calceatus dicitur a Varrone in Serano; Dum in agro, inquit, ſtudioſius ruror, aſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas, &c. Non. 2. 731.

SCURGUM, [Σκοῦργον] Germaniæ urbs, Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 11. Vulgo *Schweben.*

SCURRA, æ. m. [ἐπιτράπεζος, γελωτοποιός, ἐυτράπελος, ὀψοφάγος, ἀσώτης, εὔλογος. Gl. L. G.] Scurra dictus eſt, ut quidam volunt, a ſequendo, quod & tenuioris fortunæ homines, & ceteri aliquoi, qui honoris gratia proſequerentur quempiam, non antecedere, ſed ſequi ſint ſoliti. Feſt. ex Verrio. Itaque Scurra nihil aliud fuit, quam Sectator aut Pediſſequus; neque primum inhoneſtum ſenſum præ ſe ferebat, ſed Homines denotabat urbano otio aſſuetos. Non fuit, Qui jocularia & ſcurrilia loqueretur, ſed Homo urbanus: non Ruſticus, ſed Elegans. Plaut. Moſt. 1. 1. 14.

Tu urbanus vero ſcurra, delitiæ popli,

Rus mihi tu objectas? Epid. 1. 1. 13. T. Scurra es. E. ſcio te eſſe quidem hominem militarem. Trin. 1. 2. 165.

Quam urbani aſſidui cives, quos ſcurras vocant. Videntur autem ſic appellati fuiſſe, Qui aſſidue in urbe eſſent, nunquam in agris, quod Sine cura fortaſſe & opere omni eſſent. Turneb. De hac & aliorum opinionibus V. Voſſ. Etymol.

Poſtea, cum otioſi divites effuſos riſus ex omni materia quærerent, adeoque in omnem licentiam jocantium ſtudia erumperent, male audire Scurrarum nomen cœpit, & iis ſolis attribui, qui riſum ab audientibus captant, non habita verecundiæ ratione aut dignitatis. Cic. pro Quint. 55. Memini, vetus eſt, De ſcurra multo facilius divitem, quam patremfamilias fieri poſſe. Idem [de Carbone, puto. V. 9. Fam. 21. extr.] Quoniam frequentiſſime uſus eſt jocis, & notiſſimos ſæpe hoc dicendi genere tutatus eſt, ſcurra ab inimicis ſuis eſt dictus. Et 5. Verr. 146. Albam habebo judicem, eum hominem, qui ſe ipſe ſcurram improbiſſimum exiſtimari vult, qui a ſcurris potius ſemper gladiator, quam ſcurra appellatus ſit.

Scurræ etiam vocabantur, Qui geſtu & imitatione (ut mimi & geſticulatores) riſum movere conati ſunt. Sic Phædrus 5. 5. 27. Scurram vocat, Qui porcelli vocem imitabatur ſua. [Notum urbano ſale, non Mimum.

Non parum facetus ſcurra. V. NON.

Fugitivus ſcurra. Juven. 13. Sat. 111.

Improbus atque petulans ſcurra. Cic. pro Cluent.

Infidus ſcurra. Hor. 1. Epiſt. 18. 4.

Vagus ſcurra. Hor. 1. Epiſt. 15. 28.

Veles ſcurra, Promptus ad alios laceſſendos, ut vult Gronov. Cic. 9. Fam. 20. Me autem a te, ut ſcurram velitem, malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. [Forſan legendum in Gloſſ. Græc. Lat. Scurra veles, pro Scurræ vili, ubi tamen interpretatio Gr. deeſt. Dicitur & Scurrus. Gloſſ. Græc. Lat. Ευτράπελος, Scurra, Scurrus.

SCURRŬLA, æ. m. dimin. Arnob. 6. Urbanus ſcurrula. Apul. Met. 10. p. 246. Elmenh. Quidam denique præſens ſcurrula, &c.

SCURRĪLIS, e. Adj. [βωμολοχικός] Ridiculum cum turpitudine. Cic. 2. de Orat. 239. Ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus.

Dicacitas ſcurrilis & ſcænica. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Luſus ſcurriles, pro Levibus & nugatoriis ſine turpitudine, poſuit Valer. lib. 7. cap. 8. 9.

Strepitus ſcurrilis. Auctor Philomelæ v. 34.

SCURRĬLĬTER, Adv. [βωμολόχως] Procaciter. Plin. 4 Epiſt. 2[illegible] Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam ſcurriliter ludat? Juſtin. 24. 6. 4. Scurriliter jocatus.

SCURRILĬTAS, ātis. f. [ευτραπελία Gl. L. G. & G. L.] vitium Urbanitati oppoſitum, Turpis & procax dicacitas. Auctor Dialog. de Orat. cap. 22. Fœda & inſulſa ſcurrilitas.

SCURROR, [ἀγοράζω Gl. L. G.] āri. Scurram agere. Hor. 1. Epiſt. 17. 19.

Scurror ego ipſe mihi, populo tu.

SCURRANS, antis. [βωμολοχῶν] Scurriliter agens. Hor. 1. Epiſt. 18. 2.

Scurran-

Scurrantis ſpeciem præbere, profeſſus amicum. h. e. Turpiter adulantis Porphyrio.

SCUTALA, SCUTARIUS, &c. V. SCUTUM.

SCŬTICA, æ f. [σκύτ☉ Gl. L. G.] Flagellum ex pelle. Martial. lib. 10. 62.
Scuticaque loris horridæ Scythæ pellis,
Qua vapulavit Marſyas Celenæus. Al. Cirrata loris.
Habenis ſcuticæ tremefactus. Ovid. 9. Epiſt. 81.
Robere ſcutica. Juven. 6. Sat. 478.
Dirova ſcutica. Hor. 1. Serm. 3. 127.

SCUTĬLUS, a, um. Adj. Tenus, & macrum, & in quo tantum exilis pellicula cernitur. Paulus apud Feſtum. V. Voſſ. Etymol.

SCUTRA, æ. f. [χυτρίον Gl. L. G. λέβης Al.] Vaſis ænei genus. Plaut. Perſ. 1. 3. 8.
Commiſce mulſum, ſtruthea, colutheaque appara,
Bene ut in ſcutris concaleas, & calamum injice. In quem locum tradit Camerarius, a Scutris dici forma diminutiva Scutulas, ut a Culcitra dicitur Culcitula. Certe a Mitra ſic fit Mitella, a Capra Capella. Servius a Scaturire deducit, ſed minus recte.

SCUTRISCUM, i. n. Vaſis genus apud Catonem R. R. cap. 10. & 11. a Scutra derivatum.

SCŬTŬLA, æ. f. [σκύτλα Gl. G. L.] Errant, qui a Scuto deducunt, nam in Scuto prima producitur, at in Scutula corripitur. Igitur a Scutra deducimus, cum ſignificet Vaſis genus concavum. Martial. lib. 8. 71.
Beſſalem ad ſcutulam ſexto pervenimus anno. Idem lib. 11. 32.
Sic implet gabatas, paropſidaſque,
Et leves ſcutulas, cavaſque lances. Gloſſ. Græco lat. Σκύτλα, σκυτέλιον, Scutella. Σκυτάλη, Scutula. pro Scutala.
Scutulis veſtes dividere Gallia inſtituit. Plin. lib. 8 cap. 48. V. SCUTULATUS.
Scutulæ in pavimentis vocantur Fruſta marmoris rotunda, a ſcuti videlicet figura. V. Vitruv. lib. 7. cap. 1. & Pallad. lib. 1. cap. 9.
Scutula in arboribus emplaſtratis. Plin. lib. 17. cap. 16. Ergo amputatis omnibus ramis, ne ſuccum avocent, nitidiſſima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exempta ſcutula (ita ne deſcendat ultra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum ſui germinis mamma. Vulgus Gallicum vocat *en eſcuſſon*.
Scutula, Particula quædam balliſtæ apud Vitruvium. Sic enim ſcribit, Deſcribatur, inquit, ſcutula, quæ Græce περίτρητ☉ appellatur. Hæc ſcutula, auctore Turnebo, eſt in ſommo & imo capitulo, dextra & ſiniſtra, atque inde nomen habet Græcum, quod multis locis pertuſa & perterebrata eſt. Itaque & perinfirma eſt, ſed laminis ferreis, & regulis & clavis confixa continetur firmaturque. In ea eſt foramen, quo tenduntur toni, id eſt nervi, qui brachia balliſtarum continent. Inſunt & foramina, quibus induntur cardines. Hæc Turnebus.
Scutula, Haſta teres, qua lina tunduntur. Quapropter & exigua haſtula, in qua Lacedæmonii membranam involventes, litteras ſcribebant, ſcutula vocabatur: Perottus. Rectius tamen dicitur Scytala. [Quia dictio Græca eſt, quam tamen Gloſſographus hac Latina reddit.
Scutula, Serpentis genus in Africa.

SCUTELLA, æ. f. Dimin. [τρυβλίδιον] Genus vaſis concavi, rotundi, quo minutal ex carne vel oleribus in menſam exhibebatur. Cic. 3. Tuſc. 45. Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid provideamus & cibi. [Hinc *Eſcuelle* Gall. V. SCUTRA.

SCUTULĀTUS, a, um. Adj. [περιφερόμενος] Forma rotunda factum, quale aranea texit. Plin. lib. 11. cap. 24. Quanta arte celat pedicas ſcutulato rete graſſentes, &c.
Scutulata veſtis a Scutula, quæ habet quoſdam orbes, vel circulos, quaſi Scutulis diſtincta. Nam ſicut diverſos colores picturæ Babylonii, plurimis vero liciis Alexandrini texere, quæ polymita appellant: ita Galli ſcutulis veſtes dividere, quæ ſcutulata dixerunt, inſtituere. Plin. lib. 8. cap. 48. Iſtriæ, Liburniæque pilo propior, quam lanæ, penis aliena veſtibus, & quam ſola ars ſcutulato textu commendat in Luſitania Juven. 2. Sat. 97.
Cærulea indutus ſcutulata, aut galbina raſa.
Scutulatus color, apud Palladium in Menſe Martio, cap. 13. Colores (inquit) hi præcipui, albineus, ruſſeus; murreus, cervinus, gilbus, ſcutulatus, albus guttatus, candidiſſimus, niger preſſus. De coloribus equorum loquitur. Eſt autem Scutulatus equus, qui nunc vulgo *pommelatus* vocatur. [Locum vulgo aliter diſtinguunt.

SCUTULUM, V. in SCUTUM.

SCUTUM, i. n. [θυρεὸς, ἀσπὶς ἐπιμήκης ἢ ὅπλον Gl. L. G.] Oblongum tegumen militis, ut Clypeus rotundum. Dictum ἀπὸ τοῦ σκύτ☉, id eſt a pelle, quod non ſine pellibus fiat, inquit Feſtus in Scorteum. Plin. lib. 35. cap. 3. Scotis enim, qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines. Cæſ. 5. Bell. Gall. 43. Quo percuſſo & exanimato, hunc ſcutis protegunt hoſtes, & in illum univerſi tela conjiciunt. Cic. 2. Tuſ. 54. Ignavus miles ac timidus, ſimul ac viderit hoſtem, abjecto ſcuto, fugiat quantum poſſit.
Scutum quid a Clypeo differat, V. in CLYPEUS. & Voſſ. Etymol.
Scuta autem oblonga erant & ampliora; Clypei rotundi & minores. V. Liv. 8. 8. Et 9. 19. & 40. In Gloſſ. utroque confunduntur invicem.
Scutorum impulſus. V. IMPELLO.
Fulgentia ſcuta. Virg. 8. Æn. 93.
Longa ſcuta. Virg. 8. Æn. 539.
Cælare ſcuta auro. V. CÆLO.
Incumbere in ſcuta. V. INCUMBO.
Reclinare ſcuta. Virg. 12. Æn. 130.
Rejicere ſcutum, i. e. Poſt tergum. Cic. 2. de Orat. 294.
Vitare periculum ſcuto. Cæſ. 2. Bell. Civil. 35.
Scutum eleganter pro quovis Præſidio. Liv. 3. 53. Scuto magis, quam gladio, plebi opus eſt.
Scutus, i. maſculino genere dixit Turpil. Demiurgo, Quis non minus res hominem, quam ſcutus tegit. Ex Non 3. 233.

SCUTALA, æ n. Corium, cujus loris conſutis habena facta erat: ſic appellatum, quod ex eo genere corii ſcuta conficerentur. Nam, ut apud Polybium eſt, exterior ſcuti facies corio vitulino obducta erat. Liv. 38. 29. Sed triplex ſcutale crebris futuris duratum. Ex Turneb.

SCUTĀRIUS, a, um. Adj. [ἀσπιδοποι☉] Quod ad ſcuta pertinet. Veget. Rei Mil. lib. 2. 11. In Romana militia habebant fabricas ſcutarias & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

SCUTĀRIUS, i m. [ἀσπιδοποιὸς Gl. G. L.] Qui ſcutorum curam habet, vel Qui ſcuta facit. Plaut. Epid. 1. 1. 35.
Id modo videndum, ut materies ſuppetat ſcutariis.
Scutarius fuit & Miles, qui Principem comitabatur. Zoſ. 3. 29. conf. Suet. Aug. cap. 56. Aromian. 20. 5 Gloſſ. 2. Lat. Græc. Scutarius, Σκουτάριος.

SCUTĀTUS, a, um. [ὑπασπιστής] Adj. Scuto tectus & munitus. Cic. 2. Philipp. 108. Agmine quadrato, cum gladiis, ſequuntur ſcutati milites, ſicas portari videmus. Liv. 28. 2. Virg. 9. Æn 370. Cæſ. de Bell. Gall. 1. 39.

SCUTIGĔRŬLUS, a, um. Adj. Scutum geſtans. Scutigerulum Plaut. Caſ. 2. 3. 44. pro Armigero uſurpat, nempe pro eo ſervo, qui ſcutum domini gerit;
Qui (malum) homini ſcutigerulo dare lubet.

SCUTŬLUM, i. n. dimin. [ἀσπίδιον] Cic. 1. de Nat. Deor. 83. Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. Plin. 8. 48. Scutulis veſtes dividere Gallia inſtituit. Alii a recto ſing. Scutula ducunt. ut & Scutulatus, q. V.

S C Y

SCYATHUS, vel potius SCIATHOS, [Σκίαθ☉] Inſula eſt cum oppido in Ægeo mari prope Thraciam, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 2. 7. vulgo *Sciatho*.

SCYDISSA, [Σκυδίσσης] Mons aſperrimus, & Moſchicis montibus conjunctus, qui ultra Colchidem ſunt, cujus ſumma ab Heptacometis obtinentur, & Paryadra, qui uſque in Armeniam protenditur, & locis Sidenæ Themiſcyræ proximis, & orientale Ponti latus efficit. Strabo lib. 12.

SCYDRA, [Σκύδρα] Oppidum Macedoniæ, in ora Heraclea. Plin. lib. 4. cap. 10.

SCYLACE, [Σκυλάκη] Urbs circa Cyzicum ut inquit Hecatæus. Pomponius 1. 19. Placia & Scylace parvæ Pelaſgorum coloniæ.

SCȲLĀCĒUM, i. n. [Σκυλάκειον] Oppidum Calabriæ; de quo Virg. 3. Æn. 553.
Caulonisque arces, & navifragum Scylaceum. Al. Scyllæum. ſed vide Pier. not. & Turneb. Adverſ. 19. 21. Valer. Flacc. 3. Argon. 36.
Spumoſumque legunt fracta Scylaceon ab unda. al. Scylacæon cum diphthongo ſcribunt cum Servio. Sed eo rectius ſine ea, quod & ſcribitur

SCYLACIUM, [Σκυλάκιον] Bruttiorum civitas, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Scyllerium, Σκυλλήτιον Strab. Vulgo *ſquillaci*.

SCYLLA, æ. f. [σκύλλα] Herba, V. SCILLA.

SCYLLA, [Σκύλλα] Saxum in mari Siculo, periculoſum mare faciens nautis. V. paulo infra.
Scyllæ duæ fuerunt: Una, Niſi, Megarenſium regis, filia: contra quos cum devictis jam Athenienſibus pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienſes & Megarenſes dolo necaverant, amatus eſt a Scylla, Niſi filia: quæ ut hoſti poſſet placere, comam purpuream patri abſciſſam ei obtulit: quam Niſus ita habuerat conſecratam, ut tam diu regno potiretur quamdiu illam habuiſſet intactam. Poſtea & Scylla a Minoe contempta, dolore in avem cirin, quæ & alauda dicitur, converſa eſt: & Niſus extinctus, deorum commiſeratione in halyæeti avis mutatus eſt formam. Virg. 1. Georg. 405.
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. V. fabulam apud Ovid. 8. Met. Fab. 1.
Altera fuit Scylla, Phorci filia, quæ verſa fertur in ſaxum, cui nomen eſt Scylla, in mari Siculo periculoſum. Ovid. 14. Met. 52.
Evitare Charybdi incidere in Scyllam, h. e. Vitato gravi malo, in aliud, diverſum licet, incidere. Servius indicat Scyllam Phorci & Creteidos Nymphæ filiam. Hanc quum amaret Glaucus, Circe, quæ illius amore tenebatur, quod eum in Scyllam propenſiorem eſſe videret, fontem in quo nympha lavare conſueverat, magicis venenis infecit: In quem quum illa deſcendiſſet, pubetenus in varias mutata eſt formas. Horrens itaque ſuam deformitatem, ſeſe in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. Hanc poſtea Glaucus deam marinam fecit: quæ claſſem Ulyſſis & ſocios evertiſſe narratur. Virg. 6. Ecl. 74.
Quid loquar? aut Scyllam Niſi, &c. De rei veritate diverſa eſt ſcriptorum opinio. Saluſtius putat eſſe ſaxum in mari prominens, quod procul viſentibus muliebrem formam imitetur, in quod illiſi fluctus, quoniam & luporum ejulatum, & canum latratum videntur imitari, finxerunt illam a pube hujuſmodi feris ſuccinctam eſſe. De Charybdi vero narrant poetarum fabulæ, hanc feminam fuiſſe voraciſſimam, quæ quod Herculis boves rapuiſſet, a Jove fulmine icta, in mare præcipitata eſt, & in hujuſmodi verſa eſt monſtrum, quod adhuc priſtinam ſervat naturam. Abſorbet enim univerſa: quæque abſorbuerit, ea circa Tauromenitanum egerit litus, ut Saluſtius eſt auctor. Unde tanquam proverbio Scortum vorax, & aviditatis nunquam ſatiatæ, Charybdim appellat Hor. 1. Carm. 27. 19.
— ah miſer
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma. Servius ait Scyllam in Italia eſſe, Charybdim in Sicilia. Virg. 3. Æn. 414. tranſitum hunc inter duo pericula anguſtum eleganter deſcribit,
Hæc loca vi quondam vaſta convulſa ruina, &c. Plura in Eraſmi Chiliad. Cic. 7. Verr. 145. Non enim Charybdim tam infeſtam, neque Scyllam nautis, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror.
Cærulea Scylla. Virg. 5. Æn. 122.
Informis Scylla. Virg. 3. Æn. 432.
Rapax Scylla. Ovid. 12. Epiſt. 123.
Vorax Scylla. Catull. 62. 156.
Propertius ex ambabus unam fecit, lib. 4. 4. 39. quum ait,
Quid mirum in patrios Scyllam ſæviſſe capillos,
Candidaque in ſævos inguina verſa canes? Lucret. lib. 5. 890.
Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
Corporibus Scyllas.
Biformes Scyllæ. Virg. 6. Æn. 286.

SCYLLÆUS, a, um. Adj. [Σκυλλαῖ☉] ut, Monſtra Scyllæa. Stat. 5. Silv. 3. 280.
Litora Scyllæa. Ovid. 15. Met. 702. al. Scylacea. q. V.
Rabies Scyllæa. Virg. 1. Æn. 200.
Undis Scyllæis clauditur Italia. Lucan. lib. 2. 433.

SCYLLÆUM, i. n. [Σκύλλαιον] Promontorium, in Peloponneſo, ut Plin. 3. 5. Straboque lib. 6. teſtantur, ſed ſinu Argolico juxta Hermionem, quo Scylla Niſi filia fluctibus ejecta creditur. Nunc Damala vocatur, ut ſcribit Olivarius in Melam.

Eſt & Oppidum Bruttiorum in Italia, ut eſt auctor Pomponius Mela lib. 2. 1. Nunc *Deſquillache*, vel *Eſquillache*, ut tradit idem Olivarius in eundem Melam lib. 2. cap. 4.

SCYLLIAS, [Σκυλλίας] Herodoto lib. 8. Vir quidam Scionæus, omnium ea tempeſtate hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio, ad Pelium facto, multam pecuniam Perſis ſervavit, multa & ſibi lucratus eſt. Hunc Pauſanias in Phocic. p. 334. Wech. Scyllin vocat, de quo inquit, Scyllis Scionæus homo cum Cyana filia claſſis Perſicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando urinandoque præcidit ad Pelium montem & Sepiada Magneſiæ: idque ſignum in Apollinis templo poſitum ab Amphyctionibus, quod erat commune Græciæ concilium, a Nerone principe Romam translatum. Plin. lib. 35. cap. 11. Androbius pinxit Scyllin ancoras Perſicæ claſſis præcidentem.

SCYLLIS, [Σκύλλις] Scalptor egregius. Plin. lib. 36. cap. 4. Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta inſula.
Scyllis, Urinator. V. in dictione SCYLLIAS. conf. Alex. ab Alex. l. 2. cap. 21.

SCYLLUS, untis, f. [Σκιλλοῦς] Oppidum Achajæ, ut Strabo ſcribit, quo Xenophon a Lacedæmoniis donatus eſt. conf. Laert. 2. 52.

SCYLURUS, i. m. [Σκύλουρος] Nomen Scytharum regis proprium, qui, ut Plutarchus auctor eſt de Garrulit. p. 511. ed. Francf. quum, relictis maribus filiis octoginta, diem eſſet obiturus, haſtilium faſcem cuique obtendens, illum confringere jubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſigillatim educta haſtilia omnia facile confregit. Ita docens illos, ubi una eſſe perſeverarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem, ſi ſepararentur ac diſſiderent. Apud Plut. ſcribitur Σκίλουρος. Scylurus, [Σκύλουρος] Cherſoneſi rex, a quo multa caſtella condita fuiſſe commemorantur a Strabone lib. 7.

SCYMNUS, [Σκύμνος] inter eos qui cælare argentum egregie noverant, commemoratur a Plin. lib. 34. cap. 8.

SCYMNUS, i. m. [σκύμνος] Græcis ſignificat Catulum leonis, ut aliarum ferarum ſcylacia, Julio Polluce 5. 2. auctore. Lucret. lib. 5. 1035.
At catuli pantherarum, ſcymnique leonum. [Gloſſ. Græc. Lat. Σκύμνος, Canulus. An Catulus? conf. Suid.

SCYPHIUS, Equus Neptuni. Lilius Hiſt. Deor. Syntag. 5. ex Probo. Campi ſunt in Theſſalia Petræi, in quibus locus Petra nomine, percuſſus tridente Neptuni, equum, qui Scyphius vocatus eſt, edidit.

SCŸPHUS, i. m. [σκύφος] Vaſis potorii genus, quo veteres uſi ſunt in conviviis. Cic. 6. Verr. 54. Hinc illa Verrea nata ſunt, hinc in convivium Sextum Cominium protrahi juſſit, in quem ſcyphum de manu jacere conatus eſt. Plin. lib. 33. cap. 11. L. vero Craſſus orator duos ſcyphos, Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertiis centum habuit. Bayfius, Scyphum, quem ſciphum nonnulli ſcribunt, Græci σκύφον dicunt, & σκύπφον, ut docet Athenæus in undecimo, Vaſculum eſt potorium. Plutarchus tamen in Antonio, ſtatim in ipſo principio, Scyphum poſuiſſe videtur, pro eo vaſe quod vulgo *baſſin* dicimus. Martialis quoque 8. 6. Scyphos avorum vocat Vaſa potoria, quæ & Archetypa dicuntur ab eodem. Hæc ille. [Gloſſ. Græc. Lat. Σκύφος, Scifus. An ita vox Latina ſcribenda eſt? Nil monuit tamen Pier. ad 8. Æn. 278.
Cælatus ſcyphus. V. CÆLO.
Capaciores adfer huc, puer, ſcyphos. Hor. Epod. 9. 133.
Faginus ſcyphus. Tibull. lib. 1. 11. 8.
Natis in uſum lætitiæ ſcyphi. Hor. 1. Carm. 27. 1.
Sacer ſcyphus. Virg. 8. Æn. 278. Valer. 2. Argon. 272.
Scyphus, pro Navigio. Si fides Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. extr.

SCYRETICUM Metallum. In Scyro inſ. ut vult Hard. Plin. lib. 31. cap. 2. In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur, ſaxa fiunt cum ramis.

SCYRI, Populi ſunt in Arabia, Indorum lingua loquentes, apud Plin. lib. 6. cap. 23.

SCYRĪTÆ, [Σκυρῖται] Gentes ſunt inter Nomadas Indos, quæ narium loco habent foramina tantum. Plin. lib. 7. cap. 2.

SCYRUM, pro Gypſo poſitum inveniri notat Cæl. Rhodig. lib. 14. Lect. Antiq. cap. 13. unde & Scyria terra, pro Alba dicitur quandoque.

SCŸROS, i. f. [Σκῦρος] Inſula eſt contra Magneſiam, in mari Ægeo, una ex Cycladibus, Lycomedis regis patria, in qua eſt urbs ejuſdem nominis. Patet hæc inſula, Plinio teſte, longitudine XXV. M. paſſuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Dicta eſt autem Scyros, quia σκῦρος dicatur ſalebra & aſperitas, ut ait Euſtathius.
Scopuloſa Scyros. Stat. 2. Achil. 17.
In hac Achilles ſub puellari habitu adolevit: atque ejus regis filiam Deidamiam vitiavit, quæ ab inſula & ipſa Scyrias eſt appellata. Ovid. 1. de Art. Am. 682.

SCYRĬAS, ădis. f. [Σκυριάς] Patron. Scyriades pl. mulieres, ex Scyro inſula. Stat. 2. Achill. 147.
Nec minus egreſſæ thalamis Scyriades ibant
Oſtentare choros.

SCYRIUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Σκύριος] Ovid. 8. Epiſt. 112.
Ignara tetigit Scyria membra manu. Propert. lib. 2. 9. 16.
Scyria nec viduo Deidamia viro.
Pubes Scyria, A Scyro inſula. Virg. 2. Æn. 477.

SCYRICUS, a, um. Adj. [Σκυρικός] aliud poſſeſſivum. Unde

SCYRICUM, i. n. Genus coloris cærulei. Plin. lib. 33. cap. 7. & 8.

SCYTALA, æ. f. [Σκυτάλη] eſt Inſula ſinus Troglodytici, apud Plin. lib. 6. cap. 29.

SCŸTĂLA, æ. vel SCYTĂLE, es. f. [σκυτάλη] Mus araneus Latine dicitur. Plin. lib. 32. cap. 5. Eadem vis contra venenatorum omnium morſus, privatim ſcytalen & angues. V. Colum. l. 6. c. 17. [Ubi tamen alii μυγαλῆν legi volunt. q. V. f. l. & quæ mox ſeq.
Scytale, Genus ſerpentis. Solinus, cap. 40. Scytale, tanta præfulget tergi varietate, ut notarum gratia videntes retardet: & quoniam reptando pigrior eſt, quos aſſequi nequit, miraculo ſui capit ſtupentes. In hoc tamen ſquamarum nitore hiemales exuvias prima ponit. Lucan. lib. 9. 720. [Nec de alio genere Plinius agere videtur.
Scytala Laconica, [σκυτάλη Λακωνική] Genus erat furtivarum litterarum, quibus utebantur publice Lacones. Rationem & modum pulchre deſcribit Gell. lib. 17. cap. 9. cui junge Plut. in Lyſandro p. 444. ed. Francf. Harpocr. & Suid. Cur autem Scytala dicta ſit V. in SCUTULA.

SCYTALIS, ĭdis. f. [σκυταλίς] Dimin. Parva ſcytala. Scytalides dicti ſunt Articuli, qui ſubſunt digitis pedis. Cæl. Rhodig. lib. 4. Lect. Antiq. cap. 3. de Polluc. 2. 4.

SCYTHA. V. SCYTHIA.

SCYTHAS, æ. m. [Σκύθας] Nomen filii Herculis, a quo & Scythæ dicti ſunt: licet nonnulli dictos putent ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι, quod Iraſci ſignificat: ſunt enim Scythæ iracundiores. Notat Cæl. Rhodig. lib. 18. Lect. Antiq. cap. 24.

SCYTHES, [Σκύθης] Plin. lib. 7. cap. 56. Jovis fuit filius, qui primus arcus ſagittarumque uſum reperiſſe dicitur.

SCŸTHĬA, [Σκυθία] Regio Septemtrionalis, a Scytha Herculis filio, ut ait Herodotus, ita dicta. Hæc dividitur a Tanai fluvio: & pars una remanet in Europa, altera in Aſiam protenditur. Scythia Europæ terminatur ad Thraciam: in ea ſolum eſt aurum producens (ut Pomponius refert 2. 1. pr.) Inhabitabile tamen, propter gryphos aurum cuſtodientes. Ibi Boryſthenes, qui gentem ſui nominis alluit inter Scythiæ amnes amœniſſimus. Scythia vero Aſiæ ita a Juſtino lib. 2. cap. 2. deſcribitur, Scythia in Orientem porrecta, includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, a tergo Aſia & Tanai flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter ſe fines nulli: neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum, aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. Uxores liberoſque ſecum in plauſtris vehunt, quibus, coriis imbrium hiemiſque cauſa tectis, pro domibus utuntur. Juſtitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum ſcelus apud eos furto gravius. Quippe, ſine tecto & munimento pecora & armenta habentibus, quid ſalvum eſſet, ſi furari liceret? Aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle veſcuntur. Lanæ iis uſus ac veſtium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus utantur, pellibus tantum ferinis aut murinis veſtiuntur. Scythæ ab alieno imperio, aut intacti, aut invicti manſerunt. Darium regem Perſarum turpi a Scythia ſubmovere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem Zopyrona cum copiis univerſis deleverunt. Romanorum audivere, non ſenſere arma. Gens & laboribus & bellis aſpera. Vires corporum immenſæ. Hi hodie Tartari appellantur.

SCŸTHĂ, vel SCYTHĒS, æ. m. [Σκύθης] Qui ex Scythia eſt. ut, Anacharſis Scythes, apud Cic. 5. Tuſc. 90. & Phædr. 3. prol. 53.
Gelidus Schythes. Hor. 4. Carm. 5. 25.
Profugus. Hor. 4. Carm. 14. 42. i. e. Aut ſub Aquilone interius conſtitutus, aut qui nunquam in eodem loco maneat. Acron.
Scythæ, arum. pl. [Σκύθαι] frequentiore in uſu.
Campeſtres Scythæ. Hor. 3. Carm. 24. 9.
Superbi Scythæ. Hor. in Carm. ſæcul. 55.
Vagi Scythæ. Sen. Troad. 1.

SCYTHIS, ĭdis. patronym. f. [Σκυθίς] Ovid. 15. Met. 360.
Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

SCYTHISSA, æ. f. Corn. Nep. 14. 1. Matre Scythiſſa natus. Al. Ciliſſa.

SCYTHĬCUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Σκυθικός] Apulejus, Plerique eorum Scythicis moribus vivebant. Cic. 5. Tuſc. 90. Mihi amictus eſt Scythicum tegmen.
Aura Scythica. Ovid. 5. Triſt. 6. 29.
Gens Scythica. Stat. 12. Theb. 519.
Herba Scythica. Plin. 25. 8.
Montes Scythici. Ovid. 15. Met. 285.
Orbis Scythicus. Ovid. 3. Triſt. 12. 51.
Poli Scythici ſidera. Martial. 6. 58.
Pontus Scythicus. Ovid. 3. Triſt. 4. 46.

SCYTHICÆ, [Σκυθικαί] Calceamenti genus apud Alcæum & Stephanum, auctore Cælio Rhodig. lib. 18. cap. 24.

SCYTHICE, es. f. [σκυθική] Herba, quæ cum ex Scytharum ſolertia cognita ſit, ab illis proprium nomen accepit. Plin. lib. 25. cap. 8. Scythia primum eam, quæ Scythice vocatur, circa Bœotiam naſcens, prædulcis. Idem lib. 26. cap. 5. Peucedani ſuccus pectoris doloribus, & acorum ſubvenit, & ideo antidotis miſcetur, tuſſi daucum: Item Scythica herba. V. cap. 1. lib. 27. ejuſdem.

SCYTHISSO, āre. [Σκυθίζω] Scythiſſare apud Scythas, proverbii figura, erat intemperantius bibere. Alex. Alexandrinus Genial. Dier. lib. 5. cap. 22. Ælian. Var. Hiſt. 2. 41. Cæl. Rhod. 14. 60.

SCŸTHŌN, ōnis. m. [Σκύθων] Nomen proprium viri, quem poetæ fabulantur, pro ſuo arbitrio, modo in feminam ſeſe commutaſſe, modo rurſus in virilem formam rediiſſe. Ovid. 4. Met. 280.
Quid loquar, ut quondam, naturæ jure novato,
Ambiguus fuerit, modo vir, modo femina Scython.

SCYTHŎPŎLIS, is. f. [Σκυθόπολις] Urbs eſt in Decapolitana Syriæ regione, nomen habens a Scythis in eam deductis, quum antea a Liberi patris nutrice ibi ſepulta Nyſa diceretur. Plin. lib. 5. cap. 18. conf. Steph.

SCYTHOTAURI, orum. m. pl. [Σκυθόταυροι] Populi Scythiæ Tauricæ regionis juga incolentes, qui ut Solinus cap. 25. refert, pro hoſtiis advenas cædere conſueverunt. Meminit horum & Plinius lib. 4. cap. 12.

SCYTOPOLIS, is. f. [Σκυτόπολις] non aſpirato verbo, Libyæ oppidum eſt, ut ex Polyhiſtoris ſententia tradit Stephanus.

SCYZINUM, [σκύζινον] Vinum, cujus (cum ex herba fieret) obliterata ratio eſt. Plin. lib. 14. cap. 16.

S E

S. E. Sibi et, Sita vel Situs eſt. SEBERA. Severa. SEC. Secundus. SEPT. September. [Septimius, in numm. Severi Imp.] SEQ. Sequanus. S. EQ. Senatus, equeſter. SER. Servus, vel Servius. S. E. S. O. Sibi & ſuis omnibus. S. E. T. L. Sit ei terra levis. S. ET. S. Sibi & ſuis. SEV. Severus. SEX. Sextus.

SE, Pronomen, V. SUI.
Sē, pro διὰ Græca præpoſitione, ſeparative eſt: ut Separo, Seduco. Eſt etiam abnegativa, ut Securus, Sine cura. Hæc Priſcianus lib. 14. in fine. V. hic ſeq.
Se, dicebant etiam veteres pro Sine. Cic. 2. de Legib. 60. Aſt im cum illo ſepelire urereve, ſe fraude eſto. Verba ſunt legis XII Tabularum, ut & illa apud Gellium lib. 20. cap. 1. Tertiis nundinis partes ſecanto.

Si plus minusve ſecuerint, ſe fraude eſto. Sic enim legit Budæus, & recte, non autem Sine, quod vulgo Gelliani habent codices. Porro in primo exemplo Im accuſativus eſt antiquus pro Eum, a nominativo Is.

Se, particula, interdum valet Semis, i. e. Dimidium: ut in Selibra, Semodius, Semuncia. [Pro Semilibra, Semimodius &c. quæ ipſa quoque occurrunt. Eſt autem ex Gr. ἡμι, quod ſolum in compoſitione occurrit. Porro repræſentat etiam Sex, in quibuſdam inde compoſitis, ut Sedecim, pro Sexdecim; Sepedes, pro Sexpedes; Sevir, pro Sexvir, &c.

S E B

Sebaste, [Σεβαστὴ] Urbs Judææ, ante Samaria dicta, quam Herodes in honorem Auguſti Sebaſten, i. e. Auguſtam, appellavit. Auctor Strabo lib. 16. Meminit hujus Plin. lib. 5. cap. 15. extr.
Item Sebaſte poſt dicta Armeniæ, auctore Steph. Item Cherroneſus ad Corycum Ciliciæ.

Sebastenus, a, um. Adj. [Σεβαστηνός] gentile. Sebaſteni, orum. m. pl. Samaritani a Sebaſta, id eſt Auguſta, civitate Judææ extremæ. Eorum meminit Juriſconſultus Scævola in tit. De annuis legatis in P.

Sebastia, [Σεβαστεία] Oppidum in Colopena Cappadociæ regione, de quo Plin. lib 6. cap. 3.

Sebastopolis, [Σεβαστόπολις] Ponti Cappadocii urbs Ptolemæo lib. 5. cap. 6. & Plin. l. c. Vulgo *S. Gregorio*.

Sebennytes, [Σεβεννύτης] Stephano, Urbs in Ægypto, ubi & palus & amnis ſunt cognomines. Unde præfectura quoque Sebennytica Σεβεννύτης νομὸς. & Sebennyticum Nili oſtium Σεβεννυτικὸν ςόμα. vocari conſtat, quod in duo alia dividitur ſcilicet in Saiticum & Mendeſium: Herodotus lib. 2.

Sebethos, i. m. [Σέβηθος] Fons apud Neapolim, cujus aquæ vicatim decurrens, omnes fere uſus Neapolitanis præſtat. Stat. 1. Silv. 2. 263.

— & pulchra tumeat Sebethos alumna.

Hujus & Virgilius & Columella meminerunt, quod quidem nomen ſine a littera procul dubio ſcribendum eſt (etſi ſciam eſſe qui Sebethrus per e legant) teſtis eſt, ut alia omittam, tabella marmorea vetuſtiſſima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet, P. MEVIUS EUTYCHUS AEDICULAM RESTITUIT SEBETHO. [Quod fontis ipſius Numen, ſeu Deus.

Sebethis, idis. f. [Σεβηθὶς] Virg. 7. Æn. 734.

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,
Œbale, quem generaſſe Telon Sebethide Nympha
Fertur.

Item Adjective. Columel. lib. 10. v. 134.

Doctaque Parthenope Sebethida roſcida lympha, &c.

Sebinus, [Σέβινος] Lacus, quem facit fluvius Ollius apud Sarnicum, vallis Calepinæ oppidum. Hodie vulgus, ipſum lacum, *Iſeo* appellat. Plin. lib. 3. cap. 19.

Sebritæ, arum. m. pl. [Σεβρῖται] Populi Ægyptii, Nili inſulam incolentes, non procul a Meroe. Sebritæ dicti quaſi advenæ eo quod Pſammethicum Regem fugientes in Æthiopiam commigrarint. Strabo lib. 17.

Sebum, Sevum, V. sevum.

S E C

Secale, is. n. Frugis genus, quod inquit Ruellius, Galli detrita una littera *Seilam* vocant. Plin. lib. 18. cap. 16. Id autem, quod ſecale, atque farrago, appellatur, occari tantum deſiderat. Secale Taurini ſub Alpibus aſiam vocant, deterrimum, & tantum ad arcendam famem utile: fecunda, ſed gracili ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcipuum. Admiſcetur huic far, ut mitiget amaritudinem ejus, & tamen ſic quoque ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicunque ſolo, cum centeſimo grano ipſumque pro lætamine eſt. Hæc Plinius. conf. farrago.

Secamentum, Secabilis. V. seco, are.

Secedo, eſſi, eſſum, [ἀναχωρέω Gl. L. G.] ĕre. Seorſum cedere, vel ire.

A laſſa ſecedere. Propert. lib. 2. 20. 9.

Secedere de via. Plaut. Curc. 2. 3. 2.

Secede huc. Plaut. Capt. 2. 1. 23.

Secedere & ſecernere ſe a bonis. Cic. 1. in Catil. 32.

Secedere in. Liv. 27. 17. Eadem cauſa &c. cum omni popularium manu, relicto Aſdrubale, ſecedendi in imminentes caſtris ejus tumulos.

In hortos vacuos ſecedere. Ovid. 4. Triſt. 8. 27.

Ad ſtilum ſecedere, Seceſſum ſcribendi cauſa petere. Quintil. lib. 1. cap. 12. p. 123. Burm.

Secedere; verbum judiciale aut ſenatorium. Sen. Epiſt. 117 pr. Antequam incipio ſecedere, & in aliam partem conſidere. Translatum a diſceſſionibus, quæ fiebant in Senatu.

Trabes pondere commoto ſeceſſere. Stat. 12. Theb. 436.

A corpore ſenſus ſecedent. Catull. Argon. 62. 189.

Secessio, ōnis. f. [παραχώρησις, μεταχώρησις] Defectio, præcipue vero militum, aut vulgi. Cæſ. 1. Bell. Civil. 20. Divulgato Domitii conſilio, milites ſeceſſionem faciunt. Cic. pro Muren. 49. Etenim te inquirere videbant, triſtem ipſum, mæſtos amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum, animadvertebant. Budæus Seceſſionem verbum criminoſum eſſe dicit. Id enim eſt in bello Seceſſio, quod Defectionem vocamus. Cic. pro Ligar. 10. Seceſſionem tu illam exiſtimaviſti, Cæſar, initio, non bellum. Tacit. 16. Ann. 22. Seceſſionem jam id, & partes, etſi idem multi audeant, bellum eſſe dictabat.

Seceſſiones, Narrationes dicebant. Papias. [Immo Sectiones. q. V.

Secessus, ûs. m. [ἀναχώρησις, ἀναχώρημα Gl. L. G. & G. L.] ſignificat modo Diſceſſum, modo Locum ſecretiorem.

Seceſſus, Locus a turba & tumultu ſeparatus. Plin. 2. Epiſt. 13. Ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis. i. e. In villa. Et 3. Epiſt. 15. Petis ut libellos tuos in ſeceſſu legam.

Altus pinguiſque ſeceſſus. Plin. 1. Epiſt. 3. ad Caninium, Quin te in alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudiis adſeris?

In ſeceſſibus agere, i. e. Morari. Ulp. in l. Quid tamen. §. Si arbiter juſſerit. D. de recept. arbit. [Vulgo *Retractionem* vocant, & Eſt actus ipſe ejus, qui ſe a negotiis & frequentia in ſolitudinem reduxit, proprie.

Seceſſus, Sinus remotus maris. Virg. 1. Æn. 163.

Eſt in ſeceſſu longo locus.

Seceſſus avium. Plin lib. 10. cap. 29.

Secerno, crēvi, crētum, [χωρίζω, διαχωρίζω Gl. L. G.] ĕre. Dividere, ſeparare. Cic. 4. de Fin. 63. Itaque ille, non dico me expetere, ſed legere: nec optare, ſed ſumere: contraria autem, non fugere, ſed quaſi ſecernere. Varro 2. de R. R. cap. 2. Arietes, quibus ſis uſurus ad feturam, bimeſtri tempore ante ſecernendum & largius pabulo explendum.

Secernere, Diſcernere. Cic. de Amicit. 95. Secerni autem blandus amicus a vero, & internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quam omnia fucata & ſimulata a ſinceris atque veris.

Aliquem populo ſecernere. Hor. 1. Carm. 1. 32.

E grege ſecernere. Liv. 35. 14.

Facultatem dicendi a majore, ac magis expetenda vitæ laude ſecernunt. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Iniquum ſecernere juſto. Hor. 1. Serm. 3. 113.

Nucleos ſecernere. Cato R. R. cap. 10. Pilum ſeminarium unum, qui nucleos ſecernat. h. e. Qui nucleos a putaminibus ſeparet. De fabis enim loquitur.

Publica privatis ſecernere. Hor. de Arte Poet. 397.

Res apertas a dubiis ſecernere. Lucret. lib. 4. 469.

Voluptatem a bono ſecernere. Cic. 2. de Fin.

Eſt ratio ſecernendi, ſeorſumque vivendi. Lucret. lib. 2. 478.

Secernere, pro Seligere. Hor. Epod. 16. 63.

Juppiter illa piæ ſecrevit litora genti.

Secretus, a, um. [κεχωρισμένος] Partic. Separatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 55. Habeat igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea conjunctione ſecretam & liberam. Lucret. lib. 4. 87.

Nec ſigillatim poſſunt ſecreta videri.

Secretus a voluptate. Cic. 2. de Fin.

Sejunctum & ſecretum ab inani. Lucret. lib. 1. 432.

Secretum & extra vulgarem uſum poſitum. Quintil. lib. 9. cap. 3.

Conſaltant ſecretæ. i. e. Seorſum. Plaut. Bacch. 5. 2. 35.

Firmabat domi ſecretus animum adverſus ſuprema. Tacit. 15. Ann. 59.

Ante ſecreta diviſus ſtridere ſuſurros. Hor. 2. Serm. 8. 78.

Colloquium ſecretum. Auctor de Viris Illuſt. cap. 28.

Cubilia ſecreta. Ovid. 1. Faſt. 427.

Domus ſecreta. Virg. 2. Æn. 299.

Iter ſecretum. Hor. 1. Epiſt. 18. 103.

Locus ſecretus & Celebris, contraria. Cic. 2. de Legib. Loco publico, privato ne; celebri, an ſecreto; aliena civitate, an tua; in caſtris, an foro dicas, intereſt plurimum.

Loca ſecreta petere. Hor. de Arte Poet. 298.

Pabulationes ſecretiſſimæ, Longiſſime remotæ. Columel. lib. 9. cap. 4.

Queſtus ſecreti. Tacit. 3. Ann. 17.

Studia ſecreta. Quintil. lib. 2. cap. 18.

Secretum, i. n. [ἀπόκρυφον, ἀποκρύφιον, λαθραῖον Gl. L. G.] pro Seceſſu. Plin. 3. Epiſt. 1. Quam pulchrum illud, quam dulce ſecretum, quantum ibi antiquitatis?

Venire in ſecreta. Ovid. 13. Met. 555.

Facere ſecretum. Quintil lib. 10 cap. 3.

Stilus ſecreto gaudet. Quintil. lib. 10. cap. 7.

Secreti licentiam nactus. Sueton. in Tiber. cap. 42.

Secretum, [μυστήριον Gl. L. G.] pro Re ſecreta, & ſeparata, quam nulli communicavimus, eamque apud nos tacitam ſervamus: Quintil. lib. 2. cap. 1. Profert enim mores plerumque oratio, & animi ſecreta detegit. Ovid. 2. Met. 556.

Et legem dederat ſua ne ſecreta viderent.

A Secretis. V. secretarius, &, a, præp.

Mentis ſecreta ore confuſo exſerit. Senec. Herc. OEth. 4.

Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi. Ovid. 9. Met. 558.

Occulere ſecretum. Senec. Hippol. 7.

In hujuſmodi ſecretis. Vide Fabii locum in actus. in phr. Dicere ſitum. H. St.

Secreto, [κατ' ἰδίαν Gl. L. G.] Adv. Sine arbitris. Cic. 7. Att. 8. Uno Formias venimus, & ab hora octava ad veſperum ſecreto collocuti ſumus. Idem 7 Fam. 25. Secreto hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. Item 6. Verr. 100. Ex his quæritur ſecreto in curia, quid eſſe factum arbitrarentur.

Loqui cum aliquo ſecreto. Hor. 1. Serm. 9. 67.

Secreto narrare. Cic. 8. Fam. 1. Inter paucos, quos tu noſti plane, ſecreto narrantur.

Secreto rogare. Plin. 3. Epiſt. 6.

Secreto occidere filium. Quintil. lib. 9. cap. 2.

Secreto ab aliis coquere conſilia. Liv. 3. 36. pr.

Secretius, [ἰδιαίτερον] Separatius. Columel. lib. 11. cap. 2. His diebus commode inſtituuntur horti, de quibus ſuo loco dicam ſecretius. Juſtin. 26. 4. 3. Ut ſecretius ſenatum, & ſine arbitro, interficeret. conf. Sen. Quæſt. Nat. 5. 4.

Secrete, Adv. Idem. Tertull. de Orat. cap. 6. & de Pallio cap. 4.

Secretim, Adv Ammian. 29. 1.

Secretio, ōnis. f. [διαχωρισμὸς] Cic. 1. Tuſc. 71. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Secretarium, i. n. Aula, in qua judices conveniunt, & jus redditur, fere eo ſenſu, quo Auditorium, id eſt, audiendarum litium locus, in L. Lecta. Si certum petat. in P. lib. 12. tit 1. Secretarii ſæpe habetur mentio in C. Theod. Hinc deduci putem verbum Secretarius, quo in ſummis conſeſſibus pro Scriba in Galliis, non illepide abutimur, quia in Secretario decreta excipiat, vulgo non communicanda.

Secretarius, i. m. qui A ſecretis Latinius dicitur. V. in dictione secretarium. Videnda ſunt eccleſiaſticarum ſynodorum monumenta, in quibus Secretarii verbo pro Scriba, uſus fuiſſe patres certiſſimum eſt, & adnotavit Spiegelius. [Suid. Σηκρῆτις, καὶ σηκρητάριος Idem in Γραμματεὺς, Γραμματεὺς, ὁ σηκρῆτις, τὸ τῶν ἀπορρήτων γραμματέων Λατῖνοι καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι.

Secespita, æ. f. Culter ferreus oblongus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines & Flaminicæ virgines Pontificeſque ad ſacrificia utebantur: a ſecando dicta. Paulus ex Feſto. Idem Seceſpitam alii Securim, alii Dolabram æneam, alii Cultellam putant. Alii ſcribunt Secepiſta. V. not. var. Sueton. in Tiber. 25. Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpite plumbeum cultrum ſubjiciendum curavit. V. Lex. Pitiſc.

Seces-

Secessio, Secessus. V. secedo.
Secrum, Libum eſt, quod ſeceſpita ſecabatur. Feſtus.
Secius, Adv [ἧττον] Perottus putat e Secus comparativum eſſe, & aliquando pro Secus, id eſt prope, poni. Feſtus a Sero. V. infra.
Notandum eſt Virgilium primam in Secius ſemper producere, in Secus vero corripere. [Fere autem ſubjungitur negationi.
Nihilo ſecius, eſt Nihilo minus. Feſtus. Ter. And. 3. 2. 27.
Sed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium.
Secius, Minus. Apul. Nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Virg. 2. Georg. 277.
— nec ſecius omnis, in unguem
Arboribus poſitis, ſecto via limite quadret. Idem 3. Georg. 367.
Interea toto non ſecius aëre ningit.
Secius, Tardius. Accius,
Si forte paulo, quam veniam ſecius. Feſtus citans iſta Accii verba, a Sero dicit derivari, Indicans ſimul geminam eſſe lectionem hoc loco, Serius. conf. Sectius in sectus Partic. & secus.
Secludo, ſi, ſum, [ἀποκλείω] ĕre. Seorſum claudere. Cic. 1. Tuſc. 72. Nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent, & ſe totos libidinibus dediſſent, &c. iis devium quoddam iter eſſe, ſecluſum a concilio deorum. i. e. Clauſum. Propert. lib. 1. el. 29.
Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala.
Aliquem inter ſimiles puellas ſecludere. Stat. 1. Achill. 359.
Nemus ſecluſum in valle reducta. Virg. 6. Æn. 704.
A communi luce ſecluſum. Cic. 6. Verr. 23.
Secludere, Excludere. Virg. 1. Æn. 561.
Solvite corde metum, Teucri, ſecludite curas.
Vitam corpore ſecludere, Emori. Plaut. Rud. 1. 4. 1.
Quid mihi melius eſt, quid magis in rem eſt, quam corpore vitam ſecludam? i. e. Quam ut me occidam?
Secluſus, a, um. Partic. Virg. 6. Æn. 703.
— videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus. i. e. Separatum.
Secluſa ſacra a priſcis dicebantur, quæ Græci μυστήρια, appellant, ab eo quod ſeparata ac ſeorſum clauſa a nobis, propter ſanctitatem aliquam, eſſe debeant. Id genus ſacra Plinius appellat Opertanea, quod in operto occulta ſint, ne oculis profanorum obvia polluantur. V. Feſt.
Secluſorium, ii. n. [ἀποκλειστήριον] In quo aliquid ſecluditur. Varro 3. de R. R. cap. 5. Quum opus ſunt ex hoc aviario et ſumantur idoneæ, excluduntur in minuſculum aviarium, quod eſt conjunctum cum majore oſtio & lumine illuſtriore, quod ſecluſorium appellant.
Sĕco, ſecui, ſectum, [σχίζω, τέμνω Gl. L. G.] āre. Excidere. Cicero, Id totum ſecuit in duas partes.
In fruſta ſecare. Virg. 1. Æn. 212.
Infinite ſecare atque dividere. V. infinitus.
Congeriem diſpoſitam Deus ſecuit. Ovid. 1. Met. 33.
Capillus ſecare. Martial. lib. 5. 49.
Crinem ſecare. Virg. 4. Æn. 704.
Herbas ſecare. Virg. 3. Georg. 126. Columel. lib. 2. cap. 11. Quum ſecueris autem (herbam medicam,) ſæpius eam rigato.
Pabulum ſecare. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 14.
Marmora ſecanda locare, Cædenda. Hor. 2. Carm. 18. 17.
Varices ſecare alicui. Cic. 2. Tuſc. 55.
Membra alicujus ſecare, Exſecare aliquem. Ovid. in Ibin, 275.
Terga ſecare verbere intorto, Cædere. Tibul. lib. 1. 9. 22.
Corpora ſecant hirſuti vepres. Virg. 3. Georg. 444.
Plantas teneras ſecat glacies. Virg. 10. Ecl. 49.
Æquora ultima ſecare fuga. [διατέμνειν] Virg. 5. Æn. 218.
Æquora ſecare ærata nave. Virg. 10. Æn. 166.
Æthera pennis ſecare. Virg. 1. Georg. 408.
Campos ſalis ære ſecant, Secare mare navibus æratis. Virg. 10. Æn. 214.
Culta pinguia ſecat fluvius. Virg. 8. Æn. 63.
Ventos ſecare. Virg. 4. Æn. 257.
Viam ſecare. Virg. 6. Æn. 899.
Ille viam ſecat ad naves. i. e. Tenet, ut ait Servius.
Seneca lib. 6. de Benef. c. 15. Certam ſecanti viam. H. St. V. locum totum.
Spem ſecare. Virg. 10. Æn. 107.
Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem. Ubi Servius; Secat, Sequitur, tenet, habet: ut, Ille viam ſecat ad naves. Unde & Sectas dicimus, Habitus animorum, & inſtituta philoſophica circa diſciplinam. [q. d. Metit ſpem. An potius pro Præcidit?
Magnæ lites ſecantur bono viro judice. i. e. Dirimuntur. Hor. 1. Epiſt. 16. 42.
Exſors ſecandi cos. Hor. de Arte Poet. 305.
Sectus, a, um Partic. [τετμημένος] Cic. 2. Tuſc. 53. At vero C. Marius, ruſticanus vir, ſed plane vir, quum ſecaretur, ut ſupra dixi, principio vetuit ſe alligari, nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. i. e. Cum ipſi varices ſecarentur.
Capilli ſecti. Ovid. 3. Met. 506.
Corpus ſectum. Hor. 4. Carm. 4. 51.
Herbæ ſectæ. Hor. 2. Serm. 4. 67.
Pellis ſecta. Ovid. 2. Faſt. 31.
Ungvis ſectus. Hor. 1. Epiſt. 1. 104.
Annus ſectus. Stat. 8. Theb. 64.
Compita ſecta in multas vias. Ovid. 3. Amor. 1. 18.
Diviſio ſcrupuloſe in partes ſecta. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Limus. Virg. 2. Georg. 278.
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Sectius, Inſtar Comparativi, pro Secius refert Gell. 18. 9. ex Plauti Men. 5. 7. 57. conf. Trin. 2. 3. 6. V. secius.
Secātūrus, a, um. Partic. [τμήξων] pro Secturus. Columel. lib. 5. cap. 9. Supra quam ramum ſecaturus es.
Secāmentum, i. n. [πρίσμα] Quod ſecando dividitur. Plin. lib. 16. cap. 10. Piceæ ad fiſſiles, ſcandulas, cupaſque, & pauca alia ſecamenta.
Secarius, a, um. Adj. [πριστικός] Cato R. R. cap. 11. Villicum habere oportet, ſportas ſecarias tres, molas aſinarias tres, truſatiles unas. Vetus exemplar habet Fæcarias.
Sectio, ōnis f. [τμῆμα, Gl. L. G. τομή G. L.] Secandi actus dicitur Plin lib. 25. c. 13. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones, punctioneſque ne ſentiantur.
In infinitum ſectio. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Dividi ſectionibus. Vitruv. 2. 2.
Sectiones a veteribus appellatæ ſunt, quas Narrationes dicimus. Gell. 18. 9. [Al. Inſectiones. Male apud Paulum Seceſſiones.
Sectio, Media, vel aliqua pars bonorum, ſive omnia, quibus quis multatus. Cic. 2. Philipp. 64. Exſpectantibus omnibus, quiſnam eſſet tam impius, tam demens, tam diis hominibusque hoſtis, qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inventus eſt nemo præter Antonium, præſertim quum tot eſſent circa haſtam illam, qui alia omnia auderent. Cic. 1. de Invent. 85. Hoc commode reprehenditur, ſi dici poſſit ex hoſtibus equum eſſe captus, cujus prædæ ſectio non venierit. V. ſeq.
Sectio, Bona ipſa, confiſcata quæ vocant. Tacit. 1. Hiſt. 90. Reliquias ſectionum Neronianarum, nondum in fiſcum converſas, revocatis ab exſilio conceſſit. Cæſ. 2. Bell. Gall. 33. extr. Poſtridie ejus diei, refractis portis, quum jam defenderet nemo, atque intromiſſis militibus noſtris, ſectionem ejus oppidi univerſam Cæſar vendidit. i. e. Bona oppidi vendidit ſub haſta. [Non particulatim tamen, ſed univerſa ſimul, ne moram faceret, addixit plurimum offerenti. Græcus interpres λαφυροπωλεῖν reddit. V. dict. ſeq.
Sectio, Perſequutio juris. Hinc Sector, de quo verbo, præter nobilem ſignificationem, ſic Paulus apud Feſtum: Sectores, & qui ſecant, dicuntur, & qui empta ſua perſequuntur. V. dict. ſeq.
Sector, ōris. m. [τμητής Gl. G. L.] Qui ſecat. ut Sector zonarius. Plaut. Trinum 4. 2. 20. — mira ſunt,
Ni illic homo eſt, aut dormitator, aut ſector zonarius.
Sectores, inquit Aſcon. in 3. Verr. 61. dicti ſunt, qui, ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proque his pecunias penſitabant ſingulis, ac poſtea, pro compendio ſuo, ſingulas quaſque res pecunia populo venditabant. Unde a Cicerone 2. Philipp. 65. Antonius, Sector Pompeji appellatur, quoniam in ſubhaſtatione bona Cn. Pompeji redemerat. Idem pro Roſc. Amer. 80. Neſcimus per iſta tempora eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum & bonorum? [Senſu duplici.
Sectores Budæus dicit proprie eos appellari poſſe, qui delationibus faciendis, confiſcationes a principibus impetrant, ut homines interdum inſontes fortunis omnibus evertant. Cic. pro Roſc. Amer. 80. Nonne cogitas te a ſectoribus huc adductum eſſe? Et 2. Philipp. 39. Et ejus viri nomine me inſectari audes, cujus me amicum, te ſectorem eſſe fateare? Sic 3. Verr. 19. Hæc, inquam, duo, quæ in ædibus tuis ſola jam ſunt, quæ ſectorem exſpectant, relicta ac deſtituta a ceteris ſignis.
Populus ſui favoris ſector. Lucan. lib. 1. 178. i. e. Emptor & venditor, ſive auctionator ſuffragiorum comitialium.
Voluit Annibal contra fiduciam imitari; ſubjecitque argentarias Urbis tabernas; nec ſector inventus eſt. Flor. 2. 6. 48. [Male Valla 2. 8. ex Sectore Accuſatorem facit. Gloſſ. Lat. Græc. Sector, Βιώνης. Et Græc. Lat. Βιώνης, ὁ ἀπίδημος, ἢ ὁ ἀγοράζων ὠνίαν, Sector. Ubi v. ἀπίδημος corrupta videtur. Quod autem in Lat. Græc. ſequitur, id ſublata diſtinctione ſic legendum, Sector, Secundarius auctor, Δεύτερος, ἢ ἴδιος, ἢ Ὀψιμος, ἢ Θυμαγρος, Βιώνητης. Omnia enim Adjectiva pendent a Subſtantivo Αὐξητής, licet id in Græc. Lat. abſolute poſitum ſit, Βιώνητης. Secundus auctor. Non memini me in ea ſignificatione alibi vocem legere. An, Secutor? De ſectoribus ad haſtam publicam conf. Pedian. ad 5. Verr. 50.
Sectrix, īcis. f. Plin. lib. 36 cap. 15. Unde enim illi vitricus Sulla, & Metella mater, proſcriptionum ſectrix?
Sectūra, æ. f. [τμῆσις] Idem quod Sectio Plin. lib. 17. cap. 17. Ut ſectura inferior ponatur ſemper. Idem lib. 37. cap. 8.
Secturæ ærariæ. Cæſ. 3. Bell. Gall. 21. Illi alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem vineaſque actis, cujus rei longe peritiſſimi ſunt Aquitani, propterea quod multis locis apud eos ærariæ ſecturæ ſunt. Videtur, pro Fodinis accipere; ubi æs dividitur vel ſecatur. [Al. Stricturæ. q. V. & Æraria in æs
Sectīlis, e. Adj. [τμητός] Quod ſectum eſt, aut excidi poteſt: vel potius, quod in noſtros uſus ſecari ſolet ut, Sectile porrum, i. e. Sectum & ſua ſponte conciſum (ut ait Valla lib. 1.) Juvenal. 3. Sat. 293. V. sectivus.
Ebur ſectile. Ovid. De medicamine faciei, v. 10.
Medulla ſectilis. Plin. lib. 16. cap. 39.
Sectiles laminæ, Sectæ. Plin. lib. 16 cap. 43. Magna autem & glutini ratio, propter ea, quæ ſectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur.
Sectilis, pro Sectibilis, quod facile ſecari poteſt. Plin. lib. 16. cap. 43. Durabilia ac ſectilia, quæ modice humida. Ibid. Dat & alnus tuber, ſectile, ſicut citrus acerque.
Teſſellata & ſectilia pavimenta. Sueton. in Jul. cap. 46. Multi eum prodiderunt in expeditionibus teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Ad regulam & libellam exacta pavimenta ſtruantur, ſive ſectilibus, ſeu teſſeris. Per Sectilia intelligimus Sectas parvas marmoreas cruſtas in varios interdum colores. i. e. Opus emuſſeatum, ſive Moſivum, ut Spartianus in Peſcennio, aut Muſaicum vocamus. Per Teſſeras, Quadrata grandia. conf. in musivus, Pavimentum, tessera.
Sectīvus, a, um. Adj. Idem. ut, Sectivum porrum, quod folia ejus ſæpius ſecantur, ut profundius creſcat. Columel. lib. 11. cap. 3. Apud Martialem titulus eſt, Porri ſectivi, lib. 13. 1. Plin. lib. 19. cap. 10. Sectivi duo genera. conf. sectilis.
Secābilis, e. aliud Adj. Lactant. de Ira Dei, cap. 10. Dividua & ſecabilia ſunt. Auſon. Ecl. 1. 7. Secabile ſegmen.
Secāle, is. n. Frumenti genus, V. ſuo ordine.
Secŭla, æ. f. Inſtrumentum ruſticum. Varro de L. L. 4. 31. Seculæ falces, a ſecando. Claud. Conſ. Hon. 6. 391. Circumflexa ſecula.
Segmen, inis. n. [τμῆμα] Quicquid ab aliquo reſecatur: a ſecando, quaſi Secamen dictum, c in g mutato. Plin. lib. 14 cap. 18. Segminibus utrinque amputatis. Gell. lib. 10. cap. 15. Unguium Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur.
Segmentum, i. n. [πρίσμα. λέπισμα] Idem Plin. lib. 36. cap. 6. Craſſior arena laxioribus ſegmentis terit, & plus erodit marmoris.
Segmenta, etiam Inciſuræ & virgulæ ſectæ ex gemmis & unionibus.
Segmenta ſunt Partes ſphæræ, vel circuli, apud Geometras.
Segmenta, [κλίματα] dicuntur Partes, &, ut ita dicam, Membra mundi, in quæ univerſa terra digeritur. Plin. lib. 6. cap. 33. Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellavere: Græci parallelos. Idem, Quod ſupereſt terrarum, tribus aſſignatur ſegmentis.

Segmentum, Ornamentum colli, quod monile vocatur, ſic dictum, quod ex ſegmentis fieri conſuevit, id eſt ex bractaolis argenteis, aureiſve. Val. Max. lib. 5. cap. 2. pr. in Coriolani mentione, Senatus matronarum ordinem benigniſſimis decretis adornavit. Sanxit namque, &c. Permiſit quoque his purpurea veſte, & aureis uti ſegmentis. Juven. 2. Sat. 124.

Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumit. Sunt tamen qui ibi Segmenta interpretantur Faſciolas, quæ in ordine veſtis extrema parte aſſutæ, junctæque, ornamento ſint indumentis muliebribus, vel quibus nova nupta amicitur, ut ait Probus. Alii accipiunt pro Margaritis & monilibus, hoc eſt torquibus. Ovid. 3. de Arte Am. 169.

Quid de veſte loquar? non jam ſegmenta requiro.

Segmentātus, a, um. Adj. Segmentatæ veſtes, dicuntur Purpureæ bracteolis argenteis, aureiſque depictæ. Plautus, Quam pulcre ſegmentatam veſtem. Martial. lib. 6. 74.

Segmentatum, Quicquid ex tenuiſſimis ſegmentis vermiculatim compoſitum eſt, etiamſi ſegmenta lignea ſint. Juven. 6. Sat. 89.

Et ſegmentatis dormiſſet parvola cunis. i. e. Vermiculato emblemate pictis, vel præſegminibus, id eſt tenuiſſimis ligneis ramentis, ac verſicoloribus depictis. [Rectius opinor Schol. vet. Segmenta dicit, vittam pendentem de veſtibus, inteæam auro. Vitta autem *Tænia* in Gl. exp.

Secordia, Secors. V. socors.

Secretarium, Secretarius, Secreto, Secretum, Secretus, V. secerno.

Secta, Sectarius, Sectator. V. sequor.

Sectilis, Sectio, Sector, ōris, Sector. V. seco.

Sector, āri. V. sequor.

Secŭbo, ui, itum, [ἀποκοιτῶ] āre. Separatim ſive ſeorſum cubare. Liv. 39. 10. Per jocum adoleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet. Suet. in Tiber. cap. 7. Cum Julia primo concorditer & amore mutuo vixit: mox diſſedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret. Aliter Propert. lib. 2. 25. 5. Brœkh. 19. 41.

Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. [i. e. Abditus latet, ut vult Brœkh. vel potius, Solus cubat, non excubat in cohorte.

In vacuo toro ſecubare. Ovid. 3. Amor. 9. 34.

A papillis alicujus ſecubare. Catul. 59. 105.

Secubitus, ûs. m. [ἀποκοίτησις] ut, Puellæ ſecubitus. Catul. Argon. 379. Triſtes ſecubitus ferre. Ovid. 3. Amor. 10. 43.

Secula, V. ſupra in seco. Secularia, Secularis, Seculum, V. sæculum.

Secum, V. sui.

Secundus, a, um. Adj. [δεύτερος Gl. L. G.] quaſi Sequondus, vel Sequebondus, a Sequor. Quod ſequitur primum: & tam numerum, quam ordinem denotat. Plaut. Pœnul. 1. 2. 118.

— primum prima ſalva ſis,
Et ſecunda tu ſecundo ſalve in pretio: tertia
Salve extra pretium.

Secundus de tribus. Cic. in Orat. 50. Quoniam id ſecundum erat de tribus.

Secundus alicui re quapiam. Virg. 11. Æn. 441.

Nulli virtute ſecundus. Sil. lib. 7. 55.

Forma nulli ſecunda. Ovid. 2. Amor. 8. 25.

Secundus a rege. Hirt. Bell. Alex. 66.

Secundus ad. Cic. 3. de Fin. 52. Nemo dicit, in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem, ſed eos, qui in aliquo honore ſunt: quorum ordo proxime accedit ut ſecundus ſit ad regium principatum.

Facies toto orbe ſecunda. Juvenal. Sat. 10. 63. de Sejani facie, qui ſecundus a Cæſare Tiberio fuit.

Hæres ſecundus, Subſtitutus. V. hæres.

Loco ſecundo, Deinde. Cic pro Cæcin. 23. Maxime fuit optandum Cæcinæ, Recuperatores, ut controverſiæ nihil haberet: ſecundo loco, ut ne cum tam improbo homine: tertio, ut cum tam ſtulto haberet.

Locus in dicendo ſecundus. Cic. 2. Att. Et ille ſecundus in dicendo habet auctoritatem pæne principis, & voluntatem non minus devinctam beneficio cos.

Lumen ſecundum, Dies ſequens. Cic. 7. Att. 26. Si te ſecundo lumine hic offendero.

Menſa ſecunda. Cic. 14. Att. 6. Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. Idem 16. Fam. 21. In lacinia ſervantem ex menſa ſecunda ſemina. Virg. 2. Georg. 101.

Non ego te, diis & menſis accepta ſecundis,
Tranſierim, Rhodia, &c.

Partes tractare ſecundas, Tragœdiæ ſcilicet. Hor. 1. Epiſt. 18. 14.

Partium eſſe ſecundarum. Cic. 1. Verr. 48. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum partium, quum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat. V. pars.

Interdum reticetur ſubſtantivum. Plin. lib. 7. cap. 12. Ejuſdem familiæ Scipioni poſtea cognomen Salutio mimus dedit: ſicut Spinter ſecundarum, tertiarumque Pamphilus, collegio Lentuli & Metelli coss.

Secundas agere, pro Aſſentiri alicui, & pæne aſſentari. Senec. lib. 3. de Ira, cap. 8. Cœlium oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat: cum quo cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: ſed difficile erat illi, in crepulam conjecto, rixam ejus, cum quo edebat, effugere. Optimum judicavit, quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Cœlius aſſentientem, ſed exclamavit, Dic aliquid contra, ut duo ſimus. conf pars.

Auctoritatis ſecundæ, Proximum primæ. Plin. lib. 35. cap. 6. Rubricæ genus in ea voluere intelligi quidam, ſecundæ auctoritatis: Palmam enim Lemniæ dabant.

Notæ ſecundæ vites, h. e. Bonitatis & præſtantiæ. Columel. lib. 3. cap. 2.

Panis ſecundus, idem qui Secundarius. Hor. 2. Epiſt. 1. 123.

— vivit ſiliquis, & pane ſecundo.

Secundus, pro Pari. Hor. 1. Carm. 12. 18.

Unde nil majus generatur ipſo,
Nec viget quicquam ſimile, aut ſecundum:
Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores. [Proximus longo intervallo, non quaſi gradu unico diſtans, quod proprie ejus eſt, quod ſecundum locum obtinet.

Secundus, Pronus, De his, quæ fluxum, curſumve habent.

Amni ſecundo pars cetera defluit. Virg. 8. Æn. 549.

Amni ſecundo miſſus defluit aries. Virg. 3. Georg. 447. Defluit, Cum aqua ſcilicet. Servius.

Aura ſecunda, Grata, aſpirans, proſpera. Plin. lib. 8. cap. 32.

Currus. Virg. 1. Æn. 160.

Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo. i. e. inquit Servius, Obſequenti Trojanis. Et tractus eſt ſermo a ſequentibus ſervis, i. e. pediſequis ſecundis. Unde & Secundam fortunam dicimus: quod ſecundum nos eſt, i. e. prope nos. [Immo quod Sequitur nos, V. infra.

Flumen ſecundum, Pronum. Tacit. 5. Hiſt. 23. Ovid. 4. de Pont. 15. 27.

— ſed flumine ſæpe ſecundo
Augetur remis curſus euntis aquæ.

Mare ſecundum. Liv. 29. 7.

Ventus ſecundus, [οὔριος ἄνεμος, Gl. L. G.] Proſper, gratus. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Iſque, quum ſecundiſſimo vento curſum teneret, ridens, Videtis ne, inquit, amici, quam bona a diis immortalibus navigatio ſacrilegis detur? Plaut. Merc. 5. 2. 34.

Huc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo verſoriam. Cic. 2. Att. 16. Quid ſi etiam Cæſarem, cujus nunc venti valde ſunt ſecundi, reddo meliorem? Hic per translationem.

Vela intendere ventis ſecundis. Virg. 3. Æn. 683.

Verba iræ ſecunda, pro Apta & congruentia. Liv. lib. 2. 38. pr. Sedulo audientes ſecunda iræ verba.

Secundus, [αἴσιος Gl. G. L.] Fauſtus, Lætus, Proſper.

Avibus ſecundis, Bonis, Lætis auſpiciis. Liv. 6. 12. Deos, qui ſecundis avibus in prælium miſerint.

Auſpicia ſecunda. Hor. 4. Carm. 14. 16.

Numinibus ſecundis, Propitiis. Tacit. 15. Ann. 34. pr. Illic, ut plerique arbitrabantur, triſte, ut ipſe, providum potius, & ſecundis numinibus, evenit.

Omine ſecundo ire. Hor. 3. Carm. 11. 50.

Secundus, [αἴσιος, δεξιὸς Gl. L. G.] Benevolus & favens, item Lætus & facilis. Et contrarium habet Adverſus.

Admurmurationibus ſecundis Senatus illum accuſavi. i. e. Senatu ſubmiſſis verbis aſſentiente. Cic. 2. Q. frat. 1. Multa feci verba de toto furore latrocinioque P. Clodii: tanquam reum accuſavi, multis & ſecundis admurmurationibus cuncti Senatus.

Actiones ſecundæ. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Amor ſumme ſecundus. Lucret. lib. 4. 1135.

Auribus ſecundis aliquid accipere, Benevolis. Liv. 6. 40. Omnia ne ſemper, quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus: quæ ab noſtrûm aliquo dicentur, adverſis accipietis?

Clamor ſecundus. Virg. 5. Æn. 591.

Curſus ſecundos dare. Virg. 3. Æn. 460.

Di faciles, & in amore ſecundi. Ovid. 18. Epiſt. 5.

Exiſtimatio ſecunda, h. e. Fama proſpera. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 7.

Exitus ſecundi, Felices. Hor. 4. Carm. 14. 38.

Fama ſecunda, Bona, proſpera. Liv. 27. 10. extr. conf. Compar.

Fortuna ſecunda, & Dubia. Cic. 3. Verr. 38. Si nullam religionem ſors habebit, nullam ſocietatem conjunctio ſecundæ dubiæque fortunæ, nullam auctoritatem mores atque inſtituta majorum. [Hæc & Obſequens fortuna dicitur. conf. Currus, ſupra.

Fortuna adverſa, & Secunda, contraria. Virg. 9. Æn. 282.

Laboribus ſecundis crevit Romana pubes. i. e. Proſperis. Horat. 4. Carm. 4. 45.

Oratione ſecunda extollere aliquem, Grata, plauſibilis. Sall. in Jugurth. c. 65.

Plauſuque volat fremituque ſecundo. Virg. 5. Æn. 338.

Populo ſecundo aliquid facere, Favente, non repugnante. Cic. 2. Tuſc. 4. Eſt enim Philoſophia paucis contenta judicibus, multitudinem conſulto ipſa fugiens, eique ipſi & ſuſpecta & inviſa: ut vel ſi quis univerſam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſſit.

Prælium ſecundum. Tacit. 4. Hiſt. 79. Secundum prælium fecit.

Res ſecundæ, Proſperæ, ex animo ſuccedentes. Dictæ (ut ait Feſtus) non a numero, ſed quia ut velimus ſequantur. Cic. de Amicit. 22. Nam & ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & adverſas, partiens, communicanſque, leviores. Ter. And. 5. 6. 11. Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice. Hor. 1. Epiſt. 10. 30.

Quem res plus nimio delectavere ſecundæ.

Res ſecundæ de. Ter. Heaut. 2. 2. 1.

Si mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, jamdudum, ſcio,
Veniſſent.

Rumor ſecundus. Hor. 1. Epiſt. 10. 9. Virg. 8. Æn. 90.

Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo. V. rumor.

Tempeſtas ſecunda. Tacit. in Vita Agric. 38.

Tempora ſecunda. Horat. 4. Carm. 9. 35.

Vires ſecundæ. Virg. 2. Æn. 617.

Voluntate ſecunda hominum. Cic. 13. Fam. 19. Panſam noſtrum ſecunda voluntate hominum paludatum ex urbe exiſſe, cum ipſius cauſa gaudeo, tum mehercle etiam omnium noſtrûm.

Secunda in aliquem voluntas. Cæſar 2. Bell. Civil. cap. 17. Tanta ac tam ſecunda in Cæſarem voluntas provinciæ reperiebatur.

Compar. Suet. in Jul. cap. 2. Reliqua militia ſecundiore fama fuit. i. e. meliore.

Secundiores res concedere Deos. Cæſ. 1. Bell. Gall. 14.

Superl. Hirt. Bell. Alex. cap. 11. Prælium ſecundiſſimum.

Omnia ſecundiſſima nobis accidiſſe videntur. Cic. 10. Att. 8.

Secundus, Cognomen frequens apud Romanos, ut C. Plinius Secundus. V. infra.

Secundo, Adv. [δεύτερον] Secundo Conſul, pro Iterum. Et, Secundo eum noveram, i. e. Bis. Cicero, Semel hominem allocutus fueram: an ſecundo mihi redeundum eſſet, ignorabam. [Ita Nizol. Sed alius locus eſt pro Planc. 50. quem ſubornt. Ubi Secundum malim.

Secundum, [παρὰ, Gl. G. L.] Præpoſitio Accuſativo caſui ſerviens, pro Juxta ſive prope. Nam quod ſecundo loco poſitum eſt, prope eſt. Cic. 4. Fam. 12. Duo vulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Plaut. Rud. 1. 2. 60.

Proh dii immortales! quid illuc eſt, Sceparnio,
Hominum ſecundum litus? Cic. 8. Att. 12. Cn. Magn. L. Dom. Et ſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturum.

Secundum, Poſt. Plaut. Capt. 2. 1. 42.

Nam ſecundum patrem tu es pater proximus. Cic. 2. Offic. 21.

Proxime autem & ſecundum deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. Liv. 28. 9. Se vero ea, quæ poſtularent, decernere, Patres, merito Deorum primum, dein, ſecundum deos, Conſulum, reſponderunt.
Secundum fratrem illis plurimum tribuebat. Cic. 4. Acad.
Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine. Cic. 12. Att. 16.
Hæres ſecundum aliq. inſtitutus. Cic. 3. Verr. 124. Appellat hæredem L. Annium, qui erat inſtitutus ſecundum filiam.
Secundum hunc diem, Cras. Cic. 2. de Orat. 264. Hoc facilius nobis expones ea, quæ abs te de officiis, præceptiſque oratoris quæſita ſunt: ſed, opinor, ſecundum hunc diem: ſatis enim multa a nobis hodie dicta ſunt.
Secundum ea quæro, ſervariſne in eo fidem. i. e. Poſtea, vel Præter hæc. Cic. in Vatin. 15.
Secundum & Ante, contraria. Cic. 2. Verr. 33. Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem.
Secundum, Pro. ut, Secundum te litem do, i. e. Pro te: Secundum me judica, Pro me. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 15. Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat. Cic. 4. Verr. 41. Utatur inſtituto ſuo, ne cogat ante horam decimam de abſente ſecundum præſentem judicare. Ulpianus, Et poſt edictum ſecundum præſentem judicabitur, ac ſi præſens eſſet.
Secundum cauſam multa diſputare, In favorem cauſæ. Cic. 4. Att. 2.
Secundum re decrevit. Cic. 4. Att. 2. Nunciat jam populo, Pontifices ſecundum ſe decreviſſe.
Secundum Buthrotios judicavit. Cic. 16. Att. 18.
Secundum, In. Cic. 1. de Divin. 126. Quumque ſolidam inveniſſet, ſtatuiſſetque tollere: ei ſecundum quietem viſam eſſe Junonem: prædicere ne id faceret.
Secundum quod poſſibile eſt. Paulus in l. 5. D. De fundo dotal.
Secundum, alio modo. Ter. Eun. 5. 9. 60.

— poſtquam eis mores oſtendi tuos,
Et collaudavi ſecundum facta & virtutes tuas,
Impetravi.

Secundum jus faſque. Liv. 30. 31. Dii teſtes ſunt: qui & illius belli exitum ſecundum jus faſque dederunt, & hujus dant, & dabunt.
Secundum arbitrium tuum, pro Ad arbitrium tuum. Cic. 7. Verr. 163.
Judicare ſecundum aliquem. Cic. pro Roſc. Com. 3. V. paulo ſupra.
Secundum, Super. Salluſt. in Jugurth. Secundum ea uti deliberetis. [Error videtur. Cap. 24. exſtat, Vellem potius ob mea &c. ſecundum ea, ſi deſideranda erant, uti debitis uterer. V. Priſcian. in 14 fol. 157. b. Aldi & 18 240. a. ubi docet Secundum pro κατὰ, vel μετὰ, Græcorum imitatione dici.
Secundum Platonem, i. e. Juxta Platonis ſententiam.
SECUNDUM, Adv. pro Secundo, vel iterum. [δεύτερον Gl. G. L.] Varro apud Non. 2. 621.
SECUNDO, Adv. Idem. Gell. 7. 3.
SECUNDÆ, ārum. f. pl. [ὕστερα] Membrana illa, quæ poſt partum utero prodit, quæ & Secundina vocatur. Dictæ ſecundæ, quod naſcentem infantem ſequantur. Plin. lib. 20 cap. 9. Braſſicæ ſuccus contra ardorem febrium & ſtomachi vitia, utiliſſime imponitur, & ad ſecundas. Idem lib. 20. cap. 13. Fœminarum etiam purgationes, ſecundaſque, etiam emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Vulgo *L'arriere faix.*
SECUNDĀRIUS, a, um. Adj. [δευτερεῖος Gl. G. L.] quaſi Secundi ordinis. ut, Panis ſecundarius. Suet. in Auguſt. cap. 76. Plin. lib. 18. cap. 9. Præterea floris ſemodium, & cibarii, quod ſecundarium vocant, ſextarios quatuor, furfuris ſextarios quatuor. Sic, Secundarium minium, apud eundem lib. 33. cap. 7. conf. CIBARIUS.
Secundarium, pro Proximum, vel Secundum. Cic. 2. de Invent. 24. In hoc autem loco, caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit, alii nemini cauſam fuiſſe faciendi: ſecundarium, ſi tantam, aut tam idoneam nemini.
SECUNDARIUS, i. m. [δευτεραγωνιστής] Actor ſcenicus ſecundarum partium. Cicero metaphorice uſus eſt in Bruto 244. Quod idem faciebat, inquit, Q. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. Budæus interpretatur, Secundæ & proximæ claſſis. Sunt qui legunt Secundarum: ſubaudiuntque Partium. Alii Secundanus: nec deſunt qui Secundator legendum putent. [Gloſſ. Lat. Græc. Secundarius, Subdiga, Ὑπογραφεύς.
SECUNDĀNUS, a, um. Adj. [δευτερανός] Secundæ legionis miles, vel emeritus. Plin. lib. 3. cap. 4. In mediterraneo coloniæ Arelate ſextanorum, Biterræ ſeptumanorum, Arauſio ſecundanorum h. e. Sextæ, ſeptimæ, & ſecundæ legionis militum. Liv. 34. 46. extr. Quartæ hic, ille ſecundæ legionis (rem in aſperis præliis ſæpe tentatam) ſigna, adempta ſigniferis, in hoſtes jecerunt: Dum repetunt enixe ſignum, priores ſecundani ſe porta ejecere. Idem 34. 15. Secundani terga hoſtium cædunt.
SECUNDICERIUS, i. m. [σεκουνδικήριος] non Secundocerius, aut Secerius, legendum eſt in Codice Juſtiniani lib. 12. titul 7. in Rub. Eſt autem Secundicerius, Secundarius; ſicut Primicerius, Primarius: i. e. Qui ſecundum locum in dignitate primicerii obtinet: quaſi notarius ſecundarius & poſt protonotarium. V. l. Scriniis omnibus. §. Scrinii. De palatinis. lib. 12. C. tit. 24. conf. PRIMICERIUS.
SECUNDO, [δευτερῶ] Ite. Gemino, Itero. Gloſſ. Græc. Lat.
Secundo, [αἰσιόω Gl. G. L.] Proſperum reddere. Propert. lib. 3. 21. 14.

Jam liquidum nautis aura ſecundat iter. Virg. 7. Æn. 259.
— di noſtra incœpta ſecundent. [In Gloſſ. Lat. Græc.

mendoſe ſcriptum puto, Secundo, [illegible], pro [illegible].
Aura blanda ſecundat aquas. Ovid. 13. Epiſt. 136.
Viſus ſecundare, & omen levare. Virg. 3. Æn. 36.
Deus ſecundet votum noſtrum. Senec. Herc. fur. 9.
Secundare, In melius convertere, vel obſequi, ut ait Donatus. Ter. Adelph. 5. 9. 37.

Hæc reprehendere & corrigere me, & ſecundare in loco. Emendata exemplaria hoc loco legunt Obſecundare.

Tempus ei rei ſecundat. Plaut. Rud. 4. 2. 3.
SECUNDANS, antis. Partic. [ἐπουριάζων] ut, Vento ſecundante. Tacit. 2. Ann. 24.
SECUNDATIO, ōnis. f. Auguſtin.

SECUNDĀTUS, ûs. m. Locus ſecundus. Tertull. de Anima, cap. 27. Alteri primatum damus, alteri ſecundatum. [Non eſt verbum.
SECUNDATOR, ōris m. Hieron.
SECUNDUS, [Σεκοῦνδος] Philoſophus fuit Athenienſis, quem aliqui Epithyrum vocant, quod Architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis æmuluſque Herodis Attici, qui illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cavillatus eſt,

Figulus æqualem exagitat, tu Rhetora tecton. Nihilominus tamen ſenem poſtea mortuum & epicedio & lacrimis honoravit. Ex Philoſtrato.

Secundus alter Tridentinus, vir ſanctus, Agiulphi regis Longobardorum tempore, ſcripſit breviter Longobardorum hiſtoriam. auctor Paulus Forojulienſis.
Fuit etiam hoc illuſtris Veronenſis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus, Naturalis hiſtoriæ ſcriptor. V. PLINIUS. Fuit & multis aliis Ro. gentibus uſurpatum cognomen.
SECUPLUM, V. SESQUIPLUM.
SECURIDACA, æ. f. Herba eſt ciceris foliis puſilla, folliculos habens corniculorum modo aduncos, & in his ſemen rufum, ſecuriculæ ancipitis figura, a quo argumento & nomen invenit, πελεκῖνος. Naſcitur in hordeo & tritico, quæ & amplexu ſuo non raro enecat. Alio nomine Hedyſarum dicitur. Apud Gallos varia ſortitur nomina: aliis Fabam lupinam, aliis Erbum, aliis Granum appellantibus.
Securidaca, Nomen eſt in Latinis ſcriptoribus non rarum. Turnebus tamen iſtam nominis formam non agnoſcit, cum præſertim Græce πελεκῖνος a ſecuri vocetur, & a ſecuritate nomen oriri non poſſit. Ex eo fit ut contra fidem omnium librorum Securiclatam ſcribi debere contendat, id eſt Securiculatam, a ſecuricula, cujus figuram ſemen refert.
SĔCŪRIS, is. f. [πέλεκυς Gl. L. G.] Inſtrumentum fabrile, ad ſecanda ligna; quaſi Semiquiris, ut ait Servius. Sabini enim Quirim haſtam appellabant. Virg. 11. Æn. 656.

— æratam quatiens Tarpeja ſecurim.

Acies ſecurium. V. ACIES.
Anceps ſecuris. Ovid. 8. Met. 397. Ex utraque parte incidens, utrimque acuta. [Niſi periphraſis eſt Bipennis. Gloſſ. Græc. Lat. πέλεκυς δίστομος, Bipennis.
Curvæ ſecures. Virg. 7. Æn. 184.
Ex adamante facta ſecuris. Ovid. 3. Faſt. 805.
Hebetes ſecures. Juven. 8. Sat. 137.
Laurigeræ ſecures, Imperatoris victoris faſces laureati, cum ſecuribus. Claud. 4. Conſ. Hon. 14.
Pacificæ ſecures. Lucan. lib. 7. 64.
Sacrifica ſecuris. Ovid. 12. Met. 249.

— veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri.

Sævæ ſecures. Virg. 6. Æn. 819.
Tenedia, V. Infigere ſecurim infra.
Valida ſecuris. Virg. 11. Æn. 696.
Rara ſecuris eo fertur, i. e. Eo raro venitur cædendorum lignorum gratia. Hor. 1. Serm. 7. 27.
Cædere ſecuri. Virg. 3. Georg. 364.
Impacta ſecuris cædit rotas bigarum. Juven. 10. Sat. 59.
Infigere ſecurim, vel Injicere, dicuntur, qui vehementer lædunt, ac vulnerant. Cic. pro Muren. 48. Sed tamen, Servi, quam te ſecurim putas injeciſſe petitioni tuæ, quum tu populum Rom. in eum metum adduxiſti, ut pertimeſceret, &c. Atque inibi paulo ſuperius, quod hic Securim dixit, velut exponens, appellat Plagam: Atque ex omnibus illa plaga eſt injecta petitioni tuæ, non tacente me, maxima. Item pro Planc. 70. Graviorem potuerunt Reip. infigere ſecurim. Idem 2. Q. frat. 10. Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt. Ex Demoſthene Phocionem appellare ſolet ſuorum argumentorum ſecurim. Omnia tela in patriam intenta, dixit Cic. de Provinc. Conſ. 23. Eraſmus.
Percutere ſecuri. Cic. 3. Verr. 7. Agunt cum præcipitem pœnæ civium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit, partim in vinculis necavit.
Subjicere cervices ſecuri. Cic. in Piſon. 83. Quum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui cervices ſubjicere geſtiret.
Secures faſcibus inſerebantur, & ſolebant Conſulibus Romæ, & Prætoribus in provincia faſces & ſecures præferri. Liv. 24. 9. Conſul admonuit cum ſecuribus ſibi faſces præferri. Idem 2. 18. Creato Dictatore primum Romæ, poſtquam præferri ſecures viderunt, magnus plebem metus inceſſit. [Immo Romæ detractæ erant Conſularibus faſcibus ſecures. V. in FASCES & SUBMITTO.
Secures pro ipſo honore curulis magiſtratus, cui competunt ſecures. Hor. 3. Carm. 2. 19.

Nec ſumit, aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

SECURA, æ. f. & SECURUM, i. n. etiam dicitur, ſi credimus Gloſſographo Græcolat. Πέλεκυς, Secura, hoc Securum.
SĔCŪRĬCŬLA, æ. f. [πελέκιον Gl. G. L.] dimin. Plin. lib. 18 cap. 19. Securiculam in ſtiva pendere oportet, qua intercidantur radices.
Securicula, Ligneum retinaculum, quod etiam ſuſcus, ſubſcuſque dicitur, quo duo ligna tenaciſſime inter ſe vinciuntur: Unde Securiclati cardines, apud Vitruvium lib. 10. 15. Noſtri (ut arbitror) *hirundinum caudas* appellant. Bud. Philand. in Vitruv. 2. 8. & 4. 7.
Securicula [πελεκῖνος] in fabrica balliſtæ apud Vitruvium l. c. ea eſt, quæ incluſa & inſita, operitur cheloniii pulvino. Turneb.
Legitur per contractionem Securicla. Unde
SECURICLĀTUS, a, um. Adj. Securiclis compactus. Vitruv. 10. 15. extr. Securiclati cardines. V. SECURICULA.
SECURĬFER, a, um. Adj. [πελεκυφόρος] Qui fert ſecurim: ut Pyracmon ſecurifer. Ovid. 12. Met. 460.
SECURIGER, a, um. [πελεκυφόρος] aliud Adj. Idem.
Catervæ ſecurigeræ. Valer. 5. Argon. 137.
Dextra ſecurigera. Sil. lib. 16. 48.
Puellæ ſecurigeræ, Amazones. Ovid. 4. Epiſt. 117.
SĒCŪRUS, a, um. Adj. [ἀμέριμνος Gl. L. G.] Qui ſine cura eſt, quaſi ſeorſum a cura. Ac proprie de hominibus ipſis dicitur, atque ad animum refertur. Ovid. 1. Met. 100.

Mollia ſecuræ peragebant otia gentes. Plin. 3. Epiſt. 14. Vides

quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis ſimus obnoxii: nec eſt quod quiſquam poſſis eſſe ſecurus, quia ſit remiſſus ac mitis.
Securus ab afflatu. Plin. lib. 12. cap. 1. l. 2. Nullum afflatum timens ſibi.
Securus de bello. Liv. 36. 41.
Reddere ſecurum ab aliqua parte aliquem. Cic. 10. Fam. 24. Si Africanæ legiones celeriter venerint, ſecuros vos ab hac parte reddemus.
Animi ſecuri homo. Cic. 12. Att. 52. De lingua Latina ſecuri es animi, dices, qui talia ſcribis.
Securus, Diſſolutus, ſine ulla cura, quem & Supinum Juriſconſulti vocare ſolent, id eſt, ſocordem, & deſidem.
Genitivo jungitur. Quintil. de Tautologia loquens, lib. 8. cap. 3. Hæc enim quanquam non magnopere ſummis auctoribus vitata, interim vitium videri poteſt, in quod ſæpe etiam incidit Cicero, ſecurus tam parvæ obſervationis. i. e. Negligens & contemptor. [Vel potius Parvipendens, quod & Incurioſus dicitur.
Atque etiam de Beſtiis dicitur, ut apud Lucan. lib. 1. 212. de leone,
Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit.
Amorum ſecurus. Virg. 10. Æn. 329.
Conjugii ſecura. Valer. 8. Argon. 206.
Damni ſecura libido. Tacit. Agric. 43. 6.
Decoris ſecurus. Tacit. 3. Hiſt.
Famæ ſecurus, Sine cura comparandæ laudis. Ovid. 1. Triſt. 1. 49.
Fortunæ ſecura virtus. Claud. de Conſ. Mall. Theod. 2.
Futuri ſecura. Ovid. 6. Met. 137.
Odii ſecurus. Tacit. in Vit. Agric. 43.
Pœnæ ſecuros. Hor. 2. Epiſt. 2. 17.
Potentiæ ſecurus. Tacit. lib. 4. Ann. 60.
Veniæ ſecurus. Lucan. lib. 8. 784.
Securus eleganter ad res etiam inanimatas transfertur, A quibus cura & metus abeſt. Eſtque tum fere ſynonymum τῷ Tutus. ut,
Securus a metu ſomnus. Plin. lib. 28. cap. 9.
Securæ ab hoſte res. Liv. 24. 19. Et nec dum ſecuræ res ab Annibale eſſent.
Ævum ſecurum agere. Lucret. lib. 6. 57.
Damno ſecuro ruit porticus. Martial. lib. 1. 83.
Dies ſecurus ire tibi non ſinit puella. Tibull. lib. 3. 4. 54.
Domus ſecuræ ſtant. Plin. in Paneg. cap. 51. pr. A metu ruinæ ſcil.
Otia ſecura agere. Virg. 3. Georg. 376.
Somnos ſecuros rumpere. Lucan. lib. 3. 25.
Teſtamentum ſecurum, Teſtamenti factio libera a metu calumniæ delatorum. Plin. in Paneg. cap. 34.
Virtus ſecura. Lucan. lib. 3. 25.
Caſuum ſecura loca. Tacit. 1. Hiſt. 86. Non modo jacentia, & plana urbis loca, ſed ſecura hujuſmodi caſuum implevit.
Æther terris ſecurior. Ovid. 1. Met. 151.
Securiſſimus, apud Sidon. 8. Epiſt. 12. Tertull. & Auguſt.
SECURE, Adv. [ἀδεῶς] Paterc. 2. 120. 4. Secure aliquid continere.
Securius pugnare pro aliena domo. Juſtin. 9. 10.
SECURITAS, ātis. f. [ἄδεια, ἀμεριμνία, ἀφροντισία] Curæ & anxietati opponitur: eſtque Animi recta placidaque conſtitutio, malorum impendentium cura vacans. Cic. 5. de Fin. 23. Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν. Idem 5. Tuſc. 42. Qui autem illam, maxime optatam & expeditam ſecuritatem, (ſecuritatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis.) in qua vita beata poſita eſt, habere quiſquam poteſt, cui aut adſit, aut adeſſe poſſit multitudo malorum? Plin. lib. 9. cap. 47. Certiſſima eſt ſecuritas vidiſſe planos piſces: quia nunquam ſunt, ubi maleficæ beſtiæ.
Infelix ſecuritas. Quintil. in Prœm. lib. 6.
Inhumana ſecuritas. Tacit. 3. Hiſt. 83.
Compoſitus in ſecuritatem, Securitatem ſimulans. Tacit. 3. Ann.
Conſequi ſecuritatem. Ulpian. in l. Si ſervus communis. D. de noxalib. action.
Parere ſecuritatem. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Præſtare ſecuritatem. Cic. 15. Fam. 5. Vale, & nos dilige: & inſtituto itinere ſecuritatem, diligentiamque ſociis & Reipub. præſta.
Ut tranquillitas animi adſit, & ſecuritas. Cic. 1. Off. 69.
SECUS, n. per omnes caſus integra forma declinatur, Veteres dixere pro Sexus. Salluſt. Fragm. cap. 15. Muliebre & virile ſecus. i. e. Sexus. Auſon. Edyll. 11. 8.
Veſta, Ceres & Juno, ſecus muliebre, ſorores. Dialt & Arnob. 5. Femineum ſecus. V. Gronov. ad Liv. 26. 47. & Elmenh. Indic. in Apulej. Cort. ad Sall. fragm. p. 960.
SECUS, [παρὰ Gl. L. G.] Præpoſitio, Accuſativo jungitur, ſignificatque Prope. ut, Secus decurſus aquarum ſerantur ſalices.
Naſcitur ſecus fluvios. Plin. 24. 15. Ubi tamen Secundum legi vult Manut. V. Chariſ. 1.
Secus viam ſtare. Quintil. 8. 2.
Utrinque ſecus. Cato R. R. cap. 21. Dextra ſiniſtra foramina utrinque ſecus lamina. Et p. p. Copam, qui fini in modiolos erit, utrinque ſecus imbricibus ferreis ı v deſuet, ibi utrimque ſecus facito, qui figas. Rurſuſque ibid. Foramen librarium ferreum, digitos vı latum, indito, pertuſum utrinque ſecus, qua clavus eat.
Undique ſecus. Solin. cap. 64. Arcent ſana afflatum noxium colles, quæ ſalubri apricitate undique ſecus objecti, prohibent auræ peſtilentes.
SECUS, [ἑτέρως, Gl. L. G.] Adv. ſignificat Aliter, præſertim quando Non vel Haud comites habet. Plaut. Epid. 2. 2. 94.
Ubi erit empta, ut aliquo ex urbe amovam: niſi quid tua
Secus ſententia eſt. Cic. de Clar. Orat. 229. Nemo dicet ſecus.
[Sic Secus admiſſa in temp. Suet. Tib. 2. Ubi alii Secius, vel Sequius ex Mſſ. Sed Caſaubonus κατ' εὐφημισμὸν dictum docet, pro [illegible].
Recte an ſecus, nihil ad nos. Cic. in Piſon. 68.
Secus quam. Plaut. Caſ. prol. 46. Et Aul. 3. 2. 22. Quid diximus tibi ſecus, quam velles. Cic. 6. Att. 2. Mihi autem erit maxime curæ, ne quid fiat ſecus, quam volumus, quamque oportet.
Non ſecus ac. Cic. pro Muren. 10. Non ſecus, ac ſi meus frater eſſes, Et 2. de Orat. 24. Non dixi ſecus, ac ſentiebam. Virg. 3. Æn. 236.
Haud ſecus, ac juſſi, faciunt.
Secus atque. Cic. 3. de Orat. 117. Sed paulo ſecus a me atque ab illo partita ac diſtributa. Idem 2. de Nat. Deor. Quoniam cœpi ſecus agere, atque initio dixeram.

Longe ſecus. V. LONGUS.
Multo ſecus. V. MULTUS.
Secius compar. a Secus. V. in ſuo loco.
SECUSSES, Populi ſunt in Alpibus, ut notat Plin. lib. 3. cap. 20.

S E D

SED, [ἀλλὰ, Gl. L. G.] Conjunctio adverſativa, aliquando Tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei, inquit Donatus. Ter. Phorm. 1. 4. 17.
Sed quis hic eſt ſenex, quem video in ultima platea? A. ipſus eſt.
Puto Politianum ſolitum ſcribere Set. H. St. Ut poſtea Lindenbrogius in Terentio ſuo, & nuper Bentlejus, ex Mſſ. V. ad fin. dictionis ex Caſſiod. allata.
Sed, contrariæ ſententiæ ſignificationem habens. Ter. And. 3. 1. 4.
Sed hic Pamphilus. A. quid dicit? M. firmavit fidem. Idem 3. 2. 45.
Atque haud ſcio, an, quæ dixit, ſint vera omnia,
Sed parvipendo. Donat. Virg. 9. Ecl. 55.
Sed, inceptivum, pro Atque. Ter. And. 2. 1. 12.
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. B. age age, ut lubet. C. ſed Pamphilum Video. Donatus.
Sed mane, quaſi Incipientis, demonſtrantiſque aliquid novi ſe inveniſſe. Ter. And. 4. 1. 59.
Faciam. P. at jam hoc opus eſt. D. hem! ſed mane: concrepuit a Glycerio oſtium. Donat.
Sed quid hoc! non Interrogantis, ſed Mirantis & non intelligentis eſt, inquit Donat. Ter. And. 4. 5. 2.
Sed videon' ego Philotium? Ter. Hec. 1. 2. 6. Sic ſolet (inquit Donatus) dubitari, advenientibus ipſis, quos poſt multum temporis intervallum vident. conf. a pr.
Sed, interdum auget. V. Certus homo, in CERTUS.
Sed, Epitrope ſervit. Cic. 4. Acad. 75. Idem mihi quidem non videtur: ſed diſſolverit ſane, certe tam multa non collegiſſet, quæ nos fallerent probabilitate magna. Idem pro Ligar. 35. Sed ierit ad bellum, diſſenſerit non a te ſolum, verum etiam a fratribus.
Sed, in objectione ponitur, & in anthypophora. Cic. 12. Philip. 26. Sed effugi inſidias, perrupi Apenninum: nempe in Antonii congreſſum, colloquiumque veniendum eſt. i. e. Verum eſto ut effugerim, vel effugiam, &c. Budæus.
Sed, in confirmatione, ſuperiorum poſitum. Cic. 5. Verr. 67. Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat, ſed homines & ſatis fortes, & ſatis plane frugi ac ſobrii.
Non, ſed. Cic. 1. Att. 15. Non odio adductus alicujus, ſed animo corrigendæ & ſanandæ civitatis.
Sed non, ſed. Cic. 4. Acad. 66. Sed, non de me, ut dixi, ſed de ſapiente quæritur. Idem 2. de Orat. 299. Sed non de præſtanti quadam & eximia, ſed prope de vulgari & communi prudentia diſputo.
Sed vellem non ſolum, &c. ſed etiam, &c. Cic. 1. Fam. 9. V. NON.
Non modo, ſed ne. Cic. pro Rabir. perd. reo, 13. Non modo hujus libertatis, manſuetudiniſque non ſunt, ſed ne Romuli quidem aut Numæ Pompilii, ſed Tarquinii. V. NON.
Sed, ſive eſt ars, ſive artis quædam ſimilitudo, non eſt quidem ea negligenda, verum intelligendum, &c. Cic. 1. de Orat. 109.
Sed, pro Sed etiam. Cic. 1. de Nat. Deor. 110. Tuus autem deus, non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, poplitibus, manibus. Idem 1. Fam. 6. Non interfuit modo, ſed præfuit. Cic. pro Milon. Obliti eſtis, Judices, recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modo inimicorum Milonis ſermones & opiniones, ſed nonnullorum Imperitorum. Idem in Piſon. 64. Senatus odit te, quod eum tu facere jure concedis, afflictorem & proditorem, non modo dignitatis atque auctoritatis, ſed omnino ordinis ac nominis ſui. Et ſic fere ubique. Bud.
Sed, pro Sed is. Cic. 5. Verr. 109. In quo etiam erat aliquis quæſtus, ſed honeſtus atque conceſſus.
Sed de perceptione hactenus. Cic. 4. Acad. 17.
Sed, plerumque in oratione vacat. Sed eo ſolent interdum uti Latini, cum inchoatum ſenſum, & longo tractu productum, aut interpellatum interjectione, & diſtinctum, revocare & continuare volunt: ut apud Hor. 1. Serm. 1. 27.
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo. Cic. 2. Tuſc. 3. Etenim ſi orationes, quas nos multitudinis judicio probari volebamus: popularis eſt enim illa facultas, & effectus eloquentiæ audientium approbatio. Sed ſi reperiebantur nonnulli qui nihil laudarent, niſi quod ſe imitari poſſe confiderent, quemque & ſperandi ſibi, eundem & bene dicendi finem proponerent, quid futurum putamus, cum adjutore populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti poſſe videamus? Ex Turneb.
Sed pro Quin etiam. Plin. 7. 30. Sed & noſtrorum gloriam percenſeamus.
Sedecum, [illegible]. Gloſſ. Lat. Græc. [Scribe Sed eccum, diviſe. V. ECCUM.
Sed autem. Plaut. Rud. 2. 5. 15.
Sed autem, quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam
Sacram urnam Veneris?
Sed contra. Cic. 1. Acad. 35. Zeno igitur nullo modo is erat, qui, ut Theophraſtus, nervos virtutis inciderit, ſed contra qui, &c.
Sed enim, pro Certe. Plaut. Curc. 1. 3. 19.
Sed enim nequeo durare, quin herum accuſem meum. Al. Enimvero. Cic. 6. Att. 1. Sed enim, [illegible] ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato. Gell. lib. 1. cap. 11. Cic. pro Cœl. 60. Sed revertar ad crimen: ſed enim hæc facta illius, &c. al. Etenim.
Sed enimvero. Liv. 45. 19. Sed enimvero, quum deteſtabilis altera res & proxima parricidio ſit, quid ad deliberationem dubii ſupereſſe?
Sed vero, pro Sed potius. Cic. 7. Verr. 14. O præclarum Imperatorem, nec jam cum M. Aquilio, fortiſſimo viro, ſed vero cum Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum. [conf. 25. ubi Vero omiſit.
Sed nunc vero. Curt. lib. 3. 6. 10. Rex, inquit, ſemper quidem ſpiritus meus ex te pependit: ſed nunc vero arbitror ſacro & venerabili ore trahitur. Verba ſunt Philippi medici ad Alexandrum. [In emendatis codd. Nunc vere legitur.
Antiqui Sedum pro Sed ponebant. Chariſ. l. 1. [Caſſiod. de Orthogr. cap. 1. Sed cadit in quæſtionem, & aliis per t, aliis per d placet ſcribi. Apud antiquos enim Scio Sedum fuiſſe: unde nos, duabus litteris noviſſimis ablatis, reliquas litteras, ſalva d, in uſum habemus. Quemadmodum

admodum ſi quæras, Sat qualiter ſcribi oportet? Dicemus per t, quia integrum ejus ſit Satis.

SEDATE, SEDATIO, SEDATUS. V. SEDO, are.

SEDECENNIS, SEDECIES, SEDECIM, V. SEX.

SEDEO, ēs, ſēdi, ſeſſum, [καθέζομαι, Gl. L. G. & G. L.] Ere. componitur ex Se, & Eo; quaſi Seorſum eo: nam ſeorſum ire videmur, & quaſi a ceteris ſeparari dum ſedemus. Quidam a Do fieri exiſtimant, quod qui ſedet, ſeorſum dare ſe videtur. Virg. 10. Ecl. 71.
Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco. Plaut. Capt. prol. 12.
Si non, ubi ſedeas, locus eſt: at eſt, ubi ambules.
Immo Sedes ab ἕδος, a quo Sedes at Sedeo. H. St. Rectius Voſſ. Etymol. ab ἵδω, quod eſt idem ac ἕζομαι. Ut ſit nomen a verbo potius, unde & Sido.
Ad aliquem ſedere. Ovid. 1. de Arte Am. 401.
Ad latus alicujus ſedere. Cic. 7. Verr. 106. Atque eum vident ſedere ad latus Prætoris, & ad aurem familiariter, ut ſolitus erat, inſuſurrare.
Ad gubernacula Reipubl. ſedere. Cic. pro Roſc. Amer. 51. Cum apud majores noſtros, ſummi viri, clariſſimique homines, qui omni tempore ad gubernacula Reip. ſedere debebant, tamen in agris quoque aliquantum operæ temporiſque conſumpſerint.
In ſubſelliis, ſella, rheda, ſedere. Plaut. Pœn. prol. 5. Cic. 4. Att. 9. Meloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli. Idem pro Milon. 55. Quum alter veheretur in rheda penulatus, una ſederet uxor.
In equo ſedere, pro Equitare. Cic. 7. Verr. 27. Ut eum nemo unquam in equo ſedentem viderit.
Equo, vel Carpento ſedere. Martial. 5. 39.
Uno credis equo poſſe ſedere duos? Liv. 1. 34. Ibi ei, carpento ſedenti cum uxore, aquila, ſuſpenſis demiſſa leniter alis, pileum aufert. Subauditur præpoſitio In.
Vehiculo ſedere. Celſ. lib. 4. cap. 19. In hoc autem affectu corporis, neque ambulatione, neque frictione opus eſt: vehiculo ſediſſe, vel magis etiam equo prodeſt.
Poſt equitem ſedet atra Cura. I. e. A tergo ejus ſedet. Hor. 3. Carm. 1. 40.
Sedere ſuper. Quintil. lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 35. cap. 4. Nemeam ſedentem ſupra leonem, palmigeram ipſam, &c.
Altis ſedibus ſedere. Ovid. 2. Met. 73.
Gremio tuo ſedi. Ovid. 8. Epiſt. 94.
Humo ſedere. Ovid. 4. Met. 261.
Sedere de avibus dicitur, In loco altiore eſſe: ut, Paſſer ſedet in tecto. Virg. 10. Æn. 864.
Nocte ſedens, ſerum canit importuna per umbras.
Sedere, aliquando Ignaviam ceſſationemque denotat; Sedere enim dicuntur, qui otio languent: & qui quod agendum eſt non agunt, & tempus otioſe terunt. Virg. 12. Æn. 15.
— ſedeant, ſpectentque Latini. Ter. Adel. 4. 5. 38. Cic. 16. Fam. 7. His ventis iſtinc navigatur, qui ſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus. [Hic moram tantum diuturnam notat.
Sedere ad. Liv. 21. Id horreum fuit præſidium Pœnis ſedentibus ad Trebiam.
Sedere apud hoſtes. Plaut. Amph. 2. 1. 52.
Ordine omne, ut quicquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, Ediſſertavit.
Veſtibulo ſedet cuſtodia. Virg. 6. Æn. 575.
Sedere, voce militari, pro Caſtra poſita habere. Liv. 2. 12. Sedendoque expugnaturum ſe urbem ſpem Porſenna habebat. Valer. Max. 7. 4. 5. Apud mœnia armatum ſedendo.
Sedere, Conſiderare. Virg. 1. Æn. 60.
— celſa ſedet Æolus arce. I. e. Conſt. Servius. Idem 9. Æn. 4. — Turnus ſacrata valle ſedebat. Ubi Servius, Sedebat, ut Aſper dicit, Erat: quæ elauſula antiqua eſt, & de uſu remota. Secundum Plaut. Fing. 3. 54. Sedere, eſt Conſilium capere, qui inducit ſervum dicentem, Sine juxta aram ſedeam, & dabo meliora conſilia. Sed ſecundum augures, eſt Augurium captare: nam poſt deſignatas cæli partes, a ſedentibus captantur auguria: quod & ſupra ipſe oſtendit latenter, inducens Picum ſolum ſedentem: ut, — parvaque ſedebat
Succinctus trabea. Aut Erat, aut Conſilia capiebat, aut Augurabatur.
Ars ſedendi, Cunctatio. Sil. lib. 8. 13. De Fabio, qui cunctando dicitur rem reſtituiſſe.
Totos dies ſedere in villa. Cic. 12. Att. 43.
Continenter ſedere. Catul. 35. 6.
Sedere nives diutinas. Plin. lib. 17. cap. 2.
Sedere, pro Placere, Dativo conſtructum. Virg. 5. Æn. 418.
Idque pio ſedet Æneæ, probat auctor Aceſtes. Idem 2. Æn. 660.
Et ſedet hoc animo. Plin. lib. 2. cap. 7. Sedere cœpit ſententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam curſu vadit.
Animo ſedet fixum, immotumque, Statutum eſt. Virg. 4. Æn. 15.
Sedere judicium dicitur, pro Conſtare vel firmum eſſe. Sen. Epiſt. 46.
Sedens auribus vox, Hærens. Quintil. lib. 11. cap. 3. Vox clara, pura, ſecans aera, auribus ſedens. Ovid. 3. Epiſt. Sabin. 23.
Nondum Tyndaridis nomen mihi ſederat aure. i. e. Nondum audiveram.
Nomen in ore ſedet. Stat. 12. Theb. 184. — unum Polynicis amati Nomen in ore ſedet. i. e. Nil aliud loquitur quam Polynicem.
In ingenio alicujus ſedere, Hærere in memoria alicui. Ovid. 2. Epiſt. 76.
Sedere, Figi. Flor. lib. 4. cap. 2. Egregia virtus Scævæ centurionis emicuit, cujus in ſcuto centum atque viginti tela ſedere. De hoc ſic ait Cæſar. lib. 3. Bell. Civil. 53. Scutoque ad eum relato Scævæ centurionis, inventa ſunt in eo foramina CCXXX.
Judicem in aliquem ſedere. Cic. pro Rabir. Poſt. 10. Modo vos iidem in A. Gabinium Judices ſediſtis.
Sedere, dicuntur judices, cum ſui copiam faciunt & cognitionibus vacant. Unde & Dies *Seſſionum* apud hodiernos. Cic. pro Cluent. 105. Sediſſent judices in C. Fabricium. Liv. 3. 46. Ne ejus rei cauſa ſediſſe videretur. Plin. 10. Epiſt. 8. Ubi cum ſediſſem cogniturus.
In proximo Senatui ſedendi jus, Plin. lib. 16. cap. 4. [i. e. Poſt orcheſtram.
Sella curuli ſedere, In magiſtratu curuli eſſe. Liv. 29. 37. pr.
In ovis ſedere, pro Incubare. Plin. lib. 9. cap. 51.
Sedere, de locis depreſſis uſurpatur. ut, Lucan. 3. 380.
— mediiſque ſedent convallibus arva.

Pro udos Alba ſedet campos. Sil. 8. 508.
Flumina ſederunt viſo Jovis nutu, Quieverunt curſu. Stat. 9. Theb. 515.
Sedet morbus penitus. Martial. lib. 1. 90.
Adeone penitus ſedit hic tibi morbus,
Ut ſæpe in aurem, Cinna, Cæſarem laudes.
Sedere veſtis dicitur, quæ Apta eſt. Quintil. lib. 11. cap. ult. Nam & ita ſedet melius toga, & continetur.
Sedet Imperium humeris alicujus, Suſtinetur. Plin. in Paneg. cap. 10. extr. Quum abunde expertus eſſet, quam bene humeris tuis ſederet imperium.
Partes, quaſcunque ſectimus ſedendo. Ovid. 2. Met. 820.
Seſſum deducere in. Cic. 10. Fam. 32. Herennium Gallum hiſtrionem, ſummo ludorum die, annulo aureo donatum, in quatuordecim ſeſſum deduxit.

SEDEBATUR, Imperſ. Paſſ. legitur in Gell. 2. 2. In domeſtica re atque vita ſedetur. [Add. Varr. L. L. 5. 1.

SEDENS, entis. Partic. Cic. de Amicit. Suet. Cæſ. 78. pr. Adeuntes ſe, cum plurimis honorificentiſſimiſque decretis, univerſos Patres conſcriptos ſedens pro æde Veneris Genetricis excepit.
Prope limina tecti ſedens janitor. Ovid. 1. Faſt. 137.
Adverſus ſedens. Catul. 49. 2.
Adjective apud Martial. lib. 10. 48. Sedens lactuca legitur, quæ Seſſilis etiam dicitur. q. V.

SESSURUS, a, um. Partic. [καθεδησόμενος] Hor. de Arte Poet. 154.
Si plauſoris eges, aulæa manentis, & uſque
Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat.

SESSIO, ōnis. f. [καθέδρα Gl. L. G.] Cic. 2. de Orat. 20. Num tandem, aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipſa, ubi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones, gymnaſiorum & Græcorum diſputationum memoriam quodammodo commovent? Idem 1. de Nat. Deor. 94. Accubatio, inclinatio, ſeſſio. Sic 1. Off. 128. Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio, &c. teneant illud decorum.
Seſſio, Sedile. Gloſſ. Græcolat. Βάθρον, Sedilium &c. hæc Seſſio.
Seſſio, pro Mora, & ignavia. Nam ſedere quandoque valet Nihil agere, tempus otioſe terere. Cic. 14. Att. 14. Illam ſeſſionem Capitolinam mihi non placuiſſe, tu teſtis es. Reprehendit Brutum & Caſſium, qui illo ipſo primo die Capitolino, poſt Cæſarem interfectum, ſenatum in Capitolium non vocarint, ſed otioſi tempus conſumpſerint.
Dies ſeſſionum ſunt, In quibus ad jus dicendum judex ſedere conſuevit. Vox apud JCtos frequens. Ulpian. 36. Dig. 1. 4. l. 19. conſ. in ipſo verbo.

SESSIUNCŬLA, æ. f. Scaliger hanc vocem legit in Cic. 5. de Finib. 56. Circulos aliquos & ſeſſiunculas conſectari. Ubi Vulgo, Semicirculos.

SESSUS, ûs. m. Ut in comp. Aſſeſſus, Conſeſſus, &c. Apul. Flor. 3. p. 351. Elmenh. Locum ſeſſui impertiunt.

SESSOR, ōris. m. [καθεστής] Hor. 2. Epiſt. 1. 130.
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro.
Seſſores veteres ex urbe ejecit. i. e. Habitatores. Nep. 5. 2. 5.
Seſſores, Otioſi. Catull. 38. 8. Me ana ducentos irrumare ſeſſores.
Seſſorem recuſare. Sen. de Conſ. cap. 12. de Equo.

SESSŌRIUM, i. n. Sella bajulatoria. Petron. Fragm. cap. 77. Viperæ hujus ſeſſorium.

SESSĬLIS, e. Adj. [ἑδραῖος] Quod ſedet, vel ſedere videtur. Plin. lib. 15. cap. 1. de piris, Incerta nominum cauſa eſt barbaricis, venereiſque, quæ colorata dicunt: regiiſque, quæ minimo pediculo ſeſſilia: patricia, &c.
Tergum ſeſſile, Latum, in quo quis poſſit ſedere. Ovid. 12. Met. 401. De Cyllaro Centauro dixit. Paſſive accipitur.
Seſſilis lactuca, quæ & Sedens dicitur; h. e. Quæ ita humi projecta eſt, ut ſedere videatur, neque ſurſum vecta eſſe, aut in ſublime aſcendere. Martial. lib. 3. 47. Carm. Priap. 51. 19.

SESSĬBŬLUM, i. n. [ἑδράσιον] Super quod ſedemus & quieſcimus. Plaut. Pœn. 1. 2. 56.
Quæ tibi olent ſtabulum, ſtatum, ſellam & ſeſſibulum merum.

SESSĬTIUS, a, um. Adj. Sidon.

SESSĬMŌNIUM, i. n. Ubi ſimulacra reponuntur. Vitruv. præf. lib. 7. In deorum ſeſſimonio.

SESSIOS, a, um. Adj. Tertull.

SESSĬVUS, a, um. Adj. Sext. Placit.

SEDĬMEN, ĭnis. n. Cæl. Aurel. 5. Tard. 4. Id quod fundum petit, Feces.

SEDĬMENTUM, i. n. Idem. Plin. 35. 10.

SEDENTĀRIUS, a, um. Adj. [ἑδραῖος] Quod ſedendo fit: unde, Sedentarium laborem dicimus, Qui ſedendo peragitur. Apulejus procem Mileſ. Ut etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem.
Sedentaria aſſentiendi neceſſitas. Plin. in Paneg. cap. 76. Ceteri quidem defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur?
Opera ſedentaria, Quæ ſedendo fit. Columel. lib. 12. cap. 13.
Vita ſedentaria. H. St.

SEDENTARII, orum. m. pl. [ἑδραῖοι] Qui ſedendo opus faciunt. Plaut. Aul. 3. 5. 39.
Propolæ, linteones, calceolarii,
Sedentarii ſutores, diabathrarii. conf. Sellularius, in SELLA.

SESSĬTO, [καθίζομαι] Ere frequent. Cic. de Clar. Orat. 59. Ejus autem Cethegum medullam fuiſſe vult, ut quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe, hujus hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit. i. e. Sæpius ſediſſe. [Vel potius Sedere conſueſſe.

SEDES, is. f. [ἕδρα, θᾶκος, Gl. L. G. καθέδρα G. L.] In qua ſedemus. Plin. in Paneg. 52. Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter deos ſedes, aut ſtaret, aut ebore. [Suid. Σέδας, Καθέδρας.
Ab ἕδος. H. St. V. in SEDEO.
Locare in ſede ſacra. Virg. 2. Æn. 525.
Celſa ſedes. Perſ. 1. Sat. 17.
Solidæ, Firmæ & ſtabiles. Ovid. 2. Met. 147.
Conſidere in ſedibus. Cic. 1. de Orat. 29.
Celſiſſima ſedes honoris. V. CELSUS.
Sedes, Habitaculum ac domicilium. [οἴκησις Gl. L. G.] Cæſar, Creſcente enim populi multitudine, mutare ſedes ſtatuerunt. [Vereor ut hæc Cæſaris verba ſint.
Æthereæ ſedes. Ovid. 15. Met. 449.

Auguſta ſedes. V. AUGUSTUS.
Beatæ ſedes. Virg. 6. Æn. 639.
Dulcis ſedes. Stat. 1. Silv. 1. 40.
Exiguam ſedem parituræ terra negavit. Ovid. 6. Met. 187.
Horrida ſedes Tænari. Hor. 1. Carm. 34. 10.
Imæ ſedes Erebi. Virg. 4. Georg. 471.
Infauſta ſedes. Sen. Thyeſt. 1.
Inferna ſedes. Ovid. 4. Met. 433.
Infida inſtabiliſque ſedes. V. INFIDUS.
Lætæ ſedes. Hor. 1. Carm. 10. 17.
Maligna ſedes. Stat. 4. Silv. 3. 45.
Moribunda ſedes Piſauri. Catull. 79. 3.
Nemoralis ſedes. Ovid. 2. Amor. 6. 57.
Optatæ ſedes. Virg. 6. Æn. 203.
Patria ſedes. Virg. 7. Æn. 193.
Peregrina ac ſordida ſedes. Lucan. lib. 5. 9.
Quietæ ſedes. Virg. 1. Æn. 209.
Sanctæ ſedes deûm. Lucret. lib. 5. 147.
Secreta. Virg. 2. Æn. 568.
Stabilis ſedes & domicilium certum. Cic. pro Marcel. 29. Sedem quidem ſtabilem, & domicilium certum non habebit.
Superæ ſedes, Cælum. Ovid. 3. Faſt. 324.
Siderea ſedes. Virg. 10. Æn. 3.
Tenebroſa ſedes. Ovid. 5. Met. 359.
Verendæ ſedes. Lucan. lib. 5. 123.
Capere ſedem. V. CAPIO.
Commovere ſedibus. V. COMMOVEO.
Deſerere ſedem. Virg. 3. Æn. 190.
Deſtituere ſedem. Claud. de Bell. Get. 509.
Exuere aliquem ſedibus. Tacit. 13. Ann. 39.
Figere ſedem alicubi. Juven. 3. Sat. 2.
Habere ſedes. Cæſ. 1. Bell. Gall. 44. pr.
Inculere ſedem aliquam. Cic. Anteq. iret in exſil. 24. Dii deæque immortales, qui excellenti tumulo civitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam.
Inire ſedes lucidas, Cælo recipi. Hor. 3. Carm. 3. 33.
Mutare ſedem. V. MUTO, & quæ ſupra.
Ponere ſedes. Virg. 3. Æn. 8.
Præbere ſedem & domicilium. Cic. de Provinc. Conſ. 34.
Reviſere ſuas ſedes. Virg. 1. Æn. 419.
Succedere ſedibus alicujus. Virg. 4. Æn. 10.
Tenere ſedem Jovis Optimi Max. Capitolium captum obtinere. Tacit. 3. Hiſt. 72.
Transferet regnum a ſede Lavini. Virg. 1. Æn. 275.
Sedes: per tranſlationem, pro Statu. Cic. 2. contra Rull. 96. Coloni Capuæ, in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedibus luxuriæ, collocati. Idem pro Arch. 9. At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam, ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocavit.
Sedes belli. Tacit. 3. Hiſt. 8. 2. Quæſitum inde, quæ ſedes bello legeretur.
Sedes, vocatur Statio militum. Veget. de Re Mil. 3. 4. Qui in ſedibus otioſe delicateque vixerunt, armorum exercitia declinant.
Sedes, Sepulcrum. Virg. 6. Æn. 371.
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam. [Sedes apud inferos ſepulcrorum manium intelligit. Exempla plura ſupra occurrunt.
Sedes, Locus proprius cujuſque rei. Cic. 1. Tuſc. 19. Alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem & locum.
Reponere in ſedem ſuam oſſa. Celſ. lib. 8. cap. 10.
Habent ſedem argumenta in. Quintil. lib. 6. cap. 1. ad fin.
Sedes, Fundamentum, ut.
Convellere ex ſuis ſedibus. V. CONVELLO.
Labefactare animam ſedibus. Lucret. lib. 6. 798.
Sedes, aliquando pro Natibus, & tota ea parte corporis accipitur, ſuper qua ſedentes innitimur. Plin. lib. 24. cap. 7. Lacrima ſedis vitiis prodeſt, ne quid ſiccari, excalfierive opus ſit. [Non ſunt Nates, ſed imi inteſtini orificium, vel ipſe Anus, Ἕδρα Græcis. Gloſſ. Græcolat. Ἕδρα, ὁ δακτύλιος, Anus. Et alibi, Δακτύλιος, ὁ τῆς ἕδρας, Anus.
Procidentia ſedis. V. PROCIDO.
Sedes procidua. Plin. lib. 21. cap. 20. ad finem. Teſtes vero, ut ſedem procidua, quæque ibi ſint vitia, &c.
Scribitur & Sedis in recto ſingulari, ut in Gloſſ.
SEDĔCŬLA, æ. f. dimin. [ἑδράριον] Parva ſedes. Cic. 4. Att. 10. Sic litteris ſuſtentor & recreor, maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli. Valla mavult Sedicula. [Ut Ædicula ab Ædes. At Nubecula, a Nubes, &c.
SEDICULUM, i. n. Sedile. Paulus. Sed Varro de L. L. 7. 30. negat dici Sediculum. H. St.
SEDĪLE, is. n. [ὁ θρόνος, θᾶκος. Gl. L. G.] Super quod ſedemus. Plin. 5. Epiſt. 6. Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia e marmore.
Sedile avium. Varr. 3. de R. R. cap. 5.
Sedilia vivo ſaxo. Virg. 1. Æn. 167.
Complere ſedilia. Claud. 1. in Eutrop. 470. Hor. de Arte Poet. 205.
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Fuſi per dura ſedilia nautæ. Virg. 5. Æn. 837.
Facta de vivo ſaxo ſedilia. Ovid. 5. Met. 317.
Relevare membra ſedili. Ovid. 8. Met. 639.
Vitrea ſedilia Nympharum. Virg. 4. Georg. 350.
SEDILIUM, i. n. [θᾶκος] Gloſſ. Græcolat.
SEDULĀRIUM, i. n. Lectica, ſeu Sella: inquit cum Spiegelo Nebriſſenſis. At rectius Antonius Auguſtinus, ut homo eſt prudentiſſimi acutiſſimique ingenii: Sunt autem (inquit ille lib. 1. Emendat. cap. 4.) Sedularia, Quæ in rheda ſedenti ſubjiciebantur. Paulus in l. Rhedæ. De ſupellectile legata. lib. 33. P. titul. 10. Rhedæ & Sedularia ſupellectili adnumerari ſolent. Male repoſuerant Sellularia, & Seliquaſtra.
Sedularia, Sedilia videntur eſſe, eaque multa, ut a Cathedraria, Cathedræ; ſicut Roſaria, Roſæ; Cibaria, Cibi: ſuntque Sedularia, tanquam Sedillaria. Turneb. Adverſ. 8. 9.
SEDŬLUS, a, um. Adj. [ἐγκαρτερῶν, μόνιμος, σπουδαῖος. Gl. L. G.] Donato in And. 4. 1. extr. Eun. 1. 2. Adel. 1. 3. & Hec. 1. 1. & Nonio 1. 171.

teſtibus, dicitur Qui ex animo & ſine dolo, inſtanterque intentus eſt alicui rei, ut ſit quaſi aſſiduus: quia negligentes doloſi dicuntur. Cic. de Clar. Orat. 176. Eloquentes enim videbam, non ſedulos, velle conquirere.
Sedulus, quaſi Sine dolo. Acron in Horat. lib. 1. Epiſt. 13. 5. [Utramque originem & a Sede, & a Dolo ducti vocabuli, Synonymis expreſſit Gloſſographus Latinogræcus, qui & Latinum, Efficiolus adjunxit, niſi forte Officioſus ſcripſit. Sed ſine dubio vox a Sedes, ut & Voſſio placuit, arceſſitur, videturque Diminutivum, pro Seduolus, ab inuſitato Seduus, a, um; cui reſpondet Aſſiduus in compoſitis. Nec obſtat diſcrepans primæ ſyllabæ quantitas, quum eadem & in Sedeo & Sedes obſervetur, niſi forſan a Sido, quod veteres Seido efferebant, Seidis vel Seides, & poſtea Sedes. Itemque Seiduus, Seduus, &c.
Anus ſedula. Tibul. lib. 1. 3. 84.
Turba ſedula. Ovid. Rem. Amor. 182.
SEDŪLE, Adv. [σπουδαίως Gl. L. G.] Idem quod Sedulo. Columel. lib. 9. cap. 9. Semper quidem cuſtos ſedule circumire debet alvearia.
SEDULO, Adv. [ἀδόλως, ἀκριβῶς, σπουδαίως, προθύμως, ἐπιμελῶς. Gl. L. G.] Ex animo & ſine dolo, Inſtanter, Itaque ſæpe exponit Donatus. V. SEDULUS. Plaut. Aul. 2. 2. 35.
Nam nunc, quum celo ſedulo omnes, ne ſciant,
Omnes videntur ſcire. Ter. Phorm. 2. 4. 13.
Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. I. e. Simpliciter, inquit Donatus.
Idem Hec. 4. 2. 2. Etſi ea diſſimules ſedulo. Idem Eun. 2. 3. 70.
Obſecro hercle, Parmeno, fac ut potiar. P. faciam ſedulo. Plaut. Men. 5. 6. 17.
— propterea herí Imperium
Exſequor, bene & ſedulo ſervio. conf. 5. 7. 20. Cic. 3. de Finib. 13. Sedulo inquam faciatis, ſed fortuna fortis.
SEDULITAS, ātis. f. [σπουδαιότης, ἐπιμέλεια, σπουδή Gl. L. G.] Inſtans & fidele officium, & diligentia, aſſiduitas. Cic. pro Cæcin. 14. Quis igitur? Ille quem ſupra deformavi, voluntarius amicus mulieris, non neceſſitudine aliqua, ſed ficto officio, ſimulataque ſedulitate conjunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. Idem 11. Att. 9. pr. Quæ ſi non eſſent ſedulitate effectæ, & benevolentia tua, liceret mihi abire in ſolitudines aliquas.
Apta ſedulitas. Ovid. 10. Met. 409.
Arguta ſedulitas. Cic. 8. Fam. 1.
Blanda ſedulitas. Ovid. 2. de Arte Am. 334.
Mundæ ſedulitas anus. Ovid. 3. Faſt. 668.
Officioſa ſedulitas. Hor. 1. Epiſt. 7. 8.
Senilis ſedulitas. Sil. lib. 7. 186.
Placere ſedulitate. Ovid. 1. de Arte Am. 384.
SEDUM, i. n. [ἀείζωον] herba, quæ & Sempervivum dicitur. a ſemper ſedendo. V. Varr. L. L. 4. 28. pr. ubi al. Solium. Plin. lib. 18. cap. 17. Democritus ſucco herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis naſcens, tabulisve, Latine vero ſedum aut digitellum, medicata ſeri jubet omnia ſemina. Columel. lib. 2. cap. 9. Id ne fiat, remedio eſt miſtus ſuccus herbæ, quam ruſtici ſedum appellant. [Gloſſ. Lat. Græc. Seduus, Ἀείζωος, βοτάνη. An igitur Sedum, pro Seduum?
· SELICASTRUM, vel potius SELIQUASTRUM, i. n. Sedile muliebre. Seliquaſtra, inquit Feſtus, Sedilia antiqui generis appellantur, D littera in L converſa, ut etiam in Sella factum eſt, & Subſellio, & Solio, quæ non minus a Sedendo dicta ſunt. conſ. Varr. de L. L. 4. 28. Paulus in l. e. D. de ſuppellectili legata, Inſtrumenti ſignificatione rhedæ & ſelicaſtra in ſuppellectili adnumerari ſolent. Ita legit Haloander. Antonius vero Auguſtinus Sedularia, id eſt quæ in rheda ſedenti ſubjiciuntur. V. ſ. l.
SELLA, æ. f. [δίφρος, ὑποθρόνιον Gl. L. G.] quaſi Seda, a ſedendo. Plaut. Curcul. 2. 3. 32.
Vide ut expalluit, datin' iſti ſellam ubi aſſidat cito? Cic. 1. de Divin. 104. Ut in ejus ſella conquieſcaret. Cato R. R. cap. 10. Scabilla tria, ſellas quatuor, ſolia duo, &c. [An quaſi Sedela?
Aurea ſella. Propert. lib. 4. 11. 28.
Curulis ſella. [θρόνος ἀγορανομικός Gl. G. L.] Quintil. lib. 6. cap. 3. V. CURULIS in CURRUS.
Sella, Abſolute, pro Sella curuli. Cic. 3. Verr. 119. Quod vos oblitos eſſe non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam, iſto Prætore, ſolitus ſit convenire. Idem 5. Verr. 135. Jam antea in ſella ſedens Prætor, quum Provinciam Siciliam obtineret.
Sella familiaris, ſive familiarica. V. FAMILIA.
Geſtatoria ſella. V. Geſtatorius in GERO.
Sella, apud medicos, pro Dejectione. Scribonius Largus comp. 193. Qui id biberint, primum ab ore ſanguinem exſpuunt, deinde & ſtomachæ cruorem ejiciunt, poſtea per ſellas abundentius eundem dejiciunt. Græci recentiores uſi ſunt. Nam Suidas Ἕδρα exp. ἡ Σέλλα. H. St. Gloſſ. Cyrill. Σέλλα, Sella.
SELLĀRIA, æ. f. A ſellis, ubi ſcorta proſtabant. Sueton. in Tiber. c. 43. Seceſſu vero Capreenſi etiam ſellariam excogitavit, ſedem arcanarum libidinum. Loca in quibus ſedes diſponi ſolebant. Plin. lib. 34. cap. 8. Violentia Neronis in urbem convecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita.
SELLARIUS, i. m. Gloſſ. Græcolat. Sellarius, Διφροφόρος. [Eſt qui ſellam geſtatoriam humeris portabat, ut qui Lecticam, Lecticarius.
Sellarius, qui Sellas conficit, a quibuſdam dictum fuit, ſive quod repertum fuit apud aliquem ex antiquis, ſive quod analogia id ferre videretur. H. St.
SELLĀRIUS, a, um. Adj. ut Meretrices ſellariæ ſunt, Quæ ſedentes in ſellis emptores captabant. Tacit. Ann. 6. 1. Unde Juven. 3. Sat. 13.
Et dubitas alta Chionem deducere ſella.
SELLARIA, ōrum. n. pl. Σελλάρια, Σατυρικά. Suid. in Ἕδρα.
SELLARIŎLUS, a, um. [ἑδραῖος] Adj. dimin. Martial. lib. 5. 71.
In ſellariolis vagus popinis. Sellariolæ popinæ dicuntur, in quibus deſident homines ignavi ad libidinem & luſum.
SELLISTERNIUM, i. n. [σελλιστέρνιον] Munus ſternendi ſellas. Gloſſ. Cyril. Feſtus ait, Sellas ſternere dicuntur, qui ſelliſternium habent.
SELLULA, æ. f. Dimin. Unde
SELLULĀRIUS, a, um. Adj. [ἑδραῖος] ut, Sellularii opifices, Qui ſedendo opus faciunt, quos Livius lib. 8. 20. ſcribit militiæ minime aptos. Vita ſellularia. Jo. Picus in epiſt. p. 378. Inde fortaſſe audies quid tuus Picus in vita umbratili & ſellularia contemplando profecerit. Alii dicunt Sedentaria. H. St.
SEDIGITUS, V. SEX.

Seditio, ōnis. f. [στάσις Gl. L. G. & G. L.] Tumultus, diſſenſio; a Se, id eſt, ſeorſum, & Itio, quod ab Eo, Is, derivatum eſt, interpoſita d, euphoniæ cauſa. V. Non. 1. 96. Iſidor. 5. 26. Cic. lib. 6. de Rep. declarat Seditionis proprietatem a Diſſenſione civium dictam eſſe, quod ſenſum alii in alium. Eſt enim proprie Quum populo diſcordante itur ad manus, qualem deſcribit Virg. 1. Æn. 153.

Ac veluti magno in populo, quum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus:
Jamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Dicitur autem Seditio in exercitu, in claſſe, in campo, & ubicunque eſt multitudo hominum.

Incurſu ſeditionis. V. INCURSO.
Adulta ſeditio. V. ADULEO.
Clamoſa. Claud. de Bell. Get. 467.
Recens. Ovid. 12. Met. 61.
Turbida ſeditio. Ovid. 9. Met. 426.
Abſtinere ſeditionibus. V. ABSTINEO.
Afferre ſeditiones. V. AFFERO.
Agitare ſeditionibus plebem. V. Agito in AGO.
Ardere ſeditiones. Liv. lib. 6.
Colere ſeditiones. V. COLO.
Commota ſeditio. Cic. 2. Att. 1.
Comprimere ſeditionem. Tacit. 1. Ann. 69.
Concire ſeditionem. V. CONCIEO.
Concitare ſeditionem & diſcordiam. Cic. pro Muren. 89.
Conferre ſeditionem. V. CONFERO.
Conflare ſeditionem. V. CONFLO.
Deflagrante paulatim ſeditione. Tacit. 2. Hiſt. 29.
Diſcuſſa eſt ſeditio. Paterc. lib. 2. 81. pr. Subita deinde exercitus ſeditio, partim ſeveritate principis diſcuſſa eſt.
Exſtinguere ſeditionem. Liv. lib. 6.
Facere ſeditionem. Cic. 10. Fam. 32. Singulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt. idem ad Brut. Ep. 2. pr. Quod ſcribis de ſeditione, quæ facta eſt in legione quarta, de Catonis (tu bonam partem accipies) magis mihi probatur militum ſeveritas, quam tua.
Seditionem facit lien, dixit Plaut. Merc. 1. 2. 24. joculariter.
Gliſcente in dies ſeditione. Liv. 6. 14. pr.
Inceſſere ſeditio milites dicitur, pro Subire. Tacit. 1. Ann. 16. Quum Pannonicas legiones ſeditio inceſſit.
Inducere ſeditionem. Tacit. 2. Ann. 15. pr. Al. Induere.
Inducere ſeditionem in civitatem. V. INDUCO.
Lenire ſeditionem. Liv. lib. 6. 16.
Oritur ſeditio. Cæſ. 7. Bell. Gall. 28.
Redintegratur ſeditio. Tacit. 4. Hiſt. 34.
Reſtincta ſeditio eſt. Cic. 3. de Legib. 24.
Sedata militum ſeditio ab Appio. Cic. 5. Att. 14.
Suſtinere ſeditionem. Liv. de Bell. Maced.
Prope ſeditionem ventum. Tacit. 3. Hiſt. 21.
Juxta ſeditionem ventum. Tacit. Germ. 6.
Maris ſeditio, Tempeſtas. Stat. 9. Theb. 142.
Seditio, Καλάμη. Gloſſ. Lat. Græc. [Quod quid ſit neſcio, cum Græca vox Stipulam denotet.

Seditiōsus, a, um. Adj. [στασιώδης Gl. L. G. & G. L.] Qui ſeditionem amat. Cic. 3. Verr. 37. Malus civis, improbus Conſul, ſeditioſus homo Cn. Carbo fuit. Idem 3. de Legib. 44. Initia ſeditioſis Tribuniſpl. Seditioſa vita, & tumultuoſa. Cic. 1. de Invent. 4.
Superl. Val. Max. 3. 8. 3. Tacit. 1. Ann. 44.

Seditiōse, Adv. [στασιωδῶς] Contentioſe. Cic. pro Cluent. 2. Altera autem, quæ procul a judicio remota eſt, quæ concionibus ſeditioſe concitatis accommodatior eſt, quam tranquillis, moderatiſque judiciis.
Superl. Idem 2. Att. 21. Multa quum ſeditioſiſſime diceret, vocem exprimere non potuit.

Sēdo, [πραΰνω, σβέννυμι Gl. L. G. ἡσυχάζω G. L.] āre. Mitigare, placare, lenire, exſtinguere. Variis nominibus jungitur. [A Sede arceſſendum videtur. Nam proprie Ad quietem redigere ſignificat, unde & ἡσυχάζω Gloſſulario.
Animum ſedare. Salluſt. Catil. 15. extr. Namque animus impurus, diis hominibuſque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari poterat, ita conſcientia mentem excitam vexabat. Al. Vaſtabat.
Arrogantiam. Cic. pro Flacc. 53. Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam.
Bellum. Cic. 2. in Catil. 28. Atque hæc omnia ſic agentur, Quirites, ut res maximæ, minimo motu: pericula ſumma, nullo tumultu: bellum inteſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum, & maximum, me uno togato duce & imperatore ſedetur.
Controverſiam. Cic. 1. de Legib. 54. Hoc dico controverſiam totam iſtam poſſe ſedari.
Diſcordias. Cic. 1. Philipp. 1.
Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas. Propert. lib. 3. 19. 5.
Fletus. Propert. 2. 16. 38.
Jejunia carne. Ovid. 15. Met. 83.
Incendia. Ovid. de Rem. Amor. 117.
Infamiam. Cic. 2. Verr. 1. Quod unum ad invidiam veſtri ordinis, infamiamque judiciorum ſedandam maxime pertinebat, id, non humano conſilio, ſed prope divinitus, datum atque oblatum vobis, ſummo Reipub. tempore, videtur.
Iram. Plaut. Merc. 5. 4. 1.
Laſſitudinem. Plaut. Bacch. 1. 1. 73. Nep. 18. 9.
Lites. Cic. 5. Verr. 132.
Mentes commotas. Plin. lib. 20. cap. 13.
Metum ſedat dies. Sen. Thyeſt. 8.
Miſerias. Plaut. Pœn. 5. 4. 93.
Motus animi. Cic. 3. Tuſc.
Pavorem. Liv. 1. 16. pr.
Queſtus. Sen. Herc. Œth. 24.
Sitim. Lucret. lib. 4. 848.
Tempeſtatem. Cic. 3. Verr. 46. Tempeſtas ſedatur.
Tumultum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 106.
Vulnera, Cohibere dolorem. Stat. 2. Silv. 1. 208.
Paſſive uſurpat Cn. Gellius apud A. Gell. 18. 12. Poſtquam tempeſtas ſedavit, Adherbal taurum immolavit.
Incendere & Sedare, contraria. Cic. 1. de Legib. 24. At aliquando incenditur, & quidem ſæpe ſedatur. Scil. Populi impetus.

Sedolo, āre. in eadem ſignificatione, niſi error eſt, in Gloſſ. Lat. Græc. Sedulo, Κατευνάζω, Καταπραΰνω.

Sedātus, a, um. [ἡρεμῶν, πεπαυμένος] Partic. & Adj.
Amnes ſedati. Virg. 9. Æn. 30.
Animo ſedatiore ſcribere. Cic. 8. Att. 3.
Corde ſedato reſpondere. Virg. 12. Æn. 18.
Curæ ſedatæ. Stat. 12. Theb. 314.
Homo ſedatus. Minime præceps, moderatus. Hor. 1. Epiſt. 18. 90.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi,
Sedatum celeres.

i. e. Præcipites oderunt ſedatum.
Orator ſedatus in numeris. Cic. in Orat. 176. Eſt enim, ut in transferendis, faciendiſque verbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior.
Fluctus ſedatum. Virg. 9. Æn. 740. & Sil. 11. 261.
Tempore ſedatiore. Cic. pro Cluent. 103. Paulo ſedatiore tempore eſt accuſatus, quam Junius, ſed eadem fere lege, & crimine.
Venti ſedati. Ovid. 15. Met. 349.
Sedatiſſima voce uti. Auct. ad Heren. 3. 24.

Sedāte, Adv. [ἠρεμαίως] Conſtanter. Cic. 2. Tuſc. 58. Non conſtanter & ſedate feres? Sic in Orat. 92. Cujus oratio cum ſedate placideque loquitur, &c.
Exercitu ſedatius procedente. Ammian. 25. 2.

Sedātio, ōnis. f. [ἠρέμησις] Cic. 1. de Finib. 64. Sic a phyſicis fortitudo ſumitur contra mortis timorem, & conſtantia contra metum religionis, & ſedatio animi, omnium rerum occultarum ignoratione ſublata.
Afferre ſedationem. Cic. 3. Tuſc. 65. Ut apud Homerum quotidianæ neces interituſque multorum ſedationem mœrendi afferant.
Perturbationum ſedatio. Cic. 1. Off. 93.

Sedātor, ōris. m. Arnob. 3. Sedator militaris inſaniæ.

Sedāmen, ĭnis. n. Sen. Hippol. v. 1188.

O mors, amoris una ſedamen mali.

Sēdūco, xi, ctum, [ἀπάγω κατ' ἰδίαν διαλεχθῆναι, ἢ ἐξάγω. Gl. L. G.] ĕre. proprie Seorſum ducere ab aliis, quaſi dare quapiam colloquendi cauſa. Ter. Hec. 1. 2. 69.

Poſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Ibid. 4. 1. 7.
Uxor ubi me ad filiam ire ſenſit, ſeduxit foras. Al. Se educit.

Cic. 5. Att. 21. Quum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius.
Mano blanda ſeduxit eum. Ovid. 2. Met. 691.
Oculos ſeducere. Propert. lib. 1. 9. 27.

Quippe ubi non liceat vacuos ſeducere ocellos.

Seducere, ad animum tranſtulit Cic. 1. Tuſc. 75. Quum a negotio omni ſevocamus animum, quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeque corpore ſeducimus? Legitur alibi Abducimus.
Mors ſeducit artus anima. Virg. 4. Æn. 385.
Caſtra ſeducere, Copias in duas partes dividere. Ovid. 13. Met. 611. de Memnonidibus avibus.
Seducere, in malam partem per translationem ſignificat Decipere. Cic. 10. Att. 15. extr. Me vero adjuvarent iis in anguſtiis ſeductum. In emendatis codicibus abeſt Seductum. Ter. And. 4. 1. 20.

Quid tandem? etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas? al.

Subducere, vel Ducere. [Quod poſterius docti præferunt. Suſpecta igitur hæc phr.
Frequentius apud Chriſtianos ſcriptores pro Corrumpere, vel In vitia ducere. Tertull. adv. Marc. 2. 8. Angelus, qui ſeduxit. V. Barm. ad Quintil. 7. 2. [Gloſſ. Lat. Græc. Seduco, πλανῶ, ὑποσύρω, ἐξαπατῶ. Et Græc. Lat. Ἀπατῶ. Seduco, Fallo, &c.

Sēductus, a, um. Partic. [ἀπαχθείς] Seorſum ductus vel diſcretus. Liv. 30. 3. Singulos deinde ſeparatim, Lælium ac Maſiniſſam, ſeductos obteſtatur, ut quantum nox providentiæ adimat, tantum diligenti expleant cura. Sic Suetonius in Claud. Cæſ. cap. 37.
Receſſus ſeducti, Sinus ſecreti. Ovid. 13. Met. 902.
Terræ ſeductæ ab æthere, Separatæ, ſejunctæ. Ovid. 4. Met. 622.
Seductus, pro Diſtincto ſeu diſcreto. Sen. Epiſt. 118. Si proprium habent quiddam & a corporibus ſeductum.

Sēductio, ōnis. f. [ἀπαγωγή] Cic. pro Muren. 49. Mæſtos amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant.
Mors eſt corporis animæque ſeductio. Lactant. 2. 12.
Corruptio apud ſcriptores eccleſiaſticos. Tertull. adv. Marc. 2. 2. Adam confeſſus eſt ſeductionem. [Gloſſ. Græcolat. Ἀπάτη, Fraus, Seductio, &c.

Sēductus, ūs. m. pro Seceſſu. Senec. de Tranquil. vitæ, 3. Sic hominum, quorum maximæ in ſeductu actiones ſunt, &c.

Sēductor, ōris. m. [ἀπατητής] Gloſſ. Vet. Al. Ἐνεδρευτής.

Sēductrix, īcis. f. Tertull.

Sēductĭlis, e. Adj. [εὐεξαπάτητος] Auguſtin. Confeſſ. 2. 3. Seducebat me, quia ſeductilis eram.

Sedularium, **Sedule**, **Sedulitas**, **Sedulo**, **Sedulus**, V. SEDEO.

Sedum, pro Sed vett. ut ex Satis factum Sat. Caſſiod. de Orthogr. quidem, & dicuntur Arſes. Vide SED. H. St. Apocopen Grammatici vocant. Sedum, i. o. V. in SEDEO.

Sedūni, Populi in Alpibus, quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 20.

S E G

Sĕges, ĕtis. f. [ἄρουρα, ἢ λήϊον, ἢ χόρτος Gl. L. G.] proprie Fruges eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſæ, ut ait Valla lib. 4. Plin. lib. 18. cap. 17. Si in articulum ſeges ire cœperit, runcare remedium eſt, ne herbæ vincant. Et paulo poſt, Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris, in herba duntaxat. Ovid. 1. de Arte Am. 352.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.

Segetibus, Καρποῖς, Τινάγμασι, ἀρούραις. Gloſſ. idem Lat. Græc.
Luxuries ſegetum. Virg. 1. Georg. 112.
Rapinæ præmaturæ ſegetum. Lucan. lib. 7. 98.
Ægra ſeges negabat victum. Virg. 3. Æn. 142.
Altæ ſegetes. Virg. 3. Georg. 198.

Arida ſeges. Ovid. 2. Met. 213.
Cana ſeges. Ovid 10. Met. 655.
Dura ſeges. Tibul. lib. 2. 3. 65.
Gravida ſeges. Virg 1. Georg. 319.
Immatura ſeges. Sil. lib. 15. 536.
Intacta ſeges. Virg. 7. Æn. 808.
Lætæ ſegetes. Virg. 1. Georg. 1.
Quid faciat lætas ſegetes. V. LÆTUS.
Meliores ſegetes exiſtimantur eſſe campeſtres. Varr. lib. 1. de R.R. cap. 6.
Opimæ ſegetes. Hor. 1. Carm. 31. 4.
Opportuna pecori ſeges. Virg. 4. Georg. 129.
Teneræ ſegetes. Ovid. 4. Faſt. 923.
Facit mora validas ſegetes. Ovid. Rem. Amor. 84.
Ferre. Ovid. 2. de Arte Am. 668.
Iſte ferat ſegetes, iſte ferendus ager.
Fluctuat adulta leni Zephyro ſeges. Sen. Herc. fur. 9.
Indui ſegetibus dicitur terra. V. INDUO.
Intereunt ſegetes. Virg. 1. Georg. 152.
Metere ſegetem. Sil. lib. 16. 612.
Obducunt herbæ ſegetem. Virg. 2. Georg. 411.
Occare ſegetes. Horat. 2. Epiſt. 2. 167.
Pectinare ſegetem. V. Pectino in PECTEN.
Prætendere ſæpem ſegeti. Virg 1. Georg. 270.
Proculcare creſcentes ſegetes. Ovid 8. Met. 290.
Reſecanda falce ſeges. Ovid. 1. Epiſt. 53.
Runcare ſegetes. Varro lib. 1. de R. R. cap. 32.
Seneſcit ſeges nimio imbre. Stat. 5. Silv. 2. 147.
Sternuntur ſegetes Ovid. 1. Met. 272.
Surgit matura ſeges. Senec. Thyeſt. 5.
Veniunt hic ſegetes, illic felicius uvæ. Virg. 1. Georg. 54.
Urit campum ſeges lini. Virg. 1. Georg. 77.
Seges, de leguminibus. Columel. lib. 2. cap. 14. Quod prædictorum leguminum ſegetibus fatiſcit. Plura ſupra exempla.
Seges, [ἄρουρα, ἀρχαιρεσία] accipitur nonnunquam pro ipſa Humo arata, & ad accipiendum ſemen ſubacta. Varro lib. 1. de R. R. cap. 29. Seges dicitur, quod aratum, ſatum eſt: Arvum, quod aratum, necdum ſatum eſt. V. ARVUM. Feſtus, Seges dicitur ea pars agri, quæ arata & conſita eſt. Virg. 1. Georg. 47.
Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. Plin. 18. 11. Segetes, quæ interquievere, fundunt ruſum odoratiorem ſativa: adeo terra non ceſſat parere.
Fecunda ſeges. Lucan. lib. 6. 521.
Segetes fecundæ, & uberes. Cic. in Orat. 48. Segetes fecundæ & uberes, non ſolum fruges, verum herbas etiam effundunt inimiciſſimas frugibus.
Seges de aliis quoque per metaphoram, ut
Picturata ſeges. Claud. de Hiſtrice 18.
Ferrea ſeges ſtrictis hæret mucronibus. Virg. 12. Æn. 663.
Stimulorum ſeges, apud Plaut. Aulul. 2. 1. 6.
Telorum ferrea ſeges. Virg. 3. Æn. 45.
Virûm ſeges. Virg. 2. Georg. 142. Ovid. 6. Epiſt. 88.
Seminibus jactis ſegetes adoleſſe virorum.
Clypeata ſeges virorum. Ovid. 3. Met. 110.
Seges ac materia gloriæ. Cic. pro Milon. 36. Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ.
SEGETĀLIS, e. Adj. Apul. de Herb. 78. Gladiolus ſegetalis.
SEGESTA, vel SEGETIA, æ. f. [Σεγέστα] Deæ nomen, teſte Plin. lib. 18 cap. 2. V. SEJA, infra. Divus Auguſtinus Civitatis divinæ libro 4. Sata, inquit, frumenta, quamdiu ſub terra eſſent, præpoſitam voluerunt habere deam Sejam. Quum vero jam eſſent ſuper terram, & ſegetem facerent, deam Segetiam. Frumentis vero collectis atque conditis, ut tuto ſervarentur, deam Tutilinam præpoſuerunt.
SEGESTA, æ f. [Σέγεστα] quæ nunc appellatur, Oppidum in Sicilia eſt, quod videtur Æneas condidiſſe præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominavit, ſed præpoſita eſt ei s littera, ne obſcæno nomine appellaretur, ut factum eſt in Malevento, quod Beneventum dictum eſt, & in Epidamno, quod uſurpant Dyrrachium. Feſtus. Plin. lib. 3. cap. 5, & 8 Cic 4 Verr. 72. & ſeqq. Steph eſt Ἔγεστα, Strab. Αἴγεστα.
SEGESTĀNUS, a, um. Adj. [Σεγεσταῖος] Qui Segeſtam incolit. Cic. 6. Verr. l. c. Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate, &c.
SEGESTENSIS, e. [Σεγεστεῖος] aliud Adj. Cic. 5. Verr. 83. Multo etiam impudentius in decumis Segeſtenſium verſatus eſt.
SEGESTRE, is. n. Quo aliquid involvitur. Varr. de L. L. lib 4. 35. Quo lecticam involvebant, quod fere ſtramenta erant e ſegete, ſegeſtria appellabant, ut etiam nunc in caſtris. Feſtus Pompejus lib. 4 Δίφθας Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſegeſtria. Nonius Marcellus 2. 35. Lecticam quo involvebant, ſegeſtria appellabant. Plin. lib 13. cap. 12. De chartarum generibus, Nam emporetica inutilis ſcribendo, involucris chartarum ſegeſtriumque uſum præbet, & ideo a mercatoribus cognominata. Suet. Aug. cap. 83. Auguſtum refert exercendi corporis cauſa deambulaſſe ſegeſtro, vel lodicula involutum. Al. Seſtertio. [Scribitur enim & Segeſtrum, l. u. Gloſſ. Lat. Gr. Segeſtrum, Σισύρα, περίβλημα.
Hinc puto Gallicum *Gueſtres*, ut ex Breca *Brayes*. H. St.
SEGETIA, V. SEGESTA Dea.
SEGMEN, SEGMENTARIUS, SEGMENTATUS, SEGMENTUM, V. SECO.
SEGNESCO, V. SEGNIS.
SEGNIS, e. Adj [Ἀργὸς, Νωθρὸς, Κωφὸς. ἤ ὁ Ἀδρανὴς καὶ ἀργὸς, Gl. L. G. νωχελὴς, G. L.] quaſi Seorſum a recto nitens, o interpoſita, cauſa euphoniæ, componitur enim a Se, & Nitor, êris. Vel Segnis quaſi Sine igne: unde Segnis dicitur Tardus & ignavus; cujus contrarium Ardens, qui feſtinans, & acuto ingenio eſt Virg 5. Æn. 513.
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos. Cic. 8. Att. 13. Ego, ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar, non laboro.
Ad credendum alicui ſegniorem fieri Liv. 24. 13. extr.
Ad imperandum ſegnior. i. e. Tardior. Cic. pro Font. 7. Segniores ad imperandum poſthac ceteri ſint, quum videant eos oppugnari, quibus oppreſſis, populi Roman. imperium incolume eſſe non poſſit.

Segnis & jacens. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Acta ſegnia, Ignavia. Ovid. 12. Met. 500.
Animus ſegnis. Plin. lib. 11. cap. 52.
Anni ſegnes, In quibus nihil præclari geſtum eſt. Ovid. ad Liviam, 449.
Campus ſegnis ſitu dureſcit. Virg. 1. Georg. 72.
Cultus terræ ſegnior. Cic. 2 de Legib. 45. Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad eam tuendam, ferroque ſubjiciendam, ſuperſtitionibus aliquid acceſſerit.
Dextra non ſegnis dare vulnera, h. e. Ad vulnera inferenda. Ovid. 5. Triſt. 7. 19.
Diſcordia non ſegnior domi. Liv. 2. 43. pr.
Epiſtola non ſegnis, Non lenta mora. Stat. 4. Silv. 4. 1.
Saltus ſegnis. Stat. 5. Silv. 3. 258.
Indoles ſegnis. Tacit. 12. Ann. 26.
Iter lucis non ſegne. Valer. 1. Argon. 788.
Mens ſegnis ad lætitiam. Ovid. 3. de Pont. 4. 52.
Mora ſegnis. Liv. 25. 8. extr. Suſpecta eſſe jam ſegnis mora ejus deſierat.
Moras ſegnes rumpere Virg. 3. Georg. 42.
Mora ſegnis, Lenta. Liv. 40. 4. extr. Haurite poculum, ſi ſegnior mora juvat.
Otium ſegne. Ovid. 1. de Pont. 5. 43.
Pes ſegnis. Hor. 3. Carm. 12. 8.
Prælium perſegne. Liv. 25. 15. & 27. 2.
Pugna ſegnior. Liv. 3.
Sopor ſegnis. Lucan. lib. 5. 489.
Segnis, cum Genitivo. Tacit. 16. Ann. 14. pr. Inquietus animo, & occaſionum haud ſegnis. i. e. Haud negligens.
Segnis, Inutilis. Virg. 1. Georg 151.
— ſegniſque horret in arvis
Carduus. Servius.
SEGNITER, Adv. [νωθρῶς] Liv. 2. 58. Segniter, otioſe, negligenter, contumaciter, omnia agere, nec pudor, nec metus coërcebat. Plin. lib. 14. cap. 22. Nec ſegniter vita in eo elaboravit. Virg. 9. Æn. 441.
Poſiti artus ſegniter. Stat. 1. Silv. 4. 106.
Segnius [Ἀργότερον Gl. L. G.] oppugnare. Liv. 40. 27.
Segnius irritant animos. Hor. de Arte Poet. 180.
Ira non ſegnius ſagitta Scythica. Ovid. 10. Met. 588.
Nihilo ſegnius. Nepos 14. 3. 5. Liv. 7. 18.
Segniſſime torpere. Caſſiod. 1. Edict. 35.
SEGNE, pro Segniter. Ammian. 21. 12.
SEGNITIA, æ, vel SEGNITIES, ēi. f. [νωχέλεια, ῥᾳθυμία Gl. G. L.] Tarditas ac negligentia ad agendum, inquit Donatus: quod ut ait Feſtus, fit ſine nitendo quid utile & honeſtum. Plaut. Trin. 3. 3. 67.
Dicta ſermone terere, ſegnities mera eſt. Ter. And. 1. 3. 1.
Enimvero, Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ. Cic. 1. de Fin. 5. Rudem enim eſſe omnino in noſtris poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi.
Segnities & inertia. Cic. 1. de Orat. 185. Et quoniam de imprudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominum atque inertiam.
Sera ſegnities. Virg. 2. Æn. 374.
Immunda ſegnities. V. IMMUNDUS.
Segnities, pro Sterilitate. Plin. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnities. i. e. Sterilitas. Perottus.
SEGNITAS, antiquis pro Segnitia. Acc. Ænead apud Non. 2. 808. En nunc quod eorum ſegnitate ardet focus. V. plura ibid.
SEGNESCO, ĕre. Segnem fieri. Cæl. Aurel. Acut. 2. 18. Segneſcentibus ſputis.
Segneſco alicubi. Sed & apud Livium Segneſcerent conſilia puto legendum, ubi eſt Seneſcerent. Vide SENESCO. H. St. V. & quæ nos ibid.
SEGNIPES, ĕdis. c. [Ἀργόπους] Qui tarde incedit. Juven 8. Sat. 66.
— tritoque trahunt epirhedia collo
Segnipedes. De equis hic loquitur.
SEGOBRIGA, [Σεγόβριγα] Oppidum Hiſpaniæ citerioris, Celtiberiæ totius caput: circa quod Sertorius & Metellus prælium commiſere. Strabo lib 3.
SEGOR, [Σηγώρ] fuit quinta civitas poſt Sodomam & Seboim, quæ (ut Sacræ teſtantur litteræ) ad preces Loth ſervata eſt. Moſes in Geneſi.
SEGOREGII, Populi, de quibus ſic Alex. Alexand. lib. 1. cap. 24. Segoregiorum vetus erat mos, ut paratis inſtructiſque menſis, inter epulas virgo introduceretur: & cui ex convivis aquam dederat, eum ſibi virum delegiſſe videbatur.
SEGREGO, [ἀποχωρίζω, διαιτέω] āre. Ab aliorum numero, vel ſocietate & grege ſeparare; quaſi Seorſum a grege ponere. Plaut. Mil. 3. 1. 60. Ter. And. 1. 5. 54.
Te obteſtor, ne abs te hunc ſegreges, neu deſeras.
Sejungi & ſegregari. Lucret. lib. 1. 453.
Segregare e ſenatu aliquem. Plaut. Moſtel. 5. 1. 9.
Ab agmine ſe mat ſegregare. Stat 12. Theb. 184.
A numero civium ſegregare. Cic. pro Arch. 4. Quod ſi mihi a vobis tribui, concedique ſentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium, non modo non ſegregandum, quum ſit civis, a numero civium, verum etiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.
Segregare ab ſe culpam vel ſuſpiciones Plaut. Trin. 1. 2. 42.
Virtutem ſegregare a ſummo bono. Cic. 3. de Fin. 30.
Pugnam ſegregare. Liv. 1. 25. Ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam. i. e. Ut ſingulos ſeorſum aggredi poſſet.
Sermonem ſegregare. Plaut. Milit. 3. 1. 60. Idem Pœn. 1. 2. 136. Segrega ſermonem, tædet. h. e. Tace.
Seque gregari, pro Segregarique, apud Lucret. lib. 1. 453.
Diſſidio potis eſt ſejungi, ſeque gregari.
SEGREGĀTIO, ōnis. f. Tertull. de Anim. cap. 42.
SEGREGĀTOR, ōris. m. Idem.
SEGREX, ĕgis. Adj. ut, Segrex vita, i. e. Solitaria. Seneca de Benef. lib. 4. 18. [Ab hoc nomine verbum Segrego ductum videtur.
SEGREGUS, a, um. Adj. Auſon Parent. carm. 9.
Ipſa tuo vivens ſegregus arbitrio.
SEGREGĀTIM, Adv. Prudent. in præf. Hamart. v. 39.
Et ſegregatim nomen æternum colens.
SEGULLUM, i. n. Plin. 33. 4. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt, ita vocatur indicium. Alveus ubi id eſt, arenæque lavantur, atque

atque ex eo quod reſedit conjectura capitur, ut inveniatur aliquando in ſumma tellure protinus, rara felicitate.

SEGUNTIA, V. SEGONTIA.

SEGUSIUM, [Σεγούσιον] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Seguſianorum urbs in Græcis Alpibus. Vulgo *Suſa*.

S E I

SEJA, æ, f. & SEGESTA, Dearum apud veteres nomina, de quibus ſic Plinius lib. 18. cap. 2. Sejamque, a ſerendo: Segeſtam, a ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in circo videmus: tertiam ex his nominare ſub tecto religio eſt. Codex manuſcriptus Seiam exhibet, quam Tertullianus Seſſiam vocat, Macrobius 1. Sat. 16. Sejam, ut Segeſtam Segetiam: aitque, Qui nominaſſet Salutem, Semoniam, Sejam, Segetiam, Tutilinam, ferias obſervabat. Tertia autem illa, quam religioſum erat ſub tecto nominare, Tutilina, ut reor, erat. Turneb. In emend. codd. Saja. V. SEGESTA ſupra.

SĒJĀNUS, i. m. [Σηιανὸς] Cognomen L. Ælii, ex paterna ſtirpe ductum, ſiquidem Seji Strabonis, Equitis Romani, Vulſiniæ oriundi, filius fuit, in Æliam, maternam, opinor, nobiliſſimam gentem adoptatus. Hunc Ti. Cæſar ad Præfecturam Prætorii una cum patre Strabone evectum, etiam collegam ſibi in Conſulatu A. U. C. 782. aſcivit, tantoque favore amplexus eſt, ut per omnia ſibi æquaret, ſeroque, imperium ſibi, ſublatis Principis liberis, deſtinantem, timere cœpit, atque abſens per epiſtolam Senatui detulit, hoſtemque judicatum unco trahi voluit, omnibus, etiam in ejus ſuperſtites liberos, & innocentes amicos, crudelitatis exemplis editis. Quæ plenius relata V. apud Vellej. Paterc. 2. 27. & 28. Tacit. Ann. lib. 1. 3. 4. & 5. Sueton. in Tiber. cap. 48. 61. & 62. Juven. 10. Sat. 66.

— Sejanus ducitur unco
Spectandus.

SEIR, [Σηίρ] Mons in terra Edom, in quo habitavit Eſau in regione Gabalena, quæ ex eo, quod Eſau piloſus eſſet & hiſpidus; Seir, id eſt piloſi nomen accepit.

SEJUGES, SEJUGI, V. JUGEX.

SĒJŪGO, [διαζεύγνυμι] āre. Idem quod Sejungere. Cic. 1. de Divin. 70. Humani autem animi eam partem, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat; non eſſe ab actione corporis ſejugatam.

SEJUGATIO, ōnis. f. Auguſtin.

SEJUNGO, nxi, nctum, [διαζεύγνυμι, ἀποζεύγνυμι. Gl. L. G.] ĕre. Seorſum jungere, ſive ſeorſum ponere & ſeparare. Cic. 1. Fam. 9. Tibi autem multo notior atque illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempora omni, quo ſejuncti fuimus, & una & Romæ fuiſſemus.

Diſcidio perniciali ſejungi. Lucret. lib. 1. 451.

Sejungendus ab Antonio. Cic. 15. Att. 12. extr.

Ab honeſtate ſejungi. Cic. 1. Acad. 7.

A ſpe pariendarum voluptatum ſejungi non poteſt. Cic. 1. de Finib. 33.

SEJUNCTUS, a, um. Partic. [διαζευχθεὶς] Propert. lib. 2. 16. 23.

Dolor ſejunctus abeſt corpore. Lucret. lib. 2. 18.

Sejunctum & ſecretum a corpore. Lucret. lib. 1. 430.

Semota, & ſejuncta a rebus noſtris. Lucret. lib. 1. 59.

SEJUNCTIO, ōnis. f. [διάζευξις] Cic. 3. de Orat. 203. Propoſitoque quid ſis dicturus, & ab eo quod eſt dictum ſejunctio, & reditus ad propoſitum, & iteratio, & rationis apta concluſio.

SĒJUS, i. m. [Σήιος] gentile Ro. nomen: a quo Sejanus cognomen, &

SEJĀNUS, a, um. Adj. ut Equus Sejanus. Gell. lib. 3. cap. 9. Cajus Baſſus in commentariis ſuis, item Julius Modeſtus in II. Quæſtionum confuſarum, hiſtoriam de equo Sejano tradunt, dignam memoria atque admiratione. Cn. Sejum quempiam ſcribunt fuiſſe, eumque habuiſſe equum, natum Argis, in terra Græcia: de quo fama conſtans eſſet, tanquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuiſſent, quos Hercules, Diomede occiſo, e Thracia Argos perduxiſſet. Eum equum fuiſſe dicunt, magnitudine inuſitata, cervice ardua, colore phœniceo, flava & comanti juba, omnibuſque aliis equorum laudibus quoque longe præſtitiſſe: ſed eundem equum tali fuiſſe fato, ſive fortuna ferunt, ut quiſquis haberet eum, poſſideretque, is cum omni domo, familia, fortuniſque omnibus ſuis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn. Sejum dominum ejus a M. Antonio, qui poſtea Triumvir Reipub. conſtituendæ fuit, capitis damnatum, miſerando ſupplicio affectum eſſe. Eodem tempore Corn. Dolabellam Cos. in Syriam proficiſcentem, fama iſtius equi adductum, Argos divertiſſe, cupidineque habendi ejus exarſiſſe, emiſſeque eum H-S. centum millibus. Sed ipſum quoque Dolabellam in Syria bello civili obſeſſum, atque interfectum eſſe. Mox eundem equum, qui Dolabellæ fuerat, C. Caſſium, qui Dolabellam obſederat, abduxiſſe. Quem Caſſium poſtea ſatis notum eſt, victæ partibus, fuſoque exercitu ſuo, miſeram mortem oppetiſſe. Deinde Antonium poſt interitum Caſſii, parta victoria, equum illum nobilem Caſſii requiſiſſe: & quum eo potitus eſſet, ipſum quoque poſtea victum atque deſertum deteſtabili exitio interiiſſe. Hinc proverbium de hominibus calamitoſis ortum, dicique ſolitum, Ille homo habet equum Sejanum. conf. SEJANUS, i. m.

S E L

SELACHE, n. pl. [σελάχη] a Sing. τὸ Σέλαχος, εος. appellantur apud Græcos omnes Piſces plani, quod nomen eis Ariſtoteles impoſuit. V. Ariſtot. Hiſt. Anim. 3. 1. Plin. 9. 24.

SELĀGO, inis. f. Herba Sabinæ ſimilis. Legitur ſine ferro, dextra manu, per tunicam, qua ſiniſtra exuitur, velut a furante, candida veſte veſtito, pureque lotis nudis pedibus, ſacro facto prius, quam legatur, pane vinoque. Fertur in mappa nova. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fomum ejus prodeſſe. Plin. lib. 24. cap. 11.

SELECTI Dii, SELECTIO, SELECTUS. V. SELIGO.

SĔLĒNĪTES, æ m. [σεληνίτης] Gemma in Arabia naſcens, ex candido tranſlucens melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, reddenſque in dies ſingulos, creſcentis minuentiſque numeris. Plin. lib. 37. cap. 10.

SELENITIUM, i. n. Hederæ genus, cujus eſt minor acinus, ſparſior racemus. Plin. lib. 16. cap. 34. V. not. Hard.

SĔLEUCĪA, æ. f. [Σελεύκεια] Prima Syriæ civitas, ut ait Strabo lib. 11. & 14. & 15. juxta quam Orontes affluit amnis. Hodie *Selde* vocatur, teſte Olivario in Melam 1. 12. Hanc a Seleuco Nicanore, ſive Nicatore conditam ferunt. Strabo, Seleuciam (inquit) ad Tigrim amnem, juxta Babylonem, trecentis fere ſtadiis, Seleucus Nicator exædificavit. Scribit Plin. lib. 11. Seleuciam plerumque Meſopotamiam dictam fuiſſe. [Error videtur.

Ptolemæus tres Seleucias fecit, Pieriam, ad Euphratem, ad Belum. De priore Cic. 2. Att. 20. Plures memorat Plinius. De Seleuco infra.

SELEUCIĀNUS, a, um. Adj. Cic. 4. Att. 18. Perſpice æquitatem animi mei, & ludum, & contemptionem Seleucianæ provinciæ. h. e. Nobilis provinciæ Ciliciæ, quam Seleucus urbibus auxit. Vide, inquit, me nihil laborare, ut Proconſul in Ciliciam mittar. Al. Seliciano. Gronov. Seleucianæ, de Macedonia exp.

SELEUCIS, idis. f. [σελευκὶς] Calceamentum muliebre, apud Pollucem lib. 7. cap. 22. Item poculum. V. Heſych. & Steph. in Σελεύκεια.

Seleucides. Aves vocantur, quarum adventum ab Jove precibus impetrant Caſſii montis incolæ, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec unde veniant, quove abeant, compertum, nunquam conſpectis, niſi cum præſidio earum indigetur. Plin. lib. 10. cap. 27.

SĔLEUCUS, [Σέλευκος] Unus fuit ex ducibus Alexandri, qui poſt ejus mortem primus in Syria regnavit. De quo Appianus clariſſimus hiſtoricus Græcus in Syriaca. V. Juſtin. 15. 4.

Dictus Nicanor, vel potius Nicator. H. St. V. Suid. in dict. & Νικηφορεύς. Item Citharœdi nomen apud Juven. 10. Sat. 211.

SELIBRA, V. SEMILIBRA, in SEMIS.

SELICASTRUM, f. SELIQUASTRUM, V. in SEDEO.

SĔLĬGO, ēgi, ectum, [διαλέγω, ἀφορίζω] ĕre. Seorſum colligere, ſecernere. Ovid. 3. Amor. 11. 49.

— tu ſelige tantum. Cic. in Orat. 103. Quæ exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere qui quærerent. Idem in Orat. 47. Nec utetur vero imprudenter hac copia, ſed omnia expendet & ſeliget. Et 3. de Finib. 22. Sed hoc quaſi ultimum, quale nos ſummum in vita bonum dicimus; illud autem, ut feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum.

SELECTUS, a, um. Partic. [ἀφωρισμένος] ut, Selectæ, breveſque ſententiæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 85.

Pectora ſelecta. Ovid. 5. Faſt. 71.

Selecti Dii, apud Romanos vocabantur Præcipui & Summates, qui habebant ampliorem poteſtatem, quique celebriores, & in majori haberentur cultu ac veneratione. Hi a D. Auguſtino ex Varrone viginti numerantur, duodecim videlicet mares: Janus, Juppiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater: feminæ octo, Tellus, Ceres, Juno, Luna, Diana, Minerva, Venus, Veſta. Certe ſelecti alii erant a Conſentibus. Auguſtinus lib. 4. de Civit. Dei. prioribus capp. Lilius Gyraldus Syntag. 1. lib. Hiſtoriæ deorum.

Selecti Judices, [δικασταὶ] Equites dicti ſunt. Cic. pro Cluent. 121. Deinde Prætores tantum urbani, qui jurati debent optimum quemque in ſelectos judices referre. Hor. 1. Serm. 4. 123.

— habes auctorem, quo facias hoc:
Unum ex judicibus ſelectis objiciebat. i. e. Ex Equeſtri ordine. Cic. 4. Verr. 32. Ceterarum rerum ſelecti judices ex civium Romanorum conventu proponi ſolent. i. e. Equitibus qui illuc conveniunt. Ibid. 5. 117. Hic tu medicum & Aruſpicem & Præconem tuum, recuperatores dabæ? aut etiam illum ipſum, quem tu in cohorte tua Caſſianum judicem habebas, ſi qua res major eſſet, Papirium Potamonem, hominem ſeverum ex veteri illa Equeſtri diſciplina? Quæ verba per ironiam dicta ſunt. Selecti judices, ſunt præcipui. Unde Dii ſelecti & præcipui, de quibus ſupra. Hæc Budæus. [Non puto tamen in priore Cic. 4. Verr. loco nominatim Equites intelligi. V. quæ ibidem ſequuntur.

De Selectis ſub Auguſto, & deinceps. Plin. lib. 33. cap. 2. pr. Decuriæ quoque ipſæ pluribus diſcretæ nominibus fuere, Tribunorum æris, & Selectorum, & Judicum: præter hos etiamnum Nongenti vocabantur, ex omnibus ſelecti, ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitiis. Et diviſus hic quoque ordo erat ſuperba uſurpatione nominum, quum alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. [Puto Nongentorum.

Selecti in Militia Ro. de quibus Polyb. 6. 28. & ex eo Lipſ. de Mil. Ro. 5. Dial. 3. plura V. in Lex. Pitiſc.

SELECTIO, ōnis. f. [ἐκλογὴ] Cic. 2. de Finib. 43. Dum enim in una virtute ſic omnia eſſe voluerunt, ut eam rerum ſelectione exſpoliarent: nec ei quicquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur. Idem 3. de Legib. 32. Selectio vitiorum.

SĔLĪNŎĪDES, is, m. [σελινοειδὴς] Braſſicæ genus criſpum. Plin. lib. 20. c. 9. In tres ſpecies diviſere eam (de Braſſica loquitur) Græci antiquiſſimi Criſpam, quam Selinoidea vocaverunt, a ſimilitudine apii foliorum, ſtomacho utilem, alvum modice mollientem vide Cato c. 157 de R. R. Eſt autem

SĔLINON, [σέλινον] a Græcis appellata herba notiſſima, quam Latini Apium nominant. Inde fiunt compoſita Petroſelinon, Hippoſelinon & Elioſelinon. V. Dioſcor. 2. 106.

SELĪNUS, [Σελινοῦς] Multorum fluviorum nomen. Unius in Aſia, qui in mare Ionium influens, Dianæ Epheſiæ templum alluit, teſte Strab. Alius ad Pergamum. Plin. lib. 5. cap. 29. Σελινοῦς in nummis.

Eſt & Selinus alius in Ægienſium agro, qui eſt Achajæ proprie dictæ. Item alius in Elide.

Rurſus alius in Sicilia juxta Megara & Hyblam montem, quorum omnium meminit Strabo lib. 8. Alius Ciliciæ, de quo idem lib. 14.

Selinus, untis, m. & f. [Σελινοῦς] Siciliæ, inquit Servius, Civitas juxta Lilybæum, abundans palmis, quibus veſcuntur, & apio. Virg. 3. Æn. 705.

Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinus,
Et vada dura lego ſaxis Lilybeïa cæcis. Sil. 14. 201.
Audax Hybla favis, palmis quoque onuſta Selinus. Al. Palmæque arbuſta.

SELINUNTIUS, a, um. [Σελινούντιος] ut Selinuntiæ, Aquæ in Ætna ſalſæ ad Himeram, Egeſtanæ potabiles. Strabo lib. 6.

SELINUSIUS, a, um. [Σελινούσιος] aliud attributum; ut, Terra Selinuſia, quæ a Galeno lib. 9. ſimplicium Medic. inter Medicamenta ophthalmica ponitur. Plin. 35. 16.

Selinuſia, eſt Lacus poſt Cayſtri oſtia ex pelago refuſus. Strabo lib. 14.

SELIQUASTRUM, i. n. V. in SEDEO SELICASTRUM.

SELLA, SELLARIA, SELLARIOLUS, SELLARIUS, SELLISTERNIUM, SELLULARIUS, V. in SEDEO ad fin.

SELLÆ, vel SELLI, [Σελλοὶ] Populus eſt Epiri, qui & Dodonæi dicuntur. Lucan. lib. 3. 179. — quercuſque ſilentes
Chaonias veteres liquerunt vertice Sellæ.

SELLEIS, entis. m. [Σελλήεις] Fluvius eſt proximus Pylo in finibus Arcadiæ. Strabo lib. 8.

SELYMBRIA, æ. f. [Σηλυμβρία] Civitas eſt Thraciæ ad Propontidem, propinqua Byzantio. Herodot. lib. 6.

S E M

SEMAXIUS, SEMBELLA, V. in SEMIS.

SĔMĔL. Adv. [ἅπαξ Gl. G. L.] quaſi Una, non diviſim, vel uno (ut ita dicam) tempore: nam quod ſemel fit, nullam recipit diviſionem. Plaut. Capt. 3. 5. 99. Satis ſum ſemel deceptus. Ter. Heaut. 1. 2. 34.
Verum animus ubi ſemel ſe cupiditate devinxit mala,
Neceſſe eſt, Clitipho, conſilia conſequi conſimilia. Cic. 7. Verr. 63. Verum hoc erat, ſi ille ſemel vetus archipirata ſecuri percuſſus eſſet: pecuniam illam non haberes.
Semel anno. Plin. lib. 12. cap. 14. Tus meti ſemel anno ſolebat.
Semel atque iterum. Cic. pro Cluent. 49. Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum, ut re ſemel atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit.
Semel, iterum. Liv. 1. 19. Semel T. Manlio conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod noſtræ ætati dii dederunt ut videremus.
Semel ac vicies. Plin. lib. 7. cap. 48. Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius.
Semel unquam. Plin. lib. 2. cap. 35. Dein quum in cœlum ſe reciperet, lampadum factum, ſemel unquam proditur, Cn. Octavio, C. Scribonio COSS.
Semel, inquit Aſconius, vicinum eſt ad Pæne nunquam, in illud Cic. 2. Verr. 5. Semel ait ſe in vita pertimuiſſe, tum quum primum a me reus factus ſit. Quaſi dicat, Fere nunquam. Simile eſt quod ſemel in vita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius.
Semel a condito ævo. Plin. lib. 7. cap. 34. Vir optimus, ſemel a condito ævo, judicatus eſt Scipio Naſica a jurato Senatu. Ibid. cap. 35. Pudiciſſima femina ſemel matronarum ſententia judicata eſt, Sulpicia Paterculi filia. Hic particula, Semel, affirmantis venuſtatem habet, ut quod veriſſimum eſſe aſſeverare volumus, id ſemel tantum dixiſſe ſufficiat. [Pro Nonniſi ſemel, vel Semel duntaxat. Sic & in ſeq.
Semel, Irrevocabiliter. Quintil. lib. 1. cap. 3. Nec ſemel de hoc decretum erat; triceſimus dies reddebat victo certaminis poteſtatem. Budæus.
Semel, omnino & prorſus, ita ut iterum obtineri non neceſſe ſit. Cic. pro Dejot. 9. Cum facile exorari Cæſar, tum ſemel exorari ſoles. Budæus.
Semel, Ad ſummam, vel In ſumma. Valla de Ad ſummam loquens, Quintilianus in ſenſu priore ſolet uti tali genere dicendi per adverbium Semel, lib. 9. cap. ult. Denique, ut ſemel finiam, ſic fere componendum, quomodo pronuntiandum erit. Et lib. 11. cap. 1. Et ut ſemel omnia complectar. Id eſt, Ut in ſumma dicam. Cujus rei cauſa eſt ipſum illud Semel, quod ſignificat Una vice pro omnibus, ita ut poſtea non oporteat quid addi. Quod enim ſemel tantum fit, id non habet regreſſum ut iterum fiat. Virg. 11. Æn. 417.
— qui ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. Ovid. 5. Epiſt. 103. — nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Bud. & hic Irrevocabiliter exp. Lucan. lib. 9. 578.
— dixitque ſemel naſcentibus auctor
Quicquid ſcire licet. Semel, inquit, ut nullum poſtea verbum addat. Hactenus Valla lib. 6. [Barbari dicunt Pro ſemel & ſemper. V. quæ ſupra.

SĔMĔLĀ, æ. & ſæpius SEMELE, es. f. [Σεμέλη] Filia Cadmi regis Thebarum, ex qua Juppiter Bacchum genuit. Hinc Horatio 1. Carm. 19. 2. Thebanæ Semeles puer, dicitur.
Proles Semeles, Bacchus. Tibul. lib. 3. 4. 45.

SEMELĒIUS, a, um. Adj. [Σεμελήιος] ut, Thyoneus Semeleius. Hor. 1. Carm. 17. 23.
Proles Semeleia. Ovid. 5. Met. 329. h. e. Bacchus.

SEMEN, V. in SERO.

SEMESTRIS, V. SEMIS, & SEX.

SEMESTRIUM, SEMESUS. V. SEMIS.

SEMET, V. SUI.

SEMIANIMIS, & cetera a Semis, ſive Semi compoſita, V. SEMIS.

SĔMĬGRO, ſec. com. [ἀπαναστῶ] āre. Idem quod Migro: ut, Semigrare ab aliquo. Cic. pro Cæl. 18. Reprehendiſtis, a patre quod ſemigrarit: quod quidem jam in hac ætate minime reprehendendum eſt: qui quum & ea Reipub. cauſa eſſet mihi quidem moleſtam, ſibi tamen glorioſam victoriam conſecutus, & per ætatem magiſtratus petere poſſet: non modo permittente patre, ſed etiam ſuadente ab eo ſemigravit.

SEMIGUNTUS, [Σεμιγοῦντος] Segeſti filius Cheruſcorum ductor, a Germanico bello captus, & ductus eſt in triumpho. Strabo lib. 7.

SEMINARIUM, SEMINIUM, SEMINO. V. SEMEN, in SERO.

SĔMĪRĂMIS, is & idis. f. [Σεμίραμις] unde Accuſativum Semiramin vel Semiramidem facit: fuit nomen Aſſyriorum reginæ, Nini regis uxoris, quæ mortuo viro res præclaras geſſit. De hac lib. 3. Diodorus, Juſtinus, Oroſius, Euſebius, Auguſtinus, Joſephus, Plutarchus, Philoſtratus, ſcripſerunt & alii. Ea, mulierum omnium, quarum ea hiſtoria ad nos perlata notitia eſt, longe celeberrima: quamque cum Cyro præcipue Alexander admiratus fertur, quod in illa & magnitudo quædam animi, & rerum claritas plurima emicuiſſet: quum ſibi jam magno natu monumentum, in quo perfuncta humanis recondéretur, ſtrueret, inſcriptionem ejuſmodi exſcalpendam curaſſe dicitur; Quicunque ex regibus pecuniæ inopiam ſenſerit, conditorio recluſo ſumat inde quicquid viſum fuerit. Id quum legiſſet Darius, ut qui auri foret avidior, ſepulcrum juſſit recludi: ſed in eo pecuniam quidem invenit nullam, in eas autem incidit litteras; Ni malus vir fores, & pecuniæ prorſum inexplebilis, non utique mortuorum loculos moveres: exprobratione lepida in ſacram auri famem, ut eminentiſſimi auctores tradidere. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 23. cap. 5. ex Plutarchi Apophthegmatis. Verum eadem impudica & mollis fuiſſe traditur, utpote quæ filii concubitum expetierit, & equum uſque ad coitum adamaſſe dicatur. Semiramis, lingua Syriaca, Avem ſignificat. Namque ab avibus adhuc infans nutrita dicitur. V. DERCETO. Scribit Valerius Maximus lib. 9. cap. 3. extr. Cum ei circa cultum capitis ſui occupatæ nuntiatum eſſet, Babylonem defeciſſe, altera parte crinium ſoluta adhuc, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in poteſtatem ſuam redegit. Juven. 2. Sat. 108.
Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe. Propert. lib. 3. 11. 21.
Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem, &c. Si tamen Eroticum Plutarchi legeris, Semiramin ancillam fuiſſe invenies, quæ Ninum interfici juſſit, precario accepto ſceptro.

SEMIRAMIUS, Adj. [Σεμιράμειος] Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 162.
Noſtra Semiramiæ timeant inſignia turres. i. e. Aſſyriæ.
Sanguine Semiramio cretus. Ovid. 5. Met. 85.

SĒMIS, vel SEMI, indecl. [ἥμισυ Gl. L. G. & G. L.] Dimidium ſignificat, & melius definit in Semi: quo extra compoſitionem raro utuntur: ut Semivivus, a Græco deducitur ἡμι, & S habet pro aſpiratione Græca. Feſtus. conf. Vitruv. 4. 1.
Semi, puto ex ἡμι, quo utebantur in compoſitione. H. St.
Semis, Semodius, Semuncia: qua ratione ex Græco trahuntur alia, quod S litteram pro aſpiratione eorum habent, ut ἑπτὰ, Septem: ὕλη, Silva: ſic iſta ab eo, quod illi ἥμισυ dicunt, declinata videntur. Feſtus. Significat & Semiſſem. Gloſſ. Lat. Græc. Semis, ἥμισυ, ἡμιωβόλιον. Componitur varie cum Subſt. Adj. & Partic. rarius cum Verbis, ut

SEMATUS, a, um. Adj. Gloſſ. Latinogræc. Sematum, ἡμίεσιον, ἡμιβρώτον: & SEMUM, ἡμίεσιον.

SEMIASSIS, & contr. SEMISSIS. is. m. Gloſſ. Lat. Græc. Semiſſem, ἡμιτέλιον, ἢ τὸ ἥμισυ τῦ νομίσματος. [Dimidia pars Aſſis, qua omnegotura denotabant. V. AS.
Semiſſis, is. m. [ἥμισυ] Idem quod Semis. Cic. 15. Att. 29. pr. De Tulliano ſemiſſe Manianam adhibebis, ut ſcribis. Al. M. Axianum.
Semiſſis, Monetæ pars. Lampridius in Alexandro cap. 39. Vectigalia (inquit) publica in id contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent, hoc eſt triceſimam partem. Tuncque primum Semiſſes aureorum formati ſunt: tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidiſſet, Tremiſſes: dicente Alexandro etiam Quartarios futuros, quod minus non poſſet, quos quidem jam formatos in Moneta detinuit, exſpectans, ut ſi vectigal contrahere potuiſſet, & eos ederet. Sed quum non potuiſſet, per publicas neceſſitates, conflari eos juſſit, & Tremiſſes tantum, Solidoſque formari. Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam, atque amplius uſque ad quinquagenarias quoque & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, reſolvi præcepit, neque in uſu cujuſquam verſari. Atque ex eo iis materiæ nomen inditum eſt, quum diceret plus largiendi hanc eſſe Imperatori cauſam, ſi, quum multos ſolidos minores dare poſſet, dans decem vel amplius, una forma triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur. Ex his verbis Lampridii, quæ vulgo corruptiſſime leguntur, facile intelligimus, Solidos primum dictos eſſe aureos nummos, certi cujuſdam, ſuique ponderis, quaſi integros. Erant dimidiati aurei, & tertiarii, a tertia parte dicti, qui Semiſſes, Tremiſſeſque dicebantur; quemadmodum binarii, ternarii, quaternariique, & deinceps ſic dicti ſunt, qui binos aureos & ternos, & quaternos, denoſque penderent. Sic intelligendi Tremiſſes, in l. Jubemus, De erogatione mil. an. lib. 11. Cod. Trientales autem Latine dici poſſent. Hæc Budæus. Cic. pro Sext. 55. Sed ab uno gladiatore innumerabilia alia nova conſcriberentur: ut, remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta prope pars vectigalium tolleretur, &c.

SEMISSIS, e. Adj. ut, Homo ſemiſſis, dicitur Homo vilis, & quaſi Semihomo: ſicut Semiſſem, Semiaſſem dicimus. Cic. 5. Fam. 10. Simius, non ſemiſſis homo, contra me arma tulit, & eum bello cepi. [Niſi ellipſis eſt, pro Non ſemiſſis faciendus. Ut dicitur Non aſſis facere.
Uſura dicitur Semiſſis, quoties de centum nummis fenus nummus uſuræ nomine percipitur. Capitolinus in Alexandro cap. 21. Trientarium fenus ut eum ut æquiſſimum & leviſſimum exercuiſſe ad uſum Reip. Hæc Budæus. Plin. lib. 14. cap. 4. Ex his tamen uſura multiplicam ſemiſſibus. Scævol. in l. Qui ſemiſſes. D. de uſur. & fructib. Qui ſemiſſes uſuras promiſerat, &c. Semiſſis uſura (ait Paulus Manutius) eſt, quum pro centum aſſibus (aſſis autem ad noſtratis pecuniæ rationem redactus quadrantes æreos tres efficeret) ſemis aſſis, id eſt dimidius aſſis, ſingulis menſibus penditur. Quod ſi ad annuam uſuram ſubducamus, aſſes ſex in anno pendentur. Quum igitur pro centum nummis aureus in menſe penderat: ſi hæc ſumma in aſſes dividatur, pendi pro centenis aſſibus dimidium aſſem reperietur. Itaque Semiſſis ſemper dicetur, quum pro Centum nummis, ſive argenteis, ſive magni pretii, ſive parvi, dimidius uſuræ nomine pendetur [In menſes ſcil. V. Gronov de Pec. Vet. 3. 12.

SEMISSĀLIS, e, Adj. Modeſtin. in l. Septitia. D. De pollicitat. Septitia certamen patriæ ſuæ pollicendo, ſub hac conditione pollicita eſt, ut ſors apud eam remaneret, & ipſa uſuras ſemiſſales ad præmia certantium exſolveret.

SEMISSĀRIUS, a, um. Semiſſarius coheres, pro Ex Semiſſe, apud Florentinum in l. Legatum. 116. De legat. lib. 1. Pandect. lib. 30. A coherede vero ſemiſſario, inquit Florentinus, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte.

SEMISSO, are. Veget. de Re Vet. 1. 26. extr. Semiſſare animal. Quod 3. 41. Urcia ad menſuram ſemiſſis.

SEMĬBOS, ŏvis. c. [ἡμίβους] Ovid. 4. Triſt. 7. 18.
Centimanumque Gygen, ſemibovemque virum.

SEMICĂPER, pri. m. Ovid. 5. Faſt. 101.
Semicaper coleris ſuccinctis, Faune, Lupercis.
Deus ſemicaper. Ovid. 4. Faſt. 752.
Pan ſemicaper. Ovid. 14. Met. 515.

SEMICAPUT, V. SINCIPUT.

SEMICINCTIUM, i. n. [ἡμιζώνιον] quod & Ventrale dicitur, vulgo *demi-ceint*, quod medium hominem cingat. De hoc eſt illud Martialis apophoretum lib. 14. 15.
Det tunicam dives: ego te præcingere poſſum,
Eſſem ſi locuples, munus utrumque darem. Alii Semicinctium, Veſtem breviſſimam, interpretantur.

SEMICIRCŬLUS, i. m. [ἡμικύκλιος] Dimidium circuli. Columel. lib. 5. cap. 2. Cic. 5. de Fin. 54. Quumque non habeant ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & ſemicirculos conſectari. conf. SEMICIRCULUS.

SEMI-

SEMICIRCULĀRIS, e. Adj. [ἡμικύκλιος] Columel. lib. 5. cap. 2. Semicircularis agri forma.

SEMICIRCULĀTUS, a, um. Adj. Calſ. lib. 7. cap. 26 tit. 2. extr. Ferramentum fecit rectum, in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum acutumque.

SEMICUBITUS, i. m. &

SEMICUBITĀLIS, e. Adj. Liv. 42. 65. Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum.

SEMIDEUS, a, um. Adj. [ἡμίθεος] Indiges. Gloſſ. Græcolat. ut,
Canes ſemidei. Lucan. lib. 8. 831.
Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin,
Semideoſque canes. Anubim intelligit.
Genus ſemideum. Ovid. in Ibin, v. 80.
Nos quoque plebs ſuperûm Fauni, Satyrique, Lareſque
Fluminaque, & Nymphæ, ſemideumque genus. Deos Indigetes ſignificare putatur poëta. [Poteſt eſſe Genetiv. pl. a Semideus, i. m. Et omnino in ceteris locis per appoſitionem dictum puto. V. Priſcian. lib. 1. fol. 4. a. Aldi.

SEMIDEA, æ. f. Auſonius Gripho v. 81.
Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.

SEMIDIGITUS, i. m. &

SEMIDIGITĀLIS, e. Adj. Vitruv. 10. 22. Terebratur foramen ſemidigitale, &c.

SEMIHŎMO, inis. c. [ἡμιάνθρωπος Gl. G. L.] Columel. lib. 10. 19.
Quamvis, ſemihominis veſano gramine feta,
Mandragoræ pariat flores, mæſtamque cicutam. Quadriſyll.
Cacus ſemihomo. Virg. 8. Æn. 194.
Naſamones ſemihomines. Sil. lib. 11. 36.

SEMIHŌRA, æ. f. [ἡμιώριον] Cic. pro Rabir. perd. reo 6. Nunc quoniam, T. Labiene, diligentiæ meæ, temporis anguſtiis obſtitiſti, meque ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coegiſti, parebitur, &, quod iniquiſſimum eſt, accuſatoris conditioni, &, quod miſerrimum, inimici poteſtati. Adde Plin. 28. 29. Ammian. 17. 13. & 18. 8.

SEMIJUGĔRUM, i. n. [ἡμιπλέθριον] Columel. lib. 5. cap. 1. At Galli Candetum appellant in areis urbanis, ſpatium centum pedum, in agreſtibus autem pedum CL; quod aratores Candetum nominant: Semijugerum quoque Arepennem vocant. Idem lib. 4. cap. 18. Vel in ſemijugera omnibus modis dirimatur.

SEMILATĔRES, pl. m. ἡμιπλίνθια Gloſſ. Græcolat.

SEMILĪBRA, & per Syncopen SĒLIBRA, æ. f. [ἡμιλίτριον Gl. L. G. & G. L.] Dimidia libra. Plin. lib. 14 cap. 16. Melobathri ſelibris in muſti congios duos additis. Liv. 5. 47. Selibras farris, & quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt. Gell. lib. 7. cap. 18. Darent argenti pondo libram ſcilicet & ſelibram. Fit autem ſelibra a Semi libra, per ſyncopen, licet prima brevi, Martial. lib. 4. 46.
Et turis, piperiſque tres ſelibræ.
Vide PONDO. H. St.

SEMILIBELLA, & contracte SEMBELLA, æ. f. [ἡμιλίτριον] Quod ſit libellæ dimidium, quod Semiaſſis, inquit Varro de L. L. lib. 4. 36.

SEMILIXA, æ. m. [ἡμιστρατιώτης] Liv. 28. 28. Sed illi primum, non Annium Umbrum, ſemilixam, nominis etiam abominandi ducem, ſed Decium Jubellium Tribunum militum ſecuti ſunt.

SEMILIXULA, æ. g. dub. Dimidia lixula. Panificii genus, Sabina vox. Varr. L. L. 4. 22.

SEMĬMAS, ăris. c. [ἡμιάρρην] Caſtratus, eviratus. Varro 3. de R. R. cap. 9. Capi ſemimares, quod ſunt caſtrati.
Ovis ſemimas. Ovid. 1. Faſt. 588.
Semimaris flammis viſcera libat ovis.
Semimares, dicuntur etiam Androgyni. Ovid. 4. Met. 381. de Hermaphrodito,
Ergo ubi ſe liquidas, quo vir deſcenderat, undas
Semimarem feciſſe videt, &c. Liv. 31. 12. Ante omnia abominati ſemimares, juſſique in mare extemplo deportari.

SEMIMITHRA, æ. f. Vox reperitur apud Juriſconſultum, tanquam Dimidium mithræ eſt. Eſt autem minor quædam Mithra, ut Semicinctium ante explicavimus. Quæ enim ſimilis & geminæ formæ ſunt, ex proportione parem explicationem deſiderant. Turneb. Suid. Ἡμιτος, ὁ ὄγκος.

SEMIMODIUS, contr. SĒMŎDIUS, i. m. [ἡμιμόδιον] Dimidius modius. Juven. 14. Sat. 67. — & tamen uno
Semodio ſcobis hæc emundat ſervulus unus. Columel. lib. 2. cap. 11. Martial. lib. 7. 53.
Semodiuſque fabæ cum vimine Picenarum. Plin. lib. 18. cap. 9. Præterea floris ſemodium.

SEMODIUM, i, n. Idem. ἡμιμόδιον Gloſſ. Græco lat.

SEMODIĀLIS, e. Adj. Semodium continens. ut, Olla ſemodialis. Marcell. Emp. cap. 16.
Placenta ſemodialis. Cato de R. R. cap. 76. extr.

SEMIORBIS, is. m. [ἡμικύκλιον] Semicirculus. Senec. Quæſt. Nat. 1. 8. In ſemiorbe nihil prohibet aſpici totam pilam.
Oſtendere ſemiorbem. Ammian. 20. 4.

SEMIPĂTER, ătris. m. [ἡμιπάτωρ] Ovid 6. Faſt. 214.
Quærebam nonas Sanco, Fidione referrem,
An tibi, ſemipater: tunc mihi Sancus ait, &c. Al. Semo Pater, rectius.

SEMĬPES, ĕdis. m. [ἡμίπους Gl. G. L.] Columel. lib. 3. cap. 19. Paulo minor dodrante, longior utique ſemipede. Plin. lib. 12. cap. 19. Varro 1. de R. R. cap. 8. Infimum ordinem oportet abeſſe a terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, a ſummo ad cameram ad ſemipedem.

SEMIPĔDĀLIS, e. Adj. [ἡμιποδιαῖος] Quod dimidii pedis longitudinem habet. Plin. lib. 13. cap. 4. Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem lib. 36. cap. 25. Materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellam exigitur.

SEMIPEDĀNEUS, a, um. Adj. Idem. Columel. 4. 1. Abunde eſt, ſemipedaneam conſitis reſolutam vitibus terram ſubjicere.

SEMIPHALARICA, æ. f. inter Tela recenſetur Gell. 10. 25. V. FALARICA.

SEMIPLOTIA, orum. n. pl. Latinis Soleæ dimidiatæ, quibus utebantur in venando. Feſt. V. Turneb. Adverſ. 19. 19.

SEMIPUELLA, æ. f. de Harpyiis, Auſon. Gripho v. 81.
Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.

SEMISONĀRIUS, i. m. Qui crotalis ſonitat, quæ veluti medii tintinnabuli formam gerit. Plaut. Aul. 3. 5. 48.
Strophiarii aſtant, aſtant ſemiſonarii. Al. Semizonarii rectius. i. e. Qui ſemicinctia faciunt.

SEMISPATHA, æ. f. & SEMISPATHIUM, i. n. [ἡμισπάθιον] Brevior enſis; quaſi Dimidiata ſpata. Veget. de Re Mil. 2. 15 & 19.

SEMITŎGIUM, i. n. Brevis & quaſi dimidiata toga, a quo Semitogatus, ἡμιτοβένιος.

SEMITONIUM, i. n. [ἡμιτόνιον] Macrob. in Somn. Scip. 2. 1. extr. Sonum tono minorem veteres ſemitonium vocitare voluerunt.

SEMĪVIR, iri. m. [ἡμιάνηρ] Ovid. 9. Epiſt. 141.
Semivir occubuit in, Lerniferoque veneno
Neſſus. Dubia lectio eſt. V. Heinſ.
Semivir, pro Effeminato. Liv. 33. 28. Errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiviros crederent. Virg. 4. Æn. 215.
Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu. Ovid. 4. Met. 386.
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir, & tactis ſubito molleſcat in undis. V. Suid. Ἡμιονος ἀνήρ.
Chorus ſemivir. Sil. lib. 17. 20. De ſacerdotibus Cybeles.

SEMIUNCIA, vel SEMUNCIA, æ. f. [ἡμιούγκιον Gl. G. L. ſed L. G. ἡμιούγκιον, item Γράμματα δώδεκα] Perſ. 5. Sat. 101.
— ſed nullo tore limbis,
Hæreat in ſtultis brevis ut ſemuncia recti. Cic. pro Cæcin. 17. Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinam. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars viceſimaquarta, pedes mille ducentos: hoc eſt ſemuncia, in qua ſunt ſcrupula duodecim. [Quod & Gloſſularius indicat.

SEMUNCIĀLIS, e. Adj. Quod ad ſemunciam pertinet. Plin. lib. 33. cap. 3. Mox lege Papiria ſemunciales aſſes facti.

SEMUNCIĀRIUS, a, um. Adj. Idem. Liv. 7. 27. Semunciarium tantum ex unciario fœnus factum.

SEMIZONĀRIUS, i. m. Qui ſemizonia, ſive ſemicinctia conficit. Plaut. Aul. 3. 5. 42.
Strophiarii aſtant, aſtant ſemizonarii. Al. mendoſe Semiſonarii.

SEMIĂDAPERTUS, a, um. Adj. Ovid. 1. Amor. 6. 4.
— aditu fac janua parvo
Obliquum capiat ſemiadaperta latus.

SEMIAGRESTIS, e. Adj. fec. com. Aur. Vict. in Diocl. cap. 39. Maximianum, quanquam ſemiagreſtem, Imperatorem jubet. [Poteſt eſſe Subſt.

SEMIAMBUSTUS, a, um. Adj. Idem quod Semuſtus. Sil. lib. 2. 681.
Semiambuſta jacet nullo diſcrimine paſſim,
Infelix, obiceque permiſto funere turba.
Semiambuſtum cadaver. Suet. Calig. cap. 59.

SEMIĀMICTUS, a, um. Adj. Apul. Met. 1. p. 104. Elmenh.

SEMĬĂNIMIS, e. & SEMIANĬMUS, a, um. Adj. [ἡμίπνους, ἡμίψυχος Gl. G. L.] Quaſi exanimatus. Auctor de Viris Illuſtr. cap. 39. Ipſe cum trecentis pugnans cecidit: poſtea ab Attilio ſemianimis inventus, & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit. Liv. 3. 57. pr. Ubi tollentes corpus ſemianime virginis. Idem 28 23. Quum turbam feminarum, puerorumque imbellem, inermem circa ſui cæderent, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque injicerent corpora, &c.
Poetæ quadriſyllabum faciunt, neglecta i. Ovid. 1. Triſt. 3. 92.
Semianimis media procubuiſſe domo.
Anguis. Cic. 1. de Divin. 106.
Arboris e trunco ſerpentis ſaucia morſu,
Subigit ipſa, feris transfigens unguibus, anguem
Semianimum, & varia graviter cervice micantem. Ex Ennio. De aquila. Daviſ. Subjugat.
Artus ſemianimes. Ovid. 14. Met. 209.
Clamor ſemianimis. Stat. 8. Theb. 598.
Corpore ſemianimo languida membra. Lucret. lib. 6. 1266.
Cruor ſemianimis. Stat. 10. Theb. 477.
Equi ſemianimes volvuntur. Virg. 11. Æn. 635.
Heram ſemianimem attollere terra. Lucan. lib. 8. 66.

SEMIĂPERTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμιάνοικτος] Liv. 26. 39. extr. Paucos ex multis, trepida fuga incidentes ſemiapertis portarum foribus, in urbem compulit.

SEMIASSUS, a, um. Adj. [ἡμίοπτος] Cic. 2. Tuſc. 106.
Heu reliquias ſemiaſſi regis denudatis oſſibus. Ex poeta.

SEMIAXIUS, vel SĒMAXIUS, a, um. Adj. Semaxii Chriſtiani vocabantur, quod ad ſtipitem dimidii axis exurerentur. Tertull. Apol. cap. 50. V. in dictione SARMENTITIUS; & Cæl. Rhodig. lib. 10. Lect. antiq. cap. 9.

SEMICOCTUS, a, um. Adj. [ἡμίεφθος Gl. G. L.] Plin. lib. 18. cap. 11. Ex tritico candidiſſima atque grandiſſima eligunt grana, & ſemicocta in ollis. Columel. lib 8. cap. 5. Semicoctum hordeum. Et apud Plin. lib. 22. cap. 25. Semicocta aqua.

SEMICOMBUSTUS, a, um Adj. ex Partic. Prudent. Roman. v. 859.
Alunt olivo ſemicombuſtas faces.

SEMICORPŎRĀLIS, e. Adj. Firmic. lib. 2. cap. 12. Aries eſt ſignum in cælo, maſculinum, ſemicorporale, oculis languidis, erraticum.

SEMICORPORĔUS, a, um. Adj. Firmic. lib. 2. cap. 12. Cancer ſignum eſt in cælo, femininum, mobile, ſemicorporeum, irrationale. Rurſus ibid. Libra ſignum eſt in cælo maſculinum, mobile, ſemicorporeum, rationale.

SEMICRĔMUS, a, um. Adj. Ovid. 12. Met. 287.
Semicremoque novat repetitum ſtipite vulnus. i. e. Qui dimidia ex parte crematus erat.

SEMICREMĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμίκαυτος] ut, Membra ſemicremata. Ovid. in Ibin, v. 364. Et Martial. lib. 11. 55.
Turaque de medio ſemicremata rogo.

SEMICRŪDUS, a, um. Adj [ἡμίωμος Gl. G. L.] Semicoctus. Columel. lib. 6. cap. 26. Si jam tali vitio laborant, lupini ſemicrudi conteruntur, & uſtæ, ſalivati more, faucibus ingeruntur. Stat. 4. Silv. 9. 48.
Quid ſi cum bene mane ſemicrudus
Illatam tibi dixero ſalutem? ubi Semicrudus eſt Semiſopitus. [Immo, Ante peractam concoctionem cibi ſomno excitatus.

SEMIDOCTUS, a, um. Adj. [ἡμιπαίδευτος] Cic. 2. de Orat. 177. Hæc, ut & properans, & apud doctos, & ſemidoctos, ipſe percurro, ut aliquando ad illa majora veniamus. Plaut. Aſin. 1. 3. 74.

Tua iſta culpa eſt, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te
Semoves. [Hic eſt Adj. ex Partic.

SEMIERMIS, e Adj. [ἡμίοπλος Gl. G. L.] Partim tantum armatus. Liv. 25. 19. Haud dubia res eſt, quippe inter Annibalem ducem & centurionem, exercitaſque, alterum vincendo veteranum, alterum novum totum, & magna ex parte etiam tumultuarium, & ſemiermem. Ibid. lib. 22. 50. Binis in caſtris quum multitudo ſemiermis ſine ducibus eſſet, &c. Dicitur & Semermis ut Idem 30. 28. Ex agreſtium ſemermi turba.

SEMESUS, vel SEMESUS, a, um Adj. ex Partic. [ἡμίβρωτος Gl. G. L.] Semicomeſtum. Eadem forma dicitur, quo Ambeſum & Comeſum. Sueton. in Tiberio cap. 34. Solemnibus ipſis cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa obſonia appoſuit. Virg. 8. Æn. 297.
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.
Fruſta lardi ſemeſa. Hor. 2. Serm. 6. 85.
Membra ſemeſa. Sil. lib. 6. 338.
Præda ſemeſa. Virg. 3. Æn. 244.
Piſces ſemeſi. Hor. 1. Serm. 3. 81.

SEMIFACTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμίεργος] ut, Opera ſemifacta. Tacit. 15. Ann. 7.
Portæ ſemifactæ. Hirt. Bell. Afric. cap. 83.

SEMIFERUS, ĕra, ĕrum. Adj. [ἡμίθηρος] Plin. lib. 8. cap. 57. Semiferum & ipſum animal, cui vivaria in doliis idem, qui apris, inſtituit.
Caput ſemiferum Panis. Lucret. lib. 4. 591.
Corpus ſemiferum. Valer. 6. Argon. 51. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Tum, gelidum valido de pectore frigus anhelans,
Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe. Ex Arato.
Fremitus virorum ſemiferi. Valer. 6. Argon. 233.
Lupi ſemiferi. Valer. 1. Argon. 455.
Pectus ſemiferum. Virg. 10. Æn. 212.
Species hominum ſemiferæ. Lucret. lib. 2. 701.

SEMIFER, ĕri, m. Ovid. 2 Met. 633.
Semifer interea divinæ ſtirpis alumno
Lætus erat. De Chirone Centauro.

SEMIFORMIS, e. Adj. [ἡμίμορφος] Columel. lib. 4. cap. 25. pr. Cui ſuperpoſita ſemiformis lunæ ſpecies, ſecuris dicitur. Idem lib. 8 cap. 5. Pullique ſemiformes interimuntur, ante quam totis partibus ſuis conſummentur.

SEMIFULTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμιστήρικτος] Martial. lib. 5. 14.
Subſellioque ſemifultus extremo, &c.

SEMIFŪMANS, antis. Adj. ex Partic. Sidon. 1. Epiſt. 7. Qui adhuc in eo ſemifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.

SEMIGERMĀNUS, a, um. Adj. [Ἡμιγερμανός] Liv. 21. 38. Utique quum, quæ ad Apenninum ferant, obſepta gentibus Semigermanis fuiſſent.

SEMIGRÆCUS, a, um. Adj. [Ἡμιέλλην] Varro 2. de R. R. cap. 1. Ut Semigræcis paſtoribus dicam Græce.

SEMIGRĂVIS, e. Adj. [ἡμιβαρής] Liv. 25. 24. Quia magna pars inturribus epulati, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant.

SEMIHIANS, antis. Adj. ex Partic. Catull. 61. 220. Semihiante labello.
Labiæ ſemihiantes. Apul. 10. Mileſ. p. 252. Elmenh.
Vua ſemihians. Idem 5. Mileſ. p. 166.

SEMIHIULCUS, a, um. Adj. Gell. 19. 11.
Dum ſemihulco ſuavio, &c. Semihulco pro Semihiulco dixit metri cauſa. [Nil vetat Semihiulco ſcribere, ut Semianimis quadriſyll.

SEMINĀNIS, e. Adj. pro Semiinanis. [ἡμίκενος] Plin. lib. 2. cap. 18. Inque in quadrato ſolis dividua eſt, in triquetro ſeminani ambitur orbe, impletur autem in adverſo. De Luna. conf. in SEMIA ſupra.

SEMIINTĔGER, gra, grum. Adj. Ammian. 20. 11. Pauca, quæ ſemiintegra ſunt relicta.

SEMILĂCER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἡμισπάρακτος] Ovid. 7. Met. 344.
Ille cruore fluens, ſubito tamen allevat artus,
Semilacerque toro tentat conſurgere.

SEMILĪBER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἡμιελεύθερος] Cic. 13. Att. 31. Obſecro, abjiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.

SEMIMĂDĬDUS, a, um. Adj. [ἡμίβροχος] Columel. lib. 2. cap. 4. Ne lutoſus ager tractetur, neve exiguis nimbis ſemimadidus.

SEMIMĂRĪNUS, a, um. Adj. [ἡμιθάλασσος] Lucret. 5. 890.
Aut rapidis canibus ſuccinctam ſemimarinis
Corporibus Scyllam. Tanquam canes, Scyllam circumlatrantes, ſint partim piſces, partim terrena animalia. V. SCYLLA.

SEMIMĀTŪRUS, a, um. Adj. Pallad. Jan. 12. Hordeum ſemimaturum.

SEMIMENSTRIS, e. Adj. ἡμιμηνιαῖος, & SEMIMENSTRE, is. n. Ἡμιμήνιον. Gloſſ Lat. Græc. & hinc contr.

SEMESTRIUM, i. n. Dimidia menſis pars. Columel. 11. 2.

SEMIMORTUUS, a, um. Adj. [ἡμιθανής] ut, Membra ſemimortua. Catul. ad Licin. 47. 14.

SEMINEX, ĕcis. Adj. [ἡμιθανής. Gl. G. L. & L. G. & ἡμίθνητος] Semimortuus, parum adhuc vivans. De ſaucio. Liv. 29. 2. Tandem poſtquam ii, qui circa regem ſeminecem reſtantem, deinde pilo terræ affixum, pugnabant, obruti telis occubuerunt. Ibid. lib. 23. 15. Seminecem eum ad Cannas, in acervo cæſorum corporum inventum, curatumque benigne, etiam cum donis Annibal domum remiſerat.
Artus ſemineces. Ovid. 1. Met. 228.
Oculi ſemineces. Ovid. ad Liviam, 394.

SEMINECIS, idem. ἡμίθνητος. Gloſſ. Græcolat. & rurſus Ἡμιφαγής, Seminecis.

SEMINŪDUS, a, um. Adj. [ἡμίγυμνος] Liv. 9. 6. pr. Primi Conſules prope ſeminudi ſub jugum miſſi, tum ut quiſque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus. Idem 31. 35. Ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam, nec pedes, concurſator, & vagus, & prope ſeminudus, genere armorum veliti Romano, parmam gladiumque habenti.

SEMIPAGĀNUS, a, um. Adj. [ἡμιπαγανός] Perſius in prologo, v. 6.
— ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum. V. Paganus in PAGUS.

SEMIPERFECTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμιτελής] ut, Opera ſemiperfecta. Suet. Calig. cap. 21.
Sententia ſemiperfecta. Ambroſ. 2. Off. 3. pr.
Virtutes ſemiperfectæ. Apol. 2. Dogm. Plat. p. 17. Elmenh.

SEMIPLACENTĪNUS, a, um. Adj. [Ἡμιπλακεντῖνος] Cic. in Piſon. 14. Quum eſſes interrogatus, quid ſentires de Conſulatu meo, gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſonius Semiplacentinus Calventius, reſpondes, altero ad frontem, &c.

SEMIPLĒNUS, a, um. Adj. [ἡμιπληθής] Liv. 25. 30. Qui improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ. Cic. 7. Verr. 62. Semiplenæ naves. Et apud Columel. lib. 5. cap. 5. Semiplenæ ſcrobes.

SEMIPLENE, Adv. Sidon. 4. Epiſt. 22. Præterita infructuoſa, præſentia ſemiplene dicuntur.

SEMIPŬTĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμικλάδευτος Gl. G. L.] ut, Vitis ſemiputata. Virg. 2. Ecl. 70.
Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.

SEMIQUĪNĀRIUS, a, um. Adj. [πενθημιμερής] Semiquinaria verſus cæſura, ſeu diviſio eſt, quum in ſcandendo quinque pedes per dimidium dividuntur, ita ut poſt duos pedes, ultima dictionis ſuperſit, ut Arma virumque cano. Semiſeptenaria autem diviſio, quum poſt tres primos pedes ſyllaba ſimiliter relinquatur dictionem terminans: ut Arma virumque cano Trojæ.

SEMIRĀSUS, a, um. Adj. ex Partic. pro Eo qui eſt extremæ ultimæque conditionis & ſortis. Nam ſervitia, præſertim, quæ in machinis habebantur, ergaſtulis, piſtrinis, ſemiraſa erant. Apulejus 9. Met. p. 222. Elmenh. Frontes litterati, & capillum ſemiraſi, & pedes anulati. Catull. 60. 5.
A ſemiraſo tonderetur uſtore. i. e. Extremæ ſortis viro. Turnebus.

SEMIRĔDUCTUS, a, um. Adj. ex Partic. Ovid. 2. de Arte Am. 614.
Protegitur læva ſemireducta manu. [i. e. Semiretracto corpore.

SEMIRĔFECTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμιεπισκεύαστος] ut, Claſſis ſemirefecta. Ovid. 7. Epiſt. 176.
Et ſocii requiem poſcunt: laniataque claſſis
Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.

SEMIRŎTUNDUS, a, um. Adj. Apul. 5. Met. p. 260. Elmenh. Viſo proximo ſemirotundo. ſuggeſtu, Lecto.

SEMIROTUNDUM, i. n. Apul. 11. Met. p. 260. Elmenh. In ipſo ſubterraneo ſemirotundo. h. e. Hemiſphærio.

SEMIRŪTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμίριπτος Gl. G. L.] quaſi Semidirutus. Liv. 32. 17. Purgato loco, qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat. Et lib. 28. 44. Semiruta Bruttiorum caſtella.
Patria ſemiruta ac ſpoliata; Fere deleta. Liv. 26. 32. Quum ubi ſemirutam ac ſpoliatam patriam reſpexerit, ingrediens Romam, &c.
Tecta ſemiruta. Lucan. lib. 1. 24.
At nunc ſemirutis pendent quod mœnia tectis. conf. Liv. 10. 4.
Vultus ſemiruti. Stat. 5. Silv. 3. 104.

SEMISĔNEX, is. vel SEMISENEUS, antique. [ἡμιγέρων] Plaut. Milit. 3. 1. 54.
O lepidum ſemiſeneum, næ, ſi, quas memorat, virtutes habet! Quædam exemplaria Semiſenem legunt, alia Senicem. q. V. in SENEX.

SEMISĔPULTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμίταφος] ut, Oſſa ſemiſepulta. Ovid. 1. Epiſt. 55.
Semiſepulta virûm curvis feriuntur aratris
Oſſa: ruinoſas occulit herba domos.

SEMISOMNIS, e. Adj. [ἡμίυπνος Gl. G. L.] Adhuc ſomnolentus, neque dum experrectus ſatis. Cic. 7. Verr. 94. Confirmant ipſi ſe, cum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet, arma capiunt. Liv. 37. 20. Sparſos per negligentiam, & ſemiſomnes prope, adorti ſunt.

SEMISOMNUS, a, um. Adj. Idem. Plaut. Curc. 1. 2. 22.
Vini pollens lepidus Liber:
Tibi qui ſcreanti, ſiccæ, ſemiſomnæ,
Affert potionem. Cic. 7. Fam. 1. Quum illi interea, qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Liv. 40. 15. E convivio & comeſſatione, prope ſemiſomnus, raptus ſum ad cauſam parricidii dicendam. Tacit. 1. Ann. 51. Sine vulnera milites, qui ſemiſomnos, inermes, aut palantes ceciderant.

SEMISŎNANS, antis. Adj. ex Partic. Idem quod Semivocalis. ut, Litteræ ſemiſonantes. Apul. de Mundo p. 66. Elmenh.

SEMISŌPĪTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμικοίμητος] Liv. 25. 39. Pars ſemiſopitos hoſtes cædunt. Gronovius ex MSS. reſtituit Semiſomnos. Ovid. 1. Amor. 14. 20.
Purpureo jacuit ſemiſopita toro. Sed Heinſius metri gratia ex MSS. legit Semiſupina. Ita ut adhuc hujus dictionis exemplum deſideremus.

SEMISŎPŌRUS, a, um. Adj. Idem. Sidon. 11. Carm. 60.
Semiſopora levi ſcalpebat lumina penna.

SEMISŬPĪNUS, a, um. Adj. [ἡμιύπτιος] Martial. lib. 6. 35.
Ampullis potat ſemiſupinus aquam. Ovid. 3. de Arte Am. 788.
Quum jacet in dextrum ſemiſupina latus. conf. SEMISOPITUS.

SEMITECTUS, a, um. Adj. ex Partic. ut, Capituli ſemitecti. Apul. 4. Met. p. 150. Elmenh. conf. Arnob. 6. p. 199. Ammian. 19. 11.

SEMITRĪTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμιτριβής] Columel. lib. 2. cap. 6. Huic autem nubilarium applicari debet, maximeque in Italia, propter inconſtantiam cæli, quo collocata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

SEMIVIĒTUS, a, um. Adj. Mollis, fere conſumptus. Columel. lib. 12. cap. 16. Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis, ſemivietas uvas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

SEMIVĪRĪLIS, e, Adj. Gloſſ. Græcolat. ἡμίθηλυς, & ἡμίχλωρος.

SEMIVĪVUS, a, um. Adj. [ἡμιθανής Gl. L. G.] Idem quod Semimortuus. Cic. 3. Verr. 45. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, Populi Romani ſocium atque amicum, fumo excruciatum, ſemivivum reliquit.
Semivivus, Fracto animo. Cic. in Piſon. 31. Qui non admurmuratione, ſed voce & clamore abjecti hominis & ſemivivi, &c.
Vox ſemiviva. Cic. pro Sext. 126. Et quum erat reclamatum ſemivivis mercenariorum vocibus, &c.

SEMIVŎCĀLIS, e. Adj. [ἡμίφωνος Gl. G. L.] Quod proxime ad vocalem litteram ſono accedit. Earum ſemivocalium meminit Plutarchus in Sympoſiacis, quarum Latinis numero ſex ſunt, ut ex Grammaticorum regulis cuicunque cognitum eſt. V. Priſcian lib. 1. De accid. litt.

SEMIVOCĀLE, is, n. [ἡμίφωνον] Gloſſ. Græcolat.

SEMIVOCĀBĪLIS, e. Adj. Idem. Vet. Interpr. Irenæi 1. 10. Litteræ inloquibiles novem: octo ſemivocabiles.

SEMIUSTUS, a, um. Adj. ex Partic. [ἡμίφλεκτος] Liv. 22. 40. pr. Se populare incendium priore Conſulatu ſemiuſtum effugiſſe. conf. AMBUSTUS.
Cadaver ſemiuſtum. Suet. Domit. cap. 15.
Caſtra ſemiuſta. Sil. 17. 104.

SEMUSTUS, a, um. Adj. Idem [ἡμίφλεκτος Gl. L. G. ἡμίκαυστος G. L.]
Corpus

Corpus ſemuſtum fulmine. Virg 3. Æn. 578.
Fax ſemuſta. Ovid. 4. Faſt. 167.
Membra ſemuſta. Lucan. lib 9. 3. legitur Semiuſta. [Et patitur metrum.
Robora ſemuſta. Lucan. lib 8. 775. al. Semiuſta.

SEMIUSTŬLANDUS, a, um. Adj. ex Partic. Suet. in Tiber. cap. 75. Corpus, ut moveri a Miſeno cœpit, conclamantibus plerisque Atellam potius deferendum, & in amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematumque publico funere.

SEMIUSTULĀTUS, a, um. aliud Adj. ex Partic. [ἡμίκαυτος] Idem quod Semiuſtus. Cic. pro Milon. 34. Tu P. Clodii cruentum cadaver ejeciſti domo, tu in publicum ejeciſti, tu ſpoliatum imaginibus, exſequiis, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

SĒMĬTA, æ, f. [ἀτραπὸς, ἡμιόδιον Gl. L. G. pr. & G. L.] quaſi Semiiter, arcta via, ſive dimidia via. Virg. 9. Æn. 383.

Rara per occultos ducebat ſemita calles. Plaut. Caſin. 2. 33.
Poſt id locorum, quando ad villam veneris,
Dabitur tibi amphora una, & una ſemita,
Fons unus, unum ahenum, & octo dolia. Meurſ. legit Semina, antique pro Hemina. Cæſ. 7. Bell. Gall. 27.

Ferri ſemitis. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Semita pro Via. Cic. 4. Verr. 57. Attendite, jam intelligetis, hanc pecuniam, qua via modo viſa eſt exire ab iſto, eadem ſemita revertiſſe.
Semita, Veſtigium gubernaculi navis abeuntis. Valer. 2. Argon. 430.

Jam remi rapuere ratem, jam flumina portant,
Spumea ſubſequitur fugientis ſemita clavi.

Velox ſemita Lunæ, pigra Saturni. i. e. Curſus, vel motus. Claud. 2. Paneg. 438.
Vitæ fallentis ſemita, Vita occulta & ſolitaria. Hor. 1. Epiſt. 18. 103.
In ſemitam rectam reverti, metaphorice dicitur a Plauto. Caſin. 2. 8. 33.

Nunc pol ego demum in rectam redii ſemitam.

Semitæ ſunt in urbe, qui Limites etiam dicuntur. Inde

SEMITĀLIS, e. Adj. ut, Semitales dii, Semitarum præſides. Auctor ejus Iambici, quod eſt inter obſcæna carmina, cujus titulus eſt, De Sabino,

Neque ulla vota ſemitalibus Deis
Sibi eſſe facta.

SEMITĀRIUS, a, um. Adj. Quod ad ſemitas pertinet. Catull. ad Contubernales, 35. 15.

Omnes puſilli & ſemitarii mœchi. Semitarios mœchos vocat, Qui vulgaria ſcorta & in ſemitis proſtituta ſectantur.

SEMĬTO, āre. eo modo dictum, quo Limitare. Plin. lib. 17. cap. 22. Vineas limitari decumano, a VIII pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum tranſitus, aliiſque tranſverſis limitibus denûm pedum diſtingui per media jugera. Aut, ſi major modus ſit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. Semper vero quintanis ſemitari. hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur. Al. Seminari.

SEMITĀTUS, a, um Partic. Diviſus in ſemitas. Martial 6. 74.

Calvam trifilem ſemitatus unguento. Alii legunt Semitactus.

SEMITATIM, Adv. Per ſemitas. Titinnius apud Soſipatrum 2. p. 194. Fugi atque effugi ſemitatim.

SEMITECTUS, SEMITONIUM, SEMITRITUS, SEMIVIETUS, SEMIVIR, SEMIVIRIDIS, SEMIVIVUS, SEMIUSTUS, & cetera deinceps a Semi compoſita, V. in SEMIS.

SEMNESERTEUS, i. m. Rex fuit Ægypti, quo regnante Pythagoras navigavit in Ægyptum. V. Plin. lib. 36. cap. 8. qui de eo in hunc modum adnotat, Is autem obeliſcus, quem Divus Auguſtus in circo magno ſtatuit, exciſus eſt a rege Semneſerteo, quo regnante Pythagoras in Ægypto fuit, centum viginti quinque pedum, & dodrantis, præter baſim ejuſdem lapidis. Is vero qui eſt in campo Martio, novem pedibus minor, a Seſoſtride. Inſcripti ambo rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum opera philoſophiæ continent. V. not. Hard.

SEMNION, i. n. Herba a Majeſtate ſic dicta, Pavonis picturis ſimilis, odore eximio. Hanc a Perſarum regibus comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatemque mentis commemorant. Theombrotium a Plin. lib. 24. cap. 17. appellatur.

SĒMO, ōnis. & SEMONES, um. m. pl. inquit Fulgentius de Priſc. ſerm. 11. dici voluerunt deos, quos nec cælo adſcriberent ob meriti paupertatem, ſicut ſunt Priapus, Epona, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent pro gratiæ veneratione, ſicut Varr. in Myſtagog. ait,

Semoneque inferius derelicto
Deum depennato attollam orationis eloquio. Hæc ille.

Bona Semoni Sanco cenſuerunt conſecranda. Liv. 8. 20. V. loc. & Ovid. 6. Faſt. 213. & ſupra SANCUS.

SEMONIALIS, SEMONIUM, SEMONIUS, V. SEMIMODIUS, in SEMIS.

SĒMŎVEO, ōvi, ōtum, [ἀποκινέω] ēre. Seorſum movere. Plaut. Aſin. 1. 3. 74.

Tua iſthæc culpa, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te ſemoves.

Alii legunt Amoves.
Semovere & Segregare. Cic. de Aruſp. Reſp. 26. Itaque qui antea voce præconis a liberis ſemovebantur, tuis ludis, non voce, ſed manu liberos ſegregabant.
A contemplatu mali ſemoveo me. Ovid. 5. Triſt. 7. 66. Alii legunt Submoveo.
A diſciplina ſemovere. Cic. 1. Acad. 34. Nam Strato, ejus auditor, quanquam fuit acri ingenio, tamen ab ea diſciplina omnino ſemovendus eſt.
Voluptas eſt igitur ſemovenda, non ſolum ut recta ſequamini, ſed etiam ut loqui deceat frugaliter. Cic. 2 de Fin. 39.

SEMŌTUS, a, um. Partic. [ἀποκεχωρισμένος] ut,
A curis ſemotus. Lucret. lib. 2. 46.
Sententiis ſemotis. Cic. 2. de Fin. 44.
Compar. Lactant. 5. 15. Nihil a ſapientis ratione ſemotius.

SEMOTE, Adv. Plin. Valer. 3. 4. Terere ſemote.

SEMPĔR, Adv. temporis. [ἀεὶ, πάντοτε Gl L. G. & G. L.] Ter. Andr. 4. 4. 27. Recte ego ſemper fugi has nuptias. Cic. 1. Tuſc. 53. Quod ſemper movetur, id æternum eſt. Idem 1. Off. 31. Ea quum tempore commutantur, commutatur officium, & non ſemper eſt idem.

SEMPERFLORENS, entis. Adj. ut, Semperflorens Homerus. Lucret. lib. 1. 125

Unde ſibi exortam ſemperflorentis Homeri
Commemorat ſpeciem. V. Ovid. 7. Met. 702.

SEMPERVĪRIUM, i. n. Herba ſemper viridis atque vigens. Apul. de Herb. cap. 123.

SEMPERLĒNITAS, ātis. f. unica dictio, auctore Donato. Ter. Aud. 1. 2. 4.

Mirabar, hoc ſi ſic abiret: & heri ſemperlenitas
Verebar quorſum evaderet.

SEMPĬTERNUS, a, um. Adj. [ἀΐδιος, Gl. L. G. ἀΐδιος, G. L.] quaſi Perpetuus, & quod ſemper durat. Plaut. Merc. 2. 3. 2.

Homo me miſerior nullus, æque, opinor,
Neque adverſa cui plura ſint ſempiterna. Ter. And. 5. 5. 3.

[Apud Plaut. puto Sempiterne ſcribendum.
Gloriæ ſempiternæ per aliquem commendari. Cic. 5. Fam. 12. Neque autem ego ſum ita demens, ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim.
Potentia ſempiterna. Tacit. 3. Ann. 30.
Ratio perfecta & ſempiterna. Cic. 4. Acad.

SEMPITERNĒ, Adv. antiquum, pro Semper. Pacuvius Medo,

Populoque ut Medum ſempiterne ſoſpitent. Nonius 2. 778.

SEMPITERNŌ, Adv. Solinus cap 53. At juxta Ilium Memnonis ſtat ſepulcrum, ad quod ſempiterno ex Æthiopia catervatim aves advolant, quas Ilienſes Memnonias vocant. Idem cap. 48. Tenacibus foliis ſempiterno inumbrantur.

SEMPITERNUM, aliud Adv. [ἀΐδιον] Gloſſ Lat. Græc. [Niſi eſt Adj.

SEMPITERNĬTAS, ātis. f. Apul. in Triſmegiſto p. 94. Elmenh. Mundus ſtabili ſempiternitate vivendi circumvallatus.

SEMPERVĪVUM, i. n. [ἀείζωον] Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. Aizoi duo genera, Majus in fictilibus vaſculis ſeritur. Et paulo poſt, Alterum minuſculum quod erithales vocant, alii tritales, quia ter floreat, alii chryſothales, aliqui iſoetes: ſed aizoum utrumque, quoniam vireat ſemper, aliqui ſempervivum. Majus cubiti altitudinem excedit, craſſitudine plus quam pollicari. Vulgus noſtrum *Jovis barbam* vocat.

SEMPRŌNIUS, [Σεμπρώνιος] Nomen gentile Romanum.
De P. Sempronio J. C. Pomponius De origine juris, l. Neceſſarium, ſic ait, Fuit poſt eos maximæ ſcientiæ Sempronius, quem Pop. Rom. σοφὸν appellavit: nec quiſquam ante eum, aut poſt hunc, hoc nomine cognominatus eſt. Fuerunt autem plures Sempronii: de quibus multa apud Livium. [V. not. Ruperti ad Pompon. 3. 3 §. 37.
Semproniorum, qui præclara geſſerunt, ſeriem legito apud Volaterranum, lib. 19.

SEMPRONIUS, a, um. Adj. ut, Leges Semproniæ. Cic. 7. Verr. 162. Sempronia horrea, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad cuſtodiam frumenti publici. Feſtus Subaud. Horrea, ut vult Ant. Auguſt.

SEMPRONIĀNUS, a, um. Adj. ut, Sempronianum ſenatuſconſultum. Cic. 12. Fam 29.

SEMURIUM, i. n. Campus erat Romæ propinquus, in quo, ut reor, templum erat Apollinis. Cic. 6. Philip. 14. Quis eſt iſte ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos: his quoque diviſit Semurium. Cato apud Macrob. Saturn. 1. 10. Larentiam poſt exceſſum ſuum pop. Romano agros Turacem, Semurium, Lutirium, & Solinium reliquiſſe ſcribit. Hinc

SEMURĪNUS, a, um. Adj. ut, Semurini campi. Martial. 9. 40.

Campis dives Apollo Semurinis. Perottus & Domitius aliter legunt, ut videre eſt, ſed perperam, ut doctiſſime Turnebus adnotavit.

SEMUSTUS, V. in SEMIS.

S E N

SĒNA, vel SENNA, æ. f. Herba diſſolvendo alvo utiliſſima, quam egregie depictam, viribusque illuſtratam tradit Matthiolus in Dioſcoridis lib. 3. cap. 70. is videndus, ne prolixiores ſimus, & pro Grammaticis medici videri velimus.

SENA, æ. f. Britannici maris inſula, Oſiſmicis adverſa litoribus, Gallici numinis oraculo inſignis, cujus antiſtites perpetua virginitate ſanctæ Gallicenas adidere nomen, ingenii poteſtate, ac magici carminis vi in mari procellas dicuntur mire concitare, ſed & in quæ collibuerit animalia identidem ſeſe efformare: quin & medicam prorſus manum reſpuentia, divinitus perſanare: futurorum item ſibi vendicare ſcientiam, ac deſtinato ad eas profectis ſtupenda ſubinde præcinere. Cæl Rhodig. lib Lect. Antiq. 12. cap. 33. Quæ ille, ſuppreſſo nomine, ex Pomponio Mela de Situ orbis lib. 3. cap. 6. pæne ad verbum expreſſa excuſit. Præceptor vero meus Adrianus Turnebus in notis ad Plutarchum de Oraculorum defectu, non Gallicenas, aut, ut apud Pomponium Gallicenae, legi debere ſtatuit: ſed Galli Senas aut Zenas diſtinctis verbis.

SĒNA, æ. f. [Σῆνα] quæ & Sena Julia, Colonia Hetruriæ, octingentis ſtadiis a Roma diſtans. Profertur etiam numero multitudinis Senæ, Senarum. de qua Plin. lib. 3. cap. 5.
Sena alia Umbriæ, quæ & Senogallia, de qua in hac dict. V.

SENENSIS, e. Adj. ut, Colonia Senenſis. Plin. 3. 14 Senogallia ſcil. Prælium Senenſe. Cic. de Clar. Orat. 73. Alii legunt Senonenſe. [Qui merito vapulant Corrado. q. V. & Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 2. 167. & 268.

SENACULUM, V. SENATUS.

SENARIUS, V. SEX.

SENATOR, SENATORIUS, V. SENATUS.

SĔNĀTUS, ûs, & i, m. [σύγκλητος Gl. L. G. & G. L.] tam Locum, in quem ſenatores conveniunt, quam ipſos Senatores ſignificat. Cic de Aruſp. Reſp. 258. Senatus princeps ſalutis, mentiſque publicæ. Idem 4. Fam. 2. Atque ipſe ad te antea ſcripſiſſem, te fruſtra in ſenatum, ſive potius in conventum ſenatorum eſſe venturum. Et 3. de Legib. 18. Nam ita ſe res habet, ſenatus dominus publici conſilii, &c. Item 1. in Catil. 2. Hic tamen vivit: vivit? imo in ſenatum venit, publici conſilii particeps.
Primi ſententias in ſenatu a Conſule rogabantur Conſules deſignati: ſi modo poſt Conſularia comitia ſenatus haberetur: ſin ante, rogabat Conſul arbitratu ſuo, non quem vellet ex omni ſenatorum frequentia, ſed quem vellet e numero Conſularium: & antiquæ conſuetudini dabatur, ut, quem ordinem interrogandi ſententias Conſul calendis Januariis inſtituiſſet, eum toto anno conſervaret. Quo ordine Cæſar neglecto, primum Pompejum poſt affinitatem Conſul rogare ſententiam cœpit,

cum antea Craſſum ſolitus eſſet. (Suet. Jul. 21.) Quoniam autem cum deſignati Conſules fuiſſent, ii ſententiam primi rogabantur; venit in mentem, quæri poſſe, uter ex ipſis deſignatis prior rogaretur? Nec difficile eſt quærenti reſpondere. Nam me quoque olim ex ipſa re in eandem dubitationem adductum, & aliquamdiu hærentem, obſervatio vetuſti moris expedivit. Sciendum igitur, ſive patricius, & plebejus, ſive duo plebeji deſignati Conſules eſſent, qui priore loco declaratus eſſet Conſul, eum in magiſtratu priorem quoque ſententias rogaſſe; ideoque rogavit in re Catilinaria, non C. Antonius, ſed M. Cicero, quia conſul priore loco declaratus: nam genere pares erant, uterque plebejus. & lib. 1. Epiſt. ad Attic. rogat ſententiam M. Pupius Piſo conſul, ea familia plebeja: M. Valerius Meſſala, etſi patricius, tamen non rogat. Plebejus igitur anteponitur Patricio. Cur? quia priore loco declaratus Conſul. Uter in magiſtratu prior rogaret, oſtendi. Qua conjicitur, & uter rogaretur, cum deſignati eſſent. Ex Pauli Manutii commentario in epiſt. ad Attic. 1. 13.

Legitimi habendo ſenatui dies erant, Calendæ, Nonæ, Idus: reliquis diebus, modo comitiales non eſſent, haberi quidem ſenatus poterat, ſed certus, neque lege, neque more ſtatutus erat dies. Poſitum id erat in voluntate magiſtratuum. Ex noſtro commentario ad Q. fratrem. Animadverſione dignum eſt, quod legendo obſervavimus: qui ex Equeſtri ordine Senatoriæ dignitatis ad gradum aſcendiſſent, eos iterum Senatores quidem eſſe cenſos, ut, ſi quid ordine Senatorio minus dignum admiſiſſent, Senatu moverentur, verum eoſdem, cum deinde equitum centuriæ recognoſcerentur inter Equites, quandoquidem ipſi quoque equum publicum haberent, citatos eſſe, ut, ſi flagitium ullum, quod in equite Romano dedeceret, feciſſent, equum publicum amitterent. Patet hoc apud Livium duorum Cenſorum exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cum cenſus Equitum ageretur, equum ademit: quos tamen ante, quum ſenatorum cenſus ageretur, in recitandis ſenatorum nominibus eſſe lectos, dubitari non poteſt. Atque ego, hujus generis cives, minime crediderim, ſua manu, ut ceteros Equeſtris ordinis, equum per forum traduxiſſe. Proprius enim eorum cenſus, non in Equeſtri, ſed in Senatorio erat ordine: nec Equeſtris ordinis, ſed Senatorii dicebantur: nec ideo, quod Equeſtris eſſent ordinis, quem adepti Senatorium amiſerant, ſed quia equum publicum haberent, inter Equites citabantur. Qui vero in Senatum, etſi nondum a cenſoribus lecti, jure tamen Magiſtratus, quem aut gererent, aut geſſiſſent, aditum haberent, eos video, ſi Equites eſſent, equum publicum, inter ceteros Equeſtris ordinis cives, ante Cenſores per forum traduxiſſe, nec inter Senatores, cum tamen irent in Senatum, eſſe lectos. Quod de Pompejo, qui poſtea cognomentum Magni eſt adeptus, a Plutarcho traditum obſervavimus. Is enim Eques adhuc, nondum in ſenatum lectus, Conſul, ob virtutem ac ſingularia in Remp merita, ante legitimam ætatem creatus, (ſolvebantur enim legibus boni viri) equum publicum ipſe ad Cenſores adduxit: præclarumque fuit populo Romano ſpectaculum, Conſulem ſua manu equum publicum ducentem intueri. Atque hæc, quæ diximus de civibus Romanis, & ex Equeſtri ordine, & ex plebe in Senatum lectis, ita tradimus, ut ad reipub tempora ſpectemus. Nam regum ætate ſolis Patriciis curia patuit: cum tamen, quod Dionyſius Halicarnaſſeus docet, non omnes Patricii Senatores eſſent, ſed alii Senatores, alii Equites, alii de plebe: ut vere diceres: Senator eſt, ergo Patricius: non contra: Patricius eſt, ergo Senator: & quanquam ex familiis, tum Patriciis, tum plebejis Senatus conſtaret, veteres tamen ita locutos animadverti, ut de univerſo plane Senatu Nobilitatis nomen uſurparent: quia ſcilicet ſummus ordo Senatus eſſet, eumque adepti præter ceteros Nobiles eſſe viderentur: quandoquidem ob virtutem, quæ nos ſola nobiles, ſola patricios, ſola reges vere facit, dignitas illa mandaretur. Hæc Paulus Manutius lib. de Senatu Rom.

Princeps ſenatus. V. PRINCEPS.

Senatus frequens divinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. Cic. 2. Q. frat. 8.

Clarus. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 19.

Floreat, & claro cingatur Roma ſenatu.

Prætextus Senatus, A toga prætexta. Propert. lib. 4. 1. 11.

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu,

Pellitos habuit, ruſtica corda, patres. [Gloſſ. Græcolat. Συγκλητικῆς ἐσθῆτος, ὁ ἔχων περίζωμα. Penulatus. Συγκλητικῆς φέρεσθαι ἁλουργίζων, Prætexta. Συγκλητικῆς φέρεσθαι, Toga. An divulſa verba conjungenda ſunt, Συγκλητικῆς φέρεσθαι, Ὁλοπόρφυρον συγκλητικῆς φέρεσθαι, Prætexta toga?

Purpureus ſenatus. Stat. 2. Silv. 7. 47.

Et doctos equites, & eloquente

Cantu purpureum trahes ſenatum.

Sanctus ſenatus. Virg 1. Æn. 430.

Cogere ſenatum, Senatores in conſilium convocare, quod Conſulum fuit, & ſecundum hos Prætoris Urb. vel Tribunorum pleb. Cic. 5. Fam. 2. Recordare cetera, quam cito ſenatum illo die, facta ſortitione, coegerim. Et 3. de Fin. 7. Quippe qui, ne reprehenſionem quidem vulgi reformidans, in ipſa curia ſoleret legere, dum ſenatus cogeretur. De Catone.

Convocare ſenatum, Idem. Cic. 10. Fam. 12. Senatus eſt continuo convocatus, frequenſque convenit, propter famam atque exſpectationem tuarum litterarum.

Contrahere. Idem. Valer. 2. 2. 6. V. SENACULUM.

Vocare. Idem. Cic. 10. Fam. 28. Nam quum Senatum a. d. XIII Cal. Januar. Tribunipl. vocaviſſent, deque alia re referrent, totam Remp. ſum complexus, &c.

Dare ſenatum alicui. Senatum cogere, ſuper deliberatione rei ad aliquem ſpectantis. Cic. 2 Q frat. 13. Eodem igitur die Tyriis eſt ſenatus datus frequens. conſ. DO.

Diſcedit Senatus, Quum ſenatores a Coſ. vel Prætore miſſi facti, domum abeunt. Cic. Tum in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas litteras. (Niſi hic Diſceſſus ab urbe eſt: quærat lector locum.

Haberi ſenatum, pro Senatum cogi. Cic. 1. Fam. 4. Senatus haberi ante Calend Feb per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt. Idem 2. Q frat. 2. Conſequenti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non potuit.

Mitti vel Dimitti ſenatus dicitur, Quando datur facultas ſenatoribus abeundi domum: quod a Coſ. vel Prætore apud Romanos fiebat his verbis, Nihil vos moramur, Patres conſcripti. Cic. 2. Q. frat. 1. Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me, miſſo ſenatu, veſperi venit. Idem de Amicit. 12. Quum, ſenatu dimiſſo, domum reductus ad veſperam eſt a Patribus Conſcriptis. (V. Capitolin. in Marc. cap 10.

Eſſe ſenatum, pro Convocari. Cic. 1. Fam. 2. Eo die ſenatus erat futurus. Idem 12. Fam. 25. Eo die non fuit Senatus, neque poſtero.

Cooptare ſenatum, pro Senatum conſtituere. Cic. 4. Verr. 122. Quum haberent inter ſe controverſias de ſenatu cooptando; leges a ſenatu noſtro petiverunt. conſ. 123. & COOPTO.

Efficere frequentem ſenatum, pro Facere ut frequens conveniat. Cic. 8. Fam. 5. Marcellus idem illud de provinciis urget: neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit.

Legere ſenatum. V. LEGO legis, & CENSOR.

Lectus ſenatus. Ovid. 1. de Arte Am. 463.

Legere in ſenatum, pro Senatorem facere. Cic. 13. Fam. 54. Hoc autem tempore eum Cæſar in ſenatum legit: quem ordinem ille, iſta poſſeſſione amiſſa, tueri vix poteſt.

Movere ſenatu, quod Cenſorum fuit. Auctor de Viris Illuſt. cap. 47. Cenſor L. Flamininum Conſularem ſenatu movit. V. MOVEO.

Rejicere ex ſenatu. Idem. Cic. pro Domo 123. Atqui C. Atinius patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu Cenſor rejecerat, avi tui, Q. Metelle, & tui, P. Servili, & proavi tui, P. Scipio, conſecravit; foculo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine.

Venire vel Pervenire in ſenatum, pro Senatorem fieri. Cic. pro L. Flacc. 42. Temni uſque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit. Ibid. 43. Pari felicitate non legatus Nicomedes, qui neque in ſenatum ulla conditione pervenire potuit, & furti, & pro ſocio damnatus eſt.

Expulſus ſenatus. Lucan. lib. 5. 270.

Exſtinguere ſenatum, Senatus auctoritatem & dignitatem deprimere, vel Senatus auctoritatem tollere. Cic. 3. Off. 1. Noſtrum autem otium negotii inopia, non requieſcendi ſtudio conſtitutum eſt. Exſtincto enim Senatu, deletiſque judiciis, quid eſt quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere poſſimus?

Regere conſiliis ſenatum. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Revocare ad virtutem priſtinam ſenatum jam languentem & defeſſum. Cic. 10. Fam. 28. Senatum jam languentem & defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinemque revocavi.

Senatum conſilii in cor convocare. Plaut. Moſt. 3. 1. 158. Idem Epid. 1. 2. 56.

Jam ſenatum convocabo in corde conſiliarium. h. e. Conſulam meum ipſum, quid agendum ſit.

· Senati, Genitivus antiquus, ut teſtantur Non. 8. 10. Quintil. 1. 6. p 78. Burm. Soſipater 1. p. 116. Priſcian. 6. p. 711. & ex his Cort. ad Saluſt. Catil. cap. 30.

SENATUSCONSULTUM, i. n. [Δόγμα, ψήφισμα, τῆς συγκλήτου] i. e. Senatus ſententia. Quod fiebat aut per Rogationem, quum rogabatur unuſquiſque ſententiam, quam verbis efferebat. Aut per Diſceſſionem, quando plerique idem ſentientes, in unam partem pedibus ibant, ſicut teſtatur Gell. lib. 3. cap. 18. & lib. 14. cap. 7. Flavius Vopiſcus de Aureliano cap. 20. pr. Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt ſenatuſconſultum.

Honorificum ſenatuſconſultum. Cic. 4. Verr. V. paulo poſt Facere S. C.

Magnificentiſſimum ſenatuſconſultum. V. MAGNUS, & ibid.

Tacitum ſenatuſconſultum dicebatur, Quod a ſolis ſenatoribus, excluſis ſervis publicis, fieri ſolebat. V. Capitolin. in Gordian. Sen. cap. 17.

Facere Senatuſconſultum de. Cic. 1. de Divin. 59. Ut audiviſſes in monumento Marii de tuo reditu magnificentiſſimum illud ſenatuſconſultum eſſe factum.

Facere S. C. in. Cæſ. 1. Bell. Gall. 43. Quæ Senatuſconſulta, quoties, quamque honorifica, in eos facta eſſent.

Senatuſconſultum facere contra aliquem. Cic. de Aruſp. Reſp. 8.

Senatuſconſultum per diſceſſionem facere de. Cic. 3. Philipp. 24. Effugere feſtinans, ſenatuſconſultum de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, quum id factum eſſet antea nunquam.

Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Plin. lib 8 cap. 17.

SENĀTOR, ōris, m. [συγκλητικός, Gl. G. L.] Ulpian. D. de Senatoribus. l. Nuptæ. dici ſenatores dicit, qui a Patriciis & Conſularibus uſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt, quia hi ſoli in ſenatu dicere ſententiam poſſunt. Appellatique ſunt ab ætate provecta, quod tales in principio in ſenatum electi fuere. Feſtus, Senatores a Senectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum: quorum conſilio Remp adminiſtraret. Itaque etiam Patres appellati ſunt, & nunc, quum Senatores adeſſe jubentur, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet, quia hi poſt luſtrum conditum ex junioribus magiſtratum cepere, & in Senatu ſententiam dicunt, & non vocantur Senatores ante, quam in ſenioribus ſint cenſi. Cic. 3. de Legib 40. Senatori quæ juſſa ſunt, Ut adſit; nam gravitatem res habet, quum frequens ordo eſt: Ut loco dicat, id eſt rogatus: Ut modo, ne ſit infinitus. De numero Senatorum Romanorum, V. Carol. Sigon de Antiq. Jure Civ. 2. 2. & Berneg ad Suet. Aug cap. 35. Senatori ab Urbe diutius abeſſe non licebat, niſi jure liberæ legationis impetrato.

SENĀTŌRIUS, a, um. Adj. [συγκλητικός Gl. G. L.] Cic. 3. Verr. 4. Socios, leges, Remp. ſenatorio conſilio maxime poſſe defendi.

Ætas ſenatoria. Tacit 15. Ann. 28.

Decuria ſenatoris. Cic. 4. Verr 79.

Judicia ſenatoria. Cic. pro Cluent. 61.

Lex ſenatoria. Cic pro Rabir. Poſt. 17.

Litteræ ſenatoriæ. Cic. 2 Off 3.

Munere ſenatorio. Cic. 1. Tuſc. 1.

Ordo ſenatorius. Cic. pro Cluent. Idem pro Flacc. 43.

Potentia ſenatoria. Cic. 2. Att 24.

SENĀCŬLUM, i. n. [γερουσία Gl. G. L.] Ubi Senatores conſultandi gratia conſiſtebant. Paulus. Senaculum, Locus Senatorum. Valer. lib 2. cap. 2. 6. ſcribit, Senatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodieque Senaculum appellatur, nec exſpectabat, ut edicto contraheretur, ſed inde citatus protinus in curiam veniebat. (V. Varr L L 4. 32.

Senacula tria, inquit Feſtus, fuiſſe Romæ, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, memoriæ prodidit Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur, De Senatu habendo. Unum ubi nunc eſt Ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo ſolebant Magiſtratus de Republica cum ſenioribus deliberare.

deliberare. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in Urbem admittere nolebant, Senatus dabatur. Hæc Feſtus.

Senatŭlus, i. m. Mulierum ſenatus, apud Cæl. Rhodig. lib. 13. cap. 33. dicitur. [Ex Lamprid. Elag. cap. 4. & Vopiſc. Aurel. 49. Ubi tamen Senaculum in codd. emendatis legitur.

Senĕca, æ. m. cognomen Annæorum, vel Annæorum, cujus originem V. in senica. Duo clari fuerunt Senecæ, Pater & Filius.

M. Annæus Seneca pater, Cordubenſis Hiſpanus, inſignis Equeſtri ordine, ſed doctrina liberiſque longe nobilior. Floruit Rhetor, Imperante Auguſto & Tiberio. V. Lipſ. Elect. lib. 1. cap. 1. Scripſit declamationes, quarum unam memorat Quintilianus 9. Inſt. 11. ſed jam omnes deperditæ ſunt.

L. Annæus Seneca M. Filius, inter Philoſophos præclarum nomen obtinuit; & ſcripſit libros quamplurimos, e quibus hodie ſuperſunt;

1. De Ira, ad Novatum, libri tres.
2. De Conſolatione, liber unus ad Polybium, pr. mutilus.
3. Alter de Conſolatione, ad Helviam matrem.
4. Tertius de Conſolatione ad Marciam.
5. Liber de Providentia; extrema parte mutilus.
6. De Animi Tranquillitate, ad Serenum.
7. De Conſtantia ſapientis, vel Quod in ſapientem non cadit injuria.
8. De Clementia, ad Neronem Cæſ.
9. De Brevitate vitæ, ad Paulinum.
10. De Vita beata, ad Gallionem fratrem.
11. De Otio aut ſeceſſu ſapientis, libri pars.
12. De Beneficiis, ad Ebucium Liberalem libri ſeptem.
13. Epiſtolæ cxxiv, ad Lucilium Siciliæ procuratorem.
14. Naturalium Quæſtionum libri ſeptem.
15. Satyra Menippea de morte Claudii Cæſ. quæ & Apocolocyntoſis Claudii inſcribitur.

Neronem inſtituit, qui poſtea eum e vita excedere juſſit, ideoque ferro ſibi ipſi venas exſolvit, balneumque ingreſſus obiit A. C. 65.

Princeps eruditionis vocatur a Plin. 14. 4. Martial. lib. 4. 39.

Et docti Senecæ ter numeranda domus. Idem lib. 7. 45.

Facundi Senecæ potens amicus. Idem lib. 1. 62.

Duoſque Senecas, unicumque Lucanum

Facunda loquitur Corduba. [Ex hoc diſticho quidem putant in priore loco τὸ Ter numeranda domus de tribus Annæis exponendum Senecis patre & filio, tertioque Lucano poëta. Ego non dubito, quin Ter memoranda ſcribendum ſit, quod idem eſt ac In primis memoranda.

Utrum tertius fuerit Seneca, qui Tragœdias ſcripſit, an idem, qui ultimo memoratur, haud convenit inter auctores. Senecæ Philoſopho tribuuntur a Fr. Petrarcha, Petro Crinito, Dan. Cajetano, Mart. Delrione, &c. Aliis (ut Balth. Bonifacio lib. 15. cap. 7.) videntur ſcriptæ a M. Seneca nepote Philoſophi. Aliis vero (ut Joan. Boccatio) dubium eſt, utrum filius Annæi, vel frater, vel ex fratre nepos, M. Annæus Lucanus eas ſcripſerit. Senecam Philoſophum a Tragico diſtinguit Sidon. Apollinaris Carm. 9. v. 231. Aliud autem hodie ſentiunt pleriquæ inter eruditos, & non ſine ratione, quoniam procul omni dubio eſt, Senecam Philoſophum carmine valuiſſe, & aliquas tragœdias ad eum recte referri. V. Senecæ Epiſt. 107. & 115. & Lipſ. ad Tacit. 14. Ann. 52.

Senecio, Senecta, Senectus, Senesco. V. senex.

Sĕnex, is. [γέρων, πρεσβύτης Gl. G. L.] omn. gen. ſecundum Priſcianum 3. pr. fol. 26. a. Aldi. Pompon. apud Varr. de L. L. 6. 3. Et tua amicu ſenex. V. infra Senex Adj. Cic. pro Cæl. 18. Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderet Cœlius. Et pro Sext. 24. Imbecillus ſenex. Idem de Senect. 20. Nec enim unquam ſum aſſenſus illi veteri, laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex.

Senex, quaſi Seminex Perottus. H. St. V. Voſſ. Etymol.

Genitivus eſt Senis, vel Senicis antique. Plaut. Ciſtell. Frag. 1. 34.

Datores belliſſimi negotioli ſenicis ſoletis eſſe.

O Lepidum ſenicem. Idem Mil. 3. 1. 54. conf. Voſſ. l. c.

Ingenio ſenex. Plaut. Mil. 3. 1. 37.

Acheronticus ſenex, victus, decrepitus. Plaut. Merc. 2. 2. 20.

Anheli. Virg. 2. Georg. 135.

Annoſus. Ovid. 1. de Arte Am. 14.

Apricí ſenes. Perſ. 5. Sat. 179. h. e. Sole gaudentes, ſive Qui libenter apricantur.

Comici ſenes. V. Comicus, in commnia.

Delirus. Hor. 2. Serm. 5. 71.

Grandævus. Lucan. lib. 3. 518.

Invalidus. Virg. 12. Æn. 132.

Juſtus. Ovid. 1. Epiſt. 29.

Longævus. Virg. 5. Æn. 715.

Maturus. Hor. in Arte Poet. 125.

Miſerabilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Odioſus. Ovid. de Rem. Amor. 461.

Parcus. Hor. 2. Carm. 8. 20.

Priſcus. Ovid. 10. Met. 646.

Rugoſi paſſique ſenes. Lucil. apud Nonium 1. 38.

Sunctus. Claud. 2. in pr. Conſ. Stilich. 71.

Siccus. Hor. 2. Serm. 3. 261.

Verendus. Claud. 2. in pr. Conſ. Stilich. 433.

Verus. Tibull. lib. 1. 9. 50.

Victus. V. vico.

Adjective ſæpe veteres uſurpant, atque ad alia etiam transferunt. ut,

Miles. Ovid. 1. Amor. 9. 4.

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. [Niſi Subſtantivum eſt.

Cervus. Lucret. 3. 614.

Anni ſeniores. Ovid. 15. Met. 470.

Autumnus ſenex. Martial. 3. Epigr. 58. 7.

Dies ſenex. Plaut. Stich. 5. 1. 8. i. e. Jam ad occaſum perductus.

Memoriæ ſenex, Antiquæ. Cic. pro Sext. 21. Et quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de Rep. meritorum memoria, etiam mortuorum. Correctiora exemplaria non legunt dictionem Senex, ſed ejus loco habent Bene.

Oratio ſenior. Cic. in Brut. Exſtat in eam legem ſenior (ita dicam) quam illa ætas ferebat, oratio. i. e. Stilo & dicendi genere remiſſiore & maturiore, quali ſenes uti ſolent, ſcripta. [Niſi Ætas eſt Seculum. Videat lector.

Senior, Compar. [γεραίτερος, πρεσβύτης Gl. G. L.] Valde ſenem ſignificat. Ovid. 12. Met. 182.

Tum ſenior, quamvis obſtet mihi longa vetuſtas. Quintil. lib. 3. cap. 1. de Iſocr. Eoque jam ſeniore, octavum enim & xc implevit annum: &c.

An Senior? Jam Senior in ſoluta Oratione, apud poëmm autem dici poteſt ſenior ceteris omnibus. Ita ſem præcedente particula Jam, & aliquid ſubaudiendum videtur. q. d. Jam ſenior, quam ut talia præſtare poſſet, vel tali oneri par eſſe, vel Jam ſenior, quam ut ejus auctoritas elevari debeat, aut aliud quidpiam, pro loco. Valer. lib. 4. cap. 3. Sophocles autem, ætate jam ſenior, quum ab eo quidam quæreret, &c. H. St. quædam adhuc ſequebantur, cultro reſecta. Apud Veter. externos. exemplum eſt a. Virgil. 2. Æn. 435.

— Iphitus ævo

Jam gravior.

In ſenioribus eſt. V. in, præpoſit.

Vis & ratio ſenior. Cic. 2. de Legib. 9. Sed vero intelligi ſic oportet & hæc, & alia juſſa ac vetita populorum, vim non habere ad recte facta vocandi, & a peccatis avocandi: quæ vis non modo ſenior eſt, quam ætas populorum & civitatum, ſed qualis illius, cælum atque terras tuentis & regentis, Dei.

Seniores, pro Senatu, quoniam ex provectioris ætatis hominibus fieret. Liv. 34. 60. Scriptum erat: Ariſtonem, privatim ad neminem, publice ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſe. De Carthagínienſi ſenatu. [Sic Hebræorum Seniores, πρεσβύτεροι, in N. T.

Senĭcio, ōnis. m. Dimin. [γερόντιον] Gloſſ. Græcolat. [Ut Homuncio, ſcilicet ab Homo, Pumilio, Puſio, &c.

Senecio, Planta. [ἠριγέρων] Plin. lib. 26. cap. 13. Erigeron, noſtris vocatur ſenecio. Et paulo poſt, Herba eſt, trixaginis ſpecie & mollitie, cauliculis ſubrubicundis, naſcitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia Vere caneſcit. Caput ejus numeroſe dividitur lanugine (qualis eſt ſpinæ) inter diviſuras exeunte. Iſidor. 17. 9.

Eſt & Cognomen Romanum, ut Claudius Senecio, Tullius Senecio, &c. quorum meminit Tacitus. Et ſic Herennius Senecio, apud Plin. 3. Epiſt. 11.

Senĭca, æ. m. ſignificat Senex, teſte Nonio 1. 59. Pompon. Præcon. poſter.

Sed me exercet ſenica nequam, neque illo quid faciam ſcio. Obſoletum. Hinc Senecæ cognomen deducit Voſſ. q. V.

Senecta, æ. f. [γῆρας Gl. L. G. & G. L.] Senilis ætas. Virg. 6. Æn. 114.

— vires ultra ſortemque ſenectæ.

Annum ſenectæ pondera. Ovid. 9. Met. 436.

Annoſa ſenecta. Ovid. 7. Met. 237.

Curva. Ovid. 2. de Arte Am. 670.

Extrema. Catull. Argon. 62. 217.

Frigens. Sil. lib. 5. 570.

Gravis. Ovid. 7. Met. 299.

Infirma. Tibull. lib. 1. 4. 31.

Longæ ſenectæ extrema tempora. Ovid. 6. Met. 37.

Neſtorea ſenecta. Stat. 1. Silv. 3. 110.

Occiduæ ſenectæ declive iter. Ovid. 15. Met. 227.

Orba ſenecta luminibus. Plin. lib. 9. cap. 22. V. orbus.

Rugoſa ſenecta. Tibull. lib. 3. 5. 16.

Sacra ſenecta. Juven. 13. Sat. 59.

Tarda ſenecta. Ovid. 4. Triſt. 8. 23. Sen. Herc. fur. 9.

Tardante ſenecta gelidus ſanguis. Virg. 5. Æn. 395.

Lenior, & melior fis accedente ſenecta. Hor. 2. Epiſt. 2. 211.

Confectus longa ſenecta. Ovid. 6. Met. 37.

Finire ſenectam morbis. Lucan. lib. 5. 282.

Trahere inopem ſenectam. Ovid. 7. Met. 2.

Ventura. Propert. lib. 4. 12. 93.

Diſcite venturam jam nunc ſentire ſenectam. Ovid. 3. de Arte Am. 59.

Venturæ memores jam nunc eſtote ſenectæ.

In ſenecta. V. in præpoſitionem.

Senecta. Ablativus, pro in ſenecta. Plin. lib. 7. cap. 18. Naturam feciſſe conſuetudinem, & ſenecta caruiſſe potu.

Senecta dies. V. dies.

Senecta, Sexta hominum ætas. Ætas enim prima, ut placet quibuſdam, eſt ab infantia uſque ad ſeptimum annum, quæ quidem ætas nomen accepit a non fando, quia homo in ea non fatur: vel ſi fatur, imperfectus eſt ejus ſermo. Secunda, pueritia; cujus pars eſt pubertas, uſque ad xiiii annum. Tertia, adoleſcentia. Quarta, juventa. Quinta, virilis ætas. Sexta, ſenecta; cujus pars eſt ætas decrepita.

Senecta tribuitur & Plantis. Plin. lib. 16. cap. 27. Eſt etiamnum ætatis differentia. Amygdala enim, & pirus, in ſenecta fertiliſſimæ, ut glandiferæ, & quoddam genus ficorum.

Senecta, Serpentium vernatio, ſive Corium illud, quod verno tempore exuunt. Plin. lib. 20. cap. 23. Fœniculum nobilitavere ſerpentes, guſtatu, ut diximus, ſenectam exuendo, oculorumque aciem ſucco ejus reficiendo. Idem lib. 28. cap. 11. Alii cum ſenecta ſerpentium & aceto includunt lanas, ante aquæ calidæ collatas.

Senectas, ātis. f. [γῆρας] idem Gloſſ. Græcolat.

Senectus, ūtis. f. [γῆρας Gl. L. G. & G. L.] Idem. Cic. in Topic. 32. Senectus eſt occaſus vitæ. Ter. Phorm. 4. 1. 9. Senectus ipſa eſt morbus.

Balba ſenectus. Hor. 1. Epiſt. 21. 18.

Cana. Ovid. 14. Epiſt. 109.

Carioſa. Ovid. 1. Amor. 10. 29.

Cruda ac viridis. Tacit. in Vita Agric. 29.

Deſerta. Sen. Herc. fur. 13.

Effeta ſeclis. Virg. 8. Æn. 708.

Exhauſta. Stat. 3. Silv. 3. 156.

Exſanguis. Lucan. lib. 1. 343.

Infeſta. V. infectus.

Longa. Hor. 2. Carm. 16. 30.

Longa & cervina. Juven. 14. Sat. 252.

Loquax. V. loquor.

Placida. Hor. in Carm. ſec. 46.

Provecta. Tacit. 1. Ann. 4.

Queribunda. Sil. lib. 13. 583.

Sera. Sen. Herc. fur. 11.

Summa.

Summa. Cic. 8. Philipp. 31. Quum eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine.
Tarda. Hor. 2. Serm. 2. 88.
Tranquilla. Hor. 2. Serm. 1. 58.
Triſtis. Virg. 3. Georg. 67.
Turpis. Virg. 3. Georg. 96.
Vivax. Sen. Herc. fur. 11.
Urgens & adventans ſenectus. Cic. de Senect. 25. Hoc enim onere (quod mihi tecum commune eſt) aut jam urgentis, aut certe adventantis ſenectutis, & te & me ipſum levari volo.
Adipiſci ſenectutem. Cic. de Senect. 4. Quo in genere in primis eſt ſenectus, quam ut adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adepti.
Adjuvat ſenectus iners baculo gradum. Sen. Herc. fur. 9.
Confectus ſenectute. Cic. 5. de Finib. 32.
Degere turpem ſenectutem. Hor. 1. Carm. 31. 20.
Deſipere ſenectute. Cic. 1. Fam. 9. Quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute, &c.
Exarat frontem rugis vetus ſenectus. Hor. Epod. 8. 4.
Habet ſenectus auctoritatem. Cic. in Orat. 69. Habet autem, ut in ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas.
Obrepit non intellecta ſenectus. Juven. 9. Sat. 129.
Venit ægra ſenectus tremulo gradu. Ovid. 14. Met. 143.
Vivere ad ſummam ſenectutem. Cic. de Clar. Orat. 179.
Senectus orationis, Maturitas, gravitas. Cic. de Clar. Orat. 8. Quumque oratio jam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem & quaſi ſenectutem.
Plena litteratæ ſenectutis oratio. Cic. de Clar. Orat. 265.
Senectus, Pellis quam verno tempore ſerpentes exuunt, quæ & Vernatio dicitur. Unde Senectutem exuere dicuntur. Plin. lib. 8. cap. 30. Idem lib. 29. cap. 5. Membrana, ſive ſenectus anguium, vernatione exuta, cum cancro maſculo trita.
Senium, i. n. [γῆρας Gl. L. C. & C. L.] Idem. Dicimus enim Hominem confectum ſenio, pro Sene decrepito.
Anguis ſenio liber. Stat. 4. Theb. 96. — ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad ſpiramina ſolis
Erigitur liber ſenio, & ſqualentibus annis
Exutus. Depoſita enim pelle dicuntur ſerpentes in juventutem redire. Herba quædam dicitur Mathlos, quam cum comederint, ſenium deponunt ætatis. Lactantius.
Mens ſenio fluxa. Tacit. 6. Ann. 38.
Deforme ſenium. Sen. Hippol. 912.
Senium a ſenili acerbitate, & vitiis dictum poſuit Cæcil. in Hymnide, Sine (inquit) ſuam ſenectutem ducat utique ad ſenium ſorbitio. Feſtus.
Senium, dicitur Tædium, & Odium, ut ait Nonius c. 1. dictum a Senectute, quod ſenes omnibus odio ſint, & tædio. Turpilius, Quia odio ac ſenio mihi nuptiæ ſunt. Nævius Senium ſonticum appellat, quaſi nocens: quia ſenectus, naturalis morbus eſt, ut inquit Ariſtoteles.
Torpeſcere ſenio rerum. Sil. lib. 16. 14.
Componere ſenium patria terra. Stat. 3. Silv. 3. 13.
Senium ad convicium retulit Ter. Eun. 2. 3. 10. pro Improbo & moroſo ſene;
Ut illum di, deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.
Lucil. At quidem te ſenium, atque inſulſe ſophiſta.
Senium, pro Triſtitia & ſqualore. Cic. pro Milon. 20. Luget Senatus, mæret Equeſter ordo, tota civitas confecta ſenio eſt, ſqualent municipia, afflictantur coloniæ.
Senium lunæ, pro Decurſu. Plin. lib. 7. cap. 48.
Seniĕlis, e. Adj. [γεροντικός] Gloſſ. Græcolat.
Senīlis, e. Adj. [γεροντικός, γερόντειος, γεροντώδης] Quod ad ſenem pertinet: ut, Cic. 4. Verr. 87. Erat etiam Steſichori poetæ ſtatua ſenilis.
Animus ſenilis. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 174.
Annis ſenilibus feſſus. Ovid. 7. Met. 163.
Corpus ſenile. Plin. lib. 34. cap. 18.
Declamatio ſenilis. Cic. 1. Tuſc. 7. Ut enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit, ſic hæc mihi nunc ſenilis eſt declamatio.
Genæ ſeniles. Ovid. 8. Met. 210.
Guttur ſenile. Hor. Epod. 3. 2.
Hiems ſenilis. Ovid. 15. Met. 212.
Inde ſenilis hiems tremulo venit horrida paſſu. i. e. Senectus hiemi ſimilis.
Judicio ſenili adoleſcens. Cic. pro Sext. 111. Te ſororis filius Poſtumius, adoleſcens gravis, ſenili judicio, notavit, quum in magno, &c.
Prudentia ſenilis. Cic. 2. de Divin. 50. Is autem Tages, ut in libris Hetruſcorum, pueriliſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia.
Ruga ſenilis. Ovid. 3. Triſt. 7. 34.
Seniliter, Adv. [γεροντικῶς] ut, Tremere ſeniliter. Quintil. lib. 1, cap. 11.
Seneo, ēs, [γηράω Gl. G. L.] ēre. Senem eſſe. Catul. 4. 26.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, ſeque dedicat tibi.
Senesco, [γηράσκω Gl. C. L.] ĕre. Senem fieri. Plin. lib. 7. cap. 42. Feminas gigni celerius, quam mares, ſicut celerius ſeneſcere. Ovid. 6. Faſt. 771.
Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis.
Ævo & macie ſeneſcere. Lucret. lib. 1. 326.
Fama ſeneſcere dicitur quis, quando declinat ab exiſtimatione & auctoritate. Liv. 29. 3. extr. Annibalem ipſum, jam & fama ſeneſcere, & viribus.
Amor ſeneſcat. Ovid. 3. de Arte Am. 594.
Caſeus in ſalem ſeneſcens. Plin. lib. 11. cap. 42.
Civitas otio ſeneſcit, Torpeſcit otio. Liv. 1. 22.
Conſilia ſeneſcunt, quum nimia diuturnitate & mora vana fiunt. Liv. 35. 12. Ne cunctando ſeneſcerent conſilia.
Ubi lego Segneſcerent. H. St. Ego vero hic nil mutem, etſi non negem hæc videri nonnuſquam in codicibus confuſa. V. interim quæ Cort. ad Saluſt. Jugurth. cap 35. pr. adnotavit. Forſan ita ſcripſit Liv. 25. 7. Vir inquietis animi, & minime otium (quo tum diutino ſegneſcere videbatur) patientis. Ubi legitur Seneſcere.
Equus ſeneſcens. Hor. 1. Epiſt. 1. 8.
Fama ſeneſcens. Tacit. 2. Hiſt. 24. Liv. 27. 20. Fulvii ſeneſcere famam.

Forma, niſi admittas, nullo exercente ſeneſcit. Ovid. 1. Amor. 8. 53.
Humus laſſa ſeneſcit. Ovid. 1. de Pont. 4. 14.
Hiems ſeneſcit, Declinat. Cic. 2. de Nat. Deor. 49. Et ea duo tempora, quorum alterum hiemi ſeneſcenti adjunctum eſt, alterum æſtati.
Laus ſeneſcit, Deprimitur. Cic. 2. de Orat. 7. Vel mehercule etiam ut laudem eorum, jam prope ſeneſcentem, quantum poſſem ab oblivione hominum, atque a ſilentio vindicarem.
Litteræ ſeneſcunt. Plin. Epiſt. 165.
Luna ſeneſcens, cui Creſcens opponitur. Varr. 1. de R. R. cap. 37. Quædam facienda in agris potius creſcente luna, quam ſeneſcente.
Mens. Lucret. lib. 3. 447.
Creſcere ſentimus, pariterque ſeneſcere mentem.
Morbus ſeneſcit, Remittitur, relaxatur. Cic. 7. Fam. 26. Sed viſa eſt mihi, vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe.
Pugna ſeneſcit. Liv. 5. 21.
Rumores ſeneſcunt. Tacit. 2. Ann. 77.
Seges alta imbre nimio ſeneſcit. Stat. 5. Silv. 1. 147.
Virtus paulatim evicta ſeneſcit. Sil. lib. 3. 581.
Vitia ſeneſcunt, matureſcunt virtutes. Liv. 3. 12. ad fin.
Senescens, entis. Partic. V. exempla in senesco.
Senectus, a, um. Adj. ex Partic. Lucret. lib. 3. 779.
Quidve foras ſibi vult membris exire ſenectis? Alii legunt Senectus.
Ætas ſenecta. Plaut. Aul. 2. 2. 75. Idem Trin. 1. 2. 5.
Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer. Lucret. lib. 5. 884.
Poſt ubi equum validæ vires ætate ſenecta,
Membraque deficiunt, &c.
Corpus ſenectum. Saluſt. apud Priſc. 10.
Dies ſenecta. V. dies.
Seni, æ, a. V. sex.
Senia, Oppidum eſt Illyrici apud Plin. lib. 3. cap. 21.
Senilis, Seniliter, V. senex.
Senio, V. sex.
Senium, V. senex.
Senna, V. sena, & senogallia.
Sennaar, [Σενναάρ] Campus Babylonis, in quo a Nimrod exſtructa eſt turris illa celſiſſima, divortio linguarum notiſſima. Inde egreſſus Aſſur Niniven ædificavit. V. Moſem in Geneſi cap. 11.
Senŏgallia, [Σενογαλλία Strab.] Italiæ urbs, quam Plinius 3. 14. pr. & Ptolemæus infra Anconam, Ariminum verſus, ſtatuunt, Pomponius Mela lib. 2. 4. Senogallia maritima, ad Aterni fluminis oſtia. Senogallia autem eſt dicta a Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Sil. lib. 8. 455. & 15. 555. ubi Senam appellat, quæ Sena Gallica Ptol. 3. 1. Sunt qui & Senegallia ſcribunt. Nunc *la Romandiola & Campagna*, Olivarius in Melam. conf. sena. [An hæc Σῆνα Stephani? Aliis eſt regionis nomen.
Senŏnes, m. pl. [Σένονες] Populi Galliæ Lugdunenſis, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 17. finitimi Belgis, qui olim urbem Romam incenderunt, & Capitolium obſederunt. Hos Furius Camillus adgreſſus adeo cæcidit, ut incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret.
Senonas Gallos, Verrius ait exiſtimari appellari, quia novi venerunt ex Tranſalpina regione: ac primum appellatos ξένους, poſtea Senonas. Feſtus. Sil. lib. 4. 160.
— ſociata examina denſant
Infandi Senones. Stat. 5. Silv. 3. 198.
Et Senonum furias Latiæ ſenſere cohortes.
Motus Senonum. Lucan. lib. 1. 254.
Sensibile, Sensim, Sensus, &c. V. sentio.
Senta Fauna, [Σέντα Φαῦνα] Filia fuit Pici regis, & conjux Fauni fratris ſui, teſte Lactantio. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum vixit, præter ſuum virum, mas viderit, nec nomen ejus audierit. Propter quod in operto mulieres illi ſacrificabant, & Bonam deam nominabant. Auguſtin. lib. 4. c. 11. de Civitate Dei Sentiam appellat. V. Lactantium lib. 1 cap. 22. Ubi non Senta Fauna legitur, ſed Fatua Fauna. conf. fatua. & Lex. Pitiſc.
Sententia, Sententiosus. V. sentio.
Sentes, V. sentis.
Sentica, [Σεντίκα] Hiſpaniæ urbs Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vulgo *Simancas*.
Sentīna, æ f. [ἀντλία ναυτική Gl. L. G. & G. L.] Pars navis inferior: in quam quicquid inſtillat aquarum, defluit, corruptæque male olent. A Sentio, ſentis, quod ejus fœtor ſentiatur. Nam odorem fœdum emittit.
Sentina, per tranſlationem, Receptaculum ſceleratorum hominum, vel Ipſi ſcelerati homines. Cic. 2. in Catil. 7. O fortunatam Rempublicam, ſi quidem hanc ſentinam hujus urbis ejecerit: uno mehercle Catilina exhauſto, relevata mihi & recreata Reſp. videtur, &c. Idem pro Lege Agr. 69. Hoc enim verbo eſt uſus, quaſi de aliqua ſentina, ac non de optimorum civium genere loqueretur.
Sentina, pro Loco infimo in Repub. Cic. 9. Fam. 15. Sedebamus enim in puppi, & clavum tenebamus: nunc autem vix eſt in ſentina locus.
Sentina, pro Nauſea ex ſentina, quod & Sentinæ vitium dicitur. Juven. 6. Sat. 99.
Si jubeat conjux, durum eſt conſcendere navim:
Tunc ſentina gravis, tunc ſummus vertitur aer. Cæſ. 3. Bell. Civil. 28. At veteranæ legionis milites, item conflictati & tempeſtatis & ſentinæ vitiis. conf. nausea.
Sentinōsus, a, um. Adj. Sordibus ſentinæ plenus. Cato apud Non. 2. 645. Naves putidæ & ſentinoſæ.
Sentīno, ās. Satagere: dictum a Sentina navis, quam quis, ut aqua liberet, evacuare contendit. Cæcilius in Æthrione, Cum Mercurio capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis. Eſt itaque Sentinare, Periculum ſubtilitate evitare. Feſtus.
Complorantibus noſtris omnibus, atque ſentinantibus, dies quidem tandem illuxit. Gell. 19. 1. ut legit Scalig. & ex eo Laurenb. in Antiquar. Al. In ſentina ſatis agentibus. [Sentinare proprie eſt Sentinam exhaurire, ut ex Paulini ad Macarium Epiſt. docet Laurenb. Atque ita puto & apud Cæcil. ac Gell. exponendum omnino.
Sentinātor, ōris. m. Qui ſentinam exhaurit. Paulin. Nolan. Epiſt. 49. cap.

49 cap. 10. Quid huic, quæſo, obfuit ſeni perſona ſentinatoris, & in nautis viliſſime.

Sentinum, i. n. [Σεντῖνον] Italiæ oppidum in finibus Umbriæ & Piceni, a quo

Sentinates, Populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Sentinus, i. m. Deus apud D. Auguſtinum lib 7. de Civitat. Dei cap. 2. a veteribus cultus, quod ſenſus a puerperio largiri crederetur. V. Lil. Syntag. 1. Hiſtor. Deor.

Sentio, ſi, ſum, [αἰσθάνομαι Gl. G. L.] ire. Senſu percipere: ad corpus pertinet proprie. Plaut. Curc. 1. 2. 69.

Sonitum ſentio. Lucret. lib. 1. 299.

Sentire, Effectum alicujus rei naperiri, Pati; Etiam de inanimatis. Virg. 1. Georg. 136.

Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas.

Cariem ſentit ea res. Plin. lib. 10. cap 7. h. e. Efficitur carioſa.

Clavem ſenſit janua. Tibul. lib. 2. 4. 31.

Famem ſentire. Liv. lib. 25. 13. Famem Campani ſentiebant, quia ſementem eos facere prohibuerant Rom. exercitus. Sic Sentire ſitum eum virium, pro Contrahere. Budæus.

Labor non ſentitur ſedulitate. i. e. Vehemens ſtudium laborem fallit. Ovid. 4. Faſt. 434.

Lætitiam toto pectore ſentire. Ovid. 10. Met. 443.

Medicinam ſentire, pro Melius habere poſt medicinam, apud Celſum. Sic Plin. lib. 22. cap. 25. Quæ cibum non ſentiunt. Et lib. 29. cap. 5. Vermiculo, qui lytta vocatur, exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Budæus.

Teredinem ſentire dicitur herba, caro, aut res alia. V. teredo.

Vetuſtatem non ſentire. Plin. lib. 11. cap. 42. i. e. Non ſeneſcere.

Animo ſentire. Cic. 1. de Fin. 55. Nam corpore nihil niſi præſens, & quod adeſt ſentire poſſumus: animo autem & præterita & futura.

Mature ſentire. V. maturus.

Sentire, Intelligere. Ter. And. 1. 2. 25.

Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari. Idem Adelph. 3. 3. 8. — ſi me ſenſerit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex. Ovid. 2. Met. 545.
Senſit adulterium Phœbeius, utque teneret, &c.

Sentire, Videre, Experiri ſynon. Cic. 1. Fam. 5. Te videre & ſentire, eandem fidem eſſe hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis litteris intellexi.

Villicus ſentit te dominum. Hor. 1. Epiſt. 2. 160.

Sentire, Scire. Plaut. Trin. 3, 2. 13.

Scio ego & ſentio ipſe quid egam, neque a me officium migrat.
Ibid. 2. 3. 29. Ter. Eun. 1. 1. 21.
Mori me malim: ſentiet qui vir ſiem.

Sentire, Judicare, opinari, exiſtimare, ſtatuere. Cic. de Amicit. 18. Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe.

Recte ſentire. Quintil. lib 2. cap. 15.

Sentire de. Cic. de Amicit. Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem, potuiſſe dicere.

Bene de rep. Idem 1. Off. 149. Bene de Republica ſentientes ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obſervare & colere debemus.

Omnes idem ſentiunt de. Cic. de Amicit. 81. De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt. h. e. Idem omnes judicant.

Ab aliquo ſentire. Plaut Rud. 4. 4. 56.

Omnia ego facile patior, dum hic hinc a me ſentiat.

Sentio pro te. Gell. lib 5. cap. 10.

Cum aliquo ſentire. Ter. And. 2. 1. 24.

Sponſam hic tuam amet. P. næ iſte haud mecum ſentit. Cic. 1. de Invent. 6. Nam neque cum iis ſentimus, qui civilem ſcientiam eloquentia non putant indigere.

Sentire graviter de aliquo, eſt Ei male cupere & optare. Cæſ. 2. Bell. Civil. 32. Quid enim irati gravius de vobis ſentire poſſent, quam ut eos prodatis, qui ſe vobis omnia debere judicant: & in eorum poteſtatem venietis, qui ſe per vos periiſſe exiſtimant? Sic dicitur ut, Graviter de aliquo judicare & ſtatuere; quo idem ſcriptor utitur. Budæus.

Male ſentire de aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Sensus, a, um. Partic. Paſſ.

Senſum eſt. Cic. 3. de Orat. 165. Non ut dictum eſt in eo genere intelligitur, ſed ut ſenſum eſt.

Legitur & Senſitus ſum apud Frontin. de Colon. p. 113.

Sensurus, a, um. Partic. [αἰσθησόμενος] Ovid. 13. Met. 287.

Eſt animos certe veſtros ſenſurus honores.

Sensum, i. n. Vix legitur niſi in numero plurali. Cic. 1. de Orat. 32. Hoc enim uno præſtamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Ibid. lib. 3. 52. Senſa mentis & conſilia ſic verbis explicat.

Mentis conceptus ex Quintil lib. 8. cap. 5. V. paulo infra, sensus.

Senſus & Senſa hoc ſeparantur. Senſus enim ſunt, qui ſentiunt: Senſa, quæ ſentiuntur. Cic. 1. de Orat. 32. Et quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Nam primum manifeſtum eſt, & ſapere nos cum incitatio ſit, vel ſenſus. Ex Non. 5. 41. [Locus depravatus, & hiulcus.

Sensus, us. m. [αἴσθησις Gl. L. G. & G. L.] Quo ſentimus. Unde dicimus quinque eſſe ſenſus, Tactum, Guſtum, Viſum, Odoratum, Auditum. Plin lib. 10. cap 69. Ex ſenſibus ante cetera homini tactus, deinde guſtus: reliquis ſuperatur a multis: aquilæ clarius cernunt, vultures ſagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo atque ſurdo naturæ elemento. Cic. 2. de Nat. Deor. 145. Guſtatus præclare ſæptus eſt: ora enim continetur, & ad uſum apte, & ad incolumitatis cuſtodiam: omniſque ſenſus hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum.

Caſſa ſenſu ſimulacra. Lucret. lib. 4. 127.

Accenſi ſenſus, Incitati, vegetati, anima & vitalitate donati. Lucret. lib. 2. 958.

Acerrimus ſenſus. V. acer Adject.

Integer ſenſus. V. integer

Nitidi ſenſus. Claud de Conſ Mall. Theod. 193.

Abſtulit timor mihi omnem ſenſum. Ovid. 14. Met. 177.

Accendere ſenſus. V. paulo ante & accendo.

Accipere ſenſum. Quintil. lib. 6. cap. 1. Non enim audire judex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vocem auribus accipere miſerorum.

Affluit corpus ſenſu. Lucret. lib. 3. 685.

Avertere ſenſus infandos non ſani pectoris. Sen. Herc. fur. 18.

Avertere ſanos ſenſus alicujus ſacris magicis. Virg. 8. Ecl. 67. Servius; Avertere, A ſanitate mutare: aut Avertere ait, pro Convertere, ut ſit mutata præpoſitio.

Ceſſerunt attonito pectore ſenſus. Lucan. lib. 5. 760.

Credere ſenſibus. Lucret. 4. 417.

Deducere ſenſum membris. Lucret. lib. 3. 134.

Deperdere vitalem ſenſum membratim. Lucret. lib. 3. 526.

Deponere ſenſum. Cic. 1. Fam. 8.

Fruatur mens jucundo ſenſu. i. e. Jucunditate, & delectatione. Lucret. lib. 2. 19.

Haurire ſenſibus. Claud. de Conſ Mall. Theod. 193.

Impellunt ſenſum vox & ſonitus. Lucret. lib. 4. 530. i. e. Laceſſunt & commovent.

Intendere ſenſus ad res percipiendas. V. intendo.

Labefactantur ſenſus. Lucret. lib. 4. 417.

Lædere ſenſus. Lucret. lib. 2. 429.

Obſtruere ſenſus. V. obstruo.

Orbare ſenſibus. Cic. 4. Acad. 61.

Pellere ſenſum, Movere. Lucret. lib. 4. 528.

Præbere ſenſum & materiam malis. Ovid. 4. de Pont. 16. 50.

Reconflatur ſenſus, i. e. Reſuſcitatur. Lucret. lib. 4. 925.

Reducere ſenſum, Redire ad ſe. Claud. 2. in Eutrop. 518.

Reddere vitalem ſenſum. Lucret. lib. 2. 889.

Titillare ſenſus. Lucret. lib. 2. 429.

Uti ſenſibus. Leviter fariri. Lucret. lib. 3. 561.

Senſus humanitatis. Cic. 3. Verr. 47. Non dubito quin, tametſi nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio unquam fuit religionis, nunc tamen in metu periculoque tuo, tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.

Affici ſenſu doloris. Cic. 7. Verr. 123. An vos quoque hic acerbiſſimus innocentium cruciatus & mæror pari ſenſu doloris afficit?

Amittere ſenſum humanitatis. V. amitto.

Auferre humanum ſenſum. Cic. in Orat. 109. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum ſenſum actoris. Senſus eſt, Judiciis non convenit concinna & compoſita oratio, quoniam non patitur ut orator indignetur, conqueratur, ſupplicet, doleat, illacrimet: quæ res ab humano ſenſu proveniunt. Dum enim in numeris & concinnitate occupatus eſt, affectus illi graviores evaneſcunt. Ita neque actor ipſe movetur, neque alios movet. Oportet autem oratorem ipſum primo commoveri, ſi alios commovere ſtudet, ut M. Anton. 2. de Orat. teſtatur. Et Hor. Arte Poët. 102.

— ſi vis me flere, dolendum eſt
Primum ipſi tibi.

Ineſt ſenſus formicis. Plin. lib. 7. cap. 15. conf. 9. 42.

Percipere ſenſum & voluptatem. Plin. 1. Epiſt. 10. ad Arrium, Neque enim ego, ut multi, invideo aliis bonum, quo ipſe careo: ſed contra ſenſum quendam voluptatemque percipio, ſi ea, quæ mihi denegantur, amicis video ſupereſſe. h. e. Velut quendam titillationem cum delectatione, Supereſſe, id eſt, abundare.

Senſus, Mentis conceptus, Quod mentis ſenſu comprehenditur. Cic. 1. Acad. 41. Quod autem erat ſenſu comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat. Quintil. lib. 8. cap. 5. Sententiam veteres quod animo ſenſiſſent vocaverunt. Id cum eſt apud oratores frequentiſſimum, tum etiam in uſu quotidiano quaſdam reliquias habet. Nam & juraturi ex animi noſtri ſententia, & gratulantes ex ſententia dicimus. Non raro tamen & ſic loquuti ſunt, ut Senſa ſua dicerent: nam Senſus, corporis videbantur. Sed conſuetudo jam tenuit, ut mente concepta, ſenſus vocaremus: lumina autem, præcipueque in clauſulis poſita, ſententias Plin. Jun. Nihil enim tam ridiculum, quam verborum ſonitus inanis, ſine ſenſu ac ſcientia.

Senſus, Mens, voluntas. Ter. Adel 4. 1. 17.

Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulchre calleo. i. e. Quid ille ſentiat.

Senſus, Intellectus, [νοῦς, Gl L. G.] per metaphoram. Ovid. 4. de Pont. 12. 48.

Et ſenſus cum re conſiliumque fugit.

Manus eſt miniſtra ſenſus. i. e. Voluntatis, ſeu Animi. Litteris enim exprimit, quod habemus in animo. Ovid. 18 Epiſt. 24.

Arcanus ſenſus. V. arcanus.

Communis ſenſus. Quintil. lib. 1. cap. 2. Senſum ipſum qui communis dicitur ubi diſcet, quum ſe a congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed multis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregarit? ubi interpres, Communis ſenſus accipitur pro rerum peritia ex multorum hominum congreſſu comparata, non pro ſenſu communi, qui in interiore cerebri ventriculo a phyſicis collocatur. Diſcere ſenſum communem Budæus interpretatur *Apprendre ſon entregent.* Phædrus 1. 8. 3.

Hoc illis dictum eſt, quibus honorem & gloriam,
Fortuna tribuit, ſenſum communem abſtulit.

Carere communi ſenſu. Hor. 1. Serm. 3. 68. De ſtupidis & imperitis dictum eſt.

Permodeſtus ſenſus. Tacit. 1. Ann. 7.

Unus ſenſus bonorum omnium. Cic. 1. Fam. 9. Idemque memineram nobis privatis uſque ad Cæſarem & Bibulum Conſules, cum ſententiæ noſtræ magnum in Senatu pondus haberent, unum fere ſenſum fuiſſe bonorum omnium.

Vulgatiſſimi ſenſus. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Ad meum ſenſum. V. ad præpoſitionem.

Abſtrahere a ſenſu mentis. V. abstraho.

Accipere ſenſum oculis & animo. Cic. 5. Verr. Non mehercule criminis augendi cauſa dicam, Judices, ſed quem accepi ipſa oculis, animoque ſenſum, hunc vere apud vos, & ut potero, planiſſime exponam.

Convertere ſe ad ſenſum alterius. V. converto.

Expromit varios ſenſus animus. Lucret. lib. 2. 886.

Fateri alicui ſuos ſenſus. Ovid. 21. Epiſt. 204.

Gerere ſenſus abditos. V. Abditus, in abdo.

Judico de meo ſenſu. V. judico.

Orta a falſo ſenſu oratio. Lucret. lib. 4. 485.

Decedere ſententia. Tacit. 14. Ann. 49. Non ideo aut Conſules mutavere relationem, aut Thraſea deceſſit ſententia.
Depellere de ſententia. Cic. 1. Fam.
Diſcedere a ſententia. Cæſ. 1. de Bell. Civil. 2. 5.
Dividere ſententiam. Cic. 1. Fam. 2. Itaque quum ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet, ut tres legati Regem reducerent, &c. Poſtulatum eſt ut Bibuli ſententia divideretur. Quatenus de religione dicebat, cui rei Bibulo aſſenſum eſt; de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Senſus hic eſt: Quum Bibulus ſententia ſua duas res complexus eſſet, de religione, & de tribus legatis: poſtulatum eſt ut ejus ſententia divideretur. Ut ſingulis de rebus ſeparatim referretur. Ac de religione quatenus dixit, ut ſcilicet ne contra Sibyllinos libros decerneretur, qui Regem Ægyptium cum exercitu reduci vetarent: aſſenſum eſt. Caput illud, de tribus legatis, qui Regem reducerent, improbatum. V. DIVIDO.
Frangere ſententiam alicujus, Labefacere, Infirmare. Cic. 1. Fam. 4. Quum in ſenatu pulcherrime ſtaremus, quod jam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus.
Ire in ſententiam alicujus. Cic. 1. Fam. 2.
Numerantur ſententiæ, non ponderantur. Plin. 2. Epiſt. 12.
Peragere ſententiam ſuam alicui. V. PERAGO.
Repudiare ſententiam. Cic. 6. Philip. 3.
Rogatus ſententiam. Salluſt. Catil. cap. 52. pr. At M. Porcius Cato, rogatus ſententiam, hujuſcemodi orationem habuit.
Rogantur ſententiæ de re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 8. Et primum, aut propter ipſam rem, de qua ſententiæ rogantur, conſultabitur, aut, &c.
Sequi ſententiam. Cic. 6. Philip. 3.
Perrogare ſententias. Tacit. 4. Hiſt. 9. Quum perrogarent ſententias Conſules, Vulcatius Tertullinus, &c.
Ornare aliquem ſententiis. V. ORNO.
Ornatiſſima ſententia. V. Ornatus, in ORNO.
Verborum ſententia, Senſus. Lucret. lib. 4. 565.

Ergo fit, ſonitum ut poſſis ſentire: neque hilum
Internoſcere verborum ſententia quæ ſit.

Currit ſententia. Hor. 1. Serm. 10. 8.

Eſt brevitate opus, ut currat ſententia: neu ſe
Impediat verbis, laſſas onerantibus aures.

Sententia, [γνώμη, ἐνθύμημα, λόγος. Gl. L. G.] Lumen orationis dicitur, quod in clauſulis breviter collectum eſt. ut Ter. And. 1. 1. 41.

Obſequium amicos, veritas odium parit. V. paulo ante, SENSUS, Mentis conceptus. Auctor ad Heren. lib. 4. 24. Sententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breviter oſtendit, hoc modo, Difficile eſt primum virtutes revereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit uſus. Inde dictæ ſunt ſententiæ, quod ſimiles ſunt conſiliis & decretis. Quintil. lib. 8. cap. 5.

Grandes ſententiæ. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Otioſæ ſententiæ. V. Otioſus, in OTIUM.
Populares ſententiæ. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Præcipites vel obſcuræ ſententiæ. Quintil. lib. 5. cap. 2.
Dictare ſententiam. Quintil. lib. 2. cap. 15. Formæ pulchritudo ſententiam dictat.
Ducere ſententias ex quæſtionibus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Eminent ſententiæ. Quintil. lib. 2. cap. 12. Sententiæ quoque ipſæ, quas ſolas petunt, magis eminent.
Reficere ſententia ſtomachum Judicis. Quintil. lib. 4. cap. 3. Ne ſententia quidem, velut fatigatum intentione, ſtomachum judicis reficere diſſuaſerim.

SENTENTIŎLA, æ. f. dimin. [γνωμίδιον] Cic. 3. Philipp. 21. At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus? ſententiolas edicti cujuſdam memoriæ mandavi, quas videtur ille peracutas putare. Quintil. lib. 5. cap. 13.

SENTENTIĀLĬTER, Adv. Macrob. 5. Saturn. 6. Sententialiter proferri. Tertull. de Carne Chriſt. cap. 18. Sententialiter & definitive pronunciare.

SENTENTIŌSUS, a, um. Adj. [γνωμολογικός, ἀποφθεγματικός] Quod ſententiis abundat, & dictis quibuſdam breviter collectis. Cic. de Clar. Orat. 325. Genera autem Aſiaticæ dictionis duo ſunt. Unum ſententioſum & argutum, ſententiis, non tam gravibus & ſeveris, quam concinnis & venuſtis.

SENTENTIOSE, Adv. [γνωμολογικῶς] Cic. 2. de Orat. 268. Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicuntur. Idem in Orat. 236. Res autem ſe ſic habet (ut breviſſime dicam quod ſentio) compoſite & apte, ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſententioſe autem ſine verborum & ordine & modo, infantia.

SENTIS, is. m. [ἄκανθα] teſte Phoca, Spina, quod a tangentibus quamprimum ſentiatur. Frequentius in pl. Sentes [ἄκανθαι Gl. L. G. & G. L.] Plaut. Caſ. 3. 6. 1.

Vide ſis, ut ſenteis ſub ſignis ducas. c. qui vero ſunt ſentes?
o. Quia quod tetigere, illico rapiunt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt. Idem Capt. 1. 2. 85.
Aſper meus victus ſane eſt. 2. ſentesne eſitas?

Aſpri ſentes. Virg. 2. Æn. 379.

Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit, humi nitens, trepiduſque repente refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.

Denſi complerant undique ſentes. Virg. 9. Æn. 382.
Hamati ſentes. Ovid. 2. Met. 799.

— pectuſque manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia ſentibus implet.

Inculti. Virg. 4. Ecl. 29.

Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva.

Secant crura ſentes. Ovid. 1. Met. 529.
Liberantur arva ſentibus, qui æſtivo tempore per Caniculæ ortum reciſi, plerumque intereunt radicitus. Columel. lib. 6. cap. 3.
Sentis canis, Major ille rubus in agris creſcens, & numeroſa atque craſſiora mora ferens. Columel. lib. 11. cap. 3. Modum altitudinis & latitudinis eorum abunde eſt eſſe bipedaneum, ſed eos vacuos perhiemare patiemur, præparatis ſeminibus, quibus obſerantur: ea ſunt vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubi, & paliuri, & ejus quam Græci vocant κυνόσβατον, Sentem canis appellamus.

Senticem habet Apulejus de Herb. cap. 87.

SENTICŌSUS, a, um. Adj. [ἀκανθώδης] Sentibus plenum, ſpinoſum & aſperum. Afran. apud Feſt.

Quam ſenticoſa verba pertorquet turba. Apul. Florid. p. 361. Elmenh. Merces Protagoræ tam aſpera, tam ſenticoſa, &c. Mart. Capell. 2. p. 59.

SENTOSUS, a, um. Adj. Fulgent. Gloſſ. Græcolat. Ἀκανθώδης, Sentoſus, Spinoſus.

SENTICĒTUM, i. n. [ἀκανθών] Locus in quo ſentes ſunt. Plaut. Capt. 4. 2. 80. Non anim es in ſenticeto, eo non ſentis.

SENTIS, æ. f. Idem. Gloſſ. Græcolat. Ἀκανθών, ὁ τόπος, Dumetum, Hæc ſentia.

SENTUS, a, um. Adj. [ἀκανθώδης, Onom. Antiq.] Horridus, inquit Donatus: quaſi ſpinoſus, Laceras veſtes habens. Ter. Eun. 2. 2. 5.

Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, anniſque obſitum.

Loca ſenta ſitu. Virg. 6. Æn. 462.

S E O

SEORSUM, Adv. pr. com. [κατ' ἰδίαν Gl. L. G. χωρὶς G. L.] Separatim, Secreto; quaſi Secus vorſum. Plaut. Epid. 3. 3. 21.

In ædiculam hanc ſeorſum concludi volo. Liv. 22. 52. In caſtra hoſtes acceperunt: traditique in cuſtodiam omnes ſunt, ſed ſeorſum cives, ſociique.

Seorſum a patre ſi filiusfamilias habitet. Cajus in l. ex maleficio § penult. D. de actionibus & obligationibus. Seorſum a domino rationem habere. Pompon. in l. 4. in princ. D. de pecul.
Seorſum ab altero aliquid parare. Cic. 8. Fam. 9. Hoc vehementius laboro nunc, quod ſeorſum a Collega puto mihi omnia paranda.
Seorſum a te ſentio, Diverſam habeo a te opinionem. Plaut. Capt. 3. 5. 52.

Sed male ne id arbitrare factum? AR. peſſume.
T. At ego ajo, recte: qui abs te ſeorſum ſentio. h. e. Aliud ſentio quam tu.

Seorſum, Nominatim, præſertim. Ter. Adel. 5. 9. 14.

Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea, Demea.

SEORSUS, Idem quod Seorſum, antique. Plaut. Rud. 5. 2. 27.

Præterea centum nummos Philippicos in paceolo ſeorſus. Al. Seorſum.

Seorſus diſſyll. Lucret. lib. 4. 497.

Seorſus item ſapor oris habet vim: ſeorſus odores, Naſcuntur, ſeorſum ſonitus, &c.

SEORSUS, a, um. Adj. Separatus. Virgilio tribuitur; ſed falſo. Legitur autem in Auſon. Idyll. 17. 5.

Alterutro pariter nonnunquam, ſæpe ſeorſis
Obſiſtunt ſtudiis. [Ubi tamen Seorſus legi poteſt, quod τῷ Pariter opponitur.

S E P

SEPA, æ. f. V. SEPS.

SĒPAR, ăris. Adj. ex Se & Par, ut Impar, Compar, Diſpar. Separatus. Valer. Flacc. 5. 58.

Oſſaque nec tumulo nec ſepare contegat urna.

Tu ſepare cœtu. Stat. 4. Theb. 482.
Eſt ratio ſepar, ait, ac diverſum genus. Phædr. 1. 31. 7. Sed in pleriſque codd. legitur, Eſt ratio ſeparata; ſed melius conſtabit metrum, ſi legitur Separ. Alii aliter. V. not. Burm. & Bentl.

SĔPĀRO, [διαχωρίζω, χωρίζω Gl. L. G.] āre. Dividere, diſtrahere; a Se, & Paro compoſitum. Plin. lib. 18. cap. 17. Mox ſeparant lavando, & ſiccata tundunt. [Mendoſe in Gloſſ. Latinogr. Sepaſum, pro Separat. A domina ſeparati. Ovid. 1. Amor. 4. 60.
Separare vera a falſis. Cic. 4. Acad. 141. Quoniam vera a falſis nullo diſcrimine ſeparantur.

SEPARĀTUS, a, um. [κεχωρισμένος] Partic. Cic. 4. Tuſc. 34. Quando igitur virtus eſt affectio animi, &c. & virtus ipſa per ſe, ſua ſponte, ſeparata etiam utilitate, laudabilis. Idem 14. Att. 18. Iſta vero, quæ tu contexi vis, aliud quoddam ſeparatum volumen exſpectant.
Separatum extra. Cic. 1. de Invent. 64. Separatum quiddam eſt, extra aſſumptionem approbatio.

SEPARĀTIM, Adv. [χωρὶς, κεχωρισμένως Gl. L. G.] Idem quod Seorſum. Cæſ. 7. Bell. Gall. 36. At Vercingetorix, caſtris pro oppido in monte poſitis, mediocribus circum ſe intervallis, ſeparatim ſingularum civitatum copias collocaverat.
Conjunctim & Separatim, contraria. Cic. 3. de Finib. 44. Etenim ſi & ſapere expetendum ſit, & valere. Conjunctim utrumque magis expetendum ſit, quam ſapere ſolum: neque tamen, ſi utrumque ſit æſtimatione dignum, pluris ſit conjunctim, quam ſapere ipſum ſeparatim. Legitur & Conjunctum, ac Separatum.
Communiter, & Separatim. Cic. 13. Fam. 12. pr. Alia epiſtola communiter commendavi tibi legatos Arpinatium, ut potui diligentiſſime, ac ſeparatim Q. Fufidium, quocum mihi omnes neceſſitudines ſunt, diligentius commendo.
Separatim de re quapiam dicere, pro Peculiariter. Cic. 13. Fam. 10. Videor mihi, quum ſeparatim de probitate ejus & moribus dicturus fuiſſem, ſi prius cauſam, cur eum tantopere diligerem, tibi expoſuiſſem, in ipſa cauſa exponenda ſatis etiam de probitate dixiſſe.
Separatum a. Cic. 2. Fam. 16. Nihil accidit ei ſeparatim a reliquis civibus.

SEPARATE, aliud Adv. In gradu compar. legitur apud Cic. 2. de Invent. 156. Quare in hoc quoque genere cauſæ quædam argumentationes communiter, ac ſimiliter tractabuntur: quædam ſeparatius ad finem, quo referri omnem rationem oportet, adjungantur.

SEPARATIO, ōnis. f. [χωρισμός Gl. L. G. & G. L.] Cic. 2. de Invent. 55. Facili ab illa definitione ſeparatio. Gell. 2. 8. Separatio animi & corporis. Adde Quintil. 7. 1. & Columel. 3. 21.

SEPARĀTUS, ūs. m. Apul. Flor. p. 350. Elmenh. Crinibus fronte parili ſeparatu per malas revulſis.

SEPARĀTOR, ōris. m. [χωριστὴς Gl. G. L.] Tertull. de Præſcrip. cap. 30. Factum ſeparatum oſtendit ſeparatorem.

SEPARĀTRIX, īcis. f. Auguſtin. de Trin. 11. 10. Voluntas conjunctrix ac ſeparatrix hujuſcemodi rerum.

SEPARĀBĬLIS, e. Adj. Cic. 1. Tuſc. 21. A corpore ſeparabilem eſſe.

SEPARĀTĪVUS, a, um. Adj. [διαζευκτικός] Gloſſ. Gr. Lat.

SĔPĔLIO, ſepelivi, ſepultum, [θάπτω, Gl. L. G. & G. L.] īre. Homo injecta

injecta contegere, vel Terræ mandare mortuum. Cic. 2. de Legib. 58. Hominem mortuum, inquit lex in XII Tab. In urbe ne ſepelito, neve urito. Credo, vel propter ignis periculum. Quod autem addit, Neve urito, indicat, non qui uratur ſepeliri, ſed qui humetur. Plin. lib. 17. cap. 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus; humatus vero, humo tectus. conf. in SEPULCRUM.

Sepelire dolorem, per tranſlationem, pro Deponere, Tollere. Cic. 2. Tuſc. 43. Amittenda igitur fortitudo eſt, aut ſepeliendus dolor. Propert. lib. 2. 17. 19.

Illic ſi qua meum ſepeliſſent fata dolorem.

Cuncta tuus ſepelivit amor. Propert. lib. 3. 15. 9.

Somnum ſepelire. Plaut. Moſt. 5. 2. pr.

Ubi ſomnum ſepelivi, omnemque obdormivi crapulam.

Se vino & epulis ſepelire. Sen. Epiſt. 12.

SEPULTUS, a, um. Partic. [illegible] Cic. in Piſon. 10. Hæc ſunt, ô carnifex, in gremio ſepulta Conſulatus tui.

Templis & auro ſepultus. Lucan. lib. 8. 859.

Cuſtos ſepultus, Sopitus. Virg. 6. Æn. 424.

Somno ſepultus, Sopitus, dormiens. Lucret. lib. 1. 134.

Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus,
Cervicem inflexam poſuit. Virg. 3. Æn. 265.
Invadunt urbem ſomno, vinoque ſepultam. Ovid. de Rem. Amor. 806.
Et ſtupeant multo corda ſepulta mero.

Aſſiduo mero lingua ſepulta. Propert. lib. 3. 11. 56.

Sepultus ſum, pro Perii. Ter. Phorm. 5. 8. 49.

Lemni habuit aliam. c. nullus ſum. P. ex qua filiam
Suſcepit, & eam clam educat. c. ſepultus ſum. Ubi Donatus, [illegible]: plus eſt enim, quam Nullus ſum.

Bellum ſepultum, ut ſublatum. Cic. pro Lege Manil. 30. Quod bellum exſpectatione Pompeji attenuatum atque imminutum eſt, adventu ſublatum ac ſepultum.

Domus ſepulta. Catul. 66. 94.

Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus.

Fama ſepulta. Ovid. 7. Epiſt. 98.

Inertia ſepulta. Hor. 4. Carm. 9. 29.

Urbs ſepulta. Tacit. 3. Hiſt. 35. Ceterum aſſidere ſepultæ urbis ruinis noſtis tabo humus haud permiſit. De urbe exciſa.

Sepelitus pro Sepultus, Cato uſus eſt, teſte Priſciano p. 909.

SEPULTUS, ûs. m. [illegible] Gloſſ. Græcolat. pro Sepultura.

SEPULTÛRA, æ. f. [illegible Cl. G. L.] Funus & exſequiæ proprie denotat. Cic. 2. de Legib. 65. Nec de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis, nec ab alio, niſi qui publice ad eam rem conſtitutus eſſet, dici licebat. Cic. 1. Philipp. 5. Qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. [Oxymôron. Sepultura, Sepeliendi actus. Cic. 1. Tuſc. 102. Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem.

Mos ſepulturæ. Lucret. lib. 6. 1276.

Afficere ſepultura. V. AFFICIO.

Fata ſepulturæ. Propert. lib. 2. 28. 26.

Aliquando Sepulcrum ſignificat. Cic. 4. Fam. 12. Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui.

Juſtæ ſepulturæ tradere. Martian. 10 l. Divi fratres. D. de relig. & ſumpt. funer. Divi fratres edicto admonuerunt, ne juſtæ ſepulturæ traditum, id eſt terra conditum, corpus inquietetur.

SEPULTOR, ôris. m. [illegible] Qui ſepelit. Auguſt. de Trin. 4. 3. Sepultores corporis mortui.

SEPULTÔRIUS, a, um. Adj. Unde

SEPULTORIUM, i. n. [illegible] Gloſſ. Gr. Lat. pro Sepulcro.

SEPELIBILIS, e. Adj. [illegible] Quod ſepeliri debet, aut eſt ſepultum. Plaut. Ciſt. 1. 2. 64.

Indidem, unde oritur, facito ut facias ſtultitiem ſepelibilem.

SEPULCHRUM, vel potius SEPULCRUM, i. n. [illegible Gl. L. G.] Locus, in quo corpus defunctum, vel oſſa cremati cum cineribus ſepeliuntur. Dictum eſt quaſi Seorſum a pulchro, ut ait Servius, propter recordationem doloris. Vel dicitur a Semis: quia pulchrum ſuperficie, intus oſſibus plenum eſt. Vel ut ait Donatus, quod ſine re pulchra ſit. Aut quod ibi ſine pulſu ſint, id eſt mortui. Aut a ſeparando, quod illis animæ a vivis ſeperentur. Rectius tamen videbitur ſi Sepulcrum dicatur a Sepeliendo; ut Fulcrum a Fulcio, Simulacrum & Lavacrum a Simulando & Lavando. [Unde & apparet rectius ſine aſpiratu ſcribi.

Sepulcri appellatione, Omnis ſepulturæ locus continetur, ut ait Ulpianus De ſepulcro violato, l. Prætor ait. D. Idem de Religioſis & ſumpt. fun. l. Locum, Sepulcrum eſt, ubi corpus, oſſave hominis condita ſunt. Cic. 9. Philipp. 17. Utique locum ſepulcro in campo Eſquilino C. Panſa Conſul, ſeu quo alio in loco videtur, pedes triginta quoquo verſus deſignet, quo Servius Sulpicius inferatur. Quod ſepulcrum ipſius, liberorum, poſterorumque ejus ſit, uti quod optimo jure ſepulcrum publice datum eſt. Idem de Senect. 21. Nec ſepulcra legens vereor (quod ajunt) ne perdam memoriam.

Sepulcri violator, [illegible]. Gloſſ. Lat. Græc.

Cauſa ſepulcri. Ovid. 9. Met. 561.

Neve merere meo ſubſcribi cauſa ſepulcro.

Clauſum ſepulcrum. Ovid. 15. Met. 389.

Commune ſepulcrum rerum terra. Lucret. lib. 5. 260.

Familiaria ſepulcra, l. 5. D. de religioſ. Familiaria ſepulcra dicuntur, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit.

Hereditaria ſepulcra. l. 5. & 6. D. de relig. Hereditaria autem, quæ quis ſibi heredibusque ſuis conſtituit: vel quod paterfamilias jure hereditario adquiſivit.

Inane ſepulcrum. Ovid. 6. Met. 568. V. CENOTAPHIUM.

Patrium ſepulcrum. Ovid. 15. Met. 405.

Aſterni ſepulcro. V. ASTERNO.

Condere corpus ſepulcro. Ovid. 8. Met. 234.

Condere animam ſepulcro. Virg. 3. Æn. 67.

Donare cinerem ſepulcro. Stat. 3. Silv. 3. 216.

Effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris. Virg. 1. Georg. 498.

Excire animas ſepulcris. V. EXCIO.

Latere poſt magna ſepulcra. Hor. 1. Serm. 8. 36.

Reddere corpus ſepulcro. Virg. 2. Æn. 542.

Stat ſepulcrum. Hor. 1. Serm. 8. 10.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum.

Sacra fuiſſe Romanis jure ſepulcrorum, antiquæ (XII tabb.) legis illa verba declarant: Ubi corpus demortui hominis condas, ſacer eſto. Et illa, Ne quis veſtibulum aditumve ad ſepulcrum, uſucapito, neu buſtum violato. Et illa, Deorum manium jura ſancta ſunto. Quod & antea ſervatum eſſe, irrogata violantibus pœna, poſteriores juriſconſulti Ulpianus, Paulus, Cajus tradiderunt. Quod autem Cic. ſcripſit lib. 2. de Legib. 58. Credo fuiſſe, aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis cauſſa tributum eſt, ut Poplicolæ, ut Toberto: quod eorum poſteri jure tenuerunt: aut eos, ſi qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis cauſſa ſoluti legibus, conſecuti ſunt. Id plane ſignificat, etiam ante XII Tab. intra urbem ſepeliri non licuiſſe, ſiquidem Poplicolæ & Tuberto virtutis cauſſa tributum eſt. Quod ipſum & Dionyſius confirmat, & Plutarchus. Servius quidem, ubi exponit illud Virg. 11. Æn. 206.

Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.

Duilio conſule primum a Senatu decretum eſſe ait, ne quis in urbe ſepeliretur: quod Imperatores quoque Adrianus & Antoninus prius renovarunt: & fuiſſe hanc veterem conſuetudinem patet in lege Mortuorum, C. de religioſis, & ſumptibus funerum. Legis quidem XII Tab. illa nota ſunt: In urbe ne ſepelito, neve urito. (V. in ipſo verbo.) Quæ ſcripta ſunt ob eam cauſſam, tum ut ab oculis viventium cadavera, quæ mæſtitiam animis inferunt, quamprimum amoverentur, tum ne cælum illud urbanum, unde proxime ſpiritus duceretur, tætro putreſcentium corporum nidore corruptum, peſtem aliquam importaret. Datum autem decreto Senatus iis, qui triumphaſſent, ut cum eorum corpore extra urbem cremata eſſent, in urbem oſſa & cineres referrentur, humique mandarentur. Hoc Pyrrhonem Liparæum ſcripſiſſe tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. (Quæſt. Ro. 78.) Illa vero, non inutile eſt cognoſcere, in agris ſepulcra fuiſſe, in agri venditione, jure tamen ſepulcrorum penes eum, qui venderet, remanſiſſe, eumque ſibi tantum agri in venditione excepiſſe, quantum adeundo ſepulcro ſatis eſſet: quod qui non faceret, ei ſummo probro ac turpitudini fuiſſe. Unde illud in oratione Cic. pro Roſc. Amer. 24. Cui, de tanto patrimonio, ne iter quidem ad ſepulcrum patrium relictum eſt. Hac autem ipſa de re Pomponius Juriſconſultus ita ſcripſit: Dominis fundorum, in quibus ſepulcra fecerint, etiam poſt venditos fundos adeundorum ſepulcrorum jus eſt. Tum igitur in agris, tum juxta militares, vel publicas vias cadavera, aut, ſi cremata eſſent, cineres condebantur. Nam & ſepeliendi cadaveris, & cremandi conſuetudinem fuiſſe, indicat illud in XII Tab. In urbe ne ſepelito, neve urito & illud quod in 2. de Legib. (56.) ſcripſit Cicero: P. Cornelium Africanum ſepultum eſſe, L. Cornelium Sullam primum e Corneliis cremari voluiſſe. Sepeliri autem antiquius fuiſſe, quam cremari, Plin. lib. 7. cap. 54. declarat his verbis: Ipſum cremari, apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum, & tamen multæ familiæ priſcos ſervavere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Sullam Dictatorem traditur crematus, idque voluiſſe veritum talionem, eruto C. Marii cadavere. Hæc Plin. Cui, quod ante XII Tab. in more fuerit, id vetus non videri, mirum eſt. Cremandi conſuetudo uſque ad Antoninorum Imperatorum ætatem perduravit. Rurſus terra condi cœptum eſt. Legimus & illud, Majores natu ad tubas, minores ad tibias ad ſepulcrum eſſe Delatos: qui vero claris majoribus orti eſſent, his eorum imagines in funere prælatas. Addit Servius Honoratus, ante ſepulcrum aram fieri ſolitam: quod & Cicero in epiſtolis ad Atticum ſignificat: tametſi non aram modo, ſed fanum quoque filiæ mortuæ cogitabat. Illud ex Feſto (in Membrum) ſcitu dignum, ante quam cadaver ad pyram deferretur, digitum abſciſſum eſſe, ut reliquo corpore peruſto, ad eum juſta fierent. Cadavere pyræ impoſito, qui propinquitate mortuo devinctus arctiſſime fuerat, is averſus rogo facem accenſam inferebat. Signum hominis ſepulti non unum fuit; nam & lapis, & regula, & cæſpes, & tumulus, & cippus ſepulturæ locum indicabant. Ex lib. P. Manutii de Legibus Romanis. c. 16 conſ. Lex. Piiſc.

SEPULCRÂLIS, e. [illegible] Quod ad ſepulcrum pertinet: ut, Cærimoniæ ſepulcrales, quæ pertinent ad impenſam, ſtructuramque ſepulcrorum.

Aræ ſepulcrales. Ovid. 8. Met. 480.

Fax ſepulcralis. Ovid. 2. Epiſt. 120.

SEPULCRÊTUM, i. n. Locus, ubi multa ſunt ſepulcra. Catull. 59. 2.

Uxor Meneni, ſæpe quam in ſepulcretis
Vidiſtis ipſo rapere e rogo cœnam. i. e. In cœmeteriis, ut poſteriores locuti ſunt.

SÊPES, vel SÆPES, is. vel SÆPS, ſæpis. f. [illegible Cl. G. L.] Quæ objecta inter agrorum diviſiones, vel ipſis hortis, introitum prohibet. Cic. 1. de Nat. Deor. 120. Prætereo Samothraciam eaque, quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur, ſilveſtribus ſæpibus denſa. Columel. lib. 10. 27.

Talis humus vel parietibus vel ſæpibus hirtis
Claudatur, neu ſit pecori, neu pervia furi. Virg. 8. Ecl. 37.
Sæpibus in noſtris parvam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem.

Rectius cum Diphthongo SÆPES ſcribi docent monumenta antiqua, itemque & inde derivata omnia. Quomodo & Gloſſ. Latino Græc. ſcribit, ſed Græcolat. per e.

Longæ ſæpes. Ovid. 3. Faſt. 267.

Opaca ſæpes. V. OPACUS.

Siniſtræ ſæpes. Ovid. 2. Faſt. 508. al. Nubes ſiniſtræ.

Structiles ſæpes. V. Vive ſæpes.

Tenendæ ſæpes. Virg. 2. Georg. 371.

Virgea ſæpes. Columel. lib. 11. cap. 3.

Viva ſæpes. Columel. lib. 11. cap. 3. Vetuſtiſſimi auctores vivam ſæpem ſtructili prætulerunt.

Prætendere ſæpem ſegeti. Virg. 1. Georg. 270.

Sæpe legitur apud Auſon. Monoſyll. ſ. Edyll. XII. v. 152. & 154.

Seps pro Serpente. V. infra.

Sepes, ēdis, V. SEX.

SÆPÎCULA, æ. f. Apul. Met. 8. p. 210. Elmenh. Dum forte paſſerem incantarem ſæpiculæ, conſectatur.

SÆPIO, ſæpivi, ſæpitum, vel ſæpſi, ſæptum, [illegible Gl. G. L. illegible, L. G.] itc. dictum a Sæpibus, quæ objectæ iter claudunt, inquit Nonius 1. 193. Virg. 1. Æn. 415.

At Venus obſcuro gradientes aëre ſæpſit. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.

Quæ

Quæ primum oculos membranis tenuiſſimis veſtivit & ſæpſit, quas primum perlucidas fecit, ut per eas cerni poſſet. Ibid. 143. Latent præterea utiliter, excelſis undique partibus ſæpiuntur.
Circumdare & ſæpire. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & foſſa circumdedi: ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſæpſi.
Acribus namque cuſtodiis domum & vias ſæpſerat Livia. Tacit. 1. Ann. 5.
Abitus ſæpire. V. Abitus in ABEO.
Sæpire ſe difficultate abrogationis dicitur lex. Cic. 3. Att. 23. Neque enim ulla eſt lex, quæ non ipſa ſe ſæpiat difficultate abrogationis.
Sæpire, veteres ambage quadam verborum rem obſcurare, & quadam ſæpe obducere dixerunt, ut & Circumveſtire. Cic. 3. de Orat. 156.
Quandoquidem iſte circumveſtit dictis, ſæpit ſedulo　Turnebus.
Sæpire, Tenere, Impedire. Non. 1. 193. ex Afran. Perii, lacrimæ linguam ſæpiunt.

SÆPTUS, a, um. Partic. [περιεργμένος] Stat. 1. Silv. 1. 32.
Ipſe autem puro celſum caput aëre ſæptus.
A gentibus belligeris ſæptus. Ovid. 3. Triſt. 11. 13.
Sæpte ab armatis pubes Liv 1. 28. Ad hæc Albana pubes, inermis ab armatis ſæpta, in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, ſilentium tenet.
Aggere ſæptus. Sil. lib. 16. 2.
Armis ſæptus. Virg. 1. Æn. 508.
Caritate ſæptus. Plin in Paneg cap. 49. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſæptus caritate non fuerit. Armis enim arma irritantur.
Comitatu ſæptus. Cic. in Parad. 2. Non denique animus ipſe, qui tot virtutum præſidio, tantoque comitatu virtutis ſæptus. In quibuſdam exemplaribus deſiderantur hæc verba, Virtutis ſæptus.
Fraude locorum ſæpti. Sil. lib 7. 279.
Nebula ſæptus. Virg. 1. Æn. 443.
Opibus ſæptus & munitus contra conſcientiam. Cic. 2. de Finib. 71. Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſæpti eſſe, & muniti videntur, deorum tamen numen horrent, &c.
Præſidiis philoſophiæ ſæptus. Cic. 16. Fam. 23.
Loca ſæpta. Lucret. lib. 6. 87

SÆPTUM, i. n. [χαράκωμα Gl. L. G.] Idem quod Sæpes vel Sæpimentum. Sæpta, pl. [φραγμοὶ Gl. L. G.] autem generali vocabulo dicuntur omnia Loca quodam munimento circumdata, ſeu vallata. Inde Stabula, Ovilia, Bubilia, Caprilia, & id genus reliqua, Sæpta nuncupantur. Unde & Sæpta aliquando pro Ovilibus ponuntur. Virg. 1. Ecl. 34.
Quamvis multa meis exiret victima ſæptis.
Domorum ſæpta Lucret. lib 1. 490.
Tranſit enim fulmen cæli per ſæpta domorum.
Varro de Re ruſtica vocat Sæpta. Omnia quæ habent incluſa animalia, quæ paſcuntur; 1. de R R. cap. 11. Intra ſæpta villæ habeat aquam. Apud eundem inſcriptio eſt, De fundo & ſæptis lib. 1. de R. R. cap. 14.
Septum, Sæpes, & Sæpimentum, idem ſignificare declarat his verbis Varr. 1. de R. R. cap. 14. Nunc de ſæptis, quæ tutandi cauſa fundi, aut partis fiant videamus, Earum tutelarum genera IV. Unum naturale, alterum agreſte, tertium militare, quartum fabrile. Horum unumquodque ſpecies habet plures. Primum naturale ſæpimentum, quod obſeri ſolet virgultis, &c. Secunda ſæpes eſt ex agreſti ligno, &c.
Sæpta, pro Obicibus & clauſtris quibus utimur ad impetus fluviorum coercendos accipiunt Juriſconſulti. Ulpianus D. de rivis l. prima, Sæpta ſunt, quæ ad incile opponuntur, aquæ derivandæ compellendæve ex flumine cauſa, ſive ea lignea ſint, ſive lapidea, ſive ex alia qualibet materia, ad continendam, tranſmittendamque aquam excogitata.
In Martio campo loca incluſa tabulatis, in quibus ſtans Pop Rom. ſuffragia ferre conſueverat, Sæpta dici meruerunt ad ſimilitudinem ovilium, ubi & rerum venalium forum erat. Martial. lib. 9. 60.
In Sæptis Mamurra diu, multumque vagatus,
Hic ubi Roma ſuas aurea vexat opes.　Ovid. 1. Faſt. 53.
Eſt quoque, quo populum fas eſt includere Sæptis.　V. Lex. Pitiſc.

SÆPTIO, ōnis. f. Actio ſæpiendi. Vitruv. 5. 12. Locus qui in ea ſæptione finibus fuerit.
Item Murus, apud Vopiſc Aurel. cap. 22. Quæ ad ſæptiones atque urbis ſtatum pertinent.

SÆPĪMEN, ĭnis. n. Apul. pr. Colliculus ſæpimine conſecratus

SÆPĪMENTUM, i. n. [φραγμὸς, φράγμα] Id dicitur quo aliquid ſæpitur. V. SÆPTUM. Varro 1 de R. R. cap. 14. Primum naturale ſæpimentum, quod obſeri ſolet virgultis, aut ſpinis, quod habet radices vivæ ſæpis. Cic 1. de Legib. 62. Atque hæc omnia, quaſi ſæpimento aliquo vallabit, diſſerendi ratione, veri & falſi judicandi ſcientia.

SÆPTUOSE, Adv. a Sæpio, i. e. Obſcure. [σκοτεινῶς] Livius Antiopa, Ire ſæptuoſe dictio abs te datur, quod conſecutum ſapiens ægre contulit. Non. 2. 777.

SÆPTO, āre, Frequent. unde

SÆPTATUS, a, um. Partic. Mart. Capel. lib. 2. p. 46. Culmen ſæptatum.

SĒPIA, æ. f. [σηπία] Genus piſcis, atrum cruorem per aquam ſpargens, cum ſe prehenſum videt, atque ita piſcatoribus iter ſæpit & occludit. Perſ. 3. Sat. 13.
Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha.　Plin. lib. 9. cap. 29.
Sepiarum generis mares varii & nigriores, conſtantiæque majoris. Percuſſæ tridente feminæ auxiliantur, at femina icto mare fugit. Ambo autem ubi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſconduntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur, atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines.

SEPIŎLA, æ. f. dimin. [σηπίδιον] Plaut. Caſin. 2. 8. 57.
Emito ſepiolas; lepadas, lolliguncula.

SĒPIAS, [Σηπιὰς] Magneſiæ promontorium eſt. Herodot. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 9. unde

SEPIĂCUS, a, um. Adj. [Σηπιακός] Ripa Sepiaca: Strabo extremo lib. 9. Tamen ipſam ripam Sepiacam tragœdiarum ſcriptores vulgarunt, poſteaque collaudarunt, cum ibi Perſarum claſſis interierit, & in nihilum omnino redacta fuerit. Ripa quidem ipſa ſaxoſa eſt: inter illam vero vicumque Caſtanæum, ſub Pelio locatum litus jacet, in quo claſſis ipſa Xerxis, cum ſtaret in anchoris, ingenti flante Euro, periit.

SEPIMEN, SEPIMENTUM, V. SEPIO.

SEPINĀTES, vel potius SÆPINATES: [Σαιπινᾶται] Populi ſunt inter Samnites, in quarta regione Italiæ a Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum commemoratur a Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

SEPIO, V. SÆPIO.

SEPIUSSA, Urbs in Ceramico Aſiæ ſinu, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

SĒPLASIA, æ. f. ſec. com. [Σηπλασία] fuit Forum Capuæ, in quo unguentarii negotiabantur, cujus deliciis fractam fuiſſe Punicam ferociam teſtatur Valer. Max. lib. 9. 1. ext. 1. Cic. 2 de Lege Agr 93 Jam vero qui metus erat tunicatorum illorum? & in Albana, & Seplaſia, &c. Hinc Seplaſiarius, pro Unguentario & Salgamario. Plin. lib. 34. cap 11. Nunc quoties incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc eſt impendio miſerorum aperiri commentaria, credunt Seplaſiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti, factaque jampridem emplaſtra & collyria mercantur, tabeſque mercium. Idem lib. 16. cap. 10. Et inde fraus Seplaſiæ. Scribitur & geminata litt. Seplaſſia. Certe in Gloſſ. Seplaſſarius.

SEPLASIUM, i. n. [μυρεψικὸν Gl. G. L.] Varr. apud Non. 3. 234.
Doti dato Inſulam Chiam, agrum Cæcubum,
Seplaſia Capuæ, macellum Romuli.

SEPLASIĀRIUS, i. m. Unguentarius. Lamprid Heliog. cap. 30. Pinxit ſe, ut cupedinarium, ut popinarium, ut ſeplaſiarium. al. Finxit. In Gloſſis Philoxeni, ſeu Latinogræcis, exponitur παντοπώλης, i. e Qui omnia vendit. Sed nimis laxa videtur hæc interpretatio. In Græcolat. Παντοπώλης, Seplaſiarius, Salgamarius.

SĒPŌNO, pŏſui, pŏſitum, [ἀφορίζω Gl. L. G.] ĕre. Seorſum ponere.
Seponere & occultare. Cic. 11. Att. 22. Sed equidem venire nunc nil poſſe, ſed ſeponi & occultari poſſunt, ut extra ruinam ſint eam, quæ impendat.
Seponere a. Cic. 2. de Orat. 22. Græci ſepoſuerunt a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quæ &c.
Seponere ad. Cic. 15. Att. Quodque ex iſtis fructuoſis rebus receptum eſt, id ego ad illud fanum ſepoſitum putabam.
Seponere extra. Liv. 6. 37. Seponendum extra certamen alterum Conſulatum, ad quem plebi ſit aditus: quoniam in certamine relictus, præmium ſemper potentioris futurus ſit.
Seponere pecuniam in ædificationem. Liv. 1. 53. Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi ſepoſuit. conf. 55. extr.
Divitiæ ſepoſitæ. Stat. 2. Silv. 2. 150.
Seponere ſibi tempus ad rem aliquam. Cic. in Orat. 143. Alteros enim reſpondentes audire ſat erat, ne ii, qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent: ſed eodem tempore & diſcentibus ſatisfacerent, & conſulentibus.
Seponere aliquid alicui. Phædr. 4. 4. 21.
Seponit mœchæ veſtem, mundum muliebrem, &c.
Onus tutum conjugii ſeponere, i. e. Uxorem in loco tuto. Lucan. lib. 5. 724.
Sepoſitum ac reconditum. Cic. 6. Verr. 23. Quod celari oportuerat, habebant ſepoſitum ac reconditum. Idem 2. de Divin. 112. Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus, ut id quod proditum eſt a majoribus, &c.
Sepoſitæ veſtes dicuntur, Quæ non ſunt quotidiani uſus. Tibull. 2. 5. 8.
Seponere, Diſcernere. Hor. Arte Poet. 273.
Scimus in urbanum lepido ſeponere dicto.
Fontis ſepoſiti aquam quærere, Secreti. Propert. lib 1. 20 24.
Sepoſitus, pro Remoto, qui in longinquis habitat finibus. Martial. 2. 3.
Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara, Cæſar,
Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua?
Seponi etiam dicuntur, qui ut odioſi & graves removentur, & quaſi relegantur. Sueton. Aug. cap. 65. Agrippam ob ingenium ſordidum ac ferox abdicavit, ſepoſuitque Sorrentum. Tacit. 1. Hiſt 13. Mox ſuſpectum in provinciam Luſitaniæ, ſpecie legationis, ſepoſuit.

SEPOSITUS, a, um. Partic. V. in ipſo verbo.

SEPS, ſepis; pro Sæpe, f. g. V. SÆPES.

SEPS, ſēpis. m. [σήψ] Parvus ſerpens, ex cujus ictu membra percuſſa putreſcunt: a σήπω putrefacio. Nam quicquid momorderit, reſolvitur in putredinem. Solin. cap 40. §. 582 Lucan. lib. 9. 723.
Oſſaque diſſolvit cum corpore tabificus ſeps.
Lacertæ genus, Plin. 29. 5. [Male Sepa, æ. f. in Lond.

SEPTA, orum. V. Sepia, in SÆPES.

SEPTEM, Numerale nomen, indecl. VII. Græci ἑπτὰ dicunt, Latini ſpiritu aſpero in S mutato, & terminatione græca in em Latinam, Septem dicunt. Virg. 6. Æn. 646.　Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

SEPTĒNUS, a, um. [ἀνὰ ἑπτὰ] Adj. Idem quod Septem in diſtributione. Cic. in Somn. Scip. 5. Quum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusque converterit Idem 4. Verr 122 [Singulariter vix reperiet ut poſitum.
Epiſtolæ ſeptenæ. Plin. lib. 7. cap. 25.
Fiſtula diſpar cannis ſeptenis. Ovid. 2. Met. 683.
Corpora ſeptena quotannis. Virg. 6. Æn. 22.　— tum pendere pœnas
Cecropidæ juſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum: ſtat ductis ſortibus urna.
Noctes ſeptenæ, Septem. Propert. lib. 2. 16. 23.
Non quia ſeptenas noctes ſejuncta cubaris.
Portæ ſeptenæ. Stat. 3. Theb. 39.
Volumina anguis traxit ſeptena. Virg 5. Æn. 85. i. e. Multa.

SEPTENĀRIUS, a, um. Adj. [ἑβδομαδικός] Idem quod Septimus: ut, Septenarius numerus. Macrob. Somn. Scip. 1. 6.
Septenarius verſus, Qui conſtat ſeptem pedibus. Cic 1. Tuſc. 106. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.
Septenaria ſyntheſis. Martial. lib. 4. 132.
Piceno quoque venit a cliente
Parcæ ciſtula non capax olivæ,
Et craſſo figuli polita cæno
Septenaria ſyntheſis Sagunti.
Septenaria ſyntheſis vaſorum dicitur, Quæ ſepties mutari poterant pro vario menſæ ornatu.

SEPTĬMUS, a, um. Adj [ἕβδομος] Numerus ordinalis a Septem. Plin lib. 7. cap. 52. Ut tamen in ſeptimum & quinquageſimum atque centeſimum vitæ duraret annum. Plaut. Pſeud. 2. 2. 3. Ædes eſſe ſeptimas a porta.

SEPTIMUM, Adv [ἑβδόμως] Septies. Cic. 3. de Nat. Deor. 81. Cur enim Marius tam feliciter ſeptimum Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

SEPTIMĀNUS, a, um. Adj. Septimeſtris. Arnob. 3. Præpropero partu ſeptimanæ feturæ.

SEPTIMĀNUS, i. m. Miles e ſeptima legione. Plin. 3. 4.

Septimāna, æ. f. Vox apud recentiores haud infrequens, ſed veteribus ignota; qui pro ea uſurparunt Hebdomas vel Hebdomada. V. Voſſ. de Vit. L. L. 1. 3.

Septimania, æ. f. Locus quem Septimani occuparunt. Sidon. 3. Epiſt. 1. conf. Scal. Lect. Auſon. 1. 24.

Septimātrus, ûs. m. Feſtus dies Minervæ, ſeptimus ab Id. Martiis. V. Varr. de L. L. 5. n. Alex. Alexandrin. Genial. dier. 2. 22.

Septemplex, icis. Adj. [ἑπτάπτυχος] Quod in ſeptem partes diviſum eſt: ut Clypeus ſeptemplex. Virg. 12. Æn. 925.

— & clypei extremos ſeptemplicis orbes
Per medium ſtridens tranſit femur. Ovid. 13. Met. 2.
Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Ajax.

Iſter ſeptemplex. Ovid. 2. Triſt. 189.
Nilus ſeptemplex. Ovid. 5. Met. 187.

Septŭplus, a, um. Adj. [ἑπταπλάσιος] Gloſſ. Cyrilli. Vulg. Interpr. Prov. 6. 31. Septuplum reddet fur. conf. Hieron. 1. Epiſt. 8.

Septies, Adv. [ἑπτάκις] Plin. lib. 16. cap. 40. Septies reſtituto templo. Cic. 2. Philip. 93. Ubi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat. conf. Liv. 28. 6.

Septifariam, Adv. In ſeptem partes. ut Multifariam. Santra de Verborum antiquitate, In quod volumen unum nos lectitavimus, & poſtea invenimus ſeptifariam diviſum. Nonius 2. 779.

September, bris. m. [Μαιμακτηριών] Menſis dictus eſt, quod ſit ſeptimus in ordine. Cic. 1. Att. 1. Menſe Septembri [Quod in ſolitario nomine ſubauditur, hic expreſſum eſt. Nam revera eſt Adj. ut reliqua id genus. Aliquando ſumitur adjective: ut

Horæ Septembres. Hor. 1. Epiſt. 16. 16.

Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ,
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.

Septennis, vel **Septuennis**, e. Adj. [ἑπταέτης] Quod eſt ſeptem annorum Plaut. Bacch. 3. 3. 36.

At nunc, prius quam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum manu. Idem Men. prol. v. 24.

Poſtquam jam pueri ſeptuennes ſunt, pater &c. Sic enim legitur in multis Plauti exemplaribus. Sed Pœn. prol. 66.

Puer ſeptennis ſurripitur Carthagine. [Immo Septuennis hic, illic Septennis legitur. V. Prudent. Periſteph. 10. 656.

Septennium, i. n. [ἑπταετία] Intervallum ſeptem annorum.

Septicollis, [Ἑπτάλοφος] urbs Roma, quod ſeptem colles habeat, Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Cœlium, Viminalem, Exquilium, & Janiculum. conf. septimons.

Septemfluus, a, um. Adj. [ἑπτάρροος] Quod ſeptem alveis, rivis, aut fontibus fluit. ut

Flumina ſeptemflua Nili. Ovid. 15. Met. 753.

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates.

Septifolium, i. n. [ἑπτάφυλλον] Apul. de Herb. cap. 116.

Septiforis, e. Adj. Habens ſeptem foramina. Sidon. 2. Epiſt. 12.

Septiformis, e. Adj. Iſidor. Orig. 7. 3.

Septemgemĭnus, a, um. Adj. [ἑπτάδυμος] aliud Adj. ut Nilus ſeptemgeminus. Catul. ad Furium, 11. 8. Virg. 6. Æn. 801.

Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Septemmestris, e. Adj. Cenſorinus cap. 11. Partus ſeptemmeſtris.

Septimons, tis. Adj. [ἑπτάλοφος Gl. G. L.]

Septimontium, i. n. [Ἑπτάλοφον Gl. G. L.] Varro lib 5. de L. L. 3. Dies, inquit, Septimontium nominatus ab his ſeptem montibus, in queis ſita urbs eſt: feriæ non populi, ſed montanorum. Hoc etiam teſtatur Feſtus lib. 17. auctorem citans Antiſtium Labeonem. Septimontium, ait Lilius in hiſtoria deorum, inveni nuncupatum, quum ſeptimus collis Urbi eſſet additus: in cujus celebritate in locis ſeptem ſacrum factum fuiſſe, teſtis eſt Varro, Palatio, Velia, Fagutali, Suburra, Cœlio, Oppio, & Ciſpio. Quo die per orbem vehiculis vehi, criminoſum habitum fuit. [Octo tamen loca commemorat Feſtus, nam ſeptem enumeratis Cermalum addit.] Plutarchus in Problemat. Roman. 68. Quid eſt quod Septimontio vehiculis junctis uti cavebant, & nunc etiam, qui vetera non contemnunt, cavent? Septimontium vero diem feſtum agunt Romani, quod quum ſeptimus collis Urbi attributus eſt, ſepticollis Roma facta eſt. An, ut quidam Latini accipiunt, quod urbs nondum ſuis partibus penitus conjuncta erat? An, hoc quidem ad rem non pertinet? Magna vero re effecta, conſtituta civitate, quod urbem jam augeri, & quaſi ulterius progredi deſiiſſe exiſtimarent, cum ſe ipſos, tum vero jumenta quibus fuerant uſi, quiete affecerunt, & communis feſti otio frui voluerunt? An quod cum omnes dies feſtos civium præſentia ornari ac celebrari ſemper voluerunt, tum illum præcipue qui propter civitatis habitationem ageretur? Quapropter ne urbem cujus dies feſtus ageretur, relinquerent, eo die vehiculis uti permiſſum non eſt. V. Lexic. Pitiſc.

Septimontiālis, e. Adj. Columel. lib. 2. cap. 10. De fabis loquens, Media ſementi ſeri, & pars ultima debet, quæ ſeptimontialis ſatio dicitur. Suetonius in Domitiano cap. 4. Septimontiali ſacrorum quidem die ſenatui, equitique panariis, plebejis ſportellis cum obſonio diſtributis, initium veſcendi primus fecit: &c. h. e. Domitianus die urbis feſto, qui Septimontialis vocatur, epulum largiſſimum inter ſpectacula dedit: in quo ordini ſenatorio, & equeſtri panaria diſtributa ſunt cum obſonio, ſicut plebejis ſportellæ. In eo autem epulo ipſe princeps primus fecit initium veſcendi.

Septempedālis, e. Adj. [ἑπτάπους] Quod eſt menſuræ ſeptem pedum. Plaut. Curc. 3. 69. — Ibi nunc ſtatuam vult dare auream

Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptempedalis.

Septemstădium, i. n. [Ἑπταστάδιον] Seceſſus eſt in Alexandria. auctor Strabo lib. 17.

Septemtrio, ōnis. m. [Ἄρκτος, ὁ πρὸς ἄρκτον, Ἀπαρκτίας Gl. L. G.] Septemtriones ſunt ſeptem ſtellæ polares, ex quibus quaſi juncti triones figurantur. Scribit Varro de L. L. 6. 4. triones ruſticorum vocabulo boves vocari, quaſi teriones, hoc eſt arandæ terræ ac colendæ idoneos. Vel ideo magis hæ ſeptem ſtellæ triones appellatæ ſunt, quoniam ita ſitæ ſunt, ut ternæ quæque ſtellæ proximæ inter ſe trigona, id eſt triquetram figuram conſtituant, quam recentiores vocant triangulum. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles uno in loco videntur, quæ pro bobus accipiuntur: reliquæ plauſtri figuram deſignant. Itaque & proximum hujus ſidus Bootes, id eſt bubulcus appellatur, qui more bubulci currum ſequitur. Hoc ſidus a figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν id eſt Plauſtrum dixerunt: noſtri a bobus junctis, Septemtriones appellarunt. V. Gellium lib. 2. cap. 21. Plaut. Amph. 1. 1. 117.

Nam neque ſe Septemtriones quoquam in cælo commovent. Cæſ. 7. Bell. Gall. 83. Erat a Septemtrionibus collis. Cic. 2. de Nat. Deor. 50. Inflectens autem Sol curſum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, æſtates & hiemes efficit. Diviſim Virg. 3. Georg. 381.

Talis Hyperboreo Septem ſubjecta trioni
Gens effrena virum Riphæo tunditur euro.

Septentrio, Polus Septentrionalis. Plin. lib. 6. cap. 22. Siderum in navigando nulla obſervatio, Septentrio non cernitur. Plura ſupra V.

Ab his etiam ventus ſpirat, qui Auſtro objectus eſt, & Latine Septemtrio, & Septemtrionalis ventus, & Septemtrionarius: Græce vero, quod ab Arcto flat, Aparctias appellatur. Liv. 26. 45. uſus eſt in numero ſingulari pro Vento Boreali: Acer Septemtrio ortus, &c. Plinius 2. 47. A Septemtrionibus Septemtrio ſpirat.

Septemtriones venti, pl. [Ἀπαρκτίαι] Cic. 9. Att. 4. Ea ea die fuere Septentriones venti: naves quibus uſus non eſt, omnes aut præcidiſſe aut incendiſſe dicunt.

Septemtrionālis, e. Adj. [Ἀρκτῷος Gl. L. G.] ut, Septemtrionalis ventus, a Septemtrione flans. Plin. lib. 9. cap. 17.

Septemtrionalis pars terræ. Juſtin. 2. 1. 15.

Septemtrionales, οἱ ἀρκτῷοι. Gloſſ. Latinogræc. Scil. Populi.

Septemtrionārius, a, um. Adj. Ventus qui a Septemtrione flat Latinis dicitur, quem Græci Ἀπαρκτίαν vocant. De hoc Gellius lib. 2. c. 22.

Septemvir, iri. m. [εἷς τῶν ἑπτά] ea forma dictum, qua Triumvir; Nomen magiſtratus apud Romanos. Septemvirorum officium erat facere ſacrificium epulare, vel convivium ludorum, & Septemviri epulonum nominabantur. Plin. l. 2. Ep. 11. Vet. Inſcr. apud Grut. p. 227. e. r. SACERDOT. BONAE DEAE. ET. COLLEG. VII. VIR. EPVLON. i. e. Septemvirum epulonum. V. de iis Buchnerum ad Plin. 10. Epiſt. 8. Cic. 15. Att. 19. Cajus Antonius noluitne fieri ſeptemvir? Idem 5. Philip. 21. Judicandumque nullos Septemviros fuiſſe. conf. epulo.

Septemvirālis, e. Adj. [τῶν ἑπτά] Quod ad Septemviros pertinet. Liv. 24. 45. Ut proditio pro ſeptemvirali judicio eſſet, ſemperque aliud ſentiret, infidus ſocius, vanus hoſtis, &c.

Septemvirātus, ûs. m. [ἑπταρχία] Ipſa Septemvirorum dignitas. Cic. 2. Philip. 99. Eundem in Septemviratu bonum deſtituiſti? intervenit enim. Plin. 10. Epiſt. 8.

Septunx, unciæ. m. [ἑπτάγκιον Gl. G. L.] nomen dictum a Septem & Uncia: eſtque Pondus ſeptem Unciarum. Interdum etiam Menſura jugeri, hoc eſt partis mediæ & unius duodecimæ ipſius jugeri. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars dimidia & una duodecima, pedes ſexdecim millia & octingentos, hoc eſt ſeptunx, in quo ſunt ſcripula CLXVIII. Liv. 5. 24. Triumvirique ad id creati, terna jugera & ſeptunces viritim diviſerant.

Septunx, pro Septem vini cyathis. Solebant enim veteres, quando ſe paulo liberalius invitabant, tot vini cyathos hauſtibus ſingulis ebibere, quot erant litteræ in ſuorum amicorum amicarumve nominibus, ſingulosque cyathos appellabant uncias. Martial. lib. 8. 51. De phiala ab Inſtante Rufo ſibi data.

Det numerum cyathis Inſtantis littera Rufi,
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Thelethuſa venit, promiſſaque gaudia portat:
Servabor dominæ Rufe triente tuo.
Si dubia eſt: ſeptunce trahar, ſi fallit amantem:
Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam.

Inſtans conſtat ſeptem litteris, Rufe vocativus quatuor. Si Thelethuſa Martialis amica venit, epoturus eſt trientem, id eſt quatuor cyathos, quot ſunt litteræ in vocativo Rufe. Si dubia eſt, ventura ſit necne: bibet ſeptuncem, hoc eſt ſeptem cyathos, quot ſunt litteræ in Inſtans. Si omnino ventura non eſt: bibet utrumque nomen, id eſt undecim cyathos. Tot enim litteras habent duo hæc nomina Inſtans & vocativus Rufe. V. Sextarius Romanus in eaa.

Item Moneta apud Liv. 23. 19. Septuncis auri in ſingulos pretium convenit.

Septunciālis, e. Adj. [ἑπταγκιαῖος] ut, Septuncialis ſatio, quando media & ultima pars ſementis ſeritur. Columel. lib. 2. cap. 10. Media ſementi pars ſeri, & pars ultima debet, quæ ſeptuncialis ſatio dicitur. Alii legunt Septimuncialis.

Septendĕcim, [δεκαεπτά] nomen indecl. XV. Liv. 38. 13. Septemdecim interfecti ſunt. Notandum eſt autem plerumque ſcribi litteris numeralibus XVII, vel diviſim Septem & decem.

Septuāginta, indecl. LXX. [ἑβδομήκοντα] Cic. 5. Verr. 121. Unus ager Agyrinenſis tantum ſeptuaginta aratoribus inanior quum ſit, vos conjecturam totius provinciæ non facietis?

Septuagēnus, a, um. Adj [ἀνὰ ἑβδομήκοντα] Numerale diſtributivum. Plin. lib. 26. cap. 10. Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cujuſdam, &c h. e. Septuageſimo Columel. lib. 5. cap 2. Hoc in ſe multiplicato, ſeptuagies ſeptuageni fiunt quatuor millia & nongenti.

Septuagēnārius, a, um. Adj. [ἑβδομηκοντούτης] Annos ſeptuaginta natus. l. 5. Dig. de Jure immun. §. 7. Antequam ſeptuagenarius fieret.

Septuagēsimus, a, um. Adj. [ἑβδομηκοστός] Cic. 1. de Divin. 46. Cyrus ad ſeptuageſimum pervenit, cum XL. annos natus regnare cœpiſſet.

Septuāgies, Adv. [ἑβδομηκοντάκις] V. septuagenus paulo ante.

Septingenti, æ. a. DCC. [ἑπτακόσιοι Gl. G. L.] pluraliter tantum. Plin. lib. 35. cap. 2. Et M. Varro benigniſſimo invento, inſeruit voluminum ſuorum fecunditati nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium. Liv. 23. 20. pr.

Septingēni, æ. a. Idem diſtributive. Plin. 33. 3. Auri unciæ in ſeptingenas & quinquagenas bracteas. conf. Lampr. Commod. cap. 10.

Septingenārius, a, um. Adj. Quod ſeptingentorum numerum complectitur, [ὁ ἑπτακοσιαῖος, ἑπτακοσιαρχῶν] ut. Septingenarius grex. Varro de R. R. 2. cap. 10. In quibus ſeptingentæ ſunt oves.

Septingentēsĭmus, a, um Adj. [ἑπτακοσιοστός] Liv 1. In proœmio. Res eſt præterea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Septingenties, Adv. Plin. 36. 15. & Lamprid. in Commod cap. 11.

Septianus, a, um. Adj. ut, Septiana mala: aut verius Sextiana, a quodam Sextio libertino, eorum primo inſitore, inſigni rotunditate prædita. Columel. lib. 5. cap. 10.

Septĭcus, a, um. Adj. [σηπτικὸς] Corroſivus, a verbo Græco σήπω, Putreſacio. Unde σηπτὰ & σηπτικὰ, medicamenta, quæ vim habent erodendi, putrefaciendique. Plin. lib. 28. cap. 9. Quin & ſanguis equorum ſepticam vim habet. Idem lib. 34. cap. 18. Summa ejus dos ſeptica.

Septimana, V. septem.

Septĭmius. [Σεπτίμιος] Nomen gentile Romanum, ut Septimius cujus amorem deſcribit Catullus. A quo

Septimillus, dimin. Catul. de Acme, 46. 13.

Sic, inquit, mea vita, Septimille,
Huic uni domino uſque ſerviamus.

Septimius, a, um. Adj. ut Muns Septimius apud Varr. 4. L. L. 8.

Septimiānus, a, um. Adj. ut, Septimiana porta, novitia denominatione in urbe dicta fuiſſe perhibetur. Alexan. Alexandrinus lib. Genial. Dier. 4. cap. 1.

Septĭmulējus, C. Gracchi interfector, tametſi antea familiaris. Is auro repenſum caput Gracchi ad Opimium tulit; plumboque in os addito, parricidio Rempublicam etiam circumſcripſit. Plin. lib. 33. cap. 3.

Septimus. **Septuaginta**, **Septuagies**, &c. V. in septem.

Septio, **Septum**, **Septusis**, V. ſupra in sepes.

Sepulchrum, **Sepultura**. V. sepelio.

Sepum. V. sevum.

S E Q

Sequacitas, **Sequacitus**, **Sequax**, V. sequor.

Sequăna, æ. f. [Σηκοάνας] Fluvius Provinciæ Belgicæ & Celticæ in Gallia, & Lugdunenſis limes, juxta quem habitantes, Sequani dicti ſunt. Plin. 4. 17. pr. Hodie Burgundiæ ducatum incolentes, Helvetiis, Heduis, ac Lingonibus finitimi.

Sequănus, a, um. Adj. Plin. lib. 14. cap. 1. ſub finem, Arverno, Sequanoque, & Helvico, generibus non pridem illuſtrata.

Gens Sequana. Lucan. 1. 425.

Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis.

Sequanĭcus, a, um. Adj. Martial. 4. 19.

Hanc tibi, Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Sequax, **Sequela**. V. sequor.

Sequester, tri, & tra. vel **Sequestris**, e. & **Sequester**, tra, trum, vel **Sequester**, l. m. [μεσίτης, ἐχέγγυος, συνθηκοφύλαξ Gl. L. G.] dicitur (inquit Modeſtinus de Verb. ſignific.) Apud quem plures eandem rem, de qua controverſia eſt, depoſuerunt. Dictus a Sequendo, ut docet Gell. lib. 20. cap. 11. Quod ejus, qui electus ſit, utraque pars fidem ſequatur. Plaut. Rud. 4. 3. 65.

Tu iſtunc hodie non feres, niſi das ſequeſtrum aut arbitrum,
Cujus hæc res arbitratu fiat. Idem Merc 4. 3. 36. Immo ſic

ſequeſtro mihi data eſt [Ut Dare arrhaboni, pignori, &c. V. infra.

Pace ſequeſtra, dixit Virg. 11. Æn. 133. Inducias intelligens, quod ſit media inter bellum præteritum & futurum. Servius.

Pacis ſequeſter, Sil. lib. 6. 347 Mediator, Arbitrator in Gloſſ. Cyrill.

Sequeſtres ſunt, inquit Aſconius, in Cic. 2. Verr. 36. Apud quos pecunia deponitur. Budæus, Corrumpendarum tribuum conductorem ſequeſtrum exp. Cic. 4. Verr. 108. Qui tabulas tenet? qui ſcribit? qui monet? qui proximus eſt? is eſt C. Clodius, qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, prope Collega Timarchidi, numerabatur. Idem pro M. Cœl. 16. Quod haud ſcio, an de ambitu, & de criminibus iſtis ſodalium ac ſequeſtrium, quoniam huc incidi, ſimiliter reſpondendum putem. Idem pro Cluent. 25. Quo ſequeſtre in illo judice corrumpendo dicebatur eſſe uſus.

Rem perficiendam ſuſcipere, & inde lucrum facere, ut redemptores ſolent, hoc genus Cicero Sequeſtres (teſte Budæo) appellare ſolet, ut in prima in Verrem actione. Loco, in quem Pediani verba modo addidimus.

Sequeſter, apud Quintilianum, pro Eo, qui a litigatore doctus, docet patronum, lib. 12. cap. 8 Quo modo autem ſequeſter ille, & media litium manus, & quidam interpres impendit æquo animo laborem in alienas actiones, quum dicturus ipſe non ſit? [Hic Cic. & Aſcon. Cognitor. V. ſ. l.

Sequestrārius, a, um. Adj. ut, Sequeſtraria actio, quæ adverſus ſequeſtrem datur. l. 12. §. cum ſequeſtre. Cum ſequeſtre (inquit Pomponius) recte agetur depoſiti ſequeſtraria actione. in tit. Depoſiti. vel contra. lib. 16. P. tit. 16.

Sequestrum. i. n. Paulus lib. 3. Ad Edictum, Proprie (inquit) in ſequeſtro eſt depoſitum, quod a pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum reddendumque traditur. l 6. Depoſ. vel contr. lib. 16. P. tit. 3.

Sequestro, Adv. ut vult Gell. Sequeſtro ponere, pro Apud ſequeſtrem deponere. Cato de Ptolemæo contra Thermum, Per deos immortales, nolite vos ſequeſtro ponere. Meminit Gellius lib. 20. cap. 11. [Niſi Dativus eſt. V. in sequester loc. Plaut.

Sequestrātim, Adv. Separatim. Caſſiodor. Varr. 11. Epiſt. 1. Quæratis forſitan ſequeſtratim Principis bona.

Sequestro, āre. [μεσιτεύω, Gl. G. L.] Intervenire, Deponere. Prudent. Hymn. Exſeq. 127.

Hominis tibi membra ſequeſtro.

Sequestrātus, a, um. Partic. Macrob. 7. Saturn. 11. Sequeſtrata verecundia, i. e. Abjecta, ſepoſita. Ammian. 20. 7. Sequeſtrata im.

Sequestratio, ōnis. f. [μεσιτεία Gl. G. L.] eſt Rei, de qua agitur in controverſia, vel ſeparatio, vel compoſitio, vel poſſeſſionis interdictio. Eſt autem duplex. Quædam eſt Voluntaria, quando partium conſenſu deponitur res litigioſa. Et hæc ſemper poteſt fieri ante judicium, vel pendente judicio. l. 1. In principio D. depoſiti. l. Si ſoluturus. D de ſolutionib. Quædam vero eſt Contentioſa, ſeu ut nonnulli vocant, Neceſſaria ſequeſtratio, quæ per judicem decernitur cauſa cognita, etiam Invitis utriſque litigatoribus, & altero eorum petente. V. tit. C. de prohibit. ſequeſtrat. [In Gloſſ. Cyrilli redditur & Arbitrium, Arbitratus.

Sequestrātor, ōris. m. Idem qui Sequeſter. Symmach 8. Epiſt. 54.

Sequestratōrium, i. n. Locus, ubi aliquid ſequeſtratur, vel deponitur. Tertull. de Reſur. Carnis, cap. 52.

Sĕquior, us [χείρων, Gl. L. G.] Ulp. in l. Cum hi § Sed & perſonarum. D. de tranſact Sed & perſonarum contemplatio habenda eſt, hoc eſt, cujus vitæ ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt: utrum frugi vitæ, & qui alias ſufficere ſibi poſſint: an ſequioris, qui de alimentis pendeant.

Sequius, pro Deterius. Apul. Met. 11. p. 249. Elm. Sequior ſexus, pro Muliebri.

Hac voce Varro etiam apud Non (2. 746.) utitur, Non modo abſens quicquam ſequius de te cogitat, ſed etiam ruminabitur humanitatem. Nam Sequior pro Deterior dici, non eſt perinde infrequens, quod a ſequendo reor deduci: deteriora enim ſequi, meliora præcedere ſolent. Sed & Nihilo deterius, quod inſolentius videri poterat, pro Nihilo ſecius apud Aſconium legi. Petebat, inquit, nihilo deterius conſulatum. Turnebus.

Quomodo ... Sequiore genere omnemque vocem enuntiandam putat. In Sorite autem, quem Latini Acervalem interpretantur, fallitur. Ablegata nempe omni ſuſpicione noſtri generis eſt. H St Priora verba cum mentione auctoris cultro compectæ reciſa ſunt. Suſpicor autem Pontanum eſſe.

Sĕquius, pro Secius, Adv. Liv. 2. 37. pr. Invitus, inquit, quod ſequius ſit, de meis civibus loquor: non tamen admiſſum quicquam ab iis criminatum venio, ſed cautum ne admittant. V. secius, & secus. [Apud Liv. tamen non videtur Adv. ſed Adj. neut. Et forte Secus legendum. Mirandum autem non eſt confuſa hæc frequenter in MSS. cum & vox ipſa prope eadem ſit, & ſignificatio ejus.

Sĕquor, ſequĕris, vel, ut plerumque ſcribitur, ſecutus ſum, [ἀκολουθέω, Gl. L. G. & G. L.] ſequi. a Seco ſecas, derivatur, ut vult Perottus. Ter. And. 1. 1; 101.

—funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulcrum venimus. Varro 1. de R. R.

cap. 47. Nam aridæ factæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quam ſequuntur.

Sequi & Aſſequi. Cic. 1. Off. 10. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam ſequi, quod aſſequi non queas.

A tergo ſequi. Virg. 1. Æn. 190.

Diſcordia vadit, hanc Bellona ſequitur. Virg 8. Æn. 703.

Fames ſequuta eſt. Plin. lib. 7. cap 3.

Intervallo magno ſequi aliquem. Cæſ. 1. Bell. Gall. 32.

Ordinem vitæ ſequi. Plin. lib. 12. in procem.

Otioſe ſequi. V. otioſus, in otium.

Pedibus ſequi. Liv. 34. 7. Illos vehi per Urbem, ſe pedibus ſequi.

Pone ſequi. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 453.

Sponte ſequi. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Veſtigiis ſequi aliquem. Liv. 9. 45. Pergunt hoſtem veſtigii ſequi.

Voce aliquem ſequi. Virg 9. Æn. 17.

Sequitur ut. Cic. 2. de Finib. 24. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat ei non ſapiat palatus. Idem de Fato, 18. Nec ſi omne enuntiatum verum aut falſum eſt, ſequitur ilico eſſe cauſas immutabiles & æternas.

Cibum ſequitur ſomnus. Lucret lib. 4. 951.

Cogitationes lætus eventus ſequitur. Plin. Epiſt. 231.

Fama ſequitur aliquem. Virg. 6 Ecl. 47.

Neceſſitas militandi ſequitur vos, quam fugitis, Conſequitur. Liv. 3. 68.

Pœna damnatum ſequitur. Cæſ. 1. Bell Gall cap. 4.

Studia ſequuntur diſparia diſpares mores. Cic. de Amicit 76. Diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.

Sequitur, abſolute, pro Hinc eſt. Cic. 4. Acad. 78. Illud certe, opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium aſſenſionum retentio.

Sequitur videre de eo, quod veteres conſtituerunt. Paul. in l. Si ſervum. § ſequitur. ff. de verbo. obligat.

Sequi, Obſequi, Amplecti.

Amicum ſequi, Facere quod amico placet, obtemperare illi. Cic. de Amicit. 43. Quare talis improborum conſenſio, non modo excuſatione amicitiæ teganda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt: ut ne quis conceſſum putet, amicum bellum patriæ inferentem ſequi. Plaut. Merc. 4. 6. 5. ſuppoſ. Quicquid complacitum, id ſequuntur.

Auctoritatem alicujus ſequi. Cic 2. de Finib. Hujus ego nunc auctoritatem ſequens, idem faciam. V. auctoritas in augeo.

Conſilia alicujus ſequi. Vell. Paterc. 2 78. 3.

Conſuetudinem ſequi, Facere ſecundum conſuetudinem. Plin. 2. Epiſt. 6.

Diſciplinam philoſophorum ſequi. Cic. 4. Acad. 7.

Aliquem ſequi, Partium ejus eſſe Cæſ. 3. Bell. Civil cap. 102 Quicunque ex fuga Pompejum ſequerentur, atque in inſulam veniſſent, oppido ac portu recepti erant. i. e. Quicunque fugientium ſequerentur Pompejum.

Fidem alicujus ſequi. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 20 pr. Ex qua Mandubratius adoleſcens, Cæſaris fidem ſequutus, ad eum in continentem Galliam venerat. V. fides.

Fidem Populi Romani ſequi, Populo Romano fidem ſervare, non diſcedere a fide. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 21. Cic. 2 de Divin. 17. Quod fidem ſequutus amicitiamque populi Romani functus ſit officio. Vulgo, *Tenere bonum pro populo Romano.*

Fortunam ſuam ſequi. Liv. 22 27. pr.

Judicium alterius ſequi. Cic. ad Brut. 8. Optimus enim quiſque vir, & civis, maxime ſequitur tuum judicium, tibique omnes fortes viri navare operam & ſtudium volunt.

Magiſtrum ſequi. Plin. 5. Epiſt. 19.

Meliora ſequi. Virg 3. Æn. 188.

Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur.

Naturam ducem ſequi, Facere quemadmodum natura aliquo inclinat. Cic. 1. Off. 22. In hoc naturam ducem debemus ſequi, & communes utilitates in medium afferre. Idem 1. de Legib 56. Sed certe ita res ſe habent, ut ex natura vivere, ſummum bonum ſit: id eſt, vita modica, & apta virtute perfrui: aut naturam ſequi, aut ejus quaſi lege vivere; id eſt, nihil, quantum in ipſo ſit, prætermittere, quo minus ea, quæ natura poſtulet, conſequatur.

Officium ſequi. Cic. 2. de Finib. 68. Tamen ea faciatis, e quibus appareat, non voluptatem vos, ſed officium ſequi.

Opportunitatem ſequi. Cic. 1. Off. 35. Sed credo illos ſecutos opportunitatem loci, maxime ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari [i e. Spectaſſe loci opportunitatem, vel ea adductos feciſſe.

Promiſſa vana ſequi. Liv 24. 20.

Sectam, imperium, auſpiciumque alicujus ſequi. Liv. 29. 27. pr.

Sententiam alicujus ſequi. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 2. Inviti & coacti Scipionis ſententiam ſequuntur. Cic. 2. de Finib. 15. Unde ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, nummum nullum attigiſſet.

Verbum aliquod ſequi. Cic. pro Cæcin. 49. Nonne, ſi verbum ſequi volumus,

volumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eum detrudi, cui manus afferentur?

Feras ſequi, Perſequi. Ovid. 2. Met. 498.

Librum lapſum ſequi. Plin. Epiſt. 2. 1. Al. Conſequitur.

Sequi, Sectari, Quærere, Appetere.

Compendia temporis ſequi. Columel. lib. 9. cap. 4.

Famam ſequi. Hor. in Arte Poet. 119.

Gratiam Cæſaris, Cæſ. 1. Bell. Civil. pr.

Litem ſequi. Ter. Adel. 2. 2. 40.

Matrimonium divitis ſequi. Plin. 8. Epiſt. 18.

Militiam ſequi. Cic. pro Muren. 19. Servius hic nobiſcum hanc urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi, plenam ſollicitudinis ac ſtomachi, ſequutus eſt.

Quæſtum & ſumptum ſequi. Cic. pro Quint. 94. Non uſque eo tamen, ut in capite fortuniſque hominum honeſtiſſimorum dominentur hi, qui relicta bonorum virorum diſciplina, & quæſtum & ſumptum Gallonii ſequi maluerunt.

Ratione ſequi voluptatem. Cic. 1. de Finib. 17.

Utilitatem ſequi. Cic. de Amicit. 102. Amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita: quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſis ſequutus.

Sequo in Activa forma uſurparunt veteres, ut teſtis eſt Priſcianus 8. unde & Inſequo. V. Gell. 18. 9.

Sequens, entis. Partic. [ἀκόλουθος, ἑπόμενος Gl. L. G.] Cæſ. 8. Bell. Gall. 50. Anni ſequentes.

Sequentia, τὰ ἑξῆς. Gloſſ. Lat. Græc. [Sic enim ſcribendum, pro Sequientes, vel certe Sequentia. Nam & ita ſcribitur in Gloſſ.

Sequūtus, a, um. Partic. Plin. lib. 13. cap. 22. ad finem, Nero Cæſar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis graſſationibus converberatam faciem illinens ſibi cum tura ceraque, & ſequuto die contra famam cutem ſinceram circumferens.

In recentioribus libris plerumque ſcribitur, Secutus.

Secutūrus, a, um. Partic. [ἀκολουθήσων] Gloſſ. Lat. Græc.

Sequendus, a, um. Partic. Paſſ. Tryphoninus in l. penul. D. de curatoribus furioſo dandis. Per omnia judicium teſtatoris ſequendum eſt. Ulpian. in l. Item videndum. D. de petitione hereditatis. Octaveni ſententia ſequenda eſſe videtur.

Sequūtio, vel **Secūtio**, ōnis. f. Gell. 18. 9. Secta & ſecutio conſuetudine loquendi differunt. Al. Sectio. V. loc.

Sequūtor, vel **Secūtor**, ōris m. [ἀκόλουθος Gl. G. L.] Qui ſequitur. Marti tribuit cognomen Apol. 7. Mileſ. p. 192. Elmenh.

Secutor Gladiator dictus eſt, qui cum Retiario pugnabat. Armaturam ejus ſic deſcribit Iſidorus 18. 55. Secutor, inquit, eſt ab inſequendo Retiarium dictus. Geſtabat enim cuſpidem & maſſam plumbeam, quæ adverſarii jaculum impediret, ut antequam ille feriret rete, iſte ſuperaret. Quem tamen refellit Juſtus Lipſius, Secutori arma tribuens, gladium, clypeum, & galeam. q. V. Saturn. 2. 7. Sunt qui eundem cum Mirmillone faciunt, ſed præter veterum auctoritatem. Acron in illud Hor. 2. Serm. 6. 44. — Thrax eſt Gallina Syro par. Thrax, inquit, dicebatur gladiator Sequutor. Retiarius Mirmillo. Gallina nomen eſt gladiatoris. Sed fallitur Acron. Melius Schol. Cruq. Thrax Gallina fuit Secutor, Syrus autem Retiarius, uterque gladiator. De Retiario V. ſ. l. Diſpeſcit pulcre quatuor genera, ubi pugnam Gracchi Retiarii expreſſit, Juven. 8. Sat. 200.

> Dedecus Urbis habes: nec mirmillonis in armis,
> Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce ſupina;
> Damnat enim tales habitus; ſed damnat & odit:
> Nec galea faciem abſcondit; movet ecce tridentem,
> Poſtquam vibrata pendentia retia dextra
> Nequicquam effudit, nudum ad ſpectacula vultum
> Erigit, & tota fugit agnoſcendus arena. Dein paucis interjectis,
> Ergo ignominiam graviorem pertulit omni
> Vulnere cum Graccho juſſus pugnare Sequutor.

Clypeo Hoplomachi, Galea Secutoris, Falce ſupina Thræcis armaturam deſignat. Suet. in Calig. cap. 30. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, ſine certamine ullo, totidem ſequutoribus ſuccubuerant, quum occidi juberentur, unus, reſumpta fuſcina, omnes victores interemit. V. Gladiator in GLADIUS.

Secūtulēja, æ. f. Quæ virum ſectatur. Petron. cap. 81. Tanquam mulier ſecutuleja, unius noctis tactu omnia vendidit. [Secutuleja mulier eſt, Quæ amatorem ſequitur, ſecura fortunarum & famæ. Cujuſmodi Eppiam, vel Hippiam, deſcribit Juvenal. Sat. 6. v. 82. ſeq. & Fabullam Martial. Epigr. 4. 9.

Sequēla, æ. f. [ἀκολουθία Gl. G. L.] Scævula in l. Si duo rei. ff. de ſolut. Ut ubi ei obligationi, quæ ſequelæ obtinet locum, principalis accedit, confuſa ſit obligatio: quoties vero duæ ſint principales, &c. Lactant. de Opific. Dei cap. 4. Mora ſequela morborum eſt.

Sequax, ācis. Adj. [ἀκολουθητικός] Quod aliquid facile ſequitur. Plin. in Paneg. cap. 45. Flexiles quamcunque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, ſequaces ſumus. Plin. lib. 21. cap. 37. Sequax natura. Capreæ ſequaces. i. e. Perſecutrices. Servius. Vineta enim ſequuntur, & eis plurimum nocent. Virg. 2. Georg. 374.

Curæ ſequaces. Lucret. lib. 2. 47.

Flammæ ſequaces. Virg. 8. Æn. 432. — ſonitumque metumque
> Miſcebant operi, flammiſque ſequacibus iras. h. e. Perſequutricibus. Servius.

Hederæ ſequaces. Perſ. in prol. 6.

Laqueæ ſequaces. Martial. lib. 13. 57.

Oculi ſequaces. Stat. 3. Theb. 500.

Telum ſequax. Sil. lib. 15. 723. Quo perſequimur hoſtem.

Undæ ſequaces. i. e. Perſecutrices. Servius. Virg. 5. Æn. 193.

Materia ſequax, pro Inhærente manibus tractantis, & tenaci. Plin. lib. 11. cap. 2.

Bitumen ſequax, Lentum, & quod attactum digitos ſequitur, picis vel viſci more. Plin. lib. 7. cap. 5.

Mores ſequaces. Qui ſequuntur cujuſque naturam. Lucret. lib. 3. 316. [Flexiles, ceræ inſtar tractatu faciles, & formam quamvis recipientes. Compar. Plin. lib. 36. cap. 26. Nec eſt alia nunc materia ſequacior, aut etiam picturæ accommodatior. De vitro & ſimilibus loquitur.

Sequācĭter, Adv. [ἀκολούθως] Conſequenter. Arnob. lib. 2. adverſus gentes, Concludere acutiſſime ſyllogiſmos, ordinare ſequaciter inductiones ſuas. Rurſus lib. eodem, Non enim ſi negemus muſcas, ſcarabæos, & cimices omnipotentis eſſe opus regis: ſequaciter poſtulandum a nobis eſt, ut quis ea fecerit dicamus.

Sequācĭtas, ātis f. Sidon. 4. Epiſt. 11. Pigra ſequacitas.

Sequĭtas, ātis. f. Idem. Gloſſ. Lat. Gr. Sequitas, παρέδρεία, σπουδή, Ἐπείκεια. [Niſi Sequacitas omnino ſcribendum. Pro Obſequio certe ponit.

Sector, āri. [διώκω, παρακολουθέω, ἐπακολουθέω, μιμέομαι. Gl. L. G.] frequent. Sectari aliquem dicitur, qui eum ſequitur frequenter, ut eum poſſit vel videre vel alloqui. Cic. 6. Verr. 148. Qui illic ejuſmodi eſt, ut cum pueri ſectentur, ut omnes, quum loqui cœperit, irrideant. Idem in eund. 4. 169. Is Prætorem circum omnia fora ſectaretur. Et pro Muren. 70. Sectari aliquem totos dies.

Aliquem pennis ſectari. Ovid. 2. de Arte Am. 57.

Sectari aliquem, convenienter ſequi, ut fit, quum quempiam in ſermonibus, in ſententiis, in diſciplinis & cæteris factis ſedulo, perpetuoque ſequimur ac imitamur. Ter. Eun. 2. 2. 31. Sectari juſſi. V. Donat. in Phorm. 1. 2. 36.

Sectabar eum diſcendi gratia. Gell. 3. 17.

Sectari belluas, apros, cervos; Venando perſequi, inveſtigare, perquirere, ſequi. Plaut. Milit. 2. 2. 23.
> Ille mihi abiens ita reſpondit, ſe ſectari ſimiam. conf. v. 7. Ter. in prol. Phorm. 6.
> Quia nuſquam inſanum fecit adoleſcentulum
> Cervam videre, fugere, & ſectari canes. Virg. 3. Ecl. 75.
> Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo.

Leporem ſectari. Hor. 2. Serm. 2. 9.

Ad gulam transfert Hor. 2. Serm. 4. 44.
> Fecundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

Sectantem lenia nervi deficiunt. Hor. in Arte Poet. 26. i. e. Enervatos verſus ſcribet, qui dat operam ut ſcribat delicatos.

Aratrum ſectari, Pone ſequi. Tibull. lib. 2. 3. 7.

Secto, āre. Active apud antiquos, teſte Priſciano lib. 8. unde Sector Paſſive, apud Varr. de R. R. 2. 9. 6. Qui vallet ſe a cane ſectari.

Sectātio, ōnis. f. Tertull. ad Uxor. 1. 6. Homines ſectationibus perdere.

Sectātor, ōris m. [ἀκόλουθος] Qui frequenter aliquem conſequitur. Cic. pro Muren. 70. Quid opus eſt, inquis, ſectatoribus.

Sectator, Sectæ alicui addictus. Plin. lib. 18. cap. 28. Hoc poſtea Sextius, e Romanis ſapientiæ ſectatoribus, Athenis fecit eadem ratione. Gell. lib. 1. cap. 3. Sectatores Philoſophiæ.

Apud Hieronymum in libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus videtur Sectator de Diſcipulo dici, ubi ſcribit, Tatianum fuiſſe Juſtini Martyris ſectatorem. Vide præfationem meam in Juſtini libellos. H. St.

Secta, æ. f. [αἵρεσις, φιλοσόφων ἀγωγή, ἀγωγή, Gl. L. G.] Formula diſciplinæ. a Sector, ari, vel a Sectus: Græce Hæreſis dicitur, unde Sectæ Philoſophorum, familiæ & diſciplinæ apud Cic. 1. de Orat. 120. Eſt autem ſecta, diſciplina, certa quædam diſciplinæ formula, factio, ſtudium, ratio vitæ.

Secta in proſcindendis agris. Columel. lib. 2. 2. ſub fin. Quam vel ut ſectam, legemque in proſcindendis agris ſequantur agricolæ. Al. Secta, vel Scita, legemque.

Secta & ratio vitæ. Cic. pro Cœl. 40. Qui hanc ſectam rationemque vitæ re magis, quam verbis, ſecuti ſumus. [Gloſſ. Latinogræc. Sectam, Τὸν τρόπον. Sectam puto emendandum. Ibidem, Sectæ, Ἐνφιλοσόφοισιν. Puto Ἐν φιλοσόφων ἤθει.

Aſperrima ſecta. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Immota Catonis ſecta. Lucan lib. 2. 381.

Severiſſima ſecta. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Exſequi ſectam alicujus. Catull. de Berecynth. dz. 15.

Viam & ſectam quandam ſequi. Cic. 2. de Nat. Deor. 57. Omnis natura artificioſa eſt, quod habet quaſi viam quandam, & ſectam, quam ſequatur.

Sectam & inſtituta aliquorum perſequi. Cic. 7. Verr. 180. Horum nos hominum ſectam atque inſtituta perſequimur.

Sequi ſectam aliquorum. Cic. de Clar. Orat. 120. Quo magis tuum, Brute, judicium probo, qui eorum, id eſt ex vetere Academia Philoſophorum, ſectam ſequutus es.

Sectārius, a, um. Adj. ut, Vervex ſectarius, Qui gregem agnorum præcedens ducit. Plaut. Capt. 4. 2. 40.
> Qui Petroni nomen indunt verveci ſectario.

Cato de R. R. cap. 150. Menſes decem ab coactore releget porcos ſectarios.

Sectacŭla, æ f. [αἱρεσείδιον] dimin. a Secta; quaſi Sequela quædam & propagatio. Apulejus Met. 5. Occipiunt ſciſcitari qualis ei maritus, & unde natalium ſectacula proveniret? Ita Colv. p. 80. Sed Elmenh. p. 165. Unde natalium, ſecta cuja provenerit?

S E R

Ser, eris, m. [σήρ] Vermiculus apud Seres, qui ſericum procreat. Bayf. de Re veſtiar cap. 5.

Item nominis Seres nomen ſingulare. V. SERES.

Sera, æ. f. [μοχλὸς θύρας, Gl. L. G. & G. L.] Inſtrumentum, quo clauduntur oſtia. Juven. 6. Sat. 346.
> Pone ſeram, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos
> Cuſtodes?

Varro de L. L. 6. 6. Nec ſatis Reſerare ab Serra dictum, id eſt aperire: hinc etiam Seræ, quibus remotis fores panduntur. [In Gloſſ. Latinogræc. bis ſcribitur Seria, mendoſe opinor.

Aſſerere manum eſt admovere, quod ea quoque, quæ in terram dimittuntur Seri dicuntur: unde etiam Seræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur, defixæ poſtibus, quemadmodum ea, quæ terræ inſeruntur. Feſtus.

Dura ſera. Tibul. lib. 1. 2. 6.

Rigidæ ſeræ. Ovid. 1. Faſt. 124.

Mille domos clauſere ſeræ. Ovid. 8. Met. 629.

Excutere ſeram poſte. Ovid. 1. Amor. 6. 24.

Sero, āre. a Sera; Claudere. Columel. 6. 38. Feminæ ſerari & interdum inuri ſolent. al. Secari. Mantuan.
> Tartareæ ſerat antra domus.

Serānus, i. m. [Σερανός] Romana Atiliorum familiæ cognomen, ductum a C. Atilio Serano Regulo: cui, quum ſuum agrum & araret & ſereret, Conſulatus a populo Romano delatus eſt. Unde a ſerendo Seranus

Digitized by Google

nus appellatus eſt. V. Plin. 18. 3. Virgil. 8 Æn. 844. Sil. 6. 62. [Male hunc cum T. Quintio Cincinnato, Cui Dictatura in opere ruſtico verſanti delata eſt, Servius aliique confundunt. Ceterum quum id cognomen in denariis gentis Atiliæ, & vett. lapidibus conſtanter per *a* Saranus ſcribatur, ſuſpicor ab ipſiſmet antiquis confuſis vocabulis, pro Sarano, cui cognomen Saritio dederat, quod ſarientem eum agellum legati populi Romani invenerint, Seranum poſteris fuiſſe obtruſum, quaſi a Serendo ducta appellatione, licet quantitas primæ ſyllabæ repugnet, unde & plerumque Serranus metri cauſa ſcribunt. Serio autem pr. prod. & Sarrio promiſcue ſcribi ſolet.

Seranus, Satira una fuit Varronis, ſic inſcripta, quod ex agro evocatus eſſet Seranus, quem ſerentem dati honores invenerunt. Turneb. Apud Non. Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν ſæpe allegatur.

SERAPEUM, V. SERAPIS.

SERĂPHIM, [σεραφίμ] vox eſt Hebraica, pluralis numeri, Idem ſignificans quod Igniti, candentes, a verbo שָׂרַף ſaraph, ſuccendo, uro, exuro, comburo. V. Suid. Numeri 21. Miſit Dominus in populum hannechaſim haſeraphim, id eſt ignitos ſerpentes.

Significat & certum ordinem Angelorum cæleſtis hierarchiæ, eſtque generis, tam maſculini, quam neutri. Iſajæ 6. Seraphim ſtabant ſuper illud. Ibidem, Et volavit ad me unus de Seraphim. Divus Hieronymus ad Furiam: Hæc ſunt duo Seraphim ter glorificantia Trinitatem.

SERAPIAS, [σεραπιάς] Herba quæ & Orchis dicitur, quod (loquit Dioſcorides) ejus radix inter pauca ſit utilis. Dicitur & Cynoſorchis, Latine Teſticulus canis, quod nomen vulgus retinet. Aetius & Paulus Ægineta Triorchin appellant, a tribus teſticulis in radice dependentibus. Plin. lib. 26. cap. 10.

SERAPINUS, V. SERAPIS infra.

SERAPION, vel SARAPION, [Σεραπίων ἢ Σαραπίων] Ælius dictus, orator Alexandrinus, ſcripſit ad Adrianum principem Panegyricum: Orationes in genere deliberativo, apud Alexandrinos: item Utrum Plato jure removerit Homerum a ſua Republica: præterea Artem rhetoricam. Auctor Suidas.

Serapion, Pictor cognominatus Rhyparographus, auctor Plin. lib. 35. cap. 10. V. in hac dict.

Serapion, Præſul Antiochenus ſub Commodo principe, cujus meminit Hieronymus.

Serapion alter Chriſtianus, qui ob elegantiam ingenii Scholaſticus meruit cognominari, carus Antonio monacho: ſcripſit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei conſtantiam ſub Conſtantino principe, ut idem Hieronymus auctor eſt.

Alius item Iſidoro ſoli notus, alias ſupra modum lucifuga. de quo plura apud Suidam. Forſan idem, quem laudat Pallad. in Lauſiaca c. 84.

Serapion, herba Serapias ſic vocatur apud Apul. de Herb. cap. 15.

SERĀPIS, vel SĀRĀPIS, is & idis. f. [Σέραπις ἢ Σάραπις] Serpens; Deus apud Ægyptios, qui apud Græcos Pluto, quem colunt qui Nilum inhabitant. Tacit. 4. Hiſt. 84. Monitu Serapidis Dei, quem dedita ſuperſtitionibus gens ante alios colit. Martial. lib. 9. 30.

Heu quæ linguæ ſilet? non illam mille cataſtæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. Mart. Capella auſus eſt corripere penultimam, lib. 2.

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Oſirin. Reprahenſus eo nomine a Lil. Gyraldo. Plin. lib. 37. cap. 5. Apion, cognominatus Piſtonices, paulo ante ſcriptum reliquit, eſſe etiam in labyrintho Ægypti coloſſeum Serapin e ſmaragdo novem cubitorum. Hujus meminit Cic. 3. de Nat. Deor. 47. V. Cæl. Rhodig. lib. 2. cap. 13. conf. APIS & OSIRIS.

SERĀPICUS, vel SARAPICUS, vel SERAPINUS, a, um. Adj. Cœna Serapica, i. e. Sumtuoſa. Tertull. Apol. cap. 39.

De Serapinis Ammian. 28. 4.

SERAPĒUM, i. n. [Σεραπεῖον] Templum Serapidis. Ammian. 22. 16.

SERARIUS, a, um. in SERRA, i. n.

SERBŌNIS, [Σερβωνίς] Palus eſt, juxta quam eſt mons Caſſius, teſte Herodoto lib. 2.

SEREA, Civitas Arabum non procul a Troglodytis. Plin. lib. 6 cap. 29.

SERĒNA, [Σερήνα] ex Hiſpania oriunda, uxor fuit Stiliconis, ſocrus Honorii Imperatoris, qui Mariam filiam ipſius, uxorem duxit. Hujus Serenæ laudes eleganti carmine celebravit Claudianus.

Docta Serena. Claud. de concha 3.

SERĒNUS, a, um. Adj. [αἴθριος, εὔδιος Gl. L. G. & G. L.] Tempeſtati proprie tribuitur, ſignificatque Tranquillum, ſine nubibus, ſine imbre, quod id maxime tempus ſationi aptum ſit. Plaut. Merc. 5. 2. 35.

Hic Favonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus. Hic Siccum ſignificare poteſt, quod ſereno cælo ſicca ſit maxime tempeſtas. V. Non. 2. 812.

Æſtas ſerena. Virg 6. Æn. 707.

Cælum ſerenum. Martial. lib. 1. 170.

Hiemes ſerenæ. Virg. 1. Georg. 100.

Lumen ſerenum. Lucret. lib. 2. 149.

Lux ſerena. Virg 5. Æn. 105.

Lux ſerena & tranquilla ex turbido die. Liv. 1. 16. pr.

Nubes ſerenæ, Siccæ. Virg 1. Georg. 461. Nonius 2. 812.

Sidera ſerena. Lucret. lib. 4. 213.

Tempeſtas ſerena. Sueton. Veſp. cap. 10.

Venti ſereni. Ovid. 1. Faſt. 681.

Ver ſerenum. Virg. 1. Georg. 340.

Ad alia item transfertur; ut,

Color ſerenus, Lucidus, purus. Plin. lib. 9. cap. 35.

Animus ſerenus. Ovid. 1. Triſt. 1. 39.

Horæ ſerenæ, Tranquillæ, felices. Sil. lib. 15. 53.

Sed current albuſque dies, horæque ſerenæ. i. e. Vita felix & ſine perturbatione.

Pectora facta ſerena. Ovid. 1. Triſt. 9. 40.

Vitam ſerenam degere. Lucret. lib 2. 1093.

Nam (pro ſancta deûm tranquilla pectora pace
Quæ placidum degunt ævum, vitamque ſerenam!)

Doctrina ſerena. Lucret. lib. 2 8.

Frons tranquilla & ſerena, pro Læta. Cic. 1. Tuſc. 31. Non vero eadem frons erat, quæ M. Craſſi illius veteris, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla & ſerena. Martial. l 7. 11.

Gravitate ſerena plenus vultus. Lucan. ad Piſon. 88.

Ore ſereno annuere. Martial. lib. 2. 24.

Vultu ſereno fortis. Hor. 1. Carm. 37. 26.

Vultu ridet fortuna ſereno. Ovid. 1. Triſt. 4. 27.

Sereniſſimus, [εὐδιώτατος, γαληνότατος Gl. L. G.] Pleniſſimus, ut ita dicam, tranquillitate: non triſtis, affabilis, lætus.

Sæpius Principes hoc titulo honorificantur, uti notat Barthius Adverſ. 143. 3. [Capitolin. in Macrino extr. Serenitati tuæ.

Sereniſſimo principi ſupplicare, dixit Juſtinianus in l. Imperialis benevolentiæ. §. ſimilis vero. De nuptiis lib. 5. C. tit. 4. Sed & ſi (inquit) non ſereniſſimo principi ſupplicaverim, &c.

SERĒNUM, i. n. [αἰθρία, εὐδία Gl. L. G.] Serena tempeſtas. Virg. 1. Georg 394.

Nec minus ex imbri ſoles, & aperta ſerena Proſpicere.

Caligo in terras nitido reſoluta ſereno. Sil. 5. 58

Sereno, Ablativus, pro Sereno tempore, cui Nubilo opponitur. Plin. lib. 11. cap. 24. Aranei ſereno non texunt, nubilo texunt. Liv. 31. 12. Sereno per diem totum. Sen. Nat. Quæſt. 2. 18. Et ſereno tonat.

SERĒNE, Adv. Auguſt. de Trin. 8. 9.

SERĒNITAS, ātis. f. [αἰθρία, γαλήνη Gl. G. L.] Tranquillitas, claritas. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandra ſerenitate deficiens.

Serenitas, & Perturbatio cæli, contraria. Cic. 2 de Divin 94. Hæc igitur cum ſit, tum ſerenitas, tum perturbatio cæli, eſtne ſanorum hominum hoc ad naſcentium ortus pertinere non dicere? quod certe non pertinet.

Mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. Liv. 26. 11.

Tranquilla ſerenitas eſt. Liv. 2. 62.

Legitur in plurali apud Columel. 3. 1. Vitis imbribus magis, quam ſerenitatibus, offenditur. [Serenitas tua. V. in Sereniſſimus ſupra.

SERENIFER, ĕra, ĕrum. Avien. in Arati Phænom. 989.

Axe ſereniferi deſcendit ſol Aquilonis.

SERENASCO, V. SERESCO, infra f. l.

SERĒNO, [αἰθριάζω, εὐδιάζω, Gl. G. L.] āre. Serenum reddere, & clarum. Virg. 1. Æn. 259.

Olli ſubridens hominum ſator, atque deorum,
Vultu, quo cælum, tempeſtateſque ſerenat. Plin. lib. 2. cap. 6. de Sole, Atque etiam nubila humani animi ſerenat.

Domum ſerenare largo igne. Lætificare, vel illuſtrare. Stat 1. Achill. 120.

Afflatibus vivis ora ſerenat, i. e. Auræ vitalis afflatu fit lætior. Stat. 2. Theb. 57.

Spem ſerenāre fronte. Virg. 4. Æn. 477.

Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.

In SPES exp. Sereno. H. St. V. SERE.

Triſtia fronte ſerenare. Sil. lib. 11. 369.

SERĒNĀTUS, a, um. Partic. [αἰθριασθείς] Sil. 12. 637.

Ecce ſerenato clarum jubar emicat axe.

Phœbus ſerenatus, pro Placato. Sil. 5. 181.

SERENĀTOR, ōris. m. Jovis cognomentum apud Apul. de Mundo p. 75. Elmenh.

SĒRES, [Σῆρες] Scythiæ Aſiaticæ populi, e quibus nobilis illa lana ex arboribus, ex qua fit ſericum, advehi dicitur. Hi ex Virgilio, Plinio, Strabone, Solino notiſſimi ſunt. De quibus Marcellinus libro ſuæ hiſtoriæ 23. 6. Agunt (inquit) ipſi quietius Seres, armorum ſemper & præliorum expertes: utique hominibus ſedatis & placidis eſt otium voluptabile: nulli finitimorum moleſti, cæli apud eos jucunda ſalubriſque temperies: aëris facies munda, leniumque ventorum commodiſſimus flatus, & abunde ſilvæ ſublucidæ: a quibus arborum fetus aquarum aſperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt; nenteſque ſubtegmina, conficiunt ſericum ad uſus antehac nobilium, nunc etiam infimorum ſine ulla diſcretione proficiens. Ipſi præter alios frugaliſſimi, pacatioris vitæ cultores, vitant reliquorum mortalium cœtus: cumque ad coëmenda fila, vel quædam alia tranſeunt flumen advenæ, nulla ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur: & (ita ſunt abſtinentes) apud ſe tradentes genita, nihil ipſi comparant adventitium. Hæc Ammianus Marcellinus. Ceterum ut plurali numero Seres dicitur, ita ſingulari Ser, hujus Seris. Virg. 2. Georg 121.

Sub juga jam Seres, jam Barbarus iſſet Araxes. Sidonius Apollinaris, 5. 43.

Aſſyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabæus. Ex Hermol. V. SER.

Ad Seras aliquid petere. V. AD.

Colorati Seres. Ovid. 1. Amor. 14. 6.

Nobiles vellere Seres. Sen. Thyeſt. 4.

SERĪCUS, a, um. Adj. [Σηρικός] ab eo quod Seres vocantur. Serica enim eſt gens Parthis vicina ſagittandi arte famoſa, a qua & Sericum vocatur, ut ait Acron Hor. 1. Carm. 29. 8.

Doctus ſagittas tendere Sericas. Arcu paterno. h. e. Parthicas.

Hoſtis Sericus. Propert. lib. 4. 3. 8.

Carpenta Serica. Propert. lib. 4. 8. 23. [Hic ſunt Serico obducta.

SERĪCUM, i. n. [σηρικόν] Id dici poteſt, quod a Seribus fiebat, & depectebatur ex arboribus ad veſtimentorum nobilitatem, ut refert Plin. lib. 6. cap. 17. Unde Virg. 2. Georg 121.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. Vulgus autem noſtrum Sericum accepit pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti ſolet.

Serica variis textilibus. Propert. lib. 1. 14. 22.

An a Bombycinis differant Serica, diſputarunt viri docti. Arborum eſſe fetum ait Ammian. 23. 6. V. in SERES. Alii arboribus depecta agnoſcunt, verum non ex arborum natura, ſed bombycum opere fieri tradunt. Sic Iſidor. 19. 27. Sericum dictum, quia id Seres primi miſerunt. Vermiculi enim ibi naſci perhibentur, a quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem Gr. βόμβυκες nominantur. V. plura in Pitiſci Lex. Rom. Antiq. Suid. in Σῆρες & Σηρικά.

SERĪCUS, a, um. Adj. [σηρικός] Quod confectum eſt ex ſerico: ut, Veſtis ſerica. Plin. lib. 21. cap. 3. i. e. Quas Seres ex bombycino texunt.

Pallia ſerica. Stat. 3. Silv. 4. 89.

Pulvilli ſerici. Hor. Epod 8. 15.

SERICĀTUS, a, um. aliud Adj. Serica veſte indutus. Suet. de Calig. cap. 52. Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus & cycladatus.

SERICĀRIUS, i. m. Textor ſericorum. Julius Firmicus lib 8 Matheſeôs, refert ſericarium textorem naſci, qui habuerit horoſcopum 10 28. parte Arietis.

SERICŎBAPTÆ, m. pl. i. e. Serici tincti, βάπτω enim ſignificat tingo.

Inde Baptæ apud Juvenalem dicti, quod faciem fuco illinerent, βάπτειν Græcis, nobis ſericum dicitur: cujus tinctores Baphii, παρὰ τὸ βάπτειν, quod eſt tingere. Juven. 2. Sat. 91.

Talia ſecreta coluerunt Orgia tæda
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. Hinc, Baptoſericum pallium. Alciatus in l. Baluca. de metal. lib. 11. Cod. V. BAPTÆ.

SERESCO, ĕre. per ſyllabæ detractionem curtatum, valet Sereneſcere & ſiccare. Lucret. 1. 305.

— diſpanſæ in ſole ſereſcunt.

Significare & hoc verbum poteſt, In ſerum abire mutarique, quæ tenuiſſima pars lactis eſt; ut ſi lac ſereſcere diceres, qua notione accipi in veſte non poteſt: niſi ſi quis ut caſeus exeunte ſero ſiccatur, ſic exeunte humore ſiccari veſtem diceret: quam tranſlationem via probaverim. Probabile eſt a ſero, priore correpto, ſerenum deductum, a quo & ſereſco: ſed & ſeram caſei eſt ejus ſiccatio, & tanquam ſerenum cum exit foras. Hæc Turneb. 6. 14 [V. Non. 2. 812. & infra in SERUM, i.

SERGESTUS, i. m. Æneæ nauta apud Virg. 4. Æn. 288. Et lib. 5. 121.

Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen. Nam a Sergeſto Sergia familia fuit, a Cloantho Cluentia. Servius. conſ. 1. Æn. 514.

SERGIUS, nom. gentis Ro. Patriciæ, ex qua ſunt Sili & Catilinæ, item Fidenates & Planci cognomine. de cujus origine V. dict. ſaper.

SERGIŎLUS, i. m. Dimin. Juvenal. Sat. 6. 105.

SERGIUS, a, um. Adj. ut Sergia tribus; legitur apud Alexandrinum lib. 1. Genial. Dier. cap. 17.

SERIA, æ. f. [πιθάκνη] Vas vinarium oblongum. Liv. 24. 10. Ter. Heaut. 3. 1. 51.

Relevi dolia omnia, omnes ſerias. Perſ. 2. Sat. 11. Columel. lib. 12. cap. 18. Dolia quoque & ſeriæ, ceteraque vaſa ante quadrageſimam vindemiæ diem picanda ſunt.

Seriæ olcariæ. Varro 3. de R. R. cap. 2.

SERIŎLA, æ. f. dimin. [πιθάκνιον] Perſius 4. Sat. 29.

Seriolæ veteris metuens deradere limam.

SERICARIUS, SERICATUS, SERICARAPTÆ, SERICUM, SERICUS, V. in SERES.

SĔRIES, ēi. f. [τάξις, ἀρμὸς, συνάφεια, ἅλυσις χρόνου, ἢ εἱρμὸς, Gl. L. G.] Ordo & quaſi quædam rerum continuata progreſſio, a ſerendo, id eſt ordinando, dicta. Quintil. 1. 5. Nihil tamen horum, niſi in complexu loquendi, ſerieque contingit. Plin. lib. 7. cap. 16.

Ordo & ſeries cauſarum. Cic. 1. de Divin. 125. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt ordinem ſeriemque cauſarum. Idem 1. de Nat. Deor. 9. Eſt enim admirabilis quædam continuatio ſerieſque rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter ſe aptæ, colligatæque videantur.

Series & connexio. Cic. in Partit. 137. Tanta ſeries artis eſt; & ſic inter ſe ſunt pleraque connexa & apta, &c.

Ævi ſeries. Stat. 4 Silv. 3. 145.

Vidi, quam ſeriem morantis ævi
Pronectunt tibi candidæ ſorores.

Series hiſtoriæ. Val. Max. in Procem. Quis compos mentis domeſticæ peregrinæque hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorum ſtilo conditam, vel attentiore cura, vel præſtantiore facundia traditurum ſe ſperaverit?

Series nectens. Cic. 4. Acad. 21. Cætera ſeries deinde ſequitur, majora nectens, ut hæc, quæ quaſi expletam rerum comprehenſionem amplectuntur: Si homo eſt, animal eſt mortale rationis particeps. Idem 1. de Legib. 52.

Atra ſeries tuæ vitæ. Ovid. in Ibin, 64.

Immenſa ſeries laborum. Ovid. 9. Epiſt. 5.

Inexplicabiles ſeries. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Innumerabilis annorum ſeries. Hor. 3. Carm. 30. 4.

Longiſſima ſeries rerum. Virg. 1. Æn. 645.

Longa porrecta viarum ſeries, Viæ longo tractu ſternendæ. Stat. 3. Silv. 3. 102.

Evolvere ſeriem fati. Ovid. 15. Met. 152.

Scribitur & Seria, æ. [Certe in Gloſſ. Latinogræc. Seriam, Ἀκολουθία, quod non alio pertinere videtur.

SERIETAS, V. SERIUS.

SERILIA, vel SESILLA, um. n. pl. [Ἱστρικὰ πλοῖα] (inquit Feſtus) Varrius appellari putat Navigia Iſtrica, ac Liburnica, quæ lino ac ſparto condenſantur, a conſerendo & contexendo dicta, quia dicat Pacuvius in Nuptiis,

Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei,
Sed ſuta lino & ſparteis ſerilibus. Quum ὀνοματοποιίᾳ & ficto vocabulo uſus ſit, pro Funiculis, qui ſparto conſeruntur. Σπάρτον enim a σπεῖρα, id eſt Sero deducitur. Hinc Funiculi ſpartei Græcis σπάρτα vocantur. V. Voſſ. Etymol.

SERIO, Adv. V. SERIUS adjectivum.

SERIOLA, V. ſupra SERIA.

SĔRĪPHOS, i. f. [Σέριφος] Inſula una ex Sporadibus in Ægeo mari: quam notiorem fecerunt ranæ, quæ illic, ut ajunt, non coaxant, orto inde adagio, Rana Seriphia, in mutos aut taciturnos. Plura Eraſmus in Chiliadibus. Plin. lib. 8. cap. 58. Mutæ, inquit, etiamnum ſunt ranæ in Seripho inſula.

Humilis Seriphos. Stat. 1. Achill. 205.

Parva Seriphos. Juven. 6. Sat. 564.

Plana Seriphos. Ovid. 7. Met. 465.

SERIPHIUS, a, um. Adj. [Σερίφιος] ut in illo Themiſtoclis, Neque enim vel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes: aut ego, ſi Seriphius eſſem, ignobilis. Tacit. 4 Ann. 21. Saxum Seriphium.

SERIPHIUM, i. n. [σερίφιον] Genus abſynthii, quod & Marinum dicitur. Plin. lib. 27. cap. 7.

SĔRIS, is. f. [σέρις] Genus Cichorii. Vocant autem Latini intybum, ſive intybum. Vulgus noſtrum Endiviam. Varro 3. de R. R. cap. 10. Anſeres paſcunt in humidis locis, ubi pabulum ſerunt, quod aliquem fructum ferat, ſeruntque his herbam quæ vocatur ſeris, quod ea aqua tacta etiam quum eſt arida, fit viridis. conſ. Plin. 20. 8.

SĒRIUS. [Σέριος] Fluvius Ciſalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum in Aduam fluens, a quo Vallis Seriana in eodem agro populoſa artificioſaque nominata eſt.

SĒRIUS, a, um. Adj. [σπουδαῖος Gl. L. G.] Quod cum aſſertione, & non per jocum dicitur. Accius, Vos nugas aſſeritis, nos ſeria loquimur, Nonius, 1. 144. Serium, inquit, triſte, & quaſi ſine riſu. V. Voſſ. Etymol. Plaut. Pœn. 2. 51. Ter. Eun. 3. 3. 7.

Ait iam divinam feciſſe, & rem ſeriam
Velle agere mecum.

Serium opponitur Ludo. Plin. in Paneg. cap. 82. extr. Simul cogito, quum ſint iſta ludus, & avocamentum hujus: illæ ſeriæ, & intentæ, & a quibus ſe in tale otium recipit, voluptates conſ. Voſſ. l. c.

Serium & Jocoſum, contraria. Cic. 1. Off. 103. Ludo autem & joco uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus ceteris, tum cum gravibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus. Ibidem paulo ſupra. & 134. Ac videat in primis quibus de rebus loquatur: ſi ſeriis, ſeveritatem adhibeat: ſi jocoſis leporem. Quintil. lib. 6. cap. 4. Dictorum urbanorum alia ſeria, alia jocoſa, alia media.

Verba ſeria. Tibul. lib. 3. 7. 20.

Dicta ſeria. Hor. de Arte Poet. 107.

SERIA, n. pl. [σπουδαῖα Gl. L. G.] Ovid. 5. Faſt. 341. Hor. 1. Serm. 1. 27.

— ſed amoto quæramus ſeria ludo. Virg. 7. Ecl. 17.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.

Joca ſeriaque cum eo conferre dicimur, Quocum omnia noſtra communicamus. Cic. 2. de Fin. 85. Ac quicum joca & ſeria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Eraſmus.

Laxare ſeria, Remittere. Perſ. 5. Sat. 44.

Vertere ſeria ludo. Hor. de Arte Poet. 226.

Seria ac jocos celebrare. Liv. 1. 4. Per ſeria & ludum. Curt. 9. 7. 16.

Seria, Neceſſaria, Σπουδαῖα, ἀναγκαῖα, Gloſſ. Latinogræc.

SERIO, Adv. [σπουδαίως] Sine joco. Plaut. Amph. 3. 3. 9.

An id joco dixiſti? equidem ſerio ac vero ratus. Ter. Eun. 3. 3. 22.
Miſit porro orare ut venirem ſerio. Cic. 5. Att. 15. Inde ad Taurum cogitabam, et cum Moeragene, ſignis collatis, ſi poſſem, ſervo ap-pamiu &c. Vetus exemplar ſic habet, Si poſſem, de ſervo tuo deciderem. Al. Decertarem. Plin. lib. 9. cap. 35. Ne ſerio quidem &c.

Serio rem agere. Liv. 4. 25.

SERIĔTAS, ātis. f. a Serius; Gravitas. Auſon. 2. Parent. 6.

Et gravitas comis, lætaque ſerietas. Siden. 23. 440. Riſus, ſerietas, dicacitas.

SERMO, ōnis. m. [λόγος, ὁμιλία, Gl. G. L.] Loquela, a conſertis & contextis verbis. Servius, in Virg. 4. Æn. 277. Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum vel pluriom. Et in illud Virg. 6. Æn. 160.

Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant: ſic ait, Hinc proprie dictus eſt Sermo, qui inter duos ſeritur, & inter utrumque agitur. Cic. de Senect. 28. Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus, & remiſſus.

Sermo & Colloquutio. Cic. 1. Fam. 9. Hac me mente fuiſſe, & Senatus ex me te Coſ. audivit, & tu in noſtris ſermonibus, colloquutionibusque ipſe vidiſti.

Sermo & Oratio differunt. Eſt enim Sermo, locutio qua communiter omnes utuntur: Oratio vero proprie oratorum eſt. Cic. in Orat. 64. Mollis eſt oratio philoſophorum, & umbratilis: nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil aſtutum. Itaque ſermo potius, quam oratio dicitur. Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. Hactenus Cicero. [Gloſſ. Græcolat. Λόγος, ὁ ὁμιλία, Dictum, ſermo, ratio, verbum, oratio. Λόγος ῥητορικὸς, Oratio.

Sermo de. Cic. de Aruſp. Reſp. 34. De Alexandrinis video eſſe ſermonem, quem ego non refuto. Idem in Somn. Scip. 17. Quid autem intereſt ab iis, qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te, quum ab iis nullus fuerit, qui ante nati ſunt?

Sermonem cum. Cic. in Vatin 3. Cum Albinovano ſermonem, non modo de Seſtio accuſando, ſed nulla unquam de re fuiſſe, paulo ante imprudens indicaſti.

Sermo cum litteris. Cic. 12. Att. 15. extr. Secundum te, nihil eſt mihi amicius ſolitudine. In ea mihi omnis ſermo eſt cum litteris.

In ſermone. Cic. 12. Fam. 16. Quum mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere. V. INJICIO.

Eccum tibi lupum in ſermone: h. e. De quo loquebamur, adeſt. Plaut. Stich. 4. 1. 71. Dicitur & Lupus in fabula. V. LUPUS.

Sermo, [Διάλεκτος] Lingua. Hor. 3. Carm. 8. 5.

Doctus ſermones utriuſque linguæ.

Tractare aliquid Græco ſermone vel Attico. Cic. 1. de Finib. 2.

Græcus ſermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Latialis ſermo. V. Latialis, in LATIUM.

Latinus ſermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Patrius ſermo. Lucret. lib. 1. 832.

Romanus ſermo. Quintil. lib. 2. cap. 14.

Imitatus ſermones hominis tordus. V. IMITOR.

Perhibet ſe vel nobis nolentibus Latinos ſermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Scribere contra aliquem ſcito ſermone & Attico. Cic. 1. de Nat. Deor. 93.

Affluentia ſermonis verboſa. Firmic. lib 8 cap 10.

Caput & pes ſermonis, pro Principio & Fine. Plaut. Aſin. 3. 3. 139.

Honos ſermonis. Hor. de Arte Poet. 69.

Inſolentia ſermonis. V. INSOLENS.

Littera ſermonis fida miniſtra mei. Ovid. 3. Triſt. 7. 2.

Particeps ſermonis. Cic. 3 de Orat.

Accuratus ſermo. V. Accuratus in ACCURO.

Amari ſermonis homo. Hor. 1. Serm. 7. 7.

Benignus ſermo. Hor. 1. Epiſt. 5. 11.

Blandus ſermo. V. BLANDUS.

Brevis ſermo. V. BREVIS.

Comis ſermo. Tacit. 15. Ann. 48.

Communis ſermo. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Concinnus ſermo utraque lingua. Hor. 1. Serm. 10. 23.

Credibilis ſermo. Ovid. 1. de Arte Am. 467.

Curatus ſermo. V. CURO.

Dilucidus ſermo. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Diſtinctus ſermo. Quintil. Ibid.

Doctiſſimus ſermo. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Horridus ſermo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque ignoro quoſdam eſſe, qui curam omnem compoſitionis excludant, atque illum horridum ſermonem, ut forte effluxerit, modo magis naturalem, modo etiam magis virilem eſſe contendant.

Imperitus

Imperitus ſermo. Cic. in Orat. 23.
Iniqui ſermones. V. INIQUUS.
Intentior ſermo. V. Intentus, in INTENDO.
Intimus ſermo. V. Intimus, in INTRA.
Jocoſus ſermo. Hor. 1. Serm. 10. 11.
Latus ornatuſque ſermo. Quintil. lib. 5. cap 14. Argumenta ſermone puro, & dilucido, & diſtincto, ceterum minime lato, ornatoque putant eſſe dicenda.
Longinquus ſermo. V. Longinquus, in LONGUS.
Longus ſermo. V. LONGUS.
Medius ambiguuſque ſermo. V. MEDIUS.
Pacificus ſermo. Lucan. lib. 3. 305. — duramque viri deflectere mentem
Pacifico ſermone parant, &c.
Pedeſtris ſermo, Humilis, non magniloquus. Hor. de Arte Poet. 95.
Perpetuus ſermo Lucret. lib. 4. 541.
Politi ſermonis mella. Claud. Conſ. Mall. Theod. 251.
Promptus ſermo illi. Juvenal. 3. Sat. 73.
Purus, dilucidus, & diſtinctus ſermo. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Purus & nihil ſe ſupra modum extollens ſermo. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Quotidianus & in quemcunque etiam Indoctorum cadens ſermo. Quintil. lib. 4. cap. 2. & Cic. 9. Fam. 1. Cum in ſermone quotidiano, tum in ſenatu, ſic egit &c. [Loco pr. eſt Elocutio, ut in aliis his locis.
Rectus & ſecundum naturam enuntiatus ſermo. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Triſtis ſermo. Hor. 1. Serm. 10. 11.
Truncus ſermo. Stat. 12. Theb. 479.
Vetus ſermo. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Vitioſus ſermo. Quintil. lib. 1. cap 1.
Vulgaris ſermo. Quintil. lib 12. cap. 10.
Vulgati ſermones. Quintil. lib. 3 cap. 6.
Abrumpere ſermonem. Virg. 4. Æn. 388. V. ABRUMPO.
Abſtinere ſermonem de re aliqua. V. ABSTINEO.
Abuti aliquo ſermone pro mandatis. V. ABUTOR.
Accedere ad ſermonem. Cic 2. de Orat.
Accipere ſermonem ab ipſa rerum natura. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Adjungere ad ſermonem. Cic. 12. Fam. 16.
Agere aliquid dignum ſermone. Hor. 2. Serm. 3. 4.
Arripere ſermonem. V. ARRIPIO.
Avertere ſe a ſermone. V. AVERTO.
Averſus ſermo a. Quintil. lib. 4 cap. 1. Sermonem a perſona judicis averſum, qui ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum a procemio ſubmovent.
Captare ſermonem. Ovid. 3. Met. 279. V. Capto in CAPIO.
Celebrare ſermone. Cic. pro Cluent. 35. Id multo ſermone celebratur.
Cohæret ſermo. V. COHÆREO.
Conferre ſermonem cum aliquo. Cic. 1. Off. 136. Maximeque curandum eſt, ut eos, quibuſcum ſermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. V. CONFERO.
Conficere ſermonem. V. CONFICIO.
Copulare ſermonem cum aliquo. V. COPULO.
Crebreſcit ſermo. Virg. 12. Æn. 222.
Declament medio ſermone diſerti Ovid. 2. de Arte Am. 507.
Dies deficiens ſermoni. Ovid. 5. Triſt. 13. 28.
Defugere ſermonem. Cæſ. 6. Bell. Gall. 12. Aditum ſermonemque defugiunt.
Delabi in aliquem ſermonem. Cic. 1. de Orat. 96. Inſperanti mihi, inquit, & Cottæ, ſed valde optanti utrique noſtrûm cecidit, ut in iſtum ſermonem, Craſſe, delaberemini.
Detinuit ſermone diem. Ovid. 8. Met. 683.
Devenire ſermonem in alienas manus. Cic. 1. Att. 13.
Diſperſus ſine ullo certo auctore ſermo. Quintil. lib. 5. cap. 1.
Diſſipatus ſermo. Cic. pro Flacc. 14.
Datus ſermo per civitatem, Diffuſus, diſſeminatus. Liv. 2. 2.
Dare ſermonem alicui, pro Dare cauſam obloquendi. Cic. 9. Fam. 3. Dabimus ſermonem iis, qui neſciunt, nobis, quocunque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe. Budæus.
Dare aliquem teſtem ſermoni. Ovid. 1. Amor. 8. 21.
Ducere ſermonem alicunde. Cic. in Brut. 21. Nempe igitur hinc tum Pomponii ductus eſt ſermo.
Emanat ſermo. V. EMANO.
Excitare ſermonem. Cic. 8. Fam. 10.
Exhaurire ſermonem. Cic. 1. Q frat. 1.
Exprimere ſermonem. Cic. 9. Att. 18. Meumque ſermonem expreſſum ſtatim mittam.
Exſequi ſermonem cum aliquo, Verba facere, loqui. Plaut. in Trin. 2. 2. 5.
— nolo ego cum improbis te viris,
Gnate mi, neque in via, neque in foro ullum ſermonem exſequi.
i. e. Ulla verba facere.
Facere ſermonem. V. FACIO.
Fremebant ſuperi ſermone vario. Ovid. 9. Met. 418.
Habere ſermonem. Cic. de Senect. 30. Cyrus quidem apud Xenophontem eo ſermone, quem habuit moriens.
Habere ſermonem cum. Idem de Amicit. 3. Itaque tum Scævola, cum in eam ipſam mentionem incidiſſet, expoſuit nobis ſermonem Lælii de amicitia, habitum ab illo ſecum, & cum altero genero C. Fannio, M. F. paucis diebus poſt mortem Africani.
Habere ſermonem per biduum. Quintil. in procem. lib. 1.
Habere multum ſermonem de aliquo. V. MULTUS.
Habuit primus annus de hac reprehenſione plurimum ſermonis. Cic. 1. Q frat. 2.
Incidit ſermo, &c. V. INCIDO.
Incidere in ſermonem aliquem fortuito. Cic. 1. de Orat. 111. V. INCIDO.
Inceptus ſermo. Virg. 6. Æn. 470.
Increbuit ſermo. V. INCREBRESCO.
Inferre ſermonem delicatum in, &c. V. INFERO.
Inferre ſermonem de re aliqua. V. ENARRO.
Injicere ſermonem, & injicere in ſermone. Cic. 12. Fam. 16.
Inſinuare ſe familiariter in ſermonem aliquem. V. INSINUO.
Inſtituere ſermonem cum aliquo. Cic 2. de Orat. 296.
Intercipere medium ſermonem. V. INTERCIPIO.
Interrumpere ſermonem. vide INTERRUMPO. H. St.
Intereſſe ſermoni alicui. Cic. 11. Fam. 7. pr.

Labare ſermone. V. LABO, āre.
Legere ſermonem alterius V. LEGO, ěre.
Manare ſermonem. Cic. pro Corn Balb.
Mittere ſermonem. Cic. 3. de Orat.
Moritur ſermo. V. MORIOR.
Ordiri ſermonem Cic. 1. de Orat. 98.
Oritur ſermo ab iis. V. ORIOR.
Oritur ſermo de re aliqua. Hor. 2. Serm. 6. 71.
Percrebuit omnium ſermone. V. PERCREBRESCO.
Perferre ſermonem alicujus ad aliquem. Cic. 1. Fam. 9.
Pervagatus ſermo. Cic pro Milon 29.
Probare aliquid largo ſermone. Lucret. lib. 5. 156.
Producere ſermonem. Cic. in Somn Scip. 17.
Profari medio viri ſermone. Sil. lib. 6 295.
Quærere ſermonem. Ter Eun 3. 3. 10.
— accumbere
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.
Referre ſermones aliquorum. Cic. 1. Fam. 9.
Refrigerare ſermonem. Cic. 3 Fam. 8.
Relinquere verba imperfecta ſermonis Ovid. 1. Triſt. 3. 69.
Replere ſermone populum. Virg 4 Æn. 189.
Hæc tum multiplici populos ſermone replebat.
Reprimere ſermonem. Cic 3 Fam. 8.
Requirunt ſermone amiſſos ſocios. Virg. 1. Æn. 221.
Refringere ſermonem. Cic. 13 Att. 10.
Rumpere ſermone ſilentia. Ovid. 1. Met. 208.
Sedare ſermonem. Cic. 13. Att. 10.
Serebant multa inter ſeſe vario ſermone. Virg. 6. Æn. 160.
Subire ſermonem. Cic. 11. Att. 6.
Sum. or, In ſermone omnium eſſe. Cic 10. Philipp. 14. Erat enim in deſiderio civitatis, in ore atque in ſermone omnium.
Sermo eſt omnibus. Plaut. Pſeud. 1. 5. 4.
Sermo eſt mihi apud deos. Cic. 2. de Legib 41. Tamen quoniam mihi ſermo eſt apud deos, nihil reticebo. Locus obſcurior.
Primus ei de honeſto ac bono ſermo ſit. Quintil. lib 2. cap. 2.
Multi ſermonis fuit iſta. Cic. 7. Att. 3. Sed hæc coram: nam multi ſermonis ſunt.
Multus eſt ſermo me judicium jam de cauſa publica feciſſe. Cic. 7. Att. 10.
Sermo eſt eum reginam amare, &c. Plin. lib. 35. cap. 11.
Suſcipere ſermonem. Quintil lib. 2. cap. 15.
Extendere noctem æſtivam benigno ſermone. Hor. 1. Epiſt. 5. 11.
Trahere noctem vario ſermone. Virg. 1. Æn 752.
Venire in ſermonem hominum. Cic. 6. Verr. 13. In ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret.
Verſantur aures in pervagato ſermone civitatis. Cic. pro Milon. 13. An vero Judices, vos ſoli ignoratis? vos hoſpites in hac urbe verſamini, veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis ſermone verſantur?
Vitare ſermonem. Cic. 9. Fam.
Utendumque plane ſermone, ut nummo, cui publica forma eſt. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Sermo, pro Dialogo, ut Platonis ſermo. H. St. V. Orat. Cic. 23.
Sermones pl. pro Colloquio plerumque, vel Repetito ſermone, nonnunquam Rumore. Virg 6. Æn 535.
Hac vice ſermonum, roſeis Aurora quadrigis, &c.
In ſermonibus. Plaut. Trin. 1. 2. 62 Cic 1. Att 16. Uſque eo ut noſtri iſti comiſſatores conjurationis, barbatuli juvenes, illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellent.
Compoſiti ſermones ad coarguendos qui contra diſputant, a Græcis ἐλεγκτικοὶ vocantur. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Compoſiti ad præcipiendum ſermones, qui ὑφηγητικοὶ appellantur. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sermonibus de induſtria compoſitis uti, ut Livio. Vide EXCERPO H St.
Fideles ſermones, Quibus fides haberi debet. Catul. Argon. 62. 144.
Fortuiti ſermones. Tacit. 4. Ann 68.
Multiplices variique ſermones. Cic. in Orat. 12. Solebant Academici de rebus omnibus in utramque partem diſputare: atque ideo ſermones eorum Cicero multiplices & varios appellat.
Obſcæni ſermones. Hor 2. Epiſt. 1. 127.
Otioſi ſermones Quintil lib. 1. cap 12.
Siniſtris ſermonibus aliquem carpere. i. e. Maledicis, & iniquis. Plin. 1. Epiſt 9. ad Fundanum, Nemo me apud quenquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo.
Cædere ſermones. Ter. Heaut. 2. 3. 1. Interea dum ſermones cædimus, illæ ſunt relictæ. h. e. Dum ſermones miſcemus, dum colloquimur. Putant figuram dicendi ortam eſſe a crebra inter loquentes verbi iteratione. Sunt qui Cædimus ſcribant. [Recte. V. CÆDO.
Commeant ſermones. Tacit. 4 Ann. 28.
Communicare ſermones. Cic. 2. de Invent. 144.
Confundere ſermones in unum. V CONFUNDO.
Deferre ſermones de aliquo ad aliquem. Cic 3. Fam 8.
Dictare in ſermonibus. Cic. 1. Fam 9. ad fin. Al. Dictitare rectius.
Differre ſermonibus, Divulgare Liv. 34. 49. Qui male commiſſam libertatem pop. R. ſermonibus diſtulerint.
Divulgare ſermonibus rem aliquam. V. DIVULGO.
Effugere ſermones. Cic. Cujus frater germanus ſermones iniquorum effugere potuit.
Erumpunt ſermones in nomen alicujus. Cic. 1. ad Q frat. 2. 1.
Ferre ſermonibus aliquid. Liv. 4. 5. extr.
Jacere ſermones. Tacit. 4. Ann. 68. Latiaris jacere fortuitos primum ſermones.
Jactis ſermonibus iræ intumuere. Stat. 1. Theb. 481.
Imbuere aures alicujus honeſtis ſermonibus. Tacit. 4. Hiſt. 7.
Incidere nobis varii ſermones. Catul. de Verio 10. 5.
Laceſſere ſermones. V. LACESSO.
Mittere aliquem in fabulas & ſermones. Quintil. Declam. 14. p. 302. Burm.
Moveri ſermonibus alicujus. V. MOVEO.
Obmuteſcere ſermones. Cic. Denique etiam de ſermonibus hominum, niſi obmutuerint.
Perferuntur ſermones. V. PERFERO.
Perſcribere ſermones. 1. Q frat. 2. 2.

Pervulgari ſermonibus. Cic. pro Cæl. 69. Audita, & pervulgata, & percrebrata ſermonibus res eſt. Al. Audita & percelebrata emendatius.
Refercire ſermonibus. Cic. pro Rabir. Poſt. 40.
Serere ſermones. V. SERO, ſevi.
Suſtinere. Cic. 15. Fam. 14. Abſentium hominum ſermones facilius ſuſtinebis.
Vapulare ſermonibus. Cic. 2. Att. 14.
Verberatæ aures ſermonibus. Tacit. in Vita Agric. 41.
Uſurpare ſermonibus crebris. Cic. pro M. Marcel. 5.

SERMUNCŬLUS, i. m. dimin. [λογίδιον] Cic. 13. Att. 10. Sermunculum enim omnem aut reſtrinxerit, aut ſedarit. Plin. 5. Epiſt. 8. Ut ſermunculis etiam, fabelliſque ducantur. Cic. pro Deiot. 35. Nonne intelligis, Cæſar, ex urbanis malevolorum ſermunculis, hæc ab illis eſſe collecta?

SERMŌNĀLIS, e. Adj. Tertull. in Prax. cap. 5. Non ſermonalis, ſed rationalis Deus.

SERMŌNOR, āri. Gell. lib. 17. cap. 2. Sermonari ruſticius videtur, ſed rectius: ſermocinari crebrius eſt, ſed corruptius. Hæc ille.

SERMŌCĬNOR, [ὁμιλέω Gl. L. G. & G. L.] āri. Loqui, colloqui. Plin. lib. 10. cap. 42. Super omnia humanas voces reddunt, pſittaci quidem etiam ſermocinantes. Cic. 2. de Invent. 54. Et quibus in rebus homines in conſuetudine ſcribendi aut ſermocinandi eo verbo uti ſoleant, conſiderabitur. Idem 3. Verr. 138. Reſpondit illa, ut meretrix, non inhumane: libenter ait ſe eſſe facturam, & ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam: reverti jubet.

SERMOCINANTER, Adv. Sidon. 8. Epiſt. 6. Sermocinanter horas extrahere.

SERMOCINATIO, ōnis. f. [Διάλογος Gl. G. L.] Quintil. lib. 9. cap. 2. Sermones hominum aſſimulatos dicere διαλόγους malunt, quam quod Latinorum quidam dixerunt ſermocinationem.
Sermocinatio quidem levi de re, ſed a Latinæ Linguæ ſtudio non abhorrens. Gell. 19. 8.

SERMOCINĀTRIX, īcis. f. [προσωποποιΐα] Quintil. lib. 3. cap. 4. Quam ſane permittamus dicere ſermocinatricem.

SERMYLIA, æ. f. [Σερμυλία] Civitas in Sithonia Macedoniæ. Herodot. lib. 7.

SERO, āre. V. SERA.

SĔRO, ſēvi, ſătum, [σπείρω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Seminare & plantare ſignificat. Plin. lib. 12. cap. 3. Qualiter omnia tranſitum longius, ſeri arctiſſime, transferrique meminiſſe conveniet. Cic. 1. Tuſc. 31. Serit arbores, quæ alteri ſæculo proſint. Virg. 2. Georg. 433.
Et dubitant homines ſerere, atque impendere curam.
Manu ſerere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 44. Multaque erant intra eum locum manu ſata. ¶ Ut manu facta. V. MANUS.
Denſa ſerere. Virg. 2. Georg. 275.
Fruges ſerere. Tacit. 14. Ann. 38.
Hordea campis ſerere. Virg. 1. Georg. 210.
Vitem ſerere, Plantare. Columel. lib. 3. cap. 20.
Piſces ſerere. Plin. lib. 9. cap. 17.
Serere, per tranſlationem. Liv. 21. 10. Incuſaverat, bella ex bellis ſeri, ne pace unquam frui plebs poſſet.
Bella ſermonibus ſerere. Liv. 4. 5. extr. Si hæc impediet aliquis, ſerim ſermonibus, & multiplicate fama bella. Alia exemplaria habent, Ferte.
Certamina ſerere. Liv. 27. 18. Annibal turmatim per equites, peditumque jaculatores levia certamina ſerens, caſum univerſæ pugnæ non neceſſarium ducebat.
Certamina ſerere cum aliquibus, Movere lites & diſſenſiones. Liv. 2. 1.
Colloquia cum aliquo ſerere, Colloqui. Liv. 24. 31. Quæ licentia Cretenſium eſſet rogitantes ſerendi colloquia cum hoſte, i. e. Verba faciendi. Sic cap. 32. & lib. 34.
Crimina ſerebant in Senatum, optimateſque. Liv. 24. 23. extr.
Curas Erycina ſerens in pectore. Catull. 62. 72.
Diſcordias ſerere. Liv. 3. 40.
Fabulam ſerere argumento. Liv. 7. 2. pr. Aliter 38. 56.
Lites ſerere. Plaut. Pœn. 3. 2. 10.
Mentionem alicujus rei ſerere ad vulgus ſermonibus occultis. Liv. 3. 43. pr.
Negotium ſerere. Plaut. Moſt. 5. 1. 51.
Prælium ſerere. Tacit. 5. Hiſt. 15.
Rumores varios ſerere. Virg. 12. Æn. 228.
V. SUBSERO. H. St.
Sermonem ſerere. Locutio eſt Plauto uſitata & frequens: & a ſerendo vi Sermo declinatum eſſe Varro cenſet. V. SERMO. Plaut. Caſ. Quæ hujus ſimiles ſermones ſerunt. Idem Curc. 1. 3. 37.
Quod quidem mihi pollutus virgis ſervos ſermonem ſerat? Turneb. conf. in Aulul. 4. 5. 7. Sciopp. & SERO, ui.
Sermonibus occultis ſerere aliquid. Liv. 7. 39. conf. Mentionem, paulo ante.
Vulnera ſerere. Lucret. lib. 5. 1289.
Seritur, Imperſ. Plaut. Epid. 2. 2. 80.
Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: niſi ea quæ vis, nolo. Adag. V. METO, ĕre.

SERENDUS, a, um. Partic. [φυτευτέος] ut, Arva ferenda. Tibul. lib. 2. 3. 8.

SĂTUS, a, um. aliud Partic. [σπαρεὶς Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 12. cap. 1. Satæ platani regeneravere vitium.
Frumenta ſata. Virg. 3. Georg. 176.
Meſſes ſatæ. Virg. 8. Ecl. 99.
Satos, Genitus. Virg. 2. Æn. 540.
At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles.
Satus Anchiſa. Virg. 7. Æn. 152.
Genitore Lucifero ſatus. Ovid. 11. Met. 271.
Satus & creatus. Cic. 1. Tuſc. 118. Non enim temere nec fortuito ſati & creati ſumus.
Animi ſati & quaſi ſparſi. Cic. de Univerſ. 35.
Ætas aurea ſata eſt prima. Ovid. 1. Met. 89.

SATA, ōrum. n. pl. [σπέρματα, Gl. L. G.] pro Segetibus. Virg. 1. Georg. 113.
Quique ſatis largum cælo demittitis imbrem. Quintil. lib. 8. in procem. Et velut læto gramine, ſata ſtrangulant.
Dare ſtragem ſatis, & ruinas arboribus. Virg. 12. Æn. 454.
Sternit torrens ſata læta. Virg. 2. Æn. 306.
Tollent animos ſata. Virg. 2. Georg. 350.
Urere ſata. Virg. 4. Georg. 331.

SATIO, ōnis. f. [σπορὰ, σπορητὸς, Gl. L. G. σπόρος G. L.] Serendi actus, quod & Satos. Cic. de Univerſ. 35. Poſt autem eam ſationem, diis, ut ita dicam, junioribus permiſit, ut corpora mortalia effingerent. Cic. 5. Verr. 44. Nā, ſi tempus ſationis præteriiſſet, granum in provincia Sicilia nullum haberemus.
Specimen ſationis. Lucret. lib. 5. 1360.
Optima vinetis ſatio eſt, quum, &c. Virg. 2. Georg. 319.
Perpetua atque æquabilis ſatio. Cic. 5. Verr. 112. V. PERPETUUS.
Jugera ſationum ſuarum profiteri. Cic. 5. Verr. 38.

SATUS, ûs. m. [σπορὰ] Plin. lib. 17. cap. 17. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt. i. e. Plantatione. Cic. de Senect. 52. Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem?
Conceptus, & ſatus animalium. Cic. 1. de Divin. 93. Ob eandem cauſam multa inuſitata partim a cælo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum pecudumve conceptu & ſatu.
Genitalis ſatus. Lucret. lib. 4. 1227.
Cæli ſatus, & terræ conceptus. Cic. de Univerſ. 35. Oceanum, Salaciamque cæli ſatu, terræque conceptu generatos, editoſque memoremus.
Humanus ſatus. Cic. 2. de Divin. 93. Herbam autem aſperam, credo avium congeſtu, non humano ſatu.
Hercules Jovis ſatu editus. Cic. 1. Off. 118.
A primo ſatu. Cic. 5. de Finib. 65.
Satus accipere. Cic. 2. Tuſc. 13. Cultura autem animi Philoſophia eſt, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos.
Primus ſatus. Cic. 5. de Finib. 65. Et ipſa caritas generis humani, quæ nata a primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur.
Vitalis ſatus. Plin. lib. 13. cap. 4.

SATOR, ōris. m. [σπορεὺς Gl. L. G. & G. L.] Qui ſerit, aut plantat. Varr. 1. de R. R. cap. 45. Idque ita eſſe docent ſilveſtria, ad quæ ſator non acceſſit. Columel. lib. 3. cap. 15. Satoris officium eſt primum, &c.
Sator cæleſtium, Creator, genitor. Cic. 2. Tuſc. 21.
Videte cuncti (dii,) tuque cæleſtum ſator,
Jace, obſecro, in me vim coruſcam fulminis.
Sator mundi, Janus. Martial. lib. 10. 28.
Omnium rerum ſator & ſeminator mundus. Cic. 2. de Nat. Deor. 86.
Hominum ſator atque deorum. Virg. 1. Æn. 258.
Divum ſator, Juppiter. Propert. lib. 4. 2. 55.
Sator litis, per tranſlationem, Qui litem diſſeminat & creat, vel litis cauſa eſt. Liv. 21. 6.

SATŌRIUS, a, um. Adj. [σπορευτικός] Quod ad ſatorem pertinet: ut, Trimodiæ ſatoriæ. Columel. 2. 9.

SATĪVUS, a, um. [σπόριμος Gl. L. G.] aliud Adj. Quod ſeritur: ſive plantetur & excolitur: cui contrarium eſt Agreſtis. Plin. lib. 15. cap. 7. Eadem ratio & in ſativa myrto.
Sativum tempus, Sationi aptum. Plin. lib. 19. cap. 8.

SEMEN, ĭnis. n. [σπέρμα, σπόρος Gl. L. G.] a Sero, ſeris, quaſi Serimen, ut vult Voſſ. notæ ſignificationis. Columel. lib. 2. cap. 7. Et cetera pecora mala paſcunt, nec induſtriæ tetiam vertunt, longeque plus imputant ſemini jacto, quam quod ſeverint.
Semina, Fruges. Plin. Paneg. cap. 30. pr. Ægyptus alendis, augendiſque ſeminibus ita gloriata eſt.
Pinguia ſemina. Hor. Epod. 16. 55.
Abire in ſemen. Plin. lib. 21. cap. 11. conf. Exire.
Committere ſemina ſulcis. Virg. 2. Georg. 203.
Differere ſemina in areas. Columel. lib. 11. cap. 3. 31. Al. Differre.
Data ſemina rudi humo. Ovid. 5. Met. 646.
Eruere raſtro ſemina. Ovid. 15. Met. 112.
Exire in ſemen. Plin. lib. 19. cap. 6. conf. Abire.
Jactare ſemen. V. JACIO.
Ingerere ſemen ſolo. V. INGERO.
Mandare ſemina terræ. V. MANDO, āre.
Mittere rude ſemen in ignotam humum. Ovid. 3. Triſt. 8. 2.
Mollit humus ſemina valido prætincta veneno. Ovid. 7. Met. 123. De dentibus ſerpentis, quos Cadmus ſeminaverat.
Perceptum ſemen. Ovid. 11. Met. 144.
Permiſtu ſemine conſtant omnia. Lucret. lib. 2. 585.
Reddere ſemen. Plin. lib. 16. cap. 26.
Spargere ſemina per arva. Ovid. 12. Epiſt. 45.
Spargere ſemina fruſtra. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Turgeſcere ſemen in agris prima Ceres docuit. Ovid. 3. Amor. 10.
Verſata Cerealia ſemina terra. Ovid. Rem. Amor. 173.
Vitiata ſemine. Ovid. 5. Met. 480.
Semina, dicuntur etiam de virgultis & ſurculis. Virg. 2. Georg. 354.
Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram
Sæpius. Ibid. 2. 14.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine: ut altæ
Caſtaneæ. Columel. lib. de arboribus cap. 2. extr. Si compluribus vindemiis eundem tenorem ſervaverint, ejuſmodi vitibus lecta ſemina multum bonumque vinum præbebunt. Ibid. cap. 1. Semina appellas ſurculos depactos, qui quum radices egerunt, in vineam transferuntur. Idem lib. 5. cap. 10. Arbores & ſemina cum radicibus Autumno ſerito. V. Non. 6. 53.
Oleagineum ſemen. V. Oleagineus in OLEA.
Ordinaria ſemina. V. Ordinarius in ORDO.
Deponere ſemina. Columel. lib. de Arboribus cap. 20. Quum ſemina depones, dextra ſiniſtraque uſque in imum ſcrobem faſciculos ſarmentorum brachii humani craſſitudine demittito.
Semina, pro Surculis qui inſeruntur arbori, *des Greffes*. Columel lib. 5. cap. penult. Surculos ſic inſerito, ut ſemipede, nec amplius de arbore exſtent: ſupra deinde muſcum imponito, & ita ligato, ne pluvia dilabatur. Quoſdam tamen magis delectat in trunco arboris locum ſeminibus ſerra facere, inſectaſque partes tenui ſcalpello levare, atque ita ſurculos aptare. Paulo poſt, Surculos utraque parte demſos demittito, ſic ut librum ſeminis libro arboris æqualem facias.
Semen, Cujuſvis rei prima origo, & principium, ut
Semina ab ætherio equi. Virg. 7. Æn. 281.
Concepta ſemina arietis. Ovid. 4. Faſt. 771.
Cæleſti ſumus omnes ſemine nati. Lucret. lib. 2. 990.
Diſſona partu ſemina. Claud. 2. in Eutrop. 42.

Divinum

Divinum ſemen. Ovid. 1. Met. 78.
Flammæ abſtruſa ſemina in venis ſilicis. Virg. 6. Æn. 6.
Semina limus habet virides generantia ranas. Ovid. 15. Met. 375.
Semen, per tranſlationem, ſignificat Auctorem alicujus rei, & eum a quo quid ortum eſt. Cic. 2. Philipp. 55 Ut igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.
Semen urbanitatis. Cic. 7. Att. 2. Vereor igitur, quæſo, ne tamen ſemen urbanitatis una cum Rep. intereat. Idem 5. de Fin. 18. Quorum ſimilia ſunt prima in animis, quaſi virtutum igniculi & ſemina.
Nequitiæ ſemina languidiora. Ovid. 3. Amor. 4. 10.
Probationum ſemina ſpargere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Semen alicujus, pro Genere. Sueton. in Calig. cap. 25. Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quam feritatis.
Generoſo ſemine implere uterum. Ovid. 9. Met. 280. al. Germine.
Impia ſemina ferre utero. Ovid. 10. Met. 470.
Inclyta ſemina trahere. Sil. lib. 13. 30.

— inclyta namque
Semina ab OEnei ductoris ſtirpe trahebat.

Mortale ſemen. Ovid. 3. Met. 105.
Virile ſemen. [γονή] Lucret. lib. 4. 1202.
Veterino ſemine partum genus. Lucret. lib. 5. 863.
Semen etiam apud Latinos eſt Genus quoddam frumenti, quod a Græcis Zea dicitur. Plin. 18. 8. pr.

Sēminium, i. n. Aliud Semen, aliud Seminium quibusdam eſſe videtur, niſi forte bis idem, Æſchyli more & Homeri, locutum Lucretium opinamur, quum dicit, lib. 3. 764.

Si non certa ſuo cum ſemine ſeminioque
Vis animi pariter creſcit cum corpore quoque.

Quod ſane non cenſent, ſatiuſque putant iſta diſtingui, quæ origine & propinquitate unionis videntur cohærere & eadem eſſe. Eſſe igitur Semen credunt illam Materiam genitalem, unde animalia oriuntur, plantæque, reſque inanimæ, ſi quis Elementa earum Semina vocare velit: at Seminium, Sobolem eſſe dicunt ipſam & fetum. Id adeo ex eo ſciri poſſe exiſtimant, quod Seminium leonum Lucretius dicit, leonum Sobolem & genus indicans, 3. 742.

Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur.

Seminium tamen apud Plautum Semen eſt, Mil. 4. 2. 68.

Dixi hoc tibi dudum, & nunc dico, niſi huic verri affertur merces,
Non, hic ſuo ſeminio quamque porculenam impartiturus eſt.

Quanquam & pro Prole intelligi poſſet. Et apud Lucretium, 3. 746.

Hæc aliquo ſine ſeminio gravitare coorta eſt.

Atque vocabulum videtur ruſticum fuiſſe, ut e Varrone de R.R. 2. 6. apparet, & Lucretius duobus verbis idem elocutus eſt, quum Semen & Seminium poſuit. Hæc Turnebus.
Seminium, Seminis lucrum. Plaut. Rud. Venundatur merces non hoc ſuo ſeminio. [Error videtur. Porro, ſic Femen & Femininum dicebant.

Sēminālis, e. Adj. [σπερματικός] Quod ad ſementem faciendam pertinet. Columel. lib. 11. cap. 2. Viciæ pabularis modios ſeptem vel octo, viciæ ſeminalis modios quinque vel ſex. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. ult.

Sēmĭnārium, i. n. [φυτώριον. φυτεῖον Gl. L. G.] Locus ſubactus, in quo ſemina aut vitium aut arborum panguntur: ut quum ad certam quantitatem excreverint, in vinetum vel arbuſtum vel pomarium transferantur. Columel. lib de Arboribus, cap. 1. Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit: ſic enim ſciet cujus generis vitem poſiturus ſit. Idem lib. 5. cap. 6 Operam dabit, ne emortuis arboribus rareſcat, ac primam quamque ſenio aut tempeſtate afflictam ſummoveat, & invicem novellam ſobolem ſubſtituat. Id autem facile conſequi poterit, ſi ulmorum ſeminarium paratum habuerit. Varro 3. de R. R. cap. 16. Quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida: ea conſpergunt omnia ſeminaria conſitum apium cauſa. Idem lib. 1. cap. 29. In primo intervallo inter Favonium & Æquinoctium vernum hæc fieri oportet, Seminaria omne genus ut ſerantur, putari in primis, circum vites ablaqueari, &c. Cato R. R. cap. 46. Seminarium ad hunc modum facito: Locum, quam optimum & apertiſſimum & ſtercoroſiſſimum poteris, & quam ſimillimum genus terræ ei, ubi ſemina poſiturus eris, & uti ne nimis longe ſemina ex ſeminario ferantur, eum locum bipalio vortito, delapidato, circumque ſæpito bene, & in ordine ſerito, in ſeſquipedem quoquo verſum taleam demittito, opprimitoque pede: ſi parum deprimere poteris, malleo aut matcola adigito: digitum ſupra terram facito ſemina emineant: fimoque bubulo ſummam taleam oblinito, ſignumque apud taleam apponito, crebroque ſarrito. Si voles cito ſemina creſcant, ad eundem modum alia ſemina ſerito.
Seminarium, per tranſlationem, in bonum & malum, pro Origine, & eo, unde alterutrum dependet. In malum. Cic. 2. in Catil. 23. Qui niſi cavent, niſi pereunt, etiamſi Catilina perierit, ſcitote hoc in Repub. ſeminarium Catilinarium futurum. [Rectius Catilinarum.
Fons & ſeminarium triumphorum, In bonum. Cic. in Piſon. 67. Ex illo fonte & ſeminario triumphorum, quum arida folia laureæ retuliſſes, quum ea abjecta ad portam reliquiſti, tum tu ipſe de te ſententiam tuliſſe videris, tum judicium pronuntiaviſti.
Principium orbis, & ſeminarium Reipub. Cic. 1. Off. 54. Id autem eſt principium urbis & quaſi ſeminarium Reip.
Bellatricem illam viris armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem. Flor. 2. 6. 38.

Sēmĭnōsus, a, um. Adj. ut, Cucurbitæ ſeminoſæ, ſeminibus abundantes. Auctor Carm. 51. Iambici, cujus inter Priap. initium eſt, Quid hoc negotii eſt? v. 17.

Nec ſeminoſas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocimumve, cucumereſve humi fuſos
Venire credo, ſeſſileſve lactucas.

Sēmĭno, [σπείρω, φυτεύω] āre. Semen in terram projicere. Columel. lib. 2. cap. 9. Seminari debet hordeum poſt Æquinoctium. Seminatur autem hordeum, & ſeminatur ager, ſicut aſpergitur humor, & aſpergitur humore veſtis. Idem lib. 2. cap. 4. Neque in limo, ſed ſub ſulco talis ager ſeminandus eſt. Et lib. 2. cap. 8. Ne ſeminarentur agri, niſi cum terra pluviis maduiſſet. Virg. 6. Æn. 206.

Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos.

Seminare marem, quod Generare dicimus. Columel. lib. 6. cap. 24. De tauris.

Seminatus puer. Plaut. Amph. 1. 2. 19.

Alter decumo poſt menſe naſcetur puer,
Quam ſeminatus, alter menſe ſeptimo.

Sēmĭnātio, ōnis. f. [σπορά] Varro 2. de R. R. cap. 6. Ad ſeminationem onagrus idoneus, quod e fero fit manſuetus facile, & e manſueto ferus nunquam. adde Tertull. adv. Marc. 5. 10.

Sēmĭnātor, ōris. m. [σπορεύς] Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator & altor eſt mundus, omniaque ſicut membra & partes ſuas nutricatur & continet.
Seminator omnium malorum verſus: apud Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 66.
Seminator verborum. [σπερμολόγος] Interp. vulg. Actor. 17. 18.

Sēmentis, is. f. [σπόρος Gl. L. G. & G. L.] ipſa Satio, ſeu Seminatio, ſed percipue frugum & leguminum. Plin lib. 18. cap. 24 Sunt qui properent, atque ita pronuntient, feſtinatam ſementem ſæpe decipere, ſerotinam ſemper. Ovid. 1. Faſt. 679.

Vos date perpetuos teneris ſementibus auctus.

Magnas ſementis. Columel. lib. 11. 2. 54 Quibus magna ſementis præparatur. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 3. Sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti ſuppeteret
Sementis, Seminandi tempus. Columel. lib 2. cap. 9. Prima ſementis rarius ſerere permittit: noviſſima ſpiſſius poſtulat. i.e. Primum tempus ſationis.
Sementis, pro Segete. Gell. lib. 2. cap. 29. In ſementes forte conſederat tempeſtiviores.
Sementis, Semen ipſum jam terræ mandatum. Columel lib 2. cap. 8. Nam quod ſicco loco ingeſtum, & inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur: at ubi venit imber, multorum dierum ſementis uno die ſurgit.
Proſcriptionis facere ſementem, Translate. Cic. 9. Att. 7. In agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis, Senatores multos eſſe Romæ, nos quoque audieramus. De Cæſare intelligit.
Malorum facere ſementim. Cic. 3. de Nat. Deor. 75. Hanc igitur tantam e diis immortalibus arbitramur malorum ſementim eſſe factam.
Sementim, in Accuſativo apud antiquos. Columel. lib. 2. cap. 10. Cato de R. R. ſæpe ut cap. 28. Sementim facito ita.
Sementi, in Ablativo. Columel. lib. 2. cap. 9. Media fere ſementi, &c. Sic ibidem, cap. 10. & cap. 11. Peracta ſementi.

Sēmenta, æ, f. Si fides Gloſſ. Græcolat. in Σπόρος.

Sēmentĭcus, a, um. Adj. [σπόριμος] Quod ſeminari poteſt. Plin. lib. 18. cap. 7. Sementica autem, triticum, hordeum, fabam, napum, rapam appellant. Al. Sementiva.

Sēmentīnus, a, um. [σπορικός] Adj. ut, Sementina pira; vel a ſeminum multitudine, vel quod uſque ad ſementis tempus durent, dicta. Cato R. R. cap. 7. Pira volema, aniciana & ſementina.
Dies ſementina, Feſtum fuit antiquis celebratum, poſtquam terræ mandaſſent ſemina agricolæ. Ovid. 1. Faſt. 658.

Ter quater evolvi ſignantes tempora faſtos
Nec ſementina eſt ulla reperta dies.

Al. Sementiva.
Sementinæ feriæ, fuerant inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſint. Paulus. conf. dict. ſeq.

Sēmentīvus, a, um. Adj. Quod ſeminatur. ut, Sementiva frumenta, Sementivum triticum, hordeum, faba, napus, rapa. Plin. lib. 18. cap. 7.
Sementivæ feriæ. Varro de R. R. lib. 1. cap. 2. In ipſo ſtatim initio, Sementivis feriis in ædem Telluris veneram. Paulo poſt, Num feriæ ſementivæ otioſos vos huc adduxerunt? Sic enim habent plerique codices, non Sementinæ, nec Sementinis.

Sēmentium, i. n. σπέρμα. Gloſſ. Græcolat. [Niſi Sementivum ſcribendum.

Sēmentĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. Virg. in Ciri, 477. Sementifera Seriphos. Al. Serpentifera. Sic legit Taubm. cum Scalig.

Sēmento, [σπερματίζω] āre. Semen producere. Plin. lib. 18. cap. 28. Eſt enim in primis inutile naſci herbam ſementaturam.

Sēmentātio, ōnis. f. Tertull. de Spectac. cap. 18.

Sēmentesco, ĕre. Semen producere. Venir a graine, Grainer. Utitur ſemel & iterum Ruellius lib. 2. cap. 82.

Sĕro, ſerui, ſertum, [πλέκω] ĕre. Admovere. Unde Aſſerere manum, veteres dicebant Comprehendere, quum eam reprehendebant in libertatem.
Serere, Texere, ordinare: quoniam ea, quæ ordinantur, annectuntur invicem atque cohærent. conf. in SERVIA.
Serere ſermonem. i. e. Connectere. [Quod alii tamen, rectius opinor, a Sero, ſevi arceſſunt. Nam & Spargere ſermones dicitur ſimili metaphora, & Græcis tritum σπείρειν λόγους, unde & compoſita vox σπερμολόγος.

Sertus, a, um. Partic. [πλεκτός] Idem quod Contextus, compoſitus. ut, Sertæ coronæ. Lucan. lib. 10. 164.

Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

Sertum, i. n. & Serta, æ. f. [στέφανος, σῖμαξ. Gl. L. G. & G. L.] Serta dicuntur Coronæ; a Sertis, id eſt, digeſtis invicem floribus frondibuſque ex quibus fieri coronæ ſolebant. Cariſius lib. 1. Serta neutro genere dicuntur, ut Virg. 6. Ecl. 16.

Serta procul tantum capiti delapſa jacebant.

Sed Propert. 2. 24. 37. feminine extulit,

Quum tua præpendent demiſſæ in pocula ſertæ.

Et Corn. Severus,

Huc ades Aonia crinem circundata ſerta.

Hæc Cariſius. Propertii locus in quibusdam codd. aliter legitur, ſed ita docti certatim reſtituerunt. V. Brœkh. not. Plaut. Aſin. 4. 1. 58.

Tum ſi coronas, ſerta, unguenta juſſerit
Ancillam ferre Veneri.

Incendes odores, & ſertis redimiri jubebis, & roſa. Cic 3. Tuſc. 43.
Delapſa capiti ſerta. Virg. 6. Ecl. 16.
Flaventia ſerta. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 126.
Florida. Tibul. lib. 1. 1. 12.
Genialia. Ovid. 13. Met. 929.
Recentia. Virg. 1. Æn. 421.
Spicea. Ovid. 3. Amor. 9. 36.
Stellantia ſerta. Claud de Nupt. Honor. & Mar. 274.
Textilibus ſertis omne rubebat iter. Martial. lib. 6. 80.

Variis ſertis florentia limina. Virg. 4. Æn. 202.
Gerit myrtea ſerta. Tibul. lib. 2. 3. 66.
Innectunt odoratis tempora ſertis. Ovid. 5. Triſt. 3. 3.
Intendere locum ſertis. V. INTENDO.
Legere ſerta. Virg. 10. Ecl. 41.
Ponere laurea ſerta in coma. Ovid. 2. Triſt. 172.
Texere ſerta. Sen. Med. 10.
Vinctos Hymen tempora ſertis. Ovid. 6. Epiſt. 44.

SERTOS, ab eodem verbo, V. in ſuo loco.

SERTO, āre. [στεφανόω] Gloſſ. Latinogræc. Sertat, στεφανοῖ.

SERO, adv. SEROTINUS. V. SERUS.

SEROPTA, SEREPTĀNUS, V. SAREPTA.

SERPENS, SERPERASTRUM, V. SERPO.

SERPO, pſi, ptum, [ἕρπω, ἑρπύζω Gl. G. L.] ĕre. Repere, paulatim decurrere & progredi. Plin. lib. 9. cap. 13. Pinnis quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. Et propria Reptilibus animalibus tribuitur. Cic. 5. de Finib. 42. Serpere anguiculos.
Vipera ſerpit humo. Ovid. 3. de Pont. 3. 102.
Serpit draco ſubter ſupraque revolvens ſeſe. Cic. 2. de Nat. Deor. 106.
Per humum ſerpere. Ovid. 15. Met. 689.
Serpere per humum dicitur herba. Plin. lib. 21. cap. 16.
Humi ſerpere, Oratione humili uti. Hor. de Arte Poet. 28.
Hedera ſerpit. Virg. 8. Ecl. 13.
Serpere, Manare, Propagari, Latius extendi, tranſlate.
Ardor. Cic. 2. Tuſc. 21. Nunc ſerpit ardor. i. e. Creſcit.
Contagium ſerpit. Virg. 3. Georg. 469.
Dira per incautum ſerpunt contagia vulgus.
Cura altius ſerpit. Plin. lib. 14. cap. 11. i. e. Augetur.
Flamma. Liv. 30. 6. Ignibuſque in proxima tecta conjectis, effuſa flamma primo velati ſparſa pluribus locis reluxit; dein per continua ſerpens, uno repente omnia incendio hauſit.
Flammæ tacitæ ſerpunt in viſcera. Ovid. Rem. Amor. 105.
Lues. Martial. lib. 1. 79.
Indignas premeret peſtis quum tabida fauces,
Inque ipſos voltus ſerperet atra lues.
Ulcera ſerpentia, Græci herpetas vocant. Plin. lib. 34. cap. 15.
Serpentia ulcera oris, quæ ἄφθας Græci nominant. Celſ. lib. 2. cap. 1.
Ulcus ſerpit alte atque late. Celſ. lib. 6. cap. 18.
Ad alios etiam hæc res ſerpit, i. e. Spectat. Ulp. in l. Si quis pecuniam. §. Quanquam. D. Si quis omiſſa cauſa.
Serpere in immenſum. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Ergo hoc aut in immenſum ſerpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio ſuperſtitionis probabitur. conf. 51.
Serpit enim neſcio quo modo per omnium vitam amicitia. Cic. de Amicit. 88.
Argumentum. Cic. 1. de Nat. Deor. 98. Etenim ſi ſemel, Velleji, ſuſcipimus genus hoc argumenti, attende quo ſerpat.
Conſuetudo. Cic. 1. Verr. 68. Putant fore uti ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit, &c.
Res etiam Serpere dicitur, per tranſlationem, Quando paulatim provehitur ſive procedit. Cic. de Amicit. 41. Serpit enim deinde res, quæ proclivius ad perniciem, quum ſemel cœpit, labitur.
Injuria. Cic. 4. Verr. 53. Quam facile ſerpat injuria, & conſuetudo peccandi quam non facile reprimatur, videte Judices.
Lacrimæ ſerpant per vulnera, Augetur luctus. Stat. 11. Theb. 608.
Malum. Cic. 5. Verr. 53. Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ ſtatuere ſibi non poſſit. Idem 4. in Catil. 6. Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manavit non ſolum per Italiam, verum etiam tranſcendit Alpes, & obſcure ſerpens multas jam provincias occupavit.
Murmur ſerpit per agmina. Virg. 12. Æn. 239.
Rumor. Cic. pro Muren. 45. Jacet, diffidit, abjecit haſtas: ſerpit hic rumor.
Simulatio. Cic. 14. Att. 16. Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſiderii, adhuc quæ ſerpebat in dies, & inveterata verebar ne periculoſe noſtris tyrannoctonis eſſet.
Serpere rem latius, vel longius. Liv. 28. 15. extr. Cic. 1. Att. 10.

SERPENS, entis. Partic. [ἕρπων] Quod longius ac latius ſerpit & divagatur. Cic. de Senect. 5. Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſilveſcat ſarmentis. De vite.
Sæcla ſerpentia ferarum. Lucret. lib. 6. 766.

SERPENS, entis. c. ſubſt. [ἑρπετόν Gl. L. G. & G. L.] Generale nomen eſt ad omnia, quæ humi repunt, citra uſum pedum. Plin. lib. 8. cap. 14. Nota eſt, in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo imperatore, baliſtis tormentiſque, ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens CXX pedum longitudinis. Idem lib. 8. cap. 23. Nec pedibus pavendas tantum ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento.
Lapſus ſerpentum. V. LAPSUS, ūs.
Oculi ſerpentium ignei. Sen. Herc. fur. 4. 3.
Pares ſerpentum ſpiræ. Virg. 12. Æn. 848.
Immani corpore ſerpens. Lucret. lib. 5. 34.
Ille malum virus ſerpentibus addit. Virg. 1. Georg. 129.
Attollens minas ſerpens. V. ATTOLLO.
Cæruleus ſerpens. Ovid. 3. Met. 38.
Dira. Ovid. 2. Met. 651.
Letiferi ſerpentes. Lucan. lib. 9. 384.
Lubrica. Lucret. lib. 4. 58.
Minax vibrante lingua. Lucret. lib. 3. 658.
Pigra. Ovid. 2. Amor. 13. 13.
Tumens. Claud. 6. Paneg.
Maltbius herba, quam quum ſerpentes comederent, ſenium deponerent ætatis. Lactant. in lib. 4. Thebaid. H. St.
Serpentes, pro Pediculis. Plin. lib. 7. cap. 51. Morborum vero tam infinita eſt multitudo, ut Pherecydes Syrius copia ſerpentium ex corpore ejus erumpente exſpiraverit. Diog. Laert. lib. 1. in Pherecyde. Alii a pediculis conſumptum, obiiſſe diem tradunt. Idem tradit Ælianus Var. Hiſt. 5. 2. Serenus cap. 5. Proinde Cornarius in 7 cap. lib. 1. Galeni de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos, recte ſic exponit verba Plinii: Neque aliud ſerpentium genus accipio, quam pediculorum. Solent enim Græci ἑρπετὰ ſimpliciter, & ἑρπετὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, pediculos appellare, quos Plinius eorum imitatione, ſerpentium voce expreſſit. [Cic. 3. de Offic. 54. Serpentes ſunt Cimices.

SERPENTINUS, a, um. Adj. Juſtin. 32. 4. 6. Omne ſerpentinum genus. al. Serpentium.

SERPENTARIA, æ. f. herba, quæ vocatur & Viperina. Apul. de Herb. cap. 5. V. Botanicos.

SERPENTIFER, ĕra, ĕrum. Adj. Virg. in Ciri, 477. Seriphus ſerpentifera. Sic enim legendum eſt cum Scaligero; non ut quidem, Sementifera.

SERPENTIGĔNA, æ, c. [ὀφιογενής] Ex ſerpentibus natus. Ovid. 7. Met. 212.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis.

SERPENTIGER, ĕra, ĕrum. Adj. [ὀφιοῦχος] Ovid. 4. Triſt. 7. 17.
Sphyngaque, & Harpyias ſerpentigeroſque Gigantes. al. Serpentipedes.

SERPENTIPES, V. SERPENTIGER.

SERPĔRASTRON, i. n. Inſtrumentum, quod geniculis puerorum ambulare diſcentium alligabatur, ne vari fierent, aut compernes. Varr. lib. 8. de L. L. 5. Non ſequitur ut ſtulte faciant, qui pueris in geniculis alligent ſerperaſtra, ut eorum depravata corrigant crura, &c.
Serperaſtri tranſlate. Cic. 7. Att. 3. De ſerperaſtris cohortis meæ nihil eſt quod doleas. Ipſi enim ſe collegerunt admiratione integritatis meæ. Serperaſtros interpretatur Turneb. Adverſ. 21. 7. Homines avariſſimos & ſordidiſſimos, quales erant Prætorum & Proconſulum comites, velut omnia radentes, aſſimiles raſtris per humum ſerpentibus, & radentibus: jocoſeque ſic appellavit, ad illa interim alludens ſerperaſtra, quæ geniculis infantium adminicola, juvandi greſſus cauſa, alligata adhibebantur, ne compernes fierent. Paul. Manut. explicat, Homines qui nihil ſublime cogitent, ſed humi ſerpant, pecuniæ, qua nihil ſordidius, addicti. Suſpicatur tamen legi poſſe Cerberaſtris, quaſi Cerberi imitatoribus, famelicis videlicet hominibus, & ad pecuniam, tanquam Cerberus offam latrantibus. Boſ. Sirpiraſtris, quaſi a Sirpando, h. e. Ligando. [Quod minus probo. Peſſime, qui maſculinum faciunt, quaſi a Serperaſter. Serperaſtra ſunt, quibus pueri Serpere, i. e. Repere, ſenſimque ambulare diſcebant. Sic vero Cohortem ſuam Tullius vocat, quod ejus adminiculo in provinciæ adminiſtratione non minus indigeret quam pueri ſerperaſtris ad repandum, prohibendumque, ne variæ fiant.

SERPIGO, inis. f. Mantuanus,
— longa ſerpigine tandem
Munda cutis nitet.

SERPICŬLA, æ. f. Propert. 4. 2. 40.
Serpiculis medio pulvere ferre roſam. Sed rectius legitur Sirpiculis. q. f. l. V.

SERPULA, a verbo Serpo; Serpens a Feſto dicitur. Meſſala, Serpula ſerpſerit, ſerpens irrepſerit. Paul.

SERPYLLUM, i. n. vel SERPYLLUS, i. m. [ἕρπυλλος, ὁ ἕρπυλλος, ἄγριον θύμον, ἀγριοσπάσμα Gl. L. G.] Herba parvarum foliorum. Plin. lib. 20. cap. 22. Serpyllum a ſerpendo putant dictum. Quod in ſilveſtri evenit, in petris maxime. Sativum non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius voluntarium, & candidioribus foliis, & ramis adverſus ſerpentes efficax, maxime cenchrin. Varro 1. de R. R. cap. 35. A Favonio uſque ad Arcturi exortum recte ſerpyllum. Virg. 2. Ecl. 11.
Allia, ſerpyllumque, herbas contundit olentes.
Olentia ſerpylla. Virg. 4. Georg. 31. Quidam per i Latinum Serpillum ſcribi malunt, in Gloſſ. exſtat per u, Serpullum.

SERRA, æ. f. [πρίων Gl. L. G. & G. L.] Inſtrumentum dentatum, quo ligna potiſſimum ſecantur. Columel. lib. 5. cap. 6. Uno ictu arborem præcidi: ſi minus, ſerra deſecari. Martial. 14. Epigr. 143.
Et pinguea tunicas ſerra ſecare poteſt. Columel. de Arborib. cap. 9. Vitem ſerra præcidito, & plagam lævato: taleas recidito.
Uſum ſerræ repperit Perdix. Ovid. 8. Met. 246.
Serra, Inſtrumentum ligneum, quo trahentibus bobus homines torquebantur.
Serra, Genus aciei militaris. Veget. de Re mil. 3. 19. extr. Item, inquit, ſerra dicitur, quæ ab ſtrenuis directa, ante frontem opponitur hoſtibus, ut turbata acies reparetur.
Serra præliari dicitur, cum aſſidue acceditur, recediturque, neque ullo conſiſtitur tempore. Cato de Re Milit. Sive forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra, uti adoriare. Feſtus.
Serram ducere cum aliquo. Varr. 3. de R. R. 6. pr. De pavone, inquit, libere licet dicas, quia diſceſſit Fircellius, qui, ſecus ſi quid diceres de iis, gentilitatis cauſa, fortaſſe an tecum duceret ſerram. Quidam locum explicant de Serra militari, Feſti & Vegetii auctoritate freti. Nam Serra pugnari dicitur, cum ſubinde acceditur ad hoſtem & receditur. Vetus hanc expoſitionem ingenioſiorem, quam veriorem Turnebus credit, exiſtimatque Varronem dicere, Fircellium Pavonem, propter nomen commune & gentilitatem, quæ ei cum pavonibus intercedebat, ſi quis de eis ſecus, id eſt male loqueretur, ſtreperum & odioſum putaturum fuiſſe, neque libentius hominem eum auditurum, quam ſtridentem & obſtrepentem ſerram, cujus argutiis auribus moleſta eſt. Hæc ille Adverſ. 8. 7. Ante Scalig. legebatur, Fortaſſe ante eum. Sed hæc lectio, codd. meliorum. Eſt autem Serram ducere cum aliquo, Altercari. [Sunt qui Sertam legunt, & de conjuncta opera in eadem re exponunt. Cui ſententiæ repugnare videtur, quod præcedit, Qui, ſecus ſi quid diceres de iis. Quæ altercationem mihi poſtulant.
Serra, Genus piſcis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.
Serra, Tiberini fluvii cognomen. Servius in illud 8. Æn. 63.
— ego ſum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem,
Cæruleus Tibris, cælo gratiſſimus amnis. Stringentem, (inquit) Radentem, imminuentem. Nam hoc eſt Tiberini fluminis proprium, adeo ut ab antiquis Rumon dictus ſit, quaſi ripas ruminans & exedens: in ſacris etiam Serra dicebatur: unde ait nunc,
— & pinguia culta ſecantem. In aliqua etiam urbis parte Terentum dicitur, eo quod ripas terat. Hactenus Servius.

SERRŬLA, æ. f. dimin. [πριόνιον] Columel. de Arbor. cap. 6. Et ſi fieri poteſt, juxta aliquem nodum ferrula deſecato. Cic. pro Cluent. 180. Quidam ex amicis Saſſiæ recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium, & tortuoſam venire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur.

SERRĀTUS, a, um. Adj. [πριονωτός] Ad modum ſerræ factus. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentium tria genera, Serrati, aut continui, aut exſerti. Serrati

rati pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut ſerpentibus, piſcibus, canibus Coetinui, ut homini, equo. Exſerti, apro, hippopotamo, elephanti.
Serrato ambitu folia. Plin lib. 25. cap. 6.
Serrati nummi, ab impreſſa ſerræ nota appellati. Tacit. de Morib. German. c. 5. Pecuniam probant veterem, & diu notam, ſerratos bigatosque. Quem ſane locum Rhenanus in caſtigationibus in Tacitum ex Plinii lib. 33. cap. 3. hunc in modum explicat, Nota argenti, inquit, fuere bigæ atque quadrigæ, & deinde bigati, quadrigatique dicti. Porro argenti bigati ex Gallis Bojis, item ex Liguribus Romam allati ſæpe fit mentio Livio. Nec aliter apparet ſerratos ab impreſſa ſerræ nota appellatos. [Immo, quia ſerratim in ambitu inciſi erant, cujus generis adhuc reperiuntur. Id autem factum, ne ſubærato nummo deciperentur.
SERRATIM, Adv. Serræ modo. Vitruv. 6. 11. Serratim conſtrui.
SERRAGO, inis. f. Scobs, quæ hemi cadit, cum quid ſerra ſcinditur. Plin. 37. 2. Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ſerragine. Cæl. Aurel. Acut. 3. 14. Cornu caprinum nigrum, ſed ſerrago ejus alba.
SERRARIUS, i. m. [λιθοπρίστης] Gloſſ. Cyrilli. i. e. Marmoris ſector.
SERRO, [πρίζω Gl. L. G. & G. L.] are. Serram ducere, vel Serra diſſecare. Sil. lib. 6. 184.
Auro ſerravit remos Junoolus anguis. [Immo Servavit.
Imperat. Serra, πρίσον. Gloſſ. Latinogræc.
SERRATUS, a, um. Partic. [πεπρισμένος] Quod ſerra ſectum eſt.
SERRATURA, æ. f. [πρίσις Gl. G. L.] Actus ſerrendi. Pallad. 3. 17. [In Gloſſ. exſtat tantum Serr. ſed Serratura, vel Serracio legendum.
SERRABILIS, e. Adj. Quod ſerra facile ſecari poteſt. Plin. 16. 43. Serrabilia ac ſectilia, quæ modice humida. Sic legit Harduinus, quem vide in locum.
SERRACUM, i. n. Quod ſerræ inſtar radit. Sidon. 4. Epiſt. 18. V. SARRACUM.
SERRACULUM, i. n. dimin. Gloſſ. Vet. Græc. Lat. πηδάλιον, Gubernaculum, Clavum, Serraculum.
SERRATORIUS, a, um. Adj. Ammian. 23. 4. Serratoria machina.
SERRATRINA, æ. f. ut, Moletrina apud Non. 1. 320.
SERRANUS, C. ſeu M. Atilius Serranus a Serendo dictus, ut vult Plin. & Serv. in illud Virg. 6. Æn. 844.
— parvoque potentem
Fabricium, vel te ſulco Serrane ſerentem? Subaud. Tacitus relinquat? Sed V. SERRANUS, ſuo loco.
SERRATA, æ. f. [χαμαίδρυς] Herba, a ſerrato foliorum ambitu ſic dicta. Plin. lib. 24. cap. 16. Chamædrys herba eſt, quæ Latine triſſago dicitur. Aliqui eam chamæropem, alii ſerratam, &c. appellavere.
SERRATULA, æ. f. [κέστρον] Herba. Plin. lib. 25. cap. 8. Vettones in Hiſpania eam, quæ Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem ſerratula, a Græcis ceſtros, aut pſychotrophon, ante cunctas laudatiſſima.
SERRHEUM, ſive SERRHIUM, i. n. [Σέῤῥιον] Mons Thraciæ, cujus meminit Plin lib. 4. cap. 11. Meminit & Stephanus.
SERRI, [Σέῤῥοι] Populi ſunt Colchidi vicini inter Cercetas & Cephalotomos ſiti, quorum meminit Plin lib. 6. cap. 5.
SERTOR, ōris m. Prænomen Æquicolarum, eoque appellatus eſt Sertor Reſius, qui primus jus feciale inſtituit. Fuit vero ita vocatus, qui per ſationem natus eſt. Prob. in epit. Val. Max. de Nom. rat. De Sertore hæc habet Feſtus: Sertorem quidam putant dictum a prendendo, quia cum cuiquam adſerat manum, educendi ejus gratia ex ſervitute in libertatem, vocetur adſertor; cum veriſimilius ſit dictum quod ſeraret aliquid, ac potius adſertorem a ſerendo accepiſſe nomen, cum aliquem ſerat, petendo in libertatem eandem, qua ipſe ſit, id eſt jungat, quia fruges cum ſeruntur terræ jungit.
SERTORIUS, i. m. Gentile nomen, item a Sertore ductum; quo raro uſi ſunt Romani.
Hujuſce nominis celeberrimus fuit C. Sertorius, Norſia oriundus, qui partium Marianarum fuit una cum Cinna, moderatius tamen ſe geſſit quare alii. Sulla redeunte a bello Mithridatico, Urbisque potente, ipſe quoque in Hiſpaniam aufugit: ubi brevi tempore ob virtutem, ſibi gratiam earum gentium conciliavit, traditurque per eum Hiſpanus, diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe, ac fortiores deinde fuiſſe. Dux Luſitanorum delectus, parvis copiis multas urbes ſubegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos variis cladibus afflixit. Primum Cottam navali prælio ſuperavit. Aufidium Hiſpaniæ Prætorem cum duobus millibus civium Romanorum interfecit. Domitium Proconſulem contrivit. Poſtremo Toranium a Metello miſſum cum toto exercitu delevit. Denique a Perpenna, ſocio belli & ejuſdem factionis, per proditionem in cœna interfectus eſt. Ex Plutarcho. Hic Cervam albam a Luſitano quodam nactus, hanc ſibi divinitus oblatam, & inſtinctam Dianæ numine colloqui ſecum, monereque ac docere quæ utilia factu eſſent prædicabat, quo facilius barbari duriora imperata perficerent. teſtis Gell. 15. 22. Lucan. lib. 2. 549.
Quique feros movit Sertorius exſul Iberos.
SERTULA Campana, [μελίλωτος] Herba, quæ Melilotus alias dicitur. Plin. lib. 21. cap. 9.
SERTUM, V. SERO, ſerui.
SERTA, æ. f. [στέφανος] Sertum quod ex floribus fiebat. Plin. lib. 21. cap. 2. Tenuioribus utebantur antiqui ſtrophia appellantes, unde nata ſtrophiola. Quin & vocabulum ipſum tarde communicatum eſt, inter ſacra tantum & bellicos honores, coronis ſuum nomen vindicantibus. Quum vero e floribus fierent ſerta, a ſerendo ſeriæ appellabantur: quod apud Græcos quoque non adeo antiquitus placuit. Hard. conj. Fiment, ſerta a ſerendo ſeriave.
SERVIA, æ f. item Regio in Europa inter Danubium & Illyriam ſita; olim Mœſia ſuperior dicta eſt.
SERVILIUS, i. m. [Σερουΐλιος] Nomen gentis Albanæ primum, deinde Romanæ plebejæ, in qua clari viri plures fuerunt, quos memorarunt Cicero, Livius, Tacitus, Valerius & alii.
SERVILIA, æ. f. [Σερουϊλία] M. Bruti mater, cujus meminit Sueton. Cæſ cap. 50.
SERVILIUS, a, um. Adj. ut, Lex Servilia, ſcil. Agraria, quæ lata eſt a P. Servilio Rullo, Trib. pl. quam Cicero tribus orationibus oppugnavit. V. Tacit. 12 Ann. 60.
Servilius Lacus, appellabatur ab eo qui eum faciendum curaverat, in principio vici Jugati, continens Baſilicæ Juliæ, in quo loco fuit effigies Hydræ poſita a M. Agrippa. Feſtus.

SERVILIANUS, a, um Adj Tacit. 15. Ann. 55. Horti Serviliani.
SERVILIS, SERVILITAS, SERVIO, SERVITIUM, SERVITUDO, SERVITUS. V. Servus, in SERVO, are.
SERVIUS, [Σέρουιος] Prænomen apud Romanos fuit, ejus qui mortua matre in utero ſervatus eſt. Prob. in Val. Max. epit. de Nomin. conf. in PRÆNOMEN.
Servius Tullius præcipuus ſanctor legum fuit. Tacit. 3. Ann 26.
SERVIANUS, a, um. Adj. a nomine Servius, ut pleraque alia a ſimilibus derivata. Serviana actio. §. item Serviana De actionib. lib 4. Inſtitutionum civilium. l. ult. De Salviano interd. in P. [An Serviliana?
SĒRUM, i, n. [ὀῤῥὸς τοῦ γάλακτος Gl. L. G. & G. L.] Aqua lactis. Plin. lib. 11. cap. 41. Mirum, Barbaras gentes, quæ lacte vivant, ignorare aut ſpernere caſei tot ſæculis dotem, denſantes id alioquin in acorem jucundum, & pingue butyrum: ſpuma id eſt lactis, concretiuſque, quam quod ſerum vocatur. Idem lib. 28. cap. 9. Quidam & ipſum ſerum jam multo potentiſſimum decoquunt ad tertias partes, & ſub dio refrigerant. Virg 3. Georg. 406. — acremque moloſſum
Paſce ſero pingui.
Liquidum ſerum. Ovid. 4. Faſt. 770.
Serum, in alia ſignificatione, V. SERUS, adj.
SĒRARIUS, a, um. Adj. ut Porcus ſerarius, V. in PORCUS.
SERESCO, ĕre, In ſerum abire. Plin. lib. 11. cap. 41. Omne autem (lac) igne ſpiſſatur, frigore ſereſcit.
De alia verbi ſignificatione V. ſuo ordine.
SERVO, [τηρῶ, φυλάττω, Gl. G. L. & L. G] are. Tutor, tueor, cuſtodio.
Hœdos paſcentes ſervare. Virg. 3. Eclog. 12.
Cura ſervandi dominam penes Bagoum. Ovid. 2. Amor. 2. 1. Ovid. 2. Amor. 3. 1.
Hei mihi, quod dominam, nec vir nec femina, ſervas.
Dare ſervandam aliquam alicui. Ovid. 1. Met. 624.
Servare aliquid alicui, Cuſtodire, tueri. Ter. Eun. 5. 8. 19. Juppiter ſerva obſecro hæc nobis bona.
Veſtimenta. Plaut. Rud. 2. 3. 52. — qui it lavatum
In balineas, ibi quum ſedulo ſua veſtimenta ſervat,
Tamen ſurripiuntur.
Servare domum, & Domi in Indice in Terentium ex pag. H. St. Voluit paginam forſan adſcribere. V. Donat. in Eun. 4. 7. 10. Al. Domi.
Limen ſervare. Virg. 6. Æn. 402.
Muros tuto aggere ſervare. Virg. 9. Æn. 43.
Pecudes ſervare vallibus. Ovid. 1. de Arte Am. 28.
Retia ſerva dum tu ſectaris apros. Virg. 3. Ecl. 75.
Intus ſerva, V. INTUS. conf. Domum ſervare ſupra.
De cælo ſervare, eſt Nuntiare aut pluiſſe aut intonuiſſe: ideoque diremptum eſſe auſpicium, vel contra auſpicia eſſe factum. Cic. pro Domo 39 Negant fas eſſe agi cum populo, quum de cælo ſervatum ſit. Et 2. Att 10 Bibulus de cælo tum ſervaſſet, necne, ſibi quærendum non fuiſſe. Eidem 4. 3. Proſcripſit, ſe per omnes dies comitiales de cælo ſervaturum. Ex Budæo. [Verbum Augurale, quod ad omnia, in cælo obſervata pertinebat, quæ auſpicia vitiare poſſent.
Amicitiam ſervare, Conſervare. Cic. de Amicit. 25.
Amicos ſervare & retinere. Hor. 1. Serm. 1. 89.
Amorem nati ſervare. Virg. 2. Æn. 789.
Animi rectum ſervare. Hor. 2. Serm. 3. 201.
Concentum ſervare. Cic. 4. de Fin. 75. Ut, inquit, In fidibus pluribus, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſervare poſſit, omnes æque incontentæ ſint.
Connubia ſervare, Connubio junctum eſſe. Virg. 3. Æn. 319.
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas?
Conſuetudinem. Columel. lib. 11. cap. 3. Servantque adhuc antiquorum conſuetudinem religioſiores agricolæ.
Conſuetudinem in re aliqua facienda. Cic. 5. Fam. 9. Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas, P. Vatinius cliens advenit.
Conſulta qui patrum, qui leges, juraque ſervat. Hor. 1. Epiſt. 16. 41.
Curſum eundem conſtantiſſime ſervare. Cic. 1. Tuſc. 72. Tum in eodem orbe, in duodecim partes diſtributo, quinque ſtellas, eodem curſus conſtantiſſime ſervantes diſparibus inter ſe motibus.
Fidem ſervare, Præſtare promiſſum. Plaut. Moſtel 4. 3. 29. Ter. And. 1. 5. 45.
Ut neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor
Commoveat, neque commoveat, ut ſervem fidem?
Fidem ſervare, & manere promiſſis. Virg. 2. Æn. 161.
Fidem ſervare in eo quod dixeris. Ter. Hec. 3. 3. 42. Cic. in Vatin. 15. Secundum ea quæro, ſervariſne in eo fidem?
Fidem ſervare de re aliqua. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 35.
Fidem veritatis ſervare. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Fœdera ſervare. Ovid. 2. Faſt. 159.
Gloriam alicujus rei ſervare. Plaut. Rud. 2. 6. 40.
Qui ſemper ſervas gloriam aritudinis.
Inſtitutum ſervare. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 75. Cic. 4. Acad. 123. In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandiſque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis, & quaſi veſtigiis perſequendis.
Jura induciarum ſervare. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 85.
Juſjurandum ſervare. Nepos, 17. 2. 5.
Modum, h. e. Menſuram tenere & obſervare. Columel. lib. 8. cap. 5.
Morem ab antiquis traditum ſervare. Hor. 1. Serm. 4. 117.
Odorem, Retinere. Hor. 1. Epiſt. 2. 69.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem Teſta diu.
Officium adverſus inimicum. Cic. 1. Off 34. Sunt autem quædam officia etiam adverſus eos ſervanda, a quibus injuriam acceperis.
Ordinem. Liv. 26. extr. Hunc ordinem laboris quietiſque, quoad Carthagine morati ſunt, ſervarunt.
Ora intrepido vultu ſervare. Sil. 11. 230. De Decio loquitur, qui quum Annibalem intra mœnia ſuſcipi audiret, non ſolum non fugiebat, ſed otioſe in foro ambulabat.
Promiſſum. Plaut. Amph. 5. 3. 2. Cic. 1. Off. 51. Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quæ ſint iis, quibus promiſeris, inutilia.
Pudicitiam. Virg. 2. Georg. 524.
Religionem ſervare. Nepos, 13. 2. 5.
Temperamentum. Plin. lib. 15. cap. 3. Qui medium temperamentum in hoc ſervant, perticis decutiunt.

Vices

Vices deſcriptas ſervare, & operum labores. Hor. in Arte Poet. 86.
Servare, [σώζειν] Conſervare, Liberare. Plaut. Epid. 3. 2. 41. Me quidem certo ſervavit conſiliis ſuis. Cic. 1. Att. 9. Cic. 14. Fam. 2. Te nunc, mea Terentia, ſic vexari, ſic jacere in lacrimis & ſordibus: idque fieri mea culpa, qui ceteros ſervavi, ut nos periremus!
Clodium, Appii filium, credo te audiſſe cum veſte muliebri deprehenſum domi C. Cæſaris, quum pro populo fieret, eumque per manus ſervulæ ſervatum & eductum.
Ope noſtra ſervare aliquem. Ovid. 7. Met. 39.
Invitum qui ſervat, idem facit occidenti. Hor. in Arte Poet. 467.
Servare ſuum, pro Recuperare. Ulpianus. D. de fidejuſſ. & mandat. In l. ſi mandatu meo, x. Titio credideris: & cum Titio egeris, ego non liberabor. Sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod a Titio ſervare non potueris. Modeſt. in l. ſi fidejuſſores. D. eod. tit. Si fidejuſſores in id accepti ſunt, quod a curatore ſervari non poſſit, & poſt impletam legitimam ætatem, tam ab ipſo, quam ab hæredibus ejus ſolidum ſervari potuerit. Cic. 5. Fam. 20. Sed ego putavi eſſe viri boni, quum populis ſuum ſervaret, conſulere fortunis tot vel amicorum vel civium. Idem 3. Q. frat. 1. Calvus ajebat aqua dempta, & ejus aquæ jure conſtituto, & ſervitute illi fundo impoſita, tamen nos pretium ſervare poſſe, ſi vendere vellemus. Budæus. [Sic Creditum ſervare. Suet. Claud. 16.
Ad reditum, vel ad alia tempore ſervare. Cic. 8. Att. 2. Non expulſi, ſed evocati e patria, quare non ſervandam ad reditum noſtrum, ſed diripiendam & inflammandam reliquimus. Idem 2. Offic. 75. Utinam, inquit, C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me ſervaſſet.
Eo me ſervavi. Cic. 5. Att. 17. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras: itaque eo me ſervavi.
Integre omnia principi ſervare. Plin. Epiſt. 126.
Vinum ſervare in vetuſtatem. Cato R. R. cap. 114. Columel. 12. 28.
Vulnus æternum ſervare ſub pectore. Virg. 1. Æn. 40.
Diligenter ac ſuſpicioſe ſervare, Obſervare. Ter. Heaut. 4. 4. 10. Dic me hic oppido eſſe invitam, atque ſervari. Al. Adſervari. Virg. 1. Georg 335.
Hoc metuens, cæli menſes & ſidera ſerva. Idem 6. Æn. 338.
Qui Libyco nuper curſu dum ſidera ſervat
Exciderat puppi. Non. 4. 421.
Servaveris, pro Vide ne feceris. Plaut. Amph. 1. 3. 157.
Quid, ſi ego illum tractim tangam, ut dormiat? e. ſervaveris.
Διαφύλαξον. Garde toi bien. H. St.
Servare, Inhabitare, poſſidere. Virg 4. Georg. 383.
Centum quæ ſilvas, centum quæ flumina ſervant. Philarg. & Nonius l. c.
Servare, Tenere. Virg 7. Æn. 179.
— curvam ſervans ſub imagine falcem.
Servans, antis. [φυλάσσων καὶ φύλαξ, Gl. L. G.] Partic. Lumina ſervantia. Ovid. 1. Met. 684.
Servans æqui, φύλαξ τοῦ δικαίου. Gloſſ. Latinogræc.
Æqui ſervantiſſimus. Virg. 2. Æn. 427. i. e. Obſervantiſſimus.
Servātus, a, um. [πεφυλαγμένος] aliud Partic. ut Ovid 8. Met. 459.
Servatusque tuos juvenis ſervaverat annos. De ramo, qui quamdio duraturus erat, tamdiu etiam victurus Meleager.
Centum clavibus ſervatus. Hor. 2. Carm. 14. 25.
Annos ad finem ſervati. Ovid. 12. Met. 750.
Odium ſervatum perenni ſtudio. Sil. lib. 1. 17.
Servatos [σεσωσμένος] Ovid. 3. Triſt. 1. 48.
Servatos cives indicat hujus ope.
Vitam ſervatam dote aliquos rependere. Ovid. 5. Met. 15.
Servātor, ōris. m. [τηρητὴς, φύλαξ Gl. G. L.] Qui ſervat, Cuſtodit.
Servator, qui & Salvator, [σωτὴρ] Qui ſervat & liberat. Liv. 34. 50. Quorum agmen imperator ſecutus, proſequentibus cunctis, ſervatorem, liberatoremque acclamantibus, ſalutatis dimiſſisque eis, eadem qua venerat via, Elatiam rediit. Senec. Nec ſervatoris illum loco numerabo, ſed fœneratoris, cui ſciam reddendum quod accepi.
Servātrix, īcis. f. [σώτειρα] Ter. Hec. 5. 4. 16.
O Bacchis, ô mea Bacchis, ſervatrix mea. Cic 5. de Fin. 29. Non dubitemque dicere omnem naturam eſſe ſervatricem ſui, idque habere propoſitum, quaſi finem & extremum, ſe ut cuſtodiat quam in optimo ſui generis ſtatu. Inſcript. Gruteri, p. 97. n 7. PROSERPINAE SERVATRICI. [Frequentius tamen diis Conſervatorem & Conſervatricem duabus, cognomina tribuuntur, ut ſæpe in nummis.
Servatōrium, i. n. [φυλακτήριον] Gloſſ. Gr. Lat.
Servābilis, e. Adj. [σώσιμος] Quod poteſt ſervari. Ovid. 4. Triſt. 5. 21.
Et tutare caput nulli ſervabile.
Duracina ſine ullis vaſis in vita ſervabilis. Plin. lib. 14. cap. 3.
Servacŭlum, i. n. pro Anchora, quaſi ἄγκυρα. Ulpianus l. 29. §. 2. D. ad l. Aquil. Parvi refert, navem immittendo, aut ſervaculum ad navem ducando, an tua manu damnum dederis. Serraculum Cujac.
Servus, i. m. [δοῦλος, Gl. omn. L. G. & λάτρις, G. L. οἰκέτης] a Servo, are, dictum, dicit Perottus: quia in bello ſervi non necabantur, ſed vivi ſervabantur. Eſt autem ſervus, Qui domino alieno contra naturam, juris conſtitutione ſubjicitur Cic 5. Verr. Quam vero hoc nemini perſuadere poſſis, te tam amentem fuiſſe, ut Apronium & Turpionem, ſervos homines, tuo, liberorumque tuorum periculo divites fieri velles.
Ad limina ſervus. V. LIMEN.
Comicus ſervus. V. Comicus teſtis, in TESTIS.
Fallax ſervus. Ovid. 1. Amor. 15. 17.
Inſidus ſervus V. INSIDUS.
Lautiores ſervi. V. LAUTUS
Mali ſervi lingua, pars peſſima. Juven. 9. Sat. 120.
Peculioſus ſervus. V. Peculioſus, in PECULIUM.
Perfidi ſervi Hor. Epod 9. 10.
Servi miniſteria; modo ab officio, quod in familia exercent, modo ab alio eventu nomina acceperunt: ut,
Atrarii Servi, qui & Atrienſes, ab Atrio, quod eſt proprie locus (auctore Volſcio) ante vel circa domum, remotius tamen, ſed ad domum, pertinens.
Adſcriptitii.
Amanuenſes.
Apolides.
Aquarii.
Artifices l. ult. De oper. ſerv. in Pandect.
Capſarii, vel Carpſarii.
Diſpenſatores. l. ult. de ſerv. corrupt.
Focarii.
Fornacarii, a Fornace calcaria.
Fructuarios l. Sed & ſicuti. D. de uſu fruct.
Hercræ, Qui verſantur in agris.
Hereditarius.
Heres neceſſarius.
Inſularii.
Integræ opinionis.
Lecticarii.
Mediaſtini.
Orcini.
Ordinarius ſervus, Qui præeſt aliis. Juſtinian. lib. 2. tit. De legatis. §. Si qui ancillas. conf. in ORDO.
Originarii.
Peculiaris ſervus. V. Peculiaris, in PECULIUM.
Pileati, Budæus in notis ad Pand.
Publicus, l. Non aliter. De adoption. in Pandectis, & aliis multis in jure Civili locis.
Receptitius, Qui, aut excipitur, aut redhibetur ob vitium.
Saccularii.
Supellecticarius l. 12. D. De de Inſtruct. vel inſtr.
Vicarius, Qui ſerviebat ſervo ordinario, ejuſque vices gerebat. Huc reſpicit Martial. 2. 18. 7.
Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe. [Gloſſ. Græcolat. Δοῦλος δούλου, Vicarius.
Urbanos. l. ſervis urbanis. de legat. 3. Hæc & alia ex Civilis juris voluminibus facile ſciri poterunt; Budæus porro in notis, Ferrarius, Cujacius & alii ſinitiones monſtrabunt, ſed & ſub ſuis attributis omnia ſunt explicata. Plenius ap. Pignor. de Serv. vel Pitiſc.
Manumittere ſervum. V. Manumitto, in MANUS.
Mercari ſervum. Hor. 1. Epiſt. 6. 50.
Libidinum ſervus, tranſlate. Plin. Epiſt. 175.
Servorum feriæ Idibus Auguſti Romæ celebrabantur, quia eo die Rex Tullius, filius ancillæ, ædem Dianæ dedicaverit in Aventino, cujus tutelæ ſint cervi, a quorum celeritate fugitivos vocent ſervus. Feſtus. V. Dacer.
Serva, æ. f. [δούλη, Gl. L. G.] Ancilla. Ulp. in l. doli. D. de ſervo corrupto, Si ſervus, ſervave dicetur, &c. Rurſus in l. 1. in princip. eod. tit. Matre ſerva creatus; de Servio Tullio Florus, 1. 6. 1 [De eodem Liv. 1. 39. extr. Ut ſerva natus crederetur. Et 47. Servum, ſervaque natum. Et 4. 3. Captiva Corniculana natum, patre nullo, matre ſerva. Ubi Serva per appoſitionem poſiture.
Servus, a, um. Adj. [δοῦλος] ut, Serva prædia, Quæ alicui obſtricta ſunt. Cic. 3. de Lege Agr. 19. Optimo enim jure ea ſunt profecto prædia, quæ optima conditione ſunt, libera meliore jure ſunt, quam ſerve. Hic Liberum oppoſuit Servo. Lucan. lib. 6. 162.
O famuli turpes, ſervum pecus.
Horat. O imitatores ſervum pecus! H. St. Hor. 1. Epiſt. 19. 19. Deſiderabatur in Lugd.
Ædes ſervæ. Marcianus in l. ſi binarum. D. de ſervit. urb. præd.
Aqua ſerva. Ovid 1. Amor. 6. 26.
Area ſerva. Julian in l. Et qui duas. D. de ſervit. urb. præd.
Fundus ſervus. Ulp. in l. traditio. §. 1. De acquir. rer. domin.
Manus ſerve. Ovid. 6 Faſt. 558.
Pectus ſervum vitiis. Ovid. Rem. Amor. 54.
Servŭlus, i. m. dimin. [δουλάριον Gl. G. L.] Ter. And. 1. 2. 56.
— obſervabam mane illorum ſervulus
Venientes, aut abeuntes, rogitabam, heus, puer! Cic 3. Off. 89. Quærit, ſi in mari jactura facienda ſit, equine pretioſi potius jacturam faciat, an ſervuli vilis? Idem 4. de Fin. At quid inter parentem & ſervulum intersit, intelligi & poteſt & debet.
Infelix ſervulus. Juven. 3. Sat. 253.
Servŭla, æ. f. dimin. [θεραπαινίδιον] Cic. 1. Att. 2. Eumque per manus ſervulæ ſervatum & eductum.
Servilis, e. Adj [δουλικός, Gl. G. L.] Quod ad ſervum pertinet. Cic. 2 de Legib 60. Quæ ſervilis unctura tollitur, omniſque circumpotatio. Hor. 2. Serm. 7. 112.
Animi ſerviles alte tumeſcunt. Claud. 1. in Eutrop. 177.
Bellum ſervile. Cic. pro Lege Manil. 28. Servile, navale bellum, varia & diverſa genera & bellorum & hoſtium.
Capita ſervilia. Liv. 27. 16.
Color ſervilis. Cic. in Piſon. 1. Non enim nos color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt.
Horror ſervilis præcordia concutit. Claud. de Bell. Get. 372.
Indoles minime ſervilis. Liv. 1. 5. extr.
Jugum ſervile. Cic. 1. Philip. 6.
Manus ſervilis. Hor. Epod. 4. 19.
Modi ſerviles. Idem 1. Serm. 8. 12.
Officia ſervilia facere. Propert. lib. 4. 10. 47.
Supplicio ſervili animadvertere. Liv. 24. 14.
Vernilitas ſervilis. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Servilĭter, Adv. [δουλικῶς] Servorum more. Cic. 5. Tuſc. 55. Sed hoc quidem in dolore maxime eſt providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid ſerviliter, muliebriterve faciamus.
Servĭtus, ūtis. f. [δουλεία, Gl. omn & L. G. λατρεία] Ipſa ſerviendi vel ſervorum conditio. Cic. 2. Philipp. 113. Pax eſt tranquilla libertas: ſervitus, poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam repellendum. Idem 10 Philipp. 19. Omnis eſt miſera ſervitus.
Vinculum ſervitutis. Tacit. 13. Ann. 27.
Clemens. V. CLEMENS.
Juſta. V JUSTUS.
Intolerantior. Tacit. 3. Ann. 45.
Muliebris. Liv. 34. 7. V. Eruere ſervitutem, infra.
Perſica ſervitus. Senec de Benefic lib. 2. cap. 2.
Abducere in ſervitutem. V. ABDUCO
Abſtrahere in ſervitutem. V. ABSTRAHO.
Adducere in ſervitutem, *Aſſervir, ou aſſervager aucun.* V. ADDUCO.

Adducere

Digitized by Google

Adducere ad vel in ſervitutem. V. ADDUCO.
Aſſerere in ſervitutem urbes. V. ASSERO.
Aſtringere ſe ad ſervitutem juris. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Colere ſervitutem. V. COLO.
Nova ſervitus creſcit tibi. Hor. 2. Carm. 8. 18. [Turba ſervientium tibi.
Exuere ſervitutem. Liv. 34. 7. extr. Nunquam ſalvis ſuis exuitur ſervitus muliebris.
Habere in ſervitute. V. IN præpoſitionem.
Imponere ſervitutem. V. IMPONO.
Injungere ſervitutem. V. INJUNGO.
Mittere urbem in ſervitutem. V. MITTO.
Pati ſervitutem. Tacit. 1. Hiſt. 16.
Reddere levem ſervitutem. V. LEVIS.
Servire ſervitutem. Quintil. lib. 7. cap. 4. V. infra in SERVIO.
Servitus eſt Jus agendi quicquam habendive in prædio alieno, ad ſui prædii utilitatem, quod jure communi agere, habere non liceat. Idque præter notiorem ſignificationem in juris Civilis libris ſignificat.

	Negativa,	Agendi,
	Affirmativa,	Arebuſandi,
	Urbana,	Piſcandi,
	Ruſtica,	Hauriendi,
Servitutes ſic	Luminum,	Recipiendi,
diſtinguunt,	Proſpectûs,	Colendi,
quod alia ſit	Stillicidiaria,	Appellendi,
	Coquendi,	Fodiendi,
	Tollendi,	Habitandi,
	Immittendi,	Urendi,
	Eundi,	Fruendi,

& hujuſmodi, quæ ex Pandectarum libris ſeptimo & octavo, facile poterunt intelligi.

SERVITIUM, i. n. [δουλεία Gl. G. L.] tam idem quod Servitus, quam Multitudinem ſignificat ſervorum. Ter. And. 4. 1. 51.

Ego, Pamphile, hoc tibi pro ſervitio debeo. I. e. Pro ſervili officio.

Acre ſervitium. Perſ. 5. Sat. 127.
Crudum. Tacit. 1. Ann. 8.
Durius ſervitium. Tacit. 11. Ann. 20.
Grave ſervitium. Senec. Octav. 6.
Molle ſervitium. Tacit. 4. Hiſt. 57.
Nobile ſervitium. Stat. 2. Silv. 2. 109.
Superbum ſervitium, i. e. Servitium ſub domino ſuperbo. Propert. lib. 3. 17. 41.
Datur triſte ſervitium. Tibul. lib. 2. 4. 1.
Exire ſervitio. Virg. 1. Ecl 41.
Ferre ſervitium. Ovid. 1. Amor. 2. 18.
Genitus in ſervitio. Plin. lib. 7. cap. 39. i. e. In ſervili conditione.
Eſſe in ſervitio. Ulp. in l. Ædiles. §. ii. D. de Ædil. edict.
Jugum ſervitii ferre. Stat. 3. Silv. 4. 34.
Levare aliquem longo ſervitio. Hor. 2. Serm. 5. 99.
Premere ſervitio. Virg. 1. Æn 288.
Servitium, & frequentius Servitia, in plurali, dicuntur Servi ipſi. Cic. 7. Verr. 9. Et tamen cœptum eſſe in Sicilia moveri aliquot locis ſervitium ſuſpicor. & 4. in Catil 4. Sollicitantur Allobroges, ſervitia excitantur. & 4. in Catil. 13. Hic ad evertenda fundamenta Reipublicæ, Gallos arceſſivit, ſervitia concitavit, Catilinam evocavit.
Eſſe e ſervitio alicujus. Tacit. 1. Ann. 23. pr. Ut pars militum gladiatores, qui e ſervitio Blæſi erant, pars ceteram ejuſdem familiam vincirent.
Infida ſervitia. V. INFIDUS.
Servitia rectiora, politioraque immenſo pretio comparavit. Suet. in Cæſ. cap. 47.
Ampliare ſervitia. Tacit. 2. Hiſt. 78.

SERVITUDO, inis. f. Idem. [δουλεία Gl. G. L.] Liv. 24. 22. pr. Servitudinis indignitatiſque homines expertos adverſus notum malum irritatos eſſe.

SERVIO, ivi, itum, [δουλεύω, Gl. L. G. & G. L. In hoc & λατρεύω] Ire. proprie ſervorum eſt, dum heri præceptis obſequuntur. Plaut. Men. 5. 6. 17.

— propterea heri imperium
Exſequor bene, & ſedulo ſervio. Idem Truc. 2. 2. 25. Tibi ſervio, atque audiens ſum imperii.

Æternum ſervire. Hor. 1. Epiſt. 10. 41.
Benigne ſervire alicui. Catul. ad Januam 65. 3.
Fideliter ſervire. Propert. lib. 3. 25. 3.
Fidelius alicui ſervire. Ovid. 7. Met. 563.
Ingrate ſervire Ovid 2. de Arte Am. 435.
Servire liberaliter. V. Liberalis, in LIBER adjectivo.
Utiliter ſervire. Hor. 1. Epiſt. 16. 70.
Uni domino ſervire, Amori. Catul. de Septimio 45. 14.
Puellæ ſervire Ovid. 2. Amor. 17. 1.
Mens mea tibi dedita ſervit. Tibul. lib. 1. 2. 102.
Servio apud te. Plaut. Aul. 2. 2. 12.
Servis ſervire. Cic. 2. Att. 1. An libertinis, atque etiam ſervis, ſerviamus.
Servitutem ſervire. Plaut. Aul. 4. 1. 6.

Nam qui amanti hero ſervitutem ſervit, quaſi ego ſervio. Gell. lib. 1. cap. 1. Item cujus parentes alter ambove ſervitutem ſervierunt. Liv. 40. 18. extr.

Servire alicui rei, pro Illi, ſive ad illam, & in illam incumbere. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 34.
Ætati alicujus ſervire, i. e. Ætatis gratia, & ætatis habita ratione, alicui morem gerere, eul obſequi Cic. 1. de Fin. 27. Hæc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodarius, vos ignoſcetis: hujus enim ætati, & huic, non hoc primum fortaſſe audienti, ſervire debemus.
Amori alterius ſervire Cic. 2. in Catil 8. Qui alius ipſe amabat turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſerviebat.
Auribus alicujus ſervire, Blandiri, grata loqui. Cæſ. 2. Bell. Civil. 27.
Commodis alterius ſervire. Dare operam utilitatibus alterius. Ter. in prol. Heaut. 50. Cic 1. Verr. 64 Etenim, ſi probabilis eſt eorum cauſa, qui injurias ſuas perſequi volunt, qua in re dolori ſuo, non Reipub, commodis ſerviunt: quanto &c. conſ. ad fin.
Culturæ ſervire, pro Dare operam culturæ. Columel. lib. 3. cap. 4.
Cupiditatibus ſervire. Cic. de Amicit. 84. Cum homines benevolentia conjuncti, primum cupiditatibus iis, quibus ceteri, ſerviunt, &c. Al. Inſerviunt.

Defenſioni & gloriæ patriæ ſervire. Plin. Epiſt. 2. 5. Al. Deſervire.
Dolori ſuo, V. Commodis.
Exiſtimationi ſuæ aut alterius ſervire. Cic 5 Att. 11. Videntur mihi noſſe nos, noſtram cauſam, & conditionem profeſſionis ſuæ, plane ſerviunt exiſtimationi ſuæ.
Exiſtimationi populi ſervire. Cic. 2. Verr. 29. Non ſolum effugiemus, inquit, hominem in quærendo nimium diligentem, nimium ſervientem populi exiſtimationi, M. Glabrionem. conf Laudi
Famæ ſervire. Cic. 5 Att. 10. Perſuaſum eſt omnibus meis ſerviendum eſſe famæ meæ, belle adhuc. Et Nep 2 1. conf Matrimonio.
Gloriæ ſervire, Dare operam. Cic. 5. Tuſc. 9. Alios gloriæ ſervire, alios pecuniæ, raros eſſe quoſdam, qui ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſe intuerentur. conſ. Defenſioni.
Laudi atque exiſtimationi alicujus ſervire. Cic. 3. Verr. 5. Itaque mihi videor magnam, & maxime ægram, & prope depoſitam, Reip partem ſuſcepiſſe, neque in eo magis meæ, quam veſtræ, laudi exiſtimationique ſerviſſe.
Matrimonio puellæ ſervire, pro Conſulere & providere. Cic. 14 Fam 4. Sed certe quomodo ſe res habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſerviendum eſt.
Neceſſitatibus ſervire. Cic. 1. de Divin. 110. Sed vigilantes animi vitæ neceſſitatibus ſerviunt, disjunguntque ſe a ſocietate divina, vinculis corporis compediti. Al. Impediti.
Petitioni ſervire. Cic. 2. Verr. 24. Petitioni toto animo ſervire propter judicium non licebat.
Poſteritati ſervire. Cic. 1. Tuſc. 35. Cum optimus quiſque maxime poſteritati ſerviat, eſſe aliquid, cujus is poſt mortem ſenſum ſit habiturus.
Quæſtui ac reditibus ſervire. Columel. lib 9 cap 1.
Rei familiari ſervire. Cic pro Roſc. Amer. 43. Patresfamilias, qui liberos habent, præſertim homines iſtius ordinis ex municipiis ruſticanis, nonne optatiſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſervire? V. REI.
Rei ſervire. Idem. Ter. Hec. 2 1. 27.

Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei ſerviens.

Rumori. Plaut. Trin. 3 2. 14. Nec tuis depellor dictis, quin rumori ſerviam.
Scænæ ſervire, proverbialis locutio: pro Obſequi & inſervire tempori. Cic. ad Brut. 9. Ac mihi tum, Brute, officio ſolum erat & naturæ: tibi nunc populo, & ſcænæ, ut dicitur, ſerviendum eſt V. SCENA.
Tempori ſervire. Cic. 3. Tuſc 66. An eſt ullum tempus, cui non ponendæ curæ ægritudinis cauſa ſerviamus? Idem 9. Att. 5. Et quum ſit neceſſe ſervire tempori, & non amittere tempus, quum ſit durum. conſ. TEMPUS.
Valetudini ſervire. Cic. 1. Q. frat. 1. fin. Reliquum eſt ut te orem, valetudini tuæ, ſi me & omnes tuos valere vis, diligentiſſime ſervias.
Servibo & Serviam in futuro facit. Plaut Men. 5. 9. 42.

Tanquam ſi emeris me argento, liber ſervibo tibi. Ter. Hec. 3, 5. 45. Matris ſervibo commodis.

Ire ſervitum. Virg 2 Æn. 786.

Non ego Myrmidonum ſedes, Dolopumve, ſuperbas
Aſpiciam, aut Grajis ſervitum matribus ibo.

SERVIOR, iri. paſſive apud Senec. de Tranquil. Anim. cap. 9. Aſſueſcamus ergo cœnare poſſe ſine populo, & ſervis paucioribus ſerviri.
Servitur, Imperſ. Cic. 1. Off 31. Primum, ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati ſerviatur. Martial lib. 2. 32.

Non bene (crede mihi) ſervo ſervitur amico.

SERVITURUS, a, um. Partic. [δουλεύσων] ut, Ovid. 15. Met 828.

Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.

SERUS, a, um. Adj. [ὀψινός, ὄψιμος.] Tardum ſignificat Proprie de tempore inclinato diei dictum videtur, unde & Serum abſolute, pro Serotino, ſeu veſpertino tempore.
Crepuſcula ſera. Ovid 1. Met. 219.
Hora ſerior. Ovid. 19 Epiſt. 14
Lumen ſerum, Nocti vicinum. Virg. 1. Georg. 251. Serv.
Nox ſera. Virg 8. Ecl. 88.
Veſper ſerus. Virg 1. Georg. 461.
Tribuitur & perſonis, ut Quid tam ſera advenis? Plaut. [Niſi error eſt.
Serus, Tardus, [βραδύς Gl. G. L.] Cic 2. Fam. 7. Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. Martial. lib. 1. 16.

Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie.

Anni ſeri. Ovid. 6. Met. 30.
Conviva Tonantis ſerus, Qui ſero moritur. Martial lib. 8. 39.
Frondes ſeræ, Sero cadentes. Virg. 2. Georg. 403. Serv.
Ira ſera. Stat. 5 Theb. 688.
Nepotes ſeri. Virg 2. Georg. 521.

Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram. De arbore.

Pedes ſeros, ſeraſque aſſumere pennas. Ovid. 15. Met. 384., de Apibus.
Pœna tamen tacitis ſera venit pedibus. Tibull. 1. 10. 3.
Poſteritas ſera. Ovid 1. de Pont. 4 24.
Segnities ſera, Quæ ſeros, id eſt tardos, facit. Virg. 2. Æn. 373. Serv.
Spectator ſerus longis ab oris. Martial. lib. Spectac. 24.
Vires ſeræ ad fortia, Segnes. Virg 8. Æn. 509.
Ulmus ſera. Virg 4. Georg 144. i e. Major. Serv.
Seri ſtudiorum, Horatio ſunt hi, Qui ſero diſcunt, aut didicerunt ſcilicet, neque ſunt παιδομαθεῖς, ſed ὀψιμαθεῖς. Quintil lib. 1. cap ult Non ſine cauſa dici eos παιδομαθεῖς, qui in ſua quidque arte optime faciant. Ex Turneb. [Gloſſ. Græcolat. Ὀψιμαθής, Cunctator. Βραδεῖα, Sera, Remoratrix.
Serum eſt. Martial. lib. 4. 40.

Nil facis, & ſerum eſt alium rebus quærere regem.

Serum, Grave, triſte. Virg. 5. Æn. 524

Seraque terrifici cecinerunt omina vates. Idem lib 12. 864. de noctua, — ſerum canit importuna per umbras. Salluſt. Serum bellum in anguſtiis futurum. Serv. [More ſuo omnia miſcens. Nam Serum canit noctua Sero diei, quod tempus inauſpicatum fuit antiquis, & Serum, pro Sero Adv poſuit poeta. Apud Sall. autem Serum bellum, eſt Poſt tempus opportunum. Sic Serum auxilium, apud Liv. 10. 5. Quod ſero venit, & poſt occaſionem rei gerendæ. Sic ap. Martial.
Compar. Columel. lib. 2. cap. 10. de Lente, Sationes ejus duas ſervamus

Digitized by Google

mus: alteram maturam per mediam ſementim, ſatiorem alteram menſe Februario.

Ætas ſerior. Tibul lib. 1. 4. 33.

Superl Plin. lib. 15. cap. 15. Patriæ nomine habent ſeriſſima omnium Amerina

Serum, i. n. [ὀψία, δείλη, δείλαι] Extrema pars diei. Liv. 7. 8. Caſtrorum oppugnatione quia ſerum erat diei, abſtinuere Ibid. lib. 10. 28. pr. Extrahebaturque in quam maxime ſerum diei certamen.

In ſerum. Suet in Auguſt. cap. 17. In ſerum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit. I. e. In horam veſpertinam. V. ſ. m.

Rem in ſerum trahere. Liv. 32.

Sero, Adv. [ὀψὲ, ὀψίμως Gl. G. L.] Veſperi, quod eſt poſt occaſum: atque hæc vera eſt ejus ſignificatio, teſte Valla lib. 4. Cic. 7. Att. 20. Eo die venit ſero alter Conſul.

Sero, [βραδέως Gl. G. L.] Tarde. Cic. 2. Fam. 7. Longe enim abſum, audio ſero.

Sero, aliquando tamen. Cic. pro Quint. 43. De rationibus & controverſiis ſocietatis vult judicari: ſero, verum aliquando tamen, concedamus.

Nimis ſero. V. NIMIS.

Sero, poſt tempus; quæ ſignificatio eadem fere cum præcedenti, ut ait Valla lib. 4. Cic. Quum accuſator Milonis identidem interrogatus perſtaret quo tempore Clodius eſſet occiſus, urbane reſpondit, Sero. Non tam horam intelligens, quam tardius occiſum & poſt tempus, quo debuiſſet occidi. Et Quintilianus lib. 6. cap. 4. Cæſ. 5. Bell. Gall. 29. Contra ea Titurius ſero facturos clamitabat. Plaut. Trin. 2. 4. 14. Sero atque ſtulte.

Reddita etiam mihi eſt pervetus epiſtola, ſed ſero allata. Cic. 3. Q. frat. 1.

Sero eſt. Cic. 1. Q. frat. 2. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: ſero eſt enim.

Medicina ſero paratur. Ovid. Rem. Amor. 91.

Sero poſt tempus, apud Plaut. Capt. 4. 2. 90.

Sero ſapiunt Phryges: proverbium eſt natum a Trojanis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta, reddere Achivis. Feſt.

Compar. Serius. [βραδύτερον G. L. G.] Accius, Ne ſi forte paulo, quam tu, veniam ſerius. Plin. lib. 16. cap. 26. Cic. 1. Catil. 5. Serius a me, quam quicquam crudelius factum. Idem 3. de Orat. 75. Ad quæ (myſteria) biduo ſerius veneram.

Egredi ſerius. Ovid. 4. Met. 105.

Superl. [ὀψιαίτατα] Tardiſſime. Plin. lib. 17. cap. 2. Tarentina ſeriſſime legi. Cæſ. 3. Bell. Civil. 75. Ut quam ſeriſſime ejus profectio cognoſceretur.

Sera, Adv. [ὀψὲ] Idem quod Sero. Virg. 4. Georg. 122.

— nec ſera comantem

Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi. h. e. Sero flores habentem. Serv. Al. Sero. V. not. Pier. & Emmen. de ult. quant. in Sero.

Serotinus, a, um. Adj. [ὄψιμος, Gl. G. L.] a Sero pro Veſpere: ut, Serotina hora, Tempus ſerotinum. Colum. 11. 2 conf. Annotinus in ANNUS.

Serotinus a Sero, pro Tarde; ut, Poma ſerotina, Quæ poſt legitimum tempus, conſuetumque ceteris pomis, vel tarde matureſcunt; ut ait Valla lib. 4. Columel. lib. de Arbor. cap. 21. Idem lib 8 cap. 5. Item ſerotini pulli, qui a Solſtitio nati, capere juſtum incrementum non potuerunt.

De quantitate penultimæ lis inter doctos orta eſt. Vulgo corripitur, at Joſ. Scaligero de L. L. 4 98. produci videtur; eadem ratione ac Veſpertīnus, Matutīnus: quoniam cum non occurrat apud Poetas, analogiam aliarum vocum ſequi debet. Sed recte notat Voſſius Scaligerum in errorem incidiſſe. Art Poet. 2. 23. Etenim non eadem eſt ratio inter Veſpertinum, &c. & Serotinum; cum hæc ab Adverbio, illa a nomine originem trahant. Nam quæ ab Adverbiis ducuntur, unam eandemque ſequuntur normam, ſcil. ut corripiant penultimam. ſic a Diu profluit Diutinus; a Perendie, Perendinus; & ſimiliter a Sero, Serotinus. Sed quæ a nominibus ſunt, omnino eandem producunt, ut a Veſper, Veſpertīnus; a Collis, Collīnus; ab Adulter, Adulterīnus: & ſic de ceteris [Dubia & antepenultimæ quantitas, quum o in Sero produci, & corripi poſſit. V. auctores in SERA adduct.

Serĭtas. ātis. f. [βραδύτης Gl. G. L.] Symach 3. Epiſt. 28. Deſine animum noſtrum epiſtolarum ſeritate metiri.

Servus, V. SERVO.

S E S

Sēsăma, æ. f. & **Sesamum**, i, n. & **Sesamus**, i, m. [σήσαμον Gl. G L.] Genus frumenti Indici. Plin. lib. 18 cap. 10. Æſtiva frumenta diximus, ſeſamam, milium, panicum. Seſama ab Indis venit, & ex ea oleum conficiunt. Color ejus candidus Huic ſimile eſt in Aſia, Græciaque eryſimum: idemque erat, niſi pingue eſſet, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius, quam frugibus. Plaut. in Pœn. 1. 2. 112.

— nihil niſi laterculos,

Seſamum, papaveremque, triticum & frictas nuces.

Seſamum genere neutro, & Seſama in plurali ſæpius apud Columel. legitur, ut lib. 11. cap. 2. Seſami ſemarius.

Seſama a Columel. lib. 2. cap 7. inter Legumina recenſentur. Idem lib. 2. cap. 10. Seſama, quæ rigantur maturius, &c.

Sesaminus, a, um. Adj. [σησάμινος] ut, Seſaminum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. Idem lib. 28. cap. 11.

Sesamoides, is. f. [σησαμοειδὴς] Herba a ſimilitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. Naſcitur in glareoſis. Detrahit bilem in aqua potum Semen illinitur igni ſacro, diſcutit panos. Eſt etiamnum, aliud Seſamoides Anticyræ naſcens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: cetera ſimile erigeronti herbæ Hæc Plin. lib. 22. cap. 25.

Sesamum, i. n. [Σήσαμον] Steph. Urbs Paphlagoniæ, poſtea Amaſtris appellata. Plin. lib 6. cap. 2.

Seſamus, Melæ lib. 1. 20. in deſcriptione Paphlagoniæ.

Seſamus. Amaſtris nunc dicitur. Strabo lib. 12.

Sesanium, Oppidum Catadruporum in Arabia regione. Plin. lib. 6. cap. 29. [Forte Seſindium, Σησίνδιον Steph.

Sesarathii, Populi ſunt in Phrygia: Strabo lib. 7. Prope vero adſunt argentifodinæ in Damaſtio, ubi potentatum conſtituere Peryſadies, quos Encheleos & Seſaratios nominant.

Sēsărēthus, [Σησάρηθος] Oppidum eſt Taulantiorum, qui ſunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit. Steph. ex Hecatæo.

Sescenaris, aris. m. Liv. 41. 15. Bovis ſeſcenaris, quem immolaverat, jecur. i. e. Seſcena, vel dolabra pontificali percuſſi: ut interpretatur Gutherius. V. Gronov. ad loc. & Lex Pitiſc. in BOS.

Sesculysses, **Sescuncialis**, **Sescunx**, **Sescuplex**, **Sescuplum**, V. in SESQUI.

Sēsē, [ἑαυτὸν] Accuſativus a Sui pronomine. Gell. lib. 5. cap. 10. Is in diſciplinam Protagoræ ſeſe dedit. V. SUI.

Sĕsĕli, eos, n. vel **Sĕsĕlis**, is. f. [σέσελι, ὁ σέσελις] Herba eſt folio fœniculi, ſed craſſiore, ſemine quoque non abſimili, ſed calloſiore & habiliore, capite anethi, in quo granum habet oblongum & anguloſum: & quum editur, acre: radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum, *Saxifragiam majorem* appellat. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Cervæque paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. Hoc idem Ariſtoteles confirmat, in libris de Hiſt. animalium. 9. 5. V. Plin. lib. 8 cap. 32. Seſeli neutro genere vocat Dioſcorides, eſtque multorum generum.

Sesithacus, Ægimeri filius, Cheruſcorum ductor is fuit. Strab. lib. 7.

Sēsostris, [Σέσωστρις] Rex Ægypti, qui, regibus captivis curru junctis vectus, triumphaſſe dicitur; conatus eſt navigabilem alveum ex Rubro mari in Nilum perducere, ut ſcribit Herod. lib. 2. Valer. 5. Argon. 418.

— quum prima Seſoſtris

Intulerit Rex bella Getis. V. Plin. 33. 3. Lucan. 10. 276. Auſon. Epiſt. 19 19.

Sesqui, [ἥμισυ] Vocabulum in appoſitione inventum, pro Hemiolio accipiendum eſt, quod perinde eſt ac ſi dicas, Tantundem & ſemis. Cic. in Orat. 188. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut neceſſe ſit partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe majorem: ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, ſeſqui pæon. Seſqui appellavit pæona, quia pes omnis pæon longa una ſyllaba & brevibus tribus conſtat, at longa ſyllaba in temporum metricorum ratione duas breves æquare dicitur. Ita fit ut tres breves longam unam dimidio ſuperent. nam ternarius ad binarium relatus ſeſquialteram proportionem habet. Quomodo igitur dactylus æqualibus partibus conſtat, quia prima longa, duabus brevibus æqualis eſt: ſic pæon alteram partem dimidio majorem habet. Iambus etiam altero tanto majorem, hoc eſt duplam: brevis enim ſyllaba eſt dimidiata. Fortaſſe autem illa verba Ciceronis ſic legerentur melius, Aut altero tanto majorem, aut ſeſqui: hoc ſenſu, ut pes altero tanto major, in ſecunda ſui parte ſit duplus: qui autem non altero tanto, ſed dimidio major eſt, ſit ſeſqui, ad priorem partem poſteriore parte relata: non autem Seſqui major: quia ſeſquiplum minus eſt duplo. Seſquipedalia tigna apud Cæſarem, hoc eſt pedis unius & dimidiati: quod ad craſſitudinem referendum eſt. Hoc autem ſeſqui ſignificat, ſive cum vocabulo componatur menſuram, aut numeri, aut temporis, aut modi, ſignificante: ſive etiam cum alio quocunque vocabulo, ut Seſquiplaga apud Tacit. 15. Ann 67. Et Seſculyſſes in Præfatione Plinii: quo verbo ſi recte emendatum eſt, ego Hominem ſumme aſtutum & veteratorem plane expolitum intelligo. Fit ejus mentio apud Nonium in dictione Alumnus. V. SESCULYSSES. Plaut. Capt. 3. 5. 67.

Ibi quum alii octones lapides effodiant,

Niſi quotidianum ſeſquiopus confeceris,

Sexcentoplago nomen indetur tibi. h. e. Niſi tu duodenos effoderis. Budæus.

Sesquiplum, I. per e ſcriptum, quod & **Sescuplum** dicitur, [ἡμιόλιον] Numerum parem cum dimidio ſignificat, qui Latine etiam Seſquialter dicitur, ut quum dicimus ſenarium ſeſquiplum eſſe quaternarii: continet enim eum totum, & inſuper dimidiam ejus partem. Bud. V. Quintil. 9. 4. p. 843. Burm.

Secuplus, a, um. Adj contr. Idem. Gloſſ. Græcolat. Ἡμιόλιον, Secuplum. [Niſi Seſcuplum ſcribendum.

Sesquiplāris, e. vel **Sesquiplārius**, a, um. Adj. Seſquiplaris vocatus eſt, Qui annonam unam ſemis nimirum in duo capita, unam equitis, alteram calonis vel ſervi accipiebat. Veget. de Re mil. 2. 7. Seſquiplares unam ſemis conſequebantur annonam. Sic enim legitur in membranis. Ita ἡμιόλιον annonam vel ſtipendium auctum dimidio vocat Arrian. Tactic. cap. 64. Inſcriptio Romæ in hortis Juſtin.

D. M.
TITO. AVRELIO.
SPERATO. EQ. SING.
TVRMA. AERELI.
SABINIANI. NATIONE.
RAETO. VIX. A. XXXVII.
MILITAVIT. A. XVIIII.
AVRELIVS. QVINTVS.
DVPLICARIVS. HAERES.
ET. AVRELIVS. AVRIANVS.
SESQ. SECVNDVS. HAERES.
AMICO. OPTIMO. F. C.

V. Reineſ. Inſcript. claſſ. 8 n. 13.

Sesquiplex, icis. Adj. [ἡμιόλιος] Idem quod Seſquialter, vel dimidio tantum major. Cic. in Orat. 193. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſquiplex pæon. Quo in loco in correctis codd. Seſqui tantum legitur, V. paulo ante SESQUI.

Sesquialter, ĕra, erum. Adj. [ἡμιόλιος Gl. L. G. & G. L.] Pars altera dimidio major quam prior: dicitur enim ternarii ad binarium relati ſeſquialtera proportio. Cic. de Univerſ. 21. Unam principio partem detraxit ex toto: ſecundam autem primæ partis duplam; deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſquialteram, primæ triplam.

Sesquimensis, is. m. [τριακονθήμερος] Varr. 1. de R. R. cap. 27. Ejus curſus annalis primum fere circiter ternis menſibus ad fructus eſt diviſus in quatuor partes, & idem ſubtilius ſeſquimenſibus in octo. Idem lib. 3. cap. 10. Ad ſaginandum eligunt pullos circiter ſeſquimenſe qui ſunt nati.

Sesquitertius, a, um. Adj. [ἐπίτριτος Gl. L. G.] V. SESQUIOCTAVUS.

Sesquioctāvus, a, um. Adj. [ἐπόγδοος] Cic de Univerſ. 21. Seſquialteris autem intervallis, & ſeſquitertiis, & ſeſquioctavis, ſumptis ex

ex his colligationibus, in primis intervallis ſeſquioctavi intervallo ſeſquitertia omnia explebat.

Seſquialtĕra, Ἡμιολία. Gloſſ. Latinogræc. [Scribendum Seſquialtera, quod & in ſequentibus ponit, ſubauditurque Pars, ita ut ſit ſubſtantivum.

Seſquias, vel Seſquas, aſſis. m. [εἷς ἥμισυ ἀσσάριον, χαλκοῦ ἐξ Gloſſ. Latinogræc.]

Seſquicullĕus, i. m. & Seſquiculearis, e. Adj. ut, Seſquiculearia dolia. [ἡμιολιοκλαϊκὸς πίθος] Columel. lib. 12. cap. 18. Sunt autem ſatis ſeſquiculearibus doliis picis doræ pondo vicenaquina.

Seſquicyăthus, Celſ. lib. 6. cap. 7. de aurium morbis & curationibus, Mellis ſeſquicyathus.

Seſquidigĭtus, i. m. Vitruv. 8. 6. Canalis altus ſeſquidigitum.

Seſquidigitālis, e. Adj. Vitruv. 10. 22. Terebratur foramen ſeſquidigitale.

Seſquihōra, æ. f. [ἡμιολιώριον] Plin. Epiſt. 4. 9. Egeram horis tribus & dimidia: ſupererat ſeſquihora.

Seſquijugĕrum, i. n. [ἡμιολιοπλεθρον] Plin. lib. 18. cap. 19. Iterari ſeſquijugerum.

Seſquilībra, æ. f. [λίτρα καὶ ἥμισυ Gl. L. G.] Columel. lib. 12. cap. 36. Sat erit autem roriſmarini ſeſquilibram in duas urnas muſti adjicere. Plin. lib. 14. cap. 20. Pulegii vel ſalis ſeſquilibra.

Seſquimŏdius, i. m. [ἡμιολιομέδιμνος] Varr. 1. de R. R. cap. 42. Scribunt opus eſſe medicæ ſeſquimodium. Cic. 5. Verr. 213. Nunquam tam grati hi ſeſquimodii, Q. Hortenſi, fuiſſent.

Seſquiŏbŏlus, i. m. [ἡμιωβόλιον] Plin. lib. 26. cap. 8. Dejectoque quod ſupernatat, reliquus ſuccus purgat, utraque parte ſeſquioboli in aqua mulſa.

Seſquĭpes, ĕdis. m. [ἡμιολιοπόδιον] Varro 2. de R. R. cap. 43. Cytiſum ſeritur in terra bene ſubacta, tanquam ſemen braſſicæ; inde differtur, & in ſeſquipedem ponitur. Martial. lib. 8. 60.

Summa Palatini poteras æquare Coloſſi,
Si fieres brevior, Claudia, ſeſquipede.

Seſquipedālis, e. Adj. [ἡμιολιοποδιαῖος] ut, Seſquipedalis craſſitudo. Plin. lib. 16. cap. 40. Et apud Catonem R. R. cap. 10. Seſquipedalis paries. Dentes ſeſquipedales. Catul. 94. 5.

Tigna ſeſquipedalia. Cæſ. 4. Bell. Gall. 17. de pontis Rhenani ſtructura. h. e. Pedis unius & dimidiati: quod ad craſſitudinem eſt referendum. conf. Vitruv.

Verba ſeſquipedalia apud Horat. non tam intelligo Longa & extenſa, quam Turgida & inflata ac prætumida. Nam ab architectis eſſe tranſlationem ſumptam puto, apud quos ſunt Tigna ſeſquipedalia, materies craſſior: ita loquitur non raro Vitruvius. Inde igitur Horatium explicandum arbitror cum ait, in Arte Poet. 97.

Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba. Ampullarumque figura, quæ tumidæ ſunt, huic congruit interpretationi: quanquam ſi de longis quis accipiat, qualia ſunt dithyrambica, non repugnabo, præſertim cum dicat Martial. 7. 13. etſi hoc obſcœnius eſt,

Mentula cui nondum ſeſquipedalis erat. Verba ſunt Turnebi. conf. AMPULLA & AMPULLOR.

Seſquiunx, vel Seſcunx, cis. m. & Seſcuncia, æ. f. [ἡμιουγκιον] Unciam ſignificat & unciæ dimidium, ut ait Budæus. Columel. lib. 12. cap. 57. Laſeris radicis, quod σίλφιον Græci vocant, ſeſcunciam. Idem lib. 5. cap. 2. Quæ ſumma efficit jugeri ſeſcunciam. &c.

Seſcunciālis, e. Adj. [ἡμιουγκιαῖος] Quod ſeſcunciæ pondus, vel menſuram habet. Plin. lib. 13. cap. 15. Tota craſſitudine ſeſcunciali. h. e. Unius pollicis & dimidii.

Seſquiŏpĕra, æ. f. [ἡμιεργία] Columel. lib. 2. cap. 13. Occantur ſeſquiopera, ſarriuntur ſeſquiopera, iterum ſarriuntur una opera, & tertio una, metuntur una: ſumma fit operarum, octo vel ſeptem.

Seſquiŏpus, ĕris. n. Plaut. V. in SESQUI extr.

Seſquiplāga, æ. f. V. in SESQUI ad fin.

Seſquiſĕnex, pro Pluſquam anus. Senex enim de muliere etiam dicitur; ut, Tua amica ſenex. Hæc vox exſtat apud Varr. de L. L. 6. 3. quo tamen loco Eſqui ſenex meoſe legitur, auctore Turneb. Adverſ. 23. 16.

Seſquiulyſſes, vel Seſculyſſes, is. m. pro Aſtutiſſimo & callidiſſimo in cujuſdam Satiræ titulo Varro poſuerat. Turneb. Adverſ. 17. 24. V. Plin. Præf. Hiſt. Nat. & Non. paſſim.

Seſſilis, Seſſio, &c. V. SEDEO.

Seſſimonium, i. n. eſt Templum & ſedes, deduciturque a Seſſu vel Sede; ut a Merce, Mercimonium. Vitruv. lib. 7. in præf. Suſpectus habent in deorum ſeſſimonio: id eſt in deorum ædificandis templis: & ſedibus ſtatuendis: ac ſeſſimonium dici videtur, ut ἕδος Græce. Turneb. Adverſ. 2. 3.

Seſtertius, i. m. [τρίτον ἡμιδραχμον] Apud Romanos genus nummi argentei. Dicitur & Nummus abſolute. [Ubi tamen ſubauditur attributum Seſtertius, ut in Seſtertius, abſoluta poſito ſubauditur Nummus.

Seſtertius ex eo dictus eſt, quod duos aſſes & ſemiſſem valeret. Qua ratione quaterni ſeſtertii denarium Romanum valebant. Et Seſtertius dictus, quia tertius ſemis eſt, duo ſunt ſolidi aſſes, & ſemis. V. Vitruv. 3. 1.

Seſtertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decuſſis valebat, id eſt dupondius & ſemis. Paul.

Seſtertium, [illegible], [illegible]. Gloſſ. Latinogræc. Et Græcolat. [illegible], Seſtertium, Denarius. [Solebant hæc Græculi confundere.

Seſtertius, dicitur quaſi Semis tertius, eo quod contineat in ſe aſſes duos & dimidiatum tertium. Unde nota vetus pro ſeſtertio ponebatur, II ſ, ſcil. duæ lineæ & dimidia, quas citat Harduinus in Plin. ut in MSS. invenit. Deinde hoc modo IIS, quæ tandem coaluit in HS notam hodie vulgatiſſimam. Veteris conſuetudinis fuit ut Semis anteponerent, ut Semiſquartus, Semiſquintus, Semiſtertius, a quo Seſtertius, & eſt compoſitio Attico more facta. Illi enim ἑβδομον ἡμιτάλαντον, hoc eſt ſeptem ſemi talenta dixerunt, ſervantes illud ut expreſſus numerus pro dimidio caperetur.

Seſtertius unde appellatur, inquit Chariſius lib. 1. ſolet quæri. Quod manifeſtum erit, ſi ſciamus apud antiquos denarium decem aſſes habuiſſe. Ideoque in rationibus faciendis denarium decuſſi x inductum notamus, cujus quarta pars, dupondius ſemis, ſeſtertius dicitur, quod de tribus aſſibus ſemis deficiat. Denique & nota nihil aliud quam dupondium & ſemis H-S. oſtendit. Varro 4. de L. L. 36. Seſtertius, quod Semiſtertius. Dupondius enim & ſemis, antiquus ſeſtertius eſt: & veteris conſuetudinis, ut retro æra dicerentur, ita ut ſemiſtertius, ſemiſquartus pronunciarent. Seſtertius igitur, ab Semiſtertius dictus. Hæc Varro. conf. Feſt.

Mille ſeſtertii æſtimatione noſtra viginti quinque coronatos valent. Dicitur autem Mille ſeſtertii, & Mille nummi: vel Mille ſeſtertiûm, & Mille nummûm: vel copulate, Mille ſeſtertiûm nummûm. Quum autem Mille ſeſtertii, i. e. Ducenti quinquaginta denarii duas libras argenti & ſemiſſem valerent, ſequitur ut libra Romana, quæ & Mina dicitur & Pondo, decem aureos coronatos valuerit. Coronatos autem ita intelligi volo, ut ſinguli triginta quinque ſolidos valeant: quod eſt legitimum pretium. Igitur decem millia nummûm, vel Decem millia ſeſtertiûm, quod idem eſt, ducentos & quinquaginta aureos coronatos valebant. Hæc etiam Decem ſeſtertia dicuntur, quum ſingula ſeſtertia, n. pl. ſingula millia ſignificent.

Mercari ſeſtertiis ſexcentis. V. MERCOR.

Qui totam rem de ſeſtertio intelligere volunt, adeant Jo. Fr. Gronov. de Seſtertio vel pecunia veteri, vel Jo. Caſp. Eiſenſchmidii de Ponder. & menſur. & Pec. vet. libellum.

Seſtertium, i. n. Idem ac Mille ſeſtertii. [Non eſt u ſing. V. infra.

Libra Romana, quæ & Mina & Pondo dicitur, centenas drachmas habebat. Quum igitur denarius quaternos ſeſtertios æquaret pondere & æſtimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuiſſe ſeſtertios, & in duabus libris & ſelibra mille ſeſtertios. Qua ratione fit, ut Seſtertia ſingula numero plurali millenos ſeſtertios valeant, hoc eſt, duas libras & ſemiſſem. Ut enim Seſtertius nummus dicitur ex eo, quod duos aſſes & ſemiſſem valebat, hoc eſt, duas libras æris gravis, & ſelibram: ita Seſtertia numero plurali & genere neutro ideo dicuntur, quod ſingula, duas libras & ſelibram argenti valerent, hoc eſt ducentos & quinquaginta denarios, ſive mille ſeſtertios, quod idem eſt. Sic fit ut decem ſeſtertia, & decem millia ſeſtertiûm nummûm pro eodem ab antiquis dicerentur. Hor. 2. Epiſt. 2. 33.

Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm. Juven. 13. Sat. 17.
Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude.

Decies ſeſtertiûm, idem eſt quod Decies centena millia ſeſtertiûm, quæ ſumma centies major eſt decem ſeſtertiis. Idem eſt enim Decies ſeſtertiûm, quod Mille ſeſtertia. Quum enim ſingula ſeſtertia millenos nummos ſeſtertios valeant, ſi mille ſeſtertia millies multiplices, fient decies centena millia, quem lingua vernacula *millionem* vocant. Decies igitur ſeſtertiûm, centies ducentos & quinquaginta aureos valet, hoc eſt viginti quinque millia. Sic fiet ut millio Romanus viginti quinque millia coronatorum valeat. Hoc igitur tenere oportet, quod quemadmodum, quum a nummis ſeſtertiis ad ſeſtertia genere neutro fit tranſitus, numerus millies multiplicatur: ita quum ad eam locutionem ventum eſt, quæ per adverbia numeralia enuntiatur, ſeſtertia ſingula centuplicata creſcunt, ut verbi gratia, ſi Centum ſeſtertia dicam, centum millia ſeſtertiûm intelligere debes. Quod ſi centies ſeſtertiûm dicam, non jam centum ſeſtertia, ſed centies centena ſeſtertia, ſeu centies millia ſeſtertiûm intelligendum ſit. Hæc omnia ex Budæi Aſſe. [Qui primus Seſtertiariam veterum rationem expediſſe videtur.

Seſtertiûm, in hujuſmodi locutionibus, Duo millia ſeſtertiûm, genitivi caſus eſt pluralis numeri, pro Seſtertiorum: ideo more veterum, circumflexum adſcripſimus. [Ut Nummûm, Medimnûm modiûm, &c.

Seſtertium, ii. n. Genus veli triplici licio texti, ut tertium filum duobus impar ſit. Suet. in Auguſt. cap. 83. Ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret, ſeſtertio vel lodicula involutus. al. Segeſtro indutus.

Seſtertiŏlus, i. m. dimin. Martial. lib. 1. 59.

Sed ſeſtertiolûm donavit mentula Phœbo
Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

Seſtertiārius, i. m. Pauper, qui nil niſi ſeſtertium in cenſu habet. Petron. cap. 45. Seſtertiarius homo. Et Gladiatores ſeſtertiarii. [Qui auctoramento ſeſtertii pugnant.

Seſtius, V. SEXTIUS.

Seſtos, [Σηστός] Urbs erat in litore Thracio ad Helleſpontum, ſita e regione Abydûs, Leandri & Herûs amoribus nobilitata, apud Ovid. 18. Ep. & Muſæum. V. Strabo lib. 13. Mela lib. 2. 2.

Seſtonque admovit Abydo, Lucan. lib. 2. 674. De Xerxe, qui pontem in Helleſponto fecerat.

Seſtias, ădis. f. patronym. [Σηστιάς] a Seſto. Stat. 6. Theb. 547.

Contra autem fruſtra ſedet anxia turre ſuprema
Seſtias in ſpecula.

Seſtis, ĭdis. f. Idem, ut vult Heinſ. apud Ovid. 18. Ep. pr.

Seſtiacus, a, um. Adj. [Σηστιακός] Auſon. in Moſell. 287. Seſtiacum pelagus.

S E T

Seta, æ. f. [ἱππεία, χαίτη Gl. L. G.] Pilus craſſior, rigidiorque, atque erectus, qualem habent ſues, aliaque animalia. Cic. 5. Tuſc. 62. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum, demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus.

Hirtæ ſetæ. Ovid. 13. Met. 850.

Terga horrentia rigidis ſetis. Ovid. 8. Met. 428.

Protinus exuvias, rigidis horrentia ſetis
Terga, dat. De apro Calydonio.

Setæ leonis. Cic. 3. de Orat. 120. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.

Setis ut hirtum muſculis marinis. Plin. lib. 11. cap. 37.

Vellus hirſutum ſetis. Ovid. 2. Faſt. 319.

In obſira ſetis. Virg. 7. Æn. 790.

Setŭla, æ. f. dimin. Arnob. lib. 7. Vulſæ ex hoſtiis ſetulæ.

Setōſus, a, um. Adj. [λάσιος Gl. L. G.] Quod ſetis abundat. Plin. l. 8. c. 45. Tauris in aſpectu generoſitas, torva fronte, auribus ſetoſis. Celſ. lib. 2. 8. Corpus id, quod minime tenue, maximeque lati pectoris, & ſetoſi.

Aper ſetoſus. Virg. 7. Ecl. 29.

Verbera ſetoſa. Propert. lib. 4. 1. 23.

Verbera pellitus ſetoſa movebat arator. i. e. Ex caprina pelle villoſa.

Setĭger, ĕra, ĕrum. Adj. [χαιτοφόρος] Quod ſetas gerit.

Pecus ſetigerum. Ovid. 14. Met. 189.

Sus ſetigera. Virg. 12. Æn. 170.

Frons ſetigera. Stat. 8. Theb. 532.

Setiger, i. m. Martial lib. 13. 93. Ovid 8. Met. 376. de Apro Calyd.
Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas,
Nec jaculis iſſet, nec equo loca pervia, ſilvas [Sic Laniger pro Ove.

Setăbis, vel **Saetăbis**, is. [Σετάβις Strab. Σαιταβὶς Ptolem.] Fluvius eſt Hiſpaniæ, ſecundum Strab. Ptolem. & Melam.
Eſt & Oppidum Hiſpaniæ, lino tenuiſſimo, & arte texendi maxime celebre. Plin. lib. 19. cap. 1. A Setabi tertia in Europa lino palma. Silius lib. 3. 373.
Sætabis & telas Arabum ſpreviſſe ſuperba,
Et Peluſiaco filum componere lino. Volaterr. lib. 2. Geogr. Setabis lino tenuiſſimo nobilitata, unde Sudaria ſetaba a Catullo commemorata. Hanc abluit Sucro e montibus oriens Oroſpedanis. Hodie *Xativa*, in regno Valentiæ. Hinc

Setabus, a, um. Adj. Catull. ad Aſin. 12. 14.
Nam ſudaria Setaba ex Hiberis, &c.

Sethron, i. n. [Σέθρον] Ægypti urbs. Steph. unde

Sethroites, [Σεθροίτης] Præfectura Thebaidis eſt apud Plin. lib. 5. cap. 9.

Sĕtia, æ. f. [Σητία] Urbs Campaniæ, ex cujus agro Setinum vinum commendatur. Plin. lib. 3. cap. 5. Martial. lib. 13. 112.
Pendula pampineos quæ ſpectat Setia campos,
Exigua vetulos miſit ab urbe cados.

Setīnus, a, um. Adj. [Σητινὸς] Plin. 3. 5. Agri Setini. V. ſupra SETIA.

Setiose, **Setosus**. V. SETA.

Setubia, [Σετουβία] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Urbs Hiſpaniæ, alio nomine Sepulveda.

S E U

Seu, [εἴτε, ἤτοι Gl. G. L.] Disjunctiva particula, idem ſignificans, quod Sive, qua jungimus ea, quorum alterum, non utrumque affirmamus. Cic. pro Quint. 69. Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo noſtro loco natus aſſequi poſſet. Quintil. in procem. lib. 8. A corruptiſſimo quoque poetarum figuras, ſeu translationes, mutuamur.
Seu & Sive ſæpius alternatim ponuntur. Ter. And. 1. 5. 59.
Sive hæc te ſolum ſemper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. Virg. 8. Ecl. 6.
Tu mihi, ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi,
Sive oram Illyrici legis æquoris.

Sevaceus, V. SEBACEUS in SEVUM.

Sevectus, a, um. Partic. a Seveho. Propert. lib. 3. 2. 21.
Cur tua præſcripto ſevecta eſt pagina gyro? Sevecta dicitur Egreſſa, & ſeorſum vecta quam ire debebat. Cur auſa eſt tua pagina elegiaca egredi ſpatium ſibi præſcriptum, tentando materiam ſtilumque grandiorem. [Sed in emendatis libris legitur, Præſcriptos evecta eſt pagina gyros. Nec proinde vox hæc Latina cenſetur.

Sĕvērus, a, um. Adj. [αὐστηρὸς, κατηφὴς Gl. L. G.] quaſi Secus, id eſt juxta verum, Gravis & cenſorius. Opponitur Jocoſo. Plaut. Pœn. 5. 3. 51.
Opinor hercle hodie, quod ego dixi per jocum,
Id eventurum eſſe, & ſeverum & ſerium.
Perſonis proprie tribuitur. Ter. Heaut. 5. 3. 20.
Sed ipſe egreditur, quam ſeverus: rem quum videas, cenſeas. Virg. 8. Æn. 638.
Romulidis, Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.
Severus ad judicandum. Cic. 2. Verr. 30. L. Caſſius ex familia, tum ad cæteras res, tum ad judicandum ſeveriſſima.
Acerbe ſeverus in filium. Cic. 3. Off. 112. Magnus vir in primis, & qui parindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium.
Agricolæ ſeveri. Lucret. lib. 5. 1356.
Auctor ſeveriſſimus. Plin. lib. 11. cap. 52. Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus, & ipſe auctor ſeveriſſimus.
Cuſtus legis ſeverus, Gravis & accuratus. Cic. 1. Verr. 10. Cujus legis, non modo a Pop. Rom. ſed etiam ab ultimis nationibus, jampridem ſeveri cuſtodes requiruntur.
Eques ſeverus. Ovid. 3. Amor. 8. 56.
Homo ſeverus. Cic. 2. de Finib.
Judex ſeverus. Cic. 5. Verr. 121. Si ex provincia tota centum ſeptuaginta ejeciſſet, poſſeſne ſeveris judicibus ſalvus eſſe.
Prætor ſeverus ac Diligens. 7. Verr. 28.
Senes ſeveriores. Catull. ad Lesbiam, 5. 2.
Conſilium ſeveriſſimum. Cic. 3. Q. frat. 1. Annali pergratæ litteræ tuæ fuerunt, quod & curares de ſe diligenter, & tamen conſilio ſeveriſſimo juvares.
Diſcipline. Cic. 7. Verr. 93. Hujus autem præclari Imperatoris ita erat ſevera domi diſciplina.
Imperii ſeveriſſimi vir. Liv. 4. 26.
Lex ſevera. Ovid. 3. de Pont. 3. 57.
Pectus ſeverum. Ovid. 18. Epiſt. 63.
Non ſinit Endymion te pectoris eſſe ſeveri.
Vita ſevera. Ovid. 2. Amor. 10. 16.
Hoſtibus eveniat vita ſevera meis.
Frons ſevera. Ovid. 2. Triſt. 241.
Supercilium ſeverum. Ovid. 2. Triſt. 309.
Vultus ſeverus advertere. Stat. 1. Theb. 48.
Vultus exuere ſeveros. Ovid. 3. Amor. 4. 63.
Canities ſevera. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 49.
Comas ſeveras ligare fronde. Stat. 1. Achil. 288.
Fidibus voces crevere ſeveris. Hor. de Arte Poet. 216.
Severus mons, Aſper. Virg. 7. Æn. 713.
Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque ſeverum. Servius putat eſſe nomen proprium.
Severus amnis Cocyti, Triſtis, vitabilis. Virg. 3. Georg. 37.
Invidia infelix Furias, amnemque ſeverum
Cocyti metuet, tortoſque Ixionis angues.
Falernum ſeverum. Hor. 1. Carm. 27. 9.
Vultis ſeveri me quoque ſumere
Partem Falerni? i. e. Auſteri, ut vult Schol. [Niſi potius attributum ad Sodales referendum eſt.

Hiems ſevera. Quintil. Decl. 4. 14.
Silentia ſevera noctis. Lucret. lib. 4. 461. I. e. A vero ſeorſa & ſeparata; quoniam per id tempus animus erraticus eſt, nihilque fere videt, quod ſit veritati congruum. [Severa, i. e. Triſtia, horrida, ab effectu.

Sevēre, Adv. [σεμνῶς] Graviter, aſpere.
Graviter & ſevere. Cic. 2. de Finib. 60. Ita graviter & ſevere voluptatem ſecernit a bono.
Vehementer ac Severe. Cic. 7. Verr. 133. Etiam in cives, militesque noſtros perſæpe eſſe ſevere ac vehementer vindicatam. conf. 19.
Severa dicere. Cic. 3. Tuſc. 72. Video enim ab eo dici multa ſevere, multa præclare.
Agere ſevere. Cic. 3. de Legib. 34. Primum enim obſiſtitur, quum agitur ſevere; deinde opprimi in bona cauſa eſt melius, quam male cedere. Al. Malæ.
Severius acturi. Tacit. 4. Ann. 2. Judicare. Cic. 7. Verr. 19.
Severiſſime exacta ætas. Cic. pro Roſc. Com. 44. Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis ſeveriſſime fructum, quem meruerunt, retribuam.

Severiter, [αὐστηρῶς] aliud Adv. Idem. Titinnius apud Non. 11. 5. Severiter hodie ſermonem amica mecum contulit.

Severitas, ātis. f. [σεμνότης, αὐστηρότης, ἐπιτίμησις Gl. L. G. αὐστηρία G. L.] Ipſa ſeverorum gravitas. Cic. 7. Verr. 178. Quum iſte, veſtra ſeveritate permotus, multa ſigna dederat, quamobrem is reſponſurus non videtur, &c. conf. 22.
Aculeus ſeveritatis. V. ACULEUS.
Lætiſſimæ vir ſeveritatis. Paterc. lib. 2. ſub finem.
Animadverſionis ſeveritas. Cic. 9. Fam. 14. Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeveritas animadverſionis, non modo non invidioſa, ſed etiam popularis eſſet.
Diſciplinæ ſeveritas. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Diſputandi ſeveritas. Cic. 3. de Finib. 13. Ne blanditiis ejus, illecebriſque impediatur diſputandi ſeveritas.
Emendationis nimia ſeveritas. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Imperii ſeveritas. Cic. 7. Verr. Summæ diligentiæ ſummam imperii ſeveritatem addidit. conf. 133.
Fuit iſta ſeveritas in judiciis. Cic. 7. Verr. 45. Severitas vetus ac dignitas reip. ibid. 46.
Salutaris ſeveritas vincit inanem ſpeciem clementiæ. Cic. ad Brut. 2.
Vitii unguentorum ſeveritas, Aſperitas. Plin. lib. 13. cap. 3.
Adhibere ſeveritatem. Cic. 1. Off. 88. Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atque clementia, ut adhibeatur Reip. cauſa ſeveritas: ſine qua adminiſtrari civitas non poteſt.
Commodare ſeveritatem magnis peccatis. Tacit. in vita Agric. cap. 19. Omnia ſcire, non omnia exſequi, parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare.
Contorquere ad ſeveritatem. Cic. 2. de Orat. 72.
Habere ſeveritatem. Cic. in Brut. 148. Craſſus in ſumma comitate habebat etiam ſeveritatis ſatis.
Mitigare ſeveritatem. Cic. 1. Q. frat. 1.
Revocare ad ſeveritatem. Cic. 1. Att.

Severitūdo, inis. f. [σκυθρωπότης] Idem. Plaut. Epid. 5. 1. 3.
Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine? Antiquum.

Sevērus, i. m. [Σεβῆρος] Proprium multorum virorum nomen, ut Severi Cæſaris. V. SEPTIMIUS, & Spartian. Herodian. Suid. Severi Aulii ad quem Lactantius ſcripſit duo epiſtolarum volumina, cujus meminit Hieronymus.
Severus alius ſophiſta, de quo Suid. V.
Eſt & Severus, proprium montis in Italia, auctore Servio, cujus meminit Virg. 7. Æn. 713.
Qui Tetricæ horrentis rupes, montemque Severum,
Caſperiamque colunt.

Severiānus, a, um. [Σεβηριανὸς] Adj. a Severus ortum.
Severiana pira, a Severo inſitore dicta. Eorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.

Severiani, Hæretici quidam fuerunt a Tatiano primum propagati, deinde & a Severo aucti, qui matrimonio penitus abſtinendum prædicabant. Meminerunt horum Hieronym. & Sophronius. V. Iſid. 8. 5.

Seumăra, n. pl. [Σεύμαρα] Armeniæ, vel potius Iberiæ, civitas eſt. Strabo lib. 11. Ex Armenia vero anguſtiæ, quæ ſecus Cyrum ſunt atque Aragam, qui prius quam invicem concurrant, urbes natura munitas habent, quæ ſaxis impoſitæ, XVI inter ſe ſtadiis abſunt, prope Cyrum Armozycam, prope Aragum Seumara, quorum ingreſſuum priore Pompejus uſus eſt, ex Armenia movens, poſtea vero Canidius. In MS. extat Σουσάμορα, Suſamora.

Sevo, V. infra SEVUM.

Sēvŏco, [ἀποκαλοῦμαι] are. Seorſum, ſeu in alteram partem vocare. Plaut. Aul. 3. 6. 13.
Quid tu te ſolus e Senatu ſevocas? Ovid. 2. Met. 836.
Sevocat hunc genitor, nec cauſam faſſus amoris.
Sevocare plebem in. Cic. pro Muren. 15. Facis ut rurſus plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur.
Cura me ſevocat a Muſis. Catull. ad Ortalum, 63. 2.
Etſi me aſſiduo confectum cura dolore
Sevocat a doctis, Ortale, virginibus.
Sevocare ſe ab aliquo. Plaut. Merc. 2. 3. 45.
Quid illuc, quod ille a me ſolus ſe in conſilium *ſevocat*? Al. non habent A me, nec verſus requirit.
Sevocare animum ab omni negotio. Cic. 1. Tuſc. 75. Quum a re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum a Repub. quum a negotio omni ſevocamus animum.
Sevocare ſe a corporibus. Cic. 1. Tuſc. 72. Quibuſque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeſeque ab his ſemper ſevocaſſent: eſſentque in corporibus humanis vitam imitati deorum.
Sevocatur animus a ſocietate corporis. Cic. 1. de Divin. 63. Quum ergo eſt ſomno ſevocatus animus, a ſocietate & contagione corporis, &c.
Sevocare ad ſe, in privatam domum, de communi, Intercipere. Cic. pro Quint. 13. Itaque hercule haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad ſe, in privatam domum, ſevocabat.

Sevocātor, ōris, m. [χωριστὴς, ἀποκαλῶν] Gloſſ. Latinogræc.

Sēvum, i. n. quod & Saevum, vel Sebum dicitur, [στέαρ] Pinguedo ex

ex animalium omentis detracta, & elota ac curata, ut in uſum noſtrum convertatur: unde nos hodie candelas concinnamus & componimus. Plin. lib. 15. cap. 15. Sevum ex omento pecudis. Idem lib. 28. cap. 9. Quæ ratio adipis, eadem in his, quæ ruminant, ſevi eſt, aliis modis non minoris potentiæ. [Gloſſ. Lat. Græc. Sebrum, λίπος. Scribe Sebum, vel Sevum. Græc. Lat. λίπος, Sevum, Pinguamen, Adeps. Mirot. Græcolat. Στέαρ, Spaſſum, Adeps, Pingue. An Sepaceum?
Habet unde excoquat ſevum ſenex: Proverbium eſt apud Plaut. Capt. 2. 2. 31.

SEBĀCEUS, a, um. Adj. Quod ex Sevo ſeu Sebo eſt. unde

SEBACEUS, i, m. pro Candela ſebacea. Apul. 4. Met. p. 151. Elmenh. Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis, & ceteris nocturni luminis inſtrumentis, clareſcunt tenebræ. Al. Sepaceis.

SEVŌSUS, a, um. Adj. [στεατώδης] Quod inſtar ſevi ungit. Plin. lib. 11. cap. 37. Sevoſa cornigeris medulla.

SEVO, vel SEBO, [στεατόω] āre. Sevum imponere, ſeu Candelas ex ſevo facere. Columel. lib. 2. cap. 22. Feriis autem ritus majorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſevare. Al. Sebare.

S E X

SEX, numerale nomen, VI. indecl. Feſt. [ἕξ] Ex Græco, mutata aſpiratione denſa in S.
Sex ſuffragia appellantur in Equitum centuriis, quæ ſunt adjectæ ei numero centuriarum, quam Priſcus Tarquinius rex conſtituit. Feſt.
Sex Veſtæ ſacerdotes conſtitutæ ſunt, ut populus pro ſua quaque parte haberet miniſtram ſacrorum, quia civitas Romana in ſex eſt diſtributa partes, in primos ſecundoſque Titienſes, Ramnenſes, Luceres. Idem.
Sex ſeptem, pro Sex ſeptemve. V. Plebs, de uno tantum; in PLEBS.

SĒNI, æ, a. [ἀνὰ ἕξ] Numerus diſtributivus, a Sex derivatus. Cic. 4. Verr. 22. Ab iſto, & præco qui voluit, iſtum ordinem pretio mercatus eſt, & pueri annorum ſenûm ſeptenûmque denûm, Senatorium nomen nundinati ſunt.
Anni decies ſeni, Sexaginta. Ovid. 3. Faſt. 163.
Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit. Quidam, quod eo veſtales virgines ornentur, quarum caſtitatem viris ſuis ſpondent. [Ubi Crines ſunt πλέγματα, ſeu plegmata capilli. Gloſſ. Græcolat. πλέγμα, Crinis.

SENĀRIUS, a, um. Adj. [ἑξὰς, ἑξαδικὸς] Quod conſtat ſex rebus: ut, Senarius numerus, Hinc
Senarii verſus, qui & Senarioli dicti ſunt, a ſex pedibus. Cic. 5. Tuſc. 64. Tenebam enim quoſdam ſenariolos, quos in ejus monumento eſſe inſcriptos acceperam, qui declarabant in ſummo ſepulcro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro.

SENARIŎLUS, i. m. dimin. V. SENARIUS præced.

SENIO, ōnis. m. Sex puncta in teſſeris. Perſ. 3. Sat. 48.
—quid dexter ſenio ferret,
Scire erat in voto. Et Martial. 13. 1.
Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur. Fuit enim Senionis jactus nonnunquam damnoſus V. Suet. Aug cap. 71. conf. CANIS.
Senio pro Numero ſenario. Pontanus in Dial. 325. H St.

SEXIES, Adv. [ἑξάκις] Sex vicibus. Liv. 4. 32. Vejentem hoſtem ſexies victum pertimeſcant. Columel lib. 5. cap. 2.

SEXTUS, a, um. Adj. [ἕκτος] Numerus ordinalis a Sex. ut, Sextus ab Hercule. Vellej. Paterc. 1. 3. 3.

SEXTUM, Adv. pro Sexta vice.
Sextum Conſul, [ἕκτον ὕπατος] ut Tertium Conſul. Cic. in Piſon. 20. Qui C. illi Mario, fortiſſimo viro, & Conſuli, & ſextum Conſuli, &c.

SEXTĀNUS, a, um. Adj. Plin. 3. 4. Sextani, ſcil. Milites, i. e. Sextæ legionis.

SEXTŬLA, æ. f. Æris minima pars: dicta quod ſit ſexta pars unciæ. Cic. pro Cæcin. 18. Facit heredem ex deunce & ſemuncia Cæcinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, libertum ſuperioris viri, Æbutio ſextulam aſpergit. Hereditatem, i. e. aſſem his verbis Cic. in deuncem, ſemunciam, & tres ſextulas diviſit. Ex quo liquet ſextulam tertiam eſſe partem ſemunciæ, & unciæ ſextam. Duas ſextulas dixit pro tertia parte unciæ: quum tamen aliud vocabulum Latinum haberet, duellam ſcil. Nam duæ ſextulæ duellam faciunt, quæ tertia pars eſt unciæ. V. in in Aſſe Bud.
Sextula, Menſura agri. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars ſeptuageſima ſecunda, pedum CCCC. hoc eſt ſextula, in qua ſunt ſcrupula quatuor.

SEXTANS, antis. m. [διώβολον] Sexta aſſis pars Erat & Nummulus duas uncias valens. Plin. lib. 33. cap. 10. ad finem. Nam quod Agrippæ Menenio ſextantes æris in funus contulit, honoris id, neceſſitatiſque, propter paupertatem Agrippæ, non largitionis eſſe dixerim. Liv. 2. 33. extr. Extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita. De eodem.
Sextans, Genus ponderis, Duæ unciæ. Plin. lib. 26. cap. 11. Prodeſt & vino myrteo fovere: mentæ ſextans, vivi ſulphuris unciæ.
Sextans, Duorum cyathorum menſura. Suet. in Auguſt. cap. 77. Vini quoque natura parciſſimus erat. Non amplius ter bibere eum ſolitum ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam, Corn. Nep. tradit. Poſtea quoties largiſſime ſe invitaret, ſenos ſextantes non exceſſit: aut ſi exceſſiſſet: rejiciebat. Sunt ſextantes pro Sextario dixit, ſed ſignificare voluit, Senis hauſtibus ſextarium tantum bibere eum ſolitum. Bud. in Aſſe. V. SEXTARIUS Romanus infra.
Sextans agri, Pars ſexta jugeri: h. e. Duæ unciæ. Eſt autem uncia, duodecima pars jugeri, ut aſſis. Varr. 1. de R. R. cap. 10. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars ſexta, pedes quatuor millia & octingentos, hoc eſt ſextans, in quo ſunt ſcrupula XLVIII.
Seſtans a veteribus interdum ſcriptum eſt, ſed mendoſe.

SEXTANTĀLIS, e. Adj. Vitruv. 10. 6. Fuſi ſextantales.

SEXTANTĀRIUS, a, um. Adj. [ἑξαγχιαῖος] Quod ſextantis habet pondus. Plin. lib. 33. cap. 3. Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, quum impenſis Reſpub. non ſufficeret, conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere ferirentur.
Sextantarii aſſes (inquit Feſtus Pompejus) in uſu eſſe cœperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtum eſt, decreverunt patres, ut ex Aſſibus, qui tum erant librarii, fierent ſextantarii, per quos cum ſolvi cœptum eſſet, & populus ære alieno liberaretur, & privati, quibus debitum publice ſolvi oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septuennio quoque (anno) uſus eſt, ut priore numero: ſed id non permanſit in uſu, nec amplius proceſſit in morem. V. Antoni Auguſt. notas ad Feſtum.

SEXTĀRIUS, i. m. [ξέστης, μέτρον Gl. L. G.] dicitur quod ſit ſexta pars congii, quæ menſura apud antiquos, tam liquidis, quam aridis ſerviebat. Capit autem ſextarius cotylas binas, quæ Latinis Heminæ dicuntur.
Ad ſextarica decoquere. V. AD.
Sextarius Romanus, ut in Aſſe docet Budæus, eam menſuram capit, quam *ternos ſeptariolos* lingua noſtra appellat, hoc eſt ternos ſemiſextarica: qui eſt dodrans pintæ noſtræ Pariſienſis. Hic ſextarius in XII cyathos diſtribuitur, quemadmodum as vel libra in uncias duodecim. Proinde pinta Pariſienſis ſedecim cyathos implet. Notum eſt autem, antiquos, cum hilariori convivio ſeſe ad potus ſolutiores invitabant, tot cyathos hauſtibus ſingulis ebibere ſolitos, quot erant litteræ in nominibus amicorum, vel amicarum: a quo more illud Martialis emanavit, lib. 1. 72.
Nævia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno. Inde inventa ſunt vocabula triens, quadrans, quincunx, ſeptunx, bes, dodrans, deunx, & reliqua, quæ non magis pocula, quam menſuras ſignificant: id quod aperte docet idem poem lib 8. 51.
Det numerum cyathis Inſtantis littera Rufi:
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Telethuſa venit, promiſſaque gaudia portat,
Servabor dominæ, Rufe, triente tuo.
Si dubia eſt, ſeptunce trahar: ſi fallit amantem,
Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam. Septuncem pro hauſtu ſeptem cyathorum dixit, tot enim ſunt elementa in recto Inſtantis: & trientem pro phiala & hauſtu quatuor cyathorum. Et rurſus in undecimo, quincuncem pro quinque cyathis, & beſſem pro octo; epigr. 37.
Quincunces & ſex cyathos, beſſemque bibamus,
Caius ut fiat Julius & Proculus. Et 12. 28.
Poto ego ſextantes, tu potas, Cinna, deunces,
Et quereris quod non, Cinna, bibamus Idem. Deunces undenos cyathos intelligit, ut ſextantes binos. Romani autem ſextarium quaſi legitimam ac quotidianam virilis potus menſuram ſtatuentes, ab eo quaſi ab aſſe incipientes, reliqua vocabula partes ejus fecerunt: quomodo & nos pintam virilem menſuram ponentes, ſemiſſem ejus parcis vini deſtinamus, dodrantem autem continentibus, quadrantem ægrotis, ſeſquipintam bibacibus, in quotidiano quidem convivio. Cyathis vero antiquos potus ſui menſuram metiri ſolitos etiam inter epulas, ex eo colligitur, quod ſervi quidam Ad cyathos ſtare vel eſſe dicebantur, ut ſervi ad limina & ad pedes. V. & SEPTUNX in SEPTEM.
Sextarius aquæ. Cic. 2. Off. 56. At ii, qui ab hoſte obſidentur, ſi emere aquæ ſextarium cogerentur, hoc primo incredibile nobis videri.
Sextarius olearius. Cato R.R. cap. 13.
Sextarius vini. Hor. Arte Poet. 74.
Ducere ſextarium, Ebibere. Juven. 6. Sat. 426.
Sextarius, aridorum menſura. Columel. lib. 2. cap. 9. de Panico & Milio verba faciens, Nec impenſa gravi ſationem cultoris onerant, quippe ſextariis fere quatuor jugerum implent. Idem lib. 12. cap. 5 Salis ſextarium ſubterito. Paulo poſt, Quidam hordei toſti ſextarios quatuor. Cato R. R. cap. 105. Schœnum & calamum in pila contundito, quod fiet ſextarium unum, eodem in dolium infundito, ut odoratum fiet.

SEXTARIŎLUS, i. m. Aug apud Sueton. in Viris Illuſtr.

SEXTĪLIS, is. m. dicebatur menſis, qui poſt Auguſtus dictus eſt: quod ſextus eſſet in ordine menſium a Martio, anni Romulei. Hor. 1. Epiſt. 7. 2.
Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax deſideror.
Menſis ſextilis. Hor. 1. Epiſt. 11. 19. [Revera Adj. eſt.

SEXTŬPLEX, icis. Adj Multiplicitatem notans.

SEXTŬPLUS, a, um. Adj. [ἑξαπλοῦς] Gloſſ. Cyrilli. Numeri proportionem indicans.

SEXTUPLUM, i. n. [ἑξαπλοῦν] Idem Gloſſ.

SEXĀTRUS, Sextus dies eſt a feriis, ut Triatrus, tertius. Feſtus. V. Quinquatrus, in QUINQUATRIA.

SEXANGŬLUS, a, um. Adj. [ἑξάγωνος] Quod habet ſex angulos. Plin. lib. 11. cap 11. Apum ſexangulæ omnes cellæ. Ovid. 15. Met. 382.
Nonne vides, quos cera tegit ſexangula, fetus
Melliferarum apum ſine membris corpora naſci?

SEXANGULĀTUS, a, um Adj. Solinus cap. 46. Invenit & iridem in mari Rubro, ſicut cryſtallum ſexangulatam, &c.

SEXENNIS, e. Adj. [ἑξαετής] Quod eſt ſex annorum. Plaut Pœn. 4. 2 80. ibidem gnatos, inde ſurreptos fere ſexennis. Plin. lib 8 cap. 32.

SEXENNIUM, i. n. [ἑξαετία Gl G. L.] Tempus ſex annorum. Cic. 1. de Divin. 100. Quod quidem ſexennio poſt Vejos captos factum eſſe vidimus Idem 6. Att. 1. Confeceram ut ſolverent centeſimis ſexennii ductis cum renovatione ſingulorum annorum.

SEDIGITUS, a, um. Adj. [Σεδίγιτος] Cognomento Sedigiti ſunt, e Sex digitis. Plin lib. 11. cap 43. Digiti quibuſdam in manibus ſeni: C. Horatii ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcatium Sedigitum, illuſtrem in poetica. [Gloſſ. Græcolat. Ἑξαδάκτυλος, Sexdigitus.

SEJŬGES, ſive SEJŬGI, m. pl. [ἑξίππον] dicuntur Equi ſeni ad unum currum juncti. Apulejus in Floridis p. 356. Elmenh Uni cui omnes provinciæ, quadrijuges & ſejuges currus ubi gentium ponere gratulantur. Plin. lib. 34. cap. 5. Sequuntur hoc, & in his non niſi a divo Auguſto ſejuges, ſicut & elephanti.

SEJUGA, æ. f. [ἑξίππιον] Gloſſ. Græcolat.

SEMESTRIS, e. Adj. [ἑξάμηνος Gl. L G. & G. L.] Quod eſt ſex menſium; ut, Semeſtris Conſulatus. Plin. Hiſt. Nat. lib 10. cap 25. Temporum magna differentia avibus: perennes, ut columbæ: ſemeſtres, ut hirundines: trimeſtres, ut turdi & turtures; & quæ quum fetum eduxere, abeunt, ut galguli, upupæ.
Cenſura annua ac ſemeſtris. Liv. 4. 24. [i. e. Menſium XVIII. V. eundem 9. 33.
Dictatura ſemeſtris Liv 9. 34.
Tribunatus. Plin. 4. Epiſt. 4.

Infans ſemeſtris. Liv. 21. 62.
Regnum ſemeſtre. Cic. 10. Att. 8. Sed tamen ea pone ante oculos, jam intelligere id regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe.
Vitam ſemeſtrem excedere. Plin. lib. 8. cap. 39.
Semeſtria D. Marci, in libris Civilis juris, ſic accipienda ſunt, quæ in ſemeſtribus conſiliis conſtituta ab eo, & reſcripta erant. Auguſtum quoque ſemeſtria ſibi conſilia inſtituiſſe Suetonius in ejus vita ſcribit cap. 35. V. Dionem lib. 53. & l. 46. De pactis in P. l. ult. De ſervis exportan. l. 11. de acquir. heredit. §. Item Divus. de excuſat. tutorum, libro 1. Inſtitutionum Civilium. Erat enim moleſtum D. Principi annum totum miſeris hominum controverſiis hærere: itaque ſufficere viſum eſt, ſi ſemeſtre tempus litibus dijudicandis incumberet.
De alia ſignificatione V. in SEMIS.
Semenſter, ἑξαμηνιαῖος, Semenſtruum, ἑξαμηνιαῖον. Gloſſ. Græcolat.
SEPES, ĕdis. Adj. Quod ſex pedes habet. Onomaſt. vet. Sepedes, ἑξάποδες. Apul. Mileſ. 6. p. 177. Sepedum populorum undæ. Formicular intelligens.
SENIPES, ĕdis. Adj. Idem. Sidon. Carm. 23. 130.
Hic dum ſenipedem ſtilum polibat. i. e. Iambum ſenarium, de Menandro poeta.
SEVIR, iri. m. Dignitatis nomen, quaſi Sexvir; ut Duumvir, Decemvir. Sic dicebatur, qui alæ univerſæ equitum præerat. Capitol. in Anton. Phil. cap. 6. Sevirum turmis equitum Romanorum jam Conſulem deſignatum creavit. Sex erant Romanorum equitum decuriæ, Rhamnenſes, Tatienſes, Luceres primi ſecundique: erant enim primi Luceres & ſecundi, ac ſic quoque Tatienſes & Rhamnenſes geminati erant. His qui præerant Seviri vocabantur: ac in inſcriptionibus antiquis Sevirum equitum Romanorum reperimus: ut in hac, TRIB. MIL. LEG. VII. GEM. FELIC. VI. VIRO. EQVIT. ROMANO. & in illa, X. VIRO. A LITIB. IVDIC. VI. VIRO. EQVIT. ROMAN. TVRM. Turneb Adverſ. 22. 9. [Al. inſcript. C. CALVISIVS. SECVNDINVS. VIVIR. IVN. DECVR. i. e. Sevir juniorum decuriæ. Niſi ad Auguſtales ſeviros pertinet, de quibus poſt.
Fuit & Sevirorum quorundam dignitas civilis, & magiſtratus fuerunt in Municipiis, Coloniis & Præfecturis; nimirum, cum VI Collegæ curiam adminiſtrabant; ut, Quatuorviri, cum quatuor, Duumviri cum duo. In antiquius inſcriptionibus haud ſemel legimus; SEVIR IVRI DICVNDO; SEVIR VRBANVS.
Seviri Auguſtales, quorum frequens in inſcriptt. mentio, Sex primi collegii Sodalium. i. e. Sacerdotum Auguſtalium, de quibus V. in AUGUSTUS. conſ. Petron. 30. & 57.
SEVIRĀLIS, e. Adj. Ad Seviros ſpectans. Capitol. in Marc. cap. 6. Ludi Sevirales.
SEVIRĀTUS, ûs. m. Dignitas Sevirorum. Petron. cap. 71. Huic Seviratus abſenti decretus eſt. Et Vet. Inſcriptio apud Gruter. p. 400. n. 7. HIC PRO SEVIRATV IN REMP. DEDIT HS ∞ ∞.
SEXDĔCIM, vel SĒDĔCIM, [δεκαέξ, ἑκκαίδεκα] indecl. XVI. Ter. Eun. 3. 3. 20. Annos nata eſt ſedecim. Liv. 37. extr. Sexdecim elephanti.
SEXDECIES, vel SEDECIES, Adv. [ἑκκαιδεκάκις] Plin. lib. 6. cap. 29. Seboſus ab Ægypti extremis ſexdecies centena LXXV. M. paſſuum. Al. Sedecies.
Sexdecies Xylander apud Dionem pr. libri 43. Sed ſi x ponitur & ante ſp in Exſpecto, cur non & ante d poneretur? H. St.
SEDECENNIS, e. Adj. Auſon. Epitaph. Heroum tit. 32. In tumulum ſedecennis matronæ.
SEXĀGINTA, indecl. LX. [ἑξήκοντα] Cic. 3. Verr. 125 Poſſum ſexaginta decreta proferre, in quibus, ut ego pecuniam non dicam interceſſiſſe, ipſa decretorum novitas, iniquitasque declarat. Al. Sexcenta rectius.
SEXAGĒNUS, a, um. Adj [ἀνὰ ἑξήκοντα] Idem quod Sexaginta. Plin. lib. 8 cap. 40. Gerunt utero ſexagenis diebus. Diſtributiva. Liv. 8. 8. Ordo ſexagenos milites, duo centuriones, vexillarium unum habebat. Sexagena millia modiorum. Cic. 7. Verr. 52.
SEXAGENĀRIUS, a, um. Adj. [ἑξηκονταετής, ὁ ἑξηκοντούτης] Natus LX annos. Suet. Claud. cap. 23. An ſexagenarius generare poſſit?
SEXAGĒSĬMUS, a, um. Adj. [ἑξηκοστός] Numerus ordinalis a Sexaginta. Cic. 6. Att. 1. Die ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto. i. e. DCC. LX. V.
SEXAGESIES, Adv. Idem ac Sexagies. Mart. Capel. lib. 6.
SEXAGIES, Adv. [ἑξηκοντάκις] Cic. 2. Philipp. 45. Orabat ut te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertium ſexagies peteret, defenderem. [Subauditur Centena millia. V. in SESTERTIUS.
SEXCENTI, æ, a. [ἑξακόσιοι Gl. G. L.] plur. tantum. Ter. Phorm. 4. 3. 63.
Sexcentas perinde potius ſcribito dicas. Ubi Donatus, Apud nos Sexcenta dicere pro infinito numero, fere uſitatum eſt. Cic. 2. de Divin. 34. Sexcenta licet ejuſmodi proferre. Cic. pro Roſc. Amer. 90. Sexcenti ſunt qui inter ſicarios & de veneficiis accuſabant.
SEXCENTĒNUS, a, um. Adj. [ἀνὰ ἑξακόσιοι] Columel. lib. 3. cap. 5. Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, ſexcenteni malleoli pangendi ſunt. i. e. Sexcenti unicuique.
SEXCĒNUS, a, um. Adj. Syncopat. pro Sexcentenus. Cic. 7. Verr. 61. Civitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere, certo pretio ſexcenos nummos nautarum miſſione conſtituere. Columel. lib. 3. cap. 3.
SEXCENTĒSĬMUS, a, um. Adj. [ἑξακοσιοστός] Ordinale. Plin. 8. 7. Anno urbis ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Sic 14. 12.
SEXCENTIES, Adv. [ἑξακοσιάκις] Cic. 4. Att. 15. Ut forum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſexcenties H-S.
SEXCENTOPLĀGUS, a, um. Adj. [ἑξακοσιόπληγος] fictum a Plauto nomen, in Capt. 3. 5. 68.
Sexcentoplago nomen indetur tibi. h. e. Sexcentas plagas accipies.
SEXTILIUS, i. m. nomen Romanorum quorundam a Sexto deductum. Unde
SEXTILIA, æ. f. Vitelliorum mater. Tacit. 2. Hiſt. 64.
SEXTIUS, i. Nomen Romanum gentile, ſic forſan primum tributum, qui a Sexto aliquo deſcendunt.
P. Sextius, civis Romanus, qui Ciceroni adverſus Clodium, contractis armatis, in tribunatu ſuo auxilio fuit, quo nomine in judicium vocatus, reuſque de vi, i. Lutatia factus, defenſus fuit a Cicerone in Oratione, quæ inſcribitur Pro P. Sextio. Quædam exemplaria exhibent Seſtium ſed minus recte. V. Gruteri not. in Inſcriptionem hujuſce Orationis.
Sextius Caballus, [Σέξτιος Κάβαλλος] Scurra maximus, qui a calcitratu, Caballi nomen adeptus eſt. Martial. lib. 1. 42.
SEXTIUS, a, um. Adj. Cic. pro Quint. 25. Tabula Sextia, i. e. Sextii argentarii tabula, uti interpretatur Hotomann.
SEXTIANUS, a, um. Adj. Columel. 5. 10. Mala Sextiana, A Sextio inſitore, al. Seſtiana.
SEXTUS, i. m. [Σέξτος] Prænomen Romanum; ut, Sextus Pompejus. Sextus, Philoſophus Chæronenſis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit Marci Antonini imperatoris, de quo Julius Capitolinus cap. 3. pr. Audivit & Sextum (philoſophum) Chæronenſem, Plutarchi nepotem. Fuerunt & alii Sexti multi. de quibus V. Suid. & Fabric. Bibl. Græc.
SEXUS, ûs. m. [φύσις, γονή, ἀρρενικόν, γένος Gl. L. G.] Columel. lib. 6. cap. 24. Certis ſignis comprehendere licet quem ſexum generaverit.
Sexus a Græco dicitur ἕξις, quod eſt habitus: ſignificatque naturam & habitum, auctore Feſt. Unde maſculinum & femininum ſexum dicimus. Auctor de Viris illuſtr. cap. 2. Ad quos quum utriuſque ſexus multitudo conveniſſet, dato ſuis ſigno virgines raptæ ſunt.
Sexus a Secando ſecundum quoſdam, quod ſecando occulatur pars ea corporis noſtri, quæ eſt obſcœnior. Pontanus in Actio 256. 257. H. St.
Sexus naturæ, Εἶδος φύσεως. Gloſſ. Latinogræc. [Mirum quod in eodem Gloſſ. additur, Sexit, ἀρρενοῖ, Quaſi inde ducta verbo.
Sexum muliebri motu mentiri. Columel. Præf. lib. 1.
Adoleſcens ambiguo ſexu. Liv. 27. 11.
Pluraliter utitur Lactant. 1. 16. Ex duobus ſexibus alter fortior, alter infirmior eſt.
Peculiariter dicitur de Femineo ſexu, uti notat Dan. Heinſ. ad Sil. 3. 114.
SEXUS, i n. ſic enim uſi ſunt veteres. Plaut. Rud. 1. 2. 19.
Virile ſexus nunquam habui ullum.
Affluxere avidi talium virile & muliebre ſexus. Tacit. 4. Ann. 62.
Veteres interdum Secus dixere pro Sexus, priore correpta. Auſon Epigr. 70.
Corrupit totum qui puerile ſecus. [Nec aliter apud Plaut. & Tacit. codd. exhibent correcti. V. SECUS ſ. I.
SEXUĀLIS, e. Adj. Ad ſexum ſpectans. Cæl. Aurel. Acut. 3. 18. 184. Manibus ſexualibus. i. e. Alterius feminæ.

S E Y

SAYA, Fortuna Romæ templum habuit, a Servio Tullio conſtructum, quod ſerva Saya natus ad regni faſtigia conſcendiſſet. Alexand. Alexandrin. lib. 1. cap. 13. V. SEJA.

S I

S. I. Soli invicto SIB. L. S. P. E. Sibi libertis ſuis poſteris eorum. SICIL. Sicilia. SIC. V. Sicuti voluit. SIC. V. SIC X. Sicuti quinquennalia, ſic decennalia. S. I. F. P. R. E. A. D. P. Suſcepit in Foro pro Roſtris, & ante diem pridie. SIG. Signum. SIGN. Signifer. SIG. S. P. VOT. VOV. Signum ſua pecunia votum vovit. SIIX. Sex; duplici i pro e. SING. Singuli. S. I. R. Sacrum Junoni reginæ. SISC. Siſcia. SIVIS. pro Suis. S. IX. Stipendiis novem.
SI, [εἰ, ἐὰν, εἰ ἄν Gl. L. G.] Conjunctio conditionalis. Quando res facta ſignificatur: finitivis jungitur, auctore Diomede. Cic. 1. in Catil. 6. Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia. Nec enim dubitat, an illuſtrentur; ſed quia illuſtrantur, ſuadet ut mutet Catilina mentem. Virg. 6. Æn. 119.
Si potuit manes arceſſere conjugis Orpheus. Affirmat enim potuiſſe. [Si hic pro Siquidem. i. e. Quandoquidem.
Subjunctivis jungitur, quoties conditionalis & incerta eſt ſermo: veluti, Si facias, Si faceres. Qui enim ſic loquitur, non factum interim declarat. Hæc Diomedes. Cic. pro Cluent. 71. Tum ei quadraginta millia, ſi eſſet abſolutus, Oppianicus, pollicetur.
Finitivis, Græce τοῖς ὁριστικοῖς, id eſt Indicativis etiam jungitur quum conditionem ſignificat. Ter. Aud. 1. 3. 5.
Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: ſin opitulor, hujus minas. Ibid. 2. 1. 23.
Si id facis, hodie poſtremum me vides. Idem Eun. 1. 1. 6.
Verum incipies, neque perficies naviter. Virg. 1. Georg. 219.
At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra
Exercebis humum. Ubi Serv. dicit, Exercebis pro Exercueris poſitum.
Si, cum futuro Indicativi. Cic. 2. Fam. 6. Nunquam labere, ſi te audies. Idem 1. Fam. 17. Si me audies, vitabis inimicitias: & poſteritatis otio conſules.
Si cum Subjunct. in principio orationis. Cic. pro Cœl pr. Si quis, Judices, forte nunc adſit, ignarus &c. Et 49. Si quæ non nupta mulier domum ſuam patefecerit &c. ibid. Si auctoritates patronorum in judiciis valerent, ab ampliſſimis viris, &c. [Frequentius Quodſi ut ſeq.
Si quum fungi munere debeamus. Cic. 4. Acad. Quod ſi, quum fungi munere debeamus, non modo operam noſtram nunquam a populari cœtu removemus. V. Quodſi in QUOD.
Si ulli rei ſapiens aſſentietur unquam, aliquando etiam opinabitur. Cic. 4. Acad. 136.
Si poteſt. Cic. 2. de Orat. 283. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi poteſt eſſe poſſeſſor
Si, pro Quamvis, Subjunctivo jungitur. Ter. And. 4. 2. 10.
Non, ſi capitundus mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines.
Si, pro Etſi. Ter. Eun. 5. 2. 26.
— non tu dignum, Chærea,
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen. Ubi Donatus, Deeſt ET, ut ſit, Etſi.
Si, Etiamſi Plaut. Merc. 4. 2. 3.
Decem vocaſſet ſi ad cœnam ſummos viros,
Nimium obſonavit.
Si pro Cum, ut non conditionem, ſed tempus ſignificet. Hor. 1. Epiſt. 7. 10
Quod ſi bruma nives Albanis illinet agris. i. e. Cum bruma advenerit. V. plura apud Lambinum in hunc locum. & Quodſi, in QUOD.
Si,

Si, pro An poſitum Græcorum more. Liv. 33. 35. pr. Percunctatus, ſi conſilium, non utile ſolum, ſed etiam ſalutare, admittere auribus poſſet, &c. Hor. 1. Epiſt. 7. 39.

Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus. Lambin.

Si alias pro An, ſic ponitur. Ter. Heaut. 3. 4. 7. Viſam ſi domi eſt. Columel. lib. 8. cap 5.

Si, pro O ſi, vel Utinam, aliquando ponitur. Virg. 6. Æn. 187.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto. Ubi Serv. Si, Adverbium rogantis & optantis eſt. per ſe plenam.

Si, pro Poſtquam. Ter. Phorm. 2. 2. 69.

Non, ſi rediſſet, pater ei veniam daret? Virg. 5. Æn. 64.
Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit. Donat.

Si redierit, pro Si rediit. Ter. Adel. 4. 2. 21. Donat.

Si, pro Siquidem. Virg. 1. Georg. 7.

Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta. Ubi Serv. Si, Siquidem: nam ſi confirmantis eſt. Idem 5. Æn. 798.
Si conceſſa peto, ſi dant ea mœnia Parcæ. V. ſupra a pr. & paulo poſt.

Si, per apoſiopeſin, ſive reticentiam dictum. Ter. And. 4. 4. 51.

— ne me attingas,
Scelеſte: ſi, pol Glycerio non omnia hæc.

Si deus, ſi dea es, pro Sive. Cato de R. R. cap. 139. Sic verba concipito: Si deus, ſi dea es. Hæc verba erant in precibus Romanorum ſolennia, cum deos ſexo diſtinctos, ut & homines, exiſtimarent: in quo ab Arnobio illuduntur merito & reprehenduntur, cujus hæc ſunt verba, Nam conſueſtis in precibus, Sive tu deus, ſive tu dea, dicere.

Si nihil aliud: ſaltem, &c. Cic. 3. Verr. 150. Hic iſtius ſcelerata locatione nefarioque latrocinio bonis patriis fortuniſque omnibus ſpoliatus, venit in judicium, ſi nihil aliud, ſaltem ut eam, cujus opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulo tamen obſoletius veſtitum videret. Compendiaria locutio ſumpta a Græcis, teſte Budæo.

Si pareret; verba ſunt formolæ judicii recuperatorii. Cic. 2. Verr. 56. Judicium dat ſtatim, ſi pareret, eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe: judicant Recuperatores id, quod neceſſe erat. Sic legendum eſt ex Feſto in dictione Paret, Pareret per a liquidam, non Pateret.

Si ego hos bene novi. Cic pro Roſc. Amer. 57. Sed ſi ego hos bene novi, litteram illam, cui vos uſque eo inimici eſtis, ut etiam omnes eas oderitis, ita vehementer ad caput affingent: ut poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.

Si id eſt defendere. Cic. pro Quint. 7. Qui communi ſtudio, ſummis opibus Sext. Nævium defendunt: ſi id eſt defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo judicio opprimere poſſit.

Si me amas. Cic. 5. Fam. 12. De Dionyſio, ſi me amas, confice, Quaſi dicat, Rogo te per amorem. Et eſt modus adjurandi. [conf. Amo te in AMO.

Si per commodum Reip poſſet Liv. 31. 12. pr. Ipſe, ſi per commodum reip. poſſet, ad opprimendum Gallicum tumultum proficiſceretur.

Si videtur, per parentheſim poſitum. Cic. 1. Acad 35. Eam quoque (ſi videtur) correctionem explicabo, ſicut ſolebat Antiochus. Idem 4. Fam. 2. Tu (ſi videbitur) ita cenſeo facias.

Si diis placet; proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicujus rei, ſive temeritatem, & indignantis, inquit Donatus. Ter. Eun. 5. 3. 21. Vide ut otioſus ſit, ſi diis placet. Cic. 3. de Orat. 93. Etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt. Idem 5. Tuſc. 31. Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, ſi diis placet, videtur ſemper ſapiens beatus.

Si eſt ut. Ter. Hec. 3. 5. 51.

Si eſt ut velit reducere uxorem, licet. i. e. Si velit. Idem Phorm. 2. 1. 40.
Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit, &c. pro, Si admiſit, ut Donatus interpretatur. Rurſum Hec. 4. 1. 44. conf. SIN.

Si te in germani fratris dilexi loco, Sic dicimus, inquit Donatus, quando præſtitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare. Ter. And. 1. 5. 57.

Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras,
Si te in germani fratris dilexi loco:
Sive hæc te ſolum ſemper fecit maxumi. Virg 9. Æn. 406.
Si qua tuis, &c. Idem 4. Æn. 317.
Si bene quid de te merui. [Imitatio Græcorum eſt. V. Iliad. α v. 39. ſeq. & Si pro Siquidem paulo ſupra.

Si ſapis, pro Si ſapias, ait Donatus. Ter. Eun. 1. 1. 32.

Dicis. ſi facies modo. Plaut. Trinum. 5. 2 63. [Pro Dum facies etiam.

Si ſis homo. Ter. Adel. 5. 8. 11. Si tu ſis homo, hic faciat. Ubi Donatus; Si ſis, pro Si eſſe volueris, & ſi credi homo volueris. Rurſum idem, Si tu ſis, non Si tu es, dixit: quaſi in eo ſe hominem ſit Æſchinus probaturus.

Si, aliquando ſubauditur. Hor. 1. Serm. 3. 17.

— decies centena dediſſes
Huic, parco, paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. Bud.

Si minus, [εἰ δὲ μὴ Gl. L. G.] Si non. Cic. pro Cluent. 15. Non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam; at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales? Et 2. Fam. 5. Propter ipſius excellentem in eo genere, vel gratiam, vel diligentiam, noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem, at probatam tamen. [Ibid. 5. 16 pr. Adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ levare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. Sic ibid p. p. Quo minus, pro Quin: Neque eſſe recuſandum, quo minus ea, qua nati ſumus, conditione vivamus. Sic Etiamſi minus. de Amic. 101.

Aliqui Sin minus. H. St. Quod non idem. V. SIN infra.

Si modo. Cic. 14. Att. 19. Quæ diligenter a me expreſſa acumen habent Antiochi, nitorem orationis noſtrum, ſi modo is eſt aliquis in nobis.

Si non, pro Sin minus. Plin. 3. Epiſt 6. Si adſunt amici, honeſtiſſimi ſermones explicantur: ſi non, liber legitur.

Si non faciat, &c. Cæſ. 1. Bell. Civil. 2. Uti ante certam diem Cæſar exercitum dimittat: ſi non faciat, eum adverſus Remp. facturum videri.

Si non, at; vel, Si nequaquam, at. Cic. in Orat. 103. Nulla eſt enim ullo in genere laus orationis, cujus in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen. Idem 3. de Orat. 14. Aliqui ſi nequam parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam debitamque referamus.

Si non maximus. Cic in Orat 98. Hic uno perfecto magnus orator eſt, ſi non maximus. [Pro, Ne dicam maximus.

Si tamen, pro Si modo. Plin 3 Epiſt. 1. Liber legitur, interdum etiam præſentibus amicis, ſi tamen illi non gravantur.

Si maxime. Cic. 4. Verr 148 Neque enim, ſi maxime ſtatuæ dejectæ eſſent, eas ego vobis poſſem jacentes oſtendere.

Si forte. Cic. 1. Q. frat. 2 Intelliges eſſe nihil a me, niſi orationis acerbitatem & iracundiam, & ſi forte raro litterarum miſſarum indiligentiam reprehenſam.

Si, cum Quia, Indicativo fere jungitur. V. infra. Ovid. 1. de Arte Am. 1.

Si quis in hoc artem populo non novit amandi. Cic. 1. Offic 21.
Equo ſi quis ſibi (plus æquo) appetet, violabit jus humanæ ſocietatis.

SICUBI, Adv. [εἴπου Gl G L] i. e Si alicubi, Si unquam. Ter. Eun. 3. 1. 14.

— tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat. Virg. 3. Georg. 332.
Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos. [Dicitur Siqui ubi, pro Si qua ubi.

SICUNDE, Adv. [εἴποθεν] pro Si qua unde, Si alicunde. Liv. 26. 38. Nec Conſul Romanus tentandis urbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, deerat. Cic. 13. Att. 30 Sicunde potes eruere qui, &c.

SIN, [εἰ δὲ, εἰ δὲ μὴ, ἢ] ex Si & Ne componitur, abjecta e, ut Quin, ex Quine: ſignificatque Si non, vel etiam Si vero Quod nunquam in prima parte collocatur, & niſi præceſſerit Si: ſed in ſecunda, ubi fere duorum eſt oppoſitio. Ter Hec. 4 4. 13.

Ego, Pamphile, eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Affinitatem hanc ſane perpetuam volo:
Sin eſt ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. Ibid. 4. 1. 45. Cic. 5. Fam. 16. Si reſideat ſenſus, immortalitas illa potius, quam mors, ducenda ſit: ſin ſit amiſſus, &c.

Si & Sin minus. Cic 9. Att. 15. Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione: ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. [Differunt Si minus, & Sin minus. Illud ſignificat Si non, hoc Si vero non. Cic. 5. Fam. 16. extr. His ego litteris ſi quid profeciſſem, exiſtimabam optandum quiddam me eſſe conſecutum; ſin minus forte valuiſſent, officium tamen eſſe functurum &c. Gloſſ. Latinogræc. Sin minus, Εἰ δὲ μὴ. Quod tamen in Græcolat. Si minus exponitur

Sin poſitum non præcedente Si. Cic. 3. de Orat. 134. Nunc contra plerique ad honores adipiſcendos & ad Remp gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornati. Sin aliquis excellit, unus e multis, effert ſe, &c. i. e. Quod ſi aliquis, &c. Salluſt. in Jugurth.

Sin, pro Sin autem. Cic. 10. Att. 17. Verumtamen, ſi pares æque inter ſe; quieſcendum: ſin latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter.

Sin, pro Sin aliter. Priapejorum auctor Carm. 31.

Donec proterva nil mei manu carpes,
Licebit ipſa ſis pudicior Veſta.
Sin: hæc mei te ventris arma laxabunt.

Sin aliter. Cic. 11. Fam. 14. Si ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, magnum negotium.

Sin autem. Cic. 10. Att. 6. Si vis eſſe volet, præclara ſynodia: ſin autem, erimus nos qui ſolemus.

Sin autem, pro Sin minus. Jul. Capitolinus in M. Antonino Philoſ. 154. Ubi margini adſcriptum, eſſe pro Sin minus. H. St.

Primum, ſin. Ter. Adelph. 3 4 46.

Hæc primum ut fiant, deos quæſo, ut vobis decet.
Sin aliter animus veſter eſt, &c Cic. de Amicit 80. Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quam oppreſſæ videantur.

SIQUANDO, Adv. temporis. [εἴποτε Gl. G. L.] i e. Si aliquando, vel aliquo tempore; primam productam & acutam habet. Ter. Eun 3. 1. 14.

— tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat. Cic de Amicit. 52. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, ſiquando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam, diſputabunt. Et 3. de Fin. 15. Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, ſiquando minus occurret Latinum. Item 6 Verr. 148 Siquando taceant omnes, tunc coguntur ſortito dicere Al. Si quando diviſe.

SIQUIDEM, [εἰ μέντοιγε, εἰ μὲν, ἐπεὶ, ἐπεὶ μὲν οὖν, Gl. L. G.] Conjunctio, accentum habet in prima ſyllaba. Significat enim Certe, nam, quoniam. Ter. Heaut. 2 3. 90.

Quid aliud tibi vis? CLIT. ſiquidem hoc fit. S. ſiquidem experiundo ſcies. Cic 9. Fam 12 Gratulor Bajis noſtris, ſiquidem, ut ſcribis, ſalubres repente factæ ſunt. Idem 1. Tuſc. 3. Antiquiſſimum a doctis genus ſit poetarum: ſiquidem Homerus fuit & Heſiodus ante Romam conditam.

Si quidem, interdum duæ dictiones ſunt, pro Si certe Plaut. Curc. 1. 3. 55.

Si quidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius perſequar. Ter. Eun. 1. 2. 102.
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas ſolum. PH. ſi quidem biduum. [Nec dubitare licet, quin apud antiquos id perpetuum fuerit, & uſu demum volente in unam dictionem coaluerint.

SIQUIS, ſiqua, ſiquod, vel ſiquid. Pronomen [εἴ τις Gl. G L] Si aliquis. Plin. 3. Epiſt. 6. Nec vitia, ſiqua ſunt, celant. [Diviſe rectius ſcribes.

Siquis alius, Elocutio ornata: ut quum dicimus, Varro doctus eſt, ſiquis alius. h. e. Siquis alius doctus eſt, vel reperiri poteſt. Sueton. in Claud. cap. 40. Siquem alium, & ſe liberum eſſe, &c.

Siquid tale acciderit. Cic. 16. Att. 3. Itaque non mihi videor erraſſe, quod ad Balbum ſcripſi apertius: ut ſiquid tale accidiſſet, ut non concurrerent nomina, ſubveniret; meque tibi etiam mandaſſe, ut ſiquid ejuſmodi accidiſſet, cum eo communicares.

Siquid cum periculo experiri velis, in Caria id potiſſimum eſſe faciendum. Cic pro Flacc. 65.

Siquo modo, Εἴπως, εἴ πῃ τρόπῳ, Si uſquam. Gloſſ Græcolat.

Siquo pacto. Cic. 1. Att. 9. Et nebulonem illum, ſiqua pacto potes, ex iſtis locis amove.

Siquo uſui. Liv. 40. 26. extr. Impoſitum ut claſſem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram, ſiquo uſui eſſe L. Æmilio, atque ejus

exerci-

exercitui poſſet. Forte accipitur Siquo, pro Siquo pacto. [Vel Loco. i. e. Si uſquam. Sed forte Siquoi, pro Sicui ſcriptum fuit, vel Siquà ſcribendum.

SIS, [εἰ θέλεις] pro Si vis, dixere veteres. Ad verba enim imperativa, quia videbantur contumelioſa, addebant Sis pro Si vis: ut Fac ſis, Vide ſis. Plaut. Amph. 1. 1. 130.
Accipiam: modo ſis veni huc, invenies infortunium. Cic. pro Roſc. Amer. 48. Age nunc, refer animum ſis ad veritatem.
Frequens vox eſt apud Scriptores comicos. Ter. Eun. 4. 7. 29.
Cave, ſis: neſcis cui nunc maledicas viro.
Inde in plurali Sultis, pro Si vultis. q. V.

SIVE, [εἴτε Gl. L. G. & G. L.] Conjunctio, quum ex Si & Ve compoſita ſit, duorum generum vim ſimul obtinere videtur. Itaque quum orationem inchoat, minime mirum eſt, ſi præter morem aliarum conjunctionum tres minimum ſenſus poſtulat, quum & Si continuative ſuam apodoſin, & Ve alteram disjunctivam exigat: ut, Sive me amas, ſive odiſti, non magni æſtimo. Aliquando quatuor. Ovid 1. Epiſt. 15.
Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum,
Antilochus noſtri cauſa timoris erat:
Sive Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis:
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. In qua figura notandum eſt ſolere eleganter cum protaſibus apodoſes miſceri. Ex Linacro.
Sive, disjunctive conjunctio. Ter. And. 1. 3. 11.
Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt. Cic. 4. Acad. 33. Quamobrem ſive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem, & quæ non impediatur, ut Carneades volebat, ſive aliud quid proferes, &c.
Sive, cum Subjunctivo. Plin. 2. Epiſt. 17. extr. Quæ præſtant multarum urbium faciem, ſive ipſo mari, ſive litore utare.
Sive dolo: ſubaudi, Id fecerit: ſequente Seu. Virg. 2. Æn. 34.
Sive dolo, ſeu jam Trojæ ſic fata ferebant.
Sive, quinquies repetitum. Quintil. lib. 11. cap. 3. Manus ſiniſtra nunquam ſola recte geſtum facit, dextræ ſe frequenter accommodat, ſive in digitos argumenta digerimus, ſive averſis in ſiniſtrum palmis abominamur, ſive objicimus adverſas, ſive in latus utramque diſtendimus, ſive ſatisfacientes, aut ſupplicantes. conf. ĕ a v.
Si priore loco, deinde Sive, pro Vel ſi. ut, Si hæc placet, accipe, ſive illa magis tibi probatur, eam tibi concedo. pro Vel ſi illa. Verum ponitur & in principio Sive, pro ſimplici Si. H. St.
Sive, interdum non geminatum. Hor. 2. Serm. 5. 10.
— turdus
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc. Et 1. Carm. 6. 19.
Cantamus vacui, ſive quid urimur, &c. Sic aliis pleriſque in locis, & apud alios quoque auctores.
Sive, aliquando Explanandi vim habet, ſive declarandi. Quintil. lib. 1. cap. 6. Ut Ariſtarchus, & ætate noſtra Palæmon, qui vocabulum, ſive appellationem, nomini ſubjecerunt.
Sive etiam, pro Vel etiam. Cic. 1. Q. frat. 1. Contraque erigas ac reſiſtas, ſive etiam ultra occurras negotiis.

SIAMBIS, [Σιαμβὶς] Inſula eſt in Oceano Britannico. Plin. lib. 4. cap. 16.

S I B

SIBAEM, Indiæ ſunt populi apud Plin. lib. 6. cap. 20.
SIBAEIS, V. SYBAEIS.
SIBOE, es. f. [Σιβόη] Cariæ oppidum, Halicarnaſſo ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.
SIBI, dativus a SVI pronomine. q. V. ſuo loco.
SIBĬLUS, i. [συριγμός, Gl. G. L. & Onom. vet] in ſingulari m. g. eſt, in plurali m. & n. Eſt autem Sonus oris, qui compreſſis dentibus, & parum diductis labris fieri ſolet. Columel. lib. 2. cap. 3. Sibiloque allectari, quo libentius bibant.
Dare ſignum ſibilo. Liv. 25. 8.
Edere ſibilum. Catull. 4. 12.
Mittere horrenda ſibila. Ovid. 3. Met. 38.
Paſtoria ſibila. Ovid. 13. Met. 785.
Stridula ſibila. Lucan. lib. 9. 634.
— angues,
Stridula fuderunt vibratis ſibila linguis.
Trepidantis ſibila torſit draco. Valer. 7. Argon. 525.
Vibrata ſibila ſævis linguis. Sil. lib. 3. 185.
Sibilo Quirites in concione, in ſpectaculis, ſignificabant, vel odium, vel tædium & contemptum. V. EXSIBILO.
Plauſus & Sibilus, contraria. Cic. pro Sext. 115. Ei vero, qui pendet rebus leviſſimis, qui rumore, & (ut ipſi loquuntur) favore populi tenetur & ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt.
Conſcindere ſibilis. V. CONSCINDO.
Conſectari ſibilo aliquem. Cic. 2. Att. 18. Fuſium clamoribus, & conviciis, & ſibilis conſectantur.
Explodi e ſcena ſibilo & convicio. Cic. pro Roſc. Com. 30. Qui poſteaquam e ſcena, non modo ſibilis, ſed etiam convicio explodebatur, &c.
Intactus a ſibilo. V. INTACTUS.
Sibilus poetice, pro Venti flatu acri. Virg. 5. Ecl. 82.
Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri, &c.
SIBĪLUM, i. n. ut apud Serenum, Suave ſibilum. Auctor. Nonius 3. 220. Plural. exempla ſupra habes.
SIBĪLUS, a, um. Adj. ut, Ora ſibila, pro Sibilantia, inquit Servius. Virg. 2. Æn. 211.
Colla ſibila. Virg. 3. Georg 421.
Torvæ coma ſibila frontis: i. e. Sibilans. Val. Flacc. 3. Argon. 50.
SIBĬLO, [συρίζω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Sibilum emittere. Cic. 2. Att. 19. Populares iſti jam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt.
Populus me ſibilat. Hor. 1. Serm. 1. 66.
Ore ſibilat draco. Virg. 11. Æn. 754.
SIBILĀTUS, ûs. m. Cæl. Aurel. Acut. 2. 27. Cum quodam vehementi ſibilatu.
SIBILĀTRIX, īcis. f. Adjective Mart. Capel. lib. 9. Sibilatrix fiſtula.
SIBINI, ſunt Populi contermini Suevis, Mugilonibus & Butonibus. Strab. lib. 7.

SIBUS, i. m. an attributive per omne genus? Sibus (inquit Feſtus) ſignificat Callidum, vel acutum πανοῦργος.
SIBY, Oppidum Elamitarum, apud Plin. lib. 6. cap. 28.
SIBYLLA, æ. f. [Σίβυλλα] in ſenſu appellativo eſt Virgo fatidica, ſive Puella, cujus pectus numen recipit, & quæ vaticinatur, inquit Varro, apud Serv. in 3. Æneid. 445. Et a conſiliis deorum nuntiandis veteres hoc nomen impoſuerunt. Æoles enim σιοὺς deos dicunt, βουλὴ ſententia ſeu conſilium dicitur. Sibyllas igitur, quaſi Siobulas dixeruer, quæ Dei ſententias enuntiarent. Hæc Serv. l. c. Cui junge Lactant. 1. 6. 7. Iſidor 8. 8. Cic. 2. de Divin. 110. Sibyllæ verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur, quorum interpres nuper falſa quadam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem revera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalvi eſſe vellemus. V. Quindecimvir, in QUINQUE. Sibyllam Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit poſcendi quod vellet arbitrium. Ille hauſit arenam manibus, & tam longam vitam popoſcit. Cui Apollo reſpondit, id poſſe fieri, ſi Erythræam, in qua habitabat, inſulam relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur, Cumas tenuit: & illic, defecta corporis viribus, vitam in ſola voce retinuit. Quod quum cives ejus cognoviſſent: ſive invidia, ſive miſeratione commoti: ei epiſtolam miſerunt creta antiqua more ſignatam. Qua viſa, quia erat de ejus inſula, in mortem ſoluta eſt. Unde nonnulli hanc eſſe dicunt, quæ Romana fata conſcripſit, quod incenſo Apollinis templo inde Romam allati ſunt libri, unde hæc fuerat. Hæc Servius in illud 6. Æn. 321.
Olli ſic breviter fata eſt longæva ſacerdos. Ovid. tamen 14. Met. fabulam recitat paulo aliter.
Sibyllæ, ut auctor eſt Varro in libris rerum divinarum, decem fuerunt. Prima, de Perſis, cujus mentionem fecit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcalpſit. Secunda, Lybica: cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertia, Delphica: de qua locutus eſt Chryſippus in eo libro, quem de Divinatione compoſuit. Quarta, Cimmeria, in Italia, quam Nævius in libris belli Punici, Piſo in Annalibus nominat. Quinta, Erythræa: quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe civem: eamque Grajis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Trojam, & Homerum mendacia ſcripturum. Sexta, Samia: de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptum. Septima Cumana, nomine Amalthæa, quæ ab aliis Demophile vel Erophile nominatur: eamque novem libros attuliſſe ad regem Tarquinium Priſcum, ac pro eis trecentos philippeos poſtulaſſe, &c. (V. Gell. lib. 1. cap. 19) Octava, Helleſpontiaca, in agro Trojano nata, vico Marmeſſo, circa oppidum Gergithium: quam ſcribit Heraclides Ponticus, Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nona, Phrygia: quæ vaticinata eſt Ancyræ. Decima, Tibure nomine Albunea, quæ Tiburi colitur ut dea, juxta ripam amnis Anienis: cujus in gurgite ſimulacrum ejus inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum: cujus ſacra ſenatus in Capitolium tranſtulit. Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur & habentur, præterquam Cumææ: cujus libri a Romanis occuluntur, nec eos ab ullo niſi a Quindecimviris inſpectos habent. Et ſunt ſingularum ſinguli libri: qui, quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur: ſuntque confuſi, nec diſcerni, ac ſuus cuique aſſignari poteſt, præterquam Erythrææ, quæ & nomen ſuum carmini verum inſeruit, & Erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt, quum eſſet orta Babylone. Ex Lactant. ibidem.
Horrendæ ſecreta Sibyllæ. Virg. 6. Æn. 10.
Caſta Sibylla. Virg. 5. Æn. 735.
Cumæa Sibylla. Virg. 6. Æn. 98.
Viva Sibylla. Ovid. 4. Faſt. 875.
SIBYLLĪNUS, a, um. Adj. [Σιβυλλιακός] Quod eſt Sibyllæ, vel quod a Sibylla fit: ut, Sibyllini libri. Auctor de Viris illuſtr. cap. 46. pr. Cic. de Aruſp. Reſp. 26. Ne hoc quidem in mentem tibi veniebat, Sibyllino ſacerdoti, hæc ſacra majores noſtros ex veſtris libris expetiiſſe? Sibyllinum ſacerdotem XVvirum vocat, cui jus erat Sibyllinos libros aperire & proferre, ſi quando vaticinium aliquod petendum erat.
Fata Sibyllina. Cic. 3. Catil. 9 & 11.
Verſus Sibyllini. Hor. in Carm. ſæc. 5.
SIBȲNA, æ. f. [σιβύνη] Genus erat haſtæ Græcis. Eo verbo uſus eſt Ennius apud Feſt.
Illyrii reſtant ſicis ſibyniſque fodentes.
Reperias apud Gellium 10. 25. Sibonas pro Sibynæ mendoſe. Turneb. [Gloſſ. Græcolat. Σιβύνη, Venabulum. conf. Heſych. Suid. Σιβύνη. Ἀκόντιον Ῥωμαϊκόν. Non male ergo Paulus, Sibinam appellant Illyrici, telum venabuli ſimile. Videntur tamen Græculi Sibuna per u, reperiſſe. conf. Voſſ. Etymol..
SIBYRTUS, [Σιβυρτὸς] Oppidum Cretæ, ut ex Polybii ſententia tradit Stephanus. Hinc
SIBYRTIUS, [Σιβύρτιος] gentile nomen.

S I C

SIC, Adv. affirmantis [οὕτως, Gl. L. G & G. L] Ter. Phorm. 2. 2. 2.
Itane patriam conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. admodum.
P. Phanium relictam ſolam? G ſic. Plaut. Amph. 3. 2. 20.
Eja autem inimicus? A. ſic eſt, vera prædico. Ter. And. 2. 1. 2.
[Particula ſimilitudinis natura ſua, ſeu Comparative eſt. V. Liv. 6. 17. pr. Affirmative fit per ellipſin verbi ſubſtantivi, Sic, pro Sic eſt, ut Ita. q. V. Sic eſt factum, Sic eſt res, Sic res habet. Ter. Adelph. 3. 4. 6.
Pro di immortales facinus indignum: Geta.
Quid narras? G. Sic eſt factum. Idem And. 3. 4. 9.
Simulavi, vos ut pertentarem. D quid ais? S ſic eſt res. Cic. pro Roſc. Amer. 66. Sic res habet, judices: magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternuſque ſanguis. Lactant. lib 3. p. 143. Sic autem & Cicero ponit hanc particulam cum hoc verbo, ut opinor, quum poſſet omitti. H. St. Lactantii verba, imprudentia (poſſeſſoris dicam, an emptoris?) reſecta, reſtituere non licuit, quum editio Plantini, quam noſter ſecutus eſt, ad manus non eſſet. Puto eo pertinere hanc obſervationem, ut Cic. dicat Sicut res eſt, Lactantium brevius Sicut eſt dixiſſe. Qua formula ſæpe utitur, ut 1. 8. 4. Quod ſi eſt verum, ſicuti eſt. Ubi V. Cellar. conf. Ita eſt, in ITA.
Sic, Ita, aut Quemadmodum. Virg. 2. Æn. 496.

Non ſic, aggeribus ruptis, quum ſpumeus amnis Exiit. Ter. Eun. 3. 5. 16.
Noſtin' hanc, quam amat frater? A. novi: nempe opinor Thaidem. C. Iſtam ipſam. A. ſic commeminteram. Plaut. Stich. 1. 2. 27.
Cic. pro Quint. Sic cogitabam, &c.
Sic, demonſtrat. Ter. Eun. 3. 5. 54. — ego limis aſpecto
Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circumſpecto. Idem Phorm. 1. 2. 95.
Quid iſte pædagogus, qui citharistriam?
Quid rei gerit? G. ſic tenuiter. D. non multum habet
Quod det fortaſſe. Ibidem 1. 2. 90.
— ad precatorem adeam credo, qui mihi
Sic oret: nunc omitte quæſo hanc, &c. Sic And. 1. 1. 83.
Sic cogitabam, hic parvæ conſuetudinis
Cauſa, mortem hujus tam fert familiariter, &c.
Sic eſt, Sic ſum, Sic vita erat: pro, Hoc ingenio, his moribus. Ter. Phorm. 1. 2. 20.
Cui tanta erat res, & ſupererat? G. deſinas:
Sic eſt ingenium. Idem And. 1. 1. 35.
Sic vita erat, facile omnes perferre, ac pati. Idem Phorm. 3. 1. 42.
Itane tandem facere oportet? D. ſic ſum: ſi placeo, utere. Cic. pro Roſc. Com. 29. Sic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. Idem pro Roſc. Amer. 84. Sic vita hominum eſt, &c.
Sic ago, ſic me decet. Plaut. Pœn. 1. 13.
Sic, Leviter, & negligenter. Ter. And. 1. 2. 4.
Mirabar hoc ſi ſic abiret.
Sic agam. Ter. Adelph. 5. 2. 11.
Sic, Tam. Plaut. Trinum. 3. 1. 42. Nihil ſic celere eſt, nec volat. De amore. Apulejus, Nec ego rebar ſic multorum id opus dierum eſſe. [Pro Adeo, ut & Ita poni conſuevit.
Sic; cum aliquid ab altero petimus, id ut facilius impetremus, ei ſolemus illi precari & optare, quæ ſcimus ei eſſe optatiſſima, addita particula Sic. Eſtque hoc genus omnibus poëtis Græcis & Latinis perquam uſitatum. Hor. 1. Carm 3. 1. Sic te Diva potens Cypri, &c. Virg. 9. Ecl. 30.
Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. V. plura apud Lambinum in illud Horatianum, quod attulimus.
Sic, Conjunctio illativa. Cic. Sic tot ſimul virtutes, continentiæ, gravitatis, juſtitiæ, fidei, defecerunt. i. e. Igitur.
Sic, ſic. Virg. 4. Æn. 660.
Sed moriamur, ait: ſic, ſic juvat ire ſub umbras. Ubi Serv. Quaſi interrogatio & reſponſio, Et placet ſic inultam perire? Placet.
Sic ſatis. Ter. Heaut. 3. 2. 12.
Et quidem hercle forma luculenta? C. ſic ſatis.
Sic, ut. Cic. 7. Fam. 17. Sic ei te commendavi, & tradidi, ut graviſſime diligentiſſimeque potui.
Sic ut quimus. Ter. And. 4. 6. 9.
Sic, ut; pro Tam, quam. Hor. 2. Serm. 8. 36.
Tum parochi faciem, nil ſic metuentis, ut acres
Potores, &c.
Sic tamen ut. Ulp. in l. Si quis pecuniam. D. Si quis omiſſa cau. Et maxime, ſi ob evitanda judicia id fecit, ubi dicendum eſt adverſus poſſeſſorem competere actionem; ſic tamen, ut ubi quidem pecunia accepta repudiavit, &c.
Sic, Quaſi. Plaut. Amph. 1. 2. 51.
Sic ſalutas atque appellas, quaſi dudum non videris.
Sic, Quomodo. Cic. 8. Fam 4. Ego tamen ſic nihil exſpecto, quomodo Paulum, Conſulem deſignatum, primum ſententiam dicentem.
Sic demum, pro Ad poſtremum. Virg 6. Æn. 154.
Sic demum lucos Stygios, regna invia vivis,
Aſpicies.

Siccĭne, [οὕτως ἄρα Gl. G. L.] Adv. Interrogantis, pro An ſic? vel Sicne? Itane? Ter. Eun. 4. 7. 34. Ain' vero canis? ſiccine agis? Ibid. 1. 2. 19. Cic. 1. de Fin 34.
Siccine lente jaces. Propert. lib. 2. 15. 8. [Etiam Siccĕ uſurpant quidam.

Sĭcut, Sĭcŭti, [ὡς Gl. omn. ὥσπερ, ὡσεί, ὡσαύτως, ὡσεὶ Gl. G. L.] Adverbia ſimilitudinis. Plaut Rud. 4. 2. 23.
Nunc ſic faciam, ſicut conſilium eſt, ad herum ut veniam docte atque aſtute. Al. Sic conſilium eſt. Ibid 4. 4. 67.
Quibuſcum parva Athenis periit, ſicuti dixi prius. Idem Bach. 4. 4. 67. Sicut dicis.
Sicuti ſic. Cic. 2. de Orat. 310 Reliquæ duæ, ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debebunt.
Sicut & Sicuti, interdum non res ſimiles, ſed diverſas & plane contrarias denotant: & ita in ſecundo membro ponitur Quintil. lib. 10. cap. 1. Sed hæc eloquendi præcepta, ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, acceſſerit Idem lib 1. cap. 3. Sed ſicut firmiores in litteris profectus alit æmulatio, ita incipientibus atque adhuc teneris jucundior ab ipſo, &c
Sicut, pro Ut. Cic. pro Lege Manil. 14. Sinite hoc loco, Quirites, ſicut poëtæ ſolent, qui res Romanas ſcribunt, præterire me noſtram calamitatem. Idem 1 Acad 35. Eam quoque (ſi videtur) correctionem explicabo, ſicut ſolebat Antiochus.
Sicut, Tanquam. Cic. pro Roſc. Com. 30. Qui poſtea, quam e ſcena, non modo ſibilis, ſed etiam convicio explodebatur, ſicut in aram, confugit in hujus domum, diſciplinam, patrocinium, nomen. Quintil. lib. 10. cap. 1. Ennium, ſicut ſacros vetuſtate lucos, adoremus.
Sicut, habet nonnunquam venuſtatem magnam atque utilitatem in diſponendo, quoties antecedentem annectit cum ſequente ſententiam. Quintil. in procem. lib. 1. Sed nonnunquam ita deſunt, ut bona etiam ingenii ſtudiique corrumpant, ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, legendi, ſcribendi, dicendi multa & continua exercitatione per ſe nihil proſunt. Plin. lib. 7. cap 19. Ferunt Craſſum, avum Craſſi in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id ἀγέλαστον vocatum, ſicut nec fleſſe multos.

Sĭca, æ. f [μάχαιρα, θυρεατικὸν ξίφος ἐπικαμπὲς, ἐγχειρίδιον Gl. L. G.] Genus gladii brevioris, quaſi Seca. Cic. 1 in Catil 8. Ex quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit. Ibid. 2. 1 Non enim jam inter latera noſtra ſica illa verſabitur. Ex 3. de Nat. Deor. 74. Tum hæc quotidiana, ſicæ, venena, peculatus, &c.

Σικάριοι, λῃστῶν γένος. Σικαὶ δὲ τὰ ἐπικαμπῆ ξίφη Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, οὗς οἱ χρώμενοι ἐλέγοντο Σικάριοι. Suid.

Sĭcārius, i. m. [σφαγεύς, ἀνδροφόνος, σφαγεὺς, λῃστὴς Gl. L. G.] Qui ſicam gerit maleficii alicujus gratia, & pro Interfectore accipitur. Cic. pro Roſc. Amer. 8. Ab his hoc poſtulare homines ſicarios atque gladiatores, non modo ut ſupplicia vitent, &c. Idem pro eodem 39. Vetus videlicet ſicarius, homo audax, & ſæpe in cæde verſatus Hor. 1. Serm 4. 4. Sicarii appellantur a Sica, quæ ſignificat Ferreum cultrum. Auctor Juſtin. lib. 4. Inſtit. De public. jud. V. Suid. in dict. præced.
Immittere in forum ſicarios. V. immitto.

Sĭcŭla, vel Sĭcla, æ. f. dimin. [σμίλη, ἀρβύλιον, μαχαίριον Gl. L. G.] Plaut. Rod. 4. 4. 125.
Poſt eſt ſicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ. Al. Sicilicula. Siculæ ſunt Falces Varroni de L. L. 4. 31. Sane hoc nomine, quicquid ſecandi vim habet, venire videtur. V. Cang. Gloſſ.
Senſu obſcæno Catal Carm 68. 21.
Languidior tenera cui pendens ſicula beta. [Licula Mentula.

Sĭcĭlum, i. n. Ξυρὸς σκυτέως. Gloſſ. Latinogræc. Idem quod Sicila.

Sĭcĭlis, is. f. & in plurali Sicilices; uti legunt Feſtus; & Gellius 10. 25. quorum prior exponit de Haſtarum ſpiculis latis, poſterior vero de Telo aut Gladio.
Gloſſ. Græcolat. Ἀρβύλιον, Ficilis. [Scribe Sicilis.

Sĭcĭlĭcŭla, æ. f. dimin. Sic quidam legunt apud Plaut. Rud. 4. 4. 125. Alii vero Sicula, quod vide ſupra.

Sĭcĭlio, ire. Falce ſecare. Varro de R. R. 1. 49. Prata ſicilienda. conf. Plin. 18. 28. & Columel. 2. 22.

Sĭcĭlĭmentum, i. n. Quod ſicilitur. Cato de R. R. cap. 5. diſtinguit inter Fœnum & Sicilimentum.

Sĭcambri, ōrum. m. pl. [Σύγαμβροι] Populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad utramque Rheni ripam habitantes. Hi crines natura flavos, habent, quos creſcere ſinunt & artificio quodam intorquent. Quidam cum y Græco ſcribunt. Hodie Geldrenſes vel Clivanos volunt eſſe. Meminit horum Strab. lib. 14. Martial. de Spectac. 3.
Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.
Cæde gaudentes Sicambri. Hor. 4. Carm. 14. 51.
Indomiti Sicambri. Ovid. ad Liv. 17.

Sĭcambria, æ. f. Regio Germaniæ, quæ hodie Geldria. Claud. in Eutrop. 1. 383. Militet ut noſtris detonſa Sicambria campis.

Sĭcāni, [Σικανοί] Populi Hiſpani, a fluvio Sicore dicti. Hi duce Siculo, excluſis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipſique poſtea ab ipſis pulſi, quos ante pepulerant, inſulam vicinam Italiæ occupaverunt, & eam Sicaniam a ſuo nomine nuncupaverunt. Serv. in 8. Æneid. 328. [conf. Steph. in Σικανία. De pr. & ſec. quantitate infra. V.

Sĭcānia, [Σικανία] dicta eſt inſulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis. Et amnis in ea Sicanus olim fuit. Sed & inſula quandoque tota, Sicania dicta eſt, a Briarei Cyclopis filio Sicano: vel a Sicanis populis, qui primi eam inſulam incoluiſſe feruntur: qui tamen non ſunt indigenæ, ſed Hiſpani. Sicilia vero a ducis nomine: quanquam Thucydides dicat de Sicilia Italam regem veniſſe, & ab eo eſſe Italiam appellatam. Hæc Servius illud Virgilii enarrans 8. Æn 328.
Tunc manus Auſoniæ, & gentes venere Sicanæ. De hac vide in dictione sicilia. De quantitate pr. & ſec in ſeq. dict. duabus.

Sĭcānus, a, um. Adj. [Σικανός] Virgilius primam ſemper corripit, ſecundam producit; ut 5. Æn. 23.
Fida reor fraterna Erycis, portuſque Sicanos. Contra Silius 14. 259. primam producit, ſecundam corripit,
Cetare Eliſſæis aderit gens Sicana votis. Horatius ſecutus eſt Virgilium, quoad utriuſque ſyllabæ quantitatem, Epod. 17. 32.
— nec Sicana fervida
Furens in Ætna flamma. V. ad ſeq. dict.
Ætna Sicana. Hor. Epod. 17. 32.
Fluctus Sicani. Virg. 10. Ecl. 4.
Portus Sicani. Virg 5. Æn 24.
Saxo Sicano patientior. Propert. lib. 1. 16. 29.

Sĭcānius, a, um. aliud Adj [Σικανίος] Virgilius primam producit, ſecundam corripit, 3. Æn 691.
Sicanio prætenta ſinu jacet inſula. conf. sicania. [Virgilius Homerum ſecutus eſt, qui in Σικανίη eandem quantitatem exhibet. Odyſſ. v. 306 At Callimachus in Σικανὸς utramque corripuit. h. Dian. v. 57.
Arenæ Sicaniæ. Ovid. 15. Met. 279.
Populi Sicanii. Lucan. lib 3. 177.
Sinus Sicanius. Virg. 3. Æn. 692.
Urbes Sicaniæ. Lucan. lib. 3. 59.

Sĭcŏris, Fluvius Hiſpaniæ, V. sicoris.

Sĭcārius, V. sica.

Sicca, æ. f. [Σίκκα] cognomine Veneria, Urbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plinium lib. 5. cap. 3. Incolæ Siccenſes. Sall. Jug. 56.

Siccaneus, Siccatio, Siccesco. V. siccus.

Siccine, V. sic.

Siccius, i. m. cognomine Dentatus, [Σίκκιος Δεντᾶτος] Strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem Achilles Romanus appellatus eſt. Is pugnaſſe dicitur centum & viginti præliis. Cicatricem averſam nullam, adverſas quadraginta quinque tuliſſe fertur. Coronis aureis octo donatus eſt. Triumphavit cum imperatoribus ſuis triumphos novem. V. Plin. lib. 7. cap. 28. Item lib. 22. cap. 5.

Siccus, a, um. Adj. [ξηρὸς Gl. L. G. & G. L.] Aridum & ſine humore, inquit Nonius 4 426. Virg. 5. Æn. 180.
Summa petit ſcopuli, ſiccaque in rupe reſedit.
Egon' ſalva ſim, quæ ſim ſicca ſum? Plaut. Curc. 1. 2. 24.
Agri ſicci. Hor. 2. Serm. 4. 15.
Arena ſicca. Virg. 1. Georg. 389.
Cibi ſicci Celſ. 1. 3.
Fauces ſiccæ fluminum. Virg. 4. Georg. 427.
Fervores ſicci. Ovid. 1. Met. 119.
Herba ſicciſſima. Plin. lib. 19. cap 40.
Hiems ſicca. Ovid. 3. Amor. 6. 106.
Litus ſiccum Virg. 1. Æn. 135.
Loca ſicca. Cato de R. R. cap. 50.
Ocelli ſicci. Propert. lib. 1. 17. 11.
Os ſiccum. V. os, oris.

Pedibus ſiccis currit ſuper æquora. Ovid. 14. Met. 50.
Pocula ſicca. Tibul. lib. 3. 6. 18.
Pulvis ſiccus. Ovid. 1. Triſt. 4. 48.
Rupes ſicca. Virg. 5. Æn. 180.
Senex ſiccus. Hor. 2. Serm. 3. 281.
Sitis ſicca. Ovid. 4. Triſt. 8. 26.
Solum ſicciſſimum. Columel. 2. 18.
Tempora ſicca æſtivi Canis. Tibul. lib. 1. 4. 6.
In ſicco, i. e. Extra aquam. Plin. lib. 9. cap. 8. Virg. 1. Georg. 363. Liv. 1. 4. Alveum tenuis in ſicco aqua deſtituit.
Sicca, abſolute apud Plautum Mil. 3. 1. 192. pro Puella, quæ nondum lavit. Siccam, inquit, ſuccidam. Alii Sobriam, alii Non ſputatricem, Caſtam Burm. ad Petron. c. 37. exponit. [An ſcripſit Plautus Succam ſuccidam? Epexegeſis eſt, ut Purus putus, de quo V. Gronov. ad Gell. 6. 5.
Siccus, Sobrius. Hor. 1. Carm. 18. 3.

Siccis omnia nam dura deus propoſuit. h. e. Sobriis & jejunis, vel vino abſtinentibus. Plaut. Aſin. 5. 2. 6.

At ſcelesta ego, præter alios meum virum fui rata
Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime. Cic. 2. Acad. apud Non. 4. 406. Alius adultis, alius ſenibus, alius ægris, alius ſiccis, alius vinolentis. Ibid. lib. 4. 87. Dormientium & vinolentorum & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quam vigilantium, ſiccorum, ſanorum.

Sicci & Uncti opponuntur. Hor. 1. Epiſt. 17. 12.

Si prodeſſe tuis, paulloque benignius ipſum
Te tractare voles, accedes ſiccus ad unctum. Uncti ſunt, qui lautius victitant; Sicci, qui ſumptibus parcunt, adeoque proſunt ſuis. V. Unctus in UNGO.

Modo haud abſimili Sicci & Uvidi opponuntur ab eodem 4. Carm. 5. extr.

— dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi
Cum Sol Oceano ſubeſt. Sicci ſunt, qui nondum biberunt; Uvidi, qui adveniunt bene poti.

Siccus etiam ad Caſtitatem refert Petron. cap. 37. ut vult Burm. Mulier Fortunata vocatur ſicca. i. e. Caſta. Sicca, inquit, ſobria, bonorum conſiliorum. [Nollem priore ſpreta exegeſi, novam commentum Clariſſimum virum. Se ipſum explicat Petronius adjunctis ſynonymis.
Ad Preſſum & caſtum orationis genus transfert Cicero de Clar. Orat. 202. Nihil erat in ejus oratione niſi ſincerum, nihil niſi ſiccum atque ſanum. i. e. Nihil tumidum aut elatum. Eodem modo Quintil. 2. 4. p. 138. Burm. Audeat hæc ætas plura, & inveniat, & inventis gaudeat, ſint licet illa non ſatis interim ſicca & ſevera.

SICCA, Adv. [ξηρῶς] Columel. lib. 6. cap. 12. Maximeque datur opera ne in aquam pedem mittat, & ut ſicca ſtabuletur. Declarat ſe ipſum Columella.
Sicce dicere, per translationem, quemadmodum & Jejune contrario ſenſu. Cic. in Orat. 12. Id vero deſinant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Attice dicere, id eſt quaſi ſicce & integre: & ample, & ornate & copioſe, cum eadem integritate Atticorum eſt.

SICCĬTAS, ātis. f. [αὐχμός, ξηρασία, ξηρότης Gl. L. G. & G. L.] Humoris vacuitas. Varro de Liberis educandis, Perſæ propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſecuti corpore ſiccitatem, ut neque ſpuerent, neque emungerentur, ſuffocatoque corpore eſſent. Non. 4. 426.
Siccitas, Tempeſtas ſicca. Cic. 3. Q. frat. 1. Aquamque, quam ii ducebant, non longe a villa, belle ſane fluentem, vidi, præſertim maxima ſiccitate, uberioremque aliquanto ſeſe collecturos eſſe dicebant.
Siccitas, Firmitas, interprete Nonio 4. 426. Cic. de Senect. 34. Nullo imbre, nullo frigore adduci ut capite operto ſit: ſummam eſſe in eo corporis ſiccitatem.
Siccitas orationis. Cic. 2. de Nat. Deor. 1.

SICCĀNEUS, a, um. Adj. [ξηροπεριμέν@] cui contrarium eſt Irriguum & humidum, Quod eſt naturaliter ſiccum, vel quod nullo humore irriguum vel aſperſum eſt. Columel. lib. 2. cap. 17. Ejus prati animadvertimus duo genera: quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum. Ibid. cap. 2.

SICCĀNUS, a, um. Adj. Idem. Plin. lib. 16. cap. 17. de ulmorum generibus, Italia Atinias vocat excelſiſſimas, & ex iis ſiccanas præfert, quæ non ſint riguæ. Rem ipſam exponit Plinius, De ulmorum generibus. Al. Siccaneam.

SICCIFĬCUS, a, um. Adj. Macrob. 7. Saturn. 16. Ineſt æri vis quædam remedialis & ſiccifica. i. e. ut loquuntur, Deſiccativa.

SICCŎCŬLUS, a, um. Adj. [ξηρόφθαλμος] Plaut. Pſeud. 1. 1. 75.

— genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit. Nomen videtur a Plauto fictum, pro eo quod eſt ſiccis oculis, id eſt, nec lippis, nec lacrimoſis. [Immo de eo, qui flere nequit.

SICCESCO, [ξηραίνομαι] ĕre. Siccum fieri. Columel. lib. 12. cap. 28. Fœnum Græcum vetere vino maceratum: deinde in ſole expoſito, aut in furno ut ſiceſcat.

SICCO, [ξηραίνω Gl. G. L.] āre. Siccum, i. e. Sine humore, efficere Columel. lib. 2. cap. 2. Si humidus erit, abundantia uliginis ante ſiccetur foſſis.
Capillos rorantes ſiccabat. Ovid. 4. Faſt. 141.
Crocee ſiccabat veſte. Virg. 4. Æn. 687.
Lacrimas ſiccaverat ardor. Ovid. 8. Met. 469.
Lumina humida ſiccabat impreſſa lana. Propert. lib. 3. 6. 17.
Vulnera ſiccabat lymphis. Virg. 10. Æn. 834.
Calices ſiccare, Ebibere. Hor. 2. Serm. 6. 68.
Ubera ovis capreoli ſiccant. Virg. 2. Ecl. 42.
Siccari, Infinitivus pro nomine. Plin. lib. 13. cap. 7. Cæſa ſtatim ſtagnis mergitur: hoc eſt, ejus ſiccari.

SICCĀTUS, a, um. Partic. [ξηρανθείς] ut, Fontes ſiccati. Ovid. 13. Met. 690.

SICCĀTIO, ōnis. f. Plin. lib. 34. cap. 13. Additur & in emplaſtra, quibus lenis quæritur refrigeratio & ſiccatio.

SICCĀMEN, ĭnis. n. Idem. Iſidor.

SICCABĬLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Siccabile humoris. i. e. Siccans humorem.

SICCATĪVUS, a, um. Adj. Idem Acut. 4. 3. Malagma ſiccativum.

SICCATŌRIUS, a, um. Adj. Th. Priſc. de Diæt. cap. 10. Origanum eſt ſiccatorium.

SICELIUM, ĭ. n. [ψύλλιον] Dioſcoridi, Herba, quæ alio nomine Pulicaris dicitur, a ſemine pulicis ſimilitudinem referente. Plin. lib. 25. cap. 11.

SICELIS, V. SICILIA.

SICANDOS, Lacus eſt Theſſaliæ, mutas habens ranas, quæ tamen alio translatæ coaxant, vocaleſque fiunt. Plin. lib. 8. cap. 58.

SICĔNUS, [Σίκινος] Inſula eſt, non procul ab Io, ſed ex Io ad occaſum naviganti ea occurrit. Strab. lib. 10. V. Steph. & Plin. lib. 4. cap. 12. Qui Sicinus, per i. q. V.

SICHÆUS, i. m. pr. com. [Σιχαῖος] Didonis maritus, qui & Sicharbas dictus eſt, teſte Servio apud Virg. 1. Æn. 347.

Huic conjunx Sichæus erat, ditiſſimus agri
Phœnicum, &c.

SICHÆUS, a, um. Adj. Virg. 4. Æn. 552.

Non ſervata fides cineri promiſſa Sichæo.

SICHEM, [Σιχέμ] Filius Chanaam, qui civitatem ſui nominis ædificavit in Phœnice, quæ Sidon a Græcis appellata eſt. V. Geneſ. 32.

SICILA, V. SICA.

SICĬLIA, æ. f. [Σικελία] Inſula maris Tyrrheni, quæ vocatur & Trinacria; nempe ex ejus figura; & olim habita eſt pars Italiæ. Claudian. 1. de Rapt. Proſerp. 140.

— Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit; ſed pontus & æſtus
Mutavere ſitum. [Prima ob neceſſitatem produci poteſt, ut in dict. Italia.

Sicilia, a Siculo Neptuni filio dicta. Vel quaſi Sicilita, hoc eſt exſecta. Nam olim agro Bruttio annexa, mox interfuſo mari Siculo avulſa. Ob hoc Græci Rhegio nomen dedere, quaſi Abrupto. Virg. 3. Æn. 414. Plin. lib. 3. cap. 8. Sicilia quondam agro Bruttio cohærens, mox, interfuſo mari avulſa eſt. Nam & Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrim, &c. creditum eſt, ut idem Plin. lib. 2. cap. 88. annotavit. Sicania etiam dicta eſt hæc inſula a Sicano rege, qui, ut Solinus & Capella ſcribunt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Trojana pervenit: dehinc Siculus, Neptuni filius, a quo nomen commutatum, nam Trinacria dicta, quod tribus promontoriis triangula eſt. Ovid. 4. Faſt. 420. Vel Triquetra, quod trianguli figuram habeat hujuſmodi Δ. Quorum unus angulus, qui in Meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingentis paſſibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maxime ſpectare videtur, & ab Africæ litoribus CXX millibus paſſuum diſtare dicitur. Sil. lib. 5. 489.

Hanc Ætnæa cohors Triquetris quam miſerat oris
Rex, Arethuſa, tuus.

Sicilia ab Oriente & Occidente Septentrioneque Tyrrheno mari: a Meridie Africo alluitur. Patet in longitudine a Peloro uſque ad Pachynum, millia paſſuum centum octoginta ſeptem: in latitudine centum octoginta novem. Hæc a principio, ut Juſtinus lib. 4. pr. ſcribit, Cyclopum patria fuit: quibus extinctis, Æolus regnum inſulæ occupavit. Virg. 3. Æn. 569. Elegantiſſima eſt ejus inſulæ deſcriptio apud Claudianum de raptu Proſerpinæ 1. 140. Meminit & Lucret. lib. 1. 718. Silius Italicus lib. 14. Polybius lib. belli Punici 1. Diodorus lib. 6. & 16.
Siciliæ optima inſularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea ſunt Panormus, Catana, Syracuſæ, undecima Olympiade conditæ. Præterea Meſſana, Eryx, & Leontinum, Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethuſa fons: Eryx & Ætna montes. In ea comœdia primum inventa. Hinc Archimedes natus, qui ſiderum diſciplinam machinatus eſt. In ea ſpecus Læſtrygonum, ubi habitabant, & Achates lapis invenitur. Locorum vero Siciliæ frequens eſt apud Ciceronem in Verrinis, Thucydidemque lib. 6. mentio. Alias ex profeſſo Dionyſius. Strabo lib. 6. Plin. lib. 3. cap. 8. & multa ad ejus imitationem Julius Solinus cap. 11.

SICĔLIS, idis. f. [Σικελίς] patronym. forma Græca a Sicilia fit. Virg. 4. Ecl. 1.

Sicelides muſæ, paulo majora canamus.

SICILIENSIS, e. [Σικελιώτικ@] Adj. poſſeſſ. Quod ex Sicilia, vel in Sicilia eſt, vel ad Siciliam pertinet.
Annus Sicilienſis. Cic. de Clar. Orat. 318. Interim me Quæſtorem Sicilienſis excepit annus.
Bellum Sicilienſe. Cic. 7. Verr. 18. Punicis, Sicilienſibuſque bellis.
Fretum Sicilienſe. Cic. 3. de Nat. Deor. 24.
Pecunia Sicilienſis. Cic. 2. Verr. 24. Reperiebam fiſcos complures cum pecunia Sicilienſi a quodam Senatore ad equitem eſſe translatos.
Prætura Sicilienſis. Cic. 4. Verr. 17. De iſtius prætura Sicilienſi non recuſo, quin ita me audiatis.
Quæſtura mea Sicilienſis. Cic. 13. Att. 38.
Spiritus Sicilienſes. Cic. 5. Verr. 22. Aſpicite, Judices, vultum hominis & aſpectum, & ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos ejus ſpiritus Sicilienſes, quos fuiſſe putetis, cogitate ac recordamini. [i. e. Quos in Siciliensi negotio ſumebat.

SICŬLUS. [Σικελός, Σικελιώτης] Qui a Sicilia eſt, vel incola vel indigena. Laſcivi & dicaces Siculi. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Siculus, a, um. Adj. [Σικελός] ut Siculus poëta, Empedocles: nam fuit Agrigentinus. Hor. in Arte Poet. 463.

— Siculique poetæ,
Narrabo interitum.

Dapes Siculæ. Hor. 3. Carm. 1. 18.
Montes Siculi. Virg. 2. Ecl. 21.
Regiones Siculæ. Virg. 1. Æn. 553.
Tyranni Siculi. Hor. 1. Epiſt. 2. 58.
Siculum mare, Bocatia, ambit Siciliam, a qua ita denominatur. Ab Occaſu Sardum habet, ab Aquilone Tuſcum, ab Oriente Ionium, a Meridie Africum. Hoc mare, teſte Strabone lib. 1. Eadem cum Oceani æſtuariis pati dicitur. Quolibet enim die, ac nocte bis fluxum alternat, ſicuti & Oceanus bis inundat, totieſque recidit.
Mare Siculum purpureum Pœno ſanguine. Hor. 2. Carm. 12. 2.

SICILISSO, [Σικελίζω] āre. Sicula lingua loqui. Plaut. Men. prol. 12. Non Atticiſſat, ſed Siciliſſat. al. Siciliciſſitat.

SICILIMENTUM, SICILIO, SICILIS, SICILICUS. V. in SICA.

SICĪLĬCUM, i. n. vel SICILĬCUS, i. m. [δίδραχμον] Duæ drachmæ. Plin. lib. 13. cap. 15. Tribus ſicilicis infra quatuor pedes. Priſcianus in libello de ponderibus,

Drachmam

Drachmam ſi gemines, aderit quem dicim audis
Sicilicus. Voluſius, Dividitur uncia in quatuor ſicilicos, id eſt quatuor quartas. Feſtus, Sicilicum dictum, quod ſemunciam ſecet. Alii per q o ſcribunt Siciliquos. In ſumma, Sicilicus eſt, Quarta pars unciæ. eſt igitur dimidium ſemunciæ, proinde ſemunciam ſecat.
Sicilico utimur non ſolum in ponderibus, ſed etiam in menſuris. V. Columel. lib. 5. cap. 1.
Sicilici lectorum quid ſint, V. SILICIOR.

SICIMINA, V. SICAMINUS.

SICINNIUM, i. n. [σίκιννις] Saltationis ſatyricæ genus, teſte Athenæo, a Sicinno inventore, ſive is Barbarus fuit, ſive Cretenſis, ita dictum, a quo & Satyri ipſi Sicinniſtæ appellantur. Gell. 20. 3.

SICINNISTA, æ. m. [σικιννιστής] Tibicinum genus quoddam fuit a Sicinnio ſic dictum, quod ſpecies veteris ſaltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc verbum L. Accius in Pragmaticis, ut refert Gell. lib. 20. cap. 3. conf. Cæl. Rhod. Lect. Antiq. 5. 3.

SICINUS, i. f. [Σίκινος] Inſula eſt non procul a Creta, una Sporadum antea Oenoe dicta teſte Plinio lib. 4. cap. 12. A Strabone tamen & Stephano Sicenus, Σίκηνος, appellatur, de quo antea ſcripſimus.

SICLUS, i. m. [σίκλος, τετράδραχμον] Hebræorum numiſma, quatuor drachmas Atticas valens, ut ait Joſephus Antiq. 3. 10.

SICŎRIS, is. m. [Σίκορις] Plin. lib. 3. cap. 3. Fluvius Hiſpaniæ, juxta Ilerdenſes Surdaonum gentis. Lucan. lib. 4. 14.
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes.
Ad Sicorim Cæſar Afranii & Petreji exercitum Inopia rerum neceſſariarum ad deditionem compulit, ut ipſe refert lib. 1. de Bell. Civ. extr. Sunt qui Sicaris ſcribunt, ſed perperam.

SICRICA, a ritu, quod Romano ritu feminæ facientes ſacrificium, ea capita velabant. ex Varr. loco lib. 4. de L. L. 29. [Corrupto ſcil. Sic Rica, enim legitur in emendatis libris. V. RICA.

SICUBI, V. SI.
SICULA, V. SICA.
SICULUS, V. SICILIA.
SICUNDE, V. SI.
SICUT, V. SIC.

SICYA, æ. f. [σικύα] Græca vox eſt, Latinis Cucurbitam, ſeu cucurbitulam, ſignificans. Sic Medicis dicitur vaſculum, quod materiæ retrahendæ in corporibus humanis aptiſſimum eſt. Uſus eſt Horatius ex Lambini ſententia 2. Epiſt. ad Julium Florum 2. 53.
Quæ poterunt unquam ſatis expurgare ſicyæ? Senſus eſt, quibus cucurbitis ſatis expurgari potero? quæ cucurbitæ ſanguinem vitioſum ex univerſo meo corpore exhaurire poterunt, niſi melius putem dormire quam verſus ſcribere? Eſt autem tralatio perpetua a corpore non ſano, & corrupto, ad animi, ut ita dicam, inſanitatem, qua ſignificat ſe parum ſanæ mentis merito viſum iri, ſi nunc verſus ſcribat potius quam dormiat. Repoſuit Lambinus ex ſuo ingenio Sicyæ; ſed hanc lectionem improbant uno ore viri docti & omnes Horatii Editores, retinentes veterem Cicutæ. De Cucurbitulis V. ſ. l. conf. Suid.

SICYON, ōnis. f. [Σικυών] Urbs vetus Achajæ, a qua Sicyonii, quorum vetuſtiſſimus rex Ægialeus terram illic late tenuit, ut Pauſanias in Corinthiacis refert p. 49. Wech. E Sicyone Aratus ille fuit, cujus meminit in Catalogo præſtantium virorum Plutarchus. In Sicyone ſpectatiſſima quondam Occaſionis imago extitit, auctoris Lyſippi, cujus erudita eſt apud Politianum in Miſcellaneis explicatio. Regiuncula & ipſa Sicyonia dicta. Juxta Sicyonem Aſopus fluit, olea lauroque virens. Unde
Oliviſera Sicyon. Ovid in Ibin, 317. Stat. 4. Theb. 50.
Qui Drepani ſcopulos, & oliviferæ Sicyonis
Culta ferunt.

SICYŌNIUS, a, um. [Σικυώνιος] Virg. 2. Georg. 519.
Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis.
Sicyonem, fuiſſe officinarum omnium metallorum patriam Plin. lib. 36. cap. 4. ſcribit. In ea etiam, Cicerone teſte, molles & muliebres calcei confici ſolebant. Unde Sicyonia, Calceamenta dicta ſunt. Lucilius apud Feſtum,
Et pedibus læva Sicyonia demit honeſta. Cic. 1. de Orat. 231. Sed, inquit, ut ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

SICYONIA, n. pl. Calcei Sicyonii. Lucret. lib 4. 1118.
— & pulchra in pedibus Sicyonia rident. V. dict. ſuper.

S I D

SIDA, æ. ſive SIDE, es. f. [Σίδη] Pamphyliæ urbs teſte Plinio lib. 5. cap. 27. & Pomponio Mela, lib. 1. 15. in deſcriptione Pamphyliæ.

SIDĒNE, es. f. [Σιδήνη] Lyciæ urbs. Steph.

SIDĒNUM, Flumen, quo alluitur oppidum Polemonium in Themiſcyrena regione, ab Amiſo c x x. m. paſſ diſtans. Inde

SIDENI, [Σιδηνοί] populi. Auctor Plin. lib. 6. cap. 4.

SIDERARI, SIDERATIO, SIDERATUS, SIDERATUS. V. SIDUS.

SIDĒRITIS, idis. f. [σιδηρῖτις] Herba eſt cujus tria genera. Dioſcorides memorat lib. 4. cap. 33. 34. 35. unde deſcriptionem & ex Plinio lib. 25. cap. 17. tibi petendam relinquimus.
Sideritis ſive Siderites, Gemma item eo nomine, Adamantis genus. Ferrum ad ſe, naturæ vi occulta, rapiens: Magnes, & Heracleus lapis, aliis nominibus appellatus: eo quod primum inventus fuerit in Magneſia Aſiæ, circa Heracleam urbem. Plinius tamen in Ida monte primum repertum arbitratur, a Magnete quodam paſtore, & ab eo nomen accepiſſe. Plin. lib. 37 cap. 4. Poſt hunc eſt Siderites, ferrei ſplendoris, pondere ante ceteros, ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari poteſt; quod & Cyprio evenit: breviterque, ut degeneres, nominis tantum auctoritatem habent. V. Dioſcoridem lib. 4. cap. 27.

SIDĒRITIS Heracleon, [σιδηρῖτις Ἡρακλεῖον] Herba eſt ab Hercule inventa, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, juxta amnes & lacus naſcens, & omnia vulnera ferro illata ſanans. Plin. lib. 25. cap. 4.

SIDĒROPŒCILOS, [σιδηροποίκιλος] quæ Siderites, ferro ſimilis gemma, litigio illata diſcordias facit: quæque naſcitur in Æthiopia, Sideropœcilos ex ea fit variantibus guttis. Plin. lib. 37. cap 10.

SIDICĪNI, Populi ſunt Africæ, qui oras Carthaginenſium occupant. Strab. lib. 3.

SIDICĪNUM, i, n. [Σιδικινόν] Apulorum Dauniorum civitas mediterranea, quod & Teanum dicitur, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. De Teano, vide Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

SIDICĪNUS, a, um. Adj. [Σιδικινός] ut,
Æquora Sidicina. Virg 7. Æn. 727.
Bella Sidicina, apud Sil. lib. 11. 176.

SIDO, ſēdi vel ſīdi, ſeſſum, [ἱζάνω] ĕre. Præteritum mutuatur a Sedeo; Deorſum tendere ſignificat. Ova plena ſidunt in aquis. Aves ſidunt, quum ad quieſcendum in arbore, devolant. Virg. 6 Æn. 203.
Sedibus optatis, gemina ſuper arbore ſidunt. Plin. lib 6. cap. 22. Mare intereſt vadoſum, ſenis, non amplius, altitudinis paſſibus, ſed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ ſidant. Idem lib. 2. cap. 103. Ejuſdemque ponderis alia ſidere, alia invehi. Et lib. 10. cap. 54. Et in aqua eſt experimentum, inane fluitat, itaque ſidentia, hoc eſt plena, ſubjici volunt. De ovis.
In aqua ſidit. Plin. lib. 12. cap. 25.
Sidens ad ima vaſis gutta balſami.. Plin. Ibidem.
Submerſæ ſidere rates. Claudian. 4. Conſ. Honor 628.
Sido habet proprium Præteritum, nempe Sidi, apud Columel. lib. 12. cap. 24. Deinde patiemur picem conſidere, & quum ſiderit, aquam eliquabimus.

SIDENS, entis. Partic. ut, Sidens fundamentum imperii, i. e. Dehiſcens, metaphoricôs dicitur a Plinio lib 15. cap. 18.

SIDON, ōnis, f. [Σιδών] Urbs Phœnices inſignis Chananæorum ad Aquilonem reſpiciens, & poſtea regionis Judææ. Hanc Phœnices, ut quidam ajunt condidere, qui terræ motu, relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnum primo, mox mari proximum litus incoluere, condita ibi urbe, quam a piſcium ubertate Sidona vocavere, eo quod tali nomine piſcem vocent. Sed deinde poſt multos annos expugnati cives ſunt, qui navibus appulſi, Tyron urbem anno Trojanæ cladis condiderunt. Hanc Euſtathius a Sida Beli filia dictam putat. Joſephus a Sichem filio Chanaam. quæ apud Hebræos etiam Sichem vocatur. Nunc vulgo dicitur *Sidoni*, Olivarius in Melam.

SIDONIA, æ. f. [Σιδωνία] Regio. Juſtin. 11. 10. 8. Abdalonimus, rex ab Alexandro Sidoniæ conſtitutus.
Item Troadis oppidum. Steph.

SIDONIUS, a, um. ſec. com. Adj. poſſeſſ. [Σιδώνιος ὁ Σιδόνιος] ut. Veſtis Sidonia, i. e. Purpurea. Et licet o o ſyllabam correptam habeat, ut apud Virg. 4. Æn. 75.
Sidoniaſque oſtentat opes. Invenitur tamen quandoque producta, ut apud eundem 1. Æn. 613.
Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. ſicut in primitivo, 1. Æn. 623.
— Teucrum memini Sidona venire.
Equus Sidonius. Virg. 5. Æn 575.
Mœnia Sidonia. Ovid. 1. de Pont. 3. 77.
Urbs Sidonia. Virg. 1. Æn. 682.
Amictus Sidonius, i. e. Purpureus. Stat. 11. Theb. 648.
Chlamys Sidonia. Virg 4. Æn. 137.
Oſtro Sidonio fulget. Ovid 4. Triſt. 2. 27.

SIDONII, [Σιδώνιοι] Populi Sidonis urbis. De Sidoniis & Tyriis ſcribit Juſtin. lib. 18. 3.

SIDŌNIS, patronym. f. pro gentili, [Σιδωνίς] Ovid. 5. Faſt. 610.
Sidoni, ſic fueras aſpicienda Jovi. [Steph & m. patronym. Sidon, ōnis. Σιδών, agnoſcit.

SIDUS, ĕris. n. [ἄστρον Gl. L. G. & G. L.] Quod in aliquod ſignum complurium ſtellarum compoſitione formatum eſt: ut Aries, Taurus, Andromeda, Perſeus, Corona, & quæcunque variarum genera formarum feruntur in cælum recepta. Auctor Macrobius in Somn. Scip. lib. 1. cap. 14. V. Plin. lib. 2. cap. 18. Virg. 1. Georg. 32.
Anne novum tardis ſidus te menſibus addas.
Sidera, inquit Varro de L. L. 6 2. quod quaſi inſidunt; unde manifeſtum eſt eos erraſſe qui per ψ & non per ſ ſcribunt, ducentes ἅμα ſimul, & εἴδω videre. Derivatio plane inepta & inſulſa. Non enim denominatur Sidus, quoniam (ut iis placet) plures ſtellæ ſimul conſpiciantur, ſed quoniam Sidus in eadem ſede fixum maneat, & eo nomine diſtinguatur a Planeta, qui in orbita movetur & Erraticus ideo vocatur.
Abruptum ſidus V. ABRUPTUS.
Alta ſidera. Virg 3. Æn. 619.
Amicum ſidus. Hor. Epod. 10. 9.
Aurea ſidera. Virg. 1. Æn. 496. al. Cingula.
Candida ſidera. Lucret. lib. 5. 1209.
Convexa ſidera. V. CONVEXO.
Clarum ſidus Tyndaridæ. Hor. 4. Carm. 8. 31.
Clemens ſidus. Claud. in Epithal. Pallad. 120.
Decretorium ſidus. V. DECRETUM.
Fervidum ſidus, Canicula. Hor. Epod 1. 27.
Inſana ſidera Capræ, Tempeſtuoſa Hor. 3. Carm. 7. 6.
Lætabile ſidus Valer. 6. Argon. 606.
Lugubre refulſit ſidus. Valer 8. Argon. 58.
Lucida ſidera. Hor 1. Carm. 3. 2.
Micantia ſidera Catull. in Epithal Mallii, 59. 207.
Nivoſum ſidus Pliadum. Stat. 1. Silv 1. 95.
Publica ſidera, Quæ omnes ſpectare ſolent. Ovid. 18. Epiſt. 150.
Radiantia ſidera. Ovid. 7. Met. 325.
Sparſa mundo ſidera. Sen Hippol. 9.
Surgentia ſidera. Virg 6. Æn 850.
Sublime ſidus Arctos. Sen Herc. fur. 1. 2.
Adire uſque ad ſidera. V. ADEO.
Non appareret ſidus amicum nocte atra. Hor. Epod. 10. 9.
Pallent ſidera turbata vicino die. Stat. 12. Theb. 406.
Paſcet dum ſidera polus. Virg. 1. Æn 612.
Suadent cadentia ſidera ſomnos. Virg 2. Æn. 9.
Tegunt ſidera latitantia nubes. Ovid 11. Met. 449.
Volvuntur ſidera lapſu. Virg. 4. Æn 524.

Sidos pro Sole & Luna. Plin. lib. 7. cap. 60. Inclinato ſidere ſupremam pronuntiavit. Idem lib. 8. cap. 1. Atque ita ſalutato ſidere in ſilvas reverti.
Maſculum ſidus, Sol. Plin. lib 2 cap. 100.
Regina ſiderum luna. Hor. Carm. ſæc. 35.
Femineum ac molle ſidus, Luna. Plin. lib. 2. cap. 101.
Torrentia agros ſidera. Hor. 3. Carm. 1. 32.
Clarior ſidere. Hor. 3. Carm. 1. 42.
Pulchrior ſidere. Hor. 3. Carm. 9. 21.
Æthereum ſidus. Ovid. 1. Met. 424.
Cavum ſidus. Simias Solinus ait cap. 40. § 607. exſultare nova luna, triſtes eſſe cornuta & cavo ſidere. Cavum autem ſidus, Luna eſt corniculata & contraria ſectæ, quæ dividua eſt, & utrinque gibboſæ, quæ ἀμφίκυρτος vocatur. Nam hæc utrinque tumida & extuberans eſt, etſi nondum plena: iſta recto ſegmento dividua, illa in ſinum falcata. Sic ab Ariſtotele lib. 2. de cælo cap. 11. extr vocatur.
Sidera, pro Planetis. Plin. lib 2 cap. 6. Inter hanc (terram) cælumque eodem ſpiritu pendent, certis diſcreta ſpatiis, ſeptem ſidera, quæ ab inceſſu vocamus errantia, quum errent nulla minus illis.
Palantia ſidera. Lucret. lib. 2. 1030.
Vaga ſidera. Sen. Octav. 1.
Ducunt volantia ſidera crinem. Virg. 3. Æn. 528.
Tranſcurrunt refixa cælo ſidera. Virg. 3. Æn. 527. *Stellas cadentes* vulgus appellat.
Æmulum ſidus. V. ÆMULOR.
Salubre ſidus Veneris. Lucan. lib. 1. 637.
Hebet ſidus Veneris. Lucan. lib. 1. 657.
Affixa mundo ſidera. V. AFFIGO.
Attributa ſidera ſingulis nobis. V. ATTRIBUO.
Dextro ſidere editus. Stat. 3. Silv. 4. 63.
Timendi ſideris crinis, Cometæ. Lucan. 1. 524.
Ferre ad ſidera nomen alicujus, Summis laudibus celebrare. Virg. 9. Ecl. 29.
Ferit ſidera clamor, It cœlo. Virg. 2. Æn. 488.
Ferire ſidera vertice, Contingere cælum. Hor. 1. Carm. 1. 36. &
Tangere ſidera vertice, i. e. Feliciſſimum eſſe. Ovid. 7. Met. 61.

— quo conjuge felix
Et dis cara ferar, & ſidera vertice tangam.

Gentis ſuæ ſidus, Decus & ornamentum, tranſlate. Ovid. 3. de Pont. 3. 2.
Sidus, Vox blanditiarum. Suet Calig. 13. Lætiſſimo obviorum agmine inceſſit, ſuper fauſta omina, ſidus & pullum & puppum & alumnum appellantium. Hor. Epod. 17. 40.

— tu pudica, tu proba
Perambulabis aſtra, ſidus aureum.

Sidus pro Plaga & Inclinatione mundi. Plin. 2. 67. Sub eodem ſidere pars tota (mundi) vergens in Caſpium mare pernavigata eſt. De Septemtrionali loquens Oceano.
Sidus pro Tempeſtate. Virg. 1. Georg. 204.

Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis
Hœdorumque dies ſervandi, &c.

Ubi Servius; Arcturi, inquit, ortus & occaſus tempeſtates graviſſimas facit: unde Sidera, i. e. Tempeſtates, ut lib. 11. Æn. 260.

— ſcit triſte Minervæ
Sidus, & Euboicæ cautes.

Hæc ille.
Sidus confici, & confectum. Sidera quædam tempeſtatem inferunt, quæ tum confici dicuntur & confecta eſſe cum ea tempeſtas ſævit. Plinius 2. 41. pr. Cum tempeſtatibus confici ſidus intelligimus. Oppius de Bell. Afric. cap. 47. pr. Namque Vergiliarum ſigno confecto, circiter vigilia ſecunda noctis, nimbus cum ſaxea grandine ſubito eſt exortus ingens. Quod etiam de quacunque aëris mutatione, rerumque affectu vi cæli & influxu ſiderum eveniente uſurpatur. Plin. lib. 18 28. Quamobrem eas manibus agricolarum ingeſſit, vertique juſſit ipſa die ſolia, ut eſſet confecti ſideris ſignum. Turnebus Adverſ. 3. 10.
Sidus, Morbi genus, quod & Sideratio, medicis Epilepſia, vel potius Apoplexia, dicitur. Martial 1. 84.

Sidere percuſſa eſt ſubito tibi Zoile lingua.

h. e. Uſum linguæ amiſiſti. V. PERCUTIO.
Afflari ſidere. V. AFFLO, item SIDERATUS, & SIDERO verbum.
SIDĔRĀLIS, e. Adj. [ἀστρικὸς] Quod ad ſidus pertinet. Plin lib. 18. cap. 24. Prius tamen ſideralis difficultas ſubjicienda contemplationi eſt. Idem lib. 7. cap. 49. pr. Sideralis ſcientiæ.
SIDEREUS, a, um. Adj. [ἄστρῳος] Quod ex ſidere eſt; ut, Splendor ſidereus. Virg. 10 Æn. 3.

Sideream in ſedem.

i. e. In aſtriferum circulum.
Æſtus ſidereus, Calor ſolis. Ovid 6. Met. 341.
Arx ſiderea, Cælum. Ovid. 3. Amor. 10. 21.
Canis ſidereus, Canicula. Ovid. 4. Faſt. 941.
Cælum ſidereum. Ovid. 10. Met. 140.
Ignes ſiderei. Ovid. 1. Met. 779.
Lux ſiderea. Ovid. 4. Met. 169.
Polus ſidereus. Valer. 4. Argon. 643.
Vultus ſiderei. Stat. 2. Achill. 135.
Sidereus, Fulgens. Virg. 3 Æn. 586.

— nec lucidus æthra
Siderea polus.

Sidereus, Altus. Martial. lib. 1. 2.

Hic ubi ſidereus propius videt aſtra coloſſus.

Artus ſiderei Veneris, Cæleſtes. Stat. 1. Silv. 2. 141.
Aves ſidereæ Junonis. Claud. 2. in Eutrop. 330.
Sideream in ſedem convocat Juppiter deos. Virg. 10 Æn. 3.
SIDERŌSUS, a, um. Adj. Idem quod Sideratus. Gloſſ. Latinogræc. Siderosus, Ἀστρωτικός, σεληνιαζόμενος.
SIDĔROR, [ἀστροβολίζομαι] ari, Sidere afflari. Plin lib. 9. cap. 16. Fluviatilium ſilurus Caniculæ exortu ſideratur, & alias fulgure ſopitur, i. e. Obtorpeſcit, velut ſidere ictus.
SIDERĀTUS, a, um. Partic. [ἀστρόβλητος] Qui ſideratione morbo affectus eſt. Plin lib. 28. cap. 16. Sideratis urina pulli aſinini, nardo admixto, perunctione prodeſſe dicitur.
SIDERĀTIO, ōnis. f. [ἀστροβολία, ἀστροβολισμὸς] Morbus eſt arborum afflatarum ſidere, quocunque modo id acciderit. Plin. lib. 17. cap. 24. Sideratio tota e cælo conſtat. Quapropter & grando in his cauſis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum injuria evenit. Hæc enim, verno tempore invitatis, & erumpere audentibus ſatis, mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Budæus.
Sideratio, Græce dicitur ἀστροβολισμὸς, quaſi ſideris percuſſio, quam σφακελισμὸν quidam appellant, ut ait Theoph. lib. 5. in. De cauſis, qui ſideratas arbores ἀστρόβλητα appellat, quaſi ſidere percuſſas. Budæus.
Sideratio, Morbi genus, partem aliquam corporis, ſæpe pæne totum corpus percutientis ſubito, atque exſiccantis, & plerumque hominem enecantis: quod quum repentino quodam eveniat impetu, e cælo vi quadam ſideris provenire veteres putarunt.
Sideratio, Siderum conjunctio. J. Firmic. 4. 13. Maximos ſane ex tali ſideratione pollicebuntur homines. i. e. Tali ſiderum conjunctione.
SIDUS, untis. f. [Σιδοῦς] Oppidulum eſt in agro Megarenſium. Plin. lib. 4. cap. 7. Hinc deducitur gentile
SIDUNTIUS, a, um. Adj. [Σιδούντιος] Stephano.

S I F

SIFILO, Sic inquit Nonius, quod nos, vilitatem verbi vitantes, Sibilare dicimus, & eſt maledica vocis ſignificatio, vel contumelioſa popularium, cum ſifilationibus quis exploditur. A Græco ducere originem invenimus. Hujus auctor eſt Homerus Iliad. 14. 148.

Ἀλλ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε.

Hæc Non. 12. 49. Nos græciſmo retento gallice *Siffler* dicimus. [Eſt autem σιφλὸς, Reprehenſio, & σιφλόω, Reprehendo. V. Suid. & Heſych.
SIFILATIO, ōnis. f. Non. ibid. conf. SIFILO.

S I G

SIGA, [Σίγα] Civitas, Colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, Auctore Ptolemæo lib. 4. cap 2. Syphacis olim regia. Plin. lib. 3. cap. 2. Olivarius in Melam ſcribit nunc vocari *La guardia*.
SIGALEŌN, ōnis. m. [Σιγαλεὼν] Harpocrates, Silentiarius Deus, quem digito labellum comprimere finxerunt Ægyptii. Hunc & Silentium appellarunt & Piceum deum. Auſonius ad Paulinum, Epiſt. 23. 27.

Aut tes Sigaleon Ægyptius oſcula ſignet.

Παρὰ τὸ σιγᾶν τῷ λαῷ, id eſt a ſilendo & populo, quod ſcilicet populis ſilentium indicat. Lil. Syntag. 1. Hiſtor. Deor. [Immo a σιγαλέος, a, on. Adj. Tacitus Latine, idem quod σιγηλός. Auſon. tamen per i ſcribit, Sigalion.
SIGĒUM, i. n. [Σίγειον] Trojæ promontorium. Servius, Duo ſunt, inquit, Trojæ promontoria, Rhœteum & Sigeum, quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio, ſimulavit abſceſſum, & inde contra Trojam per ſilentium venit, quod dicitur σιγῇ. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 2. Æn. 312.

— Sigea igni freta lata relucent.

Suidas dicit Sigeum eſſe urbem Troadis: a qua Sigeeus & Sigeum promontorium, quod nunc vocatur Caput ſanctæ Mariæ, ut teſtatur Olivarius In Melam. 1. 18. *Capo ſanta Maria*.
SIGEUS, a, um. Adj. [Σίγειος] ut, Litora Sigea. Ovid. 4. Faſt. 279.
SIGEIUS, a, um. aliud Adj. [Σιγεῖος] ut, Tellus Sigeia. Ovid. 1. Epiſt. 33.
Litora Sigeia. Ovid. 13. Met. 3.
SIGILLUM, SIGILLO, &c. V. poſt SIGNUM.
SIGILLĀTIM, V. SINGULUS.
SIGIUS, Mons Galliæ Narbonenſis, a quo ſinus Gallicus incipit. Strab. lib. 4. Vernaculo idiomate dicitur, *Puech, ou Pui de Sete*.
SIGLUM, i. n. vel SIGLA, æ. f. & in plurali SIGLA, vel SIGLÆ. a Sigillo per contractionem; Notæ ſunt, quibus uti librarii in ſcribendo ſolebant. Utitur Juſtinian. in Conſt. P. priore. Bud. auctore, §. Ne autem. Nec etenim (inquit) per ſpecialia ſigla numerorum manifeſtari, ſed per litterarum conſequentiam explanari concedimus. Et in Conſtit. Omnem § Illud autem. Nemo (inquit) audeat eorum qui libros conſcribunt ſigla in his ponere, & per compendium ipſi legum interpretationi, vel compoſitioni maximum adferre diſcrimen. Idem in Conſt. Tanta. §. Hoc autem verſic. Eandem. Eandem autem (inquit) pœnam falſitatis conſtituimus & adverſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere: omnia enim, id eſt & nomina prudentium & titulos & librorum numeros per conſequentias litterarum volumus, non per ſigla manifeſtari, ita ut qui, &c.
Siglæ autem ſunt Litteræ ſingulares ſine coagmento ſyllabarum. Ita litterarum initio ſcribi ſolet S. i. e. Salutem; vel S. P. D. Salutem plurimam dicit. [Exempla ſ g. deſidero. Licet & Cang. in Gloſſ. e Singule contractum putet.
SIGMA, n. indecl. [σίγμα] Littera duodevigeſima Græcorum elementorum, Latinorum S reſpondens. A cujus figuræ ſemicircularis ſimilitudine dicta eſt
SIGMA, ătis n. [σίγμα] Menſa circularis, vel potius lectus accubitorius, qui donexat ſeptem caperet convivas, in ſimilitudinem elementi Græcanici factus. Lampridius de Heliogabalo cap. 25. Primus invenit ſigma in terra ſternere. Idem cap. 29. Habuit & hanc conſuetudinem, ut octo calvos rogaret ad cœnam, item octo luſcos, & item octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo longos, & octo pingues, quum capi non poſſent uno ſigmate, ut de his omnibus riſus citaret. Martial. lib. 10. 48.

Septem ſigma capit: ſex ſumus, adde Lupum.

V. Crinit. lib. 19. cap. 10. de Hon. diſcipl. vel Lex Piciſe.
SIGNANTER, SIGNATIO, &c. V. SIGNUM.
SIGNIA, Plin. lib. 5. cap. 29. Mons eſt, in cujus radicibus ſita eſt Apamia. Eſt item Latii oppidum. Plin. lib. 14 cap. 6. Liv. 1. 56. Unde
SIGNĪNUS, a, um. Adj [Σιγνῖνος] ut, Signinum opus, quod confractis tuſiſque teſtis, addita calce, conficiebatur. Columel. lib. 1. cap. 6. Cujus ſolum terrenum prius quam conſternatur perfoſſum, & amurca recenti, non ſalſa, madefactum, velut Signinum opus, paviculis condenſatur. Idem lib. 8. cap. 17. pr.
Signinum vinum. Celſ lib. 4. cap. 5. Potui quidem aptiſſimum eſt vinum frigidum, vel certe bene calidum meracum, potiſſimum Ræticum vel Allobrogicum, aliudve quod & auſterum, & reſina conditum eſt: ſi id non eſt, quam aſperrimum: maximeque Signinum.
Signinum pirum. Juven. 11. Sat. 73. Plin. lib. 15. cap. 15. Patriæ nomine

nomina habent ſuaviſſima omnium Amerina, &c. & in his Tarentina, Signina, quæ alii a colore Teſtacea appellant. De piris.

Signini, Incolæ oppidi Signiæ. Plin. 3. 5.

SIGNIFER, SIGNIFICO, &c. V. SIGNUM.

SIGNUM, i. n. [σημεῖον, Gl. L. G. & G. L.] Nota, indicatio. Eſt Parva quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus. Ter. And. 5. 3. 7.

Num ejus color pudoris ſignum uſquam indicat? Virg. 3. Æn. 388.

Dicam ſigna tibi, tu condita mente teneto.

Signa ad ſalutem, Salutis prognoſtica. Ter. And. 3. 2. 2.

Morborum cauſæ & ſigna. Virg. 3. Georg. 440.

Mortis ſigna, Prognoſtica mortis. Lucret. lib. 6. 1180.

Clarum ſignum. V. CLARUS.

Dubia ſigna. Virg. 4. Georg. 253.

Immutabilia ſigna. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Inſolubile ſignum. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Magnum ſignum, Argumentum. V. MAGNUS.

Colligere aliquid ſignis. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Comprehendere ſignis. V. COMPREHENDO.

Dicere aliquid ſigno. Ovid. 15. Met. 595.

Dare ſigna manifeſta. Ovid. 5. Met. 468.

Dare ſigna quamobrem. Cic. 7. Verr. 178. V. SENUNXETAS Ovid. 2. Met. 450.

Sed ſilet, & læſi dat ſigna robore pudoris.

Facere conjecturam ex ſignis. Ter. Adel. 5. 3. 36.

Loqui nutu & ſignis. Ovid. 4. Met. 63.

Ponere ſigna novis præceptis. Hor. 2. Serm. 4. 2.

Sequentur certiſſima ſigna ſolem. Virg. 1. Georg. 439.

Signi id erit, me, &c. Cic. pro Roſc. Amer.

Signum, quo quid facere admonemus ex compacto, vel more.

Paſtorale ſignum. V. PASTOR.

Convenerat id ſignum. V. CONVENIO.

Dare ſignum militibus. Ter. Eun. 4. 7. 11.

Exſpectant ſignum intenti. Virg. 5. Æn. 137. Intelligit ſignum quod certaturis ſolet dari, ineundi certaminis.

Canere ſigna. V. CANO.

Efferre belli ſignum ab arce. Virg. 8. Æn. 1.

Signum in militia aliquando Teſſeram denotat, certa voce notatam, quæ a duce tribuno dabatur, & ob hoc per lectos viros per totum exercitum diſcurrebat. V. Lex. Pitiſc. conf. TESSERA. Sil. 15. 475.

— tacitum dat teſſera ſignum.

Signum, Signaculum, Notaculum, additum rei, ut cognoſcatur.

Imprimere ſignum pecori. Virg. 1. Georg. 263.

Signum, [Σημεῖον, τὸ τέρας Gl. G. L.] Monſtrum, pro Oſtento & augurio. Cic. 1. de Divin. 77. Equus ejus repente concidit: nec eam rem habuit religioni, objecto ſigno, ut peritis videbatur, ne committeret prælium. Budæus.

Proſpera ſigna. Ovid. 19. Epiſt. 150.

Signum, quod jaculantibus propoſitum eſt, quo collineent. Gloſſ. Græcolat. Σημεῖον, ὁ σκοπός, Signum.

Signum, [σημεῖον στρατιωτικὸν φανερόν, Gl. G. L.] Vexillum, ab effigie animalium quæ in vexillis fieri conſueverunt. Lucan. lib. 1. 7.

— infeſtiſque obvia ſignis

Signa: pares aquilas, ac pila minantia pilis. Cic. pro Font. 34. Ac infeſtis prope ſignis inferuntur Galli in Fontejum, & inſtant atque urgent ſummo cum ſtudio. Hor. 1. Epiſt. 18. 55.

— Cantabrica bella tuliſti

Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit. [Signa militaria veterum diſtare a Vexillis, quæ & ipſa ſignorum loco erant, res nota eſt. Erant autem ſingula ſingulis cohortibus & manipulis, totiuſque Legionis ſignum proprium Aquila. Occurrunt paſſim in nummis & marmoribus antiquis. V. Lipſ. de Mil. Rom. lib. 4. Dial. 5. Oiſel. Theſaur. tab. 93. & 94. Omnis autem fere motus copiarum Signis tribuitur, ut ex ſeqq. exemplis apparet, quia Signifer præcedebat, miles ſequebatur.

Militaria ſigna. Hor. Epod. 9. 15.

Minantia pugnam ſigna, Infeſta. Lucan. lib. 6. 9.

Attollere ſigna. V. ATTOLLO.

Conferre ſigna, Committere pugnam. Cic. 7. Fam. 3.

Conſtituere ſigna. Liv. de Bell. Pun.

Convertere ſigna. Liv. 4. 29.

Defigunt vallo infelicia ſigna. Sil. lib. 8. 625.

Expedire ſigna. Liv. de Bell. Pun.

Habere ſigna, pro Conſtituere. Liv. de Bell. Pun.

Infeſta ſigna. Cic. 5. Philipp. 13.

Movere ſigna. Liv. de Bell. Pun.

Referens ſigna Camillus. Virg. 6. Æn. 825.

Revellere ſigna. Lucan. lib. 7. 77.

Tollere ſigna. Liv. de Bell. Pun.

Transferre ſigna, Ad hoſtem tranſire. Cæſ. 1. Civ. 24.

Vallare ſigna caſtris. Virg. 4. Georg. 108.

Abeſſe a ſignis milites dicebant, Qui ab exercitu aberant. V. ABSUM.

Convenire ad ſigna jubentur milites. Cæſ. 6. Bell. Gall. 1. *Se retirer chacun a ſon enſeigne.*

Dilabi a ſignis. Liv. 23. 18. extr.

Militare ſub ſignis alicujus. Liv. 23. 42. extr.

Revocare ad ſigna. Liv. de Bell. Pun.

Sequi ſigna. Liv. 24. 48.

Signum, [σημεῖον] pro ipſo Manipulo, vel tagmate ſub Signifero uno conſtituto, ut ex Polyb. docet Suid. in Σημεῖα. conf. Lex. Pitiſc.

Signum. [σφραγίς, Gl. L. G. & G. L.] Quo quid conſignamus & nota certa imprimimus, quod & Sigillum dicitur. Cic. pro Quint. 25. Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur.

Adulterina ſigna. V. ADULTER.

Impreſſis ſignis pacta conventaque cuſtodire. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15.

Signum, Quod ad tabernas ſolet ſuſpendi. Quintil. lib. 6. cap. 4. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum.

Signa, [ζῶδια, Gl. L. G. & G. L.] dicuntur Sculptilia, ſive fuſilia ad ad effigiem animalium, hominum, Deorum, vel aliarum rerum fabricata. Plaut. Rud. 2. 7. 11.

Hic in fano Veneris ſignum flentes amplexæ tenent. conf. 3. 3. 27. Cic. de ſigno Cupidinis loquens, 6. Verr. 1. In auctione ſignum æneum, non magnum, HS CXX millibus venire non vidimus? Ibid. 3. 48. Delum venit: ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo, noctu, clam, ſuſtulit ſigna pulcherrima atque antiquiſſima, eaque in onerariam ſuam navem conjicienda curavit. Liv. 2. 41. extr. Signum inde factum eſſe, & inſcriptum, EX. CASSIA FAMILIA DATVM.

Aſpera ſignis pocula, quæ & Sigillata dicebantur, hoc eſt, ſignis decorata & ornata ſculptilibus, qui antiquorum mos fuit. Virg. 9. Æn. 263.

Cymbia argento perfecta, atque aſpera ſignis. Virg. 5. Æn. 267.

Ahenea ſigna. Hor. 2. Epiſt. 1. 248.

Dædala ſigna. Lucret. lib. 5. 1450.

Nobile ſignum. Ovid. 3. de Arte Am. 223.

Rigida ſigna. Cic. de Clar. Orat. 70. Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe, quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora, quam Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti, & jam plane perfecta. Rigidiora, i. e. Aſperiora, duriora, quibus opponit Molliora, quæ quum ita ſint rigida, non imitantur veritatem, non videntur vere homines referre, qui natura ſunt molles: cum ſignorum ſumma ſit commendatio ad veritatem proxime accedere. conf. MOLLIS.

Spirantia. Virg. 3. Georg. 34.

Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna.

Exſculpere ſignum. Quintil. lib. 2. cap. 19.

Factum de marmore ſignum. Ovid. 14. Met. 313. Unde Signifex.

Formatum e marmore Pario ſignum. Ovid. 3. Met. 419.

Surgere ſigna ſolent. Ovid. 3. Met. 111.

Sic, ubi tolluntur feſtis aulæa theatris,

Surgere ſigna ſolent, primumque oſtendere vultus.

Signum, pro Sidere. Ovid. 13. Met. 619.

— quum ſol duodena peregit

Signa. [Unde & Signifer orbis dictus. V. infra.

Orientia ſigna noctis. Virg. 7. Æn. 138.

Rabioſi tempora ſigni, Dies caniculares. Hor. 1. Serm. 5. 106.

Splendida ſigna, Aſtra. Lucret. lib. 4. 446.

Stata ſigna. Ovid. 1. Faſt. 310.

Diffundere nox cœlo ſigna parat. Hor. 1. Serm. 5. 10.

Speculari obitus ſignorum. Virg. 1. Georg. 257.

Ortus ſignorum ſuſpicere. Virg. 9. Ecl. 46.

Signum, pro Sidere alio ab illis duodecim Zodiaci ſignis. Ovid. 5. Faſt. 113.

Naſcitur Oleniæ ſignum pluviale Capellæ;

Illa dati cœlum præmia lactis habet. Proximo carmine Stellam vocarat,

— prima mihi nocte videnda

Stella eſt in cunis officioſa Jovis. Certe Hyginus Poët. Aſtron. 2. 13. de Auriga ſive Heniocho ſic ait, Habet præterea ſtellam unam in capite: in utroque humero unam, ſed in ſiniſtro clariorem, quæ vocatur Capra. Idem quoque tradit Aratus, & ejus interpres Germanicus, ſive (ut alii malunt) Baſſus: in hoc ſigno, inquit, & Capra eſt, quam in humero portat, quæ Jovem nutrivit. Et paulo poſt: Auriga ſtellas habet, in capite unam, in ſingulis humeris ſingulas: ſed ea eſt clarior, quæ in ſiniſtro humero eſt, & appellatur Capra. Idem lib. eodem v. 494. de Orione,

Quorum ſi mediis Bœotum Oriona quæris,

Falſus eris: ſigni cauſa canenda mihi. h. e. Canem quis fuit Orion, & qua cauſa locatus ſit in cælo. Conſtat Orion, Hygino teſte, ſtellis decem & ſeptem. Rurſus 724. de Canicula,

Nocte ſequente diem Canis Erigoneius exit;

Eſt alio ſigni reddita cauſa loco.

SIGNĀRIUS, i. m. [ζωδιοποιός] Gloſſ. Græc. Lat. Qui ſigna fabricat.

SIGNĬFER, ĕra, um. Adj. [σημειοφόρος] Signa ferens. ut

Puppis ſignifera. Lucan. lib. 3. 558.

Polus ſignifer. Lucan. lib. 3. 254.

Crater ſignifer, Ornatus ſignis. Valer. 2. Argon. 337.

Signifer dicitur circulus, in quo XII ſigna ſunt, qui Græce Zodiacus [Ζωδιακὸς Gl. L. G. Ζωδιοφόρος, G. L.] appellatur, ab effigie animalium, quæ in eo ſunt. Plin. lib. 2. cap. 4. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Infra autem hanc ſtella Mercurii eſt, quæ anno fere vertente, ſigniferum luſtrat orbem. Idem 2. de Divin. 89. Vim quandam eſſe ejunt ſignifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur.

SIGNĬFER, i. m. [σημειοφόρος Gl. L. G. & G. L.] Qui fert ſigna, quæ erant Cohortium, & Manipulorum: ſicut Aquilifer, qui Aquilam; Vexillifer, qui vexillum. Cic. 4. Tuſc. 55. Sit quidem ipſam illam iram Centurio habeat, aut Signifer, vel ceteri, de quibus dici non neceſſe eſt, ne rhetorum aperiamus myſteria. Idem 1. de Divin. 77. Quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. Ovid. 2. Amor. 12. 14.

Ipſe eques, ipſe pedes, ſignifer ipſe fui.

Sævus ſignifer. Stat. 10 Theb. 549. [Gloſſ. Græcolat. Σημειοφόρος, Manipularius. Qui manipuli nempe ſignum ferebat.

SIGNĬFEX, icis. m. Signorum ſeu ſtatuarum fabricator, ſtatuarius. Arnob. lib. 6. adverſ. gent. Inter ſignifices ille memoratus Phidias. Apul. 2. Met. p. 126. Elmenh. In quo ſummum ſpecimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex prodidit.

Sidonius Apollinaris lib. 6. Epiſt. 12. p. 135. Quem Græcia ſua, cæmentariis, pictoribus, ſignificibuſque illuſtris, ſignavit templis &c. H. St.

SIGNĬFĬCO, āre. pro Significare: Marcianus, l. 65. § iij. D. ad SC. Trebel. Nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogati nutu poſſint ſignificare, velle ſe periculo ſuo hereditatem adire.

SIGNĬFĬCO, [σημαίνω, Gl. G. L.] āre. Signum facere, ſive per ſigna notum facere, Demonſtrare. Plaut. Truc. 4. 3. 14.

Omnium primum diverſæ ſtate, hem ſic, iſtuc volo:

Ne inter vos ſignificetis, ego ero paries: loquere tu.

Significare & annuere. Cic. 5. Verr. 213. Hoc enim mihi ſignificaſſe & annuiſſe viſus eſt.

Significare de. Cic. ad Brut. pr. Scribis mihi mirari Ciceronem, quod nihil ſignificem unquam de ſuis actis.

Res ſignificanda per geſtum. Ovid. 5. Triſt. 10. 36.

Significare, Oſtendere. Cic. pro Roſc. Amer. 97. Quid hæc tanta cita celeritas feſtinatioque ſignificat?

Significare, atque adeo aperte oſtendere. Cic. 4. Verr. 148. En tua Pretura

primum nata eſt hæc poſtulatio: qua quum utuntur, hæc ſignificant, atque adeo aperte oſtendunt, ſeſe ad ſtatum pecuniam, metu ac malo coactos, invitiſſimos contuliſſe.
Significare puto minus, quam Declarare. Vide DECLARO. H. St. Sic in ſuperiore exemplo minus, quam Oſtendere.
Significare clare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 3. Nam ubi major atque illuſtrior incidit res, clare per agros, regioneſque ſignificant. [Immo Clamore, ut in emendatis libris legi puto.
Significare aliquem in appellando. Cic. pro Font. 29. Is igitur vir, quem ne inimicus quidem ſatis in appellando ſignificare poterat, niſi ante laudaſſet. De Piſone, cui cognomen Frugi fuit.
Significare per litteras. Cic. 1. Att. 11. Ac ne illud mirere, cur quum ego antea tibi ſignificarem per litteras, me ſperare illam in noſtra poteſtate fore, nunc idem videar diffidere.
Significare ſi. Cic. pro Roſc. Amer. 56. Anſeribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut ſignificent, ſi fures venerint.
Vultu ſignificare. Cic. pro Font. 18. Vultu denique laboratis, ne qua ſignificari poſſit ſuſpicio cupiditatis.
His verbis tria ſignificari Stoici dicunt: unum &c. Alterum ſignificare idem &c. Cic. 4. de Fin. 14. & 15.
SIGNIFICOR, ari. patiendi verbum pro activa Significo poſuiſſe veteres teſtis eſt Gell. lib. 18. cap. 12.
SIGNIFICANS, [σημαίνων] Partic. Quintil. lib. 4 cap. 2. Verbis propriis & ſignificantibus. Et lib. 9. cap. 2. Dilucida & ſignificans deſcriptio. Compar. Quintil. lib. 8 cap. 1. Quo nihil inveniri poteſt ſignificantius. Vocabulum ſignificantiſſimum dixit Gellius 1. 25.
SIGNIFICANTER. Adv. [σημαντικῶς] quod vulgus Intelligibiliter dicit, vel Notabiliter. Quintil. lib. 6. cap. 3. Non parum ſignificanter etiam illa in ſcholis ἐξῆς dixerimus.
Dicere ſignificanter atque ornate. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Diſponere ſignificantius. Quintil. lib. 3. cap. 6. Colligere tantum eadem, ac diſponere paulo ſignificantius.
Acrius, apertius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem. Cic. 3. Fam. 12.
Significantiſſime comprehendite. Quintil. Decl. 247.
SIGNIFICANTIA, æ, f. [ἔμφασις, [illegible] Gl. L. G.] Uſi ſunt frequentes ſcriptores eccleſiaſtici; ut Arnobius, Tertull. Lactant. &c. conſ. & Non. 4. 217 & alibi.
SIGNIFICATUM, i, n. [σημασία] Gloſſ. Græcolat.
SIGNIFICATIO, onis. f. [σημασία, ἔμφασις Gl. L. G. pr. & G. L.] Indicatio, indicium. Auctor ad Herenn. lib. 4. 22. Exclamatio eſt, quæ conficit ſignificationem doloris.
Dare ſignificationem. Cic. 2. de Orat. 253.
Facere, V. FACIO.
Habere ſignificationem. Cic. 5. Fam. 7.
Significatio virtutis vel probitatis. Cic. de Amicit. 49. Quum autem contrahat virtus amicitiam, ut ſupra dixi, ſi qua ſignificatio virtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adjungat, id cum contigerit, amor exoriatur neceſſe eſt.
Significatio fit adventus, Declaratio. Cæſ. 6. Bell. Gall. 28.
Jacere ſignificationes. V. JACIO.
Significatio, [μήνυσις] Nuntius. Cæſ. 1. Bell Civil. 86. pr. Id vero militibus fuit pergratum & jucundum, ut ex ipſa ſignificatione potuit cognoſci. [Quam Significationem intelligi velit, ipſemet ibidem declarat ſcriptor.
Uno nuntio, atque una litterarum ſignificatione, cives Romanos necandos, trucidandoſque denotavit Cic. pro Lege Manil. 7.
Significatio magna fit. Cic. 1. Off. 131. Ex quibus magna ſignificatio fit non adeſſe conſtantiam.
Falſa atque aliena verbi ſignificatio. V. Inveteravit aliena verbi ſignificatio, in INVETERO. conſ. Cic. 4. de Fin. 15.
SIGNIFICATUS, ûs. m. [σημασία Gl. G. L.] Plin. lib. 18. cap. 25. Ipſi dicarato non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Idem lib. 2. cap. 25. Acontiæ jaculi modo vibrantur ocyſſimo ſignificatu. Et lib. 18 cap. 31. Vehementiſſimo ſignificatu.
SIGNIFICABILIS, e. Adj. Varro de L. L. 5. 7. Feturie, qui primum homo ſignificabilem ore emittit vocem. I. e. Loquelam, qua res ſignificatur.
SIGNIFICATORIUS, a, um. Adj. Tertull. adv. Hermog. cap. 32. Verbum ſignificatorium.
SIGNIFICATIVUS, a, um. Adj. Ulp. in l. Ubi autem. In prin. D. de verb. obligat. Quo fit, ut boni appellatio non ſit certæ rei ſignificativa. Paulo poſt. Quæ res efficit, ut ea appellatio certi ſignificativa ſit.
SIGNITENENS. entis. Adj. Ennius apud Varr. de Lingua Latina 4. 3.
Quæ cava cæli ſignitenentibus conficis bigis.
SIGILLUM, i. n. dimin. [ἀνδριαντίσκιον, Gl L. G. & G L. ζώδιον L. G.] Parvum ſignum. Cic 6. Verr 48. Appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. Apud Martial. lib. 14. 182. titulus eſt, Sigillum Gibberi fictile.
Perparvula ſigilla V. PERPARVULUS.
Sigillum, [σφραγίς, [illegible] Gl. L. G. [illegible], G. L.]
Imprimere ſigilla annulo. V. IMPRIMO.
Grata ſigilla pudico Hor. 1. Epiſt. 20. 3.
Odiſti claves & grata ſigilla pudico. Horatius dicit librum ſuum non optare ut includatur, & non amare eſſe ſub ſigillo, quod verecundi ſolent.
SIGILLIOLUM, i n. dimin. a Sigillis: Eſt autem Sigilliolum, (ſi quid Arnobio lib. 6. diſputationum Chriſtianorum adverſus gentes, credimus) Parvum ſignum, aut ſimulacrum, effigies, idolum: Ait enim, Abſtinetis a riſu, cum pro Diis immortalibus, ſigilliolis hominum, formis ſupplicatis humanis. Quinimmo Deos eſſe ſigillaria ipſa creditis.
SIGILLARIS, e. Adj. Quod ad ſigillum pertinet. Unde, Sigillaria opera dicuntur Parvæ imagines fictilibus deſcriptæ: dicta a Sigillis, id eſt, parvis ſignis. Arnob lib. adverſ. gent. Quinimmo deos eſſe ſigillaria ipſa cenſetis. V. SIGILLIOLUM paulo ante.
SIGILLARIA, pl. n. [Σιγιλλάρια] Vicuil erant Romæ, ubi ſigilla vendebantur. Gell. lib. 5. cap 4. Apud Sigillaria forte in libraria, ego & Jul. Paul. poeta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus. Idem lib. 2. cap. 3. Oſtendiſſe mihi librum Æneidos ſecundum mirandæ vetuſtatis, emptum in Sigillariis a x aureis. [An Sigillariæ ſcil. Tabernæ.
Sigillaria, n. pl. [Σιγιλλάρια] Dies feſti, Saturnalibus additi. ut teſtatur Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 10. ad finem. In his ſigilla, id eſt, parva ſigna miſſitabant amici, ut in Saturnalibus cereos. Originem eorum deſcribit Macrobius 1. Saturn. cap. 11. & 7. multis verbis explicat. Sueton. in Claud. cap. 5. Tiberius patruus petenti honores, Conſularia ornamenta detulit. Sed inſtantius legitimos flagitanti, id ſolum codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia, & Sigillaria miſiſſe ei.
SIGILLARIUS, i. m. [ζωδιοποιός] Inſcript. Reineſ. claſſ. 11. n. 89. FLATVARIO SIGILLIARIO; i. e. Confectori ſtatuarum, vel Sculptori. Sigillarii, Νευροσπάσται. In Gloſſ. Gr. Lat. [Qui ſunt hi ſcilicet, Qui ſigillis ligneis motus hominum imitantur, nervis mobilibus.
SIGILLO, [σφραγίζω] are. Sigillum alicui rei apponere.
Sigillare, Claudere. Varr. apud Non. 2. 785. Contra, lex minus impia eſt, ne filii parentibus luce ſigillent oculos. al. Sugillent.
SIGILLATUS, a, um. Adj. ex Partic. [ζωδιωτός Gl. G. L.] Cic. 1. Att. 10. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigillata duo. Alii legunt Sigilla. V. PUTEAL.
Scyphi ſigillati dicuntur, emblematis & incruſtamentis ſculptilibus ornati. Cic 6. Verr. 32. Accerſit Venerium: jubet me ſcyphos ſigillatos ad Prætorem ſtatim afferre. i. e. In quibus erant ſigilla: ut ibidem, Patella grandis cum ſigillis ac ſimulacris deorum.
Aſpera ſignis pocula. Virg. H. St. ex Æneid. 9. 264.
SIGNO, [σημαίνω. Gl. G. L.] are. Signare ſignificat modo Scribere, modo Anulo ſigna imprimere, modo Pecore ſignis notare. Paulus apud Feſtum.
Signare, Signo indicare. Plaut. Ciſt. 4. 2. 28.
Certe, eccam locum ſignat, ubi ea excidit. Idem, Hic meretrix, cam deperit, ſignat tamen ſe eam non amare. [Si Plautina ſunt.
Area ſignabitur noſtro cursu. Ovid. 1. de Arte Am. 39.
Cera ſignatur figuris. Ovid. 15. Met. 169.
Humum ſignare limite. Ovid. 3. Amor. 8. 42.
Mœnia aratro ſignat Romulus. Ovid. 4. Faſt. 819.
Signare in animis. Cic. 4. Acad. 71. Nihil ita ſignari in animis noſtris a vero poſſe, quod non eodem modo poſſit a falſo.
Oculis ſignare. Virg. 12. Æn. 3.
Diem ſignare honore celebri, Inſignem facere. Ovid. 5. Faſt. 474.
Signare, Signum imprimere. Virg. 3. Georg. 171.
— & ſummo veſtigia pulvere ſignent.
Nomina ſignata ſaxo. Epitaphium in ſaxo ſculptum. Ovid. 8. Met. 539.
Saxum carmine ſignare. Ovid. 2. Met. 326.
Imago ſignatur titulo. Ovid. 2. Epiſt. 73.
Signare numeris vetus præceptum, Verſibus declarare, & exprimere. Columel. lib. 1. cap. 3.
Carmine rem ſignare. Sepulcri ſaxo epitaphium inſcribere. Virg. 3. Æn. 287.
Verbo ſuo ſignare aliquid, Enuntiare, declarare. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Signare appellatione aliquid. Quintil. lib 4. cap. 1. Idem lib. 6. cap. 3. Et ut proxime utriuſque differentiam ſignem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ ſimile.
Argentum ſignare, Signo publico percutere, ut pro Moneta ſit. Cic. 13. Fam. 29. Quum ſignaretur argentum Apolloniæ, non poſſum dicere eum præfuiſſe, neque poſſum negare affuiſſe. V. Iſidor. 15. 17.
Signare ex auro denarium. Plin. lib. 33. cap. 3.
Signare, Obſignare [σφραγίζειν Gl. L. G. & G. L.]
Vota ſignare. Veteribus erat votum ſuum nuncupatum, & in charta conceptum conſcriptumque, deorum genibus cera obſignatum adfigere. Plin. 10 Epiſt. 36. ad Trajanum, Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus, domine, pariter, & ſolvimus, precati deos, ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperque ſignari. Turneb. Adverſ. 1. 17. Revera obſignabantur, atque Deorum ſtatuis affigebantur. V. Rutgerſ. Var. Lect. 5. 5.
SIGNANDUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut, Jura ſignanda. Propert. lib. 3. 20. 15. Al. 19. 5.
Fœdera ſunt ponenda prius, ſignandaque jura.
SIGNATUS, a, um. [σφραγισθείς] Partic. Ulpianus, De rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt. l. Ad tellium. Signatas tabulas accipi oportet, etſi linteo, quo tabulæ involutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint. Juven. 14. Sat. 132.
Pectus ſignatum ſanguine. Ovid. 1. de Arte Am. 384.
Tabellis ſignatis mandare aliquid. Tibull. lib. 4. 7. 7.
Cicatrix ſignata in ſtirpe. Virg. 2. Georg. 13.
Signatus, [[illegible]] pro Inſigni aliquando captum a veteribus legitur: unde Signatam virginem dicebant, quaſi Inſignem virginitate, vel Integram, ut ait Non. 2. 781. Plaut. Negat ſe puellam ſignatam domum reverſuram. Lucil. lib. 29. Primam Chryſidem negat ſignatam reddere. Non. loc. cit. [Apud quem tamen Plautinus locus non extat, nec apud ipſum poetam, quod ſciam.
SIGNATE, Adv. Macrob. 6. Saturn. cap. 7. Qui proprie & ſignate locuti ſunt. Eadem omnino verba ſunt apud Gell. lib. 2. cap. 6.
SIGNANTER, Adv. Hieronym. Adverſ. Jovin. 1. 7. extr.
SIGNATIO, onis. f. Tacit. de Orat. cap. 16. Sed primum hoc rogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum ætatem ſignatione iſta determinetis.
SIGNATOR, oris. m. [[illegible], σφραγιστής] Qui teſtamentis ſignandis adhibetur. Suet. in Tiber. cap. 23. Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus niſi Senatorii ordinis. Salluſt. in Catil. cap. 16. pr. Ex illis teſtes, ſignatoreſque falſos commodare. Juvenal. Sat. 1. 67.
Signator falſo, qui ſe lautum atque beatum
Exiguis tabulis & gemma fecerat uda. JCtis Falſarii dicuntur.
SIGNATORIUS, a, um Adj. [σφραγιστικός] Quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum utimur. Paul. Jureconſ. l. 74. t. 17. lib. 50 D. Annulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur. conſ. Valer. Max. 8. 14. 4.
SIGNATORIUM, i, n. [σφραγιστήριον] Signaculum. Gloſſ Græcolat.
SIGNATURA, æ. f. Suet. in Neron. cap. 17. Cautum ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.
SIGNACULUM, i. n. [σφραγιστήριον, Gl. L. G. & G. L. σφραγίς L. G.] Idem. Tertull. Apol. cap. 21. Signaculum corporis.
SIGNUARIUS, V. ANSIGNATUS.
SIGRIUM, i. n. Promontorium eſt, Leſbiæ regionis initium. Strab. lib. 13.

Sig,

SIL, ſilis. n. Genus pigmenti, luteum colorem, quemadmodum ochra reddens. Plin. lib. 33. cap. 12. In argenti & auri metallis naſcuntur etiamnum pigmenta, ſil & cæruleum. Sil proprie limus eſt. Optimum ex eo, quod Atticum vocatur. Ibid. cap. 13. Sile pingere primi inſtituere Polygnotus & Mycon: Attico duntaxat. Adde Vitruv. 7. 14.

SILĀCEUS, a, um. Adj. ut, Silacei cunei. Vitruv. 7. 5.
Silaceus color, apud Plin. lib. 35. cap. 6. h. e. Sile compoſitus & luteus.

SĬLA, æ. f. Mons eſt ſilvæ Lucaniæ. Virg. 12. Æn. 715.
Ac veluti ingenti Sila, ſummove Taburno. Salluſt. de fugitivis. In ſilva Sila fuerunt. Hinc quod apud Cic. in Brut. 85. ſcribitur, Nam cum in ſilva ſua ita facta cædes eſſet, &c. Procul dubio inquinatum eſt, & fortaſſe ex ſupradictis, Cum in ſilva Sila facta cædes eſſet, ſcribendum eſt. Non me latet alios emendare, Cum in ſilva Scantia, &c. Ex Turneb. Adverſ. 11. 1. & 26. 12. Perperam Al. Syla.

SILACENI, qui ſint, V. Strab. lib. 16. & in dictione SADAPENI.

SĪLĀNION, ōnis. m. [Σιλανίων] Statuarius & cælator. Plin lib. 34. cap. 8. Silanion Apollodorum fecit, fictorem & ipſum, ſed inter cunctos diligentiſſimum artis, & inimicum ſui judicem, crebro perfecta ſigna frangentem, dum ſatiare cupiditatem nequit artis, & ideo inſanum cognominatum.

SILANIUS, [Σιλάνιος] Mons Hiberniæ inſulæ altiſſimus a Silanio rege in vertice ejus ſepulto dictus.

SILANUS, i. m. [κρουνὸς, Gl. L. G.] Tubus & fiſtula dicitur, e quibus erumpit aqua. Lucret. lib. 6. 1263.
— proque voluta
Corpora ſilanus ad aquarum ſtrata jacebant. Celſ. 3. 18. Confert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus juxta cadens. [Ita vett. Celſi editt. al. Saliens, q. V. Male in Gloſſ. editum Silvanus. conſ. Etymol. Voſſ.

SĪLĂRIS, vel SILĂRUS, [Σίλαρος] m. Lucaniæ amnis cujus hæc natura eſt, ut in eum, non virgulta modo immerſa, verum & folia lapideſcant, alias ſalubris pot[illegible] ejus aquæ. Plin. lib. 2. cap. 103. Sil. item lib. 8. 583.
Hoc amne Lucanus ager terminatur. V. Strab. lib. 5. extr. Virg. 3. Georg. 146.
Eſt lucos Silari circa, ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, &c. Al. Sylarus, male.

SILATARIUS, i. m. [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.

SĪLĀTUM, i. n. antiqui (inquit Feſtus) dicebant quod nunc Jentaculum dicimus, eo quod tum jejuni vinum Sili herba conditum abſorbebant ante meridiem.

SILAUS, ut nonnulli apud Plin. legunt lib. 26. cap. 8. Herba eſt in perennibus & glareoſis rivis naſcens, Apii ſimilitudine. Hermolaus tamen in caſtigationibus Plinianis exemplaria corrupta aſſerit. Contenditque Laver eſſe legendum: ſumitque Laver pro ea herba, quam vulgus *Creſſionem* vocat. Officinæ Berulam, Sium appellat Dioſcorides lib. 2. cap. 119.

SILĒNI, m. pl. [Σιληνοί] Populi ſunt Indum accolentes auctore Plin. lib. 6. cap. 20.

SILENTIUM, V. SILEO.

SILĒNUS, i. m. pr. com. [Σιληνὸς, Gl. L. G. & G. L.] Bacchi nutritius, vel pædagogus. De quo Virg. 6. Ecl. 14.
Famuluſque dei Silenus alumni. Hor. de Arte Poet. 239.
Nyſigeni Sileni. Catul. 62. 252.
Pater Silenus. Propert. lib. 3. 3. 29.

SĬLEO, ſilui, [σιγάω, σιωπάω Gl. G. L.] ēre. Silere dicitur qui nondum cœpit, vel deſiit, loqui. Frequenter præpoſitioni De adjungitur. Cic. 6. Verr. Me non ſolum ſilere de veſtris monumentis oportebit, ſed etiam lætari, &c. Silere, Tacere ſignificat, ficto verbo ab s littera, quæ nota ſilentii eſt. Paul. V. Voſſ. Etymol.
Muta ſilet virgo. Ovid. 10. Met. 389.
Facti culpam ſilere. Ovid. 2. Triſt. 208.
Cauſa mali ſilenda eſt. Ovid. 3. de Pont. 1. 147.
Sileo verbum facere. Auctor de Bell. Hiſpan. 3. Unus ex noſtris reſpondit, ut ſileat verbum facere. Pro, Ne verbum faciat. Rarum.
Et nunc omne ſtratum ſilet æquor, Tranquillum eſt. Virg. 9. Ecl. 57.
Loca late ſilent. Virg. 9. Æn. 190.
Jure ſilent, Juſtitium eſt. Ovid. ad Liv. 185.
Silent inter arma leges, Non exercentur. Cic. pro Milon. 10. Silent enim leges inter arma, nec ſe exſpectari jubent.
Leges bello ſiluere coactæ. Lucan. lib. 1. 277.
Silent Muſæ Varronis. Cic. 1. Acad. 2. Silent enim diutius Muſæ Varronis, quam ſolebant. h. e. Nihil ſcribit, nihil edit Varro.
Sileor. Paſſ. Ovid. 1. Faſt. 47.
Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. V. VARRO M.
Siletur, Imperſ. Ter. Phorm. 5. 2. 13. De jurgio ſiletur. Cic. 11. Fam. 6. Nefas eſſe duxi, aut ita haberi Senatum, ut de tuis divinis in Remp. meritis ſileretur, aut, &c.
Sileatur ille, apud Plin. 8. Epiſt. 22. extr. Quiſquis ille, qualiſcunque, sileatur: quem inſignire, exempli non nihil: non inſignire, humanitatis plurimum refert. Plin. lib. 12. in procem. 1. Nullum ſileatur rerum naturæ opus. Plin. lib. 16. cap. 21. Idque mirum eſt, Græcis auctoribus proditum, apud nos poſtea ſileri.

SILENS, entis. [σιγῶν] Partic. Adjective dicitur, de his, Quæ a ſtrepitu feriantur.
Cælum ſilens, pro Tempore ſereno. Plin. lib. 18. cap. 28.
Dies ſilens a ventis. Columel. lib. 4. cap. 29.
Luci ſilentes. Sil. lib. 17. 28.
Nox ſilens. Virg. 4. Æn. 517.
Spiritus ſilentis dies. Columel. lib. 3. cap. 19. Verumtamen præſtat eligere ſationi ſilentis, vel certe placidi, ſpiritus diem.
Venti ſilentes. Columel. lib. 12. cap. 25.
Umbræ ſilentes. Virg. 6. Æn. 264. V. paulo infra.
Unda ſilens. Valer. 5. Argon. 522.
Anni ſilentes. V. ANNUS.
Flos ſilens, Qui non amplius creſcit & quodammodo declinat. Columel. lib. 12. cap. 7. Item ferolæ cum coliculo ſilentes quam tenerrimum florem paſtinacæ agreſtis, vel ſativæ cum coliculis, ſilentem florem vitis albæ, & aſparagi, &c. Ego tamen Florem ſilentem dici putaverim, Qui nondum ſe explicat & aperit. Tunc enim ſilet, nec ſe promit.
Surculi ſilentes, Nondum germinantes. Columel. lib. 11. cap. 2.
Vineæ ſilentes. Columel. lib. 4. cap. 27. i. e. Nondum gemmantes.

Luna ſilens, Deficiens & declinans: quando non amplius apparet ſuper terram, utpote in interlunio, nobis non lucens. Plin. lib. 16. cap. 39. Inter omnia vero convenit utiliſſime in coitu ejus ſterni, quem diem alii interlunium, alii ſilentis lunæ appellant. conſ. SILENTIUM.
Silentes pl. ſubſt. pro Mortuis. Ovid. 5. Faſt. 483.
Mox etiam lemures animas dixere ſilentum. h. e. Mortuorum.
Cœtus ſilentum. Ovid. 15. Met. 66.
Concilium ſilentum. Virg. 6. Æn. 432.
Sedes ſilentum. Ovid. 15. Met. 772.
Vulgus ſilentum. Senec. Med. 11.

SILENTIUM, i. n. [σιγή, Gl. omn. L. G. σιωπή, G. L. ἡσυχία] Plin. lib. 10. cap. 69. Silentium in mari piſcantibus.
Silentium noctis, pro Intempeſta nocte; quam alii Concubium, alii Conticinium vocant. Liv. 5. 32. Eodem anno M. Cæditius de plebe enuntiavit Tribunis, ſe in nova via, ubi nunc ſacellum eſt, ſupra ædem Veſtæ vocem noctis ſilentio audiſſe clariorem humana.
Acre ſilentium, & intentum, & cupidum ulteriora audiendi. Plin. 2. Epiſt. 10. extr. V. ACER, Adj.
Sacrum ſilentium. Hor. 2. Carm. 13. 29. Inferorum ſcil.
Vaſtum ſilentium. Tacit. 3. Hiſt. 13.
Agere ſilentium de aliquo. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Animadvertere cum ſilentio. Ter. Eun. Prol. 44.
Confiteri ſilentio, Tacendo. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Continere ſuos ſilentio. V. CONTINEO.
Deſcendere in ſilentium. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Diſſimulare aliquid ſilentio. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Facere ſilentium. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Præterire ſilentio, Indictum. Cic. in Partit. 82.
Prætervectus ſilentio ſum periculoſiſſimum locum. Cic. 7. Philip. 8.
Silentium eſſe a. V. A, præp.
Eſt ſilentium de. Cic. 5. Att. 16. De Partho ſilentium eſt, ſed tamen conciſos equites noſtros a barbaris nuntiabant ii, qui veniebant.
Tranſire quidpiam ſilentio. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Tranſmittere aliquem ſilentio. Tacit. 2. Ann. 13.
Poetæ frequentius plurali numero ponunt. Ovid. 2. de Arte Am. 603.
Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.
Somni ſilentia. Ovid. 4. Faſt. 549.
Alta ſilentia. Ovid. 1. Met. 349. Virg. 10. Æn. 63.
Cæca ſilentia. Sil. lib. 7. 350.
Muta ſilentia noctis. Ovid. 7. Met. 184.
Rabioſa ſilentia. Perſ. 3. Sat. 81.
Severe ſilentia noctis. Lucret. lib. 4. 462. V. SEVERUS.
Taciturna ſilentia. Ovid. 2. de Arte Am. 505.
Tranquilla ſilentia noctis. Stat. 1. Theb. 441.
Agere alta ſilentia. Ovid. 1. Met. 349.
Facta tectis ſilentia. Virg. 2. Æn. 734.
Facere longa ſilentia. Ovid. 1. Faſt. 183.
Facere ſilentia majeſtate manus. Perſ. 4. Sat. 7.
Jubere ſilentia. Lucan. lib. 1. 298.
Rumpere ſilentia ſermone. Ovid. 1. Met. 208.
Rumpere alta ſilentia. Virg. 10. Æn. 63.
Rumpere taciturna ſilentia. Lucret. lib. 4. 587. Ovid. V. ſupra.
Suadere ſilentia digito. Ovid. 9. Met. 691.
Tenuere ſilentia cuncti. Ovid. 1. Met. 206.
Torquent illam furibunda ſilentia. Stat. 10. Theb. 890.
Silentium, Augurale vocabulum eſt, cum in augurio vitium non eſt. Nam vitium iis, quæ auſpicata ſunt & augurata opponitur. Cic. 2. de Div. 71. Peritum autem, inquit, eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit intelligat. Id enim Silentium dicimus in auſpiciis, Quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti Auguris eſt. V. & ſeqq. Ex Turneb.
Silentio, vice adverbii. Liv. 9. 38. Nocte deinde, ſilentio, ut mos eſt, L. Papirium, Dictatorem dixit.
Audire ſilentio. V. AUDIO.
Convenisse ſilentio videtur, inter locatorem & conductorem. i. e. Tacite, quamvis diſerte non ſit verbis expreſſum. Javolenus in l. Ea lege. D. locati. [Hic Silentium eſt Tacitus conſenſus.
Ferre aliquid ſilentio. Cic. 2. Tuſc. 46.
Silentium, Taciturnitas. Hor. 3. Carm. 2. 25.
Eſt & fideli tuta ſilentio Merces.
Alti & egregii ſilentii homo. Hor. 2. Serm. 6. 58.
Suſpicax ſilentium. Tacit. 3. Ann. 11. extr.
Silentium cauſarum & juris. Cic. 7. Verr. 31. In foro ſilentium eſſe ſummum cauſarum atque juris. q. d. Juſtitium. V. paulo ſupra.
Tranſigere vitam ſilentio; i. e. Otioſe & obſcure. Salluſt. Catil. cap. 1.
Venimus per ſilentium ad exactæ ætatis terminos, Per oblivionem. Tacit. Agric. 3. extr.
Silentium, pro Quiete. Liv. lib. 37. 38. Silentium deinde biduum fuit, neutris tranſgredientibus amnem. Intelligit, non fuiſſe ad certamen congreſſos.
Plus, quam ſi dixiſſet, ἡσυχία. H. St.
Silentium lunæ. Virg. 2. Æn. 255.
— tacitæ per amica ſilentia lunæ. Aliud eſt autem Silente nocte, aliud Luna ſilente, ut docet Plin. lib. 28. cap. 7. Nam Silentium lunæ, Interlunium intelligitur, i. e. tempus id quo luna non lucet. Ex Lambin. V. ſuper dict.
Regit ſilentium Diana. Hor. Epod. 5. 51.
— Diana, quæ ſilentium regis. Ex ritu ſacrorum dictum eſt, in quibus imperabatur a Præcone, ut qui aderant, linguam paſcerent, id eſt tacerent, & linguis faverent. Spectatricem igitur & arbitram magici ſacri Lunam, cui & ſilentium tribuitur, ut a Marone 2. Æn. 255.

SILENTIĀRIUS, i. m. [ἡσυχαστὴς Gl. G. L.] Tria hominum apud veteres officia ſignificat. Eſt Silentiarius, Qui ſilentium indicit, & murmur cohibet tumultuantium. Eſt Silentiarius, Secretarius, qui ſilenda audit. Eſt Servus ſilentiarius, Qui garrientes ſervos coercet, & tacere jubet. Erat ſilentiariorum ſchola Conſtantinopoli, ut docet Nicephorus lib. 16. cap. 24.
De ſilentiariis ſacri palatii, id eſt illis, qui ſunt in ſecretis Principum aſſidui, meminit Juſtin. l. ultima de accuſat. tuto. lib. 6. C. l. 30. §. ulti. C. de inofficioſo teſtam.

teſtamen. Hi Spectabiles ſilentiarii appellantur ab eodem Juſtiniano ibidem: Galli appellamus *Conſiliarios privati conſilii*: id eſt ſacri. Salvian. Maſſilienſis lib. 4. de vero Dei judicio: Paverit quippe actores, paverit ſilentiarios. De ſervis aut miniſtris, non de Spectabilibus loquitur. Procop. lib. 2. de Bell. Perſ. de Spectabilibus in hunc modum loquitur: Silentiarii ſunt miniſtri ad ea, quæ ſilentii, quietiſque ſunt interiores in Principis domo, arcanorum principis conſcii, quique ſilendis, & arcanis principis conſiliis intereſſe ſolent. Quidam eos Auricularios appellant. V. l. 3. C. de Silentiar. lib. 12. conf. Auricularius ſ. l. & Cang. Gloſſ. utramque.

SILENTIŌSUS, a, um. Adj. Tacitus. Apul. Met. 11. pr. Nactuſque opacæ noctis ſilentioſa ſecreta.

SILENTUS, a, um. Adj. Lævius apud Gell. 19. 7. Loca ſilenta.

SILESCO, [σωπάω] ĕre. Taciturn fieri, Silere. Ter. Adelph. 5. 2. 10.

Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, Interea in angulum
Aliquo abeam. i. e. Dum ſedabitur hic tumultus.

Deûm domus Jove dicente ſileſcit. Virg. 10. Æn. 101.
Furor cæli ſileſcit. Catull. 47. 2.

SILĔR, ĕris. n. Frutex nonnunquam arboreſcens, ut baculos ruſtici ex eo faciant: aquoſis locis creſcit quaſi pumila ſalix, cujus etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius, contenditque non eſſe id quod *Seſeli Maſſilienſe* officinæ, & Siler montanum appellant. Virg. 2. Georg. 2.

— ut molle ſiler, lentæque geniſtæ. Plin. lib. 24. cap. 10.

Sileris folia illita fronti, capitis dolores ſedant.

SILEX, ĭcis. c. [μυλίτης λίθος Gl. L. G. χάλιξ G. L.] Lapis durus, ex quo ignis excuti ſolet. Dictus quod de eo ignis ſaliat: vel quod ictu ferri graviter percuſſus diſſiliat: vel quod latentem & velut ſilentem intra ſe ignem habeat, qui attrito, aut percuſſu excitetur. Virg. 8. Æn. 233.

Stabat acuta ſilex præciſis undique ſaxis. Ovid. 7. Met. 107.
Aut ubi terrena ſilices fornace ſoluti.

E ſilice ignem Pyrodes invenit. Plin. 7. 9.
Venæ ſilicis. Virg. 1. Æn. 135.
Acutus ſilex. Catul. 61. 4.
Atra ſilex. Virg. 6. Æn. 602.
Durus ſilex. Ovid. 2. Met. 706.
Impenetrabilis ſilex ferro. V. IMPENETRABILIS.
Nuda ſilex. Virg. 1. Ecl. 17.
Numidicus ſilex. V. NUMIDIA.
Ordinarius ſilex. V. Ordinarius in ORDO.
Rigidi ſilices. Ovid. 9. Met. 225.
Validi ſilices. Lucret. lib. 1. 572.
Excudere ſcintillam ſilicis. Virg. 1. Æn. 178. Al. Silici. Virg. 1. Georg. 135.

Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.

Tenuantur ſilices ab uſu. Ovid. 3. de Arte Am. 91.
Stat tibi ſilex in corde. Tibul. lib. 1. 8. 64.

SILICEUS, a, um. Adj. [ἐκ κόχλακος] Quod eſt ex ſilice. Cato de R. R. cap. 18. Saxa ſilicea. Vitruv. 8. 3.

SILICĀRIUS, i. m. inter opifices refert Frontin. de Aquæduct. lib. 2.

SILICATUS, a, um. Adj. Quod eſt ex ſilice factum. Unde Stratæ ſilice viæ dicuntur Silicatæ.

SILICĪDA, æ. m. [σιλικογεργός] Gloſſ. Latinogræc.

SILIA, æ. f. [Σιλία] Aſiæ fluvius eſt, de quo Strab. lib. 15. In regione Montana, Siliam flumen eſſe, in quo nihil innatet: quanquam id Democritus non credat, qui magnam Aſiæ partem peragravit: ſed nec id Ariſtoteles concedit, etſi aeres quidam ſunt adeo tenues, ut nulla in iis volatilia inveniantur. conf. SILLA.

SILICERNIUM, i. n. [περίδειπνον, λέγεται γὰρ ἄρτος ἐν πένθει ὁ θύεται Gl. L. G.] ſcribit Nonius 1. 235. eſſe Funebre convivium, quod ſenibus exhibetur. Verrius apud Feſtum docet eſſe Farciminis genus, quo familia in luctu a fletu purgatur: quia cujus nomine inſtituebatur ea res, is jam ſolum cerneret. Cæcil. Credidi me ſilicernium ejus eſſe eſurum.

Donatus inquit eſſe Cœnam quæ infertur diis Manibus: vel quod eam ſilentes cernant umbræ, i. e. umbræ poſſideant, vel quod qui hæc inferant, cernant, neque deguſtent. Nam de his quæ libantur inferis, quiſquis ederit vel biberit, funeſtatur. Hinc Ter. in Adelph. 4. 2. 48. appellat Senem ſilicernium, Qui jamjam ſilentibus cernendus ſit:

I ſane, ego te exercebo hodie ut dignus es, ſilicernium.

Alii Silicernium nomen fictum a Terentio exiſtimarunt pro Sene, quod incurvitate ſilices ſpectet. [[Quod etymon rejicit cum Nonio Donatus, amplectitur Fulgentius. Minus abſurdum alterum, Quod ſolum cernat, quaſi Solicernium, vel Sulicernium, ut Exſul, & Exſilium, ab eadem voce. V. tamen ad ſeq. dict.

Qui recta ſentiunt, affirmant Silicernium, Funebre convivium eſſe: quod apud veteres ſenibus exhiberi ſolebat, dictum quod cum ſilentio edentes cernerentur: vel quod cogitarent ſe mox illum ſecuturos. Quapropter abeuntes a convivio, veluti ſe amplius non viſuri, mutuo ſe ſalutabant. Varr. apud Non. 1. 234. Funus exſecuti, laute ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus, i. e. Convivium in quo pranſi diſcedentes dicimus alius alii Vale. Silicernium ergo Terentius Senem vocat, atque decrepitum, i. e. dignum, vel cui ſilicernium fiat, vel qui ad ſilicernium vocetur.

SILICERNIUS, a, um. Adj. Silicernios dici voluerunt, Senes incurvos, quaſi jam ſepulcrorum ſuorum ſilices cernentes. Unde Ciocius Alimetus Hiſt. de Gorgia Leont. ſcribit dicens, Qui dum jam ſilicernius finem ſui temporis exſpectaret, etſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultavit. Hæc Fulgent. Exp. Serm. Ant. 8. [De etymo, & ſignificationibus variis hujus dictionis prolixa eſt diſquiſitio apud Voſſ. in Etymol. ita tamen ut in medio rem relinquat. Gloſſographus Græcolatinus dici innuere videtur quaſi Selucernium, quod Se, i. e. Sine lucerna peragatur, niſi potius Silicernium a Silenus lucerna. V. in dict. ſuper.

SILICES, Populi ſunt montana Armeniæ ad Tigridis oſtia incolentes. Plin. lib. 6. cap. 6.

SILICIA, æ. [τῆλις] Herba, de qua ſic Plin. lib. 24. cap. 19. Nec fœnogræco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphus, alii buceras, alii ægoceras, quoniam corniculis ſemen eſt ſimile, nos ſiliciam. [Forte Siliquam. V. in hac dict. Colum. paulo infra. Niſi mavis Siliculam.

SILICIUS, i. m. Plin. lib. 16. cap. 16. Si magnitudinem menſarum caperet haud dubie præferretur cedro. Nunc intra pugillares, lectorumque ſilicios aut laminas raro uſu ſpectatur. Quo in loco legendum eſt Sicilicos, a verbo Sicilio, ſicilis, quod a verbo Seco, ſecas, derivatur. Sicilicos autem interpretor Segmenta & teſſellas. Sed omnes Codd. exhibent Silicos. Nonnulli legere malunt Silaceas laminas, i. e. Silis colore tinctas. V. Harduin. in loc.

SILĪGO, inis. f. [σιλίγνιον, Gl. G. L. σεμίδαλις L. G.] Frumenti genus, ex quo panis optimus fiebat. Juven. 6. Sat. 471.

— coctæque ſiliginis offas. Columella 2. 9. R. R. tritici vitium eſſe ait, & quamvis candore præſtet, pondere tamen vinci. Item aliquanto infra, Omne triticum uliginoſo in loco tertia ſatione in ſiliginem convertI. Excaptitia ſiligo. Plin. lib. 18. cap. 10. V. BRIZA.

SILIGINĀRIUS, i. m. Siliginis venditor, vel diſtributor. Ulpian. in l. Si quis uxori. §. Apud. D. De furtis. Siliginario quis dixerit, &c.

SILIGINEUS, a, um. Adj. [σιλιγνίτης] Ex ſiligine factum. Plin. lib. 18. cap. 9. Siligineæ farinæ modius, Gallicæ XXII libras panis reddit, &c. Siligineum panem pro Delicato ſumit Seneca: unde Plebejo opponit, Epiſt. 120. Item Epiſt. 124. Malum panem dicis: exſpecta, bonus fiet, etiam tenerum tibi & ſiligineum fames reddet.

SILĬQUA, æ. f. [κεράτιον, καὶ κόκκος, καὶ φασήλου λοβὸς, καὶ ξυλόγλυκον, λοβὸς τῶν χεδρόπων, Gl. L. G.] Folliculus, ſeu Integumentum, ubi grana leguminum includuntur, & ſi quid leguminibus ſimile. Plin. lib. 18. cap. 12. de fabis, Nam ſiliquæ, cauleſque gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Hor. 2. Epiſt. 1. 123.

— vivit ſiliquis, & pane ſecundo. Perſ. 3. Sat. 55. [In Gloſſ. ξυλογλύκον ſcribendum puto: facili errore, permutatum ο cum υ. Intelligitur autem Glycyrrhiza: Si nil mutes, Siliqua dulcis.

Quaſſans legumen ſiliqua. Virg. 1. Georg. 74.
Siliquæ fallaces. Virg. 1. Georg. 195.

Grandior ut fetus ſiliquis fallacibus eſſet. I. e. Quæ fallere plerumque ſolent. Interdum enim leguminum folliculi majores videntur, quum inanes ſint.

Siliqua, Fœnumgræcum alias dicitur. Columel. lib. 2. cap. 11. Fœnumgræcum, quod ſiliquam vocant ruſtici, duo tempora ſationum habet, quorum alterum eſt Septembris menſe (quum pabuli cauſa ſeritur) iiſdem diebus, quibus vicia, circa Æquinoctium. Alterum autem menſis Januarii ultimo, vel primo Februarii, quum in meſſem ſeminatur. Idem lib. 2. cap. 2. Siliquæ modii ſex vel ſeptem totidem operis obruuntur, metuntur una.

Siliqua, Arbor. Galen. lib. 7. Simplic. Latinis etiam Siliqua Græca, quod fructum fert ſiliqua obtectum, fabæ cujuſdam more. Columel. lib. 5. cap. 10. ubi de Pomario conſerendo: Siliquam Græcam, quam quidam ceratium vocant, & perſicum, ante brumam per Autumnum ſerito.

Siliqua, Fructus prædictæ arboris lignoſus, falcatus, digitali longitudine, latitudine pollicari, quatuor intus grana continens, quæ ceratia a cornu ſimilitudine appellantur. Plin. lib. 15. cap. 24. Dulces ſiliquas vocat, quod dum eduntur, prædulces ſentiantur, & ſuccum caſſiæ referant.

Siliqua, alia arbor quam Iones Ceraunium appellant, omnino diverſa a ſiliqua Græca. De hac ſic Plin. lib. 13. cap. 8. Similis his ſiliqua, quam Iones ceraunium vocant, trunco & ipſa fertilis, ſed pomo ſiliqua, &c.

SILICŬLA, vel SILIQUULA, æ. f. dimin. Varr. de R. R. 1. 23. Lupinum, cum occudum ſiliculam capit. V. ſeq. dict.

SILIQUOR, [κερατίζω] āri. Siliquas capere, hoc eſt integi ſiliquis, quod de leguminibus ſiliquis tectis dicitur. Plin. lib. 17. cap. 9. Inter omnes autem conſtat nihil eſſe utilius lupini ſegete, prius quam ſiliquetur, aratro vel bidentibus verſa. Idem lib. 18. cap. 7.

SILIQUASTRUM, i. n. [πεπερῖτις] Herba quæ & Piperitis dicitur, a piperis ſapore, vulgus noſtrum *coſtum* appellat. Plin. lib. 19. cap. 12. Panax piperis ſaporem reddit, magis etiam ſiliquaſtrum, ob id piperitidis nomine accepto. Idem lib. 20. cap. 17.

Siliquaſtrum, alio ſignificatu. Hyginus lib. 2. 10. Poet. Aſtron. in Caſſiopeis: De hac, inquit, Euripides & Sophocles & alii plures dixerunt, ut gloriata ſit ſe forma Nereidas præſtare. Pro quo facto inter ſidera ſedens in ſiliquaſtro conſtituta eſt. Idem lib. 3. 9. Caſſiopeis ſedens in ſiliquaſtro collocata eſt: cujus ſedilis & ipſius Caſſiopeiæ pedes poſiti in ipſa circumductione circuli, qui Arcticus vocatur, effigies autem corporis ad æſtivum circulum pervenit. Paulo poſt rurſus Sedile vocat, & in fine Sellam. Commentarius in Aratum Germanici, Ita notetur, inquit, eſt Caſſiopeia in ſella ſedens. Pompejus Feſt. lib. 17. Siliquaſtra, ſedilia appellantur antiqui generis, o littera in e. converſa, ut etiam in Sella factum eſt, & Subſellio, & Solio, quæ non minus a ſedendo dicta ſunt. Hinc apparet, apud Hyginum legi debere Seliquaſtrum per ſecundam vocalem. V. Sella in SEDEO.

SILIQUĀTICUM, i. n. Vectigal quod in nundinis penditur fiſco ob venditionem proponendam. V. Cujac. Obſerv. 16. 21. Caſſiod. Varr. Epiſt. 2. 4. pr. Idem 30. extr. Qui ita commercium negotiationis exerceat, quatenus, nec monopolii, nec ſiliquatici, nec aurariæ aliquid penſionis, impendat. [Forte ex ſiliquarum, i. e. Leguminum, venditione nomen invenit id genus penſionis.

SILIS, [Σίλις] Plin. lib. 3. cap. 18. Fluvius eſt Venetiæ ex montibus Tarviſanis fluens: Sylis vero, cum y Græco in ultima, nomen eſt, quo, ut idem teſtatur lib. 6. cap. 7. & 16. Scythæ Tanaim fluvium appellant. Hard. utrobique Silis.

SILIUS, Nomen gentis Ro. ex qua Silius, cognomine Italicus, Poeta eximius, cujus exſtant libri XVII de Bello Punico. Floruit Nerone Imper. quo tempore & Conſul fuit. V. Plin. Ep. 3. 7. Martial. 9. 88.

Silius Auſonio non ſemel ore potens.

SILLA, æ, m. V. SULLA.
SILLA, æ, f. ut vult Diodorus V. SILIA.

SILLI, Æthiopum gens, quam cum Struthiophagis bellum gerere continuo, annotat Strab. lib. 16. [In Gr. eſt Silli, Σίλλοι.

SILLOS, i. m. [Σίλλος] Sillos Græci vocant Dicacitates & ſales mordaciores. Unde Gell. lib. 3. cap. 17. refert Timonem quendam ſcripſiſſe librum maledicentiſſimum, qui Silli inſcribitur. Cujus ſæpe meminit Diog. Laert. Suid.

SILLOGRAPHUS, i. m. [σιλλογράφος] Sillorum, id eſt ſalium, atque dicacitatum ſcriptor, qualis fuit Timon ille Phliaſius, qui librum quendam, conviciorum & irriſionis plenum, in Philoſophos edidit, Sillos inſcriptum, quo nomine Græci maledicta & irriſiones intelligunt. Ammian. 22. 16. V. dict. præced.

SILLYBUS, i. m. [σίλλυβος] Membranula, ex qua indices fiunt; ut ait Cic. 4. Att. 4. in quem locum ſic ſcribit Grævius; Legendum eſt σιττυβας,

non

non, ut quidam, σίλλαβοι. Dicuntur aliter σιττύβαι illi indices, ſive membranæ, quibus inſcribebantur nomina auctorum, & quæ voluminibus adglutinabantur. Σίλλυβοι & σίλλυβα ſunt etiam Pelles, quas oræ veſtium adſuebant, ut ex Polluce, Heſychio, & Euſtathio docuit Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam. Sicut autem pelles oris veſtium adſuebantur, ſic etiam pelliculæ ſeu membranulæ cum nominibus ſcriptorum & operum affigebantur tergis voluminum & codicum Hinc etiam dicit Cic. 4. Att. 5. & 8. Bibliothecam ſuam talibus ſillybis illuſtratam & pictam fuiſſe ab his librariis. Nam & in illis ſic legendum eſt, non Sittybis, ut libri præ ſe ferunt. Hæc Grævius.

Sɪʟo, ōnis. m. [σιμός, Gl. L. G.] Qui prominentia habet ſupercilia, a Sileno, quem hirſutis ſuperciliis fuiſſe tradunt: ut auctor eſt Feſt. Plaut. Rud 2. 2. 11.

Recalvum, ac ſilonem ſenem, ſtatutum, ventricoſum.

Silonem quidam Naſo repando hominem dicunt: quod Plinius ſenſiſſe videtur lib. 11. cap. 37. V. ꜱɪʟᴜꜱ & ꜱɪᴍᴜꜱ.

Sɪʟᴏɴ, Inſulam Indiæ docet eſſe Auguſtinus in lib. de Civit. Dei, ſect. 21. Quæ ex eo ceteris terris præfertur, quod omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

Sɪʟᴏʙᴏɴ, V. ꜱʏʟᴏꜱᴏɴ.

Sɪʟᴘʜᴀ, æ. f. σίλφιον, Gloſſ. Latinogræc. & in Græc. Lat. Σίλφιον, Blatta. Silphe, σίλφη, Dioſc. 2. 35.

Sɪʟᴘʜɪᴜᴍ, i. n. [σίλφιον] Idem quod Laſerpicium. V. ʟᴀꜱᴇʀ. Plin. lib. 19. cap. 3. & lib. 22. cap. 23.

Sɪʟᴘʜɪᴜᴍ, Regio Libyæ, ab inſula Plateæ uſque ad os Syrtium protenſa, teſte Herod. lib. 4.

Sɪʟᴠᴀ, æ. f. [ὕλη Gl. L. G. & G. L.] generale nomen eſt, proprie arborum, & quæ cædua eſt, hoc eſt quæ habetur in eum uſum, ut ex ea cædatur materia. Servius, Quam Græci ὕλην vocant, poetæ nominant ſilvam, id eſt, elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. Virg. 3. Æn. 681.

— ſilva alta Jovis, lucusva Dianæ.

Locus in media ſilva maxime opacus & frigidus. Cic. 1. de Orat. 28.
Brachia ſilvarum, Rami Stat 1. Theb. 362.
Comæ ſilvarum, Frondes. Stat. 3. Silv. 3. 98.
Filia ſilvæ pinea. Hor. 1. Carm. 14. 10.
Gloria ſilvarum pinus. Stat. 5. Silv. 2. 230.
Agreſtis Ovid. 7. Met. 142.
Alta. Ovid. 14. Met. 364.
Antiqua. Virg. 6. Æn. 179.
Ardua. Ovid. 1. Faſt. 243. al. Incædua.
Arens. Virg. 12. Æn. 522.
Barbarica. V. ʙᴀʀʙᴀʀᴜꜱ.
Cædua. V. ᴄæᴅᴏ.
Comata. Catul 4. 12.
Conſemineæ. V. ᴄᴏɴꜱᴇᴍɪɴᴇᴜꜱ.
Denſiſſima. Virg. 2. Georg 17.
Formidoloſis ſilvis latent feræ. Hor. Epod. 5. 55.
Frequens trabibus ſilva. Ovid. 8. Met. 329.
Frondiferæ. Lucret. lib 1. 257.
Glandaria. V. Glandarius, in ɢʟᴀɴꜱ.
Immenſa. Virg. 6. Æn 186.
Incædua ſilva. Stat. 6. Theb. 90. Ovid. 3. Amor. 1. 1.

Stat vetus, & multos incædua ſilva per annos.

Ingentes ſilvæ. Lucret. lib. 5. 1242.
Jugoſæ ſilvæ. Ovid. 4. Epiſt. 85.
Magna. Virg. 3. Georg. 219.
Nemoroſæ. Ovid 10. Met. 687.
Nigræ. Hor. 1. Carm. 21. 7.
Opacæ. Ovid. 6. Met. 687.
Palaris ſilva. V. Palaria in ᴘᴀʟᴜꜱ, pali.
Paſcua ſilva eſt, Quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt. Paul. in l. Silva. D. de verbor. ſignific.
Pineæ. Virg. 9. Æn. 85.
Procuræ Ovid. 16. Epiſt. 107.
Profundæ. Lucret. lib. 5. 42.
Rudes. h. e. Materia nondum cæſa, nec dolata. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 366.
Ruſticæ. Ovid. 4. Epiſt. 102.
Salubres. Hor. 1. Epiſt. 4. 4.
Secretæ. Ovid. Rem. Amor. 592.
Steriles. Virg. 2. Georg. 440.
Vernantes. Sen. Herc. OEth. 4.
Vetuſtæ. Ovid. 6. Met. 521.
Virentes. Catull. 32. 10.
Viridicatæ. Cic. 3. Q. frat. 17.
Virides. Ovid. 3. Met. 324.
Umbroſæ. Ovid. 1. Met. 693.
Abſtruſi mane me in ſilvam denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperam. Cic. 12. Att. 16. V. ᴀʙꜱᴛʀᴜᴅᴏ.
Ambire ſilvas plagis. Ovid. 2. Met. 499.
Aucta ſilva ſororibus. Ovid. 2. Met. 372.
Canit ſilva avibus. Lucret. lib. 1. 257. V. ᴀᴠɪꜱ.
Cædere ſilvas. V. ᴄæᴅᴏ.
Convellere viridem ſilvam ab humo. Virg. 3. Æn. 24.
Ducere ſilvas. Quintil. lib. 1. cap. 1. De Orpheo.
Decutere honorem ſilvis, Folia. Virg. 2. Georg. 404.
Eruere ſilvas. Virg 4. Georg. 329.
Excidere ſilvas Lucret. lib. 5. 1365.
Exederat ardor flammeus ſilvas. Lucret lib. 5. 1252.
Miniſtrat alta ſilva tædas. Virg. 2. Georg. 431.
Nutat obſcura ſilva. Senec. Thyeſt. 8.
Nudata cacumina ſilvæ. Ovid. 1. Met. 346.
Pacantur incultæ vomere ſilvæ, Domantur aratro, Fiunt novalia. Hor. 1. Epiſt. 2. 45.
Reboant ſilvæ. Virg 3. Georg 223.
Rotat ſilvas amnis. Stat. 4. Silv. 3. 79.
Violata vetus ſilva nulla ſecuri. Ovid. 3. Met. 28.
Silva, de Herbis aliquando dicitur. Virg. 3. Georg. 385.

— ſubit aſpera ſilva,
Lappæque, tribulique. Servius.

Silva de Vitibus. Virg. 2. Georg. 26.

Silvarumque aliæ preſſos propaginis arcus
Exſpectant.

Horrida ſilva ſiccæ comæ. Juven. 9. Sat. 13.

— horrida ſiccæ
Silva comæ, nullus tota nitor in cute.

Medicinæ ſilva, i. e. Copia atque congeries ejuſmodi rerum, unde medicamenta parari poſſint. Plin præf lib. 35.

Silva aliquando dicitur, [ὕλη λόγου Gl G L] Quod ex tempore ſcribitur velociſſime: eſtque veluti prima materia Quintil. lib 10 cap 3 Cic. 3. de Orat. 103. Primum ſilva rerum ac ſententiarum comparanda eſt, qua de parte dixit Antonius h e. Maxima congeries & ubertas.

Silva dicendi. Cic. in Orat. 12. Sed & hujus & aliorum philoſophorum diſputationibus & exagitatus maxime orator eſt & adjutus Omnis enim ubertas, & quaſi ſilva dicendi, ducta ab illis eſt i. e. Omnis copia & dicendi materia. Nihil eſt enim de quo philoſophi non loquantur, quum res omnes divinas atque humanas ſibi tractandas ſumant.

Sɪʟᴠŭʟᴀ, æ. f. dimin [δρυμώδιον] Columel lib 8 cap. 15 Sunt enim quibus cordi eſt vel in ſilvulis tamaricum, aut ſirporum frutectis immorari: nec ob banc tamen cauſam totus locus ſilvulis occupetur.

Sɪʟᴠᴇꜱᴛᴇʀ, & Sɪʟᴠᴇꜱᴛʀɪꜱ, e. Adj. [ὑλαῖος, Gl. omn. ὑλώδης, ὑλαῖος, G L.] Quod eſt ſilvæ. Virg. 1. Ecl 2.

Silveſtrem tenui Muſam meditaris avena. Idem 2. Georg. 51.

Silveſtris, Quod eſt in ſilva. Cic de Amicit. 70. Quum locis etiam ipſis delectemur montuoſis & ſilveſtribus. h. e. In locis qui in montibus ſunt, & ſilvis.

Agrum ſilveſtrem mitigat flammis. Hor. 2. Epiſt. 2. 186.
Antra ſilveſtria. Ovid. 13. Met. 47.
Arbor ſilveſtris. Virg. 3. Ecl. 70.
Coitio ſilveſtris Lupercorum. Cic. pro Cœl. 26.
Dona ſilveſtria. Catull. Argon 62. 279.
Homines ſilveſtres. Hor. de Arte Poet. 391. i. e. Rudes.
Materia ſilveſtris & Culta, Quæ ex ſilva decerpitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Arborum autem confectione omnique materia & culta & ſilveſtri, partim ad calfaciendum corpus, igni adhibito, & ad mitigandum cibum utimur, partim ad ædificandum, ut tectis ſepti frigora caloreſque pellamus.
Montes veſtiti atque ſilveſtres. Cic 2. de Nat. Deor. 132.
Numina ſilveſtria. Ovid 3. Faſt. 302.
Saltus ſilveſtris. Curt. lib. 4. 3. 21.
Sæpibus ſilveſtribus loca denſa. Cic. 1. de Nat. Deor. 120.
Tecta ſilveſtria. Cic. 1. de Invent. 2. Qui diſperſos homines in agris & in tectis ſilveſtribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit.
Tumulus ſilveſtris. Liv. 27. 26.
Via inculta & ſilveſtris. Cic de Clar Orat. 59.
Vita ſilveſtrium. Cic. 2. de Nat. Deor 99. Subaudi Animalium.
Compar. Plin. lib 16. cap. 27. Silveſtriora omnia tardiora. [An Silveſtria?

Sɪʟᴠᴇꜱᴛᴇʀ, tri m. [ὑλαῖος] Gloſſ Græcolat.

Sɪʟᴠăᴛɪᴄᴜꜱ, a, um. Adj [ὑλαῖος] Quod ad ſilvam pertinet; ut, Silvaticos mus, apud Plin lib. 30. cap 9. Habitans in ſilvis.
Falces ſilvaticæ. Cato R. R. cap 11.
Laurus ſilvatica, Creſcens in ſilvis. Cato R R cap 8.

Sɪʟᴠōꜱᴜꜱ, a, um. Adj. [ὑλήεις, ὑλώδης] Ubi multæ ſilvæ ſive arbores ſunt. Liv. 9. 2. Saltus duo alti, ſilvoſique ſunt, montibus circa ſe perpetuis inter ſe conjuncti. Plin lib. 12. cap. 5 Superiores ejuſdem rami in excelſum emicant ſilvoſa multitudine.

Sɪʟᴠɪᴄŏʟᴀ, æ. m. [ὑλονόμος Gl. G. L.] Qui ſilvam incolit. Propert. lib. 3. 13. 34.

His tum blanditiis furtiva per antra puellæ
Oſcula ſilvicolis empta dedere viris.

Sɪʟᴠɪᴄᴜʟᴛʀɪx, īcis. f. [ὑλονόμος] Catull. 61. 72.

Ubi cerva ſilvicultrix, ubi aper nemorivagus?

Sɪʟᴠɪꜰʀăɢᴜꜱ, a, um. Adj. Silvas frangens: qualis eſt ventus a quo arbores in ſilvis & franguntur & eruuntur. Lucret. lib. 1. 276.

— monteſque ſupremos
Silvifragis vexat flabris. De vi & impetu ventorum.

Sɪʟᴠɪɢᴇʀ, ĕra, ĕrum. Adj. [ὑλοφόρος] ut, Silvigeri montes. Plin. lib. 31. cap. 3. De montibus Hircanis.

Sɪʟᴠᴇꜱᴄᴏ, [ὑλομανέω. ὑλομανεῖν] ĕre. In ſilvam redigi, ſeu ſilveſtres, aut infructuoſas arbores ſarmentaſas fieri. Cic. de Senect. 52. Ne ſilveſcat ſarmentis, & in omnes partes nimis fundatur. Columel lib 4 cap 11.

Sɪʟᴠᴇꜱᴄᴇɴꜱ, entis. Partic. Arnob. 3. p. 109. Capilli ſilveſcentium crinium velleribus involuti.

Sɪʟᴠăɴᴜꜱ, i. m. [Πάν, θεὸς ὑλαῖος Gl. omn. Σιλουανός L. G.] Servius; Silvanus, deus eſt ſilvarum. Hic amavit puerum Cypariſſum nomine, qui habebat manſuetiſſimam cervam. Hanc quum Silvanus neſciens occidiſſet, puer eſt extinctus dolore, quem amator deus in cupreſſum arborem ejus nominis vertit, quam pro ſolatio portare dicit Virg. 1 Georg. 20.

Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupreſſum. De Silvanis & Faunis Plin. lib 12. cap. 1.

Arbiter umbræ Silvanus. Stat. 6. Theb. 111.
Deus arvorum pecoriſque Silvanus. Virg. 8. Æn. 600.
Horridus Silvanus. Hor. 3. Carm 29 23.
Potentes nemorum Silvani. Lucan. lib. 3 403.

Sɪʟᴠɪᴜꜱ, i. m. [Σιλούιος] a Silva: Feſtus, Silvii ſunt appellati Albani reges, a Laviniæ filio, quem poſt exceſſum Æneæ gravida relicta timens periculum, & ſuæ vitæ, & ejus, quem utero gerebat, in ſilvis latens enixa eſt. Qui reſtitutus in regnum eſt poſt mortem Aſcanii prælatus Iulo fratris filio, cum inter eos de regno ambigeretur.

Silvius, Æneæ filius: a quo poſtea omnes Albani reges, Silvii dicti ſunt ab hujus nomine: ſicut hodie Romani imperatores Auguſti vocantur: Servius enarrans hunc locum Virg. 6. Æn. 763.

— primus ad auras
Æthereas Italo commiſtus ſanguine ſurget
Silvius. V. Auctor. de Orig. Gent. Rom.

Sɪʟᴠɪᴀ, æ. f. [Σιλουία] Nomen, quo Ilia, Romuli mater, vocata eſt. Virg. 7. Æn. 487. Ovid. 2. Faſt 383.

Silvia Veſtalis cæleſtia ſemina partu
Ediderat, patruo regna tenente ſuo. al. Ilia Veſtalis.

Silŭres, um. m. pl. [Σίλυρες Ptol.] Britanniæ populi, quos memorat Tacit. 12. Ann. 32. Silurum colorati vultus. Idem Agric. 11. 3. Eadem eſt regionis pars, quæ hodie ab Anglis vocatur *Southwales*. Silures autem Cambdenus ſtatuit in Herefordia, Radnoria, Brechinia, Monumethia & Glamorgiana.

Silurum inſulæ; Solin. cap. 35. vulgo, *les Sorlingues*; Anglice *Silly*; ab occiduo Angliæ triginta milliaria diſtantes.

Silūrus, i. m. [σίλουρος] Piſcis, vulgo in Germania *welsh*, in Ungaria *harcsa*. Peculiaris Nili piſcis traditur: quanquam & in Danubio reperiatur: quem non abſimilem ei putant quidam doctiſſimi, quem Sturionem appellamus. Plin. lib. 9. cap. 15. Juven. 4. Sat. 33.

Vendere municipes fracta de merce ſiluros.

Sīlus, i m. [σιμός Gl. L. G.] Naſus ſurſum verſum aduncus. Unde, Galeæ quoque a ſimilitudine, Silæ appellatæ ſunt. Hæc Feſtus. Cic. 1. de Nat. Deor. 81. Ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis? Sil. 10. 413.

Et ſilus occulitur cæcum in veſtigia telum. Ubi Marſus Silum interpretatur Telum in terram infixum, habens aciem ſurſum verſam. Sed hoc in loco quidam legunt Stilus. V. silo & simus.

Silybum, [σίλυβον] Lata ſpina eſt, folia ferens Chamæleonis albi. Hæc recens cum ſale oleoque cocta eſtur. Dioſcorides lib. 4. cap. 153. apud Matthiolum.

Silys, Fluvius Europam ab Aſia diſcriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plin. lib. 6. cap. 7. Tanaim Scythæ Silyn vocant. V. silis.

S I M

Sima, æ. f. pl. Simæ, [σιμαί] a σιμός declinis. Vitruv. 3. 3. Simæ, quas Græci ἐπιτιθίδας dicunt, faciendæ ſunt altiores octava parte coronarum altitudinis. V. Philand. Sunt & Citharæ partes. V. Heſych.

Simæthis, Simæthides, Simæthos, V. symæthus.

Simbella, V. semilibella, in semis.

Simbruina ſtagna. In Sabinis. Tacit. 14. Ann. 22. Nam quia diſcumbentis Neronis apud Simbruina ſtagna, cui Sublaqueum nomen eſt, ictæ dapes menſaque disjecta erat.

Simenia, n. pl. oſſa in tergo nuncupatur a Græcis κυνὶ ἀλωπεκίδια id eſt Canina prominentia. Cæl. lib. 3. cap. 17. [Ex Polluc. 2. ſect. 180. ubi quidem de mulo, qui Græcis ἡμίονος, nihil vero de Simeniis oſſibus.

Simēnus, Cælator argenti apud Plin. lib. 34 cap. 8.

Sīmia, æ. f. & Simius, i. m. [πίθηκος Gl. L. G & G. L.] Hominum figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya naſcuntur: unde Ennius in Cic. 1. de Nat. Deor. 97.

Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis? Dictæ, quod Simæ ſint, id eſt naribus depreſſis: vel quaſi Mimæ, id eſt imitatrices. Martial. lib. 14. 202.

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. V. Plin. lib. 8. cap. 54. Cic. 1. de Divin. 76. Simia, quam rex Moloſſorum in deliciis habebat, & ſortes ipſas, & cetera, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & aliud alio diſſipavit.

Simulator humani oris ſimius. Claud. 1. in Eutrop. 303.

Simia, per translationem, Qui alium imitatur. Plin. 1. Epiſt. 5. In quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat. Hor. 1. Serm. 10. 18. Demetrium ſimium vocat.

Per translationem, & quidem proverbialem. H. St.

Simĭŏlus, i. m. dimin. [πιθήκιον] Qui utcunque alterum imitatur. Cic. 7. Fam. 2. Hic ſimiolus animi cauſa, me, in quem inveheretur, delegerat.

Simĭnīnus, a, um. Adj. Julius Obſequens in lib. de Prodigiis, C. Mario & C. Flacco coss. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter ſiminino capite.

Sīmĭdăla, æ. f. [Σεμίδαλις] Gloſſ. Græcolat. In Latinogræc. Siligo redditur, & per e ſcribitur, V. f. l. semidalis, Idem ac

Sīmĭla, æ. f. [σεμίδαλις] Farina alba & flos, ſeu deliciæ farinæ triticeæ. Martial. lib. 13. 10.

Nec poteris ſimilæ dotes numerare, nec uſus.

Simĭlāgo, inis. f. Idem Plin. 18. 8. Ægyptus ſimilaginem conficit e tritico ſuo.

Similaginĕus, a, um. Adj. ut, Panis ſimilagineus, apud Senecam, Epiſt. 119. V. siligo, & derivata ſupra.

Simĭlis, e. Adj. [ὅμοιος Gl. L. G. & G. L.] quaſi Simul is. Ter. in prol. Phorm. 32.

Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus. Plaut. Moſtel. 1. 2. 21. Sibi quiſque ſimile ſumit.

Similis atque eadem. V. idem.

Magis ſimilis. V. magis.

Similis, Genitivo junctum, ad morum, vel doctrinæ, vel hujuſmodi, imitationem refertur. Ter. Eun. 3. 2. 43. Domini ſimilis es. Plaut. Amph. 1. 1. 128.

Ain vero, verbero? deos eſſe ſimiles tui putas? Cic. 12. Fam. 22. Spes tamen una eſt, aliquando Populum Romanum majorum ſimilem fore.

Similis, Dativo junctum, de forma, vel ætate, vel fortunis, aut aliis hujuſmodi rebus. Virg. 1. Æn. 593.

Os humeroſque deo ſimilis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri ſimilis. Hæc differentia Diomedis dicentis, Sum ſimilis tui, moribus; ſimilis tibi, figura: non ſemper vera eſt: quia utrumque indifferenter reperitur. Cic. 1. de Legib. 29. Nihil eſt enim unum uni, tam ſimile, tam par, quam omnes inter nosmet ipſos ſumus. Idem 7. Verr. 30. Sed non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius. De Agnato in Genitivo. Plaut. Men. 5. 9 30.

Neque aqua aquæ, neque lacte eſt lacti (crede mihi) uſquam ſimilius,
Quam hic tui eſt, tuque hujus. Cic. 1. Tuſc. 81. Quærunt enim eo, cujus ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos, facie patris: vita, iſte omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facile teterrimus.

Anhelanti ſimilis. Virg. 5. Æn. 254.

Hinnuleo ſimilis. Hor. 1. Carm. 23. 1.

Nimbo ſimiles. Virg. 5. Æn. 317.

Primus ad extremum ſimilis ſibi. Hor. in Arte Poet. 254.

Sæpius tamen per Genitivum mores ſignificamus, Ter. Adel. 3. 3. 57.

Salvus ſit, ſpero eſt ſimilis majorum ſuûm.

Similes eorum, vel illorum. Cic. 4 Acad. 15. Quum aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicunt fuiſſe populares, ut eorum ipſi ſimiles eſſe videantur. Idem 4. de Fin. Stoici autem, quod finem bonorum in una virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum.

Similis mærenti. Plin. lib. 9 cap 8 Triſtis, & mærenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo dubitaret) deſiderio exſpiravit.

Simile veri & vero. Cic. 4. Acad. 99. Etenim is quoque, qui a vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri. Quintil. lib 6. cap. 2. Vero ſimilis dolor. Idem lib 3. cap. 10. Quod eſt vero ſimilius. Quod conjuncte alii ſcribunt Veriſimilis. V. f. l.

Similis ac. Cic. 4. de Fin. 31. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris eculeum a Tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet. Liv. 6. 28. Similem pavorem inde, ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit.

Similis atque. Cic. pro Rabir. perd. reo, 24. Et ſimilis viri tu ulciſcerís patrui mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet? Idem 5. de Fin. 40. Itaque & ſimilis erit ſitus boni atque antea fuerat.

Similes inter ſe. Cic. 4. Acad. 118. Anaxagoras materiam infinitam, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente divina. Idem pro Cluent 40. Homines inter ſe cum forma, tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi.

Similis in re diſſimili. Cic. 1. Fam. 7. Similemque in re diſſimili tui temporis nunc, & noſtri quondam fuiſſe rationem.

Similes ſunt, ut ſi qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant: ille autem clavum tenens ſedeat in puppi quietus, &c. Cic. de Senect. 17.

Simile eſt, pro Similis eſt, pro maſculino poſitum neutrum. Titinius Fullonib.

Formicæ pol perſimile eſt ruſticus homo. Novius Militibus Pomet.
Tu pueri puſilli ſimile es:
Quia enim ad os fers, quicquid nactus es. Ex Non. 3. 105.

Compar. Similior. Plin. lib. 12. cap. 17. Maſtice tertia in Ponto bituminis ſimilior. Quintil. lib. 10. cap. 5.

Alii tantum in Superlativo Simillimus, cum ll, alii ne hic quidem geminant litteram l, niſi apud Poetas. H. St. Sed, quum Comparativus regulariter formetur, l geminari non debet. In Superlativo vero geminari ideo videtur, quia Simillimus euphoniæ cauſa per ſyncopen ex Similiſſimus fecerunt antiqui, ad evitandam repetitionem litteræ i. Quemadmodum & in Agilis, Facilis, Gracilis, Humilis eandem euphoniam ſecuti ſunt, licet nonnunquam & alterius declinationis exempla occurrant, præſertim apud antiquiores. Sic & r geminatum in his quorum Poſitivus hac littera terminatur, ut Acerrimus, &c. Alioqui ratio nulla apparet, cur antepenultima e. g. in Simillimus producatur, quum eadem in Poſitivo & Comparativo correpta ſit, ut & in ceteris a Similis derivatis.

Superl. Cic pro Marcel. 8. Hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum deo judico.

Fortis & fraude ſimillimus illi. Ovid. 13. Met. 32.

Amni puro ſimillimus. Hor. 2. Epiſt. 2. 20.

Buxo ſimillimus Ovid. 11. Met. 417.

Flos violæ ſimillimus. Ovid. 4. Met. 268.

Pallor ſimillimus buxo. Ovid. 11. Met. 417.

Quies ſimillima morti placidæ. Virg. 6. Æn. 522.

Simĭle, [παραπλησίως] Adverbialiter poſitum Cic. 4. Acad. 14. Simile vos, quum perturbare, ut illi Remp. ſic vos philoſophiam, bene jam conſtitutam, velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, &c. profertis. al. Similiter.

Superl. Cic. 2. Tuſc. 54. Simillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere.

Simillime atque. Cic. pro Lege Agr. 2. 13. Hic tamen excipit Pompejum: ſimillime, ut mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur.

Simĭlĭter, Adv. [ὁμοίως Gl. L. G. & G. L.] Pariter, eodem modo. Cic. pro Roſc. Amer. 3. Ego etiam ſi omnia, quæ dicenda ſunt, libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit.

Similiter ac. Cic 3. de Nat. Deor. 8. Tu autem quid quæris? ſimiliter facis ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis.

Similiter atque Cic 1. Philip 9. Neque vero illum ſimiliter atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.

Similiter, ut. Cic. 1. Off. 87. Similiter facere eos, qui inter ſe contenderent, uter Remp. potius adminiſtraret, ut ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret.

Similiter, cum Dativo. Plin. lib. 11. cap. 25. Similiter his & ſcorpiones terreſtres, vermiculos ovorum ſpecie pariunt.

Simĭlĭtas, ātis. f. [ὁμοιότης] antiquum pro Similitudine. Cæcil. apud Non. 2. 827. Vide quid ferat morum ſimilitas.

Nec ceteræ eaſdem habent inter ſe naturæ rerum ſimilitates. Vitruv. 9. 9.

Simĭlĭtūdo, inis. f. [παραβολὴ, ὁμοίωσις, Gl L. G. & G. L.] Ipſa rei ſimilis forma. Cic. 1. Off 56. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. [Gloſſ Græcolat. ὁμοιότης, ἡ ἰσότης. Paritas, æqualitas; ὁμοιότης ὄψεως, Similitudo.

Ad ſimilitudinem V. ad præpoſitionem.

Similitudo periculi. Cic. 7. Verr. 94.

Similitudo veri. Plin. lib. 34. cap. 7. conf. Veriſimilitudo, in verus.

Abripere a parentis ſimilitudine. V. abripio.

Accedere ad ſimilitudinem alicujus rei. V. accedo.

Arripere alicujus ſimilitudinem V. arripio.

Similitudine veri capi Liv. 25. 16.

Eludere ſimilitudines. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Ducere ſimilitudinem. Cic. in Orat. 9. V. Formam alicujus facere, in forma.

Simili-

Similitudo cum. Cic. 2. Tuſc. 54. Sunt enim quædam animi ſimilitudines cum corpore.

SIMĪLO, [ὁμοιόω] āre. Similem eſſe, conſtruitur cum Accuſativo. Martial. lib. 2. 35.

Quum ſint crura tibi, ſimilent quæ cornua Lunæ, &c. Alii legunt Simulent, per ultimam vocalem. Simulare enim dicimus & Aſſimulare; non autem Similare, ut quidam indocti præcipiunt. Hæc Raphael Regius in illud Ovid. 5. Met. 6.

Aſſimulare ſueto poſſis. [Sic Simulatio pro Similitudine. V. in SIMUL.

SIMISSATOR, ōris. m. Σιμωτὴς ὅνος, ἢ ἄλλου τινὸς ὀχῶν. Gloſſ. Græcolat. { An Semiſſator ſcribendum?

SIMITU, [ἅμα] pro Simul poſuere veteres. Plaut. Stich. 5. 3. 94.

Mecum ſimitu ut irem ad ſeſe domum. Sic Amphit. 2. 1. 84.

Non enim ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum. Idem Trinum. 2. 1. 1.

Multas res ſimitu in meo corde verſo. V. & Lucil. apud Non. 2. 814.

SIMIOLUS, SIMIUS. V. SIMIA.

SIMMIAS, [Σιμμίας] Philoſophus Thebanus, Socratis auditor, cujus ſcripta annumerantur a Suida. V. Diogen. Laert. lib. 2. ſ. 113. & 124.

Simmias Rhodius Grammaticus, de quo Strabo l. 14. & Suid.

SIMO, ōnis. m. Simones [σίμωνες] iidem qui & Simi, id eſt qui nares habent preſſas, quos inſolenti vocabulo *Camuſos* appellamus. V. SIMUS.

SIMON, is. m. [Σίμων] & SIMONIS, [Σιμωνὶς] plures hoc nomine fuerunt, poſt Philippum Græcia, Latinis, Hebræiſque pariter communi.

Ea bis antiquiſſimum ſane legimus Athenienſem, ex coriario philoſophum, & Socratis diſcipulum fuiſſe, qui ſcripſit dialogos V. Diog. Laert. lib. 2. ſ. 122.

Simon Magneſius, muſicus egregius, qui & ipſe ſuperiorum muſicorum more corrupto, Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lyſis Lyſiodiam. Strabo lib. 14.

Simon Conſtantinopolitanus, ludi magiſter, annos abhinc circiter quadringentos compoſuit Græce Metaphraſes. id eſt ſanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana, unde & Metaphraſtæ cognomen invenit.

Ex Hebræis vero Simon Petrus, Apoſtolus, notus ex ſacris Scripturis.

Item Simon Magus, caput & auctor totius Hæreſeos; de quo Euſebius lib. 2. latiſſime: & Juſtinus in apologia ad Antoninum principem: & Irenæus in primo adverſus hæreſes libro. Simon idem ille qui a Petro Spiritus ſancti gratiam mercari volebat. Actor. 8. 9. ſeq.

Præter hos. Simon Tridentinus puer. Hic ſedente Sixto quarto Pontifice, die Veneris ſanctæ ſeptimanæ a Judæis clam comprehenſus, ac omnibus cruciatibus prius affectus, demum cruci affixus eſt. Ex quo templum ei velut martyri dicatum eſt. Volaterranus.

Simon, Perſona comica apud Ter. Unde

Emunctus Simon. Hor. in Arte Poet. 238. conf. SIMO, āre.

SIMŌNIA, ut putatur, a Simone mago dicta, vox eſt non Latina, qua ſoli theologi utuntur. Dicitur autem quando quis vel dare aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia. V. loc. Actor. 8. jam indicat.

SIMONIĀNI, Simonis magi aſſeclæ. Iſidor. Orig. 8. 5.

SIMO, āre. Deprimere: antiquum. Non. 2. 771. Simat, Deprimit. Lucil. lib. 7.

Simavit enim ad nares, delphinus ut olim. Sic emendat Turnebus, cum in Nonio legatur Simat. Moveri ſe dicit & ſententia, & quod delphini ſimi ſint: unde & ſimonis nomine eos gaudere Plinius refert. V. Plin. 9. 8. conf. SIMUS.

SIMŎIS, entis. m. [Σιμόεις] Fluvius, qui ex Ida monte Trojano defluens, juxta Trojam labitur: & mari appropinquans, commiſcetur Xantho, ac in paludem cogitur. Deinde exit in mare juxta Sigeum promontorium. Virg. 6. Æn. 88.

Non Simois tibi nec Xanthus, nec Dorica caſtra
Defuerint.

Lubricus Simois. Hor. Epod. 13. 21.

Phrygius Simois. Virg 1. Æn. 622.

SIMŎĪSIUS, a, um. Adj. [Σιμοείσιος] attributum: Campus Simoeſius, Σιμοείσιον πεδίον, hoc eſt Troadis campus Simoente irrigatus. Strab lib 13.

SIMŎĪSIUS, i. m. [Σιμοείσιος] Nomen adoleſcentis Trojani, ſic nominati, quod apud Simoentem fluvium eſſet natus. Homer. lib. 4. Iliad. 488.

SIMŌNIDES, is. m. [Σιμωνίδης] Ex Juliſe Ceus poeta, inter principes Lyricos numeratus. De quo Quintil. lib. 10. cap. 1. Cic. 2. de Orat. 351. Simonides Ceus primus artem memorandi inveniſſe fertur. Vide ibidem plura. Plinius 7. 56. octavam chordam in lyra inveniſſe ſcribit: Euſtathius vero tres duplices litteras, ξ, ψ, ζ.

Simonides alius Iambicus poeta: quem Strabo Amorginum fuiſſe dicit, Suidas vero Cmyſtium, ſive Eretrienſem: qui ſcripſit Græcorum apud Aulidem conventum, trimetrorum libros duos, & alia. [Suid. duos facit, q. V.

Præter hos alios duos ponit Suidas: unum filium ſororis Simonidis Cei, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponneſiacum fuit, ſcripſitque genealogiam libris tribus. Alterum Simonidem Magnetem, poetam Antiochi magni tempore, cujus res geſtas ſcripſit, ac bellum adverſus Galatas.

Somnium de Simonide. Cic. 1. de Divin. 56.

SIMŌNĪDĒUS, a, um. [Σιμωνίδειος] Adj. Catul. 39. 8.

Mæſtius lacrimis Simonideis. V. Quintil. l. c.

SIMPLEX, icis. Adj. [ἁπλοῦς, ἁπλῶς. Gl. L. G. & G. L.] Nomen numerale, Quod Unum eſt neque ex pluribus conflatum; adeoque opponitur Duplici aut multiplici; dicitur quaſi Sine plica. Ter. in prol. Heaut. 6.

Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici. [Unde igitur Simplex?

Iter ſimplex & directum. Cic. 2. de Nat. Deor. 144. Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret.

Natura vocis ſimplex. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Cornua ſimplicia. Plin. lib. 11. cap. 37.

Via mortis ſimplex. Virg. 3. Georg. 482.

Utilitas ſimplex. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Simplex, [ἀφελὴς Gl. L. G. & G. L.] Sine cura, neglectus.

Crinis erat ſimplex, nodum collectus in unum. Ovid. 8. Met. 319.

Cibus ſimplex, Purus, non exquiſitus, aut alio condimento corruptus vel compoſitus. Martial. lib. 4. 30. Plin. lib. 11. cap. 53. Homini cibus utiliſſimus ſimplex.

Condimentum orationis ſimplex. Quintil. lib. 6. cap. 3. Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum, velut quoddam ſimplex orationis condimentum.

Simplex, Verum & ſincerum: cui Falſum opponitur. Cic. 11. Fam. 28. Trebatio noſtro magnas ago gratias, quod tuum erga me animum ſimplicem atque amicum aperuit. Idem 2. de Fin. 46. His initiis inducti omnia vera diligimus, id eſt fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, fallentia odimus, ut fraudem, perjurium, malitiam, injuriam. Hic Simplici oppoſuit Falſum.

Munditiis ſimplex mulier. Hor. 1. Carm. 5. 5. i. e. Inquit Acron, Animo factioſa. Meretricis enim aſtutias inſectatur, quæ ſimplici munditia inſidias moliretur. [Oxymōron eſt. Quæ ornatu neglecto maxime ornata.

Bonum ſimplex & verum. Cic. 1. Acad. 7.

Simplex de homine. Simplicem appellant Latini Apertum, liberum, nihil diſſimulantem, omnia & loquentem & facientem, quæ ſentit & recta judicat, ſic item & Græci. Hor. 1. Serm. 3. 52.

— at eſt truculentior, atque
Plus æquo liber, ſimplex fortiſque habeatur. Huic opponitur Duplex. Hor. 1. Carm. 6. 7.

Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei. Ex Lambino.

In docendo ſimplicem eſſe. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Ætas ſimplex. Stat. 9. Theb. 878.

Anni ſimplices, Primi & qui ſimplici numero efferuntur, nempe uſque ad decimum: vel in quibus ſimplex toga & pura quæ poſt eam, quæ prætexta dicebatur, ſumi ſolebat. Martial. lib. 10. 20.

Tu mihi ſimplicibus, Mani, dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia. [i. e. Puerilibus, rudibus.

Domus ſimplex & inſcia fraudum. Stat. 3. Silv. 1. 32.

Homo ſimplex, Purus, apertus, nihil tectum, nihil ſimulatum habens. Cic. 4. Acad. 112.

Rure ſimplicia, Priſca ſimplicitate rudia. Plin. lib. 12. pr.

Compar. Hor. 1. Serm. 3. 63.

Simplicior ſi quis, qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi, Mæcenas.

Simpliciſſimus, Superl. Sen. de Brev. vit. 12.

SIMPLICĬTAS, ātis. f. [ἁπλότης, Gl. L. G. & G. L.] Martial. lib. 10. 47.

Prudens ſimplicitas, pares amici.

Fabularum convivalium ſimplicitas. Tacit. 6. Ann. 5. 3.

Nuda ſimplicitas. Ovid. 1. Amor. 3. 14.

Rudis ſimplicitas. Ovid. 3. de Arte Am. 113.

Gloriari ſimplicitate. Quintil. lib. 5. cap. 7.

SIMPLICĬTER, Adv. [ἁπλῶς Gl. G. L.] Cic. in Topic. 84. Quum autem quæritur quale id ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate.

Pure, aperte. Plin. 5. Epiſt. 3. pr. Me tamen amice ſimpliciterque reprehenderent. Idem Epiſt. 2. lib. 5. Recipies ergo epiſtolas ſteriles & ſimpliciter ingratas.

Dicere ſimpliciter. Martial lib. 14. 215.

Oberrare ſimpliciter. Plin. lib 8. cap. 4. Elephas homine obvio, forte in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens placiduſque etiam demonſtrare viam traditur.

Vivere ſimpliciter. Cic. 1. Off 92. Hæc præſcripta ſervantem, licet graviter, magnifice, animoſeque vivere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice.

Simpliciter, quaſi dicas Generaliter, ſine alia adjectione aut interpretatione. Paulus in l. Lecta. D. Si cert petat. Pactum autem, quod ſubjectum eſſet, quidam dicebat ad ſortis ſolutionem tantum pertinere, non etiam ad uſurarum, quæ priore parte ſimpliciter in ſtipulationem veniſſent. Ulpian. in l. Ab hoſtibus. §. ult. D. Ex quib. cauſ. major. &c.

Compar. Sequi docentes ſimplicius. Quintil. lib. 2. cap 12. [Cit. falſa.

SIMPLICĬTUS, Adv. antiquum, pro Simpliciter. Plaut. Mercat. Prol. 14.

Sed eam ſimplicitus dicam, ſi opera eſt auribus. Non. 2. 825. Al. Sed, ea ut ſim implicitus.

SIMPLUS, a, um. Adj. [ἁπλοῦς Gl. G. L.] Unicus, vel ſemel tantum. Plaut. Moſtel. 2. 2. 73.

Sceleſtæ hæ ſunt ædes, ſimpla eſt habitatio. Rectius al. Impia. Varr. 2. de R. R. cap. 10. Aut ſi mancipio non datur, dupla promitti: aut ſi ita pacti, ſimpla.

SIMPLUM, i. n. Liv. 29. 15. Simplum imperare; quod duplicato militum numero aut vectigalium opponitur. Plaut. Pœn. 5. 6. 25.

Verum obſecro te ut liceat ſimplum ſolvere.

SIMPLĀRIUS, a, um. Adj. Simplariæ venditiones ſunt, pro quibus neceſſe venditor non habet de dupla emptori repromittere, quarum meminit Ulpianus in l. Emptori. D. de evictionibus. Ita enim ſimplariæ venditiones a Pomponio dicuntur, ut ſimplariæ actiones, duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in ſimplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione armaturæ ſimplares, duplareſque a Vegetio dicuntur, lib. 2. 7. de Re militari: quas qui geſtabant, ſingulas & duplas conſequebantur annonas. Et ab eod. ibid. & a Modeſto De vocabulis rei militaris, Torquati ſimplares, duplareſque. Budæus. conf. Stewech ad Veget. l. c. & Lex. Pitiſc.

SIMPLUDIĀRIUS, a, um. Adj. Quaſi Simpliludiarius, ut vult Scalig. Feſtus, Simpludiarea funera ſunt, quibus adhibentur D. T. ludi corbitoreſque. Quidam ea dixerunt eſſe, quibus neutrum genus intereſſet ludorum; nam indictiva ſunt, quibus adhibentur, non ludi modo, ſed etiam deſultores, quæ ſunt ampliſſima. Lectio mendoſa, ſic reſtituo cum Ant. August. Ludi deſultoreſque. D. T. i. e. Duntaxat, ut vult Scalig.

Simpludiares opponuntur Indictivis, in quibus & Ludii & Deſultores, ac etiam ludorum quædam genera. Cic. 2. de Legib. 61. Funus ut indicatur, ſi quid ludorum: dominus funeris utatur accenſo atque lictoribus. Hæc Cic. At in ſimpludiariis ſimpli ludii. Unde nomen; dicta enim quaſi *ſimpli-ludiaria*. Simpli ludii autem ſunt Saltatores, vel cernuatores. Al. Corbitores. V. Dacerius in loc. Feſti citatum.

SIMPŬLO, & contracte SIMPLO, ōnis. m. Simpulones dicuntur Convivæ: nam & Amicus ſponſi, qui cum eo per convivia ambulat, Simplator dicitur. Sutrius Piſcatoria,

Summates viri ſimplones facti ſunt ganei. Eſt autem Ganeum Taberna. Fulgent. de Priſc. Serm. 40.

SIMPULĀTOR, ōris. m. Amicus ſponſi. Iſid. Gloſſ.

SIMPŬLUM, ſive SIMPUVIUM, i. n. [κύαθος Gl. L. G.] a ſumendo, quod eo prolibaretur minutatim. Bayfius autem legendum putat Simpullum,

pollum, ea forma qua Ampullam dicimus. [In Gloſſ. ſcribitur Simpalum corrupte. Apud Varr. Sempulum.

In ſimpulo aliquid facere, proverbialis locutio. Cic. 3. de Legib. 36. Et avus quidem noſter, inquit, ſingulari virtute, in hoc municipio, quoad vixit, reſtitit M. Gratidio, cujus in matrimonio ſororem, aviam noſtram, habebat, ferenti legem Tabellariam. Excitabat enim fluctus in ſimpulo, ut dicitur, Gratidius, quos poſt filios ejus Marius in Ægeo excitavit mari. Quantum igitur conjectura conſequi licet, In ſimpulo fieri dicebant, quod vel clanculum, vel in re minuta atque humili fieret. Eſt enim Simpulum, auctore Feſto, Vas parvum, non diſſimile cyatho; quo vinum in ſacrificiis libabatur: unde & Mulieres divinis rebus deditæ, Simpulatrices dicuntur. M. Varro L. L. 4. 26. extr. ſcribit Vas eſſe minutim fundens, in cujus locum ſucceſſerit epichyſis: unde veteres Res minutas, nulliuſque pretii, ſimpularias appellabant. Plin. lib. 35. cap. 12. In ſacris quidem, etiam inter has opes, non murrhinis, cryſtallinisve, ſed fictilibus prolibatur ſimpulis Innocentius. Et M. Varro apud Nonium 15. 12. Marcellam ait, deos ipſos vili ſimpulo invitari. Sunt qui pro Simpulo legunt Simpuvium, cujus meminit Juvenal. 6. Sat. 342.

Simpuvium ridere Numæ, nigrumque catinum. Proinde non abſurdum mihi videtur, ſi quis exiſtimet ſumptam allegoriam a puerorum luſu, quo ſolent per fiſtulam anguſtam in ſimpulum inflantes, quaſi fluctus quoſdam & aquæ ſtrepitum excitare. Hæc Eraſmus. V. infra SIMPUVIUM.

Simpulariæ res, priſcis Minutæ, nullius fere pretii: Notat Eraſmus in paroemia, In ſimplo. Sed vereor ne non legendum ſit, Simplariæ res, & In ſimpulo, ut erraſſe Spiegelum facile percipi poſſit.

SIMPŪVIUM, i. n. eſt Vas ligneum, ut videtur Nonio 15. 12. Varro Eſt Modus matulæ, Non vides, inquit, ipſos deos, ſi quando volunt guſtare vinum, derepere ad hominum fana, & tamen tum ipſi illi libero ſimpuvio vinitari?

SIMPULĀTRIX, Icis. f. Mulier rebus divinis dedita. Feſtus.

SĬMUL, [ὁμῶ, καὶ ἅμα, ὁμοῦ Gl. L. G. & G. L.] Adv. congregandi. Ter. Eun. 2. 2. 10. Simul conſilium cum re amiſti. Plin. Epiſt. 136. Simul militavimus.

Simul tecum. Plaut. Amph. 2. 2. 122. Virg. 9. Ecl. 18.

— heu tua nobis

Pæne ſimul tecum ſolatia rapta, Menalca? Cic. pro Font. 23. Niſi aliquoties ex ipſis accuſatoribus, vobiſcum ſimul, judices, audiſſem. Idem pro Domo 79. Sed etiam optimi cives fruentur nobiſcum ſimul hac civitate.

Simul cum. Cic. de Amicit. 13. Neque enim aſſentior iis, qui hæc nuper diſſerere cœperunt, cum corporibus ſimul animos interire, atque omnia morte deleri. Idem 3. Tuſc. 40. Quod ſi cui, ut ait idem, ſimul animus cum re concidit, &c.

Simul, pro Simul cum, Ablativum regit. Sil. 5. 418.

— avulſa eſt protinus hoſti

Ore ſimul cervix. Tacitus ſæpe ita locutus eſt; ut 3. Ann. 64. Quindecimviri ſeptemviris ſimul. Tacit. 4. Ann 55. Verum Hypæpeni, Trallianique Laodicenis ac Magnetibus ſimul tranſmiſſi. Idem 6. Ann. 9. Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco ſimul, ac Sabino Calviſio, majeſtatis poſtulantur. Nam ſic ſuum ἅμα, Græci cum Dativo copulare ſolent, ut, ἅμα δὲ [illegible] ἅμα τῷ [illegible]

Simul, Deinde etiam, vel præterea. Cic. 5. Fam. 13. Cives Romanos occidit, abripuit, diſperdidit, regiones vaſtavit, ſimul vero ſemiſſis homo contra me arma tulit. Vetus exemplar legit Semius, non Semiſſis homo. al. Simius. Ter. And. 1. 1. 132. Simul ſceleratus Davus ſi quid &c. conf. infra Simul &.

Simul, quod. Salluſt. Catil. 16. His amicis, ſociiſque confiſus Catilina, ſimul quod æs alienum per omnes terras ingens erat. i. e. Etiam.

Simul, cum particulæ Que junctum & cum Ac vel Et. Quintil. lib. 10. cap. 1. Qualis ferri fulgur quo mens ſimul viſuſque perſtringatur. Plin. lib. 9. cap. 35. Superbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix. Plin. 2. Epiſt. 7. Sordidum ſimul & ſumptuoſum. [Hic eſt Pariter.

Simul, pro Eadem opera. Plaut. Merc. prol. 1.

Duas res ſimul nunc agere decretum eſt mihi.

Simul, quandoque geminata legitur, & habet eandem pæne vim, quam Cum & Tum, ſive Partim. Quintil. in Præf. lib. 1. Simul ut pleniore obſequio demererer amantiſſimos mei: ſimul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem. Liv. 2. 9. Nuſquam benigne legatio audita eſt, adeo omnes ſimul ſpernebant, ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi ac poſteris ſuis metuebant. Idem 27. 3. pr. Milites ædificiis emotos, ſimul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur: ſimul metuens ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annib. &c.

Simul ac; ſignificat Ubi primum, vel Statim quum, ſive poſtquam. Virg. 4. Æn. 90. Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri.

Simul ac, ſeq. Statim. Cic. 3. Verr. 27. Verres ſimul ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam litteras dedit. Idem 6. Fam. 19. Simul ac accepi a Seleuco tuo litteras, ſtatim quæſivi e Balbo per codicillos quid eſſet in lege.

Simul ac primum. Cic. 3. Verr. 34. Simul ac poteſtas primum data eſt, adeunt hi, quos dixi. Idem 2. de Nat. Deor. 124. Quædamque ſerpentes, ortæ extra aquam, ſimul ac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur.

Simul atque. Idem. Cic. 1. de Fin. 51. Omne animal, ſimul atque natum ſit, voluptatem appetere, eaque gaudere, ut ſummo bono. Idem 5. Verr. 125. Ut temporibus illis, ſimul atque hoſtis ſuperatus eſſet, ager araretur omnis.

Simul &, pro Atque etiam, vel præterea. Cic. 3. Verr. 106. Quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non videbant, ſimul & iſtum fore tam improbum non arbitrabantur. [Hic eſt Copulans. V. ſupra.

Simul ut. Idem, quod Simul ac. Cic. 2. de Fin. 33. Omne autem animal, ſimul ut ortum eſt, & ſe ipſum, & omnes partes ſuas diligit. Idem 4. Acad. 51. Itaque ſimul ut experrecti ſumus, viſa illa contemnimus.

Simul primum. Liv. 6. 1. Quum civitas in opere ac labore reficiendæ urbis teneretur, interim Q. Fabio ſimul primum magiſtratu abiit; ab C. Marcio Tribuno pleb. dicta dies eſt.

Simul, ſine particulis Ac, vel Atque, Ut. Cic. 4. Acad. 86. Et ſimul inflavit tibicen, a perito carmen agnoſcitur. Liv. 26. 43. Qui ſimul in poteſtate veſtra erunt, extemplo omnia, quæ nunc ſub Carthaginenſibus ſunt, in ditionem tradent. Simul dixit pro Simul ac.

Simitu, antiquum pro Simul. V. in ſuo loco.

SIMULACRUM, SIMULATE, SIMULATOR, &c. V. poſt ſeq. dict.

SĬMŬLO, [[illegible], [illegible] Gl. L. G.] āre. Imitari & referre. A Similis derivatur: vel, ut quidam volunt, a Simul. Nihil enim aliud eſt Simulare, quam ea, quæ abſunt, ſimul eſſe oſtendere. Hor. 2. Epiſt. 1. 241.

— duceret æra

Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Simulare, Fingere, ac pro vero falſum tradere, ut ait Donatus. Ter. Heaut. 4. 1. 23.

Non ſimulata mortem verbis, re ipſa ſpem vitæ dare. Cic. de Amicit. 99. Et, litigare ſe ſimulans, blanditur. Et Cic. 2. Verr. 15. Simulat hic ſe rebus confidere, ſed video quid agat.

Simulare anum. Ovid. 3. Met. 275.

Lumine tacto ſomnus ſimulatur. Ovid. 21. Epiſt. 199.

Simulare amicitiam. Cæſ. 1. Bell. Gall. 44.

Morbum ſimulare. Cic. 3. Verr. 12. Ut tertius dies ſic hominem proſterneret ut, morbo ſimulato, non quid reſponderet, ſed quemadmodum non reſponderet deliberaret.

Gaudia vultu ſimulare. Ovid. 1. de Arte Am. 678.

Spem vultu ſimulat. Virg. 1. Æn. 213.

Simulo non ſentire, pro Diſſimulo. Plin. 3. Epiſt. 14.

Non es quod ſimulas, inquit Hor. 2. Serm. 7. 56.

Simulat quaſi. Plaut. Amph. 1. 1. 45.

Verum tamen, quaſi affuerim ſimulabo, atque audita eloquar. Idem Curc. 3. 21. Simulabo quaſi non noverim.

Simulare cupreſſum, Pingere. Hor. de Arte Poet. 19.

Sed nunc non erat his locus, & fortaſſe cupreſſum

Scis ſimulare, &c. Proverbium in eos convenit, qui id, quod unum ſciunt, fortaſſe non valde magnum, quovis loco inepte atque intempeſtive inculcant, ab illo imperito pictore natum, qui a naufrago conductus, ut in tabula naufragium ejus depingeret, quærebat ab eo, num cupreſſum appingi vellet. Ex Lambino.

Inter Simulare & Diſſimulare. Simulare eſt fingere ſcire, quæ neſcias: Diſſimulare, fingere neſcire, quæ ſcias. Salluſt. in Catil. 5. Cujus rei libet ſimulator ac diſſimulator. Ex Nonio 5. 72. Virg. 1. Æn. 520.

Diſſimulant & nube cava ſpeculantur amicti. In quem locum Servius: Diſſimulamus nota; Simulamus ignota: Diſſimulamus quod ſumus; Simulamus quod non ſumus. Quidam Simile per I ſcribunt.

SIMULANS, antis. [[illegible]] Partic. Hor. 2. Epiſt. 1. 241.

— aut alius Lyſippo duceret æra

Fortis Alexandri vultum ſimulantia. Ovid. 2. Amor. 6. 23.

Non fuit in terris vocum ſimulantior ales. al. Simulacior.

SIMULĀTUS, a, um. [[illegible] Gl. L. G.] Adj. ex Partic. paſſ. ut Dolor ſimulatus. Lucan. lib. 10. 83.

Amorem ſimulatum fingere. Propert. lib. 2. 24. 47.

Conſcientia ſimulata. Tacit. lib. 2. Ann. 40.

Verba ſimulata. Virg. 1. Æn. 714.

SIMULANTER, Adv. Apul. Met. lib. 8 p. 205. Elmenh. Quoad ſimulanter evicta Charite ſuſcipit. [i. e. Evictam ſe ſimulans.

Simulanter Pontanus de Serm. p. 381. Sic autem Diſſimulanter Cic. H. St. Deſiderabatur hæc vox in Lugd.

SIMULĀTE, [[illegible]] Adv. cui opponitur Ex animo. Cic. 2. de Nat. Deor. 68. Mala enim & impia conſuetudo eſt, contra deos diſputandi: ſive ex animo id fit, ſive ſimulate.

SIMULĀTIO, ōnis. f. [[illegible] Gl. L. G. & G. L.] Fictio, Ficta alicujus rei per vultum, geſtus, &c. repræſentatio. Unde pro Deceptione & circumventione ponitur, quod animi voluntate vultu ſimulata fiat. Cic. 1. Fam. 9. A quibus tuendus fueram: derelictus: idque non ſolum fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur. Ter. Heaut. 4. 5. 34. Non mea eſt ſimulatio.

Simulatione officii, Specie, Prætexto. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 9. Cic. 3. Verr. 3v. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam hæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. conf. 11. Fam. 13.

Fallax imitatio, ſimulatioque virtutis. Cic. 4. Acad. 140.

Induere ſimulationem alicujus rei. V. INDUO.

Simulatio, pro Similitudine. Plin. lib. 11. cap. 44. Simiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, &c.

SIMULĀTOR, ōris. m. [[illegible] Gl. G. L.] Cic. 1. Off. 108. De Græcis autem dulcem & facetum, feſtivique ſermonis, atque in omni oratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominaverunt, Socratem accepimus. Idem 1. Q. frat. 3. Meſſalam tui ſtudioſum eſſe arbitror, Pompejum etiam ſimulatorem puto. Ovid. 2. de Arte Am. 311.

Tantum ne pateas verbis ſimulator in illis.

Artifex & ſimulator figuræ Morpheus. Ovid. 11. Met. 634.

SIMULĀTRIX, Icis. f. Simulatrices, ſcribit Feſtus eſſe Mulieres ſagas & expiatrices, vel ſacerdotes, quæ expiare ſunt ſolitæ, quod verbum putem ex eo natum, quod in ſacris multa ſimulentur, & ſimulata pro veris haberentur: ut apud Virg. 4. Æn. 512.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni. Alioqui mulieres rebus divinis deditæ Simulatrices dicebantur. Sed & Simpulatrices legitur. Turneb. Adverſ. 16. 22. Stat. 4. Theb. 551.

Colchis & Ææo ſimulatrix litore Circe.

SIMULĀMEN, inis. n. [[illegible]] Simulacrum. Ovid. de Adonide interempto ab apro, lib. 10. Met. 726.

Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri. Singulis annis Adonia, id eſt ſacra in Adonis honorem celebrantur: in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

SIMULAMENTUM, i. n. Idem. Gell. 15. 22. in tit. De commentitiis ſimulamentis.

SĬMŬLĀCRUM, i. n. [[illegible], εἴδωλον, [illegible] Gl. L. G.] a Simulo; proprie dicitur Imago alicujus rei ficta. Simulacra, enim, principio ex deſiderio mortuorum orta ſunt, ut qui jam defecerant, vivere viderentur. Cic. pro Domo 111. Mulieris ſimulacrumque e marmore. Ibid. 110. Libertatis ſimulacrum in ea domo collocabas.

Effigies, ſimulacrumque Mithridatis. Cic. 4. Verr. 159.

Divûm ſimulacra, Statuæ. Virg. 2. Æn. 517.

Non ita antiqua ſimulacra. V. NON.

Auguſta ſimulacra. V. AUGUSTUS.

Aurea ſimulacra. Lucret. lib. 2. 24.

Inania

Inania ſimulacra. Ovid. 3. Met. 668.
Lignea ſimulacra deorum. Ovid. 10. Met. 694.
Nitentia ſimulacra fragili cera. Juven. 12. Sat. 88.
Imbecilla ac mortalia vultus ſimulacra. Tacit. in vita Agric. 46.
Vaſta ferarum ſimulacra, Signa ſiderea. Ovid. 2. Met. 194.
Infelix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creuſæ. Virg. 2. Æn. 772. ubi Servius: Simulacra, ſunt Deorum; Umbræ, Inferorum; Animæ, quæ cælum petunt. Virg. 7. Æn. 19.

Multa modis ſimulacra videt volitantia miris.

Quicquid fictum & ſimulatum eſt, appellatur Simulacrum.
Simulacrum ac veſtigium civitatis, metaphoricôs pro Signo & nota. Cic. 10. Fam. 1. In qua nec Senatus, nec populus vim habet ullam, nec leges ullæ ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulacrum aliquod ac veſtigium civitatis. [i. e. Species reſidua.
Civilitatis particulæ ſimulacrum. Quintil. lib. 2. cap. 15. p. 182. Burm.
Simulacra animorum. Cic. pro Arch. 30. Statuas & imagines, non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe ſummi homines reliquerunt.
Simulacra virtutum. Cic. 2. de Finib. 110. Ergo in beſtiis erunt ſecreta a voluptate humanarum quædam ſimulacra virtutum: in ipſis hominibus virtus niſi voluptatis cauſa nulla erit?
Belli ſimulacra cientes. Lucret. lib. 2. 42.
Pugnæ ſimulacra. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Simulacrum oratoris. Cic. in Orat. 22. Atque utinam in Latinis talis oratoris ſimulacrum reperire poſſemus: eſſet egregium, non quærere externa, domeſticis eſſe contentos. Simulacrum vocat, Quod ad perfectæ eloquentiæ ſimilitudinem formatum ſit.
Simulacrum, pro Signo, & re viſa. Eucl. in Specularia Theor. 21. In convexis ſpeculis ſimulacrum ſpectans minus eſt. Item Theor. 22. In convexis ſpeculis a minoribus ſpeculis minora ſimulacra ſpectantur. [Sed hæc Euclidea Latina non ſunt.

SIMULTER, antique, pro Similiter. Plaut. Pſeud. 1. 3. 149.

Exoſſabo ego illum ſimulter itidem, ut murænam coquus. Sic Nonius 2. 780. legit. Al. Similiter.

SIMULTAS, ātis. f. [ἀπέχθεια, ἔχθρα, ἀντιπολιτεία, Gl. L. G.] Latens odium, inquit Valla in Raudenſem: Ea ſimultas plerumque intelligi contenta eſt, quum inimicitia opem ſe oſtendat. Plaut. Pſeud. 1. 3. 50.

Nam hic id metuit, ne illam vendat ob ſimultatem ſuam.

Simultas (inquit Feſtus) eſt Odium: dicta ex contrario, quia minime ſint odientes ſe ſimul. Poteſt & a Simulatione dicta exiſtimari, quia ſimulata loquuntur adinvicem.
Vetus atque antiqua ſimultas inter finitimos. Juven. 15. Sat. 33.
Accipere ſimultates. Cic. pro Lege Manil. 71. Ut multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas, intelligam, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles accepiſſe. Al. Suſcepiſſe.
Deponere ſimultatem. Cic. 2. Fam. 19.
Exercere ſimultatem. Cic. pro Flacc. 88.
Habere ſimultatem cum aliquo. Cic. pro Cluent. 80.
Intercedit ſimultas huic cum Curione. Cæſ. 2. Bell. Civil. 25.
Subire ſimultatem. Cic. pro Lege Manil.
Eſſe ſimultatem alicui cum aliquo. Cic. 8. Fam. 6.
Suſcipere ſimultatem. Cic. 1. Q. frat. 1. Ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus. conf. Accipere.

SIMUS, [Σιμός] Pictor. Plin. lib 35. cap. 11. Simus pinxit juvenem requieſcentem in officina fullonia, Quinquatrus celebrantem.
Simus [σιμὸς] herba eſt, de qua ſic Plin. lib. 22. cap. 22. Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit. Mures enecat caverna eorum ſimo præcluſa. Ulcera jumentorum ſimi radix tollit.

SIMUS, a, um. Adj [σιμὸς] Quod eſt preſſum. Plin. lib. 11. cap. 37. Et altior homini tantum, quem novi mores ſubdolæ irriſioni dicavere, naſus. Non alii animalium nares eminent. Avibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantum ad olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina, Simorum, Silonum. Virg. 10. Ecl. 7.

Dum teneræ attondent ſimæ virgulta capellæ. Martial. 6. 39.
Atque ille ſima nare, turgidis labris. [Gloſſ. Græcolat. Σιμός, Simus, Cilico. conf. SILUS. Suid. Σιμός, ὁ ... τῇ ῥινί. σιμὸς τὴν ῥῖνα. Idem. Γρυπός, ὁ καμπυλόρρις.

SIMULUS, a, um. Adj. diminut. Martial. lib. 5. 61.

Simulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret
Qui, Mariane, tuæ? ſimulus iſte quis eſt? Al. Criſpulus.

Simula, æ. f. V. Satyra in SATYRUS. Eſt & nom. proprium.

S I N

SIN, V. SI.
SINA, æ. f. Urbs Meſopotamiæ. Eo nomine etiam dictus eſt mons Petreæ Arabiæ. Quidam montem Sinai vocant. In N. T. Σινᾶ indecl. Juſtin. lib. 36. cap. 2. appellat Sinæum. Al. Synæ. Nomen habet e vepribus & dumetis quibus ſeptus eſt. Eſt enim Hebræis Senah, arbor ſpinoſa.
SINA, æ. f. [Σίναι Steph.] Aſiæ regio maxima & excultiſſima, cujus incolæ Sinæ, Σῖναι Steph. Limites habet, ab Occaſu Damaſios montes, quibus ab India extra Gangem & Tartaria ſeparatur; ab Septentrionibus Ottorocoram, & murum CCCC. mil. German. inter hujus crepidines contra Tartarorum (ſed fruſtra) irruptiones extructum: ab Ortu, Oceanum Sinenſem ſive Eoum; a Meridie, eundem Oceanum, & regnum *Tonquin*. V. Cluver. lib. 5. cap. 6. Vulgo vocatur *China*.
SINICUS, a, um. Adj. [Σινικὸς] Chinenſis.
SINADA, V. SYNNADA.
SINĀPE, vel SINAPI, n. vel SINAPIS, f. Indecl. [σίναπι Gl. L. G. & G. L.] Plurali caret. Herba quam Græci etiam Napi quaſi Naphi vocant; ut Athenæus interpretatur; quoniam acri, & proinde incommoda naturæ eſſe videtur. Sinapi vero dici putat, quia olfactu luminibus officiat. Plin. lib. 20. cap. 22. Sinapi cujus in ſativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum ſublime vis feratur, judicavit, quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret.
Sinapis, is. f. etiam legitur [σινάπις] Plaut. Pſeud. 3. 2. 28. Teritur ſinapis ſcelerata cum illis. Plin. lib. 19. cap. 8. Colum. 12. 55 pr. Semen ſinapis.
Sinape, is. n. Columel. lib. 11. cap. 3. Sinape atque coriandrum, nec minus erucam & ozimum, ſtre uti ſata ſunt, ſua ſede immota permanent. Al. Sinapi. Varr. 1. de R. R. cap. 59. Servare rapa conjecta in ſinape, nuces juglandes in arena. Vetus exemplar habet Confecta. Proinde Sinape accuſativus non eſt, ſed ablativus a nominativo Sinapis.
SINAPINUS, a, um. Adj. [σινάπινος] Dioſc. 1. 8. Oleum ſinapinum; quod & una voce σιναπέλαιον ibidem dicitur.
SINAPISMUS, i. m. [σιναπισμὸς] a v. σιναπίζω. Compoſitio medica ex ficubus & ſinapi, efficaciſſima ad morbos permultos. Cæl. Aurel. Chron. 3. 8. 112.
SINCERASTUM, V. SYNCERASTUM.
SINCĒRUS, a, um. Adj. [ἀκραιφνής, ἀκέραιος, εἰλικρινής, ἄδολος Gl. L. G.] propria Quod eſt integrum ſignificat: & cum c non t ſcribendum eſt, uti probat Voſſius in Etym. contra Vallam, qui per t contendit, ex σὺν compoſitionis parte deducens. Significat autem Incorruptum & non fucatum, i. e. quaſi Sine cera. Sic enim Donatus in Ter. Eun. 1. 2. 97. Sincerum, Purum, ſine fuco, & ſimplex, ut mel ſine cera. Plaut. Rud. 3. 4. 51.

Poſtea aſpicito meum, quando ego tuum inſpectavero,
Niſi erit tam ſincerum, ut quivis dicat ampullarius
Optumum eſſe opere faciendo corium, & ſinceriſſumum.

Corpus ſincerum, & ſine vulnere. Ovid. 12. Met. 100.
Genæ ſinceræ. Ovid. 3. de Arte Am. 202.
Membra ſincera. Lucret. lib 3. 717.
Truncus ſincerus. Ovid. de Nuce 35.
Sincerus, Incorruptus & immaculatus. Cic. 2. de Divin. 118. Quod licet exiſtimare in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non ſinceri fuiſſe. Hor. 1. Epiſt. 2. 55.

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. Plaut. Bacchid. 3. 4. 11. Sincera mens.

Porci ſinceri. Plaut. Men. 2. 2. 16. i. e. Puri.
Simplex & ſincerum. Cic. 10. Att. 6. Mirabilia multa, nihil ſimplex, nihil ſincerum.
Nihil eſt tam ſanctum atque ſincerum in civitate. Cic pro Quint. 5.
Sincerus, verus, Simulatus, & fucatus, contraria. Cic. de Amicit. 95.
Sanum, ſiccum ac ſincerum. Cic. de Clar. Orat. 208.
Fide ſincera agere. Liv. 29. 4.
Fortuna ſincera. Lucan ad Piſon. 242.
Judicium ſubtile & ſincerum. Cic. 15. Fam. 6.
Judicium prudens ſincerumque. Cic. in Orat. 25.
Laus ſincera. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 404.
Pronunciator ſincerus & grandis Thucydides. Cic. de Clar. Orat. 286.
Voluptas nulla eſt ſincera. Ovid. 7. Met. 453.
Conſervare aliquem ſincerum atque integrum. Cic. 13. Fam. 50. Si me e tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, ut M. Curium fartum & tectum, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumque conſerves.
Sonare ſincerum. Lucret. lib. 3. 886.

Scire licet non ſincerum ſonere, atque ſubeſſe
Cæcum aliquem cordi ſtimulum. i. e. Intelligere potes verba illius non ex animo, & vere dici. Perſ. 5. Sat. 25. Solidum crepare dixit. Eſt a vaſis fictilibus deſumpta locutio, quæ tinnitu cognoſcuntur ſintne ſolida & ſincera, an fracta & rimoſa.

SINCĒRE, Adv. [γνησίως, ἀκεραίως, ἀκριβῶς, Gl. L. G.] Pure & integre. Cæſ. 7. Bell. Gall. 20. Hæc ut intelligatis, inquit, ſincere a me pronunciari, audite Romanos milites.
Temperate, prudenter, & ſincere agere. Cic. 9. Att. 12.
Loqui ſincere. Cic. 3. Att. 25. Craſſi libertum nihil puto ſincere locutum.
SINCERĬTER, aliud Adv. Idem quod Sincere. Gell. lib. 13. cap. 15. Quas qui ſinceriter cupiunt.
SINCERĬTAS, ātis. f. [εἰλικρίνεια, ἀκεραιότης, Gl. L. G.] Puritas, integritas. Plin. lib. 31. cap. 7. Salinarum ſinceritas ſummam fecit ſuam differentiam.
Sinceritatem habere; i. e. Integritatem. Columel. lib. 4. cap. 26.
SINCINIA, æ. f. Sincinia (inquit Feſtus) eſt Cantio ſolitaria. [An Secinium?
SINCĬPUT, itis. n. [Ἡμίκρανον] quaſi Semicaput, inquit Phocas grammaticus: ſignificatque Partem capitis porcini conditam & ad edendum paratam: nam inter edulia annumeratur. Plin. lib. 8. cap. 51. Interdictaque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſincipitia verrina. Juven. 13. Sat. 85.

—comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, Pariōque madentis aceto.

Fumoſum ſinciput. Perſ. 6. Sat. 70.
Sinciput, Anterior pars capitis. Cornut. in Perſ. Sinciput anterior: occipitium, dicitur poſterior pars capitis.
Sunt qui ſcribunt Synciput littera Græca. [Perperam, quum vox haud dubie Latina ſit, contracta ex Semicaput. Gloſſ. Latinogræc. Simicipium, ἡμικέφαλον. Sinciput, ἡμικέφαλον. Græcolat. Ἡμικέφαλον, Sinciput.
SINDA, æ f. [Σίνδα] Oppidum Lycaoniæ in confinio Galatiæ, atque Cappadociæ, teſte Plin. lib. 5. cap. 27. [Immo Synnada.
Stephanus Sindam aliam in India collocat ad ſinum magnum a Sindis populis habitatam.
SINDI, [Σινδοὶ] ſunt Populi Mæotidis. Strab. lib. 11. & Steph.
SINDON, ŏnis. f. [σινδὼν] Velum ſubtiliſſimum, linteum. Martial. lib. 4. 19.

Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.

SĬNE, [ἄνευ, χωρὶς Gl. L. G.] Præpoſitio ſemper ſeparativa, ſignificat Abſque. Ter. Heaut. 2. 3. 47. Sine auro tum ornatam.
Sine adfectione, ἀπαθῶς, ἄστοργος. Gloſſ. Latinogræc.
Sine delectu. Ulp. in l. 1. §. 1. D. de poſtulando.
Sine dubio. Pomp. in l. Liber homo. D. de acquir. rer. domin.
Sine intermiſſione, ἀδιαλείπτως, χωρὶς ὑπερθέσεως, Gloſſ. Latinogræc.
Sine liberis, ἄπαις. Gloſſ. Latinogræc.
Sine ſtudio, ἀφιλότιμος, Gloſſ. Latinogræc.
Sine ulla varietate, ἄνευ ποικιλίας τινὸς, ἀναμφισβητήτως. Gloſſ. Latinogræc.
Sine cortice nare. Hor. 1. Serm. 4. 120.

— ſimul ac duraverit ætas
Membra, animumque tuum, nabis ſine cortice. i. e. Citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges ac moderabere. Acron proverbii admonet, putat metaphoram mutuo ſumptam a juvenibus, qui quum primitus nare diſcunt, corticibus aut ſuberibus ventri ſubligatis natant: deinde exercitatiores, citra hujuſmodi adminicula natare incipiunt.

Sine rivali amare, Proverbiali tranſlatione in eos aptabitur, qui ea magni faciunt,

faciant, aut magnopere expetunt, quæ nemo alius magni admodum æſtimet. Utitur Cic. 3. Q. frat. 8. Hirrus auctor fore videtur. ô dii quam ineptos, quam ſe ipſe amat ſine rivali!

SIGA, [Σίγα] Palladis nomen apud Phœnices, cujus nominis ſimulacrum Thebis Cadmus conſtituit, ut docet Pauſanias. [Σίγα, vel potius Σίγα, ut vult Sylburg. V. in Bœot. p. 291. Wech.

SIGÆ, Indici populi apud Plin. lib. 6. cap. 20.

SINGARA, æ. f. [Σίγγαρα] Arabiæ urbs, Rhetanorum caput. Plin. lib. 5. cap. 24.

SINGULARIS, V. infra SINGULUS.

SINGULTUS, ûs. m. [λύγξ, λυγμὸς Gl. G. L.] dicitur quoties ſpiritus vacans ab humore, in loco ſpiritui deputato retinetur: hic enim dum emittitur, nec poteſt erumpere, & diſtentionem inducit, quæ appellatur ſingultus. Tribuunt oratores & poetæ ſæpe flentibus, quorum vox crebro quaſi ſingultu interrumpitur. Cic. pro Planc. 76. Non modo lacrimulam, ſed multas lacrimas, & fletum cum ſingultu videre potuiſti. Ovid. Rem. Amor. 598.

Ruptaque ſingultu verba loquentis erant.

Ciere ſingultus. Catul. Argon. 65. 131.

Frigidulos udo ſingultus ore cientem.

Coarctans membra ſingultus. Lucret. lib. 6. 1158.
Concutiente ſingultu ſonant ora. Ovid. 3. Amor. 9. 12.
Frequens ſingultus corripit nervos. Lucret. lib. 6. 1158.
Impediente ſingultu medios ſonos. Ovid. 1. Triſt. 3. 42.
Longis ſingultibus ilia pulſat. Virg. 9. Æn. 416.
Tendere ilia ſingultu. Virg. 3. Georg. 507.
Crebris quaſi ſingultibus ſiſtunt quod effundunt ampullæ. Plin. 4 Epiſt. ult.
Singultus, de gallinis. Columel. lib. 4. cap. 11. Reducuntur ad villam, perſequentes, ut dixi, nutricis ſingultus. Idem lib. 8. cap. 5.

SINGULTIO, ivi, itum, [λύζω, Gl. L. G.] Ire. Singultum emittere. Plin. lib. 23. cap. 2. Nec ſingultientibus, nec ſi cum febre dyſpnœa ſit, &c.

SINGULTIENS, entis. Partic. ut, Singultiens gallina. Columel. lib. 8. cap. 11.

SINGULTO, âre. [λύζω, ..., Gl. L. G. & G. L.] Idem. Sidon. 2. Epiſt. 2. Vis undæ ferventis ſingultat.

Active, pro Emittere cum ſingultu. Stat. 5. Theb. 260.

— trepidas in limine vitæ
Singultant animas. conf. Partic. ſeq.

SINGULTANS, antis. [λύζων] Partic. Qui frequentes ſingultus emittit, ut fere nunquam ſolus ſingultus auditus: apud Quintil. lib. 12. cap. 7. Virg. 9. Æn. 333.

Tum caput ipſi aufert domino, truncumque relinquit
Sanguine ſingultantem. i. e. Cum ſingultu animam efflantem, ut ait Servius.

Singultans animam. Ovid. 5. Met. 134. &c. i. e. Animam cum ſingultu exhalans.

SINGULTĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. Ovid. 3. Triſt. 5. 16.

Brachiaque accepi preſſo pendentia collo,
Et ſingultatis oſcula miſta ſonis. h. e. Cum frequenti ſingultu emiſſis.

SINGULTIM, Adv. [μετὰ λυγμοῦ] Hor. 1. Serm. 6. 56.

Ut veni coram, ſingultim pauca locutus. Eſt autem Singultim loqui, Sermone interrupto, & veluti voce identidem compreſſa loqui: quod uſu venire ſolet verecundis & timidis natura. Talem autem locutionem, ἰσχνοφωνίαν vocant Græci, non ἰσχοφωνίαν, quæ eſt vocis gracilitas. Lambinus. [Immo poſterius nuſquam reperitur, & prius utramque ſignificationem recipit.

SINGŬLUS, a, um. frequentius pl. SINGULI, æ, a. [ἕκαστος, καθ' ἕνα, καθ' ἕν. Gl. L. G.] quaſi Sine angulo: quod ea quæ unica ſunt nequeant conſtituere angulum. Dicitur autem Singulum, Unum quodque per ſe, h. e. ſeparatum ab aliis. Plaut. Ciſt. 4. 2. 29. Atat ſingulum video veſtigium. h. e. Unum tantum, vel unius tantum hominis. Cic. 3. de Orat. 209. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an judices, frequentes, an pauci, an ſinguli. Idem in Orat. 224. Sæpe ſingulis utendum eſt, plerumque binis, & utriſque addi pedis pars poteſt, non fere ternis amplius.

Luſtrare ſingula. Virg. 1. Æn. 457.
Pandere ſingula ordine. Virg. 6. Æn. 723.
In ſingulis annis. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Sol binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit.
Singulis diebus. Cic. 2. de Nat. Deor. 88. Quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus. Idem pro Muren. 25. Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit.
In ſingulos dies. Cic. 5. Att. 7. Quotidie, vel potius in dies ſingulos, breviores litteras ad te mitto. Et 1. in Catil. 5. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.
In ſingulos annos. Cic. 4. Verr. 126. Lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis ſacerdotem ſortito capi jubeat. Item 6. Att. 3. Scaptius centeſimis renovato in ſingulos annos fenore contentus non fuit.
Verba inter ſingula fudit lacrimas. Virg. 3. Æn. 348.

SINGULĀRIS, e. Adj. [μοναδικὸς Gl. L. G.] Quod eſt unicum. Plin. lib. 28. cap. 10. Democritus etiamnum affectus auget ejus, qui ſingularis natus ſit.
Certamen ſingulare, Prælium ſingulare. V. ſuis locis. [Gloſſ. Latinogræc. Singularis, μονομάχος, ἀντίπαλος. An ἀρχίερος? Certe tollenda diſtinctio eſt. Videtur is intelligi, quocum nullus in arenam audet deſcendere. Al. Gl. Singularis, Μοναχὸς. Sic & Gr. Lat. item μονογενής.
Pugna ſingularis. V. PUGNA.
Verbis ſingularibus gratias agere, h. e. Quæ unum tantum, non etiam plures complecterentur. Cic. 4. in Catil. 5. Primum quod mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis, & mea virtute atque diligentia perditorum hominum patefactam eſſe conjurationem decreviſtis. [Immo Singularibus, Non vulgaribus, ſed exquiſitis. V. infra.
Rota ſingulari fluctum ſecans. Sen. Troad. 11. i. e. Unica.
Singulares milites vocat Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 26. Qui ab aliis ſeparati ſunt. Ubi ex litore aliquos ſingulares ex navi egredientes conſpexerant.
Singulares, pro Singulis. Cic. in 1. Acad. 26. Quintum genus eſſe dicunt, a quo aſtra ſunt, menteſque ſingulares. i. e. Singulæ, vel ſingulorum. Nizolius.
Singularia in te quædam. Cic. 5. Verr. 206. Sunt quædam omnino in te ſingularia, quæ in nullum alium hominem, neque dici, neque convenire poſſunt: quædam tibi cum multis communia.

Singularis, [διάφορος] Accipitur aliquando pro Excellenti: & tam in malum quam in bonum ſumitur. Cic. pro Sull. 35. Me ſingulari immanitate & crudelitate præditum. Idem 4. Verr. 13. Quo facilius de ſingulari ejus impudentia exiſtimare poſſitis. Sic pro Cluent. 56. Singulare ſcelus. Et 5. de Finib. 56. Homines, neſcio quos, ſingulari nequitia præditos.
Singularis in. Cic. 4. Acad. 132. Omitto per ipſum Ariſtotelem, meo judicio in philoſophia prope ſingularem. [i. e. Unicus, Incomparabilis.

SINGULARIS, ſubſt. Gloſſ. Græcolat. Μονὰς, Singularis, Unio.

SINGULĀRIUS, a, um. Adj. antiquum. Plaut. Capt. 1. 2. 3.

His indito catenas ſingularias. h. e. Singulis catenam unam.

Utitur & Caſſiodorus lib. 11. Varr.
Homo ſingularie velocitatis. Gell. 9. 4. V. Non. 8. 60.

SINGULARIA, pro Singulariter, quaſi Unica, teſte Chariſ. lib. 2. p. 195.

SINGULARĬTER, Adv. [ἰδίως Gl. L. G.] Magnopere, mirum in modum. Plin. 3. Epiſt. 5. De vita Pomponii Secundi duo: a quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus explevit. Cic. 4. Verr. 117. Quem ego in Prætura mea ſingulariter dilexiſſem.
Singulariter & mirari & diligere aliquem. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum. [Quod & Unice dicitur.
Singulariter declinari, i. e. Numero ſingulari. Chariſ. lib. 1. Sunt quædam, quæ ſingulariter quum declinentur, in pluralibus mutant genera: Hic locus, pluraliter Hæc loca, & Hi loci. Tale eſt illud Ulpian. in l. 2. D. Quod falſ. tutor. Item hoc adictum, licet ſingulariter ſcriptum ſit, ſi tamen plures intervenerint, qui tutores non erant, locum habere Pomponius ſcribit.
Singlariter, pro Singulariter, per ſyncopen. Lucret. lib. 6. 1065.

Quæ memorare queam inter ſe ſinglariter apta.

SINGULARĬTAS, ātis. f. Tertul. adv. Gnoſt. cap. 10. Salva & proprietate generis & ſingularitate.

SINGULĀTIM, Adv. [καθ' ἕκαστον, Gl. L. G.] Unumquodque per ſe. Cæcilius, apud Non. 2. 820. Primum malo publico ſingulatim gratias agere. h. e. Unicuique ſeparatim. Cic. 1. Verr. 71. Utea, quæ ſingulatim, ac diu, collecta ſunt, uno tempore univerſa perdamus.
Singulatim unicuique reſpondere. Cic. 1. Verr. 50.
Singulatim de unoquoque genere in ſecundo libro dicemus. Cic. 1. de Invent. 49.

SINGILLATIM, ſive SINGILLATIO, [καθ' ἕκαστον Gl. L. G.] aliud Adv. Idem. Cic. 5. Tuſc. 94. Hæque voluptates ſingillatim extenuantur. Idem 7. Verr. 148. Quærit ex his ſigillatim, quot quiſque nautas habuerit. Et 6. 76. Sigillatim unicuique calamitati fore ſe denuntiabat, univerſam ſe funditus everſurum eſſe civitatem minabatur. Ter. Phorm. 5. 9. 43.

— quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singillatim qualis in iſtum fuerim? Al. Singulatim.

Singillatim, & Generatim ſive Univerſe; contraria. Cic. 7. Verr. 142. Nam quid ego de ceteris civium Rom. ſuppliciis Sigillatim potius, quam generatim atque univerſe loquar?
Singillatim noſtrum unuſquiſque movetur. Lucil. apud Non. 2. 820.

SINGULATOR, ōris. m. ..... Gloſſ. Latinogræc.

SINISTER, tra, trum. Adj. [ἀριστερὸς, Gl. G. L. ....., ... L. G.] Quod ad ſiniſtram eſt: ut, Siniſtrum cornu. Liv. 3. 70.
Cubitus ſiniſter. Ovid. 3. de Pont. 3. 11.
Lateri ſiniſtro affixus. Virg. 10. Æn. 160.
Pars ſiniſtra murorum. Virg. 9. Æn. 468.
Siniſtrum ſoli. Columel. lib. 1. cap. 5. Fere peſtilens habetur quod eſt remotum ac ſiniſtrum ſoli, & apricis flatibus.
Compar. cum ſignif. Poſitivi. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit: ſi femina, in ſiniſteriorem. Galb. ad Cic. 10. Fam. epiſt. 30. Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius.
Rota ſiniſterior. Ovid. 2. Met. 139.
Siniſtrum, quantum ad augurium pertinet, ſignificat Proſperum. Plaut. Pſeud. 2. 4. 72.

Omnes ordines ſub ſignis ducam, legiones meas,
Avi ſiniſtra, auſpicio liquido, atque ex ſententia. Cic. 3. de Legib. 9. Iſque ave ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto. Idem 2. de Divin. 82. Quanquam haud ignoro quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere, etiamſi dextra ſint: ſed certe noſtri ſiniſtrum nominaverunt, externi dextrum.

Siniſtrum auſpicium, Lætum, proſperum, felix: At ſilentium dubii duntaxat vacat vitio. Igitur ſilentio ſurgere cum dicitur, ſignificat non interpellari, quo minus rem gerat. Ad ſiniſtrum hortari quoque auſpicia ad agendum, quod animo quis propoſuerit. Feſt.
Siniſtra, meliora quæ ſint auſpicia, quam quæ Dextra, declarat Varro lib. 5. Epiſtolicarum quæſtionum, his verbis, A deorum ſede quom in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partem mundi Exorientes, ad dexteram Occidentes, factum arbitror ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextera eſſe exiſtimentur. Idem fere ſentiunt Sinnius Capito & Cincius. Feſtus. Virg. 9. Ecl. 15.

Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix. [Ubi peculiaris ratio eſt de cantu ſiniſtro Cornicis. V. Cic. 1. de Div. 12. & 84. Phæd. 3. 18.

Tonitrus ſiniſtri. Ovid. 1. Triſt. 8. 49.
Siniſter, a, um. [ἐπίδεξιος. Gl. L. G.] Adverſum, noxium: quòd quæ ſiniſtra manu fiunt, minus recte fieri videmus. Virg. 1. Georg. 445.

Arboribuſque, ſatiſque Notus, pecorique ſiniſter. Plin. 7. Epiſt. 28. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiam conferent. Idem 1. Epiſt. 9. Nemo me apud quenquam ſiniſtris ſermonibus carpit.

Aves ſiniſtræ. Ovid. 2. Epiſt. 115.
Fama ſiniſtra. Tacit. 6. Ann. 32.
Hora. Ovid. 21. Epiſt. 68.

Et fuit ad cœptas hora ſiniſtra vias.

Liberalitas ſiniſtra. Catul. 27. 15.
Omen ſiniſtrum. Ovid. 13. Epiſt. 49. conf. LÆVUS.

SINISTRA, æ. f. [ἀριστερὰ] Manus læva dicitur: a Sino, ſinis, quod gerere nos dextra manu, quæ aptior eſt, ſinat.
Infirma ſiniſtra. Ovid. 3. Faſt. 869.
Siniſtre, pro Ea parte quæ verſus manum ſiniſtram eſt. Cic. 1. de Divin. 84. Cur a dextra corvus, a ſiniſtra cornix faciat ratum. Idem 16. Philipp. 12. Aſpicite a ſiniſtra.
Ad ſiniſtram. Plaut. Merc. 5. 2. 39.

SINISTRA, Adv. [ἐν ἀριστερᾷ] pro A parte ſiniſtra. Cic. 4. Acad. 125. Et quum in uno mundo ornatus hic tam ſit mirabilis, innumerabilis, ſupra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, &c.

Sinistre, Adv. [κακῶς] ut, Accipere cædem ſiniſtre. Tacit. 1. Hiſt. 7. i. e. In malam partem.
Exceptus ſiniſtre. Hor. in Arte Poet. 452. i. e. Contrarie. Acron.

Siniſtĕrĭtas, ätis. f. [σκαιότης] Plin. 9. Epiſt. 5. ad Tironem, Plerique autem dum verentur, ne gratiæ potentium nimium impertire videantur, ſiniſteritatis atque etiam malignitatis famam conſequuntur. i. e. Aſperitatis: quia nimium ſeveri in potentes provinciales ſe gerunt.

Siniſtrorſus, Adv. Lactant. 3. 6. Omnes, qui ſe in alteram partem inclinaverunt, aut dextro aut ſiniſtroverſus ceciderunt.

Siniſtrorſum, aliud Adv. [ἐπ' ἀριστερά] Verſus ſiniſtram. Apud Feſtum Siniſtroſus etiam legitur. Cæſ. 6. Bell. Gall. 24. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis a flumine regionibus.
Siniſtrorſum, cui opponitur Dextrorſum. Hor. 2. Serm. 3. 50.
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit.

Siniſtĭmus, a, um. Adj. veteres uſurpaſſe docet Feſt. in Siniſtræ aves.

Sinnaca, n. pl. [Σίνναχα] Meſopotamiæ civitas eſt, in qua Surena Parthorum imperator Craſſum dolo captum interemit. Strabo lib. 16.

Sĭno, sivi, situm, [ἐάω Gl. L. G.] ĕre. Permittere. Ter. And. 1. 1. 126.
Sine nunc meo me vivere interea modo. Ibid. 5. 3. 30. Sine te hoc exorem. a. ſino.
Sine ut veniat. Ter. Ad. 3. 5. 16.
Sed paululum ſine ad me ut redeam. Idem Eun. 4. 6. 1.
Sineris, Paſſus fueris; ἀνασχεθῇς. Gloſſ. Latinogræc.

Sinor, situs ſum. Paſſ. Cic. pro P. Sext. 95. Accuſare eum moderate, a quo ipſe nefarie accuſatur, per Senatus auctoritatem non eſt ſitus.

Sĭtūrus, a, um. Partic. Cic. 2. Q. fr. 3. Cato concionatus comitia haberi non ſiturum.

Sĭnon, ōnis. m. [Σίνων] Inſignis proditor apud Virgilium. De quo Servius, Autolycus quidam fur fuit, qui ſe varias formabat in ſpecies. Hic habuit liberos, Siſyphum, unde natus eſt Sinon: & Autolycum, unde Ulyſſes. Conſobrini ergo ſunt: nec immerito Virgilius Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officium, ne multum diſcedat a fabula: quia ſecundum Euphorionem Ulyſſes hoc fecit. Hæc Servius, enarrans hunc locum Virg. 2. Æn. 79. — nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.
Perjurus Sinon. Virg. 2. Æn. 195.

Sinonia, æ. f. Inſula Corſicæ ultra Tiberina oſtia, in Antiano. Plin. lib. 3. cap. 6.

Sĭnōpa, æ. f. [Σινώπη] Urbs Ponti, Cynici Diogenis patria, Gymnaſio olim clariſſima fuit, & rubrica Sinopica cognominata celebris. Cicero in orat. pro Lege Manil. 21. haud obſcure indicat in Sinope & Amiſo, Mithridatis olim domiciliis fuiſſe omnifariis rebus ornatiſſima refertiſſimaque. De Sinope item Strabo lib. 12. Olivarius in ultimo cap. lib. 1. Melæ dicit eam hodie vocari *Sinopi*.
Magna Sinope. Valer. 5. Argon. 108.
Opima Sinope. Valer. 5. Argon. 109.
Sinope etiam Sinueſſa olim dicta. V. sinuessa.

Sĭnōpeus, a, um. triſyllabum, [Σινωπεύς] Qui eſt ex Sinope. Ovid. 1. de Pont. 3. 66.
Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus. De Diogene.
Male Deſpaut. dicit Sinopeus eſſe viri nomen. H. St. [Puto Sinope reliquiſſe Naſonem.

Sĭnōpis, idis. f. [σινωπίς] Color quidam nativus ſeu rubrica. Plin. lib. 35. cap. 6. pr. Naſcuntur ſinopis, rubrica, parætonium, melinum, eretria, auripigmentum. Et p. n. Sinopis inventa eſt primum in Ponto, inde nomen a Sinope urbe. Naſcitur & in Ægypto, Balearibus, Africa: ſed optima in Lemno & in Cappadocia, effoſſa & in ſpeluncis. Quæ ſaxis adhæſit, excellit. Glebis ſuus color, extra maculoſus: hacque uſi ſunt veteres ad ſplendorem. Species ſinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras X. 111 denarii. Uſus ad penicillum, aut ſi lignum colorare libeat. [Gloſſ. Græcolat. Σινωπίς, Miltum. V. in hoc dict.
An Cinnabari, ut dicit Euſeb. præfatione ante Canones, Σινωπίδι κιννάβαρι? H. St.

Sĭnōpĭcus, a, um. Adj. [σινωπικός] Sinopicam rubricam vocat Philand. in Vitruv. lib. 7. c. 7. de qua Strabo lib. 12. ſic ſcribit, In Cappadocia naſcitur ea quæ ſinopica rubrica dicitur, omnium optima, quæ cum Iberia decertat. Idcirco ſinopica appellatur, quod eam mercatores eo deferebant, prius quam Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

Sinopica, æ. f. Rubrica. Vide Deſpauter. 549. ex Vitruvio & Hieronymo.

Sinotium, Urbs Dalmatiæ. V. in salo.

Sinti, Populi Thracum, qui Samum inſulam habitarunt, quos & Saios nominarunt. V. Strabo lib. 10. & in dictione saii.

Sĭnŭeſſa, æ. f. [Σινούεσσα, Σινόεσσα] Civitas mediterranea Campaniæ, vino nobilis, quod Sinueſſanum dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5. Oppidum Sinueſſa, extremum in adjecto Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam. Liv. 10. 21. In ſaltu Veſtino, Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde a Romanis colonis appellata. Strabo lib. 5. Sinueſſa in Setino ſita eſt ſinu, a quo nomen vendicat. Ei proximæ calidæ ſunt balneæ ad ægritudines quaſdam accommodatiſſimæ. Hor. 1. Serm. 5. 40.
Tepens Sinueſſa. Sil. lib. 8. 529.

Sinueſſānus, a, um. Adj. [Σινουεσσανός ἢ Σινοεσσηνός] Hor. 1. Epiſt. 5. 5.
Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum. V. petrinus.

Sinuo, Sinuoſus. V. sinus.

Sĭnus, ūs. m. [κόλπος Gl. L. G. & G. L.] dicitur Pars illa corporis, quæ eſt intra pectoris brachiorumque complexum, inquit Valla, & tunc si corripitur, teſte Servio.
Tepidus ſinus. Ovid. 3. Epiſt. 114.
Abſtrahere ſinu vel gremio. V. abstraho.
Complecti ſinu. V. complector.
Fovens nepotem blando ſinu. Sen. Troad. 22.
Fovere dextram ſinu. Ovid. 1. Amor. 4. 5.
Ferre. Ovid. 20. Epiſt. 48.
Inque tui cupido rapta ferere ſinu.
Geſtare. Ter. Adel. 4. 5. 76.
Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? [Metaphora proverbialis. Sic in ſinu habere. V. Eraſm.

Sinus, in veſte pro Lacinia, quæ ſub humero dextro miſſa ad lævum recurrebat, & oblique, tanquam balteus, ducebatur. Suet. in Jul. Cæſ. cap. 82. Toga caput obvolvit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit. Erat autem ſinus, pars quædam laxior, & tanquam excurrens in dextra lacinia veſtis, ut cum corpus toga amictum involutumque eſſet, a dextra in ſiniſtrum humerum rejiceretur, & e ſiniſtro humero in brachium plerumque deſcenderet, aut ſtatim principio brachio ſiniſtro exciperetur, aut ipſum involveret. Tum enim ſic ſibi togam injiciebant, ut & in humerum ſiniſtrum ſibi ſinum rejicerent: quem Julius Cæſar, cum ſibi moriendum videret, ne quid a corpore renudaretur inhoneſta, deduxit ad crura ſiniſtra manu, qua eum fortaſſe tum gerebat. Id autem quod diximus eſſe ſinum, oſtendamus e Quintiliano, cujus hæc verba ſunt lib. 11. c. 3. p. 1028. Burm. Illud vero non ferendum, quod quidam, rejecta in humerum toga, cum dextera ſinum uſque ad lumbos reduxerunt, ſiniſtra geſtum facientes, ſpatiantur & fabulantur. Hic Quintilianus illos improbat, qui ad lumbos uſque ſinum reducunt, rejecta in humeros illa parte togæ. Nam non debet tam alte deſcendere ſinus, neque tam deprimi, ut ad lumbos detrahatur. Iterum p. 1030. Nam veteribus nulli ſinus: perquam breves poſt illos fuerunt. De veterum togis loquitur, quæ eam non habebant laxitatem ultra humeros exſpatiantem. Rurſum p. 1035. Dextera, quum jam incipiendum erit, paulum prolata ultra ſinum, geſtuque modeſtiſſimo. Hic ſinum vocat quicquid veſtis ante pectus natat, brachioque vel humero innitat. Nam ultra eum ſinum humero & brachio lævo injectum, paulum proferenda dextra eſt. Rurſum p. 1032. Sinum vero in dextrum humerum ab imo rejicere ſolutum ac delicatum. Romanorum moribus erat ſoluti & deliciis diffluentis ſinum, qui in ſiniſtrum humerum rejici ſolebat, in dextrum rejicere. Ex Turnebo. [Non minus autem muliebri, quam virili veſti tribuitur, ſicut & in ſtatuis ac nummis expreſſum cernitur. V. Oiſel. Tab. tab. 73. 74. 75. ubi Liberalitatis effigies ſoluto ſinu exhibetur.

Diſſutus ſinus. Ovid. 1. Faſt. 408.
Altera diſſuto pectus aperta ſinu. i. e. Veſte.
Enormes ſinus, Veſtes laxiores. Stat. 2. Silv. 1. 131.
Lacer ſinus. Ovid. 15. Epiſt. 122.
Laxo ſinu ferre nuces. Hor. 2. Serm. 3. 172.
Onerato ſinu portare aliquid. Sen. Hippol. 10.
Purpurei ſinus, Veſtes. Ovid. 14. Epiſt. 52.
Facere ſinum. Ovid. 1. Amor. 14. 26.
Ut fieret torto flexilis orbe ſinus.
Ex toga facere ſinum. Liv. 21. 18. extr. Tum Romanus, ſinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum & pacem portamus, utrum placet ſumite. Sub hanc vocem haud minus ferociter, Daret utrum vellet, ſuclamatum eſt: & quum is iterum, ſinu effuſo, Bellum ſe dare dixiſſet. h. e. Excuſſa toga, quam in ſinum collegerat. Budæus.
Rumpere ſinum. Ovid. 10. Met. 722.
Solvere ſinus. Catul. in Epithal. Juliæ 59. 53.
Subducere ſinum bonis. Sen. Thyeſt. v. 429.
Quæ cauſa cogit, genitor, a patria gradum
Referre viſa? cur bonis tantis ſinum
Subducis? i. e. Cur ſinum ſubtrahis tantis bonis, quæ tibi offeruntur, nolens eis frui?
Subſtringere ſinus veſte remiſſa. Sen. Troad. 2.

Sinus, pro ipſis Præcordiis. Ovid. 5. Epiſt. 37.
Attoniti micuere ſinus: gelidusque cucurrit,
Ut mihi narraſti, dura per oſſa timor.

Sinus pro Mamma. Propert. 4. 4. 70.
Illa ruit, qualis, celerem prope Thermodonta,
Strymonis abſciſſos fertur aperta ſinus.

E, vel De ſinu alicujus eſſe dicimus, quos ex intima familiaritate volumus intelligi. Cic. 3. Verr. 27. Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent. Ibid. 4. Qui e Chelidonis ſinu in provinciam, profectus eſſet. Idem 2. in Catil. 22. De ejus delectu, immo vero de complexu ejus ac ſinu. Eraſmus.

In ſinu ſuo habere. Scævola in l. Qui teſtamentum D. de probation. Titio centum do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cavi, quod omnem fortunam & ſubſtantiam, ſi quam a matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine ulla cautione. In ſinu meo dixit, pro in occulto, & penitus apud me & in poteſtate mea. Cic. 2. Q. frat. 13. pr. Mihi crede, in ſinu eſt; neque ego diſcingor. Ac ſi diceret, In poteſtate habeo: neque periculum eſt ut imprudenti mihi, vel immemori, excidat. Vel, In ſinu, hoc eſt in occulto: neque periculum eſt ut indicio meo excidat. Budæus. [In ſinu, Togæ ſcil. unde ſubjicit, Neque ego diſcingor, alludens ad Cæſaris cinctum fluxiorem. Innuit enim Pompejum ſibi cariorem eſſe, quam Cæſari fuerit, a quo ſe diligi falſo putarat. Exponendum enim ut Eraſmus vult, non ut Budæus. Sed locus alter ex 3. Verr. 4. ad libidinem potius Verris pertinet.

In ſinu alicujus deflere. Plin. 2. Epiſt. 1. Neceſſe eſt tanquam immaturam mortem ejus in ſinu tuo defleam.

In ſinu gaudere, eſt Tacitam apud ſe voluptatem ſentire. V. gaudeo.

Soluto ſinu. Budæus, Sinus pro Copia ponitur. Seneca, Non recipit ſordidum virtus amatorem: ſoluto ad eam ſinu veniendum eſt. i. e. Plena liberalitate & copia effuſa.

Sinus, pro Tutela & præſidio. Plin. in Paneg. cap. 56. Geſtus (conſulatus) non in hoc urbis otio & intimo ſinu pacis [i. e. Ubi omnia pacata.
Confugit in ſinum tuum concuſſa Reſp. Idem ibid. c. 6. i. e. In præſidium.
Sinus urbis. Salluſt. in Catil. cap. 52. Alii intra mœnia, atque in ſinu urbis ſunt hoſtes. [i. e. In media Urbe.

In ſinum ipſius ſinum inſpue, dicimus alicui, tanquam admonentes ut domeſticorum malorum recordatione, deſinat arrogantius inſectari vitam alienam. Idem antiquis fieri ſolitum, colligi utcunque poteſt ex verbis Plinianis, qui lib. 28. cap. 4. ſcribit hunc in modum, Veniam quoque a diis ſpei alicujus audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. Idem in eodem capite ſcribit ex auctoritate Salpæ, torporem ſedari cujuſcunque membro inſtupente, ſi quis in ſinum exſpuat. Quorum utrumque non prorſus abhorret a noſtro vulgato proverbio. Siquidem qui carpit aliena, ſpe quadam improba peccat, quaſi ſperet ſibi nihil ſimile a quoquam approbari poſſe, quum nemo ſit qui non aliquo vitio tenteatur. Eraſmus. [V. Broekh. ad Tibull. 1. 6. extr.

Sinus, per translationem vocantur Litora, quæ curva ſunt ad ſimilitudinem ſinus, quæ Maris brachia Juniores appellarunt. Plin. lib. 12. cap. 20. Tylus inſula in eodem ſinu eſt. Virg. 11. Æn. 606.
— extremamque ſinu perfudit arenam. Servius, Curvatione

vatione & flexu undarum. Sinus igitur, ſunt Flexuoſi litorum anfractus: excavati maris in terram receſſus: terra ſpatioſe in mare excurrens: curva litora, mare quaſi brachiis amplectentia. Quod in fluminibus vocant cornua, hoc in mari ſunt ſinus, terræ videlicet in fretum excurrentes. V. Plin. lib 3 cap. 3.
Ater ſinus Adriæ. Hor. 3. Carm. 27. 19.
Perſicus ſinus. V. Perſicus, in PERSIA.
Orbis extremi ſinus. Virg. 2. Georg. 123.
Anguſtus ſinus. Virg. 2. Georg. 76.
Curvi ſinus. Stat. 6. Theb. 217.
Falcatus ſinus. Ovid. 2. Epiſt. 131.
Gelidi ſinus. Ovid. 1. de Pont. 9. 58.
Immenſo ſinu labitur amnis. Sen. Herc. fur. 9.
Monſtriferos agit unda ſinus. Lucan. lib. 5. 620.
Profundus ſinus. Sen. Troad. 6.
Reductos in ſinus unda ſe ſcindit. Virg. 4. Georg. 420. Et 1. Æn. 165.
Vadoſi ſinus, Aquarum flexiones. Sen. Troad. 10.
Vaſtus ſinus. Virg. 4. Georg. 368.
Laxant arva ſinus, Zephiri tepentibus auris, Terræ viſcera calore ſolvuntur. Virg. 2. Georg. 331.
Sinus ulceris, Cavitas, Apertura. Celſ. lib. 5. cap. 28. Sequitur enim ſub medicamentis erodentibus cruſta, undique a vivo carne diducta, quæ trahit ſecum quicquid corruptum erat, puruſque jam ſinus curari poteſt implentibus.
Imus ſinus exitum habeat. Celſ. lib. 7. cap. 2.
Late ſe ſinus ſuffundit. Celſ. lib. 7. cap. 2.
Sinus, Concavitas oculorum, ſcilicet palpebræ, ubi lacrimarum conceptacula ſunt, propter quandam ſimilitudinem. Virg. 4. Æn. 30.
Sic effata, ſinum lacrimis implevit obortis. Ex Servio. [Immo Sinum pectoris. Sic Ovid. Epiſt. 8. 62.
Sinus, Velum quod ventis flantibus curvatur, & ſinum facit. Juven. 1. Sat. 150.
Totos pande ſinus. Ovid. 3. de Arte Am. 500.
Planaque curvato pandere vela ſinu.
Crepantes ſinus carbaſei. Virg. 11. Æn. 775.
Obliquat ſinus in ventum. Virg. 5. Æn. 16.
Sinus, in Caſſibus & plagis venatorum, a Gratio in libro de Venatione nominatur v. 33. his verbis:
Ingrati majora ſinus diſpendia ſument. Plin. lib. 11. cap. 24. Atque ut in plagis lineæ offenſæ præcipitant in ſinum. Martial. lib. 13. 101.
Pulcher adeſt onager: mitti venatio debet
Dentis Erythræi: jam removete ſinus.
SĪNUS, i, m. vel SINUM, i, n. [δῖνος] Vaſis genus ventris tumidioris & rotundioris formæ. Virg. 7. Ecl. 33.
Sinum lactis & hæc te liba, Priape, quotannis
Exſpectare ſat eſt. Idem nomen & in Plaut. Curc. 1. 1 82. exſtat.
A Græco δῖνος deflaxiſſe doctos eſt Turneb. Adverſ. 1. 16. [V. Varr. L. L. 4 24.
SINUŌSUS, a, um. Adj. [κολπώδης] Quod habet multos ſinus, ut Mare ſinuoſum, Vela ſinuoſa, quæ ſinus, id eſt curvationes faciunt. Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp. 179. —ſinuoſa draconum.
Membra tegens. i. e. Flexuoſa. Plin. lib. 11. cap. 37. Cor prima domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. [Utrumque falſum.
Æquora ſinuoſa. Valer 3. Argon. 277.
Arcus ſinnoſus. Ovid. 1. Amor. 1. 23.
Flexu ſinuoſo elabitur anguis. Virg. 1. Georg. 244.
Narratio ſinuoſa, Perplexa. Quintil. lib 2. cap. 4.
Pectus ſinuoſum. Perſ. 5. Sat. 27. i. e. Intimum.
Terga ſinuoſa draconis. Stat. 5. Theb. 520.
Vela ſinuoſa. Propert. lib. 4. 1. 15.
Veſtis ſinuoſa. Ovid. 5. Met. 68.
Volumina ſinuoſa ſerpentis. Virg. 11. Æn. 753.
Vorago ſinuoſa. Stat. 9. Theb. 514.
SINUŌSE, Adv. Compar. apud Gell. 12. 5. Dicturum puto ſinuoſius atque ſolertius.
SINUO, [κολπόω] āre. Curvare, in ſinus flectere. Virg. 2. Æn. 208.
—ſinuatque immenſa volumine terga. i. e. In ſinus flectit. Ovid. 2. Met. 875.
—tremulæ ſinuantur flamine veſtes. l. 2. Formantur, rugantur, vel in ſinus colliguntur. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 268.
Cœperat & vitreis ſummo jam margine texti
Oceanum ſinuare vadis. Plin. lib. 9. cap. 33. Denſata, porrecta, ſinuata, brevi nodo ligatis, toto latere connexis.
In orbem lunæ ſinuata. Plin. lib. 2. cap. 9.
Arcus ſinuare. Ovid. 8. Met. 30. Idem 3. Met. 42.
Ille volubilibus ſquamoſus nexibus orbes
Torquet, & immenſos ſaltu ſinuatur in arcus. de Serpente,
Sinuare, Cavare. Celſ. lib. 7. cap. 2. Dandaque opera, ut imus ſinus exitum habeat, ne quis humor intus ſubſidat, qui proxima & adhuc ſana rodendo ſinuet.
SINUĀTUS, a, um. Partic. [κολπωθείς] ut,
Gurges ſinuatus in curvos arcus. Ovid. 14. Met. 51.
Chlamydem ſinuatam implere re aliqua. Stat. 10. Theb. 132.
SINUĀTIO, ōnis. f. Fulgent. 1. Myth. Corniculata lunæ ſinuatio.
SINUĀMEN, inis. n. Prudent. Pſych. 873. —ſinuamine ſubter
Subductus conchæ in ſpeciem.
SIO, āre. Mejere. Gloſſ. Latinogræc. Siat, Οὐρεῖ, ἐπὶ βρέφους. De infante tantum.
SĪUM, i. n. [σίον] Herbæ nomen, vulgo gorgoleſtro. Plin. lib. 22. cap. 22. His adnumerant ſion, latius apio, in aqua naſcens, pinguius, nigrioſque, copioſum ſemine, ſapore naſturtii. Prodeſt urinis, renibus, lienibus, mulierumque menſibus, &c. Ruell. lib. 2. cap. 59. docet Sion ſive Laver herbam eam eſſe, quam officinæ berulam vocant, expunctis e Lavere duabus litteris prioribus, laberlam Gallicum vulgus, vel berlam adhuc appellat. In quo nomine veteris vocabuli relucent veſtigia: ut quod antiquitas Laver dixerit, ſequuta ætas, diminutione gaudens, Lavarulum pronuntiarit: & tandem, ut in pleriſque moris eſt, attritis prioribus elementis, in Verulum & Berulam appellationem deflexit. Paulo poſt, Non ſunt audiendi, qui herbam vulgo creſſionem dictam, ſion ſeu laver eſſe contendant. Idem Ruel. lib 1. cap. 20. Sion ſibi nomen aſcivit a concuſſu, quod Græci σείειν dicunt. nam excutiendi vim adeptum eſt, utpote quod renibus calculos emolietur, urinam & menſes eelgat. Laver, ut mea fert opinio, nomen a lavatu contraxit, quod perſonantibus aquis enatum ſemper elui gaudeat.
SION, m. indecl. [Σιών] Collis Hieroſolymitanus. Unde ſæpe ponitur in S. Literis & ſcriptis eccleſiaſticis pro ipſa Eccleſia, cum Judaica, tum Chriſtiana.

S I P

SĬPĀRIUM, i. n. [παραπέτασμα] Velum mimicum, quod Apulejus Met. 1. p. 106. Elmenh. appellat ſcænicum. Eo tegebantur mimi, ſcænicique ad ſcænam velandam. Prætendebatur enim populo, dum fabularum actus mutabatur. Et hæc Siparia, pro Aulæis poſtera ætas uſurpavit. Cic. de Provinc. Conſul. 14. Itaque ille alter, aut ipſe eſt homo doctus, & a ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcum jam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat. Quintil. lib. 9. cap. 4. Scribitur & apud Poetas Sipparium duplici p. Juven. 8. Sat. 185.
Conſumptis opibus vocem, Damaſippe, locaſti
Sippario, clamoſum ageres ut phaſma Catulli.
SĪPHNOS, i. f. [Σίφνος] Inſula eſt maris Ægei, non procul a Scyro XXVIII. M. paſſ. ambitu: ante Meropis & Acis appellata, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Hæc Inſula locupletiſſima erat, teſte Herod. lib. 3. Ut in qua auraria & argentaria metalla eſſent: unde tantum pecuniæ fiebat, ut ex decima ejus parte reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuique aut par, aut ſuperior, Siphniis pecuniam quæ quotannis conficiebatur diſtribuentibus. Gentile eſt Siphnius, Σίφνιος, Stephan. Siphnus a quibuſdam.
SĪPHO, vel SIPHON, ōnis. m [σίφων] Canalis fiſtula, vel tibia, per quam urgente aere aqua vel alius liquor emittitur. A ſono, quem efficit, dictus σίφων. Plin. lib. 2. cap. 65. de aqua in ſummis jugis erumpente, Quo ſpiritu acta, & terræ pondere expreſſa, ſiphonum modo emicat. Columel. lib. 3. cap. 10. Naturali enim ſpiritu omne alimentum virentis, quaſi quædam anima, per medullam trunci, veluti per ſiphonem, quem diabeten vocant mechanici, trahitur in ſummum. Idem lib. 9. cap. 14.
Sipho, Ipſe jactus aquæ expreſſus. Juven. 6. Sat. 308. de mictione,
Effigiemque deæ longis ſiphonibus implent. [Gloſſ. Græcolat. Σίφων, ὁ καλάμος ὃ ἀγρίος καλάμος, Avena, Cicuta. Σίφων, μεθ᾽ ὃ τὸν οἶνον ἀντλοῦν. Ubi deeſt interpretatio. V. & Etymol. M.
Sipho, Inſtrumentum adverſus Incendia comparatum, quod altiſſime in ipſa uſque ædium faſtigia aquam exprimit & ejaculatur. Subſcribit huic ſententiæ Heſychius his verbis, σίφων, ὄργανον τι ἐπὶ σβέσιν ἐμπρησμῶν ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς. Plin. 10. Epiſt. 42. Et alioqui nullus uſquam in publico ſipho, nulla hama, &c. Turneb. Adverſ. 19. 23. Al. Sipo.
SIPHUNCŬLUS, i. m. dimin. [σιφώνιον] Plin. 5. Epiſt 6. ad Apollinarem, In hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcent jucundiſſimum murmur.
SIPILLUS, i, m. Novacula, ξυρόν.
SIPHO, vel SIPO, āre. obſoletum verbum, relictis compoſitis Diſſipo, Inſipo, & Obſipo: Spargere, in partes divellere. σκεδάζειν, σπείρειν. V. Feſt. in Proſapia.
SĪPONTUM, i, n. [Σιποῦς] Urbs Apuliæ juxta Garganum montem a Diomede ædificata. quæ & Sipus, & a Græcis (ob multitudinem ſepiarum quæ ibi capiuntur) Sepius, Sepiuntis, dicitur. Vulgo Siponto. V. Pompon. lib. 3. cap. 1. Lucan. 5. 377. Sil. 8. 636.
SIPONTĪNUS, i. m. Incola Siponti, quo nomine ſæpius laudatur Nic. Perottus, de quo V. Præfationem. [Adjective utitur Cic. 2. Agrar. 71.
SIPYA, [σιπύη] eſt apud Ariſtophanem Arca panaria. Cæl. lib. 9. cap. 16. V. Suid.
SĪPYLUS, i. m. [Σίπυλος] Urbs eſt, & mons Phrygiæ. Strab. lib. 1. Dicta quoque ad hæc ab Democle memoria repetit, qui ingentes quoſdam olim circa Lydiam & Ioniam uſque Troadem factos terræmotus ſcribit. A quibus & vici ſunt abſorpti, & Sipylus ſubmerſa regnante Tantalo. Idem lib. 12. Ovid. 6. Met. 149.
Phrygius Sipylus. Sen. Herc fur. 6. De urbe V. Strabon. & Plin. 5. 29.
Flebile ſaxum Sipyli, Niobe in ſaxum converſa. Sen. OEth. 3.
SIPYLĒIUS, a, um. Adj. [Σιπυλήϊος] ut, Genitrix Sipyleia, Niobe. Stat. 5. Silv. 1. 33.

S I Q

SIQUANDO, SIQUIDEM, SIQUIS, V. SI.

S I R

SIRA, æ. f. Σαῖρα, τὸ αἰδοῖον. Gloſſ. Latinogræc. At Græcolat. Σιρά, Civiſa. [Forte Cerviſia. Unde Siræum.
SIRACI, [Σιρακοί] Populi ſunt Scythici, Caucaſi radicibus ad Septentrionem proximi, quorum meminit Strab. lib. 11.
SIRÆUM, i. n. [σίραιον] inquit Paulus Ægineta, plerique appellaverunt Decoctum ficorum, quod & Defruto nomen eſt, Græciſque etiam ἕψημα dicitur. Hippocrates σιραῖον vocat.
SIBRIS, Xanthus fluvius, quem in Lycia cognitum eſſe conſtat. Strab. lib. 14.
SIRBON, ōnis: ſive SIRBONIS, idis. [Σίρβων, ἢ Σιρβωνίς] Stephan. Paleſtinæ lacus, non procul a Caſſio monte olim, CL. M. paſſ. circuitu. Plinii vero ætate in exiguæ paludis anguſtiam contractus. Herodot. Serbonitidem vocat. Plin. lib. 5. cap. 13. Strab. lib. 16.
SIREMPS, dicitur quaſi Similis res ipſa. Habetur hoc in libris Catonis. Paulus. Soſipater lib. 1. Inſtitutionum, tradit Siremps nominativo tantum caſu dici, & ablativo Ab hac ſirempſe: ſignificare autem, Similiter lex eſto. V. notas Antonii Auguſtini & Scalig. ad Feſtum in dictione Siremps. Plaut. Amph. prol. 73.
Sirempſe legem juſſit eſſe Juppiter.
SIRĒN, ēnis. f. [Σειρήν] Monſtrum maris, ab εἴρειν, quod connectere vel retinere ſignificat. Vel ab σειρά catena, eo quod libidinis vinculum Sirenes fuerint. Quidam hoc nomen a σύρω. traho deducunt, & per y ſcribunt. Male. Παρὰ τὸ εἴρω, τὸ λέγω, inquit Etymologus Εἰρὴν, ἢ πλεονασμῷ τοῦ σ Σειρήν. De Sirenibus V. Suid.
Sirenes ſecundum fabulam partim virginis formâ fuerunt, partim volucris, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat: & primo juxta Pelorum, poſt in Caphareis inſulis habitaverunt; quæ illectos ſuo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem

veritatem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos ducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia: has Ulyſſes contemnendo deduxit ad mortem. Hæc Serv. apud Virg. 5. Æn. 864.

Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat, &c.

Voces Sirenum. Hor. 1. Epiſt. 2. 23.

Scopuli Acheloidum Sirenum. Ovid. 14. Met. 88.

Volucres Sirenes. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 190.

Sirenes, Aves in India. V. Plin. lib. 10. cap. 49.

Sirenius, a, um. Adj. [Σειρήνιος] Ad Sirenes ſpectans. Gell. 16. 8. Tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.

Sirenusæ, [Σειρηνοῦσαι] Inſulæ tres ſunt Lucaniæ adjacentes ex adverſo ejus promontorii, a quo ſinus Pæſtanus initium ſumit. Strab. lib. 1. & Ptol. 3. 1.

Sires, [Σῖρες] Thraciæ populi ſupra Byzantios, auctor Stephan.

Siriaſis, is. f. [σειρίασις] Plin. dicitur, lib. 22. cap. 25. Oſſibus in aſinino fimo inventis, adoſtio infantium quæ vocatur ſiriaſis, adalligatis emendatur. V. Solſtitialis morbus, in sol. [Dioſc. 4. 93. Σειριῶσι παιδίοις. Rectius σειριῶσι, ut vult Henr. Steph. q. V.

Siris, [Σῖρις] ab Æthiopibus dicitur Nilus, antequam totus confluat. Nam (ut ait Plinius 5. 9.) non ante Nilus dicitur, quam ſe totum aquis concordibus junxit. Rufus ex Dionyſ.

Hic, qua ſecretis incidit flexibus agros, &c. Dictum Sirin autumat Stephan. & Euſtath. a Sirio, quoniam ſub ortum Canis per introitum Solis in Leonem augetur, ut Hermolaus ſcribit. V. Dionyſ. v. 223.

Siris, idis. f. [Σῖρις] a qua Siritæ, [Σιρῖται] fuit Civitas in Metaponto. Siritarum felicitatem ampliter admiratur Archilochus. Cæl. Rhodig. lib. 7. Lection. antiq. cap. 20. V. Steph. in voce, & in Μεταπόντιον.

Siritæ, [Σιρῖται] Populi magnæ Græciæ, Siridis urbis incolæ ne ipſis quidem Sybaritis luxu cedentes. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 20. V. Steph. l. c.

Sirites, [Σιρίτης] Nomadis cujuſdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inventor, qui & Metroa, hoc eſt, magnæ matris ſacra primus fertur tibia ceciniſſe. Cæl. lib. 9. cap. 7.

Sirius, i. m. [Σείριος, ἀστὴρ Gl. G. L.] Stella in ore Canis, quæ pernicioſa antiquis credita eſt. Continet enim Canis, xviii ſtellas. Stat. 1. Silv. 3. 5.

— nec ualido latravit Sirius æſtro.

Ductum nomen ἀπὸ τοῦ σείειν, hio: quod per æſtum præcipue canes faciunt, quo tempore plerumque in rabiem convertuntur. Vel ἀπὸ τοῦ σειραίνω, quod eſt areſacio: quia tunc maxime ſiccitas eſt, amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur Sirius, a longo tractu, quoniam magnitudine ſua trium ſignorum ſpatium occupare videtur. Hæc anno omnibus, ut ait Servius, oritur circa viii Calend. Julii. Ea quantum in ipſa eſt, peſtifera eſt: ſed pro qualitate adjacentium aut vincitur, aut majoribus utitur viribus. Hinc eſt quod, quum tempore certo oriatur, non ſemper eſt noxia. Servius enarrans illud Virg. 10. Æn. 273.

Non ſecus ac liquida ſi quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

Rapidus Sirius. Virg. 4. Georg. 425.

Tum ſteriles exurere Sirius agros. Virg. 3. Æn. 141.

Sirius, interdum Solem ſignificat, ut tradunt grammatici Græci, ac quos accendit canicula morbos, ſoli acceptos ferre debemus: & Siriaſis morbus eſt non tantum infantium, ſed etiam virorum. Turnebus. V. ſupra ſuo ordine. [Suid. Σεὶρ, σειρὸς, ὁ ἥλιος. καὶ Σείριος. Unde apparet, cum diphthongo Gr. ſcribendum. conf. Etymol. M. in Σειρήνας.

Sirmium, i. n. [Σίρμιον] Urbs eſt Pannoniæ inferioris, longiuſcule a Danubio flumine diſſita. Ptolem. lib. 2. cap. 16. Vulgo *Simach*.

Sirnides, [Σιρνίδες] Inſulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium jacentes. Plin. lib. 4. cap. 12. Mſſ. Syrnides.

Sirpices, Regula cum pluribus dentibus, quam ut plauſtrum boves trahunt, ut eruant quæ in terra ſunt. V. Varr. 4. de L. L. 31.

Sirpicula, æ. f. Sirpiculæ vocatæ a Sirpando, id eſt ab alligando. Sic Sirpata dolia quaſſa cum alligata dicta. Auctor Varr. 4. de L. L. 31. V. in scirpus.

Sirpo, āre, Sirpus, V. ibidem.

Sirrha, æ. f. [Σίῤῥα] Thraciæ oppidum eſt apud Theopompum referente Stephan. e quo gentile Sirrhæus.

Sirrhæus, V. sirrha.

Sirulugos, Plin. lib. 32. cap. 15. Iidem auctores nominavere Sirolugum, quod nec quale eſſet animal, nec ubi naſceretur tradiderunt.

Sirus, [σιρός, ſive σειρός] Sirhos Suidæ, Spelunca eſt ſubterranea, manu facta, condendo adſervandoque frumento accommodata. Suid. Σιρὸς, ὁ λάκκος. καὶ Σιροῖς, ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 57. Item hujus generis granaria alia quidem habent ſub terra, uti ſpeluncas, quas vocant Siros, ut in Cappadocia, ac Thracia; alii ut in Hiſpania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginienſi & Oſcenſi. Horum ſolum paleis ſubſternunt & curant ne humor, aut aer tangere poſſit, niſi cum promitur ad uſum. Curt. 7. 4. 24. Siros vocabant barbari. Quos ita ſolerter abſcondunt, ut niſi qui defoderunt invenire non poſſint. In iis conditæ fruges erant. Plin. 18. 30 Utiliſſime tamen ſervantur in ſcrobibus, quos Siros vocant, ut in Cappadocia, & in Thracia, Hiſpania & Africa. conf. Etymol. M.

S I S

Sis, [ἀντὶ εἰ θέλεις Gl. L. G.] V. in sum & si.

Siſachthia, [σεισάχθεια] Lex apud Lacedæmonios qua fœnoribus obrutis ſuccurſum eſt. Alex. Alexand. lib. 2. Genialium dierum cap. 7. Ferunt Ægyptios & Athenienſes, cum hæc contagio mali latius ſerperet, pluribus decretis caviſſe, ne ob fœnus corpora adjudicari, vel addici poſſent, neve ſuper corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultatem ſævire, quæ lex Siſachthia & Chreocopia dicta eſt: adeo, ut Lycurgus e tota Sparta fœnus & uſuram exterminaſſe dicatur. Adde lib. 6. cap. 10. [Falſo Lycurgo tribuit, quod fuit Solonis proprium. V. Plut. in ejus vita p. 86. Francof. & Laertium Diogenem lib. 1. Segm. 45. ibidemque Caſaub. & Menag. De nominis ratione V. Etymol. M. Heſych. & Suid.

Siſama, **Siſamus**, V. sesama & sesamus.

Siſapo, ōnis. m. [Σισάπων] teſte Plin. lib. 3. cap. 1. Oppidum eſt Hiſpaniæ, unde & Siſaponenſis regio in Bætica, ubi optimum minium naſcebatur, eodem Plin. auctore lib. 33. cap. 7.

Siſara, æ. f. [σίσαρα] Frutex eſt, quem & Ericam ſive Ericen vocant. Plin. lib. 11. cap. 16.

Siſceon, ſive **Siſceum**, i. n. V. sisyr.

Siſarra, æ. f. [σεσάρα? μᾶζα ἀκατος?] Gloſſ. Latinogræc.

Siſcia, [Σισκία] Pannoniæ ſuperioris urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 15. hodie *Lablatum*, *Lubiana*. conf. Strab. lib. 7.

Siſer, ĕris. n. [σίσαρον] quod Siſaron appellant Græci: Inter ea olera annumeratur a Dioſcoride, quorum radix tantum in uſu eſt: duorum generum eſt, ſativum & erraticum Ruellius putat eam eſſe radicem, quæ vulgo *Servilla*, vel *Chervilla* vocatur, & *Chervy*. Plin. lib. 20. cap. 5. Siſer erraticum ſativo ſimile eſt & effectu: ſtomachum excitat, faſtidium abſtergit. Gloſſ. Latinogræc. Siſer, εἶδος σφονδυλίου. & Græcolat. Σφονδύλιον, Paſtinax, σφονδυλίου εἶδος, Siſer.

Siſon, ŏnis. m. [σίσων] Semen eſt exiguum in Syria naſcens Apio ſimile, nigrum, fervens & oblongum. Dioſcor. lib. 3. cap. 51.

Siſpes, itis. m. & **Siſpita**, æ. f. pro Soſpes & Soſpita. Vetus lapid. ſcript. apud Reineſ. p. 383. SACERDOS. IVNONIS. REGINAE. SISPITAE. LANVMVIANAE. Et paulo poſt, SACERDOTE. IOVI. SISP. i. e. Siſpiti. [Niſi potius Siſpitatori, pro Soſpitatori. V. in sospes. Siſpitem Junonem, quam vulgo Soſpitem appellant, antiqui uſurpabant, cum ea vox ex Græco videatur ſumpta, quod eſt σώζειν. Feſt. [Lego Siſpitam & Soſpitam.

Siſſina, æ. f. [σισσίνα?] nuncupatur apud Hebræos, Omnis potio, quæ inebriare poteſt.

Siſſo, āre. Cacare. Siſſat, Κάθηται, ἐπὶ βρέφους. Gloſſ. Latinogræc. [An Siſſitat, frequent. a Sido, ĕre.

Siſto, ſtiti, ſtātum, [ἵστημι, Gl. L. G. ἵσταμαι G. L.] ĕre. Facere ut aliquid ſtet.

Siſtere, Conſtituere, Exhibere.

Tramite facili vos ſiſtam. Virg. 6. Æn. 676.

Opem præſens. Ovid. 1. Met. 153.

Templum iiſdem veſtigiis ſiſteretur. Tacit. 4. Hiſt. 53. h. e. Conderetur.

Siſtere, quaſi Præſentiam corporis exhibere. Cic. 3. Att. 25. Des operam, id quod mihi affirmaſti, ut te ante Calend. Januarias, ubicunque erimus ſiſtas. Idem 10. Att. 16. extr. Te vegetum nobis in Græcia ſiſte.

Frequentius de Judicio. Cic. 3. Off. 45. Vas factus eſt alter ſiſtendi ejus: ut ſi ille non revertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Ulpian. in l. Si ſervum. D. Si ex noxali cauſa agatur, Si ſervum in eadem cauſa ſiſtere quis promiſerit, & liber factus ſiſtatur, &c. Plaut. Curc. 1. 3. 6.

Ubi tu es, qui me libello Venerio citaviſti? ecce me
Siſto, ego tibi me, & mihi contra itidem te ut ſiſtas, ſuadeo.

Siſtere aliquem judicio. Ulpian. in l. 1. §. 1. de eo per quem, &c. Verum qui alios quoque rogaverit, ut eum detinerent, vel abducerent ne in judicio ſiſteret. Et paulo ante, Qui impedit aliquem judicio ſiſti.

In judicium ſiſti. Ulpian. D. In jus vocat. ut eant l. ult. & D. Si quis in jus vocat. non ier. ult. Pandectæ Florentinæ utrobique habent In judicio.

In judicio ſiſtere. Paul. D. de eo per quem factum erit, &c. l. 2. Si actoris ſervus, domino ſciente, & (quum poſſit) non prohibente, dolo fecerit, quo minus in judicio ſiſtam.

Se ſiſtere in judicio. Ulpian. D. Si quis caution. l. Non exigimus.

Siſtere ſe judicio. Cajus in l. Etſi poſt. D. Si quis caution.

Siſtere fana, cum dicerent, ſignificabatur Lectiſternia certis in fanis locis componere. Paul. Feſtus vero Siſtere fana, ait, cum in urbe condenda dicitur, ſignificat Loca in oppido futurorum fanorum conſtituere, quod Antiſtius Labeo ait in commentario quinto decimo juris Pontificii, Fana ſiſtere, eſſe Lectiſternia certis locis & diis habere.

Siſtere capite, eſt Capiti prabere, & in caput invergere. Plaut. Mil. 3. 2. 36.

— poſtea
Huic illecebroſo capite ſiſtebas cadum?
Non hercle tam iſtoc valide caſabunt cadi.

i. e. Quia eos capite ſiſtebam, non tam valide cadebant, quod feciſſent, cum ſit illic lubricus locus Turneb. 2. 29. Al. Inclinabas cadum, cujus quidem caput illecebroſum erat, quod eſt, Ad potandum illiciebat. Alii aliter priora legunt & exponunt. conf. Infra.

Siſtere, Retinere, reprimere, de his, quæ fluxum, motumve habent. Virg. 6. Æn. 465.

Siſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

Alvum ſiſtere, Reprimere. Plin lib. 20. cap. 6.

Aquam ſiſtere fluviis. Virg. 4. Æn. 489.

Profluvium genitale. Plin. lib. 7. cap. 14.

Sanguinem ſiſtit. Idem 20. 7.

Sanguinis profluvium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Plin. lib. 26. c. 12.

Siſtere ventrem. Martial. lib. 13. 116.

Siſtere ulcera. Apud Plin. lib. 20. cap. 4.

Non ſiſti poteſt. Plaut. Trin. 3. 2. 94. i. e. Retineri.

Aciem ſiſtere. V. acies.

Bellum ſiſtitur pace. Ovid. 14. Met. 803.

Fletus ſiſtere. Ovid. 14. Met. 835.

Fugam. Liv. 30. 12. pr. & Tacit. 12. Ann. 39.

Labores immenſos. Ovid. 5. Met. 490.

Lacrimas. Ovid. 6. Faſt. 154.

Legiones ferociter inſtantes. Liv. 1. 37.

Merum. Ovid. 20. Epiſt. 179.

Mentem. Sil. 10. 408.

Minas. Ovid. 1. Triſt. 2. 60.

Modum. Ovid. 15. Met. 493.

Pedem. Ovid. Rem. Amor. 80.

Querelas Ovid. 7. Met. 711.

Siſtere, Confirmare, corroborare. Plin. in Paneg. 51. Magnum hoc tuum, non erga homines modo, ſed erga tecta ipſa meritum, ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingentia opera eodem, quo extructa ſint, animo, ab interitu vindicare. Virg. 6 Æn. 858.

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques.

Siſtere capite, pro In caput cadere. Plaut. Curc. 2. 3. 8.

Quin cadat, quin capite ſiſtat in via de ſemita.

Siſtere, pro Conſiſtere & ſtare. Cic 5. Verr. 211. Qui Remp. ſiſtere negat poſſe, niſi ad Equeſtrem ordinem judicia referantur? Al. Subſiſtere. Virg 1. Georg. 479. — ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt. i. e. Stant, vel Siſtuntur, non profluunt. Pomponius Sabinus exponit, Siſtunt, ſubaud. Suos curſus.

Siſtere os. Plaut. Capt. 4. 2. 13.

Eminor, interminor, ne quis mihi obſtiterit obviam, &c.
Nam qui obſtiterit, ore ſiſtet. i. e. Ore terram calcabit, quemadmodum pedibus ceteri ſiſtere ſolent.

Stiti, Præteritum. Ulp in l. 1. §. 1. D de eo per quem factum erit, &c. Si reus dolo actoris non ſtiterit, non habebit ex hoc edicto adverſus eum actionem. Al. Steterit. V. Gell lib. 2. cap. 14.

Stătus, a, um Partic. paſſ. a Siſtor. Ulpian. in l. Si ſervus. D. Si quis cautionibus. Si plurium ſervorum nomine, judicio ſiſtendi cauſa, una ſtipulatione promittatur: pœnam quidem integram committi, licet unus ſtatus non ſit, Labeo ait: quia verum ſit omnes ſtatos non eſſe. Neratius in l. Si procurator. D. eod. tit. Si procurator ita ſtipulatus, ut ſiſtat duntaxat eum quem ſtipularetur: non etiam pœnam, ſi ſtatus non eſſet, ſtipuletur: propemodum nullius momenti eſt ea ſtipulatio. Paulo poſt, Ut quantum domini litis interfuit ſiſti, tantum ex ea ſtipulatione, non ſtato reo, procuratori debeatur. Ulpian. in l. 1. D. Si ex noxali cauſa agatur.

Stător, ōris. m. [κλήτωρ] Qui apud magiſtratum aſſidue eſt, quales ſunt nuntii vel tabellarii, vel apparitores, qui reos in jus vel in carcerem ducunt. Cic. 2. Fam. 17. Litteras a te mihi ſtator tuus reddidit Tharſi. Cic 2. Fam. 19. Ut ad te ſtatores meos & lictores cum litteris mitterem.
Stator Juppiter dictus eſt Quia ſtitit, id eſt Stare fecit Romanos, in fugam a Samnitibus verſos. Cic. 2. in Catil. 12. Senatum in ædem Jovis ſtatoris vocavi. Idem Anteq. iret in exſil. 42. Juppiter ſtator, quem vere hujus imperii ſtatorem majores noſtri nominaverunt. Sic 3. de Fin. 66. Jovem quum Optimum & Maximum dicimus, quumque eundem Salutarem, Hoſpitalem, Statorem dicimus, hoc intelligi volumus ſalutem hominum in ejus eſſe tutela. Ovid. 6. Faſt. 793.
Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi. V. Liv. 1. 12.

Sistrum, i. n. [σεῖστρον] Muſicum inſtrumentum, peculiare Ægyptiorum, quo utuntur in Iſidis ſacris, argutum & ſonorum, dum percuteretur: unde Iſiaci Siſtrati dicuntur. Ovid. 2. Amor. 13. 11.
Per tua ſiſtra precor, per Anubis ora verendi. Apul. 11. Met. p. 261. Elmenh. Æreis, & argenteis, immo vero aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Martial. lib. 14. 54.
Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu. Perottus, Siſtrum, Æneum crepitaculum, cujus per anguſtam laminam, in modum baltei recurvatam, trajectæ mediæ paucæ regulæ criſpante brachio trigeminos ictus reddunt argutum ſonum.
Siſtrum, apud Ægyptios vicem Tubæ exhibebat. Virg. 8. Æn. 696.
— patrio vocat agmina ſiſtro. [Inde Propert. 3. 9. 43.
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro. Figuram ejus exhibet Oiſel. Tabb. 157. conf. Suid. & Voſſ. Etymol.
Ægyptia ſiſtra. Ovid. 3. Amor 9. 34.
Multiſonum ſiſtrum. Stat. 3. Silv. 2. 103.
Ovanti ſiſtro perſonat Io. Valer. 4. Argon. 418.
Sonabile ſiſtrum crepuit. Ovid. 9. Met. 783.
Tinnula ſiſtra. Ovid. 1. de Pont. 1. 38.

Sistrātus, a, um. Adj. i. e. Siſtrum geſtans, quod eſt proprium epitheton ſacerdotum Iſidis. Martial lib. 12. 29.
Linigeri fugiunt calvi, ſiſtrataque turba.

Sisygambis, [Σισύγαμβις] Mater fuit Darii, quam victo Dario Alexander, non ſolum non violavit, ſed & matrem & reginam appellavit, ſummamque adhibuit curam, ne quis captivo corpori illuderet. V. Curt. 3. 10.

Sisymbrion, i. n [σισύμβριον] inter Ornamenta muliebria poſitum, Polluci lib. 5. cap. 16. Verum apud Ariſtophanem Siſymbria vocantur Folia & flores, quibus ſponſi coronantur; ut etiam annotavit, Cæl. lib. 28. cap 24. Lect Antiq.
Siſymbrium, i. n. [σισύμβριον] Herbæ genus quod provenit, ut Dioſcoridi placet, in incultis, hortenſi mentæ proximum, latioribus tantum foliis, & odoratioribus. Hoc nunc noſtrates officinæ, *balſamitam & mentam Romanam* vocant, quod quandam mentæ ſpeciem exprimat, & aquos tractus plerumque ſequatur. Ovid. 4. Faſt. 869.
Cumque ſua dominæ data grata ſiſymbria myrto. Gloſſ. Græcolat. Σισύμβριον, εἶδος λαχάνου. Cunila. V. in hac dict.

Sisyphus, i. m. [Σίσυφος] fuit Æoli filius, qui ob latrocinia a Theſeo fertur occiſus, & hac pœna apud inferos affici, ut grande ſaxum ſupra montem portare coactus, quum ad apicem deduxerit, continuo ad ima relaxetur. unde Ovid. 4. Met. 460.
Aut petis, aut urges rediturum, Siſyphe, ſaxum. Sic 13. Met. 26. Quod etiam reſpexit Virg 6 Æn. 616.
Saxum ingens volvunt alii, radiiſque rotarum
Diſtricti pendent.
Æolides Siſyphus Hor. 2. Carm. 14. 20.
Siſyphus alius, Corinthiorum rex, qui Meropem, Atlantis filiam, uxorem duxerat. Ovid. 4. Faſt. 175.
Septima mortali Merope tibi, Siſyphe, nupſit.

Sisyphius, a, um. Adj. [Σισύφειος] ut, Saxum Siſyphium, ſeu Lapis Siſyphius, [Σισύφειος λίθος] quem apud inferos ob latrocinia volvere Siſyphum poetæ fabulantur. Sen. in Herc. fur. v. 751.
Cervice ſaxum grande Siſyphia ſedet.
Sanguis Siſyphius. Ovid. 13. Met. 32.
— quid ſanguine cretus
Siſyphio furtiſque & fraude ſimillimus illi
Inſerit Æacidis alienæ nomina gentis. Et paulo ante,
Æacus huic pater eſt, qui jura ſilentibus illic
Reddit, ubi Æolidem ſaxum grave Siſyphon urget.

Sisyphium, i. n. [Σισύφειον] Locus juxta Corinthum, de quo ſic ſcribit Strabo lib 8. Sub ipſam inde Pyrenen Siſyphium jacet, ſive ſacellum quoddam, ſive regale domicilium, albo conſtructum lapide, in quo non modica ſervantur adhuc rudera. E ſummo autem cacumine, ïn Aquilonem Parnaſus aſpicitur & Helicon, montes excelſi, atque nivales.

Sisyra, æ. f. [Σισύρα] vocab. Græcum, quo et Latini utebantur, ſed ita ut vulgus id corruperit in Suſurra, vide in Vulgaris. H St. Genus eſt veſtis Barbaricæ, vel tegetis quoque. Meminit Ammian. lib 16. cap. 5. quem locum noſter locavit. conſ. Heſych. Henr Steph. Theſ. Gr. tom. ult. Ferrar. de re Veſt. 2. 3. 9. vel Lex. Pitiſc. ut & Suid.

Sisyrinchium, i. n. [σισυρίγχιον] Bulbi genus, cujus imæ radices hieme creſcunt, verno autem tempore cum apparuerit viola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pingueſcente. Plin. lib. 19. cap. 6.

Sita, [σῖτα] aut potius, ut notavit Dioſcorides lib. 2. cap. 77. Sitanion, V. C. l. aut σῖτα, pro σιτία. Cibus. A quo, Sitagogus, Navis frumentaria. Sunt etenim σιτία, Frumenta omnis generis apta cibis Hinc Sitarchia, Præfectura annonæ, Annona militaris, militare ſtipendium, annona civilis. Budæus. conſ. Suid.

Sitace, V. sittace.

Sitănion, i. n. [σιτάνιον] Frumenti genus, quod quoniam tertio menſe a ſatu metitur, a Græcis τρίμηνον, a Latinis etiam Trimeſtre dicitur, toti Alpino tractui, atque adeo omnibus regionibus, notiſſimum, certiſſimumque agricolis famis levamen, quoties aut nives altiores, aut aquæ affluentiores, maturam tempeſtivamque ſationem prohibuerunt. Hinc Sitanius panis. V. Dioſcor. lib. 2. cap. 77. [Revera Adj. eſt, ſubaudituque in m. πυρός, in n. ἄλευρον. V. ſeq. dict.

Sitanius, a, um. Adj. [σιτάνιος] Sitanius panis dicitur ex novo frumento intra trimeſtre a tempore meſſis factus. Græci enim σῖτον, frumentum dicunt, νέον, novum. Hinc σιτάνιος, quaſi σῖτος νέος. Plin. lib. 22. cap. 25. Sitanius, hoc eſt e trimeſtri, lacuſſa in facie, aut deſquamata cum melle aptiſſime curat. conf. 18. 7.

Sitarchia, [σιταρχία] eſt in frumentum & alia ciberia præpoſitura. Situs enim σῖτος Cereris ara fuit. σιτώ enim vocabant, e cibariis videlicet: eſt enim σῖτος frumentum. Lilius Syntag. 14. Hiſtor. Deorum. Apul. 2. Mileſ. p. 119. Elmenh. Hac enim ſitarchia navigium Veneris indiget ſola, ut in nocte pervigili, & oleo lucerna, & vino calix abundet. Voſſ. in Etym. legit Sitarcia, σιταρκία, i. e. Annonæ ſufficientia.

Sitarchus, [σίταρχος] Annonæ, vel Commeatus præfectus, a Græco, σῖτα, ſive σῖτος, quorum illud cibum, hoc frumentum ſignificat, & ἀρχή, quod præfecturam denotat.

Sitella, V. situla.

Sithōnia, æ. f. [Σιθωνία] Regio littoralis Macedoniæ, verſus Thermopontum, teſte Herodoto lib. 7. 122. in qua mons eſt Sithon nivoſus. Latini ſec. corrip. Virg. 10. Ecl. 66.
Sithoniaſque nives hiemis ſubeamus aquoſæ. Hoc etiam nomine dicta fuit Thracia, ut inquit Gellius lib. 10. unde ſpirat Aquilo, quoniam ad Septentrionem expoſita. [Niſi falſa loci notatio.

Sithŏnis, ĭdis. f. [Σιθωνίς] patronym. pro poſſeſſivo. Ovid. 2. Epiſt. 6.
Nec vehis Actæas Sithonis unda rates.

Sithŏnius, a, um. Adj [Σιθώνιος] ut,
Agri Sithonii. Ovid. 13. Met. 571.
Aquilo Sithonius. Ovid. 11. Epiſt. 13.
Matres Sithoniæ. Sen. Herc. OEth. 15.
Nives, V. sithonia.
Nurus Sithoniæ. Ovid. 6. Met. 588.

Sitia, [Σιτία] Hiſpaniæ Bæticæ oppidum in conventu Tarraconenſi; Plin. lib. 3. cap. 1.

Siticines: ut Liticines a Lituo, ut Tubicines a Tuba, ita Siticines, qui apud funeratos, & ſepultos, hoc eſt, Jam ſitos, canere ſoliti erant, honoris cauſa, cantus lamentabiles. Hoc in libris conlectaneis Attei Capitonis invenitur, & Cato id vocabulum indubitanter appoſuit. Hæc Nonius 1. 268. V. Gell. lib. 20. cap. 2.

Sitiogagus, Flumen eſt, quo Paſſargadas ſeptimo die navigatur. Oritur, per quam fluit in Carmania. Plin. lib. 6. cap. 23.

Sĭtis, is. f. [δίψα, Gl. G. L.] Bibendi appetitus, transferturque ad cujuſvis rei cupiditatem. Plin. lib. 12. cap. 34. Æqua eſt mira ſanguinis & hirudinum generi, in paluſtri aqua, ſitis.
Anhela ſitis, Quæ homines reddit anhelantes. Lucret. lib. 4. 873.
Avida. V. avidus.
Inſedabilis. V. insedatus.
Importuna. Hor. 1. Epiſt. 18. 23.
Moroſa ſitis, i. e. Difficilis. Martial. lib. 14. 105.
Rabida. Sen. OEth. 8.
Abluitur ſitis de corpore, Reſtinguitur. Lucret. 4. 873.
Accendere ſitim. V. accendo.
Ardere ſiti. Claud. 1. in Ruff. 104.
Avertere ſitim fluvio. Sil. lib. 8. 574.
Colligere ſitim. Ovid. 5. Met. 446.
Compeſcere ſitim multa unda. Ovid. 4. Met. 103.
Conſumi ſiti. V. consumo.
Defendere ſitim fonte. Sil. lib. 7. 170.
Depellere ſitim potione. Cic. 1. de Finib. 37. Quum cibo potioneque fames ſitiſque depulſa eſt.
Deponere ſitim in unda. Ovid. 4. Met. 98.
Enectus ſiti Tantalus. Cic. 1. Tuſc. 10.
Exceſſit ſitim potio. Celſ lib. 1. c. 2. h. e. Major largiorque quam pro ſiti fuit.
Excutere ſitim undis. Sen. OEth. 8.
Explere ſitim. Ovid. 3. Triſt. 11. 57. Cic. de Senect. 26. Græcas litteras ſenex didici, quas quidem ſic avide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.
Exſtincta eſt ſitis bibendo. Ovid. 7. Met. 569.
Exurit miſeros ſitis. Lucret. lib. 3. 930.
Finit ſitim copia lymphæ. Hor. 2. Epiſt. 2. 146.
Flagrat ſiti incenſum cor. Sen. Thyeſt. 1.
Levare ſitim de fonte. Ovid. 15. Met. 322.
Pellere ſitim. Hor. 2. Carm. 2. 14.
Pulſa ſitis fluvio. Stat. 5. Theb. 1.
Quærere ſitim. Cic. 5. Philipp. 19. Ipſe interea, &c. de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, ſitim quærens: hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi.
Relevare ſitim. Ovid. 6. Met. 354.
Reſtinguere ſitim rivo. Virg. 5. Ecl. 47.
Sedare ſitim flumine. Lucret. lib. 2. 662. Ovid. 3. Met. 415.
Dumque ſitim ſedare cupit, ſitis altera crevit.
Siſtere & Alere ſitim, contraria. Ovid 3. de Pont. 1. 17.
Nec tibi ſunt fontes, laticis niſi pæne marini;
Qui potes dubium eſt, ſiſtat alatne ſitim.
Sorbet ora ſitis. Stat. 3. Theb. 329.
Torret miſeros ſitis arida. Lucret. lib. 3. 930.
Vincere ſitim. Sen. OEth. 5.
Urit guttur arida ſitis. Ovid. 11. Met. 130.
Adducere ſitim tempora. Æſtum ſiticuloſum. Hor. 4. Carm. 12. 13.
Findit ſiti arva Canis æſtifer. Virg. 2. Georg. 353.

Torret

Torret arenti ſiti arva Canis. Tibull. lib. 1. 4. 42.
Uſſerat herbas ſitis. Ovid. 4. Faſt. 299.
Deſerta ſiti regio, Inaquoſa. Virg. 4. Æn. 42.
Sitis, Ingens cupiditas cujuſcunque rei dicitur, per translationem. Plaut. (ſuppoſ.) Cupio te amplecti, neque aliter ſitim jam diu conceptam ſedare poſſum. Cic in Parad. 6. Neque enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis.
Argenti ſitis Hor. 1. Epiſt. 18. 23.
Famæ ſitis. Juven. 10. Sat. 140.
Scelerata ſitis prædæ. Claud. 1. in Ruff. 220.
Facere alicui ſitim audiendi. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Siticula, æ. f. Dimin. [δίψα] Gloſſ. Latinogræc.
Siticulōſus, a, um. Adj. [διψαλέος Gl. G. L.] Plin. lib. 23. cap. 6. Melimela, & reliqua dulcia, ſtomachum & ventrem ſolvunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed nervos non lædunt.
Siticuloſa loca, Inaquoſa & arida. Columel. de Arbor. cap. 16. Sed ſi aſpera & ſiticuloſa loca arboribus obſerenda erunt. Idem lib. 3. cap. 12. Id autem ſolum, vel uliginoſum eſt, vel ſalſum, vel amarum; & vel ſiticuloſum & peraridum, &c.
Appulia ſiticuloſa. Hor. Epod. 3. 16.
Sitio, ivi, ire. [διψῶ Gl. L. G. & G. L.] Cic. in Piſon. 61. Ipſe cum hominibus quindecim, male veſtitus, ad portam Cœlimontanam ſitiens pervenerim.
Ipſi fontes jam ſitiunt. Cic. 3. Q. frat. 1.
Gemmant vites, ſitiunt agri. Cic. in Orat. 81. Et, Sitire ſegetes. Quintil. lib. 6. cap. 6.
Herba ſitit. Virg. 7. Ecl. 57.
Aret ager: vitio moriens ſitit aeris herba. Idem 4. Georg. 402.
Tellus tota ſitit. Ovid. 4. Faſt. 940.
Sitire, per translationem, pro Vehementer cupere. Cic. 3. Q. frat. 4. Nec ſitio honores, nec deſidero gloriam. Idem 5. Philipp. 20. Sanguinem noſtrum ſitiebat: ſuum in illa gladiatoria pugna multum profuderat.
Sitiri, Paſſivum. Plin. lib. 17. cap. 2. Humor ex his, non univerſus ingurgitans, diluensque, ſed quomodo ſititur diſtillans.
Aquæ ſitiuntur. Ovid. 1. Faſt. 216.
Sitiens, entis. Partic. ut,
Voluptates ſitiens. Cic. 5. Tuſc. 16. Quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius, ardentiuſque ſitientem, nonne recte miſerrimum dixeris?
Annus ſitiens, Æſtuoſus. Plin. lib. 18. cap. 4.
Hortus ſitiens. Ovid. 1. de Pont. 8. 60.
Loci ſitientes. Plin. lib. 12. cap. 28.
Aures ſitientes, Translate. Cic. 2. Att. 14. Proinde ita fac venias ad ſitientes aures.
Famæ ſitiens, Percupidus, Adjective. Sil. lib. 3. 578.
Sermonis ſitiens. Claud. Conſ. Mall. Theod. 251.
Virtutis ſitiens. Cic. pro Planc. 13. Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti, ac dereliquiſti.
Sitientia Africæ. [τὰ διψαλέα] Plin. lib. 10. cap. 73. Orygem perpetuo ſitientia Africæ generant, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia ſitientium.
Sitientia, ſine adjuncto. Plin. lib. 25. cap. 11. Naſcitur in ſitientibus.
Sitienter, Adv. [διψαλέως] Ardenter. Cic. 4. Tuſc. 37. Nec ſitienter quid expetens.
Sitibundus, a, um. Adj. [διψαλέος] Vehementer ſitiens. Plaut. Aul. ſuppoſ. 29.
Et ſitibundi in medio Oceani gurgite.
Sitītor, ōris m. Translate. Apul. 1. Met. pr. Sititor novitatis.
Sitlæ, [σιτλαι] Aurium mollebrium ornamentum apud Dores, teſte Polluce lib. 5. cap. 16. [Sed Siglas, Σίγλαι ex Mſſ. & Heſych. reponunt certatim docti. V. Henr. Steph. Theſ. Gr. & not. Jung. conf. in hac voce.
Sītōcōmia, [σιτοκομία] ἀπὸ τοῦ σίτου, quod frumentum ſignificat, & κομέω, Curo. Eſt autem σιτο- annua penſitatio, ad alimentum viduarum, pupillorum & militum, quæ a Curatoribus bonorum, vel Sitarchis, vel a viris uxoribus repudiatis debetur. Hinc aptior Sitocomiæ verbum edoctum, quod in ſolis Civilis juris voluminibus legimus, pro σιτοδοσία, id eſt præbitione frumenti: aut, ut ait Ulpianus, pro Sitonia l. 1j. pr. De vacation. muner. lib. 50. tit. 5. Alciatus in libris poſterioribus Cod. Sitocomiam nomen magiſtratus eſſe dicit, ejus ſcilicet Qui frumenta & annonam curabat.
Sītōnia, æ. f. [σιτωνία] Venditio frumenti. ab Ulpiano Rei frumentariæ cura, in l. 2. Sextumdecimum ætatis. De Vacatione & excuſat. muner. lib. 50. P. tit. 5. meo judicio, appellatur. Sextumdecimum (inquit) ætatis annum agentem ad munus Sitoniæ vocari non oportet. Idem Ulpianus in l. ij. de Adminiſtrat. rer. ad civit. per. lib. 50. P. tit. 8. de hujuſmodi munere copioſe diſſerit: eum ſi placet legito, Antonianus. [Suid. Σιτώνης, ὁ ἀγοράζων τὸν δημόσιον σῖτον. Eſtque proinde Annonæ præfectus, & Σιτωνία ejuſdem Præfectura. V. Cang. Gloſſ. Med. Gr. in Σιτωνικός.
Sitostasius, i. m. [σιτοστάσιος] dicitur in Cod. Juſtin. Qui vendendo frumento præeſt, certamque ſtationem ſeu locum ad illud officium exercendum tenet. Honorius Imp. In æſtimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quicquid decreto eloget in Sitoſtaſii munera Eminentia tua diſpoſuit, imperiali auctoritate roboramus. Ex l. j. De frumento Alexandrino lib. 11. Cod. tit 27. Quo in loco ſtudioſe ſe torquet Alciatus cum Pyrrho. Al. Quicquid de Crithologia & Zygoſtaſii. V. zygostasium.
Sitta, æ. f. [Σίττα] Urbs, ut Suid.
Sittace, vel Sitace, es. f. [Σιττάκη] Urbs Perſica. Steph. ex Hecatæo. Unde
Sittacēne, [Σιττακηνή] Regio Aſiæ, Medis ad meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta. Sittacena autem appellata a Sittace urbe regionis totius capite. Plin. lib. 6. cap. 26. & 27.
Sittybus, V. sillybus.
Sitŭla, æ. f. [κάδος Gl L. G. & G. L.] Ciſta, qua populi ſuffragia in creandis magiſtratibus legibusque ferendis colligebantur. Plaut. Caſ. 2. 6. 7. Sortiar illa in ſitula. Idem Caſ. 2. 4. 17.
Et ſitulam huc tecum afferto cum aqua, & ſortes. al. Sitellam.
Situla etiam Vas ad hauriendam aquam accommodum, quod aquam ſitiat. Plaut. Amph. 2. 2. 39. —ſi ſitulam cepero, &c.
Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Sitŭlus, i. m. [κάδος Gl. G. L.] Idem. Situli pendentes ærei congiales. Vitruv. 10. 9.
Situlus aquarius. Cato de R. R cap. 10. & 11.
Sitella, æ. f. dimin. [καδίον Gl G L.] Plaut. Caſ. 2. 5. 34.
Conjiciam ſortes in ſitellam, & ſortiar. Cic pro Corn. Balb. 6. Neque major eſt legere codicem quam intercedatur, quam ſitellam ipſam cum ipſo interceſſore deferre. Liv. 25. 3. Sitella allata eſt.
Sitellum, i. n. [κάδιον] Gloſſ. Græcolat.
Situs, a, um. [κείμενος Gl. L. G.] Plaut. Capt 3. 4. 4. Mihi res omnis in incerto ſita eſt. [Forte a Sino Partic. ut vult Voſſ. q. V. & in sino.
Situs, pro Conditus. Tacit. 3. Ann. 38. Urbemque Philippopolim a Macedone Philippo ſitam. Idem 3. Hiſt. 72. Iiſdem rurſus veſtigiis ſitum eſt.
Ara ſita Druſo, pro Poſita, ſive conſtituta Druſo. Tacit. 2. Ann. 7.
Situs in. Liv. 30 24. Ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt.
Siti (inquit Cicero lib. 2. de Legib. 57.) dicuntur ii, qui conditi ſunt, nec tamen antum ante ſepulcrum eſt, quam facta juſta & corpus inceſum eſt. Liv. 26. 25. Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui adverſus vim atque injuriam Ætolorum pro patria pugnantes, mortem occubuerunt. [Idem 1. 2. extr. Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs eſt, quemcunque eum dici jus faſque eſt, ſuper Numicium flumen. Sic paſſim in Inſcript. vett. & apud poetas. in epitaphiis.
In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt. Ter. Adel. 3. 4. 9. [i. e. Reſecta.
Situm eſt in te. Cic. 1. de Finib. 57. Eſt autem ſitum in nobis, ut & adverſa quaſi perpetua oblivione obruamus, & ſecunda jucunde ac ſuaviter meminerimus. Ter. And. 1. 5. 41. Haud verear, ſi in te ſit ſolo ſitum.
Situm in poteſtate. Cic. 4. Acad. 7. Aut ei ſenſus adimendus eſt, aut ea, quæ in noſtra poteſtate ſita, reddenda aſſenſio.
Sita poteſtas hujus rei in te. Cic. pro Muren. 83. Quanquam hujuſce rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt, Judices, totam Remp. vos in hac cauſa tenetis, vos gubernatis.
Situs, ûs. m. [θέσις Gl. L. G. & G. L.] Poſitus, ſive poſitio. Virg. 1. Georg. 72.
Et ſegnem patiere ſitu durescere campum. i. e. Sicut ſtat. Colum. lib. 2. pr. Longo ævi ſitu, longique jam temporis exercitatione fatigatam & effetam humum conſenuiſſe.
Membrorum ſitus. Cic. 1. Tuſc. 45.
Regalis ſitus pyramidum. Hor. 3. Carm. 30. 2.
Aquilonius ſitus. V. aquilo.
Cæruleo tenebroſa ſitu tellus. Valer. Flacc. lib. 3. 400.
Situs [τοποθεσία Gl L. G. & G. L.] Loci poſitio. Quæ & Natura, ſeu Qualitas loci dicitur. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 55. Situm caſtrorum cognoſcere. Ibid. lib. 3. cap. 12. Erant ejuſmodi fere ſitus oppidorum. Cic. 6. Verr 3. Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portuque ornata ſit, ab his rebus, quibus iſte delectatur, ſane vacua atque nuda eſt. [An, Quum ſita?
Terrarum ſitus dicere. Hor. 2. Epiſt. 1. 252.
Situs [εὐρώς] eſt etiam, ut ait Servius in lib. 6. Æn. 462. Lanugo ex humore procreata, quæ fit in locis ſole carentibus. Donatus, Situs eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt ſpecies uno loco & prolixo tempore conſtitutæ. Valla lib 6. Situs ſordes illa & illuvies, qualis naſcitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. Plin. lib 21. cap. 6. Peſſimum crocum, quod ſitum redolet. Plin. in Paneg cap. 50. Datur intueri pulcherrimas ædes, deterſo ſitu, auctas, ac vigentes.
Situs [αὐχμός] eſt etiam in vultu, capite, totoque corpore & habitu, præſertim inopum, qualem Lucanus deſcribit lib. 6. 516.
Fœda ſitu macies. Virg 7. Æn 440.
Sed te victa ſitu, verique effeta ſenectus. i. e. Senio & nihil agendo corrupta. Ex Valla lib. 6.
Situs in vetuſtate ſentit celerrime malobathrum. Plin lib. 12. cap 26.
Situs, in vitibus. Columel. lib. 4. cap. 24. Jam vero muſcus, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, ſituque & veterno macerat, ferro diſtringendus & eradendus eſt.
Loca ſenta ſitu, Squalida. Virg 6. Æn. 462.
Araneoſus ſitus. Catul. ad Thallum, 23. 3.
Immundus ſitus. Ovid. 1. Amor. 12. 30.
Iners ſitus, Ignava deſidia. Ovid. 1. de Pont. 6. 8.
Informis ſitus & deſerta vetuſtas. Hor. 2. Epiſt. 2. 117.
Turpi ſitu caneſcunt tecta. Ovid. 1. Amor. 8. 52.
Corrumpi ſitu. Plaut. Truc. 5. 29.
Depellere ſitum cutis. Stat. 5. Silv. 3. 34.
Detergere ſitum ferro. Sil. lib. 7. 534.
Ducere ſitum. Quintil. lib. 1. cap. 2. Excitanda mens & attollenda ſemper eſt, quæ in hujuſmodi ſecretis, aut langueſcit, & quendam, velut in opaco, ſitum ducit, aut contra tumeſcit inani perſuaſione.
Exeſi ſitu ligones. Claud. 2. in 1. Conſ Stil. 195.
Horrent ſitu campi. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 37.
Obductus cano ſitu color. V. obduco.
Obrutum ſitu vetuſtatis. V. obruo.
Obſitus ſitu. Paterculus lib. 2. cap. 126. Sepultæ, ac ſitu obſitæ, juſtitia, æquitas, induſtria, civitati redditæ.
Pati ſitum indignum. Stat 3. Theb. 100.
Pigro ſitu perit forma Ovid 1. Am 3. 14 [Hic & in ſeq. eſt Neglectus, incuria.
Rigido ſitu relicta ceſſat terra. Ovid. 3. Triſt 12. 70.
Squalent fœdo ſitu ſceptra Claud 1. de Rapt. Proſerp. 81.
Situātus, a, um. Adj. Florus lib. 2. cap. 18. Numantia edito in tumulo apud flumen Durium ſituata. al. Sita. [Variant codd. Forte Statuta. Ut *Urbem, quam ſtatuo.* De v. *Situare.* V. Cellar. Cur. poſt. p. 367.

S I V

Siva, V. ai.

S M

S. M. Sacrum manibus, Sibi monumentum, Signata moneta, Solvit (vel Sun) merito. S. M. A. G. S. Sacrum memori animo gratis ſolvit. S. M. D. Sacrum matri Deûm, Sibi monumentum dedit. S. M. M. Sacrum Magnæ matri. S. M. P. E. Sibi monumentum publice elegit. S. M. P. I. Sibi monumentum poni juſſit. S. N. Socii, vel Sui nominis. S. N. S. Q. Si negas ſacramento quæſito.

S M A

SMARAGDUS, i. f. ſec. com. [σμάραγδος Gl. G. L.] Gemma, quæ oculorum acies recreatur, eaque nihil viridius. Plin. lib. 37. cap. 5. Smaragdus vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant, &c. Martial lib. 5. 11.

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas, uno
Portat in articulo.

Claris ſmaragdis lucens folium. Ovid. 2. Met. 24.
Grandes viridi cum luce ſmaragdi. Lucret. lib. 4. 1119.
Graves ſmaragdi. Claud. de Nupt. Hon. 88.
Virides ſmaragdi. Ovid. 2. Amor. 6. 21. Scribitur & Zmaragdus.

SMARAGDINUS, a, um. Adj. [σμαράγδινος] Quod factum eſt ex ſmaragdo, vel ejus coloris. Apic. 3. 1. Olus ſmaragdinum.

SMARAGDITES, æ. m. [σμαραγδίτης] Genus marmoris ſmaragdum referens colore.
Item Mons juxta Chalcedonem, in quo legebantur ſmaragdi. Plin. lib. 37. cap. 5.

SMARIS, ĭdis. f. [σμαρίς] Piſcis exigui genus, mari peculiare, quod Theodorus ex Ariſtotele Cerrum vertit. Plin. lib. 32. cap. 2. Mulieribus copiam facit Glauciſcus e jure ſumptus, & Smarides cum ptiſana ſumptæ, vel cum fœniculo decoctæ.

S M E

SMEGMA, ătis. n. [σμῆγμα] dicitur Omne illud quod purgat, a σμήχω, purgo, abſtergo. Plin. lib. 22. cap 25. Si vero cæleſti aqua diſcoquantur, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſovere gangrænas utiliſſimum.
Smegma, Deterſorium medicamentum. Plin. lib 24. cap. 7. Item maſtiche lentiſci replicandis palpebris, & ad extendendam cutem in facie, & ſmegmata adhibetur. [Gloſſ. Græcolat. Σμῆγμα, Lomentum; Σμηγματοπώλης, Lomentarius; Σμήκτης, Pumicator; Σμῆξις, Lomento. conf. Suid.

SMEGMATICUS, a, um. Adj. [σμηγματικός] Plin. lib. 31. cap. 7. Sudorem ciet, alvum ſolvit in vino & aqua, acopicis & ſmegmaticis utilis. h. e. Medicamentis quæ laſſitudinem tollunt, & deterſoriis.

SMECTICUS, a, um. Adj. [σμηκτικός] dicitur Quod habet vim abſtergendi & purgandi. Unde Smectica vis, quæ & Smegmatica. Plin. lib. 30. cap. 4. Omnium quidem cochlearum cinis ſpiſſat, vel facit ſmectica vi.

SMERDIS, [Σμέρδις Suid.] Cambyſæ Perſarum regis frater, quem cum Cambyſes per ſomnium vidiſſet regio throno inſidentem, metuens ne regnum occuparet, occidi juſſit.
Fuit & Oropaſtes Magus, qui poſt Cambyſæ mortem, Smerdim fratrem ſe illius eſſe adſimulavit eoque aſtu in regni ſucceſſionem irrepſit. Regnavitque aliquot menſes, donec fraude per Phædimam Oſtanis filiam detecta, conſpiratione ſeptem optimatium eſt interfectus. Herodotus lib. 3. & Juſtin. lib. 1. cap. 9.

S M I

SMILAX, ăcis. f. [σμίλαξ] Arbor. Plin. lib. 16. cap. 10. Similis etiamnum his aſpectu eſt taxus minus virens, graciliſque & triſtis ac dura, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Et paulo poſt, Hanc Sextius ſmilacem a Græcis vocari dixit, &c. Vetus codex habet Milacem. Dioſcor. lib. 4. cap. 73. Smilax a Græcis, Taxus a Latinis appellatur, &c. conf. MILAX. [Gloſſ. Latinogr. Taxus, Σμίλαξ, ἰχθυόβοτον.
Smilax, [σμίλαξ] Genus herbæ denſis geniculatæ caulibus, ſpinoſæ, fruticoſis ramis, folio hederaceo, flore candido, olente lilium, infauſtæ omnibus ſacris atque coronis. Plin. lib. 24. cap. 10. Smilax quoque quæ & Nicephoros cognominatur, ſimilitudinem hederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, ajunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera ſmilacis dixere. Alterum, &c. Hactenus Plinius, Smilacum autem multa genera. Eſt enim hortenſis, quæ noſtris phaſeolis rubentibus a Ruellio comparatur. Eſt & ſmilax, quæ Græcis λεία, Latinis Lævis, & alia quæ Smilax aſpera dicitur, de qua Plin. loco ſuperiori.

SMILAX, ăcis. f. [Σμίλαξ] Puella, quæ amore Croci juvenis tabeſcens, mutata fertur in herbam ſui nominis, quæ ſimilis eſt hederæ. Ovid. 4. Met. 283.

Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores.

SMILION, i. n. [σμίλιον] unde Smilion collyrium apud Celſum lib. 6. cap. 6. ubi ejus docet compoſitionem. Et paulo poſt, At ſi craſſæ cicatrices ſunt, extenuat vel ſmilion, vel canopite collyrium. Smilii meminit & Galenus lib. 3. cap. 2. De compoſitione pharmacorum ſecundum locos. Videtur autem ſic appellatum, quod inſtar ſcalpelli ſeu acicolæ abſceſſum rumpat. Sic enim ibi ait Galenus: Aut ſane per acre pharmacum abſceſſum rumpere, quale eſt Smilium appellatum. [Gloſſ. Græcolat. Σμίλη, Scalprum, Σμιλίον, ſcalpellum.

SMINTHEUS, [Σμινθεύς] Nomen eſt, quo Apollo vocitatus eſt: cujus duplicem originem refert Homeri interpres. Primam hanc, fuiſſe in Chryſe oppido Myſiæ, Crinim ſacerdotem Appollinis: cui deus iratus, immiſit in agros illius mures, qui fructus illius vaſtabant. A quo exoratus deus, quum rurſum placatus peſtem hanc tollere vellet, ad Ordem paſtorem illius venit: a quo hoſpitio acceptus, pollicituſque mali remedium, mures ſagittis omnes interfecit: eoque facto juſſit paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humana ſpecie apud ſe divertiſſe, & ab eo mures occiſos: quod audiens Crinis, templum deo conſtruxit, vocavitque Apollinis Sminthei, quod ejus linguæ dialecto mures σμίνθοι vocantur. Altera talis eſt, Quum Cretenſes aliquando coloniam deducturi eſſent, ab Apolline reſponſum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obſtitiſſent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures clypeorum lora arroſerunt: itaque mane, quum id factum viderent, memores oraculi, urbem poſuerunt, eamque Sminthiam appellaverunt.
Intonſus Smintheus. Ovid. 12. Met. 585.

SMINTHIUM, ſive SMINTHEUM, Apollinis delubrum, [Σμίνθιον] id circa urbem Chryſam, quæ fuit in confinio Troadis & Æolidis, erat. Strab. lib. 13.

S M U

SMURNA, ut in Pandectis Piſanis legitur, alioqui Smyrna, ea eſt quam vulgus *Myrrham* appellat. Marcianus libro ſingulari de Delatoribus relatum in l. Interdum, nec videndus eſt. §. Species. De Publicanis & vectigal. lib. 38. P. tit. 4. Dioſc. 1. 77. Lucret. 2. 502. [Gloſſ. Græcolat. Σμύρνα, Murra.

S M Y

SMYRNA, Græcis Myrrha eſt. V. ſuo ordine & præc. SMURNA. conf. infra SMYRRHIZA.

SMYRNA, æ. f. Poema Cinnæ vatis inſcriptum fuit, novem perpetuis elaboratum annis. De Cinnæ poemate Catullus ſcribit, Carm. 94.

Smyrna mei Cinnæ, nonam poſt denique meſſem,
Quam cœpta eſt, nonamque edita poſt hiemem.

Videtur tamen poema obſcurum fuiſſe, unde Martialis ſcripſit, 10. 21.

Judice te melior Cinna Marone fuit.

Ego crediderim argumentum ejus fuiſſe de nefandis & inceſtis amoribus Myrrhæ, quæ deperiit patrem ſuum Cinyram. Eam ego conjecturam facio ex verſu uno poematis illius, quem profert Priſcianus,

At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebat in alvo.

Nam quæ Myrrha, eadem Smyrna dicitur. Hæc Turneb. 17. 27. V. MYRRHA.

SMYRNA, æ. f. [Σμύρνα] urbs Ioniæ in Aſia, de qua Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnam evertiſſent, circiter annos quadringentos in vici modum manſit habitata: poſtmodum Antigonus eam ſuſcitavit, deinde Lyſimachus, & nunc omnium pulcherrima eſt. Ejus pars in monte ſita eſt, pars maxime in campo præter portum, & gymnaſium, & matronarum locum. Viæ ſunt in rectum pro viribus diſtinctæ, & lapidibus inſtratæ, porticus magnæ, quadratæ, plenæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereum & porticum quadratam cum Homeri templo & ſtatua. Nam & hi maxime hunc poetam ſibi vendicant, unde & nummus quidem æneus apud eos, Homerus vocatur. Urbis mœnia Meles amnis præterfluit: ad ceteram ſtructuram etiam portum clauſum habet. Hactenus Strabo lib. 14.

SMYRNÆUS, a, um. Adj. [Σμυρναῖος] ut
Plectra Smyrnæa, Homerica. Sil. lib. 8. 595.
Smyrnæi vatis honores; i. e. Homeri. Lucan. 9. 984.

SMYRNION, [σμύρνιον] Herba eſt ex Dauci generibus, myrrhæ odorem referens, unde & nomen accepit, Vulgus *Leviſticum* appellat. Plin. lib. 27. cap. 15. Theophraſtus lib. 6. cap. 3. Dioſcorid. lib. 3. cap. 79. Smyrnion, quod in Cilicia Petroſelinum vocant, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet Apii, & ſtolones multos, folia latiora, ſubpinguia, ad terram infracta, robuſta, &c. [Gloſſ. Græcolat. Σμύρνιον, λαχανον, Olusatrum.

SMYRRHIZA, æ. f. quam alii Myrrham, alii Myrrhidem vocant, ſimillima eſt cicutæ, caule foliiſque & flore minor tantum & exilior, cibo non inſuavis. Plin. lib. 24. cap. 16. Hard. potat Smyrrhizuſa legendum.

SMYRUS, i. m. [σμύρος] Piſcis, quem Plinius commemorat lib. 32. cap. 11. V. Rondeletium.

SMYRÆNA, æ. f. [σμύραινα] genus piſcis, teſte Suida. [Idem arbitror, terminatione f. quod ſuperius, ut in aliis multis uſu venit. Latine autem Muræna. q. V. & l. Onomaſt. vet. Murena, Σμύραινα.

S O

S. O. Suis omnibus. SOCR. P. B. M. Socrui poſuit bene merenti. SOD. Sodali. SOL. Solidis. SOL. INV. Soli invicto. SOL. L. M. Solvit libens merito. SOL. PUB. S. P. D. D. D. Soli publico ſibi poſuit dato decreto decurionum.

S O A

SOANA, n. pl. [Σώανα] apud Ptolemæum lib. 11. dicta ſunt Oſtia fluvii cujuſdam in Taprobane inſula.
SOANDUS, Locus eſt in Cappadocia. Strabo lib. 14.
SŎANES, [Σόανες] Scythæ populi ſunt. Strabo lib. 11. Soanes veneno ad ſpicula mirifice utuntur, quod eos etiam, qui non venenatis ſagittis ſaucii ſunt, odore offendit.

S O B

SOBOLAXÆ, eſt Sabæorum civitas ad Mare rubrum, includens ſuis muris templa ſexaginta. Plin. lib. 6. cap. 28.

SŎBŎLES, is. f. [ἐπιγονή, γονή, Gl. L. G. & G. L. γονή L. G.] Succeſſio, aut rectius Propago dicitur; a Sub & Oleſcendo, id eſt creſcendo, ut Grammatici putant, dicta; unde nonnulli malunt ſcribere Suboles. V. Voſſii Etymol. Et eo modo Livius 29. 3. Juventutem ſuboleſcentem dixit.
Soboles eſſe antiquam & veram ſcripturam contendit Lambinus apud Ciceronem. Vide Feſtum. H. St. V. omnino Voſſium. Suboles & in utroque Gloſſ. ſcribitur.
Amor utrique ſobolis æqualis. Plin. lib. 10. cap. 34.
Propagatio & ſoboles. Cic. 1. Off. 54. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus & jam plures propinqui: quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerumpub.
Nova ſoboles. Stat. 3. Silv. 2. 177.
Cara deûm ſoboles. Virg. 4. Ecl. 49.
Suſcepta ſoboles. Virg. 4. Æn. 327.
Denſior ſoboles. Virg. 3. Georg. 308.
Robur & ſoboles militum interiit. Cic. 10. Fam. 33.
Soboles in plurali. Cic. 3. de Legib. 7. Cenſores, populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento.
De apibus Columel. lib. 9. cap. 14. Ne novæ ſoboles diffugiant.
Soboles vitium e radicibus caudicem ſuper terram fuſas revellentem. Gell. lib. 19. cap. 12. Gallice, *les ſourgeons, les jettons, ou rejettons.* [Et hæc eſt propria vocis ſignificatio.

SOBOLESCO, &c. V. in dict. præced. & SUBOLESCO.

SOBLICES, V. SUBLICA.

SOBRINUS, i. m. pr. comm. [ἀνεψιὸς Gl. G. L. ἀνεψιαδοῦς L. G.] Sobrini, duarum pluriumve ſororum filii, quaſi Sororini dicuntur. Juſtinian. lib. 3. Inſtit. tit. 6. de grad. cogn. Item ſobrini, ſobrinæ, id eſt qui quæve ex fratribus vel ſororibus, patruelibus vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur. Ter. And. 4. 5. 6.

Quem video? eſtne hic Crito, ſobrinus Chryſidis? Ubi Donatus, Sobrini, ſunt conſobrinorum filii: nam ſic dicit Menander. Verum, ut alii putant, de ſororibus nati: ut ſint ſobrini, quaſi Sororini. Cic. 1. Off. 54. Sequuntur fratrum conjunctiones, poſt conſobrinorum ſobrinorumque, qui cum una domo jam capi non poſſunt, in alias domos, tanquam in colonias, exeunt. [Altero proin poſt Conſobrinos gradu Sobrini.

Sobrinus, eſt Patris mei conſobrini filius, & matris conſobrinæ filius. Paulus. Feſtus, Sobrinus eſt, ut ait Gallus Ælius, Patris mei conſobrini filius, & matris meæ conſobrinæ filius. Femina iiſdem de cauſis appellat fratrem & fratrem patruelem. & conſobrinum propius ſobrino & ſobrina. Iidem gradus in ſobrius quoque ſunt.

Sobrinus, pro quocunque Cognato. Ter. Phorm. 2. 3. 37.

Eho tu, ſobrinum tuum non noras? Hunc ſuperius paulo, Cognatum vocaverat.

SOBRINA, æ. f. [ἀνεψιὰ] Plaut. Pœn. 5. 2. 198. Mihi ſobrina tua mater fuit.

SOBRINITAS, ātis. f. [ἀνεψιότης] Gloſſ. Græcolat.

SŌBRIUS, a, um. Adj [νηφάλιος. Gl. L. G. & G. L. νηφάλεος G. L. νήφων, L. G.] Qui in cibo ac potu temperans eſt, quaſi Sine ebrietate.

Sobrius, Qui non eſt actu ebrius. Cic. 4. Acad. 52. Ne vinolenti quidem, quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii. Hic Sobrium oppoſuit Vinolento. Idem in Orat. 99. Furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari vinolentus videtur.

Sobrius, Sanæ mentis. Ter. And. 4. 5. 39. Te pol, homo, non es ſobrius.

Cor ſobrium. Plaut. Trucul. 4. 4. 2.

Mens ſobria. Claud. 1. in Eutrop. 229.

Nox ſobria. Propert. lib 3. 17. 12.

Opera ſobria. Plaut. Perſ. 4 5. 2.

Edepol dediſti, virgo, operam laudabilem,
Probam, & ſapientem, & ſobriam.

Paupertas ſobria. Claud. 4. Conſ. Hon. 415.

Pocula ſobria. Tibul. lib. 1. 6. 28.

Rura ſobria, In quibus vinum non naſcitur. Stat. 4. Silv. 2. 37.

Terræ ſobriæ, In quibus vineta ſuccidi juſſerat Domitianus, ut eſt auctor Sueton. in Domit. cap. 7. Stat. 4. Silv. 3. 12.

Verba non ſobria. Martial. lib. 1. 84. in Procillum.

SOBRIUS, Vicus Romæ. Paulus ex Feſto, Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio, lacte, non vino ſupplicabatur.

SOBRIE, Adv. [σωφρόνως Gl G. L.] Temperanter. Cic. 1. Off. 106. Intelligemus quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere, quamque honeſtum, parce, continenter, ſevere, ſobrie.

Sobrie, Prudenter. Plaut. Pſeud. 4. 2. 29. Idem Milit. 3. 1. 217. Hæc præcepta ſobrie ut cures face.

Sobrie & frugaliter accurare rem aliquam. Plaut. Perſ. 4. 2. 2.

SOBRIĔTAS, ātis. f. [νηφαλιότης Gl. G. L.] Senec. Tranq. Anim. cap. ult. Triſtis ſobrietas removenda pauliſper.

SOBRIŌSUS, a, um. Adj. Idem quod Sobrius. Cyprian.

SOBRIEFACTUS, a, um Adj. ex Partic. Apul. 8. Met. p. 205. Elmenh. Sobriefactus ſermone.

SOBRIO, āre. [νήφω] Gloſſ. Græcolat.

S O C

SOCCATUS, SOCCIFER. V. infra ſeq dict.

SOCCUS, i. m. [ἐμβὰς Gl. G. L.] pl. Socci, [ἐμβάδες Gl. L. G.] Genus calceamenti, a Sacco deductum, ad cujus ſimilitudinem erat factum, ita quod ligatum ſupra pedem, plicas multas per totum effundebat. [Non. V. Voſſ. Etym.

Soccis utebantur viri, quemadmodum etiam mulieres. Plaut. Bacch. 2. 3. 98.

Sed diveſne eſt illic Theotimus? C. etiam rogas,
Qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum? Idem Ciſtel. 4.2.29.
Sed is hac, aut hac: ſocci video veſtigium
In pulvere. Ter. Heaut. 1. 1. 72.
Aſſido: accurrunt ſervi, ſoccos detrahunt. Cic. pro Rabir. Poſt.

27. Conſularis homo ſoccos habuit & pallium. Idem 3. de Orat. 127. Sed annulum, quem haberet; pallium, quo amictus; ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe.

Luteus ſoccus. Senec. Hippol. 3.

Muliebris. Sueton. de Calig. cap. 52.

Adimere ſoccos. V. ADIMO.

Calceare ſoccis. V. Calceo, in CALX.

Soccis utebantur & Comœdi, ut Tragœdi Cothurnis Hor. de Arte Poet. 80.

Hunc ſocci cepere pedem. Plin. lib. 7. cap. 30. Magnum & Menandro in comico ſocco teſtimonium regum Ægypti & Macedoniæ contigit. Quintil. lib 10. cap. 2. Hor. de Arte Poet. 90.

Indignatur item privatis, ac prope ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ. Idem 2. Epiſt. 1. 174.
Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco.

Riſus ſocci & Luctus cothurni, contraria. Claud in Eutrop. 2. 299.

SOCCŬLUS, i. m. dimin. [ἐμβάδιον] Sueton. in Vitell. cap. 2. Pro maximo munere a Meſſalina petiit, ut ſibi pedes præberet excalceandos: detractumque ſocculum dextrum, inter togam tunicaſque geſtavit aſſidue. Plin. lib. 9. cap. 35.

SOCCĀTUS, a, um. Adj. Senec. lib. 2. de Benef cap. 12. Parum ſœde furioſeque ſuperbus fuerat qui de capite viri Conſularis ſoccatus audiebat, &c.

SOCCĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Sidon. Carm. 9. 215. Soccifer Menander.

SŎCER, ĕri. m. [πενθερὸς Gl. L. G. & G. L. ἑκυρὸς G. L.] Uxoris meæ pater. Cic. 1. Off 129. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lavantur. Sic 2. Tuſc. Abſocer, is, §. 1. Rec. amotus. V. ſuo ordine.

Gener & ſocer. Ovid. 7. Met. 144.

— non hoſpes ab hoſpite tutus,
Nec ſocer a genero.

Magnus ſocer. V. MAGNUS.

SOCĔRUS, i. m. Idem. Plaut. Men. 5. 5. 54.

Abiit ſocerus, abiit medicus, nunc ſolus ſum, pro Juppiter!

SOCĔRA, æ. f. Inſcriptio apud Gruter. p. 546. n. 5. PATRI. PIENTISSIMO. ET. SOCERAE. TENACISSIMAE.

SOCRUS, ūs. f. pr. comm. [πενθερὰ Gl. G. L.] Uxoris mater, aut mariti. Nam & ad generum, & ad nurum refertur. Cic. pro Cluent 188. Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium.

Arida ſocrus. Claud. 1. in Eutrop 269.

Magna ſocrus. V. MAGNUS.

Socrus & maſcul. genere veteres dici poſſe voluerunt. [πενθερὸς Gl. L. G. & G. L. ἑκυρὸς L. G.] Nævius Pellic Define ſocri tuo, fratri, patri meo. Non. 3. 198. [V. Priſcian. lib. 6. fol. 59. b. Aldi.

SOCRUĀLIS, e. Adj. Sidon. 7. Epiſt. 2. Socrualis munificentia.

SOCHIS, [Σῶχις] Ægypti rex, qui numini ſolis apud Heliopolin obeliſcos quatuor, quadraginta octo cubitorum longitudine, dedicavit. Plin. lib. 36. cap. 8.

SOCIA, SOCIALIS, SOCIENNUS, SOCIETAS, SOCIO. V. SOCIUS.

SŎCIUS, i. m. [κοινωνὸς Gl G. L. κοινωνὸς ἐμπορίας L. G. ἑταῖρος G. L.] Socii dicuntur, Qui pari conſilio & auctoritate rem aliquam ſimul aggrediuntur.

Ad malam rem ſocius, & ad ſalutem. Plaut. Aſin. 2. 2.28. Idem Ciſtell. 4. 2. 78. Sociam te mihi opto ad meam ſalutem. h. e. Volo ut me adjuves.

In negotio aliquo ſocius. Ter. Heaut. 3. 2. 9.

Item ut filium meum amico atque æquali ſuo
Video inſervire, & ſocium eſſe in negotiis.

Conſiliorum ſocius & particeps conſiliarius Plaut. Mil. 4. 2. 20. Cic. 12. Att. 52. Et eo minus quod hujus conſilii jam ne ſocium quidem habeo quenquam.

Culpæ ſocius. Cic. 11. Att. 24. Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ ſocium.

Doloris & periculorum ſocius. Plin. lib 35. cap. 11. Cic. 13. Fam. 71. T. Auguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum ſocius.

Hereditatis ſocius, apud Plinium in Paneg. cap. 38.

Operum ſocii. Hor. 2. Epiſt. 1. 142.

Regni ſocii. Lucan. lib. 1. 92.

Addere ſe ſocium alicui. Virg. 2. Æn. 339.

Adhibere aliquem ſocium ſibi Virg. 8. Æn. 56.

Adjungere ſibi ſocium. V. ADJUNGO.

Amiſſa ſociorum pars. Ovid. 14. Met. 242.

Aſciſcere ſibi ſocios V. ASCISCO.

Adſcribere ſe ſocium. Cic. 14. Att. 19.

Capere aliquem ſocium conſiliis. Virg. 5. Æn. 712.

Habere ſocium. Cic. 2. Fam 9.

Inferre ſe ſocium. Virg. 4. Æn. 142.

Profiteri ſe ſocium. Cic. 3. Famil.

Recuſare ſocium. Senec. Agamem. 7.

Socii etiam, Qui in re ſeria & laborioſa, aliquorum pares ſunt. Unde Socii Pop. Rom. dicebantur, ita cum his fœdere conjuncti, ut pacis ac belli participes eſſent. Plin. in Paneg. cap. 60. Bellorum iſtud ſociis, olim periculorum conſortibus, parus tamen tribuebatur.

Socius, κοινωνός, cui ſe quis in negotio conjunxit. Cic. pro Roſc. Com. 16.

Socii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. Cic 5. Verr. 50.

Socii, Publicani ejuſdem ſocietatis. Nam publicanorum erant ſocietates, quæ publica vectigalia redimebant, conducebantque a Cenſoribus, ut ſæpe apud Ciceronem leges, ut in Brut 85. Quum in ſilva Scantia (al. Sila) facta cædes eſſet, notique homines interfecti: inſimularetorque familia, partim etiam liberti ſocietatis ejus, quæ picariam de P. Cornelio, L. Mummio Cenſoribus redemiſſet: decreviſſe ſenatum, ut de ea re cognoſcerent & ſtatuerent conſules: cauſam pro publicanis accurate eleganterque dixiſſe Lælium. Paulo poſt, Tum Lælium, quum eum ſocii domum reduxiſſent, egiſſentque gratias, &c. Paulo poſt, Itaque multis querelis, multaque miſeratione adhibita, ſocios, omnibus approbantibus, illa die quæſtione liberatos eſſe.

Socii, Fœderati, Societate & amicitia pop. Ro. juncti, etiam ſine fœdere.

Conditione ſocii. Cic. 3. Verr. 81. Porro autem populi Ro. conditione ſociis, fortuna ſervis, voluntate ſupplicibus.

Socii Latini, dicebant veteres conjuncte, cum tamen & de Sociis, id eſt Italis extra Latium, & de Latinis intelligerent: ſicuti Æquum bonum, copula omiſſa, pro Æquum & bonum, ſic Socii Latini nominis, pro Socii, & qui erant Latini nominis Nam Latini, cum ipſi quoque ſocii eſſent, proprio tamen nomine a reliquis Italis diſtinguebantur, & proprio etiam jure fruebantur, unde, jus Latii, & jus Italicum, diverſe poſita. Erat igitur Socii nomen generale, ſicuti & Fœderati. Tam enim ſocii fœderatique Latini, quam reliqui Itali. Liv. lib 41. (cap 12.) Moverunt ſenatum, inquit, legationes ſocium nominis Latini. Summa querelarum erat: Cives ſuos, Romæ cenſos, pleroſque Romam commigraſſe: quod ſi permitteretur, perpaucis luſtris futurum, ut deſerta oppida, deſerti agri, nullum militem dare poſſent. Dixit Socium nominis Latini, pro, Sociorum, & Nominis Latini. Quod idem Livius ibidem oſtendit: ſubjungit enim: Lex ſociis, ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent: ea lege male utendo, alii ſociis, alii populo R. injuriam faciebant Nam & ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos, quibuſquibus Romanis in eam conditionem, ut manu mitterentur, mancipio dabant, libertinique cives eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, cives Romani fiebant. Hic duo ſunt animadvertenda: primum, de quibus dixerat, Socium nominis Latini, de iiſdem intuliſſe, Sociis ac Nominis Latini: deinde, cum in eo, Sociis ac Nominis Latini, diſtinxiſſet ac ſeparaſſet Socios a Latinis, uno tamen poſtea nomine ſimul omnes comprehendiſſe, cum dixerit, Alii ſociis, alii populo R. injuriam faciebant. Apparet, quanquam Latini ac reliqui Itali non eodem jure eſſent, æque tamen omnes ſocietate junctos fuiſſe populo R. Eſt etiam eadem de re, verſibus aliquot interjectis, ejuſdem generis exemplum.

plum. (cap. 13.) Legem, inquit de ſociis C. Claudius tulit S.C. & edixit, qui ſocii ac nominis Latini ipſi majoreſve eorum, M. Claudio T. Quinctio cenſoribus, poſtque eos apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent, ut omnes in ſuam quiſque civitatem ante cal. Novemb. redirent. Et lib. 42. cum de iiſdem loqueretur, (cap. 10. pr.) L. Poſtumius, inquit, Conſul pro concione edixerat: Qui ſocium Latini nominis ex edicto C. Claudii Conſulis redire in civitates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romæ, ſed omnes in ſuis civitatibus cenſerentur. Sexcenta ſunt hujuſmodi tum apud hunc, tum apud alios: quæ legendo, ſi quis voluerit, obſervet. Ex obſervationibus P. Manut.
Jugales ſocii. Sil. lib. 16. 401. de Equis dixit.
Navales ſocii. Liv. 22. 50. i. e. Remiges. V. in NAVIS.
SOCIA, æ f. [ἑταίρα] Ovid. 10. Met. 268.
Appellatque tori ſociam.
Thalami ſocia. Senec. Hippol. 8.
Addere ſe ſociam alicui. Virg. 6. Ecl. 20.
Aſſumere ſociam. Plaut. Stich. 1. 2. 44 conf. ſeq. dict.
SOCIUS, a, um. Adj. [κοινωνὸς Gl. L. G. & G. L.] ut, Acies ſociæ. V. ACIES.
Agmina ſocia. Virg. 2. Æn. 371.
Arma ſocia ferebat auxilio. Sil. lib. 7. 635.
Civitas flagitiorum & rapinarum ſocia. Cic. 4. Verr. 23. Te, omnium Siculorum patronum, una Mamertina civitas, ſocia furtorum ac flagitiorum tuorum, publice laudat. [Niſi eſt Subſt.
Claſſis ſocia. Ovid. 13. Met. 352.
Honor ſocius. Ovid. 13. Met. 949.
Linguæ ſociæ commercia. Ovid. 5. Triſt. 10. 35.
Nox ſocia, Quæ alicujus facinoris perpetrationem juvat. Cic. 2. Philipp. 45. Quum tamen tu, nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. Aliter uſus eſt Statius 3. Silv. 5. 1.
Quid mihi mæſta die, ſociis quid noctibus uxor
Anxia, &c. i. e. Quas ſimul tranſigimus. [In Cic. loco eſt Subſt.
Sanguis ſocius. Ovid. 2. Amor. 14. 32.
Sermo ſocius. Ovid. 2. de Arte Am. 143.
Noſtri ſocia ſanguinis ſoboles. Cic. 2. Tuſc. 23.
Titanum ſoboles, ſocia noſtri ſanguinis. Ex poeta.
Urbe ſocia frui. Virg. 3. Æn. 352.
SOCIĔTAS, ātis. f. [κοινωνία, ἑταιρεία Gl. G. L.] quaſi Participatio, quæ fit dum ſocium ad aliquod negotium gerendum nobis adjungimus. Cic. pro Roſc. Com. extr. Quum præſertim ex tua ratione, quodcunque tibi peteres, huic peteres: quodcunque tibi exigeres, id in ſocietatem recideret. Idem 5. Verr. 184. Primum eam, quum poſita eſſet apud eas ſocietates, unde erat attributa, binis centeſimis feneratus eſt. V. poſt.
Societas rei alicujus cum altero, ut Criminis. Cic. 1. Verr. 30. Video enim permulta eſſe crimina, quorum tibi ſocietas cum Verre ejuſmodi eſt, ut ea in accuſando attingere non audeas.
Captioſa ſocietas. V. Captio, in CAVEO.
Interior & propior ſocietas. V. INTRA.
Infida regni ſocietas. Liv. 1. 14.
Accedere ſocietatem alicujus. V. ACCEDO.
Accipere ſocietatem. Cic. 12. Fam. 28 pr. V. ACCIPIO.
Adjungere aliquem in ſocietatem. V. ADJUNGO.
Aſſumere in ſocietatem. Juſtin 10. 1. 5.
Auctus ſocietate. Tacit. 4. Hiſt. 66.
Coire ſocietatem. V. COEO.
Coire ſocietatem ſalutis & periculi cum aliquo. Cic pro Rabir. perd. reo 21. An cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scævola, cum bonis denique omnibus, coire, non modo ſalutis, verum etiam periculi ſocietatem?
Cum eo voluntariam ſocietatem coibas, qui te in hereditaria ſocietate fraudarat. Cic. pro Quint. 79.
Coitur ſocietas. Cic. pro Roſc. Amer. 87.
Colere ſocietatem fide. Cic pro Quint. 29. Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur, &c.
Componere ſocietatem. V. COMPONO.
Conferre ſe in ſocietatem. V. CONFERO.
Confirmare ſocietatem. Cic. 2. Philip. 89.
Conflare ſocietatem. V. CONFLO.
Conjunctus ſocietate. Cic. 1. Acad. 21. Hominem eſſe cenſebant quaſi partem quandam civitatis & univerſi generis humani, eumque eſſe conjunctum hominibus humana quadam ſocietate.
Convocare ad vitæ ſocietatem. V. CONVOCO.
Copulare ſocietatem cum deo. V. COPULO.
Devincire ſocietatem. Cic. 1. Off 22. Tum artibus, tum opera, tum facultatibus, devincire hominum inter homines ſocietatem.
Dirimere ſocietatem Cic. pro Domo ad Pontif. 28. Hanc noſtram conjunctionem, hanc conſpirationem in Repub. bene gerenda, hanc jucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.
Facere ſocietatem cum aliquo. Cic. pro Quint. 12. Qui ſocietatem cum Sex. Nævio fecerit.
Gerere ſocietatem magna fide. Cic. pro Quint. 12. Qua in re diligens erat, quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent, &c.
Habere ſocietatem. Cic. de Fato 3.
Implicare ſe ſocietate omnium. V. IMPLICO.
Ingeneravit Natura ſocietatem utriſque. V. INGENERO.
Inire ſocietatem alicujus rei cum aliquo. Cic. 13. Philipp. 36. Parumque videtur, omnium facinorum ſibi cum Dolabella ſocietatem initam confiteri?
Jungere ſocietatem alicui. V. JUNGO.
Jungi ſocietate alicui regi. V. JUNGO.
Labefactare ſocietatem. Cic. 5. Fam. 2.
Manet ſocietas. V. MANEO.
Paciſci ſocietatem. Aſcon. Pedian.
Pangere ſocietatem. V. PANGO.
Perſtare in ſocietate. V. PERSTO.
Renovare ſocietatem. Cic. 12. Fam 28. pr.
Renuntiare ſocietatem alicui, pro Diremptam ſignificare. Liv. 38. 01.
Sejungere ſe a ſocietate. Cic. 10. Fam. 6.
Servare ſocietatem. Cic. 1. Off. 17.

Societas eſt. Cic. pro Quint. 14. Quum annos jam plures ſocietas eſſet, & quum ſæpe ſuſpectus Quintio Nævius eſſet, &c.
Venire in ſocietatem. Cic. 9 Fam. 14.
SOCIOFRAUDUS, i. m. Qui ſocium fallit. Plaut. Pſeud. 1. 3. 128.
—furcifer. a. factum optime.
c. Sociofraude. a. ſunt mea hæc iſta.
p. Parricida a. perge tu.
SOCIĀLIS, e. Adj. [συμμαχικὸς] Quod eſt ſociorum, vel Societatis: ut, Res ſocialis. Senec. de Benefic. lib. 5. cap. 11. Beneficium dare, ſocialis res eſt: aliquem conciliat, aliquem obligat. Sibi dare non eſt ſocialis res: neminem conciliat, neminem obligat. [Hic ab effectu.
Amor ſocialis: ab effecto, quod ſocios reddat. Ovid. 7. Met. 800. [Immo Conjugalis intelligitur.
Anni ſociales, Conjugii. Ovid. 2. Triſt. 161.
Carmina ſocialia, Nuptialia. Ovid. 20. Epiſt. 239.
Jura ſocialia lecti. Ovid. 3. Amor. 11. 45.
Sacra ſocialia, Nuptiæ. Ovid. 21. Epiſt. 155.
Torus ſocialis. Ovid. 2. Faſt. 729.
Cœtus ſocialis, Sociorum exercitus. Liv. 7. 25.
Equitatus ſocialis. Liv. 26. 5.
Exercitus ſocialis. Liv. 3.
Fœdus ſociale. Liv. 34. 56.
Judicium ſociale, Ad ſocios pertinens. Cic. 4. Verr. 13. Primum ſi ita eſſet, tamen vos in quæſtione de pecuniis repetundis, quæ ſociorum cauſa conſtituta eſt, lege judicioque ſociali, ſociorum querimonias audire oporterat.
SOCIALĬTAS, ātis. f. [τὸ συμμαχικὸν] Plin. in Paneg. 49. Non remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademque illa ſocialitas intereſſet?
SOCIALĬTER, Adv. [συμμαχικῶς] Hor. de Arte Poet. 258.
—non ut de ſede ſecunda
Cederet, aut quarta ſocialiter.
SOCIENNUS, i. m. Idem quod Socius, antique. Plaut. Aul. 4. 4. 32.
Ibo hinc intro, atque illi ſocienno tuo jam interſtringam gulam.
SOCIO, [κοινωνῶ Gl. G. L.] āre. quaſi Socium ſocio apponere, adjungere, conjungere. Columel. lib. 3. cap. 3. At ſi quis cum ſcientia ſociaverit diligentiam. Liv. 39. 13. Eos eſſe, qui aut conjurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerint. Cic. pro Flacc. 21. Quid ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? Sil. lib. 1. 76.
Et ſe participem caſus ſociarat in omnes.
Aliquem ſociare urbe & domo. Virg. 1. Æn. 605.
Cubilia ſociare cum aliquo. Ovid. 10. Met. 635.
Curas ſociare. Valer. 5. Argon. 280.
At Juno, & ſummi virgo Jovis intima ſacrum
Conſilia, & varias ſociabant pectore curas.
Dextras ſociare, & fœdere jungi. Sil. lib. 11. 149.
Gaudia ſociare cum aliquo. Tibul. lib. 3. 3. 7.
Juvencos ſociare impoſito aratro. Stat. 1. Theb. 131.
Se cui vinclo ſociare jugali. Virg 4. Æn. 16.
Vires ſociarunt juncto aggere. i. e. Caſtris junctis. Sil. lib. 17. 110.
SOCIANS, antis. Partic. ut,
Carmina ſocians nerveis. Ovid. 11. Met. 5.
SOCIANDUS, a, um. aliud Partic. [κοινωνητέος] ut, Verba ſocianda chordis. Hor. 4 Carm. 9 4.
SOCIATUS, a, um. Partic. [κοινωθεὶς Gl. L. G.] Conjunctus, Copulatus. ut, Fœdere lecti ſociata mihi. Ovid. in Ibin, 15.
Corpus ſociatum. Ovid 2. Amor. 8. 5.
Labor ſociatus. Ovid. 8. Met 546.
Vitem ſociatam palmite ulmus amat. Stat. 5. Silv. 1. 48.
SOCIĀBILIS, e. Adj. Quod facile ſociatur alteri. Plin. lib. 16. cap. 42. Eadem & curribus, maxime ſociabilis glutino, in tantum ut findatur ante quam ſolida eſt. De abiete.
Sociabilis conſortio, pro Sociali. Liv. 40. 8. Meliora quoque exempla parte altera poſui, ſociabilem conſortionem inter binos Lacedæmoniorum reges, ſalutarem per multa ſæcula ipſis patriæque.
SOCIATIO, ōnis. f. Mart. Capel. 2. Rata inter eos ſociatio copulam nuptialem conſtrinxit. conf. Novat. de Trinit. 19.
SOCIĀTRIX, īcis. f. Valer. 5. Argon. 499.
Sed me nuda fides, ſanctique potentia juſti
Hoc tulit, ac medii ſociatrix gratia Phryxi.
SŎCORS, ordis, qui & SECORS dicitur apud Feſtum, [ἀμελὴς, ἄνους, ἀργὸς, ῥᾴθυμος Gl L. G.] Qui nihil ſe ad probitatem exercet, & qui tardus vel negligens eſt in conſulendo, meditando, proſpiciendove quid opus ſit facto: quaſi Sine corde & ignavus. Ter. Adel. 4. 5. 61.
Nolim ceterarum rerum te ſocordem eodem modo. In quem locum ſic Donatus: *Segnitia* eſt ad agendum, *ſocordia* ad conſiderandum. Cic. 1. de Nat. Deor. 5. Ut excitaret homines non ſocordes ad veri inveſtigandi cupiditatem. Idem de Clar. Orat. 239. Nam ejus æqualem M. Glabrionem bene inſtitutum avi Scævolæ diligentia, ſocors ipſius natura, negligenſque tardaverat. Columel. lib. 1. in Præfat. Itaque iſtam vitam ſocordem perſequitur valetudo.
Futuri ſocors. Tacit. 3. Hiſt. 31.
SOCORDIA, ſive SECORDIA, æ. f. apud Feſtum, [ῥᾳθυμία, ἀδιαφορία, Gl. L. G.] Ignavia. Ter. And. 1. 3. 1.
Enimvero, Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ. Plaut. Pœn. 1. 2. 104. Nimia nos ſocordia hodie tenuit. Liv. 22. 14. Sed Pœnus, advena ab extremis orbis terrarum terminis, noſtra cunctatione & ſocordia jam huc progreſſus.
Induſtria, Socordiæ opponitur. Tacit. 2. Ann 38.
Socordia cæca ac ſopita. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Per ſocordiam. Liv. 7. 35. Cum hoſte res eſt, cui heſterno die delendi omnis exercitus fortuna per ſocordiam uſus non ſit.
Abjicere ſocordiam. V. ABJICIO.
Accedere ad majorem ſocordiam. V. ACCEDO.
Compellere ſocordiam. V. COMPELLO.
Intendere ſocordiam. Tacit. 2. Ann 38. Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia. h. e. Augebitur.
Socordia, Ἀφόδευμα ὑός. Gloſſ. Latinogræc. [Quod Stercus ſuillum denotat, Eſt enim, ut in Gloſſ. Græcolat. ἀφόδευμα, Caco.
SOCORDĬTER, Socordius, Socordiſſime. [ῥᾳθύμως] Liv. 1. 22. Ab Albanis ſocordius res acta.

Sŏcor.

Sŏcrătes, is. m. [Σωκράτης] Philoſophus Athenienſis, unus omnium ſapientiſſimus judicatus. Pater Socratis fuit Sophroniſcus lapidarius, mater Phænareta obſtetrix. Qui in paupertate beatiſſimus, amicis olim audientibus, Emiſſem, inquit, pallium ſi nummos haberem. Neminem popoſcit, omnes admonuit, a quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, poſtea ad Archelaum Phyſicum ſe contulit. Sed animadvertens, naturalis ſpeculationis fructum nullum eſſe, invenit primus Ethicen, id eſt moralem philoſophiam, ad quam tranſiens fertur dixiſſe, Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Auctor eſt Xenophon Socratem nunquam de natura rerum, neque de ſublimioribus rebus diſputaſſe, quum ea ſint ſupra captum hominum. Quod ipſe præter cæteros ſuo tempore mortales, & vita caſtiſſimus, & moribus patientiſſimus fuerit, exempla utriuſque rei conſtant. V. Gell. 2. 1. Caſtitatis illud ab Æliano memoratur, quod Zopyrus Phyſiognomus dixiſſe fertur, Socratem ex Phyſiognomia omnium libidinoſiſſimum eſſe: civibus autem tanquam falſa locutum eum ridentibus, Socrates minime mentitum dixit, ſed naturæ vim ſe animi virtute attuliſſe. Cic. tamen de Fat. 10. non laſcivum, ſed bardum ac mente ſtupidum & obtuſum dixiſſe ait. Nihil unquam ſcripſiſſe conſtat, ſed ejus diſſertationes a Xenophonte & a Platone commemorantur. Dæmonem ſe habere fatebatur, qui ei futura prædiceret. Accuſatus poſtremo ab Athenienſibus, quod de diis male ſentiret, ac in carcere cauſam dicere juſſus, neglexit, & Lyſiæ orationem elegantiſſimam reſpuit, ut ſcribit Cic. lib. 1. de Orat. 231. qui pluribus perſequitur hiſtoriam de morte Socratis, eodem lib. 1. de Orat. 90. Hic æquabilitatem in omni vita ſervavit, ut idem ſemper vultus, eademque frons, ſive proſperis, ſive adverſis rebus extiterit uſque ad extremum. V. Plin. lib. 7. c. 19. Ex Socratis variis & in omnem partem diffuſis diſputationibus, plures fluxêre diſcipuli. Et quum alius aliud apprehenderet, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, quum tamen omnes ſe philoſophos, Socraticos & dici vellent & eſſe arbitrarentur. Primum ab ipſo Socrate Plato, a Platone Ariſtoteles & Xenocrates. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat, Cynice: ab Ariſtippo, quem maxime voluptariæ diſputationes delectarunt, Cyrenaica philoſophia manaverunt. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quid de philoſophis loquor, quorum fons ipſe Socrates jam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat?

Clarus ſcientia Socrates. V. CLARUS.

De Græcis dulcis & facetus Socrates. Cic. 1. Off. 108.

Socrates alter Pictor, inter cujus opera, Piger, qui appellatur ὄκνος, ſpartum torquens quod aſellus arrodit. Auctor Plin. lib. 35. cap. 11. Pauſanias autem dicit hunc a Polygnoto pictum. V. OCNUS.

Alius Socrates Conſtantinopolitanus, qui hiſtoriam eccleſiaſticam, a tempore Apoſtolorum uſque ad Chryſoſtomum ſcripſit, quo tempore fuiſſe par eſt, unus ex his qui in Tripartita connectitur hiſtoria. V. Voſſius de Hiſtor. Gr. p. 328.

Socrătĭcus, a, um. Adj. [Σωκρατικός] ut,

Chartæ Socraticæ. Hor. in Arte Poet. 310.

Domus Socratica, Secta, familia. Hor. 1. Carm. 29. 14.

Opus Socraticum. Ovid. in Ibin. 49d.

Sermones Socratici. Hor. 3. Carm. 21. 9.

Soccus, V. SOCCA.

Sŏcus, [Σῶκος] Vir Trojanus Hippaſi filius, generoſus animo & corporis dignitate. Hic teſte Homero Iliad. λ. v. 425. ſeq. magno animo Ulyſſem vulneravit: ſed ab eo deinde ipſe interfectus eſt.

S O D

Sŏdālis, is. c. [ἑταῖρος Gl. G. L.] dicitur in rebus levioribus: & fere in conviviis dicuntur Sodales, quaſi Simul edales: vel, ut quibuſdam placet, quia una ſedeant, & ſint ſimul in menſa. Plaut. Merc. 5. 2. 4.

Domi erat, quod quæritabam, ſex ſodales repperi,
Vitam, amicitiam, civitatem, lætitiam, ludum, jocum. Cic. 4.

Acad. 118. At hoc Anaximandro, populari & ſodali ſuo, non perſuaſit. Quintil. in Gladiat. Et intempeſtiva convivia & pervigiles jocos, advocata ſodalium turba, ſolutus atque affluens agerem.

Sodales quidam dictos putant, quod una ſederent, eſſentque, alii quod ex ſuo dapibus veſci ſoliti ſint, alii quod inter ſe invicem ſuaderent quod uſle eſſet. Feſtus.

Cari ſodales. Hor. 1. Carm. 36. 5.

Dilecti ſodales. Ovid. 4. Triſt. 5. 1.

Fidus ſodalis. Ovid. 1. de Arte Am. 761.

Ingrati ſodales. Juven. 11. Sat. 190.

Jucundus ſodalis. Ovid. 2. de Pont. 8. 25.

Primus meorum ſodalium. Hor. 2. Carm. 7. 5.

Se alicui ſodalem facere. Martial. lib. 12. 34.

Nulli te facies nimis ſodalem.

In ſodalibus illis es. V. IN.

In morbo ſodalis. Cic. 3. Verr. 91. Nam ille quoque ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. I. e. Eodem animi vitio tenebatur.

Turba ſodalis. Adjective. Ovid. Rem. Amor. 586.

Sodales ſunt (inquit Cajus Juriſconſ. in l. ult. D. de collegiis & corporibus) Qui ſunt ejuſdem collegii. Tacit. lib. 1. Ann. 54. Idem annus novas cærimonias accepit, addito ſodalium Auguſtalium ſacerdotio, ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Titios inſtituerat. conf. Auguſtales, in AUGUSTUS.

Sodalĭtas, ātis. f. [ἑταιρία Gl. G. L.] Collegium ſodalium, ſeu convivium. Cic. de Senect. 45. Sodalitates autem me Quæſtore conſtitutæ ſunt. Idem pro Planc. 37. Cujuſcunque tribus largitor eſſet, & per conſenſionem magiſtratuum, quæ honeſta ſodalitas nominaretur.

Paſtoritia ſodalitas. V. PASTOR.

Sodalĭtium, i. n. [ἑταιρία, Gl. L. G. & G. L. ἑταιρικόν G. L.] Idem Auct. ad Herenn. lib. 4. 64. Venis in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodem die futurum. Cic. pro Planc. 36. Lex Licinia, de ſodalitiis

Dulce ſodalitium. Catul. 101. 4.

Fraternum ſodalitium. Idem ibid.

Sodalitium ſacrilegii. Cic. in Salluſt. 14. Non ita eſt, ſed abiit in ſodalitium ſacrilegii Nigidiani. Al. Sacrilegi.

Sōdes, [Φίλε] Blandientis vel exhortantis adverbium ſeu mavis interjectio, quaſi tu dicas Quæſo, rogo, obſecro. Priſcianus putat eſſe verbum: ait enim quædam verba eſſe, quæ in uſu deficiunt perſonis, ut cedo, ſodes, ſalve, ave.

Sodes, dictum quaſi Si audes, ut Sis, pro Si vis, & Illico, pro In loco, inquit Feſtus. Cic. in Orat. 154. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut ſodes pro ſi audes, ſis, pro ſi vis. Plaut. Trin. 2. 1.

— da mihi hoc, mel meum, ſi me amas, ſi audes. Cic.

7. Att. 3. Tarteſſium iſtum tuum mihi exeunti jube, ſodes, nummos curare. Ter. Heaut. 5. 4. 16. At ſcin' quod ſodes? Hor. de Arte Poet. 438.

Sodii. Populi ſunt in Iberia auctore Plin. lib. 6. cap. 10.

Sodinus, fluvius Capiſſenæ eſt apud Plin. lib. 6. cap. 23.

Sŏdŏma, æ. f. **Sodomum**, i. & **Sodoma**, orum. plur. n. [Σόδομα] Oppidum fuit unum ex illis, quæ igne cæleſti conflagrarunt in Judæa, de quo in Geneſi cap. 19. Solin. de ſitu Judææ cap. 48. Duo ibi oppida, Sodomam nominatum alterum, alterum Gomorrhum. Hinc

Sodomīta, æ. m. [Σοδομίτης] Sodomorum incola. Steph. Tribuunt vulgo & Sodomitarum ſcelera patranti.

S O G

Sogdiāna, [Σογδιανή] Provincia Aſiæ, quæ, ut ſcribit Ptolemæus lib. 6. cap. 12. a Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriente Sacis, a Meridie & Occaſu Bactriana. In ea ſunt urbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam, ut Solinus cap. 62. ait, Alexander tertiam condidit, ad conteſtandus itineris ſui terminus. Hinc

Sogdiani, [Σόγδιοι καὶ Σόγδαι Steph.] Populi hanc regionem habitantes; quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 16.

Sogdonacus, Paſinis regis Arabum pater fuit, qui Characem urbem Perſici ſinus intimam, a fluminibus infeſtatam reſtauravit. Plin. lib. 6. cap. 27.

Sogiontii, Populi in Alpibus, auctor Plin. lib. 3. cap. 20.

S O L

Sōl, ſolis. m. [ἥλιος G. L. G. & G. L.] Plaut. Stich. 1. 2. 53.

Quam illa fuit, meliorem neque tu reperies, neque ſol videt.

Sol, a Solus fit, quia ſolus ex omnibus ſideribus ſit tantus: vel quia, quum eſt exortus, obſcuratis omnibus ſolus apparet. Ita Cic. 2. de Nat. Deor. 68. V. Voſſ. Etymol.

A primo ſole, h. e. Poſt ſolis ortum. Juven. 2. Sat. 133.

Primo cum lumine ſolis. Virg. 7. Æn. 130.

Acceſſus ſolis. V. ACCEDO.

Defectus ſolis varii. Virg. 2. Georg. 478.

Fulgura ſolis. Lucret. lib. 2. 163.

Imago ſolis nitidiſſima. Ovid. 14. Met. 768.

Incurſus ſolis. V. INCURRO.

Labores ſolis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Lumina ſolis radiantia. Ovid. 2. Triſt. 325.

Meatus ſolis lunæque. Lucret. lib. 1. 129.

Obſcuratio ſolis. Quintil. lib. 1. cap. 10. ad fin.

Occaſus ſolis. Virg. 1. Georg. 402.

Ortus ſolis. V. Ortus, in ORIOR.

Plaga iniqui ſolis, Plaga ſeu Zona torrida. Virg. 7. Æn. 227.

Acer ſol. V. ACER adjectivum.

Acutus, i. e. Penetrativus. Hor. 1. Epiſt. 10. 17.

Æſtivus. Virg. 4. Georg. 28.

Ætherii ſolis orientia lumina. Virg. 8. Æn. 68.

Algentem rapiat cœnatio ſolem. Juven. 7. Sat. 183. h. e. Ab hiberno ſole, eoque breviori curriculo, illuſtretur.

Alius & idem ſol. Alius, quia alio quotidie loco oritur, vel quia alius eſt dies hodiernus ab heſterno; vel quia alio colore eſt propter cœli, temporiſque diſſimilitudines. Idem autem, quia ſemper unus eſt. Hor. Carm. ſæcul. 10.

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis & celas, aliuſque & idem
Naſceris, poſſis nihil urbe Româ
Viſere majus. conf. ALIUS.

Almus. Hor. ibid.

Ardens. Virg. 2. Ecl. 13.

Aſſiduo corata cuticula ſole. Perſ. 4. Sat. 18.

Aſſus. V. ASSUS.

Aureus. Virg. 1. Georg. 231.

Auricomus. Valer. 4. Argon. 92.

Cadens. Virg. 3. Georg. 401.

Candidus. Ovid. 15. Met. 30.

Clariſſimus. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Exoriens. Virg. 1. Georg. 418.

Flammeus. Stat. 4. Silv. 3. 156.

Flammiger. Valer. 5. Argon. 591.

Gravis. Hor. 2. Serm. 4. 23.

Igneus. Claud. 2. in pr. Conſ. Stilich. 60.

Incertus. Ovid. 2. Met. 808.

Liquitur ut glacies incerto ſaucia ſole. I. e. Debili, & parum vehementi. conf. INCERTUS.

Infuſus. Virg. 9. Æn. 461.

Luridus. V. LURIDUS.

Medius operum ſol. Stat. 5. Theb. 85.

Sol medius operum ſummo librabat Olympo
Lucentes, ſeu ſtaret, equos.

Niger ſol ſurrexit mihi, Infauſtus dies fuit. Hor. 2. Serm. 8. 73.

Nitidus. V. Nitidus, in NITEO.

Novo ſole. Virg. 1. Georg. 208. i. e. Oriente die & ſole adhuc recenti, necdum ferventi. Servius.

Novus ſol proprie eſt octavo Calend. Jun. Virg. 7. Æn. 720.

Vel quum ſole novo denſæ torrentur ariſtæ. i. e. Prima æſtatis parte. Serv.

Ortus, Primus. Liv. 27. 2. Poſtero die Romani ab ſole orto in multum diem ſtetere in acie.

Potens. Virg. 2. Georg. 373.

Pulcher. Hor. 4. Carm. 2. 47.

Purus. Hor. 3. Carm. 29. 45.

Præclarus. Lucret. lib. 5. 121.

Rapidus, pro Veloci. Virg. 1. Georg. 92. Serv.
Roſeus Claud de 3. Conſ. Honor. 131.
Supremo ſole, i. e. Sub occaſum. Hor. 2. Epiſt. 5. 3.
Surgens. Hor. 2. Serm. 4. 29.
Tepidus. Virg. 1. Georg. 92.
Veniens, Oriens. Virg. 7. Æn. 218.
Vernus. Ovid. 3. Triſt. 12. 27.
Abiit ſol. V. ABEO.
Accendit ſol medios æſtus. Virg. 4. Georg 401. Meridiem notat.
Admittere ſolem. V. ADMITTO.
Aduſſit ſolis calor. V. ADURO.
Arcere ſolem. V. ARCEO.
Caligare in ſole. V. Caligo, are, in CALIGO, Inis.
Carens ſole domus. Ovid. 2. Met. 761.
Circumvolvitur ſol magnum annum. Virg. 3. Æn. 284.
Collucet ſol. V. COLLUCEO.
Colorat ſol. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Condit ſe ſol in undas. Virg. 2. Georg. 418.
Coqui ſole. V. COQUO.
Diſcutit umbras ſol. Virg. 3. Georg. 357.
Diſſipat ardorem ſol. Lucret. lib. 2. 210.
Decedens ſol creſcentes duplicat umbras. Virg. 2. Ecl. 67.
Eſſe in ſole. Celſ. lib. 1. cap. 3. Si quis vero exuſtus in ſole eſt, &c.
Fecerat exiguas ſol altiſſimus umbras. Ovid. 3. Met. 50.
Ferveſcunt acri ſole terræ. Lucret. lib. 6. 852.
Frangunt ſolem frigora. Stat. 1. Silv. 3. 7.
Hauſerat medium ſol igneus orbem. Virg. 4. Georg. 427. Meridiei eſt periphraſis.
Inardeſcit nubes ſolis radiis. Virg. 8. Æn. 623.
Inclinat ſe ſol. V. INCLINO.
Incoqui ſole. V. INCOQUO.
Inſiſtit ſol culmini ædium. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gall. Ipſa vero cryptoporticus tum maxime caret ſole, quum ardentiſſimus culmini ejus inſiſtit.
Laxavit pruinas ſole Ortus. Diſſolvit gelu. Stat. 3. Theb. 469.
Luſtrans omnia ſol. Lucret. lib. 6. 1436.
Procedere in ſolem & pulverem. Cic. in Brut. 37. Proceſſerat enim in ſolem & pulverem, non ut e militari tabernaculo, ſed ut e Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. De Demetrio Phalereo loquitur. Hoc eſt, in aſpectum, in lucem, in medium, in locum ubi publice oraret: quemadmodum milites, a quibus ducta eſt translatio, e tabernaculo in Solem & pulverem pugnaturi prodeunt. V. Umbracula eruditorum in UMBRA. [V. Horat. 1. Carm. od. 8. pr.
Proferre in ſolem. V. IN præpoſitionem.
Repercuſſum ſole lumen. Virg. 8. Æn. 23.
Ruit ſol. Virg. 3. Æn. 508.
Tepeſcunt occiduo litora ſole. Ovid. 1. Met. 63.
Soles, in plurali numero, fere pro Diebus legimus. Virg. 3. Æn. 203.

Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago. Aliter Martial. lib. 10. 6.
Felices, quibus urna dedit ſpectare coruſcum
Solibus Arctois, ſideribuſque ducem.

Arcti ſoles, Dies breves. Stat. 2. Silv. 3. 88.
Blandi ſoles. Ovid. 2. Faſt. 157.
Candidi ſoles fulſere mihi, i. e. Fortunatus fui. Catul. 8. 3. 8.
Dulces ſoles mihi ſurgunt. Valer. 4. Argon. 132.
Hiberni ſoles properant ſe tingere Oceano, i. e. Dies breviores ſunt. Virg. 2. Georg. 481.
Longi ſoles. Virg. 9. Ecl. 50. —ſæpe ego longos

Cantando puerum memini me condere ſoles. i. e. Æſtivos dies finire, inquit Serv.

Longos conſumere ſoles cum aliquo. Perſ. 5. Sat. 41.
Occidunt ſoles & redeunt. Catul. 5. 4.
Soles, Solis ſplendor ac vel radii dicuntur. Martial. lib. 8. 14.

Hibernis objecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.

Ætherei ſoles. Ovid. 1. Met. 435.
Incerti cæca caligine ſoles. V. paulo ſupra, & Incertus ſol.
Maturi ſoles. Virg. 1. Georg. 66.

Pulverulenta coquat maturis ſolibus æſtas. i. e. Vehementer fervidis, magnis. Servius. Sabinus tamen exponit Feſtinis.

Rapidi ſoles. Ovid. 3. Amor 6. 106.
Solibus coctus. Plin. lib. 12. cap. 5. ad fin.
Solibus expoſitus locus. Plin. lib. 15. cap. 5. ad fin.
Solibus oſtenſus locus. Plin. lib. 14. cap. 4.
Soles nocent capiti. Tibull. lib. 1. 4. 2.
Longis ſolibus tepuerunt ſidera. Stat. 5. Theb. 460.
Soles, Æſtus, vel ardores ſolis. Hor. 1. Epiſt. 20. 24.

Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum. [i. e. Apricationi, patientemque æſtus. V. paulo ſupra Procedere in.

Æſtas evocat ſoles. Sen. OEth. 5.
Altis ſolibus obruta hiems. Stat. 4. Silv. 5. 6.
Aſſiduis ſolibus peruſta pars terræ. Lucret. lib. 5. 253.
Aſſiduis ſolibus uſta ariſta. Ovid. 5. Epiſt. 112.
Peruſta ſolibus uxor. Hor. Epod. 2. 41.

SOLIS dies, quem nos Dominicum diem dicimus, ſæpe in Civilis juris voluminibus legitur. Cum enim ſeptem ſint Planetæ, cuilibet ſuum diem tribuerunt veteres: Lunæ primum, quem Lunarium dixerunt: Marti ſecundum, quem & Martium: Mercurio tertium ei indito Mercurii nomine: Jovi quartum, quem & Jovis diem nuncuparunt: Veneri, Venereum quintum: Saturno ſextum, Saturnium: a quo & Saturnalia: nos ex ritu Judaico Sabbatum appellavimus: Poſtremo Solis diem. de quo in l. 3. C. de feriis. Dion. lib. 37. Auſon. Eclog. de Nom. 7. dier. & l. 10. & 13. de exactionibus in C. Theod. l. 2. & l. ult. C. de feriis. Nicephorus lib. 15. cap. 25. Gregor. Turonenſ. lib. 3. cap. 13. Aimonus lib. 2. cap. 11. De geſtis Francorum.

SOLIS Fons. Pompon. 1. 8. V. in dictione FONS Solis.

SOLIS Gemma, quæ ad inſtar ſolis fulgentes in orbem radios habet, ἡλίου λίθος. Plin. lib. 37. cap. 10.

SOLIS Inſula, [Ἡλίου νῆσος] eſt in mari Indico ſemper rubens, & (ut Solinus c. 68 refert) omni animantium generi inacceſſa, quoniam eo ingreſſos, vis circumfuſi aëris confeſtim exanimat. Plin. lib. 6. cap. 23. Inſula, quæ Solis appellatur, & eadem Cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non abſumitur.

SOLIS Menſa. [Ἡλίου τράπεζα] Æthiopiæ locus apparatis epulis ſemper refertus, & quia ut libet, inquit Pomponius 3. 10. veſci volentibus licet, Ἡλίου τράπεζαν, (i. e. Solis menſam) appellant: & quæ paſſim appoſita ſunt, affirmant naſci ſubinde divinitus. Ad quem locum Severus imperator, quum Alexandriam veniſſet, rei fama permotus profectus eſt. Auctor Spartianus. [Reſpice potius ea, quæ leguntur cap. 17. ubi nihil tamen de Solis menſa.

Solis menſam, adagio dici divitum opulentorumque hominum domos, omni rerum copia abertim affluentes, expoſitaſque inopum neceſſitatibus & alimentis, ſcribit Cæl. Rhodig. lib. Antiq. Lect. 29. cap. 4.

SOLIS Oſtia, Loca ſunt, ob æſtum intolerabilem & aquarum longo tractu penuriam, ſic dicta apud Indos extremos, quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum Diod. lib. 17. ſcribit. Pompon. in deſcriptione Indiæ 3. 7.

SOLIS urbs Ægypti [Ἡλιούπολις] apud Pompon. 3. 9. extr. V. HELIOPOLIS.

SOLANEUS, a, um. Adj. Theod. Priſc. 1. 16. Lacerta ſolanea.

SOLĀNUS, a, um. Adj. [ἀπηλιώτης] Idem quod Solaris. Unde, Subſolanus ventus, Qui ſub ſole oriente naſci videtur.

Nonnullis placuit eſſe ventos quatuor, ab Oriente æquinoctiali ſolanum, &c. Vitruv. 1. 6.

SOLĀRIS, e. Adj. [ἡλιακός] Quod eſt ſolis. ut, Radii ſolares. Lucret. 2. 115.

Annus ſolaris, Quum ſol, expleto per omnia ſigna circuitu, ad id punctum, unde digreſſus fuerat, redit: quod fit fere CCCLXV diebus.

Arcus ſolaris, Iris. Sen. Nat. Quæſt. 1. 10.

Lumen ſolare. Ovid. 5. Triſt. 9. 37.

Solaris herba. [ἡλιοτρόπιον] Corn. Celſ. lib. 5. cap. 27. 5. Adverſus ictum ſcorpionis. Bibere autem oportet herbæ ſolaris, quam Heliotropium Græci vocant, ſemen, vel certe folia ex vino. V. infra SOLSTITIALIS.

SOLĀRIUM, ii. n. [ὡρολόγιον ἡλιακόν] Inſtrumentum, quod in ſole umbra horas indicat. De ejus inventore, V. Plin. 7. 60. Cic. 2. de Nat. Deor. 87. Aut cum ſolarium vel deſcriptum, aut ex aqua contempleris, intelligere declarari horas arte, non caſu. Plaut. Bœot. apud Gell. 3. 3.

Ut illum Dii perdant, primus qui horas repperit,
Quique adeo primus ſtatuit hic ſolarium:
Qui mihi comminuit miſero articulatim diem;
Nam me puero uterus erat ſolarium,
Multo omnium iſtorum optimum & veriſſimum.

Solarium. [ἡλιοτρόπιον Gl. G. L. & Onom. v.] Locum editum ſignificat, in quo veteres apricari & ſolem captare ſolebant, l. 13. D. De ſervit. urban. prædior. Macrob. lib. 2. cap. 4. de Auguſto, Cum de Tyriæ purpuræ, quam emi juſſerat, obſcuritate quereretur, dicente venditore: Erige altius ac ſuſpice, his uſus eſt ſalibus, Quid? ego, ut me popul. Rom. dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum? Veteres enim hiberno tempore valetudinis gratia in ſole apricari, &, ut Seneca ait, in ſole percoqui ſolebant, habebantque in ædibus ad eum uſum loca accommodata, quæ teſte Iſidoro lib. 15. cap. 3. Solariorum inde nomen acceperunt. Quod & Imperator Leo conſtit. ultima, tradit. [Poteſt exp. de loco in Urbe. V. Lex. Pitiſc. &

Ad ſolarium verſari, in AD præpoſitionem.

Eſt & Solarium, Soli pretium, aut cenſus, qui pro ſolo annuatim ſolvitur. V. SOLUM.

SOLOR, ari, vel SOLICULOR, ari. [ἡλιάζομαι] Gloſſ. Latinogræc. poſter. [Niſi quod Soliclari & Solidari corrupta legitur.

SOLĀTUS, a, um. Partic. [ἡλιόβλητος] Sole correptus, quemadmodum Sideratus, qui ſidere. Plin. lib. 29. cap. 6. Sic & ſolatis proſunt.

SOLATUM, i. n. Morbi genus, maxime a ruſticantibus dicitur. Feſtus. Cujus verba mutilata ſunt.

SOLĀGO, Inis. f. Heliotropium. Duplex eſt, major & minor; uti patet ex Apul. de Herbis cap. 49. & 63.

SOLIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἡλιοφόρος] Sen. Herc. OEth. 159.

Aut qui ſoliferæ ſuppoſitus plagæ,
Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

SOLIFUGA, V. SOLIPUGA, paulo poſt.

SOLIGĔNA, æ. c. [ἡλιογενής] Valer. 5. Argon. 317. —nec fama fefellit
Soligenam Æeten media regnare ſub Arcto.

SOLĪPŪGA, vel SOLPUGA, æ. f. [ἡλιοκεντρίς, μύρμηξ εἶδος Gl. L. G.] Genus formicarum venenatum, inquit Plin. 29. 4. non ferè in Italia, Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bætica. Idem lib 22. cap. 25. & ult. Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, ſolipugarum generis. Lucan lib. 9. 837.

Quis calcare tuas metuat ſolpuga latebras? Ubi quidem corrupta legunt, Salpinga. Al. quaſi e fugiendo ſolem, Solifuga: concitatur enim acrius fervore ſolis: ideoque eum fugere quantum poteſt. [Male & in Gloſſ. Solipuga. quæ veram ſcriptionem, quam ex MSſ. tuetur Hard. interpretatione adjecta tamen confirmant.

Solpugæ ſunt Minuta animalia, a quibus civitates & gentes deletæ ſunt, Plin. lib. 8. cap. 29. Citra, inquit, Cynamolgos Æthiopas, late deſerta regio eſt, a ſcorpionibus & ſolpugis gente ſublata.

Solipunga, inquit Feſt. genus beſtiolæ maleficæ, quod acrius, concitatiuſque fit fervore ſolis, unde etiam nomen traxit.

SOLSĔQUIUM, ii. n. [ἡλιοτρόπιον] Idem quod Solaris herba. Apul. de Herb cap. 49.

SOLSTĪTIUM, ii. n. [τροπαὶ θεριναί Gl. L. G. & G. L. ἡλιοστάσιον G. L.] Solis ſtatio, quum ſol ultra non progreditur, ſed retrocedere incipit. Singulis quippe annis duo ſunt ſolſtitia, unum æſtivum, alterum hiemale: ſunt enim duo tropici, hibernus & æſtivus. Hibernus eſt, per quem ſol tranſmittens octavam Capricorni partem, ſolſtitium hibernum facit IV Idus Decembres, quo tempore ſol altiores incipit circulos petere. Æſtivus vero, per quem ſol octavam partem Cancri tranſmittens, ſolſtitium æſtivum facit IV Idus Junii, quo tempore remeare ſol ad inferiores incipit circulos.

Solſtitium veteres fere vocant Æſtivum, licet nihil adjiciatur, ut in Gloſſ. Virg. 1. Georg 100.

Humida ſolſtitia atque hiemes optate ſerenas,
Agricolæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 19. Poſſetne uno tempore florere, dein

dein viciſſim horrere terra, aut tot rebus ipſis ſe immutantibus ſolis acceſſu, diſceſſuſque ſolſtitiis brumiſque cognoſci.

Solſtitium æſtivum & hibernum. Columel. lib. 7. cap. 3. Magis ad rem pertinet, ut ante æſtivum quam hibernum ſolſtitium convaleſcat.

Solſtitium brumale. Columel. lib. 11. cap. 2. non ita procul a fine.

Solstitiālis, e. Adj. [τροπικός] Quod ad ſolſtitium pertinet: ut, Solſtitialis circulus. Plin. lib. 2. cap. 11. Et Solſtitialis dies. Cic. 1. Tuſc. 64. Et Solſtitialis orbis. Idem 3. de Nat. Deor. 37.

Annus ſolſtitialis, i. e. Solaris. Serv. in illud 4. Æn. 653.

Vixi, & quem dederat curſum Fortuna, peregi. Tribus, inquit, humana vita continetur. Naturæ, cui ultra centum & viginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt, &c. Ambroſius Hexaemeri libro quarto, cap. 5. in fine, Solſtitialis, inquit, annus eſt, quum ſol, expleto per omnia ſigna circuitu, in id, unde curſus ſui duxit initia, recurrit. Annua enim fertur vice ſpatii totius eſſe perfunctio.

Herba ſolſtitialis. Plin. lib. 26. cap. 5. Condurdum herba ſolſtitialis, flore rubro, ſuſpenſa in collo, comprimere dicitur ſtrumas. Plaut. Pſeud. 1. 1. 36.

Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui,
Repente exortus ſum, repentino occidi.

Herbam ſolſtitialem ſuſpicantur interpretes hujus Plautini loci Heliotropium eſſe: de quo ſic Plin. lib. 22. c. 21. Heliotropii miraculum ſæpius diximus, cum ſole ſe circumagentis, etiam nubilo die: tantus ſideris amor eſt. Noctu velut deſiderio contrahit cæruleum florem. De hac herba, inquiunt, Forte hoc loco Plautus intellexit, alludens ad naturam herbæ, quod ſole exiſtente ſuper terram floreat, occidente autem florem contrahat: quaſi ſimul cum ſole ſtare, cumque eo videatur occidere. Cæl. Solſtitialem interpretatur, Vitæ brevis: putatque probabilius eſſe, Plautum univerſim herbas intellexiſſe, vel flores, uno tantum perſeverantes die, aut ſpatio prorſum minimo: quoniam & ſolſtitium unius tantum diei eſt, ſole videlicet Cancri obtinente partem primam. Plin. lib. 14. cap. 16. Acinorum, inquit, labruſcæ pars æſtu moritur prius, quam reliqui, qui ſolſtitiales dicuntur: univerſi nunquam matureſcunt. [Hic locus nodum expedit. Forte, Unquam matureſcant ſcribendum.

Morbus ſolſtitialis. Plaut. Trin. 2. 4. 143.

Hominum nemo extat, qui ibi ſex menſes vixerit,
Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt. i. e. Subitaneo. Morbo ſolſtitiali, ait interpres, i. e. Subverſione ſenſuum. Ut enim quum ſol ad primam Cancri partem venit, ſolſtitium æſtivum facit, ita plurimæ fiunt mutationes. Ex vino optimo fit vappa. Ita hominum mentes nonnullorum avertuntur. Inde, Morbus ſolſtitialis, quum repente averſis ſenſibus quiſpiam concidit. Hæc ille. At Cæl. lib. 29. cap. 4. ſic, Solſtitialem intelligunt ægritudinem, quam Siriaſin, quando nimia ſolari exuſtione, quæ provenit in primis quum aſtrum Sirium divexat ſol, carbunculantur arbores, & intermoriuntur. Plin. lib. 17. cap. 24. Proprium ſiderationis eſt, ſub ortu Canis ſiccitatum vapor, quum inſitæ ac novellæ arbores moriuntur. Siriaſin idem Plinius nunc Diſtillationem infantium interpretatur, nunc Aduſtionem. lib. enim 22. cap. 21. Verrucariæ, inquit, folia infantium diſtillationibus, quod Siriaſin vocant, illita medentur. lib. autem 30. cap. 15. Oſſibus, ait, in canino fimo inventis, aduſtio infantium, quæ vocatur Siriaſis, adalligatis emendatur. Advertendum item, quum Plin. lib. 20. cap. 2. Ardores capitis dicit, Siriaſim intelligere. In infantibus privatim Paulus Ægineta Siriaſim intelligit, ubi cerebro circumjecta inflammantur cum membranis, recedere viſitur ſinciput, recedunt item in cavum oculi cum pallore. [Videtur Plautus alludere ad Solſtitialis herbæ flores deciduos, quum ait Decidunt, & plane morbum hunc ex ſuo ingenio, ridiculi cauſa, ut ſolet, exſculpſiſſe.

Spina ſolſtitialis. Columel. lib. 2. cap. 18. Primum ne ſtirpes aut ſpinas validioriſque incrementi herbas ineſſe patiamur: atque alias ante hiemem, & per autumnum extirpemus, ut rubos, virgulta, juncos: alias per ver evellamus, ut intuba, ac ſolſtitiales ſpinas. Cæl. lib. 29. cap. 4. Columella, inquit, ſolſtitialem vocat ſpinam, vel quia ſolſtitio proveniat, vel floreat, ut putant.

Tempus ſolſtitiale. Ovid. 6. Faſt. 790.

Solſtitialis, etſi a Solſtitio deducitur, tamen in eo ſæpenumero Solis tantum ſignificatio attenditur, ut idem quod Solaris ſit. Liv. 35. 49. Deſuntque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circumagitur orbe. Id eſt Solari. Et Solin. Qua ſolſtitiali plagæ obvia eſt: id eſt Solari plagæ, & meridiei. Turneb. [Videntur Solſtitialem orbem, qui Tropicus eſt, & quidem geminus, cum ipſo Zodiaco, ſeu Signifero orbe confudiſſe.

Nox ſolſtitialis. Ovid. 2. de Pont. 4. 26.

Solanium, Inſula eſt maris Arabici apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Solānum, i. n. [στρύχνον] Herba quam Græci Strychnon vocant, ut tradidit Corn. Celſ. 6. 17. huic vis reprimendi, refrigerandique. Plin. lib. 27. cap. 13. Sunt autem multæ ſolani ſpecies: eſt enim hortenſe: eſt & quæ veſicaria dicitur. Item Solanum ſomniferum, *Solatro maggiore*, herba *Bella donna* vulgo dicitur, & Solanum, quod Manicum dicitur, de quibus videto quid Ruell. doceat.

Solaris, Solarium. V. sol, & solum, ſoli.

Solatium, V. solor.

Soldum, Soldus, V. solidus.

Soldurii, m. pl. [Σολδούριοι] apud Gallos, Latine dicuntur Devoti. Cæſ. Bell. Gall. 3. 22. Adcantuannus, qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis devotis, quos illi Soldurios appellant: quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint: Si quid iis per vim accidat, aut eundem caſum una ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret. Gallice, *Soldats*. [Immo bi a *Solde*, quod ex Lat. Soldum, ſuntque Conductitii, qui Solidum accipiunt pro ſtipendio. Accedit propius Germanorum *Soldner*.

Sŏlĕa, [σανδάλιον Gl. L. G.] Id genus calceorum eſt, quo plantæ tantum obteguntur, ceteris prope relictis nudis pedis partibus, ſuperne pedem vinciens anſis, quas ligulas vocant. Alio nomine Soleæ dicuntur, & a Græcis Crepides: licet hæc differre putent aliqui. Soleæ dictæ, quod ſolo pedis ſubjiciantur, ut ait Feſt. Plaut. Caſ. 3. 5. 63.

Si effexis, ſoleas tibi dabo, & anulum in digito. Cic. de Aruſp. Reſp. 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio. Propert. lib. 2. 22. 40.

Proſilit in laxa nixa pedem ſolea. Hor. 2. Serm. 3. 128.
Nec ſoleas fecit, ſutor tamen eſt bonus. Catull. 66. 72.
— argutam conſtitit in ſolea.

Solea puer objurgabere rubra. Perſ. 5. Sat. 169.

Solearum lanatarum epigramma eſt Martial. lib. 14. 65.

Soleæ ligneæ, Compedum genus. Cic. 2. de Invent. 149 Quidam judicatus eſt patrem occidiſſe; ei ſtatim, quod effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt.

Soleæ ferreæ equis & mulis applicantur. Catull. 18. 26.

Et ſupinam animam gravi derelinquere cæno,
Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula. Suet. in Neron. cap. 30. Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur, ſoleis mularum argenteis, Canuſinatis mulionibus.

Induere ſoleas jumentis. V. induo. Plin. lib. 33. cap. 11.

Solea, Inſtrumentum oleo conficiendo aptum. Columel. lib. 12. cap. 50. Oleo autem conficiendo molæ utiliores ſunt, quam trapetum: trapetum quam canalis & ſolea.

Solea, Materia roborea, ſuper quam paries craticius extruitur. Feſt.

Solea, [βούγλωσσος, βούγλωσσον Gl. L. G. & G. L. & Onom. vet.] Piſcis, plani generis, a ſimilitudine ſoleæ. Plin. lib. 9. cap. 20. Marinorum alii ſunt plani, ut rhombi, ſoleæ, paſſeres. Plin. Epiſt. 2. 17. extr. Scribitur & Solia.

Soleārius, i. m. [σανδαλοποιός] Solearum ſutor. Plaut. Aul. 3. 5. 40. Solearii aſtant.

Soleātus, a, um. Adj. Cic. in Verr. 7. 85. Stetit ſoleatus Prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo tunicaque talari. Romani non ſolebant in publico uti ſoleis, ſed vel in triclinio, vel in cubiculo: foris calceis utebantur, atque ea de cauſa crimini vertit Cic. Verri, quod ſoleatus fuerit. Meretricula apud Plaut. Truc. 2. 5. 26. puerperam mentiens, & decipere militem cupiens, ſoleas poſcit, Soleas, inquit, mihi date: omninoque foris ſolea muliebre potius quam virile calceamentum habebatur. Catull. 66. 72.

Arguta conſtitit in ſolea. Turneb.

Soleadæ, Populi ſunt Indum fluvium accolentes apud Plin. lib. 6. cap. 20.

Soleagineus, a. f. Gloſſa. Veget. Mulom. 2. 41. Soleagineis aliquid regulare. Al. Regulas oleagineas. V. loc. & not.

Sŏlēnes, [σωλῆνες] Concharum genus quod & Onychas, & Digitos vocamus, itemque Donacas & Aulos. Solenes dicti a Canaliculata longitudine, σωλῆνας enim Græci canales appellant.

Solenistæ, ſtium. m. pl. [σωληνισταί] dicuntur Qui id genus concharum piſcantur, quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus quod primus σωληνοθήρας, fuiſſet: deinde Demagogus, & poſtremo tyrannus effectus. Cæl. lib. 13 cap. 5. Ex Athenæo.

Solemnis, vel Sollemnis, vulgo uſitatius Solennis, e. Adj. [ἔνθεσμος Gl. L. G. & G. L.] Quod omnibus annis præſtari debet; anniverſarium, legitimum, ordinarium, præſcriptum, in formulam redactum. Compoſitum nomen ex Sollo & Anno, ut vult Feſt. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. pr. Majores noſtri ſtatas ſolenneſque cærimonias Pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritates, Augurum obſervatione &c.

Aræ ſolennes. Virg. 2. Æn. 202.

Auſpicia ſolennia. Claud. 2. in pr. Conſ. Stilich. 363.

Curſus ſolennis. Claud. 2. in Ruff. 47.

Dapes ſolennes, Legitimæ, Anniverſariæ. Servius. Virg. 3. Æn. 301.

Dies ſolennes. Suet. in Octav. Aug. cap. 53. Officia cum multis mutua exercuit: nec prius dies cujuſque ſolennes frequentare deſiit, quam grandior jam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus.

Dies ſolennis mihi. Hor. 4. Carm. 11. 17.

Epulæ ſolennes. Tacit. 1. Ann. 50.

Feſtum ſolenne. Ovid. 2. Faſt. 247.

Habitus ſolennis. Liv. lib. 37. 9. Fanatici Galli primum cum ſolenni habitu ante portam occurrunt.

Ignis ſolennis. Ovid. 3. Triſt. 13. 16.

Imperium ſolenne. Virg. 12. Æn. 193.

Iter ſolenne. Cic. pro Milon 27. Interim quum ſciret Clodius (neque enim erat difficile ſcire) iter ſolenne, legitimum, neceſſarium, ante diem XIII Calend. Februarii Miloni eſſe Lanuvium, ad Flaminem prodendum, quod erat Dictator Lanuvii Milo, &c.

Ludi ſolennes. Ovid. 6. Faſt. 597.

Luſtrale ſolenne exercitus. Tacit. 10. Ann. [Sed non extat lib. 10. Itaque haud dubie error eſt.

Mos ſolennis ſacrorum. Lucret. lib. 2. 97.

Opus ſolenne. Hor. 1. Epiſt. 16. 49.

Pompas ſolennes ducere. Virg. 3. Georg. 22.

Preces ſolennes movere. Ovid. 6. Faſt. 622.

Sacramentum ſolenne. Tacit. 1. Hiſt. 55.

Sacrum ſolenne. Sen. Troad. 778.

Sacra ſolennia, inquit Feſt. dicuntur, Quæ certis temporibus anni fieri conſueverunt. Salluſt. in Catil. 22. Sicuti in ſolennibus ſacris fieri conſuevit.

Verba ſolennia. Ovid. 10. Met. 4.

Vota ſolennia reddere. Virg. 5. Ecl. 74.

Sacrificium ſolenne & ſtatum. Cic. 2. Tuſc. 113. Quum enim illam ad ſolenne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta, &c.

Solenne, is. n. [ἔθιμον Gl. L. G.] Tacit. 12. Ann. 69. Et funeris ſolenne perinde ac divo Auguſto celebratur.

Inſtituere ſolenne. Liv. 1. 5. Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit, ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi juſſit.

Habere ſolenne. Plin. lib. 28. cap. 9. Certe novæ nuptæ intrantes, etiamnum ſolenne habent poſtes eo attingere. Subaudi, Adipe ſuillo.

Solenne, pro Solitum, [ἔθιμον, σύνηθες. Gl. G. L.] Suet. in Auguſt. cap. 44. Feminis ne gladiatores quidem, quos promiſcue ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit. Cic. 7. Att. 6. Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus.

Solennia, ium. n. pl. [ἔθιμα Gl. G. L.] Feſta, quæ ſingulis annis certo tempore fiunt. [Immo, ut in Gloſſ. Sueta. i. e. Ritus, quos mos ſolennis requirit.

Funerum ſolennia. Tacit. 3. Ann. 6.

Nuptiarum ſolennia. Tacit. 11. Ann. 26.

Pietatis ſolennia. Tacit. in Vit. Agric. 7.
Regni ſolennia. Tacit 5. Ann.
Magna ſolennia. Juven 10. Sat. 259.
Mittere ſolennia tumulo, Inferias. Virg. 6. Æn. 380.
Referre tumulo ſolennia. Virg. 5. Æn. 605.

SOLENNITAS, ătis. f. [ἑορτὴ] Quæ quotannis celebratur. Gell. lib. 2. cap. 24. Per dierum varias ſolemnitates.
Solennitatem peragere. Ulpian. l. Poſt mortem. D. de optionibus. Neque adoptare, nec arrogare quis abſens, nec per alium ejuſmodi ſolennitatem peragere poteſt. conf. Solin. cap. 12.

SOLEMNITER, Adv. [ἐθίμως, Gl. L. G. ἐνθέσμως L. G. & G. L.] Liv. 5. 46. Ibique omnibus ſolemniter peractis, eadem revertens, ſimiliter conſtanti vultu graduque ſatis, propitios eſſe deos ſperans.

SOLEMNITUS, Adv. pro Solemniter. Liv. Ægyſtho, apud Non. 2. 801. Solemnituſque adeo ditem laudet lubens.

SŎLEO, ſolui & ſolitus ſum, [εἴωθα Gl. L. G. & G. L.] ēre. Soleo, inquit Perottus, ſignificat Conſuevi, quaſi Solus, hoc eſt totus eo. Ter. And. 3. 4. 4.
Ego dudum non nil veritus ſum abs te, Dave, ne faceres idem,
Quod vulgus ſervorum ſoles, dolis, ut me deluderes.
Solui Præterito uſus eſt Salluſt. Fragm. cap. 14. Neque ſubſidiis oti ſoluerat compoſitis. V. Nonium 10. 35.
Solitus. Virg. 2. Æn. 462.
— unde omnis Troja videri,
Et Danaûm ſolitæ naves, & Achaica caſtra. Cic. 3. de Orat. 92. Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe, Catule, meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros aliosque, variis modis atque numeris, fundere ex tempore. Idem de Amicit. 60. Si prius, quod maxime reprehendere ſolitus ſit, ediſcero.
Solere, Conſuetudinem habere. Plaut. Ciſt. 1. 1. 38.
Viris cum ſuis prædicant nos ſolere.
Solet & Solitum eſt, Imperſ. [εἴωθε, Gl. L. G.] Ut ſolet, pro Ut fere fit. Cic. pro Cluent. 161. Quum quædam in collibus, ut ſolet, controverſia paſtorum eſſet orta. Idem 1. de Orat. 100. Ut in conditionibus ſcribi ſolet. Ibid. 2. 56. Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt
Soliunt pro Solent, dixere veteres, uti teſtatur Feſtus in voce Nequinunt.

SOLENS. Partic. [εἰωθὼς Gl. G. L.] Plaut. Amph. 1. 1. 43.
Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. Et Caſ. 5. 2. 14.
Lubens fecero, & ſolens.

SOLĬTUS, a, um. [συνήθης] Partic. ut, Mos ſolitus. Ovid. 3. de Pont. 1. 165.
Labori ſolito finem impoſuere. Ovid. 6. Met. 240.
Solitum mel Plinio vocatur, Quod e floribus colligitur, vel alterum accedit non ita ſolitum, quod exuberat ea tempeſtate, magnorum ſiderum exortu ex aere in ſtirpes cadens. Locus Plinii lib. 11. cap. 14. pr. eſt, Præterea ſoliti, cum thymum & uvæ florere incipiunt. In editis Solſtitio perperam legitur. Turneb. [Quem ſolidis argumentis refellit Harduinus.

SOLITO, [τῷ συνήθει] Ablativus a Solitus Participio verbi Soleo, qui niſi Adverbiis aut nominibus Comparativis non jungitur. Liv. 25. 7. Reate ſaxum ingens viſum volitare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineoque ſimilis. [Quod & Præter ſolitum dicitur, ſeq. Poſitivo. Hor. 1. Carm. 6. extr.
Non præter ſolitum leves. conf. PRÆTER.
Blandior ſolito. Ovid. 2. de Arte Am 411.
Tardior ſolito orta eſt dies. Ovid. 1. Amor. 13. 48.
Velocius ſolito currere. Ovid. 14. Met. 388.

SOLITĀNEUS, a, um. Adj. Theod Priſcian. 3. 1. Solitaneum libellum conficere. Marcell. Empir. cap 20 Solitanei dolores ſtomachi. [Forte pro Solitarius a SOLUS. Certe ſic opinor exponendum priorem locum.

SOLĬTO, āre. frequent. a verbo Soleo. Gell. lib. 7. cap. 1. Id etiam dicere haud piget, quod iidem illi, quos ſupra nominavi, litteris mandaverint, Scipionem hunc Africanum ſolitaviſſe noctis extremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium ventitare, &c.

SOLERS, SOLERTER, SOLERTIA, V. SOLLERS.
SOLI, V. SOLUM. SOLIAR, V. SOLIUM.
SOLICITE, SOLICITO, SOLICITUS, &c. V. SOLLICITUS.

SOLIDĀGO, ĭnis. f. Herba, Conſolida a quibuſdam appellata, deſcribitur a Matthiol. poſt Dioſcorid. lib. 4. cap. 9.

SŎLĬDUS, a, um. Adj. [ὁλόκληρος Gl. L. G. & G. L.] Plenum, integrum, nihil cavi nec vacui habens. Unde, Solidum corpus dicimus, quod conſtat longitudine, latitudine, & altitudine. Virg 6. Æn. 552.
— ſolidoque adamante columnæ. Idem 3. Georg. 26.
In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto
Gangaridum, faciam. i. e. Ex ebore integro, non ſectili, ut ait Servius. Plura infra V.
Solidum, Juge ac continuum ſignificat. Plaut. Decem annos ſolidos erravit puer. Ter. Eun. 5. 8. 32.
Ut ſolidum parerem hoc mihi beneficium, Chærea. [Plautina fruſtra quæras. Varronis verba ſunt apud Non. 4. 451. In Seſquiulyſſe, Navibus duodecim domo profectum, decem annos ſolidos erraſſe. conf. infra Liv. Horat. &c.
Annus ſolidus, Integer. Liv. 1. 19. Defuntque dim ſolido anno.
Beneficium ſolidum. Ter. Eun. 5. 8. 32.
Cervus ſolidos haurire. Plin. lib 8. cap. 14.
Columna ſolida. Cic. 1. de Divin. 48. Quum columnam auream, quæ eſſet in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata.
Corpus ſolidum. Ter. Eun. 2. 3. 26.
Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ubi Donat. Solidum corpus, quia non vitiatum.
Solidus dies, qui idem & Integer, dicitur, quo nihil quis edit, nec bibit. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum fere diem in rebus agendis ponere: ſub veſperum autem, aut certe ſub meridiem corpora curare, vinoque & epulis operam dare. Fractus autem dies opponitur Solido & integro; ut Integer ſit, de quo nihil ſit detractum, quod in curando corpore ponatur: Fractus vero, qui totus in negotio non ſit poſitus, ſed diviſus ita, ut ejus pars, vel multo maxima, vel quantacunque ſit, ad vinum atque epulas, ejuſmodique delicias & voluptates, ſive neceſſarias, ſive non neceſſarias conferatur. Hor. 4. Carm. 5. 38. — dicimus integro
Sicci mane die, &c. Et 1. Carm. 1. 20.
Nec partem ſolido demere de die
Spernit. Ex Lambin. [Dictus, ut Annus ſolidus, &c. Diei diſpenſationem apud Romanos V. apud Martial. 4. 8.
Effigiem tenere ſolidam & expreſſam virtutis. Cic. 3. Off. 69. V. loc.
Felicitas ſolida, Integra. Plin. lib. 7. cap. 40.
Vide ex Seneca, in CRUSTA. Non eſt iſta ſolida & ſincera felicitas; cruſta eſt, & quidem tenuis. Ut dicitur aliquid eſſe Ex ſolido auro, quod non eſt tantum deauratum, ſed aureum. H. St.
Gaudium ſolidum. Ter. And. 4. 1. 23. Donat. Plenum, idoneum, integrum.
Gratia ſolida. Ovid. 12. Met. 576. Plaut. Curc. 3. 35.
Inibis a me ſolidam & grandem gratiam.
Infortunium ſolidum. Plaut. Merc. prol. 21.
Legata ſolida, integra. l. 14. §. 1. D. ad l. Falc.
Montes ſolidi. Ovid. 4. Met. 645.
Proprietas ſolida, Plena & non deducto uſufructu. l. 26. D. de uſufruct. legat.
Summa ſolida. V. Summa excurrit, in EXCURRO.
Argento ſolido, Maſſivo vulgo. Virg. 9. Æn. 357.
Auro ſolido. Ovid. 3. Amor. 8. 53.
Ferro ſolido. Ovid. 15. Met. 810.
Marmore ſolido. [μονολίθῳ] Virg. 6. Æn. 69.
Solidus, [σφυρήλατος, Gl. L. G. στερεὸς G. L.] Durus, firmus, ſtabilis. Quia quæ Solida, i. e. Integra, ſunt, eo ipſo ſunt robuſtiora.
Mare ſolidum, Ponte conſtratum. Juven. 10. Sat. 176.
Fragile & Solidum, contraria. Hor. 2. Serm. 1. 77.
Agger ſolidus. Stat. 4. Silv. 4. 3. — molles ſolidus premit agger arenas.
Cautes ſolida. Ovid. 10. Met. 124.
Cornu ſolido graviter ſonat ungula. Virg. 3. Georg. 88.
Corpus ſolidum, Durum. Lucret. lib. 1. 487.
— nam ſolido vincunt ea corpore demum.
Glacies ſolida. Virg. 3. Georg. 365.
Humus ſolida, Dura. Ovid. 12. Epiſt. 94.
Mens ſolida. Firma & conſtans, translate. Hor. 3. Carm. 3. 4.
Nix ſolida, i. e. Grando. Stat. 8. Theb. 408.
Pax ſolida, Firma, ſtabilis. Senec. Troad. 6.
Robur ſolidum. Virg. 2. Georg. 64.
Spiritus ſolidus. Lucan. ad Piſon. 251.
Tellus ſolidiſſima. Ovid. 15. Met. 262.
Vires ſolidæ ſuo ſtant robore. Virg. 2. Æn. 639.
Nequitia ſolida, Inveterata. Sen. de Ira, 1. 16.
Nomen ſolidum. Cic. 1. de Fin. 61. Illi enim negant bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam umbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido, quam ſplendido nomine.
Utilitas ſolida. Cic. 1. de Fin. 72. An ille tempus aut in poetis evolvendis conſumeret, in quibus nulla ſolida utilitas, omniſque puerilis eſt delectatio? [An ut ſupra Felicitas ſolida?
Solidum & Solido ſæpe abſolute ponuntur. Senec. de Benef. 3. 4. Præſentia bona nondum in ſolido ſunt. [i. e. Firmo pede fulta.
In ſolido rurſus fortuna locavit. Virg. 11. Æn. 427.
Obligari in ſolidum, In totum. Ulpian. Dig. 35 t. 2. l. 8.
Petere ſolidum. Quintil. lib. 5. cap. 10. Argentarius ab argentario ſolidum petit.
Solidum ſuum cuique ſolvere. Cic. pro Rabir. Poſt. 46. At hoc etiam optat miſer, ut condemnetur a vobis, ita bona veneant, ut ſolidum ſuum cuique ſolvatur. i. e. Integrum. [An ſalvetur?
Crepa ſolidum. Adv. vice. Perſ. 5. Sat. 25.
Solidum, [στερεὸν] apud Mathematicos, eſt Quod longitudinem, latitudinem & profunditatem habet. Eucl. 11. elem. Solidi autem extremum eſt ſuperficies.

SOLĬDUS, i. m. Genus nummi, quod pro Aureo accipitur. Solidi ideo dicuntur, quia juſto & integro pondere erant percuſſi, non dimidiati, aut trientales. Lampridius in Alexand. cap. 39. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent: tuncque primum Semiſſes aureorum formati ſunt: tum etiam, quum ad tertiam partem aurei vectigal decidiſſet, Tremiſſes, dicente Alexandro, etiam Quartarios futuros: ſed quum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos juſſit, & Tremiſſes tantum, Solidoſque formari. Ex his verbis Lampridii facile intelligimus, Solidos primum dictos eſſe aureos nummos certi cujuſdam, ſuique ponderis, quaſi Integros. Budæus.
Fuit autem ſolidus quidam æreus, ut As apud Romanos, Duodenarius vero apud nos: quidam etiam Argenteus, ut Siclus apud Hebræos, Drachma tam apud veteres quam recentiores. Et in ſumma, Solidus eſt Nummus integer & conſummatus, qui aſſis inſtar in partes aliquot, certo numiſmate expreſſas, dividitur, ut apud nos Duodenarius nummus dicitur Solidus. V. Gronov. de Pecun. Vet. 3. 6 & 4. 13.

SOLDUS, i. m. pro Solidus. Numiſma. Martial. 4. 37.
Ex inſulis fundiſque tricies ſoldum
Ex pecore redeunt ter ducena Parmenſi. Ubi forſan ponitur pro Solidorum, ut Seſtertiûm pro Seſtertiorum. [Niſi potius Solidum, i. e. Integrum tricies ſeſtertiûm, Adverbio ſubſtantive poſito.

SOLIDUM, i. n. [νόμισμα Gl. L. G.] Idem quod Solidus, i. m.

SOLIDE, Adv. [ὅλως] Integre, Omnino. Plaut. Trinum. 4. 2. 8.
Neque novi, neque natus necne is fuerit, id ſolide ſcio. Ibid. 4. 2. 47.
Hic homo ſolide ſycophanta eſt. Ter. And. 5. 5. 8.
Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gaviſurum gaudia.

SOLIDĬTAS, ătis. f. [στερεότης] Cic. 1. de Fin 17. Ille atomos, quas appellat, id eſt corpora individua, propter ſoliditatem cenſet in infinito inani: &c. Idem de Univerſ. 13. Sed quum ſoliditas mundo quæreretur.

SOLIDĬPES, ĕdis. c. [στερεόπους] Quod ſolidos habet pedes, non biſurcatos. Plin. lib. 10. cap. 64. extr. Contra naturam ſolidipedum, aut biſulcorum.

SOLIDO, [ὁλοκληρίζω Gl. L. G.] āre. Roborare, firmare, glutinare, ferruminare. Virg. 1. Georg. 179.
Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci.
Solidor. Paſſ. V. infra CONSOLIDO.

Fracta

Fracta ſolidantur. Plin. 8. Epiſt. 20.
Facies ſolidata veneno. Lucan. lib. 8. 691. h. e. Medicamento firmata contra putrefactionem.
Ita vir eadem lege teneatur, quia Deus virum et uxorem unius corporis conjugio ſolidavit. Lact. Firm. Divin. Inſtit. Epit. cap. 6. p. 541. Plant. H. St.
SOLIDATIO, ōnis. f. Vitruv. 5. 2. Solidationes ita erant faciendæ.
SOLIDATRIX, īcis. f. Arnob. lib. 4. Solidatrix oſſium cartilago.
SOLIDAMEN, ĭnis. n. Fortun. 6. Carm. 2.
Unus amor vivo ſolidamine junctus aleſcat.
SOLIDAMENTUM, i. n. Lactant. de Opific. Dei, cap. 7. pr. Deus igitur ſolidamenta corporis, quæ oſſa dicuntur, nodata, & adjuncta invicem, nervis alligavit atque conſtrinxit.
SOLIDESCO, [πηγνύομαι] ĕre. Solidum fieri, Solidari. Plin. lib. 11. cap. 37. Veſica membrana conſtat, vulnerata cicatrice non ſolideſcit. h. e. Non glutinatur. Sic enim ait Celſ. lib. 8. cap. 6. Illud & in hac, & in naribus ignorari non oportet, non quidem cartilaginem ipſam glutinari, circa tamen carnem increſcere, ſolidarique eum locum.
SOLIDUS, V. SOL.
SOLIFERREUM, i. n. [ὁλοσίδηρον] Genus teli, appellatum quaſi Totum ferreum. Liv. 34. 14. Ut emiſſis ſoliferreis falaricisque gladios ſtrinxerunt, tum velut redintegrata eſt pugna. conf. Gell. 10. 25. & Feſt. in Sollo, qui geminata lit. ſcribit Solliferreum.
SOLIFŬGA, V. SOLIPUGA, in SOL.
SOLIGENA, V. SOL.
SOLIMNIA, æ. f. Inſula eſt in mari Ægæo, auctor Plin. lib. 4. cap. 12.
SOLINO, āre. Verrius idem eſſe ait, quod Conſulere, teſte Feſt.
SOLINUS, i. m. C. Julius Solinus, Hiſtoriographus Plinii famma æmulus, ſcripſit de Geographia libros nobiliſſimos, quibus De ſitu orbis, inſcriptionem dedit, præter opus præcipuum, narrat præclara multa incredibilia. Scaliger in Animadverſ. Euſeb. appellat Scriptorem leviſſimum.
SOLIPUGA, SOLIPUNGA, V. SOLIPUGA, in SOL.
SOLISTIMUM, vel SOLLISTIMUM, i. n. (inquit Feſt.) Ap. Pulcher Auguralis diſciplinæ lib. primo, ait, eſſe Tripudium, quod avi excidit ex eo, quod illa fert, ſaxumve ſolidum, aut arbos viviradix ruit, quæ nec præ vitio, humanive cædanturve, jaciunturve, pellunturve. Al. Humana vi. Cic. 1. de Divin. 28. Quod autem ſcriptum habetis, aut tripudium fieri, ſi ex ea quid in ſolum ceciderit, hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium ſoliſtimum dicitis. [Apud Feſt. lego, Humanave vi. Tripudium ſoliſtimum Conſuli nuntiavit. Liv. 10. 40.
SOLITĀNUS, a, um. Adj. [Σολιτανός] ut, Cochleæ Solitanæ, quæ in Africa reperiuntur. Plin. lib. 30. cap. 6. Laudatiſſimæ autem ſunt cochleæ Africanæ, ex his Solitanæ. Varr. 3. de R. R. cap. 14. Nam & valde amplæ ſunt quædam ex Africa, quæ vocantur Solitanæ, ita ut earum calices quadrantes octoginta capere poſſint. [A Solis promontorio, ut vult Hard. ad 9. 56. Plin.
SOLITARIUS. V. SOLUS, SOLEO.
SOLITAURILIA, vel SOLLITAURILIA, ōrum. n. pl. [Θυσία ἐπὶ ταύρῳ κριῷ καὶ χοίρῳ Gl. L. G.] Feſta erant, ſive ſolemnia ſacrificia Romanorum, in quibus trium diverſi generis beſtiarum immolatio fiebat, tauri, arietis, & verris: quia omnes ſolidi integrique corporis ſint. Sollum enim lingua Oſcorum, ſignificat Totum & ſolidum. Unde tela quædam ſolliferrea vocantur tota ferrea. Hæc Feſt. lib. 17. Hoc ſacrificium Cenſores, ut ſcribit Aſcon. in Divin. 8. Urbem, completo quinquennio, luſtrantes, de ſue, ove, tauro faciebant. Liv. 8. 10. extr. Telo, ſuper quod ſtans Conſul precatus eſt, hoſtem potiri fas non eſt: ſi potiatur, Marti ſolitaurilibus piaculum fieri. Alius codex habet Suovetaurilibus. Chariſ. ob. 1. Suovetaurilia quidam putant dicenda a victimis ſue, ove, & tauro. Sed Valgius de rebus per epiſtolam quæſitis, Solitaurilia dicta ait eſſe, & a ſolis maribus ſumptum eſſe. Quintil. lib. 1. cap. 5. de virtutibus & vit. Orat. non ita longe a fine, Capſis Cicero dicit compoſitum eſſe ex Cape & Si vis: & inveniuntur qui Lupercalia æque tres partes orationis eſſe contendant, quaſi Luere per caprum. Nam Solitaurilia (alii legunt Suovetaurilia) jam perſuaſum eſt eſſe ex ſue, ove, & tauro. Et ſane ita ſe habet ſacrum, quale apud Homerum quoque eſt. Sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coeunt. Liv. 1. 44. pr. Cenſu perfecto edixit, ut omnes cives Romani equites peditesque in ſuis quiſque centuriis in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem ſolitaurilibus luſtravit. Alii legunt Suovetaurilibus. V. Caton. R. R. cap. 141. pr. Voſſ. Etymol. vel potius Lex. Pitiſc.
SOLITO, are. & SOLITO ablativus. V. SOLEO.
SOLITUDO. SOLIVAGUS, SOLIVAGUS. V. SOLUS.
SŎLIUM, i. n. [Βασιλικὸς θρόνος Gl. L. G. & G. L.] Armarium ex uno ligno factum, in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant. Dictum quaſi Solidum, quoniam ex prædura materia roboris fiebat. Vel dicitur quaſi Solum; quod in his ſoli ſederent. Vel, ſecundum Aſprum, per antiſtœchon, quaſi Sedium a ſedendo: nam & ſella, quaſi ſeda dicta eſt. Ex Serv. V. Feſt. in Solla infra. [Ubi ſine dubio Solia legendum.
Eburno ſolio fultus. Claud. in ſec. Conſ. Stilich. 299.
Rudi ſolio fultus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 79.
Aureum ſolium. Virg. 10. Æn. 116.
Solium, abuſive quandoque ponitur pro Sella regali. Virg. 11. Æn. 301.
Præfatus divos, ſolio rex infit ab alto.
Regale ſolium. Ovid. 6. Faſt. 353. Liv. 1. 47. Dii te penates, patriique, & patris imago, & domus regia, & in domo regale ſolium, & nomen Tarquinium creat vocatque regem.
Sublime ſolium. Ovid. 14. Met. 262.
Surgere ſolio. Virg. 10. Æn. 116.
Tollere ſe a ſolio. Virg. 8. Æn. 178.
Solium, pro Sella juriſconſulti, in qua jus reſpondere ſolebat. Cic. de Legib. lib. 1. 10. Quum præſertim non recuſarem, quo minus more patrio, ſedens in ſolio, conſulentibus reſponderem.
Solium, pro Vaſe ſaligno, vel abiegno ponitur, quo etiam utimur ad vinum, plurimoſque liquores transferendos: & ad pannos lineos cum lixivio calido & cinere emaculandos.
Eſt & Solium, [ἐμβάτης Gl. G. L. ἐμβάτη L. G.] Vas quo in balneis veteres utebantur, & in quo ſedentes lavabantur. *Une baignoire.* Unde nobiles Romanas ait Plin. lib. 33. cap. 12. Soliis argenteis ad delicias uſas. Celſ. lib. 7. cap. 26. Quæ ratio calculo evulſo habenda ſit: Interpoſitis duabus horis, in ſolium aquæ calidæ reſupinus demittendus eſt, ſic ut a genubus ad umbilicum aqua teneat. Cato R. R. cap. 10. Solium unum. Suet. in Auguſt. cap. 82. Ac quoties nervorum cauſa, marinis, Albulisque calidis utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod Hiſpanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. [Ridicule Solium Regali illi ſimile depingi curavit Mercurial. de Arte Gymn. lib. 1. cap. 10. Meliorem balnearis ſolii iconem exhibet Jo. Rhodius ad calcem Lexici Scriboniani.
Deſcendere in ſolium. Celſ. lib. 2. cap. 3.
Deſidere in ſolio. Celſ. lib. 2. cap. 17.
Solium, Loculamentum ſepulcrale, in quo conduntur defuncti. Plin. lib. 35. cap. 12. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Vetus exemplar habet Doliis. Curt. lib. 10. ad finem. Septimus dies erat, ex quo corpus regis jacebat in ſolio. Paulo poſt, Purgavere corpus, repletumque eſt odoribus aureum ſolium. V. Lex. Pitiſc.
SOLIAR, Quo ſolium tegebatur; ut Toral, quo torum. Varro. Phrygio qui pulvinar poterat pingere, ſoliar depingebat. Turneb. 17. 21. Ex Non. 1. 10.
SOLLA, SOLIA, vel SOLA, appellantur Sedilia, in quibus non plures ſingulis poſſint ſedere, ideoque ſolla ſternere dicuntur, qui ſolliſternium habent, & ſolaria vocantur Babylonica, quibus eadem ſternuntur, quæ, ut ait Verrius, omnia dicta ſunt a ſolo. Alvei quoque lavandi gratia inſtituti, quo ſinguli deſcendunt, ſolia dicuntur, quæ a ſedendo potius dicta videntur, quam a ſolo. Feſtus. [V. in SOLIUM paulo ſupra.
SOLLERS, ertis. Adj. [ἐπιδέξιος, εὐφυής, ἀγχίνους, Gl. L. G. ἐντρεχής, G. L.] contrarium eſt Inerti; In omni re prudens, quaſi ſollus in arte ſit; Ingenioſus; perſpicax, ſagax. Cic. de Senect. 54. Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones: quibus nihil invenit agricultura ſollertius. Ter. Eun. 3. 2. 25. —fac periculum in litteris,
Fac in palæſtra, in muſicis: quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem: ſollertem dabo.
Sollers dictus quaſi ὅλος ἀρετή, id eſt totus ars ſeu virtus: Sollers, In omni re prudens, uti ſcribit Feſtus a voce Sollo Oſce, i. e. Toto & Arte. Unde apparet rectius ſcribi cum duplici L. ut vult Manut. q. V.
Sollers & Ingenioſus. Cic. pro Roſc. Com. 31. Jam quo quiſque eſt ſollertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.
Sollers & Subtilis. Cic. 2. de Nat. Deor. 121. Quam ſollers, ſubtiliſque deſcriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum.
Ambagibus ſollers. Plin. lib. 28. cap. 8.
Cunctandi ſollers Fabius. Sil. lib. 7. 126.
Ancilla ſollers. Ovid. 1. Amor. 8. 87.
Animo ſollerti rem novam excogitare. Liv. 7. 14.
Audito ſollerti animal. Plin. lib. 8. cap. 28.
Cor ſollers. Catul. Argon. 62. 294.
Cuſtodire ſollers. Columel. lib. 8. cap. 13.
Dimicatio ſollers. Plin. lib. 10. cap. 87.
Ingenium ſollers. Ovid. 3. Faſt. 840.
Manu ſollerti facere aliquid. Tibul. lib. 1. 8. 29.
Natura hominum ſollers. Ovid. 3. Amor. 8. 45.
Provida ſollerſque natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 128.
Stultitia ſollers. Plin. lib. 38. cap. 36. Oxymōron.
Vir ſollers. Ovid. in Ibin, 279.
Compar. Lucret. lib. 5. 1355.
Et ſollertius eſt multo genus omne virile.
Superl. Salluſt. Jugurth. cap. 96. De Sulla, Sollertiſſimus omnium in paucis tempeſtatibus factus eſt.
SOLLERTER, Adv. [ἐπιδεξίως] Ingenioſe, perſpicaciter, ſubtiliter. Cic. 1. de Legib. 26. Res ad vitam neceſſarias ſollerter conſequuta eſt. Idem 2. de Nat. Deor. 91. Præſertim cum multis partibus ſint illa perfecta, quam hæc ſimulata ſollertius. Idem 6. Verr. 98. Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſollertiſſime perſpicis?
SOLLERTIA, æ. f. [πανοῦργία, Gl. L. G. ἀγχίνοια L. G. & G. L.] In omni re prudentia & induſtria, perſpicacitas & ingeniorum acumen. In bonam & in malam partem accipitur.
In bonam. Cic. de Senect. 59. Tum eum dixiſſe, mirari ſe, non modo diligentiam, ſed etiam ſollertiam ejus, a quo eſſent illa dimenſa, & deſcripta. Idem 4. Acad. 120. Negatis hoc tam polite, tamque ſubtiliter, effici potuiſſe ſine divina aliqua ſollertia.
In malam partem. Cic. 1. Off. 33. Decipere hoc quidem eſt, non judicare. Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſollertia. Plin. lib. 14. cap. 22. Heu mira vitiorum ſollertia. Claud. lib. 3. de Rapt. Proſerp. 32.
— rerumque minutas
Ingenioſa vias paulatim exploret egeſtas,
Utque artes pariat ſollertia, nutriat uſus.
Adhibere ſollertiam. V. ADHIBEO.
Sed in venatu ſollertia & ſagacitas præcipua eſt. Plin. lib. 8. cap. 40.
Machinatio & Sollertia. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Data eſt quibuſdam etiam machinatio quædam atque ſollertia, ut in araneolis.
Mentis agitatio atque ſollertia. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Belli ſollertia penes quem. Sil. lib. 6. 309.
Sollertia agendi & cogitandi. Cic. 1. Off. 157. Sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati, adhibent agendi cogitandique ſollertiam.
SOLLICĬTUS, a, um. Adj. [μεριμνητικός Gl. G. L.] Inquietus, & curis affectus. In carmine, gemino i ſcribitur, ne prima producatur. V. SOLLICITUDO infra. Plaut. Merc. 2. 3. 31.
Sollicitus mihi neſcio quam videtur. [i. e. Conturbatus, quod in Gloſſ. Latinogræc. Synonymum habet, deficiente interpretatione.
Sollicitum eſſe & Angi. Cic. 9. Att. 4. Antea ſollicitus eram, & angebar, ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, quum conſilio explicare nihil poſſem.
Suſpenſus & Sollicitus. Cic. pro Domo 96. Suſpenſa ac ſollicita tota civitate, &c.
Suſpecta atque ſollicita ſemper omnia in vita tyrannorum. Cic. de Amicit. 52.
Sollicitus de. Cic. 16. Fam. 7. Q. autem pater & filius Buthroti ſolliciti eramus de tua valetudine mirum in modum.
Sollicitus ne re ra. Ter. Andr. 1. 5. 33.
Sollicitus in. Quintil. lib. 8. cap. 3. Nec ſum in hoc ſollicitus, cum res ipſa volentibus diſcere appareat.
Sollicitus pro anima. Gell. lib. 19. cap. 1.
Sollicitus quid. Cic. 10. Fam. 11. Mirifice ſum ſollicitus, quidnam de provinciis decernatur. Idem 8. Att. 6. Quam ſum ſollicitus quidnam futurum ſit.
Sollicitus ſuſpicione. Cic. 2. de Lege Agr. 23. Sollicitam mihi civitatem ſuſpi-

ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatam veſtris legibus & concionibus, & ſeditionibus tradidiſtis.
Sollicitus vicem alicujus. Liv. 28. 19 extr. Quum clamor undique ab ſollicitis vicem imperatoriis militibus ſublatus.
Agere ſollicitum. Quintil. lib 4. cap. 2.
Habere ſollicitum. Cic. 7. Fam. 3. Sollicitum autem te habebat cogitatio, cum officii, tum etiam periculi mei. Idem de Senect. 66. Quare reſtat cauſa, quæ maxime augere, atque ſollicitam habere noſtram ætatem videtur.
Tenere aliquem ſollicitum. Liv. 2. 64. extr. Sollicitumque hoſtem ad lucem tenere.
Tribuitur Animo & ejus Affectibus, nonnunquam & actionibus humanis, atque inanimis etiam rebus a poetis.
Amores ſolliciti. Virg. in. Ecl. 6.
Amor ſollicitus atque anxius. Cic. 2. Att. 24.
Animi ſolliciti. Hor. 1. Epiſt. 5. 18.
Anxio & ſollicito animo eſſe. Cic 2. de Fin. 55. Non igitur eum poſtea cenſes anxio animo aut ſollicito fuiſſe.
Curæ ſollicitæ. Stat. 9. Theb. 603.
Cuſtodia rei ſollicita, & Libera; contraria. Cic. 2. Off. 78. Id enim eſt proprium, ut ſupra dixi, civitatis atque urbis, ut ſit libera, & non ſollicita ſuæ rei cujuſque cuſtodia. Al. Cuique. [An Suæ cujusque rei?
Diligentia ſollicita. Quintil. in proœm. lib. 6.
Dolor ſollicitus. Ovid. 3. de Arte Am. 374.
Mentes ſollicitæ pavent. Ovid. 3. Faſt. 362.
Metus ſollicitus, Sollicitudinem injiciens. Ovid. 3. Triſt. 11. 16.
Pectora ſollicito repetens ſuſpiria. Ovid. 2. Met. 125.
Timor ſollicitus. Ovid. 1. Epiſt. 12.
Vita ſollicita. Propert. 3. 7. 1.
Actiones accuratæ, & ſollicitæ. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Armis ſollicitis quæritur victoria. Ovid. 14. Met. 453.
Aures ſollicitæ. I. e. Inquietæ. Lucret. 6. 1183.
Lepus ſollicitus. I. e. Timidus. Ovid. 5. Faſt. 372.
Imbelles capreæ, ſollicituſque lepus.
Manus ſollicitæ, Dubiæ, & quæ aliquid frangere metuunt. Martial. lib. 14. 111.
Frangere dum metuis, frangis cryſtallina, peccant
Securæ nimium, ſollicitæque manus.
Mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis, i. e. Ventis impulſum & agitatum. Virg. 4. Georg. 262.
Pecus ſollicitum. Martial. lib. 5. 32. Ne lædat ſoll.
Status civitatis ſollicitus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Voce ſollicita invocare aliquem. Ovid. 10. Met. 639.
Carcer ſollicitus, Ab effectu. Ovid. 1. Amor. 6. 64.
Opes ſollicitæ, Quæ ſollicitos faciunt. Hor. 3. Serm. 6. 79.
Res ſuſpecta & ſollicita, Plena ſollicitudinis. Cic. de Amicit. 52. Omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.
Comparat. Cic. 10. Fam. 18. Quintil. lib. 7. cap. 2. Quibus nos circa lites raras ſollicitiores ridiculi videmur.
Sollicitior locus. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.
Superl. Senec. de Brevit. vitæ, cap. 15. Breviſſima ac ſollicitiſſima ætas.
SOLLICITE, Adv. [[illegible]] Quintil. lib. 2. cap. 15. Ovid. 4. de Pont. 6. 44.
Qui mala ſollicite noſtra levatis. Al. Solliciti recte.
Compar. Plin. 1. Epiſt. 19. ad Romanum, Num ſollicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt.
Sollicitiſſime puto legi apud Sueton. H. St. Nempe in Claud. cap. 18. pr. Urbis, annonæque curam ſollicitiſſime ſemper egit.
SOLLICITŪDO, inis. f. [μέριμνα, ἀγωνία, φροντὶς Gl. L. G. & G. L. ſed ſing. num.] Cura & inquietudo quæ mentibus inhæret. In verſu, duplici L ſcribitur, ut producatur prima ſyllaba. [Atque ita perpetuo ſcribendum contendit Muret. quo modo & in Gloſſ. ſcribitur. V. Cellar. Orthogr. & Voſſ. Etymol.
Sollicitudo, eſt ægritudo cum cogitatione. Cic. 4. Tuſc. 18. Ibid 1. 96. Nulla aliqua cura, nulla ſollicitudo futura. Idem 3. Offic. 82. Angores, ſollicitudines, diurni & nocturni metus. Et 2. de Divin. 150. Perfugium videtur omnium laborum & ſollicitudinum eſſe ſomnus.
Aculei ſollicitudinum. V. ACULEUS.
Altior ſollicitudo. Quintil. in proœm. lib. 4.
Mordaces ſollicitudines. Hor. 1. Carm. 18. 4.
Abducere animum a ſollicitudine. V. ABDUCO.
Abſtrahere ſe a ſollicitudine. V. ABSTRAHO.
Acuere ſollicitudines. Cic. 11. Fam. 16.
Adducere in ſollicitudinem. V. ADDUCO.
Adimere ſollicitudinem pro aliquo. Plin. 2. Epiſt. 9.
Afferre ſollicitudinem. V. AFFERO.
Afficit me ſollicitudo duplex. Cic. de Clar. Orat. 332.
Allevare ſollicitudines. V. ALLEVO.
Conficere alicui ſollicitudines. V. CONFICIO.
Demere ſollicitudinem. Tacit. 2. Hiſt. 68.
Duplicare ſollicitudines. Cic. 5. Fam. 14.
Exedi ſollicitudinibus. Cic. 1. de Fin. 51. Eaſque ipſas ſollicitudines, quibus eorum animi noctes dieſque exeduntur, diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant.
Exſolvere aliquem ſollicitudine. Plin. lib. 2. Epiſt. 22. ad Catil. Sever. V. EXSOLVO.
Habere ſollicitudinem. Cic. pro Cluent. 51. Quicquid hoc tempore habeat ſollicitudinis ac negotii, id omne a matre eſſe conflatum.
Hærere ſollicitudinem in animis. Cic. Nec hærere in animis horum ſollicitudinem ſempiternam.
Importare ſollicitudines. V. IMPORTO.
Levare pectora diris ſollicitudinibus. Hor. Epod. 13. 25.
Liberare ſollicitudine. Cic. 6. Att. 1.
Liberari ſollicitudine. V. Exſolvere aliquem ſollicitudine, in EXSOLVO.
Omittere ſollicitudinem. V. OMITTO.
Pati ſollicitudinem. V. PATIOR.
Perferre ſollicitudinem. V. Plane mane, in MANE adverbium.
Struere ſollicitudinem alicui. Cic. 5. Att. 21. Sed dices me ipſum mihi ſollicitudinem ſtruere.
Subveniri ſollicitudini. Cic. 2. Fam.
Eſſe ſollicitudini alicui, Plaut. Milit. 3. 1. 76.

Eſſe ſollicitudini dicitur res aliqua. Ter. Phorm. 4. 1. 22.
Scio ita eſſe, & iſtuc mihi res ſollicitudini eſt.
Eſſe magna ſollicitudine. Cic. ad Brut. Non minore nunc ſunt ſollicitudine, quam tum erant ſtudio.
Suſtinere ſollicitudinem. Cic. 10. Fam. 4.
Torqueri ſollicitudine diſtrictum. Hor. 2. Serm. 8. 8.
Urgeri ſollicitudine. Cic. 6. Att. 5. Sollicitudine provinciæ tamen vel maxime urgebamur.
SOLLICĪTO, [μεριμνῶ. Gl. G. L.] āre. Inquietare, & curam injicere, ſeu contriſtare, ut ait Vall. lib. 5. Ter. And. 5. 3. 16.
Cur meam ſenectutem hujus ſollicito amentia? Idem Eun. 1. 2. 82.
Egone, id timeo? PH. quid te ergo aliud ſollicitat cedo? Idem Hec. 4. 4. 54.
Aut, quid ſit id quod ſollicitere ad hunc modum? i. e. Perturberis, commovearis, inquit Donat.
Arcu ſollicitare. Ovid. 1. Amor. 7. 54.
Excruciare & Sollicitare. Cic. 1. de Fin. 50. Quemadmodum temeritas & libido & ignavia ſemper animum excruciant, & ſemper ſollicitant, turbulentæque ſunt.
Sollicitare & Angere. Cic. 1. de Fin. 50. Nec præterea eſt res ulla, quæ ſua natura aut ſollicitare poſſit, aut angere.
Cura quietos ſollicitat. Virg. 4. Æn. 380.
Metus ſollicitans. Ovid. 4. Triſt. 8. 6.
Bello ſollicitare aliquem. Ovid. 5. Faſt. 40.
Sollicitare pacem, Turbare. Liv. 34. 16. extr. Iterum ſubacti. Sed non eadem venia victis fuit, Sub corona venierunt omnes, ne ſæpius pacem ſollicitarent. [Male exponebatur, Inſtare ut fiat pax.
Sollicitare, [ὑποσαίνειν, Gl. L. G. & G. L. σαίνειν, ἀνασαίνειν, ὑποσαίνειν, ἀποπλανίζειν, πλανίζειν, ἐξαπατᾶν, L. G.] Inſtare, & velut Allicere, vel Spem oſtendendo, vel metum, ut ait Vall. lib. 5. Curt. lib. 4. 11. 18. Verum enimvero quum modo milites meos litteris ad proditionem, modo amicos ad perniciem pecunia ſollicitet. Ter. And. 5. 4. 2.
— tune hic homines adoleſcentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitando, & pollicitando, eorum animos lactas?
Sollicitare pretio animos egentium. Cic. 4. in Catil. 17. Quare ſi quem veſtrum commovet hoc, quod auditum eſt, lenonem quendam Lentuli concurſare circum tabernas, pretio ſperantem ſollicitari poſſe animos egentium atque imperitorum: eſſe id quidem cœptum atque tentatum.
Judicium alicujus ſollicitare donis. Ovid. 16. Epiſt. 20.
Precibus ſollicitare aliquem. Ovid. 9. Met. 682.
Votis ſollicitare numina. Tibul. lib. 2. 4. 53.
Sollicitare ad. Cic. pro Cluent. 47. Cujus ſervum Diogenem Fabricius ad venenum Avito dandum ſpe & pretio ſollicitare cœpit. Liv. 1. 30. Inde, ob reſiduas bellorum iras maxime ſollicitatis ad defectionem animis, voluntarios trahere.
Ad laborem ſollicitare. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 11.
Toros legitimos ſollicitare. Ovid. 3. de Pont. 3. 50.
Voluptas ſollicitat concubitus. Virg. 3. Georg. 131.
Sollicitant hæc toreumata furem, Alliciunt ad furtum. Martial. lib. 12. 75.
Sollicitare ad ſe aves. Plin. lib. 8. cap. 23.
Fores ſollicitare, Movere aut aperire januam. Ovid. 3. Amor. 1. 50.
Stamina ſollicitat docto pollice, Citharæ chordas percutit. Ovid. 11. Met. 170.
Sollicitare terram ferro, Terram vertere eſt. Tibull. lib. 1. 8. 30.
Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitavit humum. Componitur (ait Parrhaſius) ex Solo & Cito, quod (ut Verrio placet) eſt moveo. Solum vero maris etiam nomen eſt. Virg. 5. Æn. 19.
Subtrahiturque ſolum. [Si modo hic Solum pro Mari ponitur. Nec minus ſuſpecta eſt Feſti iſtæc de origine vocis opinio. V. Infra. Terra autem Sollicitari dicitur, quum, intacta prius, primum quaſi inquietatur.
Tellus ſollicitanda. Virg. 2. Georg. 418.
Sollicitare, pro Navigare aliquando ponitur, quod Solum de mari etiam dicatur. Claud. in præfat. lib. 1. de Rapt. Proſerp. 2.
Et rudibus remis ſollicitavit aquas. h. e. Movit, & agitavit. Immo non eſt fortaſſe hæc ratio. H. St. V. paulo ſupra veriorem.
Sollicitor, [μεριμνῶ] Paſſ. Cogito, ſatago. Gloſſ. Græcolat. [Sic enim ſcribendum, non ut editum Sollicito.
Sollicitare, eſt Solo citare, id eſt ex ſuo loco movere. Solum autem quin ſignificet locum quis dubitat, quum Exſules quoque dicantur Solo patriæ ſuæ pulſi? Feſt. [Cujus ſententiam non injuria rejicit Voſſ. quum quantitas pr. ſyllabæ & orthographia antiqua repugnet. Veriſimilius eſt a Soli & Lacio, ut ipſe vult, deduci. Sic Soblica & Sublica, Soboles & Suboles &c. veteres uſurparunt. Sic Soblacito, & euphoniæ cauſa Sollicito, pro Soblacito, freq. a Sublacio. An a Sollum & Cito, vel Lacio?
SOLLICITĀTIO, ōnis. f. [[illegible] Gl. G. L.] dicitur, Quæ ab alio fit, ut ait Donat. Ter. And. 1. 5. 26.
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverſe trahunt;
Amor, miſericordia hujus, nuptiarum ſollicitatio. Cic. pro Cluent. 53. Et de ſollicitatione Diogenis recenti re ſecum Cleophantum locutum eſſe dicebat.
SOLLICITĀTOR, ōris. m. [[illegible] Gl. G. L.] Paul. de extraord. crimin. l. 1. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores. Sen. Controv. 15. Teſtamento ſollicitatoris.
SOLLICURIA, In omni re curioſa: nam Sollo Oſcis, dicitur id quod nos Totum vocamus. Liv. Sollicuria, in omni re curioſa. Feſtus.
SOLLIFERREA, V. SOLIFERREUM.
SOLLO, Oſce dicitur id quod nos Totum & ſolidum vocamus. Feſt.
SOLLISTERNIUM, i. n. Solla ſternere dicuntur, qui ſolliſternium habent. Feſtus. Al. Selliſternium. V. Sella in Sedeo.
SOLO, ſolas. V. SOLUS.
SŎLŎCE, es. f. [[illegible]] Civitas magna, quæ notiore nomine Seleucia dicitur, de qua ſuo loco. V. Strab. lib. 16.
SŎLŒ, vel SOLI, ōrum. m. pl [Σόλοι] Solæ more Græcorum pro Soli, ſicut Dioſcuræ pro Dioſcuri, ut placet Hermolao, Civitas eſt Ciliciæ. Ab hac, Solenſes, ut Solenſis Aratus, Chryſippus Stoicus, & Philemon, poeta comicus. Strab. lib. 14. Euſtathius Dionyſii interpres, hoc oppidum, ab exſulante Solone coloniis Atticis ornatum fuiſſe ſcribit.
Quum

Quum vero barbari linguam Atticam paulatim coinquinaſſent, Solœciſſare, Σολοικίζειν, dicti ſunt, & inde Solœciſmus, σολοικισμός. Lege in Solonis vita Laert. ſ. 51. & Strab. lib. 4.

Solœcismus, i. m. [σολοικισμός] Impar & inconveniens compoſitura partium orationis. A noſtris Imparilitas, a vetuſtioribus Latinis Stribiligo dicebatur: nempe inverſura & pravitas quædam tortuoſa orationis, tanquam Streblìgo. Siquidem στρεβλοῦν torqueo, & depravo ſignificat. V. Gell. lib. 5. cap. 20. Quintil. lib. 1. cap. 5. Quædam tamen & faciem ſolœciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt.
Fœditas ſolœciſmi. Quintil. lib. 1. cap. 5. Prima barbariſmi, ac ſolœciſmi fœditas abſit.
Facere ſolœciſmum. Juven. 6. Sat. 455.
— ſolœciſmum liceat feciſſe marito. Martial. 5. 39.
Unus quum ſis, duo, Calliodore, ſedetis:
Surge, ſolœciſmum, Calliodore, facis. [Quaſi per tranſlationem dictum ponebatur in edit. Lond. Sed nulla eſt tranſlatio.

Solœcon, i. n. [σόλοικον] dicitur Vitium ſermonis. Solœci autem nomen a Solone deductum Laertius lib. 1. ſ. 51. teſtatur. V. Gell. lib. 5. cap. 20. V. etiam paulo ante SOLŒ, & Menag. ad Laert. lib. 7. ſ. 59.

Solœcŏphănes, is. f. [σολοικοφανής] Solœciſmi ſpeciem habens: quæ & Alleoſis, figura eſt: ut, Præneſte ſub ipſa: quum Præneſte ſit neutri generis, ſed retulit ad Civitatem. Et Ter. in prol. Eun. 32. In Eunuchum ſuam: referens ad Comœdiam cogitatum. [Sic conſtr. n. pl. cum verb. in ſing. ut vult Apollon.

Sŏlon, ōnis. m. [Σόλων] Salaminius genere, unus e ſeptem ſapientibus, Athenienſibus leges dedit: ac eas, quas Draco tulit, præter quam quæ de cæde erant, omnes abrogandas curavit, ob magnitudinem pœnarum. Nam una omnibus pœna conſtituta fuerat, ut etiam qui otii damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur, &c. Florebat tunc in Repub. Piſiſtratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quam hujus ſapientia. Ceſſit ſponte Solon, tyrannum fugiens, primum in Ægyptum, deinde in Cyprum, poſtremo ad Crœſum regem, indeque in Ciliciam profectus, civitatem a ſuo nomine Solos dixit, in qua Athenienſes colonos ſtatuit. Deceſſit in Cypro annorum LXXX. mandavitque oſſa ſua Salaminem transferri, ibique per regionem projici ac diſſipari, ne unquam Athenas inferrentur, quoniam diſcedens jurejurando cives adegit, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. Reliquit etiam Elegos & epiſtolas quaſdam. Epigramma ſepulchro inſcriptum commemorat Cic. 1. Tuſc. 117.
Mors mea ne careat lacrimis, linquamus amicis
Mærorem, ut celebrent funera cum gemitu. Plura V. apud Plutarch. Diog. Laert. & Suid.
Ærumnoſi Solones. Perſ. 3. Sat. 79. Per Solones intelligit aut Philoſophos, aut quoſcunque viros bonos. [Vel potius Bonos cives & patriæ amantes, eaque de cauſa exilii ærumnas expertos, cujuſmodi fuit Solon.
Juſtus Solon. Juven. 10. Sat. 274.
Solon Smyrnæus alius, qui de Herbis ſcripſit. Plin. lib. 20. cap. 20.

Sōlor, [παραμυθοῦμαι Gl. G. L.] ari. quaſi Solidum redintegrare. Plaut. Aſin. 3. 1. 37.
Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Virg. 1. Georg. 293.
Interea, longum cantu ſolata laborem,
Arguto conjunx percurrit pectine telas.
Allocutione ſolare aliquem. Catull. 39. 5.
Amicis dictis ſolari aliquem. Virg. 5. Æn. 770.
Amicis verbis ſolari aliquem. Ovid. 5. Faſt. 237.
Amorem ſolatur Muſa. Virg. 10. Æn. 191.
Famem ſolari, Levare cibo. Virg. 1. Georg. 159.
Lacrimas alicujus ſolari. Ovid. 2. Faſt. 821.
Metum alicujus ſolari. Virg. 12. Æn. 110.
Lenire dolentem ſolando. Virg. 4. Æn. 394.

Sōlandus, a, um. Partic. [παρηγορητέος] Ovid. 5. Triſt. 4. 42.
— qua conſolatus amicum
Sis ope, ſolandus quum ſimul ipſe fores.

Sōlātor, ōris. m. [παρήγορος Gl. G. L.] ut, Solator lugentum. Stat. 5. Silv. 5. 40.

Sōlāmen, ĭnis. n. [παραμύθιον] Id, quod ſolatur. Hoc tamen ſoli poetæ frequentius utuntur. Cic. de Amicit. extr. Etſi illis plane orbatus eſſem, magnum tamen afferret mihi ætas ipſa ſolamen. Vetus exemplar legit Solatium.
Mali ſolamen. Virg. 3. Æn. 661.
Breve ſolamen malorum. Sen. Octav. 66.
Petere ſolamen. Sen. Med. 7.

Sōlātium, i. n. [παραμύθιον, παρηγορία, Gl. L. G. & G. L.] Doloris, Mærorisve levamentum: quod & Solamen dicitur. Quintil. in Petlete palmato, Cæcitatis miſeræ ſolatium eſt, habere rem videntium. Cic. 7. Fam. 3. Vacare culpa, magnum eſt ſolatium. Virg. 9. Ecl. 18.
— heu tua nobis
Pæne ſimul tecum ſolatia rapta, Menalca!
Oblectamentum & ſolatium ſervitutis. Cic. 6. Verr. 134. Ut illi &c. haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſervitutis.
Solatium & fomentum dolorum. Cic. 2. Tuſc. 59. Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum.
Dulcia ſolatia. Lucret. lib. 5. 21.
Exigua ſolatia ingentis luctus. Virg. 11. Æn. 62.
Frigida ſolatia. Ovid. 4. de Pont. 2. 45.
Mæſta ſolatia. Stat. 2. Achill. 278.
Unicum adverſorum ſolatium, litteræ. Quintil. in proœm. lib. 6.
Adhibere ſolatia. V. ADHIBEO.
Admittere ſolatia. V. ADMITTO.
Afferre ſolatium. V. AFFERO.
Afficere ſolatio. Tacit. 3. Ann. 24.
Conſolari ſe ſolatio. Cic. de Amicit. 10. Sed non egeo medicina: me ipſe conſolor, & maxime illo ſolatio, quod &c. Idem 4. Att. 6. Noſque malo ſolatio, ſed non nullo tamen conſolamur, quod ipſius vicem minime dolemus.
Dare ſolatia. Cic. de Clar. Orat. 12. Vos vero, inquam, Attice, & præſentem me cum levatis, & abſenti magna ſolatia dediſtis. Et 4. Att. 85. Multa mihi dant ſolatia.
Habet hæc res aliquid ſolatii. Cic. 3. Att. 49. Quæ quidem tamen aliquid habebant ſolatii antequam eo veniſti a Pompejo.

Luctum alicujus nullo ſolatio levare poſſe. Cic. 6. Philipp. 12.
Præbere ſolatium adverſis rebus. Cic. pro Arch. 16. Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perfugium ac ſolatium præbent.
Proponere ſibi aliquid ſolatii. Cæſ. 7. Bell. Gall. 15.
Recolere aliquem honoribus in ſolatium. Tacit. 1. Hiſt. 77.
Reportare ſolatium ex aliquare. Cic. 7. Verr. 127.
Sum, ut, In ſolatio eſſe. Plaut. Amph. 2. 2. 13.
Solatio eſſe id. Cæſ. 1. Bell. Civil. 22. Quod de ſua ſalute impetraverit, fore etiam reliquis ad ſuam ſpem ſolatio.
Uti ſolatio. Cic. 2. Fam. 6. Maximo meo dolore, hoc ſolatio utor, quod, &c.
Solatium, pro Laviuſcula mercede uſurpavit Ulpian. lib. 6. Opinion. Si conſtat (inquit) in tuo agro lapicidinas eſſe: invito te, nec privato, nec publico nomine, quiſquam lapides cædere poteſt, cui id jus faciendi non eſt: niſi talis conſuetudo in illis lapicidinis conſiſtat, & ſi quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, niſi pro his ſolitum pro hoc ſolatium domino præſtet. l. 13. in fine. Communia prædiorum, in P. lib. 8. tit. 4. Calliſtrat. in l. 33. A tutoribus ſcribis Solatium in §. ultimo: Niſi (inquit) ab eo certum ſolatium conſtitutum ſit.
Solatium item pro Subſidio, vitæque adjumento, vel alimento ponitur in l. Si cum dotem. §. Si maritus verſic. Sin vero dotem. Solut. matrim. lib. 24. P. tit. 3. Sin vero (inquit) dotem ita diſſipaturus, ita manifeſtus eſt, ut non hominem frugi, oportet tunc dotem ſequeſtrari, quatenus ex ea mulier competens habeat ſolatium, una cum ſua familia.
In Codice Solatium a Principibus pro Commodo & ſalario militum. l. 15. C. de advocat. diverſor. judic. & eo. tit. l. 3. 5. 6. l. penult. C. de præd. Decur. lib. 10. l. 3. C. de agentib. in reb. lib. 12. l. ultim. C. de ſilentiar. lib. 12. Inde Solatia annonarum in l. un. C. de annon. & capit. lib. 12. C. l. 17. C. de erogat. militar. annonæ lib. 12. C. l. 4. C. de Naviculariis. lib. 11. l. 32. eodem titul. in C. Theod. In Novellis porro Juſtiniani ea vox non uno in loco legitur. Hæc ſignificat Solatium, præter notam ejus verbi ſignificationem, de qua ſupra dictum eſt.

Sōlātiŏlum, i. n. dimin. [παραμυθίδιον] Catul. ad paſſerem Leſbiæ 2. 7.
Ut ſolatiolum ſui doloris.

Sōlox, ōcis. Adj. o. g. [τραχύς, ἢ παχύς, Gl. L. G.] Craſſus. ut, Solox lana, i. e. Craſſa, quaſi Solida: item Pecus lana contectum. Titinnius in Barbatiro, Lana ſoloci ad purpuram data. Lucil. apud Feſtum in Solox,
Paſcali pecore, & montano hirco, atque ſoloce. [Vox pr. in Gloſſ. ſuſpecta.

Solstitium, Solsequium, Solstitium, V. SOL.

Solubilis, V. SOLVO.

Solvense, Oppidum in Norico Germaniæ. Plin. lib. 3. cap. 24.

Sŏlum, i. n. [ἔδαφος Gl. G. L.] dicitur Omne quod ſuſtinet, & unicuique rei ſubjacet. Unicuique enim rei quod ſubjacet, ſolum eſt ei cui ſubjacet: unde eſt Solum navis, Mare: & Aer avium. Serv. in 5. Æn. 199. Aquæ ſolum ſuperficies dicitur, quæ navium fundamentum eſt. Virg. 5. Æn. 199.
Subtrahiturque ſolum. [An Salum?
Foſſæ ſolum. Cæſ. 7. Bell. Gall. 72.
Solum, Menſam appellavit Virg. 7. Æn. 111.
Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
Solum oratoris. Cic. in Brut. 258. Solum quidem, inquit ille, & quaſi fundamentum oratoris, vides locutionem emendatam, & Latinam. Solum, i. e. Baſim, firmamentum.
Cæleſte ſolum, Cælum. Ovid. 1. Met. 73.
Aſtra tenent cæleſte ſolum.
Solum, proprie Terra dicitur, inquit Feſt. Nævius lib. 1.
Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni. Et alibi,
Sed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper.
Sedere viridi ſolo. Virg. 6. Æn. 192.
Tellus tremefacta ſolo. Virg. 10. Æn. 102.
Terræ ſolum. Lucret. lib. 1. 213.
Agri ſolum, quod Juriſconſulti Fundum vocant. *Le treſfond.* Cæſ. 1. Bell. Gall. 9. Allobroges, qui trans Rhodanum vicos poſſeſſioneſque habebant, fuga ſe ad Cæſarem recipiunt, & demonſtrant ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui.
Solum, Terra: quia hominum & animalium fundamentum eſt. Columel. lib. 2. cap. 8. Nam quod ſicco ſolo ingeſtum, & inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur. Ovid. 2. Met. 420.
— inque ſolo, quod texerat herba, jacebat.
Sabuloſum ſolum. Plin. lib. 35. cap. 14. Lateres non ſunt e ſabuloſo, neque arenoſo, multoque minus calculoſo ducendi ſolo, ſed e cretoſo & albicante.
Acclive ſolum. V. ACCLIVIS.
Bonitas ſoli. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Crudum ſolum. V. CRUDUS.
Culti ſoli magna jugera. Tibull. lib. 2. 2. 2.
Exiguum ſolum. Tibul. lib. 1. 1. 22.
Ferax & fecundum ſolum. Ovid. 7. Met. 416.
Fecundum. Quintil. lib. 1. cap. 19.
Macrum. V. MACER.
Lætum. V. LÆTUS.
Marmoreum. Tibul. lib. 3. 3. 16.
Mite. Hor. 1. Carm. 18. 2.
Natale ſolum, Patria, hoc eſt terra in qua nati ſumus. Ovid. 1. de Pont. 3. 3.
Nudum. Claud. 2. in Eutrop. 298.
Præpingue. Virg. 3. Æn. 698.
Pingue. Virg. 1. Georg. 64.
Putre. Virg. 2. Georg. 204.
Pulvereum. Ovid. 7. Met. 113.
Siccum, & ſine humore ullo. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Sitiens ſolum. Idem. Columel. lib. 2. cap. 8.
Summum. Quintil. lib. 2. cap. 3. Ut quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt, &c.
Triſte. Infecunda, & infructuoſa terra. Ovid. 8. Met. 789.
Vile. Ovid. 15. Epiſt. 146.
Vivax, Vitam ſubminiſtrans animalibus, e cæno terræ procreatis. Ovid. 2. Met. 420.

Appellare ſolum. V. APPELLO.
Compingere ſolum axibus. V. COMPINGO.
Concedere ſolum. V. CONCEDO.
Diſſilit omne ſolum. Ovid. 2. Met. 260.
Exercere ſolum preſſo ſub vomere. Virg. 2. Georg. 356.
Findere ſolum. Tibul. lib. 1. n. 47.
Hæret ſolo immobilis. Virg. 7. Æn. 250.
Ingredi ſola. Virg. 4. Æn. 177.
Inſultare ſolo. Virg. 3. Georg. 117.
Invertant pingue ſolum fortes tauri. Virg. 1. Georg. 64.
Recubans ſolo. Virg. 3. Æn. 392.
Reptans ſolo. Stat. 5. Silv. 3. 83.
Æquare ſolo magiſtratum, Deprimere, evertere funditus, Tranſlate. Liv. 24. 47.
Mutare ſolum. V. MOTO.
Vertere ſolum, [[illegible] Gl. L. G.] Cic. pro Cæcin. 100. interpretatur his verbis, Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt, hoc eſt ſedem ac locum mutant. Idem pro Corn. Balb. 28. Hanc acte amittere non potuiſſent, quam hujus ſolum civitatis mutatione vertiſſent.
Exſilii cauſa ſolum vertere. Licebat reis, poſt primam actionem, exſilium ſibi conſciſcere, ante judicium peractum, idque appellabant, Exſilii cauſa ſolum vertere. Liv. 3. 58. de Decemviris loquens, Itaque ſpe inciſa, priuſquam prodicta dies adeſſet, Appius ſibi mortem conſcivit. Paulo poſt, Oppius quoque ductus in vincula eſt, & ante judicii diem finem ſibi vitæ fecit. Bona Claudii Oppiique Tribuni publicavere: collegæ eorum, exſilii cauſa ſolum verterunt: bona publicata ſunt.
Sola dura, In plurali dixit Catull. 61. 40.

Sed ubi oris aurei ſol radiantibus oculis
Luſtrevit æthera album, ſola dura, mare ſerum.

Arida ſola. Virg. 1. Georg. 80.
Saturare ſola fimo pingui. Virg. 1. Georg. 80.
Solum, Inferior pars pedis, quam vulgus *ſoleam* vocat, quæ calloſa fit, & dura etiam diſcalceatis. Cic. 5. Tuſc. 90. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.
Solum, pro Solea calceamenti, & corio. Martial. lib. 9. 73. in Sutorem,

Et mordere luto putre vetuſque ſolum.

Qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum. Vide SUPPINGO. H. St. Vel in SOCCUS. Gloſſ. Latinogræc. alt. Solum caligarium, [illegible], & Græcolat. [illegible], Solum. Quod Luciano [illegible].
Sola, inquit Feſt. lib. 17. appellantur Sedilia, in quibus non plures ſingulis ſedere poſſunt. V. SELLA.
Solum etiam pro Solio & ſede regia dixit Ennius apud Cic. lib. 1. de Divin. 108.

Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſoliumque.

SŌLĀRIUM, ii. n. quid ſit declaret Ulpian. D. Ne quid in loco vel itinere publico fiat. l. 2. §. Si quis nemine prohibente. Si tamen obſtet ædificium id publico uſui: utique is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere: aut ſi non obſtet, ſolarium ei imponere. Sic enim Vectigal hoc appellatur, ex eo quod pro ſolo pendatur.
Sōlarium in alio ſignificatu, V. SOL.
SOLVO, ſolvi, ſŏlūtum, [[illegible] Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Quod ligatum erat, non ligatum facere. Virg. 7. Æn. 403.

Solvite crinales vittas, capite Orgia mecum. Ter. Andr. 5. 4. 53.
Pater, non recte vinctu'ſt. S. et ita juſſi. P. jube ſolvi obſecro.

Ab amplexu alicujus ſolvi. Ovid. 15. Epiſt. 18.
Capillos ſolvere. Ovid. 3. Amor. 9. 3.
Crinem ſolvere. Ovid. 3. de Arte Am. 782.
Epiſtolam ſolvere; i. e. Aperire, inciſo lino, quo colligata eſt. Nepos 23. 11.
Juga tauris ſolvit arator. Virg. 4. Ecl. 41.
Nodum ſolvere. Hor. 3. Carm. 21. 22.
Texta ſolvere, Telam retexere, diſſolvere quod textum erat. Propert. lib. 2. 9. 6.
Vincla ſolvere alicui. Tibul. lib. 2. 1. 7.
Animum arctum ſolvere, Tranſlate. Hor. 2. Serm. 6. 83.
Corpore ſolvere in Venerem, In Venerem reſolvi. Virg. 4. Georg. 198.
Curas ſolverat ſomnus. Ovid. 10. Met. 369.
Ebrietatem ſolvere, pro Diſcutere. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Membra ſolvit formidine torpor. Virg. 12. Æn. 867.
Membra ſolvuntur frigore. i. e. Metu. Virg. 1. Æn. 96.
Membra ſolvuntur frigore. i. e. Morte. Virg. 12. Æn. 951.
Mentes ſolvere, Liberare curis. Virg. 4. Æn. 487.
Metum ſolvere corde. Virg. 1. Æn. 566.
Quies ſolveret homines, In ſomnum erant reſoluti. Ovid. 7. Met. 186.
Vitam ſolvere alicui. Propert. lib. 2. 9. 39.
Cæde ſolvere aliquem, i. e. Purgare a crimine cædis. Ovid. 2. Faſt. 40.
Crimine ſolvere aliquem, Abſolvere. Stat. 11. Theb. 64.
Dementiæ ſolvere aliquem, Liberare. Hor. Epod. 17. 45.
Formidine ſolvent terras. Virg. 4. Ecl. 14.
Legibus ſolvere. Liv. 31. 50. V. LEX. Sic Jurejurando, V. in Partic. SOLUTUS.
Luctu longo ſolvit ſe Teucris. Virg. 2. Æn. 26.
Metu & curis ſolvere animum, vel aliquem: h. e. Liberare metu & curis. Virg. 1. Æn. 566.

Solvite corda metu, Teucri, ſecludite curas. Ter. Hec. 2. 1. 33.

Obſidio ſolvere urbem. Auctor de Vir. Ill. cap. 74.
Vita ſolvere aliquem, Occidere. Plaut. Men. 3. 5. 3.
Amores aliquorum ſolvere, Diſſolvere. Propert. lib. 1. 4. 25.
Fidem ſolvere, Rumpere & non ſervare. Ter. And. 4. 1. 19.
Alii pro Liberare, ex Planco lib. 10. Familiar. Suam fidem ſolutam eſſe. Steph. Dolet. H. St. Extant. Ep. 21. ejus libri. V. ibi Corr. conf. infra, Voti fidem &c. ſolvere.
Fœdera ſolvere. Virg. 10. Æn. 91.
Majeſtatem ſolvere. V. MAJESTAS.
Morem ſolvere, Antiquare. Liv. 1. 49.
Obſidionem ſolvere, pro Recedere ab obſidione. Liv. 24. 41.
Obſidium ſolvere. Tacit. 4. Ann. 73. Vict. de Cæſarib. c. 33. 20.
Jejunia ſolvere. Ovid. 5. Met. 534.
Iras ſolvere, Ponere. Ovid. 9. Met. 274.
Lacrimas ſolvere, Flere. Stat. 2. Achil. 337.

Linguam ſolvere ad jurgia. Ovid. 3. Met. 261.
Lumina alicujus ſolvere in lacrimas. Lucan. lib. 8. 106.
Pudorem ſolvere. Virg. 4. Æn. 55.
Solvere dicuntur, qui navi vehuntur, Quum ſoluto fune, quo navis retinetur, recedunt. Dicimus autem vel
Solvere, Simpliciter, nulloque adjecto, vel plenius Solvere navem. Cic. 16. Fam. 9. Nos eo die cœnati ſolvimus. Plaut. Milit. 4. 4. 31.

Niſi eat, te ſoluturum eſſe navim, ventum operam dare.

Alexandria ſolvere. Cic. 3. Off. 50. Si idem ſciat complures mercatores Alexandria ſolviſſe, naveſque in curſu frumento onuſtas petentes Rhodum viderit, dicturuſne ſit Rhodiis id?
E portu ſolvere. Cic. pro Muren. 4. Quod ſi e portu ſolventibus, ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent, &c.
E portu naves ſolvere. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 28. Plaut. Amph. 1. 1. 256.

Nam noctu hac ſoluta eſt navis noſtra e portu Perſico.

De litore iter ſolvit puppis. Stat. 3. Silv. 2. 243.
Vela ſolvere. Virg. 4. Æn. 474.
Solvere, Aperire. Columel. lib. 6. cap. 14. Ea porro vena, quæ in aure videtur eſſe ampliſſima, ſarmento prius verberatur: deinde quum ad ictum intumuit, cultello ſolvitur.
Ergaſtula ſolvere. Cic. 11. Fam. 10. Revertor nunc ad Antonium, &c. ergaſtula ſolvendo. V. Ordinatim, in NEXUM, & ERGASTULUM.
Argumentum ſolvere. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Contradictiones ſolvere. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Solvere, pro Diſſolvere, aut molle facere. Hor. 1. Carm. 4. 1.

Solvitur acris hiems grata vice Veris & Favoni. Plin. lib. 2. cap. 39.

Soluti humores. Ovid. 2. Met. 853.
Nives ſolvuntur. Ovid. ad Liviam, 102. [Græcorum Imitatio eſt. Gloſſ. Græcolat. [illegible], Liquefacto.
Æſtu ſolvi. Ovid. 2. de Arte Am. 317.
Anima ſolvitur in aëra, Reſolvitur. Ovid. 13. Met. 845.
Cælum ſolvere in Tartara. Virg. 12. Æn. 205.
Solvere, Satisfacere, Debitas pecunias creditori numerare.
Pro frumento nihil ſolvi omnino. Cic. 5. Verr. 169.
Argentum ſolvi. Ter. Adel. 4. 4. 19.
Æs alienum. Salluſt. Catil. 35.
Miſimus, qui pro vectura ſolveret. Cic. 1. Att. 3.
Ad denarium ſolvere, i. e. Ad Romanæ pecuniæ rationem. Cic. pro Quint. 17. Decidis, ſtatuiſque tu, propter neceſſitudinem, quæ tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolveretur. Quem locum ſic interpretantur viri docti. Romani non uno genere conficiebant ſuas rationes: alii ad Denarium, alii ad Seſtertium: fortaſſe etiam ad Quinarium ſeu Victoriatum. Igitur ut facilius explicaretur ſolutio pecuniæ, quæ Scapulis debebatur, ea denariis æſtimata eſt. Proinde intelligunt univerſum debitum ad eam monetæ ſpeciem redactum: ut conſtaret quot in ſumma denarii Scapulis eſſent perſolvendi.
Ad diem ſolvere. Cic. 16. Att. 16. Ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem ſolverent.
Aliquem ſolvere, i. e. Alicui ſatisfacere, & pecunia reddita aliquem dimittere. Plaut. Bacch. 4. 9. 137.

Ego ad forum autem hinc ibo, ut ſolvam militem. Hoc etiam dicitur per Abſolvere. V. in ABSOLVO.

Ab trapezita meo rem ſolvi. V. A, vel AB.
A me ſe ſolvere. V. A, vel AN.
Pugnis rem ſolvant, ſi quis poſcat durius. Plaut. Curc. 3. 9.
Verbis ſolvere. Ter. Adel. 2. 1. 10.

Neque tu verbis unquam ſolves, quod mihi re maleſeceris. Ubi Donatus; Solves, Lues, perſolves, i. e. Satisfacies & te purgabis.

Solvendo eſſe, i. e. Satisfacere pro eo, quo obligatus ſum, ſive pecunia, ſive remuneratione, poſſe. Cic. 2. Off. 79 Ne videatur non fuiſſe ſolvendo. Idem 13. Att. 10. Quanquam nihil habeo quod dubitem, niſi ipſi Magio quæ fuerit cauſa amentiæ, pro quo quidem etiam ſponſor Sunii factus eſt nimirum id fuit: ſolvendo enim non erat. [Subauditur Æris alieni. ut
Solvendo æri alieno reſp. non eſſet. Liv. 31. 13. extr.
Fidem ſolvere, Datam exhibere. V. ſupra, & infra Voti fidem. Sic
Inferias ſolvere alicui. Sen. Hippol. 12.
Juſta ſolvere alicui. Sen. Hippol. 12.
Juſta ſolvere funeri. Cic. pro Roſc. Amer. 24. Hunc miſerum lectu perditum, qui nondum etiam paterno funeri juſta ſolviſſet, nudum ejicit domo.
Munera ſolvere. Ovid. 11. Met. 104.
Pœnas meritas fidei violatæ ſolvere. Curt. 6. 3. 14.
Tempus ſolvendi pœnarum quid. Lucret. lib. 3. 1024.
Suprema alicui ſolvere, pro Parentare. Tacit. 1. Ann. 61.
Votum ſolvere, pro Adimplere. Martial. lib. 10. 87.

Ne votum ſolvat, nunc Maro vota facit. Liv. 31. 9. extr. Quod niſi factum eſſet: votum rite ſolvi non poſſe. Cic. 15. Att. 11. Etenim erat abſurdum, quæ ſi ſtetiſſet Reſp. bonis non ſolvere, at everſa illa vota diſſolvere. Correctius exemplar ſic legit, Voviſſem, ea me everſa illa vota diſſolvere.

Voti ſolvere fidem. Ovid. 1. Faſt. 642.
Vota ſolemnia pro incolumitate tua ſolvimus. Plin. 10. Epiſt. 44.
Menſtrua ſolvere, eſt Sacra ſolvere, ut ait Turneb. Adverſ. 15. 1. quæ menſe quoque debentur. Salluſt. lib. 4. Hiſt. p. 991. Cort. Conventum vitantes ad menſtrua ſolvenda montem aſcendunt.
Operam ſolvere, eſt interdum Sacra facere & ſolvere rem divinam, quæ debebatur. Operari enim verbum eſt in ſacris frequentiſſimum. Afranius, Solvo operam Dianæ. Turnebus. [Ubicunque ſcilicet obligatio intercedit, huic verbo locus eſt.
Solvere eſt item medicorum verbum; ut,
Alvum ſolvere, Liberam facere. Plin. 14. 18.
Ventrem ſolvere. Celſ. 3. 18. Columel. lib. 9. cap. 13.
Ventris onus. Martial. lib. 13. 29.
Denique pro Mori ponitur; ut
Corpora, quæ ſenectus ſolvit. Q. Curt. 8. 9. 32. conf. Membra ſolvere ſupra.
Soluiſſe, quatuor ſyllabarum per diæreſim. Tibull. lib. 4. 5. 16.

Sed potius valida teneamur uterque catena,
Nulla queat poſthac quam ſoluiſſe dies.

Solūtus, a, um. [λελυμένος, ἀφειμένος Gl. L. G. λυτὸς G. L.] Partic. Cic. 1. Att. 10. Tertiam, quam, ut ſcribis, anchoris ſolutis, de phaſelo dediſti.
Zonæ ſolutæ. Hor. 1. Carm. 30. 6.
Culpa liberatus, & crimine nefario ſolutus. Cic. pro Roſc. Amer. 143.
A cupiditatibus ſolutus, liber a delictis. Cic. 1. pro Lege Agrar. 27.
Cura belli ſolutus, Dormiens. Plin. lib. 22. cap. 4.
Jurejurando ſolutus. Cic. 1. Off. 59. Deinde egreſſus e caſtris, jurejurando ſe ſolutum putabat: & erat verbis, re non erat.
Legibus ſolutus, pro Abſolutus, Diſpenſatus. Cic. pro Lege Manil. 62. Quid tam ſingulare, quam ut, ex S.C. legibus ſolutus, Conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Idem 1. Att. 13. Lurco autem Trib. plebis, qui magiſtratum ſimul cum lege Ælia iniit, ſolutus eſt & Ælia & Fuſia, ut legem de ambitu ferret. Hor. 2 Serm. 6. 68.
Expeditus, ſolutus & liber. Cic. 4. Acad. 105. Sic igitur inducta & conſtituta probabilia, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, nulla re implicato. Idem 4. Acad. 8. Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quod integra nobis eſt judicandi poteſtas.
Ad dicendum ſatis ſolutus, atque expeditus. Cic. in Brut. 245.
Operum famuli ſoluti. Hor. 3. Carm. 17. 16. h. e. Vacantes, & ab opere feriati. Acron.
Animo ſoluto ac libero. Cic. 7. Verr. 185.
Animo cœpi, multo magis vacuo ac ſoluto, nihil aliud, niſi de judicio agere, & cogitare. Cic. 6. Verr. 26.
Animo ſoluto ac quieto eſſe. Cic. pro Roſc. Com. 43. Hoc ego loco, ſoluto & quieto ſum animo: & quorſum recidat reſponſum tuum non magnopere laboro.
Cura ſolutiore. Liv. 3. 8.
Libido ſolutior. Liv. 2. 3.
Optio ſoluta eligendi, Libera. Cic. 1. de Legib. 33. Nam libero tempore, cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, cumque nihil impedit quominus id, quod maxime placet, facere poſſimus, omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus.
Ratio ſoluta & facilis. Cic. 3. Fam. 5. Quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet.
Languore molli ſolutus. Ovid. 11. Met. 648.
Luce ſolutus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Morbo ſolutus, Mortuus. Auctor de Viris Illuſt. cap. 3. extr.
Morte ſolutus. Ovid. in Ibin, 148.
Somno ſolutus. Cic. 1. de Divin. 129. Sic animum, cum aut ſomno ſoluti vacant corpore, aut mente permoti per ſe ipſi liberi incitati moventur, cernunt ea, quæ permiſti cum corpore animi videre non poſſunt. Liv. 5. 45. pr. Nuda corpora & ſoluta ſomno trucidantur.
Vino ſolutus. Virg. 9. Æn. 189.
Æquor ſolutum. Stat. 3. Theb. 255. i. e. Tranquillum & quietum.
Agri ſoluti ſunt, quorum fines deprehendi non poſſunt, ut ait Siculus Flaccus.
Cœtu ſoluto diſcedunt. Ovid. 13. Met. 898.
Gradu ſoluto labitur moriens. Sen. Hippol. 4.
Riſus ſolutus, Magnus & a curis liber. Virg. 2. Georg. 386.
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto. h. e. Cachinno, inquit Servius.
Sopor ſolutus clamore, Sublatus. Ovid. 3. Met. 630.
Solutus eſt, quod vulgo dicimus, *Il eſt payé.* Paulus in l. Cum fundus in princip. D. Si cert. petat. conf. in ipſo verbo.
Culpa ſoluta mea eſt. Ovid. 4. Triſt. 4. 10.
Merces ſoluta. Ovid. 1. Amor. 10. 45.
Nix ſoluta verno ſole. Ovid. 3. Triſt. 10. 27.
Oratio ſoluta, Quæ metrica lege non tenetur, & pedibus non obvincitur, alias Proſa. Plin. 1. Epiſt. 16. Plautum vel Terentium metro ſolutum legi credidi. Varr. 1. de R. R. cap. 1. Ii, quos dixi, omnes ſoluta oratione ſcripſerunt. Quintil. lib. 9. cap. 4. Oratio alia vincta atque contexta, alia ſoluta, qualis in ſermone, & epiſtolis.
Terra ſoluta, Rara, contraria Spiſſæ. Plin. lib. 18. cap. 6. & Columel. lib. 2. cap. 2. pr. Soli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſſi, humidi vel ſicci.
Solutior Compar. cujus ſupra exempla occurrunt.
Solutiſſimus. Cic. 1. Fam. 9. Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in Rep. non alius eſſem atque nunc ſum. i. e. Etiamſi liberrimum eſſet mihi.
Solutum, abſolute poſitum, pro Debiti ſolutione. Senec. Epiſt. 8. Hoc non imputo in ſolutum.

Solūte, Adv. [λελυμένως] Cic. 2. de Divin. 100. Si, aut furore divino incitatus animus, aut ſomno relaxatus, ſolute moveatur ac libere.
Solute, leniter & oſcitanter agere. Cic. in Brut. 277.
Dicere ſolute & ſuaviter. V. DICO, ēre.
Volvere ſententias facile ſoluteque. Cic. in Brut. 280.

Solūtim, Adv. Tertull. de Pallio, cap. 5. Tota molitio pallii eſt operire ſolutim.

Solūtio, ōnis. f. [λύσις Gl. G. L.] ut, Solutio ſtomachi, quod & Diſſolutio dicitur, nempe quum vires ventriculi infirmæ diſſolvuntur. Plin. lib. 20. cap. 66.
Solutio linguæ. Cic. 1. de Orat. 114. V. Solute ac ſuaviter dicere, in DICO, ēre.
Solutio, ad omnem Liberationem quoquomodo factam transfertur: magiſque ad ſubjectum obligationis, quam ad nummorum ſolutionem. Ulp. de Verb. ſignif. Solutionis verbo ſatisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Solvere dicimus eum, qui facit id quod facere promiſit.
Solutio crediti. [ἀποκατάστασις, ἀπόδοσις Gl. G. L.] Cic. 2. Off. 84. Nec enim ulla res vehementius Remp. continet, quam fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.
Explicata ſolutio, Penſio. Cic. 15. Att. 20. extr. Tamen, niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus. i. e. Niſi videro eſſe, unde ſatisfiat creditoribus meis.

Solūtor, ōris. m. [ἀποκαταστάτης] Gloſſ. Gr. Lat. Qui ſolvit. Tertull. adv. Marc. 4. 17. Solutori pignus reſtituendum.

Solūbilis, e. Adj. [λυτός Gl. G. L.] Minuc. Felix cap. 34. Mundus Deo ſoli ſolubilis. Ammian. 18. 8. Puppis ſolubilis.
Item active apud Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Aer ſolubilis. i. e. Qui diſſolvit.

Solūtilis, e. Adj. [λυτός] quaſi Solubilis; Quod facile ſolvi poteſt, vel Quod ſolutum & non fideliter conſutum eſt; ut navis qua Nero matri Agrippinæ fecit naufragium. Suet. in Neron. cap. 34. Solutilem navem, cujus vel naufragio vel cameræ ruina periret, commentus eſt.
Cur non Solubilis, ut Inſolubilis? H. St. Deſiderabatur ſuperior dict. in Lugd. conſ. in CAMERA.

Sōlus, a, um. gen. ſolius: dat. ſoli. [μόνος, μόνη, Gl. L. G. & G. L.] Adj. a Sollo dicitur, quod Oſcorum lingua Totum ſignificat. Cic. 3. Off. 41. Cui quum viſum eſſet utilius, ſolum ſe, quam cum altero, regnare, fratrem interemit. V. SOLLICURIA.
Solus, more Superlativorum, Genitivum aliquando regit; ut, Solus omnium acipenſer ſquamis ad os verſis, contra aquam natando meat. Apud Plin. lib. 9. cap. 17. Unus omnium, legitur. Ibidem, cap. 51. Ita fit, ut ſola piſcium & animal pariant & ova concipiant.
Solus ex omnibus, vel inter omnes, etiam dicimus. Cic. de Provinc. Conſul. 21. Tiberius Gracchus, ſolus ex toto illo collegio, &c. Idem 3. de Orat. 65. Stoicos autem, &c. ſoli ex omnibus eloquentiam virtutem ac ſapientiam eſſe dixerunt.
Solum id eſt carum mihi. Vide CARUS. H. St.
Solus, Deſertus. Virg. 3. Georg. 249.
Heu male tum Lybiæ ſolis erratur in agris.
Locus ſolus, i. e. Solitudo. Cic. 1. de Divin. 59. Quum in locis ſolis mæſtus errares. Ter. And. 2. 4. 3.
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. i. e. Deſerto, ut ait Donat.
Sola ſub rupe jacentem. Virg. 10. Ecl. 14.
Terræ ſolæ, oræque ultimæ. Plaut. Moſt. 4. 3. 3. Ter. Phorm. 5. 8. 85.
Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? Unde
Solus, pro Innuptus, Viduus. Propert. 3. 5. 23.
Gaudet me ſolam vacuo tabeſcere lecto.
Sedibus ſolam exteris deſerere. Sen. Med. 219.
Solæ in plurali dicimus, quum in ſingulari pluralitatem ſignificet. Ter. Adel. 3. 1. 4. Solæ ſumus.
Solis tribus ictibus. Plaut. Bacch. 4. 9. 51. Ter. Phorm. 3. 3. 24. Solæ triginta minæ. Cic. 5. Att. 17. Quod Scævolæ contigit, qui ſolus novem menſes Aſiæ præfuit. Idem 3. Verr. 156. Is mihi etiam queritur quod a nobis novem ſolis diebus prima actio ſui judicii transacta ſit. [Hic Adverbii vicem ſupplet cum numeralibus. q. d. Non amplius, duntaxat.
Pro Soli in dat. legitur Solæ apud Ter. Eun. 5. 7. 3. Mihi ſolæ ridiculo fuit.

Sōlum, Adv. [μόνον Gl. G. L.] a Solus; i. e. Tantum, Tantummodo, Duntaxat, ut in Gloſſ. exp. Cic. in Philipp. 2. 81. Nos nuntiationem ſolum habemus, Conſules & reliqui magiſtratus etiam ſpectionem. Idem 2. de Legib. 54. De re una ſolum diſſident, de ceteris mirifice congruunt.
Non ſolum oratione, ſed multo etiam magis vi & dolore. Cic. 2. de Orat. Et pro Corn. Balb. 28. Neque etiam dicatione, &c. ſed etiam poſtliminio poteſt civitatis fieri mutatio.
Quaſi ſolum, ac non, vel non etiam. Cic. 3. Tuſc. 11. Quaſi vero ſtabili ſolum mens, ac non ſæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. Idem 2. de Finib. 17. Quaſi vero inquit, perpetua oratio rhetorum ſolum, non etiam philoſophorum ſit.

Sōlummŏdo, Adv. Idem. Plin. 34. 8. Una ſolummodo Zenonis ſtatua. Quintil. Decl. 247. Sed non hoc ſolummodo erit.

Sōlĭtārius, a, um. Adj. [μοναχός Gl. G. L.] Qui ſolus eſt. Cic. de Amicit. 88. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid, tanquam adminiculum, annititur. Ibid. 83. Ut quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea, quæ ſumma ſunt, pervenire, conjuncta & ſociata cum altera perveniret. [Virtus ſolitaria. i. e. Per ſe.
Solitario homini, atque in agro vitam agenti. Cic. 2. Off. 39.
Solitarium & Rarum. Cic. 1. de Invent. 81. Oportet autem animadvertere, ne cum aliter multa ſint judicata, ſolitarium aliquod, aut rarum judicatum afferatur.

Sōlĭtaneus, i. m. [μοναχός] Gloſſ. Græcolat.

Sōlĭtūdo, ĭnis. f. [ἐρημία Gl. G. L. & L. G.] Ubi unus vel nullus habitat, receſſus, inhabitata plaga. Cæſ. 6. Bell. Gall. 23. pr. Civitatibus maxima laus eſt, quam latiſſimis circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere. [Videtur Latiſſimas, vel Latiſſime ſcribendum.
Ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. Cic. de Clar. Orat. 227. i. e. Paucitas, ſeu Penuria oratorum.
Ante oſtium ſolitudo. Ter. And. 2. 2. 25. i. e. Neminem ante oſtium ſtare vidi. Cic. 5. de Finib. pr. Solitudo erat ea, quam volueramus.
Inſueta ſolitudo. V. INSUETUS.
Captare ſolitudines. V. Capto, in CAPIO.
Collocare in ſolitudinem. V. COLLOCO.
Conſidere in ſolitudinibus. V. CONSIDO.
Mandare fugæ, ſolitudinique vitam. V. MANDO.
Obturbare alicujus ſolitudinem. V. OBTURBO.
Hominis ſolitudo dicitur, quando neminem habet qui eum defendat. Ter. Adel. 3. 2. 5.
Tot res repente circumvallant, unde emergi non poteſt:
Vis, egeſtas, injuſtitia, ſolitudo, infamia.
Puerorum ſolitudo. Cic. 3. Verr. 153. Habemus enim labores parvos, incertum eſt quam longa noſtrum cujuſque vita futura ſit: conſulere vivi ac proſpicere debemus, ut illorum ſolitudo & pueritia quam firmiſſimo præſidio munita ſit.

Sōlĭtas, ātis. f. pro Solitudo. Accius Euryſace, apud Non. 2. 803.
Tuam ſolitatem memoras, formidas tibi.
Opportune nactus Myrmecis ſolitatem. Apul. Met. 9. p. 225. Elmenh. i. e. Myrmecem ſolum nactus.

Sōlĭvăgus, a, um. Adj. [μονόπλανος] Qui ſolus vagatur: cui opponitur Congregatus. Plin. lib. 8. cap. 7. Nec niſi laceſſiti nocent, ideoque gregatim ſemper ambulent, minime ex omnibus ſolivagi. Cic. 5. Tuſc. 38. Alias volucres cælo frui libero, ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes: earum ipſarum partim ſolivagas, partim congregatas.
Cælum ſolivagum. Cic. de Univerſ. 18. Deinde cum circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus, cæloque ſolivago, & volubili, & in orbem incitato, complexus eſt.
Solivaga cognitio, & jejuna. Cic. 1. Off. 157. Itaque ea virtus, quæ conſtat

conſtat ex hominibus tuendis, id eſt ex ſocietate generis humani, attingat rerum cognitionem, ſolivaga cognitio & jejuna videatur.
Solivagus, ōnis. m. [μονίας] Gloſſ. Latinogræc.
Solo, [ἐρημόω] āre. Solam & deſertam facere locum aliquem, Vaſtare. Stat. 5. Theb. 148.

— furor omnibus idem,
Idem animus ſolare domos: juvenumque, ſenumque
Præcipitare colos, pleniſque adfrangere parvos
Uberibus, ferroque omnes exire per annos.

Solare, pro Deſolare. H. St.
Solātus, a, um. Partic. Senec. OEdip. v. 4.
Perſpiciet avida peſte ſolatas domos. i. e. Incolis deſtitutas.
Sŏlŏi, unis. f. [Σόλοι] Stephano, Cypri inſulæ oppidum a Phalerio & Acamante Athenienſibus conditum, portum nobilem habens, cum flumine, item Veneris & Iſidis delubro. Strabo lib. 14.
Eſt & Solus, Siciliæ oppidum non procul a Lilybæo promontorio. Plin. lib. 3. cap. 8.
Sŏlȳmi, orum. m. pl. [Σόλυμοι] Straboni lib. 1. Populi juxta Lyciam, quos Homerus pugnaciſſimos fuiſſe ſcribit, & a Bellerophonte devictos. Corn. Tacitus Hiſt. 5. 2. actr. de Judæorum origine. Alii clara Judæorum initia, Solymos, carminibus celebratam Homeri gentem, conditæ urbi Hieroſolyma nomen e ſuo feciſſe. De Solymis ita Strabo lib. 14. Poëta Solymos diverſos facit a Lyciis, nam Bellerophontes a rege Lyciorum miſſos,
Hic Solymis iterum præſtantibus intulit arma. Quod vero Lycios prius Solymos vocatos dicunt, poſtea Termilas, qui ab iis, qui cum Sarpedone ex Creta venerunt, & poſtea Lycios a Lyco Pandionis filio, qui quum a propria terra exiiſſet, in regni partem a Sarpedone acceptus eſt, cum Homero non concordant. At qui dicunt eos a poëta Solymos dici, qui nunc Milyes appellantur, melius ſentiunt. V. Iliad. ζ. 184. & 204. Odyſſ. ε. 283 Valer. 1. Argon. 13.
Namque potens Solymo nigrantem pulvere fratrem.
Solyma, Mons in Coryceo litore Strab. lib. 14.
Solyma, æ. f. & Solyma, ōrum. n. pl. Urbs Judææ, notior nomine Hieroſolymorum.
Solymus, a, um. Adj. attributum ex Solymis Metropoli Judæorum. Juven. 6. Sat. 543.
Interpres legum Solymarum. [An Solymorum?

S O M

Sōmătŏphylax, ăcis. m. [σωματοφύλαξ] Satelles, Stipator. Gloſſ. Græcolat. Proprie Cuſtos corporis. Hos Latini priſco vocabulo Latrones dicebant quaſi Laterones, quod Principum latera cingerent adverſus vim inſidiantium.
Sōmătŏpœia, [σωματοποιΐα] Figura oratoria, affinis proſopopœiæ, qua rei corporis experti, corpus, vocemve, tribuimus.
Somnialis, Somnicolosus, Somnium. V. infra somnus.
Somnorinus, a, um. V. somnurinus ibidem.
Somnus, i. m. [ὕπνος Gl. L. G. & G. L. ὕπνος al. L. G.] dicitur quum quieſcimus, Actus ipſe dormiendi. Ter. Heaut. 3. 1. 82.
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis.
Somnus Græce dicitur ὕπνος. Apud antiquiſſimos autem primum dicebatur Sopnus: poſtea Sopnus, mutata aſpiratione in s, & υ in o, ſicut fit in Herpyllon, Serpullum. Frequentius nunc Somnus, quam Sopnus dicimus. V. Gell. 13. 9. & Voſſ. Etymol.
Somnus, cibus eſt in corpore macilento. Ovid. 1. de Pont. 10. 21.
Is quoque, qui gracili cibus eſt in corpore, ſomnus
Non alit officio corpus inane ſuo.
Perfugium omnium laborum & ſollicitudinum eſt ſomnus. Cic. 2. de Divin. 150.
Mortis imago & ſimulacrum eſt ſomnus. Cic. 1. Tuſc. 92.
Nihil morti eſt tam ſimile, quam ſomnus. Cic. de Senect. 80.
Expertia lumina ſomno. Lucret. lib. 6. 1179.
Feſſus ſomno. Tibul. lib. 1. 3. 88.
Ac circa gravibus penſis affixa puella
Paulatim, ſomno feſſa, remittat opus.
Gravis ſomno. Ovid. 3. Met. 608.
Languidus ſomno. Quintil. lib. 4. cap. 6. Somnone te languidum, an gravi lethargo putem preſſum?
Marcidus ſomno. V. marceo.
Vacuus ſomno. Ovid. 1. Amor. 2. 3.
Vini ſomnique benignus, Qui bene dormit, indulgens vino & ſomno. Hor. 2. Serm. 3. 13.
Inertia ſomni. Ovid. 14. Epiſt. 75.
Domitor curarum ſomnus. Sen. Agam. 2.
Domitor malorum ſomnus. Sen. Herc. fur. 2.
Arctior ſomnus. Cic. in Somn. Scip.
Brevis ſomnus. V. brevis.
Celer ſomnus. Sen. Hippol. 4.
Deterior ſomnus. Stat. 1. Theb. 434.
Difficilis ſomnus eſt omnibus phreneticis, & præcipue neceſſarius. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Dulces ſomni. Virg. 2. Georg. 342.
Facilis ſomnus. Hor. 2. Carm. 11. 8.
Fallax ſomnus. Catul. Argon. 62. 56.
Furentes ſomni. Lucan. lib. 7. 764.
Ignavus ſomnus. Ovid. 11. Met. 593.
Immodici ſomni. Ovid. Rem. Amor. 145.
Inceſtus ſomnus, Stupris quæſitus. Claud. de Bell. Gildon. 447.
Lenis ſomnus. Hor. 3. Carm. 1. 21. Ovid. 8. Met. 823.
Lethæo ſomno perfuſa papavera. Virg. 1. Georg. 78.
Levis ſomnus. Sil. lib. 7. 300.
Liquidus ſomnus. Valer. 4. Argon. 16.
Longus ſomnus, Tranquillus. Hor. 3. Carm. 11. 38.
Medicatus ſomnus. Ovid. 12. Epiſt. 107.
Molles ſomni. Virg. 2. Georg. 370. Ovid. 1. Met. 685.
Parcus & brevis ſomnus. V. parcus.
Placidus ſomnus. Ovid. 6. Met. 489.
Primo ſomno prodita tentoria. Virg. 1. Æn. 474.
Quieti ſomni. Sen. Herc. fur. 16.
Salubres ſomni. Virg. 3. Georg. 530.
Soporifero ceciderunt languida ſomno Membra. Lucan. lib. 3. 8.
Tacitus ſomnus. Tibul. lib. 2. 1. 90.
Tener ſomnus. Ovid. 2. de Arte Am. 546.
Tumultuoſi ſomni per ſomnia. Celſ. lib. 8. cap. 4. Si vero ſub prima curatione febris intenditur: breveſque ſomni, & iidem per ſomnia tumultuoſi ſunt: ulcus madet, &c.
Volucer ſomnus. Virg. 6. Æn. 702.
Abducere ſomnum. V. abduco.
Abiit ſomnus. Ovid. 3. Faſt. 389.
Abrumpere ſomnum. V. abrumpo.
Abrumpere matutino murmure ſomnos. Stat. 2. Silv. 2. 62.
Abrumpit ſomnos cura. Virg. 3. Georg. 530.
Abſtinere ſomno. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Accedit ſomnus. V. accedo.
Accipere otia ſomni, Dormire. Stat. 3. Theb. 3.
Adimere ſomnum. V. adimo.
Adoperta ſomno lumina. Ovid. 1. Met. 714.
Afferre ſomnum. V. affero.
Allicere ſomnum. V. allicio.
Amovere ſomnum. V. amoveo.
Aptum eſt ſomno papaver, lactuca, &c. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Arcere ſomnos. Ovid. 2. Met. 735. & Plin. lib. 30. cap. 15.
Arceſſere dulces ſomnos. Stat. 5. Silv. 5. 85.
Arceſſitus ſomno. V. arceſſo.
Avertere ſomnum alicui. Hor. 1. Serm. 5. 15.
Auferre ſomnos pavore. Hor. Epod. 5. 96.
Capere ſomnum. Cic. 8. Att. 1. Ego ſi ſomnum poſſem capere, tam longis te epiſtolis non obtunderem.
Capiunt ſomnum nimio e labore ſine Cerere. Catul. 61. 3.
Captare ſomnos. V. Capto in capio.
Carpere ſomnos. V. carpo.
Complectitur nos ſomnus arctior. Cic. in Somn. Scip. 1. Deinde ut cubitum diſceſſimus, & arctior quam ſolebat, ſomnus complexus eſt.
Conciliare ſomnum. V. concilio, & infra Fugare.
Concitare ſomnum. V. concito.
Condit lumina natantia ſomnus. Virg. 4. Georg. 496.
Confert ad ſomnum geſtatio poſt cibum. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Confert multum ſomno porrum capitatum. Plin. lib. 20. cap. 6.
Conterere partem ævi ſomno. Lucret. lib. 3. 1060.
Corripere corpus a ſomno. Virg. 4. Æn. 572.
Defendit ſomnos excubitor, Vigil, qui extra cubiculum eſt, dormientem dominum tuetur. Senec. Thyeſt. 5.
Defluxit ignavus pectore ſomnus. i. e. Excitatus ſum. Tibull. lib. 3. 4. 81.
Depellere ſomnos. Senec. Troad. 6.
Devincti ſomno. Lucret. lib. 4. 1021.
Dulci devictus lumina ſomno. Catul. Argon. 62. 122.
Divellit cura ſomnos. Hor. 2. Epiſt. 10. 18.
Dare corpora ſomno. Ovid. 2. Faſt. 327.
Dare ſe ſomno. Cic. 1. Tuſc. 115. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe.
Ducere ſomnos. Virg. 4. Æn. 560.
— potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
Ducere ſomnos & Arcere. Ovid. 2. Met. 735. De caduceo Mercurii loquitur, quo, ut canit Virg. 4. Æn. 244.
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.
Eo. ut, Ire in ſomnum. Plin. lib. 26 cap. 8. Datur & in ſomnum euntibus. [Unde Inire ſomnum. V. infra.
Eripitur ſomnus. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Evincere ſomnos. Ovid. 1. Met. 685.
Excitare ex ſomno. Cic. in Somn. Scip. 4. Quæſo, inquit, ne me ex ſomno excitetis. Et 4 Tuſc. 43. E ſomno ſuſcitari.
Excitus ſomno. Sil. lib. 17. 101.
Excutior ſomno. Virg. 2. Æn. 302.
Exigere ſomnos pingues. Lucan. lib. 10. 354.
— tu mollibus, inquit,
Nunc incumbe toris, & pingues exige ſomnos. h. e. Uſque ad ſatietatem age ſomnos longos & quietos, unde pinguis fias.
Fieri ſomnos, lepore ſumpto in cibis, Cato arbitratur. Plin. lib. 28. cap. 19. conf. facio.
Frui ſomno. Ovid. 2. Met. 779. in deſcriptione Invidiæ,
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.
Fugare ſomnum. Plin. lib. 14 cap. 18. Thaſios duo genera vini diverſa facere proditur. Unum quo ſomnus concilietur, alterum vero quo fugetur.
Fuſa corpora vino ſomnoque. Virg. 9. Æn. 722.
Gignit odor ſomnum. Plin. lib. 21. cap. 19.
Gravatus ſomno. Virg. 6. Æn. 520.
Habet ſomnus animalia. i. e. Dormiunt animalia. Virg. 3. Æn. 147.
Jacens ſomno. Virg. 6. Ecl. 14.
Imitantia nigros murmura ſomnos. Stat. 1. Silv. 3. 42.
Impedit ſomnum intentio febris. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Inducere ſomnum. Celſ. lib. 5. cap. 25.
Indulgere ſomno. Claud. de Theod. Adrian. 2.
Inire ſomnum. V. ineo, inis.
Interrumpere ſomnus. V. interrumpo.
Invitat ſomnus rivus. Ovid. 11. Met. 604.
Labitur ſomnus in artus. Ovid. 11. Met. 631.
Moliri ſomnum. Celſ. lib. 3. cap. 18. Quidam ſomnum moliuntur, potui dando aquam, in qua papaver decoctum ſit.
Moliri corpora ex ſomno. V. molior.
Movere ſomnum. Celſ. lib. 3. cap. 32.
Mulcens pectora ſomnus. Ovid. 18. Epiſt. 27.
Obrepſit feſſis genis brevis ſomnus. Senec. Troad. 6.
Obrepens ſomnus movet caput. Ovid. 19. Epiſt. 46.
Obruta ſomno legio. Stat. 10. Theb. 188.
Oppreſſit ſomnus virginem. V. opprimo.
Parere ſomnum. Plin. lib. 19. cap. 8. Omnes lactucæ ſomnum parere creduntur.
Parere ſomnum alicui mero. Tibul. lib. 1. 6. 27.

Pellere

Pellere inertes ſomnos. V. PELLO.
Perfundere ſecuros juvenum ſomnos ſanguine. Stat. 5. Theb. 119. i. e. Occidere dormientes juvenes. Satis licenter.
Perfuſa papavera ſomno lethæo, Vi ſoporifera. Virg. 1. Georg. 78.
Petere ſomnum. Quintil. lib. 9. cap. 4. Virg. 7. Æn. 88.

— ſub noctе ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.

Porrectus ſomno ſub frondibus. Stat. 2. Achill. 75.
Præbent ſilentia ſomnum. Ovid. 5. Faſt. 429
Premi gravi ſomno. Plin. lib. 9. cap. 13. & lib. 8. cap. 36.
Privare ſomno. Cic. 9. Att. 12. Quum me ægritudo, non ſolum ſomno privaret, verum ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur.
Proflare ſomnum pectore. Virg. 9. Æn. 326.
Prohibet ſomnum vulva dolens. Celſ. lib. 5. cap. 25.
Quærere ſomnum odore mandragoræ. Plin. lib. 25. cap. 13.
Quærere ſomnum multa frictione. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Recubant imbelli litora ſomno. Stat. 3. Theb. 256.
Reducere ſomnum alicui. Hor. 3. Carm. 1. 21.
Reliquit me ſomnus. Virg. 8. Æn. 67.
Repetere ſomnum. Cic. 13. Att. 37.
Sepulti ſomno dicuntur, qui profundo maxime ſomno tenentur. Lucret. lib. 1. 134. Idem. lib. 5. 973.
Sepulta urbs ſomno vinoque. Virg. 2. Æn. 265.
Secuta eſt fugam ſomni lux alma. Ovid. 15. Met. 664.
Serpit ſomnus. Plin. lib. 7. cap. 24. ad finem.
Solutus vino ſomnoque. Virg. 9. Æn. 88.
Sopitus ſomno. Virg. 1. Æn. 684.
Sternere ſe ſomno. Virg. 4. Georg. 432.
Tegit ocellos ſomnus quiete. Catul. 48. 10.
Torpebant pigro æquora ſomno. Stat. 3. Silv. 2. 73.
Trahere ſomnum per ſuſpiria. Ovid. 2. Amor. 19. 55.
Turgeſcere irriguo ſomno. Perſ. 5. Sat. 56.
Videre ſomnum, Dormire. Cic. 7. Fam. 3. In Caninio Conſule ſcito neminem prandiſſe: nihil tamen eo Conſule mali factum eſt: fuit enim mirifica vigilantia, qui toto ſuo conſulatu ſomnum non viderit. Jocatur in Caninium, cujus Conſulatus paucarum fuit horarum. De quo Suet. in Cæſar. cap. 76. Pridie autem Kalendas Januarias repentina Conſulis morte ceſſantem honorem in paucas horas petenti dedit. Et Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 3. Vigilantem habemus Conſulem Caninium, qui in Conſulatu ſuo ſomnum non vidit. Ter. Heaut. 3. 1. 82.

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis.

Vinctura papavera ſomnos. Columel. lib. 10. 104.
Urgeri ſomno ultra debitum. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Uti medicamento aliquo ad ſomnum. Plin. lib. 20. cap. 18.
Somnus, Nox. Virg. 1. Georg. 208.

Libra die, ſomnique pares ubi fecerit horas.

In ſomnis. Ter. And. 2. 5. 18.

— quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, quam illum amplecti maluit.

Donatus; In ſomnis, Per noctem. Cic. 1. de Divin. 42.

Quia mater gravida parere ſe ardentem facem
Viſa eſt in ſomnis Hecuba.

Ex poeta. conf. IN præp.
Ferreus ſomnus, Mors. Virg. 10. Æn. 745.

Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.

Epitheton eſt Homericum χάλκεος ὕπνος, ut adnotavit Servius quoque.
Frigidus ſomnus, Mors. Valer. 3. Argon. 179.
Inexcitabilis ſomnus. V. INEXCITABILIS.
Somnus, pro Somnio. Tibul. lib. 3. 4. 12.

Mendaci ſomno credere ſive volent.

Per ſomnum. Cic. 2. de Divin. 27. Illud autem naturale aut concitatione mentis edi, & quaſi fundi videbatur, aut animo, per ſomnum ſenſibus & curis vacuo, provideri.

SOMNUS, i. m. [Ὕπνος] pro Deo ab antiquis habitus, ut apud Lucianum videre licet, & paſſim apud poetas.
Circumdatus ſomnus fulvis alis. Tibul. lib. 2. 1. 91.
Delapſus ab aſtris ætheriis levis ſomnus. Virg. 5. Æn. 838.
Sopit ſomnus. Tibul. 3. 4. 19.

Nec me ſopierat, menti Deus utilis ægræ,
Somnus, ſollicitas deficit ante domos.

Non enim ad tectum uſque ingreditur.
Velat aliquem ſomnus fuſco amictu. Tibul. lib. 3. 4. 56.

Et quam te fuſco ſomnus velavit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus

SOMNUM, i. n. Idem, quod Somnus in Gloſſ. Græcolat. niſi mendum.
SOMNŌSUS, a, um. Adj. [ὑπνωτικός] Gloſſ. Latinogræc.
SOMNĬCŬLŌSUS, a, um. [ὑπνωτικός Gl. L. G.] ſimiliter Adj. ut Meticuloſus, a Metu. Somno plenus & ignavus. Cic. de Seneċt. 36. Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignavæ, ſomniculoſæ ſenectutis. Columel. lib. 1. cap. 8. Socors & ſomniculoſum genus id mancipiorum, otiis, campo, circo, aleæ, popinæ, lupanaribus conſuetum, nunquam non eaſdem ineptias ſomniat.
Glires ſomniculoſi. Martial. 3. 58.
Somniculoſus interdum dicitur, non Qui ſomno indulget, ſed Qui ſomnum inducit, habetque vim ſomnificam: unde Siſenna Aſpidem vocat Somniculoſam, non quod ipſa dormiat, ſed quod vi ſomnifica homines percuſſos enecet.

SOMNĬCŬLŌSE, Adv. [ὑπνωτικῶς] Negligenter. Plaut. Capt. 2. 1. 31. Haud ſomniculoſe hoc agendum eſt.
SOMNŎLENTUS, a, um. Adj. [ὑπνώδης] Somno plenus. Occurrit in Solin. cap. 33. De Elephanto. Somnolentum arbor ſuſtinet. Uſus eſt & Apul. lib. 1. Mileſ. extr. In verba media ſomnolentus deſiit.
SOMNOLENTIA, æ. f. Sidon. 2. Epiſt. 2. Ubi ſomnulentiæ cubiculariorum dormiendi locus eſt.
SOMNORINUS, a, um. Adj. apud antiquos dicebatur Id quod in ſomnis videbatur. Varro Prometheo, lib. 1. apud Non. 2. 790.

Leviſomna mens ſomnorinas imagines
Affatur, non umbrantur ſomno pupulæ.

Alii Sonorinas: & quidam legunt Somnurnas, ut Mercer. [Sicut Diurnus, Nocturnus.
SOMNĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ὑπνοφόρος] Quod affert ſomnum, & ſoporiferum etiam dicitur. Plin. lib. 18. cap. 25. Virque ſomnifera etiam ſativo papaveri.
Venena ſomnifera. Ovid. 9. Met. 693.

SOMNĬFĬCUS, a, um. [ὑπνωτικός] item Adj. Plin. lib. 37. cap. 10. Et viſo dracone ſpargere ſomnifica medicamenta. Idem lib. 29. cap. 4. Quoniam vincatur aſpidum ſomnifica vis.
SOMNIUM, i. n. [ἐνύπνιον, ὄναρ Gl. L. G. & G. L. ὄνειρος G. L.] Illuſio phantaſiæ, quam patimur quum dormimus. Cic. 1. de Lege Agrar. 1. Hæc, per deos immortales, utrum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia: & utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur? Idem 4. Acad. 10. Vera eſſe aruſpicum auſpicia, oracula, ſomnia, vaticinationes.
Ægri ſomnia. Hor. de Arte Poet. 7.
Vigilantium velut quædam ſomnia. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Admonitio in ſomniis. Cic. 1. de Divin. 5. Eandem in ſomniis admonitionem fuiſſe tertiam. [Niſi In ſomnis ſcribendum.
Cultores ſomniorum & ſuperſtitionum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Concurſatio ſomniorum. Cic. 2. de Divin. 146.
Conjector ſomniorum, qui & Conjector per ſe. Cic. 2. de Divin. 124.
Interpres ſomniorum vaferrimus Chryſippus. Cic. 3. de Nat. Deor. 39.
Ratio ſomniorum. Cic. 4. Acad. 51.
Crudelia ſomnia. Tibull. 3. 4. 95.

Hæc Deus in melius crudelia ſomnia vertat,
Et jubeat tepidos irrita ferre Notos.

Dira ſomnia. Valer. 3. Argon. 59.
Lymphatica ſomnia. V. LYMPHA.
Nigra ſomnia. Tibul. lib. 2. 1. 90.

Poſtque venit tacitus fulvis circumdatus alis
Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.

Al. Vara.
Nocturna ſomnia. Hor. 4. Carm. 1. 37.
Sæva ſomnia. Senec. Herc. fur. 12.
Sollicitum ſomnium. Senec. Troad. 5.
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte. Tibul. lib. 3. 4. 7.
Triſtia ſomnia. Virg. 5. Æn. 840.
Tumultuoſa ſomnia facit ſemen nymphææ. Plin. 26. 8. Celſ. 2. 2.
Vaga ſomnia. Stat. 10. Theb. 106.
Vera ſomnia. Hor. 1. Serm. 10. 33.
Cernere ſomnia. Lucret. lib. 3. 1061.
Conjicere alicui ſomnium. Plaut. Curc. 2. 2. 3.
Enarrare alicui ſomnium. Cic. 1. de Divin. 5.
Explicare interpretatione ſomnia. Cic. 1. de Divin. 39.
Fingere ſomnia. Lucret. lib. 1. 106. Virg. 8. Ecl. 108.
Interpretari ſomnium. V. INTERPRETOR.
Pertinet ſomnium ad hoc. V. PERTINEO.
Videre ſomnia. Ovid. 9. Met. 474.
Uti ſomniis jucundiſſimis. Cic. 5. de Fin. 55. Itaque ne ſi jucundiſſimis quidem nos ſomniis uſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis velimus dari: idque ſi accidat, mortis inſtar putemus.
Somnium, ironice dictum, quemadmodum Nugæ, & ſimilia. Ter. Phorm. 5. 6. 35.

Quid ais? G. cum ejus conſuevit matre olim in Lemno clanculum.
P. Somnium: utine hæc ignoraret ſuum patrem?

Quaſi dicat, Non eſt verum. Idem Adelph. 2. 1. 50.

Ubi me dixero dare tanti, teſtes faciet ilico
Vendidiſſe me; de argento ſomnium, mox, cras redi.

i. e. Nulla mentio, negligitur, non curatur.
Somnium de Homine inerte dicitur, abſtractum pro concreto. Ter. Adelph. 3. 3. 41.

Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia es;
Iſte futilis, ſomnium.

i. e. Somniculoſus. Sicut alibi Scelus pro Sceleſto.
Somnium, φαντασία, ἐνύπνιον, & Somnium, ὄνειρος. Gloſſ. Latinogræc.

SOMNIĀLIS, e. Fulgent. Adj. Mythol. 1. Fabula ſomniali figmento deluſa.
SOMNIŌSUS, a, um. Adj. [ὀνειρώδης] Qui crebris ſomniis vexatur. Plin. lib. 28. cap. 19. Somnioſos fieri, lepore ſumpto in cibis, Cato arbitratur. al. Somnos.
SOMNIORĀTOR, ōris. m. [ὀνειροπόλος] Gloſſ. Græcolat. [An Somniator?
SOMNIŌLŪTOR, ōris. m. [ὀνειροκρίτης] Conjector, Somniorum interpres. Gloſſ. Græcolat.
SOMNIO, [ἐνυπνιάζομαι, ὀνειρώττω Gl. G. L. μαγεύω L. G.] āre. Per quietem aliquid, quaſi ſi quis vigilaret, videre. Ter. And. 5. 6. 7. Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit? Plaut. Curc. 4. 3. 14.

Quos tu mihi luſcos libertos, quos ſumanos ſomnias?

i. e. Somniando loqueris.
Si ita natura paratum eſſet, ut ea dormientes agerent, quæ ſomniarent, alligandi omnes eſſent, qui cubitum irent. Cic. 2. de Divin. 122.
Mortuum ſe eſſe ſomniare. Cic. 4. Acad. 51.
Somniare aliquem, In ſomnis amplecti. Ter. Eun. 1. 2. 113.

Dies noctesque me ames: me deſideres,
Me ſomnies, me exſpectes, de me cogites.

Cic. 9. Att. 15.
Somniare canterino ritu. Plaut. Men. 2. 3. 44.

Certe hæc mulier canterino ritu ſomniat.

Jocus ex ambiguo eſt. Nam & Somniare, Somnia eſt videre inter dormiendum: dormiunt autem equi ſtantes plerumque, tamen canterii magis, qui quod caſtrati ſunt, mitiores & placidiores, ſomniculoſique & dormitantes magis, ob torporem, videntur. Somniare etiam Delirare, nugaſque & deliramenta effutire valet, ut in Curcul. 4 3. 14. Quos ſumanos ſomnias? i. e. Nugaris & blateras. Mulierem igitur inſanire & delirare dicit. Ex Turneb.
Somniare ineptias. Columel. lib. 1. cap. 8. Cic. 7. Att. 132. Sine Senatu, ſine magiſtratu, ne ſomniare quidem poterit quicquam πολιτικόν. Vetus codex habet Simulare.
Somniari, Paſſ. Imperſ. Plin. lib. 28. cap. 4. Ariſtoteles & Fabianus plurimum ſomniari circa Ver & Autumnum tradunt.

SOMNIANS, antis. Partic. [ὀνειρώττων] Cic. 1. de Divin. Hæc ſomniantis eſt divinatio.
Miracula, non diſſerentium philoſophorum, ſed ſomniantium. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.

Somniātor, ōris. m. [ἐνυπνιαστής] Tertull. adv. Gnoſt. cap. 2. Ne audieris ſermonem prophetæ aut ſomniatoris illius.

Somphos, [σομφὸν] Cucurbitæ ſilveſtris genus, digitali craſſitudine, non niſi in locis ſaxoſis naſcens, inanis, unde & nomen invenit: nam Græci σομφὸν, vocant inane, Quidam *Cucurbitam marinam* appellant. Plin. lib. 20. cap. 3. Harduin. legit Spongos. [Gloſſ. Græcolat. Σομφὸς, ὁ χαῦνος καὶ πορώδης. Fungidus, fungoſus.

S O N

Sonabilis, V. sonus.

Sonchus, i. m. [σόγχος] Herba quam Latini, atque adeo Columel. Cicerbitam vocant, intybi, ſive ambubejæ, & lactucæ quædam ſpecies: nam & lacte abundat, quæ antiquis eſui erat, & in hortis ſerebatur: nunc autem nobis neglecta, & tantum cuniculorum cibis commendata. Plin. lib. 22. cap. 22. Eſtur & ſonchos, ut quem Theſeo apud Callimachum apponit Hecate, uterque albus & niger: lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali anguloſo, intus cavo, ſed qui fractus copioſo lacte manat. Gallice *Du laitron.* [De Cicerbita error.

Sondræ, Gentes ſunt in India, apud Plin. lib. 6. cap. 20.

Sonipes, Sonitus, & Sono. V. sonus.

Sons, ſontis. Adj. [αἴτιος, ὑπεύθυνος, βλαβερὸς, Gl. L. G. & G. L.] proprie dicitur Cujus culpa jam ſonat: h. e. Qui erroris convictus eſt. Feſtus, Sons, nocens: inſons, innocens. Cic. 3. de Legib. 6. Vincula ſontium ſervanto, capitalia vindicanto. Et 1. Off. 82. Punire ſontes.
Animam ſontem dare. Virg. 10. Æn. 854.
Fœdatus ſanguine ſonti. Ovid. 13. Met. 563.
Impulſus furiis ſontibus. Valer. 5. Argon. 42.
Protegere ſontes. Ovid. 2. Triſt. 274.
Thalami ſontes. Stat. 4. Theb.
Turbæ ſonti decrete plagæ. Sen. Herc. fur. 83.
Dei ſontes apud Stat. 5. Theb. 610. ſunt Noxii & malevoli;
— qui te, mea gaudia, ſontes
Extinxere Dei? [Sontes ob facinus tantum.
Compar. apud Eugen. Toletan. Epiſc. Carm. 5.
Sontior eſt igni, viroſo ſontior angue. Et Theodulf. 1. 299.
— tribus eſt nam ſontior una.

Sonticus, a, um. Adj. [βλαβερὸς Gl. G. L.] Quod nocet. Unde, Sonticus morbus, qui perpetuo nocet, & totum invadit corpus. Plin. lib. 36. cap. 19. Venulejus in l. ult. D. de ædil. edicto. Quoties morbus ſonticus nominatur, eum ſignificari Caſſius ait, qui noceat, Nocere autem intelligi, qui perpetuus ſit, non qui tempore finiatur. Sed & morbum ſonticum videri, qui inciderit in hominem poſtquam is natus ſit. Sontes etenim nocentes dicuntur. [Gloſſ. Latinogræc. Sonticus morbus, ἱερὰ νόσος. Item Sontius, Ἀληθής. Scribendum Sonticus.
Sonticum morbum in duodecim, ſignificare ait Ælius Stilo, Certum, cum juſta cauſa, quem nonnulli putant eſſe qui noceat, quod ſontes ſignificat nocentes. Sed V. in morbus.
Cauſa ſontica. Tibul. lib. 1. 9. 52.
Sonticus, pro Juſto aliquando accipitur. Nævius, Sonticam eſſe oportet cauſam, quamobrem perdas mulierem. Ex Paul.

Sŏnus, i. m. [ἦχος, Gl. L. G. ἠχὴ, G. L.] Omnis vox, & quicquid auribus percipi poteſt. Cic. 1. de Divin. 114. Qui ſono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur.
Sonus pronuntiandi. Cic. 1. de Orat. 187.
Acuti ſoni. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Amœnior ſonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Cæcus ſonus, Profundus, vel Cujus cauſam ignoramus. Senec. Troad. v. 171.
Quum ſubito cæco terra mugitu fremens,
Concuſſa cæcos traxit ex imo ſonos. Al. Totos t. e. l. ſinus.
Creber ſonus. V. creber, adj.
Dulcis ſonus. Cic. in Somn. Scip. 11. Quis eſt, qui complet aures meas, tantus & tam dulcis ſonus?
Elegantior ſonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Firmior ſonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Gravis ſonus. Gell. lib. 2. cap. 8.
Immanis ſonus ferri. Stat. 4. Silv. 3. 2.
Imus. V. imus.
Inanis ſonus vocis. Cic. 5. Tuſc. 73.
Laxior vocis ſonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Legitimus. Hor. de Arte Poet. 274.
Lenis ſonus V. lenis.
Magici ſoni. Ovid. 2. de Arte Am. 100.
Miſtaque cum magicis Marſa venena ſonis. [I. e. Carminibus.
Medius. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Miſerabilis. V. miser.
Peregrinus ſonus. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Rauci ſoni. Ovid. 4. Met. 391.
Repens ſonus. Senec. Med. 20. I. e. Repentinus.
Reſultans ſonus. V. Reſultans in resilio.
Sonus ſummus, medius, imus. V. medius.
Vaſtus ſonus. Senec. Herc. furen. 9.
Viridior ſonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Vocalior ſonus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Auditur gravior ſonus. Virg. 4. Georg. 260.
Audire longe remotos ſonus. Senec. Thyeſt. 2.
Concipere ſonus aere. Senec. Theb. 1.
Dare ſonum. Virg. 3. Georg. 83.
Elicere ſonum nervorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Itaque ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum, ad nervorum eliciendos ſonos, ad tibiarum, apta manus eſt.
Inflare vi ſonum. V. inflo.
Infuſcare ſonum. V. infusco.
Multiplicare ſonos. Stat. 6. Theb. 30.
Reddit ſonum chorda. Hor. de Arte Poet. 348.
Reddere verba blæſo ſono. Ovid. 2. Amor. 6. 24.
Sonus vocis, [προσῳδία Gl. L. G. & G. L.] pro Accentu, ſeu proſodia. Cic. in Orat. 57. Mira eſt enim quædam natura vocis, cujus quidem e tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, gravi, tanta ſit & tam ſuavis varietas perfecta in cantibus. [An Profecta?
Addere ſonum vocis hiſtoriæ. V. addo. Cic. 2. de Orat. 54. Paululum ſe erexit, & addidit hiſtoriæ majorem ſonum vocis, vir optimus, Craſſi familiaris, Antipater.
Admovere certum ſonum vocis. V. admoveo.
Efficere ſonum diſtinctum, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. In ore ſita lingua eſt, finita dentibus, &c. quæ ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, &c.
Summiſere ſonum fremitus virorum. Stat. 10. Theb. 42.
Adire aliquem blandis ſonis, Alloqui blandis verbis. Ovid. 16. Epiſt. 258.
Dicere aliquid concordi ſono. Ovid. 5. Met. 664.
Fundere ſonum &c. Cic. 4. Acad. 74. Furere tibi Empedocles videtur: at mihi digniſſimum rebus his, de quibus loquitur, ſonum fundere. Idem 5. Tuſc. 73. Dicatque nos in vocibus occupatos, inanes ſonos fundere.
Peragere ſonos. Ovid. 3. Faſt. 26.
Sonus, Plauſus. Hor. 2. Carm. 17. 26.
— tum populus frequens
Fauſtum theatris ter crepuit ſonum.
Sonus, ûs, per quartam antiquis aliquando declinatum. Siſeno. Hiſtor. lib. 4. Poſtquam in ſonu ſignorum prælium magno cum clamore virorum commiſſum eſt. Ex. Non. 8. 67.

Sŏnor, ōris. m. [ἦχος] Vehementior ſonus. Virg. 7. Æn. 462.
— magno veluti quum flamma ſonore, &c. Idem 9. Æn. 651. Et crines albos, & ſæva ſonoribus arma.
Clarus ſonor. Lucret. lib. 4. 571.
Sentire ſonorem. Lucret. lib. 4. 230.
Plenæ ſonoribus aures. Lucret. lib. 6. 1183.
Ut ſpernerent ſonores barbarorum. Tacit. 14. Ann. 36.

Sonōrus, a, um. Adj. [ἠχητικὸς Gl. G. L.] Reſonans.
Cithara ſonora. Tibul. lib. 3. 4. 69.
Flumina ſonora. Virg. 10. Æn. 139.
Tempeſtates ſonoræ. Virg. 1. Æn. 57.
Tonitru ſonoro cuncta concutiens. Claud. 2. in pr. Conſ. Stilich. 26.

Sonōre, Adv. Gell. 4. 20. Clare nimis ac ſonore oſcitavit.

Sonorinus, a, um. Adj. Varro apud Non. 2. 790.
Leviſomnus mens ſonorinas imagines
Affatur, non umbrantur ſomno pupulæ. Sed varia lectio eſt. V. Somnorinus, in somnus.

Sono, ui, itum, [ἠχέω, ῶ, Gl. L. G. & G. L.] āre. Sonum facere. Plaut. Curc. 1. 2. 18. Amabo, cuja vox ſonat procul? Hor. 1. Serm. 4. 44.
— cui mens divinior atque os
Magna ſonaturum, des nominis hujus honorem.
Acerba ſonans. Virg. 3. Georg. 149.
Diverſa ſonare. Ovid. 12. Met. 147.
Dulce ſonant tenui gutture carmen aves. Tibul. lib. 1. 3. 60.
Grande ſonare. Stat. 3. Silv. 1. 130.
Lene ſonans aqua. Ovid. 2. Faſt. 704.
Pingue & peregrinum ſonare dicuntur rudes poetæ. Cic. pro Arch. 26. Qui præſertim uſque eo de ſuis rebus ſcribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam ſonantibus atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet.
Raucum quiddam ſonare. Ovid. 3. de Arte Am. 290.
Rauca ſonans amnis. Virg. 9. Æn. 125.
Saxoſum ſonans Hypanis. Virg. 4. Georg. 370.
Acute ſonare. V. Acutus in acuo.
Graviter. Virg. 3. Georg. 88.
Leviter ſonant cachinni. Catull. Argon. 62. 273.
Plenius ſonans aureo plectro. Hor. 2. Carm. 13. 26.
Plauſu ingenti ſonuerunt omnia. Virg. 5. Æn. 506.
Sic Perſono cum Ablativo. H. St.
Plangore ſonat mæſta domus. Ovid. ad Liv. 179.
Tinnitibus acutis ſonuit eoſis. Ovid. 5. Met. 204.
Nimbi ſonuerunt toto æthere. Virgil. 2. Æn. 113.
Pro In toto. H. St.
Ripæ ſonant balatu pecorum. Virg. 3. Georg. 555.
Rupes ſonant carmina. Virg. 5. Ecl. 63.
Tela ſonant humeris. Virg. 4. Æn. 149.
Idem ſonant hæc verba, pro Significant. Cic. 3. Off. 83. Honeſtate igitur dirigenda utilitas eſt, & quidem ſic, ut hæc duo verbo inter ſe diſcrepare, re unum ſonare videantur. Idem 2. de Fin. 6. Non intelligere interdum quid ſonet hæc vox voluptatis; id eſt, quæ vis huic voci ſubjiciatur. Hic Cicero quid Sonare ſignificet, declarat.
Vox hominem ſonat. Virg. 1. Æn. 328.
Nec mortale ſonans. Virg. 6. Æn. 50. De Sibylla.

Sono, ĕre. tertia conjugandi forma dixerunt veteres. Lucret. lib. 3. 157.
Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus.
Sincerum ſonere. Lucret. lib. 3. 887.

Sonans, antis. [ἠχῶν] Partic.
Æs ſonans. V. æs.
Auræ ſonantes. Virg. 11. Æn. 863.
Fila ſonantia, Cithara. Ovid. 10. Met. 89.
Ora ſonantia centum linguis. Ovid. 8. Met. 532.
Pharetram fuga ſenſere ſonantem. Virg. 9. Æn. 660.
Scopuli ſonantes. Virg. 1. Æn. 204.
Turba ſonans. Virg. 3. Æn. 233.
Verba ſonantia, Grandia. Plin. 1. Epiſt. 16.

Sonandus, a, um. Partic. [ἠχητέος] Ovid. 5. Faſt. 494.
— ſigni cauſa ſonanda mihi eſt. Alii legunt Canenda.
Ore magno ſonandus. Ovid. 2. de Arte Am. 206.

Sonābilis, e. Adj. [ἠχητικὸς] ut, Siſtrum ſonabile. Ovid. 9. Met. 783.

Sonĭtus, ûs. m. [ἦχος, Gl. L. G.] Idem quod Sonor. Virg. 6. Æn. 586.
Dum flammas Jovis & ſonitus imitatur Olympi. Plaut. Trin. 5. 2. 52.
Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubito foras? [A Sonĭtus, Partic. à Sonēre formatur.
Sterilis ſonitu corpora. Lucret. lib. 2. 844.
Æris innumeri ſonitus. Stat. 1. Silv. 1. 68.
Aquæ ſonitus. Tibul. lib. 1. 2. 80.
Armorum ſonitus. Virg. 1. Georg. 475.
Flammæ ſonitus, i. e. Strepitus. Nepos 7. 10. 5.
Plangoris ſonitus. Ovid. 3. Met. 493.

Tubarum

Tubarum ſonitus fracti. Virg. 4. Georg. 72.
Perterricrepus ſonitus. Lucret. lib. 6. 128.
Quadrupedans ſonitus, equi currentis. Virg. 8. Æn. 596.
Sonans ſonitus. Lucret. lib. 1. 826.
Terribilis ſonitus. Virg. 9. Æn. 503.
Vagus ſonitus Aſopi fluentis. Propert. lib. 3. 15. 27.
Adeſt ſonitus creber ad aures. Virg. 2. Æn. 731.
Agnoſcere ſonitum. V. AGNOSCO.
Capere ſonitum. V. CAPIO.
Captare ſonitum. V. Capto, in CAPIO.
Clareſcunt ſonitus. Virg. 2. Æn. 301.
Dare acrem ſonitum. Virg. 4. Georg. 409.
Dedit ignis ſonitum ingentem. Virg. 2. Georg. 306.
Dare ſonitus vaſtos. Virg. 5. Æn. 435.
Excitur ſonitus pedibus. Lucret. lib. 2. 329.
Faciunt ſonitus venti. Lucret. lib. 6. 132.
Ferunt venti ſonitum ad litora. Virg. 12. Æn. 455.
Increpuit ſonitum tubæ. Virg. 9. Æn. 503.
Quatit ſonitu campum ungula. Virg. 8. Æn. 596.
Terrere aves ſonitu. Virg. 1. Georg. 156.
Soniti, Genitivus antiquus pro Sonitus. Pacu. Duloreſte: Quidnam autem hoc ſoniti eſt, quod ſtridunt fores? Cæcil. χαλκίοις: Nam quidnam fores fecere ſoniti? Non. 8. 67.

SONAX, ācis. Adj. Apul. Mileſ. 4. p. 157. Elmenh. De tritone, Hic concha ſonaci leviter buccinat. Et p. 302. lib. 8. de apro, Dentibus attritu ſonaci ſpumeus. Et ſemel apud Ovid. 1. Met. 333.
Cæruleum Tritona vocat, conchæque ſonaci
Inſpirare jubet. In nonnullis Sonanti. Et unus Strozzæ habet Conchæque tonanti.

SONITO, āre. Frequent. Solin. de Italia cap. 8. Locrenſium cicadæ ultra ceteras ſonitant.

SONĬPES, ĕdis. m. [ὠκυχέτης] ſignificat Celerem equum, a ſonitu pedis, quod pedibus ſonet. Cic. 3. de Orat. 183. Aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa, ſicut illa ſunt, Domuerant, Sonipedes.
Acrior ſonipes. Stat. 5. Theb. 3.
Celſos ſonipedes ocius ſubigit jugo. Sen. Hippol. 20.
Inſignis oſtro & auro ſtat ſonipes. Virg. 4. Æn. 135.
Martius ſonipes. Sil. lib. 1. 222.
Nobilis ſonipes. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 289.
Vegeti ſonipedes. Catul. 61. 41.

SONĪVIUS, a, um. Adj. Vox Auguralis. Feſt. Sonivio ſignificat in carmine Saliari & Augurali Sonanti. Sonivium tripudium, ut ait App. Pulcher, quod ſonet, cum pullo excidit puls, quadrupedive ex ore. Cic. 6. Fam. 6. Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu ſiniſtro oſcinis, ut in noſtra diſciplina eſt: nec ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniviis tibi auguror: ſed habeo alia ſigna, quæ obſervem.

S O P

SŌPHĒNÆ, [Σωφήνη] Armeniæ populi, quos Plin. lib. 6. cap. 9. vocat Sophenos; eorumque regionem Sophenen lib. 5. cap. 12. & lib. 6. cap. 13.
Molles Sophenæ. Lucan. lib. 2. 593.

SŎPHIA, æ. f. [σοφία] Latine Sapientia dicitur. Martial. lib. 1. 112.
Quum tibi ſit ſophiæ par fama, & cura deorum. Cic. 1. Off. 153.
Princepsque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Gloſſ. Græcolat. Σοφία, Sapientia, Prudentia.

SOPHUS, i. m. [σοφός] Sapiens. Virg. [Ubi?
Hinc omnis certat dialectica turba ſophorum. Cic. 5. Toſc. 7.
Itaque & illos ſeptem, qui a Græcis σοφοὶ, ſapientes a noſtris, & habebantur & nominabantur. Martial. lib. 7. 31.
Te pia Cecropiæ comitatur turba Minervæ:
Te ſecreta quies, te ſophos omnis amat. Gloſſ. Græcolat. Σοφὸς, Prudens.
Sophos, quaſi g. n. ut Grande ſophos, i. e. Magna voce acclamatum. Martial. lib. 1. 4. Perottus, Mos eſt Græcorum, dum ſcripta alicujus vel legerint vel audierint, aſſentando dicere, σοφῶς, hoc eſt ſapiens, doctus. Neutro autem genere dixit poeta, Grande ſophos, i. e. Grandem illam & adulatoriam vocem tot hominum clamantium Sophos. Sic 6. 48.
Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata, &c. Idem lib. 1. 50.
Mercetur alius grande & inſanum ſophos. Et lib. 3. 46. ad Candidum.
At tibi tergeminum mugiet ille ſophos.

SOPHĬZO, [σοφίζω] Sapientiam præſto. Gloſſ. Græcolat. Σοφίζομαι, Cavillor, Comminiſcor, Commentor. Idem Gloſſ. Hinc

SOPHISMA, ătis. n. [σόφισμα] quid ſignificet, declarat Cic. 4. Acad. 75. his verbis, Atqui habebam moleſtos vobis, ſed minutos, Stilponem, Diodorum, Alexinum, quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſophiſmata. Sic enim appellantur Fallaces concluſiunculæ. V. Cavillatio, in CAVILLA. Gloſſ. Græcolat. Σόφισμα, Commentum.

SOPHISMĂTĬCUS, a, um. Adj. [σοφισματικός] Captioſus. Gell. 18. 13. tit. A Dialectico quodam ſophiſmatico impudenti. [Sed al. Sophiſmatio, rectius. i. e. Interrogatiuncula captioſa. Eſt enim σοφισμάτιον, Dimin. a σόφισμα.

SOPHISTA, vel SOPHISTES, æ. m. [σοφιστής] Orator, præceptor, ſapiens. Olim autem Sophiſtæ dicebantur, Philoſophi & ſapientiæ profeſſores: deinde vero Rhetores: poſtremo abiit nomen in invidiam, ut Sophiſtæ dicerentur, Qui fictam quandam ſapientiæ ſpeciem jactitarent. Cic. 1. de Nat. Deor. 63. Abderites quidem Protagoras, cujus a te modo mentio facta eſt, ſophiſtes temporibus illis vel maximus. Idem 4. Acad. 72. At quis eſt nunc hic ſophiſtes? Sic enim appellantur hi, qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur. Gloſſ. Græcolat. Σοφιστὴς, Diſſertor, Sophiſta. [Scribe Diſſertor. Solebat nimirum hoc nomen ſub Principibus Romanis iis tribui, qui eloquentiæ ſtudium profeſſi, intra docendi ſcribendique facultatem ſubſiſterent. V. Suid. Olim Cavillatores, ut ex Cic. liquet

SOPHISTĬCUS, a, um. Adj. [σοφιστικός] Gell. 7. 3. Res admodum inſidioſa & ſophiſtica. Idem 18. 2. Sophiſticæ captionis ſolutio.

SOPHISTICA, æ. f. [σοφιστική] Pars dialecticæ plus verborum, quam veritatis, pluſque oſtentationis, quam utilitatis habens, qua docemur fallacibus concluſiunculis adverſarium irretire, atque argumenta ita acute invenire, ut quæ falſiſſima ſunt atque fallaciſſima, veriſſima eſſe videantur. V. & Apul. 2. de Dogm. Plat. p. 17. Elmenh.
Sophiſtam declamandi magiſtrum dixerunt olim Cæl. Rhod.

SOPHISTICE, Adv. Apul. ibid. [Sic in Theſ. Lipſ. Sed revera Subſtantivum eſt, Sic ſophiſtice, imitata juridicialem ſtatum, &c. i. e. ἡ σοφιστικὴ, ſubaudito τέχνη.

SŌPHĬLUS, [Σώφιλος] Sicyonius, vel Thebanus Comicus, mediæ Comœdiæ ſcriptor, cujus fabulæ nonnullæ commemorantur a Suida.

SŎPHŎCLĒS, is. m. [Σοφοκλῆς] Athenienſis poëta Tragicus, æqualis Periclis, ejuſque collega quandoque in Prætura: docuit fabulas CXXIII. victorias retulit XXIII. auctore Suida. Deceſſit poſt Euripidem annos VI. cui ſtili magnitudine præfertur, licet ejus ſententiis inferior. Filios habuit Iophonem, Leoſthenem, Ariſtonem, Stephanum, Meneclidem. Hæc ex Suida De quo plura ibid. V. & Cic. de Senect. 22. qui ipſum divinum poetam lib. 1. de Divin. 54. vocavit. Sophoclem ex inſperato gaudio ob victoriam ex tragœdia quadam repentino obiiſſe, Valerius 9. 12. ext. 5. auctor eſt. Scripſit Tragœdias CXX, e quibus VII tantum hodie ſuperſunt.
Sophocles non ignobilis Tragicus. Quintil. lib. 1. cap. 12. Hor. 2. Epiſt. 1. 163.
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles, & Theſpis, & Æſchylus utile ferrent.
Sophocles ſuperioris nepos, poeta item Tragicus, quem Suidas ait docuiſſe XL. tragœdias, alios vero dicere XI. ſeptem vero victorias adeptum eſſe.
Sophocles etiam Grammaticus, minor appellatus, enarravit Lycophronem, Apollonium, aliosque poetas, cujus opera habemus.
Sophocles alius, Dux Athenienſium Soſtratidæ filius, apud Thucydidem.

SOPHOCLĒUS, a, um. ſec. com. Adj. poſſeſſ. [Σοφόκλειος] unde, Carmina Sophoclea. Cic. 16. Fam. 18. An pangis aliquid Sophocleum? Martial. lib. 5. 31. Virg. 8. Ecl. 10.
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

SŌPHRON, ŏnis. m. [σώφρων] Sobrius, moderatus. Cic. 3. Toſc. 16. Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant: eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. Gloſſ. Græcolat. Σώφρων ἀνὴρ, Pudicus, caſtus, Σώφρων γυνὴ, Pudica, caſta.

SOPHRŌSȲNE, es. f. [Σωφροσύνη] Temperantia, modeſtia, caſtitas. Hieronymus contra Jovinianum: Non enim, ut male habetur in Latinis codicibus, ſobrietas eſt legendum: ſed caſtitas, id eſt, σωφροσύνη. Gloſſ. Græcolat. Σωφροσύνη, Modeſtia, pudicitia.

SŌPHRON, [Σώφρων] Comicus, cujus meminit Athenæus. Implicitum hunc vocat Stat. 5. Silv. 3. 158.
Sophron, Poeta, mimorum ſcriptor fuit, tanti a Platone æſtimatus, ut moriens libros ejus capiti ſubjectos narretur habuiſſe. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 2.

SOPHRŎNIA, [Σωφρονία] Matrona Romana fuit, quam ob inſignem pudicitiam Lucretiam Chriſtianam vocant. Hæc cum ſe vim Decii principis videret non poſſe effugere, conſentiente viro, arrepto gladio ſe ipſam transfixit, & in Divarum numerum eſt relata. Euſeb in Eccleſiaſt. hiſtor.

SOPHRONISTA, [Σωφρονισταὶ] Magiſtratus quidam erant apud Athenienſes, non diſſimiles iis, quos Romani Cenſores vocabant, licet longe plures eſſent, & poteſtate aliquanto inferiores: legebantur enim ex ſingulis tribubus decem, qui juvenum mores cenſerent. [Gloſſ. Græcolat. Σωφρονίζω, Compeſco, Σωφρονισμὸς, Compeſcatio, Σωφρονισμὸς ἐπὶ παιδείας, Coercitio. Hinc & σωφρονιστὴς, coercendis moribus præfectus. V. Etymol. Magn.

SOPHRONISTĒRES, [σωφρονιστῆρες] Dentes duo, qui omnium extremi naſcuntur, circa annum ætatis vigeſimum, hoc eſt circa id tempus, quo jam ſapere incipimus. Et vocantur Dentes ſapientiæ. V. Etymol. M.

SŌPHRŌNIUM, i. f. [Σωφρόνιον] Meretriculæ nomen apud Plaut. amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum ἀπὸ τῆς σωφροσύνης, quod temperantiam, modeſtiam ſive caſtitatem ſignificat. [Immo a Σώφρων, ſ. proprio ex Appellativo facto, ut a m. fit Σωφρονίσκος, quo nomine fuit pater Socratis, quem Latine Catulum diceres.

SOPHUS. V. SOPHIA.

SOPIO, V. SOPOR.

SŌPĪTHES, ithis. m. [Σωπείθης] Rex fuit Indicæ regionis ejus, quam Sopithem appellari diximus. Strab. lib. 15. In eadem terra eſſe canes optimos narrant, atque Alexandrum centum & quinquaginta canes a Sopithe accepiſſe, atque ut periculum faceret, duos Leoni immiſiſſe: quibus illum tenentibus, alios duos ſolviſſe, qui cum jam in certamine conſiſterent, Sopithes juſſit, ut unus ex canibus crure apprehenſus abſtraheretur a morſu: & niſi obtemperaret, crus amputaretur, quod Alexander primo non conceſſit, cani videlicet parcens. Sed cum Sopithes diceret ſe quatuor pro uno daturum, conceſſit. Canis vero prius ſibi crus incidi profundo vulnere paſſus eſt, quam morſum dimitteret.

SŌPOR, ōris. m. [ὕπνος, ὕπνωσις Gl. L. G. & G. L.] Idem quod Somnus. Cic. in Salluſt. 25. Noli nobis languorem ac ſoporem nimium exprobrare.
Sopor interdum differt a Somno & eo gravior eſt. Plin. lib. 21. cap. 18. Hujus ſemine ſomnum allici: ſed modum ſervandum, ne ſopor fiat.
Sopor a vino, Κάρος ἐξ οἴνου. Gloſſ. Latinogræc.
Leti conſanguineus ſopor. Virg. 6. Æn. 278.
Altus ſopor. Virg. 8. Æn. 27.
Doloſus ſopor. Stat. 1. Silv. 2. 162.
Dulci ſopore languidus. Hor. Epod. 5. 56.
Felix ſopor. Stat. 5. Theb. 451.
Graviſſimus ſopor. Lucret. lib. 4. 953.
Impavidus ſopor. Sil. lib. 13. 257.
Piger ſopor. Catull. 61. 37.
Perpetuus, i. e. Mors. Hor. 1. Carm. 24. 5.
Semiſomnus ſopor. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Temulentus ſopor. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Trepidus ſopor. Stat. 1. Achil. 646.
Collocare aliquem in ſoporem. Plaut. Amph. 1. 1. 148.
Complectitur artus ſopor. Virg. 2. Æn. 253.
Continuans ſe ſopor interdiu noctuque. Celſ. lib. 2. cap. 4.

Ducere ſoporem. Tibul. lib. 1. 1. 65.
Nam neque tum plumæ, nec ſtragula picta ſoporem,
Nec ſonitus placidæ ducere poſſet aquæ. i. e. Inducere.
Firmare ſoporem alicui. Ovid. 1. Met. 715.
Devinxit ſuavi ſopore membra ſomnus. Lucret. lib. 4. 455.
Habet ſopor altus animalia. Virg. 8. Æn. 27.
Irrigat artus ſopor. Virg. 3. Æn. 511.
Languens ſopore. Lucret. lib. 4. 40.
Mulcens ſecuro membra ſopore. Sil. lib. 3. 170.
Occupat artus ſopor. Virg. 4. Georg. 190.
Pati ſoporem. Ovid. 15. Met. 321.
Preſſus gravitate ſoporis. Ovid. 15. Met. 21.
Profligatus temulento ſopore. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Receptus ſopor parte oculorum. Ovid. 1. Met. 686.
Removet ſoporeta cura. Ovid. 6. Met. 493.
Tenuit corpora noſtra ſegnis ſopor. Lucan. lib. 5. 690.
Vincere caput ſopore. Propert. lib. 3. 17. (al. 15.) 42.
Victa ſopore corpora. Ovid. 1. Faſt. 422.
Urget illum ſopor perpetuus, Mortuus eſt. Hor. 1. Carm. 24. 5.
Sopor, pro Poculo ſoporifero. ut, Patri ſoporem medicos dare coëgit. Hoc ergo ſumpto ſotano ſopitus, diem obiit ſupremum. Nepos 10. 2. 5.
Sopor, pro Segnitie. Tacit. 2. Hiſt. 76. Torpere ultra & polluendam perdendamque Remp. relinquere ſopor & ignavia videretur.

Sopōrus, a, um. Adj. [κατωφερὴς] ut, Nox ſopora. Lucan. lib. 2. 236. Stat. 1. Theb. 403. Virg. 6. Æn. 390.

Sopōrĭfer, vel Sopōrĭfĕrus, a, um. Adj. [ὑπνοφόρος, Gl. G. L.] Quod ſoporem inducit. Plin. lib. 9. cap. 13. Præterea dextræ pinnæ vim ſoporiferam ineſſe, ſomnoſque allicere ſubditam capiti tradunt. Idem lib. 29. cap. 8. A copia lactis ſoporiferi.
Avis ſoporifera Somni. Ovid. 11. Met. 586.
Flos ſoporifer. Stat. 10. Theb. 107.
Lethe ſoporifera. Ovid. 4. Triſt. 1. 47.
Noctis ſoporiferæ dona. Sil. lib. 7. 287.
Papaver ſoporiferum. Virg. 4. Æn. 486.

Sopōro, [ὑπνῶ, Gl. L. G. & G. L.] āre. Soporem inducere. Plin. lib. 28. cap. 8. Cauda, flumina & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Stat. 11. Theb. 94. — & inſuetos angues nimia aſtra ſoporant.

Sopōrātus, a, um. Partic. [κατακεκοιμισμένος Gl. L. G.] Plin. lib. 10. cap. 75. Aquatilia ipſa quiete cernuntur placida, ceu ſoporata.
Artus ſoporetos premit quies. Valer. 5. Argon. 333.
Dolor ſoporatus. Curt. lib. 7. 1. 8. h. e. Sopitus, & qui interquieverat.
Offa ſoporata melle. Virg. 6. Æn. 420.
Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam
Objicit. Sunt qui legendum putent Saporatam, quod mel ſoporem non faciat, ſed ſaporem. [Inſcite, quum Medicamentis, melle exceptis & ſubactis, intelligat ſoporatam.
Ramus ſoporatus vi Stygia, Morte plenus. Serv. Virg. 5. Æn. 855.

Sōpio, ivi, itum, [ὑπνῶ Gl. G. L.] īre. Soporem inducere. Liv. 24. 46. Lentior denique æqualiorque accidens auribus, magnam partem hominum ſopivit.
Somno ſopire aliquem. Ovid. 7. Met. 213.
Deus me ſopierat. Tibul. lib. 3. 4. 19.

Sopītus, a, um. Partic. [κατακεκοιμημένος] Liv. 25. 9. Nico, ex improviſo adortus ſopitos vigiles, in cubilibus ſuis obtruncat, portamque aperit. Idem 27.
Lecto ſopitus, In lecto dormiens. Lucret. lib. 3. 917. al. Leto.
Quiete ſopitus. Lucret. lib. 3. 1052.
Somno ſopitus. Virg. 1. Æn. 680.
Vino & epulis ſopitus. Liv. 8. 16.
Anguis ſopitus cantibus magicis. Columel. lib. 10. 367.
Aras ſopitas excitat ignibus. Virg. 8. Æn. 542.
Brachia ſopita. Ovid. 14. Epiſt. 69.
Furor armorum ubique ſopitus. Paterc. lib. 2. cap. 89.
Ignis ſopitus, Non apparens, occultus. Virg. 8. Æn. 410.
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Idem 5. Æn. 743.
Manes ſopitæ. Ovid. 3. Faſt. 306.
Quies ſopita. Liv. 9. 37. Quod æſtivis noctibus ſopitæ maxime quietis tempus eſt.
Sopitus, Qui ſenſus amiſit. Liv. 1. 41. Jubet bono animo eſſe: ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu, ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe.

S O R

Sōra, æ, f. [Σῶρα] Oppidum Vulſcorum in Campania, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Liv. 10. 1. Meminit etiam Juven. quum ait 3. Sat. 223.
— optima Soræ,
Aut Fabrateriæ domus. & Sil. lib. 8. 396.

Sōracte, n. & Soractes, is. m. [Σώρακτον ὄρος] Mons in Phaliſcis, Apollini ſacer, ubi in ſpelunca cooperta latebram ſibi elegit divus Silveſter. Virg. 11. Æn. 785.
Summe deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo. Sil. lib. 8. 494.
— & ſacrum Phœbo Soracte frequentant. Plin. lib. 7. cap. 2. Sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini. Hor. 1. Carm. 9. 1.
Vides ut alta ſtet nive candidum
Soracte?
Phœbeum Soracte. Sil. lib. 7. 662.

Soractīnus, a, um. Adj. Vitruv. 2. 7. Soractinæ lapicidinæ.

Sōrăcum, i. n. Quo ornamenta portantur ſcænicorum: Paul. ex Feſto. Notat Antonius Aug. Refertur, ut opinor, a Feſto verſus Plauti in Perſ. 3. 1. 64.
Librorum enim ecce illum plenum ſoracum habeo. Sed verbum, Enim, non agnoſcit Feſtus, & pro Ecce illum, ſive Eccillum, Ic illum ſcripſit librarius, quod in margine notatam eſſe video litera, R. Varie hoc nomen ſcriptum reperi Soracum, Saracum, Sarracum & Serracum. Vitruv. lib. 10. cap. 1. Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum, aut ſarracorum per terram, naviculaurum per aquam inventæ eſſent machinationes.
Sed quibuſdam inter doctos Soracum non idem videtur eſſe ac Sarracum. Ajunt autem tantum intereſſe, quantum inter Cophinum & Plauſtrum. V. Pitiſci Lexic. Rom. Ant. & ſupra sarracum.

Soracŭlum, vel potius Serracŭlum, i, n.
Ulpian. ſub tit. ad legem Aquiliam cap. 29. Quia parvi refert (inquit) navem immittendo, aut ſerraculum ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis. Quem locum non intelligentes pro Serraculo, Servaculum, vel Verriculum; vel Gubernaculum, vel Ferraculum ediderunt. V. serraculum.

Soræ, Gentes in Capiſſena ſunt, auctore Plin. lib. 6. cap. 23.

Soranus, Pluto eſt cognominatus. Itcta Hirpini Sorani dicti ſunt, veluti Ditis patris Lupi: tum quia is deus inibi coleretur: tum quod rapto viverent ex reſponſo. Cæl. Rhodig. lib. Lection. antiquar. 10. cap. 18. Lupi autem Sabinorum lingua Hirpi vocantur. [V. Serv. ad 11. Æn. 785.

Sōrānus, [Σωρανός] Epheſius medicus, Alexandriæ vixit: deinde Romam venit, ubi artem exercuit Trajani & Hadriani temporibus. Suid.

Sorbeo, ui, itum, vel pſi, ptum, [ῥοφῶ, ῥοφέω, Gl. L. G. & G. L.] ēre. Deglutire ſenſim quicquam liquidum. Factitium verbum a ſono vocis quem faciunt qui ſorbent. Plaut. Mil. 3. 2. 7.
— ſorbet dormiens.
pa. Quid ſorbet? lu. illud, ſtertit volui dicere:
Sed quia conſimile eſt, quod ſtertas quaſi ſorbeas?
Sorbere ovum. Plin. lib. 7. cap. 53.
Aquas cæleſtes ſorbet terra arida. Ovid. 2. de Arte Am. 352.
Charybdis ſorbet fluctus in abruptum. Virg. 3. Æn. 422.
Charybdis ſorbet fretum. Ovid. 7. Met. 64.
Cruor veſtigia ſorbet. Sil. lib. 4. 163. h. e. Cruor ita replet veſtigia, ut non cognoſcantur.
Flumina ſorbentur a terra. Ovid. 1. Met. 40.
Medullas ſorbere. Lucan. lib. 7. 843.
Puppis ſorbet mare vaſto hiatu. Valer. 1. Argon. 638.
Situs ſorbet ora. Stat. 3. Theb. 329.
Sanguis ſorbetur ab ubere. Lucan. lib. 4. 325.
Odia alicujus ſorbere, per tranſlationem, pro Perferre. Cic. 3. Q. frat. 9. Ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.
Sorbere animo. Cic. 11. Philip. 10. Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus ſanguinem non bibere cenſetis?
Sorbui, Præterit. Plin. lib. 22. cap. 23. His qui coagulum lactis ſorbuerint. [Sorbſi & Sorbtum ſcribendum contendunt multi cum b. Eſt autem hoc a forma tertiæ declinationis, antiquis uſitata.
Archaica in tertia conjugatione uſus eſt Tibullus 4. 1. 72.
Quum canibus rabidas inter freta ſorberet undas. Sic leg. Heinſ. & Broeckh.

Sorbĭtio, ōnis. f. [ῥόφημα Gl. G. L.] Ipſe ſorbendi actus: & interdum Id quod ſorbetur. Perſ. 4 Sat. 2.
— ſorbitio tollit quem dira cicutæ. De Socrate.
Sorbitio, Juſculum ad ſorbendum præparatum. Columel. lib. 6. cap. 10. Sextarii duo, factaque ſorbitio per cornu infunditur. Celſ. lib. 4 cap. 7. Ergo primis diebus danda eſt ſorbitio ptiſanæ, vel alicæ, vel orizæ.

Sorbitiuncŭla, æ. f. dimin. [ῥοφημάτιον] Hieron. Epiſt. 30.

Sorbicĭna, æ. f. [ῥόφημα] Gloſſ. Græcolat. Idem.

Sorbillum, i. n. [ἀπορρόφημα] Potio ſorbitioni apta. Plaut. Pœn. 1. 2. 185.
Hem, mihi jam video propter te victitandum ſorbillo. Al. Sorbilo.

Sorbĭlis, e. Adj. [ῥοφητὸς Gl. G. L.] Quod facile ſorbetur. Columel. lib. 8. cap. 17. Et nuces digitis infractæ ſunt dandæ, nec minus elixum molle ſorbum, quique ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut mulctra, recens caſeus.
Ova ſorbilia craſſiorem faciunt pituitam. Celſ. lib. 2. cap. 29.
Ovum durum valentiſſimæ materiæ eſt: molle vel ſorbile imbecilliſſimæ. Celſ. lib. 2. cap. 18. conf. Petron. cap. 33.

Sorbillo, [ῥοφῶ Gl. G. L.] āre. dimin. a Sorbeo: proprie eſt Parum, & frequenter ſorbere. Ter. Adelph. 4. 2. 53.
Nam jam adibo, atque unum quidquid, quod quidem erit belliſſimum, Carpam; & cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem.

Sorbus, i. f. [ὄα, ὄη, ὄα] Arbor eſt procera, cujus fructum Sorba vocamus. Ejus pleniorem deſcriptionem videbis apud Theophraſt. lib. 3. cap. 12. Columel. lib. 5. cap. 10. Sorbi quoque & Armeniaci, & Perſici, non minima eſt gratia. [Immo eſt a ſeq. dict. & ſubauditur Mali.

Sorbum, i. n. [ὄον] pl. Sorba [ὄα Gl. L. G.] Prædictæ arboris fructus, quod Malum ſorbum etiam Columella appellat lib. 5. cap. 10. Martial. lib. 13. 26.
Sorba ſumus, molli nimium durantia ventres:
Aptius hæc puero, quam tibi, poma dabis. Plin. lib. 15. cap. 21. Sorbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata ſpecies, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori. Odore & ſuavitate rotunda præcellunt. Ceteris vini ſapor. Generoſiſſima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, aſſiduum proventu, minimumque pomo, arbore diſſimili, foliis pæne platani. Non ferunt ante triennium ex ullo genere. Cato R. R. cap. 7. Sorba in ſapa quum vis condire vel ſiccare, viridia facias.
Acida ſorba. Virg. 3. Georg. 380.

Sordes, is. f. pl. Sordes, ium. [ῥύπος, Gl. L. G. ῥύπος G. L.] Immunditia. Plaut. Pœn. 1. 2. 101.
Viden' tu pleni oculi ſordium qui erant, jam ſplendent mihi?
n. Immo etiam in medio oculo paulum ſordis eſt. Al. Paullum ſordet. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Sordes aurium. [Male negat Gloſſarius Latinum Sordes ſingulare non habere.
Collecta ſorde dolentes auriculæ. Hor. 1. Epiſt. 2. 53.
Accipere ſordes. V. accipio.
Sordes hominis. Cic. 7. Fam. 2. Putas enim, ut ſcribis, propter hominis ſordes minus me magnam illam lætitiam putare.
Sordem orbis, Homines nequam, vel potius plebem vocat Cic. 1. Att. 13. Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem urbis & fæcem, multo melius nunc, quam reliquiſti.
Sordes pro Reorum ſqualore. Quintil. lib. 6 cap. 1. At ſordes, & ſqualores, & propinquorum quoque ſimilem habitum, ſcio profuiſſe, & magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Idem Decl. 17. Non exuo, non depono ſordes: & mihi quoque ſenex tanquam accuſaturus occurrit.
Nove, ſed non ineleganter, Sordes pro Veſte ſordida, atque habitu, quo in reatu utebantur, ac conſequenter pro reatu dixit Suet. in Vitell.
V. Torr.

V. Torr. 509. H. St. Verba ipſa Torrentii ſunt ad cap. 8. pr. Nihil autem novum in hoc loquendi genere, quo & ipſe Suet. in Aug. cap. 31. uſus eſt, paſſimque Cic. utitur, & omnes, qui conſuetudine Romana loquuntur.

Lugubres ſordes. V. LUGEO.

Jacere in ſordibus. V. JACEO.

Sordes, pro Avaritia. Cic. 1. Q. frat. 1. 3. Neque enim mihi ſane placet, præſertim quum ii mores tantum jam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, ſcrutari te omnes ſordes, excutere unumquemque eorum. Plin. 2. Epiſt. 12. Damnatumque ſordium, vel damnare alios, vel abſolvere. Quintil. lib. 6. cap. 4. Incuſare ejus ſordes, calceos eum veteres dicebat vendere ſolere. Idem lib. 4. cap. 1. Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas, ſi omnis in ſubeundo negotio ſuſpicio ſordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: & ita, &c. Hor. 2. Serm. 5. 104.

— ſepulcrum,
Commiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue.

Ubi Horat. dicit, Neque avaritiam, neque ſordes. At in poſter. exp. Avaritiam. Vide illum Commentatorem in edit. Cruquii. Qui non avaritiam ſectatur, multo minus ſordes ſectabitur. Conjunct. Disjunctiva pro copulativa eſt, Non objiciet Avaritiam & ſordes. H. St. Priora verba culter ſubtraxit emprectæ. Eſt autem locus Horatii, qui infra ſubjicitur, ubi Scholiaſtes Cruquianus, inſcite, Sordes libidinum intelligi putat, cum duo ſynonyma ſint, Avaritia & Sordes, niſi quod poſterius ἀυξητικῶς. Rectius autem Cruq. ex Mſſ. Nec pro Ac.

Luxuriæ ſordes quis feret. Juven. 1. Sat. 140. i. e. Summam prodigalitatem cum inſigni avaritia conjunctam. Loquitur enim de illis qui quum ventribus ſuis indulgerent omnia, in aliorum egeſtate ſublevanda parciſſimi eſſent. Gaudet autem Juvenalis antitheta hoc pacto conjungere, ut alibi, Socraticos Cinædos, Triſtes obſcænos, Lacernatam amicam. Hor. 1. Serm. 6. 68.

Si neque avaritiam, neque ſordes, ac mala luſtra,
Objiciet vere quiſquam mihi. [Luxuriæ ſordes, Oxymōron.

SORDICŬLA, æ. f. dimin. Marcell. Emp. cap. 8.

SORDITŪDO, inis. f. [ῥυπαρία] Idem quod Sordes. Plaut. Pœn. 5. 2. 10.

Ut mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem. Sorditudinem pro Sorde inquit Nonius 2. 799.

SORDIDICIA, æ. f. [ῥυπαρία] Pedor, Squalor. Gloſſ. Græcolat. [Niſi forte Sordidacia ſcribendum, ut ſit verbale nomen a Sordido.

SORDĬDUS, a, um. Adj. [ῥυπαρὸς. Gl. G. L.] Pædidus. Sordibus plenum. Cic. 3. Tuſc. 56.

Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Ex Cæcil.

Amictus ſordidus. Virg. 6. Æn. 301.
Caput ſordidum nimbo. Sen. Herc. fur. 9.
Caſæ ſordidæ. Sen. Herc. OEth. 2.
Cera ſordida. Propert. lib. 3. 23. 8.
Color ſordidus. Columel. lib. 8. cap. 8.
Fumus ſordidus. Hor. 4. Carm. 11. 11.
Lana ſordida. Ovid. 3. de Arte Am. 222.
Mappa ſordida. Hor. 1. Epiſt. 5. 22.
Pulvis ſordidus. Ovid. 3. Amor. 2. 42.
Rura ſordida. Virg. 2. Ecl. 28.
Sanguis ſordidus. Lucan. lib. 4. 315.

Sordidus homo, Egens vel vilis, & nullius exiſtimationis; aut Tenax, avarus. Cic. 3. de Finib. 38. Quis non odit ſordidos, varios, leves, futiles? Idem 3. de Legib. 35. Quos & quantos viros homo omnium infimus & ſordiſſimus Trib. pleb. P. Curiatius in vincula conjecit? Sic 1. Off. 150. Sordidi etiam putantur, qui mercantur a mercatoribus quod ſtatim vendant. [Pro Tenaci ſeu Avaro poſitum hic non occurrit, ſed infra, ut Sordes pro Fœdiore avaritia.

Sordido loco natus, plus eſt, quam Humili. Liv. 22. 25. extr. Loco, non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus.

Stirpes ſordidæ, quæ Ingenuis natalibus opponuntur. l. Super ſtatu. C. de pœnis.

Sordidum ad famam. Cic. 2. Off. 50. Id cum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominere.

Cupido ſordidus, Avaritia, cupiditas. Acron. & Porphyr. Hor. 2. Carm. 16. 15.

Illiberalis & ſordidus quæſtus. Cic. 1. Off. 150. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum, omniumque, quorum operæ, non quorum artes emuntur. V. totum illud caput.

Lingua ſordida, Impura, mendax, perjura. Tibull. lib. 3. 7. 14.
Gaudia ſordida. Stat. 3. Silv. 5. 17.

Sordidum conſilium, pro Corrupto. Cic. 3. Q. frat. 4. pr. Gabinius abſolutus eſt: omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribusque ejus infantius, nihil illo conſilio ſordidius. Budæus.

Sordida oratio, cui opponitur Nitida. Quintil. lib. 8. cap. 3. Quædam hebes, ſordida, jejuna, triſtis, ingrata, vilis oratio eſt. Quæ vitia facillime fiunt manifeſta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, ſecundum nitido, tertium copioſo, deinceps hilari, jucundo, accurato diverſum eſt.

Compar. ut, Nubes ſordidior. Sen. Hippol. 785.
Caro ſordidior. Plin. 16. 6.
Superl. ut, Res ſordidiſſimæ. Sen. Controv. præf. lib. 3.

SORDĬDE, Adv. [ῥυπαρῶς] Avare. Plin. 3. Epiſt. 9. pr. Proconſulatum in ea, non minus violenter, quam ſordide geſſerat.

Sordide dicere & concionari. i. e. Avare. Cic. 15. Att. 2. Lucium Antonium concionatum eſſe cognovi tuis litteris & aliis ſordide, ſed id quale fuerit, neſcio. Idem 2. de Orat. 352. Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur. [Videtur his locis pro Fœde, turpiter, poni.

SORDIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Plaut. Pœn. 1. 2. 58.

Servulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria?

Toga ſordidula. Juven. 3. Sat. 149.

SORDĬDO, [ῥυπαίνω Gl. G. L.] āre. Sordidum facere, fœdare. Hoc verbo uſi ſunt ſcriptores eccleſiaſtici, ſed veteres non niſi Participio. Hieron. Epiſt. 29. Vitiis ſordidamur. Cyprian. Epiſt. 52. 6. Alienis rumoribus ſordidantur. Lactant. Inſtit. 5. 19. Mens malis cupiditatibus ſordidatur. Auguſt. Serm. 244. Toties Dei imaginem ſordidamus.

SORDIDĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. Sordide indutus. Plaut. Aſin. 2. 4. 90.

— quanquam ego ſum ſordidatus,
Frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari. Cic. 2. Philipp. 73. Argentea vaſa colliſa, ſordidata mancipia. i. e. Ob inopiam vel avaritiam obſoleta veſte, vel detrita induta. Ter. Heaut. 2. 3. 56.

Scin' hanc, quam dicit, ſordidatam & ſordidam?

Sordidata turba. Liv. 42. 28.
Sordidatiſſime conſcientia. Sidon. 3. Epiſt. 13.

Sordidati item vocantur, qui Sordes, i. e. vil habitum induerunt. Liv. 6. 20. Poſtquam ſordidatum reum viderunt. Cic. Poſt redit. in Senat. 12. Quum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ſupplex ad eum ſordidata veniſſet. Idem 4. in Verr. 62. Sordidati, maxima barba & capillo, Romæ biennium prope fuerunt. Ibid. 6. 41. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos atque hoſpites curſare, rem omnibus narrare. Idem in Piſon. 99. Nec minus lætabor, quum te ſemper ſordidum, quam ſi paulliſper ſordidatum viderem. Sordidum dixit, Vilem & abjectum, ac ſine ullo vitæ nitore ac lautitia vitam agentem. Sordidatum autem Accuſatum & reum. Budæus.

SORDULENTUS, a, um. Adj. Tertull. de Pœnit. cap. 11. Sordulentus, illotus.

SORDEO, ui, [ῥυπῶ, ῥυπάω, ῥυπόω] Sordidum eſſe. Martial. lib. 1. 32.

Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus.

Iter ſordet. Stat. 3. Silv. 1. 100.

Sordere alicui res aliqua dicitur, i. e. Contemni, & vilis æſtimari. Cic. ad Octav. Cui ſordebat Macedonia provincia, quam victor ſibi ſumpſerat Cæſar.

Sordent tibi munera noſtra. Virg. 2. Ecl. 44.
Voluptas ſordet oculis. Stat. 1. Silv. 3. 98.

Sordere ſuis, & contemni ab eis. Liv. 4. 25. Plin. lib. 35. cap. 10. Sordebat illa ſuis, ut plerumque domeſtica.

SORDESCO, [ῥυπαίνομαι, ῥυπόομαι] ĕre. Sordidum fieri. Plin. lib. 12. cap. 12. Nunc vero a tanta cadens altitudine, multumque dum venit ſordeſcens. Hor. 1. Epiſt. 20. 11.

Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis. Alloquitur librum ſuum.

SŌREX, icis. m. [μῦς ποντικὸς. Gl. L. G. μῦς ἀρουραῖος, L. G. & G. L.] Animal parvum, a ſono vocis, quem rodendo facit. Quidam dicunt eſſe Murem ſilveſtrem. Columel. lib. 12. cap. 31. Si ſerpens, aut mus, ſorexque in muſtum ceciderit. Idem lib. de Arboribus, cap. 15. Vites, quæ ſecundum ædificia ſunt, a ſoricibus aut muribus infeſtantur. Ter. Eun. 5. 6. 23.

Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie perii.

Soricem & Murem pro eodem uſurpavit Plin. lib. 11. cap. 37. & lib. 2. cap. 41. V. FIBRA.

Sorex ſuo occentu inauſpicatus erat. Plin. 8. 57. Soricum occentu dirimi auſpicia, annales refertos habemus.

Scribitur & Surix. Onomaſt. Lat. Græc. Surix, Μῦς. [Unde Gallorum Souris. Unde & pr. longam facit, quam proinde & Seren. producit.

SORICĪNUS, a, um. [μυϊκὸς] Adj. Plaut. Bacch. 4. 8. 48. Soricina nænia.

SORICŬLĀTUS, a, um. Adj. ut, Soriculata veſtis, Quæ variis conſerta coloribus erat. Plin. lib. 8. cap. 48. Calcagninus legendum putat Surculata. In Mſſ. extat Sororiculata, teſte Hard. qui & ex Tiron. notis Sororeclatum pannum affert. V. Turneb. Adverſ. 24. 19.

SORÆ, Populi ſunt in India, apud Plin. lib. 6. cap. 20.

SORILLA, Navigia Iſtrica vocantur, quod lino & ſparto conſerantur & condenſentur.

SORITÆ, Populi ſunt Ichthyophagi, quos Arabis fluvius ab Indis diſterminat, nullum alium cibum noſcentes quam piſcium, quos unguibus diſſectos torrent ſole, panemque ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Oritas vocat.

SŌRĪTES, æ. m. [σωρείτης] Argumentationis ſpecies eſt, conſtans ex multis propoſitionibus ita collocatis, ut prædicatum propoſitionis præcedentis fiat ſubjectum ſequentis, indeque prædicatum ultimum concludatur de ſubjecto primo. Dicitur a σωρὸς, id eſt Acervus, quia eſt quædam propoſitionum quaſi coacervatio. Acervalem ſyllogiſmum JCtus vocat l. 77. Dig. de verb. ſignif. & l. 65. Dig. de Reg. Juris. Perſius etiam Acervum dixit Sat. 6. 80.

Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi. Ubi Vet. Schol. Chryſippus Philoſophus Stoicus ſyllogiſmum σωρείτην vocavit, quem per adjectionem & detractionem ex acervi frumentarii ſimilitudine oſtendit. & Cic. 4. Acad. 49. Soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. Idem ibid. 93. In quo utroque loco vide ſic exemplum. Idem 4. Acad. 90. Soritas vocat Lubricum & periculoſum locum. [Gloſſ. Græcolat. Σωρείτης, Cavillatio. V. Menag. ad Laert. 2. 108.

SORONDIUS, Dæmonis nomen apud Indos pro Deo habiti, quod in linguam Græcam tranſlatum verbum οἰνοποιὸς, id eſt vini factorem, ſignificat. Cæl. lib. 2. cap. 7.

SŎRŎDÆMON, ŏnis. m. [σωροδαίμων] Sorodæmones, ſunt Sepulcrales larvæ. Cæl. Rhodig. lib. 1. Lect. Antiq. cap. 7.

SŎROR, ōris. f. [ἀδελφὴ, Gl. L. G. & G. L.] dicta eſt, quod quaſi ſeorſum a ſua ſtirpe naſcitur, ſeparaturque ab ea domo, in qua oritur, & in aliam familiam tranſgreditur. Vel Soror, quaſi diverſa ſorte orta.

Soror germana. [ἀδελφὴ ὁμογνησία Gl. G. L.] Cic. pro Milon. 74. Eum, quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe L. Lucullus juratus, ſe quæſtionibus habitis dicit comperiſſe. De Clodio. Dicitur & Germana ſine adjectione. V. ſ. l.

Sororis filius. Cic. 6. Verr. 22. Ita C. Cato duorum clariſſimorum hominum nepos, L. Pauli & M. Catonis & P. Africani ſororis filius.

Nymphæ ſorores. Virg. 2. Georg. 494.
Piæ ſorores. Ovid. 8. Met. 520.
Pulchræ ſorores. Stat. 1. Achil. 296.
Maxima ſororum. Ovid. 2. Met. 346.
Doctæ ſorores. Ovid. 5. Met. 255. ſic vocat Muſas.
Lanificæ ſorores, Parcæ. V. Lanificus in LANA.
Vipereæ ſorores. Ovid. 6. Met. 662. Furias ſic appellat.
Poetæ interdum Parcas vocant Sorores abſolute. Sic Hor. 2. Carm. 3. 15.

Dum res & ætas & Sororum
Fila trium patiuntur atra. [Deſignat adjecto Trium.

Dictitare Minervam eſſe ſororem ſuam. Cic. pro Domo 92. V. loc.

Sorores arbores. Plin. lib. 13. cap. 4. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores, ab hoc Adelphides dictæ.

Et eo modo Sorores ſodices, apud Martial. 14. 148.

Sororcŭla, æ. f. dimin. Plaut. in Fragm. Citell. 25. Germana mea ſororcula.

Sorōrius, a, um. Adj. ut, Sororis cœna. Plaut. Curc. 5. 2. 60.

Oſcula ſororia, Caſta & pudica, qualia ſorores decent. Ovid. 4. Met. 334. in Salmacidis fabula.

Stuprum ſororium. Cic pro Sext. 16. Qui enim in ejuſmodi vita nervi eſſe potuerunt, hominis fraternis flagitiis, ſororiis ſtupris, omni inaudita libidine infamis.

Sororium tigillum. Locus ſacer Romæ in honorem Junonis. Sororium tigillum appellatur hac de cauſa: ex conventione Tulli Hoſtilii Regis, & Metii Suffetii ducis Albanorum, Trigemini Horatii & Curiatii cum dimicaſſent, ut victorem ſequeretur imperium, & Horatius noſter exſuperaſſet, victorque domum reverteretur, obvia ſoror, cognita morte ſponſi, ſui fratris manu occiſi, averſata eſt ejus oſculum, quo nomine Horatius interfecit eam, & quanquam a patre abſolutus ſceleris erat, accuſatus tamen parricidii apud Duumviros, damnatusque provocavit ad populum, cujus judicio victor duo tigilla, tertio ſuperjecto, quæ pater ejus conſtituerat, velut ſub jugum miſſus ſubit, conſecratisque ibi aris Junoni Sororiæ, & Jano Curiatio, liberatus omni noxia ſceleris eſt, auguriis adprobantibus. Ex quo Sororium id tigillum eſt appellatum. Feſtus.

Sororicīda, æ. c. Qui, vel quæ ſororem occidit. Cic. pro Domo 26. Quid de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, nonne contra ordinem tuliſti?

Sororio, āri. Sororiari puellarum mammæ dicuntur, cum jam intumeſcunt; quod non ſingulæ, ſed veluti geminæ ſorores ſimul naſcantur: ſicut Fraterculare puerorum. Plaut. in Fribol. Fragm. v. 11. apud Feſt.

Sororians, antis Partic. Plin. lib. 31. cap. 6. Mammas ſororiantes, præcordia, maciemque corporis piſcinæ magis corrigunt.

Sororiculātus, a, um. Adj. Lana & ſparto condenſatus.

Sororiculatæ veſtes, apud Plin. 8. 48. ſunt Quæ perpetuis quibuſdam ſuris, & latioribus virgis regulatæ erant, & eo texo tanendi genere confectæ: ut ſint tanquam Sororigulatæ, a Suro, cujus diminutio eſt ſurculus: niſi ſi quis a Sura deducere malit. Quod ſi a Regula derivari non placet, certe a Rica & Ricula deducatur. Turneb. Adverſ. 24. 19. V. & Harduin. ad Plin.

Sors, ſortis. f. [κλῆρος, λάχος Gl. L. G. & G. L.] a Serie ſecundum Varronem dicitur, Fortuitus alicujus rei eventus. Cic. 2. de Divin. 85. Dicendum igitur potius de ſortibus? Quid enim ſors eſt? Idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras: quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio, nec conſilium valet. Cic. 1. Verr. 65. Accuſavi eum, quicum Quæſtor fueram, quicum me ſors, conſuetudoque majorum, quicum me deorum, hominumque judicium conjunxerat. conf. 61. & 46. Virg 5. Æn. 490.

— dejectamque ærea ſortem

Accepit galea.

Cæca ſors. Lucan. lib. 5. 66.

Deterior ſors. Sen. Theb. 2.

Improviſa ſors. Claud. de Bell. Get. 370.

Inaudita Græcis ſors iſta. V. INAUDIO.

Iniqua ſors. Virg. 6. Æn 332.

Mala ſors prædæ. Pars, Portio quæ ſorte evenit ſeu contigit. Ovid. 13. Met. 485.

Nova pugnæ ſors. Virg. 10. Æn. 54.

Ut Sortem armorum. H. St.

Arripere id quod ſors offert. Cic. 6. Verr. 95.

Aſſignare aliquid alicui ſorte. Cic. 11. Fam. 20.

Cernere ſors dicitur, cum ejus aleæ aliquid permittitur, ut id diſceptet, ut eventus ſit quem dijudicaverit. Liv. lib. 43. 14. pr. Priuſquam id ſors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret; in utramque provinciam, quod res deſideraret, ſupplementi decerni. Turneb.

Conjicere ſortem in urnam. Cic. 8. Fam. 8. In hydriam. 4. Verr. 127.

Conjicere provincias in ſortem. Liv. 30. 1.

Contigit ſors Tyrrhenum. Vell. Paterc. 1. 1. 4.

Dejicere ſortem Cæſ. 1. Bell. Civil. 6. & Liv. 21. 42.

Damnari ſorte. Sil. 6. 341.

Duci ſorte dicuntur, qui ad aliquid deſtinantur. Virg. 2. Æn. 205.

Laocoon ductus Neptuni ſorte ſacerdos.

Excidit ſors alicujus. Liv. 21. 42.

Exire ſors dicitur, cum ex urna educitur. Cic. 1. Att. 19. Cum de conſularibus mea prima ſors exiiſſet. Et Hor. 2. Carm. 3. 25.

— omnium

Verſatur urna: ſerius, ocius,

Sors exitura.

Legunt ſorte loca. Virg. 5. Æn. 132.

Nanciſci ſortem. V. NANCISCOR.

Revocatur res ad ſortem. Cic. 4. Verr. 127.

Renunciari extra ſortem. Cic. 4. Verr. 127. Cui contrar. Sorte, vel Sortito.

Trahere ſorte. Virg. 1. Æn. 512.

— operumque laborem

Partibus æquabant juſtis, & ſorte trahebant.

Tueri ſortem quam tribuit fortuna. Ovid. 17. Epiſt. 113.

Verſat omnia ſors. Virg. 9. Ecl. 5.

Humana ſors. Ovid. 3. Triſt. 11. 67.

Humanæque memor ſortis, quæ tollit eosdem,

Et premit; incertas ipſe verere vices.

Intentata ſors. Virg. 10. Æn. 39. L 2. Regnum, inquit Servius.

Irrequieta ſors. Ovid. 2. Met. 386.

Miſerandæ ſortis aſellus. Ovid. 2. Amor. 7. 15.

Mortalis ſors. Ovid. 2. Met. 56.

Onеroſa ſors. Ovid. 9. Met. 675.

Dedit ratio mihi ſortem. i. e. Propoſitum, ſeu profeſſionem, & inſtitutum vivendi. Acron. Hor. 1. Serm. 1. 1.

Gaudens ſorte tori. Ovid. 3. Faſt. 463.

Gaude ſorte tua. Hor. 1. Epiſt. 14. 11.

Objecit Fors mihi ſortem. Hor. 1. Serm. 1. 1.

Acerba ſors. Sen. Œth. 7.

Aſpera ſors. Stat. 2. Theb. 196.

Crudelis ſors. Sen. Octav. 3.

Divina ſors. Cic. 3. Philipp. 26.

Duriſſima ſors. Claud. 1. in Eutrop. 71.

Duriſſima ſors fati. Lucan. lib. 9. 1049.

Ferrea difficiliſque ſors vitæ me premit. Ovid. 5. Triſt. 3. 28.

Funeſta ſors. Stat. 11. Theb. 315.

Peſſima ſors rerum. Ovid. 14. Met. 489.

Suprema ſors. Virg. 5. Æn. 132.

Toleranda nulli ſors. Stat. 1. Theb. 195.

Ultima ſors rerum. Lucan. lib. 5 692.

Inter Sortem & Sortes, hæc eſt differentia; quod Sortes [κλῆροι, Gl. L. G.] velut teſſellæ quædam aut taleolæ ligneæ inſcriptæ fuerunt, ipſaque ſortis inſtrumenta: Sors autem ipſa ſortitio. Cic. 1. de Divin. 76. Et ſortes ipſas & cetera, quæ ad ſortem erant parata, diſturbavit. Idem ibid. 2. 69. Monſtruoſiſſimam beſtiam urnam evertiſſe, ſortes diſſipaviſſe.

Convivales ſortes. Lamprid cap 22. Sortes ſane convivales ſcriptas in cochlearibus habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muſcas. De ejuſmodi ſortibus exſtat integer liber Martialis, 14. qui epigr. 1. v. 5. ſic ait,

Divitis alternas & pauperis accipe ſortes,

Præmia convivæ det ſua quiſque ſuo. [V. Suet. Aug. cap. 75.

Ducere ſortes. Virg. 6. Æn. 22.

— ſtat ductis ſortibus urna.

Sors, pro Vice & munere ſorte oblato. Liv. 35. 6. pr. Si id facere gravaretur, quod non ſuæ ſortis id negotium eſſet, ſe quidem id facturum, quodcunque Senatus cenſuiſſet. Budæus.

Æqualis ſors. Hor. 3. Carm. 24. 16.

Defunctumque laboribus

Æquali recreat ſorte vicarius. i. e. Æquali conditione, nimirum ſuccedendo ei in laboribus.

Gratam ſortem habemus. Noſtra ſorte ſumus contentæ. Ovid. 5. Met. 272.

Sors, Judicium. Virg. 6. Æn. 431.

Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine judice, ſedes. Tractum ex Romano more. Non enim audiebantur cauſæ, niſi per ſortem ordinatæ: nam quo tempore cauſæ agebantur, conveniebant omnes, & ex ſorte, dierum ordinem accipiebant, quo poſt triceſimum diem cauſas ſuas exſequerentur. Ex Serv. Virg. 1. Æn. 143.

Non illi imperium pelagi ſævumque tridentem,

Sed mihi ſorte datum.

Sors, pro Progenie. Ovid. 6. Faſt. 30.

Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem

Feci: Saturni ſors ego prima fui. Verba ſunt Junonis. Sum, inquit, prima Saturni proles: prima enim ex illo ſum genita.

Sors, pro Statu hominum. Suet. Calig. cap. 35. Nullus denique tam abjectæ conditionis, tamque extremæ ſortis fuit. H. St.

Sors, Fatalis neceſſitas. Virg. 2. Æn. 554.

— hic exitus illum

Sorte tulit. V. Serv. in loc.

Sors & Patrimonium ſignificat, unde Conſortes dicimus, & Dei reſponſum, & Quod cuique accidit in ſortiendo. Paulus & Feſtus.

Sors, [κεφάλαιον, ἐπὶ δανείου, Gl. G. L.] Summa eſt, ſive caput, & prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, ut inde lucrum fiat. Plaut. Moſt. 3. 1. 122.

Quatuor quadraginta illi debentur minæ,

Et ſors, & fœnus. Ibid 3. 1. 64.

Sortem accipe. u. immo fenus: id primum volo. Ter. Adel. 2. 2. 35.

Etiam de ſorte nunc venio in dubium, miſer. h. e. De pretio quo empta erat fidicina. Ex Donat.

Solvat creditum ſorte; i. e. Deducta uſura reliquum ſolvat. Liv. 6. 36.

Sortes, numero plurali in hoc ſignificatu. [αἱ κεφαλαὶ δανειζομένων, Gl. L. G.] Papinian. in l. Uxori. D de uſu & uſufr. leg. Fœnus quoque ſortium, quas defunctus collocavit. Ibid. Igitur uſuras nominum in hereditate relictorum, ante cautionem interpoſitam debitas, velut ſortes, in cautionem deduci neceſſe eſt.

Sortes, [χρησμοί. Gl. L. G. & G. L.] Oracula ſeu reſponſa, ſive ſyngrapha, in quibus reſponſa inſcripta continebantur. Valer. lib. 1. 6. 3. Cujus rei explorandæ gratia, legati, ad Delphicum oraculum miſſi, retulerunt, præcipi ſortibus, ut aquam ejus lacus emiſſam per agros diffunderent.

Diræ ſortes. Ovid. 13. Met. 180.

Fatidicæ ſortes. Ovid. 15. Met. 436.

Malignæ ſortes tacita ambage. Claud de Bell. Get. 552.

Obſcuræ ſortis ambages. Ovid. 4. Faſt. 261.

Sacræ ſortes. Ovid. 1. Met. 368.

Fatigare ſortes. Lucret. lib. 4. 1233.

Salutifera ſors, Apollinis reſponſum ſalutem afferens. Ovid. 15. Met. 633.

Sortis, is. f. pro Sors. Teſte Priſciano lib. 7. Plaut. Caſ. 2. 6. 28.

Vide, ne qua illic inſit alia ſortis ſub aqua.

Sorti, Adv. [κλήρῳ] Virg. 4. Georg. 165.

Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti Ubi Servius; Sorti, Ex ſorte: nam adverbium eſt, quod traxit a militia. Sed rectius hoc in loco legendum videtur, Sorte.

Sortĭcŭla, æ. f. dimin. [κληρίδιον] Sueton. in Neron. Claud cap. 21. Ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum juſſit aſcribi, ſorticulaque in urnam cum ceteris demiſſa, intravit ordine ſuo.

Sortilĕgium, i. n. [χρησμολογία] Actus legendæ ſortis. Plin. lib. 28. cap. 4. De quibuſdam ſortilegiis.

Sortilegus, i. m. [χρησμολόγος, χρησμολόγος, χρησμῳδός. Gl. G. L.] Qui per ſortes futura prænuntiat, Hariolus. Cic. 1. de Divin. 132. Nunc illa teſtabor, non me ſortilegos, nec eos, qui quæſtus cauſa hariolentur, nec pſychomantia quidem, quibus Appius, amicus tuus, uti ſolebat, agnoſcere. Lucan. 9. 584.

Sortilegis egeant dubii, ſemperque futuris

Caſibus ancipites.

Apud Porphyrionem in Hor. Sat. 6. lib. 1. Aſſiſto divinis, exp. Sortilegis, & addit, Sortilatores dicit. Apud Commentatorem, qui eſt in edit. Cruquii, Sarmadacis & ſortilegis. H. St. Leguntur ſub finem ejus Satiræ.

Sortilĕgus, a, um. Adj. [χρησμικός] Hor. de Arte Poet. 219.

— & divina futuri

Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.

Sortio,

Sorτio, īre. [κληρῶ] activ. pro Sortiri: antiquum. Var. Rer. Human. lib. 10. Cum venerint Cenſores, inter ſe ſortiant. Ex Non. 7. 82.
Tibi permitto, tute ſorti. Plaut. Caſ. 2. 6. 43.
Inter ſe ſortiunt agros. Ennius apud Non. 7. 84.
Sortior, [κληροῦμαι Gl. G. L.] īri. Sortes facere. Plaut. Caſ. 2. 4. 19.
Nam ſi ſic nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar.
Sortita ſunt, Τετύχηκε. Gloſſ. Latinogræc.
Sortiri aliquibus. Plaut. Caſ. 2. 4. 17.
Ad pœnam ſortiri. Cic. pro Cluent. 129.
Sortiri quid loquare. Cic. 1. de Nat. Deor. 99. h. e. Non conſiderare, ſed quaſi ſortiri quid loquare.
Dicas ſortiri. V. DICA. Cic. 4. Verr. 37. Interea dies advenit, quo die ſe ſe, ex inſtituto ac lege Rupilia, dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat.
Domos ſortiri, Sorte dividere. Virg. 5. Æn. 756.
Judices ſortiri, Per ſortem eligere. Cic. 2. Q. frat. 1. Is cum graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus, queſtus eſſet, ſententiam dixit, ut ipſe Judices per Prætorem Urbanum ſortiretur.
Laborem ſortiri. Virg. 8. Æn. 445.
Ocius incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti.
Periculum ſortiri. Virg. 9. Æn. 174.
Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat, exercetque vices quod cuique tuendum eſt. i. e. Sorte diviſa ad defenſionem pericli.
Remos ſortiri. Virg. 3. Æn. 510.
Sternimus optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti remos. Ubi Serv. Sortiti remos, Per ſortem diviſi ad officia remigandi, quis eſſet proreta, qui pedem teneret.
Sortiti coſſ. uter dedicaret. Liv. 2. 8.
Sortiri, vel comparare inter ſe provincias. V. COMPARO.
Magiſtratum cum alio ſortiri, Per ſortem, ſive Sorte inire. Cic. 6. Philipp. 16. Eſt enim patronus triginta quinque tribuum, quarum ſua lege, qua cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt, ſuffragium ſuſtulit.
Provinciam, Sorte dividere. Idem 1. Fam. 9. Si licitum eſſet legem Curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum Collega provinciam. Liv. 7. 19.
Amicum ſortiri, Nanciſci. Hor. 1. Serm. 6. 53.
— felicem dicere non hoc
Me poſſim, caſu quod te ſortitus amicum. i. e. Non caſu aliquo & fortunæ beneficio factus ſum tibi amicus, ſed virorum proborum commendatione & meis virtutibus.
Spatium brevis vitæ ſortiri, Obtinere a Parcis. Ovid. 3. Met. 124.
Tempora noviſſima ſortitus. Ovid. 11. Met. 758.
Sortiri filium. l. 3. §. ſi emancipatus. D. de bon. poſſ. contr. tab.
Fortunam oculis ſortitus. Virg. 2. Æn. 520. Locum ad feriendum oculis eligens, quem fortuna deſtinarat vulneri.
Sortiri ſecundas, Nanciſci. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 28.
Sortiri, Diſponere. Virg. 3. Æn. 376.
— ſic fata deûm rex
Sortitur, volvitque vices, is vertitur ordo.
Æqua lege neceſſitas ſortitur inſignes & imos. Hor. 3. Carm. 1. 1.
Sortiri, aliter. Virg. 3. Georg. 71.
Semper enim refice: ac ne poſt amiſſa requiras,
Ante veni, & ſobolem armento ſortire quotannis. Ubi Serv. Sortire, Subſtitue, ſubminiſtra. Et eſt verbum judiciorum. Nam Subſortiri dicuntur judices, qui occupatorum funguntur officio.
Sortitum in ſingulos, Sorte datum. Cic. 4. Att. 16. Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret: ab his conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos, magnus timor candidatorum.
Sorτīτo, [κατὰ κλῆρον] Adv. Ex ſorte, vel per ſortem. Plaut. Merc. 1. 1. 83. At tibi ſortito id obtigit. Idem Caſin. 2. 6 38. Mihi ſortito ne eveniat. Cic. 8. Fam. 8. in form. vet. S. C. Quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias pro Prætore mitti oporteret, eos ſortito in provincias mitti placere. Cic. pro Sext. 134. Quum vero ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortito alios Samnites, alios Provocatores fecerit. [i. e. Facta ſortitione, vel ſorte ducta.
Sortito dicere. Cic. 6. Verr. 142. Si quando taceant omnes, tunc ſortito coguntur dicere.
Sortito ſacerdotem capere. Cic 4. Verr. 126. Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis ſacerdotem ſortito capi jubebat.
Sortito obtingere. Hor. Epod. 4. 1.
Sorτītio, ōnis. f. [κλήρωσις] Cic. pro Cluent. 128. Ecce tibi ejuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo & Staleno, & Guttæ eſſet judicandum. Ibid. 129. Statuerunt enim ita majores noſtri, ut ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur: ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Quibus verbis Cicero morem antiquum ſignificat, quo, ut ait Livius 2. 59. extr. decimus quisque militum ſorte ad ſupplicium lecti ſunt. Unde & legimus Decimatas legiones. V. in DECEM.
Sortitio provinciarum. Cic. 3. Philip. 24.
Sortitio judicum. Cic. 2. Q frat. 1. Sententiam dixit ut ipſe Judices per Prætorem urbanum ſortiretur: judicum ſortitione facta comitia haberentur.
Prærogativæ ſortitio. Cic. 2. Philip 82. Subaudi, Tribus.
Religioſa ſortitio veſpertina provinciarum. Cic. 3. Philip. 24. Ironia eſt.
Judicare nullam ſortitionem. Cic. 3. Philip. 23.
Sorτītus, ûs. m. [κλήρωσις, κληρουχία] pro Sortitione. Cic. pro Domo 50. Quid ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti?
Sortitus verſare. Stat. 6. Theb. 389.
Et jam ſortitus Prothous verſarat ahena
Caſſide.
Perferre ſortitus. Virg. 3. Æn. 323.
— quæ ſortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile.
Specula (i. e. Parva ſpes) in ſortitu eſt mihi. Plaut. Caſ. 2. 4. 37.
Sorτītor, ōris. m. [κληρωτὴς] Senec. Troad. 982. Et iniquæ ferus ſortitor urnæ.
Sorsum, Adv. antique pro Seorſum. Plaut. Epid. 3. 3. 21.
In ædiculam iſtam ſorſum concludi volo. Al. Seorſum. Catull. Carm. 20. 17.

Manumque ſorſum habebis [Falſa loci notatio, & forſan auctoris.
Sōry, ĕos. n. [σῶρυ] Corpus metallicum, ſimillimum melanteriæ, niſi quod hæc denſior eſt & ſolidior, illud rarius & fiſtuloſius, facultates habet eaſdem cum Chalciti & Miſy, aſtrictoriam videlicet & cauſticam, craſſioris tamen eſt eſſentiæ, unde & in metallis infimo loco naſcitur, ſub Chalciti nimirum quemadmodum & Chalcitis ſub Miſy. Eſt autem Sory tantum foſſile, quod & temporis progreſſu in Chalcitim commutatur, quemadmodum Chalcitis in Miſy. Plin. lib. 34. cap. 12. Celſ. 6 9. Dioſc. 5.73. Vulgus hodie, ut cetera fere omnia ejus generis, *Vitriolum* appellat.

S O S

Sos, pro Eos antiqui dixerunt. Feſtus. Ennius lib. 1.
Conſtitit inde loci propter ſos dia dearum. Item,
Circum ſos quæ ſunt magnæ gentes opulentæ. Et
Dum cenſent terrere minis, hortantur ei ſos. Ex emend. Scalig.
Sos interdum pro Suos ponebant. Per dativum caſum Idem Ennius effert; Poſtquam lumina ſis oculis. pro Suis. Idem.
Sōsandra, æ. f. [Σωσάνδρα] Inſula Cretæ adjacens, ita dicta quod incolas ſuos e vi Lyctiorum ſervarit incolumes. Stephanus.
Sosianus, Apollinis cognomen, cujus Romæ erat ſtatua e cedro (ex Suſia advecta) teſte Plinio lib. 13. cap. 5. conf. 36. 5. ibique Hard.
Sōsias, ſive Sosia, æ. m. [Σωσίας] Philoſophus quidam impius, qui ſublata penitus providentia omnia temere ferri aſſerebat: quo in errore & Euhemerum, Diagoram, Hipponem & Epicurum verſatos accepimus. Eſt item hoc perſonæ protaticæ nomen in Terentiana Andria.
Sōsibius, i. m. [Σωσίβιος] Grammaticus Lacedæmonius, cujus meminerunt Suidas, Diog. Laert. 1. 115. Athenæus, aliique.
Fuit & alter Soſibius homo aſtutus, qui falſo tutoris nomine aſſumpto Ptolemæi regnum invaſit, & Lyſimacho Arſinoes filio machinatus eſt necem. Suid.
Sōsiclēs, is. m. [Σωσικλῆς] patria Syracuſius, Poeta tragicus, circa noviſſima Philippi Amyntæ filii tempora, unus ex iis, quos a ſideris nomine, quod ſeptem numero eſſent, Pleiadem appellarunt. Docuit fabulas ſeptuaginta tres: victorias retulit ſeptem. Suidas.
Sōsigĕnes, [Σωσιγένης] Aſtrologus inſignis fuit, cujus opera uſus eſt Cæſar Julius, cum annum ad Solis rationem redigeret. Plin. lib. 18 cap. 25.
Sōsimĕnēs, [Σωσιμένης] Auctor nobilis, de herbarum viribus ſcripſit. Citatur a Plin. lib. 20. cap. 17.
Sosipăter, tri. m. [Σωσίπατρος] prænomine Flavius, nobilis grammatici nomen e Chariſto Eubœæ oppido. Hujus libri quatuor inſtitutionum Grammatices ad nos, ſed mutili, pervenerunt: quos Frobenius Baſilienſis, Fabricii ſtudio in lucem emiſit. V. CHARISIUS.
Sosipătra, æ. f. [Σωσιπάτρα] Femina ac vates doctiſſima e Libya, uxor Ædeſii ſophiſtæ, educata dicitur a quibusdam numinibus. Auctor Eunapius.
Sōsipŏlis, [Σωσίπολις] Dæmon, ſeu genius, cultus fuit ab Eleis, quod urbem ab Arcadibus ſervarit: unde illi nomen. Pauſanias in Eliacis alteris p. 197. Wech. Nam cum bellum eſſet inter Eleos & Arcadas, & Eleos Arcades urgerent, forte, imminentibus Arcadibus, mulier cum infante ſe Eleis obtulit, ſeque monitam ait, ut eis cum infante, quem ſinu gerebat, opem ferret: eisque puerulum exhibuit, quem illi prima parte campi depoſuere: irruentibus vero Arcadibus, eis viſus is non puerulus, ſed ſerpens: qui territi retrocedere cœperunt. Inſequentes vero Elei Arcadas fuderunt, & victoria potiti ſunt. Hinc ab Eleis templum excitatum eſt, ubi ſeſe ſerpens viſus eſt recipere, & Deus ab eventu liberatæ urbis Soſipolis vocatus eſt. Sed & ibidem Ilithyæ ara erecta eſt, ſeu ab ipſa Soſipolis eſſet productus, quem pueril: ſpecie effingebant, chlamyde ſtellata indutum, & manu altera tenentem Cornucopiæ, quale ſcilicet Fortuna geſtare ſolet. Soſipoli rem divinam ejus templi antiſtes faciebat, caput & faciem albo obtecto velamine, ſolaque ipſa templi adytum ingrediebatur. Huic denique Deo maxime omnia ſua deferebant negotia, maximumque eis jusjurandum erat. De Jove Soſipoli nuncupato, & Strabo lib. 14. ſcribit, & Lilius in Jove, Syntag. 1. Hiſtor. Deorum.
Sōsĭthĕos, [Σωσίθεος] Poeta tragicus, patria Syracuſanus, aut, ut alii volunt, Athenienſis: quanquam non deſunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt, unus ex iis, quos Pleiadas appellarunt, quod ad inſtar Pleiadum ſeptem numero eſſent: Homeri tragici æmulus. Suidas.
Sōsius, i. m. [Σώσιος] Nomen gentile Romanum. C. Soſii Prætoris meminit Cic. 8. Att. 6.
Soſii, Bibliopolæ olim erant celeberrimi, quorum meminit Hor. de Arte Poet. 345.
Hic meret æra liber Soſiis. Idem 1. Epiſt. 20. 2. Alloquitur librum ſuum. [Semper pr. corr. apud Suidam tamen ſcribitur geminata littera Σώσσιος, niſi aliud eſt nomen. Nam apud Tacit. quoque Soſius & Soſia.
Sospes, itis. Adj. [σῶος Gl. L. & G. L.] non ſolum ſignificat Eum qui ſervatur, id eſt ſalvus eſt; ſed etiam Eum qui ſervat: unde Ennius Soſpitem pro Servatore poſuit, teſte Feſto. Plaut. Aſin. 1. 1. 2.
Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ
Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem, &c. Idem Capt. 4. 2. 93.
Tuum modo in portu Philopolemum, vivum, ſalvum & ſoſpitem
Vidi. Liv. 2. 49. Soſpiteſque brevi in patriam parentes reſtituant.
Natus ſoſpes. Virg. 11. Æn. 56.
Curſu ſoſpite mutare lares. i. e. Navigatione proſpera, & incolumi. Hor. in Carm. ſecul. 40.
Domus ſoſpes. Ovid. 10. Met. 400.
Navis ſoſpes ab ignibus. Hor. 1. Carm. 37. 13.
Juvenes ſoſpites. Hor. 3. Carm. 14. 10. conf. SERVES.
Sospĭta, æ. f. Junonis cognomen. Cic. pro Muren. 90. Nolite a ſacris patriis Junonis Soſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt, &c. Idem 1. de Nat. Deor. 83. Ovid. 2. Faſt. 56.
Soſpita delubris dicitur aucta novis. conf. SERVES.
Sospĭtālis, e. Adj. [σωτήριος] Qui ſoſpitem facit. Plaut. Pſeud. 1. 3. 18.
— quis eſt, qui moram occupato moleſtam obtulit?
P. Qui tibi ſoſpitalis fuit.
Sospĭtas, ātis. f. Salus, incolumitas. Macrob. 1. Saturn. 17. Auctor publicæ ſoſpitatis. Ammian. 19. 4. Soſpitas corporum firma.
Sospĭto, [σώζω] āre. Incolumem ſervare. Plaut. Merc. 4. 7. 28. Suppoſ.
Periſtra-

Periſtrata, ſic di tibi unicum gnatum ſoſpitent. Idem Aſin. 3. 3. 93.
Quæſo hercle, Libane, ſis herum tuis factis ſoſpitari, &c. Sis, i. e. Sivis. Liv. 5. 16. Pacem precibus expoſcunt, uti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem.
Bona ſoſpites ope gentem. Catull. Carm. ſæc. 35. 24.
Soſpitare, Verrius ait eſſe, Bona ſpe afficere, aut bonam ſpem non fallere. Feſtus. [Quaſi Soſpes a Σῶς & Spes ducatur. V. Voſſ. Etymol. qui a *pes* derivat. Sed mera terminatio videtur, ut in Hoſpes, ult. pr.
Soſpitent, Salvent, inquit Nonius 2. 819. Ennius Menalippa, Regnumque noſtrum ſoſpitent, ſuperſtitentque.

Sospitātor, ōris. m. Apul. Met. 9. p. 218. Elmenh. De cælo mihi miſſus ſoſpitator. Et in Caracallæ nummo arg. apud Vaillant. Tom. 2. p. 223. IOVI SOSPITATORI.

Sospitātrix, īcis. f. Apul. Met. 11. p. 261. Elmenh. Dea ſoſpitatrix.

Sostratus, i, m. [Σώστρατος] Gnidius, Architectus, qui Pharum in Ægypto, ſaluti navigantium conſulens poſuit. Strab. lib. 17. Ipſumque inſulæ promontorium eſt petra quædam, mari circumluta, quæ turrim habet, multis tabulatis excelſam ex albo lapide mirifice ſtructam, eodem nomine qua inſula. Eam Soſtratus Gnidius, regum amicus, poſuit ob navigantium ſalutem, ut epigramma declarat,
Soſtratus Gnidius, Dexiphanis filius,
Diis ſervatoribus, pro navigantibus.
Soſtratus, Scalptor, qui ex ære ſigna faciebat. Plin. lib. 36. cap. 12.
Soſtratus item alter Cereris ſacerdos, apud Tacitum Hiſt. 2. 4. 3.
Soſtratus, etiam Vates quidam fuit, qui per furorem Græcia multa prædixit. Nam Bacchis, Nauſeus, & Soſtratus, Athenienſibus Xerxis adventum prædixerunt, ut eſt auctor Herodotus.
Soſtratus item Sicyonius, Athleta, cognomento Acrocherſites, ut ſcribit Suidas.

Sōsus, Strator pavimentorum induſtrius apud Plin. lib. 36. cap. 25. [Niſi forſan Soſis, Σῶσις, is fuit.

S O T

Sōtădes, [Σωτάδης] Maronites Cretenſis, poeta fuit, turpiſſimi carminis auctor, in quo omnes nefandarum libidinum refert ſpecies. Hoc carminis genus ſumpto nomine ex argumento, Cinædus inſcripſit. Suidas.
Sotades cinædus, apud Martial. lib. 2. Epig. 86.
Sotades alius Athenienſis, Mediæ Comœdiæ poeta. Suid.
Alius item Philoſophus. Idem.

Sotădēus, a, um. [σωτάδειος] Sotadeum carmen conſtat e quinque pedibus, primis duobus Ionicis a majore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus a majore conſtat a duabus primis longis, & reliquis duabus brevibus, primus pes interdum ſoluta prima Ionici in duas breves, fit meſomacros conſtans a media longa, & duabus utrinque brevibus: ſoluta ſecunda, fit parapæon, conſtans e prima longa & quatuor brevibus. De hoc ſic eſt Atilii Fortunatiani fragmentum: Primus ſpondeus, ſecundus pariambus, tertius ſpondeus, quartus pariambus, quintus tribrachys, ultimus ſpondeus. Et quod magis mirum videri poteſt, totus ſotadeus numerus in trochæis poteſt conſtare pedibus, & duo habet Ithyphallica metra, & unum trochæum pedem, &c. V. Aldum in ſuis grammaticis. De ſotadeis ne præcipiendum quidem eſt, amoveantur, ſi fieri poteſt. Quintil. lib. 1. cap. 8. conf. Idem 9. 4.

Sotadĭcus, a, um. [Σωταδικός] aliud Adj. Plin. 5. Epiſt. 3. Verſus ſotadici.

Sōtēr, ēris. m. [σωτήρ] Salvator, conſervator, Gloſſ. Græcolat. Cic. 4. Verr. 154. Itaque eum, non ſolum patronum iſtius inſulæ; ſed etiam Sotera inſcriptum vidi Syracuſis. Hoc quantum eſt? Ita magnum ut Latino uno verbo exprimi non poſſit, is eſt nimirum Soter, qui ſalutem dedit. Vetus codex ſcribit per aſpirationem, Sother. [Contra Græcorum conſuetudinem.
Soter Bacchus. Cæl. lib. 7. cap. 13. Bacchum legimus σωτῆρα nuncupatum Græcis, quod eos in Myſia, Telepho graſſante, ſervarit, objecta forte illi vite, quæ res ab dolo id genus dicta Sphaltes eſt.

Sotēria, orum. n. pl. [σωτήρια] Munera quæ convaleſcentibus, & a morbo aut aliquo ſervatis periculo ab amicis mittebantur. Martial. lib. 12. 56. in Polycarmum,
Ægrotas uno decies, aut ſæpius anno:
Nec tibi, ſed nobis hoc, Polycarme, nocet.
Nam quoties ſurgis, ſoteria poſcis amicos:
Sit pudor, ægrota jam, Polycarme, ſemel. Dicuntur & σωτῆρα Græcis.
Soteria etiam dicuntur Vota vel ſacrificia pro ſalute amici perſoluta. Unde Stat. lib. 1. Silv. 4. Carmen gratulatorium quod pro reſtituta Rutilio Gallico ſalute cecinit, inſcripſit Soteria.

Sōtērĭchus, [Σωτήριχος] Verſificator fuit ex Aſſo Troadis, qui Diocletiani encomium ſcripſit, Dionyſiacorum libros duos & alia nonnulla, quæ commemorantur a Suida.

Sōtērĭcus, i, m. [Σωτηρικός] Artifex quidam fuit conſtruendorum lectorum rudis, & inelegans, a cujus nomine Soterici lecti dicti ſunt impoliti a Seneca apud Gell. 12. 2. Meminit Turnebus in Adverſ. 1. 18.

Sōtērĭdas, æ. m. [Σωτηρίδας] Epidaurius grammaticus, Pamphilæ doctiſſimæ mulieris pater. Hujus facit mentionem Suidas.

Sōtĭōn, ōnis, m. [Σωτίων] Philoſophus Peripateticus, genere Hiſpanus, polygraphus, cujus ſæpe meminit Gell. & Diog. Laert.

Sōtīra, æ. f. [Σωτήρα] Urbs Arienorum ab Antiocho Seleuci filio condita. Stephanus.
Sotira, obſtetrix commemoratur a Plinio lib. 28. cap. 7. Tertianis quartaniſque febribus, plantis ægri menſtruo mulieris ſanguine illitis, mederi ſolitam, maxime vero ſi æger ſubterlinatur ab ipſa muliere, & ignoranti, efficaciorem quippe ea ratione medelam fieri.

S O Z

Sōzūsa, æ. f. [Σώζουσα] Trium oppidorum nomen, quorum unum in Phœnice collocatur a Stephano, ſecundum in Piſidia, tertium in Æthiopia.
Sozuſa, item [σώζουσα] Herba Athenienſibus ſic dicta; alias varo Artemiſia. Apul. de Herb. cap. 10.

S P A

Spaco, [Σπακώ] Uxor fuit Mithridatis, bubulci Aſtyagis Medorum regis

& nutrix Cyri: quæ vox, quoniam Medorum lingua canem ſignificat, factum eſt, ut Cyrus ſit creditus a cane nutritus. Herodot. lib. 1. Juſtin. 1. 4. ext.

Spādix, īcis. m. [σπάδιξ] quid ſit declarat Gellius lib. 2. cap. 26. his verbis, Et rutilus & ſpadix, phœnicei ſynonyma, qui factus Græce noſter eſt, exuberantiam, ſplendoremque ſignificant ruboris: quales ſunt fructus palmæ arboris, non admodum ſole incocti; unde ſpadici & phœniceo nomen eſt. Spadica enim Dorici vocant avulſum e palma termitem cum fructu. Virg. 3. Georg. 82.
Spadices glaucique, color deterrimus albis, &c.
Spadix, Inſtrumentum muſicum, Julius Pollux auctor lib. 4. c. 59. Meminit & Cælius lib. 9. cap. 4. Quintil. lib. 1. cap. 17. de Muſica, Sed qua laudes fortium canebantur, quaque & ipſi fortes canebant (nam pſalteria & ſpadices etiam virginibus probis recuſanda) ſed, &c.

Spadīcĕus, a, um. Adj. [φοινίκεος] Idem quod Puniceus, ſive baius, quod coloris genus in equis potiſſimum commendatur, ſignificantis quædam ruboris, ſplendoriſque, qualis cernitur in termitibus palmarum, qui ſpadices appellantur. Thileſius, in libello de Coloribus.

Spadĭcārius, i. m. Julius Firmicus lib. 3. cap. 7. Faciet autem Saturnus, ſi ſic poſitam Venerem forti radiatione reſpexerit, aut ſpadicarios, aut marones, vel pigmentorum inventores. h. e. Spadicei coloris infectores, qui carus erat.

Spădo, ōnis. m. [σπάδων Gl. G. L. εὐνοῦχος, L. G. εὐνοῦχος ἀπὸ φωνῆς G. L.] dictio Græca, idem quod Eunuchus ſignificans, nempe cui cremaſteres ſunt evulſi, id eſt nervi, quibus colei ſuſpenſi ſunt. A σπάω, quod eſt evello, quod ab eo pars maxima virilitatis auferatur. Plin. lib. 21. cap. 37. Defluvium capillorum in ſpadonibus non viſum.
Rugoſis ſpadonibus ſervire. Hor. Epod. 9. 13.
Spadonum genera ſunt varia: Caſtrati, qui penitus non urrigunt, ſive qui naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, ſive qui ante pubertatem omnino exciſi. Thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt: θλάω enim frango ſignificat: hi & θλαδίαι, dicuntur. Thlibiæ, qui attritos eos habent; ἀπὸ τοῦ θλίβειν. Eunuchi quia τὴν εὐνὴν, id eſt lectum virginum, caſtodiunt. Dicti, ut aliis placet, quod bonæ ſint mentis, ab εὖ & νόος, & a venereis ſemotæ. His non ſolum teſtes, ſed & totus coleus ipſe amputari ſolebat. Sunt &, quibus quum uterque adeſſet, altero tamen exſecti ſunt. Caſtrari quoque mulieres in Lydia repertum eſt. Hæ omnes ſpecies ſub Spadonis appellatione comprehenduntur. V. Alciatum de Ver. ſig. in l. Spadonum, & Jureconſ. in l. Si ſervo. §. ij. de jure dotium.
Spadones, Surculi qui nihil adferunt. Columel. lib. 13. cap. 10. Ejuſmodi ſurculos, qui nihil attulerint, ſpadones appellant: quod non facerent, niſi eos ſuſpicarentur inhabiles frugibus: quæ & ipſa appellatio rationem mihi ſubjecit non eligendi malleolus, quamvis probabili parte vitis enatos, ſi fructum non tuliſſent, quamquam & hos ſciam non in totum ſterilitate affectos.

Spadōnius, a, um. Adj. Sterilis.
Spadonia laurus. Plin. lib. 15. cap. ult.

Spadōnātus, ûs. m. Conditio caſtratorum. Tertull. de Cultu fem. 2. 9. Se ſpadonatui aſſignant propter regnum Dei.

Spagas, Picis ſive reſinæ genus. Plin. lib. 14. cap. 20. In Aſia, quæ fit a picea admodum candida, ſpagas vocatur.

Spalathra, æ, f. [Σπαλαθρα] Magneſiæ oppidum apud Plin. lib. 9. cap. 9. Σπαλαθρον Steph.

Spalei, Populi circa Mæotim auctore Plin. lib. 6. cap. 7.

Spargănium, i. n. [σπαργάνιον] Herba eſt, foliis habens gladioli inſtar, ſed arctiora, & in terram magis procumbentia: in ſummo caule veluti pilulæ prominent, in quibus ſemen. Ab aliis, Sparganion, aliquibus Xiphidion dicitur. Dioſcorides lib. 4. cap. 21. Plin. lib. 25. cap. 9. Σπάργανα, Cunabula Græcis dicuntur.

Spargapises, [Σπαργαπίσης] Filius fuit Tomyridis Maſſagetarum reginæ, qui captus a Cyro Perſarum rege ſe ipſum interfecit. Herodot. lib. 1.

Spargo, ſi, ſum, [ῥαίνω Gl. L. G. & G. L. σπείρω, σκορπίζω G. L.] ĕre. Paſſim aliquid jactare, quaſi per ſpatium aliquid agere. Plaut. Truc. 2. 4. 55. Sparſiſti aquam: jam rediit animus. Al. Aſperſiſti. Virg. 9. Æn. 629.
Jam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.
Spargere ſe in ariſtas dicitur herba, quando ſuccreſcit. Plin. lib. 18. cap. 22. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Idem. lib. 3. cap. 9. Differt quod in brachia ramorum ſpargitur. i. e. Expanditur.
Spargit ſe in amnem Moſam Rhenus. Plin. lib. 4. cap. 15. extr.
Sparſerant ſe toto paſſim campo. Liv. 37. 20.
In fluctus ſpargere aliquem, Projicere in fluctus. Virg. 3. Æn. 605.
Spargere per. Virg. 3. Æn. 126.
— niveamque Paron, ſparſaſque per æquor
Cycladas.
Sperſi per agros & per vias. Liv. 29. 2.
Auxilium toto ſpargit in orbe ſuum. Ovid. de Nuce, 146.
Bellum ſpargere per æquora. Lucan. lib. 2. 682.
Diem ſparſere ſolis equi. Sil. lib. 5. 56.
Fama ſpargitur in turmas. Stat. 9. Theb. 33.
Flammas per nubila ſpargit Juppiter. Ovid. 3. Faſt. 286.
Flores ſpargere. Virg. 6. Æn. 884.
Humum ſpargere foliis. Virg. 5. Ecl. 40.
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras. i. e. Implete. Servius.
Eurus ſpargens naufragium. Sil. lib. 10. 324.
Nebulam ſpargere ſtellis candidis, Nebula ſtellas obſcurare. Hor. 3. Carm. 15. 6.
Nomen per urbes fama ſparſerat. Ovid. 8. Met. 267.
Oculos ſpargere. Perſ. 5. Sat. 33.
— totaque impune Subura
Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo. i. e. Libere & ſine metu circumſpicere feminas in Suburra proſtantes.
Semen ſpargere. Cic. pro Roſc. Amer. 50. Etenim qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profecto illum Attilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant convenerunt, hominem turpiſſimum atque inhoneſtiſſimum judicares. i. e. Seminantem.
Humo ſpargere ſemina. Ovid. 5. Met. 646.
Semina ſpargere in ſolum ſterile. Senec. lib. 1. de Benef. cap. 1.
Suſpiciones quammaxime varias ſpargere. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Terram ſpargere imbribus. Senec. de Benef.
Voces ambiguas ſpargere in vulgus. Virg. 2. Æn. 98.

Vulcanum ſpargere totis tectis. Virg. 7. Æn. 77.
Spargere, Guttatim infundere, & miſcere. Virg. 12. Æn. 339.

— ſpargit rapida ungula rores
Sanguineos. Idem 4. 486.
Spargens humida mella, ſoporiferumque papaver. Ex Servio.

Spargere, Madefacere. Lucil. lib. 19.

Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, ſanie, & ſanguine atro.

apud Cic. 1. Tuſc. 107. Unde Aſpergere dicimus. Solebant enim veteres aqua corpus purgationis cauſa madefacere, diis inferis ſacrificaturi.

Spargere corpus aqua. Virg. 6. Æn. 635.

Occupat Æneas aditum, corpuſque recenti
Spargit aqua: ramumque adverſo in limine figit.

Ora ſpargunt lacrimis. Lucret. lib. 2. 976.

Spargere venena. Cic. 2. in Catil. 23. Sed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt.

Spargere ſe in, ut, Genus in multas ſpecies ſe ſpargens. h. e. Diviſum eſt. Plin. lib. 21. cap. 8.

Spargere, Complere. Virg. 9. Æn. 459.

Et jam prima novo ſpargebat lumine terras. Idem 4. Æn. 584.

Comæ canæ ſparguntur per caput omne. Ovid. 3. de Arte Am. 75.

SPARGENDUS, a, um. Partic. [σπαρτέος] ut,
Ignis ſpargendus. Senec. Herc. OEth. 15.
Membra ſpargenda procellis dare. Lucan. lib. 5. 684.

SPARSUS, a, um. [σπαρμένος] aliud Partic. Ter. Heaut. 5. 5. 18.

— ruſamne illam virginem,
Cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pater.

Sparſus albo. Virg. 2. Ecl. 41.

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti,
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo. Ubi Servius: Sparſis pellibus albo, Qui habent adhuc maculas a prima ætate venientes. Acceſſu enim temporis mutant colorem: & eorum maculæ eſſe gratiæ minoris incipiunt.

Tempora ſparſus raris canis. Ovid. 8. Met. 567.
Arena ſparſa. Virg. 3. Georg. 234.
Capilli ſparſi. Propert. lib. 2. 1. 7.
Corpus ſparſum Senatus. Lucan. lib. 7. 293.
Humerus ſparſus capillis. Hor. 5. Carm. 20. 14.
Humus ſparſa cæleſti rore. Ovid. 1. Faſt. 313.
Manus ſparſæ cruore. Virg. 4. Æn. 665.
Sparſæ manus. Plin. lib. 7. cap. 17. Vetus exemplar habet Paſſis manibus.
Sparſæ humanitatis ſale litteræ. Cic. 1. Att. 10. Pure loquuntur cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignes amoris notis.
Veſtigia ſparſa ſunt laceri currus, Diſperſa. Ovid. 2. Met. 318.
Sparſior, compar. apud Plin. 26. 34.

SPARSIM, Adv. [σποράδην] Paſſim. Huc atque illuc. Plin. lib. 36. cap. 7. Auguſtum undatim criſpum in vertices: Tiberium ſparſim convoluta canitie. Hard. Sparſa, non conv. q. V. Gell. lib. 11. cap. 2. Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam ſparſim & interciſe commeminimus.

SPARSIO, ōnis. f. Actus ſpargendi, de qua ſic Statius 1. Silv. 6. 11.

Hunc rorem veniens profudit Eurus,
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fecundis cadit aut jugis Idumes:
Quod ramis pia germinat Damaſcus. Subjicitque,
Non tantis Hyas inſerena nimbis
Terras obruit, aut ſoluta Pleias. Rurſus 66.
Dives ſparſio quos agit tumultus? V. Turneb. Adverſ. 3. 7.

Sparſio, Κρόκος ὁ ῥαινόμενος. Gloſſ. Latinogræc. V. in CROCUS.

SPARSILIS, e. Adj. Quod ſpargi poteſt. Tertull. de Pudic. cap. 2. Tanta ſparſilia eorum, quibus Deo adulantur.

SPARSIVUS, a, um. Adj. Petron. cap. 27. Pila ſparſiva exerceri. Al. Praſina. [Sparſiva, ubi ſparſim ſtabant ludentes, non in trigonom.

SPARTA, æ. & SPARTE, es. f. [Σπάρτη] Eadem eſt quæ & Lacedæmon, urbs Laconiæ in Peloponneſo, [vel regio potius circumjecta urbi] a Sparto Phoronei filio, qui eam condidit, appellata Sparta. Fuit autem civitas Græciæ inſignis, quæ diu cum Athenienſibus, de principatu certans, gravia bella geſſit, quæ Lycurgi legibus optime inſtituta fuit. Virg. 3. Georg. 405.

Veloces Spartæ catulos, acremque moloſſum
Paſce ſero pingui.

Animoſa Sparte. Stat. 5. Silv. 5. 108.
Immunita Sparta. Ovid. 10. Met. 170.
Nobilis Sparte. Senec. Theb.
Potens Sparta. Stat. 1. Achil. 408.
Spartam, quam nactus es, orna; i. e. Officio ſtrenue fungere. Adagium eſt apud Cic. 4. Att. 6. Et 1. 20.

SPARTIATAS, æ. m. [Σπαρτιάτης] Nomen gentile. Cic. 5. Fam. 12. Spartiates Ageſilaus.

SPARTĀNUS, a, um. Adj. ut,
Gens Spartana. Ovid. 3. Met. 209.
Virgo Spartana. Virg. 1. Æn. 520.

SPARTĂCUS, i. m. [Σπάρτακος] Famoſus gladiator fuit, ut ſcribit Appianus lib. 1. Emphyl. ex Thracia oriundus, robore animi & corporis præſtans, qui una cum Chyſo & OEnomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuque ſervorum congregata, quaſi juſto exercitu comparato, bellum ingens excitavit: ſed victus a Craſſo fuit; de quo Lucan. lib. 2. 554.

Ut ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis. V. Appianum & Plutarch. in Vita Craſſi. Cic. 4. Philip. 15. Eſt igitur, Quirites, Populo Romano victori omnium gentium, omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco.

Acer Spartacus. Hor. Epod. 16. 5.
Vagans Spartacus. Hor. 3. Carm. 14. 19.

SPARTARIUM, SPARTARIA, &c. V. infra SPARTUM.

SPARTOPOLIOS, [σπαρτοπόλιος] ſignificat Canitiem. Sed in Tragœdia, virili ſpecie, nigra ac ſubpallida: in Comœdia vero muliebri erat habitu perſona. Nam inter perſonas tragicas & comicas (ut ait Julius Pollux lib. 4. ſ. 153.) numerantur Polia & Spartopolios. Polia (inquit) erat anus, ætate dignitateque ceteris antestans. Gloſſ. Græcolat. Σπαρτοπόλιος, Incanus.

SPARTUM, i. n. [σπάρτον] Herba geniſtæ ſimilis, ex qua funes fiebant. Dioſcoridi lib. 4. 158. id eſt quod noſtri Geniſtam appellant, fortaſſis, quia genu modo flexilis ad nexus ſit, vel quia genibus medeatur dolentibus. Eſt & aliud ſparti genus quod in Hiſpania naſcitur, de quo Plin. lib. 19. cap. 2. Idem lib. 24. cap. 9. Geniſta quoque vinculi uſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit, quam Græci auctores ſparton appellavere, quam ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim; & nunquid hanc deſignaverit Homerus, quum dixit, Navium ſparta diſſoluta. Nondum enim fuiſſe Africanum vel Hiſpanum ſpartum in uſu certum eſt. Et quum ſutiles fierent naves, lino tamen, non ſparto unquam ſutas. Semen ejus, quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaſeolorum modo naſcens, purgat ellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor, jejunis. conf. Gell. 1. 17.
Sparto fiebant funes nautici. Liv. 22. 20. Gloſſ. Græcolat. Σπάρτος, Reſtis, Reſticula. Σπάρτος, Linia. Latinogræc. Spartum, Ἀκανθα ἐν ἥ πλέκουσι.

SPARTARIUM, i. n. [σπαρτών] Locus in quo ſpartorum frequentia eſt, vel ſpartis conſitus. Plin. lib. 11. cap. 8. Falſo excipitur ſpartum, quippe cum in Hiſpania multa in ſpartariis mella herbam eam ſapiant.

SPARTARIUS, a, um. Adj. Idem 31. 8. Carthago Spartaria, a ſparti proventu ſic dicta.

SPARTEUS, a, um. Adj. [σπάρτινος] Sparto compactum & compoſitum. Columel. lib. 6. cap. 12. At ſi jam in ungulis eſt, inter duos ungues cultello leviter aperies. Poſtea linamenta ſale atque aceto imbuta applicantur, ac ſolea ſpartea pes induitur. i. e. Ex ſparto facta.
Spartei funes. Cato R. R. cap. 5.
Spartea ſporta. Columel. lib. 12. cap. 6.
Sparteæ ornæ, & Sparteæ amphoræ. Cato R. R. cap. 11. [i. e. Sparto circumtextæ, ſicut Stramineis funiculis, vel ſalica fiſſa circumdari nunc vitreæ ampollæ ſolent, quo minus offenſæ frangantur.

SPARTEŎLUS, i. m. Sparteoli vocati ſunt Milites, qui vigilias agebant. Nomen per contemptum ita inditum vel a calceamentorum genere, vel a ſparteis tunicis, quibus amicti fuerunt, vel a funibus, quorum multus uſus in ignibus reſtinguendis. V. Caſaubon. in Suet. Aug. 30. Lipſ. in Tacit. 5. Hiſt. cap. 64. pr. Schol. in Juven. 14. Sat. 305.
Ad fumum cœnæ Sempicæ ſparteoli excitabuntur. Tertul. Apol. cap. 39.

SPĂRUS, i. m. [ἀκόντιον ἀγροῖκον Gl. L. G.] vel SPARUM, i. n. Telum ruſticum in modum pedis recurvum, ut ait Servius. Virg. 11. Æn. 682.

Agreſtiſque manus armat ſparus. [Scribe in modum pedi, & V. reliqua Servii.

Eſt & militare quoque, ut in ſequentibus exemplis patet. Salluſt. Catil. c. 56. Sed ex omni copia circiter quarta pars, militaribus armis inſtructa. ceteri, ut quemque caſus armaverat, ſparos, aut lanceas, alii præacutas ſudes portabant. [Immo hic non militare.
Spara, inquit Feſtus, minimi generis ſunt jacula, a ſpargendo dicta. Lucil.

Tum ſpara, tum murices portantur, tragula porro. conf. Sil. 2. 388. & Non. 18. 12. & 21. Gell. 10. 25.

Sparus item, Piſcis marinus. Plin. 9. 51. [Gloſſ. Græcolat. Σπάρος, ἰχθύς, Cammarus, Sparus.

SPARŬLUS, i. m. dimin. Piſcis idem, de quo Ovid. Halieut. Fragm. 106.

Et ſuper aurata ſparulus cervice refulgens.

Rus mihi cum ſparulo. Martial. 3. 60.

SPASMOS, i. m. ſive SPASMA, ătis. n. [σπασμὸς] Contractio, nervorum rigor, ſive diſtenſio, convulſio. Plin. lib. 28. cap. 8. Item ex mulſa auxiliatur renibus, ſtranguriæ, opiſthotonicis ſpaſmis, lumbis. Idem lib. 20. cap. 22. Raptis, convulſis, ſpaſmatum nervis ſalutare. Quo loco Hermolaus admonet ex veteri lectione legendum, Ruptis, convulſis, ſpaſticis nervis. [Sic & Hard. ſed Raptis malim. Gloſſ. Græcolat. Σπάσμα, Ruptum. Scribe Raptum. V. in RAPIO.

SPASMŌSUS, a, um. Adj. Veget. Mulom. 5. 52.

SPASTĬCUS, a, um. Adj. [σπαστικὸς] dicitur Cui aliquid intus convulſum eſt. Plin. lib. 21. cap. 19. Radicem decoctam bibere ſpaſticis, everſis, convulſis, ſuſpirioſis ſalutare eſt. Sic lib. 23. cap. 1.

SPATĂLE, es. f. [σπατάλη] Laſcivia, deliciæ. Gloſſ. Græcolat. Varro apud Non. 1. 223. Spatale aviravit omnes venerivaga pueros. al. Spatula. Spatale, item nomen mulieris apud Martial. 2. 52. Mammoſa Spatale.

SPATALIUM, i. n. Ornamentum muliebre inter delicias mulierum annumeratum. A verbo Græco σπαταλάω, quod ſignificat, delicias ago & laſcivio. Plin. lib. 13. cap. 25 extr. Juba tradit circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto vocari Iſidis crinem, corallio ſimilem, ſine foliis, præciſum mutato colore in nigrum dureſcere: quum cadat, frangi. Item alium qui vocetur charitoblepharon, efficacem in amatoriis. Spatalia eo facere & monilia feminas. [Rectius cum aſpirata Spathalium.

SPATHA, æ. f. [σπάθη] Longior enſis, ac latior a quibuſdam eſſe dicitur: a σπάζω, ſcindo, vel dilacero: vel a σπάω, quod evello ſive evagino ſignificat. Apulejus Met. 1. Et militaris ſacramenti genium ob amiſſam ſpatham verebatur. Vegetius de Re Mil. 2. 15. gladios majores, ſpathas vocari docet: minores vero, ſemiſpathas.
Spathis & haſtis auxiliarium ſternebantur. Tacit. 12. Ann. 35.
Spatha etiam dicitur, Qua cocturæ in vaſis permiſcentur & agitantur. Plin. lib. 25. cap. 7. Permiſcentes ſpatha coquebant. Sic in vetuſto codice, & in omnibus. Apud Celſum Spatha ſæpe legitur. Hæc Budæus. Columel. lib. 12. cap. 22. Deinde permiſceto ſpatha lignea. V. Celſ. 7. 10.

SPATHŬLA, æ. f. dimin. [σπαθίον] Celſus lib. 8. 15. At ſi vaſtius corpus, nervique robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea, & quæ craſſitudinem duorum digitorum habeat. Quidam Rudiculam vocant. Gloſſ. Græcolat. Σπάθη, τὸ ξίφος, Spathula.

SPATHE, es. f. [σπάθη] Genus arboris. Plin. lib. 12. cap. 28.
Spathe, Ramus palmæ. Theophraſtus Corticem palmæ vocat. Plin. lib. 16. cap. 26. Palma ſola, ut dictum eſt, in ſpathis habet fructum racemis propendentem. Idem lib. 23. cap. 5. Palma, ſive elate, ſive ſpathe, medicinæ confert germina, folia, corticem.

SPATHALIUM, i. n. [σπαθάλιον] dimin. Palmæ ramulus cum dactylis dependentibus: de quo eſt Martialis epigr. lib. 13. 27. V. Salmaſ. not. & SPATALIUM.

SPATHĬCUS, a, um. Adj. Firmic. lib. 4. cap. 1. Si Luna feratur ad Solem, interdum facit ſpathicos, & qui aſſiduis valetudinum vitiis contrahantur. Sed legendum ſuſpicor Spaſticos, nimirum a Spaſmo, id quod adponere videtur verbum Contrahantur. Utcunque ſit, Spathicos interpretor Contractos, convulſos.

SPATHULA. V. SPATHA.

Spatior, Spatioſus. V. SPATIUM.

Spătium, i. n. [διάστημα, ἀπόστημα Gl. L. G. & G. L.] non ſolum de Loco dicitur, ſed etiam de Tempore.

De loco. Cic. 2. de Nat. Deor. 49. Sidus ſpatiis immutabilibus ab Ortu ad Occaſum commeans.

Spatium cum de loco dicitur, eſt Quantum alicujus loci patet magnitudo. Sic etiam ejus ſpatii Ambulatio & decurſus vocatur. Cic. 1. de Orat. 24. Tum Scævolam, duobus ſpatiis tribusve factis, dixiſſe. i. e. Cum bis aut ter totum ambulationis ſpatium perambulaſſet. Tranquillus in Domit. cap. 4. Singulos (miſſus) a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit i. e. A ſeptenis curſibus, a ſeptenis curriculis. Turnebus.

Diſcrimina ſpatii. Ovid. 8. Met. 577.
Interius ſpatium, pulcherque receſſus. Ovid. 7. Met. 671.
Adverſa ſpatia. Virg. 5. Æn. 584.
Deſertum ſpatium. Lucret. lib. 2. 1103.
Diſtans ſpatium. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Extremum ſpatium. Virg. 5. Æn. 307.
Immenſum & enorme ſpatium. Tacit. in Vita Agric. 10.
Latum ſpatium, Εὐρυχωρία, Gloſſ. Græcolat.
Maxima campi ſpatia. Virg. 3. Georg. 203.
Mediocre ſpatium. V. Mediocris, in MEDIUS.
Multiplex loci ſpatium. Lucret. lib. 2. 162.
Remorum ſpatium. Ovid. 2. de Arte Am. 487.
Silveſtria ſpatia. Cic. 1. de Legib. 15.
Tritum ſpatium. i. e. Via trita. Ovid. 2. Met. 168.
Abeſſe ſpatio, tranſitu, paſſibus, &c. V. ABSUM.
Addere ſe in ſpatia. Virg. 1. Georg. 514.
Complere ſpatium. Lucan. lib. 5. 153.
Conficere viam ſpatiis. Virg. 2. Georg. 540.
Corripere ſpatium. V. CORRIPIO.
Diſcluſus iniquis ſpatiis. Virg. 4. Georg. 147. i. e. Anguſtiis. Nimium enim excreviſſet Georgicorum liber, ſi hortorum culturam inſeruiſſet.
Diſtare æquali ſpatio. Ovid. 8. Met. 248.
Diſtare pari ſpatio utrinque. Ovid. 10. Met. 175.
Diſtare quadrageno ſpatio. Plin. lib. 17. cap. 23.
Emetiri ſpatium oculis. Virg. 10. Æn. 772.
Evadere ſpatium. Virg. 10. Æn. 907.
Facere ſpatium. Quintil. lib. 6. cap. 12.
Facere ſpatia, Ambulare. Cic. 1. de Orat. 24. Poſtero autem die, cum illi majores natu ſatis quieſſent, in ambulationem ventum eſſe dicebat: tum Scævolam duobus ſpatiis tribusve factis dixiſſe, Cur non imitamur, Craſſe, Socratem illum, &c. h. e. Bis aut ter emenſo ambulationis ſpatio. *Après avoir fait deux ou trois tours en ſa promenade.* conf. ſupra a pr. & Spatium unum Baſilicæ, &c. infra.
Inſurgere patenti ſpatio. Ovid. 3. Amor. 2. 79.
Interſtincta ſpatia columnis. Stat. 3. Silv. 5. 90.
Laxantur vacuis locis ampla ſpatia. Sen. Herc. fur. 9.
Nobilitata ſpatia Academiæ. V. NOBILIS.
Notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Quintil. lib. 4. cap. 6.
Porrigere membra in ſpatium. Ovid. 2. Met. 197.
Planis ſpatiis porrectus locus. Hor. 1. Epiſt. 7. 42.
Relicto ſpatio ſequi aliquem, i. e. Poſt intervallum ſpatii. Virg. 5. Æn. 321.
Tenere ſpatii aliquid. Ovid. 1. Met. 440.
Terret me ſpatium viæ. i. e. Viæ longitudo. Ovid. 8. Met. 794.
Tranſcurrere ſpatium. Lucret. lib. 2. 162.
Vacat infinitum ſpatium. Idem lib. 2. 1052.
Spatium unum baſilicæ, pro Uno verſu ambulationis. Cic. pro Muren. 70. de ſectatoribus loquens, A quibus ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, ſi uno baſilicæ ſpatio honeſtamur, diligenter obſervari videmur, & coli. Budæus.
Spatium, pro Curriculo. Lucret. lib. 4. 1193.
— ſollicitat ſpatium decurrere amoris.
Spatium & Curriculum. Cic. de Amicit. 40. Deflexit enim jam aliquantulum de ſpatio curriculoque conſuetudo majorum. Idem in Orat. 12. Fateor me oratorem, ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex Rhetorum officinis, ſed ex Academiæ ſpatiis extitiſſe: illa enim ſunt curricula multiplicium, variorumque ſermonum. Ex Academiæ ſpatiis, h. e. Ex Platonica philoſophia, quoniam Plato in Academia docuit. Spatia vocat Ambulationes, in quibus philoſophi docebant. Curricula pro Exercitationibus capere videtur. idem pro Rabir. perd. reo 6. Neque, ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coegiſti. [Ubi Spatium & Curriculum Synonyma ſunt, ut & in in priori loco.
Spatium hominum a veſtigio ad verticem, Menſura, dimenſio altitudinis. Plin. lib. 7. cap. 17.
De tempore, Dies finitus, ut in Gloſſ. Græcol. exp. ut, Spatium cogitandi. Ter. Andr. 1. 2. 11.
Ut ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias. Ter. Phorm. 4. 4. 20.
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi, ſacrificandi dabitur paululum. Cic. 1. Off. 119. Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem, &c.
Spatium & Tempus. Cic. pro Quint. 6. Quæ quanta ſit, niſi tempus & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt.
Spatium ad. Cic. 4. de Finib pr. Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum. Idem 10. Fam. 23. Ponteſque, quos feceram, interrupi: ut ſpatium ad ſe colligendum haberent homines.
Biennii ſpatium. Cic. 1. Q. frat. 1. 11. Qui tibi biennii ſpatio nunquam in ſuſpicionem avaritiæ venerit.
Dierum quinque ſpatium. Liv. 1. 17. Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium. Cic. 4. Verr. 96. Et erat ſpatium dierum fere triginta ante Cal. Decemb.
Temporis præteriti ſpatium reſpicere. Cic. pro Arch. 1. Quoad longiſſime poteſt mea mens reſpicere ſpatium præteriti temporis.
Vitæ ſpatium. Cic. pro Arch. 29. Si quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, &c.
Vitæ ſpatium & longinquitas. Plin. lib. 7. cap. 48.
Vitæ extentum ſpatium. i. e. Longum. Patercul. lib. 2. 11. 6.
Spatium vitæ, pro Anno. Plin. 7. 51. Sexageſimum vitæ ſpatium.
Sine fine ſpatium. Lucret. lib. 2. 91.

In medio ſpatio. Cic. 3. de Orat. 7. O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur.
Hoc ſpatio. Cic. 2. de Orat. 353. Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe.
Annuum ſpatium. Plin. lib. 9. cap. 20.
Breve ſpatium. Lucret. lib. 2. 77.
In tam brevi ſpatio. V. IN præpoſitionem.
Diurnum & nocturnum ſpatium. Cic. 1. de Invent. 39.
Longo ſpatio. Cic. 2. Off. 81. Propterea quod tam longo ſpatio multis hereditatibus tenebantur.
Longius ſpatium anno. Ovid. 18. Epiſt. 25.
Medium noctis ſpatium. Ovid. 9. Met. 685.
Parvum ſpatium. Propert. lib. 2. 24. 43.
Velocis ſpatii meta noviſſima, Mors, finis vitæ. Sen. Troad. 5.
Arcto ſpatio coercere aliquem. Ovid. 2. Triſt. 531.
Dari ſpatium alicui. Cic. 1. de Orat. 252. Quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatii nobis datur. conf. Spatium & Tempus ſupra.
Evaneſcit dolor ſpatio. Ovid. in Ibin 11. Spatio ſcilicet temporis.
Habere ſpatium ad dicendum. Cic. 2. Verr. 56. Etiam ſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo, vacuoſque dies habuiſſemus.
Intercedit ſpatium dum. V. INTERCEDO.
Interjecto ſpatio. V. INTERJICIO.
Interponere ſpatium. V. INTERPONO.
Interpoſitum ſpatium longius æquo. Lucret. lib. 4. 562.
Occidit ſpatium. V. OCCIDO.
Sortitus ſpatium brevis vitæ. Ovid. 3. Met. 125.
Sum. ut, Quum erit ſpatium, utrumque dabo. Cic. 5. Att. 14. Et 9. Fam. 5. Mihi ſi ſpatium fuerit, in Tuſculanum ante Nonas veniendi, iſtic te videbo.
Sumere ſpatium ad aliquid faciendum. V. SUMO, & ſupra Spatium ad.
Surripere aliquid ſpatii. Cic. 5. Att. 14.
Tranſcribere vitæ ſpatium alicui. i. e. Tranſponere. Metaphora eſt ab iis, qui nomina ſive pecuniam aliis creditoribus tranſcribunt. Ovid. 7. Met. 173.
Spatium, pro Dilatione. Liv. 8. 30. Orabant ut rem in poſterum diem differret: & iræ ſuæ ſpatium, & conſilio tempus daretur. Budæus.
Spatium, pro Menſura & temporibus pedum in carmine. Cic. in Orat. 193. Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordacem appellat. Quintil. lib. 9. cap. 4. Poëma nemo dubitavit perito quodam initio fuſum, & aurium menſura, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſervatione eſſe generatum.

Spatĭŏlum, i. n. dimin. Arnob lib. 4. Quædam ſpatiola defamata. Pallad. 1. 38. Spatiolis inter ſe patentibus.

Spatiōſus, a, um. Adj. [εὐρύχωρος Gl. G. L.] Amplum, ſeu Capax, ut vult Gloſſ. ſignificat. Columel. lib. 6. cap. 2. Idem lib. 5. cap. 5. Laxiora interordinia relinquenda: ſive bidentibus anguſtiora: ſed neque ſpatioſiora quam decem pedum, neque contractiora quam quatuor.
Ævum ſpatioſum. Ovid. 8. Met. 529.
Corpus ſpatioſum. Ovid. 3. Met. 56.
Theſes ad exercitationem dicendi ſpatioſæ atque uberes. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Bellum ſpatioſum, Quod diu durat. Ovid. 13. Met. 206.
Nox ſpatioſa. Ovid. 1. Epiſt. 9.
Senectus ſpatioſa, Longa. Ovid. 10. Met. 186.
Tempus ſpatioſum. Ovid. 1. Amor. 8. 81.
Vetuſtas ſpatioſa. Ovid. 15. Met. 623.
Compar. Æquo ſpatioſior. Ovid. 2. de Arte Am. 644.
Superl. Spatioſiſſimus paries domus. Quintil. Decl. 2.
Sedes ſpatioſiſſima. Plin. Paneg 63.

Spatiōſe, [εὐρυχώρως] Spatioſius, Spatioſiſſime; Uberius, copioſius, diffuſius. Plin. 3. Epiſt. 18. pr. Eadem illa ſpatioſius & uberius volumina amplecti. Plin. lib. 25. cap. 8. Et in Creta autem non ſpatioſe naſcitur. Idem lib. 13. cap. 5. Quoniam ſpatioſe fruticat. Propert. lib 3. 20. 11.

Spatioſitas, ātis. f. Sidon. 2. Epiſt. 2. Exactiſſima ſpatioſitate quadrari.

Spatior, [περιπατέω, σεμνοπατέω] āri. Deambulare. Virg. 4. Æn. 62.
Aut ante ora deûm pingues ſpatiatur ad aras. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo, Per totam ſpatiatus Ægyptum, fecundus innatat terræ. Ovid. 2. Met. 573. — ſumma ſpatiarer arena.
In umbra ſpatiari. Propert. lib. 4. 9. 40.
Palæſtrica ſpatiari. Cic. de Opt. gen. orat. 8. Sed ita ut palæſtrice ſpatiari in xyſto liceat. V. PALÆSTRA.
Paſſibus conjunctis ſpatiantur ambo. Ovid. 11. Met. 64.
Spatiari, metaphorice, pro Latius vagari. Sen. de Ira 3. 10. Proderit morbum ſuum noſſe, & vires ejus, antequam ſpatientur, opprimere.

Spatians, antis. Partic. [περιπατῶν] Plin. lib 37. cap. 8. Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ora anguſtatis, intus (ut in metallis) ſpatiante vena.
Flumina ſato ſpatiantem Gangem bibit. Ovid. 5. Triſt. 3. 23.
Brachia ſpatiantia compeſcere. Ovid. 14. Met. 629. Brachia intelligit arborum aut vitium.

Spatiātus, a, um. [περιπατηθείς] Partic. ut
Litore corvo ſpatiata conjux. Ovid. 3. Faſt. 469.

Spatiātor, ōris. m. [περιπατητικός] Macrob. 2. Saturn. 10. M. Cato Senatorem non ignobilem Cæcilium ſpatiatorem & Feſcenninum vocat. Spatiatorem pro Erratore poſuit Cato, auctore Feſto.

Spatula, V. Spathula, poſt SPATHA.

S P E

Specialis, Specialitas, Specialiter, Speciarius, Speciatim, Species, Specillum, Specimen, V. infra in SPECIO.

Spĕcio, vel **Spĭcio,** xi, ctum, [βλέπω] ĕre. apud antiquos in uſu fuit, quod Videre ſignificat. Unde augures Specere, hoc eſt inſpicere aves dicebantur. Ennius,
Vos epulo poſtquam ſpexit. Plaut. Caſ. 3. 1. 2.
— nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur. Plaut. Truc. 5. 8.
Supplicium ad me hanc minam fero auri, ſi mihi ſides, ſpice. i. e. Cerne. Al. Eſpice. V. Accidal. not. Hoc verbo Plaut. Mil. 3. 1. eod. utitur,

ſpicitur, ne quis hic inſolens putet. In editis Rideſpice male legitur. Turneb. 11. 21.
Spicit & ſpiciunt ex Plauto & Catone adduxit Feſtus. Et apud eundem ſic ſcribit Ennius:
Quod ubi rex paulo ſpexit, de contibus celſis. conf. Varr. de L. L. 5. 8. Plaut. Mil. 3. 1. 98.

SPECTIO, ōnis. f. a Specio verbo antiquo. Varr. lib. 5. de L. L. 8. Et quod in auſpiciis diſtributum eſt: qui habeant ſpectionem, qui non habeant, &c.
Spectio, in auguralibus ponitur pro Aſpectione & nuntiato, quia omne jus ſacrorum habent, auguribus ſpectio duntaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non ut poſſent impedire nuntiando, quæ cum vidiſſent ſatis, ſpectio ſine nuntiatione data eſt, ut ipſi auſpicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando. Feſtus. [V. Cic. 2. Phil. 81. ejuſdemque & Feſti Interpretes.

SPECTUS, ûs. m. Adſpectus. Pacuv. apud Feſtum, Specto protervo ferox. Apul. Met. 3. pr. Obliquato ſpectu conſpicio. al. Aſpecto. Plin. 2. 52. In ſedecim partes cælum in eo ſpectu diviſēre Tuſci. Hard. Aſpectu.

SPECIMEN, ĭnis. n. [δεῖγμα Gl. L. G. & G. L.] Argumentum quoddam, & probatio, ſive Exemplar rei alicujus occultæ: quale eſt quod in mercibus emptori ſolet oſtendi, ut in pannis; vel deguſtatio in eſculentis. Plaut. Moſt. 1. 2. 52.
Unum ubi emeritum eſt ſtipendium, igitur tum
Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio.
Egregium ſpecimen. Sen. Theb. 1.
Popularis judicii ſpecimen. Cic. de Clar. Orat. 188.
Adhibere ſpecimen. V. ADHIBEO.
Capere ſpecimen. Cic. 1. Tuſc. 32. Quid illud? num dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura? [An Debeat?
Capere ſpecimen omnis effectus. Suet. Med. 6.
Dare ſpecimen. Virg. 2. Georg. 241.
Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Tale dabit ſpecimen, &c.
Dare ſpecimen ceteris, & Sui periculum facere. Cic. 1. Verr. 27. Tu vero, Cæcili, quid potes? quo tempore, aut qua in re, non modo ſpecimen ceteris aliquod dediſti, ſed tute tui periculum feciſti? V. DO.
Eſſe aliquibus ſpecimen. Cic. 3. de Legib. 10.
Sumere ſpecimen. Plin. lib. 7. cap. 55.
Specimen, i. e. Indicium. Cic. in Piſon. 95. Damnatio iſta, quæ in te flagitatur, obſtitit P. Rutilio, quod ſpecimen habuit hæc civitas innocentiæ. i. e. Exemplum, ut ait Budæus. Idem 3. de Nat. Deor. 80. Cur temperantiæ, prudentiæque ſpecimen, ante ſimulacrum Veſtæ, Pontifex Maximus eſt Q. Scævola trucidatus?
Dare ſpecimen indolis. V. INDOLES.
Habeo hoc ſpecimen probitatis illius. Plin. in Paneg. cap. 61. Ingentis animi ſpecimen haberetur. conf. SPECIO ſupra.

SPECIES, ēi. f. [εἶδος, Gl. omn.] Effigies, facies, imago; ab antiquo verbo Specio, quod vide. Plaut. Bacch. 4. 7. 40. Bellan' videtur ſpecie mulier? Idem Moſtel. 1. 3. 23. Ain' alius meam ſpeciem irridere?
Species ab aſpectu dicta eſt, inquit Gell. lib. 13. cap. 28.
Confingere quandam formam & ſpeciem deorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 37.
Accipere ſpeciem. V. ACCIPIO.
Gemma ſpecie cryſtallina. Plin. lib. 31. cap. 10.
Gemma ſpecie vitrea. Plin. lib. 37. cap. 10.
Humana ſpecies & figura. Cic. pro Roſc. Amer. 63. Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit.
Magnificæ ſpecies, cultuſque locorum. Stat. 3. Silv. 5. 89.
Oris ſpecies. Liv. 2. 23. pr. Ad hoc promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris.
Ovorum ſpecie. Plin. lib. 11. cap. 25. Similiter his & ſcorpiones terreſtres, vermiculos, ovorum ſpecie, pariunt.
Soli ſpecies, Forma, & qualitas. Columel. lib. 2. cap. 2.
Urbis ſpecies, pro Forma & ſitu. Plaut. Perſ. 4. 4. 2.
Vertuntur ſpecies animorum. Virg. 1. Georg. 420. i. e. Qualitates & naturæ in brutis & hominibus variantur, Animi mutantur.
Decolor æris ſpecies. V. DECOLOR.
Decora ſpecies. V. DECORUS.
Eximia pulchritudinis ſpecies. Cic. in Orat. 18.
Fœda ſpecie tæter. Lucret. lib. 2. 421.
Formoſa & illuſtris ſpecies. Cic. 3. de Orat. 52.
Globoſa ſpecies. Plin. lib. 37. cap. 10.
Liberalis ſpecies. Cic. 1. Off. 141.
Miranda ſpecies. Lucret. lib. 6. 1036.
Miſera & flebilis ſpecies. Cic. 11. Philip. 7.
Multiformes ſpecies. V. poſt MULTUS.
Ovata ſpecies. V. Ovatus in OVUM.
Sacra ſpecies. Sen. Octav. v. 488. — generis humani arbiter
Electus, orbem tu ſacra ſpecie regis,
Patriæ parens. i. e. Specioſo & magnifico titulo Patris patriæ.
Semiferæ hominum ſpecies. Lucret. lib. 2. 701.
Serena ſpecies mundi. Serenitas vel pulchritudo. Lucret. lib. 4. 138.
Commovere animos aliquorum natura & ſpecie ſua. Cic. 1. Off. 32.
Habere. ut, Tephritis gemma novæ lunæ ſpeciem habet, curvatæ in cornua. Plin. lib. 37. cap. 10.
Reddere ſpeciem alicujus rei. Plin. lib. 37. cap. 10.
Repræſentat cordis ſpeciem Encardia gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Rurſum ibidem, Enorchis diviſa teſtium effigiem repræſentat.
Spargere radios fulgentes in orbem ad ſpeciem ſideris. Plin. lib. 37. cap. 10.
Sum. ut, Eſt Pæanitidibus gemmis ſpecies aquæ glaciatæ. Plin. 37. 10.
Species, ſine Genit. adjecto, pro Pulchritudine, ſeu Forma. Liv. 1. 1. 7. Boves mira ſpecie. Et cap. 9. Unam longe ante alias ſpecie & pulchritudine inſignem.
Cum Genit. Ovid. 5. Faſt. 353. — ætatis ſpecie, dum floreat, uti.
Species, pro eo quod videtur aliquid eſſe, nec eſt. ut, Cic. de Amicit. 47. Securitas, ſpecie quidem blanda, ſed re ipſa multis locis repudianda.
Adulationis ſpecies. Plin. 5. Epiſt. 3. Ne quam in ſpeciem adulationis incidam.
Amicitiæ ſpecie deceptus. Tacit. 1. Ann. 10. i. e. Simulatione.
Honeſtatis ſpecies neque probabilis, neque ſatis idonea. Cic. 3. Off. 41.

Veri ſpecies. Hor. 2. Serm. 3. 208.
Præter ſpeciem ſtultus es. Plaut. Moſtel. 4. 2. 49. h. e. Stultior, quam vel ex vultu appareat.
Vera comitia adumbrata ad ſpeciem & vetuſtatis uſurpationem. Cic. 2. de Lege Agr. 31.
Ferre præ ſe ſpeciem boni viri. Cic. 2. Off. 39.
Habere humanitatis primam ſpeciem. Cic. 4. Tuſc. 32.
Inſidebat in ejus mente ſpecies eloquentiæ. Cic. in Orat. 18.
Induere ſpeciem percuſſoris. Liv. 40. 12.
Intueri hujus vitæ ſpeciem. Cic. 1. Fam. 9.
Præbere ſpeciem ſcurrantis. Hor. 1. Epiſt. 18. 2.
Suſtinere alicujus dignitatem, non ſolum conſilio, ſed ipſa ſpecie. Cic. pro Domo 5.
Rixæ ſpecie. Liv. 1. 40. i. e. Simulatione.
Ad ſpeciem accommodatus. V. ACCOMMODO.
Ad ſpeciem adornari. V. AD, præpoſ.
In fictæ ſimulationis ſpecie pietas ineſſe non poteſt. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
In ſpeciem, h. e. Ipſa ſpecie, ipſo externo conſpectu. Cic. 7. Verr. 85. Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops & infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum.
In ſpeciem modo preces jactantur, Simulate. Liv. 4. 42.
Per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt, ut invidiæ ſubtraheretur. Auctor de Viris illuſt. 64. Liv. 1. 41. Celata morte Tarquinii, per ſpeciem alienæ fungendæ vicis, ſuas opes firmavit.
Adumbrare ſpeciem excellentis eloquentiæ. Cic. in Orat. 43.
Devincere aliquos ſpecie clementiæ. Cic. 2. Philipp. 116.
Dedit exercitus ſpeciem hoſti abeuntis. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Duci utilitatis ſpecie. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Efficere ſpeciem exercitus. Cic. 10. Fam. 13. Ex quibus utriſque civitatibus, Græcorum militum numero, ſpeciem exercitus effecit.
Habere gloriæ ſpeciem. Cic. 10. Fam. 32. Hæc omnia, quæ habent ſpeciem gloriæ, collecta ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus, contemne. Idem 13. Fam. 30. Non dubito quin ſcias, in his neceſſariis, qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe conjunctiſſimum, non his modo cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ conjunctionis, ſed iis etiam, quæ familiaritate & conſuetudine tenentur.
Habere ſpeciem utilitatis voluptas dicitur. Cic. 3. Off. 12.
Habet interim aliquam ſpeciem probationis. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Induere ſpeciem latronis. V. INDUO.
Præbere ſpeciem atque opinionem pugnantium. Cæſ. 3. Bell. Gall. 25.
Eſſe in ſpeciem, i. e. In decorum. Plaut. Moſt. 1. 2. 41.
Ut & in uſum boni, & in ſpeciem populo Sint.
Species, Aſpectus, res viſa. Virg. 2. Æn. 407.
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus.
Aulæ tacitæ flebilis ſpecies, Lugubris aſpectus atrii deſerti. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 148.
Rei alicujus ſpeciem præbere, Referre. Plin. lib. 20. cap. 19. Foliis (ſi procul intuearis) ſpeciem paſſerum præbentibus.
Species, pro Viſionibus nocturnis. Liv. 26. 19. Pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas viſa ſpecies, aut, velut divinitus mente monita, agens. De P. Cornelio Scipione loquitur.
Cæleſtium ſpecies oblata. Liv. 1. 31. extr.
Variæ illudunt ſpecies. Virg. 4. Georg. 406.
Eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum, quæ vigilantes videmus. Cic. 4. Acad. 52.
Vanæ finguntur ſpecies, velut ægri ſomnia. Hor. de Arte Poet. 7.
Moveri falſa viſione & ſpecie doloris. Cic. 2. Tuſc. 42.
Species, Lucretio etiam eſt, Actio ipſa cernendi, quæ Græce ὄψις dicitur, vel potius Senſus cernendi, ut cum ſcribit, lib. 5. 703.
Denique eam partem, quæcunque eſt ignibus aucta
Ad ſpeciem nobis vertit. i. e. Oculos noſtros verſus. Turneb.
Species etiam a Vitruvio 9. 4. uſurpatur, cum res aliquam in partem converſa ſpectat. Nam cum de Luna dixiſſet, Superiora ſpectat: ſubjecit, Totum lumen ad ſuperiorem ſpeciem retineri: id eſt totum ejus ſic retineri lumen, ut ſurſum ſpectet. Ex Turnebo. [Species, pro Facie.
Species [εἶδος Gl. G. L.] definitur a Dialecticis, ut ſit, id quod dicitur de pluribus differentibus numero: ut homo eſt ſpecies, ſub qua comprehenduntur Socrates, Plato, &c. Cic. in Topic. 30. In diviſione formæ ſunt, quas Græci εἴδη vocant: noſtri, ſi qui hæc forte tractant, ſpecies appellant: non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim, ne ſi Latine quidem dici poſſit, ſpecierum & ſpeciebus dicere: & ſæpe his caſibus utendum eſt, at formis & formarum velim, &c. Forma eſt notio, cujus differentia ad caput generis & quaſi fontem referri poteſt. Idem 1. Acad. 30. Mentem volebant rerum eſſe judicem, ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex, & unius modi, & tale quale eſſet. Hanc illi ἰδέαν appellabant, jam a Platone ita appellatam: nos recte ſpeciem poſſumus dicere. conf. FORMA.
Vivere ſpecie diſſimili. Diverſo genere. Lucret. lib. 2. 663.
Partes generis, communione quadam ſimiles, ſpecie autem differentes. Cic. 1. de Orat. 189.
Objici formæ, & offerre ſpeciem. Cic. 1. de Divin. 81.
Summæ ſpecies duæ, ſicca & liquida. Plin. lib. 24. cap. 7. De reſina.
Optima ſpecies, & figura dicendi. Cic. in Orat. 2. Quid enim eſt majus, quam cum tanta ſit inter oratores bonos diſſimilitudo, judicare quæ ſit optima ſpecies, & quaſi figura dicendi? Utrumque per translationem dictum. Nam Species proprie forma eſt cujuſque rei, quam aſpicimus: Figura vero a fingendo dicta eſt. Verum quia Species ea eſt, quæ rebus omnibus appellationem & proprietatem quandam attribuit, ideo pro cujuslibet rei propria natura poni ſolet. ut Species hominis ſit idem, quod Natura hominis: atque ita de reliquis. Itaque dicunt Species rerum æternas eſſe: quia licet ſingularia atque individua intereant, tamen ipſa natura conſervatur. Ut poſt centum annos nullus erit eorum hominum, qui nunc ſunt: & tamen erit hominum ſpecies & natura, ſed in aliis hominibus. Hoc autem in loco Species ponitur pro Modo quodam, & quaſi Facie orationis: quæ tunc optima eſt, quum res eas, de quibus ſermo eſt, ita exprimit, ut ante oculos ponere videatur, & res humiles preſſe ac ſubtiliter, mediocres æqualiter ac temperate, magnas ſublimiter & graviter enuntiet.

Speciem priſci Juriſconſulti appellant, quod recentiores Legis caſum. Ulpianus in Tract. Donat. inter virum & uxorem, cap. Sed interim. Quando itaque non retro agitur, emergunt vitia, ut Marcellus animadvertit in ſpecie hujuſmodi. Paulus in Tractatu 2. de Legat. cap. Largus. Proxime ea facto incidit ſpecies talis. Ibidem tamen, In hunc caſum, inquit ille, ancillas ſubſtitutas videri, in quem caſum fideicom. mereri. Quintil. Thema vocat, quaſi facti poſitionem vel eventus. In hac igitur ſpecie, ſignificat Quum ita contingit.

Species in plurali, pro Aromatibus aliquando ſumitur. Macrob. lib. ult. Saturn. cap. 8. Species & acres & calidæ, ſuperficiem, cui apponuntur, exulcerant. Marcianus in l. ult. D. de publican. Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper longum, piper album, &c.

Species auri, *Des Eſpeces.* V. Præ manu, in MANUS. H. St. Ita ſæpe, puto, J. Cti.

Reſiſtentes ſpecies. V. in dictione ADMEO.

SPECIĀLIS, e. Adj. [ἰδικός, ἴδιος Gl. G. L.] non tam Particulare, quam Proprium, & veluti Peculiare ſignificat. Julius Capitolinus in M. Phil. cap. 17. Macrianorum familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, ut Alexandrum Magnum in auro atque argento exſculptum ſemper haberent. Sen. Epiſt. 58. ait, Genus generale & genera ſpecialia eſſe. V. Quintil. 5. 7. & 12. 9.

SPECIALĬTER, Adv. [ἰδικῶς Gl. L. G. ἰδίως G. L.] Columel. lib. 3. cap. 9. Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud proprie ſpecialiter. Quintil. lib. 6. cap. 11.

Compar. Qui ſpecialius jactantur. Cæl. Aurel. Acut. 3. 13. 141.

SPECIALĬTAS, ātis. f. Tertull. adv. Marc. 5. 8. In diſtributione facienda, & in ſpecialitate interpretanda.

SPECIĀRIUS, a, um. Adj. Specialis. Cæſ. 3. Bell. Civil. 53. ubi de Scevæ centurionis ſcuto loquitur: Cohortemque, inquit, poſtea duplici ſtipendio frumento, veſte ſpeciariis militaribusque donis ampliſſime donavit. Dubitarunt aliquando docti de lectione hujuſce loci. Turneb. Adverſ. 27. 24. in antiquis depravate ſcribi ait, Frumento, veſpeciariis, militaribus donis. Ex quo ille facit, Veſte, pecuniariis, militaribus. Jac. Dur. Caſſellius 2. 15. Variar. vulgatam lectionem tuetur, & Speciaria dona interpretatur Triticum, lardum, oleum, vinum, ceteraque legumina, quæ a JCtis aliisque auctoribus priſcis uno vocabulo Species dicuntur. Caſſellii lectionem approbat Lipſius, & profecto quicquid alii ſubſtituant, retinenda illa videtur. [Immo vero merito cordatioribus ſuſpecta eſt, vel propter importunam prorſus Disjunctivam particulam, quum ſententia loci Copulativam requirat. Itaque locum Rob. Steph. in & Fulv. Urſin. aſteriſco notarunt, quum Aldina & Juntina vulgatam exprimant. Ant. Auguſtinus legit, Frumento, Veſte, pecunia, aliisque militaribus donis. P. Victorius vero Var. lect. 1. 23. Frumento, veſte, diariis, militaribus donis. Sed quorſum Diaria, ſervile præmium? Lege, Veſte, peculiaribusque mil. don.

SPECIARIA, æ. f. Inſcriptio vetus in lapide Romæ, apud Reineſ. Inſcr. claſſ. 5. §. 30. THALASSIAE. MIMAE. C. PISONIS. NOTHI. SPECIARIAE. CONTVBERN. BENE. MERENT. V. Lex. Pitiſc.

SPECIĀTIM, Adv. [κατ' εἶδος] contrarium habet Generatim. Cic. Poſt redit. in Senat. 20. Multa de me C. Meſſinius & amicitiæ & Reipublicæ cauſa dixit, legem ſpeciatim initio de ſalute mea promulgavit. Vetus exempler legit Separatim.

SPECIŌSUS, a, um. Adj. [εὐειδής, Gl. L. G. al. εὔμορφος] Pulcher ſpecie, i. e. forma. Plin. lib. 13. cap. 4. Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores.

Corpus ſpecioſiſſimum. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Eloquentia locuples & ſpecioſa. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Fabula ſpecioſa locis. Hor. de Arte Poet. 319.

Frons ſpecioſa altis cornibus. Ovid. 3. Met. 20. al. Spacioſa. [Quod nollem Doctiſſ. interpretibus tantopere ſe probaſſet, confundi autem hæc ſolent. V. Ulmus ſpecioſa.

Juventus ſpecioſa. Valer. 7. Argon. 556. al. Pegaſea.

Mulier ſpecioſa, Formoſa. Ovid. 3. de Arte Am. 421.

Miracula ſpecioſa. Hor. de Arte Poet. 144.

Ulmus ſpecioſa nitentibus uvis. Ovid. 14. Met. 661. al. Spatioſa.

Vocabula ſpecioſa. Hor. 2. Epiſt. 2. 116.

Honore tituli ſpecioſus. Ovid. ad Liv. 269.

Familiam nemo ſpecioſiorem producit. Sen. Epiſt. 87.

Familia admodum ſpecioſa. Vellei. Paterc. 2. 59.

Perſonas ſpecioſas accipere debemus, Clariſſimas perſonas utriusque ſexus; item eorum, qui ornamentis Senatoriis utuntur. Hæc Ulpianus in l. Specioſas. D. de verb. ſignific.

Dictu ſpecioſus. Liv. 1. 23. Sed ſi vera potius, quam dictu ſpecioſa dicenda ſunt.

Specioſus, [εὐσχήμων Gl. L. G.] pro Dictu ſpecioſo.

Criminatio minus ſpecioſa, Quæ parum coloris habet. Liv. 2. 54.

Cauſas juſtas, magnas, & ſpecioſas habere. Cic. 16. Att. 7.

Nomina ſpecioſe imponere culpæ, Pulchra & honeſta. Ovid. 7. Met. 69.

Compar. Plin. lib. 19. cap. 30. Triticum quo celerius, eo ſpecioſius & robuſtius. Celſ. lib. 2. cap. 2. Si plenior aliquis, & ſpecioſior, & coloratior factus eſt.

Superl. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7. Hoc enim ſpecioſiſſimum eſt in illo, quod dedimus vel perdituri, quod totum permiſimus accipientium arbitrio.

SPECIŌSE, [εὐπρεπῶς] ius, iſſime. Adv. Ornate. Liv. 34. 7. Et equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam uxor veſtita.

Africani humanitas late ſpecioſeque patuit. Val. Max. 5. 1. 6.

Specioſius ingredi, Cum ornatu. Columel. lib. 2. cap. 2. Hor. 1. Epiſt. 18. 52.

— adde, virilia quod ſpecioſius arma

Non eſt qui tractat.

Haſta ſpecioſiſſime contorta. Quintil. 9. 4.

SPECIOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Cultu fem. cap. 2. Naturalis ſpecioſitas.

SPECTRUM, i. n. [εἴδωλον, φάσμα] Spectra ſunt, quæ Græce Idola dicuntur, h. e. Simulacra & imagines rerum intellectui occurrentium. Cic. 15. Fam. 16. Fit enim neſcio quid, ut quaſi coram adeſſe videare, quum ſcribo aliquid ad te, neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catius Inſuber Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus εἴδωλα, hic Spectra nominat. His autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, quod vel ita ipſa occurrunt: animus qui poſſit, ego non video. Doceas tu me oportebit, quum ſalvus veneris, in meane poteſtate ſit ſpectrum tuum, ut ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat, neque ſolum de te, qui mihi hæres in medullis, ſed ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, ejus εἴδωλον mihi advolabit ad pectus. Ex his imaginibus ſunt viſa, id eſt phantaſiæ: quorum in Academicis longa eſt diſputatio apud eundem. [Ridet autem Cic. Catianam interpretationem, nec omnino probat. Forſan jam olim Larvas & Lemures hac voce appellabant ſolum.

SPĔCŬLA, æ. f. [σκοπιά, σκοπή, ἄποπτος, ἀκρώρεια] accipitur pro Loco edito & eminenti, unde aliquid longe videri & proſpici poteſt, ſive ſit mons, ſive turris, ſive lapis, ſive arbor, ſive quid aliud eminens. Valla in Raudenſ. Specula, locus unde fiunt excubiæ, an hoſtes veniant, tranſeantne, an maneant, quot ſint, & quæ ſunt id genus. Virg. 8. Ecl. 59.

Præceps aerii ſpecula de montis in undas

Deferar. Ovid. 18. Epiſt. 12.

— In ſpeculis omnis Abydos erat. Cic. 7. Verr. 93. Non enim, ſicut antea conſuetudo erat, prædonum adventum ſignificabat ignis e ſpecula ſublatus, aut tumulo.

Specula & Speculum ſicut genere, ita ſignificantia differunt. Nam Specula, deſpicientiam ſignificat; Speculum, quo imago redditur. Ex Nonio 5. 47.

Alta ſpecula. Virg. 3. Æn. 239.

In ſpeculis eſſe. Cic. 9. Att. 12. Satius eſſe exiſtimo vos diſpertitos, & in ſpeculis eſſe. Liv. 34. 26. pr. Diem inde unum in ſpeculis fuit, ſi quid novi motus oriretur.

Ex ſpecula proſpectare tempeſtatem futuram. Cic. 4. Fam. 3.

Speculæ ſunt quod nos Gallice dicimus *Creneaux.* Virg. 4. Æn. 586.

Regina, e ſpeculis ut primum albeſcere lucem

Vidit, &c.

Specula, dimin. a Spe. V. SPES.

SPECULOR, [σκοπεύω Gl. G. L.] ari. a Specula fit, quaſi E ſpecula proſpectare, vel, Ut aliquid videat, Intendere. Plaut. Moſt. 2. 1. 82.

Concedam e foribus huc: hinc ſpeculabor procul,

Unde advenienti ſarcinam imponam ſeni. Cic. 1. in Catil. 6. Multorum te etiam oculi & aures non ſentientem, ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabuntur atque cuſtodient. Idem 7. Verr. 160. Tum iſte ſe comperiſſe ait, eum ſpeculandi cauſa in Siciliam ab ducibus fugitivorum eſſe miſſum.

Obitus & ortus ſignorum ſpeculamur. Virg. 1. Georg. 257.

Offenſas principum acriter ſpeculari. Tacit. 3. Hiſt. 38.

Inſidiari & ſpeculari. Cic. 1. de Orat. 173.

Obſidere & ſpeculari. Cic. pro Flacc. 57.

Perſcrutari & ſpeculari. Cic. 5. Tuſc. 9.

SPECULĀTUS, a, um. Partic. Vell. Paterc. 2. 118. 2. Haud imprudenter ſpeculatus.

SPECULĀBUNDUS, a, um. Adj. Tacit. 4. Hiſt. 50. Feſtus, Adrumeto ubi ſpeculabundus ſubſtiterat, ad legionem tendit.

Speculabundus ex rupe. Suet. in Tiber. cap. 65. Aptatis etiam navibus, ad quaſcunque legiones meditabatur fugam, ſpeculabundus ex altiſſima rupe identidem. h. e. Subinde ſpeculans.

SPECULATIO, ōnis. f. [κατασκοπή Gl. L. G. σκοπευσις G. L.] Ammian. 26. 10. Speculationibus doctus.

SPECULĀTUS, ūs. m. [θεώρησις] Plin. lib. 10. cap. 73. Feles quam occulto ſpeculatu in muſculos exſiliunt.

SPECULĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Apoth. v. 20.

— hebes intuitus ſpeculamine glauco.

SPECULĀTOR, ōris. m. [σκοπευτής Gl. L. G. & G. L.] qui ex ſpecula proſpicit. Ovid. 3. Triſt. 9. 11.

Quem procul ut vidit tumulo ſpeculator ab alto.

Speculatores oculi. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Nam oculi, tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes fungantur ſuo munere.

Speculator, Qui tacite conſilia & molitiones hoſtis explorat & rimatur. Cæſ. 2. Bell. Gall. 11. Hac re Cæſar ſtatim per ſpeculatores cognita, inſidias veritus, &c. Cic. 7. Verr. 162. Gavium iſtum, quem repentinum ſpeculatorem fuiſſe dicis, oſtendam in lautumias Syracuſis a te eſſe conjectum.

Speculator etiam dicitur, [ἐπίσκοπος, Gl. L. G. κατάσκοπος Onom. vet.] Qui quovis modo aliorum conſilia perſcrutatur. Varro de L. L. 5. 8. Speculator, quem mittimus ante, ut reſpiciat quæ volumus. Suet. Aug. cap. 27. Pinarium Equitem Rom. curioſum & ſpeculatorem ratus, coram confodi imperavit. Cic. 1. Verr. 51. Etenim fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat.

Naturæ ſpeculator. Cic. 1. de Nat. Deor. 83. Non pudet igitur phyſicum, id eſt ſpeculatorem, venatoremque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis?

Amicæ matutinus ſpeculator. Propert. lib. 2. 29. 51.

Communium miſeriarum ſpeculator. Cic. pro Domo 18.

Speculator, [Δορυφόρος, ὁ ἀποσφαγίζων Gl. L. G.] Speculatores dicti ſunt Satellites principum. Tacit. 1. Hiſt. 24. Dilapſis ſpeculatoribus, cetera cohors non aſpernata concionantem. al. Spiculatoribus, quaſi a Spiculis, quæ geſtant. V. moc.

Neque convivia inire auſus eſt, niſi ut ſpeculatores cum lanceis circumſtarent. Suet. Claud. 35. Idem Galb. 18. Deſcendentem ſpeculator impulſu turbæ lancea prope vulneravit. conf. ejuſdem Calig. 52. Cum e ſemper ſcribendum eſſe docet Torrentius in Sueton. loc. cit. [Quomodo perſpicue expreſſum legitur in vett. monumentis. V. M. Antonii Triumviri nummum cum epigraphe COHORTIS SPECULATORUM, apud Fulv. Urſin. nec aliter Græci codd. cum N. T. cum aliorum ſcriptorum. Suid. Σπεκουλάτωρ, ὁ δορυφόρος.

Centurio condere gladium ſpeculatorem jubet. Sen. de Ira, cap. 16.

Apud arbitrum ſpeculatorem. Tertull. ad Uxor. 2. 5.

SPECULĀTRIX, īcis. f. [ἐπίσκοπος] Adjective. Cic. 3. de Nat. Deor. 46. Furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices, credo & vindices, & facinorum & ſceleris. Stat. 2. Silv. 2. 3.

Celſa Dicarchæi ſpeculatrix villa profundi.

SPECULATŌRIUS, a, um. Adj. [σκοπευτικός] Quod ad ſpeculatorem pertinet:

pertinet: ut, Speculatoria navigia, Quibus in mari ſpeculamur quid fiat. Cæſ. 4. Bell. Gall 26. Metaphr. Græc. reddit [illegible].

SPECULATORIA, æ. f. Subaudito, Navis. Abſolute. Liv. 22. 19. Inde duæ Maſſilienſium ſpeculatoriæ præmiſſæ retulerunt, &c. V. CATASCOPUS.

SPECULĀBILIS, e. Adj. Stat. 12. Theb. 614.

Linquitur Eois longe ſpeculabilis oris
Sunion. [Niſi Spectabile ſcripſit.

SPECŬLUM, i. n. [ἐνόπτρον, ἔσοπτρον Gl. L. G. & G. L.] In quod inſpicimus, ac ſpeciem, id eſt imaginem noſtram, contemplamur. Plaut. Moſtel. 1. 3. 93.

Mulier quæ ſe, ſuamque ætatem ſpernit, ſpeculo ei uſus eſt:
Quid opus ſpeculo tibi, quæ tute ſpeculo ſpeculum es maximum?

Ter. Adelph. 3. 3. 61.

Inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium. Cic. de Univerſ. 42. Id fit, quum ſpeculorum lævitas hinc illincque altitudinem aſſumpſit, & ita dextra detruſit in lævam partem oculorum, lævaque in dextram. [Suid. Σπίκλον ἐσλίον, τὸ κάτοπτρον, Gloſſ. Græcolat. Σπίκλον, Speculum. Unde apparet uſos eſſe Græcos juniores. conf. SPECULARIS.

Imago ſpeculi. Lucret. lib. 4. 280.

Nobile ſpeculum gemmatis auro. Stat. 3. Silv. 4. 94.

Conſulere ſpeculum. Ovid 3. de Arte Am. 136.

Intueri vitam in ſpeculo. Cic. in Piſon. 71.

Naturæ ſpeculum. Cic. 2. de Fin. 32. Nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petivit, aut etiam a beſtiis, quæ putat eſſe ſpecula naturæ.

SPECULĀRIS, e. Adj. [ἐσοπτρώδης] Translucide, inſtar ſpeculi. Tertull. Apol cap. 35. Specularis materia.

Specularis lapis, Quo olim ſpecularia fiebant. Plin. lib 36. cap. 22. Specularis lapis (quoniam & hic lapis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues cruſtas. Idem lib. 3. cap. 3. Metallis, plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hiſpania ſcatet: Citerior & ſpecularibus lapidibus: Bætica & minio. V. Hard. not.

SPECULĀRE, is. n. [διόπτρον] & per apocopen SPECULAR, Idem quod Speculum.

Speculare, interdum pro Vitreata, ſive pro ocularis: utpote olim facta e ſpeculari lapide translucido, nunc autem e vitreis orbibus vel teſſellis plumbo junctis. Ulpianus in l. Quæſitum. §. Si domus. D. de fund. inſtruct. Specularia & vela, quæ frigoris cauſa, vel umbræ, in domo ſunt, inſtrumento domus non contineri Caſſius exiſtimavit. Budæus, A ſpeculari lapide ſpecularia dicebantur Integumenta, quibus ambulationes in hortis tectæ erant. Juven. 4. Sat. 21.

Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gallum, Egregium hæc adverſum tempeſtates receptaculum: nam ſpecularibus, ac multo magis imminentibus tectis muniuntur. Hic autem Ulpianus de iis ſpecularibus intelligi voluit, quibus feneſtrarum hiatus obſtruebantur ad tranſmittendam lucem: quæ tamen exemptilia erant, ut quum liberet, auferrentur. Nunc vitro utimur. Senec. Epiſt. 87. Nunc aliqui ruſticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerat. Paulo ante dixerat, In hoc balneo Scipionis minimæ ſunt rimæ, magis quam feneſtræ. Itaque videtur Seneca Feneſtras vitreatas vocare Specularia. Poſſumus & de ſpecularibus intelligere, quibus pars quædam domus ad voluptatem operiebatur, varium enim uſum ſpecularia præſtabant. Martial. lib. 8. 13.

Hibernis objecta Notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fæce diem. Seneca de Provid. 4. Quem ſpecularia ſemper ab aflatu vindicarunt, &c. hunc levis aura non ſine periculo ſtringet. [In Juvenalis loco errat, quum is de Specularibus lecticæ muliebris loquatur, ut recte monuit Schol. antiquus.

SPECULĀRIUS, i. m. [κατοπτροποιός Gl. G L.] Qui ſpecula facit.

Poſſunt & Specularii dici, Qui feneſtris ſpecularia ad arcendum hieme frigora componunt: quorum meminit Ulp. in l. Quæſitum. §. Si domus. De fundo inſtructo. Meminit & Juſtinian. lib. 10. Codicis. Alciatus.

SPĔCIUM, i. n. [μήλη] Inſtrumentum teres & parvum, quo medici ad tentandum vulnerum ac fiſtularum viam & profunditatem utuntur. Pacuvius, Ut medici faciunt, qui pejus ſpecio vulnus tentant.

SPECILLUM, i. n. dimin. [μήλη Gl. L. G.] Inſtrumentum Chirurgicum, ad varios uſus. Cornel Celſ lib. 5. cap. 28. de fiſtulis & earum curationibus, Ante omnia autem ſpecillum demitti in fiſtulam convenit, ut quo tendat, & quam alte perveniat, ſcire poſſimus.

Specillum lana involutum. Celſ. lib. 6. cap. 8. De narium morbis, In narem ipſam mel &c. conjiciatur, quod ſpecillo quoque involuto lana fit, &c.

Terere medicamentum ſpecillo. Celſ. lib. 6. cap. 7. De aurium morbis, &c. [Emendatius legitur Piſtillo.

Specillum, dicimus Inſtrumentum, quo oculos inungimus. Plin. lib. 7. cap. 53. Per oculum ſpecillum trahens, exſpiravit. Celſ. lib. 6. Specillo ſuper oculum inducatur.

Aſperam ſpecillo eradunt palpebras. Celſ. lib. 6. cap. 6. Idem lib. 7. cap. 7. §. 6. Igitur adverſum ſpecillum inferendum, diducendæque eo palpebræ ſunt. [Puto Averſum ſcalpellum ſcripſiſſe.

Specillum, Inſtrumentum vitreum, quod oculis admovemus, quo facilius ſpectemus aliquid. Varro de L. L. lib. 5. 8. Hinc quo oculos inungimus, quibus ſpecimus, ſpecillum. [Ex ſuperioribus liquet etiam hoc loco μήλην, inſtrumentum Chirurgicum intelligi, quo collyria oculis inſtillant Ocularii medici. conf. in CONSPICILLUM dicta. Specilla, quæ vulgo appellant, rectius Specularia dicerentur, vel per dimin. Specolariola.

Specillum, dicimus Inſtrumentum, quod curandis auribus adhibetur. Celſ. lib. 5. & lib. 6. cap. 7. 9. de iis quæ in aures inciderunt, extrahendis, Specillum, lana involutum, in reſinam quam glutinoſiſſimam, maximeque terebinthinam, demittendum. Ibid ſæpius.

Specillum oricularium. Idem lib. 7. cap. 32. extr. Oricularia ſpecillo linamenta educenda. Add. 6. 7. 5. pr. &c.

SPECITO, āre. frequent. antiquum a Specio. Plaut. Ciſt. 1. 1. 92.

Mater pompam me ſpecitatum duxit. al. Spectatum.

SPECTO, [θεωρῶ Gl. L. G.] āre. aliud frequent. Sæpe, ſeu diu intueri. Plaut. Amph. 2. 2. 118. Age, me huc aſpice. a. ſpecto. Cic. 3. Verr. 53. Palam, ſpectantibus omnibus, plauſtris evecta aſportataque eſſe. Ter. Eun. 3. 3. 18.

Here, ne me ſpecta: me impulſore hæc non facit.

Spectare fabulas. Plaut. in Caſ. prol. 6. Hor. 2. Epiſt. 1. 66.

Ut propius ſpectes lacrimoſa poemata Pupi. [i. e. In orcheſtra ſedeas ſpectator, quod Senatorio cenſui lex Roſcia tribuit.

Viſere & ſpectare aliquid. Cic. 1. Toſc. 4.

Oculis protervis ſpectare aliquem. Ovid. 17. Epiſt. 77.

Oculo irretorto ſpectare aliquid. Hor. 2. Carm. 2. 24.

Spectare ad aliquem. Ovid. 1. Met. 628.

Intro ſpectare. V. INTRO, adverbium.

Tergo ſpectari. Ovid. 3. de Arte Am 774.

In omnem partem ſpectare. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Non tam faſtidioſe in nobis, quam in hiſtrionibus ſpectari puto. Cic. 1. de Orat. 258.

Specto, [σκοπῶ] Conſidero. Cic. 1. Fam. 9. Non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus.

Spectare aliquem, Rationem habere alicujus. Cic. 2. Off. 70. At vero ille tenuis, quum quicquid factum ſit, ſeſe ſpectatum, non fortunam, putat. I. e. Non ob gratiæ relationem exſpectatam beneficium ſibi collatum arbitratur, quum dives aliter opinetur & potens. Budæus.

Ad ſuam enim magis, quandam ille gloriam, quam ad perſpicuam ſalutem reip. ſpectarat. Cic. pro Sext. 37. Al. Sumſerat.

Tradenus quæ nos ſequi in dicendo, quæque maxime ſpectare ſolemus. Cic. 2. de Orat. 204.

Quid in judicando ſpectare oportet. Cic. pro Milon. 15.

Spectare ſemper ut. Cic. 5. Fam. 8. Sed ut primum forum attigerim, ſpectaſſe ſemper, ut tibi poſſem quammaxime eſſe conjunctus.

Virtus vetat, dum præſtatur fides, fortunam ſpectare. Cic. 2. de Divin. 78.

In pactionibus faciendis legem ſpectare. Cic. 1. Q frat. 1.

Juvenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis contendere debent. Cic. 2. Off. 45.

Nihil niſi ſempiternum ſpectare. Cic. pro Rabir. perd. reo, 29.

Victoriam ſpectare. Quintil. lib. 5. cap. 12.

In tuo ore vultuque acquieſco, te unum intueor, ad te unum omnis mea ſpectat oratio. Cic. pro Dejot. 5.

Spectare voluntatem alicujus, Diligenter conſiderare. Cic. 4. Verr. 33. Voluntatem ſpectet ejus, quem ſtatim de capite ſuo putet judicaturum.

Spectat, [ἀποβλέπει] Tendit, pertinet, aſpirat: ut, Quo, vel quorſum ſpectat illud? Cic. 1. Tuſc. 60. Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? Idem 4. Acad. 144. Quo enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, niſi ut opifices concitentur? Idem 3. de Finib. 33. Sed eorum definitiones paulum oppido inter ſe differunt, ſed tamen eodem ſpectant.

Quæ ſcripta ſunt, eo ſpectant, ut te horter & ſuadeam. Cic. 13. Fam 4.

Quid iſta edicta valeant, aut quo ſpectent, plane non video. Cic. 16. Att. 7. extr.

Ad aliquid ſpectare. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Conſilium ejus ad bellum ſpectat. Cic. 15. Att. 4.

Spectat ad concordiam. Cic. 4. Fam. 2. Omnia utriuſque conſilia ad concordiam ſpectaverunt. Ex 4. Fam. 5. Ad arma rem ſpectare.

Sermo tuus ad perorandum ſpectare videtur. Cic. de Clar. Orat. 291.

Spectat res ad interregnum. Cic. 3. Q. frat. 2.

Spectat ad rebellionem res. Liv. 34. 56.

Spectat ad ſeditionem. Liv. 25. 3.

Beneficia quæ ad ſingulos ſpectant, & ad univerſos pertinent. Cic. 2. Off. 72.

Spectat res ad vim. Liv. 1. 9.

Aliquid inquirere quod ad bene beateque vivendum valeat & ſpectet. Cic. 2. Off. 6.

Prima & media verba ad ultimum ſpectare debent. Cic. in Orat. 200.

Spectat in unum exitum. Cic. 1. de Orat. 192. Artem vero negabat eſſe ullam, niſi quæ cognitis penituſque perſpectis, & in unum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur.

Spectare ne, pro Cavere. Plaut. Aſin. 4. 1. 33.

Spectandum ne cuiquam annulum det, neque roget.

Spectat Græciam, pro Tendit in Græciam. Cic. 9. Att. 12. Illa, ut ad me ſcripſit, legiones ſingulas poſuit Brundiſii, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen ipſo Græciam ſpectare potius, quam Hiſpaniam.

Spectat Orientem, & ſimilia: pro E regione ejus eſt, & vergit ad. Plin. lib. 6. cap. 17.

Spectat ad, h. e. Verſus. Cic. 7. Verr. 169. Te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum ſpectaret. Subaud. Crucem. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 13.

Spectare in Meridiem, in ventum Favonium. Cato R. R. cap. 1. Varro 1. de R. R. cap. 24.

Spectent deorſum ora urceolorum. Columel. lib. 12. cap. 16.

Retro ſpectare. Celſ. lib. 7. cap. 29. Cervix replicatur, retroque caput, ac reliquum corpus ſpectat.

Spectare aliquem ex bona vita, ex cenſu, &c. pro Conſiderare aliquem. Cic. pro Roſc. Com. 29. Quem ſi tu ex cenſu ſpectas, eques Romanus eſt: ſi ex vita, homo clariſſimus eſt: ſi ex te, judicem ſumpſiſti: ſi ex veritate, id quod ſcire potuit, & debuit, dixit.

Spectare & Æſtimare aliquem ex re. Cic. pro Roſc Com. 28. Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. [Sumptum a conſuetudine eorum, qui ſervos de cataſta emebant, undique ſpectantes, ut equos, canes, pecora mercari ſolent.

Philoſophi, non ex vocibus ſingulis ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atque conſtantia. Cic. 5. Tuſc. 31.

Spectare animum alterius ex ſuo. Ter. And 4. 1. 22.

Vitam alicujus, non ex oratione, ſed ex moribus ſpectare debemus. Cic. in Salluſt. 3.

Aurum ſpectatur in ignibus, Probatur. Ovid. 1. Triſt. 4. 25.

Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. conf. SPECTATUS infra.

Spectare beneficium a deteriore parte. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 28. extr.

Rem, non hominem ſpectari oportet, Æſtimare. Auctor ad Heren. lib. 1. 9.

In judice debet & fortuna & dignitas ſpectari. Cic. 1. Philipp. 20.

Si ſpectes ad vitulam. Virg. 3. Ecl 48.

Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. De duobus poculis loquitur Damon, quæ fecerat illi Alcimedon. [Hic Spectare, eſt Conferre, Contendere, Comparare cum. V. AD præpoſ.

Spectari. Paſſ. Plaut. Stich 1. 2. 59.

Ubi facillime ſpectatur mulier, quæ ingenio eſt bono? Plura ſupra habes.

Spectatur, Imperſ. Plin lib. 10. cap. 70. Plauſu congregari feros ad cibum, conſuetudine ſpectatur. De piſcibus.

SPECTANDO, gerund. [τῷ θεᾶσθαι] Propert. lib. 3. 21. 3.

Creſcit enim aſſidue ſpectando cura puellæ.

SPECTATUM, ſupinum, [ἐπὶ τὸ θεᾶσθαι] Hor. de Arte Poet. 5.

Spectatum admiſſi, riſum teneatis amici? conf. SPECTO ſupra.

SPECTATU, ſupinum ſecundum. Cic. 2. Off. 38. Maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur. [Mſſ. Hunc igni ſpectatum. Quam lectionem Docti viri certatim adſtruunt. An, Ut igni?

SPECTANS, antis. Partic. [ἐποπτεύων] ut

Invicem ſpectans ambos. Ovid. 6. Met. 631.

SPECTANDUS, a, um. Partic. [θεατέος] ut,

Oculis nigris ſpectandus. Hor. de Arte Poet. 37. Plin. lib. 2. cap. 42. Nec vulgaris pituitæ forma, quamvis non ſpectanda.

SPECTĀTUS, a, um. [τεθεαμένος] Partic. Hor. de Arte Poet. 190.

Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.

Spectatus, [δοκιμαζόμενος Gl. L. G.] Probatus, cujus ſcilicet plurimum conſiderata ac probata & cognita jam virtus eſt. Virg. 8. Æn. 151.

— ſunt nobis fortia bello

Pectora: ſunt animi, & rebus ſpectata juventus. Ter. Adel. 5. 6. 5.

Nam is mihi eſt profecto ſervus ſpectatus ſatis. Idem And. 5. 1. pr.

Satis, jam ſatis, Simo, ſpectata erga te amicitia eſt mea.

Homo in rebus judicandis ſpectatus & cognitus. Cic. 2. Verr. 29.

Spectatus in litteras. Gell. lib. 13. cap. 21. pr. Summa vir auctoritate gravitateque, & a Divo Hadriano in mores atque litteras ſpectatus.

Homines ceterarum artium ſpectati & probati. Cic. 1. de Orat. 124.

Medicus ignobilis, ſed ſpectatus homo. Cic. pro Cluent. 47.

Vir perfectus, & ſpectatus. Cic. de Amicit. 9.

Viri fortes, ſpectatique homines. Cic. 1. Verr. 24.

Adoleſcentia ſpectata. Cic. Poſt redit. in Senat. 36.

Fides noſtra ſpectata eſt per mala. Ovid. 2. de Ponto, 7. 82.

Ad meam fidem, quam habent ſpectatam jam & diu cognitam, confugiunt. Cic. 1. Verr. 11.

Forma ſpectata. Ovid. 14. Met. 653.

Integritas in multis & magnis rebus ſingularis ſpectata. Cic. 3. Philip. 26.

Integritatis ſpectatæ vir. Liv. 26. 49. extr.

Pietas ſpectata. Ovid. 4. Faſt. 37.

Virtus ſpectata belli domique. Hor. 2. Epiſt. 1. 230.

Virtus nobilitata & ſpectata. Cic. pro Flac. 62.

Spectatus, Honoris fere epithetum apud Cic. ut, Eques Ro. ſpectatus atque honeſtus. Cic. 5. Verr. 67.

Compar. Quo non ſpectatior alter. Sil. 1. 44.

Superl. Id cuique ſpectatiſſimum ſit, quod &c. Liv. 1. 57.

Spectatiſſimus ſui ordinis P. Potitius. Cic. 3. Verr. 137.

Femina ſpectatiſſima. Cic. pro Roſc. Amer. 147.

SPECTATE, Adv. [ἐνδοξότατα] Feliciter, egregie. Plin lib 21. cap. 1. Flores vero, odoremque in diem gignit: magno, ut palam eſt, admonitione hominum, quæ ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere.

SPECTATIO, ōnis. f. [θεωρία Gl. L. G.] Cic. 5. Verr. 180. Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Primum pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Hic δοκιμασίαν, i. e. Probationem ſignificat.

SPECTĀTOR, ōris. m. [θεατὴς. Gl. L. G. & G. L.] Qui ludos, aut aliud quidpiam, animi cauſa ſpectat. Plaut. Amphit. 5. 3. extr.

Nunc, ſpectatores, Jovis ſummi cauſa, clare plaudite.

Equorum ſpectator. Ovid. 3. Amor. 2. 7. al. Agitator rectius.

Superbi ſpectatoris faſtidia. Hor. 2. Epiſt. 1. 215.

Spectator, Qui ſatis habet ſpectare quid. Cic. 2. Off. 26. Spectatoreſque ſe otioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis?

Ineptiarum alicujus conſtituere teſtem & ſpectatorem. Cic. 1. de Orat. 112.

Laudis ſpectator & gloriæ auditor. Cic. pro Domo, 64.

Laudum alicujus ſpectator. Cic. 2. Fam. 6.

Operum multorum ſpectator Senex. Ovid. 12. Met. 187.

Rerum ſuperarum atque cæleſtium ſpectator. Cic. 2. de Nat. Deor. 140.

Formarum ſpectator, Æſtimator, judex. Ter. Eun. 3. 1. 18.

Quom ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem. Ubi Donatus: Spectator elegans eſt, Qui ſit cunctantis & faſtidioſi judicii: cui non quid placet facile: Spectator, Probator: ut Pecuniæ ſpectatores dicuntur.

Officiorum cujuſpiam diligens ſpectator. Cic. de Petit. Conſ. 18.

SPECTĀTRIX, īcis. f. [θεάτρια] Plaut. Merc. 3. 4. 18.

Divûm atque hominum quæ ſpectatrix atque hera eadem es hominibus.

Scelerum ſpectatrix turba, Adjective. Lucan. lib. 3. 129.

SPECTĀBILIS, e. Adj. [περίβλεπτος Gl. G. L.] Luſtrabilis, Quod ſpectari poteſt. ut Ovid. 3. Met. 709.

— ſpectabilis undique campus.

Corpus ſpectabile, Quod videri poteſt, conſpicuum. Ovid. 3. Triſt. 8. 35.

Spectabilis, Spectari dignus: vel etiam magni nominis. Apul. Jubet conſtrui pulchrum & ſpectabilem currum. Plin. lib. 11. cap. 14. Aliubi enim favi cera ſpectabiles gignuntur.

Ore placido ſpectabilis. Ovid. 2. de Ponto 2. 81.

Facie ſpectabilis puer. Ovid. 4. Faſt. 223.

Heros ſpectabilis. Ovid. 7. Met. 496.

Opus ſpectabile. Valer. 1. Argon. 428.

Signum ſpectabile, Statua digna quæ ſpectetur. Juven. 8. Sat. 110.

Victoria pulchra & ſpectabilis. Tacit. in vita Agric. 34.

Spectabilis, titulus honorificus fuit. V. SILENTIARIUS. H. St. V. Lex. Pitiſc.

SPECTABILITAS, ātis. f. περιβλεπτότης, Gloſſ. Græcolat.

SPECTĀTĪVUS, a, um. Adj. [θεωρητικὸς] Quintil. lib. 3. cap. 5. Ut illa ſit ſpectativæ partis, hæc activæ.

SPECTĀMEN, ĭnis. n. Idem quod Specimen. Plaut. Men. 5. 6. 1.

Spectamen bono ſervo id eſt, qui rem herilem

Procurat, videt, collocat.

Spectamen, pro Spectaculo. Apul. 4. Mileſ. p. 151. Elmenh. Miſerum funeſtumque ſpectamen aſpexi. Sic & ſæpius alias.

SPECTĀCŬLUM, i. n. [θεωρία, Gl. L. G. & G. L. θέαμα, θέατρον G. L.] dicitur id quod ſpectatur, ut Ludi, &c. Virg. apud Donat. Vit. Virg.

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Plin. in Paneg. 46. Obtinuit aliquis ut ſpectaculum pantomimorum populo Romano tolli pateretur.

Apparatiſſimum ſpectaculum. Cic. 1. Philip. 36.

Aliter Cic. 3. Verr. 5. Conſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculum acerbum, & miſerum, & grave toti Aſiæ provinciæ. V. MISER. Liv. 1. 25. pr. Itaque ergo erecti, ſuſpenſique in minime gratum ſpectaculum animo intenduntur. Idem 1. 28. extr. Avertere omnes a tanta fœditate ſpectaculi oculos.

Acerbum ſpectaculum. Cic. 2. Q. frat. 12. in fine, De Republ. nimium te laborare doleo, & meliorem civem eſſe quam Philocteten, qui accepta injuria, ea ſpectacula quærebat, quæ tibi acerba eſſe video. Quo in loco nomine Spectaculorum ea ſignificatur Voluptas, quæ tum capitur, quando qui fuerunt nobis auctores malorum, affliguntur. Querebatur Quintus Rempubl. eo tempore in magnis malis verſari, valdeque de ejus miſeriis animo cruciabatur. Reprehendit hominem Marcus, quod tantum ei publica damna dolerent, & meliorem civem eum eſſe dicit, quam Philocteten, qui accepta injuria a Græcis, in illas eos calamitates cecidiſſe gaudebat. Fuerat enim ab eis in inſula deſtitutus.

Admiranda ſpectacula levium rerum. Virg 4. Georg. 3.

Magnum ſpectaculum uterque. Hor. 1. Serm. 7. 22.

Circuitus Solis & Lunæ præbent hominibus ſpectaculum. Cic. 2. de Nat. Deor. 155.

Rerum cæleſtium ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet. Cic. 2. de Nat. Deor. 140.

Sæpe pl. Spectacula. [θεωρίαι Gl. L. G. & G. L.] Cic. 5. de Fin. Ut pompa, ludis, atque ejuſmodi ſpectaculis, teneantur, &c.

Populi ſenſus maxime theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. Cic. 2. Att. 19.

Annua ſpectacula. Ovid. 5. Faſt. 295.

Amantur ſcenæ ſpectacula. Ovid. 3 de Arte Am. 351.

Concelebrare ſpectaculum. V. CONCELEBRO.

Indicere ſpectacula. V. INDICO.

Spectacula, Locus unde ſpectatur. Suet. Calig. cap. 35. Ita ſe proripuit a ſpectaculis, ut &c. Liv. 1. 35. Loca diviſa patribus equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, fori dicti.

Excitatus eſt plauſus ex omnibus ſpectaculis. Cic. pro Sext. 124.

Reſonant ſpectacula plauſu. Ovid. 10. Met. 668.

SPECTABILIS, SPECTACULUM, SPECTATOR, SPECTATUS, SPECTIO, SPECTO, SPECTRUM, SPECULA, SPECULOR, &c. SPECULUM, &c. V. SPECIO.

SPĔCUS, ûs. m. & f. & SPECUS, n. indecl. [σπέος, σπήλαιον Gl. L. G.] Spelunca. Ulpian. L. 1. §. 3. De rivis, Specus autem locus eſt ex quo deſpicitur. Inde ſpectacula ſunt dicta. [immo In quod deſpicitur rectius diceret. Sed verum etymon σπέος Gr. ut docet Voſſ. in Etymol.

Specus ædificant urſi. Plin. lib. 8. cap. 36. Specus, ſi non habuere, ramorum fruticumque congerie ædificant, impenetrabiles imbribus, mollique fronde conſtratos.

Ingens ſpecus in latere exeſi montis. Virg. 4. Georg. 418.

Eſt ſpecus in medio, ſilvis & vimine denſus. Ovid. 3. Met. 29.

Ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt. Liv. 1. 56.

Per occultos ſpecus. Tacit. 15. Ann. 69.

Acheruſium ſpecus. Ammianus Marcellinus. Vide Μαγγανεῖον Specus. in Theſauro meo Gr. H. St. Marcellin. lib. 22. cap. 8. Valeſ.

Aonii ſpecus. Catul. in Epithal. Jul. 59 28.

Specum quandam nactus, remotam latebroſamque, &c. Gell. lib. 5. cap. 14.

Advenio in ſcrupuloſam ſpecum. Pacuv.

Specus oppoſita, quo aqua de via abiret. Cato R. R.

Defoſſæ ſpecus. Virg. 3. Georg 376.

Hic ſpecus horrendum, &c. Virg. 7. Æn. 568.

Inviſum cælo ſpecus. Sil. 13. 425.

Tabificam exſpiret ſaniem ſpecus ultima. Sil. 6. 276. i. e. Poſtrema concavitas alvi ſerpentis.

Specis, pro Specubus, Antiquum. Acc. Alcmæone, Quod dii interdum inferum penitus depreſſum altis clauſere ſpecis? Ex Nonio, 8. 31.

SPELÆUM, i. n. [σπήλαιον] Idem, ex Græco Latinum factum. Virg. 10. Ecl. 52.

Certum eſt in ſylvis, inter ſpelæa ferarum,

Malle pati.

Metuenda ferarum ſpelæa. Claud. de Bell. Get. 354.

SPELUNCA, æ. f. [σπήλαιον, Gl. L. G. & G. L. Al. L. G. μέγαρον] ex Gr. σπήλυγξ, Rupes excavata. Virg. 6. Æn. 237.

Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu,

Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris. Cic. 1. Tuſc. 37.

Per ſpeluncas, ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus. Ex poeta. Idem 6. Verr. 107. Etenim propter eſt ſpelunca quædam, converſa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exſtitiſſe.

Atræ ſpeluncæ. Virg. 1. Æn. 64.

Viridis ſpelunca. Propert. lib. 3. 3. 27.

Jacere in ſpelunca. Cic. 2. de Fin. 95. At jam decimum annum in ſpelunca jacet.

Tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerunt. Cic. pro Flac. 39. [Ubi forſan proprium alicujus loci nomen eſt, Ad ſpeluncas.

SPELUNCŌSUS, a, um. Adj. [σπηλαιώδης] Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Loca ſpeluncoſa.

SPERABILIS, SPERATUS, &c. V. SPES.

SPERCHEUS, vel SPERCHIUS, i. m. [Σπερχειὸς] Theſſaliæ fluvius, ortus in jugis Palii montis, & velociſſimo curſu in Maliacum ſinum defluens. Auctor Strab. lib. 8. Virg. 2. Georg. 487.

Spercheoſque, & virginibus bacchata Lacænis, &c.

Minax Sperchius. Stat. 4. Theb. 818.

Populifer Sperchius. Ovid. 1. Met. 579.

Sperchīŏnĭdes, æ. m. [Σπερχειονίδης] patronym. Ovid. 5. Met. 86.
Caucaſeumque Aberim, Sperchionidemque Lycetum.

Sperchĭas, ădis. f. [Σπερχειάς] Patronymic. Ovid. 2. Met. 252.
Æſtuat Alphæus, ripæ Sperchiades ardent.

Unde Sperchiades. Ovid. 7. Met. 230.

Speres, pro ſpes, Vida poſt spes. H. St.

Spermo, Filius Apollinis ex uxore Dorippe. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 15.

Spermŏlŏgus, [σπερμολόγος] Aviculæ nomen apud Ariſtotelem, quam Frugilegam Gaza interpretatur, utroque nomine a ſemine legendo originem ſumente.

Alioqui σπερμολόγος, appellatus Græcis, quem nos Locutulejum dicimus, hoc eſt, hominem magnam verborum vim inaniter profundentem. V. Seminator verborum in sero, & Suid.

Spermŏphagi, [Σπερμοφάγοι] Populi in extrema Ægypto poſt Meroen. Strab. lib. 16. Suot etiam Spermophagi non procul, qui deficientibus ſeminibus, pomis nutriuntur, ea conficientes quemadmodum Rhizophagi radices.

Sperno, ſprēvi, ſprētum, [ἐξουθενῶ, καταφρονῶ, ὑπερορῶ, Gl. L. G. & G. L. ἐξουθενῶ G. L.] ĕre. Faſtidire, deſpicere. Ter. Eun. 1. 2. 91. Ob hæc facta abs te ſpernor. Cic. 1. de Fin. 4. Qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii ſpernat, aut rejiciat?

Modice ſpernere. V. modus.

Animo ſpernere aliquem. Virg. 3. Ecl. 74.

Repudiare & ſpernere aliquem. Cic. in Orat. 23.

Repelli & ſperni a quibuſdam. Cic. in Orat. 36.

Retinere & Spernere, oppoſita. Cic. 2. de Nat. Deor. 9. Veritas auſpiſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta.

Spernere & parvi putare. Catul. ad Furium, 21. 25.

A quibuſdam ſperni, & pro nihilo putari. Cic. 13. Philipp. 21.

Cibum vilem ſpernere. Hor. 2. Serm. 2. 15.

Conſilium alicujus ſpernere. Ovid. 6. Met. 32.

Dives vicinia ſpernebat inopes generos. Idem 3. Faſt. 189.

Monentem vera ſpernere. Idem 13. Met. 775.

Numina divûm ſpernere. Idem 8. Met. 740.

Voluptates ſpernere. Hor. 1. Epiſt. 2. 55.

Spernere, pro Separare poſuerunt veteres. Ennius, Jus atque æquum ſe a malis ſperni procul. Nonius, 4. 435.

Nunc, ſpes, opes, auxiliaque a me ſegregant ſpernuntque ſe. Plaut. Captiv. 3. 3. 2.

Spermo etiam, quaſi Synon. τῷ Sperno jungitur in Gl. Græcol. [An Spreto?

Sprētus, [καταφρονηθεὶς Gl. L. G. & G. L. ὑπερορασθεὶς, ἐξουθενηθεὶς, ὑπερφρονηθεὶς, L. G.] Partic. ut, Preces ſpretæ. Ovid. 1. Met. 701. [In Gloſſ. mendoſe Spernatus, quum ordo Spretus poſtulet. V. infra.

Fides ſpreta. Senec. Octav. 6.

Forma ſpreta. Virg. 1. Æn. 27.

Legum ſpretarum reus. Ovid. 15. Met. 36.

Spernendus, a, um. Partic. [καταφρονητέος] ut, Morum ſpernendus. Tacit. 14. Ann. 40. Marcellus Aſinio Pollione proavo clarus, neque morum ſpernendus habebatur.

Sprētio, ōnis. f. [ἐξουθένωσις] Liv. 40. 5. Sermones ad ſpretionem Romanorum trahebant.

Sprētus, ûs. m. [ἐξουθενισμὸς Gl. G. L.] Contemptio. Apul. de Deo Socr. p. 43. Elmenh. Inſolentiſſimo ſpretu Deos negligit. Sidon. lib. 3. extr. Spretui maximo eſt judiciis otioſorum linguæ Latinæ proprietas.

Sprētor, ōris. m. [ἐξουθενητὴς] ut, Deorum ſpretor. Ovid. 8. Met. 613.
— utque deorum
Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus.

Spernax, ācis. Adj. Sil. lib. 8. 465.
Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat. I. e. Contemptores mortis.

Spernulis, is. m. [καταφρονητὴς] Gloſſ. Græcolat. [Niſi lectio vitioſa eſt.

Sperno, āre. &

Spernatus, a, um. Partic. ὑπερορασθεὶς, ἐξουθενηθεὶς, καταφρονηθεὶς, ὑπερφρονηθεὶς. Gloſſ. Latinogræc. [Niſi error eſt. V. spretus. Partic.

Spero, āre. V. spes.

Spes, ſpĕi. f. [ἐλπὶς Gl. L. G. & G. L.] Cic. 4. Tuſc. 80. Spes eſt exſpectatio boni futuri.

Plenus ſpei bonæ atque animi. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 5. Curtius lib. 3. 6. 12. Non ſecurum modo hæc vox, ſed etiam lætum regem, ac plenum bonæ ſpei fecit. conf. infra Bona ſpes, & Bona cum ſpe, & Complere &c. Confligis &c.

Nihil ſpei. Cic. 3. Att. 23. Sin, ut ego perſpicio, cum tua conjectura, tum etiam mea, ſpei nihil eſt, oro, obteſtorque te, ut Q. fratrem ames.

Malorum ſpes. Cic. 1. Att. 17. A ſpe malorum ad mearum rerum laudem convertiſſem.

Avaræ ſpes. Hor. 4. Carm. 11. 26.

Bona ſpes dat vires. Ovid. 21. Epiſt. 61. V. ſupra Plenus ſpei.

Caduca ſpes. Ovid. 16. Epiſt. 169.

Certiſſima ſpes. Plin. lib. 4. Epiſt. 19. ad Hiſpullum.

Commodior ſpes. Tranquill. in Claud. cap. 3. Verum ne ſic quidem quidquam dignitatis aſſequi, aut ſpem de ſe commodiorem in poſterum facere potuit.

Credula ſpes. Tibull. lib. 2. Eleg. 7. H. St. Hor. 4. Carm. 1. 30.

Deſperatiſſima ſpes. Balbus Cic. 9. Att. 8. [Oxymōron.

Dives ſpes. Hor. 2. Epiſt. 15. 19.

Dubia ſpes, certa deſperatione eſt potior. Celſ. lib. 7. cap. 16.

Non dubia ſpes. V. non.

Exigua ſpes. Cic. 3. Att. 22.

Explorata ſpes. Cic. 10. Philipp. 19. Magna nos quidem ſpe, & prope explorata, libertatis cauſam ſuſcepimus

Falſa ſpes. Cic pro Milon. 95. O fruſtra, inquit, ſuſcepti mei labores, ô ſpes fallaces, ô cogitationes inanes meæ!

Firmior ſpes. Cic. 8. Att. 9. Quoniam auctoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus.

Immodicæ ſpes. Stat. 6. Theb. 691.

Inanes ſpes. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Incerta ſpes futuri. Virg. 8. Æn. 580.

Inconceſſa ſpes. Ovid. 9. Met. 638.

Indubitata ſpes. V. indubito.

Invidioſa ſpes, Invidiæ plena Ovid. 4. Met. 794.
— clariſſima forma,
Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum
Illa.

Irrita ſpes. Ovid. 3. de Pont. 7. 21.

Læta ſpes. Virg. 5. Æn. 183.

Lenta ſpes, Tarda. Ovid. 2. Epiſt. 9.

Leves ſpes. Hor. 1. Epiſt. 5. 8.
Mitte leves ſpes, & certamina divitiarum.

Longa ſpes. Hor. 1. Carm. 4. 15.

Longinqua ſpes. Stat. 2. Silv. 1. 52. Idem 12. Theb. 339.
O ubi venturæ ſpes non longinqua juventæ.

Mera ſpes. V. merus.

Minuta hoſtium ſpes. Tacit. in vita Agric. 17.

Miſella ſpes. Lucret. lib. 4. 1090.

Mitior ſpes. Tacit. 5. Ann. 15.

Obſcæna ſpes. Ovid. 9. Met. 467.

Obſcura & cæca ſpes. Cic. 2. de Lege Agrar. 65. V. obscurus.

Portentis ſpes oſtenditur. Cic. 14. Fam. 3.

Stulta ſpes. Ovid. 3. Faſt. 686.

Tenuis ſpes. Cic. 3. Att. 19.

Non timida ſpes, Certa, firma. Ovid. 16. Epiſt. 375.

Vana ſpes. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Anni ſpes, Seges. Ovid. 15. Met. 113.

Credere ſpem anni terræ. Virg. 1. Georg. 224.

Gentis ſpes; de apibus dicitur. Virg. 4. Georg. 162.

Gregis ſpes gemelli, Mas & femina: reparatio enim gregis, in ſexu utroque conſiſtit. Servius. Virg. 1. Ecl. 15.

Fidiſſima ſpes Teucrûm, Hector. Virg. 2. Æn. 281.

Publica ſpes, Druſus. Ovid. ad Liv. 365. [Sic in Invidioſa ſpes ſupra.

Bona cum ſpe adoleſcentes. V. cum præpoſitionem. conf. ſupra Plenus ſpei bonæ.

Eximia ſpe adoleſcens. Cic. 1. Fam. 7. Lentulum, eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem, cum ceteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias.

Summa ſpe & animi & ingenii præditus adoleſcens. Cic. 2. Philipp. 46.

Spe hac. Terent. Adelph. 2. 2. 19.

Dare aliquid ex ſpe. Ulpian. in l. 3. §. Sed etſi ſervus. D. de condict. cauſ. dat.

Contra ſpem. V. contra.

Citius ſpe. Ovid. 4. Faſt. 606.

Inter ſpem metumque. V. inter.

Dubii inter ſpem & metum. Virg. 1. Æn. 222.

Abiit ſalutis ſpes. Ovid. 7. Met. 564.

Abjicere ſpem de aliquo. Cic. 11. Fam. 11. Ne de Planco quidem ſpem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. Idem 3. Verr. 59. Socii vero, nationeſque exteræ, ſpem omnium tum primum abjecere rerum. h. e. Deſperare cœperunt de ſuis rebus omnibus.

Abjicere ſpem faciendi aliquid. Cic. 2. de Orat. 132.

Abrumpere ſpem & metum. V. abrumpo.

Abrupta ſpes e medio. Sil. lib. 8. 52.

Abſciſſa ſpes. Liv. 35. 45. Nec niſi abſciſſa omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe.

Abeſſe longe a ſpe Conſulatus. V. absum.

Accedit ſpes, V. Diſcedit, infra.

Accendere ſpem. V. accendo.

Accingere ad ſpem majorem. V. accingo.

Addita ſpes recitis votis. Stat. 2. Achil. 141.

Adducere nos in ſpem dicuntur, quæ faciunt ut ſperemus. Cic. 3. Att. 19. Me tuæ litteræ nunquam in tantam ſpem adduxerunt, quantam aliorum: attamen mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit, quam aliorum.

Adduci magnam in ſpem. Cic. pro Milon. 79. In ſpem maximam, & (quemadmodum confido) veriſſimam adducti ſumus, hunc ipſum annum, &c.

Adduci in ſpem ut. Cic. 2. Att. 22. In eam ſpem adducimur, ut nobis ea contentio, quæ impendet, interdum non fugienda videatur.

Adimere ſpem. Cic. pro Manil. 35.

Admota ſpes. V. admoveo.

Affecta ſpes. Valer. 4. Argon. 300. al. Effeta.

Affectare ſpem aliquam. Ovid. 5. Met. 377.

Afferre ſpem. Cic. 3. Fam. 5. Mihi non dubiam ſpem mei conveniendi afferebas. Idem 6. Fam. 9. Spem mihi magnam afferebat ſummæ probitatis, ſummæque eloquentiæ.

Affirmare ſpem. V. affirmo.

Affulget ſpes. Liv. 27. 28. Quum ex inſperato obſtinatis mori ſpes affulſit. V. affulgeo.

Agitare inanes ſpes. Ovid. 7. Met. 336.

Alere ſpem. Cic. 1. in Catil. 30. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, conjurationemque naſcentem non credendo corroboraverunt.

Amplecti ſpem. Ovid. 3. de Pont. 7. 21.
Spem juvat amplecti, quæ non juvat irrita ſemper. Delectat homines in ea ſpe ſemper verſari, quæ non fallax ſemper auxiliatur.

Arrectæ ſpes juvenum. Virg. 3. Georg. 105.

Aſſumere ſpem. Tacit. in vita Agric. 3. Nec ſpem modo ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumpſerit.

Avertere a ſpe. Cic. pro Muren. 43. Primum accuſandi terrores, & minæ, quibus tu quotidie uti ſolebas, ſunt fortis viri: ſed & populi opinionem a ſpe adipiſcendi avertunt & amicorum ſtudia debilitant.

Auferre ſpem. Cic. 3. Off. 10.

Augere ſpem. Cic. 12. Philipp. 2. Auxerat autem meam quidem ſpem, credo item veſtram, quod domum Antonii afflictam mæſtitia audiebam, &c.

Cadit ſpes ad irritum. V. ad.

Calent ſpe animi. Curt. lib. 4. 1. 29.

Capere ſpem de aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Captea inani ſpe. Virg. 11. Æn. 49.

Carere ſpe. Cic. 6. Fam. 1. Sed ſi eſt ſpes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunque ſtatus eſt futurus, carere non debes.

Collocare ſpem in aliquo. Cic. 1. de Orat. 25. Erant autem cum ipſo

Craſſo duo adoleſcentes, & Druſi maxime familiares, & in quibus magnam tum ſpem majores natu dignitatis ſuæ collocarant.
Complere aliquem bona ſpe. Cæſ. Bell. Civil. lib. 2. 21.
Conciderunt omnes ſpes atque opes, h. e. Perierunt, perditæ ſunt atque amiſſæ. Cic. 3. in Catil. 16. Nunc quoniam, Quirites, ſceleratiſſimi periculoſiſſimique belli nefarios duces captos jam & comprehenſos tenetis, exiſtimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes ſpes, atque opes, his depulſis urbis periculis, concidiſſe.
Concipere ſpem. V. CONCIPIO.
Concipere aliquid ſpe. V. CONCIPIO.
Confidere animo & ſpe. Cæſar. V. CONFIDO. H. St.
Confirmare ſpem. Cic. 13. Fam. 30. Hanc rem, mi Plance, ſi effeceris, meam de tua erga me benevolentia ſpem confirmaris. Idem 14. Fam. 4. Si eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & rem adjuves.
Confligit bona ſpes cum omnium rerum deſperatione. Cic. 2. in Catil. 25.
Conſolatur aliquem ſpes. Cic. 5. Fam. 13. Te enim ſpes conſolatur.
Conſolari aliquem ſpe. V. CONSOLOR.
Conſolari ſpe inani & tenui. V. INANIS.
Conſtituere ſpem in aliquo. V. CONSTITUO.
Convertere in ſidem ſpem alicujus. V. CONVERTO.
Debilitare ſpem. Cic. 7. Philipp. 5. Faveas tu hoſti? litteras ad te ille mittat de ſua ſpe rerum ſecundarum ſuarum? eas tu lætus proferas? recites? deſcribendas etiam des improbis civibus? eorum augeas animos? bonorum ſpem virtutemque debilites?
Decerpere ſpes. Quintil. in Procem. lib. 6.
Deciderit e vel de ſpe. V. DECIDO.
Deficit ſpes. Cic. 7. Att. 20. Deficit enim, non voluntas, ſed ſpes.
Deſigere ſpem in cujuſdam poteſtate. Cic. pro Flacc. 4.
Demittere animo ſuo ſpes obſcœnas. i. e. Concipere, & immittere in animum. Ovid. 9. Met. 467.
Depelli magna ſpe. Liv. 21. 25. extr.
Depelli de ſpe & conatu. Cic. 1. in Catil. 14. V. DEPELLO.
Deponere ſpem, Omittere, perdere. Hor. 2. Serm. 5. 26.
Deponere in, Ponere. Curt. 10. 9. 7. Unicam ſpem ſalutis ſuæ in Meleagri morte deponebat. [Lego Reponebat.
Deſerit ſpes. Cic. 2. de Invent. 112. Si tum, cum ſpes deſeruiſſet, opitulatus ſit.
Deſtituit ſpes. Liv. 1. 41.
Deturbare ſpe, vel ex ſpe. Cic. 12. Fam. 25. Neque ſolum ſpe, ſed certa re jam, & poſſeſſione deturbatus eſt.
Deturbari ex magna ſpe. Idem 5. Fam. 7. Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes novos amicos, vehementer litteris perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos jacere.
Devolvi ad ſpem inanem. Cic. 7. Philipp. 13. Cui cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti.
Devovere ſpem. Ovid. 3. Epiſt. 94.
Diſcedit ſpes. Cæſ. Bell. Gall. lib. 2. 7. Quorum adventu & Remis cum ſpe defenſionis ſtudium propugnandi acceſſit, & hoſtibus eadem de cauſſa ſpes potiundi oppidi diſceſſit.
Diſſolvere ſpem nuptiarum. Ulpian. in l. Si puellæ. D. de Sponſalibus.
Dare ſpem alicui. Cic. 5. Fam. 4. Litteræ Q. frat. & Pomponii neceſſarii mei tantam ſpei dederant, ut in te non minus auxilii, quam in tuo collega mihi conſtitutum fuerit.
Dare ſpem bonæ indolis. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Dare ſpem dubiæ menti. Virg. 4. Æn. 55.
Datur ſpes opis. Virg. 2. Æn. 803.
Domare ſpem. Stat. 2. Silv. 2. 125.

—qui pectore magno
Spemque, metumque domas.

Duci ſpe. Cic. 1. de Lege Agrar. 27. Quod ſi quis veſtrûm ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo, &c.
Elucet ſpes plurimorum in pueris. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Emere ſpem. Ter. Adelph. 2. 2. 11. Spem pretio non emo. [Hoc frequens apud Juriſconſultos, etſi alio ſenſu.
Erigere ſpem. Cic. pro Domo 25.
Erigere ad ſpem. V. ERIGO.
Erectus in ſpem. Tacit. 1. Hiſt. 4.
Eripere ſpem. Cic. 4. in Catil. 8. Adjungit gravem pœnam municipibus, ſi quis eorum vincula ruperit: horribiles cuſtodias circumdat, & digna ſcelere hominum perditorum ſancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per populum levare poſſit: eripit etiam ſpem, quæ ſola hominem in miſeriis conſolari ſolet.
Evaneſcit ſpes. V. paulo poſt, Extenuare ſpem.
Everſa ſpes cum mœnibus. Ovid. 13. Met. 624.
Exardeſcere ad ſpem libertatis, i. e. Incitatum eſſe. Cic. 4. Philip. 16.
Excitare ad ſpem. Cic. pro Planc. 55. Alia te ratio, alia cogitatio ad ſpem hujus opprimendi excitavit.
Excluſa ſpes. Cic. in Brut. 329. Quum pacis ſpem a publico conſilio eſſe excluſam videremus.
Exſpectare ſpem. Cic. 3. Att. 22. extr. Ego jam, aut rem, aut ne ſpem quidem exſpecto.
Extendere ſpem in regionem aliquam. Livius. Vide EXTENDO. H. St.
Extenuare ſpem. Cic. 3. Att. 14. Poſteaquam extenuari ſpem noſtram & evaneſcere vidi, mutavi conſilium.
Facere ſpem. Cic. 2. Att. 16. Tuæ litteræ, quo ſæpius a me leguntur, hoc ſpem faciunt mihi minorem, quam quum latæ ſunt: tum id quod attulerunt ad ſpem, infirmant. V. not. Ovid. 16. Epiſt. 14.
Fallere ſpem alicujus. Cic. 1. Fam. 9.
Fallit eum ſpes. Cic. 1. Verr. 4. Ut aut eos homines ſpes falleret, &c.
Favere ſpei. Plin. lib. 17. cap. 14.
Firmare aliquem ad ſpem. Tacit. 14. Ann. 10.
Fluit ſpes, Dubia eſt. Virg. 2. Æn. 169. V. FLUO.
Fruſtratur eum ſpes rei alic. Cic. 12. Fam. 14. Ut ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naves.
Habere ſpem, Sperare. Cic. 2. Fam. 5. Sive habes aliquam ſpem de Republica, ſive deſperas. Idem 3. Fam. 10. V. HABEO.
Habere ſpem in fide alicujus. Cic. 1. de Invent. 71.
Miſerum eſt non habere ne ſpei quidem extremum, & commune ſolatium. Cic. 3. de Nat. Deor. 14.

Habere ſpem, pro Spem oſtendere. Cic. 2. Q. frat. 16.
Habere aliquid in ſpe, Sperare. Cic. 11. Att. 21.
Habere ſpem in manibus. Cic. 2. Verr. 16. Quam ſpem nunc habet in manibus, & quid molitur, breviter jam, Judices, exponam. Cic. 10. Fam. 8.
Hæret ſpes in aliquo. Curt. 9. 5. 18. In Ariſtonô ſpes ultima hærebat.
Impellere in ſpem certiſſimam Conſulatus. Cic. 10. Fam. 4. Sed Cæſarem, meis conſiliis adhuc gubernatum, præclare ipſum indole, admirabilique conſtantia, improbiſſimis litteris quidam, fallacibusque interpretationibus & nuntiis, impulerunt in ſpem certiſſimam Conſulatus.
Implere ſpem, quam quis de nobis concepit. V. IMPLEO.
Inchoare ſpem longam. Hor. 1. Carm. 4. 15.
Inciſa ſpes. V. INCIDO.
Incitant me ſpe non dubia. V. INCITO.
Incumbit illi ſpes. V. INCUMBO.
Inducere in ſpem. V. INDUCO.
Induci in ſpem. Cic. pro Planc. 104. Ego magno in metu meorum in ſpem ſubito inducor, vos eoſdem in hoc conſervando futuros, qui fueritis in me, quoniam iſtis veſtris lacrimis de illis recordor, quas pro me ſæpe, & multum profudiſtis.
Inducta ſpes rapinæ. Ovid. de Nuce 39.

Non odium facit hoc, ſed ſpes inducta rapinæ.

Inductus falſa ſpe. V. INDUCO.
Inferre ſpem. V. INFERO.
Inflammari ſpe potiendi. V. INFLAMMO.
Inflare ſpem alicujus. V. INFLO.
Inflari ſpe. Cic. in Piſon. 89. Quo in oppido cum tibi ſpe falſa, quod Q. Anchariam non eſſe ſucceſſurum putares, animos rumor inflaſſet, quo te modo ad tuam intemperantiam ſcelerate innovaſti? Idem pro Muren. 33. Hoſtium claſſis Italiam, ſpe atque animis inflata, peteret.
Infringi ſpes dicitur. Cic. in Orat. 6. Spes infringatur, aut langueſcat induſtria.
Infringere ſpes immodicas. Stat. 6. Theb. 691.
Ingredi in ſpem. Cic. 12. Fam. 25. Ego, mi Cornifici, in ſpem libertatis ingreſſus ſum. V. INGREDIOR.
Inhibere ſpem alicujus. Curt. lib. 9. 6. pr.
Injicere ſpem. Cic. 3. Att. 22. Spes homini eſt injecta, non eadem quæ mihi, poſſe nos una decedere.
Intercipere ſpem. Ovid. 15. Met. 113.
Intercludere ſpem commeatus. V. INTERCLUDO.
Interdictæ ſpes, Quæ ſperare non licet nec æquum eſt. Ovid. 10. Met. 336.
Inveteraſcit ſpes. Cic. 14. Fam. 3. Nunc ſpes reliqua eſt In novis Trib. plebis, & in primis quidem diebus: nam ſi inveterarit, actum eſt. [Res inveteraverit ſcil. non Spes.
Invitat ſpes. V. INVITO.
Irritus ſpei. Curt. lib. 6. 5. 31. Illa, cauſam ſine cuſtode regnum reliquiſſe, petere perſeverabat, ne ſe irritam ſpei pateretur abire. h. e. Sua ſpe fruſtratam.
Labi aliqua ſpe. Cæſ. Bell. Gall. lib. 5. 55. Hac ſpe lapſus Indutiomarus, nihilominus &c.
Ludere aliquem ſpe vana. Virg. 1. Æn. 356.
Spem mentita ſeges. Hor. 1. Epiſt. 7. 87.
Minuere ſpem. V. MINUO.
Nanciſci ſpem. Cic. 13. Fam. 8.
Niti ſpe. Cic. 3. Att. 9. extr. Nunc, ſi ita ſunt quæ ſperas, ſuſtinebimus nos, & ſpe, qua jubes, nitemur. V. NITOR.
Objecta ſpes dedendæ urbis. Liv. 34. 29.
Obtentat me ſpes. Cic. 9. Att. 12. Urbem autem & populum noſtrum ſervandum ad immortalitatem, quantum in nobis eſſet, putabam. Et tamen ſpes quædam me obtentabat. V. OSTENTO.
Occidit ſpes noſtra. V. OCCIDO.
Offerre ſpem. V. OFFERO.
Omittere ſpem. Curt. lib. 3. 2. pr.
Orbari ſpe. Cic. 6. Fam. 6. Quibus te conſoler ut afflictum, & jam omni ſpe ſalutis orbatum.
Oſtendere ſpem alicujus rei. Cic. 5. Fam. 7. Tantam enim ſpem otii oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus te uno fretus pollicebar. V. OSTENDO.
Ne ſpes quidem ulla oſtendatur fore melius. Cic. 11. Att. 11. Sic 3. 12.
Oſtendere improbis ſpem, & injicere bonis timorem. Cic. 1. de Lege Agr. 23.
Oſtentare ſpem. Cic. pro Cluent. 22. Mulier, amiſſis liberis, cum unius filii recuperandi ſpes eſſet oſtentata, omnes ſuos propinquos, filiique ſui neceſſarios convocavit: & ab his flens petivit, ut negotium ſuſciperent: adoleſcentem, &c.
Pendet ſalus ſpe exigua & extrema. Cic. pro Flacc. 4. Quamobrem niſi hoc loco, niſi apud vos, niſi per vos, Judices, non auctoritatem, quæ amiſſa eſt, ſed ſalutem meam, quæ ſpe exigua extremaque pendet, tenuerimus: nihil eſt præterea quo confugere poſſumus. V. PENDEO.
Percuſſit magna ſpes laudis meum cor. Lucret. lib. 1. 922.
Perdere ſpem. Cic. pro Muren. 28. Itaque, non modo beneficii collocandi ſpem, ſed etiam illud, quod aliquando fuit, Licet conſulere, jam perdidiſtis.
Perſequi ſpem infinitam. Cic. pro Dejot. 13. Pharſalico prælio facto, Dejotarus a Pompejo diſceſſit: ſpem infinitam perſequi noluit. h. e. Incertam. Qui enim victi fuerunt, inſtaurato bello victoriam ſperabant: ut Scipio, Cato, & alii. [i. e. Aliam ex alia ſine fine.
Ponere falſam ſpem, h. e. Deponere. Ovid. ad Liv. 27.
Ponere ſpem in aliquo, vel in re aliqua. Cic. 10. Fam. 26. Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo vel maximam ſpem pono victoriæ. Idem 6. Att. 1. In Pompejo te ſpem omnem otii ponere non miror. Al. Pompejum. Idem de Somn. Scip. 18. Nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum.
Ponere ſpem in arcto. Ovid. 9. Met. 682.
Ponere ſpem in armis. Virg. 2. Æn. 676.
Ponere majorem ſpem ſuæ emptionis in alicujus exitio. Cic. pro Roſc. Amer. 146.
Ponere delectatiouis ſpem in cujuſpiam humanitate. Cic. 1. Att. 4.
Ponere & defigere ſpem in cujuſpiam poteſtate. Cic. pro Flacc. 3.
Ponere in ſpe. Cic. 13. Att. 22. Alteris jam litteris nihil ad me de Attica:
ſed

Digitized by Google

ſed id quidem in optima ſpe pono. Idem 3. Q. frat. 8. Plura ponuntur in ſpe, quam in pecuniis, reliqua ad jacturam ſtruentur.

Præbere ſpem alicujus rei. Cic. 12. Fam. 13. Qui ſpem ſæpe tranſitionis præbendo, neque unquam non decedendo, noviſſime Corycum ſe contulit.

Præcidere vel incidere ſpem alicui. Cic. 3. Verr. 20. Id ſum aſſecutus, ut una hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioſo, profuſo, perdito, ſpem judicii corrumpendi præciderem. Liv. 3. 58. V. INCIDO.

Præcipere ſpem. V. PRÆCIPIO.

Præditus ſpe. Cic. 3. Philip. 46.

Præſumere aliquid ſpe. Virg. 11. Æn. 18.

Producere aliquem falſa ſpe. Ter. And. 4. 1. 24.

Producere ſpem vitæ. Tacit. 12 Ann. 8. Die nuptiarum Silanus ſibi mortem conſcivit, ſive eo uſque ſpem vitæ produxerat, ſeu delecto die augendam ad invidiam.

Proponere ſpem. Cic. pro Rabir. 15. Niſi forte hanc conditionem vobis eſſe vultis, quam ſervi, ſi libertatis ſpem propoſitam non haberent, ferre nullo modo poſſent. conf. 3. Att. 20.

Rapi ad ſpem immortalitatis. Cic. 5. Fam. 12. Neque enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit.

Rapere ſpem. Tacit. 1. Hiſt. 13.

Redintegrare ſpem. Cæſ. 7. Bell. Gall. 25.

Reducere ſpem anxiis mentibus. Hor. 3. Carm. 21. 17.

Referre domum ſpem falſam. Cic. pro Roſc. Amer. 110.

Refulget ſpes. Paterc. lib. 2. 103. extr. Tum refulſit certa ſpes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonii, omnibus ſalutis.

Remorari ſpem. Cic. 3. Att. 14. Etſi ſcio te me iis epiſtolis potius, & meas ſpes ſolitum eſſe remorari.

Repelli a ſpe. Cæſ. 5. Bell. Gall. 42. pr.

Reponere ſpem in aliquo. Cic. 5. Tuſc. 36. Quintil. in Procem. 6. 3.

Reſidet ſpes in. Cic. Anteq. iret in exſil. 9. Quomodo ſpes ſalutis reliquis reſidebit? Idem 12. Fam. 3. Etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua.

Reſpondere ſpei. Paterc. lib. 2. 103. extr. Adeo ut nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi felicius.

Secare ſpem, Sequi ſpem. Virg. 10. Æn. 107.

Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem. V. SECO.

Sequi ſpem. Cic. 9. Fam. 6. Sequuti enim ſumus, non ſpem, ſed officium: reliquimus autem, non officium, ſed deſperationem. Ovid. 17. Epiſt. 140.

Serenare ſpem vultu, i. e. Sereno vultu ſpem bonam præ ſe ferre. Virg. 4. Æn. 162. V. in SERENUS.

Simulare ſpem. Virg. 1. Æn. 213.

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Ubi Serv. Spem, Lætitiam. Eſt & crebra apud Virgilium figura, quæ fit quoties ſignificatur ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Nam ſpem lætitia ſequitur: ſpes vero in vultu non videtur, ſed lætitia.

Subducere ſpem. Paterc. lib. 2. 103. pr. Sed fortuna, quæ ſubduxerat ſpem magni nominis, jam tum Reipub. ſua præſidia reddiderat.

Subeſt ſpes. Curt. lib. 4. 14. 22.

Subminiſtrare ſpem alicujus ſceleris. Porc. Latr. decl. in Catil. ſubject. Salluſt. §. 10. Nunc videndum eſt, ſpem atrociſſimi ſceleris unde illi ſubminiſtratam fuiſſe judicemus.

Sum. ut, Eſſe ſpe bona, pro Bene ſperare. Cic. 12. Fam. 27.

Eſſe in ſpe, pro Sperare. Cic. 13. Fam. 20. Etſi eramus in magna ſpe, te meis litteris, commendationeque diligentiſſime facturum id quod feciſti.

Eſſe in ſpe firmiore. Cic. 8. Att. 13.

Eſſe in ſpe dicitur aliquis, pro Sperari. Cic. 14. Fam. 3. Sed tamen quando vos eritis in ſpe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur. i. e. Dum & de vobis, & de ſtatu veſtro ſpes aliqua erit. Idem 3. Att. 18. pr. An eſt aliquid in ſpe? Eadem lib. 8. 15. Dum in ſpe pax fuit.

Eſt ſpes. Cic. pro Quint. 94. Spes eſt & hunc miſerum atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. conf. 32. & 3. Att. 7.

Eſt ſpes de argento. Plaut. Moſt. 3. 1. 40.

Eſt nulla ſpes juventutis, ſeſe omnes amant. Plaut. Capt. 1. 2. 19. Cic. 2. Att. 6. Vide quid narrent, & quæ ſpes ſit denarii.

Erat ſpes in curſu. Ovid. 6. Faſt. 362.

Eſt ſpes in anguſto. Celſ. lib. 5. cap. 27. in curatione adverſus canis rabioſi morſum, Miſerrimum genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti, & aquæ metu cruciatur: quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt.

Eſt ſpes omnis in aliquo. Cic. 10. Fam. 22. In te & collega omnis ſpes eſt. Idem ad Brut. 10. Spes omnis eſt in te. Sic 1. Verr. 48. In hoc ſpes tuæ ſunt omnes. Subaudi Homine.

Una ſpes eſt, quemadmodum Una ſalus, pro Sola. Cic. 12. Fam. 22. Spes tamen eſt una, aliquando Populum Ro. majorum familiam fore.

Superare ſpem. Cic. de Amicit. 11. Qui ſummam ſpem civium, quam de eo jam puero habuerant, continuo adoleſcens incredibili virtute ſuperavit.

Superare & fallere ſpem alicujus. Cic. 4. in Catil. 23.

Tenet aliquem ſpes. Cic. pro Cluent. 7. Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea, quæ ſunt in cauſa, explicare, atque omnia dicendo conſequi potuero, &c.

Teneri ſpe. Idem 14. Att. 15. Quo confugient ſocii? quem implorabunt? qua ſpe denique, ut vivere velint, tenebuntur?

Tollere ſpem. Cic. 3. Att. 24. pr. Quod illa ipſa ſpes exigua, quæ erat, videtur eſſe ſublata.

Trahere ſpem mora. Ovid. 3. Faſt. 686.

Trahi ſpe. Ovid. 3. Triſt. 5. 25.

Et ſtultam dubia ſpem trahit uſque mora.

Venire in ſpem. Cic. 9. Fam. 1. pr. In ſpem tamen venio appropinquare tuum adventum. Cæſ. 1 Bell. Gall. 18. extr. V. IN.

Verſat me lubrica ſpes. Stat. 1. Achil. 547.

Videre ſpem. Cic. 3. Att. 10. Nam ſi erat cauſa, ſi quid agetur, ſi ſpem videro, aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam.

Vincere ſpem. Cic. 14. Fam. 5. Saluſtius officio vincet omnes ſpes. (Abeſt vox ult. a libris emendatis.

Vocare in ſpem. Cic. 3. Att. 15. Hæc niſi videris expediri, quam in ſpem me vocas?

Adduci ſpe mercedis. V. ADDUCO.

Agitare animum alicujus ſpe, metu, admonitionibus, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Alternant ſpeſque timorque fidem. Ovid. 6. Epiſt. 38.

Devorare ſpe aliquid, Sperare futurum ut aſſequamur & devoremus. Cic. 1. Att. 15. Ille autem regis hereditatem ſpe devorarat. Idem pro Flacc. 57. Amiſſum eſt enim præter ſpem, quod erat ſpe devoratum, lucrum. Idem 3. Verr. 135. Ille, qui jam ſpe & opinione prædam illam devoraſſet. V. DEVORO.

Fluitare ſpe dubiæ horæ. Hor. 1. Epiſt. 19. 110.

Incubare ſpe alicui rei. Cic. pro Cluent. 72. Hic ille planus improbiſſimus, quæſtu judiciario paſtus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe jam atque animo incubaret, contrahit frontem. V. INCUBO.

Laborare in ſpem. Ovid. 15. Met. 367.

Laudati, non tam re & maturitate, quam ſpe & exſpectatione. Cic. in Orat. 107.

Nati in ſpem honorum. V. NASCOR.

Nunciare ſpem ſummam. Cic. Summam ſpem nuntiabant, fore ut Antonius cederet.

Paſcit amorem ſpes. Ovid. 9. Met. 748.

Spes eſt quæ capiat, ſpes eſt quæ paſcat amorem.

Spes, pro Metu. Stat. 9. Theb. 129.

— hunc retro converſum, & tela petentem,

Dum ſpes nulla necis, crinito a vertice figit.

Et in eodem ſenſu apud Lucan. 5. 454.

— cælo languente fretoque

Naufragii ſpes omnis abit.

Spes in plurali. Plaut. Curc. 2. 3. 28. Spes meæ ubi ſunt? Liv. 1. 34. Has ſpes cogitationeſque ſecum portantes, urbem ingreſſi ſunt. Cic 3. in Catil. 16. Exiſtimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes ſpes atque opes, his depulſis urbis periculis, concidiſſe. Hor. 1. Epiſt. 5. 17.

Spes jubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem. Plura ſupra occurrunt.

SPES, Dea apud Romanos, cujus ædes in foro olitorio fuit. Liv. 21. 62. Ædem Spei (inquit) quæ in foro olitorio fuit, fulmine ictam fuiſſe. M. Cicero 2. de Legib. 28. ait Spem fuiſſe a Calatino conſecratam. Videndus Lilius Gyraldus Syntag. 1. Hiſtor. Deor. Ovid 1. de Arte Am. 445.

Spes tenet in tempus, ſemel eſt ſi credita, longum,

Illa quidem fallax ſed tamen apta Dea eſt. V. etiam Broeckhuſ. ad Tibull. 1. 1. 5. Ejus typos in nummis exhibet Oiſel. Theſaur. tab. 54.

Spes & Metus divinationem & auguria repererunt. V. Amantes ſibi ſomnia fingunt, in AMO.

SPĒRES, is. f. [ἐλπίς] pro Spes, ſpei, antiqui dixerunt, auctor Feſt. Varr. Quibus ſuam delectat ipſe amicam, & ſeſe ſperibus jactet ſuis. Unde Aſpere, quaſi Sine ſpere: & Proſpere, Pro ſpere. V. Non. 2. 788. Ennius,

Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe potis ſunt. H. St. Ex Feſto, q. V.

SPĔCŬLA, æ. f. dimin. [ἐλπίδιον] Plaut. Moſt. 3. 1. 102.

Nam quid ita ſpecula clamas clamorem merum? Emendati codd. Speculu claras clarorem. Idem Perſ. 2. 5. 9.

Ecquid quod mandavi tibi, eſt mihi in te ſpeculæ? Plaut. Caſ. 2. 4. 27.

Si non impetravit, etiam ſpecula in ſortitu'ſt mihi. Cic. 2. Fam. 16. Et eo magis, quod in communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula.

Deguſtare aliquid ſpeculæ ex ſermone alicujus. Cic. pro Cluent. 72.

SPĒRO, [ἐλπίζω Gl. L. G. & G. L.] āre. Spem habere, & vel ad bonum vel ad malum refertur. Speramus ad diem, & læta, inquit Donat.

Spero confore. Ter. And. 1. 1. 140. Cic. 1. Tuſc. Spero fore ut contingat id nobis.

Sperare de re aliqua. Cic. 9. Att. 6. Neque de otio noſtro ſpero jam, nec ullam acerbitatem recuſo.

Deſperare & Sperare, contraria. Cic. in Piſon.

Sperare & Exſpectare. Cic. ad Octav. Quid de hoc ſperare aut exſpectare nos oportebat?

Auxilium ſperare. Catul. Argon. 62. 180.

Pretium ſperare. Ovid. 6. Met. 84.

Salutem ſperare. Virg. 1. Æn. 455.

Spero; pro Credo, tam de præſenti, quam de præterito dicitur. Ter. Eun. 1. 2. 123.

— unam me ejus ſpero fratrem propemodum

Jam reperiſſe adoleſcentem adeo nobilem. Idem Eun. 5. 3. 21.

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Quintil. in Gladiatore, Facilis (ut animadvertere vos ſpero) defenſionis meæ curſus eſt. Hic de præterito. Et Cic. Spero jam probatam eſſe amicitiam noſtram. Idem 1. Att. 1. Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certe.

Ut ſpero, prope diem te videbo. Cic. 6. Att. 1.

Spero non veniet uſus. Ter. Heaut. 3. 2. 42. Non uſus veniet ſpero.

Sperare & Confidere. Cic. 12. Fam. 18. Ego & ſperaram, prudentia tua fretus, & ut confiderem, fecerunt tuæ gratiſſimæ mihi litteræ. V. CONFIDO.

Bene de aliquo ſperare. Cic. 9. Att. 7.

Jubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. Cic. pro Dejot. 38.

Melius ſperavi. Ovid. 2. Epiſt. 61.

Lenius ſperare aliquid de ſe. Ovid. 3. de Pont. 7. 31.

Sperare recte. Cic. 13. Fam. 17.

Sperare temere. Cic. 3. Att. 18. extr.

Sperare in malum. Virg. 4. Æn. 419.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,

Et perferre, ſoror, potero Sperare, inquit Serv. i. e. Futurum opinari, ſive timere. Ibid. 292.

— & tantos rumpi non ſperet amores. Hor. 1. Epiſt. 4. 14.

Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora. Cic. 1. Att. 10. A quo nihil ſperes boni Reip. quia, &c.

Sperare pro Timere. Virg. 1. Æn. 547.

At ſperate deos memores fandi atque nefandi. Ubi Servius; Sperate, pro Timete, ut lib. 4. 419.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Quum ſperemus bona, timeamus adverſa. Item lib 11. 275.

Hæc adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt, &c.

Deos ſperavimus. Plaut. Caſ. 2. 5. 38.

Bene dice, Diis ſum fretus, deos ſperavimus. Al. Sperabimus.

Sperare, Gaudere. Donat. Ter. Adel. 1. 2. 72.

Sperabam jam defervisse adoleſcentiam. Ubi Donat. Recte Sperabam, pro Gaudebam. Sic enim dicimus, quum erraſſe nos cernimus.

SPERANS, Partic. [ἐλπίζων] Virg. 6. Æn. 526.

SPERĀTUS, a, um. aliud Partic. [ἐλπισθεὶς] & ſæpius Adjective [ἀγαπητὸς, ἐπέλπις, Gl. L. G.] Plaut. Merc. 5. 2. 2.

Spem ſperatam quoniam obtuliſti hanc mihi, grates ago.

Aura ſperata deſeris ratem. Ovid. 4. de Pont. 12. 42.

Laborare de aliqua & ſperata gloria. Cic. 1. Q. frat. 1. 34.

Favor ſperatus. Hor. 2. Epiſt. 1. 9.

Honos ſperatus fugit. Stat. 5. Silv. 3. 232.

Voluptas ſperata. Ovid. 2. Met. 862.

Speratum veteres dicebant Eum, qui uxorem petit, & Speratam, Virginem, quæ petitur. Afran. Corn., & nuntia venire, & mecum ſperatam adducere, ut videat puellam. Speratam ſuam vocat Uxorem Plaut. in Amph. 2. 2. 44.

Amphitruo uxorem ſalutat lætus, ſperatam ſuam. V. Non. 5. 69.

SPERĀBILIS, e. Adj. [ἐλπιστὸς] Quod ſperari poteſt. Plaut. Capt. 3. 3. 3.

Hic ille eſt dies, quum nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis eſt. Inſcriptio apud Gruter. p. 860. n. 5. NIHIL EST SPERABILE DATVM.

SPETILE, is. n. vocatur infra umbilicum ſuis quod eſt carnis, proprii cujuſdam habitus, ac ca, qua etiam antiqui per ſe utebantur. Plautus enumerandis vilibus obſoniis in Carbonaria ſic meminit:

Ego pernam, ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia. Feſt. Al. ex Pſeud. 1. 2. 33. Sed alia lectio in libris Plautinis. q. V.

SPEUSIPPUS, [Σπεύσιππος] Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos poſt ejus deceſſum ſcholæ ejuſdem præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum, ſibi mortem conſciviſſe mærore impulſum. Plutarchus vero ſcribit, illum pediculis effervescentibus interiiſſe. Primus invenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia. V. Diog. Laert.

SPEUSTĬCUS, a, um. Adj. [σπευστικὸς] dicitur Panis, qui celerrime fit & coquitur: a verbo σπεύδω, quod eſt Feſtino. Plin. lib. 18. cap. 11. Panis ipſius varia genera, alias ab obſoniis appellati, ut oſtrearii; alias e deliciis, ut artolagani; alias a feſtinatione, ut ſpeuſtici.

S P H

SPHACELISMUS, V. SPHACELUS.

SPHĂCĔLUS, [σφάκελος] propria Oſſium eſt affectus, teſte Galeno comm. in 2. de Fract. cum tota illorum ſubſtantia corrumpitur; Latini, Oſſium cariem appellant.

Sphacelus, i. m. Herba ſalviæ ſimilis, Theophraſt. lib. 6. cap. 2. De plantarum hiſtoria, Sphacelus (inquit) & Salvia inter ſeſe diſtant; quaſi alterum urbanum, alterum genus ſilveſtre diceris. Sphacelo folium levius, contractius, minusque ſqualens: Salviæ ſcabrius. Hæc ille.

SPHACELISMUS, [σφακελισμὸς] Morbi idem genus, ipſis etiam plantis cum animalibus commune, de quo abunde multa ſupra diximus in vocibus Aſtroboliſmus & Sideratio. V. Fœſ. Oecon. Hipp.

SPHACOS, V. in SPHAGNOS.

SPHACTĒRIA, quæ & Sphagia, [Σφακτηρία] Inſula eſt Meſſeniæ adjacens e regione Pyli, cujus meminit Strab. lib. 8. V. Steph.

SPHÆRA, æ. f. [σφαῖρα] Latine dicitur Globus, nempe qui ex omni parte exteriore rotundus apparet. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græce dicitur, his duabus formis contingit ſolis, ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, a medioque tantum abſit extremum, quantum idem a ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius. Gloſſ. Græcolat. Σφαῖρα, Pila, Globus. Sphæra, Orbita cæli. Cic. 2. de Nat. Deor. 56. Habere ſecretam & liberam ſphæram. Idem 3. de Orat. 160. Quamvis ſphæram in ſcænam (ut dicitur) attulerit Ennius, tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe.

SPHÆRĀLIS, e. Adj. [σφαιροειδὴς] Macrob. 7. Saturn. cap. 9. Ex his ſeptem motibus, unus tantum in divinis corporibus invenitur, ſphæralem dico, quo movetur cælum, quo ſidera.

Convexitas ſphæralis. Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 16.

Forma ſphæralis. Macrob. 7. Saturn. cap. 16. Ex forma tereti ac pæne ſphærali, atque undique verſum clauſa.

Natura ſphæralis. Macrob. 7. Saturn. cap. 9. Sphæralis enim naturæ, & ad nos de alto veniens, partem in homine & altam & ſphæralem tenuit.

SPHÆRĬCUS, a, um. Adj. [σφαιρικὸς] Rotundus. Macrob. Somn. Scip. 2. 14. Sphærico motu in orbem rotari. Iſidor. 2. 7. Numerus ſphæricus.

SPHÆRICA, æ. f. [σφαιρικὴ] Placentæ genus, quæ ex multis globulis in ſphæram & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul compactis fiebat. Cato R. R. cap. 82. Sphæricam ſic facito, ita uti ſpiram, niſi ſic fingito, detractis caſeo, melle: ſphæras pugnum altas facito, eas in ſolo componito, denſas eodem modo componito, atque ſpiram, itemque coquito. Vetus exemplar habet Spæritam; ſed minus recte.

SPHÆRISTA, æ. m. [σφαιριστὴς] Qui pila ludit. Sidon. 2. Epiſt. 9. Gloſſ. Græcolat. Σφαιριστὴς, Pilarius.

SPHÆRISTĒRIUM, i. n. [σφαιριστήριον] Locus balinei, in quo veteres frictiones ſuas & varia exercitationum genera facere ſolebant, a ſphæra, i. e. pilæ ludo nomen habens, quam Græci σφαῖραν appellant, a quo Sphæriſtæ, ejus ludi ſtudioſi: & Sphæriſtici, ejus ludi periti, dicebantur, inquit Budæus. Sueton. in Veſp. cap. 20. Valetudine proſperrima uſus eſt, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces, ceteraque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret. Plin. 5. ad Apollinarem Epiſt. 6. Apodyterio ſuppoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Lamprid. in Alexand. cap. 30. Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat. V. PILA.

SPHÆROMACHIA, æ. f. [σφαιρομαχία] Certatio, quæ fit pila vel globo. Seneca Epiſt. 81. Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco; ſed ſpectaculi, quod omnes moleſtos ad ſphæromachiam avocavit. Stat. 4. Silv. in præfat. Sphæromachias ſpectamus & pilarios inſuſo admittimus. V. Beroald. Var. Annot. 2. 8.

SPHAGIA, æ. f. [Σφαγία] Inſula e regione Pyli, Meſſeniæ, & Lepræi. Strab lib. 8.

SPHAGITIDES, [σφαγίτιδες] Venæ duæ inſignes utrinque ad jugulum apparentes, omnes, tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini Jugulares venas interpretantur, σφαγὴν enim illi jugulum appellant. Galen. lib. 6. De uſu partium. V. in JUGULUM.

SPHAGNOS, [σφάγνος] ſive Bryon, ſive Sphacos, ſunt Cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, ſed odore præſtantes. Plin lib. 12. cap. 23.

SPHENIDA, Pilæ genus majus paganica & tenuius quam follis, ex panno fere confuta: nonnunquam etiam ex pelle. Alio nomine dicitur Harpaſtum. Hoc Perottus: Sed Cæl. lib. 20. cap. 14. non Sphenida, ſed Sphennida ſcribendum eſſe [σφεννίδα] affirmat. V. PILA.

SPHINX, ingis. f. [σφίγξ] Æthiopicum animal eſt, e ſimiarum genere, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo & ſolitudine feram aſſimulans. De ſphingibus Diod. Sicul. lib. 4. Plin. lib. 8. cap. 21. 1.

Sphinx [Σφίγξ] Monſtrum, quod poetæ faciem habere virginis fingunt, pennas avium, pedes leonis.

Sphinx ab effectu nomen ſortita: quod homines ſuis quæſtionibus ita ſtringeret, ut ſe expedire non poſſent. Nam Græce σφίγγειν Conſtringere, vel Vincire dicitur: vel quaſi omnium mentes ſuis propoſitionibus ligans. Lactant. in primum Theb. ſcribit, Sphinga monſtrum fuiſſe, alas & ungues habens in ſimilitudinem Harpyiarum: quod inſidens ſcopulo viæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat: quæ quum ſolvere non poſſent, ex improviſo veniens, alis & unguibus ad ſe in rupem trahebat. Hoc autem ænigma proponebat: Quod animal bipes, idemque tripes, ac quadrupes eſſet. Cujus locutionis ambages tandem calliditate ſua in Oedipus diſſolvit, ut Hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus & pedibus nitens, quadrupes eſt. Factus vir, ut qui nullo alio quam pedum auxilio gradiatur, bipes. At in ſenectute, viribus deficientibus, baculo utens, tripes. Inde origo hujus adagii apud Ter. And. 1. 2. 23. Davus ſum, non Oedipus. i. e. Servili officio non quæſtionibus ſolvendis aptus. V. Plin. lib. 11. cap. 1. Auſon. in Idyll. 11. 41.

Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis

Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Ænea ſphinx. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Iniqua ſphinx. Stat. 1. Theb. 66.

Victa cadit ſphinx. Stat. 11. Theb. 490.

SPHINGA, æ. f. Idem. Solin. cap. 30. Iſid. 20. 11.

SPHINGIUM, i. n. [σφίγγιον] Dimin. ejuſdem. Plin. 6. 29.

SPHRĀGIS, idis. f. [σφραγὶς] Species eſt optimæ rubricæ, apud Plin. lib. 36. cap. 6. Quæ in Lemno inſula effodiebatur, ita dicta quod ſignata venderetur, ſicut apud nos ſapo, σφραγίζειν, enim Græci dicunt, quod nos ſignare. Quo autem in loco, quibusque cærimoniis hæc terra colligatur, diximus in dictione LEMNOS.

Eſt item Sphragis, Gemma viridis, ſed non tranſlucida; ita dicta quod ea optime ſignemus. Plin. lib. ult. cap. 8. Gloſſ. Græcolat. Σφραγὶς, Signum, Obſignacio, Sigillum.

SPHYGMOS, [σφυγμὸς] eſt Motus arteriæ, celerius tardiusve ſalientis, pro ratione dilatationis, & contractionis ipſius cordis, dictus Sphygmos ἀπὸ τοῦ σφύζειν, quod Salire, inſultare, pulſare, ſignificat. Gloſſ. Græcolat. Σφυγμὸς, Tergus, Σφύζει, Palpitat.

SPHYRÆNA, æ. f. [σφύραινα] Græcis Animal marinum, quod Latinis Sudis dicitur, ut ait Plin. lib. 32. cap. 11. Sane prætereo a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata, a Græcis Sphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener. Gloſſ. Græcolat. Σφύραινα, ἰχθὺς, Sudis. V. Oppian. 1. Halieut. 172.

S P I

SPICA, æ. f. [στάχυς Gl. L. G. & G. L. & Onom. v. ἄσταχυς G. L. ψιλάμα L. G.] dicitur, quum per culmi folliculum, id eſt extremum tumorem, ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi eminent, ut ait Serv. Cic. 5. de Finib. 91. Ne ſeges quidem igitur ſpicis uberibus & crebris, ſi avenam uſpiam videris.

Spica dicta eſt a Spe, ut ait Varr. de R. R. lib. 1. cap. 48. Nam quum fruges in ſpicam exit, ſpem præbet hominibus.

Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: & etiam primitus ſpica quum oritur, vaginam. Varr. 1. de R. R. cap. 48.

Flaventes ſpicæ. Ovid. 9. Met. 688.

Minuta & inanis. Plin. lib. 18 cap. 24.

Minuta & vana. Columel. lib. 2 cap. 9.

Spica mutica, Quæ non habet ariſtam. Ariſtæ enim ſunt quaſi cornua ſpicarum. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 48. V. Muticus in MUTUS.

Fruges ſpicæ ordine ſtructæ. Cic. de Senect. 51. Quanquam, non modo fructus quidem me, ſed etiam ipſius terræ vis ac natura delectat, &c. vaginis jam quaſi pubeſcens includitur: e quibus cum emerſerit, fundit frugem, ſpicæ ordine ſtructam, & contra avium minorum morſus munitur vallo ariſtarum.

Cererem in ſpicis intercipere. Ovid. 8. Met. 292. de apro Calydonio,

Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herba:

Nunc matura metit fleturi vota coloni,

Et Cererem in ſpicis intercipit. Quid ſit Cererem in ſpicis intercipit, jam expoſuit ipſe quum inquit, Matura vota coloni. Primo enim herbeſcit ſeges, unde illud eſt, Segetes proculcat in herba. Deinde vero ubi maturuit, In ſpica eſſe dicitur.

Spica, Signum in cælo oriens in Virginis parte decima. Firmicus, Quicunque in ortu Spicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet. Columel. lib. 11. cap. 2. 14. Calend. Octob. Spica Virginis exoritur.

Spica, Nucleus quo numeroſo caput allii compactum eſt. Columel. lib. 11. cap. 3. de Ulpico. Habet enim, velut allium, plures cohærentes ſpicas. Inter palmaria ſpatia ſpicæ ulpici. Ruel. lib. 1. cap. 2. Cohærentes bulbi, in quos allii caput extumuit, qui ſeorſum conſiti novam creant ſobolem, & nuclei & ſpicæ Latinis auctoribus appellantur.

Nardi ſpica. Plin. lib. 12. cap. 12. Nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote Nardi ſpicas ac folia celebrant. Paulo poſt, Pretium ſpicæ in libras a c. folia diviſere annonam, &c. Dioſcorides quoque lib. 1. cap. 6. Nardo ſpicas tribuit. Oculata etiam fides id abunde teſtatur.

Spica

Google

Spica Ciliſſa. Ovid. 1. Faſt. 76.

Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis. Propert. lib. 4. 6. 74. de pugna Actiaca navali,

Bella ſatis cecini, citharam jam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
Candida nunc molli ſubeant convivia luco,
Blanditiæque fluant per mea colla roſæ.
Vinaque fundantur preſis eliſa Falernis,
Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa comas. Sunt qui per Spicam Ciliſſam, Crocum intelligant, aut Oleum potius crocinum. Præſtantiſſimum enim crocum in Cilicia naſcitur ad antrum Corycium. Plin. lib. 21. cap. 6. Prima nobilitas Cilicio croco, & ibi in Coryco monte. Hoc majores utebantur in rogis ac ſacrificiis. Stat. 6. Theb. 220. in Archemori funere,

Necnon Aſſyriis pingueſcunt robora ſuccis
Pallentique croco. Ovid. 1. Faſt. 337.
Ante deos homini quod conciliare valeret
Far erat, & puri lucida mica ſalis.
Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita navis aquas:
Tura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos, herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus aduſta ſono. Crocum præterea vino mire congruere, præſertim dulci, ſcribit Plin. lib. 21. cap. 6. Quo nituntur argumento, qui Spicam Ciliſſam apud Propertium putant dici Crocum. Dicuntur enim Spicæ, non ſolum quales in frumento ſunt, ſed quales in allii aut croci & ſimilium bulbis videmus. Sunt tamen & qui Spicam Ciliſſam interpretantur Spicam nardi: pro quibus facere videtur illud Ovidianum ſupra citatum,

Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis. Quid enim eſt in croco, quod uri cum crepitu queat?

Spicus, i. m. in utroque numero legitur. & Spicum, i. n. tantum in ſingulari, auctore Servio in 1. Georg. 111. Cic. 2. de Nat. Deor. 110.

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo. Ex poeta. Varro apud Non. 3. 230. Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquid bonum.

Spicum maſculine antiqui dicebant, ut hunc ſtirpem & hanc amnem. Verſus eſt antiquis:

Quaſi meſſim permiſſim unumquemque ſpicum colligit. Feſtus. Dacer. Quaſi meſſor per meſſim.

Spicŭla, æ. f. dimin. Mart. Capel. lib. 2. Roſarum ſpiciolis redimita.

Spiceus, a, um. Adj. [ſταχυϊνὸς] Quod ex ſpicis eſt: ut,
Corona ſpicea. Tibull. lib. 1. 1. 15.
Corona ſpicea, quæ vitta alba colligeretur. Plin. 18. 2.
Meſſis ſpicea. Virg. 1. Georg. 314.
Serta ſpicea. Ovid. 6. Met. 28.

Spicĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [ſταχυοφόρος] Quod fert ſpicas; ut, Spicifera Ceres a poetis dicitur.
Nilus ſpicifer. Martial. lib. 10. 74. [i. e. Spicis fecundus, vel quod eum corona ſpicea depingerent, ob fertilitatem Ægypto impertitam.
Dea ſpicifera, Ceres. Sen. Herc. OEth. 5. Manil. 2. 442.
Ora ſpicifera. Sil. lib. 3. 403.

Spicĭlĕgium, i. n. [ſταχυολογία] Collectio ſpicarum. Varr. 1. de R. R. cap. 53. Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

Spico, [ſταχυόομαι] āre. Spiculo & ferro aſperare. Grat. v. 118.

Quid Macedum immenſos libeat ſi dicere contos,
Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes. Longas & ſupervacuas Macedonum ſariſſas exiguo præfixas eſſe ferro dicit. Inde putaverim apud eos haſtam Macedonicam, Picam, quaſi Spicam vocari, quod ferro ſpicata ſit exiguo. Inde Picare tanquam Spicare dicimus. Turneb. Adverſ. 21. 25.
Et Inſpico Deſpaut. 457. ſine exemplo. H. St. Veriſimilius tamen eſt a Spiculo, quod juniores pro Pilo uſurparunt, nomen Callicum tractum.

Spicor, āri. i. e. Spicam efficere, legitur apud Plin. lib. 18. cap. 7. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

Spicatus, a, um. Partic. [ſταχυωτὸς] Quod habet ſpicas. Plin. lib. 21. cap. 17. Aliud rurſus ſpicatarum genus herbarum. Idem lib. 24. cap. 15.
Unguentum ſpicatum Romæ dici ſolitum Galenus prodidit, & feminis præſertim divitibus familiare. Idem & Nardinum dictum, ut refert Hermol. in Coroll. Dictum Spicatum quod ex ſpica nardi conficiatur, ut docet Marcell. interpres Dioſcorid.
Pavimentum ſpicatum. Plin. lib. 36. cap. 25.
Teſtacea ſpicata. Vitruv. 7. 1. V. Lex. Philſc.

Spicio, V. spacio.

Spicŭlum, i. n. [Σαυρωτὴρ, ἀκόντιον, ἀκὶς, [illegible], Gl. L. G.] Lancea brevis, ita dicta a ſpicæ ſimilitudine. ſeu ut Vegetius 2. 15. de Re Mil. ait, Telum miſſile, cujus ferrum eſt triangulum unciarum novem, haſtile pedum quinque & ſemis. Quæ Pili deſcriptio eſt. Cic. in Piſon. 62. L. Craſſus, homo ſapientiſſimus noſtræ civitatis, ſpiculis prope ſcrutatus eſt Alpes, ut ubi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret.
Spiculum, Haſtæ in ſpicarum ſpeciem aculeus Deſp. Vide præcedent. ex Turn. in spico. H. St.
Lucida ſpicula levato ferro. Virg. 5. Æn. 307.
Contorquent lenta ſpicula lacertis. Virg. 7. Æn. 163.
Contorſit manu emiſſa ſpicula. Virg. 11. Æn. 676.
Fundere ſpicula. Sil. lib. 17. 133.
Quatere ſpicula. Ovid. 8. Met. 375.
Vellere ſpicula. Virg. 10. Æn. 88.
Vibrare ſpicula. Virg. 11. Æn. 606.
Spiculum accipitur pro Sagitta. Virg. 11. Æn. 606.

Spicula converſo fugientia dirigit arcu.

Scelerata ſucco ſpicula. Sil. lib. 3. 273. h. e. Venenatæ ſagittæ.
Dirigere certa ſpicula. Ovid. 12. Met. 606.
Exercere ſpicula debita fatis Trojanis. Ovid. 13. Met. 54.
Promere ſpicula de pharetra. Ovid. 3. de Arte Am. 516.

Tincta venenis ſpicula. Ovid. 4. de Pont. 10. 31.
Spiculum, Sagittæ ferrum, ſeu Cuſpis ipſa, & aculeus: ut Ovid. 3. de Arte Am. 516.

Spicula de pharetra promit acuta ſua. [i. e. Sagittas ipſas.

Avelli ſibi ſpiculum jubet. Cic. 5. Fam. 12.
Calami ſpicula Gnoſſii. Hor. 1. Carm. 15. 17.
Haſtarum ſpicula. Ovid. 8. Met. 375.
Spicula, Aculei apum. Virg. 4. Georg. 237.

— & ſpicula cæca relinquunt
Adfixæ venis. De apibus. Ovid. in Ibio, 544.
Noxia luminibus ſpicula condat apis.

Defigunt ſpicula crabrones nudo vertice. Ovid. 3. Faſt. 754.
Exacuunt ſpicula roſtris. Virg. 4. Georg. 74. de Apibus.
Spiclum, per ſyncopen pro Spiculum. Lucret. lib. 3. 199.

At contra lapidum conjectum, ſpiclorumque, &c.

Spicŭlo, [ἀκιδόω] āre. In ſpiculi modum acuere. Plin. lib. 11. cap. 6. Telum vero perfodiendo tergori, quo ſpiculavit ingenio?

Spiculator, V. speculator.

Spicŭlus, a, um. Adj. Tertull. de Pudic. cap. 7. Iis exquirendis, non lucernæ ſpiculo lumine, ſed totius ſolis lancea opus eſt. [Niſi Subſt. eſt, per appoſitionem poſitum, cui opponitur, ut Lancea.

Spicŭla, æ. f. Herba, apud Apul. de Herb. cap. 66.

Spina, æ. f. [ἄκανθα Gl. L. G. & C. L.] Id in ſentibus & rubis, aut aliis fruticibus vel herbis, quod, dum tangitur, aculeatum ſentitur, & pungit. Plin. lib. 10. cap. 30. Putant ex ſpinis aculeatis.
Conſertum tegmen ſpinis. Virg. 3. Æn. 594.
Spinam facere dicitur aſparagus, quum percrevit, & ſpinoſus fit. Columel. lib. 11. cap. 3. §. 46.
Acutis ſpinis ſurgit paliurus. Virg. 5. Ecl. 39.
Variæ ſunt ſpinarum ſpecies apud Plinium; ut
Ægyptia ſpina: lib. 24. cap. 11.
Alba. Idem 24. 10. [illegible]. Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat.
Arabica. Idem 24. 12.
Fullonia. Idem 16. 44.
Indica. Idem 10. 5.
Regia. Idem 13. 24.
Sitiens. Idem 13. 25.
Spina ſolſtitialis. V. Solſtitium in sol.
Spinæ, per tranſlationem, pro Difficultatibus. Cic. 4. de Fin. 79. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit, fuitque in altero genere mitior, in altero illuſtrior. Idem 4. Tuſc. 9. Spinas partiendi & definiendi prætermittunt.
Vellere ſpinas. Cic. 4. de Fin. 6. Deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam & gravem, quam magnifice dicta ſunt ab illis! quam ſplendide! de juſtitia, &c. de fortitudine hominum, de ſpinas vellentium, &c.
Spina, pro Aculeo, qualis ſerpentibus & hyſtricibus, & piſcibus vel aliis animalibus ineſt. Plin. lib. 8. cap. 35. Hyſtrices generat India & Africa, ſpina contectas. Idem lib. 9. cap. 9. Iidem anthiæ quum unum hamo teneri viderint, ſpinis, quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur.
Animantes aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Spina [ἄκανθα ἀνθρώπου καὶ ἰχθύος, ῥάχις, Cl. C. L. & L. C.] etiamnum appellatur, Vertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe, qui eſt a collo ad extremum uſque os, quod ſacrum dicitur: ſic autem appellata eſt, quod ipſæ vertebræ in ſuo contextu proceſſus utrinque oſtendunt, ſpinis haud abſimiles. Plin. lib. 11. cap. 37. Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina, a cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſe ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui ejus membrana modo inciſa ſtatim exſpiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, a lateribus dorſa: quæ omnia dicuntur terga. Varr. 2. de Re Ruſt. cap. 7. Scapulis latis, ſpina maxime duplici.
Crates ſpinæ. Ovid. 8. Met. 806. de Fame dea.
Lentæ ſpinæ curvamen. Ovid. 3. Met. 66.
Putrefacta ſpina. Ovid. 15. Met. 389.

Spinŭla, æ. f. dimin. Arnob. lib. 2. Inhærens callo ſpinula.

Spineus, a, um. Adj. [ἀκάνθινος] ut, Spinea corona, Quæ a ſpinis facta eſt.
Tæda ſpinea. Catul. in Epithal. Jul. 59. 15. al. Pinea.
Vincula ſpinea. Ovid. 2. Met. 789.

— baculumque capit, quem ſpinea tortum
Vincula cingebant.

Spineolus, a, um. Adj. dimin. V. in spinus.

Spinālis, e. Adj. Ad ſpinam pertinens. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 9. Animæ per ſpinalem medullam præbetur effectus.

Spinōſus, a, um. [ἀκανθώδης Cl. G. L.] Adj. Spinis abundans. Varro 2. de R. R. cap. 3. In ſpinoſis locis paſcuntur. Plin. lib. 12. cap. 15. Corticem lævem myrrhæ, ſimilemque unedoni, ſcabrum alii, ſpinoſumque dixere.
Herbæ ſpinoſæ. Ovid. 2. Met. 810.
Jugum ſpinoſum. Propert. lib. 4. 4. 49.
Oratio ſpinoſa, per tranſlationem. h. e. Dura & aſpera. Cic. 1. de Orat. 83. Sed hæc erat ſpinoſa quædam & exilis oratio, longeque a noſtris ſenſibus abhorrebat. Idem in Orat. 114. Nam & ipſe Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi, & poſtea qui dialectici dicuntur, ſpinoſiora multa pepererunt.
Spinoſum diſſerendi genus. Cic. 3. de Fin. 3.
Hæc enim ſpinoſiora prius ut confitear me cogunt, quam ut aſſentiar. Cic. 1. Tuſc. 16.
Curæ ſpinoſæ. Catul. Argon. 62. 72.

Spinētum, i. n. [ἀκανθὼν] Locus ſpinis conſitus. Plin. lib. 10. cap 74. Aſinus ſpinetis ſe ſcabendi cauſa atterens, nidos ægithi diſſipat. Virg. 2. Ecl. 9. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Spinĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [ἀκανθοφόρος] Cic. in Arat. 178.

Quod ſupereſt, gelido delapſum flumine fontis,
Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Pruni ſpiniferæ; de pomo dicitur Pallad. lib. 14. 81.

Spinĭger, ĕra, ĕrum. Prudent. Hippol. 113.

— ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.

Spinesco, ĕre. Mart. Capel. lib. 6. Sentis ſpineſcere membris.

Spinensis, Deus, apud Auguſtinum in lib. Civitat. Dei, 4. 21. quod ſpinas ex agris eradicare putaretur, a Romanis cultus eſt. al. Spinienſis. Videndus Lilius Syntag. 1. Hiſtor. Deorum.

Spina, [Σπῖνα] nunc viculus in finibus Græciæ, olim maxima civitas Græca, a qua Spineſium Delphis Theſaurus eſt dictus. Strab. lib 9.

Spineticum, unum ex Padi oſtiis, quo Claudius Cæſar a Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius, quam navi, intravit Adriam. a Spina urbe nomen habet, quam a Diomede conditam eſſe volunt. Plin. lib. 3. cap. 16. [V. Steph. in Σπῖνα.

Spinter, ēris. n. [Ἀρραχώνιὁς] ſignificat aut Fibulam in humeris, aut Armillam, ut ait Priſcianus lib. 5. Feſtus, Spinter armillæ genus, quo mulieres utebantur brachio ſummo ſiniſtro. Plaut. Men. 3. 3. 4.
Jubeasque ſpinter novum reconcinnarier.

Spintharus, [Σπίνθαρος] nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificavit. Pauſanias. conf. Suid.

Spintria, æ. m. Qui muliebria patitur, ſeque aliis abutendum præbet. Sueton. in Vitell. 3. Et ipſe perpetua ſpintriæ cognomine notatus. Certe pro Spintria Dionis compendium πεπορνευμένον dicit, id eſt, proſtitutum & ſtuprum paſſum. Sed & Spintrias a patientia nominatos Tacitus oſtendit his verbis 6. Ann. 1. Tuncque primum ignota ante vocabula reperta ſunt ſellariorum & ſpintriarum, ex fœditate loci & multiplici patientia. Turneb. Adverſ. 5. 1.
Spintriæ, dicti ſunt a Tiberio Cæſare, Monſtroſæ libidinis repertores, novique concubitus. Suet. in Tiber. cap. 43. Monſtroſique concubitus repertores, quos Spintrias appellabat.

Spinturnix, īcis. f. Avis inauſpicata, quæ & Incendiaria dicitur. Plin. lib. 10. cap. 13.
Spinturnix, (inquit Feſtus) eſt avis genus turpis figuræ, occurſatrix artificum perdita ſpinturnix: ea Græce dicitur, ut ait Santra σπινθαρίς.
Spinturnices & Spinturnicia Latinis, Sphingas interpretatur Salmaſ. in Plin. Exercitat.

Spinus, i. f. [ἀγριόμηλον] Agreſtis ſive ſilveſtris prunus: pruni enim ſilveſtres genera ſpinarum ſunt, inquit Columella. Unde Virg. 4. Georg. 145.
Eduramque pirum, & ſpinos jam pruna ferentes.

Spinŭlos, i. m. [ἀγριόμηλον] Fructus ſpini. unde

Spinŏla, æ. f. Roſæ ſpecies apud Plin. 21. 4. [Niſi eſt Adj. dimin. a Spineus, quod a Spina.

Spīo, [Σπειώ] Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ſic a ſpeluncis maris appellata, in quibus Nymphæ marinæ habitare dicuntur, σπέος enim ſpelunca eſt. Virg. 5. Æn. 826.
Niſæe Spioque Thaliaque Cymodoceque, &c. [Suid. Σπῆλος, σπέος, σπήλαιον. Σπεῖν, ὄνομα κύριον.

Spionia, æ. f. Vitis, quæ & Spinea quibuſdam dicitur. Columel. lib. 3. cap. 2. At ſpionia dapſilis, muſto & amplitudine magis uvarum quam numero fertilis. Plin. lib. 14. cap. 2. Æſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam vocant. Autumniſque & imbribus pingueſcit, quinimo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro peculiaris.

Spionicus, a, um. Adj. Columel. lib. 3. cap. 21. Jam & illud magnæ dotis eſt, poſſe guſtum cujusque generis non miſtum, ſed vere merum condere, ac ſeparatim reponere, ſive eſt ille bituricus, ſeu baſilicus, ſeu ſpionicus.

Spīra, æ. f. [σπεῖρα] Spiræ ſunt Revolutiones ſive circuli, qui in ſe ipſos non recurrunt, quales ſunt funium nauticorum & rudentum convolutorum, & ſerpentium. Plin. lib 37. cap. 10. Capnites plurimis ſpiris fumida. [Gloſſ. Latinogræc. Spira, Σπάργανα, παλαιστή. Scribe σπεῖραμα. Græcolat. σπειρα, Sira. Scribe Spira.
Spira, proprie (ut ait Servius) eſt Volubilitas funium: ſive (ut vult Feſtus) Funis nauticus in orbem convolutus.
Anguis ſe colligit in ſpiram. Virg. 2. Georg. 154. i. e. In circulum, Idem 2. Æn. 217.
— ſpiriſque ligant ingentibus, & jam
Bis medium amplexi. Servius; Spiris, Nodis.
Spira, Subligaculum, ſive ligula, quæ a pileo ad fauces diſtenditur, & ſub mento alligatur. Juven. 8. Sat. 208.
— de faucibus aurea cum ſe
Porrigat & longo jactetur ſpira galero.
Spira, Ornamentum muliebre. Plin. lib. 19. cap. 35. Lolliam Paullinam, quæ fuit Caji principis matrona, ne ſerio quidem aut ſolenni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque, quæ ſumma quadringenties HS colligebat.
Spira, Baſis columnæ unius tori, aut duorum, ut ait Feſtus. Plin. lib. 36. cap. 23. In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ & capitalia addita.
Spira, Genus operis piſtorii, ut ait Feſtus. Cato R. R. cap. 77. Spiram ſic facito, &c.
Spiram hominum multitudinem vocavit Ennius, quom ait, Spiras legionibus nea. Feſtus. [Gloſſ. Græcolat. Σπεῖρα, πλῆθ στρατιωτῶν, Cohors. Nomen Græcum pro Latino poſuit. V. omnino Suid.

Spirŭla, æ. f. [σπείριον] Baſis columnarum. Servius in 2. Æn. 217. A Spiris, nodis, Baſes columnarum ſpirulæ vocantur.

Spirarchus, [σπειράρχης] quaſi Primipilaris, aut Cohortis præfectus: nam σπεῖρα inter cetera Cohortem ſignificat.

Spiraeon, Herba, quæ foliis tenus venit in coronamenta. Plin. lib. 21. cap. 9.

Spirillum, antiqui dicebant Barbam capræ. Feſtus ex ſententia Opilii Aurelii.

Spīro, [πνέω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Anhelare. Plin. lib. 9. cap. 7. extr. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. Cic. pro Roſc. Amer. 65. Qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſine metu, ſed ne ſpirare quidem poſſunt. [An Spirare hic pro Vivere?
Mali morbi teſtimonium eſt, vehementer & crebro ſpirare. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Spirare, [πνέω, ζῶ, Gl. G. L.] Vivo.
Spirare anima ſua. Cic. Poſt redit ad Quir. 24. Non ſolum dum anima ſpirabo mea, ſed etiam, &c. Vetus exemplar legit, Anima ſuperero mea. [Male.
Quæ deſeri a me, dum quidem ſpirare potero, nefas judico. Cic. 3. de Nat. Deor 95.
Spirare, Anhelare, Affectare, Concupiſcere.
Amores ſpirare. Hor. 4. Carm. 13. 19.
Ira ſpirat ſanguinem, Affectat, concupiſcit. Senec. Thyeſt. 6.
Spirare tribunatum, pro Aſpirare ad tribunatum. Liv. lib. 3. 46. pr. Inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quærere. [Ubi tamen non eſt Affectare tribunatum, ſed ſumptos inde ſpiritus exſerere.
Spirare, Flare, de vento & aura.
Valentius ſpirat Eurus. h. e. Flat. Ovid. 11. Met. 481.
Auræ æquatæ ſpirant. Virg. 5. Æn. 844.
Auſtri clementius ſpirant. Stat. 2. Silv. 2. 27.
Flamina ſpirant. Ovid. 4. Faſt. 18
Fons ſpirat dulcis aquai. Lucret. lib. 6. 890.
Spirare, Odorem exhalare, [πνέω ἐπὶ ὀσμῆς καλῆς, Gl. G. L.] Odor, oleo, in utramque partem.
Odoratis floribus aræ ſpirant. Stat. 3. Silv. 3. 211.
Spirare, Accuſativo junctura, ſignificat Emittere. Virg. 1. Æn. 408.
Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere.
Tætrum odorem. Columel. lib. 1. 6.

Spirans, antis. Partic. [ἀναπνευστικός] Quod ſpirat, & aliquando Quod vivit, vel vivere videtur. Virg. 3. Georg. 34.
Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna. h. e. Tam artificioſe facta, ut ſpirare & vivere videantur. Eodem modo,
Æra ſpirantia. Virg. 6. Æn. 847. conſ. Vividus in vivo.
Spirans, pro Vivente. Cic. pro Milon. 91. Et ſunt qui de via Appia querantur, taceant de Curia? & qui ab eo ſpirante forum putent potuiſſe defendi, cujus non reſtiterit cadaveri Curia?
Imponere buſtum in caput vivi & jam ſpirantis. Cic. pro Domo 134.
Quædam effigies ſpirantis mortui. Cic. 1. Q. frat. 3. [Oxymōron.
Artus ſpirantes. Lucan. lib. 3. 732.
Aura ſpirans, Vitalis, qua ſpiramus & vivimus. Servius. Virg. 9. Æn. 645.
Corpora ſpirantia. Lucan. lib. 1. 363.
Exta ſpirantia conſulit, Palpitantia, quaſi adhuc viva. Virg. 4. Æn. 64.
Altum ſpirans. Stat. 5. Silv. 3. 11.
Immane ſpirans. Virg. 7. Æn. 510.
Spirans, Ferveſcens & ebulliens. ut, Virg. 1. Georg. 327.
— fervetque fretis ſpirantibus æquor.
Graviter ſpirantis copia thymbræ. Virg. 4. Georg 31. i. e. Redolentis.

Spiratio, ōnis. f. Scribon. Larg. Compoſ. 47. Spiratio Interpellatur.

Spirābĭlis, e. Adj. [πνοϊκὸν] Vitalis, quo ſpiramus, inquit Servius. Virg. 3. Æn. 600.
— per ſidera teſtor,
Per ſuperos atque hoc cæli ſpirabile lumen. Cic. 1. Tuſc. 40. Illam vero funditus ejiciamus individuorum corporum levium & rotundorum concurſionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & ſpirabilem, id eſt animalem eſſe voluit. Et paulo ante, Animales, id eſt ſpirabiles. Sic 2. de Nat. Deor, 91. Spirabilis natura.
Igneus & ſpirabilis. Cic. 1. Tuſc. 70. Sed fac igneam, fac ſpirabilem, &c.
Sumere animum ſpirabilem, a pluribus. Cic. 2. de Nat. Deor. 18.

Spirāmen, ĭnis. n. [Φύσημα] Per quod exit ſpiritus: ut, Naris ſpiramina. Lucan. lib. 2. 183.
Reficit ſpiramina feſſi ignis, Moribundum ignem flatu reſuſcitat. Stat. 12. Theb. 268.

Spiramentum, i. n. [Φυσητήριον] Idem. Virg. 4. Georg. 39.
— neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt. Plin. lib. 34. cap. 17. Hoc videtur facere relaxatis ſpiramentis ad ſatietatem infuſus aër. Columel. lib. 9 cap 11. Et poſito cibo dum converſari conſueſcant, exiguis ſpiramentis relictis, triduo ſere clauſas habere.
Spiramenta animæ letali vulnere rupit. ſcil. Sagitta. Virg 9. Æn. 580.
Cæca ſpiramenta, Tenues cavernæ, quæ videri non poſſunt. Virg. 1. Georg. 90.
Spiramentum, Emiſſarium fumi. Plin. lib. 34. cap. 10. Circumlito ſpiramento in caminis. Ubi, In ſpiramento camini legendum videtur. Budæus.
Exhalantia flammam ſpiramenta Ovid. 15. Met 343.
Spiramentum cavernæ. Juſtin. lib. 4. pr. de Ætna monte, Ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incubuit.
Spiramenta temporum & Intervalla. Tacit. in Vita Agric. 44. Quæ Domitianus, non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo, & velut uno ictu Remp. exhauſit.

Spirācŭlum, i. n. Idem. [Φύσημα] Virg. 7. Æn. 568.
Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis
Monſtrantur. i. e. Aditus. inquit Servius. Plin. 2. 93.

Spirĭtus, ûs. m. [πνεῦμα, πνοή. Gl. G. L. ἀναπνοή. L. G.] Halitus, id quod ſpiramus, & quo vivimus. Plaut. Milit. 1. 1. 17.
Cujus tu legiones difflaviſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia. Virg 3 Georg. 506.
— atque attractus ab alto
Spiritus. Cic. 2 de Nat. Deor. 134. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, ſpiritu. Ibid. 117. Vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. Ibid. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. [Quaſi a tertia declinatione Spiro, ĕre, quum a Spirare analogia Spiratus velit. Fere autem vett. in omnibus verbis eam flexionem uſurparunt.
Spiritus, Actus ipſe ſpirandi, ſive Spiratio ipſa. Cic. 2 de Nat. Deor. 136. Quum aſpera arteria oſtium habeat adjunctum linguæ radicibus, paulo ſupra, quam ad linguam ſtomachus annectitur, eaque ad pulmones uſque pertineat, excipiatque animam eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret & reddat, tegitur quodam quaſi operculo, &c.
Cæli ſpiritus. Cic. 1. in Catil. 15. Poteſtne tibi hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus cæli ſpiritus eſſe jucundus?
Odoris fœdi ſit ſpiritus. Celſ. lib. 5. cap. 26. 31. De ulceribus, quæ extrinſecus, &c.
Anguſtus ſpiritus, Brevis anhelitus. Cic. 1. de Orat. 261. Deinde cum

ſpiritus ejus eſſet anguſtius, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, ut, &c. Idem 3. de Orat. 179. Animæ interclusio, & anguſtiæ ſpiritus.
Anhelans ſpiritus. Auct. ad Heren. lib. 4. 46. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur.
Animalis ſpiritus. V. ANIMAL.
Continuus ſpiritus ſive inflexus. V. CONTINUO.
Creber ſpiritus, ac ingens, raroque coortus. Lucret. lib. 6. 1184.
Dirus ſpiritus. Senec. Octav 5.
Extremus ſpiritus. Cic. de Senect. 27. Quorum uſque ad extremum ſpiritum provecta eſt prudentia.
Excipere extremum ſpiritum alicujus. Cic. 7. Verr. 117. Matreſque miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberûm excluſæ, quæ nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret.
Ludere extremo ſpiritu. Cic. 1. Tuſc. 96.
Liber ſpiritus. ut, Supplicium e libero ſpiritu & communi luce ſecluſum. i. e. In carcere. Cic. 7. Verr. 23.
Tæter ſpiritus manat ore. Hor. 3. Carm. 11. 19.
Uno ſpiritu. Cic. 1. de Orat. 261. Demoſthenes ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat.
Attractus ab alto ſpiritus. Virg. 3. Georg. 506.
Citat ex alto ſpiritum facies flammata, Anhelitum attrahit ex profundo pectore. Senec. Med. 6.
Commeat in pulmonem reciproca viciſſitudine ſpiritus. Lactant. de Opif. Dei, cap. 11.
Continetur vita corpore & ſpiritu. Cic. pro Marcell. 29.
Ducere ſpiritum, Spirare. Cic. 2. de Divin. 98. In puero referre, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit.
Aliter ſpiritu ductus animantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.
Ducere ſpiritum otioſum & tranquillum. Cic. pro Arch. 30. Cum uſque ad extremum ſpatium, nullum tranquillum & otioſum ſpiritum duxerimus.
Elidere ſpiritum. Celſ. lib. 4. cap. 14.
Eo. ut, Infelix ſpiritus in auras ibit. Ovid. 10. Epiſt. 121.
Evadit ſpiritus per anguſtias. Celſ. lib. 4. cap. 4.
Exige ferro ſpiritum nefaſtum. Senec. OEdip. 14.
Extenuandus ſpiritus in auras. Ovid. 1. Triſt. 4. 11.
Hauſi ſpiritus rudes. Senec. OEdip 20.
In pulmonibus ineſt raritas ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Cic. 2. de de Nat. Deor. 136.
Obſuitur reluctanti oris ſpiritus. Virg. 4. Georg. 300.
Petitus imo ſpiritus. Hor. Epod. 11. 15.
Reddere ſpiritum. Celſ. lib. 8. cap. 2. [Error.
Reddere ultimum ſpiritum. Paterc. lib. 2. 14. Cultello percuſſus, qui affixus lateri ejus relictus eſt, intra paucas horas deceſſit. Sed cum ultimum redderet ſpiritum, intuens, &c.
Retinere ſpiritum. Celſ. lib. 7. cap. 14.
Suſpendere ſpiritum in lectione. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Trahere ſpiritum. Celſ. lib. 3. cap. 27.
Spiritus, pro Spiritu vitali, ſeu Ipſa vita.
Auferre ſpiritum alicui, Occidere aliquem. Senec. Octav. 242.
Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris. Cic. 7. Verr. 117.
Spiritum ducere, Vivere. Liv. 30. Perire namque ſemel ipſis ſatius eſſe, quam ſub acerbiſſimi carnificis arbitrio ſpiritum ducere. h. e. Vitam extendere.
Ducere vitam & ſpiritum. Cic. pro Lege Manil. 33. Atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis.
Ducere ad tempus ſpiritum. Cic. 10. Fam. 1.
Firmare cadentem ſpiritum. i. e. Animum. Senec. Troad. 10.
Frui communi ſpiritu. Cic. 4. in Catil. 7. Puncto temporis frui vita & hoc communi ſpiritu non putat oportere. i. e. Vivere.
Privare aliquem ſpiritu, pro Interficere. Paterc. lib. 2. 87. Sextum Pompejum, Antonius, quum dignitatis quoque ſervandæ dediſſet fidem, etiam ſpiritu privavit.
Reddere ſpiritum patriæ. Cic. 11. Philipp. 20. Eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.
Regit artus ſpiritus. Virg. 4. Æn. 336.
Vaneſcit ſpiritus in auras, Anima, Vita. Ovid. 12. Epiſt. 85.
Spiritus aliquando pro Animi elatione accipitur, quod Græce φρόνημα dicitur. Frequenter in plurali. Cic. 1. Q. frat. 2. Quid L. Cæcilium, nonne omni ratione placavi? quem hominem? qua ira? quo ſpiritu? Idem pro Sull. 27. Res enim geſtæ, credo, meæ, me nimis extulerunt? ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt?
Fiducia ac ſpiritus. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 72.
Hoſtiles ſpiritus. Tacit. 4. Hiſt. 57.
Ingenuus ſpiritus vir. Liv. 21. 1. V. INGENS.
Magnus. Seneca in Troade

— ſpiritus magnos fuge,
Animoſque veteres. H. St. Al. Fuga. v. 505.

Minax ſpiritus. Ovid. ad Liv. 277.
Regius ſpiritus. Cic. 2. de Lege Agrar. 93.
Superbus ſpiritus. Ovid ad Liv 277.
Tribunitii ſpiritus. Cic. pro Cluent.
Tumidus ſpiritus. Sen. Agamemn 4.
Frangere ſpiritus alicujus. Liv. 26. 24. Quorum ſe vim ac etiam ſpiritus fregiſſe.
Sumere ſpiritus. Cæſ. 1. Bell. Gall. 33.
Avidus ſpiritus, Avarus animus. Hor. 2. Carm. 2. 10.
Hic ſpiritus reddi poſſet *Eſprit*. H. St.
Contaminatus ſpiritus. Cic. in Piſon. 20.
Solidus ſpiritus. Lucan. ad Piſon. 252.
Spiritus pro Ingenio, ut quidem exp. Acro, & Anonymus Commentator in Oden. 16. lib. 2. Horatii (v. 38.)

Spiritum Grajæ tenuem Camenæ. Humile ingenium. Gall. *Eſprit*. In indice Hiſtor. Rom. vide Spiritus divini femina. H. St.

Operis ſpiritus atque animus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Acer ſpiritus. Hor. 1. Serm. 4. 46.
Spiritus, pro Vento. [πνεῦμα ἀνέμου Gl. G. L.] Columel. lib. 3. cap. 19.
Verum tamen præſtat eligere ſationi, ſilentis, vel certe placidi ſpiritus diem.
Permulcet aram flatu ſpiritus Auſtri. Cic. in Arat. v. 184.

Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri.

Preſſæ gravi ſpiritu antennæ. Senec. OEdip. 11.
Spiritus, pro Aere. Plin. lib. 2. cap. 5. Proximum ſpiritus, quem Græci noſtrique eodem vocabulo aera appellant. Ibid. lib. 6.
Fertur ſpiritus cum ſono ex plaga. Celſ. lib. 5. cap. 26. In ſignis pulmonis icti.
Mortiferum ſpiritum exhalantes ſcrobes. Plin. lib. 2. cap. 93.
Spiritus, Odor. Virg. 5. Æn. 648.

Ardenteſque notate oculos, quis ſpiritus illi,
Qui vultus, vociſque ſonus, vel greſſus eunti. Servius.

Unguenti ſpiritus. Lucret. lib. 3. 223.
Spiritus, Sonus organi pneumatici, ut
Reddit graviorem ſpiritum tibia. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Spiritus Divinus, Vis numinis. Cic. 2. de Nat. Deor. 19. Hæc ita fieri, omnibus inter ſe concinentibus mundi partibus, profecto non poſſent, niſi ea uno divino ac continuato ſpiritu continerentur.
Suſcipi in lucem, & augeri cœleſti ſpiritu. Cic. de Aruſp. Reſp. 57.
Afflari ſpiritu divino. V. AFFLO.
SPIRITUM, i. n. Gloſſ. Græcolat. πνεῦμα ἀνθρώπου, Spiritum, Spiritus.
SPIRITUALIS, & per ſyncopen SPIRITALIS, e. Adj. [πνευματικός. Gl. G. L.] Quod halitum emittit. Unde, Spiritales auras dicimus, i. e. Vitales. Vox apud Eccleſiaſticos frequentiſſima.
Spiritale genus machinæ. Vitruv lib. 10. cap. 1.
SPIRITUALITER, Adv. apud Tertull. Cyprian. alioſque ſcriptores eccleſiaſticos.
SPISSUS, a, um. Adj. [πυκνὸς ἢ στιβαρὸς Gl. L. G.] proprie Denſum ſignificat. A ſæpium denſitate. Virg. 2. Georg. 236.

— & ſcrobibus ſuperabit terra repletis
Spiſſus ager.

Aër ſpiſſus. Ovid. 1. Met. 24.
Amoma ſpiſſa tergit de comis. Ovid. 21. Epiſt. 166.
Arena ſpiſſa. Virg. 5. Æn. 336.
Caligo ſpiſſa. Ovid. 7. Met. 528.
Coma ſpiſſa. Hor. 3. Carm. 19. 25.
Corona ſpiſſa viris. Virg. 9. Æn. 509.
Corpus ſpiſſum. Lucret. lib. 6. 106.
Flatu ſpiſſa implere ſedilia, Tibiæ ſono implere theatra ſpectatoribus referta & plena. Hor. de Arte Poet. 205.
Grandine ſpiſſa glomeratur corpus. Aqua concreſcit in ſpiſſam grandinem. Ovid. 9. Met. 222.
Igne ſpiſſo coit Pleiadum chorus. Propert. lib. 3. 5. 36.
Laurea ſpiſſa ramis. Hor. 2. Carm. 15. 9.
Litus ſpiſſum, Denſum & durum. Ovid. 15. Met. 718.
Nubes ſpiſſa. Ovid. 1. Amor. 13. 30.
Regio humi ſolutioris & Spiſſa, opponuntur. Columel. lib. 2. cap. 2. Foſſarum duo genera cognovimus: cæcarum, & patentium. Spiſſis atque cretoſis regionibus apertæ relinquuntur: at ubi ſolutior humus eſt, aliquæ fiunt patentes, &c.
Theatra ſpiſſa, Repleta ſpectatoribus. Hor. 1. Epiſt. 19. 41.
Tunica ſpiſſa. Plaut. Epid. 2. 2. 46.
Veſtis ſpiſſa. Plin. 8. 48.
Vimine ſpiſſo quali. Virg. 2. Georg. 241.
Umbræ ſpiſſæ. Virg. 2. Æn. 621.
Spiſſus tactus, Qui rem aliquam ſpiſſam eſſe deprehendit Plin. lib. 12. c. 24.
Spiſſum, Tardum. Plaut. Pœn. 3. 5. 47.

Qui ſi quid boni promittunt, pro ſpiſſo evenit:
Id quod mali promittunt, præſentarium eſt. De Aruſpicibus loquitur. Idem Ciſtel. 1. 1. 77.
Veniet. a. ſpiſſum iſtud amanti eſt verbum, veniet, niſi venit. V. Non. 4. 422.

Tardum & ſpiſſum. Cic. 10. Att. 20. Sed hoc quoque timide ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa. Idem 3. de Orat. 143. Sed etiamſi eſt aliquanto ſpiſſius, aut ſi ego ſum tardior, profecto nunquam conquieſcam.
Spiſſus & productus exitus. Cic. 2. de Orat. 213. Et principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent.
Opus ſpiſſum, & operoſum. Cic. 2. Q. frat. 13. Scribebam illa, quæ dixeram πολιτικά, ſpiſſum ſane opus & operoſum.
Compar. Plin. lib. 12. cap. 21. E diverſo Arabica glans viridis ac tenuior: & quoniam montoſa ſit, ſpiſſior.
Superl. Plin. lib. 16. cap. 40. Spiſſiſſima ex omni materie, ideo & graviſſima judicatur ebenus.
SPISSE, Adv. [πυκνῶς] Plin. lib. 36. cap. 25. Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur ſabulo, calce, ac favilla miſtis.
Spiſſius virere. Plin. lib. 37. cap. 8.
Spiſſe arare. Columel. lib. 2. cap. 11.
Spiſſe, Tarde. Pacuv. Hermion. Habet hoc ſenectus in ſe, cum pigra eſt ipſa, ut ſpiſſe omnia videantur confieri. Nonius 4. 422.
Spiſſe atque vix. Cic. de Clar. Orat. 138. Eſt enim propoſitum, colligere eos, qui hoc munere in civitate functi ſint, ut tenerent oratorum locum: quorum quidem quæ fuerit aſcenſio, atque abſolutio, ex eo quod dicam, exiſtimari poteſt. Quam multi enim jam oratores commemorati ſunt, & quam diu in eorum commemoratione verſamur? quum tamen ſpiſſe, atque vix, ut dudum ad Demoſthenem & Hyperidem, ſic nunc ad Antonium Craſſumque pervenimus. Spiſſe, i. e. Tarde, difficiliter. Certe res ſpiſſa tarde & cum difficultate penetratur: terra ſpiſſa tardum iter facit: homo ſpiſſus fere tardius logreditur. Non. Mercel. l. c.
SPISSITAS, ātis. f. [πυκνότης] Plin. lib. 18. cap. 30. Quoniam ſpiſſitate ſua concaleſcit.
SPISSITUDO, inis. [πυκνότης] Idem. Scribonius Largus Compoſ. 208. Per duplex vas coquitur, donec mellis habeat ſpiſſitudinem.
SPISSIGRADUS, i. m. [βραδύπορος] A quo Spiſſigradior, Spiſſigradiſſimus. Plaut. Pœn. 3. 1. 3.

Sicut ego hos duco advocatos, homines ſpiſſigradiſſimos,
Tardiores, quam corbitæ ſunt in tranquillo mari.

Spiſſo, [πυκνόω, Gl. L. G.] āre. Spiſſum facere. Plin. lib. 11. cap. 41. Omne lac igne ſpiſſatur.
Spiſſari in panem farinæ modo. Plin. lib. 13. cap. 4.
Spiſſare pectinatim. V. Pectinn in PECTEN.

Spiſſātus, a, um. Partic. [πυκνωθεὶς] ut, Nubes ſpiſſatæ. Lucan. lib. 4. 77.
Ignis ſpiſſatus. Ovid. 15. Met. 250.
Humor ſpiſſatus. Plin. lib. 8. cap. 49.

Spiſſātio, ōnis. f. Sen. Epiſt. 86. Negat quicquam eſſe hac ſpiſſatione efficacius.

Spiſſāmentum, i. n. [πῶμα] Spiſſamenta vocantur, quæ Græcis πώματα dicuntur, quæ ad unguentorum confectiones extrema ſuperponuntur, ne fluitet quod conditum fuerit. Columel. lib. 12. cap. 46. De conditura inulæ, Poſthæc in umbra triduo ſiccentur, & ita in fideliam picatam recondantur, adjecto paſſo vel defruto quod ſupernatet, ſpiſſamentoque cunilæ impoſito contectum vas pelliculetur. Sen. Epiſt. 31. Firmiori ſpiſſamento opus eſt, quam uſum in ſociis Ulyſſem ferunt.

Spiſſeſco, [πυκνοῦμαι Gl. L. G.] ēre. Spiſſum fieri. Celſ. lib. 5. 27. De curatione adverſus ictum aſpidis: Eadem ergo vi veriſimile eſt ſpiſſeſcentem quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem. Al. Tumorem. Lucret. lib. 6 175.
Fecit ut ante cavam docui ſpiſſeſcere nubem. Subaudi Ventus.

Spĭthăma, æ. f. [σπιθαμή] nuncupatur Menſura ab magno digito extenſo ad minimum. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 3. V. ſeq. dict. Gloſſ. Græcolat. Σπιθαμή, Palma.

Spithamæi, [Σπιθαμαῖοι] Pygmæorum gens, de qua ſic ſcribit Plin. lib. 7. cap. 2. Supra hos extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedere, ſalubri cælo, ſemperque vernante, montibus ab Aquilone oppoſitis, quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. Fama eſt inſidentes arietum caprarumque dorſis, armatos ſagittis veris tempore univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova pulloſque earum alitum conſumere: ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto pennisque, & ovorum putaminibus conſtrui.

S P L

Splanchnoptes, [Σπλαγχνόπτης] Periclis ſervus fuit, cui mortuo æream ſtatuam dominus poſuit. Plin. lib. 22. cap. 17. & lib. 34. cap. 8. V. in STYPAX.

Spledon, ōnis; [Σπληδὼν] vel Aſpledo: Civitas fuit in agro Phocenſium ab Orchomeniis olim culta. Strabo lib. 9. [Suid. Σπληδόνος, ὄνομα πόλεως, omiſſo recto, ut ſolet. V. Steph. in Ἀσπληδών.

Splen, ēnis. m. [σπλὴν] Latine dicitur Lien, ut in Gloſſ. Græcolat. redditur. Plin. lib. 8. cap. 23. Sanguis in corde & circa oculos tantum: viſcera ſine ſplene.
Petulanti ſplene cachinno. Perſ. 1. Sat. 12.

Splēnĭcus, a, um. Adj. [σπληνικὸς] Qui a ſplene laborat. Lienoſus in Gloſſ. Laτinogr. & Græcolat. Firmicus lib. 5. cap. 16. Luna alios tuſſicos, alios ſplenicos efficiet.

Splenētĭcus, a, um. Adj. Idem. Plin. lib. 20. cap. 9. Item ſpleneticis in vino albo per dies quadraginta. [A σπλήν, fit σπληνικός. Videntur autem ſic Lienis morbum appellaſſe. Hard. tamen Splenicis.

Splēnion, [σπλήνιον] alio nomine Teucrion: Herba eſt juncos tenues ſpargens, foliis parvis, aſperis locis naſcens, auſtero ſapore, nunquam aut florens, aut ſemen gignens. Plin. lib. 25. cap. 5.

Splēnium, i. n. [σπλήνιον] ut Julius Pollux inquit, eſt Caput ſplenis pinguis. Hinc Splenia veluti per ſimilitudinem dicuntur Facta ex panno laneo vel lineo, quibus excepta vel illita medicamenta, ad curam corporis ſuperimponi ſolent. Plin. lib. 29. cap. 6. Superimponi oportet ſplenium e melle decoctum, lanamque ſuccidam ex oleo & vino. Quo in loco Cornelius Vitellius Annotationum fol. 181. putat Splenium pro Medicamento accipi. Plin lib 6. Epiſt. 2. pr. Quod candidum ſplenium in hoc, aut illud ſupercilium transferebat. Quidam frontem liniebant unguento vel ceruſa: deinde panniculum ſive faſciam ponebant, quod ſplenium dicebatur: a quibuſdam exiſtimatum oculorum operimentum ad arcendam nimiam lucem. Martial lib. 3. 29.
Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem:
Ignoras quid ſit? ſplenia tolle, leges.

Spleniātus, a, um. Adj. [σπληνωθεὶς] Splenio obvolutus. Martial. lib. 10 22.
Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento, &c.

Splendeo, ui, [λάμπω, στίλβω Gl. L. G. & G. L.] ēre. Lucere, Fulgere. Martial lib. 4. 79.
Et facies multo ſplendeat alba pilo.
Late ſplendere. Hor. de Arte Poet. 15.
Colore claro ſplendere. Lucret. lib. 5. 1057.
Pontus ſplendet tremulo ſub lumine. Virg. 7. Æn. 9.
Lucere & ſplendere dicitur virtus. Cic. pro Sext. 60. Quid denique virtus valeret, quæ in tempeſtate ſæva quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atque hæret in patria, ſplendetque per ſe ſemper, neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit.

Splendens, Partic. [λάμπων] ut, Parius marmore ſplendens. Hor. 1. Carm. 19. 6.
Ferro ſplendenti lancea. Ovid. 3. Met. 53.
Fuco ſplendente comas ornare. Tibul. lib. 1. 8. 12.
Splendentes habeo auctores in equeſtri ordine. Plin. lib. 9. cap. 5.
Compar. Claud. de Gigant. 77.
— clypeus ſplendentior igni.

Splendeſco, [ἀγλαΐζομαι] ĕre. Splendidum fieri. Apulejus. Quum jam aurora ſplendeſceret. Cic. in Parad. 2. Nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. Hic per translationem. Plin. lib. 13. cap. 15. Nutriuntur optime, ſplendeſcuntque.
Corpora ſplendeſcunt ſucco olivæ. Ovid. 10. Met. 177.
Vomer attritus ſulco ſplendeſcit. Virg. 1. Georg. 46.

Splendor, ōris. m. [λαμπρότης, Gl. L. G. & G. L. λαμπηδὼν, G. L.] Lux dicitur. Plaut. Merc. 5. 2. 39.
Cælum ut ſplendore eſt plenum, nonne ex adverſo vides?

Aquæ ſplendor. Lucret. lib. 4. 212.
Argenti ſplendor. Hor. 1. Serm. 4. 28.
Clarus ſplendor veſtis purpureæ. V. NITEO.
Tremuli ſplendores. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 123.
Splendor, per translationem ponitur pro Decore, dignitate, gloria. Unde Splendor nominis, Splendor familiæ, Splendor virtutum. i. e. Claritas. Cic. pro Lege Manil. 41. Nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet. Idem pro Flacc. 28. In imperio, atque in publica dignitate omnia ad gloriam, ſplendoremque revocarent. Et pro Cluent. 198. Honeſti homines, & ſummo ſplendore præditi. Sic 1. Off 67. Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo, addo etiam utilitatem in poſteriore. Idem pro Cæl. 77. Siquidem etiam minimorum horum aliquid offendit, ſi purpuræ genus, ſi amicorum catervæ, ſi ſplendor, ſi nitor, &c.
Splendor & dignitas. Cic. 2. Verr. 27. Conſtat inter omnes, poſt hæc conſtituta judicia quibus nunc utimur, nullum hoc ſplendore atque hac dignitate conſilium fuiſſe.
Equeſtris ſplendor. Cic. pro Roſc. Amer. 140. [Ordini Equeſtri proprie tribuitur, ut Senatorio amplitudo. V. in SPLENDIDUS & AMPLUS, & ORDO.
Homo eo ſplendore, ea virtute, qua omnes exiſtimatis, &c. Cic. 5. Verr.
Animi ſplendor. V. ANIMUS.
Nominis ſplendor. Cic. 1. de Fin. 42.
Ordinis ſplendor. Cic. pro Cæcin. 28.
Verborum ſplendor. Cic. in Bruto. 164. I. e. Ornamenta.
Vocis ſplendor. Plin. lib. 20. cap. 6.
Arceſſere ſplendorem. V. ARCESSO.
Afferre ſplendorem. V. AFFERO.
Deformare ſplendorem. Cic. pro Sull. 73.
Delere ſplendorem. Cic. 2. Off. 16.
Habere parum ſplendoris. Hor. 2. Epiſt. 2. 111.
Habere magnum ſplendorem. Cic. de Clar. Orat. 239.
Maculare ſplendorem. Cic. pro Sext. 60.
Obrui ſplendore. Cic. 3. de Fin. 45.
Obſcurare & inquinare ſplendorem. V. INQUINO.
Obſolevit ſplendor. V. OBSOLESCO.
Obtinere ſuæ dignitatis ſplendorem. Cic. pro Sull. 1.
Eſſe ſplendore ſummo. Cic. 11. Fam. 16.
Trahere ſplendorem. Plin. lib. 20. cap. 19.

Splendōrifer, ĕra, ĕrum. Tertull. de Judic. Dom. cap. 5.
Solque cadit, ſplendorifero qui lumine clarus.

Splendĭdus, a, um. Adj. [λαμπρὸς, Gl. L. G. & G. L. φαιδρὸς, G. L.] Clarus, fulgens. Dicitur etiam Qui operas ſuas ad liberalitatem convertit. Cic. in Parad. 5. Reviviſcat M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit, præter ipſos.
Splendidus propter virtutem. Cic 6 Verr. 37. Homo eſt, & domi nobilis, & apud eos, quo ſe contulit, propter virtutem ſplendidus & gratioſus.
Splendidus domi, gratioſus extra domum. Cic. 2. Q. frat. 14.
Solidum & ſplendidum nomen. Cic. 2. de Fin. 61.
Bilis ſplendida. Hor. 2. Serm. 3. 141. [De Atra bile ex Galeno exponit Lambinus. Ut & Schol. vet. Forte tamen Splendidam, per metaph. pro Superba, Generoſave dixit. de furibundo enim Oreſte loquitur.
Candor ſplendidiſſimus. Cic. in Somn. Scip. 7.
Cera ſplendida. Ovid. 1. Amor. 12. 20.
Crinis ſplendidus oſtro. Ovid. 8. Met 8.
Certamen honeſtum, & diſputatio ſplendida. Cic. 4. de Fin. 68.
Domus ſplendide luxo regali. Virg. 1. Æn. 641.
Eques ſplendidus. Cic. 2. de Fin. 58.
Facta ſplendida. Hor. 2. Epiſt. 1. 237.
Fama ſplendida. Propert. lib. 3 20. 8.
Humor ſplendidus ſudoris. Lucret. lib. 6. 1185.
Ingenium ſplendidum & magnus animus. Cic. 1. Off. 9. In maximis animis, ſplendidiſſimisque ingeniis plerumque exſiſtunt, honoris, imperii, potentiæ, gloriæ, cupiditates.
Lucifer ſplendidior, quam cetera ſidera. Ovid. 2. Met. 722.
Lumina ſplendida ſolis Lucret. lib. 2. 107.
Nomen ſplendidum. Cic. 1. de Fin. 61. Quod appellant honeſtum, non tam ſolido, quam ſplendido nomine.
Nominibus ſplendidis illuminati. Cic. in Orat. 163.
Magnificentius & ſplendidius Oratorum genus. Cic. de Clar. Orat. 201.
Orbis ſplendidus, Oculi. Lucret. lib. 3. 415.
Palla ſplendida multo croco. Ovid. 21. Epiſt. 162.
Rationem ſplendidam tenere. Cic. de Clar. Orat. 261.
Signa ſplendida. Lucret. lib. 4. 440. intelligit Aſtra.
Sol ſplendidior. Tibul. lib. 4. 1. 123.
Verba ſplendida. Ovid. Rem. Amor. 240.
Vir ornatiſſimus & ſplendidiſſimus. Cic. pro Flacc. 48.
Compar. Splendidior. Hor. 3. Carm. 13. 1. Fons ſplendidior vitro.
Superl. Splendidiſſimus, [λαμπρότατος Gl. G. L.] Cic. 1. Off. 61. Splendidiſſimum, videri quod animo magno elatoque factum ſit. Utriuſque plura exempla ſupra V.

Splendĭde, Adv. [λαμπρῶς Gl. G. L.] ut, Splendide dicta. Cic. 1. de Fin. 64. Quid habent cur Græca anteponant his, quæ & ſplendide dicta ſint, neque ſint converſa de Græcis?
Acta ætas ſplendide & honeſte. Cic. 3. Tuſc. 61. Et acta ætas honeſte ac ſplendide, tantam adfert conſolationem, ut eos, qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleniter pungat animi dolor.
Dicere ornate & ſplendide. Cic. 1. Off. 4.
Mendax ſplendide. Hor. 3. Carm. 11. 32. I. e. Decore.
Nata ſplendide femina. Plin. 6. Epiſt. 33.
Ornare convivium magnifice & ſplendide. Cic. pro Quint. 93.
Recipere aliquem ſplendide. Auctor ad Heren lib. 4. 30.
Uti ſplendide auctoritatis præmiis erga omnes. Cic. de Senect. 64. Quæ ſunt igitur voluptates corporum cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus qui ſplendide uſi ſunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.
Compar. Hor. 1. Epiſt. 17. 20.
— rectius hoc, &
Splendidius multo eſt; equus ut me portet, alat rex.

SPLENDIDO, āre. Splendidum reddere. Apul. Apol. extr. Dentes ſplendidas.
SPLENDICO, āre. Splendidum eſſe. Apul. Met. 5. p. 162. Elmenh. Quæ ſplendicent gemmæ?
SPLENDIFICUS, a, um. Adj. Vet. verſ. apud Fabrett. p. 101.
Splendificumque jubar radianti carperet hauſtu.
SPLENDIFICE, Adv. Fulgent. 1. Mythol. Splendifica intermicans.
SPLENDIFICO, āre. Mart. Capel. lib. 9. Lumina ſplendificaor diem.
SPLENDIFLUUS, a, um. Adj. Eugen. Toletan. Carm. 19. de Creatione,
Primus in orbe dies lucis primordia ſumſit,
Alter ſplendifluis cælum firmavit in oris.
SPLENETICUS, SPLENIUM, SPLENIUM. V. SPLEN.

S P O

SPŎDIUM, I. n. [σπόδιον] Latini Cinerulam vertunt: id eſt repurgamentum, quod ex fornacum parietibus everritur, in quibus æs Cyprium aut plumbum decoquitur. Quin etiam exſtinctorum carbonum reliquiæ, & craſſius illud excrementum, quod quidam ſcoriam appellant, comprehendit. V. Plin. lib. 34. cap. 18. & POMPHOLYX. [Gloſſ. Græcolat. Σποδὸς, Cinis. Hinc dimin. σπόδιον.
SPŌLĒTIUM, I. n. [Σπωλήτιον] Civitas in Umbria. Strab. 5. Liv. 24. 17. Rex Gentius cum liberis, & conjuge, & fratre, Spoletium in cuſtodiam ex Senatoſconſulto ductus.
SPOLETĪNUS, a, um. [Σπωλητινὸς] Adj. gentile. Martial. lib. 13. 120.
De Spoletinis quæ ſunt carioſa lagenis
Malueris, quam ſi vina Falerna bibas. Sic Cic. de Clar. Orat. 270. P. Cominium Spoletinum dixit Liv. 43. 70. Carvilius Spoletinus, & C. Afranius a præſidio Romano miſſi. Ex quo facile intelligi poteſt, in manuſcripto Taciti codice legi Spoletinus, pro quo Spoletanus quiſpiam vulgatis editionibus ſuppoſuit, ut ait Rhenanus.
SPŎLIUM, i. n. frequentius pl. Spolia, [λάφυρα, σκῦλα, Gl. L. G. & G. L.] Quodcunque hoſtibus detrahitur, ut ait Servius. Plin. lib. 7. cap. 26. Magnique nominis ſpolio inde capto, eques Roma (id quod antea nemo) curru triumphali revectus eſt. Virg. 10. Æn. 862.
Vivimus, aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, &c.
Ferarum ſpolia, Pelles. Lucret. lib. 5. 952.
Leonis ſpolium, Pellis. Ovid. 3. Met. 81.
Serpentum ſpolia, Exuviæ ſeu Vernatio. Lucret. lib. 4. 60.
Ampla ſpolia. Virg. 4. Æn. 93.
Memorabile ſpolium monſtri viperei. Ovid. 4. Met. 614. Periphraſis eſt capitis Meduſæ.
Nobile ſpolium. Sil. lib. 5. 137.
Opima ſpolia, Quæ dux duci hoſtium, ſua manu cæſo, detraxiſſet. Liv. 4. 20. Spolia in æde Jovis Feretrii prope Romuli ſpolia, quæ prima opima appellata ſola ea tempeſtate erant, cum ſolenni dedicatione dono fixit. V. OPIMUS.
Opimis ſpoliis inſignis Metellus. Virg. 6. Æn. 855.
Onuſtus ſpoliis Orientis. Virg. 1. Æn. 293.
Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine. Cic. 1. Off. 61. V. SALMACIS.
Superbus ſpolio. Ovid. 7. Met. 156.
Adimere ſpolia. V. ADIMO.
Advolare ad alicujus ſpolia detrahenda aliquo ſpirante. Cic. pro Sext. 54.
Capere ſpolia. V. CAPIO.
Detrahere cuipiam cruenta ſpolia. Cic. pro Roſc. Amer. 146.
Indutus ſpoliis. Virg. 10. Æn. 775.
Nitens ſpoliis. Sen. Octav. 4.
Occidere hominem cauſa ſpoliorum. Cic. pro Roſc. Amer. 145.
Ornatus locus exuviis nauticis & claſſium ſpoliis. Cic. pro Lege Manil. 55. De Roſtris in foro Ro.
Potiti victores præda ſpoliiſque. Virg. 9. Æn. 450.
Referre ſpolia ampla. Virg. 4. Æn. 93.
SPOLIO, [λαφυραγωγέω, Gl. L. G. σκυλεύω, δηόω, G. L.] āre. Privare. Ter. Hec. 1. 1. 8. Quin ſpolies, mutiles, laceres.
Aras ſpoliare. Virg. 5. Æn. 661.
Deos ſpoliare, Simulacra deorum. Lucan. lib. 1. 379.
Fanum ſpoliare. Cic. 3. Verr. 52. Seſe, cum eſſet Trierarchus, & Verrem, ex Aſia decedentem, perſequeretur juſſu Dolabellæ, fuiſſe una cum illo Sami: ſeſeque tum ſcire, ſpoliatum eſſe fanum Junonis, & oppidum Samum.
Templa ſpoliantur triſti rapina. Lucan. lib. 3. 167.
Argento omni aliquem depeculari & ſpoliare. Cic. 6. Verr. 37.
Opibus ſpoliare. Cic. 2. Att. 3.
Veſtitu ſpoliare aliquem. Cic. 3. Off. 29.
Spoliare, ad omnia alia transfertur: ut, Spoliare auxiliis. Cic. 3. Verr. 11. Neſciebas ab eo Cn. Carbonem Conſulem, cujus revera Quæſtor fuit, non modo relictum, ſed etiam ſpoliatum auxiliis, pecunia, nefarie oppugnatum, & proditum?
Animum ſanitate ſpoliare. Cic. 4. Tuſc. 22.
Dignitatem. Cic. pro Cœl. 1. Quæ accuſatores deformandi hujus cauſa, detrahendæ ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt.
Dignitate omni ſpoliari. Cic. pro Muren. 88.
Fama ſpoliare. Cic. 3. Off. 72. Itaque ei dixiſſe Fimbriam, ſe illam rem nunquam judicaturum, ne aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi contra judicaſſet, &c.
Judicio. Cic. 4. Acad. 61. Eam philoſophiam ſequere, quæ confundit vera cum falſis, ſpoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat ſenſibus.
Ornatu alieno aliquam artem denudare atque ſpoliare. Cic. 1. de Orat. 235.
Provincia ſpoliare. Cic. 10. Att. 3. Nunc alia ex parte perſequi, ex alia provincia ſpoliare conatur.
Pudicitiam alienam ſpoliare. Cic. pro Cœl. 42. Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam.
Sociis ſpoliare aliquem. Ovid. 14. Met. 71.
Virtutem ſpoliare ſuo decore imbecillamque reddere. Cic. 1. Acad. 33. Spoliavit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit in ea ſola poſitum eſſe beate vivere.
Vita ſpoliare, Occidere. Virg. 6. Æn. 168.
Urbes ſpoliaverat populis. Stat. 4. Theb. 36.
Robore ſpoliantur ſilvæ, Arboribus cæſis. Lucan. lib. 3. 395.
Terra ſpoliatur lumine. Lucret. lib. 4. 378.

Vitem ſpoliare pampinis. Columel. lib. 11. cap. 2.
Spoliari, Paſſ. Cic. pro Planc. 22. Eſt enim gravius, ſpoliari fortunis, quam non augeri dignitate.
SPOLIOR, āri. Deponens fuit apud antiquos, auctore Nonio 7. 100. Afranius, Quos impune depopulatur & diſpoliatur dedecus.
SPOLIANDUS, a, um. Partic. [σκυλευθησόμενος] ut, Templa ſpolianda. Lucan. lib. 5. 305.
SPOLIĀTUS, a, um. Partic. [λαφυραγωγηθεὶς, Gl. L. G. σκυλευθεὶς G. L.] Putare ſe ſpoliatum ornamento. Cic. 2. de Orat. 244.
Corpus ſpoliatum lumine. Virg. 12. Æn. 935.
Fortunam ſpoliatam conferre cum fortuna florente. Cic. in Piſon. 38.
Forum ſpoliatum & orbatum voce alicujus erudita. Cic. de Clar. Orat. 6.
Navis ſpoliata armis. Virg. 6. Æn. 353.
Navis ſpoliata magiſtro. Virg. 5. Æn. 224.
Compar. Cic. 6. Att. 1. Et mehercule ego ita judico, nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius.
SPOLIATIO, ōnis. f. [σκύλευσις] Cic. 4. Verr. 18. Quum in legatione oppidorum, fanorumque ſpoliationem cogitaret. Ibid. 6. 102. Nulla Græci homines gravius tulerunt, nec ferunt, quam hujuſcemodi ſpoliationes fanorum, atque oppidorum.
Omnium rerum ſpoliatio. Cic. pro Sext. 47.
Nobiliſſimi atque antiquiſſimi templi ſpoliatio. Cic. 1. contra Rull. 9.
Dignitatis ſpoliatio. Cic. 2. Philip. 27.
Miſericordiam ſpoliatio Conſulatus magnam habere debet. Cic. pro Muren. 87.
SPOLIĀTOR, ōris. m. [σκυλευτὴς, Gl. G. L.] Cic. 6. Verr. 80. Neque ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam eorum ſpoliatorem, vexatoremque defendes. Juven. 1. Sat. 46.
Cum populum gregibus comitum premit hic ſpoliator
Pupilli proſtantis.
SPOLIĀTRIX, īcis. f. [σκυλεύτρια] Martial. 1. 136.
Sic ſpoliatricem commendat Fauſtus amicam. Cic. pro Cœl. 52. Tune aurum ex armario tuo promere auſa es? tune Venerem illam tuam ſpoliatricem ſpoliare ornamentis?
SPOLIĀRIUM, I. n. [ἀποδυτήριον Gl. G. L.] Ubi homines ſpoliantur. Plin. in Paneg. 36. pr. Nunc templum illud, nunc vere deus, non ſpoliarium civium, cruentarumque prædarum ſævum receptaculum. Senec. Controverſ. 5. 33. Volo noſſe illud infantium ſpoliarium. Significat ſpeluncam in qua ſolent latrones ſpoliare prætereuntes.
Eſt & Balinei membrum illud, ubi veſtes lavaturi exuebant, quod Græcis ἀποδυτήριον dicitur, ut in Gloſſ. Græcolat. expreſſum. V. Lex. Piſc. ubi & de aliis ſignificationibus vocis. conf. APODYTERION.
SPONDA, æ. f. [ἐνήλατον, Gl. L. G. & G. L.] Latus lecti. Spondæ, ſunt Tabulæ, quæ utrinque latus lecti ſuſtinent. Virg. 1. Æn. 698.
Quum venit, aulæis jam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit.
Extrema & in ſponda cubet. Hor. Epod. 3. 22.
Orciniana ſponda. Martial. lib. 10. 5.
SPONDAICUS, V. SPONDEUS.
SPONDEO, ſpŏpondi, ſponſum, [ὑπίσχομαι, Gl. L. G. & G. L. ὁμολογῶ, ἐπαγγέλλομαι, L. G. ἐγγυῶ, G. L.] ēre. a Sponte fit, quod veteres pro Dico uſurpabant: quia qui ſpondet, ſponte, id eſt voluntarie dicit. Poſtea Spondere acceptum eſt pro Sponte promittere. Cic. 16. Att. 2. Egit autem pater & filius ut tibi ſponderent. Idem 14. Philipp. 26. Panſa aut morte, aut victoria ſe ſatisfacturum Reip. ſpopondit. V. Voſſ. Etymol. Spopondit, ὑπέσχετο, ἀνεδέξατο, ὑπέσχηται, σύνθετο, Gloſſ. Latinogræc.
Promittere & ſpondere. Cic. pro Muren. 90.
Officium ſpondere alicui. Ovid. 10. Met. 418.
Spondere pro aliquo. Cic. 12. Att. 15. Sed tamen ſcire velim quomodo dicat ſpopondiſſe, pro patre an pro filio. Idem 1. Fam. 9. Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti.
Spondeo de. Cic. 15. Fam. 21. Quod ego, non modo de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi.
Fide mea ſpondeo futurum, ut &c. V. FIDES, ei.
Fortuna ſpondet ſalutem, Promittit certam. Virg. 12. Æn. 637.
Sidera nihil placidum ſpondentia. Ovid. in Ibin, 215.
Spondere in incertum apud Senecam, eſt non in certam nummorum ſummam, ſed Quantumcunque quis debeat fide ſua jubere, quæ periculoſiſſima ſponſio erat. Ejus ſunt verba 4. de Benef. cap. 39. Sponſum deſcendam, quia promiſi: Sed non ſi ſpondere in incertum jubebis, ſi fiſco obligabis.
Spondere puellam [μνηστεύεσθαι, Gl. G. L.] dicitur pater alicui, Quum pollicetur petenti futurum eſſe ut eam uxorem ducat. Plaut. Curc. 5. 2. 74.
Spondeſne miles mihi hanc uxorem? M. ſpondeo. Idem Trin. 5. 2. 33.
SPONSUS, a, um. Partic. [μεμνηστευμένος] Promiſſus. Ter. Phorm. 4. 3. 52.
— etiam nunc, ſi vult Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi, &c. Idem Eun. 5. 9. 6.
SPONSUS, i. m. [μνηστήρ, νυμφίος Gl. G. L.] Cui ſpondetur puella, ſive Qui ſpopondit eam ſe ducturum. Ulpian. l. In poteſtate. D. de ſponſal. In poteſtate manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt, & ſponſalia diſſolvere. Cajus eod. tit. l. Sæpe. Valetudo ſponſi ſponſæve alterius trahunt ſponſalia.
Is animadvertit ſororem ſuam de fratrum morte non laborantem: ſponſi autem nomen appellantem identidem Curiatii, cum gemitu & lamentatione. Cic. 2. de Invent. 78.
Sponſi vita; adagium pro Molli & delicata. V. Chiliad. conf. SPONSUS, ûs.
SPONSA, æ. f. [μνηστή, Gl. G. L.] Puella quæ ſpondetur. Plaut. Caſ. 2. 14.
Huc veniſti ſponſam præreptum meam. Cic. 14 Att 20. Suam cuique ſponſam, mihi meam: ſuum cuique amorem, mihi meum.
Deducere ſponſam marito. V. DEDUCO.
Turpes ſponſæ. Juven. 1. Sat. 78.
SPONSIO, ōnis. f. [συνθήκη, Gl. L. G. & G. L. ὁμολογία, ἡ διὰ ἐρωτήσεως, G. L.] Promiſſio. Paul. de verb. ſignif. l. Sponſio appellatur, non ſolum quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſioque.
Sponſio, Genus erat actionis apud antiquos: quæ fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui ſponſione vinceretur, & coram Recuperatoribus, aut alio judice diſceptabatur. Erat autem
decima

decima pars rei controverſæ in cauſa privatis: in publicis autem quinta apud Græcos, auctore Polluce lib 8. ſ. 39. & aliis ſcribentibus, ἡ ἐπὶ δέκατον ἢ πεμπτημόριον τῆς δίκης, pœna ſcilicet temere litigantium. Cic. 3. Verr. 132. Quid, quum palam Syracuſis, te audiente, maximo conventu, P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſivit, ni Apronius dictitaret te ſibi in decumis eſſe ſocium? Hæc te vox non perculit? non perturbavit? non ut capiti & fortunis tuis proſpiceres, excitavit? tacuiſti, ſedaſti etiam lites illorum, & ſponſio illa ne fieret laboraſti. Et paulo poſt, Sponſio eſt, ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat, provincia tua eſt: ades, abs te judicium poſtulatur. Valerius lib. 2. cap. 3. Pertinacius progreſſa contentione, Valerius ſponſione Luctatium provocavit, non ſe petiturum triumphum, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa, nec dubitavit reſtipulari Luctatius. Itaque judex convenit inter eos Atilius Calatinus. Hactenus Vales. Provocans igitur ſponſione, ita dicebat, Spondeo me tantam pecuniam daturum, ni, & reliqua. Provocatus autem contra reſtipulabatur. Cic. 5. Verr. 135. Cum eodem Apronio poſtea P. Scandilius eques Romanus, quem vos omnes noſtis, eandem ſponſionem de ſocietate fecit, quam Rubrius facere voluerat, inſtitit, oppreſſit, non remiſit: facta eſt ſponſio H-S. quinque millibus. Cœpit P. Scandilius Recuperatores aut judicem poſtulare.

Fiebat ſponſio plerumque in interdictis; id quod oſtendit Quintilianus in ſeptimo cap. 5. pr. Exemplum ſponſionis eſt apud Cic. pro Cæcin. 45. Erat enim Cæcina de fundo vi armata dejectus: propterea Prætor interdixerat De vi, id eſt interdicto, Unde vi, conceſſo, juſſerat Æbutium, qui vim fecerat, reſtituere Cæcinam in poſſeſſionem. Quum autem Æbutius Prætoris ſe edicto ſatisfeciſſe diceret: Cæcina autem ſe plane reſtitutum eſſe negaret, facta eſt ſponſio, Ni Cæcina reſtitutus ex edicto Prætoris eſſet. Quum igitur Cicero vim illatam Cæcinæ judicibus ſponſionis expoſuiſſet, ita demum ſubdidit, His rebus ita geſtis, P. Dolabella Prætor interdixit, ut eſt conſuetudo. De vi hominibus armatis, ſine ulla exceptione: tantum ut unde dejeciſſet, reſtitueret. Reſtituiſſe ſe dicit. Sponſione vobis judicandum. Budæus. [conf. Cic. 7. Fam. 21. Pro P. Quint. 30. & 84.

Audax ſponſio. Juven. 11. Sat. 199. V. infra.

Sponſiones facere. Plin. lib 9. cap. 32.

Sponſionem facere cum aliquo, ſi. Plin. lib 7. cap. 37. de Aſclepiade medico loquens, Sed maxime, ſponſione facta cum Fortuna, ne medicus crederetur, ſi unquam invalidus ullo modo fuiſſet ipſe.

Sponſionem facere quod. Valer. Max. lib 6. cap. 1. de C. Feſcennino, Quum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, quod adoleſcens ille palam atque aperte corpore quæſtum factitaſſet.

Fit ſponſio, *On parie*, *On gage*. Juven. 11. Sat. 200.

— ſpectent juvenes, quos clamor, & audax
Sponſio, quos cultæ decet aſſediſſe puellæ.

Quem locum exponens Britannicus ſic ait: Sponſio dicitur Contentio & altercatio quæ fit depoſitis pignoribus. Spectatores igitur invicem contendentes ſponſione, id eſt depoſito pignore, alii alium fore victorem aſſerebant. Plin. lib. 33. cap. 1. Ad ſponſiones etiamnum annulo exſiliente. Solent enim annuli in ſponſionibus ſæpe deponi. Idem lib. 9. cap. 35. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die magnificam cœnam appoſuit Antonio. De cœna Cleopatræ loquitur. Paulo poſt, Injecit alteri manum L. Plancus judex ſponſionis ejus, victumque Antonium pronunciavit. Rurſus paulo poſt, de Clodio Æſopi filio: Et quidem nulla ſponſione ad hoc productus, ſingulos uniones convivis abſorbendos dedit. Audax autem ſponſio dicitur a Juvenali, quia in diſcrimine res verſatur, quum rei eventus ſit incertus. Martial. lib. 11. 1.

Sed quum ſponſio, fabulæque laſſæ
De Scorpo fuerint, & Incitato.

Sponſionem (ut ait Calderin.) appellat Depoſitionem pignorum uter eſſet futurus victor, an Incitatus, an Scorpus. Nam hi duo aurigæ omnium ſermone celebrabantur. V. Turneb. Adverſ. 18. 33.

Provocare aliquem ſponſione. Valer. Max. 2. 8. 2. & Petron. cap. 70.

Sponſio quæ in verba facta eſt? Si ex edicto Præt. bona P. Quintii poſſeſſa non ſint. Cic. pro Quint. 84.

Sponſio voti. Cic. 2. de Legib. 41. Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſponſio, qua obligamur deo: pœna vero violatæ religionis juſtam recuſationem non habet.

Sponsiuncŭla, æ. f. dimin. Petron. cap. 58. Sponſiunculam deferre.

Sponsus, ûs. m. [ἀναδοχή] Sponſio. Serv. Sulpic. apud Gell. lib. 4. cap. 4. Si poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, judices cognoſcebant. Varr. de L. L. 5. 7. Quod ſine ſponte ſua dixit, cum eo agi non poteſt ex ſponſu. Phædr. 1. 16. 1.

Fraudator nomen quum locat ſponſu improbo.

[Si ſana lectio eſt, quam tamen certatim conjecturis ſollicitarunt docti interpretes. Non poteſt Sponſus ipſe Fidejuſſio exponi, quum Sponſorem improbum Lupum fabula ſubjiciat. Quare Sponſo ſine dubio legendum eſt, a recto Sponſus, i. Sic autem dicitur, non ſolum ὁ νυμφίος, verum etiam Qui in jure alteri, vel pro altero ſpopondit, ὁ ἐπιπεφεισάμενος, ὁ ὁμολογηθείς; reſpondetque Stipulator. V. STIPULOR. Et miror hac in ſignificatione ſuſpectam eſſe hanc vocem viris doctiſſimis ad Ovidii. 2. Amor. 13. 19. quum eadem ratione Sponſus dicatur, Qui feminæ ſpopondit nuptias. V. SPONSALIA. Si Sponſum, ut al. placet, Supinum ſtatuas, deerit omnino ſubſtantivum nomen, ad explendam ſententiam neceſſarium. Sed plura addere vetat harum notularum modulus.

Sponsor, ōris. m. [ἐπιπεφεισάμενος, μεσίτης, ὁμολογητής, Gl. L. G. & G. L. ἐγγυητής, G. L.] Qui aliquid ſpondet.

Conjugii ſponſor & obſes. Ovid. 2. Epiſt. 34.

Sponſor, Qui alicui promittit. Cic. 6. Fam. 19. De tuo negotio, quod ſponſor es pro Pompejo, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Idem pro Quint. 75. Cur ceteri ſponſores & creditores non convenerint?

Sponſor, in fem. Ovid. 16. Epiſt. 124. — comitata Cupidine parvo
Sponſor conjugii ſtat dea picta ſui.

Sponsālis, e. Adj. Spectans ad ſponſum, vel ſponſam. Leg. 2. Cod. Theodoſ. de Repudiis; Quæ recedit dotis ſuæ compos, ſponſalem quoque obtineat largitatem.

Sponsalia, ōrum. n. pl. [idem Gl. L. G. & G. L. συνθῆκαι, ἐπιπεφεισμένα, L. G. μνηστεία G. L.] Serv. Sulpic. in lib. quem ſcripſit De dotibus, apud Gell. lib 4. cap. 4. Qui uxorem ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum, ſponſionumque, dicebatur ſponſalia, &c. Ulpian. De ſponſal. l. 2. Sponſalia dicta ſunt a ſpondendo. Nam moris fuit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi futuras uxores. Ibid. Florent. l. 1. Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. Juven. 6. Sat. 25.

Conventum tamen & pactum, & ſponſalia, noſtra
Tempeſtate paras.

Dies ſponſaliorum. Suet. in Auguſt. cap. 53.

Mediocria ſponſalia. V. MEDIOCRIS.

Conſtituere ſponſalia. Ulp. l. Si puellæ. D. de ſponſal.

Contrahere ſponſalia. Modeſtin. in l. In ſponſalib. contrahendis. D. de ſponſal.

Diſſolvere ſponſalia. Ulp. l. In poteſtate. D. de ſponſal.

Efficere ſponſalia. Modeſtin. l. In ſponſalib. D. de ſponſal.

Facere ſponſalia. Ulp. in l. Quæſitum. D. de ſponſal.

Infirmare ſponſalia. Cajus in l. Furor. D. de ſponſal.

Infringere ſponſalia. Ulp. in l. Si puellæ. D. de ſponſal.

Præbere genero ſponſalia. Cic. 2. Q. frat. 6. pr. i. e. Convivium ob deſponſationem.

Sponsālitius, a, um. Adj. Quod ad ſponſos, aut pertinet, aut refertur: ut, Sponſalitia largitas. l. 2. Donatio, quæ a ſponſo ſponſave fit. apud Juſtinian. Novell. 119. & ſæpe in lib. 5. Cod. & Sidon. 7. Ep. 2.

Sponso, [μνηστεύω] āre. Sponſalia contrahere. ut, Sponſare filiam. Paulus de ritu nuptiarum, l. Si quis officium in aliqua provincia adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non poteſt, quamvis ſponſare non prohibeatur: ita ſcilicet, ut ſi poſt officium depoſitum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodo redditis, quas acceperit. Budæus.

Spondēus, i. m. [σπονδεῖος] Pes duabus ſyllabis longis conſtans. Legitimus quidem hic, qui in Heroico verſu omnium ſibi vendicat locum, licet raro quinto loco reperiatur. Dictus, quod in ſacrificiis & libamentis eo maxime uterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœduſque, ac ſponſionem ſignificat.

Lentipes ſpondeus. Auſon. Epiſt. 21. 42.

Stabiles ſpondei. Hor. de Arte Poet. 256.

Spondaicus, a, um. Adj. ut, Verſus ſpondaicus, Qui duos habet ſpondeos ad finem. [Rectius Spondiacus, σπονδειακός. Sic Hephæſtion p. 11. Enchirid. ed. 1553. Diſpondeum, quatuor longis conſtantem, σπονδειακὸν διπλοῦν vocat. Sed indocti Spondæus per diphthongum ſcribunt, unde & Spondaicus formarunt.

Spondialis, e. Adj. Tibicen dicebatur ſpondialis, Qui in ſacris canebat, quod nomen a ſpondeo profectum initio eſt, cujus carmine Græci in libamentis deorum & ſacrificiis uti ſoliti erant. Iſidor. 1. 16. Unde & ii, qui tibiis canebant in ſacris gentilium, ſpondiales nominabantur. Mar. Victor. Spondeus e duabus longis, ut reges, temporum quatuor, dictus a tractu cantus ejus, qui per longas tibias in templis ſupplicantibus editur, unde & Spondiales appellantur, qui hujuſmodi tibias inflare aſſueverunt. Ex Turneb. Adverſ. 20. 17.

Spondialia, Carmina trochaica ſacris adhiberi ſolita Latinis dicebantur, quibus etiam tibicines cum modos faciebant, plerumque uti ſolebant. Cic. 2. de Orat. 193. Tamen in hoc genere ſæpe ipſe vidi, cum ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur, ſpondialia illa dicentis,

Segregare abs te auſus, aut ſine illo Salaminem ingredi?

Editi libri habent Spondalia, ſed mendoſe, ut Turnebo quidem videtur Adverſ. 20. 17. Salmaſ. legit Spondaulia, σπονδαύλια. MSſ. Spondali illa. [Quid ſi Spondalia perſonæ tragicæ nomen in Teucro Pacuvii fuit?

Spondolici, Populi Mæotidis apud Plin. lib. 6. cap. 7.

Spondylis, is. f. [σπονδυλὶς] Plin. lib. 27. cap. 13. Et animalium quidem ceterorum nullum aliud radices e nobis dictas attingit, excepta ſpondyli, quæ omnes perſequitur. Genus id ſerpentis eſt. Verticillam Gaza vertit in Ariſtotelem.

Spondylion, i. n. ſive Spondylium Dioſcoridi, [σφονδύλιον] Plin. lib. 12. cap. 26. Ab hac panace, ferula differt, quæ vocatur ſpondylion, foliis tantum, quia ſunt minora, & platani diviſura: non niſi in opacis gignitur. Semen eodem nomine ſilis ſpeciem habet, medicinæ tantum utile.

Spondȳlus, i. m. vel Spondylum, vel Spondylion, i. n. [σπόνδυλος, σπόνδυλον, σπονδύλιον] Verticulum, quod apponitur fuſis, ut pondo melius vertantur. [Gloſſ. Græcolat. Σπόνδυλον, Verticillum, & Latinogræc. Verticilium, σπονδύλιον, ἀδὲ ἀτράκτου. Eſt autem hæc forma diminutionis. Hinc ob formæ ſimilitudinem,

Spondylus, Nodus ſeu vertebra ſpinæ dicitur. Sunt autem in ipſa ſpina ſpondyli quatuor & viginti, quorum ſeptem collum conſtituunt, duodecim thoracem, quinque aliæ lumbos. [V. Galen. de Oſſib. cap. 6. & ſeq. Gloſſ. Latinogræc. Vertebræ, σπόνδυλοι, ταρσοί.

Spondylo utitur Martial. pro Oſſiculis animalium, lib. 7. 19.

Roſus tepenti ſpondylos ſinu condit.

Spondylus in mari animal, apud Plin. lib. 32. cap. 11. Columel. lib. 8. cap. 16.

Spondylus, Calculus æneus, quo ſuffragia ſua judices Athenis dabant, ut eſt apud Jul. Polluc. lib. 8. ſ. 17.

Spondylus, Callus ſive caro interior oſtreorum. Plin. lib. 32. cap. 6. Neque in luto capta, neque in arenoſis, ſed ſolido vado, ſpondylo brevi atque non carnoſo, nec fibris lacinioſo, ac tota in alvo.

Spongia, æ. f. [σπόγγος, Gl. L. G. & G. L. Attice σπογγιά. Onom. v. σφόγγος] Quiddam eſt in natura tertium ordinem habens, ut neque animal, neque frutex, ſed tertium quiddam ac medium inter utrumque genus dici poſſit, quod Græci zoophyton appellant. Plurimis locis in ſaxis marinis naſcuntur ſpongiæ, diverſiſque nominibus ab antiquis diſtinctæ, quoniam non una ſit earum formæ bonitas & uſus. Spongias antiqui in deliciis habuerunt, ſtrigilum vice linteorumque illis utentes ad diſtringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cum candidas faciebant, tinctas per æſtatem ſalis ſpuma ad lunam & pruinas ſternentes inverſas, ut candorem biberent. Menſas etiam his tergere mos erat. Martial. lib. 14. 144.

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis
Utilis, expreſſo quum levis imbre tumet.

Naſcitur in petris, alitur conchis & piſce, & limo. Intellectum ineſſe iis apparet, quia ubi avulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur. Avulſæ relinquunt in petris valeti cruoris veſtigium, atque ex his quaſi molliores penicilli

penicilli recreſcunt. Quidam ſpongias ita diſtinguunt. Alias ex his mares exiſtimavere, tenui fiſtula, ſpiſſiores, perſorbentes: Alias feminas majoribus fiſtulis, ac perpetuis. Hæc Perottus ex Plin. lib. 9. cap. 45. & lib. 31. cap. 11.

Plenam ſpongiam aquæ mano premere & ſiccare. Lucret. lib. 4. 622.

Spongiæ retiariorum. Spongiis ad ſiccandum vulnerum ſanguinem & reprimendum utebantur: cumque ſæpenumero uſuveniret, ut retiarii, qui cum mirmillonibus depugnabant, vulnerarentur, & ſpongiis egerent, idcirco Septimius de Spectac. ſpongias retiariorum dixit. Neque enim ſatis adverſus parem ſuum muniti erant, cum toti in reti jaciendo intenti eſſent. Verba Tertulliani ſunt, Poterit de miſericordia moveri defixus in morſus urſorum, & ſpongias retiariorum. Annotavit Turneb. Adverſ. 18. 33. conf. Lipſ. Saturn. 2. 8.

Spongiæ, quibus columnæ, pavimenta, podia extergantur. Ulp. in l. Quæſitum. §. canales. D. de fund. inſtruct.

Spongias, olitores antiqui appellabant, Radiculas aſparagorum inter ſe implicatas. Columel. lib. 11. cap. 3.

Spongiarum oculi. Columel. lib. 11. cap. 3. Stirpes præfractæ angunt oculos ſpongiarum, & quaſi excæcant, nec patiuntur aſparagum emittere.

Spongiŏla, æ. f. [σπογγίον] dimin. Spongiola, quæ aliis Amentum, aliis Cachrys dicitur, officinis *bedegar*, id eſt quod præter naturam in quibuſdam fruticibus ut cynorhodo naſcitur, & ſquammarum compactum ſpongiolæ cujuſdam modo propendet e ramis. Plin. lib. 25. cap. 2. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat, ſpongiolæ, quæ in mediæ ſpinis ejus naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri.

Spongiolæ, Radiculæ aſparagorum inter ſe implicitæ. Columel. lib. 11. cap. 3. Sulci autem inter ſe pedali menſura diſtantes fiunt, non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita ſpongiolæ deprimuntur, ut facile ſuperpoſita terra germinent.

Spongiŏſus, a, um. Adj. [σπογγοειδής] Quod ſimilitudinem ſpongiæ habet. Plin. lib. 11. cap. 37. Idcirco pulmo ſpongioſus.

Spongio, āre. Spongia detergere. Apic. 1. 26.

Spongītes, æ. m. [σπογγίτης] Gemma, quæ ſpongiæ (a qua & nomen habet) ſpeciem repræſentat. Plin. 37. 10.

Sponda, **Sponsalis**, **Sponsio**, **Sponsa**, **Sponsus**. V. **spondeo**.

Sponte, [ἑκουσίως, Gl. L. G. & G. L. αὐθαιρέτως, L. G. ἑκοντί, ἰδίᾳ γνώμῃ G. L.] Ablativus a nominativo inuſitato Spons, cujus Genitivus eſt in rariore uſu: ſignificat Voluntate propria, & ſæpe natura, ſine hominis labore. Plaut. Truc. 2. 6. 46. Neque jam queo pedibus mea ſponte ambulare. Ter. And. 4. 2. 9.

Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Cic. de Senect. 71. Senes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur. Idem 1. Fam. 7. Etenim Pompejum, qui mecum ſæpiſſime non ſolum a me provocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet, ſcis temporibus illis non ſæpe in ſenatu fuiſſe.

Oſtia patuere ſua ſponte. Virg. 6. Æn. 82.

Sequi ſponte. Quintil. lib. 5. cap. 10. Et ut litteræ, ſyllabæque ſcribentium cogitationem non exigunt, ſic rationes ſponte quadam ſequuntur.

Italiam non ſponte ſequor. Virg. 4. Æn. 361.

Sponte, Arbitrio. Tacit. 3. Hiſt. 16. Nec ſponte Antonii properatum. Lucan. 1. 99. Pax que fuit non ſponte ducum.

Sponte, cum Genitivo. Hæc enim alienatio non ſponte tutorum fit. Ulp. in l. Sed ſi pec. §. 2. D. de reb. eor. qui ſub tut. &c.

Sponte naturæ, h. e. A natura, & per naturam. Plin. lib. 11. cap. 49. Teſtes homini tantum injuria, aut ſponte naturæ franguntur. Idem lib. 9. cap. 51.

Sua ſponte, Ultro, Αὐθαιρέτως. Gloſſ. Græcolat.

Vivere ſua ſponte, Sine aliorum ope ſuſtentare vitam ſuam. Lucret. lib. 5. 870.

Sponte mea componere curas. Virg. H. St. Ex 4. Æneid. 341.

Spontis, Genitivus. Varr. de L. L. 5. 7. Spontis ſuæ ſtatuerat finem. Gell. lib. 13. Spontis ſuæ mortem manet.

Homo ſuæ ſpontis, Liber, ſui juris & arbitrii. Celſ. lib. 1. cap. 1. Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet.

Arbor ſuæ ſpontis. Columel. lib. 9. cap. 4. Eſt enim ſativa, & altera ſuæ ſpontis, itemque ſemper virens pinus & minor ilex. V. Voſſ. de Analog. 1. 47.

Sponte, Adv. [ἑκουσίως] Plin. 4. Epiſt. 89. Hic ſponte beatiſſimo otio fruitur, alius exercitum regit. Idem Epiſt. 139.

Imminentem neceſſitatem ſponte prævenit. Tacit. 1. Ann. 30.

Sponte C. Ex provocatione. Vide Ex provocatione in loco Pontani. H. St.

Spontāneus, a, um. Adj. [αὐθαίρετος, αὐθαίρετος] Voluntarium & naturale. Sen. Epiſt. 121. Agilitas eſt ſpontaneus motus. Macrob. Somn. Scip. 2. 12. Appetitus ſpontaneæ mortis.

Spontālis, e. Adj. [ἑκούσιος] Idem quod Spontaneum & ultroneum. Apul. lib. 4. Mileſ. p. 147. Elmenh. Quumque nulli noſtrûm ſpontale parricidium ſuadens, perſuadere poſſet, gladium per medium pectus ictu fortiſſimo tranſadigit.

Spontalĭter, Adv. Sidon. 8. Epiſt. 9. Id ſpontaliter facio.

Spontīvus, a, um. Adj. Solin. 2. Damnum ſpontivum.

Sporădes, um. f. pl. [Σποράδες] Inſulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, vel Ægæo, ſicut Strab. lib. 10. ſcribit. Dictæ quod in mari ſparſæ ſint. Sunt autem harum nomina, Helene, Phacuſa, Nicaſia, Schinuſſa, Pholegandros, Icaros, Thera, Anaphe, Aſtypalæa, Laguſa, Ios, ubi ſepultus fertur Homerus, aliæque de quibus V. Plin. 4. 12.

Sporta, æ. f. [σπυρίς Gl. L. G. & G. L. & unom. v.] Vaſis genus quaſi fiſcella. A Sparto herba, quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur: aut ab Aſportando, ut ait Non. 2. 833. Salluſt. ibid. Fragm. cap. 14. E muris canes ſportis demittebant. Varr. de vita Pop. Rom. lib. 1. Neque enim obſonium in tota cœna, coëmptum ex variis rebus, quum conjectum in unam ſportam perſpicitur. Columel. lib. 8. c. 7. Locus ad hanc rem deſideratur calidus maxime, & minimi luminis, in quo ſingulæ caveis includantur anguſtioribus, vel ſportis incluſæ pendeant aves.

Sporta auri. Suet. de Clar. Rhet. 1. Diu exſpectaverunt dum retia extraherentur, aliquando extracta, piſcis nullus infuit, ſed ſporta auri obſuta.

Sportæ, Sportulæ, Sportellæ; Nummûm ſunt receptacula, inquit Aſcon. Pedian. in 2. Verr. 82.

Sporta juncea, vel ſpartea. Columel. lib. 12. cap. 6.

Sportæ fæcariæ ſunt, Quibus incluſa fæx prelo ſupponitur, ut vinum fæcatum exprimatur. Idem cap. 133. Catonis de R. R. declaratur. Monuit Turneb.

Sportŭla, æ. f. dimin. [σπυρίς] Plaut. Curc. 2. 3. 10.

Qui incedunt ſuffarcinati, cum libris, cum ſportulis. Idem Men. 1. 4. 1.

Sportulam cape, atque argentum. eccos tres nummos habes?
C. Habeo. a. abi, atque obſonium affer.

Sportula aliquando pro Diſtributione quæ ad populum fiebat, aliquando pro ipſis Cibis accipitur, quod in ſportis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum uſum deferri ſolebat. Martial. lib. 8. 50.

Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. i. e. Cœna recta. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 21. Gladiatoria munera pluriſariam ac multiplicia exhibuit. Anniverſarium in caſtris Prætorienſis: ſine venatione, apparatuque: juſtum, atque legitimum in ſeptis: ibidem extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit ſportulam, quia primum daturus edixerat velut ad ſubitam condictamque cœnulam invitare ſe populum.

Τό τε σπυρίδιον τοῖς πένησι χορηγεῖσθαι ἐν μόνῃ Ῥώμῃ. Appianus Bell. Civil. 2. p. 251. An Stips? H. St. Eſt Frumentatio, ſeu Frumenti diſtributio publica, diſtinguenda a Congiario, ceteriſque extraordinariis largitionum generibus, in quibus & Sportula publica. Gloſſ. Græcolat. Σιτηρέσιον, Frumentatio, frumentum. V. in **frumentum**. Male Suidas littera gemina, Σπόρτουλα, δεῖπνον ἐπὶ καιρῶν διδόμενον ταῖς ἑορταῖς. conf. Voſſ. Etymol.

Sportula, pro Cœna ipſa; quæ, quod initio in ſportula dabatur, inde nomen meruit: unde & a Græcis δεῖπνον ἐν σπυρίδι vocatur, id eſt Cœna in calatho. Juven. 3. Sat. 249.

Nonne vides quanto celebretur ſportula fumo?
Centum convivæ: ſequitur ſua quemque culina.

Ab hac conſuetudine dandi in ſportulis obſonii, aut cœnæ in ſportulis ferendæ, ſportulæ, quæ centum quadrantes æſtimabatur, nomen ortum videtur eſſe, quod obſonii & cibi loco pecunia daretur in victum, quæ cum cœnam ementiretur, & cœnæ loco daretur, Rectæ cœnæ opponebatur, quod Recta ſit cœna, cum clientem laute accipimus & paſcimus: non recta cœna, ſed in locum cœnæ, aſſes cœnæ cauſa numerati, id eſt ſportula data. Suet. Domit. 7. Sportulas, inquit, publicas ſuſtulit, revocata cœnarum rectarum conſuetudine. Turneb. In limine autem domus ſportulæ conſtituebantur. Juven. 1. Sat. 95.

— nunc ſportula primo
Limine parva ſedet, turbæ rapienda togatæ. Idem 10. Sat. 46.
Defoſſa in loculis quos ſportula fecit amicos.

Arida ſportula. Martial. lib. 10. 75.

Sportula, Locus in atrio domus, in quo proponebantur quæ quolibet die dono dandæ erant. [Forte ex loco Juven. male intellecto.

Sportulans, antis. Torr. in Sueton. Domit. cap. 7. p. 570. H. St. Ex Cypriano ſcil. Epiſt. 66.

Sportella, æ. f. [σπυρίδιον Gl. G. L.] aliud dimin. Species caniſtri, quo artolagani & bellaria ferebantur. Sed & interdum ſportulis obſonia cœnarum portabant, cum ad aliquam cœnaturi ibant, & in cœnationem domeſticam ferebant. Cic. 9. Fam. 20. Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui. Ego autem putem artolaganus in parabilibus & vulgaribus cibis fuiſſe numeratos. Turneb. [Verum hic cibi, atque adeo Operis piſtorii genus intelligitur, cujuſmodi & Artolagani, de quibus V. ſ. l.

Sportellārius, i. m. Κοιτωνίτης. Gloſſ. Latinogræc.

Spŏrus, i. m. [Σπόρος] Spado fuit, a Nerone in deliciis venereis habitus, quem in feminam idem ipſe hominis monſtrum transfigurare annisus eſt, eundemque, dote inter auſpices conſignata, palam uxorem duxit. Poſt Neronis vero necem juſſus a Vitellio, ut in habitu conſtupratæ puellæ, ſe in theatro ſiſteret, non ferens tantam ignominiam, manu ſibi intulit. V. Sueton. & Dion. in Nerone.

S P U

Spūdarcha, æ. [σπουδαρχίδης Suid.] Anxie dignitates affectans, & imperia. Xenophon in Sympoſio. Cæl. lib. 1. cap. 5.

Spudastes, æ. [σπουδαστής] Fautor, in Gloſſ. Græcolat. Hieronym. in lib. de Scriptor. Eccleſiaſtic. ubi de divo Luca agit. Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia σπουδαστήν, id eſt amatorem Pauli convictum apud Joannem, quod auctor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.

Spūma, æ. f. [ἀφρός, Gl. L. G. & G. L.] Ex ore animantium ebulliens humor, quaſi Spumen, a Spuo, vel Quæ per ebullitionem, vel maximam agitationem fæx ſupernatat, ut mero, æri, ſalo, &c. Ovid. 8. Met. 287.

Fervida cum rauco lato ſtridore per armos
Spuma fluit. Virg. 1. Æn. 39.
— & ſpumas ſalis ære ruebant.

Albentes ſpumæ. Ovid. 7. Met. 415.

Albida ſpuma. Ovid. 3. Met. 74.

Cana ſpuma. Sen. Hippol. 10.

Virides ſpumæ ſerpentum. Claud. de Bell. Gild. 172.

Agere ſpumas. Lucret. lib. 3. 490. V. **ago**.

Albet mare ſpumis ſonantibus. Ovid. 11. Met. 501.

Eliſa ſpuma. Virg. 3. Æn. 567.

Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere,
Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.

Fudit ſtridentem cum ſanguine ſpumam. Ovid. 8. Met. 417.

Incaleſcens ſpuma. V. **incalesco**.

Incanuit unda ſpumis. Catul. Argon. 60. 13.

Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus. Ovid. 11. Met. 367.

Torquent adnixi nautæ ſpumas. Virg. 3. Æn. 208.

Spuma argentea, λιθάργυρος. Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat.

Spuma nitri, Aphronitrum, [ἀφρόνιτρον] Martial. lib. 14. 58.

Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.

Spŭmeus, a, um. Adj. [ἀφρώδης Gl. G. L.] Quod ſpumæ colorem refert. Plin. lib. 15. cap. 28. Spumeus color malis. Idem lib. 37. cap. 2. Amnis ſpumeus, i. e. Spumans, vel ſpumoſus. Virg. 2. Æn. 496. Ora ſpumea. Lucan. lib. 5. 190.

Semen ſpumeum. Plin. lib. 20. cap. 19.
Unda ſpumea. Virg. 10. Æn. 212.

SPUMIDUS, a, um. Adj. Apul. Apol. p. 306. Elm. Humor craſſus & ſpumidus.

SPUMOSUS, a, um. Adj. Quod ſpumam facit. Plin. lib. 22. cap. 7. Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum.
Æquor ſpumoſum. Lucan. lib. 2. 627.
Litora ſpumoſa. Catull. Argon. 65. 121.
Unda ſpumoſa. Virg. 6. Æn. 174.
Compar. Claud. de Conſ. Honor. 6. 458.
Addes quo ſciſſa ſpumoſior incitat undas.

SPUMIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἀφροφόρος] ut, Fluctus ſpumiferi, apud Stat. 1. Achil. 59.

SPUMIGENA, æ. c. ut, Cytherea ſpumigena, Ex ſpuma nata. Mart. Capell. 9.

SPUMIGER, ĕra, ĕrum. aliud Adj. ut,
Fons ſpumiger, apud Ovid. 11. Met. 140.
Sus ſpumiger. Lucret. lib. 5. 983.

SPUMO, [ἀφρίζω Gl. G. L.] āre. Spumas emittere. Plin. lib. 32. cap. 7. Subinde ſpuma pennis deterſa, & poſtquam deſierit ſpumare, tepidum infundere. Virg. 8. Æn. 672.
— ſed fluctu ſpumabant cærula cano.
Aſpergine ſalſa ſpumant cautes. Virg. 3. Æn. 534.
Freta ſpumant verſa lacertis. Virg. 5. Æn. 141.
Vindemia ſpumet plenis labris. Virg. 2. Georg. 6.

SPUMANS, antis. Partic. [ἀφρίζων] ut
Aper ſpumans. Virg. 1. Æn. 324.
Cymbia ſpumantia lacte. Virg. 3. Æn. 66.
Enſis ſpumans cruore. Virg. 4. Æn. 665.
Equus ſpumans. Virg. 6. Æn. 881.
Frena ſpumantia. Virg. 4. Æn. 135.
Pateram ſpumantem hauſit. Virg. 1. Æn. 743.
Pocula ſpumantia lacte. Virg. 5. Ecl. 67.
Sanguis ſpumans. Virg. 9. Æn. 456. & Celſ. lib. 5. cap. 26.
Uvæ ſpumantes. Columel. lib. 10. 44.

SPUMATUS, a, um. Partic. [ἀφρωθείς] Cic. 1. de Divin. 13.
Saxaque cana, ſalis niveo ſpumata liquore,
Triſtificas certant Neptuno reddere voces. Ex poeta.

SPUMABUNDUS, a, um. Adj. Apul. Apol. p. 303. Elmenh. Faciem tuam ſpumabundus conſpuiſſet.

SPUMATUS, ûs. m. [ἀφρισμὸς] Stat. 2. Silv. 4. 102.
Dictami florentis opem, quoque anguis abundat
Spumatu.

SPUMESCO, [ἀφρίζομαι] ĕre. inchoativum: ut
Æquora ſpumeſcunt remo. Ovid. 2. Epiſt. 87.

SPUO, ſpui, ſpūtum, [πτύω Gl. G. L.] ĕre. Salivam emittere. Virg. 4. Georg. 97.
— terram ſicco ſpuit ore viator
Aridus. Plin. lib. 28. cap. 4. Veniam quoque a deis ſpei alicujus audacioris petimus, In ſinum ſpuendo. V. SINUS.

SPŪTUM, i. n. [πτύελον Gl. L. G. & G. L.] Saliva. Martial. lib. 2. 26.
Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.
Minuta ſputa. Lucret. lib. 6. 1186.
Salſa ſputa. Lucret. lib. 6. 1187.
Tenuia ſputa. Lucret. lib. 6. 1186.
Edere ſputum ſincerum. Celſ. lib. 2. cap. 9.

SPUTUS, i. m. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 4. 4. Cum plurimo ſputu & ructatione jugi.

SPUTISMA, ătis. n. Vitruv. 7. 4. extr. Quod poculis & ſputiſmatis effunditur. V. Philand.

SPUTO, [πτυαλίζω] āre. frequent. Plaut. Capt. 3. 4. 18.
Nam illic iſtic, qui ſputatur, morbus interdum venit. Idem Merc. 2. 2. 27.
Tua cauſa rupi ramices, jamdudum ſputo ſanguinem.

SPUTĀTOR, ōris. m. [πτυστής] Plaut. Milit. 3. 1. 52. Minime ſputator, ſcreator ſum.

SPUTĀMEN, ĭnis. n. Cæl. Aurel. Tard. 2. 14. 199. Ægrotantium ſputamina. conf. Ammian. 14. 9. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 10.

SPUTAMENTUM, i. n. Tertull. de Spectac. cap. 30. Sputamentis decoratus.

SPUTĀTILĬCUS, a, um. Adj. [ἀποπτυσματικὸς] Levis. Cic. de Clar. Orat. 260. Et ille, ſuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chritilium, Siſenna defendens, dixit Quædam ejus ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Rufius, Circumvenior, inquit, Judices, niſi ſubvenitis. Siſenna, quid dicas neſcio, metuo inſidias; Sputatilica, quid eſt hoc? Sputa quid ſit ſcio, Tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat eſſe, inuſitate loqui. Sputatilica, i. e. Levia. [An Sputatrilicia?

SPURCUS, a, um. [αἰσχρὸς G. L. G. & G. L. ἀκάθαρτος L. G.] Quod eſt impurum, obſcænum, lutulentum, inquit Non. 4. 425. A ſpuendo dictum, quod tale ſit ut de eo ſpuatur. Lucil. ibid. & apud Cic. 2. Tuſc. 41.
Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus locoque. Hor. 2. Serm. 5. 18.
Viſne tegam ſpurco Damæ latus?
Saliva ſpurca. Catul. 76. 8.
Spurcus, Fœtidus. Apul. Tam multæ res ſpurcæ, & graves, nares infeſtant.
Gladiator ſpurcus & carnifex, Sævus, ſanguinarius. Varr. apud Non. l. c.
Helluo ſpurciſſimus, prægultator libidinum. Cic. pro Domo 25.
Lupæ ſpurcæ. Martial. lib. 1. 35.
Tempeſtas ſpurca. Cic. Jactati tempeſtate ſpurciſſima. i. e. Vehementi, aſpera, interprete Non. l. c.
Spurcus ager. Columel. in Præf. lib. 1.
Vinum ſpurcum eſt, Quod ſacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antiſt. lib. 10. commentarii juris Pontificii, cui aqua admixta eſt, defrutumve, aut igne tactum eſt, muſtumve ante quam deferveſcat. Feſt.

SPURCE, ius, iſſime. Adv. [ῥυπαρῶς] Cic. 1. ad Heren. 8. In odium rapiemus, ſi quod eorum ſpurce, ſuperbe, perfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe, factum proferemus.
Dicere in aliquem ſpurce. Cic. 2. Philip. 100. An crudelior, qui in illam miſeram tam ſpurca, tam impie dixeris.
Superl. Cic. 11. Att. 13. Deinde perſcribit ſpurciſſime, quas ob cauſas fecerit.

SPURCITIA, æ. vel SPURCITIES, ēi. f. [ῥυπαρία, ἀκαθαρσία] Immunditia. Lucret. lib. 6. 21.
At contra nobis cæni tæterrima cum ſit
Spurcities, eadem ſuibus hæc munda videtur. Plin. lib. 33. cap. 4. Quæ e catino jactatur ſpurcitia, in omni metallo ſcoria vocatur. Idem lib. 17. cap. 9. Proximo ſpurcitias ſuum laudant.

SPURCIDĬCUS, a, um. Adj. [ῥυπαρολόγος] Qui ſpurca & obſcœna dicit. Plaut. Capt. prol. 56.
Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.

SPURCIFĬCUS, a, um. Adj. [ῥυπαρωτικός] Qui ſpurca & fœda facit. Plaut. Trin. 4. 3. 7.
Spurcificum, immanem, intolerandum, veſanum.

SPURCILOQUIUM, i. n. Tertull. de Reſur. cap. ult. Spurciloquio experiri in congreſſibus.

SPURCO, [ῥυπόω, μολύνω] āre: vel SPURCOR, ari. depon. Fœdare, vitiare. Plaut. Men. 1. 2. 57.
Nam ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illutibili.
Aquas ſpurcare. Paul. in l. 1. D. De extraord. crimin. Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit: cœno, luto oblinierit: aquas ſpurcaverit: fiſtulas, lacus, quidve ad injuriam publicam contaminaverit.
Vinum ſpurcare. Celſ. Juriſconſ. ait apud Ulpian. in l. Si ſervus. D. ad leg. Aquil. Cum eo agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit. V. Vinum ſpurcum in SPURCUS.
Senectus ſpurcata impuris moribus. Catul. in Comin. 105. 2.

SPURCĀMEN, ĭnis. n. Prudent. Cathem. 9. 56.
Corripit gregis ſuilli ſordida ſpurcamina.

SPURINA, æ. m. [Σπουρίνας] Dux regis Parthorum, qui Craſſum interemit. Item Haruſpex & ariolus, qui Cæſari prædixit, ut Martias caveret Idus, cujus Tranquill. in Cæſ. cap. 81. & Valer. 1. 6. 13. meminere.
Tertius hujus nominis Adoleſcens Etruſcus egregia forma, qui quum feminas viroſque ad libidinem aſpectu decoro invitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtavit. Auctor Valer. de Verecund. 4. 5. ext. 1. De Veſtricio Spurina V. Plin. Ep. 3. 1.

SPURIA ſurfuris, apud Victorem Uticenſ. An Spurcitia? an Scoria? apud Dadræum in Similit. 640. b. H. St. Spurca forte n. pl.

SPURIUS, i. m. [νόθος, παρέγγονος Gl. G. L.] Qui ex muliere non nota ortus eſt, vel incerto patre, ab σπείρειν ſeminare: quia nihil habet e patre niſi ſemen. Unde & Spurios verſus dicimus, Incerti auctoris. Spurium, Modeſtinus D. De ſtat. homin. l. vulgo concepti. vulgo conceptum appellari ſcribit, & eum eſſe qui incerto patre natus ſit, ſive illum, qui eum patrem habet, quem habere non licet. Sed Plutarch. in Probl. Rom. 103. de hoc verbo loquens: Spurius, inquit, prænomen eſt apud Romanos, ut Sextus, & Decimus, & Cajus. Prima autem nomina non tota ſcribunt: ſed aut una littera, ut T. Titum: aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tribus, ut Sex. Sextum, & Ser. Servium. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græca dicuntur, s & p deſignabant, quaſi Sine patre; hoc errore factum, ut Spurii, Sine patre dicerentur. Hæc ille. Modeſtinus tamen loco ſupra citato vocatos dicit ſpurios παρὰ τὴν σποράν, id eſt a ſatione. Plutarch. l. c. aliorum affert rationem, ſed quam putat abſurdam. Dicunt enim, inquit, Sabinos uxoris pudenda Sporion appellare. Item qui legitime natus non ſit, ſed ex concubina, aut ſcorto, contumeliæ cauſa ſpurium appellari ſolitum. Ceterum quos vulgo *baſtardos* vocamus, interdum ſpurii dici poſſunt, interdum non poſſunt: ut hi quos principes agnoſcere ſolenniter ſolent, quoſque adoptare.

SPURIUS, a, um. Adj. Auſon Epiſt. 2. 29.
Quique notas ſpuriis verſibus appoſuit. i. e. Incerti auctoris.

SPURIUS, Prænomen ut Sp. Carvilius. V. in eadem dict. paulo ſupra.

SPUTAMEN, SPUTATOR, SPUTO, &c. V. SPUO.

SPYTHENA, Urbs Arabiæ verſus Meroën, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 29.

S Q

S. Q. Si quis, vel Si quid.

S Q U

SQUALEO, ui, [αὐχμῶ, ῥυπῶ Gl. G. L.] ĕre. Quicquid nimis inculcatum, obſitumque aliqua re erat, ita ut incuteret viſentibus horrorem, a crebritate atque aſperitate ſquamarum, Squalere veteres dicebant. Hinc poſtea tractum, ut Corpora inculta & veluti ſquamoſa, alta congerie ſordium, Squalere dicantur. Virg. 2. Æn. 277.
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines. Hæc Perottus. Quintil. lib. 10. cap. 1. Neque ergo arma ſqualere ſitu ac rubigine velim. Virg. 2. Georg. 348.
Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas.
Squalere dictum eſt a ſquamarum crebritate aſperitateque, quæ in ſerpentium piſciumque coriis viſuntur, ut Gell. vult. lib. 2. cap. 6. V. & Macrob lib. 6. Saturn cap. 7.
Arva ſqualent abductis colonis. Virg. 1. Georg. 508.
Corpora ſqualebant exſangui morbo. Ovid. 15. Met. 627.
Crines ſqualent a pulvere effuſo. Sil. lib. 4. 252.
Serpentibus atris ſqualet humus. Ovid. 14. Met. 410.
Squalere de his, qui ob luctum, vel reatum alicujus, ſordidati ſunt. Cic. pro Sext. 32. Erat igitur in luctu Senatus, ſqualebat civitas, publico conſilio veſte mutata. Cic. pro Milone 20. Tota civitas confecta ſenio eſt, ſqualent municipia, affictantur coloniæ.

SQUALENS, entis. Partic. [αὐχμῶν] ut,
Squalens auro, Fulgens. Virg. 4. Georg. 91.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens. Servius, h. e. Splendentibus: quod a ſquamis venit, ut Squamis auroque trilicem. Nam a ſqualore ſordidum ſignificat, ut Squalentem barbam. Hæc ille. Squalentibus ergo, i. e. Splendentibus more ſquamarum in piſcibus. Perottus autem Plenum interpretatur. [Loquitur de Apum rege deterioris generis, cui color non rutilantis auri, ſed ſqualore obfuſcati, & obſoleti ſit.
Arva ſqualentia. Lucan. lib. 1. 205.
Barba ſqualens. Virg. 2. Æn. 277.
Campi ſqualentes. Sil. lib. 3. 655.
Coma ſqualens. Ovid. 3. Faſt. 640.

Lorica ſqualens auro alboque orichalco. Virg. 12. Æn. 87.
Maculæ ſqualentes auro. Virg. 4. Georg. 91.
Ora ſqualentia. Ovid. 4. Met. 655.
Tela ſqualentia venenis. Ovid. 5. Faſt. 397.
Veſtes ſqualentes atro pulvere. Lucan. lib. 8. 57.

Squalĭdus, a, um. Adj. [αὐχμηρὸς Gl. L. G. & G. L.] Incultum & ſordidum: quod proxime ſimilitudinem haberet ſquamæ piſcium, ſic appellatum. Feſt. Plaut. Trucul. 5. 41.

Honccine hominem te amplexaries tam horridum, atque ſqualidum?

Ter. Eun. 2. 2. 5.

Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, annisque obſitum.

Squalidi atque deformes. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Corpora ſqualida. Liv. 21. 39. Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie, tabeque ſqualida & prope efferata corpora varia movebant.
Humus ſqualida humanis albet oſſibus. Ovid. 1. Faſt. 558.
Membra ſqualida. Lucret. lib. 5. 954.
Mors ſqualida. Senec. Med. 10.
Rubigo ſqualida. Catul. Argon. 62. 42.
Sudor ſqualidus. Stat. 3. Theb. 127.
Compar. Cic. in Orat. 115. Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squālus, a, um. Adj. Antiquum pro Squalidus. Enn. Telam. apud Non. 10. 2.

Strata terra lavere lacrimis veſtem ſqualam & ſordidam.

Squalĭde, Adv. [αὐχμηρῶς] Cic. 4. de Fin. 5. Primum enim ipſa illa, quæ ſubtiliter diſſerenda erant, polite, apteque dixerunt, cum definientes, tum partientes, ut veſtri etiam, ſed vos ſqualidius: illorum vides quam niteat oratio.

Squalor, ōris. m. [ῥύπος, Gl. L. G. & G. L. ἐῤῥύπωσις L. G. αὐχμὸς, ῥυπαρία, G. L.] Inquinatio, ſordes. Gell. lib. 2. cap. 6. In corporibus incultis, ſquamoſiſque alta congeries ſordium ſqualor appellatur. Liv. 2. 23. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie peremptis. Cic. 5. Verr. 31. Surrexiſſet Apronius, nova dignitas publicani, non ut Decumanus ſqualoris plenus ac pulveris, ſed unguentis oblitus, vino, vigiliiſque languidus.
Incultus ſqualor. Senec. Hippol. 6.
Terribilis ſqualor. Virg. 6. Æn. 299.
Detergere ſqualorem rudis ſeculi. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Omni ſordium ſqualore deterſo. Firmic. lib. 5. cap. 3.
Squalor, Reorum ſordes. V. Sordes pro Reorum ſqualore, in sordes.
Squalor & lacrimæ Siciliæ. Cic. 5. Verr. 207.
Squalor, ſordeſque ſociorum. Cic. 7. Verr. 127.
Squalor & mæror. Cic. 14. Fam. 3.
In ſqualore & luctu eſſe. Cic. 5. Fam. 1.

Squalitūdo, ĭnis. f. Idem quod Squalor antiquis. Acc. Euryſac. apud Non. 3. 231. Pro dii immortales, ſpeciem humanam, inuſitatam, egregiam, indignam clade & ſqualitudine.

Squalidĭtas, ātis. f. Ammian. 26. 12. Squaliditate maxima rerum ordinem implicare. conf. Non. 3. 231.

Squalĭtas, ātis. f. Squalor: obſoletum. Acc. Telepho. apud Non. 3. 231. Nam etſi operta ſqualitate eſt, luctuque horrificali.
Squalitate ſumma, ſcabie ſumma, in te ſumma obrutam. Lucil. apud Non. l. c.

Squalus, i. m. Piſcis eſt cujus nomen ab aſperitate fluxit. Nam a Squalor, Squalor & Squalus originem duxere. Eo nomine apud Plin. cenſeri videntur omnes Cartilaginei piſces longæ formæ, ut cum ſcribit, Quo in numero ſunt ſquali quoque, quamvis non plani. Turneb. tamen locum mendoſum putat. V. Plin. lib. 9. cap. 51. Varr. 3. de R R cap. 3. Et in ea duntaxat ſqualos & mugiles piſces. al. Galeos. [An Squati, cujus f. g. Squatina? Gloſſ. Latinogræc. Squatus, ῥίνη ἰχθὺς.

Squāma, æ. f. [λεπὶς, φολὶς Gl. G. L.] Qua corpus piſcis aut ſerpentis tegitur. Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegmenta plura ſunt: alia corio & pilis teguntur, ut vituli, &c. ſquamis, ut piſces. [Sunt qui geminata liquida Squamma ſcribunt, perperam. In Gloſſ. exſtat & Scama.
Aſtantes ſquamæ, Erectæ. Virg. 3. Georg. 545.
Arrectis ſquamis horret ſerpens. Virg. 11. Æn. 754.
Crepitans ſquama. Ovid. 15. Met. 725.
Fulgor incendebat ſquamam. Virg. 5. Æn. 88.
Recenti ſquama nitet ſerpens. Ovid. 9. Met. 267.
Rutilis ſquamis clari. Virg. 4. Georg. 93. De regibus apum.
Squama, λεπὶς τὸ λεπτὸν ..., ... Gloſſ. Latinogræc.
Squamæ, Loricarum catenulæ etiam dicuntur in modum ſquamarum compoſitæ. Virg. 11. Æn. 770.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Idem 9. Æn. 707.
Nec duplici ſquama lorica, &c.

Nexilis ſquama. Sil. lib. 5. 140.
Eſt & ſquama æris. Plin. lib. 34. cap. 11. Et ſcoria æris ſimili modo lavatur, minori effectu quam æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ utilis eſt. Fit ære fuſo, & in alias fornaces translato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milii ſquamæ, quas vocant florem. Cadunt autem quum panes æris aqua refrigerantur, rubentque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida, & ſic adulteratur flos, ut ſquama veneat pro eo. Eſt autem hæc decuſſa vi clavis, per quos panes ærei ferruminantur. In Cypriis maxime officinis omnia. Differentia hæc eſt, quod ſquama excutitur ictibus iiſdem panibus, flos cadit ſponte. Squamæ eſt alterum genus ſubtilius, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod vocant Stomoma. conf. Hard. not.

Squamŭla, æ. f. diminut. Celſ. lib. 7. cap. 26. In ſe attrahens quaſdam quaſi ſquamulas.

Squameus, a, um. Adj. [λεπιδωτὸς] Plenum ſquamis. Virg. 2. Georg. 154.
Squameus anguis. Idem 2. Æn. 218.

—bis collo ſquamea circum
Terga dati, ſuperant capite & cervicibus altis.

Membrana ſquamea. Ovid. 7. Met. 272.

Squamōſus, a, um. Adj. [λεπιδωτὸς] Squamis plenum. Plin. lib. 9. cap. 16. Vagantur gregatim fere cujuſque generis ſquamoſi. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.

Hanc Aries tegit, & ſquamoſo corpore Piſces.

Orbes ſquamoſos volubilibus nexibus torquet. Ovid. 3. Met. 41.
Draco ſquamoſus. Virg. 4. Georg. 408.
Squamoſum pecus, pro Piſcibus. Plaut. Rud. 4. 3. 5. Columel. lib. 8. cap. 17. Eorumque alios ſimplices & rectos, quo ſecedant ſquamoſi greges. De piſcinis.

Squamĭfer, ĕra, ĕrum. Cic. in Arat. 328. Squamiferi piſces.

Squamĭger, ĕra, ĕrum. Adj. [λεπιδοφόρος] Quod habet ſquamas. Lucret. lib. 1. 163.

Squamigerum genus. i. e. Piſces. Plin. lib. 11. cap. 37. Simili modo ſquamigeris atque ſerpentibus.
Pecudes natantes ſquamigerum. Lucret. lib. 2. 1082.
Nitentes ſquamigeri. Lucret. lib. 1. 379.

Squamans, antis. q. Partic. a Squamo, āre. Idem, quod Squameus. Manil. 5. 422.

—ſquamans ſtellis imitantibus exit.

Squamātus, a, um. Adj. Tertull. Apol. cap. 21. Squamatus aut cornutus aut plumatus amator.

Squamātim, Adv. Plin. lib. 16. cap. 10. Nucamenta ſquamatim compacta dependent. i. e. Velut ſquamæ compacta & colligata.

Squamo, āre. λεπίζω, Gloſſ. Græcolat.

Squarrōſus, a, um. Adj. [λεπρώδης] A ſquamarum ſimilitudine dicti Squaroſi, quorum cutis exurget ob aſſiduam illuviem. Lucil.

Varonum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra. Feſt. al. Squarroſa: nonnulli Scarroſa. [An Squabroſa, pro Scabroſa?

Squatīna, æ. f. [ῥίνη] Ex planorum piſcium genere. Plin. lib. 9. cap. 51. Ex planis ſquatina ſola bis, autumno & Vergiliarum occaſu parit. Ibid. cap. 12. Aſpera cute ut ſquatina, qua lignum & ebora poliuntur. conf. squalus.

Squilla herba V. scilla.

Squilla, æ. f. [κρανὶς, Gl. L. G. & G. L.] Galbacus. Genus piſcis, quod ſocietatem init cum pinna, & in ipſa pinnæ concha invenitur incluſum. Plin. lib. 9. cap. 51. Reliqua mollium tergis coeunt, ut canes. Item locuſtæ, & ſquillæ, cancri ore. Rurſus lib. 9. cap. 42. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper, nec unquam ſine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem, is eſt ſquilla parva. Adde 32. 11. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Pinna vero (ſic enim Græce dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. Mare non ſane pretioſis piſcibus abundat, ſoleas tamen & ſquillas optimas gerit. Hor. 2. Serm. 4. 58.

Toſtis marcentem ſquillis recreabis. Idem 8. Sat. 42.
Aſſertur ſquillas inter murænæ natantes. Juven. 5. Sat. 81. [Emendati codices plerumque Scilla exhibent. Onomaſt. Vet. de Piſcibus, Scillæ, Καράβοι. Et Gloſſ. Græc. Lat. Κάραβις, Scilla, Galbacus. At in Latinogr. Squillæ, Καράβοι θαλάσσιοι.

S R

S. R. Sacrarum remunerationum.

S S

SS. Sanctiſſimus, Seſtertiis, Suaviſſimus, Supraſcripti. SS. HH. Sui hæredes. S. S. Sacri ſcrinii, Sanctiſſimus Senatus, Sententia Senatus, Sibi ſepulcrum, Sibi ſuis, Supra ſcripti, Supra ſcriptum. S. S. C. Sibi ſuis curavit. S. S. D. Sibi ſuis dedit. S. S. E. Sibi ſepulcrum elegit. S. S. M. Sibi ſuis monumentum. S. SOL. DED. Sacerdos ſolis dedicavit, Sacrum ſoli dedit. S. S. P. C. Suo ſumptu ponendum curavit. S. S. V. F. Sibi ſuis vivens fecit.

S T

ST. Sextus, Sententia, Stipendium. STAD. Stadium. S. T. Signata Treveris, Sit tibi. S. T. S. B. Sit tibi ſemper bene. S. T. T. L. Sit tibi terra levis.

St, [σ] Vox eſt ſilentium indicentis. Ter. Phorm. 5. 1. 16.

—quid? non in obſecro es,
Quem ſemper te eſſe dictitaſti? c. ſt. s. quid has metuis fores?

Cic. 16. Fam. 24. Ego vix teneor, quin accurram; ſed ſt.

S T A

Stabiæ, arum. f. pl. Campaniæ oppidum bello ſociali a Sulla deletum Cn. Pompejo & L. Carbone coss. Plin. lib. 3. cap. 7.

Stabianus, a, um. Adj. Plin. lib. 32. cap. 1. In Stabiano Campaniæ, ad promontorium Herculis Melanuri, in mari panem objectum rapiunt, iidemque ad nullum cibum, in quo hamus ſit, accedunt. Subaudi Agro.

Stabilimen, Stabilimentum, Stabilio, Stabilis, Stabilitas, Stabilitor, Stabilitus. Stabilitur, Stabularius, Stabulatio, Stabulo, Stabulum, Stabulum, V. in sto.

Stăchys, yis, vel yos. f. [στάχυς] Frutex eſt, marrubio ſimilis, ſed longior, folia ferens numeroſa, hirſuta, &c. inquit Dioſcorides 3. 120. Dicta autem quaſi Spica, quod Græcum vocabulum ſignificat, ob caulem quem ea ſe mittit, floribus & ſemine ſpicatum. Plin. lib. 24. cap. 15. Ea quoque, quæ ſtachys vocatur, porri ſimilitudinem habet, longioribus foliis, pluribuſque, & odoris jucundi, colorisque in luteum inclinati. Pellit menſtrua.

Stacte, es. f. [στακτὴ] (vulgo *Storax liquida*) vocatur, inquit Dioſcorides 1. 73. Pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua tuſæ, & organo expreſſæ, a diſtillando dicta, quod Græci στάζειν dicunt, quia e ſtillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. lib. 2. 846.

Sicut amaracini blandum ſtactæque liquorem,

Pro unguento & odoramento ſumpſit. Columel. lib. 10. 173.

Et melior ſtacte ponatur Achaica myrrha. Al. Stacta. Plin. lib. 12. cap. 15. Inciduntur bis & ipſæ, iiſdemque temporibus, ſed a radice uſque ad ramos qui valent. Sudant autem ſponte priuſquam incidantur, ſtacten dictam, cui nulla præfertur. Plaut. Curc. 1. 2. 6.

Tu mihi ſtacte, tu cinnamum, tu roſa,
Tu crocum & caſia es. [Gloſſ. Latinogræc. Guttat, στάζει. & Græcolat. Στακτὸ, Gutta.

Stactēus, a, um. Adj. [στακτὸς] ut, Myrrha ſtactea, Quæ ſtacten producit, & diſtillat unguentum, quaſi ſtillatitia: quam Plaſten, hoc eſt ſictitiam Theophraſtus vocat. Plin. lib. 12. cap. 16. Vetus exemplar non habet Stacten.

Stacula, æ. f. Vitis genus, quam Campani Sirculam, alii Veniculam appellant; inter optime defloreſcentes Plin. lib. 14. cap. 2. reponit.

Stădium, i. n. [στάδιον, Gl. G. L.] Latine Curriculum dicitur, ut & in Gloſſ. Græcolat. converſum eſt. Erat autem apud Græcos locus, ubi curſus, luctæ, pugilatus, diſci, & jaculi certamina publica habebantur. Dictum ſtadium ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc eſt a ſtatione, quod Hercules eo ſpatio uno ſpiritu confecto, conſtitiſſet. Inſtitutum quippe ab Hercule ſtadium tradunt, eumque pedibus ſuis metatum eſſe id ſtadium, quod eſt Piſis apud Jovem Olympicum, feciſſeque id longum pedes ſexcentos. Inde poſtea cetera ſtadia terris Græciæ ab aliis inſtituta pedum quidem ſimili modo ſexcentorum, verumtamen aliquantulum breviora. Ex Gell. lib. 1. cap. 1. Cic. 2. Tuſc. 56. Ut in ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt.
Celebrata ſtadia. Sen. Thyeſt. 5.
Currere ſtadium. V. curro.
Conficere ſtadia. V. conficio.
Olympicum ſtadium. Sen. Thyeſt. 2.
Stadium, Menſura intervallorum, quæ auctore Plin. lib. 2. cap. 23. Centum viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt, pedes ſexcentos viginti quinque. Idem lib. 10. cap. 33. Stadii fere unius ſpatio. Cic. 16. Att. 6. Quum a Leucopetra profectus (inde enim tranſmittebam) ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, rejectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetram.

Stadius, i. m. idem quod Stadium. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 15. Hic horizon, quam ſibi uniuſcujusque circumſcribit aſpectus ultra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinem intra ſe continere non poterit. Centum enim & octoginta ſtadios non excedit acies contra videntis.

Stadiodrŏmus, i. m. [σταδιοδρόμος] Qui in ſtadio curſu certat, & ſtadium percurrit. Firmicus lib. 8. cap. 8. Si Mars reſpexerit Leporem cæleſtem in horoſcopo, faciet ſtadiodromos.
Stadiodromus etiam Locus, in quo ludi & curſus exercentur. Plin. lib. 34. cap. 8. Eundem vicit & Leontinus, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur. [Immo rectius de Aſtylo curſore exponitur, quem Pythagoras Leontinus ſculpſit. De ſtatuariorum enim, non de Architectorum operibus agit ibidem. V. not. Hard.

Stadiālis, e. Adj. ut,
Stadialis ager habebat paſſus cxxv, id eſt pedes dcxxv: cujus menſura octies comparata milliarium facit, qui conſtat quinque millibus pedum. Ex libello variorum auctorum De limitibus p. 321. Goeſ.

Stadiātus, a, um. Vitruv. 5. 11. Porticus ſtadiatæ, i. e. Tectæ, ut vult Philand.

Stăgīra, æ. f. [Στάγειρα] Oppidum in finibus Macedoniæ, ad ſinum Strymonicum, Ariſtotelis peripatetici patria, qui inde Stagirites, ὁ Σταγειρίτης cognominatur.

Stagnum, i. n. [λίμνη, ὑδροστάσιον, Gl. L. G. & G. L.] a Stando; dicitur Aqua ſtans, ut ait Servius. Cic. 1. de Divin. 15.
Abſorbentque ſono fontes & ſtagna cietis.
Stagnum quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo ſtat. Alii quod is locus a Græcis στεγνὸν dicitur, quia bene contineat aquam. Hæc Feſtus in extremo lib. 17. στεγνὸν nomen a verbo στέγειν quod Continere, nec pati elabi ac defluere ſignificat, derivatur.
Ripa ſtagni. Ovid. 6. Met. 373.
Pontis ſtagna. Virg. 7. Æn. 150.
Alta ſtagna. Virg. 3. Georg. 329.
Dulcia ſtagna. Virg. 1. Georg. 384.
Extenta latius ſtagna. Hor. 2. Carm. 15. 4.
Humida ſtagna. Virg. 10. Æn. 476.
Immenſa ſtagna. Ovid. 1. Met. 38.
Inferna ſtagna. V. infernus.
Liquentia ſtagna. Catul. ad Sirmionem 29. 2.
Mite ſtagnum. Virg 8 Æn. 88.
Modeſta jacent nullo tumultu ſtagna. Stat. 2. Silv. 2. 29.
Navale ſtagnum. Stat. 4. Silv. 4. 6.
Operta carinis ſtagna. Stat. 1. Achil. 444.
Profunda ſtagna. Ovid. ad Liv. 242.
Virentia muſco ſtagna. Virg 4. Georg. 18.
Conſueſcunt aves ſtagno. V. consuesco.
Stagnum, pro Mari imitatione Græcorum. Virg. 10. Æn. 765.
Cum pedes inceſſit, medii per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens.
Stagnum pro Parte maris profundiſſima poſuit Virg. 1. Æn. 130. quod ea minime moveatur, ſemperque ſtet, id eſt quieſcat, niſi nimia oriatur tempeſtas,
Emiſſamque (inquit) hiemem ſenſit Neptunus, & imis
Stagna refuſa vadis. Ex Servio. Refuſa, i. e. Emiſſa.

Stagno, [λιμνάζω, Gl. L. G.] āre. de aqua dicitur, quæ non effluit nec ſorbetur. Virg. 4. Georg. 288. Nilus ſtagnans. Plinius, Ubi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent.
Orbis ſtagnat paludibus. Ovid. 1. Met. 324.
Stagnare cum caſu. Tacit. 1. Ann. 76. Auctus Tiberis plana urbis ſtagnaverat. h. e. In planis, ſive per plana.

Stagnans, Partic. ut
Ripæ ſtagnantes. Sil. lib. 10. 89.
Undæ ſtagnantes. Sil. lib. 5. 94.
Stagnans terra dicitur, quæ non abſorbet, ſed continet aquam. Plinius, Agris humidis atque ſtagnantibus.
Campi ſtagnantes infuſo æquore. Sil. lib. 3. 48.
Stagnantior, compar. Claud. de Nilo 38.
Effluit Ægeo ſtagnantior.

Stagnatus, a, um. Partic. [λιμνασθεὶς] Columel. lib. 10. 11.
Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude
Perpetitur querulæ ſemper convicia ranæ.

Stagninus, a, um. Adj. Frontinus de Aquæduct. lib. 1. Stagnino colore præviridi.

Stagnōsus, a, um. Plenus ſtagnorum. Apul. de Herb. cap. 8. Loca ſtagnoſa.

Stăgnātĭlis, e. Adj. Plin. Valer. 1. 42. Piſces ſtagnatiles.

Stagnĭcŏla, æ. c. ut. Ranæ ſtagnicolæ. Mantuan. [Pro quo Stagni incola apud Phæd. 1. 6.

Stăgŏniae, æ. m. [σταγονίας] Turis ſpecies. Dioſc. 1. 82. Plin. 12. 14.

Stagonītis, ĭdis. f. [σταγονῖτις] Galbani ferula, quam ejuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitin appellant. Plin. 12. 25. extr.

Stajolus, i. m. Menſura, qua agri menſurantur, conſtans ex palmis quinque, & dodrante ipſius palmi. Pætus de Rom. & Græc. menſ. 2. [Quo libro ſcilicet intervallorum menſuras, quibus hodie Roma utitur, exponit, eſtque proinde, non Latina vox, ſed Italica, quam auctor Lexici Antiquitatum Rom. unde hæc ſumpta ſunt, pro Veteri Latina arripuit.

Stălagma, ătis. n. [στάλαγμα] Unguentum, quod ſucco conſtat, quaſi diſtillatio. Quippe σταλάζω, Stillo ſignificat. Hinc

Stălagmias, æ. m. [σταλαγμίας] i. e. Stiria. Plin. lib. 34. cap. 12. Fit & pluribus modis, genere terræ eo in ſcrobes cavato, quarum e lateribus diſtillantes hiberno gelu ſtirias, ſtalagmian vocant, neque eſt purius aliud.

Stalagmium, i. n. Genus inaurium, ut tradit Sext. Pomp. lib. 17. ex auctoritate Cæcilii in Gratino, aut, ut alii ſcribunt, in Carine: Ex aure ejus ſtalagmium domi habeo. Hac quoque dictione uſus eſt Plautus in Men. 3. 3. 17.
Amabo, mi Menæchme, inaures da mihi
Faciendas pondo duûm nummûm, ſtalagmia. Sunt igitur Ornamenta aurium, ſimilitudinem ſtillarum congelatarum repræſentantia. σταλαγμὸς enim ſtilla eſt. Apud Sextum tamen in quibuſdam codicibus Stalagnium legitur, in aliis Stalagnionem: ubique, arbitror, corrupte. Apud Plinium lib. 34. cap. 12. Stalagmias legimus feminino genere pro puriſſimo chalcanthi genere in ſtiriarum formam concreto. [Gloſſ Græcolat. Σταλαγμὸς, Stilla, Stillicidium, Stalpe. Apud Plin. eſt m. V. ſupra. V. & Bartholin. de Inaurib. vet. cap. 2.

Stamen, Staminatus, Stamineus, V. sto.

Stamnius Juppiter, [Στάμνιος Ζεὺς] videtur appellari ab Ariſtophane, ut a P. Fevorino notatur, cum inquit Σταμνίου υἱὸς, id eſt Stamnii filius, Jovis ſcilicet: ſub his enim verbis intelligimus Vinum in vaſe. Dionyſus enim Jovis filius. Stamnos quippe vas eſt, hoc eſt ὑδρία, φιάλη, φιάλιον. Quin etiam Stamnis vaſa ſunt vinaria. Lilius Syntag 2 Hiſt. Deor. Gloſſ. Græcolat. Στάμνος, Matella, Urceus, urna. σταμνίον, Matella, σταμνίσκος Orciolus.

Stannum, vel Staneum, i. n. [κασσίτερος, Gl. L. G. κασσίτερος G. L.] Plin. lib. 34. cap. 16. Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua provenit vena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſque venis conflatur. Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena, quæ portio eſt tertia addita venæ. Hæc rurſus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem cap. 17. Stannum illitum æneis vaſis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit æruginis virus: mirumque, pondus non auget.

Stanneus, vel Stagneus, a, um. Adj. [κασσιτέρινος, Gl. L. G.] Quod ex ſtanno factum eſt. Columel. lib. 12. cap. 41. In cacabo figulino, vel in ſtanneo coquitur muſti arbuſtivi aminæi urna. Plin. lib. 29. cap. 6. Tum in ſtannea pyxide conditur.
Vaſa ſtagnea. Plaut. in Fragm. apud Feſtum in voce Narica.

Stagno, vel Stanno, āre. [γανῶ, Gl. L. G. & G. L. κασσιτερόω, L. G.] Stagno ſeu Stanno obducere.
Rurſus Gloſſ. Latinogræc. Stagnat, γανοῖ, στεγοῖ. Forte γανοῖ & hic legendum. In Græcolat. Στομῶ, Ferrumino, Στόμωμα, Ferramen, στομωτὴς, Indurator. Scribendum Ferrumen. Hinc

Stagnatum, i. n. Vaſis genus. Plin. Valer. 1. 31. Coquere in ſtagnato ad ignem.

Stannātor, ōris. m. [γανωτὴς, κασσιτερουργὸς] Gloſſ. Gr. Lat.

Statera, Stater, V. statua.

Staphis, ĭdis. f. [σταφὶς ἀγρία] Vulgo Staphiſaria. Quæ etiam Staphis agria, & Latinis Pituitaria & Pedicularis dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. Staphiſagria, ſive ſtaphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falſo, (ſuum enim genus habet) cauliculis nigris rectis, foliis labruſcæ: fert folliculos verius quam acinos, virides, ſimiles ciceri: in his nucleum triangulum. Matureſcit cum vindemia, nigreſcitque, quum taminiæ rubentes noverimus acinos: ſciamusque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis. [Gloſſ. Græcol. Σταφὶς, Paſſa.

Staphylīnus, i. m. [σταφυλῖνος ἄγριος] Columel. lib. 9. cap. 4. Tum agreſtis paſtinaca, & ejuſdem nominis edomita, quam Græci σταφυλῖνον vocant. Plin. lib. 20. cap. 5. Alterum genus eſt ſtaphylinos, quod paſtinacam erraticam vocant. Idem lib 25. cap. 9. Si jam maxime tertium genus facere libeat, eſt ſimile ſtaphylino, quod paſtinacam erraticam appellant. V. pastinaca, & siser.

Staphylodendros, i. n. [σταφυλόδενδρος] Arbor, quæ in Alpium jugis excreſcit, aceri ſimillima, alba materia, ſiliquas ferens, & in eis nucleos nucis avellanæ. Quidam eandem exiſtimant cum Theophraſti coluthea. Plin. lib. 16. cap. 16.

Stăphylus, i. m. [Στάφυλος] Anii pater, Theſei filius fuit ex Ariadna, ut in Theſeo ſcribit Plutarchus, vel, ut aliis placet, Bacchi ex Erigone Icari filia, quæ ab hoc deo, in uvæ ſpeciem mutato, compreſſa legitur apud Ovid. 6. Met. 125.
Liber ut Erigonen falſa deceperit uva. Unde eorum filio nomen impoſitum Staphylos: quia σταφυλὴ uvam ſignificat. Ariſtophanis tamen in Plutum commentarius hunc non Bacchi filium, ſed amicum appellat. Probus enarrator Virgilii, non Staphylum a ſtaphyle, ſed ſtaphylen a Staphylo dictam exiſtimat. Sic enim in illum 1. Georg. verſum 9.
Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis. ſcriptum reliquit, Ætolus paſtor Staphylos, quum OEnei capellas in pabulum duceret, notavit unam præcipue ſecedentem a grege, lætiorem ceteris, recipientem ſe ſerius in præſepia. Cujus rei ut cauſam cognoſceret, ſecutus eſt eam clam. Et in remota ſtipite animadvertit uvam edentem, pomum ſibi incognitum: & ſuſtulit, regique pertulit OEneo. Qui expreſſo humore delectatus, quum eum vetuſtas cognoſceret miteſcere, Libero patri appoſuit accepto a ſe hoſpitio. Cujus rei cultum quum demonſtraret, Liber, ut perpetua inventorum eſſet gloria, conſtituit ut ab OEneo, OEnon appellaretur vinum. a Staphylo uva ſtaphyle. Hæc Probus.
Staphylus, [Στάφυλος] Sileni filius, teſte Plinio lib. 7. cap. 56. primus vinum aqua miſceri docuit

Stapia, æ. f. Inſtrumentum ferreum, ab equi lateribus utrinque dependens, cui innituntur atque inſiſtunt equitantium pedes. Voſſ. de Vit. Serm. 1. 7. Vetus eſt inſcriptio Romæ. AMOR FVIT EQVO DVM ASPECTVI FORMOSISS. DVRMIONIAE PVELLAE VIRGVN.

VIRGVNCVLA SVMMA POLVORIA PLACERE CVPEREM CASV DESILIENS PES HESIT STAPIAE TRACTVS INTERIL

Joan Tortellius in Lexico ſuo Stapias apud antiquos non fuiſſe in uſu literis prodidit; cujus ſententia eruditorum calculis hodie comprobata eſt: tamen non ita recentem eſſe earum uſum probabile videtur. V. Hieron. Mag. Miſcell. 2. 14. Salmaſius ad Spartianum obſervat has Stapedas & Aſtrabas, & Aſtrabaria interdum appellari.

STASANUS, [Στασάνωρ] Alexandri ſodalis, vir Solius, & qui principatum in Cypro meruit. Strabo lib. 14. in Fio.

STASEAS, [Στασέας] Neapolitanus Peripateticus philoſophus nobilis, ut ſcribit M. Cicero in lib. 5. de Finib. 75.

STASIS, f. [Στάσις] Urbs eſt Perſidis, edita in petra ſita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Staſites Στασίτης, Stephano.

STATA, V. STO.

STATANUS, a, um. Adj. Statana vina. Plin. lib. 14. cap. 6. Nam Falerno contermina Statana, ad principatus venere non dubie: palamque fecere ſua quibuſque terris tempora eſſe, ſicut rerum proventus occaſusque.

STATANUS, i m. [Στατανός] Deus puerilitatis præſes credebatur antiquis, teſte Varrone de Liberis educandis. Nonius 12.56. V. Lilium Syntagmate 1. Hiſtor. Deor. conf. STATILINUS & STATINA.

STATARIUS, V. STO.

STĀTĒR, ēris. m. [στατήρ] Genus nummi, quatuor drachmas habens, valentes quatuordecim ſolidos noſtros, ut auctor eſt Budæus. Sed V. Gronov. de Pec. Vet. 3. 7. Eiſenſchmid. de Pond. & Menſ. 1. 4. & Sect. 4. & Suid.

STĀTĒRA, æ. f. [ζυγὸς Gl. L. G. & G. L.] a Stando dicta eſt; Inſtrumentum, quo res ponderantur. Cic. 2. de Orat. 159. Quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Stat. 4. Silv. 3. 35.

Dum pondus nimium querens ſub alta
Repit languida quadrupes ſtatera.

Statera, pro Tympano, & quas Græci Magidas vocabant. Plin. lib. 33. cap. 11. Tympana vero ſa juvene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellaverant.

STATHMUS, i. m. [σταθμός] Græca vox pro Latina uſurpata, ſignificat vero Stabulum, diverſorium, vel ſtationem. [Gloſſ. Græcolat. Σταθμὸς, ἔνθα οἱ βόες ἵστανται, Stabulum. Σταθμός, Pondera, Ponderatura, Pondus, Penſacio, Penſum.

Item menſuræ Geometricæ genus apud Perſas maxime uſitatum: quorum regnum univerſum in ſtathmos regios diviſum erat, diſpoſitis certo intervallo diverſoriis, quo, vel quæ in extremis regni angulis gererentur, celerius ad regem poſſent perferri. Stathmorum menſura varia, variis in locis fuit: fere autem ſeſquiſtadium ſupra centena vicena continebat. de quo vide Herodot. lib. 5.

STATĪCE, es. f. [στατική] Genus herbæ. Plin. lib. 26. cap. 8. Eoſdem effectus præſtat & ſtatice ſeptem caulibus, veluti roſæ capita ſuſtinens.

STATĪCŬLUM, i. n. Genus geſtatorii: ſive vehiculi ut eſſedum, & petorritum. Plin. lib. 34. cap. 17. Similique modo ad aurea quoque & argentea ſtaticula inanis luxuria pervenit, quæque in ſcyphis cerni prodigium erat, hæc in vehiculis atteri, cultus vocatur. Idem lib. 37. cap. 10. Reddunt enim ſpecies fluminum, nemorum & jumentorum etiam eſſeda & ſtaticula, & equorum ornamenta. Plaut. Stich. 5. 7. 4.

Nunc pariter ambo, omnes voco cinædos, contra
Staticulis ſtare non magis potis eſt, quam fungus imbri. Sed Lectio eſt non ſatis approbata: nam in pleriſque exemplaribus ſic legitur:
Nunc pariter ambo, omnes voco cinædos, contra
Satis eſſe nobis non magis potis eſt, quam fungo imber.

STATICULUS, i. m. Saltationis genus, in quo nunc ſubito quaſi ſtandum, nunc proſiliendum eſt. Cato apud Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 14. Præterea cantat ubi collibuit, interdum Græcos verſus agit, jocos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat. Plaut. Perſ. 5. 8. 43.

Nequeo, leno, quin tibi ſaltem ſtaticulum dem, quem Hegea
Faciebat.

STATIELLI, orum. Populi Liguriæ, teſte Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Aquæ Statiellæ [ἄκουαι Στατιέλλαι] collocatur a Strabone ea in via, quæ a Genua Placentiam ducit. [Sic enim, ut expreſſimus, apud Strab. legendum eſt.

STATILINUS, & Statanum, & Fabulinum, Præſides puerilis ætatis deos Varro in Catone, vel de Liberis educandis, affirmat. Ali Statano & Statilino, quorum numina habent ſcripta pontifices. Sic cum primo fari incipiebant, ſacrificabant divo Fabulino. Refert Nonius, 12. 56.

STATIM, V. STO.

STATĪNA, æ. f. Dea, quæ infanti præerat. Tertull. de Anim. cap. 39.

STATĪNÆ, arum. f. pl. Inſulæ ſunt in ſinu Campano terræ motu enatæ. Plin. lib. 2. cap. 88. Papin. in Silv. 3. 5. 104.

Ænariæque lacus medicos Statinaſque renatas.

STATIO, STATIVA, V. STO.

STĀTIUS, [Στάτιος] Servile olim nomen fuit. Plerique enim apud veteres ſervi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta inclitus, ſervus fuit, & propterea nomen habuit Statius. Sed poſtea verſum eſt quaſi in cognomentum, appellatusque eſt Cæcilius Statius. V. Gell. lib. 4. cap. ult.

Statius a ſtabilitate prænomen capit. Auctor Probus in Epitoma. Al. Status.

Cæcilius Statius poëta comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in comœdia partes tribuit, quanquam a Cicerone nonnunquam Malus linguæ Latinæ auctor, nonnunquam etiam Ferreus ſcriptor appelletur.

P. Papinius Statius illuſtris poëta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Juvenalis & Martialis æqualis, cujus multa extant poëmata: Silvarum libri quatuor: Thebaidos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod, morte præventus, abſolvere non potuit. Scripſit & Agaven tragœdiam, quam inopia coactus Paridi hiſtrioni vendidit. Juvenal. 7. Sat. 83.

Curritur ad vocem jucundam & carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cum Statius Urbem,
Promiſitque diem: Tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur. Sed cum fregit ſubſellia verſu,
Eſurit, intactam Paridi, niſi vendat Agaven.

Statius Seboſus, auctor celebris, quem Plinius allegat ex libro de natura piſcium. Plin. lib. 9. cap. 16.

STATIVUS, V. STO.

STATŌNES. Hetruriæ populi apud Plin. lib. 3. cap. 5. quorum oppidum Statonia [Στατωνία] commemoratur a Strabone lib. 5. In horum agro vinum ſatis generoſum naſcebatur, quod Statonienſe vinum appellabant. Pro Statones, Statonienſes apud Plin. ſcribendum cenſet Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 2. 177.

STATONIENSIS, e. Adj. ut
Statonienſia vina, in Infero mari Italico ſeu Latinenſi naſcuntur. Plin. lib. 14. cap. 6.

STATOR, ōris. V. SISTO.

STATUA, & STATUARIUS. V. STATUO.

STATULIBER, V. Status, in STO.

STATUMEN, STATUMINO. V. STATUO.

STĂTUO, ui, ūtum, [ἵστημι, στηρίζομαι, Gl. L. G. ἱδρύω, G. L.] ěre. Statuere, Firmare, ponere, collocare. Plaut. Pſeud. 1. 5. 137.

At nunc diſturba, quas ſtatuiſti, machinas.

Cic. 3. in Catil. 21. Eo ipſo tempore ſignum ſtatueretur, quo collocato atque, &c.

Ante oculos ſtatuere, tranſlate. Cic. 1. de Or. 245. Vel ſi cauſam ageres militis, patrem ejus, ut ſoles, dicendo a mortuis excitaſſes, ſtatuiſſes ante oculos, complexus eſſet filium, flenſque eum Centumviris commendaſſet.

Aras binas ſtatuit a cæſpite, Erexit. Ovid. 7. Met. 240.

Crateras magnos ſtatuunt. Virg. 1. Æn. 728.

Statuam ſtatuere. Plaut. Bacch. 4. 4. 1. Plin. 18. 5. Cic. pro Sext. 83. Non dubito, quin ſi modo eſſet in Repub. Senatus, ſi majeſtas pop. Rom. revixiſſet, aliquando ſtatua huic, ob Remp. interfecto, in foro ſtatueretur.

Tabernacula ſtatuere in foro. Liv. 39. 46.

Templa ſtatuere. Propert. lib. 2. 6. 25.

Terminos ſtatuere. Liv. 21.

Tumulum ſtatuere. Virg. 6. Æn. 380.

Urbem præclaram ſtatui. Virg. 4. Æn. 655.

Statuere, Dedicare. Virg. 5. Ecl. 68.

Craterasque duos ſtatuam tibi pinguis olivi. i. e. Dedicabo.

Statuere, Concutere. Ter. Adel. 3. 2. 18.

Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem,
Ut cerebro diſpergat viam.

Statuo, Siſto. Liv. 1. 13. Equum ſtatuere.

Navem ſtatuimus. Plaut. Bacch. 2. 3. 57.

Sanguinem ſtatuere. Octav. Hor. 4.

Senatus ſtatuit, Decrevit, Sanxit. Cic. 5. Verr. 62. Statuit ſenatus hoc, ne illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, a populo factarum quæſitarumque rerum ſummas imminuere.

De aliquo ſtatuere, pro Aliquem damnare. Tacit. 2. Ann. 85. Satis viſum de Viſtilia ſtatuere. Et 12. Ann. 54. Jus ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat. conf. In aliq. ſtat.

De re aliqua ſtatuere, quaſi ex conſilii ſententia. Plin. 5. Epiſt. 3.

Statuere de ſe, eſt Sibi ipſi mortem afferre, non exſpectata principis damnatione. Tacit. 6. Ann. 29. Eorum, qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta, pretium feſtinandi. Idem 12. Ann. Jus ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat, i. e. Damnandi, ſi mereantur.

Documentum ſtatuere in. Cic. ad Brut. 15. Dixi igitur ſententias in Antonium, dixi in Lepidum ſeveras, neque tam ulciſcendi cauſa, quam ut & in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, & in poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.

Exemplum ſtatuere in homine, idem quod Edere exemplum. V. EXEMPLUM. Ter. in prol. Heaut. 51.

Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcentuli, &c. Plaut. Rud. 3. 2. 6.
Statuite exemplum impudenti, date pudori præmium.

Exemplum in aliquem ſtatuere. Cic. 5. Verr. 122. In quos aliquid exempli Pop. Rom. ſtatui putat oportere, ab iis te defenſionis exempla quæris?

Exſilium in aliquem ſtatuere. Tacit. 6. Ann. 18.

In aliquem gravius quid ſtatuere. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 20. Divitiacus Cæſarem complexus, multis cum lacrimis obſecrare, ne quid gravius in fratrem ſtatueret.

Jus æquabile in omnibus ſtatuere. Auct. ad Heren. lib. 3. 4.

Jus actioni ſtatuere. Cic. 7. Fam. 12. Quod jus ſtatues communi dividundo, cum commune nihil poſſit eſſe apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur.

Legem ſibi ſtatuere. Cic. 5. Verr. 5. Ego in iſto reo legem hanc, Judices, mihi ſtatuo, vivendum ita eſſe ut iſti, non modo factis, dictiſque omnibus, ſed etiam oris, oculorumque illa contumacia, ac ſuperbia, quam videtis, diſſimillimus eſſe ac ſemper fuiſſe videar.

Statuere ne. Cic. 2. Philipp. 97. Statuiturque, ne poſt M. Brutum Proconſulem ſit Creta provincia.

Stipendium alicui ſtatuere de publico. Liv. 1. 20.

Triſte aliquod ſtatuere, Aliquod ſupplicium. Ovid. 2. de Pont. 2. 119.

Apud animos vel animum ſtatuere. Liv. 6.

Cum animo ſtatutum ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. 95. Tu ſic ordinem Senatorium deſpexiſti, ſic ad injurias libidineſque tuas occaſionem coæquaſti, ſic habuiſti ſtatutum cum animo, ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigiſſent, Judices rejicere?

Statuere ſummum bonum, non dolere. Cic. 2. de Fin. 19. Neque Hieronymus, qui ſummum bonum ſtatuit, non dolere. Idem 1. Off. 5. Fortis vero, dolorem ſummum malum judicans: aut temperans, voluptatem ſummum bonum ſtatuens, eſſe certe nullo modo poteſt. Idem Acad. 4. 33. Præcide, inquit, ſtatue aliquando quidlibet. quid? quæ dicuntur quidem.

Sic ſtatuunt. Cic. 4. Acad. 66. Quum Dialectici ſic ſtatuant, omne quod ita disjunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modo verum eſſe, ſed etiam neceſſarium.

Statuere enim qui ſit ſapiens, vel maxime videtur eſſe ſapientis. Cic. 4. Acad. 9.

Statuere, Decernere, Proponere ſibi. Plaut. Amph. 4. 3. 18. Suppoſ. De ſummo ſummus Juppiter ſic ſtatuit, ſic fatum habet. Liv. 2. 40. Feram igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt.

Velle mori ſtatuit. Ovid. 10. Met. 132.

Deliberare & Statuere. Cic. 3. Verr. 0. Iſte certe ſtatuerat ac deliberaverat non edeſſe.
Statuere & Decernere. Cic. 1. Q. frat. 1. In rebus ſtatuendis & decernendis.
Statuere & Judicare. Cic. 2. de Orat. 120. Sine ulla dubitatione ſic ſtatuo & judico, neminem omnium tot & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi.
Statuere & perſeverare in eo. Cic. de Provinc. Conſul. 10. Statuit ab initio, & in eo perſeveravit.
Ex alicujus ſermone ſtatuere. Cic. 9. Att. 20.
Quum ſtatuiſſes. Cic. 7. Verr. Præſertim quum ſtatuiſſes, ut ais, cauſam tibi eſſe dicendam.
Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat, jam ante quam hoc uſu venerit. Cic. 7. Verr. 101.
Non poſſum ſtatuere utrum, &c. Cic. 3. de Orat. 79. Neque tamen poſſum ſtatuere, utrum magis mirer, te ille, quæ mihi perſuades maxima eſſe adjumenta, potuiſſe in tuis tantis occupationibus perdiſcere, an ſi non potueris, poſſe iſto modo dicere.
Ex dignitate ſtatuere. Cic. 5. Fam. 8. Quamobrem tu, quantum tuo judicio tribuendum eſſe nobis putes, ſtatues ipſe, & ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate.
Finem aliquem ſibi ſtatuere. Cic. 6. Fam. 22. Sed quum conſilii tui bene fortiterque ſuſcepti, eum tibi finem ſtatueris.
Finem ſtatuit cupidinis atque timoris. Lucret. lib. 6. 24.
Tempus, locumque colloquio ſtatuere. Liv. 28. 33.
Mercedem ſtatuere. Cic. ad Brut. 16.
Modum ſtatuere alienæ induſtriæ. Cic. 1. de Finib. 2. Sin laboramus, quis eſt qui alienæ modum ſtatuat induſtriæ? conf. 7. Verr. 163.
Modum ſtatuit natura cupidinibus. Hor. 1. Serm. 2. 112.
Pretium ſtatuere. Ter. prol. Heaut. 48.
Si nunquam avare pretium ſtatui arti meæ.
Quanti. Cic. 7. Verr. 23. Primum inſimulatio eſt repentina, capitalis, atque invidioſi criminis: Statuite, quanti hoc putetis, & quam multo redemiſſe. Al. Multo, ut ad Redemiſſe & Quanti referatur.
Statue, Da vel Fac eſſe, quod & Conſtitue dicitur. Cic. 2. de Finib. 41. Statue contra, aliquem confectum tantis animi corporiſque doloribus, &c. Supra autem dixerat, Conſtituamus aliquem. Budæus.
Statutum eſt. Cic. 12. Att. 9. Equidem neque de genere dubito, placet enim mihi Cluatii: neque de re, ſtatutum eſt enim: de loco nonnunquam.
Jam habeo ſtatutum quid mihi agendum ſit. Cic. 4. Fam. 2.
Statūtus, a, um. Partic. [ὡρισμένος Gl. L. G.] ut,
Statuta vel Statutus dies, [ὡρισμένη ἡμέρα, προθεσμία Gl. L. G.] Conſtituta, & data ac decreta ex conventione. Liv. 31. 29. pr. Concilium Ætolorum ſtatuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat.
Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniverſaria factitarint. Cic. de Aruſp. Reſp. 32.
Solemne ſacrificium & ſtatutum. Cic. 1. Tuſc. 113. Quum enim illam ad ſolemne & ſtatutum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido, &c. Al. Statum.
Statuti pali, quaſi Stantes defixi, id eſt ita collocati in terram, ut ſtantes, non tranſverſi aut obliqui appareant. Varr. 1. de R. R. cap. 14.
Statūtum, i. n. [ῥητόν Gl. L. G.] Certum. Cic. 10. Fam. 25. Neque enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti.
Statūtio, ōnis. f. Collocatio. Vitruv. 10. 3. Una ſtatutio tigni.
Statuus, a, um. Adj. ut Statua n. pl. Στάσιμα. Gloſſ. Latinogræc. [Niſi forte Statuta, vel Stata ſcribendum eſt.
Stătŭa, æ. f. [ἀνδριάς, Gl. L. G. & G. L. εἰκὼν L. G.] a Statuo deduci videtur, & eſt Imago quæ alicui vel mortuo vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicujus rei bene geſtæ memoriam: quanquam nonnulli hoc inter ſe differre putent Imagines & Statuas: quod Statuæ ſint æneæ, eboreæ, lapideæ; Imagines, ceteræ, & pictæ. Suet. in Tiber. cap. 26. Eidem ſtatuas atque imagines, niſi permittente ſe, poni prohibuit. Cic. 9. Philipp. 14. Majores quidem noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis. Idem 5. Philipp. 41. Eique ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris, aut in quo alio loco in foro vellet, ex hujus ordinis ſententia ſtatui placere.
An (Statua) a Stando, ut Græcis dicitur ἄγαλμα, unde proverb. Aureus in Olympia ſtato. Puto ἀγάλματα voce comprehenſa & Signa a Dione. Sic Dio ἀγάλματα & ἀνδριάντας dixit. Dio 408. Poſtquam dixit πολλῶν ἀγαλμάτων, addit, ἔτι γὰρ ἀνδριάντας ... H. St. Ad Suet. locum declarandum hæc pertinent. Statuas & imagines paſſim Cic. conjungit, ut pro Arch. 30. V. paulo infra.
Statua eſt Ludii ejus, qui quondam fulmine ictus in Circo, ſepultus eſt in Janiculo: cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis, Senatus decreto intra urbem relata, in Volcanali, quod eſt ſupra Comitium obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt. Feſtus. [Cic. Effigiem ab Imagine diſtinguit. 3. Off. 69.
Inaurata ſtatua pallidior. Catul. ad Juventium, 79. 4.
Infantes ſtatuas findit Canicula. Hor. 2. Serm. 5. 39. h. e. Mutas. Acron.
Loricata ſtatua. V. LORICA.
Mediocris ſtatua. V. MEDIOCRIS.
Conſecrare alicui ſtatuam. Cæſ. Bell. Civil. 3. 105.
Decernere ſtatuam. V. DECERNO.
Factæ ſunt ſtatuæ omnibus vicis, ad eas tus & ceræ. Cic. 3. Off. 80.
Tempeſtate, vi, & vetuſtate intereunt ſtatuæ. Cic. 9. Philipp. 16.
Statuere ſtatuam alicui. Plin. lib. 28. cap. 3. V. ſupra & in STATUO.
Simulacrum, imago & ſtatua. Cic. pro Arch. 30. An quum ſtatuas & imagines, non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerunt, &c.
Statuarius, a, um. Adj. [ἀνδριαντοποιητικός] Plin. lib. 34. cap. 7. Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetuſtam, indicat Hercules ab Evandro ſacratus.
Statuaria, æ. f. Ars faciendi ſtatuas. Plin. lib. 35. cap. 12. Laudat & Praxitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ ſculpturæque & cælaturæ eſſe dixit. Idem lib. 36. cap. 5. Non omittendum, hanc artem vetuſtiorem fuiſſe, quam picturam, aut ſtatuariam.
Statuārius, i. m. [ἀνδριαντοποιός Gl. G. L.] pro Statuarum artifice & ſculptore ponitur a Quintil. lib. 2. cap. 12. Et apud Plin. lib. 34. cap. 7. caput eſt de antiquis ſtatuariis.
Stătūmen, inis. n. [στήριγμα Gl. G. L.] Id quo fulcitur vitis, ut pali & pedamenta, & quicquid pro munimento accedit. Columel. lib. 4. cap. 16. Quum menſem trigeſimum exceſſerit poſita vinea, id eſt tertio autumno, vehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt. Corrupte paſſim legitur Impedienda. Ibid. cap. 2. Duo viduantur ſtatumina. Idem lib. 5. cap. 4.
Statumen, apud Vitruv. 7. 1. dicitur Quicquid pro ſtrato adjicitur.
Statumina, pro Fixis ſtipitibus cujuſdam machinæ, qua jumenta clauſa curentur. Columel. lib. 6. cap. 19. Primis autem duobus ſtatuminibus imponitur firmum jugum, ad quod jumenta capiſtrantur.
Statumina navis; i. e. Coſtæ. Cæſ. Bell. Civil. 1. 54.
Statumino, [χαρακίζω] āre. Statuminibus firmare. Plin. lib. 17. cap. 22. Eodem modo vineam ſtatuminato. Vitruv. 7. 1. V. ſeq. dict.
Statuminare lapidibus. Plin. lib. 18. cap. 6.
Statuminātio, ōnis. f. Verbis Budæi libet explicare Statuminationem & Rudetationem Vitruvii in pavimentis: ſic igitur ſcripſit Budæus: Statuminatio, ut hic apparet (librum Vitruvii intelligit) fit lapidibus & cæmentis libralibus & manualibus ſine calce & arena: Ruderatio vero ſtatumini ſuperinducitur cum calce & arena, aut rudere novo aut redivivo, id eſt ex vetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, quod conſtat e cæmento, ut hic apparet, ad differentiam nuclei, qui e teſta contuſa conſtat, & tertio loco inducitur. Hæc doctiſſimi hominis oratio, non tam docet ut intelligamus, quam manu prope ducit, ut quid iſta ſint apud Vitruvium pæne palpemus. Sic autem Vitruvius ait lib. 7. 1. Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere: ſtatuminibus inductis rudetetur. Et mox, Inſuper ex teſta nucleus inducatur, &c.
Statora, **Status**, V. STO.
Stauri, Gentes ſunt circa Hyrcanum mare, apud Plin. lib. 6. cap. 16.

S T E

Steatitis, [στεατίτης] Gemma eſt ſevi oſtentans, quod Græci στέαρ vocant. Plin. lib. ult. cap. 11.
Steātōma, ătis. n. [στεάτωμα] Tumor eſt forte in corpore apparens, pinguem intus materiam continens, ſevo ſimillimam, unde & nomen accepit ἀπὸ τοῦ στέατος, στέαρ, ſevum ſignificat. Plin. lib. 26. cap. 14. Eadem & contra Steatomata efficax.
Stega, æ. f. [στέγη] Locus in navi contectus, ἀπὸ τοῦ στέγειν, quod eſt tegere. Plaut. Bacch. 2. 3. 44. Forte ut aſſedi in ſtega. Hinc Triſtega, τρίστεγα, dicitur pro triplici tabulato. Stegam pro Tugurio recte quoque uſurpes. στέγω enim idem eſt, quod tego: στέγη tegumentum. Plaut. in Stich. 3. 1. 12.
Sine advocatis, ibidem in carcere, in ſtega,
In amicitiam, atque in gratiam convortimus. [Gloſſ. Græcolat. Στέγη, hoc tectum, στεγανὸν, Tignacio.
Stegnus, a, um. Adj. [στεγνὸς] Strictus: inde Febres ſtegnæ, quæ & Conſtrictæ vocantur. Plin. lib. 23. cap. 7.
Stēla, æ. f. [στήλη] dicitur Columna: ſtructura conſtat aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Plin. lib. 6. cap. 29. In altera ſtelæ litteris incognitis. Stelæ autem proprie Lapideæ pilæ ſurrectæ, in quibus fœdera inſcribi ſolebant, ut omnibus innoteſcerent, & in quibus etiam homines proſcribi ſolebant. Iſocrates in Paneg. circa finem utitur, & Demoſthenes identidem. Hodie Stelæ proprie vocari poſſunt Lapideæ cruces, vel hujuſmodi monumenta, quæ in militaribus viis extructa videmus, litteris interdum inſculptis ad memoriam alicujus rei prodendam. Latine Cippi dicuntur, quales ſuper ſepulcra extruuntur. [Gloſſ. Græcolat. Στήλη, Cippus, titulus.
Stēlĕphūrus, i. n. [στελέφουρος] Ortyga, Plantago: herba foliis perpetuo virentibus, ex ſpicatarum genere. Plin. lib. 21. cap. 17.
Stēlis, idis. f. [στηλὶς] latis arbor, ex qua viſcus naſcitur. Plin. lib. 16. cap. ult.
Stella, æ. m. Aruncius Stella, poeta Patavinus nobilis, familia conſulari ortus Violentillam amavit puellam Neapolitanam, quam tandem uxorem duxit. Hæc in deliciis habuit columbam avem dicatam Veneri, quam Stella flevit defunctam pulcherrimo carmine opuſque ipſum Columbam inſcripſit. Martial. lib. 12. 3.
Laurigeros habitat facundus Stella penates. conf. Stat. Silv. 1. 2.
Stella, æ. f. [ἀστὴρ Gl. L. G. & G. L.] a Stando dicitur: quod ſtellæ in cælo ſtare videantur, cujus innumera exempla apud auctores.
Stellam ſignificare ait Atejus Capito Lætum & proſperum, auctoritatem ſecutus P. Servilii auguris, quæ ex lamella ærea adſimilis ſtellæ, locis inauguratis infigatur. Feſtus.
Sunt autem ſtellæ natura flammeæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 118.
Heraclides errantibus ſtellis divinitatem tribuit. Cic. 1. de Nat. Deor. 34.
Facile vincunt magnitudinem terræ ſtellarum globi. Cic. in Somn Scip. 6.
Trajectio ſtellæ. Cic. 2. de Divin. 60. Ita ea nec terræ fremitus, nec cæli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, nec trajectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt.
Acceſſus ſtellarum. V. ACCESSUS.
Alba ſtella. Hor. 1. Carm. 12. 28.
Ardentes ſtellæ. Virg. 4. Æn. 482.
Aureæ ſtellæ. Sen. Herc. fur. 1.
Caliginoſa ſtella. V. CALIGO.
Candidæ ſtellæ. Hor. 3. Carm. 15. 6.
Comans ſtella. Ovid. 15. Met. 749.
Crinita ſtella. V. CRINITA.
Diurna ſtella. Plaut. Men. 1. 2. 62.
Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotabimus. Diurnam ſtellam vocat eleganter Luciferum; ut Heſperum, Noctiferum vocavit Catullus. Monuit Turnebus.
Gelidæ ſtellæ. Lucret. lib. 6. 720.
—quæ gelidis a ſtellæ axis aguntur. Gelidæ dixit, non propter ſtellas, ſed propter axem, Septentrionalem ſcilicet.
Micantes ſtellæ. Ovid. 7. Met. 100.
Proterva ſtella canis Icarii. Ovid. 2. Amor. 16. 4.
Salubres ſtellæ. Hor. 1. Serm. 7. 24.
Vagæ ſtellæ. Lucan. lib. 9. 12.
Cogit Lucifer agmina ſtellarum. Ovid. 11. Met. 97.
Depulit ſtellas aurora. Ovid. 7. Met. 100.

Diffu-

Diffugiunt ſtellæ. Ovid. 2. Met. 114.
Dinumerare ſtellas. Cic. 1. Off. 154. Etiam ſi dinumerare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitretur?
Fixæ ſtellæ. Ovid. 2. Met. 205.
Fugarat dies clara ſtellas. Virg. 5. Æn. 42.
Micant ſtellarum lumine cælo. Sil. lib. 13. 680.
Obtuſa ſtellis acies. Virg. 1. Georg. 393.
Palantes polo ſtellæ. Virg. 9. Æn. 21.
Reſtrinxit ſtellas exortus ſol. Lucret. lib. 3. 1057. Al. Reſtinxit. V. in utroque verbo.
Volvit cælum rapida vertigine ſtellas. Sil. lib. 8. 174.
Stella, pro Sidere ex multis ſtellis conſtante. Ovid. 3. Faſt. 793.

Stella Lycaoniam vergit declivis ad Arcton,
Milvius: hæc illa nocte videnda venit.

Milvius autem, de quo agit poeta, Hygino & Arato vocatur Olor ſive Cygnus. Hic habet, ut tradit Hyginus de Sign. Cæl. 2. 8. in capite ſtellam clare lucentem unam: in collo alteram pari fulgore: in utriſque pennis quinas: ſupra caudam, unam. Sunt qui Aquilam eſſe putent; ſed & hæc quatuor ſtellis conſtat. V. Idem lib. 5. Faſt. 112. De capellæ ſigno.
Stella, Piſcis marinus. Plin. lib. 9 cap. 60. Præter claros ſapientia auctores video mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt parva admodum, caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum fervorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat.
STELLĀRIS, e. Adj. Macrob. Somn. Scip. 1. 14. Anima ſcintilla ſtellaris eſſentiæ.
STELLĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [ἀστροφόρος] Quod fert ſtellas, proprium cæli epitheton. Cic. in Somn. Scip. 12. Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus.
Olympus ſtellifer. Sen. Herc. OEth. 15.
STELLĬGER, ĕra, ĕrum. aliud Adj. ut, Polus ſtelliger. Stat. 12. Theb. 565.
Axis ſtelliger. Stat. 3. Silv. 3. 77.
STELLO, [στίλβω, ἀστράζω] āre. proprie ſtellarum eſt, quum ſplendorem ſuum emittunt. Eſt & Stellare, Lucere ſtellarum in morem. Martial. lib. 2. 29.

Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem.

i. e. Stigmatibus multis notatam & inuſtam, quomodo cælum ſtellis. Plin. lib. 37. cap. 7. Quoniam ſtellarum Hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur.
Stellare, Invidere, a ſtellione animali, cujus natura eſt invida. V. STELLIO. [Ubi tamen nihil de hoc verbo.
STELLANS, antis. Partic. [ἀστράπτων] Claud 2. de Rapt. Proſerp. 363.

Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba juxta
Stellantes Nox picta ſinus.

i. e. Stellarum ſplendore conſpicuos.
Cæli ſtellantis regia. Virg. 7. Æn. 210.
Fons ſtellans bullis. Plin. lib. 31. cap. 2.
Gemmæ ſtellantes, Oculi caudæ pavoninæ, more ſtellarum fulgentes. Ovid. 1. Met. 723.
Nox ſtellans. Cic. 1. de Divin. 18.

Cum clara ſpeciem concreto lumine luna
Abdidit, & ſubito ſtellanti nocte perempta eſt.

Ex poëta.
Olympus ſtellans. Cic. 1. de Divin. 18.

Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.

Ex poëta.
Ora ſtellantia Tauri. Ovid 5. Faſt. 603.
Volatus ſtellans, h. e. Qui a ſtella fit, vel qui ita in cælo conſpicitur, præſertim æſtate per noctem, quaſi a ſtella aliqua volante fiat. Plin. lib. 18. cap. 26. Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Græci vero lampyridas.
STELLĀTUS, a, um. Partic. [ἀστερωτὸς Gl. G. L.] Stellis plenum: proprium cæli epitheton, quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam transfertur. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandra animal lacerti figura ſtellatum.
Domus ſtellata. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 8.
Enſis ſtellatus iaſpide fulva. Virg. 4. Æn. 261.
Stellatus, luculenter & eleganter dictum pro Inter ſidera relatus, & ſidus factus, ſed Græcorum modo, quibus hoc ſignificat κατηστερισμένος, ut qui mediocriter Græcorum litteris tinctus eſt, novit. Cic. 5. Tuſc. 8. Nec ſtellatus Cepheus, &c.
STELLATES, is. m. Campus ſtellates. Suet. Cæſ. cap. 20. Liv. 22. 13.
Stellates campi. Sil. 11. 268.
STELLATINA Tribus. V. TRIBUS.
STELLATŪRA, æ. f. Crimen erat interceptæ annonæ militaris. Lampridius in Alexand cap. 15. Annonas militum diligenter inſpexit: Tribunos, qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit. Spartian. in Peſcennio cap. 3. Nam & Imperator Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus juſſit. Budæus.
STELLIO. ōnis. m. [ἀσκαλαβώτης Gl. L. G. & G. L.] Animal lacertæ ſimile, tergo circulis quibuſdam depictum, lucentibus guttis ad modum ſtellarum, a Græcis dicitur Aſcalabotes: quod apud eos ἀσκαλος circulus eſt. Stelliones, inquit Marcellinus, in novis domibus cernuntur, forte ii, quos Romanum vulgus *tarantulas* vocat, albas, innocuas, & puſillis lacertis ſimiles. Stelliones, inquit Barbarus, fraudulentiſſima ſunt animalia, phalangiorum fortaſſe generis. Plin. lib. 30. cap. 10. Tunicula ſtellionis, quam eodem modo ut anguis exuit, pota, &c. Operæ pretium eſt ſcire quomodo præripiatur, quum exuitur membrana hiberna, alias devoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius invidere homini tradunt. Inde ſtellionum nomen ajunt in maledictum translatum: Sed eo derelicto, non poteſt remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. Virg. 4. Georg. 243.

— nam ſæpe favos ignotus adedit
Stellio.

STELLIONĀTUS, ûs. m. Crimen apud Juriſconſ. a ſtellione nomen ſumpſit, quod fit quum aliquid dolo factum eſt: ut ſi quis rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alii diſtraxerit, vel permutaverit, vel in ſolutum dederit, aut ſi quis merces ſuppoſuerit, vel obligatas averterit, vel corruperit, aut impoſturam fecerit: cujus nulla pœna ordinaria eſt, ſed extraordinarie plectitur, & ad præſidem ſpectat. Hæc ex Ulpiano, De crimine ſtellionatus. l. Stellionatus.
STEMMA, ătis. n. [στέμμα] Coronamentum quod ex multis floribus compoſitum eſt. Dictum e Græco, quaſi στέφανωμα· στέφω enim corono: & στέφανος corona. Firmicus lib. 4. Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris & religioſis ſtemmatibus coronentur. [Gloſſ. Græcolat. Στέμμα, Inſulæ, Offulæ, Mitra. Στέμματα, Serta, Singulare non habet. Στεφάνωμα. Stema. Formatur a Perf. Paſſ. ἔστεμμαι, ἃ στέφω.
Stemmata, Imagines majorum, quæ poni ſolebant in atria. Martial. lib. 4. 40.

Atria Piſonum ſtabant, cum ſtemmate toto.

Juven. 8. Sat. pr.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum.

Sueton. in Neron. cap. 73. Quod in vetere gentilium ſtemmate C. Caſſii, percuſſoris Cæſaris, imagines retinuiſſet. Plin. lib. 35. cap. 2. 3. Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera. Semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Hæc Plin. Polybius lib 6. 51. rem ſic explicat, Quum apud eos illuſtris vir aliquis ex hac migravit vita, in funere cum reliquo ornatu in forum fertur in Roſtra, quæ vocantur, interdum ſtans ante omnium oculos, raro recubans. Circumfuſa autem populi corona, in Roſtra aſcendit filius, ſi quem puberem reliquerit, qui forte adſit: ſin minus, propinquus aliquis: & de mortui virtutibus dicit, rebuſque, quas is proſpere geſſerit. Eo deinde ſepulto, juſtiſque factis, mortui imaginem in illuſtriſſimo domus loco ponunt in cellula lignea conditam. Imago autem perſona eſt ad ſimilitudinem egregie expreſſa, & forma, & lineamentis. Has imagines & in publicis feriis aperiunt ornantque magnifice, & quum ex familia clarus aliquis moritur, in funus producunt. V. Imagines majorum in IMAGO. Saluſtius quoque in Jugurth non ita procul ab initio, Nam ſæpe, inquit, audivi ego, Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere, quum majorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neque figuram, tantam vim in ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere: neque prius ſedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit. Juven. etiam 8. Sat. 19.

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus.

A proavis demiſſum ſtemma. Stat. 3. Silv. 3. 44.
Stemma, pro Facinore nonnunquam accipitur: quoniam mos erat apud antiquos, ut qui quicquam bene geſſerant, coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur. Martial. lib. 8. 16.

Cæſaris atque Jovis confer nunc ſtemma, juventus:
Par onus ut tulerint, altius iſte tulit.

Stemmata, Inſcriptiones ſaxorum. Martial. lib. 10. in Gall. 56.

Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

Alii codices rectius habent, Servorum ſtigmata delet Eros. Senſus eſt, Eros medicus delet triſtia ſervorum ſtigmata.
STENNIO, V. STHENNIO.
STENTOR, ŏris. m. [Στέντωρ] Unus fuit a ducibus Græcorum, qui ad Trojam profecti ſunt, cujus tantus erat vocis ſonitus, quantus aliorum quinquaginta, ut ſcribit Homer. lib. 5. Iliad 785. Juven. 13. Sat. 112.

Tu, miſer, exclamas, ut Stentora vincere poſſis

STENTŎREUS, a, um. Adj [Στεντόρειος] Arnob. 2. Vox Stentorea, i. e. Altiſſima. [Proverbio dicitur, ut ex Suid. apparet.
STENYCLAĒRUS, i. f. [Στενύκλαρος] Civitas regia Meſſeniorum, in qua regnavit Creſphon. Strab. lib 8.
STĔPHĂNIO, ōnis, m. Is eſt, qui primus togatas ſaltare inſtituit, vitæ diuturnioris fuiſſe commemoratur a Plin. lib. 7. cap. 41.
STEPHANITÆ Vites, [Στεφανῖται ἄμπελοι] h. e. Coronariæ, nempe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos, gyroſque flectuntur, & materiis ſummiſſis, earundem ſtatuminibus per orbem, & in coronam connectuntur. Columel lib. 3. cap 2. Nec ſolum quæ jucunditate ſaporis, verum etiam quæ ſpecie commendari poſſint, conſeri debent: ut ſtephanitæ, ut tripedaneæ. [Suid. ſτεφανίτης, ὁ ἐστεφανωμένος.
STEPHANŌMA, [στεφάνωμα] Idem quod Coronamentum, hoc eſt, materia coronarum, id eſt, flores frondeſve, quæ odoris coloriſve gratia coronis ſolent intexi. V. STEMMA.
STEPHANOPLŌCOS, m. & f. [στεφανοπλόκος] Coronarius, ut in Gloſſ. Græcolat. vel Coronaria. Idem quod
STEPHANOPŌLA, æ. m [Στεφανοπώλης] & STEPHANOPŌLIS, idis. f. [στεφανόπωλις] Plin. lib. 35. cap. 11. Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum: certandoque imitatione ejus, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam: poſtremo pinxit illam ſedentem cum corona: quæ e nobiliſſimis ejus tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas venditando ſuſtentaverat paupertatem.
STEPHANUS, i. m. [Στέφανος] Nomen proprium. Latine verti poteſt Corona: a quo Stephanium & Stephaniſcus diminutiva: a quorum poſteriore fit rurſus aliud diminutivum Stephaniſcidium.
Stephanus diaconus protomartyr Lucas in Act. Apoſt.
Stephanus, qui de urbibus ſcripſit, Byzantinus.
STERCULIUS, V. poſt STERCUS.
STERCUS, ŏris. n. [κόπρος, Gl. L. G. & G. L. κοπρία, G. L.] Pl. Stercora, σκύβαλα, Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat. Plin. lib. 17. cap. 9. Cato R. R. cap. 37. Stercus unde facias, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes iligneas, querneaſque. Plaut. Aſin. 2. 4. 18

Juſſin' ſceleſte ab janua hoc ſtercus hinc auferri?

Columel lib 2. cap. 6. Vineis emaciatis & ervis optimum ſtercus lupinum præbet. Ibid. cap. 15. De generibus ſtercoris. Cic. 1. de Divin. 57. Se interfectum in plauſtrum a caupone eſſe conjectum, & ſupra ſtercus injectum, &c.
Canino ſtercore fœda atria. Juven. 14 Sat. 64.
Tætrum ſtercus. Lucret. lib. 6. 871.
Color fucatus ſtercore crocodili. Hor. Epod. 12. 11.
Ingerere ſtercus vitibus. Columel. lib. 2. cap. 16.
Saturare ſtercore agrum. Columel. lib. 2. cap. 9.
Satiatum ſtercore ſolum. Columel. lib. 2. cap. 10.
Vectare ſtercus. Cato de R. R. cap. 10.
Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam. Cic. 3. de Orat. 161.
STERCŎREUS, a, um. Adj [κόπριος Gl. G. L.] Plaut. Milit. 2. 1. 12.

Hoc oppidum Epheſu 'ſt, inde miles, meus herus,
Qui hinc ad forum abiit: glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus perjurii, atque adulterii.

STERCU-

Stercorarius, a, um. Adj. [κοπρικός] Quod ad ſtercora pertinet: ut, Grates ſtercorariæ. Varr. lib. 1. de R. R. 22.

Stercoroſus, a, um. Adj. [κοπρώδης] Plenum ſtercore. Columel. lib. 8. cap. 3. Nam plurimum refert, aquam non eſſe in ea niſi uno loco, quam bibant, eamque mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitam concitat. Idem lib. 11. cap. 3. Ea quum pingui & ſtercoroſo ſolo poſt idus Februarias ſic obrueris.
Locus ſtercoroſiſſimus. Cato, de R. R. cap. 46. pr.

Sterquilinium, i. n. [κοπροδοχεῖον, κοπρία G. L. G. κοπροθέσιον G. L.] Locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. Columel. lib. 1. cap. 6. Sterquilinia duo ſint: unum quod nova purgamenta recipiat, & in annum conſervet: alterum ex quo vetera vehantur: ſed utrumque more piſcinarum devexum leni clivo, & exſtructum, pavitumque ſolum habeat, ne humorem tranſmittant.
Sterquilinium, Lenonem vocat Plaut. in Perſ. 3. 3. 3.
— eho lutum lenonium,
Commictum cœnum, ſterquilinium publicum. Ter. Phorm. 3. 2. 4.
Scribitur & Sterculinium in Gloſſ. & Sterculinum.

Stercidum, i. n. [ἀχυρὸς] Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat. Κοπριασμὸς, Hoc ſtercidium. [An quod eò ſtercus cadit, ut Stillicidium? vel ſcribendum Stercetum?

Sterculius, i. m. Deus apud Macrobium, 1. Sat. 7. Saturnus, quod ſtercorandorum agrorum rationem induxerit & docuerit. In emend. codd. Stercutus. Plin. 17. 9. Stercutium vocat: Stercutius (inquit) Fauni filius, Italiæ rex, ſtercorationis agrorum in Italia inventor, ob id donatus immortalitate. Videndus Lil. Syntag. 1. Hiſtor. Deor. V. Lactant. 1. 20.

Stercŏro, [κοπρίζω Gl. G. L.] āre. Fimum agris fecunditatis gratia inſpergere. Plin. lib. 18. cap. 23. Ager, ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. Columel. lib. 2. cap. 16.
Colere & ſtercorare agrum. Cic. de Senect. 54. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante ſæculis fuit, Laertem lenientem deſiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, & eum ſtercorantem facit.
Spiſſius, vel rarius ſtercorare. Columel. lib. 2. cap. 5.
Stercorare, Pinguefacere. Columel. lib. 11. Vicia & faba ſtercorare agrum dicuntur. Idem lib. 17. cap. 9. Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.

Stercorātus, a, um. [κοπρωτευμένος] Partic. Stercore infectum. Columel. lib. 1. cap. 16. Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circumdari, & eſſe in propinquo, atque in ea parte, quo poſſit omnis ſtercorata colluvies cortis, balineorumque, & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere.
Ager ſtercoratus. Jabolenus in l. Cum uſum fructum. §. ultim. D. Quibus modis uſuſfruct.
Stercoratiſſimus locus. Columel. lib. 2. cap. 11.

Stercoratio, ōnis. f. [κόπρωσις] Columel. lib. 2. cap. 16. Si tamen aliqua cauſa tempeſtivam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, ante quam ſarrias, more ſeminantis, ex aviariis pulverem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Sic Plin. lib. 10. cap. 23.
Modica ſtercoratione terra refovetur. Columel. lib. 2. cap. 1. ad finem.

Sterea, Urbs Græciæ ad Pontamum fluvium. Strab. lib. 9.

Stereobāta, æ. m. [ϛερεοϐάτης] Vitruv. 3. 3. Baſis, vel fulcimentum ſolidi. conf. STYLOBATES.

Stereontium, [Στερεόντιον] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs; hodie Caſſilium, vulgo *Caſſel*.

Steria, æ. f. Θεματος. Gloſſ. Latinogræc. [Sed videtur Seria ſcribendum. V. ſ. l. niſi forſan Stiria, quæ & ipſa quaſi Series.

Stĕrilis, e. Adj. [ϛεῖρος, ἄκαρπος, ἄγονος, ἄτεκνος, Gl. G. L.] Infecundus: & fructum non ferens, ſine prole: ϛερέω enim Græcis privo ſeu careo. Etiam ϛεῖρον Sterile, in Gl. G. L. redditur. Plin lib. 10. cap. 60. Sunt autem ſterilia, & minora, ac minus jucundi ſaporis ova.
Ex ϛεῖρος, ſeu ϛερεός. H. St.
Sterilis in gignendo. Plin. lib. 11. cap. 39.
Agros ſteriles exurit Sirius. Virg. 3. Æn. 141.
Arena ſterilis. Virg. 1. Georg. 70.
Avenæ ſteriles. Virg. 5. Ecl. 37.
Domus ſterilis. Propert. lib. 4. 11. 62.
Februarius ſterilis. Cic. 2. Q. frat. 11.
Herba ſterilis. Ovid. 3. Amor. 7. 31.
Humo ſterili ponere ſemina. Propert. lib. 2. 11. 2.
Juvenca ſterilis. Ovid. 5. Faſt. 253.
Palus ſterilis. Hor. de Arte Poet. 65.
Rubigo ſterilis. Hor. 3. Carm. 23. 7.
Silvæ ſteriles. Virg. 2. Georg. 440.
Vacca ſterilis. Virg. 6. Æn. 251.
Vir ſterilis, Eviratus. Catul. 61. 69.
Amator ſterilis, Qui non habet quod det amicæ. Plaut. Truc. 2. 1. 30.
Amor ſterilis. Stat. 3. Silv. 4. 42.
Dos ſterilis, ſine commodo aliquo. l. 4. in fi. D. de pact. dotal.
Fama ſterilis. Stat. 6. Theb. 70.
Labor. Martial. 10. 58.
Manus ſteriles, Quæ nihil afferunt. Plaut. in Truc. 1. 2. 3.
Pax ſterilis. Tacit. lib. 1. Ann. 17.
Pecunia ſterilis. Quæ uſuras non parit. l. 3. §. uſuras. D. de contr. tutel. & util. act.
Proſpectus ſterilis. Plaut. Mil. 3. 1. 15.
Sterilis hinc proſpectus uſque ad ultimam plateam probe eſt.
Veri ſterilis, Qui verum neſcit. Perſ. 5. Sat. 75.
Sæculum virtutum ſterile. Tacit. 1. Hiſt. 3.
Corpora ſterilia ſonitu, Carentia & privata ſono. Lucret. lib. 2. 844.
Nullum temporis punctum ſterile beneficio. Plin. in Paneg. cap. 56. pr. Quod momentum, quod immo temporis punctum, aut beneficio ſterile, aut vacuum laude?
Venere ſterilis, Abſtinens. Lucret. lib. 4. 1229.
— pater a gnatis ne dulcibus unquam
Appelletur; & ut ſterilis venere exigat ævum.
Compar. Plin. lib. 16. cap. 12. Arbores ſerenitate ſteriliores.

Sterilus, a, um. Adj. pro Sterilis. Lucret. lib. 2. 844.
Et ſonitu ſterila, & ſucco jejuna feruntur.

Sterilesco, [ϛειρόομαι] ĕre. Sterilem fieri. Plin. lib 8 cap. 50. Capræ pinguedine ſteriliſcunt. Idem cap. 16. Is ergo tradit leænam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos, uno minus, ab uno ſterileſcere.
Sterileſcunt tactæ fruges. Idem lib. 7. cap. 15.

Sterilitas, ātis. f. [ἀγονία, ἀκαρπία, ἀφορία Gl. G. L.] Infertilitas, infecunditas. Cic. 1. de Divin. 131. Quorum ex habitu atque ex colore, cum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, nonnunquam etiam quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura.
Abolere ſterilitatem ſeminarum. V. ABOLEO.
Annonæ ſterilitas inceſſit hominibus. Columel. lib. 2. cap. 10. V. INCESSO.
Natali & ingenita ſterilitate laborantes. V. INGIGNO & NASCOR.
Continuæ ſterilitates. Plin. 10. Epiſt. 24.

Sternax, V. infra STERNO.

Sterno, ſtrāvi, ſtrātum, [ϛρώννυμι Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Extendere. Vall. 4. 6. Sternimus quidem veſtes humi, ramos arborum, flores, & multa ejuſmodi: tamen frequentius dicimus, Sterno humum floribus, ramis, veſtibus. Hinc eſt quare dicimus, Toros, lectoſque ſternere, & Equum ſternere: non quia ſint diverſi ſenſus, ſed quia reſolvuntur: ut ſit Sternere, verbi gratia, lectos & equos tapetis; idem quod Sternere tapeta lectis & equis. [Gloſſ. Latinogræc. Sternit, ϛρώννυσι ἵππον. Sterne equum, Ἐπίσαξον τὸν ἵππον.
Equos ſternere, Stratis adornare. Liv. 37. 20.
Lectos ſternere, Adornare, inſtruere, apparare. Ter. Heaut. 1. 1. 73. Plaut. Pſeud. 1. 2. 31.
Verſa, præſterga, ſtrata, lautaque, coctaque omnia uti ſint.
Cic. pro Cluent. 14. Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni expulſa, atque exturbata filia jubet. Idem pro Muren. 75. Stravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia.
Torus ſternitur. Ovid. ad Liv. 316.
Triclinia ſternere. Cic. 2. Verr. 105. Publice ſibi convivia parari, ſterni triclinia etiam in foro jubebat.
Terram ſtravere cæſi juvenci. h. e. Operuerunt. Virg. 8. Æn. 719.
Fama tibi ſtravit benignum iter. Stat. 12. Theb. 813.
Iter argento ſternunt. Lucret. lib. 2. 626.
Viam ſtravit per mare. Lucret. lib. 3. 1043.
Locum ſternere ſaxis. Liv. 9. 35. pr. Aſpreta erant, ſtrata ſaxis. [i. e. Paſſim jacentibus plena.
Solum omne ſternitur jaculis. Virg. 9. Æn. 666.
Venti placidi ſtraverunt æquora. h. e. Plana fecerunt, quæ prius intumuerant. Virg. 5. Æn. 763.
Sternere, Proſternere, Dejicere, & quaſi in terram extendere, unde etiam pro Occidere ſumitur. Liv. 7. 26. Hunc imitare, miles, ajebat, & circa jacentem ducem ſterne Gallorum catervas. Idem 1. 29. pr. Stratis ariete muris.
Corpore toto ſternitur in vultus. Stat. 12. Theb. 318.
Humi ſternere aliquem. Hor. 4. Carm. 14. 32.
Humi pronum ſternere. Ovid. 2. Met. 477.
Terræ ſternitur toto projectus corpore. Virg. 11. Æn. 87.
Aciem ſternere. V. ACIES.
Agros ſternit rapidus torrens. Virg. 2. Æn. 306.
Corda mortalia ſtravit humilis pavor. Virg. 1. Georg. 331.
Exitio gravi ſternere aliquem. Hor. 1. Carm. 16. 18.
Ferro omnia ſternere. Liv. 24. 38.
Hoſtiliter ſternit omnes. Ovid. 11. Met. 376.
Ictu ſternere aliquem. Senec. Med. 8.
Morti ſternere aliquem. Virg. 12. Æn. 464.
Pecus ferro ſtravit Ajax. Hor. 2. Serm. 3. 202.
Segetes ſternuntur. Ovid. 1. Met. 272.
Telo præcipitem ſternere. Sil. lib. 4. 188.
Viros ſternere cæde. Virg. 10. Æn. 119.
Vulnere ſterni. Virg. 10. Æn. 781.
Sternere ſe ſomno, pro Ad jacendum ſe collocare, ut quieſcamus. Virg. 4. Georg. 432. Liv. 37. 20. Pars in juveniles luſus, laſciviamque verſi, pars veſcentes ſub umbra, quidam ſomno etiam ſtrati. Idem lib. 7. 36. pr. Strata ſomno corpora. & 27. 47. Feſſique aliquot ſomno ac vigiliis, ſternunt corpora paſſim.

Strātus, a, um. Partic. [ϛρωτὸς, ἐπεστρωμένος] Virg. 1. Æn. 700.
— ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.
Stratus ad pedes alicujus. Cic. 10. Att. 4.
Membra ſub arbuto ſtratus. Hor. 1. Carm. 1. 21.
Lectus lapide ſtratus. V. LECTUS.
Poma paſſim ſtrata jacent. Virg. 7. Ecl. 54.
Vites ſtratæ, quæ & Conſtratæ. Columel. lib. 5. cap. 4. Ultima eſt conditio ſtratarum vitium, quæ ab enata ſtirpe confeſtim velut projectæ per humum porriguntur. V. ſeq. dict.
Iter militari labore ſtratum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Lapis ſtratus. Paul. in l. Si prius. §. j. D. de aqua pluv. arcend. Placuit, non alias per lapidem aquam duci poſſe, niſi hoc in ſervitute conſtituenda nominatim comprehenſum ſit: non enim conſuetudinis eſt, ut qui aquam habeat, per lapidem ſtratum ducat.
Pontes ſtrati. Curt. 4. 3.
Via ſtrata. Liv. 8. 15. extr. Facto judicio, viva ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa, Scelerato campo.
Hoſtes ſtrati. Juſtin. 2. 11. 13.
Æquor ſtratum ſilet. Virg. 9. Ecl. 57.
Unda ſtrata æqualiter. Ovid. 7. Epiſt. 49.

Strata, æ. [ϛρωτὴ, λεωφόρος Gl. G. L.] abſolute pro Via ſtrata. Strata vetus. Eutrop. 9. 9. 13. Itaque ut præveniretur, ab iiſdem interfactus eſt in itinere medio, quod inter Conſtantinopolim & Heracleam eſt ſtratæ veteris. H. St. Deſiderabatur hæc dictio in edit. Lugd.
Sternite jam ſtratas amplas. Juvenc. 1. 315.

Stratum, i. n. [ϛρῶμα, ϛρωμνὴ] Id quod ſtratum eſt, ſuper quod quieſcendum ſit: ut Calmi equis, ſuper quibus dormiant, Strata dicuntur: Lectus item homini paratus, Stratum dici poteſt. Plin. lib. 10. cap. 59. Ova pavonis, niſi molli ſtrato excepta, franguntur. Columel. lib. 11. cap. 2. Nec cubiculis modo, aut exedris, ſed ſtratis etiam, ſimilibuſque per ordinem committunt.
Dura ſtrata. Ovid. 1. Amor. 2. 1.
Mollia ſtrata lecti. Lucret. lib. 4. 847.

Picta

Picta ſtrata. Ovid. 8. Met. 33.
Corripere corpus e ſtratis. Virg. 3. Æn. 176.
Excita ſtratis juventus. Lucan. lib. 1. 239.
Exſilire ſtratis. Ovid. 5. Met. 34.
Incubare ſtratis. Virg. 4. Æn. 82.
Recondidit alto ſtrato caput. Ovid. 11. Met. 649.
Reponere membra ſtratis. Virg. 4. Æn. 392.
Surgere ſtrato. Virg. 3. Æn. 513.
Stratum pro Operimento equorum. Senec. Epiſt. 81. Equum empturus ſolvi jubet ſtratum: detrahit veſtimenta ſervis venalibus. Plin. lib. 7. cap. 56. Frenos & ſtrata equorum, Pelethronium inveniſſe dicunt.
Stratum pro Pavimento. Vitruv. 10. 19.
Viarum ſtrata, Viæ ſtratæ. Virg. 1. Æn. 422.
Strata, Κόσμοι. In Argenteis ponit Onomaſt. vet.

STRENUM, i. n. [στρωτὸν] Gloſſ. Græcolat.

STRATE, Adv. Juvenc. 3. 655.
Strate tendentem diffuſa umbracula ficum.

STRATUS, ûs. m. [στρωτὸς Gl. G. L.] Solin. cap. 57. Accepto regio ſtratu neminem præter dominum vehere dignatus eſt. Adde Varr. R. R. 1. 50. 3.

STRATOR, ōris. m. [στρωτὴς Gl. G. L.] Qui equum ſternit, & herum in equum levat. Spartian. in Carac. cap. 7. Illum ſtrator ſuus in equum levatet.
Strator in caſtris vocatus eſt Qui loca diſpiciebat ac præparabat, ut eo commodatiora fiant. Meminit Symmach. Epiſt. ad Theod. & Valent. Aug. 1.
Strator officii vocabatur, Qui ad magiſtratus apparitionem referebatur. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 389 n. 8.

T. CL. CANDIDO.
SILIVS. HOSPES. HASTATVS. LEG. X.
GEMINAE. STRATOR. EIVS.
OPTIMO. PRAESIDI.

Strator viarum dicebatur, Qui vias ſternebat, & pavimentum ubi deficeret, reſtituebat. Inſcriptio Romæ in Via Appia,

DIOMEDES. AP.
STRATOR.
FAVSTAE. HEDIAE.

Suid. Στράτωρ. ἱππόκομος, ὁδοῦ ἀξιώματος. V. STRATIA, & Cang. Gloſſ.

STRATŌRIUS, a, um. Adj. Idem quod Stragulus, a, um. Stratoria ſtramenta, Stratoria veſtis: V. in dictione STRAMENTUM.

STRATŪRA, æ. f. [στρῶσις, Gl. G. L.] Sueton. in Claud. cap. 24. Quæſtorum collegio pro ſtratura viarum gladiatorium munus injunxit. i. e. Pro cura ſternendarum viarum.
Strature, aliter. Pallad. in Novembri, cap. penult. Colymbades olivæ fiunt ſic: Alternis cratibus olivarum pulegium ſpargis, & mel, & acetum, & ſales modice, ſtratura intercedente, ſuffundis. Item ſternes olivas ſupra ſurculos fœniculi, &c. Per ſtraturam intelligit, *un lit, ou une couche d'olives eſtendues*. Columel. lib. 12. cap. 48. ad finem, Maturam olivam in ſtrature factam Colymbadem, de muria tollito. Quo in loco omnes quotquot vidi codices habent Statura, ſed corrupte. Paulo ante dixerat, Alterna tabulata olivarum & ſalis.
Stratura, (ſic enim apud Javolenum lib. 2. Ex poſterioribus Labeonis, non Structura legendum eſſe docent antiquiores Codices) eſt Locus aliquis ex tabulis factus, qui æſtate tollatur, & hieme ponatur. Jureconſultus in l. quæſitum. §. ultimo. De verb. ſignif. in P.

STRATIA, æ. f. Στρατεία, τὸ ἀξίωμα. Suid. Puto & στρατοπεδαρχία dictum a recentibus. Vide an στρατηγεσία. H. St. V. Strator. Intelligit enim τὸ τοῦ στράτορος ἀξίωμα. Rurſus paulo infra, Στρατεία, τὸ τῶν στρατιωτῶν τάγμα ἢ ὑπὲρ πᾶν τεῖχος, στρατεία δὲ τὸ ἀξίωμα.

STRĀGES, is. f. [φθορὰ νεκρῶν ἐν πολέμῳ, Gl. G. L. Πολυάνδριον, Σωρὸς νεκρῶν, Ἀπώλεια πολλή, ὡς τὸ γῆς σώματος φονευθέντων, L. G.] Quicquid confuſa & ſine ordine ſtratum jacet. Eſt, inquit Valla, Multitudo cadaverum interfectorum. Liv. 8. 30. Per arma, per viros late ſtragem dedere. Cic. 1. Att. 16. Quas ego pugnas & quantas ſtrages edidi. Idem 1. de Divin. 20. Stragem horribilem, cædemque vereri.
Confuſæ ſtragis acervus. Virg. 6. Æn. 504.
Cruenta ſtrages. Lucan. lib. 2. 212.
Lacera ſtrages. Stat. 12. Theb. 705.
Sanguinea ſtrages. Stat. 11. Theb. 29.
Ciere ſtragem. Virg. 6. Æn. 829.
Cumulata urbs ſtrage virorum. Sil. 15. 409.
Dat late magnam ſtragem. Lucan. lib. 1. 157.
Dare ſtragem catervatim peſtilentia. Virg. 3. Georg. 556.
Meditatur hiatu immani ſtragem tigris. Sil. lib. 4. 335.
Propagare ſtragem. Lucret. lib. 1. 281.
Virûm ſtrage undans amnis. Sil. lib. 17. 603.
Nemorum ſtrages. Sil. lib. 3. 205.
Dat nimbus ſtragem ſatis. Virg. 12. Æn. 454.

STRĀGŬLA, æ. f. [στρῶμα, στρωματόδεσμος] Genus veſtis, ſive Quicquid inſternitur, vel lecto, vel equo, vel alii rei. Quod in feſtis ante altare ſternunt in pavimento, Stragulum rite vocabimus. Hæc ex Valla lib. 6 c. 46. Veſtis ſtragula. Cic. 4. Verr. 20. Dico te maximum pondus auri & argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſuppellectilem, plurima vaſa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam, Syracuſis exportaſſe. Cic. 4. Verr. 47. Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretioſam veſtem ſtragulam, multa mancipia pretioſa, Verri data eſſe. Et Liv. 34. 7. Et quum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti: matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines? Hor. 2. Serm. 3. 118. — cui ſtragula veſtis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca. [Ut ex Varr. apparet, Adj. erat antiquis, Stragulus, a, um. Fem. abſol. non legi.

STRĀGŬLUM, i. n. [στρῶμα Gl. G. L. περίστρωμα L. G. & Onom. v.] pro eodem accipitur, nempe pro Lectorum opertorio, ubi & dormiebant antiqui & diſcumbebant, vario deſtinamento figuratum & acu picto. Varr. de L. L. 4. 35. Quicquid inſternebant, a ſternendo ſtragulum appellabant. Tibul. lib. 1. 2. 79. (Al. 1. 1. 65.)
Nam neque tunc plumæ, nec ſtragula picta ſoporem. Martial. lib. 14. 86. Sic Plin. lib. 13. cap. 11. Et e libro vela, tegeteſque, necnon & veſtem atque ſtragula.
Textile ſtragulum. Cic. 5. Tuſc. 61. Quum ſe ille cupere dixiſſet, collocari juſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo, magnificis operibus picto, &c. [Puto Pulcherrime Tullium reliquiſſe.
Villoſa ſtragula. Martial. 14. 147.

STRĀMEN, inis. n. [στρῶσις, Gl. G. L.] Stipula, vel quidvis aliud, quod ſolo quieſcendi gratia ſternitur. Tum id proprie in triticeis culmis, quod terræ hæret, & poſtea ſubſecatur, quod dictum putant a ſtratu, quod id ſubſternatur pecori.
Contecta ſtramine caſa. Ovid. 5. Met. 447.
Agreſte ſtramen. Virg. 11. Æn. 67.

STRĀMĬNEUS, a, um. Adj. [ψιάθινος] Quod eſt ex ſtramine. Propert. lib. 2. 16. 20.
Straminea poſſet dux habitare caſa.
Caſæ ſtramineæ. Ovid. 1. Amor. 9. 18.

STRĀMENTUM, i. n. [φρύγανα, φορβὴ, στρῶμα, Gl. G. L. καλάμη, χορτόστρωμα, χορτάσματα καλάμης L. G.] Idem, quod Stramen. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 50. Tertio modo metitur, ut ſtramentum medium ſubſecent, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt, a quo medio meſſem dictam puto. Infra manum ſtramentum, quod terræ hæret, poſtea ſubſecatur. Liv. 25. 39. Pars ignes caſis, ſtramento arido tectis, injiciunt, pars portas occupant. Plaut. Truc. 2. 2. 23.
Cumque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem. Plin. lib. 18. cap. 3. Quin, ſomnuſque in ſtramentis erat. Cæſ. 8. Bell. Gall. 15. Faſces, ubi conſederant, &c. ſtramentorum ac virgultorum, quorum ſumma erat in caſtris copia, per manus inter ſe traditos, ante aciem collocaverunt. Ibid. lib. 6. 42. Et ferveſacta jacula in caſas, quæ more Gallico ſtramentis erant tectæ, jacere cœperunt.
Incubare ſtramentis. Hor. 2. Serm. 3. 117.
Stramentum, Quod ſternitur latiore ſignificatu: nam ex Varrone, quid proprie ſit ſtramentum indicatum eſt. Stramentum a Veſtimento ſecernitur. Ofilius ad Atticum ait verbo victus, veſtimenta & ſtramenta ſignificari, contineri que. l. 234. §. ultimo, de verb. ſignif. Sed & ſtragula veſtis recte, qua ſternimur dicitur apud Ulp. in l. 12. §. Sed ſi fundus non ſit. D. de inſtruct. vel inſtrumen. legat. lib. 3. P. tit. 7. Stragulæ veſtes Stratoriæ a Paul. dicuntur lib. 3. Senten. tit. 6. §. Veſte virili. Quo loco ait: Stragula quoque huic legato reddunt. l. veſtis. §. Virilia. De auro & arg. lega. lib. 34. P. tit. 2.

STRAMENTĪTIUS, a, um. Adj. Quod ex ſtramento fit: ut,
Tectum ſtramentitium, Tegetes ſtramentitiæ. Hirt. Bell. Afr. 16.

STRAMENTĀRIUS, a, um. Adj. Cato de R. R. cap. 10. Falces ſtramentariæ.

STRAMENTOR, āri. Stramentum colligere. Hygin. Fab. 14. Stramentatum exire.

STERNAX, ācis. Adj. [ἀναβατοκτόνος] Equus ſternax, Qui facile ſternit ſedentem. Virg. 12. Æn. 344. Serv.

STERNUO, ui, ūtum, [πταίρω, πτάρνυμι, πτάρνυμαι] ĕre. Flatum e pectore exſurgentem cum capitis concuſſione emittere. Plin. lib. 7. cap. 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt: ſicut ſternuiſſe a coitu, abortivum. Idem lib. 28. cap. 6. Theophraſt. ſenes laborioſius ſternuere dicit. Propert. lib. 2. 3. 24.
Num tibi naſcenti, primis, mea vita, diebus
Aureus argutum ſternuit omen Amor? ut Broeckh. vel ut Macrobius legit,
Candidus auguſtum ſternuit omen Amor.

STERNŪMEN, inis, & STERNUMENTUM, i. & STERNUTUM, i. n. Πταρμὸς. Gloſſ. Græcolat.

STERNŪTO, [πτάρνυμαι, Gl. L. G. πταρνύμαι, G. L.] āre. frequent. Plin. lib. 10. cap. 3. Capræ ſternutante. Idem lib. 28. cap. 8. Proboſcidis tactu capitis dolor levatur, efficacius ſi & ſternutet.

STERNUTATIO, ōnis. f. [πταρμὸς] Apul. Met. 9. p. 228. Elmenh.

STERNŪTĀMENTUM, i. n. [πταρμὸς] Idem. Plin. lib. 28. cap. 2. Cur ſternutamentis ſalutamur? Idem lib. 20. cap. 11. Semen tritum & hauſtum naribus ſternutamenta movet. Cic. 2. de Divin. 84. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda. Gell. lib. 12. cap. 5. Quum ſternutamentis quatiatur.
Evocare ſternutamenta. Celſ. lib. 3. cap. 30.
Proritare ſternutamenta. Scrib. Larg. comp. 10. Proritat ſternutamentum etiam per ſe contuſum & injectum veratrum album.
Salutare eſt ſternutamentum. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Sternutamentum, Medicamentum ſternutationem evocans. Plin. lib. 25. cap. ult. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes: eadem ſicca conciſa ſternutamentum eſt.

STĔRŌPES, ōpis. m. [Στερόπης] Unus ex Vulcani malleatoribus miniſtris, a fulgure nomen habens. Virg. 8. Æn. 425.
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

STĔRŌPE, es. f. [Στερόπη] Suidæ, Atlantis filia una Pleiadum, quam nonnulli Aſteropen vocant. V. in dictionibus CYCLOPS & PLEIADES. Ovid. 1. Triſt. 10. 13.
Sæpe ego nimboſis dubius jactabar ab Hœdis,
Sæpe minax Steropes ſidere pontus erat.

STERNTA, Dorylai regis Cretenſium uxor fuit. Strab. lib. 10.

STERQUILINIUM, V. STERCUS.

STERENDONNIA, [στερεογονία] Genus turis, quod Latini Maſculum dicunt a ſoliditate: στερεὸν enim Græci ſolidum dicunt.

STERTO, ui, [ῥέγχω Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Dormire ſonante naſo, ſive dormiendo ronchos emittere, in malum fere ſemper ſumitur. Ter. in Eun. 5. 8. 49.
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque & dies. Perſ. 3. Sat. 3.
Stertimus, indomitum quod deſpumare Falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra. Cic. 2. de Divin. 129. Et quum ſtertentem aliquem viderint. Idem 4. Acad. 93. Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modo quieſcas. Juven. 1. Sat. 57.
Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.
Supinus ſtertit. Hor. 1. Serm. 5. 19.
Vigilans ſtertis. Lucret. lib. 3. 1061.
Diem totum ſtertere. Hor. 1. Serm. 3. 18.

STERTĒIUS, a, um. Adj. Ignavus. Petron. Fragm. Tu autem ſterteia, etiamnum ſtertas. al. Stertejus.

STĒSICHŎRUS, i. m. [Στησίχορος] Nomen poetæ ex Himera Siciliæ urbe, ex qua Himeræus eſt dictus. Alii ex Metauro urbe natum dicunt.

cunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido. Floruit trigeſima ſeptima Olympiade, ſextaque & quinquageſima ubiit. Ferunt luſciniam aliquando in ora Steſichori infantis cecinisſe, mirabili auſpicio, ſummum eum poëtam futurum: & cantus ſuavitate omnes, qui ante eum fuerunt, ſuperaturum. Hor. 4. Carm. 9. 8.

Steſichorique graves Camœnæ. Fuit enim excellentiſſimus lyricus: a quo Steſichorium carmen dictum. Ideo autem dictus eſt Steſichorus, quod primus ſaltare ad citharam inſtituit, hoc eſt chorum ducere. Ante Tiſias vocabatur. Fratrem habuit Mamertinum, optimum Geometram. Dicitur & ſcripſiſſe Helenæ vituperationem, ex quo excæcatum fuiſſe, rurſuſque ob palinodiam viſum recuperaſſe. V. Suid. & Quintil. lib. 10. cap. 1.

Stesichoreius, [στησιχόρειος] in talis Numeros eſt octonarios, ita dictus, teſte Polluce 9. 100. a Steſichori poetæ ſepulcro, quod omnibus ſuis partibus octonis conſtaret angulis videlicet columnis & gradibus.

Stesichorius, a, um. Adj. [Στησιχόρειος] Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 21. Taxillorum ludus ex octo punctis, vel figuris conſtabat, inter quos unus Steſichorius nomine, hoc eſt, octonarius, præcipuus erat.

Stesilea, Mulier fuit inſigni forma miraque venuſtate prædita, quæ cum a Themiſtocle, & Ariſtida adamaretur, cauſa fuit diſſidii inter duos præſtantiſſimos duces. Plutarch. in Themiſt.

Stesimbrotus, [Στησίμβροτος] vel ut alii volunt Stesarsotus [Στησάμβροτος] Hiſtoricus fuit Tarſenſis, qui Cimonis Athenienſium ducis res geſtas ſcripſit, teſte Plutarcho in vita Cimonis. Steſimbrotus alius fuit Epaminondæ filius, a ſuo patre interfectus, quod cum Lacedæmoniis ipſo inconſulto manum conſeruiſſet, etiamſi ſpecioſiſſimam ex eo prælio victoriam reportaſſet. Plutarch. in Parallel.

S T H

Sthenĕlus, i. m. [Σθένελος] Capanei & Evadnes filius, in bello Trojano, cujus meminit Homer. & Virg. 2 Æn. 261.

Tiſandrus, Sthenelusque duces, & dirus Ulyſſes.

Fuit & alter ejuſdem nominis, quem in concione Agamemnonis refert Homerus Perſei filium fuiſſe ex Andromeda conjuge.

Sciens pugnæ Sthenelus. Hor. 1. Carm. 15. 4. Idem 4. Carm. 9. 20.

— non pugnavit ingens
Idomeneus, Sthenelusve ſolus
Dicenda Muſis prælia.

Sthenelēius, a, um. Adj. [Σθενελήιος] Ovid 9. Epiſt. 25.

Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hoſtis,
Non potuit Juno vincere, vicit amor. [i. e. Cycnus, Stheneli filius, ut vult enarrator vet. Rectius Stheneli. Hic enim fingitur comes Diomedis etiam in Italiam veniſſe.

Proles Sthenelela Cycnus. Ovid. 2. Met. 367.

Stheno, [Σθενώ] fuit una ex filiabus Phorci, & belluæ marinæ, Meduſæ ſoror. Scribitur & stennio, V. Bocat. 10. 10. & in dictione gorgonnes.

Sthenŏbœa, [Σθενόβοια] Uxor Prœti regis Argivorum. De qua in dictione bellerophontes.

S T I

STIB V. Stipendiis quinque: s pro P. STIP. Stipendiorum, Stipis.

Stibădium, i. n. [στιβάδιον] accipitur pro Sella & abaco, quo fulti diſcumbunt convivæ: quod primo herbidum fuit, poſtea vero invaleſcente luxuria, marmoreum. Hic Torus Latine appellabatur, quod a tortis herbis inflectatur. Nam apud Græcos ſtibades, herbæ ſunt aptæ ad diſcumbendum. Hinc Stibadion, Cubile ex ſtibade herba conſtructum. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. In capite ſtibadium candido marmore vite protegitur. Vitem quatuor columellæ Caryſtiæ ſubeunt. E ſtibadio aqua, velut expreſſa cubantium pondere, ſipunculis effluit. [Στιβάς, Stramentum. Gloſſ. Græcolat. Hinc dimin. στιβάδιον, V. Suid. in στιβάς, ubi & ἀκκούβιτον Latina voce appellat.

Stibadia, ut alii volunt, Parvæ cœnationes erant, in quibus ſcriptum eſſe ſolebat quot convivas cœnatio caperet. De quo titulus eſt Stibadium apud Martial. lib. 14. 87.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma,
Octo capit: veniat quiſquis amicus erit. V. ibi Salmaſ.

Fiebant etiam ſtibadia in tabulis, quæ ebore atque auro ornabantur, transferebanturque de loco ad locum, prout libido animi ferebat. De hoc Martial. lib. 9. 60. 9.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, &c. Hexaclinon vocat Stibadium ſex capiens convivas. Ex Perotto.

Stibi abſolute, & Stibium, i. n. [στίμμι, στίμμι] Plin. lib. 33. cap. 6. In iiſdem argenti metallis invenitur, ut proprie dicamus, ſpumæ lapis candidæ, nitentiſque, non tamen tranſlucentis, Stimmi appellant, alii ſtibium, alii alabaſtrum, alii larbaſon. Ubi & pleniorem ejus deſcriptionem, uſumque, quem apud antiquos obtinuit ſubjicit. Sunt qui vulgo *Antimonium* appellatum putant, repugnante Plinii ac Dioſcoridis deſcriptione.

Sticha, æ. f. [στίχα] Ex uva, quam Græci Sticham vocant, nos Apianam. Plin lib. 14. cap. 9.

Stigma, ătis. n. [στίγμα] Macula, punctum. Nota ſive ſignum quo quis inuritur, a στίζω, pungo. Martial. lib. 6. 64.

Stigmata nec vaſtæ delebit Cinnamus arte. Plin. ſcribit ſtigmata deleri columbino fimo. Martial. lib. 12. 62.

Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt. [Gloſſ. Græcolat. Στίγμα, Nota. στιγμή, Punctum, στίζω, Stingo, Pungo.

Dignus ſtigmate. Juven. 10. Sat. 183.

Triſtis ſervorum ſtigmata delere. Martial. lib. 10. in Gallum, 56.

Stigmata alicui inſcribere. Sen. lib. 4. de Benef. 37. Philippus ita exarſit, ut ſtatim Pauſaniæ mandaret, ut improbiſſimo hoſpiti ſtigmata inſcriberet, ingratum hoſpitem teſtantia. Dignus quidem fuit, cui non inſcriberentur illæ litteræ, ſed inſculperentur.

Stigmata militum, Qui militiæ erant adſcripti, in eorum manibus ſtigmate notabantur, ut ſcribit Aëtius. Veget. de Re Mil. lib. 1. cap. 8. Sed non ſtatim punctis ſignorum ſcribendus eſt tiro delectus. Et lib. 2. 5. Nam victuris in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti jurare ſolent. V. punctum. Idem & Fabricenſibus fiebat. Juſtinian. Arcad. & Honor. Stigmata, hoc eſt notæ publicæ fabricenſium brachiis ad imitationem tironum infligantur, ut hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci. Turneb. Adverſ. 24. 30.

Stigma, per tranſlationem pro Suggillatione & infamia. Sueton. in Jul. cap. 73. Valerium Catullum, a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulaverat, ſatisfacientem, eadem die adhibuit cœnæ: hoſpitioque patris ejus, ſicut conſueverat, uti perſeveravit.

Stigmătias, æ. m. [στιγματίας] Servus compunctus notis. Non. 1. 124. Stigmatias veteres punctos in notis dici voluerunt. Cic. 2 Off 25. Qui fidelitatem & barbarum & ſtigmatiam putaret, quem conjugem.

Stigmatĭcus, a, um. Adj. [στιγματικός] Famoſus & nocens, qui nota aliqua aduſtus eſt, ut ſemper appareat. Exemplaria quædam tribuunt Ciceroni l. c. contra fidem MSſ. & Nonii.

Stigmōsus, a, um aliud Adj. [στιγματώδης] Idem. Plin. 1. Epiſt. 5. ad Vocon. In quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat, adjicit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum.

Stilbo, ōnis, V. stilpo.

Stilbon, onis. m. [Στίλβων] Mercurii ſtella dicitur: id eſt radians. Fit e verbo Græco στίλβω, reſplendeo, quod ejus orbis ſplendeat. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Infra autem hanc ſtella Mercurii eſt, ea στίλβων appellatur a Græcis, quæ anno fere vertente, ſigniferum luſtrat orbem: neque a ſole longius unquam unius ſigni intervallo diſcedit, tum anteveniens, tum ſubſequens.

Stilĭco, ōnis. m. [Στιλίκων] Honorii Imperatoris ſocer, & Occidentis adminiſtrator, multis laudibus a Claudiano poeta celebratus.

Bellipotens Stilico. Claud. 3. de Conſ. Hon. 144.
Magnanimi virtus Stiliconis. Claud. 1. in Ruff. 259.
Pulcher Stilico. Claud. de 6. Conſ Hon. 466.

Stilicōnius, a, um. Adj. [Στιλικώνειος] Claud. de Nupt. Hon. 177.

Agnoſcat famulum virgo Stiliconia Pontum.

Stilla, æ. f. [σταγών, σταλαγμός, Gl. L. G. & G. L.] dimin. a Stiria, ut ait Feſtus, accipitur pro Gutta: ut, Stilla olei. Martial. 3. 71. Apul. 1. Mileſ. p. 108. Elmenh. Ex ſanguinis eruptionem, ſpiculo admoto, excipit diligenter, ut nullæ ſtillæ compareant uſquam. Vitruv. lib. 2. cap. 1. Faſtigia facientes, luto inducto, proclinatis tectis ſtillicidia deducebant, per id ſtillæ decidunt in impluvium. Verba Per id &c. non apparent in codd. emendatis. Plin. lib. 29. cap. 4. Ex eo quum opus ſit ternis ſtillis additis in oleum. Cic. 3. de Fin. 45. Ut interit magnitudine maris Ægæi ſtilla muriæ.

Stillātim, Adv. ut Guttatim. Varro de L. L. 4. 5. Stillicidium, eo quod ſtillatim cadat.

Stillōsus, a, um. Adj. Veget. 2. 54.

Stillicĭdium, i. n. [σταγών, σταλαγμός, Gl. G. L.] quaſi Stillarum cadium, eo quod ſtillatim cadat, ubi e tectis guttæ fluunt. Cic. 1. de Legib. 14. Quamobrem quo me vocas? aut quid hortaris? ut libellos conficiam de ſtillicidiorum, ac de parietum jure? Plin. lib. 17. cap. 12. Stillicidii brevis definitio eſt. Omnium quæ projectu frondis ita diffunduntur, ut per ipſas non defluant imbres, ſtilla ſæva eſt. Ibid. Stillicidia pinus, quercus, ilicis, ponderoſiſſima.

Stillo, [στάζω, Gl. G. L.] āre. Guttatim fluere. Martial lib. 1. 7.

Vivebant lacari, membris ſtillantibus, artus. Plin. lib. 28. cap. 7. Et contra morſum ejuſdem bibitur, ſtillaturus.

Stillare frequenter conſtruitur cum Ablativo. Plin. Frutex eſt reſina ſtillans.

Arbor ſtillavit ſanguineis roribus. Lucan. lib. 7. 837.
Coma ſtillabat Tyrio rore. Tibul. lib. 3. 4. 28.
Dies ſtillat plumis. Stat. 3. Theb. 537.

Cernis inexperto rorantes ſanguine ventos,
Et plumis ſtillare diem? De cycnis loquitur, qui in aëre ab aquilis diſcerpebantur, quorumque plumæ & ſanguis in terras defluebant.

Stillare cum accuſandi caſu. Plin. lib. 12. cap. 23. Africa Ammoniaci lacrimam ſtillat in arenis ſuis. Hor. de Arte Poet. 429.

— etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem. i. e. Illacrimabit gaudere ſe ſimulans. Lambin.

In aurem ſtillare, Inſuſurrare. Juven. 3. Sat. 122. i. e. Alicui alium clanculum noxiis mendaciis traducere.

Stillans, antis. Partic. [σταλάζων] ut,

Culter ſtillans ſanguine. Ovid. 2. Faſt. 859.

Pugio ſtillans. Cic. 2. Philipp 30. Ille qui ſtillantem per ſe pugionem tulit, is a te honoris cauſa nominatur.

Sidera ſtillantia ſanguine. Ovid. 1. Amor 8. 11.

Stillātus, a, um. Partic. [σταλαγμένος] Ovid. 2. Met. 364.

Inde fluunt lacrimæ, ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra novis.

Stillātĭtius, a, um. Adj. [σταλακτικός] ut, Reſina ſtillatitia Plin. lib. 16. cap. 11. Eadem reſina, ſi cum aqua levius decoquatur, coleturque, ruffo colore lentaſcit, ac ſtillatitia vocatur.

Stillatīvus, a, um. Adj. Plin. Valer. 1. 18. Mel ſtillativum.

Stilocatæ. V. stylobatæ.

Stilpo, ōnis. m. [Στίλπων] Megarenſis philoſophus, tempore primi Ptolemæi, diſcipulus Paſiclis Thebani, præfuit ſcholæ Megarenſi, ſcripſit dialogos non minus viginti. Auctor Suidas. De hoc Cic. in lib. de Fato, 15. & Laert. lib. 2. ſegm. 113.

Stilpo, Idem, qui Diodorum dialecticum pudore mori coegit, dum ei luſorias quæſtiones objiceret. Plin. lib. 7. cap. 53.

Stilus, i. m. [γραφεῖον Gl. G. L.] Sunt qui ex Gr. στῦλος, Columna acceſſunt. Sed in optimis codd. Latina littera per i ſcribitur, non Stylus.

Stilus ſignificat Quicquid, vel ligneum, vel ferreum, vel alterius materiæ, acuminatum eſt. Columel. lib. 11. cap. ult. Deinde eas confecto æquinoctio paululum infra terram ſecare & ligneo ſtilo levare, vel rubi, vel ferulæ medullis, ſtercus immittere, atque ita ſemina cucumeris inſerere.

Stilus, Primum illud teres virgultum, unde tandem fit arbor. Columel. lib. 5. cap. 10. Omnis autem nux unam radicam mittit, & ſimplici ſtilo prorepit. Ibidem ſub finem capitis, Danda eſt opera, ut dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, & ad unum ſtilum primo anno ſemina redigantur. Vulgus vocat, *une tige, un ſion, une verge.*

Stilus, Inſtrumentum æneum, vel argenteum, nonnunquam & ferreum, quo in albo, id eſt in ceratis tabellis antiquitus ſcribebatur, ut nunc in libellis ligneis vel codicillis mercatores ſcribunt. Plaut. Bacch. 4. 4. 81.

Nunc

Nunc tu abi, Piſtoclere, ad Bacchidem atque effer cito.
P. Quid? C. ſtilum, ceram, tabellas & linum. Plin. lib 34. cap. 14. Et ſtilo ſcribere inſtitutum, ut vetuſtiſſimi auctores prodiderunt.
Acumen ſtili. V. Acumen in ACUO.
Vertere ſtilum, eſt Inducendi expungendique cauſa, ſtili partem acutam ſurrigere, qua ſcribimus: altera, quæ retuſior eſt aut latior, proclinata, & ſcriptis delendis impacta. Nam antiquitus in tabellis ceratis ſcriptitabant ſtilo, ſeu graphio, cujus altera parte, nimirum acuta, per æquor cereum ducta, litteras exarabant, altera latiore rurſum obliterabant, quod exaraſſent. Cic 4. Verr. 101. Quum hæc ad iſtum afferrentur, timuit aliquando, & commotus eſt, vertit ſtilum in tabulis ſuis, quo facto, cauſam omnem evertit ſuam. Hieronymus quoque meliorem ſtili partem vocat, quæ pejora de auctoribus confodiat eradatque. Sed & in Rufinum idem Hieronymus, Illico vertis ſtilum, & omnia, laudata prius, vituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarum. In ſumma, Stilum vertere, eſt Mutare quod ſcripſeris. Hor. 1. Serm. 10. 72.
Sæpe ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſint
Scripturus.
Stilus, pro Ipſa ſcriptione, vel Scribendi exercitatione, ut
Stilus dicendi opifex. Cic. 7. Fam. 26. Cic. 1. de Orat. 150. Stilus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.
Exercitatio & Stilus. Cic. 3. de Orat. 190. Hanc igitur ad legem, cum exercitatione, tum ſtilo, qui & alia, & hoc maxime ornat & limat, formanda nobis oratio eſt.
Exercitatus ſtilus. Cic. in Orat. 150. Sed tamen ſtilus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi.
Aſſequi ſtilo. Plin. 3. Epiſt. 9. Syllogiſmi circumſcripti & effecti, quod ſtilo quoque aſſequi magnum eſt. i. e. Meditatione, tempore, ſcriptione, cura, diligentia. [Loci nota falſa eſt.
Depaſcere ſtilo ubertatem orationis. Cic. 2. de Orat. 96. In ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtilo depaſcenda eſt.
Proſequi aliquid ſtilo, id eſt ſcriptis, aliquid mandare litteris ad memoriam. Plin. 1. Epiſt. 8. ad Saturninum, Quid fuerit utilius, quam munificentiæ rationem etiam ſtilo proſequi?
Requieſcit ſtilus lectione. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Signare rem aliquam ſtilo. Paterc. lib. 2. 16. pr. Nequeo tamen temperare mihi, quin rem, ſæpe agitatam animo meo, neque ad liquidum ratione perductam, ſignem ſtilo. h. e. In mea includam hiſtoria.
Stilus, [Φράσις] Structum ipſa orationis. Ter in prol. And. 12.
Diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtilo. Ubi Donatus, Oratio, in ſenſu: ſtilus in verbis. Oratio, ad res: ſtilus, ad verbum.
Unus enim ſonus eſt totius orationis, & idem ſtilus. Cic. de Clar. Orat. 100.
Attico ſtilo ſcriptæ orationes. Cic. de Clar. Orat. 167.
Confuſus ſtilus. Quintil lib. 1. cap. 1. Tardior ſtilus cogitationem moretur, tædia, & confuſus intellectu caret.
Mollior ſtilus. Macrob lib 6. Saturn. cap. 3. ad finem.
Negligens ſtilus. Quintil. lib. 2. cap 4.
Preſſus demiſſuſque ſtilus. Plin. 1. Epiſt. 8. ad Saturn. Onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiamſi ſtilus ipſe fuerit preſſus, demiſſuſque.
Rudis ſtilus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tardior ſtilus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Conſcribere ſcelera ſtilo impuro. Cic. de Aruſp. Reſp. 1.
Stilus, pro Punctione ac reprehenſione aliquando accipitur, quæ ſcriptis & invectivis libellis fieri ſolet. Plinius in Præfatione, Quod ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtili naſum, dicendum ſibi putavit, &c. V. Naſus, pro Reprehenſione, in NASUS. Cic. pro Cluent. 123. Si ideo quis ſubſcripſerint: videte quid agatis, &c. Cenſorium ſtilum, cujus mucronem multis remediis majores noſtri retuderunt, æque poſthac, atque illum Dictatorium gladium pertimeſcamus.
Dare pœnas ſtili. Cic. 6. Fam. 7.
STIMICON, Proprium paſtoris cujuſdam, apud Virg. 5. Ecl. 55.
Jampridem Stimicon laudavit carmina nobis.
STIMMI, indecl. V. STIBIUM.
STIMŬLUS, i. m. vel STIMULUM, i. n. [κέντρον ἐλατῆρι, Gl. L. G. κέντρον, βουκέντρον G. L.] proprie dicitur Fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boves ſuppungunt. Plaut. Truc. 4. 2. 54.
Nugæ ſunt. ſi ſtimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. Idem Aul. 1. 1. 9.
Si hodie hercle fuſtem ceperis, aut ſtimulum in manum, &c.
Equorum ſtimuli. Ovid. 2. Met. 127.
Parce, puer, ſtimulis, & fortius utere loris.
Stimulorum ſeges, apud Plaut. Aulul. 1. 1. 6. eſſe videtur, In qua, velut ſegete, ſe ſtimuli cædenda & verberanda, ut in ſegete meſſores, exercent. Turneb. Adverſ. 24. 23.
Stimulus, per tranſlationem, Quicquid nos pungit, & a quo vexamur. Plaut. Truc 4. 3. 79.
Næ iſta ſtimulum longe habet, quæ uſque illinc cor pungit meum.
Doloris ſtimuli. Cic. 2. Tuſc. 66. Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis, adipiſcendæque honeſtatis cauſa faciamus, non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.
Invidiæ ſtimulus. Sil. lib. 7. 528.
— nec non Patrum Saturnia mentes
Invidiæ ſtimulo fodit & popularibus auris.
Veneris ſtimuli. Lucret. lib. 4. 1209.
Stimulus, Incitamentum quodvis; & irritamentum. ut
Acres ſtimuli. V. ACER Adj. Tacit. 1. Hiſt. 15. Secundæ res acrioribus ſtimulis animos explorant.
Accenſæ ſtimulis majoribus iræ. Stat. 11. Theb. 497.
Addere ſtimulus. Lucan. 1. 263.
Adhibere ſtimulos. V. ADHIBEO.
Adigere ſtimulos. Sen. Epiſt. 71. Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, ubi illis ſtimulos adegit dolor, excitentur.
Adjicere ſtimulos. V. ADJICIO.
Admovere alicui ſtimulos. Cic. pro Sext. 12. Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus Conſulem ad rem gerendam excitarit, quos ſtimulos admoverit homini?
Agitatus ſtimulis amoris. Ovid. 2. Faſt. 779.
Avertere ſtimulos cæci amoris. Virg 3. Georg. 210.
Condidit cæcos ſtimulos, i. e. Furores occultos. Ovid. 1. Met. 726.

Dare ſtimulos laudum, Exhortari ad laudes. Stat. 1. Achil 203.
Frangere ſtimulus nequitiæ; Impetum femineum compeſcere. Propert. lib. 3. 19. 10.
Incitat haud mollibus ſtimulis iras. Virg. 11. Æn. 452.
Movere acres ſtimulos irarum. Lucan. lib. 2. 324.
Subdere ſtimulos animo. Liv. 6. 34.
Subjectare ſtimulos laſſo. Hor. 2. Serm. 7. 94.
Subeſt cæcus aliquis ſtimulus cordi Lucret. lib. 3. 887.
Suffigere novos ſtimulos dolori, Occulte infigere. Sen. Theb. 206.
Vertere ſtimulos ſub pectore alicui. Virg 6. Æn. 101.
Stimulus, Inſtrumentum, quo rei & damnati vexati fuerunt. Plaut. Moſt. 1. 1. 53.
O carnificinum cribrum! quod credo fore:
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, ſi noſter huc reveniet ſenex.
Stimulus, Inſtrumentum militare. Cæſ 7. Bell. Gall. 73. Ante hæc taleæ, pedem longæ, ferreis hamis infixis, totæ in terram infodiebantur, mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos Stimulos nominabant. [Conf. 82. 1. & Curt 4. 13. 3.
STIMŬLO, [κεντρίζω, Gl. G. L.] āre. Stimulo laceſſere, Pungere. ut Currum ſtimulare. Sil. lib. 16. 366. Currum pro Equis dixit.
Verbere caudæ ſtimulavit ſe leo. Lucan. lib. 1. 208.
Stimulo, Commoveo, Incito, [παροξύνω. ἐρεθίζω, Gl. L. G.] ut Plaut. Ciſt. 2. 1. 4.
Jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer. Ter. Heaut. 2. 1. 11.
Magis me nunc amicæ dicta ſtimulant, da mihi, atque affer mihi.
Stimulare ad arma. Liv. 1.
Accendere & ſtimulare. Liv. 25. 13.
Stimulare & incitare. Liv. 3. 68. ad fin.
Iras ſanctas ſtimulavimus, i. e. Compoſitam litem, & ſopitam iracundiam iterum concitavimus. Stat. 12. Theb. 417.
Stimulat, Caſtigat. [νύσσει, ἐπιπλήττει, Gl. L. G.]
Stimulare ac pungere. Cic. pro Roſc. Amer. 16. Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesque ſtimulat ac pungit, ut evellatis poſtulat.
Solitudo me ſtimulat. Cic. 12. Att. 13.
STIMULĀTUS, a, um. Partic. [κεντρισθείς] ut,
Animus rabie furenti ſtimulatus. Catul. de Berecynth. 64. 4.
Jurgia ſtimulata vino. Ovid. 1. de Arte Am. 591.
STIMULĀTIO, ōnis. f. [κεντρισμός Gl. G. L.] Plin. lib. 35. cap 2. Et erat hæc ſtimulatio ſumma, & ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Vetus codex legit, Et erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus, &c.
Privata ſtimulatio. Tacit. 1. Hiſt. 90.
STIMULĀTOR, ōris. m. [κέντωρ, κεντρωτής] Cic. pro Domo, 12. Si in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem ſtimulator & concitator tu fuiſti. el. Inſtimulator.
STIMULĀTRIX, īcis. f. [κέντρισσα] Plaut. Moſt. 1 3. 62.
In anginam ego nunc velim verti, ut veneficæ illi
Fauces prehendam, atque enicem ſceleſtam ſtimulatricem. conf. 46.
STIMULEUS, a, um. Adj. [κεντρωτός] ut, Supplicium ſtimuleum Plaut. Milit. 2. 6. 31.
Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum datur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum. i. e. Cruciatus multis ſtimulis infligitur.
STINGO, vel STINGUO, ſtinxi, ſtinctum, [σβεννύω] ĕre. Idem quod Exſtinguere. Cic. in Prognoſt. apud Priſc lib. 10.
Ut quum luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguntur radii cæca caligine tecti. Lucret. lib. 2. 827.
— ut cernere poſſis
Evaneſcere paulatim, ſtinguique colorem. Idem lib. 4. 1091.
Ut bibere in ſomnis ſitiens quum quærit, & humor
Non datur, ardorem qui membris ſtinguere poſſit.
STIPA, V. STUPA.
STIPATOR, V. STIPO.
STIPES, ĭtis. m. [στέλεχος ἄφυλλον, ἀπρεμές, κορμός, Gl. L. G.] Fuſtis terræ defixus, ut ait Feſtus. Cæſ 1. Bell. Civil. 27. Foſſas tranſverſas viis præducit, atque ibi ſudes, ſtipiteſque præacutos defigit.
Defoſſus in agro ſtipes. Ovid. 2. Faſt. 642.
Duri ſtipites. Virg. 7. Æn. 524.
Gravis ſtipes. Sen. Herc. fur. 13.
Inanis ſtipes. Ovid. de Nuce 32.
Nodoſo ſtipite mactare alignem. Ovid. 3. Faſt. 751.
Quernus ſtipes. Ovid 4. Faſt. 331.
Ramoſo ſtipite nixus. Ovid. 3. Faſt. 751.
Vaſtus ſtipes. Senec. Herc. fur 13.
Viridis ſtipes. Ovid. in Ibin, 337.
Stipes, per tranſlationem accipitur pro Stulto, inſulſo, & fatuo. Ter. Heaut. 5. 1. 4.
— nunc in me quidvis harum convenit rerum,
Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus plumbeus.
Cic. in Piſon. 19. Sed qui, tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatus.
Invenitur & Stips rect. ſig. Gloſſ Græcolat. Στύπος, Stips. Et Στέλεχος, Stirps, codex, robor. [Ubi puto Stips ſcribendum.
STIPHANA, Lacus in Amaſienſium agro, piſcoſus, & variis paſcuis abundans. Strab. lib. 12.
STIPHĔLUS, i. m. Unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, a Cæneo interfectus in ea pugna, quæ in Pirithoi nuptiis commiſſa eſt inter Lapithas & Centauros. Ovid lib. 12. Met. 459.
Quinque neci Cæneus dederat Styphelumque, Bromumque, &c.
STIPO, [πυκνόω Gl. G. L.] āre. Claudendo coarctare, denſareque, & quaſi ſtipa ſive ſtupa obturare, quod in navibus fieri videmus. Alii Stypo malunt ſcribere, a verbo Græco στύφω, id eſt obturo, ſtringo: ſed rectius illi qui per i ſcribunt, cum Varrone deducentes a Græco vocabulo στοιβή. Varro de L. L. 4. 36. Virg. 3. Æn. 465.
— ſtipatque carinis
Ingens argentum, Dodonæoſque lebetas. Columel. lib 9 cap. 13.

Quoniam, ſi non ſperant ceras omnes liquoribus ſtipare, fetibus expleant. Virg. 1. Æn. 436. de apibus, — aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas.
Turba ſtipat fora. Lucan. ad Piſon. 39.
Stipare, vel Stipari Dep. [δορυφορεῖν Gl. G. L.] Circumdare aliquem, defendendi illius cauſa. Virg. 4. Georg. 216.
Illa operum cuſtos: Illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantque frequentes. Cic. pro Muren. 24. Catilinam interea alacrem, atque lætum, ſtipatum choro juventutis, vallatum indicibus atque ſicariis. Idem pro Milon. pr. Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat: non uſitata frequentia ſtipati ſumus. Idem 3. Philipp. 30. Senatum ſtipaverit armatis.
Cœtus miniſtrûm hunc ſtipantur. Stat. 3. Silv. 1. 87.
Caterva magna ſtipante inceſſit. Virg. 1. Æn. 501.
Stipare Platona Menandro. Hor. 2. Serm. 3. 11. i. e. Tanquam ſtipatorem & comitem Platoni Menandrum adjungere: quod non philoſophandi tantum cauſa, ſed etiam ſermonum ſcribendi in villam ſeceſſiſſet, cum in ſermonibus imitari ſoleret lepores ſaleſque Menandri, Eupolidis, Archilochi. Ex Turneb.
Stĭpātus, a, um. Partic. [illegible] ut,
Stipata cohors, [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.
Curia ſtipata verendis patribus. Ovid. 4. de Pont. 9. 143.
Comitum turba ſtipata eſt dea. Ovid. 3. Met. 186. Virg. 11. Æn. 12.
— omnis enim ſtipata tegebat Turba ducum.
Stipatio, ōnis. f. [illegible, Gl. G. L.] Ipſe actus ſtipandi. Plin. lib. 10. cap. 23. Feſſi proferuntur ad primos, ita ceteri ſtipatione naturali propellunt eos.
Aggreſſionum, & enthymematum ſtipatio. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Stipatio, [δορυφορία] Cic. pro Sull 66. Ejus aſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum, metum nobis ſeditioneſque afferebant.
Stipatio, Multorum hominum multitudo denſa & ſtipata. Plin. 4. Epiſt. 16. ad Paulin. Proximo quum dicturus apud Centumviros eſſem, adeundi mihi locus, niſi e tribunali, niſi per ipſos judices non fuit: tanta ſtipatione cetera tenebantur. *Tant eſtoit la preſſe grande.*
Stĭpātor, ōris. m. [illegible Gl. G. L.] Qui in navibus ſtipam ſive ſtupam componit, inquit Serv. in Virg. 3. Æn. 456.
Stipatores, [δορυφόροι Gl. L. G. & G. L.] Qui regum vel aliorum corpora cuſtodiunt, a ſtipe, quam accipiebant: vel quod reges ſtipent, & undique circumdent. Cic. 2. Off. 25. Præmittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres, &c. Idem 5. Verr. 65. Apronius ſtipatores Venerios ſecum habebat, ducebat eos circum civitates. Idem pro Lege Agrar. 2. 32. Janitores ex equeſtri loco, ducentos in annos ſingulos, ſtipatores corporis conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis.
Stipatores, ait Verr. dictos a ſtipe, quam mercedis nomine accipiant cuſtodes cujuſque corporis: unde ſtipam, in quam amphoræ, quum exſtruuntur, formari ſolent. Feſt. Idem alio loco, Stipatores, Corporis cuſtodes, quos antiqui Latrones vocabant. i. e. Mercenarios, qui cum ferro velut circumdant regum corpora.
Stipator, Comes. Hor. 1. Serm. 3. 138.
Stĭpĕlēius, a. Adj. [illegible] Gloſſ. Græcolat.
Stipidōſus, a, um. Adj. Apul. de Herb. 67. Radix ſtipidoſa. [An Stipitoſa?
Stipticus, V. stypticus.
Stips, vel Stipis, is. f. [illegible, Gl. L. G. alt.] dicitur Pecunia, quam antiqui vel in ærarium reponebant, vel diis offerebant, vel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem vitæ. Plin. 8. Epiſt. 8. pr. Eluctatuſque facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit, purus & vitreus, ut numerare jactas ſtipes & relucentes calculos poſſis. V. Buchn. not. conf. Lipſ. ad Tacit. 14. Ann. 36.
An [illegible]; Vide in Sportula ex Appiano. Fortaſſe pro Stipe, deinde & pro Stipendio, dictum [illegible], ut apud Latinos, factum Stipendium a Stipe. H. St. Falli ipſum in [illegible] ibidem docuimus.
Stipem eſſe nummum ſignatum, teſtimonio eſt & id quod datur ſtipendium militi, & cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari dicitur. Feſtus.
Mercaturæ ſtipis ancilla, pro Scorto. Plin. lib. 10. cap. 63.
Cogere ſtipem, Mendicare. Cic. 2. de Legib. 22.
Colligere ſtipem. V. colligo.
Conferre ſtipem. Ulpian. de Collect. illic. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtruam conferre, dum tamen ſemel in menſe coeant. Liv. 25. 12.
Stipem minimam non confert hæc res. Columel. lib. 8. cap. 1. i. e. Fructum.
Ditantes omnia ſtipe largifica. Lucret. lib. 2. 627.
Focillare miſerum parva ſtipe. Lucan. ad Piſon. 114.
Quærere opes parva ſtipe. Ovid. 4. Faſt. 350.
Spargere ſtipem. Plin. lib. 33. cap. 10.
Stipem, Ἐλεημοσύνην. Gloſſ. Latinogræc.
Stĭpendium, ii. n. [μισθὸς στρατιωτικός, μισθοφορά, ὀψώνιον στρατιωτικόν, στιπένδιον, Gl. L. G. μισθὸς εἰς στρατείαν, G. L.] Æs militare, ſeu quod militibus datur. Varro de vit. Pop. Rom. Stipendium appellabatur æs, quod militi ſemeſtre aut annuum dabatur: cui datum non ſit, propter ignominiam, ære dirutus eſſet. V. Non. 12. 53. Compoſitum nomen ex Stipe, & Pendo, quaſi Stipe pendarata ſit. Ulpianus, De verborum ſignific. l. Ager. Stipendium, a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt modica æra, colligatur. Plin. lib. 33. cap. 3. Ubi de locutionibus ab aſſibus appenſis ductis. Quin & militum ſtipendia, hoc eſt ſtipis pondera, Diſpenſatores, Libripendes dicuntur.
Vide stips. H. St. Stipendium, quaſi Stipipendium a Stipe pendenda recte duci docet Voſſ. in Etymol. q. V. Nutante Varrone in 4. extr. de L. L.
Accipere ſtipendium. V. accipio.
Afficere ſtipendio. Cic. pro Corn. Balb. 61. Idem in anguſtiis ærarii victorem exercitum ſtipendio affecit. V. afficio.
Capere ſtipendium. V. capio.
Cogere ſtipendium. V. cogo.
Conferre ſtipendium. V. confero.
Conſtituere ſtipendium militi. Quintil lib. 3. cap. 8.
Decernere triumphum alicui, ac ſtipendium. Cic. ad Brut. 17. & 1. Fam. 7. Stipendium Cæſari decretum eſt.

Metiri ſtipendium. V. metior.
Numerare ſtipendium. Cic. in Piſon. 88. Quid ſtipendium militibus per omnes annos a civitatibus, menſis palam propoſitis, eſſe numeratum?
Perſolvere ſtipendium. V. persolvo.
Stipendium etiam ſignificat Annum militiæ, quo miles meret, & per ſtipendia annos militiæ numerabant veteres. Hinc in Inſcriptionibus antiquis, militavit annos VI vel X vel XV, tot ſtipendia habere legimus, decem aut duodecim, quod eſt tot annis militaſſe. Plaut. Epid. 1. 1. 36.
Si in ſingulis ſtipendiis ad hoſtes exuvias dabit. Nep. de Catone 24. 1. 2. Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque. Tacit. 1. Ann. 36. Miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſena dena feciſſent. Inſcriptio Tranſilvanica Albæ Juliæ,
P. AELIVS. VETVSTINVS. MIL. LEG.
XIII. G. STIP. XV. VIX. AN. L.
Stipendiis duobus. Plin. lib. 7. cap. 28. Secundo ſtipendio dextram manum perdidit: ſtipendiis duobus ter & vicies vulneratus eſt.
Confectis ſtipendiis. Cic. pro Lege Manil. 26. Partem militum, qui jam ſtipendiis confectis erant, dimiſit.
Emerita ſtipendia ambitionis, &c. Cic. de Seneſ. 49. At illa, quanti ſunt, animum, tanquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, ſecum eſſe, ſecumque, ut dicitur, vivere?
Explere quadraginta ſtipendia. Tacit. 1. Ann. 35. pr.
Facere ſtipendia pedibus. Liv. 1. 27. V. facio.
Facturos ſe ſtipendia equis promittunt. Liv. 5. 7.
Qui pedeſtria ſtipendia feciſſet. Liv. 7. 13. pr.
Opulenta ac ditia ſtipendia facere. Liv. 21. 43. In oratione Annibalis, ad milites.
Imbui ſtipendiis caſtrenſibus. Plin. 8. Ep. 14. Inde adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum ſequuntur, aſſueſcerent. V. imbuo.
Mereri ſtipendia. Cic. pro Cœl. 11. Et 2. de Orat. 258. Quum Aſellus omnes provincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur. Et pro Muren. 12. Merere ſtipendia in bello. V. mereo.
Stipendium quoque Tributum vocatur; Cæſ. 1. Bell. Gall. 44. Stipendium capere jure belli, quod victores victis imponere conſueverint. Tacit. 4. Hiſt. 74. Stipendia ſine tributis haberi non poſſunt.
Dependere ſtipendium. Cæſ. 1. de Bell. Gall. 44.
Imponere ſtipendium. Cæſ. 1. de Bell. Gall. 44. & 45.
Pendere ſtipendium quotannis. Cæſ. 1. Bell. Gall. 36. Liv. 2. 9.
Remittere ſtipendium. Cæſ. 1. de Bell. Gall. 44.
Stipendium tranſlate, pro Pœna. Hor. Epod. 17. 37.
Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium? Catull. de Nuptiis Pelei & Thet. 173.
Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro.
Stipendiālis, e. Adj. [μισθοφορικός] Quod pertinet ad ſtipendium. Sidon. 8. Epiſt. 9. 47.
Poſſit tendere ſub ſtipendiali.
Stipendiārius, a, um. Adj. [μισθοφόρος, ὑποτελής] Tributarius, qui ſolvendo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio nomine vectigalis dicitur. Unde multi populi ſtipendiarii Reip. Romanæ dicebantur, qui ſolvebant ſtipendium. Cæſ. 1. Bell. Gall. 30. Reliquaſque civitates ſtipendiarias haberent. Sic 36. Æduos ſibi, quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi ac ſuperati eſſent, ſtipendiarios eſſe factos. Et 7. Bell. Gall. 33. Ne ſtipendiariis Heduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret. Plin. lib. 3. cap. 3. Cic. 1. Verr. 7. Socii, ſtipendiariique Pop. Rom. afflicti, miſeri. Sic pro Corn. Balb. 24. Quæ pateant ſtipendiariis, pateant hoſtibus. Plin. lib. 5. cap. 4. Stipendiarium oppidum.
Stipendiarium vectigal, i. e. Certum. Cic. 5. Verr. 12. Inter Siciliam ceteraſque provincias, Judices, in agrorum vectigalium rationibus hoc intereſt, quod ceteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, &c. aut cenſoria locatio conſtituta eſt.
Stipendiārius, ii. m. [illegible Gl. G. L.] Miles Vegetio dicitur, qui aliquot jam ſtipendia habet, Tironique opponitur, qui novellus eſt. Veget. de R. M. 1. 18. Non tantum a tironibus, ſed a ſtipendiariis militibus ſalitio equorum diſtricte eſt ſemper exacta. Annotavit Turneb. conf. Liv. 8. 8. pr.
Stipendiōſus, a, um. Adj. [μισθοφόρος] Stipendioſos Veget. vocat Ærarios milites ſive mercenarios, qui ſtipendia faciunt: quamvis & Stipendioſi dicantur, Stipendiis pleni: hoc eſt qui ſtipendia plurima fecerunt. Veget. de Re Mil. 1. 18. in MſT. conf. 2. 23.
Stipendior, [μισθοφορέω] ări. Stipendium recipere. Plin. lib. 6. cap. 19. Regi eorum peditum ſexcenta millia, equitum XXX millia, elephantorum novem millia, per omnes dies ſtipendiantur. i. e. Stipendia faciunt & merent.
Stipendiātus, a, um. Partic. Suſtentatus. Tertull. adv. Jud. cap. 9. Pannis armati & butyro ſtipendiati.
Stĭpŭla, æ. f. [καλάμη Gl. L. G. & G. L. ἀχυρὸν L. G.] a Stipa, ſive Stupa deducitur; ſive quod ſtupæ inſtar utatur, ſive quod ea quoque ſtipari tectorum ſimæ conſueverant: Calamus eſt frumenti, puta tritici, hordei & ſimilium, quod ſcilicet continet ſpicam. Plin. lib. 14. cap. 16. Proximum fit e milii ſemine maturo cum ipſa ſtipula. Virg. 3. Ecl. 27.
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.
Crepitans ſtipula. Ovid. 4. Faſt. 781.
Fabalis ſtipula. Ovid. 4. Faſt. 725.
Levis ſtipula. Virg. 1. Georg. 85.
Viridis ſtipula. Virg. 1. Georg. 315.
Volantes ſtipulæ. Virg. 1. Georg. 321.
Stipula, Quæ remanet in campo, demeſſo frumento. Ter. Adel. 5. 3. 62.
Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat.
Stĭpŭlo, [ἐπερωτάω. Gl. G. L.] āre. & Stipulor, [ἐπερωτῶμαι, Gl. G. L.] āri. verbum juris eſt, Poſtulare ſibi promitti aliquid ſolennibus verbis. Cic. 2. de Legib. 53. Si is, cui legatum eſt, ſtipulatus eſt id ipſum quod legatum eſt, ut ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. Idem pro Roſc. Com. 13. Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? nemo. Juriſconſ. Si ita a te ſtipulatus fuero; Quanto minus a Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes? non ſolet dubitari, quin ſi nihil a Titio fuero conſecutus, totum debeas quod Titius debuerit. Columel. in præf. lib. 10. Fenoris tui, Silvine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi reliquam penſiunculam percipe.
Stipulor,

Stipulor, Verbum commune eſt ſecundum Priſcianum lib. 8. fol. 225. a. Aldi. quod tam in Activa, quam in Paſſiva ſignificatione Ablativo jungitur, Stipulor a te, pro Interrogo te, & interrogor a te. Plin 2. Epiſt. 11. non ita procul a fine. Nam & rationibus Marciani, & ſermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe, ſtipulatuſque de Marciano quinquaginta millia denariorum probabatur. Plaut. Curc. 4. 1. 12.

Ibidem erunt ſcorta exoleta, quique ſtipulari ſolent. Suetonius, in 4. Prætorum, Lætoris (alii legunt Lex prætoria) quæ vetat minorem annis viginti quinque ſtipulari. i. e. Interrogari. Citat & alia Priſcianus exempla.

Stipulum, verbum eſt antiquum, quod firmum ſignificabat, hinc Stipulatio dicta, quod promiſſio ſtipulando facta firma eſſe debeat, auctore Paulo lib. Sententiarum 5. titulo 8. Vel dicitur Stipulatio a Stipe, id eſt pecunia, auctore Varr. 4. de L. L. extr. nam proprie de pecunia dicitur, licet ad alias quoque res referatur.

Stipulātio, ōnis. f. [ἐπερώτησις, Gl. L. G. & G. L. ὁμολογία L. G.] Pomponius in l. ſtipulationum aliæ. D. de verb. oblig. Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſpondet. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 15. Utinam nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret: nec pacta conventaque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſervaret, & æquum colens animus. Cic. 16. Att. 11. Etſi nondum ſtipulationes legeram. Idem 1. de Legib. 14. Stipulationum & judiciorum formulas componam.

Juſtinianus Inſtitut. De verbor. obligat dictam putat Stipulationem, quod ſtipulum apud veteres firmum appellabatur, forte a ſtipite deſcendens. Alciatus putat legendum ἀπὸ τῆς ϛύπης. Sane ſtypos truncum & ſtipitem ſignificat, omnemque arborem duram ac firmam. Omnis autem promiſſio ſtipulando facta debet firma eſſe. Varro tamen lib. 4. de L. L. extr. a ſtipe, id eſt pecunia, ſtipulationem dictam mavult. Nam proprie de pecunia dicitur, licet ad alias res etiam referatur. V. Feſt. in Stipem.

Formulas de ſtipulatione vide in titulo De verborum obligationibus, & titulis ſequentibus. DD.

Stipulatio pure concepta. Paulus in l. 4. D. de pactis.

Reſcindenda ſtipulatio. Ulpian. in l. Juriſgentium. §. Item ſi quis. D. de pactis. Et ſi ſtipulatio ſit interpoſita de his, pro quibus paciſci non licet: ſervanda non eſt, ſed omni modo reſcindenda.

Acceptam facere ſtipulationem, eſt Eum, qui per ſtipulationem promiſit, obligatione liberare. Ulpianus, in l. Julianus. D. de do. ma. & me. except.

Stipulatiuncŭla, æ. f. dimin. [ἐπερωτημάτιον] Cic. 1. de Orat. 174. Tu mihi, quam in circulo decipiare adverſarii ſtipulatiuncula, &c.

Stipulātus, ûs. m. [ἐπερώτησις] Idem quod Stipulatio: Plinius 7. 47. Jovis, deorum ſummi, ſtipulatu. Al. Adſtipulatu. Quintil. Decl. 12. Stipulatu legati noſtri perimus. Ulpian. l. 3. in princ. D. de verbor. oblig. Acquiret ei ex ſtipulatu actionem.

Stipulātor, ōris. m. [ἐπερωτητὴς] Qui per Interrogationem obligat promiſſorem. Cic. pro Quint. 58. Litteræ P. Quintii, teſtes tot, quibus omnibus cauſſæ juſtiſſima eſt cur ſcire potuerint: nulla cur mentiantur, quam a ſtipulatore tuo comparabuntur. al. Adſtipulatore.

Stīria, æ. f. [ὁ τοῦ ὕδατος κρυσταλλωθεὶς σταλαγμὸς, Gl. L. G.] proprie eſt Aqua frigore concreta pendens, guttatimque ſtillans. Martial. lib. 7. 36.

Turpis ab inviſo pendebat ſtiria naſo. Virg 3. Georg. 366.

Stiriaque impexis induruit horrida barbis. Plin. lib 34 cap. 12.

Fit & pluribus modis, genere eo in ſcrobe cavato: quarum a lateribus deſtillantes hiberno gelu ſtirias, ſtalagmias vocant, neque eſt purius aliud, &c.

Stiriăcus, a, um. Adj. Solin. cap. 40. Ubi cum areſactum inolevit, guttis ſtiriacis legitur. De Stype.

Stiricĭdium, i. n. Feſtus: Stiricidium quaſi ſtillicidium, cum ſtillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale eſt, ſtilla deminutum. V. stillicidium in stilla.

Stirps, ſtirpis. c. [ῥίζα, Gl. L. G. & G. L. κλάδος, παραφυάς, L. G.] Stirpes ſunt Radices, ſeu virgulta, quæ de radicibus naſcuntur. Ea & Germina dicuntur, hinc & Germinalis arbor Paulus in l. Silva cædua. D. de verbo. ſignif. Silvam cæduam. Servius eſſe putat, Quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcatur. Ex Alciato. Cic. 7. Verr. 101. Ego naves inanes fuiſſe dico: remiges, nautaſque dimiſſos: reliquos ſtirpibus vixiſſe palmarum.

Stirps, quum de arboribus dicitur, m. g. eſt. Virg. 12. Æn. 208.

Quam ſemel in ſilvis imo de ſtirpe reciſum. V. ibi Serv. Pier. & de la Cerd. Voſſ. de Analog. 1. 23. extr. p. 583. ed. Blæv.

A ſtirpe, pro Stirpitus, vel funditus. Liv. 44. V. a vel ab præpoſ.

Committere ſtirpes ramis. Lucret. lib. 5. 1364.

Cum imis ſtirpibus evellere aliquid. Virg. 2. Georg. 209.

Obruere ſtirpes arvo. Virg. 2. Georg. 24.

Invenitur etiam fem. Hor. 3 Carm. 29. 37.

Stirpeſque raptas, & pecus, & domus. Columel. lib. 2. cap. 2.

Præfractas ſtirpes.

Octogenæ ſtirpes. V. Octogenus in octo.

Validæ ſtirpes. Virg. 2. Georg. 367.

Stirps, quum de homine dicitur, f. g. eſt, teſte Servio. Virg. 7. Æn. 293.

Heu ſtirpem inviſam. Idem 3. Æn. 94.

— quæ vos a ſtirpe parentum

Prima tulit tellus. [In hoc & ſeq non apparet genus.

Stirpes ſceleratorum hominum. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 33.

Auctor ſtirpis. Sen. Agamem. 4.

Antiqua a ſtirpe ortus. Virg. 1. Æn. 171.

Divinæ ſtirpis alumnus, Æſculapius Apollinis filius. Ovid. 2. Met. 633.

Egregia Priami de ſtirpe. Virg. 5. Æn. 297.

Humili de ſtirpe creatus Ovid. 14. Met. 699.

Lemniaca ſtirps V. lemnus.

Nefanda ſtirps. Sen. Agamem. 41.

Præclara ſtirpe deorum. Virg. 4. Georg. 322.

Ultima ſtirps. Sen. Herc. fur. 4.

Stirps, Proles, ſoboles. Stat 1. Silv. 2. 172. Nec formæ, nec ſtirpis egens.

Feminea ſtirps. Ovid. 13. Met. 651. Al. Sors.

Virilis ſtirps. Ovid. 13. Met. 529.

Stirps quæſtionis, Origo, fundamentum: per tranſlationem. Cic. 4. de Finib. 5. Differo eam partem, quæ quaſi ſtirps eſt hujus quæſtionis.

Altæ ſtirpes ſtultitiæ. Cic. 3. Tuſc 3. Audeamus, non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere: tamen aliquid relinquetur fortaſſe, ita ſunt altæ ſtirpes ſtultitiæ.

Stirpĭtus, Adv. [ῥιζόθεν Gl. G. L.] i. e. Radicitus. Cic. 4. Tuſc. 83. Hunc errorem, quaſi radicem omnium malorum, ſtirpitus Philoſophia ſe extracturam pollicetur.

Stirpesco, [ῥιζοφυτοῦμαι] ĕre. In ſtirpem converti. Plin. lib. 19. cap. 8. Sarriri jubet idem, non ante, quam aſparagus natus fuerit, ne in ſarriendo radices vexentur, ex eo valli aſparagum ab radice. Nam ſi defringatur, ſtirpeſcere & intermori.

Stīva, æ. f. [ἐχέτλη τοῦ ἀρότρου, Gl. L. G. & G. L.] Aratri manica, nempe quæ tenetur manibus cum aratur. Virg. 1. Georg 174.

Stivaque, quæ currus a tergo torqueat imos. Dicta Stiva a ſtando, quia per eam regula ſtat, & quaſi temo inter boves. Columel lib. 1. cap. 9. Quod in re ruſtica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando ſtivæ pæne rectus innititur. conf. Varr. de L. L. 4. 31.

Innixus ſtivæ arator. Ovid. 8. Met. 218.

Premere ſtivam. Ovid. 4. Faſt. 825.

S T L

Stlāta, vel Stlatta, æ f. [πειρατικοῦ πλοίου εἶδος Gl. L. G.] Genus navigii (inquit Feſtus) latum magis quam altum: a latitudine ſic appellatum: ſed ea conſuetudine qua Stlatum, pro Latum, Stlitem, pro Litem dicebant antiqui: qui dictionibus ab l incipientibus, s & t litteras præponere ſolebant: ut etiam Quintil. docet lib. 1. cap 4. de Grammatica, ſive de litteris & earum poteſtate. V. Feſtum, & Gell. 19. cap. ult. Auſon. Epiſt. 22. 23.

Phaſelis, lintribus, ſtlatis, rate,

Tarnim & Garumnam permeat.

Stlatārius, a, um. Adj. Quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata advectum. Petron. cap. 108. Bellum ſtlatarium, i. e. Navale. Juven. 7. Sat. 134.

Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo. Stlatariam purpuram alii intelligunt Veſtem purpuream latam & amplam: ut ſit Latus clavus, ſeu veſtis ſenatoria. [Illecebroſa, ut vult Schol. vet quem omnino V.

Stlatarius, vel Stlactarius, i. m. [πειρατικὸς, Gl. L. G] Qui ſtlata vehit: ſicut a Scapha, Scapharius. [Sed Græca vox Lat. Gloſſ. in Græcolat. exp. Adulator, Ambitioſus, quaſi a Stlataria purpura.

Stlembus, i. m. Gravis & tardus. Lucilius,

— Apulidæ pedibus ſtlembum. dixit, cum refert equum pigrum & tardum. Feſtus.

Stlinquadrum, Σιλιγνίς, ἄρτυσις. Gloſſ. Latinogræc.

Stlipes, Δισπίαστρον. Ibid. [An Stlites? Neutrum ſatis intelligo.

Stlubio, Χαμαιλέων. Ibid. [ἴσως Χαμαίλευσ.

Stlopus, i. m. Sonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſ. 5. Sat. 13.

Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alii ſcribunt Sclopo. q. V.

S T O

Sto, ſtĕti, ſtātum, [ἵσταμαι, Gl. L. G. & G. L.] ſtāre. In ſe, ſua mole conſiſtere, cui oppoſitum Sedere. Plaut. Capt. prol. 1.

Hos, quos videtis ſtare hic captivos duos,

Illi qui ſtant, hi ſtant hic ambo, non ſedent.

Sta illico. o. hem! Ter. Phorm. 1. 4. 18.

Stant adverſis veſtigiis contra noſtra veſtigia Antipodes. Cic. 4. Acad. 123.

Ad undam ſtare. Virg. 4. Georg. 355.

Ad curiam. Cic. 2. in Catil. 5. Hos, quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in Senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, &c.

Ad cyathum ſtare, Stantem miniſtrare. V. cyathus.

Ad Senatum in Capitolio. Cic. 4. Acad. 137.

Ad verbera ſtare. Ovid. 1. Amor. 6. 19.

In æquo alicui ſtare, Conſiſtere, Æqualem eſſe. Senec. de Benef lib. 2. cap. 29. Quod infra deos ſumus, quod non in æquo illis ſumus, quod non in æquo illis ſtetimus.

Animis ſtare, Animum non abjicere. Cic. 5. Att. 18. Stamus animis: & quia conſiliis: ut videmur, bonis utimus, ſperamus.

Animo ſtare, & Deſipere, contraria. Hor 2. Serm. 3. 213.

Ante pedes alicujus ſtare, Coram aliquo Virg 9. Æn. 381.

Ante oculos noſtros ſtetit. Ovid. 1. Amor. 5. 17.

Stare circum, pro Circumſtare. Virg. 10. Ecl. 16.

In conſpectu ſtare. Liv. 27.

Contra. Virgil. 5. Æn. 477.

Dixit & adverſi contra ſtetit ora juvenci.

In judicio ſtare. *Eſtre en jugement*. H. St.

Juxta aliquem ſtare. Stat. 11. Theb. 618.

Pariter ſtare. Ovid. 4. de Pont. 9. 107.

Stant mihi cum domina prælia dura mea. Propert. lib. 3. 5. 2. i. e. Non exercemus prælia. [Immo Exercemus. Sed Broeckh. mavult Sunt. Cui eſt Eleg. 3. v. 24. Malim Stant. i. e. Decreta, ſtata ſunt.

Pretium ſtat merci. Plaut. Milit. 3. 1. 130.

Procul ſtare. Tibul. 1. 6. 42.

Propius ſtare. Hor. de Arte Poet. 361.

Sanguis ſtetit, Subſtitit hæmorrhagia. Plin. Epiſt. 154.

Suppliciter ſtabat. Hor. 1. Serm. 8. 32.

Stare de inanimatis etiam dicitur, ut navis, flumen, currus, ſol quoque & luna ſtare dicuntur. Plaut. Amph. 1. 1. 120.

Neque ſe luna quoquam mutat, ſtatque uti exorta eſt ſemel. Al. Atque. Paulo poſt

Ita ſtatim ſtant ſigna, neque nox quoquam concedit die. Virg 8. Æn 233.

Stabat acuta ſilex. Stat. 12. Theb. 415.

— ſtantes ſtabant ad flumina ſilvæ.

Ager ſtat fontibus, apud Cæcilium, pro Hæret.

Fabula dicitur ſtare. Ter. In prol. Hec. 15.
Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. Ubi Donatus, Agitur fabula quum recitatur: ſtat quum placet. Hor. 2. Epiſt. 1. 76.
Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.
Mare placidum ſtat ventis. Virg. 2. Ecl. 25.
Mens ſtetit in dubio. Lucan lib. 7. 246.
Nox ſtetit ante oculos meos. Ovid. 3. Amor. 5. 45.
Stare, In ſententia manere. Cic. ad Brut. 12. Qui ſi ſteterit idem, mihique paruerit, &c. conf. infra.
Conditionibus & conventis ſtare. Cic. 7. Att. 15. Omnes cupiebant Cæſarem ſtare, abductis præſidiis, conditionibus his, quas tuliſſet.
Conventis ſtare. Cic. 3. Off. 95. Facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita: commutata utilitate fiunt inhoneſta.
Decreto Senatus ſtare, pro Obedire, & non provocare. Cæſ. 6. Bell. Gall. 12.
Fides parum ſtat apud eum. Plaut. Pſeud. 1. 5. 62.
In fide ſtare, Perſiſtere. Cic. pro Rabir. 28. At ſi fides Saturnino data eſt, quod abs te ſæpiſſime dicitur, non eam C. Rabirius, ſed C. Marius dedit, idemque violavit, ſi in fide non ſtetit.
Ad finem ſtare, Durare uſque ad extremum. Ovid. 2. Amor. 6. 14.
Firmum ſtare, Non moveri ſententia, conſtantem eſſe. Livius 22. 9. Reſiſtes autem adverſus famam, rumoreſque hominum, ſi ſatis firmus ſteteris.
Eo quod judicatum eſt ſtare. Cic. 2. de Finib. 47. Nec enim ſatis eſt judicare quid faciendum, non faciendumve ſit: ſed ſtare etiam oportet eo, quod ſit judicatum. i. e. Obtemperare, aſſentiri, fidem habere, hærere, vel perſiſtere.
In eo quod oſtenderis, ſtes. Cic. 2. Att. 4. Si in eo, quod oſtenderat, non ſtat, mihi maxime placeat, ea quæ male empta ſunt reddi.
Judicio alicujus ſtare, pro Ejus judicio adhærere, obtemperare, aſſentiri. Cic. 8. Att. 4. Dionyſius quidem tuus potius, quam noſter, cujus ego cum ſatis cognoſſem mores, tuo tamen potius ſtabam judicio, quam meo, &c. Idem 2. Tuſc 35. Stabam judicio multitudinis.
Judicata re ſtare. Cic. pro Flacc. 65. Re judicata ſtari oſtendit placere.
Pacto ſtare. Liv. 9. 11. pr. Quin tu, Spuri Poſtumi, ſi deus eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas?
Promiſſis ſtare. Cic. 1. Off. 32. Jam illis ſtandum non eſſe quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiſerit?
Sententia ſtat, pro Immobile & fixum eſt. Ter. Eun. 2. 1. 18. Vide quid agas. PH. ſtat ſententia.
Cum Abl. Plaut. Curc. 2. 1. 35.
Quod eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia. Liv. 34. conf. Stat, Certum eſt, infra.
In eadem ſententia ſtare. Liv. 4. 44.
Stare & Fugere, contraria. Cic 2. Tuſc 54. Abjecto ſcuto fugiat quantum poſſit, ob eamque cauſam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, quum ei qui ſteterit, nihil tale evenerit.
Acies ſtat. Quintil. lib. 6. cap. 4. De altercatione. Lucan. lib. 7. 216.
— ſtetit ordine certo Infelix acies.
In acie ſtare. Cic. 10. Fam. 23. Tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem præſta, et vigilanter nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes.
A me ſtat. V. in A præpoſitione, A me ſtat.
Vide in ſeq. Stare a mendacio. Sic dicitur Stare a partibus alicujus H St.
A cauſa bonorum ſtare. Cic. de Clar. Orat. 273. Talis Trib. pleb. fuit, ut nemo, contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam, a Senatu, & a bonorum cauſa ſteterit conſtantius?
Ab adverſariis ſtare. Cic. 1. de Invent. 81. Ego horum unumquodque in reprehenſione, aut non eſſe ſignum, aut parum magnum eſſe, aut a ſe potius, quam ab adverſariis ſtare.
Stare cum Adverbio per locum ſignificante, ut Hac, Illac, Qua, &c. Ovid. 1. de Pont. 1. 12.
Qua ſteterant artes, pars vacat illa tibi. [Supple Parte.
Contra aliquem ſtare. Virg. 5. Æn. 414.
Hic magnum Alciden contra ſtetit.
Contra ſtudium alicujus. Cic. de Clar. Orat. 128. Quum is contra populi ſtudium ſtetiſſet.
Contra aſpera tela ſtetimus. Virg. 11. Æn. 282.
Contra verum a mendacio ſtare. Cic. 1. de Invent. 4. Quibus in controverſiis, quum ſæpe a mendacio contra verum ſtare homines conſueſcerent, dicendi aſſiduitas aluit audaciam.
Cum aliquo ſtare, pro Partes ejus ſequi, & ei favere. Ter. Phorm. 1. 2. 39. In ejus parte ſtamus, pro quo facimus, inquit Donatus. Liv 26 41. Quid igitur minus conveniat, milites, quam quum aliæ ſuper alias clades cumularentur, ac dii prope ipſi cum Annibale ſtarent, &c. Cic. 4. de Finib. 45. Mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone diſceptantem, a communibus vitiis progredientem videre, ubi primum inſiſteret, & unde cauſa controverſiæ naſceretur: non ſtantem cum his, qui ne dicerent quidem ſua ſumma bona a natura profecta. Idem 2. de Invent. 142. Quemadmodum ei dicebamus, qui a ſcripto diceret, hoc fore utiliſſimum, ſi quid de æquitate ea, quæ cum adverſario ſtaret, derogaſſet: ſic huic, &c.
Loco ſtare. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 42. Tertiæ cohortis Centuriones ex eo, quo ſtabant, loco receſſerunt. Virg. 3. Georg. 84.
— tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit. Lucan. lib. 1. 144. — ſed neſcia virtus
Stare loco.
Pro aliquo ſtare. Quintil. lib. 5. cap. 11. Pro Juba atque Afris inimiciſſimis Pop. Rom. ſtetiſſe. Liv. 38.
Ratio & fortuna cum aliquo ſtat, Quum quid jure facit, & fortuna arridente. Liv. 5.
Auctore certo ſtare. Liv. 8. 40. Nec quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptor extat, quo ſatis certo auctore ſtetur. Hujus formæ eſt illud Quintil. lib. 7. cap. 1. Verbis ne legis ſtandum ſit, an voluntate.
Conſilio alicujus ſtare. Liv. 7.
Jurejurando alicujus ſtare. Quintil. lib. 5. cap 6.
Memoria ſtare eos dicit Seneca, qui nihil habent præter memoriam, Epiſt. 33. Viro captare floſculos turpe eſt, & fulcire ſe notiſſimis & pauciſſimis vocibus, & memoria ſtare.
Opinione alicujus ſtare. Cic pro Cluent. 96. Et ſi uterque Cenſor Cenſoris opinione ſtandum putavit, quid eſt quamobrem quiſquam noſtrûm Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere?

Verbis legis ſtare. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Voluntate ſtare. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Per me ſtat, per te, per illum, quo minus id fiat, Quum ego, aut tu, aut ille cauſa ſumus, ne quid fiat. Plin. lib. 18. cap. 28. Non ſtat per me, quo minus cælum intelligas, & cæleſtia ſcias. Quintil. lib. 3. cap. 8. Non per me ſtetit, ſed per illa. Ter. And. 4. 2. 16.
Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo.
Si per eum non ſtetit parere defuncti voluntati. i. e. Quin pareretur, &c. Scævol. in l. Pater. §. Tuſculanus. D. de legat. 3.
Stat, Conſtat, & in pretio eſt. Liv. 23. 30. Multorumque ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit. Gellius, Magno mi ſtet ea nocte abſentem fuiſſe. Quintil. Decl. 13. Quanti ſteterit mihi quod ſemel impetrata non feci. Plin. Epiſt. 155.
Morte ſtetit. Paterc. lib. 2. 64. Utrique vindicta libertatis morte ſtetit.
Leur couſta la mort, leur couſta la vie.
Pretio magno ſtare, Conſtare magno pretio. Hor. 1. Serm. 2. 122.
Stat illi res centum talentis. Liv. 34. 50.
Stare, Poſitum eſſe: & cum In conſtruitur. Virg. 1. Æn. 650.
Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis, Aliter Sil. 17. 401.
In ducibus ſtabat ſpes & victoria ſolis.
Aliquando ſine præpoſitione In. Plaut. Capt. 3. 5. 82.
Periculum vitæ meæ tuo ſtat periculo.
Stare, Manere, & ad multum tempus durare. Cic. 1. de Legib. 2. Multaque alia multis locis diutius commemoratione manent, quam natura ſtare potuerunt. Virg. 2. Æn. 56.
Trojaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres.
Ad eum diem ſtetit civitas illa Lycurgi legibus, Subſtitit. Liv. 39. 33.
Fide ſtare. Liv. 23. 48. Niſi fide ſtaret reſp. opibus non ſtaturam.
Fiducia belli ſtetit auxiliis Palladis. Virg. 2. Æn. 163.
Gratia facti. Virg. 4. Æn. 539.
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.
Imperium puero ſterit Liv.
Inſtitutis alicujus ſervandis ſtare dicitur urbs. Cic. 4. Acad. 3. In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandiſque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis, &c.
Jus exemplis ſtat. Liv. 27.
Loco meliore ſtare, per translationem. Cic. in Salluſt. 6. At quanto meliore loco Reſp. ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum civium, una cum illis annumeratus eſſes.
Ordine ſtare. Quintil. lib. 7. cap. 1. Nec mihi videntur errare, qui ipſam rerum naturam ſtare ordine putaverunt.
Per aliquem ſtare, pro Manere in ſtatu. Cic. 13. Fam. 32. Quam partem in Rep. cauſamque defenderim, per quos homines ordineſque ſteterim, quibuſque munitus fuerim, non ignorabas.
Statu eodem ſtare. Cic. 2. Off. 3. Atque utinam Reſp. ſtetiſſet, quo cœperat, ſtare. Liv. 21. 62.
Vi ſua ſtare. Ovid. 6. Faſt 299.
Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.
Stare, pro Dignitatem & auctoritatem ſuam retinere. Cic. 1. Fam. 4. Ad XVI Cal. Febr. quum in Senatu pulcherrime ſtaremus, quod jam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus, &c. Idem 6. Fam. 6. Quum me ex Rep. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me, non putaverunt, meruiſſe me, &c.
Stat, Certum eſt, decretum eſt, in animo fixum eſt. Virg. 2. Æn. 750.
Stat caſus renovare omnes, omnemque reverti
Per Trojam. Idem 12. Æn. 678.
Stat conferre manum Æneæ [Additur ſæpe Mihi. conf. Sententia ſtat.
Non adhuc ſtat, pro Non conſtat, certum, vel deliberatum eſt. Cic. 3. Att. 13. Hinc ſi aliquid a comitiis audierimus, nos in Aſiam convertemus, neque adhuc ſtabat, quo potiſſimum: ſed ſcies.
Stet illud nobis, pro Certum & deliberatum ſit. Cic. 9. Fam. 2. Sed hæc tu melius: modo ſtet nobis illud, una vivere in ſtudiis noſtris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam ſalutem.
Statur, Impeſonale. Plaut. Pſeud. 1. 5. 42.
Salve, quid agitur? P. ſtatur hic ad hunc modum. Ter. Eun. 2. 2. 40. pro Quid agis? ſto, inquit Donatus.
Penultimam in Steterant corripuit Virg. 2. Æn. 474.
Obſtupui ſteteruntque comæ.
Gerund. Virg. 5. Æn. 384.
Quæ finis ſtandi?
Standum eſt epiſtolis Domitiani. Plin. lib. 10. cap. 62.
STANS, antis. Partic. [ἱστάς] Cic. 2. in Catil. 2. Quod incolumes cives, quod ſtantem urbem reliquit, quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis?
Anni ſtantes in limine vitæ. Stat. 2. Silv. 2. 38.
Freta ſtantia, Quieta. Ovid 7. Met. 201.
Oculi ſtantes, Exſtantes vel immobiles. Ovid 6. Faſt 131.
Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ. Deſcribit Striges.
Paludes ſtantes. Hor. 3. Carm 27. 9.
Vina ſtantia gelu. Ovid. 4. de Pont. 7. 8.
Stans pede in uno. Hor. 1. Serm. 4. 9.
— in hora ſæpe ducentos,
Ut magnum, verſus dictabat, ſtans pede in uno. I. e. Temporis momento Lucilius vena facili plurimos verſus effundebat. Nam uno pede qui ſtat, adverſarium ſe nullum, vel non fortem habere credit. Cum enim uno pede nos ſuſtinentes pendemus & vacillemus, ſecurus eſſe videtur, adverſariique vires contemnere, qui ſeſe non utroque pede firmat ſtabiliter: unde & Omni pede ſtandum Quintilianus uſurpat, pro Omni contentione totiſque viribus Ex Turneb. Adverſ. 7. 19.
STĂTŪRUS, a, um aliud Partic [στησων] Plin. lib. 25 cap. 13. Anaxilaus auctor eſt, mammas a virginitate illitas, ſemper ſtaturas.
Hinc acies ſtature ducum. Stat. 2. Theb 566.
STĂTUS, a, um Adj ex Partic [ἀποτεταγμένος] Firmus. Plin. lib. 18. cap. 29. Jure priorem hanc injuriam omnibus annis accidere non poſſe propter ſtatos ſiderum curſus Idem lib 2. cap. 13. [A Siſto, puto, non a Sto eſſe. Dies ſtatus cum hoſte vocatur, Qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino. Ejus enim generis ab antiquis appellabantur, quod erant pari jure cum pop. Rom. atque hoſtire ponebatur pro æquare. Plaut. in Curcul. 1. 1. 5.
Si

Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies,
Tamen eſt eundum, quo imperant, ingratiis. Feſtus. Cic. 1. Offic. 37. Indicant XII Tab. Aut ſtatus dies cum hoſte.

Dies ſtatus. Plin. 9. Epiſt. 39. ad Muſtium, Ædes, vetus ſane, & anguſta, quum ſit alioqui ſtato die frequentiſſima. i. e. Feſto die. Plin. lib. 10 cap. 29.

Febris ſtata. V. FEBRIS.

Forma ſtata, ea antiquis dicebatur, Quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, & a ſummo deformitatis odio vacat, veluti forma quædam media. Uſus eſt Ennius in Menalippa, ubi eas fere feminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma fuerint. Refert Gell. lib. 5. cap. 11.

Lux ſtata. Stat. 5. Theb. 476.

Reditus ſtati. Plin. 5. Epiſt. 14. Idem Statum reditum vocat, 3. Epiſt. 19. ad Calviſium, Conſtant campis, vineis, ſilvis, quæ materiam, & ex ea reditum, ſicut modicum, ita ſtatum præſtant.

Sacra ſtata. Ovid. 1. Faſt. 660.

Sacrificium ſolenne & ſtatum. Cic. 1. Tuſc. 113. Quum enim illam ad ſolenne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, &c. Sic Liv. 23. 35. Et 40. 4.

Sacrificia ſtata ſunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam ſcribit de L. Veturio, De ſacrilegio commiſſo cum ei equum ademit; quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata, ſolennia, capite ſancta, deſeruiſti. Feſtus.

Tempeſtates. Plin. 2. 39.

Tempora. Lucan. 10. 240.

Tempus ſtatum. Plin. lib. 9. cap. 23.

STATA MATER, Veſta dicta eſt, ut Græcis Ἑστία. Feſtus, Statæ matris ſimulacrum in foro colebatur, poſtquam id colluſtravit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in ſuos quiſque vicos retulerunt ejus Deæ cultum. Scalig. Poſtquam id Cœlius ſtravit.

STĂTUS, ûs. m. [ἐμπεσμός. Gl. L. G. & G. L. στάσις, L. G.] proprie Actus ſtandi. Gell. lib. 2. cap. 1. Stare ſolitus Socrates dicitur, pertinaci ſtatu, perdius atque pernox.

Status, Habitus. Plaut. Amph. 1. 1. 110. Ter. Eun. 3. 5. 50.
Tum equidem iſtoc oe tuom impudens videre nimium vellem,
Qui eſſet ſtatus, flabellum tenere te, aſinum tantum. Cic. 3. de Fin. 56. Per ſe ut quidem habitus oris & vultus, ut ſtatus & motus, in quibus ſunt præponenda quædam & rejicienda. Idem in Brut. 59. Motu ſic utetur, ut nihil ſuperſit in geſtu. Status erectus, & celſus, rarus inceſſus, nec ita longus.

Sic Cicero & in Officiis Status & motus corporis. Lact. lib. 3. In terram procumbere ne, ſi velimus, quidem poſſumus: quorum ſtatus rectus eſt. H. St. Locum Cic. hunc, puto, intelligi voluit 1. Off. 128. Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum. Lactantii habentur verba lib. 3. cap. 10. extr. conf. eundem 7. 9. 11. edit. Cellar. Apud Ter. Status pro Poſitura qualicunque corporis poni videtur, ut apud Nepotem in Chabr. pr. conf. Cic. in 3. Verr. 57. ubi in Pediani Comment. vocabula Figura & Status male a librariis permutata puto.

Status ſtatuæ. Cic. 6. Att. 1. Quam ſtatuam eſſe ejuſdem, ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. conf. Nepot. l. c.

Status bruti animalis. Columel. lib. 7. cap. 9.

Mediocris ſtatus ſermonis. V. MEDIOCRIS.

Statum animi pellere ictu. V. ICO, icis.

Indecorus ſtatus. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Minax ſtatus, Habitus aut geſtus minax. Hor. 3. Carm. 4. 54.

Status pro Fortunæ conditione, ordine, loco, caſuque: variis verbis jungitur.

Rerum mearum ſtatus. Ovid. 7. Met. 507.

Amplus ſtatus. V. AMPLUS.

Baſilicus ſtatus. V. Baſilicus, in BASILICA.

Incolumis ſtatus. V. INCOLUMIS.

Amittere ſtatum vitæ. Cic. 10. Att. 4. Non enim quam dignitatem, quos honores, quem vitæ ſtatum amiſerim, cogito: ſed quid conſecutus ſim, quid præſtiterim, quo in laude ceciderim.

Collocare aliquem Reip. ſtatum. Cic. ad Brut. 16. Qua nobis auctoritate opus eſt ad collocandum aliquem Reip. ſtatum.

Collocare in ſtatu ampliſſimo. Auctor ad Heren. lib. 4. 24. Quum nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere, quos eadem fortuna paulo ante in ampliſſimo ſtatu collocarat.

Concidere ex amplo ſtatu. Cic. 3. Att. 10. Ecquis unquam ex tam amplo ſtatu, in tam bona cauſa, tantis facultatibus ingenii, conſilii, gratiæ, tantis præſidiis bonorum omnium concidit?

Conſiſtere in aliquo ſtatu. Cic. Quod ſi (ut ſpero) victis hoſtibus noſtris veneritis, auctoritate veſtra Reſpub. exſurget, & in aliquo ſtatu conſiſtet.

Convellere aliquem de ſtatu. Cic. 8. Att. 23. Quæ me convellerent de priſtino ſtatu, jam tamen, ut ante ad te ſcripſi, labantem.

Convellere Reip. ſtatum. Cic. in Piſon. 4. Ego adoleſcentes bonos & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut ſi eſſent magiſtratus adepti Reip. ſtatum convulſuri viderentur, meis inimicitiis, nulla Senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi.

Declinare de ſtatu ſuo. Cic. de Provinc. Conſul. 41. Quamvis accipere fortunam, ſubire vim atque injuriam malui, quam aut a veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare.

Deducere aliquem de ſtatu vitæ ſuæ. Cic. 4. Verr. 80. Fecerunt etiam ut me, cujus fidem, continentiamque cognoverant, prope de vitæ meæ ſtatu, dolore ac lacrimis ſuis deducerent: ut ego iſtum accuſarem, a quo mea longiſſime ratio, voluntaſque abhorrebat.

Dejicere adverſarium de ſtatu. Cic. in Orat. 129. Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus, ſed magno ſemper uſi impetu, ſæpe adverſarios de ſtatu omni dejecimus. V. DEJICIO.

Deterrere aliquem de ſtatu ſuo. Cic. 11. Fam. 11. Malevolentiæ hominum in me, ſi poteris, occurres, ſi non poteris, hoc conſolabere, quod me de ſtatu meo nullis contumeliis deterrere poſſunt.

Dimovere de, vel ex ſtatu. Cic. pro Cæcin. 42. Non ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum, vitamque pervenit: ſed etiam multo major ea, quæ, periculo mortis injecto, formidine animi perterritum, loco ſæpe, & certo de ſtatu dimovet. Idem in Parad. 1. Mentem ex ſua ſede & ſtatu dimovet.

Figere & fundare ſtatum Reip. Cic. 1. Att. 18. Reip. ſtatum illum, quem tu meo conſilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium conjunctione & auctoritate Conſulatus mei fixus & fundatus videbatur, niſi quis nos deus reſpexerit, elapſum eſſe ſcito de manibus uno hoc judicio.

Manere ſuo ſtatu. V. MANEO.

Obtinere eundem vitæ ſtatum. Cic. pro Corn. Balb. 18. Si, quo quiſque loco noſtrûm eſt, Judices, natus: aut ſi, in qua fortuna eſt naſcendi initio conſtitutus, hunc vitæ ſtatum uſque ad ſenectutem obtinere debet.

Pervenit in hunc ſtatum Reſpub. Cic. 9. Att. 8. Quorum artificiis effectum eſt ut Reſp. in hunc ſtatum perveniret.

Redire in antiquum ſtatum. Celſ. lib. 6. cap. 6. de Oculor. morbis.

Reſtituere provinciam in antiquum ſtatum. Cic. 2. Verr. 13. Jam vero omnium vitiorum ſuorum plurima & maxima conſtituit monumenta, & indicia in provincia Sicilia: quam iſte per triennium ita vexavit, ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit.

Retinere ſtatum. Cic. de Aruſp. Reſp. 61. Hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunque eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus.

Revertitur nunquam in antiquum ſtatum fractum femur. Celſ. lib. 8. cap. 10. §. 5. extr.

Tenere ſtatum ſuum. Cic. 4. Fam. 9. Quod honeſto otio tenueris & ſtatum & famam dignitatis tuæ.

Tueri ſtatum ſuum. Cic. 9. Fam. 16. Ego me non putem tueri ſtatum meum ſic poſſe, ut neque offendam animum cujuſquam, nec frangam dignitatem meam.

Status [στάσις] apud Rhetores dicitur, In quo cauſa maxime vertitur. Quintil. lib. 3. cap. 6. Status eſt quod ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſa, Intentio eſt, feciſti homicidium, Depulſio eſt, non feci. Quæſtio an fecerit. Hæc conſtitutio conjecturalis, quæ & ſtatus dicitur. Cic. in Topic. 93. Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græce στάσις dicitur, Latine ſtatus appelletur: in quo primo inſiſtit, quaſi ad repugnandum congreſſa, defenſio.

Conjecturalis ſtatus. Quintil. 3. 6. V. CONJECTURA.

Legalis ſtatus. Quintil. lib. 3. 6.

Ratiocinativus ſtatus, i. e. Syllogiſmus. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Conſtituere ſtatum. Quintil. ibid. V. CONSTITUO.

Facere ſtatum. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Status, pro Ordine. Seneca de Benefic. Quicquid maxime neceſſarium erat, in primum ſtatum conjeci; nunc ſi quid effugit, recolligo.

Status, ex quibus omne genus controverſiarum de agris oritur, octo omnino ſunt: Injectivus, expoſitivus, ſubjectivus, recuperativus, aſſumptivus, initialis, materialis, effectivus. Injectivus ergo ſtatus eſt generalis, nam ſive de poſſeſſione, ſive de fine controverſia naſcatur, per hoc repetitio juſta injuſtaque injicitur. Expoſitivus eſt ſtatus controverſiæ, quoties finitimorum argumentorum caret demonſtratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponendum ſit, quo ſint genere terminandæ, aut perſuadendum judici, etiam ſi loci natura finitimam exhibeat ſimilitudinem. Subjectivus ſtatus eſt, cum relinquitur ſtatus generalis, & alio quolibet ſtatu controverſia defenditur. Recuperativus eſt ſtatus, quoties non a trifinio, aut quadrifinio, ſed ex quolibet finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per inceſſum definitionis loca quædam alteri fundo acquirit, aut ſolum aufert, & ejus loco redditur. Aſſumptivus primæ controverſiæ ſtatus, qui eſt de poſitione terminorum, in rigorem aut in finem tranſcendit. Initialis controverſiæ ſtatus de rigore pertinens ad materiam, tranſcendit in controverſiam, quæ eſt loco tertio: de fine ſtatus materialis non conditionem mutat, neque materiam efficit. Materialis ſtatus eſt, ex quo omnes controverſiæ incipiunt de loco duntaxat. Nam tranſcendentiam non habet de hoc affectivus. ſed, dum conſummatus fuerit, naſcitur. Effectivus eſt, cum de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium advocationes inſtituunt. Ex Aggeno de Limitibus agrorum, ubi de Controverſiis agrorum, p. 63. Goeſ.

STATULĪBER, ĕri. m. [ἐλεύθερος χρόνῳ ὡρισμένῳ διαθήκαις ἀφεθείς. Gl. L. G.] ſic una voce ſcribitur apud Feſtum, Qui teſtamento certa conditione propoſita, jubetur eſſe liber. Et ſi per heredem eſt, quo minus ſtatuliber præſtare poſſit, quod præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Feſtus. Ulpian. tit. 2. ejus libri qui eſt inſcriptus, Tituli ex corpore Ulpian. Qui ſub conditione teſtamento liber eſſe juſſus eſt, ſtatuliber appellatur. Statuliber quamdiu pendet conditio ſervus heredis eſt.

STATULĪBERA, æ. f. [ἐπὶ προθεσμίᾳ τῇ ἐλευθερίᾳ. Gl. L. G.] Ulpian. Dig. 40. t. 7. l. 6. Si ſtatulibera ſerva pœnæ facta ſit.

STĂTIO, ōnis. f. [στάσις, ὁ ἐμπεσμός, Gl. G. L. σταθμός, φρουρία, ἡ παραφυλακή, L. G.] Ipſe ſtandi actus. Lucret. lib. 4. 398.
Qua vehimur navi, fertur, cum ſtare putatur,
Quæ manet in ſtatione, ea præter creditur ire.

Statio, Locus, in quo naves, aut milites, aut homines, aut jumenta, tuto ad tempus ſtant: vel in quo frequenter conſiſtitur. Plaut. Milit. 5. 9. ea. Namque in ſtatione ſtat ſenex. al. Statu.

Comitiorum ſtatio. V. COMITIA.

Gratiſſima ſtatio mergis. Virg. 5. Æn. 128.

Mortalis ſtatio. Paterc. lib. 2. ſub fin. Quicquid hominum hanc Rom. imperii molem in ampliſſimum terrarum orbis faſtigium extulit, vos publica voce obteſtor atque precor, cuſtodite, ſervate, protegite hunc ſtatum, hanc pacem; eique functo longiſſima ſtatione mortali, deſtinate ſucceſſores quam ſeriſſimos. Ei, h. e. Tiberio. [Ordo eſt, Eique mortali, functo longiſſ. ſtatione.

Publica ſtatio mihi clauſa eſt. Ovid. 3. Triſt. 1. 79.

Peracta ſtatio. Lucan. lib. 1. 45. — quum ſtatione peracta
Aſtra petes ſerus. Poſt cuſtoditum in terris imperium aſcendes ad ſuperos. Abſoluta gubernatione imperii tui in hac vita, in qua velut in ſtatione verſatur homo. Neronem alloquitur.

Statio, tagma militare, plerumque unius cohortis, pro caſtris ad cuſtodiam conſtitutæ in armis. Curtius, Cognitum id per exploratores, qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi. Virg. 9. Æn. 222.
— illi
Succedunt, ſervantque vices: ſtatione relicta,
Ipſe comes Niſo graditur.

Agere

Agere ſtationem. Tacit. 1. Hiſt. 28.
Diſponere ſtationem. Cæſ. 8. Bell. Gall. 12.
Educere ſtationem. Liv. lib. 1.
Habere ſtationes diſpoſitas. Cæſ. 5. de Bell. Gall. 16. extr.
Relicta portæ ſtatione. Stat. 11. Theb. 240.
Subducere ſtationes, Abducere. Liv. 22. 42. pr.
Eſſe in ſtatione pro caſtris collocatos. Cæſ. 5. de Bell. Gall. 15.
Tueri vigiles muros ſtatione. Claud. 2. in Ruf. 59. [Uſi ſunt & Græci Juniores. Gloſſ. Græcolat. Στατίων, Statio.
Statio, [ὅρμος Gl. L. G.] Locus navibus in anchoris retinendis natura idoneus, deterior tamen portu. Virg. 2. Æn. 23.

Inſula dives opum, Priami dum regna manebant;
Nunc tantum ſinus & ſtatio male fida carinis. Cic. 12. Fam. 15.

Tantum enim abfuit ut illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem, ut etiam a Rhodiis, urbe, portu, ſtatione, quæ extra urbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites.
Tutiſſima ſtatio nautis. Virg. 4. Georg. 421.
Habeo ſtationem, ὁρμῶ, ἐπὶ λιμένος. Gloſſ. Græcolat. [Quia in anchoris ſtabant. Nonnunquam eſt ipſa claſſis. V. Liv. 37. 45. pr.
Manere in ſtatione, i. e. Poros. Lucret. lib. 4. 397. V. ſupra.
Recepi ejectum fluctibus tuta ſtatione. Ovid. 7. Epiſt. 89.
Statio, Officina, in quam multi conveniunt, ut de aliqua re decernatur, & jus dicatur. Gell. lib. 13. cap. 13. pr. Quæſitum eſſe memini, in pleriſque Romæ ſtationibus jus publice docentium, &c. Juven. 11. Sat. 4.

— omnis
Convictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum. Perottus.

Stationes interdum ſunt Loca publica, in quæ poſt negotia ſolent cives convenire confabulandi, vel potius deſidendi gratia. Plin. 1. Epiſt. 13. ad Senecionem, Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendis fabulis conterunt. Idem 2. Epiſt. 9. ad Apollinarem, Itaque prehenſo amicos, ſupplico, ambio, domos, ſtationeſque circumeo: quantumque vel auctoritate vel gratia valeam, precibus experior.
Stationes municipiorum quaſdam fuiſſe in foro Romano auctor eſt Victor in deſcribenda fori Romani regione, quas ſignificare poeta Satyricus 11. Sat. 4. videtur his verbis,

— ſtationes, omne theatrum. De Rutulo. Sed & Plin.

lib. 16. 44. de loto in Vulcanali poſita, Radices, ait, ejus in forum uſque Cæſaris, per ſtationes municipiorum, penetrant.
STATIUNCŬLA, æ. f. dimin. [σταθμίδιον] Parva ſtatio.
STATIONĀLIS, e. Adj. Firmiter ſtans. Plin. de Sideribus lib. 2. cap. 15. Eadem ſtationalis, ſenis menſibus commoratur in ſignis, alioqui bimeſtris: quum ceteræ utraque ſtatione quaternos menſes non impleant.
STATIONĀRIUS, a, um. Adj. & STATIONARIUS, i. m. [φύλαξ] Stationarii milites dicuntur, Quibus, cuſtodiæ, aut præſidii gratia, ſtatio aſſignata eſt; item Qui in urbibus aut provinciis tenentur, ad populorum quietem tuendam. Perottus. Ulpian. in l. 1. §. Hoc autem. D. De fugitivis, Qua declaratur & Præſides, & Magiſtratus, & milites ſtationarios dominum adjuvare debere in inquirendis fugitivis. Paul. in l. 4. eodem titulo, Limenarchæ & ſtationarii fugitivos deprehenſos in cuſtodiam retinent.
Stationarii tabelliones, Qui in ſtationibus, cum ſubadjuvis miniſtriſque ſuis, morabantur & inſtrumentis ſubſcribebant, quos Juſtinianus in Novella 44. συμβολαιογράφους, appellat, id eſt contractuum ſcribas, qui & tabularii, & tabelliones dicantur. Alciatus cap. 19. lib. 6. Parerg.
STĂTĪVUS, a, um. Adj. [στάσιμος. Gl. G. L.] ut Caſtra ſtativa. Cæſ. 3. Bell. Civil. 30. Cic. 7. Verr. 29. Iſte novo quodam in genere Imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco, ſtativa ſibi caſtra faciebat. Præſidium. Idem 10. Philip. 24. Hæc vigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtativum.
Feriæ ſtativæ, Solemnes, In certum diem conſtitutæ. Macrob. Saturn. 1. 6.
Aquæ ſtativæ, i. e. Stagna. Varr. apud Non. 3. 155.
Stativa perſeverantia. Firmic. lib. 3. cap. 6. Caput malitioſis humoribus onerant, & ex humorum ſtativa perſeverantia, qui circa caput collecti fuerint, faciunt caducos & lunaticos.
Stativa tarditate ſubſiſtere. Firmic. lib. 1. cap. 2.
STATĪVA, ōrum. n. pl. [σταθμοὶ] Caſtra dicuntur, ſive Munitiones, in quibus, ut propius pugnent, milites conſident. Liv. lib. 1. 57. in iis ſtativis, (ut fit longo magis, quam acri bello) ſatis liberi commeatus erant. Idem lib. 9. 23. Stativa noſtra munimento ſatis tuta ſunt, ſed inopia eadem infeſta. Idem 3. 2. In Latino agro ſtativa habuit. Et 9. 39. Stativa in propinquo habuere. Cic. pro Lege Agr. 2. 40. Nunquid cauſæ eſt, quin omnes agros, urbes, ſtativa, portus, totam denique Bithyniam Decemviri vendituri ſint? [Quibus omnibus locis ſubauditur § Caſtra.
STĂTĀRIUS, a, um. Adj. [στάσιμος] a Participio Status. Ter. in prol. Heaut. 36.

Statariam agere ut mihi liceat per ſilentium. h. e. Comœdiam quietiorem, & quæ magnos vehementeſque motus non habeat: cujuſmodi eſt Heautontimorumenos. Comœdiæ, inquit Donatus, aut Motoriæ ſunt, aut Statariæ, aut mixtæ. Motoriæ, turbulentæ: ſtatariæ, quietiores: mixtæ, ex utroque actu conſiſtentes. Idem in prolegomenis Adelphorum: Hujus fabulæ tota actio quum ſit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianæ omnes, præter Heautontimorumenon: tamen majori ex parte motoria eſt: nam ſtatarios locos perpaucos habet. Rurſus idem in prologum Adelph. Ipſi ſenes in ſtatario charactere partem aperient, in motorio partem oſtendent. Nam duo agendi ſunt principales modi: Motorius, & Statarius: ex quibus ille tertius naſcitur, qui dicitur μικτός. Hæc ille. Terentius in prologo Heautontimorumeni indicat velut digito, quid differat Motoria ab Stataria, his quidem verbis; v. 36.

Adeſte æquo animo, date poteſtatem mihi,
Statariam agere ut liceat per ſilentium,
Ne ſemper ſervus currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus, ſycophanta autem impudens,
Avarus leno, aſſidue agendi ſint mihi,
Clamore ſummo, cum labore maxumo. Perinde quaſi diceret,

Ne mihi ſemper agenda ſit motoria.
Statarius, Qui ſtatariam agit fabulam. Cic. in Brut. 116. Volo enim ut in ſcena, ſic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu & difficili utantur, ſed eos etiam, quos Statarios appellant, quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas non moleſta. Qui locus ſic eſt explicandus. Inter ſcænam & forum eſt quædam ſimilitudo: unde Actores tam in ſcæna, quam in foro dicuntur: & Scænæ ſervire, & Uti foro dici ſolet, eos, quos Motorios vocant Grammatici. Celeri motu & difficili, quo utrique actores, ſed hi in ſcæna, illi in foro utuntur. Actores enim fabularum ſæpe clamore ſummo, ut ait Terentius, cum labore maximo agunt, dum repræſentant, vel ſervum currentem, vel tale quid agentem: actores vero cauſarum ingemunt ſæpe, inclamant, dolent, queruntur, Rempublicam implorant, ſupplicant, & pedem ſupplodunt, ut ait Cic. 1. de Orat. 230. Itaque uterque utrique Motorii poſſunt appellari. Statarios, qui ſtatarias fabulas agunt, ita ut nihil pæne moveantur, ſed ſimpliciter agant: Statarios vero patronos tales, qualis fuit Rutilius, qui non modo ſupplex judicibus eſſe noluit, ſed ne ornatius quidem aut liberius cauſam dici ſuam, quam ſimplex ratio veritatis ferebat. Simplex veritas, Sincera, ſine fuco & ornamentis oratoriis.
Orator ſtatarius. Cic. in Brut. 239. C. deinde Piſo, ſtatarius, & ſermonis plenus orator. Statarius, quod eſſet (ut ait Cicero pro Roſcio Comœdo 7.) ſumma fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus.
Miles ſtatarius. i. e. Qui, dum pugnat, ordinem proprium ſervat. Liv. 9. 19. Statarius uterque miles, ordines ſervans.
STĂTOR, ōris. m. Servus olim dicebatur, aut Libertus, qui prope herum aut patronum ſtabat, & ei præſto erat, & ſi quem quærebat arceſſebat ſiſtebatque. Petronius Arbiter cap. 126. Quædam enim feminæ ſordibus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſervos viderint, aut ſtatores altius cinctos. Diſcinctos legendum putat Turnebus, idque optime meo quidem judicio. [Rectius al. Altius cinctos. V. Burm.
Juppiter Stator [ὀρθώσιος Gl. L. G. & G. L.] apud Romanos dicebatur ſecundum hiſtoricos, quia poſt ſuſceptum votum aciem Romanam ſtitiſſet. Seneca autem aliam rationem aſſignat, quia ejus beneficio ſtant omnia, de Benefic. lib. 4. cap. 7. V. eandem dict. in SISTO, quo revera pertinebat.
STATUNCULUM, i. n. ἀνδριαντίσκος Gloſſ. Latinogræc.
STĂBĬLIS, e. Adj. [βέβαιος Gl. L. G. [illegible], [illegible], G. L.] Firmum & fixum. Comp. Stabilior, Superl. Stabiliſſimus. Lucret. lib. 5. 1120.

Ut fundamento ſtabili fortuna maneret. Ter. Adel. 2. 2. 41.
Errat longe, mea quidem ſententia:
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur.

Stabile eſt, h. e. Certum & ſtatutum. Plaut. Bacch. 3. 4. 25.
Incertum & Stabile, contraria. Cic. in Topic. 70.
Nihil eſt enim tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile, quam id, in quo aliquid offenderis. Cic. 1. de Orat. 129.
Stabile & Immutabile. Cic. 4. Acad. 23. Quam nos, non comprehenſionem modo rerum, ſed etiam ſtabilem quoque & immutabilem eſſe cenſemus.
Animus ſtabilis & firmus, & magnus. Cic. 3. de Fin. 29. Quod vero negari nullo modo poſſit, quem unquam ſtabili, & firmo, & magno animo, quem fortem virum dicimus, effici poſſe, niſi conſtitutum ſit, non eſſe malum dolorem?
Bonum permanens fixum & ſtabile. Cic. 5. Tuſc. 40.
Connubium ſtabile. Virg. 1. Æn. 77.
Domicilium certum & ſtabile. Cic. pro Marcello 30.
Favor nunquam ſtabilis. Senec. Thyeſt. 4.
Fortitudo robuſta & ſtabilis. Cic. 4. Tuſc. 51.
Mala ſtabilia, Non decidua poma, & quæ diutius in arbore ſtant, vel diu maturitatem retinent, neque cito corrumpuntur. Cato R. R. cap. 7. Eo latium ſtillum aut ſtercus ad radicem eorum addere oportet, ut ſtabilia mala fiant.
Matrimonium ſtabile & certum. Cic. 2. Philip. 44.
Patria ſtabilis, In qua quis perpetuo habitat, nec huc atque illuc diſcurrit. Plaut. Merc. 3. 4. 68.
Fide ſtabili manere. Ovid. 5. Triſt. 14. 30.
Quæſtus ſtabiliſſimus. Cato R. R. in præf. Maximeque pius quæſtus, ſtabiliſſimuſque conſequitur, minimeque invidioſus.
Ratione ſtabili firmaque contemnere. Cic. 1. Off. 6.
Regnum haud ſtabile. Senec. Herc. fur. 6.
Scientiam ſtabilem rerum tenere. Cic. 1. de Finib.
Sententia certa & ſtabilis. Cic. 2. de Nat. Deor. 2. Eſt enim & Philoſophi & Pontificis & Cottæ, de diis immortalibus habere, non errantem & vagam, ut Academici, ſed ut noſtri ſtabilem certamque ſententiam.
Terminus ſtabilis rerum. Hor. in Carm. ſæcul. 26.
Via præceps & lubrica, Plana & ſtabilis; opponuntur. Cic. pro Flacc. 105.
Vita ſtabilis, Felix, & non variis caſibus ſubjecta. Lucret. lib. 3. 66.
STABILĬTER, Adv. Vitruv. 10. 14. Tympanum ſtabiliter includatur. Compar. Suet. Claud. cap. 20. Molem ſtabilius fundare.
STABILĬTAS, ātis. f. [παθηρότης Gl. G. L.] Firmitas. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 33. Ita mobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in præliis præſtant. Plin. lib. 23. cap. 3. Gingivis & oris ulceribus, dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubvenit.
Motus & Stabilitas, contraria. Cic. 2. de Fin. 16.
Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? Cic. 5. Tuſc. 40.
Stabilitas, Firmitas, Conſtantia. Cic. 3. de Fin. 49. Quod idem in artibus non fit, & quod virtus ſtabilitatem, firmitatem, conſtantiam totius vitæ complectatur, nec hæc eadem in artibus eſſe videamus.
Stabilitas amicitiæ vacillat. Cic. 1. de Fin. 66. Quo loco videtur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ vacillare.
Dare aliquibus ſtabilitatem. Cic. 2. de Nat. Deor. 120.
Habere ſtabilitatem. Cic. 2. de Fin. 9.
STABĬLIO, ivi, itum, [βεβαιόω, ὑφίστημι, ἀσφαλίζω] ire. Stabile facere, firmare. Plaut. Amph. 1. 1. 39.

Regique Thebano Creonti regnum ſtabilivit ſuum. Plin. lib. 9.

cap. 28. Ex his longiſſimi & aſperi quibus ad ora admovent cibos, & in fluctibus ſe velut anchoris ſtabiliunt, ceteri cirri quibus venantur.
Turres quaſſas ſtabilire. Senec. Thyeſt. 568.
Stabilire & Figere. Cic. 1. Tuſc. 88. Hoc igitur probe ſtabilito & fixo, excutiendum eſt ut ſciatur quid ſit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo.
Magis ſtabilita. Lucret. lib. 3. 203.

Stabilire Remp. cui opponitur Evertere. Cic. 4. de Fin. 85. Niſi forte cenſeres, Gracchum patrem beatiorem fuiſſe, quam filium, quum alter ſtabilire Remp. ſtuduerit, alter evertere.

Stabilĭmen, ĭnis. & Stabilimentum, i. n. [illegible] Quod aliquid firmiter retinet. Plaut. Curc. 2. 3. 88.

Hæc ſunt ventri ſtabilimenta: panis, & aſſa bubula,
Poculum grande. Cic. 3. de Nat. Deor. 68.
Addo huc quod mihi portento cœleſtium pater
Prodigium miſit, regni ſtabilimen mei. Ex poeta.

Virtutis ſtabilimentum. Val. Max. 2. 2. 5.

Stabilĭtor, ōris. m. Sen. de Benef. 4. 7. Stant omnia beneficio dei, qui ſtator ſtabilitorque eſt. conf. Stator in sisto.

Stabilĭto, āre. frequent. [illegible] Gloſſ Græcolat.

Stabilinde, Deaſter quidam de quo Alexand. Alexandrin. lib. ult. Genialium dierum cap. ult.

Stăbŭlum, i. n. [illegible, illegible, illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible G. L. illegible, Onom. vet.] a Stando dicitur; Locus, in quem qui iter faciunt, ſecedere ſolent: quod & Diverſorium, & Hoſpitium dicitur, & Meritorium, quia mercede locatur. Ulpian. in l. Lex Cornelia. D. De injuriis & famoſ. libell. Tantum igitur ad meritoria vel ſtabula non pertinebit. Plaut. Aul. 2. 2. 56.

Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum, ſi quid divortii fuat.

Stabulum confidentiæ. Plaut. Moſt. 2. 1. 3. Idem Truc. 2. 7. 31. Stabulum flagitii. Idem Caſ. 2. 1. 13. Stabulum nequitiæ.

Stabulum, Lupanar. Cic. 2. Philipp. 69. Hujus in ſedibus, pro cubiculis ſtabula, pro tricliniis popinæ ſunt.

Exercere ſtabulum. V. exerceo.

Stabula, pl. poetis generaliter dicuntur Loca, in quibus armenta, gregeſque conſiſtunt, in agris & ſub dio: ut ſint veluti quædam animalium ſtationes. Virg. 8. Æn. 207.

Quatuor e ſtabulis præſtanti corpore tauros
Avertit.

Alta ferarum ſtabula. Virg. 6. Æn. 179.
Avia ſtabula. Ovid. 6. Met. 596.
Gelida ferarum ſtabula. Catul. 61. 53.
Mollia ſtabula. Virg. 3. Georg. 295.
Munita ſtabula. Sil. lib. 7. 127.
Pinguia ſtabula. Virg. 4. Georg. 14.
Tenent clauſa ſtabulis armenta. Virg. 3. Georg. 352.
Recluſis ſtabulis armenta repere. Ovid. 8. Epiſt. 17.
Tenere armenta propiis ſtabulis. Virg. 1. Georg. 355.
Habitare in ſtabulis. Ovid. 3. Faſt. 191.
Stabulum pavonum. Columel. lib. 8. cap. 11.

Stabulum, Præſepe in hoſpitiis. Apul. Mileſ. 3. p. 140. Elm. Duriſſimo caſui meo ſerviens, ad equum illum, vectorem meum probiſſimum, in ſtabulum concedo: ubi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inveni.

Stabulum etiam ſumitur pro quacunque Statione, ſeu Habitatione & loco, ubi quis ſtare conſuevit. Virg. 7. Æn. 512.

Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignum.

Staulum, pro Stabulum, Σταῦλον. Euſtath. pag. 1957. circa finem, Παρὰ μὲν τοῖς Ἀττικοῖς τὸ αὐλίον [illegible] ἐπὶ [illegible]. ὁ λέγεται τὸ [illegible], [illegible] τὸ [illegible], [illegible] [illegible]. H. St.

Stăbŭlo, [illegible, illegible, illegible] āre: & frequentius Stăbŭlor, āri. dep. Stare, divertere, & quaſi ſtationem habere. Virg. 6. Æn 286.

Centauri in foribus ſtabulant. Serv. Stabulant, Habitant; & uſurpative dixit, ut Populat, Luctat: nam Stabulor dicimus. Idem 3. Georg. 224.

Nec mos bellantes una ſtabulare. Stat. 3. Silv. 2. 101.
Iſi, Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris, &c. Gell. lib. 6.

cap. 3. Unum ſerpentem in illis locis ſtabulantem, inuſitatæ immanitatis.

Pecudes ſtabulantur in antris. Ovid. 13. Met. 822.

Stabulare pecus. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 21. Si prata ſunt in fundo, neque pecus dominus habet, danda opera ut pabulo vendito alienum pecus in ſuo fundo paſcat, & ſtabulet.

Turdi & pavones ſtabulantur. Varr. 3. R. R. cap. 3. V. ornithon.

Stabulātio, ōnis. f. Manſio in ſtabulo. Columel. lib. 6. cap. 3. Itaque hibernæ ſtabulationi eorum præparanda ſunt ſtramenta. i. e. Quando tempore hiberno ſtabulabuntur boves. Macrob. lib. 8. cap. 6. & Gell. lib. 16. cap. 5.

Stabulārius, i. m. [illegible, Gl. G. L. & Onom. vet.] Hoſpes, viatores pretio recipiens. Apul. 1. Mileſ. p. 110. Elmenh. Sumo ſarcinulam, & pretio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam. Ulpian. l. 1. D. Nautæ, caupon. &c. Caupones & ſtabularios, æque eos accipimus, qui cauponam vel ſtabulum exercent.

Stabularius, Qui ſtabuli, hoc eſt loci, ubi animalia ſtant, curam gerit. Columel. lib. 6. 23. Hic enim recognoſci grex poterit, numeruſque conſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerint. Varr. 2. de R. R. cap. 10. In quibus ſtabularii ſolent equos abigere.

Stāmen, ĭnis. n. [illegible Gl. L. G. & G. L.] a Stando; dicitur Filum, quod in colo nendo ducitur. Plaut. Mil. 3. 1. 34.

Tam capulari ſtamine tibi dio videor vivere? Al.
Tam capularis, tamne tibi dio videor vita vivere? Alludit ad

Parcam, quæ, dum morimur, reſcindere noſtrum ſtamen dicitur. Plin. lib. 8. cap. 48. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Martial. lib. 6. 58.

Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos.

Albi ſtaminis lanificæ. Juven. 12. Sat. 65.
Aurea ſtamina. Stat. 11. Theb. 402.

— & pollice docto
Stamina purpureæ ſociavarat aurea telæ.

Candida ſtamina. Ovid. 6. Met. 576. al. Callida.
Operoſum ſtamen. Ovid. 1. de Arte Am. 695.
Tenuiſſima ſtamina. Ovid. 4. Met. 179.
Ducata levia ſtamina verſato fuſo. Ovid. 4. Met. 221.

Intendere telas gracili ſtamine, Ordiri. Ovid. 6. Met. 54.
Minuunt plenas colos ſtamina. Ovid. 3. Epiſt. 76.
Nectare ſtamina Sen. Herc. OEth. 8.
Nere ſtamina. Ovid. 2. Faſt. 771.
Nentes fatalia ſtamina Parcæ. Tibul. lib. 1. 7. 2.
Rumpere ſtamina. H. St. V. rumpo.
Torquere ſtamina digitis. Ovid. 9. Epiſt. 79.
Velare Serum pretioſo ſtamine. i. e. Serico. Claud. 1. in Eutrop. 304.

Stamina in Lyra ſunt Fides, quæ nonnunquam & Fila appellantur. Ovid. 11. Met. 169. — tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat.

Stamina in ligno, vel herbis, ſunt veluti Filamenta. Plin. lib. 16. cap. 38. Pulpa mero ſtamine & tenui conſtat. Idem lib. 21. cap. 5. Ita odor colorque duplex, alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta.

Stamineus, a, um. Adj. Plin. lib. 16. cap. 43. Magna autem & glutini ratio, propter ea, quæ ſectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Stamineam hoc uſu probant venam, & vocant fertilem, argumento ſimilitudinis, quoniam lacrimoſe criſpa.

Rota staminea. Propert. lib. 3. 5. 26.

Staminārius, i. m. [νήτης, ὁ τὸν στήμονα Gl. L. G.] Gell. 16. 7. Laberius in ſtaminariis. [In Gloſſ. ultimum verbum deſideratur.

Staminatus, a, um. Petron. Fragm. Veſtes ſtaminatæ.

Stătim, [illegible, illegible Gl. L. G. & G. L. illegible G. L.] Adv. a Stando; Conſtanter, perſeveranter, continue: quaſi inſiſtendo, & uno ſtatu. Plaut. Amph. 1. 1. 84.

Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Ibid. 120.
Nec Jugula, nec Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt,
Ita ſtatim ſtant ſigna. Ex Nonio. 4. 423.

Statim, Mox, illico: quod ea quæ mox fiunt, continenter fieri videantur. Cic. 3. in Verr. 27. Verres, ſimul ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam litteras dedit. i. e. Sine mora, ſine intermiſſione temporis.

Confeſtim & Statim. Cic. in Orat. 200. Ante enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtimque verba concurrunt, quæ mens eadem, qua nihil celerius, ſtatim dimittit, ut, &c.

Statim a. Plin. lib. 27. cap. 9. Semipedalibus ramulis quinis, ſeniſve a radice ſtatim folioſis.

Statim in ipſo facto. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Haud poteſt gravioribus a me verbis vulnerari, quam eſt ſtatim in facto ipſo a graviſſimo viro P. Servilio confectus ac trucidatus.

Statim, ſequente Ablativo. Cic. in Orat. 35. Itaque hoc ſum aggreſſus ſtatim, Catone abſoluto. [An Statim a Catone?

Statim atque. Ulpian. Ad legem Juliam, l. Si maritus. Et primum Pomponius putat admitti ad accuſationem extraneum poſſe, ſtatim atque negaverit: cui aſſentiendum puto. Idem de ædilitio edicto. l. Ædiles.

Statim adeptus imperium, pro Statim atque eſt adeptus imperium, vel Simul atque. Vopiſcus in fine vitæ Carl. H. St. V. cap. penult.

Statim quam. Martianus de Officio Proconſulis. l. Omnes Proconſules ſtatim, quam urbem agreſſi fuerint, habent juriſdictionem [An Statim, quum?

Statim quam. Ulpianus in l. 1. §. Habet. D. Uſufructuarius quemadmod. caveat, Quarum prior ſtatim committitur, quam aliter fuerit uſus.

Statim ut. Cic. 2. Att. 12. Litteras ſcripſi 11. x. Cerealibus, ſtatim ut tuas legeram.

Ut, ſtatim. Cic. 12. Att. 19. Nam ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.

Stătūra, æ. f. [illegible, illegible illegible, illegible illegible, Gl. L. G. illegible illegible, G. L.] proprie Ipſa corporis qualitas & eminentia aut brevitas. Cic. 5. de Finib. 35. Corporis igitur noſtri partes, totaque figura, & forma, & ſtatura, quam apta ad naturam ſit, apparet. [Statura propria, Stantis & erecti hominis menſura eſt.

Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſelius qua facie fuerit, qua ſtatura. Cic. 2. Philipp. 41.

Appoſita forma, & ſpecies, & ſtatura ad dignitatem. Auctor ad Heren. lib. 4. 60.

Commoda ſtatura. V. commodus.

Noſcere figuram & ſtaturam. Cic. 1. Tuſc. 50.

Statura arboris. Columel. lib. 5. cap. 5. Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola. h. e. Craſſitudinem & altitudinem. Idem lib. 12. cap. 48 extr. Maturam olivam in ſtatura factam colymbadem, de muria tollito. Al. In ſalſura, vel Strictura. [Malim In ſtratura. V. Pallad. Novemb. 22. pr.

Stāvārium, i. n. illegible, Gloſſ. Latinogræc. At Græcolat. Ὀψ[illegible], Stavarium. Suid. [illegible], οἱ [illegible], οἱ δὲ [illegible], [illegible]. [Unde ſuſpicor Veſtis genus intelligi.

Stœbe, es. f. [στοιβή] Frutex aculeatus, cum caule tum folio, ſemine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratiſſima, non alibi quam in aquaticis naſcens. Plin. lib. 21. cap. 15. Quædam ſpinam habent in folio, & in caule, ut phleos, quod aliqui ſtœben appellavere. Idem lib. 22. cap. 11. Stœbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipue auribus purulentis medetur: item oculis ictu cruentatis, hæmorrhagiæ quoque & dyſenteriæ infuſa. Hæc herba non eſt Scabioſa, ut quidam putant, nec ab ullo hodie eſt cognita.

Aliter Gloſſ. Græcolat. Στοιβή, Stipacio, Stramentum. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.

Stœchădes, ădum. f. pl. [Στοιχάδες] Inſulæ tres Maſſilienſium litori vicinæ, ſingulis nominibus, Prote, Meſe, Hype, hoc eſt, prima, media, & infima. Stœchades ob ordinem, quo ſitæ ſunt, dictæ. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5. Græci enim στίχον, ſeu στοῖχον dicunt ordinem & verſum. Lucan. lib. 3. 516. ſingulariter protulit,

Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stœchados arva tenens. *Les Isles d'yeres.* conf. Sueton. Claud. 17.

Stœchas, ădis. f. [στοιχάς] Herba eſt, quæ tenues habet circulos, comam hyſſopi, amara guſtu. Hanc hodie vocant imperiti *ſticados citrinum*, namque frutex oſtenditur ſurculoſus, odoratus, capitibus luteolis, ex concoloribus floſculis compactis, unde citrinum vocatur. Plin. lib. 27. cap. 12. Stœchas in inſulis tantum ejuſdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyſſopi, amara guſtu. Menſes ciet potu, pectoris dolores levat. Antidotis quoque miſcetur. Idem lib. 26. cap. 7. Iſchiadicos dolores & ſpinæ levat agaricum potum, ut in tuſſi. Item ſtœchadis aut vettonicæ farina ex aqua mulſa. Obſervaverunt (inquit Ruell.) Arabicæ factionis auctores alterum ſtœchados genus, caule ſeſquipedali, pallido, coma tenui, oblonga, ſpica ſterili, quod ſuo gentili

cogno-

cognomento Arabicum vocaverant, ejuſdem cujus & Gallicum effectus. Suſpicatus præterea idem auctor, Arabicam ſere ſtœchadem inter origani genera comprehendi ſub onitide.

Stōĭci, ōrum. m. pl. [Στωϊκοί] Philoſophi appellati ſunt a στοὰ, quod ſignificat Porticum, quo convenire ac diſſerere ſolebant. Erat enim porticus Athenis, dicta Pœcile, ex varietate picturæ: Græci enim ποικίλον varium dicunt. In hac portico Zeno philoſophus diſcipulos docebat. Unde & ſecta Stoica, & philoſophi Stoici nuncupati ſunt, qui antea Zenonii dicebantur a Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorum memoratiſſima, quam Chryſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuito, quum prius Piſianactea diceretur. Cic. pro Muren. 61. Fuit enim quidam ſummo ingenio vir Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. V. Suid. in Στοὰ, & Στωϊκοί.
Ad Stoicos ſe inclinare. Cic. de Fin. 3. 10.

Stoĭcus, a, um. Adj. [Στωϊκός] ut, Libelli Stoici. Hor. Epod. 8. 15. Dogmata Stoica. Juven. 13. Sat. 121.

Stoĭce, Adv. [Στωϊκῶς] Cic. in Parad. 1. De diis immortalibus, de caritate patriæ, Stoice ſolet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. De Catone. Idem pro Muren. 74. At enim agit mecum auſtere, & Stoice Cato.

Stoĭcida, vel Stoĭcides, æ. m. patronym. [Στωϊκίδης] Juven. 2. Sat. 65. per contumeliam dixit,
Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem
Stoicidæ.

Stoĭdis, Inſula juxta Carmaniam, apud Plin. lib. 6. cap. 25. Quam quæſtuoſam ait eſſe margaritis.

Stŏla, æ. f. [ἔνδυμα, Gl. L. G. στολὴ, G. L.] apud veteres dicebatur, Quicquid corpus tegeret; nam & apud Græcos στολὴ indumentum ſignificat, unde Stola deducitur. Enn. Telepho, Cado & caveo conveſtitus ſqualida ſeptus ſtola. Idem in eadem, Regnum reliqui ſeptus mendici ſtola. Ex Non. 14. 6.
Velatus ſtola. Hor. 1. Serm. 2. 1.
Stola, Veſtis honeſtæ mulieris, uſque ad imos pedes demiſſa. Tibull. 1. 6. 68. — quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec ſtola longa pedes. Cic. 2. Philip 44. Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Jocus eſt in Antonium qui ſe Curioni proſtituerat. Hor. 1. Serm. 2. 99.
Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla.
Stola, pro Honeſta muliere. Stat. 1. Silv. 2. 235.
Hinc eques, hinc juvenum cœtu ſtola mixta laborat. Martial. 10. 5.
Quiſquis ſtolæve, purpuræve contemptor, &c.

Stŏlātus, a, um. Adj. [ἐνδεδυμένος, Gl. G. L.] Stola indutum, nonnunquam Matronale, atque honeſtum dicimus. Martial. lib. 1. 36.
Quis floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem?
Stolata mulier, pro Locuplete & primaria: contra, Togata pro Plebeja, & ſecundæ claſſis. Hor. 1. Serm. 2. 82. Budæus. [Stola ingenuas velabat, Togatæ meritoriæ puellæ. V. ibid. v. 63. Scholiaſten Cruquianum. conf. Voſſ. Inſt. Orat. 1. 10. 4.

Stŏlĭdus, a, um. Adj. [ἀναίσθητος, [illegible], Gl. G. L.] Excors. Ter. Heaut. 5. 2. 34.
Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? e. ſtolidus eſt. Idem Andr. 5. 1. 12. Ah vix tandem ſenſi ſtolidus.
Aures ſtolidæ. Ovid. 11. Met. 175.
Fiducia ſtolida. Liv. 34. 46.
Linguæ ſtolidæ convicia fundere. Ovid. 13. Met. 306.
Mens ſtolida. Ovid 11. Met. 149.
Pecus ſtolidum. Propert. lib. 2. 16. 8.
Saxum ſtolidum. Plaut. Mil. 4. 2. 33.
Vatum ſtolidiſſimus. Ovid. 13. Met. 774.
Stolidus, Stultus. Enn. lib. 1.
Nam vidi pugnare ſues, ſtolidi, ſolidi ſunt. Et in Alexand. Hominem appellat, quia laſcivi ſtolide non intelligit. Et Cæcil. in Hypobol. Abi hinc tu ſtolide, illi, ut tibi ſit pater. Et in Andron. Sed ego ſtolidus, gratulatum me oportuit prius. Feſtus. [Lego Laſcivit. V. Scalig. & Dacer.
Compar. Aurel. Victor in Conſtant. Ingenio ſtolidior. Gell. 18. 4. Ipſo Lentulo ſtolidior.
Superl. Liv. 22. 28. Dux ipſe inter ſtolidiſſimos.

Stŏlĭde, Adv. [ἀναισθήτως] Liv. 25. 19. Id non promiſſum magis ſtolide, quam ſtolide creditum.
Stolide tument pulmones. Plin. lib. 25. cap. 14. Subaudi Male.
Ferox ſtolide. Tacit. 1. Ann. 3.

Stŏlĭdĭtas, ātis. f. [ἀναισθησία] Flor. 3. 3. 12. Quadam ſtoliditate Barbarica. Idem 4. 12. 16. Apud homines paris ſtoliditatis.

Stŏlo, ōnis. m. [[illegible], Gl. L. G.] Propago. Quid ſit declarat his verbis Varr. 1. de R. R. cap. 2. Nam Stolonis lex illa, quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat ſtolo, quod effodiebat circum arbores e radicibus, quæ naſcerentur e ſolo, quos ſtolones appellabant. Plin. lib. 17. cap. 1.
Stolo, Stolidus: & certe a ſtolone ſtolidi nomen ortum eſſe videtur, utroque originem profitetur ſuam. Auſon. Epiſt. 4. 92.
Sed jam non potes, ô ſtolo, doceri. Niſi ſi quis pro Veteri, & antiquo, & ſene poſitum putet, adjuncta tamen etiam ſignificatione ſtoliditatis & ſtultitiæ. Turneb. Adverſ. 1. 23. In Gloſſ. ſcribitur Stulo per u.

Stŏmăcăce, es. f. [στομακάκη] Plin. lib. 25. cap. 3. 1. In Germania, trans Rhenum caſtris a Germanico Cæſ. promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageſque in genibus ſolverentur. Stomacacen medici vocabant, & Sceletyrben ea mala.

Stŏmăchus, i. m. [στόμαχος] Apud veteres Canalis in genere Stomachus vocatus eſt, & Œſophagum ſignificat, per quem cibus ex ore deſcendit in ventriculum. Plin. lib. 11. cap. 37. Summum gulæ fauces vocantur, extremum ſtomachus. Hoc nomine eſt ſub arteria jam carnoſa inanitas adnixa ſpinæ, ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fuſa. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Linguam autem ad radices ejus hærens ſtomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt. Celſ. lib. 4. cap. 1. Deinde duo itinera incipiunt: alterum aſperam arteriam nominant: alterum ſtomachum. Arteria exterior ad pulmonem, ſtomachus interior ad ventriculum fertur. Illa ſpiritum, hic cibum recipit.
Stomachus ponitur etiam pro Ventriculo, id eſt, receptaculo ciborum. Ab στόμα, ἢ στόματος ore, & ἔχω habeo, quia ea ſic habet, ut effundat alio. Juven. 5 Sat. 49.
Si ſtomachus domini fervet vinoque, ciboque. Plin. lib. 19. cap. 5. Vivunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem, nec perfici queunt in cibis. De peponibus. Hor. 2. Serm. 2. 38.
Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit. Idem 2. Serm. 2. 18.
— cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.
Marcens ſtomachus pridiani cibi onere. Suet. Calig. 58.
Acrimoniam ſtomachi roſioneſque ſedant nuclei nucis pineæ. Plin. lib. 23. cap. 8.
Defectus ſtomachi excitat inula. Plin. lib. 9. cap. 5.
Diſſolutio ſtomachi, Vomitus continuus. Plin. lib. 9. cap. 48. De lepore maris Indici.
Fluctuationes ſtomachi ſiſtit beta. Plin. lib. 20. cap. 8.
Fluxiones ſtomachi ſiſtunt caſtaneæ. Plin. lib. 23. cap. 8.
Malacia ſtomachi. Plin. lib 18 cap. 7.
Reſolutio ſtomachi. Celſ. lib. 4. cap. 5. Vulgatiſſimum vero peſſimumque ſtomachi vitium eſt reſolutio: id eſt, quum cibi non tenax eſt, ſoletque deſinere ali corpus, ac ſic tabe conſumi.
Roſiones ſtomachi. Plin. lib. 20. cap. 14.
Solutiones ſtomachi. Plin. lib. 20. cap. 22.
Tempeſtivitates ſtomachi. Plin. lib. 29. cap. 13.
Torſiones ſtomachi. Plin. lib. 20. cap. 17. & lib. 28. cap. 7.
Imbecillus ſtomacho. Celſ. lib. 1. cap. 2.
Imbecillum ſtomachum habere. Celſ. lib. 1. cap. 8. De vomitu.
Iners ſtomachus, qui ſuum officium non facit, hoc eſt non concoquit. Ovid. lib. 1. de Pont. 10. 14.
Nectar, & ambroſiam, latices epulaſque deorum,
Det mihi formoſa grata Juventa manu:
Non tamen exacuet torpens ſapor iſte palatum,
Stabit & in ſtomacho pondus inerte diu. Juventa, i. e. Hebe, quæ diis pocula dicitur miniſtrare.
Infirmus ſtomachus. Celſ. lib. 1. cap. 2. De vomitu.
Accipere vulnus in ſtomacho. Cic. 4. Fam. 3.
Corroborare ſtomachum. V. Corroboro.
Excitare ſtomachum. Plin. lib. 20 cap. 5.
Facere ſtomachum, Vide Facere. H. St.
Fert ſtomacho pituita tumultum. Hor. 2. Serm. 2. 75.
Laborare ſtomacho. Celſ. lib. 1. cap. 8.
Pervellere ſtomachum laſſum. Hor. 2. Serm. 8. 9.
Recreatur ſtomachus vino. Plin. lib. 25. cap. 1.
Reficitur ſtomachus diverſitate ciborum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Reſpuit cibum ſtomachus. Celſ. lib 3. cap. 6. Sed de cibo facilior quidem cum ægris ratio eſt: quorum ſæpe ſtomachus hunc reſpuit, etiam ſi mens concupiſcit.
Ructans acida ſtomachus. Plin. lib. 20. cap. 17.
Ruens ſtomachus. Hor. 2. Serm. 3. 254.
Sollicitat ſtomachum ægrum mala copia. Hor. 2. Serm. 2. 43.
Languens ſtomacho, [κακοστόμαχος] Cic. 8 Fam. 13. Idem 16. Fam. 6. Jus enim dandum non fuit, quum κακοστόμαχος eſſes.
Stomachus pro Animo vel Indignatione; quia quemadmodum ſtomachus facile eo cibo movetur, a quo natura abhorret: ſic animus eas res maxime averſatur & abhorret, quas ſuæ naturæ contrarias eſſe ſentit. Plin. 6. Epiſt. 2. Mei certe ſtomachi hæc natura eſt, ut nihil niſi totum & mixtum velit. i. e. Animi mei.
Ludi non tui ſtomachi. Cic. 7. Fam. 1. Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi: conjecturam enim facio de meo. i. e. Qui tibi minime placuiſſent. Budæus.
Sollicitare ſtomachum. Plin. 1. Epiſt. ult. In hoc autem agello, ſi modo arriſerit pretium, Tranquilli mei ſtomachum multa ſollicitant, vicinitas Urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, &c. h. e. Emendi deſiderium ſtimulant & augent.
Stomacho ſuo vivere. Plin. in Epiſt. 1. 2. Pro ſententia animi. Budæus.
Stomachus, Æquitas animi. Plin. in præf. Argumentum hujus ſtomachi mei habebis, quod in his voluminibus auctorum nomina prætexui. i. e. Æquitatis meæ, & candoris animi, quod ſcilicet nihil malignitati dederim. Budæus. Non inepte etiam expoſueris ſimpliciter, pro Animi.
Nec tam animum me, quam ſtomachum non habere arbitrantur. Cic. 15. Att. 15.
Stomachus pro Affectu animi. Quintil. lib. 6. 3. extr. Hæc aut Catonis animo, aut Ciceronis ſtomacho ferenda ſunt. Budæus.
Bonum ſtomachum, Martial. pro Æquitate animi poſuit. Quintil. lib. 2. cap. 3. Error tamen in re duplex: unus quod interim ſufficere illos minores præceptores exiſtimant, & bono ſane ſtomacho contenti ſunt. i. e. Contenti ſunt ſtomacho præceptorum, qui hæc elementa diſciplinæ docere non dedignantur, nec faſtidiunt. Budæus.
Stomachus aliquando pro Ira, Odio, & Faſtidio. Cic. 4. Tuſc. 53. Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam ſtomacho non egere. Idem 1. Fam 16. Hoc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. i. e. Etiam in indignatione.
Locus ille animi noſtri, ſtomachus ubi habitabat olim, concaluit. Cic. 4. Att. 16. Ubi ſedes iræ fuit. Concaluit, Calorem concepit ad concoquenda quædam ſunt. i. e. Ut non ferenda feram tamen. [Imo Concalluit, i. e. Callum contraxit, obduruit.
Epiſtola plena ſtomachi & querelarum. Cic. 3. Q. frat. 8.
Exardeſcere iracundia & ſtomacho. Cic. 4. Verr. 48.
Faſtidium ſtomachi. Cic. 2. Fam. 16. Noſti enim, non modo ſtomachi mei, cujus tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum, in hominum inſolentium indignitate faſtidium.
Moleſtia & Stomachus. Cic. 16. Att. 2. Mihi autem quo lætiora ſunt, eo plus ſtomachi & moleſtiæ eſt, Pop. Rom. manus ſuas non in defendenda Republica, ſed in plaudendo conſumere.
Sollicitudo ac Stomachus. Cic. ad Brut. 13. Scribere multa ad te, neque poſſum præ ſollicitudine ac ſtomacho, neque debeo. Idem pro Muren. 19. Servius hic nobiſcum hanc urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi, plenam ſollicitudinis ac ſtomachi ſecutus eſt.
Gravis ſtomachus Pelidæ. Hor. 1. Carm. 6. 6.

Digitized by Google

Facere ſtomachum, pro Dolore afficere ac commovere. Cic. 1. Fam. 9. Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi: ſed certe os facere arbitrarentur.

Movere ſtomachum. Idem. Cic pro Muren. 28. Itaque ſi mihi, homini vehementer occupato, ſtomachum moveritis, triduo me Juriſconſultum eſſe profitebor. Idem 6. Att. 3. In quo tamen ille mihi riſum magis, quam ſtomachum movere ſolet. V. MUVEO.

Stomacho eſſe dicitur res aliqua. Cic. 3. Att. 8. Et multa præterea, quæ tum mihi majori ſtomacho fuerunt quam ipſi Quinto.

Stomachum erumpere in aliquem. Cic. 16. Att. 3. Hunc tu tralatum in Macrocolum lege in arcano convivis tuis: ſed, ſi me amas, hilaris & bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, quum ſint tibi irati.

Non ſine ſtomacho. Cic. 5. Q. frat. 5. Puto enim te exiſtimaturum a me illos libros, non ſine aliquo meo ſtomacho, eſſe relictos.

Stomachicus, a, um. Adj. [στομαχικός] Qui a ſtomacho laborat. Plin. lib. 23. cap. 5. ſcribit, helleborum mederi ſtomachicis. Idem lib. 20. cap. 9. Item ad ſpleneticos & ſtomachicos, &c.

Stomachōſus, a, um. Adj. [ἀγανακτικός] ior, iſſimus. Qui facile indignatur, ac cuncta faſtidit. Firmic. lib. 5. cap. 10. Erunt hi quoque animo malo, & ſtomachoſo.

Eques ſtomachoſus. Hor. 1. Epiſt. 13. 10.

Stomachoſa res. Cic. 2. de Orat. 279. Me quidem hercle valde illa movent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula, non quum a moroſo dicuntur, tum enim, non ſal, ſed natura ridetur. Idem de Clar. Orat. 236. Quod erat in reprehendendis verbis verſutum & ſollers, ſed ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum.

Compar. Cic. 3. Fam. 11. pro Eo qui injuriam contumeliamque facit, Stomachoſiores, inquit, meas litteras quas dicas eſſe non intelligo. i. e. Ex nimis magno ſtomacho & indignatione ſcriptas. [Sic opinor, non illo modo accipi.

Stomachoſe, Adv. Compar. Cic. 10. Att. 5. Reſcripſi ei ſtomachoſius.

Stomăchor, [ἀγανακτέω, δυσχεραίνω, ὀργίζομαι] ări. Indignari ac turbari. Quandoque Accuſativo jungitur, quandoque abſolute, quandoque cum præpoſitione ponitur. Cic. 14. Att. 21. Amariorem enim me ſenectus facit, ſtomachor omnia. Ter. Eun. 2. 3. 31.

Id quidam adveniens mecum ſtomachabar modo.

Abſolute. Cic. 13. Fam. 16. Si enim ſtomachabere & moleſte feres, plura dicemus. Idem 4. Acad. 11. Et homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen cœpit.

Stomachor ob. Hor. 1. Epiſt. 1. 104.

— & prave ſectum ſtomacheris ob unguem.

Non dubito quin mirere, atque etiam ſtomachere, quod tecum de eadem re agam ſæpius. Cic. Capitoni, 16. Att. ep. ult.

Jucundiſſimis tuis litteris ſtomachatus ſum in extremo. Cic. 10. Fam. 26.

Stomachabatur ſenex, ſi quid aſperius dixeram. Cic. 1. de Nat. Deor. 94.

Stomachans, antis. Partic. [ἀγανακτῶν] Cic. 4. Att. 16. Quid aliud novi? & tamen, abſoluto Gabinio, ſtomachantes alii judices.

Videre quempiam iraſcentem & ſtomachantem. Cic. de Clar. Orat. 326.

Stomachābundus, a, um. Adj. Gell. 17. 8. Puer atrocibus oculis ſtomachabundus.

Stomatica, V. poſt dict. ſeq.

Stŏmătĭcus, a, um. Adj. [στοματικός] a στόμα, στόματος, quod Os ſive buccam Latine ſignificat: dicitur Qui ulcus aliquod in ore habet. Plin. lib. 24. cap. 14. Hujus flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus ſacris, ſtomaticiſque ex aqua bibendus datur. h. e. Iis qui oris ulceribus laborant, vel cum iis medicamentis, quæ ſtomatica dicuntur. Ob eandem rationem Stomatice eſt, hoc eſt ori confert, & oris affectus ſanat. Plin. lib. 22. cap. 9. De glycyrrhiza, Ideo & commanducata, ſtomatica eſt, ulceribus oris inſperſa ſæpe, & pterygiis.

Stomatica pharmaca dicuntur, quæ ad uvam, tonſillas, ac omnes quæ in ore fiunt derepente inflammationes, conveniunt. Galen. lib. 6. cap. 1. De compoſitione pharmacorum ſecundum locos.

Stomatice, es. f. [στοματική] Oris medicamentum. Plin. 23. 6.

Stŏmia, [στόμια] a Polluce poſita inter Ornamenta colli, lib. 5. cap. 16. Ubi Gualther. vertit Oreas. [Gloſſ. Græcolat. Στόμιον, Orificium, Oſtium. Bucculas vertit Gualt. lib. 10. ſ. 56. Polluc. ubi pro freni parte ponitur. conf. a. ſ. 100. & 101.

Stŏmōma, ătis. n. [στόμωμα] Plin. lib. 34. cap. 1. De ſquama æris, Squamæ eſt alterum genus ſubtilius, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod vocant ſtomoma.

Stomoma, Ferrum eſt in uſum aliquem formatum, hoc eſt in inſtrumenti alicujus formam redactum, ac chalybe roboratum, a verbo στομόω, quod roboro, ac quaſi os & aciem firmo ſignificat, verbali forma deducta appellatione. Eſt etiam Chalybs ipſe. Id quod facile colligitur ex Aetio & aliis. Hinc apud Dioſcor. lib. 5. cap. 90. & alios medicos Squama ſtomomatis, eſt Squama chalybis, vel Inſtrumenti alicujus ferrei chalybe roborati, quæ tundendo decutitur. Quod parum intellexiſſe videtur Plinius l. c. Stomoma putans eſſe Squamam æris. Matthiol. in Dioſcorid. hac de re ſuſiſſime diſſerit. [Gloſſ. Græcolat. Στομῶ, Ferrumino; στόμωμα, Ferramen, στομωτής, Indurator. Scribe Ferrumen, ut exſtat in Latinogræco.

Stoni, Populi ſunt imas Alpium radices ex Italiæ parte habitantes: ut prodit Strab. lib. 4.

Storea, æ. f. [ψιαθος, φορμός] Quam extendimus ſuper terram. Plin. lib. 13. cap. 15. Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, neque ante ſextam decimam lunam, neque ante primam horam. Cadiva ſeparari, ſtramentis, storeis, paleiſve ſubſterni. Storea dicta ἀπὸ τοῦ στορέννυμι, quod ſignificat ſternere. Liv. 30. 3. Numidæ præcipue arundine textis, storeaque pars maxima tectis, paſſim &c. habitabant.

Storearum uſus in Poliorceticis. Cæſ. 2. Bell. Civil. 9. Storias autem ex funibus ancorariis tres, in longitudinem parietum turris, latas IV pedes fecerunt, eaſque ex tribus partibus, quæ ad hoſtem vergebant, eminentibus trabibus circum turrem præpendentes religaverunt; quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo telo neque tormento tranſjici poſſe. Et p. p. Ubi quantum ſtoriarum demiſſio patiebatur, tantum elevabant. Quidam enim Storiam, per tertiam vocalem ante a, ſcribunt. V. Dion. Voſſ. ad Cæſ. not.

S T R

Străbo, ōnis. m. [στραβός, στραβών] Qui oculos habet diſtortos. Cic. 1. de Nat. Deor. 80. Redeo ad deos, ecquos, ſi non tam ſtrabones, at pætulos eſſe arbitramur? Plin. lib. 11. cap. 37. Uni animalium homini oculi depravantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum. Varr. Flextabulis, Multi eorum, qui limine intrarunt integris oculis, ſtrabones ſunt facti. Non. 1. 109.

Străbo, [Στράβων] eruditione Græcus, profeſſione geographus & philoſophus Stoicus, ortus ex Amaſia civitate Pontica, id quod ipſe de ſe teſtatur, & Stephanus prodidit, matre fuit a Gnoſo Cretenſi urbe orta. Amicitia uſus eſt Ælii Galli, cum quo Nilum navigavit, & totam fere Ægyptum luſtravit, ac bonam etiam Africæ partem. Claruit Romæ temporibus Augusti & Tiberii. V. Voſſ. de Hiſt. Gr. 2. 6.

Străbōnus, a, um. Adj. [στραβός, Gl. G. L.] Luſcus Non. 1. 109. Strabonos ſunt, quos Strabos nunc dicimus.

Strabus, i. m. [Στραβός] proprium. ut Strabus Gallus, poeta Medicus.

Straboñus, i. m. Petron. Fragm. cap. 68. Strabonus eſt, non curo.

Strages, V. sterno.

Stragona, [Στραγόνα] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. vulgo *Poſenaw*.

Stragula, Stragulum, Stramen, Stramentarius, Stramentitius, Stramentum, Stramentum, Straminius, V. sterno.

Strangŭlo, [στραγγαλίζω, Gl. G. L.] are. Stringendo gulam frangere. Cic. 9. Fam. 22. Nos autem ridicule, ſi dicimus, ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur. Juven. 10. Sat. 13.

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat.

Strangulare divitias dixit Papinius, quod tanquam invitæ & conſtrictæ retinerentur conſtipatæ, ut quæ reſpirare nequirent, ſuffocarentur. Stat. 2. Silv. 2. 150.

Non tibi ſuppoſitas infelix ſtrangulat arca
Divitias. Turneb.

Liquor ſtrangulat ora. Ovid. in Ibin, 504.

Strangulat ſegetes nimia terræ lætitia. Quintil. lib. 8. in procem. Columel. lib. 3. cap. 18. Eademque velut concluſa & coarctata ſemina comprimere atque ſtrangulare.

Strangulante ſonitum natura. Plin. lib. 2. cap. 45.

Strangulātus, a, um. Partic. Plin. lib. 7. cap. 7. Fabius in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus.

Strangulatio, ōnis. f. ut, Strangulatio vulvæ. Plin lib. 20 cap. 15. &

Strangulātus, ûs. m. [στραγγαλισμός Gl. G. L.] Ipſe ſtrangulandi actus; ut, Strangulatus vulvæ, quæ & Strangulatio dicitur, pro Compreſſione, & anguſtia uteri. Plin. lib. 20. cap. 18. Datur & olfactandum ex aceto in ſtrangulatu vulvæ. Idem lib. 21. cap. 20.

Strangulātor, ōris. m. Qui ſtrangulat, vel ſtrangulavit. Spartian. Severo cap. 14. Narciſſum, Commodi ſtrangulatorem, leonibus objecit.

Strangulātrix, īcis. f. Manus ſtrangulatrix faucium. Prudent. in Roman. v. 1103.

Strangulābĭlis, e. Adj. Tertull. de Anima, cap. 32. Submerſu piſcinarum ſtrangulabilis.

Strangūria, æ. f. [στραγγουρία] Difficultas urinæ, quæ ex meatus conſtrictione accidit: unde fit ut ſtillatim urina dimittatur. Unde etiam, Urinæ ſtillicidium, Latinis dicitur. A στραγγάλλω conſtringo, & τὸ οὖρον. Vel ab στραγξ στραγγός, quod apud nos ſtillicidium ſignificat: οὐρέω, mejo. Latine Subſtillium dicitur. Plin. lib. 20. cap. 52. Philiſtion in lacte coquit, & ad ſtranguriam dat radicis uncias quatuor. Cic. 2. Tuſc. 45. Quamvis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat. conf. Cato de R. R. 127. Celſ. 2. 1. Gloſſ. Græcolat. Στραγγουρία, Culbicio, Subſtillatio. στραγγουρῶ, Culbo, Subſtillo.

Strătēgēma, ſive Strategĕma, ătis. n. [στρατήγημα] Strategemata, Aſtutiæ rei militaris, geſta militaria, exempla ſive conſilia militaria, quibus poſteri ad ſimilia facienda ducuntur. Στρατὸς enim, exercitus; ἄγω duco; στρατεία, militia, exercitus. Cic. 3. de Nat. Deor. 15. Conſilium illud imperatorium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant, ſed eorum imperatorum qui patriæ conſulerent, vitæ non parcerent. Idem 5. Att. 2. Quum interim Rufio noſter, quod ſe a Veſtorio obſervari videbat, ſtrategemate hominem percuſſit.

Gelenius apud Dionyſ. Halic. 299. Vaframentum militare interpr. H. St.

Strătēgus, i. m. [στρατηγός] Dux exercitus. Plaut. Curc. 2. 3. 6.

Nec ſtrategus, nec tyrannus quiſquam, nec agoranomus. Gloſſ. Græcolat. Στρατηγὸς Ῥώμης, Prætor. στρατηγὸς Magiſtratus, Duumvir. Hic nempe in pleriſque Coloniis & Municipiis magiſtratus fuit. conf. magistratus.

Strategum te facio huic convivio, dixit Plaut. in Stich. 5. 4. 20 tranſlate.

Strategia, æ. f. [στρατηγία] Prætura, imperium rei militaris. Item Præfectura. Plin. lib. 6. cap. 9. De Armenia, Dividitur (quod certum eſt) in præfecturas, quas ii ſtrategias vocant. Idem lib. 4. cap. 11, Gloſſ. Græcolat. Στρατηγία, Magiſtratus, Duumviratus. Στρατηγία Ῥώμης, Prætura.

Stratarchas, [Στρατάρχης] Dorylai filius, rex fuit Cretenſium, quem Strabo ſe vidiſſe adſerit lib. 10.

Stratiōtēs, [στρατιώτης] Miles Græcis. Sic autem dicitur Millefolium, frutex exiguus, palmi altitudine; foliis avicularum pennas imitantibus, brevi admodum diſſectoque foliorum exortu. Latini & Militarem herbam appellant, propterea quod vulnera omnia ferro facta intra dies quinque ſanare dicatur ex oleo impoſita.

Eſt & Stratiotes aquaticus ſine radice vivens, aquis tantum ſupernatans folia habens ſempervivo ſimilia: ſed majora. Hujus meminit & Plin. lib. 24. cap. 18. Celebratus (inquit) & a Græcis Stratiotes: ſed ea in Ægypto tantum ex inundatione Nili naſcitur, Aizoo ſimilis, ni majora haberet folia. Refrigerat mire & vulnera ſanat ex aceto illita.

Stratiōtĭcus, a, um. Adj. [στρατιωτικός] Militaris. Plaut. Pſeud. 2. 2. 9.

Jam pol ego hunc ſtratioticum nuntium advenientem probe percutiam.

Stratius, [Στράτιος] Jovis cognomen, qui apud Carrhas colebatur, quod nos Bellicoſum interpretari poſſumus. Herod. lib. 5.

Item unus ex filiis Neſtoris.

Strato. ōnis. m. [Στράτων] Multi in hujuſce nominis ſocietatem venerunt.

Primus Iſocratis auditor.

Secundus Lampſacenus, Arceſilai filius, Theophraſti diſcipulus, qui vocatus eſt Phyſicus, propter ſpeculationem phyſicæ. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi, ſcripſitque multos libros. Cic. 1. de Nat. Deor. 35.

Nec audiendus eſt ejus (ſcil. Theophraſti) auditor Strato, is qui Phyſicus appellatur; qui omnem vim divinam in natura ſitam eſſe cenſet, quæ cauſas gignendi, augendi, minuendi habeat: ſed careat omni ſenſu & figura. De hoc Laert. Diog. lib. 5. ſegm. 58.

Tertius medicus, qui Eraſiſtratum audivit.

Quartus hiſtoricus.

Quintus poeta Epigrammatum, obſcœniſſimorum, Sardianus.

Sextus antiquus medicus, ut ait Ariſtoteles.

Septimus Peripateticus, qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laertius. ſegm. 61. l. c. conf. Menag. not. & Suid.

Octavum Plutarchus Stratonem ponit Rhetorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui una cum eo in bello Philippenſi fuit: ſoluſque adhibitus, cum ille ſibi mortem conſcivit. Conciliatus poſtea Auguſto per M. Meſſalam, cui comes ad bellum Actiacum fuit.

Straton, Sidonis regulus luxuria nobilis. V. Ælianum. Var. hiſt. 7. 2. Hic (ut Hieronymus ſcribit) manu propria ſe volens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret: quorum fœdus Ægyptii regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine: & gladium, quem arripuerat, adſpectans, hoſtium pavidus exſpectabat adventum. Quem jam jamque capiendum uxor intelligens, extorſit acinacem de manu, & latus ejus tranſverberavit. Compoſitoque ex more cadavere, ſe moriens ſuperjecit, ne poſt virginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret.

STRATŎNĪCĒ, es. f. [Στρατονίκη] Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis Pergami regis, cui Attalum peperit, qui illi in regnum ſucceſſit. Strabo lib. 13.

STRATONICEA, vel STRATONICIA, æ. f. [Στρατονίκεια] Urbs eſt Meſopotamiæ ad Babylonem, auctore Plin. lib 6. cap. 26. Al. Stratonica. Stratonicia Civitas eſt nobiliſſima in mediterraneo Aſiæ. Strab lib. 14.

STRĂTŎNĪCUS, i. m. [Στρατόνικος] Philippi Macedonum quæſtor, vir ditiſſimus; ad quem pertinet Plautinum illud in Rud 4. 2. 27.

Poſt animi cauſa mihi navem faciam, atque imitabor Stratonicum:
Oppida circumvectabor.

Item citharœdus quidam ſub Ptolemæo, cujus meminit Athenæus lib. 8.

STRATUS, STRATORIUS, STRATOR, STRATURA, STRATUS, V. STERNO.

STRATUS, m. & f. [Στράτος] Acarnaniæ civitas, ad fluvium Acheloum. Strab. lib. 10.

STRAUTUM, i. n. Θύρα ἀρμαμάξης σκῆνος. Gloſſ. Latinogræc.

STREBULA, ut Feſtus Pompejus ait, ſignificat, Umbrorum lingua, Coxendices hoſtiarum, quas Græci μηρία dicunt, quæ in altaria imponi ſolebant. Varro de L. L. 6. 3. ex Actio, De ſtrebula ut delumbos cœnabis, Chæres. Strebula, ut Opilius ſcribit, circum coxendices ſunt nubis. Sed alii aliter legunt. Vulgo Ceraſtibola. Arnob. lib. 7. fere ut Varr. interpretatur ſic ſcribens, Non enim placet carnem ſtrebulam nominare, quæ taurorum e coxendicibus demitur. Etymologiam ei Græcam reddit Varr. a verbo στρέφειν, quod eſt Vertere. Id Græcum eſt, inquit, ab hujus loci verſura. [An ergo Strepula?

STRĒNA, æ. f. [οἰωνισμός, Gl. L. G. & G. L. ξένιον, L. G.] Munus, quod datur die feſto, ominis boni gratia. Feſtus, Strenam vocamus, inquit, quæ datur die religioſo, ominis boni gratia, a numero, quo ſignificatur alterum tertiumque venturum ſimilis commodi, veluti trenam, præpoſita s littera, ut in Loco & Lite, Stloco, Stlite ſolebant antiqui. Strena, dicta a ſtrenuitate, ut vult Non. 1. 56. Pompon. Piſtorib. Aſſide, ſi qua ventura eſt alia ſtrena ſtrenæ. Sueton. in Calig. cap. 42. Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum, ſtetitque in veſtibulo ædium Calendis Januariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis turba ferebat.

Strenarum origo, qua felicem ominamur annum ipſius auſpicio & initio, a Tatio rege manaſſe dicitur, qui primum Romuli hoſtis, deinde collega in regno Romano fuit. Symmachus epiſt. 10 28. Ab exorto pæne urbis Martiæ ſtrenarum uſus adolevit auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ novi anni auſpices primus accepit. DD. Imperatores: nomen indicio viris ſtrenuis hæc convenire ob virtutem. Ex Turneb. 10 26.

Strenarum commercium, Viciſſitudo dandi & accipiendi ſtrenas. Sueton. in Tiber. cap. 34. Quotidiana oſcula prohibuit edicto: item ſtrenarum commercium ne ultra Calendas Januarias exerceretur. Conſueverat quadruplam ſtrenam, & de manu reddere, ſed offenſus interpellari ſe ab iis, qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, ultra non reddidit. Quadruplam, id eſt quadruplo majorem quam accepiſſet. Interpellari, impediri, & a rebus gerendis averti: toto menſe Januario. Strenæ meminit idem Suet. in Auguſt. cap. 57.

STRĒNIA, Dea, quæ & STRENUA dici videtur. Varr. de L. L. 4. 8. Hinc oritur caput ſacræ viæ, ab Streniæ ſacello. Divus Auguſtinus de Civ. D. 4. 16. a ſtrenue faciendo denominatam ait. Lil. Syntag. 1. lib. Hiſtor. Deor.

STRĒNUUS, a, um. Adj. [εὐεργετικός, Gl. L. G.] Fortis, celer, vigilans, & ad res gerendas promptus. Ter. Phorm. 3. 1. 12.

Tum Phormio itidem hac re (ut in aliis) ſtrenuum hominem præbuit.

Columel. lib 7. 6. extr. Magiſter pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſſimus, alacer, atque audax eſſe debet.

Fortis & Strenuus. Cic. 2. Philipp. 78. Ut cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum.

Noli autem me tam ſtrenuum putare, ut ad Nonas recurram. Cic. 15. Att. 6.

Dextra ſtrenua. Ovid. de Medicam. faciei, 64.

Facies ſtrenua. Plaut. Rud. 2. 2. 8.

Inertia ſtrenua nos exercet. Hor. 1. Epiſt. 11. 28. [Oxymôron.

Membra ſtrenua. Ovid. 4. Faſt. 788.

Miniſtra ſtrenue faciendis juſſis. Ovid. 9. Met. 307.

Mora ſtrenua, pro Cita & celeri. Curt. lib. 9. 8. 20.

Saltus ſtrenuus, pro Celeri. Curt. lib. 9. 1. 15. Tranſiliebantque in vehicula ſtrenuo ſaltu, quum ſuccurrere laborantibus ſuis vellent.

Valde poëtice dictum eſt a Julio Capitol. in hac vita Clodii Albini, Armorum ſtrenuus. Ac ne apud poëtam quidem ullum me legere memini. H. St. Extant cap. 13. pr.

Strenuior, pro Magis ſtrenuus. Plaut. Epid. 3. 4. 10.

Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicet
Suas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ.

Superl. Cato de R. R. in præfat. At ex agricolis & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur. conf. Plin. lib. 18. cap 5. Tacit. 4. Hiſt. 69.

STRENUE, Adj. [ἀνδρείως, γοργῶς, Gl. L. G.] Fortiter, diligenter. Cic. 16. Att. 6. Magis commode, quam ſtrenue, navigavi. Idem 2. Q. frat. 2. Domus utriuſque noſtrûm ædificatur ſtrenue.

Capere arma pro aliquibus ſtrenue. Cic. pro C. Rabir. perd. reo. 30.

Comparare aliquid ſtrenue. Auctor. ad Herenn. lib. 4. 64.

Strenue, Adprobantis Adv. Cic. 14. Fam. 5. De novi exeuntibus nobis Acaſtus cum litteris præſto fuit, uno & x x die. Sane ſtrenue.

Strenue, pro Celeriter, ſive prompte. Curt. lib. 8. 2 10. Revocatoque ſtrenue Oxarte, futurum ſe in regis poteſtate reſpondit. [Sic & apud Cic. exponendum. Auctor ad Herenn. 3. 24. Strenue quod volumus oſtendere factum, celeriuſcule dicemus.

Vide aliud exemplum in DISCURRO. H. St.

STRENUITAS, ātis. f. [γοργότης, Gl. G. L.] Fortitudo, celeritas, agilitas. Ovid. 9. Met. 320.

Strenuitas antiqua manet.

STRENUO, āre. Strenuum ſe gerere. Plaut. Pſeud. 2. 2. 34. Dum tu ſtrenuas, res erit ſoluta. Sciop. Si tu creduas.

STRĔPO, ui, itum, [ψοφέω, κτυπέω, Gl. G. L.] ĕre. Pedibus, aut alio quocunque modo ſonitum facere. Plin. lib. 11. cap. 10. de Apibus, Quum advesperaſcit, in alveo ſtrepunt.

Campus omnis ſtrepit murmure. Virg. 6. Æn. 709.

Cornua ſtrepuerunt rauco cantu. Virg. 8. Æn. 2.

Mavors ſtrepit per omnem Auſoniam. Sil. lib. 4. 20.

Strepere aliquid, pro Submurmurare. Liv. 2. 45. Hæc quum ſub ipſo vallo portiſque ſtreperent.

Strepere inter ſe. Cic. 1. de Divin. 29. Inter ſe ſtrepere, aperteque artem obterere, &c.

Strepunt aures clamoribus plorantium. Liv. 22. 14.

STREPĬTUS, ûs. m. [ἦχος, ψόφος, κτύπος, Gl. L. G. & G. L.] proprie, Pedum ambulantium, manuumque aliquid pertractantium ſonus eſt. Cic. 2. Verr. 45. Tum vero, non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam Pop. Rom. ſignificavit voluntatem. Idem 13. Att. 46. Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe, quum diceres te in Tuſculanum venturum.

Arboris ſtrepitus. Plin. lib. 16 cap. 42.

Concurſus hominum forique ſtrepitus. Cic. de Clar. Orat. 317.

Fulminum ſtrepitus. Cic 1. de Legib. 21.

Pedum crepitus, & ſtrepitus hominum. Cic. in Topic. 52.

Rotarum. Cæſ 4. Bell. Gall. 33. Atque ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum ordines plerumque perturbant.

Tonitruum ſtrepitus, fremitus, clamor. Cic. 8. Fam. 2.

Acerbus plagarum ſtrepitus. Juven. 14. Sat. 19.

Demens ſtrepitus. Hor. 3. Carm. 19. 23.

Dulcis ſtrepitus aureæ teſtudinis. Hor. 4. Carm. 3. 17.

Ingens valvarum ſtrepitus. Hor. 2. Serm. 6. 112.

Nocturni atque diurni ſtrepitus. Hor. 2. Serm. 2. 79.

Popularis ſtrepitus. Hor. de Arte Poet. 82.

Audire ſtrepitum cum fremitu in aliquo loco. Cic. de Aruſp. Reſp. 20.

Fit ſtrepitus tectis. Virg. 1. Æn. 729. Cic. 2. Verr. 45. Factus eſt in me ſtrepitus & grata concionis admurmuratio.

Haurire ſtrepitum, Audire ſtrepitum. Virg. 4. Æn. 559.

Remugit ſtrepitu janua. Hor. 3. Carm. 10. 5.

Terrere aliquem pedum ſtrepitu. Tibul. lib. 1. 2. 35.

Strepitus, Pompa divitiarum, a comitantium ſtrepitu dicta. Quintil. Declam. 13. Hic quum me evocaſſet ſubito trepidum, totoque fortunæ ſuæ ſtrepitu circumſteteſſet.

Strepitus, per ſecundam declinatum antiquis, auctor Non. 8. 38. Enn. Hectoris Lytris; Quid in caſtris ſtrepiti eſt?

STREPĬTO, [κτυπέω, Gl. G. L.] āre. Sæpe ſtrepitum facere. Virg. 1. Georg. 413.

Inter ſe foliis ſtrepitant. conf. Val. Flacc. 4. 288.

Alæ ſtrepitantes. Tibull. lib. 2. 2. 37.

Arma ſtrepitantia. Tibul. lib 2. 5. 73.

STREPSĬCĔRŌS, ōtis. m. [στρεψικέρως] Tranſmarinum animal ſemiferum. Plin. lib. 8. cap. 53.

STREPTOS, i. m. [στρεπτός] Uva, quæ cum Sole circumagitur ubique. Plin lib. 14. cap. 3.

Streptos, Torquis apud Perſas, a στρέφω torqueo. Unde apud Herodotum στρεπτοφόροι, id eſt torquati, ſive torquem ferentes. Polluci autem lib 5. cap. 16. στρεπτοὶ ponuntur inter ornamenta muliebria.

STREPUS, i. m. Τρόμητις. Gloſſ. Latinogræc. An a Strepo?

STRIA, æ. f. Eminentia illa, quæ eſt inter canaliculos & ſulcos in columnarum genere, quod ſtriatum dicitur. Vitruv. lib. 3. cap. ult. Columnarum ſtriges faciendæ ſunt XXIV, ita excavatæ, ut norma in cavo ſtrigis quum fuerit conjecta, circumacta, ita anconibus ſtriarum dextra ac ſiniſtra angulos tangat, ut acumen normæ circumrotundatione tangendo pervagari poſſit. Plin. lib. 22. cap. 22. Quorundam ex his facile noſcuntur venena, diluto rubore, rancido aſpectu, lïvido intus colore, rimoſa ſtria, pallido per ambitum labro.

Stria & Strix, hoc differunt ex Vitruvii deſcriptione: In columna ſtriata, pars eminula diceretur ſtria: pars cava, ſtrix. Vitruv. lib. 10. cap. 15. Canaliculi, qui Græce σύριγξ dicitur, longitudo, &c. Idem lib. 4. cap. 4. Circa ſtrigium cava, & angulos ſtriarum. V. in STRIGILIS. Budæus Strigiles.

Striæ etiam in herbis (inquit Ruellius) ſunt Partes quædam, &, ut ita dicam, femora quæ protuberant: μηροὺς Græci vocant: ſicut cava canaliculique, ſtriges, ſi Vitruvio credimus, appellantur.

STRIO, āre. Strias facere. Vitruv. lib. 4. cap. 3. Columnas autem ſtriari viginti ſtriis oportet.

Striare etiam dicuntur boves, quum peracto aut non peracto priore verſu, alius ſuper alium innititur. Hoc autem fieri, dum boves adhuc in priore verſu anhelant, non convenit. Plin. lib. 18. cap. 19. In arando verſuram peragi, nec ſtriare in actu ſæpius. Ita Hermol. Sed Hard. cum Mſſ. Strigare. q. V.

STRIĀTUS, a, um. Partic. [ἐνστρωτός, Gl. L. G.] Striis diſtinctum: unde & Folia ſtriata, & Columnæ ſtriatæ, & Conchæ ſtriatæ dicuntur. Plin. lib. 21. cap. 5. Candor ejus eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi. Idem lib. 37. cap. 10. & lib. 1, cap. 33.

Striatus

Striatus ſcapus. Plin. lib. 16. cap. 7.
Striatam frontem vocat Apul. lib. 10. pr. p. 219. Elmenh. Contractam, caperatamque, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitia.

STRIATŪRA, æ. f. Vitruv. lib. 4. cap. 3. Striaturæ paribus lateribus. Paulo poſt, Ita Dorica columna ſui generis ſtriaturæ habebit perfectionem.

STRIBLIGO, vel STRIBILIGO, inis. f. [σολοικισμός] A vetuſtioribus Latinis dicebantur, quæ nunc Imparilitas & Solœciſmus appellatur, qui ab Aſin. Capit. definitur Impar & inconveniens compoſitura partium orationis. V. Gell. lib. 5. cap. 20.
Vide Britannicum p. 127. in Juvenalis Satiram 6. Solœciſmum liceat feciſſe marito. Ibidem Stribiita, non Scriblita. H. St. ad v. nempe 456. V. SCRIBLITA.

STRICTABILLÆ, dicuntur, non tam ambulantes, quam ſummo pede, vel talo, terram ſtringentes, quod uſuvenit iis, quibus pedes læſi ſunt, vel crura. Non enim planum ponunt veſtigium pedis, ſed ejus extremo tantum redunt ſolum, qui iidem pedibus ſuis ægre ſtant & inſiſtunt. A Stringendo deducitur Strictare: a Strictando Strictillare per diminutionem, & per eandem iteratam Strictibillare vel Strictabillare, ut a Conſcribere Conſcribillare: unde Strictabillæ ſunt appellatæ, ut Var. de L. L. 6. 3. ait: Actiones apud Varr. Staciæ, ſcrupedæ, ſtrictabillæ, tantulæ. Ex Turneb. Al. Stritabillæ q. V. in STRIDO.

STRICTE, STRICTIM, STRICTURA, STRICTUS. V. STRINGO.

STRIDEO, di, [τρίζω, Gl. L. G. & G. L.] ēre. Stridere dicuntur proprie funes, quum ſonum faciunt. Transfertur etiam ad alia.
Cardo foribus ſtridebat ahenis. Virg. 1. Æn. 449.
Ignes ſtrident. Lucan. lib. 6. 179.
Mare ſollicitum ſtridet. Virg. 4. Georg. 262.
Merum fuſum in igne ſtridet. Ovid. 5. Triſt. 5. 12.
Silvæ ſtrident. Virg. 2. Æn. 418. Al. Stridunt.
Tibia ſtridebat cantu. Catull. Argon. 62. 264.
Vulnus infixum ſtridet ſub pectore. Virg. 4. Æn. 689.

STRIDO, di, [τρίζω. Gl. G. L.] ĕre. Idem. Plin. 9. Epiſt. 26. At quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt. Virg. 8. Æn. 420. Idem 4. Georg. 556.
— liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes utero, & ruptis effervere coſtis.
Stridere ad alia transfertur. Hor. 2. Serm. 8 78.
Stridere ſecreta diverſos aure ſuſurros.

STRIDENS, entis. Partic. [τρίζων] ut, Horrendum ſtridens bellua. Virg. 6. Æn. 288.
Vide in DISTRICTUS. H. St.
Alis ſtridentibus ludunt cygni. Virg. 1. Æn. 401.
Haſta ſtridens. Virg. 9. Æn. 419.
Plauſtra ſtridentia. Virg. 3. Georg. 536.
Procella ſtridens. Virg. 1. Æn. 106.
Serræ ſtridentis horror. Lucret. lib. 2. 410.

STRIDOR, ōris. m. [τρισμός, Gl. L. G. & G. L. βρυγμός, G. L.] Virg. 1. Æn. 87. — ſtridorque rudentum.
De voce animalium Plin. lib. 8. cap. 9. Stridor ſuis. Et lib. 17. cap. 24. Sonumque edunt parvuli ſtridoris.
Acutus ſtridor. V. Acutus, in ACUO.
Denſus ſtridor. Cic. 1. de Divin. 13.
Aut, denſus ſtridor quum celſo e vertice montis
Ortus, adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſa.
Ferus ſtridor, Sibilus ſerpentis. Ovid. 9. Met. 69.
Horriſer Aquilonis ſtridor. Cic. 1. Tuſc. 68.
Ingens ſtridor. Virg. 7. Æn. 65.
Raucus ſtridor, Grunnitus apri. Ovid. 8. Met. 287.
Terrifici ſtridores. Sil. lib. 5. 189.
Terriſonus ſtridor. Claud. 1. in pr. Conſ. Stilich. 109.
Audire ſtridorem ſerræ. Cic. 5. Tuſc. 16.
Impulit acri ſtridore validas fores. Valer. 2. Argon. 273.
Indignatum magnis ſtridoribus æquor. Virg. 2. Georg. 162.
Reddit ſtridorem janua verſo cardine. Ovid. 11. Met. 608.
Invidiæ ſtridor. V. Invidia, in INVIDEO.

STRIDŬLUS, a, um. Adj. [ῥοιζώδης, τετριγώς] ut, Plauſtra ſtridula. Ovid 3. Triſt. 12. 30.
Fax ſtridula lacrimoſo fumo. Ovid. 10. Met. 6.
Convicia ſtridula. Lucan. ad Piſon. 158.

STRIDON, vulgo *Strigna*, Oppidum in agro Juſtinopolitano fuit, in Dalmatiæ & Pannoniæ confinio, D. Hieronymi patria, a Gothis everſum.

STRIGA, æ. f. Strigæ, ordo rerum inter ſe continuate collocatarum, a Stringendo, ut ait Feſt. Columel. lib. 2. cap. 19. de fœno loquens. Utrumque ſiccatum coarctabimus in ſtrigam, atque ita in manipulos vinciemus. Altera lectio habet Striam. Sed forte legendum eſt Struem. Paulo enim poſt vocat Metas.
Striga apud ſcriptores agreſtium menſurarum ſic exponitur; Ager, inquit Frontinus de Limit. agr. p. 38. Gœſ. per ſtrigas & per ſcamna diviſus & aſſignatus eſt more antiquo in hac ſimilitudine, qua in provinciis arva publica coluntur. Hyginus autem p. 198. Gœſ. ſic, Menſuræ quadraturam dimidio longiorem facere debebimus, &, quod in latitudinem longius fuerit, ſcamnum appellare, quod in longitudinem, ſtrigam. Et Aggen. Comment. p. 46. Strigatus, inquit ager eſt, qui a Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit: ſcamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem creſcit.
Striga, Hygino auctore in libello de Caſtrorum metatione, Ordo eſt & ſeries equorum in caſtris tendentium: vel ut Soſipater ait, Striga caſtrenſe eſt vocabulum, Intervallum turmarum ſignificans, in quo equi ſtringuntur.
Striga, pro Strix, V. in hac dict.
Striga, Κιμωλία, Gloſſ. Latinogræc. V. CIMOLIA.

STRIGO, āre. In ſtrigam equos vel mulos junctos agere, & recta dirigere, ne diverſi abeant, hi in hanc, illi in illam partem. Eo verbo uſus eſt, qui parodiam venuſtiſſimam epigrammatis Catulliani luſit in Ventidium mulionem,
Et inde tot per orbitoſa millia
Jugum tuliſſe, læva ſive dextera
Strigare mulas, ſive utrumque cœperat.
Strigo, velut in ſtriga interquieſcere. Plin. 18. 19. per translationem uſurpavit, cum inquit, In arando verſum peragi, nec ſtrigare in actu ſpiritus; id eſt, in agendo ſulco interquieſcere. Ut enim in ſtriga quieſcunt equi, & ut in ſtrigam dum collocantur ſtrigare dicuntur: ita quoque cum in verſu, qui uno ſpiritu agendus eſt, ad interſpirendum requieſcunt, ſtrigare dicuntur. Fruſtra igitur in editis legas Striare. Interpretationem vero hanc adjuvat Senec. 4. Epiſt. Itaque, inquit, in vanum operoſos culpaverim: ſurſum ad honeſta nitentes, quanto magis incubuerint, minuiſque ſibi vinci & ſtrigare permiſerint, admirabor & clamabo, tanto melior, ſurge & inſpire, & clivum iſtum, uno, ſi potes, ſpiritu exſupera. Idem tamen error eſt in editis, qui & apud Plin. Sed ſic emendato, auctoribus Guliel. Peliſſer. & Turneb. In hoc minus dictum eſt apud Phædr. 3. 7. 9.
Namque ubi ſtrigandum, & ubi currendum eſt, ſcio.

STRIGATUS, a, um. Adj. Frontin. Ager ſtrigatus, i. e. Per ſtrigas menſuratus. V. STRIGA ſupra.

STRIGARIUM, i. n. Locus, ubi equi ſtrigantur. Sic legit Salmaſius apud Plin. lib. 28. cap. 17. ubi vulgo legitur Se trigario. V. not. Hard.

STRIGILIS, is. f. & STRIGIL, ilis. n. [ξύστρα, Gl. L. G. & G. L. ψήκτρα. L. G. alt. & G. L.] in Ablativo Strigili; Inſtrumentum ferreum, dentatum. A ſtringendo, id eſt, radendo, quo equos & id genus jumenta expolire ſolent equiſones, e corpore ſordes abradendo. [Immo Ad hominum uſum comparati olim potiſſimum ſtrigiles, & in balneari inſtrumento fuerunt. V. Hieron. Mercur. de Arte Gymn lib. 1. cap. 8. ubi & iconem exhibet. Invenitur autem & Strigile, is. n. in Gloſſ. alt. Latinogræc. & Strigila, æ. f in Græcolat. Schol Juven. ad loc. infra ſeq. Strigla autem eſt, quod Xyſtram dicunt, unde oleum deteritur. conf. Non. 3. 195.
Strigili utebantur veteres in balineis ad radendas corporis ſordes, ſudoremque detergendum, præcipue in frictionibus, ante quam comederent. Fiebat autem hæc ex auro, argento, ære. ferro; interdum etiam lapidibus quibuſdam: nunc linteis utuntur. Perſ. 5. Sat. 126.
I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Plaut. Stich 1. 3. 77.
Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam. De ſtrigili ferrea apud Martial. lib. 14. 51.
Pergamus has miſit curvo diſtringere ferro. Juven. 3. Sat. 263.
— ſonat unctis
Strigilibus, pleno componit lintea gutto. Subaudi Domus. Hor. 2. Serm. 7. 110.
— an hic peccat, ſub noctem qui puer uvam
Furtiva mutat ſtrigili?
Strigiles quidam accipiunt pro Pectinibus fricatoriis. Legimus apud Strab. lib. 15. de moribus Indorum, Illos exercitium, præcipue frictionem probare, & maxime ſtrigilibus ebeni lævibus corpore expolire. Plin. de ſpongiis loquens, lib. 31. cap. 11. Præſtant & ſtrigilium vicem, linteolorumque affectis corporibus. [V. ad ſeq.
Strigilem, aliqui accipiunt pro quodam Vaſis genere. Strab. l. c. Inde ſtrigilum & ampullarum artifices mature evaſerunt. Plaut. Perſ. 1. 3. 14. Cic. 4. de Fin. 30. Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. Quanquam tamen etiam his locis pro Strigili balneatoria ſumi poſſit, quæ cum ampulla unguentaria ferebatur, ut poſt frictionem & ſudoris abſterſionem, quæ ſtrigili fiebat, ungerentur. [Quaſi vero aliter exponere fas ſit. Eſt tamen & in Stabuli inſtrumento Strigil. apud Colum. 6. 31. 2. & Pallad. Apr. 4. 3. Iſidor. 20. 16 extr.
Strigilis, pro Specillo aurifuſorio, ſi verba fingere licet. Specilla vero aurifuſoria Galen. ὠτεγχύτας dicuntur, velut ῥινεγχύτας, ac μητρεγχύτας ab eodem, & medicis omnibus vocantur, quæ nos uterifuſoria, & narifuſoria appellare poſſumus. Celſus ὠτεγχύτας, alias ſtrigiles, alias oricularios clyſteres appellat. Verum ſtrigilis vox videtur plane ex ξύστρα facta eſſe. Nam velut hæc ἀπὸ τοῦ ξύειν, ſic illa a Stringendo deducta apparet, & pro aurifuſorio ſpecillo ambæ accipiuntur. Hæc ex Cornar. in Galen. Celſ. lib. 6. cap. 7. De aurium morbis, & curationibus. In aurem vero infundere aliquod medicamentum oportet, quod ſemper ante tepefieri convenit: commodiſſimeque per ſtrigilem inſtillatur. Ubi auris repleta eſt, ſuper lana mollis addenda eſt, quæ humorem intus contineat. Scribon. Larg compoſ 39. in titulo, Ad aurium dolorem, Prodeſt herbæ urceolaris, aut cucurbitæ ramentorum ſuccus tepens per ſtrigilem in foramen auris dolentis infuſus. Paulo poſt, reponitur medicamentum in ampulla vitrea. Quum opus eſt, ad ramorem quidem calidum per ſtrigilem infunditur: deinde foramen ſummum lana ſuccida tegitur. Ad oleum autem frigidum, per ejuſdem generis lanam & auriſcalpium injicitur. Plin. lib 29 cap ult. Murium cinis cum melle inſtillatus, aut cum roſaceo decoctus, aurium dolores ſedat. Paulo poſt, Sed medici malunt a nardo decoqui uſque ad tertias, atque ita aſſervari: deinde, quum opus ſit, ſtrigili tepefacta infundere. Conſtat deplorata aurium vitia eo remedio ſanari. [Per canaliculum nimirum, qui per ſtrigilis balnearis totius flexuram decurrit.
Strigil, Aluminis genus pumicoſum & foraminoſum fiſtulis, ſpongiæ ſimile, rotundumque natura.
Strigiles (inquit Plin. lib. 33. cap. 3.) Hiſpania vocat auri parvulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa aut ramento capitur, quum cetera in metallis reperta, igni perficiantur. Hoc ſtatim aurum eſt, conſummatamque materiam protinus habet, quum ita invenitur.
Budæus, Strigiles in antiquis libris Vitruvii impreſſis bene legebatur, ubi nunc Striges legitur, & Strigium, lib. 4. cap. 4. Et lib. 5 cap 7. Nam id verbum apud Celſ. legitur lib 6. cap. 7. licet in impreſſis Strigem pro Strigilem legatur. Jucundus Veronenſis ita immutavit, qui Strigem affirmat in antiquis legi. Græcum eſt verbum, ut Vitruv. ait, lib. 10. cap. 15. Sic enim appellat partem catapultæ, qui Canaliculus ab eo dicitur. V. in STRIA, Stria & Strix hoc differunt.

STRIGILATUS, a, um. Adj. ξυσματιστὸς, Gloſſ. Latinogræc.

STRIGILARIUS, i. m. [ξυστροποιός, Gl. G. L.] Qui ſtrigiles fabricat.

STRIGILECŬLA, æ. f. [στλεγγίδιον] dimin. a Strigilis pro Vaſe, ut vult Calepinus. Apul. in Flor. p. 346 Elmenh. Qui magno in cœtu prædicavit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoque olearium, quam geſtabat, lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate; juxtaque honeſtam ſtrigileculam, recta faſtigiatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea rivulo laberetur. Al. Fabricatum ſibimet. Certe hic locus apertiſſime, vas non eſſe Strigilem notat, ſed Inſtrumentum, quod cum ampulla in balineis ſerviebat, poſt frictionem & ſudorem.

STRIGMENTUM, V. STRINGO.

Digitized by Google

STRIGES, is. Avis, quam lac habere nonnulli tradiderunt. Plin. lib. 11. cap. 39. V. STRIX.

STRIGIUM, i. n. Veſtis Hiſpanica. Plaut. Nodus eſt: jurat ſe ſtrigium oppignoraſſe. Hiſpanos enim initio certum eſt ſtrigio, id eſt, ſordido palliolo uſos, quibus ſuas carnes obtegerent: nunc pannoſi quidem ſunt, ſed lautiores.
Item Striatum in columnis. Vitruv. 4. 4. [Niſi g. pl. a Strix. V. STRIGES & STRIA.

STRIGO, ōnis. m. pr. com. Homo maleficus. Plaut. Bacch. 2. 3. 46.
Dum circumſpecto, atque ego lembum conſpicor;
Longum eſt ſtrigonem maleficum exornarier. Sic enim legit Muretus; V. ejus Var. Lect. 12. 19. Eandem lectionem probat Salmaſius; nonnullis magis arridet Rigorem; aliis Strigorem.
Strigones, inquit Feſtus in Nelei carmine pro Strigoſis poſitum invenitur, id eſt Denſarum virium hominibus. Strigores in editis legitur, mendoſe, ut Turnebus putat.

STRIGŌSUS, a, um. pr. com. Adj [σπανός, ἰσχνός. Gl. G. L.] Quod eſt exhauſtum & macilentum, quaſi ſtringoſum. Unde Jumenta ſtrigoſa dicta ſunt, quod corpora eorum reſtricta ſint fame, aut alia vitii cauſa. Columel lib. 6. cap. 37. Strigoſum patris praeferret habitum. Idem lib. 7. cap. 6. Placide ac lente pabuletur, ut & largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis. De capris
Canis ſtrigoſus. Columel. lib. 7. cap. 12.
Equus ſtrigoſus. Gell. lib. 4. cap 20. conf. Non. 2. 84. & 762.
Compar. Liv. 27. 47. Et ſtrigoſiores equos.
Orator ſtrigoſior, per tranſlationem. Jejunus, ineptus. Cic. de Clar. Orat. 64. Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur, quos, valetudo modo bona ſit, tenuitas ipſa delectat: quanquam in Lyſia ſunt ſaepe etiam lacerti, ſic ut & fieri nihil poſſit valentius: verum eſt certe genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa ejus ſubtilitate admodum gaudeant. i. e. Gracilior & tenuior, ut ipſe ibidem: cui opponit Corporis habitum opimum.

STRIMON, V. STRYMON.

STRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, [σφίγγω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Arctare. Plin. Apprehenſamque manu ſtrinxit.
In Gloſſ Latinograeco redditur & βρύχειν. [Verum id, Stridere potius. An βρύχειν ſcripſit? Redditur ibid. ψώχειν. Quod eſt Comminuo, Contero.
Nullum vinculum ad ſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. Cic. 3. Off. 111.
Vultus ſtringere. Stat. 1. Silv. 2. 244.
Non talis niveos ſtrinxit Lavinia vultus,
Quum Turno ſpectante rubet. [i. e. Vultum nudavit, oſtendit.
Stringere, per tranſlationem, pro Percutere ponitur. Virg. 9. Æn. 294.
Atque animum patriae ſtrinxit pietatis imago. Non. 4. 442.
Pectora tua ſtringuntur noſtro delicto; Feriuntur & vulnerantur noſtra maledicentia. Ovid. 5. Triſt 6. 21.
Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
Quod capio, membris exeat iste meis,
Quam tua delicto ſtringantur pectora noſtro:
Et videar merito vilior eſſe tibi.
Stringere, Rarefacere, Excidere. Non. l. c. Virg. 9. Ecl. 61.
— hic ubi denſas
Agricolae ſtringunt frondes. i. e. Amputant, decutiunt, ut ait Serv. Idem 1. Georg. 317.
— & fragili jam ſtringeret hordea culmo. Columel. lib. 6. cap. 3. Aut ſtringere arbores expediat.
Stringere quernas glandes, Decerpere, colligere. Virg. 1. Georg. 305.
Stringere, Caedere, dolare. Sil. lib. 6. 352. — jam nautica pubes
Aut ſilvis ſtringunt remos, aut abiete ſecta
Tranſtra novant. Stringunt, i. e. Dolant & praeparant ad navigandum. Virg. 1. Æn. 556.
Aut ſilvis aptare trabes, & ſtringere remos.
Stringo, Leviter attingo. [παραψαύω, Gl. L. G.]
Stringere ripas fluminis, Radere. Virg. 8. Æn. 63. Idem 5. Æn. 163.
Litus ama, & laevas ſtringat ſine palmula cautes.
Metas ſtringere rota. Ovid. 3. Amor. 2. 12.
Æquor ſtringitur aura, Raditur, & leviter a vento attingitur. Ovid. 4. Met. 136.
Unda ſtringitur Noto. Ovid. 1. Amor. 7. 56.
Veſtigia leporis ſtringit canis. V. VESTIGIUM.
Stringere verbis, Perſtringere, Breviter enarrare, brevi narratione attingere. [παραλέγομαι, Gl. L. G.] Sil. lib. 8. 48.
Stringere enſem, [σπῶμαι, ἐπὶ μαχαίρας. Gl. L. G. σπάσαι ξίφος, G L.] Evaginare, Educere gladium. Virg. 10. Æn. 569. Liv. 7. 5. Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtringit.
Gladios ſtringunt manibus. Virg 12. Æn. 278.
Gladium ſtrinxerit. In l. 1, §. 6. Divus Hadrianus. D. ad l. Corn. de ſic. H. St.
Stringere, Vulnerare. Virg. 9. Æn. 577.
— hunc primum levis haſta Themillae
Strinxerat. Non. l. c.

STRICTUS, a, um. Partic. [ἐσφιγμένος. Gl. G. L.] ut, Strictus gladius, Evaginatus. Cic. 2. Philip. 21. Quidnam homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, quum tu illum in foro, ſpectante Pop. Rom. gladio ſtricto inſecutus es?
Acies ferri ſtricta mucrone coruſco. Virg. 2. Æn. 334.
Epiſtola ſtricta ac libera, pro Vehementi & ſevera. Senec. de Benefic. 4. cap. 37.
Ferro ſtricto ferit retinacula. Virg. 4. Æn. 580.
Gladio ſtricto aliquem inſequi. Cic. 2. Philip. 21.
Manus ſtricta in mea fata. Ovid. 1. Amor. 6. 14.
Mucronibus ſtrictis obſedere fores. Virg. 2. Æn. 449.
Folia ex arboribus ſtricta. Caeſ. 3. Bell. Civil. 58.
Homo ſtrictus, Aſtrictus, avarus. Firmic. lib. 5. cap. 2. Faciet ſtrictos, avaros, ſordidos, & qui in omni vita gratiam laetitiae vitent.
Lex ſtricta, Rigida. Stat. 3. Silv. 5. 87.
Strictus, Anguſtatus. Suid. Στρηνές, ὑπὸ ἀρχαίων παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἐπιτεταμένον, ἢ ἀπηνὲς, ἐπὶ παντὸς εἴδους, κυρίως δὲ ἐπὶ ὑποδήματος.

STRICTE, Adv. [ἐσφιγμένως] a quo Strictius & Strictiſſime.

Obſervare ſtricte, ne plus reddat, quam acceperit. Cic. de Amicit. 58. Alii legunt Reſtricte.
Faſciis ventrem ſtrictiſſime ligato. Gell. 16. 3.

STRICTIM, aliud Adv. [ἐσφιγμένως. Gl. G. L.] Compreſſim & breviter. Cic. 2. Att. 1. Quem tu Corcyrae, ut mihi aliis litteris ſignificas, ſtrictim attigiſti. De libro loquitur. Idem pro Coel. 15. Poſuiſtis enim, atque id tamen titubantes & ſtrictim, &c.
Breviter & ſtrictim. Cic. pro Cluent. 29. Audiſtis quum ea, quae copioſiſſime dici poſſunt, breviter a me, ſtrictimque dicantur.
Strictim, & Multa dicere, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 19. Quibus de quaeſtionibus tu quidem ſtrictim, noſtri autem multa ſolent dicere.
Subjungere ſtrictim. Quintil lib. 1. cap. 10.
Strictim attondere. Plaut. Capt. 2. 2. 18.

STRICTOR, ōris. m Qui digitabulis & manu oleam decerpit ex arbore: Legulus contra, Qui manu legit caducam & verberando decuſſam. Cato de R. R. 144. Legulos quot opus erunt praebeto, & ſtrictores. Turneb.

STRICTŌRIUM, i. n. [σφιγκτήρ, Gl. G. L.] Item Genus veſtis. Strictorium, Στρικτώριον, Gloſſ. Latinogr. & Graec. Lat. Στρικτώριον, Tunica.

STRICTŪRA, ae. f. [σφίγξις, Gl. G. L.] q. d. Strictionem.
Strictura, [σπινθήρ] Non. 1. 77. Stricturae dicuntur proprie Scintillae, quae de ferro ferventi exeunt, quod aut ſtrictae emittantur, id eſt celeriter, aut oculos ſui fulgore perſtringant. Gloſſ. Latinograec. Strictura, λεπτὸν μέταλλον, ὃ τὸ ἀπὸ τοῦ σιδήρου πυρὸς, ὥσπερ σπινθῆρες. Virg. 8. Æn. 421.
Stricturae chalybum & fornacibus ignis anhelat. Lucil. Sat. lib. 3.
Stricturae, [μέταλλον, Gl. L. G.] pro Maſſis terrae, ex qua ferrum fit. Plin. lib. 34. cap. 14. Aliud rubiginem celerius ſentit, ſtricturaeque vocantur eae omnes, quod non in aliis metallis, a ſtringenda acie vocabulo impoſito. Bud. conf. ARABIA, ae, in AE.

STRICTIVUS, a, um. Adj. [δρεπτικός] ut, Strictivae oleae, Quae manu colliguntur, ad differentiam Caducarum. Cato de R. R. cap. 146.

STRICTŌSUS, a, um. Adj. σφιγκτός, Gloſſ. Graecolat.

STRIGMENTUM, i. n. [γλοιός, Gl. L. G. & G. L.] Deſtrigmentum. Sordes quae ex corporibus raduntur. Celſ. lib. 2. cap. 6. Alvus quoque varia peſtifera eſt, & quae ſtrigmentum, ſanguinem, bilem, viride aliquid, modo diverſis temporibus, modo ſimul & in miſtura quadam, diſcreta tamen, repraeſentat. Plin. lib. 9. cap. 15. Anguillae atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viviſcunt.
Strigmenta olei dicimus Ceromata, id eſt, ſordes olei, quae ex unctorum athletarum corporibus raduntur. Plin. lib. 15. cap. 4. Notum eſt magiſtratus honoris ejus octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe. Valer. Max. 9. 14. Gymnicorum ſervo, ſtrigmenta gymnaſii colligenti, ſimilis.
Strigmenta, Ramenta. Plin. lib. 20. cap. 3. de cucurbita ſilveſtri, Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto febrium ardores refrigerat. Ibidem & Ramenta & Strigmenta vocat.

STRICŬLUS, i. m. Striculi, Grandiuſculi pueri vocabantur, a ſtricta quadam corporis ſoliditate & duritie. Arnob. 5. p. 174. Facit ſumere habitum puerorum, & in ſpeciem laevigari, nondum duri atque ſtriculi paſſionis. [An Hiſtriculi? Gloſſ. Latinograec. Hiſtriculus, Δασύπρωκτος; & Graecolat. Δασύπρωκτος, Hirſiculus. Corrupte, incertum, utrum pro Hiſtriculus, an Hirſutulus?

STRINGOR, ōris. m. Frigus quo dentes perſtringuntur. Lucret lib. 3. 694.
Morbus ut indicat, & gelidai ſtringor aquai. V. Pareum in loc.

STRIO, V. STRIA.

STRIX, ſtrigis. f. [νυκτοκόραξ, στρίγξ, Gl. L. G.] Avis quaedam nocturna & importuna, a ſtridendo dicta. Plin. lib. 11. cap. 39. Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem convenit: ſed quae ſit avium, conſtare non arbitror. Lucan. lib. 6. 689
Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur. Stat. 3. Theb. 511.
Infauſtae ſtrigis omen triſte. Senec. Herc. fur. 9.
Violenta ſtrix. Tibull. lib. 1. 5. 52.
De ſtrigibus ita habet Ovid. 6 Faſt. 139.
Sunt avidae volucres, non quae Phineia menſis
Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt, &c.
Eſt illis ſtrigibus nomen: ſed nominis hujus
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.
Strix, [ῥάβδος] Idem quod Canaliculus. Vitruv. 4. 4. Striarum & ſtrigium circuitus. V. STRIA.
Strix pro Muliere malefica. Petron. cap. 134. Quae ſtriges comederunt nervos tuos.
Stringa, unde Eſtriere Italica ſermone. An a Strige, quia veneficiis adhibere ſolebant. H. St. Gloſſ. Latinograec. Striga, λαμπάδα, ἢ γυνὴ φαρμακίς.

STRIGES, is. Frumenti genus apud Hippocratem, [ubi?] quod tritico levius eſt, & ventrem magis ſolvit: neſcio an pro Trago accipiendum.
Striges, ſunt Olera vilia. Plaut. Pſeud. 3. 2. 31.
Ei homines coenas ſibi coquunt: quum condiunt,
Non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus.

STRITABILLA, ae. f. V. STRICTABILLAE, & ſeq. dict.
Stritabillae, Inquit a Stritillando, Stritare ab eo, qui ſiſtit aegre. [Quid ſi diminutivum eſt, a Stritavia?

STRITO, āre. ab eo qui ſiſtit aegre. Varr. lib. 6. 3. de L. L. Antiquum.

STRITĂVUS, ut Stlocus, Stlis; pro Tritavo, Loco, Lite antiqui dicebant. Feſt.

STROBILIA, [στροβίλια] poſita inter Ornamenta muliebria a Polluce lib. 5. cap. 16.

STROBILUS, i. m. [στρόβιλος] Nux pinea integra, quae etiam Graecis Conus & Conarium appellatur. Pityides vero ſunt Nuclei, qui in ipſis ſunt conis. De Strobilo vide Lexicon Graecum. Ulp. l. ligni, in fine. D. de legat. 30. De pino etiam integri ſtrobili ligni appellatione continebuntur. Gloſſ. Graecolat. Στρόβιλος πιτύος, Nucleus.
Strobilus, [στρόβιλος δένδρον] Arbor ex pinaſtrorum genere, e natalium cognitione ſic dicta. Plin. lib. 16. cap. 10. 4. de pinaſtro, Eaſdem arbores, alio nomine eſſe per oram Italiae, quas ſtrobilos vocant, plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctioreſque, & enodes, liburnicarum ad uſus, paene ſine reſina. Vetus codex legit, Quos tibulos. In Gloſſ. Graecolat. redditur Pinus. Ibidem στροβιλών, Pinetum, στροβίλινον, Pineum.

Strobi-

Strobilum a Romanis Carduum ſativum appellari Dioſcorides ait, 2. 76. Græca quidem voce, ſed tunc forte quotidiana, & in uſu populi: quæ a pineæ nucis figura, cui ſimile in ſummo carduus capitulum habet, facta eſt. Græci enim στρόβιλον, arborem pinum, & nucem ejus pariter vocant. Quæ quoniam coni figura in pinaſtris & oblonga eſt (quam formam cardui capitulum habet) communicata appellatione ſtrobilos carduus hic a Romanis dici potuit. Hæc Marcell in Dioſcor.

Strŏbus, i. f. [στρόβος] Arbor odorifera. Plin. lib. 12. cap. 17. Petunt & in Carmanos arborem ſtrobum ad ſuffitus, perfuſam vino palmeo accendentes. Hujus odor redit a cameris ad ſolum jocundus, ſed aggravat capita, citra dolorem tamen.

Strobos, ea ſucco prædulci, morſu capræ in caule fruticis odorati, & in pulverem conglomerati liquoris fit. Plin. lib. 12. cap. 17.

Strōma, [στρῶμα] vox Græca eſt, qua illi quodvis Straguli genus ſignificant. Unde & pro Aulæis accipitur, quæ & Periſtromata dicuntur, multa colorum varietate pictoſtis. Capitol. de Vero Imp. cap. 4. Ut lavatus cum ſtromatibus in cubiculum perferretur. Clemens Alexandrin. libros quoſdam miſcellaneos, vario argumento conſtantes, Stromata inſcripſit. V. Stragulum, & Stramentum, in sterno.

Strombītes, æ. m. [στρομβίτης] Lapis eſt strombi marini figuram omni ex parte referens.

Strombus, i. m. [στρόμβος] Animal in mari, ceu concha tortilis, nomen habens a figura intorta. Plin. lib. 32. cap. 11. [Videtur Suidæ Στρόβιλος.

Strongȳlion, ōnis. m. [Στρογγυλίων] Amazonem fecit ex ære nobilis ſtatuarius. Plin. lib. 34. cap. 8.

Strongȳlŏprŏsōpos, [στρογγυλοπρόσωπος] Stronguloproſopa dicuntur Quibus rotunda eſt facies. Cæl. Rhodig. lib. 4. Lect. Antiq. cap. 2.

Strongȳlos, & Strongȳle, es. f. [Στρογγύλη] Inſula in mari Ægæo: ſic dicta, quia ſit rotunda & globoſa, quod στρογγύλος Græce deſignat. Hæc (ut Plin. lib. 4. cap. 12. ſcribit) vinearum fertilis eſt, ejus ambitus patet LXXV millibus paſſuum. Ea nunc Naxos, ſed antea Dia vocata.

Eſt etiam una ex inſulis Æoliis. Plin. lib. 3. cap. 9. Tertia Strongyle, a Lipara M. paſſ. ad exortum ſolis vergens, &c. Sil. lib. 14. 259.

Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos Auſtris. al. Trogilos.

Eſt etiam Inſulæ nomen in Lycio mari, cujus meminit Plin. lib 5. cap. 31.

Strŏpha, æ. f. [στροφή] Acumen, ſubtilitas, cunctatio ſubdola, aut tergiverſatio fraudulenta & ludificatria fallacia. Tractum a cervis, quum a venaticis canibus urgentur. Budæus *Une ruze*. Plin. 1. Epiſt. 18. Quod dubites ne feceris, id ipſum reſcribe, ego aliquam ſtropham inveniam, agamque cauſam tuam. Martial. 3. 7.

Nihil ſtropharum eſt, jam ſalarium dandum eſt. Idem lib. 11. 8.

Strŏphădes, um. f. pl. [Στροφάδες] Inſulæ duæ in Ionio mari, ſupra Zacynthum in Meridiem ſitæ, ab aliis Plotæ dictæ, quibus Servius a converſione Harpyiarum ex Arcadia volantium nomen datum voluit. Virg. 3. Æn. 209.

—Strophadum me litora primum
Accipiunt, Strophades Grajo ſtant nomine dictæ. V. Servium.

Strŏphium, i. n. [στρόφιον] Faſcia pectoralis, quæ virginalem tumorem papillarum cohibet. Turpil. apud Non. 14. 8.

Me miſeram, quod inter vias epiſtola excidit mihi:
Infelix, inter tuniculam ac ſtrophium collocaram. Catul. Argon. 65. 65.

Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas.

Strophia etiam Coronæ dicebantur ab inſigni, quod imponebatur capitibus ſacerdotum. Quod fit ἀπὸ τοῦ στρέφειν, hoc eſt a vertendo. Plin. lib. 21. cap. 2. Tenuioribus utebantur antiqui, ſtrophia appellantes, unde nata ſtrophiola. Quin & vocabulum ipſum tarde inde communicatum eſt, inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum nomen vindicantibus. V. Feſt. & infra stroppus.

Strophiŏlum, i. n. [Στροφίολον] Plin. 21. 2. V. in strophium. Cic. de Aruſp. Reſp. 44. P. Clodius a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, a pſaltrio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis.

Strophiārius, i. m. [στροφιοποιός] Qui ſtrophia facit. Plaut. Aul. 3. 5. 42. Strophiarii aſtant, ſemizonarii.

Strophius, [Στρόφιος] Rex Phocidis, pater Pyladis. V. pylades.

Strŏphos, i. m. [στρόφος] Dolor inteſtinorum, quod Tormen Latini vocant. Celſ. lib. 6. cap. 2. Ejuſdem morbi nota eſt, cum circa umbilicum inteſtina torquentur, στρόφον Græci nominant, coxæque dolores manent. Significat & Funiculum peræ apud Græcos, & Cincinnos tortos, aliaque nonnulla; quæ ſignificationes, quoniam Latinis uſitatæ non ſunt, ex Græcorum monumentis eas petendas relinquimus.

Strophōſus, a, um. Adj. Qui ſtropho laborat. Veget. Mulom. 1. 27. Strophoſa animalia, quibus venter frequenter dolet. conf. Plin. Val. 2. 22.

Stroppus, i. m. Stroppus eſt, ut Atejus philologus exiſtimat, quod Græce στρόφιον vocatur, & quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite. Quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. Itaque apud Faliſcos diem feſtum eſſe, qui vocatur Struppearia, quia coronati ambulent, & a Tuſculanis, quod in pulvinari imponatur Caſtoris, Struppum vocari. Feſt.

Structilis, Structor, Structura, Strues. V. struo.

Strufertarii, e Ferto ſacrificii genere dicti ſunt. Paul. apud Feſt. Strofertarios dicebant, qui quædam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, a ferto ſcilicet quodam ſacrificii genere. Strofertaria ſacra ſic fiebant. Cato in lib. de R. R. cap. 134. ita ſcribit; Priuſquam meſſim facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Et poſtea: Priuſquam porcam feminam immolabis, Jano ſtruem commoveto ſic. Jane pater, te hac ſtrue commovenda bonas preces precor, &c. Ferctum Jovi moveto, & mactato ſic. Juppiter, te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, liberiſque meis, domo, familiæque meæ, mactus hoc fercto, &c. V. ferctum.

Strues, is. f Extructio rei cujuſvis. Strues. Arnob. 2. Struices lignorum. Liv. poëta apud Feſtum, Struicam malorum.

Struices, inquit Feſt. antiqui dicebant Omnium rerum extructiones. Plaut. Men. 1. 1. 26.

Cereales cœnas dat, ita menſas extruit:
Tantas ſtruices concinnat patinarias. V. strues.

Strūma, æ. f. [χοιράς, Gl. G. L.] Plur. Strumæ, [χοιράδες, χοιράδες, Gl. L. G.] Tumor, in quo ſubtus concreta quædam ex pure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur. Quæ vel præcipue fatigare medicos ſolent, quoniam & febres movent, nec unquam facile matureſcunt. Hæc ex Celſ. lib. 5. cap. 28. 7. Naſcuntur maxime, ut idem teſtatur, in cervice: ſed etiam in alis, & inguinibus, & lateribus. Plin. lib 11. cap. 37. Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit, aquarum, quæ potantur, plerumque vitio. Idem multis locis meminit ſtrumarum morbi. Propter quod quædam tubera ſpongioſa per corpus aliquando inſperſa, ſcrophulæ dicuntur, quæ etiam ſub ſtrumæ appellatione continentur, ut rectius ſtrumulæ, quaſi parvæ ſtrumæ, quam ſcrophulæ nominentur. V. scrophulæ.

Strumas ſemidoctum vulgus Scrophulas vocat, quoniam eas Græci ab ejuſmodi bruto χοιράδας appellaverint. Hæc Cæl. lib. 30. cap. 26. Ubi male, Struma (inquit) Extantia quædam in tergo.

Male eum habet ſtruma. Celſ. lib. 5. cap. 28.

Frigida aqua ſtrumas excitat. Celſ lib. 1. cap. 9.

Struma hominis. Cic. 2. Att. 9. Proinde iſti licet faciant quos volent Conſules, Trib. pleb. denique etiam Vatinii ſtrumam ſacerdotii Διβάφῳ veſtiant: &c h. e. Vatinii ſcelera & turpitudinem occultent honeſtentque honorum faſtigio. Eſt autem Dibaphum, purpura bis tincta.

Struma civitatis. Cic. pro Sext. 135. Ii medentur Reipub. qui exſecant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam civitatis.

Struma, [Στρούμας] Nomen viri apud Catull 50. 2.

Sella in curuli Struma Nonius ſedet. [Niſi Scomma eſt, ut ſupra.

Strumella, æ. f. dimin. Marc. Empir cap. 15.

Strumōſus, a, um. Adj. [χοιραδώδης] Qui id vitium patitur. Juven. 10. Sat. 309.

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec
Strumoſum, atque utero pariter, gibboque tumentem. Columel. lib. 7. cap. 10.

Strumātĭcus, a, um. Adj Idem. Jul. Firmic. lib. 8. cap. 19. Viceſima tertia pars arietis ſi in horoſcopo fuerit inventa, ſtrumaticum faciet, exulcerata macularum labe poſſeſſum, vel certe elephantiaca contagione maculatum.

Strumea, æ. f. Herba. Plin. lib. 25. cap. 13. de quarta ranunculi ſpecie, Noſtri, inquit, herbarii ſtrumeam vocant, quoniam medetur ſtrumis, & panis, parte in fumo ſuſpenſa. Vel, addit Ruellius, quod ſtrumoſam radicem habeat. Hæc herba eſt, qua validi mendicantes ſibi crura & lacertos dilaniant, quo poſſint impudentius ſtipem extorquere, vel hac impoſture peculiolam aucupari, hinc nonnullis herbariis *ulceraria* vulgo dicitur, aliis *ſcelerata*.

Strumus, i. m. Eadem herba vocatur alio nomine apud Apul. de Herb. cap. 74.

Strŭo, xi, ctum, [ἐπισωρεύω, οἰκοδομῶ. Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Ordinare, in ordinem redigere. Ovid. 1. Met. 153.

Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.

Aciem ſtruere. Cic. ad Octavium, Virg. 9. Æn. 42. V. acies.

Convivia ſtruere, Apparare. Tacit. 15. Ann. 37.

Copias ſtruere, Inſtruere. Cæſ. 3. Bell. Civil. V. instruo.

Cubilia ſtruere congeſtæ frondes. Lucan. lib. 9. 841.

Epulas ſtruere Tacit. 15. Ann. 55.

Fercula luxurioſe ſtruere. Columel. in præfat.

Penum ſtruere. Virg. 1. Æn. 708.

Pyram ingentem ſtruere. Virg. 6. Æn. 215.

Orationem ſolutam ſtruere. Gell. lib. 1. cap. 19.

Verba componere, & ſtruere. Cic. 3. de Orat. 171. Collocationis eſt componere & ſtruere verba ſic, ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit.

Verba dure ſtruere. Quintil. 1. 5. Ceterum etiam ex præpoſitione & duobus vocabulis dure videtur ſtruxiſſe Pacuvius,

—Nerei
Repandiroſtrum, incurvicervicum pecus. i. e. Compoſuiſſe.

Struere aliquid, Machinari, moliri. Ter. Heaut. 3. 2. 3. Num me fefellit hoſce id ſtruere? Tacit. 1. Ann. 13.

Bellum ſtruere. Cic. 9. Att. 12. Ego, ſi Pompejus manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore: ſin Italiam relinquit, ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.

Calamitatem alicui ſtruere & Moliri. Cic. pro Cluent. 178. Ut velle atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id ſtruere & moliri videretur.

Cauſas ſtruere. Tacit. 2. Ann. 42.

Conſilia ſtruere. Liv. 2. 3. Legati cum aliis alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni conſilia ſtruere.

Controverſiam de nomine & vocabulo ſtruere. Auct. ad Heren. 2. 45.

Crimen alicui ſtruere. Tacit. 1. Hiſt. 58.

Dolos ſtruere. Sen. Herc. OEt. 11.

Inſidias alicui ſtruere. Ovid. 1. Met. 198.

Medicina ſtruitur dolori. Stat. 5. Silv. 1. 16.

Mendacium ſtruere. Liv. 23. 34.

Odium ſtruere in aliquem. Cic. 2. de Orat. Atque iiſdem his ex locis & odium in alios ſtruere diſcemus, & a nobis ac noſtris dimovere.

Opes ſtruere. Liv. 2 41. pr. Largitione cos. periculoſas libertati opes ſtruere.

Periculum ruinæ ſtruere. Cic. 6. Fam. 7. Quemadmodum igitur ſcalarum gradus, ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinæ periculum ſtruas, non aſcenſum pares.

Reliqua ad jacturam ſtruentur. Cic. 3. Q. frat. 8.

Sollicitudinem ſibi ſtruere. Cic. 5. Att. 21. Sed dum, me ipſum mihi ſollicitudinem ſtruere, cogor, & velim ita ſit.

Sycophantias ſtruere. Plaut. Aſin. 1. 1. 57.

Struere, pro Inſtruere. Tacit. 4. Ann. 67. Struebantur, qui monerent perfugere, &c. h. e. Inſtruebantur.

Aggeres ſtruere, Exſtruere, ædificare. Cæſ. 8. Bell. Gall. 41.

Arcus ſtruere. Tacit. 2. Ann. 64. Structi & arcus.

Domos ſtruere. Hor. 2. Carm. 18. 19.

Moles ſtruere. Tacit 2. Ann. 17.

Ordine, non acervatim ſtruere. Vitruv. lib. 2. cap. 8. V. erysmostata.

Structa & a Natura dicimus quædam. Cic. 1. Toſc. 37.

Per ſpeluncas, ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus.

Strueta, pro Augere. Feſtus, Struere antiqui dicebant, pro adjicere, augere

augere, unde Induſtrios quoque. M. Cato, jure, lege, libertate, republica communiter uti oportet: gloria, atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruit. Aut in duodecim quod eſt: Si calvitur, ſ edemve ſtruit, manum endojacito. Alii putant ſignificare retrorſus ire, alii in alium partem, alii furere, alii gradum augere, alii minuere, ac vis pedem pedi præfert, otioſe it, remoratur. Paulus adnotat. Struere antiqui dicebant pro adjicere, augere: unde Inſtruere.

STRUCTUS, a, um. Partic. [συντεθειμένος] Cic. de Senect. 51. Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam.
Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſolvere permutatione. Cic in Orat. 232.
Eloquentia, collocata, & quaſi ſtructa, & nexa verbis. Cic. in Orat. 39.
Atria ſtructa levibus tophis. Ovid. 8. Met. 562.
Mœnia ſtructa meis manibus. Virg. 5. Æn. 811.
Scæna in tempus ſtructa. Tacit. 14. Ann. 20.
Templa ſtructa vetuſto ſaxo. Virg. 3. Æn. 84.
Via ſtructa labore Herculeo. Propert. lib. 3. 18 4.

STRUCTUM, i. n. [οἰκοδομημένον, Gl. L. G.] ut, Structa ſaxorum, i. e. Saxa quæ ſtructa ſunt, ſimili dicendi forma, qua Septa domorum, Strata viarum, & cetera id genus. Lucret. lib. 4. 361.
Fit, quaſi tornata ut ſaxorum ſtructa tuantur.

STRUCTE, Adv. Compar. Tertull. de Cultu fem. cap. 11. Quæ vobis cauſa ſtructius prodeundi.

STRUCTIM, Adv. Apul. Flor. 2. Cithara apta ſtructim. Sed Elmenh. p. 351. Strictim ſuſtinetur.

STRUCTIO, ōnis. f. Firmic. lib. 8. cap. 9. Arma venatoribus aut facient, aut parabunt, ut retia, venabula, ſagittae, & quicquid ad ſtructionem ejus ſtudii pertinet. Pallad. 12. 11. Sternes inter ſpatia ſtructionis.

STRUCTOR, ōris. m. [οἰκοδόμος, Gl. L. G.] Qui aliquid ſtruit. Cic 2. Q. frat. 5. A pueris ut diſceſſi, in aream tuam veni: res agebatur multis ſtructoribus. Sic 14. Att. 3. Structores vocat eos, quorum utebatur opera ad villam ædificandam. Hos ſtructores Bud. interpretatur Fabros cæmentarios.
Structor pro Cellario ponitur, qui inſtruendæ menſæ & ciborum curam habet. A ſtruendo, id eſt, ordinando & componendo. Martial. lib. 10 48. 15.
Et quæ non egeant ferro ſtructoris oſellæ. Juven. 7. Sat. 184.
— veniet, qui fercula docte
Componat.
Structores annonæ. Cic. 14. Att 3.

STRUCTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Operas ſtructorias alicui locare. Tertull. Apol. cap. 14.

STRUCTŪRA, æ. f. [οἰκοδομή, σύνθεσις, Gl. L. G.] Ædificium, ſive Compoſitio & ordinatio lapidum in ædificiis. Columel. lib. 1. Igitur ad ſtructuram quum primum fundamenta jaciuntur, enitendum eſt. Liv. 21. 11. Structura antiqua.
Surgens operum ſtructura. Lucan. lib. 6. 64.
Verborum eſt ſtructura quædam. Cic. de Opt. gen. Orat. 5. Sed & verborum eſt ſtructura quædam, duas res efficiens, numerum & lenitatem, &c.
Carminis ſtructura mirifica. Ovid. 4. de Pont. 13. 4.

STRUCTILIS, e. Adj. [συνθετικός] Quod ſtructum eſt multis de materiis: ut Columel. lib. 11. cap. 3. Vetuſtiſſimi auctores vivam ſæpem ſtructili prætulerunt. Martial. lib. 9. 77.
Non ſilica duro, ſtructilive cæmento.
Columnæ ſtructiles, Quæ non ſunt ex uno lapide, ſed ex multis. Ulp. in l. Sicuti. §. 1. D. Si ſervit. vindic.
Lapis ſtructilis. Ulpian. in l. Etſi forte. §. Modus. D. Si ſervit. vendic. Forte, ut ſuſcim lapide quadrato, vel lapide ſtructili.

STRUES, is. f. [ξύλων σωρὸς, ὁ ἴχορμος Gl. L. G.] proprie Lignorum congeries eſt. Liv. 21. 27. Struem ingentem lignorum faciunt. Cic. 5. Att. 12. Strues ſalinarum. Al. Laterum. Lectio vexata.
Strues uvarum. Plin. lib. 14. cap. 4.
Strues, Genus libi, quod in ſacris antiqui prolibabant. Cato R. R. cap. 134. & cap. 141. Ovid. 1. Faſt. 276.
Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.
Strues genera liborum ſunt, digitorum conjunctorum non diſſimilia, qui ſuperjecta paniculo in tranſverſum continentur. Feſtus.

STRONDIUS, ſive STRUNTUS, Στρόνθος. Gloſſ. Latinogræc. [Eſt autem στρόνθος Stercus. Quare non dubito, quin hinc Gallorum fluxerit turpicula dictio *eſtront*, vel *étron*.

STRUPPEARIA, Feſta quædam apud Faliſcos. V. in dict. STROPPUS.

STRUPPI, [Φάκελοι] inquit Feſt. vocabantur in pulvinaribus Faſciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus imponebantur. Iſidorus 19. 4. ait Dura, craſſa & villo eſſe vincula.

STRUTHEUS, a, um. Adj. Strutheum in mimis præcipue vocant Obſcœnam partem virilem a ſalacitate videlicet paſſeris, qui Græce στρουθὸς dicitur. Feſt. [Forſan dimin. Græcum eſt στρουθίον ſubſt.
Struthea mala. Cato R. R. cap. 7. Mala ſtruthea, cotonea ſcantiana. Columel. lib. 5. cap. 10. Cydonia, quorum genera tria ſunt, ſtruthia, chryſomeliana, muſtea. Plin. lib. 21. cap. 20. Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. Legitur & Struthiis. V. COTONEUM.
Struthea coluthæaque appara. Plaut. Perſ. 1. 3. 7.

STRUTHIOMELA, [στρουθιόμηλα] uno vocabulo proferuntur apud Varr. de R. R. 1. 59.

STRUTHIO, ōnis. m. [στρουθοκάμηλος, Gl. L. G. στρουθίων, G. L.] Idem quod Struthiocamelus. q. V.

STRUTHIUM, i. n. [στρουθίον, Gl. G. L.] Latine Paſſerculus dicitur.
Struthium, Herba. Plin. lib 19. cap. 3. At quæ vocatur radicula, lavandis demum lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori mollitiæque. Et paulo poſt, Struthion Græci vocant, floret æſtate, &c.

STRUTHIOCAMĒLUS, vel STRUTHOCAMELUS. i. m. [στρουθοκάμηλος] Maxima avium eſt, ſi tamen avis eſt dicenda. Plin. lib 10. cap. 1. Sequitur natura avium, quarum grandiſſimi & pæne beſtiarum generis, ſtruthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritate vincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adjuvent: cetero non ſunt volucres, nec a terra tolluntur. Ungulæ iis cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu devorata mira natura, ſed non minus ſtoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, quum colla frutice occultaverint, latere ſeſe exiſtimantium. Præmia ex iis ova, propter amplitudinem pro quibuſdam habita vaſis: conoſque bellicos & galeas adornantes pennæ.

STRUTHOPHAGI, gens Æthiopica. V. in dictione SELLI.

STRŪTHŌPUS, ŏdis. c [στρουθόπους] Struthopodes Plin. 7. 2. vocantur Feminæ, quæ parvas pedum plantas habent, velut paſſerini pedis: ſic Themiſtius Struthocephalos [στρουθοκεφάλους] minimi & paſſerini capitis, in Paraphraſi phyſicorum vocat, ut annotavit Turnebus.

STRUTHOS, [στρουθὸς] Græcis dicitur, quem nos Paſſerem vocamus. Gloſſ. Græcolat. Στρουθὸς, Paſſer. Ab antiquis etiam mimorum ſcriptoribus Struthos uſurpabatur pro Virili membro, a paſſeris ſalacitate ſumpta nominis ratione.

STRYCHNUM, i. n. vel STRYCHNOS, i. m. [στρύχνος] Herba ſponte naſcens; quam Latini Solanum, vulgo *Solatrum* vocant: multas ſub ſe continens ſpecies, quas vide ſupra in dictione SOLANUM. Plin. 28. 11. Apul. de Herb cap. 22.

STRȲMON, ōnis. m. [Στρυμών] Civitas, nec non & fluvius Thraciæ, de quo Virg. 4. Georg. 508.
Rupe ſub adverſa deſerti ad Strymonis undam.
Nivoſus Strymon. Ovid. 5. Triſt. 3. 21.

STRYMŎNIUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Στρυμόνιος] ut, Grues Strymoniæ. Virg 1. Georg. 120.
Aquilo Strymonius. Sen. Agam. 6.
Matres Strymoniæ, Mulieres Thraciæ. Ovid. in Ibin, 602.

S T U

STŬDEO, ui, [σπουδάζω. Gl. G. L. φιλοτιμῶ τὴν τὸ κηρύγμα, L. G. & G. L.] ēre. Operam dare alicui rei. Plaut. Pſeud. 1. 5. 108.
Studeo hercle audire: nam ted auſcultabo lubens. Ter. Eun. 5. 5. 8. Dum ſtudes dare verba nobis. Ibid. 2. 3. 23. Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe. Cic. in Partit. 1. Studeo, mi pater, Latine ex te audire ea, quæ mihi tu de ratione dicendi Græce tradidiſti.
Stude verum invenire. Auctor ad Herenn. lib. 4. 41.
Studet rem ad arma deduci. Cæſ. 1. Bell. Civil cap. 3. Simul, infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Aſiæ Syriæque ad ſuam potentiam, dominatumque converterat, rem ad arma deduci ſtudebat.
Jungitur hoc verbum Dativo aliquando, aliquando Accuſativo.
Dativo. Plaut. Stich. 5. 3 5.
Lectis ſternendis ſtuduimus, munditiiſque apparandis.
Artibus & diſciplinis optimis ſtudere. Cic. 1. Verr. 30. In quo ſi te multum natura adjuvaret, ſi optimis a pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes, &c.
Artibus ſtudere. Cic. 1. Fam. 7. Lentulum, eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem, cum cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias.
Auribus ſtudere. Martial. lib. 10. 19. de Plinio juniore,
Dum centum ſtudet auribus virorum. h. e. Dum cauſas agit apud Centumviros judices.
Litteris ſtudere, quibus fons eloquentiæ continetur. Cic. de Clar. Orat. 322. Idem 6. Fam 4. Non tantum litteris, quibus ſemper ſtudui.
Laudi & dignitati ſtudere. Cic. 4. de Finib. 65. Sed quia ſtudebat laudi & dignitati, multum in virtute proceſſerat.
Student magis mellificiis, quam fetibus apes. Columel. lib. 9. cap. 13.
Semel enim pacem defendi, non ſemper otio ſtudui? Cic 8. Philipp. 11.
Pecuniæ, imperiis, gloriæ ſtudere. Cic. 1. de Finib 60.
Rebus novis ſtudere. Cic. 1. in Catil 3. Cæſ. 1. Bell. Gall. 7. Cupiditate regni adductus, novis rebus ſtudebat. V. 218.
Virtuti, gloriæ. Cic 2. de Orat. 225.
Studere alicui, Favere. Ovid. 9. Met. 435.
Cui ſtudeat deus omnis habet. Cic. pro Cæl. 10. Studuit Catilinæ, quum jam aliquot annos eſſet in foro, Cœlius. i. e. Favit, coluit, & ſtudioſe ſectatus eſt eum.
Accuſativo junctum, ſignificat Cupere, velle. Cic. Poſt redit. in Senat. 13. Quum vero litteras ſtudere incipit, & helluo immenſis cum Græculis philoſophari, tum eſt Epicureus. Idem 5. Fam. Quid ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit. Ter. Hec. 2. 1. 2.
Ut omnes mulieres æque ſtudeant, nolintque omnia. Cic. 6. Philip. 18. Unum ſentitis omnes, unum ſtudetis.
Accuſativo, cum præpoſitione In. Quintil. lib. 10. cap. 2. pr. Quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant.
Ablativo, cum præpoſitione In. Gellius, Si quis in ea re ſtudebat.
Abſolute, Amare ſive favere. Salluſt. in Catil. cap. 51. in oratione Cæſaris, Neque ſtudere, neque odiſſe, ſed minime iraſci decet.
Studere, pro Litteris ſtudere, ſeu operam dare. Quintil. lib. 12. cap. ult. Nunc computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. Et 1. 2. pr. Utiliuſne ſit domi, atque intra privatos parietes ſtudentem continere, an publicis præceptoribus tradere.
Sic apud Plinium Juniorem ſine adjectione Epiſt. 100. In habitu ſtudentis, & alibi Æſtate pueri ſi ſtudeant ſatis valent, puto apud Martial. At ita Plin. Junior. H. St. V. Plin. 5 Epiſt 5.
Studere, cum Genitivo. Cic. 3. de Nat. Deor. 72.
Parentem habere avarum, illepidum in liberos,
Difficilem, qui te nec amet, nec ſtudeat tui. Ex antiquo poeta.

STUDENS, entis. Partic. [σπουδάζων] Cic. pro Planc. 87. Hiſce ego auxiliis, ſtudentibus, atque incitatis, uti me, Laterenſis, potuiſſe confiteor.

STUDIUM, i n. [σπουδὴ, ἐπιμέλεια, φιλοπονία, Gl. G. L. ἄσκησις, L. G.] Donatus, Studium eſt dedita opera voluntatis hominis attentior atque impenſior. Cic. 1. de Invent. 36 Studium autem eſt animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata, magna cum voluptate, occupatio, ut philoſophiæ, poetices, geometriæ, litterarum. Ter. Hec. 2. 1. 5.
Viris eſſe advorſas, æque ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt. Hor. 2. Serm. 2. 12.
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem.
Alacritas ac ſtudium Cæſ. 4 Bell. Gall 24.
Feſſus ſtudiorum pondere. Lucan. ad Piſon. 178.
Acre ſtudium. V. ACER adjectivum.
Agile ſtudium, Exercitium ad curſum. Stat. 6. Theb. 557.

Ferti[illegible]

Fortia ſtudia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Inane ſtudium. V. INANIS.
Pertinax ſtudium. Quinćl. in Proœm. lib. 1.
Plena vecordiæ ſtudia. Tacit. 3. Ann. 50.
Puellare ſtudium. Ovid. 5. Met. 399.
Virilia ſtudia. Ovid. 12. Met. 208.
Adhibere ſtudium. V. ADHIBEO.
Ardere ſtudio belli. V. ARDEO.
Aſſequi ſtudio vel conſequi. Cic. 2. Fam. 5.
Cecidit incautus ſtudio eundi, Cupiditate currendi. Ovid. 8. Met. 378.
Celerare gradum anili ſtudio. Virg. 4. Æn. 641.
Conſurgunt ſtudiis Teucri. Virg. 5. Æn. 450.
Contendere omni ſtudio. V. CONTENDO.
Contendere ad magna rectis ſtudiis. V. CONTENDO.
Deponere belli ſtudia. Juſtin. lib. 1. cap. 2.
Diſpoſita fideli ſtudio dona. Lucret. lib. 1. 47.
Dare ſtudium alicui rei. Quinćl. lib. 3. cap. 2.
Dare ſtudium agricolationi. Columel. lib. 1. cap. 1.
Exercere aliquem duris ſtudiis. Claud. 4. Conſ. Hon. 320.
Jactare aliquid inani ſtudio. Virg. 2. Ecl. 5.
Incenſus ſtudio diſcendi. Cic. 2. de Orat. 1.
Incenſi ſtudio, quod ad agrum colendum pertinet. V. INCENDO.
Incitari ſtudio. Cic. 2. de Divin. 5. Quorum ſtudio legendi, meum ſcribendi ſtudium vehementius in dies incitatur.
Inflammatum ſtudium. V. INFLAMMO.
Inhærere ſtudio alicui. Ovid. 8. Met. 165.
Injicere ſtudium alicui. V. INJICIO.
Inſtigare aliquem ſtudiis. Virg. 5. Æn. 228.
Ponere ſtudium lucri. Hor. 4. Carm. 12. 25. V. PONO.
Servatum perenni ſtudio odium, Voluntate perſeveranti. Sil. 1. 18.
Studium in aliquo eſſe. Cæſ. 1. Bell. Civil.
Cicero tuus noſterque ſummo ſtudio eſt Pæonii ſui rhetoris, i. e. Tenetur Cic. 3. Q. frat. 3.
In ſtudio eſt mihi labor, militia, palæſtra, &c. Cic. 2. Tuſc. 36. Illi autem voluerunt nihil horum ſimile eſſe apud Lacænas virgines, quibus magis palæſtra, Eurotas, ſol, pulvis, labor, militia in ſtudio eſt, quam fertilitas barbara.
Studium in aliquo eſt, h. e. Studiorum & litterarum amor & ſcientiæ ac doctrinæ. Cic. 1. Acad. 7. Sed meos amicos, in quibus eſt ſtudium, in Græciam mitto, id eſt ad Græcos ire jubeo, ut ea &c.
Teneri ſtudio aliquo. Hor. 1. Epiſt. 1. 81.
Vigilare ſeveris ſtudiis. Propert. lib. 2. 3. 7. Pro Invigilare.
Cupiditas & ſtudium defendendæ nobilitatis. Cic. 3. Verr. 35.
Studium, Exercitatio; ut quum dicimus, Studia litterarum. Columel. in præfat. lib. 1. Et ne ſingula perſequar: ei ſtudio, quod quiſque agere velit, conſultiſſimum rectorem adhibeat. i. e. Exercitio, vel operi vel arti. Ter. And. 1. 1. 29.

Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philoſophos. Idem Heaut. 2. 3. 39.

Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit. Cic. de Senect. 50. Atque hæc quidem ſtudia ſunt doctrinæ. Idem 1. de Invent. 4. Mihi videntur cuncta ſtudia recta atque honeſta per otium concelebrata ab optimis enituiſſe. Sic 2. Tuſc. 1. Studia ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur.
Belli ſtudiis aſperrima urbs. Virg. 1. Æn. 18.
Formæ ſtudium. Tibul. lib. 1. 7. 44.
Hiſtoriæ ardeo ſtudio. Cic. 16. Att. 13.
Venandi laſſus ſtudio. Ovid. 3. Met. 413.
Hiſtrionale ſtudium. Tacit. 1. Ann. 16.
Muſicum ſtudium. V. Muſicus in NOTA.
Conſortes ſtudii. Ovid. 5. Triſt. 3. 47.
Communia fœdera ſtudii ſacri. Ovid. 4. de Pont. 13. 43.
Habere aliquem participem ſtudiis. Ovid. 2. de Pont. 5. 42.
Levius ſtudium. Ovid. Rem. Amor. 207.
Adhærere ſtudio alicui. Lucret. lib. 4. 959.
Adhibere multum ſtudii ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas. Cic. de Clar. Orat. 161.
Aſſuetus mollibus ſtudiis. Ovid. 1. Triſt. 5. 74.
Celebrare ſtudium agriculturæ. V. CELEBRO.
Collocare ſtudium. V. COLLOCO.
Concitari cohortatione alicujus ad ſtudium cognoſcendæ virtutis. Cic. 1. de Orat. 204.
Conticeſcit ſtudium. Cic. de Clar. Orat. 234. de ſe & Hortenſio loquens; Maxime vero perſpecta eſt utriuſque noſtrûm exercitatio, paulo ante quam perterritum armis hoc ſtudium, Brute, noſtrum conticuit ſubito, & obmutuit. Prius dixerat, Subito in civitate, cum alia ceciderant, tum etiam ea ipſa, de qua diſputare ordimur, eloquentia obmutuit.
Convertere ſtudium ad operam ſcribendi. V. CONVERTO.
Dedere ſe ſtudio eloquentiæ. Cic. in Orat. 6.
Deditus ſtudio citharæ. Hor. 2. Serm. 3. 105.
Florens otii ſtudiis. Virg. 4. Georg. 564.
Formare boves ad ſtudium atque uſum agreſtem. Virg. 3. Georg. 163.
Formandæ mentes aſperioribus ſtudiis. Hor. 3. Carm. 24. 54.
Frangere ſtudium. Cic. 6. Fam. 7.
Imbuere ſtudio. Cic. pro Dejot. 28.
Impertire ſtudium philoſophiæ. V. IMPERTIO.
Ingredi diſciplinarum ſtudia. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Verſari in ſtudio litterarum. V. LITTERA.
Studia, pl. pro Litterarum ſtudio. Quintil. lib. 12. cap. 3. Lectionis opus eſt, qua nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum.
Claritudo ſtudiorum. Tacit. 12. Ann. 8.
Cupidus ſtudiorum. Ovid. 1. de Pont. 5. 35.
Deſerere ſtudia. Cic. de Fato.
Vigere ſtudia. Cic. 1. de Orat. 13.
Acerrimum ſtudium. Cic. in Brut.
Secreta ſtudia. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Abducere a ſtudio. Cic. 4. Fam. 4.
Abhorrere ſtudio. V. ABHORREO.
Abruptum ſtudium. V. ABRUPTUS.

Abundare ſtudiis. Cic. 1. de Orat.
Affluere ſtudio. Cic. pro Arch. 4.
Arceſſite ſtudia. V. ARCESSO.
Aſſerere ſe ſtudiis. V. ASSERO.
Attingere leviter ſtudia. V. ATTINGO.
Abſcindere ſtudium alicui. Catul. 66. 19.
Colere ſtudia. V. COLO.
Concelebrare ſtudia. V. CONCELEBRO.
Conferre ſe ad ſtudia. V. CONFERO.
Confluere ad ſtudia. V. CONFLUO.
Conquieſcere in ſtudiis. V. CONQUIESCO.
Contine te in tuis perennibus ſtudiis. Cic. in Brut. 332.
Detinere animum ſtudiis. Ovid. 5. Triſt. 7. 39.
Flagrans ſtudium. Cic. 3. de Orat. 228.
Formare ſtudia alicujus ab infantia. Quintil. in Proœm. lib. 1.
Jacent ſtudia. V. JACEO.
Impedita ſtudia. V. Impeditus in IMPEDIO.
Incitari in ſtudia. V. INCITO.
Incitare ſtudium. Cic. 2. de Divin. 5.
Incumbere ad vel in ſtudia. V. INCUMBO.
Ingredi ſtudia. V. INGREDIOR.
Mori in ſtudio. V. MORIOR.
Obſoleſcere ſtudia. Cic. de Invent.
Omittere ſtudia. Cic. 1. de Invent.
Referre ſe ad ſtudia. Cic. 4. Att. 16.
Remittere ſtudia. Cic. in Brut. 15.
Renovare ſtudia. Cic. in Brut.
Repetere ſtudia. Cic. de Fato, 4.
Reſtinguere ſtudia. Cic. in Orat. 5.
Revocare intermiſſa ſtudia. V. INTERMITTO.
Silere ſtudia. Cic. Omnia denique bonarum artium ſtudia ſiluerunt.
Teneri acerrimo ſtudio. Cic. in Brut.
Tentare ſtudium inutile. Ovid. 4. Triſt. 10. 21.
Vigent ſtudia. Plin. 1. Epiſt. 13.
Studium, pro Deſiderio. Cic. de Senect. 83. Equidem efferor ſtudio patres veſtros (quos colui & dilexi) videndi. Idem 1. Acad. 43. Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia aut ſtudio vincendi. Idem pro Roſc. Amer. 91. Ut omnes intelligant me, non ſtudio accuſare, ſed officio defendere. Sic 2. Verr. Tanto ſtudia requiſivit.
Acuere ſtudia. V. paulo ante Reſtinguere ſtudia.
Alicujus ſtudio & cupiditati morem gerere. Cic. pro Quint. 9.
Immane ſtudium loquendi. Ovid. 5. Met. 678.
Adduci certandi ſtudio. V. ADDUCO.
Famæ ſtudium creſcit honore. Ovid. Rem. Amor. 393.
Ardentibus ſtudiis depoſcunt. Ovid. 1. Met. 199.
Fallens laborem ſtudium. Ovid. 6. Met. 60. Studium, i. e. Vincendi cupiditas.
Minuens labores ſtudium. Ovid. 4. Met. 295.
Petere ardentiore ſtudio. V. ARDEO.
Rapi ad aliquem locum ſtudio inflammato. Cic. pro Lege Manil. 21.
Studium, Favor, amor. Saluſtius, Catil. cap. 51. D. Silanum certe ſcio, quæ dixerit, ſtudio Reip. dixiſſe. Cic. pro Planc. 10. Illud debes putare, comitiis, præſertim Ædilitiis, ſtudium eſſe populi, non judicium, eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.
Accendere ſtudium. V. ACCENDO.
Accinctus ſtudio popularium. V. ACCINGO.
Acquirere ſtudia vulgi. V. ACQUIRO.
Amittere ſtudia. Cic. 2. Att.
Conferre ſtudium. Cic. 10. Fam. 1.
Conſtare ſtudium. Cic. 10. Fam.
Conſumere ſtudium. Cic. 6. Fam. 12.
Debilitant hæc amicorum ſtudia. Cic. pro Muren. 43.
Deponere ſtudia. Cic. pro Muren. 43.
Detrahere de ſtudio. Cic. 3. Fam.
Movere ſtudia hominum. V. MOVEO.
Navare ſtudium. Cic. 15. Att. 4.
Præſtare ſtudia. Cic. 2. Fam.
Prætermittere ſtudia. Cic.
Remanere ſtudia erga aliquem. Cic.
Conciliatum ſtudium bonorum ex Tribunatu, &c. Cic. 2. Fam. 6.
Declarare ſtudium, vel ſignificare. Cic. 3. Fam.
Dicare ſuum ſtudium alicujus laudi, &c. Cic. 2. Fam. 6.
Exſpectare ſtudia ab aliquo. Cic. 1. Fam.
Habere ſtudia ſuorum ardentia. Cic. pro Planc. 20.
Interponere ſtudium, operam. V. INTERPONO.
Navare operam & ſtudium tibi volunt. Cic. ad Brut. 8.
Polliceri & profiteri alicui ſuum eximium & ſingulare ſtudium. Cic. 5. Fam. 8.
Reſtinguere ſtudia. V. RESTINGUO. Liv. 10. 13. Acuebat hac moderatione tam juſta ſtudia: quæ verecundia legum reſtinguenda ratus, legem recitari juſſit: &c. Sigonius admonet in vetuſtis libris legi Reſtringende.
Studio eſſe in aliquem. Cic. 14. Fam.
Studium alicujus in ſalutem alterius. Cic. 3. Q. frat. 1. 3. Quod litteris tuis ſtudium illius in ſalutem noſtram facile perſpexi.
Inſigne ſtudium alicujus erga alterum. V. INSIGNIS.
Studium tuum erga me. Cic. 3. Fam. 10. Neque enim de meo erga te ſtudio dubitare debes, neque id eſt obſcurum cuiquam in provincia, nec Romæ fuit.
Studium meum dignitatis tuæ tuendæ. Cic. 5. Fam. 8. Quantum meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito quin ad te omnes tui ſcripſerint.
Studium, Voluntas, ſententia. Virg. 2. Æn 39.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Ter. Adel. 1. 1. 16.
Diſſimili ſtudio eſt, jam inde ab adoleſcentia.

Voluntas & Studium. Cic. de Amicit. 15. Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio.
Studio habere aliquid. Ter. Adel. 3. 3. 28.
Indulgere aliquid ſtudio ſuo. V. INDULGEO.
Studium, pro Opera. Martian. in l. Si prægnans. D. de fideicom. libert.

Si prægnans ancillæ moram, non ſtudio manumiſſoris, ſed fortuito patiatur, ne manumittatur, &c. [Studio, i. e. Cura.
Studium pro Delectatione ex Cic. & Ter. Vide Goveanum in Epiſt. ad Att. lo lib. 1. Epiſt. 6. ubi dicit Cic. Et noſtri ſtudii, i. e. Quibus intelligis nos delectari. Studium pro Delectatione ſæpe apud Ter. legimus, ſæpe apud ipſum Cic. Sic in 2. de leg. Quid plura? hanc vides villam, ut nunc quidem eſt, lautius ædificatam patris noſtri ſtudio: qui cum eſſet infirma valetudine, hic fere ætatem egit in litteris. Sic in Cat. Majore. Nam & ſtudio rerum ruſticarum provectus ſum. H. St. Prior Cic. locus eſt Epiſt. 8 in noſtris codd. Alter 2. de Legg. 3. tertius de Senect. 55.

STUDIŌSUS, a, um. Adj. [σπουδαῖος, Gl. G. L. φιλόπονος, L. G. & G. L. σπουδαστής, L. G.] Aſſiduus & perſeverans in re aliqua. Auctor ad Heren. Ideoque bonis viris & ſtudioſis amicus erat. Cic. 4. Acad. 98. Homo & acutus, ut Pœnus, & valde ſtudioſus ac diligens.
Cohors ſtudioſa Hor. 1. Epiſt. 3. 6.
Pectora ſtudioſa. Ovid. 4. Triſt. 10. 91.
Studioſa placendi, Cupida. Ovid. 3. de Arte Am. 423.
Studioſiſſimi defenſores, diligentiſſimi. Cic. 4. Verr. 13. Videte, quid potuerit, qui quatuor in provincia Quæſtores, ſtudioſiſſimos defenſores, propugnatoreſque habuerit.
Studioſus, pro Cupido, addicto ſive dedito alicui rei, Genitivo jungitur, rariſſime Dativo. ut, Studioſus laudis, i. e. Cupidus: & Studioſus Cæſaris, i. e. Amator vel benevolus.
Genitivo. Cic. 6. Fam. 8. Viri ſunt optimi, & tui ſimillimi ſtudioſi, & mei neceſſarii. Idem de Amicit. 76. Nec ſi qui ineunte ætate venandi aut pilæ ſtudioſi fuerint. Ovid. 14 Met. 625.
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fetus.
Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui, &c. Cic. de Clar. Orat. 64.
Doctrinarum ſtudioſus. Cic. 4. Fam. 3.
Doloris ſtudioſi & amantes. [φιλόπονοι] Cic. 2. Tuſc. 36. Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant, nos commodius laborioſos.
Eloquentiæ ſtudioſi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Equorum ſtudioſus. Ovid. 14. Met. 321.
Exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimum, cupidiſſimumque cognovi. Cic. 4. Verr. 117.
Nemorum ſtudioſus. Ovid. 7. Met. 675.
Nobilitatis ſtudioſus. Cic. 4. Acad. 125.
Studioſiſſimus philoſophiæ. Idem. 4. de Finib. 61.
Ille reſtituendi mei quam retinendi ſtudioſior. Cic. 8. Att. 3.
Dativo. Plaut. Milit. 3. 1. 207.
Qui niſi adulterio, ſtudioſus nulli aliæ rei eſt, improbus.
Studioſus, [φιλόλογος] pro Litterarum cupido. Plin. 3. Epiſt. 5. Itaque ſoleo ridere, quum me quidem ſtudioſum vocant.
Suſcepi laborem utilem ſtudioſis. Cic. de Opt. gen. Orat. 13.
Inſtruere ſtudioſos ſcientia alicujus rei. V. INSTRUO.
Studioſum, [σπουδαῖον] Operæ pretium. Gloſſ. Græcolat.
Studioſa quæſtio vel diſputatio, Litterata & docta. Quintil. lib. 11. cap. 1.

STUDIŌSE, Adv. Diligenter. Ter. Heaut. 2. 3. 44.
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Cic de Senect. 58. Multa ad res perutiles Xenophontis libri ſunt, quos legite, quæſo, ſtudioſe.
Audire ſtudioſe. Cic. 4. Acad.
Colere ſtudioſe prædia. Cic. pro Roſc. Amer. 50.
Comparare libellos ſtudioſiſſime. Plin. 4. Epiſt. 26.
Conquirere ſtudioſe omnia. Cic. 4. Acad. 33.
Curare aliquid ſtudioſe diligenterque. Cic. Planco, 16. Att. 16.
Defendere ſtudioſe ſententiam alicujus. Cic. 4. Acad. 120.
Legere aliquid ſtudioſius. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Ludere ſtudioſe pila. Cic. 2. de Orat. 253.
Polliceri ſtudioſe. Cic. 4. Verr. Factotus eſſe, ſi quid imperaſſet, ſtudioſe pollicerentur.
Requirere aliquid ſtudioſe. Ovid. 1. de Arte Am. 145.

STULPINI, Populi ſunt in Illyrica apud Plin. lib. 3. cap. 21.

STULTUS, a, um. Adj. [ἀνόητος, ὁ ἄνους, μωρός, Gl. L. G. ἀνόητος μωρὸς, G. L.] Stolidus, Imprudens, Improvidus, Imperitus. l. 9. §. ſi quis jus. D. de juris & fact. ignorant. Afranius, Ego ſtultum me exiſtimo, fatuum eſſe non opinor. Cic. 7. Fam. 29. Quanquam me non ratio ſolum conſolatur, quæ plurimum debet valere, ſed etiam dies, quæ ſtultis quoque mederi ſolet. Ter. Eun. 2. 2. 23. Ex ſtultis inſanos facis. Hor. 1. Serm. 5. 82.
Hic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam
Ad mediam noctem exſpecto.
Stultorum plena ſunt omnia. Cic. 9. Fam. 22.
Ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica. Cic. 3. Philipp. 22.
Auditor ſtultus & credulus. Cic. pro Font. 13.
Juventa ſtulta. Tibul. lib. 4. 12. 3. [Sed potius Tota juventa, junges.
Senex ſtultus, credulus, oblivioſus, diſſolutus. Cic. de Senect. 36.
Stultorum feriæ appellabantur Quirinalia, quod eo die ſacrificabant ii, qui ſolenni die, aut non potuerunt rem divinam facere, aut ignoraverunt. Paulus apud Feſtum.
Amor ſtultus & improbus. Hor. 1. Serm. 3. 24.
Ars ſtulta. Ovid. 2. de Pont. 9. 73. Liber de arte amandi ſtulte ab Ovidio compoſitus.
Conſilium ſtultum capere. Cic. 7. Verr. 23.
Credulitas ſtulta. Ovid. 3. Amor. 3. 24.
Dies ſtulti prætereunt, i. e. In ſtultitia peracti. Tibul. lib. 1. 4. 30.
Stulto ſtultior. Plaut. Curc. 4. 3. 19.
Stultiſſimus homo. Plaut. Bacch. 5. 1. 12.

STULTE, Adv. [ἀφρόνως, ἀνοήτως] Imprudenter. l. 4. D. quod vi aut clam. Nam & multi, non inſipientes, aliquando ſtulte aliquid vel agunt, vel loquuntur. Plaut. Men. 5. 9. 14.]
Quæſo ignoſcas, ſi quid ſtulte dixi atque imprudens tibi. Ter. Heaut. 2. 3. 8. Factum a nobis ſtulte eſt.
Agere omnia ſtulte & incaute. Cic. 7. Att. 10.
Credere ſtulte. Cic. 2. de Nat. Deor. 70. Hæc & dicuntur & creduntur ſtultiſſime, & plena ſunt futilitatis, ſummæque levitatis.
Dicere ſtulte. Cic. 4. de Finib. 40. Itemque illa, quæ in corpore excellerent, ſtulte antiquos dixiſſe, per ſe eſſe expetenda, & ſumenda potius quam expetenda? Cic. 2. de Orat. 274. Habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non ſtultus, quaſi ſtulte, cum ſale dicat aliquid, &c.
Mirari ſtulte aliquid. Hor. de Arte Poet. 272.
Nonnunquam & Adjectivis jungitur, ut
Arrogans ſtulte. Cic. 2. de Legib. 16. Quid eſt enim verius, quam neminem eſſe oportere tam ſtulte arrogantem, ut in ſe rationem & mentem putet ineſſe, in cælo mundoque non putet?
Compar. Stultius atque intemperantius matronam dixiſſe. Liv. 30. 13.

STULTŬLUS, a, um Adj. dimin. Apul. Met. 9. Tu ſtultule, aſine, intra terminos piſtrini contentus. Elmenh. p. 230. Aſtutule.

STULTITIA, æ. f. [ἄνοια, μωρία, Gl. G. L.] Imprudentia, Imperitia. l. 15. D. de evictionib. Plin. lib. 11. cap. 52. Auricularum magnitudo loquacitatis & ſtultitiæ nota eſt. Ter. Heaut. 4. 1. 33.
Ut meæ ſtultitiæ in juſtitia tua ſit aliquid præſidi.
Ita ſunt altæ ſtirpes ſtultitiæ. Cic. 3. Tuſc. 13.
Eſt enim proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliviſci ſuorum. Cic. 3. Tuſc. 73.
Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt. Cic. 1. de Nat. Deor. 23.
O deliratione incredibilem! non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt. Cic. 2. de Divin. 86.
Sed hujus iſtius facti ſtultitiam major jam ſuperior ſtultitia defendit. Cic. pro Rabir. Poſt. 24.
Loquax ſtultitia. Cic. 3. de Orat. 140. Malo indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem.
Mala. Hor. 2. Serm. 3. 43.
Prava. Ibid. 220.
Abdera ſtultitiam. V. ABDO.
Damnare ſe ſtultitiæ. Lucret. lib. 4. 1177.
Errare ſtultitia. Hor. 2. Serm. 3. 210.
Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira.
Patiuntur opes ſtultitiam. Hor. 1. Epiſt. 18. 29.
Stultitia eſt a quibus bona precamur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle ſumere. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.

STULTESCO, ĕre. Plaut. Muſt. 4. 2. 49. Stulteſcere præter ſpeciem.

STULTILŎQUUS, a, um. Adj. Plaut. Perſ. 4. 3. 45. Tace, ſtultiloque.

STULTILOQUIUM, i. n. [μωρολογία, Gl. G. L.] Imprudens ſermo. Plaut. Milit. 2. 3. 25.
Nam tibi jam, ut pereas, paratum eſt dupliciter, ni reprimas
Tuum ſtultiloquium.

STULTILOQUENTIA, æ. f. Idem. ut, Occluſior ſtultiloquentia. Plaut. Trin. 1. 2. extr.

STULTĬVĬDUS, a, um. Adj. Qui ſtulte videt. Plaut. Milit. 2. 3. 64. Stultividum ſe fateri.

STŪPA, vel STUPPA, æ. f. vel STYPA, ut quibuſdam placet, [στυππεῖον, Gl. L. G. & G. L. στύπη, ἄγχυλον, L. G. στυπίον, G. L.] Linum vile, aut, ut Feſtus notat, Linum impolitum. Quod lini cortici proximum eſt, ut ait Plin. lib. 19. cap. 1. A Græco στύπη, quod ſtupam ſignificat: vel a ſtipando, quod ea ſtipetur navis. V. Suid. in στύππη. Liv. 21. 8. Id ſicut in pilo, quadratum ſtupa circumligabant, linebantque pice. Lucret. lib. 6. 880.
Frigidus eſt etiam fons, ſupra quem ſita ſæpe
Stupa jacit flammas concepto protinus igni. Virg. 5. Æn. 682.
Stupa vomens tardum fumum, &c.

STUPĀRIUS, a, um. Adj. Quod ad ſtupam pertinet: ut, Stuparius malleus, Quo lina tunduntur. Plin. lib. 19. cap. 1.

STUPPARIUS, i. m. [illegible]. Gloſſ. Græcolat. Qui ſtuppea facit.

STUPEUS, vel STUPPEUS, a, um. Adj. Virg. 2. Æn. 236.
Subjiciunt lapſus, & ſtuppea vincula collo
Intendunt. Idem 8. Æn. 694.
Stuppea flamma manu, teliſque volatile ferrum
Spargitur: arva nova Neptunia cæde rubeſcunt.
Retinacula ſtuppea puppis. Ovid. 14. Met. 547.

STŬPEO, ui, [ἐκπλήσσομαι, ἀποπλήσσομαι, Gl. G. L.] ēre. eſt, Ita timere, ut quodammodo ſenſum rerum non habeamus. Stupere proprie dicitur is, qui torpore quodam captus languet immobilis, aut inopia conſilii, aut aliqua re tarditatem injiciente. Ovid. 5. Met. 509.
Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, voces.
Stupere, Senſu carere. Perſ. 3. Sat. 32.
Sed ſtupet hic vitio. i. e. Inſanus factus eſt vitiis. Ter. And. 2 1. 5.
Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus cura confectus ſtupet. Cic. 7. Verr. 94. Confirmant ipſi ſe, quum is, etiam tum ſemiſomnis, ſtuperet.
Occurſu ſtupuere ducis. Lucan. lib. 8. 16.
Acies oculorum ſtupet. V. ACIES.
Ars ſtupet ambiguis malis, Navigandi peritia propter ventos adverſos, & inter ſe pugnantes ſtupet incerta quid agat. Ovid. 1. Triſt. 2. 32.
Corda ſtupent ſepulta mero. Ovid. Rem. Amor. 806.
Verba ſtupuerunt ignavo palato. Ovid. 2. Amor. 6. 47.
Re aliqua ſtupere, i. e. Propter rem aliquam, Nimium admirari. Hor. 1. Serm. 4. 28.
Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet Albius ære. Et 1. Serm. 6. 17.
Qui ſtupet in titulis & imaginibus.
Stupere in aliquo, i. e. Aſpectu alicujus ſtupere. Valer. 2. Argon. 262.
Stupere aliquem. Cic. 2. de Finib. 77. Hæc cum loqueris, nos Varrones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe rides. Al. Nos barones, rectius.

STUPENS, entis. Partic. [ἐκπληττόμενος] ut, Carminibus ſtupens bellua. Hor. 2. Carm. 13. 33.
Stupens ad frigus natura vini. Plin. lib. 14. cap. 21.

STUPESCO, [ἀποπλήσσομαι, Gl. G. L.] ĕre. Stupidum fieri. Cic. 3. de Orat. 100. Incidat, aſpiciat, admiretur, ſtupeſcat. conf. Gell. 6. 13.

STUPĔFĂCIO, ēci, actum, [ἐκπλήσσω, ἀποπλήσσω, Gl. G. L.] ĕre. Liv. 5. 39. Privatos deinde luctus ſtupefecit publicus pavor, poſtquam hoſtes adeſſe nuntiatum eſt. [i. e. Fecit ut non ſentirentur.

STUPEFĪO, [ἐκπλήσσομαι] ĕri. Cic. 3. de Orat. 50. In quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?
Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit. Sen. Thyeſt. 7.
Corda ſtupefacta. Virg. 5. Æn. 643.

STUPEFACTIO, ōnis. f. Auguſtin.

STUPEFACTUS, ûs. m. [illegible], Gloſſ. Græcolat.

Stupefactor, ōris. m. Sidon.

Stupidus, a, um. Adj. [ἀναιὸς, ἀναισθητὸς, Gl. L. G. & G. L.] Stupefactus. Ter. in prol. Hec. 4.

Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo
Animum occuparat.

Aliquando dicitur Stultus. Plaut. Epid. 4. 2. 13. Quid ſtas ſtupida? quid taces?

Stupidus & bardus. Cic. de Fato 10.

Detinere aliquem ſtupidum. Cic. in Parad. 5.

Omnes ſtupidi timore obmutuerunt. Auctor ad Heren. lib. 4. 65.

Stupida membra. Quæ nihil ſentiunt.

Stupiditas, ātis. f. [ἀναισθησία] Idem quod Stupor. Cic. 2. Philipp. 80. In quo primum incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

Stupido, āre. Mart. Capel. 1.

Quod pavidum ſtupidet ſapiens ſollertia vulgus.

Stupor, ōris. m. [ἔκπληξις, ἀναισθησία, Gl. L. G. & G. L. ἀναισθησία, L. G.] Alienatio quædam ſenſuum, quod ſcilicet ſenſus conſtipentur. Cic. in Piſon. 1. Pauci iſta tua lutulenta vitia noveramus, pauci tarditatem ingenii, ſtuporem, debilitatemque linguæ. Idem Philipp. 3. 16. Qui propter hæſitantiam ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. De Bambalione. Idem 3. Tuſc. 12. Immanitas in animo, ſtupor in corpore.

Stupor & Virtus, contraria. Cic. pro Domo 97. Eamque animi duritiem: ſicut corporis, quod, cum uritur, non ſentit: ſtuporem potius, quam virtutem putarem.

Sin autem id non videt, periculum eſt, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat. Cic. de Aruſp. Reſp. 5.

Qui morbo aliquo & ſenſus ſtupore, ſuavitatem cibi non ſentiunt. Cic. 2. Philipp. 115.

Oculos ſtupor urget inertes, Oculi hebetes fiunt præ morbo. Virg. 3. Georg. 523.

In verbis ejus eſt ſtupor. Cic. 2. Philipp. 30.

Sed ſtuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite. Cic. 2. Philip. 30.

Stuppi, pl. m. Λάσταυροι. Gloſſ. Latinogræc. V. H. Steph. Theſaur. in Λάσταυρ.

Stuprum, i. n. [φθορὰ, μοιχεία, Gl. L. G. φθορὰ παρθένων, ἡ αἰσχρότης, ἡ χήρας διαφθορὰ, G. L.] Coitus lege vetitus cum innuptis, nuptisve, commiſſus. Cic. ad Octav. Audiet Brutus cum populum, &c. pro turpi ſtupro datus in ſervitutem. Idem 4. Tuſc. 75. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique. Idem Poſt redit. in Senat. 12. Vini, ſomni, ſtupri plenus.

Stuprum, inquit Nonius 6. 44. quod cum viduis committitur hoc ſolum dici putant: veteres pro Adulterio & Vitio ponunt. Plaut. Amph. 3. 2. 2.

Stupri, dedecoris a viro argutam meo. Salluſt. lib. 3. Ac ſtatim fugitivi, contra præceptum ducis, rapere ad ſtuprum virgines matronaſque.

Auctor ſtupri. Ovid. 2. de Arte Am. 703.

Fœda ſtupra. Claud. de Bell. Get. 84.

Nefandi ſtupri raptor. Sen. Hippol. 5.

Appellare aliquem de ſtupro. V. appello.

Argui ſtupri ab aliquo. Plaut. Amph. 3. 2. 2. V. ſupra.

Compertus in ſtupro. V. comperio.

Conceptus ſtupro furtivo. Sen. Troad. 4.

Debilitatus ſtupris. V. debilito.

Facere ſtuprum nefarium. Cic. pro Milon. 74.

Illicere in ſtuprum, Cic. 3. de Nat. Deor. 68. Qui non ſat habuit conjugem illexiſſe in ſtuprum.

Inferre ſtuprum reginæ. Cic. 3. Off. 38. Idem in Piſon. 95. Cum ſtuprum Bonæ deæ pulvinaribus intuliſſet.

Inferre ſtuprum in aliquam domum. Cic. in Parad. 3.

Obſidere ſtuprum. V. obsideo.

Offerre ſtuprum. V. offero.

Paſſa ſtuprum ſævi tyranni Lucretia. Sen. Octav. 6.

Polluere ſtupro cærimonias. Cic. pro Domo 105. Qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit cærimonias.

Repetunt pœnas luxuriæ ac ſtupra alicujus Cic. Anteq. iret in exſil. 19.

Solutus morbis ſtupriſque. Claud. de Bell. Gild. 446.

Stuprum pro Turpitudine vel quovis flagitio. Nævius apud Feſtum, Seſeque ii perire mavolunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos populares. Item, Sin' illos deſerant fortiſſimos viros, magnum ſtuprum populo fieri pergetis.

Intercutia ſtupra. V. intercus.

Stupre, Adv. pro Turpiter dixiſſe antiquos auctor eſt Feſtus. Neleus, Fœde ſtupreque caſtigor: αἰσχρῶς.

Stuprōsus, a, um. Adj. Valer. lib. 6. 1. 8. Metellus quoque Celer ſtuproſæ mentis acer punitor exſtitit. Mentis, i. e. Voluntatis & animi. Non enim matremfamilias ſtupraverat is, qui puniebatur, ſed ſtuprare voluerat.

Stupro, [διαφθείρω, φθορὰν ποιῶ, Gl. G. L.] āre. Stuprum inferre, vel committere. Plaut. Truc. 4. 3. 47.

Loquere, filiam meam quis integram ſtupraverit? Cic. 5. Fam. 10. Hominem unum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matreſfamilias ſtupravit. Cic. 5. de Finib. 64. Qui interficeret filiam, ne ſtupraretur. Stuprare per vim. Cic. 2. de Finib. 96. Stuprata per vim Lucretia a regis filio, teſtata cives, ſe ipſa interemit.

Polluere religiones, aut ementiendo, aut ſtuprando. Cic. pro Domo 125. Pulvinar, quod ſtupraras, i. e. Stupro inceſto pollueras. Cic. de Aruſp. Reſp. 33. conf. constupro.

Stuprātio, ōnis. f. [διαφθορὰ] Arnob. 2.

Stuprātor, ōris. m. [διαφθορεὺς] Quintil. lib. 7. cap. 5. ad finem, Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini conſtituta eſt. Sen. Hippol. 897.

Hic dicet enſis, quem tumultu territus
Liquit ſtuprator.

Stura, æ. Fluvius, qui ex Alpibus irrumpens, in Padum influit, unus ex triginta quos in Adriaticum defert mare. Plin. lib. 3. cap. 16.

Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant. Feſtus.

Sturii, Populi ad Oceanum Gallicum Rheni quaſdam inſulas incolentes. Plin. lib. 4. cap. 15. Friſiorum partem occupant. Al. Tuſii.

Sturium, i. Inſula eſt Galliæ Narbonenſi adjacens, non procul a Stœchadibus. Plin. lib. 3. cap. 5. extr.

Sturnus, i. m. [ψάρος, Gl. L. G. ψὰρ τὸ ὄρνεον, G. L.] Avis gregatim volans. Plin. lib. 10. 24. extr. & 18. cap. 8. Adulterant amylo aut cimolia, ſed maxime ſturni, quos captos oryza tantum paſcunt. Ex vetuſto exemplari legendum, Sed maxime qui captos. V. Hard. not. Martial. lib. 9. 55.

Nunc ſturnos inopes, fringillarumque querelas,
Audit, & arguto paſſere vernat ager.

Scribitur & Strunus in Gloſſ. poſter. conf. Plin. 18. 17.

S T Y

Styella, [Στύελλα] Caſtellum Megaridis in Sicilia, cujus incolæ dicuntur Styelleni: Στυελληνοὶ, Stephano.

Stygius, V. styx.

Stylobāta, æ. m. [στυλοβάτης] Parietes (ait Cæl. lib. 7. cap. 30.) qui ſubjiciuntur columnis, & onera excipiunt, nuncupantur Stereobatæ: quibus mox ſuperponuntur ſtylobatæ: ſuper quos demum diſponuntur columnæ. Hactenus Cælius. Vitruvius lib. 3. cap. 3. Supra terram (inquit) parietes exſtruuntur ſub columnis dimidio craſſiores, quam columnæ ſunt futuræ, uti firmiora ſint inferiora ſuperioribus, quæ Stereobatæ appellantur, nam excipiunt onera. Paulo poſt, Ad libramentum ſtylobatæ ſunt collocandi, ſupra ſtylobatas columnæ diſponendæ. Philander hunc Vitruvii locum explicans ſic ait, Hi parietes, modo Stereobatæ, poſtea Stylobatæ vocantur (vulgus *Pedeſtala* dicit) ſupra quos collocantur baſes. Alias non negaverim Stereobatam poſſe vocari ædificii ſalut baſim, quod *Baſſamentum* vulgo dicunt, ſicut Stylobatam proprie columnarum fulcimentum. Hæc ille. Varro lib. 3. de R. R. cap. 13. Chortes in fundo magno duæ aptiores: una, ut interius compluvium habeat lacum, ubi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas quum venit, ſit ſemipiſcina. Boves enim ex arvo æſtate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Idem lib. 3. cap. 5. Subter columnarum ſtylobaten. Budæus, Stylobates apud Varronem idem ſignificat quod Stereobates: vel eſt quod *patinum* vocant.

Stylus, V. stilus.

Stymbara, Civitas quondam Græciæ, non procul a Tripoli, in terra Ionica. Strab. lib. 7.

Stymma, ătis. n. [στύμμα] eſt, ut ait Hermolaus, Spiſſamentum, & domitura unguenti, auctore Dioſcoride. Columella Spiſſamentum nominat id Craſſamentum exſuccum, quod poſt expreſſionem remanet, quaſi vinacea ex uva. στύφω enim aſtringo & exprimo ſignificat. Vulgo *marcam* vocant. Plin. lib. 13. cap. 1. Narciſſinum quoque ex flore narciſſi deſiit componi. Ratio faciendi duplex, ſuccus & corpus. Ille olei generibus fere conſtat, hoc odorum. Hæc ſtymmata vocant, illa hedyſmata. V. hedysmata.

Stymphālus, i. m. & f. [Στύμφαλος] Arcadiæ urbs & lacus & fons eſt, ex quo eodem nomine, mox Eraſinus, appellatione mutata, fluvius erumpit in Argivam terram.

Acriſoneus Stymphalus. Stat. 4. Theb. 298.

Nivalis Stymphalus. Stat. 4. Silv. 6. 101.

Stymphalus, Elati filius, Arcadis nepos, qui Urbi & fluvio nomen dedit.

Stymphālum, i. n. pl. Stymphala, Urbis ejuſdem nomen in Arcadia ad lacum Stymphalum ſitæ. Lucret. lib. 5. 31.

— unciſque timendæ
Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes?

Stymphālis, ĭdis. patronym. [Στυμφαλὶς] ut, Stymphalides aves, magnitudine gruibus pares erant (ut tradit Pauſan. Arcad. p. 239. & 253. Wech.) Figura ibibus ſimiles, roſtra habebant ita ſolida & dura, ut arma penetrarent; ſuberi autem ſoli cedebant. Harum meminit Plin. lib. 11. cap. 37. Stymphalia monſtra appellat Catull. carm. ad Mallium. Eas aves ſagittis ſuis confixit Hercules, ut declarant Catullus, & Pauſanias l. c. Sed Diodorus Siculus ſcribit lib. 4. eum conſtructo æneo crepitaculo, & ingenti per id ſonitu excitato, illas abegiſſe.

Undæ Stymphalides. Ovid. 2. Faſt. 273.

Stymphalĭcus, a, um. Adj. [Στυμφαλικὸς] Plaut. Perſ. 1. 1. 4. Aves Stymphalicæ.

Stymphalius, a, um. Adj. [Στυμφάλιος] ut, Monſtra Stymphalia. Catull. ad Mallium, 69. ita.

Stypax, ăcis. m. [Στύπαξ Suid.] Cyprius cælator ſtatuarius. Plin. lib. 34. cap. 8. Stypax Cyprius uno celebratur ſigno, Splanchnopte. Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens. [Scribe Splanchnopta. Quod ipſum Græcum, tabulæ potius, quam ipſius ſervuli, proprium nomen, declarat. Aſſantem quippe exta ſignat. conf. splanchnoptes. Hard. Stipax expreſſit.

Stypterĭa, æ. f. [στυπτηρία] Alumen. Ulpian. in l. 3. § ultimo. D. de reb. eorum qui ſub tut. Si (inquit) lapicidinas, vel quæ alia metalla pupillus habuit Stypteriæ, vel cujus alterius materiæ, &c. lib. 27. P. tit. 9. Gloſſ. Græcolat. Στυπτηρία. Alumen, Aluta, στυπτηριασμένον δέρμα. Aluta. & Latinogræc. Alumen ſtipum, στυπτηρία ξηρά. Alumen, στυπτηρία.

Stypticus, a, um. Adj. [στυπτικὸς] Strictivus vel Aſtrictorius Latine dicitur: a στύφω. Plin. lib. 24. cap. 13. Inter medicamenta quæ ſtyptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice, decocta in vino ad tertias partes. Plin. lib. 21. cap. 23. Quæ ex his Phœnicium colorem habet, radice contrita, cuicunque animalium impoſita, ulcerum facit ſtypticam vim. al. Septicam.

Styra, orum, n. pl. [τὰ Στύρα] Eubœæ inſulæ oppidum fuit, non procul a Caryſto, a Phædro Athenienſium duce bello Maliaco everſum. Strab. lib. 10.

Styrax, ăcis. m. [στύραξ] Arbor eſt cotoneo malo ſimilis, fructu majore, quam avellana, ſpecie candidi pruni. Manat & ex ea liquor ejuſdem nominis, coloris flavi, ſordidi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, odoris perſeverantis: hodie officinæ *ſtoracem* appellant. Plin. lib. 12. cap. 17. Ex Syria revehunt ſtyracem, acri odore ejus in focis abigentes ſuorum faſtidium. Cetero, non alia ligni genera ſunt in uſu quam odorata.

Idæus ſtyrax. Virg. in Ciri, 168.

Styx, ÿgis. f. [Στὺξ] (inquit Servius) Palus quædam apud inferos dicitur. de qua legimus, 6. Æn. 369.

— Stygiamque paludem,
Dii cujus jurare timent & fallere numen.

Quod ſecundum fabulas ideo eſt, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Jovi faviſſe: pro cujus remuneratione Juppiter tribuit, ut jurantes dii per ejus matrem non audeant fallere. Ratio autem hæc eſt, Styx mærorem ſignificat: unde ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, id eſt, a triſtitia Styx dicta eſt. Dii autem læti ſunt

ſemper;

ſemper; unde & immortalus. Ergo quia mærorem non ſentiunt, jurant per rem ſuæ naturæ contrariam, id eſt, triſtitiam, quæ eſt æternitati contraria. Ideo jusjurandum per exſecrationem habent. Hactenus Servius, enarrans hunc locum Virg. 6. Æn. 324.

Bis Stygios innare lacus, &c. Hæc de Styge idcirco ficta ſunt, quia Styx, fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ e ſaxis profluens, exitioſus animalibus. Ejus aqua venenum eſt præſentiſſimum, epota illico necat. Eſſe piſces in ea parvos tradit Theophraſtus, letales & ipſos. Noxiam putant eſſe nimio frigore: utpote quum profluens ipſa ſtatim lapideſcat: traduntque etiam æs ac ferrum ea erodi, & ſola mulæ ungula contineri. Cetera vaſa nullo modo eam vim ferre poſſe, ſed ſtatim frigoris magnitudine diſrumpi. V. Plin. lib. 30. cap. 16. Antipatrum hoc venenum, conſilio, ut quidam putant, Ariſtotelis, Alexandro regi tradunt dediſſe.

Eſt & alia palus in Ægypto juxta Memphim, quam veteres Styga vocavere.

Atra Styx. Virg. 4. Georg 243.

Violenta Styx. Ovid. 3. Faſt. 802.

Stygiālis, e. Adj. Virg. in Ciri, 374.

Hinc magico venerata Jovi Stygialia ſacra.

Stygius, a, um. poſſeſſ. [Στύγιος] ut Rex Stygius, Pluto. Columel. lib. 10. cap. 64.

Tumque. ſimul Stygium regem videre trementem
Tartara.

Amnes Stygii. Ovid. 14. Met. 592.

Aqua Stygia. Tibull. lib. 1. 10. 38.

Canis Stygius, Cerberus. Senec. Herc. fur. 9.

Janitor Stygius, Cerberus. Sil. lib. 3. 35.

Juppiter Stygius, Pluto. Virg. 4. Æn. 638.

Nox Stygia. Ovid. 3. Met. 695.

Palus Stygia. Virg. 6. Æn. 323.

Regnum Stygium, Infernum. Lucan. lib. 7. 169.

Rex Stygius, Pluto. Virg. 6. Æn. 252.

Tenebræ Stygiæ. Virg. 3. Georg. 551.

Vallis Stygia. Ovid. 6. Met. 662.

Umbræ Stygiæ. Ovid. 1. Met. 139.

Undæ Stygiæ. Virg. 3. Æn. 215.

Os Stygium, Venenatum. Ovid. 3. Met. 76.

— quique halitus exit
Ore niger Stygio vitiatas inficit herbas. De ſerpente a Cadmo confecto.

S V

S. V. Sepulcrum voluit, Sibi vivens, Solvit votum. SV. PEC. DD. Sua pecunia dedicavit. SV. COS. Sub conſulatu.

S U A

Suādeo, ſi, ſum, [συμβουλεύω, Gl. L. G. & G. L. πείθω, παραινῶ, L.G.] ēre. Accommodatis verbis conari aliquem in opinionem ſuam perducere: vel Hortari aliquem ad id, quod intendimus faciendum. Ter. And. 4. 1. 38.

Suadere, orare, uſque adeo donec perpulit. Ovid. 1. Amor. 6. 59.
Nox, & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent.

Hortari & Suadere, & Rogare. Cic. 13. Fam. 4. Hæc quæ ſupra ſcripta ſunt, eo ſpectant, ut te horter & ſuadeam, reliqua ſunt quæ pertinent ad rogandum.

Suadere & Rogare. Cic. de Provinc. Conſul. 42. Nam poſtea me, ut ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum etiam rogavit.

Suadere & Perſuadere. Cic. 13. Att. 37. Te autem quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum putato. Idem Philipp. 2. 26. An C. Trebonio perſuaſi, cui ne ſuadere quidem auſus eſſem?

Acerrime ſuadere. V. Vir vita ac morte conſentaneus, in CONSENTIO.

Suadere alicui contra alterum. Cic. 2. Philipp. 24. Duo tempora tamen inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompejo ſuaſerim.

Suadere alicui aliquid per alterum. Cic. 8. Att. 16. Memini quid mihi tum ſuaſeris per Theophanem, per Culeonem.

Fugam ſuadere. Stat. 11. Theb. 58.

Legem ſuadere. Cic. de Senect. 14. Legem Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem.

Pacem ſuadere, & de pace. Cic. 7. Fam. 3. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Silentia digito ſuadere. Ovid. 9. Met. 691.

Amor ſuaſit facinus. Ovid. 8. Met. 90.

Luxum ſuaſere rapinæ. Lucan. lib. 1. 162.

Multa paupertas ſuaſit. Lucret. lib. 6. 1280.

Nefas ſuaſit egeſtas. Lucan. lib. 1. 173.

Somnos nox humida ſuadet. Ovid. 2. Faſt. 635. al. Ultima.

Somnos ſuadent ſidera cadentia. Virg. 2. Æn. 9.

Suadetur, Paſſ. Plaut. Trinom. 3. 2. 44.

Minus placet magis quod ſuadetur: quod diſſuadetur placet.

Suadens, entis. Partic. ut, Verba ſuadentia. Stat. 11. Theb. 435.

Suadēla, æ. f. [πειθώ, Gl. G. L.] Suaſio dicitur. Plaut. Ciſtel. 2. 3. 24.

Jam perducebam illam ad me ſuadela mea. V. PITHO.

Suadela, [Πειθώ, ἡ θεός. Gl. L. G.] Dea fuit apud Romanos, quæ nuptiis una cum Venere præerat, quod ex Plutarcho colligere eſt, cum Qu. Ro. 2. ſcribit, ὅτι ἐν τοῖς πέντε θεῶν δεῖσθαι τοὺς γαμοῦντας νομίζουσι, Διὸς τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρτέμιδος. Phornutus etiam ſcribit De Nat. Deor. 24. aſſidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quod Suadela oratione & gratia amatores pelliciat. Hor. 1. Epiſt. 6. 36.

Scilicet uxorem cum dote, fidemque & amicos,
Et genus, & formam, regina Pecunia donat:
Et bene nummatum decorat Suadela Venuſque. h. e. Qui nummatus eſt, eum decorat Suadela & Venus, eaſque propitias habet & faciles, ut uxorem cum grandi dote facile inveniat, cum omnibus placeat gratuſque ſit. Ex Turneb. Adverſ. 19. 16.

Suada, æ. f. eadem Latinis, Græcis Pitho, ſuaſionis dea dicta eſt. Cic. de Clar. Orat. 59. Πειθώ, quam Græci vocant, cujus effector eſt Orator, hanc Suadam appellavit Ennius: ejus autem Cethegum medullam fuiſſe vult, ut quam deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe, hujus hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixerit.

Suadus, a, um. Adj. Apul. Met. 11. p. 272. Elmenh. Suada majeſtas. Stat. Theb. 4. 453. Suadus cruor. [Hinc Malaſuadus Adj.

Suāsor, ōris. m. [προτρέπτης. Gl. L. G. & G. L. σύμβουλος, G. L.] Qui ſuadet. Cic. 3. Off. 109. Poſtumius ſuaſor & auctor fuit. Idem 16. Att. 7. pr. Etſi, quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti. Eidem lib. 16. 17. Quanquam hæc epiſtula non ſuaſoria eſt, ſed rogatoria. Idem 2. Philip. 29. Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem?

Suasōrius, a, um. Adj. [συμβουλευτικός] Quod pertinet ad ſuadendum. ut, Suaſorium munus, i. e. Officium ſuadendi. Et Pars deliberativa, a Rhetoricis ſuaſoria dicitur. ut apud Quintil. lib. 3. cap. 8.

Suasoria, æ. f. [συμβουλευτική, Gl. G. L.] Suaſoriæ ſunt apud Rhetores, Materiæ inter rudimenta dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Declamare ſuaſorias. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Suasorium, i. n. [συμβουλή. Gl. G. L.] Conſultum, Conſultatio, Suaſio.

Suasio, ōnis. f. [συμβουλή, Gl. G. L.] Cic. in Orat. 37. Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diverſa, neque in unam formam cadunt omnia, laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, & talium ſuaſionum, qualem Iſocrates fecit panegyricum. Et 2. de Orat. 333. Præcepta, quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt. Sic de Clar. Orat. 140. Suaſio legis Serviliæ.

Suasus, ûs. m. Ulp. in l. Item ſi obſtetrix. §. 1. D. Ad legem Aquil. Si quis per vim, vel per ſuaſum, medicamentum alicui infudit, vel ore, vel clyſtere, &c. [An Perſuaſu?

Davi ſuaſu non repugnat Pamphilus. Ter. Andr. arg. v. 8.

Ne ob meum ſuaſum indigna injuria afficiatur. Ter. Phorm. 5. 1. 3.

Juſſu & increpitu, non ſuaſu. Tertul. adv. Marc. 4. 8.

Suanetes, Populi in Alpibus: auctor Plin. lib. 3. cap. 23.

Sualternicum, i. n. [σουαλτέρνικον] Genus electri. Plin. lib. 37. cap. 2. Harduin. legit Subalternicum.

Suamet, Suapte, V. SUUS.

Suarius, V. SUS.

Suarni, Indomitæ gentes, quæ auri tantum metalla in Caucaſiæ portis fodiunt. Plin. lib. 6. cap. 51.

Suasio, Suasor, Suasorius, Suasus, V. SUADEO.

Suasum, i. n. Color appellatur (inquit Feſtus) qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. Plaut. Truc. 2. 2. 16.

Quia tibi ſuaſo infeciſti, propudioſa, pallulam. Quidam autem legunt Inſuaſo: Nec deſunt qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire. Hæc Feſtus.

Suāvis, e. Adj. [ἡδύς, Gl. L. G. & G. L.] Dulcis. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 17.

Tranquillo mari ventum gaudeo, ecaſtor: ad te
Ita hodie hic acceptæ ſumus ſuavibus modis.

Amicitia ſuavis. Lucret. lib. 1. 142.

Amor ſuavis. Lucret. lib. 1. 923.

Conſuetudo ſuavis, vel conjunctio. Cic. 13. Fam. 27. Tum pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat, quam ſuavis eſſet inter nos, & quanta conjunctio.

Lingua ſuavis. Lucret. lib. 1. 424.

Loquelæ ſuaves. Lucret. lib. 1. 40.

Sopore ſuavi devinxit membra. Lucret. lib. 4. 455.

Suavis, Suaveolens, [εὐώδης, Gl. G. L.] ut

Flores ſuaves. Lucret. lib. 1. 7.

Herbæ ſuaves. Virg. 2. Ecl. 49.

Spiritus. Lucret. lib. 3. 223.

Suavis homo, [χρηστός, Gl. L. G. & G. L.] Cic. pro Corn. Balb. 36. Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur.

Amicus ſuavis. Cic. 2. Fam. 12. Nam & honorificus in me Conſul fuit, & ſuavis amicus.

Homo ſuavis, per ironiam. Ter. Phorm. 2. 3. 64.

Compar. Sermo ſuavior. Hor. 1. Serm. 10. 23.

Superl. Vellej. Paterc. 2. 114. pr. O rem experientia ſuaviſſimam. Plaut. Ciſt. 1. 3. 45. Amor ſuaviſſimus

Suavĭtas, ātis. f. [ἡδύτης, ἡδονή, Gl. L. G. & G. L.] Dulcedo. Cic. 6. Att. 16. Miram in eo pietatem, ſuavitatem, humanitatemque perſpexi. Idem 3. Fam. 1. Sic enim tibi perſuade, cariſſimum te mihi eſſe, quum propter multas ſuavitates ingenii, officii, humanitatis tuæ.

Odoris ſuavitas. [εὐωδία, Gl. L. G.] Plin. lib. 12. cap. 20.

Oris ſuavitas. Quintil. in procem. lib. 6.

Sermonis ſuavitas. Quintil. proœm. lib. 6.

Suavitūdo, inis. f. Idem. Plaut. Stich. 5. 5. 14.

Age, mulſa mea, ſuavitudo, ſalta: ſaltabo ego ſimul. Auctor ad Heren. lib. 3. 22. Quoniam igitur res eadem vocis firmitudini, & pronuntiationis ſuavitudini proſunt. Aliqui legunt Suavitati.

Suavĭter, Adv. [ἡδέως] Cic. 4. Acad. 139. Verum tamen video, quam ſuaviter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur. Idem 1. de Fin. 54. Et ſecunda jucunde ac ſuaviter meminerimus.

Suaviter, Benevole. [χρηστῶς] Cic. 15. Fam. 21. Nunc ad epiſtolam venio, cui, copioſe & ſuaviter ſcriptæ, nihil eſt quod multa reſpondeam.

Multo ſuavius. Hor. 2. Serm 8. 89.

Amiciſſime & ſuaviſſime optas. Cic. 3. Fam. 12.

Suave, Adv. Idem quod Suaviter. Virg. 3. Ecl. 63.

— & ſuave rubens hyacinthus. conf. idem 4. Ecl. 43.

Suavĭdĭcus, a, um. Adj. [ἡδυεπής] Qui ſuaviter dicit: ut, Verſus ſuavidici. Lucret. lib. 4. 181.

Suavilŏquus, a, um. aliud Adj. [ἡδύλογος] Idem. ut, Verſus ſuaviloqui. Lucret. lib. 2. 528.

Suavilŏquens, entis. Adj. [ἡδυεπής] Idem. Cic. de Clar. Orat. 58.

Additur Orator Cornelius ſuaviloquenti
Ore Cethegus Marcus. Ex poeta.

Carmen ſuaviloquens. Lucret. lib. 1. 945.

Suaviloquentia, æ. f. [ἡδυέπεια] Cic. de Clar. Orat. 58. Et oratorem appellat, & ſuaviloquentiam tribuit.

Suaviludius, i. m. Qui ludis delectatur. Tertull. de Spectac. 20. Defenſio ſuaviludii cujuſdam al. Suadiludius, i. e. Qui ludum ſuadet.

Suaveolens, entis. Adj. Catul. Carm. 62. 7. Amaracus ſuaveolens.

Suaveolentia, æ. f. Sidon. 8. Epiſt. 14. Ad ſuaveolentiam pudicitiæ impellere.

Suavisŏnus, a, um. Adj. Virg. Epigr. 5. Suaviſoni modi teſtudinis.

SUĀVIUM, i. n. [φίλημα ἑταιρικόν, Gl. L. G.] vel SAVIUM, per detractionem litteræ u. Baſium laſcivum dicitur. Hor. Epod. 3. 21.

Manum puella ſuavio opponat tuo.

Suavium quid ab Oſculo differat, V. in OSCULUM.

Dare ſuavium. Cic. 16. Att. 11. Atticæ quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis verbis ſuavium des. Alii non Optimum legunt, ſed Primum.

Facere ſuavium, Idem. Plaut. Aſin. 4. 1. 52.

Sumere ſuavium. Plaut. Aſin. 2. 3. 72.

Savium ſæpe apud Plautum alioſque auctores veteres. ut,

Savia ſuper ſavia. Plaut. Pſeud. 4. 1. 38.

Savia ſagittata. Idem Trin. 2. 1. 16.

Meum ſuavium, pro Mea voluptas. Ter. Eun. 3. 2. 3.

— ô Thais mea,

Meum ſuavium, quid agitur? ecquid nos amas, &c.

SUAVIŎLUM, i. n. dimin. [φιλημάτιον] Catull. ad Juventium, 98. 2.

Suaviolum dulci dulcius ambroſia.

SUAVILLUM, i. n. aliud Dimin. Genus placentæ a ſuavitate ſic dictum, quod Suavium pro Deliciis dicere conſuevimus, ut vult Turnebus. Cato R. R. cap. 84. Savillum hoc modo facito: &c.

SUAVIO, āre. [φιλῶ ἐρωτικῶς, Gl. G. L.] Pompon. apud Non. 7. 49. Ego illam non amplectar, non ſuaviem? Et alibi, Mammas teneas, pedes extolles, ſuavies cum gemit.

SUAVIOR, [φιλέω] āri. Dep. Suavium dare. Gell. lib. 3. cap. 15. Quum ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuaviarentur. Cic. 16. Att. 3. Atticam noſtram cupio ſuaviari: ita mi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. Catull. de Acme & Septimio, 46. 12.

Et dulcis pueri ebrios ocellos

Illo purpureo ore ſuaviata.

SUAVIĀTIO, ōnis. f. [φίλησις] Gell. lib. 18. cap. 2. Suaviationes puerorum & puellarum.

Suavis ſuaviatio. Plaut. Bacch. 1. 2. 8.

S U B

SVB. Suburana; ſcil. Tribus. S. V. B. E. E. Q. V. Si vales, bene eſt, ego quoque [vel Quidem] valeo.

SUB, [ὑπό, Gl. L. G. & G. L.] Præpoſitio, utrique caſui ſervit, & Accuſativo & Ablativo: variaque ſignificat, ut ſequentibus exemplis docetur.

Sub, Accuſativo fere jungitur, quum tempus ſignificatur, ut ait Serv. ut, Sub tempus, & ſub idem tempus: hoc eſt Circa. Sueton. in Tib. Cæſ. cap. 58. Sub idem tempus, conſulente Prætore. Liv. 1. 35. pr. Quibus indictis, ſub tempus pueros venatum ablegavit. Sic 26. Cic. 2. Q. frat. 1. Menſe Decembri ſub dies feſtos.

Apud Suetonium, Sub exitu, pro Sub exitum, & alia vide in edit. Plant. quæ notavi. Vide & in Obſerv. Eraſmi. H St.

Sub finem. Liv. 22. 47. Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna. h. e. Paulo ante finem.

Sub ipſum finem. Virg. 5. Æn. 328.

Sub prima frigora Autumni. Virg. 1. Georg. 321.

Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno devinctus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Suet. de Auguſt. cap. 16.

Sub lucem, Surgente ſole. Virg. 1. Georg. 445. h. e. Paulo ante lucem.

Sub lucis ortum. Liv. 7. 27.

Primi ſub lumina ſolis & ortus. Virg. 6. Æn. 255.

Sub noctem, Incipiente nocte. Hor. 1. Carm. 9. 19. Cæſ. 1. Bell. Civil. 28. Pompejus ſub noctem naves ſolvit.

Sub hoc tempus. Hor. 2. Epiſt. 2. 34.

Sub judicii tempus. Liv. 4. 44. V. plura ſupra.

Sub veſperum. Cæſ. 3. Bell. Gall. 33. Sub veſperum Cæſar portas claudi, militeſque ex oppido exire juſſit.

Sub vitem præliari dicuntur milites, Cum ſub vinea militari pugnant. Lucilius,

Neque prodire in aciem, præliari procul ſub vite. Feſtus. [Ergo ne Sub vitem? V. plura apud Feſt.

Sub jugum mitti dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis, teliſque, cum haſtis defixis duabus in terra, tertiaque ad ſummum earum deligata, ipſi eam jubentur ſubeuntes tranſire. Feſtus. V. JUGUM

Sub adventum, pro In adventu. Liv. 23. 15 pr. Sub adventum Prætoris Romani Pœnus agro Nolano exceſſit. Ibid. lib. 28.

Sub manum, [ὑπὸ χεῖρα, Gl. L. G.] & Sub manus, Faciliter, non ægre, appoſite. Plaut. Milit. 3. 2. 59.

Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium. Sic ibid. 4. 4. 7.

Sub oculos adactum pilum in vitalia capitis venerat. Plin. lib. 8. cap. 7.

Sub, ſeq. Statim. Cic. 10. Fam. 16. Sub eas litteras ſtatim recitatæ ſunt tuæ, non ſine magnis quidem clamoribus.

Statim ſub mentionem. Cic. 8. Fam. 4. Pompejus ſe legionem adductorum, ſed non ſtatim ſub mentionem, & convicium obtrectatorum.

Sub ipſos poſtes, pro Ante. Virg. 2. Æn. 442.

Sub leges pacis tradere ſe. Virg. 4. Æn. 618.

Sub amplexus alicujus ire. Ovid. 17. Epiſt. 94.

Sub, Ablativo junctum. Plaut. Epid. 2. 2. 32.

Pleræque hæ ſub veſtimentis ſecum habebant retia. Virg. 8. Æn. 616.

Arma ſub adverſa poſuit radiantia quercu

Sub corona vendere, vel venire, ſingularis formula: ſed elegans. Feſt. Sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati ſolent venire, ut ait Cato in eo, qui eſt De re militari, Ut populus ſuus, ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veneat. Id autem ſignum eſt, nihil præſtari a populo, quod etiam Plautus ſignificat in Hortulo, 1. Fragm. 101.

Præco ibi adſit cum corona, cuique liceat veneat.

Sub corona lege belli venire. Liv. 8. 37. extr. Sic

Sub haſta venire. Liv. 23. 37. extr. Supra mille captivorum ſub haſta venierunt.

Sub dio, ſive divo. Varr. 3. de R. R. cap. 14. Nam & idoneus ſub dio ſumendus eſt locus cochlearis, quem totum circum aqua claudas. Sic apud Columel. lib. 1. cap. 8. Nullus dies tam intolerabilis eſt, quo non ſub divo moliri aliquid poſſit.

Sub divo carpere ſomnos. Virg. 3. Georg. 434.

Sub his nihil proficitur, Per hæc. Celſ. lib. 5. cap. 28.

Sub oculis accipere detrimentum, pro Ante oculos. Cæſ. Bell Civil. 1. 59.

Sub prætextu, ἐπὶ προφάσει. Gloſſ. Latinogræc.

Sub ſomno ſaneſcere, Per ſomnum. Celſ. lib. 3. cap. 18. Sic

Sub frigido ſudore mori. Celſ. lib. 5. cap. 26. Ubi vero penitus inſedit, inſanabile eſt: plurimique ſub frigido ſudore moriuntur.

Sub veteribus, ſubaudi Curiis. Plin. lib. 35. cap. 4. Hinc enim Craſſi oratoris lepos agentis ſub veteribus. Idem cap. 10. E diverſo Meniana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula ſub veteribus. Sueton. in Auguſto cap. 100. Bifariam laudatus eſt: pro æde Divi Julii a Tiberio, & pro Roſtris, ſub veteribus a Druſo Tiberii filio. Varr. lib. 4. de L. L. 32. Curiæ duorum generum. Nam & ubi curarent ſacerdotes res divinas, ut Curiæ veteres: & ubi Senatus humanas, ut Curia Hoſtilia, quam primus ædificavit Hoſtilius rex ſub Veteribus. Ante hunc Roſtra. Pomp. Feſt. lib. 12. Novæ curiæ proxime compitum Fabricii ædificatæ ſunt, quod parum ampiæ erant veteres, a Romulo factæ, ubi is populum & ſacra in partes triginta diſtribuerat, ut in iis ea ſacra curarent. Plaut. in Curc. 4. 1. 19.

Sub veteribus, ibi ſunt, qui dant, quique accipiunt fœnore. Cic. 4. Acad. 70. qui Lucullus, inſcribitur, Ut enim ii, qui ſub nube ſolem non ferunt: item ille, quum æſtuaret, Veterum & Menianorum, ſic Academicorum umbram ſecutus eſt. Sed & (ait in Plin. Hermolaus) pars in foro, Sub novis appellabatur. M. Varro de L. L. 5. 7. Sub novis dicta pars in foro ædificiorum, quod vocabulum ejus pervetuſtum, ut Novæ viæ, quæ via jam diu vetus eſt.

Sub urbe eſt agelli paululum: i. e. Juxta. Ter. Adel. 5. 8. 27. Sic Varr. 1. de R. R. cap. 50. Tertio modo metitur, ut ſub urbe Roma, & locis pleriſque. Virg. 3. Æn. 6.

— claſſemque ſub ipſa

Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Sub, Poſt. Virg. 5. Æn. 323.

— quo deinde ſub ipſo

Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores. Serv.

Sub templo ingenti, pro In. Virg. 1. Æn. 457. h. e. In templo.

Exercet ſub ſole labor. Idem 1. Æn. 435. h. e. In Sole.

Sub nocte, i. e. Per noctem. Virg. 7. Æn. 87. Idem 4. Æn. 527.

Sub exitu vitæ, pro Sub exitum, hoc eſt circa exitum. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 43.

Sub ictu rem habere dicitur, Qui ita propinquus eſt ut attingere queat. Senec. Epiſt. 73. extr. Quam quidem nondum attigerunt: in conſpectu tamen, & ut ita dicam, ſub ictu habent.

Sub ipſa die. Plin. lib. 8. cap. 32.

Sub manu habere, i. e. In promptu & *ad manum*, quod dicitur. Cic. 10. Fam. 23. Sub manu Vocontii ut eſſent. Seneca, Sub manu naſcitur conſilium. V. MANUS.

Sub domina meretrice. I. e. Sub imperio & in poteſtate meretricis. Hor. 1. Epiſt. 2. 25.

Sub imperio alicujus eſſe. Ter. Heaut. 2. 2. 4.

Sub Alexandro, i. e. Tempore Alexandri. Quintil. lib. 5. cap. 10. Nunc, olim, tunc, ſub Alexandro.

Sub hoc ſacramento XXXVI annos militavi. Liv. lib. 35. cap. 19. pr.

Sub conditione, Ea lege, hoc pacto. Cic. pro Arch. 25. Statim ex his rebus, quas tunc vendebat, jubere ei præmium tribui, ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet.

Sub exceptione. Plin. 1. Epiſt. 2. ad Arrianum, Acres enim, non triſtes eſſe volebamus. Nec eſt quod putes me ſub hac exceptione veniam poſtulare, quod ſcilicet acres eſſe volebamus.

Sub exemplo. Plin. 3. Epiſt. 18. ad Curium Severum, pr. Deinde ut futuri principes, non quaſi a magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerentur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam niti

Sub pœna mortis vel capitis denunciare. Suet. in Calig. cap. 48. Idem in Tiber. Cæſ. cap. 36.

Sub umbra fœderis æqui ſervitutem pati. Liv. 8. 4.

Sub vos placo, precum formula. Feſtus; Sub vos placo, in precibus fere cum dicitur, ſignificat idem quod Supplico: ut in legibus; Tranſque dato, Endoque plorato. [Tmeſis eſt, pro Supplico vos, & Tranſdatoque, Endoploratoque. Supplaco autem, pro Supplico, Tranſdato, pro Tradito, Endoplorato, pro Implorato in LL. XII. tabb.

SUBABSURDUS, a, um. Adj. [ὑπάτοπος] Parum, ſive utcunque abſurdum ſignificat. Cic. 2. de Orat. 275. Sunt etiam illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolum nimis perapppoſita, ſed etiam quodammodo nobis.

SUBABSURDE, Adv. [ὑπατόπως] Cic. 2. de Orat. 275. Valde hæc ridentur, & hercule omnia, quæ a prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeque dicuntur.

SUBACCŪSO, [ὑποκατηγορέομαι] āre pro Nonnihil accuſare, & leviter. Cic. pro Planc. 86. Sed ſunt hæc leviora, illa vero graviora atque magna, quod meum diſceſſum, quem ſæpe defleras, nunc quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti. Idem 13. Att. 46. Subaccuſa quæſo Veſtorium. Idem lib. 16. 7. Addebant etiam me deſiderari, ſubaccuſari.

SUBĂCIDUS, a, um. Adj. [ὑπόξυς] Aliquantulum acidum ſignificat. Plin. lib. 12. cap. 25. Eſſe enim debet lenis, non ſubacidus. Cato R. R. cap. 108. Si ſubacidum erit vinum, non durabit. Al. Subacidulum.

SUBACTUS, &c. V. SUBIGO.

SUBADJŪVO, (a quo verbo deduxit Zeno Imperator ſubſtantivum nomen SUBADJUVUS, i. & plur. SUBADJUVI, orum) non legi apud probatum, licet ex Græco Suida, Sineſio, & Notitia Romani imperii colligi poſſit: Sed & ejus femininum SUBADJUVA, æ: niſi attributive id nomen legendum putes. Ait Zeno. l. ultim. §. hujus autem. De egentib. in reb. lib. 12. C. Hujus autem beneficii prærogativam ſubadjuvis etiam, qui pro ſingulis inveniuntur temporibus deferri jubemus. Eſt autem Subadjuvus Adjutoris adjutor.

SUBADJUVUS, a, um. Adj. V. SUBADJUVO, & Cang. Gloſſ

SUBADMŎVEO, ōvi, ōtum, ēre. Aliquantum admovere. Columel. lib. 6. cap. 36. Hujuſcemodi mari ſenſim magiſtri ſubadmovere debent generis ejuſdem feminam.

SUBÆGER, gra, grum. Adj. Celſus. Paululum æger. [Si modo Celſi eſt.

SUBÆRĀTUS, a, um. Adj. [ὑπόχαλκος] Quod habet æs ſubter. Perſ. 5. Sat. 106.

Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro.

Sŭbagreſtis, e. ſec. c. Adj [ὑπαγροῖκος] Aliquantum agreſtis Cic. de Clar. Orat. 259. Cotta, quia ſe valde dilatandis litteris a ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabatque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam planeque ſubruſticum, alia quidem, quaſi inculta & ſilveſtri, via ad eandem laudem pervenerat.

Subālāris, e. Adj. [ὑπομασχάλιος] Quod ſub alis eſt. Unde ſcribit Lamprid. cap. 29. Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares, & ſubalares culcitras.
Telum ſubalare. Nepos 7. 10. 5.

Subalbico, [ὑπολευκαίνομαι] āre. Aliquantum album fieri. Varr. 3. de R. R. cap. 6. Roſtro brevi, acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra, ſubalbicanti.

Subalbĭdus, a, um. Adj [ὑπόλευκος] Quod aliquantum albidum eſt. Plin. lib. 21. cap. 25. Ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotono ſimilia. Celſ. lib. 5. cap. 28. ſect. 15. de puſtularum generibus, Phlyzacion autem paulo durior puſtula eſt, ſubalbida, acuta, ex qua ipſa quod exprimitur humidum eſt.

Subalbus, a, um. Adj. [ὑπόλευκος, Gl. G. L.]

Subālo, ui, [ὑποτρέφω, Gl. G. L.] ĕre.

Subalpīnus, a, um. Adj. [Ὑπάλπιος] Quod ſub Alpibus montibus eſt. Plin. lib. 25. cap. 7. Radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa, montibus Subalpinis plurima. Idem lib. 16. cap. 11. Nec niſi in paucis locis Subalpinæ Italiæ.

Subămārus, a, um. Adj. [ὑπόπικρος] Aliquantulum amarum ſignificat. Cic. de Fato, 8. At enim quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, ut alios dulcia, alios ſubamara delectent. Idem 1. de Invent. 35.

Subamare, Adv. Sidon.

Subamaro, āre. Seren.

Subannŭlātus, a, um. Adj. Criſpus, in annulos poſitus. Arnob.

Subăquāneus, a, um. Adj. Quod ſub aqua eſt. Tertull. de Anim. cap. 32. Subterraneum & ſubaquaneum viventia carent hauſtu aëris.

Subaqueus, a, um. Adj. [ὕφυδρος] Quod ſub aqua manet: ut, Scopulos ſubaqueus. Perott.

Subăquĭlus, a, um. Adj. [ὑπόφαιος] Subfuſcum. Plaut. Rud. 2. 4. 9.
— eja, corpus cujuſmodi!
Subvolturium; illud quidem, ſubaquilum volui dicere. V. aquilus.

Subārēſco, ĕre. Vitruv. 7. 3.

Subargūto, āre. Argumentari acute. Macrob.

Subargūtus, a, um. Adj. Aliquantulum argutus. A quo

Subargutŭlus, a, um. Adj. Dimin. apud Gell. lib. 15. cap. 30.

Subārĭdus, a, um. Adj. Tertull.

Subaſtute, Adv. Gell.

Subarmāle, is. n. Sagulum craſſum, quod ſub armis indueretur, ut eorum durities minus corpus offenderet. Vopiſc. Aurel. cap. 13. Subarmale profundum. Spartian. Sever. cap. 6. Quum Romam Severus veniſſet, Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere.

Subăro, [ὑπαροτριάω] āre. Subtus arando terram movere. Plin. lib. 16. cap. 27. Item quæ ſubarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis. Ibid. cap. 18. Et ſubarata ocius ſeneſcunt.

Subarātio, ōnis. f. [ὑπαρότριασις] &

Subarātor, ōris. m. Plin. lib. 17. cap. 24. Vel etiam ſubarator imprudens luxavit radices.

Subarrŏgans, antis. Adj. [ὑπαλαζών] Aliquantum arrogans.

Subarroganter, Adv. [ὑπαλαζόνως] Cic. 4. Acad. 114. Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam.

Subaſperatio, ōnis. f. Auguſtin.

Subāter, tra, trum. Adj. Plaut.

Subatii, Populi ſunt inferioris Germaniæ, quos Druſus Germanicus in triumphum traxit Sugambris bello victis. Strab. lib. 7.

Subatio, V. subo.

Subaudio, īre. Quiddam intelligere, quod omittitur. Vox apud Grammaticos uſitata.
Apud Gramm. paſſim, ut Porphyr. in Horat. Ut Gr. ὑπακούω. Item ſubaudio, pro Aliquantum audio. Pontanus, Utriuſque ſedium ſtrepitum ſubaudire viſus ſum. In Dial. Charonte 102. H. St. Deſiderabatur hæc dict. in Lugd.

Subauditus, a, um. Partic. Subintellectus. Ulpian. fin. leg. 2. Dig. de Hæred. inſtituend.

Subauditio, ōnis. f. Actus ſubaudiendi. Hieron.

Subauſculto, [ὑπακροάομαι] āre. Leviter, & quaſi prætereundo auſcultare. Plaut. Mil. 4. 2. 3.
Tace, ſubauſcultemus, ecqua de me fiat mentio. Cic. 2. de Orat. 153. Subauſcultando tamen accipere voces eorum, & procul quid narrarent attendere. Idem in Topic. 75. Qui ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultantibus pariete interpoſito.

Subbājulo, [ὑποβαστάζω, Gl. G. L.] āre.

Subbalbus, a, um. Adj. Unde

Subbalbe, Adv. Spartian. Get. 5. Subbalbe canorus.

Subballio, ōnis. m. Vicarius Ballionis; vox jocoſe ficta apud Plaut. Pſeud. 2. 2. 13.
Tune es Ballio? ps. immo vero ego ejus ſum Subballio.

Subbăſĭlĭcānus, a, um. Adj [ὑποβασιλικανός] Qui libenter & frequenter ſub baſilica ſpatiatur. ita Priſcianus appellari docet. In baſilicis namque negotiationes & publicæ conciliationes tractabantur, & judicia quoque in baſilicis fiebant. Plaut. Capt. 4. 2. 35.
Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

Subbĭbo, ibi, ibitum, [ὑποπίνω] ĕre. Aliquantulum bibere. Plaut. Truc. 4. 3. 58.
— qui improbus eſt, ſive ſubbibit,
Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio eſt improbus. Sueton. in Neron. cap. 20. Si paululum ſubbibiſſet.

Subblandior, [ὑποθωπεύομαι] īri. Paululum, vel leviter blandiri. Plaut. Caſ. 3. 3. 22.
Non matronarum eſt officium, ſed meretricum,
Viris alienis, mi vir, ſubblandirier.

Subcærŭlĕus, & Subcærulus, a, um. Adj. [ὑποκύανος] Aliquantulum cæruleum. Celſ. lib. 6. cap. 5. In ea pares portiones ſunt myrobalani, magnetis, cretæ, cimoliæ ſubcæruleæ, nucum amararum, &c.

Subcandĭdus, a, um. Adj. [ὑπόλευκος] Aliquantulum candidum ſignificat. Plin. lib. 27. cap. 8. Folia bovis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida.

Subcăvus, a, um. Adj. Subter cavus: ut Lucret. lib. 6. 682.
— primum totius ſubcava montis
Eſt natura, &c.

Subcenturio, ōnis. m. [ὑφεκατόνταρχος] Qui centurioni ſubditur. Liv. 8. 8. extr. Ut ſubcenturionem ſibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte.

Subcenturio, āre. V. succenturio.

Subcenicŭlum, Subceno, V. succeno.

Subcĭnĕrītius, a, um. Adj. [ἐγκρυφίας] Quod ſub cineribus coquitur & aſſatur. Unde ſubcineritium panem legimus in Sacris litteris, Geneſ. 18. 6.

Subcingo, &c. Subcingulum, V. succingo.

Subciſivus, V. subsecivus, in subseco.

Subcŏactus, a, um. Adj. Cæſ. 3. Bell. Civil. 44. Magnus inceſſerat metus ſagittarum, atque omnes fere milites, aut ex ſubcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent. Al. Ex coactis. V. coacta, in cogo.

Subcœno, [ὑποδειπνέω] āre. Subtus cœnare. Quintil. lib. 6. cap. 3. Et Galba de piſcibus, qui quum pridie ex parte adeſi, & verſati poſtero die appoſiti eſſent, Feſtinemus, alii ſubcœnant, inquit. [i. e. Sub menſa latentes inferiorem partem obſoniorum abſumunt, dum cœnamus.

Subcontŭmēliōſus, a. um. Adj. [ὑφυβριστής] Aliquantulum contumelioſus. A quo

Subcontumelioſe, Adv. [ὑφυβριστικῶς] Cic. 3. Att. 7. Hercule, verum ut loquamur, ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius.

Subcreſco, V. succresco.

Subcriſpus, a, um. Adj. Qui crines habet aliquantulum criſpos. Cic. 4. Verr. 128. Videtis illum, ſubcriſpo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Cauda profuſa uſque ad calces, ut habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſubcriſpam. conf. 2. 7. 5.

Subcrūdus, a, um. Adj. [ὑπωμός] Quod non omnino coctum eſt. Cato R. R. cap. 156. Sumito braſſicam, conjicito in aquam ferventem, coquito paulliſper, uti ſubcruda ſiet.
Subcrudum tuberculum, Nondum ad maturitatem perductum. Celſ. lib. 6. cap. 13.

Subcruentus, a, um. Adj. [ὕφαιμος] Aliquantulum cruentum. Celſ. lib. 4. cap. 18. Deſcendunt autem pituitæ, mucique ſimilia, interdum etiam leviter ſubcruenta. i. e. Cruentum aliquid admiſtum habentia.

Subcŭbōnem, poſitum pro Succuba, Titinnius teſtis eſt in Pſaltria, Contemplari ancillas, quam arbitrer illarum ſubcubonem eſſe. Hæc Non. 3. 204. Al. Subcuboneum.

Subcūrātor, ōris. m. [ὑποκουράτωρ] Qui curatoris locum tenet. Julian. in l. Ex facto, D. De nego. geſtis, Ex facto ferebatur quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtitutum: eidemque alium ſubcuratorem conſtitutum, ſiliginem miſcendo corrupiſſe: atque ita pretium ſiliginis, quæ in publicum empta erat, curatori inflictum eſſe: quærebaturque, qua actione curator cum ſubcuratore experiri poſſet.

Subcurvus, a, um. Adj. Incurvus paulum. Ammian.

Subcuſtos, ōdis. c. [ὑποφύλαξ] Qui pro alio cuſtode ſubſtitutus eſt. Plaut. Mil. 3. 2. 54.
Quia Sceledrus dormit, hunc, ſubcuſtodem ſuum,
Foris ablegavit, dum eapſe tranſire huc placet.

Subcŭtāneus, ſive Subtercutaneus, a, um. Adj. [ὑποδερμάτιος] Subcutaneus morbus, qui intra cutem, ſive ſub cute eſt, ſive ſubter cutem. Verbum a Calepino, an ab ſubſartoribus ejus ſine auctore ſubnotatum.

Subdēbĭlĭtātus, a, um. Adj. ex Partic. [ὑποκαταδεδυναμωμένος] Aliquantulum debilitatus. Cic. 11. Att. 5. Quod etiam mea ſponte videbam, te ſubdebilitatum, novas rationes tuendi mei quærere. Vetus codex ſic legit, Te ſubdita re quaſi debilitatum, novas, &c.

Subdĭācānus, i. m. }
Subdiācŏnus, i. m. } Voces apud Eccleſiaſticos ſcriptores.
Subdiaconātus, ûs. m. }

Subdiālis, e. Adj. [ὑπαίθριος] Quod ſub dio eſt. Plin. lib. 34. cap. 22. Diſtat a Cadmia, quod illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis.
Subdiales inambulationes. Plin. lib. 14. cap. 1.
Subdialia pavimenta, apud Plin. lib. 36. cap. 26. quas *terracias* vocamus.

Subdifficĭlis, e. Adj. [ὑποχαλεπός] Aliquantum difficile. Cic. de Amicit. 69. Exſiſtit autem hoc loco quæſtio quædam ſubdifficilis.

Subdiffīdo, ĕre. Aliquantulum diffidere. Cic. 15. Att. 20. Quo die audivi illum tyrannum in concione clariſſimum virum appellari, ſubdiffidere cœpi.

Subdiga, æ. m. Gloſſ. Latinogræc. Secundus, Subdiga, Ὑποκριτής. [Unde apparet, id nomen tributum fuiſſe Secundarum partium actoribus.

Subdisjunctīvus, a, um. Adj. [ὑποδιαζευκτικός, Gl. L. G.] Proculus in l. Hæc verba. D. de verbor. ſignific. Hæc verba illa aut ille, non ſolum disjunctiva, ſed etiam ſubdisjunctiva orationis ſunt. Disjunctivum eſt, veluti quum dicimus, Aut dies, aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero, poni alterum. Ita ſimili figuratione verbum Aut, poteſt eſſe ſubdisjunctivum. Subdisjunctivi autem genera ſunt duo, &c.

Subdistinctio, ōnis. f. Diomed.

Subdititius, Subditivus, Subdito, V. subdo.

Subdiu, [ὑφ' ἡμέραν] Idem ſignificat quod Die. Plaut. Moſtel. 3. 2. 78.
Subdiu coli abſque ſole perpetuum diem.

Subdivālis, e. Adj. Tertull. Subdivalis ſentina.

Subdīval, ālis. n. [ὑπαίθριον] Pars ædium quæ ſub dio eſt.

Subdivus, a, um. Adj. [ὑπαίθριος, Gl. L. G. & G. L.]

Subdivum, i. n. [ὑπαίθριον, Gl. L. G.] Area.

Subdo, dĭdi, dĭtum, [ὑποτίθημι, ὑποβάλλω, Gl. G. L.] ĕre. Supponere, ſubjicere. Plin. lib. 14. cap. 12. Furcas ſubdere his neceſſarium.
Subdere ſub ſolum, In terram conjicere. Plaut. Curc. 2. 3. 28.

Oculo-

Oculorum viſu ſubdere aliquid. Lucret. lib. 5. 102.
Boves ſubdere jugo. Plin. lib. 8 cap. 16.
Calcar ſubdere equo. Ovid. 2. de Arte Am. 732.
Crimina majeſtatis ſubdebantur. Tacit. 3. Ann. 67.
Flamma ſubdita medullis. Virg. 3. Georg. 271.
Ignem. Liv. 8. 30 Cato de R. R. 105. pr. Ignem ſubdito: ubi bullabit vinum, ignem ſubducito
Ignem ac materiam ſeditioni ſubdere, per tranſlationem, pro Augere, & opem ferre. Liv. 8. 32. extr.
Reum ſubdere Tacit. 1. Ann. 6.
Rumorem ſubdere. Tacit. 6. Ann. 36.
Spiritus ſubdere. Liv. 7. 40. Ac ſi cui genus, ſi cui ſua virtus, ſi cui etiam majeſtas, ſi cui honores ſubdere ſpiritus potuerunt: iis eram natus. I. e. Animos five ſtimulos.
Stimulos ſubdere animo. Liv. 6. 34. Is riſus ſtimulos, parvis mobili rebus, animo muliebri ſubdidit.
Stimulos ingenii ſubdit fama. Ovid. 5. Triſt. 1. 76.
Subdere in locum alterius. Plin. in Paneg. cap. 25. Cic. pro Domo, 85. Quis in meum locum judicem ſubdidit? Quintilian. lib. 3. cap. 6. Sed in horum trium locum ſubditæ quatuor legales.
Partum ſubdere. Paul. in l. Qui falſam. D. ad legem Corneliam, De falſis. Accuſatio ſuppoſiti partus nulla temporis præſcriptione depellitur, nec intereſt, deceſſerit, necne, ea, quæ partum ſubdidiſſe contenditur.
Puerum ſubdere. Plaut. Merc. 2. argument. 10.

> Hic filium ſubdiderat vicini, pater
> Vicinum. Ter. Heaut. 5. 3. 11.
> Subditum ſe ſuſpicatur. c. ſubditum, ais'tu?

Pullum ſubdere. V. Subjicere pullos in SUBJICIO.
Subdere, quaſi Periculo committere. Plin. 3. Epiſt. 19. Contra vereor ne ſit incautum rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus ſubdere. Plaut. Epid. 1. 2. 37.

> Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum?

Subdor. Paſſ. ὑποτίθεμαι. Gloſſ. Græcolat.
SUBDITUS, a, um. Partic. [ὑποβαλλόμενος, Gl. L. G. ὑποταγής, G. L.] Subtus immiſſus. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Quæ effervefcunt, ſubditis ignibus.
Subditus judex dicitur, Qui loco mortui datur lis, qui eum habuerant judicem in aliqua re, vel lite. Paul. D. 5. 1. 60.
Subditus partus, Suppoſitus, hoc eſt ſublatus ab ea muliere, quæ peperit, & alteri ſuppoſitus. V. in ipſo verbo.
Subditum teſtamentum apud Juriſconſultos dicitur, quum vero teſtamento occultato, aliud clam fuit appoſitum.
SUBDITIVUS, a, um. Adj. [ὑποβαλλόμενος, ὑπαλλαγμένος, Gl. L. G.] Qui ſubditus eſt, & in alterius locum poſitus. Plaut. Amph. 2. 2. 198.

> Namque de illo ſubditivo Soſia mirum nimis eſt.

Subditivum ſecretum. Arnob. lib 5. adverſus gentes, De allegoriis fabularum loquens, Neque enim quod ſcriptum eſt, atque in prima eſt poſitum verborum fronte, id ſignificatur, & dicitur: ſed allegoricis ſenſibus, & ſubditivis intelliguntur omnia illa ſecretis.
SUBDITITIUS, aliud Adj. [ὑποβαλλόμενος, Gl. G. L.] Idem. Plaut. Amph. 2. 3. 6. Cic. 7. Verr. 68. Quod eodem ceteros piratas contrudi imperarat, intellexit, ſi hunc ſubdititium archipiratam in eandem cuſtodiam dediſſet, fore, &c.
Libri ſubditii. Quintil. lib. 1. cap. 4. i. e. Suppoſititii.
SUBDITO, āre. Subter admovere. Lucret. lib. 6. 603.

> Subditat hunc ſtimulum quadam de parte timoris.

SUBDIVISIO, ōnis. f. [ὑποδιαίρεσις, Gl. G. L.]
SUBDŎCEO, ui, ctum, [ὑποδιδάσκω] ēre. Sub alio docere. Cic. 8. Att. 4. Ciceroneſque noſtros meo potius labore ſubdoceri, quam me alium magiſtrum quærere.
SUBDOCTOR, ōris. m. Auſon. Profeſſ. 22. tit. Victorio ſubdoctori.
SUBDŎLUS, a, um. Adj. [ὕπουλος. Gl. L. G. & G. L. ὑπογεγραμμένος. L. G.] Occulte decipiens. Plaut. Aul. 2. 5. 8. Et Capt. 3. 3. 5.

> Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam mantellum eſt meis. Sic Mil. 3. 3. 68.

> Haud vereor ne nos ſubdola perfidia pervincamur. Martial. lib. 3. 58.
> Sed tendit avidis rete ſubdolum turdis.

Lingua ſubdola. Ovid. 1. de Arte Am. 598.
Fallacia ſubdola. Lucret. lib. 5. 1002.
SUBDŎLE, Adv. [ὑπούλως] Caute & fraudulenter. Plaut. Trin. 2. 1. 12. Eos cupit, eos conſectatur, ſubdole blanditur. Cic. de Clar. Orat. 35. Nihil acute inveniri potuit in eis cauſis, quas ſcripſit, nihil (ut ita dicam) ſubdole, nihil verſute, quod ille viderit.
SUBDŎMO, ui, ĭtum, āre. Plaut. Aſin. 3. 3. 110. Sic iſti ſolent ſuperbi ſubdomari.
SUBDŬBĬTO, [ὑποδιστάζω] āre. Parum dubitare. Cic. 2. Fam. 17. Hæc eo pluribus ſcripſi, quod nonnihil ſignificabant tuæ litteræ, ſubdubitare te, qua eſſem erga illum voluntate. Idem 14. Att. 15. Jam enim dico meum, antea (crede mihi) ſubdubitabam.
SUBDŪCO, xi, ctum, [ὑφέλκω, Gl. G. L.] ĕre. Subterducere. Juven. 1. Sat. 15.

> Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. h. e. Suppoſuimus.

Alii rectius pro Subtraximus exponunt.
Subducere, Subtrahere: cui opponitur Subdere. Cato de R. R. 105. pr. Ignem ſubdito: ubi bullabit vinum, ignem ſubducito.
Aurum ſubducitur terræ, Effoditur e terra. Ovid. 3. de Arte Am. 123.
Cibum ſubducere athletæ. Cic. 2. Tuſc. 40. Subduc unum diem cibum athletæ, Jovem Olympium, eum ipſum, cui ſe exercebit, implorabit, ferre non poſſe clamabit.
Lac agnis ſubducitur. Virg. 3. Ecl. 6.
Memoriam ſubducere, I. e. Auferre. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 1.
Vires ſubducere alicui. Ovid. 13. Met. 61. Idem 2. Met. 661.

> Jam mihi ſubduci facies humana videtur.

Producere & Subducere, contraria. Cic. pro Domo 21. Quem tu in eo, non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. [i. e. Removeras procul a rep. per ſpeciem honoris.
Ala ex prælio ſubducta. Liv. 35.
Aliquem alicui. Ter. Eun. 4. 7. 25. Et cum eo clam ſubduxti te mihi.
Morti animam ſubducere, Eripere & conſervare a periculo mortis. Ovid. 1. Triſt. 4. 27.

Morti ſubducere aliquem. Claud. in 2. Conſ. Stilich. 74.
Oneri colla ſubducere. Ovid. 1. de Pont. 5. 24.
Pœnæ aliquem ſubducere. Calliſtrat. in l. 2. § Divus. D. de jure fiſci. Non ut delator pœnæ ſubduceretur, ſi mandatorem haberet. Pandectæ Flor. & Haloander habent, Pœna.
Pugnæ ſubducere aliquem. Virg 10. Æn. 50.
Cuſtodiæ ſe ſubducere. Sen. Epiſt. 66.
De vel ex aliqua ſocietate, vel loco, ſe ſubducere, eſt Senſim & clanculum diſcedere, ita ut nullus videat. Ter. Eun. 4. 1. 14. Ubi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Plaut. Aſin. 5. 2. 62. Tempus eſt ſubducere hinc me. Cic. 3. Q. frat. 4. De circulo ſe ſubduxit.
Nimbo ſe ſubducere. Ovid. 5. Triſt. 14. 27.
Terra ſe pedibus raptim ſubducit. Lucret. lib. 1. 1099.
Colles ſubducunt ſe, Ex alto in campos diſſolvuntur. Serv. Virg. 9. Ecl. 7.
Subducere aliquem, Decipere. Plaut. Men. prol. 65.
Subducere aliquem dictis, Circumvenire. Ter. And. 4. 1. 20.
Subducere fundamenta alicujus rei. Cic. 4. de Finib. 42. i. e. Eximere, ut ait Budæus.
Subductum omnibus ventis ædificium. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gall.
Subducere, Furtim ſubtrahere. Plaut. Curc. 2. 3. 81.

> Caput deponit, quum dormiſcit, ego ei ſubduco anulum. Martial. lib. 12. 29.
> Subduxit mappas quatuor Hermogenes. Sic lib. 8. 59.
> Lapſa nec a cubito ſubducere pallia neſcit.

Subducere furto obſides. Liv. 9. 11.
Subducere, Surſum ducere, levare, extollere. Auctor de Viris illuſt. 4. Ipſe a Tullo in auxilium arceſſitus, aciem in collem ſubduxit.
Subducere copias in collem. Liv. 23. 26. extr. Aſdrubal, in collem ſatis arduum, tutumque flumine etiam objecto, cum copiis ſubducit. Hinc
Subducere naves dicimus, In terram trahere: quod terra mari altior ſit. Virg. 1. Æn. 555.

> Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
> Et ſilvis aptare trabes. Plaut. Bacch. 2. 3. 72.
> Quom ex templo a portu abire nos cum auro vident,
> Subducunt lembum capitibus quaſſantibus. Cæſ. 3. Bell. Civil. 23. Naves reliquas, ſi vellet, ſubduci & refici juberet.

Puppes ſubductæ ſicco litore. Virg. 3. Æn. 135.
Succum ſubducere ſpiritu, Surſum trahere. Plin. lib. 20. cap. 14. Recentis ſuccus narium vitia ſpiritu ſubductus emendat.
Surſum e puteo. Plaut. Aul. 2. 7. 3.
Subducere ſurſum animam, Spiritum & anhelitum ſurſum attrahere. Cato R. R. cap. 157.
Naribus ſubducere. Plin. lib. 2. cap. 19. Naribus ſubductum caput purgat.
Supercilia. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 1.
Vultu ſubducto procedere. h. e. Severo & fronte caperata. Propert. lib. 2. 10. 9.
Subducere, cum hoc nomine Ratio, ſignificat Computare; quod & Inire & Habere & Facere rationem dicimus. Plaut. Capt. 1. 2. 89.

> Ibo intro, atque intus ſubducam ratiunculam,
> Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

Subducta ratione eſſe ad vivum. V. RATIO.
Inita & ſubducta ratione ſcelera meditari. Cic. 3. de Nat. Deor. 71. Medea modo & Atreus commemorabantur a nobis heroicæ perſonæ, inita ſubductaque ratione, nefaria ſcelera meditantes.
Calculos voluptatum ſubducunt. Cic. 2. de Finib. 60. Quid fortes viri? voluptatumne calculis ſubductis prælium ineunt, ſanguinem pro patria profundunt? i. e. Computant quantum voluptatis percepturi ſint. Budæus.
Numerum ſubducere rei alicujus, Numerare rem aliquam. Catull. 59. 208.
Summam ſubducere. Cic. 5. Att. 21. Collaudavi homines, Recte, inquit Scaptius, ſed ſubducamus ſummam. Columel. lib. 5. cap. 2. Id vulgus *ſummare* dicit.
Subducere, non adjecto nomine Ratio. Cic. 5. Att. 21. Quid vos, quantum, inquam, debetis: Reſpondet, Cui? Refero ad Scaptium: homo clamare. Quid opus eſt, inquam? rationes conferatis. Aſſidunt: ſubducunt: ad nummum convenit. Sic enim diſtinguit Budæus, non ut alii, Subducunt ad nummum. V. CONVENIO.
SUBDUCTIO, ōnis. f. [ὑπαγωγή, ἐπαναγωγή, ὑφαίρεσις] Ratio, & quod vulgus *computum* vocat. Cic. 2. de Orat. 132. Quo perſpecto, ſtatim occurrit naturali quadam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent, quid faciat cauſam.
Subductio, Ipſe ſubducendi naves actus. Cæſ. 5. Bell. Gall. 1. Ad celeritatem onerandi, ſubductioneſque paulo facit humiliores, quam quibus in noſtro mari uti conſuevimus.
SUBDUCTOR, ōris. m. JCtus in Digeſt.
SUBDUCTĀRIUS, a, um. Adj. [ὑπαγωγικός] ut, Funis ſubductarius, Quo quid levatur. Cato R. R. cap. 12. Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque. Idem cap. 68. [An Subductorios?
SUBDULCESCO, ĕre. Celſus. [Ubi?
SUBDULCIS, e. Adj. [ὑπόγλυκυς] Paulum dulce. Plin. lib. 26. cap. 8. Radix ſubdulcis, in petris naſcens, nos ſub arboribus vetuſtis.
SUBDURATIO, ōnis. f. Columel.
SUBDURATOR, ōris. m. Veget.
SUBDŪRUS, a, um. Adj. Q. Cic. de Petit. Conſulat. 36. Verum hoc probabile eſt, illud alterum ſubdurum tibi, homini Platonico, ſuadere: ſed tamen tempori tuo conſulam.
SUBĔDO, ēdi, ēſum, edĕre. Ovid. 11. Met. 783.

> Dixit, & e ſcopulo, quem rauca ſubederat unda,
> Decidit in pontum.

SŬBEO, ivi vel ii, itum, [ὑπεισέρχομαι, Gl. L. G. & G. L. ἀνέρχομαι, L. G. ὑποβαστάζω, ὑποδύομαι, G. L.] Ire. Aſcendere, Intrare. Accuſativo jungitur. Lucan. lib. 8. 116.

> Nulla tibi ſubeunda magis ſunt mœnia victor.

Currum ſubiere leones. Virg. 3. Æn. 112.
Tecta ſubire. Virg 7. Æn. 668. Cæſ. 1. Bell. Gall. 36. Qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent. i. e. Sub tectum non iiſſent.
Vultum alicujus ſubire, In ejus conſpectum venire. Cic. pro Quint. 97. Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit, ipſius Sex. Nævii lacrimans

lacrimans manum apprehendit, in propinquorum bonis proſcribendis exercitatam.
Dorſo ſubire onus. Hor. 1. Serm. 9. 21.
Humeris ſubire aliquem, Ferre aliquem humeris. Virg. 4. Æn. 599.
Quem ſubiiſſe humeris confectum ætate parentem, &c.
Q. d. Subiiſſe onus parentis. H. St.
Subire, Intrare. Plin. 9. Epiſt. 26. Inglorius ſubit portum.
Nemus ſubire. Ovid. 2. Met. 418.
Urbem ſubire. Lucan. lib. 3. 98.
Subire cum Dativo. Virg. 9. Æn. 371.
Jamque propinquabant caſtris, muroque ſubibant. Idem 6. Æn. 222. — pars ingenti ſubiere feretro.
Subire ad. Liv. 26. 42. extr. Ut ſubeundi ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret. Sic 34. 16. Subire ad portam.
Subire ad hoſtes. Liv. 2. 31. Quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes. Et c. 27. Senſim ad montes ſuccedit. Inde, ubi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt, erigit totam aciem. [His locis de aſcenſu agitur.
Subire in. Plin. lib. 9. cap. 27. Subit in ſumma maris, piſcis ex argumento appellatus lucerna, &c. [Etiam hic Aſcendere ſignificat.
Subire, Aſcendere. Plin. lib. 31. cap. 3. Sed hi rationem adferunt, quoniam leviſſima ſit imbrium aqua, ut quæ ſubire potuerit ac pendere in aëre.
Subire & Vocare, in teſſerarum ludo contraria ſunt. Nam ſubit ille eam partem, quam ſi referat teſſera vincitur: vocat quam partem quemque numerum optat reduci ut vincat. Itaque qui jactat teſſeras, optionem dat colluſori ſubeundi vel vocandi: qui non jacit, is e jactatis deligit quos ſubeat, & quos vocet. Ac ea conditio eſt, ut legamus eum numerum, quem potius rediturum putemus: eum ſubeamus, quem minus rediturum ſperemus, ut auguremur nobis potius lucrum, quam jacturam ominamur. Ovid. 3. de Arte Am. 355.
Et modo tres jactet numeros, modo cogitet apte,
Quam ſubeat partem callida, quamque vocet. Ex Turneb. Adverſ. 6. 10. Numero Burm.
Subire aliquid, pro Suſcipere agendum, onus accipere. Plin. 9. Epiſt. 19. Cujus nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. Idem in Paneg. Quis enim curæ tuæ molem ſponte ſubeat?
Amores primos vix ſubit pectus rude. Ovid. 4. Epiſt. 23. i. e. Suſtinet.
Hereditatem ſubire, pro quo uſitatius dicimus, Adire hereditatem. Juriſcon. de verb. [Nempe oneroſam.
Juſſa ſubire. Claud. de 4. Conſ. Hon. 296.
Negotium ſubire. V. NEGOTIUM.
Partes ſubire. Quintil. lib. 6. cap. 1. Et ipſe patronus has partes ſubit.
Subire ſæpe de his, quæ Ardua, difficilia, moleſta, vel oneroſa, vel cum periculo conjuncta ſunt, quæque repugnante animo facimus, vel patimur.
Conditionem deditionis aut pacis ſubire. Cæſ. 7. Bell. Gall. 78.
Deditionem neceſſariam. Cæſ. 1. Bell. Civil. 81.
Labores ſubire. Cic. 3. Att. 15. Iſtos labores, quos nunc in ſuffragiis ſuſcipis, non ſubiiſſes.
Labores duros ſubire. Tibul. lib. 1. 4. 47.
Navigationem hiemis ſubire. Cæſ. 4. Bell. Gall. 36. pr. Sed al. Hiemi ſubjicere. V. Hotnm.
Aleam ſubire, Fortunam, ac ſortem experiri alicujus rei. Columel. lib. 3. cap. 21.
Calamitatem ſubire. Cic. ad Brut. 12. Atque ille, ſi armis poſitis de vi damnatus eſſet, quo in judicio certe defenſionem non haberet, eandem calamitatem ſubirent liberi, bonis publicatis.
Caſum ſubire. Cic. 8. Att. 1. Eundem, ut quemcunque ſors tulerit caſum, ſubeam potius cum iis, qui dicuntur eſſe boni, quam videar a bonis diſſentire.
Crimen ſubire. Liv. 2. 7.
Cruciatum ſubire. Cic. 3. Off. 105. Qui retinendi officii cauſa cruciatum ſubierit voluntarium?
Dolorem ſubire. Cic. 2. Tuſc. 14. Quæ ut effugias, quis eſt, non modo non recuſandus, ſed ultro appetendus, ſubeundus, excipiendus dolor?
Famam crudelitatis, &c. ſubire. Cic. 4. in Catil. 12. Sin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummæ nobis crudelitatis, in patriæ civiumque pernicie, fama ſubeunda eſt. Cic. ad Brut. 18. Ne famam ſubeam temeritatis. i. e. Ne dicar temerarius.
Fortunam ſubire. Cic. 14. Fam. 5. Quando ſubeunda fortuna eſt.
Incommoda ſubire. Cic. 3. Off. 28. Cujus ſocietatis arctiſſimum vinculum eſt, magis arbitrari eſſe contra naturam, hominem homini detrahere ſui commodi cauſa, quam omnia incommoda ſubire, vel externa vel corporis, vel etiam ipſius animi, quæ vacent juſtitia. [An Quæ ca?
Infamiam ſempiternam ſubire. Cic. 3. Q. frat. 1.
Inimicitias. Cic. 7. Verr. 181. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur: labores? ſuſcipiantur.
Invidiam orationis ſubire. Cic. 1. Verr. 46.
Judicium imperitæ multitudinis ſubire. Cic. pro Flacc. 2. Exiſtimabam L. Flacco multitudinis imperitæ potius, nullo tamen cum periculo, quam ſapientiſſimorum & lectiſſimorum virorum judicium eſſe ſubeundum.
Judicium docti principis pagina ſubitura. Ovid. 1. Faſt. 19.
Leges ſubire, Pati. Stat. 1. Silv. 2. 28.
— ſubiit leges, & frena momordit
Ille ſolutus amor.
Nomen exſulis ſubire. Cic. pro Domo 72. Utrum igitur peccato meo exſulis nomen ſubeo, an re judicata.
Nomina vitiorum ſubire. Cic. 3. Off. 57. Hæc tot & alia plura nonne inutile eſt vitiorum ſubire nomina?
Notam turpitudinis ſubire. Cic. in Piſon. 41. Vos autem ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas ſubieritis?
Odium alicujus ſubire. Cic. 11. Att. 7. Quanquam quid mea interſit, ut eorum odium ſubeam, non intelligo.
Omnia prius ſubire, quam. Cic. 8. Fam. 10. Curio omnia potius ſubire conſtituit, quam id pati.
Periculum omne ſubire. Hor. Epod. 1. 4.
Periculum ſubire. Cic. 3. Verr. 144. Si pupilli calamitas, propinquorum lacrimæ, Decimi Bruti, cujus prædia ſubierunt periculum, M. Marcelli tutoria auctoritas, apud te ponderis nihil habebat, ne illud quidem animadvertebas?
Pœnam ſubire. Cic. 3. Off. 65. Nam cum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret.
Pœnas meritas ſubire. Ovid. 12. Epiſt. 119.
Pœnas ſubire a merito. Ovid. 5. Met. 200.
Sermonem ſubire. Cic. 11. Att. 6. Minus ſermonis ſubiiſſem, minus accepiſſem doloris, ipſum hoc me non angeret. i. e. Non tantus de me ſermo ſiniſter eſſet, Non ita mihi obloquerentur homines.
Supplicia ſubire. Cic. ad Brut. 12.
Tela ſubire. Cic. pro Corn. Balb. 51. Tum certe digniſſimi ſunt, qui civitate ea donentur, pro qua pericula ac tela ſubierunt.
Tempeſtatem invidiæ ſubire. Cic. 2. in Catil. 15.
Tempeſtates ſubire. Cæſ. 8. Bell. Gall. 5.
Triſtitiam temporum ſubire. Cic. 8. Att. 16. Atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tua conſilia: quibus ſi paruiſſem, triſtitiam illorum temporum non ſubiiſſem.
Turpitudinem ſubire, ſive turpitudines. Cic. 3. Verr. 137. Sic 4. Philipp.
Verbera ſubire. Plin. lib. 20. cap. 13. Hor. 1. Serm. 3. 120.
Vicem eandem ſubire. Ulp. in l. Minor. D. de procurat. Quoniam autem defendere eſt eandem vicem, quam reus, ſubire, &c.
Vim ſubire, atque injuriam malui, quam aut a veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare. Cic. de Provinc. Conſ. 41.
Vim legis ſubire. Cic. pro Cæcin. 100. Qui ſi in civitate legis vim ſubire vellent, non prius civitatem, quam vitam amitterent.
Vituperationem ſubire. Cic. 14. Att. 22. Poſtremo ſe libenter vituperationem ſubire, quod amaret etiam mortuum Cæſarem.
Subire, Succedere. Liv. 27. 2. Primæ legioni tertia, dextræ alæ ſiniſtra ſubiit: & apud hoſtes integri a feſſis pugnam accepere.
Subire per vices. Plin. lib. 8. cap. 7. Equitatu circumventi, infirmos, aut feſſos vulneratosve in medium agmen recipiunt: ac velut imperio ac ratione per vices ſubeunt. De elephantis.
Subire in locum alicujus. Ovid. 1. Met. 130.
— fugere pudor, verumque, fideſque:
In quorum ſubiere locum, fraudeſque, dolique, &c.
In partes alicujus ſubire. Munus ejus & officium obire ſeu peragere. Ovid. 4. de Pont. 9. 7.
Locum alterius ſubire. Martianus in l. Creditor. §. A Titio. D. Qui potiores in pignore, &c.
Subire, Succreſcere. Virg. 1. Georg. 180.
Neu ſubeant herbæ, neu pulvere victa fatiſcat.
Subeunt morbi. Virg. 3. Georg. 67. i. e. Adveniunt, inquit Serv.
Senecta ſubiens. Sil. lib. 7. 596.
Sopor furtim ſubit feſſa lumina. Ovid. 19. Epiſt. 56. Latenter ingreditur oculos.
Curæ ſubeunt. Ovid. 4. Triſt. 3. 23. [Subaudito, Animo, vel Animum.
Tædia ſubeunt animo. Ovid. 4. de Pont. 15. 30.
Religio ſubit animos. Plin. lib. 5. cap. 1.
Timor ſubit animum. Liv. 39.
Spes ſubit animum. Liv. 40. 8.
Subire, abſolute, In memoriam venire. Plin. lib. 7. cap. 46. Subeunt in hac reputatione Delphica oracula.
Dativo. Curt. Cogitationi noſtræ nunquam ſubiit. Quintil. Decl. 6.
Faſtidia ſubeunt mihi. Ovid. 16. Epiſt. 97.
Accuſativo. Plin. 3. Epiſt. 7. Quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Curtius lib. 5. 2. 15. Subiit regem verecundia.
Imago me ſubit. Ovid. 2. Faſt. 753.
Infinitivo. Plin. lib. 35. 7. Subit antiquitatem mirari. conf. lib. 12. pr.
Subit recordatio. Plin. 1. Epiſt. 9. ad Fundanum, Tunc enim ſubit recordatio, quot dies, quam frigidis rebus abſumpſit.
Subit cogitatio. Liv. 25. 24. extr. Ea quum univerſa occurrerent animo, ſubiretque cogitatio, jam illa momento horæ arſura omnia, & ad cineres reditura.
Animum cogitatio ſubiit. Curt. lib. 7. pr. Horum cogitatio ſubibat animum.
Animum cogitatio ſubit. Liv. 36. 20. Idem 2. 42. pr. Dulcedo agrariæ legis ipſa per ſe, dempto auctore, ſubibat animos.
Animos ſubit memoria maleficiorum. Liv. 37. 49. Curtius lib. 5. 4. 21. Subiit animum memoria.
Memoria ſubit tibi. Liv. 40. 8. Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam, puerilis quondam ſimplicitatis conſuetudiniſque inter vos, meorum denique præceptorum, &c.
Mentem ſubit. Plin. lib. 14. cap. 11. Verum inter hæc ſubit mentem, quum ſint genere nobilia, &c. Virg. 10. Æn. 824.
Et mentem ſubiit patriæ pietatis imago.
Affectu ſubit quicquid abeſt. Ovid. 3. Triſt. 3. 14. Affecto rectius legitur.
Subire, Subdere, ſupponere. Virg. 10. Æn. 798.
Æneæ ſubiit mucronem, ipſumque morando
Suſtinuit. h. e. Lauſus ſe ſuppoſuit enſi Æneæ jam ſublato ad plagam inferendam, ictumque parma ſuſtinuit.
Subire, Aggredi. Valer. Flacc. 6. Argon. 322.
Illum ubi congreſſu ſubiit Geſander iniquo
Territat his, &c. Non erant viribus æquis congreſſuri Geſander & Canthus: id quod probavit mors Canthi.
Subire, Obſequioſe colere, alicui ſe venditare, & eum obſervare. Quintil. lib. 4. cap. 5. Interim vero etiam fallendus eſt judex, & variis artibus ſubeundus, ut aliud agi, quam quod nos petimus, putet. Budæus. [q. d. Tentandus, aggrediendus, velut per cuniculos.
Ancillo ſubire alicui. Virg. 2. Æn. 216.
Subire, Reſpondere, ſeu Reſiſtere. Cic. de Divin. Poteriſne orationem ejus ſubire? Idem pro Roſc. Amer. 31. Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet, hercules, undique omnes terrores, minæ, periculaque impendeant omnia, ſuccurram, atque ſubibo. [Plura ſupra in hanc ſententiam.
Loquentem ſubire, Reſpondere loquenti. Claud. de Conſ. Mall. Theod. 173.
Subiri, Paſſivum. Plin. lib. 4. cap. 11. Hæmi excelſitas, VI. M. paſſ. ſubitur.
Nam ſi ſubeantur proſpera caſtra. Juven. 16. Sat. 2.
SUBIENS, euntis. Partic. [ὑπεισελθὼν, Gl. G. L.]
SUBEUNDUS, a, um. Partic. [ὑποστατέος, ὑπομενετέος, Gl. L. G.]

SŬBITUS, a, um. Adj. [αἰφνίδιος] Idem quod Repentinus. Ter. Phorm. 1. 4. 23.

Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inveniam miſer?

Idem Adel. 5. 9. 28.

Quod prolubium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Cic. 10 Fam. 16.

Neve in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis, a Senatu conſilium petendum putes. Idem 2. Verr. 21. Hominis perditi ſubita lætitia.

Aſpectu ſubito territos hoſti. Virg. 11. Æn. 699.

Concurſus ſubiti. Ovid 14. Met. 544.

Dolores ſubiti. Ovid. 11. Epiſt. 47.

Flammas ſubitas extinguere. Ovid. in Ibin, 19.

Formidine ſubita trepidus. Virg. 6. Æn. 290.

Fragore ſubito intonuit. Virg. 2. Æn. 692.

Imber ſubitus Ovid. 4. Faſt. 385.

Morte ſubita ſternere aliquem. Virg. 11. Æn. 796.

Rubor ſubitus notavit ora. Ovid. 6 Met. 46.

Timore ſubito intremuere genua. Ovid. 2. Met. 180.

Vim ſubitam tolerare. Lucret. lib. 1. 287.

Abſolute. Tacit. 15. Ann. 59. Fortes viros terreri ſubitis. Idem 5. Hiſt. 13. Subita belli.

Subiti nihil eſt. Plaut. Perſ. 4. 4. 36.

Subitum eſt nimis. Plaut. Aul. 2. 3. 5.

Subitum eſſe alicui, cum Inf. Cic. 13. Fam. 2. Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare Calendis Quintilibus.

SUBITO, Adv. [ἐξαίφνης, Gl. L. G. & G. L. αἰφνιδίως, αἰφνιδίως, ἐξαπίνης, G. L.] Repente, confeſtim. Cic. 14. Fam. 8. Nam mihi & ſcriptum & nuntiatum eſt, te in febrem ſubito incidiſſe.

Mutata femina ſubito. Virg. 2. Georg. 268.

Subito & improviſo. Cic. pro Font. 30. Cum tot bella a nobis neceſſario ſuſcipiantur, aut ſubito atque improviſo naſcantur.

Subito poſteaquam litteras communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæſare epiſtolam accepi, cujus exemplum tibi miſi. Balbus Ciceroni 9. Att. 9. i. 2. Statim ut dedi. Male legebatur Sub pro Subito.

Subito quum mihi dixiſſet Cæcilius Quæſtor puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim. Cic. 2. Att. 9.

Subito, & Propere. Plaut. Amph. 5. 1. 10. Ut ſubito? ut propere? ut convuit valide? Idem Trin. 5. 2. 51.

Evocate. ita ſubito eſt propere quod eum conventum volo. Al. Subito'ſt. Idem Curc. 2. 3. 4. Rectius.

Ita nunc ſubito, propere, & celere objectum eſt mihi negotium.

De ſubito. V. DE.

SUBITĀNEUS, a, um. Adj. [αἰφνίδιος, Gl. G. L.] Idem quod Subitus. Columel. lib. 1. cap. 6. Si ſubitaneus imber inceſſerit.

SUBITĀRIUS, a, um. aliud Adj. [ἐξαπιναῖος] Idem. Plaut. Mil. 2. 2. 70. Hanc age rem, res ſubitaria eſt.

Subitarii milites, pro Repentino auxilio. Liv. 3. 4. Idem 40. 26. Et 51. 2. Duabus legionibus ſubitariis tumultus ejus cauſa icriptis.

Ædificia ſubitaria; i. e. Subito extructa. Tacit. 15. Ann. 39.

Dictio ſubitaria. Gell. 9. 15.

SUBĪTO, āre. Re ſubita & inſolita percellere. Cyprian. Epiſt. 57. Ad prælium apparet fortiores nuper ſubitatos eſſe, & novæ atque inſuetæ rei pavore trepidaſſe. V. Voſſ. de Vit. Serm. 4 26.

SŪBER, ĕris. m. vel f. ſæpius n. [φελλός, Gl. L. G & G. L. [illegible] L. G.] Plin. lib. 16. cap. 15. Tardiſſimo germine ſuber. Ibidem, cap. 8. Suberi minima arbor, glans peſſima, rara, cortex tantum in fructu, præcraſſus ac renaſcens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. Uſus ejus anchoralibus maxime navium, piſcantiumque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hiberno feminarum calceatu. Quamobrem non infacete Græci corticis arborem appellant. Sunt qui feminam ilicem vocent, atque ubi non naſcitur ilex pro ea ſubere utuntur, in carpentariis præcipue fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota naſcitur, aut in Gallia omnino. Columel. lib. 4. cap 26. Nam eſt præcipua cuneis fiſſa olea, quercus, & ſuber, & ſi quæ ſunt ſimilia. Perſ. 2. Sat. 97.

Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.

SUBĔREUS, a, um. Adj. [φελλινός] apud Columel.

SUBERĪNUS, a, um. Adj. Idem. Sidon. 2. Epiſt. 2. Piſcator retia ſuberinis corticibus extendit.

SUBERIES, ēi. f. Idem ac Suber. Feſtus in Fragm. Suberies arboris genus, ex qua cortex natatorius detrahitur. Ex Lucil. conf. Iſid. 17. 7.

SUBERO, ĕre. Subere defricare. Lucil apud Non. 2. 202.

SUBĒRIGO, ĕre. Erigere, vel Aliquantum erigere. Sil. lib. 15. 155.

Ut quum ſæva fretis immiſit prælia Corus,

Iſthmon curvata ſublime ſuberigit unda.

SUBERRO, [ὑποπλανάομαι] āre. Claud. in Conſ. Prob. 255.

Indigenas fluvios, Italis quicunque ſuberrant

Montibus, Alpinaſque bibunt de more pruinas. I. e. Fluunt ſub montibus.

SUBEO, V. in SUBJICIO.

SŬBEXHĬBEO, ēre. Arnob. lib. 6. adverſus gentes, deorum impugnans ſimulacra: Non dicitis præſentiam vobis quandam his numinum ſubexhiberi ſimulacris?

SUBFARRANEUS, V. SUFFARRANEUS.

SUBFECTUS, a, um. V. SUFFECTUS

SUBFERVEO, vel SUFFERVEO, ĕre. Aliquantulum fervere. Apul. de Herb. cap. 115.

SUBFERVĔFĂCIO, ĕre. Plin. lib. 18. cap. 18. Vulgo nec ſubfervefaciunt.

SUBFERVEFIO, ĕri. Plin. lib. 27. cap. 9. Affirmant lapillos qui ſubfervefiant una rumpi.

SUBFERVEFACTUS, a, um. [ὑποζεσθείς] Partic. a Subfervefacio; Paulum fervefactum ſignificat. Plin. lib. 28 cap. 9. Contra ſcabiem vero quivis, admiſto jumentorum ſevo pro parte tertia, & pice, pariterque ſubfervefactis. Idem lib 24. cap. 7. Ad mulierum mammas brutia ex vino ſubfervefacta cum polline farraceo. V. SUFFERVEO.

SUBFERVĬDUS, a, um. Adj. Celſus.

SUBFIBULUM, V. SUFFIBULUM.

SUBFLAMEN, V. SUFFLAMEN.

SUBFLUO, [ὑπορρέω, Gl. G. L.] ĕre.

SUBFRĬGĬDUS, a, um. Adj. [ὑπόψυχρος] Aliquantum frigidum ſignificat. Ammian. 17. 22. Argumentum ſubfrigidum.

SUBFRIGĬDE, Adv. [ὑποψυχρῶς] Gell. lib. 2. cap. 9. Nimis minute, ac prope etiam ſubfrigide.

SUBFULCIO, V. SUFFULCIO.

SUBFUSCUS, a, um. Adj. Tacit. Agric. 12. 9. Gignit & Oceanus margarita, ſed ſubfuſca ac liventia.

SUBFUSCŬLUS, a, um. Adj. Ammian. 22. 16. Homines Ægyptii plerique ſubfuſculi ſunt & atrati. Apul. 2. Mileſ. p. 120. Elmenh Procerus & ſubfuſculus.

SUBGRANDIS, e. Adj. [ὑπομέγας] Utcunque grande vel aliquantulum. Cic. 3. Q. frat. 1. Subgrande cubiculum autem, & hibernum altum valde probavi, quod & ampla erant, & loco poſita, ambulationis uno latere, eo quod eſt proximum balneariis.

SUBGRĂVIS, e. Adj. [ὑποβαρύς] Aliquantum grave. Plin. lib. 27. cap. 9. Radice tenui, nigra, ſubgravi odore.

SUBGRUNDA, SUBGRUNDATIO, SUBGRUNDIA, V. SUGGRUNDA.

SUBHÆREO, ſi, ēre. Celſ. lib. 5. cap. 28. de Fiſtulis & earum curationibus. At cartilago ubi ſubhæſit, ipſa ſedes docet.

In ſuſpicione & crimine ſubhæreat neceſſe eſt. Val. Max. 6. 3. 10.

SUBHASTO, āre. eſt Sub haſtam mittere, h. e. Per auctionem vendere. Solebat quippe haſta figi in publicis auctionibus, in quibus aliquid belli jure vendebatur. Forenſe verbum & uſu frequens. Solin. de Thrac. cap. 10.

SUBHASTĀTIO, ōnis. f. l. 2. C. de reſcind. vendit. Nec ſub nomine ſubhaſtationis publicæ locus fraudibus relinquatur.

SUBHASTARIUS, a, um. Adj. Poſitus ſub haſta vel auctione. Cod. Theod. l. 5. tit. 6. Poſſeſſiones ſubhaſtariæ.

SUBHORRĬDUS, a, um. Adj. [[illegible]] Aliquantum horridus. Cic. pro Sext. 21. Quis triſtem ſemper, quis taciturnum, quis ſubhorridum atque incultum videbant.

SUBHORRIDE, Adv. Gell.

SUBHŪMĬDUS, a, um. Adj. [ὑπόχυλος, ὕφυγρος. Gl. G. L.] Celſ. 3.6. Oculi ſubhumidi.

SUBJĂCEO, ui, [ὑπόκειμαι] ēre. Subtus jacere. Plin. 5. Epiſt. 6. Sed hi procul a mari receſſerunt: quin etiam Appennino, ſaluberrimo montium, ſubjacent. Columel. lib. 10. 105.

Et mater facili molliſſima ſubjacet arvo.

Ad aliquid ſubjacere. Quintil. lib. 5. cap. 6.

Subjacere, [ὑποπίπτω, Gl. G. L.] Metaphorice. Flavius Vopiſcus in Tacito Imperatore pag. 204. Frob. Manuum magiſtralium ictibus terrorique ſubjaceat. Lamprid. in Alex. Severo. p. 221. Frob. Vel ridebatur ingenti cachinno, ſi ejus dignitas graviori ſubjacere non poſſet injuriæ. H. St. Prior locus eſt cap. 6. poſterior 18. vitar. memorat.

SUBJACTO, [ὑπορριπτίζω] āre. Sæpe in altum jactare, quod fit, quum in areis frumenta a paleis ſecernuntur. Varr. 1. de R. R. cap. 52. His tritis, oportet e terra ſubjactari vallis, aut ventilabris, quum ventus ſpirat lenis.

SUBJECTO, āre. Idem, vel Surſum jacto. Lucret. lib. 6. 700.

Saxaque ſubjectare, & arenæ tollere nimbos.

SUBĬGO, ēgi, actum, [ὑπάγομαι, [illegible], [illegible], Gl. L. G.] ĕre. ex Sub & Ago, agis, compoſitum; ſignificat Cogere. Plaut. Moſt. 3. 3. 14.

Qui ſubegi, fœnore argentum ab daniſta ut ſumeret. Idem Ciſt. 3. 1. 103.

Nam eum pater ejus ſubegit. Tacit. 14. Ann. 14. Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere ſubegit.

Subigit fateri. Virg. 6. Æn. 567.

Ad deditionem ſubigere. Liv. 6. 2.

Subigi imperio. Liv. 1. 22.

Subigere, [χειρόω] Subjicere, domare. Salluſtius Catil. cap. 2. Poſtea vero, quam in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii & Athenienſes cœpere urbes atque nationes ſubigere. Plaut. Curc. 3. 1. 77.

Dimidiam partem nationum uſque omnium

Subegit ſolus intra viginti dies.

Arma inimica ſubegit metu. Lucan. lib. 5. 661.

Subigere armis, & in ditionem redigere. Cic. pro Corn. Balb. 25. Hanc tu igitur, patrone, fœderum ac fœderatorum conditionem ſtatuis tuis civibus, ut quod his, quos Gaditanis adjutoribus armis ſubegimus, atque in ditionem noſtram redegimus, liceat.

Subigere [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] glebas. ſive terram; Colere, arare. Cic. pro Lege Agr. 2. 83. Atque illi miſeri, nati in illis agris & educati, glebis ſubigendis exercitati. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Quibus quum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum ab illo aureo genere, ut poetæ loquuntur, vis nulla unquam afferebatur. Virg. 1. Georg 125.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni. Cic. de Senect. 51.

Quæ quum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen excepit.

Boves preſſo ſubigebant vomere terram. Ovid. 11. Met. 31.

Bovis terga multo oleo & vino ſubigere. Columel. lib. 6. cap. 13.

Equi terga ſubigere, pro Defricare. Columel. lib. 6. cap. 30.

Farinam ſubigere. Cato R. R. cap. 74.

Opus ſubigere digitis. Ovid. 6. Met. 19.

Scrobem ſubigere, Fodere. Virg. 2. Georg. 50.

Secures in cote ſubigere, Acuere. Virg. 7. Æn. 627.

Subigere, Surſum agere, [[illegible], [illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] compoſitum a Sus, id eſt ſurſum. Virg. 1. Georg. 202.

Non aliter quam qui adverſo vix flumine lembum

Remigiis ſubigit. h. e. Urget & impellit contra vim & curſum fluminis. Serv.

Ratem conto ſubigere. Virg. 6. Æn. 302.

Subigo gallam, quod in mordaci joco ſutor apud Macrobium Sat 2. 2. reſpondit adverſus Plancum, valet Gallam tero Eam enim ſutores tritam atramento ſutorio conficiendo aliis rebus miſcent. Subeſt etiam alia turpis ſignificatio ex ſuſpicione & fama, quæ de amoribus Planci & Mæviæ Gallæ manarat. Nam Plancus in ea muliere male audiebat. Turneb. 18. 4. V. & Suet. Cæſ. cap. 49. Auſon. Epigr. 128.

Subigo, [[illegible], Gl. L. G] [Quod quid ſit diſquirat lector.

SUBACTUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut, Subactus ab imperatoribus, & domitus. Cic. pro Font 2.

Mundus ſubactus. Lucan. lib. 1. 160.

Inſidiis ſubactus. Virg. 12. Æn. 494.

Subactus multitudine periclitantium, pro Coactus. Tacit. 6. Ann. 16. Idem 13. Ann. 13. Donec vi amoris ſubactus.

Emplaſtrum ſubactum ex aceto. Celſ. lib. 6. cap. 3.
Lutum ſubactum. Columel. lib. 4. cap. 29. Fiſſura diligenter ſubacto luto linitur, atque ſuperpoſito muſco ligatur.
Subactus, aliquando idem eſt quod Uſu crebro exercitatus. Liv. 42. 52. Ipſi a pueris erediti artibus militiæ, tot ſubacti atque durati bellis. Sumpta metaphora a luto, quod ſubigitur, ſi valere debeat, aut farina.
Subactum ingenium, pro Exercitato, per translationem poſuit Cic. 2. de Orat. 131.
Subactus modo ſignificat Mollitus, modo Victus, modo Compulſus: ut cum dicimus, Pecus ſub arbore ſubactum: modo coactus. Paulus apud Feſtum.
Subactio, ōnis. f. [illegible] Cic. 2. de Orat. 131. Subactio eſt uſus, auditio, lectio, litteræ.
Subactus, ûs. m. [illegible] idem quod Subactio. Plin. lib. 18. cap. 7. Quod in ſubactu congium aquæ capiat.
Subactor, ōris. m. Qui ſubigit; in ſenſu obſcœno. Lamprid. Heliogab. cap. 5.
Subactārius, i. m. Coriarius. Inſcr. Vet. V. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 270.
Subigus, i. m. Deus adeſſe creditus; de quo Auguſt. de Civ. Dei, 6. 9.
Subăgito, [illegible, Gl. G. L.] āre. Frequentativum a Subigo. Subtus fodiendo arare. Unde per translationem Subagitare dictis aliquem: h. e. Multis verborum lenociniis allectare & commovere. Plaut. Ciſt. Subagito blandis & benedicis dictis. [Plautus ſcribit & Subigito. V. Mil. 3. 1. 58. Item vox turpis & obſcœna. Plaut. Merc. 1. 2. Sceleſtus ſubagitare occœpit illam. Ter. Heaut. 3. 3. 6.

Nam iſtæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum ad te recipere, atque ejus amicam ſubagitare.

Subagitatio, ōnis. f. Vox obſcœna. Plaut. epilog. ad Captiv. 1.

Spectatores, ad pudicos mores facta eſt hæc fabula;
Neque in hac ſubagitationes ſunt, neque ulla amatio.

Subagitātrix, īcis. f. Mulier libidine nequiſſima. Plaut. Perſ. 2. 2. 45. Ne me attrecta, ſubagitatrix.
Subjicio, ēci, ectum, [illegible, illegible, Gl. G. L.] ĕre. Supponere. Virg. 4. Georg. 304.

— & ramea coſtis
Subjiciunt fragmenta.

Brachia ſubjecit collo. Ovid. 3. Amor. 7. 7.
Brachia ſubjicere pallæ, Accipere pallam in ulnas. Ovid. 3. Met. 167.
Cervices ſecuri ſubjicere. Liv. 3. 37. extr. Et jam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis cædi alii, alii ſecuri ſubjici. i. e. Occidi. Cic. 2. Philipp. 51. Tum iſte venditum atque mancipatum tribunatum conſiliis veſtris oppoſuit, cervicesque ſuas ei ſubjecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt.
Prelo ſubjicere. Columel. lib. 12. cap. 39. Tum permiſcere, & ſubactam briſam prelo ſubjicere, &c. Plin. lib. 15. cap. 6.
Invidiæ alterius faces ſubjicere. Cic. pro Milon. 98. Qui in hoc tempore ipſo, cum omnes a tuis inimicis faces invidiæ meæ ſubjiciuntur, tamen omni in hominum cœtu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur.
Ignem ſubjicere. Cic. 3. Verr. 69. Omnes ad eam domum, in qua iſte diverſabatur, profecti ſunt, cædere januam ſaxis, inſtare ferro, ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere cœperunt.
Ignem ſubjicere fornaci. Ulpian. in l. Si ſervus. §. Si quis inſulam. D. Ad legem Aquiliam.
Ova ſubjicere gallinis. Plin. lib. 10. cap. 53.
Sacculum pulvino ſubjicere. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 10.
Subjicere Acherontem pedibus, Calcare. Virg. 2. Georg. 492.

Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari.

Id eo ſcripſit, quod philoſophiæ cognitione tolli inferos crederet, ut & Lucretius, & Epicurei cenſent: quorum metus liquidem omnem voluptatem hominibus adimit, vitamque, ut exiſtimabant, beatam labefactat & evertit. Turneb.
Subjicere ferro terram, pro Colere. Cic. 2. de Legib. 45. Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad eam tuendam ferroque ſubjiciendam ſuperſtitionis aliquid acceſſerit. Al. Subigendam.
Subjicere ſub alterum regem imbecilliores ſecretas apes. Varr. 3. de R.R. cap. 16. Cic. 5. Tuſc.
Subjicere, Subjugare. Cic. Tot ſibi populis repente ſubjectis.
Subjicere ſe imperio. Cic. 2. Off. 22. Atque etiam ſubjiciunt ſe homines imperio alterius & poteſtati pluribus de cauſis.
Subjicere ſacra publica & privata ſcitis Pontificis. Liv. 1. 20.
Subjici tutelæ alicujus. Cic. 4. de Fin. 38. Quum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu loquatur, ut omnia illa prima naturæ, hujus tutelæ ſubjiciantur.
Omnia ſubjecta eſſe libidini alicujus. Cic. pro Domo 105.
Subjicere aliquid præconi. Cic. 12. Att. 37. De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tua gratia, aliud noſtra, ut præconi ſubjiciantur. Idem 2. Off. 83. Haſtam in foro ponere, & bona civium voci ſubjicere præconis.
Subjicere ſub oculis. Quintil. lib. 8. cap. ult. Nam translatio permovendis animis plerumque, & ſignandis rebus, ac ſub oculis ſubjiciendis reperta eſt.
Subjicere aliquid oculis, Ita aliquid narrare alicui, ut tanquam oculis ſubjectum & oblatum conſpicere videatur. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. Similiter nos, ut parva magnis, quum totam villam oculis tuis ſubjicere conamur, ſi nihil inductum, & quaſi devium loquimur.
Subjici oculis, dicuntur, Quæ cernimus Liv. 3. 69. Et agreſtium fuga, ſpoliatique in agris, & vulnerati, fœdiora his, quæ ſubjiciebantur oculis, nuntiantes, totam urbem ira implevere. i. e. Conſpiciebantur. Idem 27. 26. Subjecta res oculis noſtris certius dabit conſilium. i. e. Quum rem ipſam intuebimur. Hor. de Arte Poet. 180.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

Ita dici fere, ut [illegible] apud Herodianum libro primo, [illegible]. Eodem modo ita deſcribitur, ut proprie dicitur, Oculis ſubjicerent. H. St. Eaſtanr. 1. 6. 6.
Subjicere ſenſibus. Cic. 1. Acad. 31. Senſus autem omnes hebetes & tardos eſſe arbitrantur, nec percipere ullo modo res eas, quæ ſubjectæ ſenſibus viderentur.
Scientiam ſubjicere, Suppeditare. Celſ. in Præfat. lib. 1. Quod ſi ſcientiam hanc non ſubjiciat evidens cauſa, multo minus eam poſſe ſubjicere, quæ in dubio eſt.
Subjicere, Suggerere, ſubmonere, In memoriam redigere. Ter. Phorm. 2. 3. 40. Si meminiſti, quod olim dictum eſt, ſubjice. Liv. 26. 41. Quod mens tua ſponte divinat, idem ſubjicit ratio haud fallax.
Subjicere cogitationi ſuæ. Cic. pro Cluent. 6. Ne ipſi, quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubjiciatis, ſed ad extremum exſpectetis, & me meum dicendi ordinem ſervare patiamini.
Has mihi ſpes ſubjicit fortuna Populi Romani. Cic. 8. Philipp.
Subjicere carmina alicui Amor dicitur. Propert. lib. 1. 7. 20.
Subjicere, Addere, Varro 1. de R. R. cap. 7. Subjicit Scrophia, De formæ cultura hoc dico, &c.
Cauſam, pro Afferre. Cic. 7. Verr. 143. At quæ cauſa tum ſubjiciebatur ab ipſo, Judices, hujus tam nefariæ crudelitatis?
Exemplum ſubjicere. Columel lib. 5. cap. 10.
Materiamque et res omnes, de quibus dicere oporteret, ſubjecimus. Quintil. lib. 3. cap. 1. de Rhetorice. [Hic eſt Attribuere.
Rationem ſubjicere. Cic. 2. de Divin. 104. Et quidem cur ſic opinetur, rationem ſubjicit: ſed nihil eſt neceſſe dicere quæ ſequuntur.
Subjicere, Reſpondere. Virg. 3. Æn. 314.

Subjicio, & raris turbatus vocibus hiſco. Sil. 1. 113.
His acuit ſtimulis, ſubjicitque haud mollia dictu.

Subjicere vim voci alicui, pro Significationem dictionis exprimere. Cic. 2. de Fin. 6. Eumque, qui crebro dicat, Diligenter oportere exprimi, quæ vis ſubjecta ſit vocibus: non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox voluptatis, id eſt quæ vis huic voci ſubjiciatur. Ibidem, Huic verbo, omnes qui ubique ſunt, qui Latine ſciunt, duas res ſubjiciunt, lætitiam in animo, commotionem ſuavem jucunditatis in corpore. De voluptate.
Se ſubjicere periculo. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. De pericul. & com. rei vend.
Subjici præliis. Cic. 8. Att. 15. Subjicerer iiſdem præliis, ut mea perſona ſemper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare.
Calumniæ ſubjicere, per translationem. Liv. 38. 48. ſub fin.
Crimini ſubjici. Liv. 6. 21.
Ficta ſermoni fortunas innocentium ſubjicere. Cic. pro Planc. 56.
Odio civium aliquid ſubjicere. Cic. 1. de Orat. 202. Tum qui ſcelus fraudemque nocentis poſſet dicendo ſubjicere odio civium, ſuppliciοque conſtringere.
Subjicere ſe legibus, Submittere. Plin. in Paneg. cap. 65. pr. In roſtris quoque ſimili religione, ipſe te legibus ſubjeciſti.
Subjicere, pro Submittere vel ſubornare. Quintil. lib. 5. cap. 7. de teſtibus, In iis quoque, qui conſtiterint ſibi, vitandæ inſidiæ. Nam frequenter ab adverſario ſubjici ſolent: & omnia profutura polliciti, diverſa reſpondent. Suet. in Neron. cap. 33.
Subjicere pullos, Supponere, Alienos ſive adulterinos pro veris ponere, quod & Subdere dicitur. Plin. lib. 10. cap. 9. De coccyge.
Subjicere nomen alterius. Ulpian. in l. Quamvis anteceſſor. D. de rebus cor. qui ſub. &c.
Subjicere in, pro Loco alterius ponere. Liv. 29. 24. Relictiſque quos non idoneos credebat, in locum eorum ſubjecit quos ſecum ex Italia adduxerat: ſupplevitque ita legiones eas.
Subjicere teſtamenta, Pro veris falſa ſupponere. Cic. 14. Philipp. 7. Teſtamenta, credo, ſubjiciunt, aut ejiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt. Idem in Parad. 6.
Subjicere delatorem vel accuſatorem: Summittere & ſupponere eſt l. 50. §. 2. D. de legat. 1. 7. 15. D. ad Turpillianum. l. 14. §. is demum videtur. D. de bon. libert.
Subjicere, Surſum jacere. Virg. 12. Æn. 288.

— aut corpore ſaltu
Subjiciunt in equos. Liv. 31. 37. Saluti fuit eques, qui raptim ipſe deſiluit, pavidumque regem in equum ſubjecit.

Subicio pro Subjicio. Feſtus, Subici aries dicitur, qui agitur, ut cædatur &c. Al. Subigi.
Subjectus, a, um. Partic. [illegible, Gl. L. G. illegible, G. L.] ut, Subjectus ignis. Cic. in Catil. 3. 2.
Subjecti oculis imperatoris. Liv. 8.
Subjecta oculis urbs. Liv. 25. 24.
Subjectus alicui. Cic. 1. Acad. 31. Omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubjectæ.
Nulli naturæ eſt obediens aut ſubjectus Deus. Cic. 2. de Nat. Deor. 77.
Subjectus, & In ſua poteſtate, contraria. Auctor ad Heren. lib. 4. 24.
Omnes res ſubjectæ ſunt naturæ ſentienti. Cic. 2. de Nat. Deor. 77.
Subjectus miſeriis. Cic. 3. Tuſc. 39.
Amori ſubjectus. Propert. lib. 1. 10. 27.
Animus ſubjectus. Plin. in Paneg. 16.
Gentes ſubjectæ triſti ſervitio. Liv. 26. 49.
Lex invidiæ ſubjecta. Liv. 4.
Mare eſt ventis ſubjectum. Cic. 4. Tuſc. 57. In hanc tu igitur, tanquam in mare, quod eſt ventis ſubjectum, perturbationem cadere tibi dixiſti videri.
Nomen invidioſum eſt, & infamiæ ſubjectum. Cic. 2. de Fin. 12.
Religio pedibus ſubjecta, obteritur. Lucret. lib. 1. 79.
Sonitus verborum inanis, nulla ſubjecta ſententia. Cic. 1. de Orat. 51.
Virtus ſub varios caſus ſubjecta. Cic. 5. Tuſc. 2. Sin autem virtus, ſubjecta ſub varios incertoſque caſus, famula fortunæ eſt, nec tantarum virium eſt, ut ſe ipſa tueatur.
Sub metum ſubjecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor, &c. Cic. 4. Tuſc. 16.
Verſus ſubjecti, Infra ſequentes. Phædr. 1. Fab. 19.
Compar. Hor. 2. Serm. 6. 47.

Per totum hoc tempus ſubjectior in diem, & horam
Invidiæ.

Subjecti, pl. m. Abſol. [illegible], Gloſſ. Latinogræc.
Subjectum, i. n. Pars inferior alicujus rei. Tacit. 1. Ann. 65. pr. Cum barbari feſtis epulis, læto cantu, aut truci ſonore ſubjecta vallium complerent.
Subjectum [τὸ ὑποκείμενον] in Dialectica, eſt De quo aliquid prædicatur.
Subjectè, Adv. Superl. apud Cæſ. 1. Bell. Civil. 84. Hæc, quam poteſt, demiſſiſſime, atque ſubjectiſſime exponit.

SUBJECTIO, ōnis. f. [ὑποβολή, Gl. G. L.] Cic. 3. de Orat. 202. Rerumque, quaſi geratur, ſub aſpectum pæne ſubjectio, quæ & in exponenda re plurimum valet, & ad illuſtrandum id quod exponitur.
Rationis ſubjectio. Auctor ad Heren. lib. 4. 25.
Subjectio teſtamentorum. Liv. 39. 18. Qui falſis teſtimoniis, ſignis adulterinis, ſubjectione teſtamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiebant.
Subjectio apud Vitruvium in catapoltæ deſcriptione, eſt velut Baſis, aut [illegible], aut [illegible]: certe [illegible] vocatur a Philone. Vitruvius 10. 15. Subjectio, inquit, foraminum xii. Ex Turneb. Adverſ. 2. 4. al. Subjecto.

SUBJECTUS, ûs. m. Plin. lib. 26. cap. 15. Vulvas quoque procidentes inhibet fotu, vel ſuffitu, vel ſubjectu. conſ. Columel. lib. 6. cap. 36.

SUBJECTOR, ōris. m. [ὑποβολεύς, Gl. G. L.] Cic. 2. in Catil. 7. Quis tota Italia veneficus? quis gladiator, quis latro? quis ſicarius? quis parricida? quis teſtamentorum ſubjector? quis circumſcriptor? &c.

SUBJECTIVUS, a, um. Adj. Apul. de Syllog. Categor. p. 30. Elmenh. Pars ſubjectiva nominatur veluti ſubdita. Tertull. de Virg. Veland. cap. 4. Subjectivum prius eſt anteceſſivo.

SUBJECTIVE, Adv. Mart. Capel. 4.

SUBJEX, jĭcis, vel SŬBEX, ĭcis. m. Subices Ennius Achille, pro Subjectis poſuit, quum dixit, Nubes
Per ego Deûm ſublimes ſubices humidas,
Unde oritur imber ſonitus aeria ſtrepitu. Hæc Feſtus. Nubes deûm ſubices, i. e. Quæ diis ſubjiciantur. Gell. lib. 4. cap. 17. Congruens igitur eſt, ut ſubjices etiam, quod perinde ut objices compoſitum eſt, e littera brevi dici oporteat. Ennius in tragœdia, quæ Achilles inſcribitur, Subjices pro Aere alto ponit, qui cælo ſubjectus eſt. Pleroſque omnes tamen legere audias u littera producta. Hæc Gell. Nos igitur, quemadmodum Obex, obicis, vel objicis a verbo objicio, recte dicemus. Hinc apud Budæum Subices ephippiarii, *des eſtriers*; Subices focarii, *des chenets, ou landiers*. conf. Non. 2. 764.

SUBJICULUM, vel SŬBICŬLUM, i. n. [illegible] ut Subjiculum flagri, Qui ſemper flagris ſubjicitur. Plaut. Perſ. 3. 3. 14.
Vir ſummi populi, ſtabulum ſervitritium,
Scortorum liberator, ſubiculum flagri,
Compedum contritor, piſtrinorum civitas.

SUBJECTO, [illegible] āre. Sæpe ſubjicere. Virg. 3. Georg. 241.
— nigramque alte ſubjectat arenam. Ovid. 4. Met. 359.
Subjectatque manus, Invitaque pectora tangit.
Subjectare ſtimulos laſſo, Stimulis urgere. Hor. 2. Serm. 7. 94.

SŬBICITO, [illegible] āre. aliud frequentat. Plaut. Caſin. 5. 4. 2.
Nanctu ſi venis ſubicitate me, proba eſt occaſio.

SŬBIDUS, a, um. Adj. a Sue deduci videtur, ſignificatque Turpem & ſui ſimilem & ineptum. Verſus eſt Valerii Æditui antiqui poetæ apud Gellium 19. 9.
Sic tacitus, ſubidus, duplo ideo pereo. h. e. Ego tacitus, inquit, & mutus ut ſum adſto, neque explico quid me urat, quidve a te poſcam, ita duplo pereo. In eadem notione & Inſubidus uſurpatur apud eundem, particula In non inficiante, ſed potius augente. Locum autem l. 13. c. 20. eo libentius adſcribam, quod eo vocabulo velut moleſto offenſi emendatores ſubſtituere vicariam operam Inſipidius. Vere enim, inquit, & muta, ut urbes dicas, inſubidius neſcio quid facies. Iterum, l. 12. c. 2. Hæc tamen inepti & inſubidi hominis joca non prætcribo. Turneb. Adv. 17. 5. V. INSUBIDUS.

SUBIMPETRANDUS, a, um. Partic. a verbo Subimpetro. Tacit. 4. Ann. 23. Nam priores duces ſubimpetrando triumphalium inſigni, ſufficere res ſuas crediderant. [Alii Ubi impetr. ſublata diſtinctione. Quæ lectio ſine dubio præferenda eſt.

SUBIMPŬDENS, entis. Adj. [illegible] Aliquantulum impudens. Cic. 7. Fam. 17. Interdum timidus in labore militari, ſæpe autem etiam (quod a te alieniſſimum eſt) ſubimpudens videbare.

SUBINĀNIS, e. Adj. [illegible] Aliquantulum inane. Cic. 2. Att. 17. Quin etiam, quod eſt ſubinane in nobis, & non [illegible], (bellum eſt enim ſua vitia noſſe) efficitur quadam delectatione.

SUBINDE, [ἐπὶ χώρᾳ, Gl. L. G.] ſignificat Deinde, vel Statim poſt. Hor. 1. Epiſt. 8. 15.
Si dicet, Recte: primum gaudere; ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. Liv. 7. 10. Uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit. Idem lib. 8. Subinde acceptus a populo. Suet. in Galba cap. 1. Ac ſubinde, tacta de cœlo Cæſarum æde, capita omnibus ſimul ſtatuis deciderunt.
Subinde, [illegible, Gl. L. G.] Frequenter, ſive identidem: hoc eſt crebro, ſed tamen cum quodam intervallo. Suet. in Tiber. cap. 57. Sæva natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus & perſpexiſſe primus ſagaciter, & adſimilaſſe aptiſſime viſus eſt, ſubinde in objurgando appellans eum, lutum ſanguine maceratum. Plin. 2. Epiſt. 7. Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem ejus ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere.

SUBINFLUO, xi, ĕre. Sen. 3. Nat. Quæſt. 30. Quum aliæ aquæ ſubinfluunt terras, aliæ circumfluunt.

SUBINSULSUS, a, um. Adj. [illegible] Aliquantulum inſulſum. Cic. de Opt. gen. Orat. 7. Eſt enim vitioſum in ſententia, ſi quid abſurdum, aut alienum, aut non acutum, aut ſubinſulſum eſt.

SUBINTELLĬGO, ĕre. Senec. [Vox eſt Grammaticorum, pro quo & Subaudio dicunt, damnata Voſſ. de Vit. Serm. 4. 26. Quod ſi Sen. ea uſus eſt, poſuit pro Paulum intelligo.

SUBINTRO, āre. Auguſt. Enchir. cap. 24. Etiam nolentibus ſubintravit ignorantia rerum agendarum. conſ. Ambroſ. & Tertull.

SUBINVESTIO, īre. a quo verbum Subinveſtitus eductum, inque Civile jus adductum Friderici temporibus, quibus militibus beneficia diſtribui occœperunt, pulſis ſua ſede hoſtibus, dici cœpit a cliente, quem illi Vaſſalum nominant, ſubſtitutus. Hujuſmodi & alia barbara verba, quæ tamen ſcire eſt neceſſum ab eo, qui jura ſitit, reperiuntur in feudis. Notat Oldeodorpius, in actionum claſſibus. V. INVESTIO.

SUBINVĬDEO, vidi, viſum, [illegible] ēre. Aliquantulum invidere. Cic. 7. Fam. 10. Subinvideo tibi ultro te etiam arceſſitum ab eo, &c.

SUBINVĪSUS, a, um. Adj. ex Partic. [illegible] Aliquantum inviſus. Cic. pro Rabir. Poſt. 40. Ille Puteolanus ſermo illius temporis, vectorum curſus atque oſtentatio, tum ſubinviſum apud malevolos Poſtumi nomen, propter opinionem pecuniæ neſcio quam, æſtatem unam compleres aures referſit iſtis ſermonibus.

SUBINVĪTO, [illegible] āre. Aliquantum invitare, & provocare. Cic. 7. Fam. 1. extr. Hæc ad te pluribus verbis ſcripſi, quam ſoleo, non otii abundantia, ſed amoris erga te, quod me quadam epiſtola ſubinvitaras.

SUBIRASCOR, irātus ſum, [ὑποργίζομαι] aſci. Nonnihil iraſci. Cic. 9. Att. 11. In Epirum quod me non invitas, comitem non moleſtum, ſubiraſcor: ſed vale. Idem 2. de Orat. 72. Sed ut ſolebat C. Lucilius ſæpe dicere, homo tibi ſubiratus, mihi, propter eam ipſam cauſam, minus, quam volebat, familiaris. Idem 2. de Fin. 12. Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci.

SUBIS, is. f. Avis, quæ aquilarum ova frangit. Plin. lib. 10. cap. 14.

SUBITANEUS, SUBITARIUS, SUBITO, SUBITUS. V. SUBEO.

SUBJŬGIS, e. Adj. [ὑποζύγιος] Quod ſub jugo eſt. ut, Equa ſubjugis, quæ jugo aſſuevit. Plin. lib. 11. cap. 49. al. Subjuncta.

SUBJUGIUM, i. n. [ὑποζύγιον] Jumentum in Gloſſ. Græcolat.
Subjugia, n. pl. Lora, quibus jugum colli boum vel equorum aptabatur. Cato R. R. cap. 63. Subjugia in plauſtrum P. XIX. funiculum P. XV. in aratrum ſubjugia lorum P XVI. funiculum P. VIII. Idem cap. 135. Subjugia in luſtrum lora ped. XIX. [illegible] In ploſtrum.

SUBJŬGUS, a, um. Adj. Idem ac Subjugis. Plin. lib. 30. cap. 15. Animal ſubjugum. Sed varia lectio eſt. V. Harduin. in loc.

SUBJŬGO, [ὑποτάσσω, Gl. G. L.] āre. Debellare, & imperio ſuo ſubjicere. Claud. 6. Conſ. Honor. 249.
— nulla eſt victoria major,
Quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.
Pœnæ ſubjugari. Scævola in l. De rebus. D. De arbitris.

SUBJUGĀTUS, a, um. Partic. Veget. de Re Mil. 3. 10. extr. Metellus in Africa, Albino imperante ſubjugatum, accepit exercitum. [i. e. Sub jugum miſſum. V. Sall. Jug. 38. extr.

SUBJUGATIO, ōnis. f. Columel.

SUBJUGĀTOR, ōris. m. Apul. de Mor. Phil. p. 16. Elmenh. Malorum ſubjugator.

SUBJUNGO, xi, ctum, [ὑποζεύγνυμι, Gl. G. L.] ĕre. modo eſt Addere. Plin. 7. Epiſt. 33. Venimus ad Conſules, dicit Severio quæ res ferebat: aliqua ſubjungo. Cic. de Aruſp. Reſp. 17. Video in Aruſpicum reſponſis hæc eſſe ſubjuncta.
Opponere alicui rei quidpiam ſubjungere. Quintil. lib. 4. cap. 3. ſub fin.
Brachia ſubjuncta ſunt lacertis. Ovid. 14. Met. 304. al. Subjecta.
Alias eſt Subjicere vel Subjugare:
Et mihi res, non me rebus ſubjungere conor. Horat. Epiſt. 1. 1. 19. ubi alii Submittere. H. St.
Oratori omnes artes ſubjungere. Cic. 1. de Orat. 218.
Tigres ſubjungere curru. Virg. 5. Ecl. 29.
Subjungere urbem ſub imperium Romanum. Cic. 3. Verr. 55. Idem 2. de Lege Agr. 67. Ut ſub veſtrum jus, juriſdictionem, poteſtatem, &c. terrarum denique orbem ſubjungeretis.

SUBJUNCTIO, ōnis. f. JCt. in Digeſt.

SUBJUNCTĪVUS, a, um. Adj. [ὑποτακτικός, Gl. L. G. & G. L.] Quod alicui ſubjungitur.
Subjunctivus modus Grammaticis dicitur, quia ſubjungitur alteri verbo: nam eget aliqua re ut impleat ſententiam, ut ſi dico, Quum clamem, quare me tacere dicis?

SUBLA, æ. f. V. SUBULA.

SUBLĀBOR, ĕris, lapſus ſum, [ὑπολισθαίνω] labi. Latenter, ac fere labi, ſive etiam Subtus labi ac decidere. Virg. 1. Georg. 198.
— ſic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri.
Sublabitur memoria. Sen. de Ira, 3. 10.

SUBLĀBRO, [ὑποχειλίζω] āre. Cibum intra labra mittere, inquit Nonius 2. 774. Nævius Decuma, Jam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſinciput.

SUBLĀTE, Adv. a Sublatus participio verbi Suſtollo. V. ſuo loco.

SUBLĀTEO, [ὑπολανθάνω] ēre. Varro 1. de R. R. cap. 48. Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum: quæ primitus quum oriuntur, neque plane apparent, in qua ſublatent herba, ea vocatur vagina, uti qua latet conditus gladius. Al. Quæ ſub latent diviſe, & ſine præp. in.

SUBLATIO, SUBLATUS. V. SUSTOLLO.

SUBLĔGO, ēgi, ectum, [ὑπαναγινώσκω, Gl. G. L.] ĕre. Idem quod Curſim, & primis tantum oculis legere, ac in tranſcurſu. Gell. lib. 3. cap. 18. Quum hoc in ea Capitonis epiſtola ſublegiſſemus.
Sublegere, [ὑφαιρεῖν] Furto aliquid ſurripere. Virg. 9. Ecl. 21.
Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.
Sublegere, [ἀναλέγομαι] Colligere. vel potius ab humo legere. Columel. lib. 12. cap. 50. Niſi bacca tempeſtatibus in terram decidit, & neceſſe eſt eam ſublegere, ne a domeſticis pecudibus feriſve conſumatur. Ibid. cap. 17. de ficu, Quæ quum ſublecta eſt, &c.
Sublegere reliquias. Hor. 2. Serm. 8. 12.
— puer alte cinctus, acernam
Gauſape purpureo menſam pertersit, & alter
Sublegit, quodcunque jaceret inutile. i. e. Reliquias cœnæ collegit.
Sublegere, In locum demortuorum dicebantur Cenſores, quos in locum eorundem in ſenatum legebant. V. LEGO. Sic Liv. 23. 23. Ulp. l. 2. D. de decurion.
Sublegere ſermonem alicujus, Excipere. Plaut. Mil. 4. 2. 98.
Hic cum mea hera eſt; clam noſtrum hunc ſermonem ſublegerunt.

SUBLECTUS, a, um. Partic. In locum alicujus lectus. Varr. lib. 5. de L. L. 7. Hinc legitimi: & collegæ, qui una lecti: & qui in eorum locum ſuppoſiti, ſublecti: additi, adlecti, &c.
Liberi ſublecti. i. e. Surrepti. Plaut. Rud. 3. 4. 43.
Ficus ſublecta. Columel. 12. 17.

SUBLECTIO, ōnis. f. Tertull. in Marc. 4. 31.

SUBLESTUS, a, um. [ἀσθενής] Adj. antiquum; Infirmum, debile, tenue, leve, frivolum. Plaut. Mil. 4. 2. 74. Quid ergo ea ſubleſtus? Alii leg. Quid ego? ut ſublecto os! Idem Perſ. 3. 1. 20.
Nam ſi ad paupertatem admigrant infamiæ,
Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior. Et Bacch. 3. 6. 13.
Linguæ factioſi, inertes opera, ſubleſta fide. V. Feſtum & Non. 2. 830.

SUBLĒVIS, e. Adj. [ὑπόκουφος, Gl. G. L.] Paulum levis.

Digitized by Google

SUBLEVO, [ἐπαναφέρω. Gl. G. L.] āre. Surſum levare, erigere. Cic. 10. Att. 4 pr. Alter is, qui nos, ſibi quondam ad pedes ſtratos, ne ſublevabat quidem.
Stratum atque abjectum ſublevare. Cic. Anteq. iret in exſil. 26.
Erigere & ſublevare ſeſe. Cæſar. 6. Bell. Gall. 26.
Siniſtra mentum ſublevare. Auct. ad Heren. lib. 4. 63.
Sublevare, [ἐπικουρεῖν] Auxilium, defenſionemque præſtare, ut ait Valla lib. 5. Cic 4. Tuſc. 80. Quum multa in conventu vitia collegiſſet in eum Zopyrus, qui ſe naturam cujuſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoſcerent. Ab ipſo autem Socrate ſublevatus eſt, quum illa ſibi ſigna, ſed ratione a ſe dejecta, diceret. Idem pro Domo 55. Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Piſoni, &c. ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum, copias, tibi ſuos paratos centuriones, tibi pecuniam, tibi familias compararent: te ſuis ſceleratis concionibus ſublevarent. [Sic infra Sublevare teſtimonio.
Evertere & Sublevare, contraria. Cic. 5. Verr. 215. Sed eadem iſta æſtimatione alter ſublevarat aratores, alter everterat.
Sublevare & Lædere, contraria. Cic. pro Cæcin. 23. Etenim non minus nos ſtultitia illius ſublevat, quam lædit improbitas.
Sublevari adjumento & ſolatio aliquo. Cic. pro Quint. 4. Hoc tamen in miſeriis adjumento & ſolatio ſublevatur.
Auxilio ſuo ſublevare aliquem. Ovid. 1. Triſt. 3. 102.
Cauſam inimici ſui ſublevare. Cic. 5. Verr. 12.
Homines defendere & ſublevare. Cic. 1. Verr. 5.
Inopiam ſublevare. Cæſ. 3. Bell. Civil. 80.
Laborem ſublevare militum. Cæſ. 6. Bell. Gall. 32.
Periculis hominum ſublevandis impartire ſuum laborem. Cic. pro Muren. 8.
Res adverſas alicujus ſublevare. Cic. pro Sull. 75.
Vicinos ſuos facultatibus ſuis ſublevare. Cic. 7. Philipp. 24.
Sublevare teſtimonio aliquem, dici debet quod *exonerare* vulgo dicimus, inquit Budæus. Cic. pro Cluent. 17. Pater, inquam, illius adoleſcentis, quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet ille loco teſtem in Aulum Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſtimonio ſublevat.
SUBLEVATIO, ōnis. f. JCt. in Digeſt.
SUBLEVĀTOR, ōris. m. Arnob.
SUBLĪCA, æ. f. quæ & Sublicium dicebatur, [ἄξων] Pertica & palus ligneus, qui rectus in aquam defigebatur ad pontis alicujus conſtructionem. Cæſ. 4. Bell. Gall. 17. In deſcriptione Rhenani pontis, Non ſublicæ modo, inquit, directæ ad perpendiculum, ſed pronæ ac faſtigiatæ, ut ſecundum naturam fluminis procumberent.
SUBLICAE, ārum. f. [ξύλα, οἷς ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τὴν γέφυραν ἐπεσταύρωσαν. Gl. L. G.] [Quaſi a ſing. recto Sublix, icis.
SUBLICIUM, i. n. [ἄξων] Idem quod Sublica. Liv. 25. 37. Quia muro ſatis per ſe alto ſubjectis validis ſublicis pro ſolo uſus erat. al. Sublicis rectius. [Ita ut hæc dictio ſuſpecta ſit.
SUBLICIUS, a, um Adj. Pons ſublicius Romæ dictus eſt, quia ex ſublicis ita exſtructus erat, ut trabes ſine fultura eximerentur. Liv. 1. 33. Id non muro ſolum, ſed etiam ob commoditatem itineris, ponte ſublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit. conf. Plin. 36. 15. Ammian. 24. 3.
SUBLĪDO, ěre. Paululum oblidere. Prudent. Apoth. 848.
Aut murmur tenerum ſublidit voce minuta.
SUBLĪGO, [ὑποδέω] āre. Idem quod Ligare. Plin. lib. 17. cap. 22. Ubi uva varia fieri cœperit, vites ſubligato.
Subligare enſem lateri. Virg. 8. Æn. 459. Idem 11. Æn. 11.
—clypeumque ex ære ſiniſtræ Subligat.
SUBLIGĀTUS, a, um. Partic. Martial. 7. 66. de Puella,
Harpaſto quoque ſubligata ludit. [Intelligitur femina, ſubligari palæſtrico more induta, περιζωσμένη.
SUBLIGATIO, ōnis. f. Pallad. 1. 6. Subligatio acerbis uvis facienda eſt.
SUBLIGATŪRA, æ. f. Th. Priſcian. 1. 28. Subligatura procurare Herniam.
SUBLIGAR, āris. n. [ἀναξυρίς, περίζωμα] Velamentum, quo pudendæ partes obteguntur. Martial. 3. 87.
Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris:
Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciem. Plin. lib. 12. cap. 14.
Subligaria ſignantur opifici. Juven. 6. Sat. 70. Subligar Acci.
SUBLIGĀCŬLUM, i. n. [διάζωμα, περίζωμα, Gl. L. G.] Idem. Cic. 1. Off. 129. Ut in ſcænam ſine ſubligaculo prodeat nemo.
SUBLIMEN, inis. n. Scalig. ad Varr. de R. R. p. 235. interpretatur Superius limen. Broekhuſius intelligi vult Inferius limen, ad Propert. 2. 19. 17.
At nullo dominæ teritur ſublimine amor, qui
Reſtat, & immerita ſuſtinet aure minas. [Niſi ſphalma typothetæ eſt. Si quidem Scaligerum ſe ſequi dicit. Ego vero eorum interpretum ſententiæ accedo, in quibus eſt & Turneb. Adv. 17. 12. qui duabus vocibus ſcribunt, Sub limine ap. Propert. Notum eſt crebro ad hanc duro in limine amicæ pernoctationem provocare Veneream hanc militiam profeſſos poetas. V. ipſum Propertium l. 8. 22. & 14. 22. ibidemque Broekhuſii notata.
SUBLĪMIS, e. Adj. [μετέωρος, Gl. L. G. & G. L. μετέωρος, ὑψηλός, ὑψαυχήν, L. G.] In altum elevatus; quaſi Supra limum. Plaut. Men. 5. 7. 3.
Facite illic homo jam in medicinas ablatus ſublimis fiet. Add. v. 6. & 13. Ter. And. 5. 2. 20. Sublimem hunc intro rape, quantum potes. i. e. In ſublime, per altum, inquit Donatus. Idem Adelph. 3. 2. 18. Columel. lib. 2. Quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus. Cic. 2. Tuſc. 19.
— ea ſublimi vertice ſaxi. Ex poeta veteri.
Anhelitu ſublimi fugere. Hor. 1. Carm. 15. 31.
Atrium ſublime. Hor. 3. Carm. 1. 46.
Carmina ſublimia, Tragœdiæ. Ovid. 3. Amor. 1. 39.
Nomen ſublime. Ovid. 4. Triſt. 10. 121. i. e. Clarum & illuſtre.
Pectora ſublimia Aſtronomorum. Ovid. 1 Faſt. 302.
Sceptrum ſublime Jovis. Claud. 2. Conſ. Stil. 210.
Solio ſublimi ſedet Circe. Ovid. 14. Met. 262. Legitur & Sublimis.
Tectum ſublime centum columnis. Virg. 7. Æn. 170.
Verſus ſublimes ructatos. Hor. de Arte Poet. 457. Vet. Schol. legit Sublimis, & ad hominem refert.
Abire ſublimem, pro In cælum abire. Liv. 1. 16. extr. Hæc (inquit) locutus, ſublimis abiit. de Romulo. Sic Virg. 1. Æn. 263.
— ſublimemque feres ad ſidera cœli
Magnanimum Æneam. Et 5. Æn. 255. de Ganymede:
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.
In ſublime, In altum. Plin. lib. 2. cap. 5. Levibus in ſublime tendentibus.
Jacere in ſublime. Plin. lib. 8. cap. 7. Abrepta ſcuta jaciens in ſublime. de Elephanto.
Compar. Juven. 11. Sat. 24. Sublimior Atlas. Quintil. 8. 3. Sunt alia aliis ſublimiora.
Superl. Symmach. 6. Epiſt. 56. Vir ſublimiſſimus. Tertull. Apol. cap. 11. Triumphans in ſublimiſſimo curru.
SUBLIMUS, a, um. Adj. apud Veteres idem ac Sublimis. Lucret. lib. 1. 340.
At nunc per maria, ac terras, ſublimaque cæli, &c. Sublima, pro Sublimia. Accius Phœniſſ.
Aut ſæpe ex humili ſede ſublima evolat. Salluſt. hiſt. l. 3. Et ſublima nebula cœlum obſcurabat. Hæc Nonius 8. 45.
Per alta vade ſpatia ſublimi ætheris. Sen. Medea, extr.
SUBLĪMITAS, ātis. f. [μετεωρότης] Altitudo, Exaltatio. Columel. lib. 8. cap. 3. Eæque longitudinis & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quam media ſublimitas. Plin. lib. 19. cap. 5. de Cucumeribus, Natura ſublimitatis avida.
Translate. Idem lib 7. cap. 25. Nec virtutem conſtantiamque nunc commemoro, nec ſublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur.
Sublimitas orationis pro eo, quod Græci ὕψος vocant, apud Quintil. 8. 3. pr.
SUBLĪMITER, [μετεώρως] Adv. Alte. Cato R. R. cap. 70. Hæc omnia ſublimiter legi, teri, darique oportet. & p. p. Boſque ipſus & qui dabit, facito ut uterque ſublimiter ſtent. Columel. lib 8. cap. 11. Quoniam nec ſublimiter poteſt, nec per longa ſpatia volitare. De pavone.
SUBLIMIS, aliud Adv. [ὕψι] pro Sublimiter, cui opponitur Humi. Cic. 2. de Divin. 67. Eaque ſcuta, quæ fuerant ſublime fixa, ſunt humi inventa.
Nihil mea intereſt humi ne, an ſublime putreſcam. Cic. 1. Tuſc. 102.
Ferri ſublime animos. Cic. 1. Tuſc. 40. Perſpicuum debet eſſe animos, cum e corpore exceſſerunt, ſive illi ſint animales, id eſt ſpirabiles, ſive ignei, ſublime ferri.
Ferre ſublime ad ſidera. Virg. 9. Ecl. 29.
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cygni.
Extenuatus aër ſublime fertur. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.
Solito ſublimius ora levavit. Stat. 2. Silv. 6. 75.
SUBLĪMO, [ὑψόω, Gl. L. G.] āre. Extollere, Exaltare, in altum mittere, ircve. Ennius,
Sol qua candentem in cælo ſublimat facem. Nonius 2. 775.
Solin. cap. 41.
Sublimavit dixit Cato, i. e. In altum extulit, Originum lib. 2. In maximum decus, atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. Id autem dicitur a limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt. Feſtus.
Lactant. Divin. Inſt. Epit. c. 6. p. 541. Quanto magis juſtum ſuſcipiet confitentem, eumque in regnis cæleſtibus facies pro humilitate ſublimari? Sed in margine Sublimem, fortaſſis aliter legendum, Pro humili ſublimem. H. St.
SUBLIMĀTUS, a, um. Partic. Evectus in altum. Aur. Vict. Epit. in Claudio cap 4. Prætoriis ornamentis ſublimatus.
Granaria ſublimata, Alta. Vitruv. 6. 9.
SUBLIMĀTOR, ōris. m. Salvian. de Gubern. Dei, p. 28. Deus eſt ſublimator, quia [Abrahamum] potentiorem omnibus fecit.
SUBLINGIO, ōnis. m. a Sublingendo; Qui avide lingit. Plautus Pſeud. 3. 2. 103.
Jam hic quoque ſcelestus eſt coqui ſublingio. In editis, verſus hic mirum in modum eſt depravatus; pro Sublingio enim ſubjiciunt, Coquit ſub linteo: Inepta & ſtolida ſententia. V. Turneb. & Salmaſ. not. Al. ſcrib. Coquiſublingio.
SUBLINGUA, æ. f. [ὑπογλωττίς, Gl. G. L.] Si modo una dictio eſt.
SUBLĪNO, lini, lēvi, vel livi, litum, [ὑποχρίω] ěre. Aliquantulum linere, tingere, vel notare, & quodam modo illinere. Corn. Celſus, Idem quoque umbilico ſublitum facit. Plin. lib. 33. cap. 6. Hac minium ſublinunt, adulterantque. de Rubricæ genere.
Os ſublinere alicui, pro eo quod eſt, Dare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud auctores. Nonius Marcellus 1. 219. tractum putat a ridiculo quodam luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur, & ut Budæus legit, fuligine inficiuntur. Plaut. Aulul. 4. 6. 1.
Fidem cenſebam maximam multo fidem
Eſſe, ea ſublevit os mihi peniſſume. Idem Capt. 3. 4. 122. Et Epid. 3. 3. 46.
Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotium,
Minus hominem doctum, minuſque ad rem hanc callidum,
Os ſublitum eſſet. Ex Eraſmo. [V. Virgil. Silen.
Sublinitum eſt os cuſtodi mulieris. Plaut. Mil. 2. 1. 17.
SUBLITIO, ōnis. f. [ὑποχρίσμα] eſt quaſi Primum tectorium & fundamentum coloris ejus, quem reddi volumus inductione manus ultima.
SUBLIPPUS, a, um. Adj. [ὑπόλημος, Gl. G. L.] Paulum lippus.
SUBLĪVĬDUS, a, um. Adj. [ὑποπέλιδνος] Aliquantulum lividus. Celſ. lib. 5. cap. 28. Puſtulæ eminent ſublividæ, aut pallidæ.
SUBLUNAE, pl. m. Θρῆνοι, Θεῖα ἐγκώμια. Gloſſ. Latinogræc.
SUBLŪCĀNUS, a, um. Adj. [ὑπ' ἀμφίλυκα] ut Antelucanus. Plin. lib. 11. cap. 12. Venit mel ex aëre, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanis temporibus.
SUBLŪCEO, xi, [ὑποφαίνω] ēre. Aliquantulum lucere. Ovid. 2. Amor. 5. 5.
Qualia ſublucent fugiente creſpula Phœbo. Cic. in Arato, 388.
Hunc retinens Aries ſublucet corpore totus.
Nigricantis roſis colore ſublucens. Plin. lib. 9. cap. 36.
Candida nec miſto ſublucent ora rubore. Ovid. 21. Epiſt. 217.
Violæ ſublucet purpura nigræ. Virg. 4. Georg. 275.
SUBLUCIDUS, a, um. Adj. Apul. Met. 6. p. 174. Elm. Lucus ſublucidus.
SUBLŪCO, [ὑπολαμπάδιζω] āre. Feſtus; Sublucare arbores, eſt Ramos earum ſupputare, & veluti ſubtus lucem mittere.
SUBLUCULUS, a, um. Adj. [ὑπόφαυσμος, ὑποσκότεινος, Gl. G. L.] Obſcurus.
SUBLUO, ui, ūtum, [ὑπολούω] ěre. Subtus luere, ſeu lavare. Columel. lib. 6. cap. 30. Intertrigo bis in die ſubluitur aqua calida: mox decocto

ac trito ſale cum adipe deſiccatur, dum ſaniei vis emanat. Martial. lib. 6. 81.

Iratus tanquam populo, Charideme, lavaris,
Inguina ſic toto ſubluis in ſolio.

Subluens, [ὑποκλύζων] Cæſ. 7. Bell. Gall. 69. Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina ſubluebant. Gr. Paraphr. ἐκλύζον.

SUBLŪTUS, a, um. Partic. Martial. lib. 2. 42.

Zoile, quid ſolium, ſubluto podice, perdis?

SUBLŪRĬDUS, a, um. Adj. [ὑπόχλωρος] Aliquantum luridum ſignificat. Plaut. Suppoſ. in Amph. 4. 4. 64.

Ut primum coivit cicatrix ruſula,
Sublurida.

SUBLUSTRIS, e. Adj. [ὑπόλαμπρος] Sublustria verba dicuntur, non ex toto corpore luminoſa, ſed aliquid luminis habentia. Gell. lib. 13. 24. de Catonis oratione, Quæ quoniam ſane eloquentiæ Latinæ tunc primum exorientis lumina quædam ſubluſtria, libitum eſt ea mihi ἀπομνημονεῦσαι.

Nox ſubluſtris. Hor. 3. Carm. 27. 31.
Umbra ſubluſtris. Virg. 9. Æn. 373.

SUBLŬVIES, ēi f. [ὑπόλουσις, Gl. G. L.] quemadmodum Illuvies, & Proluvies, pro Sordibus & immunditiis accipitur.

Subluvies, Genus morbi in diſcrimine ungulæ ovium naſcens. Columel. lib. 7. cap. 5. Clavi quoque dupliciter infeſtant ovem: ſive quum ſubluvies atque intertrigo in ipſo diſcrimine ungulæ naſcitur: ſeu quum idem locus tuberculum habet, cujus media fere parte canino ſimilis exſtat pilus, eique ſubeſt vermiculus. Subluvies & intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine & ſulphure atque aceto mixtis rite eruentur.

SUBMENTUM, i. n. Ἀνθερεών. Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat. [Scribitur & Summentum ibid. Unde liquet unam eſſe dictionem.

SUBMERGO, ſi, ſum, [ὑποβυθίζω, Gl. G. L.] ĕre. Sub aquas mergere, Demergere. Cic. 2. de Nat. Deor. 114. Propter quæ Centaurus

Cedit, Equi patris propetans ſubmergere Chelis. Ibid. 100. Quot genera, quamque diſparia, partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad ſaxa nativis teſtis inhærentium?

Medio in fluctu ſubmerſus. Virg. 1. Æn. 589.
Submerſus voraginibus. Cic. 1 de Divin. 73. Qui cum, per agrum Leontinum iter faciens, equum ipſe demiſiſſet in flumen, ſubmerſus equus voraginibus non exſtitit.
Submergere tota membra palude. Ovid. 6. Met. 371.
Puppes ſubmerſas obruere. Virg. 1. Æn. 73.
Innatare & Submerſum eſſe, contraria. Columel. lib. 12. cap. 4.
Virtus ſubmerſa tenebris. Claud. 4. Conſ. Hon. 221.

SUBMERSUS, a, um. Partic [ὑποβρυχισθείς, Gl. G. L.]

SUBMERSIO, ōnis. f. Gloſſ. Vet G. L. ὑποδύσις.

SUBMERSUS, ûs. m. Tertull. de Anim. cap. 32. Submerſu piſcinarum.

SUBMĔRUS, a, um. Adj. [ὑπάκρατος] i. e. Fere merus. Plaut. Stich. 2. 3. 116.

Næ iſte edepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exanclavit ſubmerum ſciſſime.

Quædam exemplaria legunt Sub metrum.

SUBMINIA, æ. f. Veſtis genus apud Plaut. in Epid. 2. 2. 48.

Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum.

SUBMĬNISTRO, [ὑποχορηγέω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Subſervire, ſubporrigere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 40. Hæc ſibi eſſe curæ, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ſubminiſtrare: jamque eſſe in agris frumenta matura. Cic. pro Cœl. 20 Palam in eum tela jaciuntur, clam ſubminiſtrantur. Idem pro Dejot. 25. Pecuniam ſubminiſtrare alicui.

Ad manum tela ſubminiſtrare. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Subminiſtrare auxilia & adjumenta. Cæſ. 4. Bell. Gall. 20. Cic. 1. de Invent. 7.
Subminiſtrare tabellarios. Cic. 2. Q. frat. 12. Et quoniam tabellarios ſubminiſtras, hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis.
Subminiſtrare aquam radicibus. Columel. lib. 5. cap. 10.
Subminiſtrata vires. Columel. lib. 4. cap 24.

SUBMINISTRĀTIO, ōnis f. Tertull. adv. Marc. 4. 39. Excepit pronunciandi ſubminiſtrationem.

SUBMINISTRĀTUS, ûs. m. Macrob. lib. 7. Saturn cap. 12. Cibus autem exiguo ſubminiſtratu paulatim penuriam conſolatur.

SUBMINISTRĀTOR, ōris. m. Sen. Epiſt. 114. extr. Lætus pro ſuis voluptatibus habet alienarum ſpectaculum, ſubminiſtrator teſtiſque libidinum, quarum ſibi uſum ingerendo abſtulit.

SUBMISCEO, ui, ēre. unde

SUBMISTUS, a, um. Partic. Tibul. lib. 3. 4. 88.

Scyllaque virgineam canibus ſubmiſta figuram. Sunt qui legunt Subnixa. [Vera lectio MSſ. Subcincta vel Succincta, quam plenius adſtruit Broekh. Nullius igitur Vet. Scriptoris auctoritate comprobatum hoc verbum, non debuit temere, quod & in Lipſienſi Theſauro factum, in numerum uſitatæ Latinitatis verborum referri, quanquam nec analogiæ repugnet, & Græcis uſitatum ſit ὑπομίγνυμι.

SUBMITTO, vel SUMMITTO, Converſo b in m: (quod & in aliis dictionibus compoſitis a Sub ſemper fit, quæ ab m incipiunt.) iſi, iſſum, [ὑποπέμπω, ὑφίημι, χαλάω, ὑποχαλάω, ὑποκαθίημι] ĕre. Nota ſignificatio verbi propria ex ipſa compoſitione. [Fere convenit cum Demittere, ut collatis utriuſque v. exemplis patebit: Sed pro ſubjecta materia variam ſignificationem recipit, ut ex infra ſubjectis conſtabit. Corn. Celſus in Proœmio commode Antitheto vim verbi expreſſit. Requirunt etiam, inquit, quare venæ noſtræ, modo ſubmittant ſe, modo attollant. Id quod Germani exprimere ſolent per *Steigen und fallen* Item Seneca N. Q. 1. 3. de Iride: Nunquam non adverſa ſoli eſt, ſublimis aut humilis, prout ille ſe ſubmiſit, aut ſuſtulit contrario motu. Illo enim deſcendente altior eſt, alto depreſſior.

Genua ſubmittere, pro Flectere & Incurvare. Plin. lib. 8 cap. 1. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. De elephantis. Idem lib. 11. cap. 48.
Genu flexanio ſubmiſit. Ovid. 4. Met. 340.
In dura ſubmiſſo poplite terra Ovid. 7. Met. 191. i. e. Genibus poſitis.
Procubuit, teneraque latus ſubmiſit in herba. Ovid. 3. Met. 23. de Juvenca.
Oculos ſubmittere, Dejicere, Claudere. Ovid. 3. Faſt. 372.

A media cælum regione dehiſcere cœpit:
Submiſere oculos cum duce turba ſuo.

Ocellos laſſus ſomnus ſubmiſit. Ovid. 3. Amor. 5. 1. al. in Fragm.
Submittere capillum, pro Demittere. Plin. lib. 7. Epiſt. 27. Quia reis moris eſt ſubmittere capillum, receſſos meorum capillos, depuli, quod imminebat, periculi ſignum fuiſſe.
Submittere barbam & capillum. Seneca in Conſ. ad Polyb. cap. 36. Suet. Jul. cap. 67. *Laiſſer croiſtre ſa barbe & ſes cheveux.* [Notum eſt, id veteres, & in luctu, & in reatu, & ubicunque gravior doloris teſtificandi cauſa ſuberat, feciſſe. V. Kirchm. de Fun. l. 2. c. 13. pro Submittere vero Promittere dixit Suet. in Calig. c. 24. Rediit barba, capilloque promiſſo. Etſi nonnulla differentia eſt, de qua V. in PROMISSUS.
Faſces populo ſubmittere a Publicola traditum. Quintil. lib. 3. cap. 7. [V. Liv. Flor. Valer. Dionyſ. Plut. Græci vocant ὑφίεσαν, & χαλάσαι, & ... τοῖς ῥάβδοις, uti docet Lipſ. qui ritum plenius illuſtrat Elect. l. 1. c. 23. Revera enim faſces, verſus opinor, inclinabant, ita ut terram ſuperior pars ſpectaret, cum alias ſublimes ferrent, eminente ſecuri, ut in denario M. Bruti ap. Urſel. tab. 96. & Fulv. Urſin. videre licet. Eo reſpexiſſe videtur Herodianus in Pertinace l. 2. c. 3. ubi negat ipſum principatus inſignia altius attolli paſſum: ... τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι ἐάσας. Quod autem Plutarchus & Valerius docent etiam ſecuribus faſces vacuefeciſſe Publicolam, id ex eo tempore perpetuum fuiſſe, ut tantum extra urbem ſecuribus in faſcibus uterentur magiſtratus, planiſſime docet Dionyſius l. 5. p. 292. edit. Lipſ. ita ut ad eundem ritum id trahi non debeat, quia & Plut. ac Valer. utrumque Publicolæ factum probe diſtinguunt.
Tranſlate Plin. l. 7. c. 30. Et faſces litterarum januæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidenſque ſubmiſerat. [De animi moderatione Pompeji, qui fores Poſidonii philoſophi, honoris ipſius cauſa, a lictore de more virga percuti vetuit.
Cedere & Faſces ſubmittere alicui. Cic. de clar. Or. 22. Cum enim in maximis cauſis verſatus eſſes, & cum tibi ætas noſtra jam cederet, faſceſque ſubmitteret, ſubito in civitate, cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipſa, de qua diſputare ordimur, eloquentia obmutuit. V. plura in v. FASCES.
Submittere in hac ſignif. per tranſlationem. ut, Submittere animos. Liv. 6. 34. Adeo ergo obnoxios ſubmiſerant animos, non infimi ſolum, ſed principes etiam plebis, ut, &c. i. e. Demiſerant animum, fracto animo & humili fuerant.
Animum non ſubmittere ulli periculo, eodem modo dicitur, pro Nullius periculi metu deficere vel animo ſuccumbere. Brut. & Caſſ. 11. Fam. 3. Quorum fiducia nihil eſt quod nos terreas; neque enim decet aut convenit nobis periculo ulli ſubmittere animum noſtrum.
Cogitur & ſupplex animos ſubmittere amori. Virg. 4. Æn. 414.
Submittere ſe, cui Extollere ſe, opponitur. Cic. de Amicit. 72. Quamobrem, ut ii, qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodam modo inferiores extollere. Idem pro Planc. 24. Appellavi populum, tribubus ſubmiſi me, & ſupplicavi. Hor. 1. Epiſt. 1. 19.

Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor;
Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor. Legitur in emendatis codd. Subjungere. [Idem annotavit, comprobavitque Henr. Steph. ad Lamb & Cruquium provocans.

Submittere ſe in humilitatem cauſam dicentium. Liv. 38. 52.
Submittere ſe in faſtigium privatum. Liv. 27. 31. de rege Philippo.
Ad menſuram diſcentis ſe ſubmittere. Quintil. lib. 2. cap. 3. De officio præceptoris.
Submittere faſtigium. V. FASTIGIUM.
Submittere aliquid in oratione: cui contrarium eſt Augere. Cic. 3. de Orat. 102. Neque id actores prius viderunt, quam ipſi poetæ, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos, a quibus utrique ſubmittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, variatur, diſtinguitur. Idem 1. Verr. 48. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſubmittere, ut ille princeps quam maxime excellat.
Fidem non ſubmittere tormentis, apud Senecam Ep. 36. pro Nec tormentis ſuccumbere ad prodendam fidem.
Pretia ſubmittere, Minuere, Deprimere. Plin. lib. 29. cap. 1.
Submittere alicui, i. e. Subrogare vel ſucceſſorem mittere alicui: Cic. de Provinc. Conſul. 8. Huic vos non ſubmittetis? Hunc diutius manere patiemini? i. e. An non vultis vos, judices, alium huic ſubrogare? V. Nonium. 4. 417.
Submittere accuſatorem, pro Subornare. Senec. lib. 2. de Tranquil vitæ. Qui alias de Conſt. inſcribitur, vel In ſap. non. cad. inj. cap. 9. pr.
Submiſſus teſtis, accuſator, &c. Sueton. in Neron. cap. 28. Submiſſis Conſularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent.
Submittere alicui delatores. Marcianus in l. Divus. D. de jure patronatus. Accuſatorem. i. e. Subjicere. l. 1. §. 13. D. Ad SC. Turpil.
Submittere, Clanculum & furtim mittere. Sueton. in Cæſare, cap. 43. Submiſſis nonnunquam lictoribus atque militibus Cic. 3. Verr. 105. Iſte, tametſi ſingulari eſt audacia, tamen ad pupillæ matrem ſubmittebat. Idem 5. Verr. 69. Submittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos, ſi ſaperent, ut tranſigerent.
Submittere, pro Auxilium vel ſubſidium mittere, quod & additur ſæpius: Cæſ. 4. Bell. Gall. 26. Et quos laborantes conſpexerat, iis ſubſidia ſubmittebat. [Idem 5. 58. plenius, Submittit cohortes equitibus ſubſidio. Idem abſolute 5. 15. Cohortibus pluribus ſubmiſſis. Sic 7. 21. & frequentis locis aliis, ubi præpoſitionis vis eadem, ac in Succurro, Sublevo, Subvenio.
Fetum ſubmittere matribus. Supponere, ſubdere, ſive alendum præbere. Columel. lib. 7. cap. 4. Singuli agni binis nutricibus ſubmittuntur. Quod & Subjicere & Subrumare dicunt.
Prata ſubmittere in fœnum. Columel. l. 11. cap. 2. Cato R. R. cap. 8. Pratum ſi irriguum habebis, fœnum non deficiet, ſi non erit, ſiccum, ne fœnum deſiet, ſubmittito. [Alioqui enim talibus pratis pro paſcuis utebantur, quod Columella l. c. innuit, ubi de his, quæ menſe Jan. Febr. & Mart. villico facienda ſunt. q. V. & conf. l. 2. c. 11. ubi de Viciæ depaſtione agit. Submittere igitur prata Rei Ruſticæ auctoribus nihil aliud ſignificat, quam Ad fœni proventum curata relinquere. Similiter eodem verbo & de aliis, quæ ad incrementum aluntur, frequen-

tius

tius utitur Columella, ut jam Beroaldus adnotavit. V. & q. hic ſeq. Ceterum aliter eadem phraſi apud Senec. occurrit in Oedipo v. 845.

Lætus Cithæron pabulo ſemper novo
Æſtiva noſtro prata ſubmittit gregi. Suppeditat exp. Farnab. Malim producit, fundit. Quomodo id verbi ſæpiſſime uſurpat Lucretius, ut in Proœmio ſtatim:

— tibi ſuaves dædala tellus
Summittit flores. Nec alio pertinet illud Val. Flacc. l. 3. v. 528.
Ipſe, citatarum Tellus pede pulſa ſororum,
Perſonat & teneris ſubmittit gramina plantis.

Progeniem ſubmittere vel Pampinum vitis. i. e. Non reſecare, ſed ſinere ut creſcat, & uvas progeneret. Columel. lib. 3. cap. 6. Idem lib. 4. cap. 27. Diſpicere, quibus locis in annum debeat materias ſubmittere. Ubi de vitis putatione.

Sarmentum ſubmittere in materiam. Columel. lib. 4. cap. 6. Idem lib. 5. cap. 10. Idem in reſecem ſubmitti, ut progenerare poſſit.

Tauros ſubmittere. Virg. 1. Ecl. 46.

Paſcite, ut ante, boves, pueri, ſubmittite tauros. Qui locus duplicem habet interpretationem. Aut enim ad arationem refertur: bobus enim arabant Romani: tunc ſenſus erit, Submittite, ſubaudi, Jugo ad arandum: h. e. Domare & ſubjugate tauros, id eſt validiores juvencos. Vel ad ſobolis propagationem pertinet: nam Submittere eſt, Propagandæ ſobolis gratia educere atque alere. Ad quem modum lib. 3. Georg. 73. de Pullis equinis dixit:

Tu modo, quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis &c. V. exemplum proxime ſequens.

Vitulos ſubmittere habendo pecori, Admiſſarios facere, inquit Servius. Vitulos non caſtrare, ſed alere, ut tandem tauri ſint, ſoboli procreandæ idonei. Virg. 3. Georg. 159.

Et quos, aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſervare ſacris, aut ſcindere terram, &c. [Servius videtur de maribus duntaxat admiſſuræ deſtinatis exponere. Sed ſine dubio de utriuſque ſexus ſobole intelligendum, quam gregi ſimpliciter deſtinabant, cum alias utrumque genus, vel ad ſaginam caſtrarent, vel, priuſquam omnino adoleſcerent, venderent villici. Sic paſſim R R ſcriptores loquuntur. V. Columell. l. 7. c. 9. a pr. de Porcellis. Miror Nonium 4. 417. qui Submittere tauros, Demittere exponit, niſi forte Dimittere, vel potius Admittere, legendum. Nam de admiſſura, ſive initu animalium id verbum quoque uſurpaſſe veteres notum ſatis eſt. V. Ulit. ad Nemeſian v. 114. De feminis tamen aptius, quam de maribus dici non temere Barth. contendit: quam eleganter Horatius etiam Subſidere dixit Epod. 16. v. 31.

— juvet ut tigres ſubſidere cervis.

Sic & JCti uſurpant, ita tamen, ut cum v. Supplere ac Subſtituere fere jungant. Ulpian. in l. Vetus fuit quæſtio. in fin. D. de uſufructu. Plane ſi gregis vel armenti ſit uſusfructus legatus: debebit ex natis gregem ſupplere, id eſt in locum capitum defunctorum vel inutilium alia ſubmittere: ut poſt ſubſtituta fiant propria fructuarii, & q. ſ.

SUBMISSUS, vel SUMMISSUS, a, um. Partic. [[illegible]] Liv. 1. 4. Lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe: eam ſubmiſſas infantibus adeo mitem præbuiſſe mammas, &c. [Poſſet & Submiſſis legi, ut Fetus matribus ſubmitti dicuntur.

Suberat altera, inferior, ſummiſſo faſtigio planities. Liv. 27. 18.

Submiſſus Adj. ad animum tranſlatum, fere in vitio ponitur, de animo fracto, abjecto, & humili. Sic Submiſſus & abjectus, cui contrarium Efferens ſe. Cic. 1. Off. 124. Privatum autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere, neque ſubmiſſum & abjectum, neque ſe efferentem.

Submiſſum dicendi genus Concitato opponitur. Quintil. lib 11. cap 1.

Submiſſa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Cæſ. 3. Bell Civil. 19. i. e. Voce ſubmiſſa; Nam antea dixerat Magna voce. Cic. pro Flac. 66. Submiſſa voce agam, tantum ut judices audiant.

Sono ſubmiſſo dicere aliquid. Tibull. lib. 3. 4. 22.

Submiſſa vox & lenis. Quintil. lib. 11. cap. 3. p. 1012. Burm.

Voce ſubmiſſa precari. Martial. 8. 75.

Submiſſa prata. Varr. 1. de R. R cap. 49. V. ſupra in ipſo verbo.

Submiſſum Subſt. ut Submiſſum & molle aliquid facere. Cic. 4. Tuſc. 64. Nam videndum eſt in utriſque, ne quid humile, ſubmiſſum, molle, effeminatum, fractum, abjectumque faciamus.

Submiſſum & populare. Cic. 1. Att. 20. pr. Et is, de quo ſcribis, nihil habet amplum, nihil excelſum, nihil non ſubmiſſum atque populare.

Compar. Summiſſiorem aliis ædem Honoris & Virtutis C Marius fecit, ne ſi forte officeret auſpiciis publicis, augures eam demoliri cogerent. Verba ſunt Feſti. Liv. 44. 9. Stantibus primis, ſecundis ſubmiſſioribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis. Loquitur de teſtudine militari, qua de V. C I.

Tranſlate Hirt. de Bell. Gall. 8. 38. Non enim dubitabat, quin recenti calamitate ſubmiſſiores eſſent futuræ: Dato vero ſpatio ac tempore, eodem inſtante Dumnaco, poſſent concitari.

SUBMISSE, Adv. [[illegible], Gl. L. G.] Cic. pro Planc. 12. Meum beneficium potius ad eum detuli, qui a me contenderat, quam ad eum, qui mihi non nimis ſubmiſſe ſupplicarat.

Submiſſe dicere. Cic. 2. de Orat. 215. Quare, qui aut breviter, aut ſubmiſſe dicunt, docere judicem poſſunt, commovere non poſſunt, in quo ſunt omnia.

Loqui ſubmiſſe. Quintil. lib. 6. cap. 5. Aſpere an leniter, an etiam ſubmiſſe loqui expediat.

Submiſſe ſe gerere. Cic. 1. Off. 90. Ut quanto ſuperiores ſimus, tanto nos geramus ſubmiſſius.

SUBMISSIM, Adv. Idem quod Submiſſe. Suet. in Auguſt. cap. 74. Nam & ad communionem ſermonis tacentes, etiam (al. Vel) ſubmiſſim fabulantes provocabat. [Vereor tamen ut hoc Adverbium Romanæ civitatis jus tueri poſſit. Neque enim vero dubito, quin ap. Sueton. *vel jam ſubmuſſim fabulantes* legendum ſit. *Submuſſo* vel *Summuſſo* & *ſummuſſus* veteribus uſitata fuiſſe, teſtis eſt Feſtus. Eſt autem Summuſſus Supinum contractum a v. *Submutio* Nam a *Mutio* fit *Mutitum*, & contr. *Muttum* vel *Muſſum*, ut a *Careo Caſſum*, more veterum permutatis litteris, quomodo & frequentativum *Muſſo* pro *Mutito* formatum fuit. Quin forte Præteritum quoque habuit *Muſſi*, pro *Mutivi*, ut *Haurio*, *hauſi*, unde *Hauſtum*, pro *Haurivi*. Eadem varietas apud Gell. 17. 8. Hinc formatur *ſubmuſſim* adv. *ſubmuſſim*, q. d. Submuſſando. V. Voſſ. de Anal. l. 4. c. 20. extr. & ſ. I. MUTIO, MUSSO, atque inde Derivata.

SUBMISSIO, ōnis. f. [[illegible], Gl. G. L.] Ipſe ſubmittendi actus.

Contentio & Submiſſio vocis, contraria. Cic. 1. Off. 146. Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex ceteris ſimilibus facile judicabimus, quid eorum apte fiat.

Elatio & Submiſſio, contraria. Cic. in Topic. 71. Parium autem comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem: eſt enim æqualis.

Submiſſio orationis. Cic. in Orat. 85. Itemque ſi quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac ſubmiſſione orationis alienæ.

SUBMISSOR, ōris. m. [[illegible], Gl. G L.] JCt. in Dig. [Ex verbis Ulpiani §. 5. l. 70. de Uſufr. male intellectis. V. I.

SUBMISSŌRIUS, a, um. Adj. Senec. Controv. 32. Verbis non ſubmiſſoriis. al. Submiſſioribus rectius.

SUBMŎLESTUS, a, um. Adj. [[illegible]] Paulum moleſtus. Cic. 16. Att. 4. Illud eſt mihi ſubmoleſtum, quod parum Brutus properare videtur.

SUBMOLESTE, Adv. [[illegible]] Cic. 5. Att. 21. Te in Epirum ſalvum veniſſe, & ut ſcribis, ex ſententia navigaſſe, vehementer gaudeo: non eſſe Romæ meo tempore pernecessario, ſubmoleſte fero.

SUBMŎNEO, vel SUMMONEO, ui, itum, [[illegible]] ēre. Latenter, ſive ut ait Donatus, Leviter monere. Ter. Eun. 3. 5. 22. Submonuit me Parmeno ibi ſervus, quod ego arripui. Plin. 1. Epiſt. 2. Quoties paulum itinere decedere non intempeſtivis amœnitatibus ſubmonebamur.

SUBMŌRŌSUS, a, um. Adj. [[illegible]] Utcunque moroſum ſignificat. Cic. 2. de Orat. 279. Me quidem, hercule, valde illa movent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula: non quum a moroſo dicuntur: tunc enim non ſal, ſed natura ridetur.

SUBMŎVEO, vel SUMMŎVEO, ōvi, ōtum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] ēre Clam ſive ſubtus, vel longe Amovere Liv. 3. 48. I, inquit, lictor, ſubmove turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. Cic. pro Flacc. 15. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus juberet, ſubmota concione, diſtributis partibus, &c.

Inſtantes ſubmovere, Repellere reſiſtentes. Ovid. 12. Met. 231.

Longe ſubmotos arcet arena. Virg. 6. Æn. 316.

Patria ſubmotus, Relegatus. Ovid. 4. de Pont. 16. 47.

Populum ſubmovere oppoſita ſera, Arcere. Ovid. 3. Amor. 14. 10.

Pudor ſubmotus, Amotus, expulſus Hor. Epod. 11. 27.

Submōſſes, pro Submoviſſes per ſyncopen. Hor. 1. Serm. 9. 47.

— diſpeream ni
Submōſſes omnes.

Submovere, ſine nomine adjecto, ut tamen ſubaudiatur Turbam: pro eo quod dicimus *faire place, comme font les bedeaux, & ſergens avec leurs verges*. Liv. 28. 27. In prætorio tetenderunt Albius & Atrius, claſſicum apud eos cecinit: ſignum ab iis petitum eſt: ſederunt in tribunali proconſulis Scipionis: lictor apparuit: ſubmovente eo inceſſerunt: faſces & ſecures prælatæ ſunt. In emendatis codd. Submoto inceſſerunt. Sed V. Liv 8. 33. & Submovetur Imperſ. infra.

Inſidias ſubmovere. Propert. lib. 1. 20. 37.

Tabes ſubmota eſt capiti. Demptum eſt e calvaria cerebrum corruptum. Lucan lib. 8. 689.

Submoveri maleficio magnitudine pœnæ. Cic. pro Roſc. Amer. 70. Ut quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſubmoverentur.

Submovere, Separare. Plin. lib. 3. cap. 19. Germaniam ab Italia ſubmovent.

Submovere aliquem in extremam aciem. V. ACIES.

Arcere & ſubmovere. Plin. in Paneg. 55.

Submovere aliquem a negotiatione. Columel lib. 1. 7. A Proconſulatu. Plin. 2. Epiſt. 12. Ab haſta. Liv. 39 44. extr.

Submovetur, Imperſonale: Seneca de Providentia. Quid ergo? felix L. Sulla, quod ei, deſcendenti in forum, gladio ſubmovetur? i. e. Quod gladio diſpellitur turba, ne viam ejus impediat

SUBMŌTOR, ōris. m. Liv. 45. 29. Submotor aditus, præco, accenſus, Inſueta omnia oculis auribuſque.

SUBMŌTUS, ûs. m. Plin. 8. 4. Apis incedit ſubmotu lictorum. [Submotu Livius loco in SUBMOVEO allato. conf. eund. l. 45. c. 3. ſub fin.

SUBMUSSO, SUBMUSSUS. V. SUMMUSSO, SUMMUSSUS.

SUBMŪTO, V. SUMMUTO.

SUBNASCOR, ĕris, nātus ſum, [[illegible]] naſci. Ultra & poſt jam nata naſci, ſuccreſcere. Plin. lib. 11. cap. 23. Atque ita ſubnaſci ſui generis plumas. Idem lib. 5. cap. 1. Fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunquam ſatietas voluptatibus deſit. Idem lib. 12. cap. 3. Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus.

SUBNĀTO, āre. Sil lib. 14. 488. — pars ſubnatat unda
Membrorum, pars exſtat aquis.

SUBNECTO, exui, exum, [[illegible]] ĕre. Nectere ſub ſe aliquid. Virg. 1. Æn. 496.

Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ. Idem 10. Æn. 138.

— fuſus cervix cui lacteus crines
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro. Et 5. Æn. 313. Plin. lib. 28. cap. 4. Duabus litteris Græcis P & A chartam inſcriptam, circumligatam lino, ſubnectebat collo.

Subnectere, Subtexere, Subjungere. Plin. lib. 24. cap. 14. His ſubnectemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum eſſent. Aliud exemplar habet Subtexemus. Quintil. lib. 3. cap. 3. His adjecerunt quidam ſextam partem, ita ut inventioni judicium ſubnecterent.

SUBNEXUS, a, um. Partic. ut, Comam ſubnexus. Stat. 5. Silv. 3. 115.

SUBNĔGO, [[illegible]] āre. Aliquantulum negare. Cic. 7. Fam. 19. Verum tamen, quod præſenti tibi prope ſubnegarem, id abſenti debere non potui.

SUBNERVO, āre. Nervos incidere. Tertull. adv. Jud. cap. 10. Et Apol. Apol. p. 327. Elmenh.

SUBNIGER, gra, grum. [[illegible]] Aliquantulum nigrum. Plaut. Merc. 3. 4. 55. Subnigris oculis, oblongis malis. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Subnigris labris pecudes. V. SUBLIVIDUS.

SUBNĪTOR, ĕris, nixus ſum, [ὑποστηρίζομαι] niti. Idem quod Niti, nihil enim videtur minuere compoſitio.

SUBNIXUS, a, um. Partic. [ὑποστάς, Gl. G. L.] Plaut. Perſ. 2. 5. 6.
Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe. Sic Cic. in Somn. Scip. 15. E quibus duos maxime inter ſe diverſos, & cœli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides. Idem 1. de Orat. 246.
Solio ſubnixa reſedit. Virg. 1. Æn. 510.
Subnixus & fidens innocentiæ animus. Liv. 4. 42.
Barba ſubnixa rutilis capillis. h. e. Subjecta. Ovid. 6. Met. 715. al. Submiſſa. V. Heinſ. ad l.
Matrimonium liberis ſubnixum. Ulp. in l. 1. § ult. D. de lib. exhib.
Privilegio ſubnixus. Aurel. Arcad. in l. 1. ſub fin. D. de off. præfecti prætorio.
Subnixus victoria. Liv. 25. 41.

SUBNŎTO, [ὑποσημειόω] āre. Clam denotare. Martial. lib. 1. 28.
Et non ſobria verba ſubnotaſti. h. e. Notaſti & memoriæ mandaſti verba, quæ ego potus & ebrius dixi. Idem lib. 6. 82.
Quidam me modo, Ruffe, diligenter
Inſpectum, velut emptor aut laniſta,
Quum vultu digitoque ſubnotaſſet,
Tune es, tune ait, ille Martialis? Subnotaſſet, i. e. Diligenter conſideraſſet, & inſpexiſſet.
Subnotare libellos, i. e. Subſcribere, confirmare. Plin. 1. Epiſt. 10. ad Atrium, Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas.

SUBNOTATIO, ōnis. f. [ὑποσημείωσις, Gl. G. L.]

SUBNŬBA, æ. f. Ovid. Epiſt. 6. 153. al. Succuba. V. Heinſ.

SUBNŪBĬLUS, a, um. Adj. [ὑπονέφελος] Paulum nubilus, Subobſcurus. Ovid. Rem. Amor. 599.
Limes erat tenuis, longa ſubnubilus umbra. Cæſ. 3. Bell. Bell. Civil. 54. Et quinque intermiſſis diebus, alteram noctem ſubnubilam nactus, obſtructis omnibus caſtrorum portis, & ad impediendum objectis, tertia inita vigilia, ſilentio exercitum educit.

SŬBO, [ὀργάω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Subare dicuntur ſues, quum libidine pruriunt; ut equæ, equire. Plin. lib. 10. cap. 63. Verres ſubantis audita voce, niſi admittatur, cibum non capit.
Subare etiam de mulieribus dicitur, cum libidine flagrantes marem appetunt. Feſtus, Suillum genus inviſum Veneri prodiderunt poetæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem dea illa diligebat. Quidam autem quod immundiſſimi ſint ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis, ita ut opprobrium inde mulieribus tractum ſit, cum ſubare & ſubire dicuntur. Subire Scalig. Utitur hoc verbo Hor. Epod. 12. 11.
— jamque ſubando
Tenta, cubilia, tectaque rumpit.

SUBĀTIO, ōnis. f. [ὀργασμός] Plin. lib. 8. cap. 51. Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium ne prima ſubatione, neve ante flaccidas aures coitus fiat. De ſuibus.

SUBOBSCŒNUS, a, um. Adj. [ὑπαισχρός] Cic. in Orat. 88. Illud admonemus tamen, ridiculo ſic uſurum Oratorem, ut nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit; nec ſubobſcœno, ne mimicum.

SUBOBSCŪRUS, a, um. Adj. [ὑποσκοτεινός] Aliquantum obſcurus. Cic. de Clar. Orat. 29. Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves, & ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.

SUBŎDIŌSUS, a, um. Adj. [ὑπομισητός] Aliquantum odioſum. Cic. 1. Att. 4. Non mihi grave duxi ſcribere ad te de illius querimoniis, quas eas audire (quod erat ſubodioſum) leve putaſſem.

SUBOFFENDO, di, ſum, [ὑποσκανδαλίζω] ĕre. Aliquantum offendere. Cic. 2. Q. frat. 5. Nam apud perditiſſimam illam infimam fæcem populi, propter Milonem ſuboffendit: & boni multa ab eo deſiderant, multa reprehendunt.

SŬBŎLEO, ui, itum, [ὑπόζω] ēre. quaſi Quod olet, ſeu odorem ſentire. Plaut. Pſeud. 1. 2. 102.
Corrumpitur jam cœna: BA. hem ſubolet: ſic vide. [Edit. Gronov. Subolem ſic vide! ut ad ſeq. referatur.
Subolere, per translationem, Præſentiſcere, ſubdubitare. Plaut. Caſ. 2. 3. 48.
Tu te ecaſtor tibi, homo, malam rem quæris, ST ſubolet, ſentio.
Cum Dativo. Ter. Phorm. 3. 1. 10. Nunquid patri ſubolet?
Itidem Plaut. (Trin. 3. 1. 14.)
Propemodum quid illic feſtinet ſentio, & ſubolet mihi.
Ut agro evortat Leſbonicum, quando evortit ædibus. H. St.

SUBŎLESCO, [ὑποφύομαι] ĕre. Succreſcere. Liv. 29. 3. Illis Romanam plebem, illis Latium juventutem præbuiſſe, majorem ſemper, frequentioremque, pro tot cæſis exercitibus, ſuboleſcentem.

SUBOLES, [ἀπογονή, γονή, γενεά, Gl. L. G.] pro Soboles antique. V. SOBOLES.

SŬBŎRIOR, īris vel ĕris, ortus ſum, [ὑποφύομαι] iri. Idem quod Oriri. Lucret. lib. 1. 1035.
Ex infinito ſuboriri copia poſſet. Plin. lib. 2. cap. 93. Metallorum opulentia, tam varia, tam dives, tam fecunda, tot ſæculis ſuboriens.

SUBORTUS, ūs. m. verbale, a verbo Suborior, quod eſt, In alterius locum orior. Lucret. lib. 5. 302.
— ſtellaſque putandum
Ex alio, atque alio lucem jactare ſubortu.

SŬBORNO, [ὑποκοσμέω] āre. Aliquantulum ornare, h. e. Honorare, ſive Laudare. Cic. 10. Fam. 23. Tu, Cicero, quod adhuc feciſti idem præſta, ut vigilanter, nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. [i. e. Inſtruas, ſubleves, adjuves. Sic
Apulejana pecunia Brutum ſubornaſtis. Idem 13. Philipp. 32.
Subornare aliquem, [ὑποβαλλάζω] Latenter ſeducere, [vel potius Subjicere, Submittere.] Plaut. Milit. Perioch. 1. 14.
— mox ei dominus ædium
Suam clientam, ſollicitandam ad militem,
Subornat. Gell. In caput meum ſubornavit. Cic. pro Dejot. 17.
Hac ſuſpicione ſum perculſus, medicum indicem ſubornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. Idem pro Roſc. Com. 51. Falſum ſubornavit teſtem Roſcius Cluvium, cur tam ſero? Idem pro Cæcin. 71.
Et fictus teſtis ſubornari ſolet, & imponi falſæ tabulæ.
Confeſſus es, a te accuſatores eſſe inſtructos & ſubornatos. Cic. in Vatin. 3.

Subornatus criminibus. i. e. Clam inſtructus criminandi materia. Liv 38. 43 pr. Itaque, ad invidiam ei faciendam, legatos Ambraciacenſes ſubornatos criminibus in Senatum introduxit.
Subornare, pro, In ſpeciem aliquam veſtire. Senec. lib. 3. de Benef. 28. Quo te penulati iſti, in militum, & quidem non vulgarem cultum ſubornati? quo, inquam, te iſti efferunt?

SUBORNĀTUS, a, um. Partic. [ὑποβεβλημένος, ὑποβολή, Gl. L. G.] ut Subornatus teſtis, ὑποβλητὸς μάρτυς, Gloſſ. Græcolat.

SUBORNATOR, ōris. m. Ammian. 15. 8. Subornatore & conſcio Præfecto. Lamprid. Commod. 19. Servorum ſubornatores.

SUBORNATIO, ōnis. f. [ὑποβολή] Digeſt.

SUBORTUS, V. SUBORIOR.

SUBPALLĬDUS, a, um. Adj. [ὕπωχρος] Aliquantulum pallidus. Celſ. lib. 5. 28. 13. de meliceria, Alterum eſt minus ſuper corpus eminens, durum, latum, ſubviride, ſubpallidum, magis exulceratum.

SUBPAS, V. SUPPAS.

SUBPATEO, ēre. Apul. Met. 7. p. 204. Elmenh. Immitto me campis ſubpatentibus.

SUBPINGUIS, e. Adj. [ὑποπαχής] Aliquantum pingue. Celſ. lib 10. cap. 4. Pejus eſt, quod denſam cutem, & ſubpinguem, & ex toto glabram fecit.

SUBPUDET, V. SUPPUDET.

SUBRĀDO, [ὑποξύω, Gl. G. L.] ĕre. Cato de R. R. cap. 50. In vinea ficos ſubradito alte. Ammian. 28. 2. Subradens barbaros fines ultra flumen.

SUBRANCĬDUS, a, um. Adj. [ὑποσαπρος] Rancidulum, Quod aliquantum rancidum eſt. Cic. in Piſon. 67. Exſtructa menſa, non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.

SUBRAUCUS, a, um. Adj [ὑποβραγχώδης] Utcumque raucum. Cic. de Clar. Orat. 141. Omniſque motus cum verbis ſententiiſque conſentiens, vox permanens, verum ſubrauca natura.

SUBRĔCĬTO, āre. ὑπαναγινώσκω, Gloſſ. Græcolat.

SUBRECTUS, V. SUBRIGO.

SUBRĔFECTUS, a, um. Partic. Aliquantulum refectus. Paterc. lib. 2. 123. Subrefectus primo conſpectu alloquioque cariſſimi ſibi ſpiritus. De Cæſare Auguſto moribundo loquitur.

SUBRĔMĬGO, [ὑπερέσσω] āre. Subtus remigare. Plin. lib. 9 cap. 20. Ceteris ſubremigans brachiis, media cauda ut gubernaculo ſe regit. Virg. 10. Æn. 227.
— dextra puppim tenet, ipſaque dorſo
Eminet, ac læva tacitis ſubremigat undis. i. e. Subnatat, ut ait Servius.

SUBRĔPO, vel SURREPO, pſi, ptum, [ὑφέρπω, ὑφερπύζω] ĕre Latenter repere. Plin lib. 34. cap. 8. Fecit & puberem Apollinem, ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem.
Subrepunt claria animalia. Columel lib. 9. cap. 1.
Jam ſubrepit iners ætas, i. e. Senectus tacite advenit. Tibul. 1. 1. 71.
Peſtis ſubrepens in imos artus. Catul. de Leſbia, 74. 21.
Horror tacitus ſubrepſit fratribus. Stat. 11. Theb. 476.
Subrepere ſe alicui, Furtim ſive clam recedere. Plaut Mil. 2. 3. 62.
Hic obſiſtam, ne imprudenti huc ea ſe ſurrepſit mihi. [Verum errat vehementer Stephanus, qui ſ *Surrepſit* a v. *Surrep.* deducit, cum ſit Præteritum Subjunctivi modi Syncopatum a *ſurripio* q. V. Legendum autem *Hinc* pro *Huc*.
Subrepere ſub tabulas. Cic. pro Sext. 126. Is, quum quotidie gladiatores ſpectaret: nunquam eſt conſpectus, quum veniret, emergebat ſubito, quum ſub tabulas ſubrepſerat.
Subrepſit hæc appellatio paulatim. Plin. lib. 21. cap. 2.
Subrepit animo judicis inſinuatio, i. e. In animum demittitur. Quintil. lib. 4. cap 1. Idem 4. 5. Ita ſubrepetur animo judicis.
Subrepſit illi oblivio. Plin. lib. 8 cap 22.

SUBREPTĬTO, āre. frequent. Cato apud Gell. 10. 13. In cubiculum ſubreptitavit e convivio. Al. Surrectitavit.

SUBREPTITIUS, V. SUBRIPIO.

SUBRĬCŬLA, æ. f. Σουβρικούλιον, Gloſſ Græcolat.

SUBRĪDEO, ſi, ſum, [ὑπογελῶ, ὑπομειδιάω, Gl. G. L.] ēre. Latenter vel aliquantum ridere, vel Riſus ſigna oſtendere Virg. 1. Æn 258.
Olli ſubridens hominum ſator atque deorum. Cic pro Roſc. Com. 22. Qua de cauſa? ſubridet Saturius veterator, ut ſibi videtur.
Subriſi modice lenique nutu. Martial. lib. 6. 82.
Limis ſubriſit ocellis. Ovid 3. Amor. 1. 33.
Subriſit crudele pater. Claud 2. in Eutrop. 108.
Ira mixta ſubridens. Virg. 10. Æn. 742.

SUBRĪDĬCŬLUS, a, um. Adj. Auguſtin.

SUBRĪDĬCŬLE, Adv. [ὑπογελοίως] Cic. 2. de Orat. 249 Quid hoc Nævio ignavius? ſevere Scipio. At in male olentem, Video me a te circumveniri, ſubridicule Philippus. [Scribendum Nevio. Et quæ ſequuntur vitio non carent. An ſcripſit Tullius, Video a te hircum venire? vel Me a te hircum veniri? ut jocus ſit, vel in ambigua vocis ſignificatione, vel ex immutatu vocabulo. V. HIRCUS.

SUBRĬGO, rexi, rectum, [ὑποτείνω, Gl. L. G & G. L. ὑποτιθάζω, ἀναβιβάζω, ἀνορθῶ, L. G.] ĕre. Idem quod Paulatim erigere, & in altum levare. Virgil. 4. Æn. 183.
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. Plin lib 9. cap. 29. Supinus in ſumma æquorum pervenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facile naviget. Idem. lib. 36. cap. 9 Opus id feciſſe dicuntur XX M. hominum. Ipſe rex quem ſubrecturus eſſet, vereretur que ne machinæ ponderi non ſufficerent, &c. Columel. lib 7. cap 3.
Caput ſubrigens. Sen. Herc. fur. 6. Scribitur & Surrigo.

SUBRECTUS, a, um. Partic. [ὀρθωθείς] ut, Cuſpis ſubrecta. Sil. lib. 10. 253. Liv. 7. 10. Romanus, mucrone ſubrecto, quum ſcuto ſcutum imum perculiſſet. Al. Surrecto.

SUBRECTIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Acut. 3. 2. Subrectio inflexibilis.

SUBRĬGUUS, a, um. Adj [ὑπόδροσος] Idem quod irriguus. Plin. lib. 17. cap. 8. In craſſo, aut humido, aut ſubriguo, a meſſe ad brumam.

SUBRINGOR, ēre. Cic. 4. Att. 5. extr. Erimus uberiores, ſi & ille libenter accipiet, & hi ſubringentur, qui villam me moleſte ferunt habere.

SUBRIPIO, SUBREPTIO, SUBREPTITIUS, V. SURRIPIO, &c.

SUBRŎGO, vel SURRŎGO, [ὑποβάλλω, Gl. G. L.] āre. Subſtituere.
Auctor

Auctor de Viris Illuſt. cap. 13. Quia in locum Tricipitini collegæ Conſulem non ſubrogaverat.
Subrogare collegam Conſul dicebatur, qui alterum in demortui collegæ locum, rogatione ad populum lata, ſufficiebat. Cic. ad Brut. 5. Liv. lib. 2. 7. Quia nec collegam ſubrogaverat in locum Bruti. Idem 9. M. Cæcilium Malugionenſem collegam ſubrogavit.
Subrogatur lex. V. ABROGO.
Subrogātus, a, um. Partic. [ὑποκατασταθεὶς, Gl. G. L.] Val. Max. 6. 3. 2. Id egemus ut magiſtratibus non ſubrogatis, communis libertas in dubium vocaretur.
Subrogatio, ōnis. f. Subſtitutio: ἀντικατάστασις. Gloſſ. Vet. Latinogræc.
Subrostranus, V. dict. ſeq.
Subrostrārius, a, um. Adj. Cic. 8. Fam. 1. Te a. d. IX. Calend. Jun. ſubroſtrarii, (quod illorum capiti ſit) diſſiparant periiſſe. Ubi interpres, Subroſtrarii, qui erant infra Senatores, hoc eſt qui ſub roſtris ſedebant. Vetus tamen exemplar habet Subroſtrani. Porro hic alii Subroſtrarii, i. e. Qui ſub roſtris ſedent novarum rerum captatores. Nam in Roſtris omnia Romæ edicebantur. Subroſtrarios ea forma dici arbitrantur, quaſi Subbaſilicanos, circumforaneos: non ex dignitatis gradu, ut voluit Interpres. [Vel potius Subroſtrani, quæ verior lectio eſt. Videntur dicti a ſtatione in foro Romano, quæ Subroſtris dicebatur, ubi otioſi verſabantur Quirites. Sic Sub novis, Sub veteribus. V. SUB.
Subrŭbeo, ui, [ὑπερυθραίνομαι] ēre. Aliquantum rubere. Ovid. 2. de Arte Am 316.
Pleraque purpureo ſubrubet uva mero.
Cælum ſubrubet. Ovid. 2. Amor 5. 36.
Subrubicundus, a, um. Adj [ὑπέρυθρος] Aliquantulum rubicundus. Plin. lib. 25. cap. 13. Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia, cauliculis ſubrubicundis. Sic apud Celſ. lib 8. cap. 12.
Subrŭfus, a, um. Adj. [ὑπόπυρρος] Aliquantum rufus. Plin. lib. 37. cap. 10. Indica gentium ſuarum habet nomen, ſubrufo colore, in attritu ſudorem purpureum emanat. Idem lib. 21. cap. 7. Rhizotomos ſubrufa.
Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. Plaut. Capt. 3. 4. 116.
Subrumpo, ūpi, uptum, ĕre. Arnob. 2. Aliorum ſubrumpant & labefaciant ſcita.
Subruptus, a, um. Partic. Hirt. Bell. Afr. cap. 30. Crebris locis ſpeluncæ in modum ſubruptis. al. Subrutis.
Subrūmus, i. m. [ὑπομάζιος] Agnus qui adhuc ſub ruma, i. e. mamma eſt. Varr. 2. de R. R. cap. 1. Et, ſi parum habet lactis mater, ut ſubjiciat ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi, id eſt, ſub mamma: antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. Ibid. cap. 11. Mammæ enim rumis, ſive rumæ, ut ante dicebant, a rumi: & inde dicuntur ſubrumi agni: lactentes, a lacte. V. not. Scalig & F. Urſin.
Subrūmo, [ὑπομαστεύομαι] āri. dicuntur Hœdi, quum ad mammam admoventur, quia ea rumis vocatur, vel quia rumine trahunt lac ſugentes, inquit Feſtus. Columel. lib. 7. cap. 43. Diligenti cura ſervandum eſt, ut & ſuis quotidie matribus & alienis non amantibus agni ſubrumentur. Idem lib. 12. cap. 37. Nec minus intereſſe paſtoribus fructum cogentibus, aut fetus ovium aliarumve pecudum ſubrumantibus.
Subruncātor, ōris. m. ſic Deus invocatus eſt a Flamine Cereali, uti notat Servius in Virg. 1. Æn.
Subruncīvi, m. pl. Limites ita nominantur ab Hygeno p. 150. Goeſ. Limites linearii menſuræ tantum diſterminandæ cauſſa ſunt conſtituti: & ſi finitimi interveniunt: latitudinem ſecundum legem Mamiliam acceperunt. In Italia itineri publico ſerviunt ſub appellatione ſubruncivorum. Habent latitudinem pedum octonum. Hos conditores coloniarum, fructus exportandi cauſſa, publicaverunt.
Subruo, ui, ŭtum, [ὑποσκάπτω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Deſtruere, ſubvertere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 6. Muruſque defenſoribus nudatus eſt, teſtudine facta portis ſuccedunt, murumque ſubruunt.
Ovid. Subruere eſt arces & ſtantia mœnia virtus. H. St. Extant 3. Triſt. 11. 23.
Dies venture ſubruet arces mundi. Propert. lib. 3. 5. 31.
Muneribus ſubruit reges, auro proditoribus dato. Hor. 3. Carm. 16. 14.
Subruor. Lucret. lib. 4. 864.
—& omnis
Subruitur natura, &c. Male in Gloſſ. L. G. Subrugo.
Subrŭtus, a, um. Partic. [κατασκαφεὶς] ut, Caſtra ſubruta ferro. Propert. lib 3. 9. 55. Liv 21. 11. Subruta cuniculo mœnia.
Veſtigia ſubruta limo fallaci, Everſa, & ſubterconria. Fallaci, id eſt qui creditos ſibi greſſus decipiebat, & nutare faciebat. Stat. 9. Theb. 475.
Subrusticus, a, um. Adj. [ὑπάγροικος] Aliquantum ruſticus. Cic. de Clar. Orat. 259. Tum etiam ipſo ſono, quaſi ſubruſtico, proſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Ibid. Cotta, quia ſe valde dilatandis litteris a ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabatque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeque ſubruſticum. Idem in Orat. 161. Quod jam ſubruſticum videtur, olim autem politius.
Subrŭtilus, a, um. Adj. [ὑποπυῤῥίζων] Ferme rutilus. Plin. lib. 10. cap. 33. Merops pallido intus colore pennarum, ſuperne cyaneo, priori ſubrutilo. Idem lib. 12. cap. 14. Alii lentiſco ſimilem ſubrutilo folio arborem turis prodidere. Idem lib. 10. cap. 3. Media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum conſpectu.
Subsalsus, a, um. Adj. [ὑφαλμυρός] Aliquantum ſalſum ſignificat. Plin. lib. 20. cap. 29. Subſalſa guſtanti herba.
Subsanno, [χλευάζω] āre. activ. Idem ſignificat quod Irridere. Nam Sanna, ut ſuo loco apparet, Irriſionem ſignificat, quæ & Subſannatio dicitur. χλευασμὸς verbum frequens apud ſacrarum litterarum interpretem. V. SANNA.
Subsaginator, ōris. m. [σιτευτής] Gloſſ. Latinogræc. V. dict. eand.
Subsaccio, [ὑποσακκίζω, Gl. G. L.] īre.
Subſecundo, āre. Columel.
Subscrībo, pſi, ptum, [ὑπογράφω, Gl. G. L.] ĕre. Subnotare, ſubſignare. Suet in Auguſt. cap. 27 Pinarium equitem Romanum, quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quædam animadvertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, coram confodi imperavit.
Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. Cic. 5. Verr. 120.
Audita ſubſcribere. Quintil. lib. 10. cap. 8. Nec tanta ſit acturo memoriæ fiducia, ut ſubſcribere audita pigeat. i. e. Subnotare.
Exemplum litterarum alicujus ſubſcribere. Cic. 9. Att. 16. Idem Ibid 8.
Subſcribere, Verbum eſt judiciis & foro accommodatum, & ſignificat Judicium dictare, quaſique Dicam ſcribere. Plin 5. Epiſt. 1. Poſt hoc Curianus a matre exheredatus, cum ceteris coheredibus, ſubſcripſit centumvirale judicium: mecum non ſubſcripſit. i. e. Controverſiam movit hereditatis, teſtamentum ſcilicet impugnare ut inofficioſum volens. Ibidem, Scis te non ſuſcripliſſe mecum: & jam biennium tranſiſſe, omniaque me uſucapiſſe. i. e. Mecum querelam non eſſe expertum. Budæus. V. hic ſeqq.
Subſcribere dicebant veteres Juriſconſulti, quod nunc *adjungere ſe* dicunt. Subſcribendi igitur facta poteſtas dicendum, quod nunc dicunt, *dictum eſt quod adjungere ſe poterit*. Cic. 3. Verr. 25. Ut ei, qui iſtius Quæſtor fuiſſet, & ab iſto læſus, inimicitias juſtas perſequeretur, non modo deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, cum id poſtularet, facerent poteſtatem. Hoc etiam a Cicerone dicitur, Accedere ad cauſam, & Deſcendere in cauſam, & Incumbere in eandem cauſam, & Demittere ſe in cauſam. Budæus. V. SUBSCRIPTUS.
In crimen ſubſcribere. Ulpian. l. ult. D. de privat. delict. Si quis actionem, quæ ex maleficiis oritur, velit exſequi: ſi quidem pecuniarie agere velit, ad jus ordinarium remittendus erit, nec cogendus erit, in crimen ſubſcribere.
Subſcribere ſignificat aliquando Favere, aſtipulari, & aſſentiri. Marcellus in l. Non aliter, D. de Adop. Non aliter enim voluntati ejus, qui arrogare pupillum volet, etiamſi cauſam ejus ob alia probabit, ſubſcribendum erit.
Iræ alicujus ſubſcribere. Ovid. 1. Triſt. 2. 3.
Luxuriæ cubantis ſubſcribere. Celſ. lib. 3. cap. 4. Etenim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis vero tortoris vicem exhibuit. De Aſclepiade medico.
Odiis alicujus. Liv. 3. 33.
Votis alicujus ſubſcribere. Lucan. ad Piſon. 246.
Fortuna voto ſubſcripſit. Columel. lib. 1. cap. 2. Quod ſi voto fortuna ſubſcripſerit, agrum habebimus ſalubri cælo, uberi glebа.
Subſcribere, cum Accuſativo eſt Cauſam ſententiæ teſtari, & addere: Cic. pro Cluent. 119. Video igitur, Judices, animadvertiſſe Cenſores in judices quoſdam illius conſilii Juniani, quum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Ibid. 100. Nam hæc quidem, quæ de judicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt qui ab illis ſatis cognita & diligenter judicata arbitretur? In M. Aquilam & T. Guttam video eſſe ſubſcriptum.
Cauſam parricidii ſubſcribere. Cic. 2. de Invent. 58.
Subſcriptæ rationes. V. EXPUNGO.
Subscriptio, ōnis. f. [ὑπογραφή, Gl. G. L.] Cic. 1. Verr. 49. Quartum quem ſit habiturus, non video: niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunque vos delationem dediſſetis. id eſt, qui poſtulaverunt a vobis, ut ad quemcunque Verris accuſatio eſſet delata, ſibi liceret accuſationi ſubſcribere. Hæc Budæus. Cic. pro Cluent. 118. Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, ut omnem orationem meam, non de illorum facto, ſed de ratione cenſoria habitam exiſtimari velim.
Subſcriptio, pro Accuſatione. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 26. Sub Tiberio Cæſare fuit accuſandi frequens, & pæne publica rabies. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas jocantium, nihil erat tutum. Cœnabat Paulus Prætorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Cæſaris habens excalptam, eminente gemma. Rem ineptiſſime fecero, ſi nunc verba quæſiero, quemadmodum dicam illum matellam ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notavit. At ſervus ejus, cui nectebantur inſidiæ, ei ebrio annulum extraxit. Et quum Maro convivas teſtaretur admotam eſſe imaginem obſcœnis, & jam ſubſcriptionem componeret, oſtendit in manu ſua ſervus annulum. Alii legunt Proſcriptionem. [Subſcriptio h. l. eſt ipſa nominis delatio cum ſubſcriptoribus corrogatis facienda. V. SUBSCRIPTOR.
Subſcriptio Cenſoria. Cic. pro Cluent. 118. Ne ſubſcriptio cenſoria, non minus calamitatis civibus, quam proſcriptio acerbiſſima poſſit afferre. Budæus Cenſuram interpretatur. V. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Subſcriptio ac profeſſio agri. Cic. 5. Verr. 113. In Leontino jugerum ſubſcriptio ac profeſſio non eſt plus triginta, decumæ triginta ſex medimnûm venierunt.
Subſcriptio, Decretum: id eſt, quod a principe, vel præſide, libello oblato, ſubſcribitur. l. j. D. de conſtit. Princip. l. 1. C. Quomod. & quan. judex l. 1. C. commination. epiſtol.
Subscriptor, ōris. m. Subſcriptores Pædianus in 1. Verr. 47. eos ait eſſe appellatos Cauſidicos, qui adjuvare accuſatorem ſolerent: quos oportebat ſummiſſius agere, quam eum, quem ſequebantur. Cic. 1. Verr. 47. At venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis. Et paulo infra, Verumtamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed uſu forenſi, atque exercitatione tironem. Budæus. Cic. 3. Q. frat. 4. Omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribuſque ejus infantius. Cic. 8. Fam. 8. Itaque ſine ullo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. [Nep. Att. 6. Neminem ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſavit. V. Sigon. de Judic. 2. 9.
Venalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus. Cic. pro Domo 49.
Subſcriptor & approbator. Gell. lib. 5. cap. 21.
Subscus, ŭdis. f. Subſcudes tabellæ (inquit Feſtus) appellantur, quibus tabulæ inter ſe configuntur: ſic dictæ, quia quæ immittuntur, ſucciditur. Pacuvius, Nec ulla ſubſcus cohibet compagem. Cato R. R. cap. 18. Orbem olearium, latum pedibus quatuor, punicanis coagmentis facito, craſſum digitis ſex, ſubſcudes iligneas adindito. Eas ubi confixeris, clavis corneis occludito. Vitruv. lib. 4. cap. 7. Et ita ſint compactæ ſubſcudibus & ſecuriculis, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.
Subſcudes, a Succudendo nomen videntur potius habere, quam a Succidendo. Etſi enim locus, cui inſeruntur, excavatur, ſucciditurque inde aliquid, ut immittantur, cum tamen id fiat cædendo ſcalpris, malleo percuſſis, & immittantur ictu mallei, non video, cur non debeant potius a ſuccudendo, quam ſuccidendo, deduci. Quod ſi Feſtus a Succidendo ſcripſit, ut & fortaſſe ſcripſit, ea ab eo libentiſſime diſſentio. Verba ſunt Turnebi.
Subſcudes, quæ & Subcudes, & Seſcudes dicuntur: ſunt Lignea retinacula,

nacola, quæ etiam Securiclæ a forma vocantur, quaſi Securiculæ; quibus duo tigna tenaciſſime inter ſe vinciuntur: unde Securiclati cardines apud Vitruv. lib. 10. licet vulgo Securidati legatur. Galli *hirundinum caudas* appellant. Apud Auguſtin. lib. 15. de Civitate, Suſcudines legitur. Vitruv. lib. 10. cap. 10. de tympano ad molendam farinam loquens, Secundum id tympanum, majus item dentatum planum eſt collocatum: quo continetur axis, habens in capite ſummo ſubſcudem ferream, quo mola continetur. Quod Vitruv. Subſcudem hic appellat: noſtri *ferrum molendini* vocant, ex quo forma ſubſcudis intelligi poteſt. Budæus.

Subsĕco, ui, ctum, [[illegible]] āre. Subtus vel paulatim ſecare. Columel. lib. 2. cap. 9. Quædam etiam ſubterraneæ peſtes, adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecant. Varr. 1. de R. R. cap. 50. Ubi falce ſecundum terram ſuccidunt ſtramentum: & manipulum, ut quemque ſubſecuerint, ponunt in terra. Plin. lib. 18. cap. 17. Quæ velluntur a terra, non ſubſecantur. Ovid. 4. Faſt. 438.

Illa papavereas ſubſecat ungue comas.

Ungues ferro ſubſecare. Ovid. 6. Faſt. 230.

Subsĕcīvus, vel Subsĭcīvus, a, um. Iſidor. lib. 15. Etymol. cap. 13. ſcribit Subſeciva propriu eſſe, Quæ ſutor de materia præcidens, quaſi ſupervacua abjicit. Indeque Subſeciva agra dictos, Quos in pertica diviſos recuſant quaſi ſteriles, vel paluſtres. Itemque, Subſeciva, Quæ in diviſione agri non efficiunt Centuriam, Id eſt jugera docenta, quæ a ſubſecantu linea ita appellata eſſe Frontinus in libro de Agrorum qualitate p. 39. Goeſ. ſcribit. A quo & ejus interprete Aggeno Urbico p. 68. Goeſ. Subſecivorum duo eſſe genera didici: unum quod in extremis aſſignatorum finium centuris expleri non potuit. Aliud, quod in mediis aſſignationibus & integris centuriis intervenit. Quicquid enim inter quatuor limites minus, quam intercluſum fuerit, adſignatum in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui aſſignationi ſupereſt, linea cludatur & ſubſecetur. Et generaliter ſubſecivum appellatum, quod inter menſuralem lineam & Centuriæ extremitatem minus, quam ut Centuriam expleret, ſupererat.

Ager ſubſicivus is eſt Boëthio lib. 2. Geometriæ, Qui ſecundum ſuas determinationes aſcriptus in finibus ſuis tabulario Cæſaris infertur, & qui beneficio conceſſus, aut aſſignatus Coloniæ fuerit: ſive is proximus, ſive longius poſitus: quem Colonia in tabulario Cæſaris manu ſubſcriptum habere debet. Item, Ager ſimilis ſubſicivus eſt, Qui non aſſignatus Reipublicæ, populoque, aut Coloniæ cujus fine circumdatur, remanet in ejus poteſtate, qui aſſignare potuerit, hoc eſt principis.

In ſubſicivum eſſe, Menſorum agrorum apud antiquos locutio, aliquid, præter id quod demetiendum erat, ſupereſſe videbatur. Varr. 1. de R. R. cap. 10. Ad hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubſicivum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quum ad jugerum pervenerint.

Hinc Subſiciva, apud Sueton. in Domit. cap. 9. Subſiciva, quæ diviſis per veteranos agris carptim ſuperfuerunt, veteribus poſſeſſoribus, ut uſucapta, conceſſit. Quem locum exponens Berould. In codicibus, inquit, luculentorum ſcriptorum multijugis, modo Subſiciva, modo Subciſiva ſcribi deprehendes. Eadem tamen hujus verbi vis eſt, & ſignificantia: nam Subciſiva dicuntur, quæ ſubciſa ſunt, & quaſi ſubtracta: a ſubcidendo dicta, quaſi relicta. Quod ſi Subſiciva legeris a ſubſecando inclinabitur. Plin. in procem. Nat. Hiſt. & Aulus Gellius in noviſſimo Noctium Atticarum, Subciſiva ſive Subſiciva tempora dixerunt, Quæ ſubducta, ſubtractaque ſunt, & veluti ſubciſa, ſive ſubſecta a rebus neceſſariis. Eadem dictione uſus eſt Cic. 1. de Legib. Apul. in ultimo de Aſino aureo: (ad fin.) Quod ſubſicivum, quamvis iteratæ jam, traditioni remanſiſſet? ubi Subſicivum poſuit pro Reliquum. Idem in eadem ſignificatione dixit in octavo: Ac me relictum ſolum, ac ſubſicivum, cum faſtidio plerique præteribant. Itidem Tranquill. Subſiciva appellat Portiunculas agrorum, quaſi ſubciſas relictaſve, quæ velut reliquiæ in dividendis agris ſuperfuerant. Talia Domitianus conceſſit veteribus poſſeſſoribus, qui videlicet illos agros prius poſſederant, quam veteranis dividerentur. Idem Apul. ſcribit in Apolog. p. 294. Elmenh. Pythagoram animadvertiſſe everriculum, quod genus retis eſt, trahi a piſcatoribus juxta Metapontum in litore Italiæ ſuæ, quam ſubſicivam Græciam fecerat. Ubi Subſiciva Græcia accipi videtur, quaſi pro Subſecta, ſucciſaque & velut Secundaria Græcia, quæ eſt Italiæ portio, quam Græci Magnam Græciam appellaverunt. Hæc Berould.

Subſecivus, translatu, [[illegible]] ut Tertul. lib. 1. adverſus Marcionem, Et videndum, ne qua adhuc illi vacent ſubſeciva, in quibus & melius aliquis ſtipem ſe Deus poſſit. Apul. lib. 8. Mileſ. p. 212. Elmenh. Ac me relictum ſolum, & ſubſecivum, cum faſtidio plerique præteribant. De aſino venalitio.

Operæ ſubſecivæ. Sunt autem Operæ ſubſecivæ, non principales (ut ita dicam) ſed proximæ, quas ludis, & feriis ſcilicet, quas a functione muneris in Rempublicam, forum, amicos, ſtudiis ac muſis damus. Dictæ Subſecivæ, ab iis, quæ in agrorum aſſignationibus Subſeciva nominantur: de quibus Fronon. & nos paulo ante ex eodem. Ab hac ſimilitudine Operæ, Horæ, Tempora, quæ amicorum, fori, reipublicæ ſuperſunt, atque ex iis eripiuntur, & quaſi ſubſecantur: quæ nobis reſervamus, nec perire ſinimus, ſed in legendo, commentando, ſcribendo conſumimus, ſubſeciva nuncupantur. Quare apud Varr. lib. 1. de R. R. in ſubſecivam, non ſubciſſivum, apud M. Tullium multis in locis, apud ceteros ſcriptores eodem modo etiam ſcribendum eſſe contendunt docti.

Tempus ſubſicivum. Gell. Præf. in Noct. Att. al. lib. 20. cap. 11. Quantum autem vitæ mihi deinceps deum voluntate erit, quantumque a cura publica, & a re familiari, procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia ſubſiciva & ſubſecundaria tempora ad colligendas hujuſcemodi memoriarum delectatiunculas conferam. Cic. 1. de Legib. 9. Subſiciva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: ut ſi qui dies ad ruſticandum dati ſint, ad eorum numerum accommodentur quæ ſcribimus.

Operæ ſubſicivæ, Quæ poſt neceſſarias fiunt, & quaſi intermiſſariæ. Cic. 2. Philipp. 20. Nec vero tibi de verſibus reſpondebo: tantum dicam breviter, neque illos, neque ullas te omnino litteras noſſe: me nec Reip. nec amicis unquam defuiſſe: & tamen in omni genere monimentorum meorum perfeciſſe operis ſubſicivis, ut meæ vigiliæ, meæque litteræ, & juventuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. Idem 2. de Orat. 364. An ſi neſcire, quæ ego fero, quæ curſim arripui, quæ ſubſicivis operis, ut ajunt, iſtu a puero ſummo ſtudio, ſummis doctoribus?

Temporum ſubſiciva. Subſtandva. Quintil. lib. 1. cap. 12. Quibus potius ſtudiis hæc temporum velut ſubſiciva donabimus?

Subsĕcundārius, a, um. Adj. [[illegible]] Idem quod Subſicivus, & Quod quaſi ſecundo tempore advenit. Gell. in Præf. al. lib. 20. cap. ult. Ea omnia ſubſiciva & ſubſecundaria tempora ad colligendas hujuſmodi memoriarum delectatiunculas conferam. V. paulo ſupra Tempus ſubſicivum.

Subsellium, V. subsido.

Subsentio, ſi, ſum, [[illegible]] īre. Aliquantulum ſentire, advertere. Ter. Heaut. 3. 1. 62.

— falli te ſinas

Technis per ſervulum, etſi ſubſenſi id quoque,

Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.

Subsĕquor, ſĕcūtus ſum, [[illegible], Gl. L. G.] ſĕqui. Statim ſequi. Plaut. Merc. 5. 2. 31.

Si quidem mecum fabulari vis, ſubſequere.

Sequimur eminus, ſubſequimur cominus. V. Taubmann. ad Plaut. Amph. 2. 1.

Ipſe cum legionibus ſubſequor. Cic. 10. Fam. 15. Cæſ. 8. Bell. Gall. 29. C. Calenum legatum cum legionibus duabus reliquit, qui juſtis itineribus ſe ſubſequeretur.

Furtim ſubſequi aliquem. Ovid. 20. Epiſt. 131.

Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus. Cic. 3. de Orat. 218.

Subſequi aliquem, & imitari. Plin. in Paneg. cap. 84.

Judicium alicujus ſubſequi. Ovid. 4. Epiſt. 40.

Subſequitur Prætor voluntatem Imperatoris. Ulpian. in l. certum. D. de Confeſſis.

Aliud illico ſubſequitur, aut atomos ullas, e quibus quicquid efficiatur, illarum ſit diſſimillimum. Cic. 4. Acad.

Subſequi ſermone aliquid. Cic. 3. Fam. 1. Mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem tuarum litterarum.

Subsĕquens, entis. Partic. [[illegible], Gl. L. G.] Plin. lib. 11. cap. 29. Subſequenti anno exitu veris emittunt parvas locuſtas.

Subsĕquenter, Adv. Pſeudo-Meſſala Corvin. ad Cæſ. Auguſt. p. 13. Nunc ad reges Romanos, conſules, dictatores, tribunos militares ac plebejos ſubſequenter calamum deducam. Paulo poſt, Hinc adverſus Cruſtuminos ſubſequenter tumultuantes, in armis Romulus profectus, &c.

Subsērĭcum, i. n. eſt, Cujus ſubtemen ex ſerico eſt. Bayf. lib. de Re Veſtiar. cap. 5.

Subsĕro, ſēvi, ſitum, [[illegible], Gl. G. L.] ĕre. Columel. lib. 4. cap. 15. Plurimum intereſt, adhuc nova conſitione pedamen omne veſtiri: nec non vineam tum ſubſeri, quum fructus capiendus eſt. h. e. in demortuæ locum ſerendo ſubſtitui.

Arbores ſubſerere. Ulp. in l. Uſufruct. legato. §. ult. D. de uſufruct.

Fiera motus barbaricos inter alia ſubſerebat. Pro Diſſeminabat. Amm. Marcell. lib. 30. p. 501. Francf. in M. Vide & in illo Indice. H. St.

Subservio, īvi, ītum, [[illegible], Gl. G. L.] īre. Serviendo obtemperare. Plaut. Men. 5. 2. 16.

Ita iſtæc ſolent, quæ viros ſubſervire

Sibi poſtulant, dote fretæ, feroces.

Subſervire alicui ſervi habitu. Plaut. Amph. 2. Perioch. 4.

Orationi. Ter. And. 4. 3. 20.

— tu ut ſubſervias

Orationi, utcunque opus ſit verbis, vide.

Subsessa, Subsessor, V. subsido.

Subsīdo, ſēdi, ſeſſum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Subtus ſedere, vel in fundo manere. Colum. 12. 50. Confeſtim villica debet adhibere curam, ut ſi quæ fæces, aut amurcæ, in fundis vaſorum ſubſederint ſemel, ſtatim emundentur. Idem lib. 12. cap. 19. [Poteſt eſſe a Subſido.

Subſidet pecunia apud eum. Plin. 4. Epiſt. 12. i. e. Remanet.

Subſidere in caſtris. Cæſ. 6. Bell. Gall. 36. extr. Cic. in Salluſt. 12. Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit, in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, ſicut in fretis, ſubſederant. Virg. 5. Æn. 498.

Extremus, galeaque ima ſubſedit Aceſtes. Ubi Serv. Subſedit, Remanſit: nec enim proferebatur ſors, quæ remanſerat ſola: aut certe delituit.

Subſidere in via. Cic. 5. Att. 16. Itaque ſubſedi in ipſa via, dum hæc, quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. [Hoc quoque & ſeqq. poteſt eſſe a Subſido.

Subſidere, pro Clam ſubſiſtere, & in inſidiis deliteſcere. Virg. 11. Æn. 268.

— devicta Aſia ſubſedit adulter.

Subſidere, pro Inſidiari. Cic. pro Milon. 50. Cur neque ante occurrit, ne in villa reſideret? nec eo in loco ſubſedit, quo noctu venturus eſſet? Budæus.

Subsessa, æ. f. [[illegible]] Subſeſſæ a Veget. lib. 3. cap. 6. de Re Mil. dicuntur Inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans, opprimi ſolet. In his locis, inquit, quæ ſibi opportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocant. Et p. p. Deprehenſa vero ſubſeſſa, ſi circumveniatur utiliter, plus periculi ſuſtinet, quam parabat inferre. Cui ſubſcribit Serv. in illud 11. Æn. 268.

— devicta Aſia ſubſedit adulter.

Subsessor, ōris. m. [[illegible]] Qui deliteſcens inſidiatur, vel inſidiis ſtruendis ſubſidet. Subſeſſores, vocantur Qui occiſuri aliquem deliteſcunt. Serv. in illud 5. Æn. 498.

— galeaque ima ſubſedit Aceſtes.

Subſeſſor, Qui clam domi ſubſidet, inſidiaturque ad adulterium obeundum. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. § 5. Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur. ex Turneb. Adverſ. 5. 8.

Subsellium, i. n. [[illegible], Gl. G. L. [illegible], Onom. v.] Subſellia antiquis dictæ ſunt Sedes & pulpita, vel, ut ita dicam, Scamna, in quibus v. g. vel ſpectatores in ſpectaculis, vel judices in judiciis, vel qui recitantes audiebant in auditoriis, ſedere conſueverant. A ſubſedendo dicta, quaſi Subſedia, permutatione n in l: ut Sella pro Seda.

Subſellium, Varr. 4. de L. L. 28. Ut ſubſipere, quod non plane ſapit: ſic quod non plane erat ſella, ſubſellium dictum.

Subſellia, ſcribit Aſcon. in Divinationem Ciceronis 48. eſſe Tribunorum, Triumvirorum, Quæſtorum, & hujuſmodi, minora judicia exercentium, qui non in ſellis Curulibus, nec Tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. Perſ. 1. Sat. 82.

Truſſulus exſultat tibi per ſubſellia lævis. Plaut. Stich. 3. 2. 33.

Scis me dudum eſſe imi ſubſelli virum. i. e. Qui ſoleam ſedere in infimo loco.

Homo reſupinus ſuper ſubſellium, aut lectum, eſt collocandus. Celſ. lib. 7. cap. 26.

Deſt tuere ſubſellia. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Subſellia item erant in Curia, ubi Senatores ſedebant, ut oſtendit Cic. 2. in Catil. 16. [Hinc Pompeji dictum apud Cic. 3. Fam. 9. Longi ſubſellii judicatio.

Subſellia etiam erant judicum, id eſt eorum, qui publicis judiciis diſceptandis operam dabant, auctor Aſcon. in 4. in Verr. 72. Cic. pro Cluent. 93. Accuſabat Tribunus pleb idem in concionibus, idem ad ſubſellia. Idem in Vatin. 34. Quæro ex te, &c. cum quis reus poſt urbem conditam in Tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, urnas dejecerit, eaſque denique omnes res in judicio diſturbando commiſerit, quarum rerum cauſa judicia ſunt conſtituta. Hoc in loco Tribunal Cicero Prætori aſſignavit, qui judiciis publicis præerat, & Quæſitor vocabatur: Subſellia vero judicibus, qui reos ſententiis ſuis tabellaribus judicabant. Hæc Budæus.

Occupare locum in ſubſelliis. Cic. de Clar. Orat 289.

Subſellia in Judiciis publicis dicebantur, quæ in foro Romano exercebantur ſub divo. Quintil. lib. 12. cap. 8. Nonnunquam etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur. Idem lib. 10. cap. 5. Quod accidiſſe Porcio Latroni traditur, ut, quum ei, ſummam in ſcholis opinionem obtinenti, cauſa in foro eſſet orenda, impenſe petierit, uti ſubſellia in Baſilicam transferrentur: ita illi cælum novum fuit, ut omnis ejus eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Ex Budæo.

Optima fide & fama verſari in ſubſelliis. Cic. 13. Fam. 10.

Grandiorem & pleniorem vocem deſiderant ſubſellia. Cic. de Clar. Orat. 288 V. COMITIA, orum.

A ſubſelliis in roſtra rem deferre. i. e. A foro ac judicio in concionem populi. Cic. pro Cluent. 111. Is, quaſi non eſſet ullo modo ferendum, ſe ex judicio diſceſſiſſe victum, rem ab ſubſelliis in roſtra detulit.

Subſellia, Ubi ſedebant rei, & accuſatores, & teſtes. Cic. pro Roſc. Amer. 17. Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roſciis Amerinis, quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video, alterum tres hujuſce prædia poſſidere audio.

Subſellia, Sedes in theatro. Suet. in Auguſt cap. 44. pr. Facto igitur decreto Patrum, ut quoties quid ſpectaculi uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret Senatoribus.

Subſellia, pro ipſis Sedentibus aliquando accipitur. Martial. lib. 1. 27.

Sextiliane, bibis quantum ſubſellia quinque. Budæus.

SUBSIDIUM, i. n. pl. SUBSIDIA, [Βοήθεια. Βοήθημα, συμμαχία, Gl. L. G.] dicitur id (inquit Feſt.) quod poſtpoſitum eſt ad ſubveniendum laborantibus. Erant autem triarii militum, nempe qui tertio ordine in acie conſtituerentur. Hi enim poſt omnes acies, cum ſcutis, galeis, ocreis, gladiis, plumbatis, locabantur: ut ſi forte prima acies vinceretur, ab his, veluti de integro reparato certamine, victoria ſperaretur. Subſidebant itaque nixi genibus, a quo Subſidium dictum. Plaut. Fragm. 1. 98.

Agite, ſubſidete omnes, quaſi ſolent triarii.

Subſidium, inquit Budæus, eſt ultima acies, quæ ad extremum diſcrimen ſuccenturiata eſt: id quod Græci ἐπίταγμα dicunt. Unde fit, ut Subſidium ſit Auxilium & opitulatio plane ad extremum caſum ſervata. Cæſ. 4. Bell. Gall. 31. Cæſar ſubſidia ad omnes caſus parabat. Idem 2. Bell. Gall. 6. Ad eum mittit, niſi ſubſidium ſibi mittatur; ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe.

Subſidium, Quicquid nobis adjumento eſt. Cic. 15. Fam. 4. His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem.

Belli ſubſidia. Cic. pro Lege Manil. 6. Agunrur certiſſima Pop. Rom. vectigalia & maxima, quibus amiſſis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis.

Induſtriæ ſubſidia, pro Adminiculo & auxilio. Cic. 2. in Catil. 9. Quum induſtriæ ſubſidia, atque inſtrumenta virtutis, in libidine, audaciaque conſumerentur

Senectutis ſubſidium. Cic. 15. Att. 13. Res Hiſpanienſes valde bonæ, modo Balbillum incolumem videam, ſubſidium ſenectutis.

Belliſſimum ſubſidium. V. BELLUS.

Fidiſſimum ſubſidium. Tacit. 5. Ann. 8.

Inutile bellis. Stat. 6. Theb. 553.

Lautiſſima facultatum ſubſidia, i. e. Ampliſſimæ facultates, ſeu opes. Firmic. lib. 5. cap. 11.

Comparare ſubſidium. V. COMPARO.

Conſtabilitæ ſubſidiis legiones. V. CONSTABILIO.

Currere alicui ſubſidio. V. CURRO.

Invocare ſubſidium. V. INVOCO.

Ire ſubſidio alicui. Nep. 17. 8.

Mittere ſubſidium. V. MITTO. & ex Cæſ. ſupra.

Miſſus ſubſidio globus. Stat. 3. Theb. 10.

Parare ſubſidium. V. PARO.

Servari quempiam ſubſidio beſtiæ. Cic. 2. Q. frat. 3.

Venire ſubſidio. Cic pro Font. 35. Venit huic ſubſidio, miſero atque innocenti, Maſſilienſium cuncta civitas V. Liv. 5. 13.

Subſidium, pro Loco, in quo navigia ſubſidere poſſunt, & ſtare, & ſuffugia habere. Ita, Subſidium ſimile quiddam eſt Portui & ſtationi, etſi minus. Tacit. 4. Ann. 67. Quoniam importuoſum mare, & vix modicis navigiis pauca ſubſidia. Hæc ſubſidia Græci videntur ὑφόρμους appellare.

SUBSIDIĀRIUS, a, um. Adj. [ἐπικουρικός] Quod in ſubſidium datur aut venit. Liv. 3. 38. Paulum erat ab dextera editi loci, quem ſubſidiariis repleri placuit. ſubaudi Militibus. Ibid lib. 9 27 Qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſervabantur, in primam aciem extemplo emiſit.

Acies ſubſidiaria. Liv. 30. 33.

Actio ſubſidiaria. l. 1. §. non tantum. D. de magiſtrat. conveniend.

Palmes ſubſidiarius, qui & Præſidiarius & Refex a Columella, a Catone Cuſtos, & Vicarius appellatur palmes. Columel. lib. 4. cap. 24. Subſidiarius, idemque cuſtos, in pollicem reſecari non debet, quum palmæ, ex quibus proximi fructus ſperantur, idoneo loco ſitæ ſunt.

SUBSIDIOR, āri. In ſubſidiis eſſe. Hirt. 8. Bell. Gall. 13. Perterriti non ſolum ii, qui cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur, ſed etiam qui longius ſubſidiari conſueverant.

SUBSIDO, Præteritum & Supinum mutuatur a Sedeo, ſubſedi, ſubſeſſum, [ὑφίσταμαι] ĕre. Subtus cadere, deſcendere: fit enim cum motu. conf. CONSIDO. Virg. 5. Æn. 820.

Subſidunt undæ, tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis. Ovid. 1. Met. 43.
Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles. i. e. Depreſſas eſſe.

Columel. lib. 6. cap. 1. Lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto, planoque, vel etiam ſubſidente, &c.

Subſido, ſignificat Ita ſidere, ut planitiem efficiant. Lucret. lib. 5. 494.

— neque enim poterant ſubſidere ſaxa.

Poplite ſubſidens. Virg. 12. Æn. 492.

Mare ſubſidit. Ovid. 1. Triſt. 2. 73.

Venti ſubſidunt. Propert. lib. 1. 8. 13.

Urbes ſubſidunt, terræque dehiſcunt. Lucan. lib. 1. 640.

Subſidere dicitur famina in coitu. Hor. Epod. 16. 31.

Novaque monſtra junxerit libidine
Mirus amor, juvet ut tigres ſubſidere cervis. i. e. Succumbere, ſe ſubjicere ad ineundum.

Subſidere & Conſurgere, contraria. Liv. 28. 2.

Subſidere, Invadere, aliquando ſignificat. Lucan. lib. 5. 226.

Jure ſed incerto mundi ſubſidere regnum
Chalcidos Euboicæ, vana ſpe rapte, parabas. i. e. (ait Beroald.) Invadere. Inde dicti Subſeſſores, Occulti inſidiatores. Sulpicius & Badius ſic ordinant, O Appi rapte, id eſt ſeducte vana ſpe, parabas regnum Chalcidos Euboicæ ſubſidere, i. e. Suppoſitum iri tibi, jure mundi incerto, id eſt dubio uni cedat.

Subſidere in loco aliquo, pro Commorari: cui opponitur Proficiſci. Cic 6. Fam. 8. Quid ſim tibi auctor, in Siciliane ſubſidas, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare? [Niſi forte Subſiſtas ſcripſit.

Impetus dicendi ſubſidit, Remiſit ſe. Quintil. lib. 3. cap. 8

Mulierum menſes ſubſidunt. Plin. lib. 22. cap. 8. Mulierum menſibus, ſive ſubſidant, ſive abundent, &c.

SUBSIGNĀNUS, a, um. Adj. Subſignani, Milites olim dicebantur, qui ſub ſignis habebantur, & a Legionariis differebant, quia ſub aquila non erant. Tacit. 1. Hiſt. 70. Penſoo ſonere ſubſignanum militem, & grave legionum agmen, hibernis adhuc nivibus, traduxit. [i. e. Sub ſignis & agmine quadrato, non paſſim, incedentes.

SUBSIGNO, [ὑποχάφω, ὑποσφραγίζω, Gl. G. L.] āre. Feſtus; Subſignare, pro Subſcribere utimur. Plin. 3. Epiſt. 2. Eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, idque jam nunc apud te ſubſigno, ut, ſi me longius evehi videris, in jus voces ad hanc epiſtolam. i. e. Subſcribo, ſigillo, obligo, affirmo. Calliſtratus De jure immunitatis, Sed ne extenuentur facultates eorum, quia ſubſignatæ ſunt fiſco. Paulus Juriſconſ. D. de verb. ſignif. l. 39. Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt: nam veteres ſubſignationis verbo pro ſubſcriptione uti ſolebant. Cic. pro Flacc. 80. Illud quæro, ſintne iſta prædia cenſui cenſendo, habeant jus civile: ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint?

SUBSIGNĀTIO, ōnis. f. Tertull. de Pœnit. cap. 2. Subſignatio pœnitentiæ. Veteres Subſignationis voce pro Subſcriptione uſi ſunt. Paul. l. 39. ff. de verborum ſignif. V. dict. præced.

SUBSILIO, ui & ivi, ultum, [ὑποπηδάω] īre. Paululum ſalire. Plaut. Curc. 1. 2. 64. Peſſulos alloquens,

Subſilite, obſecro, & mittite iſtanc foras.

Ignes ſubſiliunt ad tecta domorum. Lucret. lib. 2. 191.

SUBSULTIM, Adv. [ὑφαλλομένως] Subſiliendo. Sueton. in Auguſto, cap. 83. Mox nihil aliud quam vectabatur & deambulabat: ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.

SUBSULTO, [ὑφάλλομαι] āre. frequent. Idem. Plaut. Capt. 3. 4. 104.

Tu ſubſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. Idem Caſin. 2. 7. 10.
Ut ſubſultabit, poſtquam vicit villicus?

SUBSILLAE, dicebantur quædam Lamellæ ſacrificiis neceſſariæ. Paulus ex Feſti ſententia.

SUBSIMILIS, e. Adj. Celſ. lib. 5. cap. 26. de ſanguine, ſanie, & pure, Μελικηρία craſſior, & glutinoſior, ſubalbida, mellique albo ſubſimilis fertur. Et Ulp. l. 1. §. 5. D. Si ususfr. plus.

SUBSIMUS, a, um. Adj. [ὑπόσιμος, Gl. G. L.] Paulum ſimus. Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. Ut ſint bene compoſiti, ut integris membris, &c. piloſis auribus, compreſſis malis ſubſimisve, gibberibus demiſſis, &c.

SUBSIPIO, ĕre. Quod non plane ſapit, ut vult Varro lib. 4. de L. L. 28.

SUBSISTO, ſtiti, ſtitum, [ὑφίσταμαι, Gl. G. L.] ĕre. Contra ſiſtere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 15. Quo prælio ſublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere: nonnunquam ex noviſſimo agmine prælio noſtros laceſſere cœperunt.

Clypeo & dextra ſubſiſtere. Virg. 9. Æn. 806.

Ergo nec clypeo juvenis ſubſiſtere tantum
Nec dextra valet.

Vires infirmæ ſubſiſtere valent. Tibul. lib. 4. ad Meſſalam 1. 2.

Subſiſtere feras, Excipere, non cedere irruentibus, ut ait Budæus. Liv. 1. cap. 4. extr. Hinc robore corporibus, animiſque ſumpto, jam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones præda onuſtos impetum facere, paſtoribus rapta dividere. [An Non in feras?

Subſiſtere, [διατρίβειν] Quieſcere, morari aliquandiu. Virg. 2. Æn. 243.

— quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.

Subſiſtere, Remanere. Liv. 4. 55. Conſules an ambo profecti ſint ad arcem Carventanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diverſi auctores faciunt.

Subſiſtere & exſpectare. Cic. pro Milon. 50. Sic Miloni, quum inſidiator eſſet, ſi illum ad urbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum atque exſpectandum fuit.

Circa ima ſubſiſtere. Quintil. in procem. lib. 1.

Lingua ſubſtitit in medio ſono, Hæſit. Ovid. 2. Faſt. 538.

Lingua ſubſtitit timore. Ovid. 13. Epiſt. 86.

Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis; Repreſſum eſt. Ovid. 15. Epiſt. 206.

Subſiſtit

Subſiſtit unda, Stat, conſiſtit. Virg. 8. Æn. 87.
Subſiſtere liti. Celſus in l. Si rem quæ. D. de evictionibus. Si de induſtria non venerint in judicium, unus tamen ex his liti ſubſtitit. Sic habent Pandect. Florent. & vulgati codices: quamvis Haloander legat, Litem ſuſtineat.
Subſiſtere ſumptui. Cic. 11. Fam. 10. Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumptibus poſſem.
Subſiſtunt opes Romanorum apud eas gentes. Plin. lib. 6. cap. 28.
Subſiſtit proceritas balſami intra bina cubita: h. e. Procera eſt balſamus duos cubitos, nec amplius. Plin. lib. 12. cap. 25.
Subſiſtere, pro Dubitare. Ulpian. in l. Servum. §. 1. D. de procur. Et quantum ad filium familias, verum eſt: in ſervo vero ſubſiſtimus.

SUBSŎLĀNUS, a, um. Adj. Sub ſole poſitus. Plin. 7. 2. Subſolani Indorum montes.

SUBSOLĀNUS, i. m. [ἀπηλιώτης] Ventus Favonio contrarius, ut ait Plin. lib. 2. cap. 46. Hic ſole oriente ſubnaſci videtur. Gell. 2. 22. Eurus a Romanis nauticis ſubſolanus cognominatur.

SUBSORTIOR, itus ſum, [ἀποκληροῦν, ἀντικληροῦσθαι, ἐπικληροῦν] iri. Sorte in alterius locum ſubſtituere. Unde Subſortitos judices dicimus, rejectorum in locum lectos, qui etiam Subſtituti dicuntur. Cic. 3. Verr. 51. Cur ea quamdiu alium Prætorem, cum iis judicibus, quos in horum locum ſubſortitus es, de te in conſilium iturum putaſti, tamdiu domi fuerunt? Idem pro Cluent. 62. Si ea lege ſubſortitus non erat Junius, aut ſi in legem aliquando non juraverat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio judicabatur? Ibid. 67. Ab illo enim ſive quod in legem non juraſſet, ſive quod ex lege ſubſortitus judicem non eſſet, mulcta petita eſſe dicitur. conf. ſeq. dict.

SUBSORTĪTIO, ōnis. f. [ἀντικλήρωσις] Suffectio. Suet. in Jul. Cæſ. cap. 41. Ac ne qui novi cœtus recenſionis cauſa moveri quandoque poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum, ex his qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio a Prætore fieret.
Aſconius actione 2. in Verrem 17. moris fuiſſe ſcribit, celebrata judicum rejectione, haberi in officio Prætoris & in arca repoui nomina judicum ſelectorum Rejectionemque ideo dictam, quia quum multi judices in conſilio cum Prætore ſuo judicaturi eſſent, qui Quæſitor fuiſſet in publica aliqua cauſa, verbi gratia Repetundarum, Ambitus, Majeſtatis: neceſſe fuerat eos primum de Decuria Senatoria conſcribi: (eo ſcilicet tempore, quum Senatus judicaret:) deinde in urnam ſortito mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet. Tertio, id eſt poſt urnam, permitti accuſatori ac reo, ut ex illo numero rejicerent, quos putaverint ſibi aut iniquos, aut ea alia re incommodos fore. Solitum autem ex moribus, ac fama judicum illorum, quos aut rejiciebant, aut retinebant, voluntatis conjecturam facere populum, quis cauſa ſua confideret, quis corrumpere judices vellet. Rejectione (autem) celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, Prætorem alios ſubſortiri conſueſſe, quibus ille judicum legitimus numerus compleretur, quæ Subſortitio dicebatur. Prima enim (delectio) Sortitio dicebatur. His perfectis, jurabant judices in leges, ut obſtricti religione judicarent; quum juraſſent omnes præter ipſum Prætorem, nomina eorum libellis continebantur, & ubique habebantur, ne pro ſelectis judicibus, ut ſit in multitudine, aliqui ſuppoſiti corruptiſſime judicarent. Hactenus ex Aſconio. Cic. 3. Verr. 157. Nam de ſubſortitione illa Juniana Judicum nihil dico. Idem pro Cluent. 91. Et quod C. Verres, Prætor urbanus, homo ſanctus & diligens, ſubſortitionem ejus in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

SUBSORTĪTOR, ōris. m. Digeſt.

SUBSTĒMEN, inis. n. Nomen textorium. Schol. in Juven. 2. Sat. 66. Multicia, Veſtes molli ſubſtamine intextæ. V. SUBTEGMEN, in SUBTEXO.

SUBSTANTIA, V. SUBSTO.

SUBSTERNO, ſtrāvi, ſtrātum, [ὑποστρώννυμι, Gl. G. L.] ĕre. Sternere ſub re aliqua. Ter. And. 4. 3. 9.

—ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne.

Plin. lib. 15. cap. 16. Cadiva ſeparari, ſtramentis, ſtoreis, paleisve ſubſterni. Varro 2. de R. R. cap. 9. Subſternitur ei acus, aut quid aliud, quo molliore cubili facilius educentur.
Subſternere nidos molliſſime. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Jam gallinæ, avesque reliquæ, & quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia ſibi nidosque conſtruunt, eosque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt, ut quam facillime ova ſerventur. [conf. Juſtin. lib. 3. cap. 3.
Subſternere ſemina hordei. Columel. lib. 5. cap. 9.
Subſternere herbam ovibus. Cato R. R. cap. 37. Stipulas, ebulum & cicutam, & circum ſata herbam altam ſuccide, & eam ſubſternito ovibus, bubusque.
Brachia ſubſternens collo. Catull. Carm. 65. 330.

Languidulosque paret tecum conjungere ſomnos,
Levia ſubſternens robuſto brachia collo.

Subſternere alicui pudicitiam ſuam. Sueton. de Auguſt. cap. 68.
Subſternere animo omnia, Subjicere, ſupponere. Cic. de Univerſ. 13. Omne, quod erat concretum atque corporeum, ſubſternebat animo, interiusque faciebat.
Delicias multas ſubſternere, Abunde ſuppeditare. Lucret. lib. 2. 22.

SUBSTRĀTUS, ûs. m. [ὑπόστρωσις] Ipſe ſubſternendi actus: & aliquando id quod ſubſternitur. Plin. lib. 18. cap. 30. Culmum ſenoſis locis, quum inaruit, baculo frangunt, ſubſtratu animalium. Et 24. 9. Suffitu quoque, aut ſubſtratu fugant venenata.

SUBSTRĀMEN, inis. n. [ὑπόστρωμα] Quod animalibus ſubſternitur. Varr. 3. de R. R. cap. 10. Easque cellas provident, ne habeant in ſolo humorem, ſed habeant molle ſubſtramen e palea, aliave qua re. Ibidem cap. 6. §. 5.
Subſtramen aliud ſignificat apud Silium, nimirum Rotas, & lapſus; 12. 444.

Lubrica roboreis aderant ſubſtramina plauſtris.

SUBSTRĀMENTUM, i. n. Idem. Cato de R. R. 161. Aſparagum ſubſtramentis per hiemem operito. Al. Sub ſtramentis.

SUBSTILLO, [ὑποστάζω, Gl. G. L.] āre. Gloſſ. Latinogræc. Subſtillat, Στραγγουρεῖ. & Gracolat. στραγγίζει, Culbo, Subſtillo. & Στραγγουρία, Culbicio, Subſtillatio.

SUBSTILLUM, i. n. [ὑπόψιον, Gl. G. L.] Tempus ante pluviam jam pæne uvidum, & poſt pluviam non perſiccum, quod jam ſtillaret, aut nondum deſiiſſet. Paulus ex Feſto.
Subſtillum, morbus eſt, quem Strangariam medici vocant, ſic dictus antiquis eleganter, quod ſtillatim cadat urina in eo genere valetudinis. Cato de R. R. 156. Nunc de illa, inquit, quibus ægre lotium it, quibusque ſubſtillum eſt. Annotavit Turnebus.

SUBSTINCTIO, ōnis. f. [ὑποστιγμή, Gl. G. L.] [quaſi a SUBSTINGUO. Niſi Subdiſtinctio legendum.

SUBSTITUO, ui, ūtum, [ὑποκαθίστημι, Gl. L. G. & G. L. ἀντικαθίστημι, L. G.] ĕre. Subordinare, in locum alterius ſupponere. Plin. lib. 10. cap. 54. Proque eis alia ſubſtituenda.
Subſtituere & Supponere in. Cic. 7. Verr. 72. Tum iſte homo nefarius, in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere & ſupponere cœpit cives Romanos, quos in carcerem antea conjecerat.
Permutare & ſubſtituere. Plin. lib. 5. cap. 9.
Subſtituere in locum alterius, quod & ſufficere dicimus. Columel. lib. 11. cap. 1. Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, & vicarius meæ diligentiæ ſuccedit, is ea, quæ egi, ſcire debet. Cic. 6. Verr 89.
In vicem. Colum. lib. 5. cap. 6. Primam quamque ſenio aut tempeſtate afflictam ſummoveat, & in vicem novellam ſobolem ſubſtituat.
Subſtituere aliquem crimini. Plin. 6. Epiſt. 31. Tertio die inducta cognitio eſt, multis ſermonibus & vario rumore jactata, de Julii Tironis codicillis, quos ex parte veros eſſe conſtabat, ex parte falſi dicebantur. Subſtituebatur crimini Sempronius Senecio, eques Romanus. i. e. Accuſabatur, agebatur reus, tanquam id crimen admiſiſſet.
Subſtituere aliquem pro altero. Cic. 2. de Divin. 7.
Subſtituere animo ſpeciem quandam. Liv. 28. 35.
Heredem ſubſtituere. V. HERES.

SUBSTITŪTUS, a, um. Partic. Subſtituti, ὑποκαθιστάμενοι, Gloſſ. Latinogræc. ut Heres ſubſtitutus, in SUBSTITUTIO.

SUBSTITUTUS, i. m. [ὑποκατάστατος, Gl. G. L.] Subrogatus judex.

SUBSTITUTIO, ōnis. f. [ὑποκατάστασις, Gl. G. L.] Paulus Jureconſul. In vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, heres ſubſtituitur, recte heres ſubſtitutus etiam unico intelligitur. V. Subſtituere heredem in HERES.

SUBSTO, ſtiti, ſtitum, [ὑφίσταμαι] āre. Conſtantem eſſe. Ter. Andr. 5. 4. 11. Perii, metuo ut ſubſtet hoſpes.
Subſtare, Subſtantiam eſſe. Cic. in Topic. 27. Non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrarique non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt: ut ſi uſucapionem, ſi tutelam, ſi agnationem definias: quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus. h. e. Subſtantia ſit. Budæus.

SUBSTANTIA, æ. f. [ὑπόστασις, οὐσία, Gl. L. G. & G. L. ὕπαρξις, G. L.] eſt, Quæ per ſe ſubſtat, & fundamentum eſt rei alicujus.
Subſtantia, Materia, & quaſi eſſentia & ſoliditas, ac nervi cujuſque rei. Quintil. In proœmio lib. 1. p. 10. Burm. Subſtantia Rhetorices.
Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio ejus ad pacem. Affertur ex Plin.
Subſtantia, Opes, Facultates. Quintil. Ut plus ſubſtantiæ filio relinquerem. Scævola l. Qui teſtamentum. D. De probationibus. Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: quæ ideo ei non cavi, quod omnes fortunas & ſubſtantiam; ſi quam a matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine ulla cautione. Item eidem Titio reddi & ſolvi volo de ſubſtantia mea centum quinquaginta, quæ ego ex redditibus prædiorum ejus percepi. Ulp. l. Tutor. D. Suſpectis tutoribus, Si pupilli ſubſtantiam expilavit, ſed ante quam tutor eſſet, accuſari debet expilatæ hereditatis: ſi minus, furti. Firmicus, lib. 4. cap. 2. Sed & paternam maternamque ſubſtantiam varia laceratione dilapidat. Paulus D. Vi bonorum raptorum. l. 2. non ita procul a fine, Ut ex bonis meis, hoc eſt ex ſubſtantia mea res ablata eſſe proponatur. [conf. Auctor de Orig. gent. Ro. 19. pr.
Subſtantiæ facultas. Firmic. lib. 5. cap. 1. Propriis tamen laboribus, ſubſtantiæ facultatem acquirens. Aliquot poſt verſibus. Erit etiam in aliqua poſitus poteſtate, unde paternæ ſubſtantiæ augeat facultatem. Idem lib. 4. cap. 18. Hi maximas conſequentur ſubſtantiæ facultates.

SUBSTANTIĀLIS, e. Adj. & SUBSTANTIALITER, Adv.

SUBSTANTIVALIS, e. Adj. Voces apud Tertullian.

SUBSTANTIVUS, a, um. Adj. ut Subſtantivum nomen apud Grammaticos dicitur, Quod per ſe ſtare poteſt. V. Priſcianum lib. 2.

SUBSTANTIVOR, āri. Subſtantivum fieri: Valla lib. 3. cap. 4. Mille hominum licet dicere, quia mille ſubſtantivatur.

SUBSTIO, ōnis. f. Υποσήλαμμα. Gloſſ. Latinogræc. [Subſutio legendum, q. V.

SUBSTOMACHOR, āri. Auguſtin. Confeſſ. lib. 5.

SUBSTRĀNEUS, a, um. Adj. [ὑπόγειος, Gl. G. L.] Etſi ibi Strabus.

SUBSTRANO, V. SUBSTERNO.

SUBSTRAMEN, SUBSTRAMENTUM, V. SUBSTERNO.

SUBSTRĀPO, āre. Apul. Met. 5. p. 166. Elmenh.

SUBSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, [ὑποσφίγγω, Gl. G. L.] ĕre. Subtus conſtringere. Quintil. lib. 10. cap. 5. Omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Martial. lib. 10. 29.

Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ.

i. e. Colligere.
Bilem ſubſtringere. Juven. 6. Sat. 432.

Nauſeat, atque oculis bilem ſubſtringit opertis.

Comas ſubſtringens ligatas auro. Lucan. lib. 3. 281.
Subſtringere aurem. Hor. 2. Serm. 4. 95.

—aurem ſubſtringe loquaci.

i. e. Si tibi res eſt cum loquaci ſene, aures tuas, ſi fieri poteſt, comprime, vel obtura, ut ne ejus loquacitate offendaris: ſed potius, ut eum, quamdiu ei videatur, loquentem perferre ac perpeti poſſis. Sic explicat Lambinus aliter quam Acro & Porphyr. [Schol. Cruq. Subjunge, patienter eum audi. Rectius.

SUBSTRICTUS, a, um. [ὑποσφιγχθείς] Partic. cui contrarium eſt Promittens & effuſus. Columel. lib. 6. cap. 20. Ut ſit magna portio corporis, ventre paulo ſubſtrictiore, qui magis rectus, & ad ineundas feminas habilis ſit. De tauri forma.
Crura ſubſtricta gerens, mergus. Ovid. 11. Met 752.
Frenis ſubſtrictis ora domita ligat. Senec. Hippol. 1003. i. e. Aliquantulum arctis.
Ilia ſubſtricta, Conſtricta & parva. Ovid. 3. Met. 216.
Subſtrictiores. Plin. lib. 32. cap. 3. Quidammodo parvos eſſe ſubſtrictosque & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe.

SUBSTRUO, xi, ctum, [ὑποκτίζω, ὑποικοδομέω, Gl. G. L.] ĕre. Subtus ſtruere, ſubædificare. Plaut. Moſt. 1. 2. 40.

Et fondamentum liberorum ſubſtruunt. Liv. 6. 4. Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt: opus vel in hac magnificentia urbis conſpiciendum.

SUBSTRUCTIO, ōnis. f. [ὑποδομὴ, Gl. L. G. [illegible], G. L.] Cic. pro Milon. 53. Ante fundum Clodii, quo in fundo, propter inſanas illas ſubſtructiones, facile hominum mille verſabatur valentium. Ibid. 85. Subſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. Cæſ. 2. Bell. Civil. 25. Columel. lib. 1. cap. 5. Sed & pro fultura & ſubſtructione fungentur adverſus ea, &c. [In Gloſſ. mendoſe Subructiones, [illegible].
Inſanæ ſubſtructiones. Plin. lib. 36. cap. 15. V. INSANUS.

SUBSULTO, &c. V. SUBSILIO.

SUBSŎLUM, i. n. eſt Oculi vibrata ſubſultatio, quam Barbari *Ocilliado* vocitant. Cæl. Lect. Ant. lib. 7. cap. 29.

SUBSUM, es, fui, [ὕπειμι, Gl. G. L.] eſſe. Infra eſſe. Plin. Suberant tecto abiegnæ trabes.
Subeſt, Latet, Subes, Ἀναδύεται. Gloſſ. Latinogræc. [q. d. Scaturit.
Subeſſe, Latenter ineſſe. Virg. 2. Georg. 49.
Quippe ſolo natura ſubeſt. Quia naturaliter rerum omnium mater eſt terra: & univerſa in ſe continet ſemina, licet non appareant.
Cauſa ſubeſt. Ovid. 4. Faſt. 368. Cic. 5. de Fin 29. Intelligatur aliquam ſubeſſe ejuſmodi cauſam. Idem 1. Off. 38. Quum vero de imperio decertatur, belloque gloria quæritur, cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paulo ante, &c.
Cura ſubeſt tacita, ne &c. Liv. 34. 33. extr.
Simultas ſubeſt. Cic. pro Cœl 61. Sin autem jam ſuberat ſimultas, extincta erat conſuetudo, diſſidium exſtiterat, bino, &c.
Spes ſubeſt. Cic. 3. Att. 15. Neque enim (ſed bonam in partem accipias) ſi ulla ſpes noſtræ ſalutis ſubeſſet, tu pro tuo amore in me hoc tempore diſceſſiſſes.
Suſpicio ſubeſt. Cic. 9. Philipp. 2. At ea fuit legatio Octavii, in qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet.
Vulnus intra cutem ſubeſt. Cic. 10. Fam. 18.
Subeſſe, Adjuvare. Plaut. Trin. 5. 1. 3.
Ita commoda, quæ cupio, eveniunt: quod ago aſſequitur, ſubeſt, Subſequitur; Ita gaudiis gaudium ſuppeditat.

SUBSUO, ui, ſutum, [ὑποῤῥάπτω] ĕre. Subtus ſuere. Hor. 1. Serm. 2. 29.
— ſunt qui nolint tetigiſſe niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte. Subſutam veſtem prætextam intelligit, quæ fimbriæ inſtitarum ſubſuebatur.

SUBSUTIO, ōnis. f. ὑποσύῤῥαμμα, ὑποῤῥαφή. Gloſſ. Latinogræc.

SUBSUMEN, ĭnis. n. [illegible], ὑποσύῤῥαμμα. Idem Gloſſ.

SUBSURDUS, a, um. Adj. [ὑπόκωφος, Gl. G. L.] Aliquantum ſurdus; ut, Vox ſubſurda, apud Quintil. lib. 11. cap. 3. Deinde (vox) non ſubſurda, rudis, immanis, &c. V. SURDUS.

SUBTAL, ālis. n. ex Sub & Telus componitur, ſignificatque Cavum pedis: quamvis & pro Vola ponatur. Perott.

SUBTEGMEN, V. SUBTEMEN.

SUBTĔGO, ĕre. Vitruv. 9. 6.

SUBTĔGŬLĀNEUS, a, um. Adj. [ὑπόστεγος] Loca ſub tegulis: diſtinguunturque a Subdialibus, quæ Græci vocant ὕπαιθρα, ſicut prima illa ὑπόστεγα, & κατάστεγα ſive στεγαστά. Plin. lib. 36. cap. 25. Pavimenta, credo, primum facta, quæ nunc vocamus barbarica, atque ſubtegulanea.

SUBTENDO, vel SUBTENNO, di, tum & ſum, [ὑποτείνω] ĕre. Subtus extendere. Cato R. R. cap. 10. Lectum in cubiculo unum, lectos loris ſubtentos quatuor, & communes tres. Lectos loris ſubtentos appellat, de ſolario loris propendentes, qui mos antiquorum erat.
Inſidias ſubtendere. Salluſt. Jugurth. cap. 113. Numidæ inſidias ſubtendit. ul. Tendit.
Item Surſum tendere. Virg. in Ciri, 7.
Altius ad magni ſuſtendit ſidera mundi. Sed nonnulla exemplaria hic exhibent, Suſpendit. [An Suſcendit?

SUBTENTO, [ὑποπειράζομαι] āre. Idem quod Tentare. Plaut. Truc. 2. 2. 15.
Adveniſti huc ſubtentatum exornatis oſſibus. al. Nea tentatum. al. Siſtentatum.

SUBTĔNUIS, e. Adj. [ὑπόλεπτος] Aliquantum tenue. Varr. 2. de R.R. cap. 74. Non anguſta juba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis, implicata in dexteriorem partem cervicis.

SUBTER, [ὑποκάτω, Gl. L. G. & G. L. ὑπὸ, G L.] Præpoſitio utrique caſui ſerviens, Accuſativo & Ablativo. Relativum habet Super. Fere autem ſemper Accuſativum habet, ſive quies fuerit, ſive motus. Stat. 10. Theb. 711.
Deſilit in campos, qui ſubter mœnia nudos
Aſſervat manes. Cic. in Somn. Scip. 10. Deinde ſubter mediam fere regionem ſol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum. Plin. lib. 3. cap. 19.
Subter mare, ὑπὸ τὴν θάλασσαν. Gloſſ. Græcolat.
Subter radices earum. Virg. 3. Æn. 695.
Poetica Ablativum habet. Virg. 9. Æn. 514.
— quum tamen omnes
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. Catull. ad Ortalum, 63. 7.
Troïa Rhœteo quem ſubter litore tellus,
Ereptum noſtris obterit ex oculis.
Subter, ſine caſu, cui opp. Supra. Cic. 3. de Orat. 20. Qui omnia hæc, quæ ſupra & ſubter, unum eſſe & una vi, atque una conſenſione naturæ conſtricta eſſe dixerunt. In Gloſſ. ſcriptum Supter.

SUBTERNUS, a, um. Adj. Infernus. Prudent. Hamart. 922.
— rapidos ſubterna nocte caminos.

SUBTERCAVĀTUS, a, um. Partic. Solin. cap. 8. Sic contegunt ſubtercavata. [Niſi diviſe ſcribendum.

SUBTERCŪTĀNEUS, a, um. Adj. Aur. Vict. Epit. in Hadriano, Morbus ſubtercutaneus. i. e. Hydrops.

SUBTERDŪCO, xi, ctum, [ὑπεξάγω] ĕre. verbum Plautinum, pro Subterfugere, & clam ſeſe proripere ex aliqua ſocietate vel loco. Dativo jungitur. Plaut. Milit. 2. 3. 71.
— ſerva iſtas fores,
Ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc, atque huc tranſeat. i. e. Ne hinc abeat, te inſcio.
Subterduxit ſe tempus huic occaſioni. Plaut. Aſin. 2. 2. 12.

SUBTERDUCTIO, & SUBTERDUCTOR. Voces apud JCtos in Digeſt.

SUBTERFLUO, xi, xum, [ὑπορρέω] ĕre. Plin. lib. 8. cap. 50. Torrente rapido minaciter ſubterfluente. Poteſt & diviſe legi.

SUBTERFŬGIO, fūgi, fūgitum, [ὑποφεύγω] ĕre. Clam aufugere. Dativo jungitur. Plaut. Bacch. 4. 6. 2.
Nimio illæc res eſt magnæ dividiæ mihi,
Subterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum.
Accuſativo junctum, Vitare ſignificat. Plaut. Merc. 1. 2. 84.
Nequicquam ego mare ſubterfugi ſævis tempeſtatibus. Cic. de Amicit. 35. Hæc ita multa quaſi fato impendere amicitiis: ut omnia ſubterfugere, non modo ſapientiæ, ſed etiam felicitatis diceret ſibi videri.
Subterfugere, & devitare. Cic. 2. Verr. 8. Ut quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret.
Crimen ſubterfugere. Cic. 3. Verr. 102. Homo ſtultiſſime & amentiſſime, tabulas cum conficeres, & quum extraordinarie pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi, quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres?
Militiam ſubterfugere ſimulatione inſaniæ. Cic. 3. Off. 97.
Pœnam ſubterfugere & calamitatem. Cic. pro Cæcin. 100.
Periculum ſubterfugere. Cic. 15. Fam. 1.
Imprudentiam alicujus ſubterfugere aliquid dicitur Quod non ſuboluit ei. Cic. 2. Verr. 83. Tantum quiſque habet in Sicilia, quantum hominis avariſſimi & libidinoſiſſimi, aut imprudentiam ſubterfugit, aut ſatietati ſuperfuit.
Subterfugere, Abſolute. Ulp. in l. Eum qui circa. D. de privileg. credit. Eum, qui circa columnas ſe occultat, ut creditorem evitet: latitare placet. Nam & eum, qui recedit, hoc eſt qui ſubterfugit, ut ne ſecum aliqua actio moveatur, latitare placet.

SUBTERLĀBOR, ĕris, lapſus ſum, [ὑπολισθαίνω] lābi. Virg. 10. Ecl. 4.
Sic tibi, quum fluctus ſubterlabere Sicanos, &c. Al. diviſe, ut & ſeq. loc.
Cæli ſubterlabentis ſigna. Lucret. 5. 2.
Subterlabi, Clam elabi, & effugere. Liv. 32. 25. Sed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant, neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem navem.

SUBTERLĬNO, ĭni & lēvi, litum, [ὑπαλείφω] ĕre. Subtus linere. Plin. lib. 28. cap. 7. Sotira obſtetrix, tertianis, quartaniſque efficaciſſimum dixit plantas ægri ſubterlini.

SUBTERMEO, [ὑποπεριφέρομαι] āre. Claud. de Aponi balneis, 61.
Et juncta rapido pontes ſubtermeat æſtu.

SUBTERMUS, V. SUBTER.

SUBTĔRO, trivi, tritum, [ὑποτρίβω] ĕre. Comminuere. Columel. lib. 12. cap. 5. Salis ſextarium ſubterito, & ſubtrita cum quartario mellis aceto diluito. Ibid. cap. 56.
Boves ſubterunt pedes, Continuo attritu ungulas ſubtus conſumunt. Cato R. R. cap. 72. Sic apud Senec. Epiſt. 50. In molli paluſtrique paſcuo jumenta ſaginata cito ſubteruntur.

SUBTRĪTUS, a, um. Partic. [ὑποτετριμμένος] ut, Subtritæ ungulæ: h. e. Attritu nimio corroſæ. Plaut. Aſin. 2. 2. 73.

SUBTERPĔDĀNEUM, i. n. Pallad. Idem ac Suppedaneum, quod vide.

SUBTERRĀNEUS, a, um. Adj. [ὑπόγειος] Quod eſt ſub terra. Columel. lib. 1. cap. 6. Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis, idque anguſtis, illuſtratum feneſtris.
Animal ſubterraneum. Plin. lib. 9. cap. 57. Quicquid eſt, hoc certe minus admirabile talparum facit vita, ſubterranei animalis.
Domus ſubterranea. Idem lib. 36. cap. 13.
Peſtes ſubterraneæ. V. SUBSECO.
Regna ſubterranea. Juven. 2. Sat. 149.
Venæ ſubterraneæ. Plin. lib. 9. cap. 15.

SUBTERTĔNUO, [ὑπολεπτύνω] āre. Conterere. Lucret. lib. 1. 313.
Annulus in digito ſubtertenuatur habendo. h. e. In interiore parte, quæ proxima eſt digito, minuitur & atteritur, dum habetur in uſu frequenti.

SUBTERVŎLO, āre. Stat. 3. Theb. 669.
— fragor intonat ingens
Hortantum & vaſto ſubtervolat aſtra tumultu.

SUBTEXO, xui, xtum, [ὑφαίνω] ĕre. Subjungere; tranſlatione ſumpta a textoribus, qui dum ſubtus texunt opus, claudunt & abſolvunt. Plin. lib. 25. cap. 11. Verum & generatim, membratimque ſingulis corporum morbis remedia ſubtexemus. Liv 37. 48. Subtexit deinde fabulæ huic, Legatos Ætolos in Senatu inter cetera hoc quoque interrogatos eſſe.
Cælum ſubtexere fumo, Cooperire. Virg. 3. Æn. 582.
Cælum ſubtexitur umbra. Stat 3. Silv. 1. 107.

SUBTEXTŪRUS, a, um. Partic. Paterc. lib. 1. 14. pr. Huic rei per idem tempus civitates propagatas, auctumque Romanum nomen communione juris, haud intempeſtive ſubtexturi videmur.

SUBTEMEN, vel SUBTĔGMEN, ĭnis. n. [κρόκη, ἐφυφή, Gl L. G. & G. L.] dicitur Filum, quod ſub ſtamine texitur. Ter. Heaut. 2. 3. 52.
— anus
Subtegmen nebat: præterea una ancillula. Ovid. 6. Met. 56.
Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis. Catul. Argon. 62. 327.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Veſtes picturatæ auri ſubtegmine. Virg. 3. Æn. 483.
Scribitur interdum Subtemen. Hor. Epod. 13. 22.
Unde tibi reditum certo ſubtemine Parcæ
Rupere, &c. Sic enim legendum non Subtegmine. Lambinus.
[Quia putant Grammatici, quaſi Subſtemen dici. V. Voſſ. Etymol. in Stamen. Sed veriſimilius ab hoc verbo, quaſi Subteximen, ducitur.

SUBTHĒBÆ, [Ὑποθῆβαι] Oppidulum in Thebaico agro. Strab. lib. 9.

SUBTĪLIS, e. Adj. [λεπτὸς, Gl. L. G. & G. L. ἰσχνὸς, L. G.] notæ ſignificationis. Scaliger exiſtimat Subtile a filis tenuioribus originem traxiſſe, quæ in tela bene texta oculorum aciem pæne fallunt. Et hinc ad multa alia transfertur.
Corpora ſubtilia, Atomi. Lucret. lib. 3. 196.
Filum ſubtile, Pertenue. Lucret. 4. 86.
Ignis ſubtilis fulmini. Lucret. lib. 2. 385.
Succus ſubtiliſſimus, Mel. Plin. lib. 11. cap. 5. pr.
Argumentatio ſubtilis, tranſlate. Plin. lib. 2. cap. 108. Quintil. lib 5. cap 5.

Concluſio

Concluſio ſubtilis & ad morem dialecticorum formata. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Definitio ſubtilis. Cic. 1. de Orat. 109.
Epiſtolæ ſubtiles. V. EPISTOLA.
Genus ſubtile, vel ſpinoſum potius, diſſerendi. Cic. 3. de Finib. 3. Stoicorum autem non ignoras, quam ſit ſubtile, vel ſpinoſum potius, diſſerendi genus. [V. Cic. in Oratore paſſim ut 20. & 98.
C. Serenus ſubtiliſſimus homo: fuit enim & animi ſatis magni & conſilii. Cic. pro Planc. 12.
Judicium ſubtile. Cic. 15. Fam. 6. Nam ad meum ſenſum, & ad illud ſincerum ac ſubtile judicium, nihil poteſt eſſe laudabilius, quam eſt tua oratio. Hor. 2. Epiſt. 1. 242.
Palatum ſubtile, Delicatum. Hor. 2. Serm. 8. 38.
Gula ſubtilior. Columel. lib. 8. cap. 16. Hoc igitur perjurium multorum ſubtiliorem fecit gulam, doctaque & erudita palata faſtidire docuit fluvialem lupum.
SUBTILITAS, ātis, f. [λεπτότης ἐπὶ σώματος, λεπτολογία, Gl. G. L.] Plin. lib. 10. cap. 75. Hæc namque reſtant immenſæ ſubtilitatis animalia. Cic. 1. Acad. 7. Apud noſtros enim non ignoras, quæ ſit & quanta ſubtilitas.
Alia eſt illa, quum veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas. Cic. 2. Off. 35.
Judiciorum ſubtilitas. Martial. in præf. lib. 12.
Quæſtionum naturalium intima ſubtilitas. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Scriptorum ſubtilitas & elegantia. [λεπτολογία, Gl. L. G.] Cic. 4. Fam. 4. Facile cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati & elegantiæ.
Anguſta ſubtilitas. V. ANGUSTUS.
Inenarrabilis ſubtilitas. V. INENARRABILIS.
Ludicra ſubtilitas. V. LUDUS.
Habere ſubtilitatem in dubiis. Quintil. lib. 1. cap. 7.
SUBTILITER, Adv. [λεπτῶς, Gl. L. G.] Cic. 1. Acad. 35. Sed Zeno, quum Arceſilam anteiret ætate, valdeque ſubtiliter diſſereret, & peracute moveretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.
Subtiliter connexæ res. Lucret. lib. 3. 740.
Subtiliter & Dilucide. Cic. 1. Tuſc. 40. Si vero, aut numerus quidam ſit animus, quod ſubtiliter magis, quam dilucide, dicitur.
Verſute & ſubtiliter dicere. Cic. in Orat. 20.
Diſſerere de aliqua re ſubtiliter & copioſe. Cic. pro Flacc. 42.
Subtiliter aliquid judicare. Cic. 6. Verr. 127. Quod iſte eruditus homo, & Græculus, qui hæc ſubtiliter judicat, ſolus intelligit: ſi unam litteram Græcam ſciſſet, certe non ſuſtuliſſet.
Subtiliter & Magnifice oppoſuit inter ſe. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Cauſas privatas & tenues agere ſubtilius, capitis aut famæ ornatius. Cic. 9. Fam. 21.
Subtiliter numerum exſequi, pro Minutatim. Liv. lib. 3. 5. extr.
De Repub. quid ego tibi ſubtiliter? tota periit. Cic. 2. Att. 21. h. e. Quid minuta perſequar?
Subtiliſſime perpolitum. Cic. pro Corn. Balb. 50. A quo hæc, quæ ego nunc percurro, ſubtiliſſime ſunt omnia perpolita.
SUBTIMEO, ui, [ὑποφοβοῦμαι] ēre. Aliquantulum timere, ſubvereri, ſubformidare. Cic. 2. Philipp. 36. Numquid ſubtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?
SUBTRAHO, xi, ctum, [ὑφέλκω, ὑποσύρω, Gl. G. L. ὑφαιρῶ, ὑποσπάω, ἀφαιροῦμαι, L. G.] ĕre. De medio auferre. Plin. lib. 11. cap. 18. Subtrahitur itaque, deducta multitudine. Ovid. in Ibin, 424.

Subtrahitur preſſo mollis arena pede.

Solum ſubtrahitur. Virg. 5. Æn. 199.
Subtrahere fuga. Cæſ. 8. Bell. Gall. 33. Magna autem impedimenta oppidanorum videret, quæ ſi clandeſtina fuga ſubtrahere conarentur, effugere, &c.
Subtrahere e pondere. Plin. lib. 33. cap. 9.
Subtrahere aliquid alicui. Plaut. Caſ. 2. 2. 28.
Colla jugo ſubtrahere. Ovid. 5. Triſt. 2. 40.
Materiam furori alicujus ſubtrahere. Cic. pro Domo 13.
Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. Cic. 3. de Orat. 19.
Timor ipſe ſubtrahit vires. Ovid. 14. Epiſt. 138.
Subtrahere & Adimere alicui vicarium ſuæ diligentiæ. Cic. pro Muren. 80. Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum, cui Remp. cupio tradere, incolumem ab his tantis periculis defendendam.
Subtrahere ſe, i. e. Otium amare & dignitates refugere. Plin. in Paneg. cap. 86. O rem memoriæ, litteriſque mandandam, Præfectum Prætorii, non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere: eundemque otio, quod pertinaciter amet, reddere. Al. Ingerentibus ſe.
A curia ſe ſubtrahere. Cic. 2. Q. frat. 8. Quo ego me libentius a curia & ab omni reip. parte ſubtraho.
Amplexu alicujus ſubtrahere ſe. Virg. 6. Æn. 698.
Aſpectu alicujus ſubtrahere ſe. Virg. 6. Æn. 465.
Labori ſe multum ſubtrahere. Columel. lib. 1. cap. 9. Id minime conducit agricolæ, ſeu quia nemo ſuum proprium aliquod opus eſſe credit: ſeu quia, quum enixus eſt, non ſuo, ſed communi officio proficit, ideoque labori multum ſe ſubtrahit.
Poteſtati dominorum ſe ſubtrahere. Martianus in l. Interdum. §. ſervi. D. de public. & vectigal.
Subtrahere aliquem bello dicitur fortuna. Liv. 8. 29. Furium, gravi morbo implicitum, fortuna bello ſubtraxit.
Famæ aliquem ſubtrahere. Plin. Epiſt. 145.
Invidiæ ſubtrahi. Auctor de Viris Illuſt. 64. extr.
Judicio aliquem ſubtrahere mors dicitur. Liv. 6. 1. Cui judicio eum mors, adeo opportune, ut voluntariam magna pars crederet, ſubtraxit.
Subtrahere alvum, Clyſtere purgare. Celſ. lib. 3. cap. 4.
SUBTRACTUS, a, um. Partic. Ulpian. in l. Sed ſi mors. §. 1. D. de dona. Ut tunc pleniſſimam habeat firmitatem, quando ab hac luce fuerit ſubtractus.
Subtracto ſolo disjecti. Tacit. 1. Ann. 70. i. e. Cedente ſub pedibus.
SUBTRACTIO, ōnis. f. [ὑφαιρεσμὸς, Gl. G. L.] Subtrahendi actus.
SUBTRISTIS, e. Adj. [ὑπολυπούμενος] Aliquantulum triſtis. Ter. And. 2. 6. 16.

Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

SUBTUNDO, tŭdi, tūſum, [ὑποτύπτω] ĕre. Idem quod ſimplex, vel Aliquantum tundere. Tibul. lib. 1. 10. 57.

Flet teneras ſubtuſa genas, ſed victor & ipſe,

Flet ſibi dementes tam valuiſſe manus. h. e. Genas habens aliquantulum tuſas, ſeu percuſſas.

SUBTURPIS, e. Adj. [ὑπαισχρος] Paulum turpe. Cic. 2. de Orat. 264. Exprimenda enim ſunt, & ponenda ante oculos ea, quæ videantur & veriſimilia, quod eſt proprium narrationis: & quæ ſint, quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia.
SUBTURPICULUS, a, um. Adj. dimin. Cic. 4. Att. 5. Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod devorandum eſt) ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία.
SUBTUS, Adv. [ὑποκάτω, Gl. L. G. ὑπό, G. L.] Idem quod Sub. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Labris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo. Lucret. lib. 6. 865.

Extemplo ſubtus frigeſcit terra, coitque.

Subtus lectum, ὑπὸ τὴν κλίνην. Gloſſ. Græcolat.
SUBTUSUS, V. SUBTUNDO.
SŬBŪCŬLA, æ. f. [ὑποδύτης, ὁ χιτών, Gl. L. G.] Genus veſtis, quæ ſere ex lino fiebat. Dicta, quod ea ſubter indueretur. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. apud Non. 14. 36. Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam, & induſium. Hor. 1. Epiſt. 1. 95.

— ſi forte ſubucula pexæ

Trita ſubeſt tunicæ. In quem locum ſic ait Acron. Subucula proprie dicitur Pannus addititius, a ſubjiciendo, vel a ſubſuendo. Intelligit Acron quam vulgo *foderaturam* vel *duplicaturam* appellant.

Subucula apud Sueton. in Auguſt. cap. 82. videtur accipi pro eo quod dicimus, *Pourpoint* vel *Chemiſe rouge, ou de blanchet.* Hieme (ait) quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula thorace laneo, & feminalibus & tibialibus muniebantur. [Sic apud Gloſſographum.
Subucula, Libum, quod diis dabatur ex alica, oleo, & melle compoſitum. Feſtus. In Gloſſ. ſcribitur & Subuicula.
SUBUCULATUS, a, um. Adj. Subucula indutus. Quintil. lib. 8. cap. 3. Nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque derivata ſunt quædam, ut a Cicerone ſubuculatum, & ab Aſinio fimbriatum & figulatum. [Sed emendatius legitur, Sullaturit, tum Fimbriaturit & Figulaturit. V. Burm. not. p. 690.
SUBVACTIO, SUBVECTO, SUBVECTOR. V. SUBVEHO.
SUBVĔHO, xi, ctum, [ἀνάγω, ἀνακομίζω] ĕre. Extollere ſive Portare. Plin. lib. 34. cap. 1. Sæpe etiam lapides ſubvehunt, portantes aliena pondera. Liv. 9. 15. Nam inſeſſis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio ſubvehebatur, fame domiti Samnites, qui Luceriæ in præſidio erant, legatos miſere ad Conſulem Romanum. Stat. 3. Silv. 2. 88.

Quæ pax Carpathio, quali te ſubvehat aura

Doris.

Subvehi flumine adverſo. Liv. 24. 4. Nuntiantes, Philippum primum Apolloniam tentaſſe, levibus biremibus 100 flumine adverſo ſubvectum.
Subvehere naves amne contrario. Plin. lib. 21. cap. 12.
Subvehi ad arcem. Virg. 11. Æn. 478.
Subvehere in altitudinem. Plin. lib. 36. cap. 12.
Subveho, Subtus veho. Lucret. lib. 5. 516.

Aſt alium ſubter, contra qui ſubvehat orbem. h. e. Alium eſſe aerem ſub pedibus noſtris, qui cælum extrinſecus ſubvehat & ſuſtollat, quemadmodum videmus a fluvils rotas & hauſtra ſublevari & circumverſari. Lambinus.

SUBVACTUS, a, um. Partic. [ὑποβασταχθείς. Gl. L. G.]
SUBVECTIO, ōnis. f. [ἀναγωγή] Advectio. Cæſ. 7. Bell. Gall. 10. Si maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria, duris ſubvectionibus, laboraret.
SUBVECTUS, ûs. m. [ἀναγωγή] Idem. Tacit. 15. Ann. 4. Et proviſi ante commeatus, quorum ſubvectu, &c.
SUBVECTOR, ōris. m. Avien. Orbis deſcript. v. 199.

Boſphorus, Inachiæ ſubvector virginis olim.

SUBVECTO, āre. frequent. Plaut. Aſin. 2. 2. 74.

Ipſos, qui tibi ſubvectabant rure huc virgas ulmeas. Virg. 6. Æn. 303.

Et ferruginea ſubvectat corpora cymba.

Subvectant ſaxa. Sil. 4. 21.
SUBVELLO, elli, & ulſi, ulſum, [ὑποτίλλω. Gl. G. L.] ĕre. Lucil. apud Non. 2. 802. Rador, ſubvellor, &c. al. Subellor.
SUBVULSUS, vel SUBVOLSUS, a, um. Partic. Scipio apud Gell. 7. 12. Qui barba vulſa, feminibus ſubvulſis, ambulet.
SUBVELLAMEN, inis. n. [ὑποκάλυμμα, Gl. G. L.]
SUBVENIO, ēni, entum, [συλλαμβάνω, βοηθῶ, Gl. L. G.] īre. Adjuvare, propitium eſſe. Plaut. Aul. 2. 8. 24.

Apollo, quæſo, ſubveni mihi, atque adjuva.

Succurrere & Subvenire. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 43.
Feſtinanter ſubvenire. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Homini jam perdito, & collum in laqueum inſerenti, ſubvenire. Cic. 6. Verr. 37.
Provinciæ ſubvenire, Subſidio venire. Cic. 15. Fam. 4. Cumque eo animo veniſſem, ut utrique provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem.
Curis ſubvenit ſententia. Stat. 1. Theb. 267.
Dolori ſubvenire, Mederi. Plin. lib. 26. cap. 5.
Erroribus ſubvenire. Cic. 4. Acad. 10. Nam qui voluit ſubvenire erroribus Epicurus, is qui videtur conturbare veri rationem, &c.
Gravedini, quæſo, omni ratione ſubveni. Cic. 16. Att. 13.
Remediis ſaluti ſuæ acrioribus ſubveniendum putavit. Cic. pro Cluent. 67.
Sollicitudini alicujus ſubvenire, Opem ferre, adeſſe. Cic. 2. Fam. 5.
Sanguinem exſpuentibus ſubvenit agaricum. i. e. Medetur. Plin. lib. 26. cap. 7.
Subvenire, Seorſim vel clam venire. Gell. 19. 7. Ut quæque vox indidem digna animadverti ſubvenerat. [i. e. Succurrerat, ſubaudito, Animo, vel Ad animum.
Subvenibo antique pro Subveniam. Plaut. Men. 5. 7. 20.
Subvenitur, Imperſonale. Cic. de Aruſp. Reſp. 57. Idemque earum templum inflammavit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubvenitur.
Huic rei ſubventum eſt. Cic. 1. Att. 14. Huic quoque rei ſubventum eſt maxime a nobis.
SUBVECTŪRUS, a, um. [ὑπαχθησόμενος] Partic. Ovid. 2. Amor. 16. 28.

Quod ſi Neptuni ventura potentia vincat,
Et ſubventuros auferat unda deos.

Subventor, ōris. m. Auxiliator. Inſcript. apud Gruter. p. 459. n. 2. POPVLI SVBVENTORI, &c.

Subvento, āre. frequent. Plaut. Rud. 2. 4. 21. Spes bona, obſecro, ſubventa mihi.

Subventāneus, a, um. Adj. [ὑπηνέμιος] ut Subventanea ova, quæ & Zephyriæ, & irrita vocantur, quaſi Vento concepta. V. Eraſmum in Adag. Spes ſubventanea & ſubventanea parit. Ex Ariſtot. de Hiſt. animalium.

Subverbile, is. n. [illegible], Gl. G. L.] Sumen.

Subverbustus, a, um. Adj. Stigmate notatus. Tertull. de Pall. cap. 4. Subverbuſta in liberalibus.
Subverbuſta, Faſſo eſt, Verberibus uſta; Licentia & petulantia comica vocabulo a multis coagmentato. Sic Uri virgis ferroque ſecari, dixit Horatius. Ex Turneb. Vulgo ſic legitur, Subverbuſtam, Verubus uſtam ſignificat Plautus, cum ait, Ulceroſam, compedium, ſubverbuſtam, ſordidam. V. Scalig. & Dacer. not. & Salmaſ. p. 142. in Tertull. ubi Verberonem exponit.

Subvĕreor, ēris, veritus ſum, [illegible] ēri. Aliquantum vereri. Cic. 4. Fam. 10. Venit enim mihi in mentem ſubvereri interdum, ne te delectet tarda deceſſio.

Subverto, ti, ſum, [ἀναστρέφω, Gl. G. L.] ĕre. Verbum ruſticum, id ſignificans, quod fit, dum terra, vel aratro, vel alio quovis inſtrumento, ſuper ſemina conjicitur, & ita undecunque vertitur, ut ipſum ſemen operiatur. Columel. lib. 11. cap. 2. Idem qui lupinum ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demum aratro ſubvertit.
Subvertere, [καταστρέφω] Demoliri, deſtruere. ut
Operum ſubvertere moles. Ovid. 6. Faſt. 645.
Subvertere decretum, Reſcindere. Salluſt. in Jugurth. 30. Probarent ne tantum flagitium, an decretum Conſulis ſubverterent, parum conſtabat.
Subvertere domum, Perdere calumniis. Tacit. 3. Ann. 7. Quum omnis domus delatorum interpretationibus ſubverteretur.

Subversus, a, um. Partic. [illegible] ut, Majeſtas foliorum ſubverſa jacet. Lucret. lib. 5. 1233.
Subverſa domus. Tacit. 4. Hiſt. 42.

Subversio, ōnis. f. [ἀνατροπή, Gl. G. L.] Arnob. 1. Subverſio humani generis.

Subversor, ōris. m. Tacit. 3. Ann. 28. Suarum legum auctor idem ac ſubverſor.

Subverso, āre. frequent. Plaut. Curc. 4. 1. 23.
Vel qui ipſi vortant, vel qui alii ſubvorſentur, præbeant. Lambinus legit Subvertendos. al. Aliis ut verſentur.

Subvexus, a, um. Adj. [illegible] ut Convexus dicitur, & Devexus. Liv. 25. 36. Omnia faſtigio leni ſubvexa.

Subvideo, [illegible], Gl. G. L.] ēre.

Subviridis, e. Adj. [ὑπόχλωρος] Aliquantum viride. Plin. lib. 37. cap. 10. Balanitæ genera duo habent, ſubviride, & Corinthii æris ſimilitudine. Idem lib. 25. cap. 9. Therionaca fruticoſa, foliis ſubviridibus, flore roſeo.

Sūbŭla, æ. f. [ὀπήτιον] Inſtrumentum cerdonum, quo ad perforandum corium ac ſuendos calceos utuntur. Martial. 3. 16.
Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit. Columel. lib. 6. cap. 5. Ænea ſubula pars auriculæ latiſſima circumſcribitur, ita, &c. [Mira varietas in Gloſſis. Nam Latinogræc. Subla, ὀπήτιον, περόνη. Rurſus Subula, ὀπήτιον, περόνη. At Græcolat. Ὀπήτιον, Subula, Subucula. At περόνη Fibula Græcis dicitur, nec Subucula idem ac Subula Latinæ, etſi videntur etiam Subucla dixiſſe, ut Sobla, pro Subula. In Gloſſ. Græcolat. etiam legitur, Σουβλίον, Subula.
Puto & apud Moſchopulum eſſe Σούβλα. Fortaſſe & nobis Subolare liceret dicere, pro περονᾶν, alioqui Subula trajicere. H. St.

Subulo, āre. [σουβλίζω] Subula trajicio. Suid. [illegible] Suid. 1156.

Sūbŭlo, ōnis. m. [αὐλητής, Gl. L. G.] eſt Feſto Tibicen Hetruſca lingua, quod vocabulum ſoni imitatione factum eſſe putat Turnebus, ut ſit Subulo, tanquam Sibilo.
Subulo finitimas propter aſtabat aquas. Ennius apud Varr. de L. L. 6. 3. Et Auſon. Epigr. 70. 8. Lucili vatis ſubulo.
Subulones, dicuntur Cervi, quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeque ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem. Plin. lib. 11. cap 37. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus, ex argumento dictis. Idem lib. 28. cap. 17. conf. subulones.

Sŭbulcus, i. m. [συβώτης, χοιροβοσκός, Gl. L. G. & G. L. συβώτης. G. L.] Qui ſuum dux eſt: cuique porcorum nutriendorum cura commiſſa eſt. Varr. de R. R. lib. 2. cap. 4. Altitudinis haræ modus ſit, ut ſubulcus facile circumſpicere poſſit, ne quis porcellus a matre opprimatur. Columel. in præfat. lib. 1. Porculatoris vero & ſubulci diverſa profeſſio, diverſæ paſſiones.
Hircoſus ſubulcus, Hircum olens. Martial. lib. 10. 98. ad Publium,
Præſta de grege &c. Hircoſi mihi filios ſubulci.
Tardus. Virg. 10. Ecl. 19.
Venit & opilio, tardi venere ſubulci. al. Bubulci.

Subultāneus, a, um. Adj. ὑπηνής. Gloſſ. Latinogræc.

Subungo, xi, [ὑπαλείφω] ĕre. Gloſſ. Græcolat.

Subvŏlo, [ὑπεκπέτομαι] āre. Paululum volare, vel Surſum volare. Columel. lib. 8. cap. 8. Pulli vero facilius ſub matribus pingueſcunt, ſi jam firmæ, prius quam ſubvolent, paucas ſubtrahas pinnas, & obteras crura, ut uno loco quieſcant. Ovid. 14. Met. 507.
In cœleſtem locum ſubvolare. Cic. 1. Tuſc. 40. Eam porro naturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum, ut quaſi partita habeant inter ſe & diviſa momenta, ut terrena & humida, ſuopte nutu, & ſuo pondere, ad pares angulos in terram & in mare ferantur: reliquæ duæ partes, una ignea, altera animalis, ut illæ ſuperiores in medium locum mundi gravitate ferantur & pondere. ſic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubvolent, ſive ipſa terra ſuperiora appetente, ſive quod a gravioribus leviora natura repellantur.

Subvulturius, V. subvulturius.

Subvolvo, volvi, vŏlūtum, [ὑποκυλίνδω] ĕre. Virg. 1. Æn. 425.
Inſtant ardentes Tyrii, pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus ſubvolvere ſaxa.

Sucro, [Σούκρων] eſt Hiſpaniæ oppidum ad flumen Rubricatum, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3. vulgo *Cubelles*. Olivarius in Melam dicit nunc vocari *Siges*.

Sŭburbium, i. n. [προάστειον, προάστιον] quaſi Via ſub urbe, hoc eſt urbi contigua: ſunt frequentes extra urbem domus, inſtar vici ædificatæ. Cic. 12. Philipp. 24. Hiſce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in ſuburbium, ut eodem die reverterer, ire non auſus ſim? Idem 3. Q. frat. 1. In ejus ſermone ego utrumque ſoleo admirari, & te de ſuburbano emendo, quum ad illum ſcribas, non modo ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam de ſuburbio ſcribere. Vetus exemplar De ſuburbano legit.

Suburbānus, a, um. Adj [προαστειος] ut, Suburbanus ager, qui urbi vicinus & proximus eſt. Cic. 1. de Divin. 69. Ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani, non ad arcem urbemque retinendam.
Fundus ſuburbanus. Cic. 3. Q. frat. 1.
Gymnaſium ſuburbanum. Cic. 2. de Orat. 98.
Hortus ſuburbanus. Cic. pro Rabir. Poſt. 26.
Hortulus ſuburbanus. Plin. lib. 33. cap. 10.
Litora ſuburbana. Plin. lib. 9. cap. 18.
Regio ſuburbana Italiæ. Columel. lib. 11. cap. 2.
Rura ſuburbana. Hor. 1. Epiſt. 9. 76.
Rus amœnum & ſuburbanum. Cic. pro Roſc. Amer. 133.
Villa ſuburbana. Catul. ad Fund. 42. 6. Nepos in Attico cap. 14. Nullos habuit hortos, nullam ſuburbanam, aut maritimam ſumptuoſam villam.

Suburbānum, i. n. [προάστειον, Gl. G. L.] & plur. Suburbana, ōrum. n. [προάστεια, Gl. L. G.] ſignificat Prædium extra urbem. Suburbana in plurali tantum, ſignificat Frequentiam domorum extra urbem, quæ tamen ſub urbe ſint. Plin. 3. Epiſt. 21. Fui apud illum in ſuburbano. Sueton. de Auguſt. cap. 6. Nutrimentorum ejus oſtenditur adhuc locus in avito ſuburbano, juxta Velitras, permodicus.
Deportare aliquid in ſuburbana amicorum. Cic. 3. Verr. 54. [Subauditur ſemper Prædium, & opponitur Ruſtico prædio, quod Ruri, i. e. longius ab urbe eſſet.

Suburbānĭtas, ātis. f. [τὸ προαστειον] Propinquitas. Cic. 4. Verr. 7. Sic populo Romano jucunda ſuburbanitas eſt hujuſce provinciæ.

Sŭburbĭcārius, a, um. Adj. Idem ac Suburbanus. Suburbicariæ regiones & Suburbicariæ partes in l. 9. De annonis & tribut. in C. Theod. L. 12. de extraordinar. muner. eod. C. & l. 10. de indulgen. debitor. & in Notitia Imperii Romani, ubi de Comite rerum privatarum per occidentem tractatur. V. Salmaſ. & Sirmond. de Suburbic. regionib.

Sŭburgeo, urſi, ſum, ēre. Virg. 5. Æn. 202.
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem:
Namque furens animi, dum proram ad ſaxa ſuburget,
Interior, ſpatioque ſubit Sergeſtus iniquo,
Infelix, ſaxis in procurrentibus hæſit. Suburget, Aliquantum urget. Ad ſaxa, Quæ Menœtes prudenter vitarat, quæque Cloanthus feliciter pertranſierat. Interior, Siniſterior, ab læva parte. Siquidem paulo ante dixerat, 169.
Ille inter navemque Gyæ, ſcopuloſque ſonantes,
Radit iter lævum interior. Spatio iniquo, Nimis arcto, non ſatis magno, pro captu Centauri, ſuæ navis, anguſto.

Sŭbūro, ſſi, ſtum, [ὑποκαίω, Gl. G. L.] ĕre. pro Leviter urere. Suet. in Auguſt. cap. 68. Solitusque ſit crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret.

Suburtus, ūs. m. [illegible], Gl. G. L.]

Suburtio, ōnis. f. [ὑπόκαυσις, Gl. G. L.] Calefactio.

Sŭburra, vel Subūra, æ. f. [Σουβούρα] Vicus Romæ: a quo Regio Suburrana dicta eſt, ut ſcribit Junius: ab eo quod fuerit ſub urbe antiqua. Varro autem 4. de L. L. 8. a Pago Sucuſano, putat dictam Sucuſam: deinde mutatis litteris Suburam. Nunc, ait ibidem Varro, ſcribitur tertia littera b, non c. Pagus Succuſanus, quod ſuccurrit Carinis. Quintil lib. 1. cap. 7. de Orthographia, Quid quæ ſcribuntur aliter quam enuntiantur? Paulo poſt p. 91. Burm. Suburra quum tribus litteris notatur, c tertiam oſtendit. Vide etiam Feſtum lib. 17. in verbo Suburra. Hinc, Suburranus, Adjectivum, ut, Regio Suburrana, in qua meretricum diverſoria erant: quæ ob id Suburranæ dicuntur a poetis. Hæc Perottus ex Varr. & Feſto. Martial. lib. 6. 45.
Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent Suburra, &c. Liv. 3. cap. 13. pr. Se haud multo poſt, quam peſtilentia in urbe fuerat, in juventutem graſſantem in Suburra incidiſſe. Juven. 10. Sat. 156.
— & media vexillum pono Suburra.

Suburrānus, vel ut frequentius ſcribitur Subūranus, a, um. Adj. Plin. lib. 18. cap. 3. Itaque quatuor ſolæ erant a partibus urbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. Hor. Epod. 5. 58.
Latrent ſuburanæ canes.

Subvultūrius, a, um. Adj. [ὑπογύπινος] Corpus ſubvulturium Plauto joco dictum, Rud. 2. 4. 8.
— eja corpus cujuſmodi?
Subvulturium, illud quidem ſubaquilum volui dicere.

S U C

Succasses, Aquitaniæ populi, apud Plinium lib. 4. cap. 19.

Succēdo, ſſi, ſſum, [διαδέχομαι, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Subire. Servius ad illud Virg. 5. Ecl. 6.
Sive antro potius ſuccedimus. Succedimus, (inquit) & Dativo & Accuſativo caſibus, ſecutus tam veterem, quam noſtram conſuetudinem ſuo more jungit. Hactenus Servius. Notandum eſt autem multo frequentius legi cum Dativo, ut Urbi, tecto, antro ſuccedere, quam cum Accuſativo, Urbem, &c. Virg. 3. Georg. 418.
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ, &c.
Succedere, Ingredi. [εἰσέρχομαι, Gl. L. G.] Virg. 8. Æn. 123.
— & noſtris ſuccede penatibus, hoſpes. Idem 4. Æn. 10.
Aquæ juſſæ rex ſuccedit. Ovid. 11. Met. 142.
Antro ſuccedimus. Virg. 5. Ecl. 19.
Tectis ſuccedere, Domum ingredi. Ovid. 2. Met. 766.
Terris alicujus ſuccedere. Virg. 7. Æn. 214.
Urbi parvæ ſuccedimus. Virg. 3. Æn. 276.

Aliqua.

Aliquo ſuccedere. Cic. pro Domo 116. Tectum, quo imbris vitandi cauſa ſuccederet, nullum haberet.
Minutatim ſuccedere. Lucret. lib. 6. 1189.
Subire & ſuccedere ſub acumen ſtili. Cic. 1. de Orat. 151. Omnia ſub acumen ſtili ſubeant, & ſuccedant neceſſe eſt.
Succedere, Appropinquare, Propius accedere. ut Muris, portis ſuccedere, &c. Liv. 23. 44. Cæſ. 2. Bell. Gall. 6.
Tumulo imo ſucceſſit. Virg. 5. Æn. 93.
Vallo ſucceſſit acies Romana. V. ACIES.
Ad muros ſuccedere. Liv. 8. 16. Idem lib. 1. 27. Albano non plus animi erat, quam fidei: nec manere ergo, nec tranſire aperte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit.
Murum ſuccedere. Tacit. 2. Ann. 20.
Et eodem modo cum Accuſativo junxit Salluſtius. in 6. Hiſt. Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, pœnas dederat. Serv. ad Eclog. Virg. 5. 5.
Succedere ſub primam aciem. Cæſ. 1. Bell. Gall. 24.
Ad ſummum ſuccedere honorem, Conſcendere. Lucret. lib. 5. 1120.
Succedere in tabernaculum, pro Subire. Curt. lib. 4. 12. extr. Strenueque opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hoſtium conſpiciebatur, ſucceſſit. Al. Seceſſit rectius.
Succedere, In alterius locum venire. Succede tibi, [Greek]. Gloſſ. Latinogræc. Cic. in Piſon. 88. Quum tu, non ſolum quod tibi ſuccederetur, ſed quod Gabinio non ſuccederetur, exſanguis & mortuus concidiſti. Idem 12. Fam. 4. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non inſulſis, quod tibi tam cito ſuccederet.
Succedere in locum alterius. Cic. ad Brut. 13. Sororis meæ liberos obliviſcaris eſſe Lepidi filios, meque his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes. Idem 3. Offic. 76. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quaſi veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum ipſe ſuccedat?
In vicem alterius ſuccedere. Plin. lib. 11. cap. 37.
Succedere in urbem prælio, In vicem prælium inire. Liv. 6. 4. extr.
Succedere in pugnam. Liv. 9. 27. Commota pedeſtri acie Samnitium, eques in pugnam ſuccedit.
Succedere in paternas opes. Liv. 21. 3.
Succedere vicarium muneri alterius. Cic. 6. Verr. 81. Succedam ego vicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar.
Alicui ſuccedere, Vices ejus ſuſcipere. Cic. de Clar. Orat. 87.
Proxime alicui ſuccedere. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Nihil ſemper floret, ætas ſuccedit ætati. Cic. 11. Philip. 39.
Melius ſuccedit quotidie tempus. Cæſ. 3. Bell. Civil. 49. extr.
Honori alicujus ſuccedere. Ovid. 8. Met. 590.
Orationi alicui ſuccedere. Cic. pro Corn. Balb. 4.
Magnis ſuccedere, & Æquales habere magnos. Cic. in Orat. 105.
Succedere, [Greek] Proſpere cedere, & evenire. Ter. And. 4. 1. 46.
Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via. Liv. 8. 25. Si ſucceſſiſſet inceptum.
Si proinde, ut ipſe mereor, mihi ſucceſſerit. Cic. 10. Fam. 4. extr.
Si quando minus ſuccedit, magnum tamen periculum non adibit. Cic. in Orat. 98.
Succedit ex ſententia. Cic. ad Brut. 9. Nos te, tuumque exercitum exſpectamus, ſine quo, ut reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore.
Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita. Cic. 2. Q. frat. 13.
Succedere, Proſpere cedere, &c. cum Dativo rei. Liv. 21. 7. Ita haudquaquam proſpere, poſtquam ad effectum operis ventum eſt, cœptis ſuccedebat.
Succeſſit, pro Accidit. Plin. lib. 28. cap. 8. Quod ſi ſucceſſerit alienari mente, ac vel ex equo hominem decidere.
Succeſſum eſt, Imperſonaliter. Cic. 13. Fam. 30. Qui cum forte Quæſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſucceſſum eſſet, Pompejus in eam provinciam cum exercitu venit. Plura ſupra V.
SUCCESSUS, a, um. Partic. [Greek] Quod proſpere ceſſit. Cic. 16. Fam. 21. Nam cum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum etiam tua.
SUCCESSURUS, a, um. Partic. Ovid. 2. Met. 788.
Murmure parva dedit; ſucceſſurumque Minervæ Indoluit.
SUCCESSUS, ûs. m. [Greek, Gl. L. G. Greek, G. L.] Eventus tam bonus quam malus: ſæpius tamen bonus. Virg. 2. Æn. 386.
Atque hic ſucceſſu exſultans animiſque Chorœbus. Liv. 2. 50. pr. Inde conſilium ex re natum, inſidiis ferocem hoſtem captandi, gaudere etiam multo ſucceſſu Fabiis audaciam creſcere.
Succeſſus & Eventus. Plin. lib. 27. cap. 8.
Acrior ipſo ſucceſſu. Virg. 5. Æn. 210.
Lætior ſucceſſu. Ovid. 8. Met. 384.
Proſperi ſucceſſus. Liv. 1. in præfat.
Augere ſucceſſus novis ſucceſſibus. Claud. 1. in pr. Conſ. Stilich. 2.
Carere ſucceſſu. Ovid. 1. Epiſt. 18.
Urgere ſucceſſus ſuos, Non pati proſperos ſucceſſus langueſcere, Faventem fortunam proſequi. Lucan. lib. 1. 148.
SUCCESSOR, ōris. m. [Greek, Gl. L. G. & G. L.] Qui ſuccedit. Martial. lib. 9. 48.
Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres. Cic. 1. Q. frat. 2.
Succeſſorem habes perblandum. Ovid. 4. Triſt. 10. 53.
Succeſſor honoris. Idem 4. de Pont. 9. 58.
Succeſſor tanti frater honoris erit.
Succeſſorem mittere vel dare alicui, eſt quod nunc *Officium auferre* vulgo dicimus. Lamprid. de Alexand. cap. 32. pr. Si unquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, Gratias tibi agit Reſpub. Capitolinus in Antonino Pio cap. 8. Succeſſorem viventi bono judici nulli dedit, niſi Orphito Præfecto urbis. Bud. [Conf. Caſaub. not. ad Spart. Hadr. cap. 9. & 24.
Quum ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. Cic. pro Flacc. 33.
Præfinit enim ſucceſſori diem. Cic. de Provinc. Conſ. 37.
SUCCESSIO, ōnis. f. [Greek, Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 12. cap. 14. Feruntque non amplius eſſe familiarum, quæ jus per ſucceſſiones id ſibi vindicent.
Succeſſio in locum. Cic. ad Brut. 17. Quid hoc mihi prodeſt, ſi merces Antonii oppreſſi poſcitur, in Antonii locum ſucceſſio?
Succeſſio voluptatis. Cic. 1. de Fin. 37. Ut enim, cum cibo potioneque fames ſitiſque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem adfert voluptatis: ſic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.
Succeſſio provinciarum. Cic. 8. Fam. 8. Præterea Marcellus, quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione Provinciarum Galliarum.
SUCCEDANEUS, a, um. Adj. [Greek] Suppoſitus, vicarius, vel Qui alteri ſuccedit. A Succedendo, non a Succidendo (quod vult Gell. 4. 6.) uti docet Scaliger ad Feſtum. Plaut. Epid. 1. 2. 37.
Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum?
Succedaneum alicui dare. Juſtin. 38. 6.
Hoſtiæ ſuccedaneæ dicebantur, Quæ, cum primis hoſtiis litatum non erat, aliæ tuendi piaculi gratia ſubdebantur & ſuccedebant, ob id Succedaneæ a ſuccedendo nominatæ. Sic Beroaldus ad Apul. lib. 8. Mileſ. p. 213. Elmenh. Sed poſtquam, non cervum pro virgine, ſed aſinum pro homine ſuccedaneum, videre.
Succedaneum alieni periculi eſſe. Ulpian. D. de adminiſtratione tutorum. l. Si plures. h. 2. Suſtinere incommodum alieni periculi, vel alterius culpam ſuſtinere.
SUCCESSIVUS, a, um. Adj. Lactant. de Opificio Dei cap. 12. Mirabile inſtitutum Dei eſt, quod ad conſervationem generum ſingulorum, duos ſexus, maris ac feminæ, machinatus eſt, quibus inter ſe per voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiva ſoboles pararetur, ne omne genus viventium conditio mortalitatis extingueret.
SUCCESSŌRIUS, a, um. Adj. Paul. in l. 1. D. de jur. & fact. ignor. Ignoret autem ſibi ex ſucceſſorio capite bonorum poſſeſſionem competere.
Succeſſorio jure. Amm. Marcell. lib. 14. pag. 118. de Nicatore Seleuco, Quum poſt Alexandri Macedonis obitum ſucceſſorio jure teneret regna Perſidis. H. St. Exſtant cap. 8. Valeſ. Deſiderabatur omnino hæc vox in ed. Lugd.
SUCCELLO, vel SUBCELLO, [Greek, Gl. G. L.] āre.
SUCCENDO, di, ſum, [Greek, Gl. L. G. & G. L. Greek, G. L.] ĕre. Incendere. Liv. 28. 23. pr. Quum turbam feminarum puerorumque imbellem inermemque cives ſui cæderent, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque injicerent corpora, &c.
Crines ſuccendit flamma. Lucan. lib. 6. 179.
Claſſica ſuccendunt furorem cantu. Lucan. lib. 6. 166.
SUCCENSUS, a, um. Partic. [Greek, Greek] ut Cic. in Piſon. 42. Etiamſi in Phalaridis tauro incluſus, ſuccenſis ignibus, torreatur.
Amore alicujus ſuccenſus. Ovid. 15. Epiſt. 167.
Ira ſuccenſus. Sil. lib. 1. 169.
Mero multo ad bella ſuccenſi Lapithæ. Senec. Herc. fur. 9.
Ira ſuccenſa rabie. Claud. 4. Conſ. Hon. 242.
Mentes ſuccenſas egit libido. Senec. Hippol. 4.
SUCCENSEO, ui, [Greek, Greek, Greek, Gl. L. G.] ēre. In re gravi & juſta iraſci, ut ait Donatus. Idem alio loco, Succenſere, inquit, is dicitur, qui quum amare debeat, iratus iraſcitur. Plaut. Aſin. 5. 1. 35.
Aut cur poſtremo filio ſuccenſeam,
Patres ut faciunt ceteri? Ovid. 17. Epiſt. 34.
Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti?
Succenſere quid alicui. Plaut. Capt. 3. 5. 20.
An obſecro, hercle, te, id nunc ſuccenſes mihi? I. e. An propter id, ut interpretatur Donat. Ter. And. 2. 3. 2.
Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi uxorem
Chremes. Ibid. 4. 1. 20.
Succenſeo quod. Cic. 2. Att. 1. Mihi, quod defendiſſem, leviter ſuccenſuit.
Non enim jam metuo ne tu illi ſuccenſeas: illud vereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere. Cic. pro Dejot. 35.
Dii hominibus iraſci & ſuccenſere conſuerunt. Cic. pro Roſc. Com. 46. In Gloſſ. ſcribitur & Suſcenſeo.
SUCCENTIVUS, V. SUCCINO.
SUCCENTURIO, [Greek] āre. proprie ſignificat, Explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere, auctore Feſt. A re militari tranſlatio facta, ut ait Donat.
Succenturia, centum requiro. Plaut. Fragm.
Tranſlate apud Gell. 15. 8. Aliis eſca melior, atque cautior, ſuccenturietur.
SUCCENTURIO, ōnis. V. SUBCENTURIO.
SUCCENTURIĀTUS, a, um. Adj. [Greek] unde, Succenturiati milites dicuntur, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ; ubi ad inſidiandum maxime collocabantur: ex quo in ſuccenturiis, quaſi in inſidiis, quempiam poſitum appellamus. Ter. Phorm. 1. 4. 52.
Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero
Succenturiatus. In quem locum ſic ſcribit Donatus; Succenturiati dicuntur, Qui explendæ centuriæ gratia ſubjiciunt ſe ad ſupplementum ordinum.
SUCCERDA, æ. f. [Greek, Gl. L. G.] Stercus ſuillum. Titinc. Quid habes, niſi unam arcam ſine clave, eo condis ſuccerdas? Feſt. Fortaſſe ſcribendum Suſcerda, ut Muſcerda.
SUCCERNO, crēvi, crētum, [Greek, Greek] ĕre. Separare, ſecernere. Plin. lib. 8. cap. 12. Farinario cribro ſuccernunt. Plaut. Pœn. 3. 1. 10.
Nam iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario.
Succernere de. Cato R. R. cap. 37. Partem de nucleis ſuccernito, & in lacum conjicito. [An Secernito?
SUCCERNICULUM, i. n. Farinarium cribrum, quod fit e ſetis equorum, ut Excuſſorium & Pollinarium e lino.
SUCCESSUS, SUCCESSOR, V. SUCCEDO.
SUCCĪDO, di, ſum, [Greek, Gl. G. L.] ĕre. ex Sub & Cædo. Plin. lib. 16. cap. 12. Poſtea tota arbor ſucciditur, & medulla ejus uritur. Ovid. 4. Faſt. 231.
Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis.
Trunco ſuccisa fagus. Senec. Herc. OEth. 13.
Nemus ſucciſum. Lucan. lib. 4. 138.
Segetes ſuccidere. Virg. 1. Georg. 297. Cæſ. 4. Bell. Gall. 19. Omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſucciſis, &c.
Seges ſuccidetur enſe. Sil. lib. 15. 536.
SUCCĪDIA, æ. f. [Greek] Tergum, ſive maſſa carnis porcinæ ſalita, & in neceſſarium uſum ſervata: quæ quoties opus eſt, ſucciditur. Nonius 2. 780. Succidiam pro Lardo exponit. Succidia autem continet pernam, petaſonem, & lardum. Varr. lib. 4. de L. L. 22. Non a ſuccidendo, ſed a ſuibus cædendis, ſive edendis, nam id pecus primum occidere

occidere cœperunt domini, & ut id ſervarent, ſallere. Idem de R. R. lib. 2 cap. 4. Ignavum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario quam ea domeſtico fundo? Ibid. E quels ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſueverunt. Rectius itaque Succidiam a ſucco dici putaveris. Proinde penultimam habet correptam, quæ in Succido, a Cædo, producitur. [Niſi aliud Gellii locus ſuaderet.
Succidia, per translationem. Cic. de Senect. 57. Jam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. i. e. ut ait Non. 2. 780. Succeſſionem neceſſariam. Quem Ciceronis locum facit illuſtriorem Plin. lib. 19. cap. 14. Hortorum Cato prædicat caules. Hinc primum agricolæ æſtimabantur priſci, & ſic ſtatim faciebant judicium, nequam eſſe in domo matremfamiliæ (etenim hæc cura feminæ dicebatur) ubi indiligens eſſet hortus. Quippe e carnario aut macello vivendum eſſe. Indiligens hortus, i. e. Indiligenter cultus.
Succidias humanas facere. i. e. Homines concidere. Cato apud Gell. 13. 24.
Succĭdus, a, um. Adj. Succulentus, & bene habens. Plaut. Mil. 3. 1. 193.
Lautam vis, an quæ nondum ſit lauta? PA. Siccam, ſuccidam. i. e. Volo quæ nondum lavet, ſed ſicca ſit, quæ tamen ſit ſucculenta, & bene habita. Hoc autem eo eſt lepidius, quod alluſum eſt ad lanam, quæ illota ſuccida eſt: lauta, jam non ſuccida. Turneb. Adverſ. 7. 6. V. succus.
Succida lana, a ſuccidendo, ut quidam volunt: quod talis ſit, qualis ſucciſa eſt, hoc eſt, plena ſordibus. Varr de R. R. lib. 2. cap. 11. a ſudore derivat: dicit enim, Tonſuræ tempus inter æquinoctium vernum & ſolſtitium, quum ſudare incœperunt oves, a quo ſudore recens lana tonſa, ſuccida eſt appellata. Rectius itaque ſuccidam a ſucco dici putaveris. Eſt enim ſudor, velut ſuccus lanæ recens tonſæ. Proinde penultimam habet correptam, quæ in Succido producitur. Juven. 5. Sat. 25.
Qualis cœna tamen? vinum quod ſuccida nolit
Lana pati. [i. e. Aceto deterius, ex quo lanam ſuccidam ſæpe medici expreſſam vulneribus imponebant. V. q. ſ.
Succida lana involutam. Celſ. lib. 4. cap. 4. de toſſi, Imponendaque extrinſecus, ſupra id quod dolet, lana ſuccida ex aceto eſt.
Succĭſivus, a, um. Adj. [[illegible]] unde Tempus ſucciſivum, dicitur Quod ſubtrahitur & ſucciditur a rebus neceſſariis & urgentibus, ut ad aliquem uſum accommodemus. [Sed V. Subſecivus, in subseco.
Succĭdo, cĭdi, cāſum, [[illegible]] ĕre. quaſi Subtus cadere. Curt. 9. 5. 7. Jam continuo labore gravia genua ſucciderant. Plaut. Curc. 2. 3. 30.
—tenebræ oboriuntur, genua inedia ſuccidunt.
Artus ſuccidere. Lucret. lib. 3. 157.
Succidere etiam dicuntur, qui cadunt in genua. Senec. de Provid. Etiamſi ſucciderit, de genu pugnat.
Succāſus, ûs. m. Varro apud Non. 6. 21. Ventus ſuccaſu vehementius ſufflare. Ita Merc. al. Suo caſu. Lipſ. Sub occaſu.
Succĭduus, a, um. Adj. [[illegible]] Quod eſt pronum ad caſum, ſive ferme cadens. Ovid. 13. Epiſt. 24.
Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Greſſus ſuccidui titubant. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 153.
Poplite ſucciduo genua intremuere. Ovid. 10. Met. 458.
Succĭduus, V. ſupra & succus.
Succingo, xi, ctum, [[illegible], Gl. G. L.] ĕre. Subtus cingere, ut ſolemus, quo expeditiores ſimus ad aliquod opus faciendum. Ovid. 13. Met. 732.
Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum,
Virginis ora gerens. De Scylla.
Succingere ſe canibus, armis, &c. pro Circumdare & ſæpire copiis & potentia, ut ait Budæus. Cic. 7. Verr. 145. Hoc etiam iſte infeſtior, quod multo ſe pluribus & majoribus canibus ſuccinxerat. Liv 21. 10. pr. Si ex bellis bella ſerendo, ſuccinctus armis legionibusque vivat.
Terrore ſe fruſtra ſuccinxerit. Plin. Paneg. 49.
Veſtem ritu ſuccincta Dianæ. Ovid. 10. Met. 546.
Miniſtri ſuccincti. Ovid. 4. Faſt. 413.
Succinctus, a, um. Partic. [[illegible], Gl. G. L.] Hor. 2. Serm. 6. 107. —veluti ſuccinctus curſitat hoſpes.
Succinctus cultro, Qui cultrum ſuccinctum habet. Liv. 7. 5. pr.
Ferro. Liv. 40. 7.
Gladio ſuccinctus. Auctor ad Herenn. lib. 4. 66.
Pugione. Cic. 13. Philip. 33. Ser. Galbam, eodem pugione ſuccinctum, in caſtris vidiſtis.
Pinus ſuccincta comas. Ovid. 10. Met. 103.
Urbs ſuccincta portubus, Circumſæpta, ac munita. Cic. 2. de Lege Agrar. 86. Deleta Carthago eſt, quod cum hominum copiis, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portubus, armata muris, &c.
Nervis corpus ſuccinctum. Plin. lib. 11. cap. 17.
Pectora ſuccincta curis. Stat. 5. Silv. 1. 77.
Compar. Plin. lib. 16. cap. 10. Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quas tibulos vocant, plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctiorumque & enodes. h. e. Compactiores & denſiores.
Succinctus, Agilis & paratus. Quintil. lib. 2. cap. 2. At nunc proni atque ſuccincti, ad omnem clauſulam, non exſurgunt modo, ſed etiam excurrunt.
Succinctum, i. n. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] conf. cinctum,
Succingŭlum, i. n. [[illegible]] Balteum inquit Feſtus. Plaut. Men. 1. 3. 17.
—nimio ego hanc periculo
Surripui hodie: meo quidem animo, ab Hippolyta ſuccingulum Hercules haud æque magno unquam abſtulit periculo.
Succincte, Adv. Ammian. 28. 1. Nec pigebit docere ſuccincte. Sidon. 1. Epiſt 9. Faber ſuper his aliqua ſuccinctius. Ammian. 15. 10. Succinctius edocebo.
Succinctōrium, i. n. [[illegible]] Auguſtin. contra Manich. 2. 15. Fecerunt de foliis fici ſibi ſuccinctoria. Ex Geneſ. 3. 8.
Succinctŭlus, a, um. Adj. dimin. Apul. 2. Mileſ. p. 117. Elm. Faſciola prænitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.
Reſecta ſunt hic quædam, quæ adſcripſerat H. St. Arbitror alterutrum ex ſuperioribus vocabulum fuiſſe, reſidua enim ejus verba ſunt, Apud Egnatium, quod fortaſſe alicubi legerat.
Succĭno, [[illegible]] ĕre. ex Sub & Cano compoſitum, quaſi Canendo ſubſequi, & invicem reſpondere: ut ſolent mendici. Hor. 1. Epiſt. 17. 48.
—clamat, Victum date, ſuccinit alter,
Et mihi dividuo findetur munere quadra.
Succentus, ûs. m. Mart. Capel. 1. 6. Succentibus convenire.
Succentor, ōris. m. Ammian. 19. 28. Paulo ſuccentore fabularum crudelium. i. e. Incentore.
Succentīvus, a, um. Adj. unde, Tibia ſuccentiva, apud Varr. de R. R. lib. 1. cap. 2. V. Incentivus, in incino.
Succĭnum, i. n. [ἤλεκτρον] Græci Electrum, Germani gentilitio nomine *glæſſum* appellant. Tacit. Germ. 45. Autumno quibuſdam pinei generis arboribus exſudatur, & ut gummi ex caraſis, copia humoris erumpit, & rigore aut tepore autumnali denſatur. Intumeſcente æſtu raptum ex inſulis Septentrionalis Oceani exſpuitur in litus, ibique vadis inter cetera maris eructamenta rude colligitur. Ex Plin. lib. 37. cap. 3. Succinum noſtræ officinæ (inquit Ruellius) ruraque, & vulgus medicorum *ambram* vocant *citrinam*: Mauritani *karabe*. Geſtant noſtræ mulieres decoris cauſa: quædam monilium vice: aliæ in orbiculis, quibus ſuas preces numerant. Plin. lib 37. cap. 3. Arboris ſuccum eſſe priſci noſtri credidere, ob id ſuccinum appellantes. V. ibidem plura.
Pingula ſuccina. Juven. 6. Sat. 572.
Grandia, Satyra nona,
En, cui tu viridem umbellam, cui ſuccina mittas Grandia.
H. St. Verſus eſt 50.
Succĭnus, a, um. Adj. [[illegible]] ut, Succina gutta. Martial. 6. 15.
Dum Phaethontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram. Pro Succinea.
Succineus, a, um. aliud Adj. Plin. lib. 22. cap. 23. Succineis novaculis, aut argenteo apparatu comitante.
Succiſivus, V. in Subſeco subsecivus.
Succlāmo, [[illegible]] āre. Idem quod Acclamare. Liv. 3. 50. Hæc Virginio vociferanti ſucclamabat multitudo, nec illius dolori, nec ſuæ libertati ſe defuturos.
Succlamare ad. Liv. 10. 25. Ain' tandem, inquit, non caſtra vallata non habetis? ad hoc quum ſucclamatum eſſet: duplici quidem vallo, & foſſa, & tamen in ingenti metu eſſe.
Succlamatum eſt, & frequenter, a militibus. Cic. 11. Fam. 13.
Succlamari dicitur aliquis de quo ſermones palam ac publice habentur. Quintil. Decl. 18. In illa virgine publica ſucclamat invidia. Item Decl. 19. Omnium maledictis ſucclamatus, omnium devotatione damnatus eſt.
Succlamātio, ōnis. f. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Liv 40 36. Si ex eo, quod aut inter ſe loquantur, aut ſucclamationibus apud concionantem imperatorem ſignificent, quid ſentiant, &c. Idem 28. 26.
Succollo, [[illegible]] āre. Collum ſupponere, ſuſtollere, ſublevare cervicibus ſubjectis, quod proprie eſt eorum, qui aliquem in lectica geſtant. Sueton. in Othon. cap. 6. Donec, omiſſa mora, ſuccollatus, & a præſente comitatu Imperator conſalutatus, &c. Plin. lib 35. cap. 10. Sunt in ejus exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villæ, ſuccollantium ſpecie mulieres labentes, trepidæque feruntur. Sed V. Hard.
Apes regem ſuum ſequuntur quocunque it, & feſſum ſublevant, & ſi nequit volare, ſuccollant. Varr. de R. R. 3. 16.
Succondĭtor, ōris. m. Succonditores in factionibus circi ludiſque circenſibus illi erant, Qui ſub currum & jugum ſeſe condebant, ſi forte male juncti eſſent equi, aut loris ſe impedirent. Horum mentio eſt in epigrammate iſto veteri, M. VISPANIO FVLLONI TINCTORI. M. VISPANIO MIGNIONI VIATORI. M. VISPANIO QVARTINO SVCCONDITORI. M. VISPANIO EROTI AVRIGATORI, &c. Hæc Turnebus. V. Gruter. p 140. n. 3. [Gloſſ. Lat. Græc. Conditor, [illegible]. Unde liquet de Subconditore.
Succōſus, V. succus.
Succreſco, crēvi, crētum, [[illegible]] ĕre. Inferius, vel paulatim creſcere. Plaut. Trin 1. 1. 8.
Sed dum illi ægrotant, interim mores mali,
Quaſi herba irrigua, ſuccreverunt uberrime. Columel. lib. 4. cap. 14. Frequenter ſolum exercendum eſt, dum id incremento ſuo vites inumbrent, nec patiantur herbam ſuccreſcere. Ovid. 9 Met. 352. Tibull. 2. 7. (al. 8.) 55. At tibi ſuccreſcat proles, quæ facta parentis, &c.
Succreſcere ætati alicujus. Cic 3. de Orat. 229. Non enim ille mediocris Orator veſtræ quaſi ſuccreſcit ætati, ſed & ingenio peracri & ſtudio flagranti.
Succreſcere gloriæ ſeniorum. Liv. 10. 13.
Succrotilla, V. sucrotilla.
Succubar, Colonia Tingitaniæ apud Mauros. Plin. lib. 5. cap. 2.
Succŭbæ, [[illegible]] Dæmones dicuntur, qui ſub humana ſpecie, corporibus aſſumptis, ſe viris ſubjiciunt: Sicut Incubi qui mulieres ineunt.
Succŭba, æ. f. [[illegible]] dicitur Quæ ſe alieno marito ſubjicit, & alienum thalamum violat, Concubina. Ovid. 6. Epiſt. 153.
—lecti quoque ſuccuba noſtri
Mæreat, & leges ſentiat ipſe ſuas. conf. subnuba.
Succula, V. sucula in sus.
Succumbo, cŭbui, cŭbitum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], [illegible], G. L.] ĕre. Subjici, ſubtus cadere. ut, Succumbere oneri. Liv. 6. 30. Cui ſuccumbere oneri coacta plebes.
Genu flexo ſuccumbere. Ovid. 4. Triſt. 2. 2.
Succumbere, ad animum relatum, pro Frangi, & ita debili animo eſſe, ut ferre fortiter quidpiam nequeamus. Cic. 2. de Fin. 95. Turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere.
Succubuiſſem enim potius ipſe. Cic. pro Domo 16.
Succumbentibus ſuccumbere. Cic. ad Brut. 16.
Subvenire volt ſuccumbenti jam, oppreſſo Sullanis oneribus. Cic. 2. de Lege Agr. 69.
Animo ſuccumbere. Cic. 2. Tuſc. 56.
Culpæ ſuccumbere, In culpam labi. Virg. 4. Æn. 19.
Doloribus ſuccumbere. Cic. 1. de Fin. 49. Ut enim mortis metu omnis quietæ vitæ ſtatus perturbatur: & ut ſuccumbere doloribus, eoſque humili animo imbecilloque ferre miſerum eſt, &c.
Fatis ſuccumbere. Lucan lib. 8. 70.
Fortunæ ſuccumbere. Cic. 9. Fam. 11. Non quo ita ſim fractus, ut aut hominem me eſſe oblitus ſim, aut fortunæ ſuccumbendum putem.
Fortunæ cedere & ſuccumbere. Cic 3. Tuſc 36.
Labori ſuccumbere. Cæſ. 7. Bell. Gall. 86.
Oneri. libro 22. p. 3. a fine, ubi legitur, Itaque ſuccumbam oneri, nequ·

neque aggrediar narrare, quæ ediſſertando minora vero fecero. Sicut & lib. 38. ubi de Scipione, quem memorabilem virum fuiſſe ſcribit, Ut duobus Petilliis ſuccumberet. H. St. Locus prior Livii eſt cap. 54. Cujus loci ſententia eſt, Itaque, ne ſuccumbam oneri, non aggrediar &c. Alter locus cap. 53. pr. Ubi tamen non dicit Oneri; ſed Petilliis, i. e. Accuſatoribus leviſſimis objectus.

Precibus alicujus ſuccumbere. Ovid. 3. Epiſt. 91.

Senectuti ſuccumbere. Cic. de Senect. 37. Quatuor robuſtos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat, & ſenex & cæcus. Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti.

Turbæ virtutem ſuccumbere vidit. Ovid. 5. Met. 177.

Oculi ſuccumbunt. Ovid. 1. Met. 714.

Lumina neſcia ſuccumbere ſomno. Ovid. 12. Epiſt. 49.

Succumbere viro dicitur mulier in ſenſu obſcœno. Varr. 2. de R. R. cap. 10. Necnon etiam hoc, quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias ut ſuccumberent quibus vellent, & incomitatis ut vagari liceret, & filios habere.

Feſtus, Pellices nunc quidem appellantur alienis ſuccumbentes. H. St.

Succurro, curri, curſum, [βοηθέω, Gl. L. G. ὑποτρέχω, G. L.] ĕre. Auxilium cito præſtare. Ter. Adel. 5. 3. 6.

Succurrere & Subire. Cic. pro Roſc. Amer. 31. Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet, Hercules, undique omnes terrores, minæ, periculaque impendeant omnia, ſuccurram atque ſubibo.

Succurrere laborantibus. Cæſ. 2. Bell. Civil. 6. Cic. 1. de Orat. 169.

Lapſis ſuccurrere. Ovid. 2. de Pont. 9. 11.

Miſeris ſuccurrere. Virg. 1. Æn. 634.

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Succurrebant hæc ſubſidia tantis his malis. Cæſ. 3. Bell. Civil. 70. pr.

Dolori noſtro ſuccurre. Propert. lib. 2. 17. 13.

Exſpectationi aliquorum quam celerrime ſuccurrere. Cic. 2. de Orat. 313. Al. Occurrere.

Infamiæ communi ſuccurrere. Cic. 2. in Verr. 2. Huic ego cauſæ, Judices, cum ſumma voluntate, & exſpectatione Pop. Rom. actor acceſſi, non ut augerem invidiam ordinis, ſed ut infamiæ communi ſuccurrerem.

Labori alicujus ſuccurrere. Virg. 9. Æn. 404.

Pudicitiæ & vitæ alicujus ſuccurrere. Cic. 3. Verr. 67. Hæc ubi filio nuntiata ſunt, ſtatim exanimatus ad ædes contendit, ut & vitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurreret.

Rebus ſuccurrite læſis. Ovid. 1. Triſt. 5. 35. Al. Lapſis.

Saluti ſuccurrere, fortuniſque communibus. Cic. pro Rabir. 3.

Urbi incenſæ ſuccurritis. Virg. 2. Æn. 352.

Via celeriore ſuccurrere, Mederi. Celſ. lib. 3. cap. 21.

Succurrere, [ἐπέρχεται] In mentem venire. Cic. Neque enim mihi ſuccurrebant verba, quæ ante diſceſſum a Dolabella audieramus. Cic. 16. Fam. 21. Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, grave eſſe me de judicio petris judicare. Virg. 2. Æn. 317.

—pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Ut quidque ſuccurrit, libet ſcribere. Cic. 14. Att. 1.

Mirari ſuccurrit. Plin. lib. 17. cap. 1.

Succurſum, impersonale. Plin. lib. 23. cap. 1. Intellectum ibi remedium eſt, potuque ſuccurſum. Liv. 3. 58. Cujus adverſæ fortunæ velit ſuccurſum.

Succursio, ōnis. f. [ἀντιδρομή, Gl. G. L.]

Succus, i. m. [χυλός, Gl. L. G.] eſt Humor in corpore, quo abundant bene valentes. Virg. 3. Ecl. 6.

Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Succus, proprie quaſi Sugus, a verbo Sugo: quem ſibi ex alimentis membra ſumunt, ut ſe repleant. Hæc Donat. in illum Ter. Eun. 2. 3. 36.

Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum.

Vitales ſucci. Lactant. de Opific. Dei cap. 2. Deus viſceribus venas admiſcuit, quaſi rivos, per corpus omne diviſos, per quos diſcurrens humor & ſanguis, univerſa membra ſuccis vitalibus irrigaret. Ibidem cap. 11. Providentiſſimus artifex in hominis medio receptaculum cibis fecit, quibus concoctis & liquefactis, vitales ſuccos membris omnibus diſpertiret.

Etſi enim non plurimi ſanguinis eſt, habeat tamen ſuccum aliquem oportet. Cic. in Orat. 76.

Succus & ſanguis civitatis; per tranſlationem. Cic. 4. Att. 16. Amiſimus, mi Pomponi, non omnem modo ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam civitatis.

Ingenii ſuccus. Quintil. in procem. lib. 1. p. 11. Burm. Nam plerumque nudæ illæ artes, nimiæ ſubtilitatis affectatione, frangunt atque concidunt quicquid eſt in oratione generoſius, & omnem ſuccum ingenii bibunt.

Succus orationis. Donat. in illud Ter. Phorm. 2. 1. 40.

Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit, &c. Bono, inquit, ornatu addidit In ſe: quem & ſine hoc plenum videri poſſit. Et hic eſt, quem Cicero Succum orationis appellat. Cic. in Brut. 36. Succus ille, & ſanguis incorruptus uſque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet, non fucatus, nitor. Succus, figura orationis plena: ſic enim dicitur lib. 3. de Orat. 199. cui Tenuis opponitur, quæ Arida vocatur lib. 4. ad Heren. 16. Cic. 3. de Orat. 199. Sed ſi habitum etiam orationis, & quaſi colorem aliquem requiritis, eſt plena quædam, & tamen teres, & tenuis, & non ſine nervis ac viribus: & ea, quæ, particeps utriuſque generis, quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris inſidere quidam venuſtatis, non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus, debet color. Quemadmodum tria ſunt orationis genera, ſublime, humile, mediocre: ſic Tullius tres facit orationis formas, ſeu figuras. Plenam dicit illam ſublimem & gravem: quia ſucculenta eſt ac copioſa, & omnes recipit ornatus. Vult tamen eſſe teretem, & quaſi rotundam: quoniam inflata ac tumida, plena quidem videtur, ut corpus aqua inter cutem fuſa laborans: ſed non eſt teres, & in ſe vireſque ſuas collecta. Sæpe autem accidit, ut ii, qui ſe in ſublime attollere conantur, exeant in genus illud ampulloſum, turgidum, ſucco vitioſo gravidum & prægnans. Infima oratio tenuis dicitur, a gracilitate corporis. Illam non vult carere nervis ac viribus, & ſimilem eſſe quorundam, qui quum tenues & graciles, ut Lyſias, videri volunt, adeo exſangue & imbecillum corpus orationis intexunt, ut nullis nervis, nullis præditum ſit viribus. Hoc enim vitium eſt imo genere abundantibus. Oratio mediocris eſt particeps utriuſque generis, & imi, & altiſſimi: vel potius (ut ait in Oratore 21.) neutrius, ſed ſui propriique generis & coloris. His tribus figuris (figuras appellat, ut paulo ante, habitus & colores) inſidere quidam venuſtatis, non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet color. Sine colore pulchro fœdæ ſunt, atque deformes. Si fuco illinuntur & adulterino colore, ceu ambitioſæ feminæ, facillime deprehenſæ, movent in ſe cachinnos atque contemptus. Quis eſt igitur iſte color, quem expetere debemus? Pulchritudo ſic auribus jucunda, ut bonus color oculis: quæ a ſanitate & bonitate ſententiarum verborumque perficitur. Auctor Rhetor. ad Heren. lib. 4. 11. Sunt igitur tria genera, quæ nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio non vitioſa conſumitur. Unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus. Ibid. 16 Qui non poſſunt in illa facetiſſima verborum attenuatione commode verſari, veniunt ad aridum & exſangue genus orationis, quod non alienum eſt exile nominari. Ubi Facetiſſima interpretare, Eleganti & exculta. Sed ad Succum redeamus. Cic. de Orat. lib. 2. 93. Conſecuti ſunt hos Critias, Theramenes, Lyſias. Multa Lyſiæ ſcripta ſunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audivimus: omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccum, ſed erant paulo uberiore filo. Succum, id eſt multarum ſententiarum copiam. Uberiore filo, hoc eſt abundantiore genere dicendi. Tranſlatio eſt a corporis humani ſucco potiſſimum ſumpta, quo abundant bene valentes. Unde Ter. Eun. 2. 3. 36. dixit,

Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Cic. quoque illos oratores, qui hujuſmodi ſuccum haberent, ſanos, bonam valetudinem, ſanitatem, & integritatem ſecutos, ſæpe dicere non dubitavit: ut in Brut. 51. Nam ut ſemel e Piræeo eloquentia evecta eſt, omnes peragravit inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, ut ſe externis oblineret moribus, omnemque illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perderet, ac loqui pæne dediſceret. Ibid. 243. Inſulſitatem enim & inſolentiam, tanquam inſaniam quandam orationis, odit: ſanitatem autem & integritatem, quaſi religionem, & verecundiam oratoris probat. Idem de Opt. gen. Orat. 8. Qui quum careant omni vitio, non ſunt contenti quaſi bona valetudine, ſed vires, lacertos, ſanguinem quærunt, quandam etiam ſuavitatem coloris. Eos imitemur, ſi poſſumus: ſin minus, illos potius, qui incorrupta ſanitate ſunt, quod eſt proprium Atticorum, quam eos, quorum vitioſa abundantia eſt, quales Aſia multos tulit. Rurſus in Brut. 64. de Lyſia Græco, & Catone Latino: Sed ille Græcus ab omni laude felicior: habet enim certos ſui ſtudioſos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates conſectentur: quos, valetudo modo bona ſit, tenuitas ipſa delectat. Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe etiam lacerti, ſic ut eo fieri nihil poſſit valentius: verum eſt certe genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa ejus ſubtilitate admodum gaudeant. Paulo poſt 68. Attico genere dicendi ſe gaudere dicunt. Sapienter id quidem: atque utinam imitarentur, nec oſſa ſolum, ſed etiam ſanguinem. Lacertos vocat Cic. Fortem orationem & robuſtam, quæ vires, lacertos, & nervos habeat. Strigoſior, i. e. Tenuior, gracilior, ſubtilior, & ipſe quaſi interpretatur, Hac ſubtilitate. Tranſlatio eſt ab equis potiſſimum, qui ſtrigoſi dicuntur, quum morbus eos ita ſtringit, ut (quod ait Virg. 3. Ecl. 102.) vix oſſibus hæreant. Oſſa, Tenuitatem, ſubtilitatem, & exilitatem, & eſt tranſlatio ab animantibus macris, & quæ vix oſſibus hæreant. Hinc Plaut. in Capt. 1. 2. 32. dixit,

Oſſa, atque pellis ſum, miſera macritudine. Al Miſer e. Sanguinem, Orationem fortem & robuſtam, vires, lacertos, & nervos habentem.

Ornatur oratio genere primum, & quaſi colore quodam, & ſucco ſuo. Cic. 3. de Orat. 94.

Arboris ſuccus. Plin. lib. 14. cap. 20.

Herbæ ſuccus. Ovid. 13. Met. 941.

Hordei ſucco elephantos mitificari tradit Plin. lib. 8. cap. 7.

Lactis ſuccus. Plin. lib. 8. cap. 14.

Acer ſuccus. V. ACER.

Acerbi ſucci. Ovid. de Medic. faciei, 5.

Albicans ſuccus. Plin. lib. 12. cap. 16.

Amarus ſuccus. Ovid. 20. Epiſt. 184.

Atri ſucci. Ovid. 7. Met. 265. al. Acres.

Barbarus ſuccus. V. BARBARUS.

Blandior ſuccus. V. BLANDUS.

Commodatus ſtomacho ſuccus. V. COMMODO.

Crudi ſucci pericula, Cruditatis, Indigeſtionis. Juven. 11. Sat. 76.

Dulces ſucci, Mella. Ovid. 3. Faſt. 735.

Dulcis mellituſque ſuccus. V. MEL.

Fuſcus ſuccus. Ovid. de Nuce 155.

Horrendis infamia pabula ſuccis. Ovid. 14. Met. 43.

Humifer ſuccus. Cic. 1. de Divin. 15.

Mollipedeſque boves, ſpectantes lumina cæli,
Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum.

Ignavus ſuccus. V. IGNAVUS.

Infector ſuccus. V. INFICIO.

Languidus ſuccus & evanidus. V. LANGUOR.

Mites ſucci. Ovid. 14. Met. 690.

Tabeſcens ſuccus. Plin. lib. 12. cap. 16.

Triſtes ſucci mali Medici. Virg. 2. Georg. 126.

Abit ſuccus corporis in aëra. Ovid. 3. Met. 398.

Adempti ſucci. V. ADIMO.

Augeſcit uva & ſucco terræ, & calore ſolis. Cic. de Senect. 53.

Excipitur ſuccus, inciſo caule, meſſibus. Plin. 12. 26.

Expreſſus nuci ſuccus. Plin. lib. 12. cap. 28. ad fin.

Evomunt ſuccum cum vita. Plin. 9. 36.

Spargit ſuccos veneni. Ovid. 14. Met. 403.

Tumeſcit herba ſucco nocituro. Senec. Herc. fur. v. 935.

Succus Cyrenaicus, Medicus, Syriacus. V. LACER.

Succo, ōnis. m. Succi coactor. Cicero eos interpretatus eſt Succones, Qui pecuniam cogunt, 7. Att. 13. Oppios de Velia ſuccones dicis. Sed varia lectio eſt.

Succōſus, a, um. Adj. [ὀπώδης] Plenum ſucco. Columel. lib. 2. cap. 17. Meliuſque habetur fœnum, quod natum ſuccoſo gignitur cælo, quam quod irrigatum aquis elicitur. Plin. lib. 12. cap. 25. Aridior, minuſque ſuccoſus. [i. e. Succulentus.

Terra ſuccoſa. V. TERRA.

Succoſior & firmior liber arboris. Columel. lib. 4. cap. 29.

Succositas, ātis. f. Cæl. Aurel. Acut. 2. 29. 151. Quanquam ſit re-ſlata ſuccoſitas.

Succĭdus, a, um. Adj. [ὑπόξυλος] Idem, quod Succoſus. Plaut. Mil. 3. 1. 52.
Minime ſputator, ſcreator ſum, itidem minime ſuccidus. Al. Muccidus. Ibid 192.
Lautam vis, an quæ nondum ſit lauta? v. ſiccam ſuccidam. [Multum ſe torquent interpretes in hoc loco; Siccæ epitheton plene ἄκυρον. Non dubito, quin Succo ſuccidam ſcripſerit Plautus. Pro eo Ter. Succi plenam dixit.
Succida lana, & Succida vellera. V. succino.

Succĭdo, āre. Humorem affundere. Plin. Valer. 2. 8. Syriacum bonum in aceto ſuccidabis. Reineſ. Var. Lect. 2. 8.

Succŭlentus, a, um. Adj. Succoſus. Paulin. ad Cyther. 631. Corpus ſucculentum. Apul. Met. 2. pr. p. 115. Elmenh. Succulenta gracilitas. [h. e. Habitus nimis nec ſucculentus, nec gracilis.

Succŭtio, ſſi, ſſum, [βρύζω, ἀναπηδάω, Gl. L. G.] ĕre. Subtus quatere. Currus alte ſuccutitur. Ovid. 2. Met. 167.

Succussus, a, um. Partic. Valer. Max. 6. 9. 5. Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum.

Succussio, ōnis. f. Sen. Nat. Quæſt. 6. 21. Succuſſio eſt, cum terra quatitur, & ſurſum ac deorſum movetur.

Succussus, ūs. m. [ὑποσεισμός] Idem. Cic. 2. Tuſc. 48. Pedetentim, inquit, ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat major dolor.

Succussor, ōris. m. [ὑποσείστης] Equus, qui ſeſſorem frequenter ſuccutit. Lucilius apud Non. 1. 55.
Campanus ſonipes ſuccuſſor nullu' ſequetur.

Succusso, [ὑποσειστάω] āre Surſum frequenter excutere. Quod proprie de equo dicitur, qui gradario contrarius eſt. Is eſt, Qui concutiendo ſeſſorem graditur. Accius, Agite ac, vulnus ne ſuccuſſet greſſus, caute ingredimini. Nonius 1. 55.

Succussātor, ōris. m. [ὑποσειστής] Idem, qui Succuſſor. Lucil. apud Non. 1. 55.
Succuſſatoris tardi, rarique caballi.

Succussatūra, æ. f. [ὑποσεισμός] Talis greſſus. Nonius 1. 60. in voce Gradarios uſus eſt: Gradarius, inquit, eſt molli gradu & ſine ſuccuſſatura nitens.

Suchus, i. m. [Σοῦχος] Crocodilus eſt manſuefactus, de quo ſic Strab. lib. 17. In Arſinoe præfecture, mirum in modum colitur Crocodilus, & eſt ſacer apud eos in loco quodam ſeorſum nutritus, & ſacerdotibus manſuetus, & Suchus vocatur.

Sucrotilla, inquit Feſtus, Vox tenuis & alta. Deducitur a crotalo, aut voce Græca κρότος, cum diminutionis formatione, vel certe ut Græca vox eſt fictitia, ſic de ſono Latina fuerit efficta. Turneb.

Suctus, V. sugo.

Sucula, V. in sus.

S U D

Sudarium, Sudator, &c. V. mox sudo.

Sudina, V. sudis.

Sŭdis, is. f. [σκόλοψ, Gl. L. G.] Vallus, Pertica, ſeu genus teli agreſtis. Virg. 7. Æn. 524.
Stipitibus duris agitur, ſudibusve præuſtis. Idem 2. Georg. 25.
Quadrifidasve ſudes, & acuto robore vallos. Ubi Serv. Vallus & Sudes idem eſt. Cæſ. 5. Bell. Gall. 18. Ejuſdemque generis ſub aqua defixæ ſudes flumine tegebantur. Idem 1. Bell. Civil. 27. Foſſas tranſverſas viis perducunt, atque ibi ſudes, ſtipiteſque præacutos defixit.
Denſæ ſudes. Claud. de Bell. Get. 216.
Ferratæ ſudes. Virg. 5. Æn. 208.
Fraxineæ ſudes. Virg. 2 Georg. 25.
Vaſtæ ſudes. Stat. 5. Theb. 386.
Concurrere ſudibus inter ſe. Liv. 26. 51.
Figere aliquem obuſta ſude. Ovid. 12. Met. 299.
Percuſſæ crebris ſudibus crates. Lucan. lib. 3. 494.
Torrere ſudes. Stat. 1. Achill. 437.
Vibrare ſudem. Sil. lib. 8. 554.

Sudicŭlum, aut Subuculum, i. n. Genus flagelli dictum, quod vapulantes ſudantes facit. Paul. apud Feſt.

Sudificus, V. sudum.

Sūdis, is. f. [σφύραινα, Gl. L. G. & G. L.] Piſcis. Plin. lib. 32. cap. 11. Sunt præterea a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata, a Græcis Sphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener. [Puto Nomini.

Sudēna, æ. f. [σφύραινα] Idem. [Sic enim in Gloſſ. Latinogræc. legendum, pro Suadena.

Sūdo, [ἱδρόω, Gl. L. G. & G. L.] āre. ἀπὸ τοῦ ὕδωρ, quod aquam undamque ſignificat, derivatum exiſtimant quidam. [Spiritu denſo in s mutato, ut ſolutum.
Abſolute aliquando ponitur, & quidem pro Laborare, Contendere: Conſequens pro antecedente. Hor. de Arte Poet. 413.
Multa tulit, fecitque puer, ſudavit & alſit. Idem 2. Serm. 2. 21.
— tu pulmentaria quære
Sudando. conf. infra, in ſenſu tranſlato.
In armis ſudavit puer. Stat. 3. Silv. 2. 123.
Nuntiatum eſt alicui, deorum ſudaſſe ſimulacra. Cic. 2. de Divin. 58.
Vultuſque in marmora ſudat Eliſæ. Sil. lib. 1. 98.
Sine cauſa ſudare. Cic. 2. de Orat. 223. Quum ille diceret ſe ſine cauſa ſudare, minime mirum, inquit: modo enim exiſti de balneis.
Cum Ablativo. Liv. 27. 4. Quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe.
Humore ſudant ſaxa. Lucret. lib. 6. 945.
Lacunæ ſudant tepido humore. Virg. 1. Georg. 117.
Cum Accuſativo. Virg. 4. Ecl. 30.
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. Idem 8. Ecl. 54.
Prælia ſudare. Claud. de Nupt. Honor. 111.
Sudare ad. Virg. 3. Georg. 203. de equis,
Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas. [i. e. Curret ad ſudorem.
Sudare, per tranſlationem dixit Ter. pro Vehementer laborare, quod qui vehementer laborant, frequenter ſudant; in Phorm. 4. 3. 23.
— eja ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia eſt.
Pro communibus commodis ſudare. Cic. pro Sext. 139.

Sudātus, a, um. Partic. [ἱδρωμένος] ut Stat. 5. Theb. 189.
— labor gelido ſudatus in Hæmo.
Fibulæ ſudata marito. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 16.
Thura ſudata ligno, Velut per ſudorem emiſſa, vel in modum ſudoris fluentia. Ovid. 10. Met. 308.
— ſudatoque ligno
Thura ferat, floreſque alios Panchaica tellus.
Alia vero ſignificatione, Veſtis ſudata, Sudore madefacta. Quintil. lib. 11. cap. 3. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda, & in ſudata veſte durandum.

Sudābundus, a, um. Adj. [ἱδρῶν] Lucan. ad Piſon. 177.
— totaque ludus
Turba repente ſuos jam ſudabunda reliquit.

Sudātio, ōnis. f. Sen. Epiſt. 86 Niſi Thaſius lapis, quondam rarum ſpectaculum in aliquo templo, piſcinas noſtras circumdederit, in quas corpora, multa ſudatione exinanita, demittamus.
In montibus Bajanis ſunt loca ſudationibus excavata. Vitruv. 2. 6.

Sudātor, ōris. m. [ἱδρωτής] Plin. lib. 23. cap. 1. Dyſentericis, ſudatoribus, in longa tuſſi, in epiphoris, meracum.

Sudātrix, īcis. f. [ἱδρώτρια] Adjective pro Sudante Martial. lib. 12. 18.
Dum per limina te potentiorum,
Sudatrix toga ventilat, &c.

Sudatōrius, a, um Adj. [ἱδρωτικός] Plaut. Stich. 1. 3. 73.
Vel unctiones Græcas ſudatorias,
Vel alias malacas crapularias.

Sudatorium, i. n. [ἱδρωτήριον, Gl. G. L.] Senec. de Vita beata cap. 7. Circa balnea & ſudatoria, ac loca ædilem metuentia, &c. Item Epiſt. 51. Quid (mihi) cum ſudatoriis, in quæ ſiccus vapor, corpora exhauſturus, includitur? Omnis ſudor per laborem exeat.

Sūdor, ōris. m. [ἱδρώς, Gl. L. G. & G. L.] Humor ex corpore calore tranſpirans. Plin. lib. 10. cap. 72. Serpentes neque caloris, neque ſanguinis, neque ſudoris, vim habent, quæ aviditatem naturalem ſale augent. Ovid. 9. Met. 173. De Hercule & Oetæo,
Cæruleuſque fluit toto de corpore ſudor.
Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi e corpore fluit. Cic. 2. de Divin. 58.
Illotus ſudor. Virg. 3. Georg 444.
— vel quum tonſis illotus adhæſit
Sudor.
Immundus ſudor. Virg. 3. Georg. 564.
Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor
Membra ſequebatur. Servius interpretatur Morbum pedicularem, id eſt φθειρίασιν.
Peſtiferus ſudor. Celſ lib. 2. cap. 6. V. Peſtiferus in pestis.
Piceus ſudor. Virg. 9. Æn. 813.
— tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit. Sudor piceus per tranſumptionem dicitur Niger, & ex eo multus. Multus enim humor nigricat, qui paucus pellucet & limpidus eſt. Turneb.
Ardet pulvis crudis virum ſudoribus. Stat. 1. Theb. 422.
Effeti artus tepidis ſudoribus. Stat. 6. Theb. 470.
Calens ſudore belli. Stat. 8. Theb. 7.
Conſequutus eſt multus ſudor. Cic. 3. de Orat. 6.
Elicere ſudorem. Celſ. lib. 2. cap. 17.
Emittere ſudorem. Plin. lib. 6. cap. 18.
It ſalſus ſudor per artus. Virg. 2. Æn. 174.
Fluit ſudor undique rivis. Virg 5. Æn. 200.
Fumantes ſudore equi. Virg. 12. Æn. 338.
Madentes parvo ſudore vultus. Sil. lib. 12. 642.
Manat ſudor a toto corpore. Lucret. lib. 6. 944. Virg. 3. Æn. 175.
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.
Manavit Herculis ſimulacrum multo ſudore. Cic 1. de Divin. 74.
Occupat obſeſſos frigidus ſudor artus. Ovid. 5. Met. 632.
Remittit ſe ſudor. Celſ. lib 2. cap. 3.
Sudor frigidus in acuta febre peſtiferus eſt. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Sudor, pro Humore novo more a Lucretio lib 1 464. uſurpatus,
Sudor uti maris eſt, inquit, &c. Quo loco Turnebus, Etſi non me fallit ſudorem eſſe ſuapte natura ſalſum, & a quibuſdam exiſtimatum mare ſudorem quendam eſſe, quod ab Ariſtotele relatum eſt, tamen puto Sudorem maris hic nihil aliud quicquam, quam humorem eſſe. Hæc ille.
Sudor, pro Labore. Virg. 9. Æn. 458.
— & multo phaleras ſudore receptas. Cic. pro Font. 2.
Qui cum ipſo M. Fontejo ferrum ac manus contulerunt: multoque ejus ſudore ac labore ſub pop. Rom imperium ditionemque ceciderunt. De Gallis.
Stilus ille tuus, multi ſudoris eſt. Cic. 1. de Orat. 257.

Sudārium, i. n. Linteum, quo ſudor faciei detergitur, & nares purgantur. Sueton. de Neron. cap. 48. Adoperto capite, & ante faciem obtenſo ſudario, equum aſcendit, quatuor ſolis comitantibus. Ibid. cap. 25. Percuteret arteriis, ac ſudarium ad os applicaret. Quintil. lib. 5. cap. 3. Quum reus, agente in eum Calvo, candido frontem ſudario detergeret, &c. Sudaria Setaba. Catul. in Aſin. 12. 14.

Sudariŏlum, i. n. dimin. Idem. Uſus eſt D. Hieronymus ad Nepotianum De vita clericorum. Et Apul. in Apolog

Sūdum, i. n. [αἰθρία] Siccum ſignificat, Siccum enim, quaſi Seudum, id eſt ſine udo. Feſtus. Proprie Pars ſerena dicitur, quæ eſt inter nubes. Virg. 8 Æn. 528.
Arma inter nubem, cœli regione ſerena
Per ſudum rutilare vident.
Sudum, Serenum tempus poſt pluviam. Plaut. Milit. 1. 1. 2. Idem Rud. 1. 2. 35.
— et ſiccaſque arundines,
Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt. Cic. 16. Fam. 18. Horologium mittam & libros, ſi erit ſudum.

Sudus, a, um. Adj. os
Ver ſudum. Virg. 4. Georg. 77.

Sudificus, a, um. Adj. Sudum faciens. Gell. lib. 2. cap. 22.
Sudificuſque ſimul Boreas mala plurima volvens. Ruſus cap. 33.
Sudificuſque altos Aquilo rotat impete fluctus. [Interpretis ſunt Homericorum, quæ Gellius adducit, non ipſius Gellii verba.

S U E

Suel, Urbs Hiſpaniæ, apud Melam lib. 2. 6. nunc *Chipiona* dicitur, teſte Olivario.

Sueo, ēvi, ētum, [φιλῶ] ēre. Antiquum verbum: unde Sueſco, ſueſcis, ĕre. Lucret. lib. 1. 54.
— & ſemina rerum
Appellare ſuemus. i. e. Solemus.
Suevi, Præterit. Lucret. lib. 6. 793.
Dejicere ut pronos qui morbus ſæpe ſuevit. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.
Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt. Lucret. lib. 4. 304.
Quinque etiam ſexve ut fieri ſimulacra ſuerint. Idem lib. 5. 910.
— & gemmis florere arbuſta ſueſſe. [Niſi eſt a v. ſeq.

Sueſco, ēvi, ētum, [ἐθίζομαι] ĕre. Conſuetudinem, ſeu morem capere. Cic. 15. Fam. 8. A te id, quod ſueſti, peto in majorem modum, ut me abſentem diligas atque defendas. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 175.
— hæc poſt cunabula dulci
Ferre ſino, ſummoque Jovi deducere parvam
Sueverat, & genibus ludentem aptare paternis.
Sueſcere militiæ. Tacit. 2. Ann. 44.
Et tranſitive, Idem 2. Ann. 52. Sueſcere quemvis diſciplinâ.
Sic etiam Sueſcere, et Conſueſcere, diſciplina & imperiis, niſi ſcribendum Diſciplinæ, vide in DISCIPLINA. H. St. Deſiderabatur ſuperior locus in edit. Lugd.

Suêtus, a, um. Partic. [ἐθισθείς] Virg. 5. Æn. 402.
— geminos immani pondere ceſtus
Projecit: quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum.
Legibus ſuis civitas. Cic. 6. Att. 2. Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ ſunt, omnes ſuis legibus & judiciis ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ, revixerunt.
Suetus armis. Lucan. lib. 1. 325.
Bella nefanda parat, ſuetus civilibus armis.
Latrociniis ſuetus. Salluſt. Fragm. cap. 12. & Tacit. 2. Ann. 52.
Servitio. Tacit. 12. Ann. 50.
Adulatio ſueta. Tacit. 13. Ann. 8. &
Requies ſueta, Conſueta. Tacit. 3. Ann. 45.

Sueva, V. eus.

Sueſſa, æ. f. diſſyll. [Σύεσσα] Campaniæ oppidum, ut auctus eſt Plin. lib. 3. cap. 5. quod Tarquinius Superbus expugnavit. Sil. lib. 8. 400.
— attritaque bellis
Sueſſe. Σύεσσα Steph.

Sueſſio, ōnis. m. [Σουεσσίων] pl. Sueſſiones [Σουεσσίωνες Strab.] Galliæ Belgicæ oppidum nobiliſſimum, & in eo Incolæ, ſeu populi Sueſſiones. *Soyſſons* Gallice appellatur; olim Noviodunum. Plin. lib. 4. cap. 17. In provincia Remenſi Sueſſio.
Sueſſionum frequens eſt mentio apud Cæſ. 2. Bell. Gall. 4. & 12: 7. 75. &c.

Suevi, [Σύηβοι] Germaniæ populi, gens valida, & bellicoſiſſima. De qua Lucan. lib. 2. 51.
Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos, &c. Sen. Med. 9.
Aut quos ſub axe frigido ſuccos legunt
Lucis Suevi nobiles Herciniis.
Suevorum regionem hodie tenent Pomerani, Luſati, Bohemi, Saxones & Franci.

Suevus, a, um. Adj. ut
Crinis Suevus, pro Crine flavo dixit Sil. lib. 5. 134.
Caſſis erat munita viro, cui vertice ſurgens
Triplex criſta, jubas effudit crine Suevo. Poteſt tamen & proprie intelligi, quoniam Flaminius, de quo hic loquitur, Ligures, Boios, & Suevos vicerat.

Suevia, æ. f. Regio Suevorum. Tacit. Germ. 43.

S U F

S. V. F. Sibi vivens fecit. SVFF. Suffecit. SVF. P. D. Suffimenta populo data.

Suffarcino, āre. Inſtipare, inculcare, degravare, onerare. Plaut. Curc. 2. 3. 10.
Qui incedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis. Ter. Andr. 4. 4. 31. Verum vidi Cantharam ſuffarcinatam. Quoniam puerum ſub veſte portaret. Ubi Donatus, Proprium eſt anibus ſuffarcinatas eſſe.

Suffarrāneus, a, um. Adj. a Farre, quemadmodum Confarratio deduci videtur, & ſignificat Eum qui far in caſtra convehit, ſed modicum, alienumve: non juſſu commeatu aliquo, ſed crebris, & vilibus inſtitorum vecturis. Plin. lib. 7. cap. 43. Cicero, mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe, &c. V. Harduin. in loc. & Turnebi Adverſ. 29. 18. Vide in CONSECRANEUS. H. St.

Suffectio, V. SUFFICIO.

Suffēnus, i. m. Poeta ineptus, qui ſe plurimum admiratus eſt, & omnes alios contempſit. Hinc communi nomine vocantur Suffeni, Qui ſtulte ſe admirantur, alioſque reprehendunt. Catull. in Suffeno, v. 15.
— neque idem unquam
Æque eſt beatus, ac poema cum ſcribit:
Tam gaudet in ſe, tamque ſe ipſe miratur.

Suffĕro, ſuffers, ſuſtŭli, ſublātum, [ὑποφέρω, ἀνυποδέχομαι, Gl. G. L.] ſufferre. Suſtinere. Virg. 2. Æn. 492.
— nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent. Ter. Heaut. 3. 1. 44.
— Satrapes ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre ejus ſumptum queat.
Laborem ſufferre. Plaut. Merc. 5. 2. 21.
Laborem durum ſufferre. Lucret. lib. 5. 1271.
Plus oneris ſuſtuli, quam ferre poſſum. Cic. pro Roſc. Amer. 10.
Sufferre, Pati. Plaut. Curc. 3. 6. Ter. And. 5. 3. 17.
An ut pro hujus peccatis ego ſupplicium ſufferam.
Malum: niſi hoc pejus ſit, hæc ſufferre & perpeti. Cic. 4. Fam. 5.

Mulctam ſufferre. Cic. pro Cæcin. 98. Quam mulctam ſi ſufferre voluiſſent, tamen manere in civitate potuiſſent.
Pœnam ſufferre. Cic. 2. in Catil. 28. Quod ego ſic adminiſtrabo, Quirites, ut ſi ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quiſquam in hac urbe pœnam ſui ſceleris ſufferat.

Sufferentia, æ. f. Tolerantia. Tertull. de Orat. cap. 4. Ad ſufferentiam ooſmet ipſos præmonemus.

Suffertus, a, um. Partic. [φορητός] Sen. Nat. Quæſt. lib. 1. 5. Præterea quum dicitur tibi, nubem ſole eſſe ſuffertam, non dicitur, colorem illum immiſſum eſſe, velut duro corpori ac ſtabili & manenti, ſed ut fluido & vago. Cæl. Ant. Lect. lib. 9. cap. 10. Suffertam nubem intelligit Interfuſam, aut Illuſtratam. Suet. in Neron. cap. 20. Mediaque in orcheſtra, frequente populo, epulatus, ſi paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinniturum Græco ſermone promiſit. h. e. Cantaturum ſe clarius aliquid, aut quod Græci dicunt φορητόν, id eſt denſum quippiam ac ſucci plenum. Nam & Differtum pro Pleno legimus. Quæ vox duci videtur a Suffercio, ut Refertus a Refercio. Farcio enim mutat A, in E, in compoſitis. Sabellicus Suffertum exponit Subtolerabile, ut ſit vox partim Latina partim Græca, φορητὸς enim dicitur Latine Tolerabilis. Egnatius legit Suffertim, ut ſit adverbium, hoc ſenſu, Nero promiſit ſore ut plenius & grandius tinniret. [An Suffurtim? Ridicule autem in medio populo Suffurtim.

Sufferveo, bui, [ὑποζέω] ēre. Aliquantum fervere. Plin. lib. 18 cap. 11. Vulgo vaſa nec ſuffervere faciunt. Vetus codex legit Suffervefaciunt.

Suffervĕfăcio, ĕci, actum, [ὑποζεσποιέω] ĕre. Plin. lib. 12. cap. 26. Odor vero in vino ſuffervefacti antecedit alios. Idem lib. 22. cap. 25. In veſicæ vero dolore, ſemuncia amyli cum ovo, & paſſi tribus ovis ſuffervefacta a balneo.

Suffervefio, [ὑποζεσποιοῦμαι] fieri. Aliquantum fervens fieri. Plin. lib. 27. cap. 9. Qui fidem promiſſo huic quærunt, affirmant lapillos, qui ſuffervefiant, una tumpi.

Suffes, vel Sūfes, ĕtis. m. Lingua Punica Conſul dicitur. *Liv.* 30. 7. Senatum itaque Suffetes, quod velut Conſulare imperium apud Carthaginienſes erat, vocaverunt. Idem 28. 37. Infeſtæ ob direpta quædam ab conſcendentibus naves militibus, ad colloquium Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, cum Quæſtore elicuit. Sufes ſcripſit Feſtus, quod mavult Voſſ. in Etymol. q. V.

Suffĭbŭlum, i. n. [ἐπωμίδιον] eſt, ut ait Feſtus, Veſtimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales virgines ſacrificantes habebant: idque fibula comprehendebatur.

Suffĭcio, ēci, ectum, [ἀρκέω, Gl. G. L. ἐξαρκέω, L. G. & G L.] ĕre. Satis eſſe. Conſtruiturque cum Dativo aut cum Accuſativo cum præpoſitione. Plin. 10. Epiſt. 25. Mihi autem vel ſola voluntas tua ſuffeciſſet. Eleganter perſonis tribuitur. Stat. 5 Silv. 2. 175.
Vade puer, tantiſque enixus ſuffice donis. Plin. in Paneg cap. 77. extr. Quis noſtrûm idem curæ, idem ſudoris ſumit? quis adeo expeditis honoribus aut deſervit, aut ſufficit? Sic
Sumptibus ſufficere. Sueton. de Clar. Gram. cap. 23. Luxuriæ ita indulſit, ut ſæpius in die lavaretur, nec ſufficeret ſumptibus.
Poſtea quam immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit. Cic. in Salluſt. 13.
Nec ſufficit umbo ictibus: i. e. Non poteſt ferre ictus. Virg. 9. Æn. 810.
Animus ſufficit malis. Ovid. 3. Triſt. 2. 13.
Animus animo. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 31.
Cupiditati paucorum ſufficere. Cic. 7. Verr. 126.
Sufficit hic mons alimentis hominum. Liv. 29. 23.
Large ſufficiens prædium annuis victibus. Plin. lib. 7. cap. 46.
Sufficere, abſolute. Virg. 5. Æn. 21.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus.
Quanquam nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. Cic. 2. Philipp. 16.
Sufficere ad. Quintil. lib. 1. Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipſa ſufficiat.
Non ſufficientibus jam viribus ad conſularia munera obeunda. Liv. 2. 8.
Sufficere cum Dativo & Accuſativo, Subminiſtrare. Virg. 2. Georg. 423.
Ipſa ſatis tellus, quum dente recluditur unco,
Sufficit humorem. Ibid. 435.
Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus umbram
Sufficiunt, ſepemque ſatis, & pabula melli.
Sufficere, Subſtituere. [ἀντικαθίσταμαι, Gl. G. L.] Virg. 2. Georg 65.
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. Cic. pro Muren. 82. Nam ne ſufficiatur Conſul non timent.
Sufficere in locum. Liv. 5. 31. Idem 22. 25. Nec tamen ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum Q. Fabium, quam COS in locum C. Flaminii feciſſet. Cic. 5. Fam. 10. Si mehercule Appii os haberem, in cujus locum ſuffectus ſum.
Sufficere, ab Inficiendo. Cic. in Hortenſ. Ut ii, qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam. Ex Nonio, 4. 405. ut legit Mercer. Virg. 2. Æn. 210.
Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine & igni.
Maculis ſuffecta genas. Valer. 2. Argon. 105.
Lumina ſuffecta ſeto. Valer. 6. Argon. 821.

Sufficiens, entis. Partic. Paulus in l. Conficiuntur. D. de jure codicill. Quid enim ſi ſufficientium teſtium facultatem non habuit?
Sufficiens vigori animi compages corporis. Vell. Paterc. 2. 127. 3.
Sufficiens malis. Curt. 8. 4. 10.
Sufficientiſſima definitio. Tertul. adv. Marc. 5. 2.

Suffectus, a, um. Partic. Suffecti, ἀντικαθεσταμένοι, ὑποκαθήμενοι, Gloſſ. Latinogr. Et Græcolat. ὑποβεβαμμένος, Subfectus [An Subinfectus?

Suffectūrus, a, um. Partic. [ἀρκέσων] Ilia ſuffectura calcantibus. Stat. 1. Silv. 1. 50.

Sufficienter, Adv. [ἱκανῶς, Gl. G. L.] Ulpianus in l. Sed & ſi quid. §. 1. D. de uſufruct. & quemadmodum. Sufficienter autem alere, & veſtire debet, ſecundum ordinem & dignitatem mancipiorum.

Sufficientia, æ. f. Tertull. ad Uxor. 1. 4.

Suffectio, ōnis. f. Subſtitutio. Arnob. lib. 5. & Tertull. de Anim. cap. 28.

Suffīgo, xi, xum, [ὑφηλόω] ĕre. Affigere. Plin. lib. 33. cap. 3. Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavis ſuffigere crepidas.

Suffigere cruci, & In cruce. Cic. in Piſon. 42. An ego, ſi te & Gabinium cruci ſuffixus viderem? Hirt. de Bell. Afr. cap. 66. extr. In cruce omnes ſuffixit. Et Hor. 1. Serm. 3. 82.
Stimulos novos ſuffixit dolori. Sen Theb. 1.

SUFFIXUS, a, um. Partic. [ὑποπεπηγμένος] ut, Robore erecto ſuffixus. Sil. lib. 1. 153.
Caput ſuffixum veruto. Lucan. lib. 8. 684.

SUFFĪO, iri, itum, [θυμιῶ, Gl L. G.] ire. Suffumigare. Plin. 20. 17. Hippocrates ruta vulvarum cauſſa natoram ſuffira jubet. Columel. lib. 12. cap 18. Cella quoque vinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda. Propert lib. 4. 9. 55.
Dein quæcunque locum externæ tetigere puellæ
Suffit, & puro limina tergit aqua.
Thymo ſuffire. Virg 4. Georg. 241.
Ignibus ætheriis terras ſuffire feraces. Lucret. lib. 2. 1096.

SUFFĪTUS, a, um. [ὑποθυμιαθεὶς] Partic. Plin. lib 20. cap. 17. Aniſum dolores capitis levat ſuffitum naribus. Columel. lib. 9. cap. 14. Suffitas deinde & æſtivantes apes refrigerare oportet.

SUFFĪTIO, ōnis. f. [ὑποθυμίασις, θυμίασις, Gl. L. G.] Plin. lib. 1. cap. 6. Ne rurſus nimia ſuffitione medicata ſint. Idem lib. 12. cap. 50.

SUFFĪTUS, ûs. m. [ὑποθυμιασμός] Suffumigatio. Plin. 32. 3. Lethargicos odoris ſuffitu excitant, vulvarumque exanimationes, vel ſubditi. Idem lib. 24. cap. 11. conf. 15. 29. & 30.

SUFFĪMEN, inis. n. [ὑποθυμίαμα] Idem. Ovid. 4. Faſt. 731.
I, pete virginea, populus, ſuffimen ab ara.

SUFFĪMENTUM, i. n. [θυμίαμα] Idem. Plin. Quod & ſuffimentis quibuſdam facere conſueverunt.
Suffimenta a veteribus dicta ſunt, Quæ fieri ſolebant ex faba, milioque molito, mulſo ſparſo: ut ait Feſtus. Ea diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prelo premebantur. Cic. 2. de Legib. 40. Nam & in iis ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

SUFFĪTOR, ōris. m. [ὑποθυμιατής] Plin. lib. 34. cap. 8. Lycus & ipſe puerum ſuffitorem.

SUFFLAMEN, SUFFLAMINO. V. SUFFLO.

SUFFLĀVUS, a, um. Adj. Aliquentulum flavus, non plane flavus. Suet in Neron cap. 51. Statura fuit pæne juſta, corpore maculoſo & fœdo, ſufflavo capillo.

SUFFLO, [φυσῶ, Gl. L. G. & G. L.] are. Id dicitur, quod fieri ſolet, quum ignem flatu accendere volumus. Plin. lib. 34. cap. 8. Eleutherus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit, dignum præceptore, puerum, ſufflantem languidos ignes.
Sufflare buccas. Plaut. Stich. 5. 4. 42.
Sufflare buccis. Martial. lib. 3. 17.
Sufflavit neſcio quid uxori, h. e. Inſufflavit, In aurem dixit. Plaut. Caſ. 3. 3. 19.
Strabo lib 15. p. 504. ὁ φυσῶντες, ἀλλὰ ῥιπίζοντες, videlicet τὸ πῦρ. Ubi vertit Xyl. Inſpirantes & Sufflantes. H. St. In Gloſſ L. G. ῥιπίζω, Ventilo. in G. L. Flabello. Male igitur Xyl.

SUFFLĀTUS, a, um. Partic. proprie Tumidum erectum, & quaſi vento quodam elatius factum. Varr. Agath. Neque auro, aut genere, aut multiplici ſcientia ſufflatus quærit Socratis veſtigia. Nonius 1. 287.
Sufflata cutis diſtenta. Plin. 8. 38. conf. SUFFULTUS.

SUFFLĀBILIS, e. Adj. Prudent. Apoth. 848.
Spiramus quotiens animæ ſufflabile auras.

SUFFLĀTIO, ōnis f. [ἐμφύσησις] Plin. lib 9. cap. 7. Præterea bullantium aquarum ſufflatio, luxæque effecto concharum quoque corpora congeſcentia.

SUFFLATUS, ûs. m. Pont. de Magnanimitate 436. Quum folles ſuos vanis impleat ſufflatibus. H. St.

SUFFLĀMEN, inis. n. [τροχῶν ἀγκύλωσις, βοήθεια, κώλυμα ἁμαξῶν. Gl L. G] Retinaculum rotæ decurrentis, ne velocius decurrat, ut ait Budæus. Eſt enim machinæ genus, quo in deſcenſu, vel procurſu nimio, rota ſolet retineri. Juven. 16. Sat. 50.
Quod placitum eſt illis præſtatur tempus agendi:
Nec res atteritur longo ſufflamine litis. Idem 8. Sat. 148.
Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul. Scribitur & Subflamen.

SUFFLAMINO, are. Sufflamine comprimere & retinere. Seneca 4 Declam. Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque divus Auguſtus optime dixit, Aterius noſter ſufflaminandus eſt. Ubi alias legitur Sufflammendus, alias Suffibulandus. Memmius Cæl. lib 9 cap. 10. Seneca de morte Claudii, Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminantem.

SUFFŌCO, [πνίγω, Gl. L. G. & G. L. λαρυγγίζω, L. G.] are. ex Sub & Faux compoſitum, AU in o productam converſa; ſignificat Spiritum præcludere, veluti obſtrictis faucibus. Lucret. lib. 3. 504.
Aut in melle ſitum ſuffocari, atque rigere
Frigore. Ovid.
Suffocent animam diræ venena tuam. [Niſi vel ſpurius hujus, vel alius poetæ, forſan non antiqui, verſus eſt.
Gallum gallinaceum ſuffocare. Cic pro Muren. 61.
Suffocare fame urbem, pro Opprimere & exſtinguere. Cic. 9. Att. 6.
Suffoco, penultima correpta, a quibuſdam perperam legitur apud Propert. 4. 9.
Suffocat & pura limina tergit aqua. Non enim Suffocat, ſed Suffit cum Broeckhuiſ. legendum eſt.

SUFFOCATUS, a, um. Partic. [πνιγεὶς, Gl. L. G.]

SUFFOCĀTIO, ōnis. f. [πνιγμὸς, Gl. L. G.] Plin. lib 20. cap. 5. Ejus ſemen contritum, & in vino potum, tumentem alvum, & ſuffocationes mulierum, doloreſque lenit.

SUFFŎDIO, fōdi, foſſum, [ὑπορύττω] ĕre. Subtus excavare. Columel. lib. 2. cap. 18. Neque ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet.
Suffodere equos, Ex inferiori parte fodere. Cæſ. 4. Bell. Gall. 12.
Suffodere montem. Plin. lib. 36. cap. 15.

SUFFOSSUS, a, um. Partic. [ὑπορυχθεὶς] ut, Suffoſſa ſacella, deſtructa. Cic de Aruſp. Reſp. 32. A Ser. Sarrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa.
Equus ſuffoſſus. Virg. 11. Æn. 671. — quorum alter habenas,
Suffuſo revolutus equo, dum colligit, &c. Suffoſſo, i. e. Cæſo. Nam Suffoſſi equi dicuntur, quos vulgo Incæſpitatores vocant. Alii Suffuſo legunt, id eſt Præcipiti & cadenti. Hæc Servius. Ubi alii priorem exegeſin ad τὸ Suffuſo, poſteriorem ad τὸ Suffoſſo referunt. [Revera autem intelligitur Equus telo ex inferiori parte ſuffoſſus.

SUFFOSSIO, ōnis. f. Seneca Epiſt 90. Quare hoſtilia in partes tela vibrarent, & ipſum ſolum ſuffoſſionibus tremeret & cuniculis.
Neque arietes neque ſuffoſſiones valent nocere. Vitruv. 1. 5.

SUFFRĀGO, inis. f. Idem quod Suffrago. ἰγνὺς, τὸ ὑπὸ τὸ γόνυ μέρος. Gloſſ Græcolat.

SUFFRAGO, inis. f. [ὑποκνημὶ, Onom vet.] pl. SUFFRAGINES, [ἰγνύαι, Gl. L. G.] dicitur in poſterioribus pedibus animalium, quod in prioribus Genu. Vel eſt nodus ſub crure, quo pedis verſura conſtat, tibiæque ita annectitur pes, ut verti poſſit: id quod ſpectamus in bobus, equis, & ceteris armentis. Dictæ Suffragines, quod ſuffringantur, hoc eſt in altum frangantur. Conſtat ſane genus animalium, quæ animal generant, ante ſe flecti: ſuffraginum vero artus in adverſum. Quemadmodum igitur poplites dicti ſunt, quod poſt plicentur: ita ſuffragines, quod ſubter frangantur. Plin. lib. 8. cap. 45. Victimarum probatio in vitulo, ut cauda articulum ſuffraginis contingat. Idem, Aves & quadrupedes alas in priora curvant: ſuffragines in poſteriora. Plin. lib 8 cap. 15. Nullo ſuffraginum flexu. Idem lib. 30. cap. 6. Aquilæ pedes evellunt in adverſum a ſuffragine, &c.
Suffragines dicuntur etiam Vitis ſoboles. Columel lib. 4. cap. 24. Et ſi ſoboles, quam ruſtici ſuffraginem vocant, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroque allævanda eſt, ut hibernas aquas reſpuat.

SUFFRAGINŌSUS, a, um. Adj. ut, Equus ſuffraginoſus, Cujus ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. Columel. lib. 6. cap 38. de mula, Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur.
Suffragines, Nodi vel articuli ſunt ſub crure, quibus pedes inflectuntur, dictæ quod ad ingreſſum ſuffragentur, vel ſupra frangantur. Suffraginoſa mula, Cujus ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. Hæc Ruellius in Veterinariam.

SUFFRĀGOR, āri. a Suffragine, ut ait Perottus. V. Voſſ. Etym. ſignificat Adjuvare, Favorem ferre. Virg. [Ubi?
Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus. Cic. 1. de Legib. 1.
Mihi enim videris fratrem laudando ſuffragari tibi.
Si nihil erit, præter ipſorum ſuffragium, tenue eſt: ſi, ut ſuffragantur, nihil valent gratia. Cic pro Muren. 71. [Lego Suffragentur. Ut, pro Ut maxime. De ſignif infra V.
Nemo ab ignotis hominibus, nullis ſuffragantibus meritis, honore afficitur. Cic. de Petit. Conſ 22.
Vide ne hæc ipſa, quæ deſpicis, huic ſuffragata ſint. Cic. pro Planc. 18.
Laudibus cujuſpiam ſuffragari. Cic. 12. Fam. 14.
Suffragari alicui ad Conſulatum. Cic. 1. Off 138. Quæ (domus) cum vulgo viſeretur, ſuffragata domino, novo homini, ad Conſulatum putabatur.
Suffragari & Adverſari, contraria. Cic. 7. Verr. 77. Cui legi, cum veſtra dignitas vehementer adverſaretur, iſtius ſpes falſa & inſignis impudentia maxime ſuffragatur.
Suffragante natura videris res maximas conſequutus. Cic. 10. Fam. 5.
Sic ſupra Suffragantibus meritis.
Suffragandi. Liv. 28 18. Convenerant undique, non ſuffragandi modo, ſed etiam ſpectandi cauſa P. Scipionis. [Suffragandi, i. e. Adjuvandi in honoris petitione. Id enim proprie verbum ſignificat. Facere ſcilicet frequentiam ſuffragiorum petitori, non ipſum Ferre ſuffragium, ſeu ψηφοφορεῖν, ut in Lexicis vulgaribus exponitur.

SUFFRAGĀTIO, ōnis. f. Cic. pro Muren. 39. Tum vero in Conſule declarando multum etiam apud univerſum Populum Romanum auctoritatis habet ſuffragatio militaris.
Urbana ſuffragatio. Cic pro Muren. 39.
Facilis ſuffragatio pro ſalute. Cic. pro Domo 45.
Accedere ad dignitatem alterius ſuffragatione ſua. Cic. 10. Fam. 9.
Perdere alicujus officii ſuffragationem. Cic. pro Milon. 35.

SUFFRAGĀTOR, ōris. m. [ψηφοφόρος, Gl. G. L.] Qui ſuffragatur. Plaut. Caſ. 2. 4. 20.
Ibi ego te, & ſuffragatores ulciſcar tuos. Plin. 3. Epiſt. 20. Cic. pro Muren. 16 Tua vero nobilitas, Servi Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus litteratis & hiſtoricis eſt notior, populo vero, & ſuffragatoribus obſcurior.

SUFFRAGĀTRIX, icis. f. Auguſtin. de Civ. Dei, lib. 18. cap. 10.

SUFFRAGĀTŌRIUS, a, um Adj. [ψηφοφορικός] Cic. de Petit Conſul. 21. Modo intelligat te magni æſtimare, ex animo agere, bene ſe ponere, fore ex eo non brevem, & ſuffragatoriam, ſed firmam & perpetuam amicitiam.

SUFFRĀGIUM, i. n. [ψηφοφορία, Gl. L. G. & G. L. χειροτονία, ψῆφος, δῆλις, L. G. ψῆφος, G. L.] Liv. 3. 17. Suffragium inire.
Suffragia, Voces illæ dicebantur, quæ dabantur in comitiis, & in tabellis deſcribebantur, quibus unuſquiſque ſuam declarabat voluntatem de aliquo in Magiſtratum eligendo. Fuit olim (inquit Budæus) modus geminus ferendi ſuffragii in conciliis, & ſententiæ dicendæ in judiciis. Interdum enim voce, interdum tabella eo munere fungebantur.
Suffragia quomodo ferri ſolerent, ita colligit Corradus in Brutum Ciceronis Populus Romanus ſemper a principio de tribus rebus, de Magiſtratibus, de Legibus, & de Bello conſtituit, atque id ipſum ſuffragiis per Curias latis: unde Curiata comitia ſunt appellata: in quibus ex generibus omnium, ut ſcribit Gell lib. 15. cap. 27. ſuffragium ferebatur, & quidem ἀνδρακὰς (i. e. viritim) ut Dionyſius lib 7. dixit, ſed lib. quarto pluribus explicavit quum docuit, pauperes divitibus in hiſ comitiis, non modo pares, ſed ſuperiores etiam fuiſſe, quod multo plures eſſent pauperes, quam divites. Quicunque igitur erant in triginta Curias diſtributi, viritim ſuffragium ferebant: & quota quid hoc modo decretum fuerat, id Curiæ dicebantur juſſiſſe: ut in oratione pro domo ſua ad Pontif. (77.) Cicero demonſtrat. Si triginta Curiis tamen id juſſiſſent, num id juſſum eſſet ratum? In Centuriatis autem comitiis, ex deſcriptione Servii Tullii, non omnes, ſed ſinguli per ſuas Centurias, ut libro ſeptimo ſcribit Dionyſius, ſuffragium ferebant, quum a Magiſtratibus vocabantur. Nam Centuriæ centum nonaginta tres ex univerſo populo Romano confectæ fuerant ab illo Rege: ex quibus erant decem & octo equitum, peditum octoginta primæ claſſis, viginti ſecundæ, viginti tertiæ, viginti quartæ, triginta quintæ, una ſextæ. Vocabantur igitur Centuriæ equitum, & peditum primæ claſſis: quæ ſi omnes decernebant, res decreta putabatur. Nam plures erant, quam reliquæ omnes; & equitum Centuriis plurimum in comitiis poterant: & ob

& ob id Cicero lib. 11. epiſt. 16. in fine, a D. Bruto petit, ut ſibi Equitum Centurias conficiat. Sin in his fuiſſet variatum, tunc ceteræ deinceps vocabantur, donec nonaginta ſeptem minimum idem decernerent. Tunc enim abſolvebantur comitia Centuriata: in quibus ex cenſu, & ætate, ut ait Gellius lib. 15. cap. 27. ſuffragium ferebatur. Hinc Cic. lib. 3. de Legibus (44.) ſcribit in (his) comitiis populum cenſu, ordinibus, ætatibus deſcriptum fuiſſe. In Tributis vero comitiis, quæ fiebant, quum ex regionibus & locis ſuffragium, ut ait Gellius, (ibid.) ferebatur, populus ipſe ferebat, & quidem quod Cic. lib. 3. de Legibus (ibidem) affirmat, fuſe in tribus convocatus. His primum Tribuni plebis, Ap. Claudio, T. Quintio Conſulibus, anno ab Urbe condita ducenteſimo octogeſimo ſecundo ſunt creati. Itaque primum Curiata, deinde Centuriata, poſtremo Tributa comitia videntur inſtituta. In his omnibus, qui cum populo agebat, ita illum rogabat: Velitis, jubeatisne hoc fieri? Populus vero, ſi res placebat, hoc modo jubebat, Uti rogas. Nam ſinguli ſic vocis ſuffragium ferebant, ut rogatori dicerent, Uti rogas, perinde ac ſi dicerent, Jubeo meo ſuffragio fieri, uti rogas. Nec dubitari poteſt, quin ita ſuffragium ferrent, quando ex lib. tertio Ciceronis de Legibus (33. ſeq.) apparet, legem primam tabellariam, qua ſuffragium occultaretur, anno ab Urbe condita fere ſexcenteſimo decimo quarto latam fuiſſe, quum prius ſine tabula ſuffragium inirent, & Uti rogas, dicerent. Quod Livius quidem ſæpe, ſed libro tamen potiſſimum ſexto (cap. 38.) verbis hiſce demonſtrat: Et uti rogas, primæ tribus dicerent. Pro verbo, Dicere, Cicero lib. ſecundo de Legib. (24.) verbum Edicere, ita videtur uſurpare: Suadeo igitur, ſi placet, iſtam ipſam legem, ut ego, Uti rogas, poſſim edicere. Alii codices habent, Dicere. Ibi loquitur Cicero cum Attico, & cum Q. fratre, qui vocis ſuffragium magis, quam tabellæ probabant, ut videre eſt lib. 3. de Legib. (37.) Ob id ad eundem Atticum lib. primo, epiſtola 9. cujus initium eſt, Vereor, ſic olim ſcripſit: Operæ Clodianæ pontes occuparant: tabellæ miniſtrabantur ita, ut nulli daretur, Uti rogas. Id eſt ita inſtabant Clodiani, ut judices ſuffragium tabella ferrent, nec ulli concederetur, ut ſuffragium voce ferre poſſet. Nam quum multi eſſent corrupti, volebant occulte ſuffragia ferri, ne poſſent notari. Voce quidem Romani ſuffragium tulerunt uſque ad annum fere ſexcenteſimum decimum quartum. Tunc enim Gabinia lex de ſuffragiis per tabellam ferendis eſt lata: ſecuta biennio poſt Caſſia eſt: tertia Papiria: quarta Cœlia: quæ tabellariæ ſunt appellatæ: quibus latebra populo data eſt, in qua, bonis ignorantibus quid quiſque ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium, ut Cic. lib. 3. de Legib. (35. ſeq.) ſcribit. Sic enim quiſque ſuam tabellam in ciſtam conjiciebat, ut occulte poſſet adverſari. Nam judicibus ternæ ſingulis tabellæ dabantur: quarum una A, altera C, tertia NL. litteras inſcriptas habebat: quæ notæ erant Abſolutionis, Condemnationis, Ampliationis: ex quibus judex quiſque, quam volebat, in ciſtam poterat conjicere, atque id ipſum ita occulte, ut quem vellet poſſet abſolvere, vel condemnare, vel ampliare ſua tabella, ſine ulla ſuſpicione benevolentiæ, vel odii: quod nemo poſtea poſſet cognoſcere, quis judex vel abſolviſſet, vel condemnaſſet, vel ampliaſſet: niſi omnes vel abſolviſſent, vel condemnaſſent, vel ampliaſſent. Unde Cic. epiſt. famil. lib. 3. epiſtola penultima, quum audiſſet Ap. Claudium omnibus ſuffragiis abſolutum fuiſſe, miratus eſt, Nullam ne in tabellæ quidem latebra fuiſſe abſconditam malevolentiam. Lege tamen Cornelia videtur olim reo licuiſſe optare, clam, an palam de ſe ſententiam ferri vellet. Id Cicero in oratione pro Cluentio (55.) docet. In reliquis vero ſuffragiis, in quibus magiſtratus, vel leges, vel tale quid rogabatur, binæ (niſi fallor) tabellæ ſingulis ſuffragium laturis dabantur: quarum altera punctum ſine dubitatione, altera nihil (ut ego puto) ſcriptum habebat. Itaque qui favebant, tabellam puncto inſcriptam: qui adverſabantur, alteram in ciſtam conjiciebant. Hinc Cic. in oratione pro Plancio (53.) dixit: Tribus nonnullas punctis pæne totidem tulit. Et ibidem paulo poſt (54) Queſtus es, plures te teſtes habere de Voltinia, quam quot in ea Tribu puncta tuleris. Huc & illud Horatii in Arte Poet. 343. eſt referendum,

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. Hanc ferendi ſuffragii rationem Cicero non reprehendit, Demoſthenem ſecutus, qui ſuffragia occulta magis probabat: quamvis Plato lib. nono de Legibus illa ſcribat verba, ἐν φανερῷ ὁ ψῆφος. ſed Cic. id populo Romano concedebat. Unde Tabellam vindicem libertatis contra Rullum oratione ſecunda, non ita procul ab initio, (4) & lib. tertio de Legibus (39.) appellavit. Quod vero nos diximus de ternis judicum tabellis, & ciſta, obſcure quidem, ſed tamen id ſcribit Aſconius. (In Divinat. 24.) De ciſta vero, quæ in comitia deferretur, auctor Rhetoricæ ad Herennium lib. primo (21.) ita ſcribit: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ ejus intercedere: ille nihilominus ciſtellam detulit: Cæpio, ut contra Senatuſconſultum intercedentibus collegis adverſus Remp. videt ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes diſturbat, ciſtas dejicit. Quo quidem loco, quum ciſtas dicat, oſtendit plures fuiſſe: ut forte unaquæque Curia, Centuria, & Tribus ſua ciſta uteretur. Hæc Conradus.

Suffragium populus R. primum voce, deinde per tabellam tulit. Quo modo autem a voce ad tabellam deventum ſit, & quibus temporibus, & quibus auctoribus, operæ pretium eſt cognoſcere. Quatuor igitur leges nominantur, omnes, ut puto, tribunitiæ, Gabinia, Caſſia, Papiria, Cœlia. Gabinia ſanxit, ut populus in magiſtratibus mandandis ſuffragium, non, ut antea, voce, ſed per tabellam ferret. Caſſia biennio poſt idem juſſit, in omnibus judiciis populi, Perduellione excepto. Papiria & ipſa populo tabellam dedit, in jubendis ac vetandis legibus. Cœlia, quo uno in genere vocis ſuffragium reliquum erat, hoc eſt, in Perduellione, quod lex Caſſia exceperat, in eo genere tabellam dedit. Ita quatuor Tribunorum pl. rogationibus factum eſt, ut populus libere, quod ſentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu, poſſet oſtendere. Ideo tabellam Vindicem tacitæ libertatis appellat Cic. in Agrar. 2. (4.) & lib. 3. de Legib. (39.) In oratione autem pro C. Cornelio (ad fin.) principium juſtiſſimæ libertatis Caſſiam legem, quæ tabellam in judiciis populo dedit. Magis enim intererat populi tabella voluntatem in judiciis tegere, cum ageretur de capite fortuniſque civium, quam aut in magiſtratibus, quod lex Gabinia ſanxerat, aut in legibus, quod poſtea Papiria. His igitur quatuor legibus ferendi ſuffragii mutata ratio eſt. Nunc de latoribus earum legum, & quo quæque anno lata ſit, agamus. Gabiniam rogavit homo ignotus, & ſordidus: quod lib. 3. de Legib. (35.) Cic. tradit &, cum biennio ante Caſſia rogata ſit, quod idem eodem in loco demonſtrat: Caſſiam vero Lepido & Mancino coſs. eſſe latam, ex lib. de Clar. Orat. (97.) conſtat: neceſſe eſt, Piſone & Lenate coſs. rogatam exiſtimare. Caſſiam Lepido & Mancino coſs. auctore Scipione Africano poſteriore, tulit L. Caſſius Q. F. Longinus Ravilla, pater illius L. Caſſii, qui in omnibus cauſſis quærere ſolebat, Cui bono? & C. Caſſii, ejus quem C. Mario C. Flavio coſs. leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tuliſſe, in quibus hanc, ut, Quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet, Pedianus (ad fragm. pro C. Cornel. ad fin.) tradidit. Papiriam tulit C. Carbo, ille eloquentiſſimus: tulit autem, ut opinor, P. Popilio & P. Rutilio coſs. Nam eo anno Tribunum pl. fuiſſe, quo Scipio Æmilianus de Numantinis triumphavit, omnes hiſtoriæ declarant: quem a porta ad concionem productum, quid de Ti. Gracchi morte ſentiret, ſeditioſe interrogavit. Cœlia, non facile eſt conjicere, a quo ſit rogata: ſed, rogatam Q. Metello T. Flaminio coſs. credidarim, & ex iis verbis, quæ ſunt apud Cic. lib. 3. de Legib. (36.) Ut opprimeret Cœlius Popilium. Nam, id de P. Popilio dictum eſſe, quem C. Gracchus Metello & Flaminio coſs. Tribunus pl. in exſilium ejecit, videtur intelligendum, ut ejus judicii cauſſa, quo Popilius, tribuno pl. Graccho eſt oppreſſus, Cœlius ſua lege tabellam dederit. Suffragia vel in campum Martium, ſi centuriata comitia haberentur, vel in forum, ſi tributa, aliove, ciſtis in pontes deferebantur, & ex his pontibus populo miniſtrabantur. Id ſignificat Cic. in epiſt. ad Att. lib. 1. 9. his verbis, Operæ Clodianæ pontes occuparant: tabellæ miniſtrabantur, ita ut nulli daretur, Uti rogas. Nam quæ tabellæ legem accipiebant, & probabant, in iis duæ litteræ ſcriptæ erant, V. R. quæ ſignificant, Uti rogas, id eſt, uti tu, qui legem fers, nos rogas, ita jubemus: quæ vero tabellæ legem antiquabant, hoc eſt, rejiciebant, & improbabant, in iis unica littera A, ſcripta erat: quæ ſignificat Antiquo, id eſt, antiqua maneant: nova non placent: legem reſpuimus. In iis vero comitiis, quo populus, ut ſuffragium de reo ferret, coire ſolitus eſt, ternæ tabellæ dabantur: quarum in una ſcriptum erat, A, in altera, C, in tertia NL. & prima ſignificabat, Abſolvo: ſecunda, Condemno, tertia, Non liquet, id eſt, neque abſolvo neque condemno, cauſſam plane non intelligo. Verum, ut ad pontes redeamus, anguſtiores ut eſſent, legem tulit C. Marius Trib. pl. qui poſtea ſepties Conſul fuit. Tulit autem eam legem, ne quid fraudis in diſtribuendis tabellis committeretur. Multis enim locus eſſe non poteſt, ubi pontes anguſtiores ſunt: at in turba vitioſe aliquid agere, difficilis negotii non eſt: propterea, quod hac lege ſancitum, id ambitioſis oppoſitum fuiſſe: & plane Cic. narrat lib. 1. de Leg. (immo 3. 38.) & Plutarchus ſignificat in Marii vita, ubi ait, (pr vit p 407. Franc.) In tribunatu legem de ſuffragiis tulit, qua potentium opes, cum in ferendis ſuffragiis, tum in creandis magiſtratibus, imminuit. Suffragium ferebant omnes cives Romani, in ea quiſque tribu, ubi cenſus erat, aut in ſua quiſque claſſe. Libertini tantum in quatuor urbanis tribubus, quæ minus nobiles erant, ſuffragium tulerunt. (Cic. 1. de Or. 38.) Nam etſi P. Sulpicius tribunus pl. L. Sulla Q. Pompejo coſs. tulit, ut in omnibus plane tribubus, quæ xxxv erant, ſuffragium ferre poſſent: hanc tamen legem puto a victore Sulla, Sulpicii inimico, eſſe abrogatam. Puto autem ob eam cauſſam, quia C. Manilius Tribunus pl. aliquot poſt annis eandem legem ferre conatus eſt: idemque poſtea & P. Clodius cogitavit, teſte Cicero in duabus orationibus, pro C. Cornelio. (extr.) & pro Milone (ut vult Aſcon. ad 87.) Hæc ex libro de Legibus Romanis P. Manutii.

De Tabellariis ſuffragiis & Vocalibus. V. Cic. pro Planc. 16 & 3. de Legib. 44.

Ciſtæ ſuffragiorum. Plin. lib. 33. cap. 2. Ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitiis.

Exſpectatio ſuffragiorum. Cic. pro Planc. 25.

Cæca ſuffragia, Inconſultus favor populi. Sil. lib. 8. 257.

Corrupta ſuffragium. Cic. 3. de Legib. 39.

Devincta largitione ſuffragia. Cic. i. e. Corrupta donis.

Eblandita ſuffragia. Cic. pro Planc. 10.

Occulta de honore ſuffragia. Cic. 2. Off. 24.

Triſtia ſuffragia, Damnoſa electio magiſtratus. Sil. lib. 15. 717.

Vitioſum ſuffragium. Cic. 3. de Legib. 35.

Captare ſuffragia populi. Hor. 1. Epiſt. 2. 103.

Dantur libera populo ſuffragia. Juven. 8. Sat. 211.

Ferre ſuffragium de capite alicujus. Cic. pro Domo 46.

Fieri Conſulem cunctis ſuffragiis. Cic. 15. Fam. 12.

Flagitare confuſionem ſuffragiorum. Cic. pro Muren. 47.

Indulgere ſuffragio alicujus. V. INDULGEO.

Inire ſuffragia. V. INEO.

Mittere in ſuffragium. V. MITTO.

Unuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Cic. 2. de Lege Agr. 17.

Ornare ſuffragio. V. ORNO.

Privare populum ſuffragiis. Cic. 2. de Lege Agr. 27.

Tegere ſuffragium. Cic. 3. de Legib. 38.

Suffrāgium, a Frango, frangis, FRA ſyllaba correpta, affertur ex Ovid. de Nuce, 119.

Quid niſi ſuffragium nimbis ruitantibus eſſem? Sed in emendatis codd. legitur Suffugium nimbos vitantibus.

SUFFRĒNĀTIO, ōnis. f. Colligatio & arcta ſtructura, quæ lapidem veluti freno retineat. Plin. lib. 36. cap. 22. Globoſus contra injurias fortis, ſed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrenatione devinctus. De quodam lapidis genere.

SUFFRĬCO, ui, ctum, & āvi, ātum, [ὑποτρίβω] āre. Columel. lib. 12. cap. 23. Nam oportebit poſt hunc numerum dierum confeſtim vinum emundare, & ſi quid fæcis, aut labris vaſorum, aut lateribus inhæſit, eradi, ac ſuffricari, & protinus operculis impoſitis oblini.

Suffricare palpebras medicamento. Celſ. lib. 6. cap. 6.

SUFFRINGO, ēgi, actum, [ὑπορήγνυμι] ĕre. Aliquantulum, ſive per medium frangere. Plaut. Rud. 4. 4. 15.

— homini iſti talos ſuffringi volo. Idem Truc. 2. 8. 8.

Ut ego ſuffringam hiſce talos totis ædibus. Cic. pro Roſc. Amer. 56. Quod ſi luce quoque canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringantur, quod acres ſint etiam tum, quum ſuſpicio nulla ſit.

Suffrico, [ὑποψήχω] āre. Idem quod Friare, ſive Minutim admodum terere. Columel. lib. 12. cap. 38. Scopulis aridæ myrti ſeria ſuffriatur, operculumque ſuperimponitur, ne quid eo decidat. Quædam exemplaria hic legunt Suffricatur, & fortaſſe rectius.

Suffuerat, Sub eodem tecto fuerat. Feſtus. V. ſubfum.

Suffugio, fūgi, fūgitum, [ὑποφεύγω] ĕre. Clam aufugere. Liv. 24. 46. Imber a nocte media coortus, cuſtodes vigileſque, dilapſos e ſtationibus, ſuffugere in tecta coegit.

Senſum ſuffugere. Lucret. lib. 4. 361.

Natura deûm ſuffugit tactum manuum. Lucret. lib. 5. 151.

Suffugium, i. n. [ὑποφυγή] Sub quod quis fugit auxilii gratia. Ovid. de Nuce 119.

Quid niſi ſuffugium nimbos vitantibus eſſem? Sil. 5. 509.

Suffugium infelix miſeris, & inhoſpita quercus.

Sanguine barbarorum modico, ob propinqua ſuffugia. Tacit. An. 4. 47.

Hæc diverticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitati. Quintil. lib 9 cap 2.

Suffulcio, ivi, itum, vel ſi, tum, [ὑποστηρίζω, Gl. L. G. & G. L.] īre. Subtus fulciendo ſuſtinere. Plaut. Milit. 2. 2 54.

Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulſit ſuo.

Cibus ſuffulcit artus. Lucret. lib 4. 865.

Suffultus, a, um. Partic. [ὑποστηριχθείς, Gl. G. L.] Auctor ad Heren. lib. 4. 15. Nam gravi figuræ, quæ laudanda eſt, propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt, quæ recte videtur appellari, ſi Suffulta nominabitur. Al. Sufflata.

Porticus ſuffulta paribus columnis. Lucret. lib. 4. 428.

Suffulcrum, i. n. [ὑποστήριγμα] Vitruv.

Suffumo, vel Subfumo, [ὑποκαπνίζω, Gl. G. L.] Idem quod

Suffumigo, [ὑποκαπνίζω] āre. Idem quod ſimplex Fumigo, vel ſubtus fumum excito. Varr. 3. de R. R. cap. 16. Si ex alvo minus frequentes evadunt, ac ſubſidit aliqua pars, ſuffumigandum, & prope fumea apponendus bene olentium herbarum, maxime apiaſtri. Celſ. lib. 6. cap. 6. Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Suffumigare vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 27.

Suffumigare ſulphure. Celſ. lib. 4. cap. 20.

Suffumigor, Paſſivum. Columel. lib. 12. cap. 12. in fine, Lagenam in tabulatum, quod ſuffumigatur, reponunt. Paulo ante dixerat, Lagenam in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt.

Suffundo, fūdi, fūſum, [ἐπιχέω, Gl. L. G. ἐπιχέω, G. L.] ĕre. Superfundere, aut deorſum injicere. Plaut. Curcul. 1. 3. 3. Mane, ſuffundam aquulam. Idem Ciſtel. 1. 1. 36. Columel. lib. 6. extr. Laſſæ & æſtuanti mulæ adeps in fauces demittitur, ſumumque in os ſuffunditur. [In Gloſſ. mendoſe excuſum, Suffuderit, ὑπεσπείλεσε.

Suffundere vires cibo ad feturam admiſſario. Varr. 2. de R. R. cap. 8.

Suffundit ſe ſinus. Celſ. lib. 7. cap. 2. Nam ubi poſt longos morbos totus corporis habitus vitiatus eſt, iſteque ſe ſinus ſuffundit, & in eo pars cutis pallet, ſcire licet, eam jam emortuam eſſe, & inutilem futuram.

Suffundere aciem oculorum, pro Turbare. Senec. de Ira 2.

Suffunduntur oculi. Sen. 2. de Clement. Imbecillos oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur.

Suffundere, Forinſecus ſpargere. Virg. 1. Georg. 430. de Luna,

At, ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit. Servius; Suffuderit, Forinſecus habuerit. Lucret. lib. 3. 39.

Omnia ſuffundens mortis nigrore.

Maculis ſuffundi. Stat. 11. Theb. 101.

Suffusus, a, um. Partic. [ὑποχυθείς, ὑποπιμπλάμενος] ut

Candor ſuffuſus purpureo ſanguine. Stat. 2. Silv. 1. 41.

Genæ ſuffuſa igne. Senec. Herc. OEth. 10.

Impudentia in ore multo rubore ſuffuſa. h. e. Præ impudentia rubicundam & rubore conſperſam faciem habens. Plin. in Paneg. cap. 48. extr.

Lacrimis oculus ſuffuſa. Virg. 1. Æn. 232.

Rubor ſuffuſus alicui dicitur, Genis aſperſus, quod pudoris indicium eſt. Liv. 30. 15. Maſaniſſæ, hæc audienti, non rubor ſolum ſuffuſus, ſed lacrimæ etiam obortæ.

Æther ſuffuſus calore. Cic. 2. de Nat. Deor. 55. Nam tenuis ac perlucens & æquali calore ſuffuſus æther, non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur.

Cordi ſuffuſus ſanguis. Cic. 1. Tuſc. 19.

Lingua eſt ſuffuſa veneno, Perfuſa, infecta. Ovid. 2. Met. 777.

Oculis ſuffuſus ſanguis. Plin. lib. 20. cap. 13.

Suffuſi cruore oculi. Idem lib. 31. cap. 9.

Malevolentia ſuffuſus animus in ceteros, Plenus iræ & malevolentiæ. Cic. 1. Fam. 9.

Sales ſuffuſi felle, Aſperſi amaritudine. Ovid. 2. Triſt. 565.

Suffusio, ōnis. f. [ὑπόχυμα. Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 22. cap. 23. In roſſi, uva, fallit veteri ſuffuſione, &c. [i. e. Ictero, ſeu morbo regio. Suffuſio, Morbus oculorum, quem vulgo cataractam vocant. Hæc notam paracenteſi curatur. Eſt autem paracenteſis, quæ manu fit a chirurgo, dum curari aliter morbi non poſſunt. Iungitur primo locus, deinde vel acus vel hamulus infigitur, idque paracenteſis dicitur. Hæc Perottus. Celſ. lib. 6. cap. 6. Suffuſio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, ſe opponit. Quod ſi inveteraverit, manu curandum eſt. Inter initia nonnunquam etiam certis obſervationibus diſcutitur. Plin. lib. 21. cap. 20. Habet ſuas utilitates contra ſuffuſiones oculorum.

Suffusorium, i. n. [ἐπίχυσις, Gl. L. G.]

Suffundatus, a, um. Adj. [ὑποθεμελιωθείς] dictum a Fundamentis, ut ait Nonius 2. 236. Varro, Antiqui noſtri domibus latericiis paululum modo lapidibus ſuffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.

Suffuror, [ὑποκλέπτω] āri. Clam furari. Plaut. Truc. 2. 7. 15.

Cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, de præda prædam
Capio.

Suffusto, Suffusus. V. suffundo.

S U G

Sugamber, bri, m. a quo Sugambri dicti ſunt, pater Melonis fuit, In triumphum tractus eſt a Germanico. Strabo lib. 7.

Sugambri, populus, V. sicambri.

Suggero, ſſi, ſtum, [ὑποβάλλω, Gl. L. G. & G. L. ὑποχορηγῶ, ὑποβάλλω, ὑπομιμνήσκω, χορηγεῖν δὲ ἐπὶ τῶν πλήρως λόγων χορηγήματα, L. G.] ĕre. Subminiſtrare. Plaut. Men. 1. 3. 29.

Madida quæ mihi appoſitam menſam milvinam ſuggerant.

Cibos ſuggerere alicui. Stat. 9. Theb. 740.

Copiam argumentorum ſuggerere. Cic. 2. de Orat. 117.

Damna aleatoria ſæpe ſuggerebantur. Cic. 2. Philipp 67.

Invidiæ flammam, ac materiam criminibus ſuis ſuggerere. Liv. 3. 11.

Ludum alicui ſuggerere. Cic. 12. Att. 43.

Rationes alicui ſententiæ ſuggerere. Cic. 3. de Nat. Deor. 73.

Sumptus alicui rei ſuggerere. Ter. Adel. 1. 1. 37.

Ambiguum explicatur, quum ea verba, quæ deſunt, ſuggeſta ſunt. Cic. 2. de Orat. 112.

Silvæ feras, &c. affatim ſuggerunt. Plin. 2. Epiſt. 8.

Tellus ſuggerit alimenta. Ovid. 15. Met. 81.

Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt. Liv. 2 8. I. e. In locum ſufficiunt. [Itamo Subjiciunt, ſucceſſorem faciunt Romanarum rerum ſcriptores.

Suggerere, pro Subjicere in memoriam. Cic. 2. de Fin. 44. Ubi ſi memoria forte defecerit, tunc eſt ut ſuggeras.

Suggerit res, Exigit, & poſtulat. Ulpian. in l. Ex facto, circa fi. D. de Hered. inſti. Quæ res in propoſito quoque ſuggerit, ut Italicarum rerum eſſe credantur eæ res, quas in Italia teſtator eſſe voluit.

Suggero, pro Refero. Juſtinian. lib. 2. tit. De fideicomm. hered. §. Sed quia ſtip. Ideo omnibus nobis, ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quam differentiis utriuſque Senatuſconſulti, placuit, &c.

Suggerere, pro Suadere. Ulpian. in l. Sed & ſi. §. Item. D. Ex quibus cauſis majores, &c. Unde quoties æquitas reſtitutionem ſuggerit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum. Idem in l. j. §. ult. D. De effractoribus. Oportebit autem æque & in effractores, & in ceteros ſupraſcriptos cauſa cognita ſtatui, prout admiſſum ſuggerit.

Suggestum, i. n. [βῆμα, ὕψος, Gl. L. G.] a Suggero, quod ibi ligna, ſeu humus, ſuggerantur, in quibus ſtari poſſit. Significat enim Locum editiorem, Varro lib. 3. de R. R. cap. 5. Ex ſuggeſtu ſaleris, ubi ſolent eſſe peripetaſmata, prodeunt anates in ſtagnum, & nant.

Suggeſtum, Locus excelſior, unde oratio haberi ad populum ſolet. Liv. 8. 14. Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ: roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit. Cic. 5. Tuſc. 59. Idemque quum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.

Suggeſtum comæ, tranſlate. Globus capillorum. Stat. 1. Silv. 2. 114.

Suggestus, ûs. m. Idem. ut Cic. 1. de Divin. 124. Neque illud ſuggeſtum, in quo cauſam dixerat, aſcendenti, ſignum ſibi ullum, quod conſueſſet, a deo, quaſi mali alicujus impendentis, datum. [Niſi a dict. ſuperiori eſt.

Suggeſtus, Ipſe ſuggerendi actus. Ulp. in l. j. §. ij. D. De magiſt. conven. Si curatores fuerunt minus idonei dati, dicendum eſt, teneri magiſtratus oportere, ſi ex ſuggeſtu eorum, vel nominibus ab eis acceptis, præſes dederit.

Suggestio, ōnis. f. [ὑποβολή, ἡ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα, ἡ μήνυσις, Gl. G. L.] Actus ſuggerendi. Auguſtin. Confeſſ. 10. 30. Ubi tunc ratio, quæ talibus ſuggeſtionibus inſiſtit vigilans?

Suggestor, ōris. m. Scribanius in Philoſ. Suggeſtor & impulſor Dæmon.

Suggredior, greſſus ſum, [ὑπεισβαίνω] grĕdi. Verbum deponens, pro Surſum, vel Latenter gradi. Tacit. 2. Ann 12. Suggreſſique propius ſpeculatores. idem 4. Ann. 47. cum Accuſativo, Quidam audentius apertis in collibus viſebantur, quos dux Romanus, acie ſuggreſſus, haud ægre pepulit. Idem 15. Ann. 11. Qui barbarorum propius ſuggrediebantur.

Suggrunda, vel Subgrunda, æ. f. [ὑπώροφον, Gl. L. G. ὑπόστεγον, G. L.] Pars tecti prominens, qua ſtillicidia a parietibus arcentur, inquit Bud. quæ a Græcis γεῖσα & γεῖσον dicuntur Varro lib. 3. de R. R. 3. Avem ſubtus ſuggrundas, ab initio villatica uſæ tecto. Budæus. Al. Apes enim ſubter &c.

Suggrundia, ōrum. n. pl. [γεῖσα] Idem quod Subgrunda, vel Suggrunda. Plin. lib. 25. cap. 13. Alii ſtergetron vocant, quod amatoriis conveniat, alii hypogeiſon, quoniam in ſubgrundiis fere naſcitur.

Tabulæ in ſubgrundiis collocatæ. Vitruv. 2. 9.

Suggrundarium, i. n. Suggrundaria antiqui dicebant Sepulcra infantium, qui necdum 40 dies impleſſent, quæ nec jam buſta dici poterant, quia oſſa, quæ comburerentur non erant, nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumeſceret. Unde Rutil. Geminus Aſtya. ait, Melius ſuggrundarium quæreres, quam ſepulcrum. Hæc Fulgentius de Priſc. ſermone.

Suggrundatio, ōnis. f. [γείσωσις] Idem, quod Suggrunda. Vitruv. lib. 4. c. 2. Sub tectis ſi majora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio culminis, unde, & columnæ dicuntur, & tranſtra, & capreoli. Si commoda, columen, & canterii prominentes ad extremam ſuggrundationem.

Sugillo, [πελιόω, ὑπωπιάζω, Gl. L. G. ὑπωπιάζω, G. L.] āre. vel, ut quibuſdam placet, Suggillo, duplici g, Ex percuſſu nigrem maculare. A ſugendo dictum, quod ſuccus, hoc eſt, livor deducatur.

Sugillatum dici exiſtimant ex græco vocabulo, quod ea pars, quæ eſt ſub collo σιαλόν ab iis dicitur. Feſtus.

Sugillare proprie de facie dicitur, Quum contuſa facies lividis maculis dehoneſtata apparet: ſic enim Sugillata in facie dicuntur, ut Vibices in corpore. Plin. lib. 31. cap. 9. de ſale loquens, Ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſugillatiſque cum myrrhæ pari pondere. Idem lib. 28. 9. Caſeus recens cum melle ſugillata emendat. Budæus.

Sugillare, [καταδυσφημίζειν] pro Pudorem & exiſtimationem alicujus lædere, & quaſi Bonam famam extinguere. Ulpian. l. ſed ſi hac lege. D. de in jus voc. Si famoſa actio non ſit, vel pudorem non ſugillet. Liv. 4. 35. Primis ungis ſugillatos, repulſa, riſui patribus fuiſſe.

Sugillare opinionem alicujus. Ulpian. in l. apud Celſum. §. Adverſus. D. de doli mali exceptione. Adverſus parentes patronoſque neque doli exceptio, neque alia quidem, quæ patroni parentiſve opinionem apud bonos mores ſugillet, competere poteſt.

Scribitur in Gloſſ. Subgillo, & Suggello.

Sugillatus, a, um. Partic. [ὑπωπιασθείς, Gl. L. G.] Percuſſus ſub oculis & in genis. Plin. 31. 9. Ex ictu ſuffuſi cruore oculi ſugillatique.

Item Ludibrio habitus. V. Livii loc. ſupra citatum.

Sugillatio, ōnis. f. [ὑπωπιασμός, Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 7. cap.

cap. 45. Juxta hæc Variene clades, & majeſtatis ejus fœda ſugillatio. h. e. Inuſta infamiæ nota.
Non ſine ſugillatione conſulare. I e. Infamiæ nota. Liv. 43. 14.
Sugillatio, Livor ex ictu. Plin. lib. 32. cap. 7. Reliquæ carnes impoſitæ ſugillationem rapiunt.

Sugillatiuncŭla, æ. f. dimin. Claud. Mamert. 2. 9. Sugillatiunculas fringultire.

Sugillātor, ōris. m. Macrob.

Sugilla, æ. f. [ὑπώπιον, Cl. G. L.] Idem quod Sugillatio.

Sūgo, xi, ctum, [θηλάζω, Cl. L. G. & C. L. μυζῶ. C. L.] ĕre. Succum labris extrahere. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Alia ſugunt, alia vorant, alia mandunt.
Ubere ſugunt, Ovid. 6. Faſt. 419. Sed in MſſT. Ducunt.
Translate. Cic. 3. Tuſc. 2. Ut pæne cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.

Suctus, ûs. m. [μύζησις] Plin lib. 28. cap. 3. Tactu ipſo levant percuſſos, ſuctuve modico. Idem lib. 8. cap. 36.

S U I

Sŭi, ſibi, ſē, [οὗ, οἷ vel ἑοῖ] Pronomen reciprocum. Duo ſunt pronomina reciproca, alterum Primitivum, quod vocant Sui, ſibi, ſe, a ſe; generis omnis, & utriuſque numeri: alterum Poſſeſſivum, Suus, a, um. Reciproco pronomine nunquam Latine utimur, niſi aliquod præceſſerit nomen in eadem oratione, aut altera, unita per copulam, ad quod referatur. Nam Vis patrem ſuum, Pone ad pedes ſuos, Dedit ſibi, &c. pro Illius, Ejus, & Ei, barbare dicuntur. Dixi, Aut altera, unita per copulam: nam Obſecravit me, ut ſe adjuvarem, Petiit me, ut ſuo filio opitularer, Latine dicitur. Sed ſi tollas copulam, barbariſmus erit, ut, Petrum ſemper amavi, filio ſuo bene cupio: non Latine dicitur. Cic. 11. Fam. 9. Bellum nobis redintegrare poſſit, Antonio ſibi conjuncto. Cic. 13. Fam. 11. Meamque commendationem uſui magno ſibi fuiſſe.
Offenſio adverſarii, commendatio ſui. Cic. in Orat. 120.
Diſſimile ſui. Ovid. 11. Met. 273.
Ut & ſui & Metrodori memoria colatur. Cic. 2. de Fin. 101.
Natura eſt lena ſui. Cic 1. de Nat. Deor. 78.
Oblitus ſui. Virg. 3. Æn. 629.
Imitantes genitorem & effectorem ſui. Cic. de Univerſ. 41.
Hosne viros tam cupidos ſui perire voluit? Cic. pro Sull 75.
Nihil malo, quam & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Cic. 9. Att. 19.
Error vulgi utentis, vel potius abutentis Sui pro Ejus & Illius, partim inde profectus eſt, quod nonnulli auctores his abuſi videantur: partim quod ita obſcure uſi ſint, ut minus periti nequeant perſpicere, ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen Latine pro Sui & Suus, licet uti Ipſius, Ejus, vel Illius, & maxime amphibologiæ vitandæ cauſa: nonnunquam varietatis aut ornatus gratia. Omnes optant quod ſibi utile eſt, tibi, Ipſi. Ille repetit quod ſuum, ſive ipſius eſt. Hæc indifferentia ſæpe fit interventu præpoſitionis, ſed crebrius per Ipſe quam Is. Quintil. 6. 3. Quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem, quod in ipſos recidere poſſit, evitent.
Hæc autem præpoſitio Inter, id habet peculiare, ut, ſi antecesſerit Genitivus, Dativus, aut Ablativus, ſemper liceat uti Ipſe & Sui: Si præceſſerit Accuſativus aut Nominativus, reciprocum poſtulet. Cic. de Clar. Orat. 84. Nec mihi ceterorum judicio videtur ſolum, ſed etiam Ipſorum inter ipſos conceſſu ita tribuere fuiſſe. Id de Genitivo exemplum eſt. Nunc de Dativo. Quintil. lib. 8. cap. 6. Circa quem inexplicabilis, & grammaticis inter ipſos, & philoſophis pugna eſt. De Ablativo. Idem lib. 10. cap 6. Nam in magnis quoque auctoribus incidunt vitioſa aliqua, & a doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa. Exempla de Nominativo & Accuſativo. Cic. 1. Off. 98. Quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt. Non, Inter ipſas. Idem 3. Off. 45. Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe. Non, Inter ipſos. Id quod dictum eſt de Primitivo, itidem fit in Poſſeſſivo Suus, tamen his nonnulla differentia eſt, eam vide.
Sibi & ſe ſemper ſunt. H. St. Subaudi Reciproca ſunt.
Si Subſtantivum reciproci Suus, reſpicit ad ſuppoſitum verbi, id eſt Nominativum, qui præcedit verbum, tum elegantius utimur Suus, quam Ipſe aut Ejus: ut, Miſeretur noſtri deus, propter ſuam clementiam. Inclamat me ante domum ſuam; potius, quam Ejus. Si Subſtantivum reſpicit ad oppoſitum verbi, id eſt, obliquum, qui ſequitur verbum, tum præſtat uti Ipſe, aut Is, quam Suus: ut, Ejeci columbam e nido ipſius. Alloquutus ſum Petrum ante domum ejus: potius, quam Suam. Tamen nec ratio, nec auctoritas vetat contrarium fieri. Si tamen appoſito adjungatur adjectivum ad verbum, ad quod fiat reciprocatio, Suus utendum eſt, non Ipſius. Video columbam triſtem in periculo pullorum ſuorum. [Quid ni liceat & Ipſius?
Exercitu, non ſuo civili, ſed miſto ex colluvione omnium gentium. Pro, Non ſuorum civium, Livius lib. 28. 323. Vide ubi dic. Suo proprio. H. St. Leguntur cap. 12. pr.
Suus, Poſſeſſivum non ſemper reciproce accipitur, ſed interdum pro Proprius: ut, Suus cuique mos eſt, Sua cuique ſententia. Virg. 2. Ecl. 65.
— trahit ſua quemque voluptas. Idem 3. Ecl. 60. Vivit cum ſuis. Inventus eſt inter ſuos, &c. Hæc Eraſm. ex Vallæ opuſculo de Reciprocis.
Sibi [ἑαυτῷ, καὶ ἑαυτῇ, καὶ ἑαυτοῖς, Gl. L. G.] Hor. 2. Serm. 7. 83.
Quisnam igitur liber? ſapiens, ſibi qui imperioſus.
Cure ſibi negotiure daret Antonius. Cic. 15. Att. 21.
Sibi habeant. Idem 7. Att. 11. Sibi habeat ſuam fortunam.
Sibi aliquando jungitur Suo, nulla neceſſitate, ſed tantum cujuſdam feſtivitatis gratia. Cic. Suo ſibi victitant ſucco. Columel. lib. 12. cap. 54. Singula ſuo ſibi jure abluito. Ter. Adelph. 5. 8. 36.
Suo ſibi hunc gladio jugulo. Gell. lib. 5. cap. 10. Suo ſibi argumento confutatus eſt. [Quod ai Suo ipſius.
Sibi placens, 'Αυθάδης, αὐθέκαστος. Gloſſ Latinogræc.
Se, [ἑαυτόν, ἑαυτούς, Cl L. G.] Accuſativi ſing. & pl. caſus, ex Græco ἕ, mutato ſpiritu aſpero in s. Eſt & Ablativus. V. q. ſ.
Se, aliquando ſimiliter poſitum, ac ſibi paulo ante, reperitur. Plaut. Caſ. 3. 3. 19.
Neſcio quid ſe ſuffiavit uxori ſuæ:
Negavit poſſe, quando arceſſo, mittere.
Abjicere ſe. V. abjicio.
Abripere ſe ab aliquo. V. abripio.
Avertit ſe ex oculis. Virg. 4. Æn. 389.
Colligere ſe. V. colligo.
Ire ad ſe, i. e. Domum ſuam. Plaut. Men. 5. 9. 12.
Repente arripuit me, ut ad ſeſe irem.
A ſe, pro De ſuo. Suet. Auguſt. 40. Singula millia nummûm a ſe dividebat. Eodem modo eleganter locuti ſunt Plautus, Cicero, aliique. [A ſe, i. e. Suo nomine, non publice.
Ad ſe verſum. V. ad prepoſitionem.
Per ſe, pro Seorſum frequenter dictum eſt. Nepos 8. 1. 1. Per ſe virtus ſine fortuna ponderanda eſt.
Seſe. Virg 3. Ecl 66.
At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas. V. suus.

Sēcum, [μεθ' ἑαυτοῦ, Cl. C. L.] dictio compoſita ex ablativo Se, pronominis Sui: & præpoſitione Cum, quaſi dicas Cum ſe. Cic. 8. Att. 22.
Caſinis aliquid ſecum advehere. Virg. 2. Æn. 179.
Habeat ſecum. Virg. 4. Æn. 29.
Secum, [καθ' ἑαυτόν] In animo ſuo. Virg. 1. Æn. 54.
— ſecum dea corde volutans.

Sibĭmet, i. e. Sibi ipſi. Liv. 4. 51. Sibimet ipſis conſciſſe mortem. Sil. 13. 663.
Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

Sēmet, [αὐτὸν ἑαυτόν, Cl. L. G.] Pronomen Accuſativi, vel Ablativi caſus, a Suimet Genitivo. Suet. de Claris grammat. Ab ſemet nominatus. Auctor de Viris Illuſt. cap. 70. extr. Mox a Sulla Pergami oppreſſus, corrupto exercitu deſertus, ſemet occidit. Liv. 2. 12. Timens ſciſcitari, uter Porſena eſſet, ne ignorando regem ſemet ipſe aperiret, quis eſſet. Semet, Hor. 1. Serm. 6. 78. Semet prognatos. i. e. A ſe.
Suimet, ſuomet, ſuamet, ſuiſmet, a Suus, adjecta ſyllaba met, V. suus in proprio ordine.

Seſe, pro Se ipſa, apud Senec. Epiſt. 108.

Suĭtas, ātis. f. receptum poſterioribus ſæculis verbum, inque juriſprudentiam invectum eſt. Eſt vero Suitas (uti definit Alciatus) Heredum qualitas, qui primum in poteſtate paterna locum obtinent, continuationem dominii, neceſſitatemque ſucceſſionis inducens §. Sui autem. Inſt. de hered. qualit. & different.

Suĭdas, [Σουΐδας] gravis auctor Græcus, quem tamen in Geographicis ſuis Strabo, extremo lib. 7. Fabuloſum auctorem appellat Suidas (inquit) in rebus Theſſalicis fabuloſa multa tradit, ad gratiam locutus. De tempore, quo floruit, non convenit inter doctos.
Suidas alius, cujus Lexicon, ſeu Collectanea Græce exſtant, quem ſæculo undecimo exeunte vixiſſe docti cenſent. V. de utroque Voſſ. de Hiſtor. Gr. 2. 26.

Suile, & **Suillus**, Adj. V. sus.

S U L

Sulcus, i. m. [αὖλαξ, Gl. L. G. & G. L.] Proſciſſio terræ in longum producta, in quo a Scrobe differt. Unde tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicimus, id eſt ter, quater, quinquies arando. Plin lib. 18. cap. 20. Spiſſius ſolum, ſicut plerunque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt: in Tuſcia vero nono.
Quarto ſeri ſulco, Virg. 1. Georg. 47. exiſtimatur voluiſſe, quum dixit,
Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. h. e. Quæ bis per æſtatem, bis per hiemem aratur.
Sulcus quid ſit, declarat Varr. 1. de R. R. cap. 29. Qua aratrum vomere lacunam ſtriam facit ſulcus vocatur. Cic. 2 de Divin. 50 Quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus. [Varronis locus ſubobſcurus eſt. An legendum Lacunam ſtriâ?
Sulcus, Aratio. Virg. 1. Georg. 68.
At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum
Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Ibid. 216.
Vere fabis ſatio: tunc te quoque, medica, putres
Accipiunt ſulci. Servius.
Sulcus, pro Foſſa ponitur in longum proſciſſa, ad vinearum vel arborum ſurculos in ſeminaria deponendos, quando & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt. Virg. 2. Georg 289.
Auſim vel tenui vitem committere ſulco.
Apertus ſulcus. Paul. in l. Qui duo. D. De ſervit. ruſt. præd. Qui duo prædia confinia habuerat, ſuperiorem fundum vendiderat, & in lege ita dixerat: ut aquam ſulco aperto emptori educere in fundum inferiorem recte liceat. De ſulco loquitur, qui fit ad aquam derivandam fundi ſiccandi gratia. Columel. lib. 2. cap. 2. Foſſas appellat, earumque alias vocat Cæcas, alias Patentes.
Sulci, inquit Feſtus, appellantur qua aratrum ducitur, vel ſationis faciendæ cauſa, vel urbis condendæ: vel foſſuræ rectis lateribus, ubi arbores ſerantur. Virg. 1. Æn. 429.
Pars optare locum tecto, & concludere ſulco. i. e. Foſſa, ut ait Servius. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 426.
— & ora fatiſcunt
Vulneribus, grandeſque rubent in pectore ſulci.
Leni canebant æquora ſulco. Valer. 3. Argon. 30.
Altus per gramine ſulcus. Stat. 6. Theb. 312.
Aquarius ſulcus. V. aqua.
Vaſti ſulci te pulvere. Stat. 12. Theb. 273.
Æquant ſata ſulcos. Virg. 1. Georg. 113.
Arent ſulci. Ovid. 3. Amor. 10. 29.
Delet ſulcos iterata priores orbita. Stat. 6. Theb. 415.
Infindere ſulcos tellori. Virg. 4. Ecl. 33.
Infindunt pariter ſulcos. Virg. 5. Æn. 142.
Infodere ſulcure. V. infodio.
Oblimare ſulcos inertes. i. e. Steriles. Virg. 3. Georg. 136.
Obruta ſemina longis ſulcis. Ovid. 1. Met. 101.
Obrere herba Cerealibus ſulcis. I. e. In quibus frumenta naſcuntur. Ovid. 1. Triſt. 12. 15.
Patefacere ſulcum impreſſo aratro. Ovid. 8. Met. 104.

Subigere arvum ſulcis. Plin. lib. 18. cap. 19. Omne arvum rectis ſulcis, mox & obliquis ſubigi debet.

Sulcus, inquit Non. 6. 2. Omne quicquid in longitudine aculeatum eſt, dici poteſt, veterum auctoritate doctorum. Virg. 3. Georg. 439.

— & linguis micat ore triſulcis.

Sulcus etiam pro Natura muliebri utitur Lucret. lib. 4. 1267.

Sulcŭlus, i. m. dimin. [αὐλάκιον] Columel. lib. de Arbor. cap. 10. Surculis diſponi per ſulculos pedales convenit.

Sulcus, a, um. Adj. Columel. lib. 5. cap. 10. Ficus ſulcæ. conf. Compoſ. Biſulcus, Triſulcus, &c.

Sulco, [αὐλακίζω, Gl. G. L.] āre. Hiulcare, Sulcos facere, Terram in ſulcos proſcindere. Columel. lib. 11. cap. 2. In ſubacta jam terra latiores porcæ ſulcantur. Idem lib. 2. cap. 2. Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet, alteroisque verſibus obliquum tenere aratrum, & alternis recto, planoque ſulcare.

Agros ſulcare. Tibul. lib. 2. 3. 85.

Æquor ſulcare. Ovid. 1. de Pont. 4. 35.

Cotem rugis. Ovid. 3. Met. 276.

Fluctus ſulcare remige. Claud. de 6. Conſ. Hon. 276.

Humum ſulcare vomere. Ovid. 3. Triſt. 10. 68.

Maria alta carina ſulcat. Virg. 10. Æn. 197.

Maria ſulcare arbore. V. MARE.

Pedibus ſulcare pruinas. Propert. lib. 1. 8. 9.

Vada ſalſa carinæ ſulcant. Virg. 5. Æn. 158.

Sulcātus, a, um. Partic. [αὐλακωθείς] ut

Æquora ſulcata. Senec. Agamemn. 6.

Humus ſulcata. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 186.

Rura ſulcata colono. Claud. de 4. Conſ. Hon. 417.

Rura ſulcata vomere. Lucan. lib. 1. 168.

Sulcātor, ōris. m. [αὐλακιστής] ut

Sulcator navita Ponti. Sil. lib. 7. 363.

Undæ umbriferæ ſulcator, Charon. Stat. 8. Theb. 18.

— nigri ſulcator Averni. Idem 11. Theb. 588.

Sulcātim, Adv. Per ſulcos. Pomponius, Gerens præterea ſulcatim concisam faciem.

Sulcāmen, inis. n. Sulcus. Apul. 6. Mileſ. p. 174. Elmenh. Glebæ Siculæ ſulcamina.

Sulpur, V. SULPHUR.

Sulgas, æ. m. [Σουλγας] Fluvius eſt ex Alpibus in Rhodanum defluens ad urbem Undaluro. Strab. lib. 4.

Sulla, æ, m. [Σύλλας] Nobilis Romanus. L. Sulla, teſte Salluſtio de Bell. Jug. cap. 95. ex antiquæ Corneliorum gentis Patricia familia originem duxit: in adoleſcentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, hoc eſt uſque ad Quæſturam: quam ſub Mario adeptus eſt, in qua vitam omnem penitus commutavit: & (ut docet Valer. Max. 6. 9. 6.) catenas Jugurthæ manibus injecit, &c. Fuitque litteris Græcis & Latinis bene eruditus, facundus, acer, aſtutus, gloriæ cupidus, ſui ſecurus, multarum rerum & pecuniæ maximæ largitor, animo grandis: Ita ut dicat Salluſtius, dubitari potuiſſe, fortior an felicior eſſet. Nam felix eo dici voluit, quod adverſarios Marianos feliciter ultus eſſet. Dictator deinde effectus ita Remp. oppreſſit, ut teſte Cicerone in Verrem 5. 81. nemo illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. Poſtremo Rep. conſtituta Dictaturam depoſuit, & privatus Puteolis dicitur, anno LX. æt. morbo pediculari correptus interiiſſe. V. Plutarchum.

Homo a populi cauſa remotiſſimus L. Sulla. Cic. pro Cluent. 151.

Municipiis civitatem ademit L. Sulla. Cic. pro Domo 79.

Magiſter ſcelerum Sulla. Lucan. lib. 1. 326.

Emiſti bona Sex. Alpheni, L. Sulla Dictatore vendente. Cic. pro Quint. 76.

Ejus filius fuit Fauſtus Sulla, a C. Cæſare interemptus diverſus ab eo, cujus meminit Senec. Octav. v. 437.

Perage imperata, mitte qui Plauti mihi

Sullæque caſi referat abſciſſum caput. Verba ſunt Neronis. [De hoc V. Tacit. Ann. 12. 13. pr. & 13. 47. pr. & de ejus nece 14. 57. extr.

Sullānus, a, um. Adj. [Συλλανός] a Sulla. Cic. 10. Att. 9. Non fuiſſet & illa nox tam acerba Africano ſapientiſſimo viro, non tam dirus ille dies Sullanus callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil utrumque eorum fefelliſſet. Cic. 3. de Lege Agrar. 7. Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Sullanos in invidiam rapit?

Cadavera Sullana. Lucan. lib. 2. 210.

Ferrum Sullanum. Lucan. lib. 1. 330.

Manes Sullani. Lucan. lib. 1. 576.

Sullătŭrio, īre. Ad Sullæ dominationem aſpirare. Cic. 9. Att. 10. Hoc turpe Cn. noſter biennio ante cogitavit, ita Sullaturit animus ejus, & proſcripturit diu. V. PROSCRIBO.

Sulmo, ōnis. m. [Σουλμῶν] Oppidum Italiæ, Pelignæ regionis, Ovidii patria. Unde ipſe ait, 4. Triſt. 10. 3.

Sulmo mihi patria eſt, gelidis uberrimus undis,

Millia qui novies diſtat ab Urbe decem. Dictus Sulmo a Solymo Æneæ comite, conditore ejus urbis. Idem 4. Faſt. 79. Meminit hujus Plin. lib. 3. cap. 5. Cn. Magnus Lentulo 8. Att. 12. Nam partim Albæ, partim Sulmone collocavit. Subaudi Cohortes.

Aquoſi Sulmonis hoſpes. Ovid. 3. Amor. 15. 11.

Sulmōnenſis, e. Adj. Juven. 6. Sat. 184.

Nam quid rancidius, quam quod ſe non putat ulla

Formoſam, niſi quæ de Tuſca Græcula facta eſt,

De Sulmonenſi mera Cecropis?

Sulphur, ŭris. n. [θεῖον, ἄπυρον, Gl. G. L.] ſcribi poteſt & Sulpur, ſed minus recte; Græcis Thion dicitur: In venis terræ ceu decoctus quidam ardor eſt, tam valida & firma partium confuſione, ut oleum ejus arte nulla ſeparari poſſit in rebus ceteris. Plin. lib. 35. cap. 15. de ſulphure, Naſcitur in inſulis Æoliis, inter Siciliam & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobiliſſimum in Melo inſula. In Italia quoque invenitur in Neapolitano, Campanoque collibus, qui vocantur Leucogæi: quod eſt cuniculis effoſſum, perficitur igni. Genera quatuor, &c. Lege totum caput.

Cæruleum ſulphur, Cærulei fumi, vel ignis. Claud. de 6. Conſ. Hon. 325.

Calido de ſulphure fumat aqua. Ovid. 1. de Arte Am. 256.

Lurida ſulphura. Ovid. 14. Met. 791.

Lutea ſulphura. Ovid. 14. Met. 351.

Odorum ſulphur. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 257.

Puro de ſulphure fumi cærulei. Ovid. 4. Faſt. 739.

Sacrum ſulphur. Perſ. 2. Sat. 25.

Vivacia ſulphura. Ovid. 3. Met. 374.

Vivum ſulphur. [θεῖον ἄπυρον, Gl. L. G.] Ovid. Remed. Amor. 260. In Gloſſ. ſcriptum Sulpor.

Sulphŭrĕus, a, um. Adj. [θειώδης] Quod ſulphuris odorem, vel colorem refert. Plin. lib. 36. cap. 19. Quum teritur, odorem ſulphureum reddit.

Antra ſulphurea. Stat. 1. Silv. 2. 264.

Color ſulphureus. Plin. lib. 35. cap. 6.

Fornacibus ſulphureis ardet Ætna. Ovid. 15. Met. 340.

Lux ſulphurea. Plin. lib. 35. cap. 15.

Undæ Cocyti ſulphureæ. Stat. 1. Theb. 91. Sulphureas Lactantius interpretatus Ardentes. Nunquam enim (ait) ſulphur defluit niſi de loco flagranti: Sulphur enim terræ bullientis ſpuma eſt.

Sulphurāria, æ. f. [θειωρυχεῖον] Locus ubi ſulphur coquitur. l. 8. §. 10. Dig.

Sulphurōſus, a, um. Adj. Vitruv. 8. 3. Fontes ſulphuroſi.

Sulphurātus, a, um. Adj. [θειωτός] Quod ſulphur habet. Plin. lib. 31. cap. 3. Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

Lana ſulphurata, apud Celſ. lib. 4. cap. 5.

Merx ſulphurata. Martial. lib. 10. 57.

Ramentum ſulphuratum. Martial. lib. 10. 3.

Sulphurāta, ōrum. n. [τὰ θειωμένα] Ligna dicuntur exilia, ſulphure ab utraque parte intincta, ad accendendas lucernas. Martial. lib. 1. 42.

Qui pallentia ſulphurata fractis

Permutat vitreis.

Sulphurātio, ōnis. f. Senec. 3. Nat. Quæſt. 15. Aut æſtus corrupere naturam, aut ſulphuratio contraxit humorem.

Sulpicius, i. m. Nomen gentis Romanæ; ex qua celebres multi fuere, ut C. Sulpicius Gallus, qui in exercitu P. Æmilii contra Perſeum, deprehenſam noctu Eclipſin Lunæ mirantibus militibus enarravit. Plin. lib. 12. cap. 2. Cic. 1. Off. 19.

P. Sulpicius, orator, quem in Bruto 182. & ſæpe memoravit Cicero.

Ser. Sulpicius, Q. F. Rufus, de quo plura ſcripſit Cicero in Epiſt. ſex. prioribus ad Fam. 4. V. & 9. Philipp. 15. ſeq. ubi de morte ejus verba fecit. Præclarus fuit Juriſconſultus & Orator, uti notat ibidem Cic. & Quintil. lib. 10. cap. 1. Inſignem non immerito famam tribus orationibus meruit. De his, quibus Galbæ cognomen fuit, V. Suet. in Galba pr.

Sulpicius Apollinaris grammaticus, quem non ſemel laudat Gellius. Hunc vocat lib. 4. cap. 17. Virum præſtanti litterarum ſcientia.

Sulpicius Severus, Nitiobrix Gallus Hieronymo & Rufino contemporaneus, quem Auguſtin. in Epiſt. 205. Virum doctrina & ſapientia pollentem appellat. Scripſit Vitam B. Martini, duos libros de Sacra hiſtoria, nec non & Epiſtolas quaſdam & Dialogos. Joſ. Scaliger eum vocavit puriſſimum inter Eccleſiaſticos ſcriptorem. V. Proleg. ad Emend. Temp. p. 23.

Sulpicia, æ. f. Paterculi filia, & Fulvii Flacci uxor, mulier pudiciſſima. Plin. lib. 7. cap. 35.

Sultis, [ὦ βούλεσθε] veteres dixerunt, pro Si vultis. Plaut. Capt. 2. 3. 96.

Servate iſtum ſultis, intus ſervi, ne quoquam pedem

Efferat ſine cuſtode. Idem Aſin. prol. 1.

Hoc agite ſultis, ſpectatores, nunc jam. Feſtus. V. 82. & Laurenbergi Antiquar.

S U M

Sum, es, fui, [εἰμί, Gl. L. G.] eſſe. Verbum ſubſtantivum, dictum, quod per ſe ſubſiſtet, nec indigeat alio, ſed in ipſum cetera verba reſolvantur: ut Ego lego, i. e. Ego ſum qui lego; Tu legis, Tu es qui legis. Omne quod eloquimur, ſic ut id aut eſſe dicamus, aut non eſſe. Cic. 2. de Orat. 158.

Sum ſæpenumero præpoſitis pronominibus demonſtrativis, non poſitum, intelligitur. Virg. 1. Æn. 621.

Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ, &c. Idem 3. Æn. 45.

Nam Polydorus ego.

Sæpe etiam demonſtrativis Adverbiis poſitis, non eſt neceſſe hujuſmodi verbum ponere. Virg. 3. Æn. 477.

Ecce tibi Auſoniæ tellus.

Item, nomine ſubſtantiæ poſito idem verbum frequentiſſime deficit. Lucan. lib. 1. 8.

Quis furor, ô cives? quæ tanta licentia ferri? Virg. 4. Æn. 408.

Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia ſenſus? [Cum pronomine ſcil. interrogativo.

Qualis quoque & Quantus, ſi addantur in oratione, deſunt aliquando verba ſubſtantiva. Juven. 10 Sat. 157.

O qualis facies, & quali digna tabella?

Sum, cum Nominativo. Virg. 1. Æn. 548.

Rex erat Æneas nobis. Et v. 378. Sum pius Æneas.

Sum, Genitivo jungitur quinque modis.

Primo, quando ſignificat poſſeſſionem. Virg. 3. Ecl. 1.

— cujum pecus? an Melibœi? Ter. Heaut. 5. 2. 32.

Non eſſe horum te arbitror.

Jam me Pompeji totum eſſe ſcis. Cic. 2. Fam. 12.

Secundo, quando notat laudem vel vituperationem: ut, Hoc pecus eſt magnæ utilitatis, vel magni detrimenti. Plaut. Men. 1. 1. 24.

Ita eſt adoleſcens ipſus eſcæ maxumæ. Idem Moſtel. 3. 2. 95.

Magni ſunt oneris: quicquid imponas vehunt. Cujus loco aliquando ponitur Ablativus: ut apud Sall. cap. 5. pr. L. Catilina nobili genere natus, magna vi, & animi, & corporis, ſed ingenio malo pravoque. Subaudi Fuit, quod & addunt multi.

Tertio, quando nullum habet Nominativum, ſed Genitivum cum Infinitivo; & ſignificat Intereſt: ut, Diſcipuli eſt honrare magiſtrum. Cic. pro Lege Manil. 18. Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere.

Hæc non erant ejus, qui, &c. Cic. 2. de Fin. 102.

Boni judicis eſt, facere conjecturam. Cic. 6. Verr. 34.

Hominis ingenui eſt, bene velle, &c. Cic. 3. de Fin. 57.

Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atque invideant bonis. Plaut. Capt. 3. 5. 52.

Non

Non eſt noſtri ingenii, veſtri auxilii eſt, judices, huic ſubvenire. Cic. pro Cluent. 4.
Non eſt noſtrum onus. i. e. Non pertinet ad onus nobis impoſitum. Cic. 5. Att. 15.
Tota facultas ejus rei tua eſt. Cic. 16. Att. 20.
Minus penſi eſſe. Liv. 34. V. Penſum in PENDO.
Nihil æque diſſolvendæ religionis eſſe, quam, &c. Liv. 39. 16. Judicabant enim prudentiſſimi viri omnis divini humanique juris, nihil æque diſſolvendæ religionis eſſe, quam ubi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur. Idem 38. 50. Nihil tam æquandæ libertatis eſſe, quam potentiſſimum quemque cauſam poſſe dicere. Ubi (Cauſam) Accuſativum ſubintelligendum puto. Budæus.
Patriæ prodendæ eſſe, pro Pertinere ad patriam prodendam. Liv. 5. 6. ad fin. Adeo quicquid Tribunus plebis loquitur, etſi prodendæ patriæ diſſolvendæque reipublicæ eſt, aſſueſtis æqui audire. [Sunt qui Dativum putant. Perperam.
Ea (conſilia) prodendi imperii Romani, tradendæque Annibali victoriæ eſſe. Liv. 27. 9.
Quarto, quando ſumitur pro Valet, & ad pretium tendit: ut, Quanti eſt ſumito, pro Quantum valet. In qua ſignificatione jungitur etiam Ablativo; ut, Eſt tribus ſeſtertiis modius, ut in ſubſequentibus apparet. Ter. Adelph. 5. 9. 20. Argentum, quanti eſt, ſumito. i. e. Quanto pretio valet, ait Donat. Cic. 2. Off. 83. Liv. 4. 44. ad fin.
Magni apud aliquem eſſe. Cic. 13. Fam. 73.
Plurimi eſſe. Cic. in Parad. 6.
Emere denario, quod ſit mille denariûm. Cic. 3. Off. 92.
Minimi æris eſſe. Ulp. in l. iij. §. j. D. de alim. & cibar. legat. Multi teſtamentis ſuis libertis præſtare jubent neceſſaria, quæ quia minimi æris ſunt, ad nihilum perducuntur.
Cum Ablat. Eſt tribus ſeſtertiis modius. Cic. 5. Verr. Verumenimvero quum eſſet ſeſt. binis aut etiam trinis, quibuſvis in locis provinciæ. De medimno loquitur. Idem pro Roſc. Amer. 6. Bona patris hujuſce Sex. Roſcii, quæ ſunt ſexagies, quæ duobus millibus nummûm ſeſe dicit emiſſe.
Eſt decem, pro Valet decem. Africanus in l. Depoſui. §. Stich. D. de peculio.
Quinto, quando manſionem ſignificat: ut, Ego ſum domi meæ: tu es domi tuæ. Item, Domi veſtræ, domi noſtræ, domi alienæ. Ubi notandum eſt, quod cum aliis Genitivis non jungeretur: neque enim diceremus, Ego ſum domi honeſtæ, & domi pulchræ: ſed in domo honeſta, & in domo pulchra. Et licet dicere ſum Domi, & Sum in domo: ſicut Egredior domo, & Egredior e domo. [Sic dicitur, ut Eſſe Romæ, Capuæ &c. At cum his quæ tantum pluraliter dicuntur in Ablativo.
Nonne mavis ſine periculo tuæ domi eſſe, quam cum periculo alienæ? Cic. 4. Fam. 7.
Non licet mihi eſſe Romæ. Cic. 4. Verr. 102.
Eſſe cum Genitivo, Convenire, & congruum eſſe. Cic. 1. Att. 10. Signa noſtra &c. quam commodiſſime poteris velim imponas, & ſi quod aliud ... ejus loci, quem non ignoras, reperies, & maxime quæ tibi palæſtræ gymnaſiique videbuntur eſſe. Budæus. [Conſ. epiſt. præced. Significat proprie Pertinere ad palæſtram, &c. ut quodammodo poſſeſſionem exprimat caſus.
Sum, Dativo etiam jungitur, & ſignificat Habeo. Virg. 1. Æn. 75.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ. Et apud Plaut. Curc. 1. 1. 34. Si argentum eſt, emas.

Eſt illi conſuetudo. Plin. Epiſt. 237.
Mos eſt pleriſque. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ubi & Genitivus, pro Mos eſt.
Eſt illis ars inter ſe blandiri. Plin. lib. 10. cap. 37.
Eras mihi mortuus, pro Habebaris mihi mortuus. Plaut. Perſ. 1. 1. 20.
Duobus Dativis, pro Dat vel Afficit. Plaut. Aſin. 3. 2. 24. Cic. 2. Fam. 6. Sed tibi & gratulor, & ut ſempiternæ laudi tibi ſit iſte Tribunatus exopto.
Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debent. Cic. 5. Verr. 91.
Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit. Cic. 6. Att. 1.
Dativo & Ablativo. Plaut. Mil. 3. 1. 145. Nihil me pœnitet jam quanto ſumptu fuerim tibi. Idem Bacch. 5. 2. 62. [Niſi Sumptu eſt Dativus antiquus, pro Sumptui.
Dativo & Infinitivo, ſine Nominativo: ut, Non eſt cuipiam fallere.
Eſt mihi minus cum illo, i. e. Minus ſum ei familiaris. Cic. 15. Fam. 10.
Eſt mihi melius, pro Melius habeo. Cic. 16. Fam. 22. V. Melius in BONUS.
Bene & male eſt mihi. Ter. Adelph. 1. 1. 9.
Male eſt animo. V. MALUS.
Amori eſſe, vel odio dicitur res aliqua; Amari, vel odio haberi. Cic. 15. Fam. 19. Spero enim homines intellecturos quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia.
Bono eſſe. i. e. Utile, compendioſum, & commodum. Cic. pro Roſc. Amer. 13. Accuſant ii, quibus occidi patrem Sext. Roſcii bono fuit.
Crimini eſſe. Cic. pro Roſc. Amer. 81. Et illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore. h. e. Huic in crimen verti. Budæus. [Sic Dare crimini, laudi &c.
Deſiderio eſſe, pro Deſiderari. Senec. de Conſolat. ad Polybium, Ille deſiderio illi eſſe vult, tormento eſſe non vult.
Eſui potuique eſſe. Ulp. in l. Qui penum legat. D. de pen. legat. Sed Ariſto notat, etiam quæ eſui potuique non ſunt, contineri legato.
Exitio eſſe. Val. Max. lib. 7. cap. 2. De Socrate.
Gloriæ eſſe. Cic. 2. Philipp. 1.
Invidiæ. Liv. 4. 49. Voces, quæ invidiæ, non ipſi tantum, ſed cauſæ atque univerſo ordini eſſent.
Maledicto & probro eſſe. Sen. Epiſt. 116.
Melli eſſe, pro Eſſe jucundum. Hor. 2. Serm. 6. 32.

Hoc juvat, & melli eſt, non mentiar.

Miraculo eſſe. Plin. lib. 11. cap. 31.
Odio ſummo eſſe ei nomen populi Romani. Cæſ. 8. Bell. Gall. 7. i. e. Summe inviſum, ſeu exoſum.
Offenſioni eſſe. V. OFFENDO.
Oneri ferendo eſſe. Liv. 2. 9. ad fin. h. e. Onus ferre poſſe. [V. Voſſ. de Conſtr. cap. 10. extr.
Ornamento eſſe alicui & præſidio. V. Ornamentum in ORNO.
Periculo alicujus eſſe. Florent. in leg. Opus. D. Locati & conducti. [Niſi Ablativus potius eſt.
Pignori eſſe. Neratius in l. Eo jure. Digeſt. ex quib. cauſ. pign.

Prædæ eſſe. Quintil. in procem. lib. 1.
Præſidio eſſe. Cæſ. 1. Bell. Gall. 25. Cic. 15. Fam. 2.
Pretio eſſe. Plin. lib. 12. cap. 18.
Signo eſſe, ut Eſſe indicio. Cic. 1. de Invent. 59.
Teſtimonio alicui eſſe. Cic. 10. Fam. 17.
Vitio eſſe. Ovid. de Nuce 23.
Uſui eſſe. Cæſ. 1. Bell. Gall. 38.
Plus unus fuerit Cato, quam omnes leges. Cic. 2. Q. frat. 14.
Sum, variis præpoſitionibus jungitur: nunc cum Ad, vel Apud, Accuſativis: nunc cum Ab, In, & aliis Ablativis.
Ab aliquo eſſe. Cic. 1. de Orat. 56. Sed vide ne hoc, Scævola, totum ſit a me. h. e. Pro me faciat, meamque tueatur ſententiam. [Ut Stare ab aliquo. V. AB.
Ad eam rem eſt, pro Illi rei medetur, & prodeſt. Cato R. R. cap. 125. Id eſt ad alvum crudam, & ad lateris dolorem, & ad cœliacum.
Ad urbem eſſe, pro In urbe. Cic. 7. Att. 27. [Sic vult Aſcon. ad 2. Verr. 45. & 4. 17. Revera tamen Ante urbem erant Duces pop. Ro. quare diu cum imperio erant. V. Cic. 8. Fam. 6. pr. Cæſ. Civ. 1. 2. pr. Cort. ad Sall. Catil. 30. Quod & Liv. paſſim docet.
Eſt ad, pro Expoſitum eſt & vergit. Cæſ. 1. Bell. Gall. 1. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & ad eam partem, quæ eſt ad Heſperiam. Alia exemplaria habent, Et eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet.
Apud aliquem eſſe, Domi ejus cœnare. Ter. Heaut. 2. 1. 110.
Apud ſe eſſe, Præſenti animo. Ter. And. 2. 4. 5. Proin tu face, apud te ut ſies. conſ. 5. 4. 13. & Phorm. 1. 4. 26.
Apud herum recte erat: h. e. Bene ſe habebat herus, & valebat recte. Cic. 3. Q. frat. 1. pr.
Apud matrem recte eſt, i. e. Bene habet mater. Cic. 1. Att. 7. Ibid. 1. 8. Apud te eſt ut volumus.
Cum imperio eſſe. Cic. 1. Fam. 6. V. Imperium in IMPERO.
Cum eo eſt teſtamenti factio. i. e. Is habet teſtamenti factionem. Paulus in l. Debitor. §. ult. D. de legatis ſecundo. Quum enim ſervo alieno aliquid in teſtamento demus, domini perſona ad hoc tantum inſpicitur, ut ſit cum eo teſtamenti factio, ceterum ex perſona ſervi conſtitit legatum.
Si eſſetis, verſareminique nobiſcum. Cic. de Aruſp. Reſp. 25.
In amore atque deliciis alicui eſſe. Cic. 6. Verr. 2.
In animo eſt, ſeq. Infinitivo, Decrevi, propoſui, ſtatui. Cic. 3. Att. 22.
In armis eſſe. Cæſ. 6. Bell. Gall. 2. Cic. 15. Fam. 1. Ut opprimerentur ii, qui ex Cilicum gente in armis eſſent. [Barbare, Sub armis.
In bonis eſt, pro In poſſeſſione bonorum, bona poſſidet. Cic. 13. Fam. 31.
In commemoratione omnibus omnium flagitiorum. Cic. 3. Verr. 101.
In deliciis eſſe alicui. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 29.
In hoc deſiderio diutius eſſe non poſſum. Cic. de Amicit. 104.
In deditione eſſe. Cic. pro Quint. 7.
In exemplis eſt. Plin. lib. 11. cap. 18.
In exſpectando ſum, pro Exſpecto. Gell. lib. 3. cap. 7.
In gratia eſſe cum aliquo. Cic. 2. Att. 9.
In incerto eſſe. Tacit. 3. Hiſt. 85.
In infamia eſſe. Ter. Heaut. 2. 3. 18.

Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus obſequens.

In integro eſſe. Tacit. 3. Hiſt. 2. Vos, quibus fortuna in integro eſt, legiones continete.
In minimis meis eſt, eſt in meis familiariſſimis, ſæpe apud Cic. ut 13. Fam. 31. Peto igitur abs te, ut eum, ſive aderit, ſive non venerit in Siciliam, in meis intimis maximeque neceſſariis ſcias eſſe.
In invidia eſt, i. e. Ei invidetur. Cic. 2. Att. 9. Alia exemplaria non habent præpoſitionem In.
In metu eſſe, Metuere. Ter. And. 2. 2. 2.
In more alicui eſſe, Morari aliq. Ter. And. 2. 5. 13.
In noxia eſſe, In culpa. Ter. Phorm. 2. 1. 36.
In numero aliquo atque honore eſſe. Cæſ. 6. Bell. Gall. 12. Subauditur aliquando præpoſitio: ut Cic. 1. Fam. 10.
In oculis hominibus eſſe. Cic. 6. Att. 2.
In officio eſſe. V. OFFICIUM.
In opere eſſe. Cæſ. 7. Bell. Gall. 24. extr. [Subaudi Occupatum, quod addit idem ibid. 2. 19. pr. Intelligitur autem opus caſtrorum.
Sum in opinione, i. e. Habeo opinionem. Quintil. lib. 7. cap. 8.
In pabulo eſſe, dicitur res aliqua, Quæ ad pabulum utilis eſt. Plin. lib. 11. cap. 53. Quin & ſuibus ſerpentes in pabulo ſunt, & aliis venenum eſt.
In perdito, pro Eſſe inter perdita. Senec. de Benef.
In publico eſſe non audet. Cic. 7. Verr. 91. i. e. Verſari.
In quæſtione eſſe. Plin. lib. 11. cap. 17.
In quæſtu lingua eſt. Quintil. in procem. lib. 1.
In re præſenti fui. Plaut. Amph. 1. 1. 93. V. RES.
In rebus humanis eſt. Paul. in l. Si ſervum, in princ. D. de verborum obligationibus. Sed ſi ſit quidem res in rebus humanis, ſed dari non poſſit: ut fundus religioſus, vel ſacer factus, vel ſervus manu miſſus, &c. Idem in l. Qui in utero. D. de ſtatu hominum. Qui in utero eſt, perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur.
In ridiculo eſſe. Plaut. Caſ. 5. 2. 3.
In aliqua ſententia. Quintil. lib. 1. cap. 1.
In illa priore ſententia. Quintil. lib. 3. cap. 10.
In ſermonibus, pro Fama prædicari. Sen. Epiſt. 123.
In ſpe eſſe, Sperari. Cæſ. 2. Bell. Civil. 17. *Magna auxilia conveniſſe*, magna eſſe in ſpe atque exſpectatione.
In ſpe eſſe, Sperare. Cic. 14. Fam. 3. Sed tamen quamdiu vos eritis in ſpe, non deficiam.
In tuto eſſe. Quintil. lib. 1. cap. 8.
In vita eſſe, pro Vivere. Cic. de Senect. 23.
In uſu eſſe. Plin. lib. 12. cap. 17. Cetero non alia ligni genera ſunt in uſu, quam odorata. Quintil. lib. 1. cap. 1.
In legationibus eſſe, Obire legationes. Liv. 45. 31. Partis ejus fautores ſoli tum in magiſtratibus, ſoli in legationibus erant.
In magiſtratibus, V. In legationibus, modo.
In procuratione regni eſſe, i. e. Regnum procurare. Cæſ. 3. Bell. Civil. 104.
In venationibus eſſe multum, Multam venationibus operam dare. Cæſ. 4. Bell. Gall. 1.
Sum in poteſtatem, in amicitiam, &c. Cic. 1. Verr. 66. Ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Romani ditionemque eſſent, *inju-*

ries propulſare. Idem 7. Verr. 98. Qui illam partem urbis tenuerint, in eorum poteſtatem portum futurum intelligebant. Hoc & Gell. notavit lib. 1. cap. 7.
In longum eſſe. Tacit. 11. Ann 20.
In melius eſſe. Tacit. 12. Ann. 32. Ut aditus, abſceſſus, cuncta nobis importuna, & ſuis in melius eſſent.
In mentem fuit mihi. Plaut. Amph. 1. 1. 25.
In rem communem eſt. Plaut. Amph. prol. 12.
Pro aliquo eſſe, Prodeſſe alic. Stare, facere pro. Cic. pro Cluent. 89. Judicia partim nihil contra Avitum valent, partim etiam pro eo ſunt.
Pro meliore fuit. Tacit. 12. Ann. 39. Dein nobis pro meliore fuit, effugere hoſtes tenui damno.
Sine eo eſſe non poſſum. Cic. 5. Verr. 23.
Eſſe ſub: ut, Omnes ſub cælo ſumus.
Eſſe ſub ditione & imperio. Cæſ. 1. Bell. Gall. 31. Neque recuſaturos, quo minus perpetuo ſub illorum ditione atque imperio eſſent.
Cum Ablativo ſine præpoſitione: ut, Hæc eſt præſtanti corpore. Plaut. Bacch. 4. 10. 4.
Scio: ego fui illa ætate, & feci illa omnia, ſed more modeſto. Idem Aul. 3. 5. 10.
Et nos minore ſumptu ſimus, quam ſumus.
Alacritate ſum mira ad litigandum. Cic. 2. Att. 7.
Conditione aliqua. Cic. 3. de Legib. 41. Eſt Senatori neceſſarium noſſe Rempub. &c. quos fœdere Reſpub. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, conditione, fœdere.
Honore ſummo. Cic. 4. Verr. 87.
Sollicitudine incredibili. Cic. 16. Fam. 12.
Studio eſſe mirifico, & officio in aliquem. Cic. 14. Fam. 3.
Magnu eſſe, pro Conſtare. Senec. de Benef.
Sum, ſæpe Adverbiis jungitur. Ter. Hec 1. 2. 110.
Ubi illic dies eſt compluret, arceſſi jubet. Virg. 1. Æn. 20.
— hic illius arma,
Hic currus fuit.
Ego vos oro, ut hic ſitis hodie. Cic. 2. de Orat. 28.
Intus eſſe V. INTUS.
Longe eſſe. V. LONGUS.
Male ſit, Imprecantis. V. MALUS.
Nimium eſt. V. NIMIS.
Nunc eſt. V. NUNC.
Obviam eſſe. V. OBVIAM.
Cum Infinitivo. Ter. Heaut. 3. 3. 17.
Sed noſtrum eſt intelligere utcunque, atque ubicunque opus ſit obſequi.
Non enim eſt meum, contra jus alicujus dicere. Cic. pro Corn. Balb. 3. conf. ſupra Sum cum Genetivo.
Sum varie utimur, in variis locutionibus. ut in hortando,
Sit veſtra benignitas ad audiendum. Plaut. Mil. 2. 1. 2. Sic Eſto, infra.
Jus mihi eſt ædes meas altius tollere. Africanus in l Egi. D. de exceptione rei judicatæ. Plura ſupra exempla V. ubi de conſtr. cum Dativo.
Opinor eſſe Hercules, tu autem Linus. Plaut. Bacch. 1. 2. 47.
Tempori ſignificando varie adhibetur, ſeq. cauſativa, vel Quum, Ut, A, Ante, Poſt, vel Abſolute.
Sunt minus quindecim dies, quod. Plaut. Trin. 2. 4. 1.
Decem dies ſunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus eſt, Cic. 2. Verr. 31.
Eſt hic tertius & triceſimus annus a. Cic. de Amicit. Cujus a morte hic tertius & triceſimus eſt annus.
Sunt octo anni quum. Cic. pro Cluent. 82. Anni ſunt octo, quum iſta cauſa in iſta meditatione verſatur.
Eſt annus, ut repulſam tulit. Cic. 8. Philipp. 28.
Fuerunt duæ horæ, Abſolute. Cic. pro Quint 53. Horæ duæ fuerunt, Quintius ad vadimonium non venit: quid ego?
Sunt duo menſes jam, dices. Cic. pro Roſc. Com. 86.
Quum annus jam complures ſocietas eſſet. Cic. pro Quint. 13.
Eſtne ipſus, an non? Plaut. Trin. 4. 3. 64.
Satin' ego oculis plane video? eſtne ipſus, an non eſt? is eſt,
Certe is eſt, is profecto, ô mi here exoptatiſſume!
Sit, nec ſit ſpes, in re una eſt. Plaut. Mil. 4. 2. 60.
Eſt mihi nomen Hecyra. Ter. prol. Hec. 1. Hecyra eſt huic nomen fabulæ. Plaut. Men. 5. 9. 2. Mihi eſt Menæhmus nomen.
In Genitivo. Plaut. Amph. prol. 19. Nomen Mercurii eſt mihi.
Dativo. Plaut. Ciſt. 1. 3. 6. Nam nomen eſt mihi Auxilio.
Sum totus veſter. Cic. 15. Fam 8.
Eſt, reſponſivum. Ter. And. 4. 5. 50. Sed eſt Simo intus? D. eſt.
Eſt ita ut dicis Plaut. Trin. 5. 2. 8. Cic. 3. de Finib. 18. Eſt ut dicis, inquam. conf. ITA.
Non eſt huic rei locus. Paul. in l. Si tamen. D. de Senatuſconſulto Maced. Sed & ſi juſſerit pater filio credi, deinde ignorante creditor mutaverit voluntatem, locus Senatuſconſulto non erit.
Subticetur interdum dativus: ut. Eſt tecum actio: ubi ſubintelligitur Mihi dativus. Paul. in l. Qui injuriæ. §. 2. D. de furtis.
Eſt mihi iter in Lemnum. Ter. Phorm. 1. 2. 16.
Non hercle is ſum, qui ſum, ni hanc injuriam ultus fuero. Plaut. Men. 3. 2. 6. [An is ſim?
Nullus ſum. V. NULLUS.
Fuit, quum aliquid olim factum narraturi ſumus, præponere conſuevimus. Ter. Heaut. 3. 3. 30. Fuit quædam anus Corinthia hic.
Eſt, ſimiliter a narraturis aliquid uſurpatur. Ter. Eun. 2. 2. 17.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, &c.
Fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur. Cic. 1. de Invent. 2.
Fuere qui. Plin. lib. 12. cap. 15. Necnon fuere, qui taris arbore utrumque naſci mentirentur.
Sunt qui volunt te conventum. Plaut. Ciſt. 4. 2. 38.
Cn. Pompejus, vir omnium, qui ſunt, fuerunt, erunt, virtute, ſapientia, ac gloria princeps. Cic. Poſt redit. ad Quir. 16.
Eſt quod, 1. 2. Aliquid. Plaut. Pſeud. 1. 2. 38.
Vel opperire: etiam eſt, quod domi dicere pæne fui oblitus. Cic. 7. Fam. 10. Eſt quod gaudeas, te in iſta loca veniſſe, ubi aliquid ſapere viderere. [Quod hic cauſativum eſt, pro Cur gaudeas.

Nihil eſt. V. NIHIL.
Non eſt, quod. V. NON.
Hoc, quod res eſt. Plaut. Men. 5. 9. 11.
Quid ego ex te audio? MEN. hoc, quod res eſt.
Eſt etiam, ubi profecto damnum præſtet facere quam lucrum. Plaut. Capt. 2. 2. 77.
Erit, ubi te ulciſcar, ſi vivo. Plaut. Pſeud. 5. 2. 26.
Eſt vero huic credendum, Chreme. Ironice dictum. Ter. And. 5. 4. 14.
Si eſt, ut. Ter. Phorm. 5. 8. 32.
— ſin eſt, ut velis
Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho.
Ero ut me voles. Plaut. Capt. 2. 1. 32.
Eſſe, Manere, & converſari. Cic. 2. de Orat. 27. Niſi prius a vobis impetrabo. Quidnam, inquit Catulus? Ut hic ſitis hodie. Et paulo poſt 28. Neque domi imperaram: & hic, apud quem eram futurus, ſine mea ſententia tam facile promiſit. Budæus. conf. ſupra Eſſe apud, & Eſſe cum.
Eſſe, pro Vivere. Cic. 12. Att. 18. Longumque illud tempus, quum non ero, magis me movet, quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur.
Eſt, in tertia tantum perſona, pro Convenit vel licet. Valer. Max. lib. 1. 6.2. Non eſt inter patrem & filium, ullius rei comparationem fieri, præſertim divinitatis faſtigio junctos. Al. Non eſt operæ.
Eſt cernere, deprecari, invenire. Virg. 6. Æn 595.
Nec non & Tityon, terræ omniparentis alumnum,
Cernere erat. i. e. Licebat. Cic pro P. Sext. 27. Quem enim deprecari eſſet, quum omnes eſſent ſordidati? Vetus exemplar habet Deprecarentur. Gell. lib. 12. Eſt tamen invenire nonnuſquam ita ſcripſiſſe quoſdam non ignobiles.
Eſt, pro Poſſibile eſt. Celſ. lib. 5. cap. 27. De remediis generalibus adverſus omnia venena. Non tam facile iis opitulari eſt, qui in cibo venenum, vel in potione ſumpſerunt. Budæus.
Eſt, pro Licet. Liv. 42. 41. pr. Eorum, quæ objecta ſunt mihi, partim ea ſunt, quibus neſcio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubeſcam, partim quæ verbo objecta, verbo negare ſit. Huc pertinent, Eſt cernere, deprecari, invenire, aliaque ſupra.
Cum Partic. ut: Sunt ſemper bibentes in œnopolio. Plaut. Curc. 2. 3. 13.
Es pro Sis: ut, Bono animo es. Plaut. Amph. 2. 2. 39. Ter. Heaut. 4. 6. 18.
Fuit daturus. Ter. Heaut. 4. 6. 13.
Eſt petitum. Plaut. Aul. 2. 2. 69. Nam ſi opulento ſit petitum pauperioris gratiam. Videtur hoc loco legendum, Si opulentus it, pro, Si opulentus it petitum, &c.
Eſto, concedentis. Ter. Heaut. 3. 3. 11.
At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum, pater.
c. Eſto: at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper. Cic. 5. Verr. 132. Eſto. Cetera negare non poteſt.
Eſto, pro Sit. Plaut. Aſin. 4. 1. 57.
Hæc mulcta ei eſto, vino viginti dies
Ut careat.
Verum eſto. Cic. 4. Verr. 46. & 150. [Ubi tamen Verum Conjunctio videtur.
Sit ſane ita: quanquam a Polemonis, & Peripateticorum & Antiochi finibus non facile divellor, &c. Cic 4. Acad. 439.
Es, pro Soles. Cic. 12 Fam. 20. Quod ſi, ut es, ceſſabis, laceſſam.
Siem, pro Sim. Ter. Phorm. 5. 4. 6. Si id patefit, in probro ſiem. Cic. in Orat. 157. Siet plenum eſt: Sit imminutum.
Eſt, pro Evenit. Ter Hec. 3. 1. 28.
— nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt,
Quum de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.

ENS, entis, [τὸ ὄν] Participium præſentis temporis non eſt in uſu, auctore Priſciano lib. 18. pr. p. 207. b. Aldi. Quintil. lib 8. cap 3. Multa ex Græco formata nova, ac plurima Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut Ens & Eſſentia: quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video; niſi quod iniqui judices adverſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus. conf. Priſc. ibid p. 215. b. ubi docet primum id Partic. Cæſarem protuliſſe. V. & Voſſ. de Anal. 4. 12. pr.

ENTIA, pl. n. ESSENTIA, æ. f. ESSENTIALIS, e. Adj. ESSENTIALITER, Adv. Voces ſunt apud recentiores Philoſophos & Theologos, frequentes.

FUTURUS, a, um [μέλλων, ἐσόμενος, Gl. G. L.] Partic. Quod erit ſignificans. Plaut Moſt 1. 3. 74.
Quid illis futurum eſt ceteris, qui te amant? V. QUID. Cic. de Senect 66 Aut etiam optanda ſi aliquo eum deducit, ubi futurus ſit æternus.
Præſidio ſperant eſſe futurum. Cic. 7. Verr. 165.
Copulare futura cum præſentibus. V. COPULO.
Augurari futura animi. V. AUGUROR.
Scire futura. Ovid. 1. Amor. 11. 18.
Mihi cum illo poſthac nihil futurum. Cic. 2. Philipp. 77.
Genus omne futurum, Poſteri. Virg 4. Æn. 622.
In futurum. V. IN præpoſitionem.
Haud ignara futuri. Virg 4. Æn. 508. & Hor. 2. Serm. 2. 35.

SUMEN, inis. n. [οὖθαρ. Gl. L. G. ὑπογάστριον, ὑπογάστρια. G. L.] fit ex papillis ſuillis, uno die poſt partum ſectis ac ſalitis. Martial. lib. 13. 44.
Eſſe putes nondum ſumen, ſic ubere largo
Effluit, & viva lacte papilla tumet. Plin. lib. 8. cap. 51. Hinc Cenſoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſincipitia verrina, ut jam Publii mimorum poetæ cœna, poſtquam ſervitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Hic Plin. vult Sumen & Abdomen idem eſſe. Plaut. Capt 5. 3. 3.
Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes larido,
Quanta ſumini abſumedo? quanta callo calamitas?
Sumen alii putant eſſe Lac ſuis extractum, ac denſatum ſue occiſa. Vel quaſi Rumen, id eſt, mammam, nomen a ſugendo deductum. V. ABDOMEN.
Sumen proprie a Sugendo dictum. Nam & mulieris mammam ſumen veteres dici voluerunt. Lucil. Sat. lib. 4.
Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro
Eſſe, tamen tenero maneat ſuccuſſu lacerto
Et manus uberior lactanti in ſumine ſidat. Nonius 6. 54.

Sumen regionis, per tranſlationem. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 7. ad fines, Cæſar Vopiſcus ædilitius, cauſam quum ageret apud Cenſores, campos Roſeæ Italiæ dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam. In Gloſſ. ſcribitur Submen.
Suminatus, a, um. Adj. ut, Suminata caro. Arnob. 2. adv. gentes.
Suminalia, V. summanalia.
Summa, æ. f. [κεφάλαιον, ποσότης, Gl. L. G. & G. L. σύμμα, L. G.] eſt Sententiæ alicujus, aut rerum, de quibus verba fiunt, aut quæ etiam numerantur, collectio. Virg. 4. Æn. 237.

Naviget, hæc ſumma eſt. Cic. 2. de Legib. 18. Sed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ.

Avitiæ ſummam explicare. Cic. in Piſon. 85.
Belli ſummam credere puero. Virg. 10. Æn. 70.
In hoc ſumma judicii, cauſaque tota conſiſtit. Cic. pro Quint. 32.
Militiæ ſumma. Tacit. 2. Hiſt.
Operis ſumma. Hor. de Arte Poet. 34.
Promiſſi ſui ſummam complere, Promiſſum omnino abſolvere. Cic. 5. Verr. 116.
Rerum ſumma. Ter. Phorm. 2. 2. 3.

—ad te ſumma ſolum, Phormio, rerum redit.

Rerum & generum communes ſummæ. Cic. 2. de Orat. 135.
Salutis ſumma. Lucret. lib. 2. 862.
Victoriæ ſumma in eo conſtat. Cæſ. 7. Bell. Gall. 21.
Brevis ſumma. V. brevis.
Dicere ſummam alicujus rei. Cic. 1. de Invent. 28.
Ad ſummam pertinet. Quint. lib. 1. c. 1. p. 10. Burm. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio ſuo prima litterarum elementa tradi ab Ariſtotele, ſummo ejus ætatis philoſopho, voluiſſet, aut ille ſuſcepiſſet hoc officium, ſi non ſtudiorum initia a perfectiſſimo quoque optime tractari, & pertinere ad ſummam crediſſet? Ad ſummam doctrinæ & eruditionis intelligo, quam filio deſtinaverat eſſe quærendam litterarum ſtudio. Budæus.
In ſummam rei. Tacit. 13. Ann. 38. pr. Nihil in ſummam pacis proficiebatur. Al. In ſumma. Liv. lib. 31.
In ſummam proficere. Quintil. lib. 1. c. 1. p. 18 Burm. Majora tamen aliqua diſcet puer eo ipſo anno, quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum, in ſummam proficit. i. e. Eam diſcendi facultatem, quam adoleſcenti aut juveni comparare volumus, & ad eum finem, quem animo deſtinavimus. Budæus.
Summa illa ſit. Quicquid officii, beneficii, honoris in Genucilium contuleris, id te exiſtimabo in me ipſum atque in rem meam contuliſſe. Cic. 13. Fam. 54.
Summa fuit, ut ille quaſi exitum quærens ut deliberarem, non fuit negandum: ita diſceſſimus. Cic. 9. Att. 11.
Summa illuc pertinet ut, &c. Cic. 7. Verr. 24.
Summa eſt in teſtibus. Cic. pro Flacc. 24.
Summam cogitationum facere. Cic. 1. Fam. 9.
Hæc eſt ſumma. Plaut. Perſ. 1. 1. 34.
Summa eſt, in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaris ut Avianus, &c. Cic. 13. Fam. 76.
Summa argentaria [κεφάλαιον, ἐπὶ δανείῳ, Gl. G. L.] Plaut. Pſeud. 1. 3. 139.

Sicut hæc eſt præſtituta ſummæ argentariæ dies. Al. Summo argento. [Videtur eſſe f. a Summus, Adj. & ſubaudiri Ratio.

Nummorum ſumma. Hor. de Arte Poet. 384.
Patrimonii ſumma. Hor. 2. Serm. 3. 90.
Summa quadrans. V. quadrans.
Summa pecuniæ. Cic. 7. Fam. 24. Scilicet iſta quidem ſumma ne ego multo libentius emerim diverſorium. Idem pro Roſc. Com. Non refert parva nomina in codices? Immo omnes ſummas.
Veram ſummam ſit uniuſcujuſque rationis. Cic. 2. de Orat. 158.
Addendo, deducendoque videre quæ reliqui ſumma fiat. Cic. 1. Off. 59.
Creditor totius ſummæ. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Quum ipſa pecunia, quæ Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua, non modo quanta fuerit, ſed etiam ad quam rem data fuerit, oſtendat. Cic. pro Cluent. 87.
Colligit ſumma. Plin. lib. 9. cap. 35. Quæ ſumma quadringenties ſeſtertium colligebat.
Concipere ſummam. V. concipio.
Conficere ſummam. Cic. de Lege Agr. 2. 63. Alii legunt Feciſſet.
Congruunt cum ſumma. Cic. 7. Att. 13. Reliqua patebant, & cum Terentiæ ſumma congruebant.
Decedet nihil de ſumma. V. decedo.
Deceſſionem de ſumma facere. Cic. pro Rabir. Poſt. 30.
Detrahere de ſumma. Cic. 10. Att. 5.
Facere ſummam. Cic. 4. Verr. 131, In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ, ſummæque faciundæ, Cenſori permittitur. Idem 5. Verr.
Imminuere ſummam. V. imminuo.
Remittere alicui de ſumma, Demere de capite. Cic. 5. Verr. 82.
Subducamus ſummam. Cic. 5. Att. 21.
Summa ſummarum in Plaut. Truc. 1. 1. 4. eſt, Cum in rationibus multa nomina & capita in unam ſummam rediguntur, ut ſic multis ſummis factis, omnia tandem in unum conſummantur. Nam ut capita in ſummam, ſic ſummæ in ſummam ſummarum rediguntur. In Lucretio autem (3. 817 & 5. 362.) Summa ſummarum, Immenſitatem ipſam univerſi ſignificat. Ex Turneb.
Summa ſummarum hæc erit, tardiloquum te eſſe jubeo. Senec. Epiſt. 40. Al. 41.
Summa ſummarum in illo gloriæ fuit, Aſiam ultimam provinciarum accepiſſe, eandemque mediam patriæ reddidiſſe. Plin. lib. 7. cap. 26. Al. Gloria perperam.
Summa, pro Complemento. Quintil. lib. 3. cap. 2. Huic ſtudium & incrementum dederit utilitas, ſummam ratio & exercitatio? Confectionem quoque ſignificat apud eundem lib. 5. cap. 10. Habent omnia initium, incrementum, ſummam. Idem, Ex initiis ſumma colligitur: quum dicit, Non poſſum togam prætextam ſperare, quum exordium pullum video. Et alibi, An ad initium ſumma referenda, nempe an ei cædes imputanda ſit, a quo jurgium cœpit.
Habere ſummam orationis. Cic. 10. Att. 18. Et ille perpauca locutus, hanc ſummam habuit orationis, ut ſibi ignoſcerem.
Sed tamen hæc eſt ſumma concluſionis meæ. Cic. 2. Philipp. 32.

Quicquid dixi, ad unam ſummam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel miſericordiæ tuæ. Cic. pro Ligar. 29.
Efficere longam ſummam. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ad ſummam tendere. Quintil. in proœm. lib. 1. [Niſi ad ſumma ſcripſit.
Ad ſummam non poſſunt iſtæc ſic abire. Cic. 14. Att. 1. V. ad præpoſ.
Ad ſummam dic M. Tulli, &c. Cic. 7. Att. 7. Idem 1. Off. 149. Ad ſummam, ne agam de ſingulis.
In ſumma. Cic. 2. Q. frat. 16. Quo die hæc ſcripſi, Druſus erat de prævaricatione a Trib. ærarii abſolutus: in ſumma quatuor ſententiis, cum Senatores & equites damnaſſent.
In omni ſumma, ut mones, valde me ad otium pacemque converto. Cic. 3. Q. frat. 5. extr.
Summa, abſolute pro Numero. Lucret. lib. 2. 339.

Ut neque finis (uti docui) neque ſumma ſit ulla.

Summula, æ. f. dimin. Apul. Met. 10. p. 248 Elmenh. Summulas diurnas corradere. Sen. Epiſt. 77. Minutas ſummulas diſtribuit flentibus ſervis.
Summatim, Adv. [κεφαλαιωδῶς, Gl. L. G. & G. L. κεφαλαιωδῶς, L. G.] Per ſingulas ſummas, vel in ſumma, & breviter. Varr. in præf. lib. 2 de R. R. Qua de re pecuaria breviter ac ſummatim percurram. Cic. 5. Att. 16. Itaque ſubſedi in ipſa via, dum hæc quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem.

Summatim ex eo dictum eſt, quod ſummas ipſas, non omnia æra, legimus & ſubducimus. Turneb.

A me pauca cognoſces, & ſummatim. Cic. 10. Fam. 28.
Attingere aliquid ſummatim. Lucret. lib. 3. 261.
Breviter & ſummatim deſcribere. Cic. in Orat. 10.
Nunc exponamus genera ipſa ſummatim. Cic. 2. de Orat. 247.
Narrare ſummatim & particulatim. Auctor ad Heren. lib. 1. 14.
Summatim, a Summus. V. poſt summus.
Summarium, ii. n. Epitome, ſeu breviarium. Senec. Epiſt. 39 pr. Vide ne plus profectura ſit oratio ordinaria, quam hæc, quæ nunc vulgo breviarium dicitur; olim, quum Latine loqueremur, ſummarium vocabatur.
Summanalia, Liba farinacea in modum rotæ ficta. Feſtus. Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 16. Suminalia vocat a Sumine.
Summanus, i. m. [Περσεφόνιος, Gl. L. G.] Deus antiquis creditus, cui nocturna oſtenta tribuebant. Plin. lib. 2. cap. 52. Diurna attribuentes Jovi, nocturna Summano. De fulminibus. Cic. 1. de Divin. 16. Cum Summanus in faſtigio Jovis optimi maximi, qui tum erat fictilis, e cælo ictus eſſet, &c. Summani nomine intelligendus eſt Pluto, ut teſtatur Capella de Nuptiis Philologiæ lib. 2. quem ita nuncupant, quaſi ſummum deorum Manium. Qui deus tamen ſit Summanus addubitaſſe videtur Ovid. quum 6. Faſt. 731. ſcribit xiii. Calendas Julias templum illi fuiſſe ſacratum.
Summarium, Summarius, Summarie, Summatus, V. in summa, vel poſt summus.
Summentum, V. submentum.
Summergo, Summitto, V. submergo, submitto.
Summœnium, i. n. dicebatur Locus lupanaris, quod fere ſub mœnibus eſſet, quaſi Submœnium. Inde
Summœnianus, a, um Adj. ut Summœnianæ meretrices. Martial. lib. 3. 82.

Summœnianas cœnat inter uxores. conf. Alexand. Genial. dier. 4. 18.

Summoneo, V. submoneo.
Summoveo, V. submoveo.
Summus, a, um. Adj. [ἀνώτατος, ὕψιστος, Gl. L. G. & G. L. ἄκρος, ὑψηλός, G. L.] Quod eſt omnium altiſſimum. Cic. 2. Tuſc. 44. Summum, quo nihil ſit ſuperius. Virg. 4. Æn. 168.

— ſummoque ulularunt vertice nymphæ.

Facere paria omnia, infima ſummis. Cic. 3. de Legib. 19.
Ab imo avertere ſumma. Lucret. lib. 5. 164.
Ima permiſcere ſumma. Lucan. lib. 5. 638.
Summus, medius, infimus. Cic. 1. Philipp. 37.
Summum & Profundum, contraria. Cic. 3. de Fin. 48.
Summa navium tabulis augent. Tacit. 3. Hiſt. 47.
Evadere in ſummum. V. in præpoſitionem.
Aqua ſumma. Cic. 1. Tuſc. 40. [Vulgo Summum aquæ dicunt.
Cacumina ſumma. Virg. 6. Æn. 678.
Culmina ſumma villarum. Virg. 1. Ecl. 83.
Faſtigia ſumma rerum, tranſlate. Virg. 1. Æn. 346.
Fluctu in ſummo pendent. Virg. 1. Æn. 110.
Loco de ſummo, ſummoque genere captus. Plaut. Capt. prol. 30.
Loco ſummo natus. Cic. 2. Fam. 17.
Rector ſummus deûm. Ovid. 13. Met. 599.
Summum, Valde profundum. Plaut. Milit. 4. 4. 16.

Nunc hæc res apud ſummum puteum geritur. Ibid. 2. 6. 70.

Summus, Maximus, Supra quod nihil, in bonum & malum.
Severitatis, & munificentiæ ſummus. Tacit. 1. Ann. 46.
Concipere ſumma de aliquo. Quintil. in proœm. lib. 6.
Omnia ſumma in eo ſunt: h. e. Undecunque maximus & excellens. Cic. pro Lege Manil. 29.
Amicus ſummus, Maximus, quem nihil ſit ſupra. Ter. Phorm. 1. 1. 1.

Amicus ſummus meus, & popularis Geta.

Summus aliquando ſolum ponitur, & intelligitur Amicus. Ter. Eun. 2. 2. 39.

— plurima ſalute Parmenonem,
Summum ſuum, impertit Gnatho.

Amentia ſumma. Cic. 2. de Invent. 28.
Artificium ſummum. Cic. 6. Verr. 46.
Beneficium ſummum. Ter. Phorm. 2. 2. 22.
Bonum illud ſummum, in animone ſit an in corpore, virtute an voluptate definitur. Cic. 1. de Orat. 222.
Bonum ſummum, aut ſolum eſſe id quod honeſtum ſit, &c. Cic. 3. Off. 35.
Bonum ſummum in cognitione & ſcientia ponit Herillus. Cic. 4. Acad. 129.
Bonum ſummum in voluptate Epicurus ponit. Cic. 3. Off. 117.
Clamore ſummo. Plaut. Merc. prol. 49.
Contumelia ſumma. Cic. 5. Verr. 113.
Deſperatio ſumma. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dolor ſummus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Fide ſumma. Liv. 4. 60.
Forma ſumma. Ter. Eun. 2. 3. 74.
Honore in ſummo vigere. Lucret. lib. 4. 1149.
Hieme ſumma navigare, Sæviſſime. Cic. 13. Fam. 61.
Imperator ſummus atque perfectus. Cic. pro Lege Manil. 28.

Ingenia ſumma. Cic. 4. Acad. 15. Nihilne tot ſeculis, ſummis ingeniis, maximis ſtudiis, explicatum putamus?
Inſcitiæ ſummæ mihi videtur. Cic. 2. de Finib. 32.
Jure ſummo agere cum aliquo. Cic. 7. Verr. 4. V. JUS.
Jus ſummum, ſumma injuria. Cic. 1. Off. 33.
Laboris ſummi dolor. Cic. 5. Verr. 113.
Mœror ſummus. Cic. pro Quint. 8.
Magnitudinem ad ſummam pervenire putantur decem annis delphini. Plin lib 9.c.8. [Summum nempe ad gradum magnitudinis in ſuo genere.
Malum ſummum dolorem dicere. Cic. 3. Off. 39.
Mutaris ſummi mali aurum. Hor. 3 Carm. 24. 49.
Opes ſummæ Lucret. lib. 2. 13. Summa ope. Liv. 23. 7.
Otium ſummum. Cic 3. Verr. 63.
Pax ſumma. Lucret. lib. 1. 58.
Prudentia. Cic. 2. de Orat. 1. Si homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atque incredibilem eloquentiam conſecuti, inanis omnis noſter eſſet labor.
Nihil niſi ſumma ratione facere. Cic. 8. Att. 15.
Sanctimonia ſumma. Cic. pro Quint. 55.
Studium ſummum litterarum erat in utroque. Cic. 1. de Fin. 2.
Stultitiæ ſummæ eſt. Cœlius Ciceroni 10. Att. 9.
Vi ſumma hortari. Liv. 23.
Vir ſummus. Plaut. Capt. 2. 2. 29.
Voce ſumma reſonans. Hor. 1. Serm. 3. 7.
Voce ſumma pronuntiare verſus. Cic. 1. de Orat. 261.
Voluptas ſumma. Hor. 2. Serm. 2. 20.
Summa res, pro Summa rei, & pro tota Rep. Cic. 2. Philipp. 38.
Rei ſummæ periculum facere. Tacit. 4. Hiſt. 71. Idem 5. Hiſt. 15. Ad maturandum ſummæ rei diſcrimen. [Virgil. 2. Æn. 322. Quo res ſumma loco? ubi Serv. V.
Summus, Laudabilis, glorioſus. Virg. 9. Æn. 199.
Mene igitur ſocium ſummis adjungere rebus,
Niſe, fugis? Non 4. 440.
Summus, Extremus. Cic. in Horten. Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. Non. l. c.
Summa dies. Virg. 2. Æn. 324.
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.
Æſtas ſumma, pro Ultima. Cic. 7. Verr. 80. [Niſi eſt potius in ſummo gradu. conf. Hiems, &c.
Cibus ſummus. V. CIBUS.
Senectute ſumma homo. Cic. 8. Philipp. 31.
Diviſio ſumma, i. e. Prima, generalior, præcipua. l. 3. D. de ſtat. ho. l. 3. D. de rei. diviſ.
Quæſtio dicebatur ſumma antiquis, quod nunc *principale punctum* dicimus. Quintil lib. 3. c. 11. pr. Quæſtio latius intelligitur omnis, de qua in utramque partem, vel in plures dici credibiliter poteſt. In judiciali autem materia dupliciter accipienda eſt: altero modo, quo dicimus multas quæſtiones habere controverſiam, quo etiam minores omnes complectimur: altero, quo ſignificamus ſummam illam, in qua cauſa vertitur.
A ſummo. V. A præpoſitionem.
Ad ſummum. V. AD præpoſitionem.
Biduo, ad ſummum triduo. Cic. pro Quint. 78.
SUMMUM, i. n. [τὸ σύμμα] Quintil. 8. 4. Fit & aliter ſupra ſummum adjectio.
Summum, Adverbiali forma, & Ad ſummum, pro eodem. Cic. 5. Verr. 183. Duo millia nummûm, aut ſummum tria, dediſſet. Idem 13. Att. 21. Exſpectabam hodie, aut ſummum cras, ab eo tabellarios. V. Ad ſummum in AD.
Scies igitur fortaſſe cras, ſummum perendie. Cic. 12. Att. 43.
Ad ſummum, pro Optime. Cic. 16. Fam. 12. Fac plane ut valeas, nos ad ſummum. Scilicet, Valemus. Aliud exemplar legit Adſumus.
SUMMO, Adv. ut Poſtremo. Quintil. 7. cap. 1. p. 582. Burm. Quis & initio movendus ſit judex, & ſummo impellendus.
SUMMAS, i. m. Ἀρχιεροτέχνος, Gloſſ. Latinogræc.
SUMME, Adv. [ἄκρως, Gl. G. L.] Maxime, excellenter. Plaut. Pœn. 3. 6. 2.
Eſtne hic ſervus meus? C. ſumme hercle vero Agoraſtocles. Lege, Sum mehercle.
Cum Superl. Plin. 10. Epiſt. 12. pr. Habui enim illum Quæſtorem in Conſolatu, mei ſumme obſervantiſſimum.
Ab aliquo petere & ſumme contendere. Cic pro Quint. 77.
Hoc me ſollicitare ſumme ſolet. Cic. 1 de Orat. 295.
Summe miſer, Admodum. Cic. 4. de Fin. 7.
Summe officioſus in aliquem. Cic. 3. Verr. 63.
Summe jucundum. Cic. 13 Fam. 19.
SUMMŎPĔRE, Adv. [μεγάλως] Pro Summo opere. Cic. 1. de Invent. 26. Vitia vero hæc ſunt certiſſima exordiorum, quæ ſummopere vitare oportebit.
SUMMĀRIUS, i. m. Cic. 10. Att. 1. Niſi forte iſte ſummarius ei poteſt perſuadere, ut dum Oratores eant & redeant, quieſcat. Ubi Interpres Beroaldus legit Senatus, quem per fas & nefas collegit Cæſar, reliquias reliquiarum. Alii Summarium, Cæſarem interpretantur, qui prior eſſe nolebat, malebat eſſe primus, ac reliquis præeminere. Alii Summarium exponunt, Grandi ſumma emptum pacificatorem, de quo paulo ante in eadem epiſtola dixerat: Jam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto. Emptum, id eſt, pretio a Cæſare inductum, ut de pace ageret in Senatu; cujus nomen fuit in Attici epiſtola. Eſt qui mallet, Nummarius: ut, Nummarii judices, Pretio corrupti. Turnebus Summarium interpretatur, Hominem ſeditioſum, & belli civilis cupidum, atque adeo parvum quendam Marium. [q. d. Submarium, ut apud Plaut. Subballio. quomodo & Salmaſ. ad Tertull de Pall. p. 314. Gronov. placet Summanus. Cum Mario certe qui Pompejum conferat non video, optimatium ducem. An Solymarius? Pompejum certe intelligit, quem alias Hieroſolymariore appellat, ob res in Judæa geſtas. V. ſ. l. Alioqui Summarius eſt quod Summas; ut Primarius, quod Primas, formaturque inde ut a Nefas Nefarius.
SUMMITAS, ātis. f. [ἀκρότης] Altitudo. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Sua ſummitate. Pallad. 1. tit. 6. Summitas vitis. Ammian. 14. 6. Ad perfectam non venerat ſummitatem.
SUMMAS, ātis. c. Princeps. Apul. 11. Met. p. 267. Elmenh. Præcepta ſummatis deæ. Sidon. 9. Epiſt. 6. Puella moribus natalibusque ſummas. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 27.
Ubi iſtas videas, ſummo genere natas,
Summates matronas, ut amicitiam colunt.

Viri ſummates. Ammian. 26. 9.
Summates, [ἄριστοι] qui & Optimates & Primates appellantur.
SUMMĀTUS, ûs. m. Principatus, ſupremus gradus, ſupremus honos. Lucret. lib. 5. 1141.
Imperium ſibi cum, ac ſummatum quiſque petebat.
SUMMĀTIM, Adv. [ἐπιπολῆς] Per ſummum, vel A ſumma extremitate. Columel. lib. de Arboribus, cap. 6. Sin autem aduſque exaruit, (ſcilicet vineæ truncus) ut curvari non poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.
Summatim, Capitulatim, κατὰ κεφάλαια, κεφαλαιωδῶς. H. St. V. in SUMMA, æ.
SUMMOS, V. SUMMA.
SUMMISSO, āre. [ὑποτονθορύζω, Gl. G. L.] Ennius ſecundum Feſtum, Quintus in occulto ſummuſſabat. Accius, Non decet ſummuſſare. Al. Dice jam mater non eſt: nam muſſare ſine. [Male in Gloſſ. Submiſſo.
SUMMUSSI, ut Paulus notat, Murmuratores. Nævius, Odi (inquit) ſummuſſos, proinde aperte dice, quid ſit, quod times. conf. SUMMISSIM, & MUSSO, in MUTIO.
SUMMŪTO, vel SUBMUTO, [ἀνταλλάττω, ἀντιμείβω, Gl. G. L.] āre. Aliud pro alio mutare. Cic. in Orat. 93. Hanc hypallagen rhetores, quia quaſi ſummutantur verba pro verbis, metonymian Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Quoniam aliter a Rhetoribus, aliter a Grammaticis hæc figura vocatur, utriuſque nominis rationem affert. Rhetores (inquit) hypallagen vocant, quia verba pro verbis quaſi ſummutantur: Græcum enim hoc vocabulum eſt ὑπαλλαγή, quæ Latina Submutatio dici poteſt, a verbo ὑπαλλάττω, Summuto. Grammatici vero Metonymiam vocant, quod nomina transferuntur. Quintilianus μετωνυμίαν, Nominis pro nomine poſitionem interpretatur: ut Neptunus pro Mari.
Summuto, Cambio. In Gloſſ. Græcolat. quod alias Permuto.
SUMMUTATIO, ōnis. f. Ὑπαλλαγὴ, Ἀντικαταλλαγὴ, ἀντιμετάθεσις. Gloſſ. Græcolat. V. dict. ſuper.
SUMO, ſumpſi, ſumptum, [λαμβάνω, ἀναλαμβάνω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Accipere, tollere. A Sub & Emo, quod antiqui accipiebant pro Sumere. Feſtus Salluſt. in Bell. Jugurth. cap. 71. Epiſtulam, ſuper caput in pulvino temere poſitam, ſumit, ac perlegit. Ter. Adelph. 5. 9. 20.
Ob eam rem? D. ob eam: poſtremo a me argentum, quanti eſt, ſumito. Idem Heaut. 3. 1. 56.
Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati.
In manum vel manu ſumere. Cic. 2. de Lege Agrar. 25. Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus, &c. Idem 2 Tuſc. 8. Epicurum autem & Metrodorum non fere præter ſuos quiſquam in manus ſumit. Al. In manus.
Sumere de. Columel. lib. 12. cap. 24. Aqua marina quam longiſſime a litore de pelago ſumenda eſt. Cic. 4. Acad. Hæc autem, quæ jam dicam, ſunt ſumpta de primo.
Sumpta eſt eo navis. Cic. 3. Off. 89.
E medio ſumere, Auferre. Scævola in l. Uxori ita. D. De dote relegata, Uxor mea, quicquid ei comparavi, & quod mihi dedit, e medio ſumat.
Aquam ſumere a fluvio. Ovid. 2. Amor. 19. 32.
Aquam a puteo ſumere. Plaut. Milit. 2. 6. 72.
Argumenta ſumere, Mutuari. Cic. 4. de Fin. 10.
Arma ſumere, Capere. Cic. 1. Tuſc. 86.
Bellum ſumere, Suſcipere. Plin. lib. 15. cap. 18.
Bellum ſponte ſumebant. Tacit. 3. Hiſt. 43.
Bellum ſumere pro aliquo. Ovid. 16. Epiſt. 371. al. Ferrum.
Beneficium ſumere. Plaut. Perſ. 5. 2. 10.
Cibum ſumere. Plin. lib. 21. cap. 3.
Cibos minimos ſumebant ora. Ovid. 11. Epiſt. 28.
Colorem ſumit, & capit faciem, Acquirit. Ovid. 13. Met. 605. al. Calorem.
Conſilia ſumere in aliquam rem. Plin. Epiſt. 214.
Conſilia nova ſumere. Hor. 1. Epiſt. 18. 13.
Curæ idem & ſudoris ſumere. Plin. in Paneg.
Exempla ab aliquo ſumere. Cic. pro Lege Manil. 44. Ter. Adel. 3. 3. 61.
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Exordia ſumere. Virg. 4. Georg. 284.
Jentaculum ſumere. Martial. lib. 13. 31.
Imaginem alicujus ſumere. Plaut. Amph. 1. 1. 124.
Inimicitias ſumere, Suſcipere. Cic. in Vatin. 28.
Initium ſumere. Cic. in Salluſt. 1. Quo me vertam, P. C? Unde initium ſumam?
Iras novas ſumpſit. Ovid. 2. Met. 175.
Laborem ſumere. Cæſ. 3. Bell. Gall. 14.
Laudem ſumere a crimine. Ovid 6. Met. 474.
Litteras commendatitias ad aliquem ſumere ab altero. Cic. 13. Fam. 27.
Nomen aliud ſumere, Aſſumere. Ovid 6. Faſt. 544.
Obſequium animo ſumere, Animo obſequi. Plaut. Bacch. 4. 10. 8.
Operam ſumere ad rem aliquam. Plaut. Mercat. 5. 2. 94.
Operam in re aliqua ſumere. Ter. in prol. Hec. 25.
Operam ſumere, Fruſtra laborare. Plaut. Moſtel. 3. 1. 54.
Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conterram?
Operam fruſtra ſumere, Idem. Ter. Heaut. 4. 3. 15.
Otium ſibi ſumere. Cic. 3. Off. 1.
Periculum pauci ſumpſere. Tacit. 3. Hiſt. 69.
Principium ſumere a re aliqua. Plin. lib. 18. cap. 4.
Spatium ad cogitandum ſumere. Cic. 4. de Finib. 1.
Speciem hominis ſumit infans in alvo. Ovid. 7. Met. 125.
Tempus ſumere ad rem aliquam. Cic. 1. de Legib 6. Idem 2. Q. frat 10. De interpellatione tantum ſumam a vobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis.
Teſtimonium ſumere in res aliquas. Cic. pro Cæcina. 23.
Togam virilem ſumere. Liv. 26. 19. Ex quo togam virilem ſumſit.
Veſtes mihi ſumuntur. Ovid. 5. Triſt. 5. 7.
Vires ſumunt incendia. Hor. 1. Epiſt. 18. 85.
Vitam unde ſumeret inſcius. Hor. 3. Carm. 5. 37.
Sumere, Provinciam & Recipere diſtant. Cic 4. Verr 179. Quod quum ita ſit, nihil fingam tamen; meminero me, non ſumpſiſſe quem accuſarem, ſed recepiſſe quos defenderem. [Sumimus ſponte, Recipimus rogati.
Sumere, Eligere. Salluſt. in Jugurth. cap. 85. Sumat aliquem ex populo, monitorem officii ſui.

Aliquem

Aliquem judicem ſumere. Cic. ad Brut. 6.
Arbitrum ſumere. Cic. pro Roſc. Com. 114.
Diem ſumere. Cic. pro Cæcin. 19. Colloquuntur: dies ex utriuſque commodo ſumitur.
Hoſtes ſumere. Ovid. 12. Epiſt. 17. al. Sentire.
In argumentum aliquid ſumere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In conſcientiam ſumitur Eudemus, amicus ac medicus Liviæ. Tacit. 4. Ann. 3.
In optionem ſumere. Plaut. Aſin. 1. 1. 88.
Partes alicujus ſumere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 51. Cic. 10. Philipp. 1. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram, eas præoccupavit oratio tua.
Perſonam magiſtri ſumere. Plin. Epiſt. 160. Cic. pro Planc. 100. abjecta Quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta.
Simile ſibi ſumere. Plaut. Moſtel. 1. 2. 21.
Socerum ſumere. Ovid. 2. Met. 526.
Sumere ſibi aliquid, Multum, & plus nimium ſibi tribuere. Cic. pro Planc. 3. Quanquam mihi non ſumo tantum, judices.
Vide quid mihi ſumpſerim. Cic. 7. Fam. 5.
Sumere ſibi ut. Cic. 8 Att. 11. Mihi non ſumo, ut meum conſilium valere debuerit. Idem 16. Att. 16. Tamen hoc, pro conjunctione & benevolentia noſtra, mihi ſumpſi, ut id a te peterem.
Sumo mihi pro meo jure. Cic. 2. de Orat. 294.
Sibi pro alio ſumere. Cic. 13. Fam. 30. Tantum tibi ſumito pro Capitone apud Cæſar. quantum ipſum meminiſſe ſenties.
Pro certo ſumere. Cic. 2. de Divin. 104. Tantum ſat eſt intelligi, id ſumere iſtos pro certo, quod dubium controverſumque ſit.
Res non conceſſas ſumere, & ex illis efficere quod velis. Cic. 4. de Fin. 49.
Quomodo autem ſumis, ut ſi quid cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur ut etiam difficulter internoſci poſſit? Cic. 4. Acad. 46.
Sed cum bis ſumpſit quod voluit, id tamen quod aſſumit, concedi nullo modo poteſt. Cic. 2. de Divin. 103.
Spiritus ſibi ſumere, & arrogantiam. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 33.
Superbiam ſumere. Hor. 3. Carm. 30. 14.
Animum ſumere. Ovid. 1. Faſt. 147.
Auctoritatem ſibi ſumere. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 4.
Confidentiam ſumere. Plaut. Capt. 4. 2. 25.
Faſtus ſumuntur ab imagine ſpeculi. Ovid. 2. Amor. 17. 9.
Judicium ſibi ſumere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 12.
Sumere argentum alicunde. Ter. Phorm. 2. 1. 69.

Non ratio, verum argentum deerat. u. ſumeret
Alicunde.

Mutuum ſumere, pro Mutuo accipere. Plaut. Amph. 2. 2. 187.
Mutuas pecunias ſumere. Cic. 3. Verr. 28. Cum per eos ipſos dies, per quos cauſam Dio diceret, reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe, prædia vendidiſſe.
Sumere, Emere. Cic. 7. Fam. 24. Sed eſſent, mi Galle, omnia facilia, ſi & ea mercatus eſſes, quæ ego deſiderabam, & ad eam ſummam, quam volueram. Paulo poſt, Prorſus ex iſtis emptionibus nullam deſidero, tu autem ignarus inſtituti mei, quanti ego genus omne ſignorum omnium non æſtimo, tanti iſta quatuor aut quinque ſumpſiſti.
Pœnam ſumere, Exigere. Virg. 2. Æn. 585.
Supplicium ſumere, Punire. Plaut. Merc. 5. 4. 31.

Supplicii ſumat quod volt ipſa ob hanc injuriam.

Supplicium de aliquo ſumere. Ter. And. 3. 5. 17.

Cur non habeo ſpatium, ut de te ſumam ſupplicium ut volo? Cic. pro Roſc. Amer. 70.

Sumere, pro Conſumere, unde & Sumptus nomen ortum eſt. Ter. Adelph. 5. 3. 68. Hilarem hunc ſumamus diem. Eſt, ut alio loco Donatus explicat, non Accipiamus, ſed Impendamus atque conſumamus. Plaut. Pſeud. 5. 1. 23. Hanc diem ſumpſimus prothyme. conf. Operam ſumere ſupra.
Sumere in re aliqua, Inſumere, Impendere. Plaut. Milit. 3. 1. 79.
Sumi dicitur oratio, quæ conſumitur & ponitur. Auctor ad Her. 1. pr. Ne nimium longa ſumatur. Ex Turnebo 20. 21.
Sumptus, a, um. Partic. [ληφθείς] Cic. de Amicit. 34. Sumpta virili toga. Cic. pro Rabir. Poſt. 44. Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem.
Querela alte ſumpta. Lucret. lib. 4. 1175.
Sumptūrus, a, um. [ληψόμενος] aliud Partic. ut, Oſcula ſumpturus. Ovid. 3. Faſt. 691.
Sumptĭto, āre. frequent. Plin. 25. 5. Elleborum plerique, ſtudioſi ceoſa, ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, ſumptitaverunt.
Sumptus, ûs. m. [δαπάνη, Gl. L. G. & G. L. ἀνάλωμα, L. G.] dicitur Quod quis inſumit, ſicut Impenſa, quod quis impendit. Plaut. Mil. 3. 1. 79. Ter. Phorm. 4. 3. 61. Opus eſt ſumptu ad nuptias.
Annuus ſumptus. V. Annuus, in annus.
Dapſilis ſumptus. V. Dapſilis, in daps.
Egentiſſimarum civitatum ſumptus. Cic. 3. Fam. 8.
Epularum ſumptus & magnificentia. Cic. 3. Tuſc. 96.
Exiguus ſumptus. Cic. in Parad. 6.
Infinitus ſumptus. Cic. 2. Off. 42.
Liberales ſumptus. V. Liberalis in liber adjectivo.
Legitimus & infinitus ſumptus. Cic. 3. Fam. 8.
Sumptus ubique Ciceroni pro Luxurie accipitur: unde Sumptuoſus. ut pro Cœl. 44. Nulla luxuries reperiatur, nulli ſumptus, nullum æs alienum. Ibid. 67. Vigeant apud mulierem venuſtate, dominentur ſumptibus. Budæus.
Imme non ubique verum hoc eſt. H. St. Diſtinguit in eadem or. Sumptus a Luxurie, ut partem a toto. V. 29. & 43. conf. 17.
Abire in ſumptus. V. abeo.
Accommodare ſumptus. V. accommodo.
Admittere ſumptus. V. admitto.
Afferre ſumptum. V. affero.
Decernere ſumptum. Cic. 3. Fam. 8.
Decorare oppida publico ſumptu. Hor. 2. Carm. 15. 19.
Dare ſumptum. Cic. 2. de Invent. 87.
Effuſus ſumptus. Cic. pro Roſc. Amer. 68.
Erogare in ſumptum. Cic. 8. Att. 5.
Exercere ſumptum. Ter. in Heaut. 1. 1. 91.
Exhauriri ſumptu provinciam. Cic. 1. Q. frat. 1.
Extenuare ſumptum. Cic. 2. de Legib. 59.
Facere ſumptum. Ter. Adelph. 5. 4. 11. Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit.
Facere ampliter ſumptum. V. amplus.
Facere ſumptum in rem militarem. Cic. 12. Fam. 29.
Facere ſumptum pro quæſtu. Hor. 1. Serm. 2. 19.
Fit ſumptus in Quæſtorem, &c. Cic. 5. Att. 16.
Habere ſumptum. Cic. 9. Fam. 20.
Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum. Cic. 5. Verr. 227.
Impendunt infiniti ſumptus in hos exercitus quibus nunc defendimur. Cic. ad Brut. 18.
Inſumere ſumptum magnum, aut laborem in aliquam rem. Cic. 2. de Invent. 113.
Levare ſumptum. V. Levo in levis.
Minuere ſumptum in aliquem. Cic. 2. de Legib. 22. & 59.
Minuere ſumptum, aut remittere. Cic. 3. Fam. 8.
Mutuari in ſumptum. V. Mutuor, in mutuum.
Parcere ſumptui. V. parco.
Ponere ſumptum. Cic. 3. Q. frat. 1.
Prodire ſumptu extra modum. Cic. 1. Off. 140.
Suggerere ſumptum. Cic. 1. de Invent. 27.
Eſſe ſumptui. Cic. 5. Att. 14. Adventus noſter nemini, ne minimo quidem fuit ſumptui.
Suppeditare ſumptus. Cic. 2. de Off. 42.
Suſtentare ſumptus. Cic. 2. Lege Agr. 78. Neque iſtorum pecuniis quicquam aliud deeſſe video, niſi iſtiuſmodi fundos, quorum ſubſidio familiarum magnitudines, & Cumanorum, ac Puteolanorum prædiorum ſumptus ſuſtentare poſſint.
Suſtinere ſumptum. Cic. 11. Fam. 14.
Temperare ſumptus. Ovid. 1. Amor. 3. 10.
Sumptus, in Genitivo Sumpti, antiqua. Cato R. R. cap. 22. Eo ſumpti opus eſt. conf. sumptifacio infra.
Sumptuārius, a, um. Adj. [δαπανηματικός] Quod ad ſumptum pertinet. Cic. 13. Att. 7. Tu velim a Polluce cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.
Sumptuaria lex, Quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cato Cibariam appellat. Cic. 7. Fam. 27. Lex ſumptuaria, quæ videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. Ibid. 9. 15. Donum ſi habebo, in denos dies ſingulos ſumptuariæ legis dies conferam. Sic 12. Att. 45. conf. Gell. 2. 24.
Sumptuarius, i. m. Qui ſumptus facit. δαπανητής. Gloſſ. Gr. Lat.
Sumptuōſus, a, um. Adj. [δαπανηρός, Gl. G. L.] Qui magnos ſumptus facit, vel Quod eoſdem poſtulat. Cic. pro Cluent. 70. Cum eſſet egens, ſumptuoſus, audax, callidus, perfidioſus. Sic 2. de Orat. 135. Quod ſumptuoſus, de luxuria: quod alieni appetens, de avaritia. Homo magnificus & ſumptuoſus. Ter. Heaut. 2. 1. 15.
Nil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, ſumptuoſum. Cic. in Piſon. 67.
Adoleſcentiæ ſumptuoſæ homo. V. Adoleſcentia, in adoleo.
Cœnæ ſumptuoſæ. Catull. ad Fund. 42. 9. Cic. 9. Fam. 23.
Convivia ſumptuoſiora. Martial. lib. 1. 94.
Domus ſumptuoſa, Sumptuoſa familia. Ter. Adel. 4. 7. 42.
Funera magnifica & ſumptuoſa. Cæſ. 6. Bell. Gall. 18.
Hoſtia ſumptuoſa. Hor. 3. Carm. 23. 18.
Ludi ſumptuoſiores. Cic. 3. Q. frat. 8.
Reſperſio ſumptuoſa. Cic. 2. de Legib. 60.
Sumptuoſe, Adv. [πολυτελῶς] Cum magno ſumptu. Plin. Epiſt. 189. Caſtigabat quidem filium ſuum, quod paulo ſumptuoſius equos & canes emeret. Catull. ad Porcium & Socrationem, 48. 5.

Vos convivia lauta ſumptuoſe
De die facitis.

Jactare ſe ſumptuoſius & inſolentius. Cic. 2. in Catil. 20.
Sumptuoſĭtas, ātis. f. Sidon. 9. Epiſt. 6. Quantum de bonuſculis avitis paterniſque ſumptuoſitas domeſticæ Charybdis abligurriſſet.
Sumptĭfăcio, fēci, factum, ĕre. eodem modo ac Lucrifacio. Lucil. apud Non. 8. 12.

Quid dare, quid ſumptifacere, ac præbere, potis, ſit.

Varr. ibid. Quantum ſumptifecerim. Plaut. Caſ. 2. 7. 1.

Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim,
Et præter operam reſtim ſumptifecerim.

Sumptifacio, ex Plauto, ut Lucrifacio. Vide brevis. H. St. Veteres Sumpti Genitivum faciebant, onde Sumpti facere apud Lucil. & Varr. diviſe ſcribendum, & forſan etiam apud Plaut. qui alioqui delectatur ejuſmodi confictis recens dictionibus.
Sumptio, ōnis. f. [λῆμμα, Gl. L. G.] Cic. 2. de Divin. 108. Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: ſed nos Latine loqui malumus. Cato de R. R. 145. de lege oleæ faciundæ, Si ſumpſerit, in ſingulas ſumptiones, &c. conf. Vitruv. 1. 2.

S U N

Sūnium, [Σούνιον] Vicus & promontorium Atticæ regionis, quod in extima acie Helladis eſt, ſupra Athenas & Marathonem. V. tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum. Ter. Eun. 1. 2. 35.

Mercator hoc addebat, ſe a prædonibus,
Unde emerat, audiſſe abreptam a Sunio.

conf. Cic. 3. Att. 7. Sunium promontorium, nunc vulgo vocatur *Ἄκραν*, ſive *Cabo de la Colomba*. Teſtis Olivarius in *Melam*.

S U O

Suo, ſui, ſūtum, [ῥάπτω, ἐμπάσσω, Gl. L. G.] ĕre. Partes duas panni, aut alterius rei, invicem trajecto filo, ſimilive quo, conjungere. A Sue quidam hoc verbum deducunt: quia hujus animalis pilis in ſuendo ſutores utuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Cultus dico agrorum, extructioneſque tectorum, tegumenta corporum, vel texta, vel ſuta, omnemque fabricam æris & ferri. Gell. 17. 3. Sed hi pleraſque naves loris ſuebant.
Alvearia ſuta lenis corticibus. Virg. 4. Georg. 33.
Pilea ſuta de lacernis cæſis. Stat. 4. Silv. 9. 24.
Suere aliquid capiti ſuo, Appingere & affigere. Ter. Phorm. 3. 2. 6.

Sutor, ōris. m. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Qui ſuit: potiſſimum autem pro Calceario ſumitur. Plaut. Aul. 2. 1. 34.

Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic. pro Flacc. 17.

Sa velle dixit, id ſutores & zonarii conclamarunt. Martial. lib. 2. 17.

Argique letum multus obſidet ſutor.

Bonus ſutor. Hor. 1. Serm. 3. 125. [ut Malus Phæd. 1. 14.

Sutōrius, a, um. Adj. [[illegible]] Quod ad ſutorem pertinet. Cic. 6. Att. 1. Noſtri enim, credo, graves habent Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem.

Atramentum ſutorium. Plin. lib. 20. cap. 12. Verrucas miſto atramento ſutorio tollit. V. ATRAMENTUM.

Sutūra, æ. f. [ῥαφή] Liv. 38. 29. Sed triplex ſcutale, crebris ſuturis duratum, ne fluxa habena volutetur in jactu glans.

Sutura vulneris. Corn. Celſus lib. 5. 26. De glutinatione vulnerum, Sutura oras jungit, quæ ne ipſæ quidem inter ſe contingere ex toto debent. Et ibidem ſæpius.

Sutura, de aliis etiam rebus per ſimilitudinem dicitur. ut Suturæ calvariæ. Celſ. lib. 8. cap. 1. Raro calvaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atque a dolore tutiſſimum eſt: ex ceteris in quo ſuturæ pauciores ſunt, eo capitis valetudo commodior eſt.

Sutilis, e. Adj. [[illegible], Gl. G. L. [illegible], L. G.] Quod ſutum eſt. ut, Navis ſutilis. Plin. lib. 24. cap. 9.

Sutilis roſa, Roſæ ſerta. Martial. lib. 9. 98.

Sutilis aptetur decies roſa crinibus: ut ſit,
Qui poſuit ſacræ nobile gentis opus. Idem lib. 5. 65.
Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo,
Laſſentuſque roſa tempora ſutilibus.

Coronæ ſutiles. Plin. lib. 21. cap. 3. Summaque auctoritas paſtilli coronæ. Sutiles Saliorum ſacris invenimus & ſolennes cœnis.

Cymba ſutilis. Virg. 6. Æn. 414.

Sutile, [illegible], Gloſſ. Latinogræc. conf. SUTELA infra.

Sutrīnus, a, um. Adj. [[illegible], Gl. G. L.] Tacit. 15. Ann. 34. Sutrinæ tabernæ.

Sutrīna, æ. f. [[illegible], Gl. G. L.] Officina ſutoris, in qua calcei fiunt. Liv. 23. 30. Plin. lib. 35. cap. 10. Tonſtrinas, ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia.

Sutēla, æ. f. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Doloſa aſtutia, a ſimilitudine ſuentium dicta, auctore Feſto. Plaut. Capt. 3. 5. 34.

Atque ob ſutelas tuas te morti miſero.

Fulgentius vero de Pr. ſer. 18. Sutelam dici putat, quaſi Subtilem telam, affertque exemplum ex Plauti Caſ. 1. 1. 7.

Poſſis, necne, clam me, ſutelis tuis
Præripere Caſinam uxorem, proinde ut poſtulas? [V. SUTILE. Sic Gr. [illegible].

Sutrina, æ. f. Sutum, ſive opus ſutorium. Varro, Quid ſuternas facere inſcius, nihil homo agis? Mercer. Sutrinas legit. V. Nonium a. 760. Pro ſutrina Apul. Flor. 2. At Elmenh. p. 346. Sutrina legit.

Sutrīnum, i. n. pro Arte ſutrina. Sen. Epiſt. 90. Non multum abfuit quin ſutrinum quoque inventum a ſapientibus diceret. [An Sutrinum?

Sutrīballus, i. m. Qui calceos veteramentarios & ruptos concinnet. Vet. Scholiaſt. apud Juven.

Suo, [[illegible], Gl. G. L.] ære. freq.

Sutillo, [[illegible], Gl. G. L.] āre.

Suopte, V. SUUS.

Suovetaurilia, V. SOLITAURILIA.

S U P

SUP. Subprocurator, Subpriuceps. S. V. P. Sponſione utriuſque partis.

Sūparus, V. SUPPARUS.

Supat, Jacit; unde Diſſipat, Disjicit; & Obſipat, Objicit; & Inſipat, h. e. Injicit. Paulus ex Feſto. V. INSIPO.

Sŭpellex, lectilis. f. & in plurali Supellectilia: in Ablativo ſingulari Suppellectile vel Supellectili. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. & Onom. v.] Domeſticum patris familias inſtrumentum, quod neque argento, aurove facto, vel veſti adnumeretur: id eſt, res mobiles, ut vocant Juriſconſulti, apud quos titulus eſt, De ſupellectile legata. Supellectile (ut inquit Paulus) continentur menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ villoſæ, vaſa aquaria, pelves, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ: vaſa ænea vulgaria, id eſt, quæ non proprio ſunt loco attributa: præterea capſæ, armaria, vitrea, eſcaria, & potoria. Hæc Pertatus ex XXXIII DD. De ſupellectile legata, l. 1. & l. Supellectila. Plin. lib. 15. cap. 8. Totam ſupellectilem ligneam. Cic. 4. Verr. 83. Supellex ex ære elegantior, & Deliaca & Corinthia. Hor. 1. Serm. 6. 118.

Vilis cum patera guttus, Campana ſupellex.

An Supellectilia? ſequitur exemplum. H. St.

Supellectilis nomenclatura unde ducta ſit, his verbis palam facit Ulpian. De ſupellectili legata, Labeo ait originem fuiſſe ſupellectilis, quod olim his, qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolebant, quæ ſub pellibus uſui forent.

Immo quia Super lectum jaciebantur, ut Stragula. Sed & alia, licet ad lectum non pertinentia, fieri poterat ut ei ſuperjicerentur. Varro quoque Veſtimenta a Supellectili ſeparat, ut oſtendo cap. 29. meæ Appendicis ad Varr. H. St. Immo ipſos lectos primo loco in Supellectile ponit Onomaſt. vet. q. V.

Inſtrumentum & ſupellex. Cic. 6. Verr. 97.

Cogitatio ſupellectilis ad delicias. Cic. in Parad. 1.

Barbarica ſupellex. V. BARBARUS.

Curta ſupellex. V. CURTUS.

Multa & lauta & magnifica ſupellex. Cic. 2. Philipp. 66.

Munda ſupellex. Hor. 1. Epiſt. 5. 7.

Vilis ſupellex. Virg. 1. Georg. 165.

Virgea præterea Celei viliſque ſupellex. In quem loc. ſic Serv. Sane ſupellex aſpiratum, non artis eſt ſupellectilis. Genitivus enim aut par debet eſſe Nominativo, aut major: ut Moſis, Doctoris. Si duabus majorem invenerimus, contra artem id eſſe manifeſtum eſt: ut Anceps, præceps, & pauca alia.

Supellex Oratorum, Rerum cognitio multiplex. Cic. 1. de Orat. 165. In Oratoris vero inſtrumento tam lautam ſupellectilem nunquam videram. Idem in Orat. 80. Quo in loco Supellectilem Cicero vocat, Omne genus ornamenti quo utuntur Oratores.

Infelix ſupellex. Quintil. lib. 2. cap. 4. p. 144. Burm.

Supellex vitæ. Cic. de Amicit. 55. Amicos non parare, optimam & pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, ſuppellectilem?

Supellectĭcārius, a, um. Adj. a Supellectile deductum attributum, Id ſignificat, quod ad ſupellectilem attinet; ut, Supellecticarius ſervus. Celſ. lib. 18. Digeſt. ait, fundo inſtructo legato etiam ſuppellecticarios, & ceteros hoc genus ſervos legato contineri. l. Quæſitum. §. Celſus quoque. De inſtructo vel inſtrumento legato. lib. 33. P. ōt. 7. [Niſi forte Superlecticarios, quarta a fine producta, legendum. Qua forma Superjumentarius legimus apud Suet. in Claud. cap. 2. ubi Caſaub. not. V. A Supellex Supellectiliarius analogia poſtulat.

Sŭper, [ὑπέρ, Gl. L. G. & G. L. ἐπί, ἐπὶ [illegible], G. L.] Præpoſitio, utrique caſui ſerviens, Accuſativo & Ablativo. Accuſativo variis modis, Primo quando adverſatur præpoſitioni Subter; ut, Fama ſuper æthera notus. Virg. 1. Æn. 383. Cic. 2. de Legib. 66. Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam.

Secundo pro Ultra. Virg. 6. Æn. 794. — ſuper & Garamantas & Indos Proferet imperium. Apulejus, Jam enim ſuper oppidum profectus, eos citra reliquerat.

Studui ſuper mediam noctem, bona locutio eſt, teſte Servio. Virg. 9. Æn. 61. hunc etiam per Ablativum dixit,

Nocte ſuper media. [Et in Emendatis Servii codd. Super media legitur, & ipſemet Serv. deinceps exp. Contra mediam noctem. Quod idem eſt, ac Media, vel De media nocte. conf. paulo infra, ubi de conſtr. cum Ablativo.

Super, pro Pluſquam. Suet. in Auguſto, cap. 35. Erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, &c. [V. paulo infra not.

Super octingentos annos. Tacit. 13. Ann. 58. Quæ ſuper octingentos & quadraginta annos Remi Romulique infantiam texerat.

Super omnem taxationem. Plin. lib. 7. cap. 12.

Super omnia. Virg. 8. Æn. 303.

Super ſe collocare aliquem, In loco ſuperiore & honoratiore. Suet. in Auguſt. cap. 43. Superque ſe, ſubſellio ſecundo, collocavit. Curt. lib. 8. 5. 22. Polypercon, qui cubabat ſuper regem, &c. h. e. In convivio diſcumbebat ſuper Alexandrum.

Super gratiam eſſe, Majus eſſe, vincere, ſuperare. Salluſt. in Jugurth. cap. 35. extr. At Jugurtha, manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra verum niti, quam animadvertit, ſuper gratiam atque pecuniam ſuam, invidiam facti eſſe. [Al. Supra. Quod rectius arbitror. Nimis ſæpe hæc confunduntur a librariis, ut ne de ſuperioribus etiam locis addubitem. V. tamen Hor. locum ad fin.

Super, pro Præter. Suet. in Vitell. cap. 13. Famoſiſſima ſuper ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre. Sic in Tiber. cap. 55. Super veteres amicos ac familiares, &c.

Super bellum. Liv. 2. 51. pr. Obſeſſaque urbs foret, ſuper bellum annona premente, ni Horatius Conſul ex Volſcis eſſet revocatus conf. 28. 46.

Savia ſuper ſavia dare. Plaut. Pſeud. 4. 1. 38.

Gratias aliis ſuper alias epiſtolis agit. Plin. Epiſt. 118. V. ALTER.

Super hæc. ἐπὶ τούτοις. Gloſſ. Græcol. [Quod idem ac Inter hæc, vel Præter.

Super Euclionis filiam. i. e. De filia. Plaut. Aul. 4. 7. 2. Sed in emendatis libris extat Filia.

Super cœnam loqui, Tempore cœnæ. Plin. 4. Epiſt. 22.

Super menſam. Curt. lib. 7. 4. 7. Debellaturus ſuper menſam Alexandrum. Al. Super menſa.

Super vinum & epulas. Curt. lib. 8. 4. extr. h. e. Inter epulas, inter convivandum.

Super ſomnum ſervus, i. e. Servus a cubili. Curt. Sed per diſpoſitos, quos ſuper ſomnum habebat. [Locus eſt 6. 11. 3. ubi tamen Ad ſomnum noſtri codices exhibent. Sane & A ſomno, & Ad ſomnum, & Super ſomnum, quin etiam Supra ſomnum forsaſſis, eadem ſignificatione diceres. Sed alias Super ſomnum idem eſt ac Per ſomnum. V. Indicem Freinsh. Curtianum, & quæ Viri docti ad Petronii illud cap. 30. Unus ex pueris, qui ſuper hoc officium erat poſitus.

Ablativo, pro De, ubi de re aliqua mentionem facimus. Virg. 1. Æn. 754.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Cic. 16. Att. 6. Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio.

Pater familias uti ſuper familia, pecuniave ſua legaverit, ita jus eſto. Auctor ad Heren. lib. 1. 23.

Super, pro Pluſquam, cum Ablativo. Suet. in Auguſto, cap. 38. Super triginta ducibus juſtos triumphos, &c.

Super, pro Ultra. Virg. 9. Æn. 61.

Nocte ſuper media. Dicimus, & Super mediam noctem, teſte Servio i. e. Majore ejus parte tranſacta. V. quæ ſupra de hoc loco dicta ſunt.

Super pro In. Virg. 1. Ecl. 80.

Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem,
Fronde ſuper viridi. Idem 6. Æn. 203.
— gemina ſuper arbore ſidunt.

Super laude, Pro. Virg. 9. Æn. 633.

Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. Ubi Servius, Super laude ſua, i. e. Pro ſua laude: & Græcum eſt ſchema. Sic enim Demoſthenes, ὑπὲρ τοῦ ſτεφάνου, id eſt, pro corona, ὑπὲρ τούτου, pro illo.

Super efficitur Adverbium, ubi caſum deſiit habere. Plaut. Hinc atque hinc ſuper, ſubterque premor anguſtiis. Cic. pro Roſc. Com. 46. Satis ſuperque habere dicit. Virg. 4. Æn. 494.

— lectumque jugalem,
Quo perii, ſuper imponas.

Super, pro Deſuper. Virg. 9. Æn. 168.

Et ſuper e vallo proſpectant Troes. Idem 10. Æn. 384.

Super, quam quod. Liv. 27. cap. 20. Marcellum etiam adverſo rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat. i. e. Præterquam quod.

Super, pro Supereſt. Ut enim Græci præverbia pro verbis interdum pereleganter ponunt, ut πάρα pro πάρεστι, ἔπι pro ἔπεστι: ſic & Valerius Super pro Supereſt illo verſu, (lib. 8. 485.)

Nec ſpes ulla ſuper. Et ante eum Virg. 3. Æn. 489.
O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. Quanquam aliter a Servio explicatur. Turneb. Adverſ. 23. 5.

Super, pro Inſuper & amplius. Virg. 2. Æn. 71.

Cui neque apud Danaos uſquam locus, & ſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Nonnulli legunt Inſuper. Idem 11. Æn. 226.

Super

Super, veteres pro Supra uſurparunt. Hor. 2. Serm. 8. 23.
Numentanus erat ſuper ipſum; Porcius infra, &c.
De ſuper. V. DE præpoſitionem.
Super, compoſitionem ingreditur; ut, Superſedeo, &c. V. infra ipſa compoſita.
SUPERA, pro Supra. V. SUPERA, infra in hac dict.
SUPERA, orum. V. SUPERUS infra item.
SUPRA, [ὑπὲρ, ὑπεράνω. Gl. L. G. ἄνω, ὑπεράνω, G. L.] Præpoſitio Accuſativo caſui ſervit Virg. 3. Æn. 194.
Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.
Supra lunam ſunt omnia æterna. Cic. In Somn. Scip. 10.
Supra volat ardea nubem. Virg 1. Georg. 364.
Injicere quempiam ſupra ſtercus. Cic. 1. de Divin. 57.
Mare, quod ſupra terram eſt. Cic 2. de Nat. Deor. 115.
Supra caput, Modus eſt loquendi, rem quæ valde urgeat, & immineat ſignificans. Cic. 1. Q. frat 2. Ecce ſupra caput homo levis ac ſordidus, ſed tamen equeſtri cenſu, Catienus. conf. ſupra Virgil.
Supra ætatem, ſupra conſuetudinem, ſupra etiam mortalitatem. Cic. ad Octav.
Supra fas, ὑπὲρ τὸ δέον, Gloſſ. Latinogræc.
Supra fidem. Quintil. lib. 2. cap. 10. Nunquam hæc ſupra fidem poetica (ut vere dixerim) themata juvenibus pertractare permittemus.
Ratio, quæ ſupra hominem putanda eſt, deoque tribuenda. Cic. 2. de Nat Deor. 34.
Potentia, quæ ſupra leges eſſe velit. Cic ad Brut. 17.
Supra modum. [ὑπὲρ τὸ μέτρον, ὑπὲρ τὸ δέον, ὑπερβαλλόντως, Gl. L. G.] Columel. lib. 4. 27. Si ſupra modum ſit numerus eorum profuderit. Sic Liv. 1 1. 7.
Ira ſupra modum eſt illis. Virg 4. Georg. 236.
Supra morem rerum. Virg. 2. Georg 107. i. e. Abundanter, plus æquo. Serv.
Attollere aliquid ſupra quotidianum ſermonem Quintil. lib. 2. cap. 4.
Supra ſpem humanam. Apud Liv. de Bell. Maced.
Supra vires. [ὑπὲρ δύναμιν, Gl. G. L.] Hor. 1. Epiſt. 18. 22.
Gloria quem ſupra vires & veſtit, & ungit.
Supra numerum, i e. Præter vel ultra. Plin. 10. Epiſt. 21.
Supra quinquagies, Ultra, Amplius. Celſ. lib. 4. cap. 2. Caput atque os ſupra quinquagies perfricandum.
Supra tres. Celſ. lib. 7 cap. 7. Ubi ſecta eſt, aliæ futuræ adjiciendæ, quæ ſupra tres eſſe non debent.
Supra tres cyathos, Pluſquam tres cyathos. Hor. 3. Carm. 19. 15.
Supra millibus nummorum emptus ager. Hor. 2 Epiſt. 2. 165.
Supra, ſine caſu aliquando ponitur, & eſt Adverbium. Cic. 4. Acad 55. Et quum in uno mundo ornatus hic tam ſit mirabilis, innumerabilis, ſupra infra, dextra ſiniſtra, ante poſt.
Omnia hæc quæ ſupra & ſubter ſunt, unum eſſe. Cic. 3. de Orat. 20.
Draco ſubter, ſupraque revolvens ſeſe. Cic. 2. de Nat. Deor. 106.
Hoc eſt ſupra, quam illud Cic in Topic. 10.
Nihil ſupra; elegans locutio, quum quid efferre volumus, ut nihil eo magis elegans aut ornatum inveniri poſſe dicamus Ter. Eun. 3. 1. 37.
Quid eſt? G. facete, lepide, laute, nihil ſupra. Cic. 13. Att. 19. Eos confeci & abſolvi, neſcio quam bene, ſed ita accurate, ut nihil poſſet ſupra. V. NIMIS. [Subauditur apud Cic. Fieri, & apud Ter. Fieri poteſt.
Supra pro Ante, vel antea, aut ſuperius: hoc eſt verbis ſuperioribus. Cic. pro Cæcin. 14. Ille quem ſupra deformavi. Cæſ. 5. Bell Gall. 19. Supra demonſtravimus. [In locorum deſcriptione quoque adhibetur, & ſolet ſæpe addi Multo, Longe, Aliquanto, Paulo, & ſimilia. conf. SUPERIUS Adv.
Ille polliceor, quæ ſupra ſcripſi. Cic. 6 Fam. 10.
Supera, pro Supra, inquit Priſcianus lib. 14. & 28. Sic enim antiqui protulerunt, & maxime Cicero,
Torvum draco ſerpit ſubter, ſuperaque retorquens. Hactenus Priſcianus. Lucret. lib 1. 419.
Id quod jam ſupera tibi paulo oſtendimus ante. [Et forte ſubauditur Parte, ut ſit ex Adj. natum Adverbium.
SUPRADICTUS, a, um. Adj. ex Partic. [προλεγόμενος] compoſitum a Supra. Plin. lib. 10. cap. 63. Supradictorum pleriſque feminæ priores ſuperveniunt. Hor. 2. Serm. 7. 78.
Adde, ſupradictis quod non levius valeat. Quidam ſcribunt ſeparatim. [Et quidem rectius ubique.
SUPRAPOSITUS, a, um. Adj. ex Partic. [ὑποκείμενος] Cic. in Topic. 68. Reliquus eſt comparationis locus, cujus genus & exemplum ſuprapoſitum eſt. Legitur & disjunctim.
SUPRASCRIPTUS, a, um. Adj. ex Partic. [προγεγραμμένος] Cic. pro Cluent. 148. Qui eorum? quorum? videlicet qui ſupraſcripti ſunt. Sic Cato R. R. cap 122. Quidam malunt ſejunctim legere.
SUPERNUS, a, um. Adj. [ἀνωτερικός, ἀνώτερος, ὁ ἐπὶ τῶν ἄνω, Gl. L. G.] Quod eſt ſupra: ut, Superna regio. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes ſimiles aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſuperna parte, dextra lævaque, longiſſimi. Crines a fronte ſuperni. Stat. 8 Theb 640.
Numen ſupernum. Ovid. 15. Met. 128.
SUPERNE, Adv. [ὕπερθεν, Gl. L. G. & G. L.] pro Super vel Deſuper. Plin. lib. 7. cap. 16. Quibus in dextra parte gemini ſuperne, a canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur. Virg. 6. Æn. 658.
— unde ſuperne
Plurimus Eridani per ſilvam volvitur amnis.
Superne, alio ſignificatu, quam ſupra poſitum eſt. Senec. de Benefic. Quomodo ſi quis ſcriptis noſtris alios ſuperne imprimat verſus, priores litteras non tollit, ſed abſcondit.
Superne, pro Surſum. Plin lib. 19. cap 5. de Raporum generibus, Ex iis in amplitudinem adoleſcit Corinthium, nudo fere radice. Solum enim hoc genus ſuperne tendit, non, ut cetera, in terram.
SUPERNITAS, ātis. f. Tertull. adv. Valent. cap. 7. Supernitates ſupernitatum.
SUPERNAS, ātis. Adj. Quod eſt e regione ſuperna, vel Supero mari adjacenti. Plin. lib. 16. cap. 39. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur. Idem lib. 15. cap. 12. Supernatia Perſica e Sabinis veniunt.
SUPERUS, a, um. Adj. a Super. vel Supra: unde Superum mare, Adriaticum nominatur, collatione facta ad Tyrrenum, quod Græci Inferum vocavere. Plaut Merc. 5. 1. 1.
Limen ſuperum, inferumque ſalve, ſimul autem vale.
Ad auras ſuperas evadere. Virg. 6. Æn. 128.

Videre ſupera, infera, prima, ultima, media. Cic. 1. Tuſc. 74.
Ex ſupero, Deſuper. Lucret. lib. 2. 227.
Superus, Cæleſtis. ut
In domus ſuperas ſcandere. Ovid. 1. Faſt. 298.
Regnis ſuperis detrudere Jovem. Virg. 6. Æn. 584.
Homo ſpectator ſuperarum rerum atque cæleſtium. Cic. 2. de Nat. Deor. 140.
Nicetas, cælum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera denique omnia ſtare cenſet. Cic. 4. Acad. 123.
Cogitare ſupera atque cæleſtia. Cic. 4. Acad. 127.
Supera, plurali numero pro Cælo ſubſtantive accipitur. Virg. 6. Æn. 787.
Omnes cælicolas, omnes ſupera alta tenentes. Cic. 1. Tuſc. 42. Nihil enim habent hæc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt. Quod p. p. Ferri ad cælum dicit.
Ardua ſupera. Virg. 7. Æn. 562.
Convexa ſupera. Virg. 6. Æn. 241.
Superi, orum. m. pl. [οὐράνιοι. Gl. L. G.] Cæleſtes: ſive Divi, Et qui iis ſuperiores ſunt, qui Inferi dicuntur. Plaut Aul. 2. 7. 6.
Si autem deorſum comedent, ſi quid coxerint:
Superi incœnati ſunt, cœnati inferi.
Par ſuperis Tydides. Hor 1. Carm. 6. 16.
Numina ſuperorum. Ovid 1 de Pont. 1. 43.
Plebs ſuperûm Fauni Satyrique. Ovid. in Ibin, 79.
Rex ſuperûm, Juppiter. Ovid. 1. Met. 251.
Precari ſuperos. Virg. 5. Æn. 529.
SUPERIOR, ōris. [ἀνώτερος, ὑπέρτερος, Gl. G. L.] compar. a Superus. Cic. 4. Acad. 44. Itaque quæ contra ſenſus, contraque perſpicuitatem dicantur, ea pertinere ad ſuperiorem diviſionem, contraque poſteriorem nihil dici oportere.
Accumbit ſuperior. V. ACCUMBO.
Domus ſuperior, Editior pars domus. Cic. 12. Att. 17. Tota domus ſuperior vacat, ut ſcis.
Dicere aliquid de loco ſuperiore, Pro tribunali. Cic 4. Verr 102.
Superioribus temporibus nullas de te litteras miſi. Cic 5 Fam 17.
Superior ætas, Quæ præceſſit. Cic. de Senect. 62. Sed honeſte acta ſuperior ætas.
Senes ſemper agunt aliquid, tale ſcilicet, quale cujuſque ſtudium in ſuperiore vita fuit. Cic. de Senect 26.
Superiorem & Inferiorem, dicimus fere, quando de malis loquimur; ut Dionyſius ſuperior, & Dionyſius inferior. Quum autem de bonis ſermo eſt, ſi quidem tempus denotamus, Superior & Poſterior dicimus: ut Cyrus ſuperior, & Cyrus poſterior. Si vero ad dignitatem, Major & Minor: ut Major, an minor Scipio, de duobus; de pluribus autem, Maximus Alexander. [Vereor ne ſubtilior, quam verior ſit hæc obſervatio.
Superior interdum habet vim Poſitivi, Quum intelliguntur ii, qui ſupra gradum quartum cognationis, in linea aſcendenti, ſunt, ſicut Inferiores qui ſunt infra eundem gradum, in deſcenſu. Varr. 2. de R R. cap. 4. Itaque proavus, ac ſuperiores, de Tremeliis nemo appellatus Scrofa.
Superiores, pro iis, qui ante nos vixerunt, ſive Antiquis Cic 4. Acad. 2. Non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. Idem 4. Verr. 36. Ut ab inſtitutis ſuperiorum, ab auctoritate Senatus, ab jure omnium Siculorum ne recedatur.
Superiores, Qui alios certamine vincunt, vel ſuperant Cæſ 5. Bell Gall. 15. Ita tamen, ut noſtri omnibus partibus ſuperiores fuerint, atque eos in ſilvas colleſque compulerint. Sic lib. 8. Hoc ipſo ſuperiores, quod, &c.
Superior re quapiam, & Inferior contrariis. Cic. 1 Verr. 59. Tu quum omnibus rebus inferior ſis, hac una in re te mihi anteferri putas oportere, quod Quæſtor illius fueris. Ego ſi ſuperior ceteris rebus eſſes, te hanc unam ob cauſam accuſatorem repudiari putarem oportere. [Hic Superior eſt Potior jure, vel dignitate, vel potius Præferendus, Præſtabilior.
Invident homines maxime paribus, aut inferioribus, aut ſuperioribus. Cic. 2. de Orat. 209.
Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos geramus ſummiſſius. Cic. 1. Off. 90.
Habes neminem honoris gradu ſuperiorem. Cic 2. Fam. 17.
Loco, fortuna, fama, ſuperior. Cic de Amicit. 24.
Superiorem fore largitione. I. e. Plus largiri velle. Cic. 9. Att. 12. Prædicat enim palam, & militibus oſtendit, ſe largitione ipſa ſuperiorem, quam hunc, fore.
Superior ordine, inferior fortuna. Cic. 13. Fam. 5.
Superior vi. Cic. 1. Off. 90. Et ſint potius vi ſuperiores, quam juſtitia pares.
Superior in. Cic. pro Cæcin. 2. Niſi forte hoc rationis habuit, quoniam ſi facta vis non eſſet moribus, ſuperior in poſſeſſione retinenda non fuiſſet.
Superius: cui contrarium Inferius Cic. 7. Verr. 115. Id agit ut ſemper ſuperius ſuum facinus nemo ſcelere vincat. Plin. lib. 13. cap. 25. Superius genus in vadis haud procul litore.
SUPERIUS, Adv. [ἀνωτέρω, ἐπὶ χεῖρα, Gl. L. G.] Idem ac Supra. Sen. Nat. Quæſt. 5. 8. Alia ſuperius rapiuntur, alia diffunduntur tepore. Lactant. 4. 29. In exemplo, quod ſuperius poſuimus. [Sic & Valer. 3. 2. 19. Phæd. 4. 24. 2. Antiquiores tamen Supra maluerunt. q. V.
SUPREMUS, a, um. [ἔσχατος, Gl L. G & G L. ὕστατος L. G.] ſuperlativum a Superus, Ultimus, aut, poſt quem nemo ſit. l. 14. D. de vulg. & pupill. l. 92. D. de verbor. ſig.
Supremum (inquit Paulus ex Feſto) modo ſignificat Summum, modo Extremum, modo Maximum. conſ. Non. 4. 41.
Supremus, Summus, maximus. Suetonius Aug. 16. Verum ſupremum cælum intuentem ſtupidum cubuiſſe. Emendati codd. habent Supinum. Ter. Adelph. 2. 1. 42 Pro ſupreme Juppiter!
Deſperatio ſuprema. Plin lib. 12. cap. 4. pr.
Macies ſuprema. Virg 3. Æn. 598.
Montes ſupremi, Summi, altiſſimi. Virg. 4. Georg 460.
Supplicium ſupremum. Cic. 2 de Legib 22. Inceſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. I. e. Maximo, capitali.
Annis ſuis ſupremis, Extremis, ultimis. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dies ſuprema. Ovid. 2. Faſt. 850.
— dies regnis illa ſuprema fuit.
Dies vitæ ſupremus. Cic. 1. Tuſc 71.
Diſſerere de aliqua re ſupremo vitæ die. Cic. de Senect. 78.

Iter

Digitized by Google

Laudare aliquem cum ſupremo die. Cic. pro Muren. 75.
Digreſſu mæſta ſupremo. Virg. 3. Æn. 482.
Finis ſupremus, Mors. Hor. 2. Epiſt. 1. 12.
Funera ſuprema. Ovid. 3. Met. 137.
Honores ſupremi, Funeralia. Ovid. ad Liv. 249.
Hora ſuprema. Tibul. lib. 2. 1. 59.
Ignis ſupremus, Rogus. Ovid. 1. Amor. 15. 41.
Iter ſupremum carpere, E vita emigrare. Hor. 2. Carm. 17. 11.
Judicia ſuprema, Ante mortem. l. 25. §. 1. De liber. & poſt.
Manum ſupremam imponere bellis. Ovid. Remed Amor. 114.
Officia ſuprema, Quæ morienti exhibentur. Tacit. 5. Ann. 2. Quod ſupremis in matrem officiis defuiſſet.
Salus ſuprema. Virg. 12. Æn. 653.
Sole ſupremo, i. e. Sole occidente. Hor. 1. Epiſt. 5. 3.
Sors ſuprema. V. SORS.
Supremæ tabulæ, Teſtamentum l. 1. §. pen. l. penul. § plane. D. de ſecund. tab.
Tempus ſupremum, Tempus mortis. Hor. 1. Serm. 1. 98.
Supremam dicere, Subaudito Tempeſtatem. Plaut. Aſin. 3. 3. 4.

Mater ſupremam mihi tua dixit, domum ire juſſit. Hoc a Judiciorum conſuetudine a Comico dictum eſt: nam poſteaquam præco ſupremam dixerat, dimittebatur judicum conſeſſus, ut a Donato in Ter. Phor. 1. 4. 27. annotatum eſt, quod hic Plautus imitatur; Mater, inquit, ſupremam dixit tempeſtatem, & i licet pronuntiarit, domumque ire juſſit. Ex Turneb. Adverſ. 3. 12. Al. Supremum.

Ordinare ſuprema ſua, Condere teſtamentum. Modeſtinus in L. Cajus Sejus D. de pignor. actione.
Suprema alicujus, ſubaud. Facta: h. e. Supremum vitæ tempus. Plin. lib. 16. cap. 44. Circa ſuprema Neronis principis.
Suprema, pro Morte. Tacit. 3. Ann. 49. Poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleverat.
Solvere alicui ſuprema, pro Parentare. Tacit. 1. Ann. 61.
Ad ſupremum, ἐπὶ τέλει. Gloſſ. Græcolat. V. mox SUPREMUM.

SUPREMO, Adv. [ὑστάτως] Plin. lib. 11. cap. 53. Eadem commeabat, ab eo, recens aſſidue, exitura ſupremo. De anima ſive halitu animalium.

SUPREME, Adv. dixere veteres, uti teſtatur Priſcianus lib. 14.

SUPREMUM, Adv. Plin. lib. 11. cap. 37. Ut neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit. Curt. 8. 7. 7. Pater ſupremum ſtrinxerat ferrum, percuſſurus, &c. [ὕστατον Ad.

SUPREMITAS, ātis. f. Summitas, extremitas. Ammian. 31. 39. Nec Valenti ſepulturam, qui ſupremitatis honor eſt, contigiſſe. i. e. Supremus honor.
Præeminentias & ſupremitates adire. Claud. Mamert. 2. 13.

SUPERĀRIUS, a, um. Adj. Unde

SUPERARIA, æ. f. [ἐπενδύτης, Gl. G. L.] [Subaudito Veſtis, quæ ibidem & Inſtam. Puto pro Inſtita. q. V.

SUPĔRO, [ὑπερέχω, ὑπερβαίνω, Gl. L. G. νικῶ, L. G. & G. L.] āre. Supergredi proprie ſignificat, & quaſi ſuperaſcendere & excedere.
Montem ſuperare. Virg. 3. Georg. 270.

— ſuperant montes, & flumina tranant. Virg. 9. Æn. 314.

Liv. 34. 26. Et Parthenio monte ſuperato, præter Tegeam, tertio die ad Caryas poſuit caſtra.
Superante ſalo, ὑπὲρ χειμῶνος τῆς ἅλος. Gloſſ. Latinogræc. Ex Virgil. 1. Æn. 537.
Aſcenſu ſupero faſtigia tecti. Virg. 2. Æn. 303.
Viam ſuperare ſaltu. Virg. 3. Georg. 141.
Superare, Verbum nauticum. Virg. 1. Æn. 242.

Antenor potuit, mediis elapſus Achivis,
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timavi.

Ubi Serv. Superare, Nauticus ſermo. Lucil. Promontorium remis ſuperamus Minervæ. V. Liv. 31. 23. & paſſim.
Superans genua aqua, Excedens. Liv. 26. 45. extr.
Superat ſumptus, Excedit. Plaut. Pœn. 1. 2. 74. Varr. 1. de R. R. cap. 53. Summa enim ſpectanda, ne in ea re ſumptus fructum ſuperet.
Superare, Vincere, Excellere, per tranſlationem. Virg. 5. Ecl. 9.

Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo?

Ter. Eun. 2. 1. 25. Hæc ſuperat ipſam Thaidem.
Si cum aliorum improbitate certet, longe omnes, multumque ſuperabit. Cic. 7. Verr. 114.
Contendere & Superare. Cic. 5. Fam. 8.
Fallere & Superare ſpem alicujus. Cic. 4. in Catil. 23. Quod ſi meam ſpem vis improborum fefellerit, atque ſuperaverit, commendo vobis parvum meum filium.
Vincere & Superare. Cic. 1. de Orat. 150. Si ſubitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.
Adamanta ſuperare duritia. V. ADAMAS.
Curſu ſuperare canem, vel viribus aprum. Hor. 1. Epiſt. 19. 51.
Ferrum ſuperare duritia. Ovid. 2. Epiſt. 137.
Conſtantia & gravitate quempiam ſuperare. Cic. 1. Fam. 9.
Doctrina aliquem ſuperare. Cic. 1. Tuſc. 3. Doctrina Græcia nos & omni litterarum genere ſuperabat.
Dolis ſuperare aliquem. Plaut. Pœn. 5. 2. 150. conſ. Caſ. 4. 4. 4.
Ingenio ſuperavit genus humanum Epicurus. Lucret. lib. 3. 1056.
Nobilitate ſuperare aliquem. Ovid. 3. de Pont. 2. 56.
Opinionem alicujus ſuperare. Cic. 5. Att. 16. Itaque opiniones omnium ſuperavit.
Dolores ſuperat virtute. Ovid. 8. Met. 517.
Injurias fortunæ ſuperare. Cic. 4. de Fin. Varietates autem injuriaſque fortunæ facile veterum philoſophorum præceptis inſtituta vita ſuperabat.
Labores ſuperare. Virg. 3. Æn. 368.
Pugnando ſuperare. Ovid. 9. Met 30. [Sic Prælio, Pugna, Armis hoſtes, vel Certamine ſuperare paſſim, pro Vincere. Sic & Judicio ſuperare. Ubi Græci κρατεῖν & νικᾶν.
Aliquem ferro ſuperare, Occidere. Virg. 1. Æn. 354.

Clam ferro incautum ſuperat, &c.

Superare, [περισσεύειν, Gl. L. G.] Superabundare, ſupereſſe. Virg. 1. Georg. 189.

Si ſuperant fetus, pariter frumenta ſequentur.

Cic. 5. de Fin. 42. Fabellarumque auditione ducuntur, deque eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt. Idem 13. Att. 44.
Aliquot horis die ſuperante acceſſit. Liv. 20. 7.
Superare, Supervivere, & quaſi ſuperſtitem eſſe. Virg. 3. Æn. 339.

Quid puer Aſcanius? ſuperatne, & veſcitur aura?

SUPERANS, antis. Partic. [ἐπικρατῶν Gl. L. G.] ut
Animis ſuperans. Virg. 5. Æn. 473.

Hic victor ſuperans animis, tauroque ſuperbus.

Superantior, [ἐπικρατέστερος] compar. Potentior, validior. Lucret. lib. 5. 395.

Cum ſemel in terra fuerit ſuperantior ignis

SUPERĀTUS, a, um. aliud Partic. [ὑπερνικηθείς, Gl. L. G.] ut,
Bello ſuperatus Amyntor. Ovid. 12. Met. 364.
Juſſa ſuperata novercæ. Ovid. 9. Met. 15. de Hercule.

SUPERĀBILIS, e. Adj. [ὑπερβατός, Gl. L. G.] Quod facile ſuperari poteſt. Liv. 25. 23. Altitudinem muri vel mediocribus ſcalis ſuperabilem. Subaudi Ratus.
Per vim nulli ſuperabilis. Ovid 5. Triſt. 8. 28.

Scilicet ut per vim non eſt ſuperabilis ulli,
Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.

SUPERATIO, ōnis. f. Vitruv. præf. lib. 3. Superatio contrariorum.

SUPERĀTOR, oris. m. Victor. Ovid. 1. Faſt. 641.

— populi ſuperator Hetruſci.

Firmic. lib. 5. cap. 5. in fine, Hominum interfectores erunt, ac nulla ſervata legis æquitate, adverſantium ſibi ſuperatores.

SUPERĀTRIX, īcis. f. Inſcr. apud Fabrett. p. 383. AVRELIAE. CLEOPATRAE. OMNIVM. RETRO. TEMPORIS. CASTARVM. SEV. DISCIPLINARVM. SVPERATRICI. [An DISCIPLINATARVM?

SUPERĀMENTUM, i. n. Quod ſuperat, & ſuperfluum eſt. Ulpian. in l. Ligni. § Oſilius. D. De legat. & fideicom. 3. Sed ſi voluntas non refragatur, etiam virgulæ, & cremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & vitium ſtirpes atque radices continebuntur.

SUPĪNUS, a, um. Adj. [ὕπτιος, Gl. L. G. & G. L.] Reſupinus. Qui jacet ventre cælum verſus: ab antiquo Supo, are. i. e. Jacere. Juven 3. Sat. 280.

— cubat in faciem, mox deinde ſupinus.

Plaut. Ciſt. 2. 3. 78.

Quid nunc ſupina ſurſum in cælum conſpicis?

[De etymo vocis iſtius V. Voſſ. Etymol. conſ. infra SUPUS. Rectius tamen qui a Gr. ὕπτιος arceſſunt, cujus omnes tranſlationes ſervavit, ut ex Suida videre licet. Nos ad SUPRA retulimus, quia & Græcum potius ab ὑπέρ, quam ab ὑπό derivandum videtur, ſuadente ſignificatione.
Curſus ſupinus, i. e. Qui retro fit. Ovid. 4. de Pont. 5. 43.
Digiti ſupini. Catul. Argon. 62. 312.
Jactus ſupinus, pro In altum. Supinantur enim qui ſurſum verſus jaculantur. Liv. 30. 10. Ex roſtratis Pœni vana pleraque, utpote ſupino jactu, tela in locum ſuperiorem mittebant.
Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus. Cic. 1. de Divin. 120.
Ora etiam ſupina cernuntur depulſione luminum. Cic. de Univerſ. 42.
Palmes ſupinus. Martial. 12. 31.

— hæc textilis umbra ſupini
Palmitis.

Venter ſupinus. Hor. 1. Serm. 5. 85.
Vultus ſupinus. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Excipere aliquem ſupinis manibus, quod alias dicitur, Obviis manibus. Tranquil. in Vitel. cap. 7.
Orare manibus ſupinis. Virg. 4. Æn. 205.
Tendere manus ſupinas ad cælum. Liv. 26. 9. & 3. 52.
Supinus, pro Otioſo nonnunquam ponitur, ſeu molli, negligentique. Juven. 1. Sat. 66.

Et multum referens de Mæcenate ſupino.

Animus ſupinus, Iners. Catul. ad Coloniam, 20. 25.
Aure ſupina audire, Negligenter. Martial. lib. 6. 42.
Deliciæ ſupiniores, Major ignavia. Martial. lib. 2. 6.
Ignorantia ſupina, quæ vulgo *craſſa* dicitur. Ulpian in l. Nec ſupina. D. de juris & fact. ignor. Nec ſupina ignorantia ferenda eſt factum ignorantis, nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda.
Supinior arborum tonſura Plin. lib. 17. cap. 23. ad fin.
Supinus, Montuoſus. Hor. 3. Carm. 4. 23.

— ſeu mihi frigidum
Præneſte, ſeu Tibur ſupinum,
Seu liquidæ placuere Bajæ.

Ubi Acron; Supinum, Montuoſum, ut Colleſque ſupinos. Situm autem civitatis deſcripſit, quia in aſcenſu montis eſt conſtituta, ſive in latere montis, ut ait Porphyrius.
Supina valle præcipites egiſtis. Liv. 7. 24.

SUPĪNUM, i. n. a quibuſdam dicitur Verbum participiale, cujuſmodi ſunt Gerundia, quæ Nomina participialia dicuntur. Habet autem ſupinum duas terminationes, UM & U; ut Lectum, Lectu.
Quod in UM finitur, habet ſignificationem Activam. Salluſt. Jugurth. cap. 20. Legatos ad Jugurtham de injuriis queſtum miſit. l. e. Qui quererentur. Ter. And 3. 2. 35.

— miſſa eſt ancilla illico
Obſtetricem arceſſitum ad eam.

In U vero ſupinum, ſignificationis Paſſivæ eſt: jungiturque nominibus Adjectivis. Virg. 3. Æn. 621.

Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.

h. e. Quod nec videre, nec alloqui facile ſit. V. de utroque omnino Voſſ. de Analog. 3. 11. & 12. Sanct. Minerv. 3. 9. & ſeq. cum Perizon. not.

SUPĪNE, Adv. pro Negligenter. Senec. lib. 2. de Benef. 24. Alii beneficia ſupine accipiunt.

SUPINITAS, ātis. f. Quintil. lib. 11. cap. 3. Eſt odioſa omnis ſupinitas.

SUPĪNO, [ὑπτιάζω, Gl. G. L.] āre. Supinum facere. Stat. 6. Theb. 786.

Præcipitatque retro juvenem, atque in terga ſupinat.

Supinare, pro Erigere in arrogantiam. Solent enim arrogantes incedere ſupini. Senec. lib. 2. de Benef. 13. Libet interrogare, quid tantopere ſe ſupinet, quid vultum habitumque oris pervertat, ut malis habere perſonam, quam faciem.

SUPĪNOR, [ὑπτιάζομαι] āri. paſſ. Hor. 2. Serm. 7. 38.

— naſum nidore ſupinor.

Ubi Acron interpres; Naſum, inquit, nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Accuſativum addidit verbo paſſivo, quemadmodum Virg 7. Æn. 640.

Loricam induitur, fidoque accingitur enſe.

Stat. 12. Theb. 245.

SUPI-

Supinatus, a, um. [ὑπτιασθείς] Partic. ut
Cornu ſupinatum, Arcus retenſus. Stat. 9. Theb. 870. De arcu loquitur, cui nervus fuerat inciſus ab adverſario.
Glebas ſupinatas Aquiloni oſtendere. Virg. 2. Georg. 261.
Manus ſupinata. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Os ſupinatum. Stat. 5. Theb. 585.

Superabilis, V. supero in super.

Superabundo, [ὑπερπερισσεύω, ὑπερπερισσεύω, Gl. G. L.] āre. Redundare. Ulpian. in l. Non ſolent. D. De diverſis reg. jur. anti. Non ſolent, quæ ſuperabundant vitiare ſcripturas.

Superaddo, ĭdi, ĭtum, [ἐπιπροστίθημι] ĕre. Ultra addere. Virg. 5. Ecl. 38.
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis. Propert. 2. 25. 35.
Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto.
Carmen ſuperaddere tumulo. Virg. 5. Ecl. 42. [Poteſt, ut & in ſeq. diviſe legi.

Superadsto, ſtiti, āre. Manil. 1. 909.
— laceroſque prius ſuperadſtitit artus.

Superædificium, [ἐποικοδόμιον, Gl. G. L.] conſ. superficium.

Superæquani, Populi in quarta regione Italiæ, quos Sulmonenſibus vicinos eſſe Plin. commemorat, lib. 3. cap. 12.

Superago, ēgi, actum, ĕre. Tibull. 4. 1. 158.
— ubi non unquam Titan ſuperegerit ortus. Sic legit Joſ. Scaliger ex MSS. al. Superingerit.

Superaggĕro, āre. Columel. lib. 12. cap. 44. Factæ ſcrobi operculum imponitur, & paleato luto circumlinitur, eaque humus, quæ fuerat egeſta, ſuperaggeratur. [An Eoque?
An Superaggeritur? H. St. Solent hæc miſceri. Sed V. aggero.

Superaunata, Tunica omnium oculi tunicarum extima, corneæ extrinſecus adhærens, unde & nomen accepit ἐπιπεφυκὼς χιτών.

Superallĭgo, [ἐπιδέω] āre. Plin. lib. 30. cap. 6. Caninus ſi viventi eximatur, & in cibo ſumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem ſuperalligant.

Superalto, [ὑπερυψῶ. Gl. G. L.] āre.

Superamentum, V. supero, in super.

Superbibo, bibi, bibitum, [ἐπιπίνω] ĕre. Poſtea bibere. Plin. lib. 23. cap. 1. Itemque jugi ſuperbibere ebrietati, quam quidem frigidæ potus extemplo diſcutit.

Superbio, īvi, ītum, [ὑπεραίρομαι, ὑπερφρονῶ, Gl. G. L.] īre. Compoſitum ex Super & Eo, is, a melioris ſoni gradu, interpoſita: & e in b mutata. Eſt autem Superbire, vel ipſo inceſſu, vel faſtu quodam ſeſe extollere. [Niſi potius a Superbus, ut Protervio, a Protervus; Sævio, a Sævus, &c.
Patriis actis ſuperbire. Ovid. 8. Epiſt. 43.
Forma ſuperbire. Ovid. de Medic. faciei, 33.
Nomine avi ſuperbit ille. Ovid. 12. Met. 218.
Equæ comantes gloria ſuperbiunt. Plin. lib. 10. cap. 63.
Superbire, ad inanimata tranſlatum. Plin. 37. 7. extr. Hac certe (gemma) apud Menandrum & Philemonem fabulæ ſuperbiunt. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 337.
— Phlegræis ſilva ſuperbit
Exuviis, totumque nemus victoria veſtit. h. e. Nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

Superbia, æ. f. [ὑπερηφανία, ὑπεροψία. Gl. G. L.] eſt Supergrediens elatio mentis. Cic. in Partit. 81. Magnitudinem animi ſuperbia imitatur, in animis extollendis. Idem 6. Verr. 89.
Superbiam, faſtidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Cic. 1. Off. 90.
Domicilium ſuperbiæ, & ſedes luxuriæ. Cic. 2. de Lege Agr. 96.
Damnoſa ſuperbia in vultu. Ovid. 3. de Arte Am. 509.
Abjicere ſuperbiam. Plaut. Merc. 5. 2. 10.
Accipere aliquid in ſuperbiam. Tacit. 6. Ann. 13.
Facere aliquid ſuperbia & inhumanitate. Cic. 2. de Orat. 99.
Parere ſuperbiam. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Ponere ſuperbiam. Hor. 3. Carm. 10. 9.

Superbus, a, um. Adj. [ὑπερήφανος, ὑπερόπτης, Gl. G. L.] Arrogans & faſtuoſus. Virg. 3. Æn. 326.
Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum. Idem 10. Æn. 514. Catullus in Julium Cæſarem, 27. 6.
Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens.
Superbum iſtud & regium, niſi adoptes eum, quem conſtet imperaturum fuiſſe, etiam ſi non adoptaſſes. Plin. in Paneg. H. St. Exſtant cap. 7. extr. conſ. Cic. pro Sull. 25. & infra ad fin.
Male autem exponitur & ἀλαζών, quaſi idem, quod ὑπερήφανος, apud Suidam in Σύπερβος. Σύπερβος παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ὑπερήφανος. Et in fine ὑπερόπτης τε καὶ ἀλαζών. Ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε, λέγεται ἂν ὁ ἀλαζὼν ἐν συνηθείᾳ τῶν ἄλλων [illegible]. Male confudit ἀλαζὼν cum ὑπερήφανος. At ego ὑπερήφανος quidem ſonare idem, ſed aliunde deduci videtur, ex ὑπερφανής. H. St. V. Voſſ. Etymol.
Superbus cæde ferarum. Ovid. 2. Met. 442.
Pecunia ſuperbus. Hor. Epod. 4. 5.
Superbus, Nobilis, magnificus, excellens. Virg. 1. Æn. 25.
Hinc populum late regem, belloque ſuperbum.
Superbus viribus. Plaut. Amph. 1. 1. 59.
— magnanimi viri, freti virtute, & viribus
Superbi.
Superbus, Altus, elatus. Virg. 7. Æn. 630.
— Atina potens, Tiburque ſuperbum. h. e. Alte extædificatum, vel etiam Magnificum.
Superbus, Ornatus. Virg. 2. Æn. 504.
Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi.
Opibus ſuperbi omnes. Virg. 5. Æn. 268.
Superbus, pro Magnifico, glorioſo, & præſtanti. Hor. 1. Carm. 35. 4.
— vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.
Superbus, Opulentus. Virg. 9. Æn. 324.
— ſimul enſe ſuperbum
Rhamnetem aggreditur.
Superbus, Iniquus. Virg. 8. Æn. 118.
Quos illi bello profugos egere ſuperbo.

Superbos antiqui propter pompam funeris, Mortuos dixere. Plaut. Amphit. 1. 1. 201.
Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis. i. e. Occidam. Nonius 2. 784.
Achilles ſuperbus. V. achilles.
Ager ſuperbus. Martial. lib. 1. 8.
Aures habere ſuperbas. Liv. 34. 5. extr.
Conjugium ſuperbum. Virg. 3. Æn. 475.
Corpus ſuperbum. Hor. 2. Serm. 2. 109.
Curru ſuperbo victor ſtetit. Senec. Troad. 2.
Dominis parere ſuperbis. Virg. 12. Æn. 236.
Faſtidia ſuperba. Virg. 2. Ecl. 15.
Forma ſuperba. Ovid. 21. Epiſt. 33.
Fortuna ſuperba. Hor. 1. Epiſt. 2. 67.
Gentes frenare ſuperbas. Virg. 1. Æn. 527.
Greſſus glomerare ſuperbos. Virg. 3. Georg. 117.
Honor ſuperbus. Stat. 1. Achill. 279.
Inſigne ſuperbum belli. Virg. 8. Æn. 683.
Judicium aurium ſuperbiſſimum. Cic. in Orat. 150.
Jus ſuperbum. Cic. 3. de Legib. 23.
Juvenis ſuperbus. Virg. 3. Æn. 326.
Merum ſuperbum, Vinum pretioſum. Hor. 2. Carm. 14. 27.
Oculi ſuperbi. Ovid. 6. Met. 169.
Palla ſuperba. Ovid 3. Amor. 13. 26.
Pira ſuperba. Columel. lib. 5. cap. 10.
Regna ſuperba. Tibull. lib. 1. 9. 80.
Reges ſuperbi. Lucret. lib. 5. 1221. Cic. 6. Att. 3.
Sceptra ſuperba. Lucret. lib. 5. 1236.
Sedes ſuperbæ. Virg. 2. Æn. 785.
Tecta ſuperba. Virg. 7. Æn. 12.
Triumphus ſuperbus. Hor. 1. Carm. 37. 32.
Verba ſuperba. Ovid. 5. Triſt. 8. 8.
Victor ſuperbus. Virg. 3. Georg. 226.
Præbere ſe ſuperbum in fortuna. Cic. 8. Att. 4.
Laudato pavone ſuperbior. Ovid. 13. Met. 802.
Utrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quod te imperator conſulit? Cic. 7. Fam. 13.
Superbum eſt enim, Judices, & non ferendum, dicere Prætorem in provincia homini honeſto, locupleti, ſplendido, Vende mihi vaſa cælata. Cic. 6. Verr. 45. Conſ. ſupra Superbum iſtud & regium.

Superbe, Adv. [ὑπερηφάνως] Elate, faſtuoſe. Ter. Phorm. 5. 8. 22. Satin' ſuperbe illuditis me?
Dictum ſuperbe. Lucret. lib. 5. 1223.
Superbe reſponſum reddere. Liv. 2.
Superbius aliquem appellare. Cic. pro Lege Manil. 21.
Accipere preces alicujus ſuperbius. Tacit. 2. Ann. 37.

Superbĭter, Adv. antiquum, Idem quod Superbe. Afr. Pantaleont. Illa ſuperbiter imperat. Nævius, Superbiter contemptim conterit legiones. V. Nonium 11. 48.

Superbĭficus, a, um. Adj. [γαυροποιός] Senec. Herc. furen. 58.
De me triumphat, & ſuperbifica manu
Atrum per urbes ducit Argolicas canem. h. e. Quæ ſuperbum facit Herculem, ob tam multas victorias. Canem, Cerberum.

Superbĭlŏquentia, æ. f. [μεγαληγορία] Elatus atque arrogans ſermo. Cic. 4 Tuſc. 35.
Ob ſcelera, animique impotentiam & ſuperbiloquentiam.

Supercalco, [ἐπιπατῶ] āre. Columel. lib. 12. cap. 39. Ubi unum tabulatum feceris, vinum vetus conſpergito, poſtea alterum ſupercalcato, & item vinum conſpergito.

Supercerno, crēvi, crētum, [ἐπικρίνω] ĕre. Plin. lib. 17. cap. 12. Terraque cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine.

Supercĭdo, cĭdi, cāſum, [ἐπιπίπτω] ĕre. ex Super & Cadere. Columel. lib. 4. cap. 9. Ne ſi tranſverſa fuerit cicatrix, cæleſtem ſupercidentem aquam contineat. Alia exemplaria habent Superincidentem.

Supercĭlium, i. n. [ὀφρύς, Gl. L. G. & G. L. ἐπισκύνιον, G. L.] ex Super & Cilium; Ultima pars frontis, pilis veſtita, quæ ciliis prominet. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia, & in iis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maxime indicant faſtus. Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiuſque invenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet. Subjacent oculi, pars corporis precioſiſſima, & qui lucis uſu vitam diſtinguunt a morte.
Supercilium dicitur quod ſupra cilium ſit, id eſt integimentum oculi ſuperius. Feſtus.
Supercilia in Junonis tutela eſſe putabant, quod iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Junonem. Unde & Lucina dicta eſt. Paulus ex Feſto.
Superciliorum remiſſio aut contractio, mæſtitia, &c. Cic. 1. Off. 146.
Abraſa ſupercilia. Cic. pro Roſc. Com. 20.
Conſtricta ſupercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Depreſſum & ſublatum ſupercilium. Cic. in Piſon. 14.
Diffidenda ſupercilia. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Duris ſuperciliis torva. Ovid. 17. Epiſt. 16.
Hirſutum ſupercilium. Virg. 8. Ecl. 34.
Inflexa juxta tempora ſupercilia. V. inflecto.
Severi ſupercilii matrona, Severæ gravitatis. Ovid. 2. Triſt. 309.
Triſte ſupercilium, Auſtera caperataque frons. Lucret. lib. 6. 1182.
Allevare ſupercilia ad ſingulos vocis conatus. Quintil. lib. 1. cap. 18.
Contegit libidines fronte & ſupercilio. Cic. de Provinc. Conſ. 8.
Decipere aliquem rugis & ſupercilio. Cic. Poſt redit. in Senat. 14.
Demere ſupercilio nubem. V. nubo.
Loqui vibrante ſupercilio. Ovid 2. Amor. 5. 15.
Niti ſupercilio. Cic. pro Sext. 19. Ut illa ſupercilio Reſpub. tanquam Atlante cælum, niti videretur.
Ponere ſupercilium, Deponere ſeu deprimere. Auctor laſcivi illius carminis, quod poſitum eſt initio luſuum in Priapum,
Carminis incompti luſus lecture procaces,
Conveniens Latio pone ſupercilium.
Tollere ſupercilia, Catullus ſignum eſſe voluit hominis irati, & qui ma-

lum alicui minaretur: his enim vultus indiciis, animi ſenſus aperiuntur. Sic autem Epigr. 65. 46. ad Janum,

Præterea addebat quendam, quem dicere nolo
Nomine, ne tollat rubra ſupercilia.

Supercilium, pro Nutu. Hor. 3. Carm. 1. 8.

Reges in ipſos imperium eſt Jovis
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio moventis.

Supercilium, pro Superbia aliquando ponitur. Juven. 6. Sat. 167.

— ſi cum magnis virtutibus affers
Grande ſupercilium.

Cic. 2. pro Lege Agr. 93. Hunc Capuæ, Campano ſupercilio, ac regio ſpiritu, cum videremus, &c. Martial. lib. 1. 5.

Terrarum dominum pone ſupercilium.

h. e. Imperatoriam gravitatem. Plura exempla in ſuperioribus V.

Supercilium ſalit. Quoties bona quædam ſpes titillat animum noſtrum, dicere licebit nobis Salire ſupercilium. Ita Pſeudolus apud Plaut. 1. 1. 105. Sumptum a vulgi ſuperſtitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus: ut ſi quod membrum pruriat præter evidentem cauſam: ſi dexter oculus ſaliat: ſi auris dextra tinniat. Nec me fallit aliter legi apud Plautum: verum & ipſa ſententia, & metri ratio docet eſſe legendum, ut a me poſitum eſt. Sic enim legendi ſunt ſenarii Iambici,

Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inventurum eſſe auxilium argentarium.
C. At id futurum unde? P. unde dicam, neſcio,
Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

Eraſm. in Chiliad.

Supercilium montis, pro Summitate per translationem. Liv. 27. 20. Ipſe expeditos, qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant, ad levem armaturam, infimo ſtantem ſupercilio, ducit. Plin. lib. 6. cap. 5. Inde promontorium Crouex, quo ſupercilium arduum tenent Toretæ. Virg. 1. Georg. 108.

Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam
Elicit.

Stat. 6. Theb. 63.

Molle ſupercilium. De pyra erecta in funere pueri.

SUPERCILIŌSUS, a, um. Adj. Severus. Sen. Epiſt. 123. Triſtes & ſuperciliosi alienæ vitæ cenſores. Sidon. 7. 9. Superciliosæ frontis arbitrium.

SUPERCONTĔGO, ĕre. Celſ. lib. 4. cap. 1. Renes vero diverſi, qui lumbis ſummis coxis inhærent, parte earum reſimi, ab altera rotundi, qui & venoſi ſunt, & ventriculos habent, & tunicis ſuperconteguntur: ac viſcerum quidem hæ ſedes ſunt. Al. diviſa ſcribunt, ut ſit Super Adv. pro Superne.

SUPERCORRUO, ĕre. Valer. lib. 5. cap. 6. Factaque ingenti ſtrage telis obrutus ſupercorruit. Et hic diviſe ſcribi poteſt.

SUPERCRESCO, [ὑπεραυξάνω, Gl. G. L.] ĕre. Celſ. lib. 6. cap. 6. De oculorum ulceribus ſupercreſcentibus. Idem lib. 5. cap. 28. De carcinomate, Si id nimium ſupercrevit, tentanda ſquama æris eſt. Quintil. Declam. 5.

SUPERCŪBO, [ὑπερκοιμάομαι] āre. Superjacere, ſuperdormire. Columel. lib. 7. cap. 4. Perforatis tabulis, quibus ovilia conſternuntur, ut grex ſupercubet. Vel diviſe quoque.

SUPERCONNOM, i. n. [illegible], [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.

SUPERCURRO, ĕre. Supercurrere ager dicitur vectigali, quum habet ampliorem proventum. Plin. 3. Epiſt. 18. Et ager ipſe propter hoc, quod vectigali longe ſupercurrit, ſemper dominum, a quo exercetur, inveniet.

SUPERDĪCO, xi, ctum, [ἐπιλέγω] ĕre. Dictis addere. Dicere præter id quod dictum eſt, Subjungere dictis. Cic. 2. de Legib. 53. Superdicebant qui quid cœpiſſet aſtringi. Al. diviſe Super dicebant.

Superdici in l. 13. in fin. D. de jurejurando: eſt Præconis voce, & ut cum Apulejo loquar, boatu pronuntiari, & proclamari, ut & in l. 16. C. ex quib. cauſis infamia irrog.

SUPERDO, dĕdi, dătum, [ἐπιτίθημι] āre. Celſ. lib. 7. cap. 8. Purgationis cauſa paulum mellis imponendum, dein glutinantia ſuperdanda. Ibid. cap. 7. Niſi diviſe melius ſcribitur.

SUPERDŪCO, xi, ctum, [ἐπάγω, Gl. G. L.] ĕre. Præter jam adducta, alia adducere. Plaut. Truc. 2. 6. 53.

— pœnitetne te, quot ancillæ ſint jam?
Quin etiam ſuperducas, quæ mihi comedint cibum.

Superducere novercam, pater tum dicitur, cum priore uxore mortua, filiis prioris matrimonii novercam inducit. l. ult. De bon. mater. In C. Theod. 381. Quintil. Argum. Declam. 381. Quidam filio ſuperduxit novercam, & ex ea aliam filiam ſuſcepit. Sic & Decl. 373. Plin. lib. 6. Epiſt. 33. pr. ad Rom. Inducere novercam eodem ſenſu dixit. Sic Argum. Decl. 2. & 6. Quintil.

Capitolin. in fine vitæ M. Aurelii. Puto & Græcos ita loqui. Vide in Epigr. Gr. de illa quæ rogat maritum, ne novercam natis induceret. H.St. Capitolini verba hæc ſunt, Sed ille concubinam ſibi adſcivit, procuratoris uxoris ſuæ filiam, ne tot liberis ſuperduceret novercam. Græcum autem epigramma ejuſmodi extat, Apollonidæ tit. 11. 2. Anthol. ubi tamen nihil quod huc pertineat.

SUPERĔDO, ēdi, ēſum, [ἐπεσθίω] ĕre. Poſtea edere. Plin. lib. 19. cap. 6. Menander, e Græcis auctor eſt allium edentibus, ſi radicem betæ, in pruna toſtam, ſuperederint, odorem extingui. Niſi diviſa ſcribas.

SUPERĔMICO, ui, āre. Sidon. Carm. 15.

Hinc fieri, ut terram levior ſuperemicet unda.

Al. Super emicet.

SUPERĔMĬNEO, ui, [ὑπερέχω] ēre. Amplius eminere. Columel. lib. 12. cap. 47. Ut olivæ premantur, & jus ſupereminent. Virg. 6. Æn. 856.

— victorque viros ſupereminet omnes.

Supereminet extra aquam. Plin. lib. 26. cap. 8.

SUPERĔNĀTO, āre. Lucan. lib. 4. 133.

Primum cana ſalix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim: cæſoque induta juvenco,
Vectoris patiens, tumidum ſuperenatat amnem.

Alii legunt, Superemicat. Cæſo juvenco, i. e. Corio bubulo.

Fluctus ſuperenatat omnes. Alcim. 4. 240. [An Supereminet?

SUPERĔO, ire. Ire ſuper. Lucret. lib. 3. 1044.

Ac pedibus ſalſas docuit ſuperire lacunas. [Hic omnino dividendum.

SUPERĔRŎGO, āre. Super, quam quod requiſitum eſt, erogare, vel ſacere. Auguſt.

SUPERĔROGATIO, SUPERĔROGATOR, SUPERĔROGATŌRIUS, apud Eccleſiaſticos ſcriptores.

SUPERESCIT, ſignificat Supererit. Ennius,

Dum quidem unus homo Romæ toga ſupereſcit.

& Attius in Chryſippo: Quin hic ſupereſcit, Spartam, atque Amyclas trado Sed per ſe, Super, ſignificat quidem Supra: ut cum dicimus Super illum ſedit. Verum ponitur etiam pro De, Græca conſuetudine, ut illi dicunt ὑπέρ. Plaut. in Mil. glor. 4. 5. 13. Mea opera ſuper hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. In Phaſmat. Eho tandem percipin ſuper rebus noſtris, loqui te. Pacuv. in Med. Qua ſuper re interfectum eſſe Hippotem dixiſti? Cato contra Annium, Nemo antea fecit ſuper tali re, cum hoc magiſtratu utique rem. Afran. in Virgin. Alia de rebus in qua cœpiſti ſuper re. Hæc Feſtus. V. in dictione SUPER, & ESCIT.

SUPERĔVŎLO, āre. Lucan. lib. 3. 299.

Agmine nubiferam rapto ſuperevolat Alpem.

h. e. Celeriter ac raptim tranſcendit.

SUPEREXCURRO, ĕre. Effluo; de rebus inanimatis plerunque dici ſolet. Ulpian. in l. 1. §. Si arbor. De arborib. cædendis. lib. 43. tit. 27. Si arbor (inquit) ædibus alienis impendeat, utrum totam arborem jubeat Prætor adimi, an vero id ſolum quod ſuperexcurrit, quæritur.

SUPEREXIGO, ĕre. Supra quam oportuit exigo, aut iterato exigo: unde & SUPEREXACTORES in jure Civili dicti ſunt. & SUPEREXACTIO. Arcad. Si quis exactorum ſuperexactionis crimine fuerit confutatus. & Rubrica de Superexactoribus lib. 10. C. tit. 21. Niſi ibidem legendum putes de Superexactionibus.

SUPERFĔRO, fers, tŭli, lātum, [ἐπιφέρω, ὑπερτίθημι] ferre. Plin. lib. 32. cap. 10. Sed ſi caſtoreum, fibrumve ſupergrediatur gravida, abortum facere dicitur, & periclitari partus ſi ſuperferatur. Idem lib. 28. cap. 8.

SUPERLĀTUS, a, um. Partic. [ὑπερθετικός] ut, Superlata nomina, Superlata verba; Quæ augendi cauſa in oratione proferebantur. Cic. in Partit. 53. Illuſtris autem oratio eſt, ſi & verba gravitate delecta ponuntur, ac translata & ſuperlata, & ad nomen adjuncta, & duplicata.

Superlatum pileum, Surſum in modum vexilli elatum. Valer. Max. lib. 8. cap. 6. 2. Cajus autem Marius, quum magnum & ſalutarem Reip. civem in L. Saturnino opprimendo egiſſet, a quo in modum vexilli pileum ſervituti ad arma capienda oſtentatum erat, Lucio Sulla cum exercitu in Urbem irrumpente, ad auxilium ſervorum, pileo ſuperlato, confugit. Sublato in noviſſime editis legitur.

SUPERLATIO, ōnis. f. [ὑπερβολή, Gl. G. L.] Ipſe ſuperferendi actus.

Superlatio, apud Oratores. Cic. 3. de Orat. 201. Tum augendi, minuendive cauſa veritatis ſuperlatio atque trajectio, & rogatio, atque huic finitima quaſi percontatio, expoſitioque ſententiæ ſuæ. Quintil. lib. 1. cap. 10. Licet per comparationes & ſuperlationes.

Superlatio, eſt Oratio ſuperans veritatem, alicujus augendi minuendive cauſa. Auctor ad Heren. lib. 4. 45.

Superlatio, pro Inſigni cognomine a re aliqua ſumpto: ut quum aliquis Sapiens, per excellentiam vocatur. Valer. Max. lib. 6. cap. 9. 12. de Craſſo, Quid? Craſſo nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpem Decoctoris ſuperlationem injunxit. In emendatis codd. Sugillationem extat.

SUPERLĀTĪVUS, a, um. Adj. [ὑπερθετικός, Gl. L. G. & G. L. ὑπερθετικός, G. L.] ut, Superlativus gradus: de quo abunde apud Grammaticos.

Superlativum, cum Quam. Liv. 34. 32. pr. Cum tyranno inſtituere amicitiam, & eo tyranno, quam qui unquam fuit, ſæviſſimo & violentiſſimo in ſuos.

Superlativum a Comparativo interdum ſuperatur. Liv. 3. cap. ult. pr. Orare, ne peſſimum facinus pejore exemplo admitterent, judices.

SUPERFĒTO, [ἐπικυΐσκω, ἐπικύησις] āre. Superfetare dicuntur quædam animalia, dum poſt unum fetum editum, rurſum alium edunt, uno aut altero die, aut paulo pluribus. Plin. lib. 10. cap. 63. Daſypodes ſuperfetant, ſicut lepores. Idem lib. 7. cap. 11. Præter mulierem, pauca animalia coitum novere gravida. Unum quidem omnino, aut alterum ſuperfetat.

SUPERFETĀTIO, ōnis. f. Secundarius conceptus prægnantis, quam *ſuperimprægnationem* vulgus appellat. Bud. in Not. ad Pandect. l. Antiqui vero. D. ſi pars heredit. petat.

SUPERFICIĒS, ēi. f. [ἐπιφάνεια] ex Super & Facie; quaſi Superfacies, vel ſuperior facies, ſuperior pars cujuſcunque rei, & facies, quæ exterior ab oculis cernitur. Plin. lib. 11. cap. 48. Quia longitudo ſuperficiem corporum ſolam ampliat.

Ædium ſuperficies. Cic. 4. Att. 2. Idem 4. Att. 1. extr. Qui ſi ſuſtulerint religionem, aream præclaram habemus, ſuperficiem Conſules ex Senatuſconſulto æſtimabunt. [Gloſſ. Latinogræc. Superficies [illegible], [illegible]. Græcolat. item, [illegible], Imperficium, ſuperficies, cœnaculum.

Superficies, in ædificiis dicitur Domus, quæ in alieno ſolo ſive area ædificata eſt. Itaque fieri poteſt, ut ejuſdem domus duo ſint domini: alter domus ſuperficiariæ, alter ſoli. Paul. in l. Damni infect. §. Ei qui. D. de Damno infecto, Ei qui in conducto ſolo ſuperficiem impoſuit, dominus ſoli, quod vitio ſoli damnum futurum ſit, cavere non debebit: nec ſoli domino ſuperficiarius. Jabolenus in l. eum qui. In prin. Quum ædes ex duabus rebus conſtent, ex ſolo & ſuperficie. Julia. in l. Si quis teſtam. §. Qui fundum. D. de legatis primo. Appellatione ædificii aut ſuperficiem ſignificat, aut ſolum quoque cui ædificium ſuperpoſitum eſt. Ulp. in l. Hoc amplius. §. Quæſitum eſt. D. de Damno infect. Quæſitum eſt, ſi ſolum ſit alterius, ſuperficies alterius: ſuperficiarius utrum repromittere damni infecti, an ſatiſdare debeat? Et Julianus ſcribit, quoties ſuperficiaria inſula vitioſa eſt, dominum & de ſoli & ædificii vitio repromittere: aut eum, ad quem ſuperficies pertinet, de utroque ſatiſdare. Pompon. in l. Inter quos. §. Damni. eo. tit. Ei qui ſuperficiariam inſulam habet, utilis eſt ea ſtipulatio, ſi quid in ſuperficie damni datum fuerit: & nihilo minus etiam ſoli domino utilis eſt, ſi ſolo damnum datum fuerit, ut ſi tota ſuperficies tolleretur. fraudabitur enim dominus ſoli in penſione percipienda.

Superficies mathematicis eſt, Quæ longitudinem, & latitudinem tantum habet. Cujus quidem termini ſunt lineæ. Eſt igitur Superficies plana

ab

ab una linea ad aliam breviſſima extenſio, in extremitates ſuas eam recipiens. Euclid. 1. Elemen.

Superficium, i. n. [[illegible], Gl. G. L.] apud Pomponium legitur in hunc modum. Si ex lapicidinis dotalis fundi, lapidem, vel arbores, quæ fructus non eſſent; ſive ſuperficium ædificii dotalis, voluntate mulieris vendiderit, nummi ex ea venditione ſunt dotis. Sic in l. j. D. de ſuperficiebus. Gajus lib. 2. Inſtit. tit. 1.

Superficiarius, a, um. Adj. [[illegible]] ut, Superficiariæ ædes, Quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quorum proprietas & civili & naturali jure, ejus eſt, cujus eſt ſolum. Hactenus Cajus de ſuperficiebus. l. Superficiarias.

Superficiarius, Qui in alieno ſolo ſuperficiem habet, ita ut certam penſionem præſtet. Auctor eſt Paul. l. 74. D. de Publician. Senec. Epiſt. 88. Mathematica, ut ita dicam, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat.

Superficiaria prædia, Quæ in conducto ſolo certa penſione annua habentur. l. 10. D. famil. erciſcund. l. 49. D. de verb. ſig. l. 16. in fin. D. de pignor. act. Superficiarias enim ædes in conducto ſolo poſitas dixit Gajus in l. ultima. D. de ſuperfic. ſic & Superficiaria inſula, in l. 12. §. j. D. de Publician. l. j. §. Et generaliter. D. de vi & vi armat. l. 9. §. Quæſitum l. 39 §. damni. D. de damno infecto. Et Superficiarius fundus. l. j. D. quib. mod. uſufr. amit.

Superficiarius, [[illegible]] Superficietenus apparens. Apud vett. non occurrit.

Superfio, ĕre. non vero Impersonaliter, uti quidam opinati ſunt; eſt Supereſſe, reſtare, redundare, ſuperfluere. Hinc Superfieri, & Superficiens. Columel. lib. 12. cap. 1. Tum ſeparare quæ conſumenda ſunt, & quæ ſuperfieri poſſunt cuſtodire, ne ſumptus annuus, menſtruus fiat. Ulpian. Idem ajunt, aquam pluviam in ſuo retinere, vel ſuperficientem, ex vicini in ſuum derivare. tit. de Aqua & aqua plu. arcend lib. 39. P. Sunt qui apud Ulpian. Superfluentem, ſed contra veritatem antiquorum codicum, legant. Quæ enim aqua ſuperfluit, non derivatur: ſed ipſa impetu ſuo ſpargitur. Quæ ſuperficit, id eſt, ſupereſt vicino, recte derivari poteſt: Quod enim tibi non nocet, & vero mihi prodeſt: Naturæ communitate, mihi deberi juſtum eſt.

Superflōreſco, ui, [[illegible]] ĕre. Plin. lib. 19. cap. 5. Particulatim cucumis floret, ſibi ipſe ſuperfloreſcens.

Superfluo, xi, xum, [[illegible], Gl. G. L.] ĕre. Abundare, redundare. Plin. lib. 31. cap. 4. Apolloniæ in Ponto fons juxta mare, æſtate tantum ſuperfluit, & maxime Canis ortu: parcius ſi frigidior ſit æſtas.

Superfluens, entis. Partic. Redundans. Cic. de Clar. Orat. 16. Is dedit operam, ſi modo id conſequi potuit, ut nimis redundantes nos, & ſuperfluentes juvenili quadam dicendi impunitate & licentia, reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentes coerceret.

Superfluens pecunia. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 11.

Superfluus, a, um [[illegible], Gl. G. L.] Adj. ut, Fructus ſuperflui. Pap. in l. Deducta. §. ult. D. Ad SC. Trebell.

Superfluum bonorum. Ibid.

Superfluus, cum Dativo. Plin. in Paneg. cap. 82. Hoſtium, quibus moris eſt, eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis ſuperfluа, nunc liquida ac deferentia, luſtrare navigiis.

Superfluĭtas, ātis. f. [[illegible]] Plin. lib. 14. cap. 1. Aliæ improbo reptatu, pampinorumque ſuperfluitate, atria media complentes.

Superfœtatio, **Superfœto**, V. superfeto.

Superfŏrāneus, a, um. Adj. Idem ac Circumforaneus. Sidon. 1. 7. Trepidatio ſuperforanea. Symmach. 3. Epiſt. 48. Superforanei laboris eſt commendare conſpicuos. [Idem ac Supervacuus. Voſſ. de Vit. ſerm. 3. 52.

Superfŭgium, i. n. [[illegible], Gl. L. G.] Idem quod Suffugium.

Superfulgeo, ſi, ſum, [[illegible]] ēre. Stat. 1. Silv. 2. 33.

> Ipſe autem, puro celſum caput aëre ſeptus,
> Templa ſuperfulges, & proſpectare videris.

[Niſi Anaſtrophe, eſt Templa ſuper, diviſeque legendum.

Superfundo, fūdi, fūſum, [[illegible], Gl. G. L.] ĕre. de liquoribus dicitur, quum alicui rei ſuperjiciuntur. Columel. lib. 12. cap. 57. Hanc miſturam, quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito.

Superfundens ſe lætitia, per translationem, pro Ubertim ſeſe oſtendens. Liv. 5. 7.

Superfuſus Tiberis, Inundans. Liv. 7. 3.

Superfuſa gens montibus Caucaſiis, Conſperſim fuſa. Plin. lib. 6. cap. 13.

Superfuſi hoſtes. Liv. 39. 49.

Corpora ſuperfundi dicuntur a Senec. de Tranquill. vit. Quæ ſunt nimiæ vaſtitatis.

Superfuſio, ōnis. f. Ammian. 27. 25. Aquarum cæleſtium ſuperfuſio. Pallad. 1. 17. Pavimenti ſuperfuſio.

Superĕgero, geſſi, geſtum, [[illegible]] ĕre. Superjacere, & quaſi aggeratim ſuperimponere: nam proprie de terra dicitur. Columel. lib. 11. cap. 3. Prædicti deinde funes, de tabulato prompti, explicantur, & in longitudinem per utrumque ſulcum porrecti obruuntur, ſed ita, ut non nimium ſupergeſta terra, ſemina ſpinarum, quæ inhærent toris funiculorum, enaſci poſſint.

Supergeſtum orificium. Apul. Met. 9. p. 23d. Elmenh.

Supergrădior, ſive **Supragrĕdior**, ĕris, greſſus ſum, [[illegible], Gl. G. L.] grĕdi. Super aliquid greſſum facere. Plin. lib. 28. cap. 7. Abortum facit illitus, aut ſi omnino prægnans ſupergrediatur. Stat. 5. Silv. 3. 114. Ore ſupergreſſus Pylii ſenis.

Supergredi omnem laudem, Excellere. Quintil. lib. 6. in procem.

Superhăbeo, ui, itum, ēre. Omittere. Celſ. 7. 20. Eodem tempore ſuperhabendum eſt cataplaſma. conf. Inſuper habeo, in insuper.

Superi, V. superus, in super.

Superjăcio, & **Superjĭcio**, jēci, jactum, & jectum, [[illegible]] ĕre. Columel. lib. 2. cap. 16. Quæque temporibus Autumni frutetis & arboribus delapſa folia ſuperjaciebantur, mox converſa vomeribus, &c.

Superjicere, Addere. Liv. 10. 30. Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt; etiam vero ſtanti. Sed ſuperjecere quidam augendo, fidem, qui in hoſtium exercitu, peditum quadringenta millia cccxxx, equitum ſex & xl millia, mille carpentorum ſcripſere fuiſſe.

Superjacto, [[illegible], [illegible]] āre. frequent. Plin. lib. 9. cap. 15. Quod & alias faciunt, aliorum vim timentes, mugiles maxime, tam præcipuæ velocitatis, ut tranſverſa navigia interim ſuperjactent. i. e. Tranſcendant jactu. Val. Max. 9. 2. 4. Alios ſuperjactatos præcipi juſſit.

Superjectus, ūs. m. [[illegible]] Columel. lib. 6. cap. 36. Ita enim efficitur, ut ejus objectu, quum eum etiam ſuperjectu eblanditus eſt, velut incenſus & obcæcatus cupidine, ſubtracta quam petierat, faſtiditæ imponatur equæ. Loquitur de aſino, cui objecta erat aſina, quamque ipſe aſcenderat. Superjectu itaque, i. e. Initu.

Superjectio, ōnis. f. [[illegible]] Quintil. lib. 8. cap. 6. de hyperbole, Eſt hæc ementiens ſuperjectio.

Superillĭgo, [[illegible]] āre. Plin. lib. 29. cap. 3. Eadem cum oleo trita ignes ſacros leniunt, betæ foliis ſuperilligatis. conf. Celſ. 5. 15.

Superillĭno, līni, līvi, & lēvi, litum, [[illegible]] ĕre. Plin. lib. 30. cap. 10. Reduvias, & quæ in digitis naſcuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, aut vulva decocta in oleo, ſuperillito butyro ovillo cum melle.

Superimpendens, entis. Partic. [[illegible]] Catull. Argon. 62. 286.

> Confeſtim Peneo adit viridantia Tempe,
> Tempe, quæ ſilvæ cingunt ſuperimpendentes.

Superimpleo, [[illegible], Gl. G. L.] ēre.

Superimpōno, pŏſui, pŏſitum, [[illegible]] ĕre. Plin. lib. 31. cap. 9. Phagedænis ulcerum, tritus cum farina hordei, ſuperimpoſito linteolo madente vino. Liv. 21. 1. extr. Et Sardiniam, inter motum Africæ, fraude Romanorum, ſtipendio etiam ſuperimpoſito, interceptam.

Superincīdo, cĭdi, cāſum, [[illegible]] ĕre. ex Super & In & Cado decompoſitum. Liv. 23. 15. extr. Utique Cannenſi pugna non prius prælio abſtiterit, quam prope exſanguis ruina ſuperincidentium virorum, equorum, armorumque ſit oppreſſus. Columel. lib. 4. cap. 9. Ne ſi tranſverſa fuerit cicatrix, cæleſtem ſuperincidentem aquam contineat. Liv. 2. 10. extr. Multisque ſuperincidentibus telis. Al. diviſe Super incidentibus.

Superindīco, ĕre. Ulpianus in l. Si duo. §. ult. D. de jurejurando, Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimitti, & ita ei ſuperindici [illegible]: id eſt, petulanter ne jurato. Emendatiores libri habent Superdici, de quo ſuo loco.

Superindictum, i. n. Extraordinarium munus, ultra ſolitam & canonicam collationem, Indictum ſignificat. l. j. C. de Indictionibus lib. 10. l. j. C. de ſuperindict. l. 3. C. de excuſat. muner. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 10.

Superindictio, ōnis. f. Idem quod Superindictum. l. j. C. de priviieg. domus Aug. lib. 11. Unde ſuperindicti tituli in l. ult. eo tit. Al. Inſuper indicti.

Superindūco, xi, ctum, [[illegible]] ĕre. Plin. lib. 15. cap. 17. Duum pedum terra ſuperinducta. Quintil. lib. 2. cap. 8. Nervis illis, quibus cauſa continetur, adjiciunt ſuperinducti corporis ſpeciem.

Superinductio, ōnis. f. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. de iis, quæ in teſtamento delentur, Lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci. Sic habent Pandectæ Florentinæ, quamvis Haloander legat Superductiones.

Superinduo, ui, ūtum, [[illegible]] ĕre. Sueton. in Neron. cap. 48. Ut erat, nudo pede, atque tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit. [Poteſt diviſe ſcribi, Super induit.

Superingĕro, geſſi, geſtum, [[illegible]] ĕre. Aggeratim, vel acervatim ſuperimponere. Plin. lib. 18 cap. 30. Sunt qui leguminum acervos ſuperingerant.

Superinjĭcio, jēci, jectum, [[illegible]] ĕre. ex duabus præpoſitionibus, Super & In, & verbo Jacio compoſitum. Celſ. lib. 5. 18. de Curatione eryſipelatum, Aut ſi durior locus eſt, ſolani folia contrita ſuillæ adipi miſcenda ſunt, & illita linteolo ſuperinjicienda. Plin. lib. 17. cap. 9. Farinæ vice cribris ſuperinjici. Ovid. 5. Faſt. 533.

> Tum ſuperinjectu texere madentia terra.

[Poſſunt & hæc diviſe legi.

Superinnāto, Vide in Theſ. Pariſ. marg. H. St.

Superintĕgo, xi, ctum, [[illegible]] ĕre. Plin. lib. 18. cap. 6. Ora utrinque lapidibus ſtatuminari & alio ſuperintegi. [Niſi diviſe melius.

Superintŏno, ui, [[illegible]] āre. Deſuper tonare. Virg. 9. Æn. 709.

> Dat tellus gemitum, & clypeum ſuperintonat ingens.

Superinungo, xi, ctum, [[illegible]] ĕre. Celſ. lib. 7. cap. 7. de oculorum vitiis, Dein ſuperinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperinunguntur.

Superior, **Superius**. V. superus, in super & supra.

Superjūmentārius, i. m. Suet. in Claud. cap. 2. Quem barbarum, & olim ſuperjumentarium, ea induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcunque de cauſis quam ſæviſſime coerceret, ipſe quodam libello conqueritur. Sabellicus intelligit Eum, qui jumenta egiſſet. [Cum ſit revera Præpoſitus, ſeu Magiſter jumentariorum, ut exponit Caſaub. q. V. conf. supellecticarius ſupra.

Superlăcrimo, [[illegible]] āre. de palmitibus vitis dicitur, quum poſt reſectionem humorem quendam, veluti lacrimam, emittunt. Columel. lib. 4. cap. 24. Optimum eſt igitur medio fere internodio ſubſidiarium tondere palmitem, deverſumque reſectionem facere poſt gemmam, ne, ut jam ante diximus, ſuperlacrimet, & gemmantem cæcet oculum.

Superlatio, **Superlativus**, **Superlatum**. V. superfero.

Superlecticarius, V. supellecticarius.

Superlīmināre, is. n. [[illegible]] Ea pars oſtii ſuperior, quæ ſuper limen eſt. Plin. lib. 29. cap. 4. Cujus generis propo videri poſſint, quæ tradunt & de veſpertilione, ſi ter circumlatus domi vivus, per feneſtram inverſo capite infigatur, amuletum eſſe: privatimque ovilibus circumlatum toties, & pedibus ſuſpenſum ſurſum in ſuperliminari. Harduin. legit, Supero limine.

Superlĭno, ĕre. Idem quod Superillino, u quo

Superlĭtus, a, um. Partic. Plin. lib. 22. cap. 23. Vel per ſe viſco ſuperlitum, ut hæreat.

Supermando, di, ſum, [[illegible]] ĕre. Poſt manſum aliquid, aliud rurſus mandere. Plin. lib. 21. cap. 6. Qui potum dedere, raphanos ſupermandi ex multo aceto jubent, ut ad vomitiones revocent.

Supermeo, [[illegible]] āre. Superfluere, vel ſuperlabi. Plin. lib. 2. cap. 103. De miraculis aquarum, Quædam vero & dulces inter ſe ſupermeant alias: ut in Fucino lacu invectus amnis, in Lario Addua, &c.

Supermĭco, āre. i. e. Antecellere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 41. Si quæ reddunt filii parentibus beneficia, eorum non ſupermicant. Paulo poſt dicit Exſuperare.

Supernas, V. supernus, in super.

Supernăto, [[illegible]] āre. Columel. lib. 12. cap. 9. Deinde ubi de

ſpiſſamento fœniculi ſic comprimi, ut jus ſupernatet. Plin. lib. 34. 18. Poſtea ſupernatans aqua, tollitur ſpongiis.

SUPERNĀTUS, a, um. Adj. [illegible] Quod præter alia natum eſt. Plin. lib. 19. cap. 3. Supernato caule, quem magydarim vocarunt.

SUPERNĀVIGO, [illegible, Gl. G. L.] āre.

SUPERNE, SUPERNITAS, V. SUPER.

SUPERNO, āre. Gell. 9. 9. Gaudio in ſummo pectore ſupernantis.

SUPERNUS, SUPERO, V. in SUPER.

SUPEROBRUO, [illegible] ĕre. Propert. lib. 4. 4. 91. De Virgine Tarpeja.

Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.

SUPERORDINO, [illegible, Gl. G. L.] āre.

SUPERPENDEO, di, ſum, [illegible] ēre. Liv. 37. 27. Ita ut quibuſdam locis ſuperpendentia ſaxa plus in altum, quam quæ in ſtatione ſunt naves, promineant.

SUPERPINGO, xi, ctum, ĕre. Avien. Phænom. Arat. v. 907.

Cuncta ſuperpingunt rutilam ſua ſidera noctem.

SUPERPICTUS, a, um. Partic. Solin. cap. 17. Pantheræ minutis orbiculis ſuperpictæ.

SUPERPONDIUM, i. n. [illegible] Apul. 7. Met. p. 196. Elmenh. Exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpondium.

SUPERPONDERO, āre. Columel.

SUPERPŌNO, pŏſui, ſitum, [illegible] ĕre. Columel. lib. 1. cap. 5. Sin ſummotus longius e collibus erit amnis, & loci ſalubritas, editiorque ſitus ripæ permittet ſuperponere villam profluenti. Plin. lib. 29. cap. 2. Tantumque pollent ut medicamentis quoque ſuperponantur. Ovid. 21. Epiſt. 190.

Ægra ſuperpoſita membra fovere manu.

SUPERRĀDO, ſi, ſum, [illegible] ĕre. Plin. lib. 20. cap. 13. Parniones ex vino fovet, & ex oleo coctum imponitur: ſic & callo. Clavis pedum ſuperraſis præcipue utilitatis.

SUPERRUO, ĕre. Apul. 1. Met. p. 109. Elmenh. Atque ego, de alto decidens, Socratem, nam juxta jacebat, ſuperruo. Idem Met. 9. p. 126. Corpori ſuperruens. [Loco priore rectius diviſa ſcribitur Super ruo.

SUPERSCANDO, di, ſum, [illegible] ĕre. Super aſcendere. Liv. 7. cap. 36. pr. Jam evaſerant media caſtra, quum ſuperſcandens vigilum ſtrata ſomno corpora miles, offenſo ſcuto, præbuit ſonitum. Columel. lib. 11. cap. 3. Oportebit autem virgeam ſæpem interponere, quam ſuperſcandant ſentes utriuſque ſulci.

SUPERSCRĪBO, ĕre. [illegible, Gl. G. L.] Supra ſcribere. Modeſtin. in l. 4. D. De operibus publicis, Nec præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere.

SUPERSĔDEO, ſēdi, ſeſſum, [illegible, Gl. G. L. illegible, illegible, L. G.] ēre. Omittere, ceſſare. Plerumque cum Ablativo. Plaut. Epid. 1. 1. 37. Superſede iſtis rebus jam. Idem Pœn. 1. 3. 5. Superſede iſtis verbis. Cic. 4. Fam. 2. Superſedeas hoc labore itineris.

Superſedere, inquit Nonius 1. 187. Manere, perſeverare, quaſi in voluntate & conſilio ſedere. Turpil. Ped. Ut illic hac ſe abſtineret, ego ſuperſederam nuptiis. V. plura apud eundem. [In Gloſſ. Superſiderint, quaſi a Superſido.

Commode poſſumus principio ſuperſedere. Auct. ad Heren. lib 3. 17.

Verborum multitudine ſuperſedendum eſt. Cic. 1. de Invent. 28.

Sunt autem qui putant nonnunquam poſſe complexione ſuperſederi. Cic. 1. de Invent. 72.

Quum acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. Cic. 1. de Invent. 30.

Accuſativo junxiſſe videtur Gell. lib. 2. cap. 29. Cognati & affines operam, quam dare rogati ſunt, ſuperſedent.

Non ſunt viſa aliqua ſuperſedenda. Auctor ad Heren. lib. 2. 26.

Superſedere, cum Dativo conſtructum apud Hirt. de Bell. Afric. 75. pr. Poſtquam ſatis diuque adverſatus, a ſe ad dimicandum invitatus ſuperſedere pugnæ animadvertit, reducit copias. [Niſi forte Pugna ſcribendum.

Superſedi ſcribere. Plin. 5. Epiſt. 7. Liv. 4. 7. Plebs, Patriciis, ſeu hunc, ſeu illum, delatoro honorem, fruſtra certare ſuperſedit. Idem 21. 40. pr. Superſediſſem loqui apud vos. Idem 34. 59. pr. Aut ſuperſedete de amicitia agere. Sueton. in Auguſt. cap. 93. In peragranda Ægypto, paulo deflectere ad viſendum Apin ſuperſedit.

SUPERSĬLIO, ilui & ilivi, ſultum, [illegible] īre. ex Super & Salio compoſitum. Columel. lib. 8. cap. 3. Ea pernicies ut evitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres lævitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat.

SUPERSPARGO, vel SUPERSPERGO, ſi, ſum, [illegible] ĕre. Cato R. R. cap. 54. Quum ſtramenta condes, quæ herboſiſſima erunt in tecto condito, & ſale ſuperſpergito.

SUPERSPECIŌSUS, a, um. Adj. [illegible, Gl. G. L.] Superbus, Faſtidioſus.

SUPERSTAGNO, [illegible] āre. Idem quod Reſtagnare & redundare. Tacit. 1. Ann. 79. Si omnis Nar in rivos diductus ſuperſtagnaviſſet.

SUPERSTERNO, ſtrāvi, ſtrātum, [illegible] ĕre. Columel. lib. 1. cap. 6. Tum deinde, quum exaruit, ſimili modo pavimenta teſtacea, quæ pro aqua receperint amurcam, miſtam calci & arenæ, ſuperſternuntur, & magna vi paviculis inculcantur atque expoliuntur. Liv. 10. 29. Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis, inveniri non potuit. Quædam exemplaria disjunctim legunt, Super ſtratis.

SUPERSTO, [illegible] āre. Supra aliquid ſtare. Gellius, Quum ſedenti aquila ſuperſtaret. Liv. 10. 28. Eſſedis, carriſque ſuperſtans hoſtis armatus ingenti ſonitu equorum, rotarumque advenit. Idem 40. 2.

Lapſumque ſuperſtans immolat. Virg. 10. Æn. 540.

SUPERSTES, itis. Adj. [illegible, illegible, Gl. L. G.] Qui ex mortuis quaſi ſolus vivus ſuperſtat.

Superſtitem, [illegible Gl. L. G.] Quintil. præf. lib. 6. Liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar. Ovid. 3. Met. 126.

Superſtitem alicui eſſe. Ter. Heaut. 5. 4. 7.

Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes, ut ex me, atque hoc natus es. Cic. 1. Q. frat. 3. Utinam te non ſolum vitæ, ſed etiam dignitatis meæ ſuperſtitem reliquiſſem.

Tiberio ſuperſtes. Tacit. 5. Ann. 8.

Bellorum ſuperſtes. Tacit. de German. 6.

Superſtes gloriæ ſuæ. Liv. 2. 7. Se ſuperſtitem gloriæ ſuæ, ad crimen atque invidiam ſupereſſe.

Superſtes Reipub. Cic. 9. Fam. 17. De lucro prope jam quadriennium vivimus: ſi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita, ſuperſtitem Reip vivere. Idem 6. Fam. 2. Quum ſuperſtitem te eſſe Reipub. ne ſi liceat quidem, velis.

Fama ſuperſtes. Ovid. 3. Triſt. 7. 50.

Opus ſuperſtes manſurum. Ovid. 3. Amor. 15. 20.

Superſtes toti convivio, Qui ultimus a menſa ſurgit. Senec. Epiſt. 94.

Superſtes, Qui ſalvus eſt. Ter. And. 3. 2. 7. Deos quæſo ut ſit ſuperſtes.

Parte dimidia ſuperſtes. Ovid. 1. Triſt. 2. 44.

Superſtites antiquitus appellati ſunt Teſtes: cujus rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus, ii inter quos controverſia eſt vindicias ſumere jubentur. Plaut. in Fragm. 1. 4.

Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes. Feſtus.

Superſtes, pro Præſenti ſumitur. Plaut. Superſtitem utrumque neque ne injuſſi abeant. [Incertum unde hæc ſint. V. Lautenb. Antiquar.

Utriſque ſuperſtitibus, præſentibus, iſtam viam, dico, inite viam. Cic. pro Muren. 26.

SUPERSTĬTO, [illegible] āre. frequent. quo veteres uſi ſunt, Superſtitem, i. e. Salvum & incolumem reddere. Ennius Menalippo, Regnumque veſtrum ut ſoſpitent ſuperſtitentque. Non. 2. 776.

Superſtitare, idem quod Supereſſe. Plaut. Perſ. 3. 1. 3.

Ut mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.

SUPERSTITIT, [illegible, Gl. L. G.] An Superſtitit, a Superſiſto?

SUPERSTĬTIO, ōnis. f. [illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible, L. G.] Falſus Numinis cultus. Servius; A ſuperſtite ſuperſtitio dicta, quæ anicularum propria eſt, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videri nimis religioſæ, ſuperſtitioſæ fiunt, & ita delirant. Cic. 1. de Nat. Deor. 118. Horum enim ſententiæ omnium non modo ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt timor inanis deorum, ſed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. V. RELIGIO.

Superſtitio, auctore Lucretio hoc carmine, lib. 1. 66.

Horribili ſuper aſpectu mortalibus inſtans; ſic appellata eſt quod Superſtes, & ſuperne impendeat nobis, quæ quidem ſententia, inquit Turnebus, non mea eſt, ſed Iſidori hunc locum ſic intelligentis.

Omnis importuna, ineptaque religio ſecundum Gellium Superſtitio dici poteſt. V. Gell. 4. 9.

Superſtitio, quæ religioni propinqua eſt. Cic. 2. de Invent. 165.

Religio veri cultus eſt, ſuperſtitio falſi. Lact. lib. 4. cap. 28. ubi plura V.

Imbecilli animi atque anilis eſt ſuperſtitio. Cic. 2. de Divin. 125.

Contaminata ſuperſtitio. Cic. pro Cluent. 194.

Exitialis ſuperſtitio. Tacit. 15. Ann. 44. ubi de Chriſtianis loquitur.

Judaica ſuperſtitio. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Magna ſuperſtitio. Ovid. 1. de Arte Am. 417.

Muliebris. Cic. 3. Tuſc. Accedit ſuperſtitio muliebris quædam.

Triſtis ſuperſtitio. Hor. 2. Serm. 3. 79.

Vana ſuperſtitio. Sil. 5. 106.

Captus ſuperſtitione. V. CAPIO.

Imbutus ſuperſtitione. Quintil. lib. 3. cap. 2.

Inducere novas ſuperſtitiones. Quintil. lib. 4. cap. 4.

Infeſtare rudes animus ſuperſtitione. V. INFESTUS.

Levari ſuperſtitione. V. LEVIS.

Obligari ſuperſtitione. V. OBLIGO.

Superſtitio fuſa per gentes, oppreſſit omnium fere animos, atque hominum imbecillitatem occupavit. Cic. 2. de Divin. 148.

Nec tollitur religio ſuperſtitione tollenda. Cic. 2. de Divin. 148.

SUPERSTITIA, æ. f. & SUPERSTITIUM, i. n. [illegible, illegible, Gl. G. L.]

SUPERSTITIŌSUS, a, um. Adj. [illegible, Gl. L. G. illegible, illegible, G. L.] Superſtitioſi proprietatem habent, ut Cic. 2. de Nat. Deor. 72. tradit, ex hoc quod præ cultura deorum ſuperſedeant, qui ſine cauſa timidi ſunt, qui deum timent in rebus etiam non timendis. Non enim, inquit, philoſophi ſolum, verum etiam majores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen poſtea latius patuit. conf. RELIGIOSUS. [Quibus in verbis nihil de etymo a Superſedeo ducto apparet.

Deterret aliquem ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio. Cic. pro Domo 33.

Aliqui omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine & miſeria credunt. Cic. 2. de Divin. 86.

Imbecilli animi facile ſuperſtitioſa iſta concipiunt. Cic. 2. de Divin. 81.

Ariolationes ſuperſtitioſæ. Cic. 1. de Divin. 96. Superſtitioſæ ariolationes, Vaticinationes ſunt divinæ & fatiloquæ. Nam Superſtitioſus pro Fatiloquo non infrequens eſt veteribus, in his Plaut. Turneb.

Superſtitioſus, Divinator. Plaut. Amph. 1. 1. 167. Illic homo ſuperſtitioſus eſt. Idem Curc. 3. 27.

Superſtitioſus hic quidem eſt, vera prædicat.

SUPERSTITIŌSE, Adv. [illegible] Vane & aniliter. Cic. 2. de Nat. Deor. 63. Neque id dicitis ſuperſtitioſe, atque aniliter, ſed phyſica, conſtantique ratione.

Fatum dicitur, non id quod ſuperſtitioſe, ſed quod phyſice. Cic. 1. de Divin. 126.

Facere aliquid ſuperſtitioſe, Scrupuloſe. Quintil. lib. 1. cap. 1.

SUPERSTRUO, xi, ctum, ĕre. Tacit. 4. Ann. 62. Neque fundamenta per ſolidum ſubdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem ſuperſtruxit.

Translate Quintil. 1. 4. Niſi fundamenta fideliter jeceris, quicquid ſuperſtruxeris corruet. [Poteſt & diviſa legi.

SUPERSUM, es, fui, [illegible, illegible, illegible, illegible, Gl. L. G.] eſſe. Affluere, abundare. Ter. Phorm. 1. 3. 10.

Aliis, quia deſit quod ament, ægre eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Ibid. 1. 2. 19.

Cui tanta erat res, & ſupererat? Virg. 11. Æn. 420.

Auxilioque urbes Italæ, populique ſuperſunt. I. e. Superabundant, adſunt ultra quam bella depoſcunt, inquit Servius. De Superſum, vide Gell. lib. 1. cap. 22.

Supereſſe & Deeſſe, contraria. Cic. 13. Fam. 64. Sed vereor ne jam ſupereſſe mihi verba putes, quæ dixeram defutura.

Spatia plura ſuperſunt. Virg. 5. Æn. 325.

Supereſſe, Reſtare, Reliquum eſſe.

Duæ partes, quæ mihi ſuperſunt illuſtrandæ, orationis, ac totius eloquentiæ cumulandæ. Cic. 3. de Orat. 91.

Quod

Quod ſupereſt; abſoluta locutio, inquit Servius, i. e. De reliquo. Virg. 11. Æn. 15.

Quod ſupereſt; hæc ſunt ſpolia, &c.

Pro, Quantum attinet ad id, quod ſupereſt. H. St. Sæpius tamen Cic. Quod reliquum eſt, dicit, quod poëtica phraſis omnino reſpuit.

Quod ſupereſt, ſcribe, quæſo, quam accuratiſſime. I. e. Quod reliquum eſt. Cic. 9. Att. 10.

Victor ſupereſt, ut tueri ſe poſſit. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Supereſſe, Superſtitem eſſe. Plaut. Mil. 2. 4. 3. Ne doceto malas ut ſint malæ, mihi ſola ego ſuperſum. Sed aliter in recens excuſis. Idem Aſin. 1. 1. 6.

De exercitu alicujus ſupereſſe. Cic. 11. Fam. 13.

Supereſſe, Durare, Manere. Virg. 3. Georg. 10.

Primus ego in patriam mecum (modo vita ſuperſit) &c. Plaut. Perſ. 3. 1. 3.

Perenniſitatique adeo huic perpetuo cibo

Ut mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.

Supereſſe, Vincere, ſuperiorem eſſe. Virg. 3. Georg. 127.

Pertaque, ne blando nequeant ſupereſſe labori. i. e. Vincere laborem. V. Supereſſe ſide in vivus.

Supereſſe alicui, Superfluum eſſe, & nihil prodeſſe. Gell. lib. 1. cap. 22. Memini ego Prætoris docti hominis Tribunali me forte aſſiſtere, atque ibi advocatum non incelebrem ſic poſtulare, ut quam diceret cauſam, remque quæ agebatur, non attingeret. Tunc Prætorem ei, cuja res erat, dixiſſe advocatum eum non habere. Et quum is qui verba faciebat, reclamaſſet, Ego illi ſuperſum: reſpondiſſe Prætorem feſtiviter, Tu plane ſuperes, non ades. [Quum ille Adeſſe ſe, vel Præſto eſſe intelligi vellet, ut ex ſeq. exemplis apparet.

Supereſſe negotiis ſuis, Intereſſe. Ulpian. in l. Et qui. D. De poſtulando.

Rebus ſuis ſupereſſe. Ulpian. in l. 1. §. ultim. D. De procuratoribus, Uſus autem procuratoris perquam neceſſarius eſt: ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt, vel non poſſunt: ſaltem per alios poſſint, vel agere, vel conveniri.

Supereſſe, Adeſſe, patrocinari. Suet. in Auguſt. cap. 56. Quum Aſprenas Nonius, arctius ei junctus, cauſam veneficii, accuſante Caſſio Severo, diceret, conſuluit Senatum quid officii ſui putaret. Cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum: ſin deeſſet, deſtituere ac prædamnare amicum exiſtimaretur. Qui locus facit contra Gellium lib. 1. cap. 22.

Superſum, aliquando diducitur, interpoſita aliqua dictione, & aliquando pluribus. Plaut. Curc. 2. 1. 85.

Si quid ſuper illi fuerit, id nobis ſatis eſt.

Superfore, Scævola in l. Creditor. §. Si inter. D. Mandati vel contra, Nullam actionem ſuperfore ad recipiendum.

SUPERFUTURUS, a, um. Partic. Plin. lib. 22. cap. 51. Sola ex omnibus ſuperfutura.

SUPERVACUUS, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], [illegible], L. G. & G. L.] Quod non eſt neceſſarium, ſed præter rem & ſuperfluum. Plin. in Paneg. 50. Qui tam multa concupiſcebat, quum haberet ſupervacua tam multa. Columel. lib. 5. cap. 4. Quo tamen ipſa paſtinatio pæne ſupervacua eſt iis locis, quibus & per ſe reſolutum eſt.

Supervacuo timore deterritus, i. e. Vano. Calliſtratus in l. 2. D. ex quib. cauſ. majores, &c.

Metus habere ſupervacuos. Ovid. 2. de Pont. 7. 6.

Habere ſupervacuum dicere. Quintil. lib. 7. cap. 1. Plin. lib. 27. cap. 12. Phyteuma qualis ſit deſcribere ſupervacuum habeo, quum ſit uſus ejus tantum ad amatoria.

Supervacuum non putat oportere dici Varr. de vita Pop. Rom. lib. 3. ſed ſupervacaneum, in quo eſt ſupervacuum pro ſupervacaneo. Non. 12. 18.

SUPERVACUO, Adv. Ulpian. in l. At ſi quis. §. Plerique. D. De relig. & ſumpt. fun. Quod ſi ſupervacuo fuerit factum, &c.

SUPERVACANEUS, a, um. Adj. [[illegible], Gl. G. L.] Idem. Sueton. de Clar. Rhetor. cap. 1. Quædam etiam ad uſum communis vitæ inſtituta, tum utilia & neceſſaria, tum perniciosa & ſupervacanea oſtendere, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 100. Quid de reliqua deſcriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſupervacaneum eſt?

Tum conditiora facit hæc ſupervacanei operis aucupium atque venatio. Cic. de Senect. 56.

Pro ſupervacaneo ac inutili haberi. Liv. 10. 24.

Quicquid uſum non habet, ſupervacaneum eſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 100.

Supervacaneum eſt illis Nil prodeſt. Salluſt. Cat. 58. in oratione Catilinæ ad milites, Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus; illis ſupervacaneum eſt pugnare pro potentia paucorum.

SUPERVACUNDUS, a, um. Adj. Jungitur τῷ Superbus ut ſynonymon in Gloſſ. Græcolat. [An Superbicundus?

SUPERVADO, [[illegible]] ĕre. Superſcandere, ſuperare, ſupergredi. Liv. 31. 38. Quum omnes victi, metuque perculſi, ex prælio intra vallum protinus, inde ſupervadentem munimenta victorem hoſtem fugerent. conſ. 30. 24.

Supervadere, [[illegible]] Omnes aſperitates ſuperare, vincere. Salluſt. in Jugurth. cap. 75. Quæ poſtquam Metello comperta ſunt: quanquam inter Thalam flumenque proximum, in ſpatio millium quinquaginta, loca arida atque vaſta eſſe cognoverat, tamen ſpe patrandi belli, ſi ejus oppidi potitus foret, omnes aſperitates ſupervadere, ac naturam loci etiam vincere aggreditur.

SUPERVAGOR, [[illegible]] āri. Præter juſtum & æquum vagari, ſuperfluere, vel ſuperfluos ramos habere. Columel. lib. 4. cap. 33. Quinquennis vineæ non alia eſt putatio, quam ut figuretur, quemadmodum ſupra inſtituimus, neve ſupervagetur.

SUPERVAGANEUS, a, um. Adj. Supervaganea dicebatur ab Auguribus avis, Quæ ex ſummo cacumine vocem emiſiſſet. dicta ita, quia ſuper omnia vagatur, ubi canit. Paul. ex Feſt.

SUPERVEHO, xi, ctum, [[illegible]] ĕre. ut, Montem ſupervehi. Catull. de coma Berenices, 67. 44.

Arma ſuperveheris. Auſon. Epigr. 24. 6.

SUPERVECTUS, a, um. Partic. Gell. 16. 11. Cumulis montibusque arenarum ſupervectis.

SUPERVECTO, āre. Frequent. Tertull. de Bapt. cap. 4. Dei ſpiritus ab initio ſupervectabatur. i. e. Super aquas. [Et poteſt diviſe legi.

SUPERVENIO, ēni, entum, [[illegible]] īre. Ex inopinato venire. Hor. 1. Epiſt. 4. 14.

Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora. Liv. 24. 35. extr.

Munientibus ſupervenit Marcellus. Virg. 6. Ecl. 20.

Addit ſe ſocium, timidisque ſupervenit Ægle.

Supervenire lætitiæ alicujus. Liv. 34. 40.

Ulcus ſupervenit ulceri. Celſ. lib. 5. cap. 28. de theriomate, Eſt etiam ulcus, quod [illegible] Græci vocant. Id & per ſe naſcitur, & interdum ulceri, ex alia cauſa facto, ſupervenit.

Supervenire, cum Accuſativo, Succedere, aſcendere. Columel. lib. 2. cap. 17. Aut ſi quis eam ſupervenit humor, lente prorepit.

Unda ſupervenit undam. Hor. 2. Epiſt. 2. 176. [Niſi diviſe ſcripſerunt.

Taurus ubi juvencam ſupervenit. Columel. lib. 6. cap. 23. Idem lib. 7. cap. 6. Matrem ſtupro ſupervenit. Ovid. 10. Met. 480.

Supervenire, Inſcendere, Superſcandere coitus cauſa. Plin. lib. 9. cap. 51. Plani piſcium, quibus cauda non eſt, aculeatique, ut teſtudines, in coitu ſuperveniunt. Ibid. Ranæ ſuperveniunt, &c.

SUPERVENIENS, Partic. [[illegible], Gl. G. L.] Futurus, ut, Hereditas ſuperveniens. Ulpian. in l. Vel hereditas. D. De procuratoribus.

SUPERVENTUM, i. n. [[illegible], Gl. G. L.] & Superventum facio, [illegible], Gloſſ. Græcolat.

SUPERVENTUS, ûs. m. [[illegible], Gl. G. L.] Plin. lib. 25. cap. 2. Obſervatum certe eſt, inflammari vulnera ac morbos ſuperventu eorum, qui pedibus iter confecerint. Idem lib. 7. cap. 15. Aceſcunt ſuperventu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, &c.

SUPERVENTOR, ōris. m. Superventores ſunt Militum ordo apud Ammian. 18. 9.

SUPERVESTIO, ivi, itum, īre. Plin. lib. 16 cap. 33. Venatus claſſesve & imagines rerum tenui folio, brevique & virente ſupervestiens. al. Sempervestiens. V. Harduin.

SUPERVIVO, xi, [[illegible], Gl. G. L.] ĕre. Superſtitem eſſe.

SUPERUNGO, unxi, unctum, [[illegible]] ĕre. Celſ. lib. 6. cap. 6. de oculorum vitiis, Dein ſuperungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi ſuperunguntur.

SUPERUNCTUS, a, um. Partic. Scribon. Larg. 29. Hoc etiam ſuperunctum ad puerorum epiphoras facit.

SUPERVOLO, [[illegible]] āre. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices concipiunt ſupervolantium afflatu, ſæpe voce tantum audita maſculi. Ovid. 4. Met. 623.

Deſpectat terras totumque ſupervolat orbem.

SUPERVOLITO, [[illegible]] āre. frequent. Virg. 6. Ecl. 81.

— & quibus ante

Infelix ſua tecta ſupervolitaverit alis.

SUPERVOLVO, volvi, volūtum, [[illegible]] ĕre. Columel. lib. 11. cap. 3. Poteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum qualitercunque ſatum, ſi quum eſt natum, incrementum ejus ſupervoluto cylindro coerceat.

SUPERUS, V. SUPER.

SUPINE, SUPINITAS, SUPINO, SUPINUM, SUPINUS, V. in SUPER & SUPRA extr.

SUPO, āre. Feſtus, Supat ſignificat Jacit, unde Diſſipat & obſipat. Et Accius apud Non. 3. 66. Obtorque proram, & ſupa tortas copulas.

SUPPACTUS, V. SUPPINGO.

SUPPAR, ăris, m. [[illegible]] Fere parem ſignificat. Cic. de Clar. Orat. 29. Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes. i. e. Prope pares, æquales.

SUPPARO, āre. [[illegible], Gl. L. G.] Simile reddere. Tertull. adv. Valentin. c. 4. Lupæ feminæ formam quotidie ſupparare ſolenne eſt. [Hic non eſt Similis reddo. Sed Denuo paro, & quidem in ea ſignif. qua Galli dicunt *ſe parer*.

SUPPARASITOR, [[illegible]] āri. Subſervire, obſequi, tanquam paraſitum. Plaut. Amphit. 1. 3. 17.

Accedam, atque hanc appellabo: & ſupparaſitabor patri. Idem Milit. 2. 3. 77.

SUPPARUM, i. n. vel SUPPARUS, i. m. Genus levis atque anguſtæ togæ, quod eo ſuperinduimur. Feſtus, Supparum, veſtimentum puellare, lineum, quod etiam ſubucula, id eſt, camiſia dicitur. Afranius, Puella non ſum, ſuppare ſi indota ſum. Plaut. Rud. 1. 6. 91. Si tu de illarum cœnaturus ſupparis. Lucan. 2. 363.

— humerisque hærentia primis

Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.

Supparum, eſt Linteum femorale, uſque ad talos pendens, dictum quod ſubtus appareat. Plaut. Epid. 2. 2. 48.

Supparum aut ſubminium eſt, baſilicum, aut exoticum. V. plura apud Non. 14. 20.

Suppara non tam Vela fuiſſe videntur, quam velorum quædam Supplementa, & ſummæ partes, quæ ſupra ipſa vela & antemnam expendebantur: quod ut opinor, ſurſum pararentur. Lucan. 5. 429.

— ſummaque pandens

Suppara velorum perituras colligit auras. Suppara autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naves, cum terram legebant, colligebant, & ſubſtringebant; ſolæ Alexandrinæ naves ſupparis paſſis in portum pervehebantur. Sen. Epiſt. 77. 301. Solis enim licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naves; nulla enim res æque adjuvat curſum, quam ſumma pars veli: illinc maxime navis urgetur. Itaque quoties ventus increbuit, majorque eſt, quam expedit, antenna ſummittitur: minus habet virium flatus ex humili. Cum intravere Capreas & promontorium, ex quo

Alta procelloſo ſpeculatur vertice Pallas, ceteræ velo jubentur eſſe contentæ: ſupparum Alexandrinarum inſigne indicium eſt. Turneb 21. 4.

SUPPEDANEUM, i. n. Dicitur Scabellum a luculentis ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Græci [illegible] appellant, inquit Ber. in Calig. Suet 54. Non dubium eſt autem, quin ex Græco illo refinxerint. H. St. V. Celler. Cur. poſt. p. 156. Borrich. Cogit. p. 150. ubi & SUPPEDAMENTUM ex Gruteri Inſcr. Latinæ linguæ aſſerit. Prius habet Lactant. Inſt. 4. 12. 17. ex Interpr. Pſalm 110. 2. pr. ubi tamen Vulgatus, ut & in omnibus N. T. locis, ubi extat Gr. [illegible] Scabellum reddit.

SUPPEDITO, [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] āre. Primaria notio eſt Pedibus ſubjicere; a Sub & Pes. Vetus Inſcript. apud Reineſ. in Varr. p. 503. MORS OMNIA CALCAT SVPPEDITAT RAPIT.

Sed frequentius denotat, Subminiſtrare, ſuggerere. Ter. Eun. 5. 8. 46.

Ut tuo amori ſuppeditare poſſis, ſine ſumptu tuo,
Omnia hæc. Idem Heaut. 5. 1. 57.
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus,
Menedeme, mihi illæc vere ad raſtros res redit. Cic. 5. Verr. 172.

Peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſſit?

Ab aliquo ſuppeditare. V. A vel AB.

Omnium rerum quas natura deſiderat, abundantiam & copiam alicui ſuppeditare. Cic. de Amicit. 89.

Frumentum & merces ſuppeditare. Cic. 4. Verr. 7.

Tela ſuppeditare alicui. Sil. lib. 10. 137.

Vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus. Cic. ad Heren. lib. 1. pr.

Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iiſdem ſuppeditari locis. Cic. 2. de Orat. 215.

Multam etiam caſus noſtri varietatem tibi in ſcribendo ſuppeditabunt. Cic. 5. Fam. 12.

Teſtes ſuppeditare. Cic. 2. de Fin. 67. Nec vero quoniam hæc nos tractare etiam cœpimus, ſuppeditabit nobis Atticus noſter e theſauris ſuis quos & quantos viros habere teſtium ſat eſt.

Suppeditare, Neutrum abſolutum, i. e. Sufficere, ſatis eſſe. Plaut. Aſin. 2. 4. 17. Clamore ac ſtomacho non queo labori ſuppeditare.

Hoc modo naturæ ſuppeditabit doctrina. Auct. ad Heren. lib. 3. 34.

Suppeditant hæc ad. Cic. 1. Off. 12. Ob eaſque cauſas ſtudent parare ea, quæ ſuppeditent, & ad cultum, & ad victum.

Suppeditare in. Liv. 1. 55. extr. Itaque Pomptinæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant, vix in fundamenta ſuppeditavere.

Suppeditare, pro Suppetere. Liv. 28. 27. Apud vos quemadmodum loquar, nec conſilium, nec oratio ſuppeditat.

Non ſuppeditant mihi chartæ, pro Deſunt. Cic. 7. Fam. 18. An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi ſuppeditare?

Si vita ſuppeditaſſet. Cic. 3. Philipp. 15. Cujus etiam naturalis pater, ſi vita ſuppeditaſſet, Conſul factus eſſet.

Suppeditor, Paſſivum. Cic. 2. in Catil. 25. Sed ſi omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamur, &c.

SUPPEDITOR, [ἀναχορηγῶ, Gl. G. L.] ari. Deponens. Cic. 14. Att. 18. De Patulciano nomine quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimilia tuorum omnium.

SUPPEDITĀTIO, ōnis. f. [χορηγία] Cic. 1. de Nat. Deor. 111. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu.

SUPPĒDO, ĕre. [ὑποπέρδω] Cic. 9. Fam. 22. Quid? ipſa res modo honeſta, modo turpis. Suppedit, flagitium eſt? jam erit nudus in balneo, non reprehendes.

SUPPERNO, āre. Pernas ſuccidere, ſubnervare. Unde

SUPPERNĀTUS, a, um. Partic. Catull. 17. 18.

— & velut alnus
In foſſa Liguri jacet ſuppernata ſecuri.

Suppernati dicuntur, Quibus femina ſunt ſucciſa, in modum ſuillarum pernarum. Ennius in Annal.

Hic pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni. Feſtus. [V. Valer. 9. 2. ext. 2.

SUPPĔTO, īvi, & ii, itum, [ὑπαιτέω] ĕre. Latenter ſeu per fraudem petere. Ulpian. De furtis, l. Si quis uxori. Apud Labeonem relatum ei daret: & quidam ex tranſeuntibus, quum audiſſet, petiit ejus nomine, & accepit: furti actionem adverſus eum, qui ſuppetiit ſiliginario competere, non mihi. Non enim mihi negotium, ſed ſibi ſiliginarius geſſit. Pandectæ Florentinæ habent, Qui ſuppetet: Haloander, Qui ſic petet.

Suppetit, [ἀρκεῖ, χορηγεῖ, Gl. L. G.] in tertia perſona, & Suppetunt, ſignificat, In promptu eſt, vel ſuccurrit, ſufficit & abundat. Plin. Cui abunde ſuppetunt facultates. Plaut. Milit. 2. 2. 50.

Dextera digitis rationem computat, feriens femur
Dextrum ita vehementer, quod dictu ægre ſuppetit. Hor. 1. Epiſt. 12. 4.
Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.

Sed tamen ſi cui hæc ſuppetunt, adjuvant aliquantum ad cetera. Cic. 2. Off. 30.

Ut ambitioni & quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant. Cic. 5. Tuſc. 89.

Suppetere & Deeſſe, contraria. Cic. 3. Verr. 31. Credo ſi meis horis in accuſando uti voluiſſem, vererer ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet.

Suppetunt in hanc rem reliqua cetera. Columel. lib. 9. cap. 1.

Magna argumentorum ex his ſuppetit copia. Cic. in Topic. 65.

Dum vires ſuppetent. Cæſ. 7. Bell. Gall. 85.

Conſilium non ſuppetit. Liv. 4. 48.

Cibus perpetuus mihi ſuppetit. Plaut. Perſ. 1. 3. 206.

Facta dictis ſuppetunt. Plaut. Pſeud. 1. 1. 106.

Utinam quæ dicis, dictis facta ſuppetant. h. e. Utinam quod dicis, ſic ſe haberet, vel faceres quod promittis.

Dolori ſuppetere. Hor. Epod. 17. 64.

Lingua non ſuppetit libertati. Liv. 2. 56. Rodis in militari homine lingua non ſuppetebat libertati, animoque.

Lucrum mihi ſuppetit. Plaut. Amphit. prol. 14.

Superſtes vitæ tuæ ſuppetat. Plaut. Trin. 1. 2. 19. h. e. Poſt te vivat.

Res ita ſuppetit. Plaut. Rud. 2. 4. 36.

Satis huic ſuppetit ad. Cic. in Partit. 56. Ex quibus ſimilibuſque, ſi attendas, ad augendum permulta ſuppetunt. Idem 1. Off. 44. Illis ad largiendum ſuppetant copiæ.

Vires ſuppetunt. Cæſ. 7. Bell. Gall. 85.

Si vita ſuppetet. Cic. 1. de Fin. 11.

Mihi ad remunerandum nihil ſuppetat, præter voluntatem. Cic. 15. Fam. 13.

Suppetere Active in Præfatione in Plinii Epiſtolas notavi. H. St. Ex Ep. 2. lib. 9.

SUPPETIÆ, & Suppetias tantum habemus a Suppeto, [ἐπικουρία] Auxilium, ſubſidium, præſidium. Plaut. Epid. 5. 2. 12.

Quicquid ego male feci, auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Idem Amph. 4. 4. 24. Blepharo, ſuppetias mihi. Subaudi, Feras, vel Venias.

Advenire ſuppetias. Plaut. Men. 5. 7. 31.

Edepol, here, næ tibi ſuppetias tempore adveni modo.

Afferre ſuppetias. V. AFFERO.

Ferre ſuppetias, Juvare, auxilio eſſe. Plaut. Epid. 5. 2. 52. Idem Amph. 5. 1. 54.

Non metuo, quia meæ uxori latæ ſuppetiæ fient.

Ire ſuppetias. Cæſ. Bell. Afric. 39. Atque ſuis fugientibus ſuppetias ire contendit.

Mittere ſuppetias. Cæſ. Bell. Afric. V. MITTO.

Occurrere ſuppetias. V. OCCURRO.

Venire ſuppetias. [ἐπικουρεῖν, Gl. G. L.] Hirt. Bell. Afr. cap. 5. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire.

SUPPETIOR, [ἐπικουρέω] ari. Auxiliari, ſuccurrere. Apul. 8. Met. p. 210. Elmenh. At vobis ætatis & roboris beneficio facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni. Sic p. præced. Maritum ſuum, paſtorem illum, ſuppetiatum ciet.

SUPPĪLO, [ὑφαρπάζω] āre. Rapere, involare cum fraude. A pilorum raptu, ait Non. 1. 42. Plaut. Truc. 2. 7. 15.

Quum video fieri ſuffuror, ſuppilo, & de præda prædam
Capio. Idem Aſin. 5. 2. 38. Ille caſtus ſuppilabat me.

SUPPILĀTOR, ōris. m. Laber. apud Non. 8. 56. Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppilatores facit?

SUPPILĀTIO, ōnis. f. Digeſt.

SUPPINGO, ēgi, actum, ĕre. e præpoſitione Sub, & verbo Pango. Idem quod & Supponere, vel ſuffigere, ſive ſubaffigere, quomodo calceis ſuppingitur corium. Plaut. in Bacchid. 2. 3. 98.

Sed diveſne eſt iſthic Theotimus? CH. etiam rogas?
Qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum. h. e. Cui tanta ſuppetit auri vis, ut pedibus calcet. Solum enim pro infima crepidarum parte poſuit. Apud Plutarch. in Alexandri vita, Agnon quidem Tejus ſuffixas clavis argenteis crepidas ferebat. Hinc fingi poteſt verbale Suppactor.

Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis; i. e. Fulcimenta ſubſui. Plaut. Trin. 3. 2. 94. V. not. Var.

SUPPACTUS, a, um. Partic. Suppacta, n. pl. Καττυματα. Gloſſ. Latinogr. Eſt autem Καττύω, Reficio, & κάττυμα Solum calcei. Male al. Supalta.

SUPPINGUIS, V. SUBPINGUIS.

SUPPLANTO, [ὑποσκελίζω, Gl. L. G. & G. L. πτερνίζω, L. G.] āre. a Planta pedis fit: & ſignificat Suppoſito pede aliquem in terram dejicere. Cic. 3. Off. 42. Qui ſtadium, inquit, currit, eniti & contendere debet, quam maxime poſſit, ut vincat: ſupplantare eum, quicum certat, aut manu depellere, nullo modo debet.

Supplantare, ait Non. 1. 157. dictum eſt quaſi Pedem ſupponere. Lucil. lib. 29. Supplantare ajunt, Græci ὑποσκελίζειν dicunt.

Supplantare verba, per tranſlationem, pro Supprimere & veluti ſtrangulata voce efferre, quo ſuaviora videantur. Perſ. 1. Sat. 35.

— tenero ſupplantat verba palato.

Supplantare uvas. Plin. lib. 27. cap. 22. In pampinatione non hoc detrahere pampinos, qui cum uva ſunt. Id enim uvam ſupplantat, præterquam in novella vinea.

Supplantare, a Planta, are, Subtus plantare. Columel. de Arborib. cap. 7. Sic autem ipſam vitem ſternere voles, juxta radicem ita, ne ipſam lædas, curiose fodito, & vitem ita ſupplantato, ne radicem abrumpas. Plin. lib. 17. cap. 23. Unum etiamnum genus eſt, medium inter hoc & propaginem, totas ſupplantandi in terram vites.

SUPPLAUDO, ſi, ſum, [ὑποκροτέω] ĕre. ſignificat Latenter plaudere. Tertull. de Idolol. cap. 12.

SUPPLEO, ēvi, ētum, [πληρόω, ἀναπληρόω] ēre. In deficientis locum aliud ponere. Virg. 3. Æn. 471.

Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. Sueton. de Clar. Gramm. 10. Librum autem, quem Sulla noviſſimum de rebus ſuis imperfectum reliquerat, ipſe ſupplevit.

Ponite ante oculos M. Antonium Conſularem: ſperantem Conſulatum Lucium adjungite, ſupplete ceteros, &c. Cic. 12. Philip. 14.

Supplere, Æquare. Virg. 7. Ecl. 36.

Si fetura gregem ſuppleverit, aureus eſto. Ubi Serv. Si tot agnos habuero, quot oves: hoc enim eſt gregem per feturam ſuppleri.

Legiones, vel Exercitum ſupplere. Liv. 29. 24. In locum eorum ſubjecit, quos ſecum ex Italia adduxerat: ſuppleviſque ita eas legiones, ut ſingulæ ſena millia & ducenos pedites, trecenos haberent equites. Hic declarat Liv. quid Supplere ſignificet. Cic. 8. Philipp. 27. Cum ſex legionibus, inquit, hiſque ſuppletis, ex D. Bruti exercitu, non modo ex delectu ſuo. Liv. 26 pr. Si ſupplemento opus eſſet, ſuppleret de legionibus, quibus P. Cornelius Proprætor in Sicilia præeſſet.

Remigio naves ſupplere. Liv. 26. 39.

Remis Zephyros ſupplere. i. e. Remigio adjuvare ventos in promovenda nave. Stat. 1. Achill. 22.

Bibliothecam ſupplere. Cic. 3. Q. frat. 4. De bibliotheca tua Græca ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparendis, valde velim iſta confici, præſertim cum ad meum quoque uſum ſpectent.

Uſum provinciæ ſupplere. Cic. 6. Verr. 9. Non enim te inſtruere domum tuam voluerunt in provincia, ſed illum uſum provinciæ ſupplere.

Supplere, Subjungere, addere. Cic. pro Flacc. 40. Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non ſinunt: ſupplet enim ille neſcio quis & privatum dicit ſe dediſſe.

Ut referendis præteritis verbis id ſcriptum, quandocunque defendimus, ſuppleatur. Cic. 2. de Orat. 110.

Supplere verbum eſt, quo Grammatici uſi ſunt, (recentiores ſaltem) ſignificare volentes quod alii Subaudiendi verbo dicunt. Nam quoties admonere volunt, aliquod vocabulum a nobis debere extrinſecus afferri, ut ſuppleatur defectus orationis. Sic Commentator anonymus Horatii, ut pag. 592. bis. Vida in Chartario Baſtardico 79. H. St.

Supplere, Implere. Cato R. R. cap. 88. Ibi fiſcellum cum ſale populari ſuſpendito & quaſſato, ſuppletoque identidem. Idem cap. 66. Facito ut amurcam quotidie ſuppleas.

Vulnere ſupplevit lacrimis. Ovid. 4. Met. 140.

SUPPLĒMENTUM, i. n. [ἀναπλήρωμα, Gl. L. G.] Quod ſuppletur. Cic. 3. Fam. 3. Cenſebant enim omnes fere ut in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur. Cæſ. 7. Bell. Gall. 7.

Supplemento veteres legiones explevit & novas ſcripſit. Liv. 1. 30.

SUPPLEX, V. SUPPLICO.

SUPPLĬCO, āvi, ātum, [ἱκετεύω, Gl. G. L. λιτανεύω, L. G.] āre. Humiliter, & cum reverentia precari. Plaut. Curc. 4. 2. 41. Volo hic in fano ſupplicare. Cic. in Parad. 5. 3. pr. Noctu venire domum ad eum, precari, denique ſupplicare.

Implorare

Implorare & ſupplicare. Cic. 1. de Orat. 270.
Supplicare alicui. Auctor de viris illuſtr. 49. Ter. And. 2. 1. 22.
Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo.
Quum amici ac propinqui ſupplicent vobis, dubitabitis, &c. Cic. pro Font. 25.
Proſternere ſe, & fracto animo ſupplicare alicui. Cic. pro Planc. 50.
Supplicare alicui pro. Cic pro Font. 31. Præſertim quum tot res ſint, quæ veſtris animis pro hujus innocentis ſalute ſupplicent, &c.
Libentiſſime pro aliquo ſupplicare. Cic. 6. Fam. 14.
Supplicare deo ture & vino. Plaut. Aul. prol. 24.
Supplicare publice. Sueton. in Claud. cap. 1. de Druſo Claudii patre, Exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps, ſtato die quotannis, miles decurreret, Galliarumque civitates publice ſupplicarent.
Supplicare, ſine adjecto, pro Adorare. Sueton. in Auguſt. cap. 93. Cajum nepotem, quod Judæam prætervehens, apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudavit.
Supplicari, Impersonale. Plin. lib. 13. cap. 1. Iliacis temporibus non ſupplicabatur ture. Cic. 2. de Lege Agrar. 18. In eo tamen, propter amplitudinem ſacerdotii, voluerint populo ſupplicari.
Supplicaſſis, pro Supplicaveris, legitur apud Plaut. in Aſin. 2. 4. 61.
Hercle iſtum dii omnes perduint, verbo cave ſupplicaſſis.
SUPPLICANS, antis. Partic. [[illegible]] Ter. Eun. 4. 7. 41.
Quid nunc agimus? GN. quin redimus: jam hæc tibi aderit ſupplicans
Ultro.
SUPPLICĀTIO, ōnis. f. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Cic. 3. in Catil. 15. Atque etiam ſupplicatio diis immortalibus, pro ſingulari eorum merito, meo nomine decreta eſt, Quirites. [Eadem Gratulatio dicta eſt ad omnia Deorum pulvinaria. Erat autem Gratiarum actio ſolennis, quam diis ſenatus Romanus, ob partam inſignem victoriam, in honorem ducis, ab exercitu Imperatoris appellatione cohoneſtati, decernebat, olim in unum aut alterum inſuper, noviſſimis temporibus reip. in plures dies. Quibus diebus, indicto juſtitio, univerſus populus cum matribus & liberis ad aperta omnia deorum templa diis ture & victimis votivis ſupplicatum ibat. Græci ſcriptores etiam [illegible] & [illegible] vocant. Confundi non debet cum Obſecrationibus publicis ad omnia Deorum templa, quas inſtantibus magnis periculis ſenatus decernebat.
Perlæta ſupplicatio. V. PERLATUS.
Prærogativa triumphi ſupplicatio. Cic. 15. Fam. 5.
Decernere ſupplicationem. Cæſ. 2. Bell. Gall. 35.
Decreta eſt ſupplicatio ad omnia pulvinaria. Cic. 3. in Catil. 23.
Indicere ſupplicationem Cæſ. 4. Bell. Gall. 38.
Merere ſupplicationes. Quintil. lib. 2. cap. 16.
SUPPLICĀTOR, ōris. m. Auguſt. de Civ. Dei, 5. 27. Supplicatores dæmonum.
SUPPLICĀMENTUM, i. n. Apulejus lib. 11. p. 267. Elmenhorſtii. Quantoque ſumptu deberem procurare ſupplicamentis, ipſumque mithram illum ſuum ſacerdotem decernit. Nomine ſupplicamentorum, inquit Beroaldus, non tam ſupplicationes & cærimonias intelligere videtur, quam apparatum neceſſarium ad cærimonias, & religionem auſpicandam.
Supplicamenta diis præſtare. Arnob. lib. 7.
SUPPLEX, icis. o. g. Adj. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Qui flexis genibus, vel alioqui ſubmiſſe orat. Cic. 3. Tuſc. 79. Cum ſe Alcibiades affictaret, lacrimanſque Socrati ſupplex eſſet, ut ſibi, &c. Plaut. Bacch. 4. 9. 101.
Ut qui deliquit, ſupplex eſt ultro omnibus. Idem Ciſt. 1. 1. 34.
Suique omnium rerum non indigens,
Ut tibi ſimus ſupplices. Subaudi Volunt.
Veniam ſupplex popoſci. Liv. 7. 40. Deos, inquit, immortales, milites, veſtros publicos, meoſque ab urbe proficiſcens ita adoravi, veniamque ſupplex popoſci, ut mihi de vobis concordiæ partæ gloriam, non victoriam darent. [[illegible], Victoriæ.
Abjicere ſe ſupplicem. V. ABJICIO.
Nunquam putavi fore ut ſupplex ad te venirem. Cic. 16. Att. 16.
Oro atque obſecro vos, quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes jacui. Cic. Anteq. iret in exſil. 26.
Rogabo ſupplex. Stat. 1. Achil. 52.
Vobis ſupplex manus tendit patria communis. Cic. 4. in Catil. 18.
Profiteri ſe pro aliquo ſupplicem. Cic in Piſon. 80.
Captare miſericordiam, & abjicere ſupplicem. Cic. 2. Philipp. 86.
Abſterrere & excludere aliquem ſupplicem. Cic. Anteq. iret in exſil. 26.
Lacrimæ ſupplices. Propert. lib. 1. 16. 4.
Libelli ſupplices, quos *Requeſtes* Galli vocant. Martial. lib. 8. 31.
Sed jam ſupplicibus dominum laſſare libellis
Deſine, & in patriam ſerus ab Urbe redi.
Manu ſupplice prætendens velamenta. Ovid. 11. Met. 279.
Querelæ ſupplices. Tibul. lib. 1. 4. 72.
Turba ſupplex. Ovid. 1. Met. 91.
Verbis ſupplicibus orare, h. e. Humilibus. Cic. 12. Att. 31.
Verbis ſupplicibus placare aliquem. Ovid. 4. Faſt. 155.
Vota ſupplicia. Virg. 8. Æn. 81.
Vox ſupplex. Liv. 30. 12. Si captivæ apud dominum vitæ necisque ſuæ vocem ſupplicem mittere licet.
Voce ſupplice rogare. Ovid. 8. Met. 396.
Voce ſupplex. Tacit. 1. Ann. 57.
Nos, jacentes ad pedes, ſupplicum voce prohibebis? Cic. pro Ligar. 13.
Supplex ejus dicitur, vel dei, vel hominis, cui ſupplicat. Nepos 4. 4. extr.
Veſter ſupplex. Cic. pro Muren. 86. Veſter eſt ſupplex, judices: veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam implorat.
SUPPLICITER, Adv. [[illegible]] Humiliter. Supplicem enim eſſe & genibus flexis orare, magnum Submiſſionis ſignum eſt. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 27. Qui quum eum in itinere conveniſſent, ſeque ad pedes projeciſſent, ſuppliciterque locuti, flentes pacem petiſſent, &c. Ovid. 1. de Pont. 10. 44.
— Suppliciter veſtros quiſque rogate deos.
Homo ita natus ut blandiri ſuppliciter poſſit. Cic. 1. de Orat. 90.
Suppliciter ac demiſſe agere gratias Cic. ad Brut. 16.
Loqui ſuppliciter. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 19. conf. ſupra.
Mittere literas ſuppliciter. Cic. 5. Verr. 47. Quas literas cum ad omnes civitates, prope ſuppliciter, miſiſſet Metellus, tamen, &c.

Orare ſuppliciter. Liv. 4. 41.
Petere ſuppliciter. Idem 3.
Poſtulare minaciter magis, quam ſuppliciter. Liv. 2. 23.
Reſpondere ſuppliciter & demiſſe. Cic pro Flacc. 81.
Venerans aram ſuppliciter. Virg. 12. Æn. 220.
SUPPLICIUM, i. n. [[illegible]] Feſtus, Supplicia veteres quædam ſacrificia a ſupplicando vocabant. V. ibi Scalig. & Dacer.
Supplicium, [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Supplicatio. Salluſt. in Catil. 52. Non votis, neque ſuppliciis muliebribus deorum auxilia parantur: ſed vigilando, agendo, bene conſulendo proſpera omnia cedunt. Liv. 22. 57. Quibus precibus ſuppliciiſque deos poſſint placare. Sic legit Grævius; nonnulli autem Supplicationibus.
Supplicia, Supplicationes. Salluſt. in Jugurth. 55. Itaque Senatus ob ea feliciter acta. Diis immortalibus ſupplicia decernere, &c Tacit. 3. Ann. 64. Sed tum ſupplicia diis, ludique magni ab Senatu decernuntur.
Supplicium, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Pœna, quæ pro delicto commiſſo ſumitur. Cic. in Piſon. 43. Supplicium autem eſt pœna peccati.
Acre ſatis ſupplicium. Cic. pro Roſc. Am. 37.
Dira ſupplicia. Virg. 6. Æn. 499.
Exquiſita Cic. 3. Off 100.
Miſerabile vitæ ſupplicium. Stat. 1. Theb. 54.
Sæva ſupplicia. Stat. 12. Theb 460.
Supplicii gratia, & Supplicii cauſa facere quid. i. e. Ad alterum puniendum. Cic. pro Roſc. Am. 43. & ſeq.
Addicere ſupplicio. Cic. Anteq iret in exſil. 27.
Adhibere ſupplicium. V. ADHIBEO.
Afficere ſupplicio. Cic. in Piſon. 43. Nullum eſt ſupplicium putandum, quo affici caſu aliquo etiam boni viri, forteſque poſſunt.
Coercere aliquem ſuppliciis. V. COERCEO.
Coercere delicta ſuppliciis. Hor. 1. Serm. 3. 79.
Conſtituere ſupplicium alicui maleficio. Cic. pro Roſc. Amer. 70.
Conſtituere ſupplicium in aliquem. Cic. 7. Verr. 50. Includuntur in carcerem condemnati, ſupplicium conſtituitur in illos.
Conſtringere ſcelus ac fraudem nocentis ſupplicio. Cic. 1. de Orat. 202.
Conſtringere ſupplicio. V. CONSTRINGO.
Continere ſe a ſupplicio. V. CONTINEO.
Dedere aliquem ad ſupplicium. V. DEDO.
Depoſcere ſupplicia. Stat. 10. Theb. 460.
Deprimere ad ſupplicium. Cic Anteq iret in exſil. 24. Quem virtutis gloria cum ſumma laude ad cælum extulit, eundem, inimicorum invidia indigniſſime oppreſſum, deprimit ad ſupplicium. [i. e. Uſque ad ſ.
Dare ſupplicium, Puniri. Catull. ad Gellium, 113. 8.
Dare alicui ſupplicium. Ter. Eun. 1. 1. 24.
— & te ultro accuſabis: & ei dabis
Ultro ſupplicium.
Dare aliquem ad ſupplicium. Nepos 4. 5. 5.
Domant impios ſæva ſupplicia. Sen. Herc. fur. 749.
Exercere ſupplicium. Stat. 3. Theb. 5.
Expendere ſupplicia veterum malorum. Virg. 6. Æn. 640.
Expoſcere ſupplicium. Catull. Argon. 62. 203.
Exſequi ſupplicia. Sen. Theb. 1.
Ferre ſupplicium. Cic. 8. Att. 15.
Haurire ſupplicia, Solvere pœnas. Virg. 4. Æn. 383.
Inferre ſupplicia orbibus hoſtium. V. INFERO.
Inhibere ſupplicia alicui. V. INHIBEO.
Interfectus omni ſupplicio. V. INTERFICIO.
Irrogare ſupplicium. Aſcon. Pedianus. V. IRROGO.
Luere ſupplicia. Juſtin. 2. 5. 6.
Mactare ſummo ſupplicio. V. MACTO.
Merere ſupplicium. Ovid. 5. Met. 666.
Mergere ultimis ſuppliciis. V. MERGO.
Necare aliquem vinculis & verberibus atque omni ſupplicio excruciatum. Cic. pro Lege Manil. 11.
Pati ſupplicium. V. PATIOR.
Pendere ſupplicia. V. PENDO.
Perferre ſupplicia. V. PERFERO.
Perire ſupplicio. Cic. de Nat. Deor. 81. Summo cruciatu ſupplicioque Q. Varius, homo importuniſſimus, periit.
Rapi ad ſupplicium ob facinus. Cic. 2. de Orat. 238.
Reciditur culpa ſupplicio Hor 3. Carm 24. 34.
Remittere & condonare alicui ſupplicium. V. CONDONO.
Solvere ſupplicium alicui. Cic. 13 Philipp 21.
Subire ſupplicium. Cic. ad Brut. p. 12. Nihil affertur, quo minus ſumma ſupplicia, ſi (quod Juppiter omen avertat) pater puerorum vicerit, ſubeunda nobis ſint.
Sumere ſupplicium. Plaut. Merc. 5. 4. 32.
Sumere ſupplicium de aliquo Cic. 2. de Invent. 14.
Sumere ſupplicium a ſervo. Ulp. in l. Magiſtratibus D. de Juriſd.
Trahi ad ſupplicium. Cic. Anteq. iret in exſil. 28. Servi, qui ad ſupplicium, cæſi verberibus, trahuntur.
Uti ſupplicio in aliquem. Cic. 5. Fam. 10. Meam animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi & condono.
Omni eos publica privataque pecunia multatos, ſupplicio alio nullo affecit. Xyl. Ita vertit hunc Dionis locum lib. 47. pag. 331. Pariſ. [illegible] Ubi ſupplicii nulla ſit mentio, & minime videtur Mulcta poſſe Supplicium vocari: H. St. Nec vocavit Xyl. Multam ſupplicium, verum pro Pœna poſuit, non plane veterum conſuetudine.
SUPPLŌDO, ſi, ſum, [[illegible]] ēre. Terram ſubtus percutere, quod pedibus plerumque fieri ſolebat in contemptu. Cic. 1. de Orat 230. Pedem nemo in illo judicio ſupploſit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.
SUPPLŌSIO, ōnis. f. [[illegible]] Cic 3. de Orat. 44. Supploſio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis.
Rara ſupploſio. Auctor ad Heren lib 3. 27.
SUPPŒNITET, uit, [[illegible]] ēre. Aliquantum pœnitere. Cic. 7. Att. 14. Spero etiam in præſentia pacem nos habere: nam & illum furentis, & hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.
SUPPŌNO, ōſui, ſitum, [[illegible], Gl. G. L.] ēre. Subjicere. Columel.

mel. lib. 12. cap. 47. Poſtero die cribratur, & novo fiſco incluſa, prelo ſupponitur, vehementerque premitur, ut exſudet, quantulumcunque habet amurcæ. Plaut. Truc. 2. 5. 9. Alienos dolores mihi ſuppoſui.

Supponere ſub. Plaut. Pœn. 5. 2. 65.

Sub cratim ut jubeas ſeſe ſupponi.

Ova ſupponere gallinis. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Quin etiam anatum ova gallinis ſæpe ſupponimus, e quibus pulli orti primo aluntur ab iis, ut a matribus, a quibus excluſi fotique ſunt.

Tauri ſupponunt colla jugis. Ovid. 3. Amor. 10. 13.

Colla ſupponere oneri. Ovid. Rem. Amor. 171.

Falcem ſupponere ariſtis. Virg. 1 Georg. 348. i. e. Demetere ſegetem, &c.

Pectora ſupponere fluminibus. Ovid. 13. Met. 953.

Humo ſupponere aliquem, Sepelire. Ovid. 3. Amor. 9. 48.

Tumulo ſupponere aliquem, Sepelire. Ovid. 3. Triſt. 3. 68.

Supponere, varie transfertur. Pro Subjicere. Cic. 1. de Invent. 8. Nam ei tres partes, quas ante diximus ſupponemus, judicialem, deliberativam, demonſtrativam.

Arbitrio alicujus ſupponere aliquid. Ovid. 17. Epiſt. 120.

Exemplum ſupponere epiſtolæ. Cic. 2. de Invent. 12. Atque uniuſcujusque conſtitutionis exempla ſupponere non graveremur.

Manum ſupponere lucro. Sen. Nat. Quæſt. 4.

Rationem ſubjicere & ſupponere. Cic. 2. de Invent. 63.

Subſtituere & ſupponere aliquem. Cic. 7. Verr. 17.

Se ſupponere reum criminibus pro aliquo. Cic. pro Dejot. 42. Hic me quidem cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum.

Vicarium quid ſupponere. Cic. pro Roſc. Amer. 111. Credo propterea, quod quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur.

Alium in ſuppoſiti locum ſupponere. Cic. 7. Verr. 74.

Supponere cultros, quod ὑποσφάττειν dixit Halicarnaſſeus, eſt Sub collo & jugulo victimæ ponere, quod eſt jugulare: ſed jugulare in ſacris ne dicerent cavebant, cum ominis mali verbum ſit, & ſacra eſſet vitiaturum inauſpicata voce. Ceterum hoſtias ſolebant veteres primum ſecuribus cædere aut clavis, deinde proſtratas ſuppoſitis cultris jugulare, idque a miniſtris & popis, aut victimariis fiebat. V. Dionyſium Halicarnaſſeum. Virg. 6. Æn. 248.

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem

Excipiunt pateris. Annotavit Turnebus.

Supponere, Adulterinum loco veri ſubjicere. Quod & Subjicere dicitur, & Subdere. Ter. Eun. 5. 3. 3.

Quidnam, qui referam illi ſacrilego gratiam,

Qui hunc ſuppoſuit nobis?

Teſtamentum ſupponere, Falſum teſtamentum ſuppoſita perſona obſignare, auctore Cicerone pro Cluent. 125. Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obſignare curarit. Idem in Parad. 6. Si ſocios ſpolias, ærarium expilas, ſi teſtamenta amicorum exſpectas, aut ne exſpectas quidem, at ipſe ſupponis.

Falſum teſtamentum ſupponere. Cic. 1. de Legib. 43. Jus eſſet latrocinari, jus adulterare, jus teſtamenta falſa ſupponere, ſi hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur.

Suppŏsĭtus, & Suppŏstus, a, um. Partic. [ὑποτεθείς, G. L. G. ὑποβεβλημένος, G. L.] Pro alio fraudulenter poſitus. Cic. 7. Verr. 66. Et ut quivis facile perſpiceret, id ab iſto actum eſſe, ut ille ſuppoſitus facile & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet.

Suppoſitus in ejus locum. Cic. 7. Verr. 74.

Suppoſita furto Paſiphae. Virg. 6. Æn. 24.

Perſona ſuppoſita. Paulus in l. Si is qui. D. de acquir. her. Si is, qui bonis paternis ſe abſtinuit, per ſuppoſitam perſonam emptoris, bona patris mercatus probetur, &c.

Saxa ſuppoſita cœlo, i. e. Tantæ altitudinis, ut ſuppoſita cælo, cælumque ſuſtentare videantur. Sil. lib. 3. 90. Intelligit Alpes.

Suppoſitum Deo. Naſo.

Nil ita ſublime eſt, ſupraque pericula tendit,

Non ſit ut inferius, ſuppoſitumque Deo. H. St. Ovid. Triſt. 4. 8. 47.

Suppŏsĭtūrus, a, um. Partic. [ὑποθήσων] Ovid. 5. Faſt. 180.

Cerviceṁque polo ſuppoſiturus Atlas.

Suppŏsĭtĭo, ōnis. f. [ὑπόθεσις, Gl. L. G. ὑποβολή. G. L.] Columel. lib. 8. cap. 5. Semper autem, quum ſupponuntur ova, conſiderari debet, ut luna creſcente, a decima uſque ad quintam decimam, id fiat: nam & ipſa ſuppoſitio per hos fere commodiſſima. Plaut. Capt. extr. in grege 3.

Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circumductio.

Suppŏsĭtor, ōris. m. [ὑποθέτης] Qui ſupponit. Vet. Inſcriptio apud Salmaſ. in Solin. p. 196. SIGNAT. SVPPOSTORES. MALLIATORES. MONETAE.

Suppoſtrix, icis. f. ut Puerûm ſuppoſtrix, Quæ alienos pueros aliis, tanquam ſuos, nutriendos clam præbet. Plaut. Truc. 4. 2. 50. Venefica, ſuppoſtrix puerûm.

Suppŏsĭtōrĭum, i. n. [ὑπόθεμα, ὑποπόδιον, Gl. G. L.] Scabellum.

Suppŏsĭtītĭus, a, um. Adj. [ὑποβολιμαῖος, Gl. G. L.] Quod ſuppoſitum eſt, & alterius loco, vel pro vero & nativo poſitum. Varro 2. de R. R. cap. 8. Matri ſuppoſititiæ quoque inſerviunt, quo eque ad miniſterium lactis cibum pullo præbere poſſit.

Suppoſititius [ἔφεδρος] qui & Secundarius, vel tertiarius Martial. lib. 5. 24.

Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi. h. e. Qui ex omnibus gladiatoribus ſolus ſibi ipſi ſuccedit, quum alii feſſis ſoleant ſuccedere. [i. e. Qui nunquam feſſus diſcedit, ſed ſolus pugnæ ſufficit: neque proinde ἔφεδρον, ſeu ſuppoſititium poſtulat.

Supporto, [ὑποφέρω] āre. ex Sub & Porto compoſitum. Cæſ. 1. Bell. Gall. 39. Aut rem frumentariam, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timere dicebant. Cic. 12. Fam. 13. Niſi quid navibus Laodicenorum ſupportarit, cito fame pereat neceſſe eſt.

Omnia hinc in caſtra ſupportabantur. Liv. 42. 1. Al. 5.

Corn. Nepos in Attici vita p. 554. Atque ex Epiro bis omnia Samothraciam ſupportari juſſit. H. St. Euſtat. cap. 11. ubi vim Auxilii exprimit particula compoſitionis, ut in Sublevo, ſubmitto, ſubvenio, Succurro, &c.

Suppoſitio, Suppoſitus, Suppoſtus, &c. V. suppono.

Supprĭmo, eſſi, eſſum, [ὑποπιέζω, ἀποκρύπτω] ĕre. a Sub & Premo. Occulere, abſcondere.

Abſcondere atque ſupprimere. Plin. lib. 35. cap. 1.

Famam rei ſupprimere. Liv. 5. 1. & 44. 95.

Naufragium ſupprimere. l. 3. Ejuſdem. §. 4. Item is cujus. D. ad leg. Cornel. de ſicariis.

Nummos, vel pecuniam ſupprimere, Celare, occultare, diſſimulare ſe habere, vel dolo malo retinere. Cic. pro Cluent. 68. Sexcentis millibus nummûm ſe judicium corrupturum eſſe dixerat, quæ quum acceperat a pupillo, ſuppreſſit, judicioque facto, &c. Sic paulo poſt. 71. Cepit hoc conſilium, ut pecuniam quibuſdam judicibus leviſſimis polliceatur, deinde eam poſtea ſupprimat. [i. e. Clam retineat, intervertatque.

Senatuſconſulta ſupprimere. Liv. 3. 55. extr.

Teſtamentum ſupprimere. Paulus lib. 4. Sentent. tit. 7. V. not. ad l. 2. D. ad leg. Corn. de falſ. Iſidorus lib. 5. Etymol. cap. 24.

Supprimere, Reprimere, Siſtere, Suſtinere, ut

Ægritudinem ſupprimere. Cic. 3. Tuſc. 75. Hæc igitur officia ſunt conſolantium, tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quamplurimum, aut ſupprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere. Al. Ad alia.

Animus ſupprimitur cibis, pro Opprimitur. Plin. lib. 11. cap. 37.

Fletum ſupprimere. Propert. lib. 4. 1. 113.

Frena ſupprimere vindictæ. Ovid. 2. de Pont. 8. 24. al. Lora.

Habenas ſupprimere curſus, Siſtere curſum. Ovid. 6. Met. 700.

Impetum ſupprimere. Liv. 7. 24. pr. Stetitque, ſuppreſſo impetu, Romanus.

Iram ſupprimere. Ovid. 1. de Pont. 8. 69.

Iter ſupprimere, Retrahere ſe ab itinere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 66.

Lacrimas ſupprimere. Ovid. ad Liv. 427. Propert. lib. 3. 10. 8.

Quercus ſupprimere, Siſtere. Ovid. 4. Faſt. 83.

Vocem ſupprimere. Ovid. 1. Met. 715. V. premo.

Suppreſſus, a, um. [ἀποπνιγείς] Partic. ut, Suppreſſa navis, Submerſa vi. Juſtinus lib. 2. 9. Victi Perſæ in naves confugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ.

Pectore ſuppreſſa vitiis, Mentes calcatæ & oppreſſæ ab amore. Ovid. Rem. Amor. 73. Heinſ. legit Dominis oppreſſa.

Dolor ſuppreſſus alta mente, Celatus. Lucan. lib. 6. 228.

Naufragus ſuppreſſus. l. 3. D. de incend. ruin. nauf.

Tabulæ ſuppreſſæ. l. 10. D. Quemad. teſtam. aperiant. Sueton. in Calig. cap. 16.

Fontibus ſuppreſſis aret amnis. Ovid. 15. Met. 280.

Fuga ſuppreſſa, Retenta, repreſſa. Ovid. 11. Met. 777.

Lingua ſuppreſſa palato. Ovid. 3. Triſt. 3. 21. Heinſ. legit, Suppreſſo lingua palato; Burm. vero, Sub feſſo lingua palato. [An Sub preſſo?

Pars vocis ſuppreſſa in medio ſono. Ovid. 5. Met. 193.

Voce ſuppreſſa dicere, idem quod ſubmiſſa. Cic. pro Sull. 30. Qui cum ſuppreſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixiſſet, tantummodo ut vos, qui ea probatis, exaudire poſſetis.

Suppreſſior oratione. Cic. in Orat. 85. Erit enim, ut voce, ſic etiam oratione ſuppreſſior. De humili oratore loquitur.

Mentum ſuppreſſum, Contractum, nec oblongum, ſed breve potius. Varro 2. de R. R. cap. 9.

Suppreſſius, Adv. Compar. apud Gell. 12. 11. Suppreſſius pudentiusque peccabitur. al. Repreſſius.

Suppreſſor, ōris. m. Occultator. l. 6. §. 1. de ſervo ſollicit. Hunc ſuppreſſorem non jure quis dixerit.

Suppreſſio, ōnis. f. [ἀποστέρησις] Cic. pro Cluent. 68. Statuit ad eaſdem ſibi prædas ac ſuppreſſiones judiciales revertendum. V. judico.

Suppreſſiones nocturnæ, dicuntur quoties per ſomnum ſpiritus ſupprimitur, aut etiam ipſa vox, ut incerta indiſcretaque edatur, quemadmodum in eo morbi genere accidere ſolet, qui Latinis incubus, Græcis Ephialtes dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10. Grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibus nocturnis in vino pota, quo dictum eſt numero. De Pæonia loquitur: de qua etiam verba faciens lib. 25. cap. 4. Hæc, inquit, medetur & Faunorum in quiete ludibriis. Sunt igitur Faunorum in quiete ludibria, quæ & ſuppreſſiones nocturnæ. Picardi vocant *le cauquemare*. [V. ephialtes. & Etymol. M. in ea voce.

Suppromo, prompſi, promptum, ĕre. Subtus extrahere: & proprie de vino dicitur. Plaut. Mil. 3. 2. 12.

Eho tu ſceleſte, qui illi ſuppromis, eho tu. al. Supprĕmus es, eho.

Suppromus, i. m. Promus ſecundarius. Plaut. Mil. 3. 2. 24. Bono cella ſuppromo credita. conf. dict. ſuperius.

Suffita, f. pl. θυμιάματα, Gloſſ. Latinogræc. Sed error videtur, quum Græca vox Suffita denotet.

Suppŭdet, uit, [ὑπαιδέομαι] ēre. Aliquantulum pudere. Cic. 15. Fam. 16. Puto te jam ſuppudere, quum hæc tertia jam epiſtola ante te oppreſſit, quam tu ſchedam, aut litteram.

Suppudet me illius rei. Cic. 9. Fam. 1. Scito enim me, poſteaquam in urbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt cum libris noſtris in gratiam. Etſi non idcirco eorum uſum dimiſeram, quod iis ſuccenſerem, ſed quod eorum me ſuppudebat.

Suppūro, [φλεγμαίνω. Gl. L. G. & G. L. ὕπουλον γίνομαι, L. G.] āre. eſt Pus fieri, nempe dum ſubtus pus includitur, & apoſtemata per corpus gignit. Columel. lib. 6. cap. 12. Hic idem ſanguis, niſi emiſſus fuerit, ſuoiem creabit: qui ſi ſuppuraverit, tarde percurabitur. Plin. lib. 25. cap. 11. Oſſa fracta e capite extrahit, aut ſi quid in corpore ſuppurat, vel ſi calcata ſunt oſſa.

Suppūrātus, a, um. Partic. ut, Suppurata triſtitia. Senec. Epiſt. 81. Horum, qui felices vocantur, aut ficta hilaritas eſt, aut gravis & ſuppurata triſtitia. [An Supputata?

Suppūrātum, i. n. [φύγεθλον] Apoſtema. Plin. lib. 20. cap. 4. Strumiſque vel ſuppuratis alligat. Et ſæpe alias.

Suppūrātĭo, ōnis. f. [φλεγμονή, Gl. G. L.] Apoſtema. Columel. lib. 6. cap. 11. Plin. lib. 20. cap. 3. Caro ejus interior ſine ſemine, clavis pedum & ſuppurationibus, quæ Græci vocant apoſtemata.

Inciſa vel rupta ſuppuratio. Celſ. lib. 7. cap. 2. ad finem. Cetera eadem, inciſa ſuppuratione, facienda ſunt, quæ ubi per medicamenta rupta eſt, facienda eſſe propoſui.

Suppūrātōrĭus, a, um. Adj. [πυοποιός] Plin. lib. 28. cap. 4. Efficaciora ad eadem ſtrigmenta a balineis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis. i. e. Quæ ſuppurare faciunt.

Suppŭto, [ὑπολογίζομαι] āre. Subtus putare, vel leviter & aliquantulum putare,

putare, hoc eſt reſecare. Plin. lib. 17. cap. 10. Præterea ſemina ipſa fruticantia ſupputare, ac falcem pati conſueſcere.

Supputare, [λογίζεσθαι] pro Computare, & numeros facere. ut, Supputare rationem, apud Plautum in Aulul. Nunc tamen Plauti locus in Aulul. 3. 5. 53. ſic legitur,

Itur: putatur ratio cum argentario. Et p. p.
Ubi diſputata eſt ratio cum argentario,
Etiam plus ipſus ultro debet argentario. Ovid. 2. de Pont. 3. 18.
At reditus jam quiſque ſuos, & ſibi quid ſit
Utile, ſollicitis ſupputat articulis. al. Computat.

Supputātus, a, um. Partic. Pallad.

Supputātio, ōnis. f. [ὑπολογισμὸς Gl. G. L.] Calculatio. Vitruv. 3. 1. Cum ad ſupputationem creſcat.

Supputārius, a, um. Tertull. Apol. cap. 19. Supputarii digitorum geſticuli. [An Suppotatorii?

Supputātor, ōris. m. [ὑπολογιστής, Gl. G. L.] Firmicus lib. 5. cap. 8. Boni erant ſupputatores, arithmetici, geometræ. Paulo poſt, Sortilegi, magici, ſupputatores. Rurſus cap. 11. Divites quoque ac locupletes, ſupputatores, arithmeticos. Item lib. 6. cap. 26. Reddunt etiam acutiſſimos ſupputatores, & hac potiſſimum ex cauſa, regum ac principum ſcribas. Et cap. 28. Hos enim ſapientes ſcribas, ſupputatores, ac principum faciunt negotia pertractantes.

Supra, Supraductus, Suprapositus, Suprascriptus, V. supra.

Supremus, V. superus ibidem.

Suptra, V. subtra.

Supum. vel Suppum, antiqui dicebant, quem nunc Supinum dicimus, ex Græco videlicet, pro aſpiratione, ponentes s litteram. ut quum idem ὕλας dicunt, & nos Silvas: item ἕξ, Sex; ἑπτά, Septem. Hujus vocabuli meminit & Lucilius,

Si vero das quod rogat, & ſi ſuggeri ſuppus. Feſtus. V. Voſſ. Etymol. & Joſ. Scalig. not. [conf. tamen quæ ſupra in supinus.

S U R

Sūra, æ. f. [γαστροκνημία, κνήμη, Gl. L. G. & G. L.] Poſterior pars cruris, vel tibiæ carnoſa, quæ tantum homini ineſſe dicitur: reliqua enim omnia animalia habent crura ſine ſuris. Plaut Pſeud. 4. 7. 80.

Suram ubi aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. Cic. 4. Tuſc. 47. — ſura ac pulmonibus ſiſto. Ex Lucilio. [Vitioſe in Gloſſ. prior. Supræ, pro Suræ excuſum.

Tumentes ſuræ. Hor. Epod. 8. 10.

Teretes ſuræ. Hor. 2. Carm. 4. 21. Lactantius de Opific. Dei, cap. 13. Crura, non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes, ſed teretibus ſuris clementer exſtantibus, ſenſimque tenuatis, & firmata ſunt & ornata.

Sura, pro Toto crure aliquando accipitur. Virg. 1. Æn. 341.

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

Evincta ſuram cothurno. Virg. 7. Ecl. 32.

Decoratam lumine ſuram erigit. Cic. in Arat. 334.

Suræ, pro Ocreis, quibus induuntur ſuræ. Juven. 16. Sat. 14.

Calceus, & grandes magna ad ſubſellia ſuræ.

Suræ, Populi ſunt in India, quos commemorat Plin. lib. 6. cap. 20.

Surcellus, Surcola, Surculaceus, Surcularis, Surcularius, Surculo, Surculose, Surculosus, Surculus. V. surus.

Surdaones, ſunt Populi in Hiſpania. Plin. lib. 3. cap. 3. Ilerdenſes, Surdaonum gentis, juxta quos Sicoris.

Surdus, a, um. Adj. [κωφός Gl. L. G. & G. L.] Qui habet aurium meatus occluſos, ita ut non poſſit audire. Et tam Paſſive quam active dicitur. Nam Surdus, & Qui non audit & Qui non auditur dici poteſt. Ter. And. 3. 1. 5.

Utinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.

Vocum varietates aut modos noſcere non poteſt ſurdus. Cic. 2. de Divin. 9.

Ad munera ſurdus, Qui non movetur muneribus. Ovid. 7. Epiſt. 27.

In re aliqua eſſe ſurdum. Cic. 5. Tuſc. 116. In illis linguis, quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profecto ſumus.

Surdus, cum Genitivo. Columel. lib. 3. cap. 10. Idque nobis poëta vel ſurdis veritatis, indulget dicendo. i. e. Qui veritatem non ſtatim admittimus. [An Veritati?

Æquoribus ſurdior. Ovid. 13. Met. 804. in cantilena Polyphemi.

Aures ſurdæ. Ovid. 3. Amor. 7. 61.

Fluctus ſurdi. Ovid. 18. Epiſt. 211.

Fores ſurdas tundere. Ovid. 1. Amor. 6. 54.

Freto ſurdior. Mare enim non audit precantes. Ovid. 8. Epiſt. 9.

Janua tua oranti ſit ſurda. Ovid. 1. Amor. 8. 77.

Judex non ſurdus. Cic. pro Font. 25. Profecto ſatis erit, id quod dixi antea, non ſurdum judicem huic muneri atque officio præeſſe.

Litora ſurda. Propert. lib. 4. 12. 6.

Mare ſurda. Ovid. 9. Met. 653. ad finem fabulæ Byblidis.

Poſteritas ſurda. Curt. lib. 5. 8. 10. Nulla erit tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cælum vos debitis laudibus ferat.

Res ſurdæ. Plin. lib. 20. in proœm. Odia amicitiæque rerum ſurdarum, ac ſenſu carentium.

Surdis etiam rerum ſua cuique ſunt venena, ac minimis quoque. Plin. lib. 24. cap. 1. h. e. Inter res etiam ſurdas, &c.

Saxa ſurda movere blanditiis. Ovid 3. Amor. 7. 58.

Buccina ſurda, Quæ non auditur. Juven. 7. Sat. 71.

Diſcrimen figurarum ſurdum. Plin. lib. 35. cap. 2. Ærei ponuntur clypei, argenteæ facies, ſurdo figurarum diſcrimine, ſtatuarum capita permutantur, vulgatis jampridem ſalibus etiam carminum, adeo materiam malunt conſpici omnes, quam ſe noſci.

Gratia ſurda officii. Ovid. 2. de Pont. 6. 32.

Non erit officii gratia ſurda tui. i. e. Non tacebitur a me gratia officii tui. Favor tuus erga me, intelliget gratitudinem meam. Intelliget ſe laudari a me.

Herbæ ſurdæ a Plinio dicuntur, Ignobiles, & quarum nomina ſæpe non audiuntur, lib. 22. cap. 2.

Ictus ſurdi, & qui non exaudiuntur. Plin. lib. 19. cap. 1.

Locus ſurdus; In quo vox facile & clare non vagatur. Vitruv. lib. 5. 3.

Numen ſurdum, Ignobile, non clarum. Sil. lib. 8. 248.

Verbere ſurdo cædit hominem mens conſcia ſceleris Juven. 13. Sat. 194. [i. e. Non exauditu. V. verber.

Vota ſurda, A diis non exaudita. Perſ. 6. Sat. 28.

Surdus, ad Viſum etiam refertur. Plin. lib. 37. cap. 5. Ad hoc quibuſdam intercurrit umbra, ſurduſque fit color, qui improbatur etiam dilutior.

Surdum, Cujus odor non ſentitur. Perſ. 6. Sat. 35.

Oſſa inodora dabit, ſeu ſpirent cinnama ſurdum. Surdum, pro Surde. h. e. Oleant & fragrent, aut ſpirent, & odorem emittant qui vix ſentiatur.

Surde, Adv. Afran. apud Chariſ. 2. Amantes, quibus animi non ſunt integri, ſurde audiunt.

Surdĭtas, ātis. f. [κώφωσις] Cic. V. in surdaster ſeq. conf Celſ. 2. 8. & 6. 7.

Surdaster, tra, trum. Adj. [ὑπόκωφος] ſignificat Diminutionem ſurditatis: non enim eſt plane ſurdus is, qui Surdaſter dicitur, ſed eſt, ut ita dicam, Surdulus. Cic 5. Tuſc. 116. In ſurditate vero quidnam eſt mali? Erat ſurdaſter M. Craſſus. Sed aliud moleſtius, quod male audiebat, etiamſi, ut mihi videbatur, injuria.

Surdigo, inis. f. Marcell. Empir. cap. 9. Surdiginis moleſtiam pati.

Surdeo, ēre. Eric. Cord. 6. Epigr. 50.

Jurgibus obtuſæ ſurdent clamoribus aures.

Surdesco, ĕre Eugen. Tol Carm. 5. Surdeſcunt aures.

Surena, æ, m [Σουρήνας] Parthorum imperator. V. in dictione arnaca.

Surena, æ. f. Varroni nomen eſt Conchilii. Vernacula, inquit, ad ſimilitudinem, ut ſurenæ, pectunculi, ungues. Varro de L. L. 4. 12. Plura de hoc nomine vide apud Turneb. Adverſ. 20. 37.

Surgo, ſurrexi, ſurrectum, [ἐγείρομαι, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. neutrum verbum contractum a Surrigo, quod eſt a Surſum [vel Sub] & Rego; proprie ſignificat Erigi. Plaut. Ain. 5. 2. 71. Surge, amator, i domum. Ter. Eun. 4. 5. 3.

Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit. Subaudi A diſcubitu, vel menſa.

Ego potiſſimum ſurrexi, qui non ſum cum iis, qui ſedent, comparandus. Cic. pro Roſc. Amer. 1.

Surgere cubitu. Cato R. R. cap. 5.

Surgere ſella. Salluſt. lib. 3. Hiſt.

Solio aureo ſurgit Juppiter. Virg. 10. Æn. 116.

Strato ſurgere. Virg. 3. Æn. 513.

Toro ſurgere. Ovid. 9. Met. 702.

Surgere a menſa. Plaut. Pſeud. 1. 3. 62.

A meretrice. Cic. 3. Verr. 104. Qui auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet.

Surgere de cathedra. Martial. lib. 11. 93.

De cœna ſurgere. Hor. 2. Serm. 2. 77.

De nocte ſurgere. Hor. 1. Epiſt. 2. 32.

Surgere de ſella. Cic. 6. Verr. 147. Quum ad Prætorem in jus adiiſſemus, &c. antequam verbum facerem, de ſella ſurrexit & abiit.

De toro ſurgere. Propert. lib. 2. 26. 24.

Surgere a lecto. Ter. Adel. 4. 1. 4.

Ut triduo hoc perpetuo prorſum e lecto nequeat ſurgere.

Surgere ex accuſatorum ſubſelliis. Cic. pro Flacc. 22.

E thalamo ſurgere. Propert. lib. 2. 15. 14.

Surgit homo piger. Ovid. 2. Met. 771.

Mature ſurgere. Cic. 4. Verr. 41. Iſte poſtero die mane, cum multo maturius, quam unquam antea ſurrexiſſet, judices citari jubet.

Ille multo ante lucem ſurrexit. Cic. 2. de Invent. 15.

Properantur ſurgere. Sil. lib. 7. 747.

Ad aliquem ſurgere. Ovid. 13. Met. 2.

Ad dicendum ſurgere. Cic. 2. de Orat. 316.

Surgere ad reſpondendum. Cic. pro Cluent. 51. Hic ego cum ad reſpondendum ſurrexi, qua cura, dii immortales! qua ſollicitudine animi, quo timore?

In arma ſurgere. Sil. lib. 7. 591.

In haſtam ſurgere. Stat. 1. Achil. 485.

In ſomnos ſurgere. Valer. 5. Argon. 695.

Surgitur in ſomnos, ſeque ad ſua limina flectunt. i. e. Surgunt ut abeant ad dormiendum.

Cervus ſurgens in cornua. Virg. 10. Æn. 725. i. e. Creſcens, cornibus eminens. Servius. [Surgens erectis in altum cornibus.

Æquora ſurgunt, Attolluntur, fluctibus intumeſcunt. Virg 3. Æn. 196.

Aqua ſurgit in modum tumuli. Ovid. 1. Triſt. 10. 20.

Fontes ſurgentes, i. e. Scaturientes, orientes. V. sune.

Mare ſurgit. Ovid. 15. Met. 508.

Venti ſurgere dicuntur, quum flare incipiunt. Virg. 3. Æn. 481.

— & fando ſurgentes demoror Auſtros? Idem 3. Æn. 130.

Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntes. Sicut e contrario quando flare deſinunt, Ponere ac reſidere dicuntur.

Aſtra ignea ſurgunt, Oriuntur. Virg 4. Æn. 352.

Aſtris ſurgentibus, Superveniente nocte. Virg. 1. Georg. 441. Servius.

Aurora ſurgit. Virg. 1. Georg. 446.

Dies ſurgens in medium, Accedens proxime ad meridiem. Lucan. lib. 4. 155.

Ignis ſurgit. Ovid. 4. de Pont. 9. 53.

Luna ſurgens. Tacit. 3. Hiſt. 23.

Sol ſurgens. Virg. 12. Æn. 172.

Veſper ſurgens. Hor. 2. Carm. 9. 11.

Ædificia ſurgere dicuntur, quum ſenſim eminent, & in altum attolluntur. Plin. 10. Epiſt. 58. pr. Multo depreſſior eſt ædes eo opere, quacum maxime ſurgit. Virg. 1. Æn. 370.

Aræ ſurgunt de ceſpite. Sil. lib. 7. 747.

Limina ſurgunt gradibus. Virg. 1. Æn. 432.

Mœnia ſurgunt. Virg. 1. Æn. 441.

Opus ſurgit. Propert lib. 4. 1. 67.

Roma fave, tibi ſurgit opus.

Pagina ſurrexit primo verſu. Ovid. 1. Amor. 1. 17

Telluris in altum ſurgentis tumulus. Lucan. lib. 3. 375.

Herbæ ſurgunt, dum creſcunt. Columel. lib. 9. cap. 4. ex Virg. 4. Georg. 22. — ſurgentes atterat herbas.

Culmi ſurgentes in ſegetem, Creſcentes. Lucan. lib. 6. 109.

Fruges nitidæ ſurgunt. Lucret. lib. 1. 253.

Frutex ſurgit in altitudinem. Columel lib. 6. cap. 23.

Homo ſurgere dicitur, quando creſcit. Virg. 4. Æn. 274.
Aſcanium ſurgentem, & ſpes hæredis Iuli
Reſpice. Ibid. 6. 365.
Meſſis ſurgit. Virg. 1. Georg. 161.
Pilus ſurgit. V. SUBORO.
Senſim ſurrexit virga per glebam. Ovid. 4. Met. 255.
Ex humili ſurgere, Creſcere, Ad fortunam translatum. Propert. lib. 2. 10. 11.
Semel cecidi ſciens, ut honeſtiſſime ſurgere poſſem. Cic. 12. Philip. 24.
Partes ſurgentes. Tacit. 3. Hiſt. 4.
Regna ſurgunt. Virg. 4. Æn. 47.
Iræ altius ſurgunt. Virg. 10. Æn. 814.
Prælia ſurgunt acerrima. Lucan ad Piſon. 193.
Pugna aſpera ſurgit. Virg. 11. Æn. 635.
Rumor ſurgit. Tacit. 2. Hiſt 42.
Sententia ſurgit animo, Oritur. Virg. 1. Æ. 586. Tranſlatio eſt corporis ad animum. Servius.
Surgitur, Imperſonale. Juven. 4. Sat. 144.
Surgitur, & miſſo proceres exire jubentur
Concilio.
Surrexe, pro Surrexiſſe. Hor. 1. Serm. 9. 73.
hunccine ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi.
Mane ſurgendum cras. Hor. 1. Serm. 6. 120.
SURRĔGIT, & Sorctus, antiqui ponebant pro Surrexit, & ejus Partic. quaſi ſit Surrectus, quibus L. Livius frequenter uſus eſt. Feſtus.
SURRECTIO, ōnis. f. [ἔγερσις, Gl. G. L.] verbale.
SURIO, ire. V. SUS.
SURPICŬLUS. I m. & V. Scirpiculus in SCIRPUS.
SURRMIT, Sumpſit; Inque manu ſurremit haſtam. Paulus ex Feſto.
SURRENTUM, [Συρρέντον] Campaniæ oppidum, quod alio nomine dicitur Petra Sirenum. Nunc vulgo *Sorrento*, ut ſcribit Olivarius in Melam. Plin. lib. 3. cap. 5. Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede. Ubi & de reliquis Campaniæ locis. De eo & Virg. 5. Æn. 864. & Strabo lib. 5.
Amœnum Surrentum. Hor. 1. Epiſt. 17. 52.
SURRENTĪNUS, a, um. Adj. [Συρρεντῖνος] ut,
Colles Surrentini. Columel. lib. 3. cap. 2. Ovid. 15. Met. 710.
Et Surrentino generoſos palmite colles.
Prætoria Surrentina. Stat. 2. Silv. 2. 82.
Vina Surrentina. Plin. lib. 23. cap. 1. Hor. 2. Serm. 4. 55.
SURREPO, V. SUBREPO.
SURRĬGO, V. SUBRIGO.
SURRĬPIO, ripui. reptum, [ὑφαρπάζω, Gl. L. G. & G. L. ὑφαιρέω L. G.] ĕre. Latenter rapere, ſeu ſuffurari. Plaut. Aſin. 5. 2. 35.
Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam.
Idem Pœn. 5. 2. 141. — qui filias dicas tuas,
Surreptaſque eſſe parvulas Carthagine. Idem Men. 1. 3. 17.
— nimio ego hanc periculo
Surripui hodie: meo animo, ab Hippolyta ſubcingulum
Hercules haud æque magno unquam abſtulit periculo. Cato R. R. cap. 67. In torculario & in cella caveat diligenter ne quid olei ſurripiatur. Martial. 12. 29.
Prætori mappam ſurripit Hermogenes.
Eripere & Surripere. Cic. in Parad. 6. extr. Quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi, nec ſurripi poteſt: neque naufragio, neque incendio amittitur. [i. e. Nec vi, nec fraude adimi.
Surripere per fraudem. Cic. 2. de Lege Agr. 46. Utrum populus Rom. eum, cui velit, deferat, an is imprudenter populo Rom. per legis fraudem ſurripiatur.
In vita ſibi quemque petere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt, alteri ſurripere, jus non eſt. Cic. 3. Off. 42.
Aliquid ex privato ſurripere. Cic. 2. de Invent. 55.
Aliquem captivum ex alicujus cuſtodia ſurripere. Cic. pro Domo 66.
Baſia ſurripere. Catul. ad Juventium, 96. 16.
Diem ſurripere. Ovid. 4. de Pont. 2. 40. Surripimus diem, quum vacamus rei alicui jocoſæ, ut dies elabitur.
Crimina ſunt oculis ſurripienda patris. Ovid. 12. Epiſt. 67. i. e. Cavendum eſt ne pater hæc reſciſcat.
Surripere alicui operam. Plaut. Amph. 1. 3. 25.
Clanculum abii a legione: operam hanc ſurripui tibi. h. e. Clam aufugi, ut tibi hanc operam traderem. Idem Caſin. 5. 2. 17.
Cupio illam operam ſeni ſurripere. i. e. Prævenire eum in hac re.
Surripere ſe alicui, Diſtrahere ſe ab alicujus conſpectu Plaut. Men. 3. 1. 26.
Spatium ſurripere. Cic 5. Att. 16. pr. Etſi in ipſo itinere & via diſcedebant publicanorum tabellarii, & eramus in curſu: tamen ſurripiendum aliquid putavi ſpatii, ne me immemorem mandati tui putares.
Surripere, aliquando uſurpatur pro eo quod eſt, Per mendacem narrationem aliquid extorquere & quaſi furari.
Surpite, pro Surripite. Hor. 2. Serm. 3. 283.
— unum me ſurpite morti.
Surpuerat, pro Surripuerat. Hor. 4. Carm. 13. 20.
Quæ ſpirabat amores,
Quæ me ſurpuerat mihi. Sic Plaut. Capt. 3. 5. 102. & 5. 4. 14.
SURREPTUS, a, um. [ὑφαρπασθεὶς] Partic. ut, Parma ſurrepta. Cic. 14. Philipp. 9. Idem 10. Att. 4. Cupivi, inquit, ex ſenatûs conſulto ſurrepto; &c.
Surptus, pro Surreptus poſuit Plaut. Pœn. 4. 2. 80. & 5. 2. 98.
SURREPTIO, ōnis. f. [ὑφαρπαγὴ] Ipſe ſurripiendi actus.
Surreptio, Impetratio quæ fit a principe, ſive magiſtratu, per falſam rei narrationem. Chryſol. Serm. 43. Non eſt noſtrum, fratres; inimici eſt iſta ſurreptio, &c.
SURREPTĪTIUS, a, um. Adj. [ὑφάρπιμος] Quod clam fit, ſive factum eſt & ſurreptum. Plaut. Curc. 1. 3. 49.
Inter nos amore utimur ſemper ſurreptitio.
Surreptitius puer, Furtim ſublatus. Plaut. Men. prol. 68.
Atque illic habitat geminus ſurreptitius.
Poſtulatio ſurreptitia, Litteræ ſurreptitiæ; Quæ ad falſam alicujus ſuggeſtionem conceſſæ ſunt.
SURRŎGO, V. SUBROGO.
SURSUM, Adv. [ἄνω, Gl. G. L.] pro Suſverſum, ex Sus, i. e. Surſum, & Vorſum, ut vult Priſcian. lib. 14. [Niſi forte a Sub, mutata littera, euphoniæ cauſa. Sic in Subeo, Subrigo, Sublimis, &c. declarat ſignificatio. Significat autem Verſus partem vel locum aut regionem ſuperiorem. Ter. Adel. 4. 2. 36.
Præterito hac recta platea ſurſum. Al. Surſus. Plaut. Mil. 4. 4. 14.
Non tu ſcis, quum alto ex puteo ſurſum ad ſummum
Deſcenderis, &c.
Deorſum ſurſum. [ἄνω κάτω, Gl. G. L.] Ter. Eun. 2. 2. 47. Cic. 2. de Nat. Deor. 84.
Ferri ſurſum. Lucret. lib. 2. 186.
Nares & quod omnis odor ad ſupera fertur, recte ſurſum ſunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 141.
Surſum verſum aut verſus, i. e. Verſus ſuperiorem locum, aut partem aeris vel loci. Cic in Partit. 24. Et idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur. Cato de R. R. cap. 32. Vites propages in ſulcos ſurſum vorſum, quoad ejus facere poteris, facito uti ducas.
Invenitur Suſum, Suſu & Suſo etiam in Gloſſ. Unde per apocopen Sus.
SŪRUS, i. m. [φρύγανον] Antiquis Palos dicebatur. Feſtus. Surum dicebant, ex quo per diminutionem Surculus factum eſt. Ennius,
Unus ſurus ſurum ferre, tamen defendere poſſent. Alii aliter legunt. V. Scalig. not.
SURCŬLUS, i. m. [βλαστὸς, κλωνάριον, Gl. L. G.] eſt in ramis, Quod ſimplex oritur, & frondes gerit, quale eſt præcipue germen annotinum, Græcis autem κλάδος dicitur, detrahiturque interdum & reſecatur ab arbore, ad alias rurſus producendas. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 40. Eſt altera ſpecies ex arbore in arborem inſerendi, nuper animadverſa in arboribus propinquis. Ex arbore enim, e qua quis vult habere ſurculum, in eam, quam inſerere vult, ramulum traducit, & in ejus ramo præciſo, ac diffiſſo implicat. &c. Plin. lib. 10. cap. 2. Seneſcentem caſia turiſque ſurculis conſtruere nidum. Virg. 2. Georg. 87.
Inſerere vel ſerere ſurculum. Quintil. lib. 6. cap. 3. Cic. 2. de Orat. 278.
Uſurpare poſſeſſionem amiſſam ſurculo defringendo. Cic. 3. de Orat. 108.
SURCŬLA, æ. f. Idem. Apic. 4. 7. & 2. 2. &c.
SURCELLUS, i. m. dimin. Apic. 4. 2.
SURCULĀCEUS, a, um. Adj. [φρυγανώδης] Quiddam eſt ſurculi ſimile. Plin. lib. 19. cap. 7. Duritie ſurculacea, in folliculo ſunt raphano, ſinapi, rapo. Subaudi Semina.
SURCULĀRIS, e. Adj. [φρυγανοτόκος] Columel. lib. 3. cap. 11. Conſiderandum eſt, antequam paſtinemus, ſurcularis nec ne ſit terra: idque faciliime exploratur per ſtirpes quæ ſua ſponte proveniunt.
SURCULĀRIUS, a, um. Adj. [φρυγανικὸς] Plin. lib. 11. cap. 26. de cicadis, Quidam duo alia genera faciunt earum: ſurcularium, quæ ſit grandior: frumentariam, quam alii avenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus. i. e. Quæ in ſurculis vivit: ſive quæ eo tempore apparet, quum arbores ſurculos ſuos emittunt vel trudunt.
Ager ſurcularius. Varr. 1. de R. R. cap. 2.
SURCULŌSUS, a, um. Adj. [φρυγανώδης] Quod ſurculis abundat. Plin. 25. 5. Quidam ramis hyſſopi ſurculoſam eodem nomine appellant.
SURCULŌSE, Adv. [φρυγανωδῶς] Per ſingulos ſurculos, ſenſim vel paulatim. Plin. lib. 18. cap. 19. Areſcit ſurculoſe.
SURCŬLO, [φρυγανίζω] āre. Surculos ramis vel caudicibus adimere, ut altius creſcant, & uberius a terra nutrimentum accipiant. Columel. lib 5. cap. 9. Atque etiam rigandæ ſunt plantæ quum ſiccitates inceſſerunt, nec niſi poſt biennium ferro tangendæ, ac primo ſurculari debent, ita ut ſimplex ſtilus altitudinem maximi ſcrobis excedat. Legitur & Surculari. q. V.
SURCLO, āre. per Syncopen. Surculo connectere & ligare. ut, Decuſſatim ſurclare. Apic. 7. 4.

S U S

SUS, [ἄνω] Adv. pro Surſum accipitur in compoſitione, ut, Suſpicio. [Immo pro Sub, unde & verba compoſita pluſcula, V. SURSUM, & SUSCIPIO. Suſque, Adv. V. SUSQUE DEQUE.
SŪS, ſŭis. c. ſecundum Priſcianum, [σῦς, ὗς. Gl. G. L.] Porcum & porcam ſignificat. Plin. lib 8. cap. 51. Sues fere ſemel anno gignunt. Cic. 5. de Finib. 38. In quibus, non corporum ſolum, ut in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus quoſdam videmus.
Anginæ ſuum. Plin. lib. 8. cap. 51. Obnoxium genus morbis, anginæ maxime & ſtrumæ.
Amica luto ſus. Hor. 1. Epiſt 2. 26.
Fulmineus ſus. Stat. 2. Achil. 410.
Grandinoſi ſues, [χαλαζῶδεις] *Pourceaux ſurſemez, Ladres.* Ariſtoteles, ut quidem vertit Gaza, de Animalibus lib. 8. cap. 21. Grandinoſi autem fiunt ſues, quorum crura, & collum & armi carne conſtant humidiore, quibus partibus vel grandines plurimæ innaſcuntur. Caro dulcior eſt, ſi grandines habet paucas: ſed ſi multas, humida valde & inſipida eſt. Facile qui grandent cognoſcuntur: parte enim linguæ inferiore grandines habentur, & ſi ſetam dorſo evellas, cruorem in radice pili evulſi videris. Pedibus etiam poſterioribus conſiſtere non poſſunt, qui grandent. Carent grandine quum adhuc lactent. Hæc Ariſtot.
Horrens ſus. Lucret. lib. 5. 25.
Horridus. Virg. 4. Georg 407.
Immundi ſues. Virg. 1. Æn. 400.
Invalida. V. INVALIDUS.
Ingens. Virg. 3. Æn. 390.
Lætus glande. Virg. 2. Georg. 520.
Lutulenta. Hor. 2. Epiſt. 2. 75.
Magnorum ſuum horrentia terga. Virg. 1. Æn. 639.
Vulgaris ſus, ut opponatur Apro. Plin. lib. 28. cap. 25.
Vulnificus ſus. Ovid. 8. Met. 359.
Lanigera ſus. Claud. in lib de nupt. Honor. & Mar. 183.
Continuo ſublime volans ad mœnia, Gallis
Condita, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem,
Pervenit. Quo in loco nonnulli libri corrupte habent Lanigeris ovis. Eſt autem periphraſis urbis Mediolani. Sidon. Apollin. Epiſt. 7. ad Voluſianum.
Rura paludicolæ temnis populoſa Ravennæ,
Et quæ lanigero de ſue nomen habet. Quum enim Galli conſilium forent urbem condere, ferunt effoſſo ſolo inventam ſuem dimidiatim lanatam: a quo portento Mediolanum eſſe urbe nuncupatum. [Sed nugæ meræ ſunt magiſtellorum, quum vocabulum Gallicum ſit, memorentque
fex

ſex eodem nomine civitates Geographi. Noti ſunt & Mediomatrici Galliæ populi. V. MEDIOLANUM.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate. Juven. 11. Sat. 83. [Lardi periphraſis.

Anima pro ſale data eſt ſui. Cic. 2. de Nat. Deor. 160. Sus vero quid habet præter eſcam? cui quidem ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.

Sus Minervam; in proverbio eſt, ubi quis id docet alterum, cujus ipſe inſcius eſt, quam rem in medio, quod ajunt, poſitam Varro & Euhemerus ineptis mythis involvere maluerunt, quam ſimpliciter referre. Feſtus. Cic. 2. de Orat. 233. Docebo, ſus (ut ajunt) oratorem illum. V. Chiliadas Eraſm.

SŬCULA, vel SUCCULA, æ. f. [ὕαινα] dimin. a Sue. V. Plaut. infra.

Sucula, [ὑάς, ἡ ἐν τῷ οὐρανῷ Gl. G. L.] pl. Suculæ, [Ὑάδες Gl. L. G.] dictæ ſunt ſtellæ, quæ alio nomine vocantur Hyades a pluvia. Nam & orientes & occidentes, tempeſtates & pluvias cient. Exoriuntur a. d. Calen. Julii. Cic. 2. de Nat. Deor. 111. de Tauro ſigno cœleſti, Ejus caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus, Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt, a pluendo. ὕειν enim eſt pluere: noſtri imperite Suculas, quaſi a ſuibus eſſent, non ab imbribus nominatæ. Plin. lib. 18. cap. 6. Ægypto Suculæ occidunt veſperi. Sidus vehemens, &c. V. HYAS.

Sucula, [ὄνος, Gl. L. G.] Machina eſt in torculari, a ſcrophæ ſimilitudine ſic vocata. Proprie autem dicitur Parva ſus. Plaut. Rud. 4. 4. 126.

Sucula. G. quin tu i die recta cum ſucula & cum porculis. Eodem etiam modo ſuum hæc machina porculum habebat. Nam in media circiter ſucculæ batillus aut nucus, qui figebatur ut teneret funem, qui dum verſabatur ſuccula circumplicabatur, porculus vocatur. Cato de R. R. 12. & 18. Porculum in media ſuccula facito. Turneb.

Sucula Cato R. R. cap. 18. Stipites craſſi pedes duos alti cum cardinibus pedes decem: ſucula præter cardines pedes novem. Idem cap. 12. Prela temperata quinque, ſupervacanea tria, ſuculas quinque, ſupervacaneam unam. Sucula (inquit Bud. in l. 19. §. 2. D. Locati) Machina eſt tractorii generis. Conſtat autem tereti ligno, duobus aut pluribus vectibus trajectu, utrinque æqua extantibus longitudine. Hæc dum verſatur, funis, qui ductarius dicitur, circa eam obvolvitur. Budæus. Ab his vectibus Vectiarii, dicti ſunt homines, qui vectes verſanda ſuculam manu ducunt. Hæc autem machina trium generum eſt. Unum genus porrecta ſucula & jacens, duobus tignis incumbens ad parietem admotis: qualis viſitur quum vina aut doliaria aut culearia ex hypogeis educuntur. Alterum genus eſt erectum, ſuis fulcimentis & ſua veluti baſi nixum: quod non ductu brachiorum, ut illud primum, verſatur: ſed ambientibus machinam vectiariis, ac brachiis & pectore connitentibus. Simia a fabris appellatur: a Vitruvio etiam Ergata dicta. Tertium genus etiam erectum, quaternis tignis fibulatis conſtans. Quod genus viſitur, quum in ponte ſublicio fabri ſublicas in aquam magna vi adigunt. Hac enim machina ad tollendam fiſtucam utuntur: quæ fiſtuca identidem ſublata demiſſaque ſublicas in alveum defigit. Vitruv. lib. 10. cap. 2. de ſtructoriis machinationibus; Quum autem funis habet caput ad ſuculam religatum, & vectes ducentes eam verſant, funis ſe involvendo circum ſuculam extenditur: & ita ſublevant onera ad altitudinem & operum collocationes.

Sucula, Genus intimæ veſtis. Plaut. Rud. 4. 4. 126.

Poſt eſt ſicula argenteola, & duæ conexæ maniculæ, &

Sucula. G. quin tu i die recta cum ſucula & porculis.

Sucula, ut Bucula. In Proverb. Gall. Lat. redditis, *Si truye forfait, les pourceaux le compaient.*

Quod ſus peccavit, ſucula ſæpe luit. Sed ibi eſt Suſcula. H. St.

SŬERA, æ. f. Suilla caro antiquis. Varro L. L. 4. 22. Offula dicta, ab offa minimæ ſueræ. Sueris item pro Suis dicebatur. Idem Varro l. c. Perna a pede: ſueris, a nomine ejus. Annotavit Turnebus. Sed alia tamen in editis lectio.

SUĀRIUS, a, um. Adj. ut, Suarius negotiator. Plin. lib. 7. cap. 12. Forum ſuarium. Ulpian. in l. 1. §. Cura carnis. D. de officio præfecti urbi. Cura carnis omnis, ut juſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet, ideo & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt.

SUARIUS, i. m. Cuſtos ſuum. Plin. lib. 8. cap. 51. Compertum agnitam vocem ſuarii furto abactis, merſoque navigio inclinatione lateris unius remeaſſe.

SUĀTIM, [ὑωδῶς] Ad ſimilitudinem ſuis, inquit Nonius 1. 190. Nigidius Commento grammatico, Sunt etiam adſimilanter dicta hæc canatim, ſuatim, bovatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

SUĪNUS, a, um. Adj. [ὕειος] Quod eſt ſuis. Varr. R. R. lib. 2. cap. 4. Hic enim conciliator ſuinæ carnis datur populo. Vetus exemplar habet Suillæ, ut & recens emendata.

SUILLUS, a, um. Adj. [ὑεικός] dimin. a Suinus. Plin. lib. 8. cap. 52. At in Arabia ſuillum genus non vivit in ullo genere.

Genus ſuillum inviſum Veneri prodiderunt poëtæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea. Quidam autem quod immundiſſimi ſint ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis, ita ut opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum ſubare, & ſurire dicuntur. Feſtus.

Grex ſuillus. Liv. 22. 10. Quod ver attulerit ex ſuillo, ovillo, caprino, bovillo grege.

Pecus ſuillum. Columel. 7. 9.

SUĪLE, is. n. [συφεόν] Stabulum ſuum. Columel. lib. 7. cap. 9. ad finem, Diligens autem porculator frequenter ſuile converrat, & ſæpius haras. V. HARA.

SUBIO, ire. [ὑοσφεῖν. Gl. L. G.] Pro Prurire. V. SUILLUS, & SUBO.

SŪSA, æ. f. & SUSA, orum. n. [Σοῦσα] Urbs & metropolis Perſidis in Suſia, quæ Perſiæ eſt pars: a Suſo fluvio ſic vocata. Propert. lib. 2. 13. 1.

Non tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis,

Spicula quot noſtro pectore fixit amor. Hæc urbs (ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 27.) a Dario Hyſtaſpis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri, lapide candido & vario, columnis aureis & lacunaribus, gemmiſque diſtincta, cœli continens ſimulacrum, ſtellis micantibus inſignitum, & incredibilia multa. Ibi Aſuerus convivium maximis divitiis & deliciis copioſum celebravit.

Pharetrata Suſa. Claud. de Bell. Gildon. 33.

SUSIS, idis. patronym. f. [Σουσίς] Sidon. 7. Epiſt. 17. 7.

Elapſus regi truculento Suſidis oræ.

SUSIĂNA, æ. vel SUSIĂNE, es. f. [Σουσιανή] Regio in Perſide. Plin. lib. 6. cap. 27. Suſianem ab Elymaide diſterminat amnis Eulæus, ortus in Medis: modicoque ſpatio cuniculo conditus, ac ſurſus exortus per Meſobatenen lapſus: circuit arcem Suſorum ac Dianæ templum auguſtiſſimum illis gentibus.

Suſiana, Provincia Aſiæ, (ut lib. 6. cap. 3. refert Ptolemæus) quæ a Septentrione terminatur Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adjacet, ab Oriente habet Perſidem, a Meridie partem Perſici ſinus. Cujus civitates inſignes Trajania & Suſa.

SUSIĀNI, orum. m. [Σούσιοι] Qui Suſianen incolunt. Plin. lib. 6. cap. 27. Suſianis Orientem verſus junguntur Coſſæi latrones.

SUSĬNUS, a, um. Adj. [σούσινος, κρίνινος] Quod ex Suſis, ſive liliis, factum eſt. unde & urbem Perſidis a liliis, quorum ibi magna eſt copia, nomen habere ſcribit Stephanus. Suſan (σοῦσον) enim Perſæ vocant Lilium. Hinc Unguentum ſuſinum. Plin. lib. 13. cap. 1. Suſinum tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis, balano, calamo, &c. [Suid. Σούσινον, τὸ μύρον, ἢ τὸ κρίνον. V. Dioſcor. 1. 62.

SUSINĀTUS, a, um. Adj. Idem. ut, Oleum ſuſinatum. Marcell. Empir. cap. 7.

SUSCIO, [ἴσημι] ire. Idem quod Scire. Plaut. Men. 2. 3. 78.

Eho Meſſenio accede huc. MES. quid negotii eſt ſuſciri? Alii legunt St! ſcire vis?

SUSCĬPIO, ēpi, eptum, [ὑποδέχομαι, Gl. L. G. & G. L. ἀναλαμβάνω, L. G. ἀντιλαμβάνομαι, G. L.] ĕre. a Suſum vel Surſum; quaſi Surſum capere. [Niſi a Sub & Capio, inſerto ſ euphoniæ cauſa, pro b. Non enim dicitur Subcipio, vel Succipio. Sic in Aſporto aſcitum a, eliſo b. Pro Sub autem & Sus dicebant, ut Sus deque. Unde forte Compoſitis hæſit. Suſcipere, tam ad animum, quam ad corpus refertur. ut, Suſcepi onus, Suſcepi voluptatem, Suſcepi curam. Variiſque nominibus jungitur, & ſignificat Capere. Virg. 4. Æn. 391.

— ſuſcipiunt famulæ, collapſaque membra

Marmoreo referunt thalamo.

Aliquem ſuſcipere & tueri: h. e. Amplecti & defendere. Cic. 16. Fam. 11. Ego autem Varroni, quem cum amantiſſimum mei cognovi, tum etiam valde tui ſtudioſum, diligentiſſime commendavi, ut & valetudinis tuæ rationem haberet, & navigationis, & totum te ſuſciperet ac tueretur.

In amicitiam ſuſcipere. Liv. 7. 30. Ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam ſuſcipiamus? Sed recens editi præferunt, Accipiamus.

In civitatem ſuſcipi, Civem fieri, & inter cives numerari, aut civitate donari. Cic. 2. de Legib. 5. Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: unam naturæ, alteram civitatis: ut ille Cato, quum eſſet Tuſculi natus, in populi Rom. civitatem ſuſceptus eſt.

Auctoritatem ſuſcipere. Sumere, arrogare ſibi. Cic. pro Cœl. 37. Redeo nunc ad te, Cœli, viciſſim: ac mihi auctoritatem patriam, ſeveritatemque ſuſcipio.

Auctoritatem in Repub. Cic. 7. Verr. 152. Verres, ille vetus proditor Conſulis, tranſlator quæſturæ, averſor pecuniæ publicæ, tantum ſibi auctoritatis in Rep. ſuſcepit.

Cogitationem de re aliqua, Cogitare. Cic. 9. Att. 8. De his rebus, rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis. i. e. Cogitetis. Idem 2. Philipp. 32. Attende enim paulisper, & cogitationem ſobrii ad punctum temporis ſuſcipe.

Cogitationem quidnam ſit agendum. Cic. 14. Att. 22. Quæris ut ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtic agendum putem.

Conſilium vitæ, mortiſque ſuſcipere, vel ponere. Plin. 1. Epiſt. 22. extr.

Conſtantiam. Cic. 3. Att.

Curam & cogitationem alicujus rei ſuſcipere. Cic. 8. Att. 24.

Errore & ſuperſtitione ſuſcipere quid. Cic. 2. de Divin. 83.

Fidem, Dare. Plin. Epiſt. 120. Quas partes impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem confido. i. e. Secundum quod promiſiſti.

Perſonam viri boni, Simulare. Cic. pro Cluent. 100. Irridebatur hæc illius reconciliatio, & perſona viri boni ſuſcepta.

Vindictam ſuſcipere. Ovid. 4. de Ponto 6. 33.

Voluntatem hanc ſuſcepi diis immortalibus ducibus. Cic. 3. in Catil. 22.

Vota publica ſuſcipere pro aliquo. Ovid. 7. Met. 450.

Vota ſuſcipere deo pro re aliqua vel pro aliquo, Vovere. Plin. 10. Epiſt. 101. Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus domine pariter, & ſolvimus, precati deos, &c. Liv. 27. 45. Deos deaſque precabantur ut illis fauſtum iter, felixque pugna, matura ex hoſtibus victoria eſſet, & damnarentur ipſi votorum, quæ pro iis ſuſcepiſſent.

Conſuetudo ſuſcipit. Cic. 2. de Nat. Deor. 62. Suſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollerent.

Perſona crimen ſuſcipit. Cic. pro Sull. 68. Neque enim iſtorum facinorum, tantorum, tam atrocium crimen, Judices, P. Sullæ perſona ſuſcipit.

Actiones periculoſas ſuſcipere, Subire onus quaſi. Cic. 1. Off. 8.

Æs alienum amicorum ſuſcipere. Cic. 2. Off. 55. Qui ſuis facultatibus, aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum.

Bellum. Cic. 2. de Legib. 34. Sequitur enim de jure belli, in quo & ſuſcipiendo & gerendo, & deponendo, jus ut plurimum valet. Idem 2. de Divin. 24. Non ſuſcepiſſet bellum civile Cæſar.

Bellum ſuſcipitur cum gente feroci. Ovid. 14. Met. 452.

Cauſam alicujus. Cic. 2. Verr. 51. Suſcipe cauſam judiciorum, ſuſcipe cauſam ſeveritatis, integritatis, fidei, religionis, ſuſcipe cauſam Senatus, ut is hoc judicio probatus, cum Pop. Rom. & in laude & in gratia eſſe poſſit.

Cauſam contra aliquem ſuſcipere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Cauſam ſuſcipere mandati. Ovid. 2. de Pont. 2. 45.

Conſulatum. Plin. in Paneg. cap. 78. pr. & cap. 65. extr. Hic ſuſcipere, hic ponere magiſtratus.

Crimen aliquod ſuſcipere, Agnoſcere, confiteri. Cic. pro C. Rabir. perd. reo. 18. Ego autem, ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem crimen hoc, agnoſcerem, confiterer. [Suſciperem defendendum, vel imponi mihi paterer ultro. q. d. Onus criminis iſtuc ſubirem.

Crimen ſuſcipere, vel ſuſcipere crimen defenſione. Plin. Epiſt. 190. Crimenque, quaſi in medio relictum, defenſione ſuſcipiunt.
Crimen culpæ ſuſcipere. Cic. 7. Verr. 104. Tibi nai parcam, & totius iſtius culpæ crimen, vituperationemque inconſtantiæ potius ſuſcipiam, quam aut in te ſim crudelis, aut tot tam graves teſtes vivos incolumesque eſſe patiar.
Culpam. Cic. pro Cluent. 133. Ceterique hujuſcemodi ordinis non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid culpæ ſuſcipere ſe putarent recuſando, ſed apertiſſime repugnarunt.
Coram. Columel. lib. 2. in præf. Ut ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur, &c.
Curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. Quintil. lib. 4. c. 2.
Curſum tenere, quem a prima ætate ſuſceperis. Cic. pro Planc. 52.
Defenſionem. Cic. 5. Fam. 8. Quæ a me ſuſcepta defenſio eſt te abſente dignitatis tuæ, in ea jam ego, non ſolum amicitiæ noſtræ, ſed etiam conſtantiæ meæ cauſa permanebo.
Exercitationem corporis laborioſam. Cic. 1. de Fin. 32. Quis noſtrûm exercitationem ullam corporis ſuſcipit laborioſam, niſi ut aliquid ex ea commodi conſequatur?
Exſecutionem ejus negotii libens ſuſcepit. Tacit. 3. Ann. 31.
Exſilium, Pati. Cic. Anteq. iret in exſil. 21. Neque enim mors miſeranda eſt, quæ ob Remp. capitur, neque exſilium turpe, quod virtute ſuſcipitur.
Imperium ſuſcipere. Ovid. 4. de Pont. 9. 60.
Inimicitias ſuſcipere. Cic. 1. Off. 28. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumptus ſuſcipere nolunt.
Inimicitias propter alicujus ſalutem ſuſcipere. Cic. de Aruſp. Reſp. 7.
Inimicitias ſuſcipere cum, Capeſſere, Occipere. Ter. Hec. 2. 1. 34.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?
Inimicum aliquem ſuſcipere. Cic. ad Brut. 17. Qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere pro Rep. non dubitavit inimicum?
Invidiam & odium. Cic. 1. de Invent. 4. Quibus rebus tantum odii atque invidiæ ſuſcepit eloquentia, ut homines ingenioſiſſimi, quaſi ex aliqua turbida tempeſtate in portum, ſic ex ſeditioſa & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum.
Iter. Cic. 4. Att. 14. Iter Aſiaticum puto tibi ſuſcipiendum fuiſſe.
Judicium ſuſcipere. Ulpian. in l. 1. §. Apud Julianum. D. Depoſiti.
Laborem aliquem. Lucret. lib. 3. 367.
Labores & dolorem pro patria. Cic. 1. de Finib. 24. Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quiſque pro patria & pro ſuis ſuſcipit, ut non modo nullum captet, ſed etiam prætereat omnes voluptates, dolores denique quosvis ſuſcipere malit quam deſerere ullam officii partem.
Laborem & periculum pro ſalute alicujus ſuſcipere. Cic. pro Muren. 76.
Legationem. Cic. 12. Philipp. 5. Admirabantur boni viri, accuſabant amici, quod ſpe pacis legationem ſuſcepiſſem.
Mandatum ſuſcipere. Cajus in l. Si quis alicui. §. Qui ſuſcepit. D. Mandati vel contra.
Miſeriam voluntariam. Cic. 3. Tuſc. 30. Si vero ne futurum quidem ſit, fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariam.
Munera ſuſcipere ſanguinei Martis. Ovid. Rem. Amor. 154.
Negotium ſine mora ſuſcipere. Cic. 3. in Catil. 5.
Negotii multum. Cic. 5. Verr. 1.
Negotia atque controverſias alicujus. Cic. pro Cæcin. 13. Et 12. Att. 20. Quod ad Tironem de Terentia ſcribis, obſecro te, mi Attica, ſuſcipe totum negotium.
Objurgationem. Cic. 4. Att. 15.
Odium alicujus. Cic. 6. Att. 1. In quo, ut audio magnum odium Pompeji ſuſcepiſtis.
Offenſas in eligendo præceptore. Plin. 2. Epiſt. 18. extr.
Officia & partes pro aliquo. Cic. 3. Fam. 10.
Onus. Cic. 3. Off. 6. Suſcepiſti onus præterea grave, & Athenarum, & Cratippi.
Onus atque munus ſuſcipere & profiteri. Cic. 1. de Orat. 116.
Suſcipis onus officii, quod te putas ſuſtinere poſſe: quod minime videtur grave iis, qui minime ipſi leves ſunt. Cic. pro Roſc. Amer. 112.
Onus urbis ſuſceperat una domus. Ovid. 2. Faſt. 197.
Opus cenſorium objurgandis moribus. Columel. lib. 12. in Procem.
Partes. Cic. 3. Att. 21. Intelligoque multas partes meæ ſalutis & ſuſcipere, & poſſe ſuſtinere, neque ut ita faciam rogandum eſſe.
Patrocinium rei alicujus, h. e. Eam defendendam. Cic. 3. de Orat. 60. Ex illis autem, quæ remanent, ea philoſophia, quæ ſuſcepit patrocinium voluptatis, etſi cui vera videatur, procul abeſt tamen ab eo viro, quem quærimus.
Periculum pro ſalute alicujus. Cic. pro Muren. 76. Iſtuc me rogari oportet abs te, an te potius a me, ut pro mea ſalute laborem, periculumque ſuſcipias.
Profectionem. Cic. ad Quir. poſt red. 1. Sin & ea quæ ante geſſeram, conſervandæ civitatis cauſa geſſiſſem, & illam miſeram profectionem veſtræ ſalutis gratia ſuſcepiſſem, &c.
Res aliquas ſibi gloriæ cauſa ſuſcipere. Cic. pro Flacc. 13. Quod vereor ne Lælius ex his rebus, quas ſibi ſuſcepit gloriæ cauſa, putet aliquid oratione mea ſermonis in ſeſe aut invidiæ eſſe quæſitum.
Vigilias diſcendi cauſa. Cic. 5. de Fin. 54. Qui etiam nunc agendi aliquid diſcendique cauſa prope contra naturam vigilias ſuſcipere ſoleamus.
Caſum ſuſcipere, Subire. Cic. 2. de Finib. 68. Nec tamen ſua ſuperiora illa, tam magna, nec tam præclara ducebat, quam illum ultimum caſum, quem propter fidem conſtantiamque ſuſceperat.
Cicatrices pectore adverſo pro patria ſuſcipere. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Maculam imperio. Cic. pro Font. 26. Magna mehercule cauſa, Judices, abſolutionis cum ceteris cauſis hæc eſt, ne qua inſignis huic imperio macula atque ignominia ſuſcipiatur.
Pœnam dignam ſcelere, Subire, pati, ſolvere. Cic. pro Lege Manil. 7. Non modo adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit, ſed ab illo tempore annum jam tertium & vigeſimum regnat.
Facinus in ſe, Admittere. Cic. pro Cluent. 170. Quo tandem Avitus, metu adductus, tantum in ſe facinus ſuſcipere conatus eſt?
Fraudem ſuſcipere, Cogitare. Cic. in Piſon. 43.
Iniquitatem. Cic. in Parad. Hereditatis ſpes, quid iniquitatis in ſerviendo non ſuſcipit? [i. e. Subit, Admittere ſuſtinet.

Parricidium. Cic. pro Cluent. 32. Ceteri non videntur in ſingulis hominibus multa parricidia ſuſcipere poſſe: Oppianicus inventus eſt, qui in uno corpore plures necaret.
Sceleris aliquid ſuſcipere. Catull. 82. 4.
Scelus in ſe ſuſcipere, idem ſignificat quod Admittere in ſe facinus. Cic. 11. Philipp. 9. Miſerior igitur, qui ſuſcipit in ſe ſcelus, quam is, qui alterius facinus ſubire cogitur. conſ. 2. ibid.
Turpitudinem ſuſcipere. Cic. 3. Philipp. Quod reliquum eſt, non eſt tertium: ſed poſtremum omnium, maximam turpitudinem ſuſcipere cupiditate vitæ.
Quod turpiſſime ſuſceperas, perſeverare & tranſigere non potuiſti. Cic. pro Quint. 76.
Liberos ſuſcipere, Procreare. Cic. 5. Verr. 161. Suſceperas enim liberos non ſolum tibi ſed etiam patriæ. Idem 7. Verr. 122. Qui a parentibus ſpe noſtri imperii, noſtræque æquitatis ſuſcepti, educatique ſunt.
Liberos ex cujuſpiam filia ſuſcipere. Cic. 3. Philipp. 17.
Reipub. ſuſcipi. Cic. ad Brut. 14. Quod ipſum, ſi Rempub. cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi jam jamque faciendum eſt.
Suſcipi in lucem, pro Naſci. Cic. de Aruſp. Reſp. 57. Eodem enim tempore, & ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augemur.
De fonte ſuſcipere Infantulum, i. e. Pro infantulo in Baptiſmo ſpondere, apud Scriptores Eccleſiaſt. V. Vict. Uticenſ. de Perſecut. Vandal. & Gregor. Pap. E. Dial. 32.
Suſcipere, pro Excipere, & in vicem reſpondendi ſuccedere. Virg. 6. Æn. 723.
Dicam equidem, nec te ſuſpenſum, nate, tenebo,
Suſcipit Anchiſes: atque ordine ſingula pandit.
Sermonem ſuſcipit Polus. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Suscipiendus, a, um. Partic. [ὑποδεκτέος] ut, Sacra ſolennia ſuſcipienda. Lucret. lib. 5. 1162.
Susceptus, a, um. [ὑποδεχθείς] aliud Partic. ut, Fames urbi ſuſcepta. Claud. 1. in Eutrop. 401.
Macula ſuſcepta. Cic. pro Lege Manil. 7. Delenda vobis eſt illa macula, Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta.
Negotium ſuſceptum tranſigere. Cic. pro Quint. 76.
Pœnam ſempiternam ſuſtinerem, mea voluntate ſuſceptam. Cic. Poſt red. ad Quir. 2.
Soboles ſuſcepta mihi de te. Virg. 4. Æn. 327.
Voluntas ſuſcepta. Cic. 2. de Fin. 96. Sed tu, ut dignum eſt tua erga me & erga philoſophiam voluntate, ab adoleſcentulo ſuſcepta, fac ut Metrodori tueare liberos.
Suſceptus in Codice ponitur pro Cliente, quod in Patroni tutelam ſuſcipiatur. V. etiam Ammian. 17. 10. & Serv. ad 6. Æn. 609.
Suſcepti, Clientes. Serv. in 6. Æn. pag. 413. Vult autem intelligi Prævaricatores, qui Patroni ſunt clientium, quos nunc Suſceptos vocamus. H. St. deſuit noviſſima obſervatio in Lugd. edit.
Susceptum, i. n. [ὑποδεχθέν] Ovid. 11. Met. 200.
— ſuſceptaque magna labore
Creſcere difficili. h. e. Incepta grandia.
Susceptio, ōnis. f. [ὑποδοχή, Gl. G. L.] Cic. 3. de Fin. 32. Sic ea, quæ proficiſcuntur a virtute, ſuſceptione prima, non perfectione recta ſunt judicanda.
Cauſæ ſuſceptio. Cic. pro Muren. 2. Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis ab accuſatoribus, atque etiam ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt, ante quam pro L. Murena dicere inſtituam, pro me ipſo pauca dicam.
Susceptor, ōris. m. [ὑποδοχεύς, Gl. L. G. ὑποδέκτης, ἀναδέκτης. G. L.] eſt, qui ſuſcipit.
Suſceptor, Qui luſoribus domi ſuæ ludendi dat locum: Ulpian. in l. 1. D. De aleatoribus. Item ontendum, quod Prætor ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum, ubicunque & quandocunque non vindicet.
Suſceptores etiam ſunt, Qui annonis & tributis ærarii recipiendis præpoſiti ſunt. V. tit. C. de ſuſcept. & Liv. 8. 3. & Aſcon. Ped. p. 97.
Item, Qui opus faciendum ſuſcipit. Juſtin. 8. 3. 8. Suſceptores ſollicitare, i. e. Homines quærere, qui opera facienda conducant.
Susceptibilis, e. Adj. Sareſb. Policr. 3. 2. An omnia ſuſceptibilia contrariorum.
Suscepto, āre. frequent. Suſcipere. Apul. 2. Met. p. 128. Elmenh. Vicariam pro me lanienam ſuſceptavit.
Suscito, [ἐξεγείρω, ἐξυπνίζω. Gl. L. G. & G. L. ἀνίστημι, L. G.] āre. Plaut. Moſtel. 2. 1. 25.
Quis iſtic dormit? Phil. Callidates. Tr. ſuſcita iſtum, Delphium.
Suſcitare ſomno, a ſomno. Cic. 4. Tuſc. 44. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quod ſomnum capere non poſſet, quærentibusque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe etiam ſomno ſuſcitari. Plaut. Mil. 3. 1. 95.
E quiete ſuſcitare aliquem. Catull. ad Gell. 78. 4.
Suſcitare, Impellere, incitare. Virg. 12. Æn. 108.
Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira. Idem 5. 454.
Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat ira.
Aliquem ſuſcitare ad ſuum officium, Adhortari. Plaut. Rud. 4. 2. 17.
Aliquem ſuſcitare in prælia. Virg. 11. Æn. 728.
Bellum civile ſuſcitare. Cic. 11. Fam. 3.
Crepitum ſuſcitare pede. Propert. lib. 2. 4. 4.
Ignes ſopitos ſuſcitare. Virg. 5. Æn. 743.
Ignes exſtinctos ſuſcitare, Amores remiſſos accendere. Ovid. 3. de Arte Am. 597.
Pœnas ſuſcitare alicui. Virg. 4. Georg. 456.
Rationem novam qui ſuſcitant, veteres majorum obterunt laudes. Cic. Anteq. iret in exſil. 15.
Sententias fictas ſuſcitare, Commovere. Cic. 1. de Divin. 88.
Qui ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias. Ex Ennio.
Teſtem contra aliquem ſuſcitare. Cic. pro Roſc. Com. 36.
Urbes attonitas ſuſcitat. Valer. 3. Argon. 209.
Suscitatio, ōnis. f. Tertull. de Carne Chriſti, 23. Ecce hic poſitus eſt in ruinam & ſuſcitationem multorum in Iſrael.
Suscitator, oris. m. Tertull. adv. Prax. 28. Si Chriſtus, qui eſt mortuus, Pater eſt: alius erit ſuſcitator, quam Pater mortuus.
Litterarum ſepultarum ſuſcitator. Sidon. 8. 2.
Suscitāmen, ĭnis. n. Idem. Apul. 1. Met.
Suscitābŭlum, i. n. Quod alios ſuſcitat. Varro,

Phœnicis

Phœnicis adſum vocis ſuſcitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus. Quibus verſibus argutus quidam & canorus, ſe alios ad cantum ſuſcitare jactat, ac cantantium ſe gallum gallinaceum dicit, quod galli ſuo cantu totum diem laceſſunt: ſe quoque idem eſſe Phœnicis vocis ſuſcitabulum. Eſt enim, ut a Plinio & Lactantio conſtat, Phœnicis modulatiſſimus cantus: etſi pro Phœnice Turnebus legit etiam Fornicis, ut meretricularum blandæ & molles voces intelligantur, verſu tamen claudicante.

SUSIA, SUSIANA, SUSINUS, V. SUSA.

SUSPECTIO, SUSPECTUS, V. SUSPICIO.

SUSPENDEO, di, ſum, [ὑπεραιωροῦμαι] ēre. Supra pendere. Columel. lib. 4. cap. 26. extr. Sæpe enim notavi per imprudentiam ruſticos ſubjicere jugo palmam, & ita colligare, ut ſolo vimine ſuſpendeat. Legitur & Suppendeat. [ſive Suſpendant.

SUSPENDO, di, ſum, [κρεμῶ, Gl. G. L. & L. G. μετεωρίζω, G. L.] ĕre. Aliquid ſurſum ligare, & vincire ut pendeat. Columel. lib. 7. cap. 10. Deinde ſciſſas taleas ferularum lineo funiculo religant, & ita collo ſuſpendunt, ut ſtrumæ ferulis contingantur.
Suſpendere e cervice. Plin. lib. 11. cap. 28.
Ædificium ſuſpendere. Cic. in Topic 22. Non enim ejus vitio, qui demolitus eſt, damnum factum eſt, ſed ejus operis & vitio, quod ita ædificatum eſt ut ſuſpendi non poſſit.
Caſtra ſuſpendunt ſaxis præruptis, Caſtra locant ſive metantur in vertice Alpium. Sil. lib. 3. 556.
Nidum tignis ſuſpendit hirundo. Virg. 4. Georg. 307.
Veſtimenta ſuſpendere Maris Deo. Hor. 1. Carm. 5. 15.
Tellurem ſuſpendere tenui ſulco. Virg. 1. Æn. 68.
Litora ſuſpendere vomere, Arare litora. Stat. 4. Theb. 118.
Suſpendere de paxillo, translatione a ſuppellectile ducta, quam ſuſpendere ubi emimus domi ſolemus, ſignificat apud Varronem Parare: ut cum Zenonem dicit novam inſtituiſſe ſectam, proinde quaſi ejus ſecta ſit philoſophiæ ſupellex quædam. Ejus verba ſunt, (apud Non. 2. 649. Ubi dicatur primus Zeno novam hæreſin novo paxillo ſuſpendiſſe. Turnebus. Adverſ. 15. 9.
Suſpendere, aliquando eſt Suſpendendo ſtrangulare. Cic. 13. Att. 40. pr. Ita ne nuntiat Brutus, illum ad bonos viros εὐαγγέλια? ſed ubi eos? niſi forte ſe ſuſpendit.
Suſpendere ſe e fico. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Suſpendere de ficu. Cic. 2. de Orat. 278. Quum familiaris quidam quereretur, quod diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore quos ſeram ſurculos.
Suſpendere in arbore. Cic. 5. Verr. 57. Hominem corripi ac ſuſpendi juſſit in oleaſtro quodam.
In furcam ſuſpendere. Ulpianus in l. Sacrilegii. §. j. D. Ad legem Juliam peculatus, Et ſcio multos etiam ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nonnullos & vivos exuſſiſſe, alios vero in furcas ſuſpendiſſe.
Suſpendere rem aliquam, Differre, prorogare. Liv. 39. 29. pr. Movit aliquantum oratio regis legatos, itaque medio reſponſo rem ſuſpenderunt. [i. e. In ſuſpenſo, in dubio, reliquerunt.
Suſpendere aliquem exſpectatione, Incertum reddere. Plin. 2. Epiſt. ult. Diu miſeram exſpectatione ſuſpendit.
Suſpendere animus exſpectatione. Curt. lib. 9. 7. 20.
Suſpendere, Ducere, ſuſpenſum habere. Suet. in Tiber. cap. 24. Nunc precantem Senatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens.
Naſo adunco ſuſpendere aliquem. V. ADUNCUS.
Suſpendere, Cohibere, ſiſtere. Plin. lib. 28. cap. 7. Miſto præterea ovorum candido liquore, madidaque lana frontibus impoſitum fluxiones oculorum ſuſpendit.
Fletum ſuſpendere, Lacrimas continere. Ovid. 4. Faſt. 849.
Suſpendere ſpiritum, pro Mediocriter vel paululum quieſcere inter legendum, ſubſiſtere. Quintil. 1. 8. de lectione loquens, Sciat puer ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, ubi claudatur ſenſus, ubi incipiat.

SUSPENSUS, a, um. [κρεμαστὸς, Gl. L. G. κρεμάμενος, μετέωρος, G. L.] Partic. Cic. 2. Tuſc. 67. Vel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur, excipient te.
Suſpenſus reſte, manibus ſu demiſit. Liv. 8. 16.
Alis leniter ſuſpenſis. V. LENIS.
Aulæa ſuſpenſa. Hor. 2. Serm. 8. 54.
Bona ſuſpenſa dixit Seneca, Quæ venalia pendent in tabula proſcriptionis, ut Tranquill. Claud. cap. 9. Lege prædiatoria in vacuum pependerit. Senecæ verba ſunt lib. de Beneficiis 3. Et ſuſpenſis amici bonis, libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus. Turnebus.
Populus ſuſpenſus. Sen. Troad. 12.
Lacrimæ ſuſpenſæ oculis, Retentæ, ſuppreſſæ. Ovid. ad Liv. 124.
Lacrimæ diu ſuſpenſæ per ora fluxere. Ovid. 1. Amor. 7. 58.
Volatus ſuſpenſus. Stat. 3. Theb. 463.
Suſpenſus, [ἀγωνιῶν, μετεωριζόμενος, ἀμφίβολος, Gl. L. G.] Incertus, dubius. Virg. 6. Æn. 722.
Dicam equidem, nec te ſuſpenſum, nate, tenebo. Idem 2. Æn. 114.
Suſpenſos exſpectatione novarum rerum. Cic. 15. Fam. 2. His rebus allatis, etſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe, & novarum rerum exſpectatione ſuſpenſos, ſperabam tamen eos, ad quos jam acceſſeram, quique noſtram conſuetudinem, integritatemque perſpexerant, amiciores pop. Rom. eſſe factos.
Suſpenſus explicatione, Propter explicationem ſive ſolutionem nodi Gordiani. Curt. lib. 3. 1. 17. Sed & hic Exſpectatione in emendatis libris legitur.
Detinere aliquem ſuſpenſum. Cic. 10. Att. 1.
Animus ſuſpenſus, Sollicitus. Cic. 2. Att. 18. Accepi aliquot epiſtolas tuas, ex quibus intellexi quam ſuſpenſo animo & ſollicito ſcire averes quid eſſet novi.
Animus occupatus & ſuſpenſus. Cic. 1. de Orat. 219.
Suſpenſus animi. Liv. lib. 8. 13. extr. Tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos animi habetis.
Civitatem ſollicitam mihi ſuſpicione, ſuſpenſam metu, &c. Cic. 1. de Lege Agrar. 23.
Exſpectatio veſtra ne diutius oratione mea ſuſpenſa teneatur. Cic. pro Cluent. 8.
Gaudia ſuſpenſa, Dubia. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 234.
Mentem ſuſpenſam pertentant viciſſim gaudia. Virg. 5. Æn. 827.
Rationes habere ſuſpenſas. Cic. 5. Fam. 13.
Sors ſuſpenſa dubio metu. Stat. 1. Theb. 505.
Verba media & ſuſpenſa. Quintil. Declam. 18.
Verba ſuſpenſa & obſcura. Tacit. 1. Ann. 11.
Vultus incertus & ſuſpenſus. Cic. pro Cluent. 54.
In ſuſpenſo relinquere. V. IN præpoſitionem.
Suſpenſus, Levis, inquietus, non tranquillus. ut, Somnus ſuſpenſus, In quo mens eſt ſemper dubia, & curis fatigata: cui contrarius eſt Profundus. Cic. 1. Tuſcul. 106.
Mater, te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſo levas. Ex poeta. Bentl. legit Suſpenſam.
Auribus ſuſpenſis bibere, Diligenter audire. Propert. lib. 3. 6. 8. [Attentis.
Gradu ire ſuſpenſo, Placido & ſilenti. Ter. Phorm. 5. 6. 27.
Gradus ſuſpenſus digitis. Ovid. 1. Faſt. 426.
Manu ſuſpenſa ſcribere, pro Dubitanter. Plin. 6. Epiſt. 22. pr.
Suſpenſo poplite leviter tranſire. Stat. 5. Silv. 4. 19.
Suſpenſa mola olivam frangito. Columel. lib. 12. cap. 52. Suſpenſa mola, i. e. Non vehementer, & toto pondere conterente quod ſubditum eſt.
Terra ſuſpenſa, Non conculcata, leviter tantum mota. Columel. lib. 11. cap. 3.
Paſtinatum ſuſpenſiſſimum, In quo humus, non pavicula aut cylindro, ſed ne etiam pedum veſtigiis conculcata appareat, ut radicibus ſeminum molliter cedere poſſit. Columel. lib. 3. cap. 13.

SUSPENSE, Adv. Compar. Auguſt. Confeſſ. 10. 34. Quia ſuſpenſius incideram.

SUSPENSIO, ōnis. f. [αἰώρησις] Incertitudo. Hirt. Bell. Afric. 48. Exercitus ejus magis ſuſpenſione animi ante adventum Jubæ commovebatur. Flamma pervagabitur ſub ſuſpenſione. Vitruv. 5. 10.

SUSPENSURA, æ. f. Senec. Epiſt. 90. Ut ſuſpenſuras balnearum, & impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor.

SUSPENDIUM, i. n. [κρεμασία, Gl. G. L.] Suſpenſio. Suet. in Auguſt. cap. 65. Suſpendio vitam finivit. Plaut. Aul. 1. 2. 22.
Utinam me divi adaxint ad ſuſpendium:
Potius quidem, quam hoc pacto apud te ſerviam. Cic. 5. Verr. 129. Non, inquam, perpeteretis, ut homines injuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent? Martial. lib. 1. 116.
Jam ſuſpendia ſæva cogitabas.

SUSPENDIŌSUS, a, um. Adj. Qui ſuſpenſus eſt laqueo. Plin. lib. 28. cap. 4. Cardinibus oſtiorum aceto affuſis, lutum fronti illitum, capitis dolorem ſedare: item laqueum ſuſpendioſi circumdatum temporibus. conf. l. 11. D. de iis qui not. infam.

SUSPĬCIO, exi, ectum, [ὑποβλέπομαι, Gl. G. L.] ĕre. Surſum aſpicere. Virg. 1. Æn. 442.
Æneas ait, & faſtigia ſuſpicit urbis. Cic. 1. Tuſc. 63. Et aſtra ſuſpeximus, tum ea, quæ ſunt infixa certis locis, tum illa, non re, ſed vocabulo errantia. [Eſt a Sub & Specio, nec dubitandum eſt, quin antiqui Subſpecio dixerint, unde Partic. & Supin. per e.
Suſpicere in cælum. Cic. in Somn. Scip. 1.
Suſpicere & Circumſpicere. Cic. 2. de Divin. 72.
Suſpicere aliquem, vel Aliquid [Gr. ἀποβλέπειν H. St.] Admirari & venerari, quaſi ſupra nos aſpiciamus illud eſſe collocatum, quod admiramur. Cic. 2. Off. 23. Si cujus virtutem ſuſpiciunt, quemque dignum fortuna quam ampliſſima putant.
Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Cic. in Orat. 97.
Honores & præmia ſuſpicere. Cic. 10. Fam. 9.
Suſpicere, Suſpectum habere. Salluſt. in Jugurtha cap. 70. Per idem tempus Bomilcar, cujus impulſu Jugurtha deditionem, quam metu deſeruit, inceperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens, novas res cupere, ad perniciem ejus dolum quærere. Nonius 4. 438. V. Cort. ad locum.

SUSPICIENS, entis. Partic. ut loc. præced. &
Suſpiciens bucula cælum. Virg. 1. Georg. 375.
Deos cælumque ſuſpiciens. Tacit. Germ. 10. 2.
Lunam altam ſuſpiciens. Virg. 9. Æn. 403.

SUSPECTUS, a, um. Adj. [ὕποπτος, Gl. L. G. & G. L.] De quo eſt ſuſpicio. Ter. Hec. 3. 3. 18. Scio nemini aliter ſuſpectum fore. Cic. 13. Fam. 25. Poſtea quam ex litteris illius cognovi, tibi eum falſo ſuſpectum fuiſſe, &c.
Criminum capitalium ſuſpectus. Tacit. 3. Ann. 60.
Spei ſuſpectus. Tacit. 1. Ann. 29.
Suſpectus cum Ablativo: ut, Suſpecta inceſtu. Auctor de Viris illuſt. cap. 46. Al. tamen Inceſtus legunt. Curt. lib. 8. 6. pr. In Calliſthenem, olim contumacia ſuſpectum, pervicacioris iræ fuit. [i. e. Ob contumaciam. Sed hic quoque in emendatis codd. Contumaciæ.
In aliqua virgine ſuſpectus. Sueton. de Clar. Gramm. 16.
Super aliquo ſcelere ſuſpectus. Salluſt. in Jugurth. cap. 71. extr.
Habere ſuſpectum aliquid. Virg. 4. Æn. 97.
Videre ſe aliquibus ſuſpectum. Cic. 1. in Catil. 17.
Suſpectum eſt hoc mihi. Martial. lib. 2. 12. Cic. 4. Att. Et, ſi quæris, omnia mihi ſunt ſuſpecta.
Omnia ſuſpecta atque ſollicita. Cic. de Amicit. 52. Hæc eſt enim Tyrannorum vita: nimirum in qua nulla fides, nulla caritas, nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt.
Arva ſuſpecta linquimus. Virg. 3. Æn. 550.
Dona ſuſpecta. Virg. 2. Æn. 36.
Facultates ſuſpectæ. Paulus in l. quidem. D. ad SC. Vellejan.
Fides ſuſpecta. Stat. 5. Silv. 2. 40.
Locus ſuſpectus, pro Alto & clivoſo. Plin. 10. Epiſt. 91. Eſt tamen ſtatim a capite, paulo amplius mille paſſibus, locus ſuſpectus & mollis. [Suſpectus ſcilicet ob mollitiem, qui obſtare aquæ ductum molientium operi poſſit. conf. Epiſt. ſeq.
Medicina animi ſuſpecta atque inviſa pluribus. Cic. 3. Tuſc. 1. Animi autem medicina, nec tam deſiderata ſit antequam inventa, nec tam culta poſtea.

Digitized by Google

poſteaquam cognita eſt, nec tam multis grata atque probata, pluribus etiam ſuſpecta atque inviſa?
Pus ſuſpecta. Sil. lib. 7. 366.
Tumores ſuſpectos ſanat. Plin. lib. 20. cap. 6.
Compar. pro Eo qui ſuſpicatur. Cic. 2. Off. 14. Quo enim quis verſutior & callidior eſt, hoc inviſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. [Suſpectior, Magis ſuſpectus omnibus malæ fidei.
Hoſte ſuſpectior. Claud. de 6. Conſ. Hon. 300.
Superl. Ulpian. in l. 1. in princip. D. De quæſtionib. A ſuſpectiſſimo incipiendum.
SUSPECTO, Adv. ut, Mum libertorum ſuſpecto decedentium, l. 2. ff. de his quæ ut ind. auf. [Niſi error eſt.
SUSPECTIO, ōnis. f. [illegible] Idem quod Suſpicio. Ter. And. 3. 2. 21. Num qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio? Al. Suſpicio. V. Burm. ad Quintil. Decl. 1. p. 7. Uſitatius
SUSPICIO, ſec. dub. ōnis. f. [ὑποψία, ὑπόνοια, Gl. L. G. & G. L.] Cic. 1. de Fin. 50. Plerumque improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama.
Poto pro Suſpicatio. Ideo eſſet ſcribendum Suſpitio. Sic Opinio, quaſi Opinatio. H. St. V. ad hanc dict.
Suſpicio in Fabium. Plin. lib. 7. cap. 45.
Suſpicio hominum. Cic. 1. Fam. 1.
Affinis ſuſpicionis. Cic. pro Sull. 7
Abſcondita ſuſpicio. Cic. 2. de Orat. 178.
Cæca ſuſpicio. V. CÆCUS.
Confirmata ſuſpicio Auctor ad Heren. lib. 2.
Firma ſuſpicio. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.
Repentina ſuſpicio. Cic. pro Cluent. 174.
Subita belli ſuſpicio. Cic. 7. Verr. 32. Iſte motus ſervorum, bellique ſubita ſuſpicio, utrum tibi, &c.
Tenuiſſima ſuſpicio. Cic. 2. de Lege Agrar 79.
Civitas ſollicita ſuſpicione. Cic. 1. de Lege Agrar. 23.
Abhorrere a ſuſpicione, i. e. Remotum eſſe. Cic. pro Cœl. 10.
Abſolvere ſuſpicione. V. ABSOLVO.
Abeſſe a ſuſpicione. Cic. 4. Verr. 62. V. ABSUM.
Abeſſe a conſcientiæ ſuſpicione. Cic. pro Cœl. 23.
Adduci in ſuſpicionem. V. ADDUCO.
Afferre ſuſpicionem. V. AFFERO.
Amovere ſuſpicionem. V. AMOVEO.
Aſpergere ſuſpicione. V. ASPERGO.
Aſſequi ſuſpicione. V. ASSEQUOR.
Attingere rem aliquam ſuſpicione. V. ATTINGO.
Avertere rem a ſuſpicione. V. AVERTO.
Augere ſuſpicionem. Cic. 1. Fam. 1. Ter. Eun. 3. 1. 46. V. AUGEO.
Cadere in ſuſpicionem. V. CADO.
Carere ſuſpicione. Cic. pro Roſc. Amer. 55.
Coargui ab aliquo ſuſpicionibus & conjectura. Cic. 1. de Lege Agrar. 27.
Conferre ſuſpicionem in aliquem. V. CONFERO.
Confirmare ſuſpicionem. Cic. 1. Fam.
Conflare ſuſpicionem. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.
Conſiſtit in aliquo ſuſpicio. V. CONSISTO.
Conſtituere ſuſpicionem. Cic. Verr. 2. 38.
Convenit in eum hæc ſuſpicio. V. CONVENIO.
Delere ſuſpicionem. Cic. pro Roſc. Amer. 6.
Depellere ſuſpicionem. Cic. 10. Philip.
Deponere ſuſpicionem. Cic. 13. Fam. 1.
Devocari in ſuſpicionem maleficii. Auctor ad Heren. lib. 2. 4.
Dimovere ſuſpicionem. Cic. Anteq. iret in exſil. 21.
Dare locum ſuſpicioni. Cic. pro Cœl. 9.
Dare ſuſpicionem ficte reconciliatæ gratiæ. Cic. 3. Fam. 12.
Ducere ſuſpicionem. Cic. 2. de Invent. 29.
Effugienda ergo in hac præcipue parte omnis calliditatis ſuſpicio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Elabi ſuſpicione. Cic. 3. Verr. 102.
Expurgare ſuſpicionem, Dimovere. Cic. Anteq. iret in exſil. 26.
Extenuare ſuſpicionem. Cic. 2. ad Heren. 4.
Facere aliquid propter alicujus rei ſuſpicionem. Cic. 2. Philip. 117.
Fugere perfidiæ ſuſpicionem. Cic. 8. Att. 16.
Habere alicujus rei ſuſpicionem. Cic. pro Planc. 53.
Habere quaſdem ſuſpiciones periculi. Cic. 16. Att. 4.
Jacere ſuſpicionem. V. JACIO.
Importare ſuſpicionem aliquam alicui. Cic. 16. Fam. 21. Ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquam importaret.
Incenſi ſuſpicione, rem in medium vocare cœperunt. Cic. pro Cluent. 127.
Incidere in ſuſpicionem regni appetendi. V. INCIDO.
Incidit ſuſpicio de me. Ter. Adelph. 4. 4. 6.
Increpuit ſuſpicio. V. INCREPO.
Inferre ſuſpicionem. V. INFERO.
Injicere ſuſpicionem alicujus rei. V. INJICIO.
Injecta ſuſpicio rei atrocis. Cic. pro Cluent. 180.
Inſequitur quippiam ſuſpicio. V. INSEQUOR.
Inſidet alicui ſuſpicio. V. INSIDEO.
Interpoſita ſuſpicio belli. V. INTERPONO.
Levare ſuſpicionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Levare ſuſpicionem, atque a ſe removere. V. LEVIS.
Liberare aliquem omni ſuſpicione alicujus rei. Cic. 1. Fam. 2.
Manet ſuſpicio. V. MANEO.
Minuere ſuſpicionem. V. MINUO.
Movere ſuſpicionem. Cic. 2. Fam. 16. V. MOVEO.
Moveri ſuſpicione. Cic. 7. Verr. 64. Judex eſſe bonus nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non movetur.
Naſci ſuſpicionem. Cic. 3. Fam. 8.
Perculſus ſuſpicione. Cic. Hac ſuſpicione ſum perculſus, &c.
Peragrare omnes latebras ſuſpicionum. Cic. pro Cœl. 53.
Perſtringere ſuſpicione. V. PERSTRINGO.
Pertinere ad aliquem ſuſpicionem. Cic. pro Roſc. Amer.
Ponere in ſuſpicione. Cic. pro Cluent. 127.
Præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ. Tacit. 1. Hiſt. 28.
Propulſare ſuſpicionem. Cic. 5. Verr. 140.
Recipere ſuſpicionem. Cic. pro Planc. 6.
Relinquitur ſuſpicio alicujus rei. Cic. 1. Tuſc. 71. Dubitare non poſſumus, quin tantus interitus in morte ſit, ut ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur.
Reſidere in aliquo ſuſpicionem. Cic. 2. Q. frat. 3.
Removere ſuſpicionem. Cic. 5. Verr. 136.
Segregare ſuſpicionem ab ſe. Plaut. Aſin. 4. 1. 29.
Spargere varias ſuſpiciones. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Eſt ſuſpicio. Plaut. Epid. 3. 4. 53. Sic ſuſpicio eſt. h. e. Ita omnes ſuſpicantur. Ter. Eun. 3. 3. 8. — jam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia.
Tollere ſuſpicionem. Cic. Omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli.
Trahere ſuſpicionem. Cic. 2. de Invent. 29.
Translata ſuſpicio amoris in eum. Ter. Heaut. 4. 5. 51. h. e. Suſpicantur hominem eum amare.
Vendicare ex ſuſpicione. Cic. pro Sull. 59.
Venire in ſuſpicionem. Cic. 1. Q. frat. 1.
Vitare ſuſpicionem. Cic. 1. Philipp. 33.
Vocare in ſuſpicionem. Cic. 7. Verr. 10.
Suſpicio eſt, quam vulgo Præſumptionem vocant. Cic. pro Sulla, Intelligetis unumquemque illorum prius a ſua vita, quam noſtra ſuſpicione eſſe damnatum. Bud. Suſpiciones ſunt, quæ vulgo Præſumptiones. Cic. 2. de Orat 33. H. St. Prior locus eſt, Pro Sull. 71. Alterum locum indicabit pag. ſeu col. edit. Lamb. Pariſ. quam noſter ſecutus eſt. conf. in 1. Agrar. 17. Sumſit autem ex Budæi Forenſibus p. 24. pr. ed. Epiſcop. & p. 60. ejusd.
De quantitate ſyllabæ antepenult. vide Scalig. Poet. p. 2. 7. 2. & Jo. Pinciet. Pareg. otii Marpurgenſ. 4. 1.
SUSPICIŌSUS, a, um. Adj. [ὑποπτικός. Gl. G. L.] Qui ſuſpicionem habet. Ter. Adelph. 4. 3. 13.
Omnes, quibus res minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis.
Civitas maledica & ſuſpicioſa. Cic. pro Flacc. 68.
Suſpicioſum veteres dixere, Qui in ſuſpicione ſit. [ὕποπτος, Gl. G. L.] Cato de re Florian. Sed ſi qui palam corpore pecuniam quæreret, aut ſe lenoni locaviſſet, & ſi famoſus & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum non æquum cenſuere adferri. Ex Nonio 2. 763.
Aliquid ſuſpicioſum facere perſpicuum. Cic. pro Roſc. Amer. 18.
Res perſpicua, non ſuſpicioſa. Auctor ad Heren. lib. 2. 11.
Crimen ſuſpicioſum. Cic. in Partit. 114.
Mula ſuſpicioſa, Quæ neſcio quid ſemper ſuſpicatur, & timet. Columel. lib. 6. cap. 38. Suſpicioſæ mulæ ſanguis detrahitur. Alii legunt Suſpirioſæ. [Rectius.
Superl. Suſpicioſiſſimum negotium, & Suſpicioſiſſimum tempus. Cic. pro Flacc. 7. Et is eſt reus avaritiæ, qui in uberrima re turpe compendium: in maledicentiſſima civitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modo crimen effugit. Idem 1. Fam. 7. Virum enim excellentem, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate devinctum, nonnihil ſuſpicantem, propter aliquorum opinionem ſuæ cupiditatis, te ab ſe abalienatum, illa epiſtola retinuiſti: qui mihi, quum ſemper tuæ laudi favere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano, tum &c.
SUSPICIŌSE, Adv. [ὑποπτευομένως] Cic. pro Dejot. 16. Id vos & a viro optimo, & ab homine minime ſtulto cogitatum eſſe confingitis. At quam non modo credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem. i. e. Prorſus abſurde & calumnioſe. Budæus.
Dicere aliquid ſuſpicioſe ac criminoſe. Cic. pro Roſc. Amer. 55. Cum enim aliquid habeat, quod poſſit crimino ſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari & calumniari ſciens non videatur.
Narrare aliquid ſuſpicioſe. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Compar. Cic. de Clar. Orat. 131. Qui ſuſpicioſius aut criminoſius diceret, audiviſſe me neminem.
SUSPECTUS, ûs. m. [ἀνάβλεψις] Plin. lib 37. cap. 9. Hoc & minime probatur, quando præcellens debet eſſe in ſuſpectu, velut ex carbunculo refulgens quidem in purpura leviter roſeus color.
Aſpectu & ſuſpectu refulgens. Plin. lib. 9. cap. 38. h. e. Si ſurſum conſpiciatur, & in aerem quod dicitur.
Suſpectus, Altitudo. Virg. 6. Æn. 579.
Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum.
Suſpectu vaſto turris. Virg. 9. Æn. 530.
Suſpectus, pro Admiratione. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 25. Videndum eſt quid maxime faciat ingratos: aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati vitium ſe ſuaque mirandi, aut aviditas, aut invidia.
Honorum ſuſpectus. Ovid. 5. Faſt. 21.
SUSPICITER, Adv. Idem quod Suſpicioſe. Non. 4. 317. Curioſe & ſuſpiciter circum adſpicare. [An Suſpicaciter?
SUSPECTOR, ōris. m. Sidon 3. Epiſt. 5. Suſpector admiratorque.
SUSPICAX, ācis. Adj. o. g. ut
In rumore ſuſpicax. Quintil. Decl. 18.
Animus ſuſpicax. Tacit. 1. Ann. 13.
Maritus ſuſpicax. Quintil. Decl. 18.
Silentium ſuſpicax. Tacit. 3. Ann 11.
SUSPECTO, [ὑποβλέπω] āre. frequent. Surſum aſpicere. Martial. Oculisque ſuſpectans ſidera. Plin. 8. 16. Et 11. 29.
Suſpectare, [ὑφορᾶν] pro Suſpectum habere. Tacit. 1. Ann. 9. Et quidam ſcelus uxoris ſuſpectabant.
Paſſiv. Idem 4. Ann. 3. Ne pellici ſuſpectaretur.
SUSPECTOR, āri. depon. Ammian. 28. 1. Impetrarunt, ut hi, quos ſuſpectati ſunt, illico repti compingerentur in vincula.
SUSPECTANS, antis. Partic. Surſum ſpectans. ut, Leo ſuſpectans. Plin. lib. 8. cap. 16.
Populi ſuſpectantes. De locuſtis, Tanto volant pennarum ſtridore, ut aliæ alites credantur, ſolemque obumbrent, ſollicite ſuſpectantibus populis, ne ſuas terras operiant. H. St. ex Plin. lib. 11. cap. 29. cujus loci notationem culter emptoris abſtuleret. Deſiderabatur autem hic & ſeq. loc. in edit. Lugd.
Virgo ſuſpectans tabulam pictam. Ter. Eun. 3. 5. 36. H. St.
Suſpectans, Suſpectum habens. ut, Potentiam ſuſpectans. Tacit. 11. Ann. 16.
Fraudem ſuſpectans. Idem 13. Ann. 39. conf. Apul. Apol. p. 350. Elm.
SUSPICO, āre. Plaut. Men. 9. 9. 22. Ne memores aut ſuſpices. Antiquum. Uſitatius vero

Suſpicor, [ὑποπτεύω. Gl. L. G. & G. L. ὑποπτεύομαι, ὑποπτῶ, G. L.] ări. Dictum, quod cum timore quodam ea videmus uſpicere, de quibus dubitamus. Ter. Heaut. 2. 3. 27.

Quod malim, quam me hoc falſo ſuſpicarier. Cic. 3. Verr. 64.

Hoſpes Janitor, qui nihil ſuſpicaretur, veritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem ſumma vi retinere cœpit. Ter. Heaut. 4. 1. 44. Quid nunc ſuſpicare, aut invenis de illa?

Suſpicari, pro Quoquomodo intelligere. Bud. Cic. in Divinatione C.99. Quas res, non modo antea nunquam cogitaſti, ſed ne nunc quidem, cum in eas ingrederis, quæ & quantæ ſint ſuſpicari potes. Vide in meis Sched. de verbo Suſpicari. H. St. Exſtant. 1. Verr. 40.

Scribe, non modo ſi quid ſcies, aut audieris, ſed etiam ſi quid ſuſpicabere. Cic. 7. Att. 12.

Suſpicor fore. Cic. 1. Fam. 6. Quod valde ſuſpicor fore ut infringatur hominum improbitas.

Aliquid mali ſuſpicari. Cic. pro Cluent. 27.

Aliquem abs ſe alienatum ſuſpicari. Cic. 1. Fam. 7.

Suſpicari de. Cic. de Clar. Orat. 56. Licet aliquid etiam de M. Popillii ingenio ſuſpicari. [i. e. Ingenioſum hominem & diſertum putare.

Suſpicor de mendo. Manut. in aliquibus Scholiis. H. St.

Res nefarias ſuſpicari. Cic. pro Milon. 64.

Ad ſuſpicandum duci. Cic. de Clar. Orat. 56.

Suſpicans, antis. Partic. [ὑποπτεύων] Ter. And. 2. 2. 89. Nihil ſuſpicans etiam mali. Adde Salluſt. Catilin. 44. & Hirt. Bell. Afric. 37.

Suſpicātus, a, um. aliud Partic. Cæſ. 4. Bell. Gall. 32. Cæſar, id quod erat, ſuſpicatus, &c.

Fore id ſuſpicatus, quod accidit. Idem 2. Bell. Civil. 40. conf. Ter. Eun. 3. 1. 45.

Suſpicātrix, îcis. f. Varr. L. L. 6. 3. Mulieres Claudius ſcribit adtioſas demonſtrari ſuſpicatrices.

Suſpicābilis, e. Adj. ut, Ars ſuſpicabilis. Arnob. lib. 2. p. 28.

Suſpīro, [ϛένω, ϛενάζω, ἀναϛενάζω, ϛεναγμὸν ποιέω, ἀναϛενάζω, ἀναπνέω, ὑποϛενάζω, Gl. L. G.] āre. Spiritum ab imo pectore trahere, quod ſollicitudinis aut doloris argumentum eſt. Plaut. Men. 5. 4. 8.

Qui ſuſpirabo plus ſexcentum dies.

Amore ficto ſuſpirat mulier. Lucret. 4. 1186.

Familiariter ſuſpirare. Cic. 1. Att. 18. Reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut jocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. [i. e. Ingemiſcere.

Ingemit & tacito ſuſpirat pectore. Ovid. 21. Epiſt. 201.

Ab imo ſuſpirare. Ovid. 3. de Arte Am. 675. ſubaudi, Pectore.

Calorem ſuſpirare. Claud. 1. in pr. Conſ. Stilich. 57.

Flebile ſuſpirare. Claud. 1. in Eutrop. 269.

Suſpirare, Deſiderare. Juven. 11. Sat. 152.

Suſpirat longo non viſam tempore matrem.

Amores ſuſpirare. Tibul. lib. 1. 6. 55.

Ad honores ſuſpirare. Valer. 4. Argon. 532.

In aliquam ſuſpirare. Ovid. 1. Faſt. 417.

Suſpirare, Surſum reſpirare, exhalare, emittere. Lucan. lib. 6. 370.

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec ventos tenues ſuſpirat Anauros.

Suſpīrans, antis. Partic. [ἀναϛένων, Gl. L. G.] ut, Curæ ſuſpirantes. Cic. 1. de Divin. 42. — quo facto pater

Rex ipſe Priamus, ſomnii mentis metu
Perculſus, curis ſumptus ſuſpirantibus
Exſacrificabat hoſtiis balantibus.

Puella ſuſpirans. Catul. 65. 102.

Suſpirandus, a, um. aliud Partic. [ϛεναϰτέος] ut, Domus ſuſpiranda. Stat. 4. Theb. 20.

Suſpirātus, a, um. Partic. Imploratus, invocatus. Sil. 15. 82.

Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis
Ledæos fratres referam?

Proximitas ſuſpirata. Sidon. 1. Epiſt. 5.

Suſpirātio, ōnis. f. Senec. lib. de Ira, Sentiet itaque ſuſpirationes quaſdam & umbras affectuum, ipſis autem carebit. Plin. in Præfatione, Inde illa nobilis Marci Ciceronis ſuſpiratio, O te felicem &c.

Suſpirātus, ûs. m. [ϛεναγμὸς] Ovid. 14. Met. 129.

Reſpicit hanc vates, & ſuſpiratibus hauſtis,
Nec dea ſum dixit, &c. De Sibylla.

Aſſiduus Suſpiratus. Apul. 5. Met. p. 170. Elmenh.

Suſpīritus, ûs. m. Plaut. Merc. 1. 2. 4.

Simul enecato ſuſpiritus, vix ſuffero hercle anhelitum. V. Parei Lex. Crit. p. 1209.

Creber ſuſpiritus. Liv. 30. 15. Quum crebro ſuſpiritu, & gemitu aliquantum temporis conſumpſiſſet. Al. Suſpiriis. V. ibi Fr. Gronov.

Cruciabilis ſuſpiritus. Apul. 1. Met. p. 105. Elmenh.

Suſpīrium, i. n. [ϛεναγμὸς, ϛεναχὴ] Idem. Plaut. Ciſt. 1. 2. 58.

— hoc ſis vide; ut petivit
Suſpirium alte! & pallida es.

Sine cura, ſine ſuſpiriis. Cic. 4. Tuſc. 72.

Ægra ſuſpiria. Stat. 6. Theb. 793.

Muta ſuſpiria. Stat. 12. Theb. 604.

Præſaga luctus ſuſpiria. Ovid. 2. Met. 225.

Ducere ſuſpiria ab imo pectore. Ovid. 10. Met. 402.

Laxare ſuſpiria. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 179.

Mulcere ſuſpiria alicujus. Claud. in 2. Conſ. Stilich. 212.

Repetere ſuſpiria tota nocte. Tibull. lib. 3. 7. 29.

Rumpere ſuſpiria in voces. Claud. de Bell Gildon. 285.

Trahere ſuſpiria magno motu. Ovid. 2. Met. 753.

Suſpirium, [δύσπνοια, Gl L. G.] Ipſa ſuſpirandi difficultas: eſt enim morbus qui ex pulmonis vitio, aut imbecillitate fit. Plin. 20. 9. Ad tormina, regios morbos, tuſſim veterem cum ſuſpirio. Columel. 6. 14. Interdum tumore palati cibos reſpuit, crebrum ſuſpirium facit.

Sicut Columella dicit, Tumore palati &c. Lucanus lib. 4.

Raſciſſoque movent ſuſpiria dira palato. i e. Halitus emiſſiones anhelæ, inquit Schol. H. St. v. 319 Al. codd. Nocent, pro Movent.

Suſpiriōſus, a, um. Adj. [ἀσθματικὸς] Qui ſpirandi difficultatem patitur, vel cui vitioſa eſt reſpiratio. Plin. lib. 20. cap. 2. Suſpirioſis prodeſt. adde 23. 7.

Suſpirioſa mula. Columel. 6. 38. Ubi alii Suſpicioſa. V. in suspiciosus. H. St.

Suſpiriōſe, Adv. Columel. 7. 6. Suſpirioſe laborantibus auriculæ ferro reſcindendæ.

Suſque dēque, [ἀδιαφόρως] i. e. Plus minusve, inquit Feſtus. Suſque deque habere ſive ferre, ſignificat Æquo animo eſſe, & quod accidit, non magni facere, & interdum negligere, atque contemnere: hoc eſt, Surſum deorſum feratur res, parviſacere. Plaut. Amph. 3. 2. 5.

Atque id me ſuſque deque eſſe habituram putat? V. Gellium lib. 16. cap. 9. Cic. 14. Att. 6. Nam de Octavio ſuſque deque: exſpecto quid de Mario.

Suſque deque fero. Gell. lib. 16. cap. 9.

Suſque deque habeo. Idem ibid. V. habeo.

Suſſilio, V. subsilio.

Suſtelleſe, Adv. ὑπερηφάνως, Gloſſ. Latinogræc. [Puto Suteloſe ſcribendum. V. Sutela in suo.

Suſtendo, di, ſum, [ὑποτείνω] ĕre. Decipiendi gratia ſubdere aliquid aut machinari. Salluſt. Dum ſuſtendit inſidias militi.

Suſtento, are. V. sustineo.

Suſterna. V. psusterna, & sapinus.

Suſtĭneo, ui, entum, [ὑποβαϛάζω, Gl. L. G. ὑπέχω, ὑπομένω, G. L.] ēre. Surſum tenere. Cic. 2. de Nat. Deor. 28. Ex quo concluditur, quum omnes mundi partes ſuſtineantur calore, mundum etiam, &c. conf. 25. Plin lib. 18. cap. 25. Vineæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. [Male in Gloſſ. Suſtenit, pro Suſtinet, vel ſaltem Suſtenet.

Artus infirmos baculo ſuſtinere. Ovid. 6. Met. 27.

Artus titubantes ſuſtinere ferula. Ovid 4. Met. 27.

Cervicibus ſuis ſuſtinere Remp. tranſlate. Cic pro Domo 142. Revocate jam animos veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad univerſam Remp. quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero cauſa ſolis veſtris cervicibus ſuſtinetis.

Humeris ſuſtinere Remp. Cic. pro Flacc. 94. De ſumma Reip. taceo: quam vos univerſam in hoc judicio veſtris humeris, veſtris inquam, humeris, Judices, ſuſtinetis.

Labentem excepit, corruere non ſivit, fulſit & ſuſtinuit, re, fortuna, fide, hodieque ſuſtinet. Cic. pro Rabir. Poſt. 43.

Marem ſuſtinere, Initum pati. Ovid. 2. de Arte Am. 486.

Suſtinet immundum ſimu capella marem.

Suſtinere, Pati, ferre. Ter. Phorm. 2. 2. 33.

Senex adeſt, vide quid agas, prima coitio eſt acerrima:
Si eam ſuſtinueris, poſt illa jam ut lubet ludas licet. Plin. 2. Epiſt. 12. Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tamdiu ſuſtinere? Ovid. 3. Amor. 9. 44.

Non ſuſtineo, pro Nequeo, non poſſum, non audeo, nolo. Quintil. lib. 2. cap. 4. Nec enim hujus rei judicium differre ſuſtineo. Ovid. 4. Faſt. 850.

— nec jam ſuſpendere fletum
Suſtinet.

Sine negatione. Curt. lib. 6. 9. Suſtinuit ſcribere mihi. Sueton. in Calig cap. 50. Hanc, ut crudeliſſimam cædem, & deflevit edicto, & eos qui ſpectare ſuſtinuiſſent, exſecratus eſt.

Suſtinere, Audere. Ovid. 6. Met. 563.

Suſtinet ad Procnem poſt talia facta reverti. i. e. Audet.

Pontificatum maximum ei auferre non ſuſtinuit. i.e. Non auſus eſt. Suet. Aug. cap. 31.

Aliquem non ſuſtinere, pro Ejus preces differre. & poſtulata negare non poſſe. Ovid. 5. Faſt. 76.

Et Numitor dixiſſe poteſt, Da, Romule, menſem
Hunc ſenibus: nec avum ſuſtinuiſſe nepos.

Æſtus ſuſtinere. Ovid. 2. Met. 218.

Caſus fortuitos magno animo ſuſtinere. Columel. lib. 2.

Fama tua & officium non ſuſtinet, ut &c. Cic. 9. Att. 9. De te & tua fide & pietate idem mehercule, mi Cicero, ſentio, quod tu, non poſſe tuam famam & officium ſuſtinere, ut contra eum arma feras, a quo tantum beneficium te accepiſſe prædices.

Famem ſuſtinere, Tolerare. Senec. lib. 3. de Ira, cap. 20. Suſtinebant famem primo tenerrima frondium, & cacumina arborum: tum coria igne mollita, & quicquid neceſſitas cibum fecerat.

Gravitatem alicujus rei ſuſtinere, Ferre, pati. Cic. 12. Att. 25. Jam enim corpore vix ſuſtineo gravitatem hujus cæli, qui mihi laborem affert in dolore.

Imperia alicujus. Cæſ. 1. Bell. Gall. 31. Hominem eſſe barbarum, iracundum, temerarium, non poſſe ejus imperia diutius ſuſtineri.

Injuriam ſuſtinere dicitur ſementis, cui Perire opponitur. Columel. lib. 2. cap. 9.

Labores. Ovid. 8. Met. 500.

Laborem propter ambitionem. Cic. 1. Att. 14.

Mali nihil eſt, quod non & ſuſtineam & exſpectem. Cic. 11. Att. 21.

Molem hujus invidiæ vix ſuſtinebo. Cic. 1. in Catil. 23.

Multum furoris ille enim ſuſtinuerat, nihil erroris. Cic. pro Dejot. 36.

Pœnam ſubire ac ſuſtinere. Cic. pro Domo 101.

Pœnam ſempiternam ſuſtinere. Cic. Poſt red. ad Quirit. 2.

Servitutem ferre & ſuſtinere. Cic. 5. Tuſc. 16.

Sumptum ſuſtinere, Tolerare. Cic. 11. Fam. 10. Non ſi Varronis theſauros haberem, ſuſtinere ſumptum poſſem. Vetus exemplar habet Sumptui.

Suſpicionem. Plaut. Bacch. 3. 3. 32.

Innocens, ſuſpicionem hanc ſuſtinet cauſa mea. Idem Milit. 2. 4. 55.

Vultum alicujus ſuſtinere. Liv. 23. 9.

Suſtinere ſe, pro Reprimere & retinere. Cic. 9. Fam. 8. Exſpectabam omnino jamdiu, meque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quam aliquid accepiſſem. Cic. 4. Acad. 68 Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temere proceſſerit.

Ab omni aſſenſu ſe ſuſtinere. Cic. 4 Acad 48.

A reſpondendo ſe ſuſtinere. Cic. 4. Acad. 104. Quum ſe a reſpondendo, ut aut approbet quid, aut improbet, ſuſtineat, ut neque neget aliquid neque aiat.

A lapſu ſuſtinere ſe, pro Cavere lapſum. Liv. 21. 35. extr.

Currum ſuſtinere, h. e. Retinere, & cohibere. Cic. 13. Att. 21.

Curſum & impetum benevolentiæ ſuſtinere, h. e. Reprimere. Cic. de Amicit. 64. Eſt igitur prudentis ſuſtinere, ut curſum, ſic impetum benevolentiæ:

nevolentiæ: quo utamur quaſi aquis tentatis, ſic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum.
Equos incitatos ſuſtinere, Retinere. Cæſ. 4. Bell. Gall. 33. Ac tantum uſu quotidiano & exercitatione efficiunt, ut in declivi ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari ac flectere didicerint. Cic. 4. Acad. 94.
Gradum ſuſtinere, Reprimere. Ovid. 6. Faſt. 398.
Manum ſuam ſuſtinere dicitur deus, Quando retrahit. Ovid. 3. Faſt 302.
Tela ſuſtinere, quod & Inhibere dicitur. Liv. 31. 24. Suſtinebant tela, ne in permiſtos hoſtibus ſuos conjicerent.
Suſtinere, Differre. Liv. 3. 45. extr. Compreſſique a Cæditio Centurione, quem ſibimet ipſi præfecerant, rem in noctem ſuſtinuere.
Cognitionem ſuſtinere. Calliſtratus in l. Interdum. D. de judiciis. Interdum ex juſtæ cauſis & ex certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cognitiones. i. e. Differendæ & ſuſpendendæ.
Diem extremum fati ſuſtinet, Mortem ſuam differt in adventum tuum, Moriturus te exſpectat. Ovid. 1. Epiſt. 114.
Pœnam ſuſtinere, i. e. Pœnæ executionem differre. Ulp. in l. Si quis filio. §. Quid tamen. D. de injuſt. teſtam. tametſi provocantis appellatio non fuerit recepta: pœna tamen ſuſtinenda eſt, quoad princeps reſcripſerit ad litteras præſidis.
Aciem labantem ſuſtinere, Reſtituere. V. ACIES.
Concurſum omnium philoſophorum. Cic. 4. Acad. 70.
Convicium quotidianum. Cic. pro Quint. 60. At quis erat procurator? credo, aliquem ejectum hominem egentem, litigioſum, improbum, qui poſſet ſcurræ divitis quotidianum convicium ſuſtinere. [An Abjectum?
Impetum hoſtium. Cæſ. 1. Bell. Gall. 24. Cic. 3. Off. 48. Athenienſes quum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere.
Incurſum alicujus. Ovid. 3. Met. 82.
Multitudinem tantam ſuſtinere non poſſum ſolus cum iſta copia. Cic. 8. Att. 19.
Prælia. Cic. 9. Fam. 11. Quod ſcribis, prælia te mea cauſa ſuſtinere, non tam id laboro, ut ſi qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Al. Non ſuſt. Pugnam. Liv. 3. 28.
Sermones hominum ſuſtinere, pro Reſiſtere oblocutionibus hominum. Cic. 15. Fam. 14. Abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis.
Suſtinere pro Defendere & tueri. Cic. 4. Acad. 18. Philo autem, dum nova quædam commovet, quod ea ſuſtinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, &c.
Cauſam alicujus rei ſuſtinere. Cic. 3. Verr. 53. Idem 13. Att. Nonne furor ejus omnem cauſam ſuſtinet? i. e. Nonne in eum ut furioſum omne crimen verti debet? Budæus.
Cauſam publicam. Cic. 1. Verr. 27. In mentem tibi non venit, quid negotii ſit cauſam publicam non ſuſtinere, vitam alterius totam explicare? Ibid. Tamen eſſet magnam tantam cauſam, tam exſpectatam, & diligentia conſequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & voce & viribus ſuſtinere. h. e. Defendere poſſe.
Crimen ſuſtinere, Defendere, excuſare. Cic. 7. Verr. 102. Videbat illis Navarchis teſtibus tantum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe.
Culpam alicujus rei. Cic. 7. Att. 3. Ut jam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineam, quod minus diu fuerim in provincia, quam ſtataſſe fuerit utile.
Curam belli. Cic. 6. Att. 13. Cum enim arderet Syria bello, & Bibulus in tanto mærore ſuo maximam curam belli ſuſtineret, &c.
Curam ſuſtinere, Anxium eſſe. Cic. 10. Fam. 4. Interim hic maximam ſollicitudinem curamque ſuſtineo.
Dignitatem & decus civitatis ſuſtinere, Tueri. Cic. 1. Off. 124. Eſt igitur proprium munus Magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere.
Exſpectationem. Cic. 3. Off. 6. Suſtines enim non parvam exſpectationem imitandæ induſtriæ noſtræ, magnam honorum, nonnullam fortaſſe nominis. h. e. Maxima eſt de te hominum exſpectatio, te imitaturum, &c. quam tueri debes.
Exſpectationem ſui ſuſtinere ac tueri. Cic. 2. Fam. 1. Sic ad nos confirmatus revertare, ut quam exſpectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis.
Magnitudinem imperii. *Cic. Poſt red. in Senat. 9. Magnitudinem tanti imperii, nec intueri, nec ſuſtinere, nec capere potuerunt.
Munera, Exſequi. Cic. de Senect. 34.
Munus magnum de aliqua re ſuſtinere. Cic. de Clar. Orat. 113.
Munus conſulare. Cic. 10. Fam. 12. Qui quod conſulares aberant, conſulare munus ſuſtinebat more majorum.
Muneris aliquid in Rep. fungi ac ſuſtinere. Cic. 5. Verr. 199.
Negotia. Hor. 2. Epiſt. 1. 1.
Negotium totum gubernare, & ſuis humeris ſuſtinere. Cic. pro Milon. 29.
Nomen civitatis ſua auctoritate ſuſtinere. Cic. pro Flacc. 34.
Nomen publicani. Cic. 1. Q. frat. 1.
Onus magnum. Cic. 2. Fam. 10. Idem lib. 5. 9. Hoc quicquid eſt oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſtinendum puta. Cic. 2. Fam. 5. Totum negotium non eſt dignum viribus noſtris, qui majora onera in Rep. ſuſtinere & poſſum & ſoleam.
Onus aliquod ſuſcipere, quod ſuſtinere non poſſis. Cic pro Roſc. Amer. 152.
Partes ſalutis alicujus. Cic. 3. Att. Intelligoque multas partes meæ ſalutis & ſuſcipere & poſſe ſuſtinere, neque ut ita facias rogandum eſſe. Quia non ædilis, aut Prætoris, aut Conſulis partes ſuſtineo. Tacit. 3. Ann. 53.
Perſonam aliquam. Cic. 2. de Orat. 102. Tres perſonas unus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meam, adverſarii, judicis.
Perſonam magiſtri. Suet. de Clar. Grammat. cap. 24.
Simulatio fronte & vultu ſuſtinetur. Cic. 1. Fam 9. Idque non ſolum fronte atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur, declarant ii, qui tum, noſtro illo ſtatu, optimates nominabantur, ſed etiam ſenſo ſæpe jam, tabellaque docuerunt.
Aliquem ſua auctoritate ſuſtinere. Favere alicui, & illum tueri. Cic. ad Brut. 7. Apulejum vero tu tua auctoritate ſuſtinere debes.
Suſtinere, Alere, reficere. Curt. 7. 4. 24. Milites fluviatili piſce & herbis ſuſtinebantur, i. e. Cibabantur. Virg. 2. Georg 515.
— hinc patriam, parvoſque nepotes Suſtinet.

Cibo aliquo ſuſtineri. Columel. lib. 8 cap. 4.
SUSTINENS, entis. Partic. Curt. 8. 2. 29. Ne illo quidem adminiculo ſuſtinente.
Nullo hoſtium ſuſtinente occurſum, ac velut inferorum aſpectum. Tacit. Germ. 43. 6.
SUSTINENTIA, æ. f. [ὑπομονή] ut, Caritatis ſuſtinentia. Vulg. Interpr. 1. Theſſ. cap. 1. 3.
SUSTENTO, [ὑποβαστάζω, Gl. L. G. & G. L. ἀνέχω, ὑπερείδω, G. L.] āre. frequent. Plaut. Capt. 5. 1. 4.

> Quumque ex miſeriis plurimis me exemerent,
> Quæ adhuc te carens, dum hic fui, ſuſtentabam.

Aciem ſuſtentare. V. ACIES.
Suſtentare, Alere, reficere. Plaut. Stich. 4. 2. 8.

> Valuiſtin' bene? a. ſuſtentavi ſedulo, a. edepol gaudeo. h. e.

Dedi operam ut viverem, & corpus ſuſtentarem. Suet. de Clar. Grammat. cap. 14. Defuncto eo, filiuſque ejus ſchola ſe ſuſtentavit.
Alere & Suſtentare. Cic. 1. Tuſc. 43. Eaque ei demum naturalis eſt ſedes, quum ad ſui ſimilem penetravit, in quo nulla re egens alitur, & ſuſtentabitur iiſdem rebus, quibus aſtra ſuſtentantur & aluntur. Ter. Adelph. 3. 4. 36.

> Præterea, ut captus ſervulorum eſt, non malus,
> Neque iners alit illas: ſolus omnem familiam
> Suſtentat.

Caſus ſuos alienis opibus ſuſtentare. Cic. 4. Fam. 13. Ipſe enim, pari fortuna abjectus, aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam.
Domum & pacem ſuſtentavit. Tacit. 1. Ann. 4.
Egeſtatem & luxuriam domeſtico latrocinio ſuſtentare. Cic. Poſt red. in Senat. 10.
Famem ſuſtentare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 17.
Inopiam ſuſtentat ſpes, quod celeriter ſe habituros copiam confidebant. Cæſ. 3. Bell. Civil. 49. pr.
Laborem ſpe otii ſuſtentare. Salluſt. ad Cæſar. de Rep. ordinand.
Mentes hominum cogitationeſque ſpes ſuſtentat. Cic. pro Flacc. 3.
Officiis alicujus aliquem ſuſtentare. Cic. 3. Att. 22. Terentiam unam omnium ærumnoſiſſimam, ſuſtentes tuis officiis. [I. e. Suppeditatis officioſe a te opibus ac ſubſidiis.
Parſimoniam alicujus ſuis ſumptibus ſuſtentare. Cic. pro Cœl. 38.
Non ſcientia juris, ſed eloquentia ſuſtentari. Cic. 1. de Orat. 239.
Subſidiis & liberalitate aliquorum ſuſtentari. Cic. de Provin. Conſul. 10.
Tenuitatem ſuſtentare alicujus. Cic. 16. Fam. 21. Ut poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem.
Valetudinem ſuam ſuſtentare ac tueri. Cic. 7. Fam. 1. Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta & tuere.
Valetudo ſui corporis notitia & obſervatione ſuſtentatur. Cic. 2. Off. 86.
Vitia alicujus ſuſtentare. Salluſt. in Catil. 53.
Suſtentare ſe, Ad animum relatum. Cic. 14. Fam. 4. Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Terentia, ut potes.
Me vix miſereque ſuſtento. Cic. 3. Att. 6.
Suſtentare ſe ſua virtute. Cic. 6. Fam. 4. Tu velim te, ut debes & ſoles, tua virtute ſuſtentes.
Conſcientia præclara ſuſtentari & recreari. Cic 10. Att. 4. Præclare igitur conſcientia ſuſtentor, cum cogito me de Rep. aut meruiſſe optime quam potuerim: aut certe nunquam niſi divine cogitaſſe.
Conſolatione ſuſtentari. Cic. de Clar. Orat. 330. Ea conſolatione ſuſtentor, quam tu mihi, Brute, adhibuiſti tuis litteris ſuaviſſimis.
Suſtentari litteris. Idem 4. Att. 9. Sic litteris ſuſtentor & recreor, maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli.
Suſtentare aliquem, Suſtinere & fovere. Cic. 2. Q. frat. 8.
Fide aliquos ſuſtentare. Cic. pro Rabir. Poſt. 4.
Suſtentare malum diu, Perferre. Liv. 2.
Quum ſuſtentare vix poſſus mærorem tuum, doloremque deceſſionis. Cic. in Piſon. 89.
Suſtentare ſe in furore aliquo. Cic. 4. Acad. (48.) At enim ipſe ſapiens ſuſtentat ſe in furore, ne approbet falſa pro veris, & alias quidem ſæpe.
Suſtentare, pro Differre. Cic. 2. Q. frat. 9. Ædificationem Arcani ad tuum adventum ſuſtentari placebat.
Suſtentatum eſt, Impersonale. Cæſ. 2. Bell. Gall. 6. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægre eo die ſuſtentatum eſt. De Bibracte Rhemorum oppido loquitur.
SUSTENTANS, antis. Partic. ut, Hoſtes legionum impetus ſuſtentantes. Hirt. Bell. Hiſp. cap. 17.
Miles ſeque & arma ſuſtentans. Curt. 8. 4. 15.
SUSTENTĀTUS, a, um. Partic. Salluſt. Jugurth. cap. 56. Milites pauliſper a rege ſuſtentati.
Moles ſuſtentata. Lucret. 5. 96.
Puppis ſuſtentata. Virg. 10. Æn. 304.
SUSTENTATIO, ōnis. f. [ἀνοχή] Ipſe ſuſtentandi actus.
Mora & ſuſtentatio. Cic. 2. de Invent. 146. Deinde ex lege utrum ſtatim fieri neceſſe, utrum habeat aliquam moram & ſuſtentationem. V. Quintil. 9. 2.
SUSTENTĀTUS, ûs. m. Apul. Apol. p. 287. Elmenh. Sunt in vita humana tempeſtates: levia ſuſtentatui, gravia demerſui.
SUSTENTĀCŬLUM, i. n. Fulcrum, ſeu quidquid ſuſtentat. Tacit. 2. Hiſt. 28. Sin victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, columen, in Italia verteretur. Pro Alimento poſuit Auguſt. de Morib. Eccleſ. Cathol. cap. 33. Viliore victu vivere placet, minimeque ſumptuoſo corporis ſuſtentaculo ætatem tranquillam ducere.
SUSTOLLO, ſuſtŭli, ſublĭtum, [ἐπαίρω, Gl. G. L.] ĕre. Surſum levare. Plaut. Ciſt. 1. 1. 117. Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem. Virg. 2. Æn. 153.

> Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.

Suſtollere in equum. Cic. pro Dejot. 28.
Onus ſuſtollere rerum adverſarum rigida cervice. Sen. Epiſt. 72.
Virginem ſuſtollere, Rapere. Plaut. Ciſt 2. 3. 8.
Sublatum eſt, [illegible], Gloſſ. Latinogræc.
Suſtollere, Educare. Cic. 3. Tuſc. 28. Ego cum genui, tum moriturum ſcivi, & ei rei ſuſtuli. V. TOLLO, quo hoc Præteritum item refertur.
SUSTOLLENS, entis. Partic. [ἀναιρῶν] Catull. Argon. 62. 210.

> Dulcia nec mæſto ſuſtollens ſigna parenti.

SUSTULI præteritum. V. SUFFERO, SUSTOLLO, TOLLO.
SUBLĀTUS, a, um. Partic. SUBLATE, Adv. V. TOLLO.

SUSLA-

SUBLATUS, V. TOLLO.

SUSUM, [ἄνω, Gl. L. G.] & SUSUS, [ἄνω. Gl. L. G.] pro Surſum & Surſus, Antiquum. Varr. Clivus proximus a Flora, ſuſus verſus. Cato R. R. cap. 153. Ita ſubducito ſuſum animam, quam plurimum poteris. Monuit Turnebus. V. SURSUM.

SUSURNA, Vide SISYRA. H. St.

SUSURRUS, i. m. [ψιθυρισμὸς] Parvum & ſummiſſum murmur: proprie autem arborum & frondium dicitur. Cic. 5. Tuſc. 103. Leviculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro ſe delectari dicebat, aquam ferentis muliercula. Hor. 2. Serm. 8. 78.

— tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diviſus aure ſuſurros. Juven. 4. Sat. 110.
— tenui jugulos aperire ſuſurro. [Subaudi Magico.

Blandos audire ſuſurros. Propert. lib. 1. 11. 13.
Humiles ſuſurri, Murmura tacite precantium. Perſ. 2. Sat. 6.
Lenes ſuſurri. Hor. 1. Carm. 9. 19.
Levis ſuſurrus. Virg. 1. Ecl. 56.
Occultus ſuſurrus. Claud. 1. in Eutrop. 36. al. Dolor.
Tacito ſuſurro mala vota concipere. Lucan. lib. 5. 104. i. e. Occultis precibus.

SUSURRUS, a, um. Adj. [ψιθυρὸς] Ovid. 7. Met. 825.
Proctis adit, linguâque refert audita ſuſurrâ. Non deſunt qui putent ſubſtantivum eſſe a Suſurrum, i. o. V. not. Burm. [Tentabam, Blandoque i. e. ſuſurro.

SUSURRO, âre. vel SUSURROR, [ψιθυρίζω Gl. L. G. & G. L.] ari. Furtim & ſummiſſa voce loqui. Ter. And. 4. 5. 49. Jam ſuſurrari audio, civem Atticam eſſe hanc. Martial. lib. 2. 44.
Aure ſuſurrare, In aurem. Ovid. 3. Met. 643.
Cum aliquo ſuſurrare. Ovid. 19. Epiſt. 19.
Fama ſuſurrat. Ovid. 21. Epiſt. 233.

SUSURRATIM, Adv. Mart. Capell. lib. 6. Alicui ſuſurratim decenter arridere.

SUSURRATIO, ônis. f. [ψιθυρισμὸς, Gl. L. G. & G. L.] Cic. 8. Fam. 1. Quod ad Cæſarem attinet, crebri & non belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes duntaxat, veniunt. Sunt qui legant Suſurratores, Adjective.

SUSURRAMEN, ĭnis. n. [ψιθύρισμα] Mart. Capell. lib. 7. Hilaro ſuſurramine reſpondere. Et Apul. Met. 1. pr. p. 103. Elmenh. Magico ſuſurramine.

SUSURRATOR, ôris. m. [ψιθυριστὴς] Gloſſ. Græcolat.

SUSURRO, ônis. m. [ψιθυρὸς] Qui occulte male dicendo, odium in aliquem aut diſſenſionem molitur. Sidon. 5. Epiſt. 7. Suſurronum fæce aures completas.

SUSURRIŌSUS, a, um. Adj. [ψιθυριστὴς] Gloſſ. Græcolat. Cyrill.

S U T

SUTRINES, dicuntur quaſi Continue ſuentes, vel ſtantes in ſutrina. Plaut. Aul. 3. 5. 39. Sedentarii, ſutores, diabathrarii. al. Sutores.

SUTELA, SUTRENA, SUTILIS, SUTUS, SUTRINA, SUTRINUM, &c. V. poſt Sutor, in SUO, ĕre.

SUTRIUM, i. n. [Σούτριον] Urbs primum Tyrrhenorum, deinde Romanorum. A Romanis cum defeciſſent Sutrini, ad fidem reducendum eos mittitur Camillus, qui ut celeritate eos opprimeret, juſſit milites trium dierum commeatum ſecum ferre, teſte Liv. 6. 3. Hinc natum eſt proverbium, Quaſi Sutrium eant. Plaut. Caſ. 3. 1. 10.

— cibo
Cum ſuo quique facito uti veniant, quaſi eant Sutrium.

Coloniam Romanam fuiſſe docet Vell. Paterc. 1. 14. 2.

SUTRINI, ōrum. m. pl. Incolæ Sutrii. Liv. 6. 3.

SUTRIUS, a, um. Adj. ut, Sutria tecta. Sil. lib. 8. 492.

SUTURA, V. SUO, ĕre.

S U U

SUUS, a, um. [ἴδιος, Gl. L. G. & G. L.] Pronomen reciprocum. V. SUI. Plaut. Merc. prol. 88.

— præterea mihi
Talentum argenti ipſus ſua adnumerat manu.

Suus cuique mos. Ter. Phorm. 2. 4. 14. Cic. 14. Att. 22. Suam cuique ſponſam, mihi meam: ſuum cuique amorem, mihi meum.
Suis eum certis, propriiſque criminibus accuſabo. Cic. 3. Verr. 43.
Suum ſibi, ratione loquendi priſca valet Suum proprium. Plaut Capt. prol. 5.

Sed is quo pacto ſerviat ſuo ſibi patri. Et iterum, 46.
Sed inſcientes ſua ſibi fallacia. Sic Ter. Adel. 5. 8. 35.
Suo ſibi gladio hunc jugulo. Eſt, Suo proprio gladio jugulo.

Turneb. Adverſ. 14. 7.
Minerva patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem. Cic. 3. de Nat. Deor. 59.
Suus, pro Ejus. Cic. 3. Att. 19. Lege enim collegii ſui non tenebantur. Eidem, lib. 6. 12. Non deſtiti rogare & petere mea cauſa, ſuadere & hortari ſua. Eidem, lib. 10. 4. Indulſit illi quidem ſuus pater ſemper. Hæc probat Budæus, refragante Valla & contendente ubique legendum Ejus.
Suus proprius. V. PROPRIUS.
Suæ ætatis homo, i. e. Major viginti quinque annis. Modeſtinus lu l. Ex duobus. D. de negot. geſt. Ex duobus fratribus, uno quidem ſuæ ætatis, altero vero minore annis.
Sui negotii, ἰδιοπράγμων. Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat. Ibid. Suas res agens.
Suis deſideriis, Τῷ ἰδίῳ πόθῳ, τῇ ἰδίᾳ προθέσει, τῇ ἰδίᾳ ἐπιθυμίᾳ. Idem Gloſſ.
Suus heres, & Suum ſervare, i. e. Proprium. Non ſolum eſt peculiaris Juriſconſultorum locutio, ſed etiam Oratorum. Cic. pro Roſc. Amer. 67. Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæque animi terrent. Idem de Aruſp. Reſp. 8. Sua concio riſit hominem. Et 1. Off. 113. Expendere oportebit, quid quiſque habeat ſui, &c. Id enim maxime decet, quod eſt cujuſque ſuum maxime. Hæc quum Laurentius, aut certe eorum ſimilia probet, tamen illud improbat, Suus Ciceronis filius hæres eſt patris inſtitutus: quod dici ratio vetat, ut ipſe affirmat. Quod ſi eſt verum, Plautus in Mercatore mendoſe illam ſententiam formavit, 4. 3. 14.

Jubet ſalvere ſuus vir uxorem ſuam. Hæc Budæus.

Multæ conſtant ſuæ dotes. i. e. Peculiares. Plin. 28. 24.
Ejicere e civitate cives ſuos. Cic. pro Sext. 141. [Hic Cives ſunt συμπολῖται. V. CIVIS.
Uti populo ſane ſuo. Cic. pro Quint. 29. conf. MEUS, NOSTER.
Recuperare captivos reddititie ſuis. Cic. 3. de Orat. 107.
Qui profitetur eſſe ſuum facere aliquid. Cic. 2. de Orat. 66. V. SUM.
Suo, τῷ ἰδίῳ, τῷ ἑαυτοῦ. Gloſſ. Latinogræc.
De ſuo. V. DE.
Apponere de ſuo. V. APPONO.
Pervenire ad ſuum. Cic. pro Quint.
Tenere ſuum. Cic. 6. Att. 1.
Suus in diſputando. Cic. 4. de Finib. 10. i. e. Non utitur alienis inventis argumentorum. Budæus.
Suus alicui. Naſo de Ponto initio, elegiæ,

Qui miſer eſt, ulli ſi ſuus eſſe poteſt. H. St. lib. 1. Eleg. 3. v. 2.

Sua ſponte, [ἑκουσίως] Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 20. Hoc inito conſilio denuntiaviſſe Gallonio, ut ſua ſponte, dum ſine periculo liceret, excederet. V. SPONTE.
Sua unius. Liv. 2. 8. pr. Gratæ in vulgus leges fuere, quas quum ſolus pertuliſſet, ut ſua unius in his gratia eſſet, &c.

SUUMET, Salluſt. in Jugurth. cap. 31. Neceſſe eſt ſuomet ipſi more præcipites eant. Plin. lib. 17. Corellius Eques Romanus Ateſtæ genitus, inſeruit caſtaneam ſuumet ipſam ſurculo in Neapolitano agro.
Suamet, [αὐτοῦ] Ablativus a Suus, cum ſyllabica adjectione MET. Plin. lib. 10. cap. 59. Anſeres ſuamet vi colla ſua abrumpunt. Plin. lib. 10. cap. 59. ad finem, Hunc ſuamet vi.

SUAPTE. [τῷ ἰδίῳ Gl. L. G.] Sua ipſius natura; & SUOPTE: ablativi a Suus cum ſyllabica adjectione PTE: ut, Suopte nutu, pro Suo ipſius: ſicut Meopte, Meo ipſius.
Suopte, ſine adjecto. Cic. 6. Att. 7. Quintius filius ſuopte, pie ſane, me quidem certe multum hortante, ſed currentem, animum patris ſui ſorori tuæ reconciliavit. Vetus autem codex non habet Suopte. Lucret. lib. 6. 753.

Sed natura loci hoc opus efficit ipſa ſuapte. al. leg. Sua vi.

Suapte, pro Propria. Plaut. Merc. 5. 4. 9.

Suapte culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant.

Suopte, Suo ipſius, ut Meopte, Meo ipſius; tuopte, Tuo ipſius. Feſt.
Suopte ingenio temperatus animus virtutibus. Liv. 1. 18. Plin. lib. 7. cap. 40. Et ſuopte ingenio quiſque terminet.
Suopte nutu. Cic. 1. Tuſc. 40. Ut terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

S Y A

SYAGRA, æ. F. Ter. com. [Σύαγρα] Regio Ciliciæ prope Adam & Laërtem a ſuum venatione (ut ex nominis compoſitione apparet) appellata.

SYAGRUM, [Σύαγρον] Extremum Arabiæ Felicis promontorium ad Mare Rubrum: cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 23. & 28. & Ptolomæus Tabula Aſiæ ſexta.

SYAGRUS, [Σύαγρος] Canis nomen apud Sophoclem, a ſuum venatione impoſitum. Græcis item Syagros, Aprum, ſive Suem ſilveſtrem ſignificat. [Gloſſ. Græcolat. Σύαγρος, Aper, Συάγριον, Aprinum.

S Y B

SYBĂRIS, is. vel ĭdis, f. [Σύβαρις] Oppidum fuit antiquiſſimum XIV millibus paſſuum ab Urbe diſtans. Quin & aliud teſte Herodoto lib. 5. quod a Crotone non longe abeſt, & eodem nomine fluvius Calabriæ, a cujus potu greges amovent; nam ſi de ejus aqua biberint, ſternutamentis agitantur. Auctor Strabo lib. 6. Oppidum ait Stephanus poſtea Thurion fuiſſe appellatum. Unde Sybaritæ dicti, gens in ſtudio voluptatum operoſiſſima, Suida teſte, luxu deliciiſque adeo notabilis, ut quicquid accurata atque ambitioſa luxuria paratum eſſet, id vulgo Sybaricum diceretur. Unde Ovid. in libro 2. Triſt. 417. ſcribens ad Auguſtum. Sybaritida vocat opus Hemitheonis cujuſdam Cinædi Sybaritæ, de generibus voluptatum & obſcænarum deliciarum. Ariſtoteles lib. Moralium Eudemiorum primo, Smyndiriden quoque Sybaritam compares Sardanapalo inter voluptuarios nominavit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas ſcribit. Idem refert Sybaritas inſtituiſſe, ut equi ad tibiæ cantum ſaltare condiſcerent: & Luxurioſos Sybaritas appellatos: & Sybariſſare, Sybaritarum ritu deliciis indulgere dictum. Aſtipulatur & Quintil. lib. 3. cap. 9.

SYBARITĪNUS, a, um. Adj. [Συβαριτικὸς] Plin. lib. 8. cap. 42. Docilitas tanta eſt, ut univerſus Sybaritani exercitus equitatus, ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moveri ſolitus inveniatur.
Sybaritana præda Varroni apud Nonium 15. 36. eſt Lauta & elegans, quam convenire Tarentinis dicit. Sic enim ſcribit, Ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, craterre, pocula nobilium Tarentinorum.

SYBARĪTĬCUS, a, um. Adj. [Συβαριτικὸς] Martial. 12. 96. Libelli Sybaritici;

Qui certant Sybariticis libellis. i. e. Mollis & libidinoſi argumenti.

Sybaritica, vocant Græci Omnia impendii majoris. Sybariticam menſam Zenobius Gliſceram intelligit, & ut Plautus inquit, Ritu barbarico opiparam. Cæl. Rhodig. lib. 7. Lect. Antiq. cap. 9. V. in SYBARIS.

SYBARĪTIS, ĭdis. f. [Συβαρῖτις] patronym. a Sybaritis populis formatum. Ovid. 2. Triſt. 417.

Nec qui compoſuit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ovidius Opus Hemitheonis cujuſdam cinædi, de Generibus voluptatum, & obſcænarum deliciarum. V. Lucian. περὶ ἀναιδείας.

SYBARUS, Nomen fontis in Eubœa, a quo Sybaris fluvius nomen accepiſſe commemoratur a Strabone lib. 8.

SYBŎTA, orum. [Σύβοτα] Inſulæ ſunt perexiguæ, paululum ab continenti terræ disjunctæ, ad orientale promontorium Corcyræ Leucimnam ſitæ. Strabo.

S Y C

SYCAMINON, [Συκάμινον] Oppidum fuit in ora Phœnices, cujus ſua ætate nihil præter memoriam exſtitiſſe auctores ſunt Plin. lib. 5. cap. 19. & Strabo lib. 16.
Sycaminon item Græci Morum appellant, arboremque ipſam Sycamineam, συκαμινέαν. [Gloſſ. Græcolat. Συκάμινος, Morus, συκάμινα, mora.

SYCAMINOS, i, f. [συκάμινος] vel SYCAMINON, ōnis, m. Morus Ægyptia: quæ uti ſolent in aggeribus Nili, per quos incrementa ejus diſpenſantur, & coërcentur. Ulpianus, in tit. de extraordinar. criminib. lib. 10. Si quis (inquit) arborem ſycaminonem exciderit: nam & hæc res vindicatur extra ordinem non levi pœna, idcirco quod hæ arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur. [Videtur Sycaminon reliquiſſe. Nam Συκαμινών, Sycaminetum ſonat.
Sycamina, (Al. Sicimina) inquit Hieronymus, quidam interpretantur arborum genus, quæ Palæſtinæ in campeſtribus, naſcuntur, quæ, ſi non vellicentur, amariſſimas caricas faciunt, & a culicibus corrumpuntur. Nobis autem, quia ſolitudo, in qua morabatur Amos, nullam hujuſmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere, qui ferunt mora, & paſtorum famem ac penuriam conſolantur. V. dict. ſuper.

SYCE, es, f. [Συκῆ] Inſula eſt Aſiæ adjacens non procul ab Epheſo, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

SȲCE, es, f. [συκῆ] Herba, alio nomine Peplus & Meconion aphrodes, ex una radice tenui fructificat, foliis rutæ paulo latioribus, ſemine ſub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. Plin. lib. 27. cap. 12.

SȲCITES, [συκίτης] Gemma a fici colore dicta, de qua Plin. lib. 37. cap. 11.
Eſt item Sycites vini factitii genus, ex ficu, quod alii palmiprimum, alii Catorchiten appellant, ſingulis modiis in aquæ congiis tribus maceratis, ut docet idem Plin. lib. 14. cap. 16.

SȲCŎMŎROS, i, f. [συκόμορος] Arbor a Ficu & Moro ſic dicta: συκῆ enim ficus, μόρον arboris fructus eſt, quam & Latini Morum appellant. De hac ſic Ruellius. Ficum Ægyptiam Theophraſtus Ægyptiam morum, Celſus moroſycon appellat, Dioſcorides, Galenus, & Theophraſto poſteriores, indita a fico & moro nomine, Sycomorum (συκόμορον n. g.) appellarunt Dioſcoridi arbor eſt ampliſſima, ficus ſimilitudine, largo ſucco, foliis moro quamproximis. Fructus ex argumento guſtus ignavi cognominis, ternos aut quaternos anno fundit: eoſque, non ramis, ut ficus, ſed caudice ipſo gerit, ſimiles caprificis, dulcioreſque groſſulis, hoc eſt primitivis in fico pomis, ſine granis interioribus. Nec matureſcunt aliter, quam ſcalpendo ferreis unguibus, magno proventu eorum in Caria & Rhodo, lociſque prorſus parum tritici feracibus: populis in annonæ caritate & penuria pro pane frumentoque ſatisfaciunt: tam reſtibilis pomi ejus ubertas & copia eſt. Pomum ventri quidem amicum, ſed minimam præbet alimoniam. Et poſt paullum, Tradit Ulpianus hanc arborem in Niloticis aggeribus eſſe frequentem, graviterque in eos animadverti, qui ſycomorum exciderunt. Potentia etiam inter morum & ficum media, quod & illi nomen apud Galenum Sycomori peperit. [V. SYCAMINUS, & Dioſc. 1. 181. Celſ. 3. 18.

SȲCŎPHANTA, æ, m. [συκοφάντης] Obſervator & delator ejus, qui ficos furto ſuſtuliſſet. παρὰ τὸ σῦκα φαίνειν, id eſt, ab indicando eum qui ficos ederat.
Sycophanta, pro Mendace, cavillatore, ſive doloſo ponitur. Quod hinc originem habuit. E duobus ſervis Græci cujuſdam viri, alter ficus, quæ domi paratæ erant, abſumpſerat: alter, quis eas abſtuliſſet, ignorabat Quærenti eas domino ſons innocentem accuſabat. Hera ut veritatem exploraret, haurire utrumque ſubtepidam aquam juſſit, deinde evomere Tunc primum ſycophantæ ortum vocabulum, eo ita appellato, qui ficos devoraverat, culpamque in innocentem cavillando, ac mentiendo rejecerat. Feſtus, Sycophantas appellatos hac de cauſa dicunt, Atticos quoſdam juvenes ſolitus ajunt in hortos irrumpere, ficoſque diripere: quam ob cauſam lege eſt conſtitutum, ut qui id feciſſet capite truncaretur: quam pœnam qui perſequerentur ob parvula detrimenta, ſycophantas appellatos. Plaut. Amph. 1. 3. 8.
Nimis hic ſcitus eſt ſycophanta, qui quidem ſit meus pater. [Gloſſ. Græcolat. Συκοφάντης, Calumniator, Sycophanta: Συκοφαντία, Calumnia.
Pergraphicus ſycophanta. V. PERGRAPHICUS.

SYCOPHANTIA, æ, f. [συκοφαντία] Calumnia, delatio, falſa accuſatio. Significat & Fallaciam. Plaut. Mil. 3. 1. 172. Nam ego inveni lepidam ſycophantiam.
Sycophantias ſtruere, Machinari. Plaut. Aſin. 1. 1. 56.

SYCOPHANTOR, [συκοφαντέω] āri. Calumniari, Falſo accuſare. Plaut. Trin. 3. 3. 57.
Quanquam hoc me ætatis ſycophantari pudet. Ibid. 4. 2. 116.

SYCOPHANTIŌSE, Adv. [συκοφαντικῶς] antiquum, pro Doloſe. Plaut. Pſeud. 4. 7. 113.
Ego nec ſycophantioſe quicquam ago, nec maleficè.

SȲCŌSIS, is, f. [σύκωσις] Ubi inter palpebras ſucceſſit quippiam carunculæ imagine, ac protuberans, conſequitur & oculi totius difficilior motus. Cæl. Rhodig. lib. 7. Lect. Antiq. cap. 20.

SYCOSIS, V. SICOSIS.

SȲCUSSA, [Συκοῦσσα] Inſula eſt in mari Ægeo, ante Epheſum, de qua Plin. lib. 31. cap. 5.

S Y D

SYDERIS, [Σύδηρις] Fluvius eſt in finibus Caſpiorum & Hyrcanorum, e cujus oſtio Caſpium mare nomine amiſſo, Hyrcanum incepit appellari. Plin. lib. 6. cap. 16. Rectius Sideris per i.

SYDIMA. Urbs in montanis Lyciorum apud Plin. lib. 5. cap. 27. Al. Sidyma.

SYDUS, V. SIDUS.

S Y E

SȲEDRA, æ, f. [Σύεδρα] Oppidum eſt Iſauriæ, quæ eſt Aſiæ regio media inter Ciliciam & Lycaoniam. Stephan.

SȲĒNE, es, f. [Συήνη] Urbs in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, ſupra Alexandriam, verſus meridiem, quinque millibus ſtadiorum, ſub tropico Cancri directa locata. Unde ſole exſiſtente in Cancro medio ſolſtitii die ſupra verticem civitatis, nullam prorſus in ea umbram jaci, ait Plin. lib. 2. cap. 73. Lucan. lib. 2. 587.
—umbras nuſquam flectente Syene.
Atra Syene. Claud. de Nilo 19.
Calida Syene. Ovid. 1. de Pont. 5. 79.
Eoa Syene. Stat. 2. Silv. 2. 86.

SYENITES, æ, m. [Συηνίτης] Marmor circa Syenem. Plin. 36. 8.
Syenites Phœbas. Ovid. 5. Met. 74.

S Y G

SYGAROS, i, f. [Σύγαρος] Inſula eſt in ſinu Arabico, in qua nulli ſunt canes, atque aliunde importati circa litora errantes moriuntur. Plin. lib. 6. cap. 28.

S Y L

SYLA, V. SILA.

SYLAXIS, vel SYLAXUS, V. SILAXUS.

SYLLA, V. SULLA.

SYLLĂBA, æ, f. [συλλαβὴ, Gl. G. L.] Comprehenſio litterarum, vel unius vocalis enuntiatio, temporum capax. V. Grammaticos. [Apices etiam Latini vocabant. Gloſſ. Græcolat. Συλλαβαὶ, Apices, V. APEX.
Claræ Syllabæ. V. CLARUS.
Anceps leguleius ſyllabarum. Cic. 1. de Orat. 236.
Cadunt verba in ſyllabas. V. CADO.
Coeunt inter ſe ſyllabæ. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Peccare in ſyllaba. Cic. in Parad. 3.
Terminare clauſulam longa ſyllaba. Cic. 3. de Orat. 182.
Syllabæ, pro Verſibus hendecaſyllabis. Martial. lib. 1. 62.
Verona docti ſyllabas amat vatis:
Marone felix Mantua eſt. Doctum vatem appellat Catullum.

SYLLABĀTIM, Adv. [κατὰ συλλαβὰς] Per ſingulas ſyllabas. Cic. 13. Att. 25. At ego, ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spintharo ſyllabatim.
Dicere ſyllabatim. Cic. 4. Acad. 119. Quum enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta dixerit.

SYLLABĀRIUS, i. m. Qui ſyllabas connectere inſueſcit. V. Cæl. Rhodig. 14. 28.

SYLLABIZO, āre. Sareſb. Polycr. cap. 5. 16. Qui ſyllabizare non novit. [Niſi Syllabizare reliquit, quo Græci utuntur.

SYLLEPSIS, is. f. [σύλληψις] Conceptio, Comprehenſio in Gloſſ. ab σὺν con, & λῆψις acceptio: quæ fit quum pluralis dictio ſingulari verbo copulatur; ut, Virg. 1. Æn. 557.
—ſociis & rege recepto. Aut ſingularis plurali verbo connectitur; ut, Virg. 1. Ecl. 82.
—ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Aut quum pro multis unus ponitur; ut, Virg. 2. Æn. 20.
—armato milite complent Item pro uno multi; ut, Virg. 9. Æn. 525.
Vos, ô Calliope, precor aſpirate canenti.
Syllepſis, Pars major auctores ſunt. Liv. 30. Magna pars ſaucii. Ibidem.

SYLLŎGISMUS, i. m. [συλλογισμός] Computatio, penſatio exp. Gloſſ. Græcolat. ab σὺν & λόγισμαι, quod eſt computo, concludo: vel potius ab λογίζομαι ratiocinor. Quintil. lib. 5. cap. 7. In ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt qui intendit.
Syllogiſmi circumſcripti, & effecti. Plin. 2. Epiſt. 3. ad Nepot. Circumſcripti, id eſt breves effecti, id eſt elaborati, & arte perfecti.

SYLLOGISTĬCUS, a, um. Adj. [συλλογιστικός] Rationale, exp. Gloſſ. Græcol. Quintil. 7. 1. Ratiocinatum vel collectivum vertit. ut, Status ſyllogiſticus. Quintil. 5. 10.

SYLLOGISMĂTĬCUS, a, um. Adj. Idem. Fulgent. Mythol. 1. Ariſtotelis ſyllogiſmaticum verbiloquium.

SȲLŎSŌN, ontis. m. [Συλοσῶν] Polycratis Samiorum tyranni frater. Is quum Dario Hyſtaſpis filio veſtem, quam ferebat, aliquando largitus eſſet: nam ille quum nondum rex eſſet, eam magnopere concupiverat. Quum vero regnaret, dono Syloſonti tyrannidem dedit, qui acerbe imperavit. Quare urbs hominibus viduata eſt. Unde ductum eſt proverbium, ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη. i. e. Syloſontis locus amplus eſt. Strabo lib. Geographiæ 14.

SYLVA, SYLVANUS, SYLVATICUS, SYLVESCO, SYLVESTER, SYLVIA, SYLVICOLA, SYLVICULTRIX, SYLVIFRAGUS, SYLVIOSUS, SYLVIUS, SYLVOSUS, V. SILVA.

SYMÆTHIS, V. SYMÆTHUS.

SYMÆTHUS, i. m. pr. dub. [Σύμαιθος] Fluvius Siciliæ non longe ab Ætna, qui ut ait Strabo lib. 6. agrum Catanæum influit. V. Plin. 3. 8. Sil. 14. 232.
Nomen item viri apud Sil. 9. 410.

SYMÆTHIUS, a, um. Attributum. Virg. 9. Æn. 584.
Eductum Martis luco Symæthia circum
Flumina. Ovid. 13. Met. 879.
Terga fugæ dederat converſa Symæthius heros. i. e. Acis. V. ſeq.

SIMÆTHIS, Idis. f. [Συμαιθίς] patronym. & proprium Nymphæ. Ovid. 13. Met. 751.
Acis erat, Fauno, nymphaque Symæthide natus.

SYMBARI, orum. Populi feri inter Arabiæ montes, & Nilum incolentes, Elephantumque venatu victitantes. Plin. lib. 6. cap. 31.

SYMBOLA, æ. f. [συμβολή] V. ſeq. dict.

SYMBŎLUM, i. n. [σύμβολον] Indicium exp. Gloſſ. Græcolat. Sic Annulus dictus eſt, cum ſit nota & ſignum. Plin. lib. 33. cap. 1. Et ideo miror, Tarquinii ejus ſtatuam ſine annulo eſſe. Quanquam & de nomine ipſo ambigi video: Græci a digitis appellavere, apud nos priſci ungulum vocabant, poſtea & Græci & noſtri ſymbolum.
Adulterinum ſymbolum. V. ADULTER.
Symbolum, aliquando Collatio dicitur, a συμβάλλω confero: hoc eſt, quod plures conferunt in unum, ita ut cœna illa dicatur Collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Plaut. Curc. 4. 1. 13.
Symbolorum collatores apud forum piſcarium. Al. Symbolarum. Ter. And. 1. 1. 61. Symbolum dedit, cœnavit. Al. Symbolam. Idem Eun. 3. 4. 1. Ut de ſymbolis eſſemus.
Condicere ſymbolum. V. CONDICO.

Symbolum.

Symbola, ſi credimus Suidæ, appellat Demoſt. 7. Philipp. Quæ pacta conventa ſunt civitatum inter ſe, quibus jura civibus ultro citroque redduntur. Solebant enim Græci in pactis conventis teſſeris uti quibuſdam, quæ ſymbola appellabant, quæ loco tabularum & ſyngrapharum erant, atque ex his jus dicebatur. Annotavit Turnebus.

Symbola, æ. f. Plaut. Stich. 3. 1. 34. — eadem ſymbolam
Dabo, & jubebo ad Sangarinum cœnam coqui. [Sic in emendatis libris etiam in ſuperioribus pleriſque locis Plaut. & Ter. legitur.

Symbolæ, inquit Cæl. lib. 15. cap. 20. dicuntur Plagæ, quibus ſervilia inſcribuntur corpora multis: perinde ac in conviviis collectitiis, id eſt ſymbolis, quæ comeſſalia vocant & conferta, quiſque nummos confert, ne ſit exſors & aſymbolos. Niſi mavis inde vocabulum inflectere, quia βολὴ percuſſionem ſignat: ut ſint Symbolæ, Multifariæ multijugeſque incuſſæ plagæ. Videntur & Symbolæ, Auxilia militaris. Plutarch in Marco Antonio, Injuſtum eſſe a bello mulierem rejicere, συμβολὰς τελούσαν ἀξίαν. Sed pugnam quoque indicat & congreſſum quemlibet verbum Id: quin & quod ad inſtruendum confertur convivium. Hæc ille.

De Symbolis, pro Plagis, eſt locus ille Plautinus in Epid. 1. 2. 28.
Sine meo ſumptu paratæ jam ſunt ſcapulis ſymbolæ.

Eſt & Symbole συμβολὴ Confluens fluviorum apud Strab. lib. 4.

Symbolus, i. m. Plaut. Bacch. 2. 3. 31.
Quid? ubi ei oſtendit ſymbolum? inſit dicere:
Adulterinum, & non eum eſſe ſymbolum. conf. ſuperiora ibid.

Pro Litteris. Juſtin. lib. 2. Quo applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat. Hæc Calep. Juſtini locus ſic habet lib. 2. cap. 12. pr. Athenienſium dux Themiſtocles, quum animadvertiſſet, Ionas, propter quos bellum Perſarum rex ſuſceperat, in auxilium regis claſſe veniſſe, ſollicitare eos in partes ſuas ſtatuit: & quum colloquendi copiam non haberet, quo applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat, Quæ vos, Iones, dementia tenet? quod facinus agitatis? Bellum inferre olim conditoribus veſtris, nuper etiam vindicibus, cogitatis? &c. Quo in loco Symbolus (ut enim Symbolum, ita & Symbolus dicitur) non pro Litteris acceperim, ſed pro ſignis & notis, quas Themiſtocles propoſuerat, ut Iones, his notis procul admoniti, eo naves appellerent, appulſique ea verba legerent, quæ in ſaxis proſcribi curarat: nec refero ea verba, Saxis proſcribi, ad Symbolos, ſed ad ea quæ ſequuntur, Quæ vos, Iones, &c. Plaut. Pſeud. 1. 1. 55.
Ut qui huc afferret ejus ſimilem ſymbolum. [Sed fere in his locis variant codd. Apud Græcos tamen Σύμβολα & σύμβολος & σύμβολον reperitur.

Symbolice, Adv. [συμβολικῶς] Allegorice. Gell. 4. 11. Eoſque mox Pythagoræ, operte atque ſymbolice, κυάμους appellatur.

Syme, [Σύμη] Inſula Cariæ adjacens, medio ferre ſpatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31. portum habens clauſum, triremibus aptum, & navale navium viginti. Strabo lib. 14.

Symmăchia, æ, f. [συμμαχία] Auxilium in Gloſſ. Græcolat. cap. auctore Thucydide, eſt confœderatio, iis inita legibus, ut iidem cenſeantur amici, iidem & inimici. Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 6.

Symmăchus, i. m. [σύμμαχος] Auxiliarius. Gloſſ. Græcolat.

Symmachus, [Σύμμαχος] Romanus orator, miſſus a Senatu Conſtantinopolim, ad Theodoſii liberos, rogatum ut Veſtales a Chriſtianis deſtrui minime paterentur: Cujus rei gratia putabant ſe adverſa multa a diis eſſe paſſos. Contra ejus orationem exſtant Prudentii libri II. quam & Ambroſius, aliique, acerrime confutarunt.

Fuit & Symmachus, ſacrorum librorum interpres Græcus, doctrinæ parum ſinceræ & Chriſtianæ, cujus meminit Euſeb.

Symmetria, æ. f. ſec. c. [συμμετρία] Commenſuratio Latinis dicitur, & convenientia menſurarum, ſeu proportio. Plin. lib. 34. cap. 8. 11. Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur, numeroſior in arte, quam Polycletus, & ſymmetria diligentior. In Gloſſ. Græcolat. Moderatio, & Moderamen exponitur.

Symmetria, [συμμετρία] Veſtis talaris, hoc eſt ad talos uſque demiſſa, apud Pollucem lib. 7. cap. 13.

Symmetrus, a, um. Adj. [σύμμετρος] Modicus in Gloſſ. Græcolat. Vulgo Proportionatum dicunt. Vitruv. 1. 2.

Symmuſianum, i. n. Trifolium, vel (ut Ruellio placet) Symmusiacum, [ἀσφάλτιον] Herba, quam deſcribit Columel. lib. 7. cap. 17.

Symmysta, æ. m. [συμμύστης] Conſecraneus, In Gloſſ. Græcolat. Apul. Apol. p. 310. Elmenh. Liberi patris ſymmyſtæ.

Eſt & Secretarius, ſeu Secretorum conſcius, ut apud Orig. interpretem: Sicut Joannes ſymmyſta pronuntiat dicens: Quia, ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Deum Jeſum Chriſtum.

Sympăthia, æ. f. [συμπάθεια] Latine Compaſſio dici poteſt, & naturalis conſenſus vel convenientia. Cic. 3. de Nat. Deor. 28. Illa vero cohæret & permanet naturæ viribus, non deorum: eſtque in ea iſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Græci vocant. Plin. lib. 28. cap. 7. Suppoſita tantum calici lacinia tali, ſtatim metum eum diſcuti, videlicet prævalente ſympathia illa Græcorum, quum rabiem canum ejus ſanguine guſtatu incipere diximus. De menſtruis.

Continuatio conjunctioque naturæ, quam (ut dixi) vocant συμπάθειαν ejuſmodi, ut theſaurus ex ovo intelligi debeat. Cic. 2. de Divin. 142. Dixerat autem 124. Ex quadam convenientia & conjunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν.

Sympĕrasma, ătis. n. [συμπέρασμα] Græcum eſt, & in Gloſſ. Græcolatino Terminatio exponitur. Eſtque Concluſio, connexio. Mart. Capell. p. 98. & 127. conf. Quintil. 5. 14.

Symphōnia, æ. f. [συμφωνία] Conſonantia, muſicus concentus. Cic. pro Cœl. 35. Accuſatores quidem, libidines, amores, adulteria, Bajas, acta convivia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia jactant. Idem 7. Verr. 92. Curritur ad Prætorium, quo iſtum a convivio illo præclaro reduxerant paulo ante mulieres, cum cantu atque ſymphonia. Plin. lib. 10. cap. 29. Viſum jam ſæpe juſſas canere cœpiſſe, & cum ſymphonia alternaſſe. Hor. de Arte Poet. 374.
Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors.

Canit ſymphonia. Cic. 5. Verr. 105. Cum in eis conviviis ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur.

Symphoniæ cantus. Cic. 7. Verr. 31. Nunc judicia fieri: locum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniæ. Plin. lib. 9. cap. 8. Idem lib. 8. cap. 42. Ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moveri.

Symphonia, pro Celebritate quadam nocturna. Cic. 16. Fam. 9. Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes.

Symphonia, Herba. Plin. lib. 26. cap. 7. Symphonia, vel gomphæna, alternis viridibus roſeiſque per caulem foliis, in poſca ſanguinem rejicientibus medetur. Sed priores duæ voces deſiderantur in emendatis codd.

Symphōniăcus, a, um. Adj. [συμφωνιακός] Unde Symphoniaci ſervi. Cic. 1. in Verr. 55. Ab hac muliere Præfectus Antonii quoſdam ſymphoniacos ſervos abducebat per injuriam, quibus ſe in claſſe uti velle dicebat. Quem locum Pedianus enarrans, Canī, inquit, remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per ipſam vocem, id eſt ore prolatam, & (ut in Argo navi) per citharam. Sed quia hic ſe claſſe dixit, poſſumus intelligere, ad hoc ſymphoniacos capi ſolere, ut in claſſe pugnantibus claſſicum canant, unde ipſi tubæ claſſis nomen eſt poſitum claſſicum.

Homines ſymphoniaci. Cic. 7. Verr. 63. Symphoniacos homines ſex cuidam amico ſuo Romam muneri miſit.

Ducere pueros ſymphoniacos. Cic. pro Milon. 58.

Symphoniaca herba eadem quæ & Symphonia dicitur. Pallad. Octob. 12, 8. Si ceraſus æſtu Canicularum fatigetur, herbam ſymphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam jubet, vel ex ea juxta unum caudicem cubile fieri. Hyoſcyamos eſt, Apulejo indicante de Herb. cap. 4.

Symphrasteres, [συμφραστῆρες] Cic. 2. de Legib. 5. h. 2. Qui eoſdam puteos communes habent: vel potius, Symphrades: hoc eſt ejuſdem conſilii & commercii participes. Sed hoc in loco mira eſt lectionum varietas: alii enim Symphrades, alii Symphratores, nonnulli Symphradmones, & pauci quidem Sunii nobis exhibent. V. Groter. alioſque in loc. [Forte ἀπὸ τοῦ Σουνίου Σουνιάδαι, atque ita reliquit Tullius. Et Suniadæ erant iidem & Attici.

Symphўton, i. n. [σύμφυτον] Herba, cujus duæ ſunt ſpecies: una Symphytum petræum vocatur, altera Symphytum majus Symphytum, ut Stribonio placet, comp. 83. quidam Inulam ruſticam vocant, quidam Alum Gallicum. Hoc Galenus Symphyton magnum cognominat, nec dulce guſtu, nec odoratu, ut ſuperius. Officinæ autem Symphyti nomen retinuerunt. Herbariis & vulgo *Conſolida major* vocatur.

Symplēgădes, [Συμπληγάδες] Inſulæ duæ ſunt contra Boſphorum Thracium, quæ & Cyaneæ dicuntur. Auctor Pompon. Mela lib. 2. 7. & Plin. lib. 4. cap. 13. Symplegades porro dictæ ſunt, quod fabulis traditur eas inter ſe aliquando concurriſſe, quoniam parvo diſcretæ intervallo, ex adverſo intrantibus geminæ cernebantur, paulumque deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant. Ovid. 15. Met. 338. Eædem Planetæ dictæ, id eſt errantes Plinio 6. 12. Planctæ. Hard. q. V. Valer. 4. Argon. 221.
Hic iter ad Ponti caput: erranteſque per altum Cyaneas, &c.

Inſtabiles olim Symplegades. Claud. 1. in Ruff. 173.

Superbæ Symplegades. Claud. de Bell. Get. 9.

Symplēgas, ădis. f. [συμπληγάς] Complexio, connexio. Martial. lib. 11. 99. in Lesbiam, ſenſu obſcœno,
Sic conſtringuntur gemina ſymplegade culi. Sic

Symplegma, ătis. n. [σύμπλεγμα] Idem quod Symplegas, Amplexus, Complicatio libidinoſa. Martial. lib. 12. 43.
Præſtent & taceant quid exoleti,
Quo ſymplegmate quinque copulentur.

Sympŏsium, i. n. [συμπόσιον] mere Græcum, ut pleraque alia: a Latinis tamen pro ſuo uſurpatum; ſignificat vero Convivium. Cic. 9. Fam. 24. Sapientius nos, quam Græci. Illi Sympoſia, aut Syndipna, id eſt Compotationes, aut Concœnationes: nos Convivia, quia tum maxime ſimul vivitur. In Gloſſ. Græcolat. redditur Convivium & Comiſſatum. Hinc fit

Sympoſiăcus, a, um. [συμποσιακός] Adj. ut, Sympoſiaci ſermones; Problemata ſympoſiaca; Sermones convivales. De quibus Platonis exſtant & Plutarchi libri Philoſophici argumenti.

Sympoſiarches, æ. m. [συμποσιάρχης] Convivii princeps, dominus, rector, ac moderator, de quo Plutarch. lepide in Quæſtionib. Convival. differuit. Convivantes porro Sympotæ, συμπόται, dicuntur, qui ſunt a domino ad convivium acciti, & excepti. Cujus femininum eſt Sympotria, συμπότρια, ſympotria. V. Plutarchi Septem ſapientum convivium, & Problemata ſympoſiaca.

Sympota, æ. m. [συμπότης] Conviva, Compotor, Gloſſ. Græcolat.

Sympotria, æ. f. [συμπότρια] Compotrix. Gloſſ. Idem.

Sympſalma, [σύμψαλμα] Vocum in cantando copulatio: Diapſalma disjunctio earum, ubi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur. Pſalma, Quod pſallitur.

Symptōma, ătis. n. [σύμπτωμα] Accidens. Sunt enim Symptomata, Acceſſiones, ſeu acceſſoria mala, quæ ad juſtum morbum συμπίπτουσι, hoc eſt accidunt. Celſ. 3. 1. & 10.

Sympulum, vel Sympuvium, V. simpulum.

S Y N

Sўn, [σύν] Præpoſitio Græca, Cum ſignificans, & in compoſitione Con Latinorum reſpondens. Gloſſ. Græcolat. Σύν, Cum. Ante b & p. Sym.

Sўnæreſis, is. f. [συναίρεσις] Contractio, figura qua plura per unum conjunguntur, ut Bigæ, pro Bijugæ. Ex σύν con, & αἵρεσις, tractio.

Synagia, Militum centuria, apud Alexand. Alexandrie. 6. 13.

Synăgōga, æ. f. [συναγωγή] Idem quod Congregatio, vel cœtus, ἀπὸ τοῦ συνάγειν, quod eſt Congregare. Gloſſ. Græcolat. Συναγωγή, Collegium, Collectus, Conventus, Concilium.

Apud eccleſiaſticos ſcriptores accipitur pro Eccleſia Judaica vel Chriſtiana. Auguſt. in Pſ. 80. V. Suiceri Theſ. Eccleſ.

Synallagma, [συνάλλαγμα] eſt, cum ultra verba contractus aliquid utrinque agitur, quoties ſcil. ex utriuſque parte aliquid fit, quo uterque obligatus eſt. Ut, do tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas. Alciat. ſuper tit. de verb. ſig. in Pandect. Synallagma, commutationem non inepte dixeris. Idem enim eſt συνάλλαγμα, quod cauſa, hoc eſt ratio quædam ſecundum juſtitiam commutativam efficax, ut obligationem pariat: ſcilicet quia ab uno ad alium transfertur aliquid. l. Juriſgentium §. 1. D. de pact. Ariſtoteles appellat Synallagmata omnes actiones noſtras, quibus inter nos ad aliquem uſum neceſſitatemque communicamus. Videndus Connanus lib. 6. cap. 1. Hotoman. quoque lib. ſingulari De verborum, quæ ad jus pertinent, ſignificatione, littera, S. Gloſſ. Græcolat. Συνάλλαγμα Contractus: Συνάλλαγμα, Commercium: Συνάλλαξις, Contractio, Cambio,

Synalœpha, æ. f. [συναλοιφή] dici poteſt Compreſſio, cæſura. Fit enim

enim quum de fine dictionis vocalis abjicitur, ſequente dictione quæ e vocali incipit, ut apud Juven. 1. Sat. 1.

Semper ego auditor tantum? Ex σὺν, quod eſt con: & ἀλείφω preſſin. [Eſt duarum vocalium in unam ſyllabam coaleſcentia, ἀπὸ τοῦ Συναλείφω Commiſceo.

Synanche, es. f. [συνάγχη] Morbus in faucibus ſpiritum ſuffocans, Latinis Angina dictus. Ex σὺν, & ἄγχω, affligo, ango. Celſ. lib. 4. cap. 4. Ut hoc autem morbi genus circa totam cervicem, ſic alterum æque peſtiferum acutumque in faucibus eſſe conſuevit: noſtri anginam vocant: apud Græcos nomen, prout ſpecies eſt. Interdum enim neque tumor neque tumor ullus apparet, ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſolvuntur, id συνάγχην vocant. Interdum, &c. Gloſſ. Græcolat. Συνάγχη, Angina. V. angina.

Synariſtōſæ, ārum. f. pl. [Συναριστῶσαι] Inſcriptio Comœdiæ Menandri apud Plin. 23. 9. q. d. Feminæ ſimul prandentes. Gell. etiam 15. 15. Cæcilii meminit fabulæ eodem titulo. V. Hard. in Plin. & Fabric. in Catal. Comicor. Græc. Biblioth. Gr. vol. 1. p. 773.

Synathrœſmos, i. n. [συναθροισμὸς] Figura quæ & ſingulis verbis, & plurium verborum conjunctione fieri poteſt. Singulis, hoc modo, Sed quum ad ſupplicium ſumendum ſe confirmaret, multa ſimul eum revocabant officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio: quæ ſingula proprias ei cogitationes ad remorandum ſubjiciebant. Plurium verborum conjunctione, ſic apud Lycurgum, Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt, Judices, ſed multa ſimul eum perturbant, quod adeſt, ſollicitudinis plenum; quod futurum eſt, formidoloſum: lex paratum ſupplicium oſtentans: vitia ex vitiis coacta: occaſionem arguendi maleficii captans inimicus: quæ quotidiana, vehementer ejus animum excruciant. Ex Rutilio Lupo.

Syncěraſtum, i. n. [συγκεραστὸν] eſt Omne edulium antiquo vocabulo Græco. Pacuv. in Phagon. Honos ſyncaraſto perit, pernis, glandio. Varr. lib. 6. de L. L. 3. [At Gloſſ. Græcolat. Συγκεραστὸν, Caldacia, Calda aquæ. A v. Συγκεράννυμι ſcil. q. d. Temperatum, Temperatarum.

Syncerus. V. sincerus.

Synchrŏnus, a, um. Adj. [σύγχρονος] Contemporaneus. Unde ſcribit Hieron. Ozeam prophetam fuiſſe ſynchronum Iſaiæ. Et Varr. ait, non eſſe dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Heſiodus, eoſque ſynchronos fuiſſe teſtatur. Gloſſ. Græcolat. Σύγχρονος, Coævus.

Synchȳſis, is. f. [σύγχυσις] Confuſio. Eſt enim, ut ſcribit Donatus hyperbaton undique confuſum, ut illud Virg. 1. Æn. 112.

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras.

Eſt autem hic ordo. Tres naves abreptas Notus torquet in ſaxa: quæ ſaxa in mediis fluctibus latentia, Itali vocant aras.

Syncōmiſtus, a, um. Adj. [συγκομιστὸς] Syncomiſtus panis, inquit ad Glaucon. lib. 1. Galen. Is dicitur, qui medius inter exquiſite purum eſt, ac furfuraceum. Cæl. lib. 9. cap. 16. Lection. antiq. V. Fœſii Œcon. Hippocr.

Syncŏpa, æ. vel Syncope, es. f. [συγκοπὴ] Conciſio: κόπτω enim incido ſignificat. Figura eſt, quum littera vel ſyllaba e medio dictionis tollitur: ut Compŏſtus pro Compoſitus. Gloſſ. Græcolat. Συγκοπὴ, Colliſio. Apud Medicos morbus eſt, de quo V. Galen. M. M. 12. 5. Cæl. Aurel. 2. Acut. 3.

Syncriſis, [σύγκρισις] ſive Antitheſis. Comparatio rerum atque perſonarum inter ſe contrariarum. Cic. pro Muren. 22. Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas: ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat, &c. Item 3. Verr. 70. Sic iſte multo ſceleratior & nequior, quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicior fuit, &c. Julius Rufinianus.

Syndĭcus, i. m. [σύνδικος] Patronus, qui cum alio cauſam aliquam tuendam ſuſcepit, quive ſecundis actionibus cauſam defendit, ut in cauſa Cornelii Balbi Cicero. Syndici, item ſunt Civium advocati, & defenſores juris publici, quaſi in cauſam publicam communiter incumbentes. Unde apud Plutarch. legimus Ariſtidem ab Athenienſibus creatum fuiſſe ſyndicum, ut communem cauſam Græcorum ac civium ſuorum defenderet. Demoſthenes quoque πρὸς Λεπτίνην, refert, lege ſancitum fuiſſe Athenis, ne cui iterum ſyndicum fieri liceret, crearique a populo: idque ideo, ne συνδικία, id eſt ſyndici munus, ob publicam utilitatem inventum, verteretur in quæſtum, compendiumque privatum. Hoc nomine vocari poſſunt, quos hodie *Deputatos* noſtri vocant. Budæus. Gloſſ. Græcolat. Σύνδικος, Defenſor, Συνδικῶ, Defendo.

Synecdŏche, es. f. [συνεκδοχὴ] Conceptio dicitur. Donatus, Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax, quum plus minuſve pronuntiatur. Aut enim a parte totum oſtendit, ut Virg. 1. Æn. 403.

— puppeſque tuæ, pubeſque tuorum. Aut contra pars a toto; ut Idem 1. Æn. 114.

Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit. Et 12. Æn. 119.

— alii fontemque ignemque ferebant. Meminiſſe autem debemus, quando fit a parte totum, faciendum ab inſigniori parte.

Synedria, æ. f. ſec. c. [συνεδρία] Ulp. in l. 1. §. Navem. D. de exercit. Navem accipere debemus, ſive marinam, ſive fluviatilem, ſive in aliquo ſtagno naviget, ſive ſynedria ſit. V. schedia. Alciat. lib. 1. Prætermiſſorum, Synedria Judæorum interpretare Synagogas & conciliabula. Synedrion enim id denotat. Synedria vero naves apud Ulpianum De exercitoria actione, Naviculas illas interpretabitur fortaſſe aliquis, Quæ ſpatiandi cauſa factæ ſunt, in quibus ſunt ſellæ & ſedilia quandoquidem Suidas ſynedriam cathedram interpretetur. Hæc Alciatus. Verba Suidæ ſunt Συνεδρία ἡ καθέδρα. Gloſſ. Græcolat. Συνέδριον Conſeſſus, concilium.

Synĕdros, i. m. [σύνεδρος] Latinis, ut Gloſſ. exp. Aſſeſſor, conſiliarius dicitur Liv. 45. 32 pr. His rerum æternarum cognitionibus interpoſitis, Macedonum rurſus advocatum concilium: pronuntiatum, quod ad ſtatum Macedoniæ pertinebat: Senatores, quos ſynedros vocant, legendos eſſe, quorum conſilio Reſp. adminiſtraretur.

Synephēbi, m. pl. [συνέφηβοι] dicuntur Adoleſcentes ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt comœdiæ Menandri, quam Cæcilius Latinam fecit. Cic. 1. de Finib. 4. Synephebos ego, inquit, potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam?
Ait Statius in Synephebis. Cic. de Senect. 18.

Syneſius, [Συνέσιος] e Pentapoli Africæ Philoſophus Chriſtianus, Præſul Ptolemaidis factus: ſcripſit libros in grammatica, philoſophia, panegyricos, epiſtolas, & alia. Auctor Suidas.

Syngrăpha, æ. f. [συγγραφὴ Gl. G. L.] Scriptura, ſive ſchedula, quæ fit manu eorum, qui paciſcuntur, in alicujus rei fidem. Budæus, Syngrapha eſt cautio & conſcriptio ob locationem facta: ut & conductori merces in rato ſit, & locatori cautum ſit a redemptore & conductore operis. Cic. 7. Fam. 17. Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes: ſic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem 6. Verr. 30. Cybiram cum inanibus ſyngraphis venerat.

Syngrapha dicta eſt ἀπὸ τοῦ σὺν, ſimul, καὶ γράφω, ſcribo: quod ſimul ſcriptum ſit a pluribus, vel quod manu ipſorum, qui conveniunt, ſcripta ſit. V. Gloſſ. in dict. ſeq.

Agere ex ſyngrapha. V. ago.

Conſcribere ſyngrapham. V. conscribo.

Credere alicui per ſyngrapham. Cic. de Aruſp. Reſp. 29. Alterum putabo regem, ſi habuerit unde tibi ſolvat, quod ei per ſyngrapham credidiſti.

Facere ſyngrapham cum aliquibus. Cic. pro Domo 129. Et de Aruſp. Reſp. 14.

Centies facta ſyngrapha. V. centum.

Inter ſyngraphas & cetera Chirographa hoc intereſt, quod in chirographis tantum, quæ geſta ſunt ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent.

Syngrăphus, i. m. vel Syngrăphum, i. n. Plaut. Aſin. 4. 1. 1.

Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſi ſyngraphum
Inter me & amicam & lenam: leges perlege.

[Gloſſ. Græcolat. Συγγραφὴ, Conſcriptio, Syngraphum. Συγγραφεὺς, Conſcriptor.

Synnăda, æ. f. [Σύνναδα] Urbs Phrygiæ, de qua Plin. lib. 5. cap. 29. 1. Alter conventus a Synnada accipit nomen. In quem locum ſic ait Hermolaus, Scribendum Synnada ex Stephano, per y: quoniam prius Synnaea diceretur, a congregatis eo loci Græcis Macedonibuſque, Acamantem poſt captum Ilium ſecutis, conditorem urbis. Hæc Barbarus. Synnada, orum n. pl. Cicero videtur declinaſſe, numero utique plurali, 3. Fam. 8. Idque, ait, me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis diſputaviſſe. Ibid. Quum enim Laodiceæ, quum Synnadis; quum Philomeli, quum Iconii eſſem, &c. Paulo poſt, Quod iiſdem diebus meus conventus erat, Apameæ, Synnadis, Philomeli, tuus Tarſi. Hanc flexionem videtur & Steph. ſequi, & Suid.

Flectitur tamen etiam genere feminino Synnas, hujus Synnados. Sidonius Apollinaris in Panegyrico Majoriani,

Jungitur hic Synnas, Nomadum lapis additur iſtis. i. e. Marmor Synnadicum, & Numidicum. Stat. 1. Silv. 5. 37. de Balneo Etruſci,

Sola nitet, flavis Nomadum deciſa metallis,
Purpura, ſola, cavo Phrygiæ quam Synnados antro
Ipſe cruentavit maculis lucentibus Atys. Ibid. 1. 5. 41.
Synnada diſtinctum variat. h. e. Solum marmor Porphyrites excīſum ex venis Numidicis illic eſt. Nullum marmor illic eſt, niſi variatum maculis purpureis, ut Numidicum, & Synnadicum: quod quidem diſtinctum eſt maculis purpureis, quoniam Atys puer, quum in Phrygia Cybelen fugeret, abſciſſis genitalibus lapidem hunc cruentavit guttis manantibus. Plin. lib. 35. cap. 1. ad finem, Neronis principatu inventum, maculas, quæ non eſſent, in cruſtis inſerendo unitatem variare, ut ovatus eſſet Numidicus, ut purpura diſtingueretur Synnadicus, qualiter illas naſci optarent deliciæ. Stat. 2. Silv. 2. 148.

Hic Libycus, Phrygiuſque ſilex, hic dura Laconum
Saxa virent. Libycus ſilex dicitur marmor Numidicum, ut Phrygius Synnadicum.

Synnadenſis, is. m. [Συνναδεὺς] Incola, & Synnadicus, a, um. Adj. [Συνναδικὸς] Poſſeſſiv. Ut Synnadicus lapis. V. in dict. ſuperiore.

Synŏchitis, is. f. [συνοχῖτις] Gemma, qua in necromantia dicunt evocatas inferorum umbras teneri. Plin. lib. 37. cap. 11.

Synodia, orum. n. pl. [συνῳδία] Concentus, ex σὺν & ᾠδὴ cantus. Cic. 10. Att. 7. Injecta autem mihi ſpes quædam eſt, velle mecum Ser. Sulpicium colloqui: ad eum miſi Philotimum libertum cum litteris: ſi vir eſſe volet, præclara ſynodia: ſin autem, erimus nos, qui ſolemus. Ubi interpres; Synodia, Præclarum concentum & congreſſum. [Quaſi nil diſtet utrumque. Gloſſ. Græcolat. Συνῳδία, Concentus, & Συνοδία, Comitatus. Quod poſterius Ciceroni reddendum puto, ut ſit rectus f. g. Fœde ſupra n. pl.

Synŏdus, i. f. [σύνοδος] Idem quod Conventus, ſive cœtus a σὺν, præpoſitione & nomine ὁδός. [Triplex hujus vocis ſignificatio in eodem Gloſſ. proponitur. Σύνοδος, ὁ συνοδεύων, Comes; Σύνοδος, ἀνθρώπων συνέλευσις, Conventus, cœtus; Σύνοδος, ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, Concubitum. Eſt autem & quarta apud Aſtronomos Græcos, cum Siderum, Solis nempe & lunæ coitum, ſeu Interlunium denotat. Hanc Mathematici Latini retinuerunt, & eam, quam ſecundo loco poſui, Eccleſiaſtici. ut Synodus Oecumenica, quod Concilium generale vulgo vocant, & Nationali opponunt.

Synodĭcus, a, um. Adj. [συνοδικὸς] Quod ad ſynodum pertinet. Hieronym. Ante annos plurimos, cum juvarem Damaſum, Romanæ urbis epiſcopum, & Orientis atque Occidentis conſultationibus ſynodicis reſponderem.

Synodicus, alio ſignificatu. Jul. Firmic. lib. 3. cap. 6. Si octavo loco Sole poſito, in diametro ejus luna fuerit conſtituta, nondum ſoluta conjunctione, ſed pleno lumine: vel ſi cum ſynodice fuerit inventa, &c. Synodica vocatur luna, Quum luminis univerſitate privatur, ſileraque dicitur, velut cum ſole commeans, ut tradit Theon. Tunc ſynodica dicitur, quum eſt in conjunctione, (ſic enim vulgo loquuntur) opponiturque plenæ. Σύνοδος enim Coitum ſignificat, & Comitem itineris.

Synodita, æ. [συνοδίτης] & Sinodita, arum. m. pl. ſunt Clientuli monachorum, ſeu comites: ὁδίτης enim Viatorem ſignificat. Solent autem monachi ex collegii ſui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: quos Galli *Caloyaſſes* appellamus: quod a tergo monachorum concionantium ſedentes, illos horæ prætteritæ culi pulſione admoneant. Adnotat Hotomanus. Videnda l. 6. De epiſcopali audien lib. 1. C. Addictos ſupplicio (inquiunt Honor. & Arcad.) & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos Synoditas vocant, per vim atque uſurpationem vindicare liceat, ac tenere. In quibuſdam Codicib. eſt lex 7.

Synŏdus, ontis. m. [συνόδων] Genus piſcis. Plin. lib. 37. cap. 10. [Gloſſ. Græcolat. Συνόδων ὁ ἰχθὺς, Dentis, dentex. V. ſeq. dict.

Synodon-

Synodontītes, is. f. [συνοδοντῖτις] Gemma. Plin. l. c. E cerebro piſcium eſt, qui Synodontites vocatur. Al. Synodontitis.

Synœcīōsis, [συνοικείωσις] Figura quæ docet diverſas res conjungere, & communi opinioni cum ratione adverſari: & habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Hyperidis exemplum, Nam hominis avari atque aſoti, unum atque idem vitium eſt. Uterque enim neſcit uti, atque utrique pecunia dedecori eſt: quare merito utrique pari pœna adficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

Synōnium, i. n. [συνώνιον] Publicam comparationem ſpecierum quæ in commune fiebat, Imp. appellant. l. 2. De public. comparat. in C. Theod. quam Coemptionem appellari in l. 2. C. de frumento orb. Conſtan. & in rubric. Ut nem. lic. in coemp. ſpec. ſe excuſar. [Proprie Coemptitium deſignat. Gloſſ. Græcolat. Ὠνητὸς, Empticius. Ibid. Συνώνιον, Coëmo; ὠνή, Comparacio, Commercium, συνωνητὴς, Comparator, Commerciarius.

Synōnymia, [συνωνυμία] Figura, quæ Communis nominis interpretatur. Utimur autem eo genere elocutionis, quoties uno verbo non ſatis videmur dignitatem, aut magnitudinem rei demonſtrare. Idcoque in eandem ſignificationem plura conferuntur: ut ſi dicamus, Proſtravit, afflixit, perculit. Ipſa autem verba Synonyma, συνώνυμα, vocantur.

Synōphītes, is. [συνοφίτης] Gemma eſt lactei coloris, alio nomine Galactites. Plin. 37. 10. Galactites ex Nilo colore lactis eſt, eandem dicunt Leucogeam, & Leucographiam appellant & Synophiten, tritam lactis ſucco & ſapore notabilem.

Synopsis, [σύνοψις] Perſcriptio, repertorium, ſeu inventarium: deducto nomine ex eo, quod quæ late patebant, in unum contracta ſimul omnia conſpici cernique poſſint. Ulp. in l. 5. §. 7. De reb. eo. qui ſub tut. vel cur. ſunt. Aut ſi nemo (inquit) inveniatur, aut ſuſpecti ſunt, qui inveniuntur, jubere debet edi rationes: Itemque ſynopſin bonorum pupillarium, advocatumque pupillo dare. Gloſſ. Græcolat. Σύνοψις, Taxatio.

Syntagma, ătis. n. [σύνταγμα] Ordo, Exercitus, In claſſes diſtributio, & ad ſtipendium conferendum deſcriptio.

Hoc etiam vocabulo Penſitatio annua ſignificatur, quæ penditur a ſociis civitatibus & ſtipendiariis ad bellum gerendum.

Eſt quoque Liber & volumen ſtudio conſcriptum & elaboratum, non ea tempore & ſine cura, ſed quod dictionem habet compoſitioni congruam, & capitum diviſionem recta atque ordine digeſtam. Cic. 8. Fam. 3. Illud nunc a te peto, ſi eris (ut ſpero) otioſus, aliquod ad nos σύνταγμα conſcribas. i. e. Opus, ſive librum ſtudioſe digeſtum. Gloſſ. Græcolat. Σύνταγμα, ἐπὶ βιβλίου, Conſtitutum.

Eſt nonnunquam Conſtitutio atque ordinatio. Teſtimonia citat Bud. in Comment. ling. Græc.

Syntaxis, eos. f. [σύνταξις] Conſtructio & ſeries. τάξις enim ſeries & ordo dicitur. V. Grammaticos. Gloſſ. Græcolat. Σύνταξις, ἐπὶ βιβλίου, Series, conſtitutum; Σύνταξις, σύνθεσ ἀπὸ νοῦ, Compactio. Apud Grammaticos quid ſit norunt pueri. conf. Suid.

Syntērēsis, is. f. [συντήρησις] Attentio, Conſervatio, Pars animæ, quæ ſemper adverſatur vitiis.

Syntēxis, is. f. [σύντηξις] Latine dicitur Tabes, & velut Colliquatio, Extenuatio præ macie. Plin. lib. 22. cap. 25. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntexes. Id eſt, defectiones ex longis morbis ſumptæ. Hujus autem emendatio, proprie recreatio & reſtauratio dicitur.

Syntectĭcus, a, um. Adj. [συντηκτικός] Qui ſyntexi correptus eſt, & Morbo confectus, exhauſtusque. Plin. lib. 22. cap. 23. Præcordiorum vitiis, ſyntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulſa linguæ paralyſi. Idem lib. 28. cap. 9.

Synthēma, ătis. n. [σύνθημα] Signum bellicum, quod datur inſtructæ aciei. Item Teſſera vigiliarum, quæ erat tabella ſcripta a Tribuno data. Item Nota & teſſera quædam epiſtolaris, commendatria ejus, qui eam reddebat.

In Pandectis item Græcis Synthemata vocantur Diplomata, quæ his dabantur, qui curſu publico utebantur.

Synthemata item dicuntur Breves quædam & obſcuræ ſententiæ, & quædam quaſi ænigmata, altiorem quendam & reconditum ſenſum occultantia, cujuſmodi ſunt Pythagoræ ſymbola.

Habet & alia ſignificata apud Græcos, quæ quoniam ad linguæ Latinæ inſtructionem nihil pertinent, ea Græcorum Lexicis petenda relinquimus. Gloſſ. Græcolat. Σύνθημα, Inſigne.

Synthĕsis, eos. f. [σύνθεσις] Latine Compoſitio, confixio, in Gloſſ. exponitur. Figura, quum ſingulare nomen, multitudinem ſignificans, verbo pluralis numeri jungitur, ut Virg. 1. Æn. 216.

Pars in fruſta ſecant.

Syntheſis, Veſtis genus & varius ornatus, quo ditiores ad ſumptum uti ſolent, ut fere quolibet die varia veſtimentorum genera aſſumant: quæ varietas & compoſitio, antiquis ſyntheſis appellata eſt. Martial. lib. 14. 1.

Syntheſibus dum gaudet eques, dominuſque Senatus. Et 5. 80.

Et mutata tibi ſyntheſis undecim. Suet. in Neron. cap. 51.

Ac plerumque ſyntheſin indutus, ligato circum collum ſudario, prodierit in publicum, ſine cinctu, & diſcalceatus. Syntheſin exponit Sabellicus, Veſtem brevem & expeditam ex diverſis lanarum coloribus.

Syntheſis, Congeſtio, acervus. Sumitur enim pro Tota veſte in veſtiario compoſita. Scævola in l. Titia. D. De auro & argen. leg. Semproniæ coopertoria tabiana, & tunicas tres cum palliolis, quæ elegerit, dari volo. Quæro an ex univerſa veſte, id eſt, ex ſyntheſi, tunicas ſingulas, & palliola Sempronia eligere poſſit? Reſpondi: ſi eſſent tunicæ ſingulæ cum palliolis relictæ, ex iis duntaxat eligi poſſe. Quod ſi non eſſent, hæredem vel tunicas & palliola ex ſyntheſi præſtaturum, vel veram æſtimationem earum. Sic in l. Alumnæ. §. Titia, De adimendis leg. Syntheſin, i. e. Omnem poſſeſſionem prædiorum. Martial. lib. 2. 46.

Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus. Ex Budæo.

Syntheſis, Vaſorum compoſitio, qua multa ejuſdem generis vaſa in ſe invicem includuntur. Stat. 3. Silv. 9. 44.

Aut unam dare ſyntheſim, quid horres?

Alborum calicum atque caccaborum?

Syntŏmia, æ. f. [συντομία] quam Latine Conciſionem vertere poſſumus, & in Gloſſ. Græcolat. Compendium exponitur; Figura eſt, qua res quantumvis magnæ brevi & compendioſo verborum ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum ἐνάργειαν appellant a luce, quam rebus addit, nonnulli etiam ἐνάργειαν. Dicta συντομία ἀπὸ τοῦ συντέμνειν, quod Concidere, Compendium in Gloſſ. exponitur.

S Y P

Syphax, ficis. pen. raro corr. [Σύφαξ] fuit Numidarum rex: cujus fata & captivitatem refert Livius lib. 24. & 29. & 30. Ovid. 6. Faſt. 769.

Poſtera lux melior, vincit Maſaniſſa Syphacem,
Et cecidit telis Haſdrubal ipſe ſuis. Intelligit XIII Calen. Julii.

Dirus Syphax. Claud. de Bel. Gild. 91.

Victi monumenta Syphacis. Propert. lib. 3. 11. 59.

S Y R

Syrācūsæ, arum. f. pl. [Συρακοῦσαι] Civitas Siciliæ, ſub Pachyno monte ſita, ubi fons Arethuſa. Cic. 6. Verr. 117. ſcribit, Syracuſas urbem eſſe maximam Græcarum urbium, pulcherrimamque, quæ ex quatuor quaſi urbibus maximis conſtare dicebatur: quarum una Inſula nominatur: altera Achradina: tertia Tycha: quarta Neapolis. Idem 4. Verr. 4. ubi de Marcello agit, ait urbem pulcherrimam Syracuſas: quæ quum manu munitiſſima eſſet, tum loci natura terra ac mari claudebatur. Syracuſani multos claros principes habuerunt, ſed præcipue clariſſimum Dionyſium ſeniorem. Solinus in Polyhiſtore cap. 11. ſcribit in Sicilia primum comœdiam inventam fuiſſe. Ubi & Syracuſarum deſcriptio habetur. De iiſdem V. Diodor. lib. 16. ubi de rebus Dionis. Syracuſæ nunc vulgo dicuntur *Saragoſa di Sicilia*, ut ſcribit Olivarius in Melam.

Syracusānus, vel **Syracūsĭus**, vel **Syracŏsius**, a, um. Adj. poſſeſſ. [Συρακούσιος] Virg. 6. Ecl. 1.

Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu.

Poeta Syracoſius. Ovid. in Ibin. 551.

Ut que Syracoſio, præſtricta fauce, poëtæ,
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Ars Syracoſia, Archimedea. Ovid. 6. Faſt. 277.

Arte Syracoſia, ſuſpenſus in aëre clauſo,
Stat globus, immenſi parva figura poli. Sed Mſſ. Arce, quod Heinſ. recepit, & de Achradina exp.

Syræum, V. sisæon.

Syreon, i. n. [σύρεον] Plin. lib. 24. cap. 19. Tordyle herba per ſe, quam & Syreon vocaverunt.

Syria, æ. f. [Συρία] Regio Aſiæ majoris, cujus fines ſunt, a Septemtrione Amanus mons, qui a Cappadocia & Armenia ſeparatur; ab Ortu Euphrates amnis, quo diſcernitur a Meſopotamia, uſque ad Thapſacum oppidum, atque inde Arabia deſerta; a Meridie Arabia Petræa; ab Occaſu ejuſdem Arabiæ Petrææ pars, & mare Syriacum ſive Phœnicium, Amanuſque mons, qui a Cilicia ſubmovetur. Hujus inſignes civitates, ut lib. 5. refert Ptolemæus, ſunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæſarea, & Damaſcus. Montes clari, Carmelus, Caſius, Libanus. Fluvii, Euphrates, Chryſorrhoas, Singas. Regiones, Phœnicia, Palæſtina, Judæa, Idumæa, Comagena, & Samaria. Nec frigore nimio riget, nec calore torretur. Sunt qui quadripartitam faciunt diviſionem in Syros, Aſſyrios, Leucoſyros, & Cœleſyros. Plin. lib. 5. cap. 12. Syriæ totius Aſſyriam partem facit. Multi confundunt, ut Herodotus, qui Syros a Græcis dictos, Aſſyrios a Barbaris dici ſcribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio, inſignes grammatici apud Horatium, eam quæ nunc Syria dicitur, olim Aſſyriam dictam, addita ſyllaba, ſcribunt. Idem ſentit lib. 23. Ammianus Marcellinus. Dion in Trajani vita Atyriam Barbaris dictam, a littera in τ mutata, quam Aſſyriam nos vocamus, indicat. Scriptores in eo fere conveniunt omnes, ut Syriæ, & Aſſyriæ nomina confuſa eſſe credant.

Οἱ Ἀραβες ἀμυγκῶνες, ἢ οἱ ἴδιοι ὑπὸ τῶν νῦν λεγόμενοι Σύροι. Strabo initio lib. 16. In vet. cod. ὑπὸ τῶν νῦν Ἰουδαίων. H. St.

Populi Syriæ. Lucan. lib. 3. 214.

Decora Syria. Claud. 2. in Eutrop. 570.

Opima & fertilis Syria. Cic. pro Domo, 23.

Syrus, a, um. pr. dub. Adj. [Σύρος] Qui ex Syria eſt. Cic. 3. de Nat. Deor. 39. Piſcem Syri venerantur. Ovid. 2. Faſt. 474.

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis,
Ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Agmina Syrorum. Stat. 1. Silv. 6. 72.

Syri venales. Cic. 2. de Orat. 265. Ut illud M. Cicero ſenex, hujus viri optimi, noſtri familiaris, pater, noſtros homines ſimiles eſſe Syrorum venalium, ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum.

Palæſtinus Syrus. Tibull. lib. 1. 7. 18.

Vina Syra. Hor. 1. Carm. 31. 12.

Syrissa, æ. f. Mulier e Syria. [Σύρισσα] nam quemadmodum a Libys fit Libyſſa, ita a Syrus, Syriſſa. Virg. in Moret. 1.

Copa Syriſſa, caput Graia redimita mitella.

Syrius, a, um. [Σύριος] Adj. ut

Pira Syria. Columel. lib. 5. cap. 10. Ea ſunt Cruſtumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Munere Syrio plenus onyx. Propert. lib. 2. 13. 30. Al. Eleg. 10. Confundi ſolet in Mſſ. cum Scyrius. conf. syrus.

Syrĭăcus, a, um. Adj. poſſeſſ. [Συριακός] ut, Syriaci boves, i. e. Qui ſunt in Syria. Plin. lib. 8. cap. 45.

Prætor Ciliciensis & Syriacus. Cic. 1. Q. frat. 2.

Radix Syriaca, pro Silphio, & quod Latini Laſerpicium vocant; quia, inquit Dioſcorid. ex Syria & Mediæ optima hujuſcemodi radix adfertetur. Columel. lib. 11. cap. 3. Nec minus ſi vernum & æſtivum fructum voles habere, Syriacæ radicis & rapæ napique ſemina obrues. Vulgus noſtrum hanc herbam, ut inquit Ruellius, pariter & radicem ob auctoritate & nobilitate *Angelicam, & Radicem ſancti ſpiritus, & Imperatoriam* appellat.

Ros Syriacus, pro Succo radicis Silphii, qui Græcis ὀπὸς Κυρηναϊκὸς etiam dicitur: hoc eſt ſuccus Cyrenaicus, quod in Cyrenaica provincia quemadmodum & in Syria, optimus naſceretur in ſilphio. Columel. lib. 12. cap. 41. Tres heminæ roris Syriaci contriti ſuper omnia adjiciuntur. Latini quidam Laſer Syriacum appellant, Vulgus noſtrum *benzoinum* ſive *ben Judaicum*, quod, inquit Ruell. Judæa parens ejus mittat ad nos prolem ſuam.

Syrĭcus, a, um. Adj. poſſeſſ. [Συριακὸς Steph.] ut, Syrica mala. Columel. lib. 5. cap. 10. Præterea malorum genera exquirenda maxime, Scandiana, id eſt, Syrica
Syricum atramentum. Plin. lib. 35. cap. 6. Idem lib. 33. cap. 7. Sublini autem Syrico minium, compendii ratio demonſtrat. Quo loco Hermolaus, Syricum, inquit, ſictitius color eſt, ex ſinopide ac ſandyce mixtis, quo minium adulteratur. Vetus codex legit Scyrico.

Syriatĭcus, a, um. Adj. Idem. Florus 2. 9. 1. Syriatico bello ſucceſſit, ut debebat Æolicum. Ubi notat Salmaſius, Syriaticus frequentius ſcriptum reperiri in Codd. antiquis, quam Syriacus.

Syriarcha, æ. m. [Συριάρχης] Qui Syriarchiam exercet. l. ultim. de expenſis ludo. in C. Theod. Poſteriores Patriarcham hujuſmodi appellaſſe auctor eſt Xiphilinus.

Syriarchia, æ. f. [Συριαρχία] Sacerdotii genus in Syria. l. 1. C. de Nat. li. l. unic C. de Offic Com. Orient. l. 133. De Decurionib. in C. Theod. Novel. 89.

Syria, æ f. eſt Craſſius indumentum pinguioſque, vel quod in Cappadocia, quam Syri contribuunt, confici ſoleret. Cæl. Rhodig. lib. 9. Lection. antiq cap. 3.

Syriānus, [Συριανὸς] Alexandrinus philoſophus Platonicus, docuit Athenis, ſcripſitque in totum Homerum commentarios, libros ſeptem in Platonis Rempub. & alia. Hujus diſcipulus & ſucceſſor fuit Proclus. Suidas.

Syrictæ, [Συρίκται] ut ex Megaſthene notat Plin. lib. 2. cap. 7. Gentes ſunt inter Nomadas Indos, narium loco foramina tantum habentes, anguium modo loripedes.

Syrinx, gis, f. [σύριγξ, ὁ αὐλὸς, Gl. G. L.] Latine Fiſtula in Gloſſ. exponitur. Sunt autem Fiſtulæ, generis non unius: eſt enim quæ dicitur monocalamos, a Mercurio inventa, ſicut a Sileno polycalamos, a Marſia Cerodetos. Subdit Cæl lib. 9. Lect. Antiq. cap. 3. Scire convenit Syringos notionem eſſe non unam, quippe eſt quando appellatione ea in rotæ foramen injecta portio axis intelligatur, quin & foramen ipſum σύριγξ. Oblongior autem foſſa dicitur Syrinx: ſed & haſtæ repoſitorium quoque. Eſt & Syringa, Concavum inſtrumentum quo ſenſim aquæ mittitur.

Syringĭtes, [συριγγίτης] Gemma, quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt, ut perpetuo fiſtula cavatur Plin. lib. 37. cap 12.

Syrinx, [Σύριγξ] Nympha Arcadiæ, quæ Nympharum precibus mutata eſt in paluſtres calamos, quum acrius eam inſequeretur Pan, ruſticorum deus. Martial. lib 9. 63. Ovid 1. Met. 691.

> Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
> Naias una fuit, Nymphæ Syringa vocabant.

Syriſcum, eſt Vas plexile in quod conjiciantur fici: ſed Hyriſcum pronuntiant alii. Cæl. lib. 9. cap. 3.

Syriſſa, V. syria.

Syrites, Lapis, qui in lupi veſica naſcitur. [συρίτης] Plin. lib. 11. cap. 37. In veſica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

Syrius, Sidus, V. sirius. Syrius Adj. in syria.

Syrma, ătis. n. [σύρμα] a Σύρω. Traho, Veſtis eſt fluxa & prolixa, humumque verrens, qualis erat tibicinum & fidicinum. Solin. Veſtitur ſyrmate. Martial. lib. 12. 96.

Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi. V. Turnebum, & Alex. Alexandr. lib. 4. Genial. cap. 18.

Syrmătĭcus, a, um. Adj. Veget. de Re Vet. 3. 22. Jumentum ſyrmaticum.

Syrmæa, [συρμαία] Cibi genus ex adipe & melle confectum purgationibus imprimis aptum.
Item Certaminis genus apud Spartanos, in quo victor hujuſmodi Syrmæa donabatur.
Item Raphani genus apud Herodot. Cæl. lib. 27. cap. 3.

Syrna, æ. f [Σύρνα] Oppidum in Cherroneſo Cariæ adhærenti, a Podalirio conditum, & a nomine Σύρνας, uxoris ejus, ita appellatum. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam eſſet ejectus, a caprario quodam fuiſſe ſervatum, & ad Damæthum regem deductum, cujus filiam de tecto delapſam, quum detracto ex utroque brachio ſanguine ſervaſſet, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam, ejus beneficio ſervatam, ei uxorem tradidit, Cherrhoneſo illi in dotem attributa. Auctor Steph.

Sÿrŏphœnix, [Συροφοίνιξ] Qui habitat in ora maritima Syriæ, quæ Syrophœnice dicebatur. Juven 8. Sat. 159.

> Obvius aſſiduo Syrophœnix udus amomo.

Syrophœniſſa, æ. f. [Συροφοίνισσα] Interp. Vulg. Marc. 7. 26.

Sÿrŏs, f. [Σῦρος] Inſula Ionii maris, ut Strabo lib. 12. unde

Syrius, a, um. Adj. [Σύριος] gentile. ut Pherecydes Syrius. Cic. 1. Tuſc. 38.

Syrpe, n. indecl. Pars quædam ſilphii. Priſcianus ejus mentionem facit, & comicus Plaut. in Rud. 3. 2. 16. his verbis,

Hoc anno multum futurum ſyrpe & laſerpicium. Ea res magnæ æſtimationis & pretii erat. Quare dicit calumniator apud Ariſtophanem, Non ſi mihi donaveris Ditem ipſum, & Batti ſilphium. Sed & Syrpe videtur appellari ipſum Laſerpicium, voce a Græco nomine ſilphii degenerante. Solin. cap. 40. Apud Cyrenenſes præterea ſyrpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis, quam arbuſto. Turneb. Adverſ. 3. 21. Al. Sirpe, per i.

Syrtis, is, vel idis, ſive idos. f. & pl. Syrtes, [Σύρτεις] ſunt loca circa fines Africæ, Ægyptum verſus periculoſiſſima: a σύρειν trahere. Eſt enim inæqualitas maris & terræ magna, & in uno loco profundiſſima, in alio vero ſatis vadoſa. Spiranteque vento, cumulus arenæ, qui ſupra mare fuerat, in profundiſſimas reſidet valles: & qui deprimebatur, mox ſuper aquas egeritur. Et ſunt duæ, pares natura, impares magnitudine. Quæ dicuntur majores & minores, & ſpatio paſſuum ducentorum quinquaginta millium ſeparantur: Minor a Carthagine trecentis millibus paſſuum diſtat, & totidem ambitus. Liv. 34. 62. Ora eſt minoris Syrtis, & agri uberis: una civitas ejus Leptis, major quadringentis vigintiquinque millibus paſſuum. Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 7. cap 2. Cujus ſepulchrum a parte Syrtium majorum eſt. Syrtes vocant Luſitani *Banos de Barbaria*, alii *Bancos*. Olivar. in Melam.
Servius, ubicunque ſunt arenoſa loca in mari, Syrtes aſſerit vocari.
Hoc nomen etiam declinatur hæc Syrtis, & has Sytis, ut ait Priſcian. Virg 10 Æn. 678.

> In Syrtis in ſaxa volans, &c.

Barbaræ Syrtes. Hor. 2. Carm. 6. 3.
Getulæ Syrtes. Virg. 5. Æn. 51.
Lybicæ Syrtes. Lucan lib. 1. 494.
Lybicas perrumpere Syrtes. Ovid. 2. Amor. 16. 21.
Parætoniæ Syrtes. Lucan. lib. 3. 295.
Æſtuoſæ Syrtes. Hor. 2. Carm. 22. 5. V. infra Syrtis nomine &c.
Ambigua Syrtis. Lucan. lib. 9. 713.

> Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arva
> Cherſydros.

Exercitatæ Syrtes Noto. Hor. Epod. 9. 31.
Inhoſpita Syrtis. Virg 4. Æn. 41.
Naufraga Syrtis. Sil. lib. 17. 629.
Sævas accedere Syrtes. Valer. 7. Argon. 86.
Vaſtæ Syrtes. Virg 1. Æn. 150.
Syrtis nomine, Tractus etiam illis finibus vicinus intelligitur. Lucan. lib. 9. 448.

> —non litore ſicco,
> Quam pelago, Syrtis violentius accipit Auſtrum:
> Et terræ magis illa nocens.

Quin etiam arenoſa illa Lybiæ ſpatia mediterranea Syrtes appellantur, non tantum litoralis ora. Prudent. Apoth. 443.

> Nec reſponſa refert Libycis in Syrtibus Ammon.

Ex Turneb. Adverſ. 16. 5.
Patrimonii Syrtis, per translationem. Cic. 3. de Orat. 161. Syrtim patrimonii, ſcopulum libentius dixerim.

Syrtĭcus, a, um. Adj. [Συρτικὸς] ut, Ammon Syrticus. Lucan. lib. 10. 38.
Mare ſyrticum. Sen. de Vita beata, cap. 14.
Gentes ſyrticæ Idem Epiſt. 90.

Syrtitæ, Gemmæ ſunt, quæ in litore Syrtium inveniuntur. Syrtitæ (inquit Plin. lib. 37. cap. 10.) in litore Syrtium, jam quidem & in Lucania, inveniuntur, e melleo colore croco refulgentes: intus autem ſtellas continent languidas.

Syrus, V. syria, item sirus, & syros.

S Y S

Systēma, ătis. n. [σύστημα] Compages, collectio. Sic Syſtema mundi, eſt Univerſi compages. V Mart. Capel. 9.

Systŏle, es. f. [συστολὴ] Correptio, figura eſt, quum longa ſyllaba contra ejus naturam corripitur. ut apud Virg. 1. Æn. 77.

> Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo.

Ubi nu brevem poſuit, quæ naturaliter longa eſt. Nam alio loco longam poſuit; ut 3. Æn. 319.

> Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas?

Reliquas ſignificationis in Lexicis Græcis. V.

S Y Z

Sÿzўgia, [συζυγία] Idem quod Conjugium, ſive conjugatio. Galen. lib. 8. 9. & 10 de Uſu partium: Septem illas parium nervorum productiones, quibus ſenſus a cerebro in univerſum corpus diſtribuuntur, Syzygias appellat. Harum prima eſt nervorum, Opticum hoc eſt viſorium, qui circa medium ſui coeuntes, χ Græcæ litteræ imaginem referunt, rurſuſque ſeparati, in oculos recipiuntur, quibus ſpiritum viſorium ſubminiſtrant. Secundæ ſyzygiæ nervi in oculorum muſculos inſerti, motum iis ſuppeditant. Tertia guſtus ſenſum in linguam reliquaſque oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inſeritur. Quinta ad aures fertur, iiſque ſenſum auditus ſuppeditat. Sexta ad inteſtina, viſceraque omnia ſenſum tranſmittit, nervoſque recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & rectis Laryngis muſculis. Eſt & alia præter has, quæ verſus nares odoratus gratia defertur, quæ idcirco non annumeratur inter nervorum ſyzygias, quod extra cranium non prodeat. Galen. in lib. de Diſſectione nervorum, & loc. cit.
Syzygiæ apud aſtronomos ſunt iſti ſtellarum ſitus, cum poſitæ ſunt in eadem recta linea. Sic Luna verſatur in ſyzygiis, cum Sol Luna & Tellus jacent in eadem recta linea, i. e. vel in conjunctione vel in oppoſitione.

T

T

Littera figuram ſuam a Græca ſumpſit, uti Græci ab Hebræis (mutata paululum ejus forma) mutuati ſunt, ſi qua Origeni fides. Hieronymus *Tau* Samariticum antiquitus ipſiſſimum fuiſſe T Latinum vel Græcum.

Magna eſt cognatio inter T & D, & apud veteres frequens unius in alteram mutatio. Sic Alexanter & Caſſantra ſcripſerunt, pro Alexandar & Caſſandra, teſte Quintil. lib. 1. cap. 6. Unde T vocant D mollitum. Hinc & Patavium dictum, quod Pado vicinum eſſet. Vice verſa, T in D ſæpe migravit. Sicu Mantiur, Mendax: a Quatuor, Quadra.

T interdum tranſit in duplicem S; ut Quatio, Quaſſi: & viciſſim duplex T in ſimplicem S; ut Mitto, Miſi. Scribitur & in aliquibus dictionibus pro S, ut Pultare pro Pulſare.

Quod ad pronuntiationem ejus ſpectat, notandum eſt T ante vocalem a ſonare si, (quod a Gothis factum eſt, qui ſibilum iſtum veteribus ignotum in Latium invexere) ut Lectio, Ratio. Excipiendæ ſunt voces, quæ habent S ante T, ut Quæſtio, Juſtiur; & pauca quædam alia, ut Mittier pro Mitti, Tiara, &c.

T, Tribunus. Valer. Max. 2. 1. Tribunis plebis intrare curiam non licebat: ante valvas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant; ut ſi quæ ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus ſenatuſconſultis T littera ſubſcribi ſolebat; eaque nota ſignificabatur illa Tribunos quoque cenſuiſſe.

T, prænomen refert Titum; ut, T. Manlius Torquatus, T. Livius Patavinus.

T, etiam prænomen feminæ, Tita.

T, nomini militis appoſitum, Superſtes ſignificabat. Iſid. 1. 23.

T præterea pro Tantum, Taurus, Ter, Terra, Tibi, Triarius, Turma, Tutor. [Tullius, ut in Inſcr. Epiſtular. Cic. M. T. C.

T. A. Taurum album. T. A. III. M. X. D. XX. Vixit annis tribus menſibus decem diebus viginti. T. AVG. Tutela Auguſti.

TB. Tibi, Tribunus. TB. D. F. Tibi dulciſſimo filio. TB. PL. Tribunus Plebis.

T. C. Teſtamento conſtituit, vel curavit. T. CA. Titus Cariſius.

T A

TA. Taurum. TAB. Tabula, vel Tabularius.

Tabānus, i. m. [οἶστρος, μύωψ, Gl. L. G. & G. L. βόμβυλος, ἵππου κώνωψ, G. L.] Genus muſcæ, a quibuſdam Aſilus dictæ. Plin. lib. 11. cap. 28. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, ut aſilo, ſive tabanum dici placet, &c. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Itaque quod eas æſtate tabani concitare ſolent, & beſtiolæ quædam minutæ ſub cauda, &c. In Gloſſ. Græcolat. Synonyma habet Veſpa, & Aſilio.

Tabella, & Tabellarius. V. tabula.

Tabeo, V. tabes.

Tabarēni, [Τιβαρηνοὶ] Populi juxta Chalybes, quos Strabo Tabarnos nominat. Rectius Tibereni, vel Tibareni dicendi, teſte Hermolao. Juſtiſſimi ſunt illi, nec prius prælio congrediuntur, quam diem, locum & horam, ex fide hoſti denuntiarint. Quum mulier partu liberatur, vir in lectulum, tanquam pueri auctor, decumbit, eumque ut puerperam effeta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius annotavit.

Taberna, æ. f. [ἐργαστήριον, Gl. G. L.] dicitur Officina, quaſi Trabena, a validioribus trabibus, quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa, ut ait Donatus. Accipitur pro omni Ædificio quod eſt utile ad habitandum, ex eo quod taberna tabulis claudebatur, ſive cooperiebatur, ut ait Ulpianus de verb. ſignif. Cic. 14. Att. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt. Idem 3. Q. frat. 7. Juven. 3. Sat. 304.

Fixa catenatæ ſiluit compago tabernæ.

Taberna, [Καπηλεῖον, Gl. G. L.] Pro Taberna meritoria, ſeu Vinaria. Suid. Ταβέρνα, Καπηλεῖον, πανδοχεῖον.

Arcana taberna. Propert. lib. 4. 8. 19.

Diverſoria taberna. Plaut. Truc. 3. 2. 29.

Inſtructa & ornata taberna. Cic. pro Cluent. 178.

Meritoria taberna. V. mereo.

Obſcuræ tabernæ. Hor. de Arte Poet. 229.

Salax taberna. Catul. 35. 1.

Claudere tabernam. Cic. pro Domo, 54.

Divertere in tabernam. Cic. 2. de Invent. 14.

Taberna, Ubi opera ipſa, ceteræque merces venditantur. Hor. 1. Serm. 4. 71.

Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.

Duas tabernas ejuſdem negotiationis exercere. Ulpian. in l. Procuratoris. D. de Tribut. action.

Libraria taberna. V. liber.

Tabernŭla, æ. f. dimin. Apul. Met. 7. p. 190. Elmenh. Tabernula quædam litori navique proxima.

Tabernārius, a, um. Adj. [ταβερνάριος] ut, Comœdiæ tabernariæ, In quibus non Magiſtratus, ſed humiles perſonæ inducuntur. Dictæ quod olim tabulis domus vulgo tegerentur. Apul. Apol. p. 329. Elmenh.

Tabernarius, i. m. [ἐργαστηριάρχης, Gl. L. G. & G. L. κάπηλος, L. G.] Inſtitor, Qui in taberna aliquid venditat. Cic. pro Flacc. 18. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid eſt negotii concitare?

Clodius concitator tabernariorum. Cic. pro Domo, 13.

Tabernarius, Qui vinum venditat: ſicut Aquarius, Qui vendit aquam, Cic. 8. Fam. 6. Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet. Firmic. lib. 3. cap. 7. Erunt caupones, vel tabernarii. Sunt tamen qui locum ſic interpretantur: Tabernariis, i. e. Opificibus, ſive Qui præſunt curandis tabernis. Aquariis, Aquarum & aquæductuum curatoribus. Aquarum jus penes Ædiles & Cenſores erat. Itaque quum tabernarii publicas aquas in ſuum uſum deducerent, Cælius, qui tunc Ædilitatem gerebat, ea de re cum tabernariis & aquariis pugnavit. Concionem etiam de aquis ſcripſit, cujus meminit Frontin. lib. 2. De Aquæductib. Firmic. lib. 4. cap. 15. Faciet hoſpites, popinarios, tabernarios.

Tabernarius, Qui tabernas ſectatur. Gloſſ. Græcolat. Καπηλοδύτης, Ganeo, Tabernarius.

Tabernācŭlum, i. n. [σκηνή, σκήνωμα, Gl. L. G. & G. L. σκηνοπηγία, σκηνοπήγιον, L. G.] Tectum caſtrenſe, quod veluti taberna ſit.

Tabernaculum capere dicebatur comitiorum rogator in auſpicando. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. Se quum legeret libros, recordatum eſſe vitio ſibi tabernaculum captum fuiſſe in hortos Scipionis. conf. 2. de Divin. 75. & Lex. Pitiſc.

Militare tabernaculum. Cic. de Clar. Orat. 37.

Collocare ſibi tabernaculum in aliquo loco. Cic. in Piſon. 61.

Perpotare totum diem in aliquo loco, poſito tabernaculo. Cic. 7. Verr. 86.

Tābes, is. f. [τηκεδὼν, Gl. L. G. & G. L.] Morbus eſt, cujus tres ſpecies ſunt. Una, qua corpus non alitur, & naturaliter ſemper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, ita ſumma macies oritur, & niſi occurritur tollit: Atrophiam hanc Græci vocant. Alia eſt quam appellabant Cachexiam, ubi malus corporis habitus eſt, ideoque omnia alimenta corrumpuntur: quod fere fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiam ſi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt. Tertia eſt ſpecies, quam Græci Phthiſin nominant, ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt conſumi & tabeſcere. Oritur fere a capite, inde in pulmonem deſtillat, huic exulceratio accedit. Ex hac febricula levis fit, quæ etiam quum quievit, tamen & repetit: frequens tuſſis eſt, pus excreatur. Hæc Perottus, ex Celſ. lib. 3. cap. 22. Virg. 6. Æn. 442.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. Ubi Serv. Tabe, Corpore deſluente paulatim.

Cæca tabe liquefactæ medullæ. Ovid. 9. Met. 175.

Funeſta tabes veneni, Mortifera veneni corruptio & ſanies. Ovid. 3. Met. 49.

Lenta tabe liquitur. Ovid. 2. Met. 807.

Pallida tabes lucri, Avaritia. Lucan. lib. 4. 96.

Sanguinis tabes. Liv. 30. 34.

Undantem tabem per auras late torquet ſerpens. Sil. lib. 17. 458.

Arborum tabes. Plin. lib. 17. cap. 24. de vitiis & morbis arborum, Quædam temporum cauſæ aut locorum non proprie dicuntur morbi, quoniam protinus necant: ſicut tabes cum invaſerit arborem, aut uredo: vel flatus alicujus regionis proprius, &c. Quæ verba Plinii ad verbum fere ex quarto Theophraſti, de plantis tranſcripta ſunt, qui hanc tabem πληγὴν τῶν δένδρων vocat, quaſi percuſſionem, aut ſtuporem arborum, quum ſtirpes areſcunt tabido morbo exuſtæ, eo modo, quo homines ægri longa tabe emaciati, defectique.

Membrorum tabes. Lucret. lib. 1. 806.

Imbribus & tabe membrorum arbuſta vaciſtant. al. Nimborum.

In tabem margaritam reſolvere. Plin. lib. 9. c. 35. Ex præcepto miniſtri unum tantum vas ante eam poſuere aceti, cujus aſperitas viſque in tabem margaritas reſolvit. De Cleopatra loquitur. Quid autem ſit in tabem reſolvi, hoc quidem loco, ipſe Plin. paulo poſt explicat his verbis: Detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit.

De nive liqueſcente dicitur. Liv. 21. 36. Fluentem tabem liqueſcentis nivis ingrediebantur. Et Lucan. 10. 225. *Prima tabes nivis.* i. e. Solutio.

Tabem,

Tabem, inquit Feſtus, eam quæ faceret tabeſcere apud antiquos uſurpatum. Salluſt. lib. 4. Hiſtor. 25. Qui quidem mos, ut tabes in urbem conjectus. Et Corviu. pro Liburnia, Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. Hæc Feſtus.
Mortifera tabe tincta ſagitta. Ovid. 3. de Pont. 1. 26.
Tabes etiam dicitur Vis corrumpendi putrefaciendique. Liv. 40. 29. Arca altera inanis inventa, ſine ullo veſtigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus abſumptis.
Fori tabes. Tacit. 11. Ann. 6. Et quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam advocatis ferat.
TABUS, vel TABUM, aliquid cruentum ſignificat, In tecto non invenitur, ſed tantum Ablativus Tabo. [αἷμα σηπτόν, λύθρον, ἐπὶ δὲ μονόπτωτον, Gl. L. G.] Eſtque Sanies & ſanguis corruptus. Virg. 3. Æn. 29.
Et terram tabo maculant. Ubi Serv. Tabo, Corrupto ſanguine. Et eſt nomen caſus ſeptimi tantum, ut Sponte, Natu. Quod ſi velis declinare, hæc Tabes, hujus Tabis dicis. Idem 8. Æn. 487.
— & ſanie tabuque fluentes. Serv. Sanies mortui eſt: tabo, viventis ſcilicet ſanguinis. Cic. 1. Tuſc. 107.
— ſaxa ſpargens tabo, ſanie & ſanguine atro. Ex poeta.
Infecit pabula tabo. Virg. 3. Georg. 481.
Nigro tabo. Ovid. 2. Met. 760.
Pruinas lividæ nigro ſqualentia tabo
Tecta petit. Ubi interpres, Diptotum nomen eſt & duorum caſuum. Nam Tabi & Tabo ſolum inveniuntur. [Ubi Tabi?
Putri tabo liquentia cadavera. Sil. lib. 13. 487.
Turpi dilapſa cadavera tabo. Virg. 3. Georg. 557.
Atro tabo fluentia membra. Virg. 3. Æn. 626.
Craſſo tabo oblita cuncta rubent. Stat. 5. Theb. 318.
TABITUDO, inis. f. [τῆξις] Idem quod Tabes. Plin. lib. 22. cap. 25. Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis ſubvenit. De alica.
TABIDUS, a, um. Adj. [φθινάς, Gl. L. G.] Tabeſcens, Corruptum, quod tabem patitur. Martial. lib. 1. 79.
Indignas premeret peſtis quum tabida fauces.
Lues tabida. Virg. 3. Æn. 137.
Mens tabida facta, Ægra & triſtis. Ovid. 1. de Pont. 1. 67.
Nix tabida, quum jam conſumitur, & colorem prorſus amiſit, ut jam fæci ſimillima ſit. Liv. 21. 36.
Vetuſtas tabida conſumit ferrum, Longinquitas temporis, qua omnia putreſcunt. Ovid. 4. de Pont. 8. 49.
TABIDULUS, a, um. dimin. Adj. Virg. Ciri. 182.
Tabidulamque videt labi per viſcera mortem.
TABIFICUS, a, um. Adj. [φθοροποιός, φθινηρός] Quod tabem inducit. Unde Cic. 4. Tuſc. 36. Ægritudo & metus, tabificæ mentis perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum & afflictionem inferunt. Plin. lib. 8. cap. 50. Et terram ediſſe iis tabificum eſt, niſi ſæpius mandant.
Aer tabificus, Peſtilens, infectio aëris. Lucan. lib. 5. 112.
Radii ſolis tabifici. Lucret. lib. 6. 737.
Tabificis ſubigit radiis Sol omnia luſtrans.
Saniem tabificam exſpirat ſerpens. Sil. lib. 6. 276.
Vis tabifica. Plin. lib. 29. cap. 4. Non enim eſt tabifica vis: itaque occiſa morſu earum animalia cibis innoxia ſunt.
TABIFICABILIS, e. Adj. [ταχυδαπής. Gl. L. G.] a veteribus dicebatur. Accius apud Non. 2. 852. Pars neci orbificor liberorum leto tabificabili.
TABIFLUUS, a, um. Adj. Venant. Fortunat. in vita Martini 4. 430.
Cunctaque tabifluus penetraſſet acumine morbus.
TABEO, [τήκω, Gl. G. L.] ēre. Etſi ſcriptum mendoſe eſt, Tabo, Marceo. ſive
TABESCO, [τήκομαι, φθίνω, ἢ φθίνω. Gl. L. G. & G. L.] ēre. Interiore ſenſu liqueſcere & conſumi, in tabem ire. Et proprie in amore & mœrore tabeſcere dicimur, quamvis de aliis dici poſſit. Gell. lib. 7. cap. 8. Delphinus amans deſiderio tabuit, exanimatusque eſt. Plaut. Capt. 1. 2. 31.
— ego qui tuo mœrore maceror,
Maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer.
Artus ſale tabentes, Diffluentes. Virg. 1. Æn. 173.
Ceræ tabuerant. Ovid. 8. Met. 227.
Corpora tabent. Ovid. 7. Met. 541.
Dies tabeſcit, Quæ ad occaſum tendit. Plaut. Stich. 5. 1. 8.
Galea tabeſcens. Claud. de 6. Conſ. Hon. 144.
Humor calore tabeſcit. Cic. 2. de Nat. Deor. 26
Lumina tabeſcunt fletu. Catull. 66. 55.
Sal tabeſcit. Cato de R. R. 88. pr. Id aliquoties in die quotidie facito, uſque adeo donec ſal deſierit tabeſcere.
Animus tabeſcit aſſiduis curis. Ovid. 5. Triſt. 1. 77.
Deſiderio alicujus tabeſcere. Cic. 2. in Catil. 6.
Ipſi ita acerba, ut tabeſcat dolore. Cic. 2. Att. 21.
Dolore ac miſeria tabeſcere. Ter. Adel. 4. 3. 12.
Luctu æterno tabeſcere. Lucret. lib. 3. 924.
Moleſtiis & morbo tabeſcere. Cic. 4. Tuſc. 34. Et 3. de Nat. Deor. 84.
Otio tabeſcere. Cic. 2. Att. 14.
TABEFACIO, ĕre. ſec. dub. &
TABEFACTUS, a, um. Partic. Solin. cap. 8. Tabefactis nivibus & liquentibus.
TABLINUM, V. TABULA.
TABO, ablativus. V. TABES.
TABOR, [Ταβώρ] Mons in medio Galileæ ſublimis.
TABRĂCA, [Τάβρακα] Oppidum eſt Africæ minoris. Silius Sabatram nominat lib. 3. 256.
Sabatra tum Tyrium vulgus, &c. Aliis Tabatra, quod minime mirum eſt. Barbara enim vocabula inepta ſunt, nec ſemper eodem ſono utraque lingua efferri conſueverunt, ut Hermolaus ſcribit. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop. 71.
Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro. V. SABRATA, & SABATHRA.
TĂBŬLA, æ. f. [σανίς. Gl. L. G. & G. L.] notæ ſignificationis.
Inciſa tabula his litteris. V. INCIDO.
Imprimere tabulas parieti. V. IMPRIMO.
Arripere tabulam de naufragio. Cic. 3. Off. 89.

E naufragio tabula. V. poſt NAVIS.
Laceræ tabulæ. Ovid. 11. Met. 427.
Ad tabulam decumbere. V. DECUMBO.
Imago alicujus in tabulis. Cic. 5 de Fin. 3. Subaudi Pictis.
Votiva tabula. Hor. 1. Carm. 5. 13. Naufragi evadentes, pictas cladibus ſuis tabulas præferunt, & cum quibus evaſerint veſtimentis ad Neptuni templum ſuſpendunt. Juven. 14. Sat. 302.
— & picta ſe tempeſtate tuetur. Et Virg. 12. Æn. 768.
Servati ex undis ubi figere dona ſolebant. Hæc Acron. V. Juven. 12. Sat. 27.
Pictæ tabulæ. Hor. 2. Epiſt. 2. 52. Cic. pro Roſc. Amer. 133. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe?
Tabula pro Charta Geographica. Propert. 4. 3. 35.
Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos.
Tabula, [χαρτοπίνακ, Gl. L. G.] ut Cerata tabula, In qua antiqui ſcribebant. Plaut. Aſin. 4. 1. 18.
Tabula, Liber eſt, quem ſibi quiſque noſtrûm privatim facere conſuevit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id eſt, Diarium & ephemeris actionum noſtrarum. Alfen. l. 203. D. de verb. ſignif. Conſtitutum eſt, eam domum unicuique noſtrûm debere exiſtimari, ubi quis ſedes & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. Budæus.
Tabulæ accepti & expenſi; Rationes in quas acceptæ & expenſæ pecuniæ referebantur. Cic. pro Roſc. Com. 2. Si tabulas C. Fannius accepti & expenſi profert ſuas, in ſuam rem, ſuo arbitratu ſcriptas, quo minus ſecundum illum judicetis, non recuſo. Moris fuit (inquit Pedian in 3. Verr. 60.) unumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere: in quo appareret quid quiſque de reditibus ſuis, quid de arte, fenore, lucrove ſepoſuiſſet, quoque die, & quid item ſumptus damnive feciſſet. Sed poſtquam aſſignandis litteris reorum ex ſuis quiſque tabulis damnari cœpit, ad noſtram memoriam tota hæc vetus conſuetudo ceſſavit. Hactenus Pedian. Et hoc vocat Cic. (l. c.) Conficere tabulas, & 12. Att. 4. ſub finem, & pro Cœl. 17. Et Sueton. in Jul. cap. 47. ſcribit eum Servitia politiora comparaſſe immenſo pretio, & cujus etiam ipſum puderet, ſic ut rationibus vetaret inferri. Budæus.
Suis tabulis cauſam dicere, pro Domeſticis rationibus. Cic. 3. Verr. 102. An tuis ſolis tabulis cauſam te dicturum exiſtimaſti?
Novæ tabulæ, [χρεῶν ἀποκοπαί, Gl. L. G.] appellantur, quando debitores creditas pecunias cum uſuris perſolvere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis novæ tabulæ conficiuntur. Cic. 2. Off. 83. Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, niſi ut emas tibi mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?
Inepte apud Saluſtium Valla in ſuis Comm. Admirandas tabulas, & artificioſe pictas exponit, quæ poſſidebantur a divitibus. Reprehendit & Rivius apud Salluſt. H. St. Locus eſt in Catil. c. 21. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proſcriptionem locupletium, &c. ubi V. omnino Riv. & Cort. conf. & Lex. Pitiſc.
Vindicem enim tabularum novarum novam tabulam vidimus. Cic. 11. Philipp. 14. Al. Vindices, male. V. loc.
Conficere tabulas. V. CONFICIO. & quæ paulo ſupra.
Referre in tabulas quodcunque commodum eſt. Cic. pro Flacc. 20. V. loc.
Tabulæ, Syngraphæ, & documenta litteraria. Cic. 2. de Orat. 118. Nam pro tabulis & contra tabulas, & pro teſtibus & contra teſtes, &c. vel ſeparatim dicere ſolemus de genere univerſo, &c. Inde illud, Tabulis obſignatis cum aliquo agere; 5. Tuſc. 33. Budæus.
Tabula pro Auctione. Cic. pro Cæcin. 16. Adeſt ad tabulam, licetur Æbutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cæſenniæ, partim etiam pretio. Fundus addicitur Æbutio. Tabulam poſuit pro Auctione: quod auctionis ſignum tabula figebatur. Intelligit itaque Tabulam pendulam, publice propoſitam atque ſuſpenſam, quæ loquebatur fundum Fulcinianum venalem. Nempe quemadmodum hodie in charta, ſic olim in tabula res venales ſcriptæ certo publico loco affigebantur, ac proſcribebantur: id eſt per ſcriptum proponebantur ac publicabantur, ſive inſcriptione, aut venales, aut locandæ ſignificabantur, ut omnes cognoſcerent. Idem 12. Att. 40. De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tua gratia, aliud noſtra, ut præconi ſubjiciantur. Id niſi fit, excludemur. Sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis noſtra cupiditate. h. e. Sin præconi ſubjicientur, & auctio fiet. Hæc tabula etiam Titulus dicebatur, & Libelli. V. ſuis locis. V. etiam Auctionariæ tabulæ, in AUCTIO.
Proſcribere tabulam, Affigere auctionem. Cic. 2. Q. frat. 6. Senſit Milo, dedit cuidam non familiari negotium, qui ſine ſuſpicione emeret eam familiam a Catone. Quæ ſimul abducta eſt, Racilius, qui unus eſt hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eaſque homines ſibi emptas eſſe dixit: & tabulam proſcripſit, SE FAMILIAM CATONIANAM VENDITURUM. In eam tabulam magni riſus conſequebantur.
Tabula Valeria. Cic. 14. Fam. 2. Quemadmodum a Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Idem in Vatin.
Tabula proſcriptionis, Qua bona, & capita, damnatorum civium Ro. lege Cornelia, proſcribebantur. Juvenal. Sat. 2. 28.
In tabulam Sullæ ſi dicant diſcipuli tres. Plura V. in PROSCRIPTIO.
Eximere alicujus nomen de tabulis. Cic. pro Roſc. Amer. 26. De Tabulis Proſcriptionis Sullanæ loquitur.
Tabulæ, vel Tabellæ judicum etiam dicuntur, Aſcon. in Divin. 24. In cauſis majoribus judices univerſi in ciſtam tabulas ſimul conjiciebant, ſuas inſculptas litteras habentes Abſolutionis, ſive Condemnationis, cum de alicujus capite agebatur: N & L ampliationis. His enim litteris ſignificabant Non liquere. Idem Aſconius alio loco, Tabellas ceras intelligit, quibus ſententias ferebant. Erant enim ſententiæ non vocales, ſed tabellariæ. Cic in Piſon. 11. Cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ, quem in ſenatu ſententiam rogabas tertium.
Tabulæ, Publicæ ſcripturæ, cujuſcunque materiæ vel cauſæ eſſent. ut
Cenſoriæ tabulæ, In quibus cenſus Civium Ro. erat perſcriptus. V. CENSEO.
Teſtimonia dicuntur aut per tabulas, aut a præſentibus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Configere tabulas. V. CONFIGO.
Tabulæ XII legum apud Romanos dicebantur, non quod XII leges eſſent,

eſſent, ſed quod XII tabulis conſcriptæ fuerint. Æs enim, in quod leges incidebantur, in tot tabulas, quot commodum erat, ſecabatur. V. Auguſt. de Leg. cap. 16. De his, & plura in Lex. Pitiſc. & apud Rupert. in Enchirid. Pomp. de O. J. Cap. V. §. 4.
Ordinataque erat in XII. tabulis tota juſtitia. Flor. 1. 24. 1.
Bibliothecas omnium philoſophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare. Cic. 1. de Orat. 103.
Figere tabulam, & refigere. Cic. 12. Philip. 12. Num figentur rurſus hæ tabulæ, quas vos decretis veſtris refixiſtis? Simile eſt illud Virg. 6. Æn. 622.
— fixit leges pretio, atque refixit. Leges enim in tabulis æneis inciſæ erant. Hinc eſt illud Cic. 12. Fam. 1. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Et paulo poſt, Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus? Leges intelligit Cæſaris, de quibus fuſiſſime Philip. 1.
Tabulæ numero plurali, ſive per diminutivum Tabellæ, dicebantur Teſtamenta. Ulp. in l. 1. D. de bonor. poſſ. ſecund. tabul. Tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figuram. Sive igitur tabulæ ſint ligneæ, ſive cujuſcunque alterius materiæ: ſive chartæ, ſive membranæ ſint, vel ſi corium alicujus animalis: tabulæ recte dicuntur. Hæc ille. Quintil. lib. 6. cap. 4. Vetus habebat teſtamentum: & unus ex amicis recentioribus, ſperans aliquid ex mutatione tabularum, falſam tabulam intulerat, conſulens eum an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema judicia. Noli, inquit, facere: offendis illum.
Primæ tabulæ teſtamenti ſunt, in quibus heredes primo loco inſtituuntur: ſecundæ ſunt, in quibus ſubſtitutiones fiunt, ſi inſtituti hereditatem non adierint. Tabulæ enim teſtamentum ſignificant. Unde bonorum poſſeſſiones ſecundum tabulas & contra tabulas dictæ. Tabulæ etiam dicuntur folia teſtamenti. Quare primæ & ſecundæ tabulæ intelligi poſſunt prima & ſecunda charta teſtamenti, quæ etiam primæ & ſecundæ ceræ dicuntur. Budæus. conf. CERA.
Accuſare tabulas. V. ACCUSO.
Aperire tabulas teſtamenti. Cajus, quemadmodum teſt. ape. l. Sed ſi quis, & ſi forte omnibus abſentibus cauſa aliqua aperire tabulas urgeat, &c.
Obſignare tabulas. V. OBSIGNO.
Signatæ tabulæ. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Tabulæ ſupremæ, Teſtamentum. Martial lib. 5. 33.
Quadrantem Criſpus tabulis, Fauſtina, ſupremis
Non dedit uxori, cui dedit ergo? ſibi. Criſpus hic omnia luxu perdiderat, moriens itaque nihil reliquit uxori, quoniam omnia dederat ſibi, id eſt, ventri ſuo.
Τάβλα, ὄνομα παιδιᾶς. [illegible] Παλαμήδης [illegible] Ἑλληνικῷ ſtratῷ, [illegible]. Τάβλα γὰρ [illegible], &c. Et apud eundem legitur Ταβλίζειν in v. Πεττεύειν. Nam hoc per illud exponit. Ergo eſt quod Gallice *le Tabler*. Videndum an non & aliquis ex Lat. recentioribus ita uſus ſit. H. St. Poſterior Suidæ locus hic eſt, Πεττεύειν, [illegible]. Ubi ſuſpicor pro [illegible] ſcribendum. Gloſſ. Græcolat. Τάβλα, Tabula, [illegible], omiſſa interpretatione Latina. Ibid. [illegible]... ito. Forſan Luſito reliquit. conſ. Pitiſc. in Tabula luſoria. Ubi & plures alios uſus hujus vocabuli V.
TABELLA, æ. f. [πινάκιον, Gl. G. L.] Parva tabula. Plin. lib. 16. cap. 39. Inventum eſt pictorum tabellis immortale. Cic. 7. Fam. 23. Ea volebam tabellis ornare.
Pictæ tabellæ. Hor. 2. Serm. 1. 72.
— aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Votiva tabella. Juven. 10. Sat. 07.
Raſis tabellis infuſa cera. Ovid. 1. de Arte Am. 437.
Croceæ membrana tabellæ, Liber. Juven. 7. Sat. 23.
Legitimis tabellis tibi juncta mulier, Sponſalibus. Juven. 6. Sat. 199.
Conſignare tabellas, Dotis. Plaut. Curc. 2. 3. 86.
Obſignatis tabellis agere cum aliquo. Cic. 5. Tuſc. 33.
Tabellæ, Epiſtolæ dicebantur, quod in brevibus tabulis ſcriberentur. Plaut. Epid. 2. 2. 66. Idem Pſeud. 1. 1. 25. Tace dum perlego tabellas.
Blandæ denſæque tabellæ, Codicilli ſæpe miſſi. Juven. 9. Sat. 36.
Committere verba tabellis. Ovid. 9. Met. 585.
Laureatæ tabellæ. V. LAUDO.
Lepidæ tabellæ. V. LEPIDUS.
Verba dedit ferenda tabellis. Ovid. 14. Met. 707.
Properatæ tabellæ, Celeriter ſcriptæ. Ovid. 9. Met. 586.
Arcanas ſignare tabellas. Ovid. 2. Amor. 15. 25.
Tabellæ, in quibus judices ſcribebant. Cic. 1. Verr. 24. Ceratam unicuique tabellam dari, cera legitima, non illa infami ac nefaria. Idem 6. Verr. De quo vos ſententiam per tabellam feretis? De tabellis his vide Uti rogas, in ROGO, & PONO, & SENTENTIA.
Tabella damnatoria, & abſolutoria. Sueton. in Auguſt. cap. 33. Non tantum duas tabellas, damnatoriam, & abſolutoriam, ſimul cognoſcentibus dedit: ſed tertiam quoque, qua ignoſceretur iis, quos fraude ad ſignandum, vel errore inductos conſtitiſſet. De Falſo loquitur teſtamento Suetonius.
Videris in tabella, jam ante quanta facta ſit labes. Cic. de Amicit. 41. i. e. In ipſis judiciis.
Ferre tabellam. Cic. 2. de Lege Agr. 4. Quod mei comitiis non tabellam, indicem tacitæ libertatis, ſed vocem vivam, præ vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum ac ſtudiorum, tuliſtis. Alii legunt Vindicem libertatis rectius.
Grata populo tabella, quæ frontes aperit hominum. Cic. pro Planc. 16.
Tabella dimidiata. Varr. R. R. 3. 2. pr. Vis potius villæ publicæ utamur umbra, quam privati candidati tabella dimidiata ædificemus nobis? h. e. Vis ingrediamur potius villam publicam, quam in anguſtum tabernaculum candidati noſtri nos conſtipemus? Nam Dimidiatam tabellam dixit, Exiguam tabernaculi partem multis hominibus refertam: ædificat autem ſibi, qui tanquam ædificium ſibi parat & locum. Turneb. Adverſ. 8. 7.
TABELLARIUS, a, um. Adj. [πινακικὸς] ut, Lex tabellaria. Cic. pro Sext. 103. Tabellaria lex ab L. Caſſio ferebatur: populus libertatem agi putabat ſuam: diſſentiebant principes, & in ſalute optimatium temeritatem multitudinis & tabellæ licentiam pertimeſcebant. Aſconius in ſecundam Verrinarum 30. L. Caſſius, Inde, inquit, ſunt leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragiis libere ferendis, non voce, ſed tabella. V. Suffragia quomodo ferri ſolerent, in SUFFRAGOR.
Tabellariæ naves, Quæ præmittebantur in portum, ad nuntiandum adventum proximæ claſſis. Senec. Epiſt. 78.
TABELLARIUS, ii. m. [γραμματοφύλαξ, Gl. G. L.] Ratiocinator, ſupputator. Qui in tabella, nomina & rationes obſervat. Sidon. ad Petrajum 4. 11. Sed & illa ſuſcipiebat hunc grandites, habens in eo conſiliarium in judiciis, vicarium in eccleſiis, procuratorium in negotiis, villicum in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem. Hic tamen nonnulli legunt, Tabularium.
Locuples tabellarius. V. Locuples in LOCUS.
Tabellarius, [γραμματοφόρος, Gl. L. G.] Qui litteras perfert. Officium ſervile. Cic. 14. Fam. 22. Idem 9. Fam. 15. Duabus tuis epiſtolis reſpondebo: uni, quam triduo ante acceperam a Zeto: alteri quam attulerat Phileros tabellarius.
Fidelis tabellarius. Cic. 2. Att. 13.
Deprehendere tabellarios. Cic. 12. Fam. 12.
Excutere tabellarios. Cic. 10. Fam. 31.
Mittere tabellarios, vel remittere. Cic. 12. Fam. 12.
Subminiſtrare tabellarios vel præbere. Cic. 9. Q. frat. 12.
Scrutari tabellarios. Cic. 10. Fam. 31.
Tabellarius, [δελτωτὸς, Gl. G. L.] Qui tabellas conficit.
TABELLIO, önis. m. [[illegible], Gl. L. G.] Firmic. lib. 5. cap. 2. & lib. 8. cap. 28. Idem lib. 4. cap. 5. Tabelliones publicos facit, & qui ex litteris quærant vitæ ſubſidia. [Suid. Ταβελλίων, ὁ τὰς [illegible].
TABULARIS, e. Adj. [πινακικὸς] Quod ad tabulas pertinet, & in tabulatum ornatum accommodatus. Plin. lib. 34. cap. 9. Æs omne frigore magno melius fundi. Sequens temperatura ſtatuaria eſt, eademque tabularis.
Clavus tabularis. Petron. 75.
TABULARIA, orum. n. pl. Species tormenti. Senec. lib. 3. de Ira, cap. 19. Torſerat per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, tabularibus, equuleo, igne, vultu ſuo.
TABULARIUM, ii. n. [λογιστήριον, Gl. L. G.] Locus erat Romæ refertus omnibus inſtrumentis, tabulis, litteriſque publicis, in quibus omnia paſcua, prædia, vectigalia, portoria, civitates, redemptioneſque publicanorum perſcripta erant. Erat autem in atrio Libertatis. Livius 43. 16. Cenſores extemplo in atrium Libertatis aſcenderunt, & ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis ſervis publicis, negarunt ſe prius quicquam negotii publici geſturos, quam judicium populi de ſe factum eſſet. De eo Virgil. ſcripſit, 2. Georg. 502.
Inſanumque forum populi & tabularia vidit. Turnebus.
TABULARIUS, ii. m. [λογογράφος, λογιστὴς, Gl. G. L.] Supputator, ratiocinator. Ulp. in l. ult. D. Si menſor falſum modum dixerit. Ego & adverſus tabularium puto actionem dandam, qui in computatione fefellit. Tabularii, inquit Antonius Auguſt. ſunt Qui magiſtratibus, in publicis, aut privatis negotiis cautiones, acta & rationes conſcriberent. Hos ſervos publicos appellatos ſcimus, quod ſervi fuiſſent, antequam id fieri Arcadius vetaret conſtitutione 3. De tabulariis, ſcribis, holographis, & cenſualibus, quæ in Theodoſiano quoque libro extat. Hodie Tabelliones appellantur: ſed iis rationum tabulæ nullæ committuntur, ut tabulariis. Hæc ille. Sen. Epiſt. 88. Non eſſe feliciorem, cujus patrimonium tabularios laſſat. i. e. Computatores.
Tabularii, Obſignatores tabularum, ſive hæ ad teſtamentum, ſive ad aliud pertineant. Tacit. lib. 14. Ann. 40. Igitur Fabianus tabulariis, quos memoravi, & aliis minus illuſtribus obſignat.
Tabularius ſcholæ medicorum. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 632. n. 4. M. LIVIO. CELSO. TABVLARIO. SCHOLAE. MEDICORVM.
TABULINUM, vel TABLINUM, i. n. [[illegible]] Mœnianum tabulis fabricatum. Varr. de vit. Pop. Rom. lib. 1. Ad focum hieme ac frigoribus cœnitabant: æſtivo tempore in propatulo: rure in corte: in urbe, in tabulino, &c. V. Nonium 1. 122.
Tabulinum, quod & Tablinum, i. n. Locus hibernæ ſtationis atrio proximus, quod fere ex tabulis conſtaret: item ubi tabulæ & inſtrumenta publica monumentaque rerum geſtarum, actoremque aſſervuntur. Græcis Grammatophylacium dicitur. Plin. lib. 35. cap. 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in Magiſtratu geſtarum. De privato tabulario vel tablino Plinius intellexit. Cic. 3. de Nat. Deor. Tabularium dixit, Tabulinum, Apul. lib. 2. ult. Florid. p. 364. Elmenh. Medici cum intraverint ad ægrum, uti viſunt, nemo eorum, quod perpulcra tabulina in ædibus cernant, & lacunaria auro oblita, &c.
Tablinum, inquit Feſtus, proxime atrium locus dicitur, quod antiqui Magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant: publicarum rationum cauſa factum locum. Poſtrema Pauli ſunt.
TABULATIM, Adv. Diſtinctione tabulis facta. Pallad. 3. 9. Placet genere vitium tabulatim diſponi.
TABŬLO, [σανιδόομαι] āre. Tabulis aliquid conſtruere.
TABULĀTUS, a, um. Partic. [σανιδωτὸς] Ex tabulis factum. ut, Tabulatus tranſitus, Tabulis ubique interpoſitis confectus. Plin. Epiſt. 17. lib. 2.
TABULĀTUM, i. n. [σανίδωμα, Gl. L. G. & G. L. σανίδωμα, L. G.] Plana in ædificiis ſuperficies, quadratis lapidibus, vel etiam tabulis conſtrata & parietibus undecunque ſuffulta. Cato R. R. cap. 3. Si in terra, vel tabulato olea nimium diu erit, putreſcet, oleum fœtidum fiet.
Tabulatum, pro Contabulatione. Cæſ. 6. Bell. Gall. 28. In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit, præſidiumque cohortium duodecim, pontis tuendi cauſa, ponit. Juven. 10. Sat. 105.
— numeroſa parabat
Excelſæ turris tabulata. Virg. 2. Æn. 464. Summa tabulata.
Deſtruit tabulata. Stat. 10. Theb. 870.
Strata ſolo tabulata. Stat. 1. Silv. 5. 57.
Tabulata, in arboribus ſunt, Rami effuſiores & in plana tendentes, non in altiora creſcentes, inquit Serv. ad hæc Virg. 2. Georg. 361.
— ſummaſque ſequi tabulata per ulmos. Plin. lib. 17. cap. 23. Et ulmus detruncata a media in ramorum ſcamna digeritur, nulla fere viginti pedum altiore arbore: tabulata earum ab octavo pede

vo pede altitudinis dilatantur in collibus, ſiccisque agris. V. Columel. lib. 5. cap. 6.

TABULATIO, ōnis. f. [σανίδωσις] Ipſa tabularum constructio. Cæſ. 2. Beli. Civil 9. Centonesque insuper injecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium excuterent.

TABULĀMENTUM, i. n. Idem ac Tabulatio, vel Ipſæ tabulæ. Frontin. Strat. 2. 2. Junxit dolia, conſtravitque tabulamentis.

TABUM, V. TABES.

TĂBURNUS, i. m. Mons Campaniæ, olivetis abundans. Virg. 2. Georg. 38.

— juvat Iſmara Baccho
Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum.

T A C

TACAPA, [Τάκαπα] Ptolemæo lib. 4. cap. 3. Urbs Syrtis parvæ: Plinio Tacape: vulgo *Capes*.

TĂCEO, ui, itum, [σιωπάω, σιγάω, Gl. L. G. & G. L.] ēre. Idem quod Silere, & proprie, Sermonem intermittere. Ter. Eun. 3. 2. 23.

Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem, Thraſo?
Tacent, ſatis laudant.

Enunciabo apud homines familiariſſimos, quod ſemper tacui, & tacendum putavi. Cic. 2. de Orat. 219.

Ante exſpectatum tacuit. Ovid. 4. Met. 789.

Tacere aliquid, Reticere. Ter. Eun. 1. 2. 23.

Callida quid tacere. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Taceo te. Plaut. Mil. 4. 2. 100. Al. Taneo.

Ulciſci ſe tacendo. Ovid. Rem. Amor. 645.

Tacere de. Plin. lib. 13. cap. 16. De menſis tamen tacuit.

De re aliqua tacere. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Nimium diu de rebus alicujus tacere. Cic. 1. Att. 16.

In his ſaltem rebus, in quibus de ſe taceri velit, tacere. Cic. de Lege Agrar. 3. 4.

An me taciturum tantis de rebus exiſtimaviſtis. Cic. 2. Verr. 27.

Tace, Securus eſto: quoniam qui ſecuri ſunt, nullam interrogandi cauſam habent. Ter. Adel. 2. 4. 16. Tace modo, ac ſequere. Ibid 2. 2. 1.

Tace, egomet conveniam jam ipſum; cupide accipiat jam faxo.

Tacere etiam dicuntur Quæ ſine voce ſunt. Virg. 4. Æn. 363.

— totumque pererrat
Luminibus tacitis. [Pro Tacens ipſe.] Et 4. Æn. 525.
Quum tacet omnis ager. [Strepitu omni caret.

Amor tacetur in medio Marte. Ovid. 2. Amor. 18. 36.

Jurgia turbida tacuerunt. Lucan. ad Piſon. 74.

Oculi tacent. Ovid. 2. Amot. 5. 17.

Plectra dolore tacent, Non reſonant. Ovid. 15. Epiſt. 198.

Taceantur. Martial. de Spectac. 28.

Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.

Tacitum eſt, Imperſonale. Ter. Adel. 3. 4. 28.

Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.

TACENS, entis. [σιωπῶν] Partic. Plaut. Rud. 4. 4. 72.

Quidum? C. quia enim neque loquens es, neque tacens, unquam bonus.

Oratio tacens. Quintil. lib. 2. cap. 28. [Error ex Lipſ. Theſ.

Fluvius tacens, Sine murmure, & quaſi imperceptibiliter fluens. Sen. Herc. fur. 9.

Vento tacente tumuit mare, Non flatu ſtrepente. Sen. Med. 10.

TACENDUS, a, um. aliud Partic. [σιωπητέος] Martial. lib. 1. 50.

Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræque laus Hiſpaniæ.

Loqui tacenda. Ovid. 2. de Arte Am. 604.

TACĬTUS, a, um. Adj. ex Partic. [σιγηλός, σιωπηρός, Gl G.L.] Qui tacet: & quod tacetur. Plaut. Rud. 4. 3. 88. Tu abi tacitus tuam viam. Ter. Eun. 3. 5. 23. Quid eſt? c. tacitus citius audies. Idem Hec 4. 1. 3.

Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.

Aſſentitur tacitus. Cic. 1. Verr. 22.

Accepit hanc plagam tacitus. Cic. 5. Verr.

Arguit tacitus. Liv. 2. 16.

Conſilium dat tacitus. Cic. 2. Verr. 34. Id enim conſilii mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi neceſſario capiendum intelligo.

Perſpicere voluntatem tacitorum. Cic. 1. in Catil. 20.

Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis omnino non uteremur. Cic. pro Cæcin. 53.

Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. Cic. 3. in Catil. 26.

Acceſſus tacitus. V. ACCEDO.

Affectu tacito lætari, Amare occulte. Ovid. 7. Met. 147.

Annis tacitis ſeneſcimus, Tacite fluentibus. Ovid. 6. Faſt. 771.

Aſſenſio tacita & occulta. Cic. pro Milon. 12.

Cælo tacito labentia ſidera. Virg. 3. Æn. 515. i. e. Nocturno, per quod tacetur, vel quia cæli motus a nobis non auditur.

Cogitationes tacitæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Commendatio tacita. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Curſus tacitus fluminis, Lenis, ſine ſtrepitu. Ovid. 14. Met. 601.

Dignitas noſtra in id tacita eſſe poterit? pati poterunt oculi, me cum Gabinio ſententiam dicere? Cic. 10. Att. 5.

Dolor tacitus. Ovid. 2. Faſt. 156.

Dulcedine tacita tangere pectus, Viſcera introrſum titillare. Lucret. lib. 3. 909.

Exiſtimatione tacita reprehendi. Cic. de Provinc. Conſ. 40.

Exſpectatio veſtra tacita jamdudum alio me vocat. Cic. pro Cluent. 63.

Figura corporis tacita. Cic. pro Roſc. Com. 20.

Furtum tacitum, Occultum. Ovid. 1. Faſt. 549.

Inceſſu tacito progreſſus. Virg. 10. Æn. 019.

Inimicitiæ occultæ & tacitæ magis timendæ ſunt, quam indictæ & apertæ. Cic. 7. Verr. 181.

Ira tacita exæſtuare, Tecta, occulta. Ovid. 6. Met. 623.

Mæſtitia tacita. Liv. 2. 29. Sed ſilentium triſte ac tacita mæſtitia ita defixit omnium animos.

Mente tacita gerit vulnus inconſolabile. h. e. Maximum dolorem. Ovid. 5. Met. 428.

Murmure tacito venerantur numen, Voce ſubmiſſa. Ovid. 6. Met. 203.

Nox tacita, In qua omnia tacent animalia. Ovid. 9. Met. 473.

Nutus taciti. Ovid. 3. Amor. 11. 23.

Officium & ſtudium tacitum. Cic. pro Quint. 78.

Os tacitum præbere alicui. Cic. 5. Verr. 36.

Pallore tacito fateri animum. Ovid. 6. Faſt. 19.

Paſſu tacito præterire. Claud. 6. Conſ. Hon. 509.

Pectus tacitum pertentant gaudia. Virg. 1. Æn. 509.

Piſces taciti, Muti. Ovid. 4. Met. 50.

Signo tacito exercitum adduxerunt. *Liv.* 29. 30.

Timor tacitus. Lucret. lib. 6. 1177.

Vias tacitas hoſtibus monſtravit. Martial. 13. 60. De cuniculo.

Via tacita. Quintil. lib. 3. cap. 5.

Voce tacita dicere aliquid, Suſurrare. Ovid. 9. Met. 300.

Vultus taciti. Ovid. 2. Amor. 7. 21.

Judicium tacitum, Genus quoddam judicii fuit apud Romanos, de quo ſic ad Atticum 4. 16. Cicero loquitur, Senatus decrevit ut tacitum judicium ante comitia fieret, ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos: magnus timor candidatorum. Interdum cum magno ambitu honores petebantur aperta largitione, ob candidatorum contentionem, diſciplinæ & inſtitutis patriis legumque juſſis repugnantem, populique tribus & centurias corrumpentem: Senatus decernebat, ut judicium fieret tacitum in candidatos, quo vel ante damnarentur ambitus, vel eorum comitiis ratio non haberetur, quod more majorum petiiſſe non viderentur. Hinc meridiana luce clarius redditur, quod apud Cic. 3. Off. 24. alioquin eſt obſcurum, ubi ait, Quamvis enim demerſæ ſint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando, aut judiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Hic enim Tacita judicia, non alia eſſe arbitror, quam quæ ex epiſtola ad Atticum eruta paulo ante ſunt. Ex Turnebo.

Tacitus, Paſſive aliquando accipitur, pro Indicto. Virg. 6. Æn. 841.

Quis te, magne Cato, tacitum, aut te Coſſe, relinquat? Cic. 3. Fam. 8. Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt.

Tacitum, ſubſtantivum, pro Arcano quod taceri volumus. Senec. Epiſt. 84. Falſum ergo eſt hoc, quod patrocinii loco ponitur, ei, qui ſoleat ebrius fieri, non dari tacitum.

Vulgator taciti. Ovid. 3. Amor. 7. 51.

TACĬTŬLUS, a, um. Adj. dimin. Varro apud Non. 2. 834. Novus maritus tacitulus taxim uxoris ſolvebat cingulum.

TACĬTE, Adv. [σιωπηρῶς, Gl. L. G. ſec.] h. e. Secrete, & ſubmiſſe. Plaut. Pœn. prol. 32. Matronæ tacite ſpectent, tacite rideant. Idem Aſin. 3. 2. 42. Tacite auſcultemus.

Tacite dat ipſa lex poteſtatem. Cic. pro Milon. 11.

Tacite, obſcureque concedere. Cic. pro Quint. 50.

Tacite prætereuntem exſecrari. Liv. 2. 58.

Tacite rogare. Cic. pro Lege Manil. 13.

Annus tacite labens. Ovid. 1. Faſt. 65. Hoc dixit ad ipſum tempus reſpiciens, quod eſt menſura motus cæli, quod quidem tacite movetur.

Habere aliquid tacite. Liv. 42. 16. Et quanquam diſſimulare, & tacite habere id, patique ſtatuerat.

TACĬTO, aliud Adv.

Tacito intelligere. Cic. 4. Verr. 180.

Tacito molitur fugam. Juſtin. 18. 4. 9.

TACĬTĀBUNDUS, a, um. Adj. Quaſi a Tacito, āre. Donat. in Virg. Ille ſæpe tacitabundus diſcedebat.

TACĬTŬRIO, īvi, īre. Sidon. 8. Epiſt. 16. Taciturire deliberavimus.

TACĬTURNUS, a, um. Adj. [σιωπηρός, σιγηλός, σιγηρός] Qui natura facile tacet.

Horace Epiſt. penult. lib. 1.

Deme ſupercilio nubem; plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi. H. St. Eſt Ep. 18. v. 94.

Delia taciturna. Tibull. 1. 2. 33.

Obſtinatio taciturna. Nepos 25. 22.

Silentia taciturna. Ovid. 2. de Arte Am. 505.

Flumen taciturnum, Tacite labens. Sil. 4. 224.

Ripa taciturna caret ventis. Hor. 3. Carm. 29. 24.

Statua taciturnius. Hor. 2. Epiſt. 2. 83.

Oſtium taciturniſſimum, apud Plaut. Curc. 1. 1. 20.

TACĬTURNŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. Blanda mulier, & taciturnula.

TACĬTURNĬTAS, ātis. f. [σιωπή Gl. L. G. σιγή G. L.] Obſervantiæ genus in ſilentio conſtitutæ. Ter. And. 1. 1. 7.

Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide, & taciturnitate. Cic. 1. Fam. 5. Sed noſti hominis tarditatem & taciturnitatem.

Anxia taciturnitas. Cic. in Piſon. 32.

Invida taciturnitas. Hor. 4. Carm. 8. 23.

Perpetua taciturnitas. V. PERPETUUS.

Suſpicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat. Cic. 7. Att. 8.

Experiri taciturnitatem alicujus. Cic. de Clar. Orat. 231.

Taciturnitas imitatur confeſſionem. Cic. 1. de Invent. 54.

TACHŌS, [Ταχώς] Rex Ægyptiorum fuit, qui cum Ageſilaum Lacedæmoniorum regem, brevis ſtaturæ hominem, qui idcirco venerat, ut cum eo belli ſocietatem iniret, ſibique auxilium ferret, hoc intempeſtivo joco lacaſſiſſet, ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο· τὸ δ' ἔτεκεν μῦν, i. e. Parturiebat mons, ac Jupiter metuebat: ille autem murem peperit: regno ſuo eſt ſpoliatus, alienato a ſe Ageſilao, ſocietateque dirempta. Hæc Athenæus lib. 14.

TĂCĬTUS, [Τάκιτος] Cognomen gentis Corneliæ. C. Cornelius Tacitus, Eques Romanus, gener Cn. Julii Agricolæ, æqualis ac familiaris Plinii Junioris, Belgicæ Galliæ rationes procuravit, ſub Veſpaſiano, Domitiano, Nerva, & Trajano varios honores geſſit; ſcriptis vero ſuis, prudenti & arguta brevitate diſertis, immortalem ſibi laudem & gloriam comparavit. Hiſtoriam principum ab exceſſu Auguſti uſque ad Nervam Imp. conſcripſit, hujus quoque Trajanique principatum ſcripturus, ut ipſe in Proœm. lib. 1. Hiſt. teſtatur. Ejus non niſi Annalium libri VI priores, quinto mutilo tamen, & totidem poſteriores ab XI ad XVI, mutilum item, ſuperſtites ſunt. Scripſit & de Clar. Orat. Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolæ ſoceri ſui: & de moribus

ne

Digitized by Google

de ſitu Germaniæ, ſtilo preſſo & eleganti, tum arguto & ſententioſo: in cetera vero hiſtoria eliquantolum ſublimior. Scribit Flavius Vopiſcus in vita Claudii Taciti Imperatoris, cap. 10. hunc auctorem, tanquam a ſuis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies deſcribi, ne liber periret, eumque in omnibus bibliothecis apponi juſſiſſe. Tertullianus autem noſter eum mendaciorum loquentiſſimum appellat.

TACŎLA, [Τακώλα] Indiæ emporium extra Gangem Ptolemæo lib. 7. cap. 2. Hæc urbs a Portugalenſibus anno 1511. vi capta eſt; illis vero a Batavis anno 1640. poſt obſidionem ſex menſium expulſis, ſub horum, quorum etiamdum eſt, imperium ditionemque cecidit. Hodie *Malacca* dicitur.

TACTĬCUS, a, um. Adj. [τακτικὸς] Ordinarius, Diſpoſitus. Gloſſ. Græcolat. [Ibid. Τακτικῶς, Ordinato. At Suid. [illegible] exp. Hinc

TACTICA, æ. f. [τακτικὴ] Ars inſtruendæ aciei.

TACTĬCUS, i. m. [τακτικός] Hujuſce artis peritus.

TACTUS, V. TANGO.

T Æ

TÆDA, æ. f. [πεύκη, Gl. L.G. & G.L. δᾲς, δαδὸς, δάδιον, G. L. δᾲς καὶ λαμπάς, L. G.] proprie dicta (inquit Ruell.) a Græcis Das & Dadion vocatur. Sed ſui generis arbor in Illyrico eſt. Improprie autem Tædas appellamus tum piceæ ſativæ partes imas, tum alia quoque ligna, quæ flamma olei vel picis illitæ concepta, facula modo luceant. Plin. lib. 16. cap. 10. Sextum genus eſt tæda proprie dicta, abundantior ſucco, quam reliqua, parciore liquidioreque quam in picea, flammis ac lumini ſacrorum etiam grata. Hæ mares duntaxat, ferunt & eam, quam Græci ſycen vocant, odoris graviſſimi. Cæſ. 3. Bell. Civil. 101. Magno vento & ſecundo completas onerarias naves tæda, & pice, & ſtupa, reliquiſque rebus, quæ ſunt ad incendia, in Pomponianam claſſem immiſit.

Hinc Tædas vocamus Faces, quæ optimæ ex ea arbore fiebant.

Accenſa tæda. Lucret. lib. 6. 881.

Ceratæ tædæ. Ovid. 7. Epiſt. 23.

Pinea tæda. Ovid. 12. Epiſt. 34.

Pingues tædæ. Virg. 7. Ecl. 49.

Caſtæ adolet altaria tædis. Virg. 7. Æn. 71.

Fumida tæda piceum fert lumen. Virg. 9. Æn. 76.

Silva miniſtrat tædas. Virg. 2. Georg. 431.

Tæda, Pini morbus, ex abundantia ſucci, & ubertate larga luxuriantis naturæ proveniens. Theophraſt. de Hiſtoria Plantarum lib. 2. cap. 10. Morbum pinis accidere talem Idæi incolæ narrant: quum non ſolum cor, ſed etiam pars aeterna caudicis in tædam tranſiverit, tunc ſtrangulari quodam modo, quod ſponte accidit ubertate arboris largiſſima, quod quiſque conjectare poſſit. Tæda enim totum efficitur. Idem de Cauſis plantarum lib. 5. cap. 15. Arborum autem genus etiam aliquod fortaſſe eſt, cui corruptio ſecundum naturam ſponte, nec ullo pacto afflictam, ſed bene vigenti eveniat, ut pino, quum radices mutatæ in tædam fuerint. Ita enim fit ea nimietate nutritionis, atque exceſſu: quumque per tædam tranſmittere pabulum arbores nequeant, moriuntur. Quod proximum illi videtur, quod animalibus evenit, quæ extra modum craſſantur atque pingueſcunt. Quum enim auram attrahere nequeant, nec ullo pacto ſpiritu uti poſſint, propter obeſitatem condenſationemque, & illa ſtrangulantur, & pinus. Quamobrem non inepte ruſtici vocabulum iſtud de pino uſurpant. Pinum enim ſtrangulari ajunt obeſitate, atque pinguedine. Quippe omnia ſpiritum deſiderant aliquem, vel ſolutionem, vel meatuum libertatem. Plin. lib. 17. cap. 24. Arbores laborant & fame, & cruditate, quæ fiunt humoris quantitate. Aliquæ vero & obeſitate: ut omnia quæ reſinam ferunt: nimia pinguitudine in tædam mutantur: & quum radices quoque pingueſcere cœpere, intereunt, ut animalia nimio adipe.

Tæda pinea. Columel. 5. 10. Juxta ipſam radicem truncum findito, & fiſſuram cuneo tædæ pineæ adigito, & ibi relinquito. Catul. Epithal. Jul. & Manl. 59. 15.

Pelle humum pedibus, manu
Pineam quate tædam.

Tæda, pro Nuptiis. Mos enim antiquorum erat ut in nuptiis (inquit Varro) faces & tædæ ſemper præirent, quod antea non niſi per noctem nubentes ducebantur a ſponſis. Virg. 4. Æn. 18.

Si non pertæſum thalami tædæque fuiſſet.

Apta tædis tempora. Ovid. 6. Faſt. 221.

Ferales omine tædæ. Lucan. lib. 2. 112.

Felices tædæ. Catul. Argon. 62. 25.

Jugalis tæda apud Catonem R. R. cap. 10. Vetus exemplar legit Telam jugalem unam. Ovid. 4. Epiſt. 121.

At nec nupta quidem, tædaque accepta jugali.

Nuptiales tædæ. Apul. lib. 4. Aurei aſini, ad finem.

Pudica tæda. Ovid. 6. Epiſt. 134.

Copulari tædis. Senec. Herc. fur. 6.

Coire jure tædæ. Nuptiarum legitimo jure. Ovid. 4. Met. 60.

Exſpectant pactæ tempora tædæ, Pactarum nuptiarum. Ovid. 9. Met. 721.

Jungere tædas. Stat. 3. Silv. 4. 53.

Optato vox junxit lumine tæda. Catul. 64. 79.

Tæda, pro Carmine nuptiali apud Senec. in OEdip. 500.

Concinit tædas geminus Cupido. Sed rectius al. Concutit.

Scribitur & Teda per e longum. Sed hanc ſcripturam per diphthongum Græca origo confirmat, quam & membranæ exprimunt plurimæ.

TÆDĬFER, a, um. Adj. [δᾳδοφόρος] Tædifera Ceres eſt dicta, cujus ſacra noctu (ut in Prol. Aululariæ Plauti eſt) fiebant, in quibus ſacerdotes faces deferebant, Cererem imitati: quæ dum Perſephonem filiam, a Plutone raptam, tædis incenſis quæreret, Tædifera eſt appellata. Ovid. 2. Ep. 42.

Et per tædiferæ myſtica ſacra Deæ.

TÆDET, tædebat, tæduit, & tæſum eſt, [συνηχθόμαι, Gl. L. G. & G. L.] &c. ontæ ſignificationis. Ter. Eun. 1. 1. 27. Et tædet, & amore ardeo. Conſtruitur cum Infinitivo, aut Accuſativo a parte anteriori, & Genitivo a poſteriori.

Cum Infinitivo. Ter. Phorm. 3. 2. 2.

Audi quid dicam. D. at enim tædet jam audire eadem millies.

Cum Genitivo. Plaut. Caſ. 1. 54.

Abeo intro, tædet ſermonis tui. Subaudi Me. Ter. Eun. 2. 3. 6.

Tædet harum quotidianarum formarum. Cic. 2. Att. 24. Prorſus

vitæ tædet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima.

Tædet me hujus hominis. Συνηχθόμαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. Gloſſ. Latinogræc.

Tædet nemorum. Stat. 4. Theb. 263.

Quid quæris? tædet omnium me vitæ. Cic. 5. Att. 16.

Scribitur & Tedet, Tedium, &c. ſine diphthongo. Sed minus recte.

TÆDEO, & TÆDESCO, ĕre. [συνηχθόμαι, Gl. L. G.] Minut. Felix in Octavio 28. 11. Prius tædeſcit impudentiæ, quam pudeſcit.

TÆDIO, āre. Lamprid. in Alex. Sev. cap. 29. Neque unquam tædiavit, aut moroſus ac iratus reſedit. V. Caſaubon. ad loc. qui hanc vocem tanquam eleganiſſimam laudat.

Inde Ital. *Attediare*. H. St. qui & ſuperiorem locum adſcripſit, quum tota dict. in Lugd. deſideraretur.

Cor tædians. Tertull. adv. Jud. cap. 11.

TÆDIUM, i. n. [ἄχθος, ὄκνος, Gl. L. G. συγχύσις, G. L.] Plin. lib. 19. cap. 6. de allio, Tædium huic quoque halitu, ut cæpis, nullum tamen coctis.

Laboris tædium. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Laudis tædia. Virg. 4. Georg. 331.

Sollicitum tædium. Hor. 1. Carm. 14. 17.

Adducere tædium. Plin. 30. 13.

Afferre tædium. Liv. 34. 34.

Cepit tædium. Liv. 8. 2.

Capere tædia cœpti. Ovid. 9. Met. 615.

Devorare tædium. V. DEVORO.

Dictare tædium lucis. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Effugere tædium varietate. Quintil. lib. 4. cap. 2. Nam debet eſſe quam puriſſimus ſermo, & qui varietate tædium effugiat, & mutationibus animum levet.

Ferre tædia. Juven. 16. Sat. 44.

Ferenda tædia alicujus. Ovid. 14. Met. 718.

Levare tædium lectionis. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Parere tædium. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Subire longa tædia. Claud. 2. in Eutrop. 99.

Tædia ſubeunt animos. Juven. 7. Sat. 34. [Poëtæ fere in plurali ponunt.

TÆDIO, Adv. [ἀθύμως, Gl. L. G.] Et quidem bis. [Alioqui putabam ἀθυμῶ ſcribendum, & verbum eſſe Tædio, āre.

TÆDŬLUS, a, um. Adj. Feſtus, Tædulum antiqui interdum pro faſtidioſo, interdum quod omnibus odio eſſet, ponere ſoliti ſunt.

TÆDIŌSUS, a, um. Adj. [συγχυτός, Gl. G. L.] Firmic. lib. 1. cap. 3. Ille inviſus longam ac tædioſam lucis ſuſtinet ſarcinam. Lucis, i. e. Vitæ. De ſene loquitur invalido & mori cupiente.

TÆDITŪDO, inis, f. [συγχυσία] Gloſſ. Græcolat.

TÆNĂRUS, i. m. [Ταίναρος] Locus umbroſus, in radice Maleæ promontorii Laconiæ, juxta Spartam civitatem. In quo quia hiatus magnus eſt, & ſtrepitus progredientium percipiuntur, dixerunt veteres per hunc eſſe deſcenſum ad inferos. Virg. 4. Georg. 467.

Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis. Ibi erant λατομίαι, hoc eſt lapicidinæ lapidum pretioſorum, qui & Laconica marmora, & Tænarii lapides vocantur. Propert. lib. 3. 2. 11.

Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis.

Tænarus in ſingulari, Græce Ταίναρος, g. m. & f. eſt, in plurali neutrius.

Tænarum [Ταίναρον] neutro genere, inquit Suidas, promontorium eſt Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præſidis templum: illic ſupplicantes in ſacello Neptuni Helotas nihil veritus Lacedæmonii interfecerunt.

Inviſi Tænari horrida ſedes. Hor. 1. Carm. 34. 10.

Operta umbris Tænarus. Lucan. lib. 9. 36.

Spartanus Tænarus. Sen. Herc. fur. 7.

Tænara & aſpero regnum ſub domino. Sen. Troad. 402.

TÆNĂRIUS, a, um. Adj. [Ταινάριος] ut, Luci Tænarii. Stat. 1. Theb. 155.

Marita Tænaria, Helena. Ovid. 13. Epiſt. 45.

Tænarii lapidis meminit Plin. lib. 36. cap. 22.

Tænarias fauces, alta oſtia Ditis. Virg. 4. Georg. 467. conf. Dict. præced.

TÆNĂRIDES, æ. m. [Ταιναρίδης] pro Lacone. Ovid. 10. Met. 183.

TÆNĂRIS, idis. patronym. f. [Ταιναρίς] ut, Ora Tænaris. Ovid. 17. Epiſt. 6.

TÆNIA, æ. f. [ταινία] Vittarum extremitas. Virg. 7. Æn. 352.

—fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ.

Tænia, Tota vitta. Virg. 5. Æn. 269.

Puniceis ibant evincti tempora tæniis. A tæna, non tænia. Nam & tæna & tænia dicitur. Servius. [In codd. emend. non leguntur ita Serv. V. Pierii not.

Tænia proprie dicitur Faſcia, inquit Feſtus. Græca enim dictio eſt, ταινία, quam ſic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati, ut ſit apud Cæcilium in Androgyno, Sepulchrum plenum tæniarum, ita ut ſolet. Et alias, Dum tæniam, qui vulnus vinciret petit. Ennius in Alexandro, Volans de cælo cum corona & tæniis. Hactenus Feſtus. conf. Suid.

Tæniæ in charta. Plin. lib. 13. cap. 12.

Tæniæ, ſunt in mari Candicantes cautes, longo tractu faſciam imitantes, a quibus tænienſes purpuræ vocantur, quæ in illis degunt locis. Meminit Plinius lib. 9. pr. & 9. 37. apud quem Tænei maris perperam, pro Tæniæ maris ſcriptum eſt. Turnebus.

Tæniæ, Sunt etiam Lumbrici ventris, lati quidem illi, ſic dicti, quod inſtar faſciarum ſint lati ac longi. Unde proditum eſt a Plin. lib. 11. cap. 33. Intra hominem tæniæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine naſci. Al. Tineas male. Harum autem ſæpe meminit Plin.

Tænia, & Genus piſcis apud Plin. lib. 32. cap. 7.

TÆNIŌSUS, a, um. Adj. [κειριώδης] Gloſſ. Latinogræc. [Scribe Κειριώδης. Sunt enim Κειρίαι Lumbrici lati, ut teſtatur Erotianus in Gloſſ. Hippocr. Unde apparet eum intelligi Tænioſum, qui hoc ipſo morbo laborat.

TÆNIENSIS, e. Adj. ut, Purpuræ tænienſes, apud Plin. 9. 37. pr.

TÆNIŎLA, æ. f. dimin. [ταινίδιον] Faſciola. Columel. lib. 11. cap. 3. Braſſica, quum ſex foliorum erit, transferri debet, ita ut radix ejus liquido fimo illita, & involuta tribus algæ tæniolis pangatur. Hoc eſt quaſi Faſciolis circumdata.

TÆPOCÆ, i. n. ſic appellarunt Græci Genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus. Feſtus. V. not. Vat. & Voſſ. Etymol.

Digitized by Google

Tæter, vel **Tæterus**, tra, trum. Adj. [μυσαρός, Gl. L. G. & G. L. ἀγριόθυμος, ἄγριος, L. G.] Quod eſt malum, fœdum, & pollutum, crudele, & inſuave: tum ad mentem pertinens, tum ad ceteros ſenſus. ut, Bellua tætra, tæterrimus hoſtis, tæterrima mens. Plaut. Moſt. 3. 2. 128.

Nullum edepol hodie genus eſt hominum tætrius.

Abſinthia tætra, Triſtia, amara. V. ABSINTHIUM.

Aqua tæterrima. Hor. 1. Serm. 5. 7. Alii legunt Deterrima. [ut fere hæc confundi ſolent. V. infra.

Bellua tætra & immanis. Cic. 4. Tuſc. 44. Ipſam ægritudinem, quam nos, ut tætram & immanem belluam, fugiendam eſſe diximus, &c.

Bellum tæterrimum. Cic. 10. Fam. 14.

Cadavera tætra, Putrida & tabida. Lucret. lib. 2. 415.

Cauſa tæterrima belli, Peſſima. Hor. 1. Serm. 3. 107.

Colores tætri fœde ſpecie, Quos oculos averſatur. Lucret. lib. 2. 421.

Comes tæterrima mortis, fames. Columel. lib. 2. cap. 2.

Cruciatus tæter. Cic. 2. de Finib. 94.

Cui viperino morſu venæ viſcerum veneno imbutæ,
Tætros cruciatus cient. Ex poeta.

Diſcordia tætra. Hor. 1. Serm. 4. 60.

Facinus tætrum. Sen. Thyeſt. 8.

Homo tæter. Cic. 4. Fam. 12. Is vir clariſſimus ab homine tæterrimo acerbiſſima morte eſt effectus. Vetus codex habet Deterrimo. [Sed potior prior lectio, nec Deterrimus uſquam, niſi comparative, recte ponitur, nec dubito, quin locis compluribus corrigendum ſit. V. Deterior. in DETERO.

Hieme tæterrima. Cic. 8. Fam. 15. Nam tibi noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis, tæterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur?

Libido tætra, Obſcœna. Hor. 1. Serm. 2. 33.

Morbus tæter. Catul. de Lesbia, 74. 25.

Nox tætra nimborum, Nigra & picea caligo atque denſitas nimborum. Lucret. lib. 4. 173.

Odor tæter, Fœdus. Columel. lib. 7. cap. 5. Virg. 3. Æn. 228.

Ore tætro ſpirans flammas, Exitiali, pernicioſo. Lucret. lib. 6. 704.

Sanguinis tætri profluvium, Corrupti, purulenti. Lucret. lib. 6. 1203.

Sapor tæter. Lucret. lib. 6. 21.

Sententia tætra. Cic. 2. Q. frat. 5.

Spiritus tæter, Halitus venenoſus. Hor. 3. Carm. 11. 19.

Tenebræ tætræ, Horridæ. Cic. 2. de Lege Agr. 43.

Ulcera tætra, Peſtifera. Lucret. lib. 5. 998.

Perditorum tæterrimus. Cic. 1. Tuſc. 81. Vita omnium perditorum ita ſimimilis, ut eſſet facile tæterrimus. [Sed in noviſſime recenſitis melius Deterrimus, utpote manifeſta comparatione.

Tæter in aliquem, Atrociſſimus. Cic. 1. Tuſc. 96.

Tætre, tætrius, tæterrime. Adv. [ὠμῶς] Cic. 1. de Divin. 60. Multaque facere impure, ac tætre cum temeritate & impudentia.

Compar. Claud. de Laud. Stil. 2. 135.

Blanda quidem vultus, ſed qua non tætrius ulla
Ultrices fucata genas.

Superl. Cic. pro Domo 104. Quod ſevere de religione decerneret, impuriſſime tæterrimeque violaſti?

Tætritudo, inis. f. Acc. Philoct. Quod te obſecro, ne hæc aſpernabilem tætritudo mea in occulto faxit. Nonius, 2. 854.

Tætro, āre. Fœdare, horridum obſcurumve facere. Pacuvius Peribœa, Belluarum ac ferarum adventus ne tætret loca. Nonius, 2. 837.

T A G

Tagaste, æ. f. [Ταγάστη] Plin. lib. 5. cap. 4. Civitas Africæ, a qua Tagaſtenſis. Unde qui Aurelii Auguſtini vitam ſcripſere, Tagaſtenſem eum fuiſſe memorant. V. ipſius Confeſſ. cap. 3.

Tagax, V. TAGO, poſt ſeq. dict.

Tăges, is, & ētis. m. [Τάγης] Aruſpicinæ inventor, Cicerone teſte lib. 2. de Divin. 50. Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, exstitiſſe repente & eum affatus eſſe, qui arabat, &c. Omnem autem orationem fuiſſe eam, qua aruſpicinæ diſciplina contineretur, eam præterea creviſſe rebus novis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis. Ovid. 15. Met. 558.

Indigenæ dixere Tagem, qui primus Hetruſcam,
Edocuit gentem caſus aperire futuros.

Tăgo, [θίγω] ĕre. dixere veteres, quod nunc Tangere dicimus. Pacuvius in Teucro, Ut ſi quiſquam me tagit, & tagam. Idem in Hermiona, Aut non cernam, niſi tagam. Sine dubio, inquit Feſtus, antiqua conſuetudine uſurpavit. Nam nunc ea ſine præpoſitionibus non dicuntur, ut Contigit, Attigit. Quæ ſecundum aliquos idem ſunt quod Tagit. Sic Pago, pepugi. Vide quæ ſcripſi in Appendice in Varr. cap. 21. H. St.

Tăgax, ācis. Adj. Furunculus, a tangendo, quod videlicet alienas res tagat, hoc eſt tangat. Veteribus enim Tagit, pro Tangit uſitatum fuit. Unde Plauti illud in Epid. 5. 2. 58. Ne attigas. Ex Feſto. Lucilii verſus apud Non. 2. 8.

Et mutone meum perſcribere poſſe tagacem. Sic legit Dacerius, & interpretatur de Priapo. Ex Feſti Sched. & Non. Merceri

Quæſtor levis, libidinoſus, tagax. Cic. 6. Att. 3. Sic emendavit Cujacius ex MSS; V. ejus notas in loc.

Tăgus, [Τάγος] Hiſpaniæ fluvius, in Luſitania, aureis arenis celebratus. Plin. lib. 3. cap. 3. Nunc vulgo dicitur *Tajo*, ut in Melam ſcribit Olivarius.

Amnis aurifer Tagus. Catul. in Julium Cæſ. 27. 19.

Auriferi ripa beata Tagi. Ovid. 1. Amor. 15. 34.

Opacus Tagus. Juven. 3. Sat. 55.

Taigetus, V. TAYGETUS.

T A L

Talaria, **Talaris**, V. TALUS.

Tălāſſio, vel **Talaſſio**, [Ταλάσιος, Ὑμέναιος] Virginitatis deus & apud Romanos, inquit Servius in 1. Æn. 651. invocatur. Vox Latina & proinde ſine aſpirata ſcribenda, ſicut & ipſi Græci ſcribunt. Liv. 1. 9. De Sabinarum raptu loquens, Signoque dato, juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit: magna pars forte, ut in quem quæque inciderat, raptas quaſdam forma excellentes, primoribus Patrum deſtinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Unam longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem a globo Talaſſii cujuſdam raptam ferunt: multiſque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret; Talaſſio ferri clamitatum; inde nuptialem hanc vocem factam. Varro apud Feſt. ſcribit Talaſſionem in nuptiis ſignum eſſe lanificii. τάλαρον enim vocabant quaſillum, vas lanificiæ aptum. Plutarchus quoque in Quæſt. Rom. 31. hanc in nuptiis vocem primo habitam fuiſſe affirmat, quod Græci ταλασίαν lanificium vocant, ea ratione ut provocarentur virgines ad opera, & potiſſimum ad lanificium. V. eund. in Romulo. Catull. Epithal. Juliæ, 62. 132.

Da nuces pueris, iners
Concubine, ſatis diu
Luſiſti nucibus, lubet
Jam ſervire Talaſſio. h. e. Nuptiis, matrimonio. Declinatur enim Talaſſius, Talaſſii, ut in hoc Catulli loco: & Talaſſio, talaſſionis, ut apud Martial. lib. 1. Epig. 36. ad Cornelium,

Quid ſi me jubeas, Talaſſionem
Verbis dicere non Talaſſionis? h. e. Scribere, vel cantare epithalamium. Dicitur &

Talaſſus, i. Idem. Martial. lib. 12. 42.

Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro
Hac, qua lege viro nubere virgo ſolet.
Prælucere faces: velarunt flammea vultus:
Nec tua defuerunt verba, Talaſſe, tibi.
Dos etiam dicta eſt. Nondum tibi, Roma, videtur
Eſſe ſat? exſpectas numquid & ut pariat? Eſt igitur Talaſſus Nuptiarum deus, qualis apud Græcos Hymenæus.

Eſt & Carmen ipſum nuptiale, ut quidam volunt, ex loc. pr. Martial.

Tălea, vel **Talia**, æ. f. [ῥιζίον, ῥίζα, τὸ ὀπόξυλον, φιτρὸς. Gl. L. G.] Fruſtum ligni præciſum ex utraque parte, ut in terra inſeratur. Præciſis enim lignis, vel pedali, vel cubitali magnitudine, nonnullæ arbores feruntur: idque lignum præciſum Græce nomine generali ξύλον, Latine Talea dicitur, Vulgo *piantale*. Plin. lib. 17. cap. 17. Myrtus & taleis ſeritur: morus talea tantum: quoniam ramo eam ſeri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt, &c. Cato de R. R. cap. 45. Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas decidito.

Talea, Inſtrumentum bellicum apud Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 73. Ante hæc taleæ, pedem longæ, ferreis hamis infixis, totæ in terram defodiebantur.

A talea (ut Varro ſentit) *Taliare* vulgo dicitur lignum, quum ſcinditur: & Intaliari dum præcidendo formatur. Et quum ramus ex utraque parte æquabiliter complanatur, ut numerus aliquis in eo deſcribatur, dicitur talea. [Ex verbis Nonii 4. 473. qui Varronem auctorem allegat lib. 1. de R. R. Sed locum non reperi.

Taleŏla, æ. f. dimin. Columel. lib. 3. cap. 17. Complures taleolas terræ mandaverunt. Idem lib. 12. cap. 33.

Tălentum, i. n. [τάλαντον, Gl. G. L.] Talentum multiplex fuiſſe Budæus in eo opere, quod de Aſſe conſcripſit, latiſſime docet. Tantum hic dicemus Talentum Atticum, quod pleriſque celebratur ab hiſtoricis, ſexaginta libras valuiſſe, ſeu minas: hoc eſt ſex millia denariûm, vel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos valent, hoc eſt ſexcentos. Talentum, ſexcenti aurei ſunt. Decem talenta, ſex millia aureorum. Quindecim talenta, novem millia aureorum. Viginti talenta, duodecim millia. Hor. de Arte Poet. 238.

Pythias, emuncto lucrata Simone talentum. Virg. 5. Æn. 112.

— argenti aurique talentum. Cic. 5. Tuſc. 91. Cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attuliſſent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præſertim, maxima, &c.

Duo magna talenta auri. Virg. 9. Æn. 265.

Talenti magni meminit Plaut. Rud. 3. 4. 72.

— nam promiſimus
Carnufici aut talentum magnum, aut iſtunc hodie ſiſtere.

Talentārius, a, um. Adj. 60 libras continens. Siſenna apud Non. 18. 22. Baliſtæ quatuor talentariæ.

Talge, [Τάλγη] inquit Pomponius lib. 3. 6. Inſula in Caſpio mari, ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: ſed vicini populi, quæ gignuntur attingere nefas & pro ſacrilegio habent, diis parata exiſtimantes, diiſque ſervanda. Hactenus Mela. Al. Talca Ptolemæo quoque lib. 6. cap. 9. Talca dicitur. Plin. lib. 6. cap. 17. in Caſpio mari vulgatam inſulam Tazatam eſſe ſcribit. [Forſan in Gloſſ. Latinogræc. pro Tacte, Παγωνός, ſcribendum Talge, τάγωνος. ut ordo litterarum ſuadet.

Tălio, ōnis. f. [ἀντιποίησις, Gl. L. G.] Par vindicta, ſeu hoſtimentum, ut ſi quis manum alicui amputaverit, illi manum viciſſim lex amputari jubeat. Unde Rataliare formavit Gellius, qui de talione prolixe agit lib. 20. cap. 1. Feſtus, Talionis mentionem fieri in XII Tab. ait Verrius hoc modo. Si membrum rupſerit, ni cum eo pacit, talio eſto. Neque id quid ſignificet indicat, puto quia notum eſt. Permittit enim lex parem vindictam. Plin. lib. 7. cap. 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Sullam Dictatorem traditur crematus. Idque voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere.

Tălis, e. [τοιοῦτος, Gl. L. G. & G. L.] Adj. ſimilitudinem aliquam demonſtrans. Ter. Heaut. 5. 3. 20.

Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.

Tale ac. Cic. in Vatin. 10. Honos talis Pop. Rom. voluntate paucis eſt delatus, ac mihi

Talis ut. Cic. 1. Off. 91. Tales enim nos eſſe putamus, ut jure laudemur. Idem de Amicit. 12. Quamobrem vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, ut nihil poſſet accedere. Et 4. Acad. 77.

Talis, qualis. Cic. 1. de Orat. 67. Et ipſis apud quos ageret, talis, qualem ſe ipſe optaret, videretur. Idem 2. de Invent. 176. Et de Senect. 26.

Quales ſumus, tales eſſe videamur. Cic. 2. Off. 44.

Aliquid tale. Cic. 16. Att. 8. Non equidem hoc divinavi, ſed aliquid tale putavi fore.

Talis quidam. Cic. 2. de Legib. 11. Omnem eam legem, &c. eſſe laudabilem talibus quibuſdam argumentis docent.

Quum hæc talia ſint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, ut ſupra ſcripſi, non impedio. Cic. 12. Fam. 10.

Tot,

Tot, taleſque. Cic. pro Quint. 42. Tot taleſque viri.
Talis, Abſolute quoque ſæpe in laude ponitur, & vim habet τ̃ Tantus, cui & ſæpe jungitur. Cic. 15. Fam. 4. Sed tale ac tantum. Virg. 1. Æn. 610.

— qui tanti talem genuere parentes?

Vir tali dignitate præditus. Cic. pro Cluent. 147.
Vereor ne talium perſonarum minuam gloriam. Cic. 4. Acad. 5.

TALĬTER, Adv. [οὕτως, Gl. G. L.] Cic. 10. Att. 51. Etenim audieram nemini taliter licere. Vetus codex legit Aliter. Martial. 5. 7. ad Vulcanum,

Qualiter Aſſyrios renovant incendia nidos,
Una decem quoties ſecula vixit avis:
Taliter exuta eſt veterem nova Roma ſenectam,
Et ſumpſit vultus præſidis ipſa ſui.

Plin. lib. 35. cap. 12. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

TĀLITRUM, i. n. ſec. c. Percuſſio, quæ ungue fronti infringitur. Suet. in Tiber. Cæſ. cap. 68. Siniſtra manu (fuit) agiliore, ac validiore. Articulis tam firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret, caput pueri, vel etiam adoleſcentis, talitro vulneraret.

TALLA, æ. f. [κρομμύου λέπυρον, Gl. L. G.] Cepæ cortex, putamen. apud Feſtum ſcribitur Talia. Lucil. apud Non. 3. 67.

— lacrimoſæque ordine tallæ.

TALPA, æ. m. & f. [ἀσπάλαξ. Gl. L. G. & G. L.] Animal muri ſimile, quod oculis (falſo licet) carere dicitur & viſu. Mus cæcus in Gloſſ. Græcolat. Virg. 1. Georg. 183.

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Ubi Servius, Oculis capti, h. e. Oculis debiles. Quum enim talpæ cæci naſcantur, quomodo capti oculis? Illi enim Capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutavit genus, nam hæc Talpa dicitur.
Non deſiderat lumen talpa. Cic. 4. Acad. 81. Quid talpam? num deſiderare lumen putas?

TALTHЎBIUS, [Ταλθύβιος] Homer. Iliad. 1. 320. Præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui una cum Eurybate ab Agamemnone miſſus eſt ad Achillis caſtra, ut Bryſeidem formoſiſſimam abduceret.

TĀLUS, i. m. [ἀστράγαλος, Gl. L. G. & G. L.] Pars pedis, Os eſt prope calcaneum quod extuberat. Plin. lib. 26. cap. 11. Talis vero tumentibus, limus aquaticus, cum oleo ſubactus, mire prodeſt. Hor. 1. Serm. 9. 11.

— quum ſudor ad imos
Manaret talos.

Talus fit per contractionem e Taxillus. Teſtis Cic. in Orat. 153. V. AXILLA. [V. Omnino in hac dict. & in PAXILLUS not.
Talo inceſſere aliquem. Plin. loco infra poſito.
Veſtigia tingit in undis talo tenus. Ovid. 4. Met. 343.
Recto talo ſtare. Hor. 2. Epiſt. 1. 176.

Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.

i. e. Placeat, necne.
Tali, Ἀστράγαλοι, καὶ ταρσοί, Gloſſ. Latinogræc. Frequentior uſus vocis in plurali quippe.
Unda contingit talos. Ovid. 3. Amor. 6. 6.
Purpura uſque ad talos demiſſa. Cic. pro Cluent. 111.
Talus eſt apud Latinos, quem Græci vocant Aſtragalum. Plin. lib. 34. cap. 8. de Polycleto verba faciens: Fecit, inquit, & diſtringentem ſe, & nudum talo inceſſentem: duoſque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Aſtragalizontes, & ſunt in Titi Imperatoris atrio: quo opere nullum abſolutius plerique judicant. Eſt autem Talus proprie biſulcorum in ſuffragine pedum poſteriorum oſſiculum, non rotundum plane, ſed rotunditatis tamen parte magna particeps. Etſi vero biſulca pleraque talum habeant, non habent tamen omnia. Quin & nonnulla, quæ minime biſulca ſunt, talo tamen a natura honeſtantur. Nam & leoni talum tribuunt ſane tortuoſum in anfractum, & in morem Labyrinthi convolutum, ut teſtatur Ariſtoteles Hiſtor. animal. lib. 2. cap. 1.
Sex vero ſunt tali latera, etſi quatuor tantum in uſu ludentium ſint. Nam duo ſunt ita incurva, ut illis talus vix poſſit conſiſtere: has κεραίας, id eſt antennas videtur Ariſtoteles appellaſſe. Proinde ſciendum, in talo binarium & quinarium, qui duo numeri ſunt in teſſeris oppoſiti, deſiderari. Ex reliquis tali partibus, una ſupina, altera prona dicitur: quæ duæ ternarii & quaternarii vices obeunt. Unitas autem & ſenio duabus reliquis partibus tribuuntur. Senionem vero Coum: unitatem Chium vocabant. Plinius Ariſtotelis de talo verba ſic interpretatur lib. 11. cap. 46. Talos aſinus Indicus unus ſolidipedum habet. Nam ſues ex utroque genere exiſtimantur, ideo fœdi earum. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile convicti. Lynx tantum digitos habentium, ſimile quiddam talo habet: Leo etiamnum tortuoſius. Talus autem rectus eſt in articulo pedis, ventre eminens, concavo in vertebra ligatus. Hæc Plin. Theodorus autem ſic; Talum etiam aſinus ille Indicus ſolus in ſolidipedum genere poſſidet. Sus enim ambiguus eſt: quo fit etiam, ut talo careat probiore. Permulta ex biſulcorum numero talum habent. At vero multifidum nullum adhuc talum ejuſmodi habere cognitum eſt, ut ne hominem quidem habere certum eſt. Sed Lynci ſemitalo ſimile quiddam: leoni autem tortuoſum in anfractum eſt, quale effingunt. Omnia vero, quibus datus eſt talus, cruribus eum poſterioribus continent: ita, ut erectus in ſuffragine parte ſui prona foras, ſupina introrſum ſpectet: Et quæ Veneres vocantur, intus adverſæ ſibi poſitæ ſint: quæ Canes, foris: quæ Antennæ, ſupra habeantur. Hæc ex Ariſtotele Theodorus.
Hominem vero talo carere, hinc certum eſt, quod neque pedes habeat poſteriores: & malleoli qui humano pedi inhærent, non in ſuffragine, ſed in laterum vertebra inſerantur: quorum utrumque ab Ariſtotele tributum eſt talum habentibus. Unde mirari ſubit Galenum in tertio ejus libri volumine, quem περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων conſcripſit, conſtanter talum homini tribuere: &, quod admirationem auget, de Ariſtotelis ſententia nihil meminiſſe: cui tamen in eo libro ſolet frequenter magna cum libertate repugnare. Talum autem ſive Aſtragalum adſcribit humani pedis ſuffragini, medium ſcilicet inter tibiam & calcaneum: utpote, cui tibia ac fibula, quæ duo a recentioribus illitterata voce Focile majus & minus dicuntur, impacta ſit: quum ipſe πτέρνᾳ, id eſt calcaneo, incumbat: cujus finis oſſi inferitur, quod a Græcis σκαφοειδὲς, a noſtris Naviforme dicitur. Tria enim hæc oſſa poſteriori pedis parti adſcribuntur a Galeno, πτέρνα, ἀστράγαλος, καὶ σκαφοειδές. Sed neque illud diſſimulandum, hunc ipſum Galeni aſtragalum cum biſulcorum aſtragalo, quem unum Ariſtoteles probet, nihil omnino habere commune: ne quis forte ſuſpicetur ab illius imagine nomen inveniſſe.

Talarius ludus, ut ex Euſtathio Homeri interprete colligitur, talis quatuor exercebatur, quorum quiſque lapſus quatuor habebat, non ſex, quemadmodum cubi ſeu teſſeræ. Sed omnes caſus talorum, ex conſuetudine ludentium annumerati, erant quinque & triginta: quorum quidam a Diis, alii ab Heroibus, alii a claris hominibus, aut a meretricibus nomen accipiebant: nonnulli vero ab eventibus, qui cum laude aut probro acciderant, denominabantur. Inter eos enim caſus quidam Steſichorius dicebatur, quippe octonarium ſignificans: quod ſepulcrum Steſichori, quod erat in Himera urbe Siciliæ, octo fuerit angulorum. Alius Euripidius, quippe quadraginta ſignificans. Nam Euripides unus fuiſſe traditur a quadraginta præfectis, poſt triginta tyrannos Athenis expulſos. Qui autem ſex continebat, Κῷος dicebatur, & ἑξίτης, qui Latine Senio dici ſolet. Qui vero unum, Chios dicebatur, & κύων, id eſt Canis. Ex quo proverbium, Χῖος παρεστὼς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν, i. e. Chius adſtans non ſinit Coum loqui. De iis ſcilicet, qui quum multo inferiores ſint, eos tamen, qui majores ſuperioreſque ſunt, compeſcunt. De celebri autem illo ac felici jactu Veneris, eſt illud Plauti in Aſin. 5. 2. 55.

Jace, pater talos, ut porro nos jaciamus. D. maxime.
Te Philenium mihi, atque uxori mortem: hoc Venerium eſt.
Pueri plaudite, & mihi, ob jactum, cantharo mulſum date.

Auguſti epiſtolæ caput ad Tiberium exſtat apud Suet. c. vitæ 71. in hunc modum: Inter cœnam luſimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim jactatis, ut quiſque Canem, aut Senionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat univerſos, qui Venerem jecerat. Eſt & adagium illud antiquis frequens, quo Themiſtius utitur in libello de Divinatione per ſomnium: Si ſæpe jactaveris, aliquando Venerem jacies. Porro dignum ſcitu eſt, Venerem non unius tali faciem fuiſſe, ut Canis, & Senio: id quod plerique tradiderunt, parum memores Auguſti epiſtolæ, in qua Senio a Venere nuncupatim ſeparatur. Sed quoties tali quatuor ita excidebant, ut diverſa eſſet omnibus facies: qui jactus inter eos, quos quinque & triginta Euſtathius dixit, ultimus numerabatur: tum felix ille caſus, qui Veneris nomine cenſebatur, affulgebat. Hunc ſignificat Martial. lib. 14. 14. his verbis,

Quum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

Cic. 1. de Divin. 23. Itane vero quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes habet in ſe numeros veritatis? Quatuor tali jacti, caſu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, ſi quadringentos talos jeceris, caſu futuros putas? In hanc ferme ſententiam exiit illud Propert. lib. 4. 9. 17.

Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos,
Semper damnoſi ſubſiluere Canes.

Latus unitatem habens, Canis ſive Canicula vocabatur, & quia minimus is numerus, idcirco damnoſus. Ovid. 2. de Arte Am. 205.

Seu jacies talos, victum ne pœna ſequatur,
Damnoſi facito ſtent tibi ſæpe Canes.

Perſ. 3. Sat. 49.

— quid dexter Senio ferret,
Scire erat in voto, damnoſa Canicula quantum
Raderet, anguſtæ collo non fallier orcæ.

Erat autem Orca, Vaſculum aleatorium, quo conjecti agitatique tali in abacum, ſeu tabulam luſoriam emittebantur, ad evitandas aleatorum fraudes & impoſturas, qui ſubdola manu uti callent, de qua ſic Pomponius poeta Bononienſis,

Dum contemplor orcam, taxillos perdidi.

Ea Pyrgos quoque Græca voce, ſed Latinis uſitata, dicitur, Hor. 2. Serm. 7. 17.

Scurra Volanerius, poſtquam illi juſta chiragra
Contudit articulos, qui pro ſe tolleret, atque
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum, pavit.

Pyrgi effigies in modum eſt turriculæ, unde nomen mutuatur. Pyrgos enim Græce, turris Latine dicitur. Martialis verbo Latino uti maluit, Turriculam appellans, nam in Apophoretis epigr. 16. lemma eſt, Turricula, quæ in eodem ſignificatu accipitur, quo Pyrgum accepit Horatius: ſic enim ipſa loquitur,

Quærit compoſitos manus improba mittere talos:
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Quo in loco legunt nonnulli, Quæ ſcit compoſitos, &c. Gloriatur turricula, quod doloſæ manus fraudes compeſcat, videlicet ne luſoris fraude compoſiti tali, optato puncto conſiſterent. Manus enim talos per turriculam jaciens, nil niſi vota facit, hoc eſt, nihil aliud quam optare bonum punctum poteſt, certum præſtare non poteſt.
Talorum jactu Venerio, quod lætiſſimus foret, Archipoſiam, id eſt in compotatione principatum, ſortiebantur veteres. Hoc eſt, quod dixit Hor. 1. Carm. 4. 18.

Nec regna vini ſortiere talis.

i. e. Non accipies per ſortem regna vini. In Græcorum ſympoſiis mos erat, talis ſortiri quempiam, qui convivio præſideret, ac decreta convivalia præſcriberet, quæ νόμους, id eſt leges appellabant, præfectum autem βασιλέα, hoc eſt regem. Hunc Plutarchus Sympoſiarchon vocat, & Varro apud Non. 2. 565. Modiperatorem a Latinis vocatum ſcribit, quaſi modum imperantem, ne quis aut plus ſatis, aut parum biberet. Idem Hor. 2. Carm. 7. 25.

— quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?

Venus, h. e. Venerius talorum jactus. Arbitrum bibendi, Modiperatorem, ſive convivii regem. Quo loco Acron Teſſeras cum Talis confundit, magno ſane errore.
Præterea quatuor talos in ludo talario conſuetos ex Euſtathii ſententia diximus, in quibus miſſus quinque ſupra triginta numerabant: utpote quatuor ſimplices eadem omnes facie, geminatos duodeviginti; triplices duodecim, unum vero quadriformem ultimum omnium, quippe quo nullus numeroſius accrevit. Unde facile eſt Acronis locum caſtigare, qui Venerio jactu tricenarium numerum contineri tradidit, quum quinarium & tricenarium plane ſit ſubſtituendum.
Tali, ſive aſtragali, plane rotundi non ſunt, perfecta ſcilicet & abſoluta rotunditate, ſed parte ſui leviter preſſa. Non etiam ſunt quadrati, quales teſſeræ, id res ipſa indicat: oſſiculum ſcilicet in poſteriorum pedum articulo biſulcorum animalium plerumque poſitum.
Talis quatuor ludebant. Unuſquiſque talus quatuor habebat facies. Ex horum vario jactu proveniebant ſequentes 35 varietates. Binarius & Quinarius non erat in ludo talorum. 1. ſive Unitas, Chius, Canis, vel Canicula damnoſa. 3. Ternio. 4. Quaternio. 6. Senio ſeu Cous.

Miſſus, ſeu jactus, ſeu caſus XXXV.

I	1. 3. 4. 6.	Venus, jactus feliciſſimus: omnibus talis inæqualibus.	14
II	1. 1. 1. 1.	Omnibus talis æqualibus.	4
III	3. 3. 3. 3.		12
IV	4. 4. 4. 4.	IV.	16
V	6. 6. 6. 6.		24
VI	1. 1. 1. 3.	Tribus talis æqualibus, uno inæquali.	6
VII	1. 1. 1. 4.		7
VIII	1. 1. 1. 6.		9
IX	3. 3. 3. 1.		10
X	3. 3. 3. 4.		13
XI	3. 3. 3. 6.		15
XII	4. 4. 4. 1.	XII.	13
XIII	4. 4. 4. 3.		15
XIV	4. 4. 4. 6.		18
XV	6. 6. 6. 1.		19
XVI	6. 6. 6. 3.		21
XVII	6. 6. 6. 4.		22
XVIII	1. 1. 3. 3.	Duobus talis æqualibus, reliquis duobus mutuo æqualibus.	8
XIX	1. 1. 4. 4.		10
XX	1. 1. 6. 6.		14
XXI	3. 3. 4. 4.	VI.	14
XXII	3. 3. 6. 6.		18
XXIII	4. 4. 6. 6.		20
XXIV	1. 1. 3. 4.	Duobus talis æqualibus, reliquis duobus inæqualibus.	9
XXV	1. 1. 3. 6.		11
XXVI	1. 1. 4. 6.		12
XXVII	3. 3. 1. 4.		11
XXVIII	3. 3. 1. 6.		13
XXIX	3. 3. 4. 6.	XII.	16
XXX	4. 4. 1. 3.		12
XXXI	4. 4. 1. 6.		15
XXXII	4. 4. 3. 6.		17
XXXIII	6. 6. 1. 3.		16
XXXIV	6. 6. 1. 4.		17
XXXV	6. 6. 3. 4.		19

Jactus talarum. Ovid. 3. de Arte Am. 353.
Admovere talos. V. ADMOVEO.
Conferre ſe ad talos aut ad teſſeras. Cic. 3. de Orat. 58.
Jacere talos. V. JACIO.
Jactare talos. V. Jacto, in JACIO.
Ludere talis. Cic. 3. de Orat. 88. Libet autem ſemper diſcere, ut ſi velit, ego talis optime ludere, aut pilæ ſtudio teneat, etiam fortaſſe ſi aſſequi non poſſim: at alii, quia præclare faciunt, vehementius, quam cauſa poſtulat, delectantur, ut Titius pila, Brulla talis.
Mittere talos. V. MITTO.
Regna vini talis ſortiri. Hor. 1. Carm. 4. 18. V. ſupra.
Ex multis luſionibus nobis talos relinquant & teſſeras. Cic. de Senect. 58.

TALĀRIS, e. Adj. [ποδήρης, ποδιαῖος] Quod ad talum pertinet: ut, Talaris tunica, [ποδήρης χιτών, Gl. L. G. & G. L.] Quæ demiſſa eſt uſque ad talos. Cic. 7. Verr. 85. Stetit ſoleatus Prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. Ibid. 31. Per eos dies, cum iſte cum pallio purpureo, talarique tunica verſaretur in conviviis muliebribus, &c.
Talares, [illegible], Gloſſ. Latinogræc. Talari, [illegible]. Ibidem. [An Talam? vel, addita littera, Talaria? In Græcolat. [illegible], Hoc Talatrum. An Talarium? V. Senecæ loc. infra.

TALARIUS, a, um. Adj. [illegible] ut, Lex talaria adverſus eos, qui talis luſitant.
Talarius ludus. Cic. 1. Off. 150. Adde huc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium.

TALARE, is. n. [illegible, Gl. L. G.] &
TALARIA, um. n. pl. [illegible, Gl. L. G.] Alata Mercurii calceamenta. Virg. 4. Æn. 239.

— & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſive æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.

Cic. 3. de Nat. Deor. 59. Cui pinnarum talaria affingunt. Al. Affingunt. de Minerva. Ovid. 4. Met. 667. Et 2. 736. Cic in Arato 24.

Diverſoſque pedes vinctos talaribus aptis.

Talaria induere; proverbialis allegoria, pro eo quod eſt Fugam adornare, quaſique velle quopiam avolare. Cic. 14. Att. 21. Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. Eraſmus.
Talaria, Metaphorice vocat Seneca Tumores, quos in talis generat podagra, Epiſt. 53. Dubio & incipienti morbo quærimus nomen: qui ut cœperit talaria intendere, (& utroſque dextros pedes fecerit,) neceſſe eſt fateri podagram. [Verba incluſa Gruterus non habet, legitque, Qui ubi ad talaria cœpit tendere. Ubi Talaria ſunt [illegible]. Incipienti morbo malim quoque legere.
Talaria pro Tormenti genere, Vide in una ex Epiſt. meis ad Dalech. H. St.

TALIPEDO, āre. inquit Feſt. antiqui dicebant, pro Vacillare pedibus laſſitudine, quaſi quis trahat pedes, & talis videatur inſiſtere, aut identidem pedes tollere. Lucret. lib. 3. 503.

Tum quaſi talipedans primum conſurgit, &c.

Sic reſtituit Lambinus ex libro veteri. Al. Vacillans.

TAXILLUS, i. m. [ἀστραγαλίσκος, Gl. L. G.] Dimin. Cic. in Orat. 153. Quin etiam verba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quomodo enim veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga litteræ vaſtioris? quam litteram etiam a Maxillis, & Vexillo, & Paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit. [Quibus verbis negat utique eſſe vocem diminutivam, ac potius τὸ Talus ex Taxillus contractum ſtatuit. Sed V. quæ in his ipſis dictionibus ſubnotavimus. Significationem certe hæc talia diminutivorum obtinent. Vitruv. 10. 13. Ineſt in id genus aeri infundibulum inverſum, quod ſubter taxilli, alti circiter digitorum ternum, ſuppoſiti librant ſpatium imum. Ab hac ſententia ſtat & Gloſſographus.

T A M

TAM, & Quam, [ὅτως, Gl. L. G. & G. L.] Priſciani ſententia, Adverbia ſunt, quæ Poſitivo, Comparativo, & Superlativo adjiciuntur, quum duo vel plures poſitivi, comparativi, vel ſuperlativi diverſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, vel iidem geminantur, teſte Servio.
Poſitivo. Plaut. Capt. 2. 2. 60. Tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus. Cic. 5. Fam. 2. Tam enim ſum amicus Reipub. quam qui maxime. Subaudi, Amicus eſt. Idem 5. de Fin. 31. Tam valde perhorreſcere. Virg. 1. Æn. 609.

— quæ te tam læta tulerunt
Sæcula?

Tam perditus, [illegible], Gloſſ. Latinogræc.
Tam, quam. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 27. Ingenii fuit tam ſterilis, quam puſilli animi. Ovid. 4 de Pont. 14. 43.

Tam felix utinam, quam pectora candidus eſſem.

V. ſupra plura.
Tam conſimilis eſt, atque ego. Plaut. Amph. 1. 1. 287.
Tam, diminutivis additum. Ter. Adelph. 2. 4. 12. Tam ob parvulam rem pæne ex patria; turpe dicto.
Comparativo. Cic. pro Dejot. 8 Iſtam, inquam, dexteram, non tam in bellis & in præliis, quam in promiſſis & fide firmiorem.
Tam, pro Tanto, Comparativo jungitur, ſed raro. Virg. 7. Æn. 788.

Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.

Superlativo. Salluſt. in Jugurth cap. 31. Quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Ter. Heaut. 5. 2. 45.

— namque adoleſcens, quam minima in ſpe ſitus erit,
Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.

Tam, pro Tantum, Superlativo. ut, Hic eſt tam omnium optimus, quam nobiliſſimus.
Sed dubitari poteſt, an Tam cum ipſo Superl. jungatur. Sic apud Suet. in Calig. cap. 35 Nullus denique tam abjectæ conditionis, tamque extremæ ſortis fuit. An intell. Nemo adeo fuit cond. abjectæ, & ſortis extremæ? Sic de aliis puto & apud Livium me notaſſe. H. St.
Tam, Verbis junctum. Ter. Eun. 4. 4. 50.

Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere.

Cic. 9. Fam. 25. Non, me hercule, tam perſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris ſi otioſum Fabium reddideris.
Tam ego homo ſum, quam tu. Plaut. Aſin. 2. 4. 83.
Tam, Adverbiis junctum. Ter. Heaut. 1. 1. 15.

Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi
Domum revertor, quin, &c.

Cic. 1. Verr. 22. Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quam ille atque illius amici, ut ne hæc mihi delatio detur.

TAMDIU, vel diviſa TAM DIU, [ἐπὶ τοσοῦτον, Gl. G. L.] Adv. Tantiſper, Tanto tempore. Cic. 7. Verr. 21. Nam tamdiu fuit in carcere Apollonius.
Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis doleo. Cic. 2. Fam. 1.
Tamdiu donec. Columel. lib. 12. cap. 12. Itaque ſubinde aliam ſalem tamdiu ingeret, donec in ſporta permaneat integer.
Tamdiu dum. Cic. 2. Off. 43. Tiberius enim Gracchus, Publii filius, tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.
Corpus tamdiu gaudet dum ſentit voluptatem. Cic. 5. Tuſc. 96.
Tamdiu, quam. Cic. de Clar. Orat. 4. Vixitque tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere.
Tamdiu & Quamdiu. Cic. 7. Verr. Ignominia autem illa gravis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iſte in provincia manſit. Idem 3. Verr. 25. Deûm atque hominum fidem implorabis circumveniri Verrem, quod accuſator nolit tamdiu, quamdiu liceat, dicere.
Tamdiu quoad. Ulpian. in l. Hæc autem. §. 1. D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Si autem negent ſe defendere, aut non negent, ſed taceant: tunc Prætor poſſeſſionem dabit tamdiu ſcilicet, quoad non defendatur.

TAMQUAM, Similitudinis Adv. [ὡσπερεί, Gl. L. G. & G. L. [illegible] L. G. ὡς, ὡς ἄν, G. L.] verbis ſubjunctivis jungitur. Plin. lib 2. cap. 63. Tamquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur homini. i. e. Quaſi neſciamus.
Gloria virtutem, tamquam umbra ſequitur. Cic. 1. Tuſc. 109.
Tamquam ad aliquem libidinis ſcopulum appellere. Cic. 2. de Orat. 154.
Oratorem in judicia & concionculas, tamquam in aliquod piſtrinum, detrudi & compingi videbam. Cic. 1. de Orat. 46.
Apud eum ſic fuit, tamquam domi meæ. Cic. 13. Fam. 70.

Repente

Repente enim te, tamquam ſerpens a latibulis intuliſti. Cic in Vatin. 4.

Tamquam, pro Ut, vel Sicut, Indicativum poſtulat. Ter. Phorm. 1. 2. 13.
Senis noſtri, Dave, fratrem majorem Chremem
Noſtine? D. quidni? G. quid ejus natum Phædriam?
D. Tamquam te.

Tamquam, item. Idem Eun. 2. 2. 32.
Si pôtis eſt; tamquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula, paraſiti item ut Gnathonici vocentur.

Video tibi etiam novum accidiſſe, tamquam mihi. Cic. 6. Att. 1.

Tamquam ſic, pro Quemadmodum. Cic. 1. Q. frat. 1. Quamobrem hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, neve te obrui tamquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas. Plin. lib. 9. cap. 36. Ut tamquam in vita frugum noſcitur ratio: ſic omnes, qui iſtis gaudent, præmia vitæ ſuæ calleant.

Tamquam ſi. Cic. 2. Fam. 15. De Dolabella quod ſcripſi, ſuadeo videas, tamquam ſi tua res agatur.

Tamquam ſi, cum Sic. Cic. 12. Fam. 9. Tamquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppreſſo Dolabella.

T a m a, dicitur (inquit Feſtus) Quum labore viæ, ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucil. apud eundem,
Inguen ne exiſtat, papulæ, tama ne boa naxit.

T ă m ă r a, æ. vel T a m a r e, es f. [Ταμάρη] inſulæ Britanniæ oppidum, ut ſcribit Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgo *Tavestock*, oppidum Devoniæ; vel ut alii volunt *Tamerton*, Cornubiæ villa.
Eſt & ejuſdem nominis, in Angliæ meridionalibus, Flumen quod Cornubiam a Devonia ſecernit. Vulgo *Tamar*.

T ă m ă r i c a, es. vel T ă m ă r i x, icis. f. [μυρίκη] Genus fruticis. Plin. lib. 24. cap. 9. Myricen, quam & tamaricen vocat Lenæus, ſimilem ſcopis amerinis dicit. Et paulo poſt, Vulgus *infelicem arborem* eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec ſeratur unquam. Corinthus, & quæ circa eſt regio, bryoniam vocat: ejuſque duo genera facit, ſilveſtrem plane ſterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriaque etiam abundanter lignoſum fructum, majorem galla, aſperum guſtu, quo medici utantur vice gallæ, & in compoſitionibus, quas Antheras vocant. Ruellius dicit Tamaricem ſilveſtrem vocari a Gallis *bruieram*.
Et tamarix, non læta comis. Lucan. 9. 917.

T a m a r u s, i. m. [Τάμαρος] Fluvius Britanniæ inſulæ, auctor Ptolem. lib. 2 cap. 3. Hic fluvius in Angliæ Septentrionalibus exortus, juxta Novum caſtellum Germanico miſcetur mari. Hodie dicitur *Tine*.

T a m d i u, V. t a m.

T ă m e n, [ὅμως, ἀλλ' οὖν, Gl. L. G. & G. L.] Conjunctio, Nihilominus ſignificans. Plaut. Epid. 3. 3. 45.
Sine tuo labore quod velis actum eſt tamen. Ter. Eun. 2. 2. 90.
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria.

Tamen ſæpius ſubjicitur particulis Quamvis, Licet, Etſi, &c. Cic. 4. Fam. 12. pr. Etſi ſcio non jucundiſſimum nuncium me vobis allaturum eſſe, tamen, quoniam caſus & natura in nobis dominantur, eiſum eſt faciendum, &c.

Ante hanc dictionem Tamen, aliquando ſubintelliguntur iſtæ, Licet, Quamvis, Quamquam, vel alia hujuſmodi. Ter. And. 1. 4. 3.
Nec ſatis digna, cui committas primo partu mulierem,
Tamen eam adducam. Al. Adduci?
q. d. Sed quamvis non ſit ſatis digna, tamen. H. St.

Tamen, aliquando inceptiva eſt. Cic. 9. Fam. 19. Tamen a malitia non diſcedis.

Tamen, pro Statim. Virg. 9. Ecl. 62.
Hic hædos depone, tamen veniemus in urbem. Plaut. Rud. 2. 6. 30.
Utinam fortuna nunc ego anthracina uterer,
Ut poſtquam exiviſſem ex aqua, arerem tamen. Ita legit Non. 4. 454. alii legunt, Fortuna anatina. & Uti cum exiviſſem.

Tamen, pro Certe, ſive At certe. Cic. 12. Att. De Balbo & in codicillis ſcripſeram, & ita cogito, ſimul ac redierit. Sin ille tardius, ego tamen triduum. Senſus eſt; Quum primum Balbus redierit, Romam me conferam; ſin ille tardius, ego quod optavi, tamen aſſequar, ut hic triduum etiam manere poſſim. Hac voce Tamen deſiderium ruſticandi declaratur. *Au moins, pour le moins ja*, &c.

Tamen, Tandem. Plaut. Ita faciam: ita placet: quid tum tamen? Idem Bacch. 4. 9. 67. Virg. 1. Ecl. 28.
Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem. i. e. Sera quidem, ſed tamen reſpexit.

Tamen idem. Ter. And. 3. 2. 40.
Poſtremo id da mihi negoti: tu tamen idem has nuptias
Perge facere, ita ut facis. Ubi Donat. Idem abundat. Tamen idem, apud veteres integrum fuit, unde apud nos tandem & tamen natum eſt. conf. ſeq. [An Tam idem?

Sed tamen. Virg. 2. Ecl. 19.

Ita tamen, ὅπως μὲν τοι. Gloſſ. Græcolat.

Tamen ut. Plaut. Aſin. 3. 3. 208.
Licet laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem. [Ubi ſubauditur Ita.

Tamen ut, Duntaxat. Ter. Hec. 3. 4. 33.
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam. Ubi Donat. Deeſt Ita: ut ſit Tamen pro Duntaxat: ut ſit, Ita ut pietatem colam.

Si tamen, pro Si modo. Plin. 3 Epiſt 1. Liber legitur, interdum etiam præſentibus amicis, ſi tamen illi non gravantur [Pro Ita tamen, ſi illi non.

Tamen aliquando. Plin. lib. 12. cap. 21. Pervenit tamen aliquando Serichatum. Subaudi Unguentum.

Tamen nihilominus. Scævol. in l. Cum quis decedens. §. Pater. D. de legatis tertio. Reſpondi: etſi neque hæreditatem adiiſſet, neque bonorum poſſeſſionem petiſſet, & nihil ex hæreditate poſſideret: tamen nihilominus & ex ſtipulatu ab hæredibus patris, & fidei commiſſo ab his, quorum intereſt, quaſi debitorem conveniri poſſe. Pandectæ Florentinæ habent, Tamen nihil minus, &c.

Tamenne? interrogativum, pro Utrum propterea, vel An tamen. Cic. 7. Verr 19. Quid? ſi ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrem jure in eum animadverteretur: tamenne hanc rem ſic agemus, ut criminî aut invidiæ reo putemus eſſe oportere, ſi quo de homine ſeverius judicavit? Idem pro Quint. 79. Verumtamen, quid ſi, inquit, habes ejuſmodi cauſam, ut hoc tibi planum ſit faciendum, neminem eſſe, qui poſſit biduo, ad ſummam triduo, ſeptingenta millia paſſuum ambulare: tamenne vereris ut poſſis hæc contra Hortenſium contendere?

At tamen, Verum tamen, &c. V. a t, v e r u m, &c.

Satis tuto tamen. Ter. Eun. 3. 5. 29.
Commendat virginem. A. cui? tibine? C. mihi. A. ſatis tuto tamen. [Ironice eſt, pro Tuto ſcilicet.

Mea in Senecam, vide & apud Caſſium quæ in Annot. Vide & in mea epiſtol. editione, in Chartis præfixis de Tamen. H. St. Potiorem partem hujus annotationis calter emptæ reſecuit. Remittit autem ad Prodopœiam in Senecæ opera, niſi fallor, & præf. in Plinii Epiſt.

T ă m e t s i, [εἰ καὶ Gl. L. G. & G. L.] Conjunctiva particula, Etiamſi denotans; nunc Indicativo, nunc Subjunctivo gaudet. Ter. Phorm. 2. 3. 81. Metuit hic nos, tametſi ſedulo diſſimulat. Idem Andr. 2. 2. 11. Obtundis, tametſi intelligo. Cic. 1. Att. 9. Tametſi jactat ille quidem illud ſuum arbitrium. Cic. 5. Verr. 62. Non, me hercule, quæ loquor crederem, Judices, tametſi vulgo audirem. Ter. Eun. 2, 1. 10.
Memini: tametſi nullus moneas.

Tametſi, pro Tamen. Ter. And. 5. 2. 23.
Ego jam te commotum reddam. D. tametſi hoc verum eſt. S. tamen, &c. [Niſi interrogative ponitur.

Tametſi, cum interrogatione poſitum, cujuſdam ſui ipſius correptionis vim habens. Cic. 6. Verr. 29. Verum fac te impetraviſſe, fac aliquid gravius in Hejum ſtatuiſſe Mamertinos: quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, ſi in eum, quem conſtat verum pro teſtimonio dixiſſe, pœnam conſtituerent? tametſi quæ eſt iſta laudatio, quum laudator interrogatus lædat neceſſe eſt?

Tametſi, tamen. Cic. pro Quint. 13. Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare: tametſi cauſa poſtulat: tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo. Idem 4. Verr. 25. Id tametſi priore actione ex Heraclii Syracuſani teſtimonio cujuſmodi eſſet, cognoviſtis, tamen vobis alio loco, ut ſe tota res habeat, quod ad civitatem attinet, demonſtrabitur.

T a m e n e t e r, Idem, antique. Gloſſ. Græcolat. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα, Licet, Maxime, Quamquam, Quamvis, Tamen etſi. In eodem Tamen ſit pro Tametſi ſcribitur, quod ex Tamen etſi contractum Grammatici ſtatuunt. V. Cort. ad Sall. Catil. Cap. 21. pr.

T ă m e s i s, vel T h a m e s i s, is. m. Vulgo *Thames*; Ptolemæo Vamiſſa: Fluvius in Britannia celeberrimus, juxta oppidum *Tame* in agro Oxonienſi ortum ducens, & Londinum, Angliæ metropolim, interluens, a mari Britannico contra portum Iccium excipitur. Cæſ. 5. Bell Gall. 11. Cujus fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tameſis, a mari circiter M. paſſuum LXXX.

T a m i n i a, Uva ſilveſtris generis videtur Verrio dicta, quæ tam mira ſit, quam minium. Feſt. conf. Dacerii not. & Plin. 23. 1.

T a m n u s, vel T ă m u s, i. m. Plantæ nomen. Colomel. 10. 374.
— jam tami ſponte vireſcunt. Al. Rhamni. Plin. 21. 15. In Italia pauciſſimas novimus, fraga, tamnum, ruſcum. Hard. Tamnum. Sic lib. 19. 12. Acuti tami, cunilæ. Hard Thymi Hodie tamen ubique excuditur Tani, & Tanus; ſed mendoſe. Turnebus [Tamnus ſcribit Hard Sed rectius, opinor, cum Aſpirata Gloſſ. Latinogræc. Thamnus, Ἑλξ, θάμνος εἶδος. Et Græcolat. Θάμνος, Dumus, Carrecta, θάμνοι. Vepres; Singulare non habet.

T a m o d a, vel T a m u a d a, [Θαλοῦδα Ptol.] Fluvius Mauritaniæ. Plin. 5. 2. conf. Mela lib. 1, 5.

T A N

T ă n ă g e r, vel T a n ă g r u s, gri. m. ſec. com. [Τάναγρος] Fluvius Lucaniæ, qui eſt inter Campaniam & Calabriam. De quo Virg. 3. Georg. 151.
— & ſicci ripa Tanagri.

T ă n a g r a, n. pl. ſec. com. [Τάναγρα] Ptolem. lib. 3. cap. 15. Bœotiæ mediterraneæ oppidum nobile, ut auctor eſt Plin. lib. 10. cap. 21. Gallis Gallinaceis ad bella tantum & prælia aſſiduis, qui in eo naſcuntur. V. Suid.

T a n a g r æ u s, a, um. Adj. [Ταναγραῖος] Stat. 9. Theb. 217.
Phocea tunc Cydona, Tanagræumque Phalantum. Cic. pro Domo 111. Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur, ejus non longe a Tanagris ſimulacrum a marmore in ſepulcro poſitum fuit.

T ă n a i s, is. m. [Τάναις] Scythiæ fluvius, qui dividit Aſiam ab Europa. Fertur itaque Tanais (inquit Strabo lib. 11.) a Septentrionis partibus Nilo contrarius, non tamen per diametrum, ut quidam putant: ſed Orientalior, originem, ut ille, incertam habens. Similequa veri eſt ex Riphæis montibus deſcendere, qui immanibus jugis Arcton proſpiciunt. Vide ibi reliqua. Accedit Herodotus, qui libro quarto Tanaim ex palude oriri, & in vaſtitatem diffundi, nomine Mæotim, qua Scythas a Sarmatis diſcludi ait. Non diverſos a Ptolemæo, qui Baſilicam, id eſt regiam Sarmatiam, ab Europæa Tanais intermedii fontibus ſejungit. Scythæ Tanaim, Silin vocant. Oſtia ejus duo ſunt, LXX inter ſe ſtadiis diſtantia. V. Ptolemæum, lib. 5. cap. 9. Nunc vocatur, *la riviere de la Tana*. Tartari & Moſcovitæ vocant *Don*.
Flumen Tanais. Hor. 4. Carm. 15. 22.
Extremus Tanais. Hor. 3. Carm. 10. 1.
Nivalis Tanais. Virg. 4 Georg. 517.

T ă n ă q u i l, ilis. f. [Τανακυλλ] Tarquinii Priſci uxor. De qua Plin. lib. 36. cap. ult. Non præteribo & unum foci exemplum, Romanis litteris clarum, Tarquinio Priſco regnante tradunt, repente in foco ejus comparuiſſe genitale a cinere maſculini ſexus: eamque quæ inſederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captivam, conſurrexiſſe gravidam.
Ponitur & pro quavis Uxore imperioſa. Auſon. Epiſt. 23. 31.
— Tanaquil tua neſciat iſtud. V. Scal. Auſon. Lect. 2. 6. Sil. 13. 818. & Juven. 6. Sat. 566.

T a n a s, [Τάναις] Oppidum non longe a Tanae fluvio.

T a n d e m, [ὅμως, δήποτε, ἐπ' ἐσχάτων, Gl. L. G.] Adv. ſignificat Poſtremum, poſt longam moram. Ter. Eun. 1. 2. 74.
Heu noſter, laudo, tandem perdoluit: vir es. Ubi Donat. Tandem, quaſi qui nimis patiens fuit. Virg. 3. Æn. 612.
— depoſita tandem formidine fatur.

Utrum hic tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Cic. pro Flacc. 24.

Perficere, ut jam tandem aliqui fateantur. Cic 2. de Lege Agrar. 100.

Tandem pro Tamen, interprete Donato. Ter. Adel. 4. 3. 31.
In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiaſti, quam te jus non fuerat tangere. Sic
Ain tandem? Idem And. 5. 3. 4.

Ain' tandem, civis Glycerium eſt? ꝑ. ita prædicant. [Admirantis & Obteſtantis eſt, q. d. Quid ais, obſecro? Sic & in ſeq.
Tandem; expletiva conjunctio, ut vult Priſcian. & Donat. Ter. Phorm. 1. 1. 1.
Itane tandem uxorem duxit Antipho, injuſſu meo? Cic. 1. in Catil. 1. Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? Ter. Heaut. 5. 2. 1. Valla lib. 6. Dicit in hujuſmodi locutionibus Tandem habere urgens quiddam & accelerans, quaſi reſponſum accelerent. Virg. 1. Æn. 373.
Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?
Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis & gloriæ? Cic. pro Rabir. Poſt. 38.
Quanto tandem illum mærore afflictum eſſe & profligatum putatis? Cic. 2. in Catil. 2.
Cæcina utrum noluit tandem, an non potuit accedere? Cic. pro Cæcin. 48.
Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? Cic. 1. de Legib. 1.
Quonam tandem modo? Cic. 3. Tuſc. 8. Idem in Partit. 12.
Hoc per ipſos deos, de quibus loquimur, quale tandem eſt? Cic. 1. de Nat. Deor. 106.
Tandem, pro Perpetuo. Lucret. lib. 5. 138.
Tandem in eodem homine atque in eodem vaſe maneret.
Tandem, Nunc ſaltem. Ter. Eun. 5. 9. 25.
— perfice hoc
Precibus, pretio, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Donat.
Tandem tandem; reticentia quædam cum abrupto ſermone, nonnihil ornatus habens. Plaut. Curc. 1. 1. 7.
At tandem tandem. ꝑʜ. tandem es odioſus mihi.
Tandem aliquando. Cic. 2. in Catil. 25. Ibis tandem aliquando, quo te jampridem tua iſta cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat. Sic ibid. 18. Et 16. Fam. 9.
Tandem aliquando impartiendos plebi honores. Liv. 4. 54.
Aliquando tandem poſſe conſiſtere. Cic. pro Quint. 94.
Vix tandem. Ter. Phorm. 2. 1. 4. [Sic Ægre, Difficulter, &c. tandem.
Tandis, V. tandiu, in tam.
Tango, tĕtigi, tactum, [ἅπτομαι, θιγγάνω, Gl. L. G. & G. L. ψαύω, G. L.] ĕre. notæ ſignificationis. Lucret. lib. 1. 304.
Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res.
Tango aras. Virg. 12. Æn. 201.
Tango aras, medioſque ignes, & numina teſtor. Ex antiquitate eſt repetitum. Nam cum ad aras bellum in Titanas ſuſcepturi dii juraſſent, obtinuit ut poſtea religio jurisjurandi ejus tactu & ignis teſtatione ſanciretur. Verba ſunt Theonis in Aratum de ara illa loquenos, καὶ τοῖς ὅρκοις ἄδυτα ... , καὶ τῇ χειρὶ ... Annotavit Turnebus, 19. 19.
Tangere terram, genus quoddam venerationis erat & cærimoniæ ſuperſtitioniſque antiquæ. Plaut. Moſt. 2. 2. 37. Tangite vos quoque terram. Varr. R R. 1. 2. Hoc ter novies cantare jubet, terram tangere, deſpuere, jejunum cantare. Macrob. 3. Sat. 9. Cum tellurem dicit, manibus terram tangit. Simile eſt illud Ciceronis, de Aruſp. Reſp. 23. Aut puer ille patrimus, aut matrimus ſi terram non tenuit, &c. Ex Turnebo 16. 10.
Terram genu tangere. Cic. 2. Tuſc. 57. Genu mehercle M. Antonium vidi, quum contenta ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere.
Tangere ferro arborem, pro Expurgare. Columel. lib. 3. cap. 9.
Armis tangere terrarum terminum. Hor. 3. Carm. 3. 54.
Baculo tetigit juvenem. Ovid. 14. Met. 38.
Flagello tangere aliquem. Hor. 3. Carm. 26. 12.
Mane ſanctiſſimum corpus tangere ac violare. Cic. Poſt red. in Senat.
Pede pedem tangere. Ovid. 1. de Arte Am. 606.
Sidera tangere. V. sidus.
Tangere terram regionis, Appellere. Plaut. Amph. 1. 1. 48. Cic. 3. Verr. 27. Verres ſimul ac tetigit provinciam.
Portum tetigere carinæ. Virg. 1. Georg. 303.
Tangit Tiberim, pro Contiguum eſt Tiberi. Cic. pro Roſc. Amer. 20. Fundos decem & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt.
Tangere aliquem, pro Ludere & fatigare, inquit Donatus. Ter. Eun. 3. 1. 30.
Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio
Nunquid tibi dixi?
Aliquid tangere, pro Deſcribere, & mentionem facere. Cic. 4. Acad. 136. Sed ubi Xenocrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit?
Carmine tangere, Attingere ſcribendo. Ovid. 3. Amor. 12. 17.
Non omnia dicere, & leviter unumquodque tangere. Cic. pro Roſc. Amer. 83.
Verba alicujus tangere ſuis verbis. Ovid. 1. Faſt. 184.
Agrum ab invito tangere, Auferre. Cic. 2. de Lege Agrar. 67. Idcirco, inquit, agros nominare non poſſum, quia tangam nullum ab invito.
Acu rem tetigiſti. Proverb. pro Rem ipſam dixiſti. Plaut. Rud. 5. 2. 19.
Ulcus tangere, Movere dolorem, ejuſque facere mentionem, quod nos magnopere urat. Ter. Phorm. 4. 4. 9.
Tangere curas. Virg. 4. Æn. 551.
Tetigit nuntius, Pervenit ad eum. Plaut. Bacch. 3. 5. 3.
Nam illud animus miratur meus, ſi a me tetigit nuntius,
Quid remoratus.
Tetigit vox aures meas, i. e. Pervenit ad aures. Plaut. Rud. 1. 4. 14.
Metam tangere vitæ. Ovid. 1. Triſt. 9. 1.
Tangere, Movere. Lucret. lib. 1. 62.
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.
Hæc modice me tangunt, i. e. Mediocriter me commovent. Cic. 2. Att. 19. Cetera in magnis rebus, minæ Clodii contentioneſque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. V. modus.
Amore tituli tangebar. Ovid. 1. Triſt. 1. 53.
Animum tangit memoria carum rerum, Commovet, excitat. Liv. 1. 5.
Contemptus vos tangit. Ovid. 2. Met. 587.
Cor alicujus tangere querela. Hor. de Arte Poet. 98.
Cura tangit me tui. Propert. lib. 2. 16. 34.
— miſeri te ſi qua parentis
Tangere cura poteſt. Virg. 12. Æn. 933. Liv. 3. 17. Si vos Urbis, Quirites, nulla cura tangit. Columel. lib. 3. cap. 21. Potes jam (ſi te cura pomorum tangit) ultimis ordinibus in ea vineti fine, &c.
Fata impia te tangunt. Virg. 4. Æn. 569.
Gratia. Ovid. 2. Met. 393.
Quod ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit.
Honos tangit animum, Commovet. Virg. 10. Æn. 57.
Honos tangit nos. Ovid. 5. Faſt. 297.
Invidia alicujus tangi. Lucan. lib. 9. 1055.
Mentem mortalia tangunt; Adverſa, quibus conſtat ſubjacere mortales. Servius. Virg. 1. Æn. 466.
Odore tangi. Plin. lib. 17. 24.
Pectus tangere dulcedine. Lucret. lib. 3. 909.
Vota tetigere deos, Preces commoverunt deos. Ovid. 4. Met. 164.
Tangere, Circumvenire, fallere. Plaut. Pœn. prol. 101. Idem Epid. 5. 2. 40. Te iſtam ob rem tetigi triginta minis. Cic. 2. de Orat. 25.
Sentin' ſenem eſſe tactum triginta minis?
Pedes tangendos præbuit. Propert. lib. 4. 9. 46.
Tactus eſt, [Ἐ...] Gl. L. G.] Forte pro Cælo tactus. In eodem Gloſſ. Tacte, Πλήγματος. Quod quid ſit neſcio V. tamen talea.
Tactus, a, um. Partic. [πληγείς] ut, Tactus ſpiritu divino. Liv. 5. 22.
Cupidine laudis tactus. Ovid. 4. Triſt. 5. 11.
Dolore tacta amiſſæ conjugis, Commotus. Ovid. 7. Met. 688.
Tactus fulmine. Plin. lib. 14. cap. 19.
Tactus de vel e cælo, Fulmine ex cælo delapſo percuſſus. Cic. 2. de Divin. 47. Natta vero ſtatua, aut æra legum de cælo tacta, quid habent obſervatum ac vetuſtum. Plin. lib. 36. cap. 4. Fuere autem ſimulacra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Minervæ, quod a cælo poſtea tactum eſt. Liv. 27. 7. Tacta de cælo multa.
Tactūrus, a, um. aliud Partic. [ἀψόμενος] Cic. 2. Fam. 16. De præda mea, præter Quæſtores urbanos, id eſt pop. Rom. teruncium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam.
Tactus, ûs. m. [ἁφή, θίξις, Gl. L. G. & G. L. ψηλάφησις. G. L.] Ipſe tangendi actus, vel ſenſus. Plin. lib. 10. cap. 69. Ex ſenſibus ante cetera homini tactus. Idem lib. 8. cap. 55. Nec non & veſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu non perinde molli, ut in cute.
Aſpera tactu. Lucret. lib. 6. 777.
Interior tactus. V. intra.
Levis tactus. V. levis.
Mollis tactus. Virg. 2. Æn. 683.
Molliſſimus tactus corporis. V. mollis.
Abſtinere tactu. Virg. 7. Æn. 618.
Cognoſcere corpora tactu. Lucret. lib. 2. 741.
Reſiſtere ad tactum. Virg. 3. Georg. 502.
Sentire aliquid tactu. Lucret. lib. 4. 268.
Tactio, ōnis. f. [ἄψις] Idem. Cic. 4. Tuſc. 20. Et qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum. Plaut. Aulul. 4. 10. 14.
— quid tibi ergo meam me invito tactio eſt? conf. Plaut. Pœn. 5. 5. 29.
Tactĭlis, e. Adj. Quod tangi poteſt. Lucret. lib. 5. 152.
Tactile nil nobis quod ſit, contingere debet.
Tangibĭlis, e. aliud Adj. Lactant. 7. 11. Tangibilis manu.
Taniacæ, arum. f. Perone e Gallia Romam apportatæ. Varro de R R. 2. 4.
Tănis, [Τάνις] Civitas Ægypti, a qua Tanicum ſive Taniticum Nili oſtium dictum. Herodotus libro ſecundo ab inſignibus oppidis oſtiis impoſita nomina ſcribit: ea ſunt, Canopus, Bolbis, Sebenis, Pathmis, Mendes, Tanis: a qua Taniticum Ptolemæus & Strabo derivant, & in emendationibus codicibus Pomponii 1. 9. Tanicum, ut annotavit Vadianus. Eadem & Taphnis & Taphnium dicitur. Hic fuit, ut annotat Villanovanus in Ptolemæum, prima Iſraelitarum captivitas, a qua per mare rubrum duce Moſe, ſunt erepti. Sita erat in terra Geſſen, ſed nunc deſtructa eſt. V. Plin. 5. 9.
Tanquam, V. tanquam in tam.
Tantălus, i. m. [Τάνταλος] ut eſt auctor Lactantius, Jovis ex Plote nympha filius. Servius, Tantalus Corinthiorum rex, amicus numinibus fuit: qui quum frequenter deos ſuſciperet, & quodam tempore defuiſſent epulæ, filium ſuum Pelopem occidit, & diis epulandum appoſuit. Tunc abſtinentibus cunctis Ceres humerum ejus exedit. Et quum eum dii per Mercurium revocare ad ſuperos vellent, eburneus ei eſt humerus reſtitutus. Virg. 3. Georg. 7.
— humeroque Pelops inſignis eburno
Acer equis. Hac lege autem Tantalus apud inferos dicitur eſſe damnatus, ut in Eridano inferorum ſtans, nec undis præſentibus, nec vicinia ejus pomariis perfruatur. Per hæc autem avaritia ſignificatur: ut etiam Hor. 1. Serm. 1. 70.
— quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 6. Æn. 603. de Tantalo,
— lucent genialibus altis, &c. Euſebius, Tantalum Jovis ex Plote nympha filium, regem Phrygiæ, cum Troe, Dardaniæ rege, bellum geſſiſſe, quod Ganymedem rapuerit, Agamemnonis & Menelai avus. Unde & Tantalides dicti ſunt. Hic ob filium interfectum detruſus ad inferos ſiti torquetur & fame. Plato in Cratylo ſcribit, Tantalum dictum eſſe, quaſi ταλάντατον, hoc eſt Infeliciſſimum. Hor. Epod. 17. 66.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis.
Poëtæ impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt. Cic. 4. Tuſc. 35.
Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. Cic. 1. Tuſc. 10.
Fallax Tantalus. Stat. 1. Theb. 247.
Superbus Tantalus. Hor. 2. Carm. 18. 37.
Alius fuit Tantalus, Thyeſtæ ex Merope filius, interfectus & appoſitus eſca patri.
Tantalĕus, a, um. Adj. poſſeſſ. [Ταντάλειος] Propert. lib. 2. 1. 68.
Tantalea poterit tradere poma manu.
Menſa Tantalea. Stat. 11. Theb. 128.
Tantalĭcus, a, um. Adj. [Ταντάλειος] Claud. de Rapt. Proſ. 336.
Non aqua Tantalicis ſubducitur invida curis.
Tantalĭdes, æ. m. [Τανταλίδης] Patron. ut
Fratres Tantalidæ. Ovid. 2. Faſt. 627.
Tantălis, idis. f. patronym. [Ταντάλις] dicta eſt Niobe Tantali filia.
Tanthenrigi, [...] Quædam ornamenti genere, lapillos quoſdam

quoſdam a ſe dependentes habentis: ita dicti a motu gemmarum, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16.

Tanti, Tantillus, Tantisper, Tantopere, Tantum, Tantummodo. V. tantus.

Tantus, a, um. Adj. [τοσοῦτος, τηλικοῦτος. Gl. G. L.] a Tam deduci videtur, quantitatemque ſignificat, quaſi Tam multus vel Tam magnus. Plaut. Pœn. 5. 4. 105.

Quoniam hac me lætitia tanta, & tantis affeciſtis gaudiis. Ter. Heaut. 4. 1. 17. Tantam ineſſe animo inſcitiam? Idem And. 5. 2. 29.

Tantum laborem capere ob talem filium?

Tantus natu, Adeo provecta ætate. Plaut. Bacch. 1. 2. 16.

Sexcenta tanta. h. e. Sexcenties tantum vel totidem. Plaut. Pſeud. 2. 2. 37.

Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoli ſoleant credier.

Tribus tantis minus. Idem Trin. 2. 4. 128.

Poſt id, frumenti quando alibi meſſis maxima eſt,

Tribus tantis illi minus redit, quam obſeveris. conf. Alterum tantum in alter, & Ter &c. tanto in tanto.

Tantus, quantus. Cic. 2. de Divin. 10. Sol majorne quam terra ſit, an tantus, quantus videatur? Al. Tantulus. V. infra.

Tantus homo, Tam magni pretii. Ter. Eun. 4. 7. 32. Cic. ad Brut. 9. Eſt alienum tanto viro, ut es tu.

Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, &c. Cic. 4. Acad. 3. [i. e. Tam bonus.

Quæ tanta animum dementia cepit? Virg. 5. Æn. 465. Virg. 1. Æn. 37.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Et 3. Georg. 112.

Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.

In his tot & tantis malis. Cic. 5. Tuſc. 26.

Tanta res. Ter. And. 1. 5. 58. — Ah!

Tantamne rem tam negligenter agere?

Urbs tanta atque talis. Cic. 3. de Nat. Deor. 92. conf. talis.

Tantus, pro Tam parvus. Cic. 8. Fam. 10. Novis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, hæc cauſa primos menſes occupabit. Sin autem, aut non erit iſtic bellum: aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores, parvis additis copiis, ſuſtinere poſſint, Curionem video ſe dupliciter jactaturum. Idem 15. Fam. 14. Sed ſi quæ ſunt onera tuorum, ſi tanta ſunt, ut ea ſuſtinere poſſis, nihil tibi erit lautius, nihil glorioſius: ſin majora, conſidera ne in alieniſſimum tempus cadat adventus tuus.

Tanti, quanti; pro Tot quot. Nominat. pl. [τοσοῦτοι. Gl. L. G. & G. L.] Cajus in l. Si ita legatum ſit. D. de legatis primo. Si ita legatum ſit, Sejo ſervos decem do, præter eos decem, quos Titio legavi: ſi quidem decem tantum inveniantur in hæreditate: inutile eſt legatum. ſi vero ampliores: poſt eos, quos Titius elegit, in ceteris valet legatum: ſed non in ampliores, quam decem, qui legati ſunt. Quod ſi minus: in tantos, quanti inveniantur. Ubi etiam notabis, Ampliores accipi pro Plures.

Tanti & Quanti. [ἀξίου ποσοῦ, τοσούτου, Gl. L. G.] Genitivi ſing. cum eorum compoſitis, Tantidem, Quantilibet, Quanticunque, ſimiliter Tantidem, Pluris, Minoris junguntur verbis pretium ſignificantibus, qualia ſunt, Do, emo, vendo, veneo, mercor, comparo, æſtimo, puto, conſtat, conduco, loco, fœneror, paciſcor, pago, pepigi, condemno, poſtulo, ſum, & ſi qua ſunt ſimilia. Plaut. Merc. 2. 4. 22.

Tanti, quanti poſcit, vin' tanti illam emi?　Ter. Adel. 2. 1. 49.

Ubi me dixero dare tanti, teſtes faciet illico.　Idem Eun. 1. 1. 30.

[Subauditur, Æris pretio, in propria ſignificatione.

Tanti me fugacem, mercenarium patronum hi æſtimaverunt. Cic. in Salluſt. 10.

Non tanti eſt, ut. Cic. 8. Fam. 14. Tanti non fuit Arſacem capere, & Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quæ hic geſtæ ſunt, ſpectaculo careres.

Tanti fuit. i. e. Tam optabile. Cic. 6. Verr. 28. Hoc tibi in mentem non venit, jubere hæc quoque ut referret, &c. fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. i. e. Omnino id faciendum erat. Cic. 2. in Catil. 22. Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falſæ atque iniquæ tempeſtatem ſubire: dummodo a vobis hujus horribilis belli periculum depellatur. Ac ſi diceret, Fuit mihi tanti periculum belli a vobis depellere, ut falſam invidiam ſubire non recuſaverim.

Nihil tanti eſt, i. e. Nihil tam mihi optatum eſt. Cic. 2. Att. 13. Nunc nihil mihi tanti eſt: faciam quod volunt.

Nihil eſt tanti. Cic. ad Brut. 16. Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram. i. e. Nihil tanti æſtimavimus, ut ſervire vellemus. Budæus.

Putare tanti. Quintil. lib. 7. cap. 3. An etiam tanti putaverit pœnam ſubire.

Tanti vocat ille pudicam. Juven. 6. Sat. 136. i. e. Hoc accepto pretio.

Tanti, pro Tam parvo. Cic. 12. Att. 30. De Silii voluntate vendendi, & de eo, quanti tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Secus aliter, ſed tibi aſſentior. Scire Tullius avebat, num Silius hortos vellet vendere, & quanti vellet. Cui Atticus reſcribens vereri ſe dixerat, primum ne Silius nollet vendere, deinde ne nollet eo pretio, quo Tullius emere voluiſſet. Videris, inquit, vereri, ne Silius tanti nolit vendere, quanti nos vellemus. Et dixit Tanti, pro Tam parvo.

Tanto, Adv. [τοσούτῳ, τόσῳ] ut & Quanto, Comparativis jungitur. ut, Tanto magis, Tanto pejus. Ter. And. 4. 5. 35. Tanto hercle magis dabit. Plaut. Perſ. 1. 3. 73. Ter tanto pejor ipſa eſt. conf. paulo poſt.

Tanto plus, Tanto magis, τοσούτῳ πλέον, Gloſſ. Græcolat.

Tanto melior, τοσούτῳ κρείττων, Gloſſ. Latinogræc.

Tanto impenſius. Virg. 12. Æn. 20.

Quinquies tanto amplius. Cic. 5. Verr. 226. Reperietis quinquies tanto, Judices, amplius iſtum, quam quantum ei in cellam ſumere licitum ſit, civitatibus imperaſſe.

Vicies tanto addito aquæ. Plin. lib. 25. cap. 4.

Tantone minoris decumæ venierunt, quam fuerunt? Cic. 5. Verr. 106.

Tanto ante. Cic. 7. Verr. 88. Quod ſi Cleomenes non tanto ante fugiſſet, aliqua tamen ad reſiſtendum ratio fuiſſet.

Tanto quanto. Plin. lib. 9. cap. 38. Quippe major vis tanto, quanto recentior.

Quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus. Tacit. 1. Ann. 57. Et 6. Ann. 45. Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus.

Quantum tanto. Virg. 12. Æn. 20. — quantum ipſe feroci

Virtute exſuperas, tanto me impenſius æquum eſt

Conſulere, atque omnes metuentem expendere caſus.

Tantŏpĕre, Adv. [τοσοῦτον, τηλικοῦτον] pro Tanto opere, quod & ipſum legimus. Significat Tantum, tam vehementer. Ter. Phorm. 5. 8. 16.

Poſtquam tantopere id vos velle, animum advorteram. Idem And. 5. 2. 27. Ah, ne ſævi tantopere. Cic. 4. Acad. 132. Non poteſt igitur uterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt, ſed alter. Illud neſcio quid, quod tantopere didiciſti. Cic. pro Muren. 23. [i. e. Tanta cura, tanto labore ac ſtudio, tam operoſe.

Tantopere & Quantopere. Cic. 1. de Orat. 164. Neque enim tantopere hanc a Craſſo diſputationem deſiderabam, quantopere ejus in cauſis oratione delector.

Tantum, Adv. [μόνον, Gl. G. L.] ſignificat Solum, & Poſitivis jungitur. Plaut. Capt. Act. 1. ſc. 4. Tantum ſtudens, ut natum recuperet. Virg. 2. Ecl 16.

Serta procul tantum capiti delapſa jacebant. Servius, Tantum capiti delapſa, ut oſtenderet non longius provolutam eſſe coronam.

Nihil dicam arrogantius, tantum dicam. Cic. pro Muren. 78.

Tantum intereſt, quod tu, quum es commotus, acquieſcis, aſſentiris, approbas, &c. Cic. 4. Acad. 141.

Non tantum parum commode, ſed etiam turpiter. Cic. 1. de Orat. 227.

Tantum non, Rei non plane peractæ Adverbium, Ferme, fere, propemodum. Suet. in Tiber. Cæſ. cap. 11. Tantum non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigavit. Liv. 37. 29. extr. Ut vidit non poſſe æquare ordinem Romanos, & tantum non jam circumiri a dextro cornu, concitat naves. Idem 4. 2. Et quum hoſtes tantum non arceſſierint. conf. Tantummodo non, in tantummodo.

Tantum, quod. Cic. pro M. Fontej. Quæ tantum a ceterarum gentium more ac natura diſſentiunt, quod ceteræ pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, iſtæ contra omnium religiones p. 222. Lamb. edit. H. St. Hic Quod cauſativa eſt, neque una dictio Tantum quod. ut in ſubjectis exemplis, ſed Tantum μόνον, pro In tantum, vel Tantopere. Exſtant 20.

Tantum quod, pro Niſi. Cic. 3. Verr. 116. Tantum quod hominem non nominat. i. e. Niſi quod hominem non nominat. Turnebus [Tantum non diceret, niſi eadem negatio ſequeretur. Al. dicunt Excepto modo, quod. V. not. Lambin. & Græv.

Tantum quod, pro Ut ſolummodo. Lucret. 2. 220.

Tantum quod nomen mutatum dicere poſſis.

Tantum quod, [ἀρτίως, Gl. L. G.] pro Adverbio temporis Commodum Cic. 7. Fam. 24. Tantum quod ex Arpinati veneram, quum mihi a te litteræ redditæ ſunt. Sic legendum eſſe annotat P. Victorius. Alii tamen non legunt Quod. Sueton. in Neron. cap. 6. Nero natus eſt Antii poſt novem menſes, quam Tiberius exceſſit, a. d. XVIII Cal. Januar. tantum quod exoriente ſole, pæne ut radiis prius, quam terra, contingeretur. Quo in loco, pro Tantum quod, Beroaldus audacule repoſuit, Jam tum quidem. Donatus illud in Ter. Eun. 2. 3. 52.

Illa ſeſe interea commodum huc advorterat. ſic exponit, Commodum, Tantum quod, vel ipſo eodemque tempore. Sic & in illud Phormionis, 4. 3. 9. Cum hoc id agebam commodum. Commodum, Tantum quod. Cic. 15. Att. 7. Hæc quum ſcriberem, tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam. Paulus exponit, Commodum, Vix, Tantum.

Tantum duntaxat, quomodo dicitur Tantummodo, pro Tantum. Cic. 2. Att. 9. Tantum duntaxat nos defendere cogitamus.

Tantum eſt, pro Iſta ſumma eſt. Plaut. Moſt. 3. 1. 121.

Quatuor quadraginta illi debentur minæ,

Et ſors, & fœnus, tantum eſt. Ter. Eun. 5. 3. 28. — numquid eſt

Aliud mali, damnive quod non dixeris,

Reliquum? P. tantum eſt. Ter. Hec. 5. 3. 15. Scio. tantumne eſt? B. tantum.

Tantum, ad numerum, [τοσοῦτον] Plaut. Bacch. 4. 3. 38.

— vi coactus reddidit

Ducentos & mille Philippûm. N. tantum debuit? [In his, & ſequentibus aliquot locis, Tantum proprie non Adverbium eſt: quippe cui & Quantum reſpondet: neque Gr. μόνον, ſed τοσοῦτον converti debet. In aliis, ubi pro Tantopere ponitur, recte adverbiis annumeratur.

Tantum mihi confido. Cic. 10. Fam. 18. Mihi enim ſi contigiſſet, ut prior Antonio occurrerem, non tuberculum horam conſtitiſſet: tantum ego & mihi confido, & ſic percolſes, &c. Virg. 5. Æn. 162.

Quo tantum mihi dexter abis?

In tantum ut. V. in præpoſitionem.

Tantum, & plus etiam. Cic. 7. Att.

Tantum ſat habes? Ter. Heaut. 4. 3. 40.

Tantum ponitis in ea re. Cic. 4. Acad. 92. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne contra vos tota nata ſit, quæ primo progreſſu feſtive tradit elementa loquendi.

Tantum, ut. Cic. 7. Fam. 3. Poſtea autem, quam alicujus culpa tantum valeret unus, ut obſiſti non poſſet, &c. Al. Quum.

Tantum honoris. Plin. lib. 12. cap. 1. Tantumque poſtea honoris increvit, ut mero infuſo enutriantur. Idem lib. 11. cap. 53. Tantum inſidiarum eſt vitæ.

Tantum, pro Tam parum. Cæſ. 6. Bell. Gall. 34. Præſidii tantum eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra muros. Idem lib. 3. Bell. Civil. 2. Sed tantum navium reperit, ut anguſte quindecim millia legionariorum militum, & quingenti equites tranſportari poſſent. [Tantum pro Non amplius, ut apud Cic. de Offic. 1. 41. Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici cauſam eſſe malit, ut orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet, &c.

Tantum quam. Ter. Hec. 3. 4. 3.

Non hercle, Parmeno, verbis dici poteſt

Tantum, quam re ipſa navigare incommodum eſt.

Tantum, quantum. Plaut. Moſt. 2. 2. 94.

Tu, ut occœpiſti, tantum, quantum quis, fuge. Quis, a Quiſ.

Virg. 4. Georg. 101.

Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum

Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.

Tantum, quantum ſat eſt. Cic. de Senect. 48.

Tantum abeſt, eandem vim in oratione habet, quam Non ſolum. Huic autem interdum geminum ut poſtponitur, interdum unum tantum, ut ex ſequentibus exemplis liquet. Cic. de Amicit. 29. Tantumque abeſt, ut amicitiæ propter indigentiam colantur, ut ii, qui opibus & copiis, maximeque virtute præditi (in qua plurimum eſt præſidii) minime alterius indigeant. Idem 1. de Offic. 43. Tantum abeſt ab officio, ut

nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. h. e. Non modo officium non eſt, verum etiam nihil magis officio poteſt eſſe contrarium. Al. τὸ Ab omittunt. Idem 4. Acad 81. Tantum abeſſe dicebat, ut id conſentaneum eſſet, ut maxime etiam repugnaret. V. ABSUM.

Tantum abſum, ut perturber, pro Tantum abeſt ut perturber. Hirt. Bello Alex. cap. 22. Hoc detrimento milites noſtri tantum abfuerunt, ut perturbarentur, ut incenſi potius atque incitati, magnas acceſſiones fecerint in operibus hoſtium expugnandis. Græca hæc eſt phraſis, τοσοῦτον δεῖν, ὥστε ...

TANTUMMŎDO, Adv. [αὐτὸ μόνον, μόνον αὐτό, Gl. L. G. μόνον, G. L.] Idem, quod ſimplex Tantum. Ovid. 4. de Pont. 16. 49.

Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta eſt.

Arbores tantummodo per Rupes alantur ſuas. Cic. 2. de Nat. Deor. 81.

Tantummodo non, ut Tantum non. Ter. Phorm. 1. 2. 92.

Poſthæc, ſi quicquam, nihil precor: tantummodo
Non addit: ubi ego hinc abiero, vel occidito.

Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. Cic. 3. de Orat. 49.

Tantummodo, pro Non amplius. Cic. 2. Fam. 9. Velles enim, ais, tantummodo ut haberem negotii quod eſſet ad laureolam ſatis. [Ubi rectius putem diviſe ſcribi, Tantum modo. conf. in TANTUS.

TANTĬDEM, tantadem, tantumdem Adj. Ulpian. in l. Si pro patre. D. de in rem verſo. Si decem in rem domini verterit, & poſtea tantamdem ſummam a domino mutuatus ſit, &c.

Tantidem ponderis. Pomponius in l. ultima. D. de præſcrip. verb. Si tibi ſcyphos dedi, ut eoſdem mihi redderes: commodati actio eſt. Si, ut pondus argenti redderes, quantum in illis eſſet: tantidem ponderis petitio eſt, per actionem Præſcriptis verbis.

Tantumdem periculum, pro Tantum periculi. Plaut. Pœn. 3. 3. 20.

Malo benefacere tantumdem eſt periculum,
Quantum bono malefacere. Et in Maſc. Truc. 2. 5. 7. Tantumdem dolum aggrediar.

Cæpioni tantumdem ſolutum eſt. Cic. 1. Q. frat. 3.

TANTUNDEM, [τοσοῦτον, Gl. G. L.] vice Adv. quaſi Tantum idem, ſignificat Æque tantum. Plin. lib. 5. cap. 1. Volubile oppidum tantumdem a mari utroque diſtans.

Tantumdem eſt, quaſi. Plaut. Merc. 2. 2. 43.

Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus, ſenex,
Tantumdem eſt, quaſi ſit ſignum pictum in pariete. Al Tantidem.

Tantumdem viæ. Cic. 1. Tuſc. 104. Nihil neceſſe eſt, inquit: undique enim ad inferos tantumdem viæ eſt.

Tantumdem, quantum. Plin. Epiſt. 167. Cic. 5. Verr. 202. Magiſtratibus tantumdem detur in cellam, quantum ſemper datum eſt.

Quæ morte teſtamentove ejus tantumdem capiat, quantum omnes hæredes. Cic. 2. de Legib. 48.

Tantumdem, pro Nihil amplius. Ter. Phorm. 5. 6. 6.

Num tu intelligis quid hic narret? G. num tu? A. nihil. P. tantumdem ego. Idem Eun. 2. 3. 29.

Quid virgo, cuja eſt? CH. neſcio hercle. P. unde eſt? CH. tantumdem.

P. Ubi habitat? CH. Ne id quidem. Vulgo Tantundem, per n ſcribitur.

TANTIDEM, [τοσούτου, Gl. L. G.] Genitivus, qui verbis pretii ſolet adjici. Ter. Adel. 2. 1. 45.

Ob malefacta hæc tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.

Cogere aliquem ab aliquo tantidem accipere. Cic. 5. Verr. 83.

Emere aliquid tantidem, quanti, &c. Cic. 5. Verr. 192. V. TANTI.

TANTISPER, Adv. [ἐν τοσούτῳ, ἐπὶ τῷ μεταξὺ, Gl. L. G.] ſignificat Tamdiu: poſtulatque poſt ſe Dum pro Donec, ſive Quamdiu, vel Quoad. Abſoluta Plaut. Aul. 4. 5. 6.

Tantiſper hic ego ad januam conceſſero. Cic. 12. Att. Totos dies ſcribo: non quo proficiam quid, ſed tantiſper impedior. Ovid. in Ibin, 641.

Hæc tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello,
Immemores ne nos eſſe querare tui.

Cogitare tantiſper de aliquo reo. Cic. pro Cæcin. 30.

Tantiſper dum. Ter. Adel. 1. 1. 45.

Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet. Cic. 9. Fam. 2. Habes rationem mei conſilii: tibi igitur hoc cenſeo, latendum tantiſper ibidem, dum efferveſcit hæc gratulatio, & ſimul dum audiam quemadmodum negotium confectum ſit.

Tantiſper, quoad. Ulpian. in l. 3. §. Hoc autem. D. de itiner. actuque privat. Qui vult ire agere tantiſper, quoad de ſervitute conſtet, non debet de ſuo jure docere.

TANTŬLUS, a, um. Adj. dimin. pro Tam parvus. Plaut. Truc. 2. 7. 48.

Tun' tantuli doni cauſa, olerum atque eſcarum & poſcarum? Idem Pœn. 1. 2. 61.

En monſtrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Cic. pro Roſc. Amer. 114. Si ea eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet. Lucret. lib. 4. 897.

Cauſa tantula. Cic. 4. Att. 8. Dices tantulane in cauſa?

Epiſtola tantula. Cic. 1. Att. 14. pr.

Malum tantulum. Cic. 2. Tuſc. 66.

Sol tantulus, quantus videtur. Cic. 4. Acad. 82. Al. Tantus.

Staturæ tantulæ homines. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 30.

Tantulum moræ. Cic. 4. Verr. 169. Et vendidiſſet, ſi tantulum moræ fuiſſet, quo minus ei pecunia illa numeraretur.

Tantulo venire; ſubaud. Pretio. Cic. pro Roſc. Amer. 130. Deinde cur tantulo venierint.

TANTŬLUM, Adv. Tam parum, ſignificans. Cic. 7. Verr. 275. Du omnibus nobis ſi quis tantulum de recta regione deflexerit. Idem 7. Verr. 180. Si tantulum oculos dejecerimus, præſto eſſe inſidias, &c. [I. e. Paulum modo, nec eſt vere Adv.

Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit. Cic. pro Roſc. Amer. 118.

Tantulum peccavi, i. e. Paulum. Plaut. Caſ. 4. 4. 6.

Tantulum commotus. Cic. 4. Verr. 144.

Nec quicquam poſthac, non modo tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris. Cic. 15. Att. 10.

TANTILLUS, a, um. Adj. dimin. a Tantulus. Plaut. Trin. 1. 2. 22.

Pæne haud tantillum dederis verborum mihi. Ter. Adel. 4. 2. 24.

Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meis. Cic. de Senect. 52. Omitto enim vim ipſam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantillo grano. Vetus exemplar legit Tantulo. Plin. lib. 32. cap. 1. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, ut vetet ire navigia.

TANTILLUM, Adv. Plaut. Rud. 4. 4. 106. Si hercle tantillum peccaſſis. Catul. ad Juventium, 96. 6.

— nec poſſum fletibus ullis
Tantillum veſtræ demere ſævitiæ. [Revera non eſt Adv.

T A P

TAPĒTUM, i. n. vel TAPĒS, ētis. m. vel TAPĒTE, is. n. [τάπης, Gl. G. L. τάπης ψιλή, L. G] Tegmen ingenioſe pictum variis coloribus, quo equi, menſæ, ſeu pavimenta ſternuntur. Plaut. Pſeud. 1. 2. 14.

Neque Alexandrina belluata, conſutaque tapetia. Al. Conchyliata. Virg. 9. Æn. 358.

Armaque, crateraſque ſimul, pulchroſque tapetas. Sil. lib. 17. 64.
— nullo decorare tapete
Cornipedem Nomas aſſuetus. [In Gloſſ. Latinogræc. ſcribitur Tapedes, quaſi ſit m. g. Suid. τάπητες, ἐπιβόλαια, ἢ στρώματα.

Alti tapetes. Ovid. 13. Met. 638.

Belluata tapetia. V. BELLUA.

Incubat tapetis. Stat. 10. Theb. 101.

Pictis tapetis inſtrati alipedes. Virg. 7. Æn. 277.

TAPHIÆ, arum. f. pl. [Ταφίων νῆσοι] Inſulæ in mari Ionio, quas prope Echinadas Strabo lib. 10. ponit: quarum caput Taphus. Hujuſcemodi repetit originem enarrator Apollonii poetæ: Perſeo ex Andromeda, ut narrat Herodorus, quatuor fuere filii, Alcæus, Sthenelus, Meſtor, & Electryon, qui ſimul regnaverunt. Ex Hippotoe Meſtoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus, a quo Taphus inſula, in qua Teleboæ ac Taphii communi nomine & imperio fuere. Igitur ii Hippotoes, eorum aviæ, pecuniam ab Electryone, eorum neceſſario, qui pro ea ſpopondit, repetebant: qua negata ad arma venere, armenta abegerunt, ipſum denique & filios ſuſtulere. Alcmena Electryonæ filia, patrem ultura, Amphitryonem Thebanum, hominem potentiſſimum, in matrimonium accepit: atque hoc pacto, bello inter eos conflato ab eodem Amphitryone deleti ſunt, eorumque regnum Cephalo, profugo Athenienſi, qui exercitui præerat, donatum, quod ad Ulyſſem e ſucceſſione pervenit. V. Plin. 4. 12.

TAPHIUSA, Plin. lib. 36. cap. 21. Locus eſt juxta Leucadem, in quo Taphiuſius lapis naſcitur.

TAPHRÆ, [Τάφραι] Oppidum eſt in Taurica Cherſoneſo, Trajani principis auſpiciis aliquando captum, ut auctor eſt Florus, qui ſub Trajano vixit. Nunc vulgo appellatur *Mancup*. [De Floro nugæ. Memini Mela 2. 1. Plin. 4. 12. ad fin. V. & Steph.

TAPĪNŌSIS, is. f. [ταπείνωσις] Latine Humiliatio dicitur. Virg. 1. Æn. 118.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Servius; In gurgite vaſto, Tapinoſis eſt: id eſt, rei magnæ humilis expoſitio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto ſublavat: ut hoc loco, Vaſto addidit.

TAPOSIRIS, [Ταπόσιρις] Civitas in Ægypto. Stephanus Ταπόσιρις appellat, quia ſit ſepultus in ea Oſiris. Strabo duas facit Tapoſires: unam mari propiorem, alteram remotiorem.

TAPRŎBĂNĒ, es. f. pr. com [Ταπροβάνη] Inſula in mari Indico ampliſſima, inter ortum occaſumque Solis, ut Solinus refert. Patet in longitudine ſtadiorum ſeptem millibus, in latitudine quinque millibus. Ibi Septemtriones non videntur, ut eſt auctor Plin. lib. 6. cap. 22. ubi multa de hac inſula. Inter alia refert, legatos ex Taprobane, quum ad nos veniſſent, miratos eſſe Septemtriones & Vergilias, veluti in novo cœlo: Lunam vero apud ipſos non niſi ab octava die, ad quintam decimam ſupra terram aſpici. V. Pomponium Melam lib. 1. & 3. 7. Lucet ibi Canopos ſidus clarum & ampliſſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis. Vivunt ultra annos centum. Naſcuntur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptolemæus lib. 7. refert cap. 4. Plin. lib. 6. cap. 22. ſcribit in ea quingenta oppida comperta fuiſſe. In eadem (ſicut Geometræ ſcribunt) ſunt duæ æſtates. Taprobane noſtro ævo vocatur *Sumatra*.

TAPSUS, [Θάψος] Peninſula eſt Siciliæ non procul a Syracuſis, Megarenſem ſinum a meridie definiens. Virg. 3. Æn. 689.

— vivo prætervehor oſtia ſaxo
Pantagiæ Megaroſque ſinus, Tapſumque jacentem.

TAPULLUS, a, um. Adj. Tapullam legem convivalem ficto nomine conſcripſit, jocoſo carmine, Valerius Valentinus. Cujus meminit Lucilius, inquit Feſtus.

TAPYRI, [Τάπυροι] Populi in Parthia, ut lib. 11. refert Strabo, quibus mos eſt ut proprias uxores aliis viris nuptui concedant, quum duos aut tres filios ex eis ſuſceperint.

T A R

TAR. Tarquinius, Tarviſinus.

TARACINA, V. TARRACINA.

TARACO, V. TARRACO.

TARAS, [Τάρας] Neptuni fuit filius, quem Tarentum ædificaſſe quidam exiſtimant. V. TARENTUM.

TARATANTĀRA, Vox tubæ ſonitum imitans, ab Ennio ficta.

Et tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Servius in nonum Æneidos, 503.

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro. Hemiſtichium, inquit, Ennii: nam ſequentia iſte mutavit. Ille enim ad exprimendum tubæ ſonum ait Taratantara. Et multa hujuſmodi Virgilius, quum aſpera invenerit, mutat.

TARBELLI, [Ταρβελλοί] Ptolemæo lib. 2. cap. 7. Galliæ urbs: vulgo *Tarbe*.

TARCHETIUS, [Ταρχέτιος] Impius Albanorum rex. De quo Plutarchus in vita Romuli p. 18. Francf. antiquam de ortu Romuli fabulam proline narrat.

TARCHON, [Τάρχων] Hetruſcorum dux, qui, ut ex Virgilio notum eſt,

Ænem

Æneæ ſuppetias tulit adverſus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abjecta n littera. Virg. 8. Æn. 603.

Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Caſtra locis.

Superbus Tarchon. Sil. lib. 8. 474.

Tardus, a, um. Adj. [βραδύς. Gl. L. G. & G. L.] notæ ſignificationis. Cic. de Seneꝫt. 21. Memoria minuitur, credo, niſi eam exerceas, aut ſi ſis natura tardior. Plaut. Merc. 3. 4. 10.

Velox & Tardus, contraria. Cic. 2. de Invent. 35. Formoſus an deformis, velox an tardus ſit, &c.

Tardus inceſſu filius. Plin. lib. 7. cap. 18.

Ætate tardus. Ovid. 8. Met. 686.

Tarda & languida pecus. Cic. 2. de Finib. 40. Contraque, ut tardam aliquam & languidam pecudem, ad paſtum, & ad procreandi voluptatem, hoc divinum animal ortum eſſe voluerunt.

Agmen tardum. Virg. 9. Æn. 47.

Aſellus tardus. Virg. 1. Georg. 273.

Corpora tarda. Virg. 6. Æn. 720.

Fuga tarda. Ovid. 1. Triſt. 2. 84.

Gradibus tardis errare. Ovid. 11. Met. 357.

Gravitas tarda. Ovid. 12. Met. 618.

Modi tardiores, Languidiores, remiſſiores, minus incitati. Cic. 1. de Orat. 254. Solet idem Roſcius dicere, ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum.

Moræ tardæ. Ovid. 19. Epiſt. 38.

Noctes tardæ, Tarde venientes, hoc eſt æſtivæ. Virg. 2. Georg. 482. Servius.

Nox ſolſtitialis tardior hiberna. Ovid. 2. de Pont. 4. 26.

Opem tardam admovere. Ovid. Rem. Amor. 116.

Paſſu tardo incedere. Ovid. 10. Met. 49.

Pede tardo cunctari. Ovid. 2. Amor. 19. 12.

Principia orationis tarda, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. Cic. 2. de Orat. 213.

Proviſor tardus utilium. Hor. de Arte Poet. 164.

Res tardior ſpe. Liv. 24. 40. pr.

Senectus tarda. Hor. 2. Serm. 2. 88.

Senectus tarda gelu. Virg. 8. Æn. 508.

Unda tarda. Virg. 4. Georg. 479.

Tardus ad injuriam. Cic. 1. Off. 34. Atque haud ſcio, an ſatis ſit eum, qui laceſſierit, injuriæ ſuæ pœnitere, ut & ipſe ne quid tale poſthac committat, & ceteri ſint ad injuriam tardiores. Subaudi Inferendam.

Ad referendam gratiam tardiorem eſſe. Cic. Antequ. iret in exſil. 6.

Tardus in cogitando. Cic. de Clar. Orat. 216.

Homo tardus, Hebes, obtuſi ingenii. Cic. 3. de Orat. Namque aut ſenes ad eas acceſſerunt, aut uſque ad ſenectutem ſtudiis detinentur, aut ſunt tardiſſimi.

Ingenium tardum. Cic. 3. pro Lege Agr. 6. Sed quem veſtrûm tam tardo ingenio fore putavit, cui poſt eos Conſules, Sullam dictatorem fuiſſe in mentem venire non poſſet?

Ingenium tardum in accipiendis, quæ traduntur. Plin. lib. 8. cap. 3.

Ingenium eximium, & Tarda mens. Cic. 5. Tuſc. 68.

Senſus hebetes & tardi. Nihil percipientes. Cic. 1. Acad. 31.

Tardus, Rudis & ſtupidus. Virg. 10. Ecl. 19.

—tardi venere bubulci. Ter. Eun. 5. 8. 49.

Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque & dies. Servius.

Quidam nimis indociles tardique ſunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 12.

Tardum eſt dictu, Difficile, non promptum. Plin. lib. 23. cap. 1. Vini genera, differentiaſque perquam multas expoſuimus, & fere cujuſque proprietates. Neque eſt alia pars difficilior tractatu, aut numeroſior: quippe quum ſit tardum dictu, pluribus proſit, an noceat.

Tardus, Perſeverans & diuturnus. Virg. 2. Georg. 126.

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali. Ita Nonius 4. 457. Servius vero, Vix intelligibilem, interpretatur.

Cura Tardis palleſcere. Propert. lib. 2. 23. 7.

Tardus fumus, Denſus & craſſus. Virg. 5. Æn. 682. Servius.

Tardiuſculus, a, um. dimin. [ὑπόβραδυς] Ter. Heaut. 3. 2. 4.

Ille Cliniæ ſervos tardiuſculu'ſt. I. e. Aliquantum tardus.

Tarde, [βραδέως, Gl. L. G.] tardius, tardiſſime. Adv. Cic. 14. Fam. 5. Tardeque & incommode navigaſſetaus.

Tarde & Ocius, contraria. Cic. 4. Tuſc. 32. Illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocius.

Creſcens tarde oliva. Virg. 2. Georg. 3.

Facere iter tarde. Cic. 15. Att. 20.

Ingredi tardius. Cic. 1. Tuſc. 75. Qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam quum ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur.

Ire tardius. Hor. 2. Serm. 3. 201.

Moveri celerius & Tardius, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 52.

Percipere tarde, & Celeriter accipere. Cic. pro Roſc. Com. 31.

Procedunt tempora tarde. Ovid. 5. Triſt. 10. 5.

Tardiſſime, vel Quum tardiſſime. Plin. lib. 18. cap. 7. Quatuor, aut quinque tardiſſime, diebus florere incipiunt: totidemque aut paulo pluribus defloreſcunt: hordea vero, quum tardiſſime, ſeptem.

Veſperi & Tarde. Cic. pro Milon. 55. Videte nunc illum primum egredientem e villa ſubito: cur veſperi? quid neceſſe eſt tarde?

Adveniens tardius hoſpes. Hor. 2. Serm. 2. 91.

Tarditas, ātis f. [βραδύτης, νωθρότης, Gl. G. L.] opponitur Celeritati. Cic. de Univerſ. 28. Atque ut eſſet menſura quædam evidens, quæ in octo curſibus celeritates, tarditateſque declararet, &c.

Celeritati Tarditas contraria eſt. Cic. in Topic. 47.

Curſu corrigere tarditatem. Cic. 2. Q. frat. 15. V. corrigo.

Tarditas peditum. Cic. pro Rabir. perd. 21. Qui quum ingredi vix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum impedimento fore putabat.

Certatim poſthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occaſionis tarditas exſpectabitur. Cic. 2. Philip. 118.

Tarditas & Cunctatio. Cic. pro Sext. 100. Ita ut nonnunquam cunctatione & tarditate, dum otium volunt etiam ſine dignitate retinere, ipſi utrumque amittunt.

Tarditas & Procraſtinatio. Cic. 6. Philipp. 7. Pleriſque in rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt.

Afferre moram & tarditatem alicui rei. Cic. 5. Philipp. 25. Certe iſta legatio moram & tarditatem affert bello.

Afferre tarditatem ad aliquid faciendum. Cic. 12. Philip. 25. Affert tarditatem iſta ſententia ad Dolabellam perſequendum.

Damnari naturæ tarditatis. V. damno.

Stativa tarditate ſubſiſtunt. Firmic. lib. 1. cap. 2. non ita procul a fine.

Tarditas ingenii, ſtupor, debilitaſque linguæ. Cic. in Piſon. 1. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Tarditas audientium. Plin. lib. 20. cap. 8.

Tarditas aut gravitas in ſenſibus. Cic. 4. Acad. 87. At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore, ne approbet falſa pro veris, & alias quidem ſæpe: ſi aut in ſenſibus ipſius eſt aliqua forte gravitas aut tarditas, aut obſcuriora ſunt quæ videntur, aut a perſpiciendo temporis brevitate excluditur.

Æterna & diuturna opinio tarditatis. Cic. 1. de Orat. 125.

Tarditas & ſtultitia. Cic. 2. de Legib. Quid abjectius tarditate & ſtultitia dici poteſt?

Tarditas conſiderata. Cic. in Brut. 154. Ser. Sulpicius, cum dicendi cauſa duobus peritiſſimis operam dediſſet, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo: Galli, hominis acuti & exercitati, promptam in agendo & in reſpondendo celeritatem, ſubtilitate diligentiaque ſuperavit: Balbi, docti & eruditi hominis, in utraque re conſideratam tarditatem vicit, expediendis conficiendiſque rebus. Hoc verbo Cicero voluit oſtendere, tarditatem non fuiſſe prorſus naturalem, ſed eum ſolitum fuiſſe lente (quod ajunt) feſtinare.

Infinitam enim faciet ipſa res dicendi tarditatem. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Tarditas & taciturnitas. Cic. 2. Fam. 5. Sed noſti hominis tarditatem & taciturnitatem.

Tardities, ēi. f. antiqui dixerunt, pro Tarditate. Accius Diomede, Multa amittuntur tarditie & ſocordia. Nonius 2. 866.

Tarditūdo, inis. f. Idem. Plaut. Pœn. 3. 1. 29.

Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.

Tardor, ōris. m. pro Tarditas dici probat Nonius ex Varrone, Pedatus verſuum tardor. Non. 3. 255.

Tardigĕnŭlus, a, um. Adj. Tarde gemens. Nævius apud Gell. 19. 7. Tardigenulo ſenio oppreſſus. conf. Non. 4. 345. ubi alii legunt Tardigenulo, a Genu.

Tardĭgrădus, a, um. Adj. [βραδύπορος] Quod tarde graditur. Cic. 2. de Divin. 133.

Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera. Ex poeta.

Tardilŏquus, a, um. Adj. Ad loquendum tardus. Sen. Epiſt. 40. Summa ſummarum hæc erit, tardiloquum te eſſe jubeo.

Tardĭpes, ĕdis. Adj. [βραδύπους] Qui tarde incedit, aut claudicans. Catul. 37. 7.

Electiſſima peſſimi poetæ.
Scripta tardipedi deo daturam. I. e. Vulcano. Columel. lib. 10. v. 420.

Quin & tarpipedi ſacris jam rite ſolutis
Nube nova ſeritor.

Tardo, [βραδύνω, Gl. L. G. & G. L. χρονίζω, G. L.] āre. Morari, tergiverſari. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 28. Sed ne omnino metum reditus ſui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, &c. Cic. 7. Fam. 5. Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare.

Inertia tardat nos. Tibul. lib. 1. 2. 23.

Impetum inimici tardare. Reprimere, remorari. Cæſ. 1. Bell. Civil. 26.

Tardare & Frenare. Cic. 5. Verr. 130. Quum ejus animum ad perſequendum, non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritiæque ſuæ frenaret.

Studia alicujus tardare, pro Morari, & frangere contentionem. Cic. in Orat. 3. In quo vereor, ne ſi id, quod vis, effecero, eumque oratorem, quem quæris, expreſſero, tardem ſtudia multorum, qui deſperatione debilitati experiri id nolent, quod ſe aſſequi poſſe diffidant. Budæus.

Animos accuſatorum tardare. Cic. 4. Verr. 167. Statuæ illæ equeſtres, quas tu paulo ante, quam ad urbem venires, poni inſcribique juſſiſti, ut omnium inimicorum animos, accuſatorumque tardares.

Animo tardari. Cic. 11. Philipp. 24. Vereor ne exercitus quoque noſtri, qui non delectus neceſſitate, ſed voluntariis ſtudiis ſe ad Remp. contulerunt, tardentur animis, ſi quicquam aliud nobis, niſi de inſtanti bello cogitarum putabunt.

Tardare & procraſtinare negotium aliquod. Cic. ad Brut. 2. Si ea, quæ ex tempore ſuſcepta ſunt ut agerentur, non tardata & procraſtinata ſunt.

Tardare, cum Infinitivo. Cæſ. 2. Bell. Gall. 43. Ut multitudine atque oneris nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur.

Tardare, abſolutum. Cic. ad Brut. 18. At iſta retulit, quæſivitque, quid nam mihi videretur, accerſeremuſne te, atque id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius eſſet tibi.

Tardans, antis. Partic. [βραδύνων] ut, Senecta tardans. Virg. 5. Æn. 395.

Tardātus, a, um. Partic. [βραδυνθείς] Virg. 5. Æn. 453.

At non tardatus caſu, neque territus heros
Acrior ad pugnam redit.

Gradus tardati. Stat. 2. Theb. 871.

Tardābilis, e. Adj. Tertull. de Anim. 43. Rigor tardabilis.

Tardeſco, [βραδύνομαι] ĕre. Tardum fieri. Lucret. lib. 3. 480.

Conſequitur gravitas membrorum, præpediuntur
Crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens.

Tărentus, i. m. & f. & Tarentum, i. n. [Τάρας] Nobilis urbs Calabriæ ad mare, Pyrrho Epirota in ducem contra Romanos accito clariſſima, ſita in pæninſula quadam, ut indicat Ptolem. lib. 3. cap. 1. Strabo multis locis lib. 6. Virg. 3. Æn. 551.

Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti
Cernitur. Servius, Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt, & quum utraque pars affligeretur, Lacones, quibus juventus deerat, præceperunt ut virgines cum quibuſcunque concumberent. Quod factum eſt. Et quum poſt ſedata bella juventus incertis parentibus nata erubeſceret, & patriæ & ſibi eſſet opprobrio, (nam Partheniæ dicebantur) accepto duce Phalanto, octavo ab Hercule, profecti ſunt: delatique ad

ad breve oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricaverat, id auxerunt: & priſco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, ſi vera eſt fama: quia Taras condiderat, auxerat Phalantus. Hactenus ille. Quæ plenius refert & accuratius Juſtinus lib. 3. cap. 4. Nunc vulgo dicitur *Taranto*, teſtis Olivarius in Melam.

Lacedæmonium Tarentum. Ovid. 15. Met. 50.

Sacri Tarenti cuſtos Neptunus. Hor. 1. Carm. 28. 29.

Incolæ fuerunt mollitie & luxuria deinceps infames, unde Epitheta ſeqq.

Imbelle Tarentum. Hor. 1. Epiſt. 7. 45.

Molle Tarentum. Hor. 2. Serm. 4. 34. V. MOLLIS.

Saturum Tarentum. Virg. 2. Georg. 197.

Tarentus f. g. legitur apud Sidon. Carm. 5. 453.

Ipſaque, quæ petiit, trepidaverat ancta Tarentus.

TARENTĪNUS, a, um. Adj. [Ταραντῖνος] Quod ex Tarento eſt, vel Tarentinis agris creſcit: ut,

Deliciæ Tarentinæ. Flor. 1. 18. 28.

Nux Tarentina. Plin. lib. 15. cap. 22. Et Tarentinarum duo genera, fragili putamine ac duro: quæ ſunt ampliſſimæ, & minime rotundæ. Unde quidam Tarentum appellatum putant, quod juglandes nuces & pineas mollius habet, ac ſimiliter oves. Tarentum autem Sabini vocant Molle.

Pira Tarentina. Columel. lib. 5. cap. 10.

Venenum Tarentinum. Hor. 2. Epiſt. 1. 207.

Lana Tarentino violas imitata veneno. h. e. Purpura Tarentina.

Tarentinum verſum, pro Molli & laſcivo poſuiſſe Arnobius videtur, ubi de Sabaziis agit, cum ſcribit, Tum illum citabimus Tarentinum notumque ſenarium, quem antiquitas canit dicens,

Taurus draconem genuit, & Taurum draco. Annotavit Turneb.

Tarentini, vocabantur Genus quoddam equitum. Liv. 35. 28. de Philopœmene Achæorum Prætore loquens, Et tum omnium primum agmen conſtituit; dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit. Et 29. Luce orta, Cretenſium levis armatura, & Tarentini equites ſuper torrentem prælium commiſerunt. Ælianus non longe a principio libri de Inſtruendis aciebus, Tarentinorum, inquit, duo ſunt genera. Nam alii longius jaculantur, & ob eam rem equites jaculatores dicuntur, & Tarentini ſpeciali vocabulo. Alii quum ſemel aut bis jaculum miſerint, quo leviori utuntur, manus de cetero cum adverſario conſerunt, & cominus pugnare incipiunt, non ſecus quam quos haſtatos appellari retulimus. Leves hos nominari ſolitum eſt. Ergo Tarentinorum alii Tarentini nomine ſuo vocantur, qui de longe jaculari conſueverunt: alii leves, qui pugnam cominus ſubeunt. Hæc Ælianus. De his loqui putatur Cicero, 5. Att. 19. Quæ, inquit, de Tarentinis in militia laboravi, ea tibi grata eſſe gaudeo. V. Grævium in loc.

Tarentina Genus ornamenti muliebris, Æliano lib. 7. de Var. hiſt. 9.

TARGVTA, V. in dictione BELLO, urbs Hiſpaniæ.

TARMĒS, ĭtis m. [[illegible]] Genus vermiculi carnem cædens. Paulus. V. Plaut. Moſtell 3. 2. 140. Vitruv. lib 2. cap 9. Scalig. ad Feſt. & Plaut. Alias Teredo. [An apud Paul pro Carnem ſcribendum Materiam?

TARNA, æ. f. [Τάρνη] Urbs fertiliſſima ponitur Homer. lib Iliad. 5. quam enarratores vocatam poſtea Sardis dixerunt.

TARPĒJA, [Ταρπηΐα] teſte Plutarcho in vita Romuli, Filia fuit Tarpeji, quæ Romanam arcem in Capitolio conſtitutam, cujus pater Tarpejus cuſtos erat, Sabinis prodidit. Hinc mons Tarpejus dictus: Hinc etiam Tarpeja ſedes apud Virg. 8. Æn. 347. V. Servium in loc. De hac vide etiam Propert. lib. 4. Eleg. 4. quæ ſic incipit,

Tarpejum nemus, & Tarpejæ turpe ſepulcrum
Fabor, & antiqui limina capta Jovis.

TARPEJUS, a, um. [[illegible]] Adj. ut,

Arx Tarpeja. Virg. 8. Æn. 652.

Arces Tarpejæ. Ovid. 15. Met. 866.

Juppiter Tarpejus. Ovid. 6. Faſt. 34.

Locus Tarpejus. Propert. lib. 4. 9. 5.

Mons Tarpejus, i. e. Capitolinus. Varro de L. Lat. 4. 7. pr. Dictus, inquit, a virgine Veſtali Tarpeja, quæ ibi a Sabinis necata armis, & ſepulta. Ejus nominis monumentum relictum, quod etiam nunc ejus rupes, Tarpejum appellatur ſaxum.

Pater Tarpejus, Juppiter. Propert. lib. 4. 1. 7.

Rupes Tarpeja. Lucan. lib. 1. 196.

Saxa Tarpeja. Sil. lib. 1. 117. conf. Varr. l. c.

Sedes Jovis Tarpeja. Virgil. l. c. Lucan. lib. 5. 306.

Templa Tarpeja. Stat. 3. Silv. 4. 105.

TARQUINIUS, i. m. Plures fuerunt apud Romanos, qui hoc nomine dicti ſunt. Primus omnium

Tarquinius Priſcus, [Ταρκύνιος Πρίσκος] quintus Romanorum rex. Is centum additis Patrum numerum auxit, Latinos ſubegit, Circum deſignavit, qui nunc Maximus dicitur, ubi ſpectacula ſibi quiſque faceret, furcis duodenos ab humo pedes altis ſuſtentata. Ludicrum fuit, equi, pugileſque ex Hetruria acciti. Præterea Sabinorum bello potitus, equitum centurias ampliavit; Anci filiorum conſpiratione periit. Ex lib. 1. Livii: ubi reliqua V.

L. Tarquinius Superbus, Priſci, ſeu filius, ſeu nepos, cognomen a moribus meruit. Occiſo Servio Tullio, cujus filiam in matrimonio habuit, regnum ſcelerate occupavit: bello tamen ſtrenuus, Latinos Sabinoſque domuit, &c. Demum quum in Ardeæ obſidione filius ejus Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exſilium actus, ad Porſenam Hetruriæ regem ſe contulit, cujus ope regnum retinere tentavit. Pulſus Cumas conceſſit, ubi per ſummam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liv. lib. 1. & 2. Ovid. 2. Faſt. 687.

Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir injuſtus, fortis ad arma tamen.

L. Tarquinius Collatinus, Egerio genitus, Aruntis, qui Priſci frater fuit, filio, in contubernio juvenum regiorum Ardeæ erat, quam Superbus obſidione premebat. Ubi forte, quum in convivio conjugem ſuam unuſquiſque laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petunt, regiaſque nurus in convivio vel luxu deprehendunt. Inde Collatiam petunt, & Lucretiam ejus inter ancillas in lanificio offendunt. Itaque ea pudiciſſima judicata eſt. Ad quam corrumpendam Sex. Tarquinius, Superbi F. Collatiam rediit, & jure propinquitatis in domum Collatini venit, cubiculum Lucretiæ irrumpit, ejuſque pudicitiam expugnat. Illa poſtero die advocatis e caſtris Sp. Lucretio patre, & conjuge, una cum P. Valerio & L. Junio Bruto, iis rem expoſuit: & cultro, quem veſte texerat, ſe occidit. Illi exſilio regum rem vindicaverunt. Ita L. Tarquinius Collatinus cum L. Junio Bruto primi omnium Romæ coſſ. creati ſunt. Quem honorem tamen, ob invidiam nominis, Collatinus paulo poſt deponere conſenſu populi coactus eſt. Tarquinius cum prole tota ejectus, ad Mamilium Tuſculanum generum confugit, Latinoſque omnes concitat. Contra quos Poſtumius miſſus. Ex Liv. lib. 1. & 2.

Superbiſſimus atque crudeliſſimus Tarquinius. Cic pro Rabir. perd. 13. Nam hæc ista, quæ te, hominem clementem popularemque, delectant, &c. ſed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii, ſed Tarquinii, ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis, iſta ſunt cruciatus carmina.

Ejectus Tarquinius. Virg 8. Æn. 646.

Faſces ſuperbi Tarquinii. Hor. 1. Carm. 12. 35.

Reges Tarquinii. Virg 6. Æn. 817.

Superbus Tarquinius regno pulſus. Hor. 1. Serm. 6. 13.

TARQUINII, orum. m pl [[illegible]] Vetus oppidum Campaniæ. Cic. 5. Tuſc. 109 Demaratus quidem, Tarquinii regis noſtri pater, tyrannum Cypſelum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit, ac liberos procreavit. Steph [illegible]

TARQUINIENSIS, e. Adj. [[illegible]] ut, Fundus Tarquinienſis. Val. Max. 5. 3. 3.

Ager Tarquinienſis. Cic. 2. de Divin. 50.

TARQUINIENSE, is. n. abſolutum, pro Agro Tarquinienſi, & qui a Tarquiniis heredibus primum nomen accepit. Plin. 8. 52. Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Idem 9. 56.

TARRĂCĪNA, æ. f. [[illegible]] vel TARRACINÆ, arum pl. [[illegible]] Oppidum Volſcorum in Campania, ante Trachyna, id eſt aſpera, a loci aſpredine. & lingua Volſcorum Anxur dicebatur prius, diverſam fortunam a Rheginis expertum. Liv. 4. 59. Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt: urbs prona in paludes.

Dicitur & Taracina unico r, & Terracina. V. ANXUR.

TARRACINENSIS, e Adj. Salluſt. Bell. Catil. cap. 46.

TARRĂCO, [[illegible]] Inſignis Hiſpaniæ civitas, Scipionum opus, a quo provincia ipſa Tarraconenſis & Tarraconia dicta eſt, nunc *Aragonia* vocatur, quæ (ut Pomponius ſcribit lib. 2. 6.) altero capite Gallias, altero Bæticam, Luſitaniamque contingens, mari latera objicit noſtro, qua Meridiem: qua Septentrionem ſpectat, Oceano. Urbium e mediterraneis clariſſimæ fuerunt Pallentia, & Numantia. Nunc eſt Cæſarea Auguſta. Tarraco nunc vulgo *Tarragona* dicitur, teſte Olivario. Hinc Tarraconenſia vina, optima. Martial. lib. 13. 118.

Tarraco, Campano tantum ceſſura Lyæo.

Vitifera Tarraco. Sil. lib. 3. 370.

TARSUS, [Ταρσός] Urbs præclariſſima, & Ciliciæ metropolis, quam Perſeus, Danaes nobiliſſima proles, ædificavit. Lucan. lib. 3. 225.

Deſeritur Taurique nemus, Perſeaque Tarſus. Hæc fuit Apoſtoli Pauli patria. Dicta Tarſus, ut quidam exiſtimant, a ſiccitate: vel a parte pedis quæ ταρσὸς dicitur, ut in manu ταρσός. Vel, ut Joſephus ait lib. 1. a Tarſo nepote Japheth. Nunc vulgo vocatur *Terſo*.

Tarſenſes adeo philoſophiæ ſtudioſi fuerunt, ut Athenienſes & Alexandrinos ſuperarent. Ex Tarſo fuerunt Antipater, Archelaus, & Neſtor, & duo Athenodori, & hi philoſophi Stoici fuere.

TARSIS, vel THARSIS, [[illegible]] Lapidis genus eſt, ut ait Hieronymus ad Marcellum.

Eſt & Tarſis vel Tharſis, [Θαρσίς] regio, ad quam Jonas propheta ſe velle ire dixit. Ipſum quoque mare quia cæruleum ſit, & ſæpe ſolis radiis percuſſum, colorem ſupradictum trahat, a colore nomen accepit.

Porro Hebræi Tarſis mare dici generaliter autumant, ſecundum illud, In ſpiritu violento confringes naves tarſis, id eſt maris.

TARSENSIS, e. Adj poſſeſſ [Ταρσεύς, ἢ Θαρσεύς] ut, Tarſenſe pelagus. Columel lib. 8 cap. 16.

TARTĂRIA, ſive TATTARIA, æ. f. Regio ampliſſima, quæ partim in Europa, ſed maxima ex parte in Aſia, ſita eſt. Univerſa dividitur in Europæam, quæ & Minor dicitur, & Aſiaticam; utraque ut plurimum inculta, triſtis, ſqualida atque deſerta. Nomen accepit a flumine *Tartar*, quod *Mongul* regionem irrigans, in mare Septentrionale effunditur. V. Cluver. Introd. Geogr. lib. 4. cap. 23. & lib 5. cap. 3. 4. 5. Hinc

TARTĂRI, ſive TATTĂRI, [Τάρταροι] Gens ipſa fera, atrox, crudelis, inconditis moribus, & omnium barbarorum maxime barbara. Lege Vadianum apud Pomponium Melam lib 1. & Cluver. loc. ſupra cit.

TARTĂRUS, [Τάρταρος] & in multitudinis numero, neutro genere TARTĂRA, ἀπὸ τοῦ ταράττειν, id eſt turbare: aut quod melius eſt, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id eſt a tremore frigoris: Locus inferorum profundus, inquit Servius. Virg. 6. Æn. 577. — tum Tartarus ipſe

Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum. Suidas, Tartarus, inquit, demiſſior inferni locus, & Tartarum apud nubila locus, &c. conf. Steph. Poetæ Latini fere n. pl. Tartara utuntur, ut

Funeſta Tartara. Stat. 11. Theb. 574.

Ima Tartara. Senec. Œdip. 20.

Impia. Virg. 5. Æn. 734.

Intima Lethi Tartara. Virg. 4. Georg. 482.

Nigra Tartara. Virg. 6. Æn 135.

Opaca Tartara. Ovid. 10. Met. 670.

Profunda Tartara. Senec. Hippol. 8.

Triſtia Tartara. Virg. 4. Æn. 243.

TARTAREUS, a, um. poſſeſſ. [Ταρτάρειος] Virg. 7. Æn. 513.

— cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem. i. e. Terribilem, aut fortem, inquit Servius. Idem 12. Æn. 846.

Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram.

Acheron Tartareus. V. ACHERON.

Tartareus canis, Martial. lib. 5. 35. Cerberus intelligitur.

Cuſtos Tartareus, Cerberus. Virg. 6. Æn. 395.

Deus Tartareus, Pluto. Ovid. 1. Triſt. 8. 32.

Domus Tartarea. Ovid. 3. Faſt. 620.

Plaga Tartarea. Cic. 2. Tuſc 22.

Hæc a Tartarea tenebris abſtractum plaga
Tricipitem eduxit hydra generatum canem. Ex poeta.

Umbra

Digitized by Google

Umbræ Tartareæ. Ovid. 6. Met. 676.

TARTESSOS, [Ταρτησσός] Hiſpaniæ civitas juxta columnas Herculis, aliquando Carteja dicta, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 2. 6. Silius omnino aliam Tarteſſon a Carteja facit lib. 3. 399.

Argantoniacos armat Carteja nepotes, &c.

Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. Silii interpres eandem eſſe falſo colligit Vadiani judicio. At Liv. 28.30 pr. Dum hæc, inquit, ad Bætim fluvium geruntur, Lælius interim, freto in Oceanum evectus, ad Cartejam claſſe acceſſit. Urbs ea in ora Oceani ſita eſt, ubi primum a faucibus anguſtis panditur mare. Hactenus Livius. Eandem igitur cum Tarteſſo fuiſſe credi par eſt. Nam & Strabo lib. 3. Nonnulli, inquit, Tarteſſum hujus ætatis Cartejam nominant. V. CARTEIA.

Tarteſſus, Urbs in litore prope Gades: unde familia Columellæ emanavit, a Tartaro dicta, ut meminit Strabo, propter ſubterraneas illic cavernas. Hinc

TARTESSIACUS, a, um. Adj. [Ταρτησσιακός] poſſeſſ. ut, Tarteſſiaci thyrſi, i.e. Lactucæ. Columel. lib. 10. v. 371. Sil. lib. 16. 214.

—noctiſque per umbram

Ad Tarteſſiacos tendit per litora portus. Idem 17. 591.

Ac Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.

TARTESSIUS, a, um. Adj. [Ταρτήσσιος] Ovid. 4. Met. 416.

Preſſerat occiduus Tarteſſia litora Phœbus.

Tellus Tarteſſia. Sil. lib. 16. 647.

TARUANNA, [Ταρουάννα] Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Galliæ urbs Morinorum: vulgo *Terouane*.

TARUNTIUS, [Ταρούντιος] Vir fuit tum Philoſophiæ, tum Mathematicarum in primis ſtudioſus. Auctor Plutarchus in Romulo.

TARUSCUM, [Ταρουσκών] Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Saliorum urbs in Gallia, vulgo *Taraſcon*.

T A T

TĂTA, [πάππας] Tatam pueri Patrem vocant. Martial. lib. 1. 101.

Mammas atque tatas habet Afra: ſed ipſa tatarum

Dici, & mammarum maxima mamma poteſt. V. 2 0 4.

TĂTÆ, Cantio eſt ſibi invicem reſpondentium. Plaut. Stich. 5. 7. 3.

Pac ta hoc modo, at ta hoc modo. SA. babæ. ST. tatæ. SA. papæ. ST. avax. Al. Pax. Idem Trucul. 2. 2. 18.

TĂTIUS, [Τάτιος] T. Tatius Sabinorum dux, qui cum diu in Romanos bellum moliretur, tandem per proditionem Tarpejæ virginis Capitolio primum capto, urbem invaſit, ac pace facta, regnum Romæ quinquennio una cum Romulo tenuit: quem poſtremo tandem ab amicis eorum legatorum, quos Tatiani latrones interfecerant, occiſum eſſe ait Lanuvius, & in Aventinienſi laureto ſepultum. De hoc vide Liv. 1. 10. & apud Plutarchum in Romulo.

Ferus Tatius. Propert. lib. 4. 2. 52.

TATIENSES, [Τατιεῖς] Tertia pars populi Romani a T. Tatio dicta. V. Plut. in Rom. Liv. 1. & C. L. LUCERES.

T A U

TAULANTII, [Ταυλάντιοι] Populi ſunt Illyriæ. Euphorion Taulantinos vocat. Ariſtoteles ait apud hos vinum ex melle fieri. Hæc Stephanus. Lucan. lib. 6. 16.

Quamque vocat collem Taulantius incola petram.

TAURA, V. TAURUS.

TAURĔA, æ. m. [Ταυρέας] Jubellius Taurea dictus, Campanus, memoranda vir fortitudine, qui cum Campanus ſenatus a Q. Fulvio Flacco cos. capite plecteretur, voluntaria morte ante pedes ejus, transfixus gladio, procubuit. V. Liv. 26. 15. Conf. JUBELLIUS.

Sublimis Taurea. Sil. lib. 13. 143.

TAUREUS, Adj. V. TAURUS.

TAURĔUS, [Ταύρειος] Neptuni epitheton, quoniam ei tauros immolabant: vel quia ſit deus maris, quod ſonum emittat ſimilem voci taurinæ.

TAURI, [Ταῦροι] populi, Tauricæ Septentrionalis regionis in Europa incolæ. Iphigeniæ (inquit Mela lib. 2. 1.) & Oreſtis adventu maxime memorati, immanes ſunt moribus, immanemque famam habent, ſolere victimis advenas cædere. Hactenus Pomponius. De Oreſtis in Tauricam adventu, quædam habet Ovid. 4. Triſt. 4. 66.

Immanis autem ſacrificii hujus, Thoas rex auctor fuit. Hinc Diana ipſa Thoantea dicta Sil. lib. 4. 771. Ejus frequens mentio eſt apud Lucanum, Euſebium, Ciceronem, Solinum, Lactantium. Herodotus libro quarto; Tauros omnes naufragos Iphigeniæ immolare ſolere, & precibus peractis, hominis caput clava ferire, corpus truncum a ripa deturbare, caput cruci ſuffigere. Captis vero bello caput amputans, referuntque domum, & ſuffixum fuſti in tecti ſublimia ſtatuunt, plerumque autem ſupra fumarium erigunt: ideo id agentes, quod hos totius domus cuſtodes eſſe ſibi perſuadeant. Ex Herodoto.

TAURICUS, a, um. Adj. [Ταυρικός] ut,

Terra Taurica. Ovid. 1. de Pont. 2. 80.

Ara Taurica. Ovid. 4. Triſt. 4. 63.

TAURICA Cherſoneſus [Ταυρικὴ Χερσόνησος] Peninſula, provincia eſt Europæ, ut docet Ptolemæus lib. 3. cujus fines ſunt Iſthmus, Palus Mæotis, Propontis, & Cimmerius Boſphorus. Ibi civitates ſitæ ſunt Eupatoria & Theodoſia, nunc Capha. Ejus ambitus L a x millia paſſuum complectitur, & a Mæotidis populis, qui margines ipſius habitant, nomen aſſumpſit. Hodie vocatur *Precopia*. De hac Juven. 15. Sat. 116.

— quippe illa nefandi Taurica ſacri

Inventrix. V. CHERSONESUS.

TAURINI, [Ταυρῖνοι] Plin. lib. 3. cap. 17. Populi ſunt Italiæ Tranſpadanæ in Alpium radicibus. Auguſta Taurinorum ipſius urbis nomen; hodie *Turin*. [Hos Stephanus eoſdem cum Tauriſcis facit, Strabonem lib. 7. ſecutus, qui & Tauriſtas, & Liguriſcas vocat. Verum Plinius diſtinguere videtur. q. V.

TAURINUS, a, um. Adj. [Ταύρειος] ut. Campi Taurini. Sil. lib. 3. 646. Taurinus, Adj. a Taurus, V. in TAURUS.

TAUROMĔNIUM, [Ταυρομένιον] Siciliæ oppidum, in colle ſitum, cui Tauri nomen fuit, ab Andromacho Timæi hiſtorici patre conditum, viro opibus animoque præſtante: & Tauromenium dictum eſt, auctore Diodor. lib. 16. Scribit Plin. lib. 3. cap. 8. hanc urbem quandoque Naxon appellatam. Nunc vulgo dicitur *Taormina*. Inde

TAUROMINITĀNUS, a, um. Adj. [Ταυρομενίτης] Val. Max. 2. 8. 3. Arx Taurominitana. Sil. 14. 257.

Taurominitana cernant a ſede Charybdim. Lucan. lib. 4. 461.

Taurominitanæ fugiens damnoſa Charybdis. &

Taurominitani dicti Ciceroni, 4. Verr. 160.

TAURŬBŬLÆ, arum. [Ταυροβόλαι] Nomen inſulæ prope Neapolim. Stat. 3. Silv. 1. 129.

— dites Capreæ, viridaſque reſultant

Taurubulæ.

TAURŬNUM, i, n. TAURUNUM, [Ταύρουνον] Ptolemæo lib. 2. cap. 16. Taurunum Plinio lib. 3. cap. 25. alio nomine Alba Græca vel Belgrada; Urbs Mœſiæ ſuperioris. a Germanis Album caſtrum Græcorum dicitur.

TAURUS [Ταῦρος] Berytius, Philoſophus Platonicus ſub Antonino principe: ſcripſit de differentia ſectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis, & alia, ut eſt auctor Suidas. Hujus etiam ſæpe meminit Gellius, dicitque ejus ſe maxime familiarem Romæ fuiſſe.

Taurus, cognomen Statiliorum Romæ, Varro de R. R. 2. 1. 10. A Statilio Tauro amphitheatrum extructum ſub Auguſto principe memorat Suet. cap. 29. extr. S. Pacuvii Tauri, Ædilis plebis, qui Sibyllæ ſtatuam ante Roſtra inſtituit, meminit Plin. 34. 5. extr.

TAURUS, [Ταῦρος ὄρος] Mons Aſiæ altiſſimus ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio determinatur. Immenſus ipſe, & innumerarum gentium arbiter: dextero latere Septentrionalis, ubi primum ab Indico mari aſſurgit, lævo Meridianus, & ad Occaſum tendens, mediamque diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad Septentriones: flexaſque immenſum iter quærit, velut de induſtria, rerum natura ſubinde æquora opponente: hinc Phœnicium: hinc Ponticum, illinc Caſpium, & Hyrcanium, contraque Mæoticum lacum. Torquatur itaque colliſus inter hæc clauſtra, & tamen victor, flexuoſus evadit uſque ad cognata Riphæorum montium juga, numeroſis nominibus & novis quacunque incedit, inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamiſſus, Circius, Chambades, Pharphariades, &c. Ex Plin. lib. 5. cap. 27. Lege & Solinum cap. 51. in diſcriptione Ciliciæ. Huic Mons oppoſitus, Antitaurus dicitur. Ubi in excelſiſſimam conſurgit ſublimitatem, Caucaſus appellatur: quanquam ſint qui Taurum a Caucaſo dividant. Conf. Suid.

Tauro tenus. Cic. pro Dejot. 36. Etenim ſi Antiochus, magnus ille rex Aſiæ, quum poſteaquam a Scipione devictus, Tauro tenus regnare juſſus eſſet, &c.

TAURUS, i. m. [ταῦρος, Gl. L. G. & G. L.] Bos ad procreandum reſervatus. V. Colum. 6. 20. Virg. 4. Georg. 538.

Quatuor eximios præſtanti corpore tauros.

Taurus accipitur & pro bove, qui caſtratus rei ruſticæ auctoribus intelligitur. V. Colum. l. c. Virg. 1. Georg. 65.

— ergo age, terræ

Pingue ſolum primis extemplo a menſibus anni

Fortes invertant tauri.

Fortia taurorum corpora. Ovid. 1. de Pont. 4. 53.

Tergora taurorum. Ovid. 13. Met. 347.

Agreſtes tauri. V. Agreſtis, in AGER.

Alacres tauri. Claud. 2. in 1. Conſ. Stilich. 22.

Acer taurus. Sil. 13. 429. al. Ater.

Arator. Ovid. 1. Faſt. 698.

Bellator. Stat. 3. Theb. 330.

Corniger taurus. V. CORNU.

Iners. Stat. 9. Theb. 84.

Ingens. Virg. 2. Æn. 202.

Macer. Virg. 3. Ecl. 100.

Nitens. Virg. 3. Æn. 20.

Torvus. Ovid. 8. Met. 132.

Trux. Ovid. 4. Epiſt. 166.

Validus. Ovid. 7. Met. 538.

Adjungere tauros aratro. V. ADJUNGO.

Fumans ſub vomere taurus. Virg. 3. Georg. 515.

Paſti repetunt præſepia tauri. Virg. 7. Ecl. 39.

Submittere tauros. Virg. 1. Ecl. 46. V. SUBMITTO.

Taurus, Tauri ſimulacrum. Cic. 6. Verr. 73. Ille nobiliſſimus taurus, quem Phalaris habuiſſe dicitur.

Taurus, Cœleſte ſignum. Plin. lib. 17. cap. 24. Quum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. Virg. 1. Georg. 217.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum

Taurus.

Taurus pro Radice arboris. Quintil. lib. 8. cap. 2. Sicut in his, quæ homonyma dicuntur, ut taurus animalne ſit, an mons, an ſignum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligitur.

Taurus, Avis nomen. Plin. lib. 10. cap. 42. Eſt quæ boum mugitus imitetur in Arelatenſi agro taurus appellata, alioquin parva.

Taurus, Pars eſt quædam in pudendis, unde & Laſtauri, dicti. Solitaurilia ab hac parte non deſunt qui appellata cenſeant, quod innuit Feſtus in Solitaurilia, cum ſcribit, Atque harum hoſtiarum omnium ſunt immolati tauri, quæ pars cæditur in caſtratione. Ex Turnebi Adverſ. 17. 7. [Suidas, ταῦρος, τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ Ἀθηναῖος, ὁ ἀφεκτος, καὶ αγνός.

TAURA, æ. f. Vaccas ſteriles dici exiſtimant tauras, hac de cauſa, quod non magis, quam tauri pariant. Hæc Feſtus. Columel. lib. 6. cap. 22. Et utique tauræ, quæ locum occupant fecundarum, ablegandæ. Varr. 2. de R. R. cap. 5. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur.

TAURŬLUS, i. m. dimin. Petron. 39. Deinde totus cœlus taurulus eſt.

TAURĔUS, a, um. [ταύρειος. Gl. G. L.] Adj. ut,

Terga taurea, pro Tympanis dixit Ovid. 4. Faſt. 342.

Taurea vincla. Lucret. lib. 6. 1069.

Quæ laxare queant compages taurea vincla. h. e. Vincla ex glutine taurino. Lambin.

TAURĔA, æ. f. Scutica ex corio bubulo facta. Juven. 6. Sat. 491.

— taurea punit

Continuo flexi crimen, facinuſque capilli.

Taurīnus, a, um. aliud Adj. [ταύρειος] Quod ex tauro eſt. Plin. lib. 20. cap. 13. Item vitiligines, verrucas, ſtrumas, & ſimilia cum hircino & adipe ſuillo ac taurino ſevo.
Cornua taurina. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 220.
Folles. Virg. 4. Georg. 171.
Frons. Ovid. 6. Faſt. 197.
Pulſus. Stat. 2. Theb. 78.
Sanguis taurinus. Catul. 67. 34.
Tergum. Virg. 1. Æn. 368.
Tympana. Claud. in 2. Conſ. Stilich. 364.
Vulnus. Virg. 4. Georg. 171.

Taurius, a, um. Aliud Adj. unde Taurii ludi, Taurium æs, apud Feſt. Taurii appellabantur ludi, in honorem deorum Inferorum facti, inquit Paulus. De quorum inſtitutione plura apud Feſtum V. conf. TAURILIA.

Tauricus, a, um. Adj. ut
Tauricum æs dicunt, quod in ludos tauricos conſumitur. Feſt. Al. Taurium.

Taurilis, e. Adj. Unde Taurilia, Ludi Romani. Liv. 39. 22. Ludi Taurilia per biduum facti, religionis cauſa. V. dict. ſuper. & ſuova TAURILIA.

Taurĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [ταυροφόρος] ut, Campi tauriferi, Paſcua. Lucan. lib. 1. 473.

Taurĭformis, e. aliud Adj. [ταυρόμορφος] Formam tauri habens. Hor. 4. Carm. 14. 25.
Sic tauriformis volvitur Aufidus.

Taurigĕnus, a, um. Adj. Actius in Minotauro apud Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 5. Taurigeno ſemine ortum fuiſſe, an humano.

Taurŏbŏlium, vel Tauropolium, i. n. [ταυροβόλιον] Sacrificii genus. Antiqua Inſcriptio apud Spon. Erud. Antiq. p. 20. PONTIFEX VESTALIS MAIOR PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE, &c. Gruter. Inſcr. p. 30. & 31. TAVROPOLIVM FACERE, & ACCIPERE. Sacrificium autem Taurobolii fuit in honorem Cybeles; unde Sacerdos dictus eſt Taurobolinus. [Qui plenius hoc ſacrum cognoſcere cupiunt conſulant Antonii Vandale Differt. de origine ac ritibus ſacri Taurobolii, quæ eſt prima in Syntagm. & Lomejer. de Luſtrat. cap. 23.

Tautŏlŏgia, æ. f. [ταυτολογία] Latine dici poteſt Ejuſdem rei eloquium; Figura eſt apud poetas frequens, qua res eadem multis verbis idem ſignificantibus explicatur. Virg. 1. Æn. 551.
— ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aura
Ætheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris. Nam totum quod repetitur, unum eſt; ſed ad exprimendum conceptum crebro ſermone denuntiatur. [Gloſſ. Græcolat. ταυτολογία, Stummia. Quod quid ſit viderint doctiores.

T A X

Tax, n. indecl. [τὰξ] Percuſſio dicitur: vox a ſonitu, quem facit, formata. Plaut. Perſ. 2. 3. 12. Tax tax tergo erit meo, non curo.

Taxĭla. [Τάξιλα] Urbs Indiæ maxima: ut ſcribit Philoſtrat.

Taxillus, i. m. V. TALUS.

Taxo, [ψηλαφῶ] āre. Preſſius, crebriuſque quicquam tangere. Varro Modio, Ne manum taxis liberam. i. e. Tetigeris. Nonius 2. 856. V. Gell. lib. 2. cap. 6. & Macrob. lib. 6. cap. 7.
Non eſt a Taceo. H. St. Utique, ſed a Tango vel Tago, Taxis antique, pro Tetigeris. V. Voſſ. de Analog. 3. 41. conf. Feſt. in voce.
Taxo, [τιμῶ, Gl. L. G.] āre. Pretio æſtimare. Plin. lib. 17. cap. 1. Illos, qui frugiferas tanti taxaverant.
Taxare aliquem, [ἀποθαυλίζειν] Maledictis tangere. Plin. lib. 15. cap. 15. Eadem cauſa in piris taxatur ſuperbiæ cognomine. conf. Feſt. d. l.

Taxātus, a, um. Partic. Suet. Calig. cap. 38. Cognoſcebat de talibus cauſis, taxato prius modo ſummæ. Florus 2. 6. 18. Dignitas equeſtris (i. e. annuli equitum Romanorum inſigne) taxata menſura. Idem 1. 12. 8. Taxato ſtipendio hiberna.

Taxatio, ōnis. f. [τίμησις, Gl. L. G.] Ipſa taxandi actus. Taxatio, (inquit Feſtus) in litibus, arbitriove, dicitur quæ fit certæ ſummæ. Plin lib. 13. cap. 15. Interiit nuper incendio, a Cethegis deſcendens, H. S. XIII. permutata, latifundii taxatione, ſi quis prædia tanti mercari malit. De menſa citria. Idem lib. 9. cap. 35. Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius, tragœdi Æſopi filius.

Taxātor, ōris. m. [ὀνειδιστής] Taxatores (inquit Feſtus) e ſcenicis dicuntur, qui alter alterum maledictis tangit.

Taxa, æ. f. Æſtimatio pretii & valoris, apud JCtos.
Item Lauri ſpecies. Plin. 15. 30.

Taxim, Adv. Senſim, vel occulte. Pompon. Bucc. adoptat. Clandeſtino tacitus taxim proſpectavi periculum. Ex Non. 2. 840. Obſoletum.

Taxus, i. f. [μίλαξ, Gl. L. G. & G. L. σμῖλαξ, L. G.] Arbor in Arcadia abieti ſimilis. Plin. lib. 16. cap. 10. Similis etiamnum his aſpectu eſt, ne quid prætereatur, taxus, minus virens, graciliſque & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hiſpania præcipue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Sextius ſmilacem a Græcis vocari dixit: & eſſe in Arcadia, tam præſentis veneni, ut ſi qui dormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur. Repertum, innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clavus æreus adigatur. Hæc Plin. Virg. 9. Ecl. 30.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.
Metuenda ſucco taxus. Stat. 6. Theb. 102.
Nocentes taxi. Virg. 2. Georg. 257.
Peſtiferæ taxi. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 386.

Taxeus, a, um. Adj. [σμιλάκινος] ut, Silva taxea. Stat. 5. Silv. 5. 29.

T A Y

Tāygĕta, ō. pl. vel Taygĕtus, i. m. [Ταΰγετον ὄρος] Mons eſt Laconum, Libero patri ſacratus, teſte Serv. apud Virg. 2. Georg. 488.
— virginibus bacchata Lacænis
Taygeta, &c. Cic. 1. de Divin. 112. Quum & urbs tota corruit, & in monte Taygeto extrema montis, quaſi puppis, avulſa eſt.
Canes Taygeti. Virg. 3. Georg. 44.
Pruina Taygeti. Propert. lib. 3. 14. 15.
Ardua Taygeta. Stat. 1. Achill. 427.

Gelidi Taygeti inculta juventus. Lucan. lib. 5. 52.
Horrenda Taygeta. Stat. 4. Silv. 8. 53.

Taygĕte, ſ. [Ταϋγέτη] Una eſt (inquit Serv.) de Pleiadibus ſeptem. Virg. 4. Georg. 232.
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias, &c. conf. Steph.

T E

TEG. Tegula. T. E. I. Teſtamento ejus juſſit. TER. Terentina, (ſcil. Tribus;) Tercenarius, Terminalia, Tertium. TESS. Teſſerarius. TEST. P. C. Teſtamento poni curavit.

T. F. Titi filius, Teſtamento fieri.

Te, σὲ, σοί, σύ. Gloſſ. Latinogræc. V. TU.

Te, Syllabica adjectio, quæ pronominibus Tu & Te adjungitur: ut, Tute, Tete. [Sic & Meapte, Suapte, &c.

T E A

Teānum, [Τέανον ἢ Τεανόν] Italiæ oppidum duplex eſt. Eſt enim Teanum Sidicinum in Appia via poſitum: & Teanum Apulum; ſive Apulorum, ut Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 5. & 6. ſcribunt. Cic. pro Cluent. 27. Quum haberet ex Nonia infantem filium, alter autem ejus filius Pappiæ natus, Teani Apuli, quod abeſt a Larino decem & octo millia paſſuum, apud matrem educaretur, &c. Quidam perperam cum aſpirata ſcribunt Theanum.

Tearco, ōnis. [Τεάρκων] Æthiopiæ rex maximus, qui externas ſubegit gentes, Europæque populos, uſque ad Herculis perveniens columnas. Ex Strab. lib. 5.

Tearus, [Τέαρος] Thraciæ fluvius, ad cujus ripas quum Darius, ad Scythas proficiſcens, perveniſſet, caſtra diebus tribus continuit, ejus dulciſſime & limpidiſſima aqua delectatus, eodemque in loco, columnam cum inſcriptione poſuit. Auctor. Herodot. lib. 4.

Teate, [Τεάτη] Marrucinorum urbs in Italia, auctor Ptolem. lib. 3. cap. 1. Teate hodie, vulgo *Tieti*.

T E B

Teba, æ. f. Vox priſca pro Colle. Varro de R. R. 3. 1. Lingua priſca & in Græcia Æoles Bœotii vocant colles Tebas. [Immo Thebas, q. V.

T E C

Techna, æ. f. [τέχνη] Latine Ars. Aliquando ſignificat Dolum, aſtutiam, impoſturam, fraudem artificioſam, offuciam. Ter. Heaut. 3. 3. 61. Falli te ſinas technis per ſervulum. conf. Plaut. Moſt. 3. 1. 19. Immo in plurali tantum. Vide in Dial. de Errore commun. H. St.

Technĭcus, a, um. Adj. [τεχνικός] Artificialis in Gloſſ. Græcolat. exp. Quintilian. lib. 2. cap. 14. ſub fin. Et velut decretis Technicorum tutos putent. i. e. Eorum qui omnino artem ſequuntur.

Technŏphyon, [τεχνόφυον] Græca dictio, qua ſignificatur Artis productio. Suet. in Auguſt. cap. 72. Erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas & technophyon vocabat.

Tĕcŏlĭthus, i. m. [τηκόλιθος] Lapis ſic dictus, quoniam calculos rumpit & abſumit. Plin lib. 37. cap. 10. Spongiæ lapides inveniuntur in ſpongiis, & ſunt nativi. Quidam eos tecolithos vocant, quoniam veſicæ medentur, calculos rumpunt in vino poti.

Tectorium, V. TEGO.

Tectŏsăges, [Τεκτόσαγες] Fortiſſimi aliquando Gallorum, Pyrenæis proximi & Cemmenis; ita vocati, quod ſagis veſtirentur: adeo olim potentes opibus & virium præſtantia, ut per Græciam, tunc victricem gentium, magna hominum manu profecti, in Aſia ſupra Phrygiam, Cappadociamque ſedes poſuerint, incolumes ab omni finitimorum incurſu. Tectoſages & Toliſtobogi dicti Plinio lib. 4. cap 31. & ceteris. Auſonius Narbonem deſcribens in urbium catalogo vocat Teutoſagos, hoc carmine,
Uſque in Teutoſagos primævo nomine Belgas. Florus lib. 2. cap. 11. Tectoſagos nuncupat. [Steph Nom. ſing. Τεκτόσαξ, & Τεκτόσαγες, pl. Τεκτόσαγες & Τεκτοσάγαι docet Gr. uſurpari.

Tectum, V. TEGO.

Tecum, V. TU.

T E D

Teda, Tedifera, V. TÆDA.

T E G

Tegea, [Τεγέα, ἢ Τεγέη] Urbs Arcadiæ, a qua

Tegeæus, a, um. Adj. quadriſyll. Propert. 3. 3. 30.
Fictilis & calami, Pan Tegeæe, tui. Virg. 8. Æn. 459.
Tunc lateri atque humeris Tegeæum ſubligat enſem. Idem 1. Georg. 18.
Adſis, ô Tegeæe, favens. Servius; Tegeæe, Pæonem tertium eſſe dicit.
Sic Piræus, pro Piræeus. H. St. V. in hac dict. V. & mox.
Tegeæus volucer, dictus eſt Mercurius apud Stat. 1. Silv. 5. 4.
Tuque inimica feræ, volucer Tegeæe, ſonoræ
Terga premas.
Tegea gens, pro Tegeæa gens. Virg. 5. Æn. 299. Al Tegeææ. [Sic Broekhuſ. Tegeee apud Propert. exhibet, quaſi ex Græco Τεγεήτης. Notum eſt permutaſſe ſæpe ſcribas diphthongum cum e longo. Cave tamen mutes.

Tegeātes, æ, m. [Τεγεάτης] Gentile. Et

Tegeātis, idis. f. [Τεγεᾶτις] Sil. 13. 329.
— cæſa Tegeatide capra.

Tegeātĭcus, a, um. aliud Adj. [Τεγεατικός] ut
Tegeaticus volucer & ales, Mercurius. Stat. 1. Silv. 2. 18.
Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra. Sic 5. Silv. 1. 103.
Cunctaque ſi numerem; non plura interprete virga
Nuntiat e celſis ales Tegeaticus aſtris. Olim Lacedæmonii bellum intulere Tegeatibus, ferentes ſecum compedes, tanquam eſſent reducturi illos in captivitatem. Sed congreſſi prælio ac fugati, quicunque vivi

vivi capti ſunt, eiſdem, quum ipſi attulerant, compedibus compediti, campum Tegeatem metiri fune coluerunt.

TEGES, TEGETICULA, TEGILLUM, TEGIMEN, TEGMEN. V. TEGO.

TEGO, xi, ctum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G. [illegible], G. L.] ĕre. Operire, Occulere, Velare. Ovid. 1. de Arte Am. 58.

Æquore quot piſces, fronde teguntur aves.

Galea caput tegit. Propert. lib. 4. 3. 44.
Caligine terras nox tegit. Lucret. lib. 6. 852.
Sepulcro tegi, Condi. Lucan. lib. 2. 548.
Somno tegeret cum lumina. Virg. 4. Georg. 414.
Tenebris teguntur omnia. Ovid. 4. Faſt. 489.
Tunica tegi. Ovid. 1 Amor. 5. 14.
Veſte corpus tegere. Tibul. lib. 2. 3. 82.
Tegunt ſe latibulis feræ. Cic. pro Rabir. Poſt. 42. His ipſis diebus hoſtem perſequi: tum, cum etiam feræ latibulis ſe tegant, atque omnia bella jure gentium conquieſcant. [Hic eſt Defendunt ab injuria tempeſtatis.
Tegere, Celare. Martial. 3. 42.

Quod tegitur, majus creditur eſſe malum. Ter. Hec. 1. 2. 91.
Pudens, modeſta, incommoda atque injurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Virg. 3. Georg. 454.

Tegere & quaſi velis obtendere. Cic. 1. Q. frat. 11. Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura.
Tegere & Velare certo nomine quidpiam. Cic. in Piſon. 16. Triumphi nomine tegere ac velare cupiditatem ſuam.
Mendacio tegere. Cic. pro Quint. 81. Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis.
Animi dolorem vultu tegere, Diſſimulare. Cic. 2. Verr. 21. Cupiebam diſſimulare, me id moleſte ferre. Cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare.
Conſilium vultu tegit. Virg. 4. Æn. 477.
Ignaviam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodiis tegere. Cic. pro Rabir. 21.
Lacrimas tegere. Ovid. 12. Epiſt. 145.
Prudentiam ſummam ſimulatione ſtultitiæ tegere. Cic. de Clar. Orat. 53.
Rem turpiſſimam tegere honeſta præſcriptione. Cæſ. 3. Bell. Civil 32.
Sententiam ſuam tegere. Cic. 5. Tuſc. 11. E quibus nos id potiſſimum conſecuti ſumus, quo Socratem uſum arbitramur, ut noſtram ipſi ſententiam tegeremus, errore alios levaremus: & in omni diſputatione, quid eſſet ſimillimum veri, quæreremus.
Commiſſa tegere, Silentio premere. Hor. de Arte Poet. 38.
Facta tegenda loqui, Pudenda. Tibul. lib. 1. 9. 28.
Tegere aliquem ac tueri, pro Patrocinari & defendere, quod alias Protegere dicitur. Cic. 13. Fam. 66 extr. Etiam atque etiam te rogo atque oro, ut eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves, & ceteris rebus tegas atque tueare.
Tegere & Nocere, contraria. Cic. pro Cæcin. 60. Arma eſſe ſuis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum.
Aliquem armis ſuis tegere. Cic. 3. Fam. 10. Salluſt. in Bell. Catil. cap. 5. Libertatem, patriam, parentes armis tegere.
Alicujus ſalutem & vitam ſua benevolentia, præſidio, & cuſtodia tegere. Cic. pro Planc. 1.

TECTUS, a, um. [[illegible]] Partic. ut
Antrum tectum arboribus. Ovid. 12. Met. 810.
Caligine picea tectus. Ovid. 2. Met. 233.
Tenebris tectus. Columel. lib. 7. cap. 12.
Lanugine tectus malus. Ovid. 11. Met. 291.
Tectum, Genus ovium, ſic dictum quod operimentis tegeretur. Plin. lib. 8. cap. 47. Ovium ſumma genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuo delicatius. Varr. de R. R. lib. 2. cap. 2. Similiter faciendum in ovibus pellitis: quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ, & Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.
Innocentia tecta, Defenſus. Cic pro Lege Manil. 70. Propterea quod periculis facile, ut hominem præſtare oportet, innocentia tecti pellemus.
Amor tectus amicitiæ nomine. Ovid. 1. de Arte Am. 720.
Sermone tecto dicere aliquid. Ovid. 1. de Arte Am. 569.
Verba tecta, Obſcura. Cic. 9. Fam. 22. Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici.
Tectus & Tacitus. Ter. Hec. 3. 3. 28.

Adverſa ejus per te tecta, tacitaque apud omnes ſient,

Tecti ad alienos. Cic. pro Roſc. Amer. 116. Ea ſunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur: tecti eſſe ad alienos poſſumus: intimi multa apertiora videant neceſſe eſt: ſocium vero cavere qui poſſumus?
Tectior & Occultior cupiditas. Cic. pro Roſc. Amer. 104. Hoc accedit, quod paulo tamen occultius, atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet.
Tectius homo. Cic. in Orat. 146. Ac fortaſſe ceteri tectiores: ego ſemper me didiciſſe præ me tuli. Tectiores, i. e. Magis diſſimulantes ſe artem didiciſſe.
Tectiſſimus homo in dicendo. Cic. 2. de Orat. 296. Ego, me hercule, inquit, Antoni, ſemper is fui, qui de te oratore ſic prædicarem, unum te in dicendo videri tectiſſimum. Tectiſſimum, Qui ſua conſilia maxime tegeret, ut lib. 14. ad Atticum, Balbum hominem tectum dixit. Vel Tectiſſimum, Qui quaſi tectus & tutus loqueretur, nec quicquam diceret, quod cauſæ poſſet obeſſe. Quæ enim apud Ciceronem verba ſequuntur hoc explicant. Tectiſſimum, Minime apertum vulneribus adverſarii, & eum, qui minime detegeret id quod in cauſa ſua lateret mali. Al. Rectiſſimum. V. RECTUS.

TECTŌRIUS, a, um Partic. [[illegible]] Ovid. 4. Met. 159.

TECTE, Adv. [[illegible]] cui contrarium eſt Aperte. Cic. 1. Att. 11. Hic dicta mea valde Craſſo adjunxit, & tamen ab illo aperte, tecte quicquid eſt datum, libenter accepi.
Compar. Cic. 9. Fam. 22. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille tectius penem.

TECTUM, i. n. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible] L. G.] Pars domus ſuperior, qua ipſa domus tegitur,
Culmen tecti. Ovid. 12. Met. 480.
Domorum tecta. Virg. 8. Æn. 98.
Faſtigia ſummi tecti. Virg 2. Æn. 302.
Firma tecta in domiciliis habere. Cic. de Clar. Orat. 257.
Nudare tecto culmen. V. NUDUS.
Pectinatum tectum. V. Pectino in PECTEN.
Tectum pro Domo frequenter poni ſolet. Ter. Heaut. 5. 2. 15.

Victus, veſtitus, quo in tectum te receptes. Liv. 1. 29 Romanus paſſim publica, privataque omnia tecta adæquat ſolo. [Tecti vocabulo veteres proprie intelligunt interiorem ædium partem. Nepos Attico cap. 13. Domum habuit in colle Quirinali Tamphilianam, ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas, non ædificio, ſed ſilva conſtabat. Ipſum enim tectum, antiquitus conſtitutum plus ſalis, quam ſumptus habebat. Ubi Ædificium, pro Architectura poſuit, Tectum vero quum antiquitus conſtitutum dicit, non marmore pretioſo, neque ſectilibus pavimentis, & laquearibus auratis inſtructum intelligit, in quo magis commode, quam magnifice habitare liceat.

Urbis tecta. Ovid. 4. Met. 86.
Abſonum tectum. V. ABSONUS.
Agreſtia tecta. Ovid. 4. Faſt. 803.
Altum tectum cæli. Hor. 1. Serm. 5. 103.
Ardua tecta. Virg. 7. Æn. 160.
Auguſtum tectum. Virg. 7. Æn. 170.
Aurea tecta. Virg. 6. Æn. 12.
Bipatentia tecta. Virg. 10. Æn. 5.
Cælata tecta. V. CÆLO.
Candida tecta. Ovid. 1. Triſt. 8. 7.
Cubantia tecta, Quæ videntur valle ſubſidere, aut in alterutrum latus magis inclinant. Lucret. lib 4. 520.
Deformia tecta nigro fumo. Ovid. 5. Faſt. 505.
Fumoſa tecta. Virg. 2. Georg. 244.
Hoſpita tecta. Valer. 2. Argon. 651.
Humile tectum. Sen Hippol. 11.
Immane tectum capax turbæ. Sen. Thyeſt. 8.
Ingentia tecta. Virg. 2. Æn. 489.
Ingens tectum. Virg. 7. Æn. 170.
Inhoſpita tecta. V. INHOSPITUS.
Intecta ſtramento tecta. V. INTEGO.
Laqueata tecta. V. LAQUEAR.
Marmorea tecta, auro & ebore fulgentia. Cic. in Parad. 6.
Obſoleti tecti ſordes. Hor. 2. Carm. 10. 7.
Parva tecta. Sen. Hippol. 2.
Paupere ſub tecto. Hor. 1. Epiſt. 10. 32.
Pinea tecta, Naves. Ovid. 14. Met. 530. al. Texta.
Placida tecta Ovid. 1. Faſt. 121.
Prava tecta. Lucret. lib. 4. 520.
Prona tecta, Quæ a fronte magis propendent. Lucret. lib. 4. 520.
Pulchra tecta. Hor. 3. Carm. 10. 6.
Recurvum tectum. Ovid 10 Epiſt. 71.
Regalia tecta. Ovid 6 Met. 614.
Regia tecta. Virg 1. Æn. 636.
Ruſtica tecta. Catul. in Carm. ſecul. 30. 19.
Saxea tecta. Ovid. 10. Epiſt. 128.
Solida tecta. Ovid. 3. Met 696.
Squalentia tecta. Ovid. 2. Met. 760.
Sublime tectum centum columnis. Virg. 7. Æn. 170.
Superba tecta. Virg. 7. Æn 12.
Supina tecta, Quæ retro velut in tergum curvantur. Lucret. lib. 4. 520.
Tepidum tectum. Hor. 2. Serm. 3. 10.
Umbroſa tecta. Tibull. lib. 1. 4. 1.
Claudere ſua tecta. Ovid. 5. Met. 287.
Credere ſe tectis alicujus. V. CREDO.
Fremunt tecta ululatu femineo Virg. 4. Æn. 667.
Incumbunt tecta centenis columnis. V. INCUMBO.
Inire tectum. Ovid. 14. Met 752.
Novare tecta. Virg. 4. Æn. 260.
Procumbit tectum Ovid. 4. Faſt. 833.
Recipere aliquem tectis ac ſedibus ſuis. Cic. 2. de Lege Agr. 89.
Replere tectum gemitu. Virg. 2. Æn. 679.
Subire tecta alicujus. Virg 3. Æn. 83.
Succedere tectis alicujus. Virg 1. Æn. 631.
Cæca tecta, Obſcura, occulte. Ovid. 8 Met 158. Labyrinthum intelligit.
Denſa ferarum tecta, Silvæ denſæ Virg 6. Æn. 7.
Stellantia tecta ſummi patris, Cælum. Valer. 5. Argon. 622.

TECTŬLUM, i. n. Hieron. Epiſt 47. 4. Sub uno tectulo manentes.

TECTOR, ōris. m. [[illegible], Gl. G. L.] Qui tegit.
Tector, [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], G. L] Qui opus tectorium facit. Varr. 3. de R. R cap. 2. Non minus villa tua erit ad angulum Vellini, quam neque pictor, neque tector vidit unquam.

TECTŌRIUM, i. n. [[illegible], [illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Illinimentum quoddam eſt, a tegendo dictum, & quaſi pavimentum parietis, atque incruſtatio: quod fit quum calce aut gypſo, ad majorem ſpectantium gratiam & decorem, parietem inalbamus, quæ ideo etiam Albarium appellatur, ſive Albarium: quanquam albarium, inquit Budæus, ex pura calce fiat, ut hodie eſt in uſu. Tectorium autem continet arenatum, hoc eſt quod fit ex calce & arena: marmoratum, quod ex calce & marmore tuſo triplici varietate comminuto, prout trium coriorum exigebat uſus. Continet & trulliſationem, quæ ex gypſo, ut hodie quoque, antiquis fiebat, quod fuſiſſime docet Vitruvius lib. 7. 3. de Architectura. Plin. lib. 38. cap. 23. Ideoque nullis tectoriis eorum rimæ fœdavere. Tectoriamque niſi ter arenatu, & bis marmorato inductum eſt, non ſatis ſplendoris habet. Cic. 3. Verr. 145. Atqui in illis columnis dico eſſe, quæ a tuo redemptore commotæ non ſint, dico eſſe, ex qua tantum tectorium vetus deletum ſit, & novum inductum.
Atrii tectorium Cic. 1. Att 8. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigillata duo.
Concinnum tectorium. V. CONCINNUS.
Vulgaria tectoria. Proculus in l. Quidam. D. de ſervitutibus urbanorum prædiorum. Non pluris, quam vulgaria tectoria, debent æſtimari: quod obſervari & in incruſtatione oportet.
Exornare domum tectoriis Ulpian. in l. 3. § Proinde D. de in rem verſo. Idem in l. fundi. §. Quæ pictæ. D. de actionibus emp. & venditi. Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item cruſtæ marmoreæ, ædium ſunt.

Imponere

Imponere tectorium parietibus. Neratius in l. Uſufructuarius novus. D. de uſufructu. Uſufructuarius novum tectorium parietibus, qui rudes fuiſſent, imponere non poteſt.

Tranſlata pro Fuco, quo mulieres facies ſuas pingunt. Juven. 6. Sat. 466.

Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnoſci. i. e. Fucum muliebrem. [Intelligit cataplaſmate quædam ex pane & pinguibus medicamentis, quibus per noctem faciem velut incruſtatam habebant, & mane dein lacte aſinino eluebant decoris cuticulæ ſtudioſæ.

Pictæ tectoria linguæ, Doloſa & ſimulata linguæ fucatæ & adulatricis oratio. Perſ. 5. Sat. 25.

Tectōrius, a, um. Adj. [κονιαματικός] ut, Tectoria cala, qua fit tectorium. Plin. lib. 36. cap. 22. Sed cum teruntur picando parietes, quoniam & tectoria cala roditur. Vetus exemplar habet Tectorii calce.

Tectorium opus ad ornamentum ædificii, id eſt ſub quo & marmoratum, & arenatum opus, & trulliſatio intelliguntur. Varr. 3. de R. R. cap. 1. Quum enim villam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pavimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam, &c. Cic. 2. de Legib. 65. Neque id opere tectorio exornari, nec hermas hos, quos vocant, licebat imponi.

Tectoriŏlum, i. n. dimin. [κονιαμάτιον] Parvum tectorium. Cic. 9. Fam. 22. Bella tectoriola, dic ergo etiam pavimenta iſto modo: non poſſum.

Tectūra, æ. f. Pallad. R. R. 1. 15. Parietum tectura fortis & nitida.

Tegŭmen, inis. n. [σκέπασμα] Idem quod Tegimen. Liv. 1. 20. Et ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Idem 4. 59.

Tegĭmen, inis. n. [σκέπασμα] Quod tegit. Ovid. 3. Met. 52.

—tegimen direpta leoni
Pellis erat. Liv. 36. 32. Sicut teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegimen eſt, &c. Al. Tegumen.

Tegimen capillis, Pileus. Ovid. 1. Met. 671. conf. 674.

Tegmen, inis. n. [ἐπίβλημα, σκέπασμα] Quicquid aliquid tegit. Lucret. lib. 5. 1349.

Nexilis ante fuit veſtis, quam textile tegmen. i. e. Veſtimentum textum. Cic. 5. Tuſc. 90. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra. Cic. 2. de Divin. 63.

Qui platani in ramo foliorum tegmine ſeptos
Corripuit pullos.

Pro Tegimine ſive Tegumine. H. St. Promiſcua ſcil. ponuntur, ſed prius dictum, quod primo poſui, dein cetera. Sic Fragimen, Fragmen, &c.

Recubans ſub tegmine fagi. Virg. 1. Ecl. 1.

Ingenti tegmine clepſit ſe. Sen. Herc. fur. 9.

Cruda tegmina boum, Veſtimentum e duro boum corio factum. Stat. 6. Theb. 730.

Fulvum tegmen lupæ, Indumentum ex pelle lupæ. Virg. 1. Æn. 279.

Capitum tegmina picto nutantia cono, Galeæ. Ovid. 3. Met. 108.

Conſertum tegmen ſpinis, Veſtimentum. V. CONSERO.

Tegmen cæli. Cic. 2. de Nat. Deor. 112.

Inde eſt ales avis late ſub tegmine cæli.

Subtecta nervis tegmina. Sil. lib. 4. 293. al. Subtexta.

Tegmina pedum. Columel. lib. 1. cap. 8.

Tegumentum, vel Tegimentum, vel Tegmentum, [σκέπασμα, Gl. L. G. & G. L. ἐπίβλημα, περίβλημα, L. G. στέγη, σκέπη, G. L.] Liv. 1. 43. Hæc ut tegumenta corporis eſſent. De armis defenſivis loquitur. Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. Cic. 5. de Finib. 31. Palpebræ ſunt tegumenta oculorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.

Tegmentum teſtudinis. Plin. Valer. 2. 50. conf. Liv. in TEGIMEN.

Quærere flagitiorum tegumenta. Cic. pro Cæl. 47.

Tegumentum pro Præſidio, vel tutela. Plaut. Trin. 3. 2. 32.

Tecto, [ἐπικαλύπτω, Gl. G. L.] āre. Frequent. Hinc

Tectāmentum, i. n. [περικάλυμμα, Gl. G. L.] Idem quod Tegumentum. Legitur & Intectamentum in Gloſſ.

Tegīle, is. n. Subligaculum, tegmen. Apul. Met. 9. p. 222. Elmenh. Exiguo tegili tantummodo pubem injecti.

Tegŭlum, i. n. [στέγος] pro Tegmine, vel Tegula potius. Plin. lib. 16. cap. 36. Tegulo enim earum domus ſuas Septemtrionales populi operiunt. De arundinibus. Ibid. cap. 37. Scirpi fragiles paluſtreſque ad tegulum tegeteſque.

Tegillum, i. n. dimin. [περικαλύμμιον Onom. v.] Parvum tegmen. Varro Seſquiulyſſe, Ob aquam a nubibus tortam indicat fore, ut tegillum paſtor ſibi ſumat. Plaut. Rud. 2. 7. 18.

Tegillum eho illud mihi unum areſcit: id ſi vis dabo. V. Non. 2. 846.

Tĕgŭla, æ. f. [κεραμίς, Gl. L. G. & G. L.] dicta eſt quod domos tegat. Plaut. Milit. 2. 6. 24.

Quod meas confregiſti imbrices & tegulas. Ter. Eun. 3. 5. 40. Cic. 9. Att. 7. De iſto licet bene ſperes: promitto tibi, ſi valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cato R. R. cap. 14. In tectum ſic numerabitur tegula integra quæ erit. Ovid. 6. Faſt. 316.

Strataque erat tepido tegula quaſſa ſolo. Idem 2. Faſt. 537.
Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis.

Admitto per tegulas. V. ADMITTO.

Decidere de tegulis. V. DECIDO.

Aliquem demittere per tegulas. Cic. 2. Philipp. 45. Quum te meo tu nocte, ſocia hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere.

Tegulārius, i. m. [κεραμεύς, κεραμοποιός] Gloſſ. Gr. Lat. Qui tegulas facit.

Tegularium, i. n. Ubi tegulæ fiunt; vel Ubi multitudo eſt tegularum. In l. 180. §. de verb. ſign. Tugurium a tecto tanquam tegularium eſt dictum.

Tegulĭtius, a, um. Adj. Inſcript. apud Gruter. p. 54. DEO MERCVRIO ALTEGIEM TEGVLITIAM COMPOSITAM SEVERINVS SATVLLINVS C. F. EX VOTO POSVIT L. M.

Tegestae, Καλυπτῆρας, Gloſſ. Græcolat. [An Accuſ. pl. a recto ſing. Tegeſta, æ. f?

Teges, ĕtis. f. [ψίαθος, Gl. L. G. & G. L. σκέπασμα. L. G.] a Tegendo dicta: Straguli genus ex ulva, ſive ſcirpo aut ſparto, in lodicis ſimilitudinem factum, quo viliores utuntur: hanc vulgus Italorum ſtuoram vocat. Varro 1. de R. R. 22. pr. Sic quæ fiunt de canabi, lino, junco, palma, ſcirpo, ut funes, reſtes, tegetes. Juven. 6. Sat. 117.

Auſa Palatino tegetem præferre cubili. Columel. lib. 5. cap. 5. Sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabis. i. e. Teguminibus. Idem lib. 12. cap. 50. Canneæ tegetes, quibus oliva excipitur. Hujuſmodi ſimile quiddam apud Gallos, quod ſtraminibus concinnatur, vulgus une natte vocat. Juven. 9. Sat. 140.

Quando ego figam aliquid, quo ſit mihi tuta ſenectus
A tegete & baculo?

Pars tegetis dimidio brevior. Juven. 5. Sat. 8.

Occulta teges. Juven. 9. Sat. 121.

Tegetĭcŭla, æ. f. dimin. [ψιαθίον] Parva teges. Varro 3. de R. R. cap. 8. Sed pro columbariis in pariete mutulus, aut palus in ordinem, ſupra quos tegeticulæ canabinæ ſint impoſitæ. Columel. lib. 8. cap. 9.

Tegenārius, i. m. [ψιαθοποιός] Gloſſ. Lat. Gr. [Niſi Tegetarius ſcribendum. Nam

Tegetarius, i. m. [ψιαθοπλόκος] Idem Gloſſ.

Tegus, ŏris. n. Varr. L. L. 4. 22. Tegus ſuis, ab eo quod tegit; ut Perna a pede, &c. Apparet derivatione Varronis veteres, non tantum Tergus, ſed etiam Tegus dixiſſe. Certe apud Plautum in Captivis, 4. 3. 2. hic verſus trochaicus Tegoribus poſtulat,

Dii immortales, ut ego callos detruncabo tegoribus. Attamen ſi in Varrone Tergus placet, detracta littera deductio ejus fiet. Turnebus, 22. 6. [Varronis verba ſunt, Tergus ſuis, ab eo, quod eo tegitur. Scripſit ergo Turneb. Tegus. Sed forſan Tergitur ſcribendum eſt.

T E I

Teium, [Τήιον] Urbs in Paphlagonia, Salluſtio, e qua ortus Anacreon. [Ita Bithyniæ quidem oppidum vocat Strabo, in 12. niſi apud ipſum Τίειον, vel ut apud alios Τίον ſcribendum. De Anacreonte ſeq. dict. V. In hac fuit templum Apollinis, unde Apollo Teius. Ex hac etiam Philetærus natus eſt, auctor generis regum Attalicorum. [De Apolline nihil Strabo, vereor ne pro Apollonio Tyaneo compilator Apollinem Tejum poſuerit.

Teos, [Τέως] Ioniæ oppidum mediterraneum, a quo Protagoras Philoſophus, & Anacreon poeta Lyricus. Hinc

Teius, a, um. Adj. poſſeſſ. trium ſyllabarum. [Τήιος] Comice pro Τήιος, vel Τέιος, ut vult Steph. Ovid. 2. Triſt. 364.

Quid niſi cum multo Venerem confundere vino,
Præcepit lyrici Teia Muſa ſenis?

Anacreon Teius. Hor. Epod. 14. 10.

Fide Teia dicere aliquid, i. e. Chorda lyrica. Hor. 1. Carm. 17. 18.

T E L

Tela, æ. f. [ἱστός, Gl. L. G. & G. L.] notæ ſignificationis. Ovid. 6. Met. 127.

Ultima pars telæ tenui circumdata limbo. Ovid. 1. Epiſt. 10.
Laſſaret viduas pendula tela manus.

Tela jugalis, Jugo impoſita in quo texitur, ad aliarum telarum diſcrimen, quæ pinguntur acu, texuntur radio, pectine, aut alio genere, ſine jugo tamen. De jugo telarum Ovidius, 6. Met. 55.

Tela jugo juncta eſt, &c. Ex Turnebo.

Domus plena telarum. Cic. 6. Verr. 59.

Diſcreverat telas tenui auro. Virg. 4. Æn. 264.

Percurrere pectine telas. Virg. 7. Æn. 294.

Intermiſſas telas retexere. Stat. 3. Silv. 5. 9.

Penelopes telam retexere, proverbialiter dictum, pro Inanem operam ſumere. V. PENELOPE.

Telam exordiri, proverbialiter dictum, pro Rem aliquam incipere & aggredi. Plaut. Bacch. 2. 3. 116. V. ORDIOR.

Telam texere. Cic. 3. de Orat. 226. Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac poſteritati oſtenditur, ut eorum civium, quos noſtri patres non tulerunt, jam ſimiles habere cupiamus. Cicero Telam texi dicit, quum Vivendi rationem inſtitui intelligeret. Ex tela texitur, Ex ſtudio paratur. Translatio duci videtur ab araneorum telis, in capturam muſcarum paratis. [☞ Incitatur ſuſpectum. Ingo initur.

Tĕlămon, ōnis. m. [Τελαμών] fuit Æaci filius, Pelei patris Achillis frater & Ajacis pater.

Creatus Telamone. Ovid. 12. Met. 624.

Eſt & Plinio lib. 3. cap. 5. Umbriæ portus.

Tălămo, ōnis. m. ἀγκῶνες, Gloſſ. Latinogræc. [Videtur ſcribendum Ἄτλας, vel ἀγκών. V. ſeq. loc. Vitruv.

Telamones, inquit Vitruvius, dicuntur a ſtatuariis Signa in moris, quæ mutulos, vel coronas, aut ſimilia ſuſtinent: quæ Græci ἀτλάντας vocant. V. ipſum Vitruv. lib. 6. cap. 9. ad finem.

Tĕlămōnĭădes, æ. m. patronym. [Τελαμωνιάδης] Ovid. 13. Met. 231. i. e. Ajax, Telamonis filius.

Tĕlămōnius, a, um. Adj. ut, Telamonius Ajax. Ovid. 13. Met. 231.

Telchines, [Τελχῖνες] Strabo lib. 10. Sunt, qui memorent Telchines in Rhodo novem fuiſſe, Rheæ comites in Cretam: qui quoniam Jovis alendi curam geſſerunt, Curetes nominati ſunt. Ovid. 7. Met. 365.

Phœbeamque Rhodon, & Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo vitiantes omnia viſu
Juppiter exoſus, fraternis ſubdidit undis.

Idæis Telchines in antris. Stat. 4. Silv. 6. 47.

Telchius, & Amphitus, [Τελχῖος καὶ Ἄμφιτος] Plin. lib. 6. cap. 5. Caſtoris ac Pollucis aurigæ, a quibus vera gens Heniochorum orta eſt. Strabo tamen circa initium undecimi Rhecam & Amphiſtratum nominatos dicit, ut in alterutro mendum ſit. Sed fieri poteſt, ut horum fratrum plures fuerint aurigæ. Eo ſupradicto Straboois loco hiſtoriam reperies.

Tēlĕbŏæ, arum. m. pl. [Τηλεβόαι] Populi, de quibus Ariſtoteles in Politicis, In Acarnanum politia, quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: ſpectantem vero in occaſum plagam Leleges tenent: aliquam inde Teleboæ. Virg. 7. Æn. 735.

Œbale, quem generaſſe Telon Sebethide nympha
Fertur, Teleboum Capreas quum regna teneret. Servius, Teleboæ Caprearum ſunt populi, quos Telon ſuo regebat imperio. Capreæ vero ſunt inſula contra Neapolim ſita.

Tēlĕgŏnus, i, [Τηλέγονος] Proprium viri, quod Latine ſignificat Noviſſimo loco natum: unde pro Humili & inglorio ponitur.

Fuit etiam filius Ulyſſis ex Circe, qui patrem interfecit roſtro piſcis illius, qui xiphia dicitur, quod eſt inſtar laminæ magni enſis, ut ſcribit Oppianus de piſcibus: quod genus enſis a matre accepit.

Parricida

Parricida Telegonus. Hor. 3. Carm. 29. 8.

TELĔMACHUS, i, [Τηλέμαχος] Filius fuit Ulyſſis ex Penelope, quem ad Trojam pergens, cum uxore parvulum reliquit. Ovid. 1. Epiſt. 68.
Telemachus proles patientis Ulyſſei. Hor. 1. Epiſt. 7. 40.
Penelopeus Telemachus. Catul. Epithal. Juliæ, 59. 229.

TELĔMUS, i, [Τήλεμος] teſte Homero in Odyſſea, & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius, & inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque ab Ulyſſe paſſus eſt. Ovid. 13. Met. 770.
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales.

TELĔPHUS, i, [Τήλεφος] Herculis filius, ex Augea filia Alcæi Arcadiæ regis, qui avi juſſu expoſitus in ſilvis, a cerva nutritus: dein dono datus regi Myſiæ, proque filio adoptatus. Cic. pro Flacc. 72. Longe omnino a Tiberi ad Caicum, quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu erraſſet, niſi ducem Telephum inveniſſet. Hor. Epod. 17. 8.
Movit nepotem Telephus Nereium, &c. Claud. Epigr. 1. 46.
Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis. Hic poſtea in Lycia imperavit.
Telephus alter, Pergamenſis grammaticus, ſcripſit fere omnia quæ ad grammaticam pertinent. Inter cetera collationes epithetorum eidem rei congruentium, ad copiam paratam elocutionis. Suidas.

TELĔTHŪSA, æ. f. [Τελέθουσα] Uxor Lycti, mater Iphidis puellæ, quæ in puerum mutata fuit. Ovid. 9. Met. 766.

TELICARDIOS, Gemma colore cordis, Perſis maxime grata, quam & Mucholam appellant. Plin. lib. 37. cap. 10.

TELIGON, V. TELOS.

TELLĒN, ēnis. [Τέλλην] Tibicen, & poeta ineptiſſimus, cujus meminit Dicæarchus Meſſanenſis, ex quo proverbium, Cane Tellenis cantilenas. Quod quidam dici putant de dicacibus ſeu mordacibus, quidam de inepte loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc jocos quoſdam verſibus lepidiſſimis ſcripſiſſe, non ſine multo ſale ſcommatum. Hæc Eraſm. in Chiliadibus.

TELLIAS, æ. m. [Τελλίας] Herodoto lib. 8. Vates fuit Eleus, qui Phocenſibus, cum Theſſalis bellum gerentibus, rem hujuſmodi excommentus eſt: ſexcentos viros, e Phocenſibus præſtantiſſimos, gypſo, tam ipſos, quam arma illinit, eoſque ſub noctem in Theſſalos demiſit, dato præcepto ut quemcunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primum Theſſalorum excubitores aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus, adeo exhorruerunt, ut tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint.

TELLUS, i, [Τέλλος] Vir Athenienſis, qui quum pauper eſſet, eum tamen Crœſo feliciorem Solon dicebat eſſe: erat enim vir optimus. Plutarchus in Solone, & Herodotus lib. 1.

TELLŪS, ūris f. [Γῆ, ἡ Θεὸς, Gl. L. G.] Dea terræ credita eſt antiquis. Cic. 3. de Nat. Deor. 52. Jam ſi eſt Ceres a gerendo, ita enim dicebas: terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus, niſi terra?
Ædes Telluris. Cic. 3. Q. frat. 1. Reddita etiam mihi eſt pervetus epiſtola, ſed ſero allata, in qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones. Ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locavi. Cic. 3. Q. frat. 1.
Alma, V. ALMUS.
Tellus, [χθὼν, γῆ, Gl. L. G. & G. L.] etiam ipſa Terra, a poëtis maxime, dicitur. Plin. lib. 2. cap. 5. Cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Virg. 1. Æn. 175.
— ac magno telluris amore
Egreſſi, optata potiuntur Troes arena. Ubi Servius, Tellurem pro terra poſuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum.
Hiatus telluris. Ovid. 3. Epiſt. 63. V. in TERRA.
Abrupta tellus. Stat. 3. Theb. 597.
Apta armis. Propert. 3. 22. 19.
Barbara. Ovid. 7. Met. 54. Ab incolis.
Benigna, V. BENIGNUS.
Bruta. Hor. 1. Carm. 34. 9.
Dædala. V. DÆDALUS.
Dives tellus & nunquam mentita colono. Sil. lib. 7. 160.
Dura. Ovid. 9. Met. 649.
Effeta. Lucret. lib. 2. 1149.
Ferax Cereris. Sen. Herc. fur. 9.
Fertilis. Hor. in Carm. ſecul. 29.
Fecunda. Virg. 1. Georg. 67.
Feta. Stat. 1. Theb. 184.
Gravida. Ovid. 7. Met. 128.
Habitabilis. Ovid. 8. Met. 624.
Inarata. Ovid. 1. Met. 109.
Infelix frugibus. Virg. 2. Georg. 239.
Juſtiſſima. Virg. 2. Georg. 460.
Læta. Sen. Octav. 7.
Lubrica. Stat. 9. Theb. 200.
Lutulenta. Ovid. 1. Met. 434.
Mavortia. Virg. 4. Georg. 462.
Parca, Non admodum fecunda. Stat. 4. Silv. 5. 13.
Pinguis. Virg. 2. Georg. 248.
Prodiga. Ovid. 15. Met. 81.
Salſa. Virg. 2. Georg. 238.
Sicca. Virg. 1. Georg. 214.
Solidiſſima. Ovid. 15. Met. 262.
Tenuis. Ovid. 4. Epiſt. 106. V. in TERRA.
Torrida. Lucret. lib. 5. 1219.
Victa. Ovid. 2. Faſt. 137.
Adoperta tellus marmore. Ovid. 8. Met. 702.
Aggeritur ingens tellus tumulo. Virg. 3. Æn. 63.
Aret tellus ſucco ademptis. Ovid. 2. Met. 211.
Cavare tellurem. Virg. 3. Georg. 88.
Concuſſa tellus agmine cornipedum. Sil. lib. 8. 355.
Dehiſcit tellus ima. Virg. 4. Æn. 24.
Excita tellus pulſu pedum tremit. Virg. 12. Æn. 445.
Exercere tellurem aratro. Virg. 1. Georg. 99.
Humida tellus putorem nacta eſt. Lucret. lib. 2. 872.
Perrepere tellurem genibus. Tibul. lib. 1. 2. 87.
Regnata tellus ab aliquo. Ovid. 10. Epiſt. 69.
Revulſa tellure fodiens. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 49.
Rupta tellus. Ovid. 4. Faſt. 127.

Sciſſa. Stat. 1. Theb. 70.
Sollicitanda tellus. Virg. 2. Georg. 418.
Subacta tellus, Victa. Sil. lib. 7. 575.
Torpet fœda tellus. Senec. Herc. fur. 9.
Vacillat ſub pedibus tellus. Lucret. lib. 5. 1235.
Clarus tellure Phocaica Coronæus. Ovid. 2. Met. 569.
Eſt media & nona tellus neque movetur, & infima eſt. Cic. in Somn. Scip. 10.

TELLUSTRIS, e. Adj. Idem quod Terreſtris. Mart. Capel. 7. Nonnulli telluſtres ſilvicolæque Divi.

TELLŪRUS, i. m. Deus telluris. Mart. Capel. 1. 16.

TELMĒSOS, vel TELMESSOS, vel TELMISSUS, [Τελμησσὸς, ἡ Τελμησσὶς] (inquit Cic. 1. de Divin. 91.) in Caria eſt, qua in urbe excellit Aruſpicum diſciplina. Hanc Religioſiſſimam vocat Plin. lib. 30. cap. 1.
Eſt & alia ejuſdem nominis urbs, in confiniis Lyciæ. Plin. 5. 28. & 29.
Fluvius item Lyciæ ſic dictus, in Glaucum ſe exonerans. Idem 5. 28.

TELO, ōnis. a ruſticis dicitur Inſtrumentum longum ex ligno, quo utuntur ad aquam e puteis hauriendam. Hiſpani *Ciconiam* vocant, a ſimilitudine roſtri ciconiarum. Hæc Sipontinus, apud quem fortaſſe legendum eſt Tollo. [immo Tolleno.

TELŌNIUM, i. n. [τελώνιον] Græce, Menſa publicanorum, ubi vectigal exigitur. Tertull. de Idol. cap. 12. [Gloſſ. Græcolat. Τελώνιον, Vectigalium, Telonatum, Mancipatum.

TELONĀRIUS, i. m. [τελώνης] Publicanus, & tributorum collector. Cod. Theod. l. 3. de indulg. deb. Conſ. Non. 1. 95.

TĔLOS, i. n. [τέλος, τὸ, n.] Latine Finis dicitur. Cic. 3. de Fin. 26. Sentis enim, credo, me jamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere.
Idem Græcis Tributum ſignificat, ſeu Vectigal, unde ſuperiora vocabula.

TĒLOS, [Τῆλος] Inſulæ nomen unius ex Sporadibus, in qua conficiebatur unguentum præſtantiſſimum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. lib. 4. cap. 12. Telos unguento nobilis, a Callimacho *Agathuſa* appellata.

TĒLĪNUM, i. n. [τήλινον] Unguentum, quod commendatur a medicis. Plin. lib 13. cap. 1. Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, fœno græco, melle, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate.

TELONA, æ, f. [κηλωνεῖον, Gl. L. G.] Niſi error eſt.

TELPHUSSA, [Τίλφουσα] Fons, cujus aquæ frigus Tireſias vates, quum ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt.

TELPHUSIUM, ſive TILPHOSSIUM, [Τιλφούσιον] Oppidum eſt in Bœotia, ubi laudatus Bacchus eſt a Pindaro.

TĒLUM, i. n. [ἀκόντιον, τὸ μακρόθεν βαλλόμενον ὅπλον, Gl. L. G. & G. L.] dicitur Omne, quod jaci poteſt: quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo, quod in longitudinem mittatur: nam apud Græcos τῆλε ſive τηλοῦ longe ſignificat. Feſtus, Tela proprie dici videntur ea, quæ miſſilia ſunt: ex Græco videlicet eorum nomine, quia illi τηλόθεν miſſa dicunt, quæ nos eminus: ſicut arma, ea quæ ab humeris dependentia retinentur manibus, quandoquidem non minus in nobis eam partem corporis Armum vocari exiſtimandum eſt.
Tela etiam lapides dici poſſe auctoritas docuit, & omnia quæ jaciuntur. Siſenn. hiſtor. lib. 3. Manuales lapides diſpertit, propterea quod is ager omnis ejuſmodi telis indigebat. Nonius. 6. 1. [Nec miſſilia modo, ſed & alia, quæcunque inferendi ictus cauſa ſumuntur, quæque vulgo Arma offenſiva vocamus. Nam & Arma ὅπλα eadem ſignificatione Virgilius poſuit,
Jamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. Unde etiam in Gloſſ. Latinogræc. Tela ἀκόντια exponuntur, item τόξα, βέλη. Contra autem dicuntur ὅπλα Græcis ſæpe.
Telum, quocunque quis lædi poteſt. Quintil. lib. 10. cap. 1. Per abuſionem ſicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocunque commiſerint. [Apul. 1. Met. p. 109. Elmenh. Cum nullum aliud telum mortiferum Fortuna, quam ſolum mihi grabatulum ſubminiſtraret.
Telum, pro Gladio poſuit Virg. 9. Æn. 747.
At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat,
Effugies. Ovid. 4. Met. 6. 665.
— teloque accingitur unco. De harpa Perſei.
Silveſtria tela, Quibus capiuntur feræ. Stat. 9. Theb. 720.
Jactus teli. Tacit. 13. Ann. 40. Aſſultare ex diverſo Tyridates, non uſque ad jactum teli.
Cuſtos telorum, Pharetra. Ovid. 8. Met. 321.
Seges ferrea telorum. Virg. 3. Æn. 46.
Acutum telum. V. ACUO.
Anſatum telum, eſt Quod anſam, id eſt amentum habet. Ennius,
— anſatis concurrunt undique telis.
Denſiſſima tela. Virg. 9. Æn. 555.
Non evitabile telum. Ovid. 6. Met. 234.
Exitiabile telum. Ovid. 6. Met. 257.
Fera tela. Lucret. lib. 2. 48.
Fortia tela divûm. Stat. 9. Theb. 758.
Jaculabile telum. Ovid. 7. Met. 841.
Igneum telum. Senec. Œdip. 5.
Illita tela dolis, i. e. Veneno. Lucan. lib. 8. 382.
Imbelle telum, ſine ictu, Iners. Virg. 2. Æn. 544.
Immane telum. Stat. 9. Theb. 808.
Immedicabile telum. Virg. 12. Æn. 858.
Indevitatum telum. Ovid. 2. Met. 605.
Inertia. Senec. Thyeſt. 4.
Infeſta. Virg. 5. Æn. 582.
Inhabile imperitis telum ad remittendum. V. INHABILIS.
Inſuperabilia. Valer. 3. Argon. 12.
Invicta, Senec. Octav. 5.
Martia. Virg. 9. Ecl. 12.
Mediocria. V. MEDIOCRIS.
Miſſilia. V. MITTO.
Noxia. Stat. 11. Theb. 630.
Penetrabile. Ovid. 5. Met. 67.
Pennatum, Sagitta. V. PENNA.
Sæva tela. Ovid. 12. Met. 381.
Secunda tela. Ovid. 3. Met. 307.

Stridula tela, Sagittæ. Lucan. lib. 8. 304.
Temeraria tela. Ovid. 2. Met. 616.
Trabale telum. Virg. 12. Æn. 294. Valer. 8. Argon. 301.
Triſulca tela Jovis. Ovid. 2. Amor. 5. 52.
Trunca tela. Virg. 11. Æn. 9.
Venenatum telum. Cic. pro Quint. 8. Et qua in re, id quod parati ſunt facere, falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum, injecerint, medicinæ faciendæ locus non erit.
Violenta tela. Ovid. 11. Met. 382.
Volatile telum. Ovid. 1. de Arte Am. 169.
Volucre telum. Valer. 2. Argon. 524.
Vulnificum telum. Ovid 8. Met. 504.
Accingi telis tanquam in aciem. V. ACCINGO.
Adactis telis mori. Ovid. in Ibin, 305. al. Jaculis.
Agere telis aliquem, Urgere, perſequi. Virg. 4. Æn. 72.
Aptare tela. Stat. 11. Theb. 500.
Armari levi telo. Senec. Herc. OEth. 7.
Audiit ſtridorem teli. Virg. 11. Æn. 863.
Bibunt tela cruorem. Sil. lib. 15. 632.
Cadere telo alicujus. Virg. 11. Æn. 689.
Cingi telis. Virg. 2. Æn. 520.
Conſtringere tela. Lucan. lib. 6. 160.
Congerere tela. V. CONGERO.
Conjicere tela. V. CONJICIO.
Contorſit telum in hoſtes. Virg. 12. Æn. 266.
Defendere ſe telis. Virg. 2. Æn. 447.
Dejicere aliquid telo. Virg. 1. Georg. 532.
Depromere tela pharetris. Virg. 5. Æn. 501.
Ejicere tela, Extrahere, Educere. Celſ. lib. 7. cap. 5. pr.
Elapſus telis hoſtium. Virg. 2. Æn. 318.
Evellere tela membris. Lucan. lib. 6. 255.
Exſaturare tela. Stat. 9. Theb. 14.
Excipere intentum telum. Cic. de Provinc. Conſul. 25. Quum omnia tela undique eſſe intenta in patriam viderem, ſubire coegit, atque excipere unum pro univerſis.
Excuſſa tela. Senec. Herc. fur. 6.
Exire tela corpore, Declinare ictus telorum. Virg. 5. Æn. 438.
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
Exercere telum. Lucret. lib. 2. 1102.
Expedire tela. Liv. 58.
Ferire aliquem telo. Virg. 12. Æn. 294.
Fundere crebra tela. Virg. 11. Æn. 610.
Hebetata tela. Sil. lib. 16. 105.
Irrita tela jactare. Virg. 2. Æn. 459.
Jaculari coruſca tela. Senec. OEdip. 14.
Infecta tela ſanguine. Stat. 9. Theb. 187.
Infigere telum pectore. Senec. OEdip. 14.
Ingerere tela. V. INGERO.
Inhibere tela. V. INHIBEO.
Inſedit telum non alte. Celſ. lib. 7. cap. 5.
Inſtat telum. V. INSTO.
Intenta jugulis tela. V. JUGULUM.
Intorquere telum in aliquem. V. INTORQUEO.
Librat telum in ictus obliquos. Ovid. 8. Met. 757.
Librare telum ab aure. Virg. 9. Æn. 417.
Mactare aliquem telis. Senec. OEdip. 10.
Medicata tela veneno. Sil. lib. 7. 453.
Obrui telis. Virg. 2. Æn. 410.
Proſtravit virum celeri telo. Valer. 3. Argon. 185.
Regerere tela nervo. Senec. Hippol. 2.
Revellere de corpore telum. Cic. in Piſon. 25. De corpore Reip. tuorum ſcelerum tela revellentur.
Rotare telum. Stat 9. Theb. 802.
Spargere tela. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Stringere tela. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 98.
Subminiſtrare tela ad manum. Quintil. lib. 5. cap. 7. conf. Jacere, in translatis.
Succumbere telis. Ovid. 8. Epiſt. 38.
Torquere telum in aliquem. Virg. 5. Æn. 497.
Tranſiit telum. Celſ. lib. 7. cap. 5. Sed ſi non alte telum inſedit, & in ſumma carne eſt, aut certe magnas venas, & loca nervoſa, non tranſiit, nihil melius eſt quam qua venit id evellere.
Transfixus telo. Sil. lib. 15. 689.
Verſari incolumem inter hoſtium tela. Cic. 1. de Orat. 202.
Vibrare telum. Lucan. lib. 4. 40.
Volant lucida tela. Lucret. lib. 4. 845.
Telum, translate, pro omni eo, quo adverſarii nos oppugnant, ut
Linguæ tela. V. LINGUA.
Favoris gelida tela. Lucret. lib. 3. 506.
Acerrimum telum. Cic. 7. Fam. 16. Uſquequaque ſapere oportet: id erit telum acerrimum.
Hebetiora atque leviora tela. Cic. de Aruſp. Reſpon. 2. Tamen non dubito, quin ea tela, quæ conjecerit inimicus, quam ea quæ collega patris emiſit, leviora atque hebetiora eſſe videantur.
Contorquere tela cæca & improvida. Plin. 4. Epiſt. 27. de Catullo Meſſalino, cæco delatore: Sæpius a Domitiano, non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca & improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur.
Jacere palam tela in aliquem. Cic. pro Cœl. 20. Non enim ab iiſdem accuſatur M. Cœlius, a quibus oppugnatur: palam in eum tela jaciuntur, clam ſubminiſtrantur.
Immittere telum. Cic. pro Domo 39. Neque enim mea jam quicquam intereſt, exceptis his telis, quæ ex ejus actionibus in meum corpus immiſſa ſunt.
Intendere telum in jugulum innocentis, per translationem, pro Ad confutationem rationes apparare. Plin. 9. Epiſt. 3.
Retundere tela. Cic. pro Domo, 63. In me non Conſulares faces, jactæ manibus tribunitiis, in me omnia, quæ ego quondam retuderam, conjurationis nefariæ tela adhæſerunt.
Tela dici, pro ipſius luminis Radiis, quos cælum ſol & ſtellæ huc ejaculantur. Lucret. 2. 148.

Non radii ſolis, non lucida tela diei. Sic pro Radiis ſolis, Solis ſpicula dixit non ineleganter Prudentius, Hymn. Matutin. v. 5.
Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo. Apollini quoque, qui ſol eſt, arcum & ſagittas geſtamen tribuit antiquitas. Ex Turnebo, 17. 10.
Telum, inquit Iſidorus, Lateris morbus: dictum autem ita eſt a medicis, quod dolore corpus transverberet, quaſi gladius. Hæc lucem afferunt Sereno ſcribenti,
Eſt ea vis morbi, quod telum commemoratus,
Cum ſubito dolor inſanus fuit incitus ictu. Turneb. 10. 26.
TELIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [βελοφόρος] ut, Puer telifer, apud Senecam Herc. OEth. 541. Cupidinem intelligens.

T E M

TEMENITES, V. TEMENOS.
TEMENOS, [τέμενος] locus quidam Siciliæ, qui adjunctus Epipolis erat prope Syracuſas, ut ſcribit Stephanus. Alias Græcis Templum, fanum, vel locum ſacrum denotat. Hinc
TEMENITES, æ. m. [Τεμενίτης] incola. Et
Temenites, Apollo dictus fuit. Sueton. in Tiber. cap. 74. Supremo natali ſuo Apollinem Temenitem, & amplitudinis & artis eximiæ, advectum Syracuſis, ut in bibliotheca novi templi poneretur, videret per quietem affirmantem ſibi, non poſſe ſe ab ipſo dedicari. Hinc emendari locus quidam Ciceronis 6. in Verrem 119. & poteſt & debet, apud quem pro Theſmotes Apollo, Temenites legendum. Nam de Syracuſis loquitur, quibus adjunctæ Epipolæ erant, locusque Temenos dictus, a quo Temenites, ut ſupra dictum eſt. Turneb. Adverſ. 8. 12. Eſt & Threciæ collis ad Triballum, auctore Stephano.
TEMERARIUS, V. TEMERE.
TĔMĔRE, Adv. [ἀσκέπτως, ἀπερισκέπτως, Gl. L. G. προπετῶς, G. L.] Stulte, inconſulte, ſine ratione. Ter. Phorm. 5. 1. 30.
— Di voſtram fidem, quam ſæpe forte temere
Eveniunt, quæ non audeas optare? Virg. 9. Æn. 329.
— temere inter tela jacentes.
Temere, In caſſum. Lucret. lib. 5. 1000.
Temere & nullo conſilio adminiſtrare. Cic. 1. de Invent. 58.
Non enim temere, nec fortuito, ſati & creati ſumus. Cic. 1. Tuſc. 118.
Audacter hoc dico, non temere confirmo. Cic. pro Font. 1.
Inconſulte ac temere dicere aliquid. Cic. 1. de Nat. Deor. 45.
Temere & imprudenter facere aliquid. Cic. 10. Att. 9.
Temere non eſt, pro Non abs re. Ter. Phorm. 5. 9. 9. Idem Heaut. 4. 1. 7.
— non pol temere eſt, quod tu tam times.
Non omnino temere eſt, quod vulgo dictitant. H. St. Ex comico.
Idque evenit, non temere, nec caſu. Cic. 2. de Nat. Deor. 6.
Non temere fama naſci ſolet. Auctor ad Heren. lib. 2. 12.
Temere, Sine periculo. Plaut. Bacchid. 1. 1. 52.
Rapidus fluvius eſt, non hac temere tranſiri poteſt.
Temere, Facile. Cic. ad Brut. 1. Non ſoleo, mi Brute, temere affirmare de altero.
Temere, pro Fere ponitur. Quintil. lib. 1. cap. 4. Illud ingeniorum velut precox genus, haud temere unquam pervenit ad frugem. Cic. 1. Q. frat. 1. Qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris, non temere niſi libertis ſuis deferebant.
Temere pro Vulgo, paſſim. Hor. 1. Carm. 12. 7.
Unde vocalem temere inſecutæ
Orphea ſilvæ. Ex Turnebo.
Compar. Accius, Seu Euripidis, qui choros, temerius in fabulis, &c. V. Nonium 2. 841. conf. TEMERARIE.
TĔMĔRĀRIUS, a, um. Adj. [προπετής, ἀβουλόβουλος, Gl. L. G. αὐθαίρετος, θρασύς, G. L.] dicitur, non Qui plus audet quam oportet, ſed Qui facile nullo adhibito conſilio credit, vel ſuſcipit quidpiam. Temerarius, natura; inquit Donatus. Ter. And. 1. 4. 2.
Sane pol temulenta eſt mulier & temeraria. Cic. 10. Fam. 21.
Indicabo temerarium meum conſilium tibi. Martial. lib. 6. 60.
Abſtulerat totam temerarius inſtitor urbem. Idem lib. 6. 25.
— ne te temerarius ardor
In media enſes, ſævaque tela ferat.
Haud temerarium eſt, Non ineptum. Plaut. Aſin. 2. 2. 14.
Temerarium magis, quam audax conſilium. Liv. 25. 37. extr. Marcius ad conſilium, prima ſpecie temerarium magis, quam audax, animum adjecit. [I. e. Quod non tam audacter, quam omnino temere ſuſceptum videri poteſt.
Omnia turbulenta & temeraria & periculoſa. Cic. pro Cæcin. 34.
Arbiter temerarius. Stat. 1. Achill. 67.
Cœpta temeraria. Sil. lib. 16. 654.
Cupiditas cæca & temeraria. Cic. 1. de Invent. 2.
Dextra temeraria. Ovid. 2. de Pont. 2. 15.
Error temerarius. Ovid. 12. Met. 59.
Honor temerarius. Quintil. in procem. lib. 1.
Judex temerarius. Ovid. 7. Met. 824. al. Index.
Turba temeraria. Ovid. 10. Met. 574.
Virtus temeraria, Inconſiderata fortitudo. Ovid. 8. Met. 407.
Vna temeraria. Ovid. 2. Met. 50.
TEMERARIE, Adv. Ut Aliud eſt aliquid fortiter facere, aliud temerarie. Sed Wolf. male utitur adverbio Temere. Vide in Off. 106. H. St. Immo recte Temere, nec ὡ Temerarie uſquam exſtat.
TEMERITER, aliud Adv. Idem. Accius Amphitryone, Hoc in re eſt, quod tu tam temeriter meam benevolentiam interiiſſe es ratus. Non 11. 54.
TEMERITAS, ātis. f. [ἀβουλία, Gl. L. G. & G. L. ἀλογιστία, ἀσυνεσία, L. G.] cui opponitur Sapientia. Cic. pro M. Marcell. 7. Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. Idem 2. Acad. 44. Ab omni lapſu continere temeritatem: quæ tum eſſet inſignis, quum aut falſa, aut incognita res approbaretur.
Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, errorque turpis eſt. Cic. 1. de Divin. 7.
Temeritas, quæ a ſapientia diſſidet plurimum. Cic. 2. Off 8.
Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſejungi non poteſt. Cic. 3. de Nat. Deor 61.
Temeritate enim remota, gratiſſima eſt liberalitas. Cic. 2. Off. 62.

Acceſſit

Acceſſit meæ temeritati. V. ACCEDO.
Multi enim faciunt multa, temeritate quadam, ſine judicio, vel modo. Cic. 1. Off. 49.
Vir plenus inconſideratiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis. Cic. de Aruſp. Reſp. 55.
Incauta temeritas. Firmic. lib. 1. cap. 3.

TEMERITUDO, inis. f. pro Temeritate. Pacuvius Duloreſte,
Egon' tyranni novi temeritudinem? Non. c. 867.

TEMERO, [μιαίνω, Gl. L. G.] proprie eſt Temere aliquid agere, vel tractare. Val. Flacc. 1. 627.
Hoc erit illicitis temerare rodentibus undas.
Violare ſacra, inquit Feſtus, & contaminare; dictum videlicet a temeritate. Liv. 26. 13. Sepulcra majorum temerata ac violata.
Corpora temerare nefandis dapibus. Ovid. 15. Met. 75.
Cubile alicujus temerare. Ovid. 15. Met. 501.
Fluvios temerare venenis, Corrumpere, inficere. Ovid. 7. Met. 535.
Lectum temerare alicujus. Ovid. 2. de Arte Am. 743.
Opus temerare. Tacit. 4. Hiſt. 53.
Sacra temerare. Ovid. 17. Epiſt. 3.
Temerando rumpere pacem. Sil. 1. 21.
Temerare, Abſolute, pro Stuprare, Adulterare. Tacit. 1. Ann. 53. Eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat.

TEMERANDUS, a, um. Partic. Lucan. lib. 1. 147.
—& nunquam temerando parcere ferro. h. e. Temere cruentando.

TEMERATUS, a, um. aliud Partic. [βεβηλωθείς] ut,
Amicus temeratus. Ovid. 3. Amor. 8. 63.
Caſtra infauſta temerataque. Tacit. 1. Ann. 30.
Sacra hoſpitii temerata. Ovid. 17. Epiſt. 3.
Templa temerata. Virg. 8. Æn. 840.
Voluntas noſtra temerata eſt. Ovid. 9. Met. 626.

TEMERATOR, ōris. m. [παραχαράκτης, Gl. L. G.] pro Falſario. Modeſtinus in l. Siquis obrepſerit. ad Legem Corneliam, de falſ.
Apollineæ temerator matris. Stat. 11. Theb. 12.

TEMESA, [Τεμέση] Oppidum Bruttiorum, quod Auſonii condiderant. Noſtræ ætatis homines Tempſam vocitant.
Eſt & aliud ejuſdem nominis oppidum in Cypro, ubi ærifodinarum locus oſtenditur. V. Strab. lib. 5. & Eraſmum in proverbio Temeſſæus genius. Stat. 1. Achil. 413.
Ære domant Temeſæ, &c. Quidam Temeſſa ſcribunt, gemino s. Perperam. V. Steph.

TEMESÆUS, a, um. poſſeſſ. [Τεμεσαῖος] Ovid. 5. Faſt. 441.
Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra.

TEMETUM, i. n. [οἶνος, Gl. L. G. οἶνος παλαιός, G. L.] pro Vino accipitur. Dictum quod temptet, hoc eſt labefactet mentem. Plaut. Aul. 2. 6. 5.
Cererin', Strobile, has facturi nuptias?
STR. Qui? EVA. quia temeti nihil allatum intelligo. Plin. lib. 14. cap. 13. Cato ideo propinquos feminis oſculum dare juſſit, ut ſcirent an temetum olerent. Hoc tum Vino nomen erat, unde & Temulentia appellata. Hor. 2. Epiſt. 2. 163.
Pullos, ova, cadum temeti: nempe modo iſto, &c.

TEMULENTUS, a, um. Adj. [οἰνοφλυγῶν, μεθυστής, Gl. L. G. & G. L. οἰνόφλυξ, L. G. οἰνώδης, οἰνοβαρής, μέθυσος, G. L.] Vinolentus, ebrioſus. Ter. Eun. 4. 3. 13.
Peni, temulenta es? P. utinam ſic ſint qui mihi male volunt.
Quaſi Temetulentus. H. St. Indoaret tamen rurſus hanc conjecturam.
Sopor temulentus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Vox temulenta. Cic. Poſt. redit. in Senat. 12.

TEMULENTER, Adv. [μεθυστικῶς] Columel. lib. 8. cap. 2. Jam nunc Gangeticas & Ægyptias aves temulenter eructant.

TEMULENTIA, æ. f. [μέθυσμα] Plin. lib. 14. cap. 2. Siquidem temulentiam ſola non facit.

TEMULENTURA, æ, f. [μέθη] Ebrietas. Gloſſ. Græcolat.

TEMNO, pſi, ptum, [καταφρονέω, Gl. L. G.] ĕre. Spernere. A τέμνω Græco verbo, quod Incido, reſecoque ſignificat; quoniam quæ ſpernimus, amputare & reſecare conſuevimus. Cic. 13. Att. 17. Id ago ſcilicet; ut judicia videar temnere. Vetus exemplar legit Tenere. Virg. 1. Æn. 542.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Hor. 2. Serm. 2. 38.
Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit. Ovid. 3. de Arte Am. 299.
Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris.

TEMPTOR, ōris. m. [καταφρονητής] ut, Deorum temptor. Seneca Agamemn. 7. i. e. Contemptor.

TEMNUS, [Τέμνος] Stephano & Straboni, Urbs eſt Æolidis, Hermogenis rhetoris patria. Cic. pro Flac. 42. Temni uſque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui ſe artem dicendi traditurum etiam ceteris pollicebatur, ipſe omnibus turpiſſimis judiciis convictus eſt. [al. Judiciis: turpiſſimis convictus. An Turpiſſime convictus? Turpe enim Rhetori.

TEMNITES, [Τεμνίτης] gentile. Cic. pro Flacc. 42. Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

TĒMO, ōnis. m. [ῥυμὸς ἁμάξης, Gl. L. G. & G. L.] eſt, Qui continet jugum in curru vel plauſtro. Ovid. 2. Met. 107.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Columel. 6. 2. Cui ramus illigatur & temonis vice trahitur, interdum & pondus aliquod injungitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 109.
Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes;
Quod quaſi temone adjunctam præ ſe quatit Arctum. Ex poeta.
Æreus temo. Virg. 3. Georg. 173.
Obliquo temone plauſtrum flectere. Ovid. 10. Met. 447.
Revulſo temone axis. Ovid. 2. Met. 316.
Temonem pro Stipite poſuit Columella, ſive pro Lignis tranſverſariis & longuriis, lib. 6. cap. 19. Huic ſoli ſeptenûm pedum ſtipites recti, ab utroque latere quaterni, applicantur. Ii autem in ipſis quatuor angulis affixi ſunt, omneſque tranſverſis ſex temonibus, quaſi vacerræ, inter ſe ligantur. Budæus.
Temo [ἀγκὼν πηδαλίου, Gl. L. G.] Gubernaculi pars ſuperior, vel ipſum gubernaculum, a ſimilitudine ſic dictum. Unde Gallis *Timon* dicitur.

TEMPE, [Τέμπη] neutro genere & numero plurali, proprie Theſſaliæ locus, quinque millia paſſuum longitudine, & ferme ſex latitudine patens, pulcherrimus ager, amœnus gramine, refertus arboribus, canorus avium concentu, jugis dextera lævaque leniter ſeſe tollentibus, medios interſecat Peneus amnis, cujus ripas arbores veſtiunt. Plin. lib. 31. cap. 2. Aliter circa Theſſalica Tempe, quoniam viſus omnibus terrori eſt. Ovid. 1. Met. 569.
Heliconia Tempe. Ovid. 1. Amor. 1. 15.
Opaca Tempe. Seneca Troad. 9.
Peneia Tempe. Virg. 4. Georg. 317.
Tenebroſa Tempe. Stat. 10. Theb. 119.
Theſſala Tempe. Hor. 1. Carm. 7. 4.
Umbroſa Tempe. Stat. 6. Theb. 88.
Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Teumeſſia dicuntur, a Teumeſſo monte Bœotiæ, & ab Ovidio Cygneia dicta. 7. Met. 371. ubi V. not. Burm.
Sunt in Sicilia e numina amnis Helorii.
Abuſive, Quæcunque loca amœna, nemora præſertim atque aquas habentia, Tempe vocamus. Virg. 2. Georg. 469.
Speluncæ vivique lacus, ac frigida Tempe.

TEMPĔRO, āre. a Tempore deductum; Habere rationem temporis, Moderari, Tempori accommodare, Rem ſuo ordine ac menſura adminiſtrare, potiſſimum quum Accuſativo junctum eſt. Cic. 2. Tuſc. 2. Rem vero publicam noſtri majores certe melioribus temperaverunt, & inſtitutis, & legibus. [A Tempus, temporis, antiqua flexione, deducit & Voſſ. in Etym. Varro tamen lib. 5. de L. L. a potius τὸ Tempus arceſſendum A ſiderum curſus tenore temperato, nomen a verbo proinde, non contra exiſtimat. Quod ſi a Tempus arceſſimus, in ea notione vocabulum hoc accipiamus neceſſe eſt, qua Cæli temperiem notat, ut Tempus pluvium, ſerenum &c. Primaria certe hujus verbi ſignificatio videtur, qua pro Commiſceo, vel Miſcendo lenio ponitur, & propria quidem de liquoribus, vel liquefactis, ut
Vinum tempero [συγκεράννυμι, Gl. L. G. & G. L. συγκεράννυμι, G. L.]
Aciem temperare. V. ACIES.
Æquor totum temperat Neptunus. Ovid. 12. Met. 94.
Aera temperat frigidus veſper. Virg. 3. Georg. 337.
Æs conflare & temperare. Plin. lib. 7. cap. 56.
Aquam temperare ignibus, Tepefacere. Hor. 3. Carm. 19. 6.
Arva ardentia temperat unda. Virg. 1. Georg. 110.
Lympha temperat merum. Tibul. lib. 3. 7. 26.
Mundum temperat variis horis Juppiter, Diſtinguit, vel dividit, vel regit per Ver, Æſtatem, Autumnum, & Hiemem. Acron. Hor. 1. Carm. 12. 16.
Solis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modum temperant. Cic. 2. de Nat. Deor. 50.
Potionem ſuis manibus temperatam Philippus medicus Alexandro porrexit, i. e. Confectam. Val. Max. lib. 3. cap. ult. ad finem.
Thermas temperare. Martial. lib. 10. 48.
Temperat hic thermas, nimius prior hora vapores
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.
Unguentum temperare, vulgus Pharmacopolarum dicit *Diſpenſare*. Plin. lib. 13. cap. 2.
Qui acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit. Cic. in Somn. Scip. 18. De Orbium cæleſtium motu & ſono.
Moderatius aliquid temperare. Cic. in Orat. 176.
Amara temperare riſu, Adverſa leniare hilaritate. Hor. 2. Carm. 16. 27.
Copiam ſuam cum aliquibus temperare. Cic. in Orat. 99.
Iras temperare, Moderari. Virg. 1. Æn. 57.
Lacrimas alicujus temperare. Ovid. ad Liv. 8.
Manus iræ temperat. Propert. lib. 3. 22. 22.
Sumptus temperare. Ovid. 1. Amor. 3. 10.
Vectigalia temperare, Minuere. Plin. in Paneg. cap. 41. pr.
Vires ſuas temperare juſtitiæ. Ovid. 3. de Pont. 6. 24.
Omnia pretio temperata, vendente Remp. Conſule. Paterc. lib. 2. 60. Temperata, i. e. Adminiſtrata.
Civitates conſtituere & temperare, pro Regere. Cic. 4. Acad. 3. In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis, temperandiſque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis.
Domum temperare arte. Propert. lib. 3. 5. 26.
Ora temperare frenis, Domare, & regere. Hor. 2. Carm. 8. 7.
Ratem temperare, Gubernare. Ovid. 13. Met. 366.
Reſpublicas temperare, Regere, adminiſtrare. Plin. lib. 6. cap. 19.
Temperare, Dativis junctum, [ἀπέχομαι, Gl. L. G. & G. L. φείδομαι, L. G. ἀφίσταμαι, G. L.] Abſtinere ſignificat: ut, Temperare alicui, pro Abſtinere ab injuria inferenda. Cic. 3. Verr. 154. Tu putet quiſquam, quum ab Italia freto disjunctus eſſes, ſociis temperaſſe, qui ædem Caſtoris teſtem furtorum tuorum eſſe volueris?
Temperare alicui aliqua in re. Cic. 4. Verr. 27. Si cuiquam denique ulla in re unquam temperaverit, ut vos quoque temperetis.
Ætati juvenum temperare, Moderari juvenibus. Plaut. Truc. 1. 2. 40.
Hoſtibus ſuperatis temperare, Parcere. Cic. 4. Verr. 51. Non ſolum ſociis in eo bello conſuluit, verum etiam ſuperatis hoſtibus temperavit.
Privignis temperare. Hor. 3. Carm. 24. 18.
Illic matre carentibus
Privignis mulier temperat innocens. I. e. Noverca manus abſtinet a privignis, parcit, neque eis inſidias comparat, ullamve perniciem molitur, ut ſolent novercæ.
Animis temperare. Liv. 5.
Artibus malis. Plaut. Mercat. 5. 4. 21.
Temperare iſtac ætate iſtis decebat artibus.
Cædibus temperare. Liv. 2. 16.
Gulæ temperare, Idem quod Moderari. Plin. 2. Epiſt. 6.
Lætitiæ temperare, non pro Abſtinere, ſed Modum imponere. Liv. 5. 7. Tota vero jam ſuperfundenti ſe lætitiæ vix temperatum eſt.
Linguæ temperare. Plaut. Rud. 4. 7. 28.
Manibus temperare. Liv. 32. 20. conf. 2. 23.
Temperare oculis, pro Abſtinere a lacrimis, ex Curtio in OCULUS. H. St.
Vino temperare in unum diem. Liv. 40. 14.
Sibi temperare. Cic. pro Flacc. & 10. Fam. 7. Uſque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid & Conſulatu meo & veſtra exſpectatione efficerem.
Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam. Plin. lib. 18. cap. 6.
Temperare ab injuria. Cæſ. 1. Bell. Gall. 9.

A lacrimis temperare. Virg 2. Æn. 8. — quis talia fando
Temperet a lacrimis?
A maleficio ſe temperare. Auctor. ad Heren. lib. 2. 29.
In amore temperare. Plaut. Epid 2 8
Tempero me vino, ἀπέχομαι οἴνου, Gloſſ Latinogræc. Sine præpoſ.
Temperare cum Inf. ut Temperare maledicere. Plaut. Pœn. 5. 2. 76. Idem Pœn. prol 22. Vel dormire temperent.
Urbibus oppugnandis temperare, pro Abſtinere ab obſidionibus urbium. Liv. 10.
Temperat, φείδεται φιλάργυρος, Gloſſ. Latinogræc. [V. Plin. 23. 22.
Temperatum eſt, Imperſonale, pro Abſtinuerunt. Liv. 1. 29. extr. Templis tamen deûm temperatum eſt. Idem 32. 10. extr. Temperatum ægre eſt, quin miſſilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter ſe consererent.

Temperans, antis. [σωφρονῶν] Partic. fere Adjective, & ſignif. Modeſtus. Ter. Heaut. 3. 3.19.
Hominis frugi & temperantis functus officium.
An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Cic. in Parad. 3.
Moderatus & temperans. Cic. pro Font. 30. Frugi igitur hominem, Judices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, &c.
Quum hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improviſo morbus oppreſſerit. Cic. 15. Att. 1.
Temperans, [σώφρων] nomen, Genitivo junctum. Ter. Phorm 2. 1.42.
Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. Donatus; Rei, quia pauperem: Famæ, quia ignobilem. Temperans autem, Conſulens, providens, moderatus.
Temperans gaudii. Plin. in Paneg. 52. Nemo tam temperans gaudii, ſeræque lætitiæ, quin &c.
Compar. Liv. 26. 22. Temperantiores a cupidine imperii. al. Temperatiores.
Superl. Cic. pro Font. 28. Homo ſanctiſſimus ac temperantiſſimus.

Temperanter, Adv. [σωφρόνως] Cic. 9. Att. 2. Nam quod ais, ſi hic temperantius egerit, conſideratius conſilium te daturum, &c.
Haberi temperanter. Tacit. 4. Ann. 33.

Temperantia, æ. f. [σωφροσύνη, Gl. L. G. σύγκρασις, ἐγκράτεια, G. L.] eſt (inquit Cic. 2. de Invent. 164.) Rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus, animi firma & moderata dominatio.
Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum. Cic. 5. Tuſc. 42.
Modeſtia, vel temperantia, quæ moderatio eſt cupiditatum, rationi obediens. Cic. 2. de Fin. 60.
Temperantia pacem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit. Cic. 1. de Fin. 47.
Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. Cic. 5. de Fin. 67.
Temperantia & Moderatio. Cic. 1. Fam. 9. Novi enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ.
Summa fuit in ejus victu temperantia. Cic. 5. Tuſc. 57.
Temperantia in cibis. Plin. lib. 28. cap. 5.
Aſtringere ad temperantiam. V. ASTRINGO.

Temperatus, a, um. Partic. [συγκεκραμένος, Gl. L. G. εὔκρατος, L. G. & G. L.] Moderatus. Plin. lib. 11. cap. 37. Ut habili miſtura & accipiatur circumjecto candore lux, & temperato repercuſſu non obſtrepat.
Eſca temperata. Cic. 2. de Divin. 115.
Moderatione paulo minus temperatus. Cic. 12. Att. 24.
Dicendi genus temperatum & æquabile. Cic. 2. Off. 3. Vis enim dicendi major eſt in illis: ſed hoc quoque colendum eſt & æquabile & temperatum orationis genus. i. e. Philoſophorum dicendi genus.
Hominem in ſumma magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus. Cic. 4. Att. 6.
Mens temperata. Hor. 2. Carm. 3. 3.
Mores temperati & moderati. Cic. 12. Fam. 16. Eſt autem ita temperatis, moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas ſumma cum humanitate jungatur.
Oblectatio temperata ex varietate ſonorum. Cic. 2. Tuſc. 63.
Oratio permiſta & temperata numeris. Cic. in Orat. 196.
Orator modicus & temperatus. Cic. in Orat. 95.
Prela temperata, Inſtructa, & ad opus parata, cui Supervacanea correſpondent. Cato R. R. cap. 12. In torcularium hæc opus ſunt, vaſis quinis, prela temperata quinque, ſupervacanea tria.
Temperatior in victoria. Cic. 8. Fam. 15.
Vir juſtus, temperatus, ſapiens. Cic. 3. de Nat. Deor. 87.
Vis temperata. Hor. 3. Carm. 4. 66.
Uſus temperatus. Hor. 2. Carm. 2. 3.
Oratio temperatior. Cic. 2. de Orat. 212. Neque eſt ulla temperatior oratio, quam illa, in qua aſperitas contentionis, oratoris ipſius humanitate conditur.
Tempus anni temperatiſſimum. Varro 2. de R. R. cap. 5.

Temperatum, i. n. [κρᾶμα, Gl. G. L.] Mixtum.

Temperate, Adv. [συγκεκραμένως, Gl. G. L.] Attemperate. Cato R. R. cap. 69. Ubi temperate tepebit, tum cuminum indito, poſtea linito. De dolio loquitur. Cic. 12. Att. 32. Ages, ut ſcribis, temperate. Sic Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 8.
Neque temperatius ſcribi potuit. Cic. 13. Att. 1.
Temperatiſſima, in Gloſſ.

Temperatīvus, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 4. 1. Temperativa medicamina.

Temperatio, ōnis. f. Cic. 1. Tuſc. 1. Nec ſit quicquam, niſi corpus unum & ſimplex, ita figuratum ut temperatione naturæ vigeat & ſentiat.
Æris temperatio. Cic. 6. Verr. 98. Tu videlicet ſolus vaſis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſime perſpicis?
Cæli temperatio, fecunditas terrarum. Cic. 2. de Nat. Deor. 13.
Corporis temperatio, quum ea congruunt inter ſe e quibus conſtamus. Cic. 4. Tuſc. 30.
Menſium temperatio. Cic. 2. de Legib. 26.
Sol, mens mundi & temperatio. Cic. in Somn. Scip. 17.
Temperatio Reip. Cic. 3. de Legib. 12. Hæc eſt, quam Scipio laudat in libris, & quam maxime probat temperationem Reipub.

Temperātor, ōris. m. [ἁρμοστής] Martial. lib. 4. 55.
Quam fluctu tenui, ſed inquieto,
Armatum Salo temperator ambit. De Bilbili inſula. Porro Salonem Hiſpaniæ fluvium vocat armorum temperatorem, quia ejus aquis temperantur enſes. Id quod ipſe Martialis teſtatur lib. 14. 33.
Pugio, quem curvis ſignat brevis orbita venis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.
Moderator & Temperator. Cic. in Orat. 70. Magni igitur judicii, ſummæ etiam facultatis eſſe debebit moderator ille, & quaſi temperator hujus tripertitæ varietatis.

Temperātrix, icis. f. Auguſt.

Temperāmentum, i. n. [συγκέρασμα, σύγκρασις, μέτρον, ζέσις, ἀνάκρασις, Gl. L. G. σύγκρασις, G. L.] Temperatio, modus. Cic. 3. de Legib. 24. Inventum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarent.
Linguæ temperamentum. Liv. 28. 44.
Elegans temperamentum. Tacit. 11. Ann. 4.
Salubre temperamentum. Idem 4. Hiſt. 86.
Temporis temperamentum. Paulus in l. Quod dicimus. D. de Solution. Quod dicimus in eo hærede, qui fidejuſſori teſtatoris id quod ante aditam hæreditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſolvere: cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligendum eſt; nec enim cum ſacco adire debet.
Æquare temperamentum. V. ÆQUO.
Adhibere temperamentum. Plinius in Paneg. 3. Tali adhibito temperamento, ut nec laxet nimis, nec arctum eſſe patiatur.
Librare manum artifici temperamento. Plin. lib. 12. cap. 25.
Sequi temperamentum in re aliqua. Martial. lib. 1. in præf. Spero me ſecuturum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non poſſit quiſquis de ſe bene ſenſerit.
Temperamentum, & Temperatura; idem quod Spiſſitudo. Scribonius Largus comp. 81. Cum oleo coquitur ſpuma argentea, donec cerati ſpiſſi habeat temperamentum. conf. TEMPERATURA.

Temperatūra, æ. f. [κρᾶσις] ut, Temperatura ferri. Unde Plinius lib. 34. cap. 15. de temperatura ferri loquens, A rubigine, inquit, vindicatur cerussa & gypſo, & liquida pice. Hæc eſt temperatura a Græcis antipathia dicta. Sic ibidem cap. 2.
Cæli temperatura, Idem quod Temperies. Varro apud Non. c. 848. Quæro utrum hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.
Ceræ, Conſiſtentia. Scrib. Larg. Comp. 79. Mel miſcetur contuſis & tritis, donec ceræ mollis habeat temperaturam. Sic Comp. 45. Habuerint emplaſtri temperaturam mollis.
Corporis temperatura. Sen. Epiſt. 11.

Temperācŭlum, i. n. Apul Flor. p. 342 Elmenh. Temperacula ferri.

Tempĕries, ēi. f. [συγκερασμὸς, Gl. L. G.] Temperamentum Plin. 5. Epiſt. 6. Atque adeo, ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis ſitum, villæ amœnitatem. Ovid. 4. Met. 344.
— temperie blandarum captus aquarum.
Æqualis temperies. V. Æqualis in ÆQUO.
Docta temperies fruendi. Stat. 2. Silv. 2. 353.
Mitis temperies. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 260.
Tranquilla morum temperies. Stat. 2. Silv. 6. 48.
Cæli temperie juvatur corpus. Ovid. 2 de Pont. 7. 72.
Temperies, Temporis commoditas ad aliquid agendum. Plin. lib. 17. cap. 22. Differuntur poſt annum dodrantali ſilo, cuſtodita temperie, ut viridi cælo ſerantur, ac ſine aurora.
Mitis temperies. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 261.

Temperius, i. e. Temperantius. Cic. 9 Fam. 16. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare. Temperius fiat: cetera eodem modo. Al. Temporius. V. in TEMPUS.

Tempestas, & Tempestivus. V. TEMPUS.

Templum, i. n. [ἱερὸν, ναὸς, σηκὸς, τέμενος, Gl. L. G. & G. L.] proprie Locus in cælo notatus ab augure, vel in terra: a tuendo, id eſt conſpiciendo dictum, quod ex omni parte, vel ex quo omnis pars aſpici poſſit, ut ait Donatus. Ter Eun. 3. 5. 42.
At quem Deum? qui templa cæli ſumma ſonitu concutit.
Lucida cæli templa. h. e. Regiones ſiderales Lucret. lib. 1. 1013.
Templum, Cælum ipſum dictum eſt, quia ipſum primo tuemur. Ennius,
Contremuit templum magnum Jovis altitonantis. Ejus quatuor partes dicuntur, ſiniſtra ab Oriente, dextra ab Occaſu, antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem. Ex Varrone lib. 6. de L. L. 2.
Deinde Ædes ſacris uſibus deſtinata vocatur Templum; & Locus, etiam quicunque religioni deſtinatus.
Templum in terris dictum eſt, Quod quibuſdam verbis conceptis ab augure finiebatur, ut ait Varro lib. 6. de L. L. 2. unde tueri quamcunque cæli partem commode poſſet. In hoc templo per augures conſtituto Senatusconſultum fiebat: & niſi in eo fieret, non erat juſtum.
Templum, Locus manu deſignatus in aëre, poſt quem factum illico captantur auguria. Servius. Vide EXTEMPLO. H. St. In ea præp. Sunt autem verba Grammatici ad 1. Æn. v. 92. Al. 96.
Templa in Occidentem ſpectare antiqui architecti recte ſcripſerunt. Poſtea placuit omnem religionem eo convertere, ex qua parte cæli terra illuminatur: ideo in Orientem ædes ſacræ ſpectant. Ex Hygeno de Limitibus conſtituendis p. 153. Goeſ [Ubi Religio, pro Loco religioſo. V. C. L.
Templum, non ſolum Ædes ſacræ dicuntur, ſed etiam alia Loca ſepta, & unum tantum introitum habentia. Curia Hoſtilia templum erat, licet ſacra non eſſet. Liv. 2 56. Occupant tribuni plebis templum. i. e. Comitium. [Immo erant & hæc loca auſpicata.
Quid inter Templum & Curiam interſit, V. Manut. ad Cic. 4. Fam. 7.
Curia eſt ſedes ac templum publici conſilii. Cic. pro Domo 131.
Curia eſt templum ſanctitatis. Cic. pro Milon. 91.
Paſtor templorum. Ovid. 2. Faſt. 63.
Alta templa. Virg. 6. Æn. 4.
Annoſa templa. Sen. Herc. Œth. 7.
Auguratum templum. Cic. in Vatin. 24.
Aurata templa. Lucret. lib 2. 28 Propert. lib. 4. 1. 5.
Celebria templa. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Inclytum divitiis templum. V. INCLYTUS.
Ingens templum. Virg. 1. Æn. 450.
Laqueatum auro templum. V. LAQUEAR.

Odora-

Odoratum templum. V. Odoratus in ODORO.
Operoſa templa dei. Ovid. 15. Met. 667.
Penetralia templa. Lucret. lib. 1. 1098. al. Tonitralia.
Radiantia templa auro. Ovid. 3. de Arte Am. 451.
Sacratum templum. Virg. 2. Æn. 165.
Sanctum & religioſum templum. Cic. 6. Verr. 94. Herculis templum eſt apud Agrigentinos, non longe a foro, ſane ſanctum apud illos & religioſum.
Sublimia templa. Ovid. 7. Met. 587.
Silveſtria templa Nympharum. Lucret. lib. 5. 946.
Venerabile templum. Ovid Rem. Amor. 549.
Condere templum. Virg. 1. Æn. 450.
Exciſa templa. Stat. 5. Silv. 3. 200.
Factum de marmore templum. Ovid. 1. de Arte Am. 81.
Indicere honorem templis divûm. Virg. 1. Æn. 636. [i.e. Supplicationes.
Inſtituam templa de marmore. Virg. 6. Æn. 69.
Ponere templum de marmore. Virg. 3. Georg. 13.
Ponere templum alicui. Tacit. 15. Ann. 74
Pr ſoit Jovi immania templa. Virg. 4. Æn. 199.
Reficere templa. Hor. 3. Carm. 6. 2.
Siſtere templum. Tacit. 4. Hiſt. 53. h. e. Conſtituere.
Statuere templum alicui. Ovid. 14. Met. 128.
Structa ſaxo templa. Virg. 3. Æn. 84.
Temerata templa Minervæ Virg. 6. Æn. 840.
Violare templa. Senec. Troad. 6.
Linguæ ſudantia templa, i. e. Partes, loca. Lucret. lib. 4. 628.
Mentis templa, Interioris animi ſecreta. Lucret. lib. 5. 104.
Templum, Sepulcrum Virg 4. Æn. 457.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui. Nonius 6. 98.
Templum, Tignum vocatur, quod in ſacro ædificio transverſum ſupra canterios ponitur, ut ait Feſtus. Vitruv. lib. 4. cap. 2. Et canterii prominentes ad extremam ſuggrundationem. Supra canterios templa: deinde inſuper, &c.

TEMPLĀTIM, Adv. Per templa. Tertull. in Apol. cap. 42. Templatim inſumere.

TEMPORALIS, TEMPORARIUS. V. TEMPUS.

TEMPSIS, [Τέμψις] Plin. lib. 7. cap. 48. Cacumen Tmoli montis, in quo, ut ipſe ex Muciano refert, CL. annis vivunt incolæ.

TEMPUS, ŏris. n. [χρόνος, Gl L. G. & G. L.] ut Varro ſcribit de L. L. 5. 2. eſt Mundi intervallum & motus, & divitum in partes aliquot, ab ſolis & lunæ curſu, a quorum tenore temperato Tempus dictum eſt. Tria vero ſunt tempora, præſens, præteritum, & futurum.
Temperis, pro Temporis, Manut. in Schol. in Cic. ubi exponit Temperiꝰ, Epiſt. 16. libri 9. H. St.
Tempus autem, inquit Cic. 1. de Invent. 39. eſt id, quo nunc utimur: nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt: pars quædam æternitatis, cum alicujus annui, menſtrui, diurni, nocturnive ſpatii certa ſignificatione. In hoc & quæ præterierunt conſiderantur, &c. & item quæ inſtent in præſentia, & quæ maxime fiant, & quæ conſequantur.
Siderum errores id ipſum eſt, quod rite dicitur tempus. Cic. de Univerſ. 29.
Tempus, quod χρόνον vocant. Quintil. lib. 3. cap. 6.
A quo tempore. Cic. 7. Verr. 75. Unum, alterum menſem, prope annum denique, domi tuæ piratæ, a quo tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerunt.
Ab aliqua re tempus. V. A vel AB.
Ab æterno tempore. Cic. 5. Tuſc.
Ab illo tempore. V. AB.
Ad tempus. V. AD. conf. infra.
Accommodare ſe alicui ad tempus. Cic. pro Cœl. 17.
Ad quoddam tempus. V. AD.
Ex eo tempore, quo primum ex Africa nuntius venit. Cic. 3. Fam. 4.
Ex quo tempore. Cic. 3. Fam. 4. Nam cum te ipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci.
Ex infinito tempore. Cic. 1. de Fin. 33.
In tempus. V. IN præpoſitionem.
In omne tempus. V. IN præpoſ.
In præſens tempus. Hor. de Arte Poet. 44.
Pleraque differat, & præſens in tempus omittat. [Quod & In præſentia dicitur.
In reliquum tempus. V. IN.
In ſempiternum tempus ſpectare debent. Cic. 2. de Orat. 169.
In puncto temporis. Lucret. lib. 4. 166.
Inter omne tempus. V. INTER præpoſitionem.
Per id, vel idem tempus. Cic. de Clar Orat. 285. Duo fuerunt per idem tempus, diſſimiles inter ſe. Cæſar de Bell. Afr. 47. Per id tempus fere Cæſaris exercitui res accidit mirabilis auditu.
Scholarum tempora. Quintil. lib. 1. cap. 8. p. 97. Burm. Cum Grammatices amor, & uſus lectionis, non ſcholarum temporibus, ſed vitæ ſpatio terminentur.
Brevitas temporis, vel anguſtiæ. Cic. 3. de Orat. 226. Edidi quæ potui, non ut volui, ſed ut me temporis anguſtiæ coegerunt Idem 1. Att. 10. Eo factum eſt, ut epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid, brevitate temporis, ut tam pauca cogerer ſcribere.
Curſus temporis Cic. 6. Fam. 6.
Decurſus temporis. Cic. 3. Fam. 8.
Exiguum temporis. Ovid. 13 Met. 888.
Fuga temporum. Hor. 3. Carm. 30. 5.
Gradus temporum. Quintil. lib 5. cap. 10.
Id temporis, i. e. Per id tempus. Cic. 1. in Catil. 10. Quos ego jam multis, ac ſummis viris, ad me id temporis venturos eſſe prædixeram.
Intervalla ac ſpiramenta temporum. Tacit. in vita Agric. 44. Quo Domitianus, non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo & velut uno ictu Rempub. exhauſit.
Longinquitas temporis. Cic 6. Fam. 4. Me ipſum, conſolatorem tuum, non tantum litteræ, quibus ſemper ſtudui, quantum longinquitas temporis mitigavit. V. LONGE.
Momentum temporis, V. MOMENTUM, in MEVEO.
Pars temporis exigua. Lucret. lib. 3. 400.
Propagatio temporis miſerrimi. Cic. 5. Fam. 15. Quod in ea vita maneam, in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis.
Puncto temporis. Lucret. lib. 1. 1100.
Temporis ut puncto nihil extet reliquiarum. i. e. Spatio temporis breviſſimo.
Subſeciva temporum. Quintil lib. 1. cap. 12.
Tractus temporis. V. Tractus in TRAHO.
Uſura temporis. Cic. 3. Fam. 1.
Actum tempus, Præteritum Hor de Arte Poet. 173.
Anguſtum tempus. Claud. 2. in Ruff. 53.
Annale tempus. V. ANNUS.
Annua tempora. Ovid. 3. Amor. 10. 1.
Anteactum tempus. Lucret lib. 3. 844.
Antique tempora. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Aureum, Sæculum. Hor. Epod. 16. 64.
Breve. V. BREVIS.
Cæcum. V. CÆCUS.
Conjunctum tempus, i. e. Inſequens. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Diurnum tempus. Quintil. lib 7 cap 3.
Edax rerum tempus. Ovid 15. Met 234.
Exiguum tempus Ovid. 2. Amor. 2. 40.
Futile & caducum tempus, i. e. Vita noſtra. Plin. 3. Epiſt. 7. ad finem.
Generale tempus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Heroica tempora. Quintil lib. 1. cap. 11.
Illa temporibus. Cic. de Amicit 5.
Illis ut temporibus. Cic. de Clar Orat. 107. Erat cum litteris Latinis, tum etiam Græcis (ut temporibus illis) ſatis eruditus.
Inane tempus. V. INANIS.
Infinitum tempus. Cic. 2. de Lege Agr. 55. Sequitur omnes agros extra Italiam, infinito ex tempore.
Infinitum tempus ætatis. V. INFINITUS.
Ingrata tempora. V. Tarda infra.
Inoffenſa e valetudine tempora vitæ. V. INOFFENSUS.
Longum tempus. Senec. Agamem. 12.
Medio tempore. Suet. in Calig cap. 25. Liviam Oreſtillam, C. Piſoni nubentem, cum ad officium & ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio poſt relegavit, quod repetiſſe uſum prioris mariti tempore medio videbatur. [Vulgo Intermedium.
Modicum tempus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Mutum a litteris tempus. V. MUTUS.
Optimum tempus, Sæculum. Cic. pro Cluent. 95. Optimis hercle temporibus, tum quum homines ſe, non jactatione populari, ſed dignitate atque innocentia tuebantur.
Parvum tempus. Lucret. lib. 3. 558.
Præteritum tempus, inſtans, conſequens. Auctor ad Heren. 2. 5.
Priora tempora & poſteriora. Cic. 5. Fam 17.
Priſci temporis anni. Ovid. 1. Faſt. 197.
Quodam tempore. Ovid. 2. Met. 552.
Segne tempus. Valer. 2. Argon 176.
Spatioſum tempus. Ovid. 1. Amor 8 81.
Tarda mihi, ingrataque tempora fluunt. Horat. 1. Epiſt. 1. 23. Ingrata ideo, quia Tarda videntur.
Uno tempore, pro Eodem tempore. Cic. ad Att. Multas uno tempore accepi epiſtolas tuas. Idem 2. de Lege Agr. 14. Aliquando tandem, me deſignato, lex in publicum proponitur: concurrunt juſſu meo plures uno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt.
Abit tempus. V. ABEO.
Abit tempus iners. Ovid. 16. Epiſt. 112.
Abſumere tempus. V. ABSUMO.
Accipere tempus juſtum & debitum, dicitur actio. V. ACCIPIO.
Adhibere tempus. V. ADHIBEO.
Adeſſe tempus, vel ad tempus, vel in tempore. V. ADSUM.
Aſſignatum tempus. V. Aſſignatus in ASSIGNO.
Capere tempus. V. CAPIO.
Complere debita tempora. Virg 9. Æn. 108.
Complevit maturus tempora venter Ovid. 11. Met. 311.
Conferre tempus ad, & in rem aliquam. V CONFERO.
Conſecutum tempus. V. Conſecutus in CONSEQUOR.
Conſervare & notare tempora. Cic. in Orat. 120. [i. e. Temporum & rerum geſtarum intervalla.
Conſumere omne tempus in litteris. Cic. 15. Fam.
Conterere tempus. V. CONTERO.
Contrahere tempus. V. CONTRAHO.
Decedentia tempora. Hor. 1. Epiſt 6 3.
Dependere tempora amori. Lucan. lib. 10. 80.
Vereor, ne in breve tempus dilata ſit abs te pernicies. Cic. ad Brut. 16.
Digerere tempora. Ovid. 1. Faſt. 27.
Dirimere tempus. Cic. 1. de Divin. 85. Auguralis dictio, V. DIRIMO.
Diſtribuere tempus. Cic. Att.
Dividere tempus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Diviſeras tempora cum morte, & ſuperſtite filio fruebaris omnibus tenebris, h. e. Per omnes noctes. Quintil. in Sepulcro incantato. [Ubi eſt Intervallum, ut & in ſeqq. & ſupra aliquoties.
Dividere curarum remiſſionumque tempora. Tacit. in vita Agric. 9. Jam vero tempora curarum remiſſionumque diviſa.
Dividere temporibus negotium aliquod. Ter. And. 3. 1. 18.
Dare tempus alicui rei. Quintil. Tryphoni 2.
Diligentia quanta ſit, niſi tempus & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt. Cic. pro Quint.
Dare tempora ſtudiis. Ovid. 2. de Pont. 9. 70.
Edere tempus. Quintil. lib 6. cap. 2.
Egere tempore, pro eo quod vulgus dicit, *Multum habere ad faciendum.* Cic. 3. Q. frat. 5. Quod me de verſibus faciendis rogas, incredibile eſt, mi frater, quam egeam tempore.
Evolvere tempora & Faſtos. Hor. 1. Serm. 3. 112.
Excludi tempore. Cic. 3. Verr. 148.
Exigere tempus. V. EXIGO.
Eximere tempus. Cic. 4. Att.
Fluunt tarda tempora. V. Tarda tempora ſupra.
Fugit interea, fugit irreparabile tempus. Virg. 3. Georg 284.
Habere tempus. Cic. 3. de Orat.

Digitized by Google

Impendere tempus alicui. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Impendere tempus ſtudiis. V. IMPENDO.
Impertire tempus alicui rei. V. IMPERTIO.
Implere tempus. V. IMPLEO.
Indigent difficilia facta longi temporis. Cic. 1. de Invent.
Intermittere tempus. V. INTERMITTO.
Labuntur tempora aſſiduo motu. Ovid. 15. Met. 179.
Non largitur tempus. V. LARGIOR.
Leniet odium tempus. Ovid. in Ibin, 134.
Partiri tempora in plures. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Peractum tempus. Ovid. 2. de Arte Am. 665.
Perdere tempora. Quintil lib. 2. cap. 1. Ovid. 11. Met. 286.
Perfectus orbis temporis. Virg. 6. Æn. 745.
Prorogare tempus alicui. Cic 2. Fam. 6. Ne patiare quicquam mihi ad hanc provincialem moleſtiam temporis prorogari.
Revocare tempus. Cic. 5. Fam.
Sumere tempus. Cic. 2. Q frat. 9.
Suppeditabit tempus. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Traducere tempus. Cic. 4. Fam. 6. Ego autem, cum multis de cauſis te exopto quamprimum videre, tum etiam ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.
Tranſmittere tempus. Cic pro Lege Manil. 1. Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi. i. e. Omne meum tempus amicorum periculis propulſandis tranſmiſi.
Tribuere tempus. Cic. 2. Off. 4.
Venit longo poſt tempore. Virg. 1. Ecl. 30.
Tempus, [ὥρα] pro Temporis parte,
Ætatis tempus. Ter. Hec. 4. 2. 18.
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias jam tenet. Hoc loco Donatus legit, Dum ætas, tempus ſolet. Cic. 3. Q. frat. 5. Noſtrumque hoc tempus ætatis, quod in illa auctoritate Senatoria florere debet.
Anni tempus. Cic. 10. Fam. 33. Anni autem tempus libertatem majorem mihi dat.
Anni temperatiſſimum tempus. V. Temperatus in TEMPERO.
Diei tempus. Ter. Heaut. 1. 2. 38.
Tu, ut tempus eſt diei, videſis ne quo hinc abeas longius. Ibid. 2. 1. 116.
Antelucanum tempus. V. ANTELUCANUS.
Certum anni. V. CERTUS.
Climactericum. V. CLIMAX.
Commodum anni tempus. Cic. 9. Att. 3. Si commodius anni tempus eſſet.
Extrema tempora longæ ſenectæ. Ovid. 6. Met. 675.
Feſtum tempus. Hor. 2. Epiſt. 1. 140.
Fervens tempus, cui opponitur Frigidum. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Frigidum tempus. Senec. Thyeſt 2.
Genitale tempus, Dies natalis. Ovid. 3. Triſt. 13. 17.
Genitale tempus mundi. Lucret. lib. 2. 1104.
Hibernum tempus. Ovid. 11. Met. 745.
Inera tempus ſomni. Stat. 2. Theb. 102.
Matutinum tempus. Cic. 7. Fam. 1. V. MATUTA. & Ovid. 13. Met. 581.
Nocturnum tempus. Lucret. lib. 4. 446.
Puerile tempus, Pueritia. Ovid. 6. Met. 719.
Sacrum tempus. Hor. in Carm. ſæc 4.
Solſtitiale tempus. Ovid. 6. Faſt. 790.
Supremo tempore adeſſe alicui. Catull. Argon. 62. 151.
Verni temporis hora. Hor. de Arte Poet. 302.
Veſpertinum tempus. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. In quo curſu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus delitefcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſæculorum ætatibus, quin eadem iiſdem temporibus efficiat.
Conceſſit tempus puerile juventæ, Locum dedit, ceſſit. Ovid. 6. Met. 719.
Vertuntur tempora annorum. Lucret. lib. 5. 1183.
Tempus pro Die Ovid. puto in Epiſt. Penelopes;
Tempora ſi numeres; bene quæ numeramus amantes:
Non venit ante ſuum noſtra querela diem. Videtur eſſe pro Diebus, ut reciproce Dies pro Tempore. H. St. Exſtant Epiſt. 2. c. 7.
Tempus [καιρὸς, Gl. L. G. & G. L.] Occaſio, vel & quæ dicitur Circumſtantia temporis.
Tempus, pro Commodo temporario. Cic. pro Cluent. 139. Et illa oratio potius temporis mei, quam judicii & auctoritatis fuit. i e. Ita dixi in oratione illa, quia intererat ejus rei, quam tum defendebam, vel hominis rei. Idem ibid. Omnes illæ orationes cauſarum & temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. Budæus.
Tempus aptius cibo. Celſus lib. 3. cap. 5.
Tempus, pro Auctoritate & potentia. Cic. de Clar. Orat. 242. In omnibus exemplo debet eſſe, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo ſervire. Idem pro Planc. 78. Non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam quid interſit, & quid a me cujuſque tempus poſcat. Budæus.
Tempus, pro Conſtituto tempore. Ter. And. 4. 1. 7.
Poſt ubi tempus promiſſa jam perfici,
Tum neceſſario ſe aperiunt & timent.
Tempus adeundi, & abiens (nam utroque modo dictum reperitur) pro Opportunitate. Plaut. Perſ. 4. 2 8.
Id aderit adeundi tempus: nunc agite, ite nos. Idem Men. 3. 3. 29.
Sed quid ego ceſſo, dum datur mihi occaſio,
Tempuſque abire ab his locis lenoniis.
Edendi tempus. Hor. 1. Epiſt. 16. 22.
In tempore. [ἐν καιρῷ, Gl. G. L.] Ter. And. 4. 5. 10. Donatus, Opportune. Nos ſine præpoſitione dicimus Tempore & Tempori.
In ipſo tempore. Ter. And. 3. 2. 52.
Atque adeo in ipſo tempore eccum ipſum obviam Chremetem. Donatus, In ipſa opportunitate, in ipſo articulo.
Acerbitas temporis. Cic. 13. Fam.
Atrocitas temporis. Cic. pro Sext. 12.
Forma temporum. Cic 3. Fam. 11. Ad me quaſi formam communium temporum, & totius Reſp. miſiſti expreſſam.

Inclinationes rerum & temporum. V. INCLINO.
Incommoditas temporis. V. INCOMMODUS.
Iniquitas temporis. V. INIQUUS.
Invidia temporis. Cic. 3. Fam.
Maturitas temporum. Liv. 22. Si maturitas temporum exſpectata foret.
Motus temporum. Cic pro Flacc. 94. Videtis, quo in motu temporum, &c.
Mutatio temporis. Cic. 4. Fam. 9.
Natura temporis. Cic. 6 Fam 6.
Perturbatio temporis. Cic. 5. Fam.
Ratio temporis. Cic. 6. Fam. 6.
Recordatio temporis alicujus. Cic. 1. Fam. 17.
Status temporis. Cic. 2. Fam.
Varietas temporis. Cic. 13. Fam.
Vitia temporum. Cic. 4. Fam. 13.
Accommoda fraudi tempora. Stat. 6. Theb. 615.
Alienum tempus, Abſurdum, adverſum. Cic. 3. Fam. 10. De qua alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulandi, purgandi autem mei neceſſarium. Idem 16. Att. 3. Tempuſque diſceſſus abſurdum.
Amicum fraudibus tempus. Stat. 5. Silv. 2. 38.
Aſperum tempus. Cic. pro Corn. Balb. 22.
Atrox. V. ATROX.
Congrua tempora. Claud. 1. in Ruff 315.
Dextrum tempus, Opportunum Hor. 2. Serm. 1. 18.
Difficile tempus Reip. Cic. 10 Fam 5. His temporibus difficillimis Reipub. quicquid ſubveneris, id erit totum & proprium tuum.
Difficile & atrox tempus. Cic. 6. Verr. 108. Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili Reipub. tempore, quum Ti. Graccho occiſo magnorum, &c.
Dira tempora. Juven. 4. Sat. 80.
Dubium tempus. Cic. pro Font. 34.
Dura tempora. Hor. 2. Epiſt. 2 46.
Durum tempus, & crudele. Cic pro Domo 75. Sed ſi mihi ante hæc duriſſima tempora Reipub. nihil aliud unquam objectum eſt, niſi crudelitas illius temporis.
Exoptabile tempus. Sil. lib. 11. 387.
Extremum tempus. Cic. 10. Fam. 12. Etſi Reipub. cauſa maxime gaudere debeo, tantum ei te præſidii, tantum opis attuliſſe extremis pene temporibus. Idem, His temporibus miſeris, & extremis. i. e. Extrema neceſſitate.
Fauſtum tempus. Lucret. lib. 1. 805.
Formidoloſum dubiumque Reip tempus. Cic. 7. Verr. 1. Ita enim cauſa conſtituitur, provinciam Siciliam virtute ejus & vigilantia ſingulari, dubiis formidoloſiſque temporibus a fugitivis atque a belli periculis tutam eſſe ſervatam.
Gratum tempus. Hor. 2. Epiſt. 2. 198. [Hic eſt Inſalubre cælum.
Grave tempus. Hor. 3. Carm. 23 8.
Grave tempus civitatis, pro Moleſta tempeſtate. Cic. pro Sext 5. Et quoniam in graviſſimis temporibus civitatis, atque in ruinis eerſæ, atque afflictæ Reip. P. Sextii tribunatus eſt a fortuna ipſa collocatus, &c.
Idoneum tempus. V. IDONEUS.
Importunum tempus. V. IMPORTUNUS.
Ineluctabile tempus. Virg. 2. Æn. 324.
Inexcuſabile tempus. Ovid. 7. Met. 512.
Iniquum tempus. Lucret. lib. 1. 42. h. e. Adverſum & calamitoſum.
Juſtum tempus pugnæ. Virg. 10. Æn. 11.
Lævum tempus, Importunum Hor. 2. Serm. 4. 4.
Liberum tempus. Cic. 5. Fam. 20. V. LIBER Adjectivum.
Mala tempora, Bona tempora V. MALUS.
Maturum tempus. V. MATURUS.
Maturo tempore adepta eſt conjugium. Catull. 60. 57.
Maximis temporibus, pro Occaſionibus & neceſſariis præſidiis. Cic. 3. de Legib. 33. Eſt autem boni auguris, maximis Reipub. temporibus præſto eſſe debere. Budæus.
Miſerum & perditum tempus. Cic. 4. Fam. 14. Ego tam miſero tempore nihil novi conſilii cepiſſem. Idem 5. Fam. 16. Hæc perturbatio temporum perditorum.
Miſerum & luctuoſum tempus, cui Tranquillum & optatum opponitur. Cic. 5 Fam. 14.
Molliſſima tempora fandi. Virg. 4. Æn. 293.
Nubila tempora, tranſlate, pro Dubiis. Ovid. 1. Triſt. 9. 6.
Opportunum tempus. Cic. 2. Fam. 18. Quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti.
Opportunum curationi tempus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Proſperum tempus. Tacit. 12. Ann. 68.
Sativum tempus. V. Sativum in SERO.
Secretum tempus. Quintil. lib 1. cap. 2.
Secundum tempus, i e. Præſens. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Secunda tempora, Felicia. Hor. 4. Carm. 9. 36.
Speciale tempus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Subabſurdum tempus. Cic. 16. Att. 3. Movet etiam navigationis labor, alienus non ab ætate ſolum noſtra, verum etiam a dignitate, tempuſque diſceſſus ſubabſurdum.
Summum tempus. Cic. 5. Philipp.
Summa tempora Reipub. Cic. 2. Verr. 1. Id non humano conſilio, ſed prope divinitus datum atque oblatum vobis, ſummo Reip. tempore, videtur. i. e. Summa opportunitate & neceſſitate.
Suo tempore, Tempore quo promiſerat, vel debito & ſtatuto. Cic. 5. Verr 139. Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe redditurum.
Suo tempore, aliter. Cic. de Clar. Orat. 4. de Hortenſio, Perpetua quadam felicitate uſus ille ceſſit e vita, ſuo magis, quam ſuorum civium tempore. Paulo ante de eodem dixerat, Alieniſſimo Reipublicæ tempore extinctus. Suo tempore, Sibi apto, & perpetuæ felicitati convenienti, ut dies ultima, quæ ſemper eſt exſpectanda, primis reſponderit: quum aliter ſæpe ſoleat evenire, ut de Priamo, Pompejo, & aliis legimus. Vel Suo, Fatali; ut libro eodem non procul a fine, Q. Hortenſii vox exſtincta fato ſuo eſt, noſtra publico. Fato ſuo, Sua die, quæ ſtat cuique ut ait Poëta: Publico fato, Qua reſpublica exſtincta eſt.

Suſpicio-

Suſpicioſum tempus. Cic. 1. Fam. 7. Qui mihi quum ſemper tuæ laudi favere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano.
Tranquillum tempus. Ovid. 4. de Pont. 14. 74.
Tranquilli comitem temporis eſſe fidem.
Tranquillum ac pacatum tempus. Cic. pro Cluent. Tempus hoc tranquillum ac pacatum: illud omnibus invidiæ tempeſtatibus concitatum.
Triſte ac luctuoſum tempus, cui Secundum tempus opponitur. Cic. 4. Fam. 13. Tuorumque triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſervabo. Idem 15. Fam. 8. Vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus ſecundis.
Turbulentum tempus. Cic. 2. Fam. 17. Tempora autem Reipublicæ qualia futura ſint, qui ſcit? mihi quidem turbulenta videntur fore.
Vacuum. Cic. 2. Q. frat. 14. Quod mihi tempus, Romæ præſertim, ut iſte me rogat, manenti, vacuum oſtenditur.
Vacuum tempus, curaque ſolutum. Lucret. lib. 2. 45. al. Pectus.
Abiit illud tempus, mutata ratio eſt. Cic. pro Muren. 7. i. e. Præteriit occaſio
Abiit jam & tranſvectum eſt tempus, quo poſſes videri concepiſſe. Tacit. 2. Hiſt. 76.
Accidit tempus. V. ACCIDO.
Accommodare tempus. V. ACCOMMODO.
Accommodata tempora. V. Accommodatus in ACCOMMODO.
Adduci temporibus. V. ADDUCO.
Adactum tempus. V. Adactus in ADIGO.
Amittere tempus. V. AMITTO.
Antecapere tempus. V. ANTECAPIO.
Arripere tempus. Virg. 11. Æn. 459. i. e. Invenire opportunitatem, ut ait Servius. Cic. 5. Fam. 12. Ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere. [Hic eſt Tempus rei alicujus geſtæ, ſeu Intervallum temporis & ſpatium certum, quo quid geſtum fuit. Arripere. Ad ſcribendum.
Aſſentiri tempori, quod & Servire tempori dicitur. Cic. 1. Fam. 9.
Aucupari tempus. V. AUCUPOR.
Cadat adventus tuus in alieniſſimum tempus. Cic. 15. Fam. 14.
Capere ſcite & commode tempus adeundi ad aliquem. Cic. 11. Fam. 16.
Capto tempore agere aliquid. Virg. 11. Æn. 783.
Captare tempus. V. Capto in CAPIO.
Cedere tempori. Cic. 4. Fam. 9. Cedere primum tempori, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum. V. CEDO.
Conſtituere tempus. V. CONSTITUO.
Conſulere tempori. V. CONSULO.
Convenit locus & tempus. V. CONVENIO.
Dicere tempora alicujus. Tacit. 1. Hiſt.
Dicere vel facere aliquid temporis cauſa. Cic. pro Flacc. 36.
Differre tempora. Ovid. 9. Met. 765.
Dimittere tempus. Cic. 3. Philipp.
Exigere ſecum tempus. Virg. 4. Æn. 476.
Decrevitque mori: tempus ſecum ipſa modumque
Exigit.
Extitit tempus. Cic. 5. Fam. 8. Sed extitit tempus, optatum magis, quam ſperatum, ut florentiſſimis tuis rebus mea perſpici poſſet & memoria noſtræ voluntatis & amicitiæ fides.
Incidere in tempus. Cic. 2. Fam. 6. Quod in id Reip. tempus, non incideris, ſed veneris.
Incidunt ſæpe tempora cum, &c. V. INCIDO.
Inſidiari temporibus. Patercul. lib. 2. 21. Dum bellum infert patriæ Cinna, Cn. Pompejus, Magni pater, fruſtratus ſpe continuandi Conſulatus, ita ſe dubium mediumque partibus præſtitit, ut omnia ex proprio uſu ageret, temporibuſque inſidiari videretur, & huc atque illuc, unde ſpes major adfulſiſſet potentiæ, ſe exercitumque deflecteret.
Legere & deligere tempora cibo. Celſ. lib. 3. cap. 6.
Obſervare tempus. V. OBSERVO.
Oblatum tempus. Lucan. lib. 7. 238.
Parere tempori. Cic. 12. Att. 50. & 11. Philipp. 27. Neceſſe eſt enim, in tanta converſione & perturbatione rerum, temporibus potius parere, quam moribus.
Ponere tempus alicui. Virg. 1. Æn. 282. [Hic eſt Spatium determinare.
Præſumere tempus in re aliqua. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Prætermittere tempus. Cic. 1. Fam.
Promiſſum tempus. Ovid. 2. Epiſt. 2.
Recuperare tempus. Cic. 8. Att.
Servire eſt neceſſe tempori, & non amittere tempus, quum ſit datum. Cic. 8. Att. 3.
Sum, ut, Tempus eſt. Ter. Eun. 2. 2 22.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita. [I. e. Dum occaſio eſt, dum licet.
Tempus eſt facere. Plaut. Aſin. 5. 2. 62.
Tempus eſt ut eamus ad forum, pro Commodum eſt. Plaut. Mil. 2. 1. 72.
Tempus eſt ad eam rem. Ter. Eun. 4. 1. 7.
Nunc ita tempus eſt mihi, ut cupiam filiam: olim nihil minus. Ter. Heaut. 4. 1. 59. [I. e. Commodum eſt.
Ubi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur. Ter. Eun. 3. 2. 32.
Tempus eſt, pro Neceſſe eſt. Cic. 2. de Orat. 181. Nam ſi ego omnem vim oratoris in argumentis & in re ipſa per ſe comprobanda poſuiſſem, tempus eſſet jam de ordine argumentorum & de collocatione aliquid dicere.
Non eſt tempus. Ter. Hec. 4. 4. 77.
Reduc uxorem, aut quamobrem non opus ſit cedo.
PAM. Non eſt nunc tempus.
Erit vel fuit tempus. Cic. pro Milon. 70. Erit, erit illud profecto tempus, & illuceſcet aliquando ille dies, quum tu, &c. h. e. Futurum eſt aliquando, &c. Idem 1. de Orat. 1. At fuit tempus illud, quum mihi, &c.
Tolerare patienter tempora. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Venit tempus & occaſio libere loquendi. Plaut. Trin. 4. 2. 157.
Tempus, [[illegible], Gl. L. G.] Pars capitis, quæ eſt ad latera. Habet enim caput duo tempora: unum a dextra, alterum a ſiniſtra. Virg. 5. Æn. 416.
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Nam primo tempora caneſcunt, cavanturque magna diuturnitate temporis: unde quidam tempora in capite ob id dicta putant, quod ab iis indicia petamus ſenectutis. Columel. lib. 6. 29. extr. Decimo tamen anno tempora cavari incipiunt, ſupercilia nonnunquam caneſcere, & dentes prominere. conf. Pallad. Mart. 13. extr. Virg. 5. Æn. 856. Ibid 71.
Ora favete omnes & cingite tempora ramis. Ubi Serv. Cingite ramis tempora, Ex more Romano; nam feſtis ludis omnis ætas coronata ſpectabat.
Tempus in ſing. raro occurrit. Gloſſ. Græcolat. Κρόταφοι, Tempora, ſingulare non habet. Sed aliter in Latinogræc. V. ſupra.
Tempus ſingulariter pro Capite. Catul. 62. 158.
Uſque dum tremulum movens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
Tempus utrumque. Virg. 9. Æn. 418.
Dum trepidant, it haſta Tago per tempus utrumque.
Per geminum tranſcurrit tempus arundo. Sil. 12. 414.
Percutere tempus. Auctor ad Heren. lib. 4. 68.
Ardua tempora. Stat. 2. Theb. 918.
Cava tempora. Virg. 10. Æn. 891.
Flaventia tempora. Ovid. 1. Amor. 2. 29.
Trunca tempora, Quibus detracta ſunt cornua. Ovid. 9. Epiſt. 14.
Turgentia tempora. Stat. 5. Theb. 268.
Advelat tempora viridi lauro. Virg. 5. Æn. 246.
Cinge tempora floribus. Catul. 59. 6.
Cingere tempora myrto. Virg. 1. Georg. 28.
Evincti tempora puniceis tæniis. Virg. 5. Æn. 269.
Prædura tempora fregit nodoſo robore. Ovid. 12. Met. 349.
Populata tempora raptis auribus. Virg. 6. Æn. 496.
Præcingens roſeo tempora vinculo. Sen. Med. 2.
Protecta tempora fulva capilla. Ovid. 12. Met. 273.
Redimitus tempora lauro. Virg. 3. Æn. 81.
Religata tempora fœno. Ovid. 14. Met. 645.
Sparſus tempora canis. Ovid. 8. Met. 567.
Tegere tempora vitta. Virg. 4. Æn. 637.
Velare tempora myrto. Virg. 5. Æn. 72.
Vincti tempora verbena. Virg. 12. Æn. 120.
Umbrata tempora quercu. Virg. 6. Æn. 772.
TEMPORI, Adv. [[illegible], Gl. G. L.] Subaudita præpoſitione. In tempore, Tempeſtive, ad tempus, pro tempore. Plaut. Amph. 4. 3. 50. Idem. Men. 2. 3. 90.
Sequimini: ut, quod imperatum eſt, veniam adverſum tempori.
Al. Temperi. Cato R. R. cap. 2. Satiſne tempori opera ſient confecta.
Tempore pro Tempori. Plaut. Aſin. 3. 3. 143. Ut tempore, opportuneque attuliſtis. Cic. 4. Verr. 128. Satis putabat ſe ad comitia tempore venturum, ſi pridie veniſſet.
Advenire tempore, In tempore, per tempus. V. ADVENIO.
TEMPORIUS, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Adverbium deductum a Tempori adverbio, quod ſignificat Celerius, quaſi ante tempus. Columel. lib. 8. cap. 4. Eſca bis dividenda, ut mane, non protinus a cubili, laxius evagentur, & ante crepuſculum, propter cibi ſpem, temporius ad officinam redeant.
Temporius & Serius, contraria. Columel. lib. 2. cap. 18. Ovid. 4. Met. 198.
Temperius Cic. a Tempus, temperis. Vide Scholia poſteriora Manutii, H. St. V. ſupra in TEMPORI.
TEMPORALIS, e. Adj. [χρονικός] Ad tempus durans. Quintil. lib. 6. cap. 2. Adjiciunt quidem peritorum, πάθος temporale eſſe.
Temporale, Quod ad Tempus fit. ut,
Damnum temporale. Ulp. in L. 14. ad finem. D. de judiciis.
Exſilium temporale. Hermogenianus in l. De injuria. D. De injur. & famoſis libel.
Temporalis, pro Inconſtanti. Curt. lib. 4. 5. 11. Ut ſunt Græcorum temporalia ingenia. Alii legunt Temporaria.
Aliter expono in meis Schediaſmatis. H. St.
TEMPORARIUS, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L. G] Quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus durans. Plin. in Paneg. cap. 91. extr. Non ergo temporarium & ſubitum eſt, quod uterque collegæ Conſulatu, tanquam iterum ſuo, gaudet. Plin. lib. 16. cap. 33. Quædam temporaria vis. [Vitioſe in Gloſſ. Temporia.
Opus publicum temporarium, cui Perpetuum opponitur. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. de effractor. Expilatores in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolent. Sic
Vincula temporaria. Ulp. in l. Aut damnum, in fine. D. de pœnis. Sive in perpetua vincula fuerit damnatus ſervus, ſive in temporaria.
TEMPESTAS, ātis. f. [καιρός] Tempus ipſum aliquando ſignificat. Plaut. Moſtel. 1. 1. 17.
Cir, hercle, paucas tempeſtates, Tranio,
Augebis ruri numerum, genus ferratile. Salluſtius in Jugurth. 8.
Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures novi & ignobiles.
Tempeſtas, Tranquillum & ſerenum tempus. Virg. 9. Æn. 20.
— unde hæc tam clara repente
Tempeſtas.
Cum adjectione, non per ſe, ſignificat hoc Tempeſtas. H. St. Sed Abſolute. Cic. 14. Fam. 4. Quas ego exſpectaſſem Brundiſii, ſi eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt. V. ſeq. Subauditur commodam, & fortaſſe deeſt. H. St. Apud Cic. vel ſubauditur Adj. Idoneam, vel potius gerund. Navigandi.
Bona & certa tempeſtas. Cic. 2. Q. frat. 2. Tu, ſi ita expedit, velim quamprimum, bona & certa tempeſtate, conſcendas, ad meque venias.
Egregia tempeſtas. Cic. 9. Att. 15.
Idonea tempeſtas. V. IDONEUS.
Liquidiſſima tempeſtas cæli. Lucret. lib. 4. 170.
Perfrigida tempeſtas. Cic. 6. Verr. 86.
Malæ tempeſtates. Cato de R. R. cap. 39.
Salubris tempeſtas. Claud. de Phœnice 99.
Secunda tempeſtas, Ventus ſecundus. Tacit. in vita Agric. 38. extr.
Serena tempeſtas. Cic. 2. de Divin. 94.
Arridet tempeſtas. Lucret. lib. 2. 32.
Captare tempeſtates. V. Capto, in CAPIO.
Ridet tempeſtas. Lucret. lib. 5. 1394.
Tempeſtas, [χειμών, ἐκ τοῦ χέειν, Gl. L. G. χειμὼν χαλαζώδης ὁ μέγας, G. L.] Procella, nubilum & procelloſum tempus. Plaut. Moſtel. 1. 2. 27.
Atque

Digitized by Google

Atque illud ſæpe fit, tempeſtas venit,
Confringit tegulas, imbriceſque. Plin. lib. 18. cap. 28. Ante omnia autem duo genera cæleſtis injuriæ meminiſſe debemus: Unum quod tempeſtatem vocamus, in quibus grandines, procellæ, ceteraque ſimilia intelliguntur: quæ quum acciderint, Vis major appellatur.
Imbres, nimbi, procellæ, turbines, reliquæque tempeſtates. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.
Procella, tempeſtas, naufragium, ruina, incendium. Cic. 2. Off. 19.
Illa tempeſtate & tempore. Catul. Argon. 62. 73.
Æolus, rex tempeſtatum. Virg. 10. Æn. 37.
Dii tempeſtatum potentes. Virg. 3. Æn. 528.
Adverſa tempeſtas. V. ADVERSUS.
Animoſa tempeſtas. Stat. 9. Theb. 459.
Atra tempeſtas. Virg. 2. Æn. 516.
Atrox tempeſtas. Claud. de Bell. Get. 112.
Fere tempeſtas. Ovid. 1. Faſt. 495.
Fœda tempeſtas cum grandine ac tonitribus cælo dejecta. Liv. lib. 2. 62. pr.
Immoderata tempeſtas. V. IMMODERATUS.
Magna, V. Turbulenta.
Marina ſive terreſtris tempeſtas. Ulp. in l. 2. D. Si quis caution. Tempeſtatem ... ligere debemus, ſive marina, ſive terreſtris ſit.
Miſeranda tempeſtas. V. Miſerandus, in MISER.
Naufraga tempeſtas. Valer. 1. Argon. 584.
Notabilis tempeſtas. Tacit. 1. Hiſt. 38. pr.
Poetica tempeſtas. Juven. 12. Sat. 23.
— omnia fiunt
Talia, tam graviter, ſi quando poetica ſurgit
Tempeſtas. I. e. Omnia nobis ita contigerunt, quemadmodum a poetis referri ſolet, ſi quando tempeſtatem deſcribunt, ſummaque contentione omnia exaggerant.
Sævæ tempeſtates. Tacit. in Vita Agric. 22.
Sonoræ tempeſtates. Virg. 1. Æn. 57.
Turbida tempeſtas. Virg. 12. Æn. 284.
Turbulenta tempeſtas. Cic. 7. Verr. 26. Ut nullus unquam dies tam magna turbulentaque tempeſtate fuerit, &c.
Violenta tempeſtas. Senec. Herc. fur. 11.
Actus pelagi tempeſtatibus. Virg. 3. Æn. 708.
Avertere tempeſtates. Plin. lib. 37. cap. 10.
Commoventur ſæpe tempeſtates certo aliquo cæli ſigno. Cic. pro Muren. 36.
Commotus ſubito magnis tempeſtatibus fluvius Eurotas. Cic. 2. de Invent. 96.
Commutata tempeſtas. Cic. 11. de Invent. 154.
Conflata ventis tempeſtas, & imbres. Cælum autem pro nubibus accipe: & contraria in unum coegit, ac per hoc denſas fecit intelligendum. Porphyr. in Hor. Epod. 13. pr.
Continet me tempeſtas. V. CONTINEO.
Contraxit cælum, Aerem in nubes condenſavit. Stat. 9. Theb. 583.
Contraxit tempeſtas horrida cælum. Hor. Epod. 13. 1. V. paulo ſupra.
Coorta tempeſtas. V. Coortus in COORIOR.
Coortæ tempeſtates cælo terraque. Lucret. lib. 6. 957.
Demiſſa tempeſtas ab Euro. Hor. 3. Carm. 17. 11.
Eo. ut Sil. lib. 3. 228.
Sævior it trucibus tempeſtas acta procellis.
Fulget tempeſtas tremulo impete. Lucret. lib. 6. 173. Ob fulgura.
Glomerant nubes tempeſtatem fœdam. Virg. 1. Georg. 323.
Horreſcit nimbis turbida tempeſtas. Sil. lib. 1. 234.
Incubuit ſilvis tempeſtas. Virg. 2. Georg. 310.
Lenire tempeſtates. V. Lenio, in LENIS.
Reſedit tempeſtas. Stat. 9. Theb. 524.
Sedare tempeſtates. Plin. lib. 37. cap. 10.
Serenare tempeſtates. Virg. 1. Æn. 253.
Verberari tempeſtatibus. Columel. lib. de Arboribus, cap. 16. Sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dupondium & ſemiſſem latum quum feceris, patiere minime duobus menſibus eum tempeſtatibus verberari. [Lege Minimum.
Ad alia ſæpe transfertur. ut, Hor. 1. Epiſt. 15. 31.
Pernicies, & tempeſtas, barathrumque macelli.
Repentina tempeſtas popularis. Cic. pro Cluent. 96.
Procella, turbo & tempeſtas pacis. Cic. pro Domo 137.
Pugnæ. Liv. 44. 39. pr. Quo, jactati tempeſtate pugnæ, receptum haberent.
Seditionum ac diſcordiarum tempeſtas. Cic. pro Sext. 46.
Cruenta tempeſtas. Claud. 3. Conſ. Hon. 75.
Ferrea tempeſtas, Milites. Sil. lib. 15. 620.
Invidiæ tempeſtas. Cic. 1. in Catil. 22. Tametſi video, ſi mea voce ira in exſilium animum induxeris, quanta tempeſtas invidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus, recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat.
Maximæ & turbulentiſſimæ moleſtiarum tempeſtates. Cic. 1. de Orat. 2. Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximæ moleſtiarum & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt.
Hujus magnitudini animi, gravitati, ſapientiæ, tempeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis. Cic. 7. Philip. 7.
Tempeſtates alicujus ſubire, i. e. Pericula. Cic. 15. Fam. 15. Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempeſtates, & ſubieris, & multo etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris.
Suſtinebat tamen Appius pertinacia tantam tempeſtatem. Liv. 2. 56.
Defendere aliquem in tempeſtate. Cic. pro Domo 108.
Tempeſtas, pro Dia in illo Ciceronis verſu, 1. de Divin. 52.
Tertia te Phthiæ tempeſtas læta locabit. Id verſus Homericus, Il. ι. v. 363. docet, quem expreſſit,
Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην. Sic
Suprema tempeſtas, V. Supremus in SUPER.
Tempeſtas apud Romanos inter Deos habita eſt. Ovid. 6. Faſt. 193.
Te quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum pæne eſt Corſis obruta claſſis aquis. Huic agnam vel nigram ovem immolare ſolenne fuit. Virg. 5. Æn. 772.
Tres Eryci vitulos, & Tempeſtatibus agnam
Cædere deinde jubet. Idem 3. Æn. 120
Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

TEMPESTUOSUS, a, um. Adj. [χειμερώδης] Procelloſum. Gellius, Mare ſævum ac tempeſtuoſum erat. Sidon. 4. Epiſt. 6. Tempeſtuoſi hoſtium incurſus.
TEMPESTUOSE, Adv. Apul.
TEMPESTIVUS, a, um. Adj. [εὔκαιρος, Gl. L. G. & G. L. ἀκμαῖος, ὡραῖος, L. G.] Opportunum, & quod ſuo tempore fit. Cic. de Senect. 46. Ego vero propter ſermonis delectationem tempeſtivis quoque conviviis delector.
Tempeſtivum convivium & intempeſtivum, contraria. Tempeſtivum autem convivium eſſe putat Turnebus, quod non fit de die, (nam id turpe & nequam & intempeſtivum habebatur de die convivia agitare) neque in multam noctem producitur: ſed quod tempori fit. Nam a Varrone apud Gellium (13. 11.) convivium conſtare ex rebus quatuor dicitur, quod omnibus ſuis ſit abſolutum numeris, ſi belli homunculi collecti ſunt, ſi lectus locus, ſi tempus lectum, ſi apparatus non neglectus. Ad tempeſtivum quoque convivium fortaſſe pertinuerit diebus potius certis, quam aliis convivium vocare, ut diebus potius feſtis quam profeſtis, & quibuſdam profeſtis potius quam aliis, ut nefaſtis. De convivio tempeſtivo Cic. in Verr. 5. 62. Statutus Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio. Apulejus, Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an convivium tempeſtivum? De intempeſtivo Cic. pro Muren. 13. Neque in convivio moderato atque honeſto: intempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.
Fructus tempeſtivi; i. e. Cito maturi. Cic. 2. Off. 14. [Immo Opportuni. De fructibus ex beſtiis capiendo loquitur.
Homo tempeſtivus. Plin. lib. 7. cap. 53.
Hora tempeſtiva narrantibus. Ovid. 5. Met. 500.
Mare tempeſtivum ad navigandum. Cic. pro Lege Manil. 34.
Maturitate tempeſtiva. Cic. de Senect. 5.
Oleæ tempeſtivæ. Cato de R. R. cap. 58.
Sementes tempeſtiviores. Gell. 2. 29.
Vindemia tempeſtiva. Columel. lib. 11. cap. 2.
Virgo viro tempeſtiva. Hor. 1. Carm. 23. 12.
Concedere pueris ludum tempeſtivum. Hor. 2. Epiſt. 2. 142.
Evertere pinum tempeſtivam. Virg. 1. Georg. 256.
Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiva fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire! Cic. 1. Tuſc. 109.
Si tempeſtivum erit. Columel. lib. 1. cap. 8. ſub finem, Sed ille meminerit, quum e civitate remeaverit, deos penates adorare: deinde, ſi tempeſtivum erit, confeſtim: ſi minus, poſtero die fines oculis perluſtrare. *Si le temps le porte.*
TEMPESTIVUM, i. n. [εὐκαιρον] Gloſſ. Græcolat.
TEMPESTIVE, Adv. [εὐκαίρως, ἐν καιρῷ, Gl. G. L.] Opportune. Plaut. Truc. 1. 1. 41.
Qui noſtræ ætati tempeſtive temperant. Al. Temperint, & Tempeſtivo. Cic. 2. de Nat. Deor. 156. Tempeſtive demetere.
Sepultus tempeſtive. Ovid. 4. Triſt. 10. 81.
TEMPESTIVO, Adv. Plaut. Truc. 1. 1. 41. V. TEMPESTIVE.
TEMPESTIVITAS, ātis. f. [εὐκαιρία] Opportunitas. Plin. lib. 10. cap. 34. Columbæ præparantes tempeſtivitatem cibo. Cic. de Senect. 33. Sua cuique parti ætatis tempeſtivitas eſt data.
Tempeſtivitas ſtomachi totiuſque corporis. Plin. lib. 29. cap. 6.
TEMPESTUS, a, um. Adj. Antiqui dicebant pro Tempeſtivus: unde Intempeſtus, pro Intempeſtivus: ut Nox intempeſta, quod minime tempeſtiva ſit rebus agendis. V. Feſtum.
TEMULENTUS, TEMULENTIA, TEMULENTER. V. TEMETUM.

T E N

TENACITAS, TENAX. V. TENEO.
TENASMUS, V. TENESMUS.
TENDICULA, V. TENDO.
TENDO, tĕtendi, tenſum & tentum, [τείνω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre, Idem quod Extendere compoſ. Virg. 3. Æn. 268.
Tendunt vela Noti.
Arcus tendere. Virg. 7. Æn. 164.
Oculos pariter, telumque tetendit. Virg. 5. Æn. 508.
Uterum mihi gravitas tendebat, i. e. Pondus infantis diſtendebat mihi uterum. Ovid. 9. Met. 287.
Tendere caſſes, plagas, retia, vincula, ſæpe per tranſlationem ponitur, & Inſidiari ſignificat: quod in hoc laqueos extendere ſolemus.
Caſſes mihi tenduntur. Tibul. lib. 1. 6. 5.
Plagas tendere. Cic. 3. Off. 68. Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus?
Retia tendere cervis. Ovid. 1. de Arte Am. 45. Ter. Phorm. 2. 2. 16.
— quia non rete accipitri tenditur, nec milvio.
Vincula tendere capto. Virg. 4. Georg. 400. Hinc metaphoræ ſeq.
Dolos tendere alicui. Hor. Epod. 2. 34.
Inſidias tendere. Salluſt. in Catil. cap. 27. pr. Interea Romæ multa ſimul moliri, Conſuli inſidias tendere, parare incendia, &c. Cic. 1. de Legib. 47. Animis omnes tenduntur inſidiæ vel ab iis, quos modo enumeravi, qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt.
Opus tendere ultra legem, Metaphorice dixit Hor. 2. Serm. 1. 2.
Sunt quibus in ſatira videar nimis acer & ultra
Legem tendere opus. Contrarium deinde ponit, Sine nervis ſcribere.
Animum autem, ut in ejus medio collocavit, ita per totum tetendit. Cic. de Univerſ. 18.
Tendere, Conari. Virg. 2. Æn. 220.
Ille ſimul manibus tendit divellere nodos.
Tenditque diſertus haberi; i. e. Contendit. Hor. 1. Epiſt. 19. 16.
Vaſto certamine tendunt. Virg. 12. Æn. 553.
Tendere ad, ire, venire. Liv. 25. 27. Poſtquam tendere ad ſe Romanas naves vidit. [Subaudi Curſum.
Ad limina curſu tendit. Virg. 11. Æn. 321.
Ad certam mortem tendere. Lucan. lib. 4. 272.
Ad reliqua tendere, Proſequi. Cic. 2. de Divin. 4. Ad reliqua acri tendebamus animo, ſic parati, ut niſi quæ cauſa gravior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis litteris illuſtratus pateret.

Ad altiora tendere. Liv. 4. 13.
Ad majora tendere incipiet. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Ad eloquium tendere, Studere eloquentiæ. Ovid. 4. Triſt. 10. 7.
Ad ſumma tendere. Quintil. in proœm. lib. 1.
Ad conſulatum tendere. Liv. 2. 32.
Tendere in. Virg. 1. Æn. 209. — per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium. [Subaudi, Curſum, Iter, Viam, aut ſimile quid.
In campum tendit. Virg. 5. Æn. 286.
In verticem tendere. Quintil. lib. 1. cap. 11.
In quemcunque caſum. Liv. 4. 30. pr.
Adverſus tendere. Liv. 34. 34. pr. Quum adverſus tendendo nihil moveret ſocios: ſimulando, ſe tranſire in eorum ſententiam, omnes in aſſenſum conſilii ſui traduxit.
Adverſus auctoritatem tendere Senatus, nefas eſt. Liv. 5. 9.
Contra tendere. Tacit. 3. Ann. 10.
Pertinaciter tendere. Liv. 37. 53. Quod ad me attinet, in aliis rebus ceſſiſſe intra finem juris mei cuilibet videri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendiſſe.
Certamine vaſto tendunt. Virg. 12. Æn. 553. Dixerat præcedenti verſu, Summa nituntur opum vi.
Odiis ultra tendere. Virg. 12. Æn. 938,
Ulterius ne tende odiis.
Ope ſumma tendere ut: h. e. Conari, & dare operam. Liv. 38. 45. pr.
Tendere, Pergere. Inde dictum quod nos ambulando iter videamur extendere. Cic. 16. Att. 5. Itaque dubito an Venuſiam tendam & ibi exſpectem. Liv. 24. 20. Salapiam tendit. Gronov. Salapiam ut venit.
Ultra tendere. Liv. 40.
Curſum aliquo tendere. Liv. 23. 34.
Graſſum tendit ad mœnia. Virg. 1. Æn. 414.
Iter tendebat ad naves, Ibat ad naves. Virg. 1. Æn. 660.
Iter tendere pennis. Virg. 6. Æn. 240.
Tendit in ſtomachum, vel in ventrem: h. e. Protenditur aut vergit, ſive extenditur. Plin. lib. 11. cap. 37.
Surſum tendit palmes: h. e. Erigitur, aſcendit, ſpectat. Columel. lib. 5. c. 6.
In diverſum ſententiæ tendebant. Liv. 36. 20.
In diverſum diſciplinæ tendunt. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Res eo tendit, h. e. Res eo ſpectat. Plaut. Pſeud. 1. 2. 81. Tenes quorſum hæc tendant, quæ loquor? Cic ad Brut. 17. Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, ut ſit illi Octavius propitius.
Tendere, Offerre, quod protendendo manus fieri ſolet. Virg. 2. Æn. 674.
— parvumque patri tendebat Iulum.
Porrigere & tendere civibus conſilium. Cic. 1. de Orat. 184. Hæc igitur & horum ſimilia jura ſuæ civitatis ignorantem, &c. & prope cunctis civibus lucem ingenii & conſilii ſui porrigentem atque tendentem.
Brachia tendere. Ovid. 4. Epiſt. 153.
Ad cælum lumina tendens. Virg. 2. Æn. 405.
Manus ſupplices ad cælum tendere. Salluſt. Virg. 3. Æn. 176.
Manus ſupplices alicui tendere, & ad aliquem. Cic. pro Font. 38. Tendere ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere conſuevit. Idem 4. in Catil. 18.
Ad cælum palmas tendit. Virg. 10. Æn. 845. Et 1. 97.
Metum aut ſpem alicui tendere. Cic. pro Font. Vetus exemplar legit Oſtendere.
Tendere, Tentoria ponere. Valer. Max. lib. 2. 7. 15. Neve quis eorum intra caſtra tenderet. Virg. 2. Æn. 29.
Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles. Liv. 37. Ut qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui nullo haberent facultatem.
Tendere in campis. Curt. in. 7. 20.
Alterum illi jubet Prætorium tendi. Cæſ. 3. Bell. Civil. 82.
Tenſus, ſive Tentus, a, um. Partic. [τεταμένος] Hor. 2. Serm. 5. 40.
— ſeu pingui tentus omaſo Furius, &c. i. e. Diſtentus.
Arcus tenſus. Stat. 3. Silv. 1. 51. & Phædr. 3. 14. 10.
Nervus tentus. Ovid. 6. Met. 242. al. Cornu.
Poplite tenſo ſuam tenet. Stat. 9. Theb. 473.
Ubera tenta, Diſtenta & lacte plena. Hor. Epod. 16. 50.
Tenta, æ, f. vel n. pl. V. ſeq. dict.
Tentum, i. n. pro Tentorium Flor. 2. 12. 11. Emendante Salmaſio. Al Templum. τένδα apud Suidam, [Greek illegible]. Fortaſſis dictura fuit poſtremo Latinitatis ſæculo a nonnullis Tenda. Verum potius Tenta, ut & Gall. dicitur *Tente*, niſi forte Tenta prius fuit, quam Tentorium. H. St. Locus Suidæ exſtat in [Greek illegible]. In dict. τένδα hæc tantum, [Greek illegible].
Item pro Membro virili. Catull. 81. 6. Grandia tenta viri.
Tenſio, vel Tentio, ōnis. f. [τάσις, Gl. L. G. & G. L.] Scribonius Largus comp. 101. Nervorum tenſionibus mirifica convenit.
Brachia, quæ in eas tenſiones includuntur. Vitruv. 1. 1.
Tenſūra, æ. f. Idem. Veget. Mulom. 1. 25.
Tentor, ōris. m. V. tendo.
Tentōrium, i. n. [σκηνὴ, σκήνωμα, Gl. L. G. & G. L. pl. [Greek illegible], G. L.] Tabernaculum militum, quod tendunt ut ſe defendant ab injuria cæli. Lucan. lib. 1. 396.
Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno. V. Liv. 44. 39.
Candida tentoria. Ovid. 8. Met. 45.
Ponere tentoria. Ovid. 3. Faſt. 527.
Tentoriŏlum, i. n. dimin. [σκηνίδιον] Hirt. Bell. Afric. 47. Reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, atque arundinibus ſcopiſque contextis, permanebant.
Tentorius, a, um. Adj. Trebell. Claud. cap. 14. Pelles tentoriæ, i. e. Quibus tentoria faciunt.
Tendĭcŭla, æ. f. [λαβὶς, καὶ χήλη, καὶ ἀρτάνη, Gl. L. G.] Laqueus, quem avibus & feris proponimus, ad eas decipiendas.
Sunt etiam Tendiculæ, Quibus aliquid diſtenditur, ut apud textores panni, vel telæ. Senec. 1. Nat. Quæſt. cap. 3. Idem licebit videre, ſi quando volueris obſervare fullonem, quum os aqua implevit, & veſtimenta, tendiculis diducta, leviter imſpluit.
Idem tralate pro Fraude ponitur. Cic. pro Cæcin. 65. Tum aucupia verborum, & litterarum tendiculas in invidiam vocant.
Tentīgo, inis. f. [[Greek illegible], Gl L. G.] Membri pudendi erectio & tenſio. Juven 6 Sat. 128
— adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ. De Meſſalina.

Tento, [τείνω, Gl. G. L.] Ire. frequentativum, ſignificationis ejuſdem, ac Primitivum.
Tento ὁ πειράζω. V. infra ſ. l.
Tentĭpellium, i, n. [Greek illegible] Gloſſ. Latinogræc. Genus calceamenti ferratum, quo pelles extenduntur, ut ex Artorii ſententia tradit Feſt. Alii putant Medicamentum eſſe quo rugæ abiguntur, cutiſque extenditur. Titinnius apud Feſtum, Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur. V. plura apud Feſtum. [Huic adſtipulatur Gloſſarius.
Tenſa, æ. f. [Greek illegible, Gl. L. G.] pl. Thenſæ, [Greek illegible, ibid.] Sacrum erat vehiculum Feſto & Servio. Aſconius in 3. Verr. 154. Tenſæ ſunt ſacra vehicula: Pompa ordinum & hoſtiarum. Tenſas alii a divinitate dici putant: alii, quod ante ipſas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Hactenus ex Aſconio. Vel [Greek illegible], hoc eſt a re divina. Cic. de Aruſp. Reſp. 21. Te appello, Lentule, tui ſacerdotii ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Liv. 5. 41. pr. Quæ auguſtiſſima veſtis eſt tenſas ducentibus triumphantibuſve, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere. Sueton. in Cæſ. cap. 76.
Prædari ex tenſarum orbitis. Cic. 5. Verr. 6. Scribitur & Thenſa, cum aſpirata.
Tendor, ōris. m. Extenſio. Apul. Met. 4. p. 153. Elmenh. Faucium tendor.
Tendo, ōnis. & inis. m. [τένων] Tendones a recentioribus medicis appellantur Quædam motus inſtrumenta, in capita muſculorum ex nervis & ligamentis conflata, eoſque oſſibus annectentia. Græcorum nonnulli, quod ex nervis oriantur, ἀπονευρώσεις appellant. V. Galenum in tractat. de Motibus muſculorum.
Tĕnĕbræ, ārum. f. fec. c. tantum pluraliter, [σκοτία, Gl. L. G. σκότος, G. L.] Privatio luminis. Dictæ, quod teneant, id eſt impediant oculos, & viſum prohibeant. Cic. 2. de Nat. Deor. 96. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcuravisſe dicuntur.
Tenebra. ſing. nom. σκοτία, in Gloſſ. Græcolat.
Cæca tenebris via. Senec. Herc. fur. 9.
Cæcæ. Lucret. lib. 2. 55.
Craſſæ. V. crassus.
Fallaces. Valer. 3. Argon. 186.
Marcentes. Lucan. lib. 6. 646.
Nigrantes. Stat. 12. Theb. 254.
Pruinoſæ tenebræ, Nebuloſæ. Ovid. 5. Met. 443.
Turpes tenebræ. Senec. Herc. fur. 10.
Abſtulit non lucem tenebris. Lucan. lib. 8. 58.
Explorare inertes tenebras manu ſollicita. Virg. in Moret. pr.
Membra levat, vili ſenſim demiſſa grabato,
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
Veſtigatque focum. Inertes, ad nullam artem utiles. Sollicita, ſollicite palpanti.
Incedebant tenebræ. Tacit. 15. Ann. 37.
Inducere tenebras terris. Ovid. 2. Met. 395.
Inhorruit unda tenebris. Virg. 3. Æn. 195.
Inſurgunt tenebræ campis. Virg. 9. Æn. 384.
Omnia nigreſcunt tenebris. Virg. 11. Æn. 824.
Remotæ tenebræ. Lucan. lib. 8. 45.
Primis tenebris movit, pro Cœpta nocte. Liv. 31. 23.
Diſcutiunt ſolis radii tenebras. Lucret. lib. 2. 147.
Fugatis tenebris dies pulcher. Hor. 4. Carm. 4. 40.
Laxabant aſtra tenebras. Stat. 12. Theb. 254.
Reſolvit tenebras Lucifer. Virg. 8. Æn. 591.
Natant tenebræ ante oculos, Caligo, vertigo. Ovid. 12. Met. 136.
Obortæ tenebræ oculis. Ovid. 2. Met. 182.
Tenebræ, per translationem, pro Cujuſcunque rei obſcuritate: ut, Cudere alicui tenebras, apud Plaut. Epid. 3. 4. 40.
Offundere tenebras alicui rei. Cic. 4. Acad. 61.
Obducere tenebras. Cic. 4. Acad. 16. Conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere.
Tenebras obducere, Splendore ſuo obſcurare. Quintil. lib. 10. cap. 1. Menander omnibus ejuſdem operis auctoribus abſtulit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit.
Tenebræ mihi ſunt, Nihil intelligo. Cic. 7. Att. 11. Quæſo, quid hoc eſt? aut quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt.
E tenebris in lucem vocare. Cic pro Dejot. 30.
In tenebris ruere. Cic. pro Roſc. Amer. 91. Qui tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris: omniaque miſcebant.
In tenebris jacere. Cic. pro Arch. 14. Quæ jacerent in tenebris omnia, niſi litterarum lumen accederet. V. jaceo.
In tenebris ſe celare. Virg. 9. Æn. 425.
In tenebris vitam trahere. Virg. 2. Æn. 92. I. e. In obſcuritate.
Tenebræ Reipub. Cic. 12. Fam. 13. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis, & mi cariſſime, id quod maxime Reip. tenebris comperiſti.
Tenebræ & cæcæ nubes Reipub. Cic. pro Domo 24. Quid tandem? ſi quæ tum in illis Reip. tenebris, cæciſque nubibus & procellis, quum Senatum a gubernaculis dejeciſſes, populum e navi exturbaſſes, ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo pleniſſimis velis navigares.
Caligo & tenebræ anni. Cic. Poſt. redit. in Senat. 5. Ex ſuperioris anni caligine & tenebris, lucem in Repub. Calend. Januarii diſpicere cœpiſtis.
Tenebellæ, ārum. f. pl. dimin. Claud. Mamert. de Anima ſtatu. 2. 9.
Tenebrārius, a, um. Adj. Homo tenebrarius. Vopiſcus in Firmo. 296. principio Francf. H. St. Legitur cap. 2. ad fin.
Tenebrōsus, a, um. Adj. [σκοτεινός] Plenum tenebris. Varro 3. de R. R. cap. 9. Eas includunt in locum tepidum & anguſtum & tenebroſum. De gallinis.
Aer tenebroſus. Virg. 5. Æn. 839.
Palus tenebroſa. Virg. 6. Æn. 107.
Sedes tenebroſa, Infernus. Ovid. 5. Met. 359.
Tempus ineuntis ætatis tuæ tenebroſiſſimum. Cic. in Vatin. 11. Alii legunt Tenebricoſiſſimum.
Tenebrĭcus, a, um. Adj. Idem ſeu, Offuſum tenebris. Cic. 2. Tuſc. 22.
Hæc a Tartarea tenebrica abſtractum plaga,
Tricipitem eduxit, hydra generatum, canem. Ex poeta. Subaudi Dextra.
Tenebrica veſtis. Tertull. de Pallio cap. 4.
Tenebrĭcōsus, a, um. aliud Adj. [σκοτώδης, Gl. L. G.] Quod tenebras inducit & facit.

Obſcurus & tenebricoſus. Cic. 4. Acad. 73.
Iter tenebricoſum, Orci. Catull. de paſſere Lesbiæ 3. 12.
Libidines tenebricoſæ, Pudendæ. Cic. de Provinc. Conſ. 8.
Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus. Cic. in Piſon. 18.

* TENEBRICOSITAS, ātis. f. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Tenebricoſitate vexari.

TENEBRĪCO, āre. Tertull. adv. Jud. 13. Sol media die tenebricavit.

TENEBRIO, ōnis. m. [[illegible]] Tenebriones mendaces & doloſi, Qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras objiciunt. Alii Tenebriones interpretantur Lucifugos, quaſi in tenebris deliteſcentes. Varro, Si & accuſator & reus erunt tenebriones, uterque utrumque vituperato. Ex Nonio 1. 67.

TENEBRO, āre. Tenebras inducere. Mart. Capell. 6. Cunctas tenebrare terras. Lactant. 4. 19. 3. Tenebrabitur dies lucis. Ammian. 19. 17. Tenebrante veſpera. Apul. Met. 8. p. 207. Elmenh. Veſpera ſemitam tenebrante.

TENEBRATIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 1. 2.

TENEBRESCO, ĕre. Auguſtin.

TĔNĔDOS, [Τένεδος] Inſula in mari Ægæo, inter Mitylenen & Helleſpontum, contra Trojam, prope Sigæum, ab oſtiis viginti millibus paſſuum diſtat. Abeſt a Lesbo CVI millia paſſuum. Nunc vulgo dicitur *Tenedo*. Hæc prius Leucophrys appellabatur, quam alii Calydnam dixerunt. In hanc ex Troade navigavit cum novis colonis Tenes Cycni filius, conditaque ex ſe urbe Tenedon vocavit, a qua & inſula denominata eſt. V. Cic. 3. Verr. 49. Idem 3. de Nat. Deor. 39. Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem, &c. Virg. 2. Æn. 22.
Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima fama,
inſula.

TENEDIUS, a, um. Adj. [Τενέδιος] Cic. 2. Q. frat. 9. Tenediorum igitur libertas ſecuri Tenedia præciſa eſt, &c. V. Eraſm. Chil.

TĔNEO, tenui, tentum, [κατέχω, Gl. L. G. & G. L. κρατέω, G. L.] ēre. Apprehendere, detinere. Suet. Jul. cap. 59. Prolapſus etiam in egreſſu navis, verſo ad melius omine, Teneo te, inquit, Africa.
Arctius tenere aliquem. Ovid. 16. Epiſt. 225.
Arcte tenere, & defendere. Cic. in Parad. 1. Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum.
Arma tenenda digitis. Ovid. 2. Faſt. 102.
Dextra tenens baculum. Ovid. 1. Faſt. 99.
In manu poculum tenere. Cic. 1. Tuſc. 71.
In ſinu tenere aliquem. Ovid. 13. Epiſt. 157. V. SINUS.
Clavum rectum tenere. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Complexu ſuo aliquid tenere, Amplecti. Cic. in Piſon. 10.
Conſenſum aliquorum complecti & tenere. Plin. in Paneg. ad finem, cap. 95.
Gubernacula Reip. tenere. Cic. 2. de Divin. 2.
Lumina immota tenebat. Virg. 4. Æn. 331.
In manibus tenere. Cic. 12. Philipp. Idem 2. Att. 2. V. MANUS.
Mordicus tenere. V. MORDEO.
Oculos tenebat ſub aſtra. Virg. 5. Æn. 853.
Ora tenere, Tacere. Cic. 1. de Divin. Ex Ennio. Vetus codex legit Ore timebant. Virg. 2. Æn. 1.
Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Servius, Aut ora intuebantur, aut immobiles vultus habebant. ut,
— tenuitque inhians tria Cerberus ora. i. e. Immobilia habuit: aut Tenebant, Habebant.
Ora tenet obtutu defixa. Virg. 7. Æn. 250.
Palmam tenere, victorum ſignum fuit antiquis. Plin. lib. 15. cap. 10.
Planta tenet, pro Radicatur. Columel. lib. 5. cap. 6. Nam ſi radicibus ulmi junxeris, male vitis comprehendet: & quum tenuerit, incremento arboris opprimetur. Hic Comprehendit & Tenet videntur idem ſignificare.
Tela tenere contra aliquem. Virg. 8. Æn. 700.
[…]nere, Conſtringere. Virg. 2. Georg. 371.
Texendæ ſæpes etiam, & pecus omne tenendum eſt.
Vincla tenent feſſas naves. Virg. 2. Æn. 173.
Armenta tenere clauſa ſtabulis. Virg. 3. Georg. 352.
Intra clauſtra tenere aliquem. Hor. 3. Carm. 11. 44.
Lacinia tenere, ſunt qui explicent pro Tenere […] parte lacerata, non univerſa poſſeſſione. Turnebus exiſtimat eſſe Obtinere per vim, ut quos invitos apprehenſa veſtis lacinia retinemus. Plaut. Aſin. 3. 2. 41.
Lacrumantem laciniis tenet lacrumans, quidnam eſſe dicam? Sequitur enim paulo poſt, (ſcen. ſeq.) Cur me retentas? Sed non ſuſtineo (ſubdit poſtea idem Turnebus) mihi conſcius eſſe diſſimulatæ alterius ſcripturæ, quæ & mihi ſumme placet: ea eſt, Atque id ipſum laſcivia. Nam per laſciviam & injuriam alienum aliquando invadimus & tenemus. Hæc ille.
Tenere, Detinere, Morari. Virg. 4. Æn. 380.
— neque te teneo, neque dicta refello. Cic. 16. Fam. 2. Septimum jam diem Corcyræ tenebamur.
Tenere ſecum, pro Habere, vel retinere. Cic. 14. Fam. 15. Tulliam adhuc mecum teneo.
Aliquem tenere per ambages. Virg. 2. Georg. 46.
Anguſtiis teneri. Cic. 3. Tuſc. 26.
In armis tenere milites. Liv. 5.
Curſum alicujus tenere, Navigationem impedire. Ovid. 2. Epiſt. 14.
Fugam alicujus tenere, Impedire. Lucan. lib. 3. 701.
Hi ratium tenuere fugam.
Metu teneri, h. e. Præpediri. Liv. 25.
Mora nulla tenuit vocatos. Ovid. 1. Met. 167.
In ſermone tenere aliquem. Valer. 6. Argon. 257.
Voce tenere ruentem. Lucan. lib. 7. 296.
Tenere, Remorari. Cic. 12. Att. Nunc quidem, niſi quid te tenuit, ſuſpicor te eſſe in ſuburbano.
Morari & tenere. Cic. 16. Fam. 19.
Ventus tenuit nos. Cic. 5. Att.
Aliquem tenere, Amore implicitum habere. Virg. 1. Æn. 674.
Hunc Phœniſſa tenet Dido.
Ne diutius teneam, h. e. Ut paucis abſolvam. Cic. 3. Verr. Et 12. Fam. 27. Non tenebo te pluribus.

Animos ſuſpenſos tenere. Liv. 5.
Attentos tenere, vel attentos animos. Cic. 7. Verr. 158. Sic 1. Off. 132.
Conturbatum tenuit me hæc res. Cic. 15. Att. 10.
Exſpectationem alicujus ſuſpenſam tenere. Cic. pro Cluent. 8.
Irretitum tenere. Cic. 1. de Orat. 42.
Occupatum & impeditum tenere. Cic. pro Cœl. 44.
Oppreſſos tenere, Detinere. Cic. 2. Att. 16.
Suſpenſum tenere aliquem. Virg. 6. Æn. 722.
Vinctum tenere aliquem. Hor. 4. Carm. 11. 23.
Tenere habitare, poſſidere. Virg. 4. Georg. 322.
— quæ gurgitis hujus
Ima tenes.
Tenere ſe, eodem modo. Plin. 2. Epiſt. 4. Tenet ſe trans Tiberim in hortis.
Locum honeſtum ſervitutis tenere. Cic. in Parad.
Locum aliquem tenere, pro Inhabitare. Liv. 1. 5. pr.
Partes aliquas tenere. Cic. 3. Att. 2. Et ſimul intelligebam, ex eo loco, ſi te haberem, poſſe me Brunduſium referre, ſine te autem non eſſe nobis illas partes tenendas, propter Antonium.
Rura tenere. Ovid. 3. Met. 2.
Se improbis artibus tenere. Plaut. Pſeud. 4. 7. 9.
Silvas tenere. Ovid. 1. Met. 308.
Teneri, pro Poſſideri. Cic. 2. Off. 81. Propterea quod tam longo ſpatio multa hereditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur, non injuria.
Tenere in medio, eſt Non ſuum, neque proprium poſſidere, ſed commune. Lucan. 1. 88.
Quid miſcere juvat vires, orbemque tenere
In medio? Orbis enim Romanus inito triumviratu neque Cæſaris erat, neque Pompeji, neque Craſſi; ſed conſortium eorum trium commune. Sic Virg. 1. Georg. 128.
— in medium quærebant, ipſaque tellus
Omnia liberius nullo poſcente ferebat. Ex Turnebo. V. MEDIUS.
Aliena tenere. Cic. 2. Off.
Animos metu tenere, & acerbitate pœnarum. Liv. 34.
Civitatem oppreſſam ſervitute tenere. Cic. pro Domo 129.
Dominatu alterius teneri. Cic. 2. Off. 3.
Famam & opinionem hominum tenere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 56. Retinere.
Famam tenere ſine labe. Ovid. 17. Faſt. 69.
Hereditatem tenere. Cic. 2. de Finib.
Imperium in ſuos tenere. Cic. de Senect. 37.
Imperii ſummam tenere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 23.
Judicia tenere. Cic. 2. Verr. 20. Non tenebimus judicia diutius: quis enim poterit, Verre abſoluto, de transferendis judiciis recuſare?
Jus tenere dicitur, qui callet leges & jura. Plaut. Amph. Prol. 36.
Juſta autem ab injuſtis petere, inſipientia eſt:
Quippe illi iniqui jus ignorant, neque tenent. Idem Epid. 2. 2. 107.
Libertatem tenere. Cic. 1. Q. frat. Nec ſi ullam partem libertatis tenebo, proficiet.
Locum tenere. Cic. 4. de Fin. 37. Quia virtus, ut omnes fatemur altiſſimum locum in homine, & ma[…] excellentem tenet.
Locum aliquem cum aliquo tenere. Cic. de Clar. Orat. 81.
Locum tenere, pro Non moveri loco. Cic. pro Cluent. 128. Nam miles, qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum, vimque pertimuit, poteſt idem, &c.
Mare tenere, pro Occupare claſſe. Cic. 10. Att.
Nomen æternum tenere. Virg. 6. Æn. 235.
Nomen legum tenere. Cic. 2. de Legib.
In oculis, auribus, complexu, aliquem tenere, &c. Cic. 3. Philipp. 18.
Omnia tenere, pro Habere in poteſtate. Cic. 2. Q. frat. 12.
Ad opes tuendas ac tenendas nihil aptius eſt, quam diligi. Cic. 2. Off. 23.
Oppidum tenere, Occupare. Cæſ. 1. Bell. Civil. 18.
Partem tenere in re aliqua. Cic. 1. Q. frat. 1.
In ſua poteſtate tenere, pro In poteſtate habere & moderari. Cic. 1. Q. frat. 1.
Principatum tenere. Cic. 1. Tuſc. 19. Aliis pars quædam cerebri viſa eſt animi principatum tenere.
Principatum ſententiæ tenere. Cic. de Senect.
Provinciam. Cic. 1. Off. 36. Popillius imperator tenebat provinciam, in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat.
Regna tenere. Ovid. 5. Met. 276.
Remp. tenere. Cic. 1. Fam. 9. Ergo, ſi ab improbis & perditis civibus Remp. teneri viderem, ſicut & meis temporibus ſcimus, &c.
Sedem Jovis Optimi Max. tenere, pro Vincere, ſive Captam obtinere. Tacit. 3. Hiſt.
Summam rerum tenere. Lucret. lib. 2. 530.
Urbem vel Provinciam aliquam tenere. Cic. 12. Fam. 5. Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus, ſtudioſiſſimam Reipub.
Hominem tenere dicitur res aliqua, Retinere, ejus characterem repræſentare. Plin. in Paneg. 93. Quin etiam leviora hæc formam principis figuramque, non aurum melius vel argentum, quam favor hominum exprimat, teneatque.
Tenere, Tegere. Virg. 1. Georg. 116.
— & obducto late tenet omnia limo. i. e. Occupat & operit. Servius.
Tenere, Defendere. Virg. 8. Æn. 653.
Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat. Verbum eſt militare, ut ait Servius: ut etiam Salluſt. dicit. Unde e contra, Victos, Loco motos dicimus. V. MOVEO.
Aciem mediam tenere, Regere. V. ACIES.
Amor tenet me. Ter. Hec. 3. 3. 44.
Cunctatio me tenet. Liv. 5. 41. Ubi eos, plebis ædificiis obſeratis, patentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat, aperta, quam clauſa, invadendi.
Cupiditas dimicandi cum Annibale tenet illum. Liv. 27. 28. Cic. 7. Att. 2. De triumpho autem, nulla me cupiditas unquam tenuit, ante Bibuli impudentiſſimas litteras, quas, &c.
Exſpectatio tenet me. Cic. 3. Att. 9.
Inſania tenet, Inſanus eſt. Plaut. Capt. 3. 4. 89.

Libido.

Libido. Salluſt. in Jugurth. cap. 3. extr. Niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet, potentiæ &c.
Memoria mei tenet vos. Cic. Poſt red. ad Quir. 1.
Morbus tenet eum. Plaut. Men. 5. 4. 3.
Num eum veternus aut aqua intercus tenet?
Morbo perpetuo teneri. Paulus in l. Neque femina. D. de procuratoribus.
Odium veſtri ordinis tenet eos. Cic. 3. Verr. 23. conf. Studium.
Sitis tenet hiantes. Lucret. lib. 3. 1097.
Spes me tenet, Spero, & exſpectatione ducor. Cic. 1. Tuſc. 97. Magna me, inquit, ſpes tenet, Judices, bene mihi evenire quod mittar ad mortem. Idem pro Cluent. 7. Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea, quæ ſunt in cauſa, explicare, atque omnia dicendo conſequi potuero.
Studium tenet me hujus rei, Delector ea re. Cic. 1. Att. 7. Summum me eorum ſtudium tenet, ſicut odium jam ceterarum rerum.
Torpor tenet membra. Liv. 9. 2. V. loc.
Voluptas tanta vivendi vos tenuit? Virg. 10. Æn. 846.
Amore alicujus magno teneri. Virg. 1. Æn. 675.
Deſiderio magno alicujus teneri. Plin. 4. Epiſt. 2. h. e. Maxime aliquid deſiderare. Cic de Senect. 33.
Errore aliquo teneri. Ovid. 6. Faſt. 233.
Flagitiis teneri. Tacit. 3. Ann. 50.
Neque ira, neque gratia teneri. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.
Studio alicujus rei teneri, Delectari. Cic. 1. de Legib. Deinde facio & libenter, & (ut ſpero) recte: quod eam, cujus ſtudio teneor, quæque me eum, quicunque ſum, effecit, non poſſum ſilentio præterire.
Studiis iiſdem teneri Cic. 7. Fam. 34. Caſſius tuus & Dolabella noſter, vel potius uterque noſter, ſtudiis iiſdem tenentur.
Verecundia teneri. Liv. 54. 2. Niſi me verecundia &c. tenuiſſet.
Tenera neutraliter, Vopiſcus in Tacito p. 295. Frob. Meritorie intra Urbem ſtare vetuit: quod quidem diu tenere non potuit. Ut Gall. *Cela n'a pas tenu long temps*, pro Hæc conſuetudo non diu obtinuit. H. St. Niſi potius Tenere, pro Obtinere non potuit, ut ſuo ſcil. decreto ſtaretur. Leguntur cap. 10. pr.
Cauſam tenere, Obtinere, Vincere. Suet. in Domit. cap. 9. Liv. 39. Cui, ut cognoſceret, ſtatueretque, Senatus permiſerat, magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt cauſam. i. e. Obtinuerunt.
Cauſam tenere apud Judices. Cic. pro Cæcin. 67. i. e. Vincere.
Curſum tenere. Cic. 3. de Nat Deor. 83. Iſque, quum ſecundiſſimo vento curſum teneret, ridens, Videtiſne, inquit, &c. Virg 3. Æn. 686.
Ni teneant curſus. i. e. Impleant. Serv.
Curſum tenere aliquo. Virg. 4. Æn. 46.
Curſum aliquem tenere, per translationem. Cic. in Orat. 4. Quod ſi quem, aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenii vis forte deficiet, aut minus inſtructus erit magnarum artium diſciplinis, teneat tamen eum curſum, quem poterit.
Dignitatem tenere, quod & Retinere dicitur & Conſervare. Cic. 4. Fam. 9. Idem 12. Fam. 25.
Finem aliquem tenere. Cic. 4. de Finib. 23.
Finem Britanniæ, non fama, nec rumore, ſed caſtris & armis tenemus. Tacit. in vita Agric.
Fugam tenere per medios hoſtes. Virg. 3. Æn. 283.
Gratiam alicujus tenere, pro Eſſe in gratia. Cic 2. Q. frat. 15.
Jucunditatem perpetuam vitæ tenere. Cic. 1. de Finib. 67.
Jus ſuum tenere, Obtinere. Cic. pro Cæcin. 35. Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum jus teneam, atque injuriam tuam perſequar.
Locum ſuum. Liv. 39. 32. extr. Locum ſuum tenuit L. Porcius Licinius. Loquitur de Præturæ petitione.
Memoriam alicujus rei tenere: h. e. Aliquam rem in memoria habere. Cic. de Senect. 37.
Memoria tenere rem aliquam, Reminiſci. Cic. de Senect. 12.
Memoria ac animis tenere. Cic pro Corn. Balb.
Metam. Virg. 5. Æn. 159.
Jamque propinquabant ſcopulo, metamque tenebant.
Occaſionem tenere. Cic. 1. de Legib. 3. Teneo, quam optabam, occaſionem, neque omittam.
Portum tenere, Appellere, vel portum occupare. Liv. 37. 11. Vento adverſo ante lucem Pygela portum tenuit. Virg. 9. Æn. 98.
Imo ubi defunctæ finem, portuſque tenebunt. Auſonios.
Propoſitum tenere, pro Obtinere quod quæras: quod vulgo dicitur *Habere ſuum intentum*. Cæſ. 3. Bell Civil. 42. Pompejus, interclusus Dyrrachio, ubi propoſitum tenere non potuit, ſecundo uſus conſilio, &c.
Tenere ut, pro Obtinere. Plin. Epiſt. 91. Scripſeram tenuiſſe Varenum, ut ſibi evocare teſtes liceret.
Sententia altera tenuit, pro Accepta eſt, & probata. Plin. 8. Epiſt. 14. Sic ex tribus ſententiis duæ factæ: tenuitque ex duabus altera, tertia expulſa.
Suum tenere, Conſervare. Cic. 6. Att. 1. & 2. Off. 85.
Animo tenere. Cic. in Orat. 100. Redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam & ſpeciem, quam etſi non cernimus, tamen animo tenere poſſumus.
Animo tenere comprehenſa. Cic. 4. Acad. 22.
Conſilium alicujus tenere Plaut. Mil. 2. 2. 102.
Firmum aliquid tenere. Cic. in Orat. 237.
Mandatum tenere memori mente. Lucret. lib. 1. 582.
Ordine rem tenere. V. ORDO.
Percepta & comprehenſa tenere. Cic. 4. Acad. 22.
Tenere abſolute, pro Reminiſci. Martial. lib. 4. 37.
Et teneo melius iſta, quam meum nomen. Virg. 6. Ecl. 43.
— numeros memini, ſi verba tenerem. V. Memoria tenere ſupra.
Tenere, Intelligere. Ter. Heaut. 4. 3. 02. Tenes quid dicam? Idem And. 3. 2. 18. Teneo quid erret.
Conſuetudinem ſuam tenere, Obſervare. Cic. 2. de Divin. 131. Idem 1. Philipp. 27. Si conſuetudinem meam, quam ſemper in Repub. habui, tenuero. i. e. Si libere quæ ſentiam de Repub. dixero.
Decorum tenere. Cic. 1 Off 128.
Decus tenere. Cic. 1. Off 142.
Delectum rerum tenere. Cic. 1. de Finib. 33.

Diſciplinam teneto. Cic. 2. de Legib. 20. i. e. Calleant.
Fidem non tenere. Cic. 10 Philipp. 67.
Gravitatem tenere. Cic. 9. Att. 22.
Inſtitutum tenere. Cic. 4. Tuſc. Sed defendat quod quiſquam ſentit, ſunt enim judicia libera, nos inſtitutum tenebimus.
Inſtitutum ſuum tenere in omnibus rebus. Cic. 6. Verr. 47.
Mediocritatem tenere. Cic. 1. Off 83.
Medium quiddam tenere. Cic. 5 de Orat. 173. Itaque tum graves ſumus, tum ſubtiles, tum medium quiddam tenemus. V MEDIUS.
Modum tenere vel cuſtodire: cui Excedere modum opponitur. Plin. Epiſt. 35. Idem 5. Epiſt 102.
Morem tenere, Obſervare. Cic. 3. Tuſc. 11.
Perſonam tenere, Suſtinere; per translationem e Comœdia, pro Statua alicujus eſſe. Cic. 3. de Orat. 51. Neque adhuc, quam perſonam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.
Promiſſum tenere, i. e. Præſtare. Cic. 3. Off. 95.
Rationem juris æquabilem tenere. Cic. 1. Q frat 1. 03. Suos coercere, & juris æquabilem tenere rationem, facilem ſe in rebus, &c.
Rationem numerorum in oratione tenere. Cic 3. de Orat. 199.
Silentium tenere. Liv. 3. 47. V. loc. Ovid. 1. Met. 206.
Temperamentum tenere, Obſervare modum & mediocritatem. Plin. 1. Epiſt. 7.
Fama tenet. Liv. 38. 13. Famaque ita tenet: Celænis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe. [I. e. Durat.
Tenere, pro Durare. Liv 25 44. Imber continens per totam noctem uſque ad horam tertiam diei inſequentis tenuit.
Conſuetudo tenuit, quæ quotidie magis invaleſcit, ut præceptoribus eloquentiæ diſcipuli ſerius, quam ratio poſtulat, traderentur. Quintil. lib. 2. cap. 1. Tenuit, dixit, pro Obtinuit. V. ſupra.
Crimen alicujus tenere argumento aliquo. Cic. pro Cluent.
Rem oculis, non conjecturæ tenere. Cic. pro Cluent 20. Et res, non conjectura, ſed oculis ac manibus teneretur: neque in cauſa ulla dubitatio poſſet eſſe.
Teneri manifeſto in rebus turpibus. Cic. 3. Verr. 2. Ne hoc quidem ſibi reliqui fecit, ut in rebus turpiſſimis, cum manifeſto teneatur, ſi reticeat & abſit: tamen impudentiæ ſuæ pudentem exitum quæſiſſe videatur.
Tenere aliquem in noxia Plaut. Caſ 2. 8 71.
Tenere aliquem manifeſtum mendacii. Plaut. Truc. 1. 2. 26.
Tenere manifeſto furem. Cic. 5. Verr. 107. Teneo in mediis vectigalibus populi Romani, in ipſis fructibus provinciæ Siciliæ furem manifeſto, avaritiorem rem frumentariam omnem, pecuniarum maximam; teneo, inquam, ita ut negare non poſſit. [Poteſt τὸ Manifeſto & ad ſeq. referri.
Tenetur manifeſto avaritia hominis. Cic 3. Verr 132. Tenetur igitur jam, judices, & manifeſto tenetur, avaritia, cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia.
Teneri, pro Convinci & coargui. Cic. 7. Verr. 13. Quæ ſi dices, tenebere, ſin alia dices, quæ a me dicta ſunt non refutabis. Idem 4. Acad 98. Si recte concluſerit, teneo: ſin vitioſe, minam Diogenes reddet.
Argumentis & teſtibus teneri. Cic. 7. Verr. 99 Neque ſolum argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur Idem pro Cæcin. 3. Nam ſi negaſſet vim hominibus armatis eſſe factam, facile honeſtiſſimis teſtibus in re perſpicua teneretur.
Tenere manu res, Translate. Cic. 3. Off. 68. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. Leges, quatenus manu tenere poſſunt: philoſophi, quatenus ratione & intelligentia. V. & MANUS
Comperire manifeſto, & manu tenere indicia mortis, per translationem, pro Certiſſima habere Cic. de Clar. Orat. 276.
Dolorem tenere, Cohibere, Reprimere. Cic. 12. Att. 37. O hominem cavendum; quanquam mihi quidem, ſed tenendus dolor eſt.
Fletus tenere. Ovid. 3. de Arte Am 410.
Iram vel iracundiam tenere. Cic in Parad. 5. Refrenet primum libidines, ſpernat voluptates, iracundiam teneat. Liv. 8. 3.
Lacrimas tenere, Continere, cohibere. Cic. 6. Verr. 39.
Linguam tenere. Ovid. 2. Faſt. 602.
Riſum tenere, Continere. Cic. in Vatin. 20. Illi autem, quibus eras in deliciis, vix riſum tenebant.
Se intra gravitatem &c. tenere Plin. 9. Epiſt. 23. ad Maximum, Frequenter agenti mihi evenit, ut Centumviri, cum diu ſe intra judicum auctoritatem gravitatemque tenuiſſent, omnes repente, quaſi victi coactique, conſurgerent, laudarentque.
Se intra ſilentium tenere. Plin. Epiſt. 82.
Se in ſilentio tenere. Plin. Epiſt. 126.
Se in æterno ſervitio tenere Liv. 4.
Se in equeſtri gradu tenere. Plin. 3. Epiſt. 2.
Seſe caſtris tenere. Cæſ. 3. Bell. Gall. 24. Et Cic. 11. Fam. 10. Tenere ſe Alpibus.
Se domi tenere. Cic. Poſt redit. in Senat. Al. Domo.
Se domeſticis finibus tenere. Cic. 7. Att. 12.
Se ſuis finibus tenere. Cic. 3. de Finib.
Se loco tenere. Liv 8 30. pr. Magiſtro equitum denuntiavit, ut ſeſe loco teneret; neu abſente ſe cum hoſte manum conſereret. Sic Cæſ. 3. Bell. Civil.
Se uno loco tenere. Cic. 10. Fam. 18.
Se oppido tenere. Cic. 9. Att. 11. Pompejus ſe oppido tenet: nos ad portas caſtra habemus.
Tenere ſe, pro Abſtinere & cavere. Plaut. Merc. prol. 52.
Omnes tenerent mutuitanti credere. Cic pro Flacc. Tenuit ſe, neque attulit in judicium quicquam ad lædendum. Idem 2. de Finib. Hoc loco tenere ſe Triarius non potuit, Obſecro, inquit, &c.
Tenere me non poſſum ab, vel quin, pro Parum abeſt. Cic. 2. Q. frat. 2. Ego tamen teneo ab accuſando, vix me hercule. Idem 1. Att. 3. Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his litteris declararem.
Nec ſe tenuit quin. Cic. 4. Acad 12 Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet, qui Soſus inſcribitur.
Somnum vix tenere. Cic. de Clar. Orat 277 Itaque tantum abfuit, ut inflammares noſtros animos, ſomnum iſto loco vix tenebamus.
Vocem tenere. Ovid. 4. Met. 168.
Vix teneor quin. Plaut. Caſ. 2. 3. 22.
Junctione aliqua teneri. Cic. 1. Tuſc. 71.

Agnatione & gente deorum, ſive cognatione teneri. Cic. 1. de Legib. 25. Idem 1. de Divin.
Fides eum non tenet, ſed merces. Liv. 30. 35.
Gentes tenuit in pace fideli. Ovid. 4. de Pont. 9. 77.
Imperio Romano teneri, Subjici. Cic. 1. Q. frat. 1.
Incendio teneri. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Obſidione teneri. Virg. 10. Æn. 109.
In officio tenere aliquos. Cæſ. 5. Bell. Gall. 52.
Teneri, pro Conſtare. Cic. 13. Fam. 30. Non his modo cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ conjunctionis, ſed iis etiam, quæ familiaritate & conſuetudine tenentur.
Tenetur vita animantium cibo, Suſtinetur. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Nam quum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, ſpiritu: ad hæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum, quod adjunctis naribus ſpiritu augetur.
Teneri, pro Stare & inniti. Cic. 10. Att. 24. Occidimus occidimus, Attice, jampridem nos quidem: ſed nunc fatemur poſteaquam unum, quo tenebamur, amiſimus.
Obſtrictum teneri fœdere. Cic. in Piſon. 29.
Fœderibus alicuis teneri, Obſtrictum, obligatum eſſe. Liv. 24.
Jurejurando teneri. Cic. 3. Off. 100.
Lex aliquem tenere dicitur, qui Legi ſubjicitur. Ter. Adel. 1. 2. 6.

— neque metuit quenquam, neque legem putas
Tenere ſe ullam.

Leges nos tenent. Julian. In l. de quibus. D. de legib. Nam quum ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quam quod judicio populi receptæ ſint: merito & ea, quæ ſine ullo ſcripto populus probavit, tenebunt omnes.
Lege aut interdicto teneri quis dicitur, quum per legem, vel ex legis ſtatuto obligatus & obſtrictus eſt ad aliquid agendum. Cic. pro Cæcin. 40. Hoc interdicto Æbutius non tenetur. Idem 3. Att. 19. Lege enim collegii ſui non tenebantur.
Legibus teneri, & ſolvi. Cic. 11. Philipp.
Pœna aliqua teneri, pro Obnoxium eſſe. Cic. 2. Q. frat. 3.
Quæſtio tenet eum, qui in jus vocatus eſt. Papinian. in l. Judicatæ. D. de except. rei judic. [i. e. Reſpicit, Ad eum ſpectat, pertinet.
Religione teneri, Obſtringi, detineri. Cic. 6. Verr. Illi vero dicere, id ſibi nefas eſſe, ſeque cum ſumma religione, tum ſummo metu legum & judiciorum teneri.
Voto & promiſſo teneri, pro Obligatum eſſe. Cic. 12. Att. 18. Sed jam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto.
Teneri criminis, Obligari. ut Si quis furetur rem ſacram de prophano, teneturne furti, an ſacrilegii? Plaut. Caſ. 2. 3. 19.
Teneri de vi, pro Reum eſſe. Senec. de Beneſ. lib. 5. cap. 8. Alligavit, & clauſit, de vi non tenetur.
Iter aliquo tenere, Habere. Virg. 9. Æn. 377.
Sententiam aliquam tenere, pro Alicujus ſententiæ & opinionis eſſe. Cic. 1. de Finib. 34. Hanc ego cum teneam ſententiam, quid eſt cur verear ne ad eam non poſſim accommodare Torquatos noſtros?
Spem tenere, Sperare. Plaut. Merc. 3. 4. 5.
Studia agri colendi tenere. Cic. de Senect. 60. Hac igitur fortuna frui licet ſenibus: nec ætas impedit, quominus, & ceterarum rerum, & in primis agri colendi ſtudia teneamus uſque ad ultimum tempus ſenectutis.
Veſtigia alicujus tenere, Sequi. Liv. 29. 32.
Viam tenere. Cic. 1. Att. 17. Illud tamen velim exiſtimes, me hanc viam optimatum poſt Catuli mortem, nec præſidio ullo, nec comitatu tenere.
Viam iſtam perge tenere. Cic. de Petit. Conſul. 42.
Animos tenere dulci novitate, Delectare. Ovid. 4. Met. 284.
Concionibus tenere populum. Cic. 1. Off. 121.
Ludis, pompa, ſpectaculis teneri, Delectari. Cic. 5. de Finib. 48.
Oculos artificum pictura tenet: i. e. In contemplationem ſui adducit. Plin. Epiſt. 50. Cic. 4. Acad. 20. V. OCULUS.
Rebus & ſtudiis aliquibus teneri. Hor. 1. Epiſt. 1. 81.
Sermone ſuo tenere aliquem, Detinere cum voluptate. Cic. de Clar. Orat. 232. Et ſi me facile omni tuo ſermone tenuiſti, tamen is mihi longior videtur, quod propero audire de te, &c.
Teneri & allici. Cic. de Petit. Conſ. 42.
Tene tibi, pro Serva tibi. Plaut. Truc. 3. 2. 49.
Tene tene, Mane. Plaut. Aul. 3. 2. 1. Redi, quo fugis nunc? tene tene.
Teneatur modo illud. Cic. 4. Acad.
TENTUS, a, um. [[illegible], Gl. G. L.] Partic. Detentus. Ammian. 16. 12. Pater tentus in Galliis.
Tentus a Tendo, V. TENDO.
TENAX, ācis. Adj. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Qui retinet; ut Glutinum tenax dictum eſt, quod dum attrectatur, digitos tenere videatur. Virg. 4. Georg. 57.

Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.

Bitumen tenax. Ovid. 9. Met. 659.
Ceræ tenaces. Virg. 4. Georg. 161.
Solum tenax glebis. Plin. Epiſt. 101.
Complexus tenax. Ovid. 4. Met. 377.
Equus tenax. Liv. 30. 25. Ut equum tenacem non parentem frenis, aſperioribus caſtigandum eſſe. V. in CASTIGO.
Equus tenax contra ſua frena. Ovid. 3. Amor. 4. 13.
Fides longa tenaxque. Ovid. 2. Amor. 6. 14.
Ira tenax ad extremum. Ovid. 1. de Pont. 9. 28.
Memoria tenax, Stabilis, conſtans, firma, quidvis optime tenens. Plin. 6. Epiſt. 97.
Morbus tenax, Difficilis, contumax, moleſtus. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 2.
Paſſu tenaci ſtare. Ovid. 2. de Pont. 6. 21.
Vincla tenacia. Virg. 4. Georg. 412.
Diſciplinæ tenaciſſimus. Plin. 10. Epiſt. 17.
Juris ſui tenax dominus dicitur, qui tam arcte jus ſuum obſervat, ut de eo demere aut auferre ſibi ab aliquo ne tantillum quidem patiatur: quod avarorum eſt dominorum proprium in ſuos colonos. Columel. lib. 1. cap. 7. Sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit, tenax eſſe juris ſui debet, ſicut in diebus pecuniarum, &c.

Juſtitiæ tenax. Juven. 8. Sat. 25.
Pravi tenax. Virg. 4. Æn. 188.

Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.

i. e. In omnibus perſeverans. Servius, De Fama.
Propoſiti tenax vir, Conſtans, perſeverans. Hor. 3. Carm. 3. 1
Rei alicujus tenaciſſimus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Memoria tenaciſſima. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tenax, [[illegible], Gl. L. G.] Parcus, avarus. Apulejus, Homo dives, ſed in nimium tenax. Ter. Adelph. 5. 4. 12.

Ego ille agreſtis, ſævus, triſtis, parcus, truculentus, tenax.

Reſtrictus & tenax. Cic. pro Planc. 54. Quum jam eſſent experti quid valerent, reſtrictos & tenaces fuiſſe.
Pater parcus & tenax. Cic. pro Cœl. 36. Illum filium familias, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes.
Cuſtos tenax patrimonii. Quintil. lib. 4. cap. 2.
TENACIA, æ. f. eſt Perſeverantia, & duritia. Ennius Hectoris lytris, Ducet quadrupedem jugo invitum, domabit infrenum, & junget valide, cujus tenacia infrenari nimis nequit. Ex Non. 1. 5.
TENACITAS, ātis. f. [[illegible]] Retentio, parcimonia, duritia, perſeverantiaque. Plin. lib. 9. cap. 29. Vada non apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Cibumque partim oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum.
Injuſta cauſſa tenacitatis. Liv. 34. 7. i. e. Parcimoniæ.
TENACITER, Adv. [[illegible]] Ovid. 3. Epiſt. 43.

An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?

Dum tenaciter omen apprehendit. Val. Max. 2. 4. 5.
Tenaciſſime diſſimulare. Apul. Met. 5. p. 167. Elmenh.
TENOR, ōris. m. [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], Gl. L. G.] Ordo, forma, continuatio. Valer. Max. lib. 1. 1. 8. Quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſervatio redderetur. Plin. in Paneg. cap. 84. Idemque utrique propoſitum, idem tenor vitæ. i. e. Idem vivendi modus. Virg. 2. Georg. 337.
Inceptum tenorem peragit fortuna. Ovid. 15. Epiſt. 59.
Uno tenore. Liv. 23. 49. pr. Hi mores, eaque caritas patriæ per omnes ordines, velut tenore uno, pertinebat.
Tenore uno rem peragere. Liv. 5. 5. Brevis enim profecto res eſt, ſi uno tenore peragitur.
Uno & perpetuo tenore juris. Liv. 34.
Uno tenore in dicendo fluit. Cic. Orat. 21. Tenorem, rei progreſſum vocant. Unde, quæ ſui ſimilia, ſibique veluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eundem eſſe tenorem dicimus. Eraſm. Cic. verba ſunt, Iſque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures.
Ævi tenor ſine nube. Stat. 3. Silv. 3. 147.
Pugnæ tenor idem. Liv. 8. 38.
Rationis tenor. V. Jus ſingulare, in JUS.
Veli tenor. Lucan. lib. 5. 709.
Placidus tenor. Ovid. 3. Met. 113.
Tenor, vis & poteſtas, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Vulgo Contentum.
Inſtrumenti male concepti tenor. Papinian. in l. Imperator. D. de ſtat. hominum.
Tenores, a Græcis [illegible] dicuntur. Quintil. lib. 1. cap. 5. Adhuc difficilior obſervatio eſt per tenores. Quos quidem ab antiquis dictos tenores comperi, videlicet declinato a Græcis verbo, qui [illegible] dicunt: vel accentus, quas Græci [illegible] vocant.
Acutus tenor. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Gravis tenor. Ibid.
TENTOR, ōris. m. [[illegible], Gl. L. G.] Tentores in factionibus, ludiſque circi vocabantur, Qui equos & currus tenebant, antequam vices ſorteſque eorum curſus veniſſent. Horum mentio eſt in epigrammate iſto, quod ex priſcis titulis Turnebus eruit Adverſ. 11. 21. M. VISPANIO FVLLONI TENTORI. Addubitat tamen num Tinctori melius legeretur. [Forſan Tentor hic eſt, qui Pannos; ſeu veſtimenta tendiculis inducit, ſeu ad paxillos extendit. V. TENUICULA, in TENDO.
De tentoribus Circenſibus vero ſic loquitur Sidonius 23. 325.

Veſtra inſignia continent miniſtri,
Ora, & lora, manus, jubaſque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis,
Hortanturque obiter, juvantque blandis
Ultro plauſibus, & voluptuoſum
Dictant quadrupedantibus furorem.

[In Gloſſ. Tentores, a contrario munere, [illegible], ut poſui. & in Græcolat. [illegible], Carceres. Unde apparet in Circi carceribus agitatoribus præſto fuiſſe.
TENER, ĕra, ĕrum. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Molle, tractabile. Hinc, Tenera ætas, Puerilis. Feſtus, Tener a [illegible], converſis litteris. Cic. 3. de Finib. Tener puer.
Dicitur & Tenerus, a, um. Si fides Gloſſ.
Tener & rudis. Cic. 1. de Legib. 47. Qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt & flectunt ut volunt.
Ætas tenera. Ovid. 4. Triſt. 10. 33.
Affectu tenero diligere. Vide in AFFECTUS. H. St.
Agnus tener. Virg. 1. Ecl. 8.
Animus tener, Flexibilis. Antonius Cic. 14. Att. 13. Me deinde ſine ad hanc opinionem jam nunc dirigere puerum, & tenero animo ejus perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias.
Anni teneri, Pueriles. Ovid. 4. Epiſt. 25.
Annis adhuc teneris. Plin. in Paneg. cap. 15. pr.
Arbores teneræ. Virg. 10. Ecl. 53.
Ariſtæ. Virg. 7. Æn. 809.
Auræ. Lucret. lib. 1. 208.
Balatus tener, Agni teneri. Ovid. 7. Met. 319.
Corpus. Virg. 2. Georg. 23.
Cupreſſus. Virg. 1. Georg. 20.
Decor tener, Qui cito perit. Sen. Hippol. 4.
Equus tener, cui Vetulus opponitur. Cic. de Amicit. 69.
Fetus teneri, ac infirmi. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Herba tenera. Virg. 1. Georg. 112.
Ingenia. Claud. 2. in Eutrop. 179.

Inſula

Inſula tenera. V. INSULA.
Lanugo. Virg. 2. Ecl. 51.
Manus. Lucret. lib. 6. 793.
Membra. Lucret. lib. 4. 1097.
Mentes teneræ, Pueriles. Hor. 3. Carm. 24. 52.
Ocelli. Ovid. 1. Arte Am. 129.
Os pueri tenerum balbumque. Hor. 2. Epiſt. 1. 126.
Procera & tenera palma. Cic. 1. de Legib. 2.
Saltatores teneri. Cic. in Piſon. 89.
Somnus. Ovid. 16. Epiſt. 170.
Spado tener, apud Juven. 1. Sat. 22. Mollis & effeminatus, vel Levis & imberbis.
Virgines teneræ. Hor. 1. Carm. 21. 1.
A teneris unguiculis. Cic. 1. Fam. 6.
De tenero ungui, A primis annis. Hor. 3. Carm. 6. 24.
A tenero, & A teneris; ſubaud. Annis. V. A præpoſitionem.
In teneris conſueſcere. Virg. 2. Georg. 272.
Amor tener, Mollis. Ovid. 2. Amor. 18. 4.
Carmen tenerum, Amatorium. Ovid. 3. Amor. 7. 2.
Oratio mollis, tenera, & flexibilis. Cic. in Orat. 3.
Pudor tener, Virgineus, Caſtitas, Virginitas. Ovid. 2. Epiſt. 143.
Riſus. Claud. 2. in 2. Conſ. Stilich. 346.
Verſus nimium teneri. Hor. de Arte Poet. 246.
Virtus tenera & tractabilis: cui Dura & ferrea opponitur. Cic. de Amicit. 48. Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram, & quaſi ferream eſſe volunt: quæ quidem eſt, tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut & bonis amici quaſi diffundatur, & incommodis contrahatur. Al. Diffundantur & contrahantur.
Compar. [ἀπαλώτερος] Plin. lib. 10. cap. 72. Si tenerior eſt, & catuli adhuc ætas.
Superl. Prata tenerrima. Ovid. 1. de Arte. Am. 299. Prata pro Herbis dixit.

TENELLUS, a, um. Adj. dimin. Unde Tenellam ætatem dicimus, Puerilem. Plaut. Caſ. 1. 1. 20. Bellam & tenellam Caſinam. Varr. 1. de R. R. cap. 41. Aque recenti inſito inimica: tenellum enim cito facit putre.
Vultus tenellus. Stat. 3. Silv. 5. 86.

TENELLŬLUS, a, um. aliud dimin. Catul. Ad Colon. 18. 15.
Ut puella tenellulo delicatior hædo.

TENĔRITAS, ātis. f. [ἁπαλότης] Ipſa mollities. Cic. 5. de Fin. 58. In primo enim ortu ineſt teneritas & mollities quædam, ut nec res videre optimas, nec agere poſſint. Plin. lib. 9. cap. 42. Hujus jecori teneritas nulla præfertur.

TENERITŪDO, inis. f. Idem. Varr. 1. de R. R. cap. 36. De ſegetibus, ſi qua eſt aqua, deduci: ſin ſiccitates ſunt, & terra teneritudinem habet, ſarrire, vineas arbuſtaque putare.
Animi teneritudo. Apul. Met. 5.

TENĔRE, & TENERITER, Adv. [ἁπαλῶς] Plin. lib. 23. cap. 3. E radice oleæ quam tenerrime cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem rejicientibus. Hard. Tenerrime.
Tenere educatus. Pallad. 1. 6.
Recitare multa tenere. Plin. 4. Epiſt. 2.
Tenere dicere. Tacit. in Orat. 26. 3.

TENERASCO, ſive TENERASCO, [ἀπαλύνομαι] ĕre. Tenerum fieri, miteſcere. Lucret lib. 3. 767.
Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plin. 17. 22.

TENES, æ. m. [Τέννης] Filius fuit Cycni & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholiaſtes. Cic. 3. in Verr. 49. Tenem apud Tenedios in Sicilia putant eſſe ſanctiſſimum deum, ac eorum urbem condidiſſe. V. TENEDOS.

TĔNESMUS, i. m. [τεινεσμός] Plin. lib. 28. cap. 14. Teneſmus, id eſt crebra & inanis voluntas egerendi, tollitur poto lacte aſinino. Idem lib. 20. cap. 6. Teneſmo in pulte medetur. De allio. Quidam perperam ſcribunt, Tenaſmus. V. Celſ. 4. 21. Cæl. Chron. 4. 6. §. 87.

TENITÆ, arum f. pl. credebantur eſſe Sortium deæ, quod tenendi poteſtatem haberent. Feſtus.

TENITES, TENNITES, & TENNES, V. TENNES.

TENIUS, i. m. [ἀφωιδιεύς, Gl. L. G.] Niſi error eſt.

TENOR, V. TĔNEO.

TĒNOS. [Τῆνος] Inſula cum oppido in Ægeo mari, una Cycladum, ut ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 12. conſ. Steph.

TENTAMEN, TENTATIO. V. TENTO.

TENTIO, TENTIOO. V. TENDO.

TENTO, [πειράζω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Proprie Attrectare. Columel. lib. 8. cap. 11. Sæpiuſque digitis loca feminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt ova.
Chordas impulſas pollice tentavit. Ovid. 10. Met. 145.
Tentare, Rem non intellectam atque incertam aggredi, hoc eſt Experiri, vel diligenter inquirere. Ter. Phorm. 4. 3. 14.
Viſum eſt mihi ut ejus tentarem ſententiam. Cic. Procem. in Parad. Tentare volui, poſſent ne proferri in lucem, id eſt in forum, & ita dici, ut probarentur. Ovid. 1. Met. 397.
— ſed quid tentare nocebit? Cic. 3. Verr. 105. Utrum admonitus an tentatus. [Scribitur in Gloſſ. Temto, & Tempto. V. Cellar. Orhogr.
Tentare, quidam e Tendo deducunt: quod qui tentat, quaſi manum, aut aliam corporis partem, in id, quod experiri vult & exquirere, tendat. Alii a Teneo, quod tentare experiri ſit, vel inquirere, & verbo vel re quaſi manu tenere.
Experiri & tentare. Cic. ad Brut. 16.
Tentavi, quid in eo genere poſſem. Cic. 1. Tuſc. 7.
Aliquem leviter tentare, quo animo ferat aliquid. Cic. 2. de Lege Agr. 16.
Homo, quem ſe ipſe perſpexerit, totumque tentarit, intelliget, &c. Cic. 1. de Legib. 59.
Aditum tentare. V. Aditus, in ADEO.
Animos tentare litteris, nuntiis. Cæſ. 1. Bell. Civil. 40. pr.
Donis. Liv. 34. 4. Non virorum modo, ſed etiam mulierum animos donis tentavit.
Spe & metu. Cic. pro Cluent. 176. Quum eſſent animi ſervorum & ſpe & metu tentati, ut aliquid in quæſtione dicerent, &c.
Animum alicujus tentare precando. Virg. 4. Æn. 113.
Aures alicujus nefario verbo tentare. Cic. de Aruſp. Reſp. 55.
Diſcrimen ſui tentare. Claud. de 4. Conſ. Hon. 484.
Excurſus breves tentent. Virg. 4. Georg. 194.
Feminam. ut πειρᾶν Tibull.
Illic Junonem tentare Ixionis auſi. Sic puto intelligitur e Valerio Max. libri ſexti cap. 1. ſect. 7. Uno teſte, qui tentatus erat, damnatus eſt. H. St. Id eſt, Quem de ſtupro appellaſſet, ut ibid. Valer. conſ. Partic. TENTATUS, & TENTATOR.
Fidem polliciti tentare, Experiri veritatem promiſſi. Ovid. 11. Met. 107.
Fortunam belli tentare ac periclitari. Cic. 7. Verr. 137.
Fortunam novam tentare. Cæſ. 3. Bell. Civil. i. e. Periclitari, & in periculum ſe conjicere.
Fugam tentavit curſu equorum. Virg. 12. Æn. 484.
Inſidias tentare. Claud. de Bell. Gildon. 392.
Iter tentare via negata. Hor. 3. Carm. 2. 22.
Leniter aut minaciter tentare. V. LENIS.
Omnia tentare. Cic. 12. Att. 19. Habeo enim nihil, tentatis rebus omnibus, in quo aquieſcam.
Patientiam alicujus tentare. Cic. 2. de Lege Agr. 19.
Prudentiam cujuſpiam tentare. Cic. 1. Tuſc. 98.
Pugnam tentare, Vide CERTAMEN. Πεῖραν καὶ ἀκροβολισμοί. Dio. 288. H. St.
Scientiam alicujus tentare. Cic. 1. de Divin. 32. Cujus quum tentaret ſcientiam auguratus, dixit ei, cogitare ſe quiddam, id poſſetne fieri conſuluit.
Spem certaminis tentare. Liv. 30.
Studium inutile tentare. Ovid. 4. Triſt. 10. 22.
Vires alicujus tentare. Ovid. 1. Amor. 8. 47.
Via tentanda eſt. Virg. 3. Georg. 8.
Armis & caſtris rem tentare. Cic. 2. Off. 84. Armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum & ordine.
Experientia tentare. Varro 1. de R. R. cap. 18.
Inſidiis tentare aliquem. Cic. 10. Fam. 25.
Pecunia judicium tentare. Cic. pro Cluent. 80.
Laceſſere bello & tentare nationes aliquas. Cic. pro Lege Manil.
Precibus tentare aliquem. Ovid. 2. Amor. 3. 17.
Cauſas latentes tentare, Exquirere. Virg. 3. Æn. 32.
Fruſtra aliquid tentare. Columel. lib. 11 cap. 3.
Leviter aliquid tentare. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Tentare, cum Infinitivo. Ulpian. 10 l. Si non mortis. D. de inoffic. teſt. Si quis reſcindere teſtamentum tentet.
Tentare pro Captare. Quintil. lib. 6. cap. 3. Divus Auguſtus, quum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, & Dolabella per jocum, tentans tamen joci ſui eventum, dixiſſet, Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, civica donare.
Tentare, pro Invadere, infeſto animo petere & aggredi. Cic pro Rabir. Perd. 2. Idcirco in his rebus evertendis unius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoque tentata eſt.
Tentari morbo, Dolere, affligi morbo. Cic. 4. Tuſc. 31. Illud animorum, corporumque diſſimile eſt, quod animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. V. MORBUS.
Renes morbo tentantur acuto. Hor. 1. Epiſt. 6. 28.
Dolore tentante læditur caput aut oculus. Lucret. lib. 3. 148.
Amore tentari. Ovid. 1. Amor. 2. 5.
Scabies tentat oves. Virg. 3. Georg. 441.
Pabula tentent graves fetas. Virg. 1. Ecl. 50.
Tentare pedes dicitur uva, pro vino, quum ita ebrios bibentes reddit, ut pedibus vacillent. Virg. 2. Georg. 94.
Et paſſo Pſythia utilior, tenuiſque lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.
Tentare caput dicitur vinum. h. e. Perturbare. Plin. lib. 23. cap. 1.

TENTĀTUS, a, um. Partic. [πειρασθείς] Ovid. 1. de Arte Am. 394.
Opprime tentatam, nec niſi victor abi.

TENTĀBUNDUS, a, um. Adj. [πειράζων] Liv. 21. 36 Ventum deinde ad multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut ægre expeditus miles, tentabundus, manibuſque retinens virgulta ac ſtirpes circa eminentes, demittere ſeſe poſſet. i. e. Tentans.

TENTATIO, ōnis. f. [πειρασμός] Liv. 4. 42. Ægre Hortenſius pati, tentationem eam credens eſſe perſeverantiæ ſuæ, &c.
Tentationes morbi. Cic. 10. Att. 17. V. Commotiuncula, in COMMOVEO.

TENTATOR, ōris. m. [πειραστής] Hor. 3. Carm. 4. 71.
— notus & integræ
Tentator Orion Dianæ.

TENTĀMEN. inis. n. [πεῖρα] Idem quod Tentatio. Ovid. 3. Met. in fabula Tireſiæ, 341.
Prima fidem, vociſque datæ tentamina ſumpſit
Cærula Lyriope. Tentamina, i. e. Experimenta.

TENTAMENTUM, i. n. [πειρατήριον] Idem. Virg. 8. Æn. 143.
— neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi. h. e. Cum nullo ante pactus ſum ut te, aut per artem aliquam, aut per legatos probarem; ſed intrepidum me tibi commiſi. Servius. Ovid. 7. Met. 728.
— meditataque pæne reliqui
Tentamenta fide. Fide, pro Fidei. Ibid. lib. 15. 629.
Funeribus feſſi, poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum.

TENTIPELLIUM, TENTORIUM, V. TENDO.

TENTYRA, orum. pl [Τέντυρα, ἡ Τέντυρις] Civitas inferioris Ægypti: unde & Præfectura Tentyritica vel, ut ait Plin lib 8. cap 2. Inſula a Nilo circumdata, in qua habitant homines, qui crocodilus non timent. Juven. 15. Sat. 76.
Qui vicina colunt umbroſæ Tentyra palmæ.

TENTYRĪTÆ, æ m. [Τεντυρῖται] Qui eſt populi ejuſdem inſulæ, de quo Plin lib. 8. c. 2. Strab. quoque lib. 17. Quum, inquit, crocodili Romam allati eſſent, ut viderentur, Tentyritæ eos ſequebantur: facta eſt ab illis piſcina quæuam, & foramen in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi poſſent. Tentyritæ

derant, qui eas interdum rete educebant ad ſolem, ut a ſpectatoribus viderentur: interdum in aquam intrantes, rurſum eos in piſcinam retrahebant. Plin. lib. 28. cap. 3. In Inſula Nili Tentyri naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Ubi legendum putaverim Tentyris, ut ſit ſenſus, Qui naſcuntur in Tentyris inſula Nili, &c. h. e. Tentyritæ tanto ſunt crocodilis terrori, &c. Loquitur enim Plinius de remediis ex homine.

Tĕnuis, e. Adj. [ἰσχνὸς, ἀσθενὴς, Gl. L. G. λεπτὸς, G. L.] a Teneo fieri videtur: quod quæ tenuia ſunt, facile teneantur. Significat autem Parvum & exiguum. Colomel. lib. 2. 10. 17. Quo tenue linum proveniat. Plin. lib. 12. cap. 14. Tenuiſſimus cortex. Plaut. Rud. 5. 2. 14.

Ita, quanto magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit.

Variis ſubſtantivis jungitur, non eadem tamen ſignificatione, ut

Acus tenuis. V. acus.

Fila tenuia aranei. Lucret. lib. 3. 384.

Membrana tenuiſſima. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.

Stamina tenuiſſima. Ovid. 4. Met. 179.

Acies tenuis, Rara, V. acies.

Aër tenuis. Virg. 4. Georg. 311.

Aër purus & tenuis, Craſſus & concretus, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.

Argilla tenuis, Sine humore. Virg. 2. Georg. 180.

Auræ tenues. Virg. 4. Georg. 500.

Cælum tenue, cui Craſſum opponitur, h. e. Aëris temperies tenuior & delicatior. Cic. de Fato, 7. Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: craſſum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes.

Imago tenuis, Idolum. Lucret. lib. 4. 61.

Pluvia tenuis. Virg. 1. Georg. 92.

Textura tenuis. Lucret. lib. 3. 210.

Tenuia vellera, Nubes vellerum inſtar. Virg. 1. Georg. 398.

Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.

Ventus tenuis. Virg. 3. Æn. 448.

Veſtes tenues, Rara textura. Ovid. 3. de Arte Am. 707.

Toga tenuiſſima filo. Ovid. 3. de Arte Am. 445.

Aurum tenue, Tenui filo. Virg. 4. Æn. 264.

— tenui telas diſcreverat auro.

Aqua tenuis, Modica. Liv. 1. 4. Quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet.

Cenſus tenuis, Parvus. Hor. 1. Epiſt. 7. 56.

Cultu tenuiſſimo vivere, Parciſſimo. Cic. pro Flacc. 28. Hæc enim ratio ac magnitudo animorum in majoribus fuit: ut quum in privatis rebus, ſuiſque ſumptibus, minimo contenti, tenuiſſimo cultu viverent, &c.

Damnum tenue, Exile. Claud. de Bell. Get. 5.

Diſcrimen tenue, Parvum. Plin. lib. 8. cap. 33.

Dubitatio tenuiſſima, Minima. Cic. 4. Verr. 20. Undecies numeratum eſſe, ut eam Cauſam, in qua ne tenuiſſima quidem dubitatio poſſet eſſe, iſte cognoſcenta obtineret.

Gloria non tenuis. Virg. 4. Georg. 6.

Menſa tenuis, Frugalis. Hor. 2. Carm. 16. 14.

Opes tenues. Cic. pro Quint. 2. P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt.

Patrimonium tenuiſſimum alicui relinquere. Auctor ad Heren. lib. 4. 51.

Pecunia mediocris & tenuis. Cic in Hortenſ. Eundem, non modo mediocri pecunia, ſed etiam tenui percipere poſſumus. Nonius 4. 461.

Præda tenuis. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 34.

Remedium tenue. Plin. lib. 2. cap. 48.

Sonus tenuis. Ovid. 14. Met. 429.

Spes inanis & tenuis. Cic. pro Roſc. Com. 43. Recitabimus; erras, inani & tenui ſpe te conſolatis.

Suſpicio tenuis. Cic. pro Cæcin. 43. Quod ſi vi pulſos dicimus exercitus eſſe eos, qui metu ac tenui ſæpe ſuſpicione periculi fugerunt.

Tellus tenuis, Iſthmos. Ovid 4. Epiſt. 106.

Veſtigium tenue. Plin. lib. 3. cap. 4. Magnæ quondam urbis tenue veſtigium.

Victus tenuis, cui Copioſus opponitur. Cic. 3. Tuſc. 46. Idem 2. de Fin. 90. Negat enim tenuiſſimo victu, id eſt contemptiſſimis eſcis & potionibus, minorem voluptatem percipi, quam rebus exquiſitiſſimis ad epulandum.

Vinum tenue. Ovid. 1. de Arte Am. 571.

Blanditiaſque levis tenui perſcribere vino.

Auctoritas tenuis, Perſonæ levis. Cic. 2. de Lege Agrar. 45.

Homo tenuis, Tenuis fortunæ: cui Locuples opponitur. Cic. 4. Verr. 138. Nam locupletiſſimi cujuſque cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant.

Loco tenui ortus, Humili. Liv. 2. 3.

Oppidum tenue. Cic. 4. Verr. 53. Bidis oppidum eſt, tenue ſane, non longe a Syracuſis.

Teſtis obſcurus & tenuis. Cic. in Partit. 117.

Tenuis viribus, Imbecilla. Plin. lib. 12. cap. 16.

Tenuiores, Pauperiores. Cic. 3. de Legib. 24. Inventum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint.

Tenuis, pro Modico & raro. Hor. in Arte Poet. 46.

In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis.

Diſtinctio tenuis & acuta, Subtilis. Cic 4. Acad. 43.

In minimis tenuiſſimiſque rebus labi. Cic. 1. de Orat. 169.

Oratio tenuis, & ſcriptura levis, Stilo parum ſublimi ſcripta. Ter. in prol. Phorm. 5.

Sermo tenuis. Hor. 2. Serm. 4. 9.

Sermone tenui & exiguo diſputare. Cic. 1. de Orat. 57.

Fluit tenuis. Quintil. lib. 2. cap. 1. Nam tenuis a fonte, aſſumptis poetarum hiſtoricorumque viribus, pleno jam ſatis alveo fluit.

Tenuior; in verſu hexametro. Stat. 1. Silv. 4. 36.

Sperne coli tenuiore lyra, vaga cingitur aſtris, &c. Eliditur vocalis u. [vel l. H. St.

In tenui. Virg. 4. Georg. 6.

In tenui labor, at tenuis non gloria, ſi quem

Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. Comparatio eſt laboris, quod magnam dat gloriam, ſi fuerit materia ex illis ornata. Serv.

Compar. & Superl. exempla paulo ſupra V.

Tenus, i. n. Gloſſ. Gedcolet. ψιλὸν, Tenue Babylonicum, [Genus veſtis, ſeu telæ. conſ. infra tenuiarius.

Tenuĭcŭlus, a, um. Adj. [λεπτότατος] Cic. 9. Fam. 19. Tenuiculo apparatu ſignificans Balbum fuiſſe contentum.

Tenuĭtas, ātis. f. [λεπτότης, ἰσχνότης, Gl. G. L.] Plin. lib. 8. cap. 33. Cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus. De chamæleonte.

Tenuitas fugit aciem. Cic. 1. Tuſc. 50. Ut ſi jam poſſent in homine uno cerni omnia, quæ nunc tecta ſunt, caſuroſque in conſpectum videatur animus, aut tanta ſit ejus tenuitas, ut fugiat aciem, &c.

Tenuitas, Macies. Cic. de Clar. Orat. 94. Quoſdam, valetudo modo bona ſit, tenuitas ipſa delectat.

Tenuitas, Paupertas. Cic. 16. Fam. 21. Ut poſſum, ex meis anguſtiis, illius ſuſtento tenuitatem.

Ærarii tenuitas. Cic. 2. Off. 74. Danda etiam opera eſt, ne, quod apud majores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum.

Ubertas & Tenuitas frugum, contraria. Cic. 2. de Divin. 10.

Verborum tenuitas, Humilitas, ſimplicitas. Cic. 3. de Fin. 40. Propter limatam quandam & rerum & verborum tenuitatem.

Tenuĭter, Adv. [λεπτῶς] tenuius, tenuiſſime. Cic. 4. Verr. 157. Jamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor.

Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi. Cic. in Orat. 46.

Reſpondere tenuiter & nugatorie. Auctor ad Heren. lib. 4. 49.

Tenuius. Cic. 2. de Invent. 51. Hi & ceteri omnes loci communes, ex iiſdem præceptis ſumuntur, quibus ceteræ argumentationes: ſed illæ tenuius, & acutius, & ſubtilius tractantur: hi autem gravius, & ornatius, &c.

Tenuiſſime æſtimare. Cic. 6. Verr. 22. Juſſit Timarchidem æſtimare argentum, quo modo? quo qui unquam tenuiſſime in ductione hiſtrionum æſtimavit.

Tenuatim, Adv. Apic. 2. 4. Inteſtinum perquam tenuatim productum.

Tenuĭārius, i. m. Qui tenuia, ſeu veſtes tenues conficit. In Vet. Inſcript. VESTIARIVS TENVIARIVS. V. Voſſ. de Vit. L. l. 3. 58.

Tenuo, [λεπτύνω, Gl. G. L.] āre. Tenuem, ſubtilem, macrum, debilem facere, ſive minuere. Virg. 3. Georg. 129.

Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.

Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Carmen tenuare. Propert. lib. 3. 1. 5.

Dicite, quo pariter carmen tenuaſtis in antro. h. e. Tenue & gracile carmen concinnaſtis. Alluſio eſt ad ſtilum tenuem & gracilem characterem.

Curæ tenuant corpus. Ovid. 3. Met. 396. al. Attenuant.

Silices tenuantur ab uſu. Ovid. 3. de Arte Am. 91.

Vomer tenuatur ab uſu. Ovid. 2. de Ponto 7. 42.

Vultum macie tenuare. Propert. lib. 4. 3. 27.

Tenuātus, a, um. Partic. [λεπτυνθεὶς] ut, Corpus tenuatum recreare. Hor. 2. Serm. 2. 84.

Charta tenuata. Plin. lib. 13. cap. 12.

Corpus parvo victu tenuatum. Tacit. 15. Ann. 63.

Vox tenuata. Ovid. 2. Met. 373.

Tenuābĭlis, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 3. 4. Super unctiones tenuabiles & apertibiles.

Tenueſco, ĕre. Tenuari. Cenſorin. in Fragm. cap. 3. Univerſe gignentia creſcente luna pubeſcunt, tenueſcente tenuantur.

Tenus, ŏris. m. [παγίς] Laqueus, a tendicula ſeu tendendo dictus. auctore Nonio, 1. 17. Plaut. Bacch. 4. 6. 23.

Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus. Servius in ſextum Virgilii, dici putat Extremas partes arcus: unde tractum ſit Hactenus, id eſt huc uſque, quaſi uſque ad finem.

Tenus, [μέχρι, Gl. L. G. & Gl. L. ἄχρις G. L.] Præpoſitio, poſtponi ſolita. Significat propinquitatem, & quod dicimus, Uſque ad. A Teneo. Nam quod propinquum eſt, quaſi tenere videtur id, cui eſt propinquum. Quidam a tendendo, quod hæc præpoſitio extenſionem quandam ſignificare videatur. Ablativo deſervit, ſemperque in Singulari poſtponitur Ablativo, ut Hactenus, Eatenus, Quatenus, Verbo tenus, Ore tenus, &c. Virg. 3. Æn. 426.

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo

Pube tenus. Idem 6. Æn. 62.

Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta. Virg. 2. Æn. 553.

— lateri capulo tenus abdidit enſem. Cic. in Arat. 358.

Et loca conviſit cauda tenus infera piſcis.

Collo tenus ſupereminet omnes. Ovid. 3. Met. 182.

Ore tenus. Tacit. 1. Ann. 70. i. e. Uſque ad os.

Talo tenus veſtigia tingit. Ovid. 4. Met. 343.

Umbilico tenus. Liv. 26. 45. Ut alibi umbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix ſuperaret.

Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra. Cic. in Arato, 387.

Janua ac limine tenus domum claudit. Tacit. 1. Hiſt. 31.

Muro tenus omnes fere urbes finiuntur. Paulus in l. Nam quod. §. ult. D. De penu legata.

Porta tenus. Tacit. 3. Ann. 5.

Solo tenus. Columel. lib. 4. cap. 11. Omnem ſuperficiem amputabant ſolo tenus, juxta ipſum articulum, ut a duro pullularet.

Tauro tenus Antiochus a Scipione devictus regnare juſſus eſt. Cic. pro Dejot. 36.

Vivo tenus, Uſque ad Vivum. Columel. lib. 4. cap. 24.

Credito tenus, Paulus, de furtis, l. Creditoris, Ut cui pignus ſurreptum eſt, non credito tenus intereſt, ſed omnimodo in ſolidum furti agere poteſt.

Titulo tenus militia fungi. Tranquil. in Claud. cap. 25.

Veteres verbo tenus acute illi quidem, ſed non ad hunc uſum, &c. Cic. 3. de Legib. 14.

Verbo tenus. Ulp. in l. 1. §. 2. D. Quod quiſque juris, &c. Hæc autem verba, &c. cum effectu accipimus, non verbo tenus.

Accuſativo aliquando jungitur. Flacc. 1. Argon. 538.

Et Tanaim tenus, immenſo deſcendit ab Euro.

In Plurali ponitur ſæpius cum Genitivo, & etiam cum Ablativo. Virg. 3. Georg. 53.

Et crurum tenus a mento palearia pendent. Servius, Tenus dicit eſſe Adverbium.

Cum

Cum Ablativo Celſ. lib. 1. cap. 2. Demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam.
Laborum tenus. Lucret. lib. 1. 939.
Corporum tenus. Plin. lib. 34. cap. 8. Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur, numeroſior in arte, quam Polycletus, & ſymmetria diligentior, & ipſe tamen corporum tenus curioſus, animi ſenſus non expreſſiſſe, capillum quoque & pubem non emendatius feciſſe, quam rudis antiquitas inſtituiſſet.
Quodam tenus prodire, dixit Hor. 1. Epiſt. 1. 32.
Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra. i. e. Aliquouſque, uſque ad quendam finem.
De Eatenus, Hactenus, Quatenus, V. porro ſ. l.

T E O

Teos, [Τέως] Ioniæ civitas, Anacreontis poetæ patria. Strab. lib. 14. V. teium.
Teos alia in Scythia, ad quam palus eſt piſcibus referta, a quibus per ſerenum, oleum manat in ſumma aqua, tanta copia, ut colligi in vaſa poſſit, uſibus aptum. Stephanus.

T E P

Tepeo, ēre. Tepesco, ēre, V. tepidus.
Tephrias, æ, m. [τεφρίας] Genus marmoris Ophitis. Interpretari poteſt Cineritius, τέφρα enim cinis dicitur Latine. Plin. lib. 36. cap. 8. Laudatur præcipue ex his quem tephriam appellant, a colore cineris.
Tepidus, a, um. Adj. [χλιαρὸς, Gl. L. G. & G. L.] Egelidum, Medium inter calidum & frigidum, ſive Quod frigido & calido temperatum eſt. Plin. lib. 12. cap. 25. Præterea ſinceri denſantur in tepida aqua.
Tepidæ & egelidæ aquæ. Plin. lib. 31. cap. 2. Alibi tepidæ egelidæque, auxilia morborum conferentes.
Tepidum lac, Statim emulctum. Virg. 3. Æn. 66. Servius.
Dies tepidus. Ovid. 4. Epiſt. 160.
Tepidus fulgor. Plin. lib. 9. cap. 31.
Tepidior tempeſtas. Varr. 3. R. R. cap. 10.
Tepidus, pro Calido aliquando ponitur. Lucret.
— tepidiſque caminis. Martial. lib. 1. 42.
Circumfert tepidis cocus popinis.
Ignes tepidi. Ovid. 2. Amor. 19. 15.
Sol tepidus. Virg. 1. Georg. 398.
Vapor tepidus. Lucret. lib. 2. 857.
Tepidus, Frigidus, præſertim quando transfertur ad hominem. Plaut.
Hic homo factus eſt tepidior. i. e. Frigidior, ſegnior.
Mens tepida. Ovid. 2. de Arte Am. 445.
Fac timeat de te, tepidamque recalface mentem. Idem Remed. Amor. 629.
Tepidus, Inutilis, ſive nocuus. Virg. 1. Georg. 117.
Unde cavæ tepido ſudant humore lacunæ. Servius.
Loca tepidiora. Columel. lib. 8. cap. 5.
Tepidiſſima hiberna. Sen. ad Marc. cap. 17.
Tepidum, Adverbialiter. Ovid. 4. de Pont. 10. 43. Tepidum ſpirare.
Tepide, Adv. Columel. lib. 8. cap. 5. Ut tepide habeantur. Plin. 5. Epiſt. 6. Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt.
Tepiditas, ātis. f. Tepor. Hanc vocem improbat Voſſius de Vit. L. L. 3. 52.
Tepidārium, I. n. [χλιαροψυχεῖον, Gl. G. L.] Locus in balneo. Paulus in l. Fiſtulam. D. De ſervit. urb. præd. Sed Neratius ait: Si talis ſit uſus tepidarii, ut aſſiduum humorem habeat, & ideo noceat vicino, poſſe eum prohiberi. Vitruv. lib. 5. cap. 10. Tepidarium accipit pro Cella balnearum: Illa (inquit) caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno. Paulo tamen poſt pro Vaſe. Ahena (inquit) ſupra hypocauſim tria ſunt componenda: unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium quantum aquæ caldæ exierit, influat de frigidario in tepidarium ad eundem modum. V. Caldarium, in calor.
Tepido, [χλιαίνω, Gl. G. L.] āre. pro Tepefacere. Plin. lib. 17. cap. 26. In eodem agro bruma, tanto magis, ſi vitra jaceant gelerve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne ſolo.
Tepeo, ui, [χλιαίνομαι, Gl. G. L.] ēre. Tepidum eſſe. Cato de R. R. cap. 69. Levibus lignis facito caleſcat: ubi temperata tepebit, tum cuminum indito.
Aqua tepet. Ovid. 3. de Ponto, 4. 56.
Aura tepet. Ovid. 3. Triſt. 10. 7.
Tepet igne maligno focus. Martial. lib. 10. 96. h. e. Lignis magno empto. [Immo Ægre ac tenuiter ſubminiſtratis.
Tepens, entis Partic. [χλιαινόμενος] Idem quod Tepidus, Adj. ut, Auræ tepentes Zephyri. Virg. 2. Georg. 330. & Ovid. 1. Met. 107.
Buxi tepentes. Martial. lib. 3. 20.
Cineres tepentes. Stat. 3. Silv. 3. 181.
Locus tepens. Columel. lib. 1. cap. 4.
Sol tepens. Ovid. 3. Faſt. 236.
Ver tepens. Ovid. 3. de Arte Am. 185.
Tepeſco, ui, [χλιαίνομαι, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Tepidum fieri. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Atque etiam maria agitata ventis ita tepeſcunt, ut intelligi facile poſſit, in tantis illis humoribus eſſe incluſum calorem. Virg. 9. Æn. 701.
Mentes tepeſcunt, Remittunt Iram. Lucan. lib. 4. 284.
Tepefăcio, fec. com. fēci, factum, [χλιαίνω. Gl. G. L.] ĕre. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Is ejus tactus eſt, non ut tepefaciat ſolum, ſed etiam ſæpe comburat.
Ferrum tepefecit in jugulo matris. Hor. 2. Serm. 3. 136.
Tepefacio, ſecunda longa, ut in Madefacio & aliis. Catull. Arg.
Alta tepefaciet permiſta flumina cæde. H. St. v. 329.
Tepefīo, ĕri. [χλιαίνομαι, Gl. G. L.] Plin. lib. 11. cap. 6. Mature tepefiunt.
Frigoribus adjectis dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.

Terra ſemen, tepefactum vapore, & complexu ſuo diffundit. Cic. de Senect. 51.
Terra tepefacta cruore. Virg. 9. Æn. 333.
Tepor, ōris. m. [ἀλέα, χλιαρότης, χλιαρότης] Ipſa (ut ita dicam) inter calorem & frigus medietas. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Nec enim ille externus & adventitius habendus eſt tepor, &c. Idem de Senect. 53. Uva maturata dulceſcit, veſtitaque pampinis, nec modico tepore caret, & nimios ſolis defendit ardores.
Cæli tepor. Columel. lib. 2. cap. 4.
Egelidi tepores. Catul. ad ſe ipſum, 47. 1.
Tepore humido & lento naſcuntur erucæ. Plin. lib. 17. cap. 24.
Lenis tepor. Ovid. 2. Met. 811.
Lentus tepor. V. lentor.
Tepōrātus, a, um. Adj. [χλιανθεὶς] Tepidus factus. Plin. lib. 36. cap. 26. Fragmenta teporata agglutinantur tantum, rurſus affundi non queunt, præterquam abrupta ſibimet.
Tepōrus, a, um. Adj. Sidon. 9. Epiſt. 15. Teporus flatus. Auſon. Edyll. 24. 1.
Sol profectus a teporo veris æquinoctio.
Tepŭlus, a, um. Adj. Frontin. de Aquæduct. 2. Tepula aquæ. conf. Plin. 36. 15. [Apud utrumque proprium aquæ nomen, non appellativum eſt. A Tepidus, Diminutivum fit Tepidulus, ut Frigidulus, Languidulus, &c. Forte tamen a tepore nomen invenerunt.

T E R

Ter, cum ſuis derivatis, V. in tres.
Teracus, i. m. Piſcis marinus. Plin. 32. 11.
Teramna, Teramnæus, Teraphæ, &c. V. therapnæ.
Teratioc, V. tarchetios.
Terĕbinthus, I. f. [τερέβινθος, Gl. G. L. τέρμινθος Dioſc.] & Terebynthus, cum ypſilo, ſem. gen. auctore Marcello in Dioſcoridem; Grani viridis arbor apud poſteriores fuit, cui factum nomen ab eo ejus genere, quod fructus ſuos in viridi pallidos fert, quod Theophraſtus χλωρὸν dixit, quaſi herbaceum. Virg. 10 Æn. 136.
Incluſum buxo aut Oricia terebintho Plin. lib. 13. cap. 6. Syria & terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu: Feminarum duo genera. Alteri fructus rubet, lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite matureſcit, non grandior faba, odore jucundior, tactu reſinoſus, circa Idam Troadis, &c.
Ex terebintho autem diſtillat terebinthina reſina, omnibus notiſſima in quotidiano medicinæ uſu.
Terebinthĭnus, a, um. Adj. [τερμίνθινος] ut, Terebinthina reſina. Plin. lib. 23. cap. 8. Columel. lib. 12. cap. 20. Celſ. lib. 5. cap. 26. extr.
Terebra, Terebramen, Terebratio, Terebratus, Terebratus, Terebro, Teredo, V. ſub tero.
Tĕrentius, [Τερέντιος] Comicus poeta, Carthagine natus, libertus Romæ Terentii Lucani fuit: captum fuiſſe negant. Quum eſſet egregia indole a patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maxime Lælii & Scipionis: quorum opera adjutus in ſcribendo fertur, ob elegantiam ſermonis, teſte Cic. 7. Att. 3. cui adſtipulatur etiam Varro, Non obſcura fama eſt, inquit, adjutum Terentium in ſcriptis a Lælio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit: non enim niſi leviter ſe tutari conatur in prol. Adel. 15.
Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles
Eum adjuvare, aſſidueque una ſcribere, &c. Pluribus Donatus hujus vitam ſcripſit. Hor. 2. Epiſt. 1. 59.
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
Terentius Scaurus, grammaticus, quem Gellius 11. 15. dicit floruiſſe Adriani temporibus, ac librum de Cæſellii Vindicis grammatici erroribus ſcripſiſſe.
Q. Terentius Culleo, Senator Romanus, captus a Carthaginienſibus, liberatus ab Africano majore, ac currum ejus cum pileo capiti impoſito ſecutus: cujus meminit Liv lib. 30. 43. & 45. Hinc natus error, quem diximus, apud indoctos, Terentium comicum putantes.
C. Terentius Varro, collega Pauli Æmilii, poſt cladem Cannenſem cum reliquiis exercitus, Canuſium ſe recepit. Cui Romam redeunti gratulatus eſt populus Romanus, quod de Repub. non deſperaſſet. V. Liv. lib. 25. & ſeq. conf. paulo.
Terentia, [Τερεντία] Ciceronis uxor, ex ipſius epiſtolis notiſſima. Hæc, ut auctor eſt Plin. lib. 7. cap. 48. centum decem & ſeptem vixit annos.
Terentiānus, a, um. Adj. [τερεντιανὸς] a Terentio. Quintil lib. 6. cap. 3. Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. Et Cic. pro Cæcin. 27.
Terentos, [Τέρεντος] Locus in campo Martio, quod in eo ara Ditis patris in terra occultaretur. Paulus ex Feſto, & hic ex Verrio. Erat hic locus Diti & Proſerpinæ ſacer, in quo omnium, qui naſcerentur aut morerentur, nomina ſcribi ſolebant, quoties civitas luſtrabatur. Martial. lib. 10. 63.
Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento, &c.
Romuleus Terentus. Martial. lib. 4. 1. V. Politian. Miſcell. cap. 58. Cenſorin. de D. N. cap. 6. Auguſtin. de Civ. Dei, lib. 3. cap 18. Valer. Max. lib. 2. cap. 4. 5. De quodam Valeſio.
Terentīnus, a, um. Adj. [Τερέντινος] Unde Ludi Terentini, qui & Sæculares vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis tribuſque noctibus celebrabantur. Auſonius in Ternario, 4. 34.
Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.
Terentina tribus. V. tribus.
Tĕres, ĕtis. o. g. Adj. [ϛρογγύλος, Gl. G. L.] dicitur, inquit Feſtus, in longitudine rotundatum: quales aſſeres Natura miniſtrat. Virg. 8. Ecl. 16.
Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ. Liv. 21. 8. Falarica erat Saguntinis, miſſile telum, haſtili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat.
Cervix teres. Cic. 2. de Nat. Deor. 107.
Obſtipum caput, & tereti cervice reflexum. Ex poeta.
Collum teres. Ovid. 10. Met. 113.

Digiti teretes. Ovid. 1. de Arte Am. 622.
Gemma teres. Virg. 5. Æn. 313.
Lapilli teretes. Ovid. 10. Met. 260.
Plagæ teretes, Tereti fune factæ, inquit Acron. Hor. 1. Carm. 1. 28.
Structura tereti ſpina. Plin. lib. 11. cap. 37.
Suræ teretes. Ovid. 11. Met. 80.
Membra teretia, Succulenta, plena. Suet. Cæſ. 45.
Puer teres. Hor. Epod. 11. 41. Porphyrion interpretatur Recta crura aut brachia habentem; Acron, Gracilem; Badius, Procerum. [Ut Membra teretia, ſic Totus puer, qui ſucci boni plenus & nitidus eſt.
Aures teretes & religioſæ. Cic. in Orat. 27.
Aures teretes, intelligensque judicium. Cic. de Opt. gen. Orat. 11. Si teretes aures habent, intelligensque judicium, &c. h. e. ut nonnulli exponunt, Perfectiſſimas, quoniam rotunda figura eſt perfectiſſima & capaciſſima.
Oratio teres. Cic. 3. de Orat. 197. Sed ſi habitum etiam orationis, & quaſi colorem aliquem requiris, eſt plena quædam, & tamen teres & tenuis & non ſine nervis ac viribus. [Translatio a Membris ſucco teretibus & plenis. V. Puer teres.
Malum teres, Rotundum. Lucan. ad Piſon. 77.
Totus teres atque rotundus in ſe ipſo. Hor. 2. Serm. 7. 68. i. e. Æqualis & conſtans in ſe. Teretes dicuntur, qui ab alio non quærunt quid faciendum ſit, ſed ipſi per ſe inveniunt. Hæc Acron. Tale eſt illud Virgilii de Viro bono, v. 5.

— mundi inſtar habens, teres atque rotundus.

Compar. apud Gell. 13. 20. Ciceroni mollius teretiuſque viſum Fretu ſcribere, quam Freto.

TEREUS, i. m. Diſſyll. [Τηρεὺς] Rex Thracum fuit; qui quum Pandionis regis Athenarum filiam, Prognen nomine, duxiſſet uxorem, & poſt aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut ſibi Philomelam ſororem videndam arceſſeret: profectus Athenas, dum adducit puellam, eam vitiavit in itinere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abſcidit. Illa tamen rem in veſte ſuo cruore deſcriptam miſit ſorori: qua re cognita, Progne Ityn filium interemit, & patri epulandum appoſuit. Poſtea omnes in aves mutati ſunt. Tereus in upupam, Itys in phaſianum, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 6. Ecl. 78.

Aut ut mutatos Terei narraverit artus? &c. Hanc fabulam multis verſibus deſcribit Ovid. 6. Met. 455.

TERGEMINI, V. TER, in TRES.
TERGEO, V. TERGO.
TERGESTUM, Iſtriæ colonia. [Τέργεστον] Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgo *Trieſte*.
TERGIVERSOR, V. TERGUM.
TERGO, ſi, ſum, [ἀπομάσσω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre: vel TERGEO, ſi, ſum, (&, ſecundum antiquos, tum,) ēre. Mundare, nitidum facere. Juven. 14. Sat. 62.

— vaſa aſpera tergeat alter. Plaut. Pœn. 1. 2. 19.

Ornantur, lavantur, terguntur, poliuntur. Al. Tergentur. Cic. in Parad. 5. Ut in familia, qui tractant iſta, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſervitutis tenent.
Lumina terſit manu. Ovid. 13. Met. 132.
Tergere foſſas veteres, pro Purgare. Cato R. R. cap. 2. Per ferias vero foſſas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi.
TERSUS, a, um. Partic. [ἀπομεμαγμένος, ἐκμεμαγμένος, Gl. G. L.] Fere Adjectivè ponitur, pro Nitidus. ut, Terſæ plantæ. Ovid. 2. Met. 736.

— ut terſis niteant talaria plantis.

Bene lauta, terſa, ornata. Plaut. Stich. 5. 5. 4.
Superl. Stat. in præf. ad 1. Silv. Melior, vir optime, nec minus in judicio literarum, quam in omni vitæ colore terſiſſime.
TERTUS, a, um. Partic. apud veteres, pro Terſus. Varro apud Non. 1. 847. Atrei tertam iter galea.
TERSUS, ûs. m. Apul. de Aſino, lib. 2. p. 105. Elmenh. Quod unctui, quod terſui opus ipſe præminiſtro. Ibid. Lintea terſui profer.
TERSOR, ōris. m. [ἀπομάκτης] Gloſſ. Gr. Lat.
TERGORIUM, i. n. [ἐκμαγεῖον] Gloſſ. Gr. Lat.
TERGIMENTUM, i. n. [σμῆγμα] Gloſſ. Latinogræc. V. SACOMA.
TERGILLA, æ. f. vel TERGILLUM, i. n. [Φορίνη, χοίρου δέρμα] Idem Gloſſ. V. in TERGUS.
TERGORO, V. TERGUS.
TERGUM, i. n. [νῶτον, Gl. G. L.] Dorſum. Plaut. Amph. 1. 1. 290.

Si tergum cicatricoſum, nihil hoc ſimili eſt ſimilius. Cic. 1. de Nat. Deor. 100. Tuus autem deus, non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus.

Boum terga non ſunt ad onus accipiendum figurata. Cic. 2. de Nat. Deor. 159.
Reponunt grues in tergo prævolantium colla & capita. Cic. 2. de Nat. Deor. 125.
Horrentia centum terga ſuum. Virg. 1. Æn. 639.
Immane tergum leonis. Virg. 5. Æn. 351.
Ingentia terga boum. Virg. 5. Æn. 404.
Lubrica terga. V. LUBRICUS.
Oſtreatum tergum. V. OSTREA.
Recurvum tergum delphinis. Ovid. 2. Faſt. 113.
Seſſile tergum. Ovid. 12. Met. 401.
Summum tergum. Ovid. 2. Met. 201.
Cædere terga. Catul. de Berecynth. d. 3. 81.
Conſidere tergo tauri. Ovid. 2. Met. 869.
Conſternere terram tergo, i. e. Supinum jacere in terra. Virg. 12. Æn. 543.
Convolvens ſquamea terga anguis. Virg. 3. Georg. 426.
Convolvit coluber lubrica terga. Virg. 2. Æn. 474.
Inſilire tergo alicujus. Ovid. 12. Met. 345.
Laceratum virgis tergum. V. LACER.
Plecti tergo. Hor. 2. Serm. 7. 105.
Recipere ad terga. V. AD.
Rejectis ad tergum manibus inambulare. Cic. 10. Fam. 32.
Revinctus manibus poſt terga. Virg. 2. Æn. 57.

— juvenem manibus poſt terga revinctum.

Secare terga verbere. Tibul. lib. 1. 9. 22.
Vinctus poſt tergum nodis ahenis. Virg. 1. Æn. 299.
Poetæ fere pl. ponunt, niſi quod ſeqq. & in ſoluta oratione trita ſunt.
Convertere terga. V. CONVERTO.
Dare terga, fugere. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Dabat victa terga. Ovid. 7. Met. 73.
Dare terga verſa fuga. Virg. 4. Georg. 85.
Dare terga fugæ. Ovid. 5. Met. 322.
Dare terga in fugam. Ovid. ad Liv. 18.
Impugnare terga hoſtium. V. IMPUGNO.
Nudare terga fugæ. Virg. 5. Æn. 586.
Præbere terga effugio. Tacit. 14. Ann.
Præbere terga fugæ. Ovid. 10. Met. 706.
Vertere terga, Fugere. Liv. 2. 30.
A tergo & a fronte, pro Anteriore & poſteriore parte. V. A vel AB.
A tergo ſequi, Pone, vel Poſt. Virg. 1. Æn. 185.
Aliquem a tergo adoriri. Cic. pro Milon. 29.
Teneri a tergo & a fronte, a lateribus. Cic. 3. Philipp. 32.
A tergo & a fronte videre, pro Diligenter. V. A vel AB.
A tergo lupi, & a fronte præcipitium; Proverbium. V. A vel AB præpoſitiones.
Ad tergum, vel terga, In tergo, Poſt tergum, V. in exemplis ſuperioribus.
Tergum, non tantum animalium eſt, ſed etiam aquarum, & aliarum rerum: unde A tergo dicimus, A parte poſteriore membranæ vel papyri, aut alterius cujuſcunque rei. Juven. 1. Sat. 6.

Scriptus & a tergo necdum finitus Oreſtes. Alii legunt In tergo.

Tergum collis, pro Parte poſteriore. Liv. 25. 15.
Glauca terga aquæ. Claud. de Aponi balneis, 5. 36.
Glacialia terga fluviorum, Aqua concreta gelu. Claud. de Bell. Get. 338.
Ærea terga loricæ. Stat. 9. Theb. 552.
Tergum, pro Tergore aliquando accipitur. Virg. 1. Æn. 372.

Mercatique ſolum, facti de nomine byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Tergum, pro Scuto: quod ſcuta antiquitus pellibus tegi ſolerent. Virg. 10. Æn. 715. — & tergo decutit haſtas.
Tergus etiam maſculino genere. Plaut. Aſin. 2. 2. 53.

Habeo, opinor, familiarem tergum, ne quæram foris. Non. 3. 262.

[Niſi per appoſitionem dictum eſt.
Tergibus, dativus pluralis numeri, apud Lucret. lib. 2. 87.

— neque quicquam a tergibus obſtet.

TERGIVERSOR, [φυγοδικῶ, ἀνθυποφέρω, Gl. L. G. & G. L. ἐθελοκακῶ, L. G. ὑποφεύγω, G. L.] āri. Fallere, & dicta mutare, & eſt quaſi tergum vertere, inquit Nonius 1. 197. Proprie eſt notare, qui terga vertentes, adhuc tamen pugnant, nec ſeſe victos fateri volunt. Etiam Ad alias res transfertur, ut diſputationes, controverſias, & cætera hujuſmodi, quæ verborum contentionem habent. Cic. 3. Tuſc. 41. Quid tergiverſamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, quum os perfricuiſti, ſoles dicere? i. e. Diſſimulamus & ſubterfugimus. Idem pro Cn. Planc. 48. Placetne ſic agi? non poſſum magis pedem conferre, ut ajunt; aut propius accedere. quid taces? quid diſſimulas? quid tergiverſaris? etiam atque etiam inſto, atque urgeo, inſector, poſco.
Itaque eum tergiverſari non ſinent, ſecumque rapient. Cic. 5. Tuſc. 81.
Tergiverſari contra aliquem. Cic. 7. Att. 1. Non eſt locus ad tergiverſandum contra Cæſarem.
Tergiverſari in re aliqua. Cic. 3. Off. 11. Atque in his tamen tribus generibus, quoquo modo poſſunt, non incallide tergiverſantur: prudentiam introducunt, ſcientiam ſuppeditantem voluptates, depellentem dolores, &c.
Tergiverſari huc & illuc. Cic. pro Roſc. Com. 37. Fannium invitum, & huc atque illuc tergiverſantem, teſtimonium contra ſe dicere cogo.
Hunc æſtuantem & tergiverſantem judicio ille perſequitur. Cic. pro Flacc. 47.
Tergiverſari, pro In univerſum ab accuſatione deſiſtere, apud Juriſconſult. teſte Martian. ad S. C. Turpillianum. l. prima.
Cunctari & tergiverſari. Cic. 7. Att. 12. An cuncter, & tergiverſer, & iis me dem, qui tenent, qui potiuntur?
TERGIVERSATIO, ōnis. f. [φυγοδικία, Gl. L. G. & G. L. παλιμβολία, μεμψιμοιρία, L. G.] Cic. pro Milon. 55. Quid ergo erat moræ & tergiverſationis? Idem 10. Att. 6. Ego vero Apuliam & Sipontum, & tergiverſationem iſtam probo, nec tuam rationem eandem eſſe duco, quam meam.
TERGIVERSATOR, ōris. m. [παλιμβόλος, Gl. G. L.] Qui bovinatos antiquitus dicebatur. Arnob. 7. Uſus eſt & Lucil. apud Gell. 11. 7.
TERGIVERSANTER, Adv. Paterc. lib. 1. 9. 3. Tum Senatus populuſque Romanus L. Æmilium Paulum Conſulem creavit, filium ejus Pauli, qui ad Cannas, quam tergiverſanter perniciosam Reipublicæ pugnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat.
TERGUS, ŏris. n. [νῶτον, δέρμα ζώου, Gl. L. G. & G. L.] Corium. Plin. lib. 8. cap. 10. Duriſſimum dorſo tergus, ventrem molles, ſetarum nullum tegumentum. Virg. 1. Æn. 215.

Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.

Impenetrabile tergus ad. V. IMPENETRABILE.
Squalenti tergore ſerpens. Sil. lib. 3. 209.
Tergum & Tergus permiſcet Gloſſarius. conf. TERGUM.
TERGINUS, a, um. [ὠμοβόειος. Gl. L. G. & G. L.] Adj. poſſeſſ. a Tergus. Terginum lorum, i. e. Scutica de tergore animalis. Plaut. Pſeud. 1. 2. 21.

Nunquam edepol veſtrum durius tergum erit, quam terginum hoc meum.

TERGILLA, æ. f. dimin. a Tergus. Apic. 4. 3. Spatula porcina cum ſua tergilla. [Niſi potius a Tergendo eſt, quod armis tergendis ſerviebat, quia & Tergillum dicebatur. V. in TERGUM.
TERGORO, āre. Tergus novum inducere. Plin. lib. 8. cap. 52. Tum inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutoque ſe tergorantes. i. e. quaſi Tergus novum e luto ſibi inducentes.
TERMEN, ĭnis, n. antiqua vox pro Terminus. Varro de L. L. 4. 4. Terminus in Latio aliquot locis dicitur, at apud Accium non Terminus, ſed Termen. V. Goeſ. Indicem in rei agr. auct. & Rigalt. Gloſſ.

TERMEN-

TERMENTARIUM, i. e. Linteum, quod teritur corpore, teſte Varrone lib. 4. de L. L. 4.

TERMENTUM, i. e. Detrimentum. Plaut. Bacch. 4. 9. 5. Non Pelides termento fuit. Sic legit Feſtus. Salmaſius autem ſuſpicatur olim lectum fuiſſe, Tormento.

TERMES, itis. *m.* Ramus direptus ex arbore nec foliis repletus, nec nimis glaber, inquit Paulus. Qui quoniam in diviſione agrorum, antequam metæ ponerentur, figi ſolebat, termino nomen dedit. Et proprie (ut ait Porphyrio) eſt olivæ: ſicut palmes, vitis. Hor. in Epod. 16. 45.

Germinat & nunquam fallentis termes olivæ. Gell. lib. 2. cap. 26. Spadica enim Dorici vocant avulſum e palmite termitem cum fructu. [Gloſſ. Latinogræc. Termes dicitur proprie ramus olearum arborum. Ubi Græca interpretatio deſideratur.

TERMILÆ, [Τερμίλαι] Populi, de quibus Strabo lib. 12. Conditorem ea Mileto, quæ in Creta eſt, Sarpedonem accipientes, & Termilas in eam, quæ nunc Lycia dicitur, habitatum deduxerunt. Hos Sarpedon Minois, Rhadamanti frater, colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominavit, quum prius Miniæ vocarentur, ut Herodotus refert, ac prius etiam Solymi. Poſtea Lycon, Pandionis filius, eoſdem a ſe Lycios appellavit. Quæ profecto ratio Lycios ac Solymos eoſdem eſſe oſtendit, quanquam poëta eos ſeparat: nam Bellerophontem e Lycia profectum Solymis arma intuliſſe dicit. Iliad. ζ. 182.

TERMINUS, i. m. [ὅρος, Gl. L. C. & C. L. τέρμων, L. C. ὅριον, ὁροθέσιον, G. L.] Signum, quod agrum ab agro dividit. A terendo: quod hæ partes maxime terantur, ut vult Varro L. L. 4. 4. [Sed rectius ex Gr. τέρμων, ονος. Voſſ. q. V.

Eſt enim inter eos, non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. Cic. 4. Acad. 132.

Pangere terminos. V. PANGO.

Conſtituere ſibi certos fines & terminos. Cic. pro Quint. 35.

Nullis terminis circumſcribere aut definire jus ſuum. Cic. 1. de Orat. 70.

Termini, apud antiquos adhibito ſacrificio diſponebantur. Qua de re apud Siculum Flaccum hæc legimus, p. 5. Goeſ. Carbo autem, aut cinis quare inveniatur, una certa ratio, quæ apud antiquos quidem obſervata eſt, poſtea vero neglecta: ſic ut, aut diverſa, aut nulla ſigna inveniremus. Cum enim terminos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram collocabant, proxime ea loca, quibus foſſis factis defixuri eos erant, unguento velaminibuſque & coronis eos coronabant: in foſſis autem, quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiaque immaculata cæſa, facibus ardentibus, in foſſa coopertis, ſanguinem inſtillabant, eoque ture & fruges jactabant: favos quoque & vinum, aliaque, quibus conſuetudo eſt terminis ſacrum fieri, in foſſa adjiciebant, conſumptiſque omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant: adjectis etiam quibuſdam ſaxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius ſtarent. Tale ergo ſacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant. Nam & ſi in trifinium, id eſt in eum locum, in quem tres poſſeſſores attingebant termini ponebantur, omnes tres ſacrum faciebant: quique alii in confinio domini erant, omnes ex convenientia terminos ponebant: terminos autem convenientia poſſeſſorum confirmabat. Nam in quibuſdam regionibus jubemur vertices amphorarum defixos inverſos obſervare. Pro terminis ergo convenientia, ut ſupra diximus, poſſeſſorum terminos conſecant, qui, ut ante dixeramus, omnibus angulis eorumque poſiti eſſe debent.

Termini apud antiquos ſancte in primis, ac ſevere ſervabantur. Nam in lib. v. ſententiarum Pauli ſcripta ſunt hæc, quæ leguntur apud Goeſ. in legib. Rei agr. p. 346. Terminos qui effodiunt, vel exarant arbores, in metallum damnabuntur, ſiquidem ſervi ſua ſponte faciunt, humiliores in opus publicum: honeſtiores in inſulam, amiſſa tertia parte bonorum, relegabuntur.

Termini comportionales a veteribus dicti, teſte Aggeno Urbico p. 51. Goeſ. qui intra poſſeſſionum fines inveniuntur: qui ſi ſecundum priſtini temporis poſſeſſionem non conveniunt, diverſas antiquis poſſeſſoribus controverſias generabunt.

Termini autem, ut in libello De limitibus, Variorum auctorum titulo, p. 266. Goeſ. ſcriptum eſt, diverſi fuerunt per diverſas provincias. Sunt enim hæc verba; Terminum ſingulum in quatrifinio invenies. Quatuor lapides in quadrifinio poſiti ſunt, & termini factum marmatiles, hoc eſt rotundi, ſubtiliſſimi: in quadrifinio invenies. Puteum ſi in fine invenies, pro termino habebis. Ciſternam factam in fine poſitam, & circa hanc memoratum terminum invenies, & pro termino habebis. Terminum de lapide deciſum vivo invenies, & pro termino habebis. Macerias lapidum in fine pro termino invenies. Sepulcra finalia aut monumenta ſine dubio invenies. Malum cotoneum in fine pro termino invenies. Cypreſſum in fine pro termino invenies. Olivaſtellum in fine pro termino invenies. Foſſatum deciſum parvum in fine pro termino poſuimus, foſſato alio finales majores ſine dubitatione invenies. Limitem terreum, hoc eſt torum ſine dubio invenies. Parietes de calce fabricatos finales direximus. Ripas deciſas finales direximus. Botontones finales inveneris. Arbores ante miſſas finales inveneris, peregrinas, exteras. Pontem marmoreum in fine invenies. Pontem de lapide vivo in fine invenies. Pontem ex calce factum in fine invenies. Sarcofaga in fine invenies. Imbrices in fine invenies. Collectaculum de carbonibus in calce miſcitatis, & glareas fluminales ne deſpicias, ſignales conſtituimus. Palos picatos pro terminis invenies. Laterculos quadrangulos pro terminis invenies. Lapides nativos cum aliquo ſigno finem pro termino conſtituimus, & multa conſecratione ſignavimus. Flumen aliquoties in fine invenies. Rivum finalem invenies. Hæc ſigna per diverſas provincias obſervantur.

Terminorum nomine apud Hygenum p. Goeſ. 212. leguntur hæc: Egregius, qui & robuſtus, quinquepedalis, Auguſteus, Rhombus, Rhomboides, Scalenus, Iſoſceles, Trigonus orthogonius, Trapezeus, Trigonus oxygonius, Trigonus amblygonius, Parallelogrammus, Sepultura militaris in finem, Auguſteus in trifinio, Iſopleurus, Scorellatus, Spatula, Spectaculis in trifinio, Area in quadrifinio, Sepultura finalis, Noverca, Canabula, Formalis, Subſtructio ad terras excipiendas, Maceria finalis, Scorofiones, Bocontini, Monumentum, Aſpratilis terminus, Harmula, Seria, Puteus, Lapis non dolatus, in curſorio poſitus; Terminus, qui ſubſecivum demonſtrat; Lapis intra lapidem in trifinio, Termini gemelli, Terminus, qui fluvium demonſtrat, Lapis damnatus, Gamma de Petra ſicca conſtructa, Lapis decuſſatus, qui agrum intracluſum & extracluſum ſignificat, Terminus ante terminum in verſura poſitus, Lapis cultellatus, qui pentagoni recipit rationem; Lapis gammatus, qui trigoni recipit rationem; Lapis intra lapidem in curſorio, Lapis, qui flexuoſitatem limitis oſtendit; Terminus qui rivum demonſtrat. Ad hæc porro terminorum nomina ſua cuique figura eſt adjuncta.

Terminus [ὅρος] apud Mathematicos eſt, Quod uniuſcujuſque finis [πέρας] eſt. Sic Euclid. 1. Elem.

Terminus, Finis. Cic. de Senect. 72. Omnium ætatum certus eſt terminus: ſenectutis autem nullus certus eſt terminus.

Anguſtus ævi terminus. Virg. 4. Georg. 206.

Finis & terminus contentionum. Cic. 6. Fam. 22. Sed cum conſilii tui bene fortiterque ſuſcepti, eum tibi finem ſtatueris, quem ipſa Fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet.

Malorum terminus. Lucret. lib. 3. 103.

Sermonis terminus apud Plin. 1. Epiſt. 5.

Longius, quam vitæ termini poſtulant, cogitare. Cic. pro Rabir. 29.

Terminus ſupremus, pro Extrema deſperatione. Plin. lib 8. cap. 37.

Stabilis rerum terminus, Immutabilis rerum exitus. Hor. in Carm. ſæcul. 27.

Hærens alte terminus. Lucret. lib. 1. 78. & lib. 5. 91. Virg. 4. Æn. 614.

Et ſi fata Jovis poſcunt, hic terminus hæret. i. Si hoc eſt immutabile. Servius.

Immobilis terminus. Claud. 2. in Eutrop. 293.

TERMO, ōnis. m. Idem. Feſtus, Termonem Ennius Græca conſuetudine dixit, quem nos nunc terminum; hoc modo,

Ingenti vadit curſu, qua redditu' termo eſt. V. a pr. dict. ſuper.

TERMINUS, [Θεὸς ὅριος, Gl. L. C.] Deus apud antiquos creditus, in cujus tutela fines agrorum eſſe exiſtimabantur. In quo autem loco colebatur deus, ibi ſuper eum foramen patebat in tecto, quod nefas eſſe arbitrarentur Terminum intra tectum conſiſtere, ut auctor eſt Feſtus. Liv. 1. 55. Nam quum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. Idque omen augur iumque ita acceptum eſt, non motam Termini ſedem, unumque eum deorum non evocatum ſacratis ſibi finibus, firma, ſtabiliaque cuncta portendere. conf. Liv. 5. 54. Lactant. 1. 20.

TERMINĀLIS, e. Adj. [ὅριος] Terminalis lapis dicitur Terminus ipſe lapideus. Ammian. 18. 4.

Terminales arbores, Vide in TERMINUS, ex Paulo. H. St.

TERMINĀLIA, ōrum. n. pl. [Θεομίναλια, ἱερὰ Θεῷ ὁρίῳ, Gl. L. G.] Feſta ipſius Termini dei. Cic. 12. Philipp. 24. His ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in ſuburbium, ut eodem die reverterer, &c. Hor. Epod. 2. 59.

Vel agna feſtis cæſa Terminalibus. A. Varr. de L. L. 5. 3.

TERMĬNO, [ὁρίζω, Cl. L. C. & C. L. ἀφορίζω, περατόω, περιορίζω, ἀφορίζω, ὅρον τίθημι, τελειῶ, ψηφολογῶ. L. C.] āre. Finire. Cic. de Senect. 82. Si iiſdem finibus gloriam meam, quibus vitam, eſſem terminaturus.

Terminare bona voluptate, pro Dicere bonorum finem eſſe voluptatem, vel Non reputare alia eſſe bona, quam voluptates. Terminare, inquit Budæus, Definire, metiri, & ut finem ſtatuere. Cic. 3. Off. 117. Idem 1. de Finib. 38. Omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. h. e. Epicurus putat ſummam eſſe voluptatem privari doloribus.

Terminare ſententiam, Abſolvere. Cic. 9. Att. 22.

Unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio. Cic. pro Marcel. 34.

Clauſulam longa ſyllaba terminare. Cic. 3. de Orat. 181.

Intra aliquid terminari. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Terminare, Limites conſtituere. Cic. 1. Off. 33. Illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminavit: in medio relictum quod erat, populo Rom. adjudicavit. Idem 3. in Catil. 26. Quorum alter fines veſtri imperii, non terræ, ſed cæli regionibus terminaret. Virg. 1. Æn. 287. Al. 291.

Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.

Stomachus utraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Cic. 2. de Nat. Deor. 135.

Terminare oculis ſubjectos campos, Diſtinguere, ſecernere vel diſcernere. Liv. 32. 4.

Terminare modum alicujus artis. Cic. 2. Tuſc. 45. At nos metiendi, ratiocinandique utilitate, hujus artis terminavimus modum.

Rem infinitam terminare. Cic. 1. Tuſc. 62.

Cogitationes ſuas terminare. Cic. pro Arch. 29.

Spem poſſeſſionum terminare. Cic. pro Milon. 75.

TERMINĀTUS, a, um. Partic. [ὁριζόμενος] ut, Terminatus ager, i. e. Circumſcriptus, concluſus.

Terminatæ divitiæ. Cic. 1. de Finib. 45. Ne naturales quidem multa deſiderant, propterea quod ipſa natura divitias, quibus contenta ſit, & parabiles & terminatas habet.

Negotium terminatum, Abſolutum. Ulpian. in l. Interdum. D. de furtis.

Oratio concluſa & terminata. Cic. in Orat. 20.

TERMINATUM, i. n. [ὅρος, ἐπὶ χρόνου] Gloſſ. Græcolat.

TERMINATIO, ōnis. f. [ὁριςμός, ὅρος ἐν ἄλλῳ πεπερασμένος, Cl. G. L.] Finitio. Cic. 5. de Fin. 27. Expoſita igitur, inquit, terminatione rerum expetendarum, &c.

Concludi alias alia terminatione. Cic. in Orat. 200.

Terminatio aurium, Diſtinctio, diſcretio. Cic. in Orat. 178. Ut igitur poëtica & verſus inventus eſt terminatione aurium, obſervatione prudentium: ſic in oratione animadverſum eſt, &c.

TERMINĀTUS, ûs. m. Terminus. Frontin. de Aquæduct. conf. Voſſ. de Vit. L. L. 3. 52.

TERMINĀTOR, ōris. m. [ὁριςτής] Gloſſ. Gr. Lat.

TERMO, ōnis, V. poſt TERMINUS; TERMUS, V. TER, in TERA.

TĔRO, trivi, tritum, [τρίβω. Cl. L. G. & G. L. ἀλοῶ, L. G.] ĕre. Fricare, tundere. Plaut. Aſin. 1. 1. 16.

Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? i. e. In piſtrinum. Idem Pſeud. 3. 2. 29.

Barba aſpera terit amplexus, Amplexam offendit mulierem. Tibul. 1. 8. 32.

Calcem calce terit, Contingit. Virg. 5. Æn. 324.

Frena teruntur dente equi, Atteruntur. Ovid. 1. de Arte Am. 20.

Fruges area terit, Qui in ea teruntur. Virg. 1. Georg. 298.

Inguina terere, Conterere. Juven. 9. Sat. 4.

Iter terere, Iter facere. Virg. 1. Georg. 380.

Iter propoſitum terere. Propert. lib. 2. 30. 14.

Manum terere duro labore. Virg. 4. Georg. 114.
Meta terenda rota, Stringenda. Ovid. 2. de Arte Am. 426.
Mola terere. Plin. lib. 36. cap. 26.
Porticum terit ambulator. Martial. lib. 2. 11.
Prata terenda rotis. Propert. lib. 3. 3. 18.
Radios trivere rotis, Tornaverunt. Servius. Virg. 2. Georg. 444.
Veſtis teritur aſſidue. Lucret. lib. 4. 1121.
Via cunctis terenda. Propert. lib. 3. 18. 22.
Terere tempus, Conſumere. Liv. 1. 27. Inde ubi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt, erigit totam aciem, fluctuanſque animo, ut tereret tempus, ordines explicat. [Terere tempus eſt Moram de induſtria facere, ne agas, quod agendum eſt. conſ. in TEMPUS.
Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeſcent. Cic. 5. Philip. 30.
Ætatem in rebus diſcendis terere. Cic. 3. de Orat. 121.
Ætas teritur bellis. Hor. Epod. 16. 1.
Otium terere. Liv. 1. 57. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis, comeſſationibuſque inter ſe terebant. Virg. 4. Æn. 271.
Pectus terere amore, Conſumere. Propert. lib. 3. 20. 6.
Jam enim hoc verbum ſatis heſterno ſermone trivimus. Cic. 4. Acad. 18. l. 2. Quaſi uſu tritum fecimus.
Rerum nomina novarum, quæ nunc conſuetudo diuturna trivit. Cic. 3. de Fin. 14.
Terere, pro Perdere, Græcorum imitatione, qui τρίβειν ſic uſurpant. Nævius apud Priſcianum 5. 164.
Ut illum dii terant, qui primum olitor cepam protulit. [V. Lucian. in Gallo 31. Sed & ἐπιτρίβειν Græci ſimiliter uſurparunt, quo pertinet cavillatio Diogenis, qui Platonis διατριβὴν, κατατριβὴν appellare conſueverat, teſte Laërt. lib. 6. ſegm. 24.
TRITUS, a, um. Partic. [τετριμμένος, τριπτὸς, Gl. G. L.] Plin. lib. 12. cap. 19.
Area trita frugibus. Ovid. 4. Triſt. 6. 19. V. in ipſo verbo.
Veſtis trita. Hor. 1. Epiſt. 10. 30.
Lacerna trita. Martial. lib. 1. 93.
Iter tritum, Calcatum, & quod vulgus *frequentatum* dicit. Cic. 1. Philip. 7. Quum Brundiſium, iterque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa vitaviſſem.
Via trita humano pede. Tibul. lib. 4. 13. 10.
Via trita laudis. Cic. de Clar. Orat. 180. Quum eum vehementer hortarer, ut eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret, quam majores ejus ei tritam reliquiſſent.
Tritum ſermone proverbium. Cic. 1. Off. 33. Ex quo illud ſummum jus, ſumma injuria: factum eſt jam tritum ſermone proverbium. i. e. Celebratum.
Tritum & Celebratum. Cic. pro Flacc. 65. Quid porro in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur.
Uſitatum & Tritum verbum. Cic. 1. Acad. 27. Faciamus enim tractando uſitatius hoc verbum & tritius.
Compar. Tritior mos. Plin. 33. 12. Sed varia eſt lectio. V. Harduin. in loc.
Manus tritiores. Vitruv. 2. 1.
Superl. Via tritiſſima. Sen. de Vita Beata, 1.
TRITUS, ûs. m. [τρίψις] Plin. lib. 33. cap. 4. Nec ullum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo, trituque perpolitum. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. Nam & lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus & recenti foſſione. Lactant. 6. 4. Tritu pedum.
TRITOR, ōris. m. [τρίπτης, Gl. L. G.] Qui terendo aliquid macerat. Plaut. Perſ. 5. 2. 17. Quid ais tu crux, ſtimulorum tritor? Plin. lib. 35. cap. 11.
TRITORIUM, i. n. [τριβεῖον] Morarium. Gloſſ. Græcolat.
TRITŪRA, æ. f. [διατριβὴ, ἀλοητὸς, Gl. L. G.] Columel. lib. 2. cap. 6. Eventilata mundiora ſunt, lapilliſque carent, & glebulis, quas per trituram fere terrena remittit area.
TRITO, [τρίβω, Gl. G. L.] freq. Paſſ. Tritor, [τρίβομαι, ibid.]
TĔREBRA, æ. f. ſec. c. [τρύπανον, Gl. G. L.] Inſtrumentum, quo ligna perforantur; a Tero. Columel. lib. 4. cap. 29. Nam antiqua terebra, quam ſolam veteres agricolæ noverant, ſcobem faciebat, perurebatque eam partem quam perforaverat.
Terebra rem agere. Celſ. lib. 8. cap. 3.
TEREBRUM, i, n. [τρύπανον, Gl. L. G.] Idem.
TEREBRO, [τρυπάω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Terebra perforare. Virg. 2. Æn. 38.
Aut terebrare cavas uteri, & tentare latebras. Columel. lib. 5. cap. 9. Eas terebrari Gallica terebra convenit.
Buxum terebratum per rara foramina. Ovid. 6. Faſt. 697.
Terebrare, per tranſitionem dixit Plaut. Bacch. 5. 2. 80.
Hunc veniam illis ta enorem ſine. N. ut terebret? i. e. Blandiloquentia ſeſe inſinuet.
TEREBRATIO, ōnis. f. [τρύπησις] Columel. lib. 4. cap. 29. In illa autem quæ fit per terebrationem, &c.
TEREBRATUS, ûs. m. Scribonius Largus 206. De induſtria a medicis cum terebrata exciditur quod lædit eam us.
TEREBRATOR, ōris m. [τρυπητὴς] Gloſſ. Gr. Lat.
TEREBRĀMEN, inis. n. Fulgent. Mythol. 2. Tinearum terebramina.
TĔRĒDO, inis. f. [τερηδὼν] Vermis in ligno naſcens. A terendo dictus, vel a ſono, Græce τερηδὼν. Eadem & Tinea dicitur. Sunt tamen qui diſtinguant. ut Teredines dicantur in mari, hoc eſt in navibus: Tineæ, terreſtres ſint. Plin. lib. 16. cap. 41. Infeſtantium quatuor genera. Teredines, capite ad portionem graviſſimo, rodunt dentibus. Hæ tantum in mari ſentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici. Terreſtres tineas vocant. Columel. lib. 4. cap. 24. Nam & teredinem formicamque prohibet.
Teredo pro Verme veſtes terente, & erodente. Plin. lib. 8. cap. 48. de prætextis Ser. Tullii, Mirumque fuit nec defluxiſſe eas, nec teredinum injurias ſenſiſſe annis DLX. [Gloſſ. Græcolat. τερηδὼν, ἦθος φθειρόμενον.
TRIBUS, i, m. [τρίβολος] Gloſſ. Græcolat. Idem quod ſeq. Tribula.
TRĪBŪLA, æ. f. vel TRIBŪLUM, i. n. [Τρίβολος, Gl. L. G. τρίβολος, ὁ τὰς στάχυς ἀλοῶν, τρίβολος, τρίβολον, G. L.] Genus vehiculi, quo frumenta in area teruntur. Varro 1. de R. R. cap. 52. E ſpicis in aream excuti grana: quod fit apud alios jumentis junctis ac tribulo. Id fit e tabula lapidibus aut ferro aſperata, quæ impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut diſcutiat e ſpica grana. Columel. 2. 6. Virg. 1. Georg. 164.
Tribulaque traheæque, & iniquo pondere raſtri. [Non. 3. 249. Tribulæque legit.
A tero, teris, fit Tribulum, quaſi Teribulum, ſicut ab Infundo, Infundis, infundibulum.
TRIBULĀRIUM, i. n. [θλιβηρογραφοδέκτης] Locus ubi tribulæ reconduntur, ut eſt apud Columellam. [Ubi?
TRIBŪLO, [θλίβω, Gl. G. L.] āre. Tribula, aut alio quovis inſtrumento, comminuere. Cato de R. R. cap. 23. Si indideris defrutum, aut marmor, aut reſinam, dies viginti permiſceto crebro, tribulatoque quotidie.
Tribulare, Torquere, & anguſtiis afficere; apud ſcriptores eccleſiaſticos. Verbum factum ob anguſtias & dolore illorum, qui tribulum ferri calcaverint. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 13. Qui in omnibus tribulemur, ſed non coanguſtemur.
TRIBULĀTUS, a, um. Adj. Pallad. R. R. 1. tit. 43. Item falciculas breviſſimas tribulatas, quibus filicem ſolemus abſcindere.
TRIBULATIO, ōnis. f. [θλῖψις, Gl. L. G. & G. L.] Vox eccleſiaſtica pro Ærumnis vel dolore. Tertull. adv. Jud. cap. 11. In die tribulationis.
TRITŪRO, āre. Tritura excutere frumenti grana. Sidon. 7. Epiſt. 6. In hac area mundi triturari variis paſſionum flagellis.
TRITURATIO, ōnis. f. Columel.
TRITURATOR, ōris. m. Idem. [Si fides Lipſ. Theſauro.
TERPANDER, vel TERPANDROS, [Τέρπανδρος] Arinæus, ſive Lesbius, poeta Lyricus, primus in lyra heptachordum & lyrici carminis canonem ſcripſit, quod Philemoni quidam adſcribunt. Auctor Suidas. Strabo autem lib. 13. Methymnæum eum facit, quod oppidum eſt Lesbi: dicitque tetrachordo heptachordum reperiſſe, ut ejus indicant carmina. Hujus famæ ac nominis maximi indicium, quod Lacedæmonii in ſeditione quadam, admoniti ab oraculo, Terpandrum miſerint, qui lyræ & poëſeos dulcedine animos vulgi ac tumultus ſedaret: ex quo poſtea hoc proverbium manſit, ſi quando dulcem audiant muſices concentum, μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν, Secundum Lesbium cantum. Ex libro proverbiorum Græcorum.
TERPNUS, [Τέρπνος] Citharœdus fuit, cujus cantu oblectatum Neronem ſcribit Tranquillus in Neron. cap. 20. his verbis, Statim ut imperium adeptus eſt, Terpnum citharœdum, vigentem tunc præter alios, arceſſit, dieboſque continuis poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercitarique cœpit: nec eorum quidquam prætermittere, quæ artifices ejus generis, vel conſervandæ vocis cauſa, vel augendæ factitarent.
TERPSĬCHŎRE, [Τερψιχόρη] Una ex novem Muſis, ſic dicta quod choreis & tripudiis delectetur: vel ut Plutarchus ait, quod maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. V. MUSA.
TERRA, æ. f. [γῆ. Gl. L. G. & G. L.] Elementum ipſum, omnibus notum. Scribit Varro de L. L. 4. 4. Terram dictam eſſe ab eo, quod teritur: itaque Tera ſcriptum fuiſſe in Augurum libris cum r uno. De natura & forma terræ V. Plin. 2. 63. Cic. 2. de Nat. Deor. 98. At principio terra univerſa cernatur locata in media mundi ſede, ſolida & globoſa, & undique in ſeſe nutibus ſuis conglobata, veſtita floribus, &c. Idem 4. Acad. 122. Videamus terra penituſne defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, an mediis pendeat. Idem 5. Tuſc. 69. Unde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria ſuſtineat.
Terram, punctum eſſe cæli, ex Hygino cognoſcitur: is enim ſic in libro de Limitibus p. Goeſ. 171. Cæli punctum eſſe terram, ſic deſcribunt, quod dicant, a polo ad Saturni circulum intervallum eſſe, quod Græci hemitonion appellant: a Saturno deinde ad Jovem, hemitonion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: a Marte deinde ad Solem, ter tantum eſſe, quantum a polo ad Saturnum, hoc eſt trithemitonion: a Sole deinde tantum eſſe ad Venerem, quantum a Saturno ad Jovem, hemitonium: a Mercurio deinde ad Lunam, tantundem, hemitonium: a Luna ad terram tantum, quantum a polo ad Jovem, tonum. ſic terram punctum cæli eſſe oſtendunt: & ars muſica per hæc diaſtemata conſtare fertur.
Terra pilæ ſimilis. Ovid. 6. Faſt. 269.
Ad terram. V. AD præpoſitionem.
A terra ad cælum pervenire. V. A præpoſitionem.
Filii terræ, olim Obſcuro ignotoque genere prognati dicebantur, propterea, quod terra ſit omnium communis parens: vel quod juxta quorundam etiam hiſtorias, primitus mortales e terra naſcebantur. M. Tullius 1. Att. 13. Et huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Idem 7. Fam. 9. Cn. Octavius eſt, an Cn. Cornelius quidam tuus familiaris, ſummo genere natus, terræ filius, &c. Perſ. 6. Sat. 57. — præſto eſt mihi Manius hæres,
Progenies terræ: quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater: haud prompte, dicam tamen: adde etiam unum,
Unum etiam, terræ eſt jam filius. Eraſmus. conſ. Grang. ad Juvenal. 4. 98.
Terræ etiam filii dicuntur, Quorum genus eſt incertum, quorum genus abolevit vetuſtas. Quintil. lib. 5. cap. 9. Laudantur autem urbes ſimiliter atque homines. Nam pro parente eſt conditor: & multum auctoritatis affert vetuſtas, ut iis, qui terra dicuntur orti. Ovid. 1. Met. 615. de Io,
Juppiter e terra genitam mentitur, ut auctor
Deſinat inquiri. V. Cæl. lib. 3. cap. 8. & lib. 20. cap. 28.
Gremium terræ. Lucret. lib. 1. 252.
Motus terræ. V. infra TERRAEMOTUS.
Tremor terræ. Plin. ad Cornelium Tacit. 6. Epiſt. 20.
Viſcera terræ. Ovid. 1. Met. 138.
Iners, Immobilis. Hor. 3. Carm. 4. 45.
Magna. Virg. 4. Georg. 366.
Mater. Lucret. lib. 5. 1401.
Omniparens. V. OMNIPARENS.
Parens. Virg. 4. Æn. 178.
Vaſta. Virg. 10. Æn. 57.
Circumfuſa terra mari Atlantico. V. CIRCUMFUNDO.
Concuſſa terra. V. CONCUTIO.
Nox involvens terram umbra. Virg. 2. Æn. 251.
Movet terra, pro Mota eſt. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 22.

Aut

Perdomare terram. V. PERDOMO.
Aut terra, aut mari; Plautus dixit, pro Quacunque ratione. Sumptum eſt ab hiſtoricis, qui referunt res terra marique geſtas, & gentes terra marique expugnatas. Cic. pro Cluent. Cujus rentæ res geſtæ terra marique extiterunt. Idem pro Lege Manil. 48. Quantas ille res domi, militiæque, terra marique, quantaque felicitate geſſerit. Idem 7. Att. 22. Qua aut terra aut mari perſequar eum, qui ubi ſit neſcio? Plauti verba ſunt hæc Pſeud. 1. 3. 83.
Aut terra aut mari alicunde evolvalvam id argentum tibi. Eraſm.
Cælum, mare, terra. Cic. 5. de Fin. 9. Natura ſic ab his inveſtigata eſt, ut nulla pars cælo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermiſſa ſit. Addit, Poetice, quod poetæ tria tantum elementa referant. ut Ovid. 1. Met. 5.
Ante mare & terras, &, quod tegit omnia, cælum. Ter. Adelph. 5. 3. 4.
O cælum, ô terra, ô maria Neptuni. Plaut. Amph. 5. 1. 3.
Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum conſequi. Hæc quoque Eraſmus.
Conquirere aliquem terra marique. Cic. 5. Fam. 9.
Terræ ſæpe pl. num. pro ipſa Tellure. Cic. ad Brut. 9. Id enim amiſiſti, cui nihil in terris ſimile fuit.
Orbis terrarum. Virg. 1. Æn. 237.
Regnator terrarum. Stat. 4. Silv. 2. 14.
Sator terrarum. Stat. 1. Theb. 179.
Abſcidit deus terras Oceano. Hor. 1. Carm. 3. 23.
Convexæ terræ in maria. V. CONVEXUS.
Domitæ terræ. Ovid. 15. Met. 877.
Excedere terris. Virg. 2. Georg. 474.
Habitare terras. Ovid. 5. Triſt. 2. 51.
Jacentes terræ. Ovid. 2. Met. 179.
Ut vero terras deſpexit ab æthere ſummo
Infelix Phaëton penitus penituſque jacentes. h. e. Valde depreſſas, & longe a ſe remotas. [Conf. Virg. 1. Æn. 224.
Irrorat terras Eous novo ſole. Virg. 1. Georg. 288.
Luſtro vagus terras. Stat. 8. Theb. 518.
Luſtrabat dies lampade terras. Virg. 7. Æn. 148.
Movere omnes terras, omnia maria. V. MOVEO.
Obire terras. V. OBEO.
Obruit nos terras roriferis umbris. Lucret. lib. 6. 864.
Operit nos terras. Virg. 4. Æn. 352.
Penetrare ſub terras. V. PENETRO.
Perambulare terras. V. PERAMBULO.
Perflant venti terras turbine. Virg. 1. Æn. 87.
Premere terras, Regere imperio terras. Lucan. lib. 10. 49.
Profanatæ terræ. Stat. 3. Silv. 3. 2.
Radit terras Aquilo. Hor. 2. Serm. 6. 25.
Spargit aurora lumine terras. Lucret. lib. 2. 143.
Texit nos caligine terras. Lucret. lib. 6. 852.
Terra, Territorium aliquando ſignificat, & provinciam ſeu regionem. Cic. 1. in Catil. 22. Dubitas, ſi hic morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras, &c.
Ardua terrarum, Montana loca. Virg. 5. Æn. 695.
Bonitas terræ. Lucret. lib. 5. 1246.
Domeſticus nativuſque alicujus gentis ac terræ ſenſus. Cic. de Aruſp. Reſpon. 19.
Fertilitas terræ. Ovid. 5. Met. 481.
Fragor terræ, [χάσμα. Gl. L. G. & G. L.]
Hiatus terræ. [χάσμα. Gl. L. G. & G. L.] Ovid. 3. Faſt. 609.
Margo terrarum. Ovid. 1. Met. 14.
Motus terræ. V. infra TERRÆMOTUS.
Oræ terrarum, Regiones. Hor. 1. Epiſt. 3. 1.
Oræ terrarum, Extremitates, litora. Lucret. lib. 2. 555.
Situs terrarum. Hor. 2. Epiſt. 1. 252.
Altrix terra. V. ALO.
Aprica terra. V. APRICUS.
Arata. Ovid. 1. Faſt. 703.
Arenacea. V. ARENA.
Arenoſa. Ovid. 14. Met. 82.
Aſpera aſpectu. V. ASPER.
Aurifera. Sil. lib. 3. 401.
Barbara. Ovid. 17. Epiſt. 604.
Beata. Ovid. 16. Epiſt. 188.
Bona. V. BONUS.
Breviſſima. V. BREVIS.
Carioſa. V. CARIES.
Cava. Virg. 12. Æn. 883.
Columbina. V. COLUMBUS.
Cruda, Cum herbis evulſa. Lucan. lib. 3. 387.
Crudelis. V. CRUDELIS.
Deſerta. Virg. 3. Æn. 4.
Deſolata. Ovid. 1. Met. 349.
Ditiſſima. Virg. 2. Georg. 136.
Ferax. Ovid. 1. Faſt. 68. Lucret. lib. 2. 1097.
Frugiferentes terræ. Lucret. lib. 1. 3.
Gracilis terra, Stricta, qualis eſt Iſthmus. Sen. Theb. 2.
Graves terræ. Virg. 3. Georg. 526.
Herboſa terra. Ovid. 10. Met. 128.
Hiantes terræ. Lucan. lib. 3. 10.
Hoſpita terra. Virg. 3. Æn. 539.
Hoſtilis. Lucan. lib. 2. 89. Cic. 1. de Invent. 108. Hoſtili in terra turpiter jacuit inſepultus.
Jejuna. V. JEJUNIUM.
Impia, Impiorum ſedes. Ovid. 12. Epiſt. 120.
Inculta terra, χέρσος γῆ. Gloſſ. Græcolat. χέρσος γῆ, L. G.
Infamis. Ovid. 13. Met. 480.
Infeſta. Ovid. 4. Met. 619.
Ingrata. Ovid. 5. Met. 475.
Inops pacis. Ovid. 2. de Pont. 2. 96.
Inviſa terra foſſoribus. Hor. 3. Carm. 18. 15.

Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram. Inviſam terram foſſoribus merito dixit, quod in ea laborent quum fodiunt. Naturale eſt enim omnibus odiſſe laboris ſui materiam. Porphyr. Loquitur Horatius de ruſticorum die feſto tripudiis & ſaltationibus.
Lapidoſa. V. LAPIS.
Laſſa. V. LESSUS.
Latæ terræ. Ovid. 2. Met. 307.
Materina terra apud Catonem R. R. 34. ita ſcribentem, Ager rubricoſus & terra pulla, materina, rudecta, arenoſa: Interpretanda eſt Terra dura, ſolida, & prope lignea, qua in notione nomen materiæ poni non eſt infrequens, ut materina quaſi a materia deducatur. Scio fuiſſe quibus videretur Macerina legi debere pro Macra, ſed prior lectio ſincerior eſt, ut Turnebus exiſtimat.
Mavortis, Bellatorum patria. Virg. 3. Æn. 13.
Metallifera terræ. Sil. lib. 15. 502.
Nefaſta. V. NEFASTUS.
Nigra. Virg. 2. Georg. 203.
Obeſa. Virg. 3. Georg. 80.
Paterna, Patria. Ovid. 12. Epiſt. 64.
Paupere terra miſſus. Virg. 6. Æn. 812.
Peregrina. Ovid. 9. Met. 633.
Pingues terræ. Virg. 2. Georg. 92.
Potentes terræ. Virg. 3. Æn. 528.
Pumicoſa terra. Plin. lib. 17. cap. 5. & lib. 35. cap. 24.
Solida. Ovid. 10. Met. 180.
Sterilis. Ovid. 3. Faſt. 856.
Succoſa terra. Columel. lib. 3. 5. Vitiarium neque jejuna terra, neque uliginoſa faciendum eſt: ſuccoſa tamen, & mediocri potius, quam pingui.
Suſpenſa terra. V. SUSPENDO.
Varia carioſaque terra. Columel. lib. 2. cap. 4.
Uberi a terra naſci. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Uliginoſa terra. V. paulo ante, Succoſa terra.
Undoſæ terræ. Sil. lib. 7. 277.
Abſcondere in terram. V. ABSCONDO.
Arceſſere aliquem ex ultimis terris. Cic. de Aruſp. Reſp. 24.
Affecta ſterilitate terra. V. AFFICIO.
Attollere ſe a terra. V. ATTOLLO.
Calentes terræ. Hor. 2. Carm. 18. 18.
Certat cum terris feraciſſimis Ægyptus. V. CERTO.
Circumſcribere terram ſarculo. V. CIRCUMSCRIBO.
Colere terras. Virg. 3. Ecl. 61.
Concidit ad terram graviter. Virg. 5. Æn. 447.
Contingere terram oſculo. V. CONTINGO.
Curvare in terram. V. CURVUS.
Decedere patria terra. Virg. 6. Æn. 508.
Defodere aliquid in terram. Lucret. lib. 5. 1365.
Dehiſcunt terræ ardore. Virg. 3. Georg. 432.
Dare ad terram. V. AD præpoſitionem.
Effoſſa terra. Lucan. lib. 3. 346.
Excoquit terram ſol. Lucret. lib. 6. 962.
Ferire terram pede. Virg. 3. Georg. 500.
Frigeſcit terra. Lucret. lib. 6. 865.
Frui proſperiore terra. Ovid. 3. de Pont. 7. 30.
Jacentes terræ ad Heſperum. V. JACEO.
Inſectari terram aſſiduis raſtris. Virg. 1. Georg. 155.
Inſterni terræ, Sepeliri. Stat. 3. Theb. 213.
Invertere terras vomere. Virg. 3. Georg. 526.
Inumbratur terra. Lucret. lib. 5. 290.
Madefacere terram. V. MADEO.
Mandare ſemina terræ. V. MANDO.
Moliri terram. V. MOLIOR.
Navigare terram. V. NAVIS.
Nititur terra ſuis ſtirpibus. Cic. 5. Tuſc.
Obſtruere terras. Ovid. 8. Met. 185.
Offringitur terra. V. OFFRINGO.
Pavita terra & complanata. V. PAVIO.
Pellere terram duro pede. Lucret. lib. 5. 1401. De ruſticorum ſaltatione.
Perfodere terram. V. PERFODIO.
Perſtringere terram aratro. V. PERSTRINGO.
Petere terra, pro Terra iter facere. Cic. pro Planc.
Preſſit terram poſito genu. Ovid. 6. Met. 346.
Procumbere terræ. Ovid. 2. Met. 347.
Proſcindere terram validis juvencis. Virg. 2. Georg. 237.
Proſcindere terram preſſis aratris. Lucret. lib. 5. 210.
Proſcindere ferro ſolum terræ. Lucret. lib. 5. 1294.
Quatere terram alterno pede, Saltare. Hor. 1. Carm. 4. 7.
Relinquere dulces terras, Patriam. Virg. 4. Æn. 281.
Rimari terram raſtris. Virg. 3. Georg. 534.
Scalpere terram unguibus. Hor. 1. Serm. 8. 26.
Scindere terram aratro. Ovid. 3. Amor. 8. 41.
Solutæ terræ. Hor. 1. Carm. 4. 10. h. e. Liberæ, & cultui non inſervientes: ut prata ſignificare videatur. Vel temperie & æſtu Veris ſolutæ, quæ paulo ante frigore hiemis ſtrictæ erant. Porphyr.
Subigere terram vomere. Ovid. 11. Met. 31.
Succedere terris alicujus. Virg. 7. Æn. 214.
Vere tument terræ. Virg. 2. Georg. 324.
Tundere terram pede. Hor. de Arte Poet. 430.
Vertere terram. Virg. 1. Georg. 2.
Vertere terram ferro. Virg. 1. Georg. 147.
Uda terra viret gramine. Ovid. 2. Amor. 6. 50.
Terram pro terra, Proverbialis eſt figura in hominem exſulem, erronem, & incertis vagantem ſedibus. Cic. 14. Att. 10. Hæc & alia ferre non poſſum, itaque γῆν ἀπὸ γῆς cogito. Significat ſe de fugiendo cogitare. Eraſmus. Al. Longe lateque terrarum exponunt.
Terra defoſſum habes; In eum qui non impertit, neque profert ſuas dotes. Sumptum ab avaris, theſaurum humo defodientibus. Quod apud Plautum facit Euclio. Itidem Hor. Epod. 2. 32.

— haud paravero,
Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam,
Diſcinctus aut perdam ut nepos. Eraſmus.

Terram video; Qui moleſti prolixique laboris finem adeſſe ſignificat, dicere ſolet, γῆν ὁρῶ, id eſt Terram video. Sumptum a navigantibus. Quint. Curt. lib. 4. 7. 11. Haud ſecus quam profundum æquor ingreſſi terram oculis requirunt. Plaut. in Merc. 1. 2. 84.

Equidem jam me cenſebam eſſe in terra, atque in tuto loco. Cic. pro Muren. 3. Idem de Senect. 71. Quaſi terram videre videar, &c. Sentiens inſtare vitæ finem. Eraſmus.

Terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus? Cic. 3. de Nat. Deor. 52. V. TELLUS.

TERRÆMŌTUS, ûs. m. [σεισμός, Gl. L. G. & G. L.] dicitur Quum terra, incluſo in ſe ſpiritu, alicubi contremiſcit, & moveri ſentitur magno ſæpe habitantium damno. Legitur & aliquando disjunctim, interpoſitis dictionibus. Plin. lib. 2. cap. 84. Fiunt cum terræmotu & inundationes maris, eodem videlicet ſpiritu infuſi aut reſidentis ſinu recepti. Maximus terræ, memoria mortalium, exſtitit motus, Tiberii Cæſaris principatu, XX urbibus Aſiæ una nocte proſtratis. Cic. 2. de Nat. Deor 14.

Plural. Ovid. 12. Met. 521.

Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ida. & Lucret. lib. 3. 107.
— & graviter terrarum motibus orbis
Omnia conquaſſari in parvo tempore certum [Unde liquet rectius dividi.

Si tecta aut vi tempeſtatis, aut terræmotu, aut vetuſtate cecidiſſent. Cic. 2 Off. 13.

Horribilis terræmotus. Cic. de Aruſp. Reſp. 62. Recordamini illud etiam quod nondum eſt relatum, quod eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræmotus horribilis, cum quibuſdam multis metuendiſque rebus.

Novus terræmotus. Cic. de Aruſp. Reſp. 63.

Conquaſſari maximis terræmotibus. Cic. 1. de Divin. 97.

TERRÆMĂLUM, [ἀερομελίχρυσον, Gl. L. G. ἀερομελιχρόν, G. L.]

TERRŬLA, æ. f. dimin. Leg. un. Cod. de Theſauris. In alienis terrulis opes abditas perſcrutari.

TERRICLÆ, ārum, f. [χερσαῖοι] Gloſſ. Latinogræc. [Puto pro Terriculæ.

TERRĀLIS, e. Adj. Apul. de Herb. cap. 105.

TERREUS, a, um. Adj. [ἐπίγειος, Gl. G. L.] Ex terra factum: ut, Vas terreum. Columel. lib. 1. cap. 6. Horreum camere contectum: cujus ſolum terreum, priuſquam conſternatur, perfoſſum. Alia exemplaria habent Terrenum.

Murus terreus. Varro de L. L. 4. 8.

TERRĒNUS, a, um. Adj. [χερσαῖος, Gl. G. L.] Quod vel in terra natum eſt, vel in terra vivit, vel aliquid cum terra commune habet; ut, Terrenum animal.

Piſces terreni, Litorales. Plin. lib. 9. cap. 29. Terreni majores quam pelagici.

Terrenum iter, Quod in terra fit. Plin. 6. cap. 17.

Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 104. [Murænam ſic vocat Tertull. de Pall. ad fin. ſi Salmaſio credimus, quia vivario incluſam intelligit. Forte tamen Terrenæ beſtiæ reliquit Afer.

Agger terrenus. h. e. Terra factus. Suet. in Caligula cap. 19.

Colles terreni, Non lapidoſi, ſed molles & pingues. Plin. 5. Epiſt. 6. ad Apollinarem, Pingues terrenique colles (neque enim facile uſquam ſaxum, etiam ſi quæratur, occurrit) planiſſimis campis fertilitate non cedunt.

Contagio terrena. Cic. 2. de Divin. 58. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime poteſt ſanguinis ſimilis eſſe.

Corpus terrenum. Lucret. lib. 1. 1085.

Corpus terrenum & concretum. Cic. 1. Tuſc. 47.

Fæx terrena. Ovid. 1. Met. 68.

Genus terrenum. Cic. 1. Tuſc. 42. Corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt.

Hiatus terrenus. Ovid. 15. Met. 273. V. Terræ hiatus in TERRA.

Humoribus marinis & terrenis longo intervallo extenuatis, ſidera aluntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 41.

Soliditas terrena. Cic. 2. de Nat. Deor.

Via terrena. V. VIA.

Immorari terrenis. Quintil. lib. 1. cap. 16.

Terrenus, Quod ſuper terram eſt, vel in terra fit. Columel. lib. 11. cap. 2. Per hos quoque dies abſtinent terrenis operibus.

TERRĒNUM, i. n. [πεδίον] Campus, ſolum. Columel. lib. 2. cap. 2. Calliidiſſimi ruſticarum rerum, Silvine, genera terreni tria eſſe dixerunt: campeſtre, collinum, montanum. Idem lib. 3. cap. 3. Quum ſola ea res omnem impenſam terreni pretio ſuo liberet. [Hinc Gall. *Terrein*.

TERRESTER, & TERRESTRIS, e. Adj. [ἐπίγειος, Gl. L. G. & G. L. χερσαῖος, L. G.] Quod in ipſa terra degit: ut, Terreſtre animal. Plin. lib. 10. cap 62. Rurſus in terreſtribus ova pariunt ſerpentes.

Agmen terreſtre. Lucan. lib. 5. 708.

Animal terreſtre. Plin. lib. 10. cap. 62.

Arma terreſtria. Ovid. 14. Met. 479.

Archipirata terreſtris. Cic. 7. Verr. 66.

Arma terreſtria. Ovid. 14. Met. 479.

Archipirata terreſtris. Cic. 7. Verr. 66.

Arma terreſtria. Ovid. 14. Met. 479.

Membra terreſtria. Lucret. lib. 2. 703.

Dii terreſtres, In terra habitantes. Liv. 1. 32.

Domicilium terreſtre. Cic. 6. Verr. 129. Illud Flamininus ita ex æde ſua ſuſtulit, ut in Capitolio, hoc eſt in terreſtri domicilio Jovis, poneret.

Iter terreſtre, Quod in terra fit: ad differentiam ejus quod fit in mari. Plin. lib. 5. cap. 6.

Prælium terreſtre; ſcil. quod Navali opponitur. Nepos 7. 5. 5.

Præſidium terreſtre, cui oppoſitum Maritimum. Cic. 7. Verr. 86. Cleomenes autem, quod erat terreſtre præſidium, non re, ſed nomine, ſperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxiſſet, explere ſe numerum nautarum & remigum poſſe.

Populus terreſtris. Hor. 2. 2. 4.

Tempeſtas terreſtris. V. Tempeſtas in TEMPUS.

Ventus terreſtris, Ἀπόγειος ἄνεμος. Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat.

TERRŌSUS, a, um. Adj. Terræ plenus. Vitruv. 2. 4. & 6. Arena terroſa.

TERRŬLENTUS, a, um. Adj. E terra. Prudent. Hamart. præf. 5.
Hic terrulentis (ſcil fructibus) ille vivis fungitur.

TERRULENTE, Adv. Modo terreno. Prudent. in Rom. v. 378.
Rem ſpiritalem terrulente quærere.

TERRICŎLA, æ. c. Terræ incola. Apul. de Deo Socr. p. 45. Elmenh. Dæmones nuncupant, inter terricolas cælicolaſque, vectores hinc precum, inde donorum, &c.

TERRIGĔNA, æ. c. [γηγενής, Gl. L. G. & G. L.] Quod ex terra genitum eſt. Cic. 2. de Divin. 133.

Genus ſilveſtre terrigenarum. Lucret. lib. 5. 1410.

Gigantes terrigenæ. Lucan. lib. 3. 316.

Fratres terrigenæ. Ovid. 12. Epiſt. 99.

TERRIGĔNUS, a, um. Adj. Tertull. adv. Marc. 2. 12. Aquigena & terrigena animalia.

TERRIPAVIUM, & TERRIPUDIUM. V. TRIPUDIUM.

TERRITŌRIUM, i. n. [χώρα, περίχωρος, Gl. L. G. & G. L. [illegible] ἐπικράτεια, L. G.] eſt, inquit Pompon. in l. 239. D. De Verb. ſigni. Univerſitas agrorum intra fines cujuſque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magiſtratus ejus loci, intra eos fines terrendi, id eſt ſummovendi jus habeat. Hactenus Pomponius. Varro de L. L. 4. 4. Colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur, territorium, quod maxime teritur. Plin. lib. 29. cap 6. Extra territorium abire.

Territorium, ait Frontinus p. 41. Gœſ. eſt, Quicquid hoſtis terrendi cauſſa conſtitutum eſt. V. Voſſ. Etymol.

Minuere territorium. Cic. 2. Philip. 29.

TERRITORIĀLIS, e. Adj. Aggen. in Frontin. de Limit. Agr. p. 47. Gœſ. Termini territoriales.

TERRAMBŎLA, æ. f. [χερσαῖος κορυδαλλός] Avis alaudæ ſimilis, præterquam quod in capite apicem non habet, ſicut alauda. Dicta quod non in arboribus, ſed in terra verſetur atque nidificet. Perottus.

TERRACINA, V. TARRACINA, & ANXUR.

TERREFACIO, V. TERREO.

TERRENUS, V. ſupra in TERRA.

TERREO, ui, itum, [πτοέω, φοβέω, πτοέω, Gl. L. G. & G. L.] ēre. Terrorem, i. e. timorem magnum & ſubitum alicui incutere. Virg. 1. Georg. 156.

Et ſonitu terrebis aves.

Nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. Cic. 2. Fam. 16.

Animos terrere peſtilentia & terræmotibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 14.

Animos terret horror. Virg. 2. Æn. 755.

Aliquem denuntiatione periculi terrere. Cic. pro Planc. 87.

Cæde incendiiſque terret. Cic. de Aruſp. Reſp. 6.

Equi terrentur ſolliciti. Ovid. 6. Faſt. 741.

Hoſtes terrere formidine. Ovid. 4. Met. 801.

Minaciter terrere. V. poſt MINÆ.

Nobile terrent mentem. Ovid. 1. Met. 357.

Orbem terruit tonitru. Ovid. 14. Met 817.

Terrere vultu. Hor. 1. Serm. 7. 44. i. e. Torvitate vultus.

Hoſte vicino terreor. Ovid. 4. de Pont. 9. 82.

TERREO, ēre. forma tertiæ decl. Occurrit in Gloſſ. Græcolat. ut Synonymum & Terreo.

TERRĬTUS, a, um. [φοβηθείς] Partic. ut, Territus animi, Animo conturbatus. Liv. 5. 34. Ovid. 2. Met. 492.

Venatrixque metu venantum territa fugit.

Virgo territa inopino viſu. Ovid 4. Met. 232.

TERRĬTIO, ōnis. f. Ulp. Dig. lib. 47. t. 10. l. 15. §. 41. Territio levis.

TERRITUS, ûs. m. [πτόησις] Gloſſ. Græcolat. Idem.

TERRĬBĬLIS, e. Adj. [φοβερός, Gl. G. L. [illegible], L. G.] Virg. 6. Æn. 277.

Terribiles viſu formæ. Ibid. 299.

Terribili ſqualore Charon. [An in Gloſſ. [illegible] legendum?

Affatu terribilis. Stat. 3. Silv. 3. 72.

Aſpectu terribilis. Cic. pro Sext. 19. Alter, ô dii boni! quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aſpectu.

Formæ terribiles viſu. Virg 6. Æn. 277.

Anguis terribilis. Ovid. 3. Amor. 6. 14.

Caligo terribilis. Lucret. lib. 6. 852.

Ira terribilis. Virg. 12. Æn. 947.

Mors terribilis eſt iis, quorum cum vita omnia extinguuntur. Cic. in Parad. 2.

Sonitus terribilis. Virg. 9. Æn. 503.

Tubæ terribiles. Ovid. 15. Met. 784.

Tumultu terribili tremit Africa. Cic. in Orat. 93. Ex Ennio.

Compar. Liv. 4. 26. Alia aliis terribiliora afferebantur. Vellej. 2. 49. 4. Hæc terribiliora ducit.

TERRIBILITER, Adv. Arnob. & Auguſt.

TERRĬCŬLUM, i. n. [μορμολύκειον] Quod injicit terrorem. Liv. 5. 9. Gauderentque Patres, ſine Tribunitiæ poteſtatis terriculis, inventam eſſe aliam vim majorem ad coercendos Magiſtratus. Accius apud Non. 3. 244. Ubi non terricula cita ſunt.

TERRICŬLA, æ. f. Idem. Minuc. Fel. 37. 4. Omnes ſuppliciorum terriculas illudunt. Senec. de Remediis fortuitorum, Si fortuna, aut aliquis tibi pelam minetur, omnes ejus terriculas delude. conf. TERRICLÆ, in TERRA, quod alio pertinere videtur.

TERRICULĀMENTUM, i. n. Idem. Apul. de Deo Socr. Inane terriculamentum bonis hominibus.

TERROR, ōris. m. [ἔκπληξις, φόβος, φοβερισμός, πτόησις, Gl. L. G.] Timoris & metus incuſſio. Cic. 4. Tuſc. 19. Quæ autem ſubjecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiam, metum conſequentis laboris: terrorem, metum concutientem. Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Servius autem Terrorem & Metum ſic diſtinguit, ut Terror proprie ſit qui aliis infertur: inde & Terribilis. Metus, quem habent timentes: unde Meticuloſus.

Expers terroris. Catul. Argon. 65. 337.

Liber terrore animus. V. LIBER.

Amens terror. Claud. 1. in Ruff. 357.

Implacabilis terror. V. IMPLACABILIS.

Latius terror. Tacit. 4. Hiſt. 33.

Multiplex terror. V. MULTUS.

Mutuus terror. V. MUTUUM.

Repens terror. V. REPENS, Adj.

Sævus.

Sævus. Sil. lib. 15. 113.
Severus. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 92.
Vagus. Sil. lib. 17. 587.
Impletur terrore vago cuncta Africa, &c.
Vanus. Senec. Hippol. 1.
Afferre terrorem, Recenſere terrores, qui ab aliis fiunt. Cic. 6. Att. 8. Batonius autem miros terrores ad me attulit Cæſarianos.
Augere terrorem. V. AUGEO.
Cepit regem terror. V. CAPIO.
Ciere magnos terrores. Senec. Œdip. 4.
Concitatus terrore & metu. V. CONCITO.
Demoveri terrore, aut minis. Tacit. 4. Hiſt. 58.
Diſcutere animi terrorem. Lucret. lib. 1. 147.
Diſcuſſis terroribus redire ad ſe. Lucret. lib. 4. 994.
Exanimatus terrore. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Facere terrorem latiorem. Tacit. 4. Hiſt. 33.
Habet mentem terror, pro Metu. Virg. 11. Æn. 357.
Quod ſi tantus habet mentes & pectora terror.
Jacere atque denuntiare terrores. V. JACIO.
Impulſus ſtat terror ſomnis. Senec. Herc. Œth. 6.
Incidit terror exercitui. V. INCIDO.
Incutere terrorem hoſtibus. Liv. 3. 4.
Inferre terrorem. V. INFERO.
Injicere terrorem. Cic. 5. de Fin. 31. Qui ſibi injecto terrore mortis horreſcunt.
Invaſit terror. V. INVADO.
Occultare cauſam terroris. Cic. 3. Verr. 80.
Offerre terrorem. Cæſ. 1. Bell. Civil. 76.
Pallentes terrore puellæ. Ovid. 3. de Arte Am. 487.
Paventes equi terrore. Ovid. 2. Met. 398.
Repleta trepido terrore terra. Lucret. lib. 5. 41.
Repulit armis, viris, terrore, periculoque mortis. Cic. pro Cæcin. 33.
Rigebant comæ gelido terrore. Ovid. 3. Met. 100.
Terrori eſſe, Terrere, terrorem incutere. Liv. 24. 28.
Terrore coactos juravit. Cic. 3. Off. 110.

TERRITO, [πτοῶ, Gl. G. L.] āre. frequent. Ter. And. 4. 4. 22.
Di te eradicent, ita me miſeram territas.
Territare & Placare, contraria. Auctor ad Heren. lib. 4. 29.
Metu territare. Cæſ. 5. Bell. Gall. 6.
Minis territare. Liv. 8. 28. pr.
Morte. Plaut. Bacch. 4. 8. 44.
Verbis. Idem Moſt. 3. 1. 76.
Urbes territat. Virg. 4. Æn. 187.

TERRIFICUS, a, um. Adj. [φοβερός, Gl. G. L.] Quod terrorem facit. Virg. 5. Æn. 524.
Seraque terrifici cecinerunt omina vates.
Cæſaries terrifica. Ovid. 1. Met. 179.
Criſta terrifica. Lucret. lib. 2. 636.
Terrificas capitum quatientes numine criſtas.
Fulgor terrificus. Virg. 8. Æn. 431.
Mugitus terrifici. Virg. 12. Æn. 104.
Nimbi terrifici. Lucan. ad Piſon. 136.
Nox terrifica. Valer. 5. Argon. 398.
Stridores terrifici. Sil. lib. 5. 188.
Sonitus. Lucret. lib. 6. 387.
Ululatus. Claud. in Ruf. 131.

TERREFACIO, fec. c. [δειματόω] ĕre. Terrorem afferre. Vox nullius fere auctoritatis. Solum in Onomaſt. vet. [illegible] vertitur Terrefacio Sed compoſitum ejus Perterrefacio eſt verbum receptum. V. in ſuo loco.

TERREFIO, Paſſ. [πτύρομαι, Gl. G. L.]

TERRIFICO, [δειματόω] āre. Idem. Virg. 4. Æn. 210.
— cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos.
Mentes terrificare. Lucret. lib. 1. 133.
Et quæ res nobis vigilantibus obvia mentes,
Terrificet morbo affectis, &c.
Mundum. Sil. lib. 17. 475.
— fulminibus permiſta tonitrua mundum
Terrificant.

TERRIFICĀTIO, ōnis. f. Non. 2. 513. Larvæ nocturnæ & terrificationes imaginum & beſtiarum.

TERRILŎQUUS, a, um. [δειματολόγος] Adj. poeticum, ex Terreo & Loquor compoſitum; quaſi Loquens terrentia, & terrorem afferentia Lucret. lib. 1. 102.
Tutemet a nobis jam quovis tempore, vatum
Terriloquis victus dictis deſciſcere quæres

TERRISŎNUS, a, um. [δειμαφωνος] aliud Adj. Claud. de Laud. Stil. 109.
Nec te terriſonus ſtridor venientis Alani.

TERTIA, TERTIANUS, TERTIARIUS, TERTIO, are. & TERTIUS. V. TER, in TERS.

TERTULLA, V. TERTIA, mulieris nomen, ibidem.

TERTULLIĀNUS, i. m. Q. Sept. Florens Tertullianus, Carthagine paulo ante medium ſecundi a Chriſto ſeculi natus, Chriſtianam religionem circa Ann. CLXXXV, amplexus fuit. Presbyter Eccleſiæ Carthaginenſis factus Ann. circiter CXCIX, fidei Chriſtianæ cauſam, & eccleſiæ doctrinam ſimul ac diſciplinam ingenti zelo tutatus eſt. Obiit decrepita ætate, & (ut conjiciunt eruditi) circa Ann CCXX Proferam de Tertulliano unum & alterum e veteribus teſtimonium. Hieron. de Script. cap. 53. Vir erat acris & vehementis ingenii. Vincent. Lirin. in Commonit. cap. 24. Sicut Origenes apud Græcos, ſic Tertullianus apud Latinos noſtrorum omnium facile princeps judicandus eſt. Quid enim hoc viro doctius: quid in divinis atque humanis rebus exercitatius? Nempe omnem Philoſophiam, & cunctas Philoſophorum ſectas, auctores, aſſertoreſque ſectarum, omneſque eorum diſciplinas, omnem hiſtoriarum ac ſtudiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus eſt. Ingenio vero nonne tam gravi ac vehementi excelluit, ut ſibi nihil pæne ad expugnandum propoſuerit, quod non aut acumine eruperit, aut pondere eliſerit? Jam porro orationis ſuæ laudes quis exſequi valeat, quæ tanta neſcio qua rationum varietate conſerta eſt, ut ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat; cujus quot pæne verba, tot ſententiæ ſunt. V. Cavei Hiſt. Litter.

TERTUS, a, um. Adjectivum priſcis pro Terſus. Varro, Atrei terta nitet galea. Idem, Cato, vel de Liber. educ. Alii ſunt circumtonſi, & terti, atque unctuli, ut mangonis eſſe videantur ſervi. Ex Nonio, 2. 847.

TERUNCIUS, V. TER, in TERS.

T E S

TESCA, TESCUA, vel TESQUA, orum. n. pl. [τραχύτοποι, καὶ ῥάχεις, καὶ ἔρημοι τόποι, Gl. L. G.] Loca ſunt inculta & aſpera.
Deſerta & inhoſpita teſqua. Hor. 1. Epiſt. 14. 19. Loca deſerta & difficilia (ait Acron) lingua Sabinorum ſic dicuntur, deſerta & repleta ſentibus ſic nominantur. [In Gloſſ. τραχεῖς, ſcribendum puto. Ceterum Verrius & Opilius Loca augurio deſignata exponunt, apud Feſtum, q. V.
Nemoroſa teſqua. Lucan. lib. 6. 41.

TESSARACOSTON, [τεσσαρακοστόν] Tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem poſt partum, quibus mulieres a ſacris arcebantur: propterea quod id fere temporis, tam ipſæ, quam earum fetus, plurimis infeſtentur incommodis. Quo dierum numero exacto feſtum celebrabant, quod & ipſum teſſeracoſton appellabant. V. Cenſorinum de Die natali cap. 11. conf. Lindenbr. not. & Rhodiginum lib. 26. cap. 21.

TESSARADECAS, ădis. f. [τεσσαραδεκάς] Quater dena dicitur: a Teſſara, quatuor; & Decas, decem.

TESSĔRA, æ. f. [κύβος, Gl. L. G. βόλοι, pl. G. L.] Cubus ſive ſolidum quadratum.
Teſſeræ, Quibus in tabula luſoria luditur. Sunt enim quadratæ, & quibuſdam punctis notatæ, quæ quum jaciuntur, in quamcunque partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem. A τέσσαρα, id eſt quatuor. Cic. de Senect. 58. Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. Martial. lib. 14. 17. V. TALUS.
Jacere talos, teſſeras. Cic. 2. de Divin. 85. Quid enim eſt ſors? Idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet. Ovid. 3. de Arte Am. 354. — talorum dicere jactus
Ut ſciat, & vires, teſſera miſſa, tuas.
Teſſera, [σύμβολον, σύνθημα, σύμβολον στρατιωτικόν, [illegible], [illegible], Gl. L. G.] Symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, ſcilicet propter confuſionem: ut fuit in exercitu Marii, Lar deus: in Sullæ, Apollo Delphicus: in Cæſaris, Venus Genitrix. Hæc Servius in illud Virg. 7. Æn. 637.
— it bello teſſera ſignum. Sil. lib. 15. 478.
— tacitum dat teſſera ſignum.
Teſſera, ut Veget. lib. 2. cap 7. ſcribit, dicitur & Præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum movetur exercitus. [V. Liv. 26 46. pr. & paſſim.
Teſſera, olim Fruſtillum erat ligneum quadratum, certa inſignitum & notatum forma, quæ dabatur iis, quibus jus petendi erat frumenti publici. Teſſeram enim a verbo Græco τέσσαρα dictam eſſe puto. Scribit Plinius 16. 19. extr. Liguſtra teſſeris utiliſſima. Lignum enim eorum molle & tractabile eis accommodatum erat. Polybius 6. 33. de teſſera militari ſcribens, πλατεῖον appellat, quod taleola eſſet, vel tabella lata inſcripta: ſed & ξυλήφιον ab eodem vocari videtur. Itaque quanquam mutata forma & interpolata multis fortaſſe modis, nomen tamen retinebat: ſed & ne verbo tandem figura ſenum laterum cenſeri cœpit, quæ cubus dicitur. Quin & teſſeras quas ſpargebant Imperatores, σφαιρία, id eſt globulos vel pilulas, Dion appellat: uſque adeo a prima figura receſſerant. Idem denique interdum σύμβολα vocat, quod ſigna quædam impreſſa ad aliquarum rerum ſignificationem haberent. Ulp. tit. de judic. Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit, &c. quod ſic eſt interpretandum, Certus erat Romæ hominum numerus, quibus frumentum dabatur de publico, ut e Tranquillo intelligi poteſt in vita Julii cap. 41. ex iis autem, quibus frumentariæ teſſeræ erant, aliqui eas vendebant. Hæc Turnebus.
Teſſera, Pomponius de Origine Juris. l. 2. Q. Fabius qui miſſus ad Carthaginienſes legatus, quum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato utram vellet deferre, utramque ſuſtulit, & ait Carthaginienſes petere debere utram mallent accipere.
Teſſeræ Cœnatiæ, Frumentariæ, Nummariæ, Oleariæ, Vide in CONGIARIUS H. St.
Teſſeræ frumentariæ, Signa erant frumentaria, quibus exhibitis, frumentum a principe dabatur Populo Rom. Ex quo factum eſt, ut Teſſera pro Jure percipiendi frumenti ponatur. Suet. in Auguſt cap 40. Ac ne plebs frumentationum cauſſa frequentius a negotiis avocaretur, in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinavit. Juven. 7. Sat. 147.
Summula ne pereat qua vilis teſſera venit
Frumenti. Ex Budæo.
Teſſeræ nummariæ etiam dicuntur, Quibus exhibitis, ſumma nummûm præſcripta repenſari ſolet. Suet. in Auguſt cap 41. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leviſſimo, interdum nullo pretio admenſus eſt, teſſeraſque nummarias duplicavit.
Teſſera, Lignum utrinque complanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod & Talea dicitur. Plaut. Suam uterque teſſeram habet, ratio conſtat. [Videtur ex ſpuriis Plautinis. De forma teſſeræ V. ſupra.
Teſſera hoſpitalis. Fuit antiqui moris teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam; quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuo agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi, tanquam amicus & vetus hoſpes. Hoc autem jus neceſſitudinis ad poſteros tranſibat: propterea teſſeram hoſpitalem diligenter obſervabant. Plaut. Pœn. 5. 2. 87.
Ego ſum ipſus, quem tu quæris. P. hem quid audio?
A. Antidamæ gnatum me eſſe. P. ſi ita eſt, jam teſſeram
Confer ſi vis hoſpitalem: eccam attuli.
A. Agedum, huc oſtende, eſt par probe: nam habeo domi. conf. ſeq. Ibid. 5. 1. 25.
Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero. Budæus.
Teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur, Qui jus hoſpitii violarat: hoc eſt, ut ait Eraſmus, qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſerat. Plaut. Ciſt. 2. 1. 27.
Hic apud nos jam, Alceſimarche, confregiſti teſſeram.
De his, & aliis teſſerarum generibus V. plura in ſeq. & in Lex. Philſ.

TESSERARIUS, a, um. Adj. Ammian. 14. 6. Artem teſſerariam profiteri.

TESSERARIUS, i. m. [[illegible], Gl. G. L.] Qui teſſeram nunciat per contubernia militum, aut Prætorianorum. Tacit. 1. Hiſt. 25. A quo Barbium Proculum teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium optionem eorundem perductos. Teſſerarios videtur Plutarchus διαγγέλους interpretari. Turnebus. In editis Teſſeranum legitur ſed mendoſe.

Teſſerarium peculiarem ſingulas centurias habuiſſe ab Inſcriptionibus veteribus liquet. Gruter. p. 550. n. 2. TESSERARIVS IN LEG. III. ITAL. COH. XI. PR. Et p. 753. n. 4. PER OFFICIVM TESSERARIORVM. [Sic & in ſuperiore loco Tac. Videtur eſſe ſcriba teſſerarum.

Teſſerarii, Ludentes teſſeris. Ammian. 28. 4. Aleatorum vocabulum declinantes, ideoque ſe cupientes appellari teſſerarios.

TESSERULA, æ. f. [[illegible]] dimin. Varr. 3. de R. R. cap. 5. extr. Narrat ad tabulam, quum diriberent, quendam deprehenſum teſſerulas conjicientem in loculum, eum ad Conſulem tractum a fautoribus competitorum.

Teſſerula, ſive teſſera, Lignum utrinque complanatum, in quo numeri deſcribuntur, vel inciſuris notantur, quod & Tales dicitur. Plin. Frumenti rationem teſſerulis oſtendebat. Perſ. 5. Sat. 74.

— ſcabioſum teſſerula far
Poſſidet.

Teſſerulæ, Quadrati lapilli ad conficienda, ſternendaque pavimenta compoſiti. Cic. 3. de Orat. 169.

Quam lepide lexes compoſtæ, ut teſſerulæ, omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato. Ex Lucilio.

TESSELLA, æ. f. pl. TESSELLÆ, [βῶλος ἢ ψῆφος, Gl. L. G.] Aliud dimin. a Teſſera. Plin. lib. 37. cap. 10. Androdamas argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, & ſemper teſſellis ſimilis. Plin. lib. 27. cap. 16. Sen. Nat. Quæſt. 6. 31.

TESSELLO, āre. [ψηφολογῶ, Gl. G. L. ψηφοθετῶ, L. G.] Teſſellatum facere.

TESSELLĀTUS, a, um. Partic. Quod teſſellis, id eſt quadratis lapillis intextum eſt, a teſſeris, quarum forma quadrata eſt. Unde

Teſſellatum pavimentum, [ψηφολογία, Gl. G. L.] Sueton. de Cæſ. cap. 46. Munditiarum, lautitiarumque ſtudioſiſſimum multi prodiderunt: quamvis tenuem adhuc & obæratum, in expeditionibus teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe. Vitruvius lib. 7. cap. 1. ſcribit pavimenta ſectilia, & teſſeris ſtructa, omnes angulos æquales habere debere: & ſectilia dicuntur, quoniam in particulas ſecta ſunt, et quocunque velis, poſſint circumferri.

Erant & Teſſellatæ quædam veſtes, teſſeris quibuſdam diſtinctæ; unde Palliorum teſſeras dicit Plin. lib. 35. cap. 9. Hermolaus.

TESSELLATUM, i. n. [ψηφοθέτημα, Gl. L. G.] Abſolute, ſubaudito vel Pavimentum. In Gloſſ. Græcolat. ψήφωσις, Pavimentum, omiſſo viciſſim epitheto.

TESSELLATIM, Adv. Inſtar teſſellarum. Apic. 4. 3. Teſſellatim concidere.

TESSELLĀRIUS, i. m. & TESSELLATOR, ōris. m. Qui teſſellas ponit. [ψηφοθέτης] Gloſſ. Gr. Lat. Et in Theod. Cod. 13. 4. Tuſores, teſſellarii.

TESTA, æ. f. [ὄστρακον, Gl. L. G. & G. L.] Vas, vel quodvis aliud fictile ex argilla coctum, figlinum igne coctum, quaſi toſta: quod e molli creta fabrefacta torreatur, deinde coquatur. Tibul. lib. 1. 10. 50.

Funderet ut nato teſta paterna merum. Plin. lib. 36. 23. Si & teſtæ toſæ tertia pars addatur, melior materia erit.

Teſta, Vas fictile. Hor. 1. Epiſt. 2. 69.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu. Auctor ad Herenn. lib. 4. 9. Si Prometheus, cum mortalibus, ignem dividere vellet, ipſe a vicinis, cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret.

Alta teſta paretur. Juven. 4. Sat. 131.
Apta mero teſta. Ovid. 2. Triſt. 490.
Curta teſta. Ovid. 2. Faſt. 645.
Pia teſta. Hor. 3. Carm. 21. 4.
Samiæ teſtæ. V. SAMUS.
Teſta, Later coctus. V. Lateres ducere, in LATER.
Teſta, pro Lucerna teſtacea. Virg. 1. Georg. 391.

— teſta quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos. Ubi Servius; Teſta quum ardente, propter vilitatem, noluit dicere Lucernam: ſed nec Lychnum, quemadmodum in Heroico carmine, Dependent lychni, dixit. Medius enim in his ſtilus eſt libris. [Nemo quod ſua teſte ei utitur.

Teſtæ, pro Calculis, quos Græci Oſtraca vocant. V. TESTULA.
Teſta ovi vel limacis. Plaut. Pœn. 5. 3. 49.
Nativæ teſtæ. V. NASCOR.
Lubrica teſta, Glacies. Ovid. 3. Triſt. 10. 38.
Teſtæ intelliguntur omnes Piſces, qui duriori cortice teguntur. Hor. 2. Serm. 4. 31.

Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

Teſta, Fragmentum oſſis. Celſ. lib. 7. cap. 12. Protinus autem ubi plus ſanguinis profluit, ſcire aliquid ex oſſe fractum eſſe. Ergo ſpecillo conquirenda eſt teſta, quæ receſſit, & volſella protrahenda eſt. Si non ſequitur, incidi gingiva debet, donec labans oſſis teſta recipiatur.

Teſta etiam Celerrimum naviculæ genus ſignificat. Cic. 16. Att. 4. Tamen arbitror eſſe commodius tarde navigare, quam omnino non navigare: etſi, quæ proceſſerimus, exploratiora videbuntur, & teſtis utemur. Sic enim legit & interpretatur Paulus Manutius. Juven. 15. Sat. 128.

Hac ſævit rabie imbelle & inutile vulgus:
Parvula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,
Et brevibus pictæ remis incumbere teſtæ. De Ægyptiis loquitur.

Dicitur & Teſtu, quod infra ſuo ordine V.

TESTŬLA, æ. f. dimin. [ὀστράκιον] Columel. lib. 11. cap. 3. Tum teſtulæ, vel conchæ, quaſi ſedes in ſingulis ſubjectæ ſeminibus adobruuntur, ut fiant capita laxioris incrementi. De capitatis porris.

Teſtulæ in ſitellam conjectæ. Liv. 25. 3. [conſ. Nepot. in A. & 3. 8.

TESTĀCEUS, a, um. Adj. [ὀστράκινος] Quod e teſta fit, Fictile. ut, Teſtaceum operimentum. Plin. lib. 11. cap. 37.

Opus teſtaceum. Plin. 10. Epiſt. 46. ad Trajanum de æquæductu Nicomedenſium; Aliqua pars, ut mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit.

Teſtacea pira, quæ etiam Signina dicebantur. Plin. lib. 15. cap. 15.

TESTATIM, Adv. Minutim. Pompon. Verr. ægroto, Jam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi. Nonius, 2. 842. [i. e. Teſtæ inſtar.

TESTEUS, a, um. Adj. Idem, quod Teſtaceus. Macrob. 7. Saturn. 16. Ova teſtea.

TESTAMENTUM, V. Teſtor, in TESTIS.

TESTICULATUS, TESTICULOR, TESTICULUS, V. poſt TESTIS & derivata.

TESTIS, is. c. [μάρτυς, Gl. L. G. & G. L.] Qui vel quæ, teſtimonium profert. Ab eo dictus quod tueatur ſtatum cauſæ: vel quod ante ſtet, quaſi anteſtis, id eſt anteſtans. Et proprie quidem de his dicitur, qui in judiciis publicis ad rem quampiam confirmandam jurati producuntur.

Acerrimi teſtes. V. ACER Adjectivum.
Claſſici teſtes qui dicerentur, V. in CLASSIS.
Cupidus teſtis, Iratus, conjuratus, ab religione alienus. Cic. pro Font. 11. conf. A. [Is eſt qui ſtudium condemnandi rei palam præ ſe fert, ut qui ultro ad teſtimonium dicendum, non citatus, accedit.
* Diobolares teſtes. Feſtus. [Niſi error.
Falſus teſtis. Juven. 14. Sat. 218. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Fictus teſtis. Cic. pro Cæcin. 71. conf. Uti teſtibus.
Gravis & Levis teſtis, contraria. Cic. pro Quint. 75.
Humiles teſtes. Quintil lib. 5. cap. 7.
Idoneus teſtis. Cic. pro Font.
Incorruptus atque integer teſtis. Cic. 1. de Finib. 71.
Ingens teſtis factus inimici. V. INGENS.
Locuples teſtis. V. Locuples, in LOCUS.
Locupletiſſimus & certiſſimus teſtis. Cic. 5. Verr. 136.
Mercenarii teſtes. V. MERCES.
Oculatus teſtis. V. OCULUS.
Potentes teſtes. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Religioſus teſtis, h. e. Fidelis, qui nihil, præter ea, quæ vidit aut audivit, refert. Cic. in Vatin. 1. [Sic dicitur ob juris jurandi religionem, quam juratus obſervat. V. RELIGIO.
Voluntarius teſtis. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Abducere e teſtibus. V. ABDUCO.
Accommodare teſtes ad rem aliquam. V. ACCOMMODO.
Adhibere teſtes. V. ADHIBEO.
Agere teſtibus, Vide AGO. H. St.
Cædere teſtibus. V. CÆDO.
Citare teſtes in rem aliquam. Cic. 4. Verr. 146. Primum igitur in hanc rem totam Siciliam citabo: quæ mihi una voce ſtatuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam eſſe demonſtrat.
Comperire teſtibus. V. COMPERIO.
Conducti vendunt perjuria teſtes. Ovid. 1. Amor. 10. 37.
Conſtituere teſtes vel teſtem. V. CONSTITUO.
Dare teſtes. Cic. 6. Verr. 48.
Editis teſtibus; i. e. Productis. Liv. 3. 71.
Facere planum teſtibus. Cic. pro Quint. 36. Id teſtibus me pollicitus ſum planum facturum, qui & ſcire deberent, & cauſam cur mentirentur, non haberent.
Habere teſtem Deum. Cic. 3. Off. 43. Al. Adhibere rectius.
Jacere teſtibus. V. JACEO.
Imponere teſtem. V. IMPONO.
Infirmare teſtes. V. INFIRMUS.
Producere teſtes. Quintil. lib. 5. cap. 7. Cic. 3. Verr. 13.
Proferre teſtes. Cic. pro Corn. Balb.
Recitare ſuum codicem loco teſtis. Cic. pro Roſc. Com. 35.
Subornare teſtes. Cic. pro Roſc. Com. 52.
Vacillat teſtis. V. VACILLO.
Uti teſtibus. Cic. 2. de Divin. 27. Hoc ego philoſophi non arbitror, teſtibus uti, qui aut caſu veri, aut malitia falſi fictique eſſe poſſunt.
Teſtis, pro Arbitro, Conſcio, quicunque rei geſtæ intereſt, vel interfuit.
Teſtibus præſentibus aliquid facere: cui contrarium, Clam & furtim. Plaut. Curc. 1. 1. 31.
Sine teſte dolere. Martial. lib. 1. 37.

Non luget, quiſquis laudari, Gellia, quærit;
Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet. Se ipſum exponit Martialis, quum dicit, Quiſquis laudari quærit. Eſt enim Teſtibus hominibus dolere, Velle videri dolere.

Abeſt teſtis ſomno. Ovid. 9. Met. 480.
Dat me teſtem Fors. Ovid. 1. Amor. 8. 21.

Fors me ſermoni teſtem dedit. I. e. Forte fortuna interveni illorum ſermonibus, & audivi loquentes.

Teſte Herodoto, Quemadmodum refert Herodotus. Plin. lib. 12. cap. 17.
Excitare teſtes ex monumentis annalium. Cic. 2. de Finib. 67.
Teſtis & conſcius alicujus rei. Cic. pro Font. 6.
Teſtis officii, vel rerum geſtarum. Cic. 1. Fam. 7. Præterea quidem de Conſularibus nemini poſſum, aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. Idem Poſt redit. ad Quirites, Sed etiam rerum mearum geſtarum auctores, teſtes, laudatores, fuerunt.
De re aliqua teſtis alicui. Cic. de Provinc. Conſ. 43. Cn. Pompejus, idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea.
Teſtis in aliquam rem. Cic. 3. Verr. 36. Non ſuſpicabatur id quod nunc ſentiet, ſatis multos, ex illa calamitate Ariminenſium, teſtes nobis in hanc rem reliquos eſſe.
Comicus teſtis. Cic. 2. Fam. 13. Mea vero officia ei non defuiſſe, tute es teſtis: quoniam κωμικὸς μάρτυς (ut opinor) accidit Phania. Eraſmus in proverbio Domeſticus teſtis, locum hunc corruptum eſſe cenſet, corrigitque οἰκεῖος μάρτυς, vel οἴκοθεν μάρτυς, id eſt domeſticus teſtis; dicique putat, ubi quis ipſe ſeſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, non aliunde adductum. Rhodiginus lib. 6. cap. 17. Phaniam, inquit, hunc Ciceronianum non alium accipio, quam Appii (de quo ibi intelligit Orator) libertum, ſicuti comprobant Ciceronis verba epiſtolæ primæ tertii libri; quem hic Comicum teſtem dicit, non quia vetus comœdia Phaniam habeat, veluti fidei inviolatæ numen ſanctum, id enim procul dubio commentum eſt vaniſſimum, ſed quod libertus is ingenio eſſet lætiore facetoſoque, minime ſubdolo aut invido, & proinde jucundo admodum & amœno. Victorius ex Suida legit κωμικὸς μάρτυς, putatque de his proferri ſolitum, qui aliquod mendacium ficto aliquo teſte confirmare volebant. Corradus hunc locum ſic exponit: Tute es teſtis firmus,

firmus, & perpetuus. Comicus, fictus, vel repentinus, & ultro citroque currens: qualis in comœdiis inducuntur. Unde etiam dixit, accidit. Vitus Amerpachius ſic: Per teſtem comicum, Phaniam Appii libertum intelligit, & incertum, aut ſimulatum, ſicut in comœdiis omnia finguntur. Rhodigini quoque ſententia non placet in eo, quod refert hanc teſtis appellationem ad amœnitatem & facetias comicas: ut & Melanchthonis, accommodantis cum Eraſmo eam ad certitudinem, ut hominis domeſtici. Nam ita præferret hujus teſtimonium teſtimonio Cœlii Cicero: & inepte accidit, aut etiam accedit, ut Rhodiginus legit, hic de illo dixiſſet. Hæc Vitus. Victorius variarum lectionum lib. 8 cap. 10. Videndum accurate eſt, an comicus teſtis dicatur, qualis in comœdiis inducitur, id eſt ſubitus atque opportunus. Tales enim illic inducuntur, ut quum res poſtulat alicujus teſtimonium, repente ipſe appareat, præſtoque ſit tempori illi. Eadem quoque ratione videntur ſervi comici vocati a Plauto in Capt. 4. 1. 11. quum Ergaſilum paraſitum ita induxit loquentem;

Nunc certa res eſt: eodem pacto ut comici ſervi ſolent,
Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut audiat.

[Occidit ſcribendum. V. Cronov. Obſerv. Eccleſ. cap. 2. Ceterum poſſet etiam κωμικός, vel potius κωμαστής legi, i. e. Socius feſtis.

Optimus teſtis. Cic. 5. Fam. 5. Pro tis rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis.

Vivus & præſens teſtis. Cic. 2. de Orat. 9.

Citetorque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. Cic. 1. Off 75.

Colligere teſtes ſtultitiæ ſuæ quamplurimos domeſtico præconio. Cic. 2. de Orat. 86. V. COLLIGO.

Conſtituere aliquem teſtem & ſpectatorem aliquarum rerum. Cic. 1. de Orat. 110.

Teſtis, m. a quo Teſticulus, [ὄρχις, Gl. G. L.] eſt ſic dictus, quod virilitatis teſtis ſit. Pl. Teſtes, [Δίδυμοι, Gl. L. C.] Plin. lib. 10. cap. 49. Teſtes pecori armentoque ad crura decidunt.

TESTIMŌNIUM, i. n. [μαρτύριον καὶ μαρτυρία, Gl. L. G.] Teſtis ipſa declaratio.

Teſtimoniorum modus eſt duplex, Manifeſtus & Cæcus. Manifeſtus eſt, qui certos teſtes habet, & præſentes: Cæcus, in quo multitudinem aut civitatem dicimus ſcire. Donatus in Andr. 5. 4. 28.

Ampliſſimum teſtimonium. Plin. 7. 30.

Divina teſtimonia. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Publicum teſtimonium. Quintil. lib. 5. cap. 3.

Accipere publicum teſtimonium. V. ACCIPIO.

Afferre teſtimonium. V. AFFERO.

Capere teſtimonium, Facere conjecturam, vel habere exiſtimationem. Cic. 5. Fam. 12. De tuo autem filio vereor, ne ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum ejus virtuti videar teſtimonium non cepiſſe.

Confirmare aliquid teſtimoniis. Quintil. lib. 1, cap. 8.

Denuntiare teſtimonium. V. DENUNTIO.

Dicere falſum teſtimonium. Cic. 4. Acad. 11. Non tu verum teſtem habere, ſed eum non ſine cauſa falſum teſtimonium dicere oſtenderis.

Dicere teſtimonium de ambitu. Cic. pro Planc. 55. Idem pro Sull. 83. Qui teſtimonium de conjuratione dixi in alios. V. DICO.

Dicere teſtimonium in aliquem. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Dicere teſtimonium contra aliquem. Cic. 3. Verr. 94. & 3. de Nat. Deor. 83. Harpalum, qui temporibus illis prædo felix habebatur, contra deos teſtimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret.

Dicere pro teſtimonio. Cic. 1. Att. 13. Neque dixi quicquam pro teſtimonio, niſi quod erat ita notum atque teſtatum. V. præpoſitionem PRO.

Dare teſtimonium, Fidem facere. Cic. pro Roſc. Com. 17. Dabit enim nobis jam tacite vita acta in alterutram partem firmum & grave teſtimonium.

Dare teſtimonium per tabulas. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Dare teſtimonium judicii, pro Judicium facere de altero. Cic. 13. Fam. 27. Teſtimonium meum de eo judicii, quod & ipſe magni æſtimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi.

Elevare teſtimonia. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Eſſe teſtimonio. Cic. 8. Att. 19. Cui rei teſtimonio ſunt litteræ, quas Buſſenius ad me miſit.

Habere teſtimonium alicujus rei. Cic. 10. Fam. 9. Et pro Roſc. Com. 36. Alia certiora & clariora teſtimonia in cauſa haberem.

Perhibeo teſtimonium, Μαρτυρῶ, Gloſſ. Græcolat.

Perhibere teſtimonium alicujus rei. Columel. lib. 3. cap. 9.

Reddere teſtimonium, pro Perhibere & dicere. Quintil. lib. 11. cap. 1.

Tribuere teſtimonium virtutis alicujus. Cic. 5. Philipp. 50.

Nomine deorum ſancta teſtimoniorum fides. Cic. pro Font. 30. Ille Juppiter, cujus nomine majores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt.

TESTIMONIĀLIS, e. Adj. ut, Litteræ teſtimoniales; ſcil. Quibus milites completis ſtipendiis dimiſſi fuerunt. Veget. de Re mil. 2. 3.

Comparatio teſtimonialis. Tertull. adv. Pſych. cap. 16.

TESTO, āre. Active pro Teſtor apud Priſcian. Unde & Gell. 15. 13. Teſtor inter verba communia numerat.

TESTOR, [μαρτύρομαι, Gl. G. L.] āri. Teſtificari, ſive teſtimonium dare: Fidem facere, manifeſto oſtendere. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Utræque autem crebræ, multæque toto corpore inteſtæ, vim quandam incredibilem artificioſi operis divinique teſtantur. De venis & arteriis.

Teſtata eſt gaudia cantu. Ovid. 8. Met. 420. Ovid. 2. Met. 486.
— ſuos gemitu teſtata dolores.

Ea, quæ accidere, teſtatus antea. Salluſt. in Fragm. cap. 27.

Teſtari Deum, Teſtem invocare. Cic. 1. Q. frat. 2. Sed teſtor omnes deos, me hac una voce a morte eſſe revocatum. Ter. Hec. 3. 5. 26.

Neque culpa hoc eveniſſe diſſidium mea: id teſtor deos.

Teſtor deos deaſque immortales, veſtraſque maxime mentes. Cic. Antequam iret in exil. 28.

Superos teſtatus. Ovid. 2. Met. 304.

Sidera teſtor. Virg. 9. Æn. 429.

Teſtari per. Plaut. Ipſus tota per ſuperos omnes teſtatur. Virg. 9. Æn. 599.
— per ſidera teſtor,
Per ſuperos, atque hoc cæli ſpirabile lumen.

Teſtari deos de re aliqua. Cic. pro Cluent. 194. Preces & nefaria vota cognovimus, quibus illa deos immortales de ſuo ſcelere teſtatur.

Teſtari aliquem, Eum rei alicujus teſtem appellare. Cic. 2. Philipp. 28. Vide ne illa cauſa fuerit appellandi me: quod quum rem geſſiſſet conſimilem rebus iis, quas ipſe geſſeram, me potiſſimum teſtatus eſt, ſe æmulum mearum laudum exſtitiſſe.

Teſtari Deos hominesque. Cic. 7. Philipp. 20. Monebo, prædicabo, denuntiabo, teſtabor ſemper deos homineſque quid ſentiam.

Teſtari, Denuntiare, ac palam dicere: & nunc abſolute, nunc cum Accuſativo junctum legitur. Cic. pro Muren. 78. Ego quod facio, &c. me omnium veſtrûm cauſa facere clamo atque teſtor.

Teſtari, Affirmare. Tranquillus in Claud. 11. extr. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum tranſivit: teſtatus quondam per edictum, tanto impenſius petere ſe, ut natalem patris ſui Druſi celebrarent, quod idem eſſet & avi ſui Antonii. Budæus.

Teſtari, Implorantis more obteſtari. Cic. pro Flacc. Vociferarer, & quantum maxime poſſem, contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores: veſtram etiam conſcientiam implorarem, h. e. Totam rem permitterem eorum teſtimonio & arbitrio. Budæus. [Excitarem, ſubaudi Teſtes. Sic implorarem teſtem, ut Teſtimonium apud Suet. Jul. 17.

Implorare & Teſtari. Cic. pro Sull. 64. Implorarem ſenſus veſtros, uniuſcujuſque indulgentiam in ſuos teſtarer.

Teſtari, Proteſtari. Ulpian. in l. Pro hærede, in princ. D. de acquirenda hæreditate. Ceterum ſi quid pietatis, ſi quid cuſtodiæ cauſa fecit, ſi quid non quaſi hæres egit, ſed quaſi alio jure dominus: apparet, non videri pro hærede geſſiſſe. & ideo ſolent teſtari liberi, qui neceſſarii exſiſtunt, non animo hæredis ſe gerere, quæ gerunt: ſed aut pietatis, aut cuſtodiæ cauſa, aut pro ſuo.

Teſtari, Teſtamentum facere. Liv. 1. 34. Qui cum, ignorans nurum ventrem ferre, immemor, in teſtando, nepotis deceſſiſſet, puero, poſt avi mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. [Quia nimirum Omnibus teſtamentis adhibebantur teſtes.

Voluntatem ſuam teſtari, pro Teſtamentum ſuum facere. Florentinus in l. Divus Trajanus. D. de mili. teſtam. Id privilegium, quod militantibus datum eſt, ut quoquomodo facta ab his teſtamenta rata ſint, ſic intelligi debet, &c. Si ergo miles, de cujus bonis apud te quæritur, convocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt ut declararet quem vellet ſibi hæredem eſſe, &c.

TESTANS, Partic. pro Teſtatore. Ulp. in l. Cum tes. §. ſed ſi id petatur. D. de leg. 1. Niſi alia mens fuerit teſtantis.

Carmina teſtantia mores. Ovid. 2. de Pont. 9. 43.

TESTĀTUS, a, um. [μεμαρτυρημένος] Partic. paſſ. Cic. 6. Verr. Quod quia vidiſti plures ſcire, cogitaſti. ſi ni reddidiſſes, te minus invidiæ habiturum: rem nihilominus teſtatam futuram. i. e. Notam & compertam.

Clara atque teſtata res. Cic. 4. Verr. 187. Ut res quam maxime clara atque teſtata eſſe poſſet, in jus ad Metellum Carpinatium voco, tabulaſque ſocietatis in forum defero.

Abjicere rem teſtatam. Cic. pro Muren. 45.

Amor teſtatus populo. Ovid. 3. Triſt. 6. 5.

Probitas teſtata in omne tempus. Ovid. 3. de Pont. 1. 93.

Clarum, teſtatum pervulgatum. Cic. 4. Verr. 104. Quæ cum ita eſſent, tantane amentia præditus, atque audacia fuiſti, ut in re tam clara, tam teſtata, tam abs te ipſo pervulgata, tabulas publicas corrumpere auderes?

Si teſtata dici videbuntur. Cic. in Partit. 30. i. e. Teſtimoniis firmata. Cic. 2. Verr. 48. poſtremo ego cauſam ſic agam, Judices, ejuſmodi res, ita notas, ita teſtatas, ita magnas, ita manifeſtas proferam, ut nemo a vobis ut iſtum abſolvatis, per gratiam conetur contendere.

Actis populi Rom. teſtatum. Plin. lib. 8. cap. 40.

Religione teſtatum. h. e. Approbatum. Cic. pro Flacc. 26. Nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum.

Redigere in teſtatum. Tabulas de re aliqua conficere. Ulp. in l. 1. D. Uſufruct. quemadm. cav. Recte autem facient hæres & legatarius, qualis res ſit, quum incipit frui legatarius, ſi in teſtatum redegerint: ut inde poſſit apparere, an & quatenus rem pejorem legatarius fecerit.

Relinquere apud aliquem teſtatum, h. e. Rem certam facere, & teſtimoniis comprobare. Cic. 2. Fam. 2. Hanc rationem meam dicam, ut aut te in meam ſententiam adducam, aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim.

A teſtato: cui opponitur Ab inteſtato. V. INTESTATUS, & TESTATO infra.

Teſtatior, Comparativus, Magis certum. Cic. pro Cœl. 64. Nam neceſſe eſt fuiſſe non paucos, ut & comprehendi Licinius facile poſſet, & res multorum oculis eſſet teſtatior.

TESTĀTIO, ōnis f. [μαρτυρία, διαμαρτυρία, δεῖξις, Gl. G. L.] Quintil. lib. 5. cap. 13. Si quid ab adverſario, teſtationibus comprehenſum, &c.

Teſtatio quid ſit apud Jureconſultos atque alios Latine ſcribentes, quæ ſubjiciemus, palam faciunt. Quintil. lib. 5 cap. 7. Sæpe inter ſe collidi ſolent, inde teſtatio, hinc teſtes: locus utrinque. Hæc enim ſe pars jurejurando, ille conſenſu ſignantium tuetur. Paulus in l. Lucius Titius D. De iis qui notantur infamia. Lucius Titius crimen intendit C. Sejo, quaſi injuriam paſſus: atque in eam rem teſtationem apud Præfectum Prætorio recitavit. Præfectus fide non habita teſtationi, nullam injuriam L. Titium paſſum eſſe a C. Sejo pronunciavit. Quæro, an teſtes, quorum teſtimonium reprobatum eſt, quaſi ex falſo teſtimonio inter infames habeantur? Ulpian. in l. Moris eſt § 2. Solet & ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel teſtationes conſignent. Igitur teſtari, nonnunquam eſt, de quocunque negotio tabulas quæ ad probationem valeant, conficere. Hujuſmodi autem teſtationes olim non a perſonis aliquibus publicis, id eſt, tabulariis ſeu tabellionibus, ſed a privatis hominibus ſignabantur. Cic. pro Quint. 25. Tabulæ maxime ſignis hominum nobilium conſignantur. Ibid. 45. Ejus rei conditioniſque tabellas obſignaverunt viri boni complures; res in dubium venire non poteſt. Idem 7. Verr. 101. Iſte in tabellam refert: obſignat ſignis amicorum providens homo, ut contra hoc crimen, ſi quando opus eſſet, hac videlicet teſtificatione uteretur. Quintil. lib. 5. cap. 5. Contra tabulas quoque ſæpe dictum, ſæpe dicendum eſt: quum eas non ſolum refelli, ſed etiam accuſari, ſciamus eſſe uſitatum. Quum ſit autem in his, aut ſcelus ſignatorum, aut ignorantia: tutius ac facilius id, quod ſecundo loco diximus, tractatur, quod ſcilicet pauciores rei ſint. Hæ teſtationes dicuntur etiam Conſignationes.

Quintil.

Quin. lib. 12. c. 8. p. 1079. B. Optimus eſt in dicendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, teſtem populum, paratiſſimas conſignationes, ipſum denique adverſarium quædam non negaturum. Ideoque opus eſt intueri omne litis inſtrumentum, quod videre non eſt ſatis: perlegendum erit. Teſtationes, inquit Turnebus, erant quædam perſcriptiones, & tabulæ teſtificandi gratia factæ & obſignatæ. Quintil. 1. c. 3. p. 1066. B. Itaque eum nec inutilem, ſi ad horam forte conſtiterit, nec in teſtationibus faciendis eſſe imperitum velim. [Eſt & quod vulgo vocant Proceſſum verbalem. Sed & pro ipſo Teſtamento ponit Gloſſogr.

TESTATUS, ûs. m. [[illegible]] Gloſſ. Græcolat. Idem.

TESTĀTOR, ōris. m. [[illegible]] Qui teſtamentum condit. Ulpian. in l. Cum res. in prin. D. de leg. 1. Conſtat, rem ibi eſſe præſtandam ubi relicta; niſi alibi teſtator voluerit. Nam ſi alibi voluit, ibi præſtanda eſt, ubi teſtator voluit.

TESTĀTRIX, īcis. f. Quæ teſtamentum condit. Paulus in l. Titia. in princ. D. De legatis ſecundo. Quum Sejus viva teſtatrice teſſeram frumentariam ex cauſa lucrativa habere cœperit. Ibid. §. Qui ultimus. Paulus reſpondit: teſtatricem videri in eo fideicommiſſo duos gradus ſubſtitutionis feciſſe. Scævola in l. Pater filium. §. Quindecim. D. De legatis tertio. Quibus permiſerat teſtatrix venundari. Ulpian. in l. Juniano. D. eod. tit. Si modo hoc ſenſit teſtatrix.

TESTATO, Adv. Coram teſtibus. Ulp. in l. Si procuratorem. §. Si ignorantes. D. Mandati, vel contra, Sed & ſi teſtato convenerunt debitorem, ut ſi ipſe putaret, appellaret, &c.

Denuntiare alicui teſtato, Expreſſe & aperte prædicere. Ulpian. in l. 1. §. Licet autem. D. de periculo & ratio. rei vend.

Teſtato & Inteſtato decedere, contraria. Paulus in fraudem. §. 2. D. de jure fiſci. conſ. A teſtato, in TESTATUS, Partic.

TESTĀBILIS, e. Adj. Qui jus habet teſtimonii præbendi. Gell. 6. 7.

TESTĀMEN, inis. n. Teſtimonium. Tertull. Carm. adv. Marc. 4. 4. Hoc teſtamen erat virtutis.

TESTĀMENTUM, i. n. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible]. G. L.] Extrema voluntas. Dictum quod ſit voluntatis noſtræ veluti teſtimonium. Unde & Ultima voluntas appellatur. Ulpian. in l. 1. Qui teſtamentum fac. poſſ. Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod poſt mortem fieri voluerimus. [Dicitur a teſtium adhibitione. V. TESTIS.

Teſtamentum eſt mentis noſtræ juſta conteſtatio, in id ſolenniter factum, ut poſt mortem noſtram valeat. Teſtamentorum genera fuerunt tria. Unum, quod calatis comitiis: alterum quod in procinctu: tertium, quod per æs & libram fit, id eſt, per mancipationem imaginariam: in quo teſtamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quam quinque teſtes, cum quibus teſtamenti factio eſt. Qui in poteſtate teſtatoris eſt, aut familiæ emptoris, teſtis ad libræ penſa adhiberi non poteſt: quoniam familiæ mancipatio inter teſtatorem & familiæ emptorem fit, & ob id domeſtici teſtes adhibendi non ſunt. In teſtamento quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit, Hæc ut in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaque vos, Quirites, teſtimonium præbitote. Quæ nuncupatio & teſtatio vocatur. Hæc Ulpian. titulo vigeſimo ejus libri, qui inſcribitur Tituli ex corpore Ulpiani.

Leges multæ de teſtamentis Romæ latæ ſunt: quarum nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Junia Velleja, Cornelia, Ælia Sentia.

Voconia, de mulierum hæreditatibus, inter ſecundum & poſtremum Carthaginienſe bellum a Q. Voconio Saxa Aricino tribuno pl. ſuadente M. Catone Cenſorio, lata: ſancit hoc, ne qui hæredem relinqueret & filiam ſupra H-S X X V. M. Nam Dio. lib. L V I. ita ſcriptum reliquit. Auguſtus quibuſdam feminis tribuit, ut X X V. M. hæredes eſſe poſſent: licet hoc lex Voconia vetaret.

Furia cavebatur, ut e Theophilo ſcriptum legimus, ne cui plus, quam M. nummûm, legaretur: quod amplius legatum eſſet, quadruplum reſtitueretur.

Falcidia cavebatur, ne cui plus liceret legare, quam dodrantem ex tota hæreditate, id eſt, ut, ſive unus hæres inſtitutus eſſet, ſeu plures, apud ipſum, eoſve, quarta pars tantum remaneret. Meminit hujus legis Celſ. lib. 22. Digeſtorum, his verbis: Cum de lege Falcidia quæritur, heredis probatio eſt, locum habere legem Falcidiam, quod dum probare non poteſt, merito condemnabitur.

In Junia Velleja hoc erat, ut, qui teſtamentum faceret, omnes eos virilis ſexus neceſſario inſtitueret hæredes: qui, cum naſcerentur, hæredes ei futuri eſſent, eorumque in locum liberi ſuccederent: qui niſi inſtituti eſſent, aut ſi exhæredati, ad exemplum poſtumorum eſſent, teſtamentum ne valeret. Hæ ſunt quatuor leges tribuniciæ.

Reliquæ ſunt, de quibus dicendum ſit, Cornelia Conſularis, L. Sullæ, & Ælia Sentia, a duobus conſulibus, Auguſto principe, Sex. Ælio, L. Sentio, lata. Cornelia falſum teſtamentum facientibus pœnam irrogabat: eaque lege ſignatores ſoli tenebantur, ut in Suetonio Aug. 33. legimus. Quod ſi quis in hoſtium poteſtate deceſſiſſet, ejus teſtamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac ſi, qui teſtamentum illud feciſſet, in hoſtium poteſtatem perveniſſet. Teſtis Julianus lib. 28. Digeſtorum. Teſtamenta porro lex infirmabat, irritaque prorſus jubebat eſſe, quæ improba, inofficioſa, inhumana dicerentur. Hoc eſt, quæ contra leges, merita, pietatem, facta eſſent: item illa, quæ e quinque teſtibus, iiſque fide dignis, non eſſent obſignata. Quod ad ſeptem deinde teſtes, Imperatorum ætate, tranſlatum eſt. Atque horum generum cauſſas, de reſcindendis confirmandiſve teſtamentis, a Centumviris eſſe judicatas, quod Haſtæ judicium dicebatur, Cicero (paſſim) Valeriuſque (lib. 7. cap. 7. & 8.) declarant. In Ælia Sentia ſcripta ſunt hæc: ut unus modo hæres neceſſarius fieret: plures ſi fierent, irritum eſſet: qui primo loco eſſet nominatus, hæres eſſet. Ex lib. de Legibus Romanis. P. Manut.

Libertas teſtamentorum. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Subjector teſtamentorum. Cic. 2. in Catil. 7.

Improbum teſtamentum. V. IMPROBUS.

Inofficioſum teſtamentum. V. INOFFICIOSUS.

Adoptare teſtamento. Nepos 25. 5. 2.

Apertum eſt teſtamentum. Vell. Paterc. 2. 59. 1.

Cavere teſtamento. V. CAVEO.

Componere teſtamentum, Facere, & in ordinem redigere. Cic. 15. Att. 25. Vetus exemplar legit Teſtimonium.

Conſcribere teſtamentum. Cic. de Aruſp. Reſp. 42. In qua provincia mortuorum teſtamenta conſcripſit

Deducta in teſtamento ſcripta non ſint. Cic. 2. de Legib. 50.

Facere teſtamentum. Cic. 3. Verr. 121. Multi teſtamenta eodem modo fecerunt.

Facere teſtamentum irritum. Cic. 2. Philip. 109.

Habere factionem teſtamenti. Cic. 7. Fam. 22.

Improbare teſtamentum. V. IMPROBO.

Inſtitui tutorem teſtamento, vel fieri, aut creari: h. e. Ex teſtamento, vel Per teſtamentum. Liv. 1. 34. extr.

Mutare teſtamentum. Cic. pro Cluent. 31.

Nuncupare teſtamentum. Plin. lib. 24. cap. 22.

Nuncupatum teſtamentum. V. NUNCUPO.

Obſignare teſtamentum. Cic. pro Milon. 49. Una fui, teſtamentum ſimul obſignavi cum Clodio.

Relinquere teſtamento. Cic. 3. Off. 93. Quum & teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur.

Reſignare teſtamentum. Hor. 1. Epiſt. 7. 9.

Ruptum, cui Ratum teſtamentum, contrarium. Cic. 1. de Orat. 173. Teſtamentorum ruptorum, aut ratorum. [Poſtrema verba in MSS. deſunt.

Dolabellam video Liviæ teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente. Cic. 7. Att. 8.

Supponere & ſubjicere teſtamenta, h. e. Falſa & doloſe deferre, vel proferre. Cic. in Parad. 6. Si teſtamenta amicorum exſpectas: aut ne exſpectas quidem, at ipſe ſupponis. Et 4. Philip. 7. Subjicere teſtamenta.

Supponere falſa teſtamenta. Cic. 1. de Legib. 41.

TESTAMENTĀRIUS, a, um. Adj. [[illegible]] Quod ad teſtamentum pertinet: Unde, Teſtamentariæ tabellæ, & Teſtamentaria lex, quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnam ei, qui teſtamentum vel aliud inſtrumentum ſignaverit, ſcripſerit, recitaverit. Plin. lib. 35. cap. 2. Quum Scipionis Africani tranſiſſet atrium, aidiſſetque adoptione teſtamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

TESTAMENTARIUS, i. m. [[illegible]. Gl. G. L.] Notarius, Confector & ſcriptor teſtamentorum. Calliſtratus ad legem Corneliam de falſis, l. Divus. Si quis duobus hæredibus inſtitutis adjecerit, ut ſi alter hæres ſine liberis deceſſiſſet, ei qui ſupereſſet, & liberos haberet, hæreditas redderetur: vel ſi ſine liberis uterque deceſſiſſet, ut hæreditas deinde alii manuſcriptori teſtamenti reſtitueretur, placet teſtamentario pœnam legis Corneliæ remitti. Ibid. Paulus, l. Impuberem, Si teſtamentarius ſervo ſuo fideicommiſſariam libertatem dederit, videamus ne id extra pœnam ſit. Budæus. [Niſi ad exemp. ſeq. referenda.

Teſtamentarius, Falſarius, qui teſtamentum ſubjicit, vel ſupponit. Cic. 3. Off. 73. Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus, hoc loco diſſerendum eſt. Idem pro Sext. 39.

TESTIFICOR, [[illegible], Gl. G. L.] āri. Teſtari, atteſtari, notum facere, vel teſtibus firmare. Cic. 4. Tuſc. 55. Nos autem, ut teſtificor ſæpe, de ſapiente quærimus

Teſtificor me a te rogatum. Cic. in Orat. 35.

Teſtificor me expertem belli fuiſſe. Cic. 8. Att. 9.

Teſtificari ſententiam ſuam. Cic. 8. Att. 1.

Teſtificari aliquid cum ſumma hominum frequentia. Cic. 7. Verr. 17.

Teſtificari deum, pro Teſtari, & in teſtimonium invocare. Cic. 10. Att. 9. Nam Deos hominesque, amicitiamque noſtram teſtificor, me tibi prædixiſſe, neque temere monuiſſe.

TESTIFICĀTUS, a, um. [[illegible]] Partic. Cic. 1. Att. 14. Illud ineſt tamen commodi, quod & mihi & ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua voluntas omittendæ provinciæ.

Linguæ teſtificata deam; Quæ deam juravit. Ovid. 21. Epiſt. 134.

Statim teſtificati diſcederent. Cic. pro Cæcin. 45.

TESTIFICĀTIO, ōnis. f. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible]. L. G. [illegible], G. L.] Approbatio, quæ teſtibus, vel multis teſtimoniis fieri ſolet. Cic. de Clar. Orat. 176. Quin etiam memini, quum accuſationis ſua Quinto Gellio crimini dediſſet, ſibi eum venenum paraviſſe, idque a ſe eſſe deprehenſum, ſeſeque chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones, manifeſtam rem, deferre diceret.

Aliter Idem 1. Fam. 1. Cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum.

TESTICŬLUS, i. m. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] a Teſte diminutivum. Plur. TESTICULI, [[illegible], Gl. L. G.] Genitalis pars, a pene dependens, tam in homine, quam in brutis dicitur. Auctor ad Heren. lib. 3. 33. Medicus teſticulos arietinos tenens. Juven. 11. Sat. 157.

Nec pugillares defert in balnea raucus
Teſticulos.

TESTICULĀTUS, a, um. Adj. Teſticulis præditus. Veget. de Re Vet. cap. 7.

Herba teſticulata, apud Apul. de Herb. cap. 82.

TESTICULOR, [[illegible]] āri. ſic Feſtus exponit, Jumentis maribus feminas, vel mares feminis admovere. In ambiguo ſenſu per jocum uſus eſt Plautus Amph. 2. 2. 193.

Mihi quoque adſunt teſtes, qui illud, quod ego dico, aſſentiant.
AM. qui teſtes? AL. teſtes. AM. quid teſticulare?

TESTU, n. indecl. [[illegible], Gl. G. L.] pro Teſta poſuit Varro de L. L. 4. 22. vel in Ablativo a Teſtus, ut Chariſius 1. Sunt quædam nomina tantum monoptota, ut gelu, teſtu [illegible]. Sed Virgilius hæc teſta in Georg. Rurſus libro eodem, u littera neutra tantum terminantur, & fere hæc, veru, gelu, genu, cornu, tonitru, &, ut quidam volunt, teſtu, quod a numero horum ſeparandum eſt, quod autores teſtam potius dixerunt, ut Virg. 1. Georg. 392.

— teſta quum ardente viderent
Scintillare oleum. & Hor. 3. Carm. 14. 20.
Spartacum ſi qua potuit vagantem
Fallere teſta

Alii ſeparantes, amphoræ quidem teſtam dicunt, teſtudinis vero teſto. Sed fruſtra, nam Græci [illegible] ſine diſtinctione dicunt, tam amphoræ, quam teſtudinis. Idem aliquot poſt chartis: Teſtu, ut genu. Flavius Caper veteres ait dicere ſolitos. Mummius in Atellana, Junius ad ſpectacula eſt videre in teſtu, quantum ſit caput. Afranius. Indignum vero dici ſolet teſtu. At Maro teſtam dixit. Hæc Chariſius. Ovid. 4. Faſt. 645.

Ast

Ara fit hic, ignem curto fert ruſtica teſtu. Sic enim legitur in codice manuſcripto. Ex 5. Faſt. 510.

Et ſpumat teſtu preſſus uterque ſuo. Quam lectionem retinuit Aldinus.

TESTUĀRIUS, vel TESTUĀCEUS, a, um. Adj. Varro de L. L. 4. 22. Teſtuarium, quod in teſto calido coquebatur. [Niſi neut. ſubſt. eſt.

TESTŪDO, inis. f. [χελώνη, Gl. L. G. & G. L.] Animal tardigradum, ſic dictum, ut ait Varro L. L. 4. 13. quod teſta tegatur. Plin. lib. 9. cap. 10. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudente, pyxidum modo. In mari conchyliis vivunt, tanta oris duritia ut lapides comminuant. In terram egreſſæ, in herbis pariunt ova, avium ovis ſimilia, ad ducenta numero. Eaque defoſſa extra aquas, & cooperta terra, ac pavita corpore, & complanata, incubant noctibus. educant fetus annuo ſpatio. Cic. 2. de Nat. Deor. 125.

Teſtudo, alia ſignificatione apud Celſum legitur, in l. Labeo. D. De ſupellect. leg. Nam fictili, aut ligneo, aut vitrea, aut ærea denique ſuppellectili utebantur: nunc ex ebore atque teſtudine & argento, jam ex auro etiam atque gemmis ſupellectili utuntur. [Hic eſt ipſa teſta teſtudinum majorum expoſita, qua olim, ut etiam nunc ſolent, pretioſam ex ligno ſupellectilem, arculas, lectos, &c. incruſtabant. V. infra.

Acuta teſtudo, Echinus marinus. Martial. lib. 13. 86.

Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta,

Cortice depoſito, mollis echinus erit. Teſtudine: quia in orbem volvitur echinus. Acuta: quia ſpinas habet pro pilis.

Teſtudo, Pars citharæ. Cic. 2 de Nat. Deor. 144. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu: & ex tortuoſis locis & incluſis ſoni referuntur ampliores. Teſtudinem organum, teſtudinis animalis formam habere docet Cic. 2. de Divin. 133. Budæus. [Ex ipſa teſtudine vacuefacta primum Chelyn confeciſſe Mercurium fingunt poetæ. V. Homer. Hymn. in Merc.

Blanda teſtudo. Claud. Conſ. Mall. Theod. 251.

Callida teſtudo reſonare ſeptem nervis. Hor. 3. Carm. 11. 3.

Cava teſtudo. Hor. Epod. 14. 11.

Teſtudo, Machina bellica. Erat autem materia tabulatis contexta, & coriis, Ciliciis, aut centonibus, & aliis, quæ difficulter comburi poſſunt, contecta. Hæc intrinſecus habebat trabem, quæ unco præfigebatur ferreo, & falx vocabatur, ab eo quod incurvata eſſet, & de muro extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs funiculis ſuſpenſa, ut reducta impetuoſius feriret: ideoque & teſtudo dicta a ſimilitudine naturæ, quod caput nunc exſerat, nunc reducat. Sil lib. 1. 365.

Tandem condenſis actæ teſtudinis armis, &c. Hoc etiam inſtrumentum Arietem appellant, ab eo quod aries fronte pugnat. Cæſ. 5. Bell. Gall. 41. Reliquiſque diebus turres ad altitudinem valli, falces, teſtudineſque, quas iidem captivi docuerant, parare ac facere cœperunt. Virg. 2. Æn. 441.

— obſeſſumque acta teſtudine limen. Lucan. lib. 3. 474.

Ut tamen hoſtilica denſa teſtudine muros

Tecta ſubit virtus, &c. Stat. 10. Theb. 383.

Scrutaturque cavas cæca teſtudine turres. V. paulo poſt.

Teſtudo, interdum dicebatur. Quam faciebat exercitus ſe tegumentis ſcutorum undique operiens, ut teſtudo ſuo obducta eſt putamine, eaque ſpecie referebat tectum ædificiorum. Sic autem ſe operiebant crate perpetua clypeorum adverſus ſagittas Parthorum, & adverſus omnia miſſilia ſuperne cadentia, cum urbem oppugnabant. Cæſ. 2. Bell. Gall. 6. Teſtudine facta portis ſuccedunt. Ex Turnebo. Liv. 44. 9. Quum ſimi decorſus edidiſſent motus: quadrato agmine facto, ſcutis ſuper capita denſatis, ſtantibus primis, ſecundis ſummiſſioribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis, faſtigiatam, ſicut tecta ædificiorum ſunt, teſtudinem faciebant. [De hac ſunt etiam Silii, Virgilii, Lucanique loca ſuperiora exponenda.

Teſtudo, [ὑπόγαιον, Gl. L. G. & G. L. θόλος, G. L.] Loca dicuntur in ædificiis camerata ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quæ duris tergoribus ſunt & incurvis. Virg. 1. Æn. 509.

Tum foribus divæ, media teſtudine templi. Varro 3. de R. R. cap. 5. 1. Igitur teſtudo (ut periſtylium tectum tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere poſſint. Virg. 2. Georg. 463.

Nec varios inhiant pulcra teſtudine poſtes.

Thalami culti teſtudine. Ovid. 2. Met. 737.

Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos

Tres habuit thalamos. Non ſolum ebore (ait interpres) ſed etiam teſtudinum cruſtis thalami ornabantur: quamvis teſtudo ædificium quoque concameratum ſignificet: qua in ſignificatione ſi accipiamus, eburneam teſtudinem intelligemus. Hactenus ille. Ego vero ut putem poetam de teſtudine ſenſiſſe, facit Celſus in l. Labeo, ut ſupra retulimus. V. Teſtudo, alia ſignificatione. &c. [V. Juvenal. Sat. 6. 80.

Teſtudo manus, χειρὸς τὸ κοῖλον, Gloſſ. Latinogræc.

TESTUDINEĀTUS, a, um. Adj. [ἀψιδωτὸς] Quod concavum & incurvum eſt, teſtudinis more. Columel. lib. 12. cap. 15.

Teſtudineatum tectum. Plin. lib. 33. cap. 11. Sed & teſtudineatum in uſum veniſſe. Quidam leg. Teſtudinatum.

TESTUDĪNEUS, a, um. Adj. [χελώνειος] Quod eſt teſtudinis.

Teſtudineum Hexaclinon, Opere teſtudineato factum: nam id antiquis ſummo in pretio fuit, quod opus Carbilius Pollio primus inſtituit. Martial lib. 9. 60.

Teſtudineus gradus, i. e. Tardus. Plaut. Amphit. 4. 3. 53.

Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ. Propert. 4. 6. 32.

TESTULA, V. TESTA.

TESTUM, i. n. [κλίβανος] Furnus. Plin. lib. 32. cap. 7. Sub æreo teſto. Hoc Græci vocant Clibanum: unde Panis teſtaceus apud nos dicitur, quem illi Clibanitin.

Catoni videtur Operculum eſſe, quod ollæ ad ignem ferventi imponitur, Sic enim in R. R. cap. 84. Catinum teſto operito. Et deinde; Sub teſtum ſubde.

Teſtum igneis plenum. Petron. cap. 136.

TESTUS, ûs. m. pro Teſta. Sed in Ablativo ſolo uſurpatur; & indecl. haberi poteſt. V. TESTU ſupra.

TESTUACEUS, Adj. V. ibid.

TETANICUS, V. TETANUS.

TETANŌTHRA, orum. n. pl. [τετανώθρα] dicuntur Quæ vim habent erugandi & levigandi cutem. Plin. lib. 32. cap. 7. Utilem eam in capitis doloribus affirmant, & tetanothris.

TETĂNUS, i. m. [τέτανος] Morbus, cum cervix immobilis intenditur. Plin. lib. 23. cap. 1. V. ſeq. dict.

TETANĬCUS, a, um. Adj. [τετανικὸς] dicitur, Qui eo morbo laborat, qui Tetanus Græcis dicitur, nempe quum muſculi, qui ſecundum ſpinam ſunt, rigent ita, ut ſe inflectere non poſſint. Id quum anterior pars afficitur, ut ſi mentum pectori annectitur, Emproſthotonus; quum poſterior, Opiſthotonos, ut ſi caput ſcapulis: quum vero ambæ rigent ex æquo, Tetanos vocatur, ut ſi cervix recta & immobilis intenditur: etiamſi, ut ait Celſus lib. 4. cap. 3. quidam minus ſubtiliter & diſcreta his nominibus utuntur. Plin lib. 23. cap. 7. Datur tetanicis & ſpaſticis. Scribonius Largus comp. 101 Facit & hoc medicamentum ad eos, quorum muſculi maxillares cum maximo dolore tenſi ſunt, adeo ut aperire os nullo modo poſſint. Tetanon hoc vitium Græci dicunt. Hæc Scribonius. Eſt igitur Tetanus, Convulſionis ſpecies, qua nervi ac muſculi totius corporis diſtenduntur, & quaſi obrigent. Celſ. lib. 2. cap. 1. Frigus modo nervorum diſtenſionem, modo rigorem infert: illud ſpaſmos, hoc tetanos Græce nominatur.

TĔTARTÆUS, a, um. Adj. [τεταρταῖος] Quartanus. Columel. lib. 3. cap. 20. Quod deinde proximum a primo, tum quod eſt tertiæ notæ, vel quartæ quoque: catenus velut lectarum quodam contenti ſimus tetartæo. De generibus vitium. Al. Tetradio.

TETARTÆUS, i. m. Subaudito πυρετὸς. pro ipſa Febri quartana. Gloſſ. Græcolat. τεταρταῖος, Quartana.

TĔTARTĒMŎRION, [τεταρτημόριον] Græca dictio, Quadrantem ſignificans: qua dictione utuntur, qui de varietate naſcendi præcepta tradunt, quod dum annorum ſumma colligitur, quater extrahi & quater multiplicari debet. Plin. lib. 7. cap. 49. de varietate naſcendi, Durat & ea ratio, quam Petoſiris ac Necepſos tradiderunt, & tetartemorion appellant, a trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiæ tractu CXXIV annos vitæ contingere apparet. Gloſſ. Græcolat. τεταρτημόριον, Quadrans. Eſt, inquit Budæus, Tetartemorion Græce, qui Latine Quadrans dicitur, id eſt quarta pars ſigniferi circuli, hoc eſt tria ſigna. Ad cujus rei intelligentiam ſciendum quod numerus duodenarius & Aſtronomicis & Genethliacis familiaris & accommodatus eſt: unde & aſpectus quadrantales obſervant, & trientales, Sextanteſque, hos duos extremos trinos & Sextiles volgo vocant. Quadrantalis aſpectus, qui quadratus etiam appellatur, fit per trium ſignorum interſtitium, & gradus nonaginta: ob id nonagenarius appellatus. Plin. lib. 2. cap. 15. Martis ſtella, ut propior, etiam ex quadrato ſentit radios ab nonaginta partibus: unde etiam nomen accepit is motus, primus & ſecundus nonagenarius dictus ab utroque exortu. Trientalis eſt aſpectus, qui in quatuor fit ſignis, hoc eſt in tertia parte ſigniferi, quæ conſtant centum & viginti gradibus. Hunc triquetrum Plinius vocat. Sextans autem fit in ſexta parte ſigniferi, hoc eſt ſexaginta gradibus, & ſignis duobus: ob id ſexagenarius dictus. Semiſſis aſpectus eſt, qui fit per diametrum, id eſt, per lineam circuli dimetientem. Hanc radiationem Mathematici, id eſt Chaldæi, minacem malignamque eſſe dicunt. Hæc fit a ſigno uno ad aliud ſignum, quod ab eo ordine fit ſeptimum: ut ab ariete ad libram. Triquetrus aſpectus, id eſt trigonus, qui trientem ſigniferi capit, quinto ſigno fit: ut (verbi gratia) in duobus ſignis, quæ tantum inter ſe diſtent, quantum aries & leo. Hujuſmodi radiatio læta felixque eſſe dictitatur. Tetragonus, id eſt quadratus, fit in quarto ab eo, a quo inchoatur, ſigno, id eſt ab horoſcopo, ut ab leone in ſcorpium. Hanc radiationem triſtem putant. Hexagona eſt, quam ſextantem diximus, quæ fit in tertio ſigno, eadem benignitate cum trigona prædita. Propterea Plin. lib. 2. cap. 17. De ſexagenario aſpectu loquens, Hic numerus, inquit, ſexangulas mundi efficit formas. Antedictis quatuor, Genethliaci etiam cardines quatuor addunt, ortum ſcilicet & occaſum, & meſuranium, quod & meſuranema dicitur (vocabulum ubique in Firmico depravatum) hoc eſt locus medii cæli, & huic oppoſitum locum quod Hypogeon dicitur. hoc eſt punctum ſubterraneum, inter ortum occaſumque medium. Ut autem ſic ipſe Mathematicus impleatur, & omnes ſuas partes habeat, addunt & alia quatuor loca, quæ pigra dejectaque eſſe dicunt: quod nulla ferme radiationis fœdere cum ortu, id eſt cum horoſcopo, conjungantur. Hæc ſunt in ſecundo, ſexto, octavo, & duodecimo ab horoſcopo ſigno. Horoſcopus eſt ea pars cæli, quæ geniture tempore ab orientali parte cæli emergit in hemiſphærium noſtrum, & ortus appellatur: quam ex Cicerone Natalem horam & Natalitiam appellare poſſumus: ex cujus obſervatione natalitia prædicta fiunt, ut ipſe loquitur de Divinatione lib. 2. Poſſumus etiam Exortivam horam vocare. Græci horoſcopum ab horæ natalis notatione appellaverunt. Huic pars per diametrum oppoſita in ſeptimo (ut diximus) ſigno in occidua cæli parte, occaſus appellatur. Ea autem pars cæli, quæ triginta partibus ab horoſcopo diſtat, in ſecundo ſigno exſiſtens ab eo, in qua horoſcopus inchoatur, Anaphora appellatur, & interdum Epanaphora, quaſi pars jamjam emerſura. Quæ autem pars ſigniferi totidem partibus in demerſu occiduum punctum ſigniferi præceſſerit, quot partibus in emerſu anaphora ab horoſcopo relinquitur, ea pars cæli a Mathematicis Epicataphora dicitur: quod ſignificat præcipitem locum cæli in octavo ab horoſcopo ſigno. Reliqua duo loca nomina habent Malæ fortunæ & Cacodæmonis. Hæc Budæus.

TETRA, V. TÆTER.

TETHEA, æ. f. Piſcis marinus. Plin. 32. 11.

TĔTHYS, gen. Tethys & Tethyos, dat. Tethyi. [Τηθὺς] Cæli & Veſtæ filia, conjunx Neptuni & Nympharum mater, ut ait Salluſt. At Ovid. 5. Faſt. 81. videtur ſentire illam fuiſſe Titani filiam, qui fuit Saturni frater, natu major. Ait enim,

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Unde & Oceani uxorem illam fuiſſe conſtat, quæ quandoque pro Mari ponitur. Tethys autem major filia fuit Cæli & Terræ. Catul. de coma Beronicis, 64. 70.

Æquora Tethyos. Lucan. lib. 3. 233.

Antra ſonantia Tethyos. Stat. 1. Achil. 541.

Cana Tethys. Ovid. 2. Faſt 191.

— canamque petit Saturnia Tethyn.

Grandæva Tethys. Valer. 2. Argon. 36.

Reciproca Tethys. Sil. lib. 3. 60.

Vaga

Vaga Tethys. Lucan. lib. 6. 62.
Tethys & Thetis paſſim confunduntur in MſI. [Et forſan idem eſt. Apud Heſiodum tamen & Homerum occurrit Θέτις & τηθύς.

Tetini, Tetinerim, Tetiniſſe: Præterita antiqua & obſoleta pro Tenui, Tenuerim, Tenuiſſe. Pacuv. Medæ, Crede, quorſum iter tetiniſſe ajunt. Acc. Clytemneſt. Ut qui tam abſentem rebus dubiis conjugem tetinerit, nunc prodat ultorem. Ex Nonio. 2. 238.

Tetra, pr. com. a Tettara Attico, pro Teſſara, quod Quatuor ſignificat, non niſi in compoſitis Græcis dictionibus reperitur. [Immo a Τετρὰς, Quaternio, componuntur ſeq.

Tetrachordum, i. n. [τετράχορδον] Inſtrumentum quatuor chordarum. Vitruv. 5. 4. Tetrachordorum diſpoſitiones ſunt diſſimiles.

Tetracōlon, i. n. [τετράκωλον] Sunt autem Tetracola, Converſiones quatuor membris comprehenſæ, ut Tricola tribus: quæ tum ſunt elegantiſſima, cum paria paribus relata habent. Senec Controv. 5. 25. Idem 9. 2. Et illud tetracolo: Serviebat forum cubiculo, Prætor meretrici, carcer convivio, dies nocti. Iterum Contr. 5. præf. Hanc ideo ſententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus hujus generis ſententiis, curamus ut numerus conſtet, non curamus ut ſenſus. Idem Seneca alio loco quatuor primi nominis declamatores, Primum tetracolum per tranſlationem vocat, ubi ait, Nulli non poſt primum tetracolum præferendus. Ex Turneb. Adverſ. 3. 8. [Loca tamen Sen. inſpiciat lector. Poſterior eſt in pr. lib. 10.

Tetradōron, [τετράδωρον] Quatuor palmorum. Plin. lib. 35. cap. 14. Vitruv. lib. 2. 3. Ita quod eſt quoquoverſus quinque palmorum, pentadoron, quod quatuor, tetradoron dicitur.

Tetradrachma, æ. f. [τετράδραχμον] vel **Tetradrachmum**, i. n. [τετράδραχμον, Gl. G. L.] Nummus quaternas valens drachmas. Liv. 34. 52. Ad hoc clypei argentei decem, ſignati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. Tetradrachmum vocant, trium fere denariorum in ſingulis argenti eſt pondus. Idem 37. 46. Prælata ſunt in eo triumpho ſigna militaria ducenta triginta: & argenti infecti tria millia pondo, ſignati tetradrachmûm Atticûm centum tredecim millia. Cic. 12. Fam. 13. Nam jam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam eſt, niſi quid navibus Laodicenorum ſupportarit, cito fame pereat neceſſe eſt. Famem inſtantem ſignificat ex caritate frumenti, quum medimnus duodenis drachmis veniret, id eſt ſeni modii Romani & ſemiſextarius noſtro ducato uno. Budæus. [Ejus dimidium fuit Didrachmum, de quo ſ. l. V.

Tetragōnus, i. m. ſive **Tetragonum**, i. n. [τετράγωνον] dicitur Quadrangulare, ſive quadratum. Auſon. Ecl. 2. 42. penultimam corripit,

Tetragono abſolvet dubiarum vincla morarum. De ejus licentia, V. Scal. Lect. Auſon. 2. 21. [Gloſſ. Græcolat. Τετράγωνος, Quadrus, quadra; Quadratus, quadrata. Τετράγωνον, Quadrum, quadratum.

Tetragrammăton, [τετραγραμμάτων] Genitivus pluralis, id eſt, Quatuor litterarum, ut Nomen tetragrammaton. Cujuſmodi Hebræis eſt nomen Dei, יהוה [Immo rectus c. ſing. a τετραγράμματος, ὁ, ἡ. Adj.

Tetramĕtrus, tri. [τετράμετρος] Quatuor metra ſeu menſuras habens. Verſus dicitur tetrameter, Qui quatuor habet menſuras, hoc eſt pedes octo. Unde & Octonarius dicitur ab Latinis, & Quadratus, & longiſſimus. Ruffin.

Tetrans, antis. m. Quadrans, quarta pars. Vitruv. lib. 10. cap. 11. In capitibus circino dividuntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus in partes octo, ductis lineis: In tetrantes & octantes dicuntur dividi circinationes, ſive rotundationes, quum in partes quatuor, aut octo dividuntur, ductis a centro ad circumferentiam comparibus lineis, ut æqualia relinquantur ſpatia. Eadem forma dicitur Tetrans, qua & Dodrans. [Vox hybrida Græca origine, terminatione Latina. Ratio autem, cur non Quadrans maluerit, quis hic aſſis pars.

Tetrao, onis. m. [τετράων] Avis quædam in deliciis habita. Suet. Calig. cap. 22. Hoſtiæ erant pavones, tetraones, &c.

Tetrapharmăcos, [τετραφάρμακον] Quod pharmacis quatuor conſtat. ut

Tetrapharmacum emplaſtrum. Celſ. lib. 5. cap. 19. Puri autem movendo non aliud emplaſtrum melius, quam quod expeditiſſimum eſt, tetrapharmacon a Græcis nominatur. Habet pares portiones ceræ, picis, reſinæ, ſevi taurini: ſi non eſt, vitulini. Dicitur & Baſilicum emplaſtrum, teſte Galeno lib. 1. cap. 1. De compoſitione pharmacorum ſecundum locos. Baſilicum quidem, ſive Regium, quod apud maximos & præſtantiſſimos quoſque homines in uſu eſſet.

Tetrapharmacum, Cibi genus, quod ex quatuor pretioſis obſoniis conſtabat, phaſiano, ſumine, perna, & cruſtulo. Spart. Hadr. cap. 21. & Æl. Ver. 5.

Tetrapŏlis, [τετράπολις] Seleucia, Syriæ regio, cognominata eſt, ut ait Strabo lib. 16. in qua ſunt quatuor inſignia oppida, Antiochia, Seleucia, Apamea, Laodicea.
Eſt & Tetrapolis Attica, de qua V. Steph.

Tetraptōtum, [τετράπτωτον] Nomen dicitur, quod per quatuor caſus variatur: ut Spes, ſpei, ſpem, ſpe. V. Grammat.

Tetrarcha, æ. m. [τετράρχης] primario, Qui partem regni quartam detinet. Poſtea vero pro quovis Gubernatore; unde Reges & Tetrarchæ ſæpe conjunguntur. Hor. 1. Serm. 3. 12.

— modo Reges atque Tetrarchas,
Omnia magna loquens. Lucan. 7. 226.
— ſicci ſed plurima campi
Tetrarchæ Regeſque tenent, magnique tyranni. Cic. 2. Att. 9.

Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt.

Tetrarchia, æ. f. [τετραρχία] Hujuſmodi principatus. Cic. 1. de Divin. 27. Tetrarchiæ regno, pecuniaque multatus. Idem pro Dejotaro 42. Negat unquam ſe a te in Dejotari tetrarchia pedem diſceſſiſſe.

Tetrastĭchon, [τετράστιχον] Græcis dicitur, quum tantum quatuor verſibus ſententia comprehenditur. ut Diſtichon, quum duobus. Martial. lib. 7. 14.

Quod non inſulſe ſcribis tetraſticha quædam, &c.

Tetrastȳlos, i. m. [τετράστυλος] Quatuor habens columnas a fronte. Vitruv. 3. 2.

Tĕtrĭcus, i. m. vel **Tetrica**, æ. f. [τέτρικος] Mons in Sabinis aſper atque arduus. Virg. 7. Æn. 713.

Qui Tetricæ horrentes rupes, monteſque Severum,
Caſperiamque colunt. A quo monte, ut volunt quidam,

Tetrĭcus, a, um. pr. com. Adj. [σκυθρωπός, Gl. L. G. & G. L. ἀυστηρός, αἴσθητος, Ἰταμός, L. G.] Triſtis, Durus, & ſeverus. Martial. lib. 6. 10.

At quam non tetricus, quam nulla nubilus ira,
Quam placido noſtras legerat ore preces?

Pavonum educatio magis urbani patris familiæ, quam tetrici ruſtici curam poſcit. Columel. 8. 11.
Luſtra tetrica, Severa, ſive horribilia. Lactantius. Stat. 9. Theb. 615.
Puellæ tetricæ. Ovid. 1. de Arte Am. 721. Al. Tætricus, quaſi a Tæter. In Gloſſ. utroque modo. [Sed rectius per e, ob pr. correptam.

Tetricĭtas, ātis. f. [ἀυστηρία, Gl. G. L.] Lucan. ad Piſon. 91.

Talis ineſt habitu, qualem nec dicere mæſtum,
Nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum
Poſſumus.

Tetrinnio, ire. pr. dub. Auctor Philomel. 2. 2.

In fluviiſque natans forte tetrinnit avis.

Tettix, igos. f. [τέττιξ] Cicada. Gloſſ. Græcolat. Dioſc. 2. 45. Unde
Tettigomētra, [τεττιγομήτρα] Cicadarum matrix, ut Ortygometra coturnicum. Plin. 11. 26.

Tettigonium, i. n. [τεττιγόνιον] Dimin. Parva cicada. Plin. 11. 26. Minores iis ſunt tettigonia. Al. Tettigoniæ, f. g.

Tĕtŭli, [ἐτετύχειν, Gl. L. G.] Præteritum antiquum pro Tuli. Acc. Andromed. Donec tu auxilium, Perſeu, tetuliſti mihi. V. Nonium 2. 819.

T E U

Teuca, [Τεύτα] Regina Illyricorum, quæ ob caſtitatem meruit ut longo tempore viris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret. Hæc, ut auctor eſt Plin. lib. 34. cap. 6. P. Junium & T. Coruncanium legatos, ſumma Romanorum injuria interemit.

Teucer, vel **Teucrus**, i. m. [Τεῦκρος] Scamandri Cretenſis filius, in Troade una cum Dardano genero regnavit, unde Ilienſium regum auxit origo; & a quo Troja vocata eſt Teucria.
Maximus pater Teucrus. Virg. 3. Æn. 108.
Alter fuit Telamonis filius, ex Heſiona Laomedontis regis filia, & Priami ſorore. Is Salamina Cypri condidit, ut teſtatur Juſtinus lib. 44. 3. ſeq. Hor. 4. Carm. 9. 17.

Primuſve Teucer tela Cydonio
Direxit arcu. Idem 1. Carm. 7. 21.
— Teucer Salamina patremque
Cum fugeret, &c. Hic ab Homero ſagittis peritiſſime uſus, ut inquit Acron, inducitur.

Fuit & Teucer, quidam Cyzicenus, qui ſcripſit de terra quæ profert aurum: de Cyzicenorum rebus, aliaque complura a Suida commemorata.

Teucrus, poſſeſſ. [Τευκρός] Idem quod Trojanus. ut eſt apud Virgilium paſſim.
Campi Teucri. Stat. 1. Achil. 86.

Teucria, [Τευκρία] Troja ſic dicta a Teucro. Virg. 2. Æn. 26.

Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu.

Teucris, idis. f. [Τευκρίς] Teucri filia. Cic. 1. Att. 12. pr. Teucris illa, lentum ſane negotium. Hoc eſt (ænigmate enim loquitur) C. Antonius collega meus, olim cum L. Catilina ita conjunctus, ut illi regnum Conſul, non aliter quam Teucri filia Dardano, comparare poſſe crederetur: ita porro libidinoſus, ut Teucris potius, quam Teucer ſit appellandus. Varia expoſitio loci eſt. V. not. Verior.

Teuchites, m. [τευχίτης] Junci odorati ſpecies laudatiſſima, a loco in quo naſcitur nomen habens. Plin. lib. 12. cap. 18. Laudatiſſimus ex Nabathæa juncus, cognomine teuchites, proximus Babylonius, peſſimus ex Africa, ac ſine odore. Eſt autem rotundus, vinoſæ mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando odorem roſæ emittit, rubentibus fragmentis. Dioſcorides σχοῖνον appellat feminino genere, reſpiciens nimirum ad nomen generalius σχοῖνος, quod etiam in feminino genere ab eodem uſurpatur.

Teucrion, i, n. [τεύκριον] Herba. Plin. lib. 25. cap. 5. Invenit & Teucer eadem ætate teucrion, quam quidam hemionion vocant, ſpargentem juncos tenues, folia parva, aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, nunquam florentem: Neque ſemen gignit. Medetur lienibus. Conſtatque ſic inventam: Quum exta ſuper eam projecta eſſent, adhæſiſſe lieni, eumque exinaniſſe. Ob id a quibuſdam ſplenion vocatur. Narrant ſues, qui radicem ejus edunt, ſine ſplene inveniri. Idem lib. 24. cap. 15. Chamædrys herba eſt, quæ Latine triſſago dicitur. Aliqui eam chamæropem, alii teucrion appellavere. Folia habet magnitudine mentæ, colore & diviſura quercus.

Teudĕrium, i, n. [Τευδέριον] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Urbs Germaniæ: hodie Padeburna, vulgo *Paderborn*.

Teumēsus, vel **Teumessos**, i. m. [Τευμησσός] Mons Bœotiæ, in quo leo Teumeſius dictus, inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quem Hercules, adhuc pæne puer, occidit, eique pellem detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper uſus eſt. Hic leo a Jove in cælum tranſlatus dicitur, ut gloriæ Herculis conſuleret, qui eum inermis occiderat.
Eſt etiam hoc nomine Fluvius, & regio, & parvulum oppidum in Thebanis finibus.

Teumēsius, vel **Teumessius**, a, um. Adj. [Τευμήσιος, ὁ Τευμήσσιος] Thebanus.
Arva Teumeſia. Stat. 2. Theb. 381.
Amnis Teumeſius. Stat. 9. Theb. 462.
Cornus Teumeſia. Stat. 2. Theb. 624.
Leo Teumeſius. Stat. 4. Theb. 86.

Teutătes, [Τευτάτης] lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur. Hunc Plato inventorem fuiſſe Geometriæ & Aſtronomiæ atque talorum ſcribit. Lucan. lib. 1. 444.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrenſque feris altaribus Heſus. V. Lactantium Div. Inſt. lib. 1. 21. pr.

Teuta, [Τεῦτα] V. Teuca.

Teuthălis, idus. f. [τευθαλίς] Herba, quam alii a frequentia geniculorum Polygonaton appellant, alii Polygonon. Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgus noſtrum ſanguinodiam & ſanguinariam & geniculatam appellat.

Teuthis, Quidam ex Græcorum principibus, qui ad Trojam navigaturi

Digitized by Google

in Æolide convenerunt: qui cum forte ab Agamemnone diſſideret, atque ob id ratto ſe in patriam vellet recipere, Minervam diſſuadentem, atque adeo remorantem haſta vulneravit

Teuthis, [τευθίς] Piſcis eſt oſſe oblongo atque exſerto munitus, ſed corde carens. Theodorus ex Ariſtotele Lolliginem vertit. Hinc Themiſtocles Eretrienſibus ignaviam objiciens, dictitabat eos teuthidi perſimiles, μαχαίρας μὲν ἔχειν, καρδίας δὲ μὴ ἔχειν, hoc eſt, Gladios quidem eos habere, cor autem non habere. [Gloſſ. Græcolat. τευθὶς, Lolligina. Et Latinogræc. Lolligo, τευθίς.

Teuthrania, [Τευθρανία] Plin. lib. 5. cap. 3. Regio eſt ſupra Æolida & partem Troadis in mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere. Stephanus Teuthraniam a Teuthrante dictam eſſe cenſet.

Teuthras, antis m. [Τεύθρας] Rex Myſiæ, quem Stephanus & Euſtathius patrem Theſpii dicunt, filium Pandionis: quorum ſententiam Ovidius ſecutus videtur, quum Teuthrantiam turbam Theſpii quinquaginta filias, ab Hercule compreſſas, innuit, Epiſt. 9. 51. Al. Theutrantia. Alii autem Teuthrantiam turbam, non ab avo Teuthrante, ſed a Teuthranto Atticæ oppido dictam eſſe volunt: ubi admiranda pictura videbatur, ut hæc ab Hercule geſta erant, ad quam viſendam Germanicus Cæſar ſuo carmine deſcendiſſe ſe teſtatur.

Teuthranteus, a, um. Adj. [Τευθράντειος] Ovid. 2. Met. 243.

Peneuſque ſenex, Teuthranteuſque Caycus

Teutoni, [Τεύτονες] qui & Teutones & Teutonici dicuntur. Plin. lib. 4. cap. 14. Germaniæ populi, ſic dicti a Teutone Deo, quem terra ortum exiſtimabant. Lucan. lib. 6. 259.

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

Teutonicus, a, um. Adj. [Τευτονικός] ut, Teutonici capilli, quales Teutones geſtare ſolent, hoc eſt flavi. Martial. lib. 14. 26. Propert. lib. 3. 3. 44.

— & Teutonicas Roma refringat opes.

Furor Teutonicus. Lucan. lib. 1. 256.
Manubiæ Teutonicæ Gruter. Inſcript. p. 43d. n. 3.
Vomer Teutonicus. Claud. 1. in Eutrop. 406.

Teutosagi, V. tectosages.

T E X

Texo, texui vel texi, textum, [ὑφαίνω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Struere componere, concinnare, conſtruere. Sed proprie de tela dicitur. Ter. Heaut. 2. 3. 44.

Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus.

Togam texere alicui, Translate. Cic. 9. Fam. 15. Sed tamen togam prætextam texi Oppio. Interpres Texi, Ornavi interpretatur.

Ea tela texitur, & ea vivendi ratio incitatur in civitate, Proverbialiter a Cicerone 3. de Orat. 224. dictum, pro, Id jam in civitate paſſim fieri conſpicitur. [ἄλλως Ratio initur. V. in tela.

Veſtes texere. Tibul. lib. 2. 3. 57.
Fiſcellam texit hibiſco. Virg. 10. Ecl. 71.
Flores texere. Ovid. 10. Met. 123.
Sæpes texendæ. Virg. 1. Georg. 271.
Vaſa ex ferulis. Columel. 9. 6.

Plagas texere, Translate. Cic. 4. Acad. 147. Ut quum plus uno verum eſſe poſſit, jacere neceſſe ſit tot, tam nobiles diſciplinas, quam de oculorum ſenſuumque reliquorum mendaciis, & de ſorite, aut pſeudomeno: quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt.

Baſilicam texere, Conſtruere, metaphorice dictum. Cic. 4. Att. 15. Paulus in medio foro baſilicam jam pæne texuit, iiſdem antiquis columnis [Niſi Texit legendum, i. e. Ad tectum perduxit extruendo.

Carina texitur ſuis coſtis. Ovid. 16. Epiſt. 110.
Navigium texere, Conſtruere. Plin lib. 13. cap. 11.
Nidos texere. Quintil. lib. 1. cap. 16.
Ad multa alia etiam transfertur. ut,

Epiſtolas texere, Scribere. Cic. 9. Fam. 21. Epiſtolas vero quotidianis verbis texere ſolemus.

Orationem. Auſon. Prof. v. 12.

Opus texere. Cic. 3. Q. frat. 5. Sane texebatur opus luculente, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat.

Cauſas texere leti. Propert lib. 3. 7. 29.

Textus, a, um. Partic. [ὑφασμένος, Gl. G. L.] Virg. 1. Æn. 186.

Adamas textus. V. adamas.

Iter textum cæcis parietibus. h. e. Cæcum iter intextis parietibus. Servius, Hypallage eſt. Virg. 5. Æn. 589. De Labyrintho.

Textus, ûs. m. [ὕφασμα] Plin. lib. 9. cap. 35. Alterno textu fulgentibus, toto capite crinibus, &c. Idem lib. 18. cap. 7. 11. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

Viminum textus. Tacit. 1. Ann. 14.

Textus, Subſt. pro Ipſius auctoris verbis. Ammian. 15. 7. Rem brevi textu percurram. Idem 15. 8. Et hæc quidem Romæ (ut oſtendit textus ſuperior) agebantur. p. 305. V. in indice Francf. alia multa exempla. Sed hoc ibi prætermiſſum eſt. H. St. Deſiderabatur hæc animadverſio in edit. Lugd.

Textum, i. n. [ὑφαντὸν, Gl. G. L.] Martial. lib. 3. 58.

Et dona matrum vimineo ferunt texto.

Illuſtre textum coronæ, Corona e lauro contexta. Stat. 6. Theb. 366.

Purpura nempe mihi, pretioſaque texta dabuntur. Ovid. 17. Epiſt. 223.

Pinea texta carinæ. Catul. Argon. 42. 10.

Clypei non enarrabile textum, Contextum, vel ſculptura. Virg. 8. Æn. 625.

Textum orationis, pro Stilo. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque raſum lætioribus numeris erat corrumpendum.

Textilis, e. Adj. [ὑφαντὸς] Quod textum eſt. Virg. 3. Æn. 485.

Textilibuſque onerat donis. Cic. 5. Tuſc. 61. Collocari juſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo, magnificis operibus picto. [Lego Pulcherrime.

Textilia ſerta. Martial. lib. 6. 80.

Textilis veſtis, ante cujus uſum fuit nexilis veſtitus. Lucret. lib. 5. 1349.

Nexilis ante fuit veſtis, quam textile tegmen.

Auro textili fulgens monile, Auro intertexto. Sen. Medea, 7.

Pictura textilis, Quæ in tapetis fieri aut tela ſolet. Cic. 6. Verr. 1. Nego ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin conquiſierit, inſpexerit, &c.

Peſtis textilis. Cic. 2. Tuſc. 20. Tunicam intelligit ſanguine Centauri tinctam, quam Deianira Herculi dedit. Verba ſunt Herculis. V. loc.

Umbra palmitis textilis, Quæ multis palmitibus intertexis fit. Martial. lib. 10. 31.

Textile, is. n. [ὕφασμα] Liv. 45. 35. Navi regia, onerata Macedonicis ſpoliis, non inſignium tantum armorum, ſed etiam regiorum textilium. Ibid. Tabulæ pictæ, textilia: tantum argenti, cælati tantum auri, &c.

Textor, ōris. m. [γέρδιος, Gl. L. G. & G. L. ὑφάντης, G. L.] Qui texit. Cic. pro Planc. 62. Si pro fabro, aut pro textore emimus. Juven. 9. Sat. 30.

— pingues aliquando lacernas,
Munimenta togæ, duri, craſſique coloris,
Et male percuſſas textoris pectine Galli.

Textores limbularii apud Plautum in Aul. 3. 5. 45. Qui limbos ad veſtium ornatum texunt. Turnebus. [Niſi diſcreta legendum. V. intimaus.

Textrix, īcis. f. [ὑφάντρια, Gl. L. G. & G. L. γερδία, G. L.] Quæ texit. Tibul. lib. 2. 1. 65.

Atque aliqua aſſidue textrix operata Minervæ
Cantat.

Textrīcŭla, æ. f. dimin. Puellæ textriculæ. Arnob. lib. 5.

Textōrius, a, um. Adj. Sen. Epiſt. 114. Textorium, inquis, totum me hercule iſtud eſt, quod cum maxime agitur, diſſilio riſu.

Opus textorium. Columel. 9. 6.

Textūra, æ. f. [ὕφασμα, Gl. G. L.] Opus textorium, ſive Actus ipſe textoris vel textricis.

Tenuis textura Lucret. lib. 3. 210.
Aranearum textura, Caſſes. Plaut. Stich. 2. 2. 24.
Coæ textura Minervæ. Propert. 4. 5. 23.
Texturæ diſſimiles inter ſe. Lucret. 6. 776.

Textrīna, æ. f. [ἱστουργεῖον] Locus in quo texitur. Cic 6. Verr. 58. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iſte non textrinam inſtituerit.

Textrinus, [ὑφαντικὴ] Ars ſeu ſcientia texendi. Plin. lib. 11. cap. 24. Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quædam politura artis ipſa per ſe tenax ratio textrinæ. Vetus exemplar ſic habet, Et quadam politura arte, ipſa per ſe tenax ratio tramæ.

Textrīnum, i. n. [ὑφαντεῖον] Locus in quo texitur. Cic. 6. Verr. 103. Quod tamen iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.

Item, Ipſa ars. Sueton. de illuſtr. Gramm. cap. 23. Palæmon primo textrinum, deinde litteras didicit.

Item, Locus in quo naves fiunt. Serv. ad Virg. 11. Æn. 326.

Textivillitium. V. textivillitium.

T H A

Thăis, ĭdis. f. [Θαΐς] Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quæ Atticam juventutem in ſui amorem pellexit. Hanc ſuis fabulis celebravit Menander, comicus poeta Græcus, unde & Menandrea dicta eſt. Propert. lib. 2. 6. 3.

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

Dictam putant nonnulli a pavone ταὼς ὁ & ταῶνος, ὁ, Pavo. Alii malunt dictum quaſi Daidem D verſa in TH. δαῒς Latine fax dicitur, a verbo δαίω accendo, uro. Ad quod videtur alludere Parmeno Terentianus Eunuch. 1. 2. 5.

Accede ad ignem hunc: jam caleſces plus ſatis. Ignem vocat Thaidem, cujus amore Phædria urebatur.

Fuit & Thais altera, a divo Pannufio admonita, quæ relicto meretricio, ſancta mulier evaſit. Nam ignotus ad eam ingreſſus, ſecretum petebat magis ac magis: illa vero dicente neminem niſi Deum poſſe conſpicere: ille, ſumpta hac occaſione, ad Dei metum ac religionem eam eſt exhortatus, qui poſſet etiam occulta conſpicari & plectere. Volaterranus lib. 20.

Thalamæ, [Θαλάμαι] Urbs Meſſeniæ, teſte Stephano, Paſiphaës templo & oraculo nobilis: ut docet Plutarchus in Agide. Hinc fit gentile Thalamæta, Θαλαμάτης.

Thălămēgus, i. f. [θαλαμηγὸς] eſt Navis genus, a Philopatore Ægyptio rege primum fabricatum, qua Nilum & Ægypti foſſas navigaret, eo uſu, ut intra thalamum in regia ſibi eſſe videretur, magnitudine ſemiſtadii, latitudine cubitorum triginta & amplius, nec longis navibus nec rotundis omnino ſimilis, prora puppique duplici, fundo lato planoque. Strabonis interpres lib. 17. Thalamiferas naves haſce appellavit, quibus Ægyptii frequenter uterentur ſolatii cauſa. Oblectantur, inquit, mirum in modum in ſcaphis thalamiferis. ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς. Sic enim habent Græca. Sueton. in Cæſ. cap 52. Dilexit & Reginas, &c. ſed maxime Cleopatram, cum qua & convivia in primam lucem ſæpe protraxit, & eadem nave thalamego pæne Æthiopia tenus Ægyptum penetravit.

Thălămus, i. m. [θάλαμος, Gl. G. L.] Conjugis utriuſque cubiculum. Sæpe pro Cubili, ut Virg. 6 Æn. 280.

Ferreique Eumenidum thalami. Sæpe etiam apud poetas pro ipſo Conjugio ſumitur.

Certamen thalami. Ovid. 10. Met. 317.
Conſors thalami, Conjux, Uxor vel maritus. Ovid. 10. Met. 246.
Cultus thalamus ebore & teſtudine Ovid. 2. Met. 737.
Geniales thalami. Claud. 2. in Ruff. 96.
Jugales thalami. Valer. 1. Argon. 226.
Marmoreus thalamus. Virg. 4. Æn. 392.
Vidui thalami. Valer. 2. Argon. 370.
Apparare thalamos. Senec Troad. 10.
Expertem thalami vitam degere, Expertem conjugii. Virg. 4. Æn. 550.
Felici thalamo dotare aliquam. Senec. Troad. 10.
Habet aliquem thalamus, Qui cubat in thalamo. Virg. 6. Æn. 521.
Indulgere thalamis. Valer. Flacc. 2. Argon. 371.
Inire thalamum. Ovid. 4. Met. 328.
Invadere thalamum alicujus. Virg. 6. Æn. 623.
Lædere thalamos ſtupro. Sen. Herc. fur. 6.
Miſcere thalamos. Sen. Hippol. 12.
Petere thalamos. Ovid. 6. Met. 700.

Tenere thalamos alicujus. Senec. Octav.
Violare thalamos pudicos. Ovid. 1. Amor. 8. 19.
Thalami, pro Alveolis apium. Virg. 4. Georg. 189.

Poſt, ubi jam thalamis ſe compoſuere, ſiletur
In noctem.

THALASSA, [θάλασσα] Mare Græcis ſignificat, unde varia derivantur.

THALASSEGLE, es. f. [θαλασσαίγλη] Herba circa Indum fluvium naſcens. Plin. 24. 17.

THALASSIUS, a, um. Adj. [θαλάσσιος] Marinus. Gloſſ. Græcolat.
Thalaſſia, ōrum. n. pl. Loca maritima. Sidon. 1. Epiſt. 5.

THALASSĬCUS, a, um. Adj. [θαλασσικός] Color thalaſſicus, Similis fluctibus marinis. Græci enim Thalaſſan mare dicunt. Plaut. Mil. 4. 6. 67. Neſcio quis mecum incedit, ornatu quidem thalaſſico. Idem Milit. 4. 4. 43.

Palliolum habeas ferrugineum: nam is color eſt thalaſſicus.

THALASSINUS, a, um. [θαλάσσινος] Idem. ut, Veſtis thalaſſina. Lucret. lib. 4. 1120. Veneti coloris & marini.

THALASSIO, V. TALASIO.

THALASSŎMĔLI, itis, n. [θαλασσόμελι] Unguentum, quod fit æquis portionibus aquæ maris, imbris, mellis, fictilique vaſe depicato conditur. Plin. lib. 31. cap. 6. Dioſc. 5. 12.

THALASSUS, i. m. V. TALASIO.

THĀLĒS, ētis. m. [Θαλῆς] Mileſius, unus e ſeptem, primus omnium aſtrologiæ ſecreta penetravit. De Urſa minore diſſeruit, ut ait Callimachus: ut Eudemus, Solis eclipſin primus prædixit: ut Hippias & Ariſtoteles, inanimis etiam animas eſſe putavit, idque ex magnete lapide deprehendiſſe. Huic tripus aurea, a piſcatoribus Mileſiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis judicantis, eum ſapientiſſimo dari oportere, delata eſt. Deinde per manus omnibus ſapientibus tradita, ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remiſit ad Phœbum, ut qui deûm hominumque ſapientiſſimus eſſet. A Thalete Ionica fluxit diſciplina, ſicut a Pythagora Italica. Exceſſit Olympiade LVIII, dum gymnicum certamen ſpectaret, æſtu ac ſiti lapſus, jam ſenex. Ex Diogene Laertio.
Accipe ex Auſonii ſapientibus Thaletis præcepta;

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere ſuſtuleris.
Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas.
Cum vere objurgas, ſic, inimice, juvas:
Quum falſo laudas, tunc, & amice, noces.
Nil nimium. Satis eſt, ne ſit & hoc nimium.

Thales, Poeta Lyricus Cretenſis, quem e Creta Solon Spartam miſit, cujus odis ac poeſi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbibitam caſtigarunt. Plutarchus in Solone.

THALĒTICUS, a, um. Sidon. Carm. 2. 89.

Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata ſervat.

THALESTRIA, [Θαλήστρια] ut Strabo 11. vel THALESTRIS, ut Juſtin. 12. 3. Regina Amazonum, quam alii Minithæam vocant. Hæc cum trecentis mulieribus occurrit, trigintaquinque dierum inter infeſtiſſimas gentes itinere facto, Alexandro in Hircania res gerenti, ut liberos ex rege ſuſciperet: & ut viſa eſt uterum impleſſe, diſceſſit. V. & Curt. lib. 6. cap. 5. qui pariter Thaleſtrim vocat.

THALIA, æ, f. [Θάλεια] Una eſt e Muſis, a θάλλω germino, vel vireo: quoniam in longum tempus poetarum laus parta vireſcat. V. MUSA.
Arguta Thalia. Hor. 3. Carm. 6. 25.
Laſcive Thalia. Stat. 2. Silv. 1. 116.

THALIARCHUS, i. m. [Θαλίαρχος] eſpimus in Horatio prima ſyllaba ſcribi debet, ut nomen proprium ſit, in quo inſit ſignificatio Magiſtri, & domini convivii, qui & Sympoſiarchus vocabatur. Nam Thalia, Convivium etiam Græcis ſignificat. Ex Turneb. Adverſ. 11. 28. conf. Hor. 1. Carm. 9. ad Thaliarchum.

THALICTRUM, [θαλίκτρον] Dioſcoridi, Herba folio coriandri habens, pinguiora paulo; caulem papaveris. Plin. lib. 27. cap. 13.

THALLUS, i. m. [θαλλός] Verbena in Gloſſ. Græcolat. Virg. in Ciri, v. 376.

Pergit Amyclæo ſpargens altaria thallo. I. e. Olivæ ramo.

Thalli, [θαλλοί] dicuntur in porris & cæpis & allio medio ſtipites, a verbo Græco θάλλειν, id eſt vireſcere. Unde & pro Germine arborum ponitur. Columel. lib. 11. cap. 3. 48. Thalli cæparum ventis proſternuntur, totumque ſemen excutietur. [In Gloſſ. Latino Græc. Verbena, θαλλός.

THALLOPHORI, [θαλλοφόροι] dicti, Qui Athenis in Panathenæis oleæ ramos geſtabant. Erant ii ut plurimum ſenes. Unde per jocum Tallophori dicuntur, Qui ad munera obeunda ſunt inutiles. Calepin.

THALYSIA, n. pl. [θαλύσια] Feſta erant apud Athenienſes, quibus, fructibus omnibus in horrea convectis, diis primitias conſecrabant: dicta ἀπὸ τοῦ θάλλειν, propterea quod idcirco præcipue fierent, ut quæ ſuccisa erant, poſſent revireſcere. V. Cæl. Rhodig. lib. 12. cap. 17.

THAMNUS, V. TAMNUS.

THAMYRAS, [Θαμύρας] Thrax poeta. Feruntur ipſius in theologia verſus ad tria millia, quum pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde præter conſuetudinem Muſas amavit, ac cum eis de cantu certavit, hac conditione ut victas complexu potiretur: victus, quod eis liberet, pateretur. Itaque ſuperatus, & oculis & lyra privatus eſt: ex quo proverbium manavit in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Thamyras inſanit. V. Eraſm. in Proverbiis. Stat. 4. Theb. 183. Et Ovid. 3. de Arte Am. 399.

Tu licet & Thamyram ſuperes, atque Orphea cantu.

Thamyras, Aruſpex quidam, cujus meminit Tacit. 2. Hiſt. 3.

THAPSACUS, [Θάψακος] Urbs Syriæ ampliſſima, ad Euphratem fluvium, cujus meminit de Cyri expeditione lib. 1. Xenophon.

THAPSUS, [Θάψος] Pæninſula eſt Siciliæ, verſus Syracuſas, plana, & quam minimum e mari eminens, adeo ut undis merſa videatur. Unde & Thapſos dicta eſt ἀπὸ τοῦ θάπτειν, quod in mari quodammodo ſepulta videatur. Virg. 3. Æn. 689.

— Thapſumque jacentem. Scribitur & Tapſus.

Thapſus etiam Africæ civitas, ut ait Plin. lib. 5. cap. 4. V. & Dion. lib. 43.

THAPSIA, [θαψία] Frutex eſt tota ſpecie ferulæ ſimilis, graciliore tamen caule, folio fœniculo ſimili: umbellas habens in ſingulis germinibus anetho ſimiles, & in iis florem luteum: ſemen autem modice latum, minus quam ferulæ: radix eſt prægrandis, intus candida, foris nigra, craſſiore cortice veſtita, & acris. Colligitur ex ea liquor ejuſdem nominis, effoſſa circa eam terra, vulneratoque cortice. Dicta Thapſia a Thapſo pæninſula, in qua primum creditur inventa. V. Plin. lib. 13. cap. 22. & Dioſcorid. lib. 4. 157.

THĂSUS, [Θάσος, Θάσσος, Steph.] Oppidi inſulæque nomen, teſte Herodoto lib. 2. Quin etiam in Thaſum profectus ſum, ubi inveni templum a Phœnicibus conditum, qui ad inveſtigandum Europam navigantes Thaſum condiderunt, &c. Fuit hæc inſula Aurea vocitata, propter aurum, quod illic effodiebatur. [Immo Aëria, Ἀερία, ut ait Steph.
Eſt & Thaſos, vel Thaſſos, Inſula in Ægeo mari prope Thraciam, vino ſuo & nuce optima, cujus Varro meminit, celebris. Plin. lib. 14. cap. 7. Nunc vulgo dicitur *Thaſo*, aliis *Thaſſo*, aliis *Taſo*.
Nemoroſa Thaſos. Stat. 5. Theb. 182.

THĂSIUS, a, um. Adj. [Θάσιος] ut, Nux Thaſia, quæ & Græce dicitur & Amygdala. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18.
Vites Thaſiæ. Virg. 2. Georg. 91.

THASII, [Θάσιοι] Populi in Thaſo habitantes.

THAUMACIA, [Θαυμακία] Magneſiæ oppidum, ita dictum a Thaumaco Pœantis patre. Ejus meminit Plin. lib. 4. cap. 9.
Thaumaciam alteram Stephanus collocat ad ſinum Maleacum.

THAUMANTIAS, ădis. f. [Θαυμαντιάς] dicitur Iris, filia Thaumantis & Electræ filiæ Oceani, nuntia deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis. Ceterum ex admiratione hoc nomen forſan accepit, quæ admiratio de ejus coloribus naſcitur. Auctor Servius in illud Virg. 9. Æn. 3.

Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt; θαῦμα enim Græce, miraculum ſignificat.

THAUMANTIS, idis. f. Idem. [Θαυμαντίς] ut,
Imbrifera Thaumantis. Stat. 3. Silv. 3. 81.

THAUMANTĒUS, a, um. Adj. [Θαυμάντειος] ut,
Virgo Thaumantea. Ovid. 14. Met. 845.

T H E

THĔAGĔNES, is, m. [Θεαγένης] Tres Athenis Theagenes diverſis temporibus fuiſſe Suidas refert. Unum qui de Homero ſcripſit.
Alium qui καπνὸς, id eſt Fumus eſt cognominatus, quod multa promittens nihil præſtaret: pauper enim erat ac dives videri volebat.
Tertius, vir potens ac dives Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publice ac privatim multa laude digna geſſit.
Quartum edidit Pauſanias, Athletam, patria Thaſium, qui CCL coronas ex certaminibus retulit.

THEAMEDES, [θεαμήδης] Lapis contrariam magneti habens naturam. Nam ut ille ferrum occulta quadam naturæ vi ad ſe attrahit, ita Theamedes reſpuit repellitque. Plin. lib. 36. cap. 16.

THEANGELA, [Θεάγγελα] Cariæ oppidum, unum ex iis, quæ ab Alexandro magno Halicarnaſſo fuerunt attributa. Auctor Plin. lib. 5. cap. 29.

THEANO, ûs. f. [Θεανώ] Meſopotamia, ſeu Creſſa genere, vel, ut alii ſcribunt, Metapontina, aut Thuria; mulier Pythagoræ, Leophronis filia, & uxor Brotini Crotoniatæ. Scripſit commentarios in Philoſophia, de virtute, poemata quoque & apophthegmata Pythagorica. Auctor Plotinus. Theano item apud Homerum memoratur.

THEĀNUM, V. TEANUM.

THEĀTRUM, i. n. [θέατρον, Gl. G. L.] a verbo θεάομαι, quod videre ſignificat. Eſt autem Ædificium in hemicycli ſpeciem factum, ad videnda ſcenæ ſpectacula idoneum. Cic. 1. de Finib. 49. Tanquam e theatro exeamus. Juven. 10. Sat. 128.

— ſævus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri. Demoſthenem ſcilicet.

Spectandi locum in theatro Senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod inſtituere Curules Ædiles, Cenſorum juſſu, Atilius Serranus, & L. Scribonius Libo. Fecit poſtea ſua lege L. Roſcius Otho, Ciceronis ætate, alteram in populo diſtinctionem: tulit enim, ut equeſter ordo ſeorſum e plebe in XIIII gradibus ſederet, iis tamen equitibus exceptis, qui ſive ſuo, ſive fortunæ vitio decoxiſſent, cui generi certum locum aſſignavit, pœna irrogata, ſi in XIIII ſediſſent. Hinc illud in Antonium, 2. Philipp. 44. Teneſne memoria, te prætextatum decoxiſſe? Patris, inquies, iſta culpa eſt. Concedo: illud tamen audaciæ tuæ, quod ſediſti in Quatuordecim: cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamvis quis fortunæ vitio non ſuo, decoxiſſet. Primum igitur ſenatores in ſedibus Circo proximis conſidebant. Secundo loco proxime ſediſſe equites putabam, cum, exceptis ſenatoribus & magiſtratibus, dignitate anteirent, ſed a Cornelio Tacito monitus, opinionem mutavi. Is enim, ſediſſe quidem in XIIII ordinibus equites, narrat, non tamen ante plebem, ſed confuſe, tantum ut XIIII ordines haberent. Nero, inquit lib. 15. cap. 32. pr. equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit apud Circum. Nam ad eam diem indiſcreti ibant: quia lex Roſcia nihil, niſi de XIIII ordinibus, ſanxit. Ex libro P. Manut. de Legibus Romanis.
Alta fundamenta theatri. Virg. 1. Æn. 423.
Arcto theatro ſtipata Roma. Hor. 2. Epiſt. 1. 60.
Cuneatum theatrum. V. CUNEUS.
Curva theatra. Ovid. 1. de Arte Am. 89.
Feſta theatra, in quibus ludi ac dies feſti celebrantur. Ovid. 3. Met. 111.
In theatro ac ſpectaculis. Cic. 2. Att. 19.
Magna theatra. Lucret. lib. 4. 74.
Marmoreum theatrum. Ovid. 2. Amor. 7. 3.
Spiſſa theatra. Hor. 2. Epiſt. 20. 41.
Theatrum, pro Spectatoribus ipſis. Quintil. lib. 6. cap. 1. extr. Tunc eſt commovendum theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, Plaudite.
Clamoſi turba theatri. Stat. 3. Silv. 5. 16.
Theatra reclamant. Cic. 3. de Orat. 194. h. e. Spectatores.
Verſari in theatro, per tranſlationem, pro Eſſe in aliquo loco conſpicuo ante omnium oculos. Cic. 7. Verr. 35. Sic obtinui Quæſturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer: ut me Quæſturamque meam, quaſi in aliquo orbis terræ theatro verſari exiſtimarem.
Habere theatrum, ſine bellum. Cic. 13. Att. 20.

Ingenii

Digitized by Google

Ingenii theatrum. Cic. de Clar. Orat. 6. Cum forum Populi Rom. quod fuiſſet quaſi theatrum illius ingenii.

Theatrum virtutis, conſcientia. Cic. 2. Tuſc. 64. Omnia enim benefacta in luce collocari volunt: ſed tamen nullum theatrum virtuti conſcientia majus eſt.

Majoribus theatris propoſitæ ejus virtutes. Cic. pro Rabir. Poſt. 42. Multas quidem C. Cæſaris virtutes, magnas, incredibileſque cognovi, ſed ſunt ceteræ majoribus quaſi theatris propoſitæ.

Magnum theatrum habet iſta provincia. Cic. 13. Fam. 65. Summa ejus epiſtolæ hæc eſt, ut ornes omnibus rebus Neronem, ſicut inſtituiſti, atque feciſti. Magnum theatrum habet iſta provincia, non ut hæc noſtra, adoleſcentis nobilis, ingenioſi, abſtinentis commendationem atque gloriam. i. e. Multos ſpectatores: vel ut alii volunt, Magnam fortunam, qualis in theatro eſſe ſolet.

Magno theatro ſpectata familiaritas. Permultis comperta. Cic. 12. Fam. 29. Non modo te, cui noſtra omnia notiſſima ſunt, ſed neminem in Pop. Romano arbitror eſſe, cui ſit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia eſt. Etenim magno theatro ſpectata eſt tum, cum eſt ab A. Gabinio Conſule relegatus, quod libere & fortiter ſalutem meam defendiſſet.

THEATRĀLIS, e. Adj. [θεατρικός, Gl. L. G.] Quod ad theatrum ſpectat. Cic. pro Sext. 115. Theatrales gladiatoriique conſeſſus.

Vitioſa humanitas indecora & theatralis. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Lex theatralis. Quintil. lib. 3. cap. 6. Plin. 7. 30.

Operæ theatrales. Tacit. 1. Ann. 16.

THEATRICUS, a, um. Adj. [θεατρικός] Idem. ut, Auguſt. de Civ. Dei, 6. 6. Theatricæ turpitudines.

THEATRIDIUM, i. n. [θεατρίδιον] dimin. forma Græca, a Theatro deductum, quaſi Parvum theatrum: non enim Theatrulum dicimus. Varr. 3. de R. R. cap. 5. Inter has & exteriores gradatim ſubſtructum ut theatridium avium; mutuli crebri in omnibus columnis impoſiti, ſedilia avium.

THĒBA, æ, THEBE, es. & frequentius THEBÆ, ārum. f. [Θήβη & Θῆβαι] Ovid. 3. Amor. 6. 33.

Quid referam Aſopon, quem cepit Martia Thebe? Stat. 8. Theb. 349.

Vive ſuperſtes, ait, diraque ad mœnia Thebæ
Solus abi.

Nomen aliquot urbium, quarum celeberrima fuit in Ægypto, a Buſiride Ægypti rege condita, quæ Græce Ἡλιόπολις, id eſt Solis civitas: ambitu centum quadraginta ſtadiorum, uti refert Herodotus, quam Plin. lib. 36. cap. 14. totam penſilem fuiſſe ſcribit, quæ & centum portas habuit, in quarum ſingulis memorantur ducenti cuſtodes excelluiſſe equis & curribus: ſubter quam reges ſoliti erant maximos exercitus armatorum educere, nullo ex oppidanis id ſentiente. Multa de hac Diodorus & Strabo lib. 17. a quo Dioſpolis vocatur. Demum collapſa, ut alia ſolent vetuſtate, etiam Strabonis temporibus vicatim inhabitata eſt. Juven. 15. Sat. 16.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. Ab hac (teſte Plinio libro tricesimo ſexto) regio Thebaica, Æthiopiæ contermina, cognominata eſt. A qua & Thebæi cum diphthongo, & fructus palmarum ejus Thebaides & Thebaicæ dicuntur a Plinio.

Alia Thebe fuit in Bœotia, a Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornavit, Bacchi & Herculis clariſſima patria, ab Alexandro Magno poſtea everſa, quæ Draconigena dicitur, quia a Cadmo cum quinque viris ex ipſo dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit. Varro tamen lib. 3. de R. R. cap. 1. pr. ſcribit, hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti ſunt. Hanc Heptapylon vocat Apuleius lib. 4. Met. p. 246. Elmenh. ab eo quod ſeptem portas habebat, Inclita tribus ducibus, Ariſtomene, Epaminonda & Pelopida: ut & Pindaro poeta, Lyricorum principe. Hæc etiam dicta fuit Dircæa, a Dirce fonte. Unde & a Statio Dircæus ager, Thebanus vocatur.

Aoniæ Thebæ. Stat. 1. Theb. 236.

Cadmeæ Thebæ. Propert. lib. 1. 7. 1.

Domitæ bello Thebæ. Ovid. 2. Epiſt. 71.

Duplices Thebæ. Virg. 4. Æn. 470.

Echioniæ Thebæ. Hor. 4. Carm. 4. 64.

Eetioneæ Thebæ. Ovid. 12. Met. 110.

Herculeæ Thebæ. Sen. Herc. fur. 4.

OEdipodioniæ Thebæ. Ovid. 15. Met. 429.

Truces Thebæ. Claud. de Bell. Gild. 287.

Veteres Thebæ. Propert. lib. 2. 1. 21.

Alias Bacchus in Africa condidit Thebas. Unde Hieronymus in Commentario epiſtolæ ad Galatas, Prætereo Thebas Liberi, quas in Africa condidit, quæ civitas nunc Thebeſtis dicitur.

Alia in Theſſalia, a qua etiam Thebani & Thebæi.

Fuit & alia Thebe, Homero teſte, in Cilicia, Andromaches uxoris Hectoris patria. Unde Ovid. 4. Triſt. 3. 29.

Nec cruciere minus, quam quum Thebana cruentum
Hectora Theſſalico vidit ab axe trahi.

Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis condita, quam interiiſſe auctor eſt Cato.

Fuerunt & Thebæ Corſicæ.

THEBÆI, [Θηβαῖοι] Populi Thebas civitatem Ægypti, vel aliam, incolentes.

THEBAICÆ, ſeu THEBAIDES; dicuntur Palmæ generoſiores. Plin. lib. 5. cap. 28. Carne palmæ placent, cruſta thebaicæ, ſucco uvæ & caryotæ. Idem lib. 13. cap. 4. Thebaidis fructus in cados conditur.

THEBAIS, idis, f. [Θηβαΐς] Africæ regio eſt. Plin. lib. 5. cap. 9. Summa pars Æthiopiæ contermina, Thebais vocatur. Quod nomen poteſt eſſe patronymicum a Thebe.

Fluvius eſt etiam hujus nominis in Caria. Plin. lib. 5. cap. 29.

Thebais, patronym. f. [Θηβαΐς] Ovid. 6. Met. 163.

— & omnes
Thebaides juſſis ſua tempora frondibus ornant.

Thebais, & Nomen eſt libri a Statio conſcripti de Bello Thebano.

THEBANI, [Θηβαῖοι, ἢ Θηβᾶοι] Qui ſunt ex Thebe civitate Bœotiæ.

THEBĀNUS, a, um. Adj. [Θηβαϊκός] ut,

Agmina Thebana. Stat. 9. Theb. 281.

Arx Thebana. Hor. de Arte Poet. 394.

Duces Thebani. Propert. lib. 2. 9. 50.

Sceptra Thebana. Sen. Theb. 1.

THEBE, es, f. [Θήβη] Nomen virginis, e cujus gremio geminæ columbæ (ut eſt in fabulis) quum evolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem reſponſa dedit: altera ad ſilvam Dodonæam, ubi futura mortalibus præcinuit. conf. Steph. in Θήβη.

THĒCA, æ. f. [θήκη, Gl. G. L.] Latine Repoſitorium, vagina, & locus dicitur, in quo quid recondi ſolet. Varr. 1. de R. R. cap. 48. Proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta.

Calamaria theca. Martial. lib. 14. 19.

Numaria theca. Cic. 4. Att. 7. Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris: in aliis eris cautior.

Vaſorum thecæ. Cic. 6. Verr. 52. Qui videret equum Trojanum introductum, urbem captam eſſe diceret, afferri ſine thecis vaſa, extorqueri alia de manibus mulierum.

THECĀTUS, a, um. Adj. ut, Arcum geſtare thecatum. Sidon. e. Epiſt. 2.

THEDO, ōnis. m. Piſcis quidam apud Auſon. Edyll. 10. 89.
Et nullo ſpinæ nociturus acumine thedo.

THELBUCANE, [Θελβουκάνη] Babyloniæ urbs juxta Euphratis fluvii partem Ptolemæo lib. 5. cap. 20. hodie *Maraga*.

THELĒSIA, Argiva mulier, quæ Argos oppidum Græciæ, a Cleomene Spartanorum rege obſeſſum, una cum cæteris mulieribus, quum deeſſent viri, tutata eſt.

THELICON, ōnis. m. Herba mercurialis. Apul. de Herb. cap. 82.

THĒLIS, ab Ennio vocabatur, quam Græci Thetin nuncupant. Varr. de L. L. 6. 5. Ea Thelis illi mater, &c. quod corrupte in editis legitur. Varr. de R. R. 3. 9. Nec continuo his, quas melicas appellant falſo, quod antiqui, ut Thetin Thelin dicebant, ſic medicam melicam vocabant.

THĒLYGŎNOS, i, f. [θηλυγόνος] Herba, habens frondes frondibus oleæ ſimiles, ſed aliquanto pallidiores. Plin. lib. 27. cap. 9. Eſt & alia crateogonos, quæ thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus.

THĒLYPHŎNON, i, n. [θηλυφόνον] Herba, ab aliis Scorpion vocatur, propter ſimilitudinem radicis, cujus tactu moriuntur ſcorpiones. Plin. lib. 25. cap. 10.

THĒLYPTĔRIS, is. f. [θηλυπτερίς] Alterum genus filicis, quaſi filix femina: nam fruticoſa eſt, & multos ex ſe ramos producens. Plin. lib. 27. cap. 9.

THĒMA, ătis. n. [θέμα] Latine, ut ait Gloſſ. Græcolat. Poſitio, Caſus, dicitur. Eſt etiam Argumentum a præceptore propoſitum vel dictatum, quod ubi compoſuerunt diſcipuli, jam amplius thema non eſt dicendum. Thema controverſiæ declamandæ argumentum. Quintil. lib. 7. cap. 2. Nam in ſchola certa ſunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero propoſita.

Thema, apud Suetonium accipitur pro Horoſcopo, in Auguſto, cap. 94. ad finem, Tantam mox fiduciam fati habuit, ut thema ſuum vulgaverit: nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus erat, percuſſerit. [Gloſſ. Græcolat. Θέμα, τὸ ἐν ἄστροις, Conſtellatio.

THĔMIS, is vel idis, vel iſtis. f. [Θέμις] Una fuit ex tribus ſororibus Jovis, ex qua Minervam ſuſcepit. Hæc Cæli & Terræ filia fuit, quæ Jovis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit. Hanc, teſte Feſto, putabant eam eſſe, quæ hominibus præciperet, id petere quod fas eſſet: eamque eſſe id exiſtimabant, quod fas eſt. Nam θέμις Fas apud Græcos deſignat. Habuitque templum in Bœotia juxta Cephiſum amnem, ad cujus oraculum acceſſit Deucalion cum Pyrrha uxore pro conſilio recuperandi humani generis. Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta eſt. Alii Themin vel Themiſta (utroque enim modo dicitur) Jus & Juſtitiam eſſe putant: eandemque conſiliorum oraculorumque præſidem eſſe, propterea Homerum θεμιστεύειν, verbum quod vaticinari & oracula dare ſignificat, pro Leges ferre & jura reddere accepiſſe Odyſſeæ decimo. Budæus.

Fatidica Themis. Ovid. 1. Met. 320.

Longæva Themis. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 227.

Parnaſſia Themis. Ovid. 4. Met. 642.

THĒMISCYRA, orum. vel THEMISCYRON, i, n. [Θεμίσκυρα] Cappadociæ urbs eſt, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 3. & Mela 1. 21.

THĒMISON, ōnis, m. [Θεμίσων] Medicus apud Herodotum: cujus meminit & Cornel. Celſus ſæpius.

THEMISTA, [Θέμιστα] Cic. in Piſon. 63. Licet Themiſta ſapientior, ſi os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluiſti. Sane Themis accuſativos habet Themin & Themiſta. V. THEMIS. Ab accuſativo Themiſta fit nominativus Themiſta hujus Themiſtæ. Eſt autem Themiſta eadem quæ & Themis, conſiliorum præſes. V. not. Var.

THĒMISTIUS, [Θεμίστιος] Philoſophus ſub Juliano imperatore, cujus Præfectus Prætorii fuit Conſtantinopoli: ſcripſit Paraphraſin in Ariſtotelis Phyſicam libris VIII. in Analytica item. Præterea edidit ſua, videlicet de intentione & inſcriptione prædicamentorum: diſputationes etiam quaſdam. Hic Valentem Imperatorem, quotidie ſævientem in Orthodoxos auctoritate ſua & epiſtolis reddidit mitiorem. Suidas.

THĒMISTOCLES, is. m. tert. dub. [Θεμιστοκλῆς] Athenienſis Neoclis vel potius Neoclis filius. Sic enim Ovid. 1. Pont. 3. 69.

Arma Neoclides, qui Perſica contudit armis. Fuit prodigus ac laſcivus prima juventute, poſtea dux delectus res inclitas geſſit. Piræeum ædificavit. Bello maritimo Perſas apud Salaminem vicit. Tandem civium invidia exſul, ad Artaxerxem confugit, a quo quum pugnare compelleretur invitus adverſus patriam, recenti tauri ſanguine hauſto, ſe ipſum necavit, vir alioqui præſtantiſſimus. Epiſtolas reliquit plenas acuminis ac prudentiæ. Hæc ex Suida. Cic. de Fin. 2. 104. Themiſtocles quidem, quum ei Simonides, aut quis alius, artem memoriæ polliceretur, Oblivionis inquit, mallem: memini etiam quæ nolo, oblivisci non poſſum quæ volo.

THEMISTOCLĒUS, a, um. [Θεμιστόκλειος] Adj. Cic. 10. Att. 8. Pompeji omne conſilium Themiſtocleum eſt.

Exſilium Themiſtocleum. Cic. ibid.

THEMISTOGĔNES, [Θεμιστογένης] Syracuſanus hiſtoricus, Cyri expeditionem & bella, quæ in hiſtoria Xenophontis continentur, compoſuit. Auctor Suidas.

THENSA, V. TENSA.

THEOCRĪNES, [Θεοκρίνης] viri proprium, qui primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator & ſycophanta. Unde & Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Æſchinem tragicum Theocrinem vocat. Eraſmus in Chiliadibus.

THEOCRĬTUS, i. m. [Θεόκριτος] Syracuſanus, patre Praxagora, cognomento Simichides, matre Philina, qui ſub Ptolemæo Lagi filio vixit,

emicuit, appellatus fuit Moſchus. ſcripſit Dorica lingua Bucolicon carmen, quod exſtat.

Theocritus alter, Chius patria, unde & Theopompus fuit hiſtoricus, ejus æqualis, & in adminiſtratione Reip. æmulus, ſcripſit hiſtoriam Libycam, & epiſtolas quaſdam. Auctor Suidas. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3. Antigonus rex Theocritum Chium, de quo juraverat quod ei parſurus eſſet, occidit propter ſcomma ab eodem de ſe dictum. Vide reliqua ibidem.

THEŎDĂMAS, [Θεοδάμας] Pater Hylæ fuit, qui quum Herculi cum Deianira & Hylo filio in Dryopes venienti eſurientique cibum denegaſſet, ille arreptum unum ea bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Qua propter Theodamas convocatis popularibus, arma adverſus Herculem movit: ferturque in eo certamine ita ab hoſtibus preſſum fuiſſe Herculem, ut etiam Deianiram uxorem armarit, quæ & in mamilla vulnerata ſit. Ipſe tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiumque ejus Hylam ſecum abduxit, quem tum deinde pro cariſſimo habuit, ſecumque etiam cum Argonautis reliquis proficiſcens abduxit. Qui poſtea quum in Myſia aquatum ſolus iviſſet, in ſilva quadam, ſive in fontem præcipitatus, ſive, ut fabula habet, a Nymphis abreptus, periit. Herculem autem interitum ejus ſic doluit, ut relictis Argonautis retro abierit, Hylamque per omnem regionem requiſiverit, de qua re eſt apud Apollon. Argon. 1. & apud Flaccum & Propertium lib. 1. Eleg. 2. alioſque nonnullos. Scribunt alii Thyodamas.

THEODAMANTĒUS, a, um. Adj. [Θεοδαμάντειος] ut, Hylas Theodamanteus. Propert. lib. 1. 20. 6.

THEŎDECTES, æ. m. [Θεοδέκτης] Orator, Cilix genere, diſcipulus Platonis, Iſocratis, & Ariſtotelis. Converſus deinde ad tragœdias, ſcripſit fabulas L. Deceſſit Athenis natus annos XLI. Scripſit & verſibus artem Rhetoricam, laudavit & virum Artemiſiæ Mauſolum, una cum claris eo tempore oratoribus.

Theodectes orator, ſuperioris filius, ſcripſit Encomium Alexandri regis Epirotarum: commentarios hiſtoriæ, artem Rhetoricam lib. VII. aliaque complura. Auctor utriuſque Suidas.

Theodectes in primis (ut Ariſtoteles ſæpe ſignificat) politus ſcriptor, atque artifex. Cic. in Orat. 172.

THEŎDŌRUS, [Θεόδωρος] Byzantius ſophiſta, qui a Platone vocatus eſt λογοδαίδαλος, ſcripſit contra Thraſybulum & Andocidem, & alia multa. Suidas.

Theodorus & Theladeus fratres Samii, ſculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythii Apollinis ſignum incœpit, alter Theodorus Epheſi eodem tempore, ex alio ſaxo abſolvit: quibus ſimul compoſitis ita convenit, ut unum corpus, ab uno artifice & ex uno lapide ſculptum videretur. Genus artis hujus eſt Græcis ignotum, ſed apud Ægyptios frequentatum. Nam ſoli hominum, non oculis tantum totius ſtatuæ compoſitionem metiebantur, ſed dimenſione, ut ex variis multiſque lapidibus in unum corpus in certam menſuram ſtatua perficeretur. Hæc Diodorus. De hoc Theodoro Diogenes teſtatur, quod non ſolum ſculptor, ſed etiam architectus fuerit, unuſque conſuluit ſubiiciendos eſſe carbones fundamentis Epheſii templi. Idem primus ferrum fundere docuit, ſtatuamque ferream fecit. Auctor Pauſanias.

Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem Syriæ civitas eſt non longe ab Aſcalone. verum ipſe dici maluit Rhodius, teſte Strabone, cujus tempore fuit. Ejus diſcipuli Theodorei ſunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit. Tiberius quoque princeps, quum ſeceſſiſſet Rhodum, eum ſtudioſe audivit, ut Quintil. lib. 4. tradit.

Theodorus, cognomine ἄθεος, de quo & aliis Laertius in Ariſtippo, & Suidas V.

THEŎDŌSIA, æ. f. [Θευδοσία] Tauricæ Cherſoneſi urbs, Ptolemæo auctore, lib. 3. cap. 6. hodie *Caffa*, olim ditionis Genuenſium, nunc Turcarum. Taurica Cherſoneſus hodie vocatur Precopia.

THEODOSIUS, [Θεοδόσιος] Strabo lib. 12. In Bithynia fuere viri in diſciplinis memorabiles. Xenocrates philoſophus, & Dionyſius dialecticus, & Hipparchus, & Theodoſius, & filii ejus mathematici.

THEŎDŎTA, æ [Θεοδότη] Meretrix Elea lepida in primis & feſtiva: cujus meminit Xenophon de factis & dictis Socratis: & Laertius in vita Arceſilai.

THEŎDŎTION, i. n. Vitruv. lib. 7. cap. 7. Creta viridis pluribus locis naſcitur, ſed optima Smyrnæ. Hanc autem Græci θεοδότιον vocant, quod Theodotus nomine fuerat, cujus in fundo id genus cretæ primum eſt inventum.

THEŎDŎTUS, [Θεόδοτος] Patria Chius, ultimi Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decertantibus in concilio Ægyptiorum ſatrapis, an Pompejus, poſt prælium Pharſalicum profugus, eſſet in Ægyptum recipiendus, pro ſententia dixit, recipiendum quidem eſſe, ſed receptum occidendum: adjiciens vetus illud proverbium, Mortuos non mordere. Hunc poſtea, Cæſare interfecto, Brutus in Aſia repertum, & ad ſe adductum, interfici juſſit. V. Plutarchum in vita Pompeji.

Theodotum alium memorat Philoſtratus in ſophiſtis, qui tempore Herodis Attici præfuit Athenienſium ſcholis.

THEOGNIS, Idis, m. [Θέογνις] Poeta Græcus, cujus exſtant Sententiæ elegiaco carmine, & alia. De quo Plato in libro de Legibus, O rex Latonæ & Jovis fili, nunquam tui obliviſcor exordiens neque finiens.

THEŎGŎNIA, [Θεογονία] Deorum generatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 36. Quum vero Heſiodi Theogoniam, id eſt originem deorum, interpretatur, tollit omnino, &c. V. HESIODUS.

THEŎLŎGIA, [θεολογία] Latine Ratio vel ſermo de divinitate dicitur. [Gloſſ. Græcolat. θεολογία, Dei proverbia. An θεολόγια; vel θεοῦ λόγια;

THEOLŎGUS. i. m. [θεολόγος] Cic. 3. de Nat. Deor. 53. Principio Joves tres numerant ii, qui theologi nominantur.

Soles ipſi quam multi a theologis proferuntur. Cic. 3. de Nat. Deor. 54.

THEOMBROTUS, [Θεόμβροτος] philoſophus fuit Metroclis auditor, & præceptor Demetrii Alexandrini, cujus meminit Laertius in Metrocle.

THEOMBROTION, [θεομβρότιον] Herba magica, qua Perſarum reges adverſus omnia & animi & corporis incommoda utebantur. Plin. lib. 24. cap. 17. Theombrotion triginta ſchœnis a Choaſpe naſci, pavonis picturis ſimilem, odore eximio. Hanc autem a regibus Perſarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatemque mentis, eandem ſemnion a potentiæ majeſtate appellari.

THEOMNESTUS, [Θεόμνηστος] Cous; ut auctor eſt Strabo lib. 14. vir fuit clarus adminiſtratione Reipublicæ, & Niciæ æmulus.

THEON, ōnis. [Θέων] Theones apud Suidam plures: ſed notior cunctis, philoſophus Alexandrinus, eiſdem, patria, tempore, & diſciplinis, quibus Pappus, ſub Theodoſio ſeniore, ſcripſit de Aſtrologia, commentarioſque in Ptolemæum & Aſtrolabium parvum, & alia.

Theon item Alexandrinus Stoicus, tempore ſuperior, ſiquidem ſub Auguſto, poſt Arrium philoſophum, emicuit: ſcripſit in Phyſicam, & in artem Rhetoricam, & alia.

Alius item ejus nominis Stoicus Antiochenus, cunctis antiquior, ſcripſit Apologiam Socratis.

Quartus Smyrnæus. V. Suid.

Quintus etiam Alexandrinus, Sophiſta cognominatus Ælius, ſcripſit in arte Rhetorica.

Theon Sidonius Sophiſta, præcepit in patria Conſtantini II tempore.

His Theonem ſculptorem addit, inter quinque, qui Mauſoleum cælavere, Plin. lib. 35. cap. 11.

THEŌNINUS, a, um. Adj. [Θεώνινος] ut, Dente Theonino rodere. Hor. 1. Epiſt. 18. 82. Theon, inquit Acron, dicaciſſimus, id eſt loquaciſſimus, fuit & maledicus, per quem maledici & detractores intelliguntur.

THEŎPHĂNES, [Θεοφάνης] Mitylenæus hiſtoricus, ſcriptor rerum Pompeji Magni; cujus meminit Cic. pro Arch. 24.

THEŎPHILUS, [θεόφιλος] Religioſus, in Gloſſ. Græcolat.

THEŎPHILUS, [Θεόφιλος] Cæſareæ Palæſtinæ præſul Severo imperante: cujus meminit Hieronymus. Theophilus Antiochenus præſul imperante M. Antonino librum in Marcionem edidit: tum alia, quæ ab Hieronymo commemorantur.

THEOPHORŪMĔNI, [θεοφορούμενοι] ſunt Homines numine afflati: ſic dicti, quod non ſua ſponte, ſed divino numine feruntur. Cujuſmodi Cumæa Sibylla a Virgilio deſcribitur 6. Æn. 46.

— cui talia fanti
Ante fores ſubito, non vultus, non color unus,
Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: majorque videri,
Nec mortale ſonans: afflata eſt numine quando
Jam propiore Dei.

THEŎPHRASTUS, [Θεόφραστος] ex Ereſſo Lesbi civitate fuit, Ariſtotelis & diſcipulus & ſcholæ ſucceſſor. Euphraſtus, deinde Theophraſtus vocatus, ob oris & eloquentiæ ſuavitatem, quum antea Tyrtamus appellaretur. Habuit diſcipulos ad duo millia. Opera ejus a Diogene commemorantur, inter quæ ſunt libri ſex epitomes in Ariſtotelem de Animalibus. Exſtant hodie decem de Plantis converſi a Theodoro Gaza, aliaque opuſcula. Exceſſit admodum ſenex. Ex Suida, Diogene, Strabone.

Theophraſtus Ariſtotelis diſcipulus, de Rhetorice diligenter ſcripſit. Quintil. lib. 3. cap. 1. 11.

Theophraſtus divinitate loquendi nomen invenit. Cic. in Orat. 62.

Theophraſtus in dicendo dulcis. Cic. de Clar. Orat. 31.

Theophraſtus alter fuit Epheſius. Ælianus de Varia hiſtoria. [Niſi error eſt.

THEUPOLIS, V. ANTIOCHIA.

THEŎPOMPUS Gnidius, [Θεόπομπος] & orator, & hiſtoricus poſt Thucydidem & Herodotum: quibus, ut in hiſtoria minor, ita oratori magis ſimilis, ut qui antequam eſſet ad hoc opus ſollicitatus, diu fuerit orator. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Theopompus, Rex Spartanorum, quum primus inſtituiſſet ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ poteſtati oppoſiti, quemadmodum poſtea Romæ Conſulari imperio Trib. pleb. ſunt objecti, atque illi uxor dixiſſet, id egiſſe illum, ut filiis minorem poteſtatem relinqueret: Relinquam, inquit, ſed diuturniorem. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. Quintilianus tamen lib. 2. cap. 13. hanc modeſtiam parum valuiſſe demonſtrat, captum demum fuiſſe oſtendens.

Fuit item alius Antiquæ comœdiæ poeta, ut Suidas auctor eſt.

Præter hos Theopompus Gnidius, Cæſaris familiaris, Artemidorum habuit filium, qui apud Cæſarem ipſum plurimum poterat, ut ſcribit Strabo lib. 14.

THEOPOMPĒUS, a, um. Adj. [Θεοπόμπειος] Cic. in Orat. 207. Placet omnia dici Iſocrateo Theopompeoque more.

THEOPOMPĪNUS, a, um. Adj. Cic. 2. Att. 6. A nobis, quæ tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo pangentur. Hoc dixit, quia Theopompus, in hiſtoriis ſuis mores hominum aſpere accuſabat. [Forte Theopompio reliquit, Θεοπόμπειο.

THEŌRĒMA, ătis. n. [θεώρημα] Latine Speculatio dicitur. Theoremata ſunt ſpeculamenta diſciplinarum, & veluti commentationes. Cic. de Fato, 11. Etenim ſi eſt divinatio, qualibuſnam a perceptis artis proficiſcitur? percepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα.

THEORIA, æ. f. Speculatio. Cic. 12. Att. 6. Gell. 1. 12. [Gloſſ. Græcolat. θεωρία, Spectacula, Ludi.

THEORĒTICA, es, f. [θεωρητική] Ars vocatur, quæ nullum exigens actum, ipſo rei, cujus ſtudium habet, intellectu contenta eſt. Quintil. lib. 2. cap. 18.

THEŌRI, [θεωροὶ] Athenis dicebantur, Qui quotannis publico nomine in Delum navigabant Apollini litatum: quorum etiam navis, qua vehebantur, Theoris dicebatur. Auctor Suidas.

THEOXĔNA, [Θεοξένα] a Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non poſſet, ſe principitem dedit in mare. V. Liv. lib. 40. 4.

THĒRA, æ, f. [Θήρα] Inſula una eſt ex Cycladibus in Ægeo, ex qua profecti ſunt Theræi, qui Cyrenen in Africa condidere. Thera olim Calliſta dicebatur, ut Callimachus ait. Hæc ex Strabonis lib. 17. de hac Plin. lib. 4. 12. Protinus ab Io abeſt Thera viginti quinque millibus paſſuum. In ea eſt Eleuſis Civitas; ut lib. 3. Ptolemæo refert. Ab Herodoto Thera ponitur inſula lib. 4. quam Juſtinus putat Theramnem, alii Corſicam.

THĒRĀMĔNES, [Θηραμένης] Civis Athenienſis, unus ex triginta tyrannis, qui cum a collegis multos inſontes ſupplicio affici videret, ea de re conquerens, cum ceterorum omnium, tum præcipue Critiæ cujuſdam, qui reliquos, ut potentia, ita & immanitate antecedebat, odium in ſe concitavit: eademque per calumniam circumventus, & innocens, capitis damnatus, quum cicutam avide hauſiſſet, quod reliquum erat, e poculo eiiciens, Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ. Meminit Cic. 1. Tuſc. Quæſt. 96. quem vide.

THERAPNE,

THERAMNÆ, arum, ſive THERAMNÆ, es. f. [Θεράμναι Steph.] Idem quod, THERAPNÆ, pl. vel THERAPNE, es. f. [Θεράπναι Pauſan.] Urbs Laconiæ in finibus Thebanis, Helenæ patria. Mela lib. 2. 3. & Plin. lib. 4. cap. 5. Stat. lib. 3. Theb. 422.

Tænareumque cacumen, Apollineaſque Therapnas. Dictæ autem putantur Therapnæ, ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν, quod ibi Dioſcuri religioſiſſime colerentur.

Therapne etiam Urbis nomen eſt in inſula Creta. Plin. 4. 12.

Animoſæ Therapnæ. Sil. lib. 6. 303.

Umbroſæ Therapnæ. Stat. 4. Silv. 8. 53.

THERAPNÆUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Θεραπναῖος] Ovid. 16. Epiſt. 196.

Da modo te facilem, nec dedignare maritum,
Rure Therapnæo nata puella, Phrygem. Stat. 2. Silv. 2. 111.
Blanda Terapnæi placeant vineta Galeſi.

THERAMNÆ, Oppidum Sabiniæ, ex quo Atta Clauſus, qui poſt Claudius dictus eſt, originem traxit: a quo familia Claudia nomen ſortita eſt. Therapne tamen ubique legendum, ut vult. Drakenborch. ad Sil. q. V.

THERAMNÆUS, a, um. Adj. [Θεραμναῖος] Idem quod Sabinus. Sil. lib. 8. 414.

Ecce inter primos, Theramnæo a ſanguine Clauſi,
Exſultat rapidis Nero non imitabilis auſis. Therapnæo Drakenb. q. V.

THERAPNE, THERAPNÆUS, V. THERAMNÆ, paulo ante.

THERASIA, [Θηρασία] Inſula juxta Eubœam, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 4. in qua civitas eſt hodie Santorinum dicta. V. Plin. 4. 12.

THERIĂCA, æ. f. [θηριακή] Genus medicamenti compoſiti contra venenata animalia: cujus confectionem docet Plin. lib. 20. cap. 24. Idem lib. 29. cap. 4. Fiunt ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur a Græcis, quaternis digitis utrinque amputatis, exemptiſque interaneis, & livore ſpinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho diſcocto, ſpinisque exemtis, & addita ſimilagine, atque in umbra ſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamenta utuntur.

Theriaca dicitur ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc eſt a feris ſive belluis venenatis, quod hæc compoſitio adverſus omnes bellum venenatas inſtituta ſit.

THERICLĒS, [Θηρικλῆς] Sculptor inſignis fuit, calycibus ex terebintho tornandis nobilitatus, teſte Plin. lib. 16. cap. 40. Suidas præterea Thericlis figuli cujuſdam meminit, qui primus pocula a luto creditur finxiſſe. Unde Thericles pro Fictilibus quidam uſurparunt.

THERIŌMA, ătis. n. [θηρίωμα] Ulcus eſt, inquit Hermolaus, virilium: interim & ſedis & partium aliarum, multo ac nigro ſanguine, mali odoris. Atra fit caro & corroditur. ex quo naſci quandoque ſolet herpes eſthiomenos. Ita vocatur ulcus, quoniam ſerpendo corpus ad oſſa uſque devorat, inæquale ac cœno ſimile. V. Celſ. lib. 5. cap. 28. de theriomate.

THERIOTRŎPHIUM, [θηριοτροφεῖον] Locus ubi feræ aluntur. Varro 3. de R. R. cap. 13. 2. Nam ſilva erat, ut dicebat ſupra quinquaginta jugerum, maceria ſæpta: quod non leporarium, ſed θηριοτροφεῖον appellabat.

THERIONARCE, [θηριονάρκη] Frutex eſt ſubherbaceus, roſeo flore: inde nomen habens, quod torporem afferat ſerpentibus, quaſi θηρίων νάρκη. V. Plin. lib. 25. cap. 9.

THERISTRUM, & THERISTRIUM, [θέριστρον & θερίστριον] (utrumque enim reperitur) Inter Ornamenta muliebria poſita Eſajæ 3. cap. quo in loco D. Hieronymus dicit, ea a nobis Palliola poſſe appellari, quibus obvoluta fuit Rebecca & hodie quoque Arabiæ & Meſopotamiæ mulieres operiuntur. Theriſtra autem & Theriſtria dicta ſunt ab eo quod ἐν θέρει, hoc eſt in æſtate & autumno corpora protegant feminarum. Hæc ille. Locus autem ille de Rebecca eſt Geneſ 24. ad finem, quem interpres Latinus ita vertit, At illa tollens cito pallium ſuum operuit ſe. Idem Hieronymus in libro Hebraicarum traditionum in Geneſin, Theriſtrum, inquit, Pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici veſtimenti, quo mulieres provinciæ illius velantur. Differentiam autem Theriſtri & Theriſtrii videtur facere Pollux lib. 7. cap. 13. ubi utrumque ponit inter veſtimenta communia viris & mulieribus. [Alterum ſcilicet alterius diminutivum. V. Suid.

THERMÆ, arum. f. [Θέρμαι] Siciliæ oppidum, auctore Pomponio Mela lib. 2. 7. Cic. 4. Verr. 83. Inde

THERMITANI, Cic. 4. Verr. 83. V. & Steph.

THERMÆ, arum. f. [Θερμαί] Valla, Et balneas & thermas, licet alterum Latinum ſit, alterum Græcum: tamen in hoc ſcilicet differre dicamus, quod in thermis tantum calefacimur, in balneis etiam lavamur. Nam & Bajis, & in multis aliis regionibus ſunt loca quædam ſicca, quæ nos vehementi calore reſolvunt in ſudorem, quæ nequaquam balneæ dici poſſunt, qui non lavant, ſed potius ut neceſſe lavari atque ablui habeamus, efficiunt, ut thermas vocemus, quæ natura ſunt calidæ: balneas vero etiam, quæ a nobis calefaciuntur igni. Hactenus Valla in Raudenſem. Martial. lib. 3. 25.

Neronianas is refrigerat thermas.

Beatæ thermæ. V. BEATUS.

THERMŬLÆ, arum. f. dimin. Martial. lib. 6. 42.

Hetruſci niſi thermulis lavaris,
Illotus morieris, Oppiane.

THERMEFĂCIO, fēci, factum, ĕre. Eſculentis atque poculentis ingurgitatis, atque exhauſtis in thermopolio calefacere. Plaut. Stich. 1. 3. 95.

Ego illo me hercule vero eo, quantum poteſt.
Jam ne exta excocta ſunt quod thermefecerat. Noſtri temporis editi. Quæ agnis fecerat. [i. e. Sacrificaverat.

THERMŌDŌN, ontis. (inquit Serv.) Fluvius eſt Thraciæ, ad quem Amazones ab Tanai flumine in Aſia digreſſæ, ſe tranſtulerunt. Virg. 11. Æn. 659.

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis, &c. Alii legendum putant Thermodontis quadriſyllabum, ut ſit verſus ſpondiacus. Ovid. 4. de Pont. 10. 51.

Et tu femineæ Thermodon, cognite turbæ,

Citus Thermodoon. Ovid. 2. Met. 249.

Thermodon Melæ 1. 19. & Suid. Θερμώδων. Hinc Adjectiva,

THERMODONTIUS, THERMODONTEUS, & THERMODONTIACUS. Unde pugnæ Amazonum appellantur Thermodonteæ. Propert. lib. 3. 13. 13.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermodonteis turba lavatur aquis. Ovid. 9. Met. 189.

Thermodontiaco cælatus baltheus auro. Aldus legit Thermodoontiaco At lib. 12. 611.

Thermodontiaca malles cecidiſſe bipenni. Claud. 2. de Rapta Proſerp. 66. Thermodontiaca ſecuris.

Caterva Thermodontiaca. Senec. OEdip. 5.

THERMŎPŌLIUM, i. n. [θερμοπωλεῖον] Locus in quo calida ſacitamenta & potoria venduntur. Plaut. Rud. 2. 6. 45.

Ne thermopolium quidem ullum ille inſtruit:
Ita ſalſam præbet potionem, & frigidam. Perſpicue indicat hic locus, in thermopoliis vendi ſolitam eſſe potionem dulcem & calidam. Dulcibus enim potionibus veteres delectabantur: ut paſſo, murrhina, defruto, mellina, mulſo: eaſque calidas bibere ſolebant. Plaut in Pſeud. 2. 4. 52. enumeratis dulcibus potionibus,

Quin in corde inſtruere quondam cœpit thermopolium. Sic enim legendum cenſet Turnebus, non OEnopolium, aut Hermopolium. V. Calida in CALIDUS.

THERMŎPŌTO, āre. Plaut. Trin. 4. 3. 6.

— ſatis in thermopolio
Condalium es oblitus, poſtquam thermopotaſti gutturem? i. e. Calida potione gulam oblectaſti, & guttur proluiſti.

THERMŎPȲLÆ, arum. f. pl. [Θερμοπύλαι] Mons longiſſimus, qui incipiens a Leucade, in Occidentem & in Ægeum mare haud longe a Demetriade protendens, fauces habet anguſtiſſimas, juxta quas calidæ aquæ ſcaturiunt quibus Calidarum portarum nomen loco inditum eſt. Pylas enim portas Græci nominant, & thermon calidum. Ibi enim ſunt; ut inquit Strabo, thermæ: id eſt calidæ aquæ, Herculi conſecratæ. Livius ſcribit jugum Thermopylarum ita medium Græciam dirimere, ut Appennini dorſo Italia dividitur. Et quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, ideo, inquit, Thermopylæ locus appellatur, nobilis Lacedæmoniorum adverſus Perſas morte magis memorabili, quam pugna. Hæc omnia fere ad verbum ex Liv. 36. 15. Strabo lib. 9. Thermopylæ a Cenæo abſunt ſtata ſtadia ſeptuaginta. Cic. 1. Off. 61. Hinc Rhetorum campus, de Marathone, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leuctris.

OEtææ Thermopylæ. Catul. ad Mallium, 66. 54.

THERŎDĂMAS, ſive THERODĂMON, [Θηροδάμας] Rex Scythiæ fuit, qui, ne per inſidias occideretur, leones hominum ſanguine alebat, quo magis ſævirent: ut ſi caſus poſtularet, ad crudelitatem paratos haberet. Ovid. 1. de Pont. 2. 121.

THERODAMANTEUS, a, um. Adj. [Θηροδαμάντειος] Ovid. in Ibin, 383.

Therodamanteos ut qui ſenſere leones.

THERŎMĂCHUS, [Θηρόμαχος] Proprium nomen ſtatuarii egregii, qui centeſima ſeptima Olympiade floruit, teſte Plin. lib. 34. cap. 8.

THĒRON, ōnis. m. [Θήρων] Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Perillum Himeræ tyrannide dejecit, & una cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio ſuperavit eodem die, quo Græci ad Salaminem Perſas profligarunt. Vide Herodotum lib. 7.

Eſt item Theron Latini cujuſdam nomen ab Ænea occiſi, apud Virg. 10. Æn. 312.

Canis item nomen, apud Ovid. 3. Met. 211.

THERSANDER, ſive THERSANDRUS, [Θέρσανδρος] Polynicis fuit filius ex Argia, teſte Statio, qui una cum ceteris Græcorum principibus ad Trojam navigavit. Hunc Virg. 2. Æn. 261. inter eos commemorat, qui tempore excidii Trojani in equo ligneo fuerunt occultati. Al. Theſſandros, vel Tiſandrus.

Fuit item hoc nomine Tibicen nobilis, qui una cum Thymbrione Lacedæmoniorum duce ſubito Tiribazi adventu fuit oppreſſus. Auctor Xenophon. lib. 4. Rerum Græc.

THERSILŎCHUS, [Θερσίλοχος] Antenoris filius, in bello Trojano occiſus, quem Virg. 6. Æn. 483. inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractant,

— quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Therſilochumque, &c.

THERSĪTES, [Θερσίτης] Græcorum omnium fœdiſſimus fuit, quem Achilles ſibi procaciter convicantem pugni ictu interfecit. Hujus inſignis deformitas ab Homero lib. 2. Iliad. 212. graphice expreſſa, effecit, ut quum hominem vehementer fœdum ſignificare velimus, Θερσίτου βλέμμα, id eſt Therſitæ faciem eum habere dicamus. Juven. 8. Sat. 269.

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis. Nomen habet a θέρσος, quod confidentiam prope ac temeritatem ſignificat.

THESAURUS, i. m. [θησαυρός, Gl. G. L.] eſt, ut inquit Paulus Juriſc. De acquir. rer. dominio. l. Nunquam. Vetus quædam depoſitio pecuniæ, cujus non exſtat memoria, ut jam dominum non habeat. Sic enim fit ejus qui invenerit, quod non alterius ſit. Plaut. Aul. prol. 7.

Sed mihi avus hujus obſecrans, concredidit Theſaurum auri, &c.

Intacti theſauri Arabum. Hor. 3. Carm. 24. 2.

Reſpondit conjector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. Cic. 2. de Divin. 134.

Excudere aliquid, quod lateat in theſauris. Cic. 15. Att. 26.

Habere theſauros alicujus. Cic. 11. Fam. 20.

Obruere theſaurum alicubi. Cic. de Seneꝺ. 21.

Recludere theſauros tellure. Virg. 1. Æn. 563.

Supplicare alicui aliquid a theſauris ſuis. Cic. 2. de Fin. 67.

Theſaurus, Abundantia. Plaut. Aſin. 3. 3. 65. Theſaurus copiarum. h. e. Divitiarum.

Theſaurus rerum omnium memoria. Cic. 1. de Orat. 18.

Qui illos locos tanquam theſauros aliquos argumentorum, notatos habet. Cic. in Partit. Orat. 109.

Repoſitus theſaurus. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Theſaurum etiam Peſſimæ rei copiam dici poſſe, Plautus voluit Amphit.

Qui domi uxorem meam impudicitia impedivit, teneo theſaurum ſtupri. Ex Nonio 6. 45.

Theſaurus mali. Plaut. Merc. 1. 2. 51.

Perii! tu quidem theſaurum huc mihi apportaſti mali. h. e. Abundantiam & copiam mali.

Theſauri cavernarum. Plin. lib. 17. cap. 14. Tradunt & monedulam, condentem ſemina in theſauros cavernarum, ejuſdem rei præbere cauſam.

Theſauri maxillarum. Plin. lib. 10. cap. 72. Condit in theſauros maxillarum cibum ſphingiorum & ſatyrorum genus; mox inde ſenſim ad mandendum manibus capromit.

Theſaurus, pro Carcere. Plutarchus in vita Philopœmenis, non ita procul a fine, ipſum igitur in ſubterraneum ducunt domicilium, cui Theſauro nomen indiderunt, neque auras neque lucem extrinſecus excipiens. Quumque fores nullas haberet, ſaxum immane obtrudentes includunt,

dunt, ibique, circum locatis militibus, deponunt. De Meſſeniis & Philopœmene loquitur. Meminit & Cælius Rhod. lib. 17. cap. 8.

THESAURĀRIUS, a, um. Adj. Quod pertinet ad theſaurum, ut Theſaurarii furas, apud Plautum in Aul. 2. 8. 25.

Confige ſagittis fures theſaurarios.

THESAURARIUS, i, m [θησαυροφύλαξ, Gl. G. L.] Theſauri cuſtos.

THESAURĪZO, [θησαυρίζω] āre. Theſaurum colligo, repono. Quod verbum frequenter apud Eccleſiaſticos ſcriptores occurrit, alioqui claſſicis linguæ auctoribus non receptum.

THĒSEUS, diſſyll. ĕi, vel ĕos. m. [Θησεύς] Ægei Athenarum regis filius, ex Æthra conjuge: qui dum eſſet adoleſcens, opera Medeæ novercæ pæne a patre veneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum Athenarum evectus, tot digna memoratu peregit, ut inter nobiles heroas Herculi unus connumeretur. Hic poſtea extorris patria factus, in inſulam Syrum navigavit, ubi periit, interemptus a Nicomede, vel, ut quidam volunt, ex loco edito poſt cœnam deambulando delapſus. Primus inſtituit Athenis Panathenæa, hoc eſt communem celebritatem in honorem Minervæ, quæ Græce Athena nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Hujus geſta, natalia, & obitum ſcripſit Plutarch.

Fidus Theſeos. Stat 4. Silv. 4. 104. V. PIRITHOUS.

Infelix Theſeus. Virg. 6. Æn. 618.

Magnanimus Theſeus. Senec. Hippol. 9.

Perjurus Theſeus. Ovid. 2. Amor. 7. 15.

THESĒIS, idis f. [Θησηΐς] Poema Theſei geſta complectens. Juven. 1. Sat. 2.

Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

THESĪDES, æ. patronym. m. [Θησείδης] Hippolytus Theſei filius. Ovid. 4. Epiſt. 65.

Theſides, Theſeuſque duas rapuere ſorores. Virg. 2. Georg. 383.

Præmiaque ingentes pagos, & compita circum

Theſidæ poſuere. h. e. Athenienſes Servius.

THESĒUS, a, um. Adj. [Θησεῖος] Propert. lib. 1. 3. 1.

Qualis Theſea jacuit cedente carina

Languida deſertis Gnoſia litoribus.

Fides Theſea. Ovid. 1. Triſt. 3. 66.

THESION, i. n. Herba. Plin. 21. 17.

THĔSIS, [θέσις] Latine Situs, Poſitio, convertitur in Gloſſ. Græcolat.

Apud Rhetores eſt Figura, quæ diſtinguit ſenſus orationis per commata. Dicta Poſitio vel poſitura, quia punctis poſitis convenienter denotat ſenſuum partes: vel quia ibi vox pro intervallo dictionis deponitur.

Theſis apud oratores quid ſit declarat Cic. in Topic. 79. quum ait, Quæſtionum duo ſunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Græci, nos Cauſſam. Infinitum quod θέσιν illi appellant, nos Propoſitum poſſumus nominare. Cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in pleriſque eorum: Propoſitum aut in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propoſitum pars cauſſæ eſt. Idem in Orat. 45. Hæc igitur quæſtio a propriis perſonis & temporibus, ad univerſi generis orationem traducta, appellatur Theſis. Idem 9. Att. 11. Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi quaſdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ ſunt, & temporum horum, ut & abducam animum ab querelis.

Spatioſæ atque uberes ad dicendi exercitationem theſes. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Dicere theſes. Quintil. lib. 2. cap. 1.

THESMŎPHŎRIA, n. pl. [Θεσμοφόρια, ἱερὰ Δήμητρος, Gl. G. L. Al Θεσμοφόρια pl.] Cerealia Latine. i. e. Sacra Cereris, quæ Græce dicitur Theſmophora, quaſi Legifera. Prima enim Ceres leges inveniſſe proditur, quia ante frumentum inventum homines ſine lege vagabantur, & ex agrorum diviſione primo nata ſunt jura. Ovid 5. Met 341.

Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus. Græci θεσμοφόρον Legiferam, ut in Gloſſ. Græcolat. exponitur. Plin. lib. 24. cap. 9. Græci lygon vocant, alii agnon, quoniam matronæ in Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt.

THESMŎTHĔTAS, æ. m. [Θεσμοθέτης] Legulator in Gloſſ. Græcolat. exponitur.

Theſmothetæ, Magiſtratus apud Athenienſes, a legum latione ita appellati: qui ætate & uſu docti, domi jura dabant, querelas accuſationeſque cognoſcebant, deque controverſiis æquo examine cognoſcebant, quotannis quoque leges recognoſcebant, emendabant, & ad congruentiam ſenſumque conſentaneum reducebant.

THESPIÆ, [Θεσπιαί] Oppidum liberum in Bœotia, ad radices Parnaſi, ut ait Plin. lib. 4. cap. 7. vel (ut Strab. inquit lib. 9) Heliconi proximum. Theſpias nobilitavit Praxitelis Cupido, a Glycerio meretrice ibi conſecratus. V. Cic. 6. Verr. 4.

THESPIUS, a, um. Adj. [Θέσπιος] ut, Mœnia Theſpia. Valer. 1. Argon. 474.

Rupes Theſpia. Catul. 59. 27.

THESPIĂCUS, a, um. aliud Adj. [Θεσπιακός] ut, Mœnia Theſpiaca. Valer. 1. Argon 93.

THESPIĂDES, [Θεσπιάδες] ſunt Muſæ ſeu Nymphæ Theſpias incolentes: non a Theſpia matre vel nutrice, ut quidam inepte tradunt, id nomen habentes: ſed a Theſpia ſive Theſpiis urbe Bœotiæ, ubi præcipue Muſæ colebantur. Auctor Stephan.

Teſpiades deæ. Ovid. 5. Met. 310.

THESPIS, [Θέσπις] ex Icaria civitate Atticæ, primus poeta Tragicus, & qui perſonas invenit. Inter Ipſius fabulas Pentheus, & quæ commemorantur a Suida. Hor. in Arte Poet. 276.

Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ

Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Teſpis.

THESPIUS, [Θέσπιος] i, m. Athenienſis, Erechthei regis filius, e pluribus feminis filias genuit quinquaginta. Cum quibus vocatis ad epulas Hercules ſigillatim concubuit: ſuſcepitque totidem liberos marcs, qui Theſpiadæ dicti ſunt. Auctor Diodor. lib. 5. V. ſeq. dict. Scribitur & Theſtius. [Rectius.

THESPIADES, [Θεσπιάδαι] Filii Theſpii, qui Erechthei, aut (ut alii volunt) Teuthrantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diverſis mulieribus natæ: ex quibus Hercules adhuc adoleſcens, ſed jam tum corporis robore præſtans, totidem liberos maſculos ſuſtulit, qui & ipſi ab ejus nomine Teſpiadæ dicti ſunt. Hi poſt mortem patris, cum Iolao illius ex Iphicle fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea urbes condiderunt. Auctor. Diodor. lib. 5. Al. Theſtiades. V. præced. dict.

THESPRŌTI, [Θεσπρωτοί] Populi ſunt in Epiro, proximi Chaonibus, ut auctor eſt Plin. in procem. lib. 4 2.

Theſproti Dryopeſque ruunt Lucan. 3. 179.

THESPRŌTIUS, a, um. Adj. [Θεσπρώτιος] ut,

Arva Theſprotia. Sil. 15. 297.

Regna Theſproti ſubdita Propert. lib. 2. 11. 3. [An Theſprotis?

Sinus Theſprotius. Liv. 8. 24.

THESSA, æ. f. Piſcis. Plin. 32. 11.

THESSĂLIA, [Θεσσαλία] Regio Græciæ, quæ ſub Attica olim comprehendebatur, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens. Prius Æmonia, ab Æmone rege, & Pelaſgicum Argus atque Hellas, eadem Theſſalis & Dryopis, ſemper a regibus, cognominata, ut Plin. lib. 4. 7. refert. Dicta Theſſalia a Theſſalo Æmonis vel Iaſonis & Medeæ filio. Hanc Homer. Argos Pelaſgicon nominat. In hac natus eſt Græcus rex, a quo Græcia. Strabo lib 10. ſcribit, dictam fuiſſe priſcis ſæculis Pyrrhæam, a Pyrrha Deucalionis uxore. Ibi Deucalion cum uxore Pyrrha, quorum tempore, ut inquit Ariſtoteles, ingens imbrium illuvies majorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium cacumina ſeſe receperunt, conſervatis. Inter quos Deucalion Parnaſum petierat, ratibuſque ad ſe confugientes per ſumma Parnaſi juga benigne fovebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. Hujus ſcilicet Theſſaliæ e mari & Thermopylis eſt litus uſque ad Penei eruptionem, & extrema Pelii. Dicta quoque fuit Pharſalia, Macedonia, Emathia, & Campi Philippici. In Theſſalia ſunt montes viginti quatuor, quorum nobiliſſimi Pieria, parens domuſque Muſarum, Pelion, & Oſſa, Gigantum bello memorati. Item Pindus, Othrys, Lapitharum ſedes: Item Olympus. Flumina in ea, ut ſcribit Herodotus, ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſos, Peneus, Phœnix.

Eximia Theſſalia. Catul Argon. 62. 25.

THESSĂLUS, a, um Adj. [Θεσσαλός] ut,

Ora Theſſala. Catul. 62. 280.

Portenta Theſſala, Magica. Hor. 2. Epiſt. 2. 209. [Ob nobilitatam nempe magicis artibus Theſſaliam. V. Apulej pr. lib. 2. Met.

Puppis Theſſala, Argo navis. Ovid. 27. Epiſt. 158.

Terra Theſſala. Tibul. lib. 2. 4. 56.

THESSALICUS, a, um. aliud Adj. [Θεσσαλικός] ut,

Clades Theſſalicæ Lucan. lib 6. 62.

Colore Theſſalico tincta purpura. Lucret. lib. 2. 500.

Nives Teſſalicæ. Stat. 1. Achil. 152.

THESSĂLIS, Idis. patronym. f. [Θεσσαλίς] Ovid. 12. Met. 190.

Theſſalidum virgo pulcherrima.

Ara Theſſalis. Ovid. 13. Epiſt. 112.

THESSALŎNĪCA, æ, f. [Θεσσαλονίκη] Urbs ampla maximeque inſignis, Macedoniæ metropolis, patria Theodori Gazæ. Strabo lib. 7. Theſſalonica oppidum Macedonicum, quæ ſupra ceteras hujus ætatis urbes eximia civilitate floret. Cic. 2. Att. 24. Ego propter viæ celebritatem & quotidianam exſpectationem rerum novarum, non commovi me adhuc Theſſalonica. Nunc vulgo *Salonnia* vocatur, ab aliis *Salonici*; quidam etiam proferunt *Salonichi*.

THESSALONICENSES, [Θεσσαλονικεῖς] dicti ſunt ejus Urbis incolæ. Cic. de Prov. Conſ. 4. Theſſalonicenſes, poſiti in gremio imperii noſtri, relinquere oppidum, & arcem munire coguntur.

THESTIUS, [Θέστιος] Parthaonis filius, pater Thoxei & Plexippi, qui quum in venationem apri Calydonii profecti eſſent, & poſt longum laborem belluam interemiſſent, præcipua venationis præmia exſpectabant. Sed venationis princeps, ſeu amore Atalantes ductus: ſeu quia hic uſus expetebat, caput & pellem apri, qui primus apud venatores habebatur honos, Atalantæ virgini tranſmiſit, quæ primum aprum ſagitta vulneraret. Quod ægre ferentes Plexippus & Thoxeus; virgini oblatum honorem auferre conati ſunt. Quare iratus Meleager irruit in eos & occidit Fabulam vide apud Ovid 8. Met. 303. & 434. Hinc Plexippum & Thoxea Theſtii filios Theſtiadas nominat ibidem. conf THESPIUS.

THESTIADES, THESPIADES, V. in THESPIUS.

THESTŎRĬDES, [Θεστορίδης] Calchas, filius Teſtoris. Stat. 1. Achil. 497.

Providus augur veri Theſtorides Ovid 12. Met. 19.

THESTYLIS, is. f. Mulier ruſtica apud Virg 2. Ecl. 11.

THĒTA, n. indecl. [θῆτα] nomen eſt litteræ Græcæ, quæ judicibus Græcorum erat nota condemnationis, ut Latinis C. quod ea ſit prima dictionis θάνατος, quæ Mortem ſignificat. Hinc Martial. lib. 7. 36. ad Caſtricum, vocat Mortiferum theta. Et Perſ. 4. Sat. 13.

Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

THĔTIS, Idis. f [Θέτις] Pelei Theſſaliæ regis uxor, Nerei marini dei filia, & Achillis mater. De nuptiis hujus Lucianus fecit pulcherrimum dialogum. Accipitur nonnunquam pro Mari, ut Tethys, pr. prod.

Æquorea Thetis. Ovid 11. Met. 226.

Marina Thetis. Hor. 1. Carm. 8. 14.

Plana Thetis, Planum & tranquillum mare. Stat. 5. Theb. 709. Claud. de Rapt Proſerp. lib. 1. 148.

Hic Iterat Gerula Thetis.

Tentare Thetim ratibus. Virg. 4. Ecl. 32. conf. TETHYS.

THEUDOSIA, [Θεοδοσία] Emporium nobile fuit ad Boſphorum Thracium; ita dictum ab uxore Leuconis, ejus regionis tyranni, qui primus hac in urbe emporium inſtituit, Athenienſibuſque illinc frumentum evehentibus multas immunitates conceſſit: ut eſt videre apud Demoſthenem in oratione adverſus Leptinem.

THEOXĂLIS, is. f. Herba. Plin. 27. 12.

T H I

THĪA, æ, f. [Θεία] Inſula eſt in mari Cretico, una Sporadum, non procul ab Hiera, quam ſua primum ætate emerſiſſe auctor eſt Plin. lib. 2. cap. 88. & lib. 4. cap. 12.

THIMBRON, ōnis [Θίμβρων] Lacedæmoniorum dux, qui adverſus Perſas in Aſiam miſſus, ſubito Tiribazi adventu eſt oppreſſus, una cum Therſandro citharœdo, cum quo cœnabat. V. Xenophontem Rer. Græc. lib. 4.

THINISSA, æ, f. [Θίνισσα] Africæ minoris, id eſt Zeugitanæ provinciæ urbs Ptolem. lib. 4. cap. 3. hodie *Tunis*.

THIŎDĂMAS,

Thiŏdămas, [Θειοδάμας] Filius fuit Melampodis, & vates, Statio teſte 10. Thebeb. 280 Al. Thyndamas.

Thisbe, es, f. [Θίσβη] Puella fuit Babylonia, quæ amatore Pyramo ad conſtitutum ſaer venienta, a fera territa aufugit, ai ita ſibique pariter mortis cauſa fuit. De qua Ovid. 4. Met. 55.

Babylonia Thisbe. Ovid. 4. Met. 99.

Candida Thisbe. Stat. 9. Theb. 768.

Thisbeus, vel Thisbæus, a, um. Adj. [Θισβαῖος] Ovid. 11. Met. 300.

Quæ nunc Thiſbeas agitat motata columbas.

Thisias, æ, m. [Θεισίας] Siculus antiquiſſimus artium ſcriptor. Quintilian. lib. 3. cap. 1. Al. Thyſias. Rectius Tiſias.

T H L

Thlaspi, [θλάσπι] ſive, ut aliis placet, Thlaspidion, i, n. [θλασπίδιον] ut Dioſcorides 2.186 & Plin. lib 27. cap. 13. tradunt, Herbula anguſtis foliis, digitali longitudine, in terram verſæ, ſubpinguibus, in cacumina diviſis, cauliculo tenui, ſemipedali, non ſine adnaſcentibus ramulis, fructu per ambitum ejus contento, ſumma ſui parte parum in latitudine affuſo, ſemine incluſo naſturtii, lenticulæ effigie, niſi quod infringitur, flos albicat. Hanc eſſe nemo inficiabitur, quam vocant herbarii *naſturtium tectorum*, quod ſubinde naſcatur in parietinis: alii ſilveſtre: vulgus noſtram *ſinapi ruſticum* appellat, quoniam digitis friatum, ſinapim ſobolet. Ruellius.

T H O

Thoas, antis. m. [Θόας] Rex fuit in Thaurica regione: de quo Ovid. 3. de Pont. 2. 59.

Regna Thoas habuit Mæotida clarus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filius, & pater Hypſipyles. Fuerunt & alii hoc nomine.

Clari Thoantis terræ. Ovid. 13. Met. 399.

Thoantēus, a, um. Adj. [Θοάντειος] ut, Diana Thoantea. Valer. 8. Argon. 208. Dianam Tauricam intelligit, cui hoſtiis humanis ſacrificabatur.

Thŏlos, i. m. [θόλος] Græca dictio, qua ſignificatur veluti Scutum breve, quod medio in tecto ponitur, in quo trabes coeunt, & ad quod dona ſuſpendi conſueverunt. Virg. 9. Æn. 408.

— ſi qua ipſe meæ venatibus auxi,
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. Servius. Martial. lib. 2. 59.

Ex me Cæſareum proſpicis ecce tholum.

Tholum accipiunt quidam pro Teſtudine alicujus ædificii, ſive pro domo rotunda. Ovid. 6. Faſt. 296.

Mox didici curvo nulla ſubeſſe tholo. I. e. Nulla eſſe Veſtæ ſimulacra ſub ipſa teſtudine templi rotunda. Varr. 3. de R. R. cap. 5. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt ultra rotundus, columnatus. Stat. 5. Silv. 1. 3.

Quod coleris majore tholo. Philander in 7. cap. lib. 4. Vitruvii; Tholum Galli *Lanternam* appellant, Itali *Tribunam*. Idem in 5. cap. lib. 7. Tholos intelligimus erectiores teſtudines, templis addi ſolitas, quas Itali *Tribunas* vocant. Eæ fiunt aut rectangulæ, aut ad hemicycli ducuntur ambitum. Hæc Philand. [In Gloſſ. Græcolat. Θόλος, Teſtudo.

At Cæl. lib. 13. cap. 31. Ariſtoteles polypi atramentum vocavit Tholon: ſi dici tamen atramentum poteſt. Sed & in ſepia tholus dicitur, ut philoſophus idem ſcribit. Accentum recipit in ultima, quanquam enotatum aliter inveneis in Ariſtotelis codicibus. Nam tholus ſi paroxytonon fuerit, orbicularem ſignat ducum, in qua epulari Prytanes conſueverant. Et ſi cui quotidianus in Prytaneo cibus fuiſſet decretus, honeſtiſſimus in Græcia cenſebatur.

Polypi tholum eſſe ſubrubrum Athenæus prodit, in ea parte, quæ dicitur mecon, ſupra ventrem.

Tholum rotundum columnatum legimus apud Varronem lib. 3. de R. R. cap. 5. Dicitur vero tholus […], id eſt a circumcurrendo: inflectiturque ſub ſeminino genere: de qua re & Pollux lib 8.

Tholia vero, ciſta eſt, operculum habens tholoides, ſive teſtudinatum: ex theſauris ejuſdem. Apud Theocritum tholiam interpretantur petaſum, & umbellam, quam vocem Attici ſcirrhon.

Tholum denique locum vocant, ubi vaſa reconduntur convivalia: ſed & tectum in acutum tendens. Hæc Cæl.

Lexicon Græcum, […], tholus, teſtudo templi, umbilicus teſtudinis, ubi munera dicata ſuſpenduntur. Item locus ubi ſervabantur ſcripturæ publicæ Athenis, & ubi ii qui ex Prytaneo eſſent, cœnare ſolebant.

Θολός, ῦ, ὁ, Turbidus, & nigrum ſepiæ atramentum. V. paulo ante.

Θολόω, Turbo. [Gloſſ. Græcolat. […], Turbulentum, turbatum, limoſum.

Cyrillus in opuſculo de dictionibus, quæ accentu variant ſignificatum; Θόλος, […], ὁ, Teſtudo, & locus ſcripturarum Athenis, penacuitur. Θολός, […], ὁ, Turbidus, acuitur. Hæc Cyrill.

Thōnis, [Θῶνις] Strab. lib. 17. Urbs eſt Ægypti, prope Zephyrium promontorium.

Eſt & eidem Rex, qui Menelaum & Helenam hoſpitio ſuſcepit. Hinc de medicamentis Helenæ ſic Homer. inquit,

Quæ Polydamna dedit, Thonis clariſſima conjunx. [Genitiv. […], a recto, opinor, […].

Thōrax, [Θώραξ] ut ſcribit Strab. lib. 14. Mons eſt juxta urbem Magneſiam, in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam grammaticum, propterea quod reges verſibus inceſſeret. Ex quo illud tractum eſt, Cave a Thorace. Hoc velut ænigmate proverbiali, ut vult Eraſmus in Chiliad. feſtiviter admonebimus, frenandam eſſe linguam, ne voces, petulanter emiſſæ, per jugulum aliquando redeant.

Thōrax, ăcis. m. [θώραξ] Latine Pectus dicitur, ut vult Gloſſ. Græcolat. Julius Pollux ſcribit thoracem eſſe, quicquid anterioris duntaxat partis a collo uſque in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates coſtarum, qui & […], hoc eſt mortarium, dicitur. Medici tamen in […]ibus humani corporis Thoracem accipiunt, inane quiddam in pectore, extremas coſtarum partes utrimque contingens. Unde legimus apud Plin. 27. 7. Thoracem purgare.

Thorax, Tunica quæ tantum pectus tegit, cujuſmodi infantes geſtare moris eſt apud Italos. Juven. 5. Sat. 141.

— viridem thoraca jubebit
Afferri. Sueton. de Auguſt. cap. 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thorax, Munimentum pectoris, ex ferro, aut alio metallo fabricatum. Lat. Lorica, teſte utroque Gloſſ. Plin. lib. 7. cap. 20. Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis, quingenario thorace plumbeo indutum. Virg. 10. Æn. 337.

— thoraca ſimul cum pectore rupit. Idem 12. Æn. 9.

Nexilis thorax. Stat. 4. Theb. 174.

Perfoſſus Thorax. Virg. 11. Æn. 10.

Denſis thoracibus horrens ſtat manus. Valer. 3. Argon. 87.

Thorăcātus, a, um. Adj. [θωρακοφόρος] Loricatus. Qui thoracæ indutus eſt, quod militum ornamentum erat. Plin. lib. 35. cap. 10. Paraſius pinxit Navarchum thoracatum. Idem lib. 37. cap. 9. Formatamque inde effigiem Neronis thoracatam.

Thobus, V. Tosus.

Thryestrum, i. n. Herba. Plin. 26. 8.

Thōs, ōis. m. [θῶς] Lupi genus, ceteris procerius crurumque levitate diſſimile, velox ſaltu, venatu vivens, innocuum homini, per hiemes hirtum, æſtate nudum. Auctor Plin. 8. 34. Solin. cap. 33.

Thōus, i. m. [Θοὸς] Canis nomen, Latine Velox, a […] ductum. Ovid. 3. Met. 220.

Thoth, [Θώθ] Mercurii nomen apud Ægyptios. V. Herodot.

Thoxeus, [Θοξεὺς] Filius Eurythi, frater Ioles. Senec. Herc. OEth. 3.

Nondum teneras veſtite genas,
Necdum fortis ſanguine Thoxeu. Verba ſunt Ioles.

Thoæus, Theſtii filius & Plexippi frater, V. Thestius.

T H R

Thrācē, es. [Θρᾴκη] & Thracia, æ. f. Europæ regio, inter partes Scythiæ poſita, Macedoniam ſequens: quæ a Septemtrione Iſtrum habet, ab Oriente Pontum, a Meridie Ægeum mare. Olim Scyton: poſtea Thracia, a Thraca Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta. Græce enim […] aſperum dicitur. Eſt enim regio, ut Pomponius 2. 2. ſcribit, nec ſolo tractabilis, & (niſi qua mari propior eſt) infecunda frigidaque. Habet ferus homines aſpero cultu. In ea ſunt urbes celebriores Apollonia, Enos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lyſimachia, Callipolis. Amnes ſunt Hebros, & Neſtos. Montes, Hæmus, Rhodope, & Orbelos. Deſcriptionem hujus quære apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Armifera Thrace. Ovid. 2. Epiſt 84.

Candida nive Thrace. Hor. 3. Carm. 25. 11.

Dura Thrace. Stat. 5. Theb. 435.

Furioſa bello Thrace. Hor. 2. Carm. 16. 5.

Gelida Thrace. Ovid. 4. de Pont. 5. 5.

Horrida Thracia. Catul. 4. 8.

Lapidoſa Thrace. Sen. Troad. 9.

Sæva Thracea. Stat. 5. Theb. 84.

Thrax, ăcis. m. [Θρᾷξ] Thraciæ incola. Cic. de Provinc. Conſ. 9. Rex Ariobarzanes Conſulem veſtrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem conduceret? Virg. 3. Æn. 14.

Thraces arant, &c.

Tumidi Thraces. Stat. 5. Theb. 75.

Thrăcius, a, um. Adj. [Θρᾴκιος] Cic. de Provinc. Conſ. 4. Caſtris Thraciis diſtincta ac notata via. Al. Threciis.

Agri Thracii. Senec. Med. 8.

Equus Thracius. Virg. 5. Æn 565.

Thracus, Thræcius, & Threicius, a, um. Adj. ut, Ingens Thraca palus. Val. Flacc. 2. 201. Caſtra Threcia. Cic. de Prov. Conſ. 4. Orpheus Threicius. Hor. 1. Carm. 24. 14.

Thressa, [Θρῇσσα] & Threissa, Mulierem Thracenſem ſignificat. Hor. 3. Carm. 9. 9.

Me nunc Threſſa Chloe regit. Virg. 1. Æn. 320.

— vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalyce.

Thracias, æ, [θρακίας] Dioſcoridi, vel Thracius, i, m. Lapis; Silex eſt tam admirabilis naturæ, ut aqua madefactus accendatur, oleo autem affuſo reſtinguatur. Ita dictus (ut Nicandro placet) eo quod in Ponto Thraciæ flumine inveniatur. V. Galen. 9. Simplic. & Dioſcoridem lib. 5. 147.

Thrascias, æ m. [Θρασκίας] Ventus, qui & Thraceas & Thracies dicitur. Ariſtoteles, Poſt Argeſten ventus flat Thraſceas, ſpirat inter Septemtrionem & Occaſum ſolſtitialem.

Thrăsĕās, æ, m. [Θρασέας] Suidæ, Philoſophus fuit Stoicus ſub Nerone, a quo quum juſſus eſſet mori, fletum ſuorum magna conſtantia compeſcuit: porrectiſque alacriter ad inciſionem brachiis, humoque ſanguine aſperſa, Huc, inquit, ſanguinem libemus Jovi liberatori. Reliqua vide apud Tacit. 16. Ann. 21.

Thrăsius, ſeu Thrasyllus, [Θράσυλλος] Vir fuit, qui quum ad excuſandas a Jove pluvias Buſirio docuiſſet hoſpites immolare, omnium primus mactatus eſt. Ovid. in Ibin, 397.

Ut qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluvias, victima cæſus, aquas. Idem lib. 1. de Arte Am. 649. [Thraſyllus diminutiv. Græcum eſt a Thraſycles, Θρασυκλῆς.

Thrăso, [Θράσων] Nomen proprium glorioſi militis apud Terentium in Eunucho, […], hoc eſt ab inſolentia & ferocitate impoſitum. Fuit & Nobilis ſtatuarius ejuſdem nominis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Strab. lib. 14.

Thrasōniānus, a, um. Adj. Sidon. 1. Epiſt. 9. Paginam Thraſoniano (i. e. Glorioſo) fine concludere.

Thrăsybūlus, [Θρασύβουλος] Athenienſis exſul, qui comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit, juvante Lyſandro Lacedæmoniorum duce, exſuleſque reduxit. Inſuper plebiſcitum tulit, quod […] vocant, quo injuriarum memoria deleretur, exſulibus jurejurando adactis. Cujus Cic. 8. Att. 3. & Valer. 4. 1. De modeſt. mentionem fecere.

Thraſybolos, dux Mileſiorum, qui ut portum Sicyoniorum occuparet, ex adverſa parte oppidanos tentavit. Dumque ſic detinmentur, cum inſperata claſſe portum cepit. Frontin. lib. 3. 9. 7.

THRASYLLUS, [Θράσυλλος] Athenienſis fuit, rei militaris peritiſſimus, qui æquali cum Thraſybulo imperio claſſi præfectus, Mindarum Lacedæmonium, Peloponneſiorum ducem apud Seſtum Helleſponti urbem navali prælio ſuperavit. Auctor Thucydid. lib. 8. Juſtin. 5. 4. V. & ſupra in THRASIUS.

THRASYMACHUS, [Θρασύμαχος] Carthaginienſis Sophiſta, qui periodon, & colon, id eſt membrum primus monſtravit, ac moduta, qui nunc eſt, Rhetorices induxit. Fuit diſcipulus Iſocratis, ut ſcribit Suidas.

THRASYMENUS, V. TRASIMENUS.

THRECIDICA, orum. Arma, quibus Threces gladiatores utebantur. Cic. 7. Philipp. 17. Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed ut appellant ii, qui plane & Latine loquuntur. Myrmillo in Aſia depugnavit. Quum ornaſſet Threcidicis comitem & familiarem ſuum, illum miſerum fugientem jugulavit.

THRENA, quæ Cypriis dicuntur Veſtes floridæ ac variegatæ, ab animalibus ejuſdem nominis, varietate diſtinctis ac maculoſis, id eſt ποικιλόμορφοι apud Theſſalos, ut a recentioribus tradit Cæl. Rhodig lib. 16. cap. 9.

THRIA, æ ſive THRIUS, ûs. f. [Θρία ἢ Θριοῦ] Stephano, Vicus eſt Atticæ in tribo Œneide: a quo Thriaſii populi, & campus Thriaſius: cujus meminit & Plin. lib. 4. cap. 7. & multis in locis Thucydides.

THRION, i. n. [θρῖον] ab Athenienſibus Jucundum quoddam adolium vocabatur. quod frondibus ficulnis, quæ θρῖα Græce vocantur, incolvebatur. Varro L. L. 4. 22. A globo farinæ dilatato, item in oleo cocti, dicti a globo globi, ut thrion & placenta. Sunt & ἴτρια Græcis lagana, ſi quis forte hoc loco ita legendum putet. Turneb. Adverſ. 22. 2. Sed alia lectio in editis libris.

THRIDACIAS, [θριδακίας] Mandragora femina, a lactucarum ſimilitudine, quas θριδακίνας vocant Græci, nomine impoſito. Auctor Dioſcorides lib. 4. cap. 17.

THRIPS, [θρίψ] Teredinis genus lignum arodens, culici non diſſimile. Auctor Plin lib. 16. cap. 41. Alii Thryps ſcribunt.

THRONUS, i. m. [θρόνος] Sedes vel ſolium dicitur. Plin. 35. 9. Juppiter in throno. [Gloſſ. Græcolat. Θρόνος, Sedis; θρόνος βασιλικός, Solium; θρόνος ἀγορανομικός, Curulis.

THRONIUM, [Θρόνιον] Oppidum eſt Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium amnem, non procul a ſinu Maliaco. Plin. lib 4. cap. 7.

THRYALLIS, [θρυαλλὶς] Genus herbæ, quæ alias Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut cum plurima, quaterna, craſſa, pinguiaque, ad lucernarum lumina apta. V. Plin. lib. 25. cap. 10.

THRYPS, V. THRIPS.

THRYUS, [Θρύον] Homero Iliad. β. Fluvius Elidis, qui in Alpheum decurrit ab eo & Thryoeſſa Iliad. λλ. vocatur.

T H U

THŪCȲDĬDĒS, is. m. [Θουκυδίδης] Athenienſis hiſtoricus, patre Oloro, genus a ducibus Miltiade & Cimone, qui & ipſi ab Aiaco Jovis filio originem habuere, duxit, ut Didymus in hiſt. teſtatur. Uxorem duxit e Thracia oriundam, alioqui divitem, cujus opes aſſecutus non in voluptatem, ſed partim in otium litterarium erogavit. Nam bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus, tempore, quo illud gerebatur, Athenienſibus pariter ac hoſtibus Lacedæmoniis militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, uti res quotidie veras ei renuntiarent: quas fidelius accepturum ſperabat, ſi non ſolum ab amicis, ſed etiam ab hoſtibus edoceretur, ne partes quiſque ſuas falſo tueretur. Præceptores habuit, in philoſophia Anaxagoram, & in rhetoricis Antiphontem. Cujus & ipſe in 8. Hiſtoriæ meminit, dicens eum cauſam fuiſſe perdendæ Reipub. ac conſtituendæ tyrannidis trecentorum. Ex Marcellino Græco ſcriptore vitæ Thucydidis, quæ Hiſt. ejus ſolet præmitti. De hoc Quintil. lib. 10. cap. 1. Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit Demoſthenem adeo Thucydidis ſtilum probaſſe, ut ejus librum octies ſcripſerit, totumque fere edidicerit. Floruit Olympiade LXXXVII.

Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pæne puſillus Thucydides. Cic. 2. Q. frat. 13.

Graviter ſane & probe res geſtas & bella & prælia narrat Thucydides. Cic. in Orat. 30.

Thucydides rerum geſtarum pronunciator ſincerus & grandis fuit. Cic. de Clar. Orat. 287. Idem 2. de Orat. 56. Namque & Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornavit, &c. & poſt illum Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facile vicit.

Admirari eloquentiam Thucydidis. Cic. de Opt. gen. Orat. 15.

Thucydides alios Idem Marcellinus Rhetor ponit: unum Mileſium Athenis inter principes cives ac duces, æmulum Periclis. Alium Pharſalicum Memnonis filium, cujus meminit Polemon in his quæ de Acropoli ſcripſit. Quartum Poetam natione Achedruſium, cujus meminit Androtion in Attide, dicens eum filium eſſe Ariſtonis, qui fuit tempore Platonis comici, & Agathonis tragici, ac Nicerati verſificatoris. Ex Marcellino.

THUCYDIDIOS, a, um. [Θουκυδίδειος] Adj. Cic. in Orat. 30. Ecce autem aliqui ſe Thucydidios profitentur, novum quoddam imperitorum & inauditum genus.

THŪLE, es. f. [Θούλη] Inſulæ nomen, de qua ſic ſcribit Cl. Bochartus: De Thules inſulæ ſitu (inquit) tres ſunt veterum ſententiæ. Una Procopii lib. 2. Goth. Thulen eſſe Scandiam, quæ inſula non eſt, ſed peninſula, & ab iis locis remotiſſima, in quibus alii Thulen deſcribunt. Secunda eſt Pytheæ Maſſil. Thulen ſex dierum navigatione in Septemtrionem a Britannia diſtare, habere nullas in ſolſtitio noctes, & nullos contra per brumam dies, quæ ad amuſſim Islandiæ quadrant. Tertia ſententia eſt Ptolemæi & Marini, quibus Thule inſula eſt non magna ad gradum 63. ubi dies maxima eſt 20. horarum, a Britannia vix bidui curſu remota, quæ convenione Schetlandiæ, uni Orcadum. Ex his tribus ſententiis emergit quarta, quæ noſtra eſt, Græcos & Romanos ſcriptores, cum ex incerta fama accepiſſent, in ultimo Septemtrione aliquam eſſe inſulam hujus nominis, atque ea nuſquam compareret, tamen quemque ſic appellaſſe, quam putavit eſſe extremam. Hactenus Bochart de Phœnic. Colon. lib. 1. cap. 41. Sunt qui Thyle ſcribunt, minus recte.

Hæc inſula Poetis celebratiſſima, cum disjunctiſſimum aliquid innuere vellent, quaſi totius orbis remotiſſima. Sic Juven. 15. Sat. 112.

De conducendo loquitur jam Rhetore Thule. i. e. Remotiſſima orbis terrarum regio. Et Virg. 1. Georg. 30.

—tibi ſerviat ultima Thule.

Heſperiæ vada caligantis Thules. Stat. 4. Silv. 5. 20.

Nigræ litora Thules. Stat. 4. Silv. 4. 62.

THUNNUS, i. m. [θύννος] Genus piſcis marini, prægrandis, vulgo noti. Latine dicitur & Sarda, ut vult Gloſſ. Græcolat. qui cum uno ν θύνος ſcribit. Al. cum Græca vocali Thynnus. Hor. 2. Serm. 5. 44.

Plures annabunt thunni, & cetaria creſcent.

Thunnum, Athenæus lib. 7. ſcribit appellatum eſſe ἀπὸ τοῦ θύειν, ὃ ἐστιν, ὁρμᾶν, id eſt impetum facere & irruere. Hunc piſcem enim admodum celerem & concitatum eſſe, propterea quod certo anni tempore ſtimulum, ſeu œſtrum habeat in capite, a quo concitetur atque impellatur, quod item ſcribit Ariſtoteles. V. Plin. 9. 15.

THURIANUS, i. m. Genus eſt piſcis marini, quem alii Xiphiam vocant. Plin. lib. 32. cap. 11. [Immo Thranis.

THŪRII, ōrum. m. [Θούριοι] Urbs eſt Calabriæ, quæ & Thuria & Thurium a Thuria fonte dicta eſt. Hæc prius Sybaris, noviſſime Copiæ fuerunt appellatæ. Hujus meminit Strabo lib. 6. Quum enim Crotoniatæ, adverſus quos bellum gerebant, urbem cepiſſent, inducto fluvio cuncta demerſerunt. Pauci ex ea clade ſuperſtites adunati cohabitabant, quos temporis intervallo Athenienſes, aliique Græci prorſus extinxerunt. Nam in ſocietatem civitatis pervenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt. Et urbem alium in locum prope tranſpoſitam ædificarunt, & eos Thurios, ducto de fonte vocabulo nuncuparunt. Thurii quum diutius beatam duxiſſent ætatem, tandem in Lucanorum ſervitutem tracti ſunt. Quumque illos Tarentini deſtruerent, ad Romanorum tutelam confugerunt. Qui quidem mittentes pro virorum paucitate accolas, mutato nomine civitatem Copias appellarere. Hinc

THURINUS, a, um. Adj. [Θούριος] Ovid. 15. Met. 52.

Thurinoſque ſinus, Temeſenque, & Iapygis arva. Alii legunt Tarinoſque ſinus, &c. Sed male.

THUREUS, THURIBULUM, &c. V. infra TUS.

THURIUM, [Θούριον] Italiæ oppidum, ubi Herodotus vitam finivit, ibidemque in foro, ut quidam memorant, ſepultus eſt, teſte Thucydide lib. 3. Strabo vero lib. 14. ait illum ex Halicarnaſſo Cariæ regia eſſe, quem poſtea Thurium vocaverant, eo quod particeps fuiſſet coloniæ in Thurios miſſæ. V. THURII.

THUS, V. TUS.

THUSCI, THUSCIA, V. TUSCIA.

T H Y

THYA, æ. f. [θύα] Arbor odorifera, quæ notiore nomine Cedrus (al. Citrus) dicitur, & ab Homero Trogete, teſte Plin. lib. 14. cap. 16. Propert. 3. 5. 63. [Rectius cum diphthongo, Thyia, θυΐα.

THYAMIS, Fluvius Buthrotum coloniam alluens, & Amalthio villæ Attici proximus. Cic. 7. Att. 2. Q. Ciceroni obſiſti non potuit, quo minus Thyamin videret. Hinc quod a Cicerone lib. 2. de Legib. 7 ſcribitur, Sed tamen huic amœnitati, quam ex Quinto ſæpe audio, Thebanus Epirotam ille tuus nihil, opinor, conceſſerit: mendoſum apparet. Cum enim videatur de fluvio loqui, quem cum Fibreno comparet, nomenque Thebani, fundi potius quam fluminis ſit, nec illis in locis ullus fluvius Thebanus memoretur, luxatam fuiſſe ſcripturam crediderim, & in Thebanum pro Thyami degeneraſſe. Legendum igitur putem Thyamis Epirotes ille tuus, &c. Hæc Turnebus.

THȲĂS, ădis f. [Θυιάς] Bacchi ſacrificula.

Amentes Thyades. Stat. 12. Theb 792.

Concita Thyas pulſo tympano. Hor 3. Carm. 15. 10.

Euntes Thyades effuſis crinibus. Catul Argon. 62. 392.

Excita Thyas commotis ſacris Virg. 4 Æn. 302.

Pervicaces Thyades. Hor. 2. Carm 19. 9.

THȲĂSUS, i. m. [θίασος] Saltatio & chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: a θύω ſacrifico Virg. 5. Ecl 30.

Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho. Catull. de Berecynth. 61. 28.

Thyaſus repente linguis trepidantibus ululat.

THYĀTIRA, [Θυάτειρα] Inſula eſt maris Ionii, una Echinadum Ætoliæ adjacentium, teſte Plin. lib 4 cap. 12.

Eſt item Ioniæ civitas in Aſia, ad Lycum fluvium, teſte eodem Plin. lib. 5. cap. 9. Strabo lib. 13. Myſiæ attribuit, Stephanus Lydiæ.

THYELLA, [Θύελλα] Œnotriæ urbs, in qua pars Phocenſium conſedit, ut ex Herodoti ſententia refert Stephanus.

Homerus Iliad. π. 148. Thyellam quartam Harpyiam videtur appellaſſe, reſpiciens nimirum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & ſonoram ſignificat procellam. [Gloſſ. Græcolat. Θύελλα, Turbo, procella.

THYESTES, is & æ. m. [Θυέστης] Filius Pelopis ex Hippodamia. & Atrei frater, ac Tantali nepos. Thyeſtis fabula (inquit Servius) hoc habet; Atreum & Thyeſtem germanos, quum diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam rediiſſe: qua occaſione Thyeſtes cum fratris uxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum appoſuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſim inveniſſe: cui invidens frater, ex urbe diſceſſit tempore, quo ejus probata ſunt dicta. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 1. Æn. 572.

Nec tam averſus equos Tyria Sol jungit ab urbe. Perſ. 5. Sat. 8.

—aut ſi quibus olla Thyeſtæ

Fervebit. V. ÆGISTHUS.

THYESTĒUS, a, um. Adj. [Θυέστειος] Cic. in Piſon. 43. Thyeſtea iſta execratio eſt, poëtæ vulgi animos, non ſapientum moventis.

Menſa Thyeſtea. Ovid. 4. de Pont. 6. 47.

Mycenæ Thyeſteæ. Lucan. lib. 1. 539.

Preces Thyeſteæ. Hor. Epod. 5. 86.

THYESTIĂDES, æ. m. [Θυεστιάδης] Ægiſthus Thyeſtæ filius. Ovid. 2. de Arte Am. 407.

Inde Thyeſtiades thalamoque animoque recepit.

THYÏON, i. n. ita Succinum vocabatur in India, teſte Plin. 37. 2.

THYIA, [Θυία] Nomen filiæ Caphiſi, quæ prima Liberi patris initiata fuis

fuit Orgiis, a qua Thyiades & Thyiæ. Herodotus lib. 7. Ab hac Urbe nioſdem nominis in qua colitor.

Thyia, Arbor. V. THYA, conf. ſeq. dict.

THYITES, [θυΐτης] Genus eſt lapidis duriſſimi, ex quo mortaria fieri conſueverant: unde & e Plinio lapis mortariorum vocatur, & e Græcis θυΐτης, quibus θυΐα mortarium eſt. [Gloſſ. Græcolat. θυΐα, θυΐτης, Mortarium.

THYLA, V. THOLA.

THYMALLUS, i. m. Genus piſcis pretioſi, de quo Ambroſ. lib. 5. Hex. Neque te inhonoratum noſtra perſecutione, Thymalle, dimittam cui a flore nomen inolevit, ſeu Ticini unda te fluminis, ſeu amœnum Atheſis umbra nutrierit. flos m. V. reliqua.

THYMBRA, æ. f. [θύμβρα] Herba vulgaris notitiæ. In aſperis & gracilibus naſcitur, ſimilis thymo: ſed minor atque tenerior, ferens ſpicam floris plenam, coloris herbacei. Habetur & ſativa brevior ſilveſtri, quæ propter minorem acrimoniam in cibos recepta eſt, Latinis Satureja, teſte Plin. lib 19. cap. 8. dicitur. Gallis nunc ſarriette, nunc ſarrie, pedali altitudine, fruticoſa, ſurculoſis utrinque caliculis, folio hyſſopi, floſculis per intervalla ex purpura candicantibus, odore ſaporeque gratiſſimo. Thymbram tamen nonnihil a ſatureja diſcrepare ſentit Columel. lib. 10. 233. hoc verſiculo,

Et ſatureiæ thymi referens, thymbræque ſaporem. Hæc Ruel.

Columel. lib. 9. cap 4. Saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima thymbra, &c. Sunt qui Tymbrem abſque aſpiratione ſcribant [Gloſſ Latino Græc Satureja, θύμβρα. In Græcolat. deficit interpretatio: puto, quia & Latine Thymbra dici poteſt: cum aſpirata tamen, θύμβρα, βοτάνη, Latinogræc. Thymbra, ſive Conila, ſive Satureja, θύμβρα.

Olens thymbra. Stat. 1. Silv. 2. 21.

Gelidæ umbracula thymbræ. Stat. 1. Silv. 2. 238.

THYMBRA, æ. f. [θύμβρα] Locus vicinus Trojæ, plenus thymbra.

Rector Thymbræ, Apollo. Stat. 4. Silv. 7. 23.

THYMBRÆUS, [θυμβραῖος] Apollo dicitur, e loco Trojæ vicino pleno thymbre: in quo ager & nemus eſt, & templum, ubi a Paride Achilles occiſus eſt: unde & fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo Thymbræus, ut Delius. Nam numina e locis frequenter nomen accipiunt. Hactenus Servius ad illud Virg. 3. Æn 85.

Da propriam, Thymbræe, domum, da mœnia feſſis.

Pergame Thymbræa. Stat. 3. Silv. 2. 97.

THYMĔLE, [θυμέλη] Nomen mulieris, quæ prima ſaltationem in ſcena docuit. Græci θυμέλην Scenam vocant, teſte Gloſſ. Græcolat. hoc eſt eam theatri partem, ubi geſtus agunt hiſtriones. Martial. lib. 1. 5.

Qua Thymelen ſpectas, deriſoremque Latinum,
Illa fronte, precor, carmina noſtra legas. Suidas ſcribit fuiſſe Aram in theatris Thymelen.

THYMELĬCUS, i. m. [θυμελικὸς] Scenicus, hiſtrio. Unde a Vitruvio 5. 8. dictum eſt, Scenici & Thymelici Græce ſeparatim nominantur. Ulpian. in l. Athletas, in princip. D de iis qui not. infam Neque Xyſtici, nec agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, ceteraque eorum miniſteria, qui certaminibus ſacris deſerviunt, ignominioſi habentur.

THYMIĀMA, ătis. n. [θυμίαμα] Incenſum. Gloſſ. Græcolat. [V. Celſ. 5. 18.

THYMIATĪTIS, is. f. Herba quæ Quinquefolii nomine notior eſt. Dioſc 4. 40.

THYMION, i. n. [θύμιον] Ulcus eſt, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue, ſupra latius, ſubdurumque, & in ſummo peraſperum. Idque ſummum colorem floris thymi repræſentat, unde ei nomen eſt: ibique facile finditur, & cruentatur: nonnunquam aliquantum ſanguinis fundit, fereque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ eſt, raro majus, interdum perexiguum. Modo unum, modo plura naſcuntur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Peſſima tamen in obſcœnis ſunt, maximeque ubi ſanguinem fundunt. Hæc Celſus lib. 5. cap. 28. 14. Al. Acrothymium, ἀκροθύμιον. q. V.

THYMŒTES, [θυμοίτης] Priami filius fuit ex Ariſbe (ut quidam volunt) cujus uxor quum filium peperiſſet eodem die, quo Hecuba Paridem, afferentibus hariolis eo die natum eſſe puerum, cujus cauſa Ilium everteretur, juſſit Priamus utrumque interfici. Et Paris quidem matris aſtu clam traditus eſt educandus: Thymœtis autem puer eſt interfectus. Cujus injuriæ ultione in multos dies dilata, Thimœtes, quum equi lignei dolum ſentiret, commodum ſibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus auctor fuit ut in urbem reciperetur. Hæc fere Servius enarrans locum illum Virg. 2. Æn. 32.

— primuſque Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari:
Sive dolo, ſeu jam Trojæ ſic fata ferebant.

THYMOLEON, V. TIMOLEON.

THȲMUM, i. n. vel THYMUS, i. m. [θύμον, Gl. L. G.] Herba hortenſis, odorata, cujus flore ſummopere apes delectantur. Plin. lib. 21. cap. 10. Totidem & thymi: candidum ac nigricans. Floret autem circa ſolſtitia, quum & apes decerpunt, & augurium mellis eſt. Proventum enim ſperant apiarii large florente eo. Læditur imbribus, amittitque florem. Semen thymi non poteſt deprehendi, quum origani perquam minutum, non tamen fallat. Martial. lib 5. 40.

Hyblæis madidas thymis placentas. Columel. lib. 11. cap. 3.

Thymum, & tranſmarina cunila, & ſerpyllum, &c.

Dulcior thymo. Virg. 7. Ecl. 37.

Cecropium thymum. Virg 4. Georg. 270.

Apes paſcuntur thymo. Virg. 5. Ecl. 77.

Redolentque thymo fragrantia mella. Virg. 4. Georg. 169.

Suffire thymo. Virg. 4. Georg. 241.

THYMIANUS, a, um. Adj. a Thymo; ut Thymianæ oves. Plaut. Bacch. 5. 2. 11. Verolæ ſunt thymianæ. Thymianæ, inquit Turnebus, a Thymo dici videntur. Nam in Narbonenſi Gallia Lapidei campi thymo abundabant, eoque infinita pecudum millia conveniebant. Thymianæ tamen hic malæ erunt, credo propter longinquitatem viæ macreſcentes. Thymianæ ſe in veteribus libris reperiſſe ſcribit Joachimus, quæ vox quid ſignificet conſulendum Apollinis oraculum, niſi Thymum amantes explices. Ac vidi qui Thymiama defenderet, ut ſei divinæ aptas, quales emebantur a pactoribus viliores & macriores. Aliquando & Minis legendum exiſtimavi, ſed quia Thymianæ tenemur, nihil eſſe videtur cauſæ. Hæc ad verbum Turneb. Adverſ. 24. 11.

THYMĪTES, [θυμίτης] Vinum, ex thymo confectum: ea forma dictum, ut Abſynthites. Columel. lib. 12. cap. 35. Vinum abſynthiten & hyſſopiten, & abrotoniten, & thymiten, & marathiten, &c.

THYMĬNUS, a, um. Adj. [θύμινος] Ex thymo factum. Columel. lib. 6. cap. 33. Cum melle Attico: vel ſi id non eſt, utique thymino celeriter levetur.

THYMŌSUS, a, um. Adj. [θυμώδης] Plin. lib. 11. cap. 15. Thymoſum mel non coit.

THYNIA, [Θυνία] Strabo lib. 12. Inſula in fronte Bythiniæ: hinc

THYNICUS, a, um. Adj. Annulus veteribus dicebatur e mero auro confectus. Iſidorus 19. 32. Thynicus, inquit, purus, primum in Bithynia fabricatus: affertque molles Mæcenatis verſiculos de morte Horatii Flacci ut id probet,

Lugent ta, mea vita, te ſmaragdus,
Berillus quoque, Flacce: nec nitentes,
Nunc per candida margarita quæro,
Nec quos thynica lima perpolivit
Annellos, nec Iaſpius lapillos. Emendante Turnebo 20. 2.

THYNUS, a, um. Adj. [Θυνὸς] ut, Merce Thyna beatus. Hor. 3. Carm. 7. 3. h. e. Bithyna. Acron.

THYNNUS. SARDA, V. CORDYLA, & THUNNUS.

THYON, [θύον] quod apud Homerum eſt, Citrum interpretatur Macrobius Saturn. 2. 15. Citrum autem illud crediderim, cujus in Atlante monte nobiles ſilvæ materiam tantis menſarum orbibus ſuppeditavere Romanis expetitarum deliciis. Turnebus. V. THYA.

THYŌNEUS, trium ſyllabarum, [Θυωνεὺς] Bacchi epitheton, quod ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt Sacrificare, deductum putent: eo quod ei adhuc inter humanos verſanti ſacrificabatur. Hor. 1. Carm. 17. 23.

— nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus prælia. Acron ſic exponit, Thyone mater Semeles dicta eſt, matris Liberi patris. Dicit ergo per vinum rixam non futuram inter ſe. Thyoneus autem filius Liberi fuit, qui in Chio inſula regnavit, pater Thoantis regis, cujus filia fuit Hypſipyle, quæ, conjuratione facta adverſus viros, ſola patrem ſervavit. Hactenus Acron. Porphyr. vero, Thyone, inquit, Semele a Græcis dicta: unde Thyoneus dicitur.

THYONIĀNUS, a, um. Adj. Bacchus ſic dictus. Catull 27. 7.

— hic merus eſt Thyonianus. Quo verſu ſignificat Maraca Bacchi pocula per tranſnominationem. Redivivus enim Bacchus matrique fulminatæ ſuperſtes, Thyonianus vocatus eſt: vel potius illum dilaceratum reducem ſoſpitemque vitæ redditum hoc nomine ſacra canebant arcana. Auſon. Præf. Edyll. 17. Ne in ſacris & fabulis aut Thyonianum miteris aut Virbium, illum de Dionyſo, hunc de Hippolyto reformatum.

THȲREA, æ. f. [Θυρέα] Civium Meſſeniorum. Sed divus Auguſtus Lacedæmoniis aſcripſit, quod Meſſenii cum Antonio ſenſiſſe viderentur. Stat. 4. Theb. 48.

Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

Hinc Thyreaticæ, Spartanorum corollæ quædam appellatæ. Sciendum eſt, Thyre, numero plurali, genere neutro, per ſynæreſin efferri, θυρέα, τὰ θυρέα, etiamſi numero ſingulari Thyrea [Θυρέα] quoque dici poteſt, ut Steph.

Eſt & Thyræum, [Θυραῖον] Oppidum in Arcadia.

Thyræ [θύραι] etiam Græce, Latine Oſtia dicuntur: a quo θυρίδιον, Oſtiolum, in Gloſſ. Græcolat.

THYREĀTIS, idis. [Θυρεάτις] patronym. f. Ovid. 2. Faſt. 663.

Si tu ſignaſſes olim Thyreatida terram.

THYRRĪTES, i. m. Lapis. Plin. 2. 103.

THYRSUS, i. m. [θύρσος] Virga & caulis cujuſlibet herbæ, præſertim vero lactucæ. Plin. lib. 19 cap. 8. Inventum omnes thyrſus, vel folia lactucarum prorogare urceis conditus, ac recentes in patinis coquere.

Fragiles thyrſi. Stat. 2. Theb 664.

Pampinei thyrſi. Claud. 4. Conſ. Hon. 602.

Spectabilis thyrſus. Plin. lib. 21. cap. 15.

Teretes thyrſi. Stat. 1. Achil. 175.

Virentes fronde thyrſi Ovid. 12. Met 29.

Thyrſus, [θύρσος] Haſta aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis Bacchicis quatiebant. Scribit Diodorus lib. 5. cap. 1. Dionyſum in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 18. ait Liberum patrem tenere thyrſum, quod eſt latens telum, cujus mucro hedera lambente protegitur. Unde Thyrſigerus dictus eſt Bacchus. Catul. Argon. 62. 256. Ovid. 3. Amor. 15. 17.

Corniger increpuit thyrſo graviore Lyæus. Sen. Herc. fur. 11. 2.

Tectam virenti cuſpidem thyrſo gerens. [V. Polyæn. Strateg. 1 pr.

Gravi thyrſo metuendus Liber. Hor. 2. Carm. 19. 8.

Quatere thyrſum. Sen Herc. OEth. 4.

Levem thyrſum vibrare manu. Sen. OEdip. 5.

Thyrſus per tranſlationem pro Stimulo & incitamento. Lucret. lib. 1. 921.

— ſed acri
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

THYRSĬCŬLUS, i. m. dimin. Apul. de Herb. cap. 68.

THYRSĬGĔRUS, a, um. Adj. [θυρσοφόρος] ut, India thyrſigera. Sen. Hippol. 753.

THYSANON, [θύσανον] ſive etiam TYSANON (nam utrumque reperitur) quod & Syrtebam vocari tradit Pollux lib. 7. cap 14. Eſt autem Fimbria ſive ala. Hujus meminit Homerus in ornamentis Junonis lib. 14. Iliad.

THYSSA, V. THISSA.

THYSYRAS, æ. m. Siculus ſcriptor, cujus meminit Quintil. 2. 2.

THYSSELINUM, i. n. Herba. Plin. 25. 11.

THYSUS, i. m. antique Sus. Varro de R. R. 2. 4. Græce dicitur ὗς, olim Thyſus dictus, ab illo verbo quod dicunt θύειν, quod eſt immolare. Ab ſuillo enim genere pecoris immolandi initium primum ſumptum.

T I

T. I. Teſtamento inſtituit, Titulum juſſit. TI. Tiberius. TI. CÆS. Tiberius Cæſar. TIB. D. F. M. Tibi dulci filio meo. TIBIC. M. D. M. Tibicen Magnæ Deûm Matris. TIBVR. Tiburtinus.

TIĀRA, æ. f. [τιάρα] Ornamentum capitis Perſicarum prius mulierum; quo poſtea uſi ſunt & reges & ſacerdotes. Juven. 6. Sat. 515.

— Phrygia veſtitur bucca tiara. Virg. 7. Æn. 247.
— ſceptrumque ſacerque tiaras. Hic per uſurpationem

dicitur;

dicitur; nam tiara dicimus, ait Servius. Tiaram (inquit Donatus) dixit pileum, quo Phryges utuntur, quum celebrant ſacra. Inde Sacrum dixit, quia quod ad ſacra pertinet, ſacrum eſt.

TIARATUS, a, um. Adj. Tiaram geſtans. Sidon. 8. Epiſt. 3. Inter ſatrapas regum tiaratorum.

T I B

TIBARENI, [τιβαρηνοί] Populi Scythici, Pompon. 1. 21. de quibus diximus in dictione TABARANI, quam vide. Valer. Flacc. 5. Argon. 149.

Inde Genetæi rupem Jovis: hinc Tibarenum
Dant virides poſt terga lacus, &c. Qua de loco doctiſſima exſtat Angeli Politiani apiſtola ad Pomponium Lætum.

TIBER, & TIBERIS, & per Syncopen, TIBRIS, is, & idis. m. [τίβερις, ὁ θύμβρις] Amnis Italiæ a media fere longitudine Apennini Aretinorum finibus defluens, tenuis principio, nec fere navigabilis, fertur per centum & quinquaginta millia paſſuum, non procul Tiferno, Peruſiaque & Ocriculo. Hetruriam ab Umbris ac Sabinis, mox Vejentem agrum e Cruſtumino, deinde Fidenatem, Latinumque a Vaticano dirimens, duobus & quinquaginta fluviis augetur: præcipuis autem Nare & Aniene: nec minus tamen aquis, fontibuſque in urbem perductis: & ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcentium vector placidiſſimus. Primum ab aquarum colore Albula dictus eſt, deinde Tiberis appellatus: vel a rege Tuſco ejus nominis; juxta eum in bello occiſo, Virg. 8. Æn. 330.

—aſperque immani corpore Tibris, &c.
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tibrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen. Vel quod τῆς ὕβρεως, hoc eſt injuriæ fluvius eſſet, propter regem Tuſcorum, latrocinari circa ejus fluminis ripas, ac vaſtare omnia ſolitum. Servius, Ut autem, inquit, Tibris dicatur, hæc ratio eſt, Quodam tempore Syracuſani victores ceperunt Syracuſis ingentem Athenienſium hoſtium multitudinem: & eam cæſis montibus fecerunt addere munimenta civitati. Tunc auctis muris, etiam foſſa intrinſecus facta eſt: quæ flumine admiſſo repleta munitiorem redderet civitatem. Hanc igitur foſſam, per hoſtium pœnam & injuriam factam, Tibrim vocaverunt, ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Poſtea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma eſt, uſque ad Rutulos & Ardeam. Unde eſt,

—fines ſuper uſque Sicanos. Et Albulam fluvium, ad imaginem foſſæ Syracuſanæ, Tibrim vocarunt, quaſi ὕβριν. Hactenus Servius. Rurſus autem Tiberino Albanorum rege in eo ſubmerſo pro Tibri dictus eſt Tiberis. Ovid. 2. Faſt. 389.

Albula, quem Tiberim merſus Tiberinus in undis
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis. Tiberis etiam Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgo dicitur *Tevere*.

Scribendum eſt ab i non ab y, quoniam ita ſcriptum reperimus in antiquis lapidibus, uti nos docet Manutius in Orthographia.

Trans Tiberim. Cic. 12. Att. 20. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc cauſam maxime.

Arenoſi Tibridis unda. Ovid. 1. Faſt. 242.
Auſonius Tibris. Virg. 5. Æn. 83.
Cæruleus Tibris. V. CÆRULEUS.
Flavens Tibris. Sil. lib. 16. 680.
Flavus Tibris. Hor. 1. Carm. 2. 13.
Laurens Tibris. Virg. 5. Æn. 797.
Romuleus Tibris. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 226.
Sceptriferi Tibridis unda. Sil. lib. 8. 369. Ob Romæ, quam trajicit, imperium.
Tyrrhenus Tibris. Virg. 7. Æn. 242.
Tibri, Vocativus. Virg. 8. Æn. 540.

—galeaſque & fortia corpora volves,
Tibri pater.

TIBERINUS, a, um. Adj. [τιβερινός, θυμβρῖνος] ut, Piſcis Tiberinus: & Tiberina oſtia, apud Virg. 1. Æn. 17. Cic. pro Lege Manil. 33. Vos modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis. Et Ovid. 15. Met. 728.

Fluminis Tiberini unda. Virg. 10. Æn. 833.
Gurges Tiberinus. Ovid. 9. Met.
Inſula Tiberina. Claud. 2. Conſ. Stilich. 175. De hac inſula ſic Liv. 2. 5. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe, maturæ meſſi, quem campi fructum quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa, corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus ſolet. Ita in vadis hæſitantis frumenti acervos ſediſſe illitos limo: inſulam inde paulatim, & aliis quæ fert temere flumen eodem invectis, factam. Poſtea credo additas moles, manuque adjutum, ut tam eminens area, firmaque templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Hactenus ille.
Eſt & Cognomen Ro. ut Canutius Tiberinus. Cic. 3. Philipp. 23.

TIBRINUS, per ſyncopen, pro Tiberinus. Claud. de Laud. Seren. reg. 17.

Præſcia fatorum Tanaquil, rediensque per undas
Civilis Tibrinas.

TIBERINUS, i. m. [τιβερῖνος] Tiberis fluminis Deus. Virg. 8. Æn. 31.

Huic deus ipſe loci fluvio Tiberinus amœno, &c.

Flavus Tiberinus. Virg. 7. Æn. 31.
Regnum cepit Tiberinus. Ovid. 14. Met. 614.

TIBERINIS, idis. patronym. f. [τιβερινίς, θυμβρηΐς] Ovid. 2. Faſt. 597.

Dixerat, annuerant Nymphæ Tiberinides omnes.

TIBRICŎLA, æ. m. Prudent. Periſt. 11. 174.

Paſcit item ſanctis Tibricolas dapibus.

TIBERIAS, ădis. f. [τιβεριάς] Urbs Galilææ, ab Herode condita, & ſic appellata in honorem Tiberii Cæſaris. Ptolem. lib. 5. cap. 16. dicitur Tiberiæ Lacus. V. Steph.

TIBERIUS, [τιβέριος] Prænomen, quo ſolo deſignari ſolet, Tiberius Claudius Nero, Imperator Romanus tertius.
De hoc prænomine ſic Probus in Epitome; Tiberii cœperunt vocitari, qui ad fluvium Tiberim naſcebantur.
Tiberii Cæſ. Auguſti privigni, vitam vide in Suetonio, & Hiſt. ejus apud Tacit. 6. Ann. cap. 11.
Fuit & ejus nominis Grammaticus, qui de Ideis orationis ſcripſit libros tres, aliaque complura, ut auctor eſt Suidas. Meminit & hujus Strabo lib. 7.

TIBEREIUS, a, um. Adj. [τιβέρειος] Stat. 3. Silv. 3. 66.

—Tibereis primum
Aula tibi, vix dum ora nova mutante juventa,
Panditur.

TIBERIANUS, a, um. Adj. Idem. Plin. 15. 15. Pira Tiberiana, quia Tiberio placuere.

TIBI, [σοί. Gl. L. G.] Dativus, a Tu pronomine, V. ſuo loco.

TIBIA, æ. f. [ἀντικνήμιον, Gl. L. G. & G. L. κνήμη, G. L.] proprie Os cruris oppoſitum ſuræ. Celſ. lib. 8. cap. 1. Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus, &c. Verum alterum os ab exteriore parte, &c. Alterum a priore parte poſitum, cui tibiæ nomen eſt, longius, & in ſuperiore parte plenius, ſuluta cum femoris inferiore capite committitur, ſicut cum humero cubitus.

Tibia, [αὐλός, Gl. L. G. & G. L.] Inſtrumentum muſicum, multis foraminibus flatum cum ſono reddens, quo qui canunt, tibicines dicuntur. Sic dicta, quod primo ex gruum tibiis facta ſit, a quibus nomen habet, quum ex arundinibus facta ſit. Cic. 1. Tuſc. 106. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. Hor. de Arte Poet. 202.

Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
Æmula; ſed tenuis, ſimplexque, foramine pauco.

Tibia & fiſtula differunt. Plin. lib. 16. cap. 36. Calamus vero alius totus concavus, quem ſyringiam vocant, utiliſſimum fiſtulis, quoniam nihil eſt ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius eſt continuo foramine pervius, quem auleticon vocant. Hic tibiis utilior, fiſtulis ille.
Si ex oliva modulate canentes tibiæ naſcerentur, num dubitares quin ineſſet in olive tibicinis quædam ſcientia? Cic. 2. de Nat. Deor. 22.
Cantus tibiarum. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Multifora buxo tibia. Sen. Agamemn. 5.
Apertæ tibiæ a Quintiliano 11. 3. vocantur, Quæ apertis omnibus foraminibus ſonant clarius. Nam clauſis ſonus redditur fuſcior & obſcurior, ut apertis candidior & clarior, quod & per adagium uſurpat. Illa vero, inquit, jam pæne apertis, ut ajunt, tibiis. Id eſt, ut ſuſpicor, Jam clariſſima voce. Turnebus.
Cava tibia. Lucret. lib. 2. 620.
Concionatoria tibia. V. CONCIONOR.
Curva tibia. Virg. 11. Æn. 737.
Incentiva tibia, & Succentiva. V. Incentivus in INCINO.
Ludicræ tibiæ. V. LUDUS.
Nuptiales tibiæ. Auctor ad Heren. lib. 4. 44.
Querulæ tibiæ cantus. Hor. 3. Carm. 7. 30.
Sacrifica dulces tibia effundat modos. Sen. Agamem. 6.
Adhibere tibias epulis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Canere tibiis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Canere ad tibiam. V. CANO.
Inflare tibias. Cic. de Clar. Orat. 192. Si tibiæ inflatæ non referant ſonum, abjiciendas eas ſibi tibicen putet.
Tibia maſculino genere apud antiquos. Varr. Modio, apud Non. 3. 256. Quare meas lubidines, ut tibias bilingos.

TIBIALIS, e. Adj. [αὐλητικός] Quod eſt idoneum ad tibias faciendas. Plin. lib. 16. cap. 36. Tertia a nodo eſt tibialis calami, quem auleticon dicebant.

TIBIĀLE, is. n. [κνημιδόπουλον] Velamentum tibiarum. Sueton. de Auguſto cap. 82. Hieme quaternis, cum pingui toga, tunicis, & ſubucula thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.
Tibialia, Arma, quibus crura muniuntur. Paulus Juriſconſ. in l. Qui commeatus. D. de re milit. Si tibiale vel humerale miles alienavit, caſtigari verberibus debet.

TIBIĀRIUS, i. m. [αὐλοποιός] Gloſſ Græcolat.

TIBICEN, inis. m. [αὐλητής, Gl. L. G. & G. L.] Qui tibia canit. Cic. 7. Fam. 07. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum unctorem, diſceſſit ocius. Liv. 1. 43. Cornicines, tibicineſque. Hor. de Arte Poet. 214.

Sic priſcæ motumque & luxuriam addidit arti,
Tibicen traxitque vagus per pulpita veſtem.

Ad cantus, ad tibicinem proſequi laudes honoratorum virorum. Cic. 2. de Legib. 66.
Non ſunt in oratione, tanquam tibicini, percuſſionum modi, ſed univerſa comprehenſio & ſpecies orationis clauſa & terminata eſt. Cic. in Orat. 198.
Tibicen ſine tibiis canere non poteſt. Cic. 2. de Orat. 338.
Tibicines in ædificiis appellantur Columnellæ, quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent: a ſimilitudine tibia canentium: qui ut cantantes ſuſtinent, ita illi ædificiorum tecta. Nec in hoc ſignificatu aliud præter Ablativum ſingularem legimus. Juven. 3. Sat. 193.

Nos urbem colimus, tenui tibicine fultam.

Dicitur etiam Quicquid in fulcimentum alterius ponitur. Ovid. 4. Faſt. 695.

Hæc modo verrebat ſtantem tibicine talam. Alii legunt,
Hæc modo verrebat ſtantem tibicine villam. Alii,
Hæc modo verrebat cum raro pectine pratum.

TIBICĪNA, æ. f. [αὐλητρίς, Gl. G. L.] Mulier tibia canens. Plaut. Aul. 2. 4. 1.

Poſtquam obſonavit herus, & conduxit coquos,
Tibicinaſque haſce, apud forum, &c. Martial. lib. 14. 64.
Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis.

Meretrix tibicina. Hor. 1. Epiſt. 14. 25.

TIBICINIUM, i. n. Apul. 1. Flor.

TIBICINO, [αὐλῶ, Gl. G. L.] āre. Tibiis canere. Fulgent. Mythol. 3. 9 Ordo tibicinantium. Et Tibicinandus apud Tertull. de Anim. cap. 18.

TIBICINĀTOR, ōris. m. [αὐλητής] Gloſſ. Cyril.

TIBISCUS, Daciæ fluvius, cujus meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 7. a Barbaris Tiſſa appellatur. Vulgo *Teys*.

TIBISIS, is. m. Scythiæ fluvius. Herodot. lib. 4. Hinc

TIBISĒNUS, a, um. Adj. ut, Oſtia Tibiſena. Valer. Flacc. 6. 51.

TIBULLUS, [τίβουλλος] Poeta juxta Quintiliani ſententiam cum primis elegans, & terſus, ad amores & delicias aliquanto proclivior. Quintil. 10. 1. Ovid. 1. Amor. 15. 28.

Donec erunt ignes, arcuſque Cupidinis arma,
Diſcentur numeri, culte Tibulle, tui. V. ALBIUS.

TIBUR, ŭris. n. [Τίβυρ, τίβουρα, τίβουρ, τίβουρ] Urbs eſt Italiæ (vulgo *Tivoli*) ſedecim millibus paſſuum diſtans ab urbe Roma: quam, teſte Solino,

Solino, ex auctoritate Catonis, Catillus Arcas, præfectus claſſis Evandri, condidit. Quod etiam ſenſit Servius: De Græcia, inquit, tres fratres venerunt ad Italiam, Catillus, Coras, Tibur vel Tiburnus. Hi ſimul omnes unam fecere civitatem, & eam de fratris majoris nomine Tibur appellaverunt: licet & alias fecerint ſinguli. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 7. Æn. 670.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt, &c. Sextus Græcus hiſtoricus ſic habet, Catillus Amphiarai filius fuit. Hic, poſt prodigialem patris apud Thebas ante Iliacum bellum interitum, juſſu dei, cum omni ſuorum cœtu, & ſacris miſſis, tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coracem, & Catillum: qui expulſis ex oppido, haud longe ab urbe Roma poſito, veteribus Sicanis, a nomine Tiburti maximi filii oppidum vocaverunt. Plin. lib. 16. cap. 44. Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos exſtant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetuſtiores, apud quas inauguratus traditur. Tibur autem Virg. dicitur Superbum, id eſt nobile, inquit Servius: aut per tranſitum tetigit illud, quod aliquando quum a Senatu auxilia poſcerent Tiburtes ſub commemoratione beneficiorum, hoc tantum a Senatu reſponſum acceperant Superbi eſtis. Hæc Servius explicans illud Virg. 7. Æn. 629.

Quinque adeo magnæ poſitis incudibus urbes, &c.

Sunt qui Tybur ſcribunt per y. Priſcian. tamen cum i Latino ſcribit: quod uſitatius crediderim: non enim Græca eſt dictio. Hor. 2. Carm. 6. 5.

Fertile Tibur. Hor. 4. Carm. 3. 10.
Herculeum Tibur. Martial. lib. 1. 13.
Supinum Tibur. Hor. 3. Carm. 4. 23.
Vacuum Tibur. Hor. 1. Epiſt. 7. 45.
Udum Tibur. Hor. 3. Carm. 29. 6.
Uvidi Tiburis ripæ. Hor. 4. Carm. 2. 31.

Tiburs, urtis, vel **Tiburtis**, e. Adj. Quod eſt ex Tibure. Suetonius Calig. cap. 21. Inchoavit autem aquæductum regione Tiburti. Cic. 2. de Orat. 224. Villam in Tiburte habes. Stat. 1. Silv. 3. 99.

Hic tua Tiburtes Faunos chelys, & juvat ipſum
Alciden. Hor. 1. Serm. 6. 108.
Quum Tiburte via Prætorem quinque ſequuntur
Te pueri, laſanum portantes, œnophorumque.

Tiburtinus, a, um. [Τιβουρτῖνος] aliud Adj. Martial. 4. 57.

Nunc Tiburtinis cadite frigoribus.

Tiburtius, a, um. Adj. Hor. 2. Serm. 4. 70.

Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco.

Tiburtus, i. m. qui idem & **Tiburnus** dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur, cui etiam lucus erat ibi ſacratus, ab Horatio memoratus, Catilli, qui Amphiarai filius erat, fuit filius, oppidumque Tibur condidit, ut refert Solinus, & probat Maro his verbis, 7. Æn. 670.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem. Horatius tamen videtur exiſtimare Tibur a Catillo conditum fuiſſe, cum Tibur mœnia Catilli vocet: & Catonis ſententia fuit, eam urbem poſitam a Catillo Arcade præfecto claſſis Evandri fuiſſe. Annotavit Turnebus.

T I C

Ticida, æ. m. Poeta elegiacus. Ovid. 2. Triſt. 433.

Quid referam Ticidæ? quid Memmi carmen? &c.

Ticinum, i. n. pr. c. [Τίκινον, Τίκινος Steph.] nobile Inſubrium oppidum, quod nunc *Pavia* vulgo dicitur. Nam, ut ſcribit Ptolemæus in Geographia lib. 3. cap. 1. Inſubres habent Mediolanum, Novariam, Comum & Ticinum.

Ticinus, i. m. [Τίκινος] Fluvius oppido vicinus, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 26. vulgo *Teſſin*. Claud. 6. Conſ. Hon. 195. Pulcher Ticinus. conf. Sil. 4. 81: 5. 154: &c. & Sidon. 7. Carm. 552.

Tifernus, [Τίφερνος] Fluvius eſt Italiæ. Et Tifernum, oppidum, quod intercidit. Inde Tifernates, populi, juxta Teanum & Lucrinum, in ſexta regione Italiæ. Auctor Plin. lib. 3. cap. 14. Nunc dicitur *Biferno*, Olivarius in Melam.

T I G

Tigellius, i. m. Tigellius Hermogenes, muſicæ artis ſcientia præditus, C. Cæſari Dictatori fuit familiaris, poſtea Cleopatræ, quia dulciter cantabat, & jocabatur urbane. Auguſto quoque ita placuit, ut inter familiares ac domeſticos haberetur. Erat autem largitor adeo, ut omnibus muſicis & circulatoribus multa donaret, & ideo morte ejus triſtem eſſe factum ait Horatius. Porro autem cauſam inſectandi hominis non mediocris ingenii habuit Horatius, quod carmina ejus parum ſcite modulata eſſe dicebat. Hæc Porphyrio in illud Hor. 1. Serm. 2. 1.

Ambubajarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne,
Mæſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. Contra hic, ne prodigus eſſe
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo duramque famem propellere poſſit. &c. Fuit hic Tigellius & tibicen, & cantor, Phameæ nepos, natione Sardus, Ciceroni parum æquus, id quod indicat ejus epiſtola ad Fabium Gallum, 7. Fam. 24. Amoris, ait, quidem tui, quoquo me verto, veſtigia, vel proxime de Tigellio perſpexi. Senſi enim ex litteris tuis valde te laboraſſe. Paulo poſt, At vide quid ſuccenſeat. Phameæ cauſam ſuſceperam, ipſius quidem cauſa: erat enim mihi ſane familiaris. Is ad me venit, dixitque judicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die, quo de P. Sextio in conſilium iri neceſſe erat. Reſpondi, nullo modo me facere poſſe: quem vellet alium diem ſi ſumpſiſſet, me ei non defuturum. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum cantorem, diſceſſit a me, ut mihi videbatur, iratior. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Idem 13. Att. 49. De Tigellio ſi quid novi; qui quidem, ut mihi Gallus Fabius ſcripſit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quandam iniquiſſimam, me Phameæ defuiſſe, quum ejus cauſam recepiſſem. Quam quidem receperam contra pueros Octavios Cn. F. non libenter: ſed Phameæ cauſa volebam: erat enim, &c. Etiam Horatius Sardum fuiſſe Tigellium, & Cæſaris amicum, his verſibus oſtendit lib. 1. Serm. 3. 1.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare, rogati:
Injuſſi, nunquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet,
Si peteret per amicitiam patris, atque ſuam, non
Quicquam proficeret: ſi collibuiſſet, ab ovo
Uſque ad mala citaret, Io Bacche, &c.

Tigellinus, vel **Tigillinus**, i. m. [Τιγελλῖνος] Vir fuit Romanus vitæ corruptiſſimæ, qui per impudicitiam multa a Nerone conſequutus eſt, quem ad omnia corruperat. Auctor Cornelius Tacit. 14. Ann. 60.

Tigillum, **Tignarius**. V. infra **Tignum**.

Tignum, i. n. & **Tignus**, i. m. [Δοκὸς, Gl. L. G & G. L. ξύλον, L. G] Trabs, quæ varie diſpoſita domus extruitur: A tegendo, ut tradit Ulpianus in l. 1. D. de tign. junct. Cæſ. 4. Bell. Gall. 17. Tigna bina ſeſquipedalia, ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis. Propert. lib. 4. 5. 59.

Sive in furtivo gemuit ſtans noctua tigno. Hor. de Arte Poet. 279.
— & modicis inſtravit pulpita tignis. Ovid. 8. Met. 645.
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno.

Arrectaria tigna. Vitruv. lib. 10. cap. 17. V. **Orthostata**.
Polire tigna. Claud. 2. Conſ. Stilich. 323.
Lævia radere tigna. Lucret. lib. 5. 1266. al. Lævare, & radere.
Tigni nomine, Omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, continetur. Ulpian. De tigno juncto, l. 1. & Ad exhibendum. l. Tigni. Et Cajus de verb. ſignific. l. Tigni. Hor. 2. Epiſt. 2. 73.

Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum.

Tigni appellatione in vineis neceſſaria continentur, ut puta, perticæ, pedamenta. Ulpian. De tigno juncto l. 1.

Tignarius, a, um. Adj. [Δοκοποιητικός] ut, Tignarius faber, non ſolum is, qui tigna dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea: hoc eſt qui trabes, ceteraque ad tabulata domus utilia: & omnis qui ædificat, intelligitur, inquit Cajus Juriſc. Cic. de Clar. Orat. 257. Ego me Phidiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium.

Tignarius, i. m. [Δοκοποιὸς, Δοκοτέκτων, Gl. G. L.] Idem, qui Faber tignarius.

Tigillum, i. n. dimin. [Δοκίδιον] Liv. 1. 26. extr. Is quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub jugum miſit juvenem. Tibul. lib. 2. 1. 39.

Illi compoſitis primum docuere tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum.

Janus ſuffixa tigillo. Catul. ad Januam, 68. 19.

Tigno, [Δοκῶ, Gl. G. L.] are. &

Tignatio, onis. f. [Δόκωσις] verbale.

Tigrana, [Τιγράνα] Ptolem. lib. 6. cap. 2. Oppidum Mediæ in mediterraneis.

Tigranes, [Τιγράνης] Rex majoris Armeniæ, cujus multam mentionem facit Cic. pro Lege Manil. Lucan. lib. 2. 637.

Tigranocerta, [Τιγρανόκερτα] Oppidum in montanis majoris Armeniæ, teſte Plin. lib. 6. cap. 11. a Tigrane conditum, unde & nomen accepit, quaſi Tigranis civitas. Nam *Certa* Parthorum lingua urbem ſonat. V. Stephanum.

Tigris, is, vel idis. f. pr. c. [τίγρις] Animal velociſſimum: quod a velocitate nomen habet. Nam Medi tigrim ſagittam appellant, teſte Varrone. Virg. 4. Æn. 367.

— Hyrcanæque admorunt ubera tigres. Plin. lib. 8. cap. 18. Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ dum capitur. Totus ejus fetus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentem ſubinde transfertur, &c. Plura leges toto capite.

Armeniæ tigres. Virg. 5. Ecl. 29.
Aſpera tigris. Hor. 1. Carm. 23. 9.
Atra tigris. Virg. 4. Georg. 407.
Maculoſæ tigridis forma. Ovid. 11. Met. 245.
Peſſima tigris. Virg. 3. Georg. 248.
Rabidæ tigres. Virg. 2. Georg. 151.
Sævæ tigrides. Ovid. 10. Epiſt. 86.
Variæ. Sen. Hippol. 1.
Virgatæ. Sen. Hippol. 3.

Tigrinus, a, um. Adj. [τιγρινός] Plin. lib. 13. cap. 15. Menſis præcipua dos in vena criſpis, vel in vertice variis. Illud oblongo evenit diſcurſu, ideoque tigrinæ appellantur.

Tigrifer, era, erum. Adj. Tigrem ferens. ut, Tigriferi arva Niphatis. Sidon. Carm. 2. 444.

Tigris, [Τίγρις] Flumen magnum etiam appellatur, propter velocitatem, qua roſtur beſtiæ ejuſdem nimia pernicitate decurrit. Solinus cap. 50. Tigrim fluvium in Armeniæ Majoris regione caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido conſpicuoque fonte: nec ab exordio ſtatim totum eſſe, ſed primo pigre fluere, nec cum ſuo nomine. At quum in fines Medorum invectus ſit, Tigrim ſtatim vocari, Arethuſam lacum influere, gravia pondera ſuſtinentem, cujus piſces nunquam ſe alveo Tigridis immiſceant, ſicut nec amnici ſtagnum attingant Arethuſæ. Mox Arabas præterfluens, Meſopotamiam amplectitur, & Hydaſpen accipiens Euphratemque, defertur in ſinum Perſicum. A Tigri fluvio dicti ſunt Tranſtigritani, qui trans Tigrim habitant, ſicut Tranſpadani. Et tam pro fluvio, quam pro animali, Tigris vel Tigridis Genitivum facit. V. Plin. lib. lib. 6. cap. 27. & Strabonem lib. 16.

Rapidus tigris. Lucan. lib. 3. 256. Hor. 4. Carm. 14. 46.

Tigullia, æ. f. [Τιγουλλία] Ptolem. lib. 3. cap. 1. Urbs Liguriæ, aliis dicta Segeſta, vulgo *Segeſtro*, *Seſtri*.

Tigurini, [Τιγυρῖνοι] Populi Germaniæ, qui quartam Helvetiæ partem continebant. Cæſ. 1. Bell. Gall. 12. Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt. Hic pagus unus quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſulem interfecerat, & ejus exercitum ſub jugum miſerat.

T I L

Tilans, [τίλλων, μάδαξ] Gloſſ. Græcolat. [Tollenda, opinor, diſtinctio.

Tilia, æ. f. [φιλύρα, Gl. L. G. & G. L. πτελέα, L. G.] Arbor. Plin. lib. 16. cap. 40. Molliſſima tilia, eadem videtur & calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. Columel. lib. 9. cap. 4. At tiliæ ſolæ ex omnibus ſunt nocentes.
Levis tilia. Virg. 1. Georg. 173.
Molles tiliæ. Ovid. 10. Met. 92.
Pinguis tilia. Virg. 4. Georg. 183.
Tiliæ, de arboribus aliis etiam dicuntur; nam de interioribus corticis omni tunicis, a quibus vincula fiunt, dixit Plin. lib. 24. cap. 8. Corticis interior tilia lepras ſedat. [Forſan ab hac parte corticis ipſa arbor invenit nomen.
Tiliāceus, a, um. Adj. [φιλύρινος] Quod ex tilia factum eſt. Columel. lib. 12. cap. 45. Arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales ſunt in quibus veſtimenta forenſia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent.
Tiliaris, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. 20. Tabulæ tiliari apponentes.
Tilica, Jocularis dictio apud Cic. de Clar. Orat. 260. V. aputetilica.
Tilium, [Τίλιον] Sardiniæ inſulæ urbs, Ptolemæo auctore lib. 3. cap. 3. Hodie S. *Repara.*
Tilos, Inſula V. tylus.
Tilphossa, [Τιλφῶσσα] ut auctor eſt Pindarus, Fons eſt ſub Tilphoſium montem labens, apud quem Tireſiæ vatis ſepulcrum conditum eſt. Hujus enim, ut ait Ariſtophanes, aquæ frigus quum ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt. Eſt & ibidem, ut lib. 9. teſtatur Strabo, templum Apollinis Tilphoſii.

T I M

Timæus, [Τίμαιος] Siculus hiſtoricus, qui res Græcas conſcripſit, etiam uſque adeo arrogans, ait Plutarchus in Nicia, ut Thucydidem & Philiſtum in hiſtoria ſe facile ſuperaturum jactaret. Ipſe vero Siculo quadam pinguedine delibutus, ad ridenda quædam, minimeque ad hiſtoriæ gravitatem pertinentia, digreditur. Hactenus Plutarchus. De eo & Cic. 2. de Orat. 58. & in epiſtola illa 5. Fam. 12. ad Lucceium doctiſſima. Diodorus Siculus dicit hunc nimium operæ in aliis redarguendis impendiſſe, contra Ephorum præſertim: nimis res etiam minimas perſecutum, libroſque fuiſſe pæne in res ſingulas partitum.
Timæus alter Philoſophus, cujus nomine Plato librum inſcripſit De natura: patria fuit Locrenſis, ſecta Pythagoreus: ſcripſit & ipſe Naturæ documenta, & vitam Pythagoræ, ut ſcribit Suidas.
Timăgĕnes, is, m. [Τιμαγένης] Timagenes vel Timogenes duo commemorat Suidas hiſtoricos. Timagenes auctor eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam muſicen extitiſſe. Quintil. lib. 1. 10.
Timăgŏras, [Τιμαγόρας] Athenienſis capitali ſupplicio affectus, quod Darium, ad quem legatus miſſus fuerat, more Perſarum adulando, adoraverat. Suidas & Valer. Max. 6. 3. 2. ext.
Timandra, æ. f. [Τιμάνδρα] Filia Ledæ, & Tyndarei, & ſoror Clytemneſtræ, quæ Echemono nupſit, ut refert Lycophronis ſcholiaſtes.
Timanthes, is. m. [Τιμάνθης] Pictor egregius Zeuxis tempore. Hujus eſt Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, quã ſtante ad aras perituram, quum mæſtos pinxiſſet omnes, & triſtitiæ omnem imaginem conſumpſiſſet, patris vultum velavit, quem digne non poterat oſtendere. Pinxit & Cyclopem parva in tabula, cujus magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrſo pollicem ejus metientes: itaque ex omnibus ejus operibus intelligitur plus, quam pingitur. Hujus meminit Plin. lib. 35. cap. 9.
Timāvus, i. m. [Τίμαυος] Nomen fluminis juxta Aquileiam, qui e montibus delatus, decidit in profundum: deinde infra terram abſorptus ſtadiis circiter triginta & centum, erumpit in mare. Virg. 8. Ecl. 6.
Tu mihi, ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi. Idem 3. Georg 475.
— & Iapidis arva Timavi. Servius, Iapidia pars eſt Venetiæ, dicta ab Iapido oppido. Hujus fluvius eſt Timavus. Meminit hujus Plinius lib. 3. cap. 18. Contra hunc, ut idem teſtatur lib. 2. cap. 103. inſula parva eſt in mari cum fontibus calidis, qui pariter cum æſtu maris creſcunt minuuntùrque. Virg. 1. Æn. 248.
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi. V. Vadianum in Melam, & Cælium lib. 22. cap. 8.
Timeo, ui, [φοβοῦμαι, Gl. G. L.] ēre. notæ ſignificationis. Cic. 1. Fam. 9. Si qui ſe timere ſimularunt.
Timeo te, Tanquam inimicum.
Caſum timere. Cic. 2. de Divin. 114. Caſum autem prælii nemo noſtrûm erat, quin timeret. Idem 1. Fam. 5. Quanquam omnia ſunt timenda nihil magis quam perfidiam timemus. Sic, Timere umbras. Cic. 15. Att. 20. Fraudem timere. Ovid. 7. Met. 45.
Quid tam times? Ovid. 7. Met. 47.
Iram numinis timere. Ovid. 6. Met. 310.
Timeo tibi, Tanquam amico, ne quid mali accidat. Ter. Heaut. 3. 2. 20.
Syre, tibi timui male. V. malus.
Timeo vitæ tuæ. Idem And. 1. 3. 5.
Si illam relinquo, ejus vitæ timeo: ſin opitulor, hujus minas.
Timeo abs te, Ne malum mihi inferas. Cic. pro Sulla 36. A quo quidem genere, Judices, ego nunquam timui. Quintil. lib. 3. cap. 10. An timendum a rege bellum. i. e. Ne rex inferret bellum.
Sibi timere. Virg. 2. Æn. 130.
Timeo mihi abs te mortem, etiam dicimus.
Timere, cum Accuſativo & Dativo. Quintil. lib. 4. cap. 2. Religioſus judex libenter eum audit, quem juſtitiæ ſuæ minime timet. i. e. Ne ſuæ juſtitiæ inſidietur.
Timeo furem tauro: h. e. Timeo ne fur taurum abducat & furetur. Juven. 6. Sat. 17. Plin. lib. 14. cap. 16. Timent ægris vini noxam.
Timeo de. Ovid. 3. Faſt. 617.
Nec timui de morte tamen, metus abfuit iſte. h. e. Non timui, ne Dido ſe occideret.
Timere de Republica. Cic. 7. Att. 6.
Timere pro. Gell. lib. 19. cap. 1. Ipſum autem pro Ariſtippi anima timere.
Timeo ne. Ter. And. 1. 5. 34. Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe.
Timeo ne non impetrem. Cic. 9. Att. 4. Equidem illud molior, quod te moneo, ſperoſque fieri poſſe, ut mihi Cæſar concedat ut abſim, quum aliquid in Senatu contra Cn. agetur, ſed timeo ne non impetrem.
Timeo ut ſuſtineas, pro Ne non. Cic. 14. Fam. 2. [V. Bud. in pr. ad P. i. eo jure de tit. capt. & Voſſ. de Conſtr. cap. 67. extr.
Timeo quid fiet. Plaut. Merc. prol. 109. Et apud Ter. Phorm. 1. 3. 26. Timeo miſer, quam hic mihi nunc rem nectet.
Timeo quid nam. Cic. 1. Verr. 42. Quæ quum cogito, jam nunc timeo, quid nam pro offenſione hominum, qui illi inimici infenſique ſunt, & exſpectatione omnium, & magnitudine rerum, dignum anquam poſſim.
Timeo quemadmodum hæc explicari poſſint. Cic. 11. Fam. 10.
Hæc quo ſint eruptura timeo. Cic. 2. Att. 20. V. horreo.
Timeo quorſum. Ter. And. 1. 5. 28. Miſera timeo, hoc incertum quorſum accidat.
Nunc iſtic quid agatur, magnopere timeo. Cic. 3. Att. 8.
Quid poſſem timebam. Cic. 12. Att. 24.
Timere, pro Nolle. Cic. 14. Att. 21. Ad me autem, quum Caſſii tabellarium demiſiſſem, ſtatim Balbus, O dii boni, quam facile perſpiceres timere otium! Paulo poſt, Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat. Libro eodem epiſt. 22. Timent otium. Quod contra dixit Epiſt. 20. Cupere pacem.
Timeri, Paſſivum. Martial. lib. 11. 19.
Fines mus populatur, & colono
Tanquam ſus Calydonius timetur.
Bello timeri. Sil. lib. 15. 649.
Timetur argentum. Martial. lib. 3. 41.
Damnum de ea re timetur. Ulpian. in l. 2. D. quib. ex cauſſ. in poſſ. eatur.
Timens, entis. Partic. [φοβούμενος, Gl. G. L.] Ovid. 14. Met. 215.
— mortemque timens, cupidoſque mori.
Mortis timens. Lucret. lib. 6. 1237.
Comiti timens. Virg. 2. Æn. 729.
Timendus, a, um. [φοβερός] aliud Partic. ut,
Armis timendus. Stat. 4. Silv. 3. 134.
Dente timendus aper. Ovid. 4. Epiſt. 104.
Dentes timendi. Hor. 3. Carm. 20. 10.
Vos timenda. Hor. Epod. 6. 9.
Timesco, ĕre. Ammian. 31. 4.
Tĭmĭdus, a, um. Adj. [δειλός, Gl. L. G. & G. L.] Qui ſemper timet.
Timidum atque ignavum judicari. Cic. 11. Fam. 18.
Ut imbelles timidique videamur. Cic. 1. Off. 82.
Nimium me timidum, nullius animi, nullius conſilii fuiſſe confiteor. Cic. pro Sext. 36.
Timidus ad mortem. Cic. 2. de Finib. 63. Ita non timidus ad mortem, ut in acie ſit ob Remp. interfectus.
Timidus in. Cic. 2. de Lege Agr. 27. Liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.
In labore militari timidus. Cic. 7. Fam. 17.
Timidus, Timens. Cic. 5. de Finib. 30.
Non refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu? Ex poëta. Hor. 3. Carm. 19. 2.
Codrus pro patria non timidus mori. [i. e. Non timens.
Timidus ac tremens. Cic. in Piſon. 74.
Timidus cum Genitivo, ut Timidus animi, δειλὸς τὴν ψυχήν. Gloſſ. Græcolat.
Timidus lucis. Senec. de Vita beata, cap. 21. Averſantur diem ſplendidum nocturna animalia, quæ ad primum ejus ortum ſtupent, & latibula ſua paſſim petant, abduntur in aliquas rimas, timida lucis.
Deorum timidus. Ovid. 5. Met. 100.
Timidior, Compar. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 13. Quorum periculo ſic omnes copiæ ſunt perturbatæ, ut vix judicari poſſet, utrum ſecundis minimiſque rebus inſolentiores, an adverſis mediocribus timidiores eſſent.
Timidiores paulo. Cic. 1. de Finib. 69.
Animus timidus. Cic. 3. Off. 115. Quæ timido animo, humili, demiſſo, fractoque fiant.
Conciones timidiſſimæ. Cic. 7. Att. 20.
Homo timidus atque imperitus. Cic. pro Cæcin. 18.
Ocellis timidis veſtem prætendere. Ovid. 3. Amor. 6. 79. al. Tumidis.
Paſſus timidi. Virg. 6. Æn. 263.
Pectus timidum. Ovid. 11. Met. 678.
Pede timido fugere. Ovid. 4. Met. 100.
Pudor timidus. Ovid. 1. Amor. 5. 8.
Turba timidiſſima columbæ. Ovid. 1. de Arte Am. 117.
Nemo minus timidus. Cic. 10. Philip. 24.
Timide, Adv. [ἀτόλμως] Verecunde, minus audacter. Cic. 5. de Finib. 6. Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. Idem 2. Tuſc. 55. Sed hoc quidem in dolore maxime eſt providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid ſerviliter muliebriterve faciamus.
Timide & Fidenter, contraria. Cic. 2. de Divin. 67. Timide fortaſſe ſignifer evellebat quod fidenter infixerat.
Timide ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere. Cic. pro Quint. 51.
Credens timide. Ovid. 6. Epiſt. 15.
Timide hoc dicam. Cic. 12. Philip. 24.
Dicere modice & timide. Cic. pro Sull. 80.
Promittere timide. Ovid. 1. de Arte Am. 631.
Timiditas, ātis. f. [δειλία, δέος, Gl. G. L.] Cic. 1. de Finib. 49. Quibus rebus intelligitur nec timiditatem ignaviamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari ſuo nomine.
Timiditas & ignavia. Cic. 3. Tuſc. 14. Quæ qui recipit, recipiat neceſſe eſt timiditatem & ignaviam.
Cautio mea & timiditas in cauſis. Cic. 2. de Orat. 300.
Ingenua timiditas. Cic. 2. de Orat. 10.
Cur in bello propter timiditatem defuiſti? Cic. 2. Philip. 71.
Verecundiam timiditas imitatur. Cic. in Partit. 81.
Timor, ōris. m. [φόβος, Gl. L. G. & G. L.] Cic. 4. Tuſc. 19. Timor, metus mali appropinquantis.
Loca plena timoris. Ovid. 10. Met. 29.
Maximus timorum metus leti. Lucan. lib. 1. 455.
Timor meus de aliquo. Cic. ad Brut. 4. Quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum.

Cæcus

Cæcus timor. V. CÆCUS.
Caſſus timor. Stat. 6. Theb. 158.
Dubii timores. Stat. 5. Theb. 319.
Durus timor. Propert. lib. 1. 19. 4.
Ingens timor omnibus. Stat. 12. Theb. 172.
Militaris timor. V. Militaris, in MILES.
Mæſtus timor. V. Mæſtus, in MÆREO.
Solliciti timoris res plena amor. Ovid. 1. Epiſt. 12.
Suſpenſus timor, Dubius. Ovid. 16. Epiſt. 84.
Abiit timor. V. ABEO.
Abjicere timorem. V. ABJICIO.
Afficere timore. Cic. 11. Fam. 2. Maximo timore de nobis afficiuntur amici noſtri.
Augere timorem. Cic. 6. Fam. 7.
Cohibet timor. Cæſar 8. Bell. Gall. cap. 23.
Colligere ſe ex timore. V. COLLIGO.
Conferre timorem. V. CONFERO.
Depellere timorem. Cic. Poſt red. in Senat. 19.
Deponere timorem. Ovid. 18. Epiſt. 57.
Eraſus timor ex animo. Senec. Thyeſt. 6.
Eripe mihi hunc timorem. Cic. 1. in Catil. 1.
Facere timorem. Cic. 10. Fam. 18. Non ullam rem aliam extimeſcens, quam eandem, quæ mihi quoque facit timorem.
Ferre timorem. Catul. Epigr. 62. 99.
Horruerant pavido membra timore. Ovid. 7. Met. 630.
Impendet belli timor. V. IMPENDEO.
Incaſſit eos timor ne. V. INCESSO.
Incutere timorem. Cic. 2. de Orat. 209.
Induratus timor. V. INDURO.
Injicere timorem. Cic. 1. de Lege Agrar. 23. Spem improbis oſtendiſtis, timorem bonis injeciſtis.
Laceſſit pectus meum timor. Senec. Herc. OEth. 4.
Lenire timorem. Virg. 1. Æn. 456.
Mederi timori alicujus. Ovid. 9. Met. 772.
Minuere timorem alicui. V. MINUO.
Mittere timorem. V. MITTO.
Muſſabat tacito medicina timore. Lucret. lib. 6. 1177. i. e. Non audebant medici adhibere manus ægrotantibus, vel quia morbi cauſam & remedium ignorabant, vel quia timebant contagia.
Omittere timorem. Cic. in Somn. Scip. 2. Ades, inquit, animo, & omitte timorem.
Pellere timores. V. PELLO.
Perculſus timore. Cic. ad Brut. 3.
Perterritus timore. Cic. 1. de Divin. 58. Quum tu, equo advectus ad quandam magni fluminis ripam, provectus ſubito atque delapſus in flumen, nuſquam apparuiſſes, me contremuiſſe timore perterritum.
Ponere timorem. Ovid. 6. Faſt. 551.
Proponere ad timorem. Cic. 2. Fam. 26. Nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem fideliſſime, atque amantiſſime proponuntur.
Sum magno timore. Cic. 5. Att. 20. Spero meos omnes ſervire laudi meæ, tamen magno timore ſum, ſed bene paramus.
Magno timori eſſe populis. Lucan. lib. 3. 82.
Trahere timorem. Ovid. 13. Met. 84.
Urget ſollicitum timor anxius. Virg. 9. Æn. 89.
Phrygum timor Achilles, & Græcorum decus. V. ACHILLES.

TIMEFACIO, fec. c, ĕre. unde
TIMEFACTUS, a, um. Partic. Perterritus. Lucret. lib. 2. 43.

His tibi tum rebus timefactæ relligiones
Effugiunt animo pavidæ, &c.

TIMŎCHĂRES. [Τιμοχάρης] Ambracienſis quiſpiam, regis Pyrrhi amicus ſuo, qui ad C. Fabricium Conſulem furtim venit, ac præmium petivit: & ſi de præmio conveniret, promiſit regem venenis necare: idque facile eſſe factu dixit, quoniam filii ſui pocula in convivio regi miniſtrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum ſcripſit. Senatus legatos ad regem miſit: mandavitque ut de Timochare nihil proderent, ſed monerent uti rex circumſpectius ageret, atque a proximorum inſidiis ſalutem tutaretur. Refert Gellius ex Valerii Antiatis hiſtoria, libro 3. cap. 8.

TIMOCLEA, [Τιμόκλεια] Mulier Thebana, quæ ſtuprum a quodam Thracum principe per vim paſſa, injuriam callide ulta eſt. Plut. de Virt. mul.

TIMOCREON, [Τιμοκρέων] Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdiæ ſcriptor, qui graves cum Simonide melico & Themiſtocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioſo poemate eſt inſectatus. Auctor Suidas.

TIMŎLĀUS, [Τιμόλαος] Rhetor & verſificator, a Lariſſa Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni. Scripſit poëma de bello Trojano, ſingulis Homeri verſibus, ſingulos addens. Auctor Suidas.

TIMŎLEON, ontis, [Τιμολέων] Corinthius dux inclitus, viribus fortiſſimus, vitaque abſtinentiſſimus, miſſus cum triremibus ad liberandas Dionyſii tyrannide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus, implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquageſimo poſtquam Syracuſas appuliſſet die, urbe potitur, ac Dionyſius clam ſeſe atque arcem Timoleonti ipſi dedidit, ab eoque cum paucis in exſilium Corinthum miſſus eſt: illa vero arcem ſolo æquavit, Syracuſaniſque libertatem reſtituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum bello captum interfecit. In ſumma æqualis fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui eum e Latinis comparat Paulo Æmilio.
Incertum eſt ſcribendumne ſit Thymoleon, [Θυμολέων] quomodo fere in Latinis & apud Suidam legitur, nempe a Leonino animo & audacia: an Timoleon, quemadmodum bona pars Græcorum voluminum habet, V. Plutarch. & Corn. Nep. [Θυμολέων, Θυμολέων τὴν ψυχήν. Suid. Sed malim Τιμολέων. Videtur enim idem nomen ac Τιμόλαος, mutata terminatione. Sic Τιμόλαος, Τιμοκλῆς, Τιμοκρέων, Τίμων, Τιμωνίδης, &c. per Τι.

TIMŎLUS. V. TMOLUS.
TIMOMACHUS, [Τιμόμαχος] Pictor Byzantius nobilis, Cæſaris Dictatoris ætate, fecit Medeam & Ajacem, quos ipſe Cæſar LXXX talentis emit, in temploque Veneris dicavit. Plin. lib. 35. cap. 11.

TIMŌN, ōnis. m. [Τίμων] Athenienſis, temporibus fuit Peloponneſiaci belli, ut ex Ariſtophanis & Platonis poematibus perſpicere licet: deſcribiturque ab illis ut inhumanus, ac vitans hominum congreſſus, præterquam unius Alcibiadis adoleſcentis. Interrogatus quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ? Quod ſcio (inquit) illum quandoque multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum. Quum ſemel in concionem aſcendiſſet, facto ſilentio, mirantibus omnibus, Eſt mihi, inquit, ô viri Athenienſes, pone domum parvus hortus, ubi ficus coaluit quædam, in qua permulti noſtri cives ſe ſuſpenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare volo: quamobrem viſum eſt mihi vos publice admonere, ſi quis forte ſit; qui ſe prius velit ſuſpendere, antequam arbor excidatur. His igitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus, quaſi genus hominum infenſum habuerit. Sed & mortuo mirum contigit, ut ſepulcrum ejus, quod erat in litore, mare, quaſi peroſum, exundatione a ſe removerit, longeque expulerit. In quo ſepulcro hoc erat epitaphium, quod ipſe ſibi fecit.

Hic ſum poſt vitam miſeramque inopemque ſepultus,
Nomen non quæras: dii, lector, te male perdant.

De hoc Cicero de Amicit. 89. Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, congreſſus ut hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. Idem 4. Tuſc. 27. Similiterque definitur & mulierum odium, ut Hippolyti, & ut Timonis, generis humani. V. Luciani Timona.
Timon alius, Pyrrhonius, qui Sillos ſcripſit: de quo Laërt. 9. 109. & Suid. V.

TIMŎNĒUS, a, um. Adj. [Τιμώνειος] a Timone, ut Timonia cœna. Seneca Ep. 2. 18. Non eſt quod nunc exiſtimes me dicere Timoneas cœnas, & pauperum cellas. Timoneas dixit a Timone, qui humanum genus exoſus erat, vitamque quandam inhumanam & feram ſequebatur, in cibiſque non modo vulgaribus, ſed etiam viliſſimis, & ab reliquis hominibus prope damnatis acquieſcebat. Locus hic omnino corruptus eſt in excuſis. Turnebus 24. 33.
Vitam agere Timoniam, dicitur de Homine invido aliorumque oſore. V. Eraſmi Adagia.

TIMOR, V. TIMEO.

TIMŎTHĔUS, [Τιμόθεος] Athenienſis dux potentiſſimus ac dives, muros Athenis ædificavit. Hujus imaginem pictores aſſentationis gratia fecerunt, juxtaque Fortunam retibus civitates ei incluſas deferentem, illum autem ipſas expugnantem: quamobrem indignatum eum ferunt pictori fuiſſe, quod felicitati potius, ejus res geſtas, quam virtuti videretur adſcribere. Haud multo poſt hoc factum, Fortuna quaſi ægre ferret, rebus excidit. Auctor Suidas. Hujus ut docti hominis meminit Cic. 1. Off. 116.
Timotheus, Mileſius, muſicus, qui decimam & undecimam chordam lyræ addidit, & antiquam muſicam in molliorem modum mutavit. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cujus filius Alexander ſono excitabatur, & ad res bellicas alacrius inſtruebatur. Deceſſit anno ætatis LXII. Scripſit de muſica libros XVI. Encomia, Dithyrambos, & alia. Suidas. Hujus meminit Cic. 2. de Legib. 39. & Quintil. lib 2, cap 3.
Timotheus ſculptor nobiliſſimus: cujus in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: unus ex his, qui Mauſoleum cælavere, ut ſcribit Plin. lib. 34. cap. 8.
Timotheus, his omnibus præſtantior, Pauli Apoſtoli ad ipſum epiſtolis, tum martyrio clarus, præſul Epheſinus, patria Lycaonius, viduæ mulieris filius.

TIMŬLUS, i. m. [ἰσφυδέαι, [illegible], ἐπιγγέμενον τῷ σώτῳ] Gloſſ. Latino-græc. Forſan idem, quod TIPULA, q. V.

T I N

TINA, [Τίνα] apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Britanniæ fluvius, vulgo *Tine*. V. TAMARUS.

TINA, æ. f. Vas erat veteribus ad vinum, ut videtur, reponendum. Varr. de vita Pop. Rom. lib. 1. Antiquiſſimi in conviviis utres vini primo, poſtea tinas ponebant. V. Nonium 15. 7. Apic. 4. 2. Apud Feſtum corrupte legitur Tinia. q. V.

TINCA, æ. m. [Τίγκα] Placentinus. Quintil. lib. 1. cap. 5. Nam duos in uno nomine faciebat barbariſmos Tinca Placentinus (ſi reprehendenti Hortenſio credimus) Precula pro Pergula dicens: & immutatione, quum c, pro g, uteretur, & tranſmutatione, quum r præponeret e antecedenti.

TINCA, æ. f. Piſcis fluviatilis vulgo notus. Auſonius in Moſella 26.

Quis non & virides, vulgi ſolatia, tincas
Norit? & alburnos, prædam puerilibus hamis?

TINEA, vel TINIA, æ. f. [σὴς, Gl. L. G. & G. L. σκώληξ, G. L.] Vermiculus eſt, qui ex pulvere ac ſitu & putredine interdum naſcens, veſtes aut libros abrodit. Hor. 1. Epiſt. 20. 12.

— aut tineas paſcet taciturnus inertes, &c.

Idem 2. Serm. 3. 119.

— cui ſtragula veſtis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca.

Plin. lib. 28. cap. 33. Idem pulvis in lanis & veſte tineas creat, præcipue ſi araneus una includatur: ſitit enim, & omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. Martial. lib. 2. 46.

Non metuas mortem, Nævole, ſed tineas.

Tineæ, pro Lumbricis ex Plin. lib. 11. cap. 33. afferunt. Sed rectius alii legunt Tæniæ, q. V.
Tineæ, Vermes in alvearibus, apibus noxii. Columel. lib. 9. cap. 14. Præterea ut tineæ ſi apparuerint, everrantur, papilioneſque enecentur, qui plerumque inter alvos morantur, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos alvorum tineas appellamus.
Dirum tineæ genus. Virg. 4. Georg. 246.

TINEŌSUS, a, um. Adj. [σητόβρωτος] Plenum tineis. Columel. lib. 9. cap. 14.

TINIĀRIA, æ. f. Scrib. Larg. comp. 83. Herbæ, quam Polion vocant, nos (ut opinor) tiniariam, faſciculus.

TINGIS, [Τίγγις] inquit Pomponius Mela lib. 1. 5. & Plin. lib. 5. cap. 1. Mauritaniæ pervetus oppidum, ab Antæo (ut ferunt) conditum, poſtea a Claudio Cæſare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia. Nunc *Tanger* dicitur, eſtque regia Mauritaniarum.

TINGO, vel TINGUO, tinxi, tinctum, [βάπτω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Inficere, madefacere, immergere. Martial. lib. 3. 43.

Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis.

h. e. Canis colore fucatis. Plin. lib. 35. cap. 6. E reliquis coloribus, quos a dominis dari diximus,

diximus, propter magnitudinem pretii, ante omnes eſt purpuriſſum e creta argentaria: cum purpuris pariter tinguitur.
Cultros tinxit ſanguine. Ovid. 7. Met. 599.
Parrum tingere ſanguine. Ovid. 2. Triſt. 387.
Tingit autem Carinus, & tamen pallet. Martial. lib. 1. 78.
Tingere conchylio. Cic. 6. Verr. 59. Per triennium iſti, plena domo telarum, ſtragulam veſtem confecit: nihil niſi in conchylio tinctum.
Comæ tingendæ in amne, Lavandæ & abluendæ. Propert. lib. 4. 4. 24.
Corpus tingere ſparſa aqua, Lavare. Ovid. 4. Faſt. 790.
Poculis tingere aliquem, Irrigare mero. Hor. 4. Carm. 12. 23.
Tingi nardo, Unguento nardino ungi. Martial. lib. 2. 59.
Loca lumine tingunt. Lucret. 6. 172.
TINGENS, entis. Partic. [βάπτων] Plin. lib. 9. cap. 38. Sed id tingentium officinæ ignorent, quum ſumme vertatur in eo.
TINCTUS, a, um. aliud Partic. [βαπτὸς, Gl. G. L.] ut,
Lana tincta murice. Ovid. 1. de Arte Am. 251.
Pallor tinctus viola. Hor. 3. Carm. 10. 14.
Murice tincta veſtis. Martial. lib. 5. 24.
Spicula tincta venenis. Ovid. 4. de Pont. 10. 31.
Tincta in aceto ſpongia. Celſ. lib. 7. cap. 4.
Tunica ſanguine tincta, Imbuta. Cic. 3. de Nat. Deor. 70. Nec enim Herculi nocere Deianira voluit, quum ei tunicam ſanguine Centauri tinctam dedit.
Senſu tincta verba. Quintil. lib. 4. cap. 2. h. e. Bene & plene imbuta. Budæus in Comment.
Tincti ærugine viridi verſus, i. e. Livore & maledictis. Martial. lib. 10. 33.
Tinctus elegantia patris puer: h. e. Ornatus, imbutus. Cic. de Clar. Orat. 211. Auditus eſt nobis Læliæ Caji filiæ ſæpe ſermo: ergo illam patris elegantia tinctam vidimus.
Litteris tinctus. Cic. 2. de Orat. 85. Quare ergo tibi jam oratorem ſic inſtituam, ſi potero, ut quid efficere poſſit ante perſpiciam. Sit enim mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit, iſta ipſa præcepta acceperit. Tinctus litteris, h. e. (inquit Strebæus) Eruditione doctorum, aut rudem animi colorem mutaverit in aliquem ornatum cultumque doctrinæ. Budæus in Comm. intelligit Bene & plene imbutum. Victorius lib. 10. Var. lect. cap. 18. a Budæo diſſentiens, putat ſignificari, In prompto, ſummaque tantum cute aſperſum ac coloratum.
TINCTŪRUS, a, um. Partic. [βάψων] ut, Sanguine tincturus cultros. Ovid. 1. Faſt. 321.
TINCTIO, ōnis. f. [βάψις] Tertull. de Cor. Mil. cap. 13. In ſacramenti tinctione.
TINCTUS, ûs. m. [βάμμα] Idem quod Tinctura. Plin. lib. 10. cap. 48. Et alia eodem nomine croceo tincto.
TINCTŪRA, æ. f. [βαφὴ, Gl. G. L.] Infectio. Plin. lib. 37. cap. 9. Adulteratur maxime tinctura, idque in gloria regis Ægyptii ſcribitur, qui primus eam tinxit. Idem lib. 31. cap. 10.
TINCTOR, ōris. m. [βαφεὺς, Gl. G. L.] Infector. Vitruv. 7. 14.
TINCTŌRIUS, a, um. Adj. Plin. 7. 7. Tu, cujus ſemper tinctoria mens eſt. Sic legit ex Mſſ. Harduinus cum Turneb. Adverſ. 24. 42. Et exponit Cruentam. Al. Cinctoria. Vulgo In victoria. [Nuo ego nihil horum mihi ſe probare. Quid ſi Dictatoria mens repones? Superbiam enim Plinius, non Crudelitatem mortalium eo loco perſtringit.
TINCTŌRIUM, i. n. Gladius; ſic dicitur, quia ſanguine tingitur. Iſidor. Gloſſ. Et Mela 2. 1. Mars omnium Deus, ei pro ſimulacris enſes & tinctoria dedicant. Sic legit cum Salmaſio, non ut vulgo Tentoria. Al. Cinctorium, q. V.
TINCTILIS, e. Adj. [βαπτικὸς] Quo aliquid tingitur. Ovid. 3. Triſt. 10. 64.
Nam volucri ferro tinctile virus ineſt.
TINEA, V. TINA.
TINEOLA, V. TINEA.
TINNIO, ivi, itum, [ἠχῶ, ἐπιχαλκῶ, Gl. G. L.] īre. fictitium a ſono vocabulum. Proprie de metallis reſonantibus dicitur, quum ex eorum pulſatione ſonus efficitur. Varro 3. de R. R. cap. 16. Quum a mellario id feciſſe ſunt animadverſæ, jaciendo in eas pulverem, & circum tinniendo ære. [Malo Circumtinniendo, ipſe.
Tinnire, Dicere. Cic. 14. Att. 12. Exſpecto Octavii concionem, & ſi quid aliud, maxime autem ecquid Dolabella tinniat.
Tinnire quoque dicitur auris, quum incluſi ſubtiles & leves vapores interdum per membranam illam, quæ in auribus eſt, emergunt & ſonum fictitium edunt. [V. Plin. 28. 2. ibique Hard. & Eraſm. Chil. 2. cent. 4. 37. Quem in Plinii verbis memoria fefellit.
Aures tinniunt ſonitu ſuopte. Catul. ad Leſbiam 49. 11. V. TINTINNO infra.
TINNĪTŪRUS, a, um. Partic. V. SONITURUS.
TINNĪTUS, ûs. m. [ἦχος χαλκόκροτος, βόμβος. τρυφων, Gl. L. G. ἦχος ἐπὶ χαλκοῦ καὶ ὤτων, G. L.] Plin. lib. 11. cap. 20. Apes gaudent plauſu, atque tinnitu æris. Idem lib. 28. cap. 2. Tinnitu aurium præſentire. [In Gloſſ. prior, aut legendum indiſcrete βόμβος τρυφῶν, aut τρυφων, eſt nomen Grammatici, qui id poſuit, quod non puto.
Acutus tinnitus. V. ACUTUS.
Æris tinnitibus ſonat Rhodope. Ovid. 6. Met. 589.
Arguta cavis tinnitibus æra. Sil. lib. 17. 18.
Tenues tinnitus. Catul. Argon. 62. 262.
Ciere tinnitus. Virg. 4. Georg. 64.
TINNĪMENTUM, i. n. [] Idem quod Tinnitus. Plaut. Rud. 3. 5. 26.
Illud quidem edepol tinnimentum eſt auribus.
TINNŬLUS, a, um. Adj. [ἠχώδης] Quod tinnit acutum: ut, Sonus tinnulus, Qui redditur ex æneis vaſis quum pulſantur. Ovid. 4. Met. 339.
Tinnulaque æra ſonant, & olent myrrhæque crocique.
Tumidus, & corruptus, & tinnulus. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Chordæ tinnulæ. Senec. Troad. 833.
Fiſtula tinnula. Calpurn. Ecl. 4. 74.
Vox tinnula. Catul. Epithal. Juliæ 62. 13.
Dicacitas tinnula. Apulejus in Aſin. Aur. lib. 2. p. 105. Elmenh. Sonora, & obſtrepera, ſublatiore ſermone.
Oratores tinnuli, qui exiliter ſonantes dictiones vocantur. Quintil. 2. 3.
TINNŬLUM, i. n. [] Inſtrumentum, quo tinnitus efficitur. &
TINNULUS, i. m. [ἦχος, ἐπὶ χαλκοῦ καὶ ὤτων, Gl. G. L.] Niſi mendum.

TINNĪTO, [ἠχῶ, ἐπιχαλκῶ, Gl. G. L.] āre. Frequentativ. Commodian. Inſtruct. 64. Nec enim dico, ut te in trivio tinnites. i. e. Ut gloriæ captandæ cauſa te jactites. Auctor. Philomelæ v. 9.
Parus enim quamvis per noctem tinnitet omnem.
TINTINIO, īre: & TINTĪNO, āre. Afranius in Conſobrinis apud Non. 1. 188. Janitoris impedimenta tintinire audio. Nævius, Tantum ibi molæ crepitum faciebant, tintinabant compedes. Feſtus. Catull. ad Leſbiam, 49. 11.
— ſonitu ſuopte
Tintinant aures. Legitur & Tinniunt; ſed male.
TINTINNĀBŬLUM, vel TITINABULUM, i. n. [κώδων, Gl. L. G. κώδων, G. L.] Inſtrumentum æneum; quo populus e. g. lavandi hora in thermis vocari ſolebat. Apud Martial. lib. 14. 163. tintinnabulum ſic loquitur,
Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus abire domum. Juven. 6. Sat. 440.
Tot pariter pelves, & tintinnabula dicas
Pulſari: jam nemo tubas atque æra fatiget. Plaut. Pſeud. 1. 3. 98.
— lanios inde arceſſam duo cum tintinnabulis.
In Gloſſ. Latinogræc. etiam ἐξώρεμα redditur. [Quod non ſatis intelligo.
TINTINNĀCŬLUS, i. m. [κωδωνίζων] Qui tinnimentum facit. Plaut. Truc. 4. 3. 8.
Niſi tintinnaculos vultis vos educi viros.
Tintinaculi viri apud Plaut. ſunt Carnifices, qui tintinabula habent, ad ſumendum de aliquo ſupplicium. Nam qui ad ſupplicium ducebantur tintinabula gerebant. Zonaras, [illegible] Poſſet & non inepte ſic eos quiſpiam appellatos exiſtimare, propter crepitum plagarum ſonitumque verberum. Ex Turneb. Adverſ. 11. 21. Ferrarius fabros exponit Salmaſ. qui tinnitu crepitantes compedes vinciendorum pedibus inderent, putatque per diminutionem dictum τοῦ Tintinnex, ācis. Adj.
TINNIRO, ōnis. m. [] Gl. L. G. In Græcolat. vox Græca Latine eadem Copidermus redditur.
TINUNCŬLUS, i. m. Genus accipitris. Columel. lib. 8. cap. 8. Genus accipitris, tinunculum vocant ruſtici, qui fere in ædificiis nidus facit. Plin. lib. 10. cap. 37. Avem eſſe dicit, columbas defendentem, & accipitres territantem occulta naturæ vi, in tantum ut viſum vocemque ejus fugiant.
TĪNUS, i. f. Species lauri apud Plin. 15. 30. Ovid. 10. Met. 98.
Et bicolor myrtus, & baccis cærula tinus.

T I O

TIOS, Oppidum Paphlagoniæ apud Melam lib. 1. cap. 20. Nunc *Tio* vocatur, teſte Olivario in Melam. V. TEIUM.

T I P

TIPASA, [Τίπασα] Ptolemæo lib. 5. cap. 2. Urbs Mauritaniæ Cæſarienſis: hodie *Serrelle*.
TIPHE, æ. f. Frumenti genus. Plin. 18. 8.
TIPHERNUM, i. n. [Τίφερνον] Civitas Umbriæ, quæ nunc civitas Caſtelli dicitur, nobilis alumno Gregorio, Græcis Latiniſque litteris apprime docto, ſicuti ejus opera elucubrata manifeſtant. Melius Tifernum.
TIPHYON, i. n. Herba. Plin. 21. 11.
TĪPHYS, yos. m. [Τῖφυς] Viri proprium, in navibus fabricandis arte ſingulari, & qui Argonautarum gubernator fuerit, auctore Virg. 4. Ecl. 34.
Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat Argo. Ovid. 6. Epiſt. 48.
Quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?
TĬPŬLA, æ. f. Vermis ſive araneoli ſpecies, ſex pedes habens, ſed tantæ levitatis, ut ſuper aquam currens non deſidat, auctore Feſto. Plaut. Perſ. 2. 2. 61.
— novi, omnes ſunt lenæ levi fide:
Neque tipulæ levius pondus eſt, quam fides lenonis. Varro apud Non. 2. 857. habet Tippula, cum duplici p. conf. TINULUS.

T I R

TĪRĔSĬAS, [Τειρεσίας] Vates Thebanus, Peneto patre genitus, & mutatus quondam, ut poetæ tradunt, in feminam: & poſt ſeptem annos in virilem formam rediit. Ejus anima ponitur Ulyſſi veniens obviam, multaque ei prædicens apud Homer. lib. 11. Odyſſ. 98. Hic (ut Cic. 5. Tuſc. 115. meminit) cæcatus fuit ira Junonis, cui ſcire futura Juppiter dedit, crimenque lavavit honore. V. Ovid. 3. Met. 303. Scribit Strabo lib. 9. Tireſiæ monumentum fuiſſe in Tilphuſio monte Bœotiæ, juxta fontem Tilphoſam, ubi profugus diem ſuum obierit. Ibi Thebani cives ſepulto divinos honores tribuere. Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, quod poſtea ab Ocno ejus ex Tiberino Tuſcorum rege filio, Mantua, a matris nomine nuncupatum eſt. Id tamen Græci negant.
Vates Tireſia. Propert. lib. 4. 10. 57.
Tireſiam, pro Cæco Juven. 13. Sat. 249. dixit illo verſu,
Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe deorum.
TĪRĬDĀTES, is. m. [Τιριδάτης] Nomen regis Armeniæ. Hor. 1. Carm. 26. 5.
Quid Tiridatem terreat.
TIRISCUM, [Τίρισκον] (inquit Ptolem. lib. 3. cap. 8.) quod jam Taros dicitur, Daciæ urbs, hodie *Greſſechana*.
TĪRO, ōnis. m. Novus miles, & adhuc rudior ad militiam exercendam opponiturque Veterano. Cic. 11. Philipp. 39. Ego autem, non tam veteranos intuendos nobis arbitror, quam quid tirones milites, flos Italiæ, &c. Liv. 40. Ut ii modo, quibus emerita ſtipendia ſint, veteres dimittantur: veteribus militibus tirones immiſceantur. Ovid. 3. Faſt. 787.
Ergo, ut tironem celebrare frequentia poſſet,
Viſa dies dandæ non aliena togæ.
Tiro ad omnem artem refertur: unde & pro Gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Sueton. in Cæſ. 26. de gladiatoribus loquens, Tirones neque in ludo, neque per laniſtas, sed in domibus per Equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat.
Tirones

Tirones appellabantur, Qui ſumpſerant togam virilem, idque Tirocinium vocabatur. Suet. in Calig. cap. 10. Una atque eodem die togam ſumpſit barbamque poſuit, ſine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. Hor. 2. Serm. 2. 17.

Sub patribus duris tironum. Eum ſignificat fenus exercere contra leges, quæ vetabant filiisfamilias, & minoribus a xxv annis fenerare. Turnebus.

Tirones dicebantur Adoleſcentes, quando togam puram ſumentes, pubeſcente jam barba, eloquentiam in foro auſpicabantur. Plin. lib. 8 cap. 48. Ea prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tirones induuntur, novæque nuptæ. ¶ Rectius diceret, Civilem vitam actu aliquo rerum civilium auſpicantes. V. Juſtin. 3. 3. conſ. TOGA.

Tiro uſu forenſi. Cic. 1. Verr. 47. Apulejum eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem, non ætate, ſed uſu forenſi, atque exercitatione, tironem. i. e. Non tam ætate novitium, quam inertia.

Tiro ac rudis in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 218. Fateor enim callidum quendam hunc, & nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum, atque hoſpitem in agendo eſſe debere. A quibuſdam Tyro per y male ſcribitur.

Tiruncŭlus, i. m. dimin. Juven. 11. Sat. 143.

Nec fruſtum capreæ ſubducere, nec latus Afræ
Novit avis noſter tirunculus.

Tirunculum ſe Plinius in Epiſt. dicit, quaſi Rudem in cognitione ſignorum, lib. 3. Epiſt. 6. ad Severum, Quod me, inquit, quanquam tirunculum, ſollicitavit ad emendum.

Tiruncula, æ f. Canis ætate nondum robuſta dicitur a Columel. lib. 7. cap. 12. Quoniam, inquit, tiruncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tirocinium, ii. n. Prima actio in quacunque arte. Plin. lib 7. cap. 48. Lucceja in ſcænam producta fuerat tirocinio a M. Pomponio Ædili plebis.

Deponere rudimenta tirocinii. Juſtin. lib. 9. 1.

Facere tirocinium. V. FACIO.

Ponere tirocinia. Juſtin. 12. 4. Conſtantiores futuri, ſi non ſolum tirocinia, verum etiam incunabula, in ipſis caſtris poſuiſſent. Liv. 45. 37.

Ætatis tirocinio lapſus, poſtea ſe correxit. Cic. in Salluſt. 14. i. e. Inſcitia & ignoratione. Budæus.

Animi tirocinium. Venulejus de ædilitio edicto, l. Animi, Novitium autem, non tirocinio animi, ſed conditione ſervitutis intelligi. Hoc in loco Venulejus eleganter Tirocinium animi pro Simplicitate & rudimento poſuit. Budæus.

Navium tirocinium, Plin. lib. 24. cap. 7. per metaphoram, quum primum mari committuntur naves, & veluti in Neptuni militiam conſcribuntur. Budæus.

Oratorum tirocinium dicebatur, quum in forum primum oratores futuri deducebantur, quaſique oratoriæ arti initiabantur & agendis cauſis. Hujuſmodi enim artis exercendæ auſpicamentum, tirocinium dicebatur: tumque oratores dicebantur tirones. Tranquil. in Neron. cap. 7. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum propoſuit, indicta decurſione. Idem in Tiber. cap. 54. Neronem & Druſum patribus commendavit, diemque utriuſque tirocinii congiario plebi dato celebravit. Budæus. V. TIRO ſupra.

Tirocinātio, ōnis. f. ex Hieronymo affertur Beroaldo in cap. 26. Cæſ. Suet. H. St.

Tirōnātus, ûs. m. Theod. Cod. l. 7. tit. 13. Tempore tironatus eorum procuratores præſententur.

Tiro Tullius, M. Ciceronis alumnus & libertus, adjutorque in litteris ſtudiorum ejus fuit. Is libros complures de uſu atque ratione linguæ Latinæ, item de variis atque promiſcuis quæſtionibus compoſuit. Hactenus Gell. lib 13. cap. 9. Meminit & lib 7. cap. 3. Extant Ciceronis ad eum epiſtolæ lib. ult. ad Fam. Nonnulli ſcribunt Tyro, ſed perperam.

Tironiānus, a, um. Adj. [Τιρωνιανός] a Tirone poſſeſſivum. Gell. lib. 1. cap. 7. In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro ſpectatæ fidei, Tironiana cura atque diſciplina facto.

Tiryns, ynthos. f. [Τίρυνς] Nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo, quæ proxima Argis, a Plin. Tirynthia vocatur lib. 4. cap 5. Unde

Tirynthius, a, um. Adj. [Τιρύνθιος] Herculis epitheton. Ovid. 2. de Arte Am. 221.

Paruit imperio dominæ Tirynthius heros. conf. Sil. 8. 218.

Aula Tirynthia. Stat. 2. Silv. 2. 109.

Tela Tirynthia, Herculis. Ovid. 13. Met 401.

Tirynthius, ii. m. Abſolute pro Hercule. Virg. 7. Æn. 662.

— poſtquam Laurentia, victor
Geryone extincto, Tirynthius attigit arva.

Durus Tirynthius. Valer. 6. Argon. 5. conf. Stat. 6. Theb. 270.

Tirynthia, æ. f. Alcmena. Ovid. 6. Met. 112.

T I S

Tis, [σοῦ] Genitivus eſt antiquus a Tu pronomine. Plaut. Mil. 4. 2. 42.

Quia tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me miſſa eſt.

Tisamĕnes, vel ut alii, **Tisamenus**, is. m. Oreſtis filius, qui Mycenis imperavit. Ovid. in Ibin. v. 348 Frontin. Stratag. 1. 2.

Tisiphŏnē, es. f. [Τισιφόνη] Ultricem cædis ſignificat. Eſt enim una ex Furiis, a cædibus plectendis dicta: τίσις ultio vel pœna: φόνος, vel φονή cædes, aut mors, cui curæ ſit mortis ultio. Hor. 1. Serm. 8. 34. Tibul. lib. 1. 3. 69.

Tiſiphoneque, impexa feros pro crinibus angues.

Crinita hydris Tiſiphone. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 40.

Pallida Tiſiphone. Virg. 3. Georg. 552.

Sæva Tiſiphone. Hor. 1. Serm. 8. 34.

Ultrix Tiſiphone. Virg 6. Æn 571.

Tisobis, [Τισόβιος] Fluvius Britanniæ, teſte Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Tissa, æ. f. [Τίσσα] Ptolem. lib. 3. cap 4. Siciliæ urbs: nunc *Randazzo*, in Ætnæ radicibus: cujus incolæ, Tiſſinenſes; Ciceroni autem 5. Verr. 86 Tiſſenſes.

Tissana, æ. f. Succi ſpecies. Iſidor. 20. 3. V. PTISANA.

Tissaphernes, is. m. [Τισσαφέρνης] Satrapas Perſicus, cui filiam nuptum dedit Rex Artaxerxes. V. Nep. 9. 3. & 17. 2. & Juſtin. 5. 1.

T I T

TIT. Titulus. TIT. V. Titulo oſus.

Titan, ānis. vel **Titānus**, i. m. [Τιτάν] Cæli & Terræ filius multitudinis etiam numero Titanes dicuntur. Virg. 6. Æn. 580.

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo. Terra (inquit

Servius) primum Titanas contra Saturnum genuit: Gigantes poſtea contra Jovem. Et ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos terra, ad ejus ultionem creatos. Unde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, ab ultione. Hactenus Servius.

Monſtrifer Titan. Senec. Herc. OEt. 9.

Impii Titanes. Hor. 3. Carm. 4. 45.

Vaſti Titanes. Ovid. 3. Faſt 797.

Dii cum Titanis, ut cum Gigantibus, bella geſſerunt. Cic. 2 de Nat Deor 70.

Plato Titanum e genere ſtatuit eos, qui ut illi cæleſtibus, ſic hi adverſentur magiſtratibus Cic 3. de Legib. 5.

Tradunt Titanas ſex fratres fuiſſe, & quinque ſorores, a Titea matre dictos, ut auctor eſt Diodorus Ex quibus unus fuit Iapetus, pater Promethei; unde Juven. 14. Sat. 35.

Queis meliora luto finxit præcordia Titan. Hyperionque ex

Titanum numero eſt, qui Solis parens & aſtrorum ſertor. Hinc Sol Titan, Luna, Titania, Diana Titania e poetis dicuntur. Cic. in Arat. 60.

Quem quum perpetuo veſtivit lumine Titan. Ovid. 3. Met. 173.
Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha.

Ardens Titan incavit fervidum diem. Senec. Herc. OEt. 6.

Calidus Titan. Lucan. lib. 4. 51.

Fervidus Titan. Senec. Herc. fur. 10.

Flammiger Titan. Lucan. lib. 1. 415.

Lucifícus Titan. Lucan. 7. 2.

Titānius, a, um. Adj. [Τιτάνιος] ut,

Aſtra Titania. Virg. 6. Æn. 725.

Bella Titania. Sil. lib. 12. 725.

Titāniăcus, a, um. aliud Adj. [Τιτανιακός] Ovid. 7. Met. 399.

Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces.

Titānis, idis. f. [Τιτανίς] patronym. Adjective ponitur apud Juven 8. Sat. 132. — omnem Titanida pugnam
Inter majores, ipſumque Promethea ponas.

Titaresius, ii. m. [Τιταρήσιος] Homer. lib. Iliad. 2 751. Fluvius e Styge ortum habens, qui in Peneum influens, illius aquis non confunditur, ſed inſtar olei innatans excurrit. Lucan. 6. 376. habet Titareſus.

Tithōnus, i. m. [Τιθωνός] inquit Servius, frater Laomedontis fuit, quem præliantem Aurora dilexit, & rapuit, ex qua Memnonem filium genuit, ſed tandem poſt longiſſimam optatamque vitam, audita Memnonis filii morte, in cicadam a poetis verſus eſſe dicitur: ex Servio enarrante apud Virg. 4 Æn 585. hunc locum,

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Idem Laomedontis filius traditur Diodoro lib. 5. qui in Aſia Orientem verſus uſque in Æthiopiam militans, dicitur genuiſſe ex Ida filium, nomine Memnone: qui quum Trojanis opem tuliſſet, poſtea ab Achille eſt interfectus. Hæc Mancinel. ex Diodoro, declarans hunc locum Hor. 1. Carm. 28. 8.

Occidit & Pelopis genitor, conviva deorum,
Tithonuſque remotus in auras.

Tithonius, a, um. Adj. [Τιθώνιος] ut, Conjux Tithonia, Aurora. Ovid. 3. Faſt. 403.

Alma Tithonia. Valer. 1. Argon. 311.

Senectus Tithonia. Stat. 4. Silv. 3. 151.

Tithymălus, i. m. [Τιθύμαλος] Genus fruticis, quæ a noſtris lactuca marina dicitur. Columel. lib 9. 13. pr. Tithymalus majorum quoque animalium ventrem ſolvit. Idem paulo ſupra. Maximuſque vel minimus annuus earum labor eſt initio veris, quo Tithymali floret frutex. Plin. lib. 26. cap. 8. Tithymalum noſtri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam: narratque lacte ejus inſcripto corpore, quum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere litteras, ita quidam adulteras alloqui maluere, quam codicillis. ¶ Sunt codd. in quibus Tithymallus ſcribitur, unde ſuſpicor penult. produci rectius.

Tithymalum, Meconion a quibuſdam vocatur. Hæc Hermol. in Corol. cap. 778.

Tithymali genera ſeptem numero refert Dioſcorid lib. 4 cap 159. Prima vocatur Characias: ſecunda Paralios, vulgo *herba terra*: tertia Platyphyllos, vulgo *Tortumaglio*: quarta Helioſcopios: quinta Cypariſſios, vulgo *Eſula minor*: ſexta dendroides, id eſt arborea: ſeptima Characias femina.

Titea, V. TITTEA, TITIA. V. TITTIA.

Titiānus, i. m. [Τιτιανός] Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis, ſcripſit libros provinciarum pulcherrimos: appellatur Simia ſui temporis, quod omnia prope imitaretur. Capitolin. Maxim. Jun. pr.

Titiānus, a, um. Adj. ut Thermæ Titianæ. Capitol. in Max. & Albin. cap. 1. a Tito Veſpaſiani filio ſic dictæ

Tities, [Τιτιεῖς] pro Tatienſes poſuit Propert lib. 4. 1. 31.

Hinc Tities, Rhamneſque viri, Luceresque coloni:
Quatuor hinc albos Romulus egit equos. al Tities. V. LUCERES.

Titii, [Τίτιοι] Sacerdotes Apollinis, a Titiis avibus, quas in augurio certis obſervare ſolebant, appellati, ut ait Varr. 4. de L. L. 15. Hæc Sulpitius & Beroaldus in illud Lucan. lib. 1. 597.

Et doctus volucres augur ſervare ſiniſtras,
Septemvirque epulis feſtus, Titiique ſodales,
Et Salius, &c.

Titillo, [γαργαλίζω, Gl. L. G. & G. L.] āre. proprie eſt, Certæ partis corporis contactu, nempe ejus quæ ſub alis, vel planta pedis eſt, riſum vel invito excitare. In Gloſſ. Fatigare, Vellare, ſynon. junguntur. Lucret. 2 429. tranſlate uſurpavit,

Titillare magis ſenſus, quam lædere poſſunt. Pro eo quod eſt,

Contactu neque prorſus jucundo, neque plane aſpero & moleſto ſenſus hilarare, & quaſi diffundere. Lambinus.

Titillare, per tranſlationem pro Commovere, provocare, & per blandimenta ingerere accipitur. Cic. 3. de Finib 39. Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuavitate afflueret, &c. Sic 3. Tuſc. 47. Titillari voluptate.

Aſſentator titillans. Cic. 2. Off. 63. Hæc eſt gravium hominum atque magnorum: illa, quaſi aſſentatorum populi, multitudinis levitatem voluptate quaſi titillantium.

Titillātio, ōnis. f. [γαργαλισμός, Gl. G. L.] Vellatio, ibid. Cic. de Senect. 47. At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. Idem 2. de Nat. Deor. 114. Voluptates quibus quaſi titillatio adhibetur ſenſibus.

Titillātus, ûs. m. Idem. Plin. lib. 11. In eadem præcipue bilaritatis ſedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum, quas ſubit.

Titillāmentum, i. n. Fulgent. 2. Mythol. Tantalus, cui fallax aque guloſis labiæ titillamentis attingit.

Titillus, i. m. [γαργαλισμός] Theod. Cod. l. 8. tit. 5. Flagrum, cujus in cuſpide brevis aculeus pigreſcentes artus innocuo titillo poterit admonere.

Titinnius, i. m. Poeta vetus, cujus pauci tantum jam extant verſus apud Nonium & reliquos Grammaticos.

Titio, ōnis. m. [δαλός, Gl. L. G. & G. L.] Lignum adustum, quod ab igne extrahitur. Varr. de vita Pop. Rom. lib. 2. apud Non. 2. 875. Contra a novo marito, quam item a foco in titionem ex felici arbore, & in aquali aqua allata eſſet, &c. Celſ. lib. 3. cap. 12. Fomentiſque protinus validioribus totum corpus circundare convenit, maximeque involutis teſtis, & extinctis titionibus. Lactant. 4. 14. 14.

Titivilitium, i. n. Feſtus nullius eſſe ſignificationis ſcribit, ut apud Græcos nullius eſt [illegible] & [illegible]. Plaut. Caſin. 2. 5. 39.

Non ego iſtud verbum emiſſim titivilitio. Al. Emiſſim. Auctor tamen non contemnendus Fulgent. de priſco Serm. n. 20. Textivilitium legiſſe videtur, quum ita ſcribat; Textivilitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt. Hic ergo textivilitium, rem viliſſimam interpretor. Tametſi autem videtur Feſto effutitium temere vocabulum ad vilitatis & contemptionis ſignificationem, tamen origo ac natales, a quibus deducit Fulgentius, magnam veriſimilitudinem præ ſe ferunt. Ut enim in Textivilitium, vilitium ineſt vilitatis ſententia: ſin antegreſſam vocabuli partem ſenſus expertem de nihilo jactatam eſſe non eſt credibile: Titi autem cum ſenſus nullus ſit, & ſit Texti, Textivilitium dictum putemus. Sed ſi Fulgentium ſequamur, in menſione verſus una erit ſyllaba ſupprimenda, dicendumque Textivilitium, quod Plauto eſt familiare. Hæc ex Turneb.

Titius, i. m. Tribunus Plebis, a quo lex Titia nomen habuit. Plures fuiſſe Titios indicat Voſſius in Inſtitut. Orat. 1. conf. Reineſ. Var. Lect. 2. 14.

Sextus Titius, auctore Cic. in Brut. 225. Orator, homo loquax ſane & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.

Titius, a, um. Adj. Lex Titia de Vectigalibus lata eſt a Sext. Titio Tribuno plebis, A. U. C. 654. Ut vectigal agris publicis aſſignatis impoſitum Quæſtor colligeret. Val. Max. 8. 1. de Judic. Publ. damn. 3. Sext. quoque Titium ſimilis caſus proſtravit: erat innocens, agraria lege lata gratioſus apud populum.

Lex Titia de muneribus nominatur ab Auſonio Epigr. 88. De qua lege ſic ſcribit Tacit. 11. Ann. 5. Conſurgunt patres, legemque Titiam flagitant, qua cavetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumve accipiat. Hac lege tenebantur advocati, qui mercenariam clientibus operam præſtabant. Invehitur Auſonius in mollitiem Juriſconſulti, eumque deridet, quod legem Titiam non metueret: quod enim indoctus erat, nihil lucrabatur. Alciatus in Annotationibus in Tacitum.

Titormus, i. m. [Τίτορμος] Bubulcus fortitudinis monſtroſæ fuit: cum Milone de robore certavit vicitque, quum pedem tauri una manu, altera vero alterius tauri pedem per vim conantibus ipſis reſilire, traheret. Auctor Ælian. Var. Hiſt. 12. 22.

Tittee, Μύναξ, Gloſſ. Latinogræc. Μύναξ autem in Græcolat. Rictus.

Tittia, Ἐγω τιτίων ὁ λέγων. Gloſſ. Latinogræc.

Titŭbo, [σφάλλομαι, σαλεύω, βαμβαίνω, Gl. L. G. & G. L.] Ire. dicitur Qui pedibus firmiter inſiſtere nequit, ut faciunt ebrii, aut infirmi, aut vulnerati, aut decrepiti ſenes, quibus pedes inconſtanter vacillant. Quint. in Paſtu cadaverum, Sed jugulaſti vulneratum, titubantem ſtraviſti, fumantem incendiſti. Hæc fere Vall. lib. 5. Ovid. 3. Met. 607.

Ille mero, ſomnoque gravis titubare videtur.

Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.

Titubare, ad Animum transfertur, quoties ab animo verba diſſentiunt: quod inconſtantiæ ſignum eſſe dicitur. Ter. Heaut. 2. 3. 120. Verum illa ne quid titubet. Cic. pro Flacc. 22. De ſubſelliis queror? una ex domo prodeunt: ſi verbo titubarint, quo revertantur non habebunt. Hor. 1. Epiſt. 13. 19.

—cave ne titubes, mandataque frangas.

Titubatum & offenſum. Cic. 2. Verr. 71. Si tantulum offenſum, titubatumque ſit, ut ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt, uno tempore univerſa perdamus.

Verſus debilitatur in quacunque ſit parte titubatum. Cic. 3. de Orat. 190.

Titubare. Balbutire, Γλώσσῃ βαμβαίνειν. Gloſſ. Latinogræc.

Titubo, Ἀμφιάζω. Idem Gloſſ. [ad Fidem dubiam translatum.

Titŭbans, antis. Partic. [σφαλερός, Gl. G. L.] ut, Artus titubantes ſuſtinet ferula. Ovid. 4. Met. 26.

Lingua titubante loqui, Lingua præ timore blæſa. Ovid. 3. Triſt. 1. 21.

Fortuna titubans. Sil. lib. 11. 4.

— ſtat nulla diu mortalibus uſquam,

Fortuna titubante, fides.

Furtim, mente ac lingua titubante, facere aliquid. Cic. pro Domo 139.

Membra titubantia valido vino. Ovid. 6. Faſt. 677.

Titubātus, a, um. [σφαλέντα] Participium ſine verbo, inquit Servius. Virg. 5. Æn. 331.

Hic juvenis jam victor ovans veſtigia preſſo

Haud tenuit titubata ſolo: &c. [i. e. Titubanter impreſſa.

Titubanter, Adv. [ἀσυστάτως] Inconſtanter. Cic. pro Cœl. 15. Poſtulatis enim, atque id tamen titubanter, & ſtrictim, conjurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuiſſe.

Titubanter & inconſtanter loqui. Auctor ad Heren. lib. 4. 53.

Titubantia, æ. f. [σφάλματα] Suet. in Vitell. cap. 6. Ac de hac quoque liberos utriuſque ſexus tulit, ſed marem titubantia oris prope mutum & elinguem.

Titubātio, ōnis. f. [σφάλματα] Idem. Cic. 2. de Invent. 41. Quo in genere eventus quoque videndus erit, hoc eſt quid ex unaquaque re ſoleat evenire, magnopere conſiderandum eſt, ut metus, lætitia, titubatio.

Titubatio & offenſio. Auctor ad Heren. lib. 2. 12.

Titŭlus, i. m. [τίτλος, Gl. G. L. ἐπιγραφή, G. L. & L. G.] Quod alicui rei, ut libro, operi, vel ſtatuæ, ſuperſcribitur, ad ejus cognitionem. Unde in ſtatuis, ſive picturis titulum dicimus litteras, quæ vel artificis, vel ejus, cujus ſtatua ſive imago eſt, nomen demonſtrant: vel tempus, quo factum eſt opus, declarant. Plin. 7. Epiſt. 29. Maxime tamen hic me titulus admonuit, quam eſſent mimica & inepta, quæ interdum in hoc cænum, in has ſordes abjicerentur. De monumento Pallantis loquitur. Translate Ovid. 2. de Arte Am. 293.

Utilitas tua ſit, titulus donetur amicæ.

τίτλος & πιττάκιον, vide apud Suidam in [illegible], fortaſſe Scriptum, in quo tituli tantum notati eſſent. H. St.

Titulus, pro Programmate, ſeu inſcriptione, qua ſignificatur domum aliquam eſſe proſcriptam, venum, vel in locatum dandam. Plin. 7. Epiſt. 27. Deſerta inde, & damnata ſolitudine domus, totaque illi monſtro relicta: proſcribebatur tamen, ſeu quis emere, ſeu quis conducere, ignarus tanti mali, vellet. Venit Athenas Philoſophus Athenodorus, legit titulum, audiroque pretio, quia ſuſpecta vilitas, &c.

Titulus libri, Qui vel qualitatem operis, vel nomen auctoris, vel numerum librorum oſtendit. Martial. lib. 2. epig. ult.

Unum de titulo tollere iota potes. Ovid. Rem. Amor. 1.

Legerat hujus Amor titulum, nomenque libelli. Plin. Epiſt. 101. lib. 5.

Adhibere titulum. V. adhibeo.

Decorare ſepulcrum titulis. Sil. lib. 15. 397.

Effeminare titulum. Claud. 1. in Eutrop. 10.

Indere titulos. V. indo.

Titulo ſignetur imago. Ovid. 2. Epiſt. 73.

Titulus, pro Laude & dignitate aliquando accipitur. Ovid. 2. Faſt. 15.

At tua proſequimur ſtudioſo pectore, Cæſar,

Nomine, per titulos ingredimurque tuos. Liv. 4. 34. extr.

Navalis victoriæ vanum titulum appetivere. Cic. in Piſon. 19. Suſtinere titulum Conſulatus. Idem 5. Tuſc. 30. Iidem dicant ſemper beatum eſſe ſapientem, quos ſi titulus hic delectat inſignis & pulcher, Pythagora, Socrate, & Platone digniſſimus, inducant animum, &c.

Adulantes tituli. Claud. 2. in Eutrop. 79.

Caduci tituli. V. caducus.

Facilis titulus, Gloria facile parta. Ovid. 10. Met. 602.

Inanes tituli. Hor. 2. Serm. 3. 212.

Levis titulus, parvique nitoris. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 288.

Modicus titulus. V. Modicus, in modus.

Reddere titulum in meritis. Ovid. 13. Met. 372.

Inſignis titulis avorum. Lucan. lib. 8. 73.

Magnificus titulis. Ovid. 2. Epiſt. 68.

Stupere in titulis & imaginibus. Hor. 1. Serm. 6. 17.

Titulus, Prætextum. Paulus in l. Si quis tutor. §. Quid ergo. D. de ritu nupt. Quid ergo ſi, quum ſe vellet excuſare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, &c. ſic etiam Liv. 37. 54. Et meminiſſe quum titulum prætenderitis, prius adverſus Philippum, nunc adverſus Antiochum belli.

Titulus, Monumentum. Apulejus, Avorum & proavorum titulis clarus. Vet. Inſcr. apud Gruter. p. 990. n. 10.

HVNC EGO NVNC TITVLVM STATVI CARISSIME CONIVNX.

Titulus etiam dici poteſt alicujus rei Indicium. Sic Petron. cap. 35. Ciconia titulus tepidi temporis. I. e. Signum aut indicium.

Titulus a tuendo, quaſi Tutulus, quod tueatur factum auctoris: & ſi quis alterius opus eſſe contendat, veri opificis indicet nomen. Unde aliquando tituli dicti ſunt milites, quaſi tutuli, quod patriam tueantur. Unde & Titi prænomen ortum. Feſtus.

Titŭlo, āre. Tertull. de Anima, cap. 13. Animæ nomine totius hominis mentio titulata eſt.

Titus, [Τίτος] Prænomen Romanorum eſt, a τίω, honoro. Vel a Tueor, ut vult Feſtus. V. titulus. Scribitur una littera T.

Titus, e ſuo prænomine, dictus eſt clariſſimus Romanorum princeps, Veſpaſiani filius, & frater Domitiani. Appellatus eſt Amor ac deliciæ generis humani, uti tradit Suet. cap. 1.

Titi Livii, duo fuerunt; Alter Tragœdiarum ſcriptor, qui ob ingenii meritum, a Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Hiſtoriarum ſcriptor Patavinus, qui floruit ſub Auguſto: laudatur in hiſtoria, quum ſit in narrando miræ jucunditatis, clariſſimique candoris.

Titus, etiam fuit Pauli Apoſtoli comes in miniſterio, & diſcipulus ab eodem Cretenſi eccleſiæ præpoſitus, in qua & diem obiit ſupremum. V. Euſeb. & Hieron.

Tityrus, i. m. [Τίτυρος] proprie Calamus, ut explicuit Heſychius. Paſtoris nomen apud Virg. 1. Ecl. 1.

Tityus, [Τιτυός] ſecundum alios Terræ filius fuit: ſecundum alios a Terra nutritus: unde elegit poeta ſermonem, quo utrumque ſignificaret; nam Alumnum dicit. Hic amavit Latonam, propter quod Apollinis confixus eſt ſagittis: & damnatus hac lege apud inferos, ut ejus jecur vultur exedat. Quanquam Homerus viciſſim dicat duos vultures ſibi in ejus pœnam ſuccedere. Hactenus Servius enarrans illud Virg. 6. Æn. 595.

Necnon & Tityon, Terræ omniparentis alumnum,

Cernere erat. Ovid. 1. de Pont. 2. 41. Hujus magnitudinem corporis poëtæ dixerunt fuiſſe novem jugerum. Unde Tibull. lib. 1. 3. 75.

Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ,

Aſſiduas atro viſcere paſcit aves. Hor. 3. Carm. 11. 21.

T L

T. L. Titi libertus, Teſtamento legavit. T. LEG. III. Tribunus legionis tertiæ.

Tlepŏlĕmus, i. m. [Τληπόλεμος] Herculis filius, teſte Homero Iliad. lib. 2. 653. Hic quum Rhodiorum rex eſſet, occiſus eſt a Sarpedone in bello Trojano.

T M

TM. Tantum. TM. vel $\overline{TM}$. Terminus, Teſtamentum. T. M. Titulum monumenti, Teſtamento mandavit.

Tmeſis, is. f. [τμῆσις] eſt, Unius verbi compoſiti vel ſimplicis ſectio, altera dictione, vel pluribus interjectis. ut Virg. 3. Georg. 381.

— ſeptem ſubjecta trioni. Pro Septemtrioni. Et 1. Æn. 412.

Et multo nebulæ circum dea fudit amictu. Pro Circumfudit. Ubi Servius, Figura tmeſis eſt, quæ fit quum ſecto uno ſermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile eſt in ſermone compoſito: ceterum in ſimplici nimis eſt aſperum: quod tamen faciebat antiquitas. ut,

— ſaxo cere comminuit brum. Pro Cerebrum.

Tmōlus, i. m. [Τμῶλος] Mons Lydiæ, ut ſcribit Plin. lib. 5. 29. croco florentiſſimus & vitibus conſitus. Servius ſcribit eum eſſe Ciliciæ in illud Virg. 1. Georg. 56.

— nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
Indus mittit ebur, molles ſua tura Sabæi? Ovid. 11. Met. 151.

— riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu, clivoque extenſus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis. Ibid. 156.

Judice ſub Tmolo certamen venit ad impar. Eſt ergo juxta Sardis, quæ urbs ex Herodoti Pliniique teſtimonio in Lydia eſt. Columel. lib. 3. 8 4. Tmolon & Corycon flore croceo: Judæam & Arabiam pretioſis odoribus illuſtrem haberi.

Nomen idem & Flumini datum eſt. Plin. lib. 33. cap. 8. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inveniri niſi in flumine Tmolo.

A poëtis quandoque i poſt T ſuperaddi invenimus, ut apud Ovid. 6. Met. 15.

Deſeruere ſui Nymphæ vineta Timoli.

Stephanus de Urbibus per Y ſcribit Tymolum, ſicque ait vocari Tmolum figura poëtica.

Tmolius, a, um. Adj. [Τμώλιος] Ovid. 4. de Pont. 15. 9.

Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos.

T O B

Tŏbĭus, [Τόβιος] Ptolem. lib. 2. cap. 3. Britanniæ inſulæ fluvius, qui *Towy* vulgo dicitur. Cambden.

T O C

Tocĭtra, æ. m. [τοκίτρα] Herba apud Apul. de Herb. cap. 19.

Tocullio, ōnis. m. Minutus fenerator: & eſt vox formata a Græco diminutivo τοκύλλιον: ut apud Plaut. a σκέπαρνον, Sceparnio. Cic. 2. Att. 1. Neque te in tocullionibus habebam. Eodem modo Latini Turpionem dixere. V. Turneb. Adverſ. 7. 3. & not. Var. in Cic.

T O D

Todi; a τόδι parvi, Avium genus parvarum. Feſtus.

Todillus, a, um. Adj. Gracilis. Feſtus ex Plauto, Cum extortis talis, cum todillis cruſculis.

T O F

Tŏfum, i. n. vel **Tofus**, i. m. [τόφος ὁ λίθος, Gl. L. G. & G. L.] Genus lapidis aſperi, qui facile in arenam reſolvitur. Plin. lib. 15. cap. 4. Columel. lib. 4. cap. 22. Arenoſus tofus & plus juſto jejunus ſabulo.

Antra laqueata tofis & pumice. Ovid. 2. Faſt. 315.
Levibus tofis ſtructa atria. Ovid. 8. Met. 560.
Leves tofi. Ovid. 3. Met. 160.
Scaber tofus. Virg. 2. Georg. 214.
Sordidus tofus. Stat. 4. Silv. 3. 53.

Tofĕus, a, um. Adj. [τόφινος] Quod ex tofo eſt. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 21. Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratiſque metis, quæ utraque & tofinæ ac ligneæ antea fuerant, exculto, &c.

Tofācĕus, a, um. Adj. [τοφώδης] Idem. Plin. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea. Unde Tofacea quoque pira, vulgus noſtrum appellat, a tofis qui intus reperiuntur.

Toficius, a, um. Adj. Capitol. in Maximin. cap. 6.

Tofōſus, a, um. Adj. Tofo plenus. Sidon. 3. Epiſt. 13. Verruca humore tofoſa.

T O G

Tŏga, æ. f. [τήβεννος, Gl. L. G. & G. L.] Geſtamen erat proprium Romanorum civium, quemadmodum Pallium Græcorum, ſuperimponebaturque tunicæ, vel tunicis potius. Dicta toga a tegendo, ut ait Nonius 1. 3. quod corpus tegat. Hæc laxa erat, & in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibul. lib. 1. 6. 40.

Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. De toga vide Quintil. lib. 11. cap. ult. & Crinitum de H. D. lib. 3. cap. 7.

Arcta toga. Hor. 1. Epiſt. 19. 30.

Arcta decet ſanum comitem toga.

Algentes togæ, Hiemales. Martial. lib. 14. 137. titulus eſt Lacernæ,

Amphitheatrales nos commendamur ad uſus,
Quum tegit algentes noſtra lacerna togas.

Attrita toga. Martial. lib. 14. 125.

Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos,
Attrita veniet ſportula ſæpe toga. [Mallem, A trita.

Exigua toga. Hor. 1. Epiſt. 20. 13.
Nivea toga. V. Niveus, in NIX.
Fuſa toga, & Reſtricta, contraria. Suet. in Auguſt. cap. 73.
Impar toga. V. IMPAR.
Pexa toga. V. Pexus in PECTEN.
Pinguis toga. V. PINGUIS.
Radiante toga decorus. Claud. 6. Conſ. Hon. 372.
Recens toga. Perſ. 1. Sat. 15.
Sordidula toga. Juven. 3. Sat. 149.
Tenues togæ. Hor. 1. Epiſt. 14. 32.
Toga vitrea, Tenuis textus & pellucidi dicebatur, quod ritu vitri tranſluceret, quæ certe indutum eſſe probro & vitio dabatur. Varr. Modio, Iſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clavos. Turnebus.

Amictus toga. Cic. 2. in Cæl. 22.
Defluit toga. Hor. 1. Serm. 3. 31. i. e. Deorſum fluit, & ex humeris cadit.
Dejicere & reponere togam. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Toga pacis eſt inſigne & otii. Cic. in Piſon. 73.
Toga, pro Pace aliquando accipitur, quoniam in pace tantum togæ uſus erat. Nam in bello, depoſita toga, ſumebant ſagum. V. SAGUM. Plin. Ut dubium ſit, togane, an bello præſtantior fuerit. Cic. 3. de Orat. 167. Campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello.
Toga, Peculiaris habitus clientum, & ſalutatorum, qui togati ibant ſalutatum, ut ſportulam conſequerentur. Martial. 10. 82.

Mane, vel a media nocte togatus ero. conf. Attrita toga ſupra.

Togarum varia antiquis Romanis erant genera: ut Toga prætexta, (quæ & magiſtratus inſigne, & puerilis fuit) toga virilis, toga picta, toga regia, quæ erat auro & purpura intexta, qua reges utebantur, quæ a Livio inter inſignia triumphantis numeratur. V. infra.

Candida toga, erat Quam petitores honorum in comitiis induebant: unde & Candidati dicebantur. Plin. lib. 7. cap. 34. de Naſica, in toga candida bis repulſa notatus a populo. Cicero in candida orationem habuit in Catilinam & Antonium competitores. Budæus. V. CANDIDATUS.

Palmata toga. V. Palmatus, in PALMA.
Perſatæ togæ. V. PERSATUS.
Picta toga, Veſtis publica fuit, ſummique Magiſtratus. Capitolinus de Gord. trib. cap. 4. Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum privatus, ſuam & propriam habuit: quum ante Imperatores etiam de Capitolio acciperent, vel de Palatio. Lampridius de Alexandro cap. 40. Prætextam & togam pictam nunquam niſi Conſul accepit: & eam quidem, quam de Jovis templo ſumptam, alii quoque accipiebant aut Prætores, aut Conſules. Budæus. Juven. 10. Sat. 39.

— & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ. Ubi Schol. V.

Prætexta toga. V. PRÆTEXTA.
Puerilis toga. Gell. lib. 18. cap. 4. Quum jam adoleſcentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutaſſemus.
Pulla toga ab Alba diſtinguebatur; Pulla enim in funeribus utebantur, ut nunc atra veſte utimur; Alba autem in epulo, vel publico, vel parentali; a quibus pullati, atratique dicebantur. V. PULLUS, Adj. In epulo cum toga pulla accumbere. Cic. in Vatin. 30.
Puram togam tirunculi forenſes aſſumebant tirocinii die. De qua Cic. 9. Att. epiſt. ult. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi: idque municipibus noſtris fuit gratum. Eidem lib. 7. epiſt. 8. Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam x Calend. Januar. in qua erat accuſatio Pompeji uſque a toga pura. i. e. Ab ejus tirocinio, a prima adoleſcentia, poſt XVI annum finitum. Dicta Pura toga, quod nullo purpuræ prætextu diſtincta eſſet. Catull. ad Mallium, v. 15. Lucan. lib. 7. 18.

— pura venerabilis æque,
Quam currus ornante toga. i. e. Nec picta, nec triumphali, nec prætexta. Budæus.

Rara toga. Martial. lib. 10. 47.

Lis nunquam, toga rara, mens quieta. Togam raram optat, id eſt, ne cogatur bene mane togatus circumvolitare limina potentiorum, ſalutationis defuncturus officio. Bayfius. [Lego Lis nuſquam.

Raſa toga. Plin. lib. 8. cap. 84. Togas raſas Phrygiaſque, Divi Auguſti noviſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella.
Tabernariæ togæ. V. TABERNA.
Virilis toga a puerili diſtincta erat, quæ & Prætexta appellabatur: ea decimum ſeptimum circiter annum ſumebatur. Cic. de Amicit. 14. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, ut quoad poſſem & liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem.
Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Cic 2. Philipp. 44.
Virilis toga, Toga libera quoque dicebatur, eamque adepti remotis magiſtris liberius vivebant. Stat. 5. Silv. 2. 68.

Quam non corrumpit pubes effrena, novæque
Libertas properata togæ? Turnebus.

Virilis toga in Capitolini Jovis templo ſumebatur. Teſtis Valer. Max. lib. 5. cap. 4. 4. de M. Cotta.
Toga & impudicarum erat mulierum. Si quidem matronæ, quæ a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant, ſublata ſtola, propter ignominiam. Toga autem meretrici apta, ita enim proſtare ſolebant cum togis puellæ, ut diſcernerentur a matronis. Et ideo quæ adulterii damnatæ fuerant, hac veſte utebantur. Hæc Acron in illud Hor. 1. Serm. 2. 63.

— quid inter
Eſt in matrona, ancilla, peccesne togata? Matrona, id eſt libera conjugata: ancilla, ſoluta, ſed non proſtituta: togata, infami & proſtituta. Quod autem mulieres adulterii convictæ, cogerentur toga virili indutæ procedere in publicum, innuit & Juven. 2. Sat. 69.

Damnetur, ſi vis, etiam Carphinia, talem
Non ſumet damnata togam. i. e. Tam infamem, ut tu ſumis.

Toga pro Officio. Plin. ad Apollinarem, Altius tibi otium & pinguius, eoque ſecurius: nulla neceſſitas togæ: nemo arceſſitor ex proximo. Id quod ideo invaluit, quod ad officia præſtanda togati conveniebant, id eſt ad ſalutandos, deducendos, comitandoſque amicos honoris gratia.

Togŭla, æ. f. dimin. [τηβέννιον] Martial. 4. 26.

Ignoſces, togulam, Poſtume, pluris emo. Cic. in Piſon. 54. Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt: quibus illi acceptis, ſagula rejecerunt, & catervam Imperatori ſuo novam præbuerunt. Idem 1. Att. 18. Togula picta.

Togātus, a, um. Adj. [τηβεννοφόρος, Gl. L. G. τηβεννοφόρος, G. L.] Qui toga indutus eſt. Unde Romani, Togati dicti ſunt, Quorum toga proprius & communis veſtitus erat, quemadmodum Græci Palliati dicebantur. Virg. 1. Æn. 286.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Martial. lib. 14. 124.
Romanos rerum dominos, gentemque togatam
Ille facit, magno qui dedit aſtra patri.

Magna caterva togatorum. Cic. pro Roſc. Amer. 135.
Græculos judex, modo palliatus, modo togatus. Cic. 5. Philipp. 14.
Togatus, Remp. in toga, i. e. in pace adminiſtrans. Cic. pro Sull. 85. Cui uni togato ſupplicationem decreverit. Subaudi Senatus.
Comœdiæ togatæ, Quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus Romanorum: ut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatas appellamus. Nam Græci pallium ſupra tunicam ferebant.
Miles togatus. Claud. 4 Conſ. Hon. 9.
Militia togata. Lucan. ad Piſon 27.
Turba togata. Propert. lib. 4. e. 56.
Togati creditores Græcorum. Cic. 3. Verr. 71. Erant nonnulli togati, creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi cujuſque Legati plurimum prodeſt gratia.
Togati etiam dicebantur, Qui principes civitatis officii gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant. Juven. 7. Sat. 142.

Reſpicit hoc primum qui litigat: an tibi ſervi
Octo, decem comites poſt te: an ſit ſella, togati
Ante pedes. Et itidem 1. Sat. 96.
— nunc ſportula primo
Limine parva ſedet, turbæ rapienda togatæ. Et apud Martial. lib. 2. 57.
Quem grex togatus ſequitur, &c. Toga enim purpuræ ſerviebat, ut apud eundem 10. 10.
Quid faciet pauper, cui non licet eſſe clienti?
Dimiſit noſtras purpura veſtra togas. I. e. Nunc non licet nobis officium vobis præſtare, quum jam purpurati officiis præſtandis ſucceſſerint.

Togata opera a Martiale vocitatur, quum Romani togati deducerent & reducerent Magiſtratus, & eos qui dignitate vel ætate vel opibus præcellerent, in domum, in forum, in templa, vel alio; lib. 3. 46.

Exigis a nobis operam ſine fine togatam:
Non eo, libertum ſed tibi mitto meum. Et in 9. 103. Bayſius.

Veneti colunt Galliam togatam. Verba ſunt Pomponii Melæ lib. 2. cap. 4. Certe Veneti etiam nunc toga veſte utuntur. Nunc ea regio uſque ad Rubiconem, vocatur *Marcha Trevisana*, ut ſcribit Olivarius. V. GALLIA.

TOGĀTŬLUS, a, um. Adj. dimin. joco formatum. Martial. 10. 74.
— quamdiu ſalutator,
Anteambulones, & togatulus inter,
Centum merebor plumbeos die toto?

TOGATĀRIUS, i. m. Togatarum fabularum actor. Suet. Auguſt. cap. 45. V. Caſaub. in loc.

T O L

TOLARIUS, ī, m. [illegible] Gloſſ. Latinogræc. [An Tolerarius?
TŎLENTĪNUM, i. n. [Τολεντῖνον] Italiæ oppidum in Piceno: a quo,
TOLENTINĀTES, Populi dicti. Plin. lib. 13. cap. 13.
TŎLĔRO, [ὑπομένω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Significat Patienter ferre, ut ait Feſtus, eſtque verbum mala patientis. Ter. Phorm. 3. 3. 23.
Noli metuere: una tecum bona malaque tolerabimus. Idem Hec. 3. 5. 28.
Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cujuſque mores toleret ſua modeſtia.
Patienter tolerare. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Dura tolerare. Sen. Hippol. 4.
Famem tolerare. Cæſ. 1. Bell. Gall. 28.
Fortunam tolerare. Cic. ad Brut. 16.
Hiemem tolerare. Cic. 2. in Catil. 23. Niſi idcirco ſe facilius hiemem toleraturos putant.
Impenſas. Plin. lib. 10. cap. 14. Inde impenſæ publicæ tolerantur.
Inopiam obſidionemque tolerare. Tacit. 4. Hiſt. 4.
Laborem. Plin. lib. 11. cap. 5. Apes ad uſus vitæ laborem tolerant.
Laborem militarem tolerare. Cic. 2. Off. 45.
Laborem ſtudiorum pueri difficilius tolerant. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Mala tolerare. Sen. Herc. fur. 13.
Militiam tolerare ſub magiſtro. Virg. 8. Æn. 515.
Pondus alicujus tolerare. Hor. 2. Carm. 5. 4.
Sitim tolerare. Plin. lib. 8. cap. 18. Sitim & quatriduo tolerant.
Sitim, famemque tolerare. Ovid. 1. de Pont. 2. 87.
Sors toleranda nullis populis. Stat. 1. Theb. 195.
Sumptus tolerare. Cic. 1. Q. frat. 1.
Vitam tolerare, Vivere, nutrici. Cæſ. 7. Bell. Gall. 77. Qui in oppida compulſi, ac ſimili inopia ſubacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt.
Vitam tolerare colo. Virg. 8. Æn. 408.
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.
Tolerare ſe, Modice & ſumma parcimonia ſe alere. Ulpian. l. In lege Cenſoria. D. de verb. ſignif. Ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus ſe toleraret, &c.
Alere & tolerare equitatum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 58. Ibid. 49. Equos eorum vix tolerari.
Tolerare ſua pecunia milites. Plin. 33. cap. 10.
Paſſus CLX tolerare, Sufficere curſui CLX paſſuum. Plin. lib. 7. cap. 20.
Res ad patiendum tolerandumque difficilis. Cic. 2. Tuſc. 18.
Toleratu difficilis. Cic. 4. de Finib. 52. Dicunt illi aſperum eſſe dolorem, moleſtum, odioſum, contra naturam, difficilem toleratu.
TOLERANS, antis. [καρτερικὸς, ὑπομενητικὸς, Gl. G. L.] Partic. Columel. lib. 8. cap. 16. Piſcium genere dulcis undæ tolerantia.
Tolerantior. Columel. 6. 22. Extremi frigoris tolerantior equino armento vacca eſt.
Tolerantiſſimus penuriæ, Patientiſſimus. Columel. lib. 7. cap. 1.
TOLERANDUS, a, um. Partic. Cic. 1. Att. 17. Nobis inter nos noſtra ſive incommoda, ſive vitia, ſive injuriæ, ſunt tolerandæ.
TOLERĀTUS, a, um. Partic. Tacit. 12. Ann. 11. Clementia ac juſtitia, quanto ignoratiora barbaris, tanto toleratiora. al. Tolerantiora.
TOLERANTER, [καρτερικῶς] ius, iſſime. Adv. Quintil. lib. 8. cap. 6. Dure etiam jungere vetamur, qui toleranter videre Septentriones videmur.
Ferre aliquid toleranter. Cic. 4. Fam. 6.
Tolerantius dolorem pati. Cic. 2. Tuſc. 43.
TOLERANTIA, æ. f. [ὑπομονή, Gl. G. L.] Cic. in Parad. 4. 1. Tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ.
Tolerantia tamen doloris laude ſua non carebit. Quintil. lib. 2. cap. 20.
TOLERATIO, ōnis. f. [ἀνοχή] Cic. 2. de Finib. 94. Quædam alia toleratio eſt verior, qua uti vos non poteſtis, qui honeſtatem ipſam per ſe non amatis.
TOLERĂBĬLIS, e. Adj. [ἀνεκτὸς, Gl. G. L.] Quod tolerari poteſt. Ter. Heaut. 1. 2. 31. Homo tolerabilis. Plin. in Paneg. 37. Tolerabile tributum. Et ibidem, Tolerabile experimentum. Cic. de Senect. 8. Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani ſenes, tolerabilem agunt ſenectutem.
In aliquibus rebus tolerabilis eſt. Cic. ad Brut. 13.
Dicere ſic tolerabilius eſt. Cic. 1. de Orat. 218.
Conditio tolerabilis. Cic. 4. in Catil. 16.
Conditione tolerabili tranſigere. Cic. pro Quint. 97.
Exemplum tolerabile. Liv. 39. 39. Nec jure ullo, nec exemplo tolerabili liberæ civitati.
Fenus tolerabile. Cic. 6. Att. 1. Itaque & Græci ſolvunt tolerabili fenore.
In aliquam tolerabilem formam redigendæ civitates. Liv. 34. 31.
Jactura rei familiaris tolerabilis. Cic. ad Brut. 18.
Orator ſane tolerabilis. Cic. de Clar. Orat. 178.
Patronus tolerabilis. Cic. de Clar. Orat. 129.
Philoſophi tolerabiliores motus volunt eſſe. Cic. 1. de Orat. 218.
Regnum nemini tolerabile. Cic. 10. Att. 7.
TOLERABILITER, Adv. [ἀνεκτῶς, Gl. L. G.] Tolerabili modo. Columel. lib. 2. cap. 2. Quas Græci [illegible], nos diſcordantium comparationes tolerabiliter diximus.
Compar. Tolerabilius pati dolores, Facilius. Cic. 5. de Finib. 42.
TOLERABILITAS, ātis, f. [ἀνεκτότης, Gl. G. L.]
TŌLES, vel ut alii ſcribunt, TOLLES, vel TOLLÆ, is. m. [παρίσθμια] Tumor eſt in faucibus, quæ per diminutionem Tonſillæ dicuntur. Feſtus. Iſidorus ſcribit 11. 1. Tolles Gallica lingua dici, quæ vulgo per diminutionem Tonſillæ dicuntur, quæ in faucibus turgeſcere ſolent. Hæc verba falſi convincunt hanc Sereni ſcripturam.

Quas autem vocitant colles, attingere dextra
Debebis, qua gryllus erat preſſante peremptus. Scribendum

enim arbitror, Quas autem vocitant Tolles, ut hæc curatio tonſillarum ſit. Turneb. [Gloſſ. Latinogræc. Tolæ, παρίσθμια. Tolia, παρίσθμια.
TŌLĒTUM, i, n. [Τόλητον] Ptolem. lib. 2. cap. 6. alio nomine *Serezola* dicta, Hiſpaniæ urbs: vulgo *Toledo*.
TOLLĒNO, ōnis. m. [κηλώνειον, Gl. L. G. & G. L.] Genus machinæ, ut ait Feſt. quo trahitur aqua, in alteram partem prægravante pondere, dicitur a Tollendo. In Gloſſ. Græc. etiam Ciconia redditur. *Une baſcule*. Veget. R. Mil. lib. 4. cap. 21. Tolleno dicitur, quoties una trabs in terram præalte defigitur, cui in ſummo vertice alia tranſverſa trabs longior, dimenſa mediatate, connectitur, eo libramento, ut ſi unum caput depreſſeris, aliud erigatur. Plin. lib. 19. cap. 4. Vel tollenonum hauſtu rigandus.
Tolleno, Machina propugnantium. Liv. 38. 5. Deinde ut præter ſpem ſtare muros viderant: collectis rurſus animis in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut ſaxorum, ſtipituſve robuſtos incutiebant. [Hic eſt Tolleno, cujus circumagi caput poteſt, ſecus ac in putealibus.
TOLLES, V. TOLES.
TOLLO, ōnis vel TOLLŌNES, i. m. Idem quod Tolleno. Plaut. Rud. 2. 5. 23.

Heus ſic tolloni gratia? cape hanc urnam tibi. Columel. in Horto, v. 26.
Vicini quoque ſint amnes, quos incola durus
Attrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis:
Aut fons illacrimet putei non ſede profunda,
Ne gravis hauſturis tollonibus ilia vellat. Quo in loco alii paſſim

legere malunt Tendentibus, non Tollonibus: Plauti locum Camerarius aliter legit. Gronovius habet: Heus ſis, Polemocratia, cape &c. Et apud Colum. varia lectio eſt. V. ibi not. Victor. Barth. & Gronov. ad Liv. 24. 34.
TOLLO, tollis, tŭli vel ſuſtŭli, & apud antiquos tĕtŭli, ſublatum vel lātum, [ἐπαίρω, Gl. L. G. & G. L. ἐγείρω, L. G.] tollĕre. Elevare ſurſum erigere. Plaut. Tolle caput. Ovid. 14. Epiſt. 45.

— ter acutum ſuſtulit enſem,
Ter male ſublato decidit enſe manus.

Sol in currum Phaethontem filium ſuſtulit. Cic. 3. de Nat. Deor. 76.
Aliquid oneris tollere. Cic. 5. Verr. 1. i. e. Suſcipere.
Tollere & extrahere. Cic. 2. de Finib. 27.
Sublatis ſupra capita ſcutis. Liv. 34. 39.
Sublatum ad montem ſupercilium: cui Depreſſum opponitur. Cic. in Piſon. 14. Reſpondes, altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, crudelitatem tibi non placere.
Tectum altius tollam, Domum altiorem faciam. Cic. de Aruſp. Reſp. 33. Itaque ne quis meorum imprudens introſpicere tuam domum poſſit, ac te ſacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum: non ut ego te deſpiciam, ſed tu ne aſpicias urbem eam, quam delere voluiſti. Ulpianus, Jus vicino non eſſe altius ædes tollere. Plaut. Trin. 3. 2. 60. Tollere mœnia. Al. Tuo qui toleres mœnia.
Ædes meas ad decem pedes altius tollere. African. in l. Egi. D. de except. rei judic. Egi tecum, jus mihi eſſe ædes meas uſque ad decem pedes altius tollere: poſt ago, jus eſſe mihi uſque ad viginti pedes altius tollere: exceptio rei judicatæ proculdubio, ſed etſi rurſus ita agam, jus mihi eſſe altius ad alios decem pedes tollere: obſtabit exceptio.
In cælum tollere, Tranſlate. Cic. pro Arch. 22. In cælum hujus proavus Cato tollitur, magnus honos Populi Rom. rebus adjungitur.
In cælum fama aliquem tollere, Magnopere laudare. Cic. 2. de Nat. Deor. 62. Suſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent.
Ad cælum laudibus tollere. Cic. 15. Fam. 7. Non dubito, quid præſentes ſentiant: nec quidem longinqui, & a te ipſo miſſi in ultimas gentes, ad cælum mehercule tollimus veriſſimis ac juſtiſſimis laudibus.
In cælum humeris. Cic. 11. Philipp. 24. Hunc vel in cælum, ſi fieri poterit, noſtris humeris tollemus.
In collum tollere. Plaut. Bacch. 3. 6. 42.

In crucem tollere. Cic. 3. Verr. 7. Statim deinde juſſu Prætoris, in crucem eſſe ſublatum.
In currum. Cic. 3. Off. 94. Optavit ut ſe currum patris tolleretur: ſublatus eſt: atque is antequam conſtitit, ictu fulminis deflagravit.
Laudes alicujus in aſtra tollere. Cic. 2. Att. 25. At hercule alter tuus familiaris Hortenſius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate, noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. Virg. 5. Ecl. 51.
— Daphnimque tuum tollemus ad aſtra.
Laudibus tollere. Cic. 4. Att. 16. Itaque Cæſaris amici (me dico & Oppium) diſrumparis licet, monimentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, ut odeum laxaremus, & uſque ad, &c.
In ſublime tollere. Plin. lib. 10. cap. 38.
Tollere vexillum, Extollere. Vexillum Imperatores habebant penes ſe in tabernaculo: & qui delectum olim habebant, in arce ponebant: cum prælium erat etiam committendum, proponebatur tollebaturque vexillum, ut in lib. de Bell. Alexandr. cap. 45. Quod ubi conſpexit, celeriter vela ſubduci, demitti antennas jubet. & milites armari, & vexillo ſublato, quo pugnandi dabatur ſignum, quæ primæ naves ſequebantur, idem ut facerent ſignificabat. Annotavit. Turneb. V. Adverſ. 14. 16. & 4. 11. Scheff de Mil. Nav. 3. 1.
A terra ſe tollere altius, pro Creſcere: ac de herbis & arboribus dicitur. Cic. 5. Tuſc. 37. Itaque & arbores, & vites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt, alia ſemper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt.
Arbos ſe ſuſtulit. Virg. 2. Georg. 57.
Animos tollere. Superbire, audaciorem eſſe. Salluſt. in Cic. 2. Verum, ut opinor, ſplendor domeſticus tibi animos tollit. Ter. Hec. 3. 5. 57.
Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi ſunt. Propert. lib. 3. 18. 17.
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.
Animos dictis tollit. Virg. 9. Æn. 127.
Cachinnum, Riſum augere, riſu immoderato efferri. Cic. de Fato, 10. Addidit etiam mulieroſum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe.
Clamorem, Summopere clamare, ac vocem extollere. Cic. 6. Verr. 94. Clamor a vigilibus, fanique cuſtodibus tollitur.
Clamor tollitur in cælum. Virg. 11. Æn 745.
Clamores horrendos ad ſidera tollit. Virg. 2. Æn. 222.
Cornua tollere in aliquem. Hor. Epod. 16. 12.
Corpus tollere in auras. Ovid. 18. Epiſt. 52.
Corpora ſua alte tollit volucris. Ovid. 8. Met. 256.
Fluctuſque ad ſidera tollit. Virg. 1. Æn. 107.
Frontem tollens ad cælum. Ovid. 3. Met. 20.
Gradum tollere, Ambulare. Plaut. Bacch. 3. 6. 6.
Hinnitum tollit equa. Hor. 2. Carm. 16. 34.
Manus. Cic. 7. Fam. 5. Suſtulimus manus & ego & Balbus. Lætitiæ ſignum eſt, & gratias agentis.
Minas tollere. Virg. 3. Georg. 421.
Oculos tollere. V. OCULUS.
Oculos ſuſtulit ad proceres. Ovid. 13. Met. 126.
Oculos tollere contra aliquem, Diſſentire ab aliquo, & repugnare alicui. Lucret. lib. 1. 67.
Palmas ad ſidera tollunt. Virg. 5. Æn. 556.
Querelam tollunt lugubri voce. Lucret. lib. 4. 550.
Riſum tollere, Ridere. Hor. de Arte Poet. 381.
Tollere vento fluctus, & mulcere. Virg. 1. Æn. 70.
Vocem exiguam tollere. Virg. 6. Æn. 493.
Vultus erectos tollere ad ſidera. Ovid. 1. Met. 86.
Tollere: pro Sumere. Hor. 1. Serm. 4. 11.
Cum flueret lutulentus arat, quod tollere velles. Sic alibi ſæpius.
Tolle, λάβε, Gloſſ. Latinogræc.
Tollere de terra lapides; ad jaciendum ſcilicet. Cic. pro Cæcin. 60. Vinces profecto non fuiſſe armatos eos, qui ſaxa jacerent, quæ de terra ipſi tollerent.
Humo tollit ſaxum. Ovid. 11. Met. 180.
Humo ſe tollere, Erigere ſe. Ovid. 7. Met. 640.
Humo ſe tollere, per tranſlationem, pro Nomen aliquod & gloriam ſibi comparare. Virg. 3. Georg. 9.
— tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.
Membra vix tollit de humo. Ovid. 2. Faſt. 354.
Solio ſe tollit ab alto. Virg. 8. Æn. 541.
Ad ſpem effingendæ eloquentiæ ſe tollere. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Ancoras tollere, Colligere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 31.
Aurum tollere, ac ſibi habere juſſit. Liv. 26. 50. extr.
Calices, Martial. lib. 11. 10.
Convivium. Plaut. Menæch. 3. 1. 17. Virg. 8. Æn. 175.
— jubet & ſublata reponi
Pocula.
De fano tollere. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. Eundemque ferunt, hæc quæ dixi ſublata de fanis in forum protuliſſe, & per præconem vendidiſſe.
Ex delubris ſimulacra ſanctiſſima. Cic 1. Verr. 3. Seſe jam ne deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.
Manu tollere. Plin. lib. 10. cap. 75. Plani autem piſcium in vado dormiunt, ut manu ſæpe tollantur.
Manus tollere ab re aliqua, Abſtinere. Ovid. 20. Epiſt. 146.
Ab loco tollere, Removere. Cic. pro Quint. 12. Tollitur ab atriis Liciniis, atque a præconum conſeſſu in Galliam Nævius, & trans Alpes uſque transfertur.
Liberos tollere, pro Suſcipere. Plin. in Paneg. 26. Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur.
Liberos in aliquam ſpem tollere. Liv. 5. Nec patribus familiæ tantum, ſed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur: vellentque in eam ſpem liberos tollere.
Tollere, pro Nutrire, quod e moribus & inſtitutis veterum ſumptum eſt: aliquando enim liberos tolli nolebant, & jubebant exponi. Qui enim ali volebat depoſitum humi infantem tollebat: unde & dea quædam Levana dicebatur, ut ſcribit Auguſtinus. Plaut. Amph. 1. 3. 3. Verum, quod erit natum, tollito. Turneb.
Aliquem tollere, pro Aſſumere ſocium itineris. Cic. 2. Q. frat. 10. Mea factum eſt inſulſa verecundia, ut te proficiſcens non tollerem.
Tollere, Auferre. Cic. de Amicit. 47. Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt.
Detrahere, auferre, tollere. Cic. in Orat. 209.
Dolorem dentium. Plin. lib. 20. cap. 3. pr.
Tormentum tollere. Celſ. lib. 3. cap. 21. Si ne per hæc quidem tormentum tollitur, incidenda cutis eſt, & tum his utendum.
Tollere, [ἀναιρεῖν, Gl. L. G.] Irrita facere quæ quis geſſit. Cic. 4. Verr. 140. Si tibi magiſtratum abrogaſſes, minore ignominia te affeciſſes, quam cum ea, quæ in magiſtratu geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita juſſit eſſe.
Tollere & delere. Cic pro Quint. 70.
Tollere & eripere. Cic. pro Roſc. Amer. 71. Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe?
Inter Tollere & Auferre. Tollere eſt levare & erigere: Auferre levatum transferre. Virg. 8. Æn. 439.
Tollite cuncta, inquit, cœptoſque auferte labores. Turpil. Philopatr. Simul circumſpectat, ubi præter ſe neminem videt eſſe, tollit, aufert: ego elata conſequor. V. Nonium 5. 6.
Tollere, E medio auferre, vita privare, enecare, ut in antiquo illo diſticho, quod refert Tranquillus Neron. cap. 39.
Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Duplicem ſignificationem retinet: in priore enim pro Enecavit, in poſteriore Portavit, ſumitur. [Suſtulit e vivis, Suſtulit in humeros.
Tollere & interficere. Cic pro Cluent. 25.
Aditus templorum demolitione ſublati. Cic. Poſt. red. in Senat. 32. Aditus templorum erant, non ſolum præſidiis, & manu, verum etiam demolitione ſublati.
Æs alienum, pro Diſſolvere. Auctor de Viris illuſt. cap. 29. extr.
Avaritiam ſi tollere vultis, mater ejus tollenda eſt luxuries. Cic. 2. de Orat. 171.
Conſuetudinem de civitate. Cic. pro Roſc. Amer. 3. Tametſi non modo ignoſcendi ratio, verum etiam cognoſcendi conſuetudo jam de civitate ſublata eſt.
Conſules. Cic. ad Brut. 11.
Controverſias magnas parvo labore. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 9.
De aliquo decreto quid. Cic. 15. Att. 11. Etenim Servilia pollicebatur ſe curaturam, ut illa frumenti curatio de S. C. tolleretur.
Exercitum religio tollit. Cic. 1. Fam. 1.
De medio aliquem tollere, Interficere. Cic. pro Roſc. Amer. 20. Demonſtrant, cum pater hujuſce Sex. Roſcius, homo tam ſplendidus & gratioſus, nullo negotio ſit occiſus, perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe.
De oratione ſua aliquem tollere, Non amplius nominare. Cic. 2. Att. 24. Primum Cæpionem de oratione ſua ſuſtulit, quem in Senatu acerrime nominarat, ut appareret noctem, & nocturnam deprecationem interceſſiſſe.
De foro aliquem clamore tollere, Clamoribus facere ut aliquis foro privetur. Cic. pro Cluent. 79. Et illum, hominem ædilitium, jam Prætorem opinionibus hominum conſtitutum, non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de foro, atque adeo de civitate eſſe ſublatum.
Diem tollere. V. DIES.
Dubitationem alicui. Cic. 12. Att. 7.
E civitate aliquem. Cic. pro Domo 44.
E choro philoſophorum aliquem tollere. Cic. 2. de Fin. 26. Tu quidem, inquit, totum Epicurum pæne e philoſophorum choro ſuſtuliſti?
E medio aliquem tollere, idem quod Tollere de medio, & occidere. Liv. 24. 6. pr.
E numero. Cic. pro Flacc. 7. Iniricius M. Cœlius, quod cum in re manifeſta putabat nefas eſſe publicanum judicare contra publicanum, ſublatus erat e numero recuperatorum: tamen tenuit ſe, neque attulit in judicium quidquam ad lædendum, niſi voluntatem.
Ex rerum natura aliquem. Cic. pro Roſc. Amer. 31. Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cælum, ſolem, aquam, terramque ademerunt?
Errorem tollere, Delere, abluere. Cic. 4. Acad. 66. Dixitque ſapientis eſſe opinionem a perſpicuitate ſejungere: nihil fecit: ipſius enim opinionis errorem nullo modo ſuſtulit.
Imperitorum omnem errorem tollere. Cic. 1. de Fin. 37.
Ferro tollere aut veneno aliquem, pro Interficere. Cic. 3. de Nat. Deor. 81. Sed quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat: illos conſervari melius fuit, quam pœnam ſceleris Varium pendere.
Fidem de foro. Cic. 1. de Lege Agr. 23. Timorem bonis injeciſtis; fidem de foro, dignitatem de Repub. ſuſtuliſtis.
Genus orationis tollere. Cic. 3. Fam. 8.
Inducias tollere. Liv. 30. 4. bis.
Legem tollere, Abrogare, irritam facere. Cic. 2. de Legib. 31. Quid, legem, ſi non jure rogata eſt, tollere?
Libertatem. Cic. 1. Fam. 8. Dignitas in ſententiis dicendis, libertas in Rep. capeſſenda, ea ſublata tota, ſed nec mihi magis quam omnibus.
Memoriam alicujus rei funditus tollere ac delere. Cic. pro Quint. 12. Cujus omnino rei memoriam omnem tolli funditus, ac deleri arbitror oportere.
Metum, Timorem adimere. Cic. pro Roſc. Amer. 6. Deleatis ex animo ſuſpicionem omnem, metumque tollatis.
Moram tollere, Feſtinare. Cic. 10. Att. 1. Nunc ait ſe daturum, quum ex P. ſuſtulerit moram tabellarius.
Nefas. Ovid. 2. Met. 506.
Nomen alicujus ex omnibus libris tollere. Cic. 13. Att. 23.
Querelas tolle, Noli amplius queri. Hor. 1. Epiſt. 12. 3.
Spem aliquid faciendi tollere, Auferre. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 28.
Suſpicionem. Cic. 10. Att. 16. Omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli. Idem pro Roſc. Amer. 6.
Teſtimonio aliquem tollere, Teſtimoniis ita convincere, ut pulsetur, & foro privetur. Cic. pro Font. 14. Noluerunt ii, qui judicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quiſque odiſſet, ut eum teſtimonio poſſet tollere.
Fuſtim tollere aliquem. Virg. 9. Æn. 546.

Tollere, Differre. Plaut. Pœn. 2. 59.
Omnes extollo ex hoc die in alium diem. V. Non. 2. 4.
Sublatum eſt, [illegible], [illegible], Gloſſ. Latinogræc.
SUBLĀTUS, a, um. Partic. [ἀρθεὶς, μετεωρισθεὶς] Plin. lib. 11. cap. 29. Gregatim, ſublatæ vento, in maria aut ſtagna decidunt.
Clamor ſublatus ad æthera. Virg. 2. Æn. 338.
Sublati, Ferocientes, ſuperbientes. Cæſ. 1 Bell. Gall. cap. 16. Quo prælio ſublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere. [Subauditur Animo.
Sublati liberi, i. e. Suſcepti. Paulus in l. Filius familias. D. de acquir. hered. Filius familias duxit uxorem: ea, filiis ſublatis, inteſtata deceſſit. Filii juſſo patris, non avi, adierunt hereditatem.
Dolis ſublatis aperire aliquid, Referre ſine dolo. Virg. 12. Æn. 26.
Errore ſublato agnorunt parentes, &c. Lucan. lib. 3. 601.
Lex ſublata. Propert. lib. 2. 7. 1.
Pavore ſublato ſecure turba. Lucan. lib. 3. 438.
Ex oculis ſublata virtus. Hor. 3. Carm. 24. 32.
Sublatus pro mortuo. Cic. 7. Verr. 142. Sic ille affectus, illine tum pro mortuo ſublatus, brevi poſtea eſt mortuus.
SUBLATURUS, a, um. Partic. [ἀρῶν] Cic. 15. Att. 12. Eam rem Servilia ſublaturam ex S. C. ſe eſſe dicebat.
SUBLATE, Adv. ut, Sublate dicere. Cic. de Clar. Orat. 201. Quoniam ergo oratorum bonorum duo genera ſunt, unum attenuate preſſeque, alterum ſublate ampleque dicentium.
Sublatius de ſe dicere. Cic. pro Domo 95. Nihil enim unquam de me dixi ſublatius.
SUBLATIO, ōnis. f. [ἄρσις, ἀφαίρεσις] Quintil. lib. 9. cap. 4. Sublatione ac poſitione ad finem uſque decurrunt. De rythmis.
Sublatio animi, Elatio, ſuperbia. Cic. 2. de Fin. 13. Sed hoc intereſt quod voluptas dicitur etiam in animo vitioſa res, ut Stoici putant, qui eam ſic definiunt, Sublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui, &c.
Judicii ſublatio. Quintil. 7. 2.
TŎLŌSA, [Τολῶσα] Tectoſagum, Narbonenſis Galliæ urbs nobiliſſima; a qua Toloſani Tectoſagi, Plin. lib. 3. cap. 4. dicti. Notum eſt adagium, Aurum habet Toloſanum. De cujus raptu quæſtionem aliquando habitam Romæ, ſcribit Cic. 3. de Nat. Deor. 74. V. Gell. lib. 3. 9. & Juſtin. lib. 32. 3.
TOLOSĀTES, Iidem qui & Toloſani. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 7. Qui non longe a Toloſatium finibus abſunt.
TOLUMNA, æ. m. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Adſecula. Ita Gloſſ. Scurræ, ut opinor, ſcurrile cognomen.
TOLUS, i. m. [[illegible], Gl. L. G.] Inſtrumentum ruſticum, triturę aptum, opinor.
TŎLŪTĀRIUS, a, um. vel TOLUTARIS, e. Adj. vel potius TOLUTARIUS, i. m. [[illegible], Gl. L. G.] Equus, quaſi Voluntarius, a pedum volubilitate dictus, qui alio nomine Aſturco ab Aſturia Hiſpaniæ oppido appellatur. Hos Gradarios vocamus, qui molli gradu & ſine ſucceſſura geſtant. Perottus.
Tolutarium ab Aſturcone diſtinguit Seneca, cujus hæc verba ſunt Epiſt. 88. Ita non omnibus obeſis mannis, & aſturconibus, & tolutariis præferres unicum illum equum a Catone defrictum.
TOLŪTIM, Adv. [[illegible]] quaſi Volutim: hoc eſt volubiliter, ait Nonius 1. 82. Varro ibid. Ut equus, qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tolutim incedere. Plaut. Aſin. 3. 3. 116.
Demam hercle jam de hordeo, tolutim ni badizas.
Tolutim carpere incaſſus. Plin. lib. 8. cap. 42. Al. Incurſus.
TOLUTĬLIS, e. Adj. Varro apud Non. 1. 60. Gradu tolutili vectus.
TOLUTĬLŎQUENTIA, æ. f. Volubilis locutio. Nævius, O peſtifera, trux, acerba tolutiloquentia. Nonius 1. 12.

T O M

TŎMĂCŬLUM, i. vel TOMACLUM, i. n. per ſyncopen, vel TOMACULA, vel TOMACINA, vel TOMACELLA, æ. f. Tomacula, Edolia ſunt, quæ fere ex jecore porcino, minutatim conciſo, & jam ſemicocto, infuſis ovis crudis, & caſeo optimo, & liquamine, pipere, aniſo, gingibere fieri conſueverunt, teguntúrque omento ſuillo. Juven. 10. Sat. 355.
Exta, & candiduli divina tomacula porci. Varro de R. R. lib. 2. cap. 4. Itaque ſuibus animam datam eſſe proinde ac ſalem, quæ ſervaret carnem. E quois ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſuerunt. Optimarum ſignum, quod etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ, tumacinæ, & taniacæ, & petaſiones. Dicitur alias Iſitium, V. ISITIUM. Martial. lib. 1. 42. Fumantia tomacla.
Tomaculum dictum ἀπὸ τοῦ τεμεῖν, quod eſt concidere.
TŎMĂRUS, i. m. [Τόμαρος] Mons eſt Ætoliæ, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 2. Idem & Tmarus appellatur, nobilis circa radices centum fontibus, ut Theopompus ſcripſit.
TŎMĒ, es. f. [τομή] Sectio. Græcum eſt. Auſon. Epiſt. 5. 88.
TŎMENTUM, i. n. [γνάφαλον, γνάφαλλον, Gl. L. G. & G. L.] Lana brevis & conciſa, quæ in veſtibus a fullone poliendo detrahitur: & quicquid farciminis in quacunque re, ſive ex fœno & palea, ſive ex pluma fuerit, quo calcitræ farciuntur. Varro 4. de L. L. 35. Poſtquam tranſierunt ad calcitras, quod in ea ſagus aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando calcitra dicta.
Tomentorum autem aliud Leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba conciſa: aliud Circenſe, ex arundinibus conciſis factum, idque ſtramentum habebatur plebejorum: dictum Circenſe, quod in Circo Romano ſternebatur, illicque pauperiores quieſcabant. Martial. lib. 14. 160.
Tomentum conciſa palus Circenſe vocatur:
Hæc pro Leuconico ſtramina pauper emit. Alia exemplaria habent Lingonico.
TŎMEX, icis. f. [τομιξ] Tomices Græco nomine appellantur ex canabi impolito & ſparto leviter tortæ reſtes, ex quo funes fiunt. Plin. lib. 17. cap. 10. Sic & ſpinam ſæpis cauſa ſerunt, tomice moris ſpinarum circumlita. Columel. lib. 12. cap. 32. Deinde faſciculos tomice palmea aut junces ligato. Vitruv. lib. 7. cap. 3. docet aſſeres tomice religandos. Græcis dicitur τομιξ, fem. generis.

Tomices appellantur etiam Pulvilli, quos in collo habent animalia, ne attritu lædantur.
TOMEUU, es. f. Species ſtatuariæ. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 29. 24.
TOMICUS, a, um. Adj. [τομικός] Secans. Celſ. 8. 1. Dentes quaterni primi tomici (i. e. inciſores) a Græcis vocantur.
TŎMOS, [Τόμος, Τόμοι, Τόμοι, Τομέας] Ponti oppidum, Naſonis exſilio notum, quod ipſum a Mileſiis deductum innuit ipſe Ovid. 1. Triſt. 9. 3. Cur autem Tomos dictum ſit Idem 3. Triſt. 9. 33.
Inde Tomus dictus locus eſt, quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Nam τομὴ Græcis inciſio dicitur. Abſyrtus autem ille fuit Medeæ crudelitate ſectus, ut idem Ovidius loco jam citato ſcribit. V. ſ. l.
TOMITA, æ. m. [Τομίτης] pl. Tomitæ, arum. Incolæ iſtius oppidi. Ovid. 1. Triſt. 2. 85.
Neſcio quo videam poſitos ut in orbe Tomitas
Exilem facio per mea vota viam.
TOMITĀNUS, a, um. Adj. [Τομιτικὸς] ut
Humus Tomitana. Ovid. 3. de Pont. 1. 6.
Ager Tomitanus Ovid. 3. de Pont. 8. 2.
TOMUS, i. m. [τόμος] Fragmentum libri, ſectio, pars. Martial. lib. 1. 67.
Scriptura quanti conſtet, & tomus vilis.
TŎMYRIS, [Τόμυρις] Regina nobilis Maſſagetarum in Scythia, quæ Cyrum debellavit & interemit. De qua plene Herodotus, & Juſtinus lib. 1. 8. Tibul. lib. 4. ad Mæcenatem, 1. 143.
Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe.
TONATIO, V. TONO.
TONDEO, tŏtondi, tonſum, [κείρω, Gl. L. G. & G. L.] ēre. Lanam ſive capillos & hujuſmodi recidere.
Barbam tondere. Cic. 5. Tuſc. 58. Sueton. in Auguſto cap. 79. In capite comendo tam incurioſus, ut raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. h. e. Modo tonderi, modo radi faceret. Martial. lib. 2. 17. de tonſore indocto,
Non tondet, inquam: quid ergo facit? radit. Virg. 3. Georg. 561.
Caput tondere ad cutem. Celſ. lib. 6. cap. 6. de pediculis palpebrarum.
Comas tondere. Tibul. lib. 3. 1. 10.
Oves tondere. Plin. lib. 8. cap. 48.
Os alicujus tondere. Catul. 59. 139. V. loc.
Reduces tondere. Valer. Flacc. 1. Argon. 378.
Tectus & Eurytion ſervato colle capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras. Quidam olim quamdiu peregre erant, comam alebant intonſam, reduces & ſoſpites domi eam tondebant: quod apud Ægyptios obtinebat. V. Diodor lib. 1.
Brachia arborum tondere. Virg. 2. Georg. 368.
Dumeta tondere dicuntur juvenci, i. e. Depaſcere. Virg. 1. Georg. 15.
Herbas fruticantes tondere. Plin. lib. 10. cap. 25.
Prata tondere, Secare. Virg. 1. Georg. 290.
Violas tondere manu. Propert. lib. 3. 13. 29.
Auro aliquem tondere, Auferre, & furari quicquid habet auri. Plaut. Bacch. 2. 3. 8.
TONDENS, entis. Partic. [κείρων] ut, Equi late tondentes campum. Virg. 3. Æn. 538.
Pecudes tondentes gramina ex uno campo. Lucret. lib. 2. 659.
Pecudes tondentes pabula. Lucret. lib. 2. 317.
TONSUS, a, um. Partic. [κουρείς, Gl. L. G.] Qui eſt coma abſciſſa: ut, Tonſus homo, cui contrarium Intonſus, capillatus. Cic. in Piſon. 18.
Cum illa ſaltatrice tonſa. Martial. lib. 11. 40.
Jam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba.
Capillus tonſus. Ovid. 8. Met. 151.
Comæ tonſæ, Compoſitæ Virg. 5. Æn. 556. Servius.
Cutis tonſa. Hor. 1. Epiſt. 18. 7.
Lanæ tonſæ. Hor. 3. Carm. 15. 13.
Tonſus, Minutus, vel compoſitus. Virg. 2. Æn. 706.
— tonſiſque ferunt mantilia villis. Servius.
Humum tonſam verrit raro pectine. Ovid. Rem. Amor. 192.
Myrti tonſæ Quintil. lib. 8. cap. 3.
Novales tonſæ. Virg. 2. Georg. 71.
Oliva tonſa, Quæ minutis frondibus compta eſt: quaſi a tonſore compoſita. Virg. 3. Georg. 21.
Valles tonſæ, Arboribus & ſilvis viduatæ. Virg. 4. Georg. 277. Non ſilvoſæ. Servius.
TONSUM, i. n. [κουρά] Gloſſ. Græcolat.
TONSA, æ. f. [κώπη, Gl. G. L.] & pl. Tonſæ, [κῶπαι, L. G.] Remi, a decutiendis fluctibus. Virg. 7. Æn. 28.
— & in lento luctantur marmore tonſæ. Servius. Lucret. lib. 2. 554.
Antennas, proram, malos, tonſaſque natantes. Stat. 5. Theb. 340.
Aſt ubi ſuſpenſis ſiluerent æquora tonſis.
Tonſa nonnullis dicitur Ovis.
TONSIO, ōnis. f. [κουρά] ut, Ovium tonſio. Vulg. Interp. Deut. 18. 4.
TONSUS, ûs. m. Accius apud Non. 2. 850. Mulier funeſta veſte, tonſu lugubri. Plaut. Amph. 1. 1. 288.
Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſum, vel labra.
TONSOR, ōris. m. [κουρεύς, Gl. L. G. & G. L.] Qui tondet. Varro 2. de R. R. cap. 11. Omnino tonſores in Italiam primum veniſſe ex Sicilia dicuntur, poſt Romam conditam anno tertio. Plaut. Aſin. 2. 3. 14. Ad tonſorem ire dixit. Hor. 1. Serm. 7. 3.
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe. V. LIPPUS.
Dionyſius, ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Cic. 5. Tuſc. 58.
Inæqualis tonſor, Qui inæqualiter tondet. Hor. 1. Epiſt. 1. 94.
Si curatus inæquali tonſore capillos
Occurro, rides. Senſus eſt, Rides, ſi occurro tibi curatus, aut (ut alii legunt) curtatus capillos, i. e. Curatos aut curtatos habens capillos a tonſore inæquali.
Dare operam tonſori. V. OPERA.
TONSŌRIUS, a, um. Adj. [κουρικὸς] Quod ad tondendum pertinet. ut, Tonſorius culter. Cic. 2. Off. 25. Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum. Apud Martial. lib. 14. 36. titulus eſt, de Tonſoriis ferramentis.
TONSORIUM, i. n. [κουρεῖον, Gl. G. L.] Idem, quod Tonſtrinum.
TONSŪRA, æ. f. [κουρὰ] Tondendi opus. Columel. lib. 7. cap. 4. de Ovibus.

Ovibus. Tonſuræ certum tempus anni per omnes regiones ſervari non poteſt. Varro 2. de R. R. cap. 11. De lacte in eo & tonſura lanæ.
Tonſura, in vitibus & arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27. Vitis tantum tonſuram annuam quærit, alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

TONSTRIX, icis. f. [[illegible]] Plaut. Truc. 2. 4. 51. Tonſtricem Syram noviſti noſtram. conf. 4. 4. 3.

TONSTRICULA, æ. f. dimin. [[illegible]] Cic. 5. Tuſc. 58. In ſordido ancillarique artificio regiæ virgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam & capillum patris.

TONSILIS, e. Adj. [[illegible]] Quod tonſum eſt, ac in orbem & comam putatum, ut ait Valla lib. 1. Plin. lib. 12. cap. 2. Primus Cn. Matius nemora tonſilia invenit.
Buxetum tonſile. Martial. lib. 3. 58.
Facilitas tonſilis. Plin. lib. 16. cap. 10.
In opera topiario tonſilis. Plin. lib. 16. cap. 11.

TONSTRINA, æ. f. [[illegible]. Gl. G. L.] Locus in quo tonderi ſolet. Plaut. Amphit. 4. 1. 5.
In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras. Ter. Phorm. 1. 2. 39.
In quo hæc diſcebat ludo, ex advorſum ei loco
Tonſtrina erat quædam.

TONSTRINUM, i. n. Idem. Gloſſ. Græcolat.

TONSITO, āre. frequent. Plaut. Bacch. 5. 2. 9.
Reriſ' ter in anno tu has tonſitari? ſcil. Oves.

TONSILLA, æ. f. Palus dolatus in acumen, & cuſpide præferratus, qui navis religandæ cauſſa in litore figitur. Actius, Tacete, & tonſillas in litore edite. Feſtus. V. Scalig. & Dacer. not.

TONSILLÆ, arum. pl. f. [[illegible], G. L. G. & G. L.] dimin. a Toles tumore faucium, ut vult Feſtus. Fiunt autem circa uvam ex utraque parte infra fauces, vocanturque Glandulæ, ob quandam glandis ſimilitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit ſtomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt: is ex utraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Amygdalinæ a forma Galeno dicuntur, ſuntque glandulæ in radice linguæ, quæ ſalivam conficiunt. Amygdalas alii vocant.

TONSURI, Galliæ Belgicæ populi, Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Vulgo *Brabant*.

TONITRU, V. TONO.

TŎNO, ŭi, ĭtum, & aliquando, ui, itum, [[illegible], Gl. G. L.] āre. notæ ſignificationis. Cic. 2. de Divin. 82.
Quum tonuit lævum bene tempeſtate ſerena.
Si fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de cælo. Cic. 2. de Divin 142.
Cælum tonat. Plin lib. 15. cap 33. Tiberium principem, tonante cælo, ne coronari ſolitum ferunt contra fulminum metus.
Cælum tonat omne fragore. Virg. 9. Æn. 541.
Juppiter tonans. Cic. 2. de Nat. Deor 65. Hunc etiam augures noſtri, quum dicunt Jove fulgente, tonante: dicunt enim Cælo fulgente, tonante.
Ætna tonat ruinis horrificis, Fragorem dedit. Virg. 3. Æn. 575.
Aſtra tonuere feris clamoribus. Sil. lib. 10. 95.
Mare tonuit ex alto. Senec. Hippol. 10.
Murmure ac verberibus tonare, Reſonare. Martial. lib. 9. 70.
Tympana tenta tonant palmis Lucret lib. 2. 618.
Laudes alicujus tonare, Magnopere efferre. Plin. in præfat.
Ore tonare deos, Invocare voce tremenda. Virg. 4. Æn. 510.
Spiritus ore Pindarico tonat. Propert lib. 4. 1. 139.
Verba tonare inſano foro. Propert. lib. 4. 1. 134.
Tono, ĕre. in Tertia conjugatione dixere veteres, onde Præteritum Toni, & ſupinum Tonitus inducuntur. V. Priſcian.
Tympana non inani ſonitu tonimus. Nonius 1. 245.

TONANS, antis. Partic. [[illegible]] Sic Juppiter abſolute dicitur; ut, Magni tecta tonantis, Cælum. Ovid. 1. Met. 170.
Germana tonantis, Juno. Ovid. 9. Epiſt 7.
Tonantes Plato & Demoſthenes, Grandiloqui. Columel. in præf lib 5. non ita procul a fine, Neque ille ipſe Cicero terribus ceſſerat tonantibus Demoſtheni Platonique.

TONĀTIO, ōnis. f. apud Senec. 2. Nat. Quæſt. cap. 12. Fulguratio oſtendit ignem, Fulminatio emittit, illa (ut ita dicam) comminatio eſt, & tonatio ſine ictu, iſta jaculatio cum ictu. Quidam legunt Comminatio.

TONESCIT, [[illegible]] pro Tonat. Varro apud Non. 2. 858. Tonitribus templum toneſcit. A Tono, ĕre. V. ſupra.

TONITRUS, ūs. m. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] vel TONITRU, n. indecl. in ſing. Et in plur. Tonitrus, & Tonitrua. Ovid. 2. Met. 308.
Unde movet tonitrus vibrataque fulmina jactat. Plin. lib. 8 cap. 47. Tonitrus ſolitariis ovibus abortus inferunt. Cic 2. de Divin. 42. Nonne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quod tonitrus, jactuſque fulminum extimuiſſent, crediiſſe ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem? Juven. 5. Sat. 117.
— & facient optata tonitrua cœnas
Majores.
Ingens tonitru. Ovid 3. Faſt 347.
Rauca tonitrua. Claud. 8. Paneg. 550.
Agere tonitrus. Stat 1. Theb. 258.
Ciebo cælum tonitru. Virg 4. Æn. 122. Verba Junonis.
Concutiens cuncta tonitru ſonoro. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 27.
Concuſſa tonitru tremunt omnia. Lucret. lib. 6. 130.
Contremit cælum tonitru, flamma inter nubes coruſcat. Cic. 3. de Orat. 135.
Movere tonitrus. Ovid. 2. Met. 308.
Motura humanas tonitrua mentes. Ovid. 1. Met. 55.
Quatiuntur tonitru cærula cæli. Lucret. lib. 6. 93.
Tremiſcunt ardua terrarum tonitru. Virg. 5. Æn 694.
Armorum tonitru concuſſa eſt Daunia tellus. Sil. lib. 13. 20.
Tonitrua unde fiunt. Plin lib 2 cap 43. Igitur non eam inficias, poſſe in has & ignes ſuperne ſtellarum decidere, quales ſereno ſæpe cernimus: quorum ictu concuti aëra verum eſt. quando & tela vibrata ſtridunt. Quum vero in nubem pervenerint, vaporem diſſonum gigni, ut candente ferro in aquam demerſo, & fumidum verticem volvi. Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi; ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra.
Quæ porro illa tonitrua? quæ tempeſtas? Cic 5 Philip 8.
Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum. Cic. 8 Fam. 2.

TONITRUUM, i. n. Idem. Legitur apud antiquos, onde procul dubio fit pl. Tonitrua. Sen Nat. Quæſt 2 56 Antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonum. Tonitruum autem definit Poſidonius Sicci aeris ſonitum, qui fieri niſi dum aut terit, aut rumpitur, non poteſt. Trebell Pollio in Gallien. cap. 5. Auditum præterea tonitruum, terra mugiente, non Jove tonante.

TONITRĀLIS, e Adj Tonitru edens. ut
Tonitralia templa, In quibus fit tonitru: vel in quibus habitat is qui tonat, Deus. Lucret. lib. 1. 1105.
Neve ruant cæli tonitralia templa ſuperne.

TONITRUĀLIS, e. aliud Adj Apul. de Mundo p. 75 Elm. Juppiter tonitrualis.

TONITRĀBILIS, e. Adj. [[illegible]] Gloſſ. Gr. Lat. quaſi a Tinnto frequentativo.

TONITRUO, āre. Commodian. Inſtruct. 6. 7. Inſipiens Jovem tonitruare tu credis.

TONSA, TONSIO, TONSILLA, TONSOR, TONSTRINA, TONSTRIX, TONSUS. V. TONDEO.

TŎNOS, i. m. [[illegible]] Sonus Latine dicitur, unde Accentum quoque tonum vocavere. quos veteres noſtri imitati, tenorem, quaſi tonorem accentum dixerunt. Vitruv. 10. 15. Quo mollior eſt tonus.
Tonus, Spatium id, quanto abeſt a terra circulus cæli citimus, hoc eſt lunaris, centum ſcilicet viginti ſex millia ſtadiorum, ut inquit Martianus Capella, quoniam ut in ſonis intervallum cum legitima quantitate minimum ex duobus ſonis inter ſe diverſis, ita in cælo minimum a terra ſpatium ad lunam, tonum appellare placuit. Plin. lib 35. cap. 5. Deinde adjectus eſt ſplendor, alius hic quam lumen: quem quia inter hoc & umbram eſſet, appellaverunt tonon: commiſſuras vero colorum & tranſitus, armogen.
Tonus, pro Tonitru. Sen. Nat. Quæſt. 2. 56. V. TONITRUUM.

TONOR, ōris. m. Accentus. Quintil. 1. 5. Tenores ab antiquis dictos tonores comperi.

TONORIUM, i. n. Fiſtula muſica. Quintil. 1. 10.

TONOTICUS, a, um. Adj. Vim habens intenſivam. Theod. Priſcian. de Diæta cap. 9. Maſtix foris tonotica. Vulgo Tonicus.

T O P

TOPARCHA, V. TOPOS.

TŎPĀZIUS, i. f. [[illegible]] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 8. Egregia etiamnum topazio gloria eſt, ſuo virenti genere, & quum reperta eſt, prælatæ omnibus. Id accidit in Arabiæ inſula, quæ Citis vocatur, in qua Troglodytæ prædones, quum diutius fame & tempeſtate preſſi, herbas radiceſque effoderent, eruerunt topazion. Hæc Archelai ſententia eſt. Juba, Topazion inſulam in Rubro mari, a continente ſtadiis CCC abeſſe tradit: nebuloſam, & ideo quæſitam ſæpe a navigantibus ea ex cauſa nomen accepiſſe. Topazin enim Troglodytarum lingua ſignificationem habere quærendi.
A topazio in aurum declinat. V. BACLINO.

TOPAZIĂCOS, a, um Adj Fortun lib 8. cap. 4.
Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis.

TOPAZOS, [[illegible]] ſive Topazios. Plin. lib 6. cap 29. Inſula in mari Rubro, in qua reperitur lapis topazius mire pellucidus. V. TOPAZIOS.

TOPHACEOS, TOPHICIUS, TOPHINUS, TOPHOSUS, TOPHUS, V. TOPHUS.

TOPIARIA, TOPIARIUM, TOPIARIOS, V. TOPIUM.

TŎPION, i. n. [[illegible]] Topia, inquit Heſychius, Funiculi ſunt, quibus frutices, & arbuſculæ tonſiles in animalium ſpecies, aut rerum hiſtorias luculenta varietate aſſimilatæ, religatæ molles locis hinc inde diſtinentur, & torquentur, flectuntorque, ad effingenda quæ ludontur rerum & animantium argumenta. Vitruv. lib. 7. cap. 5. Habentem deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Trojanas pugnas, ſeu Ulyſſis errationes per topia, ceteraque, quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata. Hinc Topiarium opus deductum reor, Turneb. auctore, ex quo hæc excerpta ſunt.

TŎPIĀRIUM, i. n. dicitur Opus ex arbore, aut frutice, aut herba factum ad decorem, ut ſunt teſtudines, cameræ, naves, aviculæ, & hujuſmodi, quæ ex buxo vel hedera, quarum natura ſequax eſt & flexibilis, fieri conſueverunt. Dictum topiarium [illegible], hoc eſt a locis, quæ in his varia conſtituuntur. Plin. lib 13. cap. 30. Accedit in topiario opere taxa, &c. conf. Vitruv. 5. 8.

TOPIARIUS, i. m. [[illegible]] Qui topiaria facit: ſicut Coronarius qui coronas. Plin. 15. 29. Sativarum genera topiarii faciunt. Plin. 3 Epiſt. 19. Sumptus Atrienſium, topiariorum, fabrorum Vet. inſcr. apud Gruter. p. 602. n. 8. LVCRIO AVG. TOPIARIO. ET HORTIS. conf. Alex. ab Alex. 3. 25.
Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, &c. Cic. 3. Q. frat. 1. De homine enim eſt interpretandum, qui locum opere topiario ornarat. Turnebus.

TOPIARIA, æ. f. [[illegible]] Ars ipſa, onde Topiariam facere, pro Artem exercere operis topiarii. Cic. 3. Q. frat. 1. Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, qua baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis, ut denique illi palliati topiariam facere videantur & hederam vendere.

TOPARCHA, æ. m. [[illegible]] Qui unius loci vel regionis curam habet. Spartian in Adr. cap. 13. Toparchas & reges ad amicitiam invitavit.

TOPARCHIA, æ. f. [[illegible]] Territorii, ſive regionis præfectura. Plin. 5. 14. [Gloſſ. Græcolat. [illegible], Pagus. Pro ipſo territorio. V. PAGUS.

TŎPOS, Græce, [[illegible]] Latine dicitur Locus. Manil. 3. v. penult.
Octo topos, per quos ſtellæ diverſa volantes.

TOPĬCOS, a, um. Adj. [[illegible]] Localis. Unde Ariſtoteles & Cicero Topica, libros appellarunt, id eſt locorum ſedes, in quibus demonſtrantur ea, e quibus argomenta ſumi debent.

TOPĬCE, es. f. [[illegible]] Ars ipſa inveniendorum argumentorum. Cic in Topic. 6. Inveniendi vero artem, quæ Topice dicitur, quæ ad uſum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt.

TOPĬCA, orum. n. pl. [[illegible]] Cic. 7. Fam. 20. Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere. conf. Cic. Topic. cap. 1.

TOPOGRA-

Tŏpŏgrăphia, æ. f. [τοπογραφία] Locorum deſcriptio Latine dicitur. Cic. 15. Att 16. Itaque me referunt pedes in Tuſculanum, & tamen hæc topographia ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem. Ubi ex vetuſto ſcripto codice legitur [illegible].

Topper, [αὐτίκα] Obſoleta dictio, qua antiquiſſimi utebantur pro Celeriter, ſeu confeſtim, ſtatim. Nævius apud Feſtum, Capeſſe flammam Vulcani topper. Quintil. 1. 6. inter antiqua refert.

T O R

Toral, Torale, V. torus.

Tŏrānius, [Τοράνιος] Mango quidam: qui, ut auctor eſt Plin. lib. 7. cap. 12. M. Antonio jam Triumviro, eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat, &c.

Toranus, i. m. [illegible], [illegible]. Gloſſ. Latinogræc. [Monſtra ſunt. Apud Suid. [illegible], [illegible].

Torcŭlar, V. ſeq. dict.

Torculāre, & per apocopen Torcular, āris. n. [ληνός. Gl. L. G. & G. L.] Machina premendis uvis apta. Plin. lib. 15. cap. 1. An maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis. Columel. lib. 12. cap. 50. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiſcinis novis includi, prelisque ſubjici, ut quantum poſſit, paulisper exprimatur. Non deſunt qui putent Torcular habere penultimam correptam, dicentes a Torculum fieri Torcular; ut a Speculum, Specular.

Torcularium, i. n. [ληνός, Gl. G. L.] Locus eſt, in quo ſunt torcula vaſa, caprela, &c. Cato de R. R. cap. 18. In torcularium quæ opus ſunt vaſa omnis? ſic enim per Interrogationem legi debet. Nam enim reſpondet, Prela temperata quinque, ſupervacanea tria. Turnebus.

Torcularius, a, um. Adj. [illegible] Quod ad torcularium pertinet. ut Torcularia vaſa. Cato R. R. cap. 11.

Torcularii lacus. Columel. lib. 12. cap. 18.

Torcularia cella. Columel. lib. 1. cap. 6.

Torcularius, i. m. [ληνάριος] Qui torculari premit uvas. Columel. lib. 12. cap. 50. Quia interdum multitudo baccæ torculariorum vincit laborem.

Torcŭlum, i. n. [ληνός] Idem quod Torcular. Cato R. R. cap. 3. Ad villam quum venias, videto vaſa, torcula, & dolia, multa ne ſient. Plin. lib. 18. cap. 31.

Torculum, quod uſu torculas dicitur, dictum quod intortum laricem vitis vel oleæ exprimat. Varr. [illegible], Vineis ubi ampla cella torculum reponent. Ex Nonio, 1. 233.

Torcŭla, æ. f. [illegible] Idem. Gloſſ. Latinogræc.

Torcŭlus, a, um. Adj. [ληνικός] Quod ad torculum pertinet. ut, Torculus funis. Cato R. R. cap. 135. Varr. 3. de R. R. cap. 2.

Torcŭlo, āre. Fortun. in Epiſt.

Torculātor, ōris. m. [ληνοβάτης] Calcator. Gloſſ. Gr. Lat.

Tordila, is. n. Plinio; vel Tortyla, Ruellio, & Tordilion, Semen ſeſelis. Plin. lib. 24. cap. 19. Dioſc. 3. 56.

Tŏreuma, ătis: & Toreumatum, i. n. [τόρευμα, Gl. G. L.] Opus politum, cælatum, a τορεύω ſculpo & cælo. Toreumata dicuntur ſculpta aut cælata ex quacunque materia, quæ in deliciis habentur. Cic. 4. Verr. 118. Toreumata ſane nota ac pretioſa auferuntur. Ibid. 6. 38. De hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu, ſummo artificio facta. Salluſt. Catil. cap. 20. ad fin. Cum tabulas, ſigna, toreumata emunt. Martial lib. 3. 35.

Artis Phidiacæ toreuma clarum. Idem lib. 14. 94.

Nos ſumus audacis plebeja toreumata vitri.

Toreutes, æ. m. [τορευτής] Græcis dicitur Cælator, teſte Gloſſ. utroque. V. cælo.

Toreutice, es. f. [τορευτική] Ars ipſa, quæ & Anaglyptice, & Sculptura ſive Cælatura dicitur. Plin. lib. 34. cap. 8. De Phidia ſculptore, Primusque artem toreuticen aperuiſſe atque demonſtraſſe merito judicatur. conf. Cæl. Rhod. Antiq. Lect 29. 4.

Tormen, ĭnis. n. [illegible] Gloſſ. Latinogræc.

Tormentarius, Tormentum, Tormentosus, V. in torqueo.

Tormina, um. n. plur. [δυσεντερία, Gl. L. G.] Genus morbi, a Torquendo, quum dolore torquentur inteſtina, vel propter exulcerationem, quæ Græce dyſenteria dicitur, vel etiam alia ratione, ut ſcribit Celſ. lib. 4. cap. 18. Plin. lib. 20 cap. 14. Mentaſtrum torminibus cholericis efficaciſſimum. Columel. lib. 12. cap. 7. Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa ventris proluvies.

Affici torminibus. Idem 29. 11.

Præbere ſe forticulum in torminibus. Cic. 2. Tuſc. 46.

Tormines, m. plur. apud Non. 1. 135.

Tormĭnōsus, a, um. Adj. [δυσεντερικός, Gl. G. L.] Qui tormina patitur, quem & Dyſentericum appellant Græco vocabulo. Cic 4. Tuſc 27. Itaque dicimus gravedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Tormĭnālis, e. Adj. [illegible] Quod tormina ſanat. Plin. lib. 15. cap. 21. Quartum genus torminale appellant. De ſorbis.

Terminalia ſorba. Celſ. lib. 2. cap 30. Item mel coctum, pira immatura, ſorba, magiſque ea quæ torminalia vocantur, &c.

Tornatilis, Torno. V. tornus.

Tornus, i. m. [τόρνος, a τορῶ] Inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua hujuſmodi tornantur & poliuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. Normam autem & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit. Idem lib. 16. cap. 40. Calices ex terebintho ſolitus facere torno. Virg. 3. Ecl. 38.

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis. Lucan. ad Piſon. 84.

— hinc adornata figuris

Advolat, excuſſo velox ſententia torno.

Anguſto torno verſus includere. Propert. lib. 2. 34. 42. h. e. Scribere verſus elegos, qui minores ſunt verſibus heroicis. Simili translatione uſus eſt Statius lib. 4. Silv. 7. 4. Muſam ſic alloquens,

— ingens opus in minores

Contrahe gyros. h. e. Heroicum carmen in verſus lyricos.

Torno, [τορνεύω, Gl. G. L.] āre. Torno polire, aut in aliquam formam figurare. Plin. lib. 36. cap. 22. Lapis eſt qui cavatur, tornaturque in vaſa coquendis cibis utilis. Cic. de Univerſ. 15. Idque ita tornavit, ut nihil effici poſſit rotundius.

Tornātus, a, um. [τετορνευμένος, Gl. L. G.] Cælatus, Rotundus, quaſi torno factus. Lucret. lib. 4. 362.

Fit, quaſi tornata ut ſaxorum ſtructa tuantur.

Verſus male tornati. Metaphoricos pro Male elaborati. Hor. de Arte Poet. 441.

Et male tornatos incudi reddere verſus. Bentleius legit, Male ter natos. Cuning. Formatos.

Tornare, Circumagere. Plin. lib 36. cap. 13. Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur.

Tornātilis, e. Adj. [τορνευτός] Quod torno factum eſt. Vulg. Interp. Cantic. 5. 14.

Tornātor, ōris. m. [τορνευτής] Cælator. Firmic. lib. 4. cap. 7. ad finem, Facit quoque tornatores, aut ſimulacrorum ſculptores.

Tornatūra, æ. f. Vulg. Interp. 1. Reg. 6. 18.

Tŏrōne, es. f. [Τορώνη] Plin. lib. 4. cap. 10. Macedoniæ oppidum. Steph. Thraciæ aſcribit.

Torosus, V. torus.

Torpedo, V. torpeo.

Torpeo, ui, [ναρκῶ. Gl. G. L.] ēre. Animo, vel corpore ita debilitatum eſſe, ut quis ſtupore quodam langueat. Virg. 3. Georg. 370.

— confertoque agmine cervi

Torpent mole nova, & ſummis vix cornibus extant. Plaut. Amph. 2. 1. 179.

Animoque & corpore torpet, Hebet, Stupore hæret ac deficit. Hor. 2. Epiſt. 6. 14.

Ceſſatione torpere. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere, ut ſi ſe commoverit, veremur ne beatus eſſe non poſſit?

Metu torpere, Præ timore ita obſtupefieri, ut vix loco moveri queas. Liv. 21. 58. & 28. 29.

Veterno gravi torpere. Virg. 1. Georg. 124. h. e. Pigreſcere.

Acies luminum torpet. V. acies.

Conſilia torpent. Liv. 6. 23. Frigere & torpere conſilia ſenis, ſed Camillo tum vitæ ſatis, tum gloriæ eſſe.

Genæ torpuerant dolore. Non potueram præ dolore lacrimare. Genas accipit pro Oculis. Ovid. 10. Epiſt 44.

Lingua torpuerat retenta metu. h. e. Velut fixa ſubſtiterat, nec loqui poterat. Ovid. 11. Epiſt. 82.

Pectora torpuerant longa mora. Ovid. 1. Triſt. 3. 8.

Vires torpent. Virg. 9. Æn. 499.

— torpent infractæ ad prælia vires.

Vox & ſpiritus torpet Liv. 1. 25.

Torpens, entis. Partic. [ναρκῶν] Cic. 2. de Divin. 64.

Quidnam torpentes ſubito obſtupuiſtis Achivi? Ex poeta.

Ignavia torpens. Stat. 10. Theb. 90.

Amnis torpens. Stat. 4. Theb. 178.

Hiems frigore torpens. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 269.

Lacus torpentes, Stagnantes. Stat. 9. Theb. 452.

Membra torpentia ægre trahens. Sil. lib. 4. 69.

Nervi torpentes rigore, Liv. 21. 56.

Torpesco, [ναρκῶ, Gl. G. L.] ĕre. Torpidum fieri, vel Eſſe. Salluſt in Jugurth. cap. 2. Ceterum ingenium, quo neque melius neque amplius in natura mortalium eſt, incultu atque ſocordia torpeſcere ſinunt. Plin. lib. 9. cap. 35. Flaveſcunt tamen & illæ ſenecta, rugiſque torpeſcunt De margaritis.

Membra torpeſcunt gelu. Sen. Med. 924.

Torpefăcio, fēci, ĕre. fac. c. Non. 2. 870. V. torporo.

Torpor, ōris. m [νάρκη, Gl L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Animi & corporis debilitatio, pigritia, ſtupor. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur, atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines.

Frigidus mentis torpor. Firmic. lib. 6. cap. 10.

Iners torpor. Stat. 5. Silv. 3. 260.

Vehemens torpor. Celſ lib 2 cap 8.

Pigro mentis torpore oppreſſus. Firmic. lib. 6. cap. 11.

Gravi torpore devictum premit mors. Sen Herc fur. 1078. [An Devinctum?

Membra novus ſolvit formidine torpor. Virg. 12. Æn 867.

Torpōro, [ναρκόω] āre Torporem inducere. Turpilius Hetæra, Erus ſtupidus aſtat; ita ejus aſpectus repens cor torporavit homini amore. i.e. Torpefecit Non. 2 870.

Torporatus, a, um Partic. Lactant. 2. 8. 62. Humida vel nimiis rigoribus torporata concreſcunt.

Torpĭdus, a, um. Adj. [ναρκώδης] Torpens, piger: ut, Torpidus ſomno Liv. 25 38. & 22. 53. Quod malum præterquam atrox, ſuper tot clades, etiam novum, cum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet, &c h. e. Stupefactos & attonitos.

Torpēdo, ĭnis. f. [νάρκη, νάρκωσις] Idem quod Torpor. Salluſt. lib. 1. Hiſt. Fragm. 27. Hæc ſi placent, ſi tanta torpedo animos obrepſit. Alii Oppreſſit legunt.

Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio. Cato apud Gell. 11. 2.

Mœrentium cogitationum torpedinem pellere. Varro apud Non. 6. 16.

Torpedo, [νάρκη, Gl. L. G. & G. L.] item Genus piſcis, qui limo merſus, occultat ſe, & piſces ſupra natantes, torpentes facit: poſtquam vero obtorpuere, devorat. Plin. lib. 32. cap. 1. Ex eodem mari torpedo, etiam procul & e longinquo, vel ſi haſta virgave attingatur, quamvis prævalidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes facere proditur. Idem lib. 9. cap. 42. Novit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens, merſaque in limo ſe occultat. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Tutantur ſe, torpore torpedines. Claud. de Torped. 1. Mira torpedo.

Torpidĭtas, ātis. f. Cathol.

Torquātus, V. torques.

Torqueo, torſi, torſum & tortum, [στρέφω, Gl L. G. & G. L.] ēre. Inflectere. Plin. lib. 38. cap 25. Neceſſarium binas per diverſum coaſſationes ſubſterni, capita earum præfigi clavis, ne torqueantur. *Afin qu'elles ne ſe jettent.* Virg. 2. Georg. 448.

— &

— & bona bello
Cornua: lyæusa tual torquentur in arcus. i. e. Torquendo inflectuntur.
Acies oculorum ardentes torquere. V. ACIES.
Aquam torſit remis, Adverſo flumine navigavit. Ovid. 5. Faſt. 644.
Capillos torquere ferro, Calamiſtro inurere. Ovid. 1. de Arte Am. 505.
Cervices oculoſque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Cic. 2. de Legib. 39.
Collum torquere. Liv. 4. 53. V. COLLUM.
Comam igne torquere. Ovid. 3. de Arte Am. 304. Calamiſtro criſpare.
Fuſos torquent mulieres. Plin. lib. 28 cap. 2.
Iter torquere, i. e. A via declinare. Stat. 10. Theb. 669.
Lumina flammantis torquens anguis. Virg. 3. Georg. 433.
Oculum torquere, Id ſurſum aut deorſum verſus flectere, ut altera veluti cujuſdam locis reverberatio videatur. Cic. 4. Acad. 80. Itaque Timagoras Epicureus negat ſibi unquam, quum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas.
Orbes ſquamoſos torquet volubilibus nexibus. Ovid. 3. Met. 40. de ſerpente Cadmi.
In orbem torquere. Cic. de Univerſ 21. Deinde in orbem torſit, ut & ipſa ſecum, & inter ſe ex commiſſure, quæ ex regione eſſet, jungerentur.
Os torquere. Cic. 1. Off. 131. Quæ quum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna ſignificatio fit non adeſſe conſtantiam.
Proras ad litora torquent. Virg. 3. Æn. 532.
Spumas torquent adnixi nautæ. Virg. 3. Æn. 208.
Stamina torquere pollice, Nere. Ovid. 12. Met. 475.
Terra quum circum axem ſe ſumma celeritate convertat & torqueat. Cic. 4. Acad. 123.
Veſtigia torſit ad ſonitum vocis. Virg. 3. Æn. 669.
Aurem torquere ab obſcænis ſermonibus. Hor. 2. Epiſt. 2. 127.
Oculos torquere ad rem aliquam. Virg. 4. Æn. 220.
Torquere jus, per tranſlationem, pro Avertere, aut Pervertere. Cic. pro Cæcin. 77. Juris retinere ſententiam, & æquitatem plurimum valere oportere, verbo ac littera jus omne torqueri: vos ſtatuite, Recuperatores, utrum utilius eſſe videatur. [V. Legum contortor, in CONTORQUEO.
Verſare ſuam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illac torquere & flectere. Cic. pro Cæl. 13.
Torquere, Torquendo jacere. Virg. 5. Æn. 497.
In medios telum torſiſti primus Achivos. Lucan. lib. 2. 556.
— valet in torquendo dextera pilo.
Fulmina torquere. Virg 4. Æn. 208.
Haſtas amentatas torquere. Cic. 1. de Orat. 242.
Jaculum torquere lacerto. Ovid. 2. de Pont. 9. 57.
Tela manu torſit. Ovid. 12. Met. 99.
Tela torquentur lacertis. Lucan. lib. 3. 567.
Terras torquere, Gubernare. Virg. 4. Æn. 269.
Torquere, Suſtinere. Virg. 6. Æn. 797. — ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum. Idem lib. 7. 266.
Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis. Servius.
Torquere, Trahere, ut vult Sen. Virg. 6. Æn. 552.
— torquetque ſonantia ſaxa. [i. e. Volvit, circumagit. conf. 1. 127.
Torquere in diverſas partes, Flectere. Plin. lib. 12. cap. 37.
Oratio ita flexibilis, ut ſequatur quocunque torqueas. Cic. in Orat. 52.
Torquere, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Cruciare, Coercere, Tormentum inferre, augere, moleſtiam afferre. Donatus, Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Plin. Epiſt. 198. Remitte aliquid adoleſcentiæ ipſius, remitte lacrimis, remitte indulgentiæ, ne torſeris illum, ne torſeris etiam te.
Eculeo torqueri. Cic. 3. de Finib. 4.
Qui in dolore eſt, torquetur. Cic. 2. de Finib. 14.
Torqueri dies & noctes. Cic. 7. Att. 9.
Amore torquere aliquem. Ovid. 2. de Arte Am. 335.
Doloribus animi torqueri. Cic. 1. de Finib. 43.
Exſpectatione torqueri. Cic 8. Att. 22. Brundulii autem omne certamen vertitur hujus primi temporis: qua quidem exſpectatione torqueor, ſed omnia ante nos ſciemus.
Invidia vel amore torqueri. Hor. 1. Epiſt. 2. 37.
Libidines tuæ te torquent. Cic. in Parad. 2.
Memoria malorum torqueri. Cic. 2. de Fin. 57.
Mero torquere aliquem, Explorare. Hor. de Arte Poet. 435.
Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,
An ſit amicitia dignus. h. e. Reges, quos volunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant, tentantes ut per porum quæ habent, ſecreta prodant. [Calillis legendum, ut alibi docui. conf. paulo poſt TORTUS, Partic.
Metu torqueri. Ovid. 1. Amor. 4. 46.
Mirifice torqueor. Cic. 15. Att. 23.
Supplicationes tuæ acriter nos torſerunt. Cic. 8. Fam. 11.
Timor torquet impendentis doloris. Cic 2. de Fin. 95. Quum & præteriti doloris memoria recens eſt, & futuri atque impendentis torquet timor?
TORTUS, a, um. Partic. [[illegible], Gl. L. G.] ut
Anfractus torti. Claud. 6. Conſ Hon. 519.
Anguis tortus. Ovid. 2. Met. 188.
Baculus tortus. Ovid 2. Met. 789.
Capillus tortus. Ovid 2 de Arte Am. 304.
Comæ tortæ. Martial. lib 4. 42.
Coronæ tortæ Propert. lib 3. 20 18. al. Tota.
Crines torti in nodum. Martial lib. 2. 3.
Facies torta. Ovid. in Ibin, 180.
Funes torti. Virg 4. Æn 575. Hor. 2. Epiſt 10. 48.
Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem.
Linum tortum, Funis. Ovid 3. Faſt. 587.
Redia torta. Ovid 11. Met. 70.
Serpentes torti. Catul. Argon. 62. 258.
Stamina torta. Tibul. lib. 1. 6. 78.

Supercilia torta. Plaut. Rud 2. 2. 12.
Verber tortum V. VERBER.
Vertigo torta. Propert. lib. 1. 7. 63.
Conditiones tortæ, Translate. Plaut. Men. 4. 2. 23.
Verberibus tortus, Afflictus. Cic. in Topic 74. Nam & verberibus torti, & igni fatigati, quæ dicunt, ea veritas videtur ipſa dicere.
Vino tortus. Hor. 1. Epiſt. 18. 38.
Arcanum neque tu ſcrutaberis illius unquam,
Commiſſumque teges, & vino tortus & ira Vinum & ira tormenta ſunt, quibus multi inviti ſecreta fuderunt. Porphyr.
Exſpectatione tortus. Quintil. lib. 6. cap 2.
TORTUS, ûs m. [[illegible], Gl. G. L.] Cic. 2. Tuſc. 22.
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconam, auriferam obtutu aſſervantem arborem. Ex poeta. Virg. 5. Æn. 276.
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.
TORTUM, i. n. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Machina ad torquendum ſaxa. Pacuvius Duloreſte, Nam te in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum, & fatigans artus torto diſtraham. Non. 2. 847. V. ed. Merc.
TORTE, Adv. Oblique, tranſverſe [[illegible]] Lucret. lib. 4. 306.
— quamvis torte, penituſque remota
Omnia, &c.
TORTURA, æ. f. pro Tormento. Improbat hanc vocem Voſſius de Vit. L. L. 3. 53.
TORSIO, ônis, f. [[illegible], Gl. G. L.] Plin. lib. 20. cap. 17. Privatim ajunt uſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua, & cruditates.
TORTIO, ônis. f. [[illegible], Gl. L. G.] Quam vulgo *Torturam* appellant. Firmicus lib. 8. cap. 15. Publicis tormentis lacerati, aut ignibus exuſti, ſeu tortione legitima peribunt. Sen. Controv. 1. 4. Membrorum tortiones.
TORTOR, ôris. m. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Qui torquet, id eſt, cruciat. Cic pro Cluent. 177. Quum jam tortor, atque eſſent tormenta ipſa defeſſa, neque tamen ille finem facere vellet, &c. Hor. 3. Carm. 5. 50.
Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus
Tortor pararet. De Regulo. Juven. 14. Sat. 295.
Carnifex & Tortor. Cic. 12. Philipp. 7. Ponite igitur ante oculos, P. C. miſeram quidem illam & flebilem ſpeciem, & vocem impuram atque os illud infame, vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortoremque Samarium.
Si ſapiens ad tortoris equuleum ire cogatur. Cic. 4. de Fin. 31.
TORTÔRIUM, i. n. In ſeptimo ad Atticum libro Ep. 2. Teſtamentum Curii, urbani & lepidi hominis, de Tortorio, eſſe putat Turnebus, velut ſi de ſervis tortis teſtamenti tabulas feciſſet Curius, quos ſervos tam heredi relinqueret, vel cuipiam legaret: atque inde venuſtas eſt & lepos quæſitus: quis enim furciferum vellet ſibi legari, aut teſtamento relinqui? Tortorium autem ea eſt elatum forma, qua fundi ſolent, ut Taſculanum, Laterium: ex eo genere ſervitiorum nemo libertate donatur. Al. Deporto duorum, &c. V. not. Var.
TORMENTUM, i. n. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], [illegible], G. L.] Supplicium, quod datur alicui ad pernoſcendam veritatem: vel ad cruciatum inferendum, ob nequitiam. A torquendo dicitur. Cic 3. de Fin. 42. Utque in omnibus tormentis conſervetur vita beata. Idem pro Sull. 78. Quæſtiones nobis ſervorum ac tormenta accuſator minitatur. Hor. 1. Epiſt. 2. 59.
Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum.
Carnificum tormenta, morborum cruciamenta. Cic. 12. Philip. 8.
Acerrimum tormentum. Cic. pro Cluent. 176.
Lene tormentum. Hor. 3. Carm. 21. 13.
Accipere aliquem necatum in tormentis. Cic. 3. de Nat. Deor. 82.
Adhibere tormenta. Cic 3. Off. 30.
Servi auctoritate advocatorum, & vi tormentorum adducti in veritate manſerunt. Cic. pro Cluent. 176.
Aliquem cogi tormentis quippiam confiteri. Cic. pro Milon. 58.
Dare ſe in tormenta. Cic. 5. Tuſc. 80.
Ferre tormenta. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Injungere ſibi tormentum. V. INJUNGO.
Perferre vim tormentorum. Cic. in Partit. 50.
Eſſe in tormentis V. IN præpoſitionem.
Tollere tormentum. V. TOLLO.
Tormentum narium, Quod nares torquet & afficit. Plin. lib. 19. cap. 8.
Calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormentum. Cic 6. Fam 7.
Iracundiæ tormentum. Cic. 11. Philipp. 3. Mortem naturæ pœnam putat eſſe: iracundiæ, tormenta atque cruciatus.
Tormentum appellat Varro Meſſis trituram, quod ibi frumentum teratur, Calepio. [Niſi error eſt.
Tormentum, & pl. Tormenta [[illegible], Gl. L. G.] generale vocabulum eſt omnium Machinarum, ſaxa, tela, & id genus varia torquentium. Cæſ. 4. Bell. Gall. 25. Atque inde fundis, tormentis, ſagittis hoſtes propelli ac ſubmoveri juſſit. Cic. 15. Fam. 4. Aggere, vineis, turribus, oppugnavi, uſaſque tormentis multis, multis ſagittariis, &c. Stat. 9. Theb. 146.
— non illum impacta moverent
Tormenta.
Fortius tormento rotatum mittit in undas. Ovid. 9. Met. 218.
Miſſilia tormenta. V. MITTO.
Murali tormento concita ſaxa. Virg. 12. Æn. 922.
Rotare tormenta. Stat. 10. Theb. 853.
TORMENTĀRIUS, a, um. Adj. Vulgo uſurpant, ut, Pulvis tormentarius.
TORMENTUŌSUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 3. 6. Ligationes tormentuoſi organi.
TORTILIS, e. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Quod retortum & replicatum eſt. Plin. lib. 9. cap. 51. Polypi pariunt vere ova, tortili vibrata pampino. Ovid. 16. Epiſt. 252.
Tortilis a digitis excidit enſa meis.
Buccina tortilis in latum. Ovid. 1. Met. 338.
Nervi tortiles Lucan. lib. 6. 198. h. e. Funes.
Piſcis tortilis, Qui ſe facile torquet. Ovid. 13. Met. 923.
TORTILA, æ, f. [illegible], Gloſſ. Latinogræc. & TORQUILLA, [illegible], Græcolat.

TORTIVUS, a, um. Adj. ut, Vinum tortivum, Quod eſt noviſſime expreſſum. Cato de R. R. cap. 23. Columel. lib. 12. cap. 36.

TORTUŌSUS, a, um. Adj. [σκολιός] Idem quod eſt Tortum, Multis flexibus ſinuoſum. Liv. 27. 47. Et per tortuoſi amnis ſinus flexuſque, &c.
Alvus multiplex & tortuoſa. Cic. 2. de Nat. Deor. 136.
Soni ex tortuoſis locis & incluſis referuntur ampliores. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.
Ingenium multiplex & tortuoſum. Cic. de Amicit. 66.
Semita tortuoſa, Curva. Cic. pro Cluent. 180.
Tortuoſum viſum & obſcurum. Cic. 2. de Divin. 129. Et quum ſtertentem aliquem viderint, objicere his viſa quædam tortuoſa & obſcura, quæ illi exercitii ſomnio, &c.
Tortuoſum diſputandi genus, quod & Anfractuoſum dicitur. Cic. 4. Acad. 98. Sed ut omnes iſtos aculeos & totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus, oſtendamuſque qui ſimus.
Tortuoſa mina, Quæ tortuoſe diffluit. Plin. lib. 11. cap. 27.

TORTUŌSE, Adv. Tertull. adv. Valent. cap. 3. Per anfractus ſeriem ſuam evolvat, tortuoſe procedat.

TORTUOSĬTAS, ātis. f. Idem contra Marc. 4. cap. ult. Et quæ ratio tortuoſitatis illius?

TORTO, āre frequent. Vehementer torquere. Pomponius Deeoma fullonia, Et ubi inſilui in cocleatum equuleum, ubi tolerim tortor. i. e. Torqueor. Non. 2. 872.
Recenti vulnere tortari. Lucret. 3. 662.

TORQUES, & TORQUIS, [στρεπτός, Gl. L. G. & G. L. περιτραχήλιον, L. G.] tam maſc. quam f. gen. ſecundum Probum. Pleramque in maſc. legitur, ſed Torques aureas dixit Varro. V. Non. 3. 245. Significat Circulum aureum, argenteumve, flexilem, obtortum, colli ornamentum, & ſummi pectoris. Propert. lib. 4. 11. 44.
Torquis ab inciſa decidit unca gula. Gell. lib. 9. cap. 13. Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eamque ſanguinolentam ſibi in collum imponit. Plin. lib. 33. cap. 2. Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donavere, at cives non niſi argenteis. Cic. 1. de Fin. 23. Torquem illum hoſti detraxiſſe. Quintil. lib. 6. cap. 3. Quum ei Galli torquem aureum C. F. dediſſent. Cic. 3. Off. 112. T. Manlius is eſt, qui ad Anienem, Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracta, cognomen invenit.
Q. Rubrium, excellenti virtute, auctoritate, &c. torque donaſti. Cic. 5. Verr. 185.
Ademptus torquis. V. ADIMO.
Decorus torquis. Stat. 10. Theb. 517.
Miniatus torquis. Plin. lib. 10. cap. 42.
Nexis torquibus ornatæ, i. e. Coronis. Virg. 4. Georg. 276.

TORQUĀTUS, a, um. Adj. [στρεπτοφόρος] Torque ornatus. Ovid. 2. Epiſt. 119.
Affuit Alecto, brevibus torquata colubris.
Torques aurei militibus ob rem ſtrenue geſtam donari ab Imperatoribus ſolebant: unde Torquati dicti, qui duorum generum erant, ſimplares, duplareſque. Veget. lib. 2. 7. Torquati, inquit, duplares, torquati ſimplares erant, quibus torques aureus ſolidus virtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem interdum duplas conſequebatur annonas: duplares duas, ſimplares unam.
Columba torquata, Palumbus. Propert. lib. 4. 5. 63.
Torquatus palumbus, A ſigno torquis quod collo præfert. Martial. lib. 13. 67.
Torquatus, immo στρεπτοφόρος. Vide Suid. in τορκουᾶτος. H. St. Reprehendit ſupra poſitam Græcam interpretationem.

TORQUĀTUS, [τορκουᾶτος] cognomen Titi Manlii, qui ad Anienem occiſo Gallo torquem detraxit. Hic eſt ille Torquatus Manlius, cujus injuſſu quum filius adverſus hoſtem, a quo provocatus fuerat, pugnaſſet, eoque occiſo equeſtria ſpolia victor ad patrem tuliſſet, ſubito eum, quod adverſus edictum ſuum, & rei militaris diſciplinam feciſſet, juſſit occidi. V. MANLIUS. Cic. 1. de Finib. 23. Ad majora enim quædam nos natura genuit & conformavit, ut mihi quidem videtur, ac fieri poteſt ut errem, ſed ita prorſus exiſtimo, neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe, ut, &c. Idem 4. Tuſc. 49. Et 3. Off. 112. Virg. 6. Æn. 825.
— ſævumque ſecuri
Aſpice Torquatum, & referentem ſigna Camillum.
Truces Torquati. Claud. 1. in Eutrop. 452.

TORRENS, TORRENTER, TORREO, TORRESCO, V. TORREFACIO.

TORRIS, is. m. [δαλὸς μέγας, Gl. L. G. & G. L.] Lignum teres quando ardet, Titio. Ovid. 8. Met. 512.
Funereum torrem medios conjecit in ignes.
Ambuſtus torris. Virg. 12. Æn. 298.

TORREO, torrui, toſtum, [φρύγω, Gl. L. G. φρύγω, G. L.] ēre. a Torre deductum; ſignificat Siccare, atque areſacere, ſed uſurpatum eſt jam pro eo quod fit igne urere, ut ait Feſtus. Plin. lib. 11. cap. 20. Sunt qui mortuas, ſi intra tectum hieme ſerventur: deinde ſole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent reviviſcere. De apibus.
Sitis torret ora. Propert. lib. 4. 10. 21.
Artus torrentur febribus. Ovid. 21. Epiſt. 169.
Torrere, de Frigore etiam dicitur. Varr. Frigore torret. apud Non. 6. 23.
Torrere, Urere. Virg. 4. Georg. 425.
Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos. Cic. in Somn. Scip. 25. Medium autem illum & maximum ſolis ardore torreri.
Sapientem in Phalaridis tauro incluſum ſuccenſis ignibus torreri. Cic. in Piſon. 42.
Face mutua torrere aliquem. Hor. 3. Carm. 9. 13.
Torrere, Aſſare. Plin. lib. 7. cap. 2. Ii nullum alium cibum novere, quam piſcium, quos unguibus diſſectos ſole torreant. Virg. 5. Æn. 103.
Subjiciunt verubus prunas, & viſcera torrent.
Fruges torrere igni. Virg. 1. Georg. 267.
Viſcera torrentur cæcis ignibus. Ovid. 8. Met. 516.

TORRESCO, ēre. Flammis cremari. Lucret. lib. 3. 903.
— non invenio, qui non ſit acerbum
Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis.

TORRENS, entis. [καίων] Partic. Ripæ torrentes pice, atraque voragine, i. e. Ardentes. Virg. 9. Æn. 105.
Sidera torrentia agros. Hor. 3. Carm. 1. 31.
Torrens, torrentior, torrentiſſimus. Adj. pro Vehementi, Impetuoſo, & in torrentis morem rapido. Plin. lib. 3. cap. 16. De Pado flumine, Augetur ad Canis ortus, liquatis nivibus, agris quam navigiis torrentior, nil tamen ex rapto ſibi vendicans.
Campi torrentes ſanguine. Stat. 1. Silv. 2. 97.
Fatum torrens. Lucan. lib. 7. 505.
Nec fortuna diu rerum tot pondera vertens,
Abſtulit ingentes fato torrente ruinas. i. e. Cito peregit maximam cædem, fato urgente. Evertit pugnantes morte præcipiti.
Flumina torrentia. Virg. 6. Ecl. 51. i. e. Quæ torrentis modo fluunt.
Flumine torrenti merſus. Ovid. in Ibin. 515.
Undam torrentem levis ſonatat alnus. Virg. 2. Georg. 451.
Torrens dicendi copia. Juven. 10. Sat. 9. h. e. Ingens & abundans, ſumpta translatio a torrente, qui magno rapitur impetu.
Oratio torrens. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Sermo promptus, & Iſæo torrentior. Juven. 3. Sat. 74. Iſæus hic orator fuit, cujus mentio eſt apud Plin. 2. Epiſt. 3.
Amis torrentiſſimus. Stat. 3. Silv. 1. 52.

TORRENS, entis. m. [χείμαῤῥος, Gl. L. G. & G. L. ῥύαξ, L. G.] Fluvius, qui non de fonte, neque de viva aqua, ſed e pluviis, vel de montibus in valles deſcendit: æſtate autem ſiccatus, aquis hiemalibus inundatur & turget. Virg. 2. Æn. 35.
— aut rapidus montano flumine torrens,
Sternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores.
Stygius torrens. Ovid. 3. Met. 291.
Tumidus torrens. Ovid. 1. Amor. 7. 43.
Agi ritu torrentis. Ibid. 43.
Oratio quaſi torrens. Cic. 2. de Finib. 3. Quum enim fertur, quaſi torrens, oratio, quamvis multa cujuſque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas.
Torrens verborum. Quintil. lib. 10. cap. 7. Id potius, quam ſe inani verborum torrenti dare, quaſi tempeſtatibus, quo vellent auferendum.

TORRENTIUS, Adv. Compar. apud Claud. de Rapt. Proſerp. 2. 198.
— torrentius amne
Hiberno, tortaque ruunt pernicius haſta.

TOSTUS, a, um. aliud Partic. [πεφρυγμένος, Gl. L. G. φρυκτός, ὀπτός, G. L.] Cic. 3. Tuſc. 44.
Fana flamma deflagrata, toſti alii ſtant parietes,
Deformati, atque abiete criſpa. Ex poeta.
Caro toſta. Ovid. 12. Met. 155.
Crines toſti. Ovid. 2. Met. 283.
Fruges toſtæ. Virg. 1. Georg. 298.
Liba toſta. Ovid. 6. Faſt. 482.
Maturitas toſta, Quæ ex quadam veluti aſſatione Solis acquiritur. Plin. lib. 12. cap. 7.
Hordeum toſtum, Ad ignem uſtulatum. Columel. lib. 12. cap. 5.
Semina toſta. Ovid. 2. Faſt. 628.

TOSTO, āre. Frequent. Siccare. Plin. Valer. 2. 28. Ponere ſuper carbone, ut toſtetur.

TOSTATIO, ōnis. f. [ὄπτησις] Gloſſ. Græcolat.

TORRĬDUS, a, um. Adj. [πεφρυγμένος, φρυκτός, Gl. G. L.] Aridus; unde Æſtas torrida dicitur. Plin. lib. 12. cap. 20. Color abeſt illa torridus ſole.
Torridus macie. Cic. 2. de Lege Agrar. 93. Quem hominem vegrandi macie torridum, Romæ contemptum atque abjectum videbamus, &c.
Torrida frigore pecora, jumentaque. Liv. 21. 32. pr.
Torrida gelo membra, Congelata. Liv. 21. 40. [immo Torpida.
Aër torridus æſtuat. Propert. lib. 2. 28. 3.
Æſtas torrida. Virg. 7. Ecl. 48.
Fontes torridi. Liv. 4. 30.
Tellus torrida. Lucret. lib. 5. 1219.

TORREFĂCIO, fēci, factum, fec. c. [φρύγω. Gl. G. L.] ēre. Comburere, coquere, multum calefacere, ſiccare. Columel. lib. 2. cap. 21. 3. Quod ſi falcibus ſeges cum parte culmi demeſſa ſit, protinus in acervum, vel in nubilarium cogitur, & ſubinde opportunis ſolibus torrefacta proteritur. Idem lib. 12. cap. 15. 4. Et oblita vaſa clibano vel fumo torrefaciunt, quo celerius omnis humor excoquatur.

TORSIO, TORTILIS, TORTIVUS, TORTOR, TORTUM, TORTUOSUS, TORTURA, TORTUS, V. TORQUEO.

TORUS, V. THORUS.

TŎRUS, i. m. [στρωμνή, Gl. L. G. & G. L.] Lectus, ab intortis herbis dictus, ut tradit Servius in illud Virg. 5. Æn. 388.
— viridante toro conſederat herbæ. Plin. lib. 8. cap. 48. Antiquis enim torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape.
Pellex tori regii. Senec. Agamem. 13.
Socia tori, Uxor aut concubina. Ovid. 10. Met. 268.
Conſors tori, Conjux. Ovid. 1. Met. 319.
Tori coronarum. Cic. in Orat. 21. in deſcriptione temperati & mediocris oratoris, qui nec ſubtilitatem tenuium, nec magnificentiam ſublimium ſequatur, ſed medium quendam curſum inter utrumque teneat. Addit (inquit) aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum ſententiarumque diſtinguit. Senſus eſt, In coronis ſunt eminentiæ quædam, quæ tori vel toruli vocantur. Ita etiam in mediocri oratione nonnunquam, ſed leniter, decet aſſurgere, ita ut modica verborum & ſententiarum ornamenta appareant.
Altus torus. Virg. 2. Æn. 2.
Aſper torus ſignis eburnis, Sculptis ſignis exciſus. Stat. 3. Silv. 1. 86.
Cælebs torus. Sen. Herc. fur. 4.
Feſtus torus. Stat. 1. Silv. 2. 252.
Geniales alti tori. Virg. 6. Æn. 603. h. e. Lecti diſcubitorii, in quibus genio indulgere ſolebant, ſeu læte convivere.
Illiciti tori. Lucan. lib. 10. 76. Concubitus illiciti.
Mollis torus. Ovid. 2. Amor. 4. 14.
Obſcœnus torus, Impudicus. Ovid. 2. Triſt. 378.
Plumeus torus. Ovid. 11. Met. 611.
Pudici tori conjugis. Senec. Agamemn. 3.
Purpureus torus. Ovid. 5. Epiſt. 88.
Quietus torus, In quo quiescunt dormientes. Valer. 1. Argon. 630.

Socialis torus. Ovid. 2. Faſt. 769. i. e. Uxores noſtræ.
Tyrius torus. Catul. 59. 172.
Viduus torus. Ovid 5. Epiſt. 106.
Conciliare jugales toros. Stat. 3. Silv. 5. 70.
Conductus torus. Ovid. 1. Amor. 10. 44.
Conſederat viridante toro herbæ. Virg. 5. Æn. 388.
Contemerare torum alicujus. Ovid. 2. Amor. 7. 18.
Diſcumbere pictis toris. Virg. 1. Æn. 712.
Exſtruere toros. i. e. Lectos diſcubitorios. Virg. 3. Æn. 224.
Fallere jura legitimi tori. Ovid. 16. Epiſt. 284.
Fovere torum. Ovid. 2. Amor. 11. 31.
Jacere in toro. Ovid. 2. Amor. 4. 34.
Incumbere toro. Virg 4. Æn. 650.
Inſidere toro. Ovid. 20. Epiſt. 134.
Ponere ſe toro. Ovid. 11. Met. 472.
Premere torum. Ovid. 1. Amor. 4. 15.
Promiſſus mihi torus. Ovid. 6. Epiſt. 20.
Quærere ſtupra & illicitos toros. Senec. Hippol. 2.
Servans torum caſta fide. Sen. Herc. fur. 5.
Sternere torum. Ovid. 6. Met. 431.
Veſtiti gramine tori, Graminei. Ovid. 2. Faſt. 402.
Violare toros alicujus. Senec. Octav. 4.
Torus, pars corporis. V. paulo infra.

Torāle, is, n. 3. [[illegible], Gl. L. G.] inquit Varr. de L. L. 3. 35. Quod ante torum eſt. Et

Tŏral, ālis, n. per Apocopen. [[illegible], Gl. G. L.] Involucrum erat tori, id eſt congeſtæ plumæ, vel herbæ, vel arundinis operimentum, quod elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur, convivii cauſa, aut feriarum Ovid. 8. Met. 656.

— In medio torus eſt de mollibus ulvis,
Impoſitus lecto, ſponda pedibuſque ſalignis:
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant. Ex Turnebo. Varro de Vit. pop. Romani apud Non. 1. 35. Quod frontem lecticæ ſtruebant ex ea herba torta, torum appellatum: hoc quod injicitur, & nunc toral dicitur.

Turpe toral. Hor. 1. Epiſt. 5. 22.

— ne turpe toral, ne ſordida mappa.

Tŏrus, i. m. [[illegible], Gl. L. G.] etiam appellatur Pulpa carnis muſculoſa, in qua eſt robur & fortitudo: ut ſunt partes membrorum nervoſæ, calloſæque, & in ſe propemodum collectæ. Valer. Flacc. 4. Argon. 245.

Protulit horrendoſque toris informibus artus. Virg. 3. Georg. 81.
Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti
Spadices. Cic. 2. Tuſc. 22.
O pectora, ô terga, ô lacertorum tori! Ex poeta.

Arduos toros tollit taurus. h. e. Collum pulpoſum & corpulentum. Senec. Hippol. 10.
Comantes tori leonis. Virg. 12. Æn. 7.
De venis quoque dicitur, quum varicum in morem quibuſdam in locis turgeſcunt. Cornel. Celſ. lib. 7. 18. Ac per ipſos venarum toros inæquale eſt.
De vitibus ſimiliter. Columel. de Arbor. cap. 16. Arbuſtivam vitem quum putare, tum alligare diligenter oportet. Nam in ea fructus maxime vis conſiſtit, diutiuſque perennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata eſt. Itaque omnibus annis convenit ſubſequi putationem, ita ut tori renoventur, & vitis per idoneos ramos diſponatur.
Riparum tori. Virg. 6. Æn. 674.

Tŏrōſus, a, um. Adj. [[illegible]] Qui pulpam carnis muſculoſam habet, in qua eſt robur & fortitudo. Columel. lib. 6. cap. 23. ſcribit parandos eſſe boves novellos, cervice longa, & toroſa.
Cervix toroſa. Catull. 61. 83.
Colla toroſa boum. Ovid. 7. Met. 429.
De herbis etiam dicitur. Plin. lib. 19. cap. 5. Brevior eſt, ſed toroſior, amarior que inula.

Tŏrŭlus, i. m. [[illegible]] dimin. Plaut. Amphit. prol. 144.

Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo. Ubi interpres Trochulus legendum eſſe contendit, a trocho ſcilicet diminutivum, ut ſit Rotula parva aurea, tanquam roſæ ſimilitudinem gerens. Alii conſtanter legunt Torulus: interpretanturque Torulos, Ornamenta aurea vel argentea, quæ pileis & petaſis adjunguntur. Unde eſt illud Alciati in Emblematum ſuorum præfatione,

Veſtibus ut torulos, petaſis ut figere pinnas:
Et valeat tacitis ſcribere quiſque notis.

Torvus, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Aſpectu formidabilis, terribilis, A torto aſpectu: quamvis alii a torvitate taurorum, qui cum quadam truculentia reſpectant, deductum velint. Servius, a Terendo deducit, e in o mutata. Virg. 3. Georg. 51.

— optima torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. i. e. Terribilis.

Idem 10. Æn. 170. Torvus Abas.
Torvus viſu. Stat. 2. Theb. 509.
Angues torvi. Stat. 9. Theb. 741.
Apri torvi. Ovid. 2. de Arte Am. 190.
Cornua torva, Torvum ſonantia. Perſ. 1. Sat. 99.
Draco torvus ſerpit ſubter ſuperaque revolvens ſeſe. Cic. 2. de Nat. Deor. 106.
Facies torva, Ferocitatem quandam ipſo aſpectu præ ſe ferens. Columel. lib. 6. cap. 20.
Forma torva. Ovid. 2. de Pont. 8. 22.
Frons torva, Terribilis & immitis. Virg. 3. Æn. 636.
Fronte torva petulans juvencus. Senec. Hippol 3.
Juvenci torvi, Truces & aſpectu terribiles. Ovid. 10. Met. 237.
Lumen torvum, Oculus dirus & minax. Virg. 3. Æn. 677.
Oculi torvi. Plin. lib 11. cap 37.
Oculis torvis tueus. Ovid. 5. Met. 92.
Prælia. Catul. de Coma Beren. 64. 20.
Taurus. Ovid 8. Met. 132.
Reſponſa torva tulit Senatus. Sil. lib. 11. 181.
Vada. Senec. Theb. 4.

Vina torva, Aſpera, & indomita, ſive immitia. Plin. lib. 17. cap. 23.
Vultus torvus. Quintil lib. 6. cap. 1.
Compar. Apul. Flor. 108. Tuba torvior.
Superl. Arnob. 6. 196. Leonis torviſſima facies.

Torvum, [[illegible]] Adv. pro Torve. Apulejus, Quum torvum in eos intueretur. Virg. 7. Æn. 399. — torvumque repente
Clamat, Io matres audite, ubi quæque, Latinæ.

Torva, [[illegible]] ſimiliter Adverbium idem ſignificans. Virg 6. Æn. 467.

Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem
Lenibat dictis animum. Servius; Torva, pro torve, id eſt terribiliter.

Torve, Adv. [[illegible]] Plaut. Amph. 4. 2. 8. Quid me torve aſpectas? al. Stolide.

Torvĭter, Adv. Ennius Pancratiaſte, Quem nunc tu tam torviter increpuiſti. Nonius 11. 57.

Torvĭtas, ātis. f. [[illegible]] proprie taurorum eſt, quaſi Taurorum acerbitas. Plin. lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ duram & inflexibilem.
Corpus inſigne oculis comaque & torvitate vultus. Tacit. 2. Hiſt 9. 4.

T O T

Tŏt, [τοσοῦτοι καὶ τοσαῦται, Gl. L. G. & G. L.] Nomen numerale indecl. Cic. 2. de Orat. 140. Quot homines, tot cauſæ. Idem de Aruſp. Reſp. 16. De templo tot Senatus exſtare conſulta, quot de mea domo. Et 5. Tuſc. 29. In his tot & tantis, atque etiam quæ plura poſſunt accidere. Virg. 1. Æn. 14.

Quidve dolens regina deûm, tot volvere caſus,
Inſignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit.

Tot viri ac tales. Cic. pro Cæl. 66.
Tot & tantæ, & tam graves civitates. Cic. 4. Verr. 14.
Tot & tantas res, &c. quot & quantas, &c. Cic. pro Domo 48.

Tŏtĭdem, indecl. [[illegible], Gl. G. L. [illegible], L. G.] Par numerus. Cic. 2. de Divin. 90. Totidem annos vixerunt. Idem 6. Att. 2. Iſtum ego locum totidem verbis a Dicæarcho tranſtuli. Virg. 3. Æn. 203.

Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes.

Tŏtĭes, vel Tŏtĭens, Adv. [[illegible], Gl. L. G.] Tot vicibus. Cic. 7. Att. 22. Interim velim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa toties. Virg. 4. Æn. 536.

Quos ego jam toties ſum dedignata maritos.

Tot & Toties, geminatum. Cic 4. Verr. 146. Tot Prætores in Sicilia fuerunt: toties apud majores noſtros Siculi Senatum adierunt: toties hac memoria.
Toties, Quoties. Cic. 2. de Orat. 251. Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnentur ii, quorum cauſam receperimus, quam toties, quoties perſcribitur, Pæanem, aut Nunionem citarimus.
Quoties, Toties. Cato R. R. cap 1. Quoties ibis, toties magis placebit. Quotieſcunque dico, toties mihi videor in judicium venire. Cic. pro Cluent. 51.
Totiens ſcribunt nonnulli, ſed inepte. Salluſt. Jugurth. cap. 106. Totiens fuſus Numida. Tacit. 12. Ann. 60. De qua totiens ſeditione aut armis certatum. [Sic & in Gloſſ. Scriptio antiqua eſt.

Tōtus, a, um. Adj. Gen. Totius. Dat. Toti. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] ad Quantitatem refertur.
Totum & Partes. Cic. 1. Acad. 19. Corporis autem alia ponebant eſſe in toto, alia in partibus.
Tota oratio & partes. Cic. in Topic. 97.
Totum & Univerſum. Cic. 4. de Fin. 2.
Leve enim eſt totum hoc, riſum movere. Cic. 2. de Orat 218.
Hoc totum quicquid eſt, ſive artificium, ſive, &c. Cic. 2. de Orat. 29.
Totus ego. Plaut. Truc 4. 1. 7. Totus gaudeo. Idem Aul. 3. 6. 28.

Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita est cura macet.

Totus perii, Omnino. Idem Aſin. 5. 2. 78. Ter. Heaut. 5. 4. 20. Eheu, quam ego nunc totus diſpliceo mihi.
Totus in. Ter. Adelph 4. 2. 51. Cteſipho autem in amore eſt totus.
Quum totum ſe ad inveſtigationem naturæ contuliſſet, in ea ipſa pluriſimum diſſentit a ſuis. Cic. 1. Acad. 34. h. e. Omnino.
Totum ei me tradidi. Cic. de Clar. Orat. 306.
Totus eſt alienus a phyſicis. Cic. 1. de Fin. 17.
Totus eſt noſter. Cic. 2. Q. frat. 2. Plancius totus eſt noſter. Ter. Eun. 5. 9. 10. Fratris igitur Thais tota eſt? Cic. 15. Att. 1. Antonius perſpiciet totum me futurum ſuum.
Totæ, Dativus pro Toti. Plaut. apud Varron. lib. 6. de L. L. 5. Gannit odioſus omni totæ familiæ.
Ædes totæ. Plaut. Moſtel. 1. 2. 35. Ædificantur ædes totæ denuo. Cic. 3. Verr 67. Clamor interea fit tota domo inter ſervos. Idem pro Font. 23. Hi contra vagantur læti atque erecti paſſim toto foro.
Ætates. ut, Quæ in ſtudia hominum quoque ingenioſiſſimorum otioſiſſimorumque totas ætates videmus eſſe contritas. Cic. 1. de Orat. 219.
Annus totus. Plaut. Aſin. 3. 3. 45. Ter. Eun. 2. 2. 46.

Sed ego te totos, Parmeno, hos menſes quietum reddam. Cic. 4. Verr. 184. Facite ut vobis triennii totius veniat in mentem.

Dies cogitare totos & noctes de aliquo. Cic. pro Muren. 78.
Corpore toto, atque omnibus ungulis, Proverbialis locutio, pro Toto conatu. Cic. 2. Tuſc. 56. Quid? qui volunt exclamare majus, num ſatis habent latera, fauces, linguam intendere, a quibus elici vocem & fundi videmus? toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis aſſerviunt.
Lacus totus. Plin. Epiſt. 259.
Mente tota incumbere in curam aliquam. Cic. 16. Att. 10. Nunc, mi Attice, tota mente incumbe in hanc curam: magna enim res eſt. Virg. 4. Æn. 100. — habes tota quod mente petiſti.
Mole tota corporis, utque pondere niti. Columel. lib. 2. cap. 2.
Ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis abſolveret. Cic. de Univerſ. 14.
Orbis. Virg. 1. Ecl. 67.

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Pectore toto amare, vel cogitare. Cic. 1. de Legib. 49. Ubi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur? Idem 2. Tuſc. 58. Ad ferendum igitur dolorem placide & ſedate, plurimum proficit toto pectore, ut dicitur, cogitare, quam id honeſtum ſit.

Terra. ut, Omne cœlum, totamque cum univerſo mari terram mente complecti. Cic. 2. de Fin. 112.

Via tota erras. Ter. Eun. 2. 2. 14.

Viribus totis. Liv. 26. 43. Sed quoniam vos inſtructos & ordinatos cognoſco, ad Carthaginem novam oppugnandam totis viribus, & bono animo tranſeamus.

Totum aliquando pro Omni ſumitur. V. Non. 5. 99. Virg. 1. Æn. 189.

— hos tota armenta ſequuntur. Ad quem locum ſic Servius: Inter Totum & Omne hoc intereſt: quod Totum dicimus unius corporis plenitudinem: Omne de diverſis dicimus; ut puta: Totum auditorium habet ſcholaſticos, i. e. Plenum eſt auditorium ſcholaſticis. Et, Omne auditorium habet ſcholaſticos, i. e. Omnia auditoria. Uſurpant tamen poetæ & iſta confundunt, ut hoc loco Tota pro Omnibus poſuit; & contra pro Toto Omnem poſuit, ut eſt, 2. Æn. 750.

— omnemque reverti

Per Trojam. Sic Stat. 1. Theb. 81.

— & totos in pœnam ordire nepotes. i. e. Omnes.

Totus in hoc ſum. Horatius. Longe aliter Plin. Secundus Epiſt. 19. libri 3. Sum quidem prope totus in prædiis. Videl. pro Prope tota mea ſubſtantia eſt in prædiis, vel Totæ meæ facultates ſunt in prædiis. Vide ut exp. comm. Catanei. H. St. Hor. 1. Ep. 1. 11. Omnis in hoc ſum. Sed V. 1. Serm. 9. 2. conf. ſupra Totus in.

In totum, vel Ex toto; pro In genere, omnino. Celſ. 8. 3. In totum abſtinendum eſt. Idem 6. 9. Vinum ex toto circumcidendum eſt.

Etſi Totus primam plerumque producit, corripitur tamen in Manilio 3. 447.

Detrahitur ſummæ tota pars, quota demit utrimque

Omnibus ex horis. [Hic Totus eſt Τόσ☉, a Tot, non ὅλ☉, nec revera vox eadem.

Toto, Adv. [ὅλως] Gloſſ. Græcolat.

Totālis, 2. Adj. Vox vulgaris & prorſus nova.

Totalĭter, Adv. Omnino. Lactant. Inſt. lib. 6. Totaliter cavere. [Ut vult concinnator Theſauri Lipſienſis.

T O X

Toxĭcum, i. n. [τοξικόν] Venenum: unde dicatur, Plinius his verbis oſtendit lib. 16. cap. 10. Similis etiamnum his aſpectu eſt, ne quid prætereatur, taxus, minus virens, gracilisque, & triſtis ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hiſpania præcipue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Galliæ facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hunc Seſtius ſmilacem a Græcis vocari dixit: & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, ut ſi qui dormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguantur. Nicolaus tamen Leonicenus in libro De erroribus medicorum Toxicon, inquit, genus eſt veneni, quo ſagittæ ab antiquis tingebantur: hinc enim illi apud Græcos nomen, quoniam miſſilia, quæ ipſi toxeumata appellant, hoc potiſſimum medicamine inficerentur. Plaut. Merc. 2. 4. 4.

Certum eſt, ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo. Hor. Epod. 17. 61.

Quid proderit ditaſſe Pelignas anus:

Velociuſve miſcuiſſe toxicum? Ovid. 4. de Pont. 7. 12.

Bibere toxica. Propert. lib. 1. 5. 6.

Miſcere toxica. Ovid. 2. Amor. 2. 64.

T R

TR. Trajectus, Tranſlatus, Triarius. TR. vel TRB vel TRIB. Tribunus. (vel Tribunicius) TR. S. Treviris ſignata. TR. V. CA. Trium vir capitalis.

T R A

Trabalis, V. trabs.

Trăbĕa, æ. f. [τραβέα, τήβεννα] Genus veſtis, cujus tria ſunt genera, ut Suetonius lib. de Genere veſtium inquit: Unum quod diis ſacratur, tantum purpura factum. Aliud regum, quod eſt purpureum, habet tamen aliquid albi. Tertium augurale, ex purpura & cocco miſtum. Hæc Servius. Erat autem veſtis togata purpura circumdata ſubtegmine puniceo, quam æreæ fibulæ annectebant. Virg. de trabea regali ait, 7. Æn. 187.

Ipſe Quirinali lituo, parvaque ſedebat

Succinctus trabea. Ibid. 612.

Ipſe Quirinali trabea Conſul, &c. Plin. lib. 8. cap. 48. Trabeis uſos accipio reges. Idem lib. 9. cap. 39.

Decorus trabea Romulus. Ovid. 2. Faſt. 504.

Graves auro trabeæ. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 340.

In funebri pompa utebantur & equites trabea, ſi Tacito credimus, qui in tertio Ann. 2. de funere Germanici ſic ait, Igitur Tribunorum, centurionumque humeris cineres portabantur, præcedebant incompta ſigna, verſi faſces, atque ubi colonias tranſgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, veſtem, odores, aliaque funerum ſolennia cremabant. V. ſeq. dict.

Trabeātus, a, um. Adj. [τηβεννοφόρος] Qui trabea indutus eſt. Ovid. 1. Faſt. 37.

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini, &c.

Agmine trabeata. Stat. 4. Silv. 2. 32.

Equites trabeati. Tacit. 3. Ann. 2. V. dict. ſuper. ad fin.

Trabeati equites a trabeis veſtibus dicuntur, quæ tanquam quaſdam diſcolores habent pannorum trabes. Inde enim nomen. Trabeati autem erant equites Romani cum tranſvehebantur, ut Valerius (lib. 2. cap. 2. extr.) ſcribit. Ex Turnebo.

Trabeālis, e. Adj. Idem. ut, Effulgens trabealis mole metalli. Sidon. Carm. 2. 2.

Trabs, vel Trăbes, is. f. [δοκός, Gl. G. L. δοκὸς τετράγωνος, L. G.] Proprie, ut Feſtus ait, ſunt duo tigna, ædificii gratia ſimul compacta; nam quum ſimplicia ſunt, non Trabes, ſed Tigna dicuntur. Cic. Topic. 61. Abiegna trabes. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 13. Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis, digiti pollicis craſſitudine.

Silva frequens trabibus, Arboribus denſa. Ovid 8. Met. 329.

Acernis trabibus contextus equus. Virg. 2. Æn. 112.

Annoſæ trabes, Stat. 9. Theb. 468.

Denſis trabibus umbroſa templa. Ovid. 11. Met. 360.

Exciſæ trabes. Virg. 2. Æn. 481.

Fractæ trabes. Juven. 14. Sat. 296.

Fraxineæ trabes. Virg. 6. Æn. 181.

Nexæ trabes ære. Virg. 1. Æn. 452.

Perpetua trabes. V. perpetuus.

Plana trabs, Trabium contextus planus. Cato R. R. cap. 18.

Quadrifida trabs. Valer. 1. Argon. 663.

Saucia ſecuri trabs ingens, Maxima arbor ſecuri percuſſa. Ovid. 10. Met. 273.

Solidæ trabes. Ovid. 1. Met. 551.

Sublimi e trabe pendere. Ovid. Rem. Amor. 18.

Trabe Cypria, pro Navi. Hor. 1. Carm. 1. 13. — ut trabe Cypria

Myrtoum pavidus nauta ſecet mare. Ea autem de cauſa trabs Cypria accipi videtur pro navi, quod Cyprus omni materia ad navium ædificationem ſic abundaret, ut ab ima carina, ad ſummum carcheſium, ſine ſubſidiis aliarum regionum totam navim abſolveret, & omnibus armamentis eam inſtrueret, cujus rei locupletiſſimus teſtis eſt Marcellinus, quem vide. Annotavit Turnebus.

Natantis trabis impetus. Catul. de Phaſelo, 4. 3.

Turbatum mare trabibus, i. e. Navigiis. Virg. 4. Æn. 566.

Cava trabs. Virg. 3. Æn. 191.

Vaſta trabs. Perſ. 5. Sat. 141.

Trabes Hymettiæ. Hor. 2. Carm. 18. 3.

Non trabes Hymettiæ premunt columnas. Trabes hic non e materia, ſed marmore ſunt, imponebanturque columnis. Ideo dico, quod mirum videri quibuſdam intelligo in lapide trabes fieri. Plinii tamen id confirmabimus auctoritate, qui lib. 36. 8. ita ſcribit, Circa Syenem vero Thebaidis Syenites, quem ante pyropœcilon vocabant Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliſcos vocantes. Hæc Turnebus in illud Horatii.

Ahenæ trabes. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 242.

Trabes, Meteorôn genus apud Plin. lib. 2. cap. 26. in tit. Faces, lampades, trabes.

Trabĕcŭla, æ. f. dimin. Vitruv. 10. 21. Habuerat mediam contabulationem ſupra trabeculas.

Trabālis, e. Adj. [δοκικός] Cic. 7. Verr. 53. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret, cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit. Eraſmus admonet Ciceronem uſum clavo trabali in conſimilem ſenſum, quo Herculeo nodo, pro vinculo arctiſſimo atque indiſſolubili utuntur eruditi. [Trabali, Maximo, quo trabes figuntur; An trabis craſſitudine?

Clavi trabales, pro Specie tormentorum, ſeu vectibus tortoriis, apud Hor. 1. Carm. 35. 18.

Te ſemper anteit ſæva Neceſſitas,

Clavos trabales, & cuneos manu

Geſtans ahena: nec ſeverus

Uncus abeſt, liquidumve plumbum.

Haſta trabalis, Ingens, quanta eſt trabs. Stat. 4. Theb. 6.

Telum trabale. Virg. 12. Æn. 294.

Trabĭcus, a, um. Adj. [δοκικός] Quod trabibus factum eſt: ut, Navis trabica, quæ trabibus confecta eſt. Feſtus.

Trachali, appellantur Muricum ac purpuræ ſuperiores partes. Unde Ariminenſes maritimi cognomen traxerunt. Feſtus.

Trachallus, [Τράχαλλος] Orator Domitiani temporibus, ſublimis, & ſatis apertus fuit, & quem velle optima crederes: auditus tamen major. Quintil. lib. 10. cap. 1. idem lib. 12. cap. 5. ad finem.

Trachēa, ſive Trachīa, æ. f. pr. 2. [τραχεῖα] Aſpera, in Gloſſ. Græcolat. Arteria pulmonis, quæ & Spiritalis fiſtula dicitur. V. Gell. lib. 17. cap. 11. [Subauditur ἀρτηρία, quoties ſolitarium occurrit apud Græcos.

Trachēlus, i. m. [τράχηλος] Gr. Collum ſignificat. Media pars eſt navalis veli, cujus ſumma Carcheſium nominatur. Perottus. Sic etiam legitur apud Macrob. 5. Saturn. cap. 21. Sed docti legendum putant, Navalis mali.

Trachina, [Τραχίνα] Oppidum Campaniæ: quæ poſtea Interpoſita a, Tarachina, vel Tarachinæ, arum, tantum pluraliter, Anxur etiam antea dicebatur. Nunc autem Terracina vocatur, quod vide.

Trachōma, ătis. n. Græca τράχωμα, vocatur Scabritia palpebrarum interior: ſicut in eadem parte glabritas, hoc eſt defluvium pilorum, Madaroſis & Milphoſis.

Trachonītis, idis. f. [Τραχωνῖτις] Regio Syriæ Palæſtinæ, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 18. Quam ferunt inter montem Libani & lacum Tiberiadis ſitam eſſe. Cujus tetrarcha fuit Philippus, teſte Evangelio Lucæ 3. 1. Eſt &, ut Hieronymus inquit, trans Boſram Arabiæ civitatem in deſerto, contra Auſtralem plagam, quaſi ad Damaſcum reſpiciens. Hanc gentem inſtituit Cis filius Aram, ut ſcribit Joſephus lib. 1. Antiquit.

Trachīn, vel Trăchis, inis f. [Τραχίν, ἡ Τραχὶς] Civitas Theſſaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ovid. 11. Met. fab. 9. Trachinius Ceyx conjunx Halcyones. Græci trachea vocant aſpera Unde Tarachina ab aſperitis dici autumat Strabo. Et ab hoc oppido Theſſaliæ, Sophoclis tragœdia Trachiniæ, (Τραχίνιαι) dicta eſt. Unde Cic. 2. Tuſc. 20. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit?

Trachīnus, a, um. Adj. [Τραχίνιος] ut, Saxa Trachina. Senec. Herc. OEt. 135

Ad trachina vocor ſaxa rigentia. [Sed rectius diſtinguitur poſt τὸ Vocor, ut ſit Accuſ. ſing. Τραχῖνα. Ἡ Τραχὶν ἡ Τραχίς.

Trachīnius, a, um. aliud Adj. [Τραχίνιος] ut

Miles Trachinius. Lucan. lib. 3. 178.

Puppis Trachinia. Ovid. 11. Met. 502.

Tellus Trachinia. Ovid. 11. Met. 269.

Tracta, orum. n. pl. [τρακτά] Pars placentæ. In ea enim, ut apud Catonem R. R. 76. pr. deſcribitur, eſt ſolum, quæ pars eſt ima, & tanquam fundamentum. Sunt tracta, ea ficta farinacea, aut addita alia materia & impenſa, quæ imponuntur ſolo: quo verbo etiam utitur Athenæus

- meus hunc in modum, [illegible], ὥσπερ [illegible] εἰς ἄγριον. Tracta autem vocautur e trahendo & tractando Tractam dicit feminino genere Plinius 18. 11. Decimo ad ſpeciem tractæ ſubigunt uvæ paſſæ ſucco. Ex eo placentam vulgo *tortam*, trajecta littera, tanquam tractam appellamus. Tracta lance etiam invenitur. Catonis verba ſunt de R. R. l. 6. Farinæ ſiligineæ l. 11. unde ſolum facias in tracta farinæ l. 4. Sic alibi frequenter. Auctor Turneb. Adverſ. 23. 9. [Gloſſ. Latinogræc. Tracta, λάγανα, & Tracta, [illegible], [illegible]. Et Græcolat. Ἕλκυσμα, Ductio, Tractum. Et Μάγμα, Tractum. V. in TRAHO.

TRACTATUS, TRACTIM, TRACTO, TRACTUS. V. TRAHO.

TRADITIO, V. TRADO.

TRĀDO, didi, ditum, [παραδίδωμι, Gl. L. G. & G. L. παραδίδωμι, L. G.] ĕre. Dare, porrigere. Plaut. Merc. 2. 6. 7.

Præſto ipſi facito coram ut tradas in manum.

Quaſi Tranſdo. H. St. Quomodo & in optimis codd. MſT. legitur.

Aliquem de manu in manum tradere. Cic. 7. Fam. 5. [Formula Commendandi. V. MANUS.

Tradere regionem vel urbem ad diripiendum. Cic. pro Domo 30. Neu ſe, neu Pompejum abſentem, Imperatorem ſuum, adverſariis ad ſupplicium tradant, obſecrat.

Ad ſupplicium tradere. Liv. 29. 9.

Arma tradere. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 13.

Cauſam adverſariis tradere. Ter. Phorm. 2. 1. 7.

Tenere conſuetudinem ab aliquo traditam. Cic. 1. de Divin. 25.

Conſuetudini Latinæ tradere. Columel. in proœm. lib. 12. h. e. In Latinum ſermonem vertere.

Cuſtodiæ tradere. Columel. lib. 8. cap. 15.

In cuſtodiam tradere. Cic. 1. Q. frat. 2. Et cum eum fugitivum eſſe poſtea ex Æſopi litteris cognoſceret, hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit.

In diſciplinam alicujus ſe tradere. Cic. 2. Philip. 3. At enim te in diſciplinam meam tradideras.

Effectum tradere aliquid. Plaut. Curc. 3. 15.

Excruciandum aliquem tradere. Hirt. Bell. Alexand. cap. 55.

Fama tradita res; Rumore tantum accepta. Liv. 27.

Fama traditur. Liv. 5. 33. Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate captam, Alpes tranſiſſe.

In fidem deditionemque ſe ſuaque alicui tradere. Liv. 34.

Furtim tradere. Tacit. 3. Hiſt. 77. Vacuam arcem furtim traditurum.

Gaudium tradere. Liv. 36. 24. extr. Ob eam ferociam majus victoribus gaudium traditum fuit. Vetus exemplar habet Traditus. Senſus autem eſt: Democritus traditus fuit majus gaudium victoribus ob ferociam. Liceret etiam dicere, Fuit majori gaudio.

Inimicitias poſteris tradere. Cic. 14. Att. 13. Me deinde ſine ad hanc opinionem jam nunc dirigere puerum, & tenero animo ejus perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias. h. e. Quaſi hereditatem relinquere. Budæus.

Lampada tradere. Lucan. lib. 2. 78. V. LAMPAS.

In manus alicujus tradere. Liv. 5. V. MANUS.

Morem tradere. Plin. lib. 15. cap. 30.

Morem traditum ab antiquis ſervare. Hor. 2. Serm. 4. 117.

Mores opibus tradere. Martial. lib. 11. 6.

Palmam tradere alicui. Plin. lib. 14. cap. 4. V. PALMA.

Per manus tradere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 68. V. MANUS.

Traduntur per ſucceſſiones morbi. Plin. 1. Epiſt. 12.

In poſteros ſermonem tradere. Quintil. lib. 1. cap. 1.

In poteſtatem alicujus alterum tradere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 20.

Prædia vacua alicui tradere. Cic. pro Roſc. Amer. 21.

In piſtrinum aliquem tradere, quod & Trudere dicitur. Plaut. Moſt. 1. 1. 16.

Provinciam alicui tradere. Ter. Heaut. 3. 2. 5.

Provinciam per manus tradere. Cic. de Provinc. Conſul. 39. Nam ut C. Julius, omnibus a ſenatu cumulis ac novis rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis.

Puerum tradere præceptori. Plin. 3. Epiſt. 3. Cic. 3. Tuſc. 2. Cum vero parentibus redditi, id eſt magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus.

Sartam tectam ædem tradere. Cic. 3. Verr. 131. Quæſivit quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere.

Se tradere dicitur miles, quum dedit ſe adverſario. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 43. Itaque neceſſitate coacti ſe tradiderunt.

Se tradere in portum. Cic. 1. de Invent. 4. Quaſi ex aliqua turbida tempeſtate in portum, ſic ex ſeditioſa, & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum.

Se tradere inimicis alicujus. Cic. Poſt redit. ad Quir. 13.

Se libidinibus conſtringendos tradere. Cic. 1. de Finib. 47. Plerique autem quod tenere atque ſervare id quod ſtatuerunt non poſſunt, victi & debilitati, objecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos, nec quid proventurum ſit provident.

Se quieti tradere. Cic. 2. de Divin. 101. Qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit.

Se totum alicui tradere. Cic. 3. Q. frat. 3. Domum (ut debuimus) ad eum ſtatim venimus, eique nos totos tradidimus.

Sub leges pacis tradere ſe. Virg. 4. Æn. 618.

Se totum tradere, pro Accommodare & parare. Cic. 16. Fam. 1. Ei te totum trade: malo te paulo poſt valentem, quam ſtatim imbecillem videre.

Se tradere ſtudiis. Plin. 1. Epiſt. 9.

In ſervitutem. Cic. de Provinc. Conſul. 10. Jam vero publicanos miſeros, me etiam miſerum, illorum ita de me meritorum miſeriis ac dolore, tradidit in ſervitutem Judæis & Syris, nationibus natis ſervituti.

Ultro tradere. Hor. 2. Serm. 5. 75.

De illis, quibus favorem principis commendatione noſtra volumus impetrare. Horat. lib. 1. Epiſt. 9. ad Claudium Neronem,

Scilicet ut tibi ſe laudare & tradere coner. Sic Ovid. lib. 1. Triſt. Elegia 1. de libro ſuo,

Si quis erit, qui te, dubitantem & adire timentem,
Tradet, & ante tamen pauca loquatur, adi.

Alicubi annotavi de. Sic tradere. Puto me annotaſſe in Ciceronis Epiſtolas. Hor. lib. 1. Epiſt. 18.

Fallimur, & quondam non dignum tradimus. H. St. Prior locus eſt v. 2. Ep. dict. alter v. 78. Indicatæ ep. Ovid. dict. Eleg. v. 95. conf. Cic. 7. Fam. 5. extr. V. & In manus tradere, in MANUS.

Traditur, vel Traditum eſt: pro Litteris traditum eſt, ſive Monimentis traditur, aut Scriptum eſt. Liv. 1. 13. Id non traditur, quum haud dubie aliquanto numerus major hoc mulierum fuerit. Cic. 2. Tuſc. 5. Nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuiſſe tradunt. Idem 5. Tuſc. 114. Traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe.

Tradit Cicero. Plin. lib. 7. cap. 22.

Tradit & Fabius Pictor in Annalibus ſuis, quum obſideretur præſidium Romanum, &c. Plin. lib. 10. cap. 24.

Ariſtides, qui omnium juſtiſſimus fuiſſe traditur. Cic. pro Sext. 141.

Traditur antiqui fabula plena joci, Ovid. 2. Faſt. 304.

Non traditur. Plin. lib. 13. cap. 1. Unguenta quis primus invenerit, non traditur.

Non certum traditur. Liv. 2. 8.

Litteris tradita. Cic. 7. Verr. 125. Quid vero ille Segeſtanorum, non ſolum litteris tradita, neque commemorata verbis; ſed multis officiis illorum uſurpata & comprobata cognatio?

Ingenium varioſque ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. Cic. 3. de Orat. 57.

Memoria traditum. Cic. 6. Fam. 12. Quæ didiciſti, quæque ab adoleſcentia pulcherrima a ſapientiſſimis viris tradita memoria, & ſcientia comprehendiſti, iis hoc tempore utare. [Rectius diſtinguitur, Tradita, memoria & ſcientia comprehendiſti.

Memoriam alicujus rei poſteris tradere. Liv. 8. 10.

Memoriæ poſteris tradere. Liv. 3.

Memoriæ aliquid tradere. Cic. in Somn. Scip. 2. Ades, inquit, animo & omitte timorem, Scipio: & quæ dicam trade memoriæ.

Memoriæ traditum eſt. Cic. in Parad. 3. Nam iſtum doctum & ſapientem virum fuiſſe memoriæ traditum eſt.

Monumentis traditur. Plin. lib. 7. cap. 16. Alias, Creditur.

Poſteris tradere auguratum. Cic. 1. de Divin. 107. Atque ille Romuli auguratus paſtoralis, non urbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, ſed a certis acceptus, & poſteris traditus.

Tradere, pro Docere. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 13. De deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, & juventuti tradunt.

Putabam virtutem hominibus (ſi modo tradi ratione poſſit) inſtituendo & perſuadendo, non minis & vi ac metu tradi. Cic. 1. de Orat. 247.

Verboſius aliquid tradere. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Quum hæc omnia audirentur ab iis, quibus non ſcientia eſſet tradenda, ſed exigui temporis aut falſa, aut certe obſcura opinio. Cic. 1. de Orat. 92.

Artem dicendi & memoriæ. Cic. pro Flacc. 42. Et qui ſe artem dicendi traditurum etiam ceteris profitebatur, ipſe omnibus turpiſſimis judiciis convictus eſt. Idem 4. Acad. 2. Qui quidem etiam pollicenti cuidam ſe artem ei memoriæ, quæ tum primum proferebatur, traditurum, reſpondiſſe dicitur, oblivíſci ſe malle diſcere.

Artificium diſputandi. Cic. 4. Acad. 114.

Præcepta plurima tradere. Cic. in Orat. 114.

Præcepta tradit volandi. Ovid. 8. Met. 208. De Dædalo.

Rationem prudentiæ. Cic. 3. de Finib. 65. Impellimur autem natura ut prodeſſe velimus quamplurimis, in primiſque docendo, rationibuſque prudentiæ tradendis.

Res geſtas tradere carminibus. Lucret. lib. 5. 1443.

Vias optimarum artium aliquibus tradere. Cic. 2. de Divin. 1.

Scribitur interdum Tranſdo. V. ſupr. dict. & infra ſuo loco.

TRADITUS, a, um. [παραδεδομένος] Partic. ut, Neci traditus. Sen. Medea, 7. V. in ipſo verbo plura.

TRADITIO, ōnis. f. [παράδοσις, Gl. G. L.] Cic. in Topic. 28. Abalienatio, eſt ejus rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure civili fieri poſſunt.

Traditio, Doctrina. Gell. lib. 13. cap. 21. Per quod apparet non eſſe id poetice a Plauto dictum, ſed eam quoque traditionem fuiſſe, ut Nerio a quibuſdam uxor eſſe Martis diceretur.

Jejuna atque arida præceptorum traditio, atque nuda. Quintil. lib. 3. cap. 1.

TRADITOR, ōris. m. Qui tradit vel prodit. Tacit. 4. Hiſt. 24. Interfecto traditore.

TRĀDŪCO, xi, ctum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] ĕre. ex Trans & Duco, ns & s abjectis; De loco ad locum ducere, quod & Tranſducere dicitur. Ter. Heaut. 4. 4. 22.

Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere. Idem Adelph. 5. 7. 12.

Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos.

Copias traducere flumen. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 13.

Equum traducere. Cic. pro Cluent. 143. V. EQUUS.

Meſſes ſatas alio traducere. Virg. 8. Ecl. 99.

Abducere & Traducere. Cic. 2. de Orat. 293. Abducere animos a contraria defenſione, & ad noſtram conor traducere.

Traducere & Convertere. Cic. 2. de Orat. 199. Tum omnem orationem traduxi & converti in increpandam Cæpionis fugam.

Traducere ad ſe valetudinem proximi membri. Cic. 3. Off. 22. Ut ſi unumquodque membrum ſenſum hunc haberet, ut poſſe putaret ſe valere, ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari & interire totum corpus neceſſe eſſet.

Traducere aliquem ad ſe totum. Cic. 4. de Finib. 2. Atqui, inquam, Cato, iſtud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. V. TOTUS.

Eos, qui audiunt, ad magnam admirationem traducere. Cic. in Orat. 192.

Traducere ad mala conſilia corruptum largitionibus animum. Cic. ad Brut. 4.

A re aliqua ad aliam animum traducere. Cic. 1. Fam. 2. Ita ſum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.

A conſuetudine convertere, & alio traducere. Cic. 1. de Invent. 3. Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi ſapientia perficere potuiſſe, ut homines a conſuetudine ſubito converteret, & ad diverſas rationes vitæ traduceret.

Aliquem a ſeveritate ad hilaritatem traducere. Cic. de Cler. Orat. 322.

Aliquid ab lætitia ad metum traducere. Cic. de Aruſp. Reſp. 23.

Animi motus alio traducere. Lucret. lib. 4. 1060.

Alio traduci. Cic. 1. de Legib. 9. Et enim animi pendere ſoleo, cum ſe-

mel quid verſus ſit traducor alio: neque tam facile interrupta contexo, quam abſolvo inſtituta.

Omnes traducere in aſſenſum ſui conſilii. Liv. 34. 33. Idem 32. 19. In ſententiam ſuam Quintium traducit. Cic. pro Cluent. 144. Quum ego quæ mihi viderentur dicerem, traduxit me ad ſuam ſententiam.

Ad accuſandum traduci. Cic. 1. Verr. 1. Aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adoleſcentia dediſſem, tempore atque officio coactus, ad accuſandum traducerer.

Cogitationes ad voluptates traducere. Cic. 3. Tuſc. 05.

Inimicitias ad amicitiam traducere. Cic. de Provinc. Conſul. 00. Quæ in viris fortiſſimis, non ſolum extinxit Reip. dignitas, & ipſorum: ſed etiam quandoque ad amicitiam, conſuetudinemque traduxit.

Mentes a cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Cic. 4. Tuſc. 3.

Orationem ad exempla traducere. Cic. 3. Tuſc. 56. Aut a diſputandi ſubtilitate orationem ad exempla traducimus.

Munus aliquod traducere. Cic. 5. Att. 9. Faciam denique ut ſumma modeſtia & ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium traducamus.

Tempus traducere, Conſumere, terere, præterire. Cic. 4. Fam. 6. Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.

Ævum leniter traducere. Hor. 1. Epiſt. 18. 97.

Vitam ſine ullo corporis languore traducere. Plin. lib. 7. cap. 2. 01. Cic. 3. Tuſc 05. Si volumus hoc quod datum eſt vitæ, tranquille placideque traducere.

Vitam otioſam & quietam ſine ullo labore aut contentione traducere. Cic. de Senect. 82.

O adoleſcentiam traductam eleganter. Cic. pro Planc. 30.

Adoleſcentiam ad ſcientiam rei militaris traducere. Cic. pro Lege Manil. 08. Cujus adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris, non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli, ſed victoriis, non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta.

Traducere, pro Traduces facere. Paulus in l. Si duo, D. Uti poſſidetis. Si actor vicini tui ex fundo tuo vites in ſuas arbores traduxit. Budæus.

Traducere, Deridere, infamia afficere, & velut in exemplum proponere deridendum omnibus per vicos & theatra: quod catamidiare Græce dicitur, auctore Budæo. Liv. 2. 38. de Volſcis loquens, publico conſilio, ac voce præconis, a ſpectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus civibus, peregrinis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe? veſtras conjuges, veſtros liberos traductos per ora hominum? Martial. lib. 6. 77.

— multoque magis traduceris Afer. Sueton. in Tito, cap. 8. Tibul. lib. 1. 1. 5.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

Traducere carmina manifeſto furto. h. e. Arguere furti, vel infamare & convincere. Martial. lib. 1. 54.

Traducere ad plebem aliquem, Ex Patricio plebejum facere. Cic. 1. Att. 15. Is ad plebem P. Clodium traducit, idemque fert, ut univerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodii ferat.

Legitur & Traduco. Sen. de Ira 2. 13. In melius traduci. Sed al. leg. Traduci, vel Tranſduci.

TRADUCTIO, ōnis. f. [ἐξαγωγή, Gl. L. G. & G. L. παραγωγή, μεταγωγή, G. L.] Ipſe traducendi actus: ut, Traductio temporis, pro Exactione illa. Cic. 1. de Divin. 127. Non enim ille, quæ futura ſunt, ſubito exſiſtunt: ſed eſt quaſi rudentis explicatio, ſic traductio temporis nihil novi efficientis, & primum quidque replicantis.

Traductio & immutatio in verbo. Cic. 3. de Orat. 165.

Traductio ad plebem furibundi hominis. Cic. pro Sext. 15.

Traductio, Infamia. Sen. 1. de Ira, cap. 6. Hic damnato cum dedecore & traductione vitam exigit.

Traductio, Figura quæ Græce Antanaclaſis dicitur, nimirum ejuſdem verbi contraria ſignificatio, quale eſt illud, Amari jucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari. Avium dulcedo ducit ad avium, & apud Ovidium.

Cur ego non dicam, Furia, te Furiam? Cornificius hanc traductionem vocat, videlicet alterius intellectus ad alterum. Quintil. lib. 9. cap. 3.

TRADUCTUS, ûs. m. Ammian. 18. Præſidium per eos traductus agentes.

TRADUCTOR, ōris. m. [μεταγωγεύς] Cic. 2. Att. 9. Ut ſciat hic noſter Hieroſolymitarius traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.

TRADUX, ŭcis. interdum m. interdum f. Varro 1. de R. R. cap. 8. Quarum pedamentum eſt nativum, ejus generis ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. Columel. lib. 5. cap. 7. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.

Nexæ traducum impeditæ vineæ. Tacit. 2. Hiſt. 25.

Tradux, aliter. Columel. lib. 4. cap. 29. In illa inferendi ratione, quæ fit per terebrationem, primum de vicino fructuoſiſſimam oportet conſiderare vitem, ex qua (velut traducem inhærentem matri) palmitem attrahas, & per foramen tranſmittas: hæc enim tutior & certior eſt inſitio: quoniam etſi proximo vere non comprehendit, ſequente certe, quum increvit, conjungi cogitur, & mox a matre reciditur, atque ita ſuperficies inſitæ vitis uſque ad receptum ſurculum obtruncatur. Hujus traducis ſi non eſt facultas, tum detractum viti quam recentiſſimum eligitur ſarmentum: & leviter circumraſum, ut cortex tantum detrahatur, aptatur foramini, atque ita luto circumlinitur reſecta vite, ut tota truncus alieni generis viti ſerviat: quod quidem non fit in traduce, qui a materno ſuſtinetur ubere, dum inoleſcat.

TRADUCO, ōnis. m. [ὄχημα, ὄχημα ἄξων ἁμαξῶν, Gl. L. G.] [Videtur eſſe vehiculum, quod & Traha dicitur.

TRAGACANTHA, æ, f [τραγακάνθα] Frutex eſt ſpinæ candidæ non diſſimilis, ſurculis humilibus robuſtis, late ſe diffundentibus, inter quos frequens coma, ſed brevis, cæcis ſpinis intercurrentibus horrida, quæ ſua fronde conteguntur, & candidæ, valenteſque rigeſcunt, radice lata, ſurculoſa, ſupra terram emergente, qua diſciſſa ſtillat e vulnere ſuccus, qui coaleſcit in lacrimam, gentilitium nomen referentem. Optima eſt pellucida, levis, ſincera, gracilis, ſubdulcis. Herbam, utpote peregrinam Galliæ, & prorſus exoticam, noſtrates herbarii non norunt, lacrimam tamen nullæ non cognoſcunt officinæ, interpollato nomine *Dragagantham gummi* nunc appellantes Ruellius. conf. Celſ. 5. 2. Dioſc. 3. 01.

TRAGANTHES, Artemiſiæ ſpecies Apul. de Herb. cap. 11.

TRAGANUS, a, um. Adj. [τραγανός] Hircoſus. Apic. 8. 7. Porcellus traganus. [Gloſſ. Græcolat. τραγανόν, Calloſum. Et Latinogræc. Calloſum, τράγανον. Vulgo Gelatinoſum vocant.

TRAGELAPHUS, i. m. [τραγέλαφος] Hirco-cervus. Deſcribit Plin. 8. 33.

TRAGEMATA, [τραγήματα] Bellaria, ſecundum Gloſſ. Græcol. & Macrobium, lib. 2. Saturn. cap. 8. i. e. Omne menſæ ſecundæ genus. Nam quæ πέμματα Græci vel τραγήματα dixerunt, ea veteres noſtri appellavere Bellaria.

TRAGIA, æ, f. [Τραγαία, Steph.] Plin. lib. 4. cap. 12. Inſula una ex Sporadibus. Ex qua fuit Theogiton Peripateticus, Ariſtotelis familiaris.

TRAGION, i, n. [τράγιον] ſive TRAGONIS, idis, f. [τραγωνίς] Herba, naſcitur in Creta tantum inſula in maritimis. Folio, ramis, & ſemine lentiſco ſimilis, ſed minore omnium amplitudine, ſuccum ferens, qui gummi modo coeat. Plinius 27. 13. junipero ſimilis & ſemine, & folio, & ramis. V. Dioſc. 4. 49.

Eſt & alia herba, quæ Tragium dicitur, quam Scorpium vocant, & Romani olim Cornulacum appellarunt, foliis ſcolopendrii, radice tenui, candida, armoraciæ ſimili. Autumno folia hircinum virus olent, indeque appellatio naſcitur in montoſis præcipitiis. Ex Ruellio.

TRAGŒDIA, æ, f. [τραγῳδία] ἀπὸ δὲ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς; hoc eſt, ab hirco & cantu: quia hircus dabatur in præmium tragicis actoribus, qui ruſtici & paſtores erant. Hor. de Arte poet. 220.

Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum. Alii putant a fæce, quam Græci τρύγα vocant, tragœdiam appellatam, quando olim, nondum perſonis ab Æſchylo repertis, tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant. Hor. de Arte Poet. 275.

Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis;
Quæ canerent, agerentque peruncti fæcibus ora.

Eſt autem Tragœdia, Genus dramatis grande, in quo Heroes introducuntur, reges, duces: item, Luctus, exſilia, cædes. In hac triſtes exitus & liberorum, fortunarumque priorum in pejus agnitio. Triſtitia namque tragœdiæ proprium, Propter quod Euripides, petente Archelao rege ut & de ſe tragœdiam ſcriberet, abnuit: ac precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium.

Severa tragœdia. Hor. 2. Carm. 1. 9.

Violenta tragœdia. Ovid. 3. Amor. 1. 11.

Agere tragœdias, proverbialis locutio. Eraſmus, Tragœdias in nugis agit, qui in re levicula tumultum movet: & ut ait Terentius (Heaut. 4. 1. 8.) magno conatu magnas nugas dicit. Cic. 2. de Orat. 205. Ne aut irriſione aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, &c. Quintil. 6. 1. De peroratione, nam in parvis, inquit, litibus has tragœdias movere, tale eſt, quaſi ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Quin hoc ipſum, Excitare tragœdiam ſi alio quopiam deflectatur, proverbium recipit. V. ADO.

Efficere tragœdias. Cic. 4. Tuſc. 73.

Excitare tragœdias. Cic. pro Milon. 18.

Facere tragœdias, Scribere. Idem de Senect. 22. Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.

Movere tragœdias. Quintil. lib. 6. cap. 1. V. ADO ex a tragœdias.

Perturbari tragœdiis. Cic. 1. de Orat. 219. Neque vero iſtis tragœdiis tuis, quibus uti philoſophi maxime ſolent, Craſſe, perturbor.

TRAGŒDUS, i. m. [τραγῳδός] Actor tragœdiæ. Cic. 1. de Orat. 128. Vox tragœdorum, geſtus pæne ſummorum actorum eſt requirendus.

Miros cadit tragœdus. Hor. 2. Epiſt. 2. 129.

Comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodum placere vidimus. Cic. in Orat. 109.

TRAGICUS, a, um. Adj. [τραγικός] Quod ad tragœdiam ſpectat. ut, Tragicus actor Liv. 24. 24.

Tragicum & divinum. Cic. 2. de Orat. 227. Sed hæc tragica atque divina: faceta autem & urbana innumerabilia ex una concione meminiſtis.

Ars tragica. Hor. 1. Epiſt. 3. 14.

Cantus tragicus. Plin. lib. 30. cap. 2.

Cothurni tragici. Hor. 1. Serm. 5. 64.

Geſtu tragico quatere pulpita. Lucan. ad Piſon. 006.

Gaudia, & ut ita dicam, tragicus orator. Cic. de Clar. Orat. 203.

Poeta tragicus. Cic. de Opt. gen. Orat. 1.

Scelus tragicum. Dignum tragœdia, vel quale tragœdi in ſuis tragœdiis decantare ſolent. Liv. 1. 46.

Verſus tragici. Hor. de Arte Poet. 89.

Tragicus Oraſtes, Qui in tragœdiis inducitur. Cic. in Piſon. 47.

Spirare tragicum, Efflare carmen tragœdia dignum. Hor. 2. Epiſt. 1. 166.

TRAGICUS, i. m. [τραγικός] Qui tragœdiæ auctor eſt, teſte Valla. Hor. de Arte Poet. 95.

Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.

Ut ille ait tragicus. Sen. Epiſt. 49.

TRAGICE, Adv. [τραγικῶς] Cic. de Clar. Orat. 43. Hanc enim mortem rhetorice & tragice ornare potuerant. Tragice, h. e. Graviter, & verbis grandibus, quibus tragici utuntur. Nam,

Omne genus ſcripti gravitate tragœdia vincit. Sic Senec. Epiſt. 100. Si aliquid oratorie acre; tragice grande; comice exile.

TRAGONIS, V. TRAGION.

TRAGOPANADES, [τραγοπανάδες] Aves quædam in Æthiopia, teſte Pomponio lib. 3. 10. aquilis majores, cornua in temporibus curvata habentes, ferruginei coloris, capite tantum Phœniceo. Al. Tragopomones. Plinius Tragopanes vocat, & fabuloſas eſſe putat, quemadmodum & Gryphos. V. Ipſum lib. 10. cap. 49.

TRAGOPOGON, [τραγοπώγων] Græcis, quæ Latinis Hirci barbula appellatur, Herba quæ hac facie repræſentatur a Theophraſto, Radix longa, dulcis, folium croci, longius, caule parvo, ſuper quem calix latus & barbula, quæ ſummo vertice incana & prolixa funditur, unde nomen accepit. A plurimis nunc Romana conſuetudine dicitur Petræ herba, quod aſperis locis, quaſi a mediis ſaxis videatur erumpere. A quo etiam Hetruria Saxificam peculiariter appellat. Ruellius.

TRAGOS, [τράγος] proprie Hircus. Eſt & Herba, quæ in maritimis maxime gignitur. Frutex puſillus in terra, oblongus, ſemipedalis, aut altior paulo, ſine foliis ramos habens, in quibus velut racemi ſunt puſilli, grano tritici, acuto capite, copioſoque, guſtu vehementer ſpiſſante.

Eſt & alia herba Tragos apud Plinium lib. 27. cap. 13. quam aliqui Scorpium vocant. Tragon Aſia fert veprem, ut idem ait, ſine foliis, racemis rubentibus, ad medicinæ duntaxat uſum. Hanc in litoribus maris inveniri hodie

hodie noſtri perhibent herbarii, junco marino ſimilem. a quo & multi Juncum marinum appellant eam. Ruell.
Item Piſcis, qui Hircus Latino nomine dicitur. Plin. 32. 11.
Item Odor hirci. Martial. 11. 23. V. HIRCUS.
Denique Spongiæ duriores dicuntur Tragi. Plin. 9. 45.
TRĂGŬLA, æ. f. [τραγὺλη, βολίς. Gl. L. G.] Genus teli, dictum quod ſcuto infixum trahatur, inquit Feſtus. Salluſt. in Fragm. Hiſt. 1. 1. Avidiſſimis, atque præparatis ducibus, & Metellus ictu tragulæ ſauciaretur. Cæſ. 1. Bell. Gall. 26. Sil. 3. 318.
Vide Suidam in Ἀκτίας, 816. pr. & in τραγύλας. H. St.
Tragulam decidere. Plaut. Caſin. 2. 4. 18.
Ego pol iſtam jam aliquovorſum tragulam decidero. Hoc dictum eſt ab illis tragulis, quæ tormentis mittuntur, & atrociter ſaucians, ac plerumque ſcutum aut corpus tranſverberans; unde & Tragularii dicti, qui eas e tormentis jaciunt, apud Vegetium. Ea igitur ubi corpus tranſverberavit, quomodo extrahatur ſæpenumero dubitatur: ac plerumque, non tam retrahenda eſt, metu magni doloris & profuſionis ſanguinis, quam hinc vel inde decidenda, ut e vulnera ſic cum minore noxa recipiatur. Quanquam & de tragula, quæ manu mittitur, etiam accipi poteſt. Turneb. Adverſ. 7. 12.
Tragula, eſt ea, quæ a Marone per epentheſim Trahea dicitur pro Traha, terendis frugibus apta, illo verſu, 1. Georg. 164.
Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere raſtri. Ac Tragula dicitur Retis genus tanquam Trahula, ut & a Plinio 16.8.extr. piſcatorum verricula tragulæ dicuntur, ſine controverſia e trahendo nomen adeptæ. Ex Turneb. Adverſ. 21. 14. conf. Hard. in Plin.
Tragulam injicere. Plaut. Epid. 5. 2. 25.
Tragulam in te injicere adornat, neſcio quam fabricam facit. i. e. Dolum aliquem in te ſtruit. Utraque figura proverbialis videtur.
TRĂGŬLĀRIUS, ii. m. Qui tragulam jacit. Veget. Rei Mil. 2. 15.
TRĂGUM, i. n. [τράγος] Plin. lib. 18. cap. 7. 25. Ptiſanæ conficiendæ vulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine tragum fit in Campania tantum & Ægypto. Dioſc. 4. 49.
TRAGURIUM, ii. n. [Τραγούριον] Inſula & oppidum Illyrici, vulgo Trau. Plin. 3. 21. Unde Adj. Traguriaanus. ut Fragmentum Traguriaenum Petronii Arbitri Satirici, quod Tragurii inventum fuit.
TRĂGUS, [τράγος] Genus conchæ mali ſaporis.
Tragus, Genus ſpongiæ. Plin. lib. 9. cap. 45. V. in TRAGOS.
TRĂHA, vel TRAHEA, æ. f. [τυκάνη τοῖς βόλοις ἀλωνίζουσι, Gl. L. G.] Genus vehiculi ſine rotis, quo coloni utuntur. A trahendo dictum, ut ait Servius. Trahitur enim, non volvitur. Virg. lib. 1. Georg. 164.
Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere raſtri. Per epentheſin dixit Traheæ, pro Trahæ, ſicut Navita, pro Nauta. conf. TRAGULA & TRABUCO, ōnis.
Si pauca juga ſunt, adjicere tribulam & traham poſſis. Columel. 2. 21.
TRĂHĀRIUS, ii. m. Qui traha vehit. Sidon. Apollin. 6. Epiſt. 1.
TRAHAX, V. TRAHO.
TRĂHO, xi, ctum, [σύρω, Gl. L. G. & G. L. ἕλκω, G. L.] ĕre. Per vim ducere. Trahimur enim inviti: Ducimur volentes. Seneca in Epiſt. 107.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Virg. 2. Æn. 550.
— altaria ad ipſa trementem
Traxit. Plaut. Mil. 2. 6. 8.
— meane hic in via hoſpita,
Quæ heri huc Athenis cum hoſpita advenit meo,
Tractam & ludificatam ingenuam & liberam?
Quo nos fata trahunt retrahuntque, ſequamur. Virg. 5. Æn. 709.
Trahere, & Suſtollere aniculum. Plaut. Ciſt. 1. 1. 117.
Trahere de viſceribus gladium. Martial. lib. 2. 14.
De medio aliquem trahere. Liv. 18. 29. extr.
Trahere ex. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. Atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi. Unde Extraho compoſ.
Exiguo ſonum conamine traxit. Ovid. 4. Faſt. 305.
Ad letum trahere aliquem. Virg. 5. Æn. 624.
Nubes trahitur vento. Virg. 4. Georg. 60.
Cervix comæque trahuntur per terram. Virg. 1. Æn. 481.
Crinibus paſſis trahebatur virgo. Virg. 2. Æn. 403.
Pedibus reum trahere. V. PES.
Trahere puerum, quaſi qui vix poſſit ambulare. Virg. 2. Æn. 457.
— & avo puerum Aſtyanacta trahebat. Ibid. 320.
Allicere & trahere ad ſe. Cic. 1. de Divin. 86. Magnes lapis eſt, qui ferrum ad ſe allicit & trahit. Hinc Attraho compoſ.
Duci & Trahi ad. Cic. 1. Off. 18. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem.
Arte loci trahi, Allici, delectari. Ovid. 1. de Pont. 5. 50.
Dictis alicujus trahi. Ovid. 3. de Pont. 5. 26.
Fulgore nominis & famæ trahi. Ovid. 5. Triſt. 12. 39.
Mentes artificio trahere. Plin. lib. 26. cap. 3. Trahebat præterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo ægris, &c.
Promiſſa trahunt puellas. Ovid. 1. de Arte Am. 631.
Spe trahor exigua. Ovid. 3. Triſt. 5. 25.
Studio laudis trahi. Cic. pro Arch. 26. Trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſque maxime gloria ducitur.
Trahit ſua quemque voluptas. Virg. 2. Ecl. 65.
Trahere, pro Nere. Hor. 2. Carm. 18. 7.
Nec Laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ. i. e. Meorum clientium uxores lanas mihi non carpunt, neque nent, ex quibus mihi conficiantur togæ prætextæ cum obtinuerim magiſtratum. [Immo Stragulæ veſtes, & ſimilia luxuriæ inſtrumenta. V. in TELA.
Trahere. Cum feſtinatione adducere, Servius. Virg. 2. Æn. 58.
Ecce, manus juvenem interea poſt terga revinctum
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ.
Genua ægre trahens. Virg. 5. Æn. 468.
Alimentum maternum trahit agnus. Columel. lib. 7. cap. 3.
Alvum trahere, Extendere, Obeſam & oblongam alvum habere. Virg. 4. Georg. 94.
Caudam trahere. V. CAUDA.
Lintrem longiorem trahere, Longius protendi. Plin. lib. 2. cap. 26.
Aquam trahit navigium. Senec. lib. 2. de Ira, cap. 10. Nunquid ille, cujus navigium multam, undique laxatis compagibus, aquam trahit, nautis ipſique navigio iraſcitur.
Calorem trahere. Ovid. 11. Met. 305.
Candorem trahere. Plin. lib. 7. cap. 16.
Cariem trahere, Rubiginem ducere. Plin. lib. 23. cap. 1.
Cognomen ab aliquo. Plin. lib. 13. cap. 15. A Nonio Tiberii Cæſaris liberto cognomen trahens.
Cognomen ex contumelia trahere. Cic. 3. Philipp. 6. Nihil illo contemptius, qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.
Colorem rubicundum trahere. Columel. lib. 2. cap. 22.
Colorem nigrum traxere Æthiopes. Ovid. 2. Met. 236.
Contagia trahere. Ovid. 5. Triſt. 13. 3.
Æger enim traxi contagia corpore mentis. h. e. Corpus meum præ nimio mentis dolore cœpit male valere.
Figuram lapidis traxerunt oſſa, Converſa ſunt in lapidem. Ovid. 1. Met. 399.
Humorem trahere, pro Allicere & Attrahere. Columel. lib. 12. cap. 15.
Ignes trahere, Concipere ardorem. Ovid. 4. Met. 674.
Laudem trahere ab re aliqua. Ovid. 4. de Pont. 8. 62.
Moleſtiam trahere. Cic. 4. Fam. 3.
Natura hominis trahitur e cœlo. Plin. lib. 11. cap. 53.
Nomen trahere ab aliquo. Ovid. 4. Met. 291.
Nomen a re aliqua. Plin. lib. 15. cap. 14.
Notam trahere. Ovid. 1. Faſt. 596.
Hunc Numidæ faciunt, illum Meſſana ſuperbum:
Ille Numantina traxit ab ab urbe notam. Hic ob Numidis devictis dictus eſt Numidicus, ille a Meſſana urbe Meſſala, ille Numantini cognomen duxit ab Numantia.
Odorem trahere. Plin. lib. 14. cap. 21.
Originem a rege trahere. Plin. lib. 6. cap. 21.
Pallorem trahere. Columel. lib. 12. cap. 41.
Rationem loquendi omnem, quæ ad dicendum trahi poſſit. Cic. in Orat. 114.
Rubiginem trahere. Plin. lib. 34. cap. 9.
Ruborem traxerunt percuſſa pectora. Ovid. 3. Met. 482.
Ruinam trahere. Virg. 2. Æn. 465.
Situm. Plin. lib. 10. cap. 13.
Suſpiciones ex aliqua re trahere. Cic. 2. de Invent. 29.
Plauſtra trahunt per altos montes. Virg. 3. Georg. 536.
In profundum pondere trahi. Liv. 33.
Rempublicam funditus trahet. Tacit. 3. Ann. 54.
Sorte. Virg. 1. Æn. 512.
Jura dabat, legeſque viris, operumque laborem
Partibus æquabat juſtis, aut ſorte trahebat. Ubi Servius, Proprie locutus eſt: trahuntur enim ſortes, hoc eſt educuntur.
Spolia de hoſtibus trahere, Reportare. Cic. pro Corn. Balb. 54. Anne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebat, de hoſtibus non licebit?
Ad ſupplicium trahi. Cic. Anteq. iret in exſil. 18. Servi, qui ad ſupplicium, cæſi verberibus, trahuntur.
Torrens trahit ſilvas præcipites. Virg. 2. Æn. 307.
Viribus trahere. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Ad ſe trahere partem diei, Partem diei occupare. Plin. Epiſt. 213.
Ad bella trahor. Tibul. 1. 10. 13.
Ad defectionem trahere, Incitare, impellere, cogere. Liv. 25. 16.
In altitudinem, pro Surſum erigere. Plin. lib. 17. cap. 22.
In arma trahere viros. Ovid. 1. Amor. 4. 8.
In eandem calamitatem alterum trahere. Cic. pro Lege Manil. 19. Non enim poſſunt in una civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.
In crimen aliquem trahere. Tacit. 15. Ann. 68.
Concionem ſecum. Liv. 3.
Decus alicujus rei ad aliquem trahere. Liv. 9.
In diſceptationem trahere aliquem. Liv. 4.
In diverſum trahit me hæc res, pro Dubium me facit. Liv. 38. 56.
In diverſum trahunt auctores, pro Diverſa ſentiunt. Liv. 25. 11.
Auctores trahunt utroque. Liv. 1. 24.
In diſputando huc & illuc trahuntur rationes. Cic. 4. Acad. 117. Non quæro rationes eas, quæ ex conjectura pendent, quæ diſputationibus huc & illuc trahuntur, nullam adhibent perſuadendi neceſſitatem.
In invidiam aliquem trahere. Auctor ad Heren. lib. 1. 8.
In metum aliquid trahere. Tacit. 5. Hiſt. 13.
In pœnam fata me trahebant. Ovid. 3. Triſt. 6. 25.
In partes aliquem trahere. Tacit. 4. Ann. 60.
In partem aliam trahere aliquem. Cic. 10. Fam. 4. Nunc vero quid eſt, quod me in aliam partem trahere poſſit?
In religionem. Liv. 5.
Ad ſævitiam aliquid trahere. Tacit. 3. Ann. 22.
In ſuam ſententiam. Liv. 5.
Spes eo trahit. Liv. 23.
Victoriam ſecum trahere. Liv. 6.
In vinum. Liv. 40. 7. pr. Feſto die invitatio benigna & hilaritas juvenilis utroſque in vinum traxit.
Oſcitationes longas trahere. Martial. lib. 2. 6.
Pallam trahens verrit humum. Ovid. 6. Met. 705.
Vocem trahens imo a pectore. Virg. 1. Æn. 375.
Vultum trahere. Ovid. 2. Amor. 2. 33.
De odore uſus eſt Phædrus 3. 1. 4.
Hunc poſtquam totis avida traxit naribus.
Alvum trahere, Ducere. V. ALVUS.
Animam trahere, Vivere. Plin. lib. 11. cap. 3.
Animam precariam trahere. Tacit. 1. Ann. 42.
Animam trahebat ſub longa morte. Stat. 1. Theb. 48.
Animam trahere. i. e. Cum difficultate & moleſtia vivere. Liv. 4. 12.
Animum tempuſque trahere. Ovid. 5. Triſt. 7. 65.
Animum diverſe trahunt curæ. Ter. And. 1. 5. 25.
Animis trahere, Apud ſe reputare & cogitare, Animo agitare. Salluſt. in Jugurth. 84. Tanta libido cum Mario eundi pleroſque invaſerat; ſeſe quiſque præda locupletem fore: victorem domum rediturum: alia hujuſcemodi animis trahebant.
Cum animo ſuo. Idem. Salluſt. in Jugurth. 93. pr. Marius, multis diebus

bus & laboribus conſumptis, anxius traheret cum animo ſuo, omitteretne inceptum, an fortunam operiretur.
Dictura aliquod trahere in voluntatem ſuam. Auctor de Viris Illuſtr. 35.
Errore trahi, Errare, in errorem incidere. Ovid. 2. Met. 69.
Fortunam totam trahere, pro Feliciter agere. Cic. Anteq. iret in exſil. 24. Et vos, ut tutam, tranquillamque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.
Gratiam recte factorum ſibi trahere. Tacit. 3. Ann. 53.
Labe trahi communis vitii, Sequi vitium ceterorum. Ovid. 2. de Pont. 3. 22.
Malora omne trahit ſecum Cæſaris ira. Ovid. 3. Triſt. 11. 72.
Mentem inſania traxit. Stat. 5. Theb. 624.
Somnos trahere per ſuſpiria. Ovid. 2. Amor. 19. 55.
Spiritum trahere. Columel. lib. 6. cap. 9.
Suſpiria trahere. Ovid. 2. Met. 753.
Verba trahere. Sil. lib. 8. 79.
Trahere cum aliquo, pro Morari. Plaut. Trin. 1. 2. 166.
Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho,
Qui illorum verbis falſis acceptor fui.
Trahere aliquem ſermone, Verbis producere, ſeu in longum ducere, & (quod vulgo dicunt) Intertenere, *Entretenir ou amuſer de paroles.* Val. Max. lib. 4. cap. 4. 1. De paupertate. Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona, apud illam hoſpita, ornamenta ſua, pulcherrima ſæculi illius, ei oſtenderet: traxit eam ſermone, quouſque e ſchola redirent liberi: Et hæc, inquit, ornamenta mea ſunt.
Trahere bellum, Protrahere, prolongare. Salluſt. in Jugurtha cap. 23. Penuria rerum neceſſariarum bellum trahi non poſſe. Cic. 10. Att. 8. Neceſſe eſt enim, aut id, quod maxime velim, pelli iſtum ab Hiſpania, aut trahi id bellum, &c.
Convivium. Plin. Epiſt. 5. 1. Nemini hoc, longum eſt, tanta comitate convivium trahitur.
Pœnam trahere. Senec. lib. 2. de Benefic. cap. 5. Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ pœnam trahit: & miſericordiæ genus eſt, cito occidere.
Renuntiationem trahere. Ulp. in l. Si menſor. D. Si menſ. falſ. mod. dixer. Si menſor non falſum modum renuntiaverit, ſed traxerit renuntiationem: & ob hoc evenerit ut venditor liberetur, quis, &c.
Spem trahi & Præcidi, Contraria. Senec. lib. 2. de Benefic. cap 5. Æquiore quidem animo ferunt præcidi ſpem ſuam, quam trahi.
Laborem ingratum trahere, Longo tractu vix peragere. Virg. 3. Georg. 97.
In longius aliquid trahere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Noctem per pocula. Martial. lib. 1. 98. Virg. 1. Æn. 752.
Necnon & vario noctem ſermone trahebat
Infelix Dido
Obſidionem in adventum principis trahere. Liv. 28.
Rationes belli atque pacis trahere, Animo agitare. Salluſt. in Jugurth. 97. Quem ubi cunctari accepit, & dubium belli atque pacis rationes trahere: rurſus, uti antea, proximos ejus donis corrumpit.
In ſerum rem aliquam. Liv. 32. V. SERUS.
Tempus trahere. Virg. 6. Æn. 537.
Vitam in tenebris luctuque trahebam. Virg. 2. Æn. 92. Ibid. lib. 3. 646.
Quum vitam in ſilvis, inter deſerta ferarum
Luſtra domoſque traho. Vitam trahit, Cui ea gravis eſt.
Trahere pro Decipere. Lucan. 4. 222.
— trahimur ſub numine pacis.
Trahere, pro Contrahere. unde Reliqua trahere. V. Reliqua, orum, in RELIQUUS.
TRACTUS, a, um. Partic. [ἑλκυσθείς] Cic. 2. de Nat. Deor. 139. Venæ, a corde tractæ & profectæ, in omne corpus ducuntur.
Ab iſto initio tractus eſt ſermo. Cic. de Clar. Orat. 21.
Tractam & fuſam orationem opponit Cicero Contortæ & acri 2. de Orat. 159. Eſt genus orationis fuſum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, ſine hac judiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis proſequendum.
Tracta quædam & fluens oratio. Cic. in Orat. 65.
TRACTUM, i, n. [ἐλατήριον, Gl. G. L.] conf. TRACTA. Gloſſ. Latinogræc. Tractum ζωμός, Porte Tractatum.
TRACTIO, ōnis. f. [ὁλκός, σύρμα] Gloſſ. Cyrill. Græcolat.
TRACTUS, ûs. m. [ὁλκός, σύρμα, Gl. G. L.] Plin. lib. 9. cap. 46. Funem illi religatum ab humeris ejus trahunt: hunc dimicans, ut ſit periculi ſignum, læva quatit: dextra apprehenſo ſtilo in pugna eſt: modicus aliàs tractus. De caniculis marinis.
Flammarum tractus. Lucret. lib. 2. 207. Et hunc imitatus Virg. 1. Georg. 367.
— noctiſque per umbras,
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus. h. e. Longos ſulcos & ductus.
Raucus tractus. Valer. 1. Argon. 614.
Longo tractu fertur per aëra Ovid. 2. Met. 320.
Tractus de Serpente, ὁλκός. H. St.
Placido tractu reptavit draco. Claud. 2. Conſ. Stil. 172.
Temporis tractus. Paterc. lib. 1. 94 pr. Hoc tractu temporum ante annos quinque & ſexaginta, quam urbs Romana conderetur, ab Elyſſa Tyria Carthago conditur.
Tractu ævi. Lucret. 1. 1002.
Tractus, [κλίμα] Regio, plaga, inquit Servius. Virg. 2. Georg. 182.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem. Cic. pro Planc. 22. Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus: tota denique noſtra illa aſpera & montoſa regio.
Tractus omnis Galliæ provinciarum. Vell. Paterc. 2. 104. 4.
Immenſi tractus. Lucan. lib. 2. 630.
Immenſus tractus eſt, quo veniunt. V. IMMENSUS.
Corruptus cæli tractus, Peſtilens & infecta regio aëris. Virg. 3. Æn. 138.
Lunæ tractus. Cic. 2. de Divin. 96. Ex quo intelligitur, plus terrarum ſitus, quam lunæ tractus ad naſcendum valere.
Alti tractus nubium. Hor. 4. Carm. 2. 27.
Maris tractus. Virg. 4. Ecl. 51.
Ὀλκός ſic a Dionyſio de Situ Orbis. H. St. Gloſſ. Græcolat. Ὀλκός Aquæ ductus
Biſidi tractus fluminis. Claud. 1. in 2. Conſ. Stil. 199.

Tractus & declinatio dictionum, pro Dictionum productione & derivatione. Quintil. lib. 8. cap. 3. In tractu & declinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronem beatitas & beatitudo.
Quanta hæſitatio tractuſque verborum. Cic. 2. de Orat. 202.
Tractu orationis levi, & æquabili perpolivit illud opus. Cic. 2. de Orat. 54.
Pares elocutionum tractus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Tractus, pro Tractatu. [ἀφηγηματικὰ] Plin. lib. 11. cap. 53. Ut in tractu piſce viventium Theophraſtus prodidit, boves quoque piſce veſci, ſed non niſi vivente. Quem locum rectius expoſueris pro Regione, quaſi diceret, apud Ichthyophagos. [Gloſſ. Latinogræc. Tractum, ζωμός, & Tractibus, τοῖς πραγματείαις, καὶ τοῖς διαπραγματείαις. Niſi Tractatum & Tractatibus legendum eſt.
TRACTIM, Adv. [ἐπισυρμένως] Jugiter, continuatim, in Gloſſ. Latinogræc. ſine Græcis. Trahendo in longum, ſine intermiſſione, longo tractu, diutine, Non interrumpendo ſeriem, inquit Valla lib. 6. cap. 5. Plaut. Amph. 1. 1. 157.
Quid ſi ego tractim tangam ut dormiat? i. e. Leviter & molli manu tangam. Virg. 4. Georg. 260.
Tum ſonus audiret gravior, tractimque ſuſurrant. i. e. Sine intermiſſione & jugiter. Lucret. lib. 3. 531.
TRACTŌRIUS, a, um Adj. Ad trahendum aptum. ut, Tractoria organa apud Vitruv. 10. 1. quæ ſunt machinæ, quibus graviora onera ſurſum trahuntur.
TRACTILIS, e. Adj. [ἑλκυστός] Gloſſ. Græcolat.
TRACTĪTIUS, a, um. Adj. Aurel. Victor in Epit. cap. 23. de Heliogabalo, Ex rebus quæ acciderant, Tiberinus, Tractitiuſque appellatus eſt, viz. Quoniam per orbis vicos corpus a militibus unco tractum eſt. V. UNCUS.
TRACTŪŌSUS, a, um. Adj. ut, Sudor craſtinus & tractuoſus. Cæl. Aurel. Acut. 2. 32.
TRĂHAX, ācis. Adj. antiquum. [ἅρπαξ] Avidus, rapax, omnia ad ſe trahens. Plaut. Perſ. 3. 3. 6.
Pecuniæ accipiter, avide atque invide,
Procax, rapax, trahax, trecentis verſibus
Tuas impuritias loqui nemo poteſt.
TRACTO, [ψηλαφῶ, Gl. L. G. & G. L. ἐφάπτομαι, ἐμπίζω, διαχειρίζω, πονῶ, L. G.] āre. frequent. Accipitur autem pro Rem aliquam attingere, & contrectare. Item pro Suſcipere aliquem, & pro Rem aliquam adminiſtrare, & aliquando Deſcribere. Virg. 3. Georg. 502. — aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Guſtare, olfacere, tractare, audire. Cic. 5. Tuſc. 111.
Manu tractare. Columel. lib. 6.
Arma virilia tractare. Hor. 1. Epiſt. 18. 52.
Fabri tractant fabrilia. Hor. 2. Epiſt. 1. 116.
Pecuniam tractare, Adminiſtrare, & pecuniæ curam habere. Cic. 2. Fam. 16. Omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda a præfectis: quæ autem mihi attributa eſt, a Quæſtore curetur. Idem 1. Verr. 32. Eras enim tu Quæſtor, pecuniam publicam tu tractabas.
Argentum tractare & conſiderare, pro Attrectare, ſive contrectare. Cic. 6. Verr. 14. Qui reus lege, & reus comperendinatus, re & opinione hominum pæne damnatus, temperare non potuerit maximo conventu, quin L. Sifennæ argentum tractaret, & conſideraret. [i. e. Vaſa argentea. V. C. I.
Vites tractare & tueri. Cic. 5. de Finib. 36.
Vulnera tractare, Translate. Cic. 12. Att. 22. De Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognoſco tuam in me indulgentiam. Iſta enim ſunt ipſa vulnera, quæ non poſſum tractare ſine maximo gemitu.
Acerbius & durius aliquem tractare, Accipere. Plin. 9. Epiſt. 12.
Nimis aſpere aliquem tractare Cic. 2. Q. frat. 3.
Atrociſſime ex leviſſimis cauſis tractare ancillas ſuas. Ulp. in l. ij. D. de iis qui ſui vel alieni jur.
Clementer tractare. V. CLEMENS.
Commode tractare. Ter. Heaut. 1. 1. 101.
Honorificentiſſime & liberaliſſime tractari ab aliquo. Cic. 14. Att. 13.
Improbiſſime aliquem tractare. Cic. 16. Att. 15.
Injurioſe tractare. V. INJURIA.
Liberaliter tractare aliquem. Cic. 4. Verr. 22. Hi porro, qui ſucceſſerunt, vehementer iſtius cupidi, liberaliter ea iſtius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt.
Magnifice tractare aliquem. Ter. Heaut. 3. 2. 45. V. in MAGNUS.
Mollius tractari. Hor. 2. Serm. 2. 85.
Parum pie aliquem tractare. Cic. pro Cœl. 3.
Scelerate & inſidioſe tractare. Cic. 1. Q. frat. 3. Me ſumma ſimulatione amoris, ſummaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſime, inſidioſiſſimeque tractavit.
Aliquem omnibus rebus ita tractare, ut &c. Cic. 1. Fam. 3. Omnibuſque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuiſſe.
Arte aliqua tractare hominem. Ter. Heaut. 2. 3. 125.
Ratione tractari. Hor. 2. Serm. 3. 267. V. Ter. Eun. 1. 1. 13.
Animum alicujus tractare ut decet. Ter. Heaut. 1. 1. 49
Artem aliquam tractare, pro Exercere. Ter. in prol. Phorm. 10.
Bellum tractare. Tacit. 6. Ann. 44.
Cauſam aliquam tractare. Cic. 3. Fam. 12. Nunquam enim mihi videor tractaſſe cauſam difficiliorem.
Cauſas amicorum tractare & agere. Cic. 1. de Orat. 170.
Contentio, quæ tractari ſine contumelia non poteſt. Cic. pro Planc. 17.
Pinſis tractans. Sil. lib. 15. 456.
Rem ſuam minus cogitate tractare. Plaut. Trin. 2. 2. 46.
Se recte in munere aliquo tractare. h. e. Se gerere Cic. 13 Fam. 14. Et fuit in Cilicia mecum Tribunus militum: quo in munere ita ſe tractavit, ut accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe.
Vitam tractare, i. e. Trahere, vivere. Lucret. lib. 5. 430.
Agitare, tractare, inquirere. Cic. pro Cluent. 80.
Rem aliquam tractare, pro Deſcribere. Cic. 1. Acad. 24. Debitis enim profecto, ut in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, a quibus hæc jamdiu tractantur, utemur verbis interdum inauditis.
Definitionem fortitudinis tractare Cic. 4. Tuſc. 52.
Hiſtoriam tractare. Cic. 1. de Legib. 5.
Jus Pontificium & civile tractare. Cic. de Senect. 38.
Materiam tractare, aut hiſtoriam: pro Scribendo aut narrando commemorare. Plin. lib. 12. cap. 22. Idem lib. 21. cap. 37.

Res

Res cognitione digniſſimas tractare & contemplari. Cic. 1. Off. 154.
Res tragicas comice tractare. Cic 3 de Orat 27.
Copioſiſſime aliquid tractare. Quintil. lib 2 cap. 4.
Egregie aliquid tractare. Quintil lib 6 cap. 1.
Paſtim tractare. Quintil. in proœm lib. 1.
Plenius aliquid tractare. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Varie aliquid tractare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
In tranſitu aliquid tractare. Quintil. lib 6. cap. 2.
Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti, exſiſtit illa a deo Delphis præcepta cognitio. Cic. 5. Tuſc. 70.
Tractare bibliothecam alterius, i. e. Curare, ſeu illius curam habere. Cic. 13. Fam. 77.
Tractatu, Supin. Plin. lib. 17. cap. 7. Verum aſpera tractatu.

Tractatus, a, um. Partic. [διαχειρισθείς] ut
Figura manibus tractata. Lucret. lib. 4. 231.
Locus. Cic. 2. de Legib. 9. Aliquoties jam iſte locus a te tractatus eſt. h. e. Enarratus.
Perſona tractata. Cic. pro Arch. 3. Perſona, quæ propter otium ac ſtudium minime in judiciis periculiſque tractata eſt.
Tractatus liberalius, Acceptus. Cic pro Cluent. 161. Ab nullo ille liberalius, quam a Cluentio tractatus eſt. V. liberalis, Adj.
Tractatus male. Cic. 13. Att. 16. Ita male autem audio ipſum eſſe tractatum, ut mihi ille emptor non eſſe videatur.

Tractatio, ōnis. f. [διαχείρισις, μεταχείρισις] Cic 2. Off. 17. Itaque quæ in rebus inanimis, quæque in uſu & tractatione belluarum ſiunt utilitatis ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operoſis.
Armorum tractatio. Cic. 3. de Orat. 200. Sic verbis quidem ad aptam compoſitionem & condecentiam, ſententiis vero ad gravitatem orationis utatur, ut ii qui in armorum tractatione verſantur.
Litterarum tractatio. Varro (L. L. 4. pr.) de litteris loquens, Fit propter earum tractationem. Eſt autem tractatio cum tanquam menſa litteræ tenentur, & huc & illuc tranſponuntur & trajiciuntur, quaſi illarum trajectio & tranſpoſitio. Sic Cicero (in Orat. 201.) ſcribit materiam in verbis eſſe, tractationem in collocatione verborum. Ut enim verba optime collocentur, a nobis tanquam manu tractantur, & aliis atque aliis locis collocantur, ut jucunda ſit & levis eorum compoſitio. Turneb. Al. Artationem V. in hac dict.
Tractatio & uſus vocis in nobis eſt. Cic. in Orat. 99.
Tibiarum tractatio. Cic 2 de Divin. 9. Nec vero qui tibiis aut fidibus uti volunt, ab haruſpicibus accipiunt earum tractationem, ſed a muſicis.
Philoſophiæ tractatio. Cic. 4. Acad. 6. Etenim ſi quodam in libro vere eſt a nobis Philoſophia laudata, profecto ejus tractatio optimo atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt.
Orator tractationem orationis ſibi aſſumet. Cic. 1. de Orat. 54.
Ipſa mihi tractatio litterarum ſalutaris fuit. Cic. de Clar. Orat. 15.
Materia & Tractatio. Cic. in Orat. 201. Eſt enim in utroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum.
Tractatio varia eſſe debet. Cic. 1. de Orat. 177.
Tractatio bona vel mala, apud Quintilianum ſæpe: ut lib. 4. Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accuſat? conf. 7. 4. Burm. p. 631. & Decl. 8 § 6. [Bonæ tractationis exemplum quæro.

Tractātus, ûs m. [ψηλάφησις, Gl G. L.] Ipſe tractandi actus & contrectatio. Plin. lib 8 cap. 54. de ſimiis; Tractatuque gaudent, ſimiles gratulationem intelligentis Ubi alii ſectius legunt, Tractari.
Tractatus, Scriptio, commentatio. Quintil. 3 9. Ante hominem patria ac parentes, majoreſque erunt, quorum duplex tractatus eſt. Idem in proœm. lib. 8. Aſperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia.
Artium tractatus Cic 3. de Orat. 83. Qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt.
Tractatus. Libri pars, in qua quid deſcribitur. Plin. lib. 14. cap. 4. Tractatu toto ſeparatim ſententia ejus indicanda eſt.

Tractātor, ōris. m. [παρατρίπτης, Gl. L. G.] Tractatores videntur fuiſſe homines, qui manu membra tractabant, & leniter fricabant. Sen. Epiſt. 66. Quidni ego feliciorem putem Mucium, qui ſic tentavit ignem, quam ſi mentum illam tractatori præſtitiſſet? [In Gloſſ. forſan Travector, vel Traductor ſcribendum.

Tractātrix, īcis. f Martial 3. 82.
Percurrit agili corpus arte tractatrix.

Tractātōrium, i. n. Senaculum. Sidon. 1. Epiſt. 7. It in tractatorium frequens ſenatus.

Tractābilis, e. Adj. [ἐνψηλάφητος, Gl. L. G. & G. L.] Quod tractari poteſt Cic. de Univerſ. 11. Corporeum autem & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt. Virg. 4. Æn. 419.
Non tractabile cælum, pro Inquieto, impacato, procelloſo. Virg. 4. Æn. 53. i e. Aſperum & intractabile, ut ait Servius.
Homo tractabilis Plin 5 Epiſt 1.
Ingenium mite & tractabile Curt 3. 2. 17.
Mare nondum tractabile nanti. Ovid. 19 Epiſt. 71.
Pelagus tractabile. Plin. lib. 10 cap. 32. Siculum utique tractabile.
Pondus vix tractabile Stat. 5. Silv 1. 84.
Virtus in amicitia tenera eſt atque tractabilis. Cic. de Amicit. 48.
Nihil eſt in eo tractabilius. Cic 10 Att. 11.

Tractabilĭter, Adv. Compar. Gell. 6. 2. Vim inoffenſius tractabiliuſque tranſmittere.

Tractabilĭtas, ātis. f. Vitruv. 2. 4. Populus, ſalix, tilia commodam præſtant tractabilitatem.

Tractogalatus, a, um. Adj Ex tracta & lacte confectus. Apic. 5. 1.

Tractomelitus, a, um. Adj. Ex tracta & melle confectus. Apic. 8. 7. V. tracta.

Trajana, [Τραϊάνα] Picenorum urbs, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie *Potenza*.

Trajānus, [Τραϊανὸς] Imperator Romanus, circa annum Chriſti centeſimum. Optimus princeps a S. P. Q. R meritorum cauſa appellatus. Hinc formula acclamationis Imperatoribus gratulandi memoratur ab Eutropio 8. 2. 18. Sis felicior Auguſto, melior Trajano.
Trajani patria urbs Italica, teſte Appiano. Vide italica. [V. un ita & Dio. H. St. conf. Vict. Schott. Eutrop. 8. 2. & Cellar. not.
Alius Cn. Meſſius Q. Trajanus Decius Imperator. V. decius.
Fuit & Trajanus Patricius, qui ſub Juſtiniano principe floruit. Scripſit Temporum epitomen nobilem. Auctor Suidas.

Eſt item Trajanus, Portus Tuſcorum Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie Volaterranorum portus.

Trajanus, a, um. Adj. Vet. Inſcript. apud Fabrett p. 677. AD AVGENDAM THERMARVM TRAIANARVM GRATIAM.

Trajanālis, e. Adj Inſcript. apud Fabrett p. 454. SEVIR AVGVSTAL. SODAL. TRAIANAL. ET. HADRIANAL.

Trajectio, V. trajicio.

Trājĭcio, jēci, jectum. [διαπεράω. Gl. L. G. & G. L. [illegible] L. G.] ēre. ex Trans & Jacio, remotis n, & s; ſignificat Traducere, tranſportare, tranſvehere: & proprium eſt nautarum. Valla 3. 36. Trajicio exercitum, id eſt tranſporto exercitum trans mare, aut trans flumen. Trajicio mare vel flumen, id eſt, tranſeo. Aliquando utrumque conjunctum: ut Livius 26. 42 pr. Trajecit copiis Iberum. Hactenus Valla lib 3.
Trajicere claſſe in Africam, Proficiſci, transfretare. Auctor de Viris illuſt. cap. 49 extr.
Amnem trajicere vada. Liv. 21. 5.
Exercitum Rhodanum. Cic. 10 Fam. 9.
Exercitum ex Italia. Cic. 11. Fam. 13.
Exercitum in Siciliam. Liv. 4. 29. extr.
Aliquo trajicere. Cic. 7. Att. 21. Et ſi terra quidem, qui poſſum? mari, quo trajiciam?
Cyprum. Plin. lib. 8 cap. 32.
Se trajicere Alpes. Cic. 11. Fam 9.
Ad trajiciendum, πρὸς τὸ διαπεραιοῦν. Gloſſ. Latinogræc.
In trajiciando, ἐν τῷ διαπεραιοῦν. Idem Gloſſ.
Trajicere de nave in navem malos & antennas. Liv. 30. 10.
Trajicere in alia vaſa, Transfundere. Varro 1. de R. R. cap. 64.
Trajicere, per tranſlationem: ut, Trajicere culpam in alterum, h. e. Tranſducere, transferre Cic. 1. Verr. 46. Quid, cum unumquodque transfigere, expedire, abſolvere? ipſe profecto metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris. Quid cum commiſerari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit &c. poteriſne ejus orationis ſubire invidiam?
Trajicere rem ad novos magiſtratus. Liv. 2. 22. Rejicere in codd. emend.
Arbitrium litis in. Ovid. 12. Met. 626.

A ſe Tantalides onus invidiamque removit,
Argolicoſque duces mediis conſidere caſtris
Juſſit, & arbitrium litis trajecit in omnes.

Oculos trajicere aliquo. Lucret lib. 4. 426.
Tela trajicere aſlo. Propert. lib. 2. 12. 18.
Verba trajicere, h. e. De ſuo loco in alienum transferre. Cic in Orat. 229. Ne verba trajiciamus aperte, quo melius aut cadat, aut volvatur oratio. Paulo poſt, Neque verbum ita trajicim, ut id de induſtria factum intelligatur. Hujus trajectionis exemplum eſt lib. 4 ad Herenn. 45. Hoc vobis deos immortales arbitror dediſſe virtute pro veſtra. Ridicule hæc eſt compoſitio; quoniam aperte duo ultima verba de loco ſuo tracta ſunt in alienum. At ſi ita commutes, Hoc vobis pro virtute veſtra dediſſe deos immortales arbitror: plana erit, ac ſine vitio ſententia. Item ſi quis dicat: Inſidiatori vero quæ poteſt afferri injuſta nex, & latroni? quamvis numerus optimus ſit, quia dichoreo clauditur: tamen quia nimis aperte trajecta ſunt verba, vitioſum erit. Illo vero numero nihil rotundius: Inſidiatori vero, & latroni, quæ poteſt afferri injuſta nex? clauditur enim Cretico, quem numerum Cicero maxime probat. [Loci notatio non convenit.
Trajicere, [διελαύνω] Tranſverberare, Transfigere. Cæſ. 5. Bell Gall. 43. Pulfio pilum in hoſtes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem trajicit. Ibid. 5. 35. T. Balventio &c. utrumque femur tragula trajicitur. Ovid. 2 Met. 605.

Indevitato trajecit pectora telo.

Linguam trajecit arundine. Ovid. 11. Met. 305.
Terga trajicit ſagitta Ovid. 9. Met. 128.
Murum jaculo trajicere. Cic. 2. de Prob. 21. Si Annibal ad portas veniſſet murumque jaculo trajeciſſet.

Trajectus, a, um. Partic. [διαπεπερασμένος, Gl. G. L.] Transfoſſus, Transfixus. ut, Trajecta præcordia. Plin. lib. 11. cap. 37.
Cruris trajecti vulnus. Ovid. 5. Met. 168.
Pectora trajecta ferro. Virg 1. Æn. 359.
Cuſpide trajectus ſerpens. Ovid. 4 Met 570.
Dolor lateris trajectus in cor, Tranſmiſſus. Hor. 2 Serm. 3. 29.
Trajectus navicula in Africam, h. e. Transfretatus. Cic. ad Quir. poſt red. 20. Mſſ. Pervectus.
Aquæductus per domum alienam trajectus. Ulpian. in l. Quemadmodum. § 1. D. ad leg. Aquiliam.

Trajectum, i. n. [διαπεραιώματα, Gl. L. G.]
Ad trajectum, πρὸς τὸν πόρον, Gloſſ Latinogræc.
In trajecto, ἐν τῷ πόρῳ, Idem Gloſſ.

Trajectio, ōnis. f. [διαπέρασμα, Gl. G. L.] Cic. 1. Tuſc. 10. Trajectio Acherontis Idem 8. Att 23. Officii mei deliberatio cruciat, cruciavitque adhuc: cautior certe eſt manſio; honeſtior exiſtimatur trajectio.
Stellarum trajectiones & motus. Cic. 1. de Divin. 2. Cum cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, trajectiones motuſque ſtellarum obſervaverunt.
Verborum trajectio, pro Tranſlatione de ſuo loco in alienum. Cic. in Orat. 230. Et utitur ea trajectione verborum, & nihilo tamen aptius explet, concluditque ſententias.
Trajectionem Quintilianus lib. 8. cap. 2. accipit pro ipſo Contextu, quia uſque ad clauſulam tranſeundum eſt, antequam habeamus ſenſum integrum, Quare, inquit, nec ſermo tam ſit longus, ut eum proſequi non poſſit intentio: nec trajectione tam tardus, ut in hyperbaton finis ejus differatur.
Superlatio, trajectio, & rogatio. Cic. 3. de Orat. 203. Tum augendi minuendive cauſa veritatis, ſuperlatio; atque trajectio & rogatio.

Trajectus, ûs. m. [διαπεραίωμα. [illegible], Gl. L. G. διαπέρασμα. G. L.] Actus trajiciendi. Liv 1. 3. Qui in trajectu Albulæ amnis ſubmerſus. Item Locus, ubi trajicitur. Cæſ 4 Bell Gall. 21. Ex Morinis breviſſimus erat in Britanniam trajectus.

Trajectūra, æ. f. Vitruv. 4. 7. Trajecturæ mutulorum.

Trajector, ōris. m. Prudent. Hamart. v. 875. —ignis Trajector nebulæ.

Trajectĭtius, a, um. Adj. L. 3. § 8. Dig. de Peculio. Pecunia trajectitia.

Trajecto, âre. frequent. Celſ. lib. 7. cap. 14. A quibuſdam ad imum acu trajectatur, duo lina ducente, deinde utriuſque lini duobus capitibus diverſæ partes aſtringuntur.

Tralatio, Tralatitius, Tralatus. V. transfero.

Trallis, ium. f. pl. [Τράλλεις] Urbs Lydiæ, non longe a Magneſia, ſita in vertice quodam, qui promontorium natura munitum habet ab Argivis, & a Thracibus quibuſdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia, ubi ſunt Cariæ fines. Hæc aliis nominibus dicta eſt Evantia & Seleucia, & Antiochia. Ex Trallibus fuit Menodorus vir doctus.
Hoc nomen Trallis ſecundum Priſcianum, tantum pluraliter declinatur, & tam Accuſativum, quam Nominativum in is tantum mittit, ſicut Alpis, Sardis, Syrtis. Juven. 3. Sat. 70.
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis. Hinc

Trallianus, a, um. Adj. [Τραλλιανός] Cic. 3. Philip. 15. Trallianum aut Epheſinum putes dicere? Idem pro Flacc. 53.

Tralli, [Τράλλοι] Liv. 31. 35. Rem tam celerem aleam univerſi certaminis timens, quadringentos Trallos (Illyricorum id, ſicut alio diximus loco, eſt genus) ad laceſſendos hoſtium equites miſit. Vetus exemplar habet Tribalos. al. Tralles. [Quos ſequitur Gronov. Utrumque tamen uſitatum docet Steph. q. V. in τρ[illegible].

Traluceo, [Διαφαίνω] ēre. pro Tranſlucere. Lucret. lib. 4. 309.
Uſque adeo e ſpeculo in ſpeculum tralucet imago.

Trāma, æ. f. [κρόκη, [illegible]. Gl. L. G. & G. L. [illegible]. L. G.] Subtemen, & (ut ait Servius) filum quod intra ſtamen currit. Plaut. Rud. 5. 2. 37. Tramæ putridæ.
Tranſlate Perſ. 6. Sat. 73. — mihi trama figuræ
Sit reliqua: aſt illi tremat omento popa venter?
Trama dicta, ut ait Varro L. L. 4. 23. quod frigus tranat id genus veſtimenti. Quo in loco puto legendum Trameat, pro Tranſmeat.

Traman, Inis. c. Idem. Gloſſ. Græcolat.

Trāmes, itis. m. [τρίβος, Gl. L. G. & G. L. [illegible]. L. G.] Via anguſta. Semita tranſverſa. Plin. in Paneg. 20. Oppletas undique vias, anguſtumque tramitem relictum tibi. Cic. 12. Philipp. 6. Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Liv. 2. 39. Inde in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus. Propert. lib. 3. 14. 26.
Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter.
Acclivis, arduus, obſcurus trames. Ovid. 10. Met. 53.
Carpitur acclivis per muta ſilentia trames, &c.
Clivoſi tramitis ſupercilium. Virg. 1. Georg. 108.
Declivus. Ovid. 3. Faſt. 13.
Devius. Stat. 2. Theb. 49.
Obliquus. Senec. Thyeſt. 9. 12.
Obliquis tramitibus egreſſi. Liv. lib. 5.
Sectus. Senec. OEdip. 23. 2.
Siccus. Plin. lib. 8. cap. 43.
Decurrit cito tramite virgo. Virg. 5. Æn. 610. de Iride.
Ductus inopino tramite. Claud. 2. in Ruff. 29.
Egreſſus eſt, non via, ſed tramitibus paludatus. Cic. 13. Philipp. 29.
Facili te tramite ſiſtam. Virg. 6. Æn. 676.

Tramitto, V. transmitto.

Trāno, vel Transno, [Διανήχομαι, περάω. Gl. L. G. & G. L.] āre. ex Trans præpoſitione, & No, nas; Ultra nare. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. Atque id facilius cernamus toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, ſubtilius explicato. Liv. 27. 47. Alter per vada nota Metaurum flumen tranavit. Virg. 6. Æn. 671.
— illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes.
Amnem tranſnavere. Curt. 7. 9. 18.
Aquas tranare. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Flumina tranare. Virg. 3. Georg. 270.
Flumen tranſnare. Cæſ. 1. Bell. Civil. 48.
Tranare, pro Tranſvolare. Virg. 4. Æn. 243. De Mercurio,
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. Servius.
Auras tranantia ſimulacra. Lucret. lib. 4. 178.
Haſta tranavit viri pectus. Sil. lib. 13. 238. [Audaci metaphora.
Pericla tranare. Sil. lib. 17. 366.

Tranor, [περαιοῦμαι] āri. Paſſ. Ovid. 2. de Arte Am. 181.
Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis
Flumina, ſi contra, quam rapit unda, nates.

Trānāto, [Διανήχομαι] frequent. Gloſſ. Latinogræc.

Tranquillus, a, um. Adj. [γαληνός, Gl. L. G. & G. L.] Quietum ſignificat, pacatum, ſerenum, pacificum. Proprie de mari dicitur. Plaut. Epid. 4. 1. 33. Habe animum lenem, & tranquillum face. Idem Ciſt. 3. 21.
Eadem, ſi poſſem tranquillum facere ex irato mihi.
Sine mortis meditatione tranquillo eſſe animo non poteſt. Cic. de Senect. 74.
Cetera videntur eſſe tranquilla, tranquilliſſimus autem animus meus. Cic. 7. Att. 7.
Puto alicubi jungi Tranquillum & Pacificum. H. St.
Appetitus ſint tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. Cic. 1. Off. 10.
Aquæ tranquillæ. Ovid. 2. de Pont. 7. 8.
Flumine tranquillo deſcendit cymba. Propert. lib. 2. 4. 19.
Frons tranquilla & ſerena. Cic. 3. Tuſc. 31. Nec vero ea frons erat, quæ M. Craſſi illius veteris, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla & ſerena.
Locus tranquillus, Ubi optimum ſit quieſcere. Plaut. Epid. 3. 4. 8.
Mare tranquillum. Stat. 4. Silv. 3. 93.
Nox tranquilla, Quieta. Plin. lib. 9. cap. 27.
Otia tranquilla agere. Lucan. lib. 2. 295.
Pax tranquilla. Lucan. lib. 1. 171.
Pectus tranquillum. Lucret. lib. 3. 294.
Quies tranquilla. Senec. Troad. 10.
Res eſt tranquilla, Integra. Ter. Phorm. 3. 2. 15.
Senectus tranquilla. Hor. 2. Serm. 1. 57.
Tempus tranquillum. Ovid. 4. de Pont. 10. 74.
Viam tranquillam concinna, Ne moleſtus ſit iter facienti. Plaut. Stich. 2. 1. 13.
Vita placata, tranquilla, quieta, beata. Cic. 1. de Finib. 71.

Compar. Claud. de Bell. Get. 31.
Securas jam Roma levat tranquillior arces. Lucan. lib. 1. 130.
— longoque togæ tranquillior uſu
Dedidicit jam pace ducem.
Tranquilliorem plebem fecerunt. Liv. 2. 63.
Superl. Animus tranquilliſſimus. Cic. 7. Att. 7. V. paulo ſupra.
Res tranquilliſſimæ. Sen. Epiſt. 84.

Tranquillum, i. n. [γαλήνιον] Gloſſ. Latinogræc.
Tranquillum eſt, i. e. Serenum tempus, ſine flatu ventorum. Plaut. Caſ. prol. 26.
Amorem eſſe in tranquillo. Ter. Eun. 3. 9. 8.
Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: una eſt domus, &c.
Tranquillo quilibet gubernator eſt. Sen. Epiſt. 85. i. e. Dum tranquillum eſt. conf. tranquillo, Adv.

Tranquilla, æ. f. [[illegible], [illegible], γαλήνη] Idem Gloſſ.

Tranquille, Adv. [γαληνῶς] Plaut. Ciſt. 1. 1. 112.
Sed amabo tranquille, ne quid quod illi doleat dixeris.
Tranquille & leniter. Cic. in Orat. 99. Qui enim nihil poteſt tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, diſtincte, facete dicere, &c.
Tranquille placideque traducere vitam. Cic. 3. Tuſc. 25.
A Parthis tranquille. V. a vel ab.
Quietius tranquilliuſque bellare. Liv. 27. 12.
Tranquilliſſime ſenuit. Suet. Aug. cap. 2.

Tranquillo, aliud Adv. [γαληνῶς] Plin. lib. 9. cap. 7. Sæpe adnatata piſcium æſtivo calore quædam anhelatio, & alia tranquillo velut oſcitatio, i. e. Dum eſt tranquillitas. [conf. tranquillum, i. n. Nam revera Ablativi ſunt.

Tranquillĭtas, ātis. f. [γαλήνη, Gl. L. G. & G. L. γαληνότης, G. L.] Placabilitas, ſerenitas. Plin. 2. Epiſt. 1. Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari veneratione.
Tranquillitas maris. Cic. 4. Acad. 100. Et 6. Att. 8. Nos longis navibus tranquillitatem aucupaturi eramus.
Locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus. Cic. 1. de Orat. 2.
Otium & tranquillitas vitæ. Cic. pro Muren. 55. Qui remoti a ſtudiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt.
Aucupari tranquillitatem. V. aucupor.
Animi tranquillitas, Conſtantia, firmitudo, modeſtia. Cic. 4. Tuſc. 10. In participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam quietamque conſtantiam. Idem 1. Off. 69. Ut tranquillitas animi & ſecuritas adſit, quæ affert cum conſtantiam, tum etiam dignitatem. V. Senec. de Animi tranquillitate, cap. 2.
Tranquillitate proficiſci, Tranquilla tempeſtate. Cic. 4. Acad. 100. Si jam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta probo navigio, bono gubernatore ac tranquillitate, probabile videatur ſe illuc venturum eſſe ſalvum.

Tranquillo, [γαληνίζω] āre. Quietum facere. Plaut. Capt. 1. 2. 21.
Cujus nunquam vultum tranquillavi gratiis. Cic. 1. de Fin. 32.
Semper ait aliquid quod tum vi ſua atque natura tranquillet animos.
Perturbare & Tranquillare, contraria. Cic. in Topic. 98. Ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur.
Utitur & Horatius. Puto citari locum in Theſauro patris. H. St. Locus eſt ſeq. Flacci in Lugd. & Pariſ. codice omiſſus.
Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum. Hor. 1. Epiſt. 18. 102.

Tranquillor, āri. Paſſ. ut, Mare tranquillatur oleo. Plin. lib. 2. cap. 103.

Tranquillatus, a, um. Partic. Nepos 25. 4. 1. Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam.

Trans, Præpoſitio, [πέρα, πέραν, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Accuſativo caſui ſervit, & ſignificat Ultra, ut quum de loco ad locum, & de uno ad alterum, & de una re ad alteram tranſitionem facimus, ut, Trans mare, Trans montem. Tam motus, quam quietis verbo datur. Virg. 3. Georg. 269.
Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium.
Trans mare. [πέραν θαλάσσης, Διαπόντιος, Gl. L. G.] Cic. 11. Fam. 5.
Nuntiis trans mare miſſis. Quintil. lib. 4. cap. 3. Dicam hunc eo tempore, quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe. Hor. 1. Epiſt. 11. 27.
Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare. Cic. 12. Att. 19.
Inſpicere trans ripam. Cic. pro Milon. 75.
Tranſuſque. Cic. pro Quint. 12. Tollitur ab atriis Liciniis, atque a præconum conſeſſu, in Galliam Nævius, & trans Alpes uſque transfertur.

Transābeo, [Διαπορεύω] īre. Per locum aliquem abire, Ultra ire. Stat. 6. Theb. 309.
— obliqua, quantum vitare dabatur,
Tranſabiere fuga. Valer. 4. Argonaut. 510.
Turbine ſic rapido populos, atque æquora longe
Tranſabiit.
Tranſabiit coſtas enſis. Stat. Theb. 2. 9.
— capulo nam largius illi
Tranſabiit coſtas cognatis ictibus enſis. Ibid. 9. 124.
Lernæam jacit ipſa trabem: volat illa ſagittis
Æqua fuga, mediumque nihil cunctata Polyten
Tranſabit, & juncti clypeum cavat improba Mopſi. [Poteſt & diviſe ſcribi.
Tranſabiit haſta. Sil. lib. 12. 264.

Transactio, Transactor, V. transigo.

Transădigo, ēgi, actum, [Διαπείρω, Gl. G. L.] ĕre. Virg. 12. Æn. 276. — & qua fata celerrima crudo
Tranſadigit coſtas & crates pectoris enſe. Stat. 5. Theb. 107.
Quatuor hos una, decus & ſolatia patris,
Tranſadigam ferro.
Juvenem tranſadigit coſtas. Virg. 12. Æn. 508.

Transalpīnus, a, um. Adj. [Ὑπεράλπειος] compoſitum ex Trans & Alpes, Alpium: ut, Tranſalpina Gallia, Quæ trans Alpes ſita eſt. Plin. lib. 22. cap. 2. Cic. pro Muren. 89.
Bella Tranſalpina, Quæ in Tranſalpina Gallia geruntur. Cic. 2. Off. 28.
Hoſpes Tranſalpinus, Qui eſt ex Tranſalpina Gallia. Cic. 4. Verr. 118.
Meſſis Tranſalpina. Claud. 1. in Eutrop. 409.

Nationes

Digitized by Google

Nationes Tranſalpinæ. Cic. 9. Fam. 15.
Sanguinis Tranſalpini materna cognatio. Cic. Poſt red. in Senat. 14.
TRANSALPINI, [Τρανσάλπινοι] Qui trans Alpes habitant. Cic. ad Brut. 11. Progreſſus ſum ad Tranſalpinos. Vetus exemplar legit, Ad Inalpinos.
TRANSANIMATIO, ōnis. f. [μετεμψύχωσις] Gloſſ. Latinogræc.
TRANSCENDO, di, ſum, [ὑπερβαίνω, Gl. G. L.] ĕre. ex Trans & Scando compoſitum; ſignificat Tranſgredi. Cic. in Somn. Scip. 16. Ex his ipſis cultis notiſque terris, num aut tuum, aut cujuſquam noſtrûm nomen, vel Caucaſum hunc, quem cernis, tranſcendere potuit, vel illum Gangem tranſnare? Hic per tranſlationem poſitum.
Alpes tranſcendere. Cic. 4. in Catil. 6.
Muros tranſcendere. Pomponius in l. ult. D. de diviſ. rer. Si quis violaverit muros, capite punitur: ſicuti ſi quis tranſcendet ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione. Nam Romuli frater Remus, occiſus traditur ob id, quod murum tranſcendere voluerit.
In Macedoniam tranſcendere. Liv. 32. 13.
In naves inimicorum tranſcendere. Cæſ. 2. Bell. Civil. 58.
Vallum tranſcendere. Lucan. lib. 4. 175.
Ab aſinis ad boves tranſcendere. Plaut. Aul. 2. 2. 58. V. ASINUS.
Tranſcendet hæc licentia in provincias. Tacit. 1. Hiſt. 30.
Tranſcendit ætatem primæ juventæ. Columel. lib. 1. cap. 8.
Annos ſlorentes tranſcendere. Sil. lib. 1. 226.
Fylios ævi tranſcendere metas. Stat 5. Silv. 3. 254.
Fines tranſcendere juris. Lucret. lib. 3. 60.
Huc tranſcendere niſi per meum ſanguinem non potes. Livius lib. 40. 107. edit. Feirab. v. 48. i. e. Per meam mortem. H. St. Eaſtant in Perſæ oratione cap. 9.
TRANSCINDO, idi, iſſum, [διασχίζω] ĕre. Omnino ſcindere. Plaut. Perſ. 4. 8. 1. Tranſcidi loris omnes adveniens domi.
TRANSCRIBO, pſi, ptum, [μεταγράφω. Gl. G. L.] ĕre. Idem quod Exſcribere. Cic. 3. de Nat. Deor. 74. Q. Soſius ſplendidus Eques Rom. ex agro Piceno, feciſſe confeſſus eſt, qui tranſcripſerit tabulas publicas.
Fabulas & orationes ſua manu tranſcribere. Auctor ad Herenn. lib. 4. 6.
Tranſcribere aliquem auctorem, pro Deſumere ex eo quod ad noſtrum opus facere videtur, & ſcriptis ejus tanquam noſtris uti. Plin. lib. 14. cap. 2. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit, arbitratur non naturam, &c.
Tranſcribere, Tradere. Virg. 7. Æn. 422.
Turne, tot incaſſum fuſos patiere labores:
Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra coloniis? Ubi Servius; Tranſcribi, Tradi. Sermo autem hic tractus eſt de pecunia: nam Scribi, eſt dari. Idem 5. Æn. 750.
Tranſcribunt urbi matres. I. e. Ad urbem. Ubi Servius, Romani moris verbum eſt. Tranſcripti enim in colonias deducebantur. Seneca Thyeſt. 13. In quod malum tranſcribor?
Tranſcribere, (inquit Agrætius) dicitur quum jus noſtrum in alium tranſit. Proculus in Pandectis, in l. ſi vir. uxori. De præſcriptis verbis, Ut eos fundos, ſi ipſe vellet, eodem pretio mulier tranſcriberet viro. i. e. Jure ceſſo traderet, ait Budæus. Ovid. 7. Met. 170.
— ergo ego cuiquam
Poſſe tuæ videor ſpatium tranſcribere vitæ? h. e. Tranſponere, transferre. Verba ſunt Medeæ reſpondentis Iaſoni, qui rogaverat ut ſuis annis, quos adhuc victurus eſſet, adimeret aliquid, adderetque illud annis patris, quo & ille longius viveret. Claud. de Bell Gild. 161.
Tranſcribere in viros. Senec. in Conſol. ad Marciam. Idem Epiſt. 4. Quum puerilem animum depoſueris, & te in virum philoſophia tranſcripſerit.
Tranſcribere, pro Venale proſtribere. Quintil. Declam. 12. Quo modo ſatis accuſabo vendentem? ſpiritus noſtros tranſcribis, ſalutem noſtram exponis.
Nomina tranſcribere in alios. V. NOMEN.
Tranſcribere in libris cenſualibus dici debet, quum res cenſualis ab uno nomine in aliud transfertur. Quomodo & in rationibus, quum id quod mihi expenſum latum eſt, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in l. ult. C. De prædiis navicul. Hac tamen (inquit) pactione ſervata, ut ſi ad minus idoneum fuerit tranſlata poſſeſſio, etiam auctores tranſcripti prædii teneantur obnoxii. Cajus in l. Aliquando. D ad Senatuſc Vellejanum, Si hereditatem emerit, & æs alienum hereditarium in ſe tranſcribet. Liv. 35. 7. pr. Quum multis fœnebribus legibus conſtricta avaritia eſſet, via fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſcriberent. Hæc Budæus.
Parcite paucarum tranſcribere crimen in omnes. Ovid. H. St. Diffundere legitur in aliis codd. 3. Artis v. 9. Malim prius, ſi ex Mſſ.
TRANSCRIPTIO, ōnis. f. [μεταγραφή] pro Excuſatione, ſeu prætextu. Quintil. Decl. 13. 11. Jam privati veneni tranſcriptio eſt. Nam dives cauſabatur ſe nihil deliquiſſe, quia in privato ſuo ſpes pauperis occaſſet.
TRANSCRIPTITII, ōrum. pl. [μεταγεγραμμένοι] Gloſſ. Latinogræc.
TRANSCURRO, curri, curſum, [παρατρέχω, διατρέχω] ĕre. Leviter aliquo currere. Ter. Eun. 4. 6. 25.
Tu abi, atque oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum. Virg. 9. Æn. 110.
— & ingens
Viſus ab aurora cælum tranſcurrere nimbus.
Tranſire & Tranſcurrere, oppoſita. Auctor ad Herenn. lib. 4. 45. Tranſlationem dicunt pudentem eſſe oportere, ut cum ratione in conſimilem rem tranſeat, ne ſine delectu temere & cupide videatur in diſſimilem tranſcurriſſe.
Curſum ſuum tranſcurrere. Cic. de Clar. Orat. 281. Ita graviſſimo ſuo caſu, dum Cyri & Alexandri ſimilis eſſe voluit, qui ſuum curſum tranſcurrerant.
Æſtas tranſcurrit. Plin. 7. Epiſt. 2.
Præter oculos alicujus tranſcurrere, Ante oculos alicujus præterire, vel currere. Ovid 14. Met. 559. de Circe.
Tranſcurrere, pro Divagari. Plin. lib. 9. cap. 36. Quod ſi hactenus tranſcurrat expoſitio, fraudatam ſe protinus luxuria credat.
Tranſcurrere, Perſtringere, curſim, & breviter perſequi. Quintil. 4. 2. In narratione tranſcurram ſubtiles nimium diviſiones quorundam.
Tranſcurſum eſt, Celeriter itum eſt. Liv. 25. 39. Adeo raptim, captis propioribus caſtris, in altera tranſcurſum caſtra ab Romanis eſt.

Tranſcurſu, Ablativus a Tranſcurſum Participio, junctum cum hoc nomine Opus, pro Tranſcurrere. Ter. Hec. 3. 4. 17. In arcem tranſcurſo opus eſt.
TRANSCURSIO, ōnis. f. Cod. 6. t. 23. l. 27. Per decennii tranſcurſionem.
TRANSCURSUS, ūs. m. [παραδρομή] unde, In tranſcurſu aliquid tactum dicimus, pro Obiter, & inter percurrendum. Plin lib 18 cap 13. Quanquam prius de rapis dixiſſe conveniat, in tranſcurſu ea attigere noſtri, paulo diligentius Græci.
TRANSDO, didi, ditum, [μεταδίδωμι] ĕre. veteres dixerunt ſonantius, inquit Donatus, quod nos lenius Tradere nunc dicimus: ut Tralatum nos Tranſlatum e contrario. Hæc ille in hoc Ter. in prol. Phorm. 2.
Retrahere a ſtudio, & tranſdere hominem in otium. Et Cæſ. 7. Bell. Gall. 89. Arma tranſdere. V. TRADO.
TRANSDUCO, xi, ctum, [μετάγω] ĕre. Idem quod Traducere. Cic. 6. Verr. 99. Quam in te tantam virtutem eſſe aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidæ provinciæ tranſducere ad te, auferre a certiſſimis, antiquiſſimiſque patronis?
Tranſducere arbores, pro Tranſplantare. Columel. lib. 3. cap. 9.
Tranſduci mali in melius dicuntur, pro Converti. Senec. lib. 2. de Ira 13. al. hic legunt Traduci. V. TRADUCO.
TRANSENNA, æ. f. [ὀπαὴ, ἐπάλξις, κιγκλίς, Gl. L. G. βρόχος εἰς ἀγρευμένα ἐμπεμένος, G. L.] Per quam aſpectus tranſire poteſt. Sunt autem Cancelli lignei, ferrei, ſive viminei, qui feneſtris aut etiam mercibus opponi ſolent. Salluſt. lib. 2. Hiſtor. Apud Non. 2. 859. Præterea quum ſedenti in tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum, coronam ei imponebat. conf. Macrob. 3. Saturn. 13. [Forte in Gloſſ ſcribendum, ἐπάλξις, κιγκλίς, &c.]
Perottus dicit Tranſennam eſſe Porrectam extra domum quaſi pergulam, per quam tranſitur ſuperimpoſito tegulo. Nonius l. c. Feneſtram interpretatur. Servius in illud 5. Æn. 488.
— trajecto in fune columbam,
Quo tandem ferrum malo ſuſpendit ab alto. Trajecto, ait, Extento. Unde Tranſenna dicitur Extentus funis. Hactenus Servius. Alii Traſenna ſcribunt. [V. Suid. in ὀπαὴ.]
Per tranſennam ſtrictim aſpicere. Cic. 1. de Orat. 162. Proverbiali figura dictum eſt, pro eo quod eſt, Non propius, neque ſigillatim, ſed procul & ſummatim inſpicere. Tranſlatum a negotiatoribus, qui mercibus, quas contrectari nolunt, cancellos objiciunt: quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, ut prætereuntibus procul modo contemplari liceat, nec explicant eas niſi licitatori idoneo Eraſm.
Tranſenna, Decipulum, laqueus, & funiculus ad inſidias concinnatus. Plaut. Bacch. 4. 6. 22.
Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit. Senſus eſt: Nunc ſenex commode dolis capitur, veluti turdus rete vel laqueo, dum quæritat cibum. Hæc Saracenus. V. Chiliad. Eraſmi.
In tranſennam inducere. In laqueum, in pedicam funariam, in dolum & decipulum. Plaut. in Perſ. 4. 3. 11.
Hunc ego hominem hodie in tranſennam doctis ducam dolis.
Itaque huic inſidiæ paratæ ſunt, probe aggrediar virum. Ab aucupibus ſumptum eſt, ait Eraſmus in Chiliadibus, qui intra cancellos eſcam ſpargunt, inſidiantes aviculis. Unde & hodie Qui dolo captus eſt, Intra tranſennam eſſe dicitur.
TRANSEO, is, ivi, itum. [μεταβαίνω, διαβαίνω, διέρχομαι, ὑπερβαίνω] ire. notæ ſignificationis: ut, Tranſire flumen. Cic. 3. de Finib 75. Rectius, dives quam Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquam Euphratem nulla belli cauſa tranſire voluiſſet.
Apenninum tranſire. Cic. 11. Fam. 10.
Quum mare vaſtiſſimum hieme tranſibas. Cic. in Piſon. 57.
Campos pedibus tranſire. Lucret. lib. 4. 461.
Aliquem tranſire. Plaut. Stich 3 1. 33.
Jam hercle ego per hortum amicam tranſibo meam.
Equum curſu tranſire, Superare. Virg 11. Æn. 719
Roſa tranſiit ſerpentem, Secuit tranſiens. Virg. 5. Æn. 274.
Tranſiit eum haſta, Trajecit, transfixit. Stat. 12. Theb. 750.
Tranſire ad forum: h. e. Abire ad forum Ter. Phorm. 5. 8. 29. Idem Heaut. 4. 4. 17. Tranſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum.
Tranſire domum, pro Abire domum. Plaut. Milit. 4. 2. 96.
Tranſeo huc ad, vel in. Plaut Epid 5. 1. 51. Ego ad vos Theſprionem juſſero huc tranſire. Idem Caſ. 2. 1. 2.
Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam.
Per aliquem locum tranſire. Plin. lib. 10. cap. 60.
Ætas cito tranſiet. Tibul. lib. 1. 4. 27.
Convicium tranſit. Plin. lib. 29. cap. 1. [i. e. Transfertur, ut vult Hard.
Dies tranſiit, Præteriit, elapſa eſt Cic. 7. Att 7 Quid? ergo exercitum retinentis, quum legis diem tranſierit, rationem haberi placet?
Dies mei tranſeunt. Sen. Thyeſt. 4.
Gloria tranſit. Plin. lib. 13. cap. 1.
Menſis tranſiit, pro Præteriit. Plaut. Curc. 5. 3. 4.
Quinquennium tranſiit, & quinquennium præteriit. Africanus in l. Quæſitum D. de uſufruct.
Video jam quo invidia tranſeat, & ubi ſit habitatura. Cic. 2. Att. 9.
Tranſire, Intactum relinquere. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 28 Sæpe quæ agellus peſſimi cujuſque tranſierat, optimorum virorum ſegetem grando percuſſit.
Leviter aliquid tranſire, pro Paucis dicere & percurrere. Cic. pro Roſc. Amer. 91.
Silentio aliquid tranſire, Silere. Cic. 2. Att. 19. Equidem malueram, quod erat ſuſceptum ab illis, ſilentio tranſiri.
Ut tranſeam, pro Ut taceam. Plin. lib. 2. cap. 68.
Tranſire quædam in legendo, Præterire, omittere. Plin. Epiſt. 174.
Tranſeo Neronem, i e. Sileo de Nerone, nihil dico. Plin. Epiſt. 98.
Ad reliqua tranſire. Plin. lib. 11. cap. 54.
Ad partitionem tranſire, De partitione dicere. Cic. 1. de Invent. 30. Deinceps ad partitionem tranſeamus.
Ad opus aliud tranſire. Ovid. 6. Met. 141.
Ad vinum tranſire. Plin. lib. 20. cap. 5.
Invicem tranſire. Plin. lib. 19. cap. 5.
In iras tranſire. Ovid. 8. Met 106.
In alia omnia tranſire, pro Diſſentire. V. Ire in alia omnia, In 20,

In ſententiam alterius tranſire. Liv. 34. 34. pr. conf. 44. 38. μεθίσταμαι. H. St.
In partes tranſire. Tacit. 2. Hiſt. 70.
Facile tranſire mala. Cic. 9. Fam. 1. Videor ſperare debere ſi te viderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facile tranſiturum. i. e. Non curaturum.
Finem & modum tranſire, Excedere. Cic. 1. Off. 102.
Legem tranſire, pro Non curare, & negligere. Cic. 5. Att. 21. Is ceteroqui abſtinens, (ſed Julia lege tranſita, ſemel tantum in diem, non, ut alii ſolebant, omnibus vicis, præter eum ſemel nemo accepit) facit ut mihi excipiendus ſit. Al. Tranſitans.
Lineas tranſire, Præterire terminos. Cic. in Parad. 3. Dolor ad pauciores pertinet, quam ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili virgine: peccant vero nihilo minus; ſi quidem eſt peccare, tanquam tranſire lineas.
Vitam tranſire, pro Vivere, & quod Vitam tranſigere etiam dicitur. Salluſt. in Catil. 7.
Ad adverſarios tranſire. Cic. 3. Verr. 40. Repente relinquas, deſeras, ad adverſarios tranſeas?
Ad heredem tranſire, Transmitti. Plin. lib. 23. cap. 3.
Per multos dominos tranſire ſervus dicitur, qui multis dominis ſervivit. Ulp. in l. 2. §. ult. D. de bon. poſſ. ſecund. tabul.
In veſtes tranſit odor. Plin. lib. 28. cap. 7.
In colores varios tranſire. Plin. lib. 11. cap. 37.
In mores tranſire. Quintil. lib. 1. cap. 11. Nam frequens imitatio tranſit in mores.
In formam crediti tranſire. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 2.
Permeare & tranſire per omnia. Cic. 4. Acad. 119. Erit enim perfuſum etiam Solem, Lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat.
Tranſiri vado. Paulus in l. ult. D. de ſervit. ruſt. præd. Si flumen aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet. V. VADUM. Et Cæſ. 1. Bell. Gall. 6. Rhodanus nonnullis locis vado tranſitur.
Tranſitur. Imperſ. Plin. lib. 17. cap. 10. Quamobrem ſeminarii curam ante convenit dici, quam tranſeatur ad alia genera.
Tranſitum eſt. Cic. 2. de Finib. 47. Cujus ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie, a dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atque factorum.
TRANSIENS, euntis. Partic. Juſtin. 23. 3. 12. Telo e muris in tranſeuntem jacto occiditur.
TRANSITUS, a, um. Partic. Liv. 21. 43. A tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus tranſitæ. Manil. 1. 438.
Ignotæque hominum gentes & tranſita regna. V. Gronov. ad Liv. 2. 10.
TRANSITUM, i. n. [πέρασμα] Gloſſ. Latinogræc.
TRANSITIO, ōnis f. [πέρασμα, πέρασις. Gl. G. L.] Actus tranſeundi. Liv. 2. 25. Proxima inde nocte Volſci, diſcordia Romana freti, ſi qua nocturna tranſitio proditione fieri poſſit, tentant caſtra. Ovid. Rem. Amor. v. 616.
Multaque corporibus tranſitione nocent.
Cauſa tranſitionis. Auctor ad Herenn. lib. 1. 14.
Ad plebem tranſitiones. Cic. de Clar. Orat. 62. Multa enim ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures Conſulatus, genera etiam falſa, & ad plebem tranſitiones, &c.
Tranſitio ad hoſtes, Defectio. Liv. 25. 15. Cujus adventu, qui ante in ambigua ſpe, vocati ſæpe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant, ultro ad tranſeundum hoſtes vocabant, ſollicitabantque.
Adverſus quem cum reverſus a Græcia Antigonus eſſet, tranſitione militum deſtitutus, regnum Macedoniæ cum exercitu amittit., Juſtinus libro 26. H. St. Exſtant cap. 2. ſub fin.
Imagines ſimilitudine & tranſitione perceptæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.
TRANSITUS, ūs. m. [πέρασμα, Gl. L. G. & G. L. διάβασις, πέρασμα. L. G.] Idem. Item Via, qua tranſitur. Plin. lib. 6. cap. 14. Cauſa portarum nominis eadem, quæ ſupra, interruptis anguſto tranſitu jugis, ita ut vix ſingula meent plauſtra. Cic. 5. Tuſc. 59. Et cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet, ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet.
Carticæ tranſitus. V. CERTUS.
Adimere tranſitum. V. ADIMO.
Claudere tranſitum. V. CLAUDO.
Dare tranſitum, pro Cedere de via. Plin. 3. Epiſt. 14.
Tranſitum facio, διαβαίνω, Gloſſ. Græcolat.
Prohibere tranſitu. Nepos 23. 3. 4. Al. Tranſitum.
Tranſitus in alias figuras. Plin. lib. 11. cap. 36.
In tranſitu, Curſim. Quintil. lib. 2. cap. 11. Si quid inciderit, quod ad ſcholas pertineat proprie, in tranſitu non omittemus. i. e. Obiter.
TRANSITOR, ōris. m. Ammian. 15. 2. Singulos tranſitores obſervans.
TRANSITŌRIUS, a, um. Adj. [παροδικός, Gl. G. L.] Suet. in Nerone, cap. 31. Domum a Palatio Eſquilias uſque fecit, quam primo tranſitoriam, mox incendio abſumptam reſtitutamque, auream nominavit.
Forum tranſitorium. Eutrop. 7. 15. V. & Serv. ad Virg. 7. Æn. 607.
TRANSITORIE, Adv. Auguſt. Serm. 62. Non tranſitorie, ſed fideliter audientes.
TRANSEUNTER, Adv. In tranſitu, obiter. Ammian. 24. 8. Tranſeunter judiciorum fide diſcuſſa, ſupplicio letali damnavit.
TRANSILIS, e. Adj. [ὑπερβατικός] Palmes relictus, alios tranſiliens. Plin. lib. 17. cap. 23. Traducem bimum præcidere ſolebant. Onerariis enim vetuſtate melius donare tempus, ut tranſilem faciant, ſi largiatur craſſitudo, alias utile toros futuri draconis paſci.
TRANSITO, āre. [παροδεύω, Gl. G. L.] Cic. 5. Att. 21. Ceteroqui abſtinens, ſed Julia lege tranſitans. al. Tranſita. V. Commentat. apud Gronov.
TRANSERO, ſerui, ſertum, [μεταφυτεύω] ĕre. a Trans & Sero; eſt in alium locum ſerere. Stat. 2. Silv. 1. 101.
Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos
Altius ire ſuis. h. e. Inſitos in aliena arbore.
TRANSFĔRO, fers, tŭli, lātum, [μεταφέρω. Gl. L. G. & G. L. μετακομίζω, G. L.] ferre. De loco in alium locum ferre. Ter. And. 5. 4. 49. Cur non illam huc transferri jubes? Virg. 1. Æn. 273.
— regnumque a ſede Lavini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.
Auferre & Transferre. Cic. 13. Att. 13. Totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtuli ad noſtrum ſodalem.
Bella transferre. Ovid. 12. Met. 25.
Calores ſuos alio transferre. i.e. Amores ſuos ad aliam puellam. Propert. lib. 2. 15. 34.
Cauſſam aliquam alio transferre. Cic. 1. Fam. 4.
Ex quorundam præceptis quædam transferre, quæ noſtro inſtituto convenire videantur. Cic. 1. de Invent. 26.
Judicia transferre. Cic. 3. Verr. 6. Sin abſolvitur, deſinemus nos de judiciis transferendis recuſare. Transferre judicia, inquit Budæus, eſt Ab uno ordine ad alterum transferre.
Sermonem, ſi placet, alio transferemus. Cic. 2. de Orat. 233.
Servitium translatum. Propert. lib. 1. 12. 18.
Transferre ſe ad alios. Cic. 4. Acad. 30. Cur non ſe tranſtulit ad alios, & maxime ad Stoicos?
Ad aliquid faciendum ſe transferre. Cic. de Clar. Orat. 48. Totumque ſe ad artes componendas tranſtulit.
Ab oculis ad animum transferre. Cic. 1. Off. 14. Quam ſimilitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, &c.
Animum oculoſque ad aliquid transferre. Cic. 4. Verr. 187. Statim ſuſpicione offenſi, ad ea ipſa nomina oculos, animumque tranſtulimus.
Dictum aliquod ad invidiam & fortunam transferre. Cic. 9. Fam. 16. Illam Accii ſimilitudinem, non modo jam ad invidiam, ſed ad fortunam transferam.
Hoc idem transfero in Magiſtratus. Cic. 4. Verr. 206.
Transferre ſemina e terra in terram. Varr. 1. de R. R. cap. 39.
Transferre modo in dexteram partem, modo in ſiniſtram. Plin. lib. 9. cap. 29.
Amorem ſuum alteri, vel in alterum transferre. Ter. Adel. 2. 3. 10.
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum, in ſe tranſtulit.
Idem Hec. 1. 2. 94.
Paulatim elapſus Bacchidi, atque huic tranſtulit
Amorem: poſtquam par ingenium nactus eſt. Al. rectius, Huc tranſtulit. conf. ſupra Calores ſuos &c.
Cauſſam in proximum annum transferre. Cic. 8. Fam. 9.
Crimen in ſe, vel in alium transferre. Cic. pro Sext. 82. Gracchum illum ſuum transferendi in nos criminis cauſa occidere cogitarint. Idem 15. Att. 27.
Culpam in alium transferre. Ter. And. 2. 3. 5.
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet. Cic. 3. Verr. 83. Quid ſi doceo, ſi planum facio, teſte homine nequam, verum ad hanc rem tamen idoneo, te hujus circumſeſſionis tuæ cauſam, & culpam in alios tranſtuliſſe?
Capita aliqua in edictum provinciale transferre. Cic. 3. Verr. 27. Iterum enim quæro abs te, ſicut modo in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum poſſeſſionibus, cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris.
Exercitum in Africam transferre. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Jucunditatem in animum transferre. Cic. 2. de Finib. 14.
In aliam rem transferri. Cic. 4. Acad. 43. Num illa definitio poſſet in aliam rem transferri quamlibet?
Litteras & lituras de tabulis in libros transferre. Cic. 4. Verr. 189. Litteræ, lituræque omnes, aſſimulatæ, expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur.
Nihil eſt enim quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit. Cic. 4. Acad. 50.
Transferri trans Alpes. Cic. pro Quint. 12. Tollitur ab atriis Liciniis, atque a præconum conſeſſu in Galliam Nævius, & trans Alpes uſque transfertur. conf. infra Transferor.
Auctores Græcos transferre, pro Convertere. Quintil. lib. 10. cap. 5.
Ad verbum translatum non invenio. Quintil. lib. 7. cap. 5.
In linguam Latinam transferre. Plin. lib. 18. cap. 3.
Verbum aliquod transferre dicimur, quum illud a propria ſignificatione in aliam convertimus. Cicero Translationem verborum maxime probat in Orat. 147. Quintil. autem, quæ ſint verba propria, quæque translata, quomodo transferantur, quæ ſit vitioſa translatio, & cur reperta ſit translatio, diffuſe tradit lib. 1. Inſtitut. & lib. 8. cap. 6. V. Translata verba, in VERBUM, & infra TRANSLATIO.
Verba apertius transferre. Cic. in Orat. 65.
Tranſtuliſſe, μετενηνοχέναι. Gloſſ. Græcolat.
Transferor. Paſſ. μεταφέρομαι, ἐπὶ τινι. Idem Gloſſ.
TRANSLĀTUS, ſive TRĀLATUS, a, um. [μετενεχθείς, Gl. L. G. & G. L.] Partic. Cic. 1. Verr. 24. Accuſandi voluntas ad viros fortes, ſpectatoſque homines translata ſit. Idem 16. Att. 3. Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in arcano convivis tuis.
Curſu translato vada mutat amnis. Sil. lib. 3. 471.
Verba translata. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Audacius translatum verbum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Speecioſe translatum. Quintil. lib. 2. cap. 5.
TRANSLATIO, ſive TRALATIO, ōnis. f. [μεταφορά, μεταφύτευσις, Gl. G. L.] Plin. lib. 21. cap. 4. Translatione quoque, ut vitis, optime ociſſimeque provenit.
Translatio pecuniarum a juſtis dominis ad alienos. Cic. 1. Off. 43. Quare Lucii Sullæ, & C. Cæſaris pecuniarum translatio a juſtis dominis ad alienos, non debet liberalis videri.
Criminis translatio. Cic. 4. Verr. 91.
Translatio Latina, metaphora. Quintil. 8. 6.
Translationes quaſi mutationes ſunt, quum quod non habeas, aliunde ſumas. Cic. 3. de Orat. 156.
Unius verbi translatio, aut inverſio verborum. Cic. 2. de Orat. 261.
Jam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui iſta omnia translationes vocat. Cic. in Orat. 94.
Verecunda tralatio. Cic. 16. Fam. 17. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam Fidelis dici poteſt, ut ſit, quo modo Theophraſto placet, verecunda tralatio.
TRANSLĀTOR, vel TRĀLATOR, ōris. m. [μεταφορεύς] Cic. 7. Verr. 151. Verres ille, vetus proditor Conſulis, translator Quæſturæ, averſor pecuniæ publicæ.
TRANSLĀTĪTIUS, ſive TRĀLATITIUS, a, um. Adj. [μεταφορικός, Gl. L. G.] Quod transfertur, vel translatum eſt. Cic. 8. Fam. 5. Nihil enim hæc tralatitia. Cic. 3. Fam. 8. Hoc vero, ex quo ſuſpicio nata eſt, me exqui-

exquiſiſſe aliquid. In quo te offenderem, tralatitium eſt. I. e. Vulgare, nec affectatum, & aliunde arceſſitum, atque adeo falſum.

Alterum caput eſſe tralatidum de impunitate. Cic. 3. Att. 8.

Conſtitutio translatitia. [μετάληψις] Cic. 1. de Invent. 57. At quum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, Tranſlatitia dicitur conſtitutio, quia actio tranſlationis & commutationis indigere videtur. Vetus codex habet Tranſlativa.

Tranſlatitius, pro Levi: quod dicimus *Faciſ par acquit*. Sueton. in Auguſt. cap. 10. Sed adverſante conatibus ſuis M. Antonio Conſule, quem vel præcipuum adjutorem ſperaverat; ac ne publicum quidem & tranſlatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiente, ad optimates ſe contulit, quibus eum inviſum ſentiebat. Sic Tranſlatitiæ cauſæ, pro Levibus, apud eundem in Nerone cap. 7. Celeberrimis patronis, non tranſlatitias & breves, ſed maximas pluriméſque poſtulationes certatim ingerentibus. Sic & Tranſlatitium funus apud eundem cap. 33. Britannicum poſtero die raptim, inter maximos imbres, tranſlatitio extulit funere.

Officia tranſlatitia. Plin. 9. Epiſt. 4. V. TRANSLATIVUS.

TRANSLATITIE, Adv. Perfunctorie. l. 1. D. de jure Patron. Injurias tranſlatitie exſequi.

TRANSLĀTĪVUS, a, um. Adj. [μεταγραφικὸς, μεταληπτικὸς, μετωνυμικός] Idem quod Tranſlatitius. Cic. 1. de Invent. 14. Rurſus nec definitiva cauſa poteſt ſimul ex eadem parte, eodem in genere, & definitiva eſſe & tranſlativa.

Tranſlativum, & Tranſlatidum, vel ut aliqui loquuntur, Tralatitium. Plin. 9. Epiſt. 4. a fine. Nec tuæ naturæ eſt, tranſlativa hæc, & quaſi publica officia, a familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere. Al. Tranſlatitia. Cic. 3. Verr. 114. Sed in re tam uſitata, ſatis eſt oſtendere, omnes antea jus ita dixiſſe: & hoc vetus edictum tranſlativumque eſſe. Budæus. Al. Tranſlatitium.

TRANSLATIVE, Adv. [μεταληπτικῶς] Marcianus Juriſconſ. Prævaricatorem eſſe oſtendimus, qui colludit cum reo, & tranſlative munere accuſandi fungitur. Ulpian. in l. 5. D. De jure patronatus. Patronorum querelas adverſus libertos Præſides audire, & non tranſlative exſequi debent. Alii utrobique legunt Tranſlatitie, quibus accedit & Haloander. Pandectæ quoque Florentinæ ſic habent.

TRANSFĪGO, xi, xum, [διαπείρω. Gl. G. L.] ĕre. Per medium figere. Plaut. Perſ. 1. 1. 25.

— ſaucius factus ſum in Veneris prælio:
Sagitta Cupido cor meum transfixit.

Cic. 2. de Finib. 97. Evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam.

Tela transfigitur pectora. Lucan. lib. 3. 587.

Transfigere cum armis corpus alicujus. Liv. 25. 8.

Transfigere gladio aliquem per pectus. Liv. 2. 46.

Per adverſum pectus transfigere. Liv. 26. 15. extr.

TRANSFIXUS, a, um. Partic. [διαπεπαρμένος. Gl. L. G. & G. L. διαπεπερονημένος, διαπεπερονημένος, L. G.] Plin. lib. 22 cap. 23. Siccantur pendentes ſingili, junco transfixi, quales a Bithynia veniunt.

Clypei transfixi. Sil. lib. 10. 317.

Haſta transfixa virum. Virg. 11. Æn. 645.

Pectus transfixum. Virg. 1. Æn 48.

TRANSFĬGŪRO, [μετασχηματίζω. Gl. L. G. & G. L. μεταμορφόω, L. G.] āre. In aliam figuram vertere. Sueton. in Claud. Nerone cap. 28. Puerum Sporum, exſectis teſtibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt.

Animos judicum in eum, quem volumus, habitum formare, & velut transfigurare. Quintil. lib 6. cap. 2.

Corpus in ſcorpiones transfigurare Plin lib. 9. cap. 31.

Transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras. Plin. 17. 24.

In plurimas ſimilitudines transfigurari Plin. lib. 8. cap. 53.

In lupum transfigurari. Plin. lib. 8. cap. 22.

TRANSFIGURĀTUS, a, um. Partic. [μετασχηματισμένος] Ulpian. in l. Quid tamen. §. Si maſſæ. D. Quibus modis uſusfructus amittatur. Ornamentum diſſolutum, aut transfiguratum, extinguit uſumfructum.

Ædes transfiguratæ. Sueton. Calig 22.

TRANSFIGURATIO, ōnis. f. [μεταμόρφωσις, Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 7. cap 55 Alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſum inferis dando.

TRANSFIGURĀTOR, ōris. m. Tertull. adv. Marc. 5. 12. Doloſi transfiguratores ſui.

TRANSFIGURĀBĬLIS, e. Adj. Tertull. de Carne Chriſti cap. 6. Angeli in carnem humanam transfigurabiles.

TRANSFLŪMĬNĀLIS, e. Adj. Quod trans flumen eſt, ut Transfluminales, περαῖοι. Gloſſ. Latinogræc.

TRANSFLUO, xi, xum, [μεταῤῥέω] ĕre. Plin. lib. 21. cap. 38. Sanguinem multis non transfluere transfoſſis evenit.

Dies transfluxere. Claud. ad Probinum v. 5.

TRANSFLŪVIO, āre. Flumen tranſgredi. Commod. Inſtruct. 50. Transfluviat hoſtis, tu ſub latebra conde.

TRANSFŎDIO, fōdi, foſſum, [διασκάπτω] ĕre. Ovid. [Niſi error.

—gemino transfodit vulnere pectus.

Liv. 39. 42. Deinde fugienti, fidemque Pop. Rom. atque eorum, qui aderant, imploranti, latus transfodiſſe.

TRANSFOSSUS, a, um. Partic. [διασκαμμένος, Gl. G. L.] Valer. 6. Argon. 222.

—cadit impiger unx,
Inguine transfoſſo, clari Tanlantis alumnus.

TRANSFORMIS, e. Adj [μεταμορφωτικὸς] Quod quamcunque formam recipit, ſive in formas diverſas transformatur.

Corpora transformia. Ovid 8. Met. 877. conf. 1. Faſt. 373.

TRANSFORMO, [μεταμορφόω, Gl. G. L.] āre. In aliam formam mutare. Virg. 4. Georg. 441.

Omnia transformat ſeſe in miracula rerum.

Diætas transformare. Ulpian. in l. Si cujus rei. §. Sed ſi ædium. D. de uſufructu

Membra transformat in juvencos. Ovid. 10. Met. 237.

Faciem ſuam transformans Ovid. 1. Faſt. 373. al. Transformis.

Ad naturam alicujus transformari. Quintil. lib. 1. cap. 2. Maxima pars eloquentiæ conſtat animo: hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus loquimur, neceſſe eſt.

TRANSFORMĀTUS, a, um Partic. [μεταμορφωθεὶς] ut, Scylla in ſcopulum transformata. Ovid. 14. Met. 73.

TRANSFORMATIO, ōnis f. [μεταμόρφωσις, Gl. L. G] Auguſt de Trin. 15. 8. Gratia Dei nobis conferri tam optabilis transformationis bonum.

TRANSFORMĀTOR, ōris. m. Sidon

TRANSFŎRO, āre. Sen. 2. de Benefic. 6. Gladius idem & ſtringit & transforat.

TRANSFRĔTO, [διαπορθμεύω. Gl. L. G.] āre. Trans fretum ire. Plin. in Paneg. cap. 81. extr. Remiſque transfretare obſtantia freta. Al. Tranſire.

Mare transfretaturi. Suet. Cæſ. 34.

TRANSFRETĀTIO, ōnis. f. Gell. 10. 26.

TRANSFRETĀNUS, a, um Adj. Qui trans fretum eſt, Transmarinus. Tertull. Apol. cap 25. Patriæ ſolum transfretanis dediſſe.

TRANSFŬGIO, fūgi, fūgitum, [αὐτομολέω, Gl. G. L.] ĕre. De loco ad locum fugere. Plaut. Milit. 2. 6 107.

Nam illius oculi, atque auris, atque opinio,
Transfugēre ad nos.

Ad hoſtes transfugere. Plaut. Epid. 1. 1. 28. Pol illa ad hoſtes transfugiet. Liv. 2. 16

Ab afflicta amicitia transfugere. Cic. pro Quint. 93. Fatetur ſe, non belle dicere, non ad voluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare.

TRANSFUGIUM, ii. n. [αὐτομολία] Profugium vel defectio Auctor de Viris illuſtr. 8. Gabios per Sextum filium, ſimulato transfugio, in poteſtatem redegit. Liv. 22. 43. Simul ut, quo longius ab hoſte receſſiſſet, transfugia impeditiora levibus ingeniis eſſent. Tacit. 2. Hiſt 34. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis.

TRANSFŬGA, æ. m. [αὐτόμολος, Gl. L. G. & G L.] Qui transfugit, & ad hoſtes defecit. Liv. 2. 12. Deinde metuens, ne ſi Conſulum injuſſu, & ignaris omnibus iret, deprehenſus forte a cuſtodibus Romanis retraheretur, ut transfuga, (fortuna tum urbis crimen affirmante) Senatum adit.

Transfuga ad Græcos. Plin. lib. 29. cap. 1.

Transfuga non ſolum (ait Paulus Juriſc. De captivis l. Poſtliminium §. 8.) is accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit.

Non omnia illum transfugam auſum eſſe Senatui dicere. Cic. 1. de Divin. 100.

Amnis transfuga. Stat. 1. Silv. 2. 203. Alpheum intelligit, qui per ſubterraneos meatus in Siciliam pervenire dicitur ad Arethuſam, cujus amore captus fingitur.

TRANSFULGĬDUS, a, um. Adj Sidon.

TRANSFŪMO, [διατυφόω] āre. Stat. 6. Theb. 399.

Compreſſæ transfumant anhelitus iræ.

TRANSFUNDO, fūdi, fūſum, [μεταχέω, μεταχύνω, Gl G. L.] ĕre. De vaſe in vas fundere. Cato de R R. Ubi dies triginta præterierint, transfundito: ita relinquito uſque ad vindemiam Columel. lib. 12. cap 12. Deinde quum ſæpius eam in alia vaſa transfuderunt. Lucan. lib 8. 770.

Suas laudes ad alterum transfundere, per tranſlationem. Cic. 9. Fam. 14. Libentius omnes meas, ſi modo ſint aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim.

Amorem ſuum in aliam transfundere. Cic. 2. Philipp. 77. Omnem ſe amorem abjeciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe.

TRANSFŪSUS, a, um. Partic. Plin. lib. 33. cap. 6. Dein vas, in quo turbida transfuſa ſunt, apertum linteo per noctem relinquitur, &c.

TRANSFUSIO, ōnis. f. [μεταγγισμὸς] Plin. lib. 34 cap. 18. Lavatur in linteis raris, in aqua cæleſti, ſeparatumque terrenum transfuſione, cribratumque teritur.

TRANSGLŪTIO, īre. ut Hic alii excluſiſſe torporem ſomni judicant paraſitum, alii transglutiſſe quod in ore mandebat. An Excuſſiſſe? H St. Auctorem aſcriptum emptores reſecuit Videntur Commentatoris alicujus verba. An Donati in Ter.? Utitur hoc verbo Veget. Mulom. [illegible]

TRANSGRĔDIOR, greſſus ſum, [ὑπερβαίνω, Gl. G L.] grĕdi. Tranſire, & potiſſimum de montibus, vel fluminibus, dicitur Liv 2 39. pr. Inde in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus. Cic 1 de Divin. 33 Qui quum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulib rogandis habuit.

Taurum tranſgreſſus ſum. Cic. 3. Fam. 8.

Alpes tranſgredi. Cic. 11. Fam. 20. Hæc cum audiſſem & jam in itinere eſſem, committendum nondum putavi, prius ut Alpes tranſgrederer, quam quid iſtic agerent ſcirem.

Amnem. Tacit. 12. Ann 16.

Danubium Idem 2. Ann 63.

Rhenum. Idem 13. Ann. 56.

In contrarias ſedes tranſgredi. Plin lib. 2. cap. 87.

In partes tranſgreſſus eſt Tacit in vita Agric 7.

Ad accuſandum tranſgrediens Fortunatus, &c. Tacit. 16. Ann. 10.

In univerſum fama eſt tranſgreſſa Tacit. in vit. Agric. 10.

Tranſgredi aliquem, per tranſlationem, pro Superare. Plin. lib. 7. cap. 25. Idem ſignis collatis quinquagies dimicavit: ſolus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicaverat

TRANSGRESSIO, ōnis. f. [ὑπέρβασις] Gallorum tranſgreſſio. Cic. in Piſon. 81. Cujus ego imperio, non Alpium vallum contra aſcenſum tranſgreſſionemque Gallorum, &c. i. e. Tranſitum.

Tranſgreſſio [ἀποστροφὴ] apud rhetores dicitur, Quum ab ea ſententia, quam propoſuimus, convertimus ſermonem ad aliquam perſonam, aut rem, aut fortunam, & tanquam perſonam appellamus. Cic 3. de Orat. 205. Eſt etiam gradatio quædam, & converſio, & verborum concinna tranſgreſſio. [Hic non eſt apoſtrophe, ut nec in ſeq

Tranſgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem perverſione aut tranſjectione. Auctor ad Herenn. lib 4. 45.

Tranſgreſſio, [παράβασις] pro Legis violatione. Vulg. Interp Gal. 3. 19. Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.

TRANSGRESSUS, ûs. m. Tranſitus. Tacit. 15. Ann. 7 Tranſgreſſus Euphratis. Idem 6. Ann. 37. Auſpicium proſperi tranſgreſſus.

TRANSGRESSOR, ōris. m. [παραβάτης] Vox Theologica pro Peccatore. Arnob. 7. Ut contempti ſe vellent de audacibus & tranſgreſſoribus vindicare.

TRANSJICIO, jēci, jactum, ĕre. Solin. cap. 65. Indorum nemora in tam proceram ſublimantur excelſitatem, ut tranſjaci ne ſagittis quidem poſſint. V. infra TRANSJICIO.

TRANSIGO, ēgi, actum, [[illegible]] ĕre. ex Trans & Ago: Tranſire, ſeu ultra ducere. Valer. 6. Argon. 647.

— lævum per luminis orbem
Tranſigitur: teneræ linquuntur vulnere malæ.

Tranſigere, [[illegible], Gl. L. G.] Transfigere.
Tranſegit pectora mucro. Sil. lib. 4. 396. h. e. Penetravit.
Gladio ſe ipſum tranſegit. Tacit. 14. Ann. 37.
Tranſigere [[illegible]. Gl. G. L.] Docere, & præterire. ut Vitam tranſigere. Salluſt in Catilina cap. 2. Sed multi mortales, dediti ventri atque ſomno, indocti, inculrique, vitam ſicuti peregrinantes tranſegere.
Ævum tranſigitur venatibus. Sil. lib. 3. 390.
Tranſigere, [[illegible], Gl. L. G.] Perficere, abſolvere. Plaut. Amph. 3. 1. 8.

Næ hanc inchoatam tranſigam comœdiam. Ter. And. 5. 6. 17.
Intus tranſigetur, ſi quid eſt quod reſtet. Plaudite.

Unumquodque tranſigere, expedire, abſolvere. Cic. 1. Verr. 46.
Multitudinem rerum uno tempore tranſigere. Cic. 1. de Invent. 39.
Negotium tranſigere, Perficere, abſolvere. Cic. 2. Philipp. 90. Negotium tranſegiſſet, niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet. Idem pro Quint. 76. Ego hæc duo quæro, primum qua ratione Nævius ſuſceptum negotium non tranſegerit, hoc eſt cur bona, quæ ex edicto poſſidebat, non vendiderit?
Verbo tranſigere. Cic. 6. Verr. 35. Tametſi jamdudum erro, qui tam multa de emptionibus verba faciam, & quæram, utrum emeris, & quomodo, & quanti emeris: quod verbo tranſigere poſſum.
Facta, tranſacta omnia, Proverbiale eſt, inquit Donat. in id negotii, de quo nihil ſupereſt ad agendum. Ter. And. 2. 5. 14.
Per nuntium hoc, quod erat tam leve, tranſigere potuiſti. Cic. pro Roſc. Com. 49.
Tranſigere, [[illegible], Gl. L. G.] Convenire, paciſci. Cic. 5. Verr. 60. Summittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos, ſi ſaperent, ut tranſigerent.
Non deerant quidem, qui neque tranſigi volebant. Cic. 8. Fam. 11.
Me abſente omnia cum illis tranſigi malo. Cic. 13. Att. 47.
Cum aliquo tranſigere qualibet conditione. Cic. pro Quint. 96. Idem pro Roſc. Com. 37. Defenſio mea quæ eſt? Roſcium pro ſua parte cum Flavio tranſegiſſe.
Cum privatis non poterat tranſigi minore pecunia. Cic. 4. Att. 75.
Cum aliquo tranſigere atque decidere. Cic. pro Roſc. Amer. 114. Si hanc ei rem privatim Sex. Roſcius mandaviſſet, ut cum Chryſogono tranſigeret, atque decideret, inque eam rem fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret.
Controverſiam tranſigere. Cic. 1. Att. 3. Non longo intervallo viſeris, Acutilianam controverſiam tranſegeris.
Pro ſociis tranſigere. Cic. pro Roſc. Com. 25. Qui pro ſociis tranſigit, ſatiſdat neminem eorum poſtea petiturum.
Tranſactum eſt. Cic. ad Brut. 16. De Cæſare vero quod fieri potuit, ac debuit tranſactum eſt: neque jam revocari in integrum poteſt.
Tranſactum putabant Herbitenſes: quum iſte, Quid de hordeo, inquit, & Docimo, amiculo meo? Cic. 5. Verr. 79.

TRANSACTUS, a, um. Partic. [[illegible], Gl. L. G.] Ter. Adelph. 2. 4. 22.

Ego jam, re tranſacta, convortam me domum cum obſonio.

Res tranſactæ & præteritæ. Cic. 4. Tuſc. 14. Quid, quum jam in rebus jam tranſactis & præteritis orationes ſcribimus, num irati ſcribimus?
Partes tranſactæ. Cic. 2. de Orat. 15. Sed hoc tamen cecidit peropportune, quod tranſactis jam meis partibus ad Antonium audiendum veniſtis.

TRANSACTIO, ōnis. f. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Conſummatio. Tertull. de Anim. cap. 55. Cum tranſactione mundi reſerabuntur regna cælorum.
Apud JCtos eſt Conventio vel Compoſitio earum, quæ ſub litem veniunt. V. De tranſactionibus 2. Dig. t. 15. & 2. Cod. t. 4.
Tranſactionis alicujus pactione convenit. Arnob. 7.

TRANSACTOR, ōris. m. [[illegible]] Qui tranſigit. Cic. 4. Verr. 69. Qui eſt, id quod ex plurimis teſtibus priore actione didiciſtis, rerum hujuſmodi omnium tranſactor & adminiſter.

TRANSJICIO, jēci, jectum, ĕre. Idem ac Trajicio. Sen. de Benef. 3. 23. Se uno ictu tranſjecit. Sed frequentius legitur Trajicio, quod vide in ſuo loco. Nonnunquam & Traicio. Gloſſ. Latinogræc. Traice, [illegible].

TRANSJECTUS, a, um. Partic. pro Trajectus, a Trajicio reperitur ſcriptum. Cic. de Univerſ. 32. Jam vero terram altricem noſtram, quæ tranſjecto axi ſuſtinetur, diei noctiſque effectricem, &c. V. TRAJECTUS.

TRANSJECTIO, ōnis. f. [[illegible]] Auct. ad Heren. 4. 45. Hujuſmodi tranſjectio, quæ rem non dedit obſcuram, multum proderit ad continuationes, de quibus ante dictum eſt. V. TRAJECTIO.

TRANSILIO, vel TRANSSILIO, ſilivi, vel ſilui, ſultum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] īre. Ultra ſalire. Liv. 1. 6. Vulgatior fama eſt: ludibrio fratris Remum novos tranſiluiſſe muros. Plaut. Truc. 2. 1. 38. Per hortum tranſilivit ad nos.
Rates tranſilient vada. Hor. 1. Carm. 3. 24.
Tranſilire, Excedere.
Munera Liberi tranſilire, Nimium potare. Hor. 1. Carm. 18. 7.
Tranſilire aliquid, pro Præterire & tacere. Plin. in Paneg. cap. 66. pr. Quid eſt enim in principatu tuo, quod cujuſquam prædicatio, vel tranſilire, vel prætervehi debeat? Ovid. 1. de Pont. 2. 146.
Rem tranſilire oratio dicitur. Cic. 2. Philip. 84. Sed ne forte ex multis rebus geſtis M. Antonii rem unam pulcherrimam tranſiliat oratio.
Tranſilire aliquid, pro Omittere, & tanquam negligere. Cic. 3. de Orat. 158. Id accidere credo, vel quod ingenii ſpecimen eſt quoddam, tranſilire ante pedes poſita, & alia longe repetita ſumere.

TRANSILIS, e. Adj. Plin. 17. 23. Palmes tranſilis, i. e. Qui inter alios traduces tranſilit. [[illegible] Tranſeo ſcilicet. q. V.

TRANSULTO, [[illegible]] āre. ex Trans & Salto compoſitum. Plaut. Capt. 3. 4. 25.

Tu tranſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. Alii legunt Suſſultas.

Liv. 23. 29. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus, deſultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat.

TRANSITIO, TRANSITUS, V. TRANSEO.

TRANSJUNGO, junxi, junctum, [[illegible]] ĕre. Ulpian. in l. Ædiles ajunt. D. De ædilitio edicto. Si mula talis ſit, ut tranſjungi non poſſit, ut ſana ſit, &c. Idem ait, ſi nata ſit eo ingenio aut corpore, ut alterum jugum non patiatur: ſanam non eſſe. Tranſjungere, eſt in quadrigis locum veterinis mutare: ut mulum temonarium facere, qui præcedere ſolitus eſt: vel dextram facere, quæ ſiniſtra eſſe ſolebat. Budæus. Idem, Pleraſque denique carrucarias tales eſſe, ut tranſjungi non poſſint.

TRANSLĀBOR, ĕris, lapſus ſum, [[illegible]] lābi. ex Trans & Labor, compoſitum. Claud. 1. in Eutrop. 376.

— rapit cæli per inania curſum
Diva potens, unoque Padum tranſlapſa volatu,
Caſtra ſui rectoris adit.

TRANSLATOR, V. TRANSFERO.

TRANSLĔGO, lēgi, lectum, [[illegible]] ĕre. Perlegere. Plaut. Aſin. 4. 1. 5.

Horreſcat faxo lena, leges quum audiet.
DI. Age, quæſo mi, hercle tranſlege. PA. audin'? DI. audio.

TRANSLŪCEO, vel TRALUCEO, xi, [[illegible]] ēre. Vehementer & clariſſime lucere, pellucere. Plin. lib. 6. cap. 17. Tum multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. h. e. Veſte in publico induatur uſque adeo tenui, ut corpus in ea tranſluceat, & pæne nudam appareat.
In liquidis tranſlucet aquis. Ovid. 4. Met. 354.
E ſpeculo in ſpeculum tralucet imago. Lucret. 4. 308.

TRANSLUCENS, entis. Partic. Plin. lib. 37. cap. 10. Quibus modis ex cryſtallo tinguantur ſmaragdi aliæque tranſlucentes.

TRANSLŪCIDUS, a, um. Adj. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Quod adeo lucet ut per medium aſpicere liceat. Plin. lib. 36. cap. 8. Probantur quammaxime mellei coloris, in vertice maculoſi, atque non tranſlucidi.
Tranſlate. Quintil. lib. 8. in Procem. Similiter illa tranſlucida & verſicolor quorundam elocutio, res ipſas effeminat.

TRANSMARINUS, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Quod trans mare eſt, vel petitur. Cic. 7. Verr. 44. Privatim autem nec proficiſci quoquam poteſ, nec arceſſere res tranſmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet. Plaut. Moſt. 2. 2. 66.

Ego tranſmarinus hoſpes ſum Diapontius.

Tranſmarina latio, [illegible] [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.
Peregrinatio tranſmarina. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Tranſmarina vectigalia. Cic. 2. de Lege Agrar. 79.
Politiſſima doctrina tranſmarina & adventitia. Cic. 3. de Orat. 135.

TRANSMEO, vel TRAMEO, āre. [[illegible]] Ultra meare. Plin. lib. 30. cap. 11. Præcipueque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Namque & in XII ſigna digeſſere eam ſole tranſmeante. Idem lib. 10. cap. 23. Ad quem ciconiæ non tranſmeant.
Terra marique tranſmeare. Tacit. 10 Ann. 62.
Vitrum ſpecies trameat omnis. Lucret. 4. 60. Et ſic Varro de L. L. 4. 23. Trama, quod trameat filum.

TRANSMEĀTUS, a, um. Partic. Apul. 6. Met. Limite tranſmeato. Ut vult Pric. p. 120. At Elmenh. p. 120. Cujus ut limine tranſmeatum ſimul commiſeris. [An Limini tranſmeatum? Ut ſit Supinum verbi.
Tranſmeato ientius freto. Ammian. 27. 18.

TRANSMEĀTŌRIUS, a, um. Adj. Tertul. adv. Valent. cap. 27. Tranſmeatorio potius, quam generatorio more.

TRANSMEĀBILIS, e. Adj. Auſon. Spatio non tranſmeabili.

TRANSMIGRO, ſec. c. [[illegible], Gl. G. L.] āre. eſt in longinquioris loci domicilium, habitationemve migrare, ut ait Valla lib. 5. Liv. 5. 54. Hanc eandem rem actam eſſe, ut Vejos tranſmigraremus.
Tranſmigrare, Demigrare. Sueton. in Tiber. cap. 15. Romam reverſus, deducto in forum filio Druſo, ſtatim e Carinis ac Pompejana domo, Eſquilias in hortos Mæcenatianos tranſmigravit.

TRANSMIGRĀTIO, ōnis. f. [[illegible]] Prudent. Hamart. v. 448.

Hæc illa eſt Babylon, hæc tranſmigratio noſtræ
Gentis.

TRANSMIGRĀTOR, ōris. m. [[illegible]] Auguſtin.

TRANSMITTO, vel TRAMITTO, iſi, iſſum, [[illegible], [illegible], Gl. G. L.] ĕre. Per medium mittere & ponere. Plaut. Mil. 2. 1. 30.

Perque os elephanti brachium tranſmitteres.

Mors tranſmiſſa per artus. Stat. 2. Theb. 627.
Tranſmittit cuſpide pectus, Perforat. Sil. lib. 7. 658. h. e. Trajicit.
Tranſmittere mare, [[illegible]] Tranſnavigare. Cic. 5. de Finib. 87. Cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria tranſmiſit?
Tranſmitti mari ſupero. Cic. 9. Att. 3.
Tranſmiſſus trans. Virg. 3. Æn. 403.

Quin ubi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes. [Immo Steterint trans.

Tranſmittere, abſolute, pro Transfretare. Cic. 1. Philip. 7. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt promontorium agri Rhegini, venti detuliſſent, ab eo loco conſcendi, ut tranſmitterem. Idem 2. Q. frat. 5. Eoſdem ajebant nuntiare te prima navigatione tranſmiſſurum.
Tranſmittere in Africam velis. Liv. 28. 30 extr. Ceteraſque, quas indepta eſſet, mulcaſſet, ni cum reliquis quinque navibus Adherbal velis in Africam tranſmiſiſſet.
Tramittere, pro Tranſmittere. Cic. 16. Att. 6. Quum a Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) ſtadia circiter CCC proceſſiſſem.
Tranſmittere curſu campos, Celeriter tranſire. Virg. 4. Æn. 154.
Tranſmittere maria, Tranſvolare, Cic. 2. de Nat. Deor. 125. Grues cum loca calidiora petentes maria tranſmittant, trianguli efficere formam.
Tranſmittere tectum lapide: h. e. Lapidem ultra tectum conjicere. Plin. lib. 28. cap. 4.

Tranſ-

Tranſmittit Benacus lacus Mincium fluvium. i. e. Dat ei exitum. Plin. lib. 9. cap. 22.

Tranſmittere exercitum, pro Dare tranſitum exercitui. Liv. 21. 24. extr. Reguli Gallorum &c. capti donis cum bona pace exercitum per fines ſuos præter Ruſcinonem oppidum tranſmiſerunt.

Aranearum telæ valentiora animalia tranſmittunt. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. ext. 14. De Anacharſi, Anacharſis leges aranearum telis comparabat. Nam ut illis infirmiora animalia retineri, valentiora tranſmitti: ita his humiles & pauperes conſtringi, divites & præpotentes non alligari.

Tranſmittere litteras papyrus dicitur, quæ Bibula eſt. Plin. lib. 13. cap. 12.

Tranſmittere in formas coactam materiam, pro Formare, & in formas redigere. Columel. lib. 7. cap. 8.

Tranſmittere menſes aliquot in ſpecu, h. e. Tranſigere. Plin. lib. 8. cap. 25.

Tranſmittere tempus, Ducere, conſumere. Plin. 9. Epiſt. 6. Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos jucundiſſima quiete tranſmiſi.

Tranſmittere tempus temporibus amicorum. Cic. pro Lege Manil. 1. Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi.

Operi tranſmittere noctes, Totas noctes operari. Stat. 3. Theb. 278.

Ævum tranſmiſſum, Ætas præterita. Stat. 1. Silv. 4. 104.

Annus ſteriles tranſmiſimus. Stat. 4. Silv. 2. 12.

Tranſmittere vitam per obſcurum, Vivere ſine fama. Sen. Epiſt. 19.

Diſcrimen tranſmittere, Evadere. Plin. Epiſt. 164.

Tranſmittere, Præterire, tacere. Sil. lib. 7. 162.

Haud fas, Bacche, tuos tacitum tranſmittere honores.

Oblivio tranſmiſit eam ſententiam. Tacit. 4. Hiſt. 9.

Silentio tranſmittere. Tacit. 4. Hiſt. 9.

Tranſmittere de gr. Tollere. in voce SILENTIUM. Tranſmittere aliquem ſilentio, ſed non probo in mea Orthogr. H. St.

Tranſmittere aliquem, Cum feſtinatione mittere. Plaut. Epid. 1. 2. 52.

Continuo te orabit ultro, ut illam tranſmittas ſibi. Ibid. 3. 4. 27.

Mihi illam ut tramittas: argentum accipias. pro Tranſmittas.

Tranſmittere bellum, vel aliquod aliud onus alicui: pro Dare provinciam belli adminiſtrandi. Cic. pro Lege Manil. 42. Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit, qui ad omnia veſtræ memoriæ bella conficienda, divino quodam conſilio eſſe videatur.

Tranſmittere hereditatem alicui, Transferre, legare. Plin. Epiſt. 171. Idem in Paneg. 13. An S. P. Q. Romani exercitus, provincias, ſocios tranſmiſſurus uni, ſucceſſorem e ſinu uxoris accipias?

TRANSMISSIO, ōnis. f. [διάπλευσις] Cic. 4. Att. 17. O navigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis.

TRANSMISSUS, ûs. m. pro Trajectu, ſeu trajiciendi ſpatio. Cæſ. 5. Bell. Gall. 13. Pari ſpatio tranſmiſſus, atque eſt a Gallia in Britanniam.

TRANSMONTĀNUS, a, um. Adj. [ὑπερόριος] Qui ultra montes habitat. Liv. 39. 2. Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus. In his & Friniates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius, omnes Æmilius ſubegit.

Tranſmontani Aſtures. Plin. 3. 3.

TRANSMŎVEO, mōvi, mōtum, [μετακινέω] ēre. De loco in alium locum movere. Ter. Eun. 3. 1. 10.

Labore alieno magno partam gloriam
Verbis ſæpe in ſe tranſmovet, qui habet ſalem. h. e. Attribuit, Aſciſcit ſibi gloriam.

TRANSMŌTUS, a, um. Partic. [μετακινηθεὶς] Tacit. 13. Ann. 35. Quippe e Syria tranſmotæ legiones.

TRANSMOTIO, ōnis. f. [μετάθεσις] Mart. Capell. 5. Metatheſis eſt tranſmotio, cum rem a nobis alio tranſmovemus.

TRANSMŪTO, [μεταλλάσσω, Gl. G. L.] āre. Lucret. lib. 2. 487.

Summa atque ima locans, tranſmutans dextera lævis.

Fortuna tranſmutat incertos honores. Hor. 3. Carm. 29. 49.

TRANSMUTĀTIO, ōnis. f. [μεταλλαγὴ, Gl. G. L.] Quintil. 1. 5. Duos in uno nomine faciebat barbariſmos & immutatione (litterarum) & tranſmutatione. i. e. Tranſpoſitione.

TRANSMUTĀTOR, ōris. m. Apul.

TRANSNATO, V. poſt ſeq. dict.

TRANSNO, [διανήχομαι] āre. Ultra nare. Cic. in Somn. Scip. 16. Ex his ipſis cultis, notiſque terris, num aut tuum, aut cujuſquam noſtrûm nomen vel Caucaſum hunc, quem cernis, tranſcendere potuit, vel illum Gangem tranſnare? Hor. 2. Serm. 1. 8.

— ter uncti
Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto. V. TRANO.

TRANSNĀTO, [διακολυμβῶ, Gl. G. L.] āre. Ultra natare, natando tranſire. Liv. Magonem cum equitatu flumen tranſnataſſe, &c. Idem 21. 27. Ipſi cetris ſuppoſitis incubantes, flumen tranſnatavere. Sed Gronovius legit, Tranavere. V. TRANO. Plin. lib. 6. cap. 27. Unum genus ei piſcium eſt, idque tranſcurrentis non miſcetur alveo, ſicut nec e Tigri piſces in lacum tranſnatant.

TRANSNĀVIGO, [διαπλέω, Gl. G. L.] āre.

TRANSNŌMINO, [μετονομάζω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Nomen commutare, vel invertere, aut immutare. Sueton. de Claris Grammat. cap. 18. L. Craſſicius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſicles, mox Panſam ſe tranſnominavit.

Idem Suet. in Domit. c. 13. in fine, Poſt autem duos triumphos, Germanici cognomine aſſumpto, Septembrem menſem & Octobrem ex appellationibus ſuis Germanicum Domitianumque tranſnominavit. H. St. Deſiderabatur hic locus in Lugd.

TRANSNOMINATIO, ōnis. f. [μετονομασία] Gloſſ. Lat. Gr. Tranſnominatio, Metonomaſia. H. St. Deſuit hæc dict. in Lugd.

TRANSNŪMERO, āre. Ultra numerare. Auctor ad Heren. lib. 4. 64. Puer qui jam bene hominis numerum novit, Te illo plures mittas oportet, inquit, ſi hodie vis tranſnumerari.

TRANSPĀDĀNUS, a, um. Adj. [πέραν τοῦ Πάδου] Qui trans Padum habitat. Cic. 5. Att. 2. Marcellus ſedecdi comes, etſi ille Magiſtratum non geſſerit, erat tamen Tranſpadanus. Idem 2. Fam. 17. Quod autem meum erat proprium, ut alariis Tranſpadanis uti negarem, id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit. Catull. 37. 13.

TRANSPĬCIO, ſpexi, ſpectum, [διορῶ] ēre. Lactant. de Opific. Dei, cap. 8. Per oculorum membranas ſenſus ille, qui dicitur mens, ea quæ ſunt foris, tranſpicit. Ibid. Si quis vellet tranſpicere per cicutam, &c.

TRANSPĬCIOR, ſci. Paſſ. Lucret. lib. 4. 271.

Quod genus illa foris, quæ vere tranſpiciuntur.

TRANSPECTUS, ûs. m. [δίοψις] Lucret. lib. 4. 272.

Janua quum per ſe tranſpectum præbet apertum.

TRANSPLANTO, [μεταφυτεύω δένδρον] Gloſſ. Græcolat.

TRANSPŌNO, pŏſui, pŏſitum, [μετατίθημι, Gl. G. L.] ēre. notæ ſignificationis. Gell. lib. 12. cap. 1. Arborem in locum alium tranſpoſitam.

Copias tranſponere. Juſtin. lib. 2. Quum copias Cherroneſo tranſpoſuiſſet. h. e. Per Cherroneſum in Græciam tranſportaſſet atque trajeciſſet.

Militem tranſpoſuit. Tacit. 2. Ann. 8.

Arbitrio meo tranſponantur verba. Lipſ. in Tacit. 324. H. St.

TRANSPŌSĬTUS, a, um. Partic. Gell. 12. 1. Sæpe videas arborem in locum alium tranſpoſitam deperiiſſe.

TRANSPOSĬTIO, ōnis. f. [μετάθεσις] Apud Grammat.

TRANSPOSĬTĪVUS, a, um. Adj. Quintil. 3. 6. μετάληψιν nos varie tranſlativam, tranſumptivam, & tranſpoſitivam vocamus.

TRANSPORTO, [μετακομίζω, διαπορθμεύω, Gl. G. L.] āre. De loco in locum portare. Cic. 14. Att. 3. Quid quae Annius tranſportavit? Eidem lib. 7. 16. De pueris in Græciam tranſportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri videbatur.

Carina tranſportari. Martial. lib. 13. 72.

Copias tranſportare vel exercitum: pro Traducere, quum navigio per mare ducitur exercitus. Cn. Magnus Marcello & Lentulo, 8. Att. 12. Reliquæ copiæ omnes Brunduſium cogerentur, & inde Dyrrhachium tranſportarentur. Cic. in Piſon. 47. Te Provinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum tranſportaſſes, ſine ullo milite reliquiſſe? Virg. 6. Æn. 328.

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.

Tranſportare, pro Deportare in exſilium. Sen. lib. de Clement. Quas civitates funditus exſcindi, quas tranſportari, quibus eripi libertatem, quibus dari oporteat, mea juriſdictio eſt. Suet. in Auguſto, cap. 65. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem in inſulam tranſportavit.

TRANSPORTĀTIO, ōnis. f. [ἐξορισμὸς] Sen. ad Helv. cap. 6. Populorum tranſportationes exſilia publica ſunt.

TRANSPORTĀNEUS, a, um. Adj. Caſſiod. 10. Epiſt. 30. de Elephante, Cutis hujus ulceroſis vallibus exarata, a qua tranſportaneorum nefanda paſſio nomen accepit. Tranſportanei igitur ſunt, qui Elephantiaſi laborantes extra urbem ablegantur. [Qui trans portam ſunt locuti.

TRANSQUIĒTUS, a, um. Adj. i. e. Valde quietus. Plaut. Merc. 5. 2. 50.

Ego iſtum in tranſquieto tuto ſiſtam, ne time. al. Tranquillo.

TRANSRHĒNĀNUS, a, um. Adj. [πέραν τοῦ Ῥήνου] Qui trans Rhenum habitat. Plin. lib. 19. cap. 1. Jam quidem & Tranſrheneni hoſtes. Cæſ. 5. Bell. Gall. 16. Germanoſque Tranſrhenanos ſollicitare dicebantur.

TRANSTĪBĔRĪNUS, a, um. Adj. Qui trans Tiberim in urbe habitat. Martial. 1. 42.

Non es, crede mihi. Quid ergo? Verna es:
Hoc quod Tranſtiberinus ambulator. conf. Cic. 10. Att. 2. & 5.

TRANSTRUM, i. n. [ζυγὸν σκάφους, σελὶς, Gl. L. G.] Perſ. 5. Sat. 146.

— tibi torta cannabe fulto
Cœna ſit in tranſtro.

Ad tranſtrum navis obnixus corporis pondere. Flor. Epit. Liv. 89. V. Turneb. Adverſ. 20. 1.

Tranſtra, ōrum plur. num. [ζυγὰ σκάφους, σελίδες, Gl. L. G.] ſunt Tabulæ, ſuper quas ſedent remiges, inquit Feſtus. Cæſ. 3. Bell. Gall. 13. Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis, digiti pollicis craſſitudine. Ovid. 14. Met. 534.

— & incurvæ fumabant tranſtra carinæ.

Conſidere tranſtris. Virg. 3. Æn. 289.

Novare tranſtra. Virg. 5. Æn. 752.

Tranſtra, Tigna quæ tranſverſa a pariete in parietem porriguntur, auctore Feſto. Vitruv. lib. 4. cap. 2. Trabes ſupra columnas & paraſtatas, & antas ponuntur, in contignationibus tigna & axes, ſubjectis: ſi majora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio columinis, unde & columnæ dicuntur & tranſtra & capreoli, ſi commoda, columen & canterii prominentes ad extremam ſubgrundationem.

TRANSTILLUM, i. n. dimin. uſus eſt pro Trabecula Vitruv. 5. 12. conf. Philand. ad Vitruv. 1. 3.

TRANSVĀRĬCOR, [ὑπερβαίνω, Gl. L. G.] āre. Idem quod Prævaricor, q. V. Proprie utitur Veget. Mulom. 3. 60.

TRANSVĔHO, xi, ctum, [διακομίζω, διακομίζομαι, Gl. L. G.] ēre. Ultra vehere, ſive id ratibus in mari, ſive curru per terram fiat. Salluſt. in Jugurth. cap. 18. Ex eo numero Medi & Perſæ & Armenii, cum navibus in Africam tranſvecti, proximos noſtro mari locos occupavere. Plin. lib. 8. cap. 6. Tranſvecti ratibus. Claud. 2. de Laud. Stil. 273.

Tranſvehitur Tuſcos, Apenninuſque volatu
Stringitur.

Tempus tranſvectum eſt. Tacit. 2. Hiſt. 76.

Traveho, pro Tranſveho. Varro de R. R. 2. 7. Cum flumen travehendum eſt. al. Trajiciendum.

TRANSVECTIO, ōnis. f. [μετακομιδὴ, μετακομιδή, Gl. G. L.] Cic. 1. Tuſc. 10. Dic, quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſvectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus?

Tranſvectio eſt, quum equites ſolenniter recenſentur. Eam Fabius Maximus inſtituit. Liv. lib. 9. in fine, Ab eodem Fabio inſtitutum dicitur, ut equites Idibus Quintilibus tranſveherentur. Suet. in Auguſt. cap. 38. Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſvectionis. Sed neque detrahi quemquam in tranſvehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat. V. Valer. lib. 2. cap. 2. de Inſtitutis antiquis, extr.

TRANSVERBĔRO, [διαπείρω, Gl. G. L.] āre. Transfigere. Cic. 7. Fam. 1. Præclara beſtia venabulo tranſverberatur? Ex Liv. 38. 21. Hi vero non vulnerabantur, ſed tranſverberatis ſcutis, plerique inter ſe conſerti hærebant. Virg. 11. Æn. 667.

— cujus apertum
Adverſi longa tranſverberat abiete pectus.

TRANSVERSA.

TRANSVERSUS, a, um. Adj. [πλάγιος, Gl. L. G. & G. L.] Quod contrarium eſt Obliquo. Columel. lib. 2. Sed in arando maxime obſervandum eſt, ut tranſverſos mons ſuloetur. Liv. 1. 14. Inde ſubito exorti Romani tranſverſam invadunt hoſtium aciem. Hor. de Arte Poet. 447.

— incomptis illinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum.

Auferre tranſverſos V. AUFERO.

Fortuna tranſverſa incurrit. Cic. de Clar. Orat. 331. In te intuens, Brute, doleo, cujus in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſverſa incurrit miſera fortuna Reipublicæ.

Fulmina tranſverſa volant per imbres. Lucret. lib. 2. 213.

Tranſverſo gradu, πλαγίῳ βαθμῷ, Gloſſ. Latinogræc.

Itinera tranſverſa. Liv. 3. 7.

Motio tranſverſa. Cic. de Univerſ. 27. Tunc ex alterius naturæ motione tranſverſa, in ejuſdem naturæ motum incurrentia, &c.

Verba tranſverſa, pro Male compoſitis Sen. Epiſt. 114.

Tranſverſum digitum, aut unguem diſcedere, frequenter eſt apud Cic. pro eo quod eſt Quam minimo ſpatio. in 4. Acad. 58. Ab hac regula mihi non licet, tranſverſum, ut ajunt, digitum diſcedere. Idem 13. Att. 20. In omni vita ſua quemque a recta conſcientia tranſverſum unguem non oportet diſcedere. Sunt illa quidem minus figurata, ſed tamen proverbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulul. 1. 1. 18.

Illic aſtato; ſi hercle tu ex iſthoc loco
Digitum tranſverſum, aut unguem latum excoſſeris, &c. Hæc Eraſmus.

Tranſverſum agere. Tranſverſus agi dicitur, qui vi & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. Ita Laberius mimus apud Macrobium libro Saturnalium ſecundo, cap. 7. Curſum fortunæ tranſverſum vocat. Hunc enim C. Cæſaris benignitas invitavit, ut eques Romanus & ſenex, prodiret in ſcænam. In prologo igitur queritur præter animi ſui ſententiam eo ſe Cæſaris auctoritate fuiſſe compulſum;

Neceſſitas, inquit, cujus curſus tranſverſi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detruſit pæne extremis ſenſibus? Ita qui præceps im

fertur, Tranſverſus rapi dicitur. Ductum apparet a navigantibus, qui ſecundo vento, recto curſu feruntur: flatu adverſo, tranſverſum aguntur. Eraſmus.

Ferre corpus alicujus tranſverſum. Lucret. lib. 4. 424.

In tranſverſum poſitus. Plin. lib. 16. cap. 42.

De tranſverſo. V. DE præpoſitionem.

Ecce tibi a tranſverſo. Cic. 4. Acad. 15.

Ex tranſverſo cedere. Plaut. Pſeud. 4. 1. 45. [conf. Liv. 1. 13. pr.

Tranſverſa, Adverbialiter poſitum. Virg. 5. Æn. 19.

Mutati tranſverſa fremunt. Tranſverſa, Hinc atque hinc. Eſt autem Adverbium factum de nomine. Idem 3. Ecl. 8.

Novimus & qui te tranſverſa tuentibus hircis. ſubaud. Riſere. i. e. Veſtram turpitudinem indignantibus. Servius.

TRANSVERSARIUS, a, um. Adj. Quod in tranſverſum poſitus. Cæſ. 2. Bell. Civil. 16. Ubi autem ſpatium inter muros aut imbecillitas materiæ poſtulare videretur, pilæ interponuntur, tranſverſaria tigna injiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint. V. Cratitius, in CRATES.

TRANSVERSE, Adv. Vitruv. 9. 9. In columella horæ tranſverſe deſcribuntur.

TRANSVERSIM. aliud Adv. Plin. lib. 3. cap. 1. Ad Gallicum oceanum Iberico a mari tranſverſim ſe pandens terra.

TRANSVERTO, ti, ſum. ĕre. Firmic. lib. 6. cap. 15. Mentis levitate inſtabiles faciet iſta conjunctio, eorumque conſilia hac atque illac variis cogitatione tranſvertet, ne animus eorum aliquando unius conſilii ratione utatur. Arnob. 7. Præſtare quæ bona ſunt, atque inimica tranſvertere.

TRANSULTO, V. TRANSILIO.

TRANSŪMO, ſumpſi, ſumptum, [μεταλαμβάνω] ĕre. Ex alio ſumere. Stat. 3. Theb. 292.

— lacrimas non pertulit ultra
Bellipotens: haſtam læva tranſumit. & alto
(Haud mora) deſiluit curru, &c. h. e. Mavahaſtam, quam dextra manu geſtabat, transfert in ſiniſtram. Unde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt, ſolennitate juris adhibita, dicuntur Tranſumpta: & actus ipſa Tranſumptio.

TRANSUMPTIO, ōnis. f. [μετάληψις] Figura eſt apud Rhetores, quam Græci μετάληψιν vocant, quum rem ex alio ad alium tranſmovemus. V. Quintil. 8. 6. Demoſthenes, Quum bellum Phocenſe conflatum eſſet, & non per me, nondum enim ego ad Remp. acceſſeram. Cic. Refertum Tribuniciis legibus, exhauſtum a quibus ſit, ipſi ſciunt.

TRANSUMPTIVUS, a, um. Adj. Quintil. lib. 3. cap. 5. V. ſupra. TRANSPOSITIVUS.

TRANSUO, ui, ūtum, [διαῤῥάπτω] ĕre. ex Trans & Suo, n abjecta. Columel. lib. 6. cap. 5. Media para deſcripti orbiculi eadem ſubula tranſuitur: & facto foramine, prædicta radicula inſeritur. Apud Celſ. lib. 7. cap. 7. de pilis palpebrarum, Deinde ſi plures pili ſunt, neceſſe eſt longum tormentum, quum toties acus tranſuet, magnam inflammationem moveat. [Niſi Tranſiet ſcripſit.

TRANSVŎLO, [ὑπερίπταμαι] āre. Ad aves pertinet. Plin. lib. 10. cap. 29. Perdices non tranſvolant Bœotiæ fines in Attica. Item lib. 9. cap. 8. De delphinis, Tantaque vi exſiliunt, ut plerumque vela navium tranſvolent. Lucret. lib. 4. 563.

Et conturbari vocem dum tranſvolat auras. Hor. 1. Serm. 2. 108.

Tranſvolare, Celeriter ire. Liv. 3. 63. Eques inter ordines peditum tactus, ſe ad equos recipit: tranſvolat inde in partem alteram, ſuæ victoriæ nuntius.

Alpes tranſvolare. Cic. 10. Fam. 31.

Tranſvolans animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 18.

Tranſvolare, pro Transfugere poſuit Plaut. in Epid. 1. 1. 32.

Mulciber credo arma fecit, quæ in bello habuit Stratiphocles,
Tranſvolaverunt ad hoſtes.

TRĀVŎLO, āre. Varro 4. de L. L. 25. Trua, quod travolat ea aqua. Lucret. lib. 4. 603.

— ſpecies quod travolat omnis. al. Trameat.

TRANSVŎLITO, āre. frequent. Lucret. lib. 1. 355.

Inter ſepta meant voces, & clauſa domorum
Tranſvolitans.

TRAPES, ĕtis. m. vel TRAPĒTUM, i. n. [ἐλαιοτριβεῖον, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G. [illegible], G. L.] vel TRAPĒTOS, i. m. vel TRAPĒTA, æ f. Mola olivaria, ut ait Servius. A τρέπω, volvo ſeu verto. Cato de R. R. cap. 18 Trapetibus locum dextra & ſiniſtra. Virg. 2. Georg. 519.

Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Oleo autem conficiendo molæ utiliores ſunt, quam trapetum, quam canalis & ſolea. Columel. lib. 12. cap. 50.

Trapetus emptus eſt in Sueſſano ſummis quadringentis. Cato de R. R. cap. 22. Idem cap. 12. Trapetos quinque.

Trapetum, quo oleæ teruntur, ita accommodari præcipit Cato R. R. cap. 22. ut ſtatuatur ad libellam æquatum, ne quid faſtigii, ne quid devexi habeat: ſed ut æquato ſitu & planitia perlibrata poſitum ſit. Id enim Librare cum dicit intelligit. V. plura apud eundem.

Trapeta funibus ſuſpenſa, apud Ulpianum in l. Sed addes. §. 2. D. Locati & conducti, intelliguntur Molæ olivariæ, non volubiles, nec verſatiles, ſed quæ in altum tollebantur, & ad frangendam oleam demittebantur, eoque funibus opus erat ad eam ſuſpendendam. Columel. 12. 52. Suſpenſa mola oleum frangito. [V. SUSPENSUS.

TRAPĒZA, æ. f. [τράπεζα] Menſa Græce dicitur. Unde

TRAPEZĪTA, æ. m. [τραπεζίτης] Menſarius. In Gloſſ. Latinogræc. Menſularios, & in Græcolat. Nummularius. Plaut. Capt. 1. 2. 90.

— ſubducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

TRAPEZŎPHŎRON, i. n. vel TRAPEZOPHŎRUS, i. m. [τραπεζόφορον, τραπεζοφόρος] Cic. 7. Fam. 23. Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebis. Ubi interpres, Trapezophorum ſignum erat ſacerdotis cujuſdam hujus nominis, qui cum alio, Coſmo nomine, omnia ſacra Minervæ adminiſtrabat. Auctor Suidas. Apud vero Julium Pollucem lib. 10. §. 69. ſic legitur, Licet porro menſam, in qua pocula reponuntur κυλικεῖον dicere, aut etiam [illegible]: vel ſi quis ambitioſe ne novis quidem abſtinent, τραπεζοφόρον. Hæc Pollux. Veluti Qui menſam geſtet. Proinde Cæl. lib. 7. cap. 12. carpens Ciceronis interpretem ſic ait, Ego vero Trapezophorum intelligo apud Ciceronem Statuam, quæ poculorum menſam ſuſtineret. Quod etiam intellexiſſe puto Juven. 3. Sat. 203.

Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex,
Ornamentum abaci: nec non & parvulus infra
Cantharus, & recubans ſub eodem marmore Chiron. [V.

ABACUS. Gloſſ. Græcolat. τραπεζοφόρον, Caliclare. A caliculis nempe ſuſtinendis.

Trapezophoron, Paul. in l. 3. §. 1. D. De ſupell. legat. Supellectili legata hæc continentur, menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellia. &c.

TRAPĔZŪS, untis. f. [Τραπεζοῦς] Cappadociæ civitas libera, & vaſto monte clauſa, ut auctor eſt Plin. lib. 6. cap. 4. Hanc patriam habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illuſtribus doctrinis homo: qui ad extremam ſenectutem omnium, & Græcarum, & Latinarum litterarum oblitus eſt. *Trebizonde* hodie vocatur, & eſt ditionis Turcicæ. Alii proferunt vulgo *Trapezunda.* Tacitus in 3. Hiſt 47. vocat Vetuſtam Aſiæ civitatem, a Græcis in extremo Ponticæ oræ conditam.

TRASENNA, V. TRANSENNA.

TRASIMĒNUS, [Τρασίμενος] Lacus in agro Peruſino, unde & hodie vocatur *Lacus Peruſinus*, teſte Blondo in Italia illuſtrata, juxta quem Hannibal Flaminium Conſulem cum XXIII Romanorum millibus interfecit, & ſex millia cepit. Meminit hujus Plin. lib. 2. cap. 84. Ibid. cap. 107. Reperitur apud auctores, Traſimenum lacum arſiſſe totum. Cic. pro Roſc. Amer. 89. Multos cæſos, non ad Traſimenum lacum, ſed ad Servilium vidimus. Idem de Clar. Orat. 57. meminit. Dictus eſt hic lacus Traſimenus a Traſimeno, puero formoſiſſimo, Tyrrheni filio, quem Agylle Nympha, ejus amore capta, rapuiſſe dicitur in eum lacum, ut docet Silius a principio lib. 5. Fuit autem ea Romanorum clades in planitie, inter Mevium & Gietum jacente, quam Sanguinetæ rivus ex Mevio monte manans, interſecat, & in Traſimenum conditur. Is habet ab ortu villam inſtar oppidi Tuorum dictam: ab occaſo fauces, quibus clauſus fuerat Flaminius: & a meridie Traſimenum. Non ita procul locus eſt, ubi caſtrametatus fuerat Annibal, quæ vallis Comana dicitur. Eſt & Oſſaria vicus, ab oſſium dicta multitudine verſus Cortonam, a Traſimeno tribus paſſuum millibus diſtans.

Scribitur & Traſymenus, per y. Sed rectius Latina littera.

TRASIMĒNUS, a, um. Adj. [Τρασιμένιος] Ovid. 6. Faſt. 765.

Sunt tibi Flaminius Traſimenaque litora teſtes,

Buſta Traſimena. Sil. lib. 11. 347.

Vada Traſimena. Sil. lib. 12. 172.

TRASIMENICUS, a, um. Adj. Sidon. Carm. 9. 248. Traſimenica ſtrages.

TRASȲMĂCHOS. [Θρασύμαχος] qui princeps inveniendi numeros in oratione fuit, teſte Cic. in Orat. 175. Idem de Clar. Orat. 30. Tum Leontinus Gorgias, Traſymachus Chalcedonius, &c.

TRASYMENICUS, TRASYMENUS, V. TRASIMENUS.

TRĀVIO, [διαπεραιόω] āre. Tranſire. Lucret. lib. 4. 603.

Qualia ſunt vi[?], ſpecies quæ traviat omnis. Nonnulli leg. Trameat. al. Travolat. Idem lib. 6. 348

Incolumiſque venit per res, atque integra tranſit
Multa: foraminibus liquidis quia traviat ignis,
Multaque perfringit. Traviare, quaſi Trans ſive per alia corpora ſibi viam facere.

TRAVOLO, V. TRANSVOLO.

TRAULOS, i. m. [τραυλός] Græcum vocabulum ſignificans Balbum, aut eum, qui cum difficultate loquitur. τραυλίζω Græcis, Balbutio Latinis. Lucret. lib. 4. 1157.

Magna atque immanis κατάπληξις, plenaque honoris;
Balba loqui non quit, τραυλίζει, muta pudens eſt. [Gloſſ. Græcolat. τραυλός, Balvus, rauca; τραυλίζω, Balbucio, Rauco; τραυλός Valvus, Raucus, Bleſſus. Et Latinogræc. Balbutit, [illegible], τραυλίζω.

TRAULISMUS, [τραυλισμός] Balbutientis vitium.

T R E

TREV. CIV. Trevirenſes cives, vel Trevirenſis civitas.

TREBĀTIUS, [Τρεβάτιος] Juriſconſultus, Ciceronis familiaris, ut perſpicere licet ex familiaribus epiſtolis. V. Hor. 2. Serm. 1. 4.

TREBAE,

TREBAX, ſcis. Adj. Pervicax. Sidon. 1. Epiſt. ult. Trebaciſſimus ſenex. V. Voſſ. Etymol.

TREBACITER, Adv. Idem 9. Epiſt. 11. Malui factum fateri ſimpliciter, quam trebaciter diffiteri.

TRĔBELLIUS, i. m. Nomen gentile apud Romanos frequens.
M. Trebellius. Tacit. 16. Ann. 41.
Trebellius Maximus. Idem 14. Ann. 3.
Trebellius Pollio, Hiſtoricus, cujus exſtant Vitæ quædam Imperatorum. V. Voſſ. de Hiſtor. Lat. 2. 6.

TRĔBIA, [Τρεβία] Subalpinæ regionis fluvius, juxta Dertonam civitatem (auctor Strabo lib. 5.) clade Romanorum ab Annibale accepta inſignis.
Eſt & Trebia Celtiberorum civitas, quæ pars eſt Hiſpaniæ. Inde Trebellicum vinum dicimus.

TREBIĀTES, Umbriæ populi in quarta regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. Iidem &

TREBIANI, dicuntur. Suet. in Tiber. 31. Iterum eo cenſente, ut Trebianis legatam in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

TREBLA, æ. f. Inſtrumentum ruſticum; quaſi Tribla a Tribula. Cato R. R. 135. Treblæ albæ.

TRĔBŌNIUS, [Τρεβώνιος] Nomen gentile Ro. A. Trebonius cum Bruto & Caſſio tertius conjuravit contra Cæſarem, in Aſia deinde fraude Dolabellæ interfectus crudeliſſime fuit, ut narrat Cicero in 11. Philipp. conf. Vell. 2. 69. 1. & Hor. 1. Serm. 4. 114.

TRĔBŬLA. [Τρεβούλα] Oppidum fuit haud longe ab urbe, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. Et ulim Trebulanis civitas data fuit. Hinc Caſei Trebulani dicti ſunt. De quibus Martial. lib. lib. 13. 33. Prope Trebulanos ſunt & alii populi, nomine Trebani, auctore Plin. lib. 3. cap. 12.

TREBULĀNUS, a, um. Adj. Plin. lib. 14. cap 6. Vina Trebulana.

TRECENARIUS, TRECENI, TRECENTENI, TRECENTESIMUS, TRECENTI, TRECENTIES, V. TRES.

TRĔCHĔDIPNUM, i. n. [τρεχέδειπνον] Juven. 3. Sat. 68.
Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna, Quirine. Trechedipna, Gymnaſticæ veſtes, quæ a curſu nomen habent, & cœna; ut perſtringat poeta Romanos acriter, qui tam dediti fuerunt Græcis exercitationibus, ut iis prope vitam & ſpiritum ducere viderentur, ad eaſque, tanquam ad cœnam, currerent: qua veſte etiam aſoritores fortaſſe Græculi ad cœnam curſitantes uti ſolebant. Hæc eſt Turnebi opinio, Adverſ. 3. 17. Trachedipni, apud Plutarchum in Sympoſiacis appellantur, Qui licet appetentes & ambientes alienas cœnas, in mora tamen erant ceteris convivis, tardius accedentes: ut per contrarium Trechedipni videantur dicti. Ceſſatoribus enim celeritas tribuitur. V. Rhodiginum lib. 27. cap. 24. & Calcagninum.

TREIS, in accuſativo plurali pro Tres. V. TRES.

TREMEBUNDUS, V. infra TREMO.

TREMEFACIO, TREMESCO, TREMISCO, V. TREM.

TRĔMO, ui, [τρέμω, Gl. L. G.] ĕre. Commoveri, ſeu agitari ſignificat; a ſimilitudine vocis: quæ tunc quum valde quis commotus eſt, tremula editur. Eſt autem Tremere proprie corporum ſolidorum, quum propter frequentem commotionem ita agitantur & concutiuntur, ut ſtare loco neſciant. Hinc fit ut Tremor pro Rigore accipiatur, quanquam hoc illo majus ſit; præſertim in febribus. Plaut. Aſin. 2. 2. 23.
Non placet, pro monſtro extemplo eſt, quando qui ſudat tremit.
Ter. Eun. 1. 2. 4. — totus, Parmeno,
Tremo, horreoque, poſtquam aſpexi hanc. PA. bono animo es.
Cic. 2. de Orat. 285. Hujus generis eſt plenus Nævius: & jocus eſt familiaris, Sapiens ſi algebis, tremes. Ac ſæpius de animatis dicitur.
Animo tremere. Cic. 1. Q. frat. 1. 4. Quid ſi tibi, bellum aliquod magnum & periculoſum adminiſtranti, prorogatum imperium viderem, tremerem animo. h. e. Maximopere timerem, tralatione ſumpta ab iis, qui quum timent, maxime tremunt.
Artus tremit, figurate, pro Artus tremunt. Virg. 3. Georg. 84.
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus. Accuſativus eſt pluralis, quaſi diceret, Tremit membra. [Antiptoſis Græcanica. V. Vechner. Hellenol. 1. 26.
Corde & genibus tremit. Hor. 1. Carm. 23. 8.
Iræ tremuere. Sil. lib. 7. 581.
Oſſa tremere pavore. Hor. 2. Serm. 7. 57. Synecdoche eſt.
Serviliter tremere. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Toto pectore tremere. Cic. 4. Tuſc. 49.
Calamo tremente. Martial. lib. 4. 30.
Frondes tremuerunt vento. Ovid. de Nuce, 175.
Motibus inſolitis tremuerunt Alpes. Virg. 1. Georg. 475.
Tellus tremuit longo cum murmure. Ovid. 4. Faſt. 267.
Tremere, cum Accuſativo. Liv. 22. In ea civitate, in qua Magiſtri Equitum virgas ac ſecures Dictatoris tremere atque horrere ſoliti ſunt.
Te Stygii tremuere lacus. Virg. 8. Æn. 296.
Tremendus, Timendus. Virg. 2. Æn. 199.
Hic aliud majus miſeris, multoque tremendum Objicitur magis.

TRĔMENS, entis. Partic. [τρέμων] Virg. 5. Æn. 431.
— ſed tarda trementi Genua labant.
Horrens & tremens. Cic. in Piſon. 99.
Timidus & tremens. Cic. in Piſon. 74.
Genæ trementes. Virg. 4. Æn. 643.
Lingua tremente dictum. Ovid. 4. de Pont. 10. 84. al. Querente.
Ore tremente loqui. Ovid. 3. de Pont. 1. 154.
Oſcula trementia. Lucan. lib. 2. 114.
Vox tremens. Cic. 3 Q. frat. 2. Homo undique actus, & quum a me maxime vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exſulem appellavit.
Bos tremens procumbit humi. Virg. 5. Æn. 481.
Fruſta carnis trementia, h. e. Adhuc palpitantia. Virg. 3. Æn. 216.
Haſta tremens. Virg. 2. Æn. 175.
Tela trementia. Ovid. 12. Met. 99.

TREMENDUS, a, um. Partic. [τρομερός] Propter quod quis tremere debet.
Viſuque adituque tremendus. Stat. 10. Theb. 158.
Nefas tremendum. Valer. 2. Argon. 209.
Regem tremendum adiit, Plutonem. Virg. 4. Georg. 469.
Tumultu tremendo ruens Juppiter. Hor. 2. Carm. 16. 11.

TREMEBUNDUS, vel TREMIBUNDUS, a, um. Adj. [τρομερὸς τρέμων, Gl. G. L.] Tremens. Martial. lib. 9. 94. Cic. pro Domo 134. Aut ſi dixit aliquid verbis hæſitantibus, poſtemque tremebunda manu tetigit, certe nihil rite, nihil caſte, nihil more, inſtitutoque perfecit.
Humus tremebunda nutat. Valer. 4. Argon. 168.
Membra tremebunda. Ovid. 4. Met. 133.
Vox tremebunda. Auctor ad Heren. lib. 3. 25.
Compar. [περιτρεμώτερος] Columel. lib. 10. 396.
Candidus effetæ tremebundior ubere porcæ.

TREMISCO. [τρέμω, Gl. L. G.] ĕre. Tremore concuti: interdum etiam Timere. Virg. 3. Æn. 648.
— ſonitumque pedum, vocemque tremiſco.
Motu tremiſcere. Ovid. 7. Met. 205.
Tonitru tremiſcunt ardua terrarum. Virg. 5. Æn. 694.
Ad omnem ſtrepitum tremiſcens. Ovid. 14. Met. 214.
In Gloſſ. eſt et. Tremeſco, per e.

TRĔMĔFĂCIO, fēci, factum, [τρομοποιῶ] ĕre. Tremorem incutere. Cic. 1. de Divin. 18.
Aut quum ſe gravido tremefecit corpore tellus. Ex poeta.
Tremefacere aliquem. Virg. 6. Æn. 803.
Libertas tremefacta, Concuſſa. Cic. 2. Off. 24. Quamvis enim demerſæ ſint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut judiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Legitur & Timefacta.
Pectora tremefacta. Virg. 2. Æn. 228.
Polus tremefactus notu. Ovid. 2. Faſt. 489.
Quies tremefacta. Stat. 1. Achil. 247.
Tellus tremefacta. Virg. 10. Æn. 102.

TRĔMOR, ōris. m. [τρόμος, Gl. L. G. & G. L. φρίκη, L. G.] Ipſa trementis commotio. Virg. 2. Georg. 479.
Unde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant,
Objicibus ruptis.
Tremor, Timor. Cic. pro Flacc. 10. Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?
Albus tremor pallere faciens. Perſ. 3. Sat. 100.
Gelidus tremor per oſſa cucurrit. Virg. 2. Æn. 122.
Horridus tremor quaſſat artus. Senec. Troad. 3.
Occultus tremor ſubitæ peſtis. Sil. lib. 17. 556.
Subitus tremor. Ovid. 3. Met. 40.
Vagus errat per artus tremor. Senec. Herc. OEth. 706.
Incidit tremor manibus. Hor. 1. Epiſt. 17. 83.
Invaſit me tremor. Ovid. 14. Met. 210.
Pertentat corpora tremor. Virg. 3. Georg. 250.
Præpedit oſſa tremor. Ovid. 14. Epiſt. 18.
Tremor ſtellarum, pro Splendore, quod lumen earum ſit quodammodo tremulum, cujus etiam rei cauſam philoſophi inveſtigare conantur. Lucret. 5. 587.
Dum tremor eſt clarus, dum cernitur ardor earum. Turneb.

TRĔMŬLUS, a, um. Adj. [ἐπίτρομος, ἔντρομος] Quod valde tremit. Ter. Eun. 2. 3. 45.
Incurvus, tremulus, labiis demiſſis, gemens. Plin. lib. 20. cap. 9. Ideo paralyticis & tremulis dari jubet.
Artus tremuli. Lucret. lib. 3. 7.
Dextra tremula. Ovid. 5. Faſt. 512.
Frigus tremulum, ab effectu. Cic. in Arat. 68.
Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.
Gradu tremulo venit ægra ſenectus. Ovid. 14. Met. 143.
Horrore tremulo moveri. Ovid. 9. Met. 345.
Manus tremula. Martial. lib. 12. 75.
Paſſu tremulo venit hiems horrida. Ovid. 15. Met. 212.
Riſus tremulus, Totum corpus concutiens. Lucret. lib. 1. 918.
Arundo tremula. Ovid. 2. de Arte Am. 77.
Jaculum tremulum. Ovid. 4. Epiſt. 43.
Mare fit tremulum, tenui quum ſtringitur aura. Ovid. 11. Epiſt. 75.
Cantus tremulus. Hor. 4. Carm. 13. 5.
Fletus tremuli. Propert. lib. 1. 5. 15.
Guttur tremulum. Cic. 1. de Divin. 14.
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. Ex poeta.
Ululatus tremuli. Stat. 5. Silv. 5. 71.
Vox tremula. Claud. 1. in Eutrop. 263. Lucret. lib. 6. 367.
Cometa tremulus. Cic. 1. de Divin. 18.
Vidiſti, & claro tremulos ardore cometas. Ex poeta.
Flamma tremula. Cic. 2. de Nat. Deor. 110. — pedibuſque tenetur
Magnu' leo tremulam quatiens e corpore flammam.
Fulgore tremulo micantes oculi. Ovid. 2. de Arte Am. 721.
Ignes tremuli. Lucret. lib. 4. 406.
Lumen tremulum. Virg. 7. Æn. 9.

TREMULO, [τρέμω] āre. Gloſſ. Græcolat.

TRĔPĬDUS, a, um. Adj. [φοβερὸς, Gl. L. G. φοβούμενος, G. L.] Pavidus, metuens, timens. Feſtus, Trepit, vertit: unde Trepido, & Trepidatio: quia turbatione mens vertitur. V. Voſſ. Etymol. in Tremo.
Liv. 2. 24. Et vero Curia mœſta ac trepida ancipiti metu.
Trepida res, Dubia, & ob hoc timorem inducens. Liv. 1. 27. Tullius in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori, & Pavori. Hor. 3. Carm. 2. 5.
Trepidi rerum ſuarum, Incerti. Virg. 12. Æn. 589. Servius, Neſcientes quid agant, ignari auxilii. Liv. 36. 11. Meſſenii, ſine reſponſo dimiſſis legatis, moverant bellum: trepidique rerum ſuarum, &c. Puto ſcribendum, Trepidi, rerum ſuarum incerti. H. St. Virg. tantum habet Trepidæ rerum, ſed Liv. ut hic legitur. Nec audiendus noſter. Sed voluit forſan tantum lemma mutatum.
Cives trepidi. Virg. 12. Æn. 583.
Exoritur trepidos inter diſcordia cives.
Admirationis & metus trepidus. Tacit. 6. Ann. 21.
Spe trepidus. Lucret. lib. 7. 297.
Formidine trepidus. Virg. 9. Æn. 756.
Equi trepidi. Ovid. 14. Epiſt. 206.
Manus trepida. Virg. 12. Æn. 901.
Mentes trepidæ. Lucan. lib. 1. 518.
Metus trepidus, ab effectu. Ovid. 3. Triſt. 1. 54.
Noctes trepidæ. Stat. 9. Theb. 622.
Nubes trepidæ. Stat. 12. Theb. 529.
Os trepidum. Ovid. 5. Met. 214. al. Timidum.
Terror trepidus. Lucret. lib. 5. 41.

Tumultus trepidus. Virg. 8. Æn. 5.
Vultus trepidi. Ovid. ad Liv. 275.
Trepidus, Feſtinus: quod qui timent, feſtinent greſſus. Virg. 3. Æn. 616.
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere. Servius; Trepidi, feſtini: ut per timorem, non per odium relictus fuiſſe videatur. Idem 4. Georg. 73. & 3. Æn. 316. & 4. 642.
Acies trepidæ. V. ACIES.
Carina trepida. Lucan. lib. 8. 662. Trepidam vocat propter timorem illorum, qui inſidebant: aut trepidam, i. e. Celerem.
Certamen trepidum. Hor. 1. Epiſt. 20. 48.
Curſus trepidus. Virg. 4. Æn. 672.
Fuga trepida. Ovid. 1. Triſt. 10. 10.
Rotæ trepidæ, Celeres. Valer. 5. Argon. 52.
Urbs trepida. Lucan. lib. 3. 373.

TREPIDE, Adv. [Greek] Celeriter, & quaſi per timorem. Liv. 22. 31. Nam & ſtativa trepide deſerta fuerunt.

TREPIDULUS, a, um. Adj. dimin. [Greek] Gell. lib. 2. cap. 29. Pulli trepiduli circumſtrepere. Plaut. Perſ. 4. 2. 3. Trepidula ut graphica decet.

TREPIDO, [Greek, Gl. L. G. & G. L. Greek, L. G.] āre. Metu concuti, timere. Ter. Eun. 5. 5. 8.
Quid eſt, quod trepidas? ſatiſne ſalvæ? dic mihi. Cic. 3. de Orat. 166.
At Romanus homo, tamen etſi res bene geſta eſt,
Corde ſuo trepidat.
Metu trepidare. Virg. 6. Æn. 491.
In dubiis trepidare periclis. Lucret. lib. 3. 1089.
Mens trepidat metu. Hor. 2. Carm. 19. 5.
Pectus mihi trepidat. I. e. Palpitat. Perſ. 3. Sat. 88.
Paſſim trepidatur in urbe. Sil. lib. 17. 509.
Vaſtis trepidatur in agris. Sil. lib. 4. 26.
Trepido, Feſtino. [Greek] Virg. 4. Æn. 121.
Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt. Hor. 2. Carm. 4. 23.
Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere luſtrum. [Gloſſ. Latinogræc. Trepidat, Feſtinat, [Greek]. Scribendum puto, [Greek]. Ibidem, Trepidat, Titubat, [Greek].
Greſſus trepidant. Sen. Hippol. 7.
Trepidare, Tumultuari præ feſtinatione. Liv. 27. 1. Trepidante tota civitate ad excipiendum Annibalem viſendumque.
Trepidare & Concurſare. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 33. Ter. Hec. 3. 2. 35.
Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum.

TREPIDANS, antis. Partic. [Greek] ut, Fuga trepidans. Lucan. lib. 3. 159.
Alis trepidantibus effugit. Ovid. 7. Met. 382.
Corda trepidantia bello. Virg. 4. Georg. 69.
Linguis trepidantibus ululat. Catul. de Berecynth. 64. 29.
Mœnia trepidantia. Sil. lib. 1. 129.

TREPIDANTER, Adv. Idem, quod Trepide, Timide. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 49. Quod ut ſenſit, trepidanter effatus, &c.
Trepidanter & timide agere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 19. Atque omnia trepidantius timidiuſque ageret.

TREPIDATIO, ōnis. f. [Greek, Gl. L. G.] Cic. pro Dejot. 20. Num quæ trepidatio? num qui tumultus?
Inſana trepidatio. Liv. 32.
Facere trepidationem. Liv. 3. 3.
Injicere trepidationem. Liv. 2. 53.

TREPIDARIUS, i. m. Veget. de Art. Vet. 2. 58. Equi, quos vulgo trepidarios, militari verbo guttonarios vocant.

TREPONDO, V. TRES.

TRES, [Greek, Gl. L. G.] & n. Tria. plur. num. Numerale nomen. Virg. 8. Ecl. 77. Necte tribus nodis ternos, Amaryilli, colores.
Trium litterarum homo, i. e. Fur, quod tres in ea dictione tantum ſint litteræ. Plaut. Aul. 2. 4. 46.
Tribus verbis, i. e. Breviter. Plaut. Mil. 4. 2. 28. Idem Trin. 4. 2. 121.
Pax, te tribus verbis volo.

TREIS, [Greek] pro Tres in Accuſativo, legimus apud antiquos. Cic. 4. Acad. 138. Teſtatur ſæpe Chryſippus treis ſolas eſſe ſententias, quæ defendi poſſint de finibus. Virg. 1. Æn. 112.
Treis notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Quorum autem nominum Genitivus pluralis ante UM ſyllabam, I litteram habuerit, Accuſativum, inquit Priſcianus, per IS loquimur, ut refert Chariſius, quanquam noſtra ætate paſſim ab eruditis receptum eſt, nec minus quorundam majorum, ut hujuſmodi Accuſativi per EI diphthongum ſcriberentur: quum tamen Velii Longi ſententia ſit, ut per I ſolam notentur. Nam & aliquando Quintiliano incommodum per EI ſcribere viſum eſt. V. Gell. lib. 13. cap. 19.

TREPONDO, [Greek] indecl. Quintil. lib. 1. cap. 5. De virt. & vitiis orat. Nam dua & tre & pondo diverſorum generum ſunt barbariſmi. At duapondo & trepondo uſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt & recte dici Meſſala confirmat. [V. loc. Dicitur, ut Tredecim, Trecenti, Trevir, Treſſis, &c.

TER, Adverbium numerale. [Greek] Virg. 2. Æn. 792.
Ter conatus erat collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago. Ibid. 6. 229.
Ter Conſul, Tertium. Plin. lib. 19. cap. 1.
Ter amplus Geryon, Tricorpor gigas. Hor. 2. Carm. 14. 8.
Ter tanto pejor ipſa eſt, quam illam tu eſſe vis. Plaut. Perſ. 1. 3. 72.
Ter quatuor. Cic. 1. de Divin. 55.
Cædunt de cælo ter quatuor corpora ſancta. Ex poeta.
Ter & quater. Hor. 1. Carm. 31. 13.
Ter & vicies. Plin. lib. 7. cap. 28.
Ter ternus. Varro 2. de R. R. cap. 1. Ea parte habet novem diſcretas ter ternas. De pecunia.
Ter in anno. Cic. pro Roſc. Amer. 132. Aptam & ratione diſpoſitam ſe habere exiſtimant, qui in Salentinis aut in Brutiis habent unde vix ter in anno audire nuntium poſſunt.
Ter, [Greek], pro Multum, Plurimum, Valde, ut
Ter felix. Ovid. 8. Met. 51.
Terque quaterque beati. Virg. 1. Æn. 94. Idem 4. Æn. 589.

TERDENI, æ, a. plur. Adj. Triginta. Virg. 8. Æn. 47.
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis, &c. Martial. 8. 78.
Quid numerem currus, ter denaque præmia palmæ.

TERCENTUM, [Greek] Virg. 8. Æn. 716.
Maxima ter centum totam delubra per urbem
Lætitia, ludiſque viæ, plauſuque fremebant.

TERCENTENI, æ, a. plur. centum. Adj. [Greek] Martial. 2. 1.
Ter centena quidem poteras epigrammata ferre.

TERNUS, a, um. vel potius TERNI, æ, a, plur. Adj. [Greek, Gl. L. G.] Cic. 9. Fam. 22. Quum loquimur terni, nihil flagitii dicimus, at quum bini obſcænum eſt. Cic. 4. Verr. 137. Hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum poſtulatur. Cic. 3. Verr. 114. Virg. 5. Æn. 120.
— terno conſurgunt ordine remi. Hor. 2. Serm. 4. 76.
Immane eſt vitium, dare millia terna macello.
Terni deni. Plin. lib. 18. cap. 26. V. TREDECIM, infra.

TERNARIUS, a, um. Adj. [Greek] Columel. lib. 11. cap. 2. Ternarii ſcrobes. V. SCROBS.

TERNIO, ōnis, m. ut Quaternio, Senio, Unio. V. Gell. 1. 20.

TERGEMINUS, a, um. Adj. [Greek, Gl. L. G.] Quod & Trigeminus. Tergemini proprie dicuntur Tres, qui ex uno utero, uno die, editi ſunt. Plaut. Mil. 3. 1. 122. Plin. lib. 7. cap. 3. Tergeminos naſci certum eſt, Horatiorum Curiatiorumque exemplo. Liv. 1. Tergemini fratres. Vetus codex habet Trigemini q. V. infra.
Tergeminus Triplex. Liv. 6. 7. Modo tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipſis Volſcis & Æquis & ex Hetruria egiſtis. Ovid. 4. Triſt. 7. 16.
Tergeminumque virum, tergeminumque canem. [Prior tricorpor Geryon, poſterior triceps intelligitur, Cerberus.
Ignis tergeminus Jovis, Fulmen triſulcum. Stat. 1. Silv. 1. 92.
Proles tergemina, Tres filii. Stat. 4. Silv. 8. 21.
Tergeminus, pro Maximo & ampliſſimo; ut, Tergemini honores apud Horatium 1. Carm. 1. cum populus ingentem tollit plauſum, aliquem honorans. Et in hac notione ſæpe hoc verbum a poetis tritum animadverti. Martial. 3. 46.
— tergeminum mugiat ore ſophos. I. e. Maxima voce ſucclamet Sophos. Tibull. 4. 1. 70.
Illum tergeminæ nexerunt conſilia mortis. i. e. Ingentis & multiplicis. Hinc adeo id factum eſt, quod quæ tergemina ſunt, eadem ampla & magna ſunt. Turnebus.
Tergeminum par in ſcelere. Cic. 11. Philipp. 2. de Antonio & Dolabella, Ecce tergeminum in ſcelere par, inuſitatum, inauditum, ferum, barbarum. i. e. Triſceleratum. Sic Budæus. Vetus exemplar legit, Tibi geminum.

TERTIUS, a, um. Adj. [Greek] Qui poſt ſecundum eſt. Virg. 3. Æn. 117.
Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris. Plin. 4. Epiſt. 27. pr.
Tertius dies eſt, quod audivi recitantem Sentium Augurinum cum ſumma mea voluptate. [i. e. Triduum eſt, quum, ſeu Ante tres dies audivi.
Tertio die, Nudius tertius, [Greek], Gloſſ. Græcolat.
Tertio quoque die. Cic. 2. Tuſc. 24.
Jam tertio me quoque funeſto die
Triſti advolatu aduncis lacerans unguibus. Ex poeta.
Tertio quoque verbo. Cic. pro Rabir. Poſt. 34. Modo vobis inſpectantibus, in judicio Gabinii, tertio quoque verbo excitabatur.
Tertius in pretio, vel auctoritate. V. AUCTORITAS tributorum. Plaut. Pœn. 1. 2. 118. Salve in pretio tertia.
Tertio loco, Tertia dignitate. Plin. lib. 12. cap. 12. In noſtro orbe proxima laudatur nardum Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum.
Tertium locum Mileſiæ oves obtinent. Plin. lib. 8. cap. 48.
Tertiæ notæ herbæ, Tertio loco adſcribendæ, vel tertiam dignitatem poſt alias ſortitæ. Columel. lib. 9. cap. 4. Cave autem putes Tertiæ facultatis.
Tertio pedato, [Greek], Gloſſ. Latinogræc. [Forte conjuncte ſcribendum. V. TRIPEDO infra.
Sed ſi res coget, eſt quiddam tertium. Cic. 1. Fam. 5.
Aut in re eſſe, aut in verbo: nihil eſſe tertium. Cic. 9. Fam. 22.

TERTIA, Mulieris nomen. Feminæ ſiquidem appellabantur familiæ nomine: ſed ut internoſcerentur, quum duæ erant, Major & Minor vocabantur; ut apud Sueton. in Auguſt. cap. 4. Octavia Major, & Octavia Minor. Quum tres erant, quæ tertia nata eſſet, Tertia dicebatur; quum quatuor, Quarta; cum quinque, Quinta: unde in oratione pro M. Cœlio 34. & de Aruſpicum reſponſis 27. Quinta Claudia. Ergo Tertia, ſive Tertulla per diminutionem: Bruti ſoror, uxor Caſſii, quæ poſt duas edita eſſet; hæc abortum fecerat: quod queritur Cic. 14. Att. 23. Tertullæ nollem abortum: tam enim Caſſii ſunt jam, quam Bruti ſerendi. De hac ipſa Macrobius hæc Saturn. lib. 2. cap. 2. Mater M. Bruti Servilia, quum pretioſum ære parvo fundum abſtuliſſet a Cæſare, ſubjiciente haſtæ bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis: Et quidem, quo melius emptum ſciatis, comparavit Servilia hunc fundum, tertia deducta. Filia autem Serviliæ erat Junia Tertia, eademque C. Caſſii uxor, laſciviente Dictatore tam in matrem, quam in puellam. Hæc Macrob. [Quum alioqui & tertia pars deducta intelligi poſſit, luſitque Tullius vocabuli ambigua ſignificatione.

TERTIO, Adv. [Greek] Ter. Eun. 3. 3. 24. Non hercle veniam tertio. Columel. lib. 3. cap. 15.

TERTIUM, Adv. [Greek] ut, Tertium Conſul. Liv. 3. 22.
Tertium conſul. V. ITERUM. H. St.
Iterum ac tertium jacere. Cic. 2. de Divin. 121. Quid eſt tam incertum quam talorum jactus? tamen nemo eſt, quin ſæpe jactans Venereum jaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium.

TERTIANUS, a, um. Adj. [Greek, Gl. G. L.] ut, Tertiana febris, Quæ tertio quoque die novam acceſſionem facit. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Vide, quæſo, ſi omnis motus, omniaque, quæ certis temporibus ordinem ſuum conſervant, divina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas divinas eſſe dicendum ſit.
Tertiana quoque abſolute, Idem ſignificat: quod & pluraliter etiam frequenter legitur. Plin. lib. 2. cap. 30. Seminis grana tria in tertianis devorari jubent aliqui ante acceſſionem.

TERTIANI, orum. m. pl. [Greek] Tacit. 5. Hiſt. 1. Tradidit & Syria duo & vicesimanos, tertianoſque. [h. e. Vicesimæ tertiæ legionis milites.

NUDIUSTERTIANUS, a, um. Adj. [Greek], Gloſſ. Græcolat. V. S. I.

TRI

Digitized by Google

TERTIARIUS, a, um. Adj. [τριτημόριος] Plin. lib. 34 cap. 17. Idem & tertiarium vocant, in quo duæ nigri portiones ſunt, & tertia albi. De ſtanno.

Tertiarius, Actor tertiarum partium. V. SECUNDARIUS. Expreſſit Cic. 1. Verr. 48. quum ſcribit, Ut in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui ſecundarum, aut tertiarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat. Ex Turnebo.

TERTIARIUM, [τριτημόριον] Ponderis genus ſatis notum, cui correſpondet Quartarium. Cato R. R. cap. 95. Poſtea ſumito bituminis tertiarium, & ſulfuris quartarium. h. e. Tertiam vel quartam partem unciæ. [Niſi Congii, vel Sextarii potius, & eſt m. Tertiarius.

TERTIO, [τριτόω] âre. Tertio facere: ut Terram vel ſolum tertiare dicimus, Quum tertio aratur & colitur. Columel. lib 2. cap. 4. Sed jugerum talis agri quatuor operis expeditur. nam commode proſcinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram ſtatim redigitur quadrante operæ. Idem 2. 13. & cap. 4. Iteratos eſſe oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos.

TERTIATUS, a, um. Tertiata verba, [ἡμιτελῆ ῥήματα] appellantur Imperfecta, lapſantia, & cum pavore murmurata: quando quis exanimatus non profert verba integra, ſed vix tertia quæque enuntiat, modiis ex perturbatione ſuppreſſis. Apulejus lib 5. p 166. Elmenh. Tremens & exſangui colore lurida, tertiata verba ſubſtrepens, ſic ad illum ait.

TERTIATIO, ônis. f. [τρίτωσις] Columel. lib. 12. cap. 50. Nam plurimum refert non miſcere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima preſſura. De tribus olivarum preſſuris loquitur, iterationem vocans ſecundam preſſuram. ſive oleum ſecundæ preſſuræ, tertiationem vero tertiam preſſuram.

TĔRUNCIUS, ii. m. [τεταρτημόριον, τριούγκιον] Nummus perexiguus, a tribus unciis dictus. Varr. de L. L. 4. 36. Teruncius a tribus unciis dictus, quod ſit libellæ quarta pars. quomodo & Quadrans aſſis. Plaut. Capt 3. 1. 17.

Neque ridiculos jam terunci faciunt. Cic. 5 Att. 20. Nos tamen, etſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, ut nullus teruncius inſumatur in quemquam. Teruncium, inquit Budæus, appellavit Cicero, quem Plinius Quadrantem & Triuncem vocat. Cic. 3. de Fin. 45. Interit magnitudine maris Ægei ſtilla muriæ, & ut in divitiis Crœſi teruncii acceſſio.

Fecit palam te ex libelis, me ex teruncio. Cic. 7. Att. 2. Subaudi Hæredem. V. AS & TRIUNX.

De præda mea, teruncium non attigit quiſquam. Cic. 2. Fam 17.

TRĔMISSIS, is. m. vocabulum pro Triente ad exemplum Semiſſis finxerunt mediæ Latinitatis auctores. Lamprid. Alex. Sever. cap. 39. Tunc etiam, quum ad tertiam partem auri vectigal decidiſſet, tremiſſes formati ſunt Iſidor. 16. 25. Solidi tertiam partem dixerunt tremiſſem, eo quod ſolidum faciat ter miſſus. [Prava fictum nomen ad imitationem Semiſſis.

Fuit autem Nummus aureus pondere & pretio tertia ex parte minor, quam ſolidus, pari, ut probabile videtur, forma inſignitus. Credo tamen interdum Trientem Latine appellari, veluti apud Trebell Claud. cap. 14. Philippeos noſtri vultus annuos centum quinquaginta, & in ſtrenis quadraginta ſeptem, & trientes centum ſexaginta. Idem cap. 17. Aureos Valerianos centum quinquaginta, trientes Salonianos trecentos. Hotman. Antiq. Roman 4. 1 8. Salmaſ. de Mod Uſur. cap 1. & 8.

TRIĀRII, orum. m. pl. [τριάριοι] Genus militum, qui quales fuerint olim, lucidiſſime explanat Liv. 8. 8. his verbis Poſtremo in plures ordines acies inſtruebantur. Ordo ſexagenos, (ſive ut alii legunt, ſexonos) milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. Prima acies Haſtati erant, manipuli quindecim, diſtantes inter ſe modicum ſpatium: manipulus Leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leves autem, qui haſtam tantum gæſaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie: florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus Principibus eſt nomen, hos ſequebantur Scutati, omnes inſignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen, Antepilanos appellabant. quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat: earum unamquamque primum pilum vocabant: tribus ex vexillis conſtabat: vexillum centum octoginta tres (ut alii ſex) homines erant Primum vexillum Triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum Rorarios minoris roboris ætate factiſque: tertium Accenſos, minimæ fiduciæ manum. Eo & in poſtremam aciem rejiciebantur, Ubi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes, in intervalla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, haſtati ſequebantur. Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet pugnatum, a prima acie ad triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad triarios rediiſſe, quum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum principes & haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vias: unoque continente agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incidebant. Id erat formidoloſiſſimum hoſti, quum velut victos inſecuti, novam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant. Hactenus T. Livius, cujus ex verbis ſatis arbitror liquere proverbium, Rem ad triarios rediiſſe, dici, quum eo periculi res redacta eſt, ut extremo conatu, ſummiſque viribus ſit enitendum. & ad ſuprema confugiendum conſilia: quibus ſi nihil proficiatur, jam nihil reliquum eſſe videatur, unde ſubſidium ſperare poſſis. Item Vegetius de Re Militari, lib 2. 20. declarat poſt omnes acies ſolere collocari triarios, omni armorum genere inſtructos, qui genu poſito ſubſidebant: ut ſi primam aciem vinci contigiſſet, ab iis integrato prælio victoria repararetur. Idem 3. 14. Sextus, inquit, ordo poſt omnes a firmiſſimis & ſcutatis, & omni genere armorum munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti & integri acrius invaderent hoſtes, poſt ultimas acies ſedere conſueverunt, & ſi quid in primis ordinibus accidiſſet, de eorum viribus reparationis ſpes tota pendebat. Flavius Vopiſcus in vita Firmi Imperatoris (cap. 4.) indicat robuſtiſſimum quemque militem in triarios allegi ſolitum, docens eum nervis robuſtiſſimis fuiſſe, hoc argumento, quod triarium quoque vinceret. Hactenus ex Eraſmo. Al.

Tritanum legunt apud Vopiſc. Varro de L. L. 4. 16 Triarii dicti ſunt, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerentur. Plaut Fragm. r. 92.

Agite nunc, ſubſidete omnes quaſi ſolent triarii.

TRIAS, ădis. f. [τριάς] Numerus ternarius Græcis. Gell. 1. 20. Numerus ternio, qui Græce dicitur trias V. TERNIO, & c.

TRIENS, entis. m. [τριτημόριον, τριτὴν, Gl. G. L.] Tertia pars aſſis, in ratione uſuraria. Cic. 4. Att. 15. Fenus ex triente, Id. Quint. factum erat beſſibus.

Triens, Genus nummi, tertiam partem aſſis valens, hoc eſt, uncias quatuor. Juven. 3. Sat. 267.

Infelix nec habet quem porrigat ore trientem.

Lex ſumentaria de ſemiſſibus & trientibus. Auctor ad Heren. 1. 21.

Triens, Menſuræ genus quatuor cyathos continens. Perſ. 3. Sat 100.

Sed tremor inter vina ſubit, calidumque trientem. al. Triental. Propert lib. 3. 10. 29.

Quum fuerit multis exacta trientibus hora.

Triens, Tertia pars jugeri. h e. Unciæ quatuor. Dividebatur enim jugerum, ut as, in uncias duodecim. V Columel. lib 5. cap 1.

Trientes, ſive quod idem eſt, Trientalis materia. apud Vitruvium (10. 6. nomen habent a menſura, quod aſſeres inſtrumenti ejus, trientali craſſitudine, hoc eſt quatuor unciarum eſſent, ſive quatuor pollicum. In menſuris enim uncia pollicem ſignificat. Ex Budæo.

TRIENTĀLIS, e. Adj. [τριτημοριαῖος] ut, Trientalia folia, a menſura dicta ſunt, quæ amplitudine trientem æquant, hoc eſt pollices quatuor. Plin. lib. 27 cap. 5.

Materia trientalis. Vitruv. 10. 6.

TRIENTAL, ālis. n. Vaſis genus, tertiam partem ſextarii capiens. Perſ. 3. Sat. 100. — calidumque triental

Excutit e manibus. Nonnulli legunt Trientem.

TRIENTĀRIUS, a, um. Adj. Jul. Capitol. in Antonino Pio, cap. 2. Idem fenus trientarium, hoc eſt minimis uſuris, exercuit; ut patrimonio ſuo plurimos juvaret. *Intereſt ou uſure a quatre pour cent.*

TRIFĀRIAM, Adv. [τριχῶς, Gl. L. G. & G. L. τριμερῶς, τριπλῶς, G L.] Tribus modis, ſive in tres partes. Suet. in Vitel. cap. 13. Sed vel præcipue luxuriæ, ſævitiæque deditus, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat. Liv. 5. 26. Trifariam Romani muniebant.

TRIMUS, a, um. Adj. [τριετής, Gl. L. G.] Quod eſt trium annorum. Plaut. Rud. 3. 4. 39.

Trima quæ periit mihi, jam tanta eſſet, ſi vivit, ſcio. Plin. lib. 17. cap. 11. Arborem nec minorem bima, nec majorem trima transferri quidam præcipiunt. Varro 2. de R. R. cap. 7. Videndum ne ſint minores trimæ, majores decem annorum.

Equa trima. Hor. 3. Carm. 11. 9.

Trimo, τριετής, Gloſſ. Latinogræc.

TRIMŬLUS, a, um. Adj. dimin. Suet. in Neron. 6. Trimulus patrem amiſit.

TRIMĀTUS, ûs. m. [τριετία] Ipſa trium annorum ætas. Columel lib 8. cap. 5. Summovebimus autem veteres, id eſt quæ trimatum exceſſerunt. Plin. lib. 8. cap. 43. Partus a SEX menſe ociſſimus, ſed a trimatu legitimus.

Vide BIMATUS, Spatium, ſive ætas duorum annorum. H. St.

TRINUS, a, um. Adj. [τρεῖς] Idem quod Tres ſignificat. Plaut. Bacch. 2. 3. 80.

Etiamne eſt quid porro? c. hem accipe, trina hæc nunc erit. Cæſ. 7 Bell. Gall. 46. Milites ſigno dato celeriter ad munitionem perveniunt, eamque tranſgreſſi, trinis caſtris potiuntur.

Potum trinum. Stat 4. Silv. 9. 15.

Trini, pro Terni. Suet. in Neron cap. 56. Detecta confeſtim conjuratione, pro ſummo numine, trinisque in die ſacrificiis colere perſeveravit. i. e. Quotidie tribus. Plin. lib. 2. cap 41. Trinos ſoles antiqui ſæpius videre i. e. Tres ſimul. Ibidem, Lunæ quoque trinæ apparuere.

Reddere trinas litteras. Cic. 16. Att. 17.

Nulla trinis æſtivis gratulatio. Cic in Piſon. 97.

TRINĬTAS, ātis. f. [τριάς, Gl. G. L.] Vox apud Patres & ſcriptores eccleſiaſticos frequens.

TRIPLĀSIUS, a, um. Adj [τριπλάσιος] Græcum eſt. Idem quod Triplus. Mart. Capell. 9. 322. Ratio triplaſia.

TRIPLEX, ĭcis. Adj. [τριπλοῦς, Gl. L. G. & G L. τριπλάσιος, τριπλοῦς, G. L. τριμερής, L. G.] Quod eſt trium plicarum. Hor. 1. Carm. 3. 9.

Illi robur, & æs triplex

Circa pectus erat, &c.

Anima triplex. Cic. 1. Tuſc 20. Plato triplicem finxit animam, cujus principatum, id eſt rationem, in capite, ſicut in arce, poſuit; & duas partes ſeparare voluit, iram & cupiditatem, quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit.

Colum triplici diverſa licia Virg 8. Ecl. 73.

Deæ triplices, Parcæ. Ovid 2. Met. 654.

Forma triplex Cerberi. Ovid. 9. Met. 185.

Mœnia triplici circumdata muro. Virg 6. Æn. 549.

Natura triplex animi. Lucret. lib. 3 238.

Pugna triplex, Quæ ter facta eſt. Martial. lib. 5. 65.

Triumphus triplex. Virg. 8. Æn. 714.

Triplex, pro Tribus aliquando ponitur. Cic. 1. Acad. 17. Fuit ergo jam accepta a Platone philoſophandi ratio triplex.

Litteras triplices remittere. Cic. 13. Att. 3.

Triplices, pl. m. pro quodam Tabellarum genere, in quo ſcribi epiſtolæ leviores & amatoriæ ſolebant. Martial lib. 14. 6.

Tunc triplices noſtros non vilia dona putabis,

Quum ſe venturam ſcribet amica tibi. Dicti autem ſunt Triplices a tribus foliis. V. Cic. 13 Att. 8.

Triplex, ſubſtantivum, pro Triplo Scribonius Largus comp. 258. Emplaſtrum aliud ex ſale nigrum efficacius, idem ad omnia facit: ſed recipit ſingulorum pondo libram ſimiliter, olei autem veteris triplex adjicitur. [Pro Triplum ejus V. Rhod. Lexic. Scrib.

TRIPLICITER, Adv. Auct. ad Heren 4. 42 Eandem rem commutabimus tripliciter. Mart Capel. 3. L littera tripliciter ſonat.

TRIPLICO, [τριπλασιάζω] âre. Plin lib. 7. cap 48 Cornici novem noſtras attribuit ætates Heſiodus, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis.

Idem ipſe numerus triplicatur. Gell. 1. 20.

Vox triplicata. Sidon. 2. Epiſt. 2.

TRIPLICATIO, ōnis. f. Cajus in l. Conſilio. D. de curat. furioſ. &c. Dig. 27. t. 10. l. 7. §. 1. Firmicus quoque lib. 2. cap. 26. Nulla vel duplicatione, vel triplicatione, vel quadruplicatione. V. Quadruplicatio, in QUADRUPLEX.

TRIPLICABILIS, e. Adj. Sedul. 1. carr.
Quod ſimplex, triplicet, quodque eſt triplicabile, ſimplet.

TRIPLUS, a, um. Adj. [τριπλοῦς, Gl. G. L.] Idem quod Triplex. Cic. de Univerſ. 20. Unam principio partem detraxit ex toto, ſecundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, primæ tripla: deinde quartam quæ ſecundæ dupla eſſet: quintam inde quæ tertiæ tripla. Et paulo poſt, Tripla intervalla. [Numerale eſt proportioni vel comparationi ſerviens.

TRIPLARIS, e. Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. Alternatio triplaris. Idem 1. 19. Numerus triplaris. V. DUPLARIS.

TRISEMUS, a, um. Adj. Ternarius. Mart. Capell. 1. 9.

TRIANGULUS, i. m. & ſtrictius TRIANGULUM, i. n. [τρίγωνος, Gl. G. L. τρίγωνον L. G.] Figura tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον, vocant. Cic. 2. de Nat. Deor. 125. Grues, quum loca calidiora petentes maria tranſmittant, trianguli efficere formam. Idem 2. de Divin. 89. Quum autem in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus ejus qui naſcatur, aut in eam quæ conjunctum aliquid habeat, aut conſentiens, ea triangula illi & quadrata nominent.

TRIANGULUS, a, um. [τρίγωνος] Adj.
Triangulus ager. Columel. lib. 5. cap. 2.
Forma triangula. Celſ. lib. 7. cap. 25. tit. 2.

TRIANGULARIS, e. Adj. [τρίγωνος] Quod trianguli formam refert: ut, Triangularis agri forma, apud Columel. lib. 5. cap. 2. §l. Triangulus.

TRIBRACHUS, i. m. [τρίβραχυς] Pes tribus ſyllabæ brevibus conſtans. a τρεῖς, tres: & βραχύς brevis, ut Dŏmĭnŭs. V. Terentianum Maurum de octo pedibus triſyllabis.

TRĬCEPS, ĭtis. Adj. [τρικέφαλος, τρικάρηνος, Gl. G. L.] Tria capita habens. Cic. in Orat. 159. Quid in verbis junctis? quam ſcite Inſipientem, non Inſapientem? Iniquum non Inæquum? Tricipitem, non Tricapitem? Idem 1. Tuſc. 10. Dic quæſo num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ibid. 2. 22.
Hæc a Tartarea tenebrica abſtractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem. Ex poeta. Ovid. 7. Met. 194.
Tuque triceps Hecate.
Triceps [τριμερής] Tripartitus. Gloſſ. Græcolat.

TRICAPITINUS, a, um. Idem. in Gloſſ. Græcolat. in utraque dict.

TRICHORDIS, e. Adj. Tres habens chordas. Sidon. 5. 5. Cithara trichordes.

TRĬCHŌRUM, i, n. [τρίχωρον] Locus in tres parvulos locellos diſtinctus. Spartianus in Peſcennio Nigro cap. 12. Domus ejus hodie Romæ viſitur in campo Jovis, quæ appellatur Peſcenniana: in qua ſimulacrum ejus in Trichoro conſtituit, ſtatim poſt annum, ex Thebaico marmore, quod ille ad ſimilitudinem ſui factum a rege Thebæorum acceperat. Stat. 1. Silv. 3. 58.
— quid nunc ingentia mirer,
Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris? Trichora (inquit Domitius Calderinus) ædificia tribus pinnis ſurgentia. Cæl. lib. 18. cap. 11. Trichorum arbitratur poſſe deduci a diſtributione triplici. χωρίζειν namque, diſparare ſignificat. Sunt qui Trichorum interpretentur, Trium capax. Apud Dioſcorid. lib. 1. cap. 115. legimus acaciam in Cappadocia ſemen ferre in folliculis jugatis, τριχώρους ἢ τετραχώρους, id eſt trilocis vel quadrilocis. Ruellius vertit, In loculis connexis, ternum quaternumve capacibus. χῶρος, χώρα, Græce, Regio, ſeu Locus dicitur Latine.

TRICHRUS, i. m. [τρίχρους] Gemmæ nomen, a tribus coloribus impoſitum, quos reddit cote attrita. Plin. lib. 37. cap. 10. Trichros ex Africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit, a radice nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum.

TRICINIUM, i. n. Trium vocum cantio. Symmach. 1. Epiſt. 47.

TRICLINION, vel TRICLINIUM, i. n. [τρικλίνιον, Gl. G. L.] Cœnatio, ſeu Conclave diſcubitorium dici poteſt. Eſt enim locus in quo diſcumbebant & cœnabant præcipue in convivium accepti: dictum a tribus lectis, quos ſternebant inter ſe contiguis. Nam tres lectos in convivio apponere veteres ſolebant, & jacendo cœnare, ut Turcæ hodie faciunt. τρεῖς enim, tres: κλίνη, lectus dicitur. Hinc Hor. 1. Serm. 4. 86.
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, &c. Juven. 5. Sat. 17.
Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto, &c. Cic. 13. Att. 50. Villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.
Triclinium, ſecundam ſyllabam producit, ut Hexaclinon penultimam, Clinicus primam. Manil. lib. 5.
Nunc jam luxuriæ pars, & triclinia templis
Concertant. Proinde ſunt qui putent mendoſum eſſe hunc veteris auctoris verſum in Copa, v. 8.
Triclinia umbroſis frigida arundinibus. Cenſeantque legendum tribus ſyllabis Triclina. Alii tamen legunt,
Et trichila umbroſis, &c. V. TRICHILUM.
Sternere triclinium. Cic. pro Muren. 75. Rogatus eſt a Maximo ut triclinium ſterneret.
Triclinium & Cubiculum. Cic. 2. de Orat. 263. Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis? Quum tu, inquit, de cubiculo alieno.
Capax triclinium quindecim convivarum. V. CAPAX.
Lecti tricliniorum. Cic. 4. Verr. 183. Jam non quæro unde CCCC amphoras melliis habueris, unde tantam Melitenſem veſtem, unde quinquaginta tricliniorum lectos.

TRICLINIARIUM, i. n. Idem quod Triclinium: vel Quod ad triclinium pertinet. Varro 1. de R. R. cap. 13. Quo elaborant ut ſpectent ſua æſtiva tricliniaria ad frigus Orientis. al. Triclinaria.

TRICLINIARIS, e. Adj. Quod ad triclinium pertinet: ut, Lectus tricliniaris. Plin. lib. 37. cap. 2.
Apothecæ tricliniares. Varro apud Non. 2. 597.
Veſtimenta tricliniaria, Quibus utimur in tricliniis. Labeo in l. Apud Aufidium. D. de opt. legat.

TRICLINIARIUS, vel TRICLINARIUS, a, um. Adj. Vetus Inſcr. apud Gruter. p. 576. n. 6. SERVVS TRICLINIARIVS. Plin. lib. 9. cap. 19. Quis non jam tricliniaria facit. ſcil. Veſtimenta.
Tricliniariæ mappæ, apud Varr. H. St. De Ling. Lat. 8. 31. Quis facit mappas tricliniarias non ſimiles inter ſe?

TRICOCCUM, i. m. [τρίκοκκον] Plin. lib. 22. cap. 21. Genera heliotropii duo, Tricoccum, & helioſcopium, &c. Alterum genus, quod tricoccum appellavimus, & alio nomine ſcorpiuron vocatur, foliis non ſolum minoribus, ſed etiam in terram vergentibus. Galenus (Ruellio teſte) communi vocabulo Tricoccum quaſi trioſſum aut trigranium ab aliquibus nominatum meminit, quoniam tria intus grana ſive ligna, ſeminis loco, fructus continent.

TRICONATUM, τρίγωνον. Gloſſ. Latinogræc.

TRICONGIUS, i. m. [Τρικόγγιος] Cognomen Novelli Mediolanenſis, qui geſtis honoribus a Prætura ad Conſulatum uſque pervenerat. Hic enim tribus congiis epotis, ſpectante miraculi gratia Tiberio principe, præclarum hoc cognomen ſibi vendicavit. Plin. lib. 14. cap. 22.

TRICORNIS, e. Adj. [τρίκερως] Quod tria cornua habet. Plin. lib. 8. cap. 21. Indicos boves unicornes, tricornesque. conf. Solin. cap. 65.

TRICORPOR, vel, ut Gloſſ. TRICORPUS, ŏris. Adj. [τρισώματος, Gl. G. L.] Tria habens corpora. Virg. 6. Æn. 289.
— & forma tricorporis umbræ. Sil. lib. 3. 422.
Geryonis peteret quum longa tricorporis arva.

TRICUSPIS, ĭdis. Adj. [τριγλώχιν] Tres habens cuſpides. Ovid. 1. Met. 330. — poſitoque tricuſpide telo,
Mulcet aquas rector pelagi.

TRIDENS, entis. m. [τρίαινα, Gl. L. G. & G. L. τριόδοντος, L. G. τριόδους, G. L.] Quicquid habet tres dentes. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni a gubernaculis non ſuperantur, ne tridente quidem in eos ſæpius jacto territi.
Dicitur ſic proprie Neptuni ſceptrum. Virg. 1. Georg. 13.
— cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.
Sævus tridens. Virg. 1. Æn. 148.
Sævit tridenti Nereus. Virg. 2. Æn. 418.

TRIDENTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [τριαινοφόρος] Abſol. Neptunus. Ovid. 8. Met. 595.
Regna vagæ dixi ſortita, Tridentifer, undæ.

TRIDENTĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. Idem. Ovid. 11. Met. 202.
Cumque tridentigero tumidi genitore profundi.

TRIDUUM, i. n. vel, ut Gloſſ. TRIDUUS, i. m. [τριήμερος, Gl. G. L.] Spatium trium dierum. Ter. And. 2. 6. 9.
Nihil hercle, aut ſi adeo, bidui, aut tridui eſt
Hæc ſollicitudo. Cic. 2. de Legib. 57. Cotta cenſet habendas triduum ferias, & porco femina piaculum pati. Idem pro Milon. 26. Clodius reſpondit, triduo illum, ac ſummum quatriduo periturum.
Continuum triduum. V. CONTINEO.
In triduo hoc. V. IN.
Non intereſt triduum. V. INTERSIT.

TRIDUĀNUS, a, um. Adj. [τριήμερος] Apul. lib. 10. p. 247. Elmenh. Spectaculum triduanum. Hieron. Epiſt. 10. Triduana jejunia.

TRIENNIUM, i. n. [τριετία, Gl. G. L.] Spatium trium annorum. Cic. 4. Verr. 49. Triennium provinciam obtinuiſti. Idem 4. Acad. 5. Inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. Ovid. 9. Met. 641.
Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Triennia vocat dictione Latina, quæ Græce alibi Trieterica appellat.
Continuum triennium. V. CONTINEO.

TRIENNALIS, e. Adj. [τριετηρικός, Gl. L. G. & G. L.] V. TRIETERICUS.

TRIERIS, is. f. [τριήρης] Navis Triremis. Nepos 7. 4. 3. In trierem, quæ ad eum deportandum erat miſſa, adſcendit. Sic optimi Codd. Vulgo, Triremem. V. hanc dict.

TRIERARCHUS, i. m. [τριήραρχος] Præfectus trieris. Cic. 3. Verr. 58. Qua de re Charidemum Chium teſtimonium priore actione dicere audiſtis, ſeſe, quum eſſet trierarchus, &c.
Datæ a claſſe Miſenenſi duæ triremes, cum quibus Cythnum inſulam tenuit; nec defuere, qui trierarchos nomine Neronis acciperent. Tacit. 2. Hiſt. 9. conf. Suet. Neron. cap. 34.

TRIĔTĒRIS, ĭdis. f. [τριετηρίς] Spatium trium annorum. Stat. 4. Theb. 722.
Ludus & atra ſacrum recolet trieteris Opheltem. Martial. lib. 6. 38.
Aſpicis ut parvus, nec adhuc trieteride plena
Regulus, auditum laudet & ipſe patrem. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Quintum Niſo natum & Thyone, a quo trieterides conſtitutæ putantur.

TRIETERICUS, a, um. Adj. [τριετηρικός] Triennalis, ut Gloſſ. Græcolat. a τρεῖς, & ἔτος annus.
Nox trieterica. Stat. 2. Theb. 661.
Orgia trieterica. Virg. 4. Æn. 302.
Sacra trieterica. Ovid. 6. Met. 587.
Trieterica, (apud Thebanos) appellata ſunt Sacra Bacchi, quæ ei ex India cum victoria redeunti inſtituta ſunt, tertio quoque anno celebrari ſolita, annuis ejus orgiis ſumptuoſiora. Idem & Servius affirmavit, enarrans illud Virg. 4. Æn. 302.
Thyas, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron.

TRIFATIDICUS, a, um. Adj. Auſon. in Ternario, 85.
Atque trifatidicæ nomen commune Sibyllæ. h. e. Valde, aut pluſquam fatidicæ. Tris enim in compoſitione fere ſemper augendi cumulandique vim habet: ut Trifur, triſurcifer, triveneficus apud Plautum.

TRIFAUX, faucis. Adj. [τρίστομος] Tres fauces habens. Virg. 6. Æn. 417.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat.

TRIFAX, ācis. m. Telum tres cubitos longum. Feſtus. Ennius.
Aut permaceret paries percuſſus trifaci.
Trifaces inter Tela enumerat Gell. lib. 10. cap. 25. V. CESTRUS.

TRIFER, ĕra, ĕrum. [τρίφορος] Quod ter fructus producit. Plin. lib. 16. cap. 27. Vites quidem & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent. Columel. lib. 5. cap. 10. Omnes etiam biferæ & triferæ.

TRIFI-

Trifĭdus, a, um. Adj. [τρισχιδὴς] Quod tribus partibus finditur.
Cuſpis trifida Neptuni. Claud. de Rapt. Proſerp. 181.
Flamma trifida, Fulmen. Ovid. 2. Met. 325.
Haſta trifida. Valer. 1. Argon 641.

Trifĭlum, i, n. Gloſſ. Græcolat. τρίλινον, τρίσμιτον, Trifilum gemmarium.

Trifīnium, i. n. Iſidor. 15. 14. Trifinium dictum, eo quod trium poſſeſſionum fines adſtringit. Flacc. de condit. Agr. p. 6 Goeſ. Si in trifinium (id eſt in eum locum, quem tres poſſeſſores attingebant) termini ponebantur.

Trifiſſilis, e. Adj. Auſon. Epigr. 128. Forma trifiſſilis; ſcil. de Græca littera Ψ dicitur.

Trifŏlium, i. n. [λωτὸς, ὁ χόρτο̄ς Gl. L. G. & G. L. τρίφυλλον, L. G.] Herba, quæ invenitur confragoſis locis, efficaciſſima traditur contra viperæ venenum, odoris graviſſimi, neque abſimilis bitumini. Et idcirco Græci eam aſphaltion appellant: noſtri autem propter figuram acutam trifolium vocant: non longis & hirſutis foliis viret, cauleraque robuſtiorem facit, quam pratenſe. V. Plin. abunde de hoc tractantem, lib. 21. cap. 21.
Eſt & aliud Trifolium, pratenſe, a loco in quo frequenter invenitur, dictum. V. Botanicos.

Trifōrmis, e. [τρίμορφος, Gl. G. L.] Adj. Tres habens formas. ut, Canis triformis, Cerberus. Senec. Herc. OEth. 1202.
Diva triformis, Hecate. Hor. 3. Carm. 22. 4. V. trivia.

Trifūr, ūris. Adj. Plus quam fur, vel Maximus fur. Plaut. Aul. 4. 4. 6.
Non fur, ſed trifur.

Trifurcĭfer, ĕri, m. Plus quam furcifer, vel Maximus furcifer. Plaut. Aul. 2. 4. 47.
Me vituperas fur? A. etiam fur trifurcifer. Idem Rud. 3. 4. 29.
Tun, trifurcifer, mihi audes inclementer dicere?

Trifurcus, a, um. Adj. [τριχηλος, τριώνυχος] Quod tres furcas habet. Columel. lib. 3. cap. 10. Triforcam maxime ponito, ea exſtet minimum tribus pedibus Ibid. cap. 17. 3. Surculi, ſint bifurci, vel trifurci.

Trīga, æ. f. [τρισιππον, Gl. G. L.] ut Biga, quaſi Trijuga, a tribus equis juncta. Pl. Trigæ, [τρίππια, Gl. G. L.] Currus dicitur, qui a tribus equis trahitur. Ulpian. in l. Ædiles ajunt. D. De Ædil. edict. l. 38. §. 14. Etſi triga venierit, redhibenda erit tota; ſed & ſi quadriga, redhibeatur. Ex veteri poeta citat Scaliger ad Propert. 3. 21.
Triga, mihi paucos inter dilecta ſodales,
Triga ſodalitii pars bene magna mei.

Trigarium, i. n. [τόπος, ὅπε ἵπποι γυμνάζονται. Gl. L. G.] Trigarium, Curule certamen. Plin. lib. 37. cap. 13. Ne equos quidem in trigariis inſerti ullos vernaculis animadverto. Apud Marcianum quoque Capellam lib. 9. qui de Muſica inſcribitur, Trigarium, inquit, ſupplicantis ſemper germanitatis adveniat: hoc eſt, trigamina, inquit, illa mulier, ſive tres in unius nominis vocabulum conſpirantes.

Trigarius, i. m. [τρισιππηλάτης] Trigarum agitator. Plin. lib. 28. cap. 16. Feruntque & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, quum ſic quoque ſe trigario approbare vellet. [Niſi a Trigarium, i, n.

Trigĕmĭnus, a, um. Adj. [τρίδυμος, Gl. G. L.] Auctor de Viris illuſtrib. 4. Tullus Hoſtilius, quia bonam operam adverſum Sabinos navaverat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finivit. Subaudi Fratrum.
Duo vel trigemini. Columel. lib. 7. cap. 6. de capella.
Trigemini, aut gemini. Columel. lib. 2. cap. 1. Trigeminos vocat, quum tres uno partu eduntur.
Trigemini fratres, nec ætate nec viribus diſpares. Liv. 1. 24.
Natura trigemina. Plin. lib. 13. cap. 28. Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignum, rurſuſque ſemen in ligno, ut Perſicis.
Trigemini filii. Plaut. Mil. 3. 1. 122. V. Gell. 13. 24. Columel. lib. 3. cap. 8. &c. conf. tergeminus ſupra.
Trigemina porta dicebatur Romæ, Per quam trigemini fratres Horatii exierunt: ſed tertius qui ſuperſtes fuit, porta Capena rediit. Liv. 33. 10. Minucius extra portam Trigeminam bove aurato donatus eſt.

Trigemmis, is. m. [τριόφθαλμος] Columel. lib. 3. cap. 19. Vallis & uliginoſi campi ſitus ſerimus etiam trigemmam (ſcilicet malleolum) qui eſt paulo minor dodrante, longior utique ſemipede. Iſque non ab eo trigemmis dictus eſt, quod omnino trium oculorum eſt, quum fere circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quod his acceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet. Plin. lib. 17. cap. 21. Idem quum deciſi, nec intorti trigemmes.

Triglyphus, i. m. [τρίγλυφος] Vox technica in Architectura: dicitur a tribus glyphis, id eſt ſculpturis, vel canaliculis. Sæpe uſus eſt Vitruv. ut, 1. 2. & 4. 1. &c.

Trigon, ōnis. m. [τρίγων] Pilæ genus. Martial. lib. 12. 84.
Captabit tepidum dextra, lævaque trigonem. Idem lib. 4. 19.
Seu lentum ceroma teris tepidumve trigona. V. Pila trigonalis, in pila.

Trigōnos, i. m. [τρίγωνος, Gl. G. L.] Triangulus. Manil. lib. 2.
Quadrati ſi forte voles effingere formam,
Aut trinis partibus facies quum membra trigonis. Auſonius parum recte corripuit in Ternario, 50.
Per trinas ſpecies trigonorum linea currit.

Trigōnus, a, um. Adj. Triangularis. Manil. lib. 2. 276.
Et quæcunque tamen dicuntur ſigna trigona. Ibidem,
— licet ergo ſigna trigona
Dicantur, partes non ſervant illa trigonas.

Trigonĭcus, a, um. Adj Idem. unde Trigonica radiatio apud Julium Firmicum lib. 2. cap. 32. & rurſus lib. 3. cap. 1. & cap. 3.

Trigonālis, e. Adj. Forma tribus lineis conſtans, Ad trigona pertinens. De pila trigonali eſt epigramma Martial. lib. 14. 45. V. pila.

Trigonŏmetria, æ. f. [τριγωνομετρία] Ars triangulos menſurandi.

Trihōrium, i. n. Spatium trium horarum. Auſon. Epiſt. 4. 60.
Nec duratura poſt bina trihoria corvi. Corvi autem piſces ſunt.

Trijŭgis, e. Adj Auſon Epiſt. 8. 6.
Vel ciſio trijugi ſi placet inſilias.

Trilībris, e. Adj. [τρίλιτρος] Quod eſt trium librarum. Hor. 2. Serm. 2. 33.
— laudas, inſane, trilibrem
Mullum.

Trilinguis, e. Adj. [τρίγλωσσος] Qui tres linguas habet, vel per metonymiam, Qui unum dicit, & aliud cogitat.
Os trilingue. Hor. 2. Carm. 19. 31. De Cerbero.

Trilex, vel **Trilix**, īcis. [τρίμιτος, Gl. L. G. & G. L.] natura Adjectivum eſt. Trilices veſtes, Quæ ex tribus liciis verſicoloribus conſtant.
Interdum pro Triplici ponitur. Virg. 3. Æn. 467.
Loricam conſertam hamis, auroque trilicem. Valer. 3. Argon 199.
Per clypei cedentis opus, partamque trilicem. [In Gloſſ. Latinogræc. Triplex, τρίμιτος. Niſi error eſt, & Trilex ſcribendum.

Trilŏbis, e. Adj. Vopiſc. in Aurel. 46.

Trimacrus, a, um. Adj. [τρίμακρος] Pes conſtans ex ſyllabis tribus longis, ut, Virtuti.

Trimatus, V. trimus, in tres.

Trimembris, e. Adj. Hygin. Fab. 30. Filium trimembrem uno telo interfecit.

Trimeſtris, e. Adj. [τρίμηνος] Quod eſt trium menſium. Plin. lib 7. cap. 15. Et hoc tale, tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit, & trimeſtri ſpatio largius. Idem lib. 10. cap. 23. Trimeſtres aves, ut turdi.
Trimeſtres anni apud Arcades. Plin. lib. 7. cap. 48.
Trimeſtres annorum cælique vices. Auſon. in Ternario 24. h. e. Quatuor anni partes, quarum ſingulis terni menſes tribuuntur.

Trimenſtruus, a, um. Adj. [τριμηνιαῖος] Gloſſ Græcolat.

Trimĕter, tri. [τρίμετρος] Tria habens metra. Verſus trimetri, Qui tres habent menſuras, hoc eſt ſex pedes. Unde & a Latinis dicuntur Senarii: ſuntque vere Iambici, id eſt pedem ultimum ſemper habent iambum. Hor. de Arte Poet. 252.
— hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni. De Spondeo loquitur in carminibus Iambicis.

Trimetria, æ. f. ut, Æſopia trimetria. Auſon. Epiſt. 16. 78.

Trimŏdia, æ. f. Trium modiorum menſura. Plin. lib. 33. cap. 1. Neque enim aliter potuiſſet trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Sic & feminino genere a Columella uſurpatur. Nos hoc etiamnum vocabulum hodie retinemus in eo infundibulo, quod in moletrinis fruges molæ tranſmittit. Tremuium enim vocamus. Nomen factum eſt a menſura trium modiorum. Hoc nomine offenſi emendatores, feminino genere expuncto, neutrum formavere, vel deformavere potius ſinceram ſcripturam. Hæc Turneb. Adverſ. 6. 22.

Trimodium, i. n. Idem. Plaut. Men. prol. 15.
Nunc argumentum vobis demenſum dabo,
Non modio, neque trimodio, verum ipſo horreo. V. ſuper. dict.

Trimodius, a, um. Adj. Columel. lib. 12. cap. 50. De apparatu olivitatis, Tum ſcalæ, corbulæ, decemmodiæ, trimodiæ ſatoriæ, quibus diſtricta bacca ſuſcipitur.

Trimorphus, a, um. Adj. [τρίμορφος, Gl. G. L.] Idem quod Triformis. [An Trimorphus ſcribendum?

Trinĕpos, ōtis. m. [τριέγγονος, Gl. G. L.] Abnepotis filius: quod ſit poſt tres a nepote. Paulus in l. Juriſconſultus. D. de gradibus. l. 10. §. 9. Trinepos, trineptis: hi ſunt filii filiæve abnepotis, abneptis.

Trinoctium, i. n. [τρίνυκτον, Gl. G. L.] Tres noctes. Gell. lib. 3. cap. 2. Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a viro uſurpandi cauſa ex xii tabulis deberet.

Trinoctiālis, e. Adj. [τρινύκτιος] Martial. lib. 12. 74.
— ſed ipſe divûm
Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.

Trinōdis, e. Adj. [τριγόμφιος] Trium nodorum: ut, Clava trinodis. Ovid. 4 Epiſt. 113.
Oſſa mei fratris clava perfracta trinodi. Idem 1. Faſt. 373.

Trinōdo, āre. Plin. Tres nodos facere.

Trinundĭnum, i. n. [τρίτη ἀγορὰ, τρίτη ἡμέρα] ſive Trinum nundinum, dicebatur Dies tertiarum nundinarum, qui prædici antea ſolebat, ut notior eſſet univerſis. Idem enim eſt dicere, Trinundinum, & tertiis nundinis, & in trinundinum, hoc eſt in tertias nundinas. Sunt qui putent Trinundinum eſſe Trium dierum ſpatium ad habenda comitia, creandorum magiſtratuum cauſa. Sed Feſtus ſcribit nefas eſſe nundinis agi cum populo, quod eſt populum ad concilium aut comitia vocare. Alii non pro Trium dierum ſpatio, ſed pro Loco accipiunt, quod tribus in locis uno die fierent comitia, aut tribus diebus uno in loco celebrarentur, ut vult Valla 3. 3. Liv. 3. 35. Poſtquam vero comitia Decemviris creandis in trinundinum indicta ſunt. Alii legunt, In trinum nundinum. Cic. pro Domo 41. Si quod in ceteris legibus trinundinum eſſe oporteat, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum. Quintil. lib. 2. cap. 4. Sive non trino forte nundino promulgata, ſive non idoneo die.
Petere trinum nundinum. Cic. 16. Fam. 12.
Promulgatio trinundinum. Cic. 5. Philipp. 8. V. Pitiſc. Lex.

Triōbŏlum, i. n. [τριώβολον] Tres obolos valet. Alio nomine Hemidrachmium dicitur. Senos enim obolos drachma efficit, ut auctores ſunt Plinius & Pollux, & alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Jovis, ab altera noctuam habebat; quam illi glauca appellant. Ex quo factum putat proverbium Budæus, Noctuam Athenas. Plaut. Bacch. 2. 3. 26.
Negare ſcio debere tibi triobolum.
Abjudicare ab ſuo triobolum. Plaut. Rud. 5. 2. 43.
Trioboli homo, Nequam & nullius pretii. Plaut. Pœn. 1. 2. 168. Trioboli hominem vocat, ut Nauci hominem antiqui dixerunt, & frugi.

Triobolāris, e. Adj. [τριωβολιμαῖος] i. e. Vilis, & vix pretii trium obolorum.
Dicuntur & Diobolares homines.

Triophthalmus, i. m. [τριόφθαλμος] Lapis in Sicyonia naſcens, qui trium oculorum effigiem præ ſe fert, auctore Plin. lib 37. cap. 11.

Triōpis, [τριῶπις] Monilis ſpecies, tres veluti oculos habentis, apud Pollucem lib. 5 cap. 16.

Triorches, is. m [τριόρχης] Avis eſt ex accipitrum genere a teſtium numero, dicta Latinis Buteo. Plin. lib. 10. cap. 8
Triorchis, item herba, Tertium centaurii genus. Plin lib. 25. cap. 6.

Tripālis, e. Adj. Tripales vites dicebantur, quæ tribus palis ſuſtinebantur.

Digitized by Google

bantur. Varro apud Non. 3. 171. Quid tu? non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?

TRIPARCUS, a, um. Adj. [τριςφειδωλὸς] Valde parcus. Plaut. Perſ. 2. 3. 14.

Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos,
Bene admordere, &c.

TRIPARTITUS; ſive TRIPERTITUS, a, um. Adj. [τριμερὴς, Gl. L. G & G. L.] Quod in tres partes diviſum eſt. Cic. 1. de Invent. 7. Oratoris ars, & facultas in hac materia tripartita verſari exiſtimanda eſt, &c.

Cauſa tripertita. Cic. 5. Verr. 13.

Oratio tripartita. Cic ad Quir. poſt redit. 16. Cujus oratio fuit, quemadmodum accepi tripertita. Primum vos docuit, &c.

Philoſophia tripertita. Senec. Epiſt. 89.

Ratio bonorum tripartita. Cic. 1. Acad. 19.

Tripertita, ſubſtantivum, pro Libri titulo. Pomponius in l. 2. §. Deinde Sex. Ælius D. de orig jur. Sextum Ælium etiam Ennius laudavit: & exſtat illius liber, qui inſcribitur Tripertita, qui veluti cunabula juris continet. Tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum præpoſita, jungitur Interpretatio, deinde ſubtexitur legis actio.

TRIPARTITO, ſive TRIPERTITO, Adv. [τριμερῶς, Gl. G. L.] In tres partes. Cic. 5. Tuſc. 40. At diffidat neceſſe eſt, qui bona dividit tripartito. Liv. 21. 7. Urbem tripertito aggreditur.

TRIPATINUM, i. n. Plin. lib. 35. cap. 12. Atque ut luxu auctoritas quoque aliqua contingat figlinis. Tripatinum, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma cœnarum lautitia. Una erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis: inclinatis jam ſcilicet moribus, ut tamen eos præferre Græciæ etiam philoſophis poſſimus.

TRIPECTORUS, a, um. Adj. Tria habens pectora. ut, Tripectora vis Geryonæ. Lucret. lib. 5. 28.

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai? Alii legunt,
Quidve tripectora tergemini quoque Gerionæ vis? Fingunt poetæ Geryonem fuiſſe tricorporem.

TRIPEDO, [τριποδίζω] Gra. Gloſſ. Græcolat.

TRIPES, edis. m. [τρίπους, Gl. L. G.] Quod tres pedes habet. Martial. lib. 12. 28.

Ibat tripes grabatus, & bipes menſa. Liv. 40. 2. Simul procuratum eſt, quod tripedem mulum Reate natum nuntiatum erat.

Menſa tripes. Hor. 1. Serm. 3. 13.

Tripes ferreus, πυραστὴς. Gloſſ. Latinogræc. [Ubi ſubſtantivum eſt.

TRIPEDALIS, e. Adj. [τριπόδιαιος] a Tripes; Quod tres pedes longitudinis habet. Plin. lib. 27. cap. 10. Medion folia habet iridis ſativæ, caulem tripedalem.

Tripedalis latitudo. Varro 3. de R. R. cap. 9. & Plin. 17. 22.

Tripedalis parma. Liv. 38 21.

TRIPEDANEUS, a, um. Adj. Idem. [τριποδιαῖος] Cato R. R. cap. 45. Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas decidito. Plin. lib 17. cap. 18. Varro de R R. 3. 9.

TRIPTOTUM, [τρίπτωτον] Nomen dicitur quod tribus duntaxat caſibus declinatur, ut Opis, opem, ope. V. Iſidor. 1, 6. & Grammat. Diomed. 1. & Priſcian. 5.

TRIPUS, odis. m. vel TRIPODA, æ. f. [τρίπους] dicitur Omne quod habet tres pedes Tripodes erant Menſæ in templo Apollinis Delphici, quibus ſuperpoſitæ Phœbades vaticinabantur, ut ait Servius. V. Diod. Sicul. 16. 26. Plin. lib. 34. cap 3. Ex ære factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Ex eo igitur & Liſyto eſt is Hercules, quem concertaviſſe cum Apolline de tripode accepimus. [In Gloſſ. Græcolat. convertitur Cortina. q. V. ſ. l.

Tripodas ſentire; i. e. Quiddam revelatum ab Apollinis Oraculo percipere. Virg. 3. Æn 360.

Sacri tripodes. Virg 5. Æn. 110.

Tripodibus Græci donabant viros fortes: quia non facile ſuccumbant. Virg 9 Æn 265.

Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Hor. 4. Carm. 8. 3.
Donarem tripodas, præmia fortium
Grajorum.

TRIPUDIUM, i, n. [τριπόδιον, Gl. G. L.] Diminutivum a Tripus. [Ridicule Voſſ. Tripedium legebat, & pro Tripodio dictum putabat.

TRIQUETRA, æ. f. vel TRIQUETRUM, i. n. ſec. c. [τρίγωνον] Figura triangularis, quæ eſt ut Delta Græcorum, Δ. Plin lib. 2. cap. 13. Poſtea radiorum ejus contractu teguntur, & in triquetro e partibus centum viginti ſtationes matutinas faciunt. Lucret. lib. 4. 657.

Eſſe triquetra aliis, aliis quadrata neceſſe eſt.

TRIQUETRUS, a, um. Adj. [τρίγωνος] Quod trianguli formam habet. Cæſ. 5. Bell Gall. cap. 13. Inſula natura triquetra: cujus unum latus eſt contra Galliam, &c.

Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus. Columel. lib. 5 cap. 2.

Triquetra, Sicilia dicta eſt a tribus promontoriis Peloro, Pachyno, Lilybæo. Triquetram autem dictam eſſe quaſi Triquedram a tribus ſedibus indicat Quintil. lib. 1. cap. 6 Dicitur & Θρινακία a Græcis, quaſi τρινακρία: ſeu a Thrinaco quodam Siciliæ Tyranno. Lucret. lib. 1. 718.

Inſula quem Triquetris terrarum geſſit in oris. i. e. Sicula.

Tellus Triquetra Hor. 2. Serm. 6 55. i. e. Sicula, quod in tres partes, id eſt promontoria, diducta ſit, vel quadras, inquit Porphyrio. [V. Plin. 3. 8. p1.

TRIREMIS, is. f. [τριήρης, Gl. G. L.] Navis tres remorum ordines habens. Cæſ. 2 Bell. Civil. 6. Appulſaque ad proximum litus triremi conſtrata, & in litore relicta, pedibus Adrumetum profugerat. Cic. 7. Verr. 43. Navem vero Cybeam maximam, triremis inſtar, pulcherrimam atque ornatiſſimam.

Ærata triremis. Hor. 3. Carm. 1. 39.

Bellatrix triremis. Claud 6. Conſ Hon. 135.

Validæ triremes. Lucan. lib. 3. 529.

TRISÆCLISENEX, is. m. Senex triem ſæculorum. Ita vocatur Neſtor e Nævio apud Gell. 19. 7.

TRISCHŒNUS, a, um. Adj. [τρίσχοινος] Plin. 5. 24. Menſura triſchœna; i. e. Quæ ter ſexaginta ſtadia complectitur.

TRISCURRIA, orum. n. pl. Maximæ ſcurrilitates, e Tris & & Scurra: nam Tris & Ter pro ſuperlativo Græci ac Latini uſi ſunt: unde, Triſurcifer, & Triveneficus apud Plautum; i. e. Maximus furciſer, Maximus veneficus. Juven 8 Sat. 190.

Qui ſedet, & ſpectat triſcurria patriciorum. h. e. Nobilium facta maxime ſcurrilia.

TRISMEGISTOS, i. m. qui etiam [Ἑρμῆς τρισμέγιστος] Mercurius, quaſi Ter maximus dictus, vel Valde maximus, qui fuit nepos majoris Mercurii quem fabulantur fuiſſe filium Nili. Hunc tamen ſecundum adſerunt occidiſſe Argum, Ægyptiiſque præfuiſſe, & leges litteraſque tradidiſſe: ſed litterarum characteres, animalium arborumque figuras habuiſſe. Hic condidit urbem, quam a ſe Hermopolim nominavit. Dictus eſt autem Triſmegiſtus, quod & philoſophus maximus, & ſacerdos, & maximus denique rex fuerit. Conſueverunt enim Ægyptii ex omni philoſophorum numero ſacerdotes, ac rurſus ex ſacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philoſophus ſapientia, ita religione ſacerdos excelluit, ac mox in Imperio adminiſtrando ſuperiores omnes reges ſuperavit. Hic primus a Phyſicis ad divinorum ſpeculationem ſe erexit. Primus de majeſtate Dei, de Dæmonum ordine, animarumque mutationibus ſapientiſſime diſputavit. Scripſit multa volumina, quibus arcana myſteria & oracula pandontur. Non enim ut philoſophus ſolum, ſed ut Propheta futura ſæpe prædixit. Hæc ex Diodoro Siculo. conf. Lactant. 1. 6. & 9.

TRISPASTUS, i. m. [τρίσπαστος] Trochlea per tres orbiculos circumvoluta. Vitruv. 10. 3.

TRISTEGA, orum. n. pl. [τρίστεγα] Trium contignationum ædificia, ſive tres contignationes. Hieronymus lib. 1. adverſus Jovinianum vertit Tricameratum. Alcim. 4. 245. [Vulgat. Interp. Actor. 20. 9. ἀπὸ τοῦ τριστέγου reddit De tertio cœnaculo. Mallem, De tertio tabulato. Schol. Juven. ad illud Sat. 3. 199. — tabulata tibi jam tertia fumant. Superiora, inquit, tecta & triſtega. Gloſſ. Græcolat. Στέγη, hoc tectum, τίγνον, Tignacio.

TRISULCUS, a, um. Adj. [τρίσχιστος, Gl. L. G. & G. L. τρίσχιστος, τριπλόαξ, L. G.] i. e. Trifidum; hoc eſt tres acies habens & a tribus partibus ſcindens.

Fulmina triſulca. Senec. Herc. Œth. 17.

Ignibus triſulcis armata dextra Jovis. Ovid. 2. Met. 848.

Linguis micat ore triſulcis. Virg 2. Georg. 439.

Tela triſulca Jovis. Ovid. 2. Amor. 5. 32.

TRITAVUS, i. m. [τριπάππος, Gl. G. L.] Plaut. Perſ. 1. 2. 5.

Pater, avus, proavus. abavus, atavus, tritavus. Paulus in l. Juriſconſultus. D. de gradibus affinitatis, Tritavus autem is eſt patris & matris atavus, avi vel aviæ abavus, proavi vel proaviæ proavus, abavi vel abaviæ avus, atavi vel ataviæ pater, dictus quaſi tertius avus.

TRIVENEFICUS, i. m. & TRIVENEFICA, æ. f. Maxime veneficus. Plaut. Aul. 1. 1. 8.

Mirum, quin tua nunc me cauſa faciat Juppiter
Philippum regem, aut Darium, trivenefica.

TRIVERBERO, onis. m. [τριςπεπληγὼς ἐν πληγαῖς] Gloſſ. Cyrill. Verberibus obduratus.

TRIVIUM, i. n. [τρίοδος, Gl. L. G. & G. L. τρίοδα, pl. G. L.] Locus a quo trium viarum iter fieri poteſt, vel Spatium quod eſt inter tres vias, quemadmodum Quadrivium, Locus, in quem permulti propter tot viarum concurſum affluere ſolent. Catul. [Niſi error.

Omnibus in triviis vulgetur fabula paſſim. Cic. 2. de Lege Agrar. 7. Ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur.

Arripere maledictum ex trivio Cic. pro Muren. 13.

Trivia erant etiam ruſticorum ſacris attributa; nam illic oves cædebantur, & ſerta appendebantur. Tibul. lib. 1. 1. 12.

Nam veneror: ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in trivio florea ſerta lapis.

In trivio eſſe conſilii, i. e. Incertum eſſe, quid conſilii capias. V. Eraſmi Chil.

TRIVIA, æ. f. [Τριοδῖτις, ἡ Κύρια, Gl. G. L.] dicta eſt Diana, quod triviis præeſſet, propter quod tres facies habere fingebatur. Virg. 4. Æn. 511.

— tria virginis ora Dianæ. Ovid. 4. Æn. 511.

Ora vides Hecatæ in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita ſecta vias.

Ara Triviæ Ovid. 3. de Pont. 2. 71.

Sacerdos Triviæ Virg. 6. Æn. 35.

Potens Trivia. Valer. 3. Argon. 322.

Virgo Trivia. Lucret. lib. 1. 85.

TRIVIALIS, e. Adj. Quod in trivio fit, vel quo in triviis utebantur. ut, Verba trivialia, i. e. Inculta, & parum eleganta. Sueton. de Clar. Rhetor. cap. 5. Tum ne uſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circumciſe ac ſordide, & tantummodo verbis trivialibus egit.

Carmen triviale. Juven 7. Sat. 55.

Trivialis lingua, Vulgaris, qua in triviis, pueri grammaticam diſcentes utebantur.

Scientia trivialis. Quintil. lib. 1. cap. 4. Sed in verbis quoque quis eſt adeo imperitus, ut ignoret genera, & qualitates, & perſonas, & numeros? Litterarii pæne iſta ſunt ludi, & trivialis ſcientiæ.

TRIVIALITER, Adv. quod ſignificat Paſſim. Arnob. 7. Infantes parvuli, trivialiter & populariter inſtituti.

TRIVIATIM, Adv. Per trivia. Mart. Capel. lib. 1. Cum id loquax triviatim diſſultaret humanitas

TRIVIALITAS, ātis, f. Pontanus de Sermone pag. 401. H. St.

TRIUMVIR, iri. m. [εἷς τῶν τριῶν ἀρχόντων] Nomen magiſtratus Romani, quem tres collegæ adminiſtrabant.

Οἱ τρεῖς ἄνδρες. Dio. lib 47. p 331. Par. Vide TRIUMVIRI, puto dictum pro Triumviri; an differt etiam? H. St. Sejuncta utraque dictio eſt. in Lugd nec hic conjungi commode potuit. Gloſſ Latinogræc. Triumvir, τριαρχηφύλαξ. τριανδρικός. Prius de Capitali Triumviro accipimus, poſterius Adj. videtur ſ Triumvirale reddens. Niſi potius ipſe Triumviratus.

Triumviri nequando niſi per XXXV tribus creati ſunt. Cic. 2. de Lege Agr. 17.

Triumviri plurimi fuere; ut Agrarii, qui coloniis agros dividebant. Liv. 3. 1. Triumviros agro dando creat. Idem 8. 16. Triumviros coloniæ deducendæ agroque dividendo creaverunt.

Capitales Triumviri (inquit Pompon. De orig. juris. l. Neceſſarium. §. Eodem tempore) conſtituti ſunt, Qui carceris cuſtodiam haberent: ut quum

quum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. Valer lib. 5. cap. 4. De amore filiæ erga matrem. Tam admirabilis ſpectaculi novitas ab ipſo cuſtode ad Triumvirum, a Triumviro ad Prætorem, a Prætore ad concilium judicum perlata. Cic in Orat. 156. Planeque Duorumvirorum judicium, aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus judicandis dico nunquam. Liv. 25. 1. Incuſati graviter a ſenatu Ædiles, & Triumviri capitales.
Triumviri locorum publicorum reficiendorum. Liv. 25. 7. Creati ſunt triumviri reficiendis ædibus Fortunæ, &c.
Epulones triumviri. Liv. 33. 42. Romæ eo primum anno triumviri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romulejus, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Leca. His triumviris, item ut pontifici lege datum togæ prætextæ habendæ jus.
Monetales triumviri. V. MONETA.
Menſarii triumviri. Liv. 23. 21. extr. Triumviri menſarii rogatione M. Minucii Tr. pl. facti. Hi Menſariis, ſeu nummulariis, & monetæ forſan curſoribus præerant. conf. Idem 24. 18.
Nocturni triumviri. Tacit. Triumviri nocturni, quod ad incendium in ſacra via ortum tarde venerant, a Tribuno plebis die dicta, damnati ſunt. Conf. Liv. 9. 46.
TRIUMVIRĀTUS, ûs. m. [ἀρχὴ τῶν τριῶν] Ipſum Triumvirorum officium. Cic. de Clar. Orat. 117. Qui quidem in triumviratu judicaverit contra P. Africani avunculi ſui teſtimonium.
TRIUMVIRĀLIS, e. Adj. [τριανδρικός] Hor. Epod. 4. 11.
Sectus flagellis hic triumviralibus
Præconis ad faſtidium.
Supplicium triumvirale. Tacit. 5. Ann. 9.
TRESVĪRI, vel TRĒVIRI, ōrum. m. pl. [οἱ τρεῖς] Idem quod triumviri. Plaut. Amph. 1. 1. 3.
Quid faciam nunc ſi treſviri me in carcerem compegerint.
Treviri etiam dicebantur, qui & Triumviri. Hoc ſatis indicat Ciceronis jocus 7. Fam. 13. ſub finem, Treviros, inquit, vites cenſeo: audio Capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent: ſed alias jocabimur. Quo in loco Treviri, & Capitales, in ambigui genere ſunt poſita, nam quum videatur monere illum, qui tum in Gallia eſſet cum Cæſare, ut vitet Treviros Galliæ populos, qui bellicoſi, eoque capitales ſint: ludit cum in Trevirorum, tum in Capitalium verbo. Erat enim Romæ magiſtratus Triumviri capitales: qui etiam Treviri dicebantur. Sed quoniam hoc ipſum Triumvirûm nomen iterum in ambiguo poni poterat, quum eſſent etiam apud Romanos Triumviri pecuniæ cudendæ: quos ita inſcribebant, A. A. A. F. F. hoc eſt, Auro, Argento, Ære, Flando, Feriundo, ut in nummis antiquis adhuc viſitur: jocatus iterum in hoc verbo, luditque Cicero belliſſime, addens, Mallem Treviros iſtos eſſe pecunioſos, quam bellicoſos: ut Cæſare eos vincente, tu diteſceres. Itaque infert, Mallem eſſe Treviros auro, argento, ære, quam ſcilicet Capitales. Triumviros autem Treviros ſolitos dici, Livius ſatis locuples teſtis eſſe poteſt lib. 40. 29. pr. Colonia Graviſcæ eo anno deducta eſt in agrum Hetruſcum, de Tarquinienſibus quondam captum: quina jugera agri data. Treviri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Iſtra. Sic legit Bembus. Meus tamen Livius habet Triumviri, proinde conſulendi ſunt veteres manuſcripti.
TRIUNCIS, vel TRIUNX, m. [τριούγκιον] a tribus unciis dicebatur Quadrans. Unde Triuncium, quod trium unciarum eſt Plin. lib. 33. cap. 3. Quadrans antea triuncis vocatus, a tribus unciis. Gloſſ. Græcolat. τριούγκιον, Quadrans. V. TERUNCIUS ſupra.
TRESSIS, is. m. [τριπόνδιον] Tripondium, nummus æneus pretii & ponderis trium aſſium, communi nota inſignitus. Varr de L. L. 8. 49. Treſſis ex tribus æris; quod ſic pro aſſibus nonnunquam æs dicebant antiqui. Itaque pro Levi pecunia uſurpabant, velut apud Perſ. 5. Sat. 76.
— hic Dama eſt, non treſſis Agaſo. Cic. 5. Att. 20. Mancipia veniebant Saturnalibus treſſis. In antiquis codicibus legitur Tertiis. V. Gronov. de Pecun. vet. 1. 8. & 3. 12. Hotman. Antiq. Roman. 4. 1. 13.
TRĒDĔCIM, u. indecl. [τρισκαίδεκα] XIII. Liv. 36. 43. Tredecim captis navibus.
TREDECIES, Adv. [τρισκαιδεκάκις] pro Ter & decies. Cic. 5. Verr. 148. Tu ea pecunia publica HS tredecies ſcribam tuum, permiſſu tuo, quum abſtuliſſe fateare, aliquam tibi ullam defenſionem putas eſſe?
TRIGINTA, [τριάκοντα, Gl. G. L.] Indecl. nomen numerale. Virg. 3. Æn. 391. — Inventa ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fetus enixa, jacebit.
TRĬCIES, Adv. [τριακοντάκις] a Triginta, pro Trigecies. Liv. 28. 9. Pecuniæ in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies, octuginta millia æris. Cic. 3. Verr. 95. His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ HS ad tricies litem eſſe æſtimatam.
Tricies octies centena viginti quinque millia. Plin. lib. 4. cap. 16.
Tricies quater centena quinquaginta. Plin. lib. 8. cap. 108.
TRĬGĒSĬMUS, a, um. [τριακοστός] Adj. Numerale ordinis. Cic. de Senect. 19. Cujus a morte jam tertius & trigeſimus eſt annus.
TRĪCĒSĬMUS, a, um. Adj. Idem. Cic. 2. Off. 29. Tricesimo anno poſt, &c. Et in Epiſt. 10. 2. Triceſimo poſt die. Plin. lib. 17. cap. 23. Ante triceſimum ſextum menſem attingi falce vetantur. Hor. 1. Serm. 9. 69.
— hodie triceſima ſabbata.
Tricaſimo quoque die. Cic. 6. Att. 6.
TRĪCĒNI, æ, a [τριακοντα] Adj. plur. num. a Triginta, g littera in c mutata: ſicut pro Vigeni, Viceni Plin. lib. 9. cap. 3. Anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Ibidem cap. 36. Latent ſicut muriceſcires Canis ortum tricenis diebus. Sic Martial. lib. 1. 42.
Tricena menſura. Columel. lib. 3. cap. 3. At ſi qui cum ſcientia ſociaverint diligentiam, non, ut ego exiſtimo, tricenas, vel quadragenas, certe: ſed, ut Græcinus, minimum computans, Licet, inquit, amphoras vicenas percipiant ex ſingulis jugeribus.
Tricenæ tauris. Hor. 2. Carm. 14. 5.
Pedes triceni. Auctor ad Heren. lib. 3. 126. Intervalla locorum mediocria placet eſſe, fere paulo plus, aut minus, pedum tricenûm. Triceni, vide in TRECENTI.
TRĪCĒNĀRIUS, a, um. Adj. [τριακονταετής] Trigeſimus. ut, Tricenariæ vites. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 2. Nonne item in agris Faventino, a quo ibi tricenariæ appellantur vites, quod jugerum tricenas amphoras reddat?
TRĔCENTI, æ, a. [τριακόσιοι] CCC. A Tres & Centum: Adjectivum plurale, pro Ter centeni. Cic. 2. de Finib. 97. Trecentoſque eos, quos eduxerat Sparta, quum eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors, oppoſuit hoſtibus. Plaut Perſ. 3. 3. 6. — trecentis verſibus
Tuas impurias loqui nemo poteſt.
Catenæ trecentæ cohibent Pirithoum. Hor. 2. Carm. 4. 79.
In Gloſſ. ſcriptum eſt Tricenta.
TRECENTANI, æ, a Adj. Idem. Columel. lib. 5. cap. 2.
TRICENTĒNI, æ, a. aliud Adj. [τριακόσιοι] Idem quod Treceni, ſcil. CCC. Columel. lib. 5. cap. 2. Quoniam ſex latera ſunt, quæ conſummata ſiunt duo millia tricentena & quadraginta.
TRECĒNI, æ, a. pl. [τριακόσιοι, Gl. G. L.] Numerale diſtributivum. Liv. 31. 16. Attalus trecenos tantum milites in præſidium, Rhodii quadriremem unam ex claſſe, quum ad Tenedum ſtaret, miſerunt. Alii legunt Trecentos. Idem 8. 8. Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis.
TRECENĀRIUS, a, um. Adj. Inſcript. apud Fabret. p. 634. NVMISIENA. A. NVMISIENO. GALLO. TRECENARIVS.
TRECENTĒSIMUS, a, um. Adj. ordinis. Valer. Max. 8. 13. 6. Annus trecenteſimus.
TRECENTIES, Adv. [τριακοσιάκις] Catull. 27. 15.
Ducenties comeſſet aut trecenties.
TRICENTIES, Adv. [τριακοσιάκις] Martial. lib. 3. 22.
Dederas, Apici, bis tricenties ventri,
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum.
TRĔVĔRI, ſive TREVĪRI, [Τρηούηροι] Galliæ Belgicæ populi, vetuſti ſane, nomenque retinentes, nec priſtinæ cedentes famæ: apud quos inſigni olim cognoſcendarum cauſarum populi Rom. Curia, Trevirorum cognominata, cujus in Floriano meminit Vopiſcus cap. 3. Sunt autem inter Belgas in confinibus Germaniæ, finitimi Nerviis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus, id eſt Metenſibus, & Rheno fluvio, uſque in pontem, quo Cæſar trajecit exercitum, quæ pars eſt nunc Colonienſis diœceſis. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 37. Et legati ab Heduis & Treviris veniebant.
Singulari numero uſus eſt Lucan. lib. 1. 441.
Tu quoque, lætatus converti prælia, Trevir.
Τρηούηροι. Vide Dionem. H. St. Straboni Τρηούηροι, Ptol. Τρηούηροι. Male Cæſaris metaphraſtes, 1. de Bell. Gall. 37. pr. Τρηβηροι. Primam enim ſine controverſia producit, nec diphthongum recipit.
Trevir, Appellativ. V. dict. TRES ad fin.

T R I

TRIB. Tribunus, Tribus. TRIB. COH. Tribunus cohortis; COHH. cohortium; Pl. plebis; LEG. II. legionis ſecundæ; MIL. vel MIL. militum. TRIB. POT. Tribunitia poteſtas.
TRIANEI, inquit Feſtus, dicebantur, Qui terni ex proſcenio loquebantur.
TRIANGULARIS, TRIANGULUM, TRIANGULUS, TRIARII, V. in TRES.
TRIĀRIUS, i. m. [Τριάριος] Magnus orator, cujus meminit Cic. de Clar. Orat. 266. Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa ætate plena litteratæ ſenectutis oratio: quanta ſeveritas in vultu, quantum pondus in verbis, quam nihil non conſideratum exibat ex ore? Tum Brutus Torquati & Triarii mentione commotus, utrumque enim eorum admodum dilexerat, Næ ego, inquit, (ut omittam cetera, quæ ſunt innumerabilia) de duobus iſtis cum cogito, doleo nihil tuam perpetuam auctoritatem de pace valuiſſe: nam nec iſtos excellentes viros, neque multos alios præſtantes cives Reſp. perdidiſſet. Idem 4. Att. 13. Scaurum Triarius reum fecit.
TRIAS, V. TRES.
TRIBALLI, [Τριβαλλοί] Epiri populi, Dardanis oppoſiti, & Mœſiæ gentibus, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 1. V. TRALLI.
TRĬBAS, ădis. f. [τριβάς] Mulier, quæ in ſexum ſuum libidinem exercet. τρίβω idem valet quod Frico, tero. Tribades itaque dici poſſunt Latine Fricatrices. de quibus Juven. 6. Sat. 311.
Inque vices equitant, & luna teſte moventur. ut altera ſcilicet alteram ineat. Hoc libidinis portentum deſcribit Martial. lib. 1. 91. in Baſſam tribadem. Id ſceleris primo inſtituiſſe dicuntur Lesbiæ mulieres. Unde apud Ariſtotelem λεσβιάζειν id agere eſt. Talis fuit Sappho, ut ipſa fatetur: & propterea dicitur ab Hor. 1. Epiſt. 19. 28. Maſcula Sappho. Phæd. 4. 14. 1.
Rogavit alter, tribadas & molles mares,
Quæ ratio procreaſſet, &c.
Eſt etiam tribas Græcis fabrile inſtrumentum. V. Tritorium in TERO.
TRIBŎCI, m. pl. [Τριβοκκοι] Populi Germaniæ, nunc Alſatii dicti. V. Cæſ. Bell. Gall. 1. 51. Plin. 4. 17. Tacit. de Germ. 28. 7 [Nomen varie ſcribitur.
TRĪBŌN, ōnis. m. [τρίβων] vel TRĪBŌNIUM, i. n. [τριβώνιον] Pallium tritum. Auſon. Epigr. 53. 1. V. Ferrar. de Re Veſt. 2. 4. 14.
TRĬBŌNIĀNUS, i. m. [Τριβωνιανός, ὁ Τριβωνιανός] (ait Suidas) natione Græcus, cum omnis religionis contemptor erat, tum vero in primis a Chriſtiana fide abhorrens. Aſſentator & fraudulentus: ut qui Juſtiniano principi perſuaſerit, mortem eum non oppeiturum eſſe, atque in cælum cum carne aſſumptum iri. Quæſtor Juſtiniani fuit, tanta vi ingenii præditus, ut doctrina præſtantiſſimus evaſerit, ac nulli ævo ſuo ſecundus. Ceterum avaritiæ euſque indulgens, ut lucro venale jus habendum ſemper duxerit. Nam & leges quotidie ferme ſordida nundinatione antiquare identidem ferreque inſtituerat, ut cuique commodum eſſet. Hic quum diu poſt honorem adeptum ſupervixiſſet, morbo tandem interiit, nihil prorſus moleſtiæ a quoquam unquam paſſus. Erat enim ſermone blandus, & alias ſuavis: avaritiæ quoque morbum doctrinæ præſtantia facile obumbrare poterat. Hæc ad verbum ex Suida.
TRIBRACHUS, V. TRES.
TRIBUARIUS, V. TRIBUS.
TRIBULA, TRIBULARIUM, TRIBULATIO, TRIBULATUS, V. TERO.
TRIBULIS, V. TRIBUS.
TRIBULO, TRIBOLUM, V. TERO.
TRĪBŬLUS, i. m. [τρίβολος, ἄκανθα, Gl. G. L.] Sentes, Spinæ genus, a ferarum

Digitized by Google

ſemine triangulari dictum: vel quod cuſpidatum trifariam feriat. Ovid. 5. Met. 486. —lolium tribulique fatigant

Triticeas meſſes. Plin. lib. 18. cap. 17. Nam lolium & tribulos & carduos, lappaſque non magis quam rubos, inter frugum morbos potius quam inter ipſius terræ peſtem numeraverim. Virg. 1. Georg. 153.

Tribuli, Machinulæ ferreæ. V. MUREX.

Gall. *Chauſſetrape.* H. St.

TRIBULOSUS, a, um. Adj. Aſper, ſpinoſus. Sidon. 1. Epiſt. 7. Diſſimulatio tribuloſiſſima.

TRIBUNAL, âlis. n. [βῆμα, ἡ τοῦ ἐπάρχου, Gl. L. G. & G. L.] Locus excelſus, in quo reſidebat qui jus tribubus redderet. Cic. 2. Q. frat. 1. Nullius inopiam ac ſolitudinem non modo illo populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo quidem & cubiculo eſſe excluſam.

Tribunale quidam dici volebant. Vide CHARISIUM. Vide & quæ ſcripſi Appendice ad Varr. cap. 21. H. St. Factum per apocopen, ut fere reliqua in *al* terminata, ex Adj. Tribunalis, e. Græcis junioribus dicitur τριβουνάλιον. V. Suid. & Voſſ. Lex Etymol.

Tribunal eſt proprie Sedes tribuni, ut Papias exponit, hoc eſt, ſolium ſive locus ſublimior, ubi is jus dicit.

Tribunal qua forma fuerit, Vitruvius lib. 5. cap. 1. docet, de baſilica Julia loquens, quam ipſe architectatus erat: In baſilicis enim fere jura reddebantur. In ea baſilica ædem Auguſti fuiſſe dicit, & in ea tribunal. Verba autem ejus hæc ſunt, Item tribunal eſt in ea æde hemicycli ſchematis minore curvatura formatum. Ejus autem hemicycli in fronte eſt intervallum pedum quadraginta ſex: introrſus curvatura pedum quindecim: uti eos, qui apud magiſtratus ſtarent, negotiantes in baſilica ne impedirent. Quibus verbis Vitruvius ſignificat formam illius tribunalis, non ſemicircularem fuiſſe, ſed arcuatam. Non enim juſti ambitus pleni que centri hemicyclium illud fuiſſe: ſed ita modulatum, ut in fronte, (id eſt, ut mathematici dicunt) in chorda, ſex & quadraginta pedes: introrſus vero, id eſt in linea perpendiculari, quæ quaſi ſagitta eſt in arcu, quindecim pedes pateret. Si enim juſtum, plenumque hemicyclium fuiſſet: linea hæc perpendicularis triore & viginti pedum eſſet introrſus: quæ media pars eſt diametri. Propterea ſchema vocavit Vitruvius curvaturæ hemicyclio minore formatum. Ex prædictis apparet magnificum aſpectum tribunalis fuiſſe: nec immerito majoribus judicibus aſſignatum. Erat enim tribunal Conſulum, Prætorum, Præfecti urbis, Proconſulum, & Præſidum in provinciis, & Imperatoris in caſtris, quod cæſpiticium dicebatur. Plin. in Paneg. 56. Decora facies Conſulis: multa poſt ſæcula tribunal viridi cæſpite exſtructum: nec faſcium tantum, ſed pilorum ſignorumque honore circumdatum. Subſellia vero (ut in Ciceronis Divinationem 48. ait Pedianus) ſunt Tribunorum, Triumvirorum, Quæſtorum, & hujuſmodi minora judicia exercentium: qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. Budæus.

Aurelium tribunal. Cic. Poſt. redit. ad Quir. 13. Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi, &c. Fuit autem hoc tribunal in foro Romano.

Caſtrenſe tribunal, in quo poſita fuit ſella caſtrenſis & curulis. Fuit ſuggeſtus editior ex cæſpite conſtructus, in quo ſella curuli poſita Imperator aut jus dicebat, aut exercitum alloquebatur. Tacit. 1. Ann. 18. Simul congerunt cæſpites: exſtruunt tribunal, quo magis conſpicua foret ſedes. conf Turneb. Adverſ. 12. 7.

Sublime tribunal. Claud. 1. in Eutrop. 311.

Pro tribunali agere. Cic. 3. Fam. 8. Idque pro tribunali cum aliquid ageretur, & nonnullis in conviviis intelligi potuiſſe.

Citare de tribunali. V. CITO.

Complere tribunal. Cic. de Clar. Orat. 289. Volo hoc oratori contingat, ut cum auditum ſit eum eſſe dicturum, locus in ſubſelliis occupetur, compleatur tribunal, &c.

Prætor de ſella ac tribunali pronuntiat. Cic. 4. Verr. 94.

Nummarium tribunal, Judex venalis. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 9.

Turpe tribunal. Ovid. 1. Amor. 10. 40. Sed aliter diſtinguitur.

Tribunale legitur apud Tertull. adv. Marc. 4. 7.

TRIBUNATUS, V. TRIBUNUS.

TRIBONIANUS, V. TRIBONIANUS.

TRIBUNUS, i. m. [δήμαρχος, Gl. L. G. & G. L. φύλαρχος, L. G.] a Tribus: dictus quod primum in tres partes diviſus erat Populus Romanus, & ex ſingulis ſinguli creabantur tribuni. Vel a Tribubus: quia tribuum ſuffragio creabantur, inquit Pomponius de Origine juris. Vel quia (ut Vegetius ait de Re Mil. lib. 2. cap. 7.) tribuebant jura militibus. Latius poſtea hoc nomen extenſum eſt.

Tribuni olim vocati ſunt qui magiſtratum gerebant, ut regum tempore Tribuni celerum, qui centuriis præerant. Tribunus celerum (inquit Pomponius de Origine juris, l. Neceſſarium) equitibus præerat, & veluti ſecundum locum a regibus obtinebat; quo in numero fuit Junius Brutus.

Tribuni plebis [δήμαρχοι, Gl. L. G. & G. L.] fuerunt, qui ſeceſſione plebis a Patribus creati ſunt anno fere XVII. poſt exactos reges circa ann. 260. Pomponius de Origine juris, l. Neceſſarium, Quum plebs a Patribus ſeceſſiſſet, anno fere ſeptimo decimo poſt reges exactos, tribunos ſibi in monte Sacro creavit, qui eſſent plebei Magiſtratus. Tribunis plebis licebat quemcumque vellent, arripere, & in concionem productum cogere pro ipſorum jure & poteſtate, ut quibus de rebus eſſet interrogatus, iis de rebus reſponderet. Itaque Tribunus plebis C. Carbo minorem Africanum, excisa Numantia redeuntem, ab ipſa (porta) in concionem cum produxiſſet, quid de Tiberii Gracchi nece ſentiret, interrogavit. Vide etiam Cic. 1. Att. 13. Tribuni plebis magiſtratum inibant Nonis Decembr. Conſules & Prætores Calend. Januar.

Tribunus pleb. quem majores præſidem libertatis, cuſtodemque voluerunt. Cic. 2. de Lege Agrar. 15.

Superare furioſam vim veſani Tribuni plebis. Cic. pro Domo 55.

Improbus Tribunus plebis. Cic. 4. Acad. 63.

Appellantur Tribuni; a quibus quum eſſet certum auxilium, ita tamen diſceditur. Cic pro Quint. 29.

Severi Tribuni. Tacit. 2. Ann. 55.

Interceſſerunt Tribuni. V. INTERCEDO.

Petere auxilium a Tribunis. Cic. pro Quint. 63.

Tribunus [χιλίαρχος, Gl. L. G. & G. L.] Tribuni militares, ſive Tribuni militum, (χιλίαρχοι) poſtea facti ſunt in caſtris, qui parem fere cum Conſulibus haberent poteſtatem, & Imperatori opponebantur pro militibus.

Tribunorum militarium, inquit Aſconius (in 2. Verr. 30) duo ſunt genera. Alii Rufuli dicuntur, qui in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur.

Tribuni militaris officium eſt, ut miles veſte indutus, armis bene munitus, exercitatione uſu & diſciplina erudiretur incedat. Macer in l. Officium tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, & ad exercitationem producere, claves portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, fraudem menſorum coercere, delicta ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere.

Olim Tribuni militum Conſulari poteſtate promiſcue ex Patribus ac plebe creati ſunt. Pomponius. De origine juris, l. Neceſſarium, Quum poſt aliquot annos plebs contenderet cum Patribus, & vellet ex ſuo quoque corpore Conſules creare, & Patres recuſarent, factum eſt ut Tribuni militum crearentur, partim ex plebe, partim ex Patribus, conſulari poteſtate: hique conſtituti ſunt vario numero: interdum plures, nonnunquam pauciores. Cic. pro Cluent. 199. Lucan. 5. 177.

Et cum conſulibus turbantes jura Tribuni.

Tribuni ærarii dicti ſunt, quibus attributa erat pecunia, quam militib. redderent. Varro de L. L. 4. 36. Tribuni ærarii (inquit Budæus) hodie dicuntur, quos *generales receptores* vocant. V. Ærarii Tribuni, in ÆS.

TRIBUNITIUS, ſive TRIBUNICIUS, a, um. Adj. [δημαρχικός] Quod ad Tribunos pertinet.

Actio Tribunitia. Cic. 2. de Lege Agrar. 65.

Candidatus Tribunitius. Cic. 2. Q. frat. 14.

Mucro Tribunitius. Cic. 3. de Legib. 21.

Poteſtas tribunicia [δημαρχικὴ ἐξουσία, Gl. G. L.] Cic. 3. de Legib. 19. De tribunitia poteſtate taceo. V. ſeq. dict.

Spiritus Tribunitii. Cic. pro Cluent. 109.

Vir Tribunitius, Qui Tribunus fuit. Cic. 13. Philipp. 12.

Vis Tribunitia. Cic. pro Cluent. 95.

Abſolute etiam Tribunitius vocabatur, Qui tribunatu functus erat & honoris cognomine fruebatur; ſicut Conſulares, ex conſulatu. Cic. 13. Philipp. 30. Qui ædilitii? Qui tribunitii? Qui quæſtorii? Adde Suet. Tiber. 8. Columel. 1. 3. Plin. 33. 3. & Sidon. 1. 3.

Tribunicius, χιλίαρχος, Gloſſ. Græcolat.

TRIBUNATUS, ûs. m. [δημαρχία, Gl. G. L.] Ipſa Tribunorum dignitas. Cic de Amicit. 41. De C. Gracchi autem Tribunatu quid exſpectem, non libet augurari.

Tribunatus aliud eſt, aliud Tribunitia poteſtas. Sulla Tribunatum non ſuſtulit, ſed Tribunitiam poteſtatem. Romani Imperatores Tribunatum non geſſere, ſed Tribunitiam poteſtatem ſumpſere, ut auctor eſt Dion. Nam quum plebejis fas eſſet ſolis Tribunatum gerere, religio Imperatoribus ſuit Tribunatum ſibi vindicare, quum patricii eſſent: poteſtatem tamen uſurpavere.

Fretus ſanctitate Tribunatus. Cic. pro Sext. 79.

Inire Tribunatum. Cic. 11. Att. 9.

Tribunatus, [χιλιαρχία, Gl. L. G.] Tribuni militum gradus.

Auferre Tribunatum. Cic. 2. Q. frat. 15.

Exſuere Tribunatu. Tacit. 15. Ann. 71.

Petere Tribunatum alicui ab aliquo. Cic. 2. Q. frat. 15.

TRIBUO, ui, ûtum, [νέμω, διανέμω, παρέχω, Gl. L. G. & G. L. διαμερίζω, μερίζω, παρέχω, L. G.] ĕre. quaſi Tributum dare: unde ſimpliciter pro Dare ponitur & exhibere. Plin. in Paneg. Tribuas ei ſucceſſorem.

Alicui tribuere aliquid, pro Imputare & attribuere. Cic. Sed hoc benevolentiæ ejus tribuendum eſt. Lucret. lib. 2. 973.

Alicui tribuere ut, pro Concedere & permittere. Cic. 11. Fam. 27. In reliquis officiis cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me, ut domum ventitares, horaſque multas ſæpe ſuaviſſimo ſermone conſumeres?

Tribuere & Concedere. Cic. 1. de Orat. 48. Tamen huic ipſi multa tribuat & concedat neceſſe eſt.

Alicui tribuere, pro Æſtimare aliquem. Cic. 4. Acad. 12. Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat.

Alicui tribuere ignaviæ. Cic. 2. Fam. 25. Hoc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignaviæ.

Auctoritatem tribuere V. AUCTOR.

Bona tribuere alicui. Ovid 2. de Arte Am. 691.

Fidem ſenſibus tribuere. Cic. 1. Acad. 42.

Fidem teſtimonio tribuere. Cic. pro Sulla 10.

Gratiam inventoribus. Cic. 4. de Finib. 13. Quod item cum veſtri faciant, non ſatis magnam tribuunt inventoribus gratiam.

Honorem. Cic. 3. de Finib. 73.

Honorem litteris tribuere. Quintil. lib. 2. cap. 12.

In duas partes vim loquendi tribuere, i. e. Diſtribuere, Dividere. Cic. 2. de Finib. 17. Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut jam ante Ariſtoteles; in duas tributam eſſe partes dicere.

In vulgus tribuere. Cic. 13. Fam. 71. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, ſed pleramque neceſſariis in hoc tempore.

Laudes tribuere alicui. Propert. lib 3. 24. 3.

Locum alicui tribuere. Quintil lib. 3. cap. 3.

Miſericordiam. Cic. pro Milon. 92. Quid reſtat? niſi ut orem obteſterque vos, judices, ut eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat?

Nimium ſibi tribuere. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Nomina deorum tribuere ſibi. Ovid. 6. Met. 89.

Officium alicui. Cic. 4. Fam. 12.

Operam Reip. Cic. 2. de Divin. 8. Nunc quoniam de Rep. conſuli cœpti ſumus, tribuenda eſt opera Reip. vel omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda.

Palmam menſarum alicui piſci tribuere. Plin. lib. 32. cap. 6.

Pietatem, ſanctitatem, religionem, numini deorum tribuere. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.

Præmium tribuere. Cic. pro Corn. Balb. 57. Propert. lib. 4. 2. 49.

Præmia bene meritis tribuere. Hirt. Bell. Alex. 65.

Precibus alicujus aliquid tribuere. Ovid. 1. de Arte Am. 689.

Primas prato tribuerunt veteres in agricolatione. Columel. 2. 7.

Priores partes alicui. Cic. 3. Q. frat. 4. Tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribuo, quam mihi.

Silentium orationi alicujus tribuere. Cic. pro Cœl. 29.

Suavilo-

Suaviloquentiam alicui. Cic. de Clar. Orat. 58.
Societatem hominum tueri, & ſuum cuique tribuere. Cic. 1. Off. 15.
Tantum cuique tribuendum eſt, quantum ille, quem diligas atque adjuves, ſuſtinere poſſit. Cic. de Amicit. 75.
Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. Cic. 4. Fam. 1.
Tempus alicui rei. Cic. 2. Off. 4. Cui cum multum adoleſcens diſcendi cauſa temporis tribuiſſem, &c.
Triumphalia alicui tribuere. V. TRIUMPHUS.
Valetudini aliquid. Cic. 1. Tuſc. 119. Sed nunc quidem valetudini aliquid tribuamus.
Veniam. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Tributum eſt, Imperſonale. Cic. 1. Off. 11. Generi animantium omnium a natura tributum eſt, ut ſe, vitam, corpuſque tueatur. Idem 4. de Fin. 17. Primique ex omnibus Philoſophis a natura tributum eſſe docuerunt, ut hi qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur.

Tributus, a, um. Partic. [ἀπονενεμημένος, Cl. L. C.] &
Tribūtūrus, a, um. Partic. [δώσων] Ovid. 9. Met. 408.
Tributio, ōnis. f. [νομή] Cic. 1. de Nat. Deor. 50. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt æquabilem tributionem. Ulp. in l. Procuratoris. D. de tribut. action. Tributio autem fieri debet pro rata ejus, quod cuique debetur.
Tributum, i. n. [εἰσφορά, φόρος, Gl. L. G. & G. L. τέλεσμα, τέλος, ἀπόφορά, G. L.] a Tribubus Varro de L. L. 4. 36. dictum oſtendit, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim a ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Feſtus, Tributum dictum, quia ex privato in publicum tribuitur. Sumi poſtea hoc vocabulum cœpit largius, pro omni Munere, quod a ſubditis ſolvitur. Ulpianus de Verb. ſignif. l. Ager, Tributum ſane appellatur ab Intributione: vel ex eo, quod militibus tribuatur. Cic. 2. Off. 74. Danda etiam opera eſt, ne, quod apud majores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum.
Tributorum olim duo erant genera: unum agris impoſitum, alterum capitibus: ſed quibus eſſet ab Imperatore remiſſum tributum capitis, eorum etiam immune ſolum eſſe factum, Imperator Titus interpretatus eſt. Turnebus Adverſ. 9. 15.
Vectigal & tributum. Cic. pro Flacc. 44. Si Prætor dedit, ut eſt ſcriptum, a Quæſtore numeravit, Quæſtor a menſa publica, menſa aut ex vectigali, aut tributo.
Vacuus tributo. Tacit. 12. Ann. 61.
Confectio tribut. Cic. pro Flacc. 20.
Levamentum tributi. Tacit. 1. Hiſt. 8.
Tributum capitulare, ἐπικεφάλαιον Gloſſ. Latinogræc.
Immortalia tributa. Tacit. 4. Hiſt. 32.
Neſcia tributa aliis gentibus, Ignorata. Tacit. 1. Ann. 59.
Conferre tributum. V. CONFERO.
Debere tributum alicui. Claud. 2. Conſ. Stil. 279.
Exuere tributa. Tacit. 1. Ann. 59.
Ferre tributa alicui. Ovid. de Nuce, 88.
Frenare urbem tributis. Stat. 4. Silv. 1. 40.
Imperare tributum. Plaut. Epid. 2. 2. 43.
Imponere tributum. Liv. 23. 31.
Indicere tributum populo. Cæſ. 3. Bell. Gall. 32.
Inferre tributum. V. INFERO.
Irrogare tributum. V. IRROGO.
Liberare acerbiſſimis tributis civitates. Cic. 15. Fam. 4. pr.
Pendere lamentabile tributum. Ovid. 8. Met. 263.
Petere tributa ex omni gente. Ovid. 4. Epiſt. 54.
Poſcere inſigne tributum. Stat. 1. Silv. 4. 40.
Vindicare a tributis. Cic. 2. Philip. 93.
Vocari in tributum. Ulpian. in l. 1. §. Si is qui. D. De exercit. actione.

Tribūtus, ûs. m. etiam dicitur, Plaut. Epid. 2. 2. 44.
Illis, quibus tributus major penditur, pendi poteſt.
Tribūtor, ōris. m. Apul. de Aſclep. p. 92. Elmenh. Mundus præſtitor eſt & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.
Tributōrius, a, um. Adj. Unde Titulus Digeſtorum lib. 14. De tributoria actione. Ulp. ibidem. l. Illud quoque. §. Si cujus dolo malo factum eſt, quo minus ita tribueretur: in eum tributoria datur, ut quanto minus tributum ſit, quam debuit, præſtet.
Tributārius, a, um. Adj. [ὑπόφορος, ὑποτελής] Qui ſolvendo tributo obnoxius eſt. Juſtin. lib. 1. cap. 7. Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, &c. Plin. lib. 12. cap. 1. Tributarium ſolum.
Tabulæ non commendatitiæ, ſed tributariæ. Cic. 6. Verr. 148.
Indictiones tributariæ. Salvian. de Gub. Dei, 5.
Neceſſitas tributaria. Juſtin. 32. 2. 1.
Civis tributarius. Petron. cap. 57.
Tricæ, ōnis, m. Tinero, Ὀνειρόπαιδος, Gloſſ. Lat. Græc. At Græcolat. ἀνειρόπαιδος, Trica. Ænigmata ſunt.
Tribus, ûs. f. [φυλή, Cl. L. G. & G. L.] a Tributo dando dicta. Vel quod ager Romanus primo diviſus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ. Una Tatienſium, a Tatio Sabinorum rege, jam amico poſt fœdera: alia Ramnium, ſive Ramnenſium a Romulo: tertia, Lucerum a Lucumone. Varro enim ſcribit Romulum dimicantem contra Titum Tatium, a Lucumonibus, hoc eſt Tuſcis auxilia poſtulaſſe: unde quidam venit cum exercitu, cui recepto jam Tatio pars urbis eſt data; unde in Urbe Tuſcus dictus eſt vicus: ſive, ut aliqui volunt, a Luco, quem aſylum vocaverat Romulus. Ergo in tres partes diviſus erat populus, adeo ut qui etiam uni præerat parti, tribunus diceretur: & ſumptus dati populo, tributum vocarentur. Sed poſtea aliæ quoque partes urbis factæ, quæ ſimiliter tribus appellatæ ſunt. Nam in ſex partes fuit diſtributa civitas: in primos, ſecundoſque Tatienſes, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem Curias continebat, quæ de nominibus Sabinarum appellatæ ſunt. Hæc ex Varrone, Feſto, Plutarcho, & Aſconio. Diſſentit paulum Liv. 1. 13. ſcribens a Romulo centurias equitum tres fuiſſe conſcriptas, Ramnenſes & Tatienſes & Luceres. Nec videtur exiſtimare totum populum in hos fuiſſe diſtributum, ſed ſolos equites. Idem 1. 43. extr. ſic ait, Quadrifariam enim urbe diviſa regionibus collibuſque, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit: ut ego arbitror, ab tributo. Nam ejus quoque æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt: neque hæ tribus ad centuriarum diſtributionem numerumque quicquam pertinuere. Hæc Liv. de Ser. Tullio loquens. Columel. lib. 5. cap. 1, Tribus dictæ primum a partibus populi tripartito diviſi, quæ tamen nunc multiplicatæ priſtinum nomen poſſident. Cic. 3. de Legib. 33. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus convocatus.
Tribus ex Sabinarum nominibus fuiſſe appellatas, mirum eſt Aſconium memoriæ prodidiſſe. Is enim exponens illud Verrinæ tertiæ, (14) Quinque & triginta tribus; ſic ait, Principio tres fuerunt, Tatienſis una a Tatio rege, Ramnenſis altera a Romulo, Lucerta altera a Lucumone, ſive Lucretinu, ſive a Luco, quem lucum Aſylum vocaverat Romulus. Poſt de nominibus Sabinarum plures fuere, quibus deprecatricibus parentum bellum maritorumque finitum eſt. Ad poſtremum triginta & quinque factæ. Obtinuerunt autem nomen aut a tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, unde etiam Tribuni dicti. Hæc Aſcon. Liv. 1. 13. nomina Sabinarum fuiſſe, non Tribubus, ſed Curiis indita, his verbis teſtatur, Ex bello tam triſti læta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus, & ante omnes Romulo ipſi fecit. Itaque quum populum in triginta curias divideret, nomina earum curiis impoſuit. Id non traditur (quum haud dubie aliquanto numerus major hoc mulierum, fuerit) ætate, an dignitatibus ſuis virorumque, an ſorte lectæ ſint, quæ nomina curiis darent.
Tribus eaſdem eſſe & Curias tradit Blondus in Roma triumphante. Verum quanto in errore verſetur, vel unus Dionyſius Halic. palam facit. Is enim lib. 2. ſic ait, Romulus, in tres partes diviſa multitudine, ſingulis præclarum aliquem virum ducem præpoſuit. Deinde unamquamque rurſum in decem partibus, totidem fortiſſimos viros eis præfecit. Has curias, illas tribus vocari voluit, ſicut vocantur & hodie: Curiæ rurſum in Decurias diſtributæ ſunt, & cuique ſuus præerat Decurio. Ita digeſto per tribus atque curias populo, agro quoque in triginta ſortes æquales diviſo, ſingulas curias ſortiri juſſit, &c.

Tribuum XXXV nomina ex libris P. Manutii excerpta.

AEMI. Æmilia.	Cic. 2. Att. 14. Liv. lib. 38. 36. Antiquæ urbis inſcriptiones.
ANI. Anienſis.	Cic. 8. Fam. 8. & pro Planc. 54. Liv. 9. 20. Antiquæ urbis inſcript. 160. 175. & in libro Petri Appiani de Inſcriptionibus antiquis totius orbis, 93.
ARNIENSIS.	Cic. 2. de Lege Agr. 79. Liv. lib 6. 5. & lib. 29 37, ubi corrupte legi putamus Narnienſi; nam lapis antiquus, quem Volſiniis in templi parietibus vidimus, expreſſam Arnienſis mentionem continet. [Apud Liv. tamen ſic & Gronov. edidit.
CLA. Claudia.	Liv. lib. 2. 16. Virg. 7. Æn. 708. Dionyſius Halic. lib. 5. Antiquæ urb. inſcript. 75. 84. 114. Liber Appiani 479.
CLV. Cluſtumina. vel CR. Cruſtumina. Nam utroque modo legitur.	Cic. pro Planc. 38. pro Balbo 57. Antiquæ urbis inſcriptt. Liv. 42. 34.
COL. Collina.	Varro lib. 4. de L. L. 9. Plin. lib. 18. cap. 3. Feſtus in littera V. Antiquæ urb. inſcr. 27. 99. 120. Liber Appiani 110. Joſeph Antiq. Jud. 14. 7.
COR. Cornelia.	Livius lib. 38. 36. Antiquæ urb. inſcr. 29.
ESQ. Eſquilina. vel EX. Exquilina.	Varro lib. 4. de L. L. 9. Plin. lib 18. cap. 3. Feſtus in littera V. Antiquæ urb inſcr. 75. Eſt præterea in ædibus viri optimi, valdeque eruditi Gentilis Delphinii Romani, fragmentum antiqui lapidis cum hac tribu; quod ipſe quidem non vidi, ſed is, cui facile credo, ſe vidiſſe dixit, Honofrius Veronenſis, monachus ordinis Auguſtiniani, qui ordinem annorum urbis Romæ a Romulo ad Juſtinianum peritiſſime deſcripſit.
FAB. Fabia.	Hor. 1. Epiſt. 6. 52. Sueton. in Aug. cap. 40. Antiquæ urb. inſcr. 61. 73. 76. 94. & Petri Appiani lib. 62. 66. 335. 343. 500
FAL. Falerina.	Liv. lib. 9. 20. & in libro Petri Appiani 105. 120. & Neapoli antiquus lapis eſt ita inſcriptus, C. PISTORIO C. F. FAL. FIRMO AEDIL. II VIR CVRATORI OPER. PVBLICOR. item Joſephus ἐν τῷ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀρχαιολογιῶν λόγῳ ιγ, κεφαλῇ ζ.
GAL. Galeria.	Liv. lib. 27. 6. Plin. lib. 7. cap. 2. etſi pro Galeria legitur Galerius, ſed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani; & Antiquæ urb. inſcr. 89. 142. 159. Liber Appiani 14. 15. 18. 19. 21. 22.
LEM. Lemonia.	Cic. pro Planc. 38. Philipp. 9. 13. Feſtus in littera L. Antiquæ urb. inſcr. 91. 151.
MAEC. Mæcia.	Hanc in antiquis lapidibus duobus invenimus, C. OCTAVIO. C. F. MAEC. VERO. C. HEBACIO MAEC. ROMANO; in libris quater nominatam obſervavimus, a Tullio lib. 4. ad Att. 14. a Livio lib. 29. 37. a Valerio Max. lib. 2. cap. 4. a Feſto in littera M.
MEN. Mentina.	Cic. 13. Fam. 9. Joſephus ἐν τῷ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀρχαιολογιῶν λόγῳ ιγ, κεφαλῇ ζ. cum quibus lapides tres conſentiunt, C. VALERIO C F. MEN. DOLVTIO MARCIANO. A. MVNIO A F. MEN. EVARISTO. C. CATIO C. F. MEN. BALBO C. CASTIVS C. F. MEN. CALLVS. [An GALLVS?] Sed rectius ſcribes Menenia. Mentina enim nullam ſecum fert ſignificationem; ſed gens fuit Menenia florentiſſima, a qua procul dubio Tribus Menenia nomen ſumpſit. Sic ſcriptus eſt locus Cic. 13. Fam. 9. P. Rupilius, P. F. Men. qui in vetuſtis Codd. modo Menenius, modo Menius legitur; nunquam vero Mentinus. Lapis eſt apud Faltriam ad januam, cum ædem Cathedralem ingrediaris;

C. FIRMIO. C. F.
MENENIO. RVPINO.
EQ. PVB. LAVRENT.
LAV. DEC. FLAMIN.
PATRONO. COLLE-
GIORVM. FAB. CENT.
DENDR. FELTRIAE.
ITEMQVE. BER. VENS.
COLLEG. FABR. ALBI-
NATIVM. PATRONO.

OVF. Oufentina. Liv. lib. 9. 20. Feſtus in littera O. Antiquæ urb. inſcr. 86. 133. in libro Appiani 27. 28. 30. 51. 67. 71. 79. 84. 85. 86. & in libro Veronenſium antiquitatum 51. Q. EVPHEMVS. Q. F. OVF. LVCVLLIVS.

PAL. Palatina. Cic. 4. Verr. 107. Pedianus (ibid.) 18. Varro 4. de L. L. 9. Plin. lib. 18. cap. 3. Liv. Epit. lib. 20. Feſtus in littera V. Antiquæ urbis inſcript. 29. 34. 39. 82. 116. 155. 176. Liber Appiani 17. 22. 34. 64.

PAP. Papia. Scriptum in libris de hac tribu nihil eſt, quod ego quidem legerim; in libro tamen de Antiquæ urbis inſcriptionibus explicata mentio eſt 61. nec ſemel in Pyrrhi theſauris. Sic enim ejus libros appello. Frequentiſſima eſt ejus mentio in vetuſtis lapidibus. Lapis vet. Sutrii, M. ANTEIO. M. F. PAP. RESTITVTO. PR. IVV. AEDILI. AVGVRI. CVR. R. P. DECVR. AVGVST. ET. POP. AERE. CONLATO.

PAP. Papiria. Feſtus in littera P. Antiquæ urb. inſcr. 72. 135.

POB. Poblilia. Quæ deinde Publilia ſcripta eſt: ſicuti ex Poblius Publius factus eſt. Reperitur in lapidibus & PV. & PVB. & PVBL. & PVBLIL. & POB. Liv. 7. 15. Antiquæ urb. inſcript. 10. Lib. Appiani 252. & in libro Veronenſium antiquitatum ſæpe. Exempla Publiliæ, per u ſcriptæ, quinque habemus, duo in Antiquæ urbis inſcriptionibus, 66. 81. tria in Appiani lib. 45. 105. 352.

POL. Pollia. Liv. 8. 37. Valer. Max. lib. 2. cap. 4. & lib. 9. cap. 10. Antiquæ urbis inſcript. 110. 113. 147. Liber Appiani 18.

POM. Pomptina. Cic. 4. Att. 15. Liv. 7. 15. Feſtus in littera P. Antiquæ urbis inſcript. 114. 117. Liber Appiani 141. 484.

POP. Popilia. Cic. 8. Fam. 8. Valerius Max. lib. 8. Feſtus in littera P. Liber Appiani 297. Non alia videtur quam Poblilia. Nam varie ſcribitur. [Et Popillia.

PVP. Pupinia. Cic. 2. Q. frat. 3. Et 8. Fam. 8. Liv. lib. 26. 9. Feſtus in littera P. Duo antiquorum lapidum exempla exſtant, alterum Capuæ, D. VIBIDI D. F. PVP. NIGRI: alterum Patavii, C. CLAVSIO C. F. PVP. Tam Popinia quam Pupinia (POP. & PVP.) in vetuſtis Epigrammatibus exarata invenitur. [Niſi prius Popillia.

QVIR. Quirina. Cic. pro Quint. 24. Et 8. Fam. 8. Aſconius 61. Feſtus in littera Q. Antiquæ urb. inſcript. 15. 34. 44. 115. Liber Appiani 14. 17. 18. 19. 103.

ROM. Romilia. Cic. 2. in Verr. 22. & in Agraria 2. 78. Aſconius 18. Varro lib. 4. de L. L. 9. Feſtus in littera R. Servius in 3. Æneidos. Antiquæ urbis inſcript. 185. in libro Veronenſium antiquitatum, 51. L. GALLIO L. F. ROM. Eſt etiam Ferrariæ ſemifractus lapis, in imis ſummi templi parietibus, in quo ita ſcriptum vidimus, ITIO T. F. ROM.

SAB. Sabatina. Liv. lib. 6. 5. Feſtus in littera S. Lapis antiquus Romæ in ædibus Cardinalis Carpenſis, CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVSAEO MANCIPI VIAE APPIAE. Et alius in via Latina, L. IVNIO L. F. SABATINA. POLIONI. AVROMATARIO. A. VIC. PVdL. VIX. ANN. XLVII.

SCA. Scaptia. Liv. lib. 8. 17. Suet. in Auguſt. 38. Feſtus in littera S. Lapidis antiqui exemplum Romæ exſtat in regione Pantheonis, C. AVFELIVS C. F. SCA. SEVERVS. & item aliud, C. GRANTANIVS SCAPTIA MACER.

SER. Sergia. Aſconius 61. Antiquæ urb. inſcr. 61. 63. 81. 165. eſt & in eodem lib. 83. quatuor litteris SERG.

STEL. Stellatina. Liv. lib. 6. 5. Antiquæ urb. inſcr. 110. Liber Appiani 150. & duabus litteris ST. 239.

SVB. Suburana. Varro lib. 4. de L. L. 9. Cicero etiam in Agraria 2. 78. quo in loco videtur corrupte legi, Ab Ocriculana: cum libris quinque manuſcriptis, quos ſe vidiſſe affirmavit vir optimus ac doctiſſimus Gabriel Phaernus, legatur, Ab oſora nam. Unde mihi orta conjectura eſt, quam Phaernus ipſe, & Octavius meus probarunt, legi poſſe, A Suburana, mutatione fere nulla. Plin. lib. 18. cap. 3. Feſtus in littera S. & littera U. Antiquæ urb. inſcr. 147.

TER. Terentina. Cic. pro Planc. 38. Et 8. Fam. 8. Liv. lib. 9. & lib. 10. 9. Antiquæ urbis inſcr. 140. 199. Liber Appiani 105. 336.

TRO. Tromentina. Feſtus in littera T. Livius etiam lib. 6. 5. ſcripſit, Tromentina, ut opinor, non, ut impreſſum eſt, Promentina. Antiquæ urb. inſcr. 107. Liber Appiani 16. 177. & in lapide, qui Gajetæ eſt, LATILLIO L. F. TROMEN.

VEI. Vejentina. Cic. pro Planc. 38.

VEL. Velina. Cic. 4. Att. 15. in Bruto. Hor. 1. Epiſt. 6. 52.

Perſ. 5. Sat. 73. Antiquæ urbis inſcript. 162. Lib. Appiani 19

VOL. Voltinia. Cic. pro Planc. 38. Antiquæ urbis inſcript. 155. & in antiquo lapide, qui eſt Venetiis in turri S. Vitaliæ, CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. FRONTO. eſt & quatuor litteris VOLT. in Appiani lib. 484.

Sunt & aliæ quædam tribus, præter notiſſimas iſtas XXXV, quas memoravit Manutius. v. g.

AEL. Ælia. Panvin. de Civ. Rom. cap 51.

CAM. Camilla, vel Camilia. Memorata eſt in antiquis quibuſdam inſcriptionibus in libr. Epigr. Antiq. Urb. L. VICIDIVS. L. F. CAM. PRAESENS. Et, Q. MANLIVS. Q. F. CAM. &c.

CL. Claudia. Ruſtica. Liv. 2. 16. Virg. 7. Æn. 706. Roſin. Antiq. Rom. 6. 15. [Occurrit ſupra eadem CLA.

CLV. Cluentia. Bello ſociali addita eſt. Appian. de Bell. Civil. 1. p. 180. Virg 5. Æn. 123.

CLV. Clavia. Item Bello ſociali addita. Liv. 9. 31. Panvin. de Civ. Rom. cap. 51.

DVM. Dumia. Item Bello ſociali addita. Panvin. de Civ. Rom. cap. 51. Inſcr. vetus, Q. PERCERNIVS. Q. F. DVM. MASCVLINVS.

FL. Flavia. Panvin. de Civ. Rom. cap. 51. Inſcr. vetus Romæ, C. VALERIVS. C. F. FLAVIA. SPECTATVS. &c.

HOR. Horatia. Ruſtica. Frequens eſt ejus mentio in vetuſtis monumentis. Panvin. de Civ. Rom. cap. 50.

IVL. Julia. In Auguſti honorem appellata. Dio. 44. p. 243. De hac inſcriptio Fani, Q. TITIENVS. Q. F. IVLIA. QVADRATVS.

SAP. Sappinia. Fuit extra numerum. Memoratur a Liv. 31. 2. & 33. 23.

VET. Veturia. Ruſtica. Nomen a gente Veturia accepit. Liv. 26. 22.

Urbanæ tribus, & ruſticæ. Liv. 9. ad finem, Flavium, dixerat Ædilem forenſis factio, Appii Claudii Cenſura vires nacta: qui Senatum primus, libertinorum filiis lectis, inquinaverat. Et poſteaquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas: humilibus per omnes tribus diviſis, forum & campum corrupit. Tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes diſceſſit civitas: aliud integer populus, fautor & cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat: donec Q. Fabius & P. Decius Cenſores facti. Fabius, ſimul concordiæ cauſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanaſque eas appellavit. Adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Hoc & Valer. Maximus memoriæ prodidit lib. 2. cap. 2. tit. De ordine equeſtri. Plin. lib. 18. cap. 3. Ruſticæ tribus laudatiſſimæ, eorum qui rura haberent. Urbanæ vero, in quas transferri ignominiæ eſſet, deſidiæ probro. Itaque quatuor ſolæ erant a partibus urbis, in quein habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Eſquilina. Hæc Plinius. Ruſticæ tribus propriæ erant ingenuorum, quum urbanæ libertinorum eſſent. Epitome Liv. lib. 20. Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, quum antea diſperſi fuiſſent, Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. Aſconius in orationem pro Milone, Significaſſe jam puto nos, fuiſſe inter leges P. Clodii, quas ferre propoſuerat, eam quoque, qua libertini, qui non plus quam in urbanis tribubus ſuffragium ferebant, poſſent in ruſticis quoque tribubus, quæ propriæ ingenuorum ſunt, ferre.

Certa tribus, certus numerus. Cic. pro Corn. Balb. 30.

Tribum ferre; eſt Tribum aliquam ſibi ſuffragantem habere in alicujus magiſtratus petitione. Cic. pro Planc. 54. & 2. Att. 1. Favonius meam tribum tulit honeſtius quam ſuam, Luceji perdidit.

In ærarios referri, ac tribu moveri. Cic. pro Cluent. 122. V. MOVEO.

TRIBŪLIS, is, m. [Φυλέτης. Gl. G. L.] Qui ex tribu eadem eſt. Cic. 13. Fam. 24. Lucio Coſſinio, amico & tribuli meo, valde familiariter utor. Ter. Adel. 3. 3. 85. Eſtne hic Hegio tribulis noſter? Liv. 2. 16. Vetus Claudia tribus, additis poſtea novis tribulibus, qui ex eo venerant agro, appellata. Martial. lib. 9. 50. Nunc anus: & tremulo vix accipienda tribuli.

Qui apud tribules ſuos plurimum gratia poſſunt. Cic. de Petit. Conſul. 25.

Tribulis & vicinus. Cic. pro Roſc. Amer. 47. Quid ad iſtas ineptias abis, inquies? quaſi vero mihi difficile ſit quamvis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, qui ſuos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas aſſiduos eſſe cupiunt.

Obſervare tribules. Cic. pro Planc. 47.

Tribulis conviva, pro Non divite ab Horatio uſurpatum; non diſſimili notione, qua Plinius quoque Tribus pro Pauperioribus dixit, ut aſſerit Turnebus. Locus Horatii eſt 1. Epiſt. 13. 15.

Ut cum pileolo ſoleas conviva tribulis.

Judex tribuitis. Cic. pro Planc. 47.

TRIBUĀRIUS, a, um. Adj. [Φυλετικός] Quod ad tribus pertinet: ut, Tribuarium crimen, & Tribuaria res. Cic. pro Planc. 47. Itaque hæſitantem te in hoc ſodalitiorum tribuario crimine ad communem ambitus cauſam contuliſti. Ibid. 36.

TRIBŪTIM, Adv. [κατὰ φυλάς] Per ſingulas tribus. Cic. 4. Att. 16. Populo tributim domi ſuæ ſatisfecerat. Hor. 2. Serm. 3. 69.

— atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim.

Tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus. Cic. pro Flacc. 15.

Spectacula ſunt tributim data. Cic. pro Muren. 72.

Tributim, idem eſt quod in comitiis tributis, apud Liv. 3. 55.

TRIBUTUM, V. TRIBUO.

TRĪCÆ, arum. plur. nom. tantum, [τριχολάβημα] Capilli pedibus pullorum gallinaceorum involuti.

Tricæ, Impedimenta omnia dicuntur, quod tricæ greſſum pullorum ſoleant impedire. Plaut. Curc. 5. 2. 15.

Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem?

Cic.

Cic. 10. Att. 8. Cujus quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domeſticas tricas.

Conjicere ſe in tricas. V. CONJICIO.

Tricas, pro Re nihili & vana poſuit Plaut. Rud. 5. 2. 36.

Eloquere propere celeriter. L. nummos trecentos. O. tricas.

Tricas & Apinas vulgo Res futiles ac nugatorias dicebant. Martial. lib. 14. 1.

Sunt apinæ, tricæque, & ſi quid vilius iſtis. Adagium ab eventu natum. Nam Tricam & Apinam oppida fuiſſe quondam Apuliæ demonſtrat Plin. lib. 3. cap. 11. referens Europæ ſinus, Diomedes, inquit, ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam & Tricam. Stephanus oſtendit Tricam urbem fuiſſe Theſſaliæ, ſortitam id nominis a Trica Penei filia.

Tricas, Nonius Marcellus Impedimenta & implicationes interpretatur, ἀπὸ τῶν τριχῶν, id eſt a pilis, quibus involvuntur pulli gallinacei: unde dictum ſit Extricare & Intricare. Lucilius apud eundem Tricones appellat, Qui nugis homines remorentur. Et Tricinus quæſtus, pro Tardo ſeu Sicco. Et Varro Tricas Atellanas, Nugas impeditiſſimas. Equidem non negaverim in voce alluſum ad pilos. Ceterum ab oppido ductum proverbium vero propius eſt. Plin. lib. 8. cap 48. oſtendit oves laudari ſolitas brevitate cruſum, & ventris veſtitu: quibus is nudus eſſet, eas Apinas appellavo, ceu rejiculas damnataſque. Hæc in Chiliadibus Eraſmus. Vetus Plinii exemplar in poſteriore exemplo habet Apicas. q. V.

TRICŌSUS, a, um. Adj. [ἀγριός, ἰλλωτός, λογγάζων, Gl. L. G.] Lucil. apud Gell. 11. 7.

Hic tricoſu' bovinatorque ore improbu' duro. Bovinator autem eſt Tergiverſator. V. Feſt. Vetus eſt inſcriptio ad Herculem Romæ in Capitolio:

ALCMENAE IOVIS ET MAGNI FORTISSIMA PROLES,

TRICOSVS SVBITO POST MEA FATA VOCOR. [In Gloſſ. legendum videtur, λογγάζων.

Tricoſus Vide PROTRICOSUS. Martial. lib. 3.

Res pertricoſa eſt, Cotile, bellus homo. H. St. Exſtat. Epig. 63. extr. Al. Prætricoſa. Deſiderabatur hæc dictio in Lugd.

TRICO, ōnis. m. [τρίχων] Moroſus, & ad ridendum durus; ut ait Non. 1. 85. Alii exponunt Triconem, Contentioſum, & litium peramantem. V. Rhodig. Julius Capitolinus in Vero Imp. cap. 4. Fertur & nocte perpete alea luſiſſe, quum in Syria concepiſſet id vitium, atque in tantum vitiorum Cajanorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuiſſe æmulum, ut vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commiſceretur cum triconibus & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet, ſæpe afflictum livida facie rediiſſe, & in tabernis agnitum, quum ſeſe abſconderet. V. ibi Salmaſ. & Parei Lex. Crit. p. 1252.

TRICO, V. in ſuo loco.

TRICOR, āri. pro Nugas agere dicebant veteres. Cic. 15. Att. 13. Quas litteras quum e balineo exiiſſem, accepi, ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe, Vectenum accuſat. Tricator ſcilicet, ut homo talis. Eidem lib. 14. 19. Publilius tecum tricatus eſt. i. e. Falſa locutus eſt.

TRICAPITINUS, V. TRICEPS, in TRES.

TRICASTĪNI, [τρικαστῖνοι] Populi ſunt Galliæ prope Druentiam fluvium. Hinc

TRICASTINUS, a, um. Adj. ut, Fines Tricaſtini. Sil. lib. 3. 466.

Jamque Tricaſtinis incedit finibus agmen.

TRICENARIUS, TRICENI, V. TRIGINTA in TRES.

TRICENTENI, TRICENTIES, V. TRECENTI, in TRES.

TRICEPS, V. TRES.

TRICESĪMUS, V. TRIGINTA, ibidem.

TRICHAPTUM, i. n. [τρίχαπτον] inter Ornamenta muliebria poſitum a Septuaginta interpretibus, Ezechielis cap. 16. Nullo tamen Græcorum uſu aut exemplo, ut ſcribit D. Hieronymus in commentariis ejus loci. Idque ſubdit fuiſſe tantæ ſubtilitatis veſtimentum, ut pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur: unde & ego (inquit) volens tenuitatem exprimere veſtimenti, pro Trichapto Subtilem tranſtuli, quod tenui ſtamine atque ſubtemine textum erat.

TRĪCHIAS, æ. m. [τριχίας] Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 15. Intrantium Pontum ſoli non remeant trichiæ.

TRICHĪLUM, i. n. vel TRICHĪLA, æ. f. [τρίχειλον] Vas eſt habens tria labra, quibus liquor effundi poteſt. De quo & apud Cæſarem in Comment. Belli Pompejani, & apud Columellam fit mentio lib. 10. v. 379.

Tum modo dependens trichili, modo more cylindri, &c. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 11. Trichina vocant Græci, ex pilis aut ſetis contexta. Trichilas apud Cæſ. 3. Bell. Civil. 96. ſtragulæ veſtis prætentus genus ſunt qui putent. Hæc ille, ſed Dionyſ. Voſſius negat apud Cæſarem legi Trichilas, ſed potius Triclinia ſtrata. Rurſus Columel. lib. 10. 394.

At qui ſub trichila manantem repit ad undam, &c. De cucumere. Virg. vel auctor incertus in Copa v. 8.

Sunt cuppæ, calices, cyathi, roſa, tibia, chordæ,

Et trichila umbriferis frigida arundinibus. Ubi Scaliger, Trichilæ, inquit, nomine intelligit pergulas, quæ & umbellæ & umbraculæ vocabantur. Sed quibuſdam mirum videtur, cur media ſyllaba ſit brevis, quum labrum Græcis dicatur χεῖλος, unde τρίχειλον naſcitur. Proinde legunt,

Triclinia umbroſis frigida arundinibus. Sed & cum hac lectione pugnat ſyllabæ quantitas. Triclinium enim ſecundam producit, ut Clinicus primam, Hexaclinon penultimam. Itaque legunt quidam,

Triclina umbriferis, &c. ut ſit trium duntaxat ſyllabarum.

TRICHĬNUS, a, um. Adj. Idem quod Tardus, & quaſi impeditus, vel ſiccus, & ſine ſucco, ut ſunt capilli, qui Græce τρίχες dicuntur. Varro Eumenidibus. Quod tunc quæſtus trichinus erat, nunc eſt uber: ut quæſtus ſit magnus. Hæc Non. 2. 864. Mercer. habet Tricinus.

TRICHĪTIS, is. f. [τριχῖτις] Aluminis genus, de quo Plin. lib. 35. cap. 15. Dioſc. 5. 77.

TRICHŌMĂNES, [τριχομανές] Herba, quæ Romanis *capillaris* dicitur, aliqui *pannulam*, alii *filiculam*, aliqui *adiantum* & hanc vocarunt. A luxuria capillitii nomen adipiſcitur. Plin. lib. 22. cap. 21. Duo genera adianti, candidius & nigrum breviuſque. Id quod majus eſt polytrichon, aliud trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis filicis, ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: omnia autem contrariis pedicalis denſa inter ſe ex adverſo: radix nulla: umbroſas petras, parietumque aſpergines, ac fontium maxime ſpecus ſequitur, & ſaxa manantia, quod miremur, quum aquas non ſentiat. Idem tamen aliam eſſe ab adianto ſentit, lib. 27. cap. 13. Trichomanes, inquit, adianto ſimilis eſt, exilius modo, nigriuſque, foliis lenticulæ denſis, amaris, adverſis inter ſe. Trichomanes hodie, Ruellio teſte, noſtræ vocant officinæ cum ſuis herbariis *Polytrichon*.

TRICHORUS, TRICHORUM, TRICHRUS, V. TRES.

TRICHYPHA, [τρίχυφα] apud Pherecratem Poetam, pro Indumentis puellarum ſubtili filo textis intelligit Athenæus lib. 6.

TRICIES, V. TRIGINTA, in TRES.

TRICINIUM, TRICLINIARIS, TRICLINIARCHA, TRICLINIUM, V. TRES.

TRICO, TRICOR, TRICOSUS, V. TRICÆ.

TRICOCCUS, TRICODATUM, TRICONGIUS, TRICORNIS, TRICORPOR, TRICUSPIS, V. TRES.

TRIDENS, TRIDENTIFER, TRIDENTIGER, TRIDUANUS, TRIDUUM, V. TRES.

TRIENNALIS, TRIENNIUM, TRIENS, TRIENTAL, TRIENTALIS, TRIENTARIUS, TRIERARCHUS, TRIERIS, TRIETERICUS, TRIETERIS, V. TRES.

TRIFARIAM, TRIFAUCIS, TRIFAUX, TRIFAX, TRIFIDUS, TRIFILUM, TRIFINIUM, TRIFISSILIS, TRIFOLIUM, TRIFORMIS, TRIFUR, TRIFURCIFER, TRIFURCUS, V. TRES.

TRIGA, TRIGARIUM, TRIGARIUS, TRIGEMINUS, TRIGEMMIS, V. TRES.

TRIGESIMUS, V. TRIGINTA in TRES.

TRIGLA, [τρίγλη] Genus piſcis, qui a noſtris Mullus dicitur & Barbio. Dioſc. 2. 21. [Gloſſ. Græcolat. τρίγλη. Mulus. lege Mullus. Hinc

TRIGLĪTES, is. m. [τριγλίτης] Lapillus, qui mulli piſcis colorem habet. Plin. lib. 37. cap. 11. de gemmis loquens, Ab animalibus cognominantur carcinias, marini cancri colore; echites viperæ; ſcorpites ſcorpionis, aut colore aut effigie; ſcarites ſcari piſcis, triglites mulli.

TRIGLYPHUS, TRIGON, TRIGONALIS, V. TRES.

TRIGON, Piſcis, V. TRYGON.

TRIGONICUS, TRIGONOMETRIA, TRIGONUS, V. TRES.

TRIGUBRIUM, V. TRES.

TRIJUGUS, V. ibid.

TRILIBRIS, TRILINGUIS, TRILIX, TRILUSTRIS, V. TRES.

TRIMATUS, V. TRIMUS, in TRES.

TRIMACRUS, TRIMEMBRIS, TRIMESTRIS, TRIMETRUS, TRIMETER, TRIMETROS, V. TRES.

TRIMO, V. TRIMUS, in TRES.

TRIMODIA, TRIMODIUM, TRIMODIUS, V. TRES.

TRIMULUS, V. TRIMUS, in TRES.

TRĪNACRIA, æ. f. ſec. c. [Τρινακρία] Inſula quæ & Sicilia & Sicania & Triquetra appellatur. A tribus promontoriis dicta eſt Trinacria, Pachyno ſcilicet, Lilybæo, & Peloro: & ἄκρα ſummitas. V. Steph. Hinc

TRINACRIS, ĭdis. f. [Τρινακρίς] Patronym. pro Adj. apud Ovid. 4. Faſt. 420.

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor

Trinacris, a poſitu nomen adepta loci.

Inſula Trinacris. Idem 5. Met. 347.

Hybla Trinacris. Ovid. 5. Triſt. 13. 22.

TRINACRIUS, a, um. Adj. [Τρινάκριος] Siculus. ut, Aquæ Trinacriæ. Ovid. 12. Epiſt. 126.

Juvenes Trinacrii. Virg. 5. Æn. 300.

Litus Trinacrium. Virg. 1. Æn. 200.

Viri Trinacrii. Virg. 5. Æn. 530.

TRINERVUS, V. TRES.

TRINITAS, V. TRINUS, in TRES.

TRINNA, TRINNOS, V. TRES.

TRINOBANTES, [Τρινόαντες] Britanniæ inſulæ populi Orientales, penes Iameſam æſtuarium, ut auctor eſt Ptolemæus lib. 2. cap. 3. Trinobantes Cæſar appellat Bell. Gall. lib. 5. 21. Trinobantibus defenſis, atque ab omni militum injuria prohibitis. conf. cap. ſuper. ibid.

TRINOBANTES, V. dict. ſuper.

TRINOCTIALIS, TRINOCTIUM, TRINODIS, TRINODUS, TRINUNDINUM, TRINUS, V. TRES.

TRIOBOLARIS, TRIOBOLUM. V. TRES.

TRIŌCĂLA, vel TRIOCLA, æ. f. [Τρίοκλα] Siciliæ urbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 4. hodie *Trio*-*kala*. V. Steph. & Sil. 14. 271.

TRIŌNES, um. m. pl. [Βόες, ἀροτῆρες; ἄρκτοι, Gl. L. G.] quaſi Teriones, Boves aratorii dicti ſunt antiquis. Unde Septem ſtellas Septemtriones veteres a bobus junctis appellarunt, ex quibus figurantur. Martial. lib. 6. 58.

Cernere Parrhaſios dum te juvat, Aule, triones

Cominus, & Scythici ſidera ferre poli. Cic. 2. de Nat. Deor. 105. Altera dicitur eſſe Helice, cujus quidem clariſſimas ſtellas totis noctibus cernimus,

Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.

Gelidi. Ovid. 2. Met. 171.

Inoccidui. Claud. de Gigantom. 18.

Gemini. Virg. 1. Æn. 748.

Pigri. Claud. 3. Conſ. Hon. 205.

Scythici. Claud. 4. Conſ. Hon. 473.

Trio, in ſing. non legitur extra compoſitionem.

TRIŌPAS, [Τριόπας] Theſſalorum rex fuit, pater Meropis, a cujus nomine Cos inſula olim Meropis, ipſique inſulani Meropes ſunt appellati. Auctor Stephanus.

TRIOPHTHALMUS, TRIOPIS, TRIORCHIS, V. TRES.

TRIPALIS, TRIPARCUS, TRIPARTITO, TRIPARTITUS, TRIPATINUS, TRIPECTORUS, V. TRES.

TRIPERTITUS, & TRIPERTITO. V. TRIPARTITUS, in TRES.

TRIPEDALIS, TRIPEDANEUS, TRIPES, V. TRES.

TRIPLARIS, V. TRIPLUS, in TRES.

TRIPLASIUS, TRIPLEX, TRIPLICABILIS, TRIPLICATIO, TRIPLICITER, TRIPLICO, TRIPLUS. V. TRES.

TRIPODA, TRIPODIUM, V. TRIPUS, in TRES.

TRĬPŎLIS, [Τρίπολις] locus, ex numero dicitur trium urbium. Sunt autem duæ hoc nomine, Africana ſcilicet, & Syriaca in Phœnice. Oppida Tripolis Africanæ ſunt, Oea, Sabratæ, & Leptis magna, teſte Solino c. 27. Syriacæ vero Tyrus, Sidon, atque Aradus, ut teſtatur Strabo, Plinius 5. 20. & Pomponius Mela lib. 1. 12. in deſcriptione Phœniciæ. Nunc vulgo dicitur *Tripol de la Suria*. Olivarius in Melam. Hinc

TRIPOLITĀNUS, a, um. Adj. [Τριπολιτανός] & Tripolitana regio dicta eſt.

TRIPŎLIUM, i. n. [τριπόλιον] Herba, quæ alias Polium, ut Plin. 21. 7. vult, dicitur. Naſcitur in maritimis ubi allidit unda, iteramque retro commeat, neque in mari, neque in ſicco plane. Folia ſatis habet arida, ſed craſſiora, caulem palmo altiorem, in mucrone diviſum. Hujus flores tradunt ter in die mutari, candidos mane, purpureos meridie, puniceos ſole occidente conſpici, radice alba, odorata, calidi guſtus. Ruellius. Dioſc. 4. 130.

TRIPTŎLĔMUS, [Τριπτόλεμος] Celei filius, teſte Servio, aratri inventor & agriculturæ. Eleuſin (inquit) civitas eſt Atticæ provinciæ, non longe ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: & eum alatis ſerpentibus ſuperpoſitum, per totum orbem miſit, ad uſum frumentorum hominibus indicandum. Hactenus Servius in 1. Georg. 18. Auctor ad Heren. lib. 4. 10. Si Triptolemus, quum omnibus ſemen largiretur, ipſe ab aliis hominibus id mutuaretur.

Æthereus Triptolemus. Stat. 4. Silv. 2. 36.

TRIPUTATUM, V. TRES.

TRIPŬDIUM, i. n. [χορεία] quaſi Terripavium: ſic enim primo dictum eſt: poſt Terripudium, deinde Tripudium eſt dictum a Pavio, ferio. V. Feſt. Alii ſic dici putant, quod ſaltantes ter pedibus terram feriebant, uti deſcribit Hor. 3. Carm. 18. 15.

Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram. V. Turneb. Adverſ. 25. 29. Voſſ. Inſtit. Orat. 2. & Etymol.

Tripudium pro Saltatione. Liv. 1. 20. Ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudiis, ſolennique ſaltatu juſſit.

Citatis celerare tripudiis. Catull. de Berecynth. 61. 26.

Tripudia ſoliſtima dicebantur auguria, quæ fiebant quoties offa, quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in ſolum, ita enim a ſolo ſoliſtimum, ut a medio mediaſtinum dicitur. Cic. 2. de Divin. 72. Quum igitur offa ex ore pulli ceciderat, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiabatur.

TRIPUDIO, [χορεύω, Gl. G. L.] āre. Saltare. Cic. pro Sext. 88. Sed illum tot jam in funeribus Reip. exſultantem ac tripudiantem, legum, ſi poſſet, laqueis conſtringeret.

TRIPUDIĀTIO, ōnis, f. [χορεία ἱερῶν ἀπὸ τὸν βωμόν] Gloſſ. Latinogræc.

TRIPUS, V. TRES.

TRIQUETRA, TRIQUETRUS, V. ibid.

TRIREMIS, V. ibid.

TRISACLISSIMA, TRISCHŒNOS, TRISCURRIA, TRISSENOS, TRISMAGISTUS, TRISPASTOS, V. TRES.

TRISSĀGO, V. TRIXAGO.

TRISSO, āre. de Cantu hirundinis dicitur. Auct. Philomelæ, v. 26.
— triſſat hirundo vaga.

TRISTĔGA, V. TRES.

TRISTIS, e. Adj. [σκυθρωπός, στυγνός, λυπηρός, Gl. L. G.] Mæſtus dicitur. Donatus, Triſtis animo, Truculentus vultu. Virg. 10. Ecl. 31.

Triſtis at ille, tamen cantabitis, Arcades, inquit. Idem 4. Georg. 235.
Triſtior hibernas cælo deſcendit in undas.

Triſtis & Conturbatus. Cic. 6. Verr. 13. Quum iſte ab ſeſe hydriam, Boeti manu factam, præclaro opere, & grandi pondere, per poteſtatem abſtuliſſet, ſe ſane triſtem & conturbatum domum reverti ſſe.

Triſte ac ſeverum genus dicendi. Cic. de Clar. Orat. 113.

Suppliciter triſtis. Virg. 1. Æn. 485.

Cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde vivere. Cic. pro Cœl. 13.

Triſte ad recordationem. Liv. 24. Lacus Traſimenus, & Cannæ, triſte ad recordationem exemplar.

Triſtis, Sævus aliquando dicitur: quod triſtitia in fronte hominis, crudelitatis, gravitatis, iræ, minarum, ſtudii, difficultatis indicium eſt. Virg. 2. Æn. 548. Triſtia facta. Idem 6. Æn. 315. Navita triſtis. Et 2. Æn. 337. Triſtis Erinnys.

Triſtis, pro Sævo. Ovid 3. Triſt. Elegia 11.

Sævior es triſti Buſiride. Sic apud Capitol. in Opilio Macrino, Sed omnibus immanitatibus tyrannicis triſtiorem. Subaudi, Crudelitatem. Vulcatius Gallicanus in fine vitæ Avidii Caſſii, Hæc epiſtola ejus ſignificat, quam ſævus & quam triſtis futurus fuerit Imperator. H. St. Locus Ovid. v. 39. Capitol. cap. 12.

Triſtis, Gravis. Cic. 6. de Repub. Qui numero optimatum & principum obtulit his vocibus, & gravitatis ſuæ liquit illum triſtem, & plenum dignitatis ſonum. Ex Nonio 4. 455. Plin. in Paneg. cap. 41. Nunquam principibus defuerunt, qui fronte gravi & triſti ſupercilio utilitatibus fiſci contumaciter adeſſent.

Triſtis, Iratus. Lucilius,

Timeo certe ne mihi ſit triſtior. Afran. Epiſt.
Jactavit ſeſe, jactet, mihi erit triſtior. Nonius ibid.

Triſtis, Minax. Virg. 2. Æn. 115.
— iſque adytis hæc triſtia dicta reportat. Nonius l. c.

Triſtis, Horridus. Martial. ad Scazontem lib. 1. 92.
Amator ille triſtium lacernarum.

Acheron triſtis. V. ACHERON.

Adulatio triſtis. Tacit. 11. Ann. 21.

Ægrimonia triſtis. Hor. Epod. 17. 73.

Antiquitas triſtis & impexa. Tacit. in Dialogo in Orat. 20.

Arbor triſtis aſpectu. Plin. lib. 13. cap. 22.

Arma triſtia. Tibul. lib. 1. 10. 51.

Bellum triſte. Senec. Octav. 6. Virg. 6. Ecl. 7.

Carmina non triſtia. Ovid. 2. Triſt. 493.

Clades triſtis. Hor. 3. Carm. 3. 62.

Cor triſte. Virg. 6. Æn. 185.

Curæ triſtes. Virg. 4. Georg. 531.

Damna triſtia. Ovid. 1. Faſt. 60.

Domus triſtis ſine ſole. Virg. 6. Æn. 534.

Epulæ triſtes, Inſipidæ, vel mali ſaporis. Sil. lib. 3. 281. [Victus durus.

Exta triſtia, Res triſtes portendentia. Virg. 1. Georg. 483.

Facinus triſte. Ovid. 6. Met. 623.

Fortuna triſtis, Mala. Ovid. 3. Epiſt. 43.

Frons triſtis. Tibul. lib. 2. 3. 37.

Funus triſte. Virg. 4. Georg. 256.

Hiems triſtis, Aſpera. Virg. 4. Georg. 135.

Janua noſtræ artis eſt triſtiſſima, Major eſt difficultas in prima ſtatim curatione. Ovid. Rem. Amor. 213. al. Strictiſſima.

Imago triſtis ponti, Aſpera facies maris. Ovid. 11. Met. 427.

Imago triſtiſſima noctis. Ovid. 1. Triſt. 3. 1.

Iræ triſtes, Quæ triſtes faciunt. Virg. 2. Ecl. 14.

Litteras triſtes dare ad aliquem. Cic. 4. Att. 17.

Mens triſtis. Ovid. 12. Epiſt. 148.

Morbus triſtis. Virg. 4. Georg. 252.

Mors triſtis. Senec. Octav. 4.

Nebulæ triſtes. Stat. 5. Theb. 184.

Nefas triſte. Virg. 2. Æn. 144.

Nox triſtior quam tempora Phœbi, i. e. Quam dies. Ovid. Rem. Amor. 585.

Nubila triſtia. Ovid. 6. Met. 690.

Oratio triſtis, cui Hilaris opponitur. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ora triſtia. Virg. 2. Georg. 247.

Pœna triſtis, Exilium intelligit. Ovid. 2. Triſt. 494.

Querimoniæ triſtes. Hor. 3. Carm. 24. 33.

Ruinæ triſtes. Virg. 1. Æn. 242.

Senectus triſtis. Virg. 3. Georg. 67.

Sermo triſtis. Hor. 1. Serm. 10. 11.

Silentium. Liv. 1. 29.

Sors. ut, Quid tua ſors? triſtis, atrox. Cic. pro Muren. 42.

Supercilium triſte. Lucret. lib. 6. 1182.

Tempus triſte. Ovid. 4. Triſt. 3. 36.

Verba triſtia. Hor. de Arte Poet. 105. Cic. 2. de Finib. 118. Sic enim majores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo, ærumnas etiam in deo nominaverunt.

Vultus triſtis. Ovid. 17. Epiſt. 15.

Patrare aliquid triſte. Tacit. 5. Ann. 4.

Statuere triſte aliquid. Ovid. 2. de Pont. 2. 119.

Triſtis ſuccus, Amarus. Virg. 2. Georg. 126. Idem 3. Georg. 448. Amurca triſtis.

Abſinthium triſte. Ovid. 3. de Pont. 8. 15.

Sapor triſtis. Ovid. 4. Triſt. 6. 12.

Suaviolum triſti triſtius hellebore. Catul. ad Juven. 96. 14.

Triſtis, Doctus. Lucil. lib. 28.

Adde eodem triſtis ac ſeverus philoſophus. Cic. 2. Verr. 30. Judex triſtis ac integer. Ita Non. 4. 455. Ego potius cum Servio Severum interpretarer. Donatus in illud Ter. And. 5. 2. 16. Triſtis ſeveritas ineſt in vultu: Ad laudem interdum, inquit, non ad amaritudinem ſumitur Triſtis, citans locum iſtum Ciceronis, Judex triſtis.

Triſtis, Qui invitus aliquid facit, nec libenter, auctore Donato. Ter. Eun. 4. 1. 8. Invitat triſtis, manſit ibi.

Triſtis, Triſti ſimilis, inquit Donatus. Ter. Eun. 3. 5. 48. Heus tu, inquit, Dore, Cape hoc flabellum, &c. accipio triſtis.

Compar. Triſtior [στυγνότερος, Gl. L. G.] Val. Max. 3. 3. 1. Mucius, triſtior Porſennæ ſalute, quam ſua lætior. Virg. 1. Æn. 228.

Superl. Liv. 5. 51. Triſtiſſimi anni ſolatium.

TRISTIUS. [σκυθρωπότερον] Adv. Compar. Cic. de Senect. 67. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, gravius ægrotant, triſtius curantur. Non. Difficilius exp. 4. 455.

Quo facilius, quibus eſt iratior, reſpondere triſtius poſſit. Cic. 4. Fam. 13. 1. 2. Aſperius.

TRISTĬCŬLUS, a, um. Adj. dimin. [ὑποσκυθρωπός] Aliquantum triſtis. Cic. 1. de Divin. 103. Filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parva, oſculans, animum advertit triſticulam.

TRISTĬTIA, æ vel TRISTITIES, ei, f. [λύπη, Gl. L. G. & G. L.] Cic. 4. de Finib. 79. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, &c.

Imitamenta triſtitiæ, Luctus ſimulatus. Tacit. 13. Ann. 4. pr.

Severitas & triſtitia. Cic. de Clar. Orat. 97. Homo, non liberalitate, ut alii, ſed ipſa triſtitia & ſeveritate popularis.

Triſtitia & Lætitia, contraria. Cic. 2. de Orat. 72. Judex tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus.

Temporum triſtitia. Cic. 3. Fam. 8.

Simulata & verſuta triſtitia. Cic. Poſt. red. in Senat. 13.

Abſtrudere triſtitiam. V. ABSTRUDO.

Compeſcere triſtitiam alicujus. Ovid. 9. Met. 397.

Condire triſtitiam. V. CONDIO.

Contorquere aliquem ad triſtitiam. V. CONTORQUEO.

Contrahere triſtitiam. V. CONTRAHO. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Receſſus ſolis quaſi triſtitia quadam contrahit terram.

Deducere a triſtitia & Acerbitate. Cic. 2. de Orat. 340. Nil enim tam facile quam multitudo a triſtitia & ſæpe acerbitate, commode ac breviter, & acute & hilare dicto, deducitur.

Finire triſtitiam. Hor. 1. Carm. 7. 17.

Mitigare triſtitiam. Cic. 2. de Orat. 236.

Prætendere triſtitiam malis moribus. Quintil. in proœm. lib. 1. Vultum, & triſtitiam, & diſſentientem a ceteris habitum, peſſimis moribus prætendebant.

Tradere ſe lacrimis ac triſtitiæ. Cic. 5. Fam. 14. Lacrimis ac triſtitiæ te tradidiſti.

TRISTITIES, ēi. f. Apul. Met. 9. p. 231. Elmenh. Mire triſtitie deformis.

TRISTITŪDO, inis. f. Apul. Met. 3. p. 134. Elmenh. Triſtitudinem de pectore ſuo mittere. Sidon. 8. Epiſt. 11. Animus triſtitudine gravis.

TRISTĬTAS, ātis. f. Pacuv. apud Non. 2. 869. Quid iſtuc eſt? Vultum alligat quæ triſtitas?

TRISTIMONIUM, i. n. Petron. Fragm. Trag. cap. 63. Cum nos tum plures in triſtimonio eſſemus. Nævius apud Feſtum, Triſtimonium detur- bat ex animo.

TRISTĬFĬCUS, a, um. Adj. [ἀλγεινός] Quod triſtitiam affert. Cic. 2. de Divin. 13.

Triſtificas certant Neptuno reddere voces. Ex poeta.

Promere voces triſtificas. Cic. 1. de Divin. 20.

Vocem triſtificas chartis promebat Etruſcis. Ex poeta.

TRISTOR, [λυποῦμαι] āri. Sen. de Ira, 2. 7. Concitari triſtarique ob ſcelera.

TRISULCUS, V. TRES.

TRITĀNUS, [Τριτάνος] ut auctor eſt Varro in relatione prodigioſæ fortitudinis, Gladiator fuit, qui in ludo gladiatorio Samnitium armatura celebris

celebris, & rectos & tranſverſos cancellatim toto corpore habuit nervos, in brachiis etiam manibuſque. Hic omnes adverſarios levi tactu, ac pæne ſecaris congreſſionibus vicit. Filium habuit Cnei Pompeii militem, pari fortitudine natum, qui hoſtem ſe provocantem ita ſprevit, ut inermi dextra eum ſuperaverit, & captum digito uno in caſtra imperatoris ſui reportaverit. Hujus meminit & Plin. lib. 7. cap. 20.

TRITAVUS, V. TRES.

TRITHALES, [τριθάλες] Herba, quæ eſt alterum genus aïzoi. Plin. lib. 25. cap. 13. Aïzoi duo genera: majus in fictilibus vaſis ſeritur, &c. alterum minuſculum, quod erithales vocant, alii trithales, quia ter floreat, alii chryſothales, aliqui iſoetes.

TRITICUM, i. n. [πυρὸς, σῖτος, Gl. L. G. & G. L.] Genus frumenti, ut ait Iſidor. 17. 3. vel a Tritura dictum, quod potiſſimum horreo condatur, vel quia granum ejus commolitur & teritur. Plin. lib. 18. cap. 7. Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maxime decernitur. montanis modo comparatur Italiæ agris externum, in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio Syrioque, deinde Ægyptio. Ruellius, Triticum omne radicibus multis ac prætenuibus exit, folio uno, germinibus omnino multis, ſed quæ in ramos brachiari non poſſit, miſſas ea ſe mittis, & in herba per hiemem eſt. Remollito autem cælo, cauliculus de medio aſſurgit, cujus tertio aut quarto genu ſpica geritur, non prius evidens, quam folliculo incluſa, quæ gluma dicitur. Conſummato eo flos erumpit quarto aut quinto poſt die, ac totidem fere diebus, plurimumque ſeptem durat Varro de R.R. 1. 32. quindecim diebus frumentum in vaginis eſſe dicit, quindecim florere, quindecim areſcere. Poſt florem craſſeſcit, inquit Theophraſt. maturaturque intra quadrageſimum diem, quum tardiſſime, octavo ab ſata menſe plurima parte metitur, Ægyptiis, ut ajunt, ſeptimo. Folium tritico arundineum, anguſtius tamen quam hordeo: caulis quoque levior & lentior, nec perinde fragilis: triticum multis integitur tunicis, hordeum nullis. Culmus tritico altior eſt quam hordeo, ſpica quoque remotior a folio, palea ſuavior, mollior, ſuccoſior. Inconditæ tritico ſpicæ, ea planitieque, hordeo in verſus diſpoſitæ. Utrique culmus ſpicam ſuſtinet, quæ & ſpicus & ſpicum a Cicerone dicitur in Arato: ſpica, granum & miſtam. Columel. lib. 2. cap. 8.

TRITICEUS, a, um. Adj. [πύρινος] ut, Meſſis triticea. Virg. 1. Georg. 219. Ovid 5. Met. 487.
Fetus triticei. Ovid. 1. Faſt 693.

TRITIUM Metallum, [Τρίτιον Μέταλλον] Hiſpaniæ urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 6. hodie *Tafalla*.

TRITO, V. TERO.

TRITON, ōnis. m. [Τρίτων] inquit Servius, Deus marinus, Neptuni & Salaciæ deæ marinæ filius, ab aqua falſa dictæ. Hæc Servius enarrans hunc locum, Virg. 1. Æn. 158.

Cymothoe ſimul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naves ſcopulo, &c. Meminit Cic. 1. de Nat. Deor. 79. Hic Neptuni tubicen eſſe fertur, cui mandat, ut receptui canat, fluvioſque in ſuos fontes revocet.

Cæruleus Triton. Ovid. 1. Met. 333. V. CÆRULEUS.
Canorus Triton. Ovid. 2. Met. 8.
Citi Tritones. Virg. 5. Æn. 824.
Immanis Triton Virg. 10. Æn. 209.
Ingens Triton. Valer. 1. Argon. 98.
Maritimus. Cic. 1 de Nat. Deor. 79.
Rapidi Tritonis hera, Minerva. Catul. Argon. 62. 395.
Piſcinarum Tritones, Piſcinarum ſtudioſi. Cic 2. Att. 9. Non modo de Cynico Conſulari, ſed ne de iſtis quidem piſcinarum Tritonibus poterit ſe jactare.
Triton, Africæ minoris fluvius & lacus, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 4. Herodot. lib. 4. In palude inſulam eſſe ait, ubi veſtigia ſunt evidentia, Iaſonem aliquando in his fuiſſe. Amnis ipſe Triton in Syrtim minorem egreditur. Ptolem lib 4. cap. 3. Alii aliis in locis paludem hanc ſtatuerunt, ut belle Plinius obſervavit.

TRITŌNIA, æ. f. [Τριτωνία] i. e. Minerva, quod temporibus Ogygis regis ad lacum Tritonis virginali primum habitu apparuerit. Ubi ait Herodotus virgines enois ſingulis ſe purgare lampadibus & lignis in venerationem Palladis. Diodorus ſcribit dictam Tritoniam a Cretæ filio Tritone. Lucan. lib. 9. 685.
Armipotens Tritonia. Cic. Anteq. iret in exſil. 24.
Audax Tritonia. Stat. 10 Theb. 889.
Virgo Tritonia Stat. 1. Silv. 1. 37.

TRITŌNIS, idos. f. patronym. [Τριτωνίς] Lucret. lib. 6. 750.
— Palladis ad templum Tritonidos almæ.
Arx Tritonis. Ovid. 5. Met. 645. Intelligit Athenas.
Sævæ Tritonidis arx. Virg. 2 Æn. 226.
Palus Tritonis, Tritonia. Sil lib. 3. 322.

TRITŌNIĂCUS, a, um. Adj [Τριτωνιακός] Ovid. 15. Met. 358.
Quum Tritoniacam novies ſubiere paludem.

TRITOR, TRITURA, TRITURO, TRITUS. V. TERO.

TRIVENEFICUS, TRIVERBERO, TRIVIA, TRIVIĀLIS, TRIVIALITER, TRIVIATIM, TRIVIUM, V. TRES.

TRIUMPHUS, i. m. [θρίαμβος, Gl. L. G. & G. L.] quidam Græcum putant: nam θρίαμβον appellant Græci; nos aſpiratione a prima in noviſſimam ſyllabam translata, & a, mutata in v, dicimus Triumphum. Varro de L. L. 5. 7. a Baccho hujus rei inventore tractum nomen putat. Tranquillus apud Iſid. 18. 2. dici exiſtimat Triumphum, quia qui triumpharet, triplici judicio honoraretur: primo enim exercitus de triumpho decernendo duci judicabat, ſecundo Senatus, tertio populus. Erat autem triumphus omnium honorum, qui a populo Rom. dari ſolebant, maximus. Erat autem pompa ſolennis, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum victoria.

Triompos olim dicebant, ut oſtendit Cic. in Or. ſicut Cetegos, Pulcros, ſine aſpiratione, Vide quæ notavi in TROPHÆUM. Puto Latinum eſſe, & Græcos in θρίαμβος imitari voluiſſe ex Triumpos deducentes, β pro π ponentes. Si Græcum eſſet, Dio nequaquam eo abſtinuiſſet, & non ἐπινίκια, aut νικητήρια pro eo dixiſſet, & quidem cum verbo πέμψαι. Sonat autem ἐπινίκια, q. d. Victorialia. Habet autem πέμψαι neutrum alteri horum nominum, aut alii ejuſmodi, uſum illam, a quo eſt illud πομπὴ, quod & Latini mutuantes dixerunt Pompam. H St. V. Cic. Or. 160.
Qui triumphabant apud Romanos, equis albis vehebantur, curru inaurato, capite coronato lauro: & ante ipſum triumphantem victus hoſtis, oneratus colla catenis, agebatur, & præeunte Senatu, Capitolium aſcendebant ad templum Jovis Capitolini, ubi mactato tauro albo domum redibant. Cic. in Piſon. 80. Differes de triumpho: quid tandem habet iſte currus? quid aurum? quid argentum? quid Legati in equis & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta pæne puerorum.
Is demum eſt, mea ſententia, juſtus triumphus ac verus, quum bene de Repub. meritis teſtimonium a conſenſu civitatis datur. Cic. 14. Philipp. 13.
Dives triumphis terra Africa. Virg 4. Æn. 37.
Caſtellanus triumphus. V. Caſtellanus in CASTRUM.
Caſtrenſis triumphus. V. CASTRUM.
Navalis triumphus. V. NAVIS.
Felices triumphi. Claud. de Bell Get. 636.
Ingens triumphus. Senec. Herc. Oeth. 6.
Inſignis triumphus. Claud. 1. in Ruff. 54.
Læti triumphi. Ovid. 13. Met. 252.
Lauriger triumphi. Claud. 3. Conſ. Hon. 12.
Magni triumphi. Hor. 1. Carm. 2. 49.
Magnificus triumphus. Ovid. 1. Amor. 2. 28.
Opimus triumphus. Hor. 4. Carm. 4. 52.
Præclarus triumphus. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 329.
Sacer triumphus. Ovid. 1. Amor. 2. 49.
Speciosiſſimus triumphus. Val. Max. lib. 7. cap. 1. de Q. Metelli felicitate.
Superbus triumphus. Hor. 2. Carm. 37. 4.
Agere triumphum. Ovid. 15. Met. 757.
Agere triumphum de aliqua re. Cic. 7. Verr. 98.
Agere triumphum juſtiſſimum ex inimicis. Cic. 3. Fam. 10. Ages victor ex inimicorum dolore triumphum juſtiſſimum.
Deportare triumphum, Vincere: victorum enim proprium erat quum in urbem rediiſſent. Cic. 1. Off 78. Pompejus dixit fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe, niſi, &c.
Ducere aliquem in triumpho. Plin. lib. 7. cap. 43.
Deducere in triumpho. Vide annon & apud Horatium de Cleopatra. H. St. lib. 1. Carm. 37. extr.

Sævis Liburnis ſcilicet invidens
Privata deduci ſuperbo,
Non humilis mulier, triumpho.

Ducere per triumphum. Cic. 7. Verr. 66. Virum tu illum ſervabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres.
Frequentare triumphum. Liv. 36. 39.
Habere triumphos, pro Triumphare. Cic. pro Corn. Balb. 9. Qui tot habuit triumphos, quot oræ ſunt parteſque terrarum.

TRIUMPHĀLIS, e. Adj. [θριαμβικός] Quod ad triumphum pertinet. Ut,
Coronæ triumphales, Quibus imperatores in triumphis coronabantur. Plin. lib. 22. cap. 3.
Cœnæ triumphales. Plin. lib. 9. cap. 55.
Currus triumphalis, Super quem ſedebant triumphantes. Plin. lib. 7. cap. 26.
Fronde triumphali vinctus tempora. Ovid. ad Liv. 334.
Habitus triumphalis. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Imagines triumphales Hor. Epod. 8. 22.
Laurus triumphalis Tibul. lib 2. 5. 5.
Porta triumphalis Romæ dicta, quod per eam triumphantes victores in urbem deducerentur. Cic. in Piſon. 55.
Provincia triumphalis, Propter quam devictam imperator triumphum reportavit. Cic. in Piſon. 42. Ut ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis, nullas ſit ad ſenatum litteras mittere auſus. [Triumphalis, quæ triumphi materiam ſuppeditet.
Statua triumphalis. Plin 2. Epiſt. 3. In habitu triumphantis. Lege Plin. lib. 34. cap. 4. de honore ſtatuarum.
Tituli triumphales. Juven. 1. Sat. 129.
Vehicula triumphalia. Cic. in Piſon. 61. Nummus interea mihi, Cæſar, neglectis vehiculis triumphalibus, domi manet & manebit.
Veſtes triumphales, Quæ triumphantium erant: quemadmodum & eorum triumphale, & habitus triumphalis dicitur. Plin. lib 8. cap 48. Pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. Idem lib. 9. cap. 36. De purpuræ ſucco, ſeu colore purpureo, Diis advocatur placandis, omnemque veſtem illuminat, in triumphali miſcetur auro.
Vir triumphalis, Qui triumphavit; quemadmodum Conſularis, Qui conſul fuit. Liv. 5. 39. extr Senes triumphales, conſulareſque.
Abſolute Suet. de Auguſt. cap. 25. Solus triumphales, &c.
Bis triumphalem fieri. Cic. in Salluſt. 21.

TRIUMPHALIA, orum. [θριαμβικά] Ipſa triumphatio. ut,
Tribuere alicui triumphalia. Tacit. 4. Ann. 14. [Subaudi Ornamenta. V. in ORNO.
Triumphalia ornamenta. Quæ favore principum concedebantur iis, qui non triumphaſſent, quorum ſæpe fit mentio apud Tacitum, Suetonium &c. Interdum vero ſine ſubſtantivo ponitur, ut apud Plin. in Paneg. Licet alteri veſtitum triumphalia filii virtus, cælum alteri dederit.

TRIUMPHO, [θριαμβεύω, Gl. G. L.] āre. Triumpham agere. Cic. 2. de Finib. 65. Bella magna geſſerat is, bis Conſul fuerat, triumpharat.
Ampliſſime & honeſtiſſime triumphare. Cic. pro Muren. 15.
Triumphavit Achæos, i. e. Victis Achæis, triumphavit. Auctor de Viris illuſtr. cap. 61. pr.
Glorioſe triumphare. Cic 2. Fam. 12.
Triumphare de. Cic. de Senect. 55. Curius quum de Samnitibus triumphaſſet.
De ſententia alicujus triumphare. Cic. 7. Att. 2.
Amor de me triumphat. Propert. lib. 2. 8. 4.
Triumphare ex aliquo. Plin lib. 7. cap. 43.
Ovans triumphavit Paterc. lib 2. 96 extr. Hujus victoriæ compos Nero, ovans triumphavit. V. OVO, āre.
Triumphare, Exſultare, & ſibi placere. Cæſ. Fragm 2. Epiſt. Quod avenisse nobis gaudeo & triumpho. Ter Heaut 4 2. 5.

Nam quod de argento ſperem, aut poſſe poſtulem me fallere,
Nihil eſt: triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere.

Triumphare & Gaudere. Cic. 9. Att. 46. Atque ego eum ex ipſa re magnam

gnam capio voluptatem, cum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo.

Triumphare gaudio. Cic. pro Cluent. 14. Tum vero illa egregia ac præclara mater palam exſultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit.

Triumphat oratio mea, & exſultat. Cic. 2. in Catil. 3. At ſi quis eſt talis, quales eſſe omnes oportebat, qui in hoc ipſo, in quo exſultat & triumphat oratio mea, me vehementer accuſet.

Lætari & triumphare in omnium gemitu. Cic. 7. Verr. 120. Lætaris tu in omnium gemitu & triumphas.

Triumphari, Impersonale. Liv. 3. 63. extr. Tum primum ſine auctoritate Senatus, populi juſſu triumphatum eſt. Cic. 2. Off. 28. Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus, ad exemplum amiſſi imperii portari in triumpho Maſſiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

Non triumphabor. Vide quæ ſcripſi in LIVIAN Hiſtor. H. St.

TRIUMPHANS, antis. Partic. Cic. 14. Philip. 12. Quum heſterno die propter eorum res geſtas me ovantem, & prope triumphantem, Pop. Rom. in Capitolium domo tulerit.

Conſules triumphantes orbem inierunt. Liv. 3. 24.

Equi triumphantes. Ovid. 2. de Pont. 8. 43.

TRIUMPHĀTUS, a, um. Partic. [θριαμβευθεὶς] De quo triumphatum eſt. Virg. 3. Georg. 33.

Biſque triumphatas utroque ab litore gentes. Plin. lib. 5. cap. 5. Omnia armis Rom. ſuperata, & a Cornelio Balbo triumphata.

TRIUMPHĀTUS, ûs. m. [θρίαμβευσις] Plin. lib. 9. cap. 35. Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius. Alii legunt Triumviratu.

TRIUMPHĀTOR, ōris. m. [θριαμβευτὴς] Qui triumphat, vel qui aliquando triumphavit. Apul. Apol. De Pyrrho triumphator. Cyprian. Epiſt. 34. 0. Minuc. Fel. 40. 1. Prudent. in Symmach. 1. 539.

TRIUMPHATŌRIUS, a, um. Adj. Tertul. adv. Marc. 5. 10. Verbum triumphatorium & inſultatorium.

TRIUMVIR, TRIUMVIRALIS, TRIUMVIRATUS, V. TRES.

TRIXĀGO, inis. f. [χαμαίδρυς, Gl. L. G.] Eadem herba quæ Triſſago, vulgo Chamædreos: alii Serratam, & ab ea ſerram inventam dixere, teſte Plin. 24. 15. Carpitur prægnans ſemine, petroſis gaudet. Officinis Græcum nomen inſedit. *Quercula* vel *ſerratula* vulgus nominat. Ruellius. Apul. de Herb. 24. Celſ. 8. 3.

T R O

TROAS, V. TROJA.

TRŎCHÆUS, i. m. [τροχαῖος] Pes celer, & volubilis, quod rotatim & celeriter diceretur. Nam τροχὸς, Latine rota dicitur. A Mercurio repertus fertur, conſtatque ex duabus ſyllabis, prima longa & ultima brevi. Vel dicitur, ἀπὸ τοῦ τρέχειν, id eſt a currendo: quia curſum ſuum habet de longa ſyllaba in brevem. Cic. 3. de Orat. 180. Quum ſint numeri plures, iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles.

Trochæus e brevibus fit. Cic. in Orat. 191. Quod enim Pæon habeat tres breves, dactylus autem duas, brevitate & celeritate ſyllabarum labi putat Ephorus verba proclivius: contraque accidere in ſpondæo & trochæo, quod alter ex longis conſtaret, alter e brevibus fieret: alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Quæri poteſt cur Cic. dicat trochæum e brevibus fieri, quum Grammatici dicant hunc pedem ex longa & brevi conſtare, ut Totus. Sed ſciendum eſt, antiquis eundem fuiſſe trochæum, qui tribrachus dicitur, eo quod ex tribus brevibus conſtet, ut Dominus, quod ex Quintiliano ſatis intelligi poteſt. Is enim lib. 9. cap. 4. ſic ſcribit: Tres breves trochæum, quem tribrachyn dici volunt, qui Choræo trochæi nomen imponunt: totidem longæ moloſſon efficiunt. Deinde aliquot poſt verſibus aſſerit, Trochæum, quoties ultima ſit longa, converti in Anapæſtum, quod certe fieri non poſſet, niſi tres breves eſſent in trochæo. Præterea ſubjungit hæc verba, Idem trochæus præcedente longa fit Pæon: quale eſt, Si potero: &, Dicit hoc Cicero: Obſtat invidia. Pæon autem primus, e longa & tribus brevibus conſtat. Ergo ſublata longa, reſtat trochæus e tribus brevibus.

Trochæus qui eſt eodem ſpatio quo choræus, cordax ab Ariſtotele appellatur. Cic in Orat. 193. V. CORDAX.

Trochæus qui temporibus & intervallis eſt par iambo. Cic. in Orat. 194.

TROCHĀICUS, a, um. Adj. [τροχαϊκὸς] ut, Verſus trochaicus.

Garrulitas trochaica. Sidon. 5. Epiſt. 15.

TRŎCHĬLUS, i. m. [τροχίλος] Parva avis, rexque avium dicitur, alio nomine Regulus appellatur, ſive ut Suetonius ait, Regaliolus. V. REX. Plin. lib. 10 cap. 74. Aquilæ & trochilus, ſi credimus, quoniam rex appellatur avium. Idem lib. 8. cap. 25. Avis quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, &c.

TROCHISCUS, V. TROCHUS.

TROCHLEA, vel TROCLEA, æ. f. pr. c. Totam illam machinam ſignificat, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam trajectum, circa quem rotula verſatur: & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit: qualem in puteis videmus. Hujuſmodi meminit Cato de R. R. cap. 18. in inſtrumento torcularis, in quo ſuculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere eſſe tradit. Idem cap. 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus ſparteis ducantur. Hæc Budæus. Lucret. lib. 4. 903.

Multaque per trochleas, & tympana pondere magno
Commovet, atque levi ſuſtollit machina niſu.

Trochleis pituitam adducere, pro Difficulter exſpuere, metaphorice dixit Quintil. lib. 11. cap. 3. de pronuntiatione. Budæus.

TROCHLEĀTIM, Adv. Per modum trochleæ. Sidon. 5. Epiſt. 17.

TROCHUM, i. n. Genus ſellæ, teſte Feſto.

TRŎCHUS, i. m. [τροχὸς] Turbo, quo luſitant pueri. A rotando dictus, nam τρέχω, curro ſignificat. Et τροχὸς Rota, in Gloſſ. Græcolat. quæ rota, inquit Acron, a ludentibus pueris ſcutica agebatur. Martial. lib. 14. 168.

Inducenda rota eſt, das nobis utile munus:
Iſte trochus pueris, at mihi cantus erit. Al. Canthus. Hor. Arte Poet. 380.
Indoctuſque pilæ, diſcive, trochive, quieſcit.

Græcus trochus, A Græcis inventus. Hor. 3 Carm. 24. 56.

TROCHŬLUS, i. m. [τροχίλος] diminut. Plaut. Amph. prol. 144.

Tum meo patri autem trocholus inerit aureus
Sub petaſo. Exemplaria alia legunt Torulus. q. V.

T R O

TROCHISCUS, i. m. dimin. [τροχίσκος] Parva rota. Unde Compoſitiones quædam medicorum, in formam rotulæ redactæ, Trochiſci dicuntur. Latini Paſtillos vocant, teſte Celſo lib. 5. cap. 17.

Item Piſcis quidam apud Plin. 9. 52.

TROCHISCĬLUS, i. m. aliud dimin. Apul. Apol. 1. p. 153. Stewech. V. Elmenh. ad p. 294.

TROCTES, [τρώκτης] Vir quidam e Phœnicia, qui, ut teſtatur Homer. lib. Odyſſ. 14. aptus ad decipiendum, multa hominibus mala inſtixit, atque Ulyſſi perſuaſit ut in Phœniciam, ubi ipſius domus & ſubſtantia erat, proficiſceretur.

TRŒZĒN, ēnis, vel ēnos, [Τροιζὴν] vel TRŒZENE, es. f. Oppidum fuit Peloponneſi, in ſinu Argolico, a Trœzene filio Pelopis. In eo educatus fuit Theſeus. Meminit Cic. 3. Off. 48. Athenienſes, cum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerentque ut, urbe relicta, conjugibus & liberis Trœzene depoſitis, naves conſcenderent, libertatemque Græciæ claſſe defenderent, &c. Ovid. 4. Epiſt. 107.

Hic tecum Trœzena colam, Pittheïa regna.

Alta Trœzene. Ovid. 2. Faſt. 276. al. Cyllene.

Eſt & Trœzene, Urbs Cariæ, minoris Aſiæ regionis. Plin. lib. 5. cap. 29.

TRŒZĒNIUS, a, um. Adj. [Τροιζήνιος] ut,

Heros Trœzenius, Lelex. Ovid. 8. Met. 566.

Trœzenii, populi [Τροιζήνιοι] fide ſocietatis Atticæ illuſtres, ut inquit Pomponius Mela, lib. 2. 3. in Peloponneſo ſiti, ad quos recto curſu ex Piræo commodiſſima navigatio eſt. Eo igitur tempore, quo Xerxes cum tantis copiis in Græciam trajecit, quum Themiſtoclis oraculum interpretantis ſententia valuiſſet, ut terra relicta, mari ſe concrederent: juventutem omnem Athanienſes in triremes impoſuerunt, plurimi vero parentes & uxores in Trœzenem, Trœzeniis eos humaniſſime ſuſcipientibus. Decreverunt enim ut hi publice alerentur, duobus obolis in ſingulos diſtributis: puerīſque facta poteſtas ut undecunque liberet, poma acciperent: & pro his erudiendis, magiſtris merces perſoluta eſt. Ejus decreti auctor Nicagoras fuiſſe traditur. Hactenus in Themiſtoclis vita Plutarch.

TROGALA, æ. f. τροχιλίς, χείλος, Gloſſ. Latinogræc. At Græcolat. τροχιλίς, Torquilla. Diſquirant doctiores.

TRŎGLŎDŸTÆ, [Τρωγλοδύται] Populi Æthiopiæ, ſollarum opum domini, inquit Mela lib. 1. 4. ſtrident magis, quam loquuntur: ſpecus ſubeunt, aluntùrque ſerpentibus. Meminit Cic. 2. de Divin. 93. In his locis, quæ nos incolimus, poſt ſolſtitium Canicula exoritur, & quidem aliquot diebus: apud Troglodytas, ut ſcribitur, ante ſolſtitium, &c.

TROGUS, i. m. ſcil. Pompejus cognomine; Floruit tempore Auguſti; Græcas & totius orbis hiſtorias compoſuit, quas (hodie non ſuperſtites) ex quatuor & quadraginta voluminibus in epitomen redegit Juſtinus. V. præf. ad Juſtini hiſtoriam.

Trogus, ex quo Juſtinus expromſit. Perott. ex quodam Trogo, quem Severiſſimum auctorem vocat, quædam φωνογνωμικὰ afferre. pag. 980. H. St.

TRŎJA, teſte Livio lib. 37. Regio eſt minoris Aſiæ, in qua fuit Ilion civitas cantatiſſima: Sæpius tamen pro ipſa urbe Troja [Τροία] ponitur. Ovid. 1. Epiſt. 3.

Troja jacet certe Danais inviſa puellis. Troja dicebatur, a Troe rege: antea Teucria a Teucro, & Dardania a Dardano.

Auctor Trojæ Cynthius. Virg. 3. Georg. 36.

Domitor Trojæ Ulyſſes. Hor. 1. Epiſt. 2. 19.

Alta Troja. Hor. 4. Carm. 6. 3.

Laomedontea Troja. Virg. 1. Georg. 502.

Magnæ Trojæ vaſtator Achilles. Stat. 1. Achil. 318.

Neptunia Troja. Virg. 2. Æn. 625.

Troja, etiam Ludus puerilis equeſtris, ab Ænea conſtitutus. Virg. 5. Æn. 602.

Trojaque nunc pueri, Trojanum dicitur agmen. Suet. in Auguſt. cap. 43. Sed & Trojæ ludum edidit frequentiſſime, majorum minorumque puerorum delectu, priſci, decorique moris exiſtimans claræ ſtirpis indolem ſic noteſcere. Hanc luſum pulcherrime deſcribit Virg. lib. 5. Æn. l. c.

Scribitur Græca dipthongo, nec dividitur j conſona: Adjectivum vero o & i vocales, & diviſæ. Et quum provinciam ſignificat, principale nomen eſt, & brevis eſt TRO: (Senec. Troad. v. 822.

Miſit infeſtos Troïæ ruinis Non ſemel arcus. Quando autem non eſt principale, & derivatum eſt, TRO longa eſt: Virg. 2. Æn. 763.

— & Troïa gaza per undas. Servius.

Troja, Locus eſt in agro Laurente, in quo primum Æneas conſtitit. Semper autem prima longa eſt. V. Liv. 1. 1.

TROJĀNUS, a, um. Adj. [Τρωϊκὸς] ut,

Aceſtes Trojanus. V. ACESTES.

Arma Trojana. Virg. 9. Æn. 180.

Bellum Trojanum. Hor. de Arte Poet. 147.

Equus Trojanus. Cic. pro Muren. 78. Intus, intus, inquam, eſt equus Trojanus, a quo nunquam me Conſule dormientes opprimemini.

Gens Trojana. Virg. 4. Æn. 425.

Juventus Trojana. Virg. 1. Æn. 471.

Opes Trojanæ. Virg. 2. Æn. 4.

Urbs Trojana. Virg. 1. Æn. 628.

Ferocitas Trojanorum. Cic. 2. de Divin. 82.

TROJŬGENA, æ. c. Ennius, Trojugenas bello claros. Sane Trojugena, & Grajugena, quum gemino i ſcribi debuerint, mutarunt i ſequens in u, ut pro Trojigena & Grajigena, Trojugena & Grajugena factum ſit. Catul. Argon. 62. 355.

Trojugenûm infeſto proſternet corpora ferro. Virg. 3. Æn. 359.
Trojugena interpres divûm.

Gentes Trojugenæ. Lucret. lib. 1. 466.

TRŌS, [Τρὼς] Qui ex Troja eſt. Virg. 1. Æn. 537.

Tros, Tyriuſve mihi nullo diſcrimine agetur. Ibid. 6. 51.
— ceſſas in vota preceſque,
Tros, ait, Ænea, ceſſas, &c.

Troes, plur. Virg. 2. Æn. 325.

— fuimus Troes, fuit Ilium & ingens
Gloria Teucrorum. Ovid. 12. Met. 66.

TRŌĬUS, a, um. aliud Adj. [Τρώϊος] ut,

Arma Troïa. Virg. 3. Æn. 536.

Gaza

Gaza Troïs. Virg. 2. Æn. 763.
Heros Troius. Virg. 8. Æn. 530.

TROÏCUS, a, um. Adj. [Τρωϊκὸς] ut,
Bellum Troicum. Cic. 5. Fam. 12.
Caſſis Troica. Virg. 11. Æn. 141.
Enſis Troicus. Ovid. 7. Epiſt. 184.
Fata Troica. Ovid. 1. Epiſt. 28.
Tempus Troicum. Cic. de Clar. Orat. 40.

TRŌAS, ădis. f. [Τρωάς] Aſiæ regio, Helleſponto adjacens, eadem quondam Æolis & Myſia appellata, auctore Plin. lib. 5. cap. 30. Mela lib. 1. 18. pr. Proxima, inquit, regio, ex quo ab Æolis incoli cœpit, Æolis facta, ante Myſia, &, qua Helleſpontum attingit, Trojanis poſſidentibus Troas fuit. Ptolemæus minorem Phrygiam appellat. Homerus ab Æſapo uſque ad Cayci fluminis oſtia ejus fines producit. In ea Ilion, quæ & Troja, mille quingentis paſſibus a portu diſtans, omnium quæ ſub Sole ſunt nobiliſſima, Civitates aliæ Troadis nobiliores. Dardanium, Simoentis fluminis oſtia, Antandrus, Smyrna, Clazomene, Epheſus, Miletus, Pergamus, Thyatyra, Philadelphia, Laodicea, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus.

TROAS, patronym. f. pro gentili. Virg. 5. Æn. 613.
At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant. h. e. Trojanæ mulieres.

TRŎĬLUS, [Τρωΐλος] Priami & Hecubæ filius, ætate impar cum Achille congreſſus, periit: cujus meminit Virg. 1. Æn. 478. Hor. 2. Carm. 9. 15.
— nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ ſorores
Flevere ſemper. Troilon. Accuſ. Græc.

TROITO, āre. χρεύζω, ψελλίζω, Gloſſ. Latinogræc. [An pro Tracto?

TROMENTĪNUS, a, um. Adj. ut, Tribus Tromentina apud Romanos. V. TRIBUS.

TRŎPÆUS, i. m. [τροπαῖος] dicitur quaſi Verſarius, qui alios vellicat, infeſtat, & ne deprehendatur, ſe convertit. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 8. Et quoties poſt cibum obdormiſceret, quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur: interdum ferula, flagrove, velut per ludum, excitabatur a tropæis. τρέπω enim verto, & τροπὴ verſionem ſignificat. Sed in emendatis codd. legitur, A copreis.
Venti tropæi, Qui e mari redeunt. Plin. lib. 2. cap. 43. Namque ut a fluminibus, ac e nivibus, & e mari videmus, & quidem tranquillo, & alios, quos vocant altanos, e terra conſurgere ventos. Qui quidem quum a mari redeunt, tropæi vocantur: ſi pergunt, apogæi.

TRŎPÆUM, i. n. [τρόπαιον] ſic enim ſcribendum eſt, & non ut vulgo, Trophæum; ut ipſa oſtendit vocis Etymologia. Feſtus, Tropæi ſignificantiam propriam Verro Bimargo oſtendit. Ideo fuga hoſtium, Græce vocatur τροπή. Hinc Spolia capta, fixa in ſtipitibus, appellantur Tropæa. Virg. 11. Æn. 7.
Mezenti, ducis exuvias (tibi magne tropæum
Bellipotens) aptat rorantes ſanguine criſtas, &c. Plin. lib. 6. cap. 28. Tropæa eodem in loco Jovi ac Neptuno ſtatuiſſe. Hor. 2. Carm. 9. 19.
— & potius nova
Cantemus Auguſti tropæa. Virg. 3. Georg. 32.
Et duo rapta manu diverſo ex hoſte tropæa.
Alii Tropæum volunt, ut dicitur τρόπαιον. Ut pro Boſporo dicunt Boſphorum. Quod tamen Xyl. volt dici poſſe q. d. Portans bovem. Vide Annot. in Dionem. Aliquis fortaſſe & Trophæum volet defendere, ut ſit h additum, ſicut in Triumphus, quum olim diceretur Triumpus. Vide TRIUMPHUS. H. St. Scribebatur cum adſpirata in Lugd. V. Cellarii Orthogr. Lat. p. 5. Græcis ſolitum fuit tenuem aſpiratæ ſubſtituere, vel tollere hanc a mediis vocibus. Sic in N. T. Καπερναούμ, ubi Lat. Capharnaum, ut & Nonnus, niſi fallor, habet. Sic ex Johannes, Ἰωάννης, & alia. In Gloſſ. Latinogræc. Tropeum, τροπὴ, τρόπαιον, & Græcolat. τρόπαιον, Tropæum. conf. Suid. & Etymol. M.
Signum cupiditatis, tropæum neceſſitudinis, indicium amoris. Cic. 4. Verr. 115.
Belligera tropæa. Stat. 10. Theb. 28.
Clarum & exornatum tropæum. Cic. 1. de Invent. 69.
Immane tropæum retulimus. Claud. de Nupt. Hon. 117.
Salaminium tropæum. Cic. 1. Tuſc. 110.
Trunca tropæa. Ovid. 3. de Pont. 4. 104.
Ornatu orbe tropæis. Auctor ad Heren. lib. 4. 66.
Hic in Macedonia tropæa poſuit: eaque, quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes inſignia & monimenta eſſe voluerunt, &c. Cic. in L. Piſ. 92.
Statuere tropæum. Cic. 2. de Invent. 69.

TROPÆĀTUS, a, um. Adj. Tropæo ornatus. Ammian. 23. 14. Trajanus & Verus hinc ſunt digreſſi victores & tropæati.

TROPÆŎPHŎRUS, i. m. Triumphator. Apul. de mundo p. 75. Elm.

TROPÆOPHŎRUM, i. n. [τροπαιοφόρον] Tropæoforum, Quo tropeum portant. Gloſſ. Latinogræc.

TRŎPHIMA, ătis. n. [τρόφιμα] Paulus in l. Publia. D. Depoſiti. Habere me a vobis auri pondo plus minus decem, & diſcos duos, ſaccum ſignatum, ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis: item quos trophimati decem: item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ. Alciatus lib. 1. Diſpunctionum cap. 18. Significat, inquit, trophima hic τροφεῖα, id eſt mercedem ipſam & pretium nutricationis, poteſt Latine dici Nutritium, ſicut plurali numero Nutritia, nutricum merces: a qua voce nec Ulpianus ſe abſtinuit. Oſtendit igitur Titius, habere depoſitum, ſuper quod inter cetera ſibi debeantur decem, quos trophimati debebat Sempronius. τρέφειν ſignificat alere, τροφὴ ἡ τρόφιμα nutricationem. Hæc Alciatus. Ulpian. in l. 1. §. Ad nutritia. D. de extraord. cognit. Ad nutricis quoque officium Præſidis vel Prætoris devenit. Namque & nutrices ob alimoniam infantium apud Præſides, quod ſibi debetur, petunt. Sed nutritia uſque producemus, quoad infantes uberibus aluntur. Hæc Ulpian. Quos trophimati, id eſt, quos in nutriciis expendi.

TRŎPHIUM, i. n. Ornamenti genus, apud Pſychen Tritonia datum ſcribit Martianus Capella lib. 1. Niſi illic Strophium legendum ſit, quod magis credo: de quo ſupra diximus.

TRŎPHŌNIUS, [Τροφώνιος] Summus artifex in ſecandis ſaxis fuit, qui ſubterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione conſtruxit, quod vulgo Trophonii fanum cognominatum eſt ab artifice. Hic ubi aliquamdiu oracula reddidiſſet, atque tandem fame interiiſſet, ferunt genium quendam in id immigraſſe, atque oracula reddere perrexiſſe: poſt ſuperſtitione mortalium plures ſe in id antrum demiſerunt, ac dies compluſres ibi commorati ſunt. Qui vero huc oracula ſciſcitatum deſcendiſſent, in adnu ſpecus nudi ſedere ſoliti ſunt, atque inde flatu quodam ſub terram abripiebantur. Geſtabant autem ſecum placentas quaſdam, quas lemuribus & ſerpentibus occurrentibus objicerent. Deinde percepto oraculo, rurſus per alium hiatum in terram reſtituebantur. Plura vide apud Eraſmum in proverbio, In antro Trophonii vaticinatus eſt. De homine vehementer triſti, tetricoque: propterea quod olim creditum eſt eum, qui in Trophonii ſpecum deſcendiſſet, poſtea nunquam ridere. Hujus Trophonii meminit & Cic. 3. de Nat. 56. Qui alterum Mercurium Valentis & Phoronidis filium, qui ſub terris habetur, Trophonium cenſet. Idem 1. de Divin. 74. Quumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo loco ſic aſſidue canere cœpiſſe, ut nihil intermitterent.

TROPHONIANUS, a, um. Adj. Cic. 6. Att. 2. Narratio Trophoniana.

TRŎPIS, is. f. [τρόπις] Latine Carina dicitur, teſte Gloſſ. Græcolat. Martial. lib. 12. 83.
Famoſæ feret ipſe tropin de fæce lagenæ,
Frontis & humorem colliget uſque tuæ. [Pro Sentina, ſeu fæce.

TROPOLOGIA, TROPOLOGICA, TROPOLOGICUS. V. TROPUS.

TRŎPUS, i. m. [τρόπος] dici poteſt Modus, figura, converſio. Et definitur a Quintil. lib. 8. cap. 6 quod ſit verbi vel ſermonis a propria ſignificatione ad aliam cum virtute mutatio. Cic. de Clar. Orat. 69. Ornari orationem Græci putant, ſi verborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους, &c. Virg. 1. Æn. 169.
— horrentique atrum nemus imminet umbra. Ubi Serv. Atrum nemus, tropus eſt: per atrum, nigrum oſtendit: per nigrum umbroſum: per umbroſum denſum. id eſt frondibus plenum. [Sed errat Servius, & ſine tropo dicitur, Atrum umbra nemus. V. METALEPSIS. τρόπος in Gloſſ. Græcolat. Secta, mos.

TROPĬCUS, a, um. Adj. [τροπικὸς] Figurativus. Gell. 13. 24. Tropica quadam figura mutationem vocabuli facere.
Item vox apud Aſtronomos. ut, Circuli Tropici. I. e. Quos cum pertingit Sol, curſum ſuum mutat, & revertitur. Ad Tropicum cancri fit Solſtitium æſtivum; ad Tropicum Capricorni Solſtitium hiemale. Manil. 3. 620.
Quæ tropica appellant, quod in illis quatuor anni
Tempora vertuntur ſignis, nodoſque reſolvunt. V. Macrob. in Somn. Scip. 1. 15. & 2. 15. [Vitruv. 1. 7. conf. Gloſſ. in τροπ.

TROPICE, Adv. [τροπικῶς] Auguſt. de Gen. ad lit. 4. 9. Maluit tropice loqui.

TRŎPŎLŎGIA, æ. f. [τροπολογία] Figura, qua ſermo ad emendationem morum dirigitur. V. Hieron. 1. Epiſt. 9. [V. ALLEGORIA. Nam idem eſt.

TROPOLOGICUS, a, um. Adj. [τροπολογικὸς] Sidon. 9. Epiſt. 3. Tropologicum genus & figuratum.

TROPOLOGICE, Adv. [τροπολογικῶς] Hieron.

TRŌS, [Τρὼς] Rex Trojæ, inquit Servius, Ganymedis pater, a quo Troja dicta. Virg. 3. Georg. 36.
— demiſſæque ab Jove gentis
Nomina, Troſque parens, & Trojæ Cynthius auctor.
Tros etiam ponitur pro Troius, ut notat idem Servius, de quo vide ſupra in TROJA, & facit genitivum Trois, & Troos. Quia, ut inquit Servius, omnia nomina monoſyllaba Græca, quæ in Latinum ſermonem tranſeunt, tertiæ tantum ſunt declinationis, & tam Latine quam Græce declinari poſſunt, ut Tros, Trois, Troos: Pan, Panis, Panos.

TROSSŬLUM, i. n. [Τρόσσουλον] Oppidum Tuſciæ citra Volſinios paſſ. 22. M. dictum, quod illud ſine peditum adjumento equites cepiſſent: a quo Troſſuli dicti ſunt ejus incolæ, de quibus Plin. lib. 33. cap. 2.

TROSSŬLUS, vel, ut in Gloſſ. TRUSULUS, i. m. [ὁ ἐν μικρῷ σοβαρός. Gl. L. G.] Troſſuli dicti ſunt Equites, quod oppidum Tuſcorum Troſſulum ſine opera peditum ceperint. Feſtus. Perſ. 1. Sat. 81.
— unde iſtud dedecus, in quo
Troſſulus exſultat tibi per ſubſellia lævis. Ubi Caſaubonus dicit, Troſſulos vulgo vocari, Qui cultu & toto vitæ genere ceteris præſtare vellent.
Troſſulos Senec. Epiſt. 87. Divites ſui ſæculi lautiore comitatu equitantes vocat. Puto notari affectionem nimiam agilitatis ac dexteritatis in equitando. Idem Epiſt. 76. Faciam quod juvenes & troſſuli, id eſt qui ſunt bene habito corpore.
Troſſuli, dicti ſunt Toroſuli. Varr. Seſquiulyſſe, Nunc emunt troſſuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum. Non. 1. 240.
Troſſuli milites. Plin. lib. 33. cap. 2. Celeres ſub Romulo, regibuſque appellati ſunt, deinde flexumines, poſtea troſſuli.

T R U

TRVM. PPP. Trium Publiorum.

TRUA, æ. f. [τρυβλίον] Vaſis genus, a terendo dictum, quaſi Terua, quam nos diminutive Trullam dicimus. Sive ut Varro docet a tranſvolando, trajiciendove, quod per eam aqua trajiciatur.
Truæ, quæ a culina in lavatrinam aquam fundunt. Varr. de L. L. 4. 25.
Cocus magnum ahenum, quando fervit, paulla confutat trua. Titinn. apud Feſt. & Non. 1. 68.

TRULLA, æ. f. dimin. [τρύβλα, Gl. G. L.] Varro de L. L. 4. 25. Trulla ad ſimilitudinem truæ, illa magna, & hæc parva. Truæ, quæ e culina in lavatrinam aquam fundunt. Juven. 3. Sat. 108.
Si trulla inverſo crepitum dedit aurea fundo.
Trulla, Truelle. H. St.
Trulla, Vas in quo ventris onus deponitur. Martial. lib. 9. 98.
Clinicus Herodes trullam ſubduxerat ægro.
Trulla, & Genus eſt vaſis, ſeu poculi vinarii, ut declarat hic locus apud Cic. 6. in Verr. 62. Erat enim vas vinarium, ex una gemma prægrandi trulla excavata, cum manubrio aureo. Hor. 2. Serm. 3. 144.
Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, &c. i. e. Fictili poculo.
Ferreæ trullæ. Liv. 7. 21.
Gemmea trulla. Cic. 6. Verr. 62. Mittit etiam Trullam gemmeam rogatum, velle ſe eam ſe diligentius conſiderare.
Trulla lignea, ξυλαγωγεύς, Gloſſ. Latinogræc. Græcolat. ξυλάγρωγος, Trulla.
Trulla,

Digitized by Google

Trulla, Vas eſt apud Catonem de R. R. cap. 10. & 11. & 13. quo de ſitula aquam hauriebant, & de ahenis aut labris. Sic explicat Turneb.

Trulla, Cæmentarii inſtrumentum, quo fabri murarii, tectoriis linendis complanandiſque dealbare ſolent: ut non ſolum parietes pulchritudinem accipiant, ſed & fortitudinem contra injuriam imbrium & creberrimas tempeſtates. [Meminit Pallad. 1.13. & 15. Hinc Trulliſo, q. V.

TRULLARIA, æ. f. [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.

TRULLEUM, i. n. [χέρνιβον, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Vas, in quo manus perluuntur. Varr. de Vit. pop. Roman. lib. 1. Itaque ea ſibi modo ponere ac ſuſpendere, quæ utilitas poſtularet, trulleum, matellionem, pelvim, naſiternam, &c. Ejus urceolum aquæ manalem vocamus, quod ea aqua in trulleum effundatur. Unde Manalis lapis appellatus in pontificalibus libris, qui tunc movetur, cum pluviæ exoptantur. Ex Non. 15. 50.

Trulleum figura trullæ ſimile, niſi quod aquam latius concipit, & quod manubrium cavum non eſt. Varr. de L. L. 4. 25. [In Gloſſ. Latinogræc. etiam Guttum & Aquiminale Synonyma habet.

TRULLEUS, i. m. Idem. Plin. 34. 2. Vaſa Corinthia transferunt in trulleos.

TRULLIO, ōnis. m. Idem. Plin. Valer. 3. 38. Mittere in trullionem.

TRULLISSO, vel TRULLIZO, āre. Trulla gypſum inducere. Vitruv. lib. 7. cap. 3. Coronis explicatis parietes quam aſperrime trulliſſentur: poſtea autem ſupra trulliſſatione ſubareſcente deformentur directiones arenati.

TRULLISSATIO, ōnis. f. Vitruv. in loc. citat. ſupra in TRULLISSO.

TRUCIDO, TRUCULENTER, TRUCULENTIA, TRUCULENTUS. V. TRUX.

TRŪDO, ſi, ſum, [ὠθῶ, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] ĕre. Vi quadam impellere. Plaut. Aſin. 3. 1. 30.

Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lacrumarum foras.

Quo ne trudamur, dii immortales nos admonent. Cic. de Aruſp. Reſp. 61.

Trudi ad mortem, & ad ſupplicium. Cic. 1. Tuſc. 71. Et cum pæne in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, ut non ad mortem trudi, verum in cælum videretur aſcendere. Idem 4. Att. 3. Ille omnium vocibus cum ſe, non ad judicium, ſed ad ſupplicium præſens trudi videret, omnes Catilinas, Acidinos poſtea reddidit.

Fallacia alia aliam trudit. Ter. And. 4. 5. 40.

Truditur dies die. Hor. 2. Carm. 18. 15.

Trudere tenebras, i. e. Objicere. Plaut. Epid. 3. 4. 40. al. Cudere.

TRŪSUS, a, um. Partic. Tacit. 5. Hiſt. 25. In arma truſus.

TRUSO, āre. Frequent. Vox obſcæna apud Catull. 57. 6.

TRŪSĀTILIS, e. Adj. [ὠσία] Quod truditur: ut, Mola truſatilis, i. e. Mola manuaria, quod manibus trudatur, id eſt pellatur. Gell. lib. 5. cap. 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſet. De Plauto. conf. Cato de R. R. cap. 10.

TRUSITO, āre. Aliud frequentat. Phædr. 2. Fab. 7. 8.

Interque cædem ferro mulum truſitant. Varia tamen lectio eſt.

TRUDES, is. [illegible] Inſtrumenti genus, quo aliquid truditur. Tacit. 3. Ann. 46. Quidam trudibus aut furcis inertem molem proſternere. Vectes exponunt.

TRUENTUM, [illegible] Fluvius Picenorum, & urbs ejuſdem nominis Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Vulgo *Tronto*. V. Plin. lib. 3. cap. 13.

TRUENTINUS, a, um. Adj. Sil. lib. 8. 434.

Quique Truentinas ſervant cum flumine turres.

TRULLA, TRULLARIA, TRULLEUM, TRULLEUS, TRULLIO, TRULLISSO, V. TRUA.

TRUMEN, inis. n. [τράχηλος, [illegible]. Gloſſ. Latinogræc. Sed Oedipo indiget.

TRUNCUS, i. m. [[illegible], [illegible], Gl. L. G. & G. L.] Pars arboris, quæ ramis abſciſſis ſupereſt. Columel. lib. 3. 6 pr. Ut ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maxime fertiles. Cic. 3. de Orat. 177. Quid in arboribus, in quibus, non truncus, non rami, non folia denique, niſi ad ſuam retinendam conſervandamque naturam?

Arboris acclivis trunco. Virg. 10. Æn. 835.

Arboris obnixus trunco. Virg. 3. Georg. 233.

Cavi trunci. Hor. 2. Carm. 19. 10.

Cælebs ſine palmite truncus. Ovid. 4. Met. 663.

Enodes trunci. Virg. 2. Georg. 78.

Ficulnus truncus. Hor. 1. Serm. 8. 1.

Iners truncus. Ovid. 3. Amor. 7. 15.

Sincerus truncus, Non læſus. Ovid. de Nuce 35.

Teretes trunci. Virg. 6. Æn. 207.

Valentes trunci. Virg. 2. Georg. 426.

Recto trunco ſe attollere. Ovid. 7. Met. 640.

Denudat foliis ramus, & cortice truncos. Cic. in Arat. 119.

Terra ex minutiſſimis ſeminibus, tantos truncos ramoſque procreat. Cic. de Senect. 51.

Truncus corporis. [κορμὸς ἀνθρώπου, Gl. L. G. & G. L.] Cic. pro Roſc. Com. 28. Virg. 2. Æn. 557. — jacet ingens litore truncus,

Avulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus. Ibid. lib. 9. 332.

Tum caput ipſi aufert domino, truncumque relinquit,

Sanguine ſingultantem. Lucret. lib. 3. 405.

Informes trunci. Lucan. lib. 2. 189.

Truncus atque ſtipes, pro Homine ſtupido. Cic. in Piſon. 19. Sed quiſ tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, poſſet ſuſtinere tamen titulum conſulatus.

Qui poteſt eſſe in ejuſmodi trunco ſapientia? Cic. 1. de Nat. Deor. 85.

Truncus ægritudinum. Cic. 3. Tuſc. 83.

TRUNCŬLUS, i. m. dimin. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Celſ. lib. 2. cap. 19. & 21. Præcipue tamen in ungulis, trunculiſque ſuum, in petiolis, capitulisque hœdorum. Fortaſſe legendum Pedunculis. [Male. V. Ludov. Nonium de Re cib. lib. 2. cap. 12.

TRUNCUS, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], G. L. [illegible], [illegible], L. G.] Quod eſt truncatum. Columel. lib. 2. Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam lævato.

Animalia trunca pedum, Pedibus carentia. Virg. 4. Georg. 310.

Arma trunca. Stat. 10. Theb. 336.

Corpus truncum, Oculis privatum, cui evulſi ſunt oculi. Senec. OEdip. 14.

Exta. Liv. 27. 26. extr. Quod ſecundum trunca & turpia exta, nimis læta apparuiſſent.

Manus trunca. Propert. lib. 4. 9. 16.

Nares truncæ inhoneſto vulnere. Virg. 6. Æn. 497.

Pinus trunca. Virg. 5. Æn. 659.

Tempora trunca. Ovid. 9. Epiſt. 140.

Vulnera trunca. Ovid. 3. Met. 724.

Vultus truncus, Caput hominis reciſum. Stat. 5. Theb. 236.

Sermo truncus. Stat. 12. Theb. 479. h. e. Inarticulata vox, ſeu ſemiplenus ſermo.

Urbs trunca, ſine ſenatu, ſine plebe, &c. Liv. 31. 29.

TRUNCO, [[illegible], [illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] āre. In partes ſcindere. Valer. 6. Argon. 567.

— jam non per curva volantem

Stagna: nec in medio truncantem marmore cervos.

Anguis truncatus. Claud. de Bell. Gildon. 471.

Cervos truncare. Val. Flacc. 6. 568.

Caput truncavit. Lucan. 6. 566.

Manibus truncatus, & armis. Claud. de Bell. Get. 89.

Membra truncata. Claud. de Bell. Get. 263.

Truncatus aliqua ſui parte. Plin. lib. 9. Epiſt. penult. ad Muſtium, Erit etiam faciundum ipſius deæ ſignum: quia antiquum illud e ligno quibuſdam ſui partibus vetuſtate truncatum eſt.

TRUNCATIO, ōnis. f. [[illegible]] Gloſſ. Græcolat.

TRUO, ōnis. m. Avis quædam apud Feſtum.

TRUO, āre. Movere. Feſtus in Antruare.

TRUSATILIS, TRUSITO, TRUSO, TRUSUS, V. TRUDO.

TRŪTĬLO, āre. Auctor. Philomel. v. 15.

Tum turdus trutilat. al. Truculat.

TRŪTĬNA, æ. f. [τρυτάνη, Gl. L. G. & G. L.] Statera. Vitruv. lib. 10. cap. 8. Id autem ex Trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſiderare.

Trutina, per tranſlationem ponitur pro Judicio. Cic. 2. de Orat. 159. Ad ea probanda, quæ non artificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

Caſtigare examen in trutina. Perſ. 1. Sat. 7.

Penſari eadem trutina, Hor. 2. Epiſt. 1. 30. Eodem examine, eodem judicio, eadem æſtimatione. Porphyr.

Suſpendere in trutina. Juven. 6. Sat. 436.

Trutinam Cornutus ſcribit foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilancis, ad quod eſt examinatio; quod alii Æquamentum, alii Libramentum, alii Æquilibrium vocant. V. Scholiaſt. ad illud Perſ. 1. Sat. 7.

— examenve improbum in illa

Caſtiges trutina.

TRUTINO, [ταλαντίζω] āre. eſt trutina penſitare. Gloſſ. Cyrill.

TRUTĬNOR, [[illegible]] āri. depon. Idem. Perſ. 3. Sat. 82.

Atque exporrecto trutinantur verba labello. [Niſi Paſſivum Imperſonale eſt.

TRUTINĀTUS, a, um. Partic. Sidon. 7. Epiſt. 9. Statu ſatis ſuperque trutinato.

TRUTTA, vel TRŬTA. æ. f. Piſcis qui & Varius vel Variolus dicitur. Geſner.

TRUX, trŭcis. Adj. [[illegible], [illegible], [illegible], Gl. L. G.] Ferox, crudelis. Plaut. Bacch. 5. 2. 29. Arietes truces nos erimus. Idem Truc. Argum. 5.

Vt magna ſervos eſt, ac trucibus moribus,

Lupæ ne rapiant domini parcimoniam.

Frons trux. Valer. 4. Argon. 232.

Tactu trux. Plin. lib. 22. cap. 6.

Affectus truces comprimere. Senec. Agam. 3.

Animi truces. Lucan. lib. 7. 128.

Aſpectus trux. Cic. 2. de Divin. 133.

Capite brevi, cervice anguina, aſpectu truci. Ex poeta.

Claſſico truci excitatur miles. Hor. Epod. 2. 5.

Fremitus truces tubæ. Senec. Octav. 7.

Inimicitiæ truces. Hor. 1. Epiſt. 19. 48.

Iræ truces. Valer. 1. Argon. 673.

Oculi truces. Cic. 2. de Nat. Deor. 107.

E trucibuſque oculis duo fervida lumina flagrant. Ex poeta.

Puellæ truces. Senec. OEdip. 5. De Amazonibus.

Sonus trux oris. Plin. lib. 6. cap. 22.

Tauri truces. Ovid. 8. Met. 297.

Tribunus plebis horridus & trux. Cic. 2. de Lege Agr. 64.

Venti truces. Plin. lib. 2. cap. 36.

Vocem trucem expaveſcere. Sil. lib. 1. 67.

Vultus trux. Tacit. 4. Ann. 54.

Compar. Ammian. 25. 4. Major vis & trucior. al. Atrocior.

TRŬCŬLENTUS, a, um. Adj. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Qui truci vultu crudelitatem præ ſe fert, alioſque terret. Ter. Adelph. 5. 4. 12.

Ego ille agreſtis, ſævus, triſtis, parcus, truculentus, tenax. Cic. pro Sext. 19. Alter, ô dii boni! quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aſpectu? Idem 2. de Nat. Deor. 110.

Adverſum caput huic Helice truculenta tuetur. Ex poeta.

Æquor truculentum. Catul. 1. Argon. 62. 179.

Auſter truculentior. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 308.

Facinus nefarium & truculentiſſimum. Auctor ad Heren. 4. 12.

Inſomnia truculenta. Sil. lib. 10. 554.

Truculentus, cum Dativo. Plin. lib. 8. cap. 4. Sic & tigris etiam feris cunctis truculenta.

Truculentus, [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.

TRUCULENTER. [[illegible]] ius, iſſime. Adv. Cic. 2. de Lege Agr. 13. Truculentius ſe gerebat, quam ceteri.

Aſpicere aliquem truculentiſſime. Quintil. lib. 6. cap. 1.

TRUCULENTIA, æ. f. Plaut. Truc. 3. 2. 7. Tuam exſpecto truculentiam. Tacit. 2. Ann. 24. Truculentia cæli.

TRUCULO, V. TRUTILO.

TRŬCĪDO, [[illegible], [illegible], [illegible], Gl. L. G.] āre. Crudeliter necare. Virg. 2. Æn. 494.

Fit via vi, rumpunt aditus, primoſque trucidant. Cic. pro Lege Manil. 5. Uno nuntio, atque una litterarum ſignificatione cives Rom. necandos, trucidandoſque denotavit.

Qui nos, qui conjuges, qui liberos noſtros trucidare voluerunt. Cic. 4. in Catil. 12.

Trucidari

Trucidari ferro. Cic 1. In Catil. 9. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.

Trucidari fenore. Cic pro Cæl. 42. Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpolier alienam, ne effundat patrimonium, ne fenore trucidetur.

Verbis gravibus trucidari ab aliquo. Cic. de Aruſp. Reſponſ. 2.

TRUCIDĀTUS, a, um. Partic. Tac. 1. Ann. 45. Trucidatas legiones oſtentabat.

TRUCIDATIO, ōnis. f. [σφαγή] Cic. 4. Philipp. 12. Nullos mi ludus videtur eſſe jucundior, quam cruor, quam cædes, quam ante oculos trucidatio civium.

Non jam pugna, ſed trucidatio, velut pecorum, fieri cœpit. Liv. 28. 16.

Tantas trucidationes facis. Cato apud Gell. 13. 24.

TRUCIDĀTOR, ōris. m. Auguſt. de Civ. Dei, 16. 43. Moſes ſubtractus trucidatoribus parvulorum.

T R Y

TRYBLIUM, I. n. [τρύβλιον] Catinus; verbum quidem Græcum, ſed quod pro Latino Varro uſurpavit, & Plaut. Stich. 5. 4. 9. cujus verba ſunt,

— hoc convivium eſt

Pro opibus noſtris ſatis commodule nucibus, fabulis, ficulis,

Oleæ in trybluo, lupilli comminuto cruſtulo. Interrupto in editis hodieque legitur, ſed nullo ſenſu. Reſtituit Turnebus. Gloſſ. Græcolat. Τρύβλιον Paropſida.

TRYCHNOS, [τρύχνος] V. STRYCHNOS, Herba quæ & Strychnon dicitur; Latine, Solanum. Plin. lib. 21. cap. 31.

TRYGINON, [τρύγινον] Atramenti genus. Plin. lib. 35. cap. 6. Sunt qui & vini fæcem ſiccatam excoquant: affirmantque, ſi ex bono vino fæx fuerit, Indici ſpeciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictores Athenis, a vinaceis fecere, tryginon appellant. Interpretari poteſt Fæcatum, aut fæculinum; utpote factum ex fæcibus.

TRYGŌDES, [τρυγώδης] Fæculentus, in Gloſſ. Græcolat. Celſ. 6. 6. 8.

TRYGON, ōnis. m. [τρυγών] & Avis & Piſcis venenatus. Auſon. Epiſt. 4. 58. Letalis trygon. V. Celſ. 6. 9. Plin. 9. 48. & Dioſc. 2. 19.

Trygonus. Plaut. Capt. 4. 2. 72. Trygonum, & cetum, & mollem caſeum. Al. Trigonum.

TRYPANA, æ. f. & TRYPANUM, i. n. [τρύπανον] Terebra, Perforaculum, Gloſſ. Græcol. V. ARAPTISTUM.

TRYPHIODŌRUS, i. m. [Τρυφιόδωρος] Ægyptius grammaticus, cujus extat de Troja capta poëma. De reliquis V. Suidas.

TRYPHON, [Τρύφων] Alexandrinus Grammaticus, Auguſti tempore, ſcripſit de copia orationis, de orthographia, & alia a Suida commemorata.

Fuit & alius Tryphon, cognomine Diodotus. Strab. 16.

Item Ptolemæi cognomen propter luxuriem. Ælian. Var. Hiſt. 14. 31.

Item Judæus, contra quem ſcripſit Juſtin. Martyr.

TRYXĂLIS, [τρυξαλίς] Animal locuſtæ ſimile ſine pennis. Latinum nomen non habet, ut aliqui arbitrantur: nec pauciores, hoc eſſe quod Gryllus vocetur. Hæc Plin. lib. 30. cap. 6. al. Troxalis. [Gloſſ. Græcolat. τρωξαλλίς, Grillus.

T U

T. V. Titulo uſus.

TŪ, tūi, vel tis antique, tĭbi, tē. [σύ] Ter. Heaut. 5. 4. 12. Crede, & noſtrum te eſſe credito. Plaut. Trinum. 2. 2. 30.

Nimio ſatius tui opus eſt te ita eſſe, quam ut animo lubet. Al. Ut opu'ſt.

Quia tis egeat, quia te careat. Plaut. Mil. 4. 2. 42. V. TIS.

Tibi eidem. Plaut. Merc. prol. 71.

Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis.

Tibi eſt dami. Plaut. Trucul. 1. 2. 86.

Ecce tibi e tranſverſo. Cic. 4. Acad. 121. V. ECCE.

At tibi repente. Cic 9. Fam. 2.

Hic tibi ſtrepit. Cic. 8. Fam. 2.

Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis. Cic. pro Roſc. Amer. 133.

Nunc tibi noſtri milites. Cic. 8. Fam. 15.

Te, σὲ καὶ σοῦ, Gloſſ. Lat. Gr. σὲ, Gr. Lat.

Te ipſum, Σεαυτὸν, Gloſſ. Latinogræc.

Te ſocio. Cic. 4. Fam. 13. Per me quondam, te ſocio, defenſa Reſpublica.

Tu, repetitum. Cic. pro Rabir. 5. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cujuſquam denique hominis popularis mentionem facis?

Tune, vel Tun' interrogative. Plaut. Amph. 2. 2. 126.

Tun' me heri advenisſe dicis? Al. tun' te abiiſſe hodie hinc negas? Virg. 1. Æn. 621.

Tune ille Æneas, &c.

Tu tu. Plaut. Moſtal. 2. 1. 17. Egone? a. tu tu.

Hujus pronominis geminatione Valer. lib. 6. cap. 8. Tu profecto, tu, Dive Juli, cæleſtibus tuis vulneribus debitam exegiſti vindictam. Sic puto alicubi apud Virgil. H. St.

Tu ipſe, Tumet ipſe, Σὺ αὐτὸς. Gloſſ. Græcolat.

TŪTĔ, Tu ipſe. Ter. Eun. 1. 1. 19.

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas. Cic. 1. Fam. 8. Ut tute mihi præcepiſti. Cic. 4. Verr. 127. Hoc autem tute fatebare.

Tute dicebas. Cic 2. de Fin. 87. Etenim, quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam ſi illa ſit ſempiterna.

Tute paulo ante dixiſti. Cic. 1. de Orat. 99. Nam me quidem ſemper e genere hoc toto ſermonis refugiſſe, & tibi cupienti atque inſtanti ſæpiſſime negaſſe, tute paulo ante dixiſti: quod ego, non ſuperbia, neque, &c.

Tute tibi imperes. Cic. 2. Tuſc. 47. Quod ſi tibi perſuaſum eſt (principio enim dixiſti plus in dedecore mali tibi videri, quam in dolore) reliquum eſt ut tute tibi imperes.

Tute ipſe. Virg. 5. Ecl. 35. V. TE.

TŪTĔMET, pro Tute, i. e. Tu ipſe. Lucret. lib. 4. 913.

Tutemet in culpa cum ſis. Idem lib. 1. 103.

Tutemet a nobis jam quovis tempore, vatum

Terriloquis victus dictis, &c. Meminit Priſcian. lib. 12.

Tu & Tute & Tutemet & Tutemet ipſe facis. Donat. in Ter. Adelph. 3. 2.

TEMET, Temet ipſum, Σεαυτὸν, Gloſſ. Græcolat.

TĒCUM, [σὺν σοὶ, Gl. L. C.] Adverbium compoſitum ex Ablativo Te, & præpoſitione Cum. Plaut. Mil. 2. 5. 12.

Quid nunc taces? tecum loquor. PA. Immo edepol tute tecum.

Tecum oro & quæſo. Plaut. Curc. 3. 62. b. 2. Te oro.

Tecum ſentio. Plaut. Pſeud. 4. 2. 5.

Tecum ſimul. Plaut. Amph. 2. 2. 136.

Neque edepol ego, dixi, iſtam vidi, niſi tecum ſimul.

TŬUS, a, um. [σὸς, Gl. C. L.] Pronomen poſſeſſivum a Tu. Plaut. Perſ. 4. 4. 37. Tua merx eſt, tua indicatio eſt. Cic. 15. Fam. 20. Nunc hæc primo cupio cognoſcere, iter tuum cujuſmodi ſit.

Pro amicitia tua, Cicero dixit: hoc eſt, Pro amore quo te proſequor, nempe quo tu a me diligeris; in. Philipp. 6. An vero hoc pro nihilo putas (in quo equidem pro amicitia tua vicem dolere ſoleo) efferri hæc foras, & ad Populi Ro. aures pervenire? [Emendatius Tuam vicem legitur.

Tuo arbitratu. Plaut. Aul. 4. 4. 20.

Tuo tibi judicio eſt utendum. Cic. 2. Tuſc. 63.

Tua ſui memoria. Cic. 13. Att. 1. Nicias te (ut debet) amat, vehementerque tua ſui memoria delectatur.

Tuum ſtudium adoleſcentis. Cic. 15. Fam. 13. Sed moleſte fero, me Conſulem ſtudium tuum adoleſcentis perſpexiſſe: te meum, cum id ætatis ſim, perſpicere non poſſe.

Tua virtus. Cic. 15. Fam. 5.

De tuis unus, pro Unus tuorum amicorum, vel de numero amicorum tuorum. Cic. 15. Fam. 17. Qui & in bello tecum fuiſſet, &, propter memoriam Craſſi, de tuis unus eſſet.

Tam longe a tot tuis. Cic. 4. Att. 14. Nunquam enim tu ſine juſtiſſima cauſa tam longe a tot tuis & hominibus, & rebus cariſſimis & ſuaviſſimis abeſſe voluiſſes.

Panætius ille tuus, Quem admiraris. Cic. 1. de Orat. 45. Vigebat auditor Panætii illius tui Mneſarchus.

Tuum eſt mihi ignoſcere, Ad te ſpectat, tui eſt negotii & officii. Ter. And. 4. 1. 54.

Tetigine tui quicquam? Ter. Adel. 2. 1. 24.

De tuo. V. DE.

Tui ſtudioſus. Cic. 16. Fam. 9. Ego A. Varroni, quem cum amantiſſimum mei cognovi, tum etiam valde tui ſtudioſum, diligentiſſime commendavi.

Amor tui. Ovid. 5. Epiſt. 105.

Ardet amore tui, ſic & Menelaon amavit.

Tui caritas. Cic. 10. Fam. 6. Me autem impulit tui caritas.

TUOPTE, Ablativus compoſitus a Tuo & pte, ſyllabica adjectione. Plaut. Mil. 3. 1. 12.

Tuopte tibi conſilio occludunt linguam, & conſtringunt manus.

Idem Capt. 2. 3. 21.

Tute tibi ex tuopte ingenio prodes plurimum.

TUĀTIM, Adv. a Tuus, i. e. Tuo more. Plaut. Amph. 2. 1. 4. Ecce rem jam tuatim facis, ut &c. Obſoletum. conf. Non. 2. 853.

T U A

TUATIM, V. TU.

TUESIS, [Τουέσις] Æſtuarium maris Britannici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. vulgo *Tweed*; juxta quod *Bervicum*, munitiſſimum oppidum regis Britanniæ, in finibus Scotiæ, vulgo *Berwick*.

T U B

TVB. Tubiluſtrium.

TŬBA, æ. f. [σάλπιγξ, Gl. L. G & G. L.] Inſtrumentum muſicum vulgo notum, a tubo canali ſic dicta. Nam ex lignis tubæ fiunt, & ex cornibus, & quæ ex ære ſunt, Tubæ ductiles appellantur.

Æris directi tuba. Ovid. 1. Met. 98.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Tuba utuntur ad excitandos militum animos in prælium. Cic. 2. in Catil. 13. Quum tubas, quum ſigna militaria, quum aquilam illam argenteam ſcirem eſſe præmiſſam.

Clangor tubarum. Virg. 2. Æn. 313.

Fremitus truces tubæ. Senec. Octav. 7.

Sonitus tubæ. Auctor ad Heren. lib. 4. 21. In concione de virtute loqueris, in prælio per ignaviam tubæ ſonitum perferre non potes. Virg. 4. Georg. 72. — fractos ſonitus imitata tubarum.

Canora tuba. Ovid. 3. Faſt. 849.

Navalis tuba. V. NAVALIS

Stridentes tubæ. Lucan. lib. 1. 432.

Vocales tubæ. Senec. Thyeſt 8.

Canuni tubæ. V. CANO.

Canere ludos commiſſos tuba, Signum committendi dare. Virg. 5. Æn. 113.

Occanere tubas. Tacit. 2. Ann. 81. Tum Sentius occanere cornua tubaſque, & peti aggerem, erigi ſcalas juſſit, ac promptiſſimum quemque ſuccedere.

Floralis tuba eſt, Qua committebantur ludi Florales, in quibus meretrices nudis corporibus per varias artes ludendo diſcurrebant & armis certabant gladiatoriis, atque pugnabant. Scholiaſt. in Juven. 6. Sat. 249.

Atque omnes impleat numeros, digniſſima prorſus

Florali matrona tuba.

Tuba belli civilis, Per tranſlationem pro Auctore. Cic. 6. Fam. 13. Quod mirifica eſt improbitas in quibuſdam, qui tuliſſent acerbius tibi veniam dari, quem illi appellabant tubam belli civilis.

TUBĀRIUS, i. m. Tubarum faciendarum artifex. Aurelius Arcadius, in l. ult. D. de jur. Immunit.

TUBĬCEN, ĭnis. m. [σαλπιγκτὴς, Gl. L. C. & C. L.] Qui tuba canit. Veget. de Re Mil. lib. 2. cap. 7. Ovid. 3. Met. 704.

— cum bellicus ære canoro

Signa dedit tubicen.

Tubicines a tuba & canendo. Varro de L. L. 4. 16.

Tubicines, Cornicines, & Buccinatores: Qui tuba, vel æreo cornu, vel buccina committere prælium ſolent. Senec. Epiſt. 79. Nec tubicen prædicationi nominis noſtri ſilentium faciens.

Tubicines in bello, σαλπιγκταὶ, ἄγων. Gloſſ. Latinogræc. V. TIBICEN.

TUBĬCĬNO, [σαλπίζω] Gloſſ. Græcolat.

Tubicinator. [σαλπιγκτής] Idem Gloſſ.

Tubo, āre. [σαλπίζω] Gloſſ. idem. Tuba canere.

Tubilustrium, i. n. Feſtum, menſe Aprili, ultimo quinquatriorum die celebratum.

Tubiluſtria, Dies quibus tubas luſtrabant. Varro de L. L. 5. 3. Tubæ ſacrorum in atrio ſutorio luſtrabantur.

Tubiluſtria, quibus diebus aſcriptum in faſtis eſt, cum in atrio ſutorio agna tubæ luſtrantur, ab eis tubos appellant, quod genus luſtrationis ex Arcadia Pallanteo tranſvectum eſſe dicunt. Feſtus.

Qui has luſtrationes etiam peragebant, Tubicines appellabantur; ut ait idem Feſtus. Ovid. 5. Faſt. 725.

Proxima Vulcani lux eſt, Tubiluſtria dicunt;
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Tūber, ĕris. n. Tuber terræ [ὕδνον, Gl. L. G.] Eſt terræ callus: vulgo *tartufus* dicitur. Galli *truffes* vel *truſes* vocant. Plin. lib. 19. cap. 2. Et quoniam a miraculis rerum cœpimus, ſequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum eſt aliquid naſci, aut vivere ſine ulla radice. Tubera vocantur hæc, undique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec utique extuberante loco, in quo gignuntur, aut rimam agente; neque ipſa terræ cohærent: cortice etiam includuntur, ut plane nec terram eſſe poſſimus dicere, neque aliud, quam terræ callum. Siccis hæc fere & ſabuloſis locis, frutectoſisque naſcuntur. Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, arenoſa, dentibus inimica, & altera ſincera. Diſtinguntur & colore rufo, nigroque, & intus candido. Laudatiſſima Africæ, &c. Idem capite ſequenti, 3. Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc naſci; & maxime a tonitribus, nec ultra annum durare, teneerrima autem verno eſſe. Martial. lib. 13. 50.

Rompimus altricem tenero de vertice terram
Tubera, boletis poma ſecunda ſumus. Juven. 5. Sat. 116.
Ponat aper, poſt hunc radantur tubera, &c. Quibuſdam in

locis acceptantur rigua ac ſeruntur, ſicut Mitylenis. [Gloſſ. Græcolat. Ὕδνα, Tribe. ἴονς Trive. unde Gall. *Truve*, vel *Truſe*. Porro Tubera cum Boletis quidam confundunt. V. de utriſque Plin. Gloſſ. Latinogræc. Tubera, [illegible].

Tuber, [illegible, Gl. L. G.] metaphoricôs pro quovis Tumore capitis: tuncque Adjectivum quidam eſſe volunt, ſed falſo. Ter. Adelph. 2. 2. 37.

Præterea colaphis tuber eſt totum caput. Sic dicitur Caput tuber, pro Tuberoſo: quo modo Homo ſcelus, pro Scelerato. Hor. 1. Serm. 3. 73.

Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum, &c.

Immo Bud. putat eſſe Adjectivum, afferens hunc ipſum locum. & Extubero ex Plinii libri 19. capite 2. H. St. V. infra tuberos, a, um.

Tubera bina in dorſo habent cameli, teſte Plin. lib. 8. cap. 18.

Tubera ſuper armos a cervicibus eminente. Plin. lib. 8. cap. 45.

Immodico prodibant tubere tali. Ovid. 8. Met 808.

Tuber, Duritiea illa in arboribus exſtans, ad nodi ſimilitudinem. Plin. lib. 16. cap. 16. Reperitur & in alno tuber, tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat. Ibid. Pulcherrimum vero eſt in acere bruſcum, multoque excellentius moluſcum. Tuber utrumque arboris ejus: ſed bruſcum, intortius criſpum.

Tūber, ĕris. f. Arboris genus. Columel. lib. 11. cap. 2. Poſſunt etiam his diebus ceraſi, & tuberes, & armeniacæ, atque amygdala, ceteræque arbores, quæ primis florent, inſeri commode. Plin. lib. 15. cap. 14. Peregrina ſunt zizipha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venere in Italiam: hæc ex Africa, illa ex Syria. Sex. Papinius, quem Conſulem vidimus, primus utraque attulit D. Auguſti noviſſimis temporibus, in caſtrorum aggeribus ſata, baccis ſimiliora quam malis. Idem 16. 25. Ab ea (amygdala) proxime florent Armeniaca, dein tuberes, & præcoces: illæ peregrinæ, hæ coactæ.

Tuber, m. pro Fructu ejuſdem arboris. Martial. lib. 13. 43.

Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis? Vernæ, i. e. Domi

noſtræ nati. conf. epig. præced. Suet. in Domit. cap. 16. Oblatos tuberes ſervari juſſit in craſtinum.

Tuberculum, i. n. dimin [φυμάτιον] Plin. lib. 11. cap. 11. Apes regias extruunt, tuberculo eminentes. Idem lib. 22. cap. 32. Habet proximam terræ maſtichen, tuberculo fabæ: quæ appoſita, feminarum menſes trahere dicitur. conf. Celſ. 2. 1. & Columel. 7. 5.

Tuberculum, Celſus 83. puto Ald. edit. Radius leniter cavo capite ſinuum humeri tuberculum recipit. Alibi Capitulum pro eodem, vel ſimili dixit, & Capitulara oſſa. Idem, Interius os in vertice ſinuatum, recipitque exterioris exiguum tuberculum. Idem Φῦμα, tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius & planius. Idem Atheromata. & Meliceridas, & Ganglia in capite tubercula appellat, & Crithen, id eſt hordeum, in palpebra. H. St. Duo priora Celſi loca ſunt lib. 8. cap. 1. tertius lib 5. cap. 28. §. 9. ps. quartus lib. 7. cap. 6. quintus lib. 7. cap. 7. §. 2. Ubi & Parvuli adjicit epitheton, Tuberculum parvulum.

Tuberus, a, um. Adj. [illegible, Gl. L. G.] [Sic & Tuber m. g. V. ſupra, ut Gibberus & Gibber.

Tūberōſus, a, um. Adj. Varro de R. R. 1. 49. Herba tuberoſus campus. Petron. cap. 15. Calvus tuberoſiſſimis frontis.

Tubĕro, āre. Tumeſcere. [φυματόω] Vet. Onomaſt.

Tuberans, antis. Partic. Apul. 2. Met. Roſa ſoluta in ſinu tuberante.

Tubĕro, ōnis. m. [Τουβέρων] Romanus, is notiſſimus eſt ex Ciceronis oratione pro Ligario. Sunt autem plures hujuſce cognominis in hiſtoria Romana.

Tuberonem hiſtoricum laudat Liv. 4. 23. & alibi.

Tubican, Tubilustrium, &c. V. tuba.

Tuburcĭnor, [λαφύσσω] āri. Raptim comedere, auctore Nonio 2. 851. Titinn. Tuburcinari ſua me vultis reliquias. Plaut. Perſ. 1. 3. 41.

Lubido extemplo cœpere eſt convivium,
Tuburcinari de ſuo, ſi quid domi eſt.

Prandio raptim tuburcinato. Apul. Met. 6. p. 183. Elmenh.

Tuburcinābundus, a, um. Adj. Cato. Sed rejicit hanc vocem, tanquam nimis vetuſtam, Quintil. lib. 1. cap. 6. V. Burmann. in loc. qui per e & Tiburchinor ſcribit.

Tŭbus, i. m. [σωλὴν, Gl. L. G. & G. L.] Canalis fictilis, per quem aqua deducitur. A tumore dictus. Cic. 2. de Legib. 2. Ductus vero aquarum, quos iſti tubos & euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriſerit? Vetus codex legit Nilos.

Tubi, [illegible], Gloſſ. Latinogræc.

Tubus etiam viſcerum dicimus. Martial. lib. 1. 62.

Cavari in tubos. Plin. lib. 16. cap. 42.

Tubŭlus, i. m. dimin. [σωλήνιον] Varro 1. de R. R. cap. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant. Columel. de Arborib cap. 9.

Tubulum aliquando vocamus Avenam, quæ & Cicuta appellatur, Græce Siphon. [Gloſſ. Græcolat. Σίφων, [illegible], Avena, cicuta.

Tubulātus, a, um. Adj. Cavatum ad effigiem tubuli. Plin. lib. 9. cap. 36. Alterum purpura vocatur cuniculatia procurrente roſtro, & cuniculi latere introrſus tubulato: qua profertur lingua.

Tubulatio, onis. f. Excavatio. Apul 2. Flor. p. 346. Elmenh.

T U C

Tucca, æ. f. [illegible] Gloſſ. Latinogræc.

Tucca, æ. m. [Τούκκας] L. Varus, & Plotius, viri doctiſſimi, amici Virgilii, heredeſque ex parte teſtamenti relicti, juſſu Auguſti carmina Æneidos emendaverunt, hac lege ut nihil adderent, ut Servius tradit.

Tuccētum, vel Tūcētum, i. n. [Ζωμὸς παχύς, Gl L. G.] Micæ carnium cum arvina, & minutim inſecta ilia; idem cum Iſicio & tomaculo. Apul. 2. Met. p. 117. Elmenh Tucetum perquam ſapidiſſimum. Perſ. 2 Sat. 42.

Eſto, age, ſed grandes patinas tucetaque craſſa. V. Scholiaſt. in loc. Cibos regios interpretatur Fulgent. in libello de Vocibus antiq. 41. Tuceta, inquit, dicuntur eſcæ regiæ. Callimachus in Fiſæis,

—ambroſio redolent tuceta ſapore. Hæc ille.

Tucris, [Τουκρίς] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ urbs; vulgo *Tudela*.

T U D

TVD. Tudartinus.

Tudæ, [Τοῦδαι] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Urbs Hiſpaniæ, bodie *Tuy* in Gallicia.

Tŭder, ĕris. n. [Τοῦδερ] Oppidum mediterraneum Umbriæ. Auctor Plin. lib. 3. cap 14. Sil. 6 645. Hinc

Tudertes, m. pl. Incolæ. Sil. lib. 4. 222.

Tŭdes, is. f. Malleus; a Tundo, tutudi. Virg. in Ætn. 561.

Fabriles operæ tudibus contundere maſſas
Feſtinant, &c.

Tudes, itis. f. Idem. Tudites, Mallei a tundendo dicti, inquit Feſtus. Inde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quod caput malleo ſimile habuerit.

Tudĭcŭla, æ. f. [illegible, Gl. L. G. & G. L.] Inſtrumentum ſive ſtilus, quo vaſis ſigna imprimuntur. Quidam etiam accipiunt Tudiculam pro Cochleari majori, quo ad carnes & juſcula a cacabis extrahenda utuntur.

Tudicula, Machina qua tunduntur oleæ. Columel. lib. 12. cap. 50. Eſt & organum erectæ tribulæ ſimile, quod tudicula vocatur: idque non incommode opus efficit, niſi quod frequenter vitiatur, & ſi baccæ pluſculum injeceris, impeditur.

Tudĭcŭlo, āre. [illegible. Gl. G. L.] Imprimere ac ſculpere.

Tudiculare, per tranſlationem ponitur pro Commovere. Varro Marcipore. Hæc cena nobis cernis bene mala tudiculaſſe ventulum. Nonius 2. 844.

Tŭdĭtātor, ōris m. [χαλκουργός, Gl. L. G.] Ærifex, Ærarius faber. Quaſi a v. Tudio, āre.

Tŭdĭto, āre. Frequent. Lucret. lib. 2. 1141.

Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus ullam
Corpora conficere, & plagis infeſta domare. Idem lib. 3. 395.

Tuditantis, i. a. Frequenter tundentis, ſive agitantis.

Tudĭtānus, i m. Cognomen apud Romanos. V. tudes.

Tudes, Tudĭculus, i. m. [illegible]. Gloſſ. Latinogræc. [Avis, a Tundendo dicta.

T U E

Tueor, ēris, ēri. nonnunquam Tuor, tuĕris, tūtum vel tuitum, tui. Idem quod Intueri. Lucret. 1. 300.

Nec calidus æſtus tuimur. Idem 4. 224.
Cum tuimur miſceri abſinthia. Hodie tamen Tuor, cum compo-

ſitis raro eſt in uſu: eorumque loco magis recepta ſunt Tueor, Contueor, Intueor, &c.

Tuens, ĕri. Tuendo. Virg. 1. Æn 717.

Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo
Phœniſſa.

Ora alicujus tueri. Virg. 6. Æn. 688.

Oculis immitibus tuens. Ovid. 6. Met. 621.

Acerba tuens ſerpens. Lucret. lib. 5. 34.

Averſa tueri. Virg 4. Æn. 362.

Diverſa tuentes oculi. Ovid. 1. Faſt. 283.

Tranſverſa tueri. Virg. 3. Ecl. 8.

Tuor, ōris. m. Viſus. Apul de Deo Socr. p. 48. Elmenh. Pila tenuia uſque adeo, ut radios omnes noſtri tuoris raritate tranſmittant.

Tueor, ēris, tūtus, vel tuitus ſum, [φυλάσσω, φυλάττω, Gl. L. G. & G. L. [illegible], [illegible], ἀσφαλίζομαι, L. G.] ēri. Defendere, conſervare. Ovid. 2. de Arte Am. 13.

Nec minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri. Cic. de Amicit. 50. Populos univerſos tueri, eiſque optime conſulere.

Tueri & Conſervare. Cic. pro Lege Manil. 6. Vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis, tueri & conſervare non poſſe.

Tueri & Defendere. Cic. 1. de Orat. 172.

Tueri & Ornare. Cic. 3. in Catil. 127. Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea, quæ geſſi in Conſulatu, privatus tuear atque ornem.

Tueri & Regere. Cic. 2. de Legib. 9. Quæ vis, non modo ſenior eſt, quam ætas populorum & civitatum, ſed æqualis illius cælum atque terras tuentis & regentis Dei.

Ægre aliquem tueri. Quintil. lib. 3. cap 8. Quoſdam ratio ipſa ægre tuetur.

Fortiter tueri. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Pertinaciter aliquid tueri. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Abſentem tueri, Defendere. Cic 2. Fam. 15. Te tamen oramus, quibuſcunque erimus in terris, ut nos, liberoſque noſtros ita tueare, ut amicitia noſtra & tua fides poſtulabit.

Amicitias

Amicitias tueri, Conſervare. Cic. 3. de Fin. 13. Atque etiam ad juſtitiam colendam, ad tuendas amicitias & reliquas caritates quid natura valeat, hæc una cognitio poteſt tradere.
Armenta & vitulos tueri. Virg. 2. Georg. 195.
Arva tueri. Virg. 1. Georg. 21.
Certamine belli tueri. Lucret. lib. 2. 5.
Concordiam conglutinatam tueri. Cic. 1. Att. 14.
Dignitatem. Cic. 2. Tuſc. 48. Hos admonitu ſimili oportebit, ut bonos milites, revocatos dignitatem tueri.
Factum alicujus præſtare & tueri. Cic. pro Sext. 38. Ea conditione geſſeram, ut meum factum ſemper omnes præſtare, tuerique deberent.
Fines ſuos ab excurſionibus hoſtium tueri. Cic. pro Dejot. 22.
Locum conſpicuum & eminentem. In Suet. Vitell. cap. 2. in Dial. de Orat. Ubi ſcribit, Perſuaſum fuiſſe priſcis, neminem ſine eloquentia aut aſſequi poſſe in Civitate, aut tueri conſpicuum & eminentem locum. H. St. Ex Beroaldi, opinor, Comm. in Suet. quædam adſcripſit, ſed priora verba cultro reſecta ſunt. Sunt autem hæc fere Taciti verba in Dial. Orat. cap. 36. §. 8.
Mediocritatem. Cic. 3. Tuſc. 74. Poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum atque uſitatum.
Munus ſuum. Cic. 10. Fam. 11. Quod reliquum eſt, tuum munus tuere.
Parta. Ovid.

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri. H. St. ſcil. de Arte 2. v. 13.

Patrocinia. Cic. 5. Fam. 9. Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas, P. Vatinius cliens advenit, qui pro ſe cauſam dicier volt.
Perſonam alicujus dicendo. Cic. de Clar. Orat. 271. Atque etiam L. Paulus, Africani pater, perſonam principis civis facile dicendo tuebatur.
Rempub. Cic. 2. Off. 2. Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt hi, qui Remp. tuebuntur.
Sanctitate ſua ſe tueri. Cic. 2. de Finib. 73. Jam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno verbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur: quod adulterium, quod ſtuprum, quæ libido ſe non proripiet ac projiciet, aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia?
Societatem conjunctionis humanæ munifice & æque tueri. V. MODUS.
Ædem habere tuendam, Sartam tectum conſervandam. Cic. 3. Verr. 130. Ædem Caſtoris, Judices, P. Junius habuit tuendam.
Ædificia tueri. Varro de R. R. lib. 1. cap. 11.
Se tueri, pro eo quod eſt Alere & tolerare vitam. Scævola in l. penult. & ultima, D. De in rem verſo, Sine quibus aut ſe tueri, aut ſervos paternos exhibere non poſſet. Budæus.
Tueri, Paſſive, pro Defendi. Cajus in l. Conſilio, in prin. D. De curatoribus furioſo dandis. Conſilio & opera curatoris tueri debet non ſolum patrimonium, ſed & corpus & ſalus furioſi.
Eodem modo Varro de R. R. 3. 1. In pace a ruſticis Romani alebantur, & in bello ab his tuebantur. Vitruv. præf. lib. 8. Res omnes non ali, neque creſcere nec tueri. Vetus inſcript. in Philandri not. ad Vitruv. loc. cit. NOSCANT OMNES SENATVS ET POP. ROM. IMPERIVM ET DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI.
Item Tuere in voce Activa in Vet. Inſcript. apud Fabrett. p. 498. ROGO PER SVPEROS QVI ESTIS OSSA MEA TVEATIS.

TUITUS, a, um. Partic. Sed tantum pro Perf. Dep. Quintil. in Pariete palmato. Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam. Plin. 6. Epiſt. 29. Tuitus ſum Julium Baſſum. i. e. In judicio defendi. Paul. D. de vacatione & excuſat. munerum. l. Legato, qui publicum negotium tuitus ſit, intra tempora vacationis præſtituta rurſum ejuſdem negotii defenſio mandari non poteſt.

TUTUS, a, um. Adj. V. infra paulo.

TUENDUS, a, um. Partic. [φρουρητέος] Cic. 1. Fam. 9. Totus eſt nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus.
Pecis mihi cura tuendæ. Ovid. 11. Met. 297. al. Tenendæ.
Vita tuenda mea eſt. Ovid. 4. Triſt. 4. 36.
Tuendus, Paſſive, pro Defendendus. Cajus in l. An uſufr. §. ult. D. de uſufruct. Dubitatio eſt: quouſque tuendi eſſent in eo uſufructu municipes? Et placuit centum annis tuendos eſſe municipes: quia is finis vitæ longævi hominis eſt. Ulpian. in l. 5. §. 1. D. de jurejur. Tuendum erit jusjur. Neratius in l. Si ea res. in fine. D. de actionibus empti. Sive ab eodem emimus, ſive ab alio atque alio: is ex nobis tuendus eſt, qui prior jus ejus apprehendit, hoc eſt, cui primum tradita eſt. Sed ſi alter ex nobis a domino emiſſet, is omni modo tuendus eſt.

TUITIO, ōnis. f. [ἀσφάλεια, Gl. G. L.] Cuſtodia. Cic. in Topic. 90. Tuitio ſui. Natura partes habet duas, tuitionem ſui, & ulciſcendi jus.
Prætoris tuitio. Ulpian. in l. 1. D. Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicetur, Niſi forte Prætor decrevit, ratum ſe habiturum id, quod his auctoribus geſtum eſt. Tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, non ipſo jure.
Tucio, pro Tutio, vel Tuitio, exſtat in Gloſſ. Græcolat. Ἀσφάλεια, Caucio, Municio, Tucio, Præſidium, Tutela. Niſi mendum eſt.

TŪTO, are. verbum antiquum, idem ſignificans quod Protego, defendo. Plaut. Merc. 5. 2. 25. Invoco vos, Lares Viales, ut me tutetis. V. & Non. 7. 70. Al. Bene juvetis.

TŪTOR, [ἀσφαλίζομαι, Gl. G. L.] ari. frequent. pro Diligenter defendere. Ter. in Hec. prol. 42.

Ego interea meum non potui tutari locum. Idem Hec. 5. 1. 8.

Nam mores facile tutor. Cic. in Somn. Scip. 4. Sed quo ſis, Africane, alacrior ad tutandam Remp. ſic habeto.
Tutari a. Plin. lib. 7. in præfat. Truncos etiam arboreſque cortice, interdum gemino, a frigoribus & calore tutata eſt.
Tutari & conſervare. Cic. pro Sulla, 61. Hunc patronum, defenſorem, cuſtodem illius coloniæ, ſi in omni fortuna atque honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen caſu, quo afflictus jacet, per vos tutari, conſervareque cupiunt.
Fortiter & induſtrie aliquid tutari. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Armis tutari res alicujus. Hor. 2. Epiſt. 1. 2.
Pericula tutari. Salluſt. in oratione Lepidi ad Popul. Rom. Aut ſi provideritis, in tutandis periculis magis, quam ulciſcendo teneamini.
Præſidio ſuo tutari aliquem. Hor. 1. Epiſt. 18. 81.

Genæ tutantur oculos ab inferiore parte ſubjectæ, leviterque eminentes. Cic. 2. de Nat. Deor. 43.
Se committere alicui tutandum. Phædr. 1. 30. 2.

TUTĀTOR, ōris. m. Idem ac Tutor. Apul. de Deo Socr. p. 51. Elmenh. Periculoſis tutator, egenis opitulator.

TUTĀCULUM, i. n. Prudent. adv. Symmach. 2. 387.

— fide ac tutacule nudis
Invalidiſque paret.

TUTĀMEN, inis. n. [ὀχύρωμα] Munimentum, defenſio. Virg. 5. Æn. 262.

Donat habere viro, decus & tutamen in armis.

TUTAMENTUM, i. n. [ἀσφάλισμα] Liv. 21. 61. Ut ea ſola, ignibus aliquoties conjectis ab hoſte, etiam tutamentum fuerit.

TŪTOR, ōris. m. [ἐπίτροπος ὀρφανοῦ, Gl. L. G. & G. L. φροντιστής. L. G.] Defenſor pupilli. Cic. pro Cæcin. 72. Cui filius agnatus ſit, ejus teſtamentum non eſſe ruptum, judica: quod mulier ſine tutore auctore promiſerit, deberi.
Datio tutoris. Ulp. in l. Muto. D. de tutelis.
Atilianus tutor. Ulpian. titulo undecimo ejus libri, qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Ulpiani, Lex Atilia jubet mulieribus, pupilliſve non habentibus tutores, dari a Prætore, & majore parte Tribunorum plebis: quos Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tantum locum habet, lege Julia & Titia proſpectum eſt, ut in provincia quoque ſimiliter a præſidibus earum dentur tutores.
Ceſſicius tutor, V. Ceſſicius, in CEDO, cedis.
Dativus tutor. Ulpian. titulo undecimo ejus libri qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Ulpiani, Teſtamento nominatim tutores dati confirmantur lege duodecim Tabularum, his verbis, Uti legaſſit ſuper pecunia, tutelave ſuæ rei, ita jus eſto: qui tutores Dativi appellantur. Modeſtinus. l. Dativus. D. Rem pupilli ſalvam fore, Dativus, vel teſtamentarius tutor, ſive curator, non petet ſatis a collega ſuo: ſed offerre ei poterit, utrum ſatis accipere velit, an dare.
Falſus tutor, cui opponitur Verus. Ulpianus in l. 1. D. Quod falſo tut. &c. Si duo tutores, alter falſus, alter verus auctoritatem accommodaverit, &c.
Fiduciarius tutor. Ulpian. titulo undecimo ejus libri, qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Ulpiani, Qui liberum caput, mancipatum ſibi, vel a parente, vel a coemptore manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui Fiduciarius tutor appellatur. V. & Modeſtinus in l. Quo defuncto. D. de legit. tut.
Honorarii tutores. Ulpianus l. 3. D. de adminiſtrat. & peric. tut. & Paulus in l. Si quis tutor. §. 1. D. de rit. nupt.
Idonei atque honeſti tutores. Ulpian. in l. Teſtamento. D. de teſtament. tutel. V. & paulo poſt, Eximere aliquem tutela.
Juſtus tutor. Ulpian. in l. 3. D. de tutel. Sic Tryphoninus in l. Idem fiet. D. de teſtament. tut.
Legitimi tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt. Per eminentiam autem Legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, ſeu propalam, quales ſunt agnati: ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni. Legitimi tutores, alii tutela in jure cedere poſſunt. Ulpian. titulo undecimo ejus libri, qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Ulpiani.
Legitimus tutor. Ulp. l. 1. D. de legitimis tutoribus.
Prætorianus tutor. Ulpian. titulo undecimo ejus libri, qui eſt inſcriptus Tituli ex corpore Ulpiani, Moribus tutor datur mulieri, pupillove, qui cum tutore ſuo lege aut legitimo judicio agere vult, ut auctore eo agat, (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus tutor dicitur, quia a Prætore urbis dari conſuevit.
Temporarius tutor. Ulpian. l. 1. D. de tutoribus & curatoribus datis, &c.
Teſtamentarius tutor. Ulpian. in l. Si quis ſub conditione. D. de teſtam. tutel.
Abjicere tutorem. Ulpian. in l. Si quis ſub conditione. D. de teſtamentaria tutela.
Accipere tutorem. Ulpian. l. 3. D. de tutelis.
Adhibere tutorem. Ulp. in l. 1. D. Quod falſo tutore, Ne contrahentes decipiantur, dum falſus tutor adhibetur.
Adjungere tutorem. Tryphoninus in l. ultima. D. Ubi pupillus educari vel morari debeat, Si idoneus ſit tutor, nec expediat alium adjungi.
Adſcribere tutorem liberis. V. ASCRIBO.
Confirmare tutorem. Paulus in l. Neſennius. D. de excuſationibus. Nam & Prætor, qui eum confirmat tutorem, defuncti ſequitur judicium. Modeſtinus l. 1. D. de confirmando tutore vel curatore.
Conſtituere tutorem. Paulus in l. Si tutor conſtitutus. D. de adminiſt. & peric. tut. Sic Modeſtinus in l. Cajus. D. de excuſ. tutor.
Create tutores. Modeſtinus in l. Scire oportet. D. de tutoribus & curatoribus datis.
Deſinit eſſe tutor. Ulpian. in l. Si tutor reipublicæ cauſa. D. de tutel. & ration. diſtrahendis. Idem in l. Si adrogati. D. de tutelis.
Dare tutorem alicui. Modeſtinus in l. Cajus. D. de excuſationibus, Cajus teſtamento ſuo Nigidium filio ſuo tutorem dedit. Sic Paulus in l. Neſennius. D. de excuſationibus. Et rurſus ibidem l. Ex his apparet. Paulus l. 1. D. de tutelis.
Dari tutores feminæ non poſſunt, quia id munus eſt maſculorum: niſi a principe filiorum tutelam ſpecialiter poſtulent. Neratius in l. ultima. D. de tutelis.
Datus alicui vitioſe tutor. Scævola in l. Qui teſtamento. D. de excuſationibus.
Durat adhuc tutor. Ulpian. l. §. D. de ſuſpect. tutor. Tutor quoque contutorem poteſt ſuſpectum facere: ſive durat adhuc tutor, ſive jam deſierit ipſe, contutor autem maneat tutor.
Eligere tutores liberis. Paulus in l. Amiciſſimos. D. de excuſationibus.
Exigere tutorem idoneum. Ulpian. in l. 1. D. de magiſtratibus conveniendis, Si magiſtratus ab initio tutorem idoneum dedit, & ſatis non exegit, non ſufficit. Quod ſi ſatis exegit, & idoneum exegit: quamvis poſtea facultatibus lapſi ſunt tutores vel fidejuſſores, nihil eſt quod ei qui dedit imputetur.
Habere tutorem legitimum. Scævola in l. Qui teſtamento. D. de excuſationibus.
Inſtituere aliquem tutorem filio ſuo. Cic. 13. Fam. 61.
Inſtitui tutorem teſtamento. Liv. 1. 34. extr.

Manet tutor. Ulpian. in l. Si tutor reipublicæ cauſa. D. de tutel. & ration. diſtrahendis.
Mittere tutorem alicui. Cic. 5. de Finib. 64. Nos tutores miſimus regibus.
Perſeverant tutores. Paulus in l. Quæſitum eſt. D. de tutelis. *Ils ſont toujours tuteurs.*
Petere ſibi tutorem. Pomponius l. 2. D. de tutelis, Non eſt exigendum a pupillo, ut tutorem ſibi petat.
Petere tutorem alicui. Ulpian. in l. 1. D. de eo qui pro tutore, &c. V. titulum, Qui petant tutores, &c.
Poſtulare tutorem videtur, & qui per alium poſtulat; item nominare, & qui per alium hoc idem facit. Ulpian. l. 2. D. de fidejuſſoribus & nominatoribus tutorum.
Remanet tutor. Ulpian. In l. Si filiusfamilias. D. de tutel. & ration. diſtrahendis.
Scribere tutorem. Ulpian. In l. Si hereditas. D. de teſtamentaria tutela, Quid enim intereſt, ſuum ſervum an alienum tutorem ſcripſerit: quum pupilli favore, & publicæ utilitatis gratia aſſumpta libertas ſit in perſona ejus, qui tutor ſcriptus eſt?
Scribere aliquem tutorem teſtamento. Paulus in l. Neſennius. D. de excuſationibus.
Eſſe tutorem alicui. Scævola in l. Qui teſtamento. D. de excuſationibus, Quum nemo patruus impuberi tutor eſſet.
Tutor, proprie Qui tuetur, Defenſor, ut
Orbata reſp. tutoribus annuis. Cic. Poſt redit. in Senat. 4. i. e. Conſulibus.
Tutor finium Silvanus. Hor. Epod. 2. 22.
Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus. Cic. de Clar. Orat. 330.
TŪTRIX, icis. f. Juſtinian. cap. 5. t. 35. l. 3. Filiorum tutricem eam exiſtere ſancimus. V. Dari tutores in dict. ſuper.
TUTŌRIUS, a, um. Adj. Juſtin. 33. 4. Mittitur, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtret.
TUTĒLA, æ. f. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Defenſio, ſive jus ac poteſtas aliquem tuendi. Paulus l. 1. D. de tutelis, Tutela, eſt vis ac poteſtas, in capite libero conſtituta, ad tuendum eum, qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa. Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent. Cic. 1. Off 85. Ut enim tutela, ſic procuratio Reip. ad eorum utilitatem, qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.
Actor tutelæ. Pomponius in l. Solet. D. de tutelis.
Jure tutelarum. Cic. 1. de Orat. 173.
Ceſſicia tutela. V. Ceſſicius, in CEDO, ere.
Diffuſa & negotioſa tutela. Paulus in l. Si is, qui tres tutelas adminiſtrabat. D. de excuſationibus.
Legitima tutela. Cic. 1. Att. 5. De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil uſu capi poſſe.
Legitimæ tutelæ dicuntur, quæ, quum quis inteſtato mortuus eſt, ejus liberis lege dantur. Dari autem agnatos, & conſanguineos, item patronos, id eſt eos, qui ad legitimam hereditatem admitti poſſunt, ſcribit Ulpianus in conſuetudine fuiſſe: & patronus ob eam cauſam, ut qui ſperarent ſucceſſionem, iidem eu bona ſtudioſius tuerentur. conf. mox Amittere tutelam &c. & Diminui de tutela &c.
Teſtamentaria tutela, cui opponitur Legitima. Ulpian. In l. Si tutor Reipublicæ cauſa. D. de tutel. & ration. diſtra. Quia ſemper legitima tutela teſtamentariæ cedit. V. etiam titulum De teſtamentaria tutela.
Abdicare ſe tutela. V. ABDICO.
Abiit ad propinquos tutela. V. ABEO.
Abire tutela. Ulpian. l. 3. D. de ſuſpect. tut. Non erit famoſus, quia non eſt abire tutela juſſus.
Agnoſcere tutelam. Ulpian. in l. Si filiusfamilias. D. de tutelis, Si filiusfamilias tutor a Prætore datus ſit, ſi quidem pater tutelam agnovit: In ſolidum debet teneri. Si non agnovit: duntaxat de peculio. Agnoviſſe autem videtur, ſive geſſit, ſive gerenti filio conſenſit, ſive omnino tutelam attigit. Unde quum quidam filio ſcripſiſſet, ut diligenter tutelam gereret, Quum ſcias (inquiens) periculum, ad nos pertinere: dixi, hunc quoque videri agnoviſſe. Plane ſi ſolum monuit filium, non videtur agnita. *Approuver, Accepter, Avoir agreable.*
Agere tutelæ cum tutore. Ulpian. In l. 1. D. de tutel. & ration. diſtrahendis. & rurſus ibidem l. Si tutor reipublicæ cauſa.
Amittere tutelam legitimam. Ulpianus in l. 2. D. de legitimis tutoribus.
Attingere tutelam. Ulpian. in l. 1. D. de eo, qui pro tutore, &c. Si omnino non attigerit tutelam, non tenebitur. Neque enim attingere debuit, qui tutor non erat.
Cohærere tutelis ante ſuſceptis. Tryphoninus in l. penult. D. de excuſationibus.
Commendare filios ſuos alicujus tutelæ. Cic. 1. de Orat. 228.
Committere alicui tutelam. Ulpian. l. Muto. D. de tutelis. Idem in l. Teſtamento. D. de teſtamentaria tutela.
Vacationem tutelarum concedere alicui. h. e. Ne cogatur alicujus tutelam ſuſcipere. Calliſtratus in l. Non tantum. D. de excuſationibus.
Confirmata tutela. Ulpian. in l. Si hereditas. D. de teſtamentaria tutela.
Convenire aliquem tutelæ. Subaud. Judicio. Ulpian. in l. Si tutor Reipublicæ cauſa. D. de tutel. & ration. diſtrahendis.
Decernere tutelam alicui. Ulpian. in l. Legitimos. D. de legitimis tutoribus.
Deferre alicui tutelam: & Delata alicui tutela. Paulus in l. Si is qui. D. de excuſationibus. conf. Tryphon. l. penult. ejuſd. tit.
Deponere tutelam. Paulus in l. Poſt ſuſceptam. D. de excuſationibus, Poſt ſuſceptam tutelam cæcus, aut mutus, aut ſurdus, aut furioſus, aut valetudinarius deponere tutelam poteſt. Paupertas, quæ operi & oneri tutelæ impar eſt, ſolet tribuere vacationem.
Deſcendunt tutelæ ad aliquem. V. Tranſit tutela.
Deſcendit tutela ad ſolum filium, poſt filium tunc ad nepotem. Ulpian. l. 3. D. de legitimis tutoribus.
Detinere aliquem in aliqua tutela. Paulus in l. Si is qui. D. de excuſationibus. Idem in l. penultima D. de tutoribus & curatoribus datis, &c.
Diminui nihil poteſt de tutela legitima, ſine omnium tutorum auctoritate. Cic. pro Flacc. 84.
Dimitti e tutela. Modeſtinus l. 3. D. Qui petant tutores, Qui qualitercunque dimiſſi ſunt per excuſationem a tutela, neceſſe non habent petere pupillis tutorem.

Dari aliquem ad tutelam. Papinianus in l. ultima. D. de excuſationibus. Sed & hoc genus excuſationis eſt, ſi quis ſe dicat ibi domicilium non habere, ubi ad tutelam datus eſt.
Durare in tutela. *Demeurer en tutelle.* Ulpianus l. tertia. D. de tutelis.
Excuſari a tutelis. Calliſtratus in l. Non tantum. D. de excuſationibus.
Excuſare ſe a tutela. Paulus l. Neſenn. D. de Excuſat.
Excuſari de tutela. Hermogenianus in l. Adminiſtrantes. D. de excuſationibus, Eorum, qui reipublicæ cauſa abſunt, comites de tutela, quæ abſentibus vel profecturis delata eſt, excuſentur; nam ſuſceptam antea non deponunt.
Eximere aliquem tutela. Modeſtinus in l. 15. D. de excuſationibus, Claudius Marcus (quamvis filiusfamilias) ſi idoneus tutor eſſe videbitur, pater autem ejus idcirco cavere non vult, ut filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeverabit; exiſtimo te huic fraudi recte occurſurum, ut & filius, & ipſe ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur.
Expediri non poteſt adminiſtratio tutelæ ſine hoc. Ulpianus in l. Si tutor poſt pubertatem. D. de tutel. & rationibus diſtrahendis.
Finitur tutela, non ſolum pubertate, ſed etiam morte tutoris vel pupilli. Paulus in l. 4. D. de tutel. & ration. diſtrahendis.
Fungi tutela. Ulpian. l. 2. D. de tutoribus & curatoribus datis, &c.
Gerere atque adminiſtrare tutelam. Ulpian. l. 1. D. de adminiſt. & pericul. tut.
Habere tres tutelas. Paulus in l. Si is qui tres tutelas adminiſtrabat. D. de excuſationibus.
Imputare alicui tutelam. Paulus in l. Si is qui. D. de excuſationibus.
Injungere alicui tutelam filiorum. Paulus in l. Neſennius. D. de excuſationibus.
Injungere alicui munus tutelæ. Tryphoninus in l. penult. D. de excuſationibus.
Mandare tutelam alicui. Papinianus in l. Jure noſtro. D. de teſtamentaria tutela. Idem ibidem l. Qui tutelam teſtamento mandatam excuſationis jure ſuſcipere noluit.
Nanciſci tutelam. Cajus in l. Si plures. D. de legitimis tutoribus, Si plures ſint agnati, proximus tutelam nanciſcatur: & ſi in eodem gradu plures ſint, omnes tutelam nanciſcuntur.
Obire munus tutelæ. Tryphoninus in l. penultima. D. de excuſationibus.
Obligatur & furti & tutelæ. Ulpian. in l. 1. D. de tutel. & ration. diſtrahendis.
Occupare tutelam. Marcianus l. in eos. D. de tutelis, In eos extra ordinem animadvertitur, qui probantur nummis datis tutelam occupaſſe.
Onerari tutela. Paulus in l. Quæro. D. de teſtamentaria tutela.
Pertinet ad Plautium tutela. Jabolenus in l. penultim. D. de teſtamentaria tutela. Sic Ulpian. l. 3. D. de legitimis tutoribus.
Pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit. Cic. pro Roſc. Com. 16.
Recuſare onus tutelæ. Paulus in l. Neſennius. D. de excuſationibus.
Redit tutela ad legitimum tutorem. Ulpian. in l. Si quis ſub conditione. D. de teſtamentaria tutela.
Redintegrare tutelam. Papinianus l. 8. D. de tutel. & ration. diſtrahendis, Quamvis jure poſtliminii tutelam priſtinam poſſit redintegrare.
Remanebit tutela apud fratres. Ulpian. l. 1. D. de legitimis tutoribus.
Removere aliquem tutela. Ulpian. l. 4. D. de ſuſpect. tut.
Remotus a tutela. Paulus in l. Quid autem. D. de excuſ. tut.
Repelli & rejici a tutela. Ulpian. In l. Teſtamento. D. de teſtamentaria tutela.
Retineat tutelam, quoad reſtituatur hæreditas. Papinianus in l. Si impuberi. D. de tutoribus & curatoribus datis, &c.
Revertitur ejus tutela ad agnatum. Paulus in l. Inteſtato. D. de legitimis tutoribus.
Subdita utraque cura tutelæ tuæ. Ovid. Rem. Amor. 78.
Subire onus alicujus tutelæ. Paulus in l. Si is qui. D. de excuſationibus.
Sufficere non poſſe adminiſtrationi tutelæ. Pomponius in l. Solet. D. de tutelis.
Penes patronum eſt tutela. Ulpian. l. 3. D. de legitimis tutoribus, Si aliquis ex patronis deceſſerit: tutela penes ceteros patronos eſt, quamvis ille filium reliquerit.
Tutela non erit apud patronum. Papinianus in l. Si impuberi. D. de tutoribus & curatoribus datis, &c.
Suſcipere tutelam. Paulus in l. Amiciſſimos. D. de excuſationibus. Ibidem in l. Plane. Tacit. 1. Ann. 8. V. Mandare tutelam, ſupra.
Suſcepta tutela finitur eo uſu. Paulus in l. Amiciſſimos. D. de excuſationibus.
Suſcipere officium tutelæ. Calliſtratus in l. Non tantum. D. de excuſationibus.
Suſcipere onus tutelæ. Paulus in l. Amiciſſimos. D. de excuſationibus.
Suſtinere periculum alicujus tutelæ. Paulus in l. Si is qui. D. de excuſationibus.
Teneri judicio tutelæ. Ulpian. l. 1. D. de tutel. & ration. diſtrahendis.
Traditus in tutelam tibi gnatus. Cic. 2. de Orat. 193.
Tranſit tutela. Cajus in l. Tutela. D. de tutelis. Tutela plerumque virile officium eſt. & ſciendum eſt, nullam tutelam hæreditario jure ad alium tranſire. Et licet ad liberos virilis ſexus perfectæ ætatis deſcendunt legitimæ, ceteræ tamen non deſcendunt.
Valet tutela. Pomponius in l. Si nemo. D. de teſtamentaria tutela.
Verſari in aliqua tutela, pro Tutelam aliquam adminiſtrare. Ulpian. l. 3. D. de ſuſpectis tutoribus, Si tutor inimicus pupillo parentibusve ejus ſit, & generaliter, ſi qua juſta cauſa Prætorem moverit, cur non debeat in ea tutela verſari: rejicere eum debebit.
Vocari ad tutelam. Papinianus in l. Qui tutelam. D. de teſtamentaria tutela.
Factus ſuæ tutelæ pupillus dicitur, Qui non eſt amplius in poteſtate tutoris. Ulp. in l. Quoties. §. Neqeaquam. D. de adminiſt. & peric. tutor.
Venire in ſuam tutelam. Cic. Topic. 44. Craſſus in Curiana cauſa exemplis plurimis uſus eſt, agens de eo, qui teſtamento ſic hæredem inſtituiſſet, ut ſi filius natus eſſet in decem menſibus, iſque mortuus prius, quam in ſuam tutelam veniſſet, ſecundus hæres hæreditatem obtineiſſet. h. e. Inquit Boethius. Ante obiret diem, quam teſtamentum jure facere poſſet, ſecundus hæres ſuccederet. Idem Cic. 1. de Orat. 180. Quum Q. Scævola &c. ex ſcripto teſtamentorum jure defenderet, negaretque, niſi poſtumus & natus, & ante quam in ſuam tutelam veniret,

mortuus

mortuus eſſet, hæredem eum eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſtumum & natum & mortuum hæres inſtitutus: ego autem defenderem hac eum mente fuiſſe, qui teſtamentum feciſſet, ut ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet hæres. Secundum poſtumum, i. e. Poſt poſtumum. In ſuam igitur tutelam veniſſe, eſt Sui juris eſſe, non tutoris, & per ætatem teſtamentum facere poſſe. Sic ruſſum loquitur ipſe Cic. in Brut. 194. & 196.

Tutela, ſignificatione latiori, [ἀσφάλεια, Gl. L. G.] Ipſa tuitio, vel defenſio. Lucret. lib. 5. 859.

Commendata manent, tutelæ tradita noſtræ.

Committere ſtudium ſuum in tutelam alicujus. Ter. prol. Hec. 52.

Ad tutelam patria tanta multitudo feminarum concurrit, ut, &c. Juſtin. lib. 25. 4.

Deſperata tutela urbis, at circumvallari mœnia viderunt, &c. Liv. 23. 17. 92.

Latent omnia hæc noſtra præclara ſtudia, &c. in tutela ac præſidio bellicæ virtutis. Cic. pro Muren. 22.

In tutela Jovis eſſe ſalutem hominum. Cic. 3. de Finib. 66.

Rerum tutela mearum Cum ſis. Hor. 1. Epiſt. 1. 103.

Tutela & Septa, idem. Varr. 1. de R. R. cap. 14.

Tŭtēla, æ. f. [παράσημον πλοίου, Gl. L. G.] Dei alicujus ſignum, proræ impoſitum, navi nomen imponens. Sen. Epiſt. 77. Navis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum roſtrum eſt, nec cujus tutela ebore cælata eſt. i. e. Numen tutelare navis, ſeu numen, in cujus tutela eſt navis. Sil. lib. 14. 541.

Tutelæque deûm fluitant. Ibidem dixerat 410.

Numen erat celſæ puppis vicina Dione. Et 438.

Ammon numen erat Libycæ gentile carinæ. Huc ſpectat illud Ovid. 1. Triſt. 3. 110.

—& pictos verberat unda deos. Illud quoque Virg. 10. Æn. 171.

—aurato fulgebat Apolline puppis.

Tutelaris, e. Adj. Quod ad tutelam pertinet: ut, Cauſa tutelaris. Ulpian. in l. Videamus. §. 1. D. de litem jurando.

Tutelaria inſtrumenta. Paulus in l. Hæredes. D. de fidejuſſoribus & nominatoribus & hæredibus tutorum, Non excuſetur hæres, ſi dicat ſe inſtrumenta tutelaria non inveniſſe.

Dii tutelares, In quorum tutela ſunt urbes. Macrob. 3. Saturn. 9.

Tutelarius, i. m. [ἱεροφύλαξ] pro Ædili, & an qui ædes ſacras aut publicas ſuo periculo tuetur; quæ dictio nullo alio in loco a nobis lecta eſt, præterquam apud Plin. lib. 34. cap. 7. Capite tutelarios cavere pro ea inſtituti publici fuit. [i. e. Æditues, νεωκόρους.

Tutelatus, a, um. Adj. In tutelam aſſignatus. Aggen. de Limit. Agr. p. 58. Gœſ. Genus agri tutelatum.

Tutelator, ōris. m. Defenſor. Mart. Capel. 2. Tutelator, fideliſſimuſque germanus.

Tutānus, i. m. Deus a tutando dictus, vir. Hercules. Varro apud Non. 1. 242. Tutanum omnes, qui laborant, invocant.

Tutelina, vel Tutilina, æ. f. Dea a tuendis frugibus. Varro apud Non. 1. 242. Tuam fidem, Tutelina, invoco. conf. Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 30.

Tūtus, a, um. ior, iſſimus. Adj. [ἀσφαλής, Gl. L. G. & G. L.] Metu vel periculo vacuus, in tutela locatus. Virg. 1. Æn. 575.

Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo.

Tutus a. Cic. 2. de Nat. Deor. 120. Obducuntur libro aut cortice trunci, quo ſint a frigoribus, & caloribus tutiores.

A ferro tutus. Ovid. 13. Met. 498.

Non hoſpes ab hoſpite tutus. Ovid. 1. Met. 144.

Ab inſidiis alicujus tutus. Cic. 10. Fam. 31.

A morſu fieri loco tutum. Plin. lib. 11. cap. 25. Unum modo relinqui ſolertiſſimum, & qui ſe ipſius matris clunibus imponendo, tutum & e cauda & a morſu loco fiat.

A perfidia tutus. Liv. 28. 44.

A vi tutus. Liv. 3. 44. Jam a vi tuta erat, quam aſſertor, &c.

Ad omnes ictus tutus. Liv. 36. 32.

Tutum adverſus pericula. Celſus lib. 5. cap. 27.

Conſilium tutum, Firmum, quod nil periculi habet. Ter. Heaut. 2. 3. 86.

Nuſquam tuta fides. Virg. 4. Æn. 373.

Fortuna tuta & tranquilla. Cic. Antequ. iret in exſil. 24.

Injuria tuta ab aliquo. Liv. 35. [Niſi erro.

Iter tutum currere. Virg. 5. Æn. 22.

Locus tutus, In quo ſecure verſari, aut quippiam agere poſſumus. Ter. Phorm. 5. 3. 35. Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. Cic. pro Lege Manil. 31. Quis locus tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet?

Loca tutiora. Liv. 2. 62.

Perfugium tutum. Tacit. 12. Ann. 29.

Portus tutiſſimus. Cæſ. 3. Bell. Civil. 27.

Receptus tutus. Liv. 27. 17.

Statio tutiſſima nautis. Virg. 4. Georg. 421.

Tellus tutiſſima. Stat. 1. Achil. 211.

Via tuta frequenſque. Ovid. 1. de Arte Am. 585.

Per vias tutas ambulare. Ovid. 1. Faſt. 122. al. Perpetuas vias.

Viam tutam fugæ quærere. Cic. pro Cæcin. 44.

Vita tuta. Cic. 1. de Finib. 53. Nam diligi & carum eſſe jucundum eſt, propterea quia tutiorem vitam & voluptatem efficit pleniorem.

Tuta timere. Ovid. 7. Met. 42.

Omnia tuta timens. Virg. 4. Æn. 298.

In tutum eduxit legiones. V. in.

In tuto res eſt. V. in.

In tuto eſſe. Ter. Heaut. 4. 3. 30.

Tuto eſſe, pro In tuto. Cic. 14. Fam. 3. Ut tuto ſim, quod laboras, id mihi nunc facillimum eſt.

Tutus, interdum A quo nihil mali timetur, A quo nullum imminet periculum. Cui nihil imminet periculi, & a quo nihil imminet periculi. Sic ἀσφαλής. H. St. Gloſſ. Græculat. Ἀσφαλής, Cautus, Tutus, tuta. Potuit & Innoxius addi.

Tūto, Adv. [ἀσφαλῶς, Gl. G. L.] Impune, ſine periculo. Ter. Heaut. 5. 1. 20. Loquere. ſ. at tuto. c. ut. loquere. Cic. 4. Verr. 142. Qua via tuto tranſire poſſe videamur. Virg. 2. Georg. 332.

Tuto & ſine metu. Cic. 2. de Finib. 82. Ob eamque rem colendam eſſe quod ſine ea tuto & ſine metu vivi non poſſet.

Tuto & libere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 2.

Amare tuto. Ovid. 2. Amor. 2. 65.

A ſuis munitus, tuto in magiſtratum gereret. Cic. pro Sext. 79.

Nec mihi tuto in Senatum venire licet. Cic. 12. Fam. 2.

Tūte, Adv. [ἀσφαλῶς, Gl. G. L.] Idem. ut

Tum cauteque agere aliquid. Auctor ad Herenn. lib. 3. 13.

Eum tute vivere, qui honeſte vivat. Auctor ad Herenn. lib. 3. 9.

Tutius, Comparativi gradus. Ovid. 13. Met. 9.

Tutius eſt igitur fictis contendere verbis,
Quam pugnare manu. [Adj. eſt, non Adv.

Tutiſſime, ſuperlat. [ἀσφαλέστατα] Cic. 8. Att. 12. Cenſeo ad nos Luceriam venias: nam te hic tutiſſime fore puto.

Tuesis, [Τουέσιος] Fluvius Britanniæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Camdeno *Trey*.

T U G

Tŭgŭrium, i. n. [καλύβιον, Gl. G. L.] dictum eſt quaſi Tegurium a tegendo, e in u mutata: Ruſtica habitatio, tecta ex ulva paluſtri. Virg. 1. Ecl. 69.

Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. Pro Tugurii.

Tugurii appellatione (ut ait Pomponius D. de verb. ſignific. l. Tugurii) omne ædificium, quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ convenit, quam urbanis ædibus, ſignificatur. Quæ autem ita ædificantur, ut nec parietem habeant, nec luto cruſtata ſint: ſed ſtramentis vel arundinibus, aliove ſimili genere teguntur: tuguria appellant. Columel. lib. 12. cap. 15. Et Varro 3. de R. R. cap. 1.

Tugurīŏlum, i. n. dimin. [καλύβιον] Parvum tugurium. Apul. 4. Mileſ. p. 147. Elmenh. Arnob. 6.

Tuguriuncŭlum, i, n. aliud dimin. Hieron. in vita Hilarii.

T U I

Tui, V. tuus.

Tuitio, V. tueor.

T U L

TVLL. H. Tullus Hoſtilius.

Tuli, [ἤνεγκα, ὑπήνεγκα, Gl. L. G.] V. fero.

Tuliphurdum, [Τουλίφουρδον] Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs; vulgo *Gottigen*.

Tulisurgium, i. n. [Τουλισούργιον] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Urbs Germaniæ; hodie *Brunſvicum*, vulgo *Brunſwick*. [An idem potius?

Tullia, Tullianæ, V. tullius.

Tullianum, i. n. Salluſt. in Catil. cap. 55. Ipſe diſpoſitis præſidiis, Lentulum in carcerem deducit: Idem fit ceteris per Prætores. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paulum aſcenderis ad lævam, circiter duodecim pedes humi depreſſus: eum muniunt undique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus juncta: ſed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies eſt. In eum locum poſtquam dimiſſus eſt Lentulus, judices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Varro dictum ait Tullianum, quod fuerit a Tullo Romanorum rege additum carceri. V. Varr. de L. L. 4. 32. & Feſt.

Tullios, alii dixere Silanos, alii Rivos, alii Vehementes projectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Ennius in Ajace, Ajax miſſo ſanguine tepido tullii efflantes evolant. Feſtus lib. 18. Alii tamen Tullios ominis cauſa dictos volunt, quaſi tollendos.

Tullius, i. m. [Τύλλιος] Nomen gentis Patriciæ apud Romanos, ex qua fuit Servius Tullius.

M. Tullius, orator omnium Latinorum facile princeps, cognomento Cicero, quod vide.

Tallia, æ. f. Filia M. Ciceronis, de qua ſæpe in Epiſtolis Fam. 2. 15: 6. 18. & Att. 10. 18.

Talliola, æ. f. Dimin. Eadem Ciceronis filia, de qua 1. Att. 3.

Tulliane, Adv. Auguſtin. de Grammat. p. 98. Adverbia etiam ab appellativis tranſeunt; & ſicut a pulcro, pulcre, ſic a Tullio, Tulliane.

Tullum, [Τοῦλλον] Galliæ urbs in Belgica, auctore Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Vulgo *Toul*.

Tallus, [Τύλλος] Hoſtilius, tertius Romanorum rex bellicoſus. De quo V. Liv. 1. 26.

Tulutanus, i. m. [Βαδιστής] Gloſſ. Lat. Græc. V. tolutanus.

T U M

Tum, [τότε, Gl. L. G. & G. L. ἄμα, L. G.] Copulativa particula frequenter ſequitur dictionem Cum. Cum minus quiddam, vel magis generale propoſuit: Tum vero, majus, vel minus generale, Indicativoque fere jungitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Cum multæ res in philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſint, tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignoras) & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum. Sed hic duplex eſt verbum. Aliquando unum tantum eſt, & cui adhæreat Cum. Cic. 4. Tuſc. 1. Cum multis in locis noſtrorum hominum ingenia virtuteſque, Brute, ſoleo mirari, tum maxime in his ſtudiis, quæ ſero admodum expetita in hanc civitatem e Græcia tranſtulerunt. V. cum.

Subjunctivo modo aliquando jungitur. Cic. 14. Att. 13. Noſque cum multum literæ, tum non minimum Idus quoque Martiæ conſolentur.

Nulli verbo aliquando adhærent, ut in ſubjectis exemplis. Cic. 2. Fam. 2. Qui cum ſuis laudibus, tum vero te filio, ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ei contigiſſet, ut te ante videret, quam a vita diſcederet. Idem 1. Verr. 2. Factum eſt, uti cum ſummum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur.

Cum ſpe ſummæ, maxima, tum majore etiam animo. Cic. 1. Q. frat. 2.

Tum, geminatum in rebus paribus. Plaut. Ciſt. 1. 1. 2.

Tum ego ante hac te amavi, & mihi amicam eſſe crevi,
Mea Gymnaſium, & matrem tuam, tum id mihi hodie
Aperuiſtis, tu atque hæc. Al. Cum ego.

Tum ſemper, tum in his ipſis rebus. Cic. 4. Verr. 107.

Qui non tum hoc, tum illud: ſed idem ſemper. Cic. de Amicit. 18.

Tum, ſæpius repetitum, pro Et. Cic. 2. de Nat. Deor. 52. Quia tum occultantur, tum ruſſus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum

antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius.

Tum autem, pro Et. Ter. Eun. 2. 3. 11.
Ut illum di, deæque scelum perdant, qui me hodie remoratus est,
Meque adeo, qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim.
Donat.

Tum, Præterea, Inquit Donatus. Ter. In prol. Eun. 4.
Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quamplurimis, & minime multos lædere:
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se, &c. Virg. 3. Æn. 228.

Tum præterea. Cic. 3. Verr. 63.

Quid tum inde? Cic. pro Muren. 26.

Tum vero, pro Deinde, Cum non præcedente. Cic. 1. de Orat. 194. Ex his enim & dignitatem maxime expetendam videmus: tum vero justus atque honestus labor honoribus, præmiis atque splendore decoratur. Vetus exemplar legit, Cum verus, justus, &c.

Tum, pro Deinde. Cic. 1. de Orat. 202. Deinde qui possit, non tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hostium tela versari: tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subjicere odio civium, suppliciöque constringere. Budæus.

Tum autem, Præterea, inquit Donatus. Ter. And. 1. 5. 34.
Laborat e dolore: atque ex hoc misera sollicita est, diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ: tum autem hoc timet,
Ne deseras se. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Isque tum fusus & extenuatus sublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur.

Tum, pro Tunc [τότε] Adv. temporis. Ter. Phorm. 2. 1. 11.
Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxime, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant.
Cic. 4. Acad. 71. Quoque solebat uti argumento tum, cum ei placebat nihil posse percipi.

Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Cic. 7. Att. 6.

Tum interim. Cic. pro Cluent. 179.

Tum demum, Novissime. Virg. 12. Æn. 6.
Tum demum movet arma leo. Plaut. Trin. 3. 3. 52.
Tum igitur demum adolescenti aurum dabis,
Ubi erit locata virgo in matrimonium.

Tum denique, pro Tandem. Cic. 2. de Legib. 9. Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens & a delicto avocans: quæ non tum demum incipit lex esse, quum scripta est, sed tum, quum orta est.

Tum denique, pro Tum demum, vel ad extremum. Cic. 4. Verr. 1. Putabam tum denique recte judicari posse, si, &c.

Tum vero. Virg. 1. Æn. 489.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo.

TUMBA, æ. f. [τύμβος] Locus in terra concavus. Unde & pro Sepulcro poni consuevit. Parottus. V. TUMULUS.

TŬMEO, ui, [οἰδαίνω, Gl. L. G.] ēre. Inflari. Plaut. Pers. 2. 5. 11.
Quid hoc hic in collo tibi tumet? a. vomica est, pressare parce.

Corpus tumet omne veneno. Ovid. 3. Met. 33.

Lingua tumet. Ovid. 7. Met. 556.

Lumina fletu tument. Tibul. lib. 1. 8. 68.

Orbes genuum tumebat. Ovid 8. Met. 807. al. Rigebat.

Tumere vastius. Cels. lib. 7 cap. 18.

Vasta tument terræ. Virg. 2. Georg. 324.

Tumere negotia, Cic. 14. Att. 4. dixit, quæ in eo sunt, ut in tumultum, aut bellum erumpant: ut tumescunt arborum gemmæ, cum parturiunt frondes: tument animalia, cum in libidinem turgent: tument terræ, cum parere, aut gignere cupiunt, ut vere. Tument, inquit, negotia. Sic Turneb. Advers. 13. 5. V. TUMOR rerum.

Bella tument, Surgunt. Ovid. 7. Epist. 121.

Tumere, pro Superbire: quoniam inflati quodam modo superbientium animi videntur. Plin lib. 7. cap 7. Tu, qui te deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti.

Laudis amore tumes. Hor. 1. Epist 1. 36.

Animus turgescit & tumet. Cic 3. Tusc. 19. Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet.

Tumere, pro Irasci. Stat. 2. Silv. 1. 58.
Accensum quis bile feret? famulisque tumentem Leniet?

Tumentibus plebis animis. Plin Paneg. 87.

Corda tument rabie Virg 6 Æn. 49.

Ora tument ira Ovid. 3. de Arte Am. 503.

TUMENS, entis. Partic. [οἰδαίνων] ut

Pedes tumentes. Virg. 2. Æn. 273.

Suræ tumentes. Hor. Epod. 8 9.

Vana tumens. Virg. 11. Æn. 854. i. e. Superbiens in vanum, Plenus vana gloria.

Animi tumentes. Lucan. lib. 1. 354.

Animus inflatus & tumens. Cic. 3. Tusc. 19. Sic igitur inflatus ac tumens animus in vitio est.

Aura tumens. Ovid. 5. Trist. 5. 29.

Fluvius tumens. Virg. 8 Æn. 86.

TUMESCO, [οἰδαίνω, Gl. G. L.] ĕre. Tumidum fieri. Cic. 1. de Divin. 13.
Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, quum subito penitusque tumescit. Ex poeta.

Colla inflata tumescunt. Ovid. 6 Met. 377.

Maria alta tumescunt. Virg. 2. Georg. 479.

Pondere ventris tumescebant, Infans crescebat in utero. Ovid. 11. Ep. 37.

Alte tumescunt serviles animi. Claud. 1. in Eutrop. 176.

Bella operta tumescunt. Virg 1. Georg 465.

Aquæ tumescentes æquoris. Ovid 3. Amor. 11. 30.

TUMĔFĂCIO, fēci, factum, [οἰδαίνω, ὀγκόω, Gl. G. L.] ĕre. Tumidum facere. Martial. lib 4. 11.
Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes. Ovid. 15. Met. 303.
Extentam tumefecit humum.

Cor tumefactum. Sen Agam 13.

TUMENTIA, æ. f. Cæl. Aurel. Acut. 2. 10. 74. Capitis tumentia.

TUMOR, ōris. m. [οἴδημα, Cl. L. G. & G. L. οἴδημα, οἴδησις, L. C. ὄγκος, G. L.] Inflatio. Plin. lib. 7. cap. 6. Ingestabile onus: crurum & inguinum levis tumor. Cic. 3. Tusc. 19. Num manus affecta recte est, quum in tumore est?

Repentinus oculorum tumor. Cic. 4. Tusc. 81.

Corporis bonam valetudinem tumor imitatur. Auct. ad Herenn. 4. 16.

Minuitur aliquid ex tumore. Cels. lib. 5. cap. 28.

Obcalluit tumor. Cels. lib. 4. cap. 24.

Tumor animi. Cic. 3. Tusc. 26. Non inerant in his, quæ tibi casus invexerat, & quidem inveterato malo, quum tumor animi resedisset.

Inanis tumor. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Vanus tumor. Sil. lib. 11. 150.

Gerere tumores mente, Superbire. Lucan. lib. 10. 100.

Tumor rerum, Eruptio & commotio. Cic. 14. Att. 5. Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere viderer hunc rerum tumorem: cui certe si possem mederi, deesse non deberem. Interitum Cæsaris magnæ turbæ statim consecutæ sunt. Eas tumorem appellat, sumpta tralatione a corporibus male affectis: ideoque infert Mederi. Etiam in epistola proxima superiore dixerat, Tument negotia.

TUMĬDUS, a, um. Adj. [ὀγκώδης, οἰδαλέος, Gl. G. L.] Inflatum significat. Plin. lib. 19. cap 6. Silvestri minores, tumidæ. Cic. 3. Tusc. 19. Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet?

Æquor tumidum. Virg. 5. Æn. 157.

Amnis tumidus. Lucan. lib. 1. 205.

Mare tumidum. Virg. 8. Æn. 671.

Montes tumidi. Ovid 2. Amor. 16. 51.

Pontus tumidus fluctibus. Ovid. 1. Trist. 2. 24.

Torrens tumidus. Ovid. 1. Amor. 7. 43.

Venter tumidus pondere cælesti. Ovid. 3. Fast. 42.

Uvæ tumidæ. Ovid. 15. Met. 77.

Cervices tumidæ, Inflatæ. Cic. in Vatin. 4. Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.

Homo durus, confidens, tumidus. Hor. 1. Serm. 7. 7.

Successu tumidus. Ovid. 8. Met. 495.

Imagine genitoris tumidus. Ovid. 1. Met. 754.

Cor tumidum vitio. Hor. 2. Serm. 3. 213.

Fastus tumidi. Ovid. 1. de Arte Am. 715.

Ira tumida. Ovid. 12. Epist. 15.

Minæ tumidæ. Hor. 4. Carm. 3. 8.

Spiritus tumidi, Animi superbi. Senec. Agamem. 4.

Vultus tumidi & truces. Sen. Octav. 4.

Ore tumido delitigare, Grandiloquo genere dicendi. Hor. de Arte Poet. 94.

Sermones tumidi. Hor. 2. Serm. 5. 98.

Superl. Sil. 11. 25. Eridani tumidissimus accola. i. e. Superbissimus.

TUMĬDE, Adv. Plaut. Asin. 3. 3. 115. Ut tumide is? al. Ut tu incedis. Sen. Suasor. 1. 11. Tumide scribere. Idem Controv. 4. 25. Tumidissima dixit Murredius.

TUMIDITAS, ātis. f. Firmic. lib. 8. cap. 29. Vicesima pars aquarii, si in horoscopo fuerit inventa, hydropicos faciet, qui ventris tumiditate correpti, hac ex causa moriantur.

TUMIDO, āre. [οἰδαίνω] Gloss. Græcolat.

TUMIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. Apol. p. 277. Elmenh. Complanator tumidulæ gingivæ.

TUMIDŌSUS, a, um. Adj. Ammian. 21. 10. Angustiæ tumidosis collibus desinentes.

TUMEX, icis. f. [ψωμίξ, ...] a Tumendo, Vibex. Vet. Gloss. Lat. Græc. & Græcolat. ..., Tumix. V. TUMEX.

TUMOLO, V. TUMULUS.

TŬMULTUS, ūs. m. [θόρυβος, Cl. L. G. & C. L. ταραχή, L. G.] Motus, trepidatio: dictus quasi Timor multus. Servius, Tria genera olim militiæ fuerunt: Sacramentum, quæ legitima erat militia, quum singuli milites jurabant: Tumultus, id est bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Et quando singulos interrogare non vacabat, qui convenerant, simul jurabant: & dicebatur illa militia, Conjuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, unum roseum, quod pedites evocabat; & unum cæruleum, quod erat equitum (nam cæruleus color est maris, a cujus deo constat equum inventum) dicebat, Qui Remp. vult salvam esse: me sequatur. Erat & Evocatio, quum ad diversa loca diversi cogebantur exercitus. Hactenus ex Servio in hunc locum Virg 8. Æn. 4.
Extemplo turbati animi, simul omne tumultu
Conjurat trepido Latium. Cic 8. Philip. 2. Belli nomen ponendum in sententia quidem non putabant, tumultum appellare malebant; ignari, non modo rerum, sed etiam verborum. Potest esse bellum sine tumultu: Tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque majores nostri, tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem esse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Hactenus Cicero. Idem sentit Quintil lib. 7. cap 4. Liv. 8. 20. pr. Idem lib. 7. 11. Dictator, quum tumultus Gallici causa justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit. Insignia autem omnia tumultus Cicero uno in loco expressit, 5. Philipp. 31. his verbis, Rem administrandam arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatis vacationibus, in Urbe & in Italia. Ex prædictis satis apparet omnia in tumultu præpropere administrari publice privatimque solita, quum bellum urgens, & quasi moras imminens solennes actus non admittit. Indeque factum ut Tumultuarium pro præpropero & subitario & rapide facto aut quæsito accipiatur. Budæus.

Metus & Tumultus. Cic. 2. in Catil. 26. Mihi ut, urbi sine vestro metu, ac sine ullo tumultu, satis esset præsidii, &c.

Trepidatio & Tumultus. Cic. pro Dejot. 20. Num qua trepidatio? num qui tumultus?

Cæci tumultus, Conjurationes occultæ. Virg. 1. Georg 465.

Repens tumultus. Tacit. 2. Hist. 49. h. e. Repentinus tumultus.

Repentini tumultus. Ovid. 5. Met. 5.

Comprimere tumultum. Tacit. 4. Hist. 16.

Concussa omnia trepido belli tumultu. Lucret. lib. 3. 846.

Facete

Facere tumultum. Salluſt. in Jugurth. cap. 72. extr. Gall. *Faire une fauſſe allarme.*
Injicere tumultum civitati. V. INJICIO.
Præbere tumultum. Liv. 25.
Tumulti, Genitivus antiquus pro Tumultûs. Plaut. Caſ. 2. 5. 22. Quid iſtuc tumulti fuit? Ter. And. 2. 2. 28. Nihil ornati, nihil tumulti. Idem Hec. 3. 2. 21. Quid fuit tumulti? V. Non. 8. 7.
Tumultus pro omni Trepidatione, & perturbatione. Plaut. Milit. 4. 9. 16.
Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio.
Inflatus tumultu. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Ingentes tumultus plagæ. Lucret. lib. 2. 955.
Magnus tumultus. Virg. 9. Æn. 122.
Monſtrifer tumultus. Lucan. lib. 9. 3.
Plebejus tumultus. Stat. 1. Silv. 2. 234.
Tremendus tumultus. Hor. 1. Carm. 16. 12.
Ferre tumultus alicujus. Ovid. 3. Met. 308.
Miſcetur domus miſero tumultu. Virg. 2. Æn. 486.
Miſcere tumultum in concionem. V. MISCEO.
Perſonare tumultu. V. PERSONO.
Sedare tumultum. Liv.
Vaſtata impio tumultu fana. Hor. 4. Carm. 4. 47.
Miſeri tumultus mentis. Hor. 2. Carm. 16. 10.
Reddere tumultum ſermonis, Balbutientem imitari. Plin. lib. 7. cap. 12.

TUMULTUŌSUS, a, um. Adj. [θορυβώδης, Gl. G. L.] Plenum tumultu. Plaut. Trin. 5. 2. 52.
Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubito foras? Cic. 2. Fam. 12. In tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatrus afferebantur.
Mare tumultuoſum. Hor. 3. Carm. 1. 26.
Tumultuoſum genus pugnæ. Liv. 1. 14.
Tumultuoſa ſomnia. Plin. lib. 26. cap. 8.
Seditioſa & tumultuoſa vita, cui opponitur Quieta. Cic. 1. de Invent. 4. Sic ex ſeditioſa & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum.
Nuntius tumultuoſus. Liv. 2. 24. pr.
Tumultuoſus, Qui turbas excitare ſolitus eſt. Liv. 4. 28. In otio tumultuoſi, in bello ſegnes?
Compar. Tumultuoſior. Tumultuoſiores [ἀνωμαλώτεροι, Gl. L. G.] Vell. Paterc. 2. 74. Tumultuoſior Italia. Cic. 12. Fam. 17. Ex Syria nobis tumultuoſiora quædam nuntiata ſunt.
Superl. Liv. 2. 10. Quod tumultuoſiſſimum pugnæ erat parumper ſuſtinuit.

TUMULTUOSE, [θορυβωδῶς] ius, iſſime. Adv. Impetuoſe quod dicitur. Liv. 2. 28. pr. Adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undique & indignatione Patrum. Conf. ſeq. cap.
Compar. Cæſ. 7. Bell. Gall. 45. Iis imperat, ut paulo tumultuoſius omnibus in locis pervagarentur.
Superl. Liv. 1. 40. In veſtibulo regiæ quam potuere tumultuoſiſſime ſpecie rixæ in ſe omnes apparitores regios convertunt.

TUMULTUĀRIUS, a, um. Adj. [αὐτοσχέδιος] Properatum & ſubitarium, aut rapide factum & quæſitum ſignificat, ut ait Budæus.
Delectus tumultuarius. Liv. 24.
Dux tumultuarius, Qui pro tumultu eligitur. Liv. 28.
Exercitus tumultuarius. Liv. 8.
Miles. Idem 35. 2. Mens ea Senatus fuit, ut in Hiſpania tumultuarii milites legerentur.
Miles tumultuarius & ſubitarius. Liv. 31.
Opus tumultuarium, In prompto, & rapide factum. Quintil. lib. 7. cap. 4. Liv. 6. 29.
Sermo tumultuarius & fortuitus. Quintil. lib. 10. cap. 7.

TUMULTUARIE, Adv. Ammian. 24. 8. His raptim ac tumultuarie actis.

TUMULTUO, [θορυβῶ, Gl. G. L.] āre. In perturbatione eſſe. Plaut. Rud. 3. 2. 14. Quid ſit mihi expedi, quod tumultues? Sed uſitatius eſt

TUMULTUOR, [θορυβοῦμαι, Gl. L. G. & G. L. θορυβάζω, L. G.] āri. depon. Idem. Ter. Hec. 3. 2. 1.
Neſcio quid jamdudum hic audio tumultuari, miſera
Male metuo. [Ubi puto Imperſ. Paſſ. Neſcio quid, pro Quam ob rem. Qui Tribunos plebis perhorreſcam? qui ſæpe & ſine cauſa tumultuer? Cic. 2. de Lege Agrar. 100.
In otio tumultuaris, in tumultu ſoles es otioſus. Auctor ad Heren. 4. 22.
Quid tumultuariæ furor? quid inſania? Cic. pro Cœl. 36.
Paſſim tumultuari. Quintil. lib. 2. cap. 12.

TUMULTUANS, antis. Partic. Curt. 5. 2. 7. Fremitus tumultuantium.

TUMULTUATUS, a, um. Partic. Dep. Petron. cap. 79. Non diu tumultuatus, ſtabuli januam effregit.

TUMULTUĀTIM, Adv. Sidon. 4. Epiſt. 11. Non tumultuatim doctrinæ ſuæ opes erogaturus.

TUMULTUATIO, ōnis. f. [διαθρύλησις] Liv. 38. 2. Hæc tumultuatio regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim evadere anguſtias; revocare primus, & eadem, qua venerat via, referre cœpit ſigna.
An Coëgit? H. St.

TUMULTUĀTOR, ōris. m. [ὀχλαγωγός] Gloſſ. Latinogræc.

TŬMŬLUS, i. m. [λόφος, ὑψηλὸς τόπος, βουνός, Gl. G. L.] Terra tumens. Virg. 2. Æn. 713.
Eſt urbe egreſſis tumulus. Cæſ. 1. Bell. Gall. 43. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis. Cic. 7. Verr. 93. Ignis e ſpelunca ſublatus, aut tumulo.
Agger tumuli, Tumulus elatus. Virg. 5. Æn. 44.
Albani tumuli atque luci. Cic. pro Milon. 86.
Arduus tumulus. Ovid. 15. Met. 297.
Silveſtres tumuli. Cic. 2. in Catil. 24. Jam vero urbes coloniarum, ac municipiorum reſpondebunt Catilinæ tumulis ſilveſtribus.
Struere tumulum. Tacit. 2. Ann. 7.
Nivalis tumulus. V. NIX.
Tumulus, [τύμβος, Gl. L. G. & G. L.] Sepulcrum: quod in ſepulcris concervari terra conſuevit. Virg. 3. Æn. 322.
O felix una ante alias Priameia virgo,
Hoſtilem ad tumulum, Trojæ ſub mœnibus altis,
Juſſa mori. Virg. 3. Æn. 304. — maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum.

Exſangues tumuli. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 348.
Marmoreus tumulus. Ovid. 14. Met. 442.
Componi tumulo eodem. Ovid. 4. Met. 157.
Contegere tumulo. V. CONTEGO.
Dare corpora tumulo. Ovid. 2. Met. 326.
Facere tumulum. Virg. 5. Ecl. 42.
Parare tumulum. Lucan. lib. 8. 713.
Struere tumulum. Senec. Med. 12.
Vili tumulo tectus. Senec. Med. 8.
Honorarius tumulus, pro Cenotaphio. Suet. in Claud. cap. 1.

TUMULŌSUS, a, um. Adj. [λοφώδης] Plenum tumulis. Salluſt. in Jugurth. 91. Deinde tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum tumuloſum, a Capſa non amplius duûm milium intervallo.

TUMULO, [θάπτω, Gl. G. L.] āre. Sepelire, Condere in tumulum. Martial. lib. 11. 92.
Æolidos Canace jacet hoc tumulata ſepulcro, &c. Catull. Argon. 65. 103.
— nec injecta tumulabor mortua terra. Ovid. 8. Met. 710.
— ne conjugis unquam
Buſta meæ videam, neu ſim tumulandus ab illa.

TUMULĀTUS, a, um. Partic. [τυμβευθείς] Ovid. 1. de Pont. 6. 49.
Inque Tomitana jaceat tumulatus arena.
Nobiliſſime tumulatus; i. e. Honorifice ſepultus. Liv. Epit. 54.

TUMULATIO, ōnis. f. Varr.

TUMULĀMEN, inis. n. In verſu veteri apud Fabrett. p. 634.
IPSE MEIS QVOD CONSTITVI TVMVLAMINA MEMBRIS.

T U N

TUNC, [τότε, Gl. L. G. & G. L.] Adverbium temporis, ſignificat, Eo tempore. De omnibus temporibus dicitur.
De Præſenti. Plaut. Tunc ad eam accede, quum potes.
Tunc ſic lætus erit. Claud. in Conſ. Hon. 33. al. Tum.
De Præterito. Virg. 4. Æn. 597.
Tunc decuit, quum ſceptra dabas.
Etiam tunc. Cic. de Amicit. 11. Senectus enim, quamvis non ſit gravis, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.
Tunc & Nunc. Cic. 7. Philipp. 14. Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen iſta: nunc nulla eſt.
Tunc temporis, Idem quod Tunc. Juſtin. lib. 1. 4. 4. Sed de gente, obſcura tunc temporis, Perſarum Cambyſi, mediocri viro, in matrimonium tradidit.
De futuro. Plaut. Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit.
Tunc tua me infortunia lædent. Hor. de Arte Poet. 103.
Tunc demum. Plin. lib. 11. cap. 24. Hos primum tela involventes, & tunc demum labris utrinque morſu apprehendentes. Liv. 41. 3.

TUNDO, tŭtŭdi, tūſum & tunſum, [θλάω, Gl. L. G. & G. L. λεπτύνω, L. G. κόπτω, τὸ λῶ, G. L.] ĕre. Percutere, pulſare: ut, Tundere pectus. Plaut. Caſ. 2. 6. 62.
Denique proximus lictor Sextius, converſo bacillo oculos miſero tundere vehementiſſime cœpit. Cic. 7. Verr. 142.
Ictu crebro tundi. Lucret. lib. 4. 1279.
Alicui jacenti latera tundere. Cic. 7. Verr. 142. Cum ille nihilo minus jacenti latera tunderet, ut aliquando ſpondere ſe diceret.
Pectora tundere manu. Ovid. 3. Amor. 9. 10.
Pectora tundens palmis. Ovid. 1. de Arte Am. 535. Virg. 1. Æn. 485.
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Terram pede tundere. Hor. de Arte Poet. 430.
Tympana tundere. Ovid. 4. Faſt. 183.
Tundere eandem incudem aſſidue, eſt indefatigabili aſſiduitate in opere alicujus ſtudio perſeverare. Metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. Cic. 2. de Orat. 162. Ego autem, ſi quem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam, aſſiduis uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus. Conveniet in grammatiſtas ac litteratores, quibus ſine fine eadem ſunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando. Eraſm.
Tundere, Comminuere in mortario. Virg. 4. Georg. 267.
Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Columel. lib. 2. cap. 21. Ipſæ aut ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vanniſque expurgantur. [Hæc ſola ſignif. in Gloſſ. expreſſa videtur.
Litus tunditur unda. Catull. ad Furium, 11. 4.
Aures alicujus tundere, pro Obtundere, ſæpius rem aliquam repetendo. Plaut. Pœn. 1. 3. 25.
Vocibus tundi. Virg. 4. Æn. 448.
Tundere, Sæpius idem repetere, translatio a fabrorum malleo, inquit Donatus. Ter. Hec. 1. 2. 48.
Tundendo, atque odio denique effecit ſenex.

TUNSUS, vel TŪSUS, a, um. Partic. [θλασθείς] Virg. 1. Æn. 481.
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Teſta tuſa. Vitruv. 2. 5. & Plin. 36. 25.

TUNSA, TUNSICULA, &c. V. ſuo loco.

TUNĒTUM, ſive ut quidam dicunt, TUNITIUM, i. n. Scipionis tempore tumulus erat editior, unde Scipio ſpectavit Carthaginienſes ad Romanam claſſem exurendam proficiſcentes. Noſtra tempeſtate, Urbs eſt ſatis ampla, ac piratica inſignis, Tunetanique regni caput; quod ejectis Hiſpanis, eorumque arce Golletta capta ac diruta, anno C. 1574 ſub Turcarum ditionem eſt ſubactum. Tunetum non ſane ob hanc cauſam habitarunt, quod Carthagine caruerint a Scipione diruta, quum denuo amplificata ſurrexit, ex qua (velut ex equo Trojano) manarant litterarum proceres. Ad cujus celeberrimum gymnaſium Auguſtinus ſe profitetur contendiſſe. Hanc Florus libro 2. cap. 15. continuis ſedecim diebus arſiſſe perhibet. Hæc ſeptingenteſimo anno, poſtquam condita erat, deleta eſt. Hæc, ut ait Eutrop. 4. 9 extr. L. Cæcilio Metello & T. Quintio Flaminino Conſulibus in Africa juſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet, annis vigintiduobus evolutis, poſtquam a Scipione fuerat everſa. Abeſt Tunetum a Carthagine duodecim millia ferme paſſuum. A Tuneta, Tunetei dicti ſunt, quos Sidonius Tuniſæos appellat. Livius videtur uſus Græca declinatione Tunes, hujus Tunetos, ſic enim ait 30. 9. Scipio gravem jam ſpoliis multarum urbium exercitum trahens, captivis, aliaque præda in,
vetera

antecedunt, tum autem ſubſequuntur, tum celerius moventur, tum tardius.
Tum autem, pro Et. Ter. Eun. 2. 3. 12.
Ut illum di, deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt,
Meque adeo, qui reſtiterim: tum autem qui illum non flocciſecerim.
Donat.
Tum, Præterea, Inquit Donatus. Ter. in prol. Eun. 4.
Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quamplurimis, & minime multos lædere:
In his poëta hic nomen profitetur ſuum.
Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe, &c. Virg. 3. Æn. 228.
Tum præterea. Cic. 3. Verr. 63.
Quid tum inde? Cic. pro Muren. 26.
Tum vero, pro Deinde, Cum non præcedente. Cic. 1. de Orat. 194. Ex his enim & dignitatem maxime expetendam videmus: tum vero juſtus atque honeſtus labor honoribus, præmiis atque ſplendore decoratur. Vetus exemplar legit, Cum verus, juſtus, &c.
Tum, pro Deinde. Cic. 1. de Orat. 202. Deinde qui poſſit, non tam caducea, quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hoſtium tela verſari: tum qui ſcelus fraudemque nocentis poſſit dicendo ſubjicere odio civium, ſupplicioque conſtringere. Budæus.
Tum autem, Præterea, inquit Donatus. Ter. And. 1. 5. 34.
Laboret e dolore: atque ea hoc miſera ſollicita eſt, diem
Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ: tum autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Iſque tum fuſus & extenuatus ſublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur.
Tum, pro Tunc [τότε] Adv. temporis. Ter. Phorm. 2. 1. 12.
Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt maxime, tum maxime
Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam ærumnam ferant.
Cic. 4. Acad. 71. Quoque ſolebat uti argumento tum, cum ei placebat nihil poſſe percipi.
Niſi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Cic. 7. Att. 6.
Tum interim. Cic. pro Cluent. 179.
Tum demum, Noviſſime. Virg. 10. Æn. 6.
Tum demum movet arma leo. Plaut. Trin. 3. 3. 52.
Tum igitur demum adoleſcenti aurum dabis,
Ubi erit locata virgo in matrimonium.
Tum denique, pro Tunctandem. Cic. 2. de Legib. 9. Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens & a delicto avocans: quæ non tum denique incipit lex eſſe, quum ſcripta eſt, ſed tum, quum orta eſt.
Tum denique, pro Tum demum, vel ad extremum. Cic. 4. Verr. 2. Putabam tum denique recte judicari poſſe, ſi, &c.
Tum vero. Virg. 1. Æn. 489.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo.
TUMBA, æ. f. [τύμβος] Locus in terra concavus. Unde & pro Sepulcro poni conſuevit. Perottus. V. TUMBUS.
TŬMEO, ui, [οἰδαίνω, Gl. L. G.] ēre. Inflari. Plaut. Perſ. 2. 5. 11.
Quid hoc hic in collo tibi tumet? a. vomica eſt, preſſare parce.
Corpus tumet omne veneno. Ovid. 3. Met. 33.
Lingua tumet. Ovid. 7. Met. 556.
Lumina fletu tument. Tibul. lib. 1. 8. 68.
Orbis genuum tumebat. Ovid. 8. Met. 807. al. Rigebat.
Tumere vaſtius. Celſ. lib. 7. cap. 18.
Vere tument terræ. Virg. 2. Georg. 324.
Tumere negotia, Cic. 14. Att. 4. dicit, quæ in eo ſunt, ut in tumultum, aut bellum erumpant: ut tumeſcunt arborum gemmæ, cum parturiunt frondes: tument animalia, cum in libidinem turgent: tument terræ, cum parere, aut gignere cupiunt, ut vere. Tument, inquit, negotia. Sic Turneb. Adverſ. 13. 5. V. TUMOR rerum.
Bella tument, Surgunt. Ovid. 7. Epiſt. 122.
Tumere, pro Superbire: quoniam inflati quodam modo ſuperbientium animi videntur. Plin. lib. 7. cap. 7. Tu, qui te deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti.
Laudis amore tumes. Hor. 1. Epiſt. 1. 36.
Animus turgeſcit & tumet. Cic. 3. Tuſc. 19. Sapientis autem animus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet.
Tumere, pro Iraſci. Stat. 2. Silv. 1. 58.
Accenſum quis bile feret? famulisque tumentem Leniet?
Tumentibus plebis animis. Plin. Paneg. 27.
Corda tumens rabie. Virg. 6. Æn. 49.
Ora tument ira. Ovid. 3. de Arte Am. 503.
TUMENS, entis. Partic. [οἰδαίνων] ut
Pedes tumentes. Virg. 2. Æn. 273.
Suræ tumentes. Hor. Epod. 8. 9.
Vana tumens. Virg. 11. Æn. 854. i. e. Superbiens in vanum, Plenus vanæ gloria.
Animi tumentes. Lucan. lib. 1. 354.
Animus inflatus & tumens. Cic. 3. Tuſc. 19. Sic igitur inflatus ac tumens animus in vitio eſt.
Aura tumens. Ovid. 5. Triſt. 5. 29.
Fluvius tumens. Virg. 8. Æn. 86.
TUMESCO, [οἰδαίνω, Gl. G. L.] ēre. Tumidum fieri. Cic. 1. de Divin. 13.
Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros
Inflatum mare, quum ſubito penituſque tumeſcit. Ex poeta.
Colla inflata tumeſcunt. Ovid. 6. Met. 377.
Maria alta tumeſcunt. Virg. 2. Georg. 479.
Pondera ventris tumeſcebant, Infans creſcebat in utero. Ovid. 11. Ep. 37.
Alta tumeſcunt ſerviles animi. Claud. 1. in Eutrop. 176.
Bella operta tumeſcunt. Virg. 1. Georg. 465.
Aquæ tumeſcentes æquoris. Ovid. 3. Amor. 11. 30.
TUMĔFACIO, feci, factum, [οἰδαίνω, ὀγκόω, Gl. G. L.] ĕre. Tumidum facere. Martial. lib. 4. 81.
Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes. Ovid. 15. Met. 303.
Extentam tumefecit humum.
Cor tumefactum. Sen. Agam. 13.
TUMENTIA, æ. f. Cæl. Aurel. Acut. 1. 10. 74. Capitis tumentia.
TUMOR, ōris. m. [οἴδημα, Gl. L. G. & G. L. οἴδησις, οἴδημα, L. G. ὄγκος, G. L.] Inflatio. Plin. lib. 7. cap. 6. Ingeſtabile onus: crurum & inguinum levis tumor. Cic. 3. Tuſc. 19. Num manus affecta recte eſt, quum in tumore eſt?

Repentinus oculorum tumor. Cic. 4. Tuſc. 81.
Corporis bonam valetudinem tumor imitatur. Auct. ad Heren. 4. 16.
Minuere aliquid ex tumore. Celſ. lib. 5. cap. 28.
Obcalluit tumor. Celſ. lib. 4. cap. 24.
Tumor animi. Cic. 3. Tuſc. 26. Non inerant in his, quæ tibi caſus invexeras, & quidem inveterato malo, quum tumor animi reſediſſet.
Inanis tumor. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Vanus tumor. Sil. lib. 11. 150.
Gerere tumores mente, Superbire. Lucan. lib. 10. 100.
Tumor rerum, Eruptio & commotio. Cic. 14. Att. 5. Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc rerum tumorem: cui certe ſi poſſem mederi, deeſſe non deberem. Interitum Cæſaris magnæ turbæ ſtatim conſecutæ ſunt. Eas tumorem appellat, ſumpta tralatione a corporibus male affectis: ideoque infert Mederi. Etiam in epiſtola proxime ſuperiore dixerat, Tument negotia.
TUMĬDUS, a, um. Adj. [ὀγκώδης, οἰδαλέος, Gl. G. L.] inflatum ſignificat. Plin. lib. 19. cap. 6. Silveſtri minores, tumidæ. Cic. 3. Tuſc. 19. Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet?
Æquor tumidum. Virg. 5. Æn. 157.
Amnis tumidus. Lucan. lib. 1. 205.
Mare tumidum. Virg. 8. Æn. 671.
Montes tumidi. Ovid. 2. Amor. 16. 51.
Pontus tumidus fluctibus. Ovid. 1. Triſt. 2. 24.
Torrens tumidus. Ovid. 1. Amor. 7. 43.
Venter tumidus pondere cæleſti. Ovid. 3. Faſt. 42.
Uvæ tumidæ. Ovid. 15. Met. 77.
Cervices tumidæ, Inflatæ. Cic. in Vatin. 4. Repente enim te, tanquam ſerpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti.
Homo durus, confidens, tumidus. Hor. 1. Serm. 7. 7.
Succeſſu tumidus. Ovid. 8. Met. 495.
Imagine genitoris tumidus. Ovid. 1. Met. 754.
Cor tumidum vitio. Hor. 2. Serm. 3. 213.
Faſtus tumidi. Ovid. 1. de Arte Am. 715.
Ira tumida. Ovid. 12. Epiſt. 15.
Minæ tumidæ. Hor. 4. Carm. 3. 8.
Spiritus tumidi, Animi ſuperbi. Senec. Agamem. 4.
Vultus tumidi & truces. Sen. Octav. 4.
Ore tumido delitigare, Grandiloquo genere dicendi. Hor. de Arte Poet. 94.
Sermones tumidi. Hor. 2. Serm. 5. 98.
Superl. Sil. 11. 25. Eridani tumidiſſimus accola. i. e. Superbiſſimus.
TUMĬDE, Adv. Plaut. Aſin. 3. 3. 115. Ut tumide is? al. Ut tu incedis. Sen. Suaſor. 1. 12. Tumide ſcribere. Idem Controv. 4. 25. Tumidiſſime dixit Murrhedius.
TUMIDITAS, ātis. f. Firmic. lib. 8. cap. 29. Viceſima pars aquarii, ſi in horoſcopo fuerit inventa, hydropicos faciet, qui ventris tumiditate correpti, hac ex cauſa moriantur.
TUMIDO, āre. [οἰδαίνω] Gloſſ. Græcolat.
TUMIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. Apol. p. 277. Elmenh. Complanator tumidulæ gingivæ.
TUMIDŌSUS, a, um. Adj. Ammian. 21. 12. Anguſtiis tumidoſis collibus delinentes.
TUMEX, Icis. f. [σμῶδιξ, αἱματώδης τύπος] a Tumendo, Vibex. Vet. Gloſſ. Lat. Græc. & Græcolat. τύμμωψ, Tumix. V. TOMAX.
TUMOLU, V. TUMULUS.
TŬMULTUS, ûs. m. [θόρυβος, Gl. L. G. & G. L. ταραχή, L. G.] Motus, trepidatio: dictus quaſi Timor multus. Servius, Tria genera olim militiæ fuerunt: Sacramentum, quæ legitima erat militia, quam ſinguli milites jurabant: Tumultus, id eſt bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Et quando ſingulos interrogare non vacabat, qui convenerant, ſimul jurabant: & dicebatur iſta militia, Conjuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, unum roſeum, quod pedites evocabat; & unum cæruleum, quod erat equitum (nam cæruleus color eſt maris, a cujus deo conſtat equum inventum) dicebat, Qui Remp. vult ſalvam eſſe: me ſequatur. Erat & Evocatio, quum ad diverſa loca diverſi cogebantur exercitus. Hactenus ex Servio in hunc locum Virg. 8. Æn. 4.
Extemplo turbati animi, ſimul omne tumultu
Conjurat trepido Latium. Cic. 8. Philip. 2. Belli nomen ponendum in ſententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant; ignari, non modo rerum, ſed etiam verborum. Poteſt eſſe bellum ſine tumultu: Tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque majores noſtri, tumultum Italicum, quod erat domeſticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem eſſe tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Hactenus Cicero. Idem ſenſit Quintil. lib. 7. cap. 4. Liv. 8. 20. pr. Idem lib. 7. 11. Dictator, quum tumultus Gallici cauſa juſtitium edixiſſet, omnes juniores ſacramento adegit. Inſignia autem omnis tumultus Cicero uno in loco expreſſit, 5. Philipp. 31. his verbis, Rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo, tumultum decerni, juſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi ſublatis vacationibus, in Urbe & in Italia. Ex prædictis ſatis apparet omnia in tumultu præpropere adminiſtrari publice privatimque ſolita, quum bellum urgens, & quaſi moras imminens ſolennes actus non admittit. Indeque factum ut Tumultuarium pro præpropero & ſubitario & rapide facto aut quæſito accipiatur. Budæus.
Metus & Tumultus. Cic. 2. in Catil. 26. Mihi ut, urbi ſine veſtro metu, ac ſine ullo tumultu, ſatis eſſet præſidii, &c.
Trepidatio & Tumultus. Cic. pro Dejot. 20. Num qua trepidatio? num qui tumultus?
Cæci tumultus, Conjurationes occultæ. Virg. 1. Georg. 465.
Repens tumultus. Tacit. 2. Hiſt. 49. h. e. Repentinus tumultus.
Repentini tumultus. Ovid. 5. Met. 5.
Comprimere tumultum. Tacit. 4. Hiſt. 16.
Concuſſa omnia trepido belli tumultu. Lucret. lib. 3. 846.

Facere

Facere tumultum. Salluſt. in Jugurth. cap. 72. extr. Gall. *Faire une fauſſe alarme.*
Injicere tumultum civitati. V. INJICIO.
Præbere tumultum. Liv. 25.
Tumulti, Genitivus antiquus pro Tumultûs. Plaut. Caſ. 2. 5. 66. Quid intus tumulti fuit? Ter. And. 2. 2. 28. Nihil ornati, nihil tumulti. Idem Hec. 3. 2. 21. Quid fuit tumulti? V. Non. 8. 7.
Tumultus pro omni Trepidatione, & perturbatione. Plaut. Milit. 4. 9. 16.
Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio.
Inflatus tumultu. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Ingentes tumultus plagæ. Lucret. lib. 2. 955.
Magnus tumultus. Virg. 2. Æn. 122.
Monſtrifer tumultus. Lucan. lib. 1. 3.
Plebejus tumultus. Stat. 1. Silv. 2. 234.
Tremendus tumultus. Hor. 1. Carm. 16. 12.
Ferre tumultus alicujus. Ovid. 3. Met. 308.
Miſcetur domus miſero tumultu. Virg. 2. Æn. 486.
Miſcere tumultum in concionem. V. MISCEO.
Perſonare tumultu. V. PERSONO.
Sedare tumultum. Liv.
Vaſtata impio tumultu fana. Hor. 4. Carm. 4. 47.
Miſeri tumultus mentis. Hor. 2. Carm. 16. 10.
Reddere tumultum ſermonis, Balbutientem imitari. Plin. lib. 7. cap. 12.

TUMULTUŌSUS, a, um. Adj. [θορυβώδης, Gl. G. L.] Plenum tumultu. Plaut. Trin. 5. 2. 52.
Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubito foras? Cic. 2. Fam. 12. Ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatrus afferebantur.
Mare tumultuoſum. Hor. 3. Carm. 1. 26.
Tumultuoſum genus pugnæ. Liv. 1. 14.
Tumultuoſa ſomnia. Plin. lib. 26. cap. 8.
Seditioſa & tumultuoſa vita, cui opponitur Quieta. Cic. 1. de Invent. 4. Sic ex ſeditioſa & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum.
Nuntius tumultuoſus. Liv. 2. 24. pr.
Tumultuoſus, Qui turbas excitare ſolitus eſt. Liv. 4. 28. In otio tumultuoſi, in bello ſegnes?
Compar. Tumultuoſior. Tumultuoſiores [ἀκαταστατώτεροι, Gl. L. G.] Vell. Paterc. 2. 74. Tumultuoſior Italia. Cic. 12. Fam. 17. Ex Syria nobis tumultuoſiora quædam nuntiata ſunt.
Superl. Liv. 2. 10. Quod tumultuoſiſſimum pugnæ erat parumper ſuſtinuit.

TUMULTUOSE, [θορυβωδῶς] ius, iſſime. Adv. Impetuoſe quod dicitur. Liv. 2. 28. pr. Adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undique & indignatione Patrum. Conf. ſeq. cap.
Compar. Cæſ. 7. Bell. Gall. 45. Iis imperat, ut paulo tumultuoſius omnibus in locis pervagarentur.
Superl. Liv. 1. 40. In veſtibulo regiæ quam potuere tumultuoſiſſime ſpecie rixæ in ſe omnes apparitores regios convertunt.

TUMULTUĀRIUS, a, um. Adj. [θορυβηματικός] Properatum & ſubitarium, aut rapide factum & quæſitum ſignificat, ut ait Budæus.
Delectus tumultuarius. Liv. 24.
Dux tumultuarius, Qui pro tumultu eligitur. Liv. 28.
Exercitus tumultuarius. Liv. 8.
Miles. Idem 35. 2. Mens ea Senatus fuit, ut in Hiſpania tumultuarii milites legerentur.
Miles tumultuarius & ſubitarius. Liv. 31.
Opus tumultuarium, In prompto, & rapide factum. Quintil. lib. 7. cap. 4. Liv. 6. 29.
Sermo tumultuarius & fortuitus. Quintil. lib. 10. cap. 7.

TUMULTUARIE, Adv. Ammian. 24. 8. His raptim ac tumultuarie actis.

TUMULTUO, [θορυβῶ, Gl. G. L.] āre. In perturbatione eſſe. Plaut. Rud. 3. 2. 24. Quid ſit mihi expedi, quod tumultues? Sed uſitatius eſt

TUMULTUOR, [θορυβῶ, Gl. L. G. & G. L. ϑορυβέω, L. G.] āri. depon. Idem. Ter. Hec. 3. 2. 1.
Neſcio quid jamdudum hic audio tumultuari, miſere
Male metuo. (Ubi puto Imperſ. Paſſ. Neſcio quid, pro Quam ob rem. Qui Tribunos plebis perhorreſcam? qui ſæpe & ſine cauſa tumultuer? Cic. 2. de Lege Agrar. 100.
In otio tumultuaris, in tumultu ſoles es otioſus. Auctor ad Heren. 4. 22.
Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? Cic. pro Cœl. 36.
Paſſim tumultuari. Quintil. lib. 2. cap. 12.

TUMULTUANS, antis. Partic. Curt. 5. 2. 7. Fremitus tumultuantium.

TUMULTUATUS, a, um. Partic. Dep. Petron. cap. 79. Non diu tumultuatus, ſtabuli januam effregit.

TUMULTUĀTIM, Adv. Sidon. 4. Epiſt. 11. Non tumultuatim doctrinæ ſuæ opes erogaturus.

TUMULTUATIO, ōnis. f. [διαθορύβησις] Liv. 38. 2. Hæc tumultuatio regem cupientem, ſi ſe ſequerentur, raptim evadere anguſtias, revocare primos, & eadem, qua venerat via, referre cœpit ſigna.
An Coëgit? H. St.

TUMULTUĀTOR, ōris. m. [ὀχλοποιός] Gloſſ. Latinogræc.

TŬMŬLUS, i. m. [λόφος, ὑψηλὸς τόπος, θινός, Gl. G. L.] Terra tumens. Virg. 2. Æn. 713.
Eſt urbe egreſſis tumulus. Cæſ. 1. Bell. Gall. 43. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis. Cic. 7. Verr. 93. Ignis e ſpelunca ſublatus, aut tumulo.
Agger tumuli, Tumulus elatus. Virg. 5. Æn. 44.
Albani tumuli atque luci. Cic. pro Milon. 86.
Arduus tumulus. Ovid. 15. Met. 297.
Silveſtres tumuli. Cic. 2. in Catil. 24. Jam vero urbes coloniarum, ac municipiorum reſpondebunt Catilinæ tumulis ſilveſtribus.
Struere tumulum. Tacit. 2. Ann. 7.
Nivalis tumulus. V. NIX.
Tumulus, [τύμβος, Gl. L. G. & G. L.] Sepulcrum: quod in ſepulcris coacervari terra conſuevit. Virg. 3. Æn. 322.
O felix una ante alias Priameïa virgo,
Hoſtilem ad tumulum, Trojæ ſub mœnibus altis,
Juſſa mori. Virg. 3. Æn. 304. — maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum.

Exſangues tumuli. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 342.
Marmoreus tumulus. Ovid. 14. Met. 442.
Componi tumulo eodem. Ovid. 4. Met. 157.
Contegere tumulo. V. CONTEGO.
Dare corpora tumulo. Ovid. 2. Met. 326.
Facere tumulum. Virg. 5. Ecl. 42.
Parare tumulum. Lucan. lib. 8. 713.
Struere tumulum. Senec. Med. 12.
Vili tumulo tectus. Senec. Med. 8.
Honorarius tumulus, pro Cenotaphio. Suet. in Claud. cap. 1.

TUMULŌSUS, a, um. Adj. [λοφώδης] Plenum tumulis. Salluſt. in Jugurth. 91. Deinde tertia multo ante lucis adventum pervenit in locum tumuloſum, a Capſa non amplius duûm millium intervallo.

TUMULO, [θάπτω, Gl. G. L.] āre. Sepelire, Condere in tumulum. Martial. lib. 11. 92.
Æolidon Canace jacet hoc tumulata ſepulcro, &c. Catull. Argon. 65. 103.
— nec injecta tumulabor mortua terra. Ovid. 8. Met. 710.
— ne conjugis unquam
Buſta meæ videam, neu ſim tumulandus ab illa.

TUMULĀTUS, a, um. Partic. [τυμβευόμενος] Ovid. 1. de Pont. 6. 49.
Inque Tomitana jaceat tumulatus arena.
Nobiliſſime tumulatus; i. e. Honorifice ſepultus. Liv. Epit. 54.

TUMULATIO, ōnis. f. Vett.

TUMULĀMEN, inis. n. In verſu veteri apud Fabrett. p. 634.
IPSE MEIS QVOD CONSTITVI TVMVLAMINA MEMBRIS.

T U N

TUNC, [τότε, Gl. L. G. & G. L.] Adverbium temporis, ſignificat, Eo tempore. De omnibus temporibus dicitur.
De Præſenti. Plaut. Tunc ad eam accede, quam potes.
Tunc ſic lætus ait. Claud. in Conſ. Hon. 33. al. Tum.
De Præterito. Virg. 4. Æn. 597.
Tunc decuit, quum ſceptra dabas.
Etiam tunc. Cic. de Amicit. 11. Senectus enim, quamvis non ſit gravis, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.
Tunc & Nunc. Cic. 7. Philipp. 14. Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen juſta: nunc nulla eſt.
Tunc temporis, idem quod Tunc. Juſtin lib. 1. 4. 4. Sed de gente, obſcura tunc temporis, Perſarum Cambyſi, mediocri viro, in matrimonium tradidit.
De futuro. Plaut. Ego tunc adero, quum rei videndi mihi copia erit.
Tunc tua me infortunia lædent. Hor. de Arte Poet. 103.
Tunc demum. Plin. lib. 11. cap. 24. Hos primum tela involventes, & tunc demum labra utrimque morſu apprehendentes. Liv. 41. 3.

TUNDO, tŭtŭdi, tūſum & tunſum, [θλάω, Gl. L. G. & G. L. ἀποθραύω, L. G. κόπτω, τὸ λέω, G. L.] ĕre. Percutere, pulſare: ut, Tundere pectus. Plaut. Caſ. 2. 6. 62.
Denique proximus lictor Sextius, converſo bacillo oculos miſero tundere vehementiſſime cœpit. Cic. 7. Verr. 142.
Ictu crebro tundi. Lucret. lib. 4. 1279.
Alicui jacenti latera tundere. Cic. 7. Verr. 142. Cum ille nihilo minus jacenti latera tunderet, ut aliquando ſpondere ſe diceret.
Pectora tundere manu. Ovid. 3. Amor. 9. 10.
Pectora tundens palmis. Ovid. 1. de Arte Am. 535. Virg. 1. Æn. 485.
Supplicitér triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Terram pede tundere. Hor. de Arte Poet. 430.
Tympana tundere. Ovid. 4. Faſt. 183.
Tundere eandem incudem aſſidue, eſt indefatigabili aſſiduitate in operis alicujus ſtudio perſeverare. Metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus; atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. Cic. 2. de Orat. 162. Ego autem, ſi quem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam, aſſiduis uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus. Conveniet in grammatiſtas ac litteratores, quibus ſine fine eadem ſunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando. Eraſm.
Tundere, Comminuere in mortario. Virg. 4. Georg. 267.
Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Columel. lib. 2. cap. 21. Ipſæ aut ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannisque purgantur. [Hæc ſola ſignif. in Gloſſ. expreſſa videtur.
Litus tunditur unda. Catull. ad Furium, 11. 4.
Aures alicujus tundere, pro Obtundere, ſæpius rem aliquam repetendo. Plaut. Pœn. 1. 3. 25.
Vocibus tundi. Virg. 4. Æn. 448.
Tundere, Sæpius idem repetere, translatio a fabrorum malleo, inquit Donatus. Ter. Hec. 1. 1. 48.
Tundendo, atque odio denique effecit ſenex.

TUNSUS, vel TŪSUS, a, um. Partic. [θλασθείς] Virg. 1. Æn. 481.
Supplicitér triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Teſta tuſa. Vitruv. 2. 5. & Plin. 36. 25.

TUDES, TUDICULA, &c. V. ſuo loco.

TUNĒTUM, ſive ut quidam dicunt, TUNITIUM, i. n. Scipionis tempore tumulus erat editior, unde Scipio ſpectavit Carthaginienſes ad Romanam claſſem exurendam proficiſcentes. Noſtra tempeſtate, Urbs eſt ſatis ampla, ac piratica infamis, Tunetanique regni caput; quod ejectis Hiſpanis, eorumque arce Golletâ capta ac diruta, anno C. 1574 ſub Turcarum ditionem eſt ſubactum. Tunetum non ſine ob hanc cauſam habitarunt, quod Carthagine caterent a Scipione diruta, quum denuo amplificata ſurrexit, ex qua (veluti ex equo Trojano) manarunt litterarum proceres. Ad cujus celeberrimum gymnaſium Auguſtinus ſe profitetur contendiſſe. Hanc Florus libro 2. cap. 15. continuis ſedecim diebus arſiſſe perhibet. Hæc ſeptingenteſimo anno, poſtquam condita erat, deleta eſt. Hæc, ut ait Eutrop. 4. 9. extr. L. Cæcilio Metello & T. Quintio Flaminino Conſulibus in Africa juſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet, annis viginti duobus evolutis, poſtquam a Scipione fuerat everſa. Abeſt Tunetum a Carthagine duodecim millia ferme paſſuum. A Tuneto, Tunetes dicti ſunt, quos Sidonius Tuniſæos appellat. Livius videtur uſus Græca declinatione Tunes, hujus Tunetos, ſic enim ait 30. 9. Scipio gravem jam ſpoliis multarum urbium exercitum trahens, captivis, aliaque præda in,
veterа

Digitized by Google

vetera caſtra ad Uticam miſſis, jam in Carthaginem intentus, occupat relictum fuga cuſtodum Tuneta (abeſt ab Carthagine a 11 millia ferme paſſuum) locum, cum operibus, tum ſuapte natura tutum: & qui ab Carthagine conſpici, & præbere ipſe proſpectum, cum ad urbem, tum ad circumfuſum mare orbi poſſet. V. ibi cetera. Vocatur hodie *Tunis*.

TŬNICA, æ. f. [χιτών, Gl. L. G. & G. L.] Veſtis erat apud Romanos interior, brevior & ſine manicis, quæ proprie viris conveniebat. Virg. 9. Æn 616.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Hoc autem dicit ut barbarum & peregrinum morem indicet, non Romanum, quum apud Romanos ſine manicis tunicæ geſtarentur. V. infra Manicatis. Plaut. Milit. 5. 30.

De tunica, & chlamyde, & machæra ne quid ſperes, non feres. Cic. 7 Verr. 3. Tunicamque ejus a pectore abſcidiſſet, &c.

De Tunica V. plura apud Gell. lib. 7. cap. 12.

Tunica pallio propior. Proverbiale apud Plaut. Trin. 5. 2. 30. V. PALLIUM.

Tunica accipitur etiam pro Ea, quæ ima erat, quaque hodie linea utimur, ut olim Athenienſes laneis & lineis utebantur, auctore Polluce 7. §. 71. Ovid. 3. Amor. 14 21.

Illic nec tunicam ſibi ſit poſuiſſe pudori. Et 1. Amor. 5. 14.

Pugnabat tunica ſed tamen illa tegi. Sunt qui Interulam vocitent. Athenæus χιτῶνα ἐχόμενον, appellat in decimo tertio, ubi de Phryne ſcorto nobili, ἐχόμενον τῶν χιτωνίσκον ἠμπίσχετο, hoc eſt, Tunicula carni proxima amiciebatur, quam *Camiſiam* dicimus Utebantur & tunica, quæ media dici poteſt: cujuſmodi eſt fere tunica rubra, qua brumali tempore utimur. Erat & alia tunica quæ his ſuperinduebatur. Budæus. [Illa Subucula dicitur, q. V. conf. Suet. Aug. 82.

Adamantina tunica. V. Adamantinus, in ADAMAS.

Candidæ tunicæ linteæ V. Linteus, in LINTEUM.

Coloriæ tunicæ dicuntur, non a nativo aut factitio colore, ut ſcribi videtur: ſed quæ colore tinctæ ſunt, non tamen coccineæ, aut purpureæ. Nam in his proprium nomen jam coloris ſui, ut purpuræ & cocci dicitur ob præſtantiam, non tantum in generali voce acquieſcunt Id ita eſſe ex eo apparet, quod a Vopiſco (in Aureliano 46.) ſcribitur, in quo coloriis blatteas opponit his verbis, Ut blatteas matronæ tunicas haberent certas veſtes, cum antea colorias habuiſſent. Turneb. 18. 19.

Fluentes tunicæ. Ovid 3 de Arte Am. 301.

Laxæ tunica Ovid. 16 Epiſt. 247.

Lucentes auro tunicæ. Stat. 9 Theb. 691.

Laticlavi tunica. Suet. in Auguſt cap. 97. Sumenti virilem togam tunica laticlavi, reſuta ex utraque parte, ad pedes decidit. V. Latusclavus in CLAVUS & infra Tunicæ purpuram latiorem.

Manicatis tunicis indui non ſine probro ſolebant veteres, ut auctor eſt Gellius 7. 12 Cic 2 in Catil. 22. Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes aut barbatos videtis, manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. [conf. Suet. Jul. cap. 45.

Moleſta tunica, Genus erat ſupplicii. Ex ignium alimentis illita & intexta, ut Seneca docet, ac mox ſuccenſa, cruciabiliter obvolutos nocentes, qui ſceleris comperti gravioris forent, amburebat vivos. Cæl. lib. 10. cap. 5. Verba Senecæ ſunt Epiſt. 14. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculeos, & uncum; & adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem; & diſtracta, in diverſum actis cruribus, membra; illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam, & quicquid aliud præter hæc commenta ſævitia eſt. Juven. 8. Sat. 235.

Auſi, quod liceat tunica punire moleſta. V. PIX, genus tormenti. Martial. 10. 25.

Nam cum dicatur, tunica præſente moleſta,

Ure manum; plus eſt dicere, non facio.

Palmata tunica. V. Palmatus in PALMA.

Pexa tunica. Hor. 1. Epiſt. 1. 96. Pexa tunica eſt, Quæ demiſſa eſt uſque ad talos, ſicut pexi capilli demiſſi ſunt. [i. e. Purgata, inquit Schol Cruq. propter lanam longiorem, in qua ſordes facilius hærent, quam in ſubucula trita. V. Pexus, in PECTO.

Pulchræ tunicæ. Hor. 1. Epiſt. 19. 33.

Pulla tunica. Cic. 6. Verr. 55. Ipſe tamen Prætor, qui ſua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuiſſe, in hac officina majorem partem diei cum tunica pulla ſedere ſolebat & pallio.

Recincta tunica. Ovid. 1. Amor. 5. 2.

Recta tunica. Plin. lib. 8. cap. 48. Ea prima (Tanaquil) texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tirones induuntur, novæque nuptæ. [Tirones intelligit adoleſcentes, qui tirocinii die, togam puram, ſeu Virilem ſumerent. V. TIRO

Ruſſæ tunicæ hæ ſunt, quæ a Græcis δουνικὰς dicuntur, quibus qui cancitus ducebant fere utebantur. Vopiſc. in Aureliani vita, (cap 13.) Tunicas ducales ruſſas quatuor. V. Turneb. Adverſ. 18. 19. [conf. Trebell. Claud. 14.

Valentes tunicæ, Craſſæ, non molles. Ovid. 3. de Arte Am. 109.

Cingere Tunicas. Sen. Troad 2.

Demiſſis tunicis ambulare. Hor. 1. Serm. 2. 25.

Diducere tunicam. Quintil. lib. 1. cap. 15.

Diripere tunicam alicui Ovid. 1. Amor. 5. 13.

Diſcindere tunicam, & cicatrices oſtendere. Cic. 2. de Orat. 105.

Inſtaurare ſibi denſas tunicas adverſus hiemem. V. INSTAURO.

Laniare tunicam. Ovid. 2. de Arte Am. 171.

Nere tunicam. Virg. 10. Æn. 818.

Ponere tunicam. Cic. 5. Tuſc. 60. Cum pila ludere vellet, tunicamque poneret, adoleſcentulo, quem amabat, gladium tradidiſſe dicitur.

Relaxare vincla tunicarum. Ovid. 2. Faſt. 321.

Sciſſa tunica Ovid. 11. Epiſt. 57.

Solutæ tunicæ. Tibull lib. 1. 5. 15.

Tunicæ purpuram latiorem, Plin. lib. 33. cap. 1. vocavit Latum clavum; dicens, Annuli diſtinxere alterum ordinem a plebe, ut ſemel cœperant eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis Senatum tantum, quanquam & hoc ſero, vulgoque purpura latiore tunicæ uſos invenimus etiam præcones. V paulo ſupra de Manicatis tunicis.

Tunicæ oculorum, pro Membranis, quibus varie conteguntur. Plin. lib. 11. cap 37. Tenuibus, multiſque membranis oculos natura compoſuit, calloſis contra frigora caloreſque in extremo tunicis. conf. in CALLUS ſ. l.

Tunicæ teſticulorum. Celſ. lib. 7. cap. 24. Deinde non extracto teſticulo, ſicut inteſtinis quoque prolapſis interdum fieri docui, colligendæ venæ: vinciendæque, ubi tunicis inhærebunt, & ſub his nodis præcidendæ ſunt.

Replicatæ bulborum tunicæ Stat. 4. Silv. 9 30.

Tunica lupini, pro Folliculo ſeu ſilique lupini. Juven. 14. Sat. 153.

Tunica arboris. Plin. lib. 12 cap. 19. Probatur caſia brevi tunicarum fiſtula, & non fragili.

Tenues tunicæ. Virg. 2. Georg 75. De interiore libro arboris intelligit.

TŬNICŬLA, æ. f. dimin. [χιτώνιον] Plaut Rud. 2. 6. 65.

Eheu! redactus ſum uſque ad hanc unam tuniculam. Plin. lib. 26. cap. 12. Morbum regium in oculis præcipue mirari eſt, tenuitatem illam denſitatemque tuniculerum felle ſubeunte.

TUNĬCO, [χιτωνίζω] āre. Tunicam induere. Varr. apud Non. 2. 873. Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque hominem.

TUNICĀTUS, a, um. Partic. [χιτωνοφόρος] Tunicam indutus. Cic. pro Cœl. 11. Ut exercitatione ludoque campeſtri tunicati uterentur. Ovid. 2. de Arte Am. 301.

Aſtiteris tunicata, &c.

Homo tunicatus. Plaut. Pœn. 5. 3. 2.

Popellus tunicatus. Hor. 1. Epiſt 7. 65.

Tunicatus, Expeditus, & nullam aliam ſupra tunicam veſtem habens. Juven. 3. Sat. 143.

— tunicati fuſcina Gracchi. [Deſcriptio gladiatoris Retiarii: quippe hi ſolis tunicis veſtiti erant.

Tunicatus, Vide in INTERAULA, quæ notavi ex Beroaldo. H. St.

T U O

TUOPTE, V. TUUS, in TU.

TUOR, V. TUEOR.

T U R

TUR. Turma, Turmarius.

TURA, æ. f. Herba ita dicta. Marcell. Emp. cap. 8.

TURARIUS, V. TUS.

TURBA, æ. f. [ὄχλος, Gl. L. G. & G. L. ὄχλος, L. G. θόρυβος, G. L.] Ulpian. D. Vi bonorum, & de turba. l. Prætor ait. Turbam appellatam eſſe Labeo contendit ex genere tumultus, idque verbum ex Græco tractum, τυρβάζειν. Si duo rixam commiſerint, utique non accepimus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Si vero fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Rectiſſime Labeo inter turbam & rixam multum intereſſe ait: nempe turbam multitudinis hominum eſſe turbationem & cœtum.

Turba, Confuſio rerum. Cic. 6. Fam. 6. Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaque in confuſione rerum omnium viveremus. Ter. Eun. 5. 4. 25. Quæ illæc turba eſt? numnam ego perii? Idem And. 4. 4. 6. Di veſtram fidem! quid turbæ eſt apud forum? Sic Heaut. 1. 2. 16. Propter eam hæc turba atque abitio evenit. Cic. 6. Verr. 148. Ecce autem nova turba atque rixa.

Turbam & Turbas diverſam volunt habere ſignificationem, ut ſit Turba, Populi conventus: Turbæ, Turbationes Nos contra, inquit Nonius, lectum invenimus, & indiſcrete poſitum, & pro turbis turbam. Accius, Athamante, Ah dubito, ab quid agis? cave ne in turbam te implices. Ter. Eun 4. 1. 8.

Ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaidi. V. plura apud Non. 12. 26.

Sed tamen conſtat magis uſitatum eſſe pluralem numerum, pro turbationes. Deinde non affert viciſſim, ut opinor, exemplum pluralis Turbæ de Conventu poſiti. H. St. Nullum Sed legitur in vulg. interp. N. T. ni fallor.

Acris turba prædonum. Hor. 1. Serm. 2. 43.

Concire turbas. V. CONCIEO

Excitare turbas populares. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Turba, Multitudo: quæ fere non vacat perturbatione & commotione. Liv. 2. 40. Uxor deinde ac liberi, amplexi, fletuſque ab omni turba mulierum ortus, & comploratio ſui patriæque, fregere tandem virum. [Sic puto & Ter. And. 4. 4. 6. paulo ſupra.

Turba & Primi, contraria Stat. 4. Theb 810.

Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo

Turba ſimul, primique.

Turba & Colluvies. Cic. de Senect. 85. Cumque ex hac turba & colluvie diſcedam.

Comes turba. Ovid. 13. Met. 353.

Confuſa. Ovid. 12. Met. 214.

Denſa. Sen. Herc. fur. 9.

Frequens. Sen. Herc. fur. 10.

Imbellis feminarum inermiſque turba. V. IMBELLIS.

Impia. Hor. 1. Serm. 3. 128.

Inops. Ovid. 14. Met. 214.

Levis. Hor. 1. Carm. 10 19.

Luxurioſa. Ovid. 1. Epiſt. 88.

Maxima. Virg. 6. Æn. 611.

Plurima. Virg. 6. Æn 667.

Pullata. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Ruſtica. Ovid. 6. Met. 348.

Sodalis turba, i. e. Turba ſodalium. Ovid. Rem. Amor. 182.

Temeraria Ovid. 10. Met. 574.

Vaga. Ovid. 13. Met. 221

Congregare magnam turbam Cic. 1. de Nat. Deor. 39.

Inſerere ſe turbæ. Ovid 1. de Arte Am. 605.

Rareſcit turba, Minuitur. Stat 2. Theb. 612.

Ruebat effuſa turba ad ripas Virg 6. Æn. 305.

Ruit fremens turba omnis in unum. Ovid. 3. Met. 716.

Stipatus comitum turba. Ovid. 1. Met 186.

Stultorum turba. Multitudo. Cic. 5. Tuſc. 46.

Comitantum. Ovid 1. Amor. 7. 37.

Capitum. Virg. 8. Æn. 300.

Malorum turba, Multitudo. Sen. Med. 679.

Negotiorum. Plin. 9. Epiſt. 25.

Prunorum turba, pro Variis generibus. Plin. lib. 15. cap. 13. Ingens poſtea turba prunorum, verſicolor, nigra, candicans.

Rerum.

Rerum. Stat. 2. Silv. 2. 44.
Rorarum turba. Ovid. 6. Met. 219.
Scelerum. Lucan. 4. 251.
Vocum. Gell. 9. 15.
Voluminum novorum turba. Cic. de Clar. Orat. 126.
Vulnerum turba, pro Multitudine. Plin. lib. 11. cap. 37.

TURBŬLA, æ. f. dimin. Apul. Met. 11. p. 259. Elmenh. Dimotis turbulis.

TURBELLA, æ. f. aliud dimin. Plaut. Bacch. 4. 9. 134. Tantas turbellas facio.
Quantas ſoleam turbellas dare. Idem Pſeud. 1. 2. 108.
Apud Apul. cum ſimplici L ſcribitur de Deo Socr. p. 48. Elmenh. Omnes turbelæ tempeſtateſque procul exſulent.

TURBĬDUS, a, um. Adj. [ταραχώδης, θολώδης. Gl. G. L.] Conturbatum, confuſum, non clarum. Plaut. Trin. 2. 2. 18. — nihil ego iſtos
Moros fatuos mores & turbidos, quibus boni dedecorant ſe.
Achelous turbidus. V. ACHELOUS.
Acies oculorum turbidæ. V. ACIES.
Æquora turbida Ponti. Lucret. lib. 5. 998.
Amnis turbidus imbri. Lucret. lib. 1. 287.
Aqua turbida & inquinata. Cic. 5. Tuſc. 97. Darius in fuga, quum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibiſſet, negavit unquam ſe bibiſſe jucundius.
Cælum turbidum. Plin. 8. Epiſt. 17. Num iſtic quoque immite & turbidum cælum?
Dies turbidus, Procelloſus. Plin. lib. 12. cap. 10.
Imber turbidus aqua. Virg. 5. Æn. 696.
Liquor turbidus, Minime clarus. Plin. lib. 13. cap. 12.
Loca turbida, Obſcura. Virg. 6. Æn. 534. de Inferis.
Nubila turbida. Virg. 4. Æn. 245.
Pulvis turbidus atra caligine volvitur ad muros. Virg. 11. Æn. 876.
Tempeſtas turbida. Cic. 1. de Invent. 4. Quaſi ex turbida tempeſtate in portum, ſic, &c.
Actiones turbidiſſimæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Imago turbida, me terret in ſomnis, Terribilis. Virg. 4. Æn. 353. Servius.
Jurgia turbida. Lucan. ad Piſon.
Novitas turbida. Claud. 1. in Conſ. Stilich. 128.
Rebus eſſe in turbidis. Cic. 2. Philipp. 39. Verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus ſint, tamen, ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur.
Seditio turbida. Ovid. 9. Met. 426.
Tempus reip. turbidum & Tranquillum, contraria. Cic. 6. Fam. 14. Fac animo magno fortique ſis: & ſi turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliora læte feras.
Homo turbidus, Commotus, vel Turbationis plenus, ut ait Servius. Virg. 9. Æn. 57. Idem lib. 12. 10.
Animi turbidus. Tacit. 4. Hiſt. 48.
Mens, quæ omni turbido motu ſemper vacet. Cic. 4. Tuſc. 80.
Pectora turbidiora ipſo mari. Ovid. 1. Triſt. 10. 34.
Ira turbidus. Stat. 3. Silv. 1. 39. Sic
Armis. Sil. 12. 254.
Turbidus, Terribilis. Virg. 12. Æn. 742.
Hæc affatus, equum in medios, moriturus & ipſe,
Concitat, & Vanulo adverſum ſe turbidus infert. Servius.
Turbidus, Elatus, arrogantia tumens. Virg. 10. Æn. 648.
Tum vero Ænean averſum ut cedere Turnus
Credidit, atque animo ſpem turbidus hauſit inanem. Servius.
Sopeil. Tacit. 3. Hiſt. 23. Turbidiſſimus quiſque. Cic. 6. Fam. 15. Turbidiſſima ſapienter ferre. V. paulo ante Tempus reip. turbidum.
Turbidum, Adverbialiter apud Hor. 2. Carm. 19. 5.
Evhoe! recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore, turbidum
Lætatur.

TURBIDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Prud. Apoth. v. 208.
Turbidulos ſenſus & litigioſa fragoſis
Argumenta modis concludunt.

TURBĬDE, Adv. [ταραχωδῶς] Cic. 4. Tuſc. 24. Intelligatur igitur perturbationem jactantibus ſe opinionibus inconſtanter & turbide in motu eſſe ſemper.
Turbide & ſeditioſe. Tacit. 3. Ann. 12.
Compar. Tumultuoſius atque turbidius. Quintil. 3. 8.

TURBĬDO, āre. Sidon. 6. Epiſt. 2. Animæ ſerenitatem ſæcularium verſutiarum flatibus turbidare. Solin. Salmaſ. cap. 49. Limum excitant, ut turbidetur.

TURBIDATUS, a, um. Partic. Mart. Capel. lib. 2. Aer ex calore ſupero madoreque infero turbidatus.

TURBOLENS, entis. pro Turbulentus; ut, Opulens pro Opulentus. Calliſtr. JCt. D. 48. t. 19. l. 28. §. 3.

TURBULENTUS, a, um. Adj. [ταραχώδης. Gl. L. G. θολώδης. G. L.] Turbationum plenus; Commotus, Iratus. Plaut. Epid. 1. 1. 68. Tu edepol re es turbulentus.
Tempeſtas turbulenta. Cic. 7. Verr. 26. Ut nullus unquam dies tam magna, turbulentaque tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore ſolem ejus diei homines viderent.
Ea ſunt & turbulenta & temeraria & periculoſa. Cic. pro Cæcin. 34.
Animus turbulentus. Cic. 4. Tuſc. 9.
Annus inde turbulentior L. Valerio, T. Æmilio COSS. Liv. 2. 61.
Civis ſeditioſus & turbulentus. Cic. 2. de Orat. 48.
Conciones turbulentæ. Cic. 2. Att. 3. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furioſiſſimæ Publii. Quintil. lib. 3. cap. 13.
Concurſio turbulenta. Cic. 1. de Finib. 20.
Errores turbulenti. Cic. 2. de Nat. Deor. 70.
Libido, temeritas, & ignavia turbulenta. Cic. 1. de Finib. 5.
Mare turbulenta. Cic. 1. de Finib. 5.
Negotium turbulentum. Cic. 7. Att. 11.
Res placatæ & minime turbulentæ. Cic. in Orat. 63.
Tempus reip. turbulentum. Cic. 2. Fam. 17. Tempora autem Reip. qualia futura ſint, quis ſcit? mihi quidem turbulenta videntur fore.
Tempus meum turbulentiſſimum, tuo tranquilliſſimo præſtat. Cic. in Piſon. 33.
Tribunatus turbulentiſſimus. Cic. de Clar. Orat. 198.

Turba turbulenta. Varro apud Gell. 13. 11.

TURBULENTE, Adv. [θολωδῶς] Concitate. Cic. pro Domo 68. Omnia contra leges, moreſque majorum temere, turbulente, per vim, per furorem eſſe geſta.
Agere aliquid raptim & turbulente. Cic. pro Domo 139.

TURBULENTER, [ταραχωδῶς] aliud Adv. Cic. 2. Fam. 25. Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.

TURBO, [ταράσσω, θολόω. Gl. G. L.] āre. Confundere, commovere. Plaut. Epid. 2. 3. 7. Sed me una turbat res, ratioque.
Ab imo turbare aliquid. Lucret. lib. 3. 38.
Omnia infima ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit. Cic. 3. de Legib. 19.
Notabilius turbare. Tacit. 1. Hiſt. 55.
Ariſtoteles multa turbat, a magiſtro Platone diſſentiens. Cic. 1. de Nat. Deor. 33.
Capillos turbare. Martial. lib. 2. 36.
Aciem turbare. V. ACIES.
Convivia turbant everſæ menſæ. Ovid. 12. Met. 222.
Delectum civium turbare. Cic. 4. Verr. 123.
Fortunas turbare timore, Felicitates ſive curriculum vitæ fortunatæ. Lucret. lib. 3. 107.
Quietem alicujus turbare, Interrumpere. Propert. lib. 2. 3. 17.
Fœdera turbare, Rumpere. Virg. 12. Æn. 633.
Jura turbantes Tribuni. Lucan. lib. 1. 177.
Pacem turbare. Liv. 35. 13.
Rationem turbare. Ulpian. in L. 1. in fine. D. De ſerv. corrup. Ut rationes dominicas intercideret, vel adulteraret, vel etiam ut rationem ſibi commiſſam turbaret.
Affectibus animos judicum turbare. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Res animos incognita turbat. Virg. 1. Æn. 519.
Turbare, Abſolute. Tacit. 3. Ann. 47. Si una, alterave civitas turbet.
Turbor, Paſſ. Cic. 2. Att. 14. Prorſus, ut ſcribis ita ſentio, turbatur Sampſiceramus.
Metu turbari. Ovid. 15. Met. 517.
Arenæ turbantur Zephyro. Virg. 2. Georg. 106.
Turbatum eſt. Imperſ. Ter. Eun. 4. 3. 7.
Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi.
Turbatum, Abſolute. Tacit. 1. Ann. 20. Poſtquam turbatum in caſtris accepere. [Subaudi Eſſe.
Turbaſſit, pro Turbaverit uſurpatum ab antiquis. Cic. 3. de Legib. 11. Aſt qui turbaſſit in agendo, fraus actoris eſto. Vetus exemplar habet Turbaſſitur. [Porro Auctoris malim.

TURBĀTUS, a, um. Partic. [θολωθεὶς, ταραχθεὶς. Gl. L. G.]
Acies turbatæ. V. ACIES.
Aqua turbata. Hor. 1. Serm. 1. 60.
Comæ. Ovid. 3. Faſt. 16.
Freta procellis. Virg. 3. Georg. 259.
Res placare turbatas. Cic. pro Planc. 11. Noſtrum eſt autem, qui in hac tempeſtate populi jactemur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores ſi magni non putemus, non ſervire populo.
Turbatus, Commotus. ut, Turbatus ex inopinato malo. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 12.
Mantis vulnere turbatus. Virg. 12. Æn. 160.
Pectora turbatus. Virg. 8. Æn. 29.
Animi turbati. Virg. 8. Æn. 4.
Caſtra. Virg. 9. Æn. 13.
Equi. Virg. 9. Æn. 124.
Mens funere. Virg. 11. Æn. 3.
Pede turbato fugere. Ovid. 11. Epiſt. 102.
Viri turbati. Ovid. 3. Epiſt. 88.
Fides. Claud. 3. Conſ. Hon. 63.
Quies. Stat. 3. Silv. 5. 86.
Compar. Suet. Tiber. cap. 69. Turbatiore cælo.
Facies turbatior. Sen. de Ira 2. 35.

TURBATE, Adv. [τεταραγμένως] Trepide. Cæſ. 1. Bell. Civil. 5. His de cauſis aguntur omnia raptim atque turbate.

TURBATIO, ōnis. f. [ταραχή, Gl. G. L.] Gell. 19. 1. Coloris & vultus turbatio. Solin. cap. 3. Inciſa temporum turbatio. Flor. 4. 6. 2. Spes ex turbatione Reipublicæ. Sed frequentius legitur Perturbatio.
Turbatio. Pontanus de Bello Neap. lib. 1. p. 473. Quique Italicarum turbationum ſe medium gerere conſueſſet. Pro Turbarum. H. St. Extant lul. 253. b. Aldi. Deſiderabatur hæc vox in Lugd. Utitur & Non. V. locum in in TURBA.

TURBĀTOR, ōris. m. [ταρακτής] Qui turbat. Liv. 2. 16. Quum pacis ipſe auctor a turbatoribus belli premeretur. [An ab auctoribus?
Præcipuus turbator. Tacit. 1. Ann. 30.
Germaniæ turbator. Idem 1. Ann. 55.

TURBĀTRIX, īcis. f. Prudent. Pſych. v. 669.
— placidæ turbatrix invida pacis.
Accumulat crebros turbatrix fama pavores. Stat. 4. Theb. 369.

TURBĀMENTUM, i. n. [ταραγμός] Perturbatio. Tacit. 1. Hiſt. 23. Quæque alia turbamenta vulgi. Salluſtius in Oratione Lepidi ad populum Romanum, Fragm. cap. 6. Maxima turbamenta Reipub. atque exitia probata.

TURBALIX, icis. f. [illegible], [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.

TURBEN, vel TURBO, inis. m. [θύελλα. Gl. L. G & G. L. [illegible], καὶ [illegible], [illegible], L. G.] Ventus cum fragore maximo, objecta quæque deturbans, proſternenſque ut depreſſæ nubis ſpecu. Plin. 10 Paneg. 65. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos, invidioſa tranquillitate provectos, improviſus turbo perculerat. Tranſlate.
Ventorum turbo. Lucret. lib. 6. 152. & Tacit. 16. Ann. 31.
Ventus turbo. Plaut. Curc. 5. 2. 41.
Ater turbo. Virg. 1. Æn. 516.
Immanis turbo. Virg. 6. Æn. 594.
Indomitus turbo. Catul. 62. Argon. 107.
Nimboſus turbo. Ovid. 11. Met. 551.
Nigra turbine. Virg. 1. Georg. 320.
Pulvereus turbo. Claud. de Bell. Get. 258.
Verſabundus turbo, Verſatilis & ſe contorquens. Lucret. lib. 6. 437.
Violentus turbo. Lucret. lib. 3. 822.

Armator Boreas turbine rauco. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 69.
Erumpunt undique omnes venti, ſævi exſiſtunt turbines. Cic. 3. de Orat. 155.
Fertur celeri turbine. Virg. 12. Æn. 320.
Fumans piceo turbine nubes. Virg. 3. Æn. 573.
Furit inſaniæ turbinibus ventus. Sil. lib 8. 665.
Gubernare navem in maximis turbinibus. Cic. in Piſon. 20.
Perflant venti turbine terras. Virg. 1. Æn. 87.
Ruit æquore turbo. Virg. 3. Georg. 470.
Rupto turbine confligunt venti. Virg 2. Æn. 416.
Turbo ac tempeſtas pacis & otii. Cic. pro Domo 137. Tu procella patriæ, turbo ac tempeſtas pacis atque otii.
Duo Reipublicæ turbines. Cic. pro Sext. 25.
Turbo leti. Catul. 68. Argon. 149.
Mentis turbine agi. Ovid. 2. Amor 9. 28.
Turbo, pro Vertice. [[illegible], Gl. L. G.] Stat. 4. Theb. 809.

Incubere vadis paſſim diſcrimine nullo
Turba ſimul, primique: nequit ſecernere miſtos
Æquus ſitis, frenata ſuis in curribus intrant
Armenta, & pleni dominis, armiſque feruntur
Quadrupedes: hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa.

Videtur ita intelligi poſſe etiam Ovid. 7. Epiſt. 66.

Finge age te rapido (nullum ſit in omine pondus)
Turbine deprendi: quid tibi mentis erat? Sed melius ut de

Vento intelligatur. Sequitur enim,

Quæque cadent, in te fulmina miſſa putes.

Furialis turbo. Sil. lib. 8.
Turbo, pro Gyro, & ſpiris ſerpentum. Sil. lib. 3. 191.

Ater letifero ſtridebat turbine ſerpens. Niſi malis pro Impetu accipere.

Saxi turbo. Virg. 12. Æn. 531.

Præcipitem ſcapulo, atque ingentis turbine ſaxi
Excutit. i. e. Saxo, quod rotatus, quum impellitur aut jacitur.

Tereti verſabat turbine fuſum. Catul. 62. Argon. 314.
Turbo, [ῥόμβος, Gl. L. G. [illegible], G. L.] Genus inſtrumenti luſorii, pueros maxime delectans. Tibul. lib. 1. 5. 3.

Namque agor, ut per plana citus ſola verbere turbo,
Quem celer aſſueta verſat ab arte puer. Chariſius in hoc loco

lib. 1. non Turbo legit ſed Turben, quod probat Scaliger. Virg. 7. Æn. 378.

Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo, &c. Ubi Servius, Catullus Hoc turben dixit, ut Hoc carmen. Hic turbo, unde turbinis facit: nam ſi Turbonis ſit, erit e proprio nomine Genitivus. Cic. de Fato, 42. Sed revertitur ad Cylindrum, & ad turbinem ſuum. quæ moveri incipere niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quum accidit, ſuapte natura, quod ſupereſt, & cylindrum volvi, & verſari turbinem putat. De Chryſippo.

Turbo, [[illegible]] Quicquid formam habet in imo acutam, in ſummo latiorem. Plin. lib. 27. cap. 4. de aloe, In turbinibus cadorum. Ovid. 8. Met. 335. —cave buccina ſumitur illi,

Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

Turbo, Vaſculi genus, quo pruna & coctana inter Saturnalia xeniola miſſitabantur: cujus effigies turbinis in imo anguſtiſſima erat, in ſummo latiſſima, qualis eſt figura pinorum.
TURBINEUS, a, um. Adj. [[illegible]] ut, Vortex turbineus, In modum turbinis ſe volvens. Vortex enim dicitur Contorta in ſe aqua. Ovid. 8. Met. 556.
TURBINĀTUS, a, um. aliud Adj. [[illegible]] Quod veluti turbo deſinit. Plin. lib. 21. cap. 31. Folliculis magnis, lariſque & turbinatis. Idem lib. 11. cap. 37. Cor homini infra lævam papillam, turbinato mucrone in priora eminens.

Turbinatior piris figura. Idem lib. 15. cap. 15.

TURBINATIO, ōnis. f. [[illegible]] Plin. lib. 15. cap. 21. Aliis turbinatio piri, aliis ovata ſpecies.
TURBO, ōnis. m. [[illegible]] Gladiatoris proprium nomen. Hor. 2. Serm. 3. 310.

Corpore majorem rides Turbonis in armis.

TURCÆ, vel TURCI, m. pl [Τοῦρκοι] teſte Pompon. lib. 1. 21. Populi ſunt Scythici, juxta Thyrſagetas & ultra Sauromatas. Ab his orti judicantur, qui ætate noſtra latiſſime imperitant: Turci vulgo dicti, ignavia quidem noſtra magni; ſed poſt Macedonas & Romanos ſine dubio potentiſſimi. Hermolaus.
TURCIA, æ. f. Turcorum regio.
TURCĪCUS, a, um. Adj. ut, Regnum Turcicum.
TURCOMANNIA, æ. f. Aſiæ regio Turcis ſubjecta.
TURDA, [[illegible]] Umbrorum civitas in Italia, teſte Ptolem. lib. 3. cap. 1. Vitioſe pro Tuder, quod vide. *Tudertum* hodie: vulgo *Todi*.
TURDETANI, m. pl [Τουρδητανοί] Luſitaniæ populi. Strabo lib. 3. Turdetani. Qui turdos vendit ant. Plautus joco dixit Capt. 1. 2. 60.

Opus Turdetanis, opus eſt Ficedulenſibus

TURDETANIA, æ. f. [Τουρδητανία] Regio ejuſdem populi, quæ & Bætica, ut vult Steph.
TURDULI, [Τουρδοῦλοι] & Baſtuli, Populi in Hiſpania Bætica præcipui, ut & Bætica Turdetania dicta ſit Strab. lib. 3. Plin. lib. 3. cap. 1. Ab uno autem, inquit, Atlantico Oceano obverſa Hiſpania, Baſtulorum, Turdulorumque eſt. Strabo lib. 3. Turdetanos cum Ptolem. lib. 2. cap. 44. nominat Varro 2. de R.R. cap 10. Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Baſtulus, neque Turdulus idonei; Galli appoſitiſſimi maxime ad jumenta. Turduli, partim Andaluſes partim Granatenſes. Baſtoli, omnes Granatenſes Hæc Olivarius in Melam.
TURDUS, i. m. [κίχλη, Gl. L. G. & G. L.] Avis nota, & inter primas a ſaporis bonitate collocata. Hor. 1. Epiſt. 15. 41.

Nil melius turdo. Martial. lib. 13. 92.
Inter aves turdus, ſi quis me judice certet:
Inter quadrupedes gloria prima lepus. Plin. lib. 10. cap. 33.

Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, pæne contextim, in ſeceſſu generant. Ibid. cap. 29. Turdis color æſtate circa collum varius, hieme concolor.
Macer turdus. Hor. 1. Serm. 5. 72.
Craſſus. Martial. lib. 2. 40.

Subdola tenduntur craſſis modo retia turdis, &c.

Obeſus turdus. Hor. 1. Epiſt. 15. 40.
Ab tranſenna hic turdus lumbricum petit. Plaut. Bacch. 4. 6. 22. De amatore loquitur. V. TRANSENNA.
Turdus, Piſcis. Columel. lib 8 cap. 16. Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, ut merulæ, turdique, nec minus melanuri. Plin lib. 32. cap. 11. Turdus inter ſaxatiles nobilis. Quintil. lib. 8. cap. 2. Varro 4. de L. L. 28.
TURDĀRIUM, i. n. Varro de L. L. 5. 2. Locus, in quo turdi ſaginantur.
TURDŬLA, æ. f. Parvus turdus. Iſid. 12. 7.
TURDILLUS, i. m. aliud dimin. Sen. Epiſt. 96. Sed varia eſt lectio.
TURDA, æ. f. Planta odorifera. Columel. lib. 3. cap. 8.
TUREUS, Adj. V. TUS.
TURGEO, ſi, [ὀργάω, Gl. G. L.] ēre. Virg. 7. Ecl. 48.

— jam læto turgent in palmite gemmæ.

Fortaſſis ab ὀργῶ. H. St.
Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ eruptionibus cum cera. Plin. lib. 20. cap. 13.
Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent. Virg. 1. Georg. 315.
Oratio, quæ turget & inflata eſt. Auctor ad Heren. lib. 4. 16.
Turgere alicui, Iraſci in aliquem, & commoveri. Plaut. Caſin. 2. 3. 17.
Veteres in tertia Conj. dixere Turgĕre. Sic, Vet. Gloſſ. Latinogræc. Turgit, [illegible], [illegible]. [Niſi forte Turgeſcit ſcribendum.
TURGENS, entis. Partic. [[illegible]] ut
Lumina turgentia gemitu. Propert. lib. 1. 21. 3.
Mammæ turgentes. Plin. lib. 20. cap. 13.
Ora turgentia. Ovid. 3. Faſt. 757.
TURGESCO, [οἰδαίνω, Gl. G. L.] ĕre. Perſ. 5. Sat. 19.

Non equidem hoc ſtudeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgeſcat, dare pondus idonea fumo. Cic. 3. Tuſc. 19.
Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris. Ex poeta. Varro 3.

de R. R. cap. 9.
Semen turgeſcit in agris. Ovid. 3. Amor. 10. 12.
Ramus turgeſcit in arbore. Ovid. 3. Triſt. 12. 15.
Virgulta turgeſcentia. Plin. lib 8. cap. 50.
Ut Tumeo, Tumeſco, Tumefacio, ſic puto, Turgeo, Turgeſco, Turgefacio dictum fuit. H. St. Poſterius tamen compoſitum verbum legere me non memini.
TURGĬDUS, a, um. Adj. [οἰδαλέος, Gl. G. L.] Inflatus, tumens. Cic. 3. Tuſc. 19. Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet?
Turgidis labris. Martial. lib. 6. 39.
Fluvii turgidi. Hor. 4. Carm. 12. 4.
Frons turgida cornibus. Hor. 3. Carm. 13. 4.
Mare turgidum. Hor. 1. Carm. 3. 19.
Vela turgida. Hor. 2. Carm. 10. 24.
TURGIDŬLUS, a, um. dimin. Catull. de Paſſere Lesbiæ, 3. 17.

Flendo turgiduli rubent ocelli.

TURGOR, ōris. m. [οἴδημα, Gl. G. L.] Mart. Capel. 2. Diſtentum magno cum turgore reſpiciens.
TURGOR, itis. m. [[illegible]] Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat.
TURIASSO, ōnis. m. [Τουριασσώ] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ urbs; vulgo *Tiraſſona*.
TURIBULUM, TURICREMUS, V. TUS.
TURIO, onis. m. Teneritas ſummitatum arborum vel arbuſtorum dicitur. Columel lib. 12. cap. 48. Conciſæ deinde pleno vaſe olivæ, immitte defrutum uſque ad os. Lauri turiones in hoc uſu mittito, ut olivas deprimant: poſt dies viginti utere. V. CYMA.
TURMA, æ. f. [ἴλη, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Ordo militaris & equitum proprie. Dicta quaſi terdena, quod terdeni equites ex tribus tribubus, Titienſium, Ramnenſium, & Lucerum fiebant: conſtabat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat, Decurio dicebatur ut Varro L. L. 4. 16. & Vegetius de Re Mil. 2. 14. tradiderunt. Feſtus, Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi termam, quod terdeni equites, &c. eadem verba quæ ſupra. Itaque primi ſingularum decuriarum, Decuriones dicti. Cic. 3. Att. 21. Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio.
Cohors & Turma. Cic. pro Marcell 7. Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. V. COHORS.
Equitum turmæ. Virg. 3. Æn. 560.
Equeſtris turma. Claud. de Bell. Get. 579.
Pernices turmæ. Virg. 3. Georg. 179.
Mortales turmæ. Hor. 3. Carm. 4. 47.
Ducere turmas. Virg 5. Æn. 550.
Glomerare turmas. Sil. lib. 3. 285.
Invadere turmas. Virg. 12. Æn. 620.
TURMĀLIS, e. Adj. Qui ejuſdem turmæ eſt, inquit Budæus. Cic. 2. de Orat. 262. Ex tranſlatione autem, ut quum Scipio ille major Corinthiis ſtatuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum eſſent imperatorum, turmales dixit diſplicere. Liv. 25. 18. Diu cunctantem Criſpinum perpulere turmales, ne impune inſultare Campanum pateretur. Stat. 5. Silv. 2. 18. — non ſanguine cretus

Turmali.

Buccina turmalis. Claud. de Bell. Gild. 447.
TURMARIUS, i. m. [ἰλάρχης] Turmarii dicebantur, Qui turmas tironum cogebant. Cod. Theod. l. 6. tit. 35. Quibus omnibus condonamus, ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam ſubeant.
TURMĀTIM, Adv [ἰλαδόν] Per turmas. Cæſ. 8. Bell. Gall. 18.
Turmatim in eum locum devenerunt. Liv. 5. 39.
Turmatim pugnas edere. Lucret. lib. 2. 118.

— pugnaſque
Edere turmatim certantia, &c.

TURNUS, [Τύρνος] Nomen ducis Rutulorum, qui ab Ænea occiſus eſt, ut videre licet in 12. Virg. Æn. extr.
Præſtanti corpore Turnus. Virg. 7. Æn. 783.
Audax Turnus. Virg 9. Æn. 3.
Barbarus Turnus. Tibul. 2. 5. 48.
Pulcherrimus Turnus. Virg. 7. Æn. 55.

Digitized by Google

TŭrŏNES, [Τύρωνες] Lugdunenſis Galliæ populi ad fluvium Ligerim, auctore Plin. lib. 4. cap. 18. Cæſ. 2. Bell. Gall. 35. Lucan. 1. 437.
Inſtabiles Turonas circumſita caſtra coercent. Al. Tricoros.
TURPICULUS, V. infra TURPIS.
TURPĬLIUS, i. m. Vetus poeta comicus, cujus pauci jam exſtant verſus in Nonio, Priſciano, & Victorino. V. Non. 4. 422.
TURPIS, e. Adj. [αἰσχρός, Gl. L. G. & G. L.] Deforme: contrarium Pulchro. Ad corpus & animum refertur. Ter. Haut. 5. 4. 19. Pudet dicere hac præſente verbum turpe. Ovid. 1. Amor. 9. 4.
Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.
Inter Turpe & Fœdum. Turpe, levior res eſt: Fœdum vim habet majorem. Cic. 1. Off. 123. Luxuria vero, cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Nonius 5. 51.
Quid hoc turpius, quid fœdius? Cic. 2. Philip. 86.
Turpiſſimus & ſordidiſſimus. Cic. 9. Att. 11.
Homo turpiſſimus & inhoneſtiſſimus. Cic. pro Roſc. Amer. 50.
Vita turpis & infamis. Cic. pro Font. 24.
Non turpis, ſed miſer. Cic. pro Quint. 98. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis ad te, ſed miſer confugit.
O rem turpem & miſeram. Cic. 8. Att. 8.
Amor turpis. Hor. 1. Serm. 4. 111.
Campus turpis ſine gramine. Ovid. 3. de Arte Am. 248.
Caput turpe ſine crine. Ovid. 3. de Arte Am. 249.
Crimen turpe. Hor. de Arte Poet. 262.
Egeſtas turpis. Virg. 6. Æn. 276.
Fabula turpis relatu. Claud. 2. in Eutrop. 549.
Formido turpis. Virg. 2. Æn. 400.
Fuga turpis, inhoneſta. Cic. 2. de Finib. 97. Trecentoſque eos, quos eduxerat Sparta, quum eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors, oppoſuit hoſtibus.
Lacrimæ turpes. Stat. 8. Theb. 58.
Macies turpis. Hor. 3. Carm. 27. 53.
Mors turpis. Lucret. lib. 6. 1218.
Opprobrium turpe. Hor. 1. Serm. 6. 84.
Præceptor turpis, h. e. Flagitioſus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Prælia turpia. Propert. lib. 2. 5. 25.
Pudor turpis. Ovid. 11. Met. 180.
Rebus in turpiſſimis aliquid habere. Cæſ. 6. Bell. Gall. 21.
Scabies turpis. Virg. 3. Georg. 441.
Senecta turpis. Virg. 3. Georg. 96.
Veſtitus. Ter. Phorm. 1. 2. 57. Lacrimæ, veſtitus turpis
Ungui turpior uno. Hor. 2. Carm. 8. 3.
Vita turpis. Tacit. in Vita Agric. 33.
Vitia turpia decipiunt cæcum. Hor. 1. Serm. 3. 39.
Celare turpia. Hor. 1. Serm. 2. 85.
Ducere turpe. Quintil. lib. 1. cap. 2. Turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe majores. De pueris.
Turpis, Magnus. Virg. 3. Georg. 51.
—optima torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. Idem 4. Georg. 395.
— & turpes paſcit ſub gurgite phocas. Nonius 4. 459.
Turpis, Crudelis: frequens apud Salluſtium. [Loca vellem adſcripta.
Turpe, adverbialiter. Catull. 43. 8. Turpe incedere.
Turpe gemens. Stat. 3. Theb 335.
TURPĬCŬLUS, a, um dimin. [ὑπαισχρός] Cic 2. de Orat. 248. Tantum intereſt, quod gravitas honeſtis in rebus ſevere, jocus in turpiculis & quaſi deformibus ponitur. Idem 4. Att. 5. Quid? etiam ſubturpicula mihi videbatur παλινῳδία. V. SUBTURPICULUS.
Naſus turpiculus. Catull. de Acme, 40. 3.
TURPĬTER, Adv. [αἰσχρῶς] Inhoneſte, indecore. Ter. Eun. 2. 1. 24.
— mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho. Cic. 2. de Finib. 25. Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeſte: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat.
Flagitioſe & turpiter. Cic 6. Att. 5.
Turpiter & nequiter. Cic. 3. Tuſc. 6. Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur.
Extimeſco ne quid turpiter faciam. Cic. 9. Att. 6.
Perpeti turpiter. Cic pro Milon. 9.
Cum in me turpiter fuit malevolus. Cic. 7. Att. 2.
Ingenium turpiter hirtum. Hor. 1. Epiſt. 3. 22.
Turpiter jocari. Ovid. Rem. Amor. 780.
Compar. Ovid. 5. Triſt. 4 13.
Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.
TURPĬTŪDO, inis. f. [αἰσχρότης, Gl. G. L. ἀκοσμία, L. G.] Deformitas. Cic. 2. de Finib. 47. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, niſi honeſtas natura plurimum valeat, cur non cadant in ſapientem, non eſt facile defendere.
Turpitudo & Deformitas. Cic. 2. de Orat. 236. Locus autem & regio quaſi ridiculi turpitudine & deformitate quadam continetur.
Turpitudo, quæ a libidine, aut petulantia, aut ab audacia nata eſt. Cic. pro Font. 27.
Crimen turpitudinis. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Generis turpitudo. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Mandati turpitudo. Paulus in l. Si mandavero tibi. §. Qui ædem. D. Mandat. Qui ædem ſacram ſpoliandam, hominem vulnerandum occidendumve mandatum ſuſcipit: nihil mandati judicio conſequi poteſt, propter turpitudinem mandati.
Delere ac tollere turpitudinem atque infamiam. Cic. 2. Verr. 49.
Fœdare turpitudine. Cic de Aruſp. Reſp. 38.
Habere turpitudinem. Cic. pro Domo 83.
Infligere ſibi turpitudinem. V. INFLIGO.
Liberare turpitudine aliquem. V. Libero in LIBER, adj.
Notari turpitudine. Cic. pro Cluent. 119.
Venire in turpitudinem. Cic. pro Quint. 53.
Vitare verborum turpitudinem & rerum obſcœnitatem. Cic. 2. de Orat. 242.
TURPĬDO, inis. f. Idem. Tertull. de Cor. Mil. cap. 14. Et turpido & dedecoratio. [Niſi Turpitudo reliquit.
Turpedo in Gloſſ pro Torpedo, q. V.
TURPĬFĬCIO, ere. [αἰσχροποιῶ] Gloſſ. Græcolat.
TURPIFACTOR, ōris. m [αἰσχροποιός] Gloſſ Græcolat.
TURPIFĬCĀTUS, a, um. Partic. [αἰσχυνθείς] Turpis factus Cic. 3. Off. 105. Quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?
TURPĬLŎQUIUM, i. n. [αἰσχρολογία, Gl. G. L.] Tertull. de Pudicit. cap. 17. Concupiſcentia mala & turpiloquium.
TURPĬLUCRĬCŬPĬDUS, a, um. tert. c. Adj. fictitia vox apud Plaut. Trin. 1. 2. 64.
Turpilucricupidum te vocant cives tui.
TURPILUCRIS, e. Adj [αἰσχροκερδής] Gloſſ. Græcolat.
TURPO, āre. [αἰσχύνω, Gl. G. L.] Turpefacere, fœdare. Cic. 1. Tuſc. 85.
Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram ſanguine turpari. Virg. 10. Æn. 832.
Aram turparunt ſanguine. Lucret. lib. 1. 85.
Pallor turpat ora. Sil. lib. 7. 631.
Rugæ turpant te. Hor. 4. Carm. 13. 11.
TURPĀTUS, a, um. Partic. Stat. 4. Theb. 106.
— Herculea turpatus gymnade vultus.
TURPATOR, ōris. m. [αἰσχυντής] Gloſſ. Græcolat.
TURRANIUS, i. m. Nomen Romanum; ut, D. Turranius. Cic. 1. Att. 6.
TURRANIĀNUS, a, um. Adj. Columel 5. 10 Pira Turraniana.
TURRICULA, TURRIFER, &c. V. infra TURRIS.
TURRIS, is. f. [πύργος, Gl. L. G. & G. L.] a Terrendis hoſtibus dicta eſt; vel quod aſpectu torva ſit, hoc eſt terribilis. Cæſ 5. Bell. Gall. 42. Tum ex omni parte lapidibus conjectis deturbati, turriſque ſuccenſa eſt.
Ærata turris. Claud. 1. in Eutrop. 83.
Ahenea turris. Hor. 3. Carm. 14. 1.
Alta turris. Cic. 5. Tuſc. 59. Dionyſius concionari ex turri alta ſolebat.
Ardua. Ovid. 11. Met. 392.
Cava. Virg. 9. Æn. 46.
Celſa. Hor. 2. Carm. 10. 11.
Contabulata. V. CONTABULO.
Excelſa. Sil. lib. 13. 688.
Valida. Lucret. lib. 5. 1439.
Confringere turres. Lucan. lib. 6. 283.
Munitus turribus & tropæis locus. Cic. de Provinc. Conſ. 4.
Quaſſæ nutant turres. Lucan. lib. 6. 136.
Percuſſæ de cælo turres. V. PERCUTIO.
Stabilire quaſſas turres. Sen. Thyeſt. 7.
Fiunt etiam turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius de Re Mil. lib. 4. cap. 17. hæc ſcribit, Turres dicuntur machinamenta ad ædificiorum ſpeciem ex trabibus, tabulatiſque compacta. Et ne tantum opus hoſtili concremetur incendio, diligentiſſime ex crudis coriis, vel centonibus communitur. Quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum triceni pedes per quadrum, interdum quadrageni, vel quinquageni latæ ſunt. Proceritas autem ipſarum tanta fit, ut non ſolum muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubduntur: quarum lapſu volubili magnitudo tam alta movetur. Præſens autem periculum civitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit ſcalas, & diverſo genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cujus impetu deſtruit muros. Circa medium vero partem accipit pontem factum de duabus trabibus, ſeptumque de vimine, quem cito prolatum, inter turrim murumque conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in civitatem tranſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autem turris illius partibus contati & ſagittarii collocantur, qui defenſores urbis contis, miſſilibus, ſaxiſque ex alto proſternant. Quo facto civitas capitur ſine mora. Cic. 15. Fam. 4. Aggere, vineis, turribus oppugnavi, uſuſque multis tormentis.
TURRĪTUS, a, um. Adj. Altus & excelſus, vel ad turris ſimilitudinem factus, ut, Domus turrita, i. e. Alta & ſublimis.
Scopuli turriti. Virg. 3. Æn 536.
Turritus, Turrifer, Turri inſtructus, ut
Puppes turritæ. Virg. 8. Æn. 693
Elephanti turriti, Quibus ſuperponuntur turres, vel qui turres gerunt. Plin. lib. 8. cap. 7.
Turritus aliquando dicitur Turribus plenus. Unde & Turritæ urbes, & Mater deum nominatur Turrita: quia terra eſt, quæ urbes ſuſtinet. Virg. 6. Æn. 784.
— qualis Berecynthia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes. [Quia ſcilicet Coronam turritam geſtat capite, ut & in nummis videre licet.
Caſtella turrita. Lucan. lib. 4. 40.
Dea turrita, Cybele. Propert. lib. 4. 12. 52.
Mœnia turrita. Ovid. 3. Amor. 8. 48.
Muri turriti. Ovid. 3. de Pont. 4. 105.
TURRĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [πυργοφόρος, Gl. G. L.] ut, Corona turrifera Cybeles. Ovid. 4. Faſt. 219. al. Turrita.
TURRĬGER, ĕra, ĕrum. [πυργοφόρος] aliud Adj. i. e. Gerens turres. Plin. 11. 2. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros.
Dea turrigera. Ovid. 4. Faſt. 224.
Carina turrigera. Lucan. lib. 4. 226.
Frons turrigera Cybeles. Ovid. 6. Faſt. 321.
Mater turrigera, Cybele. Stat. 2. Achil. 147.
Urbes turrigeræ. Virg. 10. Æn. 253.
TURRĬGĔNA, æ. m. Turribus delectatus. Rutil. 1. 596.
Inter turrigenas Lydia tota ſuos. [Terrigenas codd. emendati.
TURRĬCŬLA, æ. f. dimin. [πυργίσκος, πυργοειδής, Gl. G. L.] Parva turris, Armarium. V. infra.
Supra medium tecti faſtigium turricula. Vitruv. 10. 19.
Turricula, Vaſculi genus, a turris ſimilitudine, quo jactari tali ludendo ſolent; eadem Pyrgus & Orca dicitur. De hac tale eſt Martial. Epig. lib. 14. 14.
Quærit compoſitos manus improba mittere talos;
Si per me miſit, nil niſi vota facit. [Gloſſ. Græcol. πυργίσκος, πυργωτός.

πυργοειδὲς, Turricula, Armarium. Incertum de Fritillo an, an de condente ſupellectilem theca intelligi velit. Hoc potius arbitror. Nam & in Lat. Gr. Armarium, Πυργίσκος, a forma nimirum turris quadratæ. In eodem Fritillum, Πυργίς. V. Talus pro Ludo, in TALUS, & EXAGUS, & FRITILLUS.

TURRIS Biſſōnis, [Πύργος Βίσσωνος] Civitas Sardiniæ Ptolem. lib. 3. cap. 3. *Porto di torre* hodie: Turris Libyſonis Plinio 3. 7. extr.

TURSIO, ōnis. m. Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 9. Delphinorum ſimilitudinem habent qui vocantur turſiones.

TURTUR, ŭris. m. [τρυγών, ἀγρινὴ, Gl. G. L.] Avis nota, a ſono vocis nomen habens. Plaut. Moſt. 1. 1. 44.

Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aves. Martial. lib. 3. 58.
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur. Domitius Interpretatur Pinguem. Cic. 2. de Fin. 209. Turtures & curſu & peregrinatione lætarer.

Niger turtur. Ovid. 15. Epiſt. 38.

Gemit turtur. Virg. 1. Ecl. 59.

Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo.

Turtur, [τρυγών, ἰχθὺς, Gl. G. L.] Piſcis, qui alias dicitur Paſtinaca, Trygon autem a Græcis, in cujus caudæ emergit radius præſentiſſimi veneni.

TURTŬRILLA, æ. f. dimin. Seneca in Epiſt. 96. vocat iſtos, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillas. Nam turtures ſunt aves molliuſculæ.

TURŬLIS, [Τουρούλις] Fluvius Hiſpaniæ Terraconenſis, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Turia vulgo Claudiano, & Hermolao apud Plinium; Pomponius Duriam corrupte nominat.

TŬRUNDA, æ. f. Genus panificii. Non. 17. 18. Turundam, libum ſacrum, quoddam ex farre genus panificii. Varr. 3. de R. R. cap. 9. Amplas omnes ex his, avulſis ex alæ pinnis, & e cauda, farciunt turundis ordeaceis, partim admiſſæ ex farina loliacea, aut ſemine lini, ex aqua dulci. De gallinis. Cato R. R. cap. 89. Gallinas teneras, quæ primum pariunt, concludat, polline vel farina ordeacea conſperſa turundas faciat, eas in aquam intinguat, & in os indat. Varro de Liberis educandis, Alii afferrunt libum ac turundam. Turunda [μοτάριον, ἐγχύμωμα, Gl. L. G.] apud Catonem R. R. cap. 157. ſignificat Linamentum illud ex filis, quod in vulnus immitti a medico ſolet. ait enim, Et ſi fiſtula erit, turundam intro trudito: ſi turundam non recipiet, diluito, ſuccum exprimito. In Gloſſ. Scribitur Torunda per. o.

TURUPTIANA, æ. f. [Τουρουπτίανα] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Taraconenſis urbs: Tuitana hodie; *Tuy* vulgo.

T U S

TŪS, tūris. n. [λίβανος, Gl. G. L. λιβανωτὸς, θυμίαμα, L. G.] Incenſum, quo diis ſacrificabatur, ἀπὸ τοῦ θύειν, odorem facio, vel potius θύειν ſacrifico: quod qui ſacrificabant, ture utebantur. Chariſius lib. 1. Tus a tundendo ſine adſpiratione dicitur, quamvis Julius Modeſtus, ἀπὸ τοῦ θύειν tractum dicat. Porphyr. in lib. 1. Carm. ode 30. Dicitur autem Thus ἀπὸ τοῦ θύειν, id eſt Sacrificare, unde aſpiratur TH. Alii tamen credunt eſſe dictum a tunſis glebis, quia de arbore deſtillat, & a terra ſubjecta combibitur, in eaque congelatur, indeque tunſis glebis colligitur. Servius in 1. Georg. 57.

— molles ſua tura Sabæi. Sane, inquit, Tus modo ſine aſpiratione dicimus; nam antiqui Thus dicebant ἀπὸ τοῦ θύειν, quod diſplicuit. Tura enim a tundendo dicta eſſe voluerunt, a glebis roſis, cum quibus dicitur ſuccus de arboribus coaleſcere. Sine aſpiratione & in optimis MSS. codd. & in Gloſſ. utroque etiam ſcribitur. Plin. lib. 12. cap. 14. e. Tura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem univerſæ, &c. Plura in ipſo capite de ture leges. Tibul. lib. 1. 3. 34.

Reddereque antiquo menſtrua tura Lari.

Acerra turis. Ovid. 4. Faſt. 934.
Acerræ turis. Ovid. 8. Met. 266.
Mica turis. Plin. lib. 12. cap. 14.
Turis pollen, [Μάννα] Gloſſ. Latinogræc. Ibidem Tuſpolline.
Vindemia turis. Plin. lib. 12. cap. 14.
Candidum tus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Eoum tus. Stat. 1. Theb. 263.
Flava tura. Ovid. 21. Epiſt. 22.
Incana tura glebis. Stat. 6. Theb. 60.
Mannoſum tus. V. MANNA.
Maſcula tura. Virg. 8. Ecl. 65.
Niliacum tus. Stat. 4. Silv. 9. 12.
Odoratum tus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Pia tura. Juven. 13. Sat. 116.
Sabæum tus. Virg. 1. Æn. 422.
Adolere tura. Virg. 8. Ecl. 65.
Dignari aliquem ſacri turis honore. Ovid. 14. Met. 130.
Dare blanda tura. Tibul. lib. 3. 3. 2.
Incendere tura & odores. Cic. 6. Verr. 77.
Ingerere tura aris. V. INGERO.
Legere tus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Litare ture. Perſ. 5. Sat. 120.
Metere tus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Miniſtrare tura. Ovid. 2. Met. 289.
Mittunt Sabæi tura. Virg. 1. Georg. 57.
Placare deos tura. Hor. 1. Carm. 36. 1.
Tribuere alicui honores turis. Ovid. 14. Met. 128.
Tus item ſignificat Arborem turiferam. Unde apud Plin. 16. 27. Arbor turis, Lignum turis, Virgæ turis.

TUSCŬLUM, i. n. dimin. [λιβανωτίδιον] Plaut. Aul. 2. 8. 15.

Nunc tuſculum emi, & hasce coronas floreas.

TURĀRIUS, a, um. Adj. ut Vicus Turarius, Romæ. Aſcon. Signum Vertumni in ultimo vico turario eſt, ſub baſilica ſe flectentibus.

TŪRĀRIUS, i. m. Qui tura tractat ac vendit. Firmic. lib. 8. cap. 25. Viceſima ſeptima pars libræ ſi in horoſcopo fuerit inventa, turarios faciet, vel pigmentarios, ſeu pharmacopolas.

TŪREUS, a, um. Adj. [λιβανωτὶς, Gl. G. L.] Quod eſt turis. Columel. lib. 3. cap. 8. Jam tuream plantam, florenteſque hortos myrrha & croco. Virg. 2. Georg. 117.

— ſolis eſt turea virga Sabæis.

Dona turea. Virg. 6. Æn. 225.
Flamma turea. Stat. 12. Theb. 487.
Grana turea. Ovid. 4. Faſt. 410.
Planta turea. Columel. 3. 8.

TURINUS, a, um. Adj. [λιβάνινος] Gloſſ. Græcolat.

TURIBŬLUM, i. n. [θυμιατήριον, Gl. L. G. & G. L. λιβανωτὶς, G. L.] Vas, in quo tus adoletur. Liv. 46. Cic. 6. Verr. 29. Num etiam de L. Papirio, viro primario, locuplete, honeſtoque equite Romano, turibulum emiſti?

TURICRĔMUS, a, um. Adj. Tus cremans: ut: Aræ turicremæ, In quibus crematur tus. Virg. 4. Æn. 453.
Foci turicremi. Ovid. 2. Epiſt. 18.

TURIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [λιβανοφόρος] ut, Saba turifera, Quæ producit tus. Plin. lib. 6. cap. 28. Regio turifera. Idem lib. 12. cap. 14. Ut illo modo, quum deviciſſet turiferas gentes, ſupplicaret.
Indus turifer. Ovid. 3. Faſt. 720.
Aræ turiferæ. Stat. 1. Achil. 520.

TURIFICO, āre. Tura incendere. V. Voſſ. de Vit. L. L. 4. 27.

TURIFICĀTUS, a, um. Partic. Turificati vocabantur Apoſtatæ, qui idolis tura incendebant. V. Cyprian. Epiſt. 52.

TURILĔGUS, a, um. Adj. ut, Arabes turilegi, Tura colligentes. Ovid. 4. Faſt. 569.

Nam modo turilegos Arabas, modo deſpicit Indos.

TUSCANIA, æ. f. [Τουσκανία] Oppidum Tuſciæ prope Tarquinios, a quo Tuſcanienſes Plin. 3. 4. Hodie *Toſcanella*.

TUSCENIUS, [Τουσκήνιος] Homo furioſus & avarus, cujus meminit Cic. 1. Q. frat. 1. Niſi forte me Paconii, neſcio cujus hominis, ne Græci quidem ac Myſii aut Phrygis, potius querelis moveri putas: aut Tuſcenii, hominis furioſi ac ſordidi, vocibus, cujus tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti ſumma cum æquitate. Idem 1. Q. frat. 1. 16. Quid L. Cæcilium? nonne omni ratione placavi? quem hominem, qua ira, quo ſpiritu? quem denique, præter Tuſcenium, cujus cauſa ſanari non poteſt, non mitigavi?

TUSCIA, æ. f. quæ & HETRURIA dicitur. [Τυῤῥηνία] Italiæ regio celebris: a ſacrificio, ut quidam arbitrantur, dicta; Græci enim θύειν ſacrificare dicunt: vel a Ture, quo maxime in ſacrificiis utimur: vel a Tuſculo Herculis filio, quod veteres grammatici probant. Unde & ſine H ab eis ſcribitur. Hæc Tyrrhenia dicta fuit, a Tyrrheno Atys filio, qui e Mæonia diſcedens in Italiam venit, & eam partem occupavit, quæ ad mare Inferum ſita eſt, quod & Tyrrhenum dicitur. Hæc a Liguribus Romaniſque finibus contingitur, jugis inacceſſis & difficilibus referta. Ejus fines Macra & Tiberis amnes, centum & ſeptuaginta quatuor millia inter ſe diſtantes. In ea ſcientia faciendorum ſacrorum ita floruit, ut Romani, qui non ſervandæ tantum, ſed etiam amplificandæ religionis cupiditate incendebantur, decem principum filios Senatuſconſulto ſingulis Tuſciæ populis, percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia, traderent. Longior eſt ea provincia, quam latior ab Orientali plaga in Occidentalem porrecta. Nam ſi ab Aquilonari in Auſtralem perambulemus, arctis finibus contenta eſt. Ab Occidente, qua Liguriæ proxima eſt, habet Piſas, Senas, Lucam ſui juris, & Florentiam inclitam civitatem. Ad Septentrionem habet Urbem veterem. In Meridionali vero litore, Piſaurum, Aretium, & Alſiam. Et Tibris Romanus inde labitur, ex Appennino effluens. Septentrionalis regio cum Flaminia jungitur. Vulgus Italorum hodie *Toſcanam* vocat. V. Liv. 2. 51. & Plin. 3. 54.

TUSCI, [Τυῤῥηνοί] Qui Tuſciam habitant. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. An vos, Tuſci ac barbari, auſpiciorum pop. Rom. jus tenetis, & interpretes eſſe comitiorum poteſtis?

TUSCUS, a, um. Adj. [Τυῤῥηνὶς] ut, Æquora Tuſca. Hor. 4. Carm. 4. 54.
Amnis Tuſcus, Tibris. Ovid. 3. de Arte Am. 386.
Flumen Tuſcum. Idem. Ovid. 14. Met. 615.
Mare Tuſcum, Vulgo *El mar de la Toſcana*. Hor. 2. Epiſt. 1. 202.
Tiberis Tuſcus. Virg. 1. Georg. 499.
Tuſcus, [Τοῦσκος] Vicus Romæ dictus, quod ibi habitaverunt Tuſci, qui recedente ab obſidione Porſenna remanſerunt, ut ait Feſtus. De quo Hor. 2. Serm. 3. 228.

— ac Tuſci turba impia vici.

TUSCE, Adv. [Τυῤῥηνιστί] Varro apud Gell. 2. 25. Quum dicamus ab Oſco, Tuſco, Græco; Oſce, Tuſce, Græce.

TUSCĀNUS, a, um. Adj. Vitruv. 4. 6. Tuſcana columna.

TUSCANĬCUS, a, um. Adj. Idem 4. 7. Opera Tuſcanica.

TUSCŬLUM, i. n. [Τουσκλον, Τούσκλος Steph.] Italiæ oppidum, Telegoni, Ulyſſis & Circes filii, opus, Ciceronis villa nobiliſſimum. Sil. lib. 7. 691.

Mœnia, Laertæ quondam regnata nepoti. Tuſculani, Friderici Ænobarbi imperatoris quondam conjuncti copiis, Romanos inſigni clade affecere, ut poſtea reſipiſcere non eſſet. Romani itaque injuriæ memores, poſt aliquot annos, tanta in eam ira percitti ſunt, ut vix urbis fundamenta relinquerent. Hæc Volaterran. lib. 6. Toſculum vulgo *Fraſcati*. Ex Tuſculo Cato Cenſorius ortum habuit. Hor. Epod. 1. 29.

Nec ut ſuperni villa candens Tuſculi
Circæa tangat mœnia.

TUSCULANUS, a, um. Adj. [Τουσκλανὸς] Qui Tuſculum incolit. Cic. 3. de Lege Agr. 9. Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi, ſi a Sulla mihi datus eſſet, Rulli lege non penderem.

Ager Tuſculanus, in quo erat villa Ciceronis celebratiſſima.

Diſputatio Tuſculana, Quæ in Tuſculano tractata eſt. Cic. 2. de Divin. 2. Cumque fundamentum eſſet philoſophiæ poſitum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus eſt is locus a nobis quinque libris, ut quid a quoque, & quid contra quemque philoſophum diceretur intelligi poſſet: totidem ſubſecuti libri Tuſculanarum diſputationum res ad bene vivendum maxime neceſſarias aperuerunt. Al. Pertractatus eſt.

TUSCULANUM, i. n. Villa Ciceronis in agro Tuſculano, in quam poſt forenſia negotia animi recreandi gratia ſe Cicero recipiebat: ubi aut cum doctis aliquibus, quos eo adduxerat, ſe declamando exercere, aut philoſophica ſtudia intermiſſa revocare ſolebat, ut frequenter in ſcriptis ſuis meminit. 1. Att. 6. Nos Tuſculano ita delectamur, ut nobiſmet ipſis tum denique, cum illo venimus, placeamus.

Cogito Tuſculanum. V. COGITO.

Tusculanenſis, e aliud Adj. Cic 9. Fam. 6. Equidem hos tuos Tuſculananſes dies inſtar eſſe vitæ puto, &c.

Tuscŭlus, a, um. aliud ſimiliter Adj. ut,
Tellus Tuſcula. Tibul. 1. 7. 57.
Umbra Tuſcula. Stat. 4. Silv. 4. 16.

Tuscus, V. tuscia.

Tussis, is. f. [βήξ. Gl. L. G. & G. L.] Quæ gignitur vel ex frigore, vel ex pituita in arterias, ſeu fauces, deſcendente. Ter. Heaut. 2. 3. 132.
Gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus, abſtine. Martial. 6. 20.
Veterem tuſſim acetum inhibet. Plin. lib. 23. cap. 1.
Mortuus tuſſi. Lucret. lib. 4. 1161.
Malam tuſſim expulli pectore. Catul. 7.
Aobela tuſſis quatit ægros ſues. Virg. 3. Georg. 497.
Tuſſim exaſperant palmæ. Plin. lib. 25. cap. 4.
Tuſſim concoquere. Plin. lib. 24. cap. 8.
Tuſſis ſicca, quæ nihil emolitur. Celſ. lib. 4. cap. 6.

Tussicus, i. m. Qui multum tuſſit. Firmic. lib. 5. cap. 16. Luna alios tuſſicos, alios ſplenicos efficiet. Al. Tuſſiacos.

Tussicus, a, um. Adj. Idem. Marc. Empir. cap. 20.

Tussicŭla, æ. f. dimin. [βηχύδριον] Plin. 5. Epiſt. 19. Veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit. conf. Celſ. 4. 5.

Tussiculāris, e. Adj. [βηχικὸς] Ad tuſſim ſpectans. Cæl. Aurel. Tard. 2. 13. 177. Medicamenta tuſſicularia. i. e. Quæ ad tuſſiculam amovendam idonea ſunt.

Tussiculōsus, a, um. Adj. Tuſſi laborans. Cæl. Aurel. Acut. 2. 13. 90. Tuſſiculoſa atque frigida ſenilis eſt ætas.

Tussēdo, inis. f. Idem, quod Tuſſis. Apulejus Met. 9. p. 222. Elmenh. Ouſſiduo pulſu tuſſedini biulci.

Tussio, ivi, itum, [βήσσω. Gl. L. G. & G. L.] ire, Tuſſim pati. Plaut. Aſin. 4. 1. 50.
Forte ſi tuſſire occœpſit, ne ſic tuſſiat,
Ut cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. Plin. lib. 20. cap. 2.
Semen eorum, cum cumino tritum, potumque in vino tuſſientibus auxiliatur. Martial. lib. 1. 11.
Quid ergo in illa petitur & placet? tuſſit. Idem 2. 26.
Male tuſſire. Hor. 2. Serm. 22. 107.

Tussilāgo, inis. f. [βήχιον] Plin. lib 6. cap. 26. Tuſſim ſedat bechion, quæ & tuſſilago dicitur. Duo ejus genera: ſilveſtris ubi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum aquilegum. Folia ſunt majuſcula quam hederæ, quinque aut ſeptem, ſubalbida a terra, ſuperne pallida. *Farfara* alio nomine dicitur, & vulgo *Ungula caballina*, a forma pedis caballi. V. bechion.

Tusus, V. tundo.

T U T

TVT. Tutela. TVTELAR. S. Tutelaribus ſacrum.

Tutamen, V. tueor.

Tutānus, [τηρητὸς] Deus apud Ethnicos qui gentes tueri putabatur. Varr. Tutanum deum Romæ omnes, qui laborant, invocant. Meminit Cæl. lib 25. cap. 32.

Tute, V. tu.

Tutela, Tutelina, V. tueor.

Tutemet, V. tu.

Tutia, V. pompholyx.

Tutor, V. tueor.

Tŭtŭlus, i. m Tutulum, inquit Feſtus, vocari ajunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & exſtructum in altitudinem. Ennius,
Libaque, fictores, argeos, & tutulatos. Itaque Varr. lib. de L. L. 6. 3. exponens hunc eundem Ennii verſum, ait, Tutulati dicti ii, qui in ſacris in capitibus habere ſolent ut metam. Id Tutulus appellatur ab eo, quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos. Sive ab eo, quod tuendi cauſa capilli fiebant. Sive ab eo, quod altiſſimum in urbe eſt, quod eſt arx, ea res tutiſſima, tutulus vocatur. Hactenus Varro. Fulgent lib. de Priſc. ſermone 14. Varro, inquit, in Pontificalibus ait Tutulos ſacerdotes dici brevium deorum. Numa vero Pompilius, & ipſe de Pontificalibus ſcribens, Tutulum dici ait Pallium, quo ſacerdotes caput tectabant, cum ad ſacrificium acceſſiſſent, ſicut & Virg. ait, 3. Æn. 545.
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu. Hæc Fulgent.

Tutulātus, a, um. Adj. Tutulum gerens. Varro de L. L. 6. 3. V. ſupra in tutulus.

Tutus, V. tueor.

T U U

Tuus, V. in tu.

T Y A

Tȳăna, æ. f. [Τύανα] Urbs Cappadociæ: Apollonii Tyanei patria. Inde Tyanenſis Præfectura, in qua eſt oppidum Tyana. Auctor Strab. lib. 12. & Plin. lib. 6. cap. 3. Junge Steph.

Tyanēius, a, um. Adj [Τυανεῖος] Ovid 8. Met. 719.
— oſtendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino vicinos corpora truncos.

T Y B

Tybris, &c. V. tiberis.

Tybur, &c. V. tibur.

T Y C

Tȳchē, es. f. [τύχη] Gr. Fortunam ſignificat. Eſt autem & Urbs Siciliæ, quam tertiam partem Syracuſarum conſtituit Cic. 6. Verr. 119. cum ait, Tertia eſt urbs, quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha nominata eſt, in qua & gymnaſium ampliſſimum eſt, & complures ædes ſacræ: coliturque ea pars, & habitatur frequentiſſime.

Tȳchius, [Τυχίος] Cerdo ſive faber celeberrimus apud Homerum Iliados 7. qui ſcutum Ajacis fecit: cujus etiam mentionem facit Ovid. 3. Faſt. 823.
Nec quiſquam invita faciet bene vincula plantæ
Pallade: ſit Tychio doctior ille licet. Legitur & Titio.

T Y D

Tȳdeus, diſſyllabum, Tydĕi vel Tydĕos, m. [Τυδεὺς] Atheæ & Oenei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit. Auctor Servius in illud Virg 6. Æn. 479.
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclitus armis
Parthenopeus. De hoc, ut ſcribit Homer lib 4. Iliad. quum Mycenis moraretur, fama eſt neminem illi viribus corporis potuiſſe æquari.
Cruentus Tydeus. Stat. 8. Theb. 479.
Fulmineus Tydeus. Stat. 4. Theb 94.
Magnanimus Tydeus. Stat. 8. Theb. 824.
Maximus Tydeus. Stat. 6. Theb. 380.

Tȳdīdes, æ. m. patronym. [Τυδείδης] Diomedes Tydei filius, bellator ſtrenuus, qui præter alia bene & fortiter geſta, Venerem in dextra, & Martem ſub ventre percuſſit, ut late ſcribit Homerus lib. Iliad. 5. Proinde ſcribitur Hor. 1. Carm. 15 28.
Tydides melior patre. Sic ibid. 6. 16.
Tydiden ſuperis parem? Virg. 1. Æn. 101.
— ô, Danaûm fortiſſime gentis,
Tydide!
Cruentus. Virg. 1. Æn. 475.
Impius. Virg. 2. Æn. 164.
Par ſuperis Tydides. Hor. ſupra.

T Y L

Tylos, [Τύλος] Inſularum duarum nomen eſt in ſinu Perſico, margaritis abundantium, & goſſempinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt, mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus veſtes pretioſo linteo conficiuntur. V. Plin. lib. 6. cap. 27. & 12. cap. 10. & 11. Solin. cap. 65.
Item Vermis multipedus. Plin. 29. 6.

T Y M

Tymbades, [τυμβάδες] Græco nomine appellantur Sagæ & veneficæ: quod περὶ τύμβους, hoc eſt circa ſepulcra verſantur, cadavera mutilantes aliquo membro, quo ad veneficia ſua abutantur. Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 18.

Tymbra, herba; & Tymbra, nomen proprium loci, V. thymbra.

Tymbus, i. m. [τύμβος] in Gloſſ. Græcolat. Buſtus, Tumulus, Sepulcrum convertitur. Cic. 2. de Legib. 64. Si quo buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut, columnam violarit, dejecerit, fregerit. Ab hoc verbo Tumba deducitur.

Tymœtes, [Τυμοίτης] Priami filius. Hujus meminit Servius, Euphorionis verba referens: Priamus, inquit, ex Ariſba filium varum ſuſcepit. Qui quum dixiſſet quadam die naſci puerum, per quem Troja poſſet everti, pepererunt ſimul & Tymœtæ uxor & Hecuba, quæ Priami legitima erat. Sed Priamus Tymœtæ filium, uxoremque juſſit occidi. Hactenus Servius enarrans hunc locum Virg. 2. Æn. 32. — primuſque Tymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari.

Tymolus, V. tmolus.

Tympanĭŏlum, Tympanista, Tympanistria, Tympanium, Tympanizo, V. poſt ſeq. dict.

Tympănum, i. n. [τύμπανον] Inſtrumentum ex una, vel utraque parte membrana clauſum, intus vacuum, quod manu, vel baculo pulſatur. Eo uti ſolebant in ſacris Matris deûm Galli.
Impulſa palmo tympana. Ovid. 4. Met. 29.
Leve tympanum. Catull. de Berecynth. 60. 8.
Rauca tympana. Ovid. in Ibin, 456.
Sæva tympana. Hor. 1. Carm. 18 4.
Taurina tympana. Claud. 2. Conſ. Stilich. 365.
Tenta tympana. Lucret. lib 2. 618.
Virilis ſonus tympani. Sen. Herc. fur. 6.
Adhibere tympanum. V. adhibeo.
Dare tympana eloquentiæ. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Reboant tympana. V. reboo.
Remugit tympanum. V. remugio.
Tundere inania tympana. Ovid. 4. Faſt. 183.
Tympanum, Vehiculi tectum, ut ait Servius. Sive, ut aliqui putant, Teſtudo ſupra radios: radii autem dicuntur qui in media parte rotarum ſunt. Virg. 2. Georg. 444.
Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plauſtris. [Rotæ ſine radiis, puto.
Tympanum, Rota eſt, quæ a calcantibus verſatur, qualem paſſim videmus in ea machina, qua ſaxa ſubvehuntur in magnificis ædificationibus: verbo Græco γερανός, id eſt grus dicitur. In ea trochleæ ſunt in ſummo carcheſio, id eſt in verſatili & ſuperiore parte machinæ: & in trochleas ductarius funis, qui circum tympanum advolvitur: & a fune dependentes, qui forfices dicuntur, quibus onera evehenda prehenduntur. Budæus. Lucret. lib. 4 903.
Multaque per trochleas, & tympana pondere magno
Commovet, atque levi ſuſtollit machina niſu.
Tympanum etiam, Machina hauſtoria dicitur, quæ, dum verſatur, aquam adnexis permultis modiolis haurit, & rurſus circumactu defundit: a Vitruvio in decimo cap. 9. & 10. deſcribitur, paſſimque in piſtrinis aquariis videtur. Budæus.
Tympanum, Genus vaſis. Plin. lib. 33. cap. 11. Tympana vero ſe juvene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellaverant.

Tympaniŏlum, i. n. [τυμπάνιον] dimin. Arnob. 6.

Tympanium, i. n. [τυμπάνιον] Margaritæ genus. Plin. 9. 35.

Tympanizo, [τυμπανίζω] are. Tympana pulſare Suet de Auguſt. cap. 68. Et diacteſa maximo comprobavit verſum in ſcena, pronuntiatum de Gallo Matris deûm tympanizante
Videſne ut cinædus orbem digito temperat?

TYMPANISTA, æ. m. [τυμπανιστὴς] Qui tympanum pulſat. Apul. de Deo Socr. p. 49. Elmenh.

TYMPANISTRIA, æ. f. [τυμπανίστρια] Quæ tympanum pulſat. Sidon. 1. Epiſt. 2. Tympaniſtria pſaltria canit.

TYMPANŎTRĪBA, æ. m. [τυμπανοτρίβης] In tympano apud Græcos homines torquebantur: hinc eum, qui ſæpe in eo per tormenta cruciatus ſit, credit Turneb. a Plauto apud Priſcianum tympanotribam vocari: verba ſunt Plauti in Truc. 2. 7. 49. Tympanotribam amas, hominem non nauci. Ac videretur, a τυμπανοτρίβης formari, ut fictum eſt παιδοτρίβης. Vel Tympanotribam vocat, Qui tympanum pulſabat, ut in ſacris Rheæ: & in multis initiationibus & ſacris tympana gerebantur, ut e Lyſiſtrata Ariſtophanis conſtat. Tympanum autem illis in ſacris gerere parum virile videbatur cenſebaturque muliebre. Atque hanc interpretationem meliorem puto. Hæc ille Adverſ. 17. 17. [An Qui tympanum machinam verſat?

TYMPANĪTES, æ. m. [τυμπανίτης] Species aquæ intercutis, quum ventre vehementer intento, creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt, teſte Celſ. lib. 3. cap. 21.

TYMPANĬCUS, [τυμπανικὸς] Qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 2. cap. 5. Hydropicis, incipientibuſque tympanicis, ſtomachicis, &c. al. Tympaniticis. V. Hardoin. in loc.

TYMPANITĬCUS, a, um. Adj. Idem. Veget. Mulom. 3. 27.

TYMPHÆI, [Τυμφαῖοι] Populi ſunt Ætoliæ, Pindi montis accolæ, Theſprotis & Perrhæbis proximi, apud quos in ſumma terra gypſum invenitur, quod ab iis Tymphaicum appellatur, fullonibus in Græcia Cymoliæ cretæ uſum ſupplens. V. Plin. lib. 4. cap. 2. & lib. 35. cap. 17. & Steph.

T Y N

TYNDĂRIS, ĭdis, f. [Τυνδαρὶς] Siciliæ urbs, media ex parte a mari abſumpta. Plin. lib. 2. cap. 91. Hodie *Tindaro*.

Tyndaris Patronym. V. poſt TYNDAREUS.

TYNDARITĀNUS, a, um. Adj. Cic. 15. Att. 2. & paſſim in Verr.

TYNDĂREUS, i. m. [Τυνδάρεως] Rex Œbaliæ, filius Œbali regis, habuit uxorem formoſiſſimam Ledam.

Nonnunquam pro Tyndaro, Tyndareus ponitur. ut Ovid. 8. Epiſt. 31.

Me tibi Tyndareus vita gravis auctor & annis
Tradidit. Cic. de Fato 34. Nec Hecubam cauſam interitus fuiſſe Trojanis, quod Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytemneſtram. Hinc

TYNDARĬDÆ, arum. m. pl. [Τυνδαρίδαι] Caſtor & Pollux dicti ſunt. Ovid. 8. Met. 301.

Tyndaridæ gemini: præſtantes, cæſtibus alter,
Alter equo. Meminit Cic. 1. Tuſc. 28. Valer. 6. Argon. 612.
Tum magis atque magis peditem candore notato
Tyndaridem incendit amor. i. e. Caſtorem.

Aſtro comantes Tyndaridæ. Valer. 5. Argon. 367. Comantes, id eſt, ex quorum ore plurimus manabat fulgor: & fit alluſio ad aſtra. Nam & Caſtor & Pollux in ſidera mutati fuerunt, ut dictum eſt in dictione CASTOR.

TYNDĂRIS, ĭdis, f. patronym. [Τυνδαρὶς] dicta eſt Helena. Ovid. 5. Epiſt. 91.

Tyndaris infeſtis fugitiva repoſcitur armis. Lucret. lib. 1. 465.
Denique Tyndaridem raptam. Virg. 2. Æn. 601.
Non tibi Tyndaridis facies inviſa Lacænæ,
Culpatuſve Paris, &c. Ubi Servius, Atqui, inquit, Helena Jovis eſt, non Tyndari filia. Sed ſic dicimus Tyndaris de Helena, ut de Hercule Amphitryonides. Nam de Jove & Leda nati ſunt Pollux & Helena. De Tyndareo & Leda Caſtor, qui & ſolus mortalis fuit. Unde Virg. 6. Æn. 121.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Qui immortalitatem ſuam cum fratre partitus eſt. Helenam vero immortalem fuiſſe indicat tempus. Nam conſtat fratres ejus cum Argonautis fuiſſe. Argonautarum filii cum Thebanis dimicaverunt. Item illorum filii contra Trojam bella geſſerunt. Ergo ſi immortalis Helena non fuiſſet, tot ſine dubio ſæculis durare non potuiſſet. Hanc autem legimus prius a Theſeo raptam, & in Ægypto commendatam Protheo.

TYNDAREUS, a, um. Adj. [Τυνδάρειος] ut, Puer Tyndareus, Caſtor, aut Pollux. Valer. 1. Argon. 167.

T Y P

TȲPHA, æ f. [τύφη] Planta eſt folio cyperidis, caulem habens enodem, cujus in ſummo capite flos enaſcitur, evadens in pappum ſive lanuginem. A Galeno lib. 1 de aliment. numeratur inter legumina. Officinis hodie eſt incognita. Dioſc. 3. 124.

TȲPHIS, [Τῖφυς] Argonauta. Claud. de Bell. Get. 6.

Omnibus attonitis ſolus poſt numina Typhis
Incolumem tenui damno ſervaſſe carinam
Fertur, & ancipitem montis vitaſſe ruinam. Vitioſe tranſlata eſt Græca vocalis ex poſteriore ſyllaba in priorem. V. TIPHYS.

TȲPHŌEUS, triſyll. cum eu diphthongo, ĕi vel ĕos. m. [Τυφωεὺς] Gigas fuit, Terræ & Titani filius. V. TYPHON.

Sævus Typhoeus. Virg. 2. Georg. 179. Hinc

TYPHŌĬUS, a, um. quatuor ſyllabarum, Adj. [Τυφώϊος] Virg. 1. Æn. 665.

Nate, patris ſummi qui tela Typhoea temnis.

TȲPHŌĬUS, a, um. Idem. [Τυφώειος] Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 183.

— ſupiter Typhaum cervix
Inarimen? [Sic, puto, & Virg. ſcripſit.

TȲPHON, [Τυφῶν, δαίμων, Gl. L. G.] Idem qui & Typhoeus, quem Strabo lib. 13. ex Pindari auctoritate ſub Ætna cruciari ſcribit. Alii ſub Inarime condunt. ut Lucan. lib. 5. 101.

Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus.

Ferus Typhon. Senec. Octav. 5.

Terribilis Typhon. Ovid 2. Faſt. 461.

Typhon, frater Oſiridis regis Ægypti, qui, ut teſtatur Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 2. ipſum regem clam necavit, & in viginti quinque partes corpus ejus diſcerpſit. Tandemque ab Iſide regina, Oſiridis & ſorore & uxore, auxilio filii, cui Orus nomen erat, in bello eſt interemptus, cum iis qui cædis fuerant conſcii.

Typhon item Ventus eſt, quem Græci Turbidum & orbe motum nominant, ut ſcribit Meteororum 2. Ariſtoteles. Gell. lib. 19. cap. 1. Navigabamus, inquit, a Caſſiopa ad Brunduſium, mare Ionium violentum & vaſtum & jactabundum. Nox deinde, quæ diem primum ſecuta eſt, in ea fere tota ventus, a latere ſæviens, navem undis compleverat. Tum poſtea, complorantibus noſtris omnibus, atque in ſentina ſatis agentibus, dies quidem tandem illuxit: ſed nihil de periculo atque ſævitia remiſſum, quin turbines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας vocabant impendere, imminereque, ac depreſſuræ navem videbantur. Hactenus Gell. Plin. lib. 2. cap. 48. de repentinis flatibus, Sin vero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint, ſine igne, hoc eſt ſine fulmine verticem faciunt, qui Typhon vocatur, id eſt vibratus ecnephias. Defert hic ſecum aliquid abruptum e nube gelida convolvens, verſanſque, & ruinam ſuo illo pondere aggravans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua navigantium peſtis, non antennas modo, verum ipſa navigia contorta frangens.

TȲPHUS, [τῦφος] Latine Superbia, elatio, faſtus, arrogantia, jactantia, a τυφόομαι Superbio, inaniter jacto. Utitur frequenter Auguſtinus, ut de Civit. Dei lib. 11. cap. pen. Unam fruentem Deo, alteram tumentem typho.

TȲPUS, i. m. [τύπος] Formula, Forma, Norma in Gloſſ. Græcolat. Eſt Figura, adumbratio rudis, veſtigium, umbra, & veluti imago quædam alicujus rei. Plin. lib. 35. cap. 12. Umbram ex facie ejus ad lucernam, in pariete lineis circumſcripſit, quibus pater ejus, impreſſa argilla, typum fecit.

Typi, de quibus ſcribit Cic. 1. Att. 10. non ſunt imagines ſolum, & ſimulacra, nec ſigilla hominum, ſed inſculptæ etiam aliarum rerum variarum effigies & formæ, quarum diſtincta varietate in tectoriis delectabantur, ita ut variæ quadræ & cruſtæ, variis cælatæ ſpeciebus viderentur. Muretus Tubos legendum affirmat, ſed Turnebi ſententiæ magis aſſentior. Verba Cic. ſunt, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere.

TYPĬCUS, a, um. Adj. Vox apud Eccleſiaſticos ſcriptores frequens. V. Tertull. de Patient. cap. 6. Hieron. Epiſt. 9.

TYPĬCE, Adv. Vulg. Interp. 1. Corinth. 10. 11.

TYPĬCO, āre. Typo exprimere. G. Brito Phil. 12. 211.

Virginis intactæ typicans nova gaudia.

TYPOGRĂPHIA, æ. f. [τυπογραφία] Scriptura typis, ſeu formulis expreſſa. Ars hodie probe cognita. De ejus origine & progreſſu, V. Annales Typograph. viri doctiſſ. Mich. Maittaire, (qui Indicem in illos Annales neceſſarium & copioſiſſimum prelo paravit, brevi prodituurum) Boxhornium, Phil. Carol. ad Agell. p. 218. Palmer. &c.

TYPOGRAPHĬCUS, a, um. Adj. [τυπογραφικὸς] ut, Ars typographica.

TYPOGRĂPHUS, [τυπογράφος] Qui hanc artem exercet.

TYPOGRAPHĒUM, i. n. [τυπογραφεῖον] Locus, in quo ars typographica exercetur.

T Y R

TȲRA, ſive TYRAS, æ. m. [Τύρας] Ptolemæo, Fluvius eſt ſub Boryſthene, Sarmatas dirimens a Dacia, & non procul ab Iſtri oſtiis in Pontum Euxinum illabens, ubi & oppidum habet ſui nominis. V. Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptolemæum lib. 3. cap. 5. Ovid. 4. de Pont. 10. 50.

Partheniuſque rapax, & volvens ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

TYRAMBE, es. f. [Τυράμβη] Sarmatiæ in Aſia urbs, auctore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. vulgo *Trapano*.

TȲRANNION, [Τυραννίων] Amiſenus, diſcipulus Eſtiæi Amiſeni, nobilis Grammatici, tempore Magni Pompeji, docebat Romæ. Ductus eſt a Lucullo captivus in bello Mithridatico: Cum prius diceretur Theophraſtus, mutavit nomen, quod inter æquales ſuperbis verſaretur moribus. Clarus & dives ob doctrinam factus adeo eſt, ut ſupra tria millia librorum poſſideret. Deceſſit ſenex morbo podagræ.

Tyrannion junior a Phœnicia diſcipulus prioris, a quo nomen ſibi uſurpavit, quum prius Diocles vocaretur. Captivus & ipſe Romam ductus, a quodam Dimante Cæſaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eaque liber factus, ludum Romæ aperuit: ſcripſit libros LXVII. utriuſque auctor Suidas. Is docuit Q. Ciceronem filium. Cic. 2 Q. frat. 1. Hoc nunc magis animadverto, quod Tyrannio docet apud me. Idem 4. Att. 4. Et 2. 6. A ſcribendo prorſus abhorret animus: etenim γεωγραφικά, quæ conſtitueram, magnum opus eſt: ita valde Eratoſthenes, quem mihi propoſueram a Serapione & ab Hipparcho reprehenditur, quid cenſes, ſi Tyrannio acceſſerit?

TYRANNIS, V. ſeq. dict.

TȲRANNUS, i. m. [τύραννος] apud veteres dicebatur Dominus omnem habens in ſubditos poteſtatem. Unde, ut ait Juſtinus 1. 1. pr. quæque civitas & gens, Rerump. imperium ab initio penes reges habebat, quos ad hujuſmodi faſtigium majeſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat. Hique & Tyranni ob fortitudinem vocabantur. Virg. 7. Æn. 266.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Late tyrannus. Hor. 3. Carm. 17. 9. de Lamo. i. e. Late regnans, amplum regnum poſſidens. Sic Virg. 1. Æn. 23.

Hinc populum late regem, &c.

Tyranni nomen, creſcente malitia, quum ſuperbi reges regnare cœpiſſent, ad illos tantum tranſlatum eſt, qui non jure & æquis legibus, ſed vi, & quadam animi libidine dominabantur. Cic. 4. de Finib. 56. Negatque Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſa, qua tyrannum Dionyſium. Idem 3. Verr. 82. Quum in oppidis & civitatibus amicorum, non legatum Pop. Rom. ſed tyrannum libidinoſum, crudelemque præbueris. [Gloſſ. Græcolat. τύραννος, Tyrannus, Rebellis.

Exitus tyrannorum. Cic. 2. Off. 24. Nec vero hujus tyranni ſolum, quem armis oppreſſa pertulit civitas, interitus declarat, quantum hominum odium valeat ad peſtem, ſed reliquorum ſimiles exitus tyrannorum.

Vita tyrannorum. Cic. de Amicit. 52. Hæc enim eſt tyrannorum vita,

nimirum

Digitized by Google

purium in qua nulla eſt fides, nulla caritas, nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.
Feros tyrannos. Ovid. 6. Met. 549.
Immitis tyrannus. Virg. 4. Georg. 459. De Plutone. [Ut rege.
Importunus & amens tyrannus. V. IMPORTUNUS.
Impotens tyrannus. Sen. Herc. fur. 9. 03.
Infandus tyrannus. Lucan. lib. 8. 687.
Intolerandus. Cic. in Vatin. 03. Simulque mihi reſpondeto tu, qui nos, qui de communi ſalute conſentimus, tyrannos vocas, fuerisne, non Tribunus pleb. ſed intolerandus, ex cæno neſcio quo atque ex tenebris, tyrannus.
Letiferi tyranni. Sil. lib. 13. 620.
Orbis tyrannus, Nero. Sen. Octav. 5.
Sævus tyrannus. Sen. Octav. 3. Perſ. 3. Sat. 35.

Magne pater divûm, ſævos punire tyrannos
Haud alia ratione velis (cum dira libido
Moverit ingenium, ferventi tincta veneno)
Virtutem videant, intabeſcantque relicta.

Tecta inhoſpita tyranni. Ovid. 1. Met. 218.
Conjungere ſe cum tyranno. Cic. 7. Att. 19. Ad fugam hortatur amicitia Cn. cauſa bonorum, turpitudo conjungendi cum tyranno: qui quidem incertum eſt Phalarimne an Piſiſtratum ſit imitaturus.
Ferre tyrannum. Cic. pro Milon. 36. Quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis?
Inveniri tyrannum in aliquem. Cic. pro Dejot. 15. Cujus tam inhumani & ingrati animi, a quo rex appellatus eſſet, in eum tyrannum inveniri, &c.
Teneri crudeli dominatu ab aliquo tyranno. Cic. 1. de Divin. 53.
Capricornus tyrannus Heſperiæ undæ. Hor. 2. Carm. 16. 20.

TYRANNIS, idis. f. [τυραννὶς] Duellium, in Gloſſ. Græcolat. Proprie Sævum ac violentum imperium. Juven. 8. Sat. 223.

Quid Nero tam ſæva crudaque tyrannide fecit? Cic. 3. de Nat. Deor. 84. Atque in ſuo lectulo mortuus, in tyrannidis rogum illatus eſt. Ovid. 15. Met. 61.

—odioque tyrannidis exſul
Sponte erat. [i. e. Tyranni.

Affectare tyrannidem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Affectatæ tyrannidis reus. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Deſtruere tyrannidem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Occupare tyrannidem. Cic. 3. Off. 93. Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater?
O dii boni vivit tyrannis. Cic. 14. Att. 9.

TYRANNICUS, a, um. Adj. [τυραννικὸς] Quod eſt tyranni. Cic. 2. de Legib. 42. Aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges juſtæ haberentur?
Tætrum, crudele, nefarium, tyrannicum facinus vel factum. Auctor ad Herenn. lib. 2. 49. Quo oſtendemus tætrum facinus, crudele, nefarium, tyrannicum eſſe. i. e. Per vim, per manum opulentam patratum, quæ res ab legibus & ab æquali jure remotiſſima eſt.

TYRANNICE, Adv. [τυραννικῶς] In modum tyranni, Crudeliter. Cic. 3. Verr. 115. Nunc vt hoc tempore ea, quæ regie, ſeu potius tyrannice ſtatuit in, &c.

TYRANNICIDA, æ. m. [τυραννοκτόνος] Qui tyrannum occidit. Plin. lib. 7. cap. 03. Clariſſimum in feminis Leænæ meretricis exemplum, quæ torta non indicavit Harmodium & Ariſtogitonem tyrannicidas.
Tyrannicidæ proprium eſt, tyrannum occidere. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Præmia tyrannicidarum. Suet. Tiber. cap. 4.

TYRANNICIDIUM, i. n. [τυραννοκτονία] Plin. lib. 34. cap. 8. Quintil. lib. 7. cap. 3. Tyrannicidium eſt occidere tyrannum.

TYRANNOCTŎNUS, i. m. [τυραννοκτόνος] Idem Græcis, quod Tyrannicida: a Τύραννος, & κτείνω, Interficio. Cic. 14. Att. 15. Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſiderii, adhuc quæ ſerpebat in dies, & inveteratam verebar ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet. conf. 12. Fam. 02.

TYRANNŎPŎLĪTA, æ. m. [τυραννοπολίτης] Civis tyranni. Sidon. 5. Epiſt. 8.

TYRAS, V. TYRA.

TYRIANTHINUS, a, um. Adj. [τυριάνθινος] ex Tyrio & Ianthino compoſitum. ut, Tyrianthinus color dicebatur quando abſolutus amethyſtus ruſum tyrio inebriabatur: & geminata luxuria faciebat ex utroque improbum nomen. Ex Plin. lib. 9. cap. 41.
Tyrianthina, Veſtimenta Violacea purpura tincta, ita dicta ab Ianthino, hoc eſt violaceo colore: & Tyrio, hoc eſt purpureo. Martial. lib. 1. 54.

Sic interpoſitus vitio contaminat uncto
Urbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Pallium tyrianthinum. Vopiſc. in Carin. cap. 20.

TYRIDĀTES, [Τιριδάτης] Rex Armeniæ magnus temporibus Neronis, ut auctor eſt Plin. lib. 33. cap. 3. Et lib. 30. cap. 2. V. Sueton. in Neron. 13. & 30. Al. Tiridates, per i. q. V.

TYRINS, TYRINTHIA, TYRINTHIUS, V. TIRYNS.

TYRIUS, V. TYRUS.

TYRO, TYROCINIUM, TYRONATUS, TYRONIANUS, TYRUNCULA, TYRUNCULUS, V. TIRO.

TYROS, vel TYRUS, i. f. [Τύρος] Phœniciæ peninſula. Plin. lib. 5. cap. 19. Tyros, quondam inſula, præalto mari ſeptingentis paſſibus diviſa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Utica & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtat. Hactenus Plinius. De obſidione ejus, utque continenti adjuncta eſt Diodor. lib. 17. Lege Curt. lib. 4. Hæc fuit olim Sarra nuncupata, ut ait Gell. 14. 6. Unde Sarranum oſtrum dicitur, & oſtrum Tyrium, & purpuram Tyriam dicimus. Phœnices accolæ fuerunt Maris rubri: dicti a palma, cujus regio plena erat. Palma enim Φοῖνιξ dicitur. Hinc terræ motu pulſi in maritimam Syriæ ſe contulere, condita urbe, Sidonem a piſce appellarunt: eam Syri vocabant Sarram. Lingua Syra enim piſcis Sear dicitur. Poſtea condidere Tyrum in ipſo mari, propter merces. τῦρος enim Græce, Latine Caſeus. Tyros nunc *Sur* dicitur. Civitas erat Chriſtianorum, ſed Turcæ deleverunt eam, & ſervant portum, qui vocatur *El porto de Sur.*
Regna Tyri. Virg. 1. Æn 350.
Antiqua Tyros. Virg. 4. Æn. 670.
Antiqua Tyros; Proverbium eſt, quo ſignificamus ſummam moleſtiam extremumque malum. Tyrum enim, quæ cognominata eſt Vetus, dictione compoſita Παλαίτυρος. Alexander expugnatam, & ex inſula comportatis aggeribus redditam continentem, crudeliter tractavit, plurimiſque affecit incommodis: unde proverbium τὰ ἐν Παλαιτύρῳ, quo ſignificabant tantum malorum, quantum antiqua Tyros pertuliſſet. Recenſetur in Plutarchi collectaneis, atque item Zenodoti. Hiſtoria eſt apud Quint. Curt. Hæc Eraſmus.
Inſtabilis Tyros. Lucan. lib 3. 217.
Phœniſſa Tyros. Ovid. 15. Met. 288.
Tyro deſpectus Hiarbas. Virg. 4. Æn. 36. Valet contemptus a Tyro & per denominationem a te Tyria muliere. Non enim aſſentiendum eſt Servio, qui Hiarbam facit Tyrium, quem a Trogo, & hoc 4. Æn. conſtat Afrum fuiſſe. Turnebus.

TYRIUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Τύριος] Qui ex Tyro eſt. Claud. de Bell. Gild. 520.

Urbs, Libyam contra, Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Caralis, &c.

Amictus Tyrii. Ovid. 2. de Arte Am. 297.
Arces Tyriæ. Virg. 1. Æn. 04.
Coloni Tyrii. Virg. 1. Æn. 16.
Colores Tyrii. Ovid. 9. Met. 340.
Oſtrum Tyrium. Virg 3. Georg. 17.
Rubores Tyrii. Virg. 3. Georg. 307.

—quamvis Mileſia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.

Succo Tyrio cocta ſtrata. Lucan. lib. 10. 123.

Strata micant Tyrio, quorum pars maxima, ſucco
Cocta diu.

Urbs Tyria. Virg. 1. Æn. 390.
Tyriæ, Veſtes purpura Tyria infectæ. Ovid. 2. de Arte Am. 297.

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. Martial. 4. 28.
Hiſpanas, Tyriaſque, coccinaſque. [Sic Tyrium, n. & Tyria, pl.

Tyrius, pro Lecto Tyrio vel purpureo. Juven. 10. Sat. 304.

—dudum ſedet illa parato
Flammeolo, Tyriuſque palam genialis in hortis
Sternitur, &c. [Niſi potius τὸ Genialis ſubſtantive poſuit, ſubaudito Lectus, vel Torus. Schol. vet. Genialis, Lectus, ubi concumbunt.

Tyria maria, proverbio dicebatur, de Re magnopere tumultuoſa, periculiſque plena. Feſtus Pompejus inde natum adagium indicat, quod Pœni, Tyro oriundi, adeo potentes maris fuerunt, ut per eos omnibus mortalibus navigatio eſſet periculoſa, citatque Afranium, qui ſcripſerit de quopiam, quod Tyria maria conciret: hoc eſt ingentes turbas excitaret. Eraſm.

TYRUM, i. n. pro Purpura. Tertull. de Pœnitent. cap. 11. Num in coccino & Tyrio pro delictis nos ſupplicare condecet. V. Tyriæ ſupra.

TYROIANTHINUS, a, um. Adj. V. ſuo loco.

TYROTARICHUS, i. m. [τυροτάριχος] Genus obſonii ex caſeo, ſalſamentiſque confecti; τυρὸς enim caſeus, τάριχος ſalſamentum. Cic. 9. Fam. 16. Tu vero (volo enim abſtergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Idem 4. Att. 8. Multa me in epiſtola tua delectarunt, ſed nihil magis quam patina tyrotarichi. De tyrotaricho Apic. lib. 4. cap. 2. V. infra. Sed & Cæl. lib. 13. cap. 26. his quidem verbis, Invenio apud Græcos dici quidem τάριχος, ſalſamentum. Suidas tamen carnem intelligere mavult ſale conſperſam: addita etiam etymo, παρὰ τὸ ἐν χαλκῷ ἐξικμάζεσθαι, quod eliquetur inde tabes gari modo; nam ἰχὼρ tabes eſt ac cruor. Id fuiſſe annonæ vilioris ut credam, facit Ariſtophanis interpres, quum in comœdia, cui titulus eſt ἱππεῖς, id eſt Equites, ita ſcribat: ὅπου τὸ ταριχοπωλεῖον, ἀλλ' ὅπου τὰ εὐτελῆ πωλοῦνται. Ubi, inquit, eſt Tarichopolium, hoc eſt ubi tenuia venduntur. Tarichos Phrygium & Gadiricum eſt apud Eupolin in Marica. Julius Pollux Ægyptia addit, & tilritarichos (πλατὺ τάριχος, 6. 49.) dictum ab eodem, & λεπιδωτὸν quod ſquamatum intelligit: & ſervile cibarium fuiſſe monſtrat comicus Plato, [Greek illegible]. Ex his ducor conjectura, non tam, ut multorum pleriſque eſt viſum, a caſeo duci tyrotarichum, quam a loco ubi conficeretur, mox Romam ſubvectaretur, uti ex Hiſpania & locis aliis. Nec me fallit, Apicium ſcribere: Patellam tyrotaricham ex quocunque ſalſo volueris, coques ex oleo: exoſſabis & cerebella cocta, pulpas piſcium, jecuſcula pullorum, caſeum mollem excaldatum: hæc omnia calefacies in patella. Apud Philippidem, Euſtathio referente, legitur τυρὸς καὶ τάριχος, ubi auctor idem probare nititur, tarichos neutro dici genere, ut apud Menandrum [Greek illegible], id eſt ſale inſperſi tarichos: & maſculino apud Ariſtophanem, [Greek illegible], id eſt tarichum abluens hunc. Hæc Cælius.

TYRRHENIA, æ. f. [Τυῤῥηνία] Tuſcia, Italiæ regio. V. TUSCIA.

TYRRHENI, orum. m. [Τυῤῥηνοὶ] Romani Hetruſcos appellant atque Tuſcos. Græci vero eos hoc nomine nominarunt a Tyrrheno Atys filio, qui Lydis colonos hac in regione dimiſit. Atys enim, ex prognatis Herculis & Omphales unus, quum ſterilitate ac fame populum ſuum emittere cogeretur, e duobus filiis, ſorte jacta, Lydum quidem regni ſucceſſorem tenuit: Tyrrheno autem majorem applicans populum, foras abire juſſit. Hanc ille ingreſſus oram, de ſuo nomine vocavit Tyrrheniam. A cujus gentis præcipua crudelitate Tyranni ſunt dicti.

TYRRHĒNUS, a, um. Adj. [Τυῤῥηνὸς] ut, Æquor Tyrrhenum. Virg. 1. Æn. 71.
Arva Tyrrhena. Virg. 8. Æn. 551.

Gens Tyrrhena. Ovid. 15. Met. 577. Cic. 1. de Divin. 17.

Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis aruſpex. Ex poeta.

Mare Tyrrhenum dictum eſt, vel quod Tuſciam alluit (inquit Servius) id eſt Tyrrheniam, vel a Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mare præcipitaverunt. Namque hoc habet fabula, Dormientem in litore Liberum patrem puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos, qui quum eſſet experrectus in navi, quo duceretur interrogavit. Reſponderunt illi, Quo vellet. Liber ait, Ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. Sed quum alio vela deflecterent, iratum numen tigres, ſibi ſacratas, viſibus eorum objecit: quo terrore ſe illi in fluctus dedere præcipites. Hactenus Servius, enarrans hunc locum Virg. 1. Æn. 71.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, &c. Idem in hymno quodam in Bacchi laudes ſcripſit Homerus. *La mer Thyrrene, la mer d'aval.*

Monſtra Tyrrhena. Ovid. 3. Faſt. 725.
Rex Tyrrhenus. Ovid. 4. Faſt. 893.
Sedes Tyrrhena. Virg. 7. Æn. 209.

Tyrrhus, i. m. [Τύῤῥος] Paſtor, apud quem Lavinia peperit. Inde

Tyrrhidæ, arum. pl. [Τυῤῥίδαι] Tyrrhi filii. Hoc Servius apud Virg. 7. Æn. 485.

Cervus erat forma præſtanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrhuſque pater, cui regia parent
Armenta, & late cuſtodia credita campi, &c.

Juvenes Tyrrhidæ. Virg. 9. Æn. 28.

Tyrtæus, i. m. [Τυρταῖος] Poeta Græcus, cujus ſæpe meminit Plato in libris de Legibus, O divina poeta Tyrtæe, inquit, ſapiens certe ac bonus nobis eſſe videris, quia excellentibus eos extuliſti laudibus, qui in bello excelluerunt. Scripſit exhortationes ad virtutes bellicas. V. Suid. Stob. Plutarch. & Poll. 4. 15.

T Y S

Tysias, æ. m. [Τυσίας] Princeps Rhetor, ſeu inventor artis rhetoricæ fuit, ut docet Cic. 2. de Invent. 6. Ac veteres quidem ſcriptores artis, uſque ab principe illo atque inventore Tyſia repetitos, unum in locum conduxit Ariſtoteles, &c. [Al. Tiſias, per i, Τισίας. Emendatius, opinor.

V

Vocalis in locum Υ Græcorum ſucceſſit; ut Μῶσα, Muſa. Conſonæ tamen aliquando officio fungitur, idemque, quod Digamma Æolicum, munus præſtat; ut, Virtus, Juvenis, &c. Idque, pro more Digamma, aliquando in initio vocis, ut ἴς Vis, ἕσπερος Veſper, aliquando in medio, ut ὠὸν ſive ὤϊον, Ovum; δῖος, Divus; & ſexcenta alia. V, in poteſtate conſonantis veteres appellabant Vau, teſte Quintiliano. Credibile eſt Romanos ſemper conſonam V efferre ſolitos ut hodie Septemtrionales W. Ita enim fere perpetuo Græci Romanas res conſcribentes Οὐεργίλιος, Οὐαλέριος, Virgilius, Valerius. Hinc Latina provincialis, *Waſte*, *Wine*, *Widow*; eſt Vaſto, Vinum, Vidua Anglis. [V. plura in DIGAMMA, & litteram F.

B, P, & V conſonæ, litteræ ſcil. cognatæ, ſæpiſſime inter ſe permutantur, ut Δαβίδ, David; Opilio, quod Ovilio; Βαδῶ, Vado; Taberna, *Taverne*; Sapor. *Savour* Gallis. [In Gloſſ. Græcolat. litteræ V conſonæ locum fere B occupat.

U vocalem recte cenſuerunt critici a conſona V non eſſe figura diſtinguendam. Nam priorem formam, ſub qua hodie vulgariter venit, in antiquis monumentis, ſive cippis, ſive numiſmatibus, nuſquam conſpicimus.

Permutantur vocales,

A & U, ut κύλιξ, calix; κάλαμος, Culmus; Salſus, Inſulſus.

E & U, ut Juro, Dejero; Ulmus, *Elm*, Angl. σκόπελος, Scopulus; idque maxime in Gerundivis, ut Repetundæ, Repetendus.

I & U, ut a φύω, Fio; idque maxime in incremento & compoſitione: ut Caput, Capitis; Cornu, Corniger; Arcus, Arcitenens; Opus, Opifex, &c. Viciſſim διπλοῦς, duplus; Dies, Biduum: maxime autem in Superlativis; ut Optumus, Maxumus. [V. Fabius 1. 7.

O & U, ut ὠλένη, Ulna; Colo, Occulo; νὺξ, Nox; μύλη, mola; Ebur, Eboris [conſ. l. c. Quintil.

Quin & diphthongi ſæpe fiunt U. ut Φαιὸς, Fuſcus; a Cædo fit Cudo; Claudo, Occludo; φοινίκεος, Puniceus; a Pœna, Punio.

In verbis, quæ a Græco fonte cadunt, terminatio per o breve, præſtatur per u; ut κῦρος, Cyrus; πέλαγος, Pelagus, &c.

Nonnunquam inter c & l interponitur, ut Ἡρακλῆς, Hercules; Ἀλκμήνη, Alcumena: Aliquando abjicitur, ut Vinc'lum, Sæc'lum, Hercle. [Sæpius tamen apud Poetas, quam in ſoluta oratione, poſtulante ſcilicet metro.

V deſignat numerum Quinarium, non, ut Quintilianus abſurde opinatur, quod eſſet quinta vocalis: neque, ut alii, quod eſſet dimidia pars denarii. X. Hoc enim eſt Retro gredi, atque a tegulis ædificare: ſed quod in antiqua & ſimplici computatione in omni quinario numero neceſſaria eſſet ad ambiguitatem vitandam mutatio figurarum. Quatuor unitates IIII diſtincte caperet oculus, quinque non ita facile IIIII. Unitatibus igitur binis in angulum coeuntibus enaſcitur V. Ita neque progredimur ultra XXXX, neque ultra CCCC. In Græcia numeralibus hoc quoque accidit. V. plenius Alciat. Parerg. & Huetius in Huetianis. [Qui tamen, niſi fallor, a computatione per digitos arceſſit.

V. Vale, Valeo, Veſtalis, Veſtis, Veteranus, Victoriatus, (ſcil. Nummus) Vir, Virgo, Viſe, Vivens, Viva, Vivum, Vivus, Vixit, Volera, Volero, Voluſus, Vopiſcus, Voto, Votum, Vovit, Urbs, Uſus, Uxor.

V. A. Veterano aſſignatum. V. AED. Viro Ædilicio. V. AET. Virtus æterna. V. A. F. Vivus aram fecit. V. A. L. D. Virtus aram juſſu dedit. V. A. I. D. XI. Vixit annum unum dies undecim. V. A. L. Vixit annos quinquaginta, Vovit animo libens. V. A. L. H. S. E. Vixit annos quinquaginta hic ſitus eſt. V. A. L. S. Votum animo libens ſolvit. V. A. V. Vixit annos quinque. V. A. X. Vixit annos decem, & ſimiliter de pluribus.

V. B. Vir bonus. V. B. A. Viri boni arbitratu. V. B. F. Vir bonæ fidei.

V. C. Vale conjux, Vivens, vel Vivus, curavit. Vir clariſſimus, Vir conſularis, [Urbis conditæ] V. C. C. Vir clariſſimus Conſul. V. C. C. F. Vale conjux cariſſima feliciter. V. C. P. Vivens curavit ponendum. V. C. P. P. Vir clariſſimus Præfectus Prætorio. V. C. P. P. HISP. CIT. Vir clariſſimus præfectus prætorio Hiſpaniæ citerioris. V. C. P. T. Vir Conſularis Provinciæ Tarraconenſis.

V. D. Vir devotus, Vivens dedit, vel dedicavit, Votum dedit. V. D. A. Vale dulcis anima. V. D. D. Votum dedicatum. V. D. V. N. Vale decus urbis noſtræ. V. D. P. S. Vivens dedit proprio ſumptu, Vivens de pecunia ſua.

V. E. Vir egregius, Viſum eſt. V. E. D. N. M. Q. E. Vir egregius devotus numini majeſtatique ejus. V. E. P. Viro egregio fecit.

V. F. Verba fecit vel fecerunt, Vir frugalis, Viro fideliſſimo, Viſum fuerit, Vivens vel Vivus fecit, Voluit fieri, Votum fecit. V. F. C. Victoriæ felicitatis Cæſaris, Vivens faciundum curavit. V. F. D. M. Vivens fecit dis manibus. V. F. F. Vivens fieri fecit. V. F. G. Voluerunt fieri gratis. V. F. H. M. H. N. S. Vivens fecit hoc monumentum hæredes non ſequitur. V. F. I. Vivens fieri juſſit. V. F. N. M. N. S. Vivens fecit novum monumentum nomine ſuo. [Niſi potius Nummis ſuis] V. F. S. Vivens fecit ſibi. V. F. S. E. S. Vivens fecit ſibi & ſuis.

V. H. S. P. M. Vivens hoc ſibi fecit monumentum, vel fieri mandavit.

V. I. Vir illuſtris. V. I. C. P. Vir illuſtris comes patrimonii [vel Palatii.

V. K. APR. Quinto Kalendas Aprilis. [Sic V. EID. Quinto Idus.

V. L. A. S. Votum libens animo ſolvit. V. L. M. S. Vivens locum monumenti ſibi, Votum libens merito ſolvit. V. L. P. Votum libens poſuit. V. L. S. Votum libens ſolvit.

V. M. Vir magnificus, Vivens mandavit, Volens merito. V. M. F. M. Vivens monumentum fieri mandavit. V. M. M. Votum Magnæ Matri. V. M. S. Voto merito ſuſcepto, Votum merito ſolvit.

V. N. Quinto Nonas.

V. P. Vicarius præfecti, Vir Patricius, Vir perfectiſſimus, Vivens poſuit, Urbis Præfectus, Utriuſque Pannoniæ. V. P. P. P. Vir perfectiſſimus Præfectus Prætorio. V. P. PR. Vir perfectiſſimus præſes. V. P. R. Vota pro reditu. V. P. S. Vivens poſuit ſibi.

V. R. Votum reddidit, Urbs Roma, Urbis Romæ, Uti rogas.

V. S. Vice ſacra, Vivens ſibi, Votum ſolvit, Voto ſolenni, Voto ſuſcepto. V. S. A. L. Voto ſuſcepto animo libens. V. S. C. Voto ſuſcepto curavit. V. S. D. M. Vivens ſibi dedit monumentum. V S D S L. M. Vivens ſibi de ſuo locum monumenti, Voto ſuſcepto de ſuo libens merito. V. S. E. S. F. Vivens ſibi & ſuis fecit. V. S F. Vivens ſibi fecit, Univerſi ſic fecerunt. V. S F. I. Vivens ſibi fieri juſſit. V. S I. Vice ſacra judicans. [vel Votum ſolvi juſſit] V S L. Votum ſolvit libere, [vel Lubens] V. S. L. A. Votum ſolvit libens animo, vel Voto ſuſcepto. V. S. L. A. P. C. Voto ſuſcepto libens animo ponendum curavit. V. S. L. D. B. P. Voto ſuſcepto libens Deæ Bonæ poſuit. V. S L. D D. D. Vivens ſibi locus datus decreto Decurionum, vel Votum ſolvit loco dato. V. S. L. L. Votum ſolvit libentiſſime. V S L. L. M. Vivens ſibi legavit locum monumenti, Votum ſolvit libentiſſime merito. V. S. L. M. Votum ſolvit libens merito, Voto ſoluto libero munere. V. S. L. M. H. D. S. P. Vivens ſibi legavit monumentum hoc de ſua pecunia. V. S. L. M. P. Vivens ſibi locum monumenti poſuit, Voto ſuſcepto libens merito poſuit. V. S. L. P. Vivens ſibi locum poſuit, Voto ſuſcepto libens poſuit. V. S. M. Vivens ſibi monumentum, Voto ſuſcepto merito, Votum ſolvit merito. V. S. N. T. L. P. Vivens ſibi novum tituli locum poſuit. V. S. P. Viva, vel Vivus ſibi poſuit. V. S. P. L. D. D. D. Vivens ſibi poſuit loco dato decreto Decurionum. V. S P. L. L. M. Voto ſuſcepto poſuit libentiſſime merito. V. S. S. Vivens ſibi ſtatuit, Voto ſuſcepto ſolvit. V. S. S. L. M. Voto ſuſcepto ſolvit libens merito. V. S. T. L. M. Voto ſuſcepto tulit libens merito.

V. T. Uſus titulo. V. T. F: Uſus titulo fecit. V. T. F. I. Uſus titulo fieri juſſit.

V. V. Valens victrix, Virgo Veſtalis, Votum vovit, Voverunt. V. V. Virgines Veſtales. V. V. C. C. Viri clariſſimi. V V. C C. Virgines veſtales clariſſimæ. V. V. P. Vivis vivens fecit. V. V. L. Virginis veſtalis locus. V. V. M. Virgo veſtalis maxima. V. V. OSC. Urbs victrix Oſca.

V A C

Vacantia, Vacatio, &c. V. vaco.

Vacca, æ. f. [δάμαλις, Gl. L. G. & G. L. βοῦς, L. G.] Bos femina. Varro 2. de R R. cap. 5. Diſcernuntur in prima, vitulus & vitula: in ſecunda, juvencus & juvenca: in tertia & quarta, taurus & vacca. Cic. 1. de Nat. Deor. 78. Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Candens. Virg. 4. Æn. 61.
Feta. Virg. 3. Georg 177.
Nitida. Ovid. 2. Met 694.
Nivea. Ovid. 5. Met. 330.
Sterilis. Virg. 6 Æn. 251.
Demittunt ubera lactea vaccæ. Virg. 2. Georg. 524.
Diſtentent paſtæ ubera vaccæ. Virg. 9. Ecl. 31.

Mugit vacca. Stat. 4. Silv. 5. 18.
Paſcere vaccas. Ovid. 2. de Arte Am. 819.
Vacca, Μελαμπυγὸς αὐλὸς, Gloſſ. Latinogræc. V. VASCA.

VACCŬLA, æ. f. dimin. [δαμάλιον. βοΐδιον] Virg. ſive Valer. Cato in Diris v. 132.
Vaccula nonnunquam ſecreta cubilia captans.
Perdere vaccula. Apul. 7. Met. p. 198. Elmenh. Paſtores mei perditam ſibi requirentes vacculam.
Steriles vaccula. Arnob. 7. p. 225.

VACCĪNUS, a, um. Adj. [βόειος] Quod eſt ex vacca. Plin. lib. 24. cap. 3. Cortex illinitur, decoctus lacte vaccino, ſerpentis plagæ.

VACCINIUM, V. paulo poſt f. 1.

VACCA, æ. f. Oppidum Numidiæ. Salluſt. in Jugurth. cap. 47. pr. Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni, maxime celebratum, ubi & incolere & mercari conſueverant Italici generis multi mortales. [Sed Vaga ex MSſ. & conſenſu aliorum ſcriptorum legendum eſſe docet Cort. q. V. & Cellar. Geogr. Ant. 4. 5. 16.

VACCENSES, um. m. Vaccæ oppidi Numidici incolæ. Salluſt. in Jugurth. cap. 66. & ſeq. [Sed hic quoque Vagenſes Cort. q. V.

VACCĪNIUM, i. n. [ὑάκινθος, Gl. L. G. & G. L. ἄγχουσα, L. G. δαμάλιον, G. L.] Flos, qui alias Hyacinthus dicitur. Virg. 2. Ecl. 18.
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ubi Servius, Vaccinia ſunt violæ, quas purpurei coloris eſſe manifeſtum eſt. Falſo, ut arbitror, inquit Ruellius, Servium accuſant, qui vaccinium pro hyacintho Maroni acceptum in carmine affirmarit. Nec obſtat, quod Nigra dicat poeta, quando purpuream quoque violam nigram vocare ſolent auctores. Idem ſic florem hunc definit, Vaccinium folium habet bulbi, caulem palmeum, lævem, tenuioremque digito minimo, coloris herbacei, comam jacentem, incurvam, plenam floris purpurei, radice bulbacea. Hyacinthi cum viola nigræ erumpunt vere, ſed ante roſam, ut ferme omnia, quæ in coronas a montibus petuntur. Exeunt cum gladiolo, ceterum hyacinthus maxime durat. In Gallia eximie provenit. Hoc inibi pro cocco hyſginum tingitur. Frequens apud nos hyacinthus, quem florem rure hodie *vaciet* appellant, in quo priſtini vocabuli quædam rudimenta relucent, quaſi vaccinum & vaccinium innuant, herbam ipſam nemoralem, vel agreſtem cepam. [Sunt qui uno c ſcribunt, Vacinium. Sed quia Græci quoque, teſte Gloſſ. δαμάλιον vocant, apparet a Vacca ductum, & rectius litteram geminari.
Mollia vaccinia. Virg. 2. Ecl. 50.

VACCUS, i. m. [Οὔακκος] Dux Fundanorum in Privernati bello, qui a L. Papirio captus, ædes ejus dirutæ ſunt & bona publicata. V. Liv. 8. 19. & Cic. pro Domo 101. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata eſt & everſa, ut illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

VACEVIO, V. VACUUS.

VĀCERRA, æ. m. Vecors & vaſanus dicitur. Paulus.
Vacerram Verrius & alii complures vocari dicunt Stipitem, ad quem equos ſolebant religare. Atejus vero Philologus, maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, ut ſit Vecors & Veſanus, teſte Livio, qui dicat, Vecors & malefice vacerra. Hæc Feſtus. Columel. lib. 6. cap. 19. Ii autem in ipſis quatuor angulis affixi ſunt omnesque tranſverſis ſex temonibus, quaſi vacerræ inter ſe ligantur, ita ut a poſteriore parte, quæ latior eſt, velut in caveam quadrupes poſſit induci, &c. De machina facienda, qua clauſa jumenta curentur.
Vacerra, Genus clathrorum. Columel. lib. 9. cap. 1. Ubi vero neutrum patrisfamiliæ conducit, ratio poſtulat vacerris includi, ſic enim appellatur genus clathrorum: idque fabricatur ex robore, quercu, vel ſubere.

VACERRŌSUS, a, um. Adj. Inſanus, vecors. Suet. Auguſt. cap. 87. V. ibi Caſaub.

VACIUS, VACIA. V. VATIUS.

VACILLO, āre. n. com. [ἀκροβατέω, Gl. L. G. & G. L. ἀσταθέω, ὑποσκάζω, ὑποσαλεύω, L. G.] Titubare, Inconſtantem eſſe, & quaſi alternatim moveri. Cic. de Clar. Orat. 216. Curio in utramque partem toto corpore vacillans.
Vacillare dictum a ſenibus, qui ſint ævo defeſſi, atque ad ſuſtinendam laſſitudinem baculo tarditatem levent. Ex Non. 1. 148.
Vacillare ex vino. [κραιπαλάω, Gl. L. G.] Quintil. lib. 8. cap. 3.
Abſumta tabe membrorum vacillant. Lucret. lib. 1. 806.
Fides vacillat. Arcad. in l. 1. D. de teſtib. Teſtimoniorum uſus ab his præcipue eſt exigendus, quorum fides non vacillat.
Juſtitia vacillat, vel jacet potius, inquit Cic. 3. Off. 118.
Memoriola vacillare. Cic. 12. Att. 1. Sed quod ſcribis igniculum matutinum, γεροντικὸν eſt memoriola vacillare.
Nomina vacillant. Cic. 14. Att. 18. De Patulciano nomine quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad iſta expedienda factum mihi videbar reliquiſſe: cujus non ſine magna culpa, vacillarent. I. e. Nomina ſeu debita exacta non ſunt. Ad iſta expedienda, h. e. Ad mea nomina exigenda.
Res vacillat & claudicat. Cic. 1. de Nat. Deor. 107. Sed & ille reprehenſus a multis eſt, nec vos exitum reperitis, totaque res vacillat & claudicat.
Stabilitas amicitiæ vacillare videtur. Cic. 1. de Fin. 66.
Tellus vacillat ſub pedibus, Nutat, tremit. Lucret. lib. 5. 1235.

VACILLANS, antis. Partic. Titubans, Inconſtans, incertus.
Arbor vacillans. Lucret. lib. 5. 1095.
Fama vacillans. Lucret. lib. 4. 1121.
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.
Legio vacillans, Non firma fide. Cic. 3. Philipp. 31. In Galliam mutilatum duxit exercitum: cum una legione, & ea vacillante, L. fratrem exſpectat.
Litterulæ vacillantes. Cic. 16. Fam. 15. Accepi tuam epiſtolam vacillantibus litterulis, i. e. Manu tremula, non recta præ valetudine ſcriptis.
Teſtis vacillans, apud Juriſconſultos, Qui inconſtantia diverſa teſtimonia dicit. Modeſtin. in l. 2. D. de teſtib. Teſtes, qui adverſus fidem teſtationis vacillant, audiendi non ſunt.

VACILLĀTIO, ōnis. f. Quintil. lib. 11. cap. ult. Eſt & illa indecora in dextrum ac lævum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.
Fœda vacillatio. Suet. Claud. cap. 21. Non ſine fœda vacillatione diſcurrens.

VACILLĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Lat. Gr. Vacillator, σαλευόμενος.

VACINIUM, V. VACCINIUM.

VACINIA, æ. f. Arbor eſt Plin. lib. 16. cap. 18. Item vacinia Italiæ in aucupiis ſata, Galliæ vero etiam purpurea, tingendi cauſa ad ſervitiorum veſtes. [V. Hard. not. & hic pl. n. Vaccinia.

VĀCO, [σχολάζω, ἐλινύω, Gl. L. G. & G. L. σχολῶ, G. L.] āre. Otium habere. Cic. 12. Fam. 30. Quamvis enim occupatus ſis, otii tamen plus habes: aut ſi ne tu quidem vacas, noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere. Idem 12. Att. 38. Scribes aliquid, ſi vacabis.
Apud Hor. Sat. 6. libri 1. Commentator anonymus Otior exp. Otium ago & otio vaco. Puto male dici Vacare otio, quia Vacare dicimus alicui rei, in qua occupamur. Acro autem dicit eſſe fictum verbum, quum tamen Cicero uſus ſit. Otium ago, ut Gr. σχολὴν ἄγω. H. St. Ad verba Domeſticus otior, Sat. extr. Scripſit forte Schol. Negotio vaco, i. e. Careo.
Animo vacare, pro Curis ſolutum eſſe. Cic. 1. de Divin. 10. De quibus quid ipſe ſentiam, ſi placet, exponam: ita tamen, ſi vacas animo, neque habes aliquid quod huic ſermoni prævertendum putes.
Vacare, Dare operam. Dativo jungitur. Cic. 1. de Divin. 11. Ego vero, inquam, philoſophiæ, Quinte, ſemper vaco.
Armis vacare. Cic. 11. Philipp. 38.
Choris epuliſque vacare. Claud. 2. in Eutrop. 584.
Corpori vacare, Curare corpus. Plin. 1. Epiſt. 9.
Poſtulationibus vacare. V. POSTULO.
Sermoni alicujus vacare. Curt. lib. 6. 7. 20.
Sibi vacare. Martial. lib. 2. 5.
Vitæ vacare. Martial. lib. 5. 21.
In opus aliquod vacare, Scribendo operam dare. Ovid. 3. de Pont. 3. 36.
Vacare, Vacuum eſſe. Abſolute aliquando ponitur. Plaut. Caſ. 3. 1. 7.
Fac vacent ædes.
Agri vacant, Non ſunt conſiti, Non coluntur. Cæſ. 4. Bell. Gall. 3.
Domus, triclinium. Cic. 12. Att. 11. Tota domus ſuperior vacat, ut ſcis. Eidem lib. 13. 50. Villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.
Locum vacare cum voluit. Cæſ. 1. Bell. Gall. 28.
Locus vacat a cuſtodibus. Cæſ. 3. Bell. Civil. 25.
Quantum vacabit ab officio publico. Cic. 2. de Divin. 7. Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit a publico officio & munere. [Hic eſt Imperſ.
A ſcribendo vacare. Plin. Epiſt. 51. h. e. Superſedere a ſcribendo.
Vacat tempus e. Cic. de Clar. Orat. 271. Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forenſi dictione, aut a commentatione domeſtica, aut a ſcribendo, aut a cogitando. I. e. Semper aut dicebat, aut ſcribebat orationes, inquit Budæus.
A metu vacare. Liv. 7. 1.
Ab omni adminiſtratione rerum vacare. Cic. 1. de Nat. Deor. 2. An ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent.
Vacare re aliqua, pro Carere. Cic. 3. de Orat. 40. Domicilium tantum in ea urbe remanet ſtudiorum; quibus vacant cives, peregrini fruuntur.
Armis vacare. Lucret. lib. 5. 1348.
Crimine fama noſtra vacat. Ovid. 4. Epiſt. 18.
Culpa vacare. Cic. 6. Fam. 3. Nec enim, dum ero, angar ulla re: quum omni vacem culpa.
Culpa vacare in re aliqua. Cic. 2. Fam. 1. Præſertim cum, in quo accuſabas, culpa vacarem.
Cultu vacat inſula. Ovid. 10. Epiſt. 59. conf. Agri vacant ſupra.
Curis vacans. Lucan. lib. 5. 126.
Cura & negotio vacare. Cic. 1. de Legib. 8.
Cuſtode vacans. Ovid. 2. Met. 422.
Dolore corpus vacat. Ovid. in Ibin, 125.
Epulis ora vacant. Ovid. 13. Met. 478.
Juſtitia vacare. Cic. 1. Off. 62. Ea animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, ſi vacat juſtitia, &c.
Lamentis vacavit mors ejus. Cic. de Senect. 73. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum lamentiſque vacare. V. ELOGIUM.
Legibus vacat ætas noſtra. Cic. de Senect. 34. Ergo & legibus & inſtitutis vacat ætas noſtra muneribus iis, quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri.
Lite vacent aures. Ovid. 1. Faſt. 73.
Metu vacat animus. Ovid. 2. Amor. 6. 60. Liv. 7.
Milite & pecunia vacare. Liv. 2. 21.
Moleſtia vacare. Cic. 4. Acad. 131. Voluptatem autem & honeſtatem finem eſſe Callipho cenſuit: vacare omni moleſtia Hieronymus: hoc idem cum honeſtate Diodorus.
Morbis vacare. Javolen. in l. Qui tertiana. D. de Ædil. edict. Qui tertiana febre, &c. ne iis quidem diebus, quibus morbis vacant, recte ſani dicantur.
Populo vacare, Procul eſſe. Cic. 2. Tuſc. 64. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & quaſi quandam exaggerationem quam altiſſimam animi, quæ maxime eminet contemnendis & deſpiciendis doloribus: unam eſſe omnium rerum pulcherrimam, eoque pulchriorem ſi vacet populo, nec plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet. Budæus.
Pudore vacat nos. Ovid. 1. Amor. 6. 60.
Valetudine aliqua vacare. Celſ. lib. 2. cap. 14. Sed ut levata quoque adverſa valetudine recte frictio adhibetur, ſic nunquam adhibenda creſcente febre: verum ſi fieri poterit, quum ea toto corpus ea vacabit, minus recte quum ea remiſerit. [Subaudi Febris.
Vento omni qui vacant dies. Celſ. lib. 2. cap. 1.

VACAT, Imperſonale, [σχολή ἐστι] Otium vel vacuum tempus eſt. Dativo & Infinitivo jungitur. Ovid. 2. Triſt. 216.
Non vacat exiguis rebus adeſſe Jovi. Virg. 1. Æn. 377.
Et vacet annales noſtrorum audire laborum. [Subaudi, Tibi.
Vacat mihi eſſe diſerto. Quintil. lib. 11. cap. 1.

VACANS, antis. Partic. [σχολάζων] Qui otiatur. Cic. 8. Fam. 3. Hoc mihi carius ac jucundiſſimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus conſumere.
Animus vacans, Curis vacuus. Ovid. 9. Met. 611.
Saltus longe lateque vacantes. Virg. 3. Georg. 477.
Vacantes dicebantur, Milites adſcriptitii, ad commoda ſolum participanda in numerum relati. Treb. Pollio in Baliſta tyranno extr. Eſt & alia ejus epiſtola, qua gratias Baliſtæ agit &c. gaudens, quod ejus conſilio nullum adſcriptitium, id eſt vacantem, haberet. conf. Suet. Claud. 25.

VACAN-

Vacanter, Adv. Inaniter. Phavorinus apud Gellium, Vacanter hæc etiam, inquit, accumulavit & inanites. V. Noct. Att lib. 17. cap. 10.

Vacantia; æ. f. [[illegible]] Gloſſ. Græcolat.

Vacatio, ōnis. f. [[illegible], Gl. G. L.] Feriæ, ceſſatio, immunitas.
Adoleſcentiæ vacatio. Cic. pro Cæl. 30. Erat enim meum, deprecari vacationem adoleſcentiæ veniamque petere: non, inquam, audeo: perfugiis non utar ætatis.
Ætatis vacatio. Cic. 1. de Legib. 10. Ego vero ætatis potius vacationi confidebam, cum præſertim non recuſarem, quominus more patrio, ſedens in ſolio, conſultantibus reſponderem.
Legis vacatio. Suet. in Claud. cap. 18. extr. i. e. Solutio legis. Budæus.
Militiæ vacatio. Cæſ. 6. Bell. Gall. 14. pr. Cic 1. Att. 16. Senatus decrevit, ut Conſules duas Gallias ſortirentur, delectus haberetur, vacationes ne valerent. V. TUMULTUS.
Militiæ vacationem dare. Juſtin. lib. 21. 2.
Munerum omnium vacatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 53. Nos autem beatam vitam in animi ſecuritate, & in omnium vacatione munerum ponimus.
Rerum geſtarum vacatio. Cic. pro Sull. 26. Si me, non modo non rerum geſtarum vacatio, ſed neque honoris, neque ætatis excuſatio, vendicat a labore. [I. e. Vacatio, quam ob res meas geſtas meritus ſum.
Rerum omnium dare vacationem. Cic. 6. Verr. 23. Pro hiſce rebus, vacatio data eſt ab illo ſumptus, laboris, militiæ, rerum denique omnium.
Dare vacationem a cauſis. Cic. 1. de Legib. 11.
Habere vacationem. Cic. 4. Acad. 121. Sed cum ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto eſt æquius habere ipſos deos?
Sublatis vacationibus delectum haberi in urbe. Cic. 5. Philip. 31.
Uti vacatione. Cic. 7. Verr. 41. Quod tam immune municipium, quod per hos annos tam commoda vacatione ſit uſum omnium rerum, &c.
Vacatio etiam ponitur pro ipſa Pecunia, quæ pro vacatione ſolvebatur. Tacit. 1. Hiſt. 46. Ut vacationes, præſtari centurionibus ſolitæ, remitterentur. V. ibi Savil.

Vacuus, a, um. Adj. [[illegible], Gl. G. L.] Inanis, nihil continens. Virg. 7. Æn. 379.
— vacua atria circum. Et 2. Georg. 287.
— neque in vacuum poterunt ſe oſtendere rami. Idem 3. Georg. 143.
Saltibus in vacuis paſcant, & plena ſecundum
Flumina. Ubi tamen Servius, Vacuis, Magnis interpretatur. [Malim, vel Otioſis, pacatis, vel Intactis, nondum occupatis.
Agri vacui, Arboribus carentes, & ſoli expoſiti, nec obumbrati ramis arborum. Virg. 2. Georg. 54.
Aula vacua, Vacuefacta. Virg. 4. Georg. 90.
Domus vacua. Cic. 1. in Catil. 4.
Equus vacuus, Sine ſeſſore. Liv. 26. 16.
Lectus vacuus. Ovid. 11. Met. 471.
Lecto vacuo vivere. Propert. lib. 2. 2. 5.
Pectora in vacuo regnat amor. Ovid. 1. Amor. 2. 26. h. e. In pectore, quod paulo ante vacuum erat amoris affectu.
Tranſtrum vacuum, ſubaudi Remigibus. Cic. 7. Verr. 134. Nullum propugnatorem abfuiſſe, nullum vacuum tranſtrum eſſe: remigi rem frumentariam eſſe ſuppeditatam, &c.
Ventre vacuo mulier, cui opponitur Ventre pleno mulier, id eſt, prægnans. Papinianus in l. Ventre. D. de acquirenda hered.
Uterus vacuus, i. e. Non prægnans. Ulpian. in l. Cum quidam. §. Suum heredem. D. de acquiren. hered.
Vacuus [[illegible], Gl. L. G.] Levis, ut
Aër vacuus. Virg. 3. Georg. 109.
Auræ vacuæ. Virg. 10. Æn. 592.
Cælum vacuum. Virg. 5. Æn. 515.
Nomina vacua, Vana, inania. Tacit. 1. Hiſt. 30. Si reſpublica & Senatus & populus vacua nomina ſunt. Al. Vana.
Nomina vacua dicuntur, Qui ſunt ſine uſura & fœnore, nec in uſum aliquem erogantur. Scævola in l. Quintus. D. Depoſiti vel contra.
Pars vacua & integra. Cic. pro Roſc. Com. 52. Petiſſe, inquit, ſuam partem, Roſcium a Flavio confiteor, vacuam & integram reliquiſſe Fannii, concedo.
Poſſeſſio caduca & vacua. Cic. 3. de Orat. 110.
Prædia vacua. Cic. pro Roſc. Amer. 26. Cum ille confirmaret ſe nomen Sex. Roſcii de tabulis exempturum, prædia vacua filio traditurum, &c.
Venire in vacuum, Succedere in locum alicujus. Hor. 2. Serm. 5. 50.
Vacuus cum Genitivo, ut, Vacuus frugum, pro Frugibus. Salluſt. Jugurth. Ager autem aridus, & frugum vacuus. Nonius. [Niſi error.
Animi vacuus, Meticuloſus. Stat. 5. Theb. 643.
Tempus vacuum laboris dare ſibi. Ter. Heaut. 1. 1. 38.
Operum vacuus, Ceſſans ab opere. Hor. 2. Serm. 2. 119.
Rerum vacuæ litteræ. Tacit. 15. Ann. 8. extr.
Virium vacuus, Qui ſine viribus eſt. Plaut. Bacch. 1. 2. 46.
Ab exercitu vacua provincia. Cæſ. 8. Bell. Gall. 46.
Locus vacuus, ab defenſoribus. Ibid. 2. 12.
A re aliqua vacuus, Extricatus, quum negotium abſolvimus. Cic. 1. Q. frat. 3. Sin eris ab iſto periculo vacuus, ages ſcilicet, ſi quid agi poſſe de nobis putabis.
Ab moleſtia omni vacuum eſſe, & Aliquam ſollicitudinem habere, contraria. Cic. 11. Fam. 16. Permagni intereſt, quo tibi hæc tempore epiſtola reddita ſit, utrum cum ſollicitudinis aliquid haberes, an quum ab omni moleſtia vacuus eſſes.
A periculo vacuus. Cic. 10. Att. 12. Conſilium noſtrum ſpero vacuum a periculo fore.
Vacuus ac nudus a re aliqua. Idem 6. Verr. 3. Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portuque ornata ſit, ab his rebus, quibus iſte delectatur, ſane vacua ac nuda eſt.
A ſecuribus vacuus. Tacit. 10. Ann. 34.
Ab omni ſumptu vacui, Expertes, ſoluti ac liberi. Cic. 6. Verr. 23. Verum, ut opinio mea fert, his quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, ſoluti ac liberi fuerunt ab omni ſumptu, moleſtia, munere.
A ſuſpicione vacuus. Cic. de Aruſp. Reſp. 11.
A tributis vacuus. Tacit. 12. Ann. 34.
Non hora vacua a furto. Cic. 3. Verr. 33. Hora nulla vacua a furto, a ſcelere, crudelitate, flagitio reperietur.
Locus vacuus a turba. Cic. 5. de Fin. 1. Maxime, quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet.
Æmulatione vacuus. Tacit. 12. Ann. 2.
Curis vacuus. Cic. 2. de Fin. 46. Cum vacui curis etiam quid in cælo fiat ſcire debemus.
Cura domeſtica vacuus. Tacit. 12. Ann. 5.
Inſidiis nihil vacuum, nihil tutum. Cic. 4. Fam. 14. Quum, propter eorum ſcelus, nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil inſidiis vacuum viderem.
Metu vacuus. Tacit. 1. Hiſt. 88.
Moleſtiis vacuus. Cic. 4. Fam. 4.
Negotiis vacuus. Cic. 4. de Fin. 12. Vacui negotiis honeſte ac liberaliter poſſumus vivere.
Nuptiis vacuus. Plaut. Merc. 5. 4. 25.
Periculo vacuus. Tacit. 1. Hiſt. 88.
Somno vacuus. Ovid. 1. Amor. 2. 3.
Timore vacuus. Cic. 2. de Fin. 30. Luxurioſos non reprehendit, modo ſit vacua infinita cupiditate & timore.
Tributo vacuus. Tacit. 12. Ann. 61.
Ætas vacua periculo. Tacit. 16. Ann. 23.
Gladius vagina vacuus. Cic. pro Marcell. 17.
Mens vacua tranquillitate, &c. Cic. 3. Tuſc. 8. Sanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtantiaque cenſebant, his rebus mentem vacuam appellarunt inſaniam.
Nox vacua crimine. Ovid. 4. Faſt. 581.
Tempus ſterile & vacuum beneficio. Plin. in Paneg.
Vita vacua laboribus. Ovid. 5. Triſt. 3. 9.
Vacuus, Nullis negotiis diſtractus. Cic. in Brut. 10. Itaque hunc elegimus diem, quum te ſciremus eſſe vacuum.
Vacuus, pro Otioſo. [[illegible], σχολάζων. Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Tacit. 2. Ann. 46. Quoniam tres vacuas legiones, & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit.
Vacuus ad narrandum aliquid. h. e. Cui vacat narrare, aut agere. Ter. And. 4. 2. 13.
Animus vacuus, Otioſus, nullis negotiis curiſve irretitus. Cic. de Clar. Orat. 20. Nunc vero, inquis, ſi es animo vacuo, expone nobis quod quærimus.
Animus vacuus & ſolutus. Cic. 4. Verr. 23.
Animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferre. Cic. 12. Att. 37.
Aures vacuæ. Plaut. Trin. prol. 11.
Accipite, & date mihi vacuas aures, dum eloquor. h. e. Nolite aliis rebus occupare aures, tantum audite me. Al. Vacivas. Cic. Anteq. iret in exil. 13.
Aures vacuas permulcere dictis, Adulationibus patentes. Hor. 1. Epiſt. 17. 26.
Dies vacuos habere, h. e. Nullis aliis rebus dedicatos. Cic. 2. Verr. 56. Etiamſi ſtatim ad dicendum noſtro commodo, vacuoſque dies habuiſſemus, tamen oratione longa nihil opus fuiſſe.
Mentes vacuas tenere, Oblectare animos otioſos. Virg. 3. Georg. 3.
Operarii vacui. Columel. lib. 11. cap. 2.
Pedes vacui. Ovid. 1. de Arte Am. 491.
Tempus vacuum amori. Lucan. lib. 3. 26.
Temporis quum vacui nihil haberem. Cic. 2. Att. 23.
Umbra tonſoris vacua, Tonſtrina tonſoris ceſſantis. Hor. 1. Epiſt. 7. 50.
Urbs vacua, in qua homines degunt otioſi. Hor. 2. Epiſt. 2. 81.
Vacuum fuit concupiſcere ſecuras opes. Tacit. 2. Hiſt. 38. pr.
Superl. Ovid. 3. de Pont. 1. 141.
Nec rurſus jubeo, dum ſit vacuiſſima quæras. h. e. Otioſiſſima, vacua & libera ab aliis negotiis.

Vacue, Adv. [κενῶς] Arnob. lib. 3. p. 121. Inaniter, vacue & ſine ulla ſubſtantia conſtituta.

Vacuitas, ātis. f. [[illegible], [illegible]] Cic. 1. Off. 73. Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus. Idem 1. de Fin. 37. Nam quoniam, quum privamur dolore, ipſa liberatione & vacuitate omnis moleſtiæ gaudemus.
Securitas & vacuitas. Cic. 5. Tuſc. 42. Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt.
Dolorum omnium vacuitas. Cic. 2. de Fin. 36.

Vacivus, a, um. Adj. [σχολ..., Gl. L. G.] Idem quod Vacuus. ut,
Aures vacivæ. Plaut. Trin. prol. 12.
Ædes aurium vacivæ. Idem Pſeud. 1. 5. 54.

Vacive, Adv. Idem, quod Vacue. Phædr. 5. prol. 14.
Quartum libellum dum vacive perleges.

Vacivitas, ātis. f. Idem quod Vacuitas. Plaut. Curc. 3. 2. 40. Cibi vacivitate. Et Cic. 11. Fam. 10. Cupiditatem hominibus injiciat vacivitas non te fugit. Alii legunt Vacuitas; ſed J. G. Grævius legit Vacivitas ex MSS.

Vacuo, [[illegible], Gl. G. L.] āre. Vacuum efficere. Martial. lib. 11. 6.
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elyſium liceat ſi vacuare nemus. Columel. lib. 3. cap. 13.
Opus eſt autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam erigi jubeat, ſulcumque vacuari.

Vacuātus, a, um. Partic. m, Vacuata dolia. Columel. 12. 50.
Penates vacuati. Sil. 11. 57.
Impenſis belli vacuati ſæpe penates.

Vacuefacio, ĕre. Idem quod Vacuo. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12.
Venas media vacuefacere. Nepos 5. 2. 5. Vacuefacere inſulam.
Vacuefacere apud Lactantium de Vera ſapientia libro quarto, de Chriſto, Quod ſabbatis non vacaret, operans in ſalutem hominum: quod circumciſionem vacuefaceret: quod abſtinentiam ſuillæ carnis auferret. Id eſt, (opinor) pro vacua & inani ea haberet. H. St. Extant cap. 17. pr.

Vacuēfio, fiĕri. pro Vacuefio. Lucret. lib. 6. 1015.
Hoc ubi inanitur ſpatium, multaſque vacefit, &c. conf. v. 1003.

Vacuefactus, a, um. Partic. Nepos 20. 3. 2. Civibus veteribus ſua reſtituit, novis bello vacuefactas poſſeſſiones diviſit.

Vacanto, onis. m. Faſcis, manipulus, apud Petron. cap. 63. Alii aliter legunt.

Vacuna, [[illegible]] Dea quæ præerat otioſis & vacantibus. Huic ſacrificabant agricolæ, quum poſt collectas fruges quieſcebant. Ovid. 6. Faſt. 307.

Nam quoque quum ſiunt antiquæ ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos. Hor. 1. Epiſt. 10. 49.
Vacuna, antiquorum obſoletum & ridiculum nomen, non videtur tantum fuiſſe vacantium & otioſorum dea, ſed etiam eorum, qui vel crimine, vel calumnia, contumelia denique & maledicto vacui reddebantur. Eam facio conjecturam ex eo quod Auſonius Epiſt. 4. 101. ſcribit,
Totam trado tibi ſimul Vacunam,
Nec jam poſt metues ubique dictum. i. e. Vacuum te jubeo eſſe, liberum & immunem ab omni dicto & contumelia. Turneb. 2. 23.
VACUNĀLIS, e. Adj. Ad Vacunam pertinens. Ovid. 6. Faſt. ſupra.
VACELIUM, i. n. [Οὐακέλιον] Urbs Norici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 14. hodie *Villacum*, vulgo *Villach*. V. VICUNTII.
VACUNA, VACUNALIS, in VACO, paulo ſupra.

V A D

VADA, VADABILIS, V. VADUM.
VADATIO, VADATUS, V. VADES.
VADIMŌNIS, is. m. [Οὐαδιμόνος λίμνη] Etruriæ lacus eſt, in quo fluctuant inſulæ, de quo Plin. lib. 2. cap. 95. multa commemorat. Plinius lib. 8. epiſt. 20. Exegerat ſocer meus, ut Amerina ſua prædia inſpicerem. Hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubjacens lacus nomine Vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbienſi fervet, ſcatetque ſulphureis aquis.
VADIMONIUM, V. VADES.
VĀDIS, is. primo dicebatur, deinde per ſyncopen VĀS, vădis. m. [ἐγγυητὴς, ἀνάδοχος, Gl. L. G. ἐγγυητὴς, G. L.] eſt Sponſor alterius in re capitali, ut ait Feſtus. Vas (inquit Varro de L. L. 5. 7.) dictus eſt qui pro altero vadimonium promittebat, &c. Cic. 3. Off. 45. de duobus Pythagoreis, Quum is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaviſſet, vas factus eſt alter ſiſtendi ejus, ut ſi ille non revertiſſet, moriendum eſſet ipſi. V. Liv. 25. 4.
Inter vadem & Prædem. V. PRÆS.
Juſtus vas. V. JUSTUS.
Accipere aliquem vadem mortis. Cic. 5. Tuſc. 63. Quorum quum alterum vadem mortis accepiſſet, alter, ut vadem ſuum liberaret; præſto fuiſſet ad horam mortis deſtinatam. V. ACCIPIO.
Dare vades. Varr. l. c. Hor. 1. Serm. 1. 19.
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem eſt. Cic. 2. de Fin. 79. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico?
Deſerere vades. Liv. 39. 41.
VADIMŌNIUM, i. n. [ἐγγύη, Gl. L. G. & G. L. ἐγγυοδοσία, L. G.] Sponſio quædam ſiſtendi, comparendique in judicio ad diem præſtitutam, per ſe, vel per advocatus, quod deſerere non licet. Cic. pro Quint. 48. Ad vadimonium non venit: quis? is, qui tibi præſto ſemper fuit.
Convadari aliquem vadimoniis. Plaut. in Curc. 1. 3. 5.
Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis?
Vadimonium a Vade deductum eſt, ut Mercimonium a Merce: & quanquam eo nomine proprie cenſetur obligatio ſiſtendi ſe judicio, tamen omnis ſponſio & promiſſio eo interdum vocabulo continetur, ut e dicto Thaletis Mileſii cognoſci poteſt, ἐγγύα πάρα δ' ἄτα, quod Auſonius in Sapient Sentent. extr. vertit,
Mileti fugiſſe Thales vadimonia alumnos. Idem Lud. Sapient. v. 190. convertit, — ſponde, noxia eſt præſto tibi.
Garrula vadimonia. Ovid. 1. Amor. 12. 23.
Concipere vadimonium, Certam formulam exprimere. Cic. 2. Q. fratr. 14. Negat enim in tanta multitudine eorum, qui una eſſent, quenquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet. V. CONCIPIO.
Conſtituere vadimonium. Cic. de Senect. 21. Omnia, quæ curant, meminerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeant.
Deſerere vadimonium. Plin. in præfat. Inſcriptiones, propter quas vadimonium deſeri poſſet. i. e. Feſtiviſſima, & magna, multaque prominentes, ita ut vel vadimonium propter eorum librorum recitationem deſeri poſſit. Budæus. V. DESERO.
Differre vadimonium. Cic. 2. Att. 7. In hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo vadimonium: nam mira ſum alacritate ad litigandum. i. e. Differre diem judicii, diem adeundi Prætoris. V. DIFFERO.
Facere miſſum vadimonium, eſt Vadimonii obligationem remittere, condonareque. Cic. pro Quint. 23. Qur quo tempore primum male agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne conſumpſerit, qui poſtea quoque vadimonium miſſum fecerit. Budæus. [i. e. Noluerit te vadari, cum poſſet.
Imponere vadimonium alicui. Nepos 20. 5. 2.
Obire vadimonium. V. OBEO.
Obſtricti vadimonio hodie dici poſſunt, qui ob crimina in judicium vocati, ab judicibus (ut fit) impetraverunt, ut aut ſua, aut ſponſorum fide dimittantur, ea lege ut in diem certum, aut quandocunque judici viſum fuerit, ad judicium ſiſtantur, quos *elargis* Galli vocant. Budæus.
Occurrere ad vadimonium. Suet. Calig. cap. 39. Et litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent.
Promittere vadimonium. Cic. 5. Verr. 38. Et 7. Verr. 141. Quod iſti ſimul ac nuntiatum eſt, hominem jubet Lilybæum vadimonium Venerio ſervo promittere. Promittit, Lilybæum vaditur. V. PROMITTO.
Siſtere vadimonium. Cic. pro Quint. 20. Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit. V. SISTO.
Eſſe vadimonium alicui cum aliquo. Cic. pro Quint. 56.
Eſſe in vadimonio. Cic. pro Quint. 23.
VADOR, [ἐξεγγυῶμαι, Gl. L. G. & G. L. μετὰ παρεγγυήσεως ἀναλαμβάνω, L. G.] āri. Verbum commune eſt ſecundum Priſcianum, pro Vadimonio obſtringere, ſive diem judicii ex compacto conſtituere, & in jus vocare. Cic. pro Quint. 61. Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. Vadari vis: promittit. In jus vocas: ſequitur. Judicium poſtulas: non recuſat. Plaut. Perſ. 2. 4. 18.
Vadatur hic me. P. utinam vades deſint, in carcere ut ſis. Cic. pro Quint. 23. Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: ſi quid agere ſecum velit Quintius, non recuſare. Hic quum rem Gallicanam caperet reviſere, hominem in præſentia non vadatur, ita ſine vadimonio diſceditur. Hor. 1. Serm. 9. 36.
— & caſu tunc reſpondere vadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem. Ovid. Rem. Amor. 665.

Jamque vadaturus, lectica prodeat inquit.
VADĀTUS, a, um. Partic. Fulgentio de Priſc. ſer. 61. teſte, Obſtrictus, vel ſub fide, aut fidejuſſione aſſiſtens, ſicut Feneſtella ait: Apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur. V. Apul. 11. Met. p. 259. Elmenh. Amore vadatus vinctuſque. Plaut. Bacch. 2. 2. 3.
VADATIO, ōnis. f. apud JCtos. V. Hotoman. de verb. jur.
VĀDO, ſi, ſum, [ἀπέρχομαι. Gl. L. G.] ĕre. Iter facere, quaſi Viæ ſe dare. Virg. 2. Æn. 396.
Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro. Cic. in Arat. 326.
Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit.
Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit. Cic. 14. Att. 11.
Ad eum poſtridie mane vadebam, quum hæc ſcripſi. Cic. 4. Att. 9.
Vade, ὕπαγε, ἄπιθι. Gloſſ. Latinogræc.
Vade age. Virg. 3. Æn. 462.
Vadit adverſus imminentem hoſtium aciem. Liv. 9. 31.
In hoſtes vadendum. Liv. 7. V. INVADO.
In mortem vadere. Virg. 2. Æn. 359.
In præceps vadere. Sen. Hippol. v. 179.
— vadit animus in præceps ſciens.
In prælium vadere. Liv. 3. 63. & 9. 13.
Veloci via vadere. Senec. Med. 2.
Feræ erectæ vadunt. Auctor ad Heren. lib. 2. 29.
In Meſopotamiam vadit Euphrates per Seleuciam. Plin. lib. 5. cap. 2.
Per iter præceps gloria vadit. Ovid. 4. Triſt. 3. 74.
VADENS, entis. Partic. [βαδίζων] Virg. 6. Æn. 263.
Ille ducem, haud timidis vadentem paſſibus, æquat.
Vadentes per. Liv. 26. 6. Elephanti, per media caſtra vadentes, ſtragem tabernaculorum, ingenti ſonitu ac fuga abrumpentium vincula jumentorum, facerent.
VĂDUM, i. n. Plur. Vada. [βράχη τῶν θαλάσσων, Gl. L. G. & G. L.] Locus in flumine, lacu, mari, & quacunque aqua, qua propter brevitatem tranſiri poteſt, ſive per quem vadere licet, quum ſit minus profundus. Plin.
Lignum vado hærebat. Liv. 38.
Pontem, quia vado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Liv. 38. 18.
Rhodanus nonnullis locis vado tranſitur. Cæſ. 1. Bell. Gall. 6.
Scitus vadorum. Ovid. 9. Met. 108.
Brevia vada. Virg. 5. Æn. 221.
Cæca. Virg. 1. Æn. 540.
Dura vada cæcis ſaxis. Virg. 3. Æn. 706.
Gelida. Ovid. 3. Amor. 6. 26.
Iniqua. Propert. lib. 1. 17. 10.
Limoſum. Ovid. 4. Faſt. 300.
Paluſtria. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 59.
Prona vada fluvii. Claud. 1. in Eutrop. 353.
Sacra vada fontis Numici. Virg. 7. Æn. 242.
Tarda vada, Aquæ torpentes & pigræ. Sen. Herc. fur. 9.
Torva vada. Senec. Theb. v. 116. Al. Torta.
Vitrea vada. Claud. de Aponi balneis 5. 32.
Emergere e vadis, per metaphoram. Cic. pro Cœl. 51. Sed quoniam emerſiſſe jam e vadis, & ſcopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur.
Frangere nodoſum vadum nando. Sil. lib. 8. 555.
Labitur placido vado Lethe. Senec. Herc. fur. 9.
Nudantur vada. V. NUDUS.
Tentare vadum, pro Aggredi negotium aliquod, dixit Ovid. 1. de Arte Am. 437.
Tranſiliunt rates vada. Hor. 1. Carm. 3. 24.
Res eſt in vado, i. e. In tuto. Nam ut in profundo periculum conſiſtit, ita in vado ſecuritas. Ter. And. 5. 2. 4.
Vadum, pro Fundo. Plin. lib. 31. cap. 3. de aquarum ſalubritate, Super omnia obſervatio una, ut illa vado exſiliat vena, non e lateribus.
Refuſa imis vado ſtagna. Virg. 1. Æn. 130.
Vadum pro Mari. Catull. Argon. 62. 6.
Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi.
Cærula vada. Virg. 7. Æn. 198.
Fervida. Virg. 7. Æn. 24.
Piſcoſa. Ovid. 2. de Arte Am. 82.
Salſa vada. Virg. 5. Æn. 158.
Applicare remus vado. Ovid. 3. Triſt. 9. 10.
Exſultant vada. Virg. 3. Æn. 557.
Petiiſſe vada remis. Catull. Argon. 62. 58.
Vertere vada livida remis. Virg. 6. Æn. 320.
VADUS, i. maſculino genere apud antiquos. Salluſt. Hiſt. lib. 2. Et mox Fufidius adveniens cum legionibus, poſtquam tantas aſperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti, quam ſuis, opportuniora videt, &c. Ex Nonio 3. 265.
VADA, orum. n. pl. Locus Italiæ in Liguria, cui Sabatiorum nomen adjicitur. Cic. 11. Fam. 10. Ad Vada pervenit. Et Epiſt. 13. Priuſquam ad Vada venit. V. Geograph. Hodie *Savona*. Sic
Vada Volaterrana. Cic. pro Quint. 24. Quum veniſſent ad vada Volaterrana, quæ nominantur, vident perfamiliarem Nævii, &c.
VADUS, a, um. pro Vadoſus. Pomp. Mela 2. 5. Atax ex Pyrenæo monte digreſſus, vaduſque eſt. Al. Vadoſus rectius.
VADŌSUS, a, um. Adj. [τεναγώδης] ut, Vadoſus amnis, Qui frequentia habet vada, quæ tranſiri pedibus poſſunt. Cæſ. 1. Bell. Civil. 25. Quod his locis vadoſum mare erat, longius progreſſus, &c. Liv. 37. 24. Quod in fluminis modum longum & anguſtum & vadoſum oſtium portus ſit.
Aquæ vadoſæ. Lucan. lib. 8. 698.
Superl. Solin. cap. 65. Ganges, ubi vadoſiſſimus eſt.
VADO, [διαπεράω] āre. Per vadum tranſire. Solin. Flumen, quod propter brevitatem facile vadari poterat.
VADĀBILIS, e. Adj. Idem, quod Vadoſus. Sareſb. 2. 24. Non vadabilis Abyſſus.

V Æ

VÆ, [οὐαί] Interjectio, his rebus propria, quas exſecramur. Dativo jungitur. Ter. And. 1. 1. 3. Væ miſero mihi. Martial. lib. 5. 34.
Carpere

Carpere cauſidicus fertur mea carmina: quis ſit
Neſcio: ſi ſciero væ tibi, cauſidice.
Aliquando ſine caſu. Virg. 9. Ecl. 28.
Mantua, væ miſeræ nimium vicina Cremonæ! [Niſi Væ miſeræ! i. e. Infelici tibi. V. MISER.
Væ victis! a Brenno Gallorum Rege in proverbium venit. Feſtus. V. Liv. 5. 48. extr.
Nonnulli Veh ſcribunt, alii Væh, aut Væ.
VÆCORS, V. VECORS.
VÆNEO, V. VENEO.
VÆSANUS, V. VESANUS.

V A F

VĂFER, afra, frum. pr. c. Adj. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Callidus, aſtutus, quaſi valde Afer, ut vult Non. 2. 70. Mira enim ſemper fuit Afrorum calliditas. Cic. 5. de Rep. apud Non. l. c. Non ſunt in diſputando vafri, non veteratores, non malitioſi. Et 5. Off. 57. Certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, &c. verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. Ovid. 3. de Arte Am. 330.
Cuive pater vafri luditur arte Getæ. [V. Valer. pr. lib. 7. cap. 3.
Jus vafrum. Hor. 2. Serm. 2. 151.
Compar. Hieron. Epiſt. 23. Cavillentur vafriora licet.
Superl. Senec. Epiſt. 48. Interrogationes vaferrimas ſtruere. Cic. 1. de Nat. Deor. 39. Chryſippus, qui Stoicorum, ſomniorum vaferrimus habetur interpres.
VAFELLUS, a, um. Adj. dimin. Feſtus, Sicut fit diminutive a Macro macellus, a Vafro vafellus. [Sic Miſellus, Pulchellus, Nigellus, &c.
VAFRE, Adv. [[illegible]] Callide. Valer. lib. 7. cap. 3. De Vafre dict. aut fact. ſæpius. Cic. 4. Verr. 132. Nihil ſane vafre, nec malitioſe facere conatus eſt.
VAFRITIA, æ. f. Senec. Epiſt. 49. Non vacat mihi vafritiam meam experiri.
VAFRĀMENTUM, i. n. Valer. Max. lib. 7. cap. 3. ext. 2. Quantum imperium quam parvo interceptum eſt vaframento. Ibidem 4. Lampſacenæ urbis ſalus unius vaframenti beneficio conſtitit.

V A G

VĂGEDRŪSA, æ. f. Fluvius inter Achatem & Gelam, apud Sil. lib. 14. 229.
Qui fontes, Vagedruſa, tuos, &c. Emendati codd. Vage Chryſa.
VĂGĔNI, orum. m. [[illegible]] Plin. lib. 3. cap. 20. Populi inter Alpinas gentes. Sil. lib. 8. 608.
Tum pernix Ligur, & ſparſi per ſaxa Vageni.
VĀGĪNA, æ. f. [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Alicujus rei theca. Vagina Iſidoro 18. 9. videtur dicta quaſi Bajugina, quod in ea mucro vel gladius bajulatur, Voſſio quaſi Vacina a vacuitate; aliis a Vagiendo, quod quaſi vagitum edat, dum ſtringitur gladius. Cic. 1. in Catil. 4. Verumtamen ut incluſum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. Idem 2. de Nat. Deor. 37. Ut clypei cauſa involucrum, vaginam autem gladii, ſic præter mundum cetera omnia aliorum cauſa eſſe generata. Virg. 9. Æn. 305.
Sic ait illacrimans: humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſſius, atque habilem vagina aptarat eburna.
Diripere enſem vagina. Ovid. 10. Met. 475.
Ducere ferrum vagina. Ovid. 4. Faſt. 929.
Educere gladium e vagina. Cic. 3. de Invent. 14.
Eripere ferrum vagina. Virg. 6. Æn. 260.
Liberare enſem vagina. Ovid. 2. Faſt. 792.
Tectus enſis vagina. Hor. 2. Serm. 1. 41.
Corporis in vaginas unguium mucrones condunt feræ. Plin. 8. 15.
Viſcerum membranæ & vaginæ. Plin. lib. 11. cap. 37.
Frumenti vagina. Varro 1. de R. R. cap. 48. Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum: quæ primitus, quum oriuntur, neque plane apparent, in qua ſubinſunt herba, ea vocatur vagina, ubi qua latet conditus gladius. Cic. de Senect. 51. Culmoque erecta geniculato, vaginis jam quaſi pubeſcens includitur.
VAGINŬLA, æ. f. dimin. [[illegible]] Plin. lib. 18. cap. 7. Et far in vaginulis ſuis ſervant ad ſatus.
VĀGIO, [[illegible]] îre. proprium eſt infantium. Ter. Hec. 4. 1. 2. Nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis. Cic. de Senect. 83. Et ſi quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam. Ovid. 2. Faſt. 405.
Vagierant ambo pariter. Heinſ. ex MSS. legit, Vagierunt clamore pari.
Dicitur de Hœdis. Varro de L. L. 6. 5. Ejuſdem (ſc. Ennii) ab hœdo,
Clamorque ad cælum volvendus per æthera vagit.
Item de Leporibus. Auctor Philomel. v. 60.
VAGĪTO, [[illegible]] âre. frequentat. Stat. 4. Silv. 8. 55.
—quumque tibi vagiret tantus infans. Alii Vagiret.
VAGĪTUS, ûs. m. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] Ipſe infantium vox. Martial. lib. 9. 9.
Sordida vagitu poſceret æra puer.
Ingens vagitus. Virg. 6. Æn. 426.
Lugubris vagitus. Lucret. lib. 5. 227.
Rudis vagitus. Stat. 2. Silv. 2. 105.
Edere vagitum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Miſti ægris vagitibus ploratus. Lucret. lib. 2. 579.
VAGOR, ôris. m. Idem. Lucret. lib. 2. 575.
Et ſuperantur item, miſcetur funere vagor. Nonius 2. 889.
VAGITĀNUS, i. m. Vagientium deus. Auguſtin. de Civit. Dei 4. 8. Vagitanum, qui infantum vagitibus præſideret. Al. Vaticanum.
VAGŬLUS, a, um. Adj. a Vagio. Adrianus imperator in carmine, quod moriturus dixit apud Spartianum cap. 25.
Animula vagula, blandula, &c. [Immo Dimin. a Vagus Adj. q. V. & not. Caſaub.
VAGULĀTIO, ônis. f. a Vagulo, âre, quod a Vagio deſcendit; Vagitus, clamor, convicium. Verba ſunt legis XII Tabul. Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito. Tertiis diebus valet, diebus perendinis, ut dicitur tertiis nundinis: ob portum, ad ædes: ob vagulationem, ad quiritandum & convicium homini faciendum, qui ad teſtimonium dicendum non venerit. Nec aſſentior iis qui a Vagor deducunt, nec qui Obvagulatum legunt, cum Vagulationem Feſtus plane aperteque legat, & interpretetur, ſitque Ob vagulationem dictum antiquo more pro Ad vagulationem. Ex Turnebo.
VAGNA, æ. f. [[illegible]] Copa. Gloſſ. Latinogræc.
VĂGUS, a, um. Adj. [[illegible], [illegible], [illegible], Gl. L. G. & G. L.] Qui ſine negotio modo huc, modo illuc inutiliter diſcurrit. Dictus quod vacuus, id eſt ſine negotio agatur. Cic. 7. Att. 11. Vult enim me Pompejus eſſe, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat [illegible], ad quem delectus & ſumma negotii referatur. Itaque vagus eſſe cogitabam.
Solutum quiddam ſit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. Cic. in Orat. 77.
Aliquem vagum & exſulem errare. Cic. pro Cluent. 175.
Exſul vagus. Ovid. 11. Met. 408.
Juventus vaga. Martial. lib. 2. 90.
Mercator vagus. Hor. de Arte Poet. 117.
Pecora vaga. Catul. de Berecynth. 61. 13.
Turba vaga. Ovid. 13. Met. 221.
Villicus vagus, I. e. Libidinoſus. Columel. lib. 12. cap. 1. Curandum eſt, ne vagum villicum, nec averſum contubernio ſuo habeamus.
Volucres vagæ. Ovid. 14. Met. 340.
Animi vagus. Catull. de Berecynth. 61. 4.
Greſſus vagi. Martial. lib. 2. 57.
Hic quem videtis greſſibus vagis lentum, &c.
Pede vago quiſque diſcedebant. Catul. Argon. 62. 225.
Aves vagæ. Hor. 4. Carm. 4. 2.
Aura vaga. Ovid. 8. Met. 197.
Errores vagi. Ovid. 4. Met. 502.
Fama vaga. Ovid. 21. Epiſt. 235.
Febres vagæ, Inordinatæ. Celſ. lib. 3. cap. 5.
Flumina vaga. Hor. 1. Carm. 34. 9.
Fortuna vaga & volubilis. Cic. pro Milon. 70.
Lumina vaga noctis. Stat. 3. Theb. 63.
Mane vagum, Quo vagamur. Martial. lib. 7. 38.
Diſcurſus varius, vagumque mane.
Murmura vaga. Stat. 6. Theb. 543.
Natura vaga, Effrenis. Hor. 2. Serm. 7. 74.
Nomen herbæ vagum, Inconſtans, & multis opinionibus obnoxium. Plin. lib. 27. cap. 2. Ambroſia vagi nominis eſt, & circa alias herbas fluctuati, h. e. Ambroſiæ nomen multis herbis eſt commune.
Para quæſtionum vaga, libera & late patens. Cic. 2. de Orat. 67.
Rumores vagi. Ovid. 11. Met. 667.
Sententia errans & vaga, cui Certa & ſtabilis opponitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Eſt enim & Philoſophi & Pontificis & Cottæ, de diis immortalibus habere, non errantem & vagam, ut Academici, ſed, ut noſtri, ſtabilem certamque ſententiam.
Sermonibus vagis complet aures. Claud. 1. Conſ. Prob. & Olyb. 31.
Vitam proſequi inopem & vagam. Cic. 10. Philipp. 15.
VAGULUS, a, um. Adj. dimin. V. in VAGIO.
VAGE, Adv. Auctor ad Herenn. lib. 4. 43. Reſtant etiam decem exornationes verborum, quas idcirco non vage diſperſimus, ſed a ſuperioribus ſeparavimus, &c.
Amnes vage deerrarunt. Lucret. lib. 2. 870.
Res ſparſæ & vage disjectæ. Auctor ad Herenn. lib. 4. 3.
VAGOR, [[illegible], Gl. G. L.] âri. Inutiliter huc atque illuc ferri. Cic. pro Font. 23. Hi contra vagantur læti atque erecti paſſim toto foro, cum quibuſdam minis, & barbaro atque immani terrore verborum. Et 1. de Invent. 2. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur.
Boves vagantur per arva. Ovid. 1. Faſt. 545.
Vagantur gregatim fere cujuſque generis ſquamoſi. Plin. lib. 9. cap. 16.
Per orbem terrarum vagari. Cic. 2. de Lege Agr. 41.
Quacunque velis vagari. Cic. 4. de Lege Agr. 54.
Tota urbe vagatur. Virg. 4. Æn. 68.
In foro volitare & vagari. Auctor ad Herenn. lib. 4. 52.
Cum conjugibus & liberis vagamur egentes. Cic. 8. Att. 2.
Terras vagari, Pervagari. Propert. lib. 2. eg. 19. Al. 21. 21.
Ino etiam prima terras ætate vagata eſt. [An Terris?
Vagatur animus, quod etiam Peregrinari dicimus, & divagari, hoc eſt alienari, diſcurrere. Cic. 2. Off. 7. Non enim ſumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam quid ſequatur.
Fama vagatur. Virg. 2. Æn. 17.
Mors immatura vagatur. Lucret. lib. 5. 222.
Nomen tuum longe atque late vagabitur. Cic. pro Marcell. 30.
Oratio ne vagari & errare cogatur. Cic. 2. de Orat. 209.
Vagari & Perſtringere breviter, contraria. Cic. 3. Tuſc. 13. Et primo ſi placet, Stoicorum more agamus, qui breviter perſtringere ſolent argumenta: deinde noſtro Inſtituto vagabimur.
Eo fit ut errem & vager latius. Cic. 4. Acad. 60.
Dicitur de Laſcivis & libidinoſis. Suet. de Neron. cap. 26. Poſt crepuſculum ſtatim, arrepto pileo, vel galero, popinas inibat, circumque vicos vagabatur ludibundus. V. Idem Othon. cap. 2.
VAGO, [[illegible]] âre. neutrum. Plaut. Mil. 2. 5. 13. Te alloquor, vitii probrique plena, quæ circum vicinos vages. al. Vaga es.
VAGANS, antis. Partic. [[illegible]] ut, Aves vagantes. Tiboll. lib. 1. 3. 59.
Aves huc & illuc paſſim vagantes. Cic. 2. de Divin. 80.
Licentia vagans. Hor. 4. Carm. 15. 10.
Spartacus vagans. Hor. 3. Carm. 14. 19.
VAGĀTIO, ônis. f. [[illegible], Gl. G. L.] Liv. 5. 8. Neglectum Anxuri præſidium vagationibus militum.
Incerta vagatio. Apul. de Deo Socrat. p. 50. Elmenh.
VAGĀBUNDUS, a, um. Adj. Seneca de vita beata, Ille effuſus in voluptates, ac vagabundus ſemper & ebrius. Alii aliter legunt.
Flumina vagabunda. Solin. cap. 11.
VAGERABILIM, Adv. [[illegible]] Gloſſ. Latinogræc.

Oblectatio valentium. Cic. 2. Off. 4.
Recte valens. Hor. 1. Epiſt. 7. 3.
Adoleſcens imberbis, bene valens & maritus. Cic. pro Domo 37.
Senſus ſani & valentes. Cic. 4. Acad. 19.
Valens, Viribus pollens. Cic. 7. Att. 3. His ille rebus ita convaluit, ut nunc in uno civi res ad reſiſtendum ſit: qui mallem tantas ei vires non dediſſet, quam nunc tam valenti reſiſteret.
Membris & mole valens. i. e. Mole membrorum. Virg 5. Æn. 431.
Valens & Infirmus, contraria. Varro de R. R. lib. 3. cap. 16. Providendum ne infirmiores a valentioribus opprimantur.
Pugnare cum valentiore. Cic. 5. Fam. 21. Quavis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.
Civitas firma & valens. Cic. de Aruſp. Reſp. 60.
Deus morbo omni valentior. Stat. 1. Silv. 4. 111.
Homo colonus quidem, valens. Cic. pro Cluent. 175.
Juvenis valens. Ovid. 15. Met. 207.
Juventa valens. Catul. Epithal. Jul. 59. 234.
Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. Cic 7. Verr. 141.
Satelles robuſtus & valens & audax. Cic. 2. de Lege Agr. 83.
Trunci valentes. Virg. 2. Georg. 426.
Tunicæ valentes. V. TUNICA.
Valentius ad omnia, Utilius, potentius, efficacius. Plin. lib. 20. cap. 18.
Adjumentum valentiſſimum. Plin. lib. 22. cap. 19.
Amor patriæ valentior omni ratione. Ovid. 1. de Pont. 3. 29.
Argumenta valentiora. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Cauſa valentior. Ovid. 2. de Pont. 10. 35.
Poſtulatio valentior. Cic. 7. Att. 6. Eſt illa quidem impudens poſtulatio opinione valentior.
Cibus valentiſſimus. Celſ. lib. 2. cap. 18. Valentiſſimum cibum voco, in quo plurimum alimenti eſt.
Materia valentiſſima. Idem. Celſ lib. 2. cap. 18. Ovum durum valentiſſimæ materiæ eſt: molle, vel ſorbile, imbecilliſſimæ.
Valentiſſimum genus, Quod eſt maximi alimenti. Celſ. lib. 2. cap. 18. Scire oportet, quæ ex frumentis panificia ſunt, generis valentiſſimi eſſe. Id valentiſſimum voco, in quo plurimum alimenti eſt.
VALENTER, Adv. [ἰσχυρῶς] Columel. lib. 1. cap. 5. Quippe quæ ab imo præſtructa valenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent.
Compar. ut, Valentius ſpirare. Ovid. 11. Met. 481.
VALENTIA, æ. f. [ἰσχύς, ῥώμη, Gl G. L.] Potentia, firmitas, fortitudo, robur, cujus contrarium eſt Invalentia. Solinus cap. 2. Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, quum oppidum ibi offendiſſet, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus Latina, ſervataque ſignificatione impoſiti prius nominis, ῥώμην Græca, Valentiam Latine nominatam.
Populorum valentia, Vires. Tertull. adv. Judæos cap. 9. Congregavit omnem valentiam populorum.
Valentia, Dea Ocriculanorum. Tertull. Apol. cap. 24.
VALENTŬLUS, a, um. Adj. dimin. Plaut. Caſ. 4. 4. 26. Obſecrō & valentula eſt, pæne expoſuit cubito.
VALITŪRUS, a, um. Partic. [ῥώσων] Ovid. 1. Triſt. 3. 44.
Multaque in adverſos effudit verba penates,
Pro deplorato non valitura viro. Plin. lib. 17. cap. 2.
VALESCO, [ῥωννύομαι, Gl. G. L.] ĕre. inchoativum, Validum fieri. Lucret. lib. 1. 940.
Sed potius tali facto recreata valeſcat. h. e. Vires recolligat, & priſtinam ſanitatem recipiat. Idem lib 4. 17.
Meditatio & labor in poſterum valeſcit. Tacit. 4. Ann. 61.
VALIDUS, a, um. Adj. [ἰσχυρός, Gl. L. G. & G. L. ῥωμαλέος, ἐῤῥωμένος, στερεός, G. L.] Valens, ſanus. Plaut. Men. 5. 3. 2.
Qui me vi cogunt, ut validus inſaniam.
Validus ex morbo, Convaleſcens. Liv. 3. 13.
Omnia viceris, ſi, ut ſpero, te validum videro. Cic. 16. Fam. 6.
Mente minus validus quam corpore. Hor. 1. Epiſt. 8. 7.
Validum ac ſalvum. Ter. Hec. 5. 5. 7.
Animi validus & corpore ingens. Tacit. 15. Ann. 53.
Virium & opum validus. Tacit. 2. Hiſt. 19.
Copiis validus. Tacit. 5. Hiſt. 8.
Gratia & facundia validus. Plin. 3. Epiſt. 9. ad Cornelium Minucianum.
Validus in animo alicujus. Tacit. 4. Ann. 12. Quia Priſca in animo Auguſtæ valida, anum, ſuapte natura potentiæ anxiam, inſociabilem nurui efficiebat.
Orandi validus. Tacit. 4. Ann. 21.
Honoribus ſpernendis validus. Tacit. 4. Ann. 37.
Cum verbo Inf ut, Validus ſuſtinere pondus. Plin. lib. 16. cap. 42. h. e. Ad ſuſtinendum.
Armis validis potens. Ovid 6. Met. 678.
Certamina valida. Stat. 4. Theb. 704.
Enſis validus. Virg. 10 Æn. 815.
Gens valida. Claud de Bell. Get. 134.
Hoſtis validus. Ovid. 12. Met. 311.
Ictus validi. Ovid. 5. Met. 64.
Lacerto valido torquentur pila. Ovid. 2. Faſt. 11.
Leo validus. Lucret lib. 5. 983.
Manu valida lacerare aliquid. Virg. 12. Æn. 98.
Silices validi, i. e. Duri. Lucret. 1. 572.
Taurus validus Tibul lib. 1. 3. 41.
Vires validæ. Virg 2 Æn 50.
Urbs valida muris, Munitiſſima. Liv. 1. 15.
Æſtus validus, Magnus. Ovid. 14. Met. 352.
Flumen validum. Lucret. lib. 1. 292.
Fons validus Plin. Epiſt 161.
Greſſus validi. Stat. 2 Silv. 1. 126.
Opes validæ, h. e. Magnæ. Plaut. Ciſt. 2. 1. 18.
Plaga valida. Lucret. lib. 3 810.
Pondus validum Virg. 3. Georg. 172.
Præſidium validiſſimum, Maximum, Firmiſſimum. Plin. in Paneg.
Puer validus, Jam robuſtus. Hor. 2. Serm. 2. 87.
Radices validæ. Lucret. lib. 2. 102.
Rumor validus. Tacit. 4. Ann. 10.
Segetes validæ. Ovid. Rem. Amor. 84.
Spes valida, Magna. Tibul. lib. 2. 6. 25.
Vino valido titubantia membra, Multo. Ovid. 6. Faſt. 677.
Auctor validiſſimus, Graviſſimus. Tacit. 6. Ann. 32.
Leges validas reſcindere. Lucret lib 5. 59.
VALIDE, Adv. [ἰσχυρῶς] Vehementer. Plaut. Merc. prol. 42.
Amare valide cœpi hic meretricem: illico &c.
An bene ſe, an ſatis valide haberet ſciſcitatur. Pontanus de Sermone. p. 386. H. St.
Compar. Validius. [ἰσχυρότερον, Gl. G. L.] Magis. Quintil. lib. 3. cap. 8. Verborum autem magnificentia non validius eſt affectanda. Idem in procem. lib. 6.
Cocta beta validius. Plin. lib 20. cap. 8.
Superl. [ἰσχυρότατα] Plin. 9. Epiſt. 35. Idem 3. Epiſt. 15. Nam & poeticen ipſam religioſiſſime veneror, & te validiſſime diligo.
Favere alicui validiſſime. Cic. 8. Fam. 0. Quin ego quum pro amicitia validiſſime faverem ei, & me jam ad dolendum præparaſſem, poſtquam factum eſt, obſtupui.
Placere validiſſime. Plin. 1. Epiſt. 20. ad Cornel. Tacitum, Non quia non ille mihi validiſſime placeat.
VALDE, Adv. [πάνυ, Gl. L. G. & G. L. ἄγαν, L. G. λίαν, G. L.] 1. a. Multum; Admodum, Perquam. a Valide factum eſt, detracto i. [ut Caldus, a Calidus, &c.
Poſitivis jungitur, ut Valde doctus. etiam verbis & adverbiis.
Poſitivis. Cic. 4. Acad. 98. Homo & acutus ut Pœnus, & valde ſtudioſus ac diligens.
Valde iniquum eſſe. Cic. de Aruſp. Reſp. 6.
Valde magnus. Cic. 15. Fam. 17. De Hiſpania, novi nihil: ſed exſpectatio valde magna.
Valde, cum Subſtantivo. Cic. 11. Att. 16. Neque enim valde de adventu ejus, opinio eſt. [i. e. Magna opinio hominum.
Adverbiis. Cic. 1. Fam. 8. Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat. Cic. 15. Fam. 21. Quod de ingenio ejus valde exiſtimavi bene.
Valde graviter ferre. Cic. 1. Att. 14. Qui primum illud valde graviter tulerunt, promulgatum ex Senatuſconſulto fuiſſe. Eidem lib. 1. 11. Valde graviter prætexuit.
Valde vehementer eum viſum & libere dicere. Cic. 14. Att. 1.
Cum verbis Cic. de Senect. 83. Et ſi quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam, valde recuſem. Idem 16. Fam. 19. Litteras tuas valde exſpecto.
Epiſtola tua valde me levavit. Cic. 4. Att. 7.
Tam valde. Cic. 2. de Divin. 81. Quaſi vero quidquam ſit tam valde, quam nihil ſapere, vulgare.
Nimis valde, dixit Cic. 3. de Legib. 1.
Valde quam. Cic. 11. Fam. 10. Nam ſuos valde quam paucos habet.
Compar. Hor. de Arte Poet. 321. Idem 1. Epiſt. 9. 6.
Quid poſſim videt, novit me valdius ipſo.
VALIDITAS, ātis. f. [ἀλκή, Gl. L. G.] Apul. in Aſclepio p. 97. Elmenh. Membra & validitate & tenuitate diverſa.
VALETŪDO, inis. f. ſec. c. [ῥῶσις, ὑγεία, Gl. L. G.] Abſolute tam Bona, quam Mala corporis conſtitutio dicitur.
Bona. Cic. 3. Off. 22. Si unumquodque membrum ſenſum hunc haberet, ut poſſe putaret ſe valere, ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet.
Firmitas valetudinis. Plin. lib. 20. cap. 5. Firmitatem valetudinis cuſtodivi.
Incommodum valetudinis. Cic. 7. Att. 7. Sed proſus te commoveri incommodo valetudinis tuæ nolo. [Sic ſæpe Commodo. V. COMMODUS.
Proſperitate tanta uſus eſſet valetudinis, ut annis triginta medicina non indiguiſſet. Cornel. Nepos in vit. Attici cap. 21. pr.
Bona valetudo orationis. V. Succus orationis, in SUCCUS.
Commodior valetudo. Quintil. lib 4. cap 3.
Firma valetudo. Plin. 2. Epiſt. 1. ad Romanum.
Integra valetudo. V. INTEGER.
Meliorem valetudinem ſenibus faciunt fici. Plin. lib 23. cap. 7.
Tenui valetudine homo. Cic. de Senect 35. Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te adoptavit? quam tenui, aut nulla potius valetudine?
Amittere valetudinem. Cic 9. Fam. 18. Ipſa melior fio, primum valetudine, quam intermiſſis exercitationibus amiſeram.
Confirmata a morbo valetudo. Cic. 11. Att. 19. V. CONFIRMO.
Conſulere valetudini. Cic. 16. Fam. 4.
Curare valetudinem. Cic. 14. Fam. 7.
Dare operam valetudini, A morbis ſe conſervare. Cic. 1. de Orat. 265. Nunc Scævola, &c. paulum requieſcet, dum ſe calor frangat, & nos ipſi, quoniam id temporis eſt, valetudini demus operam.
Facere bonam valetudinem. Plin. lib. 23. cap. 7.
Firmare valetudinem. Tacit. 3. Ann. 31.
Habere rationem valetudinis. Cic. 16. Fam. 6.
Indulgere valetudini. V. INDULGEO.
Inſervire valetudini. V. INSERVIO.
Parcere valetudini. V. PARCO.
Præſtare ſecundam valetudinem. Celſ. lib. 1. in procem.
Regere valetudinem alicujus. Tacit. 6. Ann 50. Erat medicus, arte inſignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis ſolitus, &c.
Servire valetudini, Idem quod Inſervire. Cic. 2. Q. frat. 1. Te oro, ut valetudini tuæ, ſi me & omnes tuos valere vis, diligentiſſime ſervias.
Suſtentare valetudinem. Cic. 2. Off 86. Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis: & obſervatione, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe: & continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi cauſa: & prætermittendis voluptatibus.
Uſus eſt firma valetudine, niſi quod ſolebant ei manus tremere. Plin. 2. Epiſt. 1. ad Romanum.
Mala. Cic. 4 Fam. 1. Moleſteque te ferre, quod me propter valetudinem tuam, quum ad urbem acceſſiſſem, non vidiſſes. Sic 1. de Orat. 184. Valetudine impeditus non potui.
Conditio temporis, vel valetudinis impedimento tibi fuerit, quo minus, &c. Ulp. in l. 5. ſi pecuniam ideo. in princip. D de condit. cauſ dat.
Cura ſive curatio valetudinis. Cic. 9. Fam. 15. Idem 2. de Divin 123. Æſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis.
Gravitas

Gravitas valetudinis. Cic. 6. Fam. 2.
Imbecillitas valetudinis. Cic. 7. Fam. 1.
Infirmitas valetudinis, Idem. Cic. 7. Fam. 1. Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quam ſapientiæ tuæ.
Morbus valetudinis. Plin. lib. 10. cap. 8.
Vitium valetudinis. Cic. 1. de Divin. 81. Qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur.
Imbecillior valetudine. Cic. 2. Q. frat. 9. Marius & valetudine eſt & natura imbecillior.
Mentis valetudo. Suet. in Cæſ. cap. 49. i. e. Vitium, quod mentem tanquam morbus infeſtat.
Valetudo ei neque animi, neque corporis conſtitit. Suet. in Calig. cap. 50. Valetudo mentis ibidem. H. St.
Acerba valetudo. Firmic. lib 6. cap. 17.
Adverſa valetudo. [νοσ⊕-, Gl. G. L.] V. ADVERSUS.
Bona valetudo. Cic. 1. de Finib. 42. Ut enim medicorum ſcientiam, non ipſius artis, ſed bonæ valetudinis cauſa probamus. V, ſupra.
Difficilis valetudo. V. infra Inſuperabilis valetudo.
Dura valetudo. Hor. 2. Serm. 2. 88.
Extrema valetudo. Unde, In extrema eſſe valetudine, quod & Eſſe in extremis, dicitur. Julianus in l. ſi pater. §. Quædam. D. de fideicommiſſariis libertatibus.
Impatibilis valetudo. V. IMPATIBILIS.
Incommoda valetudo. Cic. 5. Att. 8.
Infenſa valetudo. Tacit. 14. Ann. 56.
Infirma valetudo. Cic. 16. Fam. 1. Idem 1. de Orat. 200. In ejus infirmiſſima valetudine, affectaque jam ætate.
Infirma & Ægra valetudo. Cic. de Clar. Orat. 180. Is ſemper Infirma, atque etiam ægra valetudine fuit. V. ÆGER.
Ingraveſcens valetudo. Ulpianus in l. Si quis, in princ. D. de S. C. Silaniano.
Mala valetudo animi. Cic. 4. Tuſc. 80. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut invidi, aut tale quid: ii ſunt ajuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine animi, ſanabiles tamen.
Perdita valetudo. Cic 8. Philipp. 31. Ego Q. Scævolam augurem memoria teneo bello Marſico, quum eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine, quotidie ſimulatque luceret, facere omnibus conveniendi ſui poteſtatem. V. VALEO.
Conflictari iniqua valetudine. V. Conflictor in CONFLIGO.
It in melius valetudo. Tacit. 16. Ann. 68.
Elle va mieux. H. St.
Inflantur corpora valetudine. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Levatur adverſa valetudo. Celſ. lib. 2. cap. 14.
Valetudo, ipſe Morbus. Cic. 11. Att. 20. Scripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari.
Feſſus valetudinibus. Tacit. 3. Hiſt. 2. Circo quoque ac theatris & amœnitate urbis emollitos, aut valetudinibus feſſos.
Calculorum valetudo. Plin. lib. 21. cap. 27. Ruſci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & tortuoſiore urina, vel cruenta.
Oculorum valetudo. Cic. 14. Fam. 4. Clodium Philetærum, quod oculorum valetudine impediebatur, hominem fidelem, remiſi.
Febrium valetudines. Plin. lib. 23. cap. 1.
Inſuperabilis valetudo, Inſanabilis. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium, Nuper me, paucoſque mecum, quos maxime diligit, advocavit: rogavitque ut medicos conſuleremus de ſumma valetudinis: ut ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret e vita: ſin tantum difficilis & longa, reſiſteret, maneretque.
Longa valetudo. [Χρόνια νόσος, Gl. L. G.] i. e. Diuturnus morbus. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum. V. Inſuperabilis valetudo.
Pertinax valetudo, i. e. Morbus continuus. Plini 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum, Perturbat me longa & pertinax valetudo Titii Ariſtonis.
Conflictabatur valetudine noviſſima. Plin. 2. Epiſt. ult.
Conſumi longiore valetudine. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Emergere valetudine. Cic. 5. Att. 8.
Ferre valetudinem. Quintil. in procem. lib. 6. 10. Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, menſium octo valetudinem tulit? De filio mortuo
Fluctuare periculoſa valetudine. Valer. Max. lib. 5. cap. 15. de Tiberio Cæſare.
Impeditus valetudine. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Increverat valetudo, quam temperantia mitigare tentavit, perſeverantem conſtantia fugit. Plin. 1. Epiſt. 12. ad Caleſtrium.
Recolligere ſe a longa valetudine. Plin. lib. 23. cap. 7.
Succurrere valetudini alicujus dicitur balneum. Paterc. lib. 2. 114.
Tentari valetudine aliqua. Cic. 11. Att. 20. Scripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari.

VALETUDINĀRIUS, a, um. Adj. ut, Valetudinarius medicus, Qui valetudine affectos curat: vel potius Qui in valetudinario miniſterio artis fungitur. Calliſtratus de Jure immunitatis. l. Quibuſdam aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, ut ſunt menſores, optiones, valetudinarii medici, capſarii artifices. Alii ſic diſtinguunt, Valetudinarii, medici, capſarii, artifices.

VALETUDINĀRIUS, i. m. [ἀῤῥωστ⊕-] Qui male ſanus eſt, & frequenter ægrotat. Marcianus de Re militari, D. l. Officium, Officium Tribuni eſt, delicta militum ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere. Celſ. in præfat. lib. 3. Qui ample valetudinarios nutriunt.

VALETUDINARIUM, i. n. [νοσοκομεῖον, Gl. L. G. & G. L. ἀρρωστήριον, L. G.] Locus, in quo valetudinarii & infirmi curantur: qualia ſunt in cœnobiis. Columel. lib. 11. cap. 1. Sive quis ſauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta: ſive alter languidior eſt, in valetudinarium confeſtim deducat. Sic lib. 12. cap. 3. 7. Valetudinaria quoque, vel ſi vacent, &c. Adde Senec. Epiſt. 27. pr.

VALOR, ōris. m. [τιμή] Pretium. Plin. Victoriati valore redimi poteſt. Fortaſſe locus eſt corruptus. [Vel potius non exſtat apud Plinium.

VALERIA, æ. f. [Οὐαλερία] Ptolemæo lib. 3. cap. 3. Oppidum Hiſpaniæ, e qua Valerienſes populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Valeria. nom. fem. Ro. V. poſt VALERIUS.

VĂLĔRII, [Οὐαλέριοι] prius Valeſii, teſte Quintiliano 1. 4. appellati: ſicut Fuſii, deinde Furii.

VĂLĔRIUS, i. m. [Οὐαλέρι⊕-] Nomen gentis Patriciæ Romanæ, multis illuſtribus viris nobilitatæ.

P. Valerius, Voleſi filius, qui primum de Vejentibus, deinde de Sabinis, poſtremo de utriſque triumphavit. Hic quia in locum Bruti collegæ Conſulem non ſubrogaverat, & domum in Velia, tutiſſimo loco, habebat, in ſuſpicionem regni affectati venit. Quo cognito, apud populum queſtus eſt, quod tale aliquid timuiſſent: neque dubitavit mittere, qui domum ſuam diruerent: ſecures etiam faſcibus demſit, eoſque in populi concione ſummiſit, legem de provocatione a Magiſtratibus ad populum tulit. Hinc Poblicola dictus. Quum diem obiiſſet, publice ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus eſt. Hæc fere Auctor de viris illuſtribus. cap. 15. Hic quadriga primus in triumpho vectus eſt, ſine ulla invidia: præterea collegæ Bruto honores funuſque curavit, funebremque orationem de ipſius laudibus habuit, quæ adeo grata fuit Romanis, ut ex eo conſuetudo manarit, ut qui ſtrenue pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. Auctor Plutarchus in Public. qui et L. prænomen tribuit.

Manius Valerius, Publicolæ frater, A. Poſtumio Dictatore, T. Æbutio Magiſtro Equitum, in prælio ad lacum Regillum contra Tarquinios profectus, rem fortiter gerens, occubuit. V. Liv. 2. 20. Huic publice domus ædificata, cujus fores extra honoris gratia aperirentur, quum ceteræ intus procederent, teſte Plin. 36. 15.

M. Valerius Corvinus, Tribunus militum, ſub duce Camillo, reliquias Senonum perſequente, adverſus Gallum provocatorem ſolus proceſſit. Corvus ab ortu ſolis galeæ ejus inſedit, & inter pugnandum, ora oculoſque Galli everberavit: hinc hoſte victo, Valerius Corvinus, vel, ut aliis placet, Corvus cognomine dictus fuit. Hic, quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate magna compulſum feciſſet, ſublato ære alieno, ſeditionem compreſſit. Hæc Auctor de Vir. Illuſt c. 29. Livius vero lib. 7. addit de Samnitibus eum triumphaſſe, ſexies Conſulem fuiſſe, hoſtes T. Manlii morte exſultantes compreſſiſſe. Vixit præterea, teſte Valerio 8. 13. 1. corporis & animi viribus integris annos centum.

Suid. male, ut puto, *Μαρκίῳ* in *Κωνώπῳ*, ubi lego, *Ἰουλίῳ Ἡμερίῳ Μαρκίῳ Κορβίνῳ*. Vide Corvinus in CORVUS. H. St. puto, *Μάρκῳ* ſcribere voluit, alioqui mendum ipſum eſt illud Suidæ. conf. Suid. in *Ἀρχαιρεσίαι*, & *Κορβῖνος*. V. & Schott. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. l. c. Quid ſi *Μαρίῳ*;

L. Valerius L. F. Potitus, poſt Decemviralem invidiam, plebem in Patres incitatam, legibus & conditionibus ſuis mitigavit. Unde Potiti cognomen adeptus. Primus quoque Conſul poſt Decemviros, quum Volſcos Æquoſque ad Algidam magna laude debellaſſet, triumphus ei a Patribus negatus fuit. Sed ſuadente Icilio Tribuno plebis primus ſine auctoritate Senatus triumphavit cum Collega ſuo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt, quod nemini a Senatu, præterquam Fabio Maximo, conceſſum eſt, ut ſcribit Plutarchus.

P. Valerius Lævinus Conſul cum Pyrrho prælio congrediens, in Lucania infeliciter pugnavit. Iterum poſtea Conſul contra Agrigentum miſſus, ac ſuperato Hannone, duce Carthaginenſium, oppidum in poteſtatem recepit: Senatum ſecuri percuſſit.

Alter Valerius Lævinus, contra Philippum Macedoniæ regem feliciter bellum geſſit, teſte Liv. 27.

L. Valerius Flaccus, M. Catonis familiariſſimus, eundem ex agro Tuſculano ad Rempublicam adduxit pariter & inſtruxit, ut ait Plutarchus in Cat. Maj. Conſul cum eodem Catone A. U. C. 557. circa Mediolanum, ut Livius teſtatur 33. 43. cum Gallis & Inſubribus & Bojis collatis ſignis pugnavit, ubi decem millia hoſtium ſunt cæſa. Cauſam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam ſuum Catonem obtinuit, quorum vide apud Livium elegantes utriuſque orationes lib. 34. pr. [Immo hic fuit L. Valerius Trib. pleb. non COS.

Valerius Soranus poeta, quem Cic. 3. de Oratore 43. doctiſſimum togatorum appellat. Plutarchus vero in Pomp. virum philoſophum & eruditum dicit, ac interſectum a Cn. Pompejo fuiſſe.

Valerius Antias ſcriptor hiſtoriæ, ſæpe ab auctoribus teſtis citatus; ut a Livio 33. 32.

C. Valerius Procillus, Caburi F. militavit ſub Cæſare in Gallia, miſſuſque legatus ad Arioviſtum, ac contra jus gentium ab eo in vincula conjectus, a Cæſare poſt victoriam ſervatus eſt. ut eſt in Commentariis Cæſaris 1. 47. ſeq.

Valerius Maximus hiſtoricus, ſcripſit libris ix. dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem. Militavit cum Sex. Pompejo in Aſia, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur 2. 6. 8.

Valerius Flaccus poeta, ſcripſit Argonautica. Quintilianus eum ſua ætate fuiſſe teſtatur lib. 10. cap. 1. his verbis, Multum, inquit, in Valerio Flacco nuper amiſimus.

De Valerio Catullo, & Martiale, V. CATULLUS, & MARTIALIS.

VALERIUS, a, um. Adj. ut, Gens Valeria. Cic. pro Flacc. 1.
Tabula Valeria. Idem in Vatin. 21. V. TABULA.

VALERIĀNUS, a, um. Adj. ut, Statua Valeriana, in Deſcript. urbis Romæ.

VALERIĀNUS, i. m. Imperator, de quo Trebellius Pollio V.

VALGITER, VALGIUS, V. VALGUS

VALGUS, a, um. Adj [ῥαιβός. Gl. L. G.] In Gloſſ. Valgios ſcriptum Eſt, Qui utrinſecus prominentes ſuras habet, & in diverſum actas, quales cancri habent & lacertæ, auctore Ariſtotele, qui Ægyptios hujuſmodi eſſe tradit in Problematis, eadem ratione qua capillum criſpum habent, & a calore intortum. Plaut. 1. Fragm. 168.

Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pœtum, aut brochum.

Compar. Celſ. 8. 20. Crus longius altero & valgius eſt.

Valgum, ſignificat Obtortum. Unde Valga ſuavia apud Plautum, Obtortiones ſunt oris, ad deriſionem. Nam ſuavium interdum eſt conformatio oris & labrorum ad ſuaviandum. Meretrices autem, dum glorioſum militem ductabant atque captabant, per illuſionem tamen inter oſculandum os obtorquebant valgumque reddebant, eum ex animo non baſiantes, atque ludificantes. Ex Turnebo. V. Non. 1. 98. Fulgent. de Priſc. Serm. §. 47. & Barth. Adverſ. 37. 1.

VALGITER, Adv. antiq. Petron. cap. 26. & Fulg. l. c. Abroſo valgiter labello.

VALGIUS, i. m. Nomen gentile Ro. T. Valgius Rufus, poeta præſtantiſſ. & C. Valgius Saturninus Orator. Hos ſæpe confundi docet Broekhuſ. ad Tibul. 4. 1. 180.

VALLES, vel VALLIS, is. f. [[illegible]. Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] Planities duobus lateribus incluſa, ut ait Feſtus: dicta quod hinc atque hinc vallata ſit. Virg. 11. Æn. 522.
Eſt curvo anfractu valles, accommoda fraudi. Servius ait Valles plenum eſſe: ſed metri neceſſitate compellimur ut Vallis dicamus. Statius,
Vallis in amplexu nemorum ſedet.
Cava vallis. Virg. 2. Georg. 391.
Concava. Ovid. 8. Met. 332.
Condenſa arboribus. V. CONDENSUS.
Curva. Virg. 11. Æn. 748.
Gelida. Virg. 2. Georg. 485.
Ima. Ovid. 2. Met. 761.
Madidæ valles clivoſæ Idæ. Ovid. 1. Amor. 14. 11.
Opaca. Ovid. 11. Met. 277.
Rauca vallis. Stat. 4. Theb. 801.
Reducta in valle ſecluſum nemus. Virg. 6. Æn. 703.
Refuſæ valles. Sil. lib. 17. 63.
Saxoſa. Virg. 5. Ecl. 84.
Inter ſaxoſas decurrunt flumina valles.
Supina vallis. Liv. 6. V. SUPINUS.
Tonſa. Virg. 4. Georg. 277.
Umbroſa vallis. Virg. 5. Georg. 331.
Claudere altas valles inſidiis. Tibull. lib. 1. 4. 49.
Conditus occulta valle. Sil. lib. 7. 132.
Fluere totis vallibus. Quintil. lib. 5. cap. 14. Sed ut latiſſimi amnes, totis vallibus fluat; ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat. De eloquentia.
Alarum vallis, Sinus, cavitas. Catul. in Rufum 67. 6.
Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.
VALLĔCŬLA, vel VALLĬCOLA, æ. f. [[illegible]] dimin. ut legitur apud Feſtum. V. Vulg. Interpr. Levit. 14. 37.
VALLESTRIS, e. Adj. Ambroſ. Epiſt. 12. In valleſtribus ſubterraneis habitaculis.
VALLONIA, æ. f. Dea vallium apud Romanos. Auguſt. de Civ. Dei. 4. 8.
VALLUS, i. m. [χάραξ] Firmior palus, cui vitis alligatur. Virg. 1. Georg. 264.
Exacuunt alii vallos, furcaſque bicornes. Idem 2. Georg. 25.
Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos.
Vallus, Ipſum vallum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 63. Erat eo loco foſſa pedum xv & vallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem. ubi V. Davieſ. Tibul. lib. 1. 11. 9.
Non arces, non vallus erat. V. Iſidor. 15. 9. & Voſſ. Etym. p. 539.
Induere ſe acutiſſimis vallis aut ſtimulis. V. INDUO.
Varro dicit intervalla eſſe ſpatia, quæ ſunt inter capita vallorum, id eſt ſtipitum, quibus vallum fit. Unde cetera quoque ſpatia dicunt. Annæus ſive Agnæus Cornutus apud Caſſiodorum de Orthogr. p. 15. H. St. Exſtant cap. 8. p. 958. edit. Aurel. Allobr.
VALLUM, i. n. [[illegible], χάραξ, [illegible]] Munitio caſtrorum: quod ex vallis, id eſt palis fiat. Cæſ. 2. Bell. Gall. 5. Caſtra in altitudinem pedum duodecim vallo, foſſaque duodeviginti pedum munire jubet. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & foſſa circumdedi, ſex caſtellis caſtriſque maximis ſæpſi.
Non exſuperabile vallum. Claud. 2. in Ruff. 227.
Cingere oppidum vallo & foſſa. Cic. 5. Att. 20.
Circumjicere vallum. V. CIRCUMJICIO.
Disjectum vallum. Sil. lib. 7. 523.
Claudere ducto vallo locum. Tibul. lib. 4. 1. 85. ad Meſſalam.
Interſæpire urbem vallo. V. INTERSÆPIO.
Reſcindere vallum. Virg. 9. Æn. 523.
Scindere vallum ferro. Virg. 9. Æn. 146.
Tenere aliquem foſſa & vallo ſeptum. Cic. 9. Att. 14.
Sobruendo vallo inducit. Tacit. 13. Ann. 39.
Cæcum vallum. V. CÆCUS.
Ferre vallum & arma. Cic. 2. Tuſc. 36. Hor. Epod. 9. 13. [i. e. Vallos.
Munitæque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 143.
Pectinis vallum. Ovid. 1. Amor. 14. 15. ad puellam, cui capilli deciderant,
Non acus abrupit, non vallum pectinis illos.
Vallum ſignificat nonnunquam Vannum. Varr. 1. de R. R. cap. 52. His tritis, oportet e terra ſubjactari vallis aut ventilabris, quum ventus ſpirat lenis: ita fit, ut quod leviſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream. V. Joſ. Scalig. Conject. p. 60.
VALLĀRIS, e. Adj. [[illegible]] Quod ad vallum pertinet: ut, Vallaris corona, qua donari ſolebat, qui primus vallum hoſtium aſcendiſſet. Liv. 30. 28. Qui Imperatores, qui Conſules Romanos, ſua manu occidiſſent, muralibus, vallaribuſque inſignes coronis. Idem 10. 46. Adde Suet. Auguſt. cap. 25.
VALLO, [[illegible], Gl. G. L.] āre. Munire vallis, Firmare, & quaſi vallum facere.
Munire & vallare contra feras. Plin. lib. 10. cap. 33.
Oppida vallarant muri nulli. Lucan. lib. 4. 224.
Sæpimento vallare. Cic. 1. de Legib. 62. Atque hæc omnia, quaſi ſæpimento aliquo, vallabit diſſerendi ratione, veri & falſi judicandi ſcientia, & arte quadam intelligendi quid quamque rem ſequatur: & quid ſit cuique contrarium.
Armis vallare aliquem. Valer. 1. Argon. 697.
— medioque in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem vallaverit armis.
Monitis vallare aliquem. Sil. lib. 7. 408.
— ſic caſtra relinquens
Vallârat monitis.
VALLĀTUS, a, um. Partic. ut,
Caſtra vallata. Plin. 15. 18.
Cumulus vallatus arenæ. Propert. 3. 15. 29.
Gula vallata & indomita. Cæcil. ap. Macrob. 2. Saturn. 12.
Stipatus & vallatus. Cic. pro Muren. 49. Catilinam interea alacrem atque lætum, ſtipatum choro juventutis, vallatum indicibus atque ſicariis.
Jus legatorum divino jure vallatum. Cic. de Aruſp. Reſp. 34.

Urbs vallata vertice montis. Sil. 15. 408.
VALLATIO, ōnis. f. [[illegible], Gl. G. L.] Munitio, ſtipatio. Octav. Hor. 4. Integra ſalute aliquam tempus facile tranſiges, ſine vallatione medicorum.
VALLATUS, ûs. m. [[illegible]] Idem. Gloſſ. Græcolat.
VALLESCO, ĕre. eſt Vallo ſive vanno excuti, & foras ejici & perire. Secundum Feſtum eſt a vallo militari, quod fit circa caſtra, quod qui eo ejiciuntur, pro perditis habentur. V. Salmaſ. in Solin. p. 967.
VALLIFACTUS, a, um. Partic. Vanno excuſſus. Feſtus; Valvoli folliculi fabæ, quaſi vallivoli, quia vallefacti excutiantur. Ita legit Salmaſius. Vulgo, Vallo facti. V. VALVULUS.
VALOR, V. VALEO.
VALVÆ, arum. f. [[illegible], Gl. L. G.] pluraliter tantum, dicuntur, quod intus revolvantur, ſuntque Portæ geminas partes habentes. Cic. 6. Verr. 124. Confirmare hoc liquido, Judices, poſſum, valvas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas unquam ullo tempore fuiſſe. [v. [illegible] in Gloſſ. corrupta eſt. An [illegible]; V. Polluc. lib. 10.
Ibi enim poſitis eſt, ubi templi aditus eſt, & valvæ ambulationis. Cic. pro Domo 121.
Strepitus ingens valvarum. Hor. 2. Serm. 6. 112.
Apertæ valvæ. Ovid. 1. Met. 172.
Bifores valvæ. Ovid. 2. Met. 4.
Eburnæ valvæ. Ovid. 4. Met. 185.
Patefacere valvas. Ovid. 4. Met. 185.
Patent cur non valvæ Concordiæ. Cic. 2. Philipp. 112.
Stare ad valvas alicujus. Cic. 3. Verr. 61.
VALVĀRIUS, i. m. Qui facit valvas. Gloſſ. Vet. Valvarius, [illegible].
VALVĀTUS, a, um. Adj. Valvas habens. ut, Lumina feneſtrarum valvata. Vitruv. 6. 6.
Ornamenta forium valvata. Idem 4. 6.
Triclinia valvata & feneſtrata. Varro de L. L. 7. 14.
VALVŬLUS, i. m. [λοβός] Concavitas illa folliculis fabæ & aliorum leguminum, in quam ipſa grana ſeparatim recipiuntur. Columel. lib. 6. cap. 10. Interdum magis proſunt gramina conciſa, & bis admiſta freſa faba. Lentes quoque valvulis exemptæ, & minute molitæ miſcentur aquæ calidæ. Idem lib. 2. cap. 12.
Valvuli, inquit Feſtus, fabæ folliculi appellati, quaſi vallivoli, quia vallo facti excutiantur. [Vallo, i. e. Vanno. Porro Facti legendum puto. Prius enim franguntur, quam evannentur. conf. VALLEFACTUS.
VALVĬFRĂGUS, a, um. Adj. Valvas frangens. ut, Lex valvifraga. Sareſb. 8. 7. V. Caſel. Var. Lect. 7. 6.

V A N

VANDĂLI, ōrum. m. [Οὐανδαλοι] ſive, ut Plin. lib. 4. cap. 14. & Straboni lib. 7. placet, Vindelici, populi ſunt Germaniæ: qui ut ait Volaterranus, paucis ante annis, quam Gothi Romam caperent, Gallias invaſere. Inde in Hiſpaniam, trajecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia poſtea dicta eſt, occupaverunt.
VANDALICUS, a, um. Adj. Proſper. Aquitan. præf. lib. de Providentia,
Vandalicis armis ſternimur & Geticis.
VANGA, æ. f. Inſtrumentum, quo vepres perſequimur. Pallad. 1. t. 43.
VANGIŌNES, um. [Οὐαγγίονες] inter populos Galliæ Belgicæ ponentur, Coloniæ Agrippinenſi vicini. Plin. lib. 4. cap. 17. Lucan. lib. 1. 430.
Et, qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis,
Vangiones.
VANITAS, V. VANUS.
VANNUS, i. f. [λικμός] Vas vimineum latum, hoc eſt cribrum cereale, in quo, propter capacitatem, ruſtici cogere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare. Columel. lib. 2. cap. 21. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur. Virg. 1. Georg. 166.
— & myſtica vannus Iacchi. Myſtica, inquit Servius, quod Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant: & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur.
VANNO, [λικμίζω] āre. Ventilare, ut fit vannis, quum frumenta purgantur. Hinc compoſitum Evannare, apud Varronem de R. R. lib. 1. cap. 52.
VANNO, ĕre. tert. conj. dictum veteribus Ventilare, a Vanno. Lucil. Sat. lib. 7.
Hanc molere, illam autem ut frumentum vannere lumbis. Idem lib. 12.
Criſſavit, ut ſi frumentum clunibus vannat. Nonius 1. 69.
VĀNUS, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] a Vacuo, Idem ſignificat. Virg. 1. Georg. 226.
— ſed illos
Exſpectata ſeges vanis eluſit avenis. Servius. [In Gloſſ. Latinogræc. perperam [illegible] expreſſum puto, pro [illegible].
Vanum & inane. Cic. pro Planc. 101. Memini, neque unquam obliviſcar, noctis illius, cum tibi vigilanti, aſſidenti, mœrenti, vana quædam miſer atque inania, falſa ſpe inductus, pollicebar [An Vigilanti aſſidens?
Vanus, Mentiens & infidus, levia, inaniaque pro gravibus & veris aſtutiſſime componens. Virg. 1. Æn. 396.
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Mendax & vanus. Virg. 2. Æn. 80. — nec, ſi miſerum Fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.
Perfidioſus & vanus. Cic. pro Quint. 26. Neceſſe eſt iſte, qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe & perfidioſum, & impium eſſe fateatur.
Auctor vanus. Liv. 29. 32. Inde vanus auctor abſumpti Maſſaniſſæ ad regem redit. [i. e. Falſus nuntius.
Convicia vana facere. Ovid. 9. Met. 302.
Error vanus. Lucret. lib. 1. 1067.
Fides vana, Falſa. Virg. 4. Æn. 12.
Fiducia vana pedum. Ovid. 9. Met. 121.
Gaudia vana. Hor. 2. Epiſt. 1. 188.
Imago vana. Hor. 1. Carm. 24. 41.
Linguæ vanæ mendacia. Ovid. 3. Amor. 12. 21.
Metus vanus. Hor. 1. Carm. 23. 3.
Oratio vana. Cic. pro Roſc. Amer. 117. Ejus malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt.
Perſuaſio vana. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Gravitas valetudinis. Cic. 6. Fam. 2.
Imbecillitas valetudinis. Cic. 7. Fam. 1.
Infirmitas valetudinis, Idem. Cic. 7. Fam. 1. Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quam ſapientiæ tuæ.
Morbus valetudinis. Plin. lib. 20. cap. 8.
Vitium valetudinis. Cic. 1. de Divin. 81. Qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur.
Imbecillior valetudine. Cic. 2. Q. frat. 9. Marius & valetudine eſt & natura imbecillior.
Mentis valetudo. Suet. in Cæſ. cap. 49. i. e. Vitium, quod mentem tanquam morbus infeſtat.
Valetudo ei neque animi, neque corporis conſtitit. Suet. in Calig. cap. 50. Valetudo mentis ibidem. H. St.
Acerba valetudo. Firmic. lib. 6. cap. 17.
Adverſa valetudo. [νόσος, Gl. G. L.] V. ADVERSUS.
Bona valetudo. Cic. 1. de Finib. 42. Ut enim medicorum ſcientiam, non ipſius artis, ſed bonæ valetudinis cauſa probamus. V. ſupra.
Difficilis valetudo. V. infra Inſuperabilis valetudo.
Dura valetudo. Hor. 2. Serm. 2. 88.
Extrema valetudo. Unde, In extrema eſſe valetudine, quod & Eſſe in extremis, dicitur. Julianus in l. ſi pater. §. Quædam. D. de fideicommiſſariis libertatibus.
Impatibilis valetudo. V. IMPATIBILIS.
Incommoda valetudo. Cic. 5. Att. 8.
Infenſa valetudo. Tacit. 14. Ann. 56.
Infirma valetudo. Cic. 16. Fam. 1. Idem 2. de Orat. 200. In ejus infirmiſſima valetudine, affectaque jam ætate.
Infirma & Ægra valetudo. Cic. de Clar. Orat. 180. Is ſemper Infirmaatque etiam ægra valetudine fuit. V. ÆGER.
Ingraveſcens valetudo. Ulpianus in l. Si quis, in princ. D. de S. C. Silaniano.
Mala valetudo animi. Cic. 4. Tuſc. 80. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut invidi, aut tale quid: ii ſunt ejuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine animi, ſanabiles tamen.
Perdita valetudo. Cic. 8. Philipp. 31. Ego Q. Scævolam augurem memoria teneo bello Marſico, quum eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine, quotidie ſimulatque luceret, facere omnibus conveniendi ſui poteſtatem. V. PERDO.
Conflictari iniqua valetudine. V. Conflictor in CONFLIGO.
It in melius valetudo. Tacit. 12. Ann. 68.
Elle va mieux. H. St.
Inſtantur corpore valetudine. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Levatur adverſa valetudo. Celſ. lib. 2. cap. 14.
Valetudo, Ipſe Morbus. Cic. 11. Att. 20. Scripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari.
Feſſus valetudinibus. Tacit. 3. Hiſt. 2. Circo quoque ac theatris & amœnitate urbis emollitos, aut valetudinibus feſſos.
Calculorum valetudo. Plin. lib. 21. cap. 27. Ruſci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & tortuoſiore urina, vel cruenta.
Oculorum valetudo. Cic. 14. Fam. 4. Clodium Philetærum, quod oculorum valetudine impediebatur, hominem fidelem, remiſi.
Febrium valetudines. Plin. lib. 23. cap. 1.
Inſuperabilis valetudo, Inſanabilis. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium, Nuper me, paucoſque mecum, quos maxime diligit, advocavit: rogavitque ut medicos conſuleremus de ſumma valetudinis: ut ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret e vita: ſin tantum difficilis & longa, reſiſteret, maneretque.
Longa valetudo. [ἀσθένεια μακρά, Gl. L. G.] i. e. Diuturnus morbus. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum. V. Inſuperabilis valetudo.
Pertinax valetudo, i. e. Morbus continuus. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum, Perturbat me longa & pertinax valetudo Titi Ariſtonis.
Conflictabatur valetudine noviſſima. Plin. 2. Epiſt. ult.
Conſumi longiore valetudine. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Emergere valetudine. Cic. 5. Att. 8.
Ferre valetudinem. Quintil. in proœm. lib. 6. 10. Num quo ille animo, qua medicorum admiratione, menſium octo valetudinem tulit? De filio mortuo.
Fluctuare periculoſa valetudine. Valer. Max. lib. 5. cap. 25. de Tiberio Cæſare.
Impeditus valetudine. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Increverat valetudo, quam temperantia mitigare tentavit, perſeverantem conſtantia fugit. Plin. 1. Epiſt. 12. ad Calestrium.
Recolligere ſe e longa valetudine. Plin. lib. 28. cap. 7.
Succurrere valetudini alicujus dicitur balneum. Paterc. lib. 2. 114.
Tentari valetudine aliqua. Cic. 11. Att. 20. Scripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari.

VALETUDINĀRIUS, a, um. Adj. ut, Valetudinarius medicus, Qui valetudine affectos curat: vel potius Qui in valetudinarii miniſterio artis fungitur. Calliſtratus de Jure Immunitatis. l. Quibuſdam aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, ut ſunt menſores, optiones, valetudinarii medici, capſarii artifices. Alii ſic diſtinguunt, Valetudinarii, medici, capſarii, artifices.

VALETUDINĀRIUS, i. m. [ἀῤῥωστος] Qui male ſanus eſt, & frequenter ægrotat. Marcianus de Re militari, D. l. Officium, Officium Tribuni eſt, delicta militum ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere. Celſ. in præfat. lib. 3. Qui ample valetudinarios nutriunt.

VALETUDINARIUM, i. n. [νοσοκομεῖον, Gl. L. G. & G. L. ἀῤῥωστήριον, L. G.] Locus, in quo valetudinarii & infirmi curentur: qualia ſunt in cœnobiis. Columel. lib. 11. cap. 1. Sive quis ſauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta: ſive aliter languidior eſt, in valetudinarium confeſtim deducat. Sic lib. 12. cap. 3. 7. Valetudinaria quoque, vel ſi vacent, &c. Adde Senec. Epiſt. 27. pr.

VALOR, ōris. m. [τιμή] Pretium. Plin. Victoriati valore redimi poteſt. Fortaſſe locus eſt corruptus. [Vel potius non extat apud Plinium.

VALERIA, æ. f. [Οὐαλερία] Ptolemæo lib. 3. cap. 3. Oppidum Hiſpaniæ, a qua Valerienſes populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Valeria. nom. fem. Ro. V. poſt VALERIUS.

VĂLĔRII, [Οὐαλέριοι] prius Valeſii, teſte Quintiliano 1. 4. appellati: ſicut Fuſii, deinde Furii.

VĂLĔRIUS, i. m. [Οὐαλέριος] Nomen gentis Patriciæ Romanæ, multis illuſtribus viris nobilitatæ.

P. Valerius, Voleſi filius, qui primum de Vejentibus, deinde de Sabinis, poſtremo de utriſque triumphavit. Hic quia in locum Bruti collegæ Conſulem non ſubrogaverat, & domum in Velia, tutiſſimo loco, habebat, in ſuſpicionem regni affectati venit. Quo cognito, apud populum queſtus eſt, quod tale aliquid timuiſſent: atque dubitavit mittere, qui domum ſuam diruerent: ſecures etiam faſcibus dempſit, eoſque in populi concione ſummiſit, legem de provocatione a Magiſtratibus ad populum tulit. Hinc Publicola dictus. Quum diem obiiſſet, publica ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus eſt. Hæc fere Auctor de viris illuſtribus. cap. 15. Hic quadriga primus in triumpho vectus eſt, ſine ulla invidia: præterea collegæ Bruto honores funuſque curavit, funebremque orationem de ipſius laudibus habuit, quæ adeo grata fuit Romanis, ut ex eo conſuetudo manarit, ut qui ſtrenue pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. Auctor Plutarchus in Public. qui ei L. præ nomen tribuit.

Manius Valerius, Publicolæ frater, A. Poſtumio Dictatore, T. Æbutio Magiſtro Equitum, In prælio ad lacum Regillum contra Tarquinios profectus, rem fortiter gerens, occubuit. V. Liv. 2. 20. Huic publice domus ædificata, cujus fores extra honoris gratia aperirentur, quum ceteræ intus procederent, teſte Plin. 36. 15.

M. Valerius Corvinus, Tribunus militum, ſub duce Camillo, reliquias Senonum perſequens, adverſus Gallum provocatorem ſolus proceſſit. Corvus ab ortu ſolis galeæ ejus inſedit, & inter pugnandum, ora oculoſque Galli verberavit: hinc hoſte victo, Valerius Corvinus, vel, ut aliis placet, Corvus cognomine dictus fuit. Hic, quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate magna compulſum feciſſet, ſublato ære alieno, ſeditionem compreſſit. Hæc Auctor de Vir. Illuſt. c. 29. Livius vero lib. 7. addit de Samnitibus eum triumphaſſe, ſexies Conſulem fuiſſe, hoſtes T. Manlii morte exſultantes compreſſiſſe. Vixit præterea, teſte Valerio 8. 13. 1. corporis & animi viribus integris annos centum.

Suid. male, ut puto, Μάριος in Ἐπίσημοι. ubi lego, ἐπικληθεὶς ὕστερον Μάρκος Κορβῖνος. Vide Corvinus in CORVUS. H. St. puto, Μάρκος ſcribere voluit, alioqui mendum ipſum eſt illud Suidæ. conf. Suid. in Ἀριστεύς, & Κορβῖνος. V. & Schott. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. l. c. Quid ſi Μάνιος;

L. Valerius L. F. Potitus, poſt Decemviralem invidiam, plebem in Patres incitatam, legibus & conditionibus ſuis mitigavit. Unde Potiti cognomen adeptus. Primus quoque Conſul poſt Decemviros, quum Volſcos Æquoſque ad Algidum magna laude debellaſſet, triumphus ei a Patribus negatus fuit. Sed ſuadente Icilio Tribuno plebis primus ſine auctoritate Senatus triumphavit cum Collega ſuo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt, quod nemini a Senatu, præterquam Fabio Maximo, conceſſum eſt, ut ſcribit Plutarchus.

P. Valerius Lævinus Conſul cum Pyrrho prælio congrediens, in Lucania infeliciter pugnavit. Iterum poſtea Conſul contra Agrigentum miſſus, ex ſuperato Hannone, duce Carthaginenſium, oppidum in poteſtatem recepit: Senatum ſecuri percuſſit.

Alter Valerius Lævinus, contra Philippum Macedoniæ regem feliciter bellum geſſit, teſte Liv. 27.

L. Valerius Flaccus, M. Catonis familiariſſimus, eundem ex agro Tuſculano ad Rempublicam adduxit pariter & inſtruxit, ut ait Plutarchus In Cat. Maj. Conſul cum eodem Catone A. U. C. 557. circa Mediolanum, ut Livius teſtatur 33. 43. cum Gallis & Inſubribus & Bojis collatis ſignis pugnavit, ubi decem millia hoſtium ſunt cæſa. Cauſam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam ſuum Catonem obtinuit, quorum vide apud Livium elegantes utriuſque orationes lib. 34. pr. [Immo hic fuit L. Valerius Trib. pleb. non COS.

Valerius Soranus poeta, quem Cic. 3. de Oratore 43. doctiſſimum togatorum appellat. Plutarchus vero in Pomp. virum philoſophum & eruditum dicit, ac interfectum a Cn. Pompejo fuiſſe.

Valerius Antias ſcriptor hiſtoriæ, ſæpe ab uetuſtioribus teſtis citatus; ut a Livio 33. 32.

C. Valerius Procillus, Caburi F. militavit ſub Cæſare in Gallia, miſſuſque legatus ad Arioviſtum, ac contra jus gentium ab eo in vincula conjectus, a Cæſare poſt victoriam ſervatus eſt. ut eſt in Commentariis Cæſaris 1. 47. ſeq.

Valerius Maximus hiſtoricus, ſcripſit libris 10. dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem. Militavit cum Sex. Pompejo in Aſia, ut ipſe de ſe teſtatur, ubi de inſtitutis antiquis loquitur 2. 6. 8.

Valerius Flaccus poeta, ſcripſit Argonautica. Quintilianus eum ſuæ ætatis fuiſſe teſtatur lib. 10. cap. 1. his verbis, Multum, inquit, in Valerio Flacco nuper amiſimus.

De Valerio Catullo, & Martiale, V. CATULLUS, & MARTIALIS.

VALERIUS, a, um. Adj. ut, Gens Valeria. Cic. pro Flacc. 1.
Tabula Valeria. Idem in Vatin. 21. V. TABULA.

VALERIĀNUS, a, um. Adj. ut, Statua Valeriana, in Deſcript. urbis Romæ.

VALERIĀNUS, i. m. Imperator, de quo Trebellius Pollio V.

VALGITER, VALGIUS, V. VALGUS.

VALGUS, a, um. Adj. [ῥοικός Gl. L. G.] In Gloſſ. Valgius ſcriptum. Eſt, Qui altrinſecus prominentes ſuras habet, & in diverſum actas, quales cancri habent & lacertæ, auctore Ariſtotele, qui Ægyptios hujuſmodi eſſe tradit in Problematis, eadem ratione qua capillum criſpum habent, & a calore intortum. Plaut. 1. Fragm. 108.

Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut brochum.
Compar. Celſ. 8. 20. Crus longius altero & valgius eſt.

Valgum, ſignificat Obtortum. Unde Valga ſuavia apud Plautum, Obtortiones ſunt oris, ad deriſionem. Nam ſuavium interdum eſt conformatio oris & labiorum ad ſuaviandum. Meretrices autem, dum glorioſum militem ductabant atque captabant, per illuſionem tamen inter oſculandum os obtorquebant valgumque reddebant, eum ex animo non baſiantes, atque ludificantes. Ex Turnebo. V. Non. 2. 98. Fulgent. de Priſc. Serm. §. 47. & Barth. Adverſ. 37. 2.

VALGITER, Adv. antiq. Petron. cap. 26. & Fulg. l. c. Abroſo valgiter labello.

VALGIUS, i. m. Nomen gentile Ro. T. Valgius Rufus, poeta præſtantiſſ. & C. Valgius Saturninus Orator. Hos ſæpe confundi docet Broekhuſ. ad Tibul. 4. 1. 180.

Vallēs, vel Vallis, is. f. [φάραγξ, χαράδρα, Gl. L. G. & G. L. [illegible], [illegible], [illegible], L. G.] Planities duobus lateribus incluſa, ut ait Feſtus: dicta quod hinc atque hinc vallata ſit. Virg. 11. Æn. 522.
Eſt curvo anfractu valles, accommoda fraudi. Servius ait Vallem planum eſſe: ſed metri neceſſitate compellimur ut Vallis dicamus. Statius,
Vallis in amplexu nemorum ſedet.
Cava vallis. Virg. 2. Georg. 391.
Concava. Ovid. 8. Met. 334.
Condenſa arboribus. V. condensus.
Curva. Virg. 2. Æn. 748.
Gelida. Virg. 2. Georg. 483.
Ima. Ovid. 2. Met. 761.
Madidæ valles ilicoſæ Idæ. Ovid. 1. Amor. 14. 11.
Opaca. Ovid. 11. Met. 277.
Rauca vallis. Stat. 4. Theb. 801.
Reducta in valle reclusum nemus. Virg. 6. Æn. 703.
Refuſæ valles. Sil. lib. 17. 63.
Saxoſa. Virg. 5. Ecl. 84.
Inter ſaxoſas decurrunt flumina valles.
Supina vallis. Liv. 6. V. supinus.
Tonſæ. Virg. 4. Georg. 277.
Umbroſa vallis. Virg. 5. Georg. 531.
Claudere altas valles inſidiis. Tibull. lib. 1. 4. 49.
Conditus occulta valle. Sil. lib. 7. 152.
Fluere totis vallibus. Quintil. lib. 5. cap. 14. Sed ut latiſſimi amnes, totis vallibus fluat: ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat. De eloquentia.
Alarum vallis, Sinus, cavitas. Catul. in Rufum 67. 6.
Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.
Vallēcŭla, vel Vallĭcula, æ. f. [κοιλάδιον] dimin. ut legitur apud Feſtum. V. Vulg. Interpr. Levit. 14. 37.
Vallestris, e. Adj. Ambroſ. Epiſt. 12. In valleſtribus ſubterraneis habitaculis.
Vallonia, æ. f. Dea vallium apud Romanos. Auguſt. de Civ. Dei, 4. 8.
Vallus, i. m. [χάραξ] Firmior palus, cui vitis alligatur. Virg. 1. Georg. 264.
Exacuunt alii vallos, furcaſque bicornes. Idem 2. Georg. 25.
Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos.
Vallus, Ipſum vallum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 63. Erat eo loco foſſa pedum xv & vallus contra hoſtem in altitudinem pedum decem. ubi V. Davies. Tibul. lib. 1. 11. 9.
Non arces, non vallus erat. V. Iſidor. 15. 9. & Voſſ. Etym. p. 539.
Induere ſe acutiſſimis vallis aut ſtimulis. V. induo.
Varro dicit Intervalla eſſe ſpatia, quæ ſunt inter capita vallorum, id eſt ſtipitum, quibus vallum fit. Unde cetera quoque ſpatia dicunt. Annæus ſive Agnæus Cornutus apud Caſſiodorum de Orthogr. p. 13. H. St. Exſtant cap. 1. p. 958. edit. Aurel. Allobr.
Vallum, i. n. [[illegible], [illegible], χάραξ, χαράκωμα] Munitio caſtrorum: quod ex vallis, id eſt palis fiat. Cæſ. 2. Bell. Gall. 5. Caſtra in altitudinem pedum duodecim vallo, foſſaque duodeviginti pedum munire jubet. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & foſſa circumdedi, ſex caſtellis caſtriſque maximis ſæpſi.
Non exſuperabile vallum. Claud. 2. in Ruff. 127.
Cingere oppidum vallo & foſſa. Cic. 5. Att. 20.
Circumjicere vallum. V. circumjicio.
Disjectum vallum. Sil. lib. 7. 523.
Claudere ducto vallo locum. Tibul. lib. 4. 1. 83. ad Meſſalam.
Interſæpire urbem vallo. V. intersæpio.
Reſcindere vallum. Virg. 9. Æn. 523.
Scindere vallum ferro. Virg. 9. Æn. 146.
Tenere aliquem foſſa & vallo ſeptum. Cic. 9. Att. 14.
Subruendo vallo inducit. Tacit. 13. Ann. 39.
Cæcum vallum. V. cæcus.
Ferre vallum & arma. Cic. 2. Tuſc. 36. Hor. Epod. 9. 13. [i. e. Vallos.
Munitæque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 143.
Pectinis vallum. Ovid. 1. Amor. 14. 15. ad puellam, cui capilli deciderant,
Non acus abrupit, non vallum pectinis illos.
Vallum ſignificat nonnunquam Vannum. Varr. 1. de R. R. cap. 52. His tritis, oportet e terra ſubjactari vallis aut ventilabris, quum ventus ſpirat lenis: ita fit, ut quod leviſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, avannatur foras extra aream. V. Joſ. Scalig. Conject. p. 60.
Vallāris, e. Adj. [χαρακωματικός] Quod ad vallum pertinet: ut, Vallaris corona, quæ donari ſolebat, qui primus vallum hoſtium aſcendiſſet. Liv. 30. 28. Qui Imperatores, qui Conſules Romanos, ſua manu occidiſſent, muralibus, vallaribuſque inſignes coronis. Idem 10. 46. Adde Suet. Auguſt. cap. 25.
Vallo, [χαρακῶ, Gl. G. L.] āre. Munire vallis, Firmare, & quaſi vallum facere.
Munire & vallare contra feras. Plin. lib. 10. cap. 33.
Oppida vallarant muri nulli. Lucan. lib. 4. 224.
Sæpimento vallare. Cic. 1. de Legib. 62. Atque hæc omnia, quaſi ſæpimento aliquo, vallabit diſſerendi ratione, veri & falſi judicandi ſcientia, & arte quadam intelligendi quid quamque rem ſequatur: & quid ſit cuique contrarium.
Armis vallare aliquem. Valer. 1. Argon. 697.
— medioque in crimine patrem
Liquerit, ac nullis inopem vallaverit armis.
Monitis vallare aliquem. Sil. lib. 7. 408.
— ſic caſtra relinquas
Vallārat monitis.
Vallātus, a, um. Partic. ut,
Caſtra vallata. Plin. 15. 18.
Cumulus vallatus arenæ. Propert. 3. 15. 29.
Gula vallata & indomita. Cæcil. ap. Macrob. 2. Saturn. 11.
Stipatus & vallatus. Cic. pro Muren. 49. Catilinam interea alacrem atque lætum, ſtipatum choro juventutis, vallatum indicibus atque ſicariis.
Jus legatorum divino jure vallatum. Cic. de Aruſp. Reſp. 34.
Urbs vallata vertice montis. Sil. 15. 408.
Vallatio, ōnis. f. [χαράκωσις, Gl. G. L.] Munitio, ſtipatio. Octav. Hor. 4. Integra ſalute reliquum tempus facile tranſiges, ſine vallatione medicorum.
Vallatus, ûs. m. [χαράκωμα] Idem. Gloſſ. Græcolat.
Vallesco, ĕre. eſt Vallo ſive vanno excuti, & foras ejici & perire. Secundum Feſtum eſt a vallo militari, quod fit circa caſtra, quod qui ex eo ejiciuntur, pro perditis habentur. V. Salmaſ. in Solin. p. 967.
Vallefactus, a, um. Partic. Vanno excuſſus. Feſtus; Valvoli folliculi fabæ, quaſi vallivoli, quia vallefacti excutiuntur. Ita legit Salmaſius. Vulgo, Vallo facti. V. valvulæ.
Valos, V. valgo.
Valvæ, arum. f. [θύραι ἱεροῦ, θύραι ἱεροῦ, θύραι [illegible], [illegible] θύραι, Gl. L. G.] pluraliter tantum, dicuntur, quod intus revolvuntur, ſuntque Portæ geminas partes habentes. Cic. 6. Verr. 124. Confirmare hoc liquido, Judices, poſſum, valvas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas unquam ullo tempore fuiſſe. [c. [illegible] in Gloſſ. corrupta eſt. An [illegible]; V. Pollux. lib. 10.
Ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus eſt, & valvæ ambulationis. Cic. pro Domo 121.
Strepitus ingens valvarum. Hor. 2. Serm. 6. 112.
Apertæ valvæ. Ovid. 1. Met. 172.
Bifores valvæ. Ovid. 2. Met. 4.
Eburnæ valvæ. Ovid. 4. Met. 185.
Patefacere valvas. Ovid. 4. Met. 185.
Patent cur non valvæ Concordiæ. Cic. 2. Philipp. 112.
Stare ad valvas alicujus. Cic. 3. Verr. 61.
Valvārius, i. m. Qui facit calcas. Gloſſ. Vet. Valvarius, [illegible].
Valvātus, a, um. Adj. Valvas habens. ut, Lumina feneſtrarum valvata. Vitruv. 6. 6.
Ornamenta forium valvata. Idem 4. 6.
Triclinia valvata & feneſtrata. Varro de L. L. 7. 14.
Valvŭlus, i. m. [λοβός] Concavitas illa folliculis fabæ & aliorum leguminum, in quam ipſa grana ſeparatim recipiuntur. Columel. lib. 6. cap. 10. Interdum magis proſunt gramina conciſa, & his admiſta fracta faba. Lentes quoque valvulis exemptæ, & minute molitæ miſcentur aquæ calidæ. Idem lib. 2. cap. 12.
Valvoli, inquit Feſtus, fabæ folliculi appellati, quaſi vallicoli, quia vallo facti excutiuntur. [Vallo, i. e. Vanno. Porro Fracti legendum puto. Prius enim franguntur, quam evannentur. conf. vallefactus.
Valvifrăgus, a, um. Adj. Valvas frangens. ut, Lex valvifraga. Sareſb. 8. 7. V. Caſel. Var. Lect. 7. 6.

V A N

Vandĭli, ōrum. m. [Οὐανδαλοί] ſive, ut Plin. lib. 4. cap. 14. & Straboni lib. 7. placet, Vindelici, populi ſunt Germaniæ: qui ut ait Volaterranus, paucis ante annis, quam Gothi Romam caperent, Gallias invaſere. Inde in Hiſpaniam, trajecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia poſtea dicta eſt, occupaverunt.
Vandalĭcus, a, um. Adj. Proſper. Aquitan. præf. lib. de Providentia,
Vandalicis armis ſternimur & Geticis.
Vanga, æ. f. Inſtrumentum, quo vepres perſequimur. Pallad. 1. 6. 43.
Vangiŏnes, um. [Οὐαγγίονες] inter populos Galliæ Belgicæ ponuntur, Coloniæ Agrippinenſi vicini. Plin. lib. 4. cap. 17. Lucan. lib. 1. 430.
Et, qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis,
Vangiones.
Vanitas, V. vanus.
Vannus, i. f. [λικμός] Vas vimineum latum, hoc eſt cribrum cereale, in quo, propter capacitatem, ruſtici congerere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare. Columel. lib. 2. cap. 21. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur. Virg. 1. Georg. 166.
— & myſtica vannus Iacchi. Myſtica, inquit Servius, quod Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant: & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur.
Vanno, [λικμίζω] āre. Ventilare, ut fit vannis, quum frumenta purgantur. Hinc compoſitum Evannare, apud Varronem de R. R. lib. 1. cap. 52.
Vanno, ĕre. tert. conj. dictum veteribus Ventilare, a Vanno. Lucil. Sat. lib. 7.
Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere lumbis. Idem lib. 11.
Criſſavit, ut ſi frumentum clunibus vannat. Nonius 1. 69.
Vānus, a, um. Adj. [μάταιος, κενός, ἀκαιος, Gl. L. G. & G. L.] a Vacuo, idem ſignificat. Virg. 1. Georg. 226.
— ſed illos
Exſpectata ſeges vanis eluſit avenis. Servius. [In Gloſſ. Latinogræc. perperam [illegible] expreſſum puto, pro [illegible].
Vanum & inane. Cic. pro Planc. 101. Memini, neque unquam oblivîſcar, noctis illius, cum tibi vigilanti, aſſidenti, mœrenti, vana quædam miſer atque inania, falſa ſpe inductus, pollicebar. [An Vigilanti aſſidens?
Vanus, Mentiens & infidus, levia, inaniaque pro gravibus & veris aſtutiſſime componens. Virg. 1. Æn. 396.
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Mendax & vanus. Virg. 2. Æn. 80. — nec, ſi miſerum Fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.
Perfidioſus & vanus. Cic. pro Quint. 26. Neceſſe eſt iſte, qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe & perfidioſum, & impium eſſe fateatur.
Auctor vanus. Liv. 29. 32. Inde vanus auctor abſumpti Maſſaniſſæ ad regem redit. [i. e. Falſus nuntius.
Convicia vana facere. Ovid. 9. Met. 302.
Error vanus. Lucret. lib. 1. 1067.
Fides vana, Falſa. Virg. 4. Æn. 12.
Fiducia vana pedum. Ovid. 9. Met. 121.
Gaudia vana. Hor. 2. Epiſt. 2. 158.
Imago vana. Hor. 1. Carm. 24. 41.
Linguæ vanæ mendacia. Ovid. 3. Amor. 10. 21.
Metus vanus. Hor. 1. Carm. 25. 5.
Oratio vana. Cic. pro Roſc. Amer. 117. Ejus malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt.
Perſuaſio vana. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Precibus vanis ſollicitare aliquem. Ovid. 9. Met. 681.
Ratio vana. Auctor. ad Herenn. lib. 2.
Somnia vana. Virg. 6. Æn. 284.
Spes vana. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Spem vanam ſequi. Ovid. 14. Met. 364.
Timores vani. Valer. 8. Argon. 402.
Verba vana. Ovid. 13. Met. 263.
Vanum, Nec poſſibile, nec veriſimile, inquit Donatus. Ter. Eun. 1. 2. 24.
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt.
Vanus, Stultus, quaſi mente vacuus, qui in rebus inanibus ſtudium collocat. Juven. 3. Sat. 159.
Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.
Vanus ingenio. Liv. 35. 47.
Dulcedo vana. Ovid. 5. Met. 308.
Gloria vana, Κενοδοξία, Gloſſ. Græcolat.
Ictus vanus, In caſſum, Liv. 34. 39.
Inceptum vanum, Fruſtra. Liv. 37. 27.
Ingenium vanum, i. e. Leve & mutabile. Liv. 1. 27.
Ira vana. Valer. 8. Argon. 374.
Lex vana. Liv. 2. 42.
Vanus cum Genitivo. ut, Veri vana. Virg. 10. Æn. 631.
Veri vanus. Sil. 12. 261.
Vanæ gloriæ, κενόδοξος. Gloſſ. Græcolat. Subaudi Homo.
Vana, n. pl. loco Adverbii. Virg. 11. Æn. 854
Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.
Compar. Quintil. 12. 10. Vanior gloria dicendi.
Superl. Genus vaniſſimum. Plin. 28. 6. V. Paterc. 2. 80. 1.

VANUM, i, n. [τὸ κενὸν] Vacuum, Inane. Gloſſ. Græcolat.

VANE, Adv. [ματαίως, κενῶς, Gl. G. L.] Tertull. Apol. cap. 40. Vulgus vane de noſtra vexatione gaudet.
Compar. Apul. Apol. p. 300. Elmenh. Multo vanius & nequius excogitatum.

VANĬTAS, ātis. f. [ματαιότης. Gl. L. G. & G. L. ἀλαζονεία, κενότης, G. L.] Mendacium, fallacia, & levitas. Cic. 3. Off. 58. Quod ſi vituperandi qui reticuerunt, quid de iis exiſtimandum eſt, qui orationis vanitatem adhibuerunt.
Vanitati opponitur Conſtantia. Cic. 2. de Nat. Deor. 56. Nulla igitur in cælo, nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas ineſt; contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia. [Immo Temeritati ratio, Vanitati veritas, Errationi conſtantia.
Cedit veritas vanitati. Cic. 3. Tuſc. 2. Tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat.
Uti proſperitate rerum in vanitatem. Tacit. in vit. Agric. 18.
Exitus vanitas. Tacit. 15. Ann. 71.
Levitate, vanitate, malitia, excluſam divinationem probo. Cic. 1. de Divin. 114.
Vanitas, Mendacium. Vellej. 2. 60. 3. In quo turpiter deprehenſa ejus vanitas eſt. V. Terent. Phorm. 3. 2. 40.
Manifeſtus vanitatis. Tacit. 13. Ann. 23.
Simulatio eſt conjunctior vanitati, quam liberalitati. Cic. 1. Off. 44.
Blanda vanitas. Cic. de Amicit. 99.
Adhibere vanitatem orationis. V. ADHIBEO.

VANITIES, ēi. f. Idem. Ammian. 29. 3. Ad extollendam ejus vanitiem.
Plebeja vanities. Apul. 2. Met.

VANITŪDO, inis. f. [ἀλαζονεία] Idem. Plaut. Capt. 3. 4. 38.
Pol, ego ut rem video, tu inventus, vera vanitudine
Qui convincas. V. Non. 2. 886. [Eſt autem oxymôron, Vera vanitudo, i. e. Verum mendacium.

VANĬDĬCUS, a, um. Adj. [ἀλαζονολόγος] Qui vana dicit. Plaut. Trin. 2. 1. 37.
Cum probis potius, quam cum improbis vivere vanidicis.

VANILŎQUUS, a, um. Adj. [ματαιολόγος. Gl. L. G. & G. L. κενολόγος, G. L.] Idem. Plaut. Amph. 1. 1. 223.
— ergo iſtoc magis,
Quia vaniloquus vapulabis: ego ſum, non tu, Soſia.
Genus vaniloquum. Sil. lib. 8. 17.
Legatus vaniloquus. Liv. 35. 48. Is, ut plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloquus. De quodam Antiochi legato in Achæorum concilio. H. St. Deſuit hic locus in Lugd. In Gloſſ. Græcol. Synon. jungitur Blato. Sed ſine dubio Blataro ſcribendum. Ibidem Vaniloqua, Ματαιολόγα. Scribe Vaniloquus eſt, Ματαιολογῶ.

VANILOQUIUM, i. n. [ματαιολογία, κενολογία, Gl. G. L.] Auguſt. Epiſt. 28. Joviniani vaniloquia redarguens.

VANILOQUENTIA, æ. f. [κενολογία] Idem. Liv. 34. 24. Hac vaniloquentia primum Ariſtenum Prætorem Achæorum excitavit. Tacit. 3. Ann. 49.

VANILOQUIDŌRUS, i. m. Jocoſa Plauti dictio in Perſ. 4. 6. 20.
Vaniloquidorus virginiſvendonides.

VANESCO, [ματαιοῦμαι] ēre. Vanum fieri, Evaneſcere. Cic. 2. de Legib. 24. Animi labes, nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt. h. e. Aboleri.
In auras vaneſcere. Ovid. 1. Epiſt. 79.
In herbam Ceres ſterilem vaneſcit. Ovid. 3. Amor. 7. 31.

VANO, [ψεύδω] āre. verbum antiquum: Fallere ſignificat. Actius Alcumena, Sic illum venans in angiportum dedoxit. Non. 2. 885.

VANOR, Paſſ. [ματαιοῦμαι] Evaneſco. Gloſſ. Græcolat.

V A P

VĂPOR, ōris. m. [ἀτμὶς, Gl. L. G. ἀτμὸς, G. L.] Exhalatio. Dicitur & Vapos. Lucret. lib. 6. 952.
Pervolitant, permanat odor, frigusque, vaporque.
Aquarum vapor. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum. Earum enim quaſi vapor quidam aër habendus eſt.
Groſſus vapor. Stat. 6. Theb. 471.
Humidus vapor. Ovid. 1. Met. 432.
Efflat niger vapor anhelo ore. Stat. 10. Theb. 104.
Ejectare vaporem. Stat. 6. Theb. 471.
Vapor, pro Calore. Columel. lib. 5. cap. 10. Scrobs imus ſummo patentior, ut laxius radices vagentur: & minus frigoris hieme, minuſque vaporis æſtate per anguſtum os penetret.
Flammæ levis vapor. Senec. Octav. 5.
Solis vapor. Plin. lib. 9. cap. 10. de teſtudinibus, Ut ſolis vapore ſiccato cortice, non queant mergi.
Siderum vapor. Hor. Epod. 3. 15.
Calidus vapor. Lucret. lib. 2. 843.
— & enim ſecreta teporis
Sunt, ac frigoris omnino, calidique vaporis.
Calidus tepiduſque vapor. Lucret. lib. 2. 857.
Lentus vapor, Ignis. Virg. 5. Æn. 683.
— lentuſque carinas
Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis.
Diſſiliunt fere vapore ſaxa. Lucret. lib. 1. 492.
Findit Phœbus arva vaporibus. Ovid. 3. Met. 153.
Preſſerat ora vapor. Ovid. 2. Met. 283.
Tepefactum terra ſemen vapore & complexu ſuo diffundit. Cic. de Senect. 51.
Torreri vapore. Plin. lib. 9. cap. 38. de purpuræ infectura, Ac modico vapore torreri. Idem lib. 13. cap. 4. Aſſiduo vapore torrentes.
Pinguis vapor, Fumus ex ſuffitu. Senec. Herc. fur. 21.

VAPORĀLIS, e. Adj. Auguſtin. de Geneſi ad lit. 2. 5. Vaporali tenuitate.

VAPORALITER, Adv. Idem. Auguſtin. de Geneſi ad lit. 3. 3. Vaporaliter tenuatum & ſuſpenſum.

VAPŌRUS, a, um. Adj. ut, Vaporus ardor. Prudent. Periſteph. hymn. 6. 115. V. Arnob. lib. 6.

VAPORŌSUS, a, um. Adj. Apul. 5. Met. p. 165. Elmenh. Balnearum vaporoſis fontibus curatas, &c.
Caligo vaporoſa. Idem 9. Met. p. 228.

VAPORĀRIUM, i. n. [ἀτμιστήριον] accipitur pro Tepidario, ſive hypocauſto. Cic. 3. Q. frat. 1. Ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſubjectum cubiculis. V. Scalig. ad Catull. p. 13.

VAPORĬFER, vel VAPORIFERUS, a, um. Adj. [ἀτμοφόρος] Stat. 3. Silv. 5. 96.
Sive vaporiferas, blandiſſima litora, Bajas.
Vaporiferæ fornaces. Stat. 1. Silv. 3. 45.

VAPŌRO, [ἀτμίζω, Gl. G. L.] āre neutrum verbum, pro Vaporem emittere. Plin. lib. 31. cap. 2. de differentiis aquarum, Vaporant & in mari ipſo, quæ Licinii Craſſi fuere.
Vaporandi verbum facit abſolutum Lucret. lib. 5. 1130. his verbis,
Invidia quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant
Plerumque, & quæ ſunt aliis magis edita cunque. Lambin.
Vaporare, pro Calore temperare. Hor. 1. Epiſt. 16. 17.
— ſed ut veniens dextrum latus aſpiciat ſol,
Lævum diſcedens curru fugiente vaporet. Deinde ſubjungit,
Temperiem laudes, &c.
Vaporare, Calefacere. Columel. lib. 1. cap. 5. Quum plerique amnes æſtate vaporatis, hieme frigidis nebulis caligent.
Vaporare, [θυμιᾶν] Activum, Suffire. Plin. lib. 28. cap. 11. Quidam inaſſati jocineris ſanie inungunt, aut felle capræ, carneſque ejus veſci, & dum coquantur, oculos vaporari præcipiunt. Id quoque referre arbitrantur, ſi rutili coloris fuerint. Volunt & oculos ſuffiri, jocinere in ollis decocto. Hic Vaporare & Suffire pro eodem accepit. Virg. 11. Æn. 481.
Succedunt matres, & templum ture vaporant. Budæus.

VAPORANS, antis. Partic. Solin. cap. 34. Capaæ riguæ fontanis interdum ſacris & vaporantibus.

VAPORĀTUS, a, um. Partic. Columel. lib. 2. cap. 16. Glebæ ſolibus æſtivis vaporatæ. i. e. Arefactæ. V. in ipſo verbo.
Auris vaporata, i. e. Calefacta. Perſ. 1. Sat. 126.
Exhalatio vaporata. Apul. de Mundo p. 61. Elmenh.
Tempora vaporata, Æſtuoſa. Ammian. 17. 7.

VAPORĀTE, Adv. Compar. Ammian. 24. 4. Effervescente vaporatius ſole.

VAPORATIO, ōnis. f. [θυμίαμα, ἀναθυμίασις] Vaporis excitatio. Plin. lib. 28. cap. 4. Gell. lib. 19. cap. 5. Quum aqua frigore aëris duratur & coit, neceſſum eſt fieri vaporationem, & quandam quaſi auram tenuiſſimam exprimi ex ea, & emanare.

VĀPIDUS, a, um. Adj. i. e. Multi vaporis.
Pectus vapidum. Perſ. 5. Sat. 117.
Pelliculam veterem retines, & fronte politus,
Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem. i. e. Veterum vitiorum plenum, & fraudibus redolente.
Pix vapida. Perſ. 5. Sat. 148.
— Vejentanumque rubellum
Exhalet vapida læſum pice ſeſſilis obba. Vapida, i. e. Quæ odorem & vaporem indat vino, ut exponit Britannicus. Vel, ut Nebriſſenſis, Inſipida, & quæ vini ſaporem facit evaneſcere.
Vinum vapidum. Columel. lib. 12. cap. 5. In vini vapidi, ut acre fiat, ſextarios duodequinquaginta, &c. Vin pouſſé.

VAPIDE, Adv. Vapide ſe habere ſolebat dicere Auguſtus, pro Male habere. Sueton. in ejus vita cap. 87.

VAPPA, æ. f. [ἄχρεος, Gl. L. G.] Vini vitium, quod ſponte deferbuit, & odorem ſaporemque amiſit, ut illud quod in exhauſto vaſe reliquum fuit, & evaporavit. Hor. 2. Serm. 3. 144.
Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappamque profeſtis. Ibid. 1. Serm. 5. 16.
— abſentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta. Plin. lib. 14. cap. 20. Vitiumque muſto quibuſdam in locis, iterum ſponte fervere: qua calamitate quum deferbuit, deperit ſapor, vappæque accipit nomen, probroſum. etiam hominum quum degeneravit animus. [An Probroſum etiam homini, &c?
Vappa pro Homine ignavo vilique aliquando ponitur, ac nugatore, & in quo nihil prudentiæ eſt. Hor. 1. Serm. 1. 104.
— non ego avarum
Quum veto te fieri, vappam jubeo, aut nebulonem. Idem 2. Serm. 2. 12.
Pufidius vappæ famam timet, ac nebulonis. Vappæ, inquit Acron, dicuntur Perditi & luxurioſi. Nebulones vero Vani & leves, ut nebulæ. Aliter Vappa dicitur Stultus & inſulſus, qui nihil ſapit. Dicitur enim vinum vappa, quod perdidit ſaporem.
Perfida. V. VERBENA.

VAPŪLO,

Vāpŭlo, [[illegible], Gl L. G. [illegible], G. L.] āre. Verbum neutrum paſſivum, Cædi, verberari Cic. 8 Fam 1. Suſurratiores duntaxat veniunt, alius equitem perdidiſſe: quod opinor certe factum eſt: alius ſeptimam legionem vapulaſſe. Propert lib. 2. 16. 20.
Non ego, ſed tenuis vapulat umbra mea.
Corpus vapulat. Lucret. lib. 4. 937.
Ferulis vapulare. Senec. in Apocolocyntoſi, Et proximo munere, inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet. Novos auctoratos dicit, qui nuper conducti ſunt ut depugnent, qui pro auſpicio ferulis vapulabant, cum ipſi ferro carerent, & alii gladiatores per ludibrium ferulis eos cæderent, ut pueros ludimagiſtri. Turneb.
Sermonibus vapulare, pro Oblocutionibus ſuggillari. Cic. 2. Att. 14. Qui cum ſe omnium ſermonibus ſentiet vapulare, & quum has actiones [illegible] videbit, ruere incipiet.
Vapula Papiria, Proverbium eſt, ortum a quadam ancilla, quæ libertate donata a Papiria hera ſua, patronam mox contempſit, ac manumiſſa & libertate ſreta, mox benemeritam ingrate aſpernata eſt. Ancilla enim illa continuo ſe Libertam ſalutavit, cum Patronam ſalutare deberet (qui enim manumiſſi erant, mox manumiſſori, Salve patrone, dicere ſolebant) & patronæ dixit per contemptum Vapula Papiria. Plauti verba ſunt Fragm. 1. 80.   — id ego dico tibi,
Liberta ſalva, vapula Papiria.   Annotavit Turneb. conf. Feſt. Plaut. Curc. 4. 4. 10. & Aſin. 2. 4. 72. [Vapulo Active poni videtur in Gloſſ. Græcolat. [illegible], [illegible], Vapulo, Caſtigo.
Vapŭlans, antis. Partic. Petron. cap. 96. Favebam ego vapulanti.
Vapŭlātor, ōris. m. Gloſſ. Lat. Gr. Vapulator, [illegible].
Vapŭlāris, e. Adj. Qui vapulare ſolet. Plaut. Perſ. 1. 1. 22.
— pluſculum annum
Fui præferratus apud molas tribunus vapularis.
Vapulo, ōnis. m. ut Verbero. V. Barth. Adverſ. 19. 20. p. 966.

V A R

Vardæi. V. **ardiæi**.
Varduli, orum. m. Hiſpaniæ populi. De quibus Pomponius Mela lib. 3. 1. Hodie Ligueſa, & pars Vaſconiæ, ut in Melam ſcribit Olivarius.
Vargi, i. m. Sidon. 6. Epiſt. 4. Vargi ſunt indigenæ latrunculi.
Varĭōsus, a, um Adj. [[illegible]] Gloſſ. Latinogræc. Quod explicat Græcolat. [illegible], Scaurus. q. V. f. l.
Vărĭa, æ. f. Oppidum in Sabinis olim, nunc vicus imminens Anieni. Hæc Schol. Antiq. ad Horat. 1. Ep. 14. 3.
Quinque bonos ſolitum Variam dimittere patres.   Al. Baria corrupte.
Varicatus, **Varicatus**, **Varicitus**, **Varicu**, **Varicus**, V. **varus**.
Varicoſe, **Varicoſus**, **Varicula**. V. **varix**.
Vărĭus, a, um. Adj. [[illegible], Gl. L G. & G. L. [illegible], G. L.] Multiformis, vel Multorum colorum. Ter. Eun. 4. 4. 16.
— ita viſus eſt
Dudum, quia varia veſte exornatus fuit.
Lynces variæ. Virg. 3. Georg. 264.
Uvæ vel olivæ variæ fiunt, quum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato R. R. cap. 73. Ubi uvæ variæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis uti valeant.
Varium, ad multa transfertur. Cic. 2. de Finib. 10. Varietas enim Latinum verbum eſt, idque proprie quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia, varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas etiam varia dici ſolet, quum percipitur e multis diſſimilibus rebus, diſſimiliter efficientibus voluptatem.
Varius & multiplex & copioſus. Cic. 1. Acad. 17. Plato varius, & multiplex, & copioſus fuit.
Diſputationes variæ & diverſæ, & in omnem partem diffuſæ. Cic. 3. de Orat. 58.
Oratio multa & varia & copioſa. Cic. 2. de Orat. 214.
Ferre ea, quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita verſantur. Cic. 2. Off. 67.
Varius ad animum & mores transfertur. Nepos 4. 1. 1. Varius in omni genere vitæ fuit: nam ut virtutibus eluxit, ſic vitiis eſt obrutus. Sic Virg. 4. Æn. 569.   — varium & mutabile ſemper
Femina.
Animus varius. Salluſt. Catil. cap. 5.
Mens varia. Lucan. 4. 704.
Æſtu vario irarum fluctuat. Virg. 4. Æn. 564.
Artes variæ. Virg. 1. Georg. 133.
Caſus varii. Virg. 1. Æn. 208.
Colores varios mentitur lana. Virg. 4. Ecl. 42.
Gentes variæ linguis. Virg. 8. Æn. 723.
Jus variom & diſpar conditio. Cic. 7. Verr. 48.
Lepore vario diſtincta omnia. Lucret. lib. 5. 1375.
Opum variarum dives. Virg. 2. Georg. 468.
Sententiæ variæ & diſcrepantes. Cic. 1. de Nat. Deor. 2.
Sermone vario trahebat noctem. Virg 1. Æn. 752.
Terra varia carioſaque. V. Carioſa terra, in **caries**.
Victoria varia. Liv. 2. 6. [Sic Varius Marte. V. **mars**.
Varius, Qui variis in facie diſtinctus eſt. Unde jocus Ciceronis apud Quintil. lib. 6 cap. 4. in Iſauricum, Miror quid ſit, quod pater tuus, homo conſtantiſſimus, te nobis varium reliquit. Turnebus putat Iſaurico inconſtantiam objici & flagra, quum ſervilem in modum a patre loris cæſus fuiſſet. Quintil. lib. & cap. eodem, M. Cœlius Prætor, quum ſellam ejus curulem Conſul Iſauricus fregiſſet, alteram poſuit loris intentam: dicebatur autem Conſul a patre aliquando cæſus flagris. Sic Plaut in prol. Pœn. 26.
Ne & hic varientur virgis, & loris domi.   i. e. Cædantur, & velut variis coloribus pictarentur eorum terga vibicibus. conf. **varus**.
Vāria, æ. f. [[illegible]. Gl. L G.] Panthera. Plin. lib. 8. cap. 17. Nunc varias & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa, Syriaque. Varias dixit pro Pantheris.
Vāriē, Adv. [[illegible]] Variis modis. Cic. 6. Fam. 6. Varie ſum affectus tuis litteris.
In varia ſe tondentem, tale eſt epigramma Martial. lib. 8. 47.
Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt:
Pars vulſa eſt: unum quis putet eſſe caput?
Agere varie. Liv. 2. 2. Socer præterea ipſius, agere varie, rogando alternis, ſuadendoque cœpit, ut &c.
Decernere varie, & Conjunctis ſententiis, contraria. Cic. 6. Verr. 145. Poſtea decernitur, ac non varie, ſed prope conjunctis ſententiis, ut laudatio, quæ C. Verri decreta eſſet, tolleretur. [i. e. Non variantibus ſententiis.
Diffundi late & varie. Cic. pro Sext. 97. Numerus, ut dixi, hujus generis late & varie diffuſus eſt.
Diſſerere varie de re aliqua. Tacit. 1. Ann. 11.
Moveri varie. Cic. 2. de Divin. 89. Perinde ut quæque ſtellæ in his finitimiſque partibus ſint quoque tempore, eamque vim varie moveri ab iis ſideribus, quæ vocantur errantia.
Perſcripti varie copioſeque ſermones. Cic. 1. Acad. 16. Hic in omnibus fere ſermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt perſcripti varie, copioſe ſunt, ita diſputat ut nihil, &c.
Valet varie. Plaut. Epid. 1. 1. 15. h. e. Quod vulgus nunc dicit, Nunc bene, nunc male. Turneb. putat Plautum luſiſſe in ſervos, quibus tergum loris redditur varium, et pantherinum.
Vărĭĕtas, ātis. f. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 8. cap. 30. Oculis mille eſſe varietates, colorumque mutationes.
Criminum varietas. Cic. 7. Verr. 158. Neque hoc providerim, ut varietate criminum vos attentos tenerem.
Florum omnium varietas. Cic. de Senect. 54.
Gentium varietate conſtans provincia. Cic. pro Font. 3.
Locorum varietate diſtinguere hiſtoriam. Cic. 2. de Orat. 54.
Sententiarum varietas. Cic. 2. de Orat. 58.
Vocum ſurdus varietates noſcere non poteſt. Cic. 2. de Divin. 9.
Ut in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exſiſtunt majores etiam varietates. Cic. 1. Off. 107.
Incredibilis quædam varietas. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Multiplex varietas. Senec. Epiſt. 96.
Diſtinguere varietate inæquabili. V. **inæquabilis**.
Efficit ſtella Jovis multas varietates. Cic. 2. de Nat. Deor. 53.
Facere varietatem. Cic. 2. de Fin. 75.
Habere varietatem. Cic. pro Corn. Balb. 3.
Reficit animos ac reparat varietas. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Varietates, Maculæ illæ ſubrubræ, quæ hieme contrahuntur, quum crura ad ignem propius admoventur. Plin. lib 20 cap. 9. Flos bulborum tritus cruum maculas, varietateſque igne factas, emendat.
Vărĭo, [[illegible], Gl. G. L.] āre. Variam facere. Virg. 1. Georg. 441.
Ille ubi naſcentem maculis variaverit ortum.   De ſole.
Cælum variant ſidera, i. e. Velut pingunt. Ovid. 3. Faſt. 449.
Jamque ubi cæruleum variabunt ſidera cælum,
Suſpice.
Tapetia variantur acu. Martial. lib. 8. 28.
Virgis variari. V. paulo ante, **varius**, Qui variis, &c.
Artes variare. Ovid. de Rem. Amor. 425.
Nam quoniam variant animi, variabimus artes.
Capillos poſitu variare. Ovid. de Medicam. facial 19. Idem 2. Met. 412.
Nec poſitu variare comas.
Otium variare labore, Mutare, diſtinguere. Plin. 8. Epiſt. 8.
Pectora variare dubiis curis. Valer. 3. Argon. 683.
Sententiam variavit timor. Liv. 2. 57.
Sonum variare. Plin. lib. 10. cap. 29. Deinde in una perfecta muſicæ ſcientiæ modulatus editur ſonus, & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.
Vices variare. Virg. 9. Æn. 164.
Vocem variare & mutare. Cic in Orat. 59.
Voluptatem variare & diſtinguere. Cic. 1. de Finib 38. Omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem, ut poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit, augeri amplificarique non poſſit.
Oratoris eſt orationem variare & diſtinguere. Cic 2. de Orat. 36.
Prodigialiter variare aliquid. Hor de Arte Poet. 29.
Figuris variare. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Miſtura jocorum variare materiam aliquam. Martial. lib. 8. 1.
Variare, neutrum, vel neutraliter poſitum. Celſ. lib 3. Non in iis ſolum, in quibus ſemper ira ſe habet: ſed in iis quoque, in quibus variat. Idem lib. 2. cap. 1. Ex tempeſtatibus optimæ æquales ſunt: ſive frigidæ, ſive calidæ; peſſimæ, quæ variant maxime. Budæus.
Animi variant, V. Artes variare, ſupra.
Variant mihi de morte ejus auctores. Liv 27. 28.
Variant Græcorum exempla. Plin. lib. 12. cap. 14.
Sententia diſſidet & variat. Ovid. 15. Met. 647.
Timores variant. Ovid. 2. Triſt. 153.
Variare, pro Ambiguam rem eſſe. Liv. lib. 1. 43. de ſuffragiis, Ibi ſi variaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claſſis centuriæ vocarentur.
Variare dicuntur uvæ vel olivæ, quum mutant colorem. Columel. lib. 12. cap. 50. Quum primum baccæ variare cœperint, & jam quædam nigræ fuerint, plures tamen albæ, ſereno cælo manibus diſtringi olivam oportebit.
Variatur, Impersonale. Liv. 22. 60. Ibi quum ſententiis variaretur, &c.
Vărĭans, antis. Partic. [[illegible]] Plin. lib. 7. cap. 42. Cetera exempla fortunæ variantis innumera ſunt.
Cælum varians. Plin. lib. 14. cap. 2.
Formæ variantes. Lucret. lib. 5. 823.
Uvis variantibus adhuc & acerbis. Columel. lib. 4. cap 20.
Vărĭantia, æ. f. Idem quod Variatio, Varietas ut, Rerum variantia. Lucret. lib. 1. 653. i. e. Varietas V. Non. 2. 887.
Vărĭātus, a, um. Partic. [[illegible]] ut,
Veſtis variata figuris hominum priſcis, Tapete diverſis hominum figuris pictum & variegatum. Catul. Argon. 62. 50.
Figuris multigenis variatus. Lucret. lib. 2 335.
Sententia variata. Cic. pro Milon. 8. Itaque hoc, judices, non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, eum qui patris ulciſcendi cauſa matrem necaviſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolum humana, ſed etiam deæ ſapientiſſimæ ſententia liberatum.
Compar. Apul. 3. Florid. p. 357. Elmenh. Lyra concentu variatior.

VARIATIM, Adv. [illegible] Gell. lib. 5. cap. 12. Va enim particula, quæ in aliis atque aliis vocabulis variatim per has duas litteras cum a littera media immiſſa dicitur, &c. Alii Variatum.

VARIATIO, ōnis. f. [illegible] Liv. lib. 24. 9. Ceteræ centuriæ ſine variatione ulla Conſules eoſdem dixerunt.

VARIATOR, ōris. m. [illegible] Gloſſ. Græcolat.

VARIABILIS, e. Adj. Apul. de Mundo p. 58. Elmenh. Aër inferior natura variabilis.

Variabilis, unde Invariabilis. Camm. utitur. Vide pag. 486. Indicis Regiſtralis H. St. Abfuit a Lugd. hæc dictio.

VARIĀNUS, a, um. Adj. Colorem mutans ſæpius. ut, Uvæ varianæ. Plin. lib. 14. 2.

VARIEGO, āre. Ornatus varietate diſtinguere. Apul. 2. Florid. p. 342. Elmenh. Lyra ejus auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.

VARIEGĀTUS, a, um. Partic. ut, Tunica picturis variegata. Apul. 2. Florid. p. 351. Elmenh.

Navis picturis miris variegata. Idem 11. Met. p. 264.

VARIUS, i. m. Poeta tragicus, amicus Virgilii & Horatii. V. Hor. 2. Serm. 5. 93. Ibid. 1. 6. 55. & Quintil. 10. 1. p. 918. Burm. Pauca ejus fragmenta exſtant.

VĀRIX, īcis. m. [illegible] Varices, [illegible. Gl. L G] Venæ plus æquo intumeſcentes atque obtortæ, in temporibus, ventre, teſtibus, inguine, & potiſſimum in cruribus. Plin. lib. 11. cap. 45. Varices in cruribus viro tantum, mulieri raro. Cic. 2. Tuſc. 35. Quum varices ſecabantur C. Mario, dolebat. Celſ. lib. 5. cap. 26. pr. de noxis in corpore loquens, Quum quid increvit, ut vena, quæ intumeſcens in varicem convertitur.

Varix. f. Quintil. lib. 11. cap. ult. p. 1031. Burm. ubi de Togæ forma loquitur, Velandarum varicum gratia. Al. Valandarum. V. loc. & not. Burm.

VARICŌSUS, a, um. Adj. [illegible] Qui tumidiores habet hujuſmodi venas. Juven. 6. Sat. 396.

Hæc de Comœdi te conſulit, illa Tragœdum
Commendare volet: varicoſus fiet aruſpex.

VARICŌSE, Adv. Idem. Compar. Feſtus, Varicoſius onere portare.

VARICŬLA, æ. f. dimin. apud Celſ. lib. 5. cap. 26. de curatione ulceris.

VARRO, ōnis. m. pro Stupido & bardo uſurpabatur; vocabulo a variis deflexo, qui perticas ſignificant. Lucilius apud Feſtum in voce Squaroſus,

Varronum ac rupicum ſquaroſa incondita roſtra. Ex Turneb.

VARRO, ōnis. m. [illegible] Cognomen non unius gentis Romanæ.

M. Terentius Varro, Romanorum eruditiſſimus, cujus exſtant libri de Re Ruſtica, & ad Ciceronem ſcripti libri de lingua Latina: Quique 500 volumina ſcripſiſſe dicitur. V. Gell. 19. 14. Eum Fabius Quintilianus, inter peritiſſimos Satiræ ſcriptores enumerat, lib. 10. cap. 1. p. 920.

Varro ſanctiſſimus atque integerrimus. Cic. 2. Philipp. 104.

P. Terentius Varro Atacinus, poeta, laudatus eidem Fabio, ibidem p. 905. V. de utroque in dict. TERENTIUS.

Habere theſauros Varronis. Cic. 11. Fam. 10.

VARSOVIA, æ. f. Urbs Poloniæ, arce regia, regumque ibi ſeceſſu & comitiis publicis nobilis.

VĀRUS, a, um. Adj. [illegible, Gl. L. G.] Qui pedes habet incurvos, & in ſe contractos, cujuſmodi ſpadones ſeu caſtratos videmus. Plaut. Mil. 3. 1. 128. Aut varum aut valgum. Idem Merc. 3. 4. 54.

Cavum, varum, ventrioſum, bucculentum, breviculum. Plin. lib. 11. cap. 45. Nam & hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, ſicut a cruribus Vari. Hor. 1. Serm. 3. 47.

Brachia vara, Diducta ad complexandum luctatorem adverſarium. Martial. lib. 7. 31.

Manus varæ, i. e. Incurvæ, infleſæ, diductæ ad corripiendum antagoniſtam. Ovid. 9. Met. 33.

Genius varus. Perſ. 6. Sat. 18. — geminos, horoſcope, varo

Producis genio. Varo, Intorto, hoc eſt, non æquali, ſed diſſimili ingenio & inclinatione naturali præditos, quamvis ſub eodem natos ſidere, eodemque momento temporis. Varius in Gloſſ. ſcriptum.

VĀRA, æ. f. Tabula tranſverſaria, impoſita arrectariis, vibiis furcilliſque ſuſtentata. Vitruv. 10. 19. Compegit arrectariis & jugis varas. Et Columel. lib. 5. cap. 9. Si prius varam feceras.

Sequitur vara tibiam; proverb. i. e. Cadente uno, cadit & alterum. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 150. & Salmaſ. in Solin. 664.

Vara eſt etiam Pertica inſtar furcæ, qua aliquid ſuſpenditur. conf. Lucan. 4. 419.

VARICINUS, a, um. Adj. [illegible] Gloſſ. Ladaogræc. [An Varicinus?

VĀRICUS, a, um. Adj. Qui longe divaricat crura, metiturque grandes paſſus. Ovid. 3. de Arte Am. 304.

Illa, velut conjux Umbri rubicunda mariti,
Ambulat, ingentes varica fertque gradus. Hinc, quod apud Vitruvium (3. 2.) Baryca ædium ſpecies legitur, Varica legi debet: laxitas enim columnarum efficit ut varica videatur. Turneb.

VARICITUS, Adv. Cruribus diſtenſis. Apul. 1. Met. p. 108. Elmenh. Varicitus ſuper faciem meam reſidentes.

VARICO, [illegible, Gl. L. G.] āre. vel VARICOR, āri. Transgredi eſt, Pedes diducere, ſeu diſtorquere. Quintil. lib. 11. cap. 3. Varicare ſupra modum & in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcænum. Varro de L. L. 4. 24. Vallum, vel quod ea varicare nemo poſſit, &c.

VARICĀTUS, a, um. Partic. Caſſiodor. 6. Epiſt. 6. Superbus quin etiam varicatis greſſibus patet.

VARICĀTOR, ōris. m. Ulpian. in l. 1. D. De prævaricatoribus. Prævaricator eſt quaſi varicator, qui diverſam partem adjuvat prodita cauſa ſua.

VARO, āre. Curvare. Auct. de Limit. p. 257. Edit. Goeſ. Sunt & alii pontes, quorum alvei varantur. V. Ind. Goeſ. & Salmaſ. ad Solin. p. 664.

VARĀTIO, ōnis. f. Curvatura. Auctor de Limit. p. 257. & 285. Varatio fluminum.

VĀRUS, i. m. [illegible, Gl. L. G.] Vari apud Celſ. lib. 6. cap. 5. Maculæ ſunt in facie, ut lenticulæ & ephelides. Unde Homines varii dicti. V. VARIUS. Plin. lib. 20. cap. 4. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. Idem lib. 28. cap. 8. Lentigines tollit ac varos, omneſque maculas.

VARIOLÆ, arum. f. Dimin. Puſtulæ vel papulæ majores minoreſve. Vox recentium medicorum.

VĀRUS, i. m. [illegible] nomen Romanum a cruribus varis ortum. Varus Attius a Jul. Cæſare victus. Vellej. 2. 55. 4.

Quintilius Varus, Galliæ Ciſalpinæ præfectus ſub Auguſto, cujus auxilio Virgilius emiſſos agros recuperavit, & eum laudibus extulit 9. Ecl. 26. & 35. Is poſtea, vel alius ejuſdem nominis, a Germanis cum tribus legionibus occiſus eſt. V. Suet. Aug. cap. 23.

Varus, Vates Græcorum apud Valer. Flacc. 6. 116.

VARIĀNUS, a, um. Adj. ut, Variana clades. Suet. Aug. cap. 23. Adde Calig. cap. 3. & Plin. lib. 7. cap. 45.

VARUS, Fluvius eſt, Narbonenſem provinciam ab Italia ſeparans. De quo lege Strab. lib. 4. ab initio. Nomen retinet. Vulgo *Le Var*.

V A S

VAS, vădis. V. VADIS.

VĀS, vāſis. n. [illegible, Gl. L. G. & G. L.] tertiæ declinationis in ſingulari, in plurali ſecundæ. Apud Cic. 2. de Invent. 16. Vaſa magnifica & pretioſe cælata. Idem 1. Tuſc. 52. Nam corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum. De pl. Vaſa, V. VASUM.

Vaſorum appellatio generalis eſt; dicimus enim vaſa & vinaria & navalia, inquit Ulpian. De auro & argento legato, l. Si gemma. D.

Æreum vas. V. ÆS, æris.

Argentea vaſa. Hor. 2. Serm. 7. 72.

Cupreum vas. V. CUPREUM.

Coquinaria vaſa. V. COQUO.

Olearia & ſalſamentaria vaſa. V. Olearius, in OLEA.

Viatoria vaſa. V. Viatorius, in VIA.

Vinarium vas. Cic. 6. Verr. 62.

Vinaria vaſa, amphoras & cados intelligimus, auctore Proculo, De tritico, vino & oleo legato. l. Vinum. D.

Aretina. Martial. lib. 14. 98.

Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus.

Clodiana vaſa. V. CLODIA.

Corinthia vaſa & Deliaca. Cic. pro Roſc. Amer. 133.

Samia vaſa. Plaut. Capt. 2. 2. 41. Cic. pro Muren. 75. Et expoſuit vaſa Samia. V. OPUS.

Aſpera vaſa, Cælata. Juven. 14. Sat. 62.

Pertuſum vas. Lucret. lib. 3. 949.

Rimoſa & curta vaſa cadunt feneſtris. Juven. 3. Sat. 271.

Sincerum vas. Hor. 1. Epiſt. 2. 54.

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis aceſcit. Conf. mox Incruſtare, &c.

Apponere in vaſis. V. APPONO.

Colligere in vas. V. COLLIGO.

Collocare vaſa in tabernam. V. COLLOCO.

Ducere vaſa e luto. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Efferre ſine thecis vaſa. Cic. 6. Verr. 52.

Incruſtare ſincerum vas. Hor. 1. Serm. 3. 56.

At nos virtutes ipſas invertimus, atque
Sincerum cupimus vas incruſtare.

Pelliculare vas. V. Pelliculo, in PELLIS.

Quaſſatis vaſis diffluit humor. Lucret. lib. 3. 435.

Vaſa etiam omne inſtrumentum ſignificant, ut Venatorium quoque apud Gratium Cyneg. 219. — ac ſibi turbam

Contraxit comitem, nec vaſa tenentia longe. Eo nomine Supellex Liv. 1. 24. intelligitur, cum ſcribit, Vaſa comiteſque meos. Turnebus.

Unde Convaſare. de ſupellectili. H. St. Huc pertinent & iſta, apud rei militaris, bellorumque ſcriptores obvia.

Colligere vaſa. Cic. 6. Verr. 4. Ille ex Sicilia caſtra jam moverat, & vaſa collegerat. h. e. Repente Diodorus profugerat. V. COLLIGO.

Conclamare vaſa. Cæſ. 3. Bell. Civil. 37. Scipio, ſuſpicatus fore ut invitus dimicare cogeretur, noctu, neque conclamatis quidem vaſis, flumen tranſivit. V. CONCLAMO.

Vaſa dicuntur Teſticuli. Plaut. Pœn. 4. 2. 40.

Quid agis? s. facio quod manifeſte mœchi haud ferme ſolent.
m. Quid id eſt? s. refero vaſa ſalva. V. Lipſ. Antiq. Lect. 1. 7.

VĀSUM, i. n. dixerunt veteres, teſte Gell. lib. 13. cap. 22. Plaut. Truc. 1. 1. 33. Aut aliquod vaſum argenteum. [Hinc Pl. Vaſa, ſec. decl.

VASUS, i. m. Petron. cap. 57. Vaſus fictilis. [Gloſſ. Græcolat. [illegible], Vaſus, Vaſum, vaſa.

VASĀRIUM, i. n. [illegible, Gl. G. L. [illegible], L. G.] ut Veſtiarium, Calcearium: h. e. Vaſorum ſupellex. Plin. lib. 7. cap. 49. Nec ſunt omnia vaſaria excutienda: mediæ tantum partis, inter Apenninum Padumque ponemus exempla. Hic per tranſlationem poſuit.

Vaſarium, Cicero appellat id, quod publice dabatur magiſtratibus, ut muli, equi, & vaſa, & reliqua, quæ magiſtratus inſtrumentum implerent. Id quod patet ex eo, quod idem dicit in 2. de Lege Agraria 32. de Decemviris loquens, quos Rullus creandos eſſe cenſuerat ad agros dividendos. Intelligimus ergo Vaſarii nomine pecuniam publice dari ſolitam magiſtratibus euntibus in provincias, ex qua ſibi neceſſaria compararent. Id quod poſtea Auguſti tempore Senatuſconſulto conſtitutum eſt, ut teſtatur Tranquillus in Auguſt. cap. 36. Cic. in Piſon. 86. Nonne ſeſtertiûm centies & octogies, quod, quaſi vaſarii nomine, in venditione mei capitis aſcripſeras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti? Hæc & plura Budæus in libro de Aſſe.

VASĀTUS, a, um. Adj. Vaſa, i. e. Teſticulos habens. ut, Bene vaſati. Lamprid. in Heliogab. cap. 5. 8. 9. & 31. V. Scalig. in Priap. p. 201. & Rutgerſ. Var. Lect. 2. 2. [Non a Teſticulis, verum a Pene. V. VASCULUM infra.

VASITES, i, m. [illegible] Sarcinarius. Gloſſ. Græcolat.

VASCŬLUM, i. n. dimin. [illegible] Plin. lib. 15. cap. 28. Quædam vaſculis conſtant. Cato R. R. cap. 111. Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, necne, vaſculum facito de materia hederacea.

Argenti puri vaſcula. Juven. 10. Sat. 19.

Vaſculum, eſt etiam Penis apud Petron. cap. 24.

VASCELLUS, i. m. Inſcript. Vet. apud Gruter. p. 1108. n. 6. FILIVS IN VASCELLO ET MASSA REPOSITVS. V. ſeq. dict.

VASCELLUM, i, n. [illegible] Gloſſ. Græcolat. [Niſi forte Vaſcellum legendum, a quo & præcedens Vaſcellus ductum ponitur.

VASCULĀRIUS, i. m. [illegible, Gl. G. L.] Qui vaſa argentea & aurea facit, venditque. Sunt enim inter aurifices vaſcularii, cælatores, inauratores, & bractearii. in l. apud Labeonem, D. De præſcript. verbis, Si, quum emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit. Cic. 6. Verr. 54. In regiam maximam

Digitized by Google

maximam palam artifices omnes, cælatores ac vaſcularios, convocari jubet; ipſe ſuos compluſculos habebat.

VASĀTÆ, arum. f. [illegible] Urbs Galliæ Narbonenſis. Paulinus ad Auſonium,

Quique ſuperba tuæ contemnis mœnia Romæ
Conſul, arenoſas non dedignare Vaſatas. Eam putaverim eſſe quæ vulgo dicitur *Baſa*.

VASĀTĬCUS, a, um. Adj. ut, Vaſatica theda. Auſon. Epiſt. 7. 18.

VASCŌNES, um. m. [illegible] Hiſpaniæ populi, verſus Gallicum & Britannicum Oceanum, ad Pyrenæum ſiti. De quibus Plin. lib. 3. 3. Hi, a Metello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi ſunt, ut humana carne veſcerentur. Juven. 15. Sat. 93.

VASCONIA, æ. f. Regio Vaſconum. Paulin. ad Auſon. epiſt. 2. 100.

Vaſconiæ ſaltus, &c.

VASCONĬCUS, a, um. Adj. Ibid. v. 218.

Ac ſi Vaſconicis mihi vita fuiſſet in oris.

VASCUS, a, um. Adj. Inanis. ut, Vaſcus & invenuſtus aſpectus. Vitruv. 3. 2. Conſ. Solin. cap. 11. V. Turneb. Adverſ. 17. 20. & Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 495. & ad Solin. p. 86. & 87.

VASCA, æ, f. [illegible] Gloſſ. Latinogræc. conf. VASTA.

VASTEAPSE, [illegible] Idem Gloſſ. [i. e. Famioalia. V. Suid. in hac ipſa dict.

VASTUS, a, um. Adj. [illegible] dicitur Quod modum amplitudinis excedit. Plaut. Amph. 4. 4. 1. ſuppoſ.

Quis tam vaſto impete has fores toto convolſit cardine? Plin. lib. 10. Epiſt. 42. pr. Quum diverſam partem provinciæ circumirem, Nicomediæ vaſtiſſimum incendium multas privatorum domos, & duo publica opera, &c. abſumpſit.

Æquor vaſtum. Virg. 2. Æn. 780.
Altitudinem in vaſtiorem, ac velut profundum, invehi. Liv. 31. 1.
Antrum vaſtum. Virg. 1. Æn. 56.
Aper vaſtus. Claud. 2. Conſ. Stil. 306.
Arma vaſta. Virg. 10. Æn. 768.
Artus vaſti. Virg. 3. Æn. 432.
Bellua vaſta & immanis. Cic. 1. de Divin. 49.
Cædes vaſta foſſus. Virg. 6. Æn. 503.
Campi vaſti. Virg. 3. Æn. 13.
Certamine vaſto tendunt. Virg. 12. Æn. 553.
Crater vaſtus. Ovid. 12. Met. 236.

Forte fuit juxta, ſignis exſtantibus aſper,
Antiquus crater, quem vaſtum, vaſtior ipſe
Suſtulit Ægides.

Feræ vaſtæ. Ovid. 2. Met. 194.
Figura vaſtior elephanto. Cic. 1. de Nat. Deor. 97.
Fluctus vaſti. Virg. 1. Æn. 337.
Hiatu vaſto immanis ſpelunca. Virg. 6. Æn. 237.
Ictus vaſti. Virg. 5. Æn. 198.
Impetus vaſtus. Hor. 4. Carm. 14. 30.
Ira vaſta. Ovid. 10. Met. 551.
Iter vaſtum. Ovid. 14. Met. 438.
Latratus vaſtus & canorus. Columel. lib. 7. cap. 12.
Littera vaſtior, Conſona duplex 2. Cic. in Orat. 153.
Moles vaſta. Virg. 3. Æn. 656.
Molimen vaſtum. Ovid. 15. Met. 809.
Mundus vaſtus. Ovid. 1. Faſt. 119.
Marmore vaſto maria. Virg. 1. Æn. 249.
Onus vaſtum. Ovid. 1. Faſt. 566.
Orbis vaſtus. Ovid. 2. de Arte Am. 78.
Pondus vaſtum. Virg. 5. Æn. 447.
Rupes vaſtæ. Virg. 1. Æn. 166.
Silentium vaſtum. Tacit. 3. Hiſt. 13.
Sinus vaſtus. Virg. 4. Georg. 362.
Tellus vaſta. Valer. 2. Argon. 597.
Vires vaſtæ. Virg. 5. Æn. 368.
Vorago vaſta. Virg. 6. Æn. 296.
Vulnera vaſta. Lucret. lib. 5. 1189.
Animus vaſtus, Immenſæ cupiditatis. Salluſt. in Catil. 5. 5.
Homo vaſtus atque agreſtis motu corporis, per contemptum. Cic. 1. de Orat. 115. Aut ita voltu motuque corporis vaſti atque agreſtes, ut etiamſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint.
Vaſtus, Deſertus. [illegible] Actius, Hanc urbem ferro vaſtam faciet. Non.
Vaſtus locus a natura & humano cultu. Salluſt. in Jugurth. 48.
Ager vaſtus & deſertus. Cic. 2. de Lege Agr. 69.
India vaſta & agreſtis. Cic. 5. Tuſc. 77.
Locus vaſtus & Coædificatus, contraria. Cic. in Partit. 36.
Oratio vaſta atque hians. Auctor ad Herenn. lib. 4. 19.
Solitudo vaſta. Cic. in Somn. Scip. 14. Et Liv. 1. 4.

VASTŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. 2. Met. p. 128. Elmenh. Vegetis & vaſtulis corporibus fores noſtras irruentes.

VASTE, [illegible] ius, iſſime. Adv. Cic. 3. de Orat. 172. Id aſſequemini, ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita jungetis, ut neve aſpere concurrant, neve vaſtius diducantur.

Vaſte & ruſtice. Cic. 3. de Orat. 42. Sic majores, non aſpere, ut illa quem dixi, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe & æquabiliter, & leniter.

Tonare vaſtius. V. TONRO.

VASTĬTAS, ātis. f. Magnitudo. Columel. lib. 3. Pari tamen in hac terra vaſtitate belluas progenerari quis neget? Idem lib. 5. cap. 1.

Odoris vaſtitas. Plin. lib. 31. cap. 6.
Sali ſterilis profundi vaſtitas. Senec. Herc. furen. v. 701.
Vaſtitas, Vaſtatio. [illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible, G. L.] Actius, Propterea tot, tantaſque habemus vaſtitates funerum. Non. 4. 481. Cic. 1. in Catil. 12. Tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exitium & vaſtitatem vocas.
Agrorum vaſtitas. Cic. 6. Verr. 114. Audiſtis, &c. quæ ſolitudo eſſet in agris, quæ vaſtitas, quæ fuga aratorum, &c.
Deflere judiciorum vaſtitatem. Cic. de Clar. Orat. 21.
Depellere vaſtitatem. Cic. pro Flacc. 1.
Efficere vaſtitatem. Cic. in Piſon. 85.
Inferre vaſtitatem. Cic. de Aruſp. Reſp. 3.
Reddere vaſtitatem. Liv. lib. 3.
Vaſtitas, [illegible] Gloſſ. Latinogræc. [Id autem Pruriginem, urticamve notat.

VASTITIES, ēi. f. Idem. [illegible] Apul. Qui in primis tanti corporis vaſtities horrori fuit. V. Non. 2. 891.

Vaſtities, Separatio, Deſtructio. Plaut. Pſeud. 1. 1. 68.

Harum mihi voluptatum omnium, atque itidem tibi
Diſtractio, diſſidium, vaſtities venit.

VASTITŪDO, inis. f. [illegible] Vaſtatio. Cato R. R. cap. 141. Uti tu morbos viſos, inviſoſque, viduitatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperiaſque prohibeſſis. conf. Non. l. c.

VASTIFĬCUS, a, um. Adj. [illegible] Quod vaſtitatem affert. Cic. 2. Tuſc. 22.

Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit belluam. Ex poeta.

VASTO, [illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible, illegible, L. G.] āre. Perdere, deſtruere. Cic. 9. Att. 7. Primum conſilium eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame, deinde agros vaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere.

Agros vaſtare cultoribus. Virg. 8. Æn. 8. h. e. Abducendo cultores, vaſtos & deſertos efficere. Servius.
Agros vaſtare & exinanire. Cic. 5. Verr. 119.
Iter alicujus vaſtare. Sil. lib. 3. 469.

Turbidus hic truncis, ſaxiſque Druentia lætum
Vaſtavit ductoris iter.

Locum vaſtare & diripere. Cic. 4. in Catil. 13.
Mentem vaſtat conſcientia. Salluſt. in Catil. 15.
Omnia late vaſtare. Virg. 4. Georg. 16.
Omnia vaſtare ferro & incendiis. Cic. 1. in Catil. 21.
Regiones vaſtare. Cic. 5. Fam. 10.
Homo magis ad vaſtandum, quam ad vincendum paratus. Cic. 8. Att. 16.

VASTANS, antis. Partic. Liv. 8. 19. Vaſtans effuſe Setinum.

Gothi Macedoniam vaſtantes. Eutrop. 9. 11.

VASTĀTUS, a, um. Partic. [illegible] Cic. pro Sext. 54. Lex erat lata, vaſtato atque relicto foro.

Fana vaſtata tumultu impio. Hor. 4. Carm. 4. 48.
Paſcua vaſtata. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 168.
Urbs vaſtata defenſoribus ſuis, pro Spoliata. Liv. 23. 30.

VASTĀBUNDUS, a, um. Adj. Ammian. 31. 8. Vaſtabundi omnes per latitudines Thraciæ pandebantur impune.

VASTATIO, ōnis. f. [illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible, L. G.] Liv. 7. 15. Acceſſit ad eam cladem & vaſtatio Romani agri.

Poſſeſſionum vaſtatio. Cic. 2. in Catil. 18. Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas?
Defendere aliquid a vaſtatione. Cic. 10. Fam. 15.

VASTĀTOR, ōris. m. [illegible, Gl. G. L.] ut, Trojæ vaſtator Achilles. Stat. 2. Achill. 318.

Aper vaſtator Arcadiæ. Ovid. 9. Met. 192.
Ferus vaſtator. Ovid. 11. Met. 395.

VASTĀTRIX, īcis. f. Senec. Epiſt. 96. Luxuria terrarum mariſque vaſtatrix.

VASTĀTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Globus vaſtatorius. Ammian. 19. 19. Munus hoſtium vaſtatoris. Idem 28. 13.

VASTESCO, ĕre. Inhorreſcere, vel deſeri. Acc. Phœniſſis: Juſſit proficiſci exſilium quovis gentium, ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri. V. plura apud Non. 2. 892.

VASTĬTO, āre. Frequent. unde,

VASTITĀTUS, a, um. Partic. Ammian. 16. 5. Terræ vaſtitatæ. Ita legit Hadrian. Valeſ. ex MSS. Vulgo Vaſtatæ.

V A T

VĀTES, vel VATIS, is. c. [illegible, illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible, illegible, L. G.] a fando dictus eſt, quaſi Fates; Divinator, ſacerdos, & propheta. Plaut. Mil. 3. 3. 37.

Bonus vates poteras eſſe, quum quæ ſunt futura videas. Virg. 6. Æn. 662.

Quique pii vates, & Phœbo digna locuti. Cic. 1. de Nat. Deor. 55.

Præſagia vatum. Ovid. 4. Triſt. 10. 129.
Interpretari effata incognita fatidicorum & vatum. Cic. 2. de Legib. 20.
Pater vatum Latous. Stat. 1. Silv. 2. 200.
Peritus vates. Ovid. 1. de Arte Am. 29.
Pii vates. Virg. 6. Æn. 662. V. paulo ſupra.
Præſagi vates. Sil. lib. 16. 591.
Sacer vates. Hor. 4. Carm. 9. 28.
Terrifici vates. Virg. 5. Æn. 524.
Vates non raro femininum, ut Virg. 6. Æn. 211.

Cunctantem & vatis portas ſub tecta Sibyllæ.

Inſana vates. Virg. 3. Æn. 491.
Sanctiſſima vates præſcia venturi. Virg. 6. Æn. 65.
Vera vates. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 328.
Vates, inquit Varro de L. L. 6. 3. Poetæ dicti ſunt a viendis verſibus. Viere enim vincire eſt. Columel. in præf. lib. 10. Et voluntate vatis maxime memorandi. i. e. Virgilii. Cic. 1. de Divin. 114.

Verſus, quos olim Fauni vateſque canebant.

Sic honor & nomen divinis vatibus. Hor. de Arte Poet. 400.
Attonitus vates. Hor. 3. Carm. 19. 14.
Cothurnatus vates, Poeta Tragœdiarum. Ovid. 2. Amor. 18. 18.
Lauriger vates. Stat. 1. Theb. 42.
Vates medicinæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Herophilus medicinæ vates.

VATĬCĬNOR, [illegible, Gl. L. G. illegible, G. L.] āri. Divinare, quaſi Faticinare dictum, & fatum canere aut prædicere. Cic. 8. Att. 11. Non multo, inquam, ſecus poſſum vaticinari. Idem 1. de Divin. 67. Illud, quod volumus, expreſſum eſt, ut vaticinari furor vera ſoleat.

Per furorem vaticinari. Cic. 1. de Divin. 34.
Interdum pro Ariolari, & quaſi delirare ponitur. Cic. 2. Fam. 16. non procul a fine, Sed ego fortaſſe vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus: recordor enim deſperationes eorum, qui ſenes erant adoleſcente

leſcente me. Eos ego fortaſſe nunc imitor, & utor ætatis vitio. Adde Plaut. Pſeud. 1. 3. 176.

VATICINANS, antis. Partic. Ovid. 2. de Pont. 1. 62.
Jam nunc hæc a me, juvenum belliqua, togaque
Maxime, dicta tibi vaticinante nota.

VATICINATUS, a, um. Partic. Dep. Ovid. 6. Met. 157.
Nam fata Tireſiæ, venturi præſcia, Manto
Per medias fuerat, divino concita motu,
Vaticinata vias.

VATICINATIO, ōnis. f. [μαντεία, Gl. G. L.] Cic. 8. Att. 11. Nam pridie quidem, quoquo modo potueram, ſcripſeram ipſe eas litteras, quarum vaticinationem falſam eſſe cupio. Idem 3. de Nat. Deor. 10. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Aruſpicum reſponſis commemorare poſſum, &c.
Sortes, quæ vaticinatione funduntur. Cic. 2. de Divin. 70.

VATICINĀTOR, ōris. m. [χρησμῳδός] Ovid. 1. de Pont. 1. 42.
Unde tamen vivat vaticinator habet.

VATICINĀTRIX, īcis. f. legitur apud Pompon. Lætum de Sacerd. Rom.

VATICINIUM, i. n. Idem, quod Vaticinatio. Plin. 7. 12. Plena eſt vita his vaticiniis, ſed non conferenda cum ſæpe falſa ſint. Et Solin. cap. 2. Evandri mater, quæ a vaticiniis Carmentis dicta eſt. V. Borrich. in Cogit. p. 260.

VATICĬNUS, ſive VATICINIUS, a, um. Adj. [μαντικός] Quod ad vatem pertinet: ut, Liber vaticinus, vel vaticinius. Liv. 25. 1. Is & in concione Senatuſconſultum recitavit, & edixit ut quicunque libros vaticinos, precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omneis, litteraſque ad ſe ante Calend. Apriles deferret. Alii legunt Vaticinios.
Furor vaticinus. Ovid. 2. Met. 642.

VĀTICĀNUS, i. m. ſec. c. [Οὐατικανός] collis in urbe Roma, dictus, inquit Feſtus, quod eo potitus ſit Populus Romanus vatum reſponſo, expulſis Hetruſcis. In eo autem colle ſita eſt S. Petri baſilica. Is denique collis non longe eſt a theatro Pompeji, ut Porphyrio ſcribit apud Hor. 1. Carm. 20. 7. — ſimul & jocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago. Juven. 6. Sat. 343.
Et Vaticano fragiles de monte patellas. In Sapphico Horatii ſecunda corripitur.
De Vaticano agro, colle, & deo ſic ſcribit Gellius lib. 16. cap. 17. Et agrum Vaticanum, inquit, & ejuſdem agri deum præſidem appellatum acceperamus a vaticiniis, quæ vi atque inſtinctu ejus dei, in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam Marcus Varro in libris rerum divinarum, aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem. Nam ſicut Ajus, inquit, deus appellatus, araque ei ſtatuta eſt, quæ eſt infima nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia: quoniam pueri ſimulatque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Idcircoque vagire dicitur, exprimente verbo ſonum vocis recentis. Hactenus Gellius. Auguſtinus tamen Vagitanum dixit deum, tanquam infantium vagitibus præſidentem: unde vagire dicuntur. V. in VAGIO.

VATICĀNUS, a, um. Adj. ut, Ager Vaticanus. Cic. 2. de Lege Agr. 96. Campus Vaticanus. Cic. 13. Att. 33. Illum Vaticanum campum fieri quaſi Martium campum.
Vallis Vaticana. Tacit. 14. Ann. 14.

VATILLUM, i. n. [πυρεῖον, Gl. L. G. πυράγρα, G. L.] legit Salmaſius in Hiſt. Auguſt. p. 336. pro Batillum. V. Varr. de R. R. 3. 6. In Gloſſ. prior. Vatilum, poſter. Vacillum.

VĀTĪNIUS, i. m. [Οὐατίνιος] quum eſſet dignitati Ciceronis ſemper adverſus, ita poſtea prævaluerat amicitia, ut duobus judiciis publicis ab eo fuerit defenſus. Auctor Valerius lib. 4. cap. 2. Hic quum eſſet impudentiſſimus, eleganter a Seneca de Conſt. 17. deſcribitur Qui aſſiduis conviciis, inquit, depudere didicerat.
Vatinius, Beneventanus ſutor, diſtorti corporis, & artifex calicum vitreorum, qui quatuor roſtra inſtar naſorum protenſa habuerunt. V. Martial. 14. 96. Juven. 5. Sat. 46. & Tacit. 15. Ann. 34.

VATINIĀNUS, a, um. Adj. [Οὐατινιανός] ut, Carmina Vatiniana. Catull. 54. 2.
Odium Vatinianum, pro Capitali ac vehementer acerbo. Vatinius enim, in quem acerrime M. Tullius invectus eſt, in tantum odium Populi Romani pervenerat, jam detectis illius flagitiis, ut in proverbium ceſſerit. Odium Vatinianum. Catull. ad Calvum, 14. 3.
Ni te plus oculis meis amarem,
Jucundiſſime Calve, munere iſto
Odiſſem te odio Vatiniano. Eraſmus. [I. e. Odio ipſius Vatinii.

VATIUS, i. m. Vatii ſunt, Qui pedes extrorſus obtortos habent, iidem, ut arbitror, qui Valgi. Varro lib. 2. de R. R. cap. 9. de canibus loquens, Sint cruribus rectis, ac potius varis, quam vatiis. I. e. In ſe potius, & introrſus intortis, quam extrorſus. Plin. lib. 11. cap. 45. Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. Namque & hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, Scauri, Panſæ: ſicut a cruribus Vari, Vatiæ, Vatii: quæ vitia & in quadrupedibus. Legitur & Vaciæ, Vatinii. V. ſeq. dict.

VATIA, æ. f. Varro de L. L. 8. 5. Si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vatias cœperit, hos corrigi oportet. [Omnino Vacia, æ. m. eſt, nec Vatius, i. m. vel Vatius, a, um. vel Vatia, æ. f. Latina ſunt. Ab hoc puto v. Vacillare eſſe ductum. Fuit autem, ni fallor, Cognomen gentis Serviliæ.

VATRAX, icis. & VATRICOSUS, a, um. Adj. Qui crura vitioſa habet, teſte Nonio 1. 90. Lucil. lib. 28. Ut ſi progeniem antiquam, qua eſt maximus Quintus Varus, qua varicoſus vatrax.

VARNIA, æ. f. [Οὐαρνία] Italiæ civitas, Venetiæ propinqua; Ptolemæo auctore lib. 3. cap. 1. Vulgo *Levene*.

U B E

UBER, ūberior, uberrimus. Adj. [εὔφορος, Gl. L. G.] Fertilis, pinguis, fecundus. Juven. 1. Sat. 87.
Et quando uberior vitiorum copia? Scribitur & Huber, quod vide. [Sed in Nummis Quintilli & Gallieni apud Olſel. Tab. 73. UBERTAS.
Actio uberior. Ulp. in l. 1. §. ult. D. De in rem verſo.

Ætas uberior, Fecundior. Ovid. 15. Met. 208.
— neque enim robuſtior ætas
Ulla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla eſt. De juventute.
Aqua. Cic. 3. Q. frat. 1. Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam, permultis locis aquam profluentem, & eam uberem.
Aquis uberibus fecundus ſpecus. Ovid. 3. Met. 31.
Ars. Cic. de Clar. orat. 312. Vir ornatus uberrimis artibus.
Arva uberrima. Valer. 1. Argon. 511.
Auctor uber & fecundus. Cic. in Orat. 15.
Cibaria uberiora facta ſunt caritate. Cic. 5. Verr. 216.
Copia exilis & Uberrima contraria. Cic. 4. de Fin. 113.
Dona uberiora promiſſis. Ovid. 17. Epiſt. 222.
Fructus uberrimi, lætiſſimique. Cic. 2. de Nat. Deor. 156.
Fruges uberes. Hor. 4. Carm. 15. 5. Cic. de Clar. orat. 16. Ut ager, qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges ſolet.
Genis gracilis uberibuſque effuſæ lacrimæ. Ovid. ad Liviam 116.
Guttis uberibus flent omnia. Lucret. lib. 1. 350.
Honor uberior. Ovid. de Nuce 18.
Ingenium uberius. Ovid. 2. Triſt. 74.
Uberes animi atque ingenii motus ad explicandum. Cic. 1. de Orat. 113. Nam & animi, atque ingenii celeres quidam motus eſſe debent: qui & ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumque ſint uberes, &c.
Litteræ Uberiores. Cic. 13. Att.
Murus uberrimus niccis pomis. Ovid. 4. Met. 89.
Provincia uberrima ſupplicationibus, triumphiſque. Cic. in Piſon. 97.
Regna uberrima. Virg. 3. Æn. 106.
Rivi uberes lactis. Hor. 2. Carm. 19. 10.
Sententiæ uberes. Cic. 1. Tuſc. 64.
Spes uberior. Cic. 1. de Orat. 13.
Spicis uberibus & crebris ſeges. Cic. 5. de Fin. 91.
Terris uberibus fertilis Umbria. Propert. lib. 1. 22. 10.
Plenus & uber ad dicendum. Cic. de Clar. orat. Nemo plenior & uberior ad dicendum fuit. Idem ibid. 121. Quis enim uberior in dicendo Platone. Idem. 4. Acad. 118. Democritus huic in hoc ſimilis, uberior in ceteris.
Ferax & uber locus in Philoſophia. Cic. 3. Off. 5. Nullus feracior in philoſophia locus, nec uberior, quam de officiis.
Uberrimum & quæſtuoſiſſimum edictum. Cic. 5. Verr. 36.

UBERIUS, & UBERRIME, Adv. ut, [πλουσιώτερον] Uberius atque fuſius aliquid diſputare. Cic. 2. de Nat. Deor. 20. Et 4. Acad. Uberius explicata.
Loqui uberius. Idem 3. Fam. 11. Eadem illa fecerunt lætiores mihi tuæ litteræ: non ſolum quia planius loquebantur & uberius, quam vulgi ſermo, &c.
Tractare uberrime. Idem 2. de Divin. 3. V. Quintil. 10. 3. & Tacit. 12. Ann. 60.

UBERTIM, Adv. [ἀφθόνως] Abunde. Catul. de Coma Berenicis, 61. Claud. de Laudib. Serenæ, 214.
Quis tibi tunc per membra tremor? quantæque cadebant
Ubertim lacrimæ?

UBER, ĕris. n. [οὖθαρ, μαστὸς ἀλόγων ζώων Gl. L. G. & G. L. θηλή, L. G.] pro Mamma.
Diſtentum uber, Lacte plenum ad diſtenſionem uſque. Ovid. 13. Met. 826.
Grandius uber habet pecus vicinum. Ovid. 1. de Arte Am. 350.
Gravidum uber. Virg. 3. Georg. 317. Cic. 1. de Divin. 20.
Martia, quæ parvos, Mavortis ſemine natos,
Uberibus gravidis vitali rore rigabat.
Profuſum uber, Lacte manans. Sil. lib. 4. 378.
Alere fetus ubere. Virg. 3. Ecl. 30. Binos alit ubere fetus.
Depulſus equos ab ubere matris. Virg. 3. Georg. 187.
Exhauſto ubere ſpumat mulctra. Virg. 3. Georg. 306.
Preſſare ubera palmis. Virg. 3. Ecl. 99. Virg. 3. Æn. 642.
— cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera preſſat.
Raptus ab ubere vitulus. Ovid. 4. Faſt. 459.
Mammarum ubera. Lucret. lib. 5. 883.
Diſtenta ubera lacte. Virg. 4. Ecl. 22.
Equina ubera. Hor. Epod. 8. 8.
Inania ubera. Ovid. 10. Met. 391.
Lactantia ubera. Ovid. 7. Met. 321. V. LAC.
Lactea ubera. Virg. 2. Georg. 524.
Virgata ubera feræ Caſpiæ. Sen. Herc. OEth. 2.
Ablatus uberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.
Admovere ubera alicui. Virg. 4. Æn. 367.
Conſumunt ubera vaccæ. Virg. 3. Georg. 178.
Demittunt ubera vaccæ. Virg. 2. Georg. 524.
Diſtentis uberibus manat humor lacteus. Lucret. lib. 1. 260.
Diſtentant ubera vaccæ, Multum implent lacte. Virg. 9. Ecl. 31.
Dare ubera alicui. Ovid. 4. Met. 324.
Ebibere ubera. Ovid. 6. Met. 342.
Siccare diſtenta ubera, Hor. Epod. 2. 46.
Sugere ubera. V. SUGO.
Tendunt ubera capræ. Virg. 3. Georg. 396.
Tenta ubera, Diſtenta, plena. Hor. Epod. 16. 50.
Uber & ubera, de homine, ut Juven. 2. Sat. 9.
Et potanda ferens infantibus ubera magnis.
Rapti ab ubere infantes. Virg. 6. Æn. 428.
Trahunt ubera infantes. Lucan. lib. 3. 352.
Uber, [οὖθαρ] pro Ubertate poſuit interdum. Virg. ut 1. Æn. 535.
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.
Fertilis ubere campus. Virg. 2. Georg. 185.
Lætum uber. Virg. 3. Æn. 95.
Agri uber. Virg. 7. Æn. 261.
— non vobis Rege Latino
Divitis uber agri, &c. Ubi Servius, Uber agri, ubertas.
Herbarum. Pallad. lib. 1. cap. 33. Pratis vero recentia ſtercora proficient ad uber herbarum.
Apum uber, Globus novi examinis ex ramo pendens. Palladius in Junio cap. 7. Quum ſe agmina in ramo, aut loco quocunque, ſuſpenderint: ſi unius

unius uberis eductione pendebunt, noris aut unum regem eſſe univerſis, aut reconciliatis omnibus manere concordiam. Si vero duo, vel plura ubera ſuſpendens ſe populus imitatur: & diſcordes ſunt, & tot reges eſſe, quot velut ubera videris, contentur.

Ubeabilis, a, um. Adj. [γόνιμος, Gl. L. G.] Idem quod Uber.

Uberius, a, um. Adj. Abundans. Gel. 7. 14. Sed ea ipſa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria in tribus: Magnificum in Ulyſſe, & ubertum, &c. Alii codd. legunt, Uber eſt.
Solum ubertum. Solin. cap. 34. [An Uberrimum?

Ubertas, ātis. f. [εὐφορία, Gl. G. L.] Fertilitas, fecunditas, abundantia, copia, multitudo. ut, Opum ubertas. Sil. lib. 15. 412.
Agrorum ubertas. Cic. pro Lege Manil. 44.
Baccarum. Cic. 1. Tuſc. 69.
Dicendi ubertas. Cic. in Orat. 12.
Ubertas in dicendo. 1. de Orat. 50. cui contraria Exilitas.
Mammarum ubertas. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate ſaturantur.
Pomorum ubertas & varietas. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Soli ubertas. Plin. lib. 7. cap. 2.
Virtutis ubertas. Cic. 2. de Nat. Deor. 167. Siquidem ſatis a noſtris & a principe Philoſophiæ Socrate, dictum de ubertatibus virtutis & copiis.
Ubertas, copia, utilitas frugum. Cic. poſt red. ad Quir. 18.
Orationis ubertas, varietas, copia. Cic. pro Corn. Balb. 3.

Ubero, [γονιμόω, πιαίνω] āre. Uberem & fecundum facere. Plin. in Paneg. 32. Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta, ut omnes ſimul terras uberet foveatque.
Uberare fructus dicuntur, pro Uberes eſſe. Columel. 5. 9. Neque enim olea continuo biennio uberat. i. e. Fecunda & fertilis eſt.
Uberari, Paſſ. Pallad. Octob 8. 3. Hoc velut coitu ſteriles arbores uberantur.

Uberātus, a, um. Partic. Pallad. Feb. tit. 17. Surculi, qui inſerendi ſunt, ſint novelli, fertiles, gemmis pluribus uberati

Ubero, āre. Idem quod Ubero. Eumenius pro Flavienſ. cap. 9. Agros imber ubertat.

U B I

Ubi, pr. br. Adv. loci, [ὅπου. Gl. L. G. & G. L.] ſignificat In quo loco. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexandriæ, ubi tum interpolantur.
Interrogative aliquando pronuntiatur. [ποῦ, Gl. G. L.] Ter. Eun. 5. 9. 20. Sed ubi eſt frater? c. præſto adeſt.
Ubi ego audiverim? Plaut. Amph. 2. 2. 116.
Relative nonnunquam. [ἔνθα, Gl. G. L.] Virg. 1. Æn. 103.
— ubi Æacidæ telo jacet Hector. Plaut. Truc. 1. 2. 38.
Infinite aliquando. [ἔνθα, Gl G. L.] Plaut. Truc. 3. 2. 30. Ter. Eun. 2. 3. 20.
Sive adeo digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos. [i. e. Qua in re.
Ubi gentium, Interrog. Plaut Merc. 2. 3. 97. Ubi nam eſt is homo gentium?
Ubi loci, pro In quo ſtatu. Plaut. Capt. 5. 2. 5.
Propemodum ubi loci tuæ fortunæ ſint, facile intelligis. Idem Merc. 5. 4. 26. Plin. lib. 7. cap. 24. ad finem, Ut inanis mens quærat ubi ſit loci.
Ubi terrarum, pro Ubi. Cic. 5. Att. 10. Etſi mihi nihil erat propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem.
Ubi nunc, interdum dicitur, quum aliquis velut oblitum ſe oſtendit eorum, quæ promiſit, ποῦ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια; Hom. lib. 1. aut 2. Il. H. St. Verſus hic extat Il. β. 339.
Πῆ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν;
Nunc ubi, &c. de illis Urbibus, quæ floruerunt & omnino exſtinctæ ſunt apud quendam ποιητὴν. Et ita Philo, ποῦ δὲ ἡ [illegible]; 370. Philonis. H. St.
Ubi, Temporis Adv. Poſtquam. Virg. 2. Æn. 790.
Hæc ubi dicta dedit. Ter. And. 2. 2. 19.
Ubi te non invenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum.
Ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plures deos juret, non oportet. Cic. pro Rabir. Poſt. 36.
Ubi primum, Statim ut. Ter. Eun. 4. 1. 14.
Hoc eſt ſigni, ubi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio.
Ubi, Quando. Ter. Eun. 5. 5. 3.
Ubi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Ibid. 5. 9. 58. Ubi vis, accede.
Eſt, ubi id iſto modo valeat. Cic. 5. Tuſc. 23.
Ubi enim, More Græco interdum uſurpatur, ut ὅπου γάρ, quod ſignificat Cum enim. Lucret. 3. 165.
— ubi enim propellere membra,
Corripere e ſomno corpus, mutareque vultum,
Atque hominem totum regere ac verſare videtur;
Quorum nil fieri ſine tactu poſſe videmus:
Nec tactum vero ſine corpore: nonne fatendum eſt
Corporea natura animum conſtare animamque? i. e. Cum iſta facere videamus animum, nonne corporeus erit? Turneb.

Ubiubi, [ὅπου ἄν, ὅπου δήποτε, ἔνθα ἄν. Gl. G. L.] compoſitum, pro Ubicunque. Cic. 1. Tuſc. 70. Nunc ubiubi ſit animus, certe quidem in te eſt. Ter. And. 4. 2. 1.
Jam ubiubi erit, inventum tibi curabo, & mecum adductum.
Ubiubi gentium. Plaut. Aſin. 2. 2. 21.
Ubiubi, Statim ut. Plaut. Merc. 4. 5. ſuppoſ. 1. 24. Ubiubi erit inventa, mater redimet.

Ubicunque, [ὅπου δήποτε, Gl. L. G. & G. L. ὅπου ποτ᾽ ἄν, L. G. ὅπου ἄν, G. L.] i. e. In quocunque loco Cic. 3. Att. 25. Ut in ante Calendas Januarias, ubicunque erimus, ſiſtas.
Ubicunque ſunt. Cic. 7. Verr. 172. Omnes hoc loco cives Romani, & qui adſunt, & ubicunque ſunt, veſtram ſeveritatem deſiderant.
Ubicunque viſum. Plin lib. 10 cap. 4 Ova hic confectatur aquilæ aviditate malefica: at illa ob hoc rapit ubicunque viſum.
Ubicunque opus ſit obſequi. Ter. Heaut. 3. 3. 17.
Ubicunque factum eſt, improbe factum eſt. Cic. 5. Verr. 217.
Ubicunque gentium. Cic. 1. de Nat. Deor. 123. Nihil eſt enim virtute amabilius: quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, a nobis diligetur.
Ubicunque locorum. Hor. 1. Epiſt. 3. 34.
— ubicunque locorum
Vivitis, indigni fraternum rumpere fœdus.
Ubicunque terrarum. Cic. 2. Philipp. 113. Qui, ubicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne Reip. præſidium.

Ubinam, [ποῦ ἄρα, Gl. G. L.] Servius in 1. Æn. 116. de accentu hujus dictionis, & aliis ſic dicit; Pronuntiationis cauſa contra uſum Latinum, ſyllabis ultimis, quibus particulæ adjunguntur, accentus attribuitur: ut hujuſce, ubinam.
Ubinam gentium. Cic. 1. in Catil. 9. O dii immortales, ubinam gentium ſumus?

Ubivis, [ὅπου ἂν βούλῃ] Cic. 14. Att. 22. Qui mihi videntur ubivis tutius, quam in Senatu fore.
Nemo eſt, quin ubivis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit. Cic. 6. Fam. 1.
Ubivis gentium. Ter. Hec. 3. 1. 4.
Solet & diviſe ſcribi. Hor. 1. Serm. 4. 74.
Non ubi vis coramve quibuslibet.

Ubique, [πανταχοῦ, Gl. L. G. & G. L. πανταχῇ, L. G.] In omni loco. ut, Ubique terrarum, locorum, gentium. Virg. 1. Æn. 605.
— grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ, Dido, nec quicquid ubique eſt
Gentis Dardaniæ.

Ubiquaque, Apul. de Mundo p. 69. Elmenh. Omnia, ubiquaque gerentur, otacuſtarum delatione diſcebat.

Ubii, ōrum. m. [Οὔβιοι] inter Galliæ Belgicæ populos ad Rhenum, Coloniæ Agrippinenſi finitimi ponuntur. Plin. lib. 4. cap. 17. V. Tacit. 12. Ann. 27. & 4. Hiſt. 28.

U C A

Ucalegon, ontis. m. [Οὐκαλέγων] Nobilis Trojanus, qui tempore Trojani belli ob ſenium abſtinebat armis, ut ſcribit Homerus lib. 3 Iliad. Inde, ut ſcribit Servius, Virg. 2. Æn. 312. rem domus ad perſonam tranſtulit, dum ait,
— jam proximus ardet
Ucalegon: Sigea igni freta lata relucent.

U C I

Ucia, æ. f. [Οὐκία] Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 3. cap. 1. Ucia, Hiſpaniæ civitas.

U D I

VDL. Videlicet.

U D O

Udo, ōnis. m. Udones, de quibus Ulpianus titul. de aur. & arg. leg. his verbis, Alia cauſa eſt udonum, quia uſum calceamentorum præſtant: calceamenta ſunt ex hircinis pilis contexta. Pro hac voce alii Undonum, alii Odonum, alii OEdorum legunt, perperam omnes ut Turnebo videtur. De udonibus Martial. ſcripſit, lib. 14. 140.
Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti. V. Cujac. Obſerv. 10. 40. Salmaſ. ad Lamprid cap. 4. Scalig. ad Heſiod. Ἔργ. v. 542.

Udus, ūda, um. Adj. [ὑγρός, βεβρεγμένος, Gl. L. G.] quaſi Sudum, a ſudando; dicitur Humidum. Virg. 3. Georg 328.
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato. Plin. lib. 24. cap. 13. Folia epiphoris imponuntur cum polenta ſuppoſito udo linteolo.
Udus oſculis. Martial lib. 8. 44.
Aqua udus. Martial. lib. 11. 22.
Campi udi. Sil. lib. 8. 509.
Capilli udi. Ovid. 5. Met. 513. al. Paſſi.
Genæ udæ. Ovid. 2. Faſt. 406.
Humus uda. Hor. 3. Carm. 2. 01.
Luminibus udis reſpiciens, Suffuſis lacrimis. Propert. lib. 2. 7. 20.
Pomaria uda mobilibus rivis. Hor. 1. Carm. 7. 13.
Terra uda viret gramine. Ovid. 2. Amor. 6. 50.
Ver udum, Pluvium. Virg. 3. Georg. 429.
Via uda. Lucan. lib. 3. 85.
Aleator udus, Vino plenus, Bene potus. Martial lib 5 ult.

Udo, āre. Udum ſeu humidum facere. Macrob lib. 7. Saturn. cap. 12. Quæ udanda ſunt corporis, vino foventur: quæ ſiccanda ſunt, melle deterguntur.

Udor, ōris. m. [ὑγρασία, Gl. G. L.] Varro de L. L. 4. 5. Udor aquæ vis deorſum. Alii legunt aliter. V. not. Gothofrid. p. 1580.

V E

VE. Veteranus, Veſuntiol. VE. COS. Veteranus Conſul. [VECOS. ut VELAMEN. q. V.

VE. [ἤ, ἢ. Gl. L. G.] disjunctiva conjunctio eſt, id ſignificans, quod Aut. Cic. 6. Att. 1. Appius enim ad me ex itinere, bis, terve, litteras miſerat.
Quum eam tempeſtas vetuſtaſve conſumpſerit. Cic. 2. de Legib. 7.
Suaves graveſve ſententiæ. Cic in Orat. 150.
Omnia, quæ ſunt, futurave ſunt. Cic. 2. de Divin. 19.
Ne quid plus minuſve dicat. Cic. pro Flacc. 10.
Geminata eleganter poſtponitur negative. Cic. 1. Fam. 9. Peto a te, ut id a me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras idem 3. de Orat. 169. Componere & ſtruere verba ſic, ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & lævis.
Geminata interdum idem eſt quod Vel. Ovid. 15. Met. 215.
— nec quod fuimuſve, ſumuſve,
Cras erimus. Adde 5 Faſt. 130.
De hac particula vide plura apud Gellium lib. 5. cap. 12.

V E C

Vecors, ordis. Adj. [ἄνους, ἀμήχανος, Gl. L. G.] quaſi Sine corde, Qui, ut ait Feſtus, eſt mali, turbatique cordis. Macrob. lib. 6. Saturn. cap

cap. 8. Vecors, & Veſanus, privationem ſignificant ſanitatis & cordis. Ve enim particula tum intenſionem ſignificat, tum minutionem. Cic. 1. Tuſc. 18. Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur.
O vecors & amens! Cic. in Piſon. 21.
Juvenes vecordes. Sen. Theb. 1.
Audacia vecors. Liv. 28. 22.
Furor vecors. Catul. ad Aurel. 16. 14.
Libelli vecordes. Tacit. 2. Ann. 30.
Libido vecors. Sen. Troad. 4.
Mens vecors agitatur furiis. Ovid. in Ibin, 345.
Riſum vecordem excitare. Catul. ad Ravidum, 38. 4.
Vox vecors. Liv. 4. 49. Audita vox ejus in concione ſtolida, & prope vecors.
Vecors, pro Doloſo & aſtuto. Cic. in 2. Tuſc. 20. Vecors OEnei partu edita. Hoc eſt Deianira OEnei filia, doloſa & aſtuta. Sic enim ἄλλητος a Sophocle vocatur, a quo hunc verſum convertit Cicero. Interim notandum eſt partum hic viris etiam tribui more Græcorum, apud quos etiam τόκον de viris uſurpatum reperitur. Turneb.
Compar. Aurel. Vict. de Cæſ. 40. 17. Agreſtibus parentibus vecordior.
Superl. Cic. pro Domo ſua 141. Itaque iſtius vecordiſſimi mentem cura metuque terrebant.
Scribitur & Væcors, & in Gloſſ. utroque modo.

Vecordia, æ. f. [ἄνοια, Gl. L. G. & G. L.] Pravitas cordis. H. St. Ter. And 4. 1. 6.

Tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet, &c. Salluſt. Catil. 15. extr. Igitur color exſanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus, prorſus in facie vultuque vecordia inerat.
Pulſat te vecordia. Ovid. 12. Met. 228.

Vectiarius, Vecticularius, V. vectis.

Vectibilis, Vectigal, Vectigaliarius, Vectigalis, Vectigalium, V. in veho.

Vectis, is m. [μοχλὸς σιδηροῦς. Gl. L. G. μοχλὸς λιθουργῶ, G. L.] dicitur Quod manibus percutiendo vehatur. Eſt enim Palus e ferro, ſive ligno, grandior, ruſticis, & fabris cæmentariis ad multa neceſſarius. Cæſ. 2. Bell. Civil. 11. Saxa, quam maxima poſſunt, vectibus promovent, præcipitataque muro in muſculum devolvunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 19. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Hor. 3. Carm. 26. 7.
Demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. Cic. 6. Verr. 94.
Vectis [μοχλὸς βαδιν, Gl. G. L.] Prelum. Vectes, (inquit Bud.) Baculi ſunt validi, per mediam machinam trajecti, quibus manu ductis machina, dum verſatur, ſunem ductuarium advolvit. Ab his vectibus Vectiarii dicti ſunt homines, qui vectes verſando ſucula manu ducunt. V. sucula.
Vectes, [μοχλοὶ θύρας, Gl. G. L.] etiam ſunt, Seræ, ſeu Obices ex ligno vel ferro, quibus oſtia clauſa muniebant. Virg. 7. Æn. 609.

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri
Robora. V. Prudent. Cathem. 9. 70.

Vectiārius, i. m. Qui torcularia premit vectibus. Vitruv. lib. 6. cap. 8. Ipſum autem torcular, ſi non cochlea torquetur, ſed vectibus & prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta conſtituatur. Ita enim erit vectiario ſpatium expeditum.

Vecticulārius, a, um. Adj. [τοιχωρύχος] unde, Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato, Vecticulariam vitam vivere, eſt Repente largiter habere, repente nihil. Feſtus.

Vectis, [Οὐηκτὶς] Inſula Britannici maris, ut ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. *Wight* incolæ vocant, in qua ſunt oppida *Newport & Yarmouth*. Scribitur etiam Vecta & Vecteſis.

Vecto, as. Vectura. V. veho.

Vectōnes, um. m. [Οὐέττωνες] Hiſpaniæ populi, Vaccæis & Celtiberis proximi, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3. Horum meminit Lucan. lib. 4. 9.

Vectoneſque leves, profugique a gente vetuſta &c. Alii Vettones.
V. Boſ. ad C. Nepot. 22. 4. 2.

V E D

Vēdius, i. m. quaſi Malus divus. Vedius, id eſt, Pluton, quem etiam Ditem Vejovemque dixere. Mart. Capella 2. p. 40. conſ. infra vegetus.

Veda, æ. [Οὐέδρα] Fluvius Britanniæ inſulæ, Ptolem. lib. 2. cap. 3. *Were* vulgo.

V E F

Veflāmen, inis. m. Flaminalis, qui functus eſt Flaminio, ad differentiam ejus, qui dicitur Flamen perpetuus. Grut. Inſcript. p. 374. n. 2. C. MVTIVS. BRVTIANVS. FAVSTINVS. ANTONIANVS. VEFLAM. AVG. &c.

V E G

Vĕgeo, ui, [ζωογονέω] ēre. Nonius, 2. 876. Veget pro vegetat, vel erigit, vel vegetum eſt. Pomponius, Animos Venus veget voluptatibus. V. Lucret. 5. 553. & 1097. Uſitatius eſt nunc Vigere.
In Salluſtii prologo belli Catilinarii, Veget. in edit. Carrionis ex vet. lib. pro Eget, Alterum alterius auxilio veget. H. St. Exſtant cap. 1. extr. Ubi pro Palmerii conjectura venditat Cortius. Non dubito, quin Veget, vel Viget Sall. ſcripſerit, ex quo facile librarii Eget & Indiget fecerunt. V. ipſum Palmer. Spicileg. p. 25. edit. Feyrabend.

Vĕgĕtus, a, um. [ἀκμάζων, Gl. L. G. ἀκμαῖος, G. L.] Quod ſanum & incolume eſt: & ad corpus proprie pertinet. Gell. lib. 3. 1. Quid igitur, inquit, dicimus, quod multos videmus eſſe pecuniæ cupidos, & eoſdem tum corpore eſſe vegeto ac valenti? Cic. 10. Att. 18. Tu, quoniam quartana cares, & non ſolum morbum removiſti, ſed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia ſiſte, & litterarum aliquid interea.
Inter Vegetum & Vigens hoc intereſt: quod Vegetum ſit incolume; Vigens forte. Nam vegetum corporis: vigens etiam animi poſſumus dicere. Ex Nonio 5. 44. [Quem ſequentibus exemplis refellere licet.

Ingenium vegetum. Liv. 6. 22. Sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat.
Mens vegeta, Viva, integra; apud Cic. 1. Tuſc. 41. Horum igitur aliquid animus eſt, nec tam vegeta mens, ut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo ſanguine demerſa jaceat.
Oculi vegeti. Suet. Cæſ. cap. 45. Nigris, vegetiſque oculis, valetudine proſpera.
Pulſus vegetus venarum, pro Vehementi, opponitur Languido. Valer. Max. lib. 5. 7. ext. 1.
Præbere ſe vegetum & acrem ad aliquid faciendum. Cic. 1. de Divin. 61. Ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & ſe vegetam ad ſomniandum acremque præbeat: tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia.
Compar. Columel. lib. 6. cap. 20. Neque enim aliud diſtat bonus taurus a caſtrato, niſi quod huic torva facies eſt, vegetior aſpectus, breviora cornua. conſ. Valer l. c.
Superl. Plin. lib. 18. cap. 26. Hoc intervallum temporis vegetiſſimum agricolis, maximeque operoſum eſt.
Vegetus in Gloſſ. Latinogræc. & λογικός redditur. [Puto, aut ἀκμαῖος ſcribendum, aut in Latino Vedius.

Vegax, ĕtis. Idem quod Vegetus. Liv. 21. 43. A tergo Alpes urgent: vix integris vobis ac vegetibus tranſitæ. Vetus exemplar habet Vigentibus. Vegetis rectius occurrit in Gloſſ. Latinogræc.

Vĕgĕto, āre. Fortificare, recreare, vegetum facere, conſervare, ſeu longo tempore ſanum tueri. Gellius 17. 2. Memoriæ vegetandæ gratia. Quod dicimus, Bonæ memoriæ faciendæ gratia. Adde Mart. Capell. 3. p. 233.

Vĕgĕtātus, a, um. Partic. Prudent. Cathem. 10. 7.

— elementa
Tibi dum vegetata cohærent.

Vegetatio, ōnis. f. Apul. de Aſino aureo lib. 1. pr. Ut etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem.

Vegetātor, ōris. m. Auſon. Ephemer. v. 16.

Irrequies, cuncta ipſe movens, vegetator inertum.

Vegetāmen, inis. n. Prudent. Hamartig. v. 75.

Sunt tria nempe ſimul, lux, & calor, & vegetamen.

Vegetābilis, e. Adj. Quod vegetari poteſt. ut, Planta, radix vegetabilis. Ammian. 22. 8.
Flabra vegetabilia. Mart. Capel. 3. p. 223.

Vegetātivus, a, um. Adj. Idem. ut, Anima vegetativa, apud Philoſophos.

Vegeti, orum. m. Aſiæ populi, Murrhanis, Cappadocibus, Comagenis & Armeniis vicini, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 1. 2.

Vegetius, i. m. Flavius Renatus, comes Conſtantinopolitanus, ſcripſit ad Valentinianum principem libros quinque. Epitomen videlicet inſtitutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Auguſti, Trajani, & Hadriani principum, ac Frontini. Ex Raphaelis Volaterrani lib. 22.
P. Vegetius Mulomedicinæ quatuor libros ſcripſit, editos a Sembuco 1574.

Vegrandis, e. Adj. [σμικρός] Feſtus, Vegrande ſignificari alii ajunt male grande, ut vecors, veſanus, mali cordis, maleque ſanus. Alii parvum ſive minimum: ut quum dicimus vegrande frumentum. Et Plaut. in Ciſtel. Qui nihil meres, nimium is vegrandi gradu. Hactenus Feſtus. Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. Quod quæ poſtea concipiunt, vegrandes fiunt atque imbecillæ.
Vegrande, Valde grande. Lucil. lib. 26. Non idcirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur. Nonius 2. 884. Antiquum.
Farra vegrandia. V. far.

V E H

Veha, V. veho.

Vehĕmens, entis. Adj. [σφοδρὸς, Gl. L. G. & G. L. γενναῖος, δυνατός, L. G.] Alacer, Gravis, magnus, urgens. Gell. lib. 16. cap. 5. & Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 8. Ve particula tum intenſionem ſignificat, tum minutionem. Nam vetus & vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compoſitum eliſumque eſt: alterum a mentis vi atque impetu dicitur. Ter. Andr. 2. 1. 123.

— ne hæc quidem
Satis vehemens cauſa ad objurgandum. Idem Heaut. 3. 1. 31.
Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis.

Dea vehemens. Catull. ad Licinium, 48. 21. Coaleſcunt primæ duæ ſyllabæ in Vehemens.
Natura nimium & vehemens feroxque. Cic. in Vatin. 4.
Hoc genus & acrimoniam habet in ſe, & vehementiſſimum eſt. Auctor ad Herenn. lib. 4. 41.
Exordium dicendi vehemens & pugnax. Cic. 2. de Orat. 317.
Incitatione quadam acri & vehementi inflammari. Cic. 2. de Orat. 183.
Litteræ vehementes, Acres, acerbæ. Cic. 6. Verr. 41. Litteræ mittuntur iſti a patre vehementes, ab amicis item, videret quid ageret, de Diodoro quo progrederetur.
Metu vehementi commota mens. Lucret. lib. 3. 153.
Opem vehemente miniſter. Hor. 1. Epiſt. 13. 5.
Oratio vehemens & atrox, cui Oratio lenitatis & manſuetudinis opponitur. Cic. 2. de Orat. 200.
Violentia vehemens. Lucret. lib. 3. 481.
Uſus vehemens. Hor. 2. Epiſt. 2. 120. Contrahuntur duæ primæ ſyllabæ breves in unam longam. V. Lucret. 3. 153.
Lupus vehemens. Hor. 2. Epiſt. 2. 28.
Palus vehemens, Validus. Columel. lib. 4. cap. 12.
Statumina vehementiora. Columel. 4. 16.
Vitis vehemens. Columel. lib. 3. cap. 2. Vehemens Columellæ, non ſolita frequentique ſignificatione pro Luxuriante exuberanteque ponitur, ut cum ab eo ſcribitur, Terræ denſæ vehementem multaque materia frondentem. Nam ei opponit Vitem tari ſarmenti. Iterum, Unde etiam materiæ vehementiſſimæ aperiuntur, aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus. Hic Vehementiſſimas materias dicit Luxuriantes & maximas, in quibus & prolixiſſima dixit eſſe flagella & productiſſima ſarmenta. Fortaſſe etiam, inquit Turnebus, non diſſimili notione & ſignificatu Horatius dixit de nitido elegantique uſu, 2. Epiſt. 2. 120.

Vehemens & liquidus puroque ſimillimus amni. Quod lerae ſit & fecundus in producendis rerum vocabulis, ſemperque aliquid advehat,

Digitized by Google

vehat, & ut amnis vehemens exundet. Hæc Turnebus contra aliorum interpretum ſententiam.

VEHEMENTER, Adv. [σφόδρα, σφοδρῶς, Gl. G. L.] Acriter, admodum. Cic. 8. Philipp. 16. Vehementer me agere fateor: iracunde, nego. Lucret. lib. 4. 821.
Quæ vehementer, acriter, animoſe fiunt. Cic. 4. Tuſc. 50.
Quintum puerum accepi vehementer. Cic. 10. Att. 5. i. e. Severe. *Je l'ay bien tanſé.*
Admirari vehementer. Cic. 4. Acad. 63.
Adverſari vehementer. Cic. 7. Verr. 81.
Agi autem de ſumma prorſus vehementer & ſevere volo. Cic. 16. Att. 14. 1. 2. Summam mihi debitam volo acerrime exigi, etiam ſponſoribus appellatis.
Diſplicet vehementiſſime. Cic. 4. Acad. 133.
Dolet vehementer. Ter. Adelph. 4. 5. 48.
Excuſare vehementer. Cic. 3. Verr. 103. Me vehementer excuſatum volo, non negligentia mea fore, &c.
Exercere ſe vehementer in aliqua re. Cic. 1. de Orat. 138.
Exſpectare vehementer litteras alicujus. Cic. 11. Fam. 15.
Fefellit vehementer. Cic. 12. Fam. 15. Quæ res nos vehementer fefellit.
Inſanire vehementer. Plaut. Merc. 4. 6. 19.
Invehi vehementer. Cic. 6. Verr. 8. Sed quid ego tam vehementer invehor?
Iraſci vehementius. Curt. 6. 9. 2.
Minari vehementer. Cic. 6. Verr. 149. Niſi reſtituiſſent ſtatuas, vehementer iis minatur.
Pertinet vehementer ad rem aliquam. Varro 2. de R. R. cap. 55.
Repugnare vehementer. Cic. 4. Acad. 21. Idem 5. de Finib. 77. Nam illud vehementer repugnat, eundem eſſe beatum, & multis malis oppreſſum.
Vindicare ſevere ac vehementer. Cic. 7. Verr. 132. Fateor, non modo in ſocios, ſed etiam in cives militeſque noſtros, perſæpe eſſe ſevere ac vehementer vindicatum.
Velim vehementer. Ter. Eun. 5. 9. 39.

VEHEMENTIA, æ. f. [σφοδρότης, Gl. G. L.] Acritudo. Plin. lib. 13. cap. 8. Flore candido cum vehementia odoris.

VEHEMENTESCO, [σφοδρύνομαι] ĕre. Cæl. Aurel. Tard. 4. 6. Cum viderint fluorem vehementeſcere. Idem 2. 2. Pallio vehementeſcit.

VEHES, VEHIA, VEHIS, V. VEHO, vehis.

VĔHO, vexi, vectum, [ὀχέω, ὀχίζω, Gl. G. L.] ĕre. proprie de Navi, equo, ceteriſque quadrupedibus & plauſtris dicitur. A. Vehiare Oſco verbo. Plaut. Moſtel. 3. 2. 95.
> Magni ſunt oneris: quicquid imponas, vehunt. Idem Bacch. 1. 1. 73.
> Nam ut e navi vecta es, credo, timida es. a. aliquantum, ſoror.

Curru vehere aliquem. Ovid. 15. Epiſt. 91.
Curru vehi. Cic. 1. Tuſc. 113. Quum enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru vehi jus eſſet.
Curru quadrigarum vehi. Cic. 2. de Divin. 144. Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi. Mane ad conjecturam.
In curru vehi. Ovid. 4. Triſt. 2. 47.
Dorſo cornipedis vehi. Senec. Hippol. 6.
Equo vehi. Ovid. 3. de Arte Am. 777.
> Parva vehatur equo.

Equus, in quo vehebar, mecum una demerſus, rurſus apparuit. Cic. 2. de Divin. 140.
Navi vehimur. Lucret. lib. 4. 388.
Phaſelis pictis vehitur circum ſua rura. Virg. 4. Georg. 289.
Per maria vaſta vehunt ratibus. Plin. lib. 12. cap. 19.
Per æquora fraterna vexerat Europen taurus. Martial. de Spect. 16. Cic. 2. de Nat. Deor. 79.
Carpenta vehebant matres Auſonias. Ovid. 1. Faſt. 619.
Fructus vehere ex agris. Liv. 21. 43.
Sex motibus vehi. Cic. de Univerſ. 41. Ita totum animal movebatur illud quidem, ſed immoderate & fortuito, ut ſex motibus veheretur.
Bella vehere trans pontum. Senec. Thyeſt. 1.
Cibum ore vehit formica, Geſtat. Ovid. 1. de Arte Am. 94.
Fortunam ætas vehit. Lucret. lib. 3. 1098.
Ventrem gravem vehere. Ovid. 9. Met. 684.
Vehitur oratio tanquam in mari, per translationem. Cic. 1. Tuſc. 73. Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa adverſa revertens, tanquam ratis in mari immenſo, noſtra vehitur oratio.
Pretium vehendi. Ovid. 2. Faſt. 815.

VEHENS, entis. Partic. [ὀχούμενος] Cic. de Clar. Orat. 331. Sed in te intuens, Brute, doleo, cujus in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſverſa incurrit miſera fortuna Reip.
Delphinus vehens. Gell. 16. 19. extr.
Equo vehentes. Idem 5. 6.
Plauſtra vehens. Juſtin. 11. 7. 13.

VECTUS, a, um. [κομισθείς, Gl. L. G.] aliud Partic. ut,
Diverſa per æquora vecti. Virg. 1. Æn. 380.
Multa per æquora vectus. Catull. ad fratris tumulum, 98. 1.
Apes vectæ liquidum trans æthera. Virg. 7. Æn. 65.
Jumentis junctis vectus. Nepos 20. 4. 2.
In nave vectus. Nepos 12. 4. 3.
Vehiculo vectus. Paterc. lib. 2. 59.

VECTIO, ōnis. f. [ὄχησις] Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

VECTUS, ûs. m. [ὄχησις, Gl. G. L.] Idem.

VECTOR, ōris. m. Qui vehit. Ovid. 1. Faſt. 433.
> Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus
> Intempeſtivos edidit ore ſonos.

Cæli vector. Senec. Medea v. 1968.
Fulminis vector, Aquila. Stat. 9. Theb. 858.
Vector, [πορθμεύς, Gl. L. G.] Qui nave tranſvehit, Portitor.
Timidi & perterriti vectores. Cic. 3. de Nat. Deor. 89. Idemque, cum ei naviganti vectores, adverſa tempeſtate timidi & perterriti, dicerent, non injuria ſibi illud accidere, qui illum, &c.
Vector, [ἐπιβάτης, Gl. L. G. & G. L.] Qui in aliena navi, vel equo, vel plauſtro vehitur pretio. Quintil. In corpore projecto, In navim filii male permutatus vector imponor.
Vectores, metaphoricôs pro Civibus. Cic. 2. Att. 9. Male vehi malo, alio gubernante; quam, tam ingratis vectoribus, bene gubernare.
Vector, Eques. Ovid. 3. de Arte Am. 555.
> Sed neque vector equum, qui nuper ſenſit habenas,
> Comparibus frenis, artificemque regat. Adde 1. Triſt. 3. 115.

VECTRIX, īcis. f. Paulinus Nolanus Epiſt. 49. 8. Vectricem draconis Epidauro navem venerentur.

VECTŌRIUS, a, um. Adj. ut, Vectoria navigia, pro Majoribus. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 8. Qua in re admodum ſuis militum virtus laudanda, qui vectoriis, gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adæquaverunt.
Navicula vectoria. Suet. Cæſ. cap. 63.

VECTĀRIUS, a, um. Adj. [ὀχητικός] ut, Vectarius equus, Qui vehit, aptuſque eſt ad vehendum. Varro 2. de R. R. cap. 7.

VECTĪBĬLIS, e. Adj. Sen. 3. Nat. Quæſt. 25. Aquæ medicatæ, & ob hoc ponderoſæ: & ipſius inſolæ materia vectibilis. Al. Vectabilis.

VECTŪRA, æ. f. [φορηγία, ὄχησις, Gl. L. G. & G. L.] Varro de R. R. lib. 2. cap. 7. Equi, quod alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admiſſuram, &c. Cic. 1. Att. 3. Minimus qui pro vectura ſolveret. Et 3. Verr. 147. Longa difficilique vectura.
Exercere aut locare vecturas navium. Papin. in l. Si urbana D. de condict. Indeb.
Facere vecturam, Vehendo parare ſibi lucrum. Quintil. in Paſtu cadaverum.
Vivere vecturis. V. Vellaturam facere, in VELLA.
Vectura, [ναῦλον, Gl. L. G.] Merces vehendi. Ulpian. in l. Ex conducto. §. Item. D. Locati, Item quum quidam, nave amiſſa, vecturam, quam pro invecto nauta acceperat, repeteret: reſcriptum eſt ab Antonino Auguſto, non immerito procuratorem Cæſaris vecturam ab eo repetere, quam munere vehendi functus non ſit. Idem in l. Si quis pro uxore. D. de donationibus inter virum & uxorem. Papinianus ſcripſit, vecturas uxoris & miniſteriorum ejus, virum, itineris ſui cauſa datas, repetere non poſſe. V. Plaut. Moſt. 3. 2. 118.

VECTURĀRIUS, ii. m. Qui præeſt vecturis. Theod. Cod. l. 14. 6. Vecturarios præcipimus trecentos boves dare.

VECTO, [ὀχέω] āre. frequentat. Gell. lib. 16. cap. 19. Dorſo ſuper fluctus edito vectaviſſe. Propert. 3. 2. 46.
Corpora vectare carina. Virg. 6. Æn. 391.
Vectur, [γυμνάζομαι, Gl. G. L.] Geſtur. q. V.
Equo vectari. Ovid. 8. Met. 374.
Humeris vectari. Hor. Epod. 17. 74.

VECTĀTUS, a, um. Partic. Liv. 35. 35. Paulisper cum tyranno vectatus.
In orbe vectarus. Manil. 2. 138.

VECTATIO, ōnis. f. Suet. Calig. cap. 3. Gracilitas crurum paullatim repleta aſſidua equi vectatione poſt cibum. Et Senec. de Tranquil. anim. cap. 15. Aliquando vectatio iterque vigorem dabunt.

VECTĀBŬLUM, i. n. [ὄχημα] Idem quod Vehiculum. Gell. lib. 20. cap. 1. Jumentum quoque, non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur.

VECTĀCŬLUM, i. n. Idem. Tertull. de Anima cap. 53. Auriga corporis, ſpiritus animalis, deficiente vectaculi nomine, &c.

VECTĬTO, āre. Aliud frequentat. Arnob. 5. p. 183. Curru quadrijugo vectitatus.

VECTĪGAL, ālis. n. [τέλος, Gl. L. G. & G. L. φόρος, L. G.] Quod ex vectura publice penditur. E vehendo dicitur, quum ex fundis fruges in urbem vehuntur. [Videtur ex Vectigale Adj. n. per apocopen factum, ſubaudito τῷ æs, ut in ceteris ejus modi uſu venit.
Vectigalia, [illegible] Gloſſ. Latinogræc.
Vectigaliorum, τῶν [illegible]. Idem Gloſſ. Suet in Auguſto, cap. ult. Quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis.
Vectigalium conductor, Τελώνης, Gloſſ. Græcolat.
Vectigal duplex eſt, publicum & privatum; Vectigal publicum, Ex quibus reditus accipit ærarium, vel fiſcus.
Vectigalia publica trium generum apud Cic. pro Lege Manil. 15. Itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt. [conf. Aſcon. in Divinat. 33. & in his ipſis dictis.
Abrumpere vectigalia. V. ABRUMPO.
Augere vectigalia. V. AUGEO.
Capere vectigal. V. CAPIO.
Conſtituere vectigal. V. CONSTITUO.
Exercere vectigal. Cic. pro Lege Manil. 4. Quorum magnæ res aguntur, in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ. conf. ibid. 17.
Exigere vectigalia. Cic. 2. Q. frat. 1. 26. V. paulo poſt, Pendere vectigal.
Imponere vectigal. Cic. pro Font. 10. Vectigal enim eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitur, & pecuniam permagnam ratione iſta cogi potuiſſe confiteor.
Levare agrum vectigali. Cic. de Clar. Orat. 138. Is, qui agrum publicum, vitioſa & inutili lege, vectigali levavit. Claud. in 2. Conſ. Stilich. 98.
Obſoleſcere & nitere dicuntur vectigalia. V. OBSOLESCO.
Pendere vectigal. Cic. 1. Q. frat. 1. Qui per ſe pendere vectigal non potuerunt.
Penſitare. Cic. pro Lege Manil. 16. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut eos, qui vectigalia vobis penſitant, aut eos, qui exercent atque exigunt.
Porrigere parva vectigalia. Hor. 3. Carm. 16. 40.
Vectigal, Privatum dicitur, Quod quiſque percipit ex reditibus & fructibus ſuis. Cic. in Parad. 6. Ex meo tenui vectigali detractis ſumptibus cupiditatis. Paulus Juriſc. Cæſæ arundinis, vel pali compendium, ſi in eodem fundo vectigal eſſe conſuevit, ad fructuarium pertinet. Cic. 2. Off. 88. Ut bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati: externorum autem, ut gloria divitiis, vectigalia urbana ruſticis. i. e. Proventus, reditus. Hor. 2. Serm. 2. 100. — ego vectigalia magna
> Divitiaſque habeo tribus amplas regibus. [Apud JCtum puto Publicum intelligi.

Non intelligunt homines, quam magnum vectigal ſit parcimonia. Cic. Parad. 6.
Ego equidem, non jam vectigalibus, & parvo contentus eſſe poſſum. Cic. 12. Att. 20.

Inſtituere vectigal. Columel. lib 8 cap. 2.

Vectigalia pro Terris vectigalibus. Salluſt. Hiſt. Fragm 1. 14. Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentantur, diem bello circumſpicit. V. Cic. 4. Verr. 7.

VECTĪGĀLIS, e. Adj. [ὑποτελής, ἐπιφόρος] Quod tributum pendit. Sic provinciæ, agri, & ii qui tributa perſolvunt, vectigales dicuntur. Cic. 3. Off. 87. Quas civitates L. Sulla, pecunia accepta, Senatuſconſulto liberaviſſet, ut eæ rurſus vectigales eſſent.

Vectigalis & Immunis, contraria. V. IMMUNIS.

Vectigalis & Stipendiarius. Liv. 21. 41. Utrum Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis, ut ipſe fert, an vectigalis ſtipendiariuſque & ſervus populi Romani a patre relictus.

Liberare vectigales & ſtipendiarios. Cic. de Provinc. Conſ. 10.

Agri vectigales. Cic. in Piſon. 87.

Civitas vectigalis Cic. 3. Verr. 79.

Equi vectigales. Cic. 2. Philipp. 62. Tum exiſtimavit ſe ſuo jure, cum Hippia vivere, & equos vectigales Sergio mimo tradere.

Homo ſeu ſervus vectigalis, Qui domino ſuo pecuniam meret, ut vectigales equi ſolent. Columel. in præfat. lib. 1. Ex mercenariis aliquem jam recuſantem quotidianum illud tributum, qui vectigalis eſſe non poſſit, ignarum rei, cui præfuturus eſt, magiſtrum fieri jubet.

Pecunia vectigalis. Quæ ex vectigalium reditibus provenit. Cic. 3. Verr. 89. Decem enim naves, juſſu L. Murenæ populus Mileſius ex pecunia vectigali Pop. Rom. fecerat.

Provincia vectigalis. Cic. In Piſon. 87.

Socii vectigales. Cic. 3. Off 49.

Facere vectigales. Cæſ. 4. Bell. Gall. 3. Hi quum Suevi multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuiſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multo humiliores, infirmioreſque reddiderunt.

VECTIGALIĀRIUS, i. m. Qui vectigal exercet. Firmic. lib. 3. cap. 13. Erunt enim aut publicani, aut vectigaliarii. Id eſt qui vectigalia exigant.

VECTIGALIUM, i. n. [τελώνιον] Telonatum, Mancipatum. Gloſſ. Græcolat.

VEHA, vel VEHIA, æ. f. Oſcorum lingua Plauſtrum dicitur. Feſtus.

Breſia veha vehiculum dictum eſt. Varr. L. L. 4 31.

Veha, Via veteribus dicebatur, quod per eam omnia veherentur. Varro 1. de R. R cap. 2. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas. [An a Celtico *Wege*, *Weg*?

VEHICŬLUM, i. n. [ὄχημα, Gl. L. G. & G. L.] In quo aliquid vehitur, quod cum quatuor rotis Phryges traduntur invenisse, teſte Plin. lib. 7. cap. 56. Cic. 7. Verr. 185. Omneſque dii, qui vehiculis thenſarum ſolennes cœtus ludorum initis, &c. Idem in Piſon. 61. Nummus interea mihi, Cæſar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet & manebit.

Camerata vehicula. V. CAMERA.

Meritoria vehicula. V. MEREO.

Anteire vehiculo. V. ANTEEO.

Pro Navi ponitur. Cic. 2. de Nat Deor. 89. Qui navem nunquam ante vidiſſet, ut procul divinum & novum vehiculum Argonautarum a monte conſpexit, &c. V. Fr. Nonnius in Curis ſecundis ad Nonni Paraph.

Furtorum Verris vehiculum. Cic. 7. Verr. 59. vocat Navem Mamertinam.

VEHICULĀRIS, e. Adj. Ad vehiculum ſpectans. ut, Curſus vehicularis, Dig. 50. t. 4. l. 18. §. 4.

Rei vehicularis munera. Ibid. l. 1. §. 1. conf. Suet. Aug. cap. 49. & Caſaub. ad Spartian. Hadrian. f. 15.

VEHICULARIUS, a, um. Adj. Idem. ut, Curſus vehicularius. Capitolin. in Anton. Pio cap. 12.

Fabricator vehicularius. Idem in Max. & Balb. cap. 5.

Res vehicularia. Ammian. 14. 11.

VEHICULATIO, ōnis. f. Vet. nummus Nervæ Imp. apud Spanhem. diſſ 13. p. 561. & 570 & Oiſel. Tab 112. VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA.

VEHATIO, ōnis. f. Idem. Cod. Theod. leg. 3. de calcis coctoribus.

VEHES, vel VEHIS, is. f. [ἁμαξιαῖον] a vehendo, dicitur Quantum fœni vel ſtercoris una vectura in plauſtris vel aliis inſtrumentis ferre poſſumus. Plin. lib. 36. cap. 15. Amplitudinem cavis eam feciſſe proditur, ut vehem fœni large onuſtam tranſmitteret. Columel. lib. 11. cap. 2. Satis erit in ſingula jugera vehes ſtercoris comportare numero decem & octo. Vehes autem ſtercoris habet modios octoginta. Sic lib. 12. cap. 2. Materies ſi roborea eſt, ab uno fabro dolari ad unguem par quadrata debet pedum xx, hæc erit vehis una. Pinus autem v & xx pedum æque ab uno expeditur, quæ & ipſa vehis dicitur.

VEHELA, æ. f. ut, Scythicis vehelis. Capitolin. in Maximin. cap. 13. Vulgo Vehiculis. V. Salmaſ. ad loc. p. 231.

V E I

VEIEN. Veientina, ſcil. Tribus.

VEJA, æ. f. [Οὐεία] Venefica quædam mulier, cujus meminit Hor. Epod. 5. 29.

> Abacta nulla Veja conſcientia,
> Ligonibus duris humum
> Exhauriebat, ingemens laboribus.

VĒJI, [Οὐήιοι] urbs Hetruriæ, inſignis quondam bellorum frequentia cum Romanis, quam Camillus cepit. Vejos poſt urbem a Gallis captam migrare Quirites conſtituerant, ab eodem Camillo ab incepto prohibiti. Unde quum Nero domum auream ædificaret ampliſſimam, editi fuerunt illi verſus,

> Roma domus fiet, Vejos migrate, Quirites,
> Si non & Vejos occupat iſta domus. Suet. Ner. 39.

Veteres Veji. Propert. lib. 4. 11. 27.

VEJENS, entis. Patron. [Οὐήιος] Populus Vejorum. Cic. 1. de Divin. 100. Quum lacus Albanus præter modum creviſſet, Vejentem quendam ad nos hominem nobilem perfugiſſe, eumque dixiſſe, ex fatis, quæ Vejentes ſcripta haberent, &c. Et paulo poſt, Quum autem Vejentes bello feſſi legatos ad Senatum miſiſſent, &c.

Populi Vejentum. Sil. lib. 7. 40.

VEJENS, entis. Adj. Cic. 1. de Divin. 100. Quid, quod in annalibus habemus, Vejenti bello, &c.

Ager Vejens. Cic. pro Roſc. Amer. 47.

Arvi Vejentis emptor. Hor. 2. Epiſt. 2. 167.

Solum Vejens. Stat. 4. Silv. 5. 54.

VEIENTĪNUS, a, um. Adj. ut,

Tribus Vejentina. Cic. pro Planc. 38. V. TRIBUS.

VEJENTĀNUS, a, um. aliud Adj. [Οὐειεντανός] ut, Vinum Vejentanum. Hor. 2. Serm. 3. 143.

Gemma Vejentana. Plin. lib. 37. cap. 10. Vejentana Italica gemma eſt Vejis reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. De Vejentana gemma ſcribit & Solinus cap. 8. ſub finem.

VĒIUS, a, um. triſyll. Adj. Idem quod Vejens. Propert. lib. 4. 11. 31.

> Forte ſuper portæ dux Veius aſtitit arcem.

VEIANIUS, i. m. Gladiatoris nomen apud Hor. 1. Epiſt. 1. 4.

VĒJŎVIS, [Μικρὸς Ζεύς] veteribus dicabatur Deus, cui dempta atque detracta eſſet juvandi facultas. Nam quoſdam deos ut prodeſſent celebrabant: quoſdam ne nocerent, placabant. De quibus abunde Gell. lib. 5. cap. 12. Ubi corrigendus eſt locus in fine capitis. Sic enim legitur in omnibus, quos vidimus, codicibus, Arungus quoque habetur & Rubigus. Ubi Averruncus legendum eſt. Cic. 3. de Nat. Deor. 62. Quid Vejovi facies? quid Vulcano?

Vejovem interpretatus Ovidius, Parvum Jovem, 3. Faſt. 447.

V E L

VEL. Velina, ſcil. Tribus.

VEL, [ἤ, Gl. L. G. & G. L. ἤτοι, G. L.] conjunctio plerumque disjunctiva; ut, Vel ſcribam, vel ad te veniam. Plaut. Mil. 4. 2. 28. Vel adeſt, vel non. Virg. 1. Æn. 749.

> Quid tantum Oceano properent ſe tinguere ſoles
> Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Vel, copulativa. ut, Maxime me tibi amicum facit, vel virtus, vel doctrina tua. Ter. Eun. 1. 3. 27. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.

Vide de Vel in Indice regiſtrali p. 263. Puto ita eſſe Copulativam, ut tamen dubitationem relinquat q.d. Neſcio, an virtus magis, an doctrina me tibi amicum faciat. H. St. Reliqua empectæ culter ſic mutilavit, ut legi nequeant.

Moriorum, vel honori, vel periculo ſervire. Cic. de Clar. Orat. 242.

Sunt iſta quidem, vel magna, vel potius maxima. Cic. 2. Q. fiat. 14.

Vel, pro Veluti, inquit Donatus. Ter. Hec. 1. 1. 3.

> Per pol quam paucos reperias meretricibus
> Fideles evenire amatores, Syra:
> Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi, &c. Idem Eun. 3. 1. 7.

Vel, quod multo etiam minus eſt ferendum. Cic. pro Planc 8.

Vel, in principio ſententiæ poſitum, pro Nam, indignationi interdum ſerviens, a Græcis tractum videtur, qui ἢ eodem ferme modo utuntur. Quare miror quid Quintilianus his verbis lib. 9. intelligi voluerit, cap. 3. de figuris, Alia, inquit, commendatio vetuſtatis, cujus amator unice Virgilius fuit, 11. Æn. 406.

> Vel quum ſe pavidum contra mea jurgia fingit
> Artificis ſcelus, & reliqua, quæ ſcripta ſunt 1. Æneidos. Quaſi ſcilicet ſimile ſit illi, v. 23.
> Progeniem ſed enim Trojano, &c. Quum tamen Cicero non ſemel uſus ſit in eo ſenſu: a quo, ut opinor, Virgilius ſumpſit potius, quam ab antiquitate obſoletum retulit. Cic. pro Flacc 56. Vel quod eſt in eodem decreto ſcriptum, homines clariſſimos civitatis, ampliſſimis uſos honoribus, hoc Prætore circumventos: cur hi, neque in judicio adſunt, neque in decreto nominantur? Ac ſi diceret, Quid impudentius quam hoc dicere? Budæus.

Vel, pro Etiam. Cic. ad Brut. 8. Et quod te tantum amat, ut vel me audeat provocare. V. plura apud Nonium ta 34. Ter. And. 3. 2. 9.

> Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortum? Hic Ironia eſt, teſte Donato. Virg. 11. Æn 250.
> Vel Priamo miſeranda manus. In his duobus exemplis Budæus Vel pro Nam poſitum dicit. Idem 8. Ecl 69.
> Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Ter. Heaut. 4. 6. 2.
> Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
> Quum invitus facias; vel me hæc deambulatio,
> Quam non laborioſa, ad languorem dedit. Cic. Att. Ut vel perire maluerit, quam perdere omnia.

Vel, pro Saltem. Ter. Phorm. 2. 1. 71.

> Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel fenore. Vel rejicit Bentl.

Vel apud Suet. pro Saltem. Vide Ber. 244. 2. H. St.

Vel etiam. Plaut. Men. 4. 3. 27.

> Vel tu, vel tua uxor, vel etiam in oculos compingite.

Vel hercle. Plaut. Aul. 5. 1. 22. Vel hercle enica, nunquam hinc feres a me.

Vel maxime. Cic. 4. Acad. 93. Statuere enim qui ſit ſapiens, vel maxime videtur eſſe ſapientis.

Vel minimum. Cic. in Orat. 91. Hoc in genere nervorum vel minimum, ſuavitatis autem eſt vel plurimum.

Vel mediocris. Cic. 2. de Orat. 116. Hæc ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maximæ.

Vel plurimum. Cic. 4. Verr. 181. Nam quod in publicanorum cauſis vel plurimum ætatis meæ verſor, &c. conf. Vel minimum.

VELABRUM, VELAMEN, VELAMENTUM, VELARIA, VELARIUM. V. VELUM.

VELATUS, V. Velo, are. in VELUM.

VELEDA, & VELLĒDA, æ. f. Virgo in ſumma auctoritate apud Germanos, & inſtar numinis habita, de qua Tacit. de Moribus German. 8. 3. & Stat. 1. Silv. 4. 90.

VELES, itis. m. [ψιλός, γυμνήτης, ἀκροβολιστής] Miles leviſſime omnium armatus, qui & Velatus & Ferentarius dicitur Refert Ælianus ordinem pedeſtrem in militia dividi ſolitum trifariam: In armatos, quæ gravis armatura dicitur: & velites, qui leviſſime omnium armantur: unde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas aut loricam induunt, ſed tantum jaculis & fundis utuntur. In tertio ordine ſunt peltati, a pelta, parvo & levi ſcuto: hi medii erant inter gravem armaturam & levem. Liv. 26. 4.

Et abi

Et ubi ad conjectum teli ventum eſt, ſigno dato, velites deſiliunt. Cic. de Clar. Orat. 270.

Haſtæ velitibus amentatæ. Ovid in Ibin. 48.

Utque petit primo plenum flaventis arenæ
Nondum calfacti velitis haſta ſolum.

Velites, quaſi Volites dicuntur. Cic. de Repub. Militari more veterum velociſſimi, cum ſcutis levibus, pedites, ad hoc ipſum exercitati, iiſdem miſcendi, quos expeditos quaſi volitantes, volites appellabant. Inde verſa littera o in e Velites. Vel ἀπὸ τοῦ βάλλειν, i. e. a jaculatione, eo quod tela tantum miſſilia ſecum gerant. [Turbat hic Perottus, V. Voſſ. Etymol. & Lex. Pitiſc.

Veles ſcurra. Cic. 9. Fam. 20. Me autem a te, ut ſcurram velitem, malis oneratum eſſe non moleſte tuli. Scurram velitem dicit. Scurram tironem, non veteranum gravis armaturæ: ut enim ſi veles cum armato milite congrederetur mala acciperetur, ſic ut velitem ſcurram ſe verberatum eſſe jocatur a Papirio, dicaciſſimo & acerrimo ſcurra. Turnebus. V. ACUSSA.

VELITĀRIS, e. Adj. [γυμνητικός, ἀκροβολιστικός] Quod ad velites pertinet. Unde, Arma velitaria. Salluſt. in Jugurth. 113. Præterea ſera ſagittarii & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi cauſa. Liv. 26. 4. Et ſeptena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt.

VELITĀTIM, Adv. [κατὰ ἀκροβολισμόν] ſignificat per ſaltus & intervalla: quod velites pugnando ſaltibus utantur. Siſenna lib. 1. Hiſt. Nos una æſtate in Aſia & Græcia geſta idcirco continentia litteris mandavimus, ne velitatim, aut ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. Non. 2. 911. Quidam legunt Vellicatim.

VELITOR, [ἀψιμαχῶ, ἀκροβολίζομαι] āri. Digladiari, Levi pugna certare. Velitari, ad verba interdum transfertur, pro Jurgari. Plaut. Men. 5. 2. 28.

Neſcio quid velitati eſtis inter vos duos. Gell. lib. 6. cap. 11.

Cum inquinatiſſimis hominibus non eſt convicio decertandum, neque in maledictis adverſum impudentes & improbos velitandum; quia tantiſper ſimilis & compar eorum fias, dum paria & conſimilia dicas, atque audias.

Velitari labris, & velificari, pro Verbis contendere & altercari, & inter ſe rixari dixerunt veteres. Afranius,

Intereа verba jactare, & labris
Inter ſe velitari, velificarier. Ex Turnebo. ex Non. 1. 8.

VELITATIO, ōnis. f. [ἀκροβολισμός, λογομαχία] Levis contentio, dicta ex congreſſione velitum. Non. 1. 8. Plaut. Rud. 2. 6. 42.

Equidem meam velitationem exerceo.

Velitatio, inquit Feſtus, eſt Ultro citroque verborum objectatio, ab exemplo velitaris pugnæ. Plaut Aſin. 2. 2. 41.

Verbis velitationem fieri compendi volo.

VELATRICUS, a, um. Adj. Idem quod Velitaris. Sidon. 7. Epiſt. 2. Hiſtoria juvenis eximii, fabula militiæ velatricæ par. [An Velitatricæ?

VĔLIA, æ. f. [Οὐελία] Lucaniæ oppidum in Italia ad mare ſitum. Item vicus, ſeu collis in urbe Roma. V. Liv. 2. 7. Inde

VĔLĪNUS, a, um. Adj. Virg. 6. Æn. 366.

Injice, (namque potes) portuſque require Velinos.

Lacus Velinus. Plin. lib. 2. cap. 64.

Regio Velina in urbe, Palatino monti conjuncta, in qua Valerii Publicolæ, & Victoriæ, deorumque Penatium ædes erant. Dicta Velina, quod ibi paſtores Palatini vellere lanam ſint ſoliti.

Tribus Velina. Cic. 4. Att. 15.

VELIENSIS, e. Adj. Cic. 7. Fam. 20. cujus initium, Amabilior mihi Velia fuit, &c. Neſcio quid enim Velienſes verebantur, &c.

Populi Velienſes. Plin. lib. 3. cap. 5.

VELIFER, VELIFICO, VELIFICUS, &c. V. VELUM.

VELITARIS, VELITATIM, VELITOR. V. VELES.

VELITRÆ, ārum. f. [Οὐελίτραι] Civitas Volſcorum inſignis fuit. Inde Veliternus ager dictus, quem Volſcis victis Romani ademerunt, ut ſcribit Liv. 8. 14. Ex ea urbe gentem Octaviam fuiſſe teſtatur Suetonius in Auguſto pr. Refert Dionyſ. lib. 7. peſtilentiam adeo Velitras eſſe depopulatam, ut ex decem partibus Veliternorum vix una ſuperfuerit.

VELITRANUS, a, um. Adj. V. ſupra in VELITRÆ.

Inde etiam Veliterni populi, Velitrarum incolæ dicti, quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 5.

VELIVŎLUS, Adj. V. VELUM.

VELLA, æ. f. [κώμη] ab antiquis dicebatur pro Villa. unde

VELLATŪRA, æ. f. Varro 1. de R. R. cap. 2. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt & unde vehunt. Item dicuntur qui vecturis vivunt, vellaturam facere. Rectius Velatura. V. infra in VELUM.

VELLO, velli & vulſi, vulſum, [τίλλω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Opilare. Extirpare; ut, Vellere herbas.

Radicitus vellere, vel cum radice. Columel. lib. 11. cap. 3. Plin. lib. 12. cap. 12.

Herbas vellens dentibus. Ovid. 8. Met. 800.

Poma vellere manu. Tibul. lib. 3. 5. 20.

Spinas vellere. Cic. 4. de Fin. 6. Deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam & gravem, quam magnifice ſunt dicta ab illis? quam ſplendida? de juſtitia, de fortitudine, &c. de ſpinas vellentium, ut Stoici, &c.

Arbos ſolo vellitur ruptis radicibus. Virg. 3. Æn. 28.

Barbam vellere; proverbium eſt, ait Eraſmus, quo Summum contemptum, ac ludibrium ſignificamus. Hor. 1. Serm. 3. 133. —vellunt tibi barbam Laſcivi pueri

Capillos albos a ſtirpe vellere. Propert. lib. 4. 05. 23.

Comam vellere. Martial. lib. 5. 37.

Ex patellis vellere emblemata, Evellere, eximere. Cic. 6. Verr. 54. Tum illa ex patellis & turibulis, quæ vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, &c.

Monimenta vellere, ſepulchra, vallum; Eruere, projicere in terram. Liv. 2. 25. Idem 10. 25.

Pontem vellere. Virg. 8. Æn. 650.

Poſtes vellere a cardine. Virg. 2. Æn. 480.

Signa vellere caſtris. Virg. 4. Georg. 108.

Spicula vellere. Virg. 10. Æn. 889.

Pectora mea velluntur ſacreto morſu, Lacerantur mœrore. h. e. Tacita torqueor mæſtitia. Stat. 5. Silv. 2. 3.

Piſces vellere ex æquore, Extrahere e mari. Hor. 2. Serm. 3. 235. al. Verrere, melius.

Tondeti, radi, & velli. Suet. in Cæſ. cap. 45. Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed vellerentur etiam. h. e. Pilum ſibi ad radicem velli juberet: quod nonnullæ mulierculæ facere ſolent, ne amplius renaſcatur.

De Præt. Vulſi V. in AVULSO.

VULSUS, vel VULSUS, a, um. Partic. [τετιλμένος] Vulſa corpora a Quintiliano in Procem. lib. 8. dicuntur, Corpora ſi quis vulſa, inquit, atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore.

Aræ, foci, deûm delubra, ſepulcra majorum vulſa, temerata, ac violata. Liv. 26. 13.

Tela vulſa pectore. Lucan. lib. 6. 232.

VOLSUS, a, um. Adj. pro Vorſus & verſus, de induſtria fictum a Martial. 2. 63.

Qui movet in varios brachia volſa modos. Forte rectius Volſa interpreteris Vulſa, depilata. Ridet enim Cotili mollitiem, curamque nimiam circa corporis cultum.

VULSIO, ōnis. f. Irenæus 3. 11. Nicolaitæ ſunt vulſio ejus.

VULSŪRA, æ. f. [τίλμα, Gl. G. L.] Ipſe actus vellendi. Varro 2. de R. R. cap. 11. Quam demptam & conglobatam, alii vellera, alii vellumina appellant: ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanæ vulſuram, quam tonſuram inventam.

VULSELLA, ſive VOLSELLA, æ. f. [τριχολαβίς, Gl. L. G. & G. L. ψιλωθρίς, L. G.] Inſtrumentum ad pilos evellendos e corpore. Celſ. lib. 6. cap. 18. de cancri, qui in cole naſcitur, curatione, Incipit a nigritie: quæ ſi cutem occupavit, protinus ſpecillum ſubjiciendum, eaque incidenda eſt: deinde oræ vulſellis prehendendæ: tum quicquid corruptum eſt, excidendum. Idem lib. 7. cap. 12. Ergo ſpecillo conquirenda eſt reſta, quæ receſſit, & volſella protrahenda eſt. V. Martial. 9. 28. & Suet. Cæſ. cap. 45.

VELLŌMEN, vel VELLŪMEN, inis. n. V. VULSURA, & VELLUS.

VELLUS, V. ſ. l.

VELLĬCO, [ψαύω, κνίζω, Gl. L. G.] āre. Frequenter vellere: quod proprie fit, quum extremas corporis partes vellimus, & preſſando infeſtamus. Propert. lib. 2. 5. 8. Plaut. Moſtel. 3. 2. 146.

Viden' pictum ubi ludificatur cornix vulturios duo?
Cornix aſtat; ea vulturios duo viciſſim vellicat? Quintil. lib. 6. cap. 1. Ex pædagogo ſe vellicari reſpondit. De puero flente.

Vellicare, per translationem ponitur pro Criminari, mordere, lacerare. Plaut. Merc. 2. 3. 73.

Contemplent, conſpiciant, nutent, nictent, ſibilent,
Vellicent, vocent, moleſti ſint, occentent oſtium. Cic. pro Corn. Balb. 58. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant.

Abſentem vellicare. Hor. 1. Serm. 10. 79.

Vellicare, Reprehendere. Gell. lib. 4. cap. 15. In quibus plura inſcite aut maligne vellicant. De Salluſtii ſcriptis.

Beneficium vellicare. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 28.

Opus alicujus vellicare. Varro 3. de R. R. cap. 16.

VELLICĀTUS, a, um. Partic. Paulinus Nolanus Epiſt. 49. cap. 3. Vellicata blande auricula ſuſcitavit.

VELLICATIO, ōnis. f. Senec. de Vita beata 5. Quum non tantum lacerationes, ſed etiam vellicationes effugerit. Idem 3. de Ira 43 ubi metaphorice accipit pro Moleſtiis, Detrimenta, inquit, injurias, convicia, vellicationes contemnamus. [i. e. Obtrectationes.

VELLICĀTUS, ûs. m. [κνισμός] Plin. lib. 28 cap. 6. Extremitates corporis vel aurium vellicatibus perſtringi. Veſtuſtum exemplar omittit hanc dictionem Vellicatibus.

VELLICĀTIM, Adv. Siſen. Hiſt. lib. 1. Nos una æſtate in Græcia & Aſia geſta literis idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim ac ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. Ex Non. 2. 911. V. Velitatim, in VELES.

VELLUS, ĕris. n. [πόκος, Gl. L. G. & G. L.] Lana ex ovibus detonſa. Varro de R. R. lib. 2. cap. 11. Diligentiores tegeticulis ſubjectis oves tondere ſolent, ne flocci intereant. Dies ad eam rem ſumuntur ſereni, & iis id faciunt fere a quarta ad decimam horam: quoniam ſole calidiore tonſa ex ſudore ejus lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore. Quam ademptam & conglobatam, alii vellera, alii vellumina appellant; ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanæ vulſuram, quam tonſuram inventam.

Ovis auratæ vellus. Ovid. 6. Epiſt. 2.

Atrum vellus. Ovid. 7. Met. 244.

Fulva vellera. Ovid. 6. Epiſt. 14. intelligit Vellus aureum.

Mileſia vellera. V. MILETUS.

Nigra de vellere ſtamina facta. Ovid. 4. Triſt. 1. 64.

Nivea vellera. Virg. 4. Æn. 459.

Perefa vellera illuvie. Virg. 3. Georg. 561.

Pullum vellus. Ovid. 4. Faſt. 620.

Splendentia vellera lanæ niveæ. Sil. lib. 15. 709.

Succida palliolo vellera quinque petit. Martial. lib. 11. 28. V. SUCCIDUS.

Depectant tenuia vellera foliis Seres. Virg. 2. Georg. 121.

Infuſcare vellera. V. INFUSCO.

Inquinare vellus murice. V. INQUINO.

Mollire vellera. Ovid. 6. Met. 21.

Mutare vellera luto. V. MUTO.

Stratis velleribus jacebat. Virg. 7. Æn. 95.

Ferina vellera, Ferarum pelles. Ovid. 11. Met. 3.

Hirſuta vellera ſetis leonis. Ovid. 2. Faſt. 340.

Vellera pro Frondibus. Ovid. de nuce, 131.

At ſimul induimus noſtris ſua vellera ramis, &c. al. Munera.

Vellus de Nubibus dicitur. Lucan. lib. 4. 123.

—jam clarior aer,
Et per Phœbus aquis denſas in vellera nubes
Sparſerat

VELLĔRĔUS, a, um. Adj. Aſcon. Ped. in 1. Verr. 22. p. 50. Crumenæ & velineæ & ſcorteæ.

VELO, āre. V. VELUM.

VELOCASSES, ium. m. Populi ſunt Galliæ citra Rhotomagum, quibus etiam olim Rhotomagum attributum erat; hodie *Velcaſſinenſes* appellan,

qui & hoc tempore bipartiti ſunt in Normanos & Francos Velocaſſes. Normani inter Andelam & Heptam ſiti ſunt, ubi oppidum eſt Giſortium, & caſtellum Andeliacum. Velocaſſes Franci incolunt inter Eptam & Æſram. Sic enim Vibius Sequeſter appellat fluvium Galliæ, quem hodie *Iſaram* appellamus, e quo & oppidum Pons Iſaræ nomen habet. Horum populorum meminit Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 4.

VELOX, ōcis. Adj. [ὠκὺς, Gl. L. G. & G. L. ταχὺς. G. L.] Celer: a volando, quaſi volax. Plin. lib. 8. cap. 34. Velox ſaltu, venatu vivens.
Ferro velox. Stat. 3. Theb. 399.
Ad facinus velox. Claud. 2. in Ruff. 240.
Ad præmia velox. Ovid. 2. de Pont. 2. 125.
Achilles velox [ποδώκης] V. ACHILLES.
Alæ veloces. Claud. 1. in Ruff. 102.
Cervi veloces. Virg. 5. Æn. 253.
Crura velocia. Ovid. 1. Met. 506.
Equi veloces. Ovid. 8. Met. 554.
Gradus velocior. Senec. de Benef. 5. cap. 2.
Jaculum velox. Virg. 2. Georg. 530.
Membra velocia. Sil. lib. 17. 537.
Oculo veloci percurrere aliquid. Hor. 2. Serm. 5. 55.
Pedites velociſſimi. Cæſ. 1. Bell. Gall. 48.
Pila velox. Hor. 2. Serm. 2. 11.
Victoria velox, Alata. Hor. 1. Epiſt. 18. 64.
Animus velox. Hor. 1. Epiſt. 2. 13.
Ingenium velox. Ovid. 8. Met. 254.
Ingenium velox ac mobile. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Ævi velocis memor. i. e. Cito tranſeuntis. Senec. Herc. fur. 3.
Annus velox. Stat. 5. Theb. 460.
Horæ veloces. Ovid. 2. Met. 118.
Procella velox i. e. Ventus. Hor. 5. Carm. 27. 61.
Compar. Velocior. [ταχύτερος, ὠκύτερος] ut
Nihil eſt annis velocius. Ovid. 10. Met. 519.
Superl. Velociſſimus, [ταχύτατος, ὠκύτατος, Gl. G. L.]
Velox, pro Velociter. Virg. 5. Æn. 444.
— Ille ictum venientem e vertice velox
Prævidit, celerique elapſus corpore ceſſit.

VELŌCĬTAS, ātis. f. [ταχύτης, Gl. G. L.] Celeritas. Cic. 2. de Fin. 49. Quid ſi in ipſo corpore multa voluptati præponenda ſunt, ut vires, valetudo, velocitas, pulchritudo?
Pernicitas & velocitas. Cic. 5. Tuſc. 45. An dubitas, quin præſtans valetudine, viribus, forma, acerrimis, integerrimiſque ſenſibus, adde etiam, ſi libet, pernicitatem & velocitatem.
Pernix velocitas. V. PERNIX.
Velocitas, corporis celeritas appellatur: quæ eadem ingenii etiam laus habetur. Cic. 4. Tuſc. 31.
Videmus alios velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere. Cic. 1. Off. 107.
Concertare velocitate nandi. V. CONCERTO.
Exercitata ſtudio velocitas. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Cogitationum velocitas. Plin. lib. 7. cap. 12. Quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenii varietas, multiformes notas imprimit.

VELŌCĬTER, Adv. [ταχέως, Gl. G. L.] Celeriter.
Auferre aliquid velociter. Ovid. 4. Faſt. 445.
Compar. Velocius [ταχύτερον, ὠκύτερον, Gl. G. L.] ut
Currere velocius. Ovid. 10. Met. 583.
Pervolare in aliquem locum velocius. Cic. in Somn. Scip. 21. Sunt autem optimæ curæ de ſalute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc ſedem & domum ſuam pervolabit.
Superl. Velociſſime. [ταχύτατα, ὠκύτατα] Cic. de Univerſ. 27. Quæ velociſſime movebantur, ea celeritate vinci a tardioribus: & quum ſuperabant, ſuperari videbantur.

VĒLUM, i. n. [παραπέτασμα, Gl. L. G. & G. L.] Tegmen; a Volo volas, nonnulli derivant, quod vela ventis aptata, volitare videantur. Varro a Velleribus, quod ea ovium velleribus fierent. Cic. in Orat. 153. a Vexillum, per contractionem. V. AXILLA & Voſſ. Etym. [Varr. L. L. 4. 29.
Niveis tentoria velis. Virg. 1. Æn. 473.
Obducere velum. V. OBDUCO.
Obtendere velis rem aliquam. Cic. 1. Q. frat. 1. Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura.
Vela etiam ſunt Aulæa, quæ in Theatris ſcenæ, in divitum & potentiorum ædibus foribus prætendebantur. Plin. 4. Epiſt. 19. Eadem, ſi quando recito, in proximo, diſcreta velo, ſedet. V. Virg. 3. Georg. 24. Suet. Calig. 26. & in Claud. cap. 10. & ibi Turreb. Lucret. 4. 73.
Et vulgo faciunt id lutea, ruſſaque vela,
Et ferrugina, cum magnis intenta theatris,
Per malos volgata, trabeſque trementia pendent. V. ad finem h. dict.
Velum, [ἄρμενον, Gl. L. G. & G. L. ὁ τῆς νεὼς ἱστίον. L. G. ἱστίον, G. L.] Navis armamentum. Plin. lib. 12. cap. 19. Vehunt per maria vaſta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio ulla adjuvet.
Tenor veli. Lucan. lib. 5. 709.
Carbaſina vela. V. CARBASUS.
Fugacia. Ovid. 13. Epiſt. 21.
Levia vela. Valer. 2. Argon. 447.
Nautica. Hor. 2. Serm. 5. 106.
Nutantia. Lucan. lib. 8. 47.
Parva. Hor. 4. Carm. 15. 4.
Paſſa, V. Paſſus, in PANDO.
Tumida. Hor. 2. Epiſt. 2. 201.
Abeuntia vela proſequi oculis. Ovid. 5. Epiſt. 55.
Æquare vela. V. ÆQUO.
Aptare claſſem velis, Inſtruere & diſponere claſſem ad navigandum. Virg. 5. Æn. 470.
Arripere tellurem velis. Virg. 3. Æn. 477.
Cadunt vela. Virg. 3. Æn. 207.
Contrahere vela. V. CONTRAHO.
Contrahere turgida vela. Hor. 2. Carm. 10. 24.
Deducunt vela nautæ. Ovid. 3. Met. 663.
Deſerta vento vela. Senec. Agamemn. 6.
Dirigere vela in medio freto. Ovid. 1. Faſt. 466.
Dirigere vela aliquò. Cæſ. lib. 1. Bell. Civil. cap. 25.
Dare vela, Ventis ſe committere & navigare. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Dare vela retrorſum, pro In diverſum mutare ſententiam, vitæque inſtitutum. Hor. 1. Carm. 34. 4. A navigantibus, qui curſus errorem verſis velis corrigunt.
Dabant vela in altum. Virg. 1. Æn. 39.
Dare vela ventis. Virg. 4. Æn. 546.
Dare læta vela pelago. Senec. Troad. 4.
Dare vela ſuæ famæ, per translationem, pro Celebrem facere famam ſuam. Martial. lib. 8. 70.
Dare vela ingenio. Ovid. 3. Faſt. 790. ad Bacchum.
Euntia navigia velis. Plin. lib. 9. cap. 15.
Facere vela, idem quod Vela dare. Cic. 7. Verr. 87. Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi ancoras imperavit. [Conf. 4. Tuſc. 9. Hinc Velifico verbum.
Fertur navis velis ventoque. Lucret. lib. 4. 895.
Flectere viam velis. Virg. 5. Æn. 28.
Implere vela ventis. Virg. 7. Æn. 25.
Inflata vela ſecundis Notis. Senec. Agamem. 2.
Intendere vela ventis ſecundis. Virg. 3. Æn. 683.
Intendunt vela Zephyri ſecundi. Virg. 5. Æn. 35.
Legit humida vela navita, Colligit. Virg. 1. Georg. 373.
Miniſtrare velis. Virg. 6. Æn 302. Aut, Per vela, & eſt ſeptimus: aut, Velis obſequitur, & eſt dativus.
Pandere tota vela, Translate. Quintil. lib. 6. cap. 1. Cic. 4. Tuſc. 9. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis ſtatim, an &c.
Pandere alas velorum. Virg. 5. Æn. 528.
Permittere vela ventis. Quintil. Tryphoni, in præf. Permittamus vela ventis, & oram ſolventibus bene precemur. h. e. Editionis incipiſemus eventum, utcunque cadet, experiamur. Eraſmus.
Procedit æquatis velis claſſis. Virg. 4. Æn. 587.
Solvere vela. Virg. 4. Æn. 574.
Subducta vela, Amota, & ad malum ligata. Sil. lib. 6. 325.
Subit pleno oſtia velo. Virg. 1. Æn. 404.
Subnectere totum velum antennis. Ovid. 11. Met. 483.
Tendunt vela Noti. Virg. 3. Æn. 268.
Tenet concava vela ventus. Ovid. 6. Epiſt. 66.
Trahere vela, Contrahere. Virg. 4. Georg. 117.
— ni jam ſub fine laborum
Vela traham, & terris feſtinem advertere proram. A nautis ducta metaphora, qui appropinquantes portui aut litori vela contrahunt.
Vocant auræ vela, Auræ ſecundæ & lenes invitant ad navigandum. Virg. 3. Æn. 357.
Velis equiſque, i. e. Omnibus nervis, omni conatu. Cic. 2. Q. frat. 14. Sic ego, quoniam in iſto homine colendo tam indormivi diu, te me hercle ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem, tum equis tum velis. Vetus exemplar legit, Tum vero quadrigis. Idem 3. Off. 116. Cum his velis equiſque (ut dicitur) ſi honeſtum tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. In his exemplis reſpexit Cicero ad utriuſque pugnæ genus, equeſtre, ac navale. Ex Eraſmo. Hieronymus Ferrarius in ſuis annotationibus in Philippicas, de hoc proverbio loquens, corrigit locum, & legit, Viris equiſque. Idque confirmat, tum libris manuſcriptis, tum aliorum etiam ſcriptorum auctoritate: etiam illo argumento, quod res militaris equis potius & viris adminiſtratur, quam equis & velis.
Remis veliſque; idem cum priora ſignificat. Inde translatum, quod quum navis ſimul & remigio & velis impellitur, ſummus eſt nautarum conatus. Cic. 3. Tuſc. 25. Tætra enim res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contentione, velis (ut ita dicam) remiſque fugienda. Plaut. Aſin. 1. 3. 5.
Remigio, veloque, quantumque poteris, feſtina & fuge. Eraſmus.
Velum etiam erat in Theatro. Plin. lib. 19. cap. 1. Poſtea in theatris tantum umbram fecere, &c. de velis loquens. V. quæ ſupra ex Lucret. conf. Ammian. 14. 24.

VĒLĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. ut, Carina velifera. Ovid. 15. Met. 719. Propert. lib. 3. 9. 35.
Malus velifer. Valer. 1. Argon. 126.

VĒLĬFĬCO, āre. vel VELIFICOR, āri. [ἁρμενίζω, Gl. G. L.] depon. Vela facere, ſive Dare vela, & navigare. Propert. lib. 4. 10. 6.
Nauta per urbanas velificabat aquas. Idem lib. 2. 28. 40.
Una ratis fati noſtros portabit amores
Cærula ad infernos velificata lacus. Plin. lib. 9. cap. 33. Navigant ex his veneriæ: præbenteſque concavam ſibi partem, & alteram auræ opponentes, per ſumma æquorum velificant. Subaudi Conchæ.
Velificari, Vela in altum extendere, quod fugientes & fugam ſimulantes facere ſolent: unde pro Simulare & fugere ponitur: niſi quis malit accipere pro Fortunam temere experiri, & nullo conſilio aliquid facere, quod ſolent, qui vela ventis expandunt. Cic. 8. Fam. 10. Quare tibi ſuadeo, quicunque eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter & caute perſcribas, ne aut velificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe. Velificatus hic alii exponunt Gratificatus.
Velificari honori ſuo, per translationem Cic. 1. de Lege Agr. 27. Quod ſi quis veſtrûm ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo: primum me Conſule id ſperare deſiſtat. h. e. Evadere ad ſummos honores, non virtute, & majorum gloria, ſed violenta quadam ratione, ut ſolet fieri ab iis, qui quaſcunque fortunas experiuntur velis in altum datis.

VELIFICANS, antis. Partic. Flor. 3. 7. 3. Velificantes Cretes portibus ſuis adremigaverunt.

VELIFICĀTUS, a, um. Partic. ut
Athos velificatus. Juven. 10. Sat. 174. i. e. Tranſnavigatus, ſeu per quem naves ſuis velis navigavere. Xerxes enim, bellum Græcis illaturus, eum perfodi curavit. Unde eſt illud Catul. 64. 46.
Per medium claſſis barbara venit Athon.

VELIFICATIO, ōnis. f. Cic. 1. Fam. 9. Quum vero id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem cœperis.
Metaphorice. Ammian. 18. 5. Velificatione plena in rempublicam ferri. Adde 29. 2.

VELIFICUS, a, um. Adj. ut, Velificus curſus, Qui velis fit. Plin. lib. 13. cap. 22.

VELITES.

VELIFICIUM, i. n. Hygin. Fab. extr. Veliſicia primum invenit Iſis. [l. a. Velorum uſum docuit

VELIVOLUS, a, um Adj. [ἀρμενόπλους, ἱστοπόρος, Gl. G. L.] Mare dicitur velivolum, Quod vela id pervolant. Virg. 1. Æn. 228.
Naves velivolæ, Quæ velis volant, apud Ennium, teſte Servio, l. c.
Rates velivolæ. Ovid 4. de Pont. 3. 42.

VELIVOLANS, antis. Partic. ut, Naves velivolantes. Cic. 1. de Divin. 67.
Advenit, & fera velivolantibus
Navibu' complevit manus litora. Ex poeta.

VELO, [ἐπικαλύπτω, σκεπάζω, Gl. L. G & G. L.] āre. Tegere, operire.
Amictu croceo velari. Ovid. 3. de Arte Am. 179.
Caput velare. Cic. pro Domo 124. & Ovid. 1. Met. 382. & 398.
Corpora velatus lino. Sil. lib. 3. 24.
Corpus velat maculoſo vellere. Ovid. 3. Met. 197.
Corpora pecudum velantur fulvis setis. Virg. 3. Georg 383.
Humeros velare oſtro. Virg. 7. Æn 815.
Penna latus velat. Ovid. 2. Met. 376. al. Veſtit.
Delubra Deûm fronde feſta velamus, Sertis ornamus. Virg. 2. Æn. 249.
Tempora velat myrto. Virg. 3. Æn. 72.
Velare, Ligare. Pomponius apud Non. 4. 479. Reſte velat gulam. [Jocus.
Velare, Diſſimulare. Plin. in Paneg. 56. pr. Quare non alia major, Imperator Auguſte, gloria tua, quam quod agentibus tibi gratias, nihil velandum eſt, nihil omittendum.
Adjumentis extrinſecus aliquid velare. Tacit. 12. Ann. 61.
Scelere ſcelus velandum eſt. Sen. Hippol. 721.

VELANS, antis. Partic. [ἐπικαλύπτων] ut, Squamæ velantes artus. Ovid. 4. Met. 43.

VELĀTUS, a, um Partic. [κεκαλυμμένος] Tectus, Amictus.
Filo velatus. Tibull. lib. 1. 5. 13.
Oſtro molliter velata. Stat. 5. Silv. 1. 225.
Antennæ velatæ. Virg 3. Æn. 549.
Capite velato, Tecto & operto. Cic. pro Domo 124.
Comæ velatæ. Virg 3. Æn. 174.
Juvencus auro & vittis velatus. Virg. 3. Æn. 366. Tale eſt illud 9. Æn. 627.
Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum. h. e. Cornibus auratis. Vittis, id eſt Sertis roſaceis caput cingentibus. [Verbenæ huic rei ſerviebant, tum vittæ & infulæ, de quibus C. L. V.
Manus velatæ. Plaut. Amph. 1. 1. 101.
Monedula velata nigris pennis. Ovid. 7. Met. 468.
Velatus. Ornatus vittatuſve. Virg. 11. Æn. 101.
Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ. Ubi Servius; Velati, Inſtructi, & ornati: id eſt in manibus ramos olivæ tenentes. V. paulo ante Juvencus &c.
Navis velata infulis ramiſque oleæ. Liv. 30. 36. Scipio profectus ab Utica, portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, quum velata infulis, ramiſque oleæ, Carthaginienſium navis occurrit. Decem legati erant, principes civitatis, qui cum ad puppim Prætoriæ navis acceſſiſſent, velamenta ſupplicum porrigentes, orantes, implorantesque fidem & miſericordiam Scipionis, &c.
Tempora velata corona. Ovid. 4. de Pont. 14. 35.
Velatus, Veſtitus. Plaut. Muliebri velatus toga. Unde Velati, auctore Feſto, appellabantur Veliti & inermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum locum ſubſtituebantur. Hi poſtea mutatis litteris Velites dicti ſunt, qui & Ferentarii ab auxilio ferendo. V. VELES.

VELATO, Adv. Tertull. adv. Marc. 4. 29. Tantum velato cum maxime diſcentes eum.

VELATŪRA, æ. f. Tranſvectio ſive vectura, quæ velis fit. Varro R. R. 2. 6. Dicuntur, qui vecturis vivunt, velaturam facere. Et Idem de L. L. 4. 7. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui mercede faciunt. V. VELLATURA.

VELĀRIS, e. Adj. Quod pertinet ad vela. Plin. lib. 13. cap. 9. Lignum intus grandis firmæque duritiæ, ex quo velares detornant anulos.

VELĀMEN, inis. n. [ἐπίβλημα, Gl. L. G. & G. L. φᾶρος, ἐφάπτωμα, L. G.] Res, qua aliquid velatur, id eſt tegitur. Virg. 1. Æn. 653.
Et circumtextum croceo velamen acantho.
Fulgentia auro velamina. Ovid. 6. Met. 567.
Mollia velamina. Ovid. 13. Met. 178.
Deripere velamina ex humeris. Ovid. 6. Met. 566.
Induitur cærula velamina. Ovid. 14. Met 43.
Ponere velamina, Deponere, exuere. Ovid. 2. Faſt. 169.
Ponere mollia velamina de corpore. Ovid. 4. Met. 343.
Retegit ſciſſo velamine vultus. Lucan. lib. 8. 669.

VELĀMENTUM, i. n. [ἐπίσκεπασμα, τὸ περιβόλαιον, Gl. G. L. εἴλημα, L. G.] Idem. Liv. 24. 30. Ramos oleæ, ac velamenta alia ſupplicum porrigentes, orare, ut reciperent ſeſe.
Velamenta & infulæ. Tacit. 1. Hiſt. 66.
Tunicas teſticulos ambientes, Velamenta teſticulorum, & tunicas ulcerum & tuberculorum, vocat Celſ. lib. 7. cap. 18. Budæus.
Metaphorice, Senec de Vita Beata cap. 12. Quærentes libidinibus ſuis patrocinium aliquod ac velamentum.

VELĀRIUM, i. n. [παραπέτασμα] Velaria dicebantur Vela, quibus theatra tegebantur. Stat. 1. Silv. 6. 10.
Jam velaria lintea pluebant. Sic legit Calepinus: ubi nunc legimus, Jam bellaria adorea pluebant.
Velaria, Loca abdita, quæ velis clauduntur. Juven. 4. Sat. 122.
— ſic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos. [Ad alta theatri velamina. Schol.

VELATRUM, i. n. Idem, quod Velum. ut, Album velatrum. Tertull. de Cultu Fem. cap. 6.

VĒLĀBRUM, i. n. [Βήλαβρον] a Velo, velas; Locus Romæ, in quo vela obtendebantur, ſub quibus olearii & alii venditabant. Plaut. Capt. 3. 1. 29.
Omnes compacto rem agunt, quaſi in Velabro olearii. Cic. ad Brut. 13. In eoque ſum majorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cujus vos, Pontifices, ad aram in Velabro facere ſoletis. Alii a Vehendo, Velabrum dictum volunt: quod cum paludibus mons Aventinus a reliquis eſſet diſcluſus, ex ea urbe, quadrante ſoluto, per paludes illas advehebantur. Hor. 2. Serm. 3. 229.
Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne macellum,
Mane domum veniant. V. Lex. Pitiſc.
Velabre, Feſto Ventilabra ſunt, vocabulo quaſi imminuto curtatoque, extrita videlicet ſyllaba. Annotavit Turnebus.

VELABRENSIS, e. Adj. [Βηλαυρήνσιος] Martial. lib. 11. 53.
Altera non deerunt, tenui verſata favilla,
Vel Velabrenſi maſſa recocta foco.

VĔLUT, vel VELŬTI, [ὥσπερ, Gl. L. G. & G. L. οἷον, L. G.] Adverbia ſimilitudinis, imaginem & ſimilitudinem quandam alicujus rei innuunt, Subjunctiviſque verbi Sum junguntur, & ſere ſi Præſens præcedit, Præterito imperfecto: ut, Incedis veluti rex eſſes. Aliorum vero verborum potentialibus potius: ut, Incedis veluti rex incederet, & Facis veluti vir probus faceret. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Beſtiæ, quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. Idem 2. de Finib. 116. Non elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam? Hor. 1. Carm. 12. 45.
Creſcit, occulto velut arbor ævo,
Fama Marcelli. Sic 2. Serm. 3. 98.
— hoc, veluti virtute paratum,
Speravit magnæ laudi fore.
Conatum Clodii refutabo, velut heſterno die. Cic. de Aruſp. Reſp. 7.
Velut, & Ita. Columel. lib. 3. cap. 93. Nos quoque pari ratione, velut Olympicarum equarum, ita fortiſſimarum aminearum vitium ſeminibus electis, largæ vindemiæ ſpem capimus.

VEMENS, Vide VEHEMENS, Quidam Vemens. H. St.

V E N

VENALIC. Venalicius. VENAT. Venatio.

VĒNA, æ. f. [φλέψ, Gl. L. G. & G. L.] Conceptaculum ſanguinis in corpore animali. Dicta, quod per eam ſanguis veniat. Plin. lib. 11. c. 37. Ubi ſunt nervi, Interiores conducunt membra, ſuperiores revocant. Inter hos latent arteriæ, id eſt ſpiritus ſemitæ. His innatant venæ, id eſt ſanguinis rivi. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias.
Cava vena. V. CAVUS.
Seminales venæ, Lactant. de Opificio Dei cap. 12. Vena in maribus, quæ ſemen continet, duplex eſt, paulo interior, quam illud humoris obſcæni receptaculum. Sicut enim renes duo ſunt, itemque teſtes: ita & venæ ſeminales duæ, in una tantum compage cohærentes. Ipſum ſemen quidam putant ex medullis tantum, quidam ex omni corpore ad venam genitalem confluere, ibique concreſcere.
Vacuæ venæ. Hor. 2. Serm. 4. 23.
Vitales venæ. Lucret. lib. 2. 1118.
Abrumpere venam. V. ABRUMPO.
Abſcindere venas. V. ABSCINDO.
Calentes venæ fibrarum. Lucan. lib. 1. 582.
Detractus ſanguis venis. Lucret. lib. 3. 443.
Exſolvere venas. Tacit. 16. Ann. 17.
Ferire venam, eſt apud Celſ. lib. 1. cap. 10. pro eo, quod Græci dicunt φλεβοτομεῖν, id eſt Venam ſecare.
Ferire venam inter ima pedis. Virg. 3. Georg. 460.
Imbutæ venæ viſcerum veneno. Cic. 2. de Finib. 94.
Incidere venam, quod medici Phlebotomare dicunt. Cic. in Piſon. 83. Medico, quem tecum eduxeras, imperaſti, ut venas hominis incideret.
Inflavit libido tetra venas. Hor. 1. Serm. 2. 33.
Inflatus venas Iaccho. Virg. 6. Ecl. 15.
Intercidere venas. V. INTERCĪDO.
Laxat hiatus tenues venarum cruor. Stat. 9. Theb. 530.
Marcent venæ. Lucan. lib. 4. 326.
Nigreſcunt ſanguine venæ. Ovid. 3. de Arte Am. 503.
Pallent amiſſo ſanguine venæ. Ovid. 2. Met. 524.
Pertundere venam. Juven. 6. Sat. 46.
Reficere venas cadentes vino. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 9.
Revulſæ venæ. Senec. OEdip. 18.
Saliens vena ſanguine. Virg. 3. Georg. 460.
Tumuerunt plenis guttura venis. Ovid. 3. Met. 73.
Vena pro Arteria. Ovid. 10. Met. 289.
— ſaliunt tentatæ pollice venæ. Cic. de Fato 15. Si cui venæ ſic moventur, is habet febrem, &c. Nam ei venæ ſic moventur, & febrem is non habet? Celſus 2. 4. Periculoſiſſimum tamen eſt, ſi venæ quoque ibi vehementer agitantur.
Capita venarum. Celſ. lib. 2. cap. 10. Ipſius quoque venæ, ſi forte præciſa eſt, capita comprimuntur, neque ſanguinem mittunt.
Percuſſus venarum. Plin. lib. 7. cap. 51.
Pulſus venarum. Plin. lib. 2. cap. 97. Quoniam & in corpore, extrema pulſum venarum, id eſt ſpiritus, magis ſentiunt.
Trepidæ venæ. Ovid. 6. Met. 389.
Detectique patent nervi, trepidæque ſine ulla
Pelle micant venæ.
Concidere venæ dicuntur, quando deficiunt vires. Celſ. lib. 3. cap. 5. Si protinus venæ conciderunt, & ſæpius eodem die, ſi inter plures acceſſiones, ſubinde vis corpori deeſt.
Concitat venas & reſolvit ſol, & balneum, & exercitatio, & metus & ira, & quilibet alius animi affectus. Celſ. lib. 3. cap. 6.
Conquieverunt venæ. Celſ. lib. 3. cap. 4. Illud magis ad rem pertinet ſcire, cum oporteat cibum dari, quum jam bene venæ conquieverunt, an etiamnum manentibus reliquiis febrium.
Micant venæ. V. paulo ſupra Trepidæ venæ, & MICO.
Moventur venæ inæqualibus intervallis. Celſ. lib. 3. cap. 6.
Movet ægri venas conſpectus medici. Celſ. lib 3. cap. 6.
Ordinatæ naturaliter venæ. Celſ lib. 3. cap. 6 Sed his non omnia credere, ac protinus quidem ſcire, non febricitare eum, cujus venæ naturaliter ordinatæ ſunt, teporque talis eſt, qualis eſſe ſanis ſolet.
Subeunt & quieſcunt venæ. Celſ. lib 3. cap. 6. Nonnunquam etiam incipiente febre, ſubeunt & quieſcunt venæ: ut imbecillum videri poſſit, cui facile adhuc gravis inſtat acceſſio.
Submittunt ſe venæ. Celſ. in proœm. lib. 1. Tum requirunt etiam, quare venæ nostræ, modo ſubmittant ſe, modo attollant.
Tangere venas alicui. Perſ. 3. Sat. 107.

Ora venarum, ſanguinem ſolita fundere, ſi ſubito ſuppreſſa ſunt, aut aqua inter cutem, aut tabes ſequitur. Celſ. lib. 2. cap. 7. i. e. Hæmorrhoides.

Alba vena. Celſ. lib. 4. cap. 1. A renibus ſingulæ venæ, colore albæ, ad veſicam feruntur, οὐρητῆρας Græci vocant, quod per eas inde deſcendentem urinam in veſicam deſtillare concipiunt.

Periculum incluſum in venis & viſceribus reip. Cic. 1. in Catil. 31.

Vena, pro Membro virili. Martial. lib. 11. 17. Ad lectorem,

O quoties rigida pulſabit pallia vena,
Sis gravior Curio, Fabricioque licet! Subaudi, Legens meos verſus impudicos.

Venæ, Terræ pori. Virg. 1. Georg. 91. de igne,

Seu durat magis & venas aſtringit hiantes.

Arborum venæ. Plin. lib. 16. cap. 38. In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæque ſunt. Diſcrimen earum facile. Venæ latiores, candidioreſque, pulpæ fiſſilibus inſunt. Ideo fit, ut aure ad caput trabis, quamlibet prælongæ, admota, ictus ab altero capite vel graphii ſentiatur, penetrante rectis meatibus ſono; unde deprehenditur an torta ſit materia, nodiſque conciſa.

Marmoris venæ. ut, Picturata lucentia marmora vena. Stat. 3. Silv. 5. 36.

Silicum venæ. Ovid. 1. Amor. 11. 9.

Silicis venis abſtruſus ignis. Virg. 1. Georg. 135.

Venæ, per tranſlationem in terra dicuntur, Subterranei meatus, per quos unde manat, aut alius liquor. Hirt. Bell. Alexand. cap. 8. Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis habere venas.

Aquæ vena perit fecundæ. Ovid. 3. Triſt. 7. 16.

Auri & argenti venæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Adde etiam reconditas auri argentique venas, infinitamque vim marmoris. Ibid. 98. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus, & ad uſum aptas, & ad ornatum decoras.

Argenti aurique venas ſequi. Lucret. lib. 6. 808.

Lapicidinarum venas & metallorum inquirere. Ulp. in l. Si cujus rei. §. Inde eſt quæſitum. D. de uſufruct.

Accipimus tenue argentum, venæque ſecundæ. Juven. 9. Sat. 31.

Vena, pro ingenio hominis ad aliquid ſcribendum apto. Juven. 7. Sat. 53.

Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena, &c. h. e. Ingenium vulgare, & trite, commune cum pluribus.

Venam appellant Indolem, & vim genuinam ingenii: tranſlatione ducta vel a fontibus, quorum alii anguſtiore vena manant, alii tanta, ut flumen ingens efficiant: vel a metallis, quorum etiam venæ, non genere tantum, ſed & copia differunt. Simillimum eſt quod ait Ulpianus lib. 11. cap. ult. [An potius Quintilianus? Diſpice, lector.

Vena & ingenium. Hor de Arte Poet. 409.

— ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quid poſſit video ingenium; &c.

Benigna vena ingenii. Hor. 2. Carm. 18. 10.

Tenuis & anguſta ingenii vena. Quintil. lib. 6. cap. 2. pr.

Tenere venas cujuſque generis hominum, quod alias dicimus, Uniuſcujuſque naturam perноſcere & ingenium. Cic. 1. de Orat. 223. Acuto homine nobis opus eſt, & natura, uſuque callido, qui ſagaciter perveſtiget, quid ſui cives, iique homines, quibus aliquid dicendo perſuadere velit, cogitent, ſentiant, opinentur, exſpectent. Teneat oportet venas cujuſque generis, ætatis, ordinis, &c.

Prioris venæ ævum, i. e. Sæculum ferreum. Ovid. 1. Met. 128. Al. leg. Pejoris.

VENŬLA, æ. f. dimin. [φλέβιον] ut, Oculorum venulæ. Celſ. 2. 6.

VENŌSUS, a, um. Adj. [φλεβώδης] Quod venas permultas habet. Plin. lib. 24. cap. 10. Folia ei plantaginis, niſi anguſtiora eſſent, & magis laciniosa, convexaque in terram, alias etiam venoſe ſimiliter.

Liber venoſus, pro Aſpero, duro & horrido. Perſ. 1. Sat. 76.

Compar. Plin. lib. 20. c. 8. Sativum autem ferit, quod eſt minus & venoſius.

VENOR, ōris. m. Venæ indagator. Ita appellatus eſt Plautius ob inquiſitas Appiæ aquæ venas. Frontin. de Aquæduct. p. 14. conf. Liv. 8. 19.

VENABULUM. V. VENOR.

VENAFRUM, i. n. [Οὐέναφρον] Civitas Campaniæ oleis abundans. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5. & Acron grammaticus apud Hor. 2. Carm. 6. 16.

— viridique certat Bacca Venafro.

VENAFRĀNUS, a, um. Adj. [Οὐεναφρανός] ut

Agri Venafrani. Hor. 3. Carm. 5. 55.

Oliva Venafrana. Hor. 2. Serm. 4. 69.

VENALIS, Adj. V. VENEO.

VENATICUS, VENATUS. V. VENOR.

VENDICO, āre. e Venum ſit, quaſi conveniens ſibi dicere, & quod vulgo dicitur, *Sibi appropriare*: hoc eſt ſibi proprium facere & aſſumere. Sed Cordatiores Critici Vendico explodendum volunt, & Vindico ſemper ſcribendum. V. Priſcian. Manut. Lipſ. Dauſq. Voſſ. Cellar. in libris Etym. & Orthograph. [Quin ſcilicet ſignificatio in utroque nil diſcrepat, & accedit Vindico ad Vindex, Vindicta, Vindiciæ &c. Adde ſic & in Gloſſ. tantum occurrere. V. igitur VINDICO.

VENDO, vendĭdi, vendĭtum, [πωλῶ, ἀπεμπολῶ, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. ex Venum & Do compoſitum. Cic. pro Quint. 6. Eum non ita commode poſſe eo tempore quæ proſcripſiſſet vendere.

Male vendere & Recte, contra. Cic. 5. Verr. 227. Si ubertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur vilitas in vendendo: ut aut male vendendum intelligas, ſi proceſſit: aut male perceptos fructus, ſi recte licet vendere.

Quam optime vendere. Cic. 3. Off. 51. Cetera ſine inſidiis agere, & quoniam vendat, velle quam optime vendere.

Præclare vendere. V. Vendere pro Laudare infra.

Auctionem vendere, inquit Turnebus, in oratione pro Quintio 19. ea dicendi forma dictum arbitror, qua a Cæſare 2. de Bell. Gall. 33. extr. Vendere ſectionem. Eſtque Vendere auctionem, Auctionari, & res in auctione vendere. Hæc ille.

Adverſione vendere vel per adverſionem. V. Adverſio, in ADVERSUS.

Merces ſuas vendere. Ovid. 5. Faſt. 671.

Prædia vendere. Hor. 2. Serm. 7. 10.

Beneficia alicujus vendere, Pretio aliis conciliare. Cic. 13. Fam. 36.

Suffragia vendere. Juven. 10. Sat. 77.

Cum Ablativo conſtruitur, ſi pretium exprimatur. Plaut. Trin. 4. 3. 48.

— nam ego talentum mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Patriam vendidit auro. Virg. 6. Æn. 621.

Quanto pretio vendidiſti, dicimus; non, Quanti pretii. [Sed Quanti, ſubaudito Æris pretio.

Magno vendere, dixiſſe Varro docet, quum ait, Venierunt propter penuriam magno. V. VENEO.

Plurimo. Cic. 5. Verr. 124. Quæro ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodum plurimo venderet.

Aliquid quam plurimo vendere. Cic. 3. Off. 51.

Pecunia grandi vendere. Cic. pro P. Sext. 56.

Pretio vendere. Cic. 6. Verr. 134.

Cum Genitivis Tanti, quanti, pluris, & minoris. Cic. 3. Off. 51. Vendo meum, non pluris, quam ceteri, fortaſſe etiam minoris: quum major eſt copia.

Pluris aliquid vendere. Hor. 2. Serm. 3. 100.

Vendere trans Tiberim. Gellius 20. 1. Tertiis autem nundinis capite pœnam dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant. Eo ſignificari puto, inquit Turnebus, legem venditionis & conditionem iniquiorem, ut extra fines qui venditus eſt ſerviat, non in agro Romano, cum Tranſtiberina regio extra agrum Romanum proprie dictum eſſet, & in eo genere agri, qui peregrinus habebatur, cenſeretur, & jam Etruriæ attribueretur. Atque hoc venditionis genus atrocius erat & durius. quod Græci πωλεῖν ἐπ' ἐξαγωγῇ dicebant, quod erat hac conditione vendere, ut extra fines mancipium educeretur, & ſerviret. At vero ejus Tranſtiberinæ regionis, quæ urbis pars erat, magnam fere partem Judæi, qui Romæ ſe infuderant, occupaverant, quod quodam loco a Philone in Gajum recordor relatum eſſe. Quin etiam, quod ea urbis pars eſſet infrequentior, minuſque culta, & a Judæis, ignotis, & omnibus inviſis, humilique & ſordida plebecula tantum incoleretur, fere in ea pleraque viliora, immundiora & ſordidiora fiebant, & adminiſtrabantur, pelleſque animalibus fœtidæ diripiebantur. Hinc illud Martial. 6. 93.

Et detracta cani Tranſtiberina cutis. Et Juven. 14. Sat. 202.

— nec te faſtidia mercis
Ullius ſubeant ablegandæ Tiberim ultra.

Qui ſulphurata vendebant eam etiam partem habitabant. Martial. 1. 42.

Hoc, quod Tranſtiberinus ambulator,
Qui pallentia ſulphurata fractis
Permutat vitreis.

Hæc ex Turnebo, Adverſ. 24. 41.

Vendere, pro Laudare, commendare. Cic. 13. Att. 12. Ligarianam præclare vendidiſti: poſthac quicquid ſcripſero, tibi præconium deferam. Metaphora ſumpta de iis, qui quod vendere cupiunt, prius laudant, quo libentius ematur. Ex quo illud Hor. 2. Epiſt. 2. 11.

Laudat venales, qui vult extrudere, merces. Vendidiſti, inquit, præclare orationem meam pro Q. Ligario; hoc eſt, ita meam orationem laudaſti, ut alii, tuam auctoritatem tuumque judicium ſecuti, eam probare cœperint, æque atque ii, qui venditori ſuas merces laudanti fidem adhibentes, bonum ſæpe putant eſſe, quod vitioſum eſt. Infra, epiſt. 19. Ligarianam, ut video præclare auctoritas tua commendavit. Scripſit enim ad me Balbus, ac Oppius, mirifice ſe probare. Præconium deferam: perſtat in tranſlatione: nam præcones in auctione vendebant, dicit igitur Præconium, id eſt vendendi curam. Quum aliquid, inquit, a me ſcriptum emittere voluero, rogabo te, ut id, antequam emittatur, tua auctoritate commendes: ut ſcilicet alii deinde probent, quod a te, tali viro, prius eſſe laudatum ſenſerint. [Vendidiſti, *Fecisti valere*, ut vulgo dicunt. Cic. forte Proſcripſero reliquit.

Vendere, pro Locare. V. Bona prædia, in BONUS. [& Feſt. in Venditiones.

VENDENS, entis. Petron. cap. 13. Vidit perſonam vendentis contemptam. Adde Hor. 2. Epiſt. 1. 269. & 1. Epiſt. 7. 6.

VENDITUS, a, um. Partic. [πραθείς] ut, Merx vendita ſæpe. Martial. 12. 103.

Bona vendita. Salluſt. Fragm. cap. 1.

VENDITOR, ōris. m. [πράτης, Gl. G. L.] Cic. 3. Off. 51. Ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. Idem in Topic. 100. Feci, quod ſæpe liberales venditores ſolent, ut quum ædes, fundumve vendiderint, &c.

Mercatores provinciarum, ac venditores noſtræ dignitatis. Cic. Poſt reditum in Senat. 9.

VENDITRIX, īcis. f. Scævola in l. Mulier. D. de leg. commiſſor. Die ſtatuta emptor teſtatus eſt ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe ſolvere: & ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignavit: defuiſſe autem venditricem, &c.

VENDITIO, ōnis. f. [πρᾶσις, πώλησις] Cic. pro Roſc. Amer. 100. Oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amiſſurum.

Proſcriptiones venditioneſque fieri. Cic. pro Roſc. Amer. 128.

Aſcribere aliquid in venditione capitis cujuſpiam. Cic. in Piſon. 86.

Reſcindere venditionem. V. RESCINDO.

VENDĬBĬLIS, e. Adj. [εὔωνος] Quod facile vendi poteſt. Cic. 2. de Lege Agr. 36. Accedent ſalicta ad Minturnas, adjungetur etiam illa via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ.

Vendibilis aſpectu. Plin. lib. 14. cap. 3.

Fundus vendibilis. Hor. 1. Epiſt. 17. 47.

Puella vendibilis. Ovid. 3. Amor. 12. 10.

Vendibilis, Vulgaris, & vulgo gratus. Cic. de Amicit. 96. Tamen illius vendibilem orationem, religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. i. e. Favorem populi captantem.

Vendibilis orator. Idem de Clar. Orat. 264.

VENDAX, ācis. Adj. [φιλοπώλης] Qui facile ſeu libenter vendit. Cato de R. R. cap. 2. Patrem familias vendacem, & non emacem, eſſe oportet.

VENDITO, [πωλῶ, προπωλῶ, Gl. L. G. & G. L.] āre. frequent. Venale habere, inquit Budæus. Plaut. Curc. 4. 1. 21.

In Tuſco vico, ibi ſunt homines, qui ipſi ſeſe venditant. Cic. 1. Att. 21. Tuſculanum venditat, ut ſi poſſit, emat Pacilianam domum.

Venditare, Frequenter vel paſſim vendere. Columel. lib. 8. cap. 18. Cato, tutor Luculli, grandi ære piſcinam venditabat. Cic. 4. Verr. 135.

Iſtius omnia decreta, imperia, litteras peritiſſime & callidiſſime venditabat. i. e. Paſſim vendebat.

Aſſe venditare aliquid. Catull. ad Vibennium 31. 8.

Venditare, Oſtentare, tracta ab inſtitoribus metaphora, qui merces ſuas oſtentare præcupide ſolent. Unde Venditare ſe alicui, eſt Per aſſentationem, operam ſuam ultro ſpondere, quaſique venalem oſtentare. Budæus. Cic. 8. Att. epiſt. ult. Non me igitur is ducit, ſed ſermo hominum, qui ad me a Philotimo ſcribitur; is enim me ab optimatibus ait con-

ait conſcindi. Quibus optimatibus, dii boni! qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autem ſe venditant Cæſari? i. e. Sese in clientelam Cæſari deducunt, & ad ejus partes adjungunt. Liv. 3. 35. In foro volitare, per illos ſe plebi venditare: donec collegæ quoque, &c.
Ingenium venditare, & memoriam oſtentare. Auctor ad Heren. lib. 2. 47.
VENDITANS, antis. Tacit. 2. Hiſt. 66. Stativorum mutationes venditans dux. V. Vellej. 2. 63. 2.
VENDITATUS, a, um. Partic. Tacit. 14. Ann. 50. Venditata munera & adipiſcendorum honorum jus.
VENDITATIO, ōnis. f. [ἀλαζονεία] Oſtentationem ſignificat. Cic. de Amicit. 88. Quanquam a multis ipſa virtus contemnitur, & venditatio quædam atque oſtentatio eſſe dicitur. Idem 2. Tuſc. 64. Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione, & ſine populo teſte, fiunt. Sic Plin. lib. 29. cap. 1. Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ venditatio manifeſta eſt.
VENDITĀTOR, ōris. m. Qui ſe venditat. Tacit. 1. Hiſt. 49. Famæ nec incurioſus, nec venditator. conf. Gell. 5. 14. & 18. 4.
VENDITĀRIUS, a, um. Adj. [πωλητικός] Qui vendere ſolet. Plaut. Stich. 1. 3. 107.
Neque aliud quicquam, niſi hoc quod habeo pallium,
Linguam quoque etiam venditariam. V. not. Turneb. conf. Curc. 4. 1. 21.
VENDITŪRIO vide an reperiatur, ſicut Empturio legitur. H. St.
VĒNĒNUM, i. n. [φάρμακον, Gl. L. G. & G. L.] dictum, quod cito per venas eat, ſive ſalubre, ſive noxium. Cajus de Verb. ſignif. l. 236. Qui venenum dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum: nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, ejus naturam, cui adhibitum eſt, mutat. Quum id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoque, tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. Unde adjectione alterius nominis diſtinctio fit. V. etiam Marcianum in l. 3. D. Ad l. Cornel. de ſicariis.
Venenum, pro Colore. Virg. 2. Georg. 465.
Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno. Servius.
Venenum, pro Medicamento, vel unguento. Lucan. lib. 8. 691.
Summota eſt capiti tabes, raptoque cerebro,
Exſiccata cutis, putriſque effluxit ab alto
Humor, & infuſo facies ſolidata veneno eſt. h. e. Medicamentis, qualia ſunt oleum cedrinum, myrrha, aloe, & hujuſmodi aromata. De capite Pompeji abſciſſo loquitur.
Venenum, [δηλητήριον φάρμακον, Gl. L. G. & G. L.] Pro malo veneno frequentius ponitur.
Celeritas veneni. Cic. pro Cœl. 60. Ex hac igitur domo progreſſa iſta mulier, de veneni celeritate dicere audebit.
Fetus venenorum Iberia. Hor. Epod. 5. 22.
Indicia & veſtigia veneni. Cic. pro Cluent. 30. Omnia præterea, quæ ſolent eſſe indicia & veſtigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt.
Acre venenum. Lucret. lib. 4. 641.
Atrum venenum. V. ATER, Adj.
Cervarium venenum. V. CERVUS.
Dira venena. Hor. Epod. 5. 62.
Gelida venena. Valer. 6. Argon. 85.
Lene venenum. Cic. 2. Att. 21. Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut poſſe viderentur ſine dolore interire.
Nigrum venenum. Virg. 4. Æn. 514.
Picaum venenum. Ovid. 2. Met. 800.
Portentifica venena. Ovid. 14. Met. 55.
Rapidum & velox venenum. Gell. lib. 17. cap. 16.
Somnifera venena. Ovid. 9. Met. 693.
Torpens venenum. Lucan. lib. 9. 848.
Violentiſſimum venenum. Gell. lib. 17. cap. 16.
Adfuſum vulneri venenum. Tacit. 1. Ann. 10.
Agere venena membris, E membris expellere. Virg. 2. Georg. 130.
Ardenti veneno coquitur cruor. Ovid. 9. Met. 171.
Correptus cæco veneno, Occulta peſte. Lucret. lib. 6. 822.
Deprehendere venenum. Cic. pro Cluent. 20. Quum manifeſto venenum deprehendiſſet, quod vir matris Oppianicus ei paraviſſet, &c.
Expugnare venenum. Plin. lib. 28. cap. 10.
Exſtinguere venenum. Plin. lib. 22. cap. 23.
Facere malum venenum. Cic. pro Cluent. 148. Qui venenum malum fecit, fecerit. Ex l. XII. tabb.
Hebetat venena omnia. Plin. lib. 23. cap. 4.
Imprimere venenum dicitur ſerpens, repulſu dentium. V. IMPRIMO.
Inficere veneno pocula. V. INFICIO.
Infundere alicui venenum. Cic. 12. Philipp. 13. At hic nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit.
Inſpirant venenum morſibus. Virg. 4. Georg. 236. de apibus.
Interimi veneno. V. INTERIMO.
Latent impia ſub dulci melle venena. Ovid. 1. Amor. 8. 104.
Lecta venena Ponto. Virg. 8. Ecl. 95.
Necare veneno. Cic. pro Cluent. 166. Oppianicum veneno necatum eſſe, quod ei datum ſit in pane per M. Aſellium.
Necavit eodem veneno C. Oppianicum fratrem. Cic. pro Cluent. 30.
Occidere aliquem veneno. Cic. pro Roſc. Amer. 99.
Occiſus veneno. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Parare venenum alicui. Cic. pro Cœl. 31. Venenum, quod, ejuſdem Clodiæ necandæ cauſa, paraſſe Cœlium criminantur.
Polluere ora veneno. Martial. lib. 1. 79.
Præbere venenum. Cic. 1. Tuſc. 96. Vereque ei, qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus, quæ brevi conſecuta eſt.
Prætincta humus valido veneno. Ovid. 7. Met. 123.
Spargere venena. Cic. 2. in Catil. 23. Hi pueri, tam lepidi ac delicati, &c. ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt.
Suffuſa lingua eſt veneno. Ovid. 2. Met. 777.
Timere dolos veneni. Catul. ad Furium 21. 10.
Tollere aliquem veneno. Cic. pro Cluent. 166. Objectum eſt C. Vibiare Capacem ab hoc A. Cluentio veneno eſſe ſublatum.
Tumet corpus omne veneno. Ovid. 3. Met. 33.
Venenum, pro Arte malefica. Cic. in Orat. 129. Quum ſibi venenis ereptam memoriam diceret. h. e. Magica arte, vel alia malefica. Budæus.

Blandum venenum deſidiæ, Translate. Sil. lib. 3. 580.
Crudele venenum noſtræ vitæ. Catul. ad Rufum, 75. 5.
Lædere ſumma humili veneno, Obloqui principibus. Maledictionibus carpere meliores. Lactantius, Stat. 1. Theb. 171.
Tincta libido fervente veneno. Perſ. 3. Sat. 36.
VENENĀRIUS, a, um. Adj. ut, Callis venenarius. Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 16.
VENENĀRIUS, i. m. [φαρμακεύς, Gl. L. G.] Qui venenum parat, aut conficit. Suet. in Neron. cap. 33. Britannicum, &c. veneno aggreſſus eſt. Quod acceptum a quadam Locuſta, venenariorum indice, quum opinione tardius cederet, &c. Apulejus Apolog. p. 291. Elmenh. Qui venenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit, ſua cuſtodit. Utitur Lactantius lib. 5. cap. 20. Vide Torr. in Sueton. p. 447. 448. H. St.
VENENŌSUS, a, um. Adj. Varro R. R. 1. 2. Venenoſæ iſtæ capræ.
VENĒNIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [φαρμακοφόρος] Ovid. 3. Met. 85.
Jamque venenifero ſanguis manare palato
Cœperat.
VENEFICUS, a, um. Adj. [φαρμακώδης] ut, Veneficus aſpectus, Venena inficiens. Plin. lib. 28. cap. 3. Hominum monſtrificas naturas & veneficos aſpectus, plenius diximus in portentis gentium.
Vermis veneficus. Solin. cap. 25.
Vir veneficus. Plaut. Rud. 4. 4. 68.
VENEFICUS, i. m. [φαρμακεύς, Gl. L. G. & G. L.] Qui venenum conficit, & Qui incantationibus & ceteris malis artibus utitur. Cic. 3. Off. 73. Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, &c.
Veneficum audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? Cic. 13. Philip. 25.
VENEFICA, æ. f. [φαρμακὶς γυνή, Gl. L. G.] Uxor venefici.
Item Quæ & Malefica, & Græcis etiam Pharmaceutria dicitur.
VENEFICIUM, i. n. [φαρμακεία, Gl. G. L.] Plinius, Hæc arbor antequam fata, omnibus veneficiis remedio eſt. Cic. de Clar. Orat. 217. Idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebant.
Apud Romanos capitale veneficium fuit. Quæſivit autem de eo, non Prætor modo, verumetiam Judex quæſtionis, qui Prætor interdum erat: in quo Budæus, vir alioqui bene doctus, ſatis manifeſto errore videtur eſſe lapſus in ſuis adnotationibus. Criminalibus enim, ut appellant, in cauſis, præter Prætorem urb. neminem quæſiiſſe, eumque tum, nomine commutato, Judicem quæſtionis eſſe dictum, tradidit. Capitale fuiſſe veneficium, indicat exſilium Oppianici, de veneficio condemnati: cujus mentio fit in oratione pro Cluentio: & in eadem cum futurum ſit Cicero, ſi Cluentius venefîcii reus damnetur, ut patris ſepulcro privetur. Clariſſime autem hoc ſignificatur Inſtit. juris civilis lib. 4. Quod autem a Budæo ſcriptum eſt, Prætorem urb. ubi de criminibus quæreretur, ſolum cognoviſſe, aperte falſum eſſe dico. Non modo enim ſolus non quæſivit Prætor urb. ſed nec omnino quæſivit. Ipſe jus dicebat: quod, Quærere, non eſt. Quærebant ceteri collegæ, cum iis judicibus, quos Prætor urb. & ſortitus, & ſubſortitus eſſet. Exemplorum plena ſunt omnia: unum, quæ multorum exemplorum loco ſit, rationem afferam. Accuſat Verrem Cicero in ſuis libris acerbiſſime, Præturam urbanam totam exagitat. Objicitne uſquam, quod in cauſſa capitali contra leges aliquid commiſerit? nuſquam certe. Neque tamen dubium, quin Verres, ſi poteſtatem illam Prætor habuiſſet, multa fuerit inique facturus. Addidit idem Budæus, Prætorem urb. cum quæreret, Judicem quæſtionis eſſe dictum. Hoc certe nemo (de veteribus loquor, hos enim ſequor) unquam tradidit: miror que, cur hoc illi, qui ſuæ ſententiæ teſtem non haberet, placuerit affirmare. Sed ut opinor, error ex errore fluxit. Nam, cum Prætorem urbanum quærere de criminibus jure ſibi perſuaſiſſet: quod omnino falſum eſt; ſequi videbatur, ut idem Quæſtionis judex appellari poſſet.
Leges, quibus veneficium vindicaretur, Romæ per annos multos nullæ fuerunt: anno demum urbis conditæ 622. C. Valerio Flacco, M. Claudio Marcello COSS. de veneficiis eſſe quæſitum, legemque latam Liv. lib. 5. 2. ſcriptum reliquit. Cornelia poſtea fuit, L. Sullæ: quam bello civili confecto, Dictator tulit, cum unus omnia teneret. De quo ſcriptum eſt in oratione pro Cluent. 1. Hujus autem legis pœna capitalis, non ad veneficos tantum, ſed ad eos etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidiſſent, aut qui mala medicamenta publice vendidiſſent: omneſque prorſus, nemine excepto, viri, mulieres, liberi, ſervi, hac lege in judicium vocabantur. Permiſſum autem eſſe reo, ut ex illius voluntate, clam, aut palam, a judicibus ſententiæ ferrentur, ex ea, quam de proxime meminimus, oratione cognoſcitur: eademque lege de corruptis judiciis quæſitum, eadem declarat oratio. Secuta eſt conſularis Julia, C. Cæſaris. Nec tamen deinde ex lege Julia, ſed ex Cornelia, quanquam vetuſtior fuerit, judicia ſunt adminiſtrata: puto, quia non ſemper poſterior lex priorem comprehendebat, ſed interdum aliquid tantum addebat: ut univerſa pene judicii ratio a priore lege penderet; propterea Corneliam potius, quam Juliam, poſteriores juriſconſulti nominarunt. Ex libro Pauli Manutii de Legibus Romanis.
Damnatus veneficii. Tacit. 12. Ann. 66.
VENĒNO, [φαρμακόω, Gl. G. L.] āre. Veneno inficere. Lucret. lib. 6. 820.
Ut ſpatium cæli quadam de parte venenet.
Morſu venenare. Hor. 1. Epiſt. 14. 38.
Non iſtic obliquo oculo, mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro, morſuque venenat.
Venenare, Tingere. C. Mattius apud Gell. 20. 9. Tapetes concha purpura venenavit.
VENENĀTUS, a, um. Partic. [φαρμακτός] Quod & Venenoſus. ut,
Anguis venenatus. Ovid. in Ibin, 481.
Caro venenata. Cic. 2. de Nat. Deor. 126.
Colubris venenatis vallata Hydra. Lucret. lib. 5. 27.
Morſus venenatus. Plin. lib. 8. cap. 58.
Munere venenato. Cic. 13. Philipp. 35.
Pabulum venenatum. Plin. lib. 8. cap. 27.
Sagitta venenata. Cic. 2. de Nat. Deor. 126.
Sanies venenata. Columel. lib. 7. cap. 5.
Spiritus venenatus. Auctor ad Heren. lib. 4. 63. Iſte quotidie per forum medium, tanquam jubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, aſpectu rabido, ſpiritu venenato, &c.
Telum venenatum. Cic. pro Quint. 8. Et ſi qua in re, id quod parati
ſunt

ſunt facere, falſum crimen. quaſi venenatum aliquod telum jecerint, medicinæ faciendæ locus non erit.
Vipera venenata ac peſtifera. Cic. de Aruſp. Reſp. 50.
Virga venenata. Ovid. 14. Met. 413.
Joco venenato miſte littera, Tranſlate. Ovid. 2. Triſt. 566.
Compar. Plin. lib. 32. cap. 2. Nihil eſt uſquam venenatius, quam in mari peſtinaca.
Superl. Tertull. de Baptiſmo cap. 1. Vipera venenatiſſima.

VĒNEO, ivi, & ſæpius ii per ſyncopen, [πωλοῦμαι, πιπράσκομαι. Gl. L. G. & G. L.] ire. Vendi; componitur ex Venum, & Eo, ire, teſte Diomede: alii Væneo per æ diphthongum ſcribunt. [Contra fidem MSſ. & Lapid. & Gloſſ. utriuſque.
Quod venditur, in Nominativo ponitur; & is a quo venditur, in Ablativo cum præpoſitione; & pretium in Ablativo ſine præpoſitione. Cic. pro Roſc. Amer. 125. Primum hoc videamus, ejus hominis bona, qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt? Idem de Aruſp. Reſp. 1. Atque ei ſeſe, cui totus venierat, etiam vobis inſpectantibus venditaret. Plaut. Men. 2. 2. 15.

— reſponde mihi,
Adoleſcens, quibus hic pretiis porci veneunt? Hor. 2. Serm. 5. 88.
— venit viliſſime rerum
Hic aqua. Ibid. 2. 2. 25.
— quis veneat auro
Rara avis.

Si ex edicto poſſediſti, quæro, cur bona non venierint. Cic. pro Quint. 73.
Malo compilari, quam venire. Cic. 2. de Orat. 268.
Adverſione venire, vel Per adverſionem. V. Adverſio, in ADVERSUS.
Venit ei olea. Cato R. R. cap. 144.
Venire magno. Varro, Veneunt propter penuriam magno.
Venire quam plurimo. Cic. 7. Fam. 2. Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud venire quam plurimo.
Veneor, Paſſivum antiqui protulerunt. Plautus, apud Diomedem, Egone illi venear?

VENĪTUS, a, um. Partic. Venditus. ut, Sedulius hymno 1. 21.
Reppulit ille famem, venitus crimine fratrum.

VĒNUM, [εἰς τὸ πωλεῖσθαι] a Venio, quaſi Venitum, uſurpatur pro Supino verbi Veneo. Liv. Se venum a primoribus datos. Gell. lib. 7. cap. 4. Venum ſolitos ire pileatos. i. e. Vendi.
Habere venui. Apul. 8. Met.
Venum ire, dicimus pro Vendi. Salluſt. in Jugurth. 28. pr. Quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæſerat. Liv. 3. 55. Familia ad ædem Cereris, Liberi Liberæque venum iret. Claud. 1. in Eutrop. 37.
Omnes pœnituit pretii, venumque redibat,
Dum vendi patuit.
Dari venum, Vendi. Claud. 2. in Ruff. 179.
Pro Venundari. H. St.
Venum exercere, i. e. Promercale habere, apud Tacit. 13. Ann. 51. teſte Budæo.

VENUM DO, vel VENUNDO; dĕdi, dătum, [ἀπεμπολάω] āre. Vendere. Tacit. 14. Ann. 3. Capere, venundare belli commercium.

VENUNDĀTUS, a, um. Partic. Tacit. Vit. Agric. cap. 28. Quos per commercia venundatos, &c.
Figura venundata. Propert. 3. 17. 21.

VENUNDATIO, ōnis. f. [πρᾶσις, Gl. G. L.] Permutatio rerum & contractus ex conveniente proveniens. Gloſſ. Cyrill.

VENĀLIS, e. Adj. [πωλητικός, Gl. L. G. & G. L.] Quod vendendum eſt, vel venditioni expoſitum. Cic. 3. Off. 58. Venales quidem ſe hortos non habere dixit. Plin. lib. 6. cap. 22. Fluminis ulteriore ripa merces poſitas juxta venalia tolli ab his, ſi placet permutatio. De Taprobanes inſulæ incolis.
Aurum non gemmis, neque purpura venale, nec auro. Hor. 2. Carm. 16. 7.
Pueri venales. Cic. pro Quint. 24. Quum veniſſent ad vada Volaterrana quæ nominantur, vident perfamiliarem Nævii, qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat.
Venales, ſi nihil addas, Servi novitii intelliguntur, qui ad vendendum ſunt expoſiti. Servorum enim alii novitii ſunt, alii veteratores. Quintil. lib. 8. cap. 2. Item quod commune eſt & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur; ut Urbem Romam accipimus: & Venales novitios: & Corinthia æra: quum ſint urbes aliæ quoque, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quam æs Corinthium. V. RETICULUM, Sacculus in modum retis.
Venalis homo, Sordidus, avarus, qui pecuniæ gratia ſe ipſum vendit. Salluſt. in Bello Jugurth. cap. 35. extr. Urbem venalem, & mature perituram, ſi emptorem invenerit. Dictum Jugurthæ de Roma.
Venalis, Qui vel pecuniæ vel obſonii gratia aliquid facit, aut aliquo it. Martial. lib. 3. 60.
Quum vocor ad cœnam, non jam venalis, ut ante;
Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?
Aſcriptor venalis, Qui pretio emitur, & pecunia comparatur. Cic. pro Domo 49. Denique ille novitius Ligur, venalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus, quum M. Papirii ſui fratris teſtamento eſſet & judicio improbatus, mortem ejus ſe velle perſequi dixit.
Amicæ venales ad munus. Propert. lib. 2. 16. 21.
Animæ venales. Sil. lib. 15. 502.
Campus venalis, Ubi emuntur ſuffragia largitione. Lucan. lib. 1. 180.
Dextram venalem in prælia adferre. Sil. lib. 5. 195.
Eloquium venale. Stat. 4. Silv. 5. 50.
Fidem habere venalem. Cic. 5. Verr. 144.
Fidem proponere venalem. Cic. 4. Verr. 78.
Jura venalia auro. Propert. lib. 3. 13. 48.
Lingua venalis. Lucan. lib. 1. 269.

VENALĬTER, Adv. apud Senecam de Benef. 2. 11. ubi dicit: Si mentio fiat de beneficiis, quæ in aliquem contulerimus, ut modeſte extenuemus, idque non venaliter. Alii legunt Verναliter, ſed perperam.

VENALĬTAS, ātis. f. Sidon. 5. 13. Hos venalitas ſolvit. conf. Caſſiod. 1. 35.

VENĀLĬTIUS, a, um. Adj. [πράσιμος, Gl. G. L.] Venalis. Plin. lib. 35. cap. 18. Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus. i. e. Venditis ſervis.
Familia venalitia. Paulus in l. Sed ſi vir. §. ult. D. de donat. int. vir. & uxor. Quod ſi familiam domeſticam uxoris aut venalitiam pavit, contra puto obſervari debere.
Merces venalitiæ. Ulpian. in l. Si ſervus ſervum. §. Si navem. D. Ad legem Aquiliam. Si navem venalitiarum mercium perforaſſet quis.
Scribitur & per c. Venalicius, ut in utroque Gloſſ.

VENALITIUM, i. n. Corpus ipſum, vel venditio, vel locus ubi novitii venduntur. Venulejus De Ædilitio edicto, l. ult. Nam quicunque ex venalitio novitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum e veteratorum numero eſſe.

VENALITIUS, ii. m. [πράτης] Venditor. Cic. in Orat. 232. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii, mercatoreſque ſuperarunt. Majoragius in Oratorem Ciceronis, Sed cur Cicero, quum mercatores dixiſſet, adjunxit etiam venalitios, qui ſervos emere atque venumdare ſolent? An non etiam venalitii mercatores ſunt? Non certe. nam Africanus. D. de verb. ſignif. l. Mercis. ait, Mercis appellatione homines non contineri: & ob eam rem mangones, non mercatores, ſed venalitiarios appellari. Ubi Alciatus ait: Venalitiarios eſſe, qui vulgo *Revenditores* vocantur, qui mercatores dici non poſſunt. Et mangones etiam eſſe venalitiarios, quoniam venalitia, id eſt ſervos venales expoſitos ipſi emere præoccupant, ut carius vendant. Dicuntur autem mangones, quod homines agant in manum, id eſt in poteſtatem. Hæc ille. Sunt qui apud Cic. Venalitiarii legunt.
Interdum etiam venalitii dicuntur, ipſi ſervi qui venduntur: ut Plin. lib. 35. cap. 18. Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus. Idem Majoragius.

VENALITIĀRIUS, a, um. Adj. ut, Vitam venalitiariam exercere. Ulpian. in l. Suos autem ſervos. §. ult. D. De legatis tertio. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ. Haloander, Venalitiariam, ſine ſubſtantivo.

VENALITIĀRIUS, ii. m. [σωματέμπορος, Gl. L. G. & G. L.] apud Varronem & Plinium dicitur Mango, & novitiorum ſervorum negotiator. Africanus in l. Mercis appellatione. D. de verb. ſignif. Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait. Ulpian. in l. Præcipiunt. D. de Ædilit. edict. Quia ergo venalitiarii ſciunt, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt.

VĔNĔROR, [σέβομαι, Gl. L. G. & G. L. σεβάζομαι, ἱκετεύομαι, θρησκεύω, L. G.] ări. a Venia & Orando compoſitum eſſe videtur: quaſi veniam orare, hoc eſt colere. Cic. 1. Tuſc. 114. Ejuſque inventori & principi gratias exſultantes agunt, eumque venerantur, ut deum.
Colere, precari, venerari. Cic. 1. de Nat. Deor. 100.
Laudibus gratiiſque aliquem venerari. Tacit. 12. Ann. 37.
Deos venerari. Virg. 1. Georg. 338.
Deos auguſte omnes, ſancteque veneramur. Cic. 3. de Nat. Deor. 53.
Memoriam alicujus venerari. Tacit. in vita Agric. 46.
Numina magna venerari. Virg. 3. Æn. 697. Ovid. 5. Met. 297.
— fallaci veneratus numina cultu.
Pacem veneramur amantes. Propert. lib. 3. 5. 1.
Venerari ut, pro Orare & precari. Plaut. Rud. 5. 2. 62.
— Venus,
Veneror te, ut omnes miſeri lenones ſient. Idem Aul. prol. v. 7.
Theſaurum auri, clam omnes, in medio foco
Defodit, venerans me, ut id ſervarem ſibi.
Venerari, Adorare. Cic. 6. Verr. 94. Quod in precibus & gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam oſculari ſolent.
Lapidem e ſepulcro venerari. Cic. pro Planc. 95.
Templa venerari. Virg. 3. Æn. 84.
Paſſive ponitur. B. Ambroſ. 1. Orat. contra Symmach. pr. Ipſe enim ſolus verus Deus eſt, qui intima mente veneretur.
Activa terminatione utitur Plaut. Bacch. 2. 1. 4. Veneroque te. Sic exſtat & in Gloſſ. Græcolat.

VENĔRANS, antis. Partic. ut, Suppliciter venerans aram. Virg. 12. Æn. 220.
Carmina venerantia aliquem. Ovid. 2. Triſt. 79.

VENERANTER, Adv. Tertull. de Judicio Domini cap. 7.
Submiſſique omnes genibus veneranter adorant.

VENERANDUS, a, um. Partic. [σεβαστός, Gl. G. L.] Cic. 2. de Lege Agr. 94. Non eos, in deorum immortalium numero, venerandos a nobis & colendos putatis?
Amicus venerandus. Hor. 1. Epiſt. 18. 73.
Cani venerandi. Senec. Herc. fur. 13.
Dux venerandus. Ovid. 1. Faſt. 646.
Effigies veneranda. Valer. 5. Argon. 207.
Veneranda Palatia. Martial. lib. 1. 71.
Sacra veneranda. Sil. lib. 7. 382.
Vox veneranda. Lucan. lib. 2. 530.

VENERĀTUS, a, um. Partic. [σεβασθείς] Virg. 3. Æn. 460.
— curſuſque dabit venerata ſecundos. al. Sacerdos.
Ceres venerata. Hor. 2. Serm. 2. 124. h. e. Rogata, & venerata.
Numen veneratum. Ammian. 22. 23.
Comput. Mela 3. 10. pr. Autumolæ, pulchri formæ æqui corporis, parumque veneratiores, veluti optimarum alumni virtutum.

VENERĀBUNDUS, a, um. Adj. [προσκυνητικός] Venerans. Liv. 5. 22. Namque delecti ex omni exercitu juvenes, pure lautis corporibus, candida veſte, quibus deportanda Romam Regina Juno aſſignata erat, venerabundi templum inire.

VENERATIO, ōnis. f. [τιμή, σέβασμα, σεβασμός, Gl. L. G. σεβασμιότης, G. L.] Cic. 1. de Nat. Deor. 45. Nam & præſtans deorum natura hominum pietate coleretur, quum & æterna eſſet & beatiſſima. Habet enim venerationem juſtam quicquid excellit. Plin. lib. 8. cap. 1. Religio quoque ſiderum, ſoliſque ac lunæ veneratio.
Proſequi aliquid veneratione. V. PROSEQUOR.

VENERĀTOR, ōris. m. [σεβαστικός] Ovid. 2. de Pont. 2. 1.
Ille domus veſtræ primis venerator ab annis. V. Valer. Max. 3. 7. 1.

VENERĀBĬLIS, e. Adj. [σεβάσμιος, σεμνός, Gl. L. G. & G. L. σεβασμιώτατος, L. G.] Qui cultu & veneratione dignus eſt. Plin. in Epiſt. Vir gravis, & ipſa ſenectute venerabilis. Auctor de Viris illuſt. cap. 22. Anguis a ſedibus ejus elapſus venerabilis, non horribilis. [In Gloſſ. forte σεβασμιώτατος pro σεβασμιωτάτου legendum.
Decus formæ venerabile. Lucan. lib. 8. 664.
Exemplum venerabile morum. Ovid. ad Liviam, 13.
Jus venerabile. Stat. 5. Silv. 2. 115.

Meles

Moles venerabilis, Stupende Martial. de Spectac. 2.
Nomen venerabile amicitiæ. Ovid. 1. Triſt. 7. 15.
Templum venerabile. Ovid. Rem. Amor. 549.
Compar. Liv. 1. 7. Venerabilis vir miraculo litterarum, venerabilior divinitate matris. Adde Hor. 2. Serm. 5. 14. & Juſtin. 42. 3. 5.
Active utitur Veler. Max. 1. 1. 15. Quanto noſtræ civitatis Senatus venerabilior in Deos? i. e. Magis reverens Deos. [An Venerabilior?
VENERABILITER, Adv. [ſεβασμίως, Gl. G. L.] Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 11. Servius, his dictis venerabiliter aſſenſus, obticuit.
Compar. Minuc. Fel. cap. 5. Quanto venerabilius & melius.
VENERIS Portus, [Ἀφροδίτης λιμήν] Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum. Auctor Pomponius Mela, lib. 2. 5. extr. Strabo Aphrodiſium nominat; Veneris templum Ptolemæus.
VENETI, ōrum. m. [Οὐένετοι] Galliæ Lugdunenſis populi, auctor Plin. lib. 4. cap. 18. pr. Fuerunt autem Veneti populi inter Celtas litore Oceani Gallici incolentes, quos Cæſar, (ut ipſe teſtatur 3. de Bell. Gall. 8. ſeq.) navali prælio ſuperavit. *Vannes en Bretagne.*
Sunt & Veneti, Italiæ populi, Trojana ſtirpe orti, ut auctor eſt Cato: quorum regio Venetia dicitur, Adriatico mari appoſita, & omnis ore circum ſinum maris, poſt Iſtriam uſque ad oſtia Padi. Tradit Liv. 1. 1. pr. Antenorem cum multitudine Henetum, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amiſſo, quærebant: veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum: Euganeiſque, qui inter mare Alpeſque incolebant, pulſis, Henetos Trojanoſque eas tenuiſſe terras, & in quem primum egreſſi ſunt locum, Trojam vocatum: pagoque inde Troja nomen eſſe, gentem univerſam Venetos appellatos. Hactenus Livius. Alii (in quibus Strabo lib. 4.) a Gallis ejuſdem appellationis originem traxiſſe dixerunt. In hac Italiæ regione ſunt urbes illuſtres, Verona, Vicentia, Patavium, & Venetiæ civitas, & Viruens placida & amœna. Mela lib. 2. cap. 4. Veneti (inquit) colunt togatam Galliam. Fuerunt igitur Veneti, teſte Mela, Galli togati. Ea regio uſque ad Rubiconem nunc dicitur *la marcha Trevisana.*
VENETIÆ, ārum. f. [Ἐνετίαι] Civitas inſignis, quam Veneti inhabitant: quæ anno a natali Chriſti quinquageſimoquarto ſuper quadringenteſimum condita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquilejam evertit.
Venetiæ etiam alia civitas in noſtra Gallia, nempe in ea parte, quæ e Britannibus incolitur, de qua Cæſar in ſuis commentariis multa: eſt autem maritima, & *Vannes* vulgo dicitur. V. dict. ſuper.
VENĔTUS, a, um. Adj. poſſeſſ. [Ἐνετός] Quod a Venetis eſt: ut, Veneti cives. Propert. lib. 1. 12. 4.
Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.
Color Venetus (ut ait Vegetius lib. 4. de Re Mil. cap. 34. extr.) Cæruleus dicitur, qui color eſt marinis fluctibus ſimilis. Scribit autem Vegetius nautas veſte veneta eſſe induendos, & vela navium exploratoriarum colore veneto eſſe tingenda. Hic color etiam Thalaſſicus, id eſt marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Idem a colore ferri, Ferrugineus dicitur.
Conditum Venetum. Scribit Lampridius Elag. cap. 24. pr. Heliogabalum comediſſe piſces coctos conditura veneta, quaſi in marina aqua, cum colore ſuo.
Factio Veneta. Suet. in Vitell. cap. 14. A veneto colore aurigantium dicta, & qui ei factioni favebant, Venetiani dicebantur. [V. Capitolin. in Vero cap. 6.
VENIA, æ. f. [συγγνώμη, Gl. L. G.] Remiſſio culpæ, & condonatio erroris. inquit Valla. Quintilian. in Gladiatore, Peccavi, veniam peto.
Facilior venia. Quintil. in proœm. lib. 1.
Impetrabilis venia. Tacit. 4. Hiſt. 69.
Accipere veniam pro aliquo. V. ACCIPIO.
Carere venia. Hor. de Arte Poet. 355.
Concedere veniam alicui. Lucan. lib. 3. 739.
Dare veniam alicui. Cic. pro Lege Manil. 8. Verumtamen illis imperatoribus laus eſt tribuenda, quod egerunt: venia danda quod reliquerunt. Idem 8 Philipp. 32. Veniam & impunitatem dandam puto.
Dari veniam illi qui acerbius tuliſſent. Cic. 6. Fam. 12.
Dare veniam homini impudenter petenti. Cic. 5. Att. 21.
Dare veniam ſcriptis. V. DO, das.
Dare veniam in aliquem. Tacit. 12. Ann. 52.
Dare veniam ad ignoſcendum. Cic. in Piſon. 98. Cui non apud Senatum, non apud ullum ordinem, &c. non in Italia maximorum ſcelerum venia ulla ad ignoſcendum dari poſſit.
Datur etiam venia concinnitati ſententiarum, Indulgetur. Cic. in Orat. 38.
Dare veniam veniam culpæ. Ovid. 7. Epiſt. 105.
Dare neceſſitati veniam. Cic. 2. Off. 56.
Expoſcere veniam iſarum cæleſtium. Liv. 3. 7. extr.
Habere veniam, pro Ignoſcere, apud Quintil. lib. 11. cap. 1.
Impetrare veniam culpæ vel errati. Cic. pro Ligar. 1. Quum a te, non ſolum libertatem culpæ, ſed errati veniam impetraviſſent. V. IMPETRO.
Impetrare veniam pro aliquo. Tacit. 12. Ann. 8.
Minuere veniam. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Negare veniam alicui. Ovid. 10. Met. 37.
Orare veniam. Virg. 4. Æn. 435.
Petere veniam. Cic. 7. Verr. 138. Hæc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam petere? poſſes, ut tibi ignoſceret, poſtulare?
Petere veniam in præteritum. Tacit. 11. Ann. 30.
Peto ab Jove pacem ac veniam, precorque ab eo ut, &c. Cic. pro Rabir. 5.
Petere veniam delicti. Cic. pro Muren. 62. Patetur aliquis ſe peccaſſe, & ejus delicti veniam petit: nefarium eſt facinus ignoſcere.
Poſcere deos veniam. Virg. 2. Æn. 50.
Precari veniam. Senec. Med. 8.
Rogare veniam. Ovid. 6. Met. 32.
Sit venia. Plin. lib. 12. cap. 1. Quapropter hæc vel bello quæſiſſe venia ſit.
Sit venia dicto. Plin. 5. Epiſt. 101.
Tribuere veniam. V. TRIBUO.
Exilii venia, Remiſſio pœnæ exſilii. Tacit. 12. Ann. 41.
Triſtitiæ venia. Plin. lib. 25. cap. 2. Ac nobile illud Nepenthes, oblivionem triſtitiæ, veniamque afferens. i. e. Immunitatem vacationemque e triſtitia.
Dare diei alicujus veniam. V. DO, das.
Datur venia excuſationis. Cic. 2. de Orat. 126. Vix ut mihi tenuis quædam venia daretur excuſationis, quod, &c.
Impetrare veniam edicti. Modeſt. in l. ult. D. de in jus vocand.
Invenire veniam ſupplicii. V. INVENIO.
Petere veniam advocandi, Excuſare ſe ab advocatione. Plin. 5. Epiſt. 8. ad Capitonem.
Venia, Beneficium, indulgentia, permiſſio. Virg. 1. Æn. 523.
Orantes veniam, & templum clamore petebant. Cic. pro Arch. 3. Quæſo a vobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc veniam. i. e. Indulgentiam, concedatiſque mihi hoc. Nam apud hunc vix unquam indulgentia reperitur. Ter. And. 5. 3. 30
Æquum poſtulat, da veniam. v. Sine te hoc exorem. 1. ſino. Hæc duo pro utroque poſuit, id eſt Da veniam: Sine ut hoc, etiam ſi reprobum ſit, abs te impetrem. Et Cum venia tua dixero: hoc eſt, Si quid erro, tamen cum pace tua, & (ut iſti loquuntur) Cum licentia tua dixero. Hactenus Valla lib. 4.
Cum bona venia, vide CUM. H. St.
Audire attente, bonaque cum venia. Cic. pro Roſc. Amer. 9.
Audies me bona venia. Cic. 1. de Nat. Deor. 60. Ut moleſte ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas ſententias incidiſſe.
Dixerim bona venia. V. BONUS.
Dare, veniam, Permittere. ut, Auctor ad Heren. lib. 4. 22. Veniam ad vos, ſi mihi Senatus det veniam.
Da nobis hanc veniam, ut. Cic. 1. de Orat. 23. Sed cum, &c. debis hanc veniam, mi frater, ut opinor, &c. ut eorum quibus, &c. Ibid. 98. Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini.
Expetere bona venia. V. BONUS.
Expoſcere veniam dicendi. Tacit. 12. Ann. 5. Veniam dicendi ante alios expoſcit.
Impetrare veniam aliquid faciendi Plin. lib. 22. cap. 19.
Legere cum venia, Excuſando ſi quid minus probabile occurrat Quintil. lib. 10. cap. 1.
Petere, ut. Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione: ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. Cic. 9. Att. 2.
VENIĀLIS, e. Adj. Venia dignum. Macrob. 7. Saturn. cap. ult. Si venialis erit iſta tranſlatio.
Pax venialis. Ammian. 28. 27.
Species venialis. Mart. Capella 5. p. 147.
Status venialis apud Rhetoras. Servius in illud 4. Æn. 333.
— ego te quæ plurima fando, &c. Expurgat objecta, removens a ſe crimen ingrati: & veniali utitur ſtatu, profectionem ſuam retorquens in voluntatem deorum.
VENIABĬLIS, e. Adj. Idem. Sidon. 9. Epiſt. 1. Neſcio qualiter fieri veniabile queat.
Culpa veniabilis. Idem. 4. Epiſt. 12.
Et apud Sidonium Apollinarem Venialia. At Veniabilia in exempl. Caſauboni notatur, puto, linea ſubducta. H. St.
VENICŪLA, æ. f. Uvæ ſeu Vitis ſpecies. Plin. 14. 2. V. VENUCULUS.
VĒNILIA, æ. f. Nymphe, uxor ſeu Fauni, & ſoror Amatæ, Latini regis conjugis, mater Turni. Virg. 10. Æn. 76.
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater.
Veniliam item antiqui Neptuni conjugem appellarunt, a veniendo, inquit Varro lib. 4. de L. L. 10. quam eandem & Salaciam appellaverunt, ad naturam nimirum maris reſpicientes, cujus fluctus modo ad terram veniant, modo in ſalum abeunt. Meminit hujus & Auguſtinus lib. 7. de Civit. Dei.
VĔNIO, vēni, ventum, [ἥκω, ἔρχομαι, Gl. L. G. & G. L.] Ire. notæ ſignificationis. Cic. 2. Fam. 11. Obviæ mihi velim ſint tuæ litteræ: quæ me erudiant de omni Rep. ne hoſpes plane veniam. [Quod plerique malunt Adveniam dicere, repugnante veterum conſuetudine.
Venire ab. Plaut. Amph. prol. 140.
Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu.
Ab aliquo venire. Cic. pro Roſc. Com. 30. Quia veniebat e Roſcio, plus etiam ſcire, quam ſciebat, videbatur.
Angiporto venire, pro Ab angiporto. Plaut. Aſin. 3. 3. 151.
Ad aliquem ſupplicem venire. Cic. 16. Att. 18. Nunquam putavi fore, ut ſupplex ad te venirem.
Ad cœnam venire. Hor. 1. Epiſt. 7. 72.
Ad urbem venire. Cic. 16. Fam. 3. Quanquam magni ad honorem noſtrum intereſt. me quamprimum ad Urbem venire: tamen peccaſſe mihi videor qui a te diſceſſerim. V. AD.
Venire de. Cic. 5. Att. 11. Verumtamen, cum de Cumanis veniſſem cum imperio, Græci quaſi Epheſio Prætori ſe alacres obtulerunt. Al. Verumtamen Decumani, ſi &c.
De auctione venire, & quo die. Cic. 12. Att. 1.
Ex Arabia venerunt legati. Plin. lib. 12. cap. 24.
In hanc urbem miſſus venio. Ovid. 3. Triſt. 1. 1.
In ſolitudines venire. Cic. 2. Fam. 15. In eaſdem ſolitudines tu ipſe (ut arbitror) venies, in quibus nos conſediſſe audies.
In colloquium ad aliquem venire. Liv. 25. 16.
In complexum alicujus. Cic. 14. Fam. 1. Si in veſtrum complexum venero, ac ſi & vos, & me ipſum recuperaro, ſatis magnum mihi fructum videbor percepiſſe. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 8. extr. Ipſe graviſſima hieme in navibus excubabat, neque ullum laborem aut munus deſpiciens, ſi in Cæſaris complexum veniret. I. e. Ut a Cæſare complecteretur & amaretur. [Immo Si Cæſari ipſi hoſti occurrere poſſet, ut cum ipſo confligeret.
In concionem venire. Cic. 3. Verr. 68. Poſtridie mane homines in concionem veniunt, quærunt quid optimum factu ſit.
In conſilium alicujus venire, pro Obtemperare ejus conſilio. Cic. 10. Att. 1. Veniendumne ſit in conſilium Tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. [I. e. In Senatum ſub tyranno, oppreſſa libertate.
In conſpectum alicujus. Cic. 1. de Finib. 24. Reque ex utraque parte audita, pronuntiaret, eum non talem videri fuiſſe in imperio, quales ejus majores fuiſſent, & in conſpectum ſuum venire vetuit.
In conſpectum ad aliquem venire. Cic. 10. Fam. 23. Legatos, ſide Lepidi miſſos, ad me in conſpectum venire vetueram.
In flammam venire. Cic. 16. Att. 18. Veniendum eſt igitur vel in ipſam flammam: turpius eſt enim privatim cadere, quam publice. i. e. Conjicere ſe oportet in periculum.

Aſſidue veniebat inter denſas fagos. Virg. 2. Ecl. 4.
Omnes, qui iſtinc veniunt, ita de tua virtute commemorant. Cic. 1. Q. frat. 1.
Domum veniſti ad tuos penates. Catull. ad Veranium, 9. 3.
Cum impetu venire. Cic. 2. de Finib. 112. Si cum tanto impetu in Græciam veniſſet.
Inimicus ei venit, pro Eſt illi Inimicus. Cic. pro Roſc. Amer. 55. Vident omnes qua de cauſa huic inimicus venias: ſciunt hujuſce pecunia te adductum eſſe.
Ad interdictum venire, pro Venire in jus ad Prætorem. Petronius cap. 13. Ut, ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret. Meminit Turnebus.
Intro venire. V. INTRO.
Mature venit ipſe. V. MATURUS.
In medium. Cic. 4. Verr. 175. Venient in medium: dicent quid ſtatuerint.
Navibus venire. Liv. 21. 39.
Obviam venire. Cic. 4. Tuſc. 97.
Alacris obviam mihi veniat, complexum exoptans meum. Ex poeta. Idem 2. Att. 1. Eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer.
Turbe mihi obviam venit. Propert. 2. 30. V. OBVIAM.
Opportune venire. V. OPPORTUNUS.
Optato venire. V. Optato in OPTO.
Parete venire. V. PARO.
Peſte ingenti venire. Ovid. 3. Amor. 1. 12.
Pemopportune venire. V. PEROPPORTUNUS.
Ad potum, vel prandium venire. Plin. lib. 9. cap. 15. Cic. pro Cluent. 168. Quum ad illud prandium crudior veniſſet.
Ad pugnam venire. Hor. 1. Serm. 5. 56.
Cum ſupplemento. Liv. 9. 22.
In rem præſentem. V. IN præpoſitionem.
In ſeram venire. Ovid. 13. Met. 555.
In tempore veni. Ter. And. 4. 5. 19.
Ad vadimonium venire. Cic. pro Quint. 48. Ad vadimonium non venerat, et cie, is, quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ & neceſſitudines veteres intercedebant,
Ad agendum venire. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Viam multorum dierum venire. Cic. 2. Philipp. 61. Quis, qui neſcierit veniſſe eam tot dierum tibi viam gratulatum?
Satie venire duobus. Virg. 7. Æn. 470.
Se ſatis ambobus Teucriſque venire, Latiniſque.
Deſuper venire. Virgil. de machina Trojani equi, 2. Æn. 47.
—venturaque deſuper urbi. i. e. Superventura urbi, & eam oppreſſura. Turnebus.
Fulgor venit ab æthere. Virg. 8. Æn. 524.
Feliciter hæc res tibi venit, pro Evenit. Cic. 16. Fam. 21. Emiſſe te prædium vehementer gaudeo, feliciterque rem tibi iſtam venire cupio. Vetus exemplar legit Evenire.
Fortuna læta mihi venit. Virg. 11. Æn. 42.
Proſpere veniunt. Plaut. Pſeud. 2. 2. 1. Emendatum Eveniunt.
Uſus venit. Ter. Heaut. 3. 2. 45.
Et, næ ego te (ſi uſus veniat) magnifice, Chreme,
Tractare poſſim. c. de iſtoc, cum uſus venerit, &c.
Uſu mihi venit. Cic. 3. Fam. 8. Idem 7. Att. 26. Nunc venit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis, quoties exorior.
Venire, Ire. Nepos 20. 4. 2. Veniebat autem in theatrum, &c. propter valetudinem vectus jumentis junctis.
Venire cum Supino. Nepos 18. 6. 1. Cum litteras & nuncios miſiſſet in Aſiam, conſultum, utrum repetitum Macedoniam veniret. conſ. Hor. 1. Epiſt 3. 19. Sic
Venient ad te comeſſatum. Plaut. Perſ. 4. 4. 83. V. ſupra Venire cum Supino.
Deriſum venit. Plaut. Aul. 2. 2. 46. Et apud Ter. Eun. 4. 6. 14. Venit ereptum.
Emptum venire. Cic. 4. Verr. 124. Tamen ad iſtum venerunt emptum locum illum ſenatorium, non ſolum veteres, ſed etiam novi.
Oratum venio. Cæſ. 7. Bell. Gall. 32.
Alicui venire adverſum, Ire obviam. Plaut. Moſt. 1. 4. 2.
Auxilio alicui venire. Liv. 9. 43.
Subſidio. Cic. 6. Att. 5. Ad meque legati ejus, & Quæſtor, & amici litteras mitterent, ut ſubſidio venirem.
Suppetias venire, & proficiſci ſuppetias, locutiones elegantioris ſunt ſæculi & cris. Oppius de Bell. Afr. 25. Oppidiſque ſuppetias profectus eſt. Iterum 5. pr. Nuntiabantur auxilia magna equitatuſque oppidanis ſuppetias venire. Turnebus. [Subauditur τὸ Latum.
Venire, Portari, deferri. Plin. lib. 35. cap. 6. Species ſinopidis tres: rubra, & minus rubens, & inter has media. Et paulo poſt, Ejus quæ ex Africa venit, octoni eſſes.
Venire, pro Afferri, de litteris dictum. Cic. 11. Fam. 24. Quod ſcribis in Italia te moraturum, dum tibi litteræ meæ veniant, ſi per hoſtem licet, non erraris.
Commeatus venire, qui afferuntur, dicimus per metonymiam. Quintil. lib. 6. cap. 6.
Epiſtola mihi venit, Allata eſt ad me. Ovid. 1. de Pont. 9. 2.
Fama mihi venit. Virg. 4. Æn. 387.
Venies ad illud quod refert tua: h. e. Tandem vel poſtea id leges. Plaut. Perſ. 4. 3. 50. Ter. Heaut. 2. 3. 33.
Mane, hoc, quod cœpi, primum enarrem, ô Clitipho:
Poſt iſtuc veniam.
Ad Arceſilam, Carneademque veniamus. h. e. De Arceſila loquamur. Cic. 4. Acad. 16. Et pro Roſc. Amer. 46. Ut ad fabulas veniamus.
In eum Sermonem, ut, &c. Cic. 3. Fam. 5. Veni in eum ſermonem, ut dicerem libenter me ad eam partem provinciæ primum eſſe venturum.
In bona alicujus venire. Ovid. 2. Amor. 5. 32.
In divitias venire. Plaut. Capt. 5. 4. 13.
At nunc liber in divitias faxo venies.
Hæreditate venire dicitur res aliqua, Obvenire. Cic. 2. de Invent. 84.

Sed neque emiſti, neque hæreditate venit, neque domi natus eſt, neque donatus eſt.
Hæreditas mihi venit a patre. Cic. 3. Verr. 126. Quum ejus filio, Prætore Sacerdote, hæreditas e propinquo permagna veniſſet.
Venire prope. ut, Prope exitium venire. Liv. 5. 16.
Venire, Accidere. Celſ. lib. 7. cap. 27. Solet vero ſub ejuſmodi victu venire, ut alvus non reddatur. Lind. exhibet Evenire.
Clamor e populo venit ad aſtra. Ovid. 3. Faſt. 368.
Ad digitos. V. AD.
Ad aures alicujus venire, Audiri. Hor. de Arte Poet. 255.
Ad aures meas venit, te, &c. Cic. pro Marcell. 25. Mulier eſt, muliebris vox mihi ad aures venit.
Ad aures vox venit. Virg. 2. Æn. 119.
Ad extrema venire, Deſcendere. Liv. 2. 47.
Ad finem venire dicitur res aliqua. Liv. 25. 23. Quum maxime Capua circumvallaretur, Syracuſarum quoque oppugnatio ad finem venit.
Ad fœdus veniunt amantes. Ovid. 2. de Arte Am. 579.
Ad inimicitias venit res. Cic. 3. Q. frat. 4. Ad inimicitias res veniſſet, &c. cum Æſernino Samnite Pacidejanus comparatus viderer.
Ad internecionem venire. Liv. 36. 34.
Ad manum venire. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Mæror ſummus venit ad eum morte fratris. Cic. pro Quint. 14. Ut ad quem ſummus mæror morte ſua veniebat, ad eundem ſummus honos quoque perveniret.
Ad naſum venire. Plin. lib. 15. cap. 28. Multoque celerius talia ad naſum veniunt, quam pinguia. h. e. Aſcendunt, & nares feriunt.
Ad nihilum venire, Redigi. Cic. 2. Tuſc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam, quod natura fert in omnibus fere rebus, ſeneſcat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur.
Ad nimium venire. Plin. lib. 26. cap. 4.
Ad nomen venire. Plin. lib. 10. cap. 70. Spectatur in piſcinis Cæſaris, genere piſcium ad nomen venire, quoſdam ſingulos. h. e. Quum vocantur nomine ſuo, adnatare.
Ad pactionem venire. Cic. 9. Att. 12. Ego, ſi Pompejus manet in Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore.
Ad ſummum venire. Cic. 2. Tuſc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta, ab humili venit ad ſummum.
In aciem venire. V. ACIES. & infra Ventum eſt Imperſ.
In adoptiva ſacra venire. Cic. pro Domo 35. Neque amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiva veniſti.
In amicitiam venire aliquorum. Liv. 25. 16. Liberos cum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos, &c. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 7.
In arbitrium venire, ac poteſtatem alicujus. Cic. 3. Verr. 150. Hac conditione, ſi quis de populo redemptor acceſſiſſet, &c. tum in ejus arbitrium ac poteſtatem venire nolebat, qui ſibi ereptam prædam arbitraretur.
In arma venire. Lucan. lib. 3. 186.
Intra arma aliena venire, h. e. Intra præſidia & alienas manus. Cic. 8. Att. 15. Neque enim eos ſolos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidiſſent: ſed eos nihilominus, qui regionibus excluſi, intra præſidia, atque intra arma aliena veniſſent.
In buccam quod venit. Cic. 1. Att. 9. Tu velim ſæpe ad nos ſcribas: ſi rem nullam habebis, quod in buccam venerit ſcribito. Proverbialiter dictum, pro Quicquid occurrat & in mentem veniet. V. BUCCA.
In calamitatem venire. Cic. pro Roſc. Amer. 49. Hoc vero eſt, quod ferri non poteſt, ſi & in hanc calamitatem venit propter prædiorum bonitatem & multitudinem: & quod ea ſtudioſe coluit, id erit ei maxime fraudi.
In caſum venire. Cic. pro Cluent. 81. Poſtremo, in eum caſum veneram, ut omnis mearum fortunarum ſtatus unius judicii periculo contineretur.
In certamen venire. Cic. 5. Tuſc. 78. Mulieres vero in India, quum eſt cujuſque earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt.
In certamen cum aliquo venire. Cic. de Clar. Orat. 319. In patrocinio Siciliensi maxime in certamen venit deſignatus Ædilis cum deſignato conſule Hortenſio.
In certamen virtutis venire. Cic. 5. de Finib. 71. Qui omnes motus fortunæ, mutationeſque rerum & temporum leves & imbecillos fore intelligant, ſi in virtutis certamen venerint.
In cognitionem Senatus venit hæc res. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In computationem venire. Plin. lib. 6. cap. 33. V. COMPUTO.
In confeſſum venit ea res. Plin. Epiſt. 302. h. e. Nota, & manifeſta eſt.
In conſuetudinem. Cic. 2. de Invent. 65. Deinde quædam in conſuetudinem ex utilitatis ratione venerunt.
In conſuetudinem benignitatis. Cic. in Piſon. 45. Ut Senatus is, qui in eam jam benignitatis conſuetudinem venit, ut eos, qui bene Remp. geſſerint, novis honoribus afficiat.
In conſuetudinem proverbii. Cic. 2. Off. 55. Id quod a noſtris hominibus ſæpiſſime uſurpatum, jam in proverbii conſuetudinem venit, largitionem fundum non habere.
In contemptionem. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 47.
In contemptum. Idem. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 17.
In contentionem. Cic. pro Quint. 24. Quod niſi ex Publicio narratum Nævio eſſet, non tam cito res in contentionem veniſſet.
In contentionem, utrum. Cic. 2. de Divin. 129. Venit enim jam in contentionem, utrum ſit probabilius, &c.
In controverſiam vel contentionem venit ea res. Quintil. lib. 3. cap. 6.
In contentionem de accuſando. Cic. 1. Verr. 62. Neque fere unquam venit in contentionem de accuſando, qui Quæſtor fuiſſet, quin repudiaretur.
In contentionem honoris. Cic. Anteq. iret in exſil. 4. Eos in contentionem honoris venire, qui officiis ſe ſuperari æquiſſimo animo ruleront?
In controverſiam. Cic. 4. Verr. 37. Nam hoc animo providebat, cum tanta hæreditas in controverſiam veniſſet.
In crimen. Ter. Hec. 3. 1. 55. h. e. Accuſari.
In cruciatum. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 31.
In deditionem. Cæſ. 6. Bell. Gall. 3.
In deliberationem venire. Quintil. lib. 2. cap. 21.
In deſiderium venit res aliqua. Liv. 3. 37. i. e. Deſideratur.
In diſceptationem. Liv. 39. 37.

Digitized by Google

In diſcrimen, In periculo eſſe. Cic. pro Roſc. Amer. 20. Quum omnium nobilium dignitas & ſalus in diſcrimen veniret.
In diſcrimen exiſtimationis. Cic. 1. Verr. 71. Itaque ſemper hi diligentiſſime, laborioſiſſimeque accuſarent, qui ſe ipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt.
In diſquiſitionem. Liv. 26. 31.
In dubium. Cic. 16. Att. 18. Præſertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæſaris in dubium ventum videantur.
In dubium de voluntate, &c. Cic. 11. Att. 15. Alii capti, alii interclusi, non veniunt in dubium de voluntate, eo minus ſcilicet, cum ſe expedierint, & una eſſe cœperint: ii autem ipſi, qui ſua voluntate ad Fuſium venerunt, nihil poſſunt, niſi timidi exiſtimari. Ter. Adel. 2. 2. 35. Etiam de ſorte venio in dubium miſer.
In dubium venire de civitate. Cic. pro Cæcin. 18. Itaque homo timidus imperituſque, qui neque animi, neque conſilii ſatis haberet, non putavit eſſe tanti hereditatem, ut de civitate in dubium veniret.
In dubium venit quid ſit factum. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In exemplum venire. Ovid. 4. Faſt. 243.
In faciem pacis veniretur. Tacit. 13. Ann. 38.
In familiaritatem alicujus. Cic. 7. Fam. 15. Quod vero in C. Matii, ſuaviſſimi doctiſſimique hominis, familiaritatem veniſti, non dici poteſt quam valde gaudeam.
In fidem alicujus venire, h. e. Seſe dedere. Liv. 26. 40.
In fœdera venire. Virg. 4. Æn. 339.
In gloriam ſummam. Cic. 2. Att. 20. Edicta ejus & conciones deſcribunt & legunt, nova quodam genere in ſummam gloriam venit.
In invidiam ex gratia nimia venire. Auctor de Viris illuſt. cap. 66.
In judicium venire. Cic. 2. Att. 1. Quid verius, quam in judicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit?
In judicium venit fama ejus. Cic. pro Quint. 30. Demonſtrabant de re judicium fieri oportere, ut aut uterque inter ſe, aut neuter ſatiſdaret: non neceſſe eſſe famam alterius in judicium venire.
In laudem venire. Quintil. lib. 2. cap. ult.
In locum ſummum venire. Cic. 3. de Legib. 27. Ex his autem, qui magiſtratum cœperunt, quod Senatuſconſulto efficitur, popularem ſane neminem in ſummum locum, niſi per populum venire, ſublata cooptatione Cenſoria.
In manus alicujus. Cic. 3. Off. 34. Neque enim quicquam de hac parte poſt Panætium explicatum eſt, quod mihi quidem probaretur de iis, quæ in manus meas venerint.
In manus hominum libros venire dicimus. Quintil. Tryphoni.
In mentem venit, pro Succurrit. Ter. Eun. 2. 2. 2.
— hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi. Cic. 2. Fam. 17. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam proficiſcebar, exiſtimavi me ad te oportere ſcribere.
In mentem hujus rei. Cic. 5. de Finib. 2. Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hic diſputare ſolitum. Ter. Phorm. 4. 1. 47.
Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodi.
In mentem quemadmodum. Cic. pro Roſc. Amer. 74. Et ſimul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam hujuſce depinxeris.
In mentem venit, quid. Cic. 1. Verr. 33. In mentem tibi non venit, quid negotii ſit cauſam publicam ſuſtinere.
In mentem venit ut. Plaut. Mil. 4. 8. 48.
In morem venire. Ovid. 2. de Pont. 7. 39.
In notitiam. Plin. lib. 7. cap. 1. Quis enim Æthiopas, antequam cerneret, credidit? aut quid non miraculo eſt, quum primum in notitiam venit? V. NOTITIA.
In numerum oratorum. Cic. 1. de Orat. 15. Sed ſunt quidam, aut ita lingua hæſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes, ut etiam ſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. I. e. Dici oratores, ſive Pro oratoribus haberi.
In oblivionem. Cic. in Salluſt. 5. Tu tuis vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras: ut etiam ſi fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem.
In odium venire. V. ODIUM.
In officium oratoris venire. Quintil. lib. 2. cap. ult.
In orationem venire. Quintil. lib. 9. cap. 4. Horum pedum nullus non in orationem venit. I. e. Ingreditur orationem.
In ordinem Senatorium. Cic. 3. de Legib. 29. Nam quum omni vitio carere lex jubeat, ne veniet quidem in eum ordinem unquam vitii particeps.
In ora venire, pro Honorifico omnium ſermone celebrari. Hor. 1. Epiſt. ad Jul. Florum, 3. 9.
— Romana brevi venturus in ora. Interdum ad vitium ac vituperationem pertinet, ut apud Catullum 38. 5.
Anne ut pervenias in ora vulgi? Sic Liv. 2. 36. Timorem lejecit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.
In ora virûm venire. Propert. lib. 3. 9. 32.
In ore venire, i. e. Eſſe. Propert. 2. 1. 2.
Unde meus veniet mollis in ore liber. In ore, libri meliores.
In otium. Cic. 1. Att. 7. Omnem ſpem delectationis noſtræ, quam, quum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate poſitam habemus.
In partem alicujus. Liv. 6. 40. Parum eſt ſi cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis, niſi partem petendo totum invaſeris?
In partem impenſæ. Cic. 14. Fam. 2. Illud doleo, quæ impenſa facienda eſt, in ejus partem miſeram & deſpoliatam venire.
In partem elocutionis memoria ac pronuntiatio veniunt. Quintil. in Procem. lib. 1.
In periculum venire. Ter. Adelph. 2. 2. 32. Cic. 3. Verr. 70. Neque adhuc cauſam ullam excogitare potuit, quamobrem commiſerit, aut quid evenerit, ut in tantum periculum veniret.
In periculum ne. Cic. pro Muren. 55. Venit in periculum, ne & ea, quæ relicta, & hæc quæ ab ipſo parta ſunt, amittat.
In populos venire. Ovid. 6. Met. 546.
In poſſeſſionem. Cic. 3. de Lege Agr. 11. Etiamne ſi vi ejecit? etiamne ſi clam, ſi precario venit in poſſeſſionem?
In poſſeſſionem Reipublicæ venire. Cic. 7. Att. 8. Quid cenſes, ajebat, factum eſſe ipſum, ſi in poſſeſſionem Reip. venerit, cum hæc Quæſtor ejus, infimus & inops, audeat dicere?
In poteſtatem alicujus. Cæſ. 4. Bell. Gall 18.
In proverbium. Liv. 40. 46. Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales debere eſſe.
In quæſtionem venire. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In religionem venit illi hæc res. Cic. 2. de Nat Deor 11. Gracchus, cum comitia nihilominus peregiſſet, remque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, ad Senatum retulit.
In ſermonem hominum; & vituperationem. Cic. 6. Verr. 13. Nunquam enim, ſi denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet, commiſiſſet, ut propter eum in ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret.
In ſermonem alicui venire. Cic. 1. Att. 14. In ſermonem ſe poſt Idus Martii, præterquam Lepidi, veniſſe nemini. [An Neminis?
In ſermone. Cic. 11. Att. 24. Neque eum rogari, ne me quidem: ſed quaſi ita ſit, quoniam in ſermone jam veniſti, poteris eam monere, ut alicui committas, cujus extra periculum hujus belli fortuna eſt. Quidam legunt, In ſermonem.
In ſocietatem laudum alicujus. Cic. 14. Att. 19. A te autem peto, ut me hanc, quaſi falſam hereditatem alienæ gloriæ ſinas cernere, meque aliqua ex parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare.
In ſolum venire. Cic. 1. de Nat. Deor. 65. Hinc quodcunque in ſolum venit, ut dicitur, effingis atque efficis. Id eſt quicquid eſt in rerum natura. Proverbium eſt: ut enim ea demum nobis eſſe videntur, quæ ſenſibus comprehendimus, velut quæ vel tangimus, vel cernimus: ſic cum omnis prope ſitas ſolum, id Solum eſſe exiſtimamus, quod in eo videmus, & omnia, quæ ſunt in rerum natura, eo ſuſtineri putamus: proinde Quod in ſolum, velut Quicquid eſt, quicquid accidit, quicquid ſeſe offert, quicquid evenit. Varro hoc proverbium etiam uſurpavit, Libet mi epigrammata facere, & qui nomine non memini, quod in ſolum mihi venerit ponam, id eſt quodcunque nomen ſeſe mihi obtulerit, & in buccam venerit. Meminit Turneb. [Aliter Non. 2. 406. q. V.
In ſortem provinciæ. Liv. 28. 44.
In ſpem. Cic. 2. de Orat. 117. Nonnullam in ſpem veneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere. Cæſar Oppio, Cic. 9. Att. 13.
In ſpem ventum eſt, Imperſonale. Liv. 2. 44.
In ſpem, quod. Cic. 11. Fam. 13. In ſpem venerant, quod neque Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum trajici poſſe credebant.
In ſuſpicionem venire. Cic. 2. de Invent. 32. Si id non poterit, ſi quam in ſimilem ante ſuſpicionem venerit.
In ſuſpicionem venire de morte alicujus. Cic. ad Brut. 6.
In ſuſpicionem furti venire alicui. Pomp. in l. pen. D. de condict. cauſ. dat. Cum ſervus tuus in ſuſpicionem furti Attio veniſſet.
In tædio venire. Plin. lib. 31. cap. 2. Al. Tædio, omiſſa præp.
In tutelam ſuam venire. Cic. de Clar. Orat. 194. Quum is hoc probare vellet, M. Curium, quum ita heres inſtitutus eſſet, ſi pupillus ante mortuus eſſet, quam in ſuam tutelam veniſſet, pupillo non nato heredem eſſe non poſſe. V. TUTELA.
In vacuum venire. V. VACUUS.
In vitam venire. Cic. 1. de Legib. 59.
In unitatem. Plin. lib. 33. cap. 2.
In uſum venire. Plin. lib. 24. cap. 11. Nec tus Latinum nomen habet, quum in uſum plurimis modis veniat. V. TUS.
In uſum alicujus rei venire. Plin. lib. 8. cap. 48.
Sub aſpectum venire. Cic. 2. de Orat. 358 Hic autem formis atque corporibus, ſicut omnibus rebus, quæ ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt.
Sub jactum telorum venire. Liv. 27. 19.
Sub oculos venire. Senec. de Benefic. lib. 1. cap 5.
Dolor ad quem veniat, ad eundem neceſſe eſt interitum venire. Cic. 3. de Nat. Deor. 36.
Emolumentum ad eum ex ea re venit. Cic. pro Cluent. 58. Sin autem illud egerat, nullum ad Scamandrum morte Aviti venturum emolumentum fuiſſe concedebat.
Fides tarda venit dictis, difficiliſque. Ovid. 3. Faſt. 350. i. e. Tarde & cum difficultate adhibetur fides verbis.
Gradibus venire ad virtutem, Aſcendere. Cic. 1. de Nat Deor. 90. Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te veniſſe gradibus.
Dies venit legi. Cic. 4. Att. 15. Venit legi dies, Terentius interceſſit.
Hieme venit. Cic. 5. Att. 18. Ea ſi venerit, nec illi ante in meam provinciam tranſierint, unum vereor, &c.
Nox venit. Propert. lib. 1. 8. 44.
Livor venit in artus, Membra contrahunt livorem. Ovid. 10. Met. 258.
Lues tabida venit membris. Virg. 3. Æn. 137.
Lues miſeranda venit arboribus. Virg. 3. Æn. 138.
Mores eo venere. Plin. lib. 23. cap. 1.
Commoda veniunt hinc, Oriuntur. Cic. 1. de Invent. 3. Nam hinc ad Remp. plurima commoda veniunt.
Plaga venit vehementior, Incidit. Cic. 2. Tuſc. 56. Sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.
Pœnæ veniunt crudelitati alicujus. Liv. 3. 56.
Pulchritudo corporis venit ex, &c. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Rabies venit canibus. Virg. 3. Georg. 496.
Riſus veniunt. Ovid. 1. de Arte Am. 599.
Tunc veniunt riſus, &c.
Rumor venit. Ter. in prol. Hec. 39.
Spes venit ex merito. Ovid. 2. Epiſt. 63.
A vero venit cauſa, i. e. Vera eſt cauſa. Ovid. 3. Faſt. 368.
Vigor venit membris. Virg. 4. Georg. 418.
Venire, Provenire, Creſcere. Virg. 1. Georg. 54.
Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ.
Arbores quædam veniunt ſua ſponte. Virg. 2. Georg. 11.
Sponte venire ex arboribus ſapores, pro Provenire. Plin. lib. 15. cap. 1.
Venibo, Futurum antiquum pro Veniam. Pomponius Geminis, Sero eſt, ſexta, ſi tibi placet, venibo. Nonius 10. 72.
Venitur, Imperſonale. Plin. Epiſt. 190. Venitur ad me: conſurgo. Cic. pro Quint. 3. Ad me ventum eſt.
Venitur, & Ventum eſt in diſcrimen. Imperſonaliter. Cic. 8. Philipp 29.

Nam ſi maximum in diſcrimen venietur, aut libertas parata victori eſt, aut mors expoſita victo. Idem 2. Off. 33. Et quum res agatur, in diſcrimenque ventum ſit, expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe.
Cum ventum in aciem. Tacit. in lib. de German. 14. pr.
Ad cœnam ut ventum eſt, &c. Hor. 1. Epiſt. 7. 72.
Juxta ſeditionem ventum. Tacit. 6. Ann. 13.
Prope ſeditionem ventum. Tacit. 3. Hiſt. 21.
Ventum gaudeo. Plaut. Ciſt. 1. 1. 16.
Quod ille dicit, qui ſecundo vento vectus eſt,
Tranquillo mari, ventum gaudeo ecaſtor ad te.
Veniri oportet. Ulp. in l. 1. in princip. D. de quæſt. Ad tormenta ſervorum ita demum veniri oportet, quum ſuſpectus eſt reus.
Cauſas veniendi diſcere. Virg. 6. Æn. 488.
Cauſas veniendi poſcere. Virg. 1. Æn. 418.
V e n i e n s, entis. Partic. [ἐρχόμενος] ut, Veniens ad litora claſſis. Virg. 3. Æn. 650.
Ætas veniens. Ovid. 6. Faſt. 639.
Annus veniens. Cic. 3. Q. frat. 4. Non enim ſumus omnino ſine cura venientis anni, etſi ſumus ſine timore.
In annum venientem curas extendere. Virg. 2. Georg. 405.
Dies veniens, Dies decedens, contraria. Virg. 4. Georg. 466.
Virtus veniens in pulchro corpore. Virg. 5. Æn. 344. Creſcens. Servius.
V e n t ū r u s, a, um. Partic. [ἐλευσόμενος] Futurus. ut, Ævi venturi inſcius. Virg. 8. Æn. 627.
Bella ventura. Virg. 3. Æn. 458.
Doloris venturi ſigna. Ovid. 19. Epiſt. 107.
Hiemis venturæ memores. Virg. 4. Georg. 156.
Mali venturi prima favilla. Propert. lib. 1. 9. 18.
Senectæ venturæ memor. Ovid. 3. de Arte Am. 59.
Videre ventura, Futura prævidere. Virg. 2. Æn. 125.
Præſcia venturi vates. Virg. 6. Æn. 66.
V e n t i o, ōnis. f. [ἔλευσις] Plaut. Truc. 2. 7. 61. Quid tibi huc ventio eſt? h. e. Ad quid huc venis?
V e n t o, āre. frequentat. Feſtus; Ventabant antiqui dicebant ſine præpoſitione pro Adventabant.
Et Vanito, ſed pro ἀγρεύω. H. St.
V e n t ĭ t o, [ἐπιχωριάζω] āre. alterum frequentat. ut, Sæpius ventitare in agrum. Plin. lib. 18. cap. 5. Cic. 11. Fam. 27. In reliquis officiis cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me, ut domum ventitares, horaſque multas ſæpe ſuaviſſimo ſermone conſumeres? Catull. ad ſe ipſum. 8. 4.
Quum ventitabas, quo puella ducebat.
V e n t ĭ t a n s, antis Partic. Solin. cap. 52. Elephanti ad potum ventitantes.
V ē n o r, [κυνηγετέω, Gl. G. L.] āri. Feras indagare. Feris inſidiari. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Canum tanta alacritas in venando. Idem 2. Fam. 10. De pantheris, per eos, qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter.
Apros venari. Virg. 10. Ecl. 57.
Leporem canibus venari. Virg. 3. Georg. 410.
Venari imperio alicujus. Cic. 6. Att. 1. Illud autem alterum, alienum eſſe exiſtimatione mea, Cibyratas imperio meo publice venari.
Venari apros in mari; Proverbium in eos, qui fruſtra aliquid conantur & operam perdunt. Plaut. Aſin. 1. 1. 87.
Piſces venari. Plin. lib. 16. cap. 8.
Viduas avaras venari fructis & pomis. Hor. 1. Epiſt. 1. 77. i. e. Captare & decipere, ac valet irretire aut inescare cibis delicatis & munuſculis, ut res earum tibi vindices.
Venari, per tranſlationem, pro Artificio quodam & ſolertia quærere: ut, Venari laudem, gloriam, &c. Cic. 16. Att. 7. Bene igitur tu, qui εὐθανασίαν venaris, relinquis patriam. Vetus exemplar loco Venaris legit Beris.
Amores venari. Ovid. de Medic. faciei 27.
Laudem modeſtiæ in aliqua re venari. Auct. ad Heren. lib. 4. 5.
Venari de verbis alterius aliquid, Expiſcari, Perſequi. Plaut. Milit. 4. 2. 18.
Venandi, venando, venandum; Gerundia. ut, Studio venandi laſſus. Ovid. 3. Met. 413.
Tempora longa ponere venando. Ovid. 19. Epiſt. 9.
Venatum, venatu; Supina ut, Ire venatum. Virg. 4. Æn. 117.
V e n a n s, antis. Partic. Virg. 7. Æn. 493.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Commovere canes. Catull. 117. 1.
Sæpe tibi ſtudioſo animo venante requirens,
Carmina uti poſſem &c. Al. Venanda requirens.
V e n ā t i o, ōnis. f. [κυνηγέσιον, Gl. G. L.] Venandi actus. Cic. 2. de Fin. 23. Piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis, vitantes cruditatem, &c.
Venatio eſt etiam ipſa Præda. Liv. 35. 49. Apud bonum & ſcitum convivatorem comiter accepti, cum miraremur, unde illi eo anni tempore tam multa & varia venatio. conf. Idem 25. 9. V. Celſ. 5. 26. & 5. 28.
Venatio, Spectaculum venatorium. Venatores enim ſervi inſtituebantur docebanturque, non ad feras per ſaltus indagandas, ut Accurſius exiſtimavit, ſed ad voluptatem populi, ut in oculis ejus feras in arena conficerent. Ut enim Ludus erat Gladiatorius, id eſt ſchola, in qua ad gladiaturam inſtituebantur: ſic venatorius ludus, in quo ad venationem beſtiarii exercebantur. Suet. in Claud. cap. 21. Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit, nonnunquam interjecta per quinos miſſus venatione. i. e. Quinquies reſtauratis, aut quincuplici ferarum immiſſione edita. Idem in Domitiano cap. 4. Spectacula magnifica aſſidue, & ſumptuoſa edidit. Nam venationes gladiatoreſque & noctibus ad lychnos: nec virorum modo pugnas, ſed & feminarum. Cic. 2. Off. 55. Prodigi ſunt, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt. Idem 7. Fam. 1. Reliquæ ſunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. Sed quæ poteſt homini eſſe polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſverberatur? [Miſſus Suet. quadrigarum intelligit, quorum quinto cuique interponebat unam venationem Claudius.
Proſcribere venationem. Cic. 16. Att. 4. Itaque ſe ſcripturum ajebat, ut venationem etiam, quæ poſtridie ludos Apollinares futura eſt, proſcriberent III. ID. Quint. V. P R O S C R I B O.
De Venatione direptionis, quæ dicebatur, cum diverſi generis feræ immittebantur in Circum, populo diripiendæ, V. Salmaſ. ad Prob. Vopiſc. p. 415.
V e n ā t u s, ûs. m. [κυνηγεσία, Gl. G. L.] Idem. Plaut. Rud. 4. 3. 31. Hunc qui cepi in venatu meo. Plin. lib. 8. cap. 16. Quos venatus, aucupia, piſcatuſque alebant. Cic. 5. Tuſc. 98. Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis.
Aſſiduus venator. Virg. 9. Æn. 245.
Apti ſaltus venatibus. Ovid. 5. Epiſt. 17.
Pro ipſa Præda ponitur. Gell. 9. 4. Eſſe in montanis terræ Indiæ homines caninis capitibus & latratibus; eoſque veſci avium & ferarum venatibus. conf. Plin. lib. 7. cap. 2. & Ammian. 23. 6.
V e n ā t o r, ōris. m. [κυνηγός, Gl. L. G. κυνηγέτης, Θηρευτής, G. L.] Qui venatur. Cic. 2. Tuſc. 40. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur.
De quatuor Venatorum generibus, V. L. J. Scoppa & Iſidor.
Venator adeſt noſtris conſiliis, cum auritis plagis. Per tranſlationem. Plaut. Milit. 3. 1. 14.
Naturæ venator, Phyſicus philoſophus. Cic. 1. de Nat. Deor. 83.
V e n ā t r i x, īcis. f. [κυνηγέτρια] Virg. 1. Æn. 323.
Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederatque comam diffundere ventis. [i. e. Habitu venantis incedens.
Dea venatrix, Diana. Adjective. Ovid. 2. Met. 454.
Pharetræ venatrices. Claud. 4. Conſ. Hon. 160.
Turba venatrix canum. Valer. 3. Argon. 335.
V ē n ā t ĭ c u s, a, um. Adj. [κυνηγετικός] Quod ad venationem pertinet: ut, Venaticus canis. Plaut. Mil. 2. 2. 113. Varro 2. de R. R. cap. 9. Canum duo genera: unum venaticum, & pertinet ad feras beſtias ac ſilveſtres: alterum, quod cuſtodiæ cauſa paratur, & pertinet ad paſtorem. Cic. 6. Verr. 31. Mirandum in modum, canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia & pervestigabant, &c.
Canum autem venaticorum elegantiſſime excogitata nomina habes apud Ovid. 3. Met. 210.
Catulus venaticus. Hor. 1. Epiſt. 2. 65.
Paraſiti venatici. Plaut. Capt. 1. 1. 17.
Exercere venaticam, ſubaud. Artem. Sareſb. 1. 4.
V e n ā t ĭ c i u s, a, um. Adj. ut, Præda venaticia. Ammian. 29. 18. & 30. 3.
V e n ā t ō r i u s, a, um. aliud Adj. Idem. [Θηρατικός, κυνηγετικός] Plin. 3. Epiſt. 19. Ineſt huic computationi ſumptus ſuppellectilis, ſumptus atrienſium, topiariorum, fabrorum, atque etiam venatorii inſtrumenti.
Caſſes venatorius. Martial. lib. 14. 31.
Galea venatoria. Nepos 12. 3. 2.
V e n ā t ū r a, æ. f. Venatio. Plaut. Mil. 4. 1. extr.
Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus?
V e n ā b ŭ l u m, i. n. [ζιβύνη, Gl. L. G.] Telum venationi aptum, aciei longiſſimæ. Martial. lib. 14. 31.
Si dejecta gemes longo venabula roſtro,
Hic brevis in grandem cominus ibit aprum. Virg. 4. Æn. 131.
Retia rara plagæ, & lato venabula ferro. Plin. lib. 7. cap. 56.
Piſeum venabula inveniſſe dicunt.
Cornea venabula lato ferro. Ovid. 4. Epiſt. 83.
Dorica venabula. Martial. de Spectac. 23.
Dorica quem certo venabula dirigit ictu. Intelligo Laconica. Juventus enim Laconum montium venatu aſſidue luſtrabat, venabula gerens. Nemo autem ignorat eos Dorici generis fuiſſe: vel potius a Doride, in qua eſt Pindus mons, optimæ feras materiæ ad haſtilia, ſunt Dorica vocata venabula. Certe Dorica etiam erat armatura certi cujuſdam ſuique generis, ut ab Heſychio refertur & Doricum pro Græco audiri poteſt. Ex Turnebo.
Splendida venabula. Ovid. 8. Met. 419.
Infigere ſagittarum venabula prætereuntibus. V. I N F I G O.
Intrant ſinus venabula. V. I N T R O.
Subeunt latum venabula pectus. Lucan. lib. 1. 212.
Tranſverberari venabulo. Cic. 7. Fam. 1. V. V E N A T I O.
V e n o s u s, V e n o x, V. V E N A.
V e n t e r, tris. m. [κοιλία, γαστήρ, Gl. L. G. & G. L.] Pars corporis, quæ a pectore ad pubem terminatur, tam in animalibus brutis, quam hominibus. Juven. 4. Sat. 107.
Montani quoque venter adeſt, abdomine tardus. Plin. lib. 9. cap. 50. Atinæ ventrium piſces coeunt.
Albus venter. Perſ. 3. Sat. 98.
Gravidus venter. Ovid. 10. Met. 503.
Gravidus venter juſto pondere. Ovid. 16. Epiſt. 44.
Gravis venter. Ovid. 9. Met. 684.
Intentus venter. Celſ. lib. 4. cap. 9.
Mollis venter. Hor. Epod. 8. 9.
Peſtifer venter ſerpentis. Ovid. 1. Met. 439.
Planus venter. h. e. Sine rugis. Ovid. 1. Amor. 5. 21.
Summus venter. Celſ. lib. 4. cap. 11.
Tumidus venter cæleſti pondere. Ovid. 3. Faſt. 42.
Complevit ſua tempora maturus venter. Ovid. 11. Met. 312.
Diſtringere ventrem. Celſ. lib. 4. cap. 15.
Indureſcit venter. Celſ. lib. 4. cap. 12.
Inflatus venter. Cic. 2. de Divin. 119.
Intumuit venter ab unda. Ovid. 1. Faſt. 215.
Metiri ventrem lino. Celſ. lib. 3. cap. 21.
Petere ventrem. Cic. pro Muren. 52.
Vitiati ventris tumeſcunt pondera. Ovid. 11. Epiſt. 37.
Venter apud Juriſconſultos plerumque accipitur pro Fetu: qui in ventre continetur. Unde Pandectarum lib. 25. tit. eſt, Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem miſſa ſit. Et ibidem Ulpian.
Ventrem perferre, pro Eſſe gravidam. Columel. lib. 6. cap. 24. de vaccis.
Mulier ventre vacuo, incerto, pleno, præterito, apud Papinianum in l. Ventre. D. de acquirende vel omit. hæred.
Venter, Protuberantia quævis. ut
Tumido ventre cucurbita. Propert. lib. 4. 2. 43.
Creſcit in ventrem cucumis. Virg. 4. Georg. 122.
Facere ventrem dicitur paries, Qui vetuſtate collabens, curvatura quadam veluti ventre extra fundamenti limites eminet. Alphenus in l. Si quando, §. 1. D. Si ſervitus vend. Si quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum ſemipedem, aut amplius procumberet,

Digitized by Google

tumberet, agi oportet, jus non eſſe illum parietem ita projectum in ſuum eſſe, ſe invito.

Venter, Stomachus, ventriculus. Plin. lib. 19. cap. 3. Cibos ſalubres ac lenes pluribus modis exiſtimant, qui perfici humano ventre non queant, ſed non intumeſcant. Juven. 5. Sat. 6.

Ventre nihil novi frugalius. Perſ. prol. in Sat. v. 11.
Magiſter artis, ingenique largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.

Orificia ventris. V. ORIFICIUM.
Rabies improba ventris, Dira fames. Virg. 2. Æn. 356.
Vitium ventris. Cic. pro Cœl. 44. Nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus, nullum æs alienum, nulla conviviorum ac luſtrorum libido, quod quidem vitium ventris & gutturis non modo minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. [Hic videtur Ventris imi vitium. i. e. Libido.
Avarus venter, Inſatiabilis. V. paulo poſt, Donabat &c.
Carnoſus venter. V. CARO.
Improbus venter. Senec. Thyeſt. 5.
Inanis venter. Hor. 1. Serm. 6. 128.
Vacui ventris furor. Juven. 15. Sat. 100.
Vorax venter. V. paulo poſt, Placare &c.
Auferre aliquid in ventrem. Cic. 2. de Orat. 265.
Donabat avaro ventri quidquid quæſierat. Hor. 1. Epiſt. 16. 32.
Duci ventre, Inſervire ventri & gulæ. Hor. 2. Serm. 7. 38.
Merſæ res in ventrem. Juven. 11. Sat. 40.
Placare jejunia voracis ventris. Ovid. 15. Met. 95.
Placat iratum ventrem eſca. Hor. 2. Serm. 8. 5.
Vacare luxuriæ ventrique. Claud. de Nupt. Honor. & Mar. 54.
Victa cupidine ventris pietas. Ovid. 15. Met. 175.
Venter, Alvus. Celſ. lib. 5. cap. 18. Ubi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ventrem ejus ante ſolvendum eſſe: ubi a ſuperiore, comprimendum.
Fluxiones ventris ſiſtere. Plin. lib. 23. cap. 5.
Fluor ventris. Celſ. lib. 4. cap. 16.
Inflatio ventris. V. INFLO.
Proluvies ventris fœdiſſima. Virg. 3. Æn. 216.
Solutiones ventris. Plin. lib. 24. cap. 10. Et lib. 27. cap. 10.
Aſtrictus venter. Celſ. lib. 2. cap. 1.
Fuſus venter. Celſ. lib. 2. cap. 1.
Liquidus venter. V. LIQUOR.
Comprimere ventrem & Solvere, contraria. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Contrahere ventrem. V. CONTRAHO.
Contractus venter. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Crepat mihi venter. V. CREPO.
Emollire ventrem difficilem. Plin. lib. 22. cap. 13.
Exinanire ventrem, Celſ. lib. 4. cap. 10.
Eſt ſi venter quaſi fermentatus, pinguis, atque rugoſus. Celſ. 2. 8.
Fluit venter. Celſ lib. 2. cap. 8.
Liquare ventrem. Celſ lib. 4. cap. 12.
Mollire ventrem. Celſ. lib. 2. cap. 12.
Movere ventrem. V. MOVEO.
Profluit venter. Celſ. lib. 2. cap. 8. Si venter omnibus horis, & cum ſono, & ſine hoc profluit.
Reſolvere ventrem. Celſ. lib. 3. cap. 16.
Reſolutus venter. Celſ. lib. 2. cap. 8. Si ſanguis e naribus fluxit, aut venter reſolutus eſt, illud malum definit ex toto.
Siſtere ventrem. Plin. lib. 20. cap. 23. & lib. 21. cap. 19.
Solvere ventrem & Comprimere, contraria. Celſ. lib. 3. cap. 18.
Suppreſſus venter. Celſ. lib. 4. cap. 15.
Tenere ventrem. Celſ. lib. 4. cap. 19. h. e. Siſtere fluxum ventris.
Turbare ventrem. Celſ. lib. 1. cap. 6.
Turbatur venter ſemine ſumpto. Plin. lib. 22. cap. 22.

VENTRIŌSUS, VENTRŌSUS, ſive VENTRUOSUS, a, um. Adj. [γαστρώδης, γαστρώδης, Gl. L. G. & G. L.] Qui magnum habet ventrem. Plaut. Aſin. 2. 3. 20.
Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus. Idem Merc. 3. 4. 54. Canum, varum, ventrioſum.
Ventroſum, Quod ventrem facit. Plin. lib. 14. cap. 21. Ventroſa ac patula minus utilia. al. Ventruoſa. [Sunt &, qui Ventricoſus ſcribunt.

VENTRĀLIS, e. Adj. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 8. Sed ſi in ventrem receptæ ſint, ſolvitur vis earum ventralis humoris alluvione, quæ fiunt dilutiores.

VENTRALIS, is, m. [περιζώστρα, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] vel VENTRĀLE, is. n. ut malunt alii, Veſtimentum ventrem contegens. Plin. lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut villoſa, & etiam ventralia. Cælius Calcagninus legendum putat Neutralia, Intelligitque Veſtes neutra parte villos habentes. [Del. diſtinctio & copula.
Ventrale, Ulpianus accipit pro Semicinctio, ſub quo habentur loculi, quibus non ſolum ſudariola, ſed leves etiam nummulos in quotidianum uſum geſtare ſolemus, ut in l. Divus, in principio. D. de bonis damnat. Nec ſi zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vindicare debebit; ſed veſtem, qua is fuerit indutus, aut nummulos in ventrali, quos victus ſui cauſa in promptu habuerit. Ubi alii codices legunt, Nummulos inveterales.

VENTRICŬLUS, i. m. dimin. [γαστέριον, κοιλία ἄνω] Corn. Celſ. lib. 4. cap. 1. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi eſt, conſtat ex duobus tergoribus: iſque inter lienem & jecur poſitus eſt, utroque ex his paulum ſuper eum ingredientia. Juven. 3. Sat. 97.
— vacua & plana omnia dicas
Infra ventriculum.
Porta ventriculi. Celſ lib. 4. cap. 12.
Ventriculus cordis. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primum ipſo ab ſpiritu, deinde contagione pulmonum, ex eaque pars redditur reſpirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. Cui ſimilis alter adjunctus eſt, in quem ſanguis a jecore per venam illam cavam influit.
Ventriculus [γαστροκνημία, Gl. L. G. & G. L.] Sura. Ventriculi digiti, [[illegible], Gl. L. G.] Utrumque alibi non reperi.

VENTRICULŌSUS, a, um. Adj. [[illegible]] Torminibus laborans. ut, Paſſio ventriculoſa. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3.

VENTRICULĀTIO, ōnis. f. Morbus & tormina ventris. Cæl. Aurel. Acut. 3. 17.

VENTRĬO, īre. Ventrem facere. Plin. Valer. 1. 1. Ut poſt paucos dies ventriget.

VENTRĬCŎLA, æ. m. Qui ventri ſervit. Auguſtin. Epiſt. 86. Voracitas & ebrioſitas ventricolarum.

VENTRIFĬCĀTIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 3. 8. 142. Fortificari ventrificationem. Al. Venter fricatione.

VENTRIFLUUS, a, um. Adj. ut, Medicamenta ventriflua. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4.

VENTRILŎQUUS, a, um. Adj. & Subſt. [ἐγγαστρίμυθος] Tertull. adv. Marc. 4. 25. Quis alius disjiciet ſigna ventriloquorum? V. Barth. Adverſ. 44. 18.

VENTIDIUS, i. m. Nomen Romanum. V. Gell. 15. 4.

VENTIGENUS, VENTILABRUM, VENTILAMENTUM, VENTILATIO, VENTILATOR, VENTILATUS, VENTILO, VENTILOQUIUM, VENTIPOTENS, V. VENTUS.

VENTITO, V. VENIO.

VENTOSUS, V. VENTUS.

VENTUS, i. m. [ἄνεμος, Gl. L. G. & G. L.] a Venio fit: proprie eſt, Cum impetu veniens aër: quum nihil aliud ſit ventus, quam aer commotus atque agitatus. Vitruvius 1. 6. Ventus eſt aëris fluens unda cum incerta motus redundantia. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Aër effluens huc & illuc ventos efficit. Idem 2. de Divin 44. Placet enim Stoicis, eos anhalitus terræ, qui frigidi ſunt, quum fluere cœperint ventos eſſe.
Ocior ventis. Virg. 5. Æn. 319.
Domus pervia vento. Ovid. 8. Met. 762.
Acceſſus ventorum. V. ACCEDO.
Curſus ventorum. Catull. in Cameriam, 53. 28.
Paces ventorum. Lucret. lib 5. 1229.
Poteſtas cæca venti. Lucret. lib. 5. 248.
Prælia ventorum. Virg. 1. Georg. 318.
Rabies ſæva ventorum. Ovid. 5. Met. 7.
Turbo venti. Virg. 9. Æn. 91.
Vis fera ventorum. Ovid. 15. Met. 599.
Vires validæ ventorum. Lucret. lib. 5. 493.
Adverſus ventus. Ovid. 6. Epiſt. 7.
Aërii venti. Catul. Argon. 62. 142.
Gravis ventus. V. paulo poſt Salubris, &c.
Igneus ventus. Senec. Thyeſt. 2.
Inanis. Virg. 10. Æn. 82.
Injurioſi venti. Hor. Epod. 17. 34.
Inſanus. Stat. 6. Theb. 500.
Languidus. Senec. Herc. OEth. 6.
Levis. Virg. 2. Æn. 794.
Loquax. Lucan. lib. 5. 83.
Magnus. V. MAGNUS.
Mobilis. Ovid. 5. Epiſt. 110.
Mitior ventus. Ovid. 13. Met. 440. al. Amicior.
Nigris ventis aſpera æquora. Hor. 1. Carm. 5. 7.
Nivalis. Virg. 3. Georg. 318.
Pertinax ventus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 59.
Pluvius. Hor. 1. Carm. 17. 4.
Protervus. Hor. 1. Carm. 26. 2.
Rapax. Ovid. 1. de Arte Am. 388.
Rapidus. Virg. 6. Æn. 75.
Sævus. Ovid. 12. Met. 8.
Salubris & Gravis ventus, contraria. Celſ. lib. 6. cap. 1. Nam fere ventus ubique a mediterraneis veniens regionibus, ſalubris: a mari gravis eſt.
Secundus ventus, Proſper, minime contrarius. Cic. 15. Fam. 3. Et exiſtimabam M. Bibulum Proconſulem, qui circiter Idus Sextiles ab Epheſo, in Syriam navibus profectus erat, quod ſecundos ventos habuiſſet, jam in provinciam ſuam perveniſſe.
Septentrionales venti. Columel. lib. 11. cap. 2. Cic. 9. Att. 4. Ex ea die fuere Septentrionales venti: naves quibus uſus non eſt, omnes aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt.
Tenuis. Virg. 3. Æn. 448.
Tepidus. Ovid. 7. Met. 556.
Trux. Stat. 10. Theb. 96.
Tumidus. Senec. Med. 8.
Vagus. Hor. 3. Carm. 29. 24.
Validus. Ovid. 6. Met. 315.
Vanus. Catul. Argon. 62. 111.
Vehemens ventus & immoderata tempeſtas. Cic. pro Roſc. Amer. 135.
Violenti venti ſumma vis. Lucret. lib. 5. 1225.
Abſentes venti. V. Abſens, in ABSUM.
Accipiunt ventos a tergo carinæ. Ovid. 12. Met. 37.
Accipiunt naves e tergo ventos. V. A præpoſitionem.
Admovit iis ventus oris Siculæ. Virg. 3. Æn. 411.
Agentes frigora venti. Virg. 1. Georg. 356.
Agit nubes ventus. Virg. 1. Georg. 463.
Agit nubila ventus. Virg. 1. Georg. 421.
Agitur carina ſuo vento. Ovid. 15. Epiſt. 72. V. SUUS.
Actus diſcordibus ventis. Ovid. 4. Met. 620.
Agitari ventorum vi. Cic pro Cluent. 151.
Aſpirare ventos alicui. Virg. 5. Æn. 607.
Irim de cælo miſit Saturnia Juno
Iliacam ad claſſem, ventoſque aſpirat eunti.
Bacchans ventus. Hor. 1. Carm. 25. 12.
Claudit ventos carcere Hippotades. Ovid. 4. Met. 662.
Clauſus carcer ventorum. Virg. 1. Æn. 145.
Cohibentur in antris leves venti Ovid. 15. Met. 346.
Committere vitam ventis, Navigare. Virg. 10. Æn. 69.
Commôrunt magni æquore venti. Lucret. lib. 6. 765.
Concipere ventum. V. CONCIPIO.
Concita odioſo vento æquora. Ovid. 19. Epiſt. 21.
Concreſcunt imbres gelidis ventis. Ovid. 7. Met. 220.
Concurrunt prælia ventorum. Virg 1. Georg. 318.
Confligunt ſuper turbine adverſi venti Virg. 2. Æn. 416.
Conſurgunt venti ab atro veſpere. Virg 5. Æn. 20.

Coorti venti. Lucret. lib. 2. 350.
Crepitabat leni bractea vento. Virg. 6. Æn. 209.
Cuſtodit ventos Æolus. Ovid. 11. Met. 747.
Dépræliantes fervido æquore venti. Hor. 1. Carm. 9. 10.
Dare comam diffundere ventis. Virg. 1. Æn. 323.
Dant curſum venti. Virg. 1. Æn. 317.
Dant placata maria venti. Virg. 3. Æn. 69.
Dat operam ventus, Proſper eſt. Plaut. Mil. 4. 4. 52.
Dare ſe vento. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 13.
Evertere æquora ventis. Virg. 1. Æn. 43. Al. 49.
Explorare omnes ventos. Virg. 3. Æn. 514.
Exſpectare ventum. Cic. Torqueor utrum ventum exſpectem, &c.
Facientes frigora venti. Ovid. 1. Met. 56.
Faventes venti cælo pelagoque. Ovid. 2. Epiſt. 19.
Ferens ventus. Virg. 4. Æn. 430.
Exſpectet facilemque fugam ventoſque ferentes. I. e. Bene flantes, propitios. Servius.
Ferri injurioſis ventis. Hor. Epod. 17. 34.
Fertur navis velis ventoque. Lucret. lib. 4. 893.
Fervunt omnia ventis nimbiſque. Virg. 1. Georg. 455.
Franguntur venti. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gallum. Cryptoporticus, et tenet Solem, ſic Aquilonem inhibet, ſubmovetque, ſimiliterque Africum ſiſtit, atque ita diverſiſſimos ventos, alium alio latere frangit & finit.
Furentes venti. Virg. 10. Æn. 37.
Glomeratque ferens incendia ventus. Virg. 2. Georg. 312.
Habere ſecundos ventos. Cic. 15. Fam. 3.
Impellunt ratem venti. Sil. lib. 17. 44.
Impulſa janua animoſo vento. Ovid. 1. Amor. 6. 51.
Impendens ventus. Virg. 1. Georg. 365.
Incrudeſcit ventus. V. INCRUDESCO.
Intendere ſecundis ventis vela. Virg. 3. Æn. 683.
Intrare ſtilibus ventis urbem. Ovid. 13. Met. 630.
Ire ventis. Hor. Epod. 9. 30.
Luctantes venti. V. LUCTOR.
Nanciſci ventum. Cæſ. 4. de Bell. Gall. cap. 33.
Naſcitur ventus. V. NASCOR.
Navigare ſuventibus ventis æquor. Ovid. 15. Met. 49.
Perpeſſus ventos & imbres. Virg. 2. Æn. 60.
Petere urbem aliquam vento. Virg. 2. Æn. 25.
Ponunt venti. Virg. 7. Æn. 27. i. e. Quieſcunt, deſinunt.
Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntes. Virg. 5. Æn. 777.
Pugnantes venti. Lucret. lib. 6. 97.
Pulſat ventu & imbri. Virg. 4. Æn. 249.
Pulſæ flamine ventorum nubes. Catul. Argon. 62. 239.
Quaſſata claſſis ventis. Virg. 1. Æn. 555.
Quieſcunt venti. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gallum.
Sævit mare ventis. Senec. Troad. 12.
Secare ventos. Virg. 4. Æn. 257. de Mercurio volante.
Secundante vento. Tacit. 2. Ann. 24.
Sequi orbem aliquam aut regionem vento. Virg. 4. Æn. 381.
Silent venti. Senec. Med. 8.
Solutum æquor pace ventorum. Stat. 3. Theb. 253.
Sternere ventos, Placare. Hor. 1. Carm. 9. 10.
Straverunt placidi æquora venti. Virg. 5. Æn. 763.
Sum, ut, Erit ventus. Virg. 1. Georg. 431. i. e. Spirabit ventus.
Surgentes venti. Virg. 1. Georg. 356.
Temperat ventos Æolus. Ovid. 10. Epiſt. 66.
Tenuerunt æquora venti emiſſi. Ovid. 11. Met. 433.
Trahitur vento nubes. Virg. 4. Georg. 60.
Turbantes æquora venti. Lucret. lib. 2. 1.
Veniens a mediterraneis regionibus ventus. Celſ. lib. 2. cap. 1.
Verrentes æquora venti. Lucret. lib. 5. 267.
Veſaniens ventus. Catull. ad Thallum, 23. 13.
Vitare verbera ventorum. Lucret. lib. 5. 955.
Vocatis ventis prona petit maria. Virg. 5. Æn. 211. [Hic Dii ſunt venti.
Volvunt mare venti. Virg. 3. Æn. 196.
Uti crudelibus ventis. Ovid. 10. Epiſt. 29.
Abire in ventos. V. ABEO.
Dare verba in ventos. Ovid. 1. Amor. 6. 42.
Loqui ventis. Ammian. 15. 9.
Profundere verba ventis. Lucret. lib. 4. 929.
Scribere in ventis; Proverb. de iis, quæ duratura non ſunt. Catull. 71. 4. de inconſtantia feminei amoris,
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.
Receſſit vita in ventos. Virg. 4. Æn. 705.
Movere ventos tenui flabello. Ovid. 1. de Arte Am. 161.
Premere folle ventos. Perſ. 5. Sat. 11.
Spargitur vitalis ventus per pulmonis raritatem, Spiritus. Lactant. de Opiſ. Dei, cap. 11.
Ventus ſecundus; pro Secunda fortuna, per tranſlationem. Cic. 3. Att. 03. Quid ſi etiam Cæſarem, cujus nunc venti valde ſunt ſecundi, reddo meliorem?
Ventus, pro Procella & turbine in Repub. Cic. in Piſon. 21. Neque tam fui timidus, ut qui maximis turbinibus ac fluctibus Reip. navem gubernaſſem, ſalvamque in portu collocaſſem, frontis tuæ nubeculam, &c. pertimeſcerem: alios ego vidi ventos, alias proſpexi animo procellas.
Colligere concionum ventos, h. e. Rumores, & ſententias, aut deliberationes. Cic. pro Cluent. 77. Condemnato Oppianico ſtatim L. Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere conſueſſet, oblatam ſibi facultatem putavit, ut ex invidia ſenatoria poſſet creſcere, quod ejus ordinis judicia minus jam probari populo arbitrabatur.
Quærere ventum popularem in re aliqua, Populi plauſum & ſecundum rumorem, favoremque inanem expiſcari. Cic. pro Cluent. 30. Verum omnes intelligimus in iſtis ſubſcriptionibus ventum quendam popularem eſſe quæſitum.
Circumflari a ventis invidiæ. V. CIRCUMFLO.
Ventus textilis, pro Veſte ventoſa & tenuiſſima, æquanteque propemodum ſubtilitate ventos. Petronius Arbiter cap. 55. extr.
Æquum eſt induere nuptam ventum textilem. Turneb. 1. 19.

VENTŌSUS, a, um. Adj. [ἀνεμώδης, Gl. G. L.] Vento plenum: ut, Ventoſa regio.
Aer ventoſus. Plin. lib. 2. cap. 18.
Æquora ventoſa. Virg. 1. Georg. 206.
Auræ ventoſæ. Ovid. de Medicam. faciei. 57.
Dies ventoſus. Paul. in l. Qui occidit. §. In hac act. D. Ad legem Aquil. Si quidem die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt.
Mare ventoſum. Hor. 3. Carm. 4. 46.
Murmur ventoſum auræ. Virg. 9. Ecl. 58.
Potentia ventoſa Neptuni, In ventos. Ovid. 2. Amor. 16. 27.
Qualitas ventoſi cæli. Columel. lib. 3. cap. 1.
Regio ventoſiſſima. Liv. 36. 43.
Status ventoſus cæli. Columel. lib. 7. cap. 3.
Undæ ventoſæ. Ovid. 19. Epiſt. 199.
Alæ ventoſæ, Leves. Virg. 12. Æn. 848. Ovid. 2. Amor. 9. 49. ad Cupidinem.
Tu levis es, multoque tuis ventoſior alis.
Equi ventoſi, Celeres. Ovid. 4. Faſt. 392.
Mens cervorum ventoſa, Fugax. Lucret. lib. 3. 300.
Concha ventoſa, Concava. V. Concha pro Tuba. in CONCHA.
Currus ventoſus Gloriæ. Hor. 2. Epiſt. 1. 177.
Follis ventoſus. Virg. 8. Æn. 449.
Fornax ventoſa. Cato R. R. cap. 38.
Ventoſus, Inanis. ut Natio ventoſa. Plin. in Paneg. 31. pr. Superbiebat ventoſa & inſolens natio. de Ægyptiis.
Gloria ventoſa. Virg. 11. Æn. 708. i. e. Inanis jactantia. V. Currus ventoſus paulo ante.
Homo ventoſus, dicitur Levis & inconſtans. Hor. 1. Epiſt. 8. 12. Cic. 11. Fam. 9. In primis rogo te ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas. Sic Natio ventoſa ſupra, & Cupido ventoſus.
Imperium ventoſum. Cic. 11. Philipp. 17. Nam extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt, minime veſtræ gravitatis, minime hujus ordinis.
Ventoſus, per tranſlationem, Mobilis. Hor. 1. Epiſt. 19. 37. ad Mæcenatem,
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor. Liv. lib. 42. 32. Quoſdam ventoſum ingenium præcipitas ad omnia novanda agebat.
Plebs ventoſa. Hor. 1. Epiſt. 19. 37.
Ratio ventoſa favoris. Claud. de Bell. Get. 113.
VENTŌSE, Adv. Apul. 10. Met. p. 248. Elmenh. Pulvilli ventoſe delicata plumamentes.
VENTOSITAS, ātis. f. ut, Ventoſitas ſtomachi, Inflatio. Apul. de Herb. 2. 126. Item Jactantia. Fulgent. Mythol. 2. 17. Ventoſitatis inanem ſpeciem præſumit. Et Auguſt. de Doctr. Chriſt. 4. 6. Non ventoſitate ſed ſoliditate.
VENTOSĀLIS, e, Adj. Octav. Hor. 4. Quæ ſub ventoſali artifice poſita ad ſe humorem attrahit. [A Ventoſa, i. e. Cucurbitula. Galli *Ventouſe*.
VENTŌSO, āre. Conſtant. Afer 2. 15. A parte naris effluentes ventoſetur.
VENTIGĔNUS, a, um. Adj. Ventum gignens: ut, Ventigenæ crateres. Lucret. lib. 6. 701. Sed alii aliter legunt. V. Turneb. Adverſ. 22. 18.
VENTILŎQUUS, a, um. Adj. Saresb. 7. 01. Ventiloqui aut ventriloqui habitum induere. V. in VENTER.
VENTIPŎTENS, entis. Adj. ut, Æolus ventipotens, apud Mantuanum.
VENTŬLUS, i. m. dimin. [ἀνεμίδιον] Ter. Eun. 3. 3. 47.
Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito, dum lavamur.
VENTĬLO, [ῥιπίζω, ῥιπίζω, Gl. L. G. λικμίζω, ἀνεμίζω, G. L.] āre. Ventum excitare, ut ad ignem excitandum. Propert. lib. 4. 3. 50.
Hunc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem. [q. d. Ventulo. Vide Pontanum in 3. Georgic. in illud Laceſſit ventos fol. 482. H. St.
Carbaſa ventilantur aura. Stat. 4. Silv. 3. 106.
Faces accenſas ventilare. Ovid. 1. Amor. 1. 8.
Frumentum ventilare, Ventilabro expurgare. Plin. lib. 18. cap. 32.
Jubas aura ventilat. Sil. lib. 16. 444.
Incendia flatus ventilat. Sil. lib. 17. cap. 527.
Vinum ventilare & refrigerare. Columel. lib. 12. cap. 32.
Ventilare, ſine adjecto, eſt Excitare auram, ut calorem temperandum. Suet. in Auguſt. cap. 82. Æſtate apertis foribus, ac ſæpe in periſtylio, ſaliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat.
Ventilare manu, Per manum verſare. Apulejus 2. Met. p. 26. Elmenh. Ad hæc ego inſperato lucro diffuſus in gaudium, & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam, &c. Juven. 1. Sat. 28.
Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum. [i. e. Anulos digitis exemptos.
Ventilare [προπαίζειν, Gl. L. G.] dicuntur gladiatores, Cum prcludentes brachia jactant & arma, aeremque percutiunt vane, & ventum faciunt. Senec. Epiſt. 117. Quam ſtultum eſt, cum ſignum pugnæ acceperis, ventilare? Remove iſta luſoria arma, decretoriis opus eſt.
Ventilare, Verbum juris [συγκινητικῶς, ἀναζητεῖν, Gl. L. G.] Inquirere. l. 6. Cod. de Maleficis & Mathem. Multi magicis artibus ſi elementa turbare, vitam inſontium labefactare non dubitant; & manibus accitis audent ventilare, ut quiſque ſuos conficiat malis artibus inimicos.
Ventilare concionem aliquam. Cic. pro Flacc. 54. Cujus lingua, quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentium concio ventilata. [i. e. Accenſa.
VENTILĀTUS, a, um. Partic. ut, Liquamen ventilatum. Apic. 1. 7.
VENTILATIO, ōnis. f. [λίκμησις] Plin. lib. 23. cap. 1. Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt ſtomacho, ægriſque. De uvis.
VENTILĀTOR, ōris. m. [λικμητής, Gl. L. G.] Qui frumentum ventilat. Columel. lib. 2. cap. 10. Faba, quæ longius emittetur, pura eo perveniet, quo ventilator eam jaculabitur.
Ventilator [ἐνδεικτής, Gl. L. G.] Ventilatores apud Quintil. lib. 10. cap. 7. ſunt Præſtigiatores, qui ut ventilatores grana, quæ purgant, in ventum projiciunt, ita rem, quam retinent manibus, ejicere videntur. Ita enim ait. Quo uſu conſtat mira illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum, ut ea quæ emiſerint ultro venire in manus credas, & qua jubeatur decurrere. V. ibi Burm.
VENTILĀMENTUM, i. n. [λικμητήριον] Gloſſ. Græcolat.
VENTILĀBRUM, i. n. [λικμητήριον, Gl. G. L.] Inſtrumentum, quo aliquid ventilatur. Columel. lib. 2. cap. 10. Nam quum acervus paleis granisque miſtus in unum fuerit congeſtus, paulatim ex eo ventilabris per longius ſpatium jactetur.
VENŎCŬLUS, vel ut in quibuſdam exemplaribus legitur, VENNUCŬLUS,

oos

Digitized by Google

aut VENUNCŬLUS, a, um. Adj. ut, Venucula vitis, Venuculum far. Columel. lib 3. cap. 2 Item quarum uvæ temporibus hiemis durabiles vaſis conduntur, ut venuculæ, & nuper, in hos uſus exploratæ, Numiſianæ. Et in eodem cap. 27. Plin. lib. 14. cap. 2. Venuculam inter optime deflorefcentes, & ollis aptiſſimam, Campani malunt ſtrculam vocare, alii ſtaculam, Tarracina numiſianam, nullas vires proprias habentem, ſed totam perinde ac ſolum valeat.

Far venunculum. Columel lib. 2. cap. 6. Far, quod vocatur venunculum, rutilum, atque alterum candidum, ſed utrumque majoris ponderis quam Cluſinum. Quo in loco Vermiculum legit Aeellius, fortaſſe exemplo Plinii adductus, qui lib. 22 cap. 25. ait, In farre vermiculum eſſe, teredini ſimilem, qui dentibus vitiatis medeatur. Neſcio tamen an Vernaculum melius legi debeat, ait enim Plinius, Far adoreum vernaculum dici.

VENŬLUS, i. m. Turni legatus ad Diomedem, ut ſcribit Virg. in procem. 8. Æn.

VENUM, VENUNDATIO, VENUNDATUS, VENUNDO. V. VENEO.

VĔNUS, ĕris. f. [Ἀφροδίτη, Gl. L. G. & G. L.] Jovis filia, (ut ſcribit Cic. 2. de Nat. Deor. 69.) ſic dicta, quod ad res omnes veniret, atque ea ea potius Venuſtas, quam Venus ex venuſtate. Sic ibid. 3. 62. Venus, quia venit ad omnia. Augoſtinus de Civitat Dei lib. 6. cap 9. Venus ab hoc dicitur nuncupata, quod ſine ejus vi [An Venia?] femina virgo eſſe non deſinat. Græci Ἀφροδίτη vocant, quod e ſpuma maris, a teſtibus Saturni projectis, ſit nata. Concha inſidentem finxerunt, quod, ut legitur apud Stobæum, mulierem deceat præter omnia cura ſub tecto, ac ſilentium. Hæc ut amorum, gratiarumque; ita pulchritudinis & deliciarum, & voluptatum omnium dea habita eſt.

Veneres Cicero plures fuiſſe declarat lib. 3. de Nat. Deor. 60. his verbis, Venus prima Cælo & Die nata, cujus Elide delubrum videmus: Altera, ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus: Tertia, Jove nata & Diona, quæ nupſit Vulcano: ſed ex ea & Marte natus Antheros dicitur. Quarta Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt. Hor. 1. Carm. 30. 1. O Venus, regina Gnidi Paphique.

Alma Venus. Virg. 1. Æn. 622.
Aurea Venus. Virg. 10. Æn. 16.
Cytherea Venus. Hor. 1. Carm. 4. 5.
Decens Venus. Hor. 1. Carm. 18. 6.
Diva Venus. Virg. 2. Æn. 787.
Formoſa Venus. Virg. 7. Ecl. 72.
Idalia Venus. Virg. 5. Æn. 770.
Ignava venus, Quæ otio delectatur. Ovid. 2. Amo. 18. 3.
Læta venus. Hor. 3. Carm. 21. 21.
Marina Venus. Hor. 4. Carm. 1. 15.
Nuda venus. Ovid. 3. de Arte Am. 225.
Paphia Venus. V. PAPHOS.
Priſca venus. Hor. 3. Carm. 9. 17.
Amat otia venus. Ovid. de Rem. Amor. 143.
Potens muneribus Veneris, Formoſus. Hor. 4. Carm. 10. 1.
Ruens tota in me Venus. Hor. 1. Carm. 19. 9.
Venus pro Libidine. Ter. Eun. 4. 5. 6. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Dicuntur hæc ſub perſona Chremetis, adoleſcentis ruſtici, qui ſobriue oderat meretrices, poſt idem potus non abhorret. Cibus enim & potus irritamenta ſunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro vino, Venerem pro libidine dixit, continenter in figura perſiſtens. Ardent amantes, & frigent quæ languent. Eraſmus.
Venerem, quam coitum dixiſſe magis decet, ait Quintil. lib. 8. cap. 6. Plin. lib. 24 cap 9. Ad venerem impetus inhibent.
Frigidus in venerem ſenior. Virg. 3. Georg. 129.
Pronum genus in venerem. Ovid. 6. Met. 459.
Rudis ad furtum veneris. Ovid. 17 Epiſt. 141.
Studioſa veneris juventus. Hor. 2. Serm. 5. 79.
Concordia veneris. Ovid. 13. Met. 875. Al. Veneri.
Sagittæ veneris. Lucret. lib. 4. 1273.
Spes veneris inconceſſa. Ovid. 9. Met. 618.
Stimuli veneris. Lucret. lib 4. 1209.
Voluptas damnoſa veneris. Ovid. 1. de Pont. 10. 33.
Uſus veneris alienus. Celſ. lib. 3. cap. 22. Ubi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei veneris uſus eſt.
Auſpicata venus. Catul. de Acme & Septimio 43. 26.
Caſta non Venus. Sen. Hippol. 2.
Externa venus. Ovid. 14. Met. 380.
Femineam venerem refugere. Ovid. 10. Met. 80.
Furtiva venus. Ovid. 1. de Arte Am. 275.
Illicita venus. Stat. 8. Theb. 500.
Impia venus, Concubitus inceſtus. Sen. Thyeſt. 6.
Nefanda venus. Virg. 6. Æn. 26.
Parabilis venus. Hor. 1. Serm. 2. 119.
Rara venus, Concubitus rarus. Celſ. lib. 3. cap. 27.
Sancta. Sen. Hippol. 211.
Cur ſancta parvis habitat in tectis Venus? [I.e. Concubitus licitus.
Turpis venus. Sen. Octav. 4.
Tuta venus, Non prohibita legibus. Ovid. 1. de Arte Am. 33.
Volgivaga venus. Lucret. lib. 4. 1065.
Utilis venus. Celſ. lib. 1. cap. 3.
Utraque venus. Ovid. 3. Met. 323.
— venus huic erat utraque nota. De Tireſia, qui & mas fuerat & femina.
Abſtinere venere. V. ABSTINEO.
Abundare venere. V. ABUNDO.
Accipere telia veneris ictum. Lucret. lib. 4. 1046.
Admittere venerem curis. V. ADMITTO.
Agitare furtivam venerem cum aliqua. Firmic. lib. 5. cap. 22.
Ardeſcere venere. Lucret. lib. 5. 895.
Avertere veneram & ſtimulos amoris. Virg. 3. Georg. 210.
Carere fructu veneris. Lucret. lib. 4. 1067
Pacare ſibi modum veneris in aliqua. Ovid. 4. Met. 258.
Inhibere venerem. V. INHIBEO.
Jungi per veneris res. Lucret. lib. 5. 846.
Languentis veneris irritamentum. Juven. 11. Sat. 165.
Noſſe venerem. V. NOSCO.
Perrumpere nodos veneris. Lucret. lib. 4. 1142.
Solvere corpora in venerem. Virg 4. Georg. 199.
Temperare venere. Celſ. lib. 4. cap. 24.
Vacare veneri. Sen. Agamem. 3.
Vendere venerem. Tibull. lib. 1. 4. 59.
Uti conceſſa venere. Hor. 1. Serm. 4. 113.
Venus, pro Amica. Virg. 3. Ecl. 68.
Parta meæ Veneri ſunt munera, &c. Adde Lucret 4. 1178.
Venus, Pulchritudo, venuſtas, ornatus, elegantia. Quintil lib. 6. cap. 4. Quod cum gratia quadam & venere dicitur Plaut. Stich. 2. 1. 5. Amœnitates omnium venerum & venuſtatum affero.
Dicendi veneres. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Exornare narrationem gratia & venere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Venus, Stella, quæ alias Lucifer dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 53. Infima eſt quinque errantium, terræque proxima, ſtella Veneris, quæ Φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur ſolem: quum ſubſequitur autem Heſperos.
Venus, pro Talorum jactu. Suet. in Auguſt. cap. 71. Talis enim jactatis, ut quiſque canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat univerſos, qui Venerem jecerat. Adde Propert. 4. 9. 17. V. in TALUS.
Damnoſa Venus. Hor. 1. Epiſt. 18. 21. [Niſi h. l. eſt libido.

VENĔREUS, ſive VENERIUS, a, um. Adj. [Ἀφροδίσιος, Gl. G. L.] Quod ad Venerem pertinet: ut, Venerius nepotulus, apud Plaut. in Milit. 5. 20. Et apud eundem, Veneria ſacerdos, in Rud. 2. 2. 23

Homo Venerius, Veneri conſecratus. Cic. pro Cluent 43 Cumque item, ut in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic illi Larini in Martis familia numerarantur. V. Græv. ad Divinat in Cæcil cap 17 Idem 7. Verr. 141. Iſte autem, homo Venerius, & affluens omni lepore & venuſtate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem poſuit.

Rebus venereis uti, Ipſa venerea. Cic de Seneſt. 47

Voluptates venereæ. Cic. 4. Tuſc. 68. Et ut turpes ſunt, qui afferunt ſe lætitia tum, quum fruuntur venereis voluptatibus, ſic flagitioſi, qui eas inflammato animo concupiſcunt.

Jactus venereus tali. Cic. 1. de Divin. 23. Quatuor tali jacti, caſu venereum efficiunt. Num etiam centum venereos, ſi quadringentos talos jeceris, caſu futuros putas? V. in TALUS.

Pyra veneria, apud Columel. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10.

VENEREA, vel VENERIA, æ. f. [ἀφροδισιάς, Gl. L. G.] Herba, Græco nomine notior.

Item Radix acorus. Apul. de Herb. cap. 5.

Venerea, Conchula hoc nomine Sen. Epiſt. 95. & Plin. 32. 11.

Venerea civitas, in quam Veneris Erycinæ religionem tranſtulerunt Siculi. Solin. cap. 40.

VENERARIUS, a, um. Adj. ut, Res venerariæ. Petron. cap. 61. Alii legunt Venarea. V. Reineſ. ad loc. p. 309. edit. Burm.

VENERŌSUS, a, um. Adj. [ἀφροδισιαστικός] Gloſſ. Græcolat. Veneri deditus.

VENERIVĂGUS, a, um. Adj. Venerem vagam ſectans. Varro apud Non. 1. 223. Spatula eviravit omnes venerivaga pueros.

VENĔRO, āre. Coire. Hinc

VENERANS, antis. Partic. Hygin. Fab 75. Paſtor dicitur dracones venerantes baculo percuſſiſſe. V. Voſſ Etym. p. 565.

VENUSTUS, a, um. Adj. [ἐπαφρόδιτος, Gl. L. G. & G. L.] a Venere dicitur, teſte Cic. 2. de Nat. Deor. 69.

Ad aſpectum venuſtus. Cic. in Orat. 228 Ut quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aſpectum etiam ſit venuſtum.

Pulcher & Venuſtus. Suet. Neron. cap. 52. Subflavo capillo, vultu pulchro magis, quam venuſto.

Geſtus corporis venuſtus. Cic. de Clar. Orat. 203. Geſtus & motus corporis ita venuſtus, ut tamen ad forum, non ad ſcænam inſtitutus videretur.

Homo venuſtus. Catul ad Varum, 10 2. Idem de Paſſere, 3. 2.
Lugete, ô Veneres, Cupidineſque,
Et quantum eſt hominum venuſtiorum.

Soror venuſta. Catull. de Gell. 86 2.

Vultus venuſtus, Ingenuus, elegans. Ter. And. 1. 1. 93.
— & vultu, Soſia,
Adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra.

Venuſtum eſſe, quod cum gratia quadam & venere dicatur, apparet, inquit Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. 15. Fam. 21. Primum quod tibi facetum videtur quicquid ego dixi, quod alii fortaſſe non item: deinde quod illa, ſive faceta ſunt, ſive ſic fiunt narrante te venuſtiſſima.

Sed obſecro te, ita venuſta habeantur iſta, non ut. Cic. in Parad. 5.

Venuſtus & Urbanus. Cic. 1. de Orat. 228 Sed cum omnium ſit venuſtiſſimus & urbaniſſimus, omnium graviſſimum & ſeveriſſimum & eſſe & videri, quod iſti contigit uni, id mihi vix ferendum videbatur.

Sermo urbanus & venuſtus. Cic. pro Domo 92.

Sententia dulcis & venuſta. Cic. de Clar. Orat 325.

VENUSTA, æ. f. herba Cynocephalium. Apul. de Herb. cap. 86.

VENUSTŬLUS, a, um. Adj. Dimin. Plaut. Aſin. 1. 3. 70.
Bene ſalutando conſueſcunt: compellando blanditer,
Oſculando, oratione vinnula, venuſtula.

VENUSTE, Adv. [ἐπαφροδίτως, Gl. G. L.] Cic. 8. Fam. 4. Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe.

Compar. Sen. Controv. 1. 1. Hiſpanus hunc colorem venuſtius. Scil. Adhibuit.

Superl. Cic. 8. Fam. 21. Venuſtiſſime reſpondere.

VENUSTAS, ātis. f. [εὐμορφία, ἐπαφροδισία, χάρις] Pulchritudo proprie muliebris, & dignitas; item gratia dicendi, amabiliſque ſuavitas. Plaut. Pœn. 1. 2. 44. — diem pulchrum, & celebrem, & venuſtatis plenum. Ter. Hec. 5. 4. 17.
Antiquamque adeo tuam venuſtatem obtines. Cic. 6. Verr. 5.
Erant ænea præterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu.

Ex venere venuſtas dicta eſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 69.

Venuſtas & Dignitas. Cic. 1. Off. 130. Venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem.

Vultus multum affert, tum dignitatem tum venuſtatem. Cic. in Orat. 60.

Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a valetudine. Cic 1. Off. 95.

Feſtivitas

Digitized by Google

Feſtivitas & Venuſtas dicendi. Cic. 1. de Orat. 243. Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit, in quo quid tibi juris civilis exercitatio profuerit, non intelligo; dicendi via egregia, ſumma feſtivitate & venuſtate conjuncta profuit.
Urbanitas ſubtilis atque venuſtas. Cic. 1. de Orat.
Uſus & Venuſtas. Cic. 1. de Nat. Deor. 47. Cum artificium effingitis, fabricamque divinam, quam ſint omnia in hominis figura, non modo ad uſum, verum etiam ad venuſtatem apta, deſcribere.
Agere cum dignitate & venuſtate. Cic. 1. de Orat. 142. Tum ea demum veſtire atque ornare oratione, poſt memoria ſæpire, ad extremum agere cum dignitate & venuſtate.
Affluens lepore & venuſtate. Cic. 7. Verr. 142. Iſte autem, homo venerius, & affluens omni lepore, & venuſtate.
Commendatur expoſitio venuſtate. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Venuſtas, Felicitas. Ter. Hec. 5. 4. 8.
Quis me fortunatior, venuſtatiſque adeo plenior? [Sic Invenuſtus, pro Infelix. V. ſ. l.
VENUSTO, âre. Nævius apud Fulgent. Expoſ. Serm. Antiq. 43. in Myropolæ. Unguentum largitus eſt, quo me venuſtarem.
VĔNŬSIA, æ, f. [Οὐενουσία] Colonia inter Lucaniam & Apuliam, Horatii poetæ patria, qui inde Venuſinus, dicitur. Venuſiæ meminit Plin. lib. 3. cap. 11.
VENUSĪNUS, a, um. Adj. ut, Colonus Venuſinus. Hor. 2. Serm. 1. 35. Silvæ Venuſinæ. Hor. 1. Carm. 28. 26.

V E P

VĔPALLĬDUS, a, um. Adj. Male & miſere pallidus, vel aliquantum pallidus. Nam Ve in compoſitione interdum auget, interdum minuit, ut in his, Veſanus, Vecors, Vegrandis. Hor. 1. Serm. 2. 129.
— vepallida lecto
Deſiliat mulier, &c. Sic reſtituit Lambinus. Alii legunt Vel pallida. V. Schol. Vet. Cruq.
VĔPĒNIS, Martial. Vide Erythræum, in Indice Virgiliano, voce Veſana. H. St.
VEPRA, æ. Fluvius, vel torrens potius, a Cebennis montibus deſcendens, & Biterrinorum (quod oppidum eſt in diœceſi Bœterrenſi) mœnium quartam partem alluens, ibique ad eam ejus loci portam, quæ Portaleſium dicitur, Obri ſeſe conjungens, Bœterris in mare Mediterraneum, haud procul Narbone, procurrit: nomine a vepribus, inter quos & ſcaturit & labitur, deducto. Gallice, *Vebre*.
VEPRES, is. m. pr. c. [Θάμνος, Gl. L. G. & G. L.] tam in ſingulari, quam in plurali, generis maſculini eſt ſecundum Probum, & feminini ſecundum Priſcianum; Rubus, ſive ſpina, aut etiam ſpinarum ſeptum vel ſæpes dicitur: quod vehementer prehendat. Ovid. 5. Met. 628.
Aut leporis, qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum. Columel. lib. 11. cap. 5. Hunc veprem manifeſtum eſt interimi non poſſe. In qua capite Spinam, Sentem & Veprem pro eodem accipit. Cic. 5. Tuſc. 64. Septum undique & veſtitum vepribus & dumetis, indagavi ſepulcrum. Hor. 1. Epiſt. 17. 9.
Corna vepres, & pruna ferant, & quercus, & ilex.
Hirſuti ſecuerunt corpora vepres. Virg. 3. Georg. 444.
Sparſi rorabant ſanguine vepres. Virg. 8. Æn. 645.
Incendere vepres. Virg. 1. Georg. 271.
Sunt qui Nomin. ſing. Hic vepris faciunt.
VEPRĔCŬLA, æ. f. dimin. Cic. pro Sext. 72. Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere.
VEPRETUM, i. n. [ἀκανθών] Locus vepribus plenus. Columel. lib. 4. cap. 32. Fluminum ripis & limitibus ac vepretis commodius, quam mediis agris deponitur.

V E R

VER. Verona, Verum.
VER, veris. n. [ἔαρ, Gl. L. G. & G. L.] Anni pars temperatior, a Veniendo dictum, quod tum venire, id eſt oriri & creſcere incipiunt virgulta, & frondes ac flores arborum atque herbarum. [Quaſi non origo ex Græco manifeſte appareat. V. Voſſ. Etymol.
Ver in tres partes dividitur, Novum, adultum, & præceps. V. ADULTUS. Virg. 1. Georg. 43.
Vere novo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur. Ubi Servius, Vere novo, & anni initium accipimus, & primam partem veris.
Primovere, i. e. Novo. Plin. lib. 10. cap. 29.
Incipiente vere. V. INCIPIO.
Ineunte vere. V. INEO.
Veris initium, quando. Cic. 7. Verr. 27. Quum autem ver eſſe coeperat, cujus initium ille, non a Favonio, neque ab aliquo aſtro notabat, ſed quum roſam viderat, tum incipere ver arbitrabatur.
Aquoſum. Stat. 4. Silv. 4. 12.
Benignum. Sen. Thyeſt. 9.
Breve. Ovid. 1. Met. 118.
Imbriferum. Virg. 1. Georg. 313.
Nidificum. Sen. Med. 9.
Nimboſum. Juven. 4. Sat. 88.
Purpureum, Pulchrum. Virg. 9. Ecl. 40.
Rubens. Virg. 2. Georg. 323.
Tepens. Ovid. 3. de Arte Am. 185.
Tepidi veris tempora. Ovid. 5. Faſt. 602.
Udo vere madent terræ. Virg. 3. Georg. 429.
Adoleſcit ver. V. ADOLEO.
Agere ver. Virg. 2. Georg. 338.
Appetit ver. V. APPETO.
Ver tanquam adoleſcentiam ſignificat, oſtenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata ſunt. Cic. de Senect. 70.
Ver ſacrum. Siſenna lib. 4. Hiſt. Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. Feſt. Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis: magnis enim periculis vovebant adducti, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed quum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. V. Liv. lib. 22. 9. & 34. 44.
VERCŬLUM, i. n. dimin. Ver parvum. Plaut. Caſ. 4. 4. 15. Meum corculum, melliculum, verculum.
VERNUS, a, um. Adj. [ἐαρινός, Gl. G. L.] Quod eſt veris: ut, Verni flores.
Vernum æquinoctium. Plin. lib. 10. cap. 31.
Avis verna. Ovid. 6. Epiſt. 109.
Flos vernus. Tibull. lib. 2. 2. 59.
Roſa verna. Propert. lib. 5. 5. 22.
Sol vernus. Ovid. 3. Triſt. 12. 17.
Species verna diei, Formoſitas temporis verni. Dies enim hic Tempus ſignificat. Lucret. lib. 1. 10.
Tempus vernum. Hor. de Arte Poet. 302. Cic. de Senect. 70. Breve enim tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene honeſteque vivendum: ſi proceſſeris longius, non magis dolendum eſt, quam agricolæ dolent, præterita verni temporis ſuavitate, æſtatem autumnumque veniſſe. Idem 5. Tuſc. 37. Verno tempore tepefacta frondeſcunt.
Venti verni. Hor. 1. Carm. 4. 7.
VERNA, æ, f. [ἐαρινὴ ὥρα] Gloſſ. Græcolat.
VERNUM, i. n. pro Verno tempore, vel Vere. Plin. lib. 19. cap. 3. Ibid. cap. 5. In hoc mirum, imas ejus radices creſcere hieme: verno, ut quum apparuerit viola, minui ac contrahi.
VERNŬLUS, a, um. Adj. Dimin. ut, Avis vernula. Rutil. Itin. v. 112.
VERNĀLIS, e. Adj. Idem quod Vernus. Manil. 3. 258.
Tunc anguſta dies vernales fertur in horas.
Aliam notionem, V. infra in VERNA, æ, m.
VERNO, [ἐαρίζω] âre. Pullulare: quod ipſo vere omnia renaſci & ſuccreſcere conſpiciantur.
Humor vernat. Ovid. 7. Met. 284.
Nemus vernat. Sen. Herc. OEth. 4.
Vultus vernabant lanugine. Claud. 4. Conſ. Hon. 199. Martial. lib. 2. 61.
Quum tibi vernarent dubia lanugine malæ. i. e. Pilos emittere inciperent.
Dicitur de variis animalibus. De avibus. ut,
Vernant aviculæ. Plaut. Dum aviculæ vernant. Quippe verno tempore omnia lætari videntur. Ovid. 3 Triſt. 12. 8.
Indocilique loquax gutture vernat avis. i. e. Lætatur, laſcivit.
De apibus. Columel. 9. 9. Apes curam poſtulant diligentiorem, cum vernant, & exundant novis fetibus.
De anguibus. Plin. 8. 27. Anguis, hiberno ſitu membrana corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitiduſque vernat. Conf. VERNATIO.
VERNANS, antis. [ἐαρίζων] ut,
Ager vernans paſſere arguto. Martial. 9. 57.
Arbores vernantes. Plin. 12. 22.
Cælum ſalubre & vernans. Idem 7. 2.
Silvæ vernantes. Senec. Herc. OEth. v. 580.
VERNATIO, ōnis. f. [λεβηρίς] Corium vetus, quo ſerpentes exuuntur: quoniam id Vere faciunt. Notum enim eſt ſerpentes quotannis verno tempore exuere membranam corporis, hiberno ſitu obductam. Plin. lib. 30. cap. 3. Anguinæ vernationis membrana cum oleo tedæque reſina calefacta. Sic lib. 29. cap. 5. Membrana, ſive ſenectus anguium, vernatione exuta, cum cancro maſculo trita. V. & 32. 4.
VERNĀTĬLIS, e. Adj. Caſſiod. Var. 3. 53. Aridis locis aquas dare vernatiles.
VERNĬCŌMUS, a, um. Adj. Mart. Capella 6. p. 188.
— vernicomæ frondent tibi munera olivæ.
VERNĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Mart. Capella 1. 1.
Comere verniferis florentia limina ſertis.
VERNĬRŎSEUS, a, um. Adj. Tertull. de Judicio Dom. v. 2.
Et vernirofeas tituiabit floribus auras. [Niſi diviſe ſcribendum, ut ſit Genitivus, a Vernum, i, n. quod & quantitas poſtulat.
VERACITAS, V. VERUM.
VERĒDUS, vel ut al. & Gloſſ. VERĒDUS, i. m. [ἄλογος, Gl. L. G.] Opinio eſt Veredum equum eſſe, qui vehat rhedam: ſed Turnebus equum putat, qui neque rhedam, neque ciſium trahat, ſed vice tamen rhedæ ſit. Id adeo ex Martiale lib. 12. 14. & Auſonio conjicere licet: Ille enim inquit,
Parcius utaris moneo rapiente veredo,
Priſce, nec in lepores tam violentus eas. Non, ut opinor, qui venabatur, rheda vectabatur. Sed & equum eſſe, non rhedam, ſequens verſus indicat,
Decidit excuſſus, nec rediturus, equo. Auſonius etiam apertiſſime id indicat Epiſt. 27. his verbis,
Non ciſium, aut pigrum cautus conſcende veredum:
Non tibi ſit rhedæ, non amor acris equi. Iterum Epiſt. 22.
Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum. Ubi in equis viatoriis numeratur veredos. Sed & in antiquo lexico exponitur ἄλογος. Iſidorus tamen 12. 1. Veredos eſſe dictos ait, quod veherent rhedas, vel quod per vias publicas currant, per quas & rhedis ire ſolitum erat. Ex Turnebo. V. Voſſ. Etym.
VERÆDĀRIUS, vel VEREDARIUS, i. m. Onomaſt. Vet. Verædarius, δρομεύς. Sidon. 5. Epiſt. 7. Hi ſunt, qui invident ſtipendia paludatis, viatica veredariis, &c.
VĒRĀTRUM, i. n. [ἐλλέβορος, Gl. L. G. & G. L.] Herba, quæ & Helleborum dicitur, teſte Plin. lib. 25. cap. 5. Perſ. 1. Sat. 51.
— non hic eſt Ilias Acci
Ebria veratro. Lucret. lib. 4. 644.
Præterea nobis veratrum eſt acre venenum:
At capris adipes, & coturnicibus auget. V. HELLEBORUM.
Album veratum. Celſ. lib. 2. cap. 13.
Nigrum veratrum. Celſ. lib. 2. cap. 12.
VERACITER, VERACULUS, VERATOR, VERATRIX, VERAX, V. VERUM.
VERBALIS, VERBATIM, V. VERBUM.
VERBASCUM, i. n. [φλόμος] Herba, quæ Græcis, inquit Plin. Phlomos dicitur, cujus apud eundem duas ſpecies videbis expreſſas, noſtra lingua *Bulonem* album aut nigrum vocamus. V. Plin. lib. 25. cap. 10.
VERBĒNA, æ. f. [θαλλός, Gl. L. G. θαλλὸς, G. L.] proprie, ut ait Servius,

Servius, herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolii, qua coronabantur Feciales & Pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Plin. lib. 22. cap. 2. Siquidem auctores imperii Romani, conditoreſque, immenſum quiddam & hinc ſumpſere, quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenæ. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt gramen, ex arce cum ſua terra evulſum: ac ſemper & legatis, quum ad hoſtes clarigatumque mitterentur, id eſt res raptas clare repetitum; unus utique verbenarius vocabatur. Hæc Plin. Virg. 12. Æn. 120.

— & verbena tempora vincti. Cic. 6. Verr. 110. Dies ille, quo ego Ennam quum veniſſem, præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.

Verbenas abuſive vocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliva, myrtus. Plaut. Truc. 2. 5. 27.

Aſtaphium: fer huc verbenam mihi, tus, & bellaria. Ter. And. 4. 3. 11.

— ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne. Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur. Hæc Servius.

Verbenas Donatus ait eſſe omnes herbas & frondes feſtas ad aras coronandas, ex aliquo loco puro decerptas, quaſi Herbenas.

Adolere pingues verbenas. Virg. 8. Ecl. 65.

Velare capita verbena. Propert. lib. 4. 3. 57.

Vincta caſtis verbenis ora. Hor. 4. Carm. 11. 7.

Vincti tempora verbena. Virg. 12. Æn. 120.

De Verbena, quam proprio nomine Botanici vocant, V. Ruell. & infra VERBENACA.

VERBENĀRIUS, i. m. Varro apud Non. 12. 38. Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus pacis ſignum. V. Plin. loc. cit. in VERBENA.

VERBENĀTUS, a, um. Adj. Suet. in Calig. cap. 27. Alterum, qui ſe periturum ea de cauſa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque. Sic reſtituit ex veteribus libris, cum Verberatum mendoſe legeretur, Turnebus.

VERBĒNĀCA, æ. f. [ἱεροβοτάνη, περιστερεών] Herba eadem, quæ & Verbena dicitur. Plin. lib. 25. cap. 9. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet quam hierobotane. Aliqui periſtereon, noſtri verbenacam vocant. Hæc eſt, quam legatos ferre ad hoſtes indicavimus. Hac Jovis menſa verritur, domus purgantur, luſtranturque. Genera ejus duo ſunt. Folioſa quam feminam putant: Mas rarioribus foliis. Ramuli utriuſque plures, tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora quam quercus, anguſtioraque, diviſuris majoribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. Naſcitur ubique in planis aquoſis.

Verbenaca, nomen in Latinis ſcriptoribus non rarum, qua ratione formatum ſit non apparet: proindeque Verbenatam dici debere Turnebus putat, cum præſertim verbena gramen ex arce cum ſua terra evulſum ſignificet, quod gramen ſacrum putabant, & [illegible], id eſt verbenata ſæpe ſumeretur, & verbena fieret, &, ut ita dicam, verbenaretur. Quo factum eſt ut verbenata etiam verbena diceretur, cum verbena proprie omnem herbam ſacram ſignificaret: ſed & ramos, quibus aras ornabant, aut adolebant. Virg. 8. Ecl. 65.

Verbenaſque adole pingues & maſcula tura. Hæc Turneb. 8. 23. [Sic tamen & Securidaca dicitur, quod idem in Securiclata mutatum volebat. Sed quid ceteris fiet ſimiliter deſinentibus ut Portulaca, item hiſce Urtica, Myrica, Lactuca, & pen. br. Braſſica, Vettonica?

VERBAGENA, æ. f. Terra proſciſſa aratro, id eſt Vomere. Actum. Gloſſ. Latinogræc. ſublata interpretatione Græca. conf. VERVACTUM.

VERBER, ĕris. n. [ῥοπή, πληγή, μάστιξ] Inſtrumentum (inquit Valla lib. 6.) longum & exile, qualis eſt virga, baculus, fuſtis, lora, flagellum, ferula, arundo, & ſi quid eſt ſimile. Virg. 3. Georg. 106.

— illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora. Martial. lib. 14. 72.

Sordida ſi flavo fuerit tibi pulvere veſtis,
Colligat hunc tenui verbere cauda levis.

Surdo verbere hominem cædit conſcientia. Juven. 13. Sat. 194.

— cum tamen hos tu
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum? Surdo verbere, h. e. Occulto, tacito, nec ab aliis audito vel intellecto, quum interius e conſcientia flagellatur. Tortorem vocat animum, quia tortoris præſtat officium. Malos enim ſua punit & torquet conſcientia.

Increpuit icto verbere equos. Ovid. 14. Met. 821.

Laceravit crudo verbere mea terga. Ovid. 2. Faſt. 695.

Mugit crudo verbere taurum. Stat. 1. Silv. 1. 68.

Sævire verbere. Ovid. 8. Met. 399.

Recto verbere ſævus Scorpius, icto caudæ erectæ. Lucan. lib. 9. 838.

Verbera pl. Quod ſolum uſitatum Gloſſographus falſo tradit. [μάστιγες, πληγαί, Gl. G. L.] Ter. And. 1. 2. 27.

Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem.

Denſa verbera. Stat. 6. Theb. 402.

Pati lenta verbera. Virg. 3. Georg. 208.

Præbere manus verberibus. Ovid. 1. de Arte Am. 16.

Scindentia verbera pectus. Sil. lib. 1. 172.

Sonant ſæva verbera. Virg. 6. Æn. 558.

Subeunt verbera manus teneræ. Ovid. 1. Amor. 13. 18.

Trahuntur ad ſupplicium ſervi, qui cæſi verberibus &c. Cic. Anteq. iret in exil. 18.

Verbera, plerumque pro ipſa verberatione, ſive pro ictibus accipimus. Cic. 7. Verr. 130. Ne catenæ, ne verbera, ne ſecures, ne cruciatus ſociorum, &c. Ter. Heaut. 2. 3. 115.

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Liv. 2. 23. Inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum.

Inſona verbera. Claud. 1. in Ruff. 49.

Sæva verbera. Virg. 3. Georg. 252.

Accipere verberibus. V. ACCIPIO.

Animadvertere verberibus. V. ANIMADVERTO.

Caſtigare verberibus. V. CASTIGO.

Coercere aliquem verberibus. V. COERCEO.

Deterreri verberibus. Cic. 5. de Fin. 55. Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint: quum vero paulum proceſſerint, luſionibus vel laborioſis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri poſſint.

Ferre verbera in aliquem. Ovid. 1. Amor. 7. 6.

Ferre verbera alicujus. Ovid. 2. de Arte Am. 533.

Formidare verbera. Stat. 5. Silv. 3. 184.

Multare aliquem verberibus. Tacit. 1. Ann. 32.

Necare aliquem verberibus. Cic. in Piſon. 84.

Negare ſe verberibus. Tibul. lib. 2. 3. 86.

Pati verbera. Tibul. lib. 5. 4. 60.

Stare ad verbera. Ovid. 1. Amor. 6. 19.

Linguæ verbera, Objurgationes. Hor. 3. Carm. 12. 3. V. VERBERO, āre.

Radiorum verbera. Lucret. lib. 5. 1103.

Ventorum verbera vitare. Lucret. lib. 5. 955.

VERBEREUS, a, um. Adj. [μαστιγίας] Quod eſt dignum ut verberetur. Plaut. Perſ. 2. 2. 2. Ain' vero verbereum caput? Idem Pſeud. 4. 1. 7.

Sed video eccum verberean ſtatuam: ut magnifice infert ſeſe.

VERBERŌSUS, a, um. Adj. [μαστιγίας] Gloſſ. Græcolat. Verberoſus, flagellariſius. Rectius Verberonem dixiſſet.

VERBĔRO, ōnis. m. [μαστιγίας] Qui eſt verbere dignus. Plaut. Amph. 1. 1. 228. Ain' vero, verbero. Ibid. 2. 2. 25. Tun' me, verbero, audes herum ludificarier?

Vitiorum verberones, eleganter dixit P. Chryſolog. Serm. 5.

VERBĔRO, [αἰκίζομαι, μαστιγῶ, Gl. G. L.] āre. Verbere cædere. Liv. 2. 41. Sunt qui patrem auctorem ejus ſupplicii ferant, eum, cognita domi cauſa, verberaſſe, ac necaſſe. Cic. 7. Verr. 112. Quæ quum apud te diceret, virgis oculi verberabantur.

Pendere, pulſari & verberari. Cic. 5. Verr. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulſari autem alios, & verberari porro alios, &c.

Manifeſto verberari. V. MANIFESTUS.

Injuria aliquem verberare. Cic. 4. de Fin. 76. Æque peccat, qui patrem & qui ſervum injuria verberat.

Lapidem verberare. Plaut. Curc. 1. 3. 42. Proverb. in eum, qui objurgat incaſtigabilem. V. Chiliad.

Manu ora verberat. Propert. lib. 2. 9. 10.

Alas verberat hirundo. Plaut. Bacch. 1. 1. 17.

Æthera aquila verberat alis. Virg. 11. Æn. 756.

Auras ictibus verberare. Idem 5. Æn. 377.

Tormentis urbem verberare, Percutere ariete. Cic. 8. Philipp. 20. Quid ille ut faceret inducias? ante conſules, oculoſque legatorum, tormentis Mutinam verberavit; opus oſtendebat, munitionemque legatis.

Ungula ſonante urbem verberat eques. Hor. Epod. 16. 12.

Partem interiorem etiam aer verberat. Lucret. lib. 4. 936.

Verberari ſole, luna, imbre, ac ventis. Plin. lib. 14. cap. 21.

Verberare, de Verbis etiam dicitur; quoniam, ut teſtatur Nonius 2. 216. Verberare non ſolum a verberibus dictum, ſed etiam a verbis. Plaut. Amph. 1. 1. 177.

Hinc enim mihi dextera vox aures ut videtur, verberat. [Apud Non. puto De verberibus, & De verbis, ſcribendum.

Convicio cogitationis verberare, pro Laceſſere. Cic. 16. Fam. 26. Verberavi te cogitationis tacito duntaxat convicio. conf. VERBERATIO.

VERBERANS, antis. Partic. Petron. cap. 134. Arundo quaſſata verberantis impetum minuit.

VERBERATUS, a, um. Partic. [μαστιχθείς, Gl. L. G.]

VERBERATIO, ōnis. f. [αἰκία, βασανισμός, Gl. L. G. μαστίγωσις, G. L.] Cic. 16. Fam. 27. Mirificam mihi verberationem ceſſationis epiſtola dediſti. conf. Dig. 48. t. 19. l. 17.

VERBERĀTUS, ûs. m. [αἰκισμός] Ipſa verberatio. Plin. lib. 31. cap. 3. Si etiam expreſſa in altum, aut e ſublimi dejecta, verberatu corripiat aëra. De qualitate aquarum.

Verberatus, pro Impulſu. Curt. 7. 8. 29. Si non propemodum tuo verberatu et omnes, te præeunte, juravimus, eoſdem nos inimicos. Sed meliores libri, In tua verba, tui omnes, &c.

VERBERATOR, ōris. m. Prudent. Paſſione Caſſiani v. 38.

Donetur ipſis verberator parvulis.

VERBERĀBILIS, e. Adj. [illegible] ior, iſſimus. Plaut. Aul. 4. 4. 6.

Verberabiliſſime, etiam rogitas? non fur, ſed trifur?

VERBERITO, āre. Sæpe verberare. Feſtus, Verberitare idem Cato frequentative, ab eo quod Verbero dixit.

VERBUM, i. n. [ῥῆμα, Gl. G. L. & L. G. λόγος, G. L.] a Verberatu, quod Verberato lingua intra palatum aere, omnis oratio promatur. Varro a Veritate deducit, quod verum nos loqui oporteat. Cic. in Topicis, 35. Verba ſunt rerum notæ. Ter. And. 5. 2. 19. Verbum ſi addideris. Idem Hecyr. 3. 1. 33.

Fortaſſe unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit, here. Cic. 2. de Orat. 130. Neque enim quoties verbum aliquod eſt ſcribendum nobis, toties ejus verbi litteræ ſunt cogitatione conquirendæ.

Verbum voluptatis, non habet dignitatem. Cic. 2. de Fin. 75.

Verbo tenus diſſerere. Cic. 3. de Legib. 14. Veteres verbo tenus, acute illi quidem, ſed non ad hunc uſum popularem atque civilem, de Rep. diſſerebant.

Caſtrenſe verbum. V. Caſtrenſis, in CASTRUM.

Carum ipſum verbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. Cic. 1. de Nat. Deor. 123.

Contumelioſiſſimum verbum. Quintil. lib. 6. cap. 10.

Durum verbum, inſolens & hoſtile. Cic. de Clar. Orat. 273.

Inquinatum verbum, abjectum, non aptum, durum longe petitum. Cic. de Opt. gen. Orat. 7.

Inſolens verbum. V. INSOLENS.

Lugubre verbum. V. Lugubris, in LUGEO.

Nauticum verbum. V. Nauticus, in NAVIS.

Aberrare verbo aut nutu. Cic. de Haruſp. Reſp. 23.

Abiit verbo invidia. V. ABEO.

Accedit verbum ad aures. V. ACCEDO.

Accidit in te illud verbum. V. Verbum, pro tota ſententia, & ACCIDO.

Accipere verbum, & verbis. V. ACCIPIO.

Accipere ad verbum, non ad ſententiam, Vide ACCIPIO. H. St.

Addam non amplius verbum. Hor. 1. Serm. 1. 121.

Cogitare ad verbum. V. COGITO.

Commodat verbum, [illegible], Gloſſ. Latinogræc.

Complecti uno verbo. V. COMPLECTOR.

Conjicere verbum in interdictum V. CONJICIO.
Ducere verbum ex verbo. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Exprimere verbum de, vel a verbo, Ad verbum transferre. Ter. in prol. Adelph. 11. Cic. 4 Acad. 17. Nec definiri ajebant neceſſe quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut (ſi verbum e verbo volamus) comprehenſio.
Fingere verbum aliquod. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Interponere verbum ullum. V. INTERPONO.
Interpretari verbum priſcum & inſolitum. V. INTERPRETOR.
Labi verbo. Plin. 2. Epiſt. Ne verbo quidem labitur.
Peccare verbo aliquo. Ovid. 2. Amor. 16. 81.
Perdere, ut Cic 5. Fam. 15. Dicerem jucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem.
Permittere verbo, re hortari. Cic. 4. Verr. 67. V. RE0.
Premere aliquem verbo. Cic. 1. Tuſc. 13.
Reddere verbum verbo. Hor. de Arte Poet. 133.
Reddere verbum pro verbo, Idem. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. Converti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Æſchinis Demoſtheniſque: nec converti ut interpres, ſed ut orator, ſententiis iiſdem & earum formis, tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere, ſed genus omnium verborum, vimque ſervavi.
Eiſdem verbis, ſive ad verbum reddere quod cogitavimus. Cic. de Clar. Orat. 301. Quintil. lib. 10. cap. 6.
Relinquere verbum ambiguo. Lucret. lib. 4. 1131.
Reſpondere verbum verbo Ter. Phorm. 1. 4. 36.
Tranſlatum audacius verbum. Quintil. lib. 4. cap. 1. V. Tranſlata Verba infra.
Volat ſemel emiſſum irrevocabile verbum. Hor. 1. Epiſt. 19. 71.
Verbum, Proverbium, vulgare dictum. Plaut. Moſt. 3. 2. 104. Ter. Adel 5. 3. 17.

> Non æquum dicis, non: nam vetus verbum hoc quidem eſt,
> Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Idem And. 2. 5. 15.

Verbum, pro Tota ſententia. Ter. And. 5. 3. 14.

> Olim iſtuc, olim, quum ita animum induxti tuum,
> Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi.
> Eodem die iſtuc verbum vere in te accidit. Idem Eun. 1. 2. 95.
> Utinam iſtuc verbum ex animo ac vere diceres. Idem Adel. 5. 8. 30.

Quid iſtuc verbi eſt? Plaut. Ciſt. 2. 3. 61. h. e. Quid ſibi volunt hæc verba.
Verbum ſat eſt. Plaut. Bacch. 4. 8. 37.

> Ta aurum rogato, ceterum verbum ſat eſt. Idem Truc. 2. 8. 14.

Verbi gratia, [λόγου χάριν, Gl. L.G.] & Verbi cauſa, quod & Exempli gratia dicitur in eandem ſignificationem. Cic. de Fato 10. Si quis, verbi cauſa, oriente Canicula natus eſt, is in mari non morietur Sic 5 de Finib. 30. Verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. Idem 4. Verr. 129. & 1. Tuſc. 12 & Lucret. lib. 3. 423.
Ad verbum. V. AD. & paulo ſupra.
In verbo, Inter loquendum. Virg. 6. Æn. 547.

> Tantum effatus, & in verbo veſtigia torſit. h. e. Simul cum ultimo verbo avertit.

Verba iſtæc ſunt. Ter. Phorm. 3. 2. 30.

> Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.
> D. Verba iſtæc ſunt. [I. e. Inania, vel potius Mera verba.

Verba & ineptiæ Cic. in Piſon. 65. Exiſtimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba ſunt atque ineptiæ.
Ora pervia verbis Ovid. 5. Met. 194.
Ambage novorum verborum obſcurum carmen. Ovid. 14. Met. 57.
Aſperitas verborum. Ovid. 14. Met. 526.
Bonitas verborum Cic. in Brut. 164. Oratus autem vivis ejus æqualibus proximus optimis numerabatur Curio, propter verborum bonitatem, ut ante dixi, & expeditam, ac profluentem quodam modo, celeritatem. Paulo ante dixerat; Itaque in Curione hoc veriſſime judicari poteſt, nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum ſplendore & copia. Apparet igitur, Verborum ſplendore, & bonitate rem eandem ſignificari, ut Copia & Celeritate. V. Bonitas, in BONUS.
Collocatio verborum. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Comprehenſio verborum. V. Periodus & Verborum comprehenſio in COMPREHENDO.
Concinnitas verborum. Cic. in Orat. 149.
Copia verborum. Quintil lib. 1. cap. 8.
Copia caſſa verborum. Lucret. lib 4. 514.
Delectus verborum, origo eſt eloquentiæ. Cic. de Clar. Orat. 253.
Derivatio verborum. Quintil. lib 1 cap 7.
Doctrina verborum V. Vera & abſoluta eloquentia, in ELOQUOR.
Electio verborum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Elegantia verborum. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Gravitas verborum. Quintil. lib. 1. cap 3.
Jactatio verborum. V Jactatio, in JACIO.
Jaculatio verborum. Quintil. lib 6. cap. 3.
Immutationes verborum V. Immutatio, in IMMUTO.
Latitudo verborum. Cic. 2 de Orat. 91. Fuſius nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non aſſequitur; oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur. Nervi, ſunt robur orationis. Oris pravitas, oris contorta deformitas. Verborum latitudo, vaſta ac ruſtica litterarum expreſſio. [Lego, Si quos tamen.
Magnificentia verborum. Quintil lib. 3. cap 8.
Majeſtas verborum. Cic in Orat.
Murmura verborum. Ovid. 10. Met. 382.
Splendor verborum. Cic. in Brut. 164 V. paulo ante. Bonitas verborum.
Suavitas verborum. [εὐγλωττία] Gloſſ. Latinogræc. & Græcolat. Ibid. Synon. Subtilitas verborum jungitur.
Balba verba. Hor. 1. Serm. 3. 274.
Certa verba. V. CERTUS.
Compoſita verba. V. COMPONO.
Confuſa verba Ovid 2 Met 666.
Exanimata exiliter verba. V. Exanimatus, in EXANIMUS.
Expreſſa & ſenſu tincta verba Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exquiſita verba. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Grandia verba. Perſ. 3. Sat. 45.

Gravia verba, plena, ſonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata, ſuperlata, in primiſque tranſlata, nec in ſingulis verbis, ſed in continentibus ſoluta. Cic. in Partit. 54.
Horrida verba. Cic. in Brut. 68 de Catone, Antiquior eſt hujus ſermo, & quædam horridiora verba, ita enim tum loquebantur. Hoc eſt, incompta, brevia, non operoſa, ut ait Gell. lib. 10. cap. 3.
Incompta verba. Gell. lib. 10. cap. 3.
Inverſa verba. V. INVERTO.
Luculentiora verba V. Luculentus, in LUX.
Nativa verba V. Nativus, in NASCOR.
Noſtratia verba. V. Noſtras, in NOS.
Nova fictaque verba. Hor. de Arte Poet. 52.
Nuda verba. Plin. 4. Epiſt. 14. Ex quibus tamen ſi nonnulla tibi paulo inſolentiora videbuntur, erit eruditionis tuæ cogitare, ſummos illos, graviſſimos viros, qui talia ſcripſerunt, non modo laſcivia rerum, ſed ne verbis quidem nudis abſtinuiſſe. Nudis, i. e. Nulla circumlocutione ob verecundiam tectis.
Nupta verba. V. NUBO.
Obſoleta & Barbara verba. V. Obſoletus, in OBSOLEO.
Propria, uſitata verba, nova, priſca, inuſitata. Cic. in Orat. 80.
Propria, ſignificantia, & non ſordida verba. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Seſquipedalia verba. Hor. de Arte Poet. 97.
Vulgaria & quotidiana verba. Quintil. lib 4. cap. 2.
Adigere in verba alicujus. V. ADIGO, & infra Jurare in verba.
Arripere verba de foro. V. ARRIPIO.
Aucupari verba, vel vim verborum. V. AUCUPOR.
Coagmentare verba. V. COAGMENTO.
Conſueſcere verbis idoneis. V. IDONEUS.
Commutare verba. V. COMMUTO.
Inculcare verba Græca. V. INCULCO.
Infarcire verba. V. INFARCIO.
Inhærere verbis Quintil. lib. 7. cap. 2.
Jungere verba. V. JUNGO.
Pingere verba. Cic. in Brut. 141. Schemata quæ vocant Græci, ea maxime ornant oratorem, eaque, non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis ſententiis. Pingendis, h e Ornandis diſtinguendis. Unde Latini Colores, & Græci χρώματα vocant ipſas Exornationes. Hinc Cicero 2. Att. 1. ſcripſit, librum ſuum totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſiſſe. V. PIGMENTUM.
Poſita verba in uſu quotidiano. Quintil. lib. 8. cap. 10.
Trahere verba de verbis. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Transferre totidem verbis, Ad verbum. Cic. 6. Att. 2. Itaque iſtum ego locum totidem verbis a Dicæarcho tranſtuli.
Tranſlata verba ea dico, quæ per ſimilitudinem ab alia re aut ſuavitatis, aut inopiæ cauſa transferuntur: Mutata, in quibus pro verbo proprio ſubjicitur aliud, quod idem ſignificet, ſumptum ex aliqua re conſequenti. Hæc Cicero in Orat. 92. Ubi etiam Immutata vocat, quæ hic Mutata. Senſus eſt: Differentia eſt inter tranſlata & mutata verba. Tranſlata ſunt, quæ ſimilitudine quadam ab alia re dicuntur. Idque duabus potiſſimum de cauſis fit: vel propter ſuavitatem, vel propter inopiam. Suavitas ſentitur vel in verbo, quod ſignificantius ſit: ut Incenſus ira, Inflammatus cupiditate, Lapſus errore: vel in verbo, quod ſit decentius, ut Lumen orationis, Claritas generis. Concionum procellæ, Flamen eloquentiæ. Inopia, quum nullum proprium nomen habemus, cogit nos aliunde transferre: ut Durum hominem dicimus, & Fructus laborare, & Agros ſitire. Quoties autem nihil horum in tranſlatione erit, ſemper erit improprium. Mutata verba dicuntur, in quibus pro verbo proprio ponitur aliud, quod idem ſignificet: ut Arma pro Bellis, Bacchus pro Vino, Ceres pro Frugibus. Dicimus Totam Italiam eſſe commotam, pro omnibus Italis Italiam ponentes. V. Transferre aliquod verbum, in TRANSFERO.
Verba, pl. n. Plerumque pro Ipſa oratione, quæ his conſtat, dicimus, ut Summa verborum. Ovid. 14. Met. 815.
Blanda verba. V. BLANDUS.
Canina verba. Ovid in Ibin, 234.

> Latrat & in toto verba canina foro.

Conſulta verba. V. Conſultus, in CONSULO.
Graviſſima verba. Quintil lib. 3. cap. 6.
Inania verba. V. INANIS.
Indomita verba. Senec. Agamem. 13.
Ingentia verba, Magnifica. Ovid. 13. Met. 141.
Inopinata verba. V. INOPINATUS.
Inornata verba. Hor. de Arte Poet. 234.
Intrepida verba. Senec. Hippol. 5.
Lenia verba. Ovid. 2. Amor. 1. 22.
Libera verba. Propert. lib. 4. 10. 90.
Luctifica verba. Senec. Theb. 1.
Magnifica verba. V. Magnificus, in MAGNUS.
Mala verba. V. MALUS.
Quid multa verba? H. St. Priora cultro reſecta ſunt. Verba puto Cic.
Nitida verba. V Nitidus, in NITEO.
Nuntia verba. Valer 1. Argon. 440.
Obſcura verba. Senec. 1. Theb.
Perabſurda verba. V. PERABSURDUS.
Perplexa verba. Senec Hippol. 8.
Prænuntia verba cladis. Ovid. 3. Met. 191.
Profana verba Ovid. 3. Triſt. 5. 48.
Sæva verba. Hor. Epod. 12. 13.
Simulata verba Virg 1. Æn. 714.
Sobria verba. V SUBRIO.
Sollennia verba. Ovid. 10. Met. 4. V. SOLLENNIS.
Specioſis verbis aliquid narrare. Paterc. lib. 2 41.
Splendidioribus verbis utebatur Curio. Cic. in Brut. 124.
Suſpenſa ſemper & obſcura verba. Tacit. 1. Ann. 11.
Triſtia verba. Hor. de Arte Poet. 105.
Vana verba Ovid 13. Met 263.
Violenta verba. Ovid. 13. Met. 717.
Abſtinere verbis. V. ABSTINEO.
Accommodare alicui verba. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Addere

Addere verba. Sil. lib. 13. 719.
Appellare viros erat ardor, & addere verba.
Addere perjuria falſis verbis. Ovid. 11. Met. 206.
Affari aliquem blandis verbis. Stat. 1. Achil. 383.
Anhelata verba. V. ANHELO.
Aptare verba rebus. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Aucupari verba rumoris. Senec. Theb. 2.
Auferre alicui uſum verborum. Ovid. 14. Met. 99.
Cadentia verba ſollers. V. CADO.
Capta verbis puella, Decepta. Ovid. 1. de Arte Am. 458.
Cavillari verba alicujus. Tacit. 1. Ann. 46.
Claudere verba pedibus, Verſus facere. Hor. 2. Serm. 1. 28.
Claudere verba modis imparibus, Scribere elegias. Ovid 4. de Pont. 16. 36.
Cogere verba in pedes, Carmina ſcribere. Ovid. 3. Triſt. 12. 34.
Commemorare verbis. V. COMMEMORO.
Committere verba tabellis, Scribere in tabellis. Ovid. 9. Met. 383.
Compellere aliquem amicis verbis. Virg. 2. Æn. 372.
Compeſcere verba. Senec. Med. 3.
Comprehendere verbis. V. COMPREHENDO.
Concipere verba. Ovid. 12. Met. 290.
Tum vero Paphius pleniſſima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit.
Concipere verba jusjurandi. Tacit. 4. Hiſt. 31.
Conferre verba in pauca. V. CONFERO.
Conferre verba ad rem. V. CONFERO.
Confici verbis gravibus ab aliquo & trucidari. Cic. de Aruſp. Reſp. 2.
Conflictari verbis. V. CONFLICTO.
Conſerere verba. Stat. 2. Silv. 1. 3.
Conſiſtere cum aliquo verbis. V. CONSISTO.
Contendere inter ſe verbis. V. CONTENDO.
Contendere fictis verbis. Ovid. 13. Met. 9.
Continuare verba. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Conveniunt utriuſque verba. V. CONVENIO.
Credere verba alicui. V. CREDO.
Decepta ſum tuis & amens, & femina verbis. Ovid. 2. Epiſt. 65.
Depromere verba. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Deſunt verba animo. Ovid. 5. Met. 451.
Dicere noviſſima verba. Virg. 4. Æn. 650.
Dictata ab aliquo verba. Ovid. 20. Epiſt. 29.
Dare verba alicui, Verbis fallere. Ovid. 16. Epiſt. 237. V. DO.
Dare verba ventis, Verba in vanum fundere, vel oblivisci. Ovid. 2. Epiſt. 25.
Dare verba in ventos. Ovid. 1. Amor. 6. 42.
Domare horrida verba, Reprimere verba magnifica. Tibul. lib. 1. 5. 6.
Effingere verba alicujus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Errare non ultra verba ac voces. Tacit. 1. Hiſt. 55. Quartam & duodevicesimam legiones, paucis ſeditionis auctoribus, non ultra verba ac voces erraſſe, & brevi in officio fore. Similem ſenſum eleganter enuntiat Curtius 7. 1. 25. per Intra: Utinam, inquit, Philotas quoque intra verba peccaſſet. Et Intra verba deſipere, Celſo 3. 18. eſt, Non ultra verba deſipientiâ vel inſaniâ progredi.
Eſt nil opus verbis. Lucret. lib. 3. 264.
Exaſperare rem verbis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exaudi verba mea. Senec. Hippol. 12.
Exponere rem verbis. Lucret. lib. 1. 833. Idem lib. 3. 964.
Facere multa verba. V. MULTUS.
Facere rata verba alicujus. Ovid. 4. Met. 387. al. Vota.
Facere verba mortuo, Proverbialis locutio. Ter. Phorm. 5. 9. 26. I. e. Operam ludere. V. MORIOR.
Frangere alicujus verba indomita. Senec. Agamem. v. 964.
Fundere verba. Ovid. 7. Met. 248.
Hortari aliquem verbis. Hor. 2. Epiſt. 2. 35.
Jacere verba. Ovid. 13. Met. 780.
Jactare mitiſſima verba alicui. Ovid. 2. Met. 816.
Inceſſere aliquem amaris verbis. Sil. lib. 11. 209.
Incidere verba ceris. Ovid. 9. Met. 528.
Incluſa verba pectore. Valer. 4. Argon. 372.
Includere verba verſu. V. INCLUDO.
Incluſa modis verba, Verſus. Stat. 4. Silv. 4. 88.
Incurrere verbis in aliquem. V. INCURRO.
Ingerere verba & vocem. V. INGERO.
Iterare verba. V. ITERUM.
Jurgari verbis. Hor. 2. Serm. 2. 100.
Jurare conceptis verbis. V. JURO.
Lenire aliquem mollibus verbis. Hor. Epod. 5. 84.
Loqui diſerta verba. Propert. lib. 3. 23. 6.
Loqui meditata verba. Stat. 2. Silv. 1. 74.
Loqui modeſta verba. Ovid. 3. Amor. 14. 16.
Miniſtrat verba vinum. Hor. 1. Epiſt. 15. 20.
Modulanda verba fidibus. Hor. 2. Epiſt. 2. 143.
Movent aliquem blanda verba. Ovid. 6. Met. 360.
Movere odia verbis. Virg. 2. Æn. 96.
Niti verbis. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Notare verba memori animo. Ovid. 14. Met. 913.
Nuncupare verbis. V. NUNCUPO.
Obvolvere vitium decoris verbis. Hor. 2. Serm. 7. 42.
Parcite verbis male ominatis. Hor. 3. Carm. 14. 12.
Perdere verba, Fruſtra loqui. Senec. 1. Theb.
Perhibere verba. V. PERHIBEO.
Perferre verba alicujus ad alium. Ovid. 20. Epiſt. 10.
Portare verba alicujus. Ovid. 2. Met. 744.
Profundere verba ventis. Lucret. lib. 4. 929.
Promittere verbis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Proſequi aliquid verbis ante præparatis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Recitare verba ex codice. Cic. 5. Verr. 26. Si hæc edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis recitare poſſem, ſicuti faciam, da quæſo ſcribæ, recitet ex codice.
Redarguere verba alicujus. Virg. 11. Æn. 688.
Reddere verba, Reſpondere. Ovid. 9. Met. 28.
Relinquere imperfecta verba. Ovid. 1. Met. 526.

Repetere verba. Ovid. 20. Epiſt. 9.
Retentare intermiſſa verba. Ovid. 2. Met. 746.
Retenta verba dolore. Ovid. 10. Met. 474.
Socianda verba chordis. Hor. 4. Carm. 9. 4.
Sordent verba. Stat. 5. Silv. 5. 58.
Spernere verba alicujus. Ovid. 5. Met. 669.
Trahere verba. Sil. lib. 8. 79.
Trucidari verbis gravibus ab aliquo. Cic. de Aruſp. Reſp. 2.
Vexare aliquem verbis. Lucret. lib. 5. 164.
Vincere verbis aliquid, Verſibus digne deſcribere. Virg. 3. Georg. 289.
Volutare ſecum verba alicujus. Ovid. 1. Met. 389.
Vulnerari verbis gravibus ab aliquo. Cic. de Aruſp. Reſp. 2.
Uti minoribus verbis. Ovid. 6. Met. 151.
Bona verba quæſo. V. BONUS.
Verbis meis ſalutem ei adſcribito: h. e. Meo nomine. Plaut. Bacch. 4. 4. 70.
Scribe. M. quid ſcribam? C. ſalutem tuo patri verbis tuis. Cic. 16. Att. 11. Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuavium des.
In hæc verba. V. IN.
Verba pl. eleganter poetæ cum Præſ. Partic. Act. & v. Dico, Loquor, aut ſimili, jungunt, ut ipſum verbum, cujus Partic. eſt, exprimant, ut Ovid. 3. Met. 105.
Atque ibi ſemianimi verba exſecrantia lingua
Edidit. I. e. Exſecrata eſt interfectorem.
Indignantia verba. Ovid. 6. Met. 384.
Medentia verba. Stat. 2. Silv. 2. 5.
Minantia verba. Ovid. 3. Met. 669.
Ovantia verba, Elata & magna. Sil. 8. 266.
Singultantia verba. Stat. 3. Silv. 3. 26.
Solantia verba. Ovid. 11. Met. 685.
Sonantia verba. Plin. 1. Epiſt. 16. [Hic ſunt Magna, ſonora.
Suadentia verba. Stat. 11. Theb. 435.
Dicere excuſantia verba, Excuſare ſe. Ovid. 9. Met. 215.
Dicere precantia verba, Precari. Ovid. 7. Met. 590.
Flectunt animos verba precantia. Ovid. 2. Met. 482.
Onerantia verba laſſas aures. Hor. 1. Serm. 10. 10.
Perdere verba non proficientia. Ovid. 1. Triſt. 2. 13.
Rogantia verba mittere. Ovid. 20. Epiſt. 33.
Uti petulantibus verbis. Ovid. 13. Epiſt. 245.
Jurare in verba alicujus, Obedientiam jurare alicui. Hor. Epod. 15. 4.
Jurare in verba aliqua. V. JURO.
Verbum, Pars orationis grammaticæ, in qua potiſſimum vis orationis eſt. De qua abunde apud Grammaticos. Quintil. lib. 9. cap. 4. Verbo ſenſum claudere; ſi compoſitio patiatur, optimum eſt.
Formare recta verba. Quintil. lib. 1. cap. 12.
VERBĀLIS, e. Adj. [ῥηματικός] Quod a verbo deſcendit. ut, Lector a Lego, Doctor a Doceo. Dictio Grammaticis familiaris. Iſidor. 1. 6.
Verbalis, In verbis conſiſtens. Fulgent. 1. Mythol. Mulierum verbalibus undis & cauſſidici cadent.
VERBŌSUS, a, um. Adj. [φλύαρος, Gl. L. G. & G. L. ἀδόλεσχος, L. G.] Quod verbis abundat. Cic. 7. Fam. 3. Habes epiſtolam, verboſiorem fortaſſe, quam velles.
Commentarii verboſi. Gajus in l. 3. D. de orig. juris.
Fatum verboſum. Ovid. 3. Triſt. 12. 28.
Leges verboſæ. Ovid. 2. Amor. 15. 5.
Loci verboſiſſimi. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Loquela verboſa. Catull. in Camerium, 33. 20.
Simulatio verboſa. Cic. pro Muren. 50. Non ſolum iſta veſtra verboſa ſimulatio prudentiæ, ſed etiam ipſa illa domina rerum ſapientia.
VERBŌSE, Adv. [πολυμύθως] Multis verbis. Cic. pro Muren. 26. Satis verboſe, ſed quid poſtea? Et 7. Fam. 3. Hæc ad te ſcripſi verboſius.
Adhibere diſcrimina verboſius. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Exponere aliquid verboſius. Quintil. lib. 3. cap. 11.
VERBOSITAS, ātis. f. [φλυαρία, Gl. G. L.] Firmicus lib. 6. cap. 31. Therſites fuit debilis, ridiculus, & garrula verboſitate ſemper impatiens.
VERBATIM, Adv. [αὐτολεξεί] Aliquot verſuum, qui huc tranſcripti ex Senecæ Octavia verbatim. Puto quoſdam dixiſſe & Verbatim. H. St. Auctoris mentio cultro empectæ deſecta eſt. Puto eſſe Lipſii, pro Verbotenus.
VERBIFICĀTIO, ōnis. f. Cæcil. apud Donat. in Ter. Eun. Quid tibi aucupatio eſt argumentum, aut de meo amore verbificatio eſt patri?
VERBIGĔNA, æ. m. i. e. Chriſtus. Prudent. Cathem. 5. 2.
VERBIGĔRO, [λογομαχέω] āre. Verba facere. Apul. Apol. p. 321. Elmenh. Nimis multa eſt oratio, ſi velimus memorare, quæ ego contra reſponderim, quamdiu & quoties inter nos verbigeratum ſit. [Ut Belligerare. At Gerere bellum dicimus, non item Verba gerere.
VERBILŎQUIUM, ii. n. Fulgent. 1. Mythol. Ariſtotelis ſyllogiſmaticum verbiloquium.
VERCELLÆ, ārum. f. [Οὐερκέλλαι] Urbs Italiæ Tranſpadanæ, in regione undecima, Taurinis vicina, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 17. Sil. lib. 8. 599.
Vercellæ, fuſcique ferax Pollentia villi. Vulgo *Vercel en Piedmont.*
VERCELLENSIS, e. Adj. ut, Vercellenſis ager. Plin. 33. 7.
VERE, V. VERUS.
VERECUNDE, VERECUNDIA, VERECUNDITAS, VERECUNDOR, VERECUNDUS. V. VEREOR.
VERENDO, [illegible] Gloſſ. Latinogræc. Quod Oedipo explicandum relinquimus.
VERENDA, V. VERENDUS.
VĔREOR, veritus ſum, [αἰσχύνομαι, ἐντρέπομαι, φοβοῦμαι, Gl. L. G. ὑποστέλλομαι, G. L.] ēri. Timere: proprie liberorum eſt, qui honeſti gratia pudore moventur. Dictum, ut quidam volunt, quaſi Valde reor, quia ea, quæ timemus, multi facere, ac diu cogitare ſolemus. Cic. pro Planc. 29. In patrem veretur, ut deum. Idem de Senect. 81. Vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt, memoriam noſtri pie inviolateque ſervabitis.
Vereri & Metuere aliquem. Auctor ad Heren. lib. 4. 49. Licentia eſt, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen, &c.
Metuebant eum ſervi, verebantur liberi. Cic. de Senect. 37.
Vereri ac Timere ut differat. Liv. 39. 37. Veremur quidem vos, Romani: &, ſi ita vultis, etiam timemus: ſed plus veremur & timemus deos immortales.
Bella vereri. Ovid. 5. Triſt. 10. 26.
Caritatem annonæ vereri. Cic. 5. Verr. 47. Et, quod caput eſt rei frumen-

tariæ, campus Leontinus, cujus antea ſpes hæc erat, ut quom obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non vererere.
Conſpectum patris vereri. Ter. Phorm. 1. 2. 2.
Culpam vereri. Cic. 2. de Orat. 213. Perge vero, Craſſe, inquit Mucius, iſtam enim culpam, quam vereris, ego præſtabo.
Pauperiem veritus. Hor. 1. Epiſt. 10. 39.
Reprehenſionem doctorum vereri. Cic. in Orat. 1.
Verbera vereri. Ovid. 20. Epiſt. 77.
Vereor, Genitivo junctum, qui vice Accuſativi ſit apud veteres. Afranius, Optandum uxorem, quæ non vereatur viri. V. plura apud Nonium 9. 3. Conf. Veretur Imperſ. infra.
Vereri cum Dativo, Cic. 4. Acad. 138. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, & aliquid adſciſcam, & comprobem.
Navibus veritus. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 9.
Ab aliquo vereri, ne malum efferat, Ter. And. 3. 4. 3.
Ego dudum nonnihil veritus ſum, Dave, abs te, ne faceres idem,
Quod vulgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes.
Ab aliquo vereri ſupplicium. Auctor ad Heren. 2. 28. Ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, e quo ſupplicium verebatur.
De aliquo vereri. Cic. de Senect. 18. Carthagini, male jamdiu cogitanti, bellum multo ante denuncio: de qua vereri non ante deſinam, quam illam excisam eſſe cognovero.
Magis vereor. V. MAGIS.
Dicam vereor. Ter. And. 2. 1. 25.
Tune id veritus es? Cic. 1. Q. frat. 3.
Vereor ne. Ter Phorm. 5. 8. 8.
Quid ad me ibatis? ridiculum; an verebamini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Vereor ne non ſit obligatus. Marcian. in l. Si mulier. §. ij. D. de jure dotium.
Non vereor ne meæ vitæ modeſtia parum valitura ſit in poſterum contra falſos rumores. Cic. 11. Fam. 27.
Veritus es, niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. Cic. 1. de Orat. 234.
Quod una quæque veſtrum veretur, ne in ſe conſpiciatur. M. Porcius Cato in Oratione pro lege Oppia apud Livium initio libri 34. An pro Ne non? an vero ita ſcribendum eſt? H. St. Habentur cap. 4.
Vereor num. Cajus in l. Potior. D. Qui potior, in pign. hab. Sed vereor, num hic aliud ſit dicendum.
Vereor quid ſit. Ter. And 1. 4. 7.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid ſit. Cic. 7. Att. 7.
Vereor quorſum. Ter. And. 1. 2. 5.
Mirabar, hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas
Verebar quorſum evaderet.
Vereor ut, pro Vereor ne non. Ter. Hec. 1. 2. 26.
Habet, ſed firmæ hæ vereor ut ſint nuptiæ. Idem Phorm. 5. 8. 72. At vereor, ut placari poſſit. Cic. 2. de Lege Agr. 57. Hoc quia vos fœdus non juſſeritis, veretur Hiempſal ut ſatis firmum ſit & ratum. Adde Cic. 12. Fam. 19.
Addo illud, quod vereor tibi ipſi ut probem. Cic. 6. Att. 1.
Veretur, Imperſonaliter. Pacuv. apud Non. 9. 3. Nihilne te populi veretur? Et Varro apud eundem, Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei te vereatur?
VERENS, entis. [αἰδούμενος] Partic. Timens. Cic. 9. Fam. 16. Qui me ad ſcribendum incitavit, verentem ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſollicitudinis attuliſſet.
Invidiam verens. Nepos 18. 7. 2.
Plagarum verens. Columel. lib. 6. cap. 2. Sed non inertes hujus pecudis mores, qui ſunt verentes plagarum & acclamationum. De bobus.
VERENTER, Adv. Sedul. 1. 8.
—ſanctoque verenter
Stare choro, & placidis cæleſtia pſallere verbis.
VERENDUS, a, um. aliud Partic. [αἰδούμενος] &c.
Auguſta gravitate verendus. Ovid. 9. Met. 270.
Majeſtas verenda. Ovid. 4. Met. 539.
Patres verendi. Ovid. 3. de Pont. 1. 143.
Senex verendus. Claud. 2 in 1. Conſ. Stilich. 433.
VERENDA, ōrum. n. [αἰδοῖα] dicuntur, Corporis partes, quæ non niſi cum verecundia nominantur. Plin 3. Epiſt. 14. Repente eum ſervi circumſiſtunt, alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atque etiam, fœdum dictu, verenda contundit.
Carbunculi verendorum. Plin. 28. 15.
VERECUNDUS, a, um. Adj. [αἰδήμων, Gl. L. C. & C. L. αἰσχυντηλός, ἐντροπος. C. L. ὑπαισχυντικός, L. G.] Pudens. Plaut. Aſin. 5. 2. 6. Decet verecundum eſſe adoleſcentem. Cic. 1. de Legib. 50. Innocentes ergo & verecundi ſunt, ut bene audiant, & ut rumorem bonum colligant. Erubeſcunt: pudici etiam loqui de pudicitia. [V. interpp. An Pudice? Verecundus in re aliqua. Cic. 12. Philipp. 11. Verecundiorem que coram putamus, in poſtulando fore, quam fuerit tum, cum miſit mandata ad Senatum?
Impudens & Verecundus, contraria. Cic. 2. de Orat. 36. Habetis ſermonem bene longum hominis, utinam non impudentis: illud quidem certe, non nimis verecundi.
Parcus & verecundus in transferendo, cui Audax opponitur. Cic. in Orat. 81. Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus, & in priſcis reliquiſque ornamentis & verborum & ſententiarum demiſſior. Alii aliter diſtinguunt.
Inimicus verecundus. Cic 2. Philipp. 47. Tu autem eo liberior, quod ea in me admiſiſti, quæ e verecundo inimico audire non poſſes.
Puellæ verecundæ. Ovid 1. Amor. 5. 7.
Puer verecundiſſimus. Petron cap. 85.
Color verecundus. Hor. Epod. 17. 21.
Decor verecundus Stat. 2. Silv. 1. 136.
Oratio caſta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Cic. in Orat. 74.
Pudor verecundus. Ovid. 4. Triſt 4. 50.
Rubor verecundus. Ovid. 1. Met. 484.
Tralatio verecunda, Minus dura, vel audax. Cic. 16. Fam. 17. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici poteſt, ut ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda tralatio.

Verba parum verecunda. Quintil. lib. 10. cap. 1. i. e. Obſcœna.
Vita verecunda. Ovid. 2. Triſt. 354.
Vultus verecundus. Ovid. 14. Met. 840.
Verecundum eſt dicere. Quintil. lib. 7. cap. 10.
Compar. & Superl. exempla ſupra ſunt.
VERECUNDE, Adv. [αἰδημόνως] Cic. 5. de Finib. 6. Tum ille timide, vel potius verecunde. Facio, inquit, equidem.
Conſtanter & Verecunde, contraria. Cic. 2. de Finib. 115. Cyrenaici quidem non recuſant, veſtri hæc verecundius, illi fortaſſe conſtantius.
Modeſte ac verecunde. Liv. 26. 49. extr.
Conſolari alicui nimis verecunde Cic 7. Fam. 2.
Loquor jamdudum verecundius hac de re. Cic. 1. de Orat. 171.
VERECUNDITER, Adv. antiquum. Pomponius Macco, Virginem prætereiens vidit duos ſenes, unum verecunditer non ducentem diſcipulum, verum ſcalpentem nates. Non. 11. 59.
VERECUNDIA, æ. f. Pudor. [αἰσχύνη, Cl. L. G. ἐντροπή, αἰδώς. G. L.] Licet Donatus Pudorem eſſe dicat mali facti: Verecundiam recti & honeſti. Cic. pro Quint. 39. Homo timidus, virginali verecundia. Idem 1. Off. 93. Verecundia, & quaſi quidam ornatus vitæ. Sic in Partit 79. Cuſtos vero virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime conſequens, verecundia eſt.
Sine verecundia nihil poteſt eſſe rectum, nihil honeſtum. Cic. 1. Off. 148.
Timiditas imitatur verecundiam. Cic. in Partit. 81.
Verecundia & pudor. Cic. 4. de Finib. 18. Hoc ſolum animal natum eſt pudoris & verecundiæ particeps.
Ætatis verecundia. Liv. 1. 3. i. e. Reverentia.
Oris verecundia. Suet. Domit. cap. 18. Commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, &c. Verecundia oris, i. e. Vultu modeſto.
Adducere in verecundiam. Liv. 1. 21.
Cepit eum verecundia. V. CAPIO.
Tardatus verecundia. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Verecundia in rogando. Cic. 3. Q. frat. 1.
Verecundia, pro Modeſtia. Plin. 7. Epiſt. 2. Cauſas ſumma fide, pari conſtantia, nec verecundia minore defendit.
A verecundia, i. e. Præ verecundia. V. A vel AB.
VERECUNDOR, [ἐντρέπομαι, Cl. L. G. & C. L.] āri. Verecundia teneri. Plaut. Trin. 2. 4. 77.
Verecundari neminem apud menſam decet. Cic. 2. de Orat. 240. Nam quod Sp. Carvilio, graviter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto, & ob eam cauſam verecundanti in publicum prodire, mater dixit.
Verecundantur. Cic. in Hortenſ. Hi noſtri amici verecundantur, capti ſplendore virtutis. Ex Nonio 2. 921.
VERETRUM, i. n. [αἰδοῖον, Cl. L. C.] Idem. Membrum virile. Sueton. in Tiber. cap. 62. Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum ſimul urinæque tormento diſtenderet.
Muliebre veretrum. Cæl Aurel. Tard. 5. 8.
VERETILLA, æ. f. Veretillas e virorum pudendo Conchas quaſdam vocat Apulejus Apol. p. 296. Elmenh. propter ſimilitudinem. [Niſi forte Veretillum ſcripſit. An veneria concha eſt?
VERGILIÆ, ārum. f. [Πλειάδες, Cl. L. G. & G. L.] Stellæ ſunt, quæ & Pleiades, & Inſtitor veſtis dicuntur. V. INSTITOR. Ita appellatæ, quod earum exortu Ver finem faciat, ſeu quod circa æquinoctium vernum ſit earum ortus matutinus. Sunt autem ſeptem in Tauro locatæ, quarum ſigno exoriente, æſtas ſignificatur, occidente hiems oſtenditur. Earum exortus fit circa quintum Idus Majas, diſtans ab æquinoctio verno undequinquageſimo die. Plaut. Amph. 1. 1. 119.
Nec Jugulæ, nec Veſperus, neque Vergiliæ occidunt. Plin. lib. 16. cap. 25. Concipiunt Vergiliarum exortu. Cic. 2. de Nat. Deor. 112.
At propter lævum genus omni ex parte locatas
Parvas Vergilias tenui cum luce videbis. Ex poeta. Virg. 1. Georg. 138.
Navita tum ſtellis numeros & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. Ubi Servius, Pleiades ſignum eſt ante genua Tauri, quod ortu ſuo primæ navigationis tempus oſtendit. Unde Græce Pleiades dicuntur ἀπὸ τοῦ πλεῖν, navigare: Latine Vergiliæ, a verni temporis ſignificatione, quo oriuntur.
Occaſus Vergiliarum. V. Occaſus, in OCCIDO.
Terreſtres Vergiliæ, Vermiculi noctu lucentes, qui & Cicindelæ dicuntur, & Lampyrides. Plin. lib. 18. cap. 26. In fine, Lucentes per arva cicindelæ. Ita appellant ruſtici ſtellantes volatus, Græci vero Lampyridas. Ibid. cap. 27. Jam Vergilias in cælo notabiles caterva fecerat: non tamen his contenta, terreſtres fecit alias, veluti vociferans, Cur cælum intueris, agricola? Cur ſidera quæris, ruſtice? jam te breviore ſomno feſſum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas ſpargo peculiares ſtellas, eaſque veſpere, & ab opere disjungenti oſtendo: ac ne poſſis præterire, miraculo ſollicito. Videſne ut fulgor igni ſimilis alarum compreſſu tegatur, ſecumque lucem habeat & noctem? Paulo poſt, Cur etiam nunc altius ſpectas, ipſumque cælum ſcrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eæ diebus proveniunt, durantque fœdere ſideris hujuſce: partumque eas illius eſſe certum eſt.
VERGO, verſi, vel ſecundum Diomedem verxi, verſum, [ἐπικλίνω, Gl. C. L.] ĕre. Frequentius in tert. perſ. VERGIT. [ῥέπει, ἐπικλίνεται, καὶ διανεύεται. Gl. L. C.] neutrum verbum, & nonnunquam Deponens, ſignificat Declinare. Virg. 10. Æn. 787.
Quem damnet labor, & quo vergat pondere letum.
Vergere ad Cic. 11. Philipp. 26. Et ejus auxilium ad Italiam vergere, quam ad Aſiam maluiſſemus.
De ſitu loci Cæſ. 1. Bell. Gall. 1. Vergit ad Septemtriones.
Ad imum vergere. Hor. de Arte Poet 378.
Vergere in Cic. 2. de Nat Deor. 120 Ut, omnibus ejus partibus in medium vergentibus, (id autem medium, infimum in ſphæra eſt,) nihil interrumpat.
In longitudinem vergere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 45.
Ætas vergit. Tacit. 2. Ann. 43.
Venenum vergere alicui, Active, pro Miſcere, fundere. Lucret. lib. 5. 1008. [An Porgere? Sed V. ſeq. dict.
VERGOR, vergi. Paſſiv. Lucan. lib 2. 54.
Nec polus adverſi, calidus qua vergitur, Auſtri. Stat. 4. Silv. 4. 69.

Digitized by Google

— nos facta aliena canendo
Vergimur in ſenium.   Idem 6. Theb. 211.
Spumanteſque mero pateræ verguntur. V. Priſcian. p. 798.

VERGENS, entis. Partic. [ἀποκλίνων] Lucan. lib. 2. 624.
Illyris Ionias vergens Epidamnos in undas.
Annis vergens. Tacit. 13. Ann. 19. Impudicam, & vergentem annis dictitans.
Anni vergentes in ſenium. Lucan. lib. 1. 129.
Die jam vergente ingreſſus Senatum, i. e. Inclinato. Suet. in Othon. cap. 7.
Dies vergens in noctem. Senec. Thyeſt. 9.
Os Hecates vergentia in tres partes. Ovid. 1. Faſt. 141.

VERGOBRĔTUS, i. m. Celtarum lingua Summus erat apud Heduos magiſtratus, qui creabatur annuus, & vitæ neciſque in ſuos habebat poteſtatem. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 17.

VERIDICUS, &c. VERISIMILIS, VERITAS. V. VERUS.

VERMICULUS, &c. V. VERMIS.

VERMIS, is. m. [σκώληξ, Gl. L. G. & G. L.] a Vertendo dicitur, quod ſeſe torquendo vertat, & ita repat. Plin. lib. 19. cap. 18. Vulgo vero ſi dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium eſt amurca pura, &c. Lucret. lib. 2. 870.
Quippe videre licet vivos exſiſtere vermes
Stercore de tætro.
In Gloſſ. Græcolat. Synonym. exſtat. Vermex. [Quod alias non legi.

VERMIFLUUS, a, um. Adj. Paulinus,
Vulnere vermifluo fœtidus interiit.

VERMICŬLUS, i. m. dimin. [σκωλήκιον, Gl. G. L.] Plin. lib. 10. cap. 62. Jam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucret. lib. 2. 898.
Vermiculus, Coccus vel coccum. Iſidor. 19. 28. κόκκον Græci, nos rubrum, ſeu vermiculum dicimus. Eſt enim vermiculus ex ſilveſtribus frondibus. V. Plin. 24. 4. & Salmaſ. ad Solin. p. 192 & 854 [Gloſſ. Græcolat. Κόκκος, βάμμα, Vermicula, hoc coccum. Gall. *Vermeil*, & *Vermillon*. In Gloſſ. exſtat. & Vermiculum, & g. n.
Vermiculus, βόλβιτος, σκώληξ, Vermiculi, βάλανοι, ἐπὶ τῶν κλεῖθρων, καὶ ὀβελίσκοι. Gloſſ. Latinogræc.

VERMICULEUS, a, um. Adj. Coccinus. ut, Vermiculeæ pelles apud Hieronymum.

VERMICULŌSUS, a, um. Adj. Pallad. 12. 2. 6. Poma caduca & vermiculoſa.

VERMICULOR, [σκωληκιῶμαι, τερηδονίζομαι] āri. Vermiculari dicuntur arbores, in quibus vermes in cortice generantur. Eſt igitur Vermiculari, Vermiculis infeſtari. Plin. lib. 17. cap. 24. Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen fere, idque aves cavi corticis ſono experiuntur.

VERMICULANS, antis. Partic. ut, Vermiculans pulſus. V. Formicans, in FORMICA.

VERMICULATUS, a, um. Adj. [σκωληκόβρωτος, Gl. G. L.] Vermibus infeſtatum.
Vermiculatum opus dicitur, Quod parvis teſſellis loſatis aptum atque confertum eſt. Plin. lib. 35. cap. 1. Nec tantum ut parietes toti operiantur, verum & interraſo marmore, vermiculatiſque ad effigies rerum & animalium cruſtis. Budæus.
Vermiculatum, eſt Minutis ſegmentis elaboratum, veluti vermiculis exilibus concinnatum. Cic. de Orat. 169.
Quam lepide lexeis compoſtæ, ut teſſerulæ, omnes
Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato.   V. Nonium n. 918. & ſupra Teſſellatus, in TESSERA.

VERMICULĀTE, Adv. Teſſellatim. Quintil. 9. 4. p. 864. Burm. Relicto verum pondere teſſerulam ſtruet, & vermiculate inter ſe lexeis committet.

VERMICULĀTIM, Adv. Idem. apud Zenon. Veronenſ.

VERMICULATIO, ōnis. f. [σκωλήκωσις] eſt quum caries vermiculis & beſtiolis, ſegetes, arboreſve infeſtantur. Plin. lib. 17. cap. 21. Neque vermiculationi obnoxium.

VERMĪNA, orum. n. plur. [στρόφος] Dolores corporis, qui quodam minuto motu inteſtina, quaſi vermes, ſcindere videntur. Hic dolor Græce στρόφος dicitur. Hæc Feſtus. Plinius, Magi eo vermina & dyſenteriam curari putant.
Sæva vermina. Lucret. lib. 5. 995.
Donicum eos vita privarant vermina ſæva.   I. e. Sævi dolores. [Quaſi Vertimina, ut vult Dacer. a Verto. Sed apud Lucret. Vermina, ſunt ipſi vermes, quod nomen ad huc Galli uſurpant. Apud Plin. omnino Tormina ſcribendum, quæ Feſtus imperite cum illo altero inteſtinorum morbo, Lumbricis nempe alvum moleſtantibus, confudit.

VERMINŌSUS, a, um. Adj. Quod vermes in ſe alit. ut, Verminoſæ aures. Plin. lib. 20. cap. 14.
Fici verminoſæ. Idem 17. 28.
Lignum verminoſum. Idem 17. 10.

VERMĪNO, [σκωληκιάω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Vermes habere. Cornelius Celſus, Nihil eſt pernicioſius pueris dum verminant. Perottus. [Non memini me apud Celſum hæc legere.
Vermino, Vermes gigno. Seneca lib. 2. Natur. Quæſt. cap. 31. Malorum ſerpentum & aliorum animalium, quibus mortifera vis ineſt, quum fulmine icta ſunt venenum omne conſumitur. Unde, inquit, ſcis? In venenatis corporibus vermis non naſcitur. Fulmine icta, intra paucos dies verminant.
Verminare quoque ſignificat Cum quodam prurito ſcabendi moleſtare. Martial. lib. 14. 23. de auriſcalpio,
Si tibi moroſa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.
Verminari, pro Torqueri, a vermibus deductum verbum, quod facile ſe torqueant, inquit Nonius 1. 189. Varro; Septimo, inquit, menſe verminari cœpit, partum putavit propinquum. V. Senec. de Vit. beat. cap. 17.
In Gloſſ. Græcolat. non Vermino, ſed Vermico exſtat.

VERMINANS, antis. Partic. Arnob. 1. p. 30. Verbo Chriſtus compeſcuit verminantium membrorum cruces.

VERMINATUM, i. n. [σκωλήκιον] Gloſſ. Græcolat.

VERMINATIO, ōnis. f. [σκωλήκωσις] Morbus præſertim jumentorum. Plin. lib. 28. cap. 1. Iiſdem ſanari, demiſſis in fauces jumentorum, verminationes notum eſt. Idem lib. 30. cap. 15.
Verminatio, pro Acriori punctione doloris, in qualibet corporis parte. Sen. Epiſt. 79. Omnium iſtorum prima verminatio vexat, impetus mora exſtinguitur. Loquitur de podagra, chiragra & morbis articularibus.
Verminatio, Capitis dolor, ubi intus videtur arrodi cerebrum. Sen. Epiſt. 96. Quod oculorum, auriumque tormenta, & cerebri æſtuantis verminationes?

VERNA, æ. c. [οἰκογενής, Gl. L. G. & G. L. οἰκοτραφής, G. L.] Servus domi noſtræ natus ex ancilla noſtra aut ſervo. Plaut. Mil. 3. 1. 1032.
Quid, nutrici non miſſurus quicquam, quæ vernas alit?   Cic. 9. Fam. 15. Bellienus, verna Demetrii, qui ibi cum præſidio erat, &c.
Vernas Feſtus & Nonius dictos volunt Vere ex ancillis in villis natos, quod tempus illud maxime naturale feturæ eſt. Stuckius in Antiquit. Convivalibus 144. b. Quære apud hos, an ita legatur. H. St. Verba ipſa Pauli ſupra ſunt, ex Feſto pæne ad verbum deſcripta, qui omnes inſuper Quirites in principio Vernas dictos docet. At Nonius 1. 206. Vernas veteres appellabant, qui vere ſacro fuerant nati, & habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto. Quod tamen ex adſcriptis Plauti, Luciliique locis difficulter eruas. V. infra paulo.
Turba vernarum. Tibul. lib. 2. 1. 23.
Lactei vernæ. Martial. lib. 3. 58. Domitius legit Lutei, id eſt, ſordidi.
Procaces vernæ. Hor. 2. Serm. 6. 66.
Puer verna. Hor. 1. Serm. 2. 117.
Satur verna. V. SATUR.
Tuberes vernæ. V. TUBER.
Verna, Qui vere ſacro natus eſt: & habebatur nomen hoc pro Vitabili maledicto. Plaut. Amph. 1. 1. 85. Hic, qui verna natus eſt, queritur. Et iterum 4. 2. 13.
Cum cruciatu tuo iſthæc hodie, verna, verba funditas.   Nonius 1. 206.

VERNUS, a, um. Adj. [ἐαρινός, ἐαρινόφυτος, Gl. G. L.] Idem.
Vernus, a Ver ductum, V. in VER.

VERNŬLA, æ. c. [οἰκογενής, Gl. L. G. & G. L.] dimin. Martial. lib. 14. 54.
Si quis plorator collo tibi vernula pendet.   Juven. 10. Sat. 117.
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

VERNĀCŬLUS, a, um. Adj. [οἰκογενής, ἐπιχώριος. Gl. L. G. ἰθαγενής, G. L.] Omne quod domi noſtræ naſcitur, vel in noſtra patria, ut ait Valla lib. 1.
Artifices vernaculi. Liv. 7. 2. i. e. Domeſtici.
Conſilium vernaculum. Plaut. Pœn. 4. 2. 105.
Feſtivitas antiqua & vernacula. Cic. 9. Fam. 15.
Lingua vernacula dicitur, vel Servilis, vel Plebeja, qua tamquam communi ac naturali omnes vulgo loquuntur: linguam Maternam hodie vocamus.
Mos vernaculus, i. e. Domeſticus vel patriæ.
Res quotidianæ & vernaculæ. Cic. 3. de Orat. 90.
Volucres vernaculæ: cui Advenæ opponuntur. Varro 3. de R. R. cap. 55. Præterea volucres, quum partim advenæ ſint, ut hirundines & grues: partim vernaculæ, ut gallinæ & columbæ.
Vernaculum, Proprium ac peculiare. Plin. lib. 14. cap. 2. Potiſſima nobilitas datur uvis peculiaribus atque vernaculis Italiæ.
Vernaculum, Quod a nobis domeſtica conſuetudine uſurpatur. Cic. de Clar. Orat. 27. Nec ſcio quo ſapore vernaculo. Idem 5. Verr. 141. Non ut ſolemus in defenſionibus dicere, crimen domeſticum ac vernaculum.
Vernaculum, [ἐαρινόν] aliquando dicitur Quod eſt veris. Plin. lib. 17. cap. 22. Vernacula putatio, dejectis per ramos vitium crinibus, circumveſtit arborem, crineſque ipſos uvis. Quo in loco non putarim Vernam ſignificari putationem, ſed Eam, quæ tum eſſet illic vulgaris. Mox enim ſequitur, Gallica in traduces porrigitur, &c.

VERNACŬLUS, i. m. Verna, ſervus. Proſper. Aquitan. de Prædict. 1, 31. Vernaculus meus mihi hæres erit.
Vernaculi, Malis moribus homines. Senec. de Benef. 6. c. 32. pr. Alter apud proximum circulatorem reſedit: & quum vagus atque erro vernaculis congregatus, & ludit, tranſeuntem Platonem, quem non quæſierat, invenit. [Servulum ſcilicet ceſſatorem intelligit, erronem & ſe vernaculis ludentibus aggregantem.

VERNĀLIS, e. Adj. Ad vernas pertinens, ſervilis. ut, Vernales allucitæ. Petron. Fragm. p. 674.
Corpus vernale. Corn. Gall. 9. v. 63.

VERNALĬTER, Adv. [δουλικῶς] i. e. Serviliter. Hor. 2. Serm. 6. 108.
— necnon vernaliter ipſis
Fungitur officiis.   Quod alii Luxurioſe, alii pro Adulatorie exponunt, quibus hæc vivendi ars eſt. Meliores libri habent Verniliter.

VERNĪLIS, e. Adj. [δουλικός, Gl. L. G.] Idem quod Servilis, ſive Scurrilis.
Blanditiæ verniles. Tacit. 2. Hiſt. 59. extr. Quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. h. e. Servilibus, & adulatoriis, ut ait Rhenanus in Caſtigationibus in Tacitum.
Dictum vernile. Tacit. 3. Ann. 32. h. e. Scurrile, procax.

VERNĪLITAS, ātis. f. [βωμολοχία] Scurrilitas. Plin. lib. 34. cap. 8. Puerum ſubdolæ ac fucatæ vernilitatis.
Vernilitatem vocant quicquid contrarium eſt Ingenuitati. Senec. Epiſt. 69. Hæc, ſeu levitas eſt, ſeu vernilitas, punienda eſt promittendi facilitate. Loquitur de protervia petendi, quod impetratum nolis.
Imbui vernilitate. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Servilis vernilitas. Quintil. lib. 1. cap. 11.

VERNĪLĬTER, Adv. [κολακευτικῶς] Scurriliter, ſeu adulatorie: a vernis, quibus hæc vivendi ars eſt. Cæcilius Venatore, Credo minus tandem hoc ſit verniliter. Nonius 1. 205. Al. Vernaliter. Et Senec. de Benefic. 2. 11. Et hæc ipſa, non verniliter, nec ea figura, &c. V. VERNALITER.

VERNULITUS, i. m. apud Stuckium in Antiq. Convivalibus. Vernilitus quoque a veteribus pro adulatore uſurpatur, quod hæc vivendi ars vernarum propria ſit. Cæcil. Credo nimis tandem hic ſit vernulitus. Vernæ propria ſunt Servi domi nati, quorum omnium propria eſt ſcurrilitas, hoc eſt impudens quædam & ſtolida dicacitas, hinc Verna & Vernaculus accipitur pro Scurra, qui improba & ſervili dicacitate utitur. Mart. Vernaculorum dicta Sordidum dentem appellat. Tibullus inquit
— conſueſcit amantis
Improbus in dominæ ludere verna ſinu.   H. St. Apud Cæcil. forte Adv. Vernulitus, ut Pugnitus & alia ejuſmodi, quæ ea eadem adducunt Grammatici. Non. Verniliter legit. V. in ipſa dict. Apud Tibull. 2. 5. 26. Garrulus, non Improbus, legitur in libris emendatis.

VERNATILIS, VERNATIO, VERNICOMUS, VERNIFER, VERNIGENUS, VERNO, VERNUS. V. VER.

VERNILĀGO, ĭnis. f. Carduus ſilvaticus. Apul. de Herb. cap. 109.

VERU, ōnis. m. Telum. Aurel. Vict. de Cæſ. cap. 17. Cum ipſe ferrum objectum veronibus plumbeis tereretur. Al. Mucronibus. V. Interp.

VERO, Diſcretiva conjunctio, [δὲ, μέντοι, ἀλλὰ] ut, Achilles quidem fortis fuit, Ulyſſes vero aſtutus. [A Verus Adj. ubi V.

Ain' vero, indignantis. Plaut. Amphit. 1. 1. 198. Ain' vero, verbero?

Eſt vero ita, ſed tamen huic amœnitati quam ex Quinto ſæpe audio. Cic. 2. de Legib. 7.

Eſt vero, Ironice. Cic. 1. Fam. 9. Eſt vero probandum, qui & ſumma voluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abiuerit. Budæus.

Obſtat vero etiam patris judicium. Apud Livium lib. 40. 507. Feirab. Ubi jam tertio repetitum Obſtat. H. St. Exſtat cap. 9.

Mirum vero, per ironiam dictum. Ter. And. 4. 4. 16.

Mirum vero, impudenter mulier ſi facit
Meretrix. Cic. pro Flacc. 19. Mirandum vero eſt, homines eos, &c. h. e. Nequaquam mirari debemus.

Vero, his dictionibus ſolet jungi, Neque, nec, tum, age, ſane, jam enim, at, quaſi, ceu, nunc: ut, Neque vero, nec vero, tum vero, age vero, ſane vero, jam vero, enim vero, at vero, quaſi vero, ceu vero. Cum quibus particulis raro Autem particula jungi ſolet.

At vero nos, docti ſcilicet a Græcis, hæc & a pueritia legimus & diſcimus. Cic. 2. Tuſc. 27.

Aut vero, pro Aut etiam. Cic. 6. Verr. 78. Quem tibi hominem, invitis diis immortalibus, aut vero deum, tantis religionibus eorum violatis, auxilio futurum putas? Budæus.

Eja vero. Plaut. Rud. 2. 3. 9.

Sed Pleuſidippus, tuus heros ubi amabo eſt? TR. eja vero
Quaſi non ſit intus. [Pro, Eja, quaſi vero. V. in QUASI.

Et vero. Cic. 1. Q. frat. 1. 6. Tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & vero eſſe debuit.

Et vero etiam. Cic. 16. Att. 17. Quo quidem voluntate eſſe erga Atticum ſæpe præſens & illi oſtendiſti, & vero etiam mihi.

Jam vero. Plin. lib. 18. cap. 6. Latifundia perdidere Italiam, jam vero & provincias.

Ita vero, Ironice. Plaut. Ita vero: ut tu ipſa me dixiſſe dictites. h. e. Mirum quin tibi hoc dicam, ut poſtea me accuſes proditi arcani. Bud.

Nec vero, Nec etiam. Cic. de Univerſ. 11. Nihil porro igni vacuum videri poteſt, nec vero tangi, quod careat ſolido. Idem de Orat. Non enim omnis fortunæ, non omnis honor, non omnis ætas, nec vero locus aut tempus, &c.

Niſi vero. Cic. in Verr. act. ult. Niſi vero exiſtimatis, &c. Quaſi dicat, Nihil minus eſt credibile.

Non vero. V. NON.

Nunc vero. V. NUNC.

Nunc vero jam. V. NUNC.

Sane vero, Ironice. Ter. in Eun. 1. 2. 9.

Sane quia vero hæ mihi patent ſemper fores. Budæus.

Sed vero, ut At vero. Cic. pro Cluent. 18. Sed ea vero ſic agit, ut prorſus reticere nullo modo poſſit.

Vero, cum pronomine Ego, non tam diſcretionem interim ſignificat, quam (ut Hermolao placet) confirmationem, pro Quinetiam, Vel Etiam. Plinius in præfatione totius operis, Proinde occupantibus locum faveo: ego vero & poſteris. Sic legit Hermol.

Ego vero, ſæpe veluti in reſpondendo adhibetur, ſignificatque Profecto, vel Certe, vel potius γὲ Græcum. Cic. 3. Att. 13. Nam quod ſcribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi vero mens integra eſt. Idem. Quod laudas quia oblivisci me ſcripſi ante lacta & dicta noſtri amici, ego vero ita facio. Idem 7 Fam. 33. Quaſi ſi, ut volumus, exceperimus: ego vero multam ſalutem & foro dicam & curiæ.

Ego vero, Servi, vellem. initio epiſt. Vide meu Schediaſmata. H. St. Ad Fam. 4. 6. Ubi tamen obſerves, Reſponſoriam eſſe.

Ego vero in principio epiſtolæ. Cic. 5. Att. 1. Ego vero & tuum in diſceſſu vidi animum, & meo ſum ipſe teſtis.

Ego vero; aliter. Cic. 1. Q. frat. 3. Quum enim te deſidero, fratrem ſolum deſidero. Ego vero ſuavitate prope fratrem, prope æqualem, obſequio filium, conſilio parentem.

Ego vero, permittentis eſt, & concedentis. Cic. de Clar. Orat. 300. Tum Brutus, Du iſto poſtea, ſed tu, inquit, in me intuens, orationes nobis veteres explicabis? Ego vero, inquam, Brute, ſed in Cumano. Ter. Heaut. 3. 1. 86.

Eho laudas qui heros fallunt? c. in loco,
Ego vero laudo. Cic. 1. de Fin. 28. Verum igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam placet, &c. Tuo vero id quidem, inquam, arbitratu. q. d. Utique laudo, &c.

Item. Tum Atticus, Nunc dicam, opinor, quod ſentio. Tu vero, inquam, Attice. H. St.

Id vero. Ter. in prol. Eun. 33.

— ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſeſe, id vero pernegat. Pro Id demum.

Id vero, ubi Vero expletiva vel ornativa eſt. Ter. Eun. 5. 4. 8.
Id vero eſt, quod ego puto mihi palmarium me repperiſſe. Ubi ait Donatus, Niſi ornativum eſſet Vero, nihil ſignificaret.

Ille vero, pro Immo vero, vel Ille etiam. Cic. 2. de Divin. 114. Idem pro Cæl. 47. Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Baiæ denique ipſæ loquuntur? Illæ vero non loquuntur ſolum, verum etiam perſonant.

Ille vero, Ille certe. Cic. Att. De Lepido vero & Tullio, quod quæris, illi vero non dubitant, quin Cæſari præſto futuri, in Senatumque venturi ſint.

Ipſe vero, ille vero. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Ipſe vero aër, qui natura maxime frigidus, minime eſt expers caloris: ille vero & multo quidem calore admixtus.

Tu vero, ſimilem uſum habet, quem Ego vero. Ter. Eun. 4. 4. 20.
Quem tu vero videre velles, Phædria. V. in Ego vero.

Legitur & cum nominibus. Ter. Eun. 3. 5. 28.
Illa ilico ubi accepit, læta vero ad ſe abducit domum.

Vere, auctore Donato, particula eſt, quæ ironiam aliquando juvet. Virg. 4. Æn. 93.

Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis,
Tuque, puerque tuus.

Vero, ironice, cum Accuſativo aliquando. Cic. 13. Philipp. 25. Turpem vero actionem, qua defenditur ampliſſimi auctoritas ordinis contra crudeliſſimi gladiatoris amentiam. Hic manifeſta eſt ironia.

Vero, pro Interjectione ſtomachantis, accipi ait Donatus in illo Eun. 5. 3. 3. Move vero ocius te, nutrix.

VERO, are. V. VERUS.

VERO, ōnis. m. Fluvius Celtiberiæ, a quo populi Verones dicti ſunt, circa eum habitantes.

VEROMANDUI, orum. m. [Ῥωμάνδυοι] Galliæ Belgicæ populi. quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 17. Et Cæſ. 2. Bell. Gall. 16. Vulgo *Vermandois*.

VERŌNA, æ. f. [Οὐήρωνα] Urbs Venetiæ a Gallis olim condita, duce, ut quidam opinantur, Brenone, a quo Brenona primum, deinde mutatis conſuetudine litteris, Verona appellata. Galli enim quum novas ſedes quærerent ob inteſtinas diſcordias, & aſſiduas domi diſſenſiones cogerentur, in Italiam venere: expulſiſque inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Veronam magna ex parte alluit fluvius omnium amœniſſimus Atheſis, qui in Tridentinis Alpibus ortus, non longe a foſſa Clodia Pado miſcetur. Clara hæc urbs ſolo, ac frugum & fructuum omnium ubertate, tum alumno Catullo poeta. Ovid. 3. Amor. 15. 7.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. Hinc

VERONENSIS, e. Adj. ut
Ager Veronenſis. Plin. lib. 9. cap. 22.
Campi Veronenſes. Aurel. Vict. Epit. cap. 58.
Juvenum Veronenſium flos. Catul. de Cœlio & Quintio, 97. 2.

VERPUS, i. m. Medius digitus eſt: a verrendo podice dictus.

Verpus, [ἀπεψωλημένος, ψωλὸς] Homo renudatam glandem penis habens. Quod in rebus turpibus habitum fuit. Qua de cauſa & a Plauto Pœn. 5. 5. 31 Degluptus mœnas probroſiſſime dicitur: & Judæi ob eam partem nudatam & retectam, Apellæ, recutiti, verpi, per ſummam contumeliam vocabantur. Sic & ψωλὸς a Græcis etiam uſurpatur. Catullus,

Verpus præpoſuit Priapus ille. Ex Turneb.

Verpi dicti ſunt Judæi, quod ſanguinis fluxum patientes, medio digito verrendo podici utuntur, vel potius quia ſunt recutiti: unde & Apellæ dicuntur. Juven. 14. Sat. 104.

Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti:
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

VERPA, æ. f. [ψωλὴ] Mentula recutita. Martial. lib. 11. 95.

Jam niſi per ſomnum non arrigis: & tibi, Mævi,
Incipit ad medios mejere verpa pedes. Catull. ad Memmium, 26.

— nam nihilo minore verpa
Farti eſtis. [Conf. Priap. Carm. 34.

VERRA, æ. f. Ara fuit Romæ, ad quam orabant ne Agrippæ naſcerentur.

VERRES, is. m. [Βέῤῥης] C. Verres, functus Quæſtura & Prætura urbana, patre C. Verre vivo, & prætextato filio, & filia nupta, ſucceſſit in Siciliam Prætor C. Sacerdoti: atque in ea per triennium libidinoſe avareque verſatus, decedens tandem, ſuccedente Metello, repetundarum reus a Siculis poſtulatus eſt. Qui M. Tullium ad accuſandum deſcendere compulerunt, jam pridem ipſis neceſſitudine copulatum, quum Quæſtor in Sicilia fuiſſet. Auctor Aſconius Padianus. [Apud quem reliqua & apud ipſum Tullium in ſeptem Verrinis actionibus V. & brevius apud Fabric. in Vit. Cic.

VERRĔUS, a, um. Adj. ut, Lex Verrea. Cic. 3. Verr. 117.

VERRĔA, orum. n. [Βέῤῥεια] Feſta ſive ſacra ſolennia a Verre inſtituta. Cic. 4. Verr. 53. At vero præclarum diem repoſuiſti, Verrea ut agerent, & ut ad eum diem, quæ ſacris epuliſque opus eſſent, in complures annos locarentur.

VERRES, vel VERRIS, is. m. [χοῖρος, Gl. L. G. & G. L. ἀπόκαπρος, ὀρχίας, L. G.] Porcus maſculus. Varro de R. R. lib. 2. cap. 4. de ſue loquens, Caſtrantur verres commodiſſime anniculi, utique ne minores quam ſemeſtres: quo facto nomen mutant, atque a verribus dicuntur majales. Hor. 3. Carm. 22. 7.

Imminens villæ tua pinus eſto,
Quam per exactos ego lætus annos
Verris, obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.

Verrem, ad Hominem maſculum tranſtulit Plaut. Mil. 4. 2. 66.

— niſi huic verri adfertur merces,
Non hic ſuum ſeminio quæquam porcellam perditurus eſt.

VERRĪNUS, a, um. Adj. [ὁ χοίρειος] Quod eſt verris. Plin. lib. 28. cap. 10. Simili modo verrinum jecur, exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere. Ibid. cap 9. Adipe verrino cnidici.

VERRICULUM, V. VERRO, ĕre.

VERRICULĀTUS, a, um. Adj. Columel. lib. 2. cap. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis: atque iis vel roſtratis, vel denticulatis: medium culmum ſecant. Niſi quis malit legere Verriculatis, aut potius Vermiculatis. Alii legunt Vericulatis, alii Veruculatis.

VERRO, verri & verſi, verſum, [σαίρω, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Trahere. Virg. 1. Æn. 63.

Ni faciat, maria ac terras, cœlumque profundum,
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras.

Æquora verrentes venti. Lucret. lib. 5. 267.
Arenæ verruntur cauda. Ovid. 10 Met. 705.
Cærula verrunt nautæ. Virg. 3. Æn. 208.
Dapes diripiunt verruntque. Valer 4. Argon. 454. De Harpyiis.
Freta verrebunt remi. Ovid 3. Amor. 8. 43.
Vada livida remis verrunt. Virg 6. Æn. 320.

Verrere, Mundare, quod trahendo ſordes mundentur. Apud Plaut. in Merc. 2. 3. 63. Verre ædes. Juven. 14. Sat. 60.

Verre pavimentum, nitidas oſtende columnas. Cic. in Parad. 5.
Qui tergent, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt, &c.

VERSUS, a, um. Partic. [σεσαρωμένος] Virg. 1. Æn. 482.

— & verſa pulvis inſcribitur haſta. [Ut vult Serv. Sed rectius Verſa, i. e. Inverſa, a Verto. Servii comment. h. l. mutilatus eſt.

Spumant freta verſa lacertis. Idem 5. Æn. 141.

Digitized by Google

VERRĬCŬLUM, i. n. [σαγήνη, Gl. L. G. & G. L.] Rete piſcatorium, quod verrendo, i. e. trahendo educitur. Servius in illud 1. Æn. 63.

—verruntque per auras. Verrere (inquit) eſt trahere, a rete, quod verriculum dicitur. V. Everriculum, in EVERRO. Val. Max. lib. 4. cap. 1. ext. 7. de ſeptem ſapientibus, A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus quidam jactum emeret.

Miſſile verriculum. Veget. de Re Mil. 2. 15. Al. Veruculum.

VERRŪCA, æ. f. [ὄχθος] Locus in monte editior. Cato in libris Origi. num, Maturum cenſeo, inquit, ſi rem ſervare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas: cam uti occupent imperes, hortariſque. Ex Gellio lib. 3. cap. 6. ubi Verrucam, Locum editum, aſperumque interpretatur. [A vitio corporis, puto, translatum. Verruca, [ἀκροχορδών, μυρμηκία, ἡ μυρμηκιά, Gl. L. G. & G. L.] Caruncula eminens in corpore ſine pruritu. Plin. lib. 20. cap. 12. Ocimum verrucas, miſto atramento ſutorio, tollit.

Seſſiles verrucæ. Plin. lib. 37. cap. 2. Verrucæque, non eminentes, ſed ſeſſiles.

Ad alia vitia tranſtulit Hor. 1. Serm. 3. 73.

Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Poſtulat; ignoſcet verrucis illius: æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus.

Maculæ & verrucæ gemmarum. Plin. lib. 37. cap. 3.

VERRŪCŬLA, æ. f dimin. [ἀκροχορδόνιον. Gl. L. G μυρμήκιον, G. L.] Columel. lib. 7. cap 6. Caper, cui ſub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur.

VERRUCŌSUS, a, um. Adj. [μυρμηκιώδης, Gl. L. G.] Homo verrucis plenus, & veluti eminentes partes habens. Verrucoſa loca, Inæqualia, & diverſas partes eminentes habentia. Tranſlate Perſ. 1. Sat. 77.

Sunt quos Pacuviuſque & verrucoſa moretur
Antiopa, &c. h. e. Aſpera, non perpolita.

VERRUCOSUS, Cognomen Q. Fabii Maximi, qui & Cunctator & Ovicula dictus eſt, quem in claris oratoribus commemorat. Cic. de Clar. Orat. 57.

VERRUCĀRIA, æ. f. [ἡλιοτρόπιον] Herba, quæ verrucas tollit. Plin. lib. 22. cap. Verrucas cum ſale tollit ſuccus e folio: unde noſtri verrucariam herbam appellavere, aliis cognominari affectibus digniorem. [An Ab aliis?

VERRUNCO, āre. Vertere, inquit Feſtus, unde Averrunco compoſitum: de quo vide ſuo loco. Cic. 1. de Divin. 45.

Perpropinqua hæc bene verruncent populo. Ex poeta. Et Liv. 29. 27. Divi Divæque, quæ geruntur, uti ea bene mihi verruncent. V. ibi Gronov.

VERRICULUS, VERSICULUS, VERSIPELLIS, VERSO, are. VERSURA, VERSUS, partic. nomen, præpoſitio, adverb. V. VERTO, vertis.

VERSUS, Partic. a Verro, V. VERRO.

VERSUTUS, VERSUTILOQUUS. V. VERTO.

VERTĂGUS, i. m. Canis nomen, dictus veluti Fertrahus, a fera ſcilicet trahenda ad dominum, u in vicem elementi H tranſeunte, ut in Tragula, quam a Trahendo nomen habere grammatici affirmant. Martial. 14. 200.

Non ſibi, ſed domino venatur Vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente referet. Gratius poëta Vertraham appellare videtur, etſi tempus ſyllabæ mutet, Cyneg. v. 203.

Et pictam macula Vertraham delige falſa. Ex Turneb. 18. 1.

VERTEBRA, VERTĪCATUS, VERTEX, VERTICILLUM, VERTICULUM, VERTIGO, V. VERTO.

VERTO, ti, ſum, [στρέφω, Gl. G. L.] ĕre. a Vere dicitur: quia Vere annus incipit verti. Ter. Heaut. 5. 1. 73. Redigam, ut quo ſe vertat neſciat.

In Africam ſe vertit Auſter. Cæſ 3. Bell. Civil. 26.

In fugam vertere aliquem, Cogere ut fugiat. Liv. 30. 33.

Arma vertere adverſus Carthaginenſes Romani. Liv. 24. 47.

Arma vertere in aliquem. Liv. 25. 34.

Aures ad pacem vertere. Propert. lib. 2. 13. 15.

Cælum vertitur. Virg. 2. Æn. 250.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. I. e. In aliam faciem commutatur: quod more ſuo explanat ſequentibus Servius. Impetum cæli cum admirabili celeritate moveri vertique videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 95.

Curſum vertere aliquo. Virg. 3. Æn. 146.

Dies vertitur. Propert. lib. 2. 28. 32.

Nunc, utcunque potes, fato gere ſaucia morem:
Et deus, & durus vertitur ipſe dies.

Allocutionem vertere, Mutare. Plin. 2. Epiſt. ult.

Equos vertunt ad mœnia. Virg 11. Æn. 619.

Gradum vertere, Retrogredi. Ovid. 4. Met. 338.

Iter vertere aliquo. Virg. 5. Æn. 23.

Iras retro vertere. Liv. 28. 3.

Mentes vertere terror facilis. Lucan. lib. 2. 460.

Oculos ad ſidera vertit. Sil. lib 4. 104.

Oculos omnium in ſe vertere, Facere ut omnium oculi in ſe convertantur. Liv 7. 30.

Omnia mutata & verſa ſunt in pejorem partem. Cic. pro Roſc. Amer. 103.

Ora vertere huc & illuc. Hor. Epod. 4. 9.

Orbes torvi luminis ad aliquem vertere, Torve aſpicere. Ovid. 2. Met. 752.

Partem alicujus rei ad ſe vertere, pro Accipere ſibi. Cic. 1. Verr. 57.

Pecuniam in privatum vertere. Liv 38. 59.

Pecuniam in rem ſuam vertere Ulpian. in l. prima ad l Juliam peculatus.

Pecuniam vertere in uſum publicum. Liv. 34. 6.

Prælium eo verſum eſt Liv. lib. 4. 28.

Quo me vertam, neſcio, vel non habeo. Locutio, qua rei alicujus gravitatem oſtendimus. Cic. 3. Q. frat. 5. De Latinis vero quo me vertam neſcio, ita mendoſa & ſcribuntur & veneunt. Idem 5. Verr. 198. Quid eſſe reliqui poterat ei, qui per hanc injuriam, non modo frumentum omne amittere, ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur? quo enim ſe verteret non habebat. V. ſupra ex Ter.

Quoquo verteris, i. e. In quamcunque partem. Cic in Parad. 3. Ipſum quidem illud peccare, quoquo verteris, unum eſt.

Superſtitio inſtat & urget, & quo te cunque verteris perſequitur. Cic. 2. de Divin. 149. i. e. Quamcunque in partem confugeris.

Rationem vertere. Cic. pro Roſc. Com. 34. Vertit hic rationem, & id quod probare non poteſt, fingere conatur.

Regnum in formam provinciæ verterat. Tacit. 3. Hiſt. 47.

Rempublicam vertere in meliorem ſtatum. Suet. in Auguſt. cap. 23.

Se vertere in aliquem, pro Celare ſecreta noſtra eum, cui ea detegere ſolebamus, & alteri aperire. Liv. 40. 5. V. VERSUS, Partic.

Sententiam vertere retro. Virg. 10. Æn. 6. h. e. Mutare.

Sententia vertit te. Virg. 1. Æn. 241. V. SENTENTIA.

Seria vertere ludo. Hor. de Arte Poet. 226.

Solum exſilii cauſa vertere, i. e. Sedem aut locum mutare. Cic. pro Quint. 86. V. SOLUM, ſoli.

Stimulos ſub pectore vertit Apollo. Virg. 6. Æn. 101.

Stilum in tabulis vertere, i. e. Scripta inducere & delere. Cic. 4. Verr. 101. Vertit ſtilum in tabulis: quo facto cauſam omnem evertit ſuam. Budæus V. STILUS.

Tempus hiemis vertitur, vel mutatur æſtate. Columel. lib. 7. cap. 7.

Terga vertere, Fugere. Liv. 1. 14.

Vultus vertere ad ora alicujus. Ovid. 7. Met. 112.

In dorſum vertere, pro Reſupinare. Plin. lib. 9. cap. 10.

Agrum vertere, pro Subigere. Plin. lib. 18. cap. 6.

Glebas vertere vomere. Lucret. lib. 1. 212.

Terram vertere, Arare. Virg. 1. Georg. 2.

Terram vertere aratro. Hor. 1. Serm. 1. 28.

Terram bidentibus vertere. Columel. de Arbor. cap. 12. Bidentibus terram vertere utilius eſt quam aratro.

Terram vertere ferro. Virg. 1. Georg. 147.

Omnia vertere, pro Evertere & corrumpere. Cic. 1. Off. 84. Tranſlatum videri poteſt ab iis, qui ſegetem vertunt. Ex Budæo.

Animam vertere, pro Reddere anhelitum. Plaut. Merc. 4. 2. 15.

Arces vertere. Virg. 2. Æn. 24. h. e. Evertere.

Cadum vertere, valet Exhaurire: quæ enim exhauriuntur, vertuntur denique. Plaut. Stich. 5. 4. 39.

Namque edepol, quamvis de ſubito vel cadus verti poteſt. Lucil.
Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis. Et apud Hor. 2. Serm. 8. 39.

Invertunt Alliphanis vinaria tota. Turnebus.

Crateras vertere, pro Epotare. Virg. 9. Æn. 165.

—fuſique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Hemiſtichium Ennianum. Servius.

Mœnia urbis ab imo vertere. Virg. 5. Æn. 810.

Mœnia vertere ferro. Lucan. lib. 3. 489.

Ad gloriam vertere. Tacit. 13. Ann.

Ad invidiam vertere. Tacit. 13. Ann.

Ad ſpem vertere. Liv. 29. 36.

In bonum vertere. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nam bona facile mutantur in pejus, nunc quando in bonum verteris vitia.

In contrarium aliquid vertere. Quintil lib 3. cap. 11.

In contumeliam ſuam vertere, quod alius geſſerit. Cæſ. 1. Bell. Civil. 8.

In crimen vertere quod gloriæ eſſe debet. Liv. 40. 15.

In ignorantiam verti. Senec de Benefic. 3. 6.

In jocum aliquid vertere. Plin. lib. 21. cap. 31.

In laudem vertere. Tacit. 4. Ann.

In ludibrium vertere. Tacit. 12. Ann.

In religionem vertere. Liv. 5. 14. V. RELIGIO.

Aerem in perniciem vertere Plin. lib. 18. cap. 1.

Auſpicia in bonum vertere. Liv. 10. 42.

Beneficium vertere in graviſſimam injuriam. Plin. in Paneg.

Cauſas ſecundorum & adverſorum vertere in deos, Diis imputare. Liv. 28. 11.

Crimen reus citra accuſationem in adverſarium vertit. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Culpam vertere in gloriam. Plin. Epiſt 171.

Culpam omnem belli a publico conſilio in Annibalem vertentes. Liv. 30 22.

Facinus in horrorem verſum. Liv. 4. 17.

Facinora in ſupplicium vertere. Tacit. 5. Ann.

Gloria in invidiam vertit ſe. Liv 2. 7.

Invidiam in aliquem vertere, Derivare. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Iras in aliquem vertere. Liv. 2. 13.

Iram vertere ab aliquo in alium. Hor. Epod. 10. 13.

Laudem vertere in crimina. Ovid. 8. Epiſt. 53.

Libertatem in licentiam vertere. Liv. 27. 32.

Periculum vertere in aliquem. Liv. 32. 10.

Pœnas montium in voluptatem gulæ vertere. Plin. lib. 19. cap. 4.

Stultitiæ vertere aliquid alicui, pro Stulte factum eſſe interpretari. Plaut. Capt. 2. 2. 9.

Vitio vertere, Dare. Hor. 1. Serm. 6. 85. Plaut. Epid. 1. 2. 5.

—quis erit, vitio qui id vortat tibi?

Uſum alicujus rei ad luxuriam vertere, pro Convertere, redigere, applicare. Plin. lib. 15. cap. 4.

In cinerem vertere, Redigere. Ovid. 2. Met. 216.

Dulcia ſe in bilem vertunt. Hor. 2. Serm. 2. 75.

Homines in lupos vertere. Plin. lib. 8. cap. 22.

Se in facies omnes vertere, Varias formas & ſpecies referre. Virg. 12. Æn. 891.

Seſe in faciem alterius vertere, Mentiri alterius formam, & ſimulate effingere. Plaut. in argument. Amph. 1. 1.

Seſe vertere in hirundinem. Plaut. Epid. 3. 3. 104.

Terra in aquam ſe vertit. Cic. 3. de Nat. Deor. 31.

Vertere fabulas, Platonem, Ariſtotelem: pro Transferre, traducere in alium linguam. Cic 1. de Fin. 7. Quanquam ſi plane ſic verterem, Platonem aut Ariſtotelem, ut verterunt noſtri poetæ fabulas, male, credo, mererer de meis civibus.

In Latinum Græca vertere. Quintil. lib. 10. cap. 5. Ibid. & Convertere & Transferre pro eodem poſuit.

Comœdiam a. Gell. lib. 2. cap. 23. A quo iſtam comœdiam verterat.

De Græcis multa vertere. Cic. 2. Tuſc. 26. Verti enim multa de Græcis, ne quo ornamento in hoc genere diſputationis careret Latina oratio.

Vertere ex Græcis. Ter in prol. Eun 7.

Ex Græco in Latinum ſermonem vertere annales. Liv. 25. 39.

Vertere, pro Fallere, a piſcibus, qui dum eliſantur, vertuntur, inquit Turneb. Plaut. Curc. 4. 1. 23.

Vel

Digitized by Google

Vel qui ipſi vertant, vel qui aliis ſubverſandos præbeant. I. e. Qui fallant, vel fallendos præbeant. Plaut. Aſin. 1. 3. 18. Verſis quo pacto lubet. In priori loco alii Verſuram facere exponunt.

Vertere pollicem damnantis erat, ut, Premere favantis: & in muneribus gladiatoriis qui eum, qui ſuccubuerat adverſario, occidi jugularique volebat, pollicem vertebat, ut munerarius. Juven. 3. Sat. 36.

— & verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter. Et Prudentius 2. in Symm. 1097. de Veſtalibus, quæ gladiatores Romæ in eminenti podio ſpectabant,
— pectuſque jacentis
Virgo modeſta jubet converſo pollice rumpi.

Vertere, pro Verti, abſolute. Liv. 3 36. Aliquamdiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit. i. e. Verti.

In avaritiam verterat. Tacit. 4. Hiſt.

In conſuetudinem vertere. Tacit. Dialog. de Orat.

In perniciem alicui vertere dicitur res aliqua. Liv. 39. 48. Hæc, quæ augendæ amplitudinis ejus cauſa facta erant, extemplo in invidiam, mox in perniciem adoleſcenti verterunt. i. e. Verſa ſunt.

Detrimentum in bonum verteret. Cæſ. 3. Bell. Civil. 73. extr.

Malo vertere. Tacit. 6. Ann. 29.

Renuntiata in gaudium verterunt. Liv. 45.

In præſagium verti. Tacit. 11. Ann. 31.

Bene vertere, pro Evenire. Gell. lib. 1. cap. 15. Virg. 9. Ecl. 6.

Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. I. e. Quæ res ejus in perniciem vertatur, id eſt ut malo omine hoc munus accipiat, inquit Servius.

Bene tibi vertat hæc res, pro Utinam res proſpere tibi ſuccedat. Plaut. Aul. 4. 10 58.

Bono animo es & bene dice, nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ
Bene feliciterque vortat, ita di faxint, inquito. Ter. Adelph. 2. 1. 37.
Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vertat male.

Vertunt res male, Male cedunt, male exeunt, male habent. Plaut. Perſ. 4. 1. 5.

Si malus aut nequam eſt, male res vertunt, quas agit.

Male tibi vertat; Imprecantis. Ter. Phorm. 4. 3. 73.

Vertitur in. Repoſitum eſt Liv. 37. 7 In voluntate Philippi id totum vertitur.

Cauſa vertitur in eo, pro Conſiſtit. Quintil. lib. 3. cap. 13.

Certamen vertitur alicubi. Cic. 8. Att. 22. Brunduſii autem omne certamen vertitur hujus primi temporis.

Crimen meum non in ſupplicio vertitur. Cic. 7. Verr. 133.

Diſcrimen vertitur. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Omnia vertuntur intra hos fines. Cic. 8. Fam. 10. Plura ſuſpicari non poſſum, hæc novi: alia, quæ poſſunt accidere, non cerno. Multa tempus afferre, & præparata multa eſſe ſcio, ſed intra hos fines, quæcunque acciderint, vertentur.

Omnia vertuntur in unius poteſtate ac moderatione. Cic. 2. Verr. 20.

Quæſtio eadem vertitur in pluribus judiciis. h. e. Agitatur. Paulus in l. Si cum uno. D. de except. rei judicat.

Res in diſcrimine verti dicuntur. Liv. 6. 36.

Res in eo vertitur. Liv. 1. 30.

Res vertitur in periculo. Plaut. Merc. 1. 1. 10. h. e. Periclitatur.

Res vertitur in meo foro. Plaut. Moſt. 5. 1. 10.

Ubi ego video rem verti in meo foro, quantum poteſt
Facio id quod plurimi, quibus res timida aut turbida eſt. I. e. De mea re agi, & in meam cervicem cuncta ruere. V. Eraſm. Chiliad. tertiæ, Cent. 6. 2. vide etiam interpretes Plauti.

Salus mea in eo vertitur. Liv. 3. 46.

Spes civitatis in eo vertitur. Liv. 4. 31.

Vertitur, Impersonale, pro Diſceptatur. Liv. 39. 48. Multæ & parvæ diſceptationes jactabantur, ſed quæ maxime rem continerent, erant: utrum reſtituerentur quos Achæi damnaverant, necne: injuſtene, an jure occidiſſent, quos occiderant. Vertebatur, & utrum manerent in Achaico concilio Lacedæmonii. [I. e. Quæſtio vertebatur.

VERTENS, entis. Partic. [[illegible]] Cic. in Arat. 333.

Annum conficiens vertentis temporis curſu.

Annus vertens. Cic. in Somn. Scip. 17. Quum autem ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemque totius cæli deſcriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus appellari poteſt, in quo vix dicere audeo, quam multa hominum ſæcula teneantur. Propert. lib. 4. 2. 11.

Sed quia vertentis fructum percipimus anni. V. ANNUS.

Menſis vertens, ea ratione qua etiam Vertens annus. Plaut. Perſ. 4. 4. 76.

VERTENDUS, a, um. Partic. [[illegible]] ut,

Aquæ vertendæ, Navigandæ. Ovid. 1. Amor. 9. 14. al. Verrendæ.

VERSUS, a, um. Partic. [[illegible]] Cic. pro Roſc. Amer. 103. Videte nunc, quam verſa & mutata in pejorem partem ſint omnia.

Acies retro verſa. V. ACIES.

Amor verſus in tædia. Ovid. 3. Epiſt. 139.

Armis verſis pugnare, eſt Mutatis armis pugnare. Caper Grammaticus, Inverſis armis pugnaſſe gladiatores non eſt dicendum, ſed verſis, id eſt transmutatis: ſic non inverſis pannis agitaſſe aurigas, ſed verſis. Turnebus.

Equis verſis animoſus Parthus. Hor. 1. Carm. 19. 11.

Fas verſum atque nefas. Virg. 1. Georg. 506.

Gradu verſo diſcedere. Ovid. 4. Met. 338.

Hoſtes verſi fuga. Virg. 3. Georg. 120.

Leges abolitæ & funditus verſæ. Tacit. 3. Ann. 36.

Mens mea verſa eſt cum fortuna. Ovid. 4. de Pont. 9. 90.

Regna ab imo verſa. Senec. Hippol. 4.

Sententia retro verſa. Virg. 10. Æn. 7.

Status civitatis verſus, Everſus, mutatus. Tacit. 1. Ann. 4.

Vice verſa. V. VICIS.

Verſus, Propenſus. Liv. 40. 5. Totus in Perſea verſus pater, cum eo cogitationes ejus rei, &c. V. VERTERE ſe in aliquem.

Verſus animi. Tacit. 4. Hiſt. 84. Qui verſus animi, modo numen paveſcere, modo minis adverſantis populi terreri.

Verſus, ûs. m. V. infra.

VERSIO, ônis. f. [[illegible]] Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſione circumſpicit. al. Verſatione.

VERSŌRIA, æ. f. ut, Verſoriam capere, i. e. Reverti. Plaut. Trin. 4. 3. 19.

Quin tu, quod periit, periiſſe ducis: cape verſoriam,
Recipe te ad herum. Ubi Turnebus Verſoria, inquit, eſt funis, quo vertitur velum. Nam eos ferre non poſſum, ſubdit idem, qui recentem illam pyxideculam nauticam, atavorum memoria inventam, explicant. V. Juſ. Scalig. ad Manil. 1. 279.

VERSŪRA, æ. f. [[illegible]] a Verto, ere dicitur, quum aliquid vertitur: h. e. Converſio. Varr. 1 de R. R. cap. 46. Propter ejuſmodi res, admiranda diſcrimina ſunt naturalia quod in quibuſdam foliis, propter eorum verſuram, quod ſit anni tempus dici poſſit, ut oleæ, & populus alba, & ſalix. Horum enim folia quum converterunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe. [Puto Diſci poſſit ſcribendum.

Verſura per u, pro Verſura fere ſemper apud Comicos ſcribitur.

Verſura, [[illegible]] ſcriptoribus agriculturæ dicitur, quum boves in arando, poſt peractum legitimum ſulcum, circumaguntur, vertunturque. Columel. lib. 2. cap. 2. Ibid. cap. 18.

Verſura, pro Sulco ipſo. Columel. lib. 2. cap. 2. ſub finem, de bubulco, Sed nec in media parte verſuræ conſiſtat: deinque requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilius enitatur.

Verſura, Flexus ipſe angulorum in ædificiis & parietibus exterior, ut eſt apud Vitruvium, lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 6. ad finem. Ibid. cap. 11. & cap. 10.

Verſura, Rei pecuniariæ, ſeu fœnebris, vox, ut

Solvere verſura. Ter. Phorm. 5. 2. 15.

Quid fiet? in eodem luto hæſitas, verſura ſolves,
Geta: præſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ creſcunt,
Niſi proſpicis. I. e. Debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore. Simili conditione atque ii ſolent, qui ut ſyngrapham unam diſſolvant, & una cautione ſe liberent, pecuniam mutuam majori fœnore iterum accipiunt. Indies enim deteriorem conditionem ſuam faciunt, quod frugi homines non ſolent. Hæc Budæus.

Diſſolvere ſine verſura. Cic. 1. Tuſc. 100. Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multaverit, quam ſine mutuatione & ſine verſura poſſem diſſolvere. Al. Uſura.

Facere verſuram. Cic. 5. Att. 1. Salaminii, cum Romæ verſuram facere vellent, non poterant, quod lex Gabinia vetabat. Idem 4. Verr. 186. Inſpiciebamus Syracuſis a Carpinatio confectas tabulas ſocietatis, quæ ſignificabant multis nominibus eos homines verſuram a Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. i. e. Multis de cauſis pecuniam fœneratitiam ſumpſiſſe. Hæc Bud. [Immo Multis capitibus, vel articulis ut ajunt.

Verſuram facere, vel ſolvere verſura (inquit Donatus) eſt Creditorem mutare, & fœnus fœnore diſſolvere. Feſtus, Verſuram facere, Mutuam pecuniam ſumere, ex eo dictum eſt, quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, ſed ut aliis ſolverent, velut verterent creditorem. Cic. pro Flacc. 48. Negavit ſeſe omnino verſuram ullam feciſſe Romæ. Idem pro Font. 1. A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt?

Ab Epicuro verſura facienda eſt. Sen. Epiſt. 19. ſub finem.

VERSILIS, e. Adj. Facilis ad vertendum. ut,

Verſilis profunditas. Mart. Capell. 4. p. 115.

VERTEBRA, æ. f. ſec. c. [[illegible], GI. L. G.] Ubi ſummæ oſſium partes non æqualiter finiunt, ſed quibuſdam craſſioribus nodis conglobatæ, & ſubſtringuntur facilius nervis, & tutius vertuntur, inquit Perottus. Plin. lib. 11. cap. 1. Imbricatis flexilibus vertebris.

Pedum cruruumque reſolutæ vertebræ. Senec. in Controverſ. 33.

VERTEBRĀTUS, a, um. Adj. [[illegible]] In vertebræ modum tornatus. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quibus cervix e multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis jungitur. Idem lib. 34. cap. 8. Dama vertebrato.

VERTIBŬLUM, i. n. Idem quod Vertebra. Lactant. de Opific. Dei, cap. 5. Summas eorum partes craſſioribus nodis conglobavit, ut & ſubſtringi nervis facilius, & verti tutius poſſent: unde ſunt vertibula nominata.

VERTICŬLUM, i. n. [[illegible]] Inſtrumentum, quod fuſo adhibetur ut facilius vertatur. Lucil. apud Non. 3. 103.

VERTICŬLUS, i. m. Idem. Solin. cap. 47. Verticuli ſpinæ ipſius latitudinem ſemipedem ſunt ſupergreſſi.

VERTICŬLA, æ. f. Verticulas, [illegible], inquit Feſtus, quum dixit Lucilius, Articulos intelligi voluit.

VERTICILLUM, i. n. ſive VERTICILLUS, i. m. dimin. [[illegible], GI. L. G. [illegible], G. L.] Plin. lib. 37. cap. 2. In Syria quoque feminas verticillos inde facere & vocare harpaga, quia folia & paleas, veſtiumque fimbrias rapiat.

Verticilla, Inſecti ſpecies, inquit Budæus.

VERTICILLĀTUS, a, um. Adj. [[illegible]] Celſus lib. 8. cap. 1. Superius autem humeri caput, rotundius, quam cetera oſſa, verticillatis ſcapularum oſſibus inſeritur. Legitur & Verticulatus. Hoc etiam Vertibulatus dici poteſt, quoniam Vertibulum & Vertebra pro ſpondylis accipiuntur: & Vertebratum. Budæus. V. Morgagni epiſt. 2. in Celſ. p. 560. & 594. [Qui Vervici lati ſcapularum oſſis legendum docet, niſi fallor. Non enim jam ad manus eſt liber. Legebam Cervici.

VERTĪGO, inis. f. [[illegible], [illegible], GI. G. L.] Converſio, rotatio. Plin. lib. 8. cap. 40. de cane invadente elephantum, Hinc & illinc artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet, inſultans atque evitans, donec aſſidua rotatum vertigine afflixit, ad caſum ejus tellure concuſſa.

Cæli vertigo, apud Plinium, teſte Budæo. Plin. lib. 2. cap. 3. Tantæ molis rotatæ vertigine aſſidua. Ibid. cap. 8. Æterna mundi vertigine.

Rerum vertigine attonitus. h. e. Mutatione. Lucan. lib. 8. 16.

Molli vertigine membra rotare. Claud. 2. in Eutrop. 359.

Torta vertigo. V. Tortus, in TORQUEO.

Vertigo, [[illegible], GI. L. G.] Morbus capitis, quo qui affecti ſunt, oculis caligant, & quavis de cauſa fuccidunt. Dicta, quod ob oculos eorum verticoſa quædam & rotatilia circumagi videantur. Plin. lib 20. cap. 17. Vertigines a partu cum ſemine cucumeris & lini pari menſura trinûm digitorum, vini albi tribus cyathis diſcutit. Idem lib 7. cap. 6. A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque, Juvenal. 6. Sat. 303.

Ut deſpici vix ſine vertigine quadam, ſimul oculorum animique, poſſit. Livius lib. 44. pag. 559. Feyrabend. Ut dicitur Mens caligare. H. St. Exſtant cap. 6.

VERTIGINŌSUS, a, um. vel VERTICULOSUS, Adj. [[illegible], GI G L.]

Adj. Vertigine laborans. Plin. lib. 23. 2. Acetum ſcillinum vertiginoſis perquam utile.

VERTIGINO, vel VORTIGO, [[illegible], Gl. G. L.] āre. Circumrotari. Tertull. de Pallio cap. 3. Ocelli, immo luminis puncta, vertiginant.

VERTIGINOR, [[illegible]] Gloſſ. Græcolat.

VERSICŎLOR, ōris. Adj. [[illegible], Gl. L. G.] dicitur, Quod mutat colorem, ut eſt cauda pavonis, & collum columbæ, & aqua maris. V. Vellam lib. 6. cap. 53. & Paulum. D. de aur. & arg. legat. l. Pediculis. §. Labeo. Cic. 3. de Finib. 18. Plumæ verſicolores columbis.

Verſicolor etiam Quod variis coloribus conſtat: quaſi eos mutare invicem videatur. Livius 34. 1. ſcribit Punico bello interdictum fuiſſe mulieribus ne verſicoloribus veſtibus uterentur, i. e. coloris varietate diſtinctis.

Armis verſicoloribus, apud Virgilium 11. Æn. 181. Servius exponit Depictis: per quod bellicoſus oſtenditur. [Deeſt negatio, Non bellicoſus. De clypeo vel ſcuto, loqui puto. V. Liv. 7. 10.

Cultu verſicolore decens. Ovid. 5. Faſt. 356.

Maculæ verſicolores, non Quæ mutant colorem, ſed Quæ diverſorem ſunt colorum. Plin. lib. 36. cap. 6. Verſicolores quidem maculas, & in totum marmorum apparatum Menander etiam, diligentiſſimus luxuriæ interpres, primus & raro attigit.

Pluma verſicolor. Propert. lib. 3. 7. 50.

Veſtis verſicolor & numeroſe. Plin. lib. 9. cap. 17.

VERSICOLŌRATUS, a, um. Adj. Idem. l. 32. §. 7. D. de auro arg. mundo, &c.

VERTICORDIUS, a, um. Adj. Val. Max. lib. 8. cap. 15. 12. De Sulpicia, Quum Senatus cenſuiſſet ut Veneris verticordiæ ſimulacrum conſecraretur, quo facilius virginum mulierumque mens a libidine ad pudicitiam converteretur, &c.

VERSIFORMIS, e. Adj. Varias formas recipiens. Tertull. de Pallio cap. 2. Totum verſiforme eſt.

Cupido verſiformis. Mart. Capella 9. p. 310.

VERSIPELLIS, e. Adj. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Chamæleon proprie, item Quod facile vertit pellem, hoc eſt quomodolibet vultum & faciem mutat: unde pro Aſtuto & callido ſimulatore poni ſolet. Plaut. Amph. prol. 123.

— eccum Juppiter
In Amphitruonis vertit ſeſe imaginem,
Omneſque eum eſſe cenſent ſervi, qui vident:
Ita verſipellem ſe facit quando lubet. Idem Perſ. 2. 2. 48.
Ne ubi verſipellem fuat, fœde ſemper ſervias. Lucilius,

At libertinus tricorius Syrus iſte ad malitias, quicum verſipellis fio, & quicum commuto omnia. Non. 1. 173.

Verſipellis, [[illegible], Gl. L. G.] Plin. lib. 8. cap. 22. Homines in lupos verti, rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus: aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus. Unde tamen iſta vulgo infixa ſit fama in tantum ut in maledictis verſipelles habeant, indicabitur.

Compar. Porc. Latro in Catil. in Script. Lat. Vol. 2. Nihil fuit iſto monſtro verſipellius.

VERSIPELLIO, ōnis. m. in Gl. L. G. Item. Verſipellio, Vertipillo, in Græcolat.

VERSO, [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] āre. frequent. Frequenter vertere. Quintil. lib. 6. cap. 4. Verſati & aduſti piſces, & poſtero die appoſiti. Plin. lib. 14. cap. 8. Uvæ, ter die verſatæ per triduum, quarto exprimuntur.

Verſare urbem ſaltatorium. Cic. in Piſon 22. In quo ne tum quidem, quum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat.

Omnia fors verſat. Virg. 9. Ecl. 5.

Auctores verſare, Frequenter evolvere. Hor. de Arte Poet. 269.

Cauſas verſare. Cic. in Orat. 31. Sed ita, ut rerum explicator, prudens, ſeverus, gravis: non ut in judiciis verſaret cauſas, ſed ut in hiſtoriis bella narraret.

Rem eandem multis modis ſæpe verſare. Cic. in Orat. 137.

Vultus verſare in omnia. Ovid. 3. Triſt. 9. 21.

Verba verſare. Cic. 4. de Fin. 56. Homo igitur acutus, cauſam non obtinens, repugnante natura, verba verſare cœpit.

Verſare teſtes. Quintil. lib. 5. cap. 7. Multum domi ante verſandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab adverſario poſſunt, explorandi ſunt. De teſtibus.

Verſare aliquid, Tractare. Quintil. lib. 7. cap. 4. Finitio plerumque legibus iiſdem, quibus conjectura, verſatur.

Dolo verſare, pro Evertere. Virg. 2. Æn. 62. Servius. Al. Dolos.

Oves verſare, pro Paſcere. Virg. 10. Ecl. 68.

Pecuniam verſare, pro Tractare. Suet. in Galb. cap. 9.

Terram verſare, Arare, fodere. Virg. 1. Georg. 119.

Aliquem verſare, pro Deludere. Plaut. Perſ. 5. 2. 17. Idem Bacch. 4. 5. 6.
Verſabo ego illum, hodie, ſi vivo, probe.

Hominem regere ac verſare. Lucret. lib. 3. 165.

Cura, quæ nunc te coquit & verſat. Cic. de Senect. 1.

Animum verſat cupido regni, vel Pudor. Liv. 1. 17. Idem 25. 3. h. e. Exagitat, variis cogitationibus angit.

Animum verſare in omnes partes. Virg. 4. Æn. 630.

Animum verſare per omnia. Idem 4. Æn. 286.

Animum muliebrem verſare in omnes partes, Precibus & minis tentare, ut faciat quod volumus. Liv. 1. 58.

Animos militares verſare. Curt. 5. 10. 9. Interim qui Perſas ſollicitarent mittuntur: hinc ſpe, hinc metu, militares animos verſabat.

Conſilia nova verſare pectore. Virg. 1. Æn. 661.

Dolorem cordis verſans. Stat. 1. Theb. 140.

Dolos verſare. Virg. 2. Æn. 62. i. e. Tractare. Servius.

Mentem ſuam verſare ad fraudem. Cic. pro Cluent. 70. Ad omnem malitiam & fraudem verſare mentem ſuam hæc ſecum cogitans cœpit.

Naturam ſuam verſare & regere ad tempus. Cic. pro Cæl. 13.

Pectore verſat illis pudor. Liv. 2. 45.

Pectora amor verſat. Ovid. 1. Amor. 2. 8.

Se verſare. Cic. 3. Verr. 133. Verſat ſe, quærit quid agat.

Se in utramque partem verſare. Cic. 2. Verr. 74. Itaque æſtuabat dubitatione: verſabat ſe in utramque partem, non ſolum mente, verumetiam corpore.

Se huc atque illuc verſare. Cic. 5. de Fin. 86. Id quæres, inquam, in quo utrum reſpondebo, verſes te huc atque illuc neceſſe eſt.

Sete verſat animus. Cic. de Univerſ. 23. Seſeque ipſe animus verſans, divinius, ſempiternæ, ſapientiſque vitæ induxit exordium.

Spes occultas verſaret animo. Tacit. 2. Hiſt. 78.

Verſare, Animo volvere, conſiderare. Hor. in Arte Poet. 39.
Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. Virg. 5. Æn. 408.
Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat. i. e. Conſiderat, ut Servius.

Secum in animis verſare. Liv. 3. 34.

Verſare in corde, Cogitare. Plaut. Trin. 2. 1. 1.

In amoris rota verſari. Paſſive. Plaut. Ciſtel. 2. 1. 4.

In turbinem verſari, Paſſive item dixit Senec. de Ira, 3. cap. 6. Pars ſuperior mundi & ordinatior, ac propinqua ſideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem, omni tumultu caret.

VERSOR, [[illegible]] āri deponens. In aliqua re aſſiduum eſſe. Cic. pro Milon. 53. Quo in fundo, propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentium adverſari.

Verſari ad. V. AD.

Ad ſolarium verſari. V. AD.

Ante oculos alicui verſari. Cic. 7. Verr. 93. Verſatur mihi ante oculos indignitas calamitatis.

Ante oculos imago verſatur nobis. Lucret. lib. 2. 112.

Cum aliquo verſari in. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 48. Cum his in præliis verſabantur.

Cum animis verſari. Cic. 1. de Divin. 115. Qui quia vixit ab omni æternitate, verſatuſque eſt cum innumerabilibus animis, omnia, quæ in natura rerum ſunt, videt.

Nobiſcum verſari jam diutius non potes. Cic. 1. in Catil. 10.

Inter aliquos ſine dedecore verſari. Cic. 10. Att. 7.

Intra mœnia hoſtis verſatus eſt. Cic. Poſt redit. in Senat. 10.

In acie verſari. Cic. 1. Off. 81. Temere autem in acie verſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & belluarum ſimile eſt.

In anguſtiis. Cic. 2. de Finib. 28. In magnis interdum verſatur anguſtiis.

In animis verſatur timor. Cic. 1. de Finib. 53. Itaque non ob ea ſolum incommoda, quæ eveniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, ſed multo etiam magis, quod cujus in animo verſatur, nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere.

In artibus ingenuis verſari, Occupari. Cic. 4. Fam. 3.

In arte ſordida verſari. Cic. 1. Off. 150.

In conſiliis præclariſſime, ac adminiſtratione Reipublicæ verſari. Quintil. in proœm. lib. 1.

In corde meo verſatur cupido, apud Plaut. in Pœn. 1. 2. 68. Et Moſt. 2. 3. 14.

In diſcrimine. Cic. pro Quint. 92. Ea res enim nunc in diſcrimine verſatur, utrumne poſſit ſe contra luxuriem, ac licentiam, ruſticana illa atque inculta parſimonia defendere: an deformata atque ornamentis omnibus ſpoliata, nuda cupiditati, petulantiæque addicatur. Ubi aliqui legunt in diſcrimen: nam utrumque eleganter efferri poteſt.

In errore uno verſari. Plin. 3. Epiſt. 11. extr.

In errore verborum verſari. Cic. pro Cæcin. 50. Eos enim vere poſſumus dicere eſſe dejectos, annon? Quum voluntas & conſilium & ſententia interdicti intelligatur, imprudentiam ſummam aut ſtultitiam ſingularem putabimus in verborum errore verſari?

In inanitate ſumma. Cic. 3. Tuſc. 3. In ſumma inanitate verſatur, conſectaturque, nullam eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ.

In loco aliquo Cic. 7. Verr. 144. Verſabatur in Sicilia, longo intervallo, alter.

In loco difficili verſari, pro eo quod vulgo diceret *In difficultate eſſe.* Cic. de Nat. Deor. Difficili in loco verſor, i. e. Hic locus eſt difficilis explicatu. Idem 3. de Nat. Deor. 85. Invita in hoc loco verſatur oratio.

In malis. Ter. And. 4. 1. 25.

In memoria hominum & ſermone verſari. Plin. 2. Epiſt. 1.

In mente & cogitatione aliqua verſari. Cic. pro Cluent. 69. Quæ pecunia, ſimulatque ad eum delata eſt, homo impuriſſimus ſtatim cœpit in ejuſmodi mente & cogitatione verſari, nihil eſſe ſuis rationibus utilius, quam Oppianicum condemnari.

In munere ſuo verſari, Suo munere fungi. Cic. de Fato 11. Non enim credo nullo percepto, aut ceteros artifices verſari in ſuo munere, aut eos, qui divinatione utantur, futura prædicere.

In ore vulgi, atque in communibus proverbiis verſatur illius nequitia. Cic. 3. Verr. 121. Vos illud vellem recordari, iſtius nequitiam & iniquitatem, tum in ore vulgi, atque in communibus proverbiis eſſe verſatam.

In publico verſatus. Tacit. 15. Ann. 59.

In periculis amicorum caſte verſatus labor meus. Cic. pro Lege Manil. 2. Et meus labor in privatorum periculis caſte integreque verſatus, ex veſtro judicio fructum ampliſſimum eſt conſecutus. V. INTEGER.

In quæſtione aliqua acute verſari. Cic. 4. Tuſc. 11. Stoici mihi videntur in hac quæſtione verſari acutiſſime.

In quæſtu, & compendio verſari. Cic. 5. Verr. 109.

In ratione vitæ verſari. Cic. pro Font. 27.

In re aliqua verſari. Cic. 4. Acad. 110. Iidem ſi de officio multiſque aliis de rebus, in quibus verſatur, exercitatuſque ſit, neſcire ſe dicat.

In re adverſa verſari. Plaut. Pſeud. 2. 4. 55.

In rebus & uſu verſari. Cic. 6. Fam. 10.

In rebus exulceratis verſari. Cic. 1. Fam. 1. Ut in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipſo rege, & ab intimis, ac domeſticis Pompeji clam exulceratis, deinde palam a Conſularibus exagitatis, & in ſummam invidiam adductis, ita verſamur.

In ſalute atque auxilio ferendo verſari. Cic. pro Quint. 93. Eos porro qui defendere conſuerunt, vides accuſare: & ea ingenia converti ad perniciem, quæ antea verſabantur in ſalute atque auxilio ferendo.

In ſumma ſeveritate verſari. Cic. 4. in Catil. 7.

In ſubſelliis utriſque bona fide verſari. Cic. 13. Fam. 10. Deinde verſatus in utriſque ſubſelliis, optima & fide, & fama, jam ante hanc commutationem Reip. petitioni ſeſe dedit.

In ſuis ſummis verſari. Cic. pro Roſc. Com. 22. Roſcio cur tanti fuerit

Digitized by Google

cauſam requiro. Egebat? immo locuples erat: debebat? immo in ſuis nummis verſabatur. i. e. Multas pecunias habebat, & nihil debebat. Hæc Budæus. Alii legunt Nummis.
In tenebris verſari. Cic pro Planc. 42.
In timore ruinæ. Cic. 2. Att. 4. Sed ita tamen ut nihil minus velim, quam Pomponium & puerum verſari in timore ruinæ.
In varietate magna cauſa verſata eſt. Cic. 6. Fam. 2. Quod majore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa, quam homines aut volebant, aut opinabantur.
In vicinitate. Cic. 4. Acad. 138. Nam qui ſummum bonum dicunt id eſſe ſi vacemus omni moleſtia, eos invidioſum nomen voluptatis fugere, ſed in vicinitate verſari.
In vita verſatur inſcitia. Cic. 4. Acad. 146. Deinde ita teneri, ſi ſciens falleret: quod inſcitia multa verſaretur in vita.
In labiis primoribus modo verſabatur mihi. Plaut. Trin. 4. 2. 65.
In oculis animoque verſatur mihi hæc res. Cic. 7. Verr. 143. Nunquam tibi populi Rom. abſentis dignitas, nunquam ſpecies ipſa hujuſmodi multitudinis, in oculis animoque verſata eſt?
Circa res omnes verſatur rhetorice. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Inter manus verſari liber dicitur, Qui lectores invenit. Cic. 8. Fam. 3. Genere tamen quod ad nos pertineat, & [illegible] quandam, ut verſetur inter manus, habeat.
In veſtigatione veri verſari. Cic. 1. Off. 19. Quæ omnes artes in veri veſtigatione verſantur. Al. Inveſtigatione.
Verſatur malum alicujus domi. Plaut. Moſtel. 1. 3. 34. Quod malum verſatur domi meæ?
Bellum vel Clades, verſatur alicubi. Cic. 5. Verr. 45. Quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitoſum te Prætore verſatum eſt?
Dolo verſari, pro Dolo agere. Ulpian. in l. Si Adejuſſor. D. Mandat. vel contra.
VERSANS, antis. Lucret. 6. 185.

Turbine, verſanti magis ac magis undique, nubem
Cogit. Ovid. 5. Met. 134. Verſans lumina. Adde Cic. 3. de Nat. Deor. 93.

VERSATUS, a, um. Partic. [illegible] ue,
Fuſo verſato ducere ſtamina. Ovid. 4. Met. 221.
Corporis verſati laſſa oſſa. Ovid. 1. Amor. 2. 4.
Membra verſata toto toro. Juven. 13. Sat. 218.
Verſatus in ea re ſacis. H. St. Vellem addito exemplo firmaſſet.
VERSABUNDUS, a, um. Adj. Quod in gyrum vertitur. Lucret. lib. 6. 437.

Verſabundus enim turbo deſcendit, &c. Adde Vitruv. lib. 9. cap. 7.

VERSATIO, onis. f. [illegible] Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione circumaſpicit.
Rerum ſurſum ac deorſum euntium verſatio. Senec. de Tranquil. c. 11. extr.
VERSABILIS, e. Adj. Senec. de Tranquil. vitæ 11. Scito ergo omnem conditionem verſabilem eſſe.
Fortuna verſabilis. Curt. 5. 8. 15.
Apud Amm. Marcell. ſæpe Verſabilis, & quidem in pleriſque locis, ubi non minus Verſatilis locum habere puto: veluti ubi dicit Verſabiles motus fortunæ. Vide Indicem Francf. H. St.
VERSABILITAS, atis. f. Saresb. 3. 12. Verſabilitate ingenii Protea vincere.
VERSATILIS, e. Adj. [illegible] Quod huc & illuc verſatur: ſive Quod idoneum eſt ut verſetur. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem molas verſatiles Volſiniis inventas, aliquas & ſponte motas invenimus in prodigiis.
Acies verſatilis. Curt. lib. 4. 13. 32. Adeoque aciem verſatilem poſuit, ut qui ultimi ſtabant ne circumirentur, verti tum, & ad frontem circumagi poſſent.
Ingenium verſatile. Liv. 39. 40. de Catone, Huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret.
Templum mundi verſatile. Lucret. lib. 5. 1435.

At vigiles mundi magnum & verſatile templum, &c.

VERSUS, ûs. m. [illegible, Gl. L. G. & G. L.] Linea vulgo vocatur. Plin. 3. Epiſt. 5. ad Macrum. Idem lib. 4. Non paginas tantum epiſtolæ, ſed etiam verſus, ſyllabaſque numerabo. Cic pro Rabir. Poſt. 14. Glaucia ſolebat, homo impurus, ſed tamen acutus, populum monere, ut quum lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet. conf. VERSICULUS.
Pronuntiare verſus multos. Cic. 1. de Orat. 261. Qui etiam, conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat.
Verſus, Carmen dicitur, quod dum fit, verba ipſa varie huc atque illuc vertantur. Cic. pro Arch. 23. Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat. Idem 5. Verr. 77. De qua muliere verſus plurimi ſupra Tribunal & ſupra Prætoris caput ſcribebantur. Virg. 2. Georg. 385.

Necnon Auſonii Troja gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto. I. e. Carminibus, inquit Servius, Saturnio metro compoſitis: quod ad rhythmum ſolum vulgares componere conſueverunt. [Dicitur a Verſu retrolineis, ut hæ a Verſibus agri.

Verſus, orationis eſt vitium. Cic. in Orat. 67.
Æterni verſus, Qui nunquam peribunt. Lucret. lib. 1. 122.
Canori verſus. Hor. 2. Epiſt. 2. 76.
Catenati verſus ex pluribus aſperrime coeuntibus inter ſe ſyllabis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Clari parum verſus, Subobſcuri. Hor. de Arte Poet. 448.
Concinnior verſus. Hor. 2. Epiſt. 1. 74.
Confragoſi verſus. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Diſerti verſus. Martial. lib. 6. 14. in Laberium.
Duri verſus. Hor. de Arte Poet. 445.
Inculti verſus & male nati. Hor. 2. Epiſt. 1. 233.
Inertes verſus. Hor. de Arte Poet. 445.
Inopes rerum verſus. Hor. de Arte Poet. 322.
Intercalaris verſus. V. INTERCALO.
Laborioſus verſus. V. LABOR, ôris.
Laſcivus verſus. Martial. lib. 10. 64. ad Pollam.
Lepidus verſus. Catull. ad Flavium, 6. 17.
Longi verſus. V. LONGUS.
Mali verſus. Cic. in Piſon. 73.
Scaber verſus. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 3. Nemo ex hoc viles putet veteres poetas, quod verſus eorum ſcabri nobis videntur.
Solutus verſus. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Suavidicis verſibus edere aliquid. Lucret. lib. 4. 181.
Teres verſus. Lucan. ad Piſon. 236.
Amplecti cuncta verſibus. Virg. 2. Georg. 42.
Componere verſus. Hor. 1. Serm. 4. 8.
Conficere numerum & verſum. Cic. 3. de Orat. 50. In ipſa oratione quaſi quendam numerum verſumque conficiunt.
Contendere alternis verſibus. Virg. 7. Ecl. 19.
Coopertus famoſis verſibus. Hor. 2. Serm. 1. 68.
Deducere verſum. Ovid. 1. de Pont. 5. 13.
Dicere verſus. Virg. 5. Ecl. 2.
Dicere aliquid verſu. Hor. 1. Serm. 5. 87.
Dicere ornatiſſimis atque optimis verſibus de re aliqua. Cic. 1. de Orat. 69.
Dictare verſus. Hor. 1. Serm. 4. 10.
Ducere verſus, Scribere. Ovid. 5. Triſt. 12. 63.
Edere aliquid verſibus. Lucret. lib. 1. 122.
Effutire leves verſus. Hor. de Arte Poet. 231.
Evolvere molles verſus, Legere laſciva carmina. Ovid. 2. Triſt. 307.
Exponere verſibus aliquid. Hor. de Arte Poet 89
Facere verſus in. Cic. 7. Verr. 80. Verſus, qui in iſtius cupiditatem facti ſunt. Hinc Verſificus & Verſifico.
Factitare verſus. Hor. de Arte Poet. 470.
Fingere verſus. Hor. de Arte Poet. 382.
Fundere verſus ex tempore. Cic. 3 de Orat. 194. Solitus eſt verſus hexametros, alioſque variis modis atque numeris fundere ex tempore.
Illuſtrare aliquid verſibus. Lucret. lib. 1. 138.
Includere verſu verba. V. INCLUDO.
Juvenari teneris verſibus. I. e. Juveniliter laſcivire & loqui verſibus mollibus, ſuavibus & delicatis. Hor. de Arte Poet. 247.
Lædere aliquem triſti verſu. Hor. 2. Serm. 1. 21.
Ludere incomptis verſibus. Virg. 2. Georg. 386.
Nectere ludenti verſu carmina. Lucan. ad Piſon. 152.
Oblinere aliquem atris verſibus. Hor. 1. Epiſt. 19. 30.
Perſcribere verſum puris verbis. Hor. 1. Serm. 4. 54.
Perſequi verſu aliquid. Virg. 3. Georg. 339.
Poſiti commode verſus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Si verſus pronuntiatus eſt ſyllaba una brevior aut longior, exſibilatur, exploditur. Cic. in Parad. 3.
Ructari ſublimes verſus. Hor. de Arte Poet. 457.
Scribere verſus. Hor. 1. Serm. 9. 23.
Scribere verſibus. Cic. 1. Fam. 9. Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis.
Solvere verſus. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Surgit pagina verſu. Ovid. 1. Amor. 1. 17.
Tornati verſus. Hor. de Arte Poet. 441. Bentlejus legit, Male ter nati. [Male, opinor. V. in TORNO, & INCUS.
Verſus, pro Cantu avium. Plin. lib. 10. cap. 29. Meditantur aliæ juniores, verſuſque, quos imitentur, accipiunt. De luſciniis.
Verſus, Species quædam motus eſt, cujus multa genera tripudiatores frequentant. Plaut Stich. 5. 7. 2.

Si iſthoc me verſu viceris, alio me provocato. Monuit Turneb.

Verſus in agricultura, eſt Sulcus a fronte ad finem perductus. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 10. In Hiſpania ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. Jugum vocant, quod juncti boves uno die exarare poſſint. Verſum dicunt centum pedes quoquoverſum, quadratum. Jugerum, quod quadratos duos actus habeat. Columel. lib. 2. cap. 2. Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet, alterniſque verſibus obliquum tenere aratrum. V. Scalig. Conject. in Varr. p. 73.
Verſus remorum, pro Ordine. Virg. 5. Æn. 119 Gallicum vulgus dicit *rang*, vel *rangée*. Et Liv. 45. 35. Regia nave, ingentis magnitudinis, quam ſedecim verſus remorum agebant.
Arborum verſus, pro Ordinibus. Virg. 4. Georg. 144.
Favorum verſus. Plin. lib. 11. cap. 10.
Foliorum verſus. Plin. lib. 15. cap. 20.
VERSICULUS, i. m. dimin. [illegible, Gl. G. L.] Linea, quam vocant. Cic. ad Brut. 14. Breves tuæ litteræ: breves, dico, immo nullæ: tribuſne verſiculis, his temporibus, Brutus ad me? Idem 2. de Legib. 14. Quæ præſertim uno verſiculo Senatus puncto temporis ſublatæ ſint.
Tranſverſus verſiculus. Cic. 5. Att. 1. Nunc venio ad tranſverſum illum extremæ epiſtolæ tuæ verſiculum. Quum pagina verſibus, recto ordine ſubſequentibus, completa, nihil ultra capit; tum, ſi quid ejuſmodi ſupereſt, quod multorum verborum non ſit, ſcribere ſolemus de tranſverſo.
Verſiculi, Verſus poematii. Cic. 3. Att. 6. Epiſtolas mihi pronuntiabat verſiculis facetis, ad familiares miſſas a Corintho.
Molliculi verſiculi ac parum pudici. Catul. ad Aurelium, 17. 8.
Euntes mollius verſiculi. Hor. 1. Serm. 10. 58.
Scribere verſiculos. Hor. Epod. 11. 2.
VERSIFICUS, a, um. Adj. Solinus cap. 16. Studium muſicum inde cœptum, quum Idæi Dactyli modulos, crepitu ac tinnitu æris deprehenſos, in verſificum ordinem tranſtuliſſent.
VERSIFICE, Adv. Saresb. in Metalog. 1. 3. Verſifice dicere.
VERSIFICO, [illegible, Gl. G. L.] âre. Verſus facere. Quintil lib. 9. cap. 4. Nam & verſificandi genus eſt omnibus ſermonibus unam legem dare.
Fatiloquia verſificare. Apul. de Deo Socrat. p. 102. Elmenh.
VERSIFICATUS, a, um. Partic. Lucil. apud Non. 13. 2. Multa homines portenta in Homero verſificata, monſtra putant, &c.
VERSIFICATIO, ônis. f. [illegible, Gl. L. G.] Quintil. lib. 9. cap. 2. Abuſive in verſificationis ac ſermonum imitatione ſervatur. Ibid. cap. 4.
VERSIFICATOR, ôris. m. [illegible] Quintil. lib. 10. cap. 1. Verſificator, quam poeta, melior Cornelius Severus.
VERSUS, Præpoſitio, Accuſativum requirit, & ſemper poſtponitur. Cic. 11. Fam. 27. Et initio belli Civilis, quum Brundiſium verſus ires ad Cæſarem, veniſti ad me in Formianum. Idem 1. de Divin. 77. Quum Arretium verſus caſtra moviſſet.

Habet

Habet quandoque adjunctam præpoſitionem: ut, Ad Occidentem verſus, In forum verſus: & tunc eſt Adverbium, ut Vallæ placet. Cic. de Amicit. 96. Is primum inſtituit in forum verſus agere cum populo. Vetus exemplar habet Verſibus. Liv. 1. 18. Deductus in arcem, in lapide ad Meridiem verſus conſedit.

Verſum ad eum. Plaut. Epid. 2. 2. 61.
Cœpi rurſum verſum ad illas pauxillatim accedere. [Niſi dictum eſt Rurſum, vorſum, ut Ultro citroque, vel Huc illuc.

Quoquo verſus, i. e. In unamquamque partem & quocunque. Varr. 1. de R. R. cap. 10. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 4. Quoquo verſus legationes dimitti.

Surſum verſus, Deorſum verſus. Cato R. R. cap. 156.

Quum gradatim ſurſum verſus reditur. Cic. in Orat. 135.

Et idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur. Cic. in Partit. 24.

Surſus verſus. Lucret. lib. 2. 188.

Utroque verſus, i. e. In utramque partem. Gell. lib. 5. cap. 12.

Undique verſus. Gell. lib. 12. cap. 13. Quum vero omnes terras omnifariam, & undique verſus circumfluat, nihil citra eum eſt.

VERSŪTUS, a, um. Adj. Quod vertitur. Plaut. Epid. 3. 2. 35.
Verſutior es quam rota figularis.

Verſutus, [πολύτροπος, Gl. L. G. & G. L. ποικιλόφρων, L. G.] Qui inconſtanti quadam animi motu huc atque illuc varie & ſimulate fertur. Feſtus, Verſuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur. Cic. 3. de Nat. Deor 25. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur. Cic. 2. de Fin. 53. Sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, verſutum, veteratorem, &c. Et paulo poſt, Is enim, qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt, ut ſe indicet, perficiet etiam ut dolere alterius improbe facto videatur. Quid enim eſt aliud eſſe verſutum? Ovid. 12. Met. 312.

Verſuta quædam. Sic Stropha Græcis (qua utuntur & Latini, præſertim, comici) λῆμ' ἢ ψεῦδος, Callida impoſtura. Gall. item *Une courtoiſie*. H. St.

Verſutus & callidus. Cic. 3. de Nat. Deor. 25. Et Chryſippus tibi acute dicere videbatur, homo ſine dubio verſutus & callidus.

Verſutus in differendo. Cic. 3. de Finib. 2. Neque enim; qui defendunt eam, verſuti in differendo ſunt, nec qui contradicunt, cauſam difficilem repellunt.

Verſutus ingenii. Plin. lib. 7. cap. 12.

Malitia, eſt verſuta & fallax ratio nocendi. Cic. 3. de Nat. Deor. 75.

Triſtitia verſuta & ſimulata. Cic. Poſt. redit. in Senat. 22. Nam ille alter Cæſonius Calventius ab adoleſcentia verſatus eſt in foro, cum eum, præter ſimulatam verſutamque triſtitiam, nulla res commendaret.

Superl. Cic. 1. Off. 109. Quo in genere Lyſandrum verſutiſſimum accepimus.

VERSŪTE, Adv. [πανούργως] Callide. Cic. de Clar. Orat. 35. Nihil, ut ita dicam, ſubdole, nihil verſute, quod ille non viderit, niſi ſubtiliter dici, &c.

Dicere verſute & ſubtiliter. Cic. in Orat. 22.

Compar. Hoc ſi vobis verſutius, quam mea conſuetudo defendendi fert, videbitur, ſic exiſtimetis, &c. Cic. pro Cæcin. 85.

Superl. Auguſt. de Trinit. 15. cap. 20. Quidam acute reſpondit hæretico verſutiſſime interroganti.

VERSUTIA, æ, f. [πανουργία, κακοτεχνία] Gloſſ. Latinogræc.

VERSUTILŎQUUS, a, um. Adj. [αἱμυλιόλογος] Qui verſute loquitur. Cic. 3. de Orat. 152.
Num non vis hujus me verſutiloquas malitias: Videtis enim & Verſutiloquas, & Expectorat, ex conjunctione facta eſſe verba, non nata.

Malitiæ verſutiloquæ. Cic. in Orat. 160. Habeo iſtam ego perterricrepam. Idemque, Verſutiloquas malitias.

VERTEX, icis. m. [ἕλιξ, Gl. G. L.] a vertendo; & VORTEX, apud antiquos juxta Quintilianum lib. 1. cap. 7. de Orthographia, p. 90. Burm. qui primum Africanum per u Vertices dixiſſe docet.

Vertex, [ἕλιξ ὕδατος, Gl. L. G.] Auctore Quintil. lib. 8 cap. 2. eſt Contorta in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Liv. 28. 30. Ut fugientem navem videres retro vertice intortam, victricibus illatam.

Cavi vertices. Stat. 9. Theb. 503.

Denſi vertices. Ovid. 6. Faſt. 502.

Inſanus vortex. Virg. 1. Georg. 481.

Rapidus vortex. Virg. 1. Æn. 121.

Turbineus vortex. Ovid. 8. Met. 556. V. TURBO.

Exæſtuat unda verticibus. Virg. 3. Georg. 241.

Involvunt amnes ſpumoſo vertice ſilvas. Claud. Conſ. Mall. Theod.

Tortus crebro vertice Halys. Ovid. 4. de Pont. 10. 48.

Volvit flumen vortices. Hor. 2. Carm. 9. 22.

Vertex [ἕλιξ, συστροφὴ ἀνέμων] Vertices proprie dicuntur Contorti venti, ac rotati: a quibus fit qui Typhon, & Turbo vocatur, id eſt vibratus. Vertice (inquit Apulejus in Coſmo p. 62. Elmenh.) torquetur humus arida & ab imo erigitur ad ſummum. V. ibid. ſeq. Lucret. lib. 1. 294. de ventis, Vertex tortus. Idem lib. 3. 635.
Vicinum involvens contorto vertice pontum

Amoris abſorptus vertice. Catul. ad Mallium. 66. 107.

Vertices dolorum, dixit Cicero ex quodam poeta, 2. Tuſc. 21. pro Vertigine, rotatioueque, quæ in doloribus circumagit, lancinatque præcordia,
Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices,
Nunc ſerpit ardor.

Capitis vertex, [κεφαλῆς κορυφή, Gl. L. G κορυφὴ ἀνθρώπου, G. L.] etiam dicitur: propter flexum capillorum. Teſtis eſt Quintil lib. 8 cap. 2. Inde, A vertice ad calcem, i. e. A principio ad finem Plin. lib. 7. in præf. Quamdiu palpitans vertex, ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium. Idem lib. 11. cap. 37 Vertices bini homini tantum.

Ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum. Cic. pro Roſc. Com. 20.

Crinıger vertex. Claud. 1. in 2. Conſ. Stilich. 203.

Crinitus vertex. Stat. 9. Theb. 189.

Intonſus vertex. Stat. 6 Theb 607.

Nuda vertice fulva cæſaries. Virg. 11. Æn. 642.

Raſus vertex. Juven. 12 Sat. 81.

Summo vertice intrabant humiles poſtes. Ovid. 8. Met. 638. al. Submiſſo.

Suppoſito vertice ferre aliquid. Ovid. 3. Amor. 13. 28. Idem 2. Met. 712.

Vacuum verticem plus nimio attolens gloria. Hor. 1. Carm. 18. 15.

Feriam ſublimi ſidera vertice. Hor. 1. Carm. 1. 36. V. SIDUS.

Obſtipare verticem. V. OBSTIPO.

Palpitat vertex. V. PALPITO.

Rupit juncturas verticis gravi ictu. Ovid. 12. Met. 288.

Tollere late conſpicuum verticem. Hor. 3. Carm. 16. 18.

Veniens ictus a vertice. Virg. 5. Æn. 444. V. A præpoſ. & paulo infra.

Pedum vertices [ὀλέκρανοι ποδῶν] Gl. Latinogræc.

Arboris vertex, [κορυφή] Plin. lib. 12. cap. 1. Arbor numeroſo vertice. V. NUMEROSUS.

Celſo vertice quercus Virg. 3. Æn. 679.

Numeroſus vertex. Sil. lib. 6. 124.

Arcis vertex. Lucret. lib. 6. 750.

Montis vertex, [κορυφὴ ὄρους, ἀκρώρεια, Gl. L. G.] etiam dicitur Eminentiſſima montis pars: quod quæ ibi naſcuntur, partim in dexteram, partim in ſiniſtram vertantur. Virg. 1. Æn. 167.
— geminique minantur
In cælum ſcopuli: quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent.

Saxi vertex. Virg. 4. Æn. 152.

Aerius vertex. Sil. lib. 1. 228.

Altus vertex ſaxi. Virg. 2. Æn. 308.

Excelſus vertex montis. Virg. 5. Æn. 35.

Nivali vertice attolens ſe Apenninus. Virg. 12. Æn. 702.

Planus vertex. Martial. lib. 1. 170.

Summus vertex. Virg. 2. Æn. 682.

Umbroſus vertex montis. Sil. lib. 5. 45.

Vertices, [πόλοι] Altiſſimæ cæli partes, quas Græci Polos dicunt: quod circa hos mundus rotetur. Virg. 1. Georg. 242.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt manesque profundi. Plin. lib. 2. cap. 15. Terra e verticibus duobus, quos appellaverunt polos. Cic. 2. de Nat. Deor. 103.
Extremuſque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe polus. Ex poeta.

Cæli vertex. Virg. 1. Æn. 229.

Verticem, pro Aquilone poſuit. Virg. 2. Georg. 310.
Præſertim ſi tempeſtas a vertice ſilvis
Incubuit. Idem 1. Æn. 118.
— ingens a vertice pontus
In puppim ferit: &c. [Græci ſimiliter ἀπὸ κορυφῆς uſurpant. Quod idem eſt, ac Deſuper, Ex ſuperiore loco.

Vertices, Cardines, circa quos fores vertuntur.

VERTICŌSUS, & VORTICOSUS, a, um. Adj. [ἰλιγγώδης] Liv. 21. 5. Quidam verticoſo amni delati in hoſtes, ab elephantis obtriti ſunt.

Motus verticoſus. Senec. Quæſt. Nat. 7. 8. Turbinum motus vagus eſt, & disjectus & verticoſus.

VERTUMNUS, i. m. Deus, qui præeſt rebus contrahendis, ac permutandis: vel ab anno verſo dictus, vel ab eo, quod anni vertentis poma percipiat. De hoc plura Propert. lib. 4. 2. 10. Hor. 1. Epiſt. ad Librum ſuum, 20. 1.
Vertumnum, Janumque, liber, ſpectaſſe videris. Propterea autem, quod hic Deus ad omnes figuras ac formas opportunus erat, credebatur etiam mentes hominum immutare ac varie afficere. itaque mobili ingenio & inconſtantes natos homines, irato Vertumno natos dicebant, ut Hor. 2. Serm 7. 14.
— Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis. Ex Lambino.

Vertumni etiam dicebantur Gladiatores, qui equum mutabant, ſeque de uno in alterum trajiciebant. Propert. 4. 2. 35.
Eſt etiam Aurigæ ſpecies Vertumnus, & ejus,
Trajicit alterno qui leve pondus equo. V. Interpretes Petronianos ad cap 54.

VERTUMNĀLIA, um. pl. Vertumni feſta, menſe octobri celebrata. V. Varr. de L. L. 5. 3.

VĔRU, Indeclinabile in ſingulari, in plurali hæc Verua, [ὀβελὸς, ὀβελίσκος, Gl. G. L.] Inſtrumentum ferreum cum cuſpide, quo carnes ad ignem torrere ſolemus. Virg. 2. Georg. 396.
Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Plaut. Rud. 3. 2. 46.

Prunas ſubjiciunt verubus. Virg. 5. Æn. 103.

Salignis verubus tranſfixa exta. Ovid. 2. Faſt. 363.

Veru natum eſt vere. Plaut. Rud. 5. 2. 15.
Namque hoc quidem vere natum eſt veru, ita in manibus conſeneſcit. Metaphora eſt a fructibus & floribus vernis, qui fugaces ſunt & in diem, cum æſtivi fructus & autumnales ſæpe in totum durant annum. Igitur rubiginoſum veru dicit more florum vernorum in manibus conſeneſcere. Ex Turnebo. Al Verum, antiquo ſcil nominativo.

Veru, Telum ad veru ſimilitudinem factum. Virg. 7. Æn. 665.
Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. Plaut. Truc. 2. 7. 66.

VERUCŬLUM, i. n. dimin. [ὀβελίσκος] Plin. lib. 33. cap 6. E ſuperiori catino defluens in inferiorem, & ex eo ſublata veruculis ferreis, atque in ipſa flamma convoluta veruculo, ut ſit modici ponderis. De ſpuma argenti. al. Verriculis.

VERUĪNA, æ. f. Obeliſcum ſignificat, id eſt parvum veru, & tanquam veruculum Plaut Bacchid. 4. 8. 46.
Si tibi machæra eſt, nobis veruīna eſt domi,
Qua quidem te faciam, ſi tu me irritaveris,
Confoſſiorem ſoricina nænia. Se enim minatur eum veru confoſſurum: nec enim cæſim ferit veru, ſed punctim, nec obtruncat ſed confodit. Turnebus.

Veruīna, Jaculi genus longum, quod aliqui Verutum nominant. Cajus Baſſus Satyr. Veruīna confodiende, non te nauci facio. Ex Fulgentio.

VERŪTUM, i. n. [? , Gl. L. G.] Veruta (inquit Feſtus) Pila dicuntur, quod velut verua habent præfixa. Nonius 8 16 Verutum eſſe telum breve & acutum. Cæſ. 5. Bell Gall. 43. Transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur. Liv 21 29. Quibus (pilis) pleriſque in ſcuta, verutis in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus. V. Idem. 1. 43.

Tenue verutum. Sil lib. 3. 363.

Fixus ſuper inguina Tyrio veruto. Sil lib. 10. 39.

VERŪTUS, a, um. Adj. [?] Verutus armatus. Virg. 2. Georg 168.

Aſſue-

Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos.

Dentes veruti. i. e. Mucrones inſtar veruum una cuſpide prominentes. Gratt. in Cyneget. v. 110.

VERTOBRIGA, Oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 1.

VERTUMNUS, V. VERTO.

VERU, V. VERTO.

VERVACTUM, i. n. [νεατὸς, νέαμα] Terra, quæ interdum requievit, & vere proſciſſa: quia vere actum arvum, id eſt verſum eſt. Plin. lib. 18. cap. 19. Quidam atique ab æquinoctio verno proſcindi volunt. Quod vere ſemel aratum eſt, a temporis argumento vervactum vocatur. Varr. 1. de R. R. cap. 44. Illud quoque multum intereſt, in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis: an in vervacto, quæ interdum requierit. Columel. lib. 2. cap. 3. 8. Ampliſſima vervacta. Idem lib. 11. cap. 2. Quæ menſe Januario vervacta fecimus, nunc ultima parte Martii ſunt iteranda.

VERVACTOR, ōris. m. Nomen Dei, quo uſus eſt flamen Cerealis, cum ſacra faceret. V. Serv. ad Virg. 1. Georg. 21.

VERUCULUM, V. Veru, in VERTO.

VERVEX, ēcis m. Mas inter oves, cui inverſi ſive adempti ſunt teſticuli. Plaut. Capt. 4. 2. 40.

Qui patroni nomen indunt vervecei ſectario. Al. Petroni. Cic. 2. de Legib. 55. Quod genus ſacrificii Lare vervecibus fiat.

Vervex pro Stolido, & ſimplici ponitur. Plaut. Merc. 3. 3. 6. Itane vero, vervex, intro eas? V. Apul. 8. Mileſ. p. 218. Elmenh. Senec. de Conſt. Sap. cap. 17. & Juvenal. 10. Sat. 50.

VERVĒCEUS, a, um. Adj. Ad ſimilitudinem vervecis factum. Plaut. Capt. 5. 2. 38.

Vos ite intro, interibi ego ex hac ſtatua vervecea volo
Erogitare, meo minore quid ſit factum filio. i. e. Servo qui veluti imago vervecis eſt, hoc eſt ſine ratione & prudentia, non aliter quam vervex. Al. Verberea.

Juppiter verveceus, Ammon. Arnob. 5. p. 178.

VERVĒCĪNUS, a, um. Adj. Quod ex vervece eſt. ut, Pellis vervecina. Lamprid. in Commod. cap. 8.

VERVĒNUS, a, um. Adj. Idem. Eugen. Toletan. Carm. 22.

Muſmonem capra verveno ſanguine gignit.

VERRUGINI, orum. m. [Οὐερρουγῖνοι] Populi ſunt Italiæ, Tuſculanis & Veliternis vicini, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

VERUM, Conjunctio. V. poſt. VERUS, a, um.

VĒRUS, a, um. Adj. [ἀληθὴς, Gl. L. G. & G. L. ἀληθινός, L. G.] Solidum, certum, ſincerum, non falſum ſignificat. Ter. And. 4. 2. 15.

— non Apollinis magis verum, atque hoc, reſponſum eſt.

Verus & Germanus. Cic. 6. Verr. 147. Eſſe perſpicuum, quantum inter hunc & illum Numidicum, verum & germanum Metellum, intereſſet.

Simulatus, fucatus, Sincerus & verus, contraria. Cic. de Amicit. 95

Cauſam veram exponere. Lucret. lib. 3. 964.

Cauſa vera, pro Bona. Cic. de Off. 3. Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici cauſam eſſe malit. Affert Franciſcus Sylvius in Orat. pro Quint. Veritas cauſæ, pro Bonitas. H. St. V. Cic. 3. Off. 43. conſ. CAUSA.

Color verus, Nativus, non adulteratus. Ter. Eun. 2. 3. 26.

Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum.

Conſilium verum. Hor. 2. Serm. 3. 17.

Fama vera. Virg. 4. Georg. 42.

Homo verus, Veridicus. Ter. And. 2. 5. 12. Donatus.

Labor verus. Virg. 12. Æn. 435.

Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex aliis. Ubi Servius, Verum laborem, quem per me ipſum ſuſcipio, non qui ex aliorum virtute imperatoribus aſcribi conſuevit.

Laus vera. Ter. Eun. 5. 4. 3.

Nuntius verus. Virg. 6. Æn. 456.

Nuptiæ veræ. Ter. And. 1. 1. 20. Oppoſitæ Simulatis.

Verum, i. n. [τὸ ἀληθὲς] frequenter abſolute ponitur, ut & Vera pl. Ter. Heaut. 3. 1. 81.

Videre verum, atque ita, uti res eſt, dicere. Idem. And. 3. 1. 7.
Quid ego audio? actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat.

Verum & Falſum contraria. Cic. 4. Acad. 33. Intereſſe oportet, ut inter rectum & pravum, ſic inter verum & falſum.

Procul a vero. Ovid. 5. Triſt. 6. 27.

Notitia veri falſique. Lucret. lib. 4. 478.

Magis verum. V. MAGIS. & paulo ante ex Ter.

Majora vero. Tacit. 3. Hiſt. 57. Sua quiſque facta extollentes, falſa, vera, aut majora vero miſcebant.

Minora vero. Tacit. 2. Hiſt. 29. Quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis.

Propius vero. Tacit. 1. Ann. 6. Propius vero Tiberium ac Liviam, illum metu, hanc novercalibus odiis, ſuſpecti & inviſi juvenis cædem feſtinaviſſe.

Simile vero. Cic. 12. Fam. 5. Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile vero videbatur. Sic Similis veri, & VERISIMILIS ἐϕεξῆς, q. V.

Simillima verba veris. Ovid. 15. Epiſt. 189.

Verius vero. Martial. lib. 8. 70. Hyperbole.

Conſcia numina veri. Virg. 2. Æn. 141.

Ignorantia veri me decipit. Ovid. 7. Met. 92.

Inſolans veri. Qui verum non amat, Senec. Hippol. 9.

Patrona veri. Curt. lib. 10. 4. 2.

Providus augur veri. Ovid. 10. Met. 18.

Similitudo veri. Cic. 4. Acad. 37. Cum poſſit ſine aſſenſione ipſam veri ſimilitudinem non impeditam ſequi. V. VERISIMILITUDO.

Mordax verum. Perſ. 1. Sat. 107.

Abdere verum. V. ABDO.

Abhorrere a vero. V. ABHORREO.

Abeſſe a vero. V. ABSUM.

Averſus a vero. V. AVERTO.

Cernere verum. V. CERNO.

Concedere veris, Veritati non adverſari. Hor. 2. Serm. 3. 305.

Confundere vera falſis. V. CONFUNDO.

Convertere ſe ad verum. V. CONVERTO.

Dicere verum. [ἀληθεύειν, Gl. G. L.] Hor. 1. Serm. 1. 24.

Verum vis dicam? Ter. And. 4. 2. 25.

Dijudicare. ut, Ars differendi, & vera ac falſa dijudicandi. Cic. 2. de Orat. 168.

Diſtinguere falſum vero. Hor. 1. Epiſt. 10. 29.

Educere merſum latebris verum. Claud. 4. Conſ. Hon. 521.

Examinare verum. Hor. 2. Serm. 2. 8.

Exſequi vera. Tacit. 11. Ann. 20. Neque falſa prompſerim, & vera exſequi pudet.

Fatebor tibi cuncta vera. Virg. 2. Æn. 78.

Jacere vera aut vana. V. JACIO.

Intendere vera. Tacit. 2. Ann. 57. h. e. Augere.

Involvens obſcuris vera. Virg. 6. Æn. 100.

Latet in occulto verum. Cic. in Orat. 237. Sed ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, aut quo judicium meum dirigerem, quam id quodcunque mihi quam ſimillimum veri videretur, cum ipſum illud verum in occulto lateret.

Perſpicere quid in quaque re verum ſincerumque ſit. Cic. 1. Off. 18.

Referre vera. Ovid. 3. Met. 659.

Remiſcere falſa veris. Hor. de Arte Poet. 151.

Eſſe quum plus uno verum non poſſit. Cic. 2. de Orat. 30.

Sit verum velim. Plaut. Rud. 3. 6. 39. Perii! c. verum ſit velim.

Ea vero, pro Ex veritate. Saluſt. in Bello Catilinario de Fort. loquens, Ea res cunctas, ex libidine magis, quam ex vero, celebrat obſcuratve. Ovid.

Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. H. St. Sall. Cat. cap. 8. pr. Ovid. 3. Amor. 9. 4.

Falſa vincere veris. Lucret. lib. 4. 483.

Verum, vel Verum id eſt, Reſponſio. Plaut. Merc. 4. 6. 18. ſuppoſ.

Quantum intelligo, & hanc male habet, Demipho. P. id verum;

Idem Aſin. 4. 1. 45. Scio, captiones metuis. DI. verum.

Verum modo, pro Modo ſit verum. Plaut. Caſ. 3. 6. 24.

Verum, Irridentis interrogatio. Ter. Eun. 5. 6. 18.

Siquidem iſtuc impune habueris, PY. verum? GA. reddam hercle.
PY. credo. Donatus.

Verum aliquando non eſt Nomen, ſed Adverbium confirmantis, id eſt, Vere, recte Donato. Ter. Adelph. 4. 1. 5. Me quærit? verum, perii.

Verus, pro Æquo & juſto. Cic. pro Muren. 74. At enim agit mecum auſtere & Stoice Cato, negat verum eſſe allici benevolentiam cibo: negat judicium hominum, in magiſtratibus mandandis, corrumpi voluptatibus oportere. Et in Salluſt. 17. Ita igitur egit, ut nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet. Et pro Domo 89. Sed quid ad te, qui neges eſſe verum, quenquam ulli Reipub. extra ordinem præfici. Ubi perperam in plerisque libris pro Verum, Juris, legitur. Hor. 1. Epiſt. 7. 98.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. Utitur & Livius ſæpe, & Juriſconſulti interdum. Budæus.

Vide in Indice Pariſ. in Epiſtolas Ciceronis. H. St.

Verum fœdus. Virg. 12. Æn. 694.

Compar. Verius, pro Æquius & juſtius. Cic. Anteq. iret in exil. 4. Nam neque majus eſt defendere unum, quam populum: neque verius a ſingulis, quam ab omnibus reperere officii præmium & fructum.

Vox verior. Martial 6. 30.

Superl. Cic. 4. Acad. 10. Sed me hercule, ut quidem nunc ſe cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima.

Crimina veriſſima dicere in aliquem. Ovid. 4. de Pont. 14. 29.

Imago mortis veriſſima. Ovid. 5. Triſt. 7. 17.

VERE, Adv. [ὄντως, Gl. L. G.] quod dicitur in rei veritate. Ter. Eun. 3. 5. 58.

— an ego occaſionem,
Mihi oſtentatam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam,
Amitterem? tum pol ego is eſſem vere, qui aſſimulabar. Al. Vero. Idem Heaut. 1. 1. 108. Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur.

Honeſtum, quod proprie vereque dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis. Cic. 3. Off. 13.

Falſo & Vere, contraria. Cic. pro Muren. 7. Quum grave eſt vere accuſare in amicitia, tum etiam ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum.

Ficte, fallaciterque, & Vere, contraria. Cic. pro Domo, 7. Majores noſtri, qui non ficte & fallaciter populares, ſed vere & ſapienter fuerunt.

Nullum amans vere. Catull. ad Furium, 11. 18.

Vere, Juſte. Plaut. Capt. 5. 2. 7.

Recta & vera loquere: ſed neque vere, neque recte adhuc
Feciſti unquam.

Compar. Verius. [ἀληθέστερον, Gl. L. G. & G. L.] Liv. 32. 37. Philippus quaſdam urbes, non contumelioſius, quam verius, compedes Græciæ appellavit.

Superl. Veriſſime. [ἀληθέστατα, Gl. G. L.] Cic. 4. Verr. 163. Laudarem illam civitatem, id quod veriſſime poſſem.

Non ὑπερβολικῶς, ſed veriſſime loquor. Cic. 5. Att. 21.

VERAX, ācis. Adj. [ἀληθὴς, ἀληθινὸς, Gl. G. L.] Veridicus. Cic. 1. de Divin. 38. Multis ſæclis verax fuiſſe id oraculum. Ibid. 61. Tum et viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia.

Spes verax. Tibul. lib. 1. 2. 41.

Vates verax. Ovid. 1. Epiſt. Sabin. 94.

Compar. Cic. 2. de Divin. 116. Herodotum cur veraciorem dicam Ennio?

Superl. Auguſt. Epiſt. 6. Veraciſſima promiſſio.

VERĀCĬTER, Adv. Ambroſ. Epiſt. 30. pr. Salus tuta eſſe non poterit, niſi unuſquiſque Deum verum veraciter colat. V. Priſcian. lib. 15. p. 1010.

Superl. Auguſt. Civ. Dei 5. 8. Veraciſſime creditur.

VERĀCŬLUS, i. m. Qui vera ſe prædicturum gloriatur. Suet. Vitell. cap. 14. Nullis tamen infenſior, quam veraculis & mathematicis. Alii legunt Vernaculis. V. ibi Interpr.

VERITAS, ātis. f. [ἀλήθεια, Gl. L. G. & G. L.] Verum, Vera ratio, res vera. Cic. 2. de Invent. 162. Veritas eſt, per quam immutata ea, quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Idem pro Cœl. 63. O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſollertiam, contraque fictas omnium inſidias, facile ſe per ſe ipſam defendat!

Res & Veritas, & Imago, contraria. Cic. 5. Tuſc. 13. Quum autem animum ab iſta pictura, imaginibuſque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris.

In veritate. i. e. Secundum verum judicium. Quintil. lib. 12. cap. 1.

Quis

Digitized by Google

Quis in veritate tumens, potenſque, ne minima quidem certe fiducia partis, memoriam artis ſperaverit?
Ex veritate. Tacit. 4. Ann. 31.
Foci veritas. Quintil. lib. 6. cap. 1. [Immo Loci, ni fallor, vel certe Joci.
Morum veritas. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Amicus ſimplicis veritatis & vir bonus. Cic. 1. Off. 63.
Cultor veritatis. Cic. 1. Off. 109. Sunt his alii multum diſpares, ſimplices & aperti, &c. veritatis cultores, fraudis inimici.
Expertes veritatis homines. Cic. 2. de Orat. 81.
Fides veritatis. Quintil. lib. 5. cap. 8.
In tuam fidem, veritatem Pro Quintio. H. St. Cic. pro Quint. 10. ſubaudi Confugerit. [Ubi pro Juſtitia poni videtur.
Cana veritas. V. CANUS.
Infracta veritas. Tacit. 1. Hiſt. 1.
Jucunda iſta veritas etiamſi non eſt, mihi tamen grata eſt. Cic. 3. Att. 24.
Incorrupta fides nudaque veritas. Hor. 1. Carm. 24. 7.
Accommodare ſe aſſertorem veritatis. V. ACCOMMODO.
Adducere ad veritatem. V. ADDUCO.
Adductus veritate, Quia veritas poſtulabat. Cic. 13. Fam. 30. Neque id ambitione adductus facio, ſed tum familiaritate, & neceſſitudine, tum etiam veritate.
Contaminata veritatem mendacio. V. CONTAMINO.
Dicere veritates fortiter. Gell. 18. 7.
Infirmare veritatem. V. INFIRMUS.
Intueri veritatem. V. INTUEOR.
Limare veritatem in diſputatione. Cic. 2. Off. 33. Alia eſt illa, cum veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas. Limata veritas, ait Budæus, i. e. Subtilitate philoſophica diſputata & exquiſita.
Niti veritate. V. NITOR.
Obſcurata veritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Proferre aliquid in lucem veritatis. Cic. 1. de Orat. 157. Et illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda.
Revocare rationem ad veritatem. Cic. 3. Off. 84. Nihil enim inutilius ei, qui id injuſte conſecutus ſit, invenio, cum ad veritatem cœpi revocare rationem.
Veritas, pro Juſtitia. Cic. pro Dejot. 3. Quæ mihi ad ſpem obtinendæ veritatis graviſſima ſunt: ad motum animi, & ad omnem impetum dicendi, contentionemque leviora. Veritatem pro Juſtitia poſuit. Budæus.
VERIMŌNIA, æ. f. Idem quod Veritas, ſed antiquum. Plaut. Truc. 1. 1. 64.
Qui potis eſt, amabo, planius? qui antehac amator ſummus
Habitus eſt, iſtunc ad amicam veriſve verimonia referre. Meliores libri habent, Meras querimonias.
VERŌSUS, a, um. Adj. Mart. Capella lib. 4. Argumentum veroſæ aſſertionis.
VERICŎLA, æ. m. Verum colens. Tertull. Carm. ad Senat. converſum cap. 2.
— quum vericolæ penetraverit oſtia legis.
VERĪDICUS, a, um. Adj. [ἀληθινός, Gl. G. L.] Qui vera dicit. Cic. pro Flacc. 77. Veridicus adjungis cauſas inimicitiarum.
Cantus veridici. Catul. Argon. 62. 306.
Dicta veridica. Lucret. lib. 6. 23.
Oraculum veridicum. Catul. Argon. 62. 326.
Os veridicum. Lucret. lib. 6. 6.
VERIDĬCE, Adv. Ammian. 31. 1. Poſt multa, quæ vates Auguresque prædixere veridice.
VERIFĬCO, āre. Probare; frequens philoſophis. V. Voſſ. de Vit. L. L. 1. 23.
VERILŎQUAX, ācis. Gloſſ. Græcolat. Ἀληθινός, Veriloquax, Veridicus.
VERILOQUIUM, i. n. [ἐτυμολογία, Gl. L. G.] Cic. in Topic. 35. Multa enim ex notatione ſumuntur: ea eſt autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id eſt, verbum ex verbo, veriloquium. V. Quintil. 1. 6. p. 78. edit. Burm.
VERISĬMILIS, e. Adj. [εἰκώς, πιθανός, Gl. L. G. & G. L.] Idem quod Simile vero. Cic. pro Roſc. Amer. 57. Etiam tum, quum veriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote. Ter. Heaut. 5. 2. 37. Eſt veriſimile. [Poraſt & diviſe ſcribi, ut veteres primum ſcripſere.
Narrationem jubent veriſimilem eſſe & apertam & brevem. Cic. 2. de Orat. 83.
Veriſimili ſimile. Cic. 1. de Nat. Deor. 65. Hæc ego nunc phyſicorum oracula fundo, vera an falſa neſcio: ſed veriſimili tamen ſimiliora quam veſtra. Vetus exemplar legit Veri tamen.
Volunt probabile aliquid eſſe, & quaſi veriſimile. Cic. 4. Acad. 32.
Non eſt veriſimile ut. Cic. pro Roſc. Amer. 121. Non eſt ita profecto, Judices, non eſt veriſimile, ut Chryſogonus horum litteras adamarit aut humanitatem.
Non veriſimile eſt, quam ſit in utroque genere & creber & diſtinctus Cato. Cic. de Clar. Orat. 69.
Facere veriſimile. Plaut. Pſeud. 1. 4. 10.
Non fit veriſimile. Ter. And. 1. 3. 20.
Mihi quidem hercle non fit veriſimile, atqui ipſis commentum placet.
Compar. Plin. lib. 5. cap. 22. Quod eſt veriſimilius, quam quia cadendo tripudium ſonumve faciant.
Superl. Cic. 1. de Invent. 4. Veriſimillimum mihi videtur quodam tempore, neque in publicis rebus infantes, neque inſipientes homines ſolitos eſſe verſari.
VERISIMILĬTER, Adv. Apul. Apol. p. 493. Elmenh. Fingere veriſimiliter.
Compar. Idem p. 494. Hæc & alia longe veriſimilius confinxiſſes.
VERISIMILITŪDO, ĭnis. f. Probabilitas. Cic. 4. Acad. 107. Sine aſſenſione ipſam veriſimilitudinem non impeditam ſequi. Et Senec. de Beneſ. 4. 33. Ea re, qua ducit veriſimilitudo.
VERIVERBIUM, i. n. Plaut. Capt. 3. 4. 36.
Tu enim repertus, Philocratem qui ſuperes veriverbio. V. ibi Taubm.
VERO, [ἀληθεύω] āre. Verum dicere. Gell. lib. 18. cap. 2. Ex Ennio in XIII Annalium, Satin' vates verant ætate in agenda?
Verata, Vera repræſentare. Sidonius, Quoties verba Graja carmine varat.
VERĀTOR, ōris. m. V. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 169.

VERĀTRIX, īcis. f. Apul. 9. Met. p. 230. Elmenh. Magna cura requiſitam veratricem feminam, quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere credebatur, multis exorat precibus. Alii legunt Veteratricem. V. Scalig. in Cirin. p. 75. & Broeckh. ad Tibull. 1. 2. 41.
VERO, Conj. Gloſſ. Græcolat. Ἀληθῶς, Vero, Certe. Ἀληθῶς γάρ, Enimvero. V. ſuo loco. [Certe ex Ablativo n. Adj. formata eſt ut ſeq. Conj.
VĒRUM, [ἀλλά, Gl. G. L.] Conjunctio, idem quod Sed ſignificat. Ter. Eun. 2. 3. 96.
Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias: verum ne poſt conferas
Culpam in me.
Verum, inceptiva aliquando particula, non relativa. Ter. And. 4. 4. 29.
Quemne ego heri vidi ad vos adferri veſperi?
M. O hominem audacem. D. verum; vidi Cantharam
Suffarcinatam. Virg. 3. Ecl. 35.
Verum id, quod multo ante ipſe fatebere majus.
Verum, pro At. Plaut. Amph. 1. 1. 241.
Verum, utut res facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.
Ejectio nuſquam eſt. Verum ſit. Cic. pro Domo 51.
Verum hoc (ut dixi) nihil ad me. Cic. 2. de Orat. 139.
Verum, ut aliud ex alio incidit. Ter. Heaut. 3. 3. 37.
Verum enim. Ter. Adelph. 2. 1. 47. Cic. 3. de Orat. 51. Verum enim oratori, quæ ſunt in hominum vita, quandoquidem in ea verſatur, &c.
Verum enimvero. Ter. Adelph. 2. 3. 6.
Abs quivis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas:
Verum enimvero id demum juvat, ſi quem æquum eſt benefacere, is facit. Cic. 5. Verr. 194. Verum enimvero quum eſſet ita binis, aut etiam ternis, quibuſvis in locis provinciæ, duodenos ſeſtertios exegiſti.
Verum etiam, [ἀλλὰ μὴν, Gl. L. G.] ut Sed etiam. Cic. pro Cœl. 43. Non modo agendo, verum etiam cogitando poſſit ſuſtinere.
Verum hercle vero, cum belle recogito. Plaut. Circ. 1. 5. V. Gell. 13. 17.
Verum tamen, [ἀλλ' ὅμως] Idem quod Tamen. Cic. 7. Verr. 81. Conſilium capit primo ſtultum, verum tamen clemens. Idem pro Quint. 11. Qui ſocietatem cum Sex. Nævio fecerit, viro bono, verum tamen non ita inſtituto, ut jura ſocietatis, & officia certi patris familias noſſe poſſet. Et ſi tum nemo erat admodum copioſus, verum tamen verſus ab his admiſceri orationi, &c. Cic. 2. Tuſc. 26.
Non dubitabam equidem: verum tamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. Cic. 12. Fam. 29.
Verumtamen ſi qua reliqua ſpes eſt. Cic. 1. Verr. 18.
Verum tamen interdum ad revocationem & continuationem ſententiæ, non adverſantis jure uſurpatur. Cic. 1. Verr. 47. Atque ego plus oneris habeo, quam qui ceteros accuſarunt (ſi onus id eſt appellandum, quod cum lætitia feras & voluptate) verum tamen hoc ego amplius ſuſcepi, quam ceteri. Turnebus.
Verum tamen, abſolute poſitum, ſed ita ut aliquid ſubaudiendum ſit. Cic. 14. Att. 17. Scire certum velim, & appelles procuratores ſi tibi videtur: quanquam quid ad me? verum tamen. ſubaudi, Appelles procuratores. Eidem lib. 15. 2. Tuas litteras hodie exſpectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? verum tamen. ſubaudi, Exſpectabam.
Verum tamen, non ſemper habet vim adverſandi, ſed quandoque concludendi, ut apud Cic. 4. Att. 6. Non mehercule poſſum, & Philoxeno ignoſco, qui reduci in carcerem maluit. Verum tamen idipſum mecum in his locis commentor, ut iſta improbem, &c. Quaſi dicat, Sed ne longior ſim, ne te multis teneam, ut indicem tibi animum meum, ego nunc mecum ipſe rationem quæro, qua iſta improbem. Hæc Paulus.
Verum tamen, pro Inquam. Cic. 1. Att. 8. Quum eſſem in Tuſculano, &c. verum tamen quum ibi eſſem, &c. Scribitur & ὅμως.
VERUTUM, V. Veru, in VERU.

V E S

VESP. Veſpaſianus. VEST. Veſtalia, Veſtalis.
VĒSĀNUS, a, um. Adj. [μανιώδης, Gl. L. G. & G. L. μανίας ἐμπλήκτως, ἀσύνετος, L. G.] Vecors, furioſus. Plaut. Trin. 4. 1. 7.
Spurcificum, immanem, intolerandum, veſanum.
Veſanus, Male ſanus, inquit Feſtus. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 8. Vecors & Veſanus privationem ſignificant ſanitatis & cordis. Ve enim particula, tum intenſionem ſignificat, tum minutionem. Cic. 2. de Divin. 114. Utrum tandem, per deos atque homines magis veriſimile eſt, veſanum remigem, an aliquem noſtrûm, &c. Idem pro Domo 35. Hæc furioſa vis veſani Trib. pleb.
Veſanus & furioſus. Cic. pro Domo, 3. Ac primum illud a te, homine veſano & furioſo, requiro, quæ ta tanta pœna &c.
Acies veſana. V. ACIES.
Amor veſanus, Ad inſaniam ingens. Propert. lib. 2. 15. 29.
Fames veſana. Virg. 9. Æn. 340. Alibi, Et maleſuada fames, dixit.
Flamma veſana. Catul. de Cœl. & Quint. 97. 7.
Impetus veſanus. Liv. 9. 13.
Leonis veſani ſtella furit. Hor. 3. Carm. 29. 19.
Vires veſanæ. Ovid. 1. Amor. 7. 25.
Scribitur & Væſanus, ut in Gloſſ. Lat. Græc. [Ubi & ἀσύνετος exponitur, quod quid ſit neſcio.
VESANIA, æ. f. [μανία, Gl. L. G.] Vecordia. Plin. lib. 33. cap. 11. Nobiles ejus tabulæ Epheſi, Ulyſſes ſimulata veſania bovem cum equo jungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens.
Diſcors veſania vos agit. Hor. 2. Serm. 3. 174.
VESANIO, [μαίνομαι] īre. Inſanire, ſævire. Catul. ad Thallum 25. 13.
— velut minuta magno
Deprehenſa navis in mari veſaniente vento. Budæus.
VESCIA, [Οὐισκία] Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 4. Hiſpaniæ civitas: alio nomine Veſci, & Faventia Plinio dicta lib. 3. cap. 1.
VESCOR, ēris, [ἐσθίω, θοινῶ, Gl. L. G.] veſci. Cibo uti. Feſtus, Veſcunt, Paſcunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 59. Dii nec eſcis, nec potionibus veſcuntur. Ibid. 68. Eſt enim omne, quo veſcuntur homines, pecus. Idem in Orat. 31. Quæ eſt autem in hominibus tanta perverſitas, ut inventis frugibus, glande veſcantur?
Avide veſci. Plin. lib. 22. cap. 53.
Folia veſcatur amara. Hor. 2. Serm. 3. 114.
Lacte, caſeo, carne veſcor. Cic. 5. Tuſc. 90.
Munera terræ veſcimur. Hor. 1. Carm. 14. 10.

Piris veſci. Hor. 1. Epiſt. 7. 14.
Sanguine atro veſci. Virg. 3. Æn. 622.
Voluptatibus veſci. Cic. 5. de Finib. 57. Itaque ut quiſque optime natus inſtitutuſque eſt, eſſe omnino nolit in vita, ſi gerendis negotiis orbatus, poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus.
Veſcor, cum Accuſativo. Plin. lib. 10. cap. 38. Aves nonnullæ veſcuntur ea, quæ rapuere, pedibus. Idem lib. 8. cap. 50. Si caprinum jecur veſcantur. V. Broeckh. ad Tibull. 2. 5. 63.
Aura ætheria veſci, Vivere, Spirare. Virg. 3. Æn. 339. Veſci pro Uti, teſte Nonio, 4. 487.
Auris vitalibus veſci. Lucret. lib. 5. 855. [Hinc arripuit Virg.
Veſci, pro Videre apud veteres. Accius Athamante, Priuſquam infans eſſes, tui oculi veſcuntur. Nonius, l. c.
Veſcendo eſſe, pro Bonum eſſe quod comedatur, Aptum eſui. Plin. lib. 15. cap. 18. Alexandrinæ ficus vix ſunt veſcendo. Sic enim legendum juxta Hermolaum. Idem lib. 21. cap. 16. Radix ejus veſcendo eſt decocta. De ſcolymo.
Sus ad veſcendum hominibus apta. Cic. 2. de Nat. Deor. 160.
Vesco, ĕre. activ. Tertull de Jejun. cap. 5. Quis nos veſcet carne? V. Bang. Obſerv. philol. p. 467.
Vescens, entis. Partic. Plin. lib. 9. cap. 8. Delphinus ex hominum manibus veſcens. Et Virg. 6. Æn. 656.

Conſpicit, ecce, alios dextra lævaque per herbam
Veſcentes, &c.

Vescendus, a, um. Partic. Plin. lib. 20. cap. 5. Coctas dyſentericis veſcendas dedere. De cæpis.
Vescus, a, um. Adj. […, GL L. G.] In Gloſſ. vescus ſcriptum. Feſtus, Veſcus, Faſtidioſus, ve enim pro puſillo utebantur. Lucretius (1. 307.) Veſcum dicit Edacem, cum dixit,

Nec, mare quæ impendet veſco ſale ſaxa peréſa. Hactenus Feſtus. Significat autem ille, Veſcum ſalem, ſeu ſale a Lucretio dictum, quia ſeſe paredat, & minuat, & conſumat. Gell. lib. 16. 5. Veſcum, quod ex ve particula, & eſca copulatum eſt, utriuſque diverſæ ſignificationis vim capit. Aliter enim Lucretius Veſcum ſalem dicit, ex edendi intentione: aliter Lucilius veſcum appellat, cum edendi faſtidio. Turnebus.

Veſcum, Nimis obſcurum. Lucil. lib. 26. Quam faſtidioſum ac veſcum cum faſtidio vivere. V. plura apud Nonium 6. 904.
Veſcum, Quicquid ad eſcam pertinet, & quicquid edule eſt, ab edendi intentione. Unde Lucret. lib. 1. 307. Veſcum ſalem appellat. Virg. 4. Georg. 131.

—verbenaſque premens, veſcumque papaver. I. e. Quo veſcimus. Servius. [Hæc fere vocis ſignificatio ubique eſt.

… Cinctis ab hoſte Veſca ſunt & quælibet. Proverb. Omnia eſculenta ſunt obſeſſis. H. St.
Frondes ſalicum veſcæ, quoniam eſcis jumentorum ſunt accommodatæ. Virg. 3. Georg. 175.

Nec veſcas ſalicum frondes, ulvamque paluſtrem. Perottus Minutas interpretatus. Servius vero Siccas & teneras: utrum ab Hermolao reprehenditur. Pius in Lucretium ſuetus partes Servii.

Veſcum, Parvum & minutum. Unde & apud Marſos, lingua vernacula, quum dicunt Malvam veſcam, intelligunt de ea, quam Parvam vocamus. Ovid 3. Faſt. 446.

Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni,
Quæ male creverunt, veſcaque parva vocant. Plin. lib. 7. cap. 20. Corpore veſco fuiſſe, ſed eximiis viribus Tritanum. V. ibi Harduin.

Vescŭlus, a, um. Adj. dimin. […] Male curatus & gracilis, ut ait Feſtus.
Dictio vaſcula. Sidon. 8. Epiſt. 16.
Vescilia, arom. pl. f. […] Gloſſ. Latinogræc.
Vesĕvus, & Vesŭvius, i. m. pr. c. […] Campaniæ mons juxta Sarnum fluvium, non longe a Neapoli, bonitate vini celebratus, qui ſemper emittit fumum & ignes, ſicut Ætna in Sicilia. Hic mons amœniſſimus olim habitus agris, excepto vertice, qui (ut ait Strab. lib. 5.) cineroſus eſt, & cavernoſus, petris exuſtus, quas color indicat igni abroſas fuiſſe. Virg. 2. Georg. 224.

— & vicino Veſevo
Ore jugo. Hic (ut quidam volunt) dictus eſt Veſuvius, & per ſyncopam Veſvius appellatur a conflagratione, (nam veſuiæ, favillæ dicuntur) qui, Tito imperante, ruptus in vertice tantum emiſit incendii, ut regiones vicinas incenderet. Alii (ut Servius) dicunt Veſuvium eſſe montem Campaniæ: Veſevum vero Liguriæ ſub montibus. De hoc Veſuvio monte, Martial. lib. 4. 44.

Hic eſt pampineis viridis Veſuvius umbris, &c.

Inſanus Veſevus. Stat. 4. Silv. 8. 5.
Prorupti Veſevi letalis apex. Valer. 4. Argon. 507.
Vēsīca, æ. f. […, Gl. L. G. & G. L. …, … G. L.] Folliculus, in quo urina colligitur, infra alvum a priore parte. Plin. lib. 11. cap. 37. Veſica, membrana conſtat, quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit. Cic. 1. de Finib. 96.
Tanti autem morbi aderant veſicæ & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſit accedere. Ovid. 15. Met. 304.
Difficultates veſicæ. Plin. lib. 30. cap. 8.
Diſploſa ſonat veſica. Hor. 1. Serm. 8. 46.
Venſica per n, Caper proferri cenſet: quod non fit ſine vento.
Vesicārius, a, um. Adj. Ad veſicam pertinens. ut, Aqua veſicaria. Marc. Emp. cap. 26.
Vesicaria, æ. f. […] Herba, quæ veſicæ medetur. Plin. lib. 21. cap. 31. de ſtrychno loquens, Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum vocant, & alii callion Noſtri autem veſicariam, quoniam veſicæ & calculis proſit. Frutex eſt ſurculoſus verius, quam herba, folliculis magnis, latiſque, & turbinatis, grandi intus acino, qui matureſcit Novembri menſe
Vesīcŭla, æ. f. dimin. […] In herbis etiam dicitur. Cic. 2. de Divin. 33. Et pulejum aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpi veſiculas, & ſemina malorum, quæ in his mediis incluſa ſint, in contrarias partes ſe vertere. Lucret. lib. 6. 129.

— quum plena animæ veſicula parva
Sæpe ita dat pariter ſonitum, diſploſa repente.

Vesiculōsus, a, um. Adj. Spumoſus. Cæl. Aurel. Acut. 3. 17. Pinguibus & veſiculoſis connexus.
Vesīco, āre. Veſicam facere. Theod. Priſcian. 1. 23. Quibus veſicaverint.
Vespa, æ. f. […, Gl L. G. …, … G. L.] Animal parvum volatile, api ſimile, quod veſperi muſcas venetur in cibum. V. Plin. de hac abunde tractantem, lib. 11. cap. 21. Varro 3. de R. R. cap. 16. Veſpa, quæ ſimilitudinem habet apis, neque ſocia eſt operi, & nocere ſolet morſu, quam apes a ſe ſecernunt. Cic. 5. de Fin. 42. Cornibus ut videmus boves, veſpas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad vivendum ducem.
Veſpa, pro Veſpillone. Feſtus lib. 19. Veſpæ dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.
Vespăsiānus, i. m. […, …] Imperator Romanus, cujus vitam vide apud Suetonium. Scribitur & Veſpeſianus. [Sed male, quum ſit a gentili Veſpaſius deductum, cujus idem meminit Suet. quod & vett. nummi clarius confirmant, ubique obvii.
Vesper, ĕris. vel Vesperus, i. m. […, Gl. G. L.] Stella, quæ & Veſperugo, & Venus dicitur, quod ſole jam occiduo, & prima omnium ex ſtellis lucere veſperi conſpiciatur, dicta quaſi Heſperus: nam ſic eam ſtellam Græci vocant, & ultimam partem diei. Stat. 10. Theb. 45.

— ſed veſper opacus
Lunares jam ducit equos. Cic. in Arat. 109.
Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia veſper.

Frigidus veſper æthere ruit. Valer. 4. Argon. 377.
Puro ſimilis veſpero. Hor. 3. Carm. 19. 26.
Serus veſper quid vehat. Virg. 1. Georg. 462. V. infra.
Proceſſit veſper Olympo. Virg. 6. Ecl. 86.
Surgente veſpero, &c. Hor. 2. Carm. 9. 10.
Veſper, Veſpertinum tempus. Plaut. Bacch. 5. 2. 87. Hic veſper eſt, vos ſequimini. Cic. 12. Att. 16. Quomque mane me in ſilvam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum.
Veſper diei. Salluſt. in Jugurth. 52. pr. Et jam diei veſper erat. Al. Die, Genitivo antiquo.
Primo veſpere. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 43.
Sero veſpere. Ovid. 1. Triſt. 2. 28.

Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt.

Neſcis quid ſerus veſper vehat, Ex Menippeis Varronis ſatiris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum a Macrobio: neque dubitandum quin proverbialis ſit, ſicut ſunt & alii plerique. Quo ſalubriter admonemur, ne præſentium ſucceſſuum proſperitate ſublati, futuri curam abjiciamus: neque ulla de re ſecuri ſimus, prius quam exitum videmus. Apparet Maronem ad paræmiam alluſiſſe, quum ait 1. Georg. 462.

Denique quid ſerus veſper vehat. Liv. 45. 8. In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, quum quid veſper ferat incertum ſit. Hæc Eraſmus.

Ad veſperum. V. ad.
Ambulare uſque ad veſperum contentius. Cic. 5. Tuſc. 97.
Declinat in veſperum dies. V. declino.
Quum exſpectarem epiſtolam a te avide ad veſperum. Cic. 2. Att. 8.
Parata in veſperum. V. in præpoſitionem.
Perpotare ad veſperum. Cic. 3. Philipp. 77. Atque ibi ſe occultans perpotavit uſque ad veſperum.
Vivere ſuo veſperi, i. e. Furtis ſuis veſpertinis. Plaut. Mil. 4. 2. 5.
Conſurgunt ab veſpere atro venti, Ab Occidente. Virg. 5. Æn. 19.
Vespĕra, æ. f. […, Gl. G. L.] pro eodem dicitur. Plaut. Curc. 1. 1. 4.

Si media nox eſt, ſive eſt prima veſpera. Cic. 2. Catil. 6. Si accelerare volent, ad veſperam conſequentur. Stat. 5. Theb. 250.

Flexo in veſperam die. Tacit. 1. Ann. 16.
Inumbrante veſpera univerſum Flaviani exercitus robur advenit. Tacit. 3. Hiſt. 19.
Propinqua veſpera Tribunus venit. Tacit. 15. Ann. 60.
Vespĕri, ſive Vespĕre, Adv. I. e. Principio adventus noctis. Cic. 11. Fam. 27. Nam quum in Tuſculanum veſperi veniſſem. Et 11. Att. 12. Cephalio mihi a te literas reddidit ad octavum Idus Martii, veſpere.
Heri veſperi. Cic. 2. de Orat. 13. Cum ad me in Tuſculanum, inquit, heri veſperi veniſſet Cæſar de Tuſculano ſuo, &c.
Pridie veſperi. Cic. 1. Acad. 1. Nuntiatum eſt nobis a M. Varrone, veniſſe eum Roma pridie veſperi, &c.
Prima veſperi. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 20. Caſtigatiores codices habent, Veſpera.
Vesperus, ĕra, ĕrum. Adj. etiam dicitur; […] unde quum Veſperum dicimus, neutro genere, intelligimus Tempus Plin. lib. 10 cap. 12. His horæ rigandi matutina atque veſpera. Idem, Matutinum tempus atque veſperum. [Niſi Veſpertina & Veſpertinum ſcripſit.
Vespertīnus, a, um. Adj. […, Gl. G. L.] Quod fit veſperi. Cic. 2. de Nat. Deor. 53. Tum veſpertinis temporibus delitescendo, tum matutinis ſurſum ſe aperiendo. Hor. 1. Epiſt. 6. 20.
Acies veſpertina. V. acies.
Cantus veſpertini. Plin. lib. 10. cap. 21.
Forum veſpertinum. Hor. 1. Serm. 6. 113.
Hoſpes veſpertinus. Hor. 2. Serm. 4. 17.
Literæ veſpertinæ. Cic. 13. Att. 23. Antemeridianis tuis litteris heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondeo veſpertinis.
Regio veſpertina occidentalis. Hor. 1. Serm. 4. 30.
Veſpertinam antiqui dicebant Cœnam, ſive veſpertinum cibum. Iſidor. 20. 2. [Immo Veſpernam, q. V.
Veſpertinis, Ablativus. Plin. lib. 30. cap. 10. Perunctos matutinis veſpertiniſque liberari. h. e. Mane & veſperi. [Subauditur Temporibus, vel Horis.
Vesperālis, e. Adj. Solin. cap. 14. Igitur Macedoniam præcingit Thracius limes: Meridiana Theſſaliæ Epirotæ tenent: a Veſperali plaga Dardani ſunt & Illyrii: qua Septemtrione tunditur, Pæonia ac Pelagonia protegitur. Veſperalem plagam dixit pro Occidentali.
Vesperna, æ. f. […] Cœna apud veteres dicebatur. Nam ut Feſtus ait, Cœna vocabatur, quod nunc eſt Prandium: Veſperna, quam nunc Cœnam appellamus, quod convivium, non niſi adventante nocte inibant priſci.

Veſpi.

Digitized by Google

VESPERŪGO, inis. f. [ἕσπερος, Gl. L. G.] Idem quod Veſper, ſtella Venus dicta, æmula Solis & Lunæ: quæ quum Solem præcedit, dicitur Lucifer, ut alter Sol, & ante ortum Solis apparet in Oriente: in occaſu Solis refulgens, Veſper appellatur, quaſi vicem Lunæ reddens: videturque in Occaſu ſtatim poſtquam Sol occidit. Plaut. Amph. 1. 1. 119.

Nec Jugulæ, nec Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Veſperug, per apocopen antiquos dixiſſe, teſtis Quintil. 1. 7.

Veſperugines pro Veſpertilionibus poſuit Tertull. de Anima, cap. 32.

Veſperugo, Vide in DOMUS quæ ſcripſi. H. St.

VESPĔRO, [ἑσπερίζω] āre. Veſperam fieri. Gell. lib. 17. cap. 8. Philoſophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna, plerumque ad id diei, ubi jam veſperaverat. Id enim eſt tempus iſtic cœnandi frequens. [Quid ſi Veſperaſcit Præteritum eſt?

VESPERĀTUS, a, um. Partic. Ad veſperam perductus. ut, Die jam veſperato. Solin. cap. 16.

VESPERASCIT, [ἑσπερίζει] Imperſ. Ter. Heaut. 2. 3. 7.

—portant quid rerum. CLIN. hei mihi!

SY. Aurum, veſtem, & veſperaſcit, & non noverunt viam.

VESPERASCENS, entis. Partic. ut, Veſperaſcente cælo. Nepos in Pelopida cap. 2. extr. Quum Athenis interdiu exiiſſent, ut veſperaſcente cælo Thebas poſſent pervenire.

Die veſperaſcente Tacit. 2. Hiſt. 49. Lipſius legit Veſperante. conf. 1. Ann. 65.

VESPERTILIO, ōnis. m. [νυκτερίς, Gl. L. G. & G. L.] Animal mediæ cujuſdam inter avem & murem ſpeciei, ut mus alatus dici poſſit; appellatus autem ob id, quod veſpere ſe ad volatum proferat. Plin. lib. 10. cap. 61. Volucrum animal parit veſpertilio tantum cui membrana ceu pennæ. Eadem ſola volucrum lacte nutrit, ubera admovens geminos volitat amplexa infantes, ſecumque deportat. Eidem coxendix una traditur, & in cibatu culices gratiſſimi. V. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. ult. Auctor Philomelæ 18.

Strix nocturna ſonans, & veſpertilio ſtridunt.

Veſpertilionem viri eruditiſſimi explicant apud Juriſconſultos, Qui interdiu exiliter videt, noctu acri ſit acie. Ego potius putem eum eſſe, qui interdiu more veſpertilionis latitet, noctu prodeat, quod fugitivos quoſdam feciſſe olim non dubium eſt. Ne enim in dominum vel in notos inciderent, interdiu ſeſe abdebant, cum foras exirent noctu, ut veſpertiliones. Aliis tamen in libris Veſpillo legitur. Turnebus. V. VESPILLO.

VESPILLO, onis m. [νεκροθάπτης, Gl. G. L.] Vilis cadaverum funerator, qui veſpertino tempore eos efferre ſolebat, qui funebri pompa duci propter inopiam non poterant, ut ait Perottus. Martial. lib. 1. 48.

Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus. Idem lib. 2. 61. V. DIAULUS. Sueton. in Domit. cap. 17. Corpus ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.

Veſpillo, in antiquo lexico eſt Sepulchrorum violator, quem Græci τυμβωρύχον vocant, quod intelligetur per antiphraſin, quaſi non ſepeliat, ſed nudet, cum veſpillo funerare ſoleat. In Latino Græco lexico reperi Viſpellio & Veſpillo, ubi etiam exponitur ille νεκροθάπτης, hic νεκροφόρος: Ita ille funerator eſt, hic cadavera portat. Verba ſunt Turnebi. [Verba Gloſſ. Græcolat. hæc ſunt: Νεκροθάπτης, Viſpillo, Libitinarius. Item τυμβωρύχος, Sepulcri violator, Viſpiliator. Ubi nihil opus eſt argutiis Turnebi, quum & Veſpillo dictus, ſeu Sandapilarius, fodere ſepulcra conſueverit, ubi pauperes, quibus nullum extructum fuit, ſepeliantur.

An per ſyncopen, pro Veſpertilio? H. St.

VESTA, æ. f. [Ἑστία, Gl. L. G.] duæ a veteribus memorantur Veſtæ: altera Saturni mater, altera ejuſdem dei filia De qua Ovid. 6. Faſt. 285.

Ex Ope Junonem memorant, Cereremque creatas

Semine Saturni: tertia Veſta fuit. Confundunt tamen has poetæ, alteram pro altera ponentes. Quando eam terram eſſe dicunt, de matre Saturni intelligendum eſt: quando vero virginem nominant, de filia ejus, quam ignem eſſe voluere. Ovid. ibid. 291.

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam:

Nataque de flamma corpora nulla vides.

Hujus ſimulacrum Romani, Peſſinunte allatum, in æde Victoriæ, quæ eſt in Palatio, poſuere: & virgines ei ſacrarunt, quæ ignem perpetuum conſervarent: hæ ſi ſtuprum commiſiſſent, vivæ defodiebantur. Si vero ignis fuiſſet extinctus, nequaquam reparari fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato, ſed accenſa per fomites ex Sole flamma, purus & cæleſtis ignis eliciebatur.

Veſta, ἀπὸ τῆς ἑστίας, id eſt a foco, in quo ignis alitur, dicta eſt. Eſt enim Veſta, quaſi focus urbis appellata, ait Cicero de Legib. 2. 29. Nam quum pro terra, ſive deorum matre accipitur, a veſtitu denominatur, quod variis herbis ac floribus veſtita ſit terra, ut annotavit Perottus vel quia vi ſua ſtet. Ovid. 6. Faſt. 299.

Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur. V. Lipſ. Syntagma de Veſta.

Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus. Cic. 4. in Catil. 18.

Ignis extinctus lacrimis Veſtalis. Cic. pro Font. 27. Proſpicite ne ignis ille æternus nocturnis Fonteiæ laboribus vigiliiſque ſervatus, ſacerdotis Veſtæ lacrimis extinctus eſſe dicatur.

Æterna Veſta. Hor. 3. Carm. 5. 11.

Canæ penetralia Veſtæ. Virg. 5. Æn. 744.

Mater Veſta. Virg. 1. Georg. 499.

Potens Veſta. Virg. 2. Æn. 567.

Sancta Veſta. Claud. de Bell. Gild. 129.

Veſta, pro Igne ponitur apud Poetas. Virg. 4. Georg. 384.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam.

VESTĀLIS, e. Adj. [Ἑστιακὸς, Gl. G. L.] Cic. 2. de Legib. 20. Virgineſque Veſtales in urbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.

Ara Veſtalis. Lucan. lib. 1. 584.

Foci Veſtales. Lucan. lib. 1. 199.

Sacra Veſtalis. Ovid. 6. Faſt. 395.

Virgo Veſtalis. Gell. 1. 12.

Inceſta Veſtalis. V. INCESTUS.

VESTALIA, um. n. Feſta. Varro L. L. 5. 3. [Subaudito Sacra.

VESTER, tra, trum. [ὑμέτερος, Gl. L. G. & G. L.] pro Voſter, a Vos ductum, Pronomen poſſeſſivum. Ter. And. 4. 4. 24.

Cedo, cujum puerum hic appoſuiſti? dic mihi.

M. Tu neſcis? D. mitte id quod ſcio: dic quod rogo.

M. Veſtri. D. cujus noſtri? M. Pamphili. Idem Eun. 5. 9. 36.

Non cognoſco veſtrum tam ſuperbum.

Omnium veſtrûm bona, pro Omnia veſtra. Cic. 11. Att. 6. Ut jam omnium judicio conſtitutum eſſet, omnium veſtrûm bona prædam eſſe illius victoriæ.

Veſtrum dare, vincere noſtrum eſt. Ovid 4. Faſt. 889.

VESTRAS, atis. Pronomen patrium V. Vallam lib 2 cap. 3.

VESTĪBŬLUM, i. n. [πρόθυρον. Gl L. G & G L.] Locus ante januam domus, per quem a via ad ædes itur. Gell. lib. 16 cap 5 Cæcilium Gallum in libro De ſignificatione verborum, quæ ad jus pertinent, ita tradidiſſe affirmat, Veſtibulum eſſe dicit, non in ipſis ædibus, nec partem ædium, ſed locum ante januam domus vacuum, per quem a via aditus, acceſſuſque eſt ad ædes Siquidem olim, quibus ampliores domos habere licebat, ii ante januam locum relinquebant, qui medius inter viam & fores domus eſſet: qui locus erat ſtatio ſalutatorum. V. etiam Macrob. lib. 6. Saturn cap. 8. Plaut Moſtel 3. 2. 131.

Viden' veſtibulum ante ædes hoc, & ambulacrum cujuſmodi? Cic. 4. Att. 3. Diſceſſimus in veſtibulum. Virg. 6. Æn. 575.

— cernis cuſtodia qualis

Veſtibulo ſedeat?

Veſtibulum dictum eſt (inquit Servius) vel quod januam veſtiat, ut videmus cameram duabus ſuſtentatam columnis: vel quoniam Veſtæ conſecratum eſt. Unde nubentes puellæ limen non tangunt. Lucan. lib. 2. 358.

Tranſlata vetuit contingere limina planta. Singula enim domus, ſacratæ ſunt diis: ut Culina diis Penatibus: Maceries, quæ ambit domum, Herceo Jovi. Idem alio loco, Veſtibulum, ut Varro dicit, etymologiæ non habet proprietatem: ſed ſic pro captu ingenii Alii dicunt ab eo, quod nullus iſtic ſtet. In limine enim ſolus eſt tranſitus: quo modo Veſanus dicitus Non ſanus: ſic Veſtibulum, quaſi Non ſtabulum. Virg. 2. Æn. 469.

Veſtibulum ante ipſum, primoque in limine templi.

Aſtare veſtibulo. Virg. 7. Æn 181.

Privatum veſtibulum. Cic. de Aruſp Reſp 32. Nunc ſanctiſſimam partem, ac ſedem maximæ religionis privato dicunt veſtibulo contineri.

Ædium vel templi primus aditus & veſtibulum. Cic 4 Verr 160. At quo loco? celeberrimo ac religioſiſſimo, ante ipſum Jovem, in primo aditu veſtibuloque templi. Idem pro Cæcin. 35 Non modo limine tectoque ædium tuarum, ſed primo aditu veſtibuloque prohibere quempiam.

Balnearum veſtibulum. Cic. pro Cœl. 62. Nam ſi eſſent in veſtibulo balnearum, non laterent.

Curiæ veſtibulum & Senatus. Liv. 2. 48. & Cic. pro Milon. 19. Inſidiator erat in foro collocatus, atque in veſtibulo ipſo Senatus.

Sepulcri veſtibulum Cic. 2 de Legib. 61. Quod autem ἐσχάτην, id eſt veſtibulum ſepulcri bullumve uſucapi vetat.

Siciliæ veſtibulum, pro Ingreſſu. Cic 7. Verr. 170. Monimentum ſceleris audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ, veſtibulo Siciliæ, prætervectione omnium, qui ultro citroque navigarent.

Cubilium veſtibulum gallinaceorum, columbariorum, apum Columel. lib 8 cap. 3. Sic ibidem cap. 4. Idem lib 8 cap. 8 & lib. 9 cap 7.

Veſtibulum & aditus ad cauſam, Tranſlate Cic. in Orat 50. Veſtibula nimirum honeſta, aditusque ad cauſam faciet illuſtres

Ingredi veſtibulum alicujus artis. Quintil. lib. 1. cap 5. De vitiis & virtut. orat.

VESTICEPS, VESTICONTUBERNIUM, V. VESTIS.

VESTĪGIUM, i. n. [ἴχνος, Gl. L. G. & G. L.] Pedis impreſſio, id eſt ſignum quod a pede relinquitur. Virg. 3. Georg. 59.

Et gradiens ima verrit veſtigia cauda. Plaut. Ciſtel. 4. 2. 29.

Sed is hac it; hac ſocci video veſtigium

In pulvere: perſequar hac.

Cæca veſtigia, Obſcura & perplexa. Virg. 6. Æn. 30.

Certa veſtigia. Quintil lib 1. cap. 1.

Communia veſtigia. V. COMMUNIS.

Errabunda veſtigia. Virg. 6. Ecl. 59.

Fœda veſtigia. Virg 3. Æn. 244.

Irrita veſtigia. V. IRRITUS.

Conſequi veſtigiis. Cic. pro Cluent. 36. Aſinius cum Avilio Romam eſt profectus: hos veſtigiis Oppianicus conſecutus eſt.

Delere pedum veſtigia Stat 1. Achil. 60.

Excipere veſtigia fugientis. Curt lib. 4. 15. 31.

Facere veſtigia in loco aliquo. Cic pro Rabir. Poſt. 48. His vos aliud nihil orat, niſi ut rectis oculis hanc urbem ſibi intueri, atque in hoc foro veſtigium facere liceat. Idem pro Cæcin. 39. Utrum pedem quum intulero, atque in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum expellar atque dejiciar. Virg. 2. Georg. 474.

Fallere veſtigium dicitur locus lubricus. Curtius 4. 9 18. Et prærupta ſaxa veſtigium ſubinde fallentia Budæus V. FALLO

Ferre tacituma veſtigia gradu ſuſpenſo digitis. Ovid. 1. Faſt. 426. *Cheminer ſur le bout des doigts ſans faire bruit.*

Ferre veſtigia per ignes. Propert. lib. 1. 5. 5.

Figere ebria veſtigia. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 19.

Firmare veſtigia. Virg. 3. Æn. 659.

Flectere veſtigia aliquo. Ovid. 1. Met 372.

Flectere veſtigia, Decedere. Stat. 9. Theb. 485.

Hærere veſtigio ſuo non poſſe. Liv. 21. 35. extr.

Hærere in veſtigio. Plin. lib 8. cap. 30.

Impedire veſtigia curſu. Virg 5. Æn. 592.

Implere veſtigia alicujus, Reſpondere exemplo. Plin. 8. Epiſt. 13.

Imprimere veſtigium. Cic. pro Cæcin. 76. Niſi ex eo loco, ubi veſtigium impreſſeris, dejici neminem poſſe.

Imprimere veſtigiis flagitiorum totam Italiam. V. FLAGITIUM.

Indagare omnibus veſtigiis, i. e. Ubique quærere & diligenter Cic. 2. Att. 22. De publico quæ ad me ſcribis, ſane mihi jucunda ſunt: eaque etiam velim omnibus veſtigiis indagata, ad me afferas.

Inflectere veſtigia curſus ſui. Cic. 2. de Nat. Deor 45. Stellæ nunquam curſus ſui veſtigium inflectunt.

Ingredi veſtigiis patris, Patriſſare. V. INGREDIOR.

Inhærere veſtigiis prioribus. V. INHÆREO.

Inſiſtere veſtigia certa viæ, Deprehendere, Invenire. Lucret. 1. 407.

Inſiſtere veſtigiis. Cic. 3. de Orat. 30. Quibus veſtigiis primum inſtiti, in his fere ſoleo perorare. Per tranſlationem, V. INSISTO.

Inſiſtere

Inſiſtere alienis veſtigiis. Quintil. in procem. lib. 1.
Inſiſtere veſtigiis laudum ſuarum. V. INSISTO.
Inſtare in veſtigio. Cic 3. de Ciat. 6. Poſt ejus interitum veniebamus in curiam, ut veſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtiterat.
Interdicere veſtigiis. V. INTERDICO.
Luſtrare veſtigia alicujus. V. LUSTRUM.
Movere veſtigium, hoc eſt pedem, Diſcedere, abire. Curt. lib.10.2.13.
Movere ſe veſtigio. V. MOVEO.
Obterere veſtigia. V. OBTERO.
Occumbere in veſtigio. Tacit. 4. Hiſt. 60. Pugnaciſſimus quiſque in veſtigio, multi palantes occubuere.
Occurrere hoſti in veſtigiis ejus. Liv. 21. 41.
Perſequi veſtigia alicujus. V. PERSEQUOR.
Perſequi aliquem veſtigiis ipſius, Sequi aliquem per ipſius veſtigia, & eo pacto progredi, quo ipſe prius. Cic. de Clar. Orat. 307. Hæc etſi videntur a propoſita ratione diverſa, tamen idcirco a me proferuntur, ut noſtrum curſum perſpicere, quoniam voluiſti, Brute, poſſis, & videre quemadmodum ſimus in ſpatio Q. Hortenſium ipſius veſtigiis perſecuti.
Perſequi aliquem veſtigiis ipſius, Per ipſius veſtigia, hoc eſt ſcripta, quæ reliquerat, reum facere. Cic. 3. Verr. Ex aliis etiam tu rebus effugere te poſſe confidis, cum ea, non opinione, ſed tuis veſtigiis perſequamur, quæ & in tabulis publicis expreſſa & recentia reliquiſti?
Ponere veſtigium. Cic. 3. Philipp. 31. Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit ſtrages, ubicunque poſuit veſtigium?
Ponere veſtigia ſumma arena. Virg. 3. Georg. 195.
Ponere falſa veſtigia. Ovid. 2. Met. 871.
Ponere veſtigium, per tranſlationem: pro Attingere, ut ait Eraſmus. Cic. 5. de Finib. 5. Quacunque enim ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.
Poſui libera per vacuum veſtigia Hor. 1. Epiſt. 19. 21.
Premere veſtigia alicujus, Preſſius ſequi. Tacit 2. Ann. 14. Neque bellum ultra, modo ſe patria patruique veſtigia prementem, iiſdem in terris victorem ſiſterent. Virg 6 Æn. 197.
Premere veſtigia leviter. Cic. pro Sext. 13. Quanquam non eſt omittenda ſingularis illa integritas provincialis, cujus ego nuper in Macedonia vidi veſtigia, non preſſa leviter ad exigui prædicationem temporis: ſed fixa ad memoriam illius provinciæ ſempiternam Metaph. dixit de Re publica præclare adminiſtrata [Malim impreſſa, etſi ex Lucret. tuetur Abram.
Relinquere veſtigium avaritiæ. Cic. pro Muren. 20. Aſiam iſtam refertam, & eandem delicatam, ſic obiit, ut in ea neque avaritiæ neque luxuriæ veſtigium reliquerit conf. ſupra Perſequi aliq. veſtigiis &c.
Sequitur admiſſo veſtigia paſſu. Ovid. 2. Met. 332.
Sequi tenuo veſtigia. Virg 2. Æn. 753.
Sequi certa veſtigia. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Sequi contracta veſtigia rerum. Hor. 2. Epiſt. 2. 80.
Signat tenuia vix ſummo veſtigia pulvere. Sil. lib. 4. 148.
Spargere veſtigia fugæ. Curt. lib. 5. ad finem.
Spectantia retrorſum veſtigia. Hor. 1. Epiſt. 1. 74.
Stare in veſtigio. Auctor ad Heren. lib. 3. 26.
Tenere veſtigia inconcuſſa, In ſententia ſua perſeverare. Lucan. lib. 2. 248.
Titubata veſtigia. Virg. 5. Æn. 331.
Torquere veſtigia. Virg. 3 Æn. 669.
Trahere ebria veſtigia. Propert. lib. 1. 3. 9.
Turbare incerta fugæ veſtigia, Non ire recto itinere, ſed confundere, & modo huc modo illuc flectere, ne poſſis per veſtigia deprehendi, & ut qui perſequuntur, reddantur incerti. Lucan. lib 8 4.
Omnibus veſtigiis indagare, Ubique quærere & diligenter. Cic. 2. Att. 7. De Publio quæ ad me ſcribis, ſane mihi jucunda ſunt. eaque etiam velim omnibus veſtigiis indagata, ad me afferas.
Veſtigium, Ima pars pedis. Gell. lib. 5. cap. 14 Ego ſtirpem ingentem veſtigio pedis hærentem revulſi. Virg. 5. Æn. 566.

— veſtigia primi

Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam.

Adverſis veſtigiis contra noſtra veſtigia ſtant antipodes. Cic. 4. Acad. 123.
A veſtigio ad verticem. V. A præpoſitionem.
Veſtigiorum articulis & unguibus ampliſſimis, villaticum canem eſſe eligendum docet Columel. lib. 7. cap. 20.
Carnoſum veſtigium V. CARO.
Veſtigium equi excuſſum ungula. Plin. lib. 28. cap. 20.
Permulcere veſtigia lymphis liquidis, Lavare pedes Catul. Argon. 62. 162.
Stringit canis veſtigia leporis. i. e. Pedes radit. Ovid. 1. Met. 536.
Veſtigium totius corporis, Impreſſio. Cic. 6. Verr. 53. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis veſtigiis invenimus.
Veſtigia in lectulo recentia. Ibid. 5. 79. Præſertim quum in lectulo decumanæ mulieris veſtigia viderent recentia. [conf. Liv. 2. 58.
Veſtigium, pro Reliquiis, ſigno, monumento, ſive Indicio aliquando ponitur. Cic. pro Font. 2. Unæ tabulæ proferantur, in quibus veſtigium ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. Virg. 4. Ecl. 31.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis. Plura exempla in ſuperioribus V.

Brevia quædam demonſtranda veſtigia. Quintil lib. 2. cap. 6.
Veſtigium & Index. Cic. 7. Verr 161. Cujus rei, neque index, neque veſtigium aliquod, neque ſuſpicio cuiquam eſſet ulla.
Amoris veſtigia. Cic. 7. Fam. 25. Virg. 4. Æn 23.

— agnoſco veteris veſtigia flammæ. Flammæ, i. e. Amoris.

Annulorum veſtigium, I. e. Argumentum, quod annuli tunc fuerint, ut interpretatur Budæus. Plin. lib. 33. cap. 1. Ita quadringenteſimo XLVIII. a condita urbe geſtum eſt, & primum annulorum veſtigium exſtat.
Fortitudinis, humanitatis, &c. veſtigia. Cic. pro Corn Balb. 13. Qui locus, in quo non exſtant hujus, cum fortitudinis, tum vero humanitatis, tum animi, tum conſilii, impreſſa veſtigia?
Olfactus veſtigium nullum habere. Plin. lib. 11. cap. 37.
Pecuniæ profectæ veſtigium. Cic. pro Cluent. 124. Doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quemadmodum dederit: unum denique aliquod a Cluentio profectæ pecuniæ veſtigium oſtende.
Sceleris manent veſtigia noſtri. Virg 4. Ecl 13.
Sceleris exſtant expreſſa veſtigia. Cic. pro Roſc. Amer. 62. Hæc cum ſint omnia, tamen exſtent oportet expreſſa ſceleris veſtigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore, maleficium ſit admiſſum.
Stupris veſtigia oſtendere. Curt. lib 9 4. pr.
Tumoris veſtigium. Plin. lib. 11. cap. 52.
Veneni indicia & veſtigia Cic. pro Cluent. 30.
Non exſtare veſtigia rei dicimus, quam plane ſublatam intelligi volumus.
Civitatis nullum veſtigium Cic. 10 Fam. 1. Nec leges ullæ ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulachrum aliquod, ac veſtigium civitatis.
Dignitatis veſtigium reliquum. Cic. 4. Fam. 14. Ne veſtigium quidem ullum eſt reliquum nobis dignitatis.
Fratris ne veſtigium quidem. Cic. 1. Q. frat. 3. pr. Non enim vidiſſes fratrem tuum: non eum, quem reliqueras: non eum, quem noras, &c. ne veſtigium quidem ejus nec ſimulacrum, ſed quandam effigiem ſpirantis mortui.
Judiciorum veſtigia. Cic. pro Roſc. Amer. 91. A quibus miror, ne quod judiciorum eſſet veſtigium, non ſubſellia quoque eſſe combuſta.
Libertatis morientis manebant etiam tum veſtigia. Tacit. 1. Ann. 74.
Officii antiqui veſtigia remanent. Cic. pro Roſc. Amer. 27. In qua muliere, Judices, etiam nunc, id quod omnes ſemper exiſtimaverunt, quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officii remanent.
Religionis violatæ veſtigium. Cic. 6. Verr. 97. Nihil in religioſiſſimo fano, præter veſtigia violatæ religionis, nomenque P. Scipionis reliquit.
Veſtigium, pro Nota, quæ rei formam & qualitatem oſtendit Cic. 1. de Nat. Deor. 37. Ita fit ut deus ille, quem mente noſcimus, atque in animi notione, tanquam in veſtigio volumus reponere, nuſquam prorſus appareat. Budæus.
E veſtigio, Statim. Cæſ. 2. Bell. Civil. 25. extr. Se in hoſtium habiturum loco, qui non e veſtigio ad caſtra Corneliana vela direxiſſet.
E veſtigio, An ut παρὰ πόδας Gr. dicunt, & quidem ſæpe, ut lib. 1. p. 3. Baſil. παρὰ πόδας τῶν γραμμάτων τῆς ταχύτης. H. St. Mentio auctoris omiſſa eſt.
E veſtigio temporis primum agmen erat in conſpectu. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 26. i. e. Statim, confeſtim.
Eodem & loci veſtigio & temporis. Cic. in Piſon. 21. Atque eodem in templo, eodem & loci veſtigio & temporis, arbitria, non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti.

VESTIGO, [ἰχνεύω, Gl. G. L.] are. Quærere diligenter, quaſi veſtigia indagare. A veſtigiis tanquam indiciis dictum. Cic 5 de Orat. 86 Ipſa tractatio & quæſtio quondam ex ſe gignit aliquid, quod eum deſidioſa delectatione veſtiges. Virg. 12. Æn. 482.

Veſtigatque virum.

Cauſas rerum veſtigare. Cic. 2. de Orat. 166. Nam & conjuncta quærimus, &c. & cauſas rerum veſtigabimus, &c.
Famam vagam veſtigare in umbra. Valer. Flacc. 2. Argon. 126.
Iter alicujus veſtigare. Stat. 11. Theb. 137.
Voluptates omnes veſtigare atque odorari. Tranſlatio a canibus venatoriis, qui veſtigia ferarum odorantes, ipſas conſequuntur. Cic. Poſt. redit. in Senat. 14. Hi voluptates omnes veſtigant atque odorantur.
Oculis alte veſtigare. Virg. 4. Æn. 145.
Oculis & naribus etiam veſtigare. Columel. lib. 8. cap. 17.
Odora veſtigare. Plin. lib. 8 cap. 18.

VESTIGANS, antis. Partic. Virg 12. Æn. 557.

Ille, ut veſtigans diverſa per agmina Turnum,
Huc atque huc acies circumtulit.

VESTIGATIO, önis. f. [ἰχνευσις, Gl. G L] Apul. 6. Met. p. 113. Elmenh. Pſyche dies noctesque mariti veſtigationibus inquieta. conf. Cic. 1. Off. 28. & V. ibi Lang. Lamb. & Grav.

VESTIGATOR, oris. m. [ἰχνευτής, Gl. L. G. & G. L.] Venator, a veſtigiis ferarum dictus, ut auctor eſt Varro de L. L. 4. 18. Columel. lib. 9. cap 8. Nam ſtatim ſono territum, vel in frutice, vel in editiore ſilvæ fronde conſidet, vel a veſtigatore præparato vaſe reconditur. Ulp. in l. Quæſitum §. Si in agro, D De fundo inſtructo.
Dicitur de iis, qui dicta & facta hominum obſervant & annotant, & deferunt ad alios, atque accuſant. Senec. de Benef. 3. 26. extr. Quod factum ſimul & Maro ex notis illius temporis veſtigatoribus notavit.

VESTINI, ōrum. m. [Οὐηστῖνοι] Populi Italiæ, Sabinis & Picentibus vicini, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. Apud eos olim habant caſei laudatiſſimi. Martial lib. 13. 31.

Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Aquæ Veſtinæ Lucan. lib. 2. 425.
Juventus Veſtina. Sil. lib. 8. 518.
Vide in ii. ex Suida Βεστῖνοι. H. St.

VESTIS, is. f. [ἐσθής, ἱματισμός, Gl. L. G. & G. L.] a Velando, quod corpus velet, dicitur. Seu a Vellere, quod eſt univerſæ ovis lana, ut ait Varro de L.L. lib. 4. 29. Eſtque generale indumentum, tam virila, quam muliebre, & ſcænicum, etiamſi tragicum & citharœdicum ſit. Plaut. Curc. 4. 2. 2.

Et aurum, & veſtem omnem, ſuam eſſe ajebat, quicquid haberet.

[Veſtis etiam, quæ equis & lectis inſternitur, ut infra planum fiet. V. Melitenſis veſtis, Phrygiana, Pretioſa, &c. Quibus in locis Veſtis, Generis nomen eſt, ut Aurum, Argentum, &c. pro Vaſis ex iiſdem metallis. V. Ulp. loc. in VESTIMENTUM, & totum tit. de auro & arg. leg. in D.
Veſtis. Quibuſdam nationibus ſua cuique propria veſtis eſt: ut Parthis ſarabara, Gallis linnæ, Germanis rhenones, Hiſpanis ſtriges, Sardis maſtrugæ. Sarabara ſunt fluxa ac ſinuoſa veſtimenta: de quibus legitur in Daniele: Et ſarabara eorum non ſunt immutata. & Publius: Ut quid ergo in ventre tuo Parthi ſarabara ſuſpenderunt? Apud quoſdam autem ſarabaræ nuncupantur capitum quædam tegmina, qualia videmus in capite magorum picta. Linnæ ſaga quadra & mollia ſunt: de quibus Plautus: Linnæ cooperta eſt textrino Gallia. Rhenones ſunt velamina humerorum, & pectoris uſque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hiſpida, ut imbres reſpuant: quos vulgo Repros vocant, eo quod longitudo villorum quaſi repat: de quibus Salluſt. (6 Hiſt.) Germani intectum rhenonibus corpus tegunt. Dicti autem rhenones a Rheno, Germaniæ flumine, ubi his frequenter utuntur. Maſtruga veſtis Germanica ex pelliculis ferarum: de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum maſtruga mutavit. Maſtruga autem dicta, quaſi monſtruoſa, eo quod, qui ea induuntur, quaſi in ferarum habitum transformentur. Dignoſcuntur & gentes ita habitu, ſicut & lingua diſcordes. Parſæ brachia & crura

Digitized by Google

& crura linimentis, caput tiara tegunt; eminent apicibus faſtigiatis Alani; horrent, & male tecti cum latrantibus linguis Scoti; ſagati ſunt Alamani, linteati Indi, gemmati Perſæ, ſericati Seres, pharetrati Armeni. Nonnullæ etiam gentes, non ſolum in veſtibus, ſed & in corpore aliqua ſibi propria quaſi inſignia vindicant: ut videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum, ſtigmata Britonum. Circumcidunt quoque Judæi præputia: pertundunt Arabes aures: flavent capitibus intectis Getæ: nitent Albani albentibus crinibus: Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis: ſine equis inertes exſtant Alani. Hæc Iſidorus de etymologiis, 19. 23.

Obrutu veſtis caput velata mulier. Sen. Herc. fur. 6.

Aurea veſtis. Virg. 8. Æn. 659.

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis. Servius; Veſtis, h. e. Barba: unde e contra Inveſtes dicimus imberbes. Unde 8. Æn. 160.

Tunc mihi prima genas veſtibat flore juventa. Sic & Lucret. 5. 672.

Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas

Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte. [Quaſi minus apte τὸ Barba poſuiſſet. Ego veſtem puto, Auro virgatam intelligi. V. Sil. 4. 155.

Veſtis balnearis, Vide ſuo loco. H. St.
Bombycina. V. BOMBYX.
Caſta. Valer. 1. Argon. 839.
Cœnatoria, Vide ſuo loco. H. St.
Commoda adverſus. Ovid. 2. Faſt. 288.
Conchyliata. V. CONCHYLIUM.
Cymatilis. V. CYMA.
Eximia. Lucret. lib. 4. 1125.
Fluxa. Stat. 1. Achill. 533.
Laciniata. V. LACINIA.
Longa. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Lugubris. V. LUGEO.
Madida cocco. V. MADEO.
Muliebris. Cic. 6. Verr. 103.
Nexilis. Lucret. lib. 5. 1349.
Nocturna. Hor. 2. Serm. 5. 85.
Obſoleta. V. OBSOLEO.
Olida. V. OLEO.
Oſtrina. V. Oſtrinus, in OSTRUM.
Papaverata. V. Papaveratus, in PAPAVER.
Pexa. V. PECTO.
Picta. Virg. 9. Æn. 26.
Purpurea. Cic. 1. de Divin. 119. Cæſar, cum immolaret illo die, quo primum in ſella aurea ſedit, & cum purpurea veſte proceſſit, in extis bovis opimi cor non fuit.
Sacrifica. Sil. lib. 3. 27.
Servilis. Cic. in Piſon. 92. Nocte intempeſta, crepidatus, veſte ſervili, navem conſcendit.
Sinuoſa. Ovid. 5. Met. 68.
Tenuiſſima veſtis. Ovid. 3. Amor. 2, 9.
Trita. Hor. 1. Epiſt. 20. 18.
Vilis vetuſque. Ovid. 8. Met. 659.
Abſcindere veſtem humeris. Virg. 5. Æn. 685.
Abſciſſa planxi mea pectora veſte. Ovid. 12. Epiſt. 153.
Ardentes murice veſtes. Valer. 3. Argon. 340.
Auferre læſis de veſtibus maculas. Ovid. 3. Faſt. 821.
Cingere veſtem ad pectora. Ovid. 6. Met. 59.
Commutaverunt inter ſe veſtem. V. COMMUTO.
Concinnare veſtem. V. CONCINNO.
Decreſcunt puero veſtes. Stat. 2. Silv. 1. 127.
Deducere veſtem ab ore. Ovid. 3. Met. 480.
Deducere veſtem a pectore. Ovid. 6. Met. 405.
Defluxit veſtis ad imos pedes. Virg. 1. Æn. 404.
Demiſſa veſtis. Hor. 1. Serm. 2. 95.
Deponere veſtes humeris. Ovid. 19. Epiſt. 41.
Diſcindere veſtem. Sil. lib. 16. 457. Ter. Adel. 1. 2. 40.
Ire in longis veſtibus. Ovid. 6. Faſt. 688.
Ire ſciſſa veſte. Virg. 12. Æn. 609.
Exuere veſtem. Lucret. lib. 4. 59.
Gerere veſtes. Ovid. 13. Epiſt. 37.
Illitæ veſtes. Sen. Herc. OEth. 4.
Illitæ veſtes auro atque purpura. Sen. Hippol. 4.
Illoſæ auro veſtes, in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxit, ait Servius. Virg. 2. Georg. 464.
Induere veſtem, Induere ſibi veſtem, & Indui veſtem, & veſte, V. INDUO.
Induere veſtes humero. Ovid. 21. Epiſt. 90.
Infringere veſtes. Ovid. 9. Met. 208.
Laboratæ arte veſtes. Virg. 1. Æn. 639.
Lacerare veſtem. Ovid. 11. Met. 726.
Laniare veſtem ab ora ſumma. Ovid. 5. Met. 398.
Madens ſanguine veſtis. V. MADEO.
Mordebat fibula raſilis veſtem ſummam. Ovid. 8. Met. 318.
Mutare veſtem. V. MUTO.
Mutavit auratis veſtibus atras. Ovid. 8. Met. 448.
Nitentes veſtes. Sen. Herc. OEth. 4.
Obnubitur caput atra veſte. Sil. lib. 12. 260.
Perfuſæ veſtes oſtro. Virg. 5. Æn. 112.
Perſcindere tenuem veſtem. Tibul. lib. 1. 10. 63.
Pictæ veſtes auro. Valer. 3. Argon. 340.
Picturatæ veſtes auri ſubtegmine. Virg. 3. Æn. 483.
Prætexuit veſtem oſtro. Sil. lib. 8. 489.
Recinctas veſtes induta. Ovid. 7. Met. 182.
Reſcindere veſtem. Cic. pro Cœl. 58. Fores effregit. Reſtituentur. Reſcidit veſtem. Reſarcietur. Ter. Adel. 1. 2. 40. Unde Cicero hæc verba accepit, habet, Diſcidit veſtem?
Reſolvere cinctas veſtes. Ovid. 7. Met. 182.
Retecta veſte nudare papillas. Catul. de Coma Beren. 64. 81.
Squalentes pulvere veſtes. Lucan. lib. 8. 57.
Stabant ſurores atris cum veſtibus. Ovid. 6. Met. 788.
Subnectit purpuream veſtem aurea fibula. Virg. 4. Æn. 139.
Subſuta talos tegit inſtita veſte. Hor. 1. Serm. 2. 28.

Succincta veſtem puella. Ovid. 10. Met. 530.
Sumere veſtes, induere. Sen. Med. 10.
Sumere pretioſas veſtes. Ovid. 1. de Arte Am. 303.
Sumere virilem veſtem. Hor. 1. Serm. 2. 16.
Suſpenſæ in litore veſtes. Lucret. lib. 1. 306.
Tegere funerea veſte corpus. Ovid. 3. Faſt. 214.
Tegi vili veſte. Ovid. 15. Epiſt. 75.
Trahit bibulas veſtes unda. Valer. 1. Argon. 289.
Velatus nives corpora veſte. Ovid. 10. Met. 430.
Venire pura cum veſte. Tibul. lib. 2. 2. 24.
Virgatæ veſtes auro. Sil. lib. 4. 155.
Velare caput veſte. Celſ. lib. 4. cap. 2. De curationibus morborum qui naſcuntur a capite, Conſiderandum eſt, quæ cauſa dolorem excitarit. Si calor; aqua frigida multa perfundere caput expedit, &c. At ſi frigus nocuit; caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe ſalſa: tum caput vehementer perfricare: deinde calido oleo implere: veſte velare. Veſtem hoc in loco Budæus interpretabatur Pileolum. ex Bonner. [Mallem Palliolum dixiſſet. quo de S. I. V.
Veſtis nonnunquam Genus denotat, q. d. Supellectilem veſtiariam, Inſtrumentum laneum, linteumque &c. domus copioſæ: nonnunquam & Pannum [illegible]. ut
Lintea veſtis. Cic. 7. Verr. 145. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, tus alii atque odores, veſtemque linteam, gemmas alii & margaritas.
Melitenſis. Cic. 4. Verr. 176. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſupellectilem, &c. Syracuſis exportaſſe. Ita legit Budæus pro eo quod Pannum vocamus. Ut ſit Veſtis Melitenſis, Pannus in Melite inſula factus: ad quod exemplum dicere poſſis Veſtem Rotomagenſem, pro Panno Rotomagenſi.
Phryxianæ, veſtes ſunt, Quæ Phryxæi velleris criſpos & eminentes villos imitantur. Plinius 8. 48. Togas raſas phryxianaſque. Sic enim legendum, non Phrygianas, et hactenus. Senec. de Benef. 1. 3. Inveniam alium poetam, apud quem præcingantur, & ſpiſſis aut phryxianis prodeant. Turnebus 24. 19.
Pretioſa. Cic. 2. Philipp. 66. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretioſa veſtis, multa & lauta ſupellex, & magnifica multis locis, &c.
Explicare veſtem. Cic. 1. de Orat. 161. Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veſte, neque propoſito argento, &c.
Saturatæ murice veſtes, Pannus purpura tinctus. Ovid. 13. Epiſt. 37.
Tincta veſtis rubro cocco. Hor. 2. Serm. 6. 102.
Variata figuris veſtis. Catul. Argon. 62. 50.
Stragula veſtis. V. STRAGULA.
Cubare plebeja in veſte. Lucret. lib. 2. 36.
Serpentis veſtis, Leberis, vernatio, & pellis exuviæ. Lucret. lib. 4. 59.
Aranei vieta veſtis. Lucret. lib. 3. 387.

VESTICULA, æ. f. dimin. Parva veſtis. Paulus in l. Cum de lenonia. §. Quidam. D. de fund. inſtruct. &c. Quam in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & veſticulam habuerat. Sic habent Pandectæ Florentinæ. Haloander legit Veſtiſpicam.

VESTIARIUS, a, um. Adj. [ἱματικός] ut, Veſtiaria arca, In qua veſtes reponuntur & conſervantur. Cato R. R. cap. 11.

VESTIARIUM, i. n. [ἱματιοφυλάκιον, Gl. G. L.] Locus, in quo veſtes, vel ſervantur, vel venduntur. Plin. lib. 15. cap. 8. Veſtiarium etiam, contra teredines ac noxia animalia, amurca aſpergi.

Veſtiarii nomine aliquando Veſtitus intelligitur. Scævola in l. Annona. D. de ann. legat. Quæſitum eſt an mortua matre conditio appoſita deficiſſe videatur, & per hoc neque veſtiaria neque cibaria hic debeantur. Reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur, deberi. Columel. lib. 1. cap. 8. Ne aut in veſtiariis, aut in ceteris præbitis injurioſe tractentur. [Niſi hic eſt Adj. & refertur ad τὸ Præbitis.

Suid. [illegible]. Et nota τὰ ἀναγκαῖα. Senec. de Benef. 3. 21. Eſt aliquid, quod dominus præſtare ſervo debeat, ut cibaria, veſtiarium. H. St. Qui locus deeſt in Lugd. Ubi, non loci, ut Suid. vult, ſed rei nomen eſt.

VESTIARIUS, i. m. [ἱματιοφύλαξ, Gl. G. L.] Qui veſtes facit aut vendit. Ulpian. in l. Quicunque. §. 2. D. De inſtitoria actione. Sed & eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam & diſtrahendam: quos vulgo *circitores* appellamus.

VESTICEPS, ipis. [ἔφηβος] Puer jam pubes, ut ait Budæus. Gell. lib. 5. cap. 19. Juſque jurandum a Q. Mucio Pontif. Max. conceptum dicitur, quod arrogando juraretur. Sed arrogari non poteſt niſi jam veſticeps. Veſtis enim aliquando Barbam ſignificat. Unde, Aurea veſtis. Virg. 8. Æn. 659. V. Aurea veſtis in VESTIS. conf. INVESTIS, & Feſt.

VESTICONTUBERNIUM, i. n. Verbo juncto dixit Petronius cap. 11. de iis, qui ſub eadem veſte cubant. Quid, inquit, veſticontubernium facis? Monuit Turnebus. Quidam legunt Veſtis contubernium. V. cui.

VESTIFICUS, i. m. Grut. Inſcript. p. 578. n. 7. CLAVDII. LIB. DIPTERVS. VESTIFICVS.

VESTIFICA, æ. f. Quæ conficit veſtes. Grut. Inſcript. p. 578. n. 6. AGRIAE. TRIPHOSAE. VESTIFICAE.

VESTIFICINA, æ. f. Veſtium confectio. Tertull. de Pallio cap. 3. Tantam paraturam materiarum ingenia quoque veſtificinæ proſecuta, &c.

VESTIFICIUM, i. n. [ἱματιουργία] Gloſſ. Græcolat.

VESTIFLUUS, a, um. Adj. Auſon. Technop. cap. de Hiſtoriis v. 25.

Vellera depectit nemoralia veſtifluus Ser. V. Turneb. Adverſ. 26. 6.

VESTIPLICUS, i. m. Qui munus illud habuit apud Imperatores, ut veſtes eorum plicaret. Reineſ. Inſcript. 9. 64. & 11. 90.

VESTIPLICA, æ. f. Femina vel famula, quæ veſtes plicat. Iſidor. Gloſſ. V. Quintil. Decl. tit. 365. & ibi Burm.

VESTISPICUS, i. m. & VESTISPICA, æ. f. [ἱματιοφύλαξ] Servus, ſive ancilla, cuſtodiens veſtes, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciant; inquit Nonius 1. 41. cum Varrone de L. L. 6. 2. Plaut. Trin. [illegible]

—ducitur familia tota,

Veſtiſpicæ, unctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ.

Al. Veſtipici. Afranius, Novi non inſciam ancillulam veſpere veſtiſpicam.

VESTIO, [ἐνδύω, ἱματίζω, περιβάλλω] ire. Veſtem induere.

Ex ſuo corpore contra frigus veſtiri. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Pilo veſtiri. Plin. lib. 9. cap. 13.
Spoliis ferarum veſtire corpus. Lucret. lib. 5. 952.
Veſtire, Veſte inſtruere. Plaut. Caſ. 4. 4. 4. Vir te veſtiat, tu virum deſpolies. Ter Heaut 1. 1. 78. Ancillæ tot me veſtiant? [i. e. Veſtem mihi texant, conficiant, unde me veſtiam, denuumque inſtruam.
Ali & veſtiri eb aliquo. Cic. pro Roſc. Amer. 147.
Malas juventas veſtit lanugine. Lucret. lib. 5. 887.
Oculos veſtivit membranis Natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Natura primum oculos membranis tenuiſſimis veſtivit, & ſepſit, &c.
Agrum vineis veſtire. Columel. lib. 3. cap. 4.
Colles veſtit vitis. Columel. lib. 3. cap. 2.
Hortum veſtit morus. Plin. 2. Epiſt. 17.
Iter veſtit ſeges. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 188.
Sepulcrum ſæptum undique & veſtitum vepribus & dumetis. Cic. 5. Tuſc. 64.
Montem hiems veſtit gelu. Claud. de Bell. Get. 167.
Lumine veſtire. Cic. 2. de Nat. Deor. 113. de Capricorno,

Quem cum perpetuo veſtivit lumine Titan.

Campos æther veſtit purpureo lumine. Virg. 6. Æn. 640.
Tabulis parietes veſtire. Cic. 6. Verr. 122. His autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur.
Atria ebur veſtit. Lucan. lib. 10. 119.
Sententias reconditas exquiſitaſque mollis & pellucens veſtiebat oratio. Cic. de Clar. Orat. 273.

VESTIENS, entis. Partic. Plin. 16. 33. Folio virenti ſemper veſtiens. Ita legit Hardoin.

VESTITUS, a, um. Partic. [ἐσθημένος] Propert. lib. 2. 15. 17.
Candide veſtitus. V. CANORUS.
Male veſtitus. Cic. in Piſon. 61. Ipſe cum hominibus x v, male veſtitis, ad portam Cælimontanam ſitiens pervenerim.
Mediocriter veſtitus. V. MANINCATS.
Vix ad privati habitum. Liv. 38. 14. Permiſſu Conſulis poſtero die in caſtra tyrannus venit, veſtitu comitatuſque vix ad privati modice locupletis habitum.
Optime citharœdus veſtitus. Auctor ad Heren. lib. 4. 61.
Veſtem veſtitus. Plaut. Epid. 2. 2. 38. Sed veſtita aurata ornamenta. Sed Al. Veſtita, aurata, ornata.
Genas veſtitus, Barbatus. Senec. Herc. OEth. 3.
Agri veſtiti meſſibus. Ovid. 4. Faſt. 707.
Montes veſtiti ſilvis. Liv. 32. 13. Cic. 2. de Nat. Deor. 132. Montes veſtiti atque ſilveſtres.
Ripæ veſtitæ gramine. Columel. lib. 8. cap. 5.
Terra veſtita floribus, arboribus, frugibus, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Tori veſtiti gramine. Ovid. 1. Faſt 402.
Uvæ veſtitæ ſuis frondibus. Propert. lib. 3. 13. 31.
Compar. Apul. Apol. p. 288. Elmenh. Hercules neque una pelle veſtitior fuit, neque uno baculo comitatior.
Superl. Columel. lib. 7. cap. 3. Id pecus, quamvis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum eſt, frigoris tamen impatientiſſimum.

VESTITUS, ûs. m. [ἔνδυμα, Gl. G. L.] Veſtis ornatus, & ipſa veſtis contectio. Plaut. Epid. 4. 2. 8.

Scio quid erres, quia veſtitum atque ornatum immutabilem
Habet hæc.

Pulcher veſtitus. Cic. 3. de Finib. 69. Pulcherrimo veſtitu & ornatu regali.
Fœditas veſtitus. Cic. 12. Philipp. 12. Quando ejus obliviſcetur ulla poſteritas, cujus ſcelere in hac veſtitus fœditate fuerimus? [i. e. In luctu & ſqualore, veſte mutata.
Victus veſtituſque neceſſarius. Cic. pro Quint. 49.
Immutatum veſtitum. V. IMMUTO.
Indulget veſtitu nimio. V. INDULGEO.
Indutus muliebri veſtitu. Cic. 1. Att. 8.
Aſper veſtitus. Cic. pro Sest. 19. Veſtitus aſper, noſtra hac purpura plebeja, ac pæne fuſca, &c.
Veſtitus, pro Veſtimentis. Plin. lib. 8. cap. 22. Evanthes tradit, ex gente Antæi cujuſdam ſorte electum ad ſtagnum quoddam regionis ejus duci, veſtituque in quercu ſuſpenſo tranare, atque abire in deſerta. Et paulo poſt ait, Addit quoque Fabius eandem recipere veſtem.
Montium veſtitus denſiſſimi. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Riparum veſtitus viridiſſimi. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Orationis veſtitus. Cic de Clar. Orat. 327. Concinnitas illa crebritaſque ſententiarum priſtina manebat: ſed ea veſtitu illo orationis, quo conſueverat, ornata non erat.

VESTĪTOR, ōris. m. ut, Veſtitores divinorum ſimulacrorum apud Julium Firmicum lib. 3. cap. 12. & cap. 14. Deorum veſtitores.
Fullones, Veſtitores & pictores. Lamprid. in Alex. Severo p. 287. H. St. cap. 41. ubi lego Piſtores. Nam hos Pincernæ excipiunt. Neque unquam Pictores in aulico miniſterio numerati ſunt.

VESTITŪRA, æ. f. Gruteri Inſcript. p. 98. a. 8. TEGVLAE CVM CARPVSCVLIS ET VESTITVRIS.

VESTĪMENTUM, i. n. [ἔνδυμα, ἱμάτιον, Gl. L. G. & G. L.] Idem quod Veſtis. Ulpian. De auro & argento legato, l. Veſtimentum id eſt, quod detextum eſt, niſi defectum non eſt. Id eſt, ſi ſit conſummatum quod in tela eſt. Nondum pertextum vel detextum, contextum appellatur. Quiſquis igitur veſtem legaverit, neque ſtamen, neque ſubſtamen legato continebitur.
Veſtimentorum ſunt lanea omnia lineaque, vel ſerica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, accubandive cauſa parata ſunt: & quæ his acceſſionis vice cedunt, quæ ſunt inſitæ picturæ, clavique qui veſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. Virilia ſunt quæ ipſius patris-familias cauſa parata ſunt, veluti togæ & tunicæ, palliola, veſtimenta ſtragula, amphitapa & ſaga, & reliqua ſimilia. Puerilia ſunt, quæ ad nullum alium uſum pertinent, niſi ad puerilem: veluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia, quæ filiis noſtris comparamus. Muliebria ſunt quæ matrisfamilias cauſa parata ſunt, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione: veluti ſtolæ, pallæ, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi cauſa ſunt comparata: plagulæ, penulæ. Communia ſunt quibus promiſcue utitur mulier cum viro: veluti ſi ejuſmodi penula pallium ve ſit, & reliqua hujuſmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir vel uxor utatur. Familiaria ſunt quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt: ſicut ſaga, tunicæ, penulæ, lintea, veſtimenta ſtragula & cetera ſimilia. Veſtis etiam ex pellibus conſtabit. Ulp lib. 34. D. t. 2. l. 23. Veſtis. Item pelles caprinæ & arietinæ veſtis erunt, quum & tunicam, & ſtragulam pelliceam nonnulli habeant. Paul. l. 24. Cum & ibid.
Cruor in veſtimentis. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.
Aridum veſtimentum. V. AREO.
Funebre veſtimentum. Cic. 2. de Legib. 59. Sex. Ælius L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerunt, ſed ſuſpicari, veſtimenti aliquod genus funebris.
Pretioſa veſtimenta. Hor. 1. Epiſt. 18. 32.
Affers purpuram Tyriam, in qua tibi invideo, quod unis veſtimentis tamdiu lautus es. Cic. pro Flacc. 70.
Detrahere nuda veſtimenta. V. NUDUS.
Mutare veſtimentum. Cic. pro Milon. 28. Milo autem, cum in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos & veſtimenta mutavit.

VĔSŬLUS, i. m. [Οὔεσουλος] Mons Liguriæ juxta Alpes, ut notat Servius. In hujus radicibus imis exoritur Padus fluvius ut Pomponius ſcribit lib. 2. 4. & Plin. 3. 16. Virg. 10. Æn. 709.

—multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit.

Eſt & Viri nomen apud Sil. 10. 145.

VĔSŬVIUS, ſive VESĔVUS, & VESVUS per ſyncopen, [Οὐεσούβιος] Mons prope Neapolim, & pomis & conflagratione inſignis. Sil. 17. 598.

Evomuit paſtos per ſecula Veſvius ignes. V. VESEVUS.

VESVIUS, a, um. Adj. ut, Veſvie rore. Columel. lib 10. 135.

VESUVĪNUS, a, um. Adj. [Οὐεσουβῖνος] ut, Apex Veſuvinus. Stat. 3. Silv. 5. 72.
Incendia Veſuvina. Stat. 5. Silv. 3. 205.

V E T

VET. Veteranus, Vetoria. VET. ASS. Veterano aſſignatum. VET. COH. Veteranus cohortis. VET. LEG. Veteranus legionis. VET. PROC. AVG. Veteranus procurator Auguſti.

VĔTER, ĕris. Adj. [παλαιὸς] Senex. A quo Veterior comparat. & ſuperl. Veterrimus. Ennius apud Priſcianum,

Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.

Actius, Veter fatorum terminus ſic juſſerat.
Pro cognomento C. Antiſtii, qui conſul fuit collega Cornelii Cethegi, remanſit hoc VETER, non VETUS. Sic Priſca terminatio plus auctoritatis habebat. Vide apud Dionem initio lib. 57. H. St. VETUS tamen legitur in denario ultimo hujus gentis apud Fulvium Urſinum. De Dionis epigraphe Conſulum error eſt, Tribuitur ibi Antiſtio Julii cognomen & collega Aſinius Pollio, ut & apud Tacit. pr. Annal. 4.
Compar. [παλαιότερος] Plaut. Bacch. 5. 2. 31.

—ſenem illum
Tibi dedo veteriorem, lepida ut lenitum reddas.

Alii legunt Ulteriorem.
Superl. [παλαιότατος] Cic. 12. Fam. 16. Pro noſtro veterrimo, veriſſimoque amore. Cic. 1. de Nat. Deor 41. Ut etiam veterrimi poetæ, qui hæc ne ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe videantur.
Liberorum veterrimus. Tacit. 6. Ann. 31. h. e. Major natu.
Auctor veterrimus. Liv. 2. 18.
Hoſtis veterrimus. Liv. 28. 39.
Societas veterrima. Liv. 4. 9.
Veterrima quæque, ut ea vina, quæ vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuaviſſima. Cic. de Amicit. 69.

VĔTUS, ĕris. c. g. Adj. [παλαιὸς, Gl L. G. & G. L.] Antiquum & multorum annorum, menſium aut dierum ſignificat, ſecundum id, cui adjectum eſt. Plaut. Truc. 2. 2. 50.

Non mirum, vetus eſt maceria, lateres ſi veteres ruunt.

Idem Amph. prol. 118.

Veterem atque antiquam rem novam ad vos perferam.

Gell. lib. 16. cap. 5. & Macrob. lib. 6. cap 8. Ve particula tum intenſionem ſignificat, tum minutionem. Nam vetus, & vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compoſitum eliſumque eſt, alterum a mentis vi atque impetu dicitur.
V. VETER. An ex ἔτος, ut Veſtis ex ἑσθής, an ab Ætas? H. St.
Vetus & Uſitatus. Cic. pro Cæcin. 45. At vero hoc quidem jam vetus eſt, & majorum exemplo multis in rebus uſitatum.
Veteres noſtri, pro Majores noſtri. Plin. lib. 36. cap. 7. Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec uſquam alibi naſci putavere veteres noſtri.
Veteres, Senes, & Antiqui differunt. V. ANTIQUUS.
Adagium vetus, h. e. Jamdiu uſurpatum, & a veteribus etiam dictum. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 2. 42.
Ætas vetus. Hor. de Arte Poet. 61.
Amicum veterem agnoſcit. Virg. 3. Æn. 82.
Amores veteres cantare. Ovid. 16. Epiſt. 255.
Avorum veterum effigies. Virg. 7. Æn. 177.
Calceos veteres vendere. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Exceptio vetus & uſitata. Cic. 1. de Orat. 169.
Fagi veteres. Virg. 3. Ecl. 12.
Fama vetus. Hor. 2. Serm. 1. 36.
Hoſpita vetus. Cic 4. Verr 24.
Infamia vetus. Ovid. 2. Met 708.
Malorum veterum memor. Ovid. 13. Met. 570.
Memoria vetus. Tacit. 6. Ann. 28.
Miles exercitatus & vetus. Cic. 2. Tuſc. 38.
Sic Veteres milites, qui & Veterani, apud Lamprid. in Alexandro Severo, Milites veteres & Senes, uno ad militiam, altero ad ætatem relato. At Senes Veteres non recte Tibull. Eſt n. ſupervacaneum, præterquam quod Vetus de re potius dicitur. Vide in Sched. meo in Chartaſie Baſſard. pap. 94 H. St. Lampridii. verba exſtant cap 16. Tibulli infra notantur.
Neceſſitudo paterna, magna, vetus, & juſta. Cic. 16. Att. 16.
Patientia vetus. Tacit. in vita Agric. 16.
Quercus vetus. Virg. 1. Georg 378.
Senes veteres. Tibull. lib. 1. 8. 50.
Tuſſis vetus, Inveterata. Columel. lib. 6. cap. 10.

Verbum

Verbum vetus. Ter. Adelph. 5. 3. 17.
Vexator vetus. Cic. pro Sext. 18. Alter unguentis affluens, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum ac veteres vexatores ætatulæ ſuæ, &c.
Virorum veterum monimenta. Virg. 3. Æn. 102.
Viris (ut ajunt) credendum eſt veteribus & priſcis. Cic. de Univerſ. 34.
Vetus, Frivolum, tritum. ut, Vendicare vetera. Plaut. Pſeud. 1. 3. 109. V. Cic. 1. Tuſc. 74.
Vetus, ad vituperationem aliquando refertur: pro Carioſo, & quaſi rancido. Ter. in prol. Heaut. 22.
Tum quod malevolus vetus poeta dictitat,
Repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum.
Regnandi vetus. Tacit. 6. Ann. 44.
VETŬLUS, a, um. [παλαιὸς ὑπογεγηρακὼς, Gl. G. L.] Adj. dimin. Cic. 13. Att. 29. Se ſcire ajebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam, vetulam ſane & multarum nuptiarum.
Arbor vetula. Cic. 5. de Fin. 39. Itaque & vivere vitem & mori dicimus: arboremque & novellam & vetulam & vigere & ſeneſcere.
Cornix vetula. Hor. 4. Carm. 13. 25.
Edentulæ vetulæ. Plaut. Moſt. 1. 3. 118.
Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. Niſi quis malit diſtinctim ſic legere, Vetulæ, edentulæ, &c. [An Vetulæ eſt Subſt.
Equus vetulus, cui contrarium Tener. Cic. de Amicit. 69. Nam quando amici digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere ſolemus.
Falernum vetulum. Catull. ad puerum ſuum, 25. 1.
Gladiator vetulus. Cic. pro Quint. 29. Alfenus interea cum iſto gladiatore vetulo quotidie pugnabat.
Vinum vetulum. Columel. lib. 12. 409.
VETŬLUS, i. m. Senex. Cic. 7. Fam. 16. Sero ſapiunt. Tu tamen, mi vetule, non ſero, primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti. Al. Rabioſulas. Juvenal. 15. Sat. 54.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat. conf. Plaut. Merc. 2. 2. 43.
VETŬLA, æ. f. Anus. Martial. lib. 4. 5. ad Fabianum,
Nec potes algentes arrigere ad vetulas.
Turpis vetula, h. e. Infamis. Juvenal. 6. Sat. 240.
— utile porro
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
VETUSCŬLUS, a, um. Adj. dimin. ut, Dictio vetuſcula, toroſa & quaſi muſcula. Sidon. 8. Epiſt. 16.
VETUSINUS, a, um. Adj. [παλαιὸς] Gloſſ. Latinogræc. [An Veteranus?
VETUSTUS, a, um. Adj. [παλαιὸς, ἀρχαῖος, Gl. L. G. & G. L.] Idem quod Vetus. Cic. 13. Fam. 17. Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. Idem 6. Fam. 6. Ratio vetuſtæ diſciplinæ.
Amicitia vetuſta puero junctus. Ovid. 4. de Pont. 3. 11.
Gens vetuſta. Virg. 9. Æn. 284.
Lucus vetuſtus. Ovid. 8. Met. 742.
Mos vetuſtus. Ovid. 2. Faſt. 301.
Spatio vetuſto ætatis faſſa domus. Lucret. lib. 2. 1172.
Templum vetuſtum. Virg. 2. Æn. 713.
Vetuſtiſſimus in poetica arte. Plin. lib. 25. cap. 2.
Vetuſtiſſimum quemque militem nomine vocans. Tacit. 1. Hiſt. 23.
Vetuſtiſſimus liberorum. Tacit. 2. Ann. 2. h. e. Maximus natu.
Vetuſtus, Qui verbis vetuſtis & priſcis utitur. Cic. in Brut. 83. de Lælio: Sed multo tamen vetuſtior & horridior ille, quam Scipio. Vetuſtior, i. e. Verbis vetuſtioribus, & magis priſcis utitur. Horridior. Verbis horridioribus. Mox enim ſequitur: Et quum ſint in dicendo variæ voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur, & lubenter verbis etiam uti paulo magis priſcis Lælius. Sic in eodem Bruto, 94. Lucius Mummius vocatur Antiquus, quod verbis antiquis uteretur.
VETUSTE, Adv. [παλαιῶς] ius, iſſime. Plin. lib. 27. cap. 7. Vetuſtiſſime in uſu eſt. h. e. Etiam diutiſſime conſervatum, adhuc in uſu eſt.
VETUSTAS, ātis. f. [παλαιότης, Gl. L. G. & G. L. ἀρχαιότης. G. L.] Plin. lib. 31. cap. 35. Nix vetuſtate rubeſcit.
Ad vetuſtatem. V. AD præpoſitionem.
Exempla vetuſtatis oratori nota eſſe debent. Cic. 1. de Orat. 201.
Hiſtoria nuntia vetuſtatis. Cic. 2. de Orat. 36. Hiſtoria vero teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis, qua voce alia niſi oratoris, immortalitati commendatur?
Judicium vetuſtatis. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Poſſeſſionis vetuſtas. Cic. 2. de Lege Agr. 56. Qui agrum Recentoricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe, non jure; miſericordia Senatus, non agri conditione defendunt.
Rerum vetuſtas, vel auctorum. Liv. 2. 21.
Municipium vetuſtate antiquiſſimum. Cic. 3. Philipp. 15.
Alta vetuſtas. Sil. lib. 1. 26.
Annoſa vetuſtas. Ovid. 5. Triſt. 2. 11.
Anteacta vetuſtas. Lucret. lib. 3. 985.
Arcana mundi vetuſtas. Stat. 4. Theb. 32.
Deſerta vetuſtas. Hor. 2. Epiſt. 2. 118.
Edax vetuſtas. Ovid. 15. Met. 872.
Exacta vetuſtas. Claud. 1. in Eutrop. 287.
Invidioſa vetuſtas. Ovid. 15. Met. 234.
Longinqua ævi vetuſtas. Virg. 3. Æn. 415.
Nimia vetuſtas. Cic. de Clar. Orat. 286. Nimia vetuſtas, nec habet eam, quam quærimus, ſuavitatem, nec eſt jam ſane tolerabilis.
Obſoleta vetuſtas. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Spatioſa vetuſtas. Ovid. 15. Met. 623.
Tabida vetuſtas. Ovid. 4. de Ponto, 8. 49.
Tarda vetuſtas. Ovid. 11. Met. 182. i. e. Senectus.
Vitioſa vetuſtas. Claud. de Phœnice, 35.
Abiit vetuſtate memoria. Liv. 2. 4.
Acceptum ab omni vetuſtate. V. AB.
Adepta vetuſtatem. V. ADIPISCOR.
Adjuta impulſu ventorum vetuſtas. V. ADJUVO.
Capere vetuſtatem. V. CAPIO.
Coaceſcit ætas vetuſtate. Cic. de Senect. 65.
Delet vetuſtas famam operis. Ovid. 1. Met. 445.
Evaneſcit vetuſtate vinum. Cic. 2. de Divin. 117.

Exoleſcere vetuſtate. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Extruſa vetuſtas novitate. Lucret. lib. 3. 977.
Facit periniquos vetuſtas. Cic. pro Domo 117.
Fallunt vetuſtatem vites aliquæ. Plin. lib. 14. cap. 2.
Ferent ſcripta vetuſtatem, Ad poſteros pervenient. Ovid. 5. Triſt. 9. 8. V. Columel. lib. 12. cap. 44. & 29. & Cic. 14. Att. 9.
Induere vetuſtatem. V. INDUO.
Occupat interdum enim vetuſtas ulcus, inducitur que ei callus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Probatus vetuſtate. Auctor ad Heren. lib. 4. 4.
Remotæ res ab noſtra memoria propter vetuſtatem. Cic. 1. de Invent. 1.
Sumere ex vetuſtate verba. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Vetuſtas in amicitia, pro Longo uſu ponitur, ut
Vetuſtas & Conſuetudo. Cic. 11. Fam. 16. Magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit.
Magna eſt vis vetuſtatis & conſuetudinis. Cic. de Amicit. 70.
Exuitur vetuſtas anguibus. Ovid. 3. de Arte Am. 77. conſ. SENIUM, & SENECTUS, & VETERATIO.
VETERĀNUS, a, um. Adj. Idem quod Vetus, vel Inveteratus.
Hoſtis veteranus. Liv. 21. 16.
Pecus veteranum. Columel. lib. 6. cap. 2.
Vitis veterana. Columel. lib. 3. cap. 15.
Mancipia veterana a Novitiis diſtinguuntur. Veterana enim, quæ anno continuo in urbe ſervierunt: Novitia intelliguntur, quæ anno nondum ſervierunt Hæc Marcian §. Quotiens, l. ult D. de Publicanis & vectigalibus.
Milites veterani, ſunt Qui per viginti annos in legione vel vexillatione militaverunt, teſte Budæo. Cic. 2. Tuſc. 39. Ergo hæc veteranus miles facere poterit, doctus vir, ſapiens, facere non poterit? V. ſeq dict.
Comparare firmiſſimum exercitum invicto genere veteranorum militum. Cic. 3. Philipp 3.
Veterana lego ex Porphyrione. in Epiſt. ad Dal. H. St.
VETERĀNUS, i, m. [παλαιστρατιώτης, Gl. L. G. παλαιὸς στρατιώτης, G. L.] Cic. 14. Att. 5. Vides tamen tyranni ſatellites in imperiis, vides ejuſdem exercitus, vides in latere veteranos.
Incitare veteranos ad aliquid. Cic 1. Philipp. 6. Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentiſſime caverat, non ad conſervationem earum rerum, quas habebant, ſed ad ſpem novarum prædarum incitabantur.
Suid. Βετρανὸς παρὰ Ῥωμαίοις, ὁ διελθὼν τὸν χρόνον, ἐν ᾧ στρατεύεσθαι δεῖ τοῖς ἰδιώταις. Quaſi idem quod Emeritus. H. St. Diſtant tamen Emeriti & Veterani, quod illi erant, qui confectis ſtipendiis miſſionem impetraverant, hi vero qui longiori jam militia caſtrorum uſum habebant, & ea re Tironibus opponebantur, qui adhuc rudes militiæ ſunt. Obſervandum autem τὸ διελθεῖν, pro Merere hic poſitum.
VETERĀRIUM, i. n. Apotheca, horreum, ſive locus, ubi quid in vetuſtate reponitur. Senec. Epiſt. 114. Adſpice veteraria noſtra, & plena multorum ſæculorum vindemiis horrea. Alii legunt Veterana.
VETERĀRIUS, i, m. [παλαιοπώλης] Gloſſ. Latinogræc.
VETERĒTUM, i. n. Idem quod Vervactum. Columel. lib. 2. cap. 13. In vetereto bubulcorum duas operas volunt.
VETERICALLUS, ſeu VETERIVALLUS, i, m. [παλαιοπώλης, Gl. G. L.] Idem quod Veteramentarius q. V.
VETERĪNUS, a, um. Adj [κτηνώδης] Veterina animalia dicuntur, Ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere poſſunt: quaſi venterina, quod ad ventrem onus religatum gerant. Plin. lib. 11. cap. 46 Ungulæ veterino tantum generi renaſcuntur. Sic lib. 17. cap. 23. Namque ut veterina a jugo, & canes e curſu volutatio juvat. Lucret. lib. 5. 863.
Et genus omne quod eſt veterino ſemine partum.
Veterina beſtia, ὑποζύγιον. Gloſſ. Latinogræc.
VETERINĀRIUS, a, um. Adj. [κτηνιατρικός] ut, Veterinaria medicina. Columel. lib. 7. cap. 3.
VETERINĀRIUS, i. m Qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit: qui apud nos conſuevit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Columel lib. 11. cap 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius & probus paſtor.
Veterinarius, [κτηνίατρος, Gl. L. G.] Medicus veterinorum. Columel. lib. 6. cap. 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas veterinarii vocant.
VETERASCO, [παλαιοῦμαι] ĕre. Vetus fieri. Columel. lib 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere, ſi vitibus aut pomorum arboribus adhibeas.
Inter Vetuſtiſcere & Veteraſcere quid interſit Nigidius commentator grammaticus lib 10. explanavit: Dicemus quæ vetuſtate deteriora fiunt vetuſtiſcere: Inveteraſcere, quæ meliora. Cic. ad Hirtium, Cum enim nobilitas ſit nihil aliud, quam cognita virtus, quis in eo, quem veteraſcentem videas ad gloriam, generis antiquitatem deſideret? Refert Nonius 5. 63.
VETERASCENS, entis. Partic. Cic. apud Non. 5. 63. Veteraſcens ad gloriam. V. paulo ſupra.
VETERO, [παλαιόω] āre. Idem. Celſ. lib. 3. cap. 16. In his autem febribus, quæ veteraverunt, utilis fames non eſt. [An Inveteraverant? Certe Præteritum puto a Veteraſco potius, at illud ab Inveteraſco.
VETERĀTUS, a, um. Partic. ut, Caſeus veteratus. Scribon. Larg. Comp. 140.
VETERĀTOR, ōris. m. [παλαιοπανοῦργος, Gl. L. G. & G. L. παλίντριψ, τρίβακος, δεινός. L. G.] auctore Donato, eſt Homo aſtutia vetus, & in omni re callidus: a multarum (inquit Feſtus) rerum gerendarum vetuſtate. Ter. Heaut. 5. 1. 16.
— idem iſthuc mihi
Venit in mentem. c. veterator. Veterator igitur Servus, qui diuturna ac multiplici & ſæpe commutata ſervitute aſtutus & vafer evaſit: ut ait Budæus.
Veterator & Novitius, contraria. Ulpian. in L. Præcipiunt. D de Ædilitio edicto: Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro novitio veneat.
Veterator, & ad liberos homines transfertur. Cic. 2. de Finib. 53. Acutum, verſutum, veteratorem: facile ut excogitet, quo modo occulte, ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. Idem de Clar. Orat. 82. Ejus æqualis P. Cethegus, &c. in cauſis publicis nihil, in privatis ſatis veterator videbatur. Hæc Budæus. Cic. 2. Q. frat. 12. Veterator magnus.

Veterator Advocatus dici hodie poteſt, qui diu ac multum in foro verſatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagioſas fugitandi ludificationes, omnes prehenſiones, nexuſque lubrici litium certaminis tenet, qui in ancipiti forenſium ſalebrarum Marte, belliſſime inſidias diſponere, atque etiam providere novit: ſed is proprie, ut uno verbo abſolvam, qui cum ſe artem ſcire atque exercere profitetur, qua arte cauſa inferior, ſuperior evadere, vel reclamante æquo bonoque, poſſit. Budæus.

Vetĕrātrix, icis. f. Apul. 9. Met. p. 210. Elmenh. Veteratrix quædam femina, &c. Sed Scalig. legit Veratris.

Vĕtĕrātōrius, a, um. Adj. [πανοῦργος] Subdolum, & impoſtorium. Cic. de Clar. Orat. 238 de C. Macro oratore loquens, At in inveniendis componendiſque rebus mira accuratio, ut non facile in ullo diligentiorem majoremque cognoverim, ſed eam ut citius veteratoriam, quam oratoriam diceres.

Veteratorie, & Perſpicue dicere, opponuntur. Cic. 3. Verr. 141.

Veteratorie, Adv. [πανουργικῶς] Cic. in Orat. 99. Ille enim ſummiſſus, quod acute & veteratorie dicit, ſapiens jam.

Veterāmentum, i. n. Pontanus 261. Neque enim Veteramenta poſſunt ſplendeſcere. Ibidem utitur verbo veteraſcere. H. St.

Veteramentārius, a, um. Adj. ut Sutor veteramentarius, Qui veteres calceos reficit. Sueton. de Vitell. cap. 2.

Veteramentarius, i. m. Abſolute. [παλαιοπώλης, Cl. G. L.] Idem.

Veteraſco, ſive Veteriſco, [παλαιοῦμαι] ēre. Vetuſtum fieri. Columel. lib. 1. cap. 7. Apothecæ rectè ſuperponentur his locis, unde plerumque fumus earum exoritur, quoniam vina celerius vetuſteſcunt, quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt. conf. veteraſco.

Vĕternus, i. m. & Veternum, i. n. [ὕπνωσις, Gl. L. C. & C. L.] Morbus ex nimio otio perpetuum ſomnum inducens. Plaut. Men. 5. 4. 3.

> Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?

Funeſto veterno arcere aliquem. Hor. 1. Epiſt. 8. 10

Veternus, pro Pigritia aliquando ponitur. Virg. 1. Georg. 124.

> Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

Columel. lib. 7. cap. 5. Veterno conſeneſcere.

Veternus civitatem occupat. Cic. 8. Fam. 6. Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.

Veternus, Nimia dormitio. Plin. lib. 8. cap. 36. Primis diebus bis ſeptenis tam gravi ſomno urſi premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pingueſcunt.

Veterno pigrior. Martial. lib. 3. 85.

Olidum veternum. Catullus ad Coloniam 18. 24. al. Stolidum.

Situ & veterno macerare vites dicitur muſcus. Columel. lib. 4. cap. 26.

Veternōſus, a, um. Adj. [ὑπνωτικός, Gl. L. C. & G. L. φθινώδης, L. C.] Qui gravi ſomno premitur, inquit Feſtus. Plin. lib 20. cap. 4. Livoribus recenti corticem cum melle: veternoſis autem quam acerrimos mandere.

Veternoſum Eunuchum vocat Ter. Eun. 4. 4. 21. Quia ſegnis eſt & quaſi veternum patitur,

> Hic eſt vietus, vetus, veternoſus, ſenex.

Veternoſum, Cato Hydropicum appellat, quum inquit, Veternoſus quamplurimum bibit, tam maxime ſitit. Feſtus.

Veternoſi curat quæ exedum vocatur. Plin. lib. 24. cap. 19.

Superl. Senec. Epiſt. 82. Ego non redigo iſta ad legem dialecticam, & ad illos artificii veternoſiſſimi nodos. Veternoſiſſimi, i. e. Admodum debilis & languidi, inſtar veterno laborantium. [An Ventoſiſſimi?

Veternoſĭtas, itis. f. Fulgent. Mythol. 3. 4. Omnis caloratæ juventutis igniculus torpidæ veternoſitatis algeſcit ſenio.

Vĕto, ui, itum, [κωλύω, Cl. L. G. & G. L.] āre. Prohibere, & ne aliquid fiat, imperare. Ter. Phorm. 4. 4. 28.

> Aruſpex vetuit: ante brumam aliquid novi negotii incipere.

Ibid. 5. 6. 24. Ait eſſe vetitum, intro ad heram accedere. Cic. 5 Verr. 276. Vetat te Volcatius, tuæ tuorumque deliciæ, mentionem mancipis facere.

Vetāvi Præt. Perf.

> Excerpo ſi quid Maſuri rubrica vetavit.

Sed Scodrenſis legit in antiquo, ut ait, Rubrica notavit, inquit Deſp. qui & Vetatum affert ex Statii Thebaid. Vide col. ſeq H. St. Vetavit etiam in edit. Rob. Steph. 1527. & 1544. Sat. 5. v. 90 Bondius Vetabit. At Notavit etiam Nebriſſenſis, & Jo. Murmellius, qui in Ecphraſi ſtultitiæ arguit eos, qui ex hoc verſu conantur oſtendere, Vete facere etiam Præt. Vetavi, quum nihil de ea re monuerit Priſcianus. conf. Voſſ. de Analog lib 3. cap. 20. extr. Vetaveram Planc. ad Cic. 10. 23. Al. tamen Vetueram codd.

Jubere & Vetare, contraria. Cic. 2. de Legib. 16. Lex vera atque princeps apta ad jubendum & ad vetandum ratio eſt recta ſummi Jovis.

Prohibere & Vetare. Caſ 7. Bell. Gall. cap. 33.

Aſcendere lex peregrinum vetat in murum Cic. 2. de Orat. 100.

Aſſentiri tu me incognito vetas. Cic. 4. Acad. 114.

Deſperare eum ſaluti vetuit. Cic. pro Cluent. 68.

Loqui plura vetor Ovid. 2. Met. 657.

Bella vetare, Diſſuadere. Virg. 2. Æn. 84.

Phœbum vetat, i e. Arcet Senec. Herc. OEth. v. 1684.

Fatis vetari, Inhiberi. Virg. 1. Æn. 39.

> Quippe vetor fatis.

Proverbio aliquid vetari. Cic. de Amicit. 87. Præpoſteris enim utimur conſiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.

Vetare, Obeſſe. Hor. 1. Serm. 1. 24.

> — ridentem dicere verum
> Quid vetat?

h. e. Quid obeſt, quo minus etiam qui ridet, verum dicere poſſit, & ſerio agere? Vel etiam, Quid prohibet? Virg. 10. Ecl. 56.

Vetans, antis. Partic. [κωλύων] Cic. 2. de Legib 8. Ita principem legem illam & ultimam, mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei.

Deo vetante agere aliquid. Propert. lib. 4. 1. 90.

Venti vetantes, Contrarii. Ovid. 13. Epiſt. 131.

Vetĭtus, a, um. Partic. [ἀπαγορευθείς] Virg. 6. Æn. 623.

> Hic thalamum invaſit natæ, vetitoſque hymenæos.

Adulterium vetitum. Ovid. 3. de Pont. 3. 57.

Æquor vetitum. Ovid. 2. Met. 172.

Alea vetita legibus. Hor. 3. Carm. 24. 58.

Amor vetitus. Ovid. 1. de Arte Am. 283.

Arma vetita. Virg. 9. Æn. 547.

Ciborum vetitorum fames. Ovid. 15. Met. 138.

Concubitus vetitus. Ovid. 10. Met. 353.

Crimen vetitum. Ovid 2 Triſt. 498.

Libido vetita. Ovid. 9. Met. 576.

Nefas vetitum. Hor. 1. Carm. 3. 26.

Probrum vetitum. Ovid. 10. Met. 695.

Vetatus, aliud Partic. Deſpaut. Veto etiam Vetavi habere conſtat. Particip. Vetatus Papin. 3. Theb.

> — piget irrupiſſe volantum
> Concilia, & cælo mentem inſertaſſe vetati.

H St. Sed Vetanti in emendatis codd. legitur v. 550. conf. ſupra de Vetavi Præt. notata.

Vetĭtum, i. n. [κώλυμα] Id quod prohibetur. Ovid. 3. Amor. 4. 17.

> Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Virg. 10. Æn. 9.

> Quæ contra vetitum diſcordia?

Juſſa & Vetita. Cic. 2. de Legib. 9. Sed vero intelligi ſic oportet & hæc & alia juſſa ac vetita populorum, vim non habere ad recte facta vocandi, & a peccatis avocandi.

Vetātūrus, a, um. [κωλύσων] Partic. non Vetiturus. Valla lib. 1. 2.

Vetatio, ōnis. f. [κώλυσις] non Vetitio, auctore Valla lib. 1. 2.

Vĕttōnes, um. m. Populi in Hiſpania, teſte Plin. lib. 25. cap. 8 qui herbam Vetonicam invenerunt. Alii Vettones ſcribunt, alii Vectones. Lucan. lib. 4. 9.

> Vectoneſque leves, profugique a gente vetuſta
> Gallorum, Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Vettōnica, æ. f. [κέστρον] Herba a Vetonibus dicta. Plin. lib. 25. cap. 8. conf. Dioſc. 4. 1. [In Gloſſ. ſcriptum [illegible], Vertonica, corrupta.

Vetula, Vetulus, V. vetus.

Vĕtŭlōnium, i. n. [Οὐετουλώνιον] ſeu Vetulonia, æ. f. Hetruriæ, quam Mæonii tenuerunt, urbium erat caput: de quo Sil. lib 8. 485.

> Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis.

Hodie *Viterbo*.

Vetulonenſis, e. Adj. ut, Populi Vetulonenſes. Plin. lib. 3. cap 5.

Veturius, i. m. Hujus nominis multi occurrunt apud Livium, Tacitum & alios.

Veturia, æ. f. Coriolani mater. Liv. 2. 40.

Veturia, Centuriæ nomen. Liv. 26. 22. V. ibi Gronov.

Veturnus, Vetus, Vetuſculus, Vetuſtas, Vetuſte, Vetuſteſco, Veteratus, V. vetus.

V E X

Vexamen, Vexatio, Vexator, &c. V. vexo.

Vexillum, i. n. [σημεῖον τάγματος φανωτόν, Cl. C. L.] quaſi Parvum velum, ut ait Servius. Cicero tamen in Orat. 153. docet Velum a Vexillo factum per contractionem, ut a Paxillo, Palus; a Taxillo, Talus. V. axilla. Eſt autem Signum, quo in exercitu, aut claſſe imperatores utuntur. Caſ. 2. Bell. Gall. 20. Vexillum proponendum, quod erat inſigne, quum ad arma concurri oporteret.

Navale vexillum. Claud. 1. in 1. Conſ. Stil. 173.

Convellere vexilla. Tacit. 1. Ann. 20.

Mitti ſub vexillo. Caſ 6 Bell. Gall. cap. 35.

Submittere fortunæ vexilla. Stat. 4. Silv. 2. 43. V. submitto.

Vexillum etiam eſt Corpus, ſeu numerus militum, qui ſub vexillo ſunt. Tacit. 1. Hiſt. 70. Præmiſſæ Gallorum, Luſitanorum, Britannorumque cohortibus & Germanorum vexillis. Continebat vexillum homines centum octoginta ſex, teſte Liv. lib. 8. 8. V. tertius.

Vexillārius, i. m. [σημειοφόρος] Antesignanus. Liv. 8 8. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat.

Vexillarius, etiam Miles qui ſub vexillo eſt. Tacit. 1. Hiſt 18. Et mille vexillarios, cum paucis equitibus, &c. V. Lipſ. de Rom. Milit. 1. Dialog. 8. & 5. 19. & Pichen ad Tacit. 1. Ann. 17.

Vexillifer, ĕra, ĕrum. Adj. Signifer. Prudent. in Pſychom. v. 19.

> Hunc vexilliferæ quoniam fors obtulit ictum.

Vexillatio, ōnis. f. Cohors militum dicebatur, qui confectis & emeritis ſtipendiis ſub vexillis etiamnum habebantur, uſque dum commoda & agros acciperent. Nam hæ vexillationes dicebantur Sueton. Galb. 20. Excepta Germaniciorum vexillatione. Tacit. 1. Ann. 17. Ne dimiſſis quidem finem eſſe militiæ: ſed apud vexillum retentos alio vocabulo eoſdem labores perferre. Turnebus, Adverſ 5. 8.

Alæ etiam equitum, Vegetio 2. 1. de Re Mil. Vexillationes dicuntur.

Vexo, [σαλεύω, Gl. L. G. & G. L. ὀχλῶ, ταλαιπωρῶ, πολλάζω, L. C.] āre. a Veho, vehis: Nunc huc nunc illuc vehementer agitare. Gell. lib. 2. cap. 6. Qui fertur & raptatur, atque huc atque illuc diſtrahitur, is vexari proprie dicitur. Cato ex oratione, quam de Achæis ſcripſit, Quumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret. Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut ſævitiæ genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non perpeſſa ſit. Hactenus Gellius Cui ſuccinit Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7. Cic. 2. Verr. 12. Quam iſte per triennium ita vexavit ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit. De Sicilia loquitur. In quem locum Aſconius: Nimirum vexavit, ingentis calamitatis uſum ſignificat. Nam & ipſe ſupra ſic ait, Populatæ, vexatæ, funditus everſæ provinciæ. Virg. 6. Ecl. 76.

> Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
> Dulichias vexaſſe rates.

Hactenus Aſconius. V. ad fin.

Diripere & vexare oppidum. Cic. 3. Verr. 56. Quæ oppida tu diripienda & vexanda curaſti.

Populari & Vexare. Cic. 5. Verr. 122. Provinciæ populata atque vexata.

Spoliare ac Vexare. Cic. pro Font. 20. Hæ ſunt nationes, quæ quondam, tam longe ab ſuis ſedibus, Delphos uſque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum, ac ſpoliandum profectæ ſunt

Vaſtare & Vexare. Cic. 1. in Catil. 29. Quum bello vaſtabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt.

Violare & vexare divina & humana. Cic. pro Sext. 1. Qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint.

Contumeliis & Probris vexare aliquem. Cic. pro Quint. 98. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis ad te, ſed miſer confugit. Et pro Flacc. 28. Splendidiſſimum atque ornatiſſimum civitatis ſuæ, probris omnibus maledictiſque vexat.

Peſtilentia vexari. Columel. lib. 7. cap. 7.

Pœna

Pœna ſuorum ſcelerum vexari. Cic. pro Domo 3. Ac primum illud a te homine veſano ac furioſo, requiro, quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum flagitiorumque vexet, ut hos tales viros, &c.
Querelis ingratis vitam vexare. Lucret. lib. 6. 15. al. infeſtis ſævire.
Verbis vexare aliquem. Lucret. lib. 5. 164.
Agros vexare. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 15.
Annonam attentare & vexare vel maxime Dardanarii ſolent. Ulpian. in l. 6. D. de extraord. criminib.
Corpus calor vexat feſſa. Tibull. lib. 4. 11. 2.
Fortunas alterius vexare. Cic. pro Roſc. Amer. 141. Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro Remp. recuperavit, ut ad libidinem ſuam liberti, ſervulique nobilium, bona, fortunas veſtras, noſtraſque vexare poſſent?
Impios vexet ſollicitudo. Cic. 2. de Legib. 40.
Me inſomnia vexant. Ovid. 3. Triſt. 8. 27.
Mœnia vexantur melis. Catul. Argon. 62. 80.
Montes ventus vexat flabris. Lucret. lib. 1. 276.
Pudorem vexare. Lucret. lib. 3. 83.
Vitia vexare nos dicuntur, quia animum jactant, diſtorquent, agitant, infeſtant. Salluſt. in Catil. cap. 3. extr. Ac me, quum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ cæteros, fama atque invidia vexabant. Quin & vitia ipſa vexant mores, ut eſt apud eundem Salluſtium in eodem opere.
Urbem trepidam vexat legionibus. Claud. 2. Conſ. Stil. 219.
Uxorem alterius vexare. Cic. pro Domo 59. Quid enim vos uxor mea miſera violarat, quam vexaviſtis, omni crudelitate laceraviſtis? [De litibus intelligendum eſt, quibus Terentia diſtinebatur.
Vexare [χειμάζειν, Gl. L. G.] de navibus proprie dicitur, quum tempeſtate jactantur. V. ſupra ex Virgil. & VEXANS, VEXATUS, Partic.
VEXANS, antis. Partic. Lucret. lib. 1. 277.
Sunt igitur venti nimirum corpora cæca,
Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cæli
Verrunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.
VEXATUS, a, um. Partic. [χειμασθεὶς, σκυλεὶς, Gl. L. G. σκυλευθεὶς, G. L.] ut, Contentione vexatus. Cic. 3. Philipp. 23. Ti. Canutium, a quo erat honeſtiſſimis contentionibus & ſæpe & jure vexatus, &c.
Bello audacis populi vexatus. Virg. 4. Æn. 614.
Febre vexatus. Plin. Epiſt. 234. Atque etiam febriculis vexatus.
Comæ vexatæ. Ovid. 1. Amor. 14. 24.
Domus vexata vetuſtate, apud Plin. 6. Epiſt. 116.
Vindemiæ vexata nimbis continuis. Martial. lib. 1. 52.
Vita vexata per multa pericula. Propert. lib. 2. el. 15.
Unde vexata ingenti Nota. Senec Herc. fur. 12.
VEXATIO, önis. f. [σκυλμὸς, Gl. L. G. & G. L.] Cic. 4. Tuſc. 19. Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis. Idem 5. Verr. 6. In tanta compilatione Aſiæ, vexatione Pamphyliæ, ſqualore & lacrimis Siciliæ concitetur? Liv. 38. 59. Per vexationem & contumelias L. Scipionis paſſuros inimicos.
Vexatio & Direptio. Cic. 1. in Catil. 18. Tibi vexatio, direptioque ſociorum impunita fuit, ac libera.
Virginum vexatio. Cic. 4. in Catil. 2. Cum vero mihi propoſui regnantem Lentulum, &c. tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Veſtalium, perhorreſco.
VEXATOR, öris. m [σκυλτὴς] Cic. 6. Verr. 80. Neque ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam eorum ſpoliatorem, vexatoremque defendes? Idem de Aruſp. Reſp. 47. Tam crudelis mei, tam ſceleratus Reipub. vexator eſſe potuiſſet?
Ætatulæ ſuæ veteres vexatores. Cic. pro Sext. 18. [Obſcœno ſenſu.
Urbis direptor & vexator. Cic. 3. Philipp. 27.
VEXATRIX, icis. f. Prudent. Pſychom. v. 58. Vexatrix hominum.
Generis hominum perpetua vexatrix. Lactant. 3. 29.
VEXAMEN, inis. n. Quod vexat, & moleſtia afficit. Lucret. lib. 5. 341.
Aut cecidiſſe urbes magno vexamine mundi.
VEXABILIS, e. Adj. Vexans. ut, Vexabile vitium. Cæl. Aurel. Acut. 2. 13.
VEXABILITER, Adv. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 9. Vexabiliter caput onerare.
VEXATIVUS, a, um. Adj. ut, Potio vexativa. Cæl. Aurel. Acut. 2. 29.

U F E

UFENS, Ufentis. m. [Οὔφης] Fluvius qui labitur per Pomtinas paludes, qui etiam Aufentum a quibuſdam dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 7. Æn. 745.
— gelidusque per imas
Quærit iter valles, atque in mare volvitur Ufens.
Eſt etiam nomen Ducis & Viri apud Virg. 8. Æn. 6. Sil. 4. 343.
UFENTINUS, a, um. Adj. [Οὐφεντῖνος] ut, Ufentina tribus. Liv. 9. 20. V. TRIBUS.

V I

VI. Sex. VII. Septem, Septemviri.
VIA, æ. f. [ὁδὸς, Gl. L. G. & G. L.] Dimidius actus quo poteſt ire vehiculum. Via (inquit Paulus) conſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt: alioqui Iter erit, non Via. ll. 8. D. t. 3. l. 23.
Via, abuſive, pro omni Loco, per quem habere iter omnibus licet. Plin.
Quum de via vocaſſem. Ter. Eun. 3. 2. 41.
— haud convenit
Una cum amica ire Imperatorem in via.
Flexus viarum. Lucret. lib. 3. 586.
Meta longarum viarum. Virg. 3. Æn. 714.
Refectio viæ. Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loc. publ. fiat, &c.
Spatium viæ. Ovid. 8. Met. 794.
Præliorum viæ. Tacit. 2. Ann 5.
Urbis viæ. Cic. 6. Verr. 119. Ceteræque urbis partes una lata via perpetua, multiſque tranſverſis diviſæ, privatis ædificiis continentur.
Anguſta viarum. Virg. 2. Æn. 332.
Anguſta & lubrica viarum. Tacit. 3. Hiſt. 82.
Opaca viarum. Virg. 6. Æn. 633.
Strata viarum. Virg. 1. Æn. 426. Lucret. lib. 1. 316.
Strataque jam volgi pedibus detrita viarum.
Ignarus viæ. Virg. 1. Georg. 41.
Inſidiator viæ. V. INSIDIÆ.
Inter vias. V. INTER præpoſitionem.
Viæ trium ſunt generum. Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loco publico. §. Si quis. Viarum quædam publicæ ſunt, quædam privatæ, quædam vicinales.
Privatæ viæ, ſunt quas Agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi poſſunt: vel eæ quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſervitus, ita ut ad agrum alterius ducant. Vel eæ quæ ad agros ducunt: per quas omnibus commeare liceat: in quas exitur de via Conſulari: & ſic poſt illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens. Hæc Ulpian. in l. eadem. D.
Publicas vias dicimus (ait Ulpian. in l. eadem D.) quas Græci βασιλικὰς, noſtri Prætorias, alii Conſulares vias appellant.
Vicinales viæ ſunt, Quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas eſſe quidam dicunt. Ulp ſi. 43. D. t 7. de locis & itineribus publicis l. 3. Viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non exſtat, publicarum viarum numero ſunt. Sed inter eas & ceteras vias militares hoc intereſt, quod viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Harum autem vicinalium viarum diſſimilis eſt conditio, nam pars earum in militares vias exitum habet, pars ſine ullo exitu intermoritur.
Urbicæ viæ, quibus opponuntur Ruſticæ. Ulpianus in l. 2. D. Ne quid in loc. publ. &c.
Viæ in Urbe Roma paſſim memorantur, ut in his facile nobiliſſima Sacra. Hor. 1. Serm. 9. 1.
Ibam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos V. Varr L. L. 4. 8. & Lex. Pitiſc.
Militaris. Cic. 12. Philipp. 25. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illuſtrem aggredi? V. MILES.
Militaris viæ obſeſſio. Cic. in Piſon. 40.
Terrena via, opponitur Lapide ſtratæ. Ulpian. in l. 1. D. de via public. Si quis ſub ſpecie refectionis deteriorem viam facit: impune vim patiatur, propter quod neque altiorem, neque longiorem, neque latiorem, neque humiliorem viam ſub nomine refectionis is qui interdicit, poteſt facere: vel in viam terrenam, glaream injicere: aut ſternere viam lapide, quæ terrena ſit: vel contra, lapide ſtratam, terrenam facere.
Tres viæ. Cic. 12. Philipp. 22. Tres ergo ut dixi viæ, a ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.
Appia via imbuta ſanguine latronis. V. IMBUO.
Caupo de via Latina. Cic. pro Cluent. 163.
Via, Ipſe eundi actus. Cic. 1. Philipp. 3. Quum de via languerem, & mihimet diſplicerem. Ovid. 2. Met. 549.
Impatiens viæ genitor. Ovid. 6. Met. 322.
Poteſt enim quidquam eſſe abſurdius, quam quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quærere? Cic. de Senect. 65.
Dierum aliquot via. Cic. 5. Verr. 191. Video quot dierum via ſit.
Subita via, Profectio. Ovid. 17. Epiſt 156. conf. Languere a via, in LANGUEO, & Levare viam, in LEVIS.
Æſtuoſa & pulverulenta. Cic. 5. Att. 14. Nunc iter conficiebamus æſtuoſa & pulverulenta via.
Alta ruptis collibus. Senec Hippol. 10. V. ALTUS.
Anceps. Ovid. 14. Met. 438. V. ANCEPS.
Arctæ viæ. Stat. 9. Theb. 417.
Ardua. Ovid 2. Met. 63. V. ARDUUS.
Aſſueta. Ovid. 19 Epiſt. 36.
Audax. Ovid. 2. de Arte Am. 22. de Dædalo.
Brevis. Virg 9. Ecl. 23.
Cæca via. Ovid. 2. Amor. 11. 16.
Celebris via. V. CELEBER.
Certa via. Cic. 11. Philipp. 4. In Syriam patebat, via certa, neque longa.
Declivis. Ovid. 7. Met 410.
Deteriorem viam fieri ſic accipiendum eſt: ſi uſus ejus ad commeandum corrumpatur, hoc eſt, ad agendum vel eundum: ut quum plana fuerit, clivoſa fiat; vel ex molli aſpera; aut anguſtior ex latiore; aut paluſtris ex ſicca. Hæc Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loco public. &c.
Deterrima. Cic. 9. Att. 11. Curſim huc illuc via deterrima.
Difficilis via clivis. Ovid. 3. Amor. 13. 4.
Habilis via. Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loco, &c. Si quis cloacam in publicam viam immitteret, exque ea re minus habilis via per cloacam fieret; teneri eum Labeo ſcribit. [Barbare *Non practicabilem* dicunt.
Implicitæ viæ errore, Variis circuitionibus in errorem ducentibus confuſæ. Lucan. lib. 8. 5.
Inexplicabiles viæ continuis imbribus. V. INEXPLICABILIS.
Inoffenſa. V. INOFFENSUS.
Invia. Virg. 3. Æn. 383.
Irremeabiles. Senec Herc. fur. 7.
Latebroſa. V. LATEO.
Longa. V. LONGUS.
Mollis. Senec. Herc. fur. 6. V. MOLLIS.
Patentior. V. Patens, in PATEO.
Perpetua via iis aliquo profecturis optari ſolebat, quos maximo habebant odio, quibus verbis petebant a diis, ut nunquam illi in ea loca redirent, ſed quanto magis iter facere pergerent, tanto magis a conſpectu ſe auferrent. Cic. in Piſon. 33. oſtendens quantum foret odium ipſius in animis civium, ob res improbe ab eo in Conſulatu geſtas: An inquit, quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes exſecrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent? Tale eſt illud Turpilii apud Nonium in titulo 8. De mutata declinatione, §. 2. Age, age, egredere, atque utinam illuc perpetuum itiner ſit tibi. [Hic enim Iter & Via ſynonyma ſunt.
Præcipites viæ. Ovid. 2. Met. 206.
Prona. Ovid. 18. Epiſt. 121.
Sublimis. Ovid. 1. Met. 168.
Tectæ viæ. Lucan. lib. 4. 91.
Tranſverſa via. V. paulo ante VIA urbis.
Tremenda. Claud. de Bell. Get. 141. al. Ferenda.

Trita. Cic. de Clar. Orat. 11. Ut eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret, quam majores ejus, ei tritam reliquiſſent.
Trita humano pede. Tibul. lib. 4. 13. 10.
Tritiſſima & celeberrima via. Senec. de Vit. beat. cap. 1.
Tuta frequensque. Ovid. 1. de Arte Am. 585.
Uda. Lucan. lib. 3. 85.
Velatæ viæ. Ovid. 3. Amor. 13. 12.
It per velatas annua pompa vias. De Junonis feſto.
Accelerare viam, Iter. V. ACCELERO.
Affectare viam. V. AFFECTO.
Affectare viam Olympo. Virg. 4. Georg. 562.
Actus errore viæ. Virg. 7. Æn. 199.
Ambulata per vias tutas. Ovid. 1. Faſt. 122. al. Perpetuas.
Anticipare viam. Stat. 6. Theb. 442.
Aperire viam, eſt Ad veterem altitudinem latitudinemque reſtituere. Ulpian. in l. 1. D. de via public.
Aperire patulas vias. Sil. lib. 17. 424.
Calcanda omnibus via leti. Hor. 1. Carm. 28. 16.
Capere viam animo. V. CAPIO.
Carpere viam. Virg. 3. Georg. 347.
Celerare viam Virg. 5. Æn. 609.
Clamare de via. V. CLAMO.
Claudere vias. V. CLAUDO.
Claudunt incendia objecta vias. Stat. 2. Theb. 6.
Coarctatur via, diffunditur, pateſcit. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gallum, Modo occurrentibus ſilvis via coarctatur, modo latiſſimis pratis diffunditur, & pateſcit.
Coarctata via. Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loc. publ. &c.
Commeare viam ſcrupoloſam. V. COMMEO.
Committere ſe viæ. V. paulo poſt, Dare ſe in viam.
Commonſtrare viam. V. COMMONSTRO.
Commutare viam, retroque reverti. Lucret. lib. 2. 129.
Concinnare viam. V. CONCINNO.
Conficere viam. Cic de Senect. 6. Volumus ſane, niſi moleſtum eſt, Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris: quam nobis quoque ingrediendum ſit, iſtuc, quo perveniſti, videre quale ſit.
Conſternere viam frumento. V. CONSTERNO.
Conſtruere vias. Lucan. lib. 2. 673.
Corripere viam, Accelerare. Virg. 1. Æn. 422. V. CORRIPIO.
Corrumpere viam publicam. Ulpianus in l. 2. D. Ne quid in loc. public. &c.
Decedere de via. Cic. pro Cœl. 38. Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderit Cœlius, ſe nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe.
Declinare ſe extra viam. V. DECLINO.
Declinare de via ad dextram. Cic. 5. de Finib. 5. V. DECLINO.
Declinare regione viæ. Lucret. lib. 2. 250.
Deducere de via. V. DEDUCO.
Deerrantes via equi. Senec. Hippol. 10. 1.
Deterit pedes via longa, Iter longum. Tibul. lib. 1. 9. 16.
Detorquere viam ad amnem. Valer. 5. Argon. 197.
Dare viam alicui per fundum ſuum, Concedere tranſitum. Cic. pro Cæcin. 26.
Dare ſe in viam, vel Committere ſe viæ. Cic. 14. Fam. 12. Idem 16. 6.
Ducit via Virg. 9. Ecl. 1.
Ducit triſtis via ad Manes. Sen. Herc. fur. 19.
Ducens via ad villam. Ulpianus in l. 2. D. Ne quid in loco publico.
Ire viam. Virg. 3. Georg. 77.
Ire atque redire viam. Virg 6. Æn. 122.
Ire longam viam. Virg. 4. Æn. 468.
Ire fallaces vias, Non tutas. Ovid. 2. Amor. 11. 8.
Ire felici via. Ovid. 1. Faſt. 432.
Itur via qua. Cic. 6. Verr. 96. Fanum ejus eſt in agro, propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam.
Errare via. Virg. 2. Æn. 739.
Evadere viam. Virg. 2. Æn. 730.
Excedere nova regione viarum. Virg. 2. Æn. 737.
Exigere viam dicuntur magiſtratus, quum viciniam cogunt munire quam diligentiſſime ſumptu facto. Aſconius in Prætura urbana, in fine.
Facere viam, eſt Locum, ubi non erat via, aperire. V. FACIO.
Fecit tellus icta viam in Tartara. Ovid. 5. Met. 423.
Facere viam ruina. Lucan. lib. 1. 150.
Fallit via euntes. Virg 9. Æn. 243.
Fert via. Virg. 6. Æn. 295.
Findit ſe via in ambas partes. Virg. 6. Æn. 540.
Illuminare vias igni. Stat. 12. Theb. 275.
Implet innumeras vias errore Dædalus. Ovid. 8. Met. 168. De Labyrintho.
Incedere via & Per vias. V. INCEDO.
Inchoare viam, Præire. Stat. 10. Theb. 358.
Includere viam. V. INCLUDO.
Inducere viam. V. INDUCO.
Inire viam, redire viam. Cic. pro Muren. 26. V. INEO, Ire.
Ingreſſus viam hâc. Stat. 4. Silv. 4. 2.
Inſiſtere viis. V. INSISTO.
Inſtaurare vias. Stat. 5. Theb. 9.
Invadere viam. V. INVADO.
Laxavit viam bellis. Claud. 2. in Ruff. 24.
Mittere e via. V. MITTO.
Moliri viam. V. MOLIOR.
Monſtrare viam parvo tramite. Lucret. lib. 6. 26. al. Prono tramite.
Morari iter viæ propoſitum. Ovid. 16. Epiſt. 118.
Munire viam. Cic. pro Muren. 48. V. MUNIO.
Mutant vias tempeſtas, & humor cæli. Virg. 1. Georg. 419.
Novi viam. V. NOSCO.
Obfirmare viam. V. OBFIRMO.
Obliquare vias in devia campi. Stat. 6. Theb. 455.
Obſepire viam. Cic. pro Muren. 48.
Obſeſſa via. V. OBSIDEO.
Pandere viam. V. PANDO.
Patefacta via. Senec. Herc. fur. 1.

Pergere viam. Cic. pro Planc. 98. Qui antequam de meo adventu audire potuiſſent, quum tam abeſſent, aliquorum dierum viam in Macedoniam. ad Planciumque perrexi.
Præbere viam alicui. Ovid. 11. Met. 515.
Præcipitare viam. Ovid. 3. Met 235. al. Anticipare.
Procedere viam. Cic. 6. Att. 15. Etſi, te hæc legente, aliquantum tamen viæ proceſſero.
Proficiſci recta via. Cic. 3. Q. frat. 1. Ex eo loco recta Vitularia via profecti ſumus in Fufidianum fundum.
Progredi viam. Cic. 1. de Divin. 26. Itaque ut ex ipſo audiebam, perſæpe revertit ex itinere, quum jam progreſſus eſſet multorum dierum itinere.
Purgare viam, refectionis portio eſt. Purgare autem proprie dicitur, Ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupereſt. Ulpianus.
Rapere viam aliquo, Currere. Sil lib. 8. 180.
Reficere viam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in priſtinum ſtatum reducunt. Ulpian. D. de Via publica, l. Prætor ait.
Scindere viam. Virg. 10. Æn. 765.
Secare viam. Virg. 6. Æn. 899. i. e. Tenere. Servius. V. SECO.
Secta compita in ternas vias. Ovid. 1. Faſt. 142.
Sternere viam lapide. V. paulo ante, Terrena via.
Stravit viam per mare Xerxes. Lucret. lib. 3. 1042.
Eſſe in via. Cic. 16. Fam. 2. Jam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque.
Eſt via per Macedoniam. Cic. de Provinc. Conſ 4. Via illa noſtra, quæ per Macedoniam eſt uſque ad Helleſpontum militaris.
Superare viam ſalto. Virg. 3. Georg. 141.
Tendere vias in devia campi. Stat. 6. Theb. 455.
Tendere directis viis. Lucret. 4. 613.
Tentare viam. Virg. 3. Æn. 520.
Terere viam. Ovid. 1. de Arte Am. 5.
Vadere veloci via, Paſſu. Sen. Med. 4.
Venire viam. Cic. 2. Philipp. 61. Qui neſcierit veniſſe eum tot dierum ſibi viam gratulatum.
Volare viam, Cito conficere. Catul. ad libellum, 33. 7.
Maris tota via. Ovid. 11. Met. 747.
Æquoreæ viæ. Ovid. 19. Epiſt. 160.
Liquidæ viæ, Viæ in aquis. Lucret. lib. 1. 374.
Agere occultas vias ſubter mare. Virg. 3. Æn. 695.
Agitare perennes vias ætheris alti. Senec. Hippol. 9.
Currit indociles vias lympha. Propert. lib. 1. 2. 12.
Dat mora viam. Ovid. 7. Epiſt. 170.
Ire negata via. Hor. 3. Carm. 2. 22.
Findere vias pectora, dicuntur natantes. Ovid. 19. Epiſt. 208.
Flectere viam velis, Curſum. Virg. 5. Æn. 28.
Invaſit vias phaſelus in æquore. Stat. 5. Silv. 1. 245.
Patuit via in cœlum. Senec. Med. 12.
Tranſit clauſtra viarum vox. Lucret. 4. 616.
Via, Adeundi facultas ſeu ratio. Virg. 6. Æn. 104.
Eſte duces o, ſi qua via eſt, curſumque per auras
Dirigite. Columbas alloquitur. Ibid 367.
Aut tu, ſi qua via eſt, ſi quam tibi diva creatrix
Oſtendit, &c.
Accedundi via. Ter. Heaut. 3. 3. 22.
Fit via vi, rumpunt aditus, &c. Virg. 2. Æn. 494.
Invenire viam, Exitum reperire. Virg. 3. Æn. 395.
Via, per tranſlationem, pro Ratione & modo aliquid faciendi, Methodus.
Tradere viam litigandi. Cic. 1. de Legib. 18. Altè vero, & ut oportet, a capite, frater, repetis quod quærimus: & qui aliter jus civile tradunt, non tam juſtitiæ, quam litigandi tradunt vias.
Arte & via dicere. Cic. de Clar. Orat. 46. Antea neminem ſolitum via nec arte, ſed accurate tamen & de ſcripto pleroſque dicere.
Ratio ac via. Cic. 2. Verr. 48. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inveſtigare & conſequi poſſim.
Dicendi via. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Murum via. Stat. 3. Silv. 5. 203.
Via ad. Cic. 2. Off. 43. Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet.
Sera nunquam eſt via ad bonos mores. Sen. Agamem. 4. l. 2. Item.
Aperta, ſimplex & directa. Cic. 1. de Finib. 57.
Brevior, & multo lucidior via, ſubaudi Docendi. Quintil. 3. 11.
Facilis. Virg. 1. Georg. 122.
Facilior & apertior. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Illuſtris & lata. V. ILLUSTRIS.
Inepta. V. INEPTUS.
Mollior & magis trita. Quintil. lib. 1. cap. 6. V. MOLLIS.
Pervulgata via, Conſuetudo. Ter. Heaut. 1. 1. 49.
Prima. Plaut. Mil. 2. 2. 98.
Quantumvis prolationum, dummodo nunc prima via
Inducamus, vera ut eſſe credat, quæ mentibimur. Barbari dicunt *Prima via*, h. e. Statim, primo ipſo congreſſu.
Simplex via mortis. Virg. 3. Georg. 481.
Nec via mortis erat ſimplex, ſed ubi ignea venis
Omnibus acta ſitis, miſeros adduxerat artus. Ubi Servius; Nec moriebantur ex uſu, id eſt ſecundum naturalem ordinem, non tantum fuga animæ, ſed etiam corporis reſolutione. Eſt autem Saluſtii qui ait, Ne ſimplici quidem morte moriebantur.
Accipere viam. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Adjuvare temeraria via. V. ADJUVO.
Aggredi alia via. Ter. And. 4. 1. 46.
Aperit viam vis. Virg. 10. Æn. 864.
Aperire viam alicui. Virg. 11. Æn. 884.
Deducere in viam. Cic. 1. de Legib. 41.
Demonſtrare rectam viam. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Depelli recta via. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Deſerere viam virtutis. Hor. 3. Carm. 24. 44.
Dare viam, per tranſlationem. Virg. 11. Æn. 128.

Et in a.

Digitized by Google

Et te, ſi qua viam dederit fortuna, Latino
Jungemus regi. I. e. Si voluntatem noſtram fortuna comitetur. Servius.

Dare viam ad ſcientiam. Cic. 2. de Divin. 102. Et non, ſi ſignificant futura, nullas dant vias nobis ad ſignificationum ſcientiam.

Errare tota via, Proverbium in eos, qui vehementer aberrant. Ter. Eun. 2. 2. 14.
— quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Tranſlatum a viatoribus, qui nonnunquam ita ſolent aberrare a via, ut non ſine diſpendio quidem, tamen quo tendebant perveniant: nonnunquam ſic aberrent, ut longe divertant, & in diverſum tendant. Eraſmus.

Facere ſibi viam. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Habere docendi viam. Cic in Brut. 114. Volo igitur huic ſummo omnem, quæ ad dicendum trahi poſſet, loquendi rationem eſſe notam, quæ quidem res duplicem habuit docendi viam.

Ignorare viam gloriæ. Cic. de Clar. Orat. 280. Quod ſi ita putas, totam ignoras viam gloriæ.

Indagare viam inuſitatam. Cic. in Orat. 21. Reprehendent, quod inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

Ingredi vulgarem viam. Quintil. in procem. lib. 1.

Ingredi ſceleris viam. Lucret. 1. 82.

Ingredi viam vivendi. V. INGREDIOR.

Inſiſtere viam agendi aliquid, Inſtituere artem. Servius. Virg. 3. Georg. 164.

Inſtas rectam viam. V. INSTO.

Intercludere vias omnes ſeditionum. V. INTERCLUDO.

Moliri vias vetitas. Sil. lib. 4. 790.

Monſtrare viam. Cic. 3. Off. 55. Quid enim eſt aliud, quam viam erranti non monſtrare (quod execrationibus publicis ſancitum eſt) &c.

Monſtrata eſt vitæ via per carmina. Hor. de Arte Poet. 404.

Munire diverſas vias. Quintil. lib. 3. cap. 1. Diverſas tamen vias munierunt.

Noſcere vim pecuniæ. Cic. 1. Q. frat. 1. Omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt.

Panditur via ſalutis. Virg. 6. Æn. 96.

Patent undique ad libertatem viæ multæ, breves, faciles. Senec. Epiſt. 12.

Patefacere viam avaritiæ. Cic. 5. Verr. 219.

Patefacere viam ad opes. Cic. 5. Philipp. 49. V. PATEFACIO.

Perſequi vias. Cic. 4. Fam. 13. Et in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo, & certe omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri poſſe.

Præſtare alicui faciliorem viam. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Quærere viam vitæ, Rationem recte vivendi. Lucret. lib. 2. 10.

Redire in viam, per tranſlationem. Cic 12. Philipp. 6. Quod ſi erratum, P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam. V. REDEO.

Reduci alio flexu ad rectam viam. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Sequi viam aliquam in re aliqua. Cic. 4. in Catil. 9. Si eritis ſecuti ſententiam C. Cæſaris, quoniam hanc is in Rep. viam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt.

Tenere vias omnes amoris. Plaut. Trin. 3. 2. 41.

Tentare illicitas vias. Valer. 1. Argon. 197.

Tentanda via eſt. Virg. 3. Georg. 8.

Trahere viam quandam & rationem. Quintil. lib. 5. cap. 1.

Tradere viam optimarum artium alicui. Cic. 2. de Divin. 1. Quærenti mihi, multumque & diu cogitanti, quanam re poſſem prodeſſe quamplurimis, ne quando intermitterem conſulere Reipub. nulla major occurrebat, quam ſi optimarum artium vias traderem meis civibus.

Trahere vias medendi. Celſus in præf. lib. 1.

Uti via. Cic. 2. Att. 19. Ego autem neque pugno cum illa cauſa propter illam amicitiam, neque approbo, ne omnia improbem, quæ antea geſſi: utor via. h. e. Neque in hanc partem, neque in illam declino, interjacet quædam quaſi via, qua ego utor.

Viæ ab inteſtinis ad jecur ductæ ac directæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Ovid. 2. Met. 828.
Sic letalis hiems paulatim in pectora venit,
Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.

Vocis via. Ovid. 6. Met. 355.

Vocis tenuem via. Ovid. 14. Met. 498.

Lubrica via plagæ. h. e. Hiatus vulneris humectatus ſanguine. Stat. 2. Silv. 1. 4.

Lactea via, Congeries ſtellarum. Ovid. 1. Met. 169.
Eſt via ſublimis, cælo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet; candore notabilis ipſo, &c.

Viæ, ſunt Virgæ auratæ veſtimentis Cois intextæ. Tibul. 2. 3. 56.
— auratas diſpoſuitque vias.

VIACŬLUS, i, m. [ὁδοῦ ἐπιμελητὴς] Gloſſ. Latinogræc. V. VIOCURUS infra.

VIĀLIS, e. Adj. Ad viam pertinens. ut, Lares viales. Plaut. Merc. 5. 2. 24. De Diis Vialibus, V. Ever. Otton. Comment.

VIĀRIUS, a, um. Adj [ὁδικὸς] ut, Lex viaria. Cic. 8. Fam. 6. Leviſſime enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit, legemque Viariam non diſſimilem Agrariæ Rulli, &c. i. e. De viis muniendis vel faciendis.

VIĀTĬCUS, a, um. Adj. [ὁδοιπορικὸς, Gl. G. L.] ut, Cœna viatica, quæ peregrinis datur, vel peregre abeuntibus. Plaut. Bacch. 1. 1. 61.
Viaticus labor. Cæl. Calcagn. Epiſt. 19. lib. 8. Laborem hunc viaticum ſubire.

VIATĬCUM, i. n. [ἐφόδιον, Gl. L. G. & G. L.] Quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſive cibus, ſive pecunia ad victum expendenda. Plaut. Capt. 2. 3. 89
Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi. Hor. 1. Epiſt. 1. 54.
Aut ciſtam effractam, & ſubducta viatica plorat.

Velim videas & quid viatici, & quid inſtrumenti ſatis ſit. Cic. 12. Att. 32.

Equidem video mihi quoque opus eſſe viaticum. Cic. 15. Att. 20.

Collecta viatica multis ærumnis. Hor. 2. Epiſt. 2. 26.

Largum & liberale viaticum. V. LIBER, Adj.

Habere viaticum. Cic. 7. Att. 17. Q. Titinius viaticum ſe neget habere.

Viaticum dicitur Peculium & facultas. Suet. Cæſ. cap. 68. Ingreſſo civile bellum centuriones cujuſque legionis ſingulos equites e viatico ſuo obtulerunt. V. ibi Torrent. conf. Gell. 17. 2.

VIATICŬLUM, i. n. dimin. Ulpian. in l. Si longius, in fine. D. de judiciis, Ne ſi ei non dederimus actionem, futurum ſit, ut impune fraudem patiatur, & egeſtate Romæ laboret, viaticulo ſuo non recepto, quod ad ſumptum pater ei deſtinavit.

VIATICATUS, a, um. Adj. a Plauto fictum. Men. 2. 1. 30.
Audi, Menæchme, quare inſpicio marſupium,
Viaticati hercle admodum æſtive ſumus. Dictum eſt ex eo quod plura alimenta hibernis ſolent providere milites, quam æſtivis: & quod æſtate qui iter faciunt, paucioribus diebus quo volunt perveniunt, & de æſtivis frugibus inter eundum ſe interim tolerent, cum interim hieme idem nuda tellure facere non poſſint, & ea tempeſtate lagenam & potionem potius, quam cibum & obſonium quærant. Nam in lagena eſt æſtivum viaticum. Hæc Turnebus, 28 15. [Viaticati, i. e. Viatico inſtructi. Videtur Adj. ut Peculiatus a Peculio, Petaſatus a Petaſo, &c etſi etiam Partic. eſſe poſſit. Æſtive, Tenuiter: alluſio eſt, cum ad Veſtitum æſtivum, qui præ hiberno, levis & tenuis eſt, tum ad ſarcinulas æſtate viantium.

VIO, [ὁδεύω, ὁδοιπορῶ] āre. Iter facere, ire. ut, Iter viare. Lucilius. Et Plaut. Trec. 1. 1. 8. Pericula vianda, i. e. Adeunda. V. ibi Interpr.
Intendi ad viandum. Ammian. 20. 13. V. Quintil. 8. 6.

VIANS, antis. Partic. Solinus cap. 42. Latrones puteos arenis operiebant, ut temporaria fraude ſubductis aquis, in fame & ſiti iter ſubmoveret acceſſus viantium. Et Apul. 6. Met. p. 184. Elmenh. Quis viantium vectorem ſuum non libenter auferat ſecure?
Ita Sidonius Apoll. libri 6. Epiſt. 6. Poſtquam fœdifragam gentem rediiſſe in ſuas ſedes comperi, neque quidquam viantibus inſidiarum parare. H. St.

VIĂTOR, ōris. m. [ὁδοιπόρος, Gl. L. G. & G. L.] Qui iter facit. Cic. de Fato, 34. Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus cauſa graſſatori fuiſſe dicitur cur ab eo ſpoliaretur. Juven. 10. Sat. 22.
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Non ſemper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. Cic. pro Milon. 56.

Niſi ſi quid ex prætereunte viatore exceptum eſt, ſcire nihil poſſimus. Cic. 2. Att. 12.

Aridus viator. Virg. 4. Georg. 98.

Cautus præcingitur enſe viator. Ovid. 2. Triſt. 272.

Exceptus viator a latronibus. Celſ. in præf. lib. 1.

Feſſus viator. Hor. 1. Serm. 5. 17.

Laſſus viator. Catul. ad Mallium, 66 61.

Siccus viator. Ovid. 4. de Pont. 10. 34.

Sitiens viator. Ovid. 3. Amor. 6. 97.

Viator [ἀμφοδάρχης, ἀρχυπηρέτης. Gl. L. G.] etiam dicebatur Miniſter, Qui magiſtratibus apparebat: eo quod plerumque evocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad urbem via erat. Columel. in præfat. Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur: & quum conſilium publicum deſiderabatur, a villis arceſſebantur in Senatum: ex quo qui eos evocabant, viatores nominati ſunt. Cic. de Senect. 56. A villa in Senatum arceſſebantur Curius & ceteri ſenes: ex quo qui eos arceſſebant, viatores nominati ſunt.

Mittere viatorem. Cic. in Vatin. 22. Miſeriſne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret.

Viatores, in factionibus circi ludiſque dicebantur, Qui miniſtri curſitabant huc illuc ultro citro juſſu agitatorum, ſi qua forte re egerent, ac illis præſto ſemper erant. Horum mentio eſt in epigrammate iſto, quod e priſcis titulis Turnebus (12. 11.) eruit; M. VISPANIO FVLLONI TENTORI. M. VISPANIO MIGNIONI VIATORI. &c.

VIĀTRIX, īcis. f. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 745. n. 5. AQVILIA VIATRIX.
Infatigata viatrix. Mart. Capella lib 6. poſt init.

VIATŌRIUS, a, um. Adj [ὁδοιπορικὸς] Quod ad viam pertinet. Unde Viatorium, Quod per viam deferebatur: ut, Vaſa viatoria. Plin. lib. 16. cap. 10. Idem lib. 37. cap. 2.

V I B

VIB. Vivo.

VĪBEX, īcis. f. [μώλωψ] Pl. Vibices, [μώλωπες ἀπὸ πληγῶν, Gl. L. G.] Signum verberis in humano corpore remanens, quod vi fiat, ut ait Feſtus. Plaut. Moſt. 4. 1. 20. Malam rem palus cavendam malim eſſe, quam ut meum tergum ſubjiciam culcitram vibicibus Sed alii omittunt Culcitram vibicibus. V. Gronov. edit. Plin lib. 30. Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ovinis recentibus impoſitis, obliterantur.
Flagellare vibice. Perſ. 4. Sat 48.

VIBIA, æ. f. Auſon. præf. Monoſyllab. Ut in vetere verbo ſequitur vara vibiam. V. Scalig. Lect. Auſon. 1. 18. p. 54. Al. Bibiam. V. VARUS.

VIBILIA, æ. f. Dea viarum. Arnob. lib. 4. p. 131. Ab erroribus viarum Dea Vibilia libera.

VIBIUS Virius, [Οὐίβιος Οὐίριος] Caput deditionem vehementiſſime orationee diſſuadet apud Liv. 26. 13. Fuerat enim auctor Campanæ defectionis ab Romanis ad Annibalem. Is mortem ſibi conſcivit ante deditionem, & multis civibus Senatoribusque, ut idem quoque facerent, perſuaſit.

VIBO, ōnis. m. Flos herbæ, quæ vocatur Britannica. Plin. 25. 3. Florem vibones vocant. V. ibi Hardui.

VIBRISSO, āre. Criſpare vocem in cantando. Feſtus ex Titinnio.

VIBRISSÆ, ſeu, ut Gloſſ. VIBRUCÆ, ārum. f. [τρίχες ῥινός, Gl. L. G.] ſunt Pili in naribus hominum: dicti quod iis evulſis caput vibretur. Feſtus, vel potius Paulus.

VIBRO, as. a. [σείω, κραδαίνω, Gl. L. G. & G. L. πάλλω, ἐγκλάω, L. G. σείω, G. L.] āre. a Vi deductum; ſignificat Movere & quaſi vi agitare. Virg. 2. Æn. 211.
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Cic. 2. Off. 29. Quam haſtam L. Sulla quum vibraſſet, Dictatore propinquo ſuo. Idem 2. in Catil. 23. Sicas vibrare.

Bipennem vibrare Lucan. lib. 3. 483.

Haſtam vibravit gelidis viribus. Sil. lib. 10 123.

Jaculum vibrare excuſſo lacerto. Ovid. 4. Epiſt. 43.

Lancea vibravit, i. e. Vibratus eſt. Sil. 2. 553.

Spicula vibrare. Virg. 11. Æn. 606.

Telum vibrare. Lucan. lib. 4. 40.

Iambos truces vibrare. Catul. in Annales Voluſii, 34. 5.

Fulmina

Fulmina vibrant. Cic. in Orat. 234. Demoſthenes, cujus non tam vibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur.
Vibrare dicitur mare, h. e. Micare, & intremiſcere, ut ait Budæus, ſive contremiſcere. Cic 4. Acad. 105. Quodque nunc, quia a ſole collucet, albeſcit & vibrat, diſſimileque eſt proximo ei continenti.
Tremere & vibrare. Plin. lib. 2. cap 8. de Terræmotu & hiatibus, Nec ſimplici modo quatitur unquam, ſed tremit vibratque.
Vibrare, neutrum, i. e. Trepidare. Valer. 8 Argon. 57.
Quum ſubito ingentem medias inter nubila flammam
Conſpicit: & ſæva vibrantes luce tenebras. i. e. Quas illuminabat & vibrare faciebat lux oculorum ſerpentis pervigilis.
VIBRANS, antis. Partic. [παλλων] ut,
Draco vibrans linguas multifidas. Valer. 1. Argon 62.
Serpens linguæ vibrante minans. Lucret. lib. 3. 657.
Supercilio vibrante loqui. Ovid. 2. Amor. 5. 15.
Sonus vibrans, Aures feriens, vel Tremulus. Plin. lib. 10. cap. 29.
Oratio incitata & vibrans. Cic. de Clar. Orat. 326. Et erat oratio, cum incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita.
Sententiæ vibrantes. Quintil. lib. 10. cap. 1. Summa in Archilocho vis elocutionis, tum validæ, tum breves, vibranteſque ſententiæ. i. e. Incitatæ.
VIBRANDUS, a, um. Partic. Claud. de 4. Conſ. Honor. v. 529.
— jam cornus avita
Tentatur vibranda tibi.
VIBRATUS, a, um. Partic. [κραδανθεὶς] ut, Vibrata haſta.
Fulgor vibratus ab æthere. Virg 8 Æn. 524.
Fulmina vibrata jactat Juppiter Ovid 2 Met. 308.
Membra vibrata vertigine. Claud 2. in Eutrop. 359.
Sibila vibrata per auras. Sil. lib. 3 185.
Spicula vibrata per auras. Ovid 8. Met 374.
Tela vibrata lacertis. Ovid. 12. Met 79.
Vibratum, pro Criſpo. Virg. 12. Æn. 100.
— & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes. i. e. Criſpatos calamiſtro, inquit Servius. Columel lib. 10. 187.
Candida vibrato diſcrimine, candida thyrſo eſt.
VIBRABUNDUS, a, um. Adj. Mart. Capell. 8 p. 297. Stilbon ante emergentis ſplendorem jubaris vibrabundus apparet.
VIBRATIO, ōnis. f. Criſpatio. Feſtus, Gradivus dictus a vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν.
Sideris igniti vibratio. Vopiſc. in Caro. cap. 8.
VIBRĀTUS, ûs. m. Tractus criſpus. Mart. Capella lib. 8. Proprii luminis vibratum emittere.
Ignium vibratus. Idem lib. 1. p. 17.
VIBRĀBILIS, e. Adj Mart. Capell. 1. p. 11. Sidus vibrabile.
VIBRĀMEN, inis. n. Vibratio, criſpatio. Apul. 6. Met. p. 179. Elmenh. Triſulca vibramina draconum.
VIBURNUM, i. n. [χαμαιτοπίνω ᾠύχεως, Gl. L. G.] Genus fruticis. unde Virg. 1. Ecl. 26.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. [In Gloſſ. ſcribo, χαμαιπιτυς, ὠύμαγ@.

V I C

VIC. Vicarius, Vicentia, Vicit, Victor, Victoria, Victrix, Vixit. VIC. AVG. Victoria Auguſti. VICC. Victores. VIC. S. I. Vice ſacra judicans. VIC. S. Victoria Sicula. VICT. Victor, Victoria.
VICA POTA, æ. f. Dea Victoriæ, quæ & Victoria. Senec. de morte Claudii, Dieſpiter, Vicæ Potæ filius. Liv. 2. 7. extr Ubi nunc Vicæ Potæ eſt domus. Et Cic. 2. de Legib. 28. Si fingenda nomina Vicæ Potæ, &c. Alii ſcribunt Vicepota. V. Gronov. ad Cic. l. c. & Grut. ad l. c. Senec.
VICANUS, V. VICUS.
VICARIUS, V. VICIS.
VICENALIS, VICANARIUS, VICENNIUM, VICENUS, VICESIMA, VICESIMANUS, VICESIMARIUS, VICESIMATIO, VICESIMUS, VICIES V. VIGINTI.
VICENTIA, æ. f. [Οὐικετία] Venetiæ oppidum, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 19. Tacit. 3. Hiſt. 8. Poſſeſſa ipſo tranſitu Vicentia. Sic enim Plinius atque Ptolemæus vocant, non Vincentia. Quidam & Vicetiam ex inſcriptione, quæ in agro Veronenſi reperta eſt, ut annotat Rhenanus in ſuis Caſtigationibus in Tacitum.
VICIA, æ f. [χεροπαριχμοι, Gl. L. G. βίκιον, χόρτ@, G. L.] Genus leguminis, a vinciendo dicta. Plin. lib. 18. cap. 15. Et viciæ pingueſcunt arva, nec ipſa agricolis operoſa: uno ſulco ſata, non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud quam deoccatur. Sationis ejus tria tempora. Varr. 1. de R. R. cap. 31. Viciæ dicta a vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibus quum ſurſum verſum ſerpit ad ſcapum lupini, aliumve quem, ut hæreat, eum ſolet vincire. [In Gloſſ. corrupte Vicinia ſcriptum.
Fetus tenues viciæ. Virg. 1. Georg. 75.
Pabularis vicia. V. PABULUM.
Serere viciam. Virg. 1. Georg. 227.
VICIARIUS, a, um. Adj. [βικιακὸς] Quod ad viciam pertinet. ut, Cribrum viciarium, in quo vicia expurgatur, apud Columel. 8. 5.
VICIARIUM, i. n. corrupte legebatur apud Columel. lib. 11. cap. 2. pro Vitiario, V. in VITIS.
VICINIA, VICINUS. V. VICUS.
VICIS, em, e. plur. Vices, ibus. [ἀμοιβὴ] eſt Alternatio, ſive viciſſitudo. Quintil. lib. 6. cap. 5. Judices vel præſidentes magiſtratus appellandi ſunt frequenter, ut loquendi vices ſerventur.
Annorum vices. Columel. lib. 2. cap. 9.
Belli vices. Stat. 9. Theb. 78.
Colloquii vices. Ovid. 21. Epiſt. 18.
Feriarum vices. Plin. 17. 23. Nihil eſt in opere naturæ, quod non aliquas vices feriarum velit.
Alternare vices. Ovid. 15. Met. 229.
Diſponere varias vices operum. Tibul. lib. 1. 9. 64.
Dividere vices profeſſionum. Quintil. in proœm. lib. 2.
Exercere vices. Virg. 9. Æn. 175.
Fertque refertque vices incerta ſors. Lucan. lib. 2. 13. h. e. Fortuna mutat proſpera adverſis, & contra.
Implere deſtinatas vices. Curt. lib. 4. 10. 5.
Inverſæ vices. Propert. 1. 15. 30.
Mutat terra vices. Hor. 4. Carm. 7. 3.
Servare vices. Virg. 9. Æn. 222.
Sortiri vices. Virg. 3. Æn. 376.
Variare vices. Virg. 9. Æn. 164.
Volvere vices. Virg. 3. Æn. 376.
Per vices, In vicem, Viciſſim. V. præpoſitionem PER.
Vicibus, Idem quod Per vices. Plin. lib. 8. cap. 32. Maria tranant gregatim natantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibuſque ad terga redeuntes. De cervis.
Alternis vicibus, Euripi reciprocationibus nunc ultro, nunc citro. Senec. Herc. fur. 377.
Permutatis vicibus ſtationum, Expletis redituris, traditis. Curt. lib. 8. 6. 11.
Fungi vicibus alicujus. Propert. lib. 4. 10. 75.
Vitare vices, i. e. Pugnas: quia per viciſſitudinem pugnabatur, ut Saluſtius docet. Virg. 2. Æn. 433. Servius.
Vices, Pœnæ, & Incommoda. Hor. 1. Carm. 28. 32.
— viceſque ſuperbæ
Te maneant ipſum.
Exigere vices alterius. Propert. lib. 1. 13. 10.
Hæc erit illarum contempti pœna doloris:
Multarum miſeras exiget una vices. h. e. Una puella, quam perdite amas, exiget a te pœnas, quas multæ propter te paſſæ ſunt, volentes abs te amari, ſed abs te repulſæ & contemptæ.
Vice, ἐν μέρει. Gloſſ. Latinogræc.
Sermonum vice. Virg. 6. Æn. 535.
Sic autem dixit. Amm. Marcell. libro 23. imitans hoc loquendi genus, Nulla ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur. In edit. Francf. p. 401. in fine. Et in Indice exponuntur Nullis colloquiis. Sic Colloquii vices Ovid. H. St. V. IN VICES totum locum.
Alia vice. Liv. 1. 21. Ita duo deinceps reges, alius alia vice, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. i. e. Unus una vice, & alter alia.
Videtur tamen hoc accipi pro Tempore: ut ſit, Alius alio tempore, quod poſterius loquendi genus doctiſſimis eſt uſitatum. Vetus tamen exemplar legit, Alius alia via, &c.
Alterna vice. Plin. 9. Epiſt. 33. ad Caninium, Ex hoc ſtagno in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna, prout æſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno.
Annua vice. V. ANNUUS.
Benigna vice. Hor. Epod 13. 11. h. e. Felici mutatione aut viciſſitudine.
Grata vice. Hor. 1. Carm. 4. 1.
Stata vice. Curt. lib. 9. 9. 9.
Sua vice. Curt. lib. 7. 1. 14.
Verſa vice. Ulpianus de Stipulationibus, lib. 45. Pand. l. 1. § Si quis ſimpliciter, Et vice verſa ſi interrogatus ſub conditione, reſponderit pure, &c.
Vice, pro Loco accipitur: ut Vice mea, Vice tua; pro Tuo & meo loco. Hor. in Arte Poet. 304.
— fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi. Plin. lib. 8. cap. 46. Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur.
Fungi aliena vice. Liv 1. 41.
Fungi mutua vice. Paulus in l. Certum. D. Si certum pet. Pedius nihil referre ait, proprio nomine res appellentur, an digito oſtendantur, an vocabulis quibuſdam demonſtrentur: quatenus mutua vice fungantur, quæ tantundem præſtent.
Vice, pro Inſtar; ut Vice Sardanapali, Quemadmodum Sardanapalus. Cic. 10. Att. 11. Quod ſi me fefellerit, feram ſicut multi clariſſimi homines, in Rep. excellentes, tulerunt, niſi forte me, Sardanapali vice, in ſuo lectulo mori cenſueris, quam exſilio Themiſtocleo, qui, &c.
Carinæ vice inverſæ, i. e. In modum. Plin. 9. 6.
Mundi vice circumagi, Ad ſimilitudinem mundi. Suet. in Nerone, cap. 31.
Poetæ vice fingere nomina. Cic. 2. de Legib. 28.
Teli vice ſævis nodo manus. Juven. 15. Sat. 53.
Commoveri vice. Quintil. lib. 4. Si judex aut ſua, aut Reip. vice commovetur.
Simplici vice, Semel. Hor. 4. Carm. 14. 13.
— & arces
Alpibus impoſitas tremendis
Dejecit acer plus vice ſimplici. Vult intelligi in vaſtandis his non tantam illis cladem intuliſſe, quantam ipſi dederant, ſed duplam: hoc eſt eam non ſimplici vice reddidiſſe. Porphyrio.
Suam cujuſque vicem. Liv. 3. 36. Quum priores Decemviri ita ſervaſſent, ut unus faſces haberet, & hoc inſigne regium in orbem ſuam cujuſque vicem per omnes iret.
Efficere vicem alicujus rei. Plin. lib. 23. cap. 4.
Exhibere vicem alicujus rei. Plin. lib. 23. cap. 7.
Explere vicem olei, Plin. lib. 31. cap. 2.
Habere vicem obſonii. Plin. lib. 15. cap. 19.
Peragit vicem vox. Ovid. 4. Met. 218.
Repræſentare vicem olei. Plin. lib. 28. cap. 10.
Revocare vicem. Senec. Herc. fur. 13.
Vicem pro Officio quoque dicimus. Liv. 1. 20. Ne ſacra regiæ vicis deſererentur, flaminem Jovi aſſiduum ſacerdotem creavit.
Demandare vicem ſuam alicui. V. DEMANDO.
Vide indicem. Hiſtor. Rom. H. St. V. DEMANDO.
Nulla eſt enim perſona, quæ ad vicem ejus, qui e vita emigrarit, propius accedat quam hæres. Cic. 2. de Legib. 48. i. e. In locum.
Vicem alicujus ſollicitus. Curt. lib. 7. 11. 20.
Pro, Vice mea, tua, &c. Plautus fere ſemper accuſativum poſuit. Vicem meam, tuam, &c. ut in Capt. 3. 3. 11.
Occidam, oppetamque peſtem, heri vicem meamque. i. e. Pro hero meo. Ibid. 2. 3. 37.
Ut eum redimat & remittat huc noſtrûm amborum vicem. Idem Rud. 3. 5. 33. Videntur Cicero & Livius ſic etiam locuti V. Iraſci vicem, infra. Cic. 2. Fam. 9. Quanquam ille perennis inimicus amicorum ſuo-

Digitized by Google

rum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potiſſimum fractam illam, & debilitatam vim ſuam contulit, noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe. i. e. In ſeſe pœna afficiendo occupavit officium noſtrum, inquit Budæus.

Implere vicem alterius. V. IMPLEO.

Obtinere vicem veri. Curt. lib. 8. 8. 15.

Penſare vicem. V. PENSO.

Præſtare vicem alterius. Ovid. 3. de Arte Am. 666.

Recitare vicem officii. Cic. pro Sext. 10. Sed recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem ampliſſimi beneficii, vicem præſentis officii, teſtimonium præteriti temporis.

Reddere vicem lunæ. Plin. lib. 2. cap. 8.

Supplet vicem ſolis, Loco ſolis eſt. Plin. lib. 5. Epiſt. 6.

Suſtinere vicem duorum ut unus homo difficile eſt. Paulus in l. Si plures, D. De pactis.

Miſeret vicem. Ter. Heaut. 4. 5. 1.

Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi vicem
Miſeret me.

Dolere vicem noſtram, eſt Propter incommoda privata dolere. Vicem autem publicam, eſt quod vulgo dicunt, Zelo Reip. Eſt autem figurata locutio, ut docet Priſcianus de conſtructione.

Iraſci vicem alterius. Liv. 34. 32. At enim nos Philippo Argivi ſenſerunt. Remittimus hoc tibi, ne vicem noſtram iraſcaris. V. IRA.

Mæſtus, non ſuam vicem, ſed propter ipſum periclitantium fratrum. Curt. lib. 7. 2. 5. Alia exemplaria habent, Non ob ſuam vicem.

Pertimeſcere. ut Cic. pro Domo 8. Mihi nunc neceſſe erit & meam & aliorum vicem pertimeſcere.

Timeam neceſſe eſt nunc & meam & veſtram vicem. Cic. 11. Fam. 19.

Vices appellantur Pœnæ, quæ in ſceleratos pro admiſſis reguruntur, ut inquit Porphyrio in illud Hor. Epod. 5. 87.

Venena, magnum fas, nefaſque, non valent
Convertere humanam vicem.

Vicis, Gratia vel bona vel mala. ut,

Repoſcere & reddere vicem. Martial. lib. 8. 38.

Captet forſitan, aut vicem repoſcat. Plin. 2. Epiſt. 9. Reddam vicem, ſi repoſcet. i. e. Par beneficium. [Par pari referam.

Reddere vicem meritis. Ovid. 1. Amor. 6. 23.

In vicem. Columel. lib. 3. cap. 14. V. INVICEM.

Cedere in vicem alicujus rei. V. CEDO.

Sumere ptiſanam in vicem vini. Celſ. lib. 4. cap. 6.

VICĀRIUS, a, um. Adj. Quod vicem alicujus gerit, ſive obtinet, & in ejus locum ſucceſſit.

Corpus vicarium. Quintil. Decl. 16.

Fidem vicariam operæ noſtræ ſupponere. Cic. pro Roſc. Amer. 111. Propterea quod quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. [Niſi eſt & ſubſt. Vicaria, æ. f.

Manus vicarias polliceri. Quintil. in Gladiatore, ad finem.

Mors vicaria, Quæ pro altero ſubitur. Quintil. in Gladiatore.

Opera vicaria, Mutuo data. Quintil. Vicariam operam ei impendi.

Pœna vicaria. Quintil. Decl. 6.

Servitus vicaria. Quintil. Decl. 8.

VICARIUS, i. m. [[illegible], Gl. G. L.] dicitur Servus, qui alterius ſervi vices gerit, qui ſervo majori in familia ſervit. Plaut. Aſin. 2. 4. 27.

— cho, ecquis pro vectura olivi
Reſolvit? LI. reſolvit. LE. ubi datum eſt? LI. Sticho vicario ipſi
Tuo. LE. vah delenire apparas: mihi ſcio vicarium eſſe,
Neque eſſe ſervum in heri ædibus qui ſit pluris, quam ille eſt. Cic. 3. Verr. 93. Peculia omnium, vicariique retinentur. Paulus de Noxalibus act. l. Si in te, Si ſervus tuus navem exercuerit: ejuſque vicarius, & idem nauta in eadem navi damnum dederit.

Vicarius, Succeſſor. Suid. [illegible]. Sed Vicarius ad tempus eſſe ſolet. H. St.

Vicarius, Qui vicibus alterius, etiam liberi, fungitur. Liv. 29. 1. Quando igitur adoleſcens quid ſentires non diſſimulaſti, vicarium tibi expedium, cui tu arma equumque, & cetera inſtrumenta militiæ tradas.

Dare vicarium. Cic. 10. Philipp. 3. Quod ſi in bello dari vicarii ſolerent, libenter me, ut Brutus emitteretur, pro eo includi paterer.

Succedere vicarium muneri alterius. Cic. 5. Verr. 120. Unum & quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne vicarii quidem ſucceſſerint. V. SUCCEDO.

Eſſe alicujus vicarium alteri. Quintil. in Gladiatore.

Dominationis alienæ vicarius. Cic. ad Brut. 16.

Juris alieni vicarius. Cic. pro Cæcin. 57. Qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non ſit, abſitve Reip. cauſa, quaſi quidam pæne dominus, hoc eſt alieni juris vicarius.

Laboris miſerrimi vicarius. Apul. lib. 8.

Invenire vicarium regni. Cic. pro Sul. 26. Tamen hoc regnum appellabitur, cujus vicarius qui velit eſſe, inveniri nemo poteſt. Longe abeſt regni ſuſpicio.

Succedere vicarium diligentiæ alterius. Columel. lib. 11. cap. 1.

Subtrahere vicarium diligentiæ alterius. Cic. pro Muren. 80. Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ.

Vicarii etiam interdum ſunt, Qui in vicem aliorum exitio peſtique devoventur, ut in eorum caput expetant ea mala, quæ aliis erant eventura, ut in carmine devotionis, Eoſque vicarios pro me, fide magiſtratuque meo, & pro populo Romano, exercitibus, legionibuſque noſtris do, devoveo. Ex Turnebi Adverſ. 18 4.

VICARIĀNUS, a, um. Adj. Sidon. 1. 3. Civium deſidiam vicariano apice tranſcendit. i. e. Honore vicariæ præfecturæ.

VICISSIM, Adv. [[illegible], Gl. L. G.] Per vices. Ter. Eun. 4. 7. 45.

— Sanga, ita ut fortes decet
Militet, domique focique fac viciſſim ut memineris. Virg. 5. Ecl. 49.

Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus. Cic. 2. de Nat. Deor. 3. Quod ſi haberem aliquid, quod liqueret, tamen te viciſſim audire vellem, quum ipſa tam multa dixiſſem.

Terra uno tempore florere, dein viciſſim horrere poteſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 19.

Fari viciſſim. Virg. 6. Æn. 531.

Viciſſim, [[illegible]] Secundo loco, ſive Contrario. Cic. de Amicit. 30. Sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Ter. Heaut. 4. 3. 10.

Ita credo: ſed nunc, Clinia, da te mihi viciſſim:
Nam amici quoque res eſt videnda, in tuto ut collocetur.

Si ſint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus, quæque colimus, eſſe deos: viciſſimque ſi dii ſint, eſſe qui divinent. Cic. 1. de Divin. 9.

Exſpecto quid ille tecum, quid tu viciſſim. Cic. 16. Att. 3.

Experiri viciſſim. Virg. 3. Ecl. 28.

Mutuari ab aliquo, & ei viciſſim reddere aliud quippiam. Cic. de Fato, 3.

VICISSĀTIM, Adv. Idem: ſed antiquum eſt. Plaut. Pœn. prol. 46.

Ad argumentum nunc viciſſatim volo
Remigrare. Idem Stich. 4. 1. 27.

VICISSITŪDO, inis. f. [[illegible], [illegible]] Alternatio, mutatio ex alio in aliud, inquit Cic. lib. 5. Tuſc. 69. Idem de Amicit. 49. Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucundius. Ter. Eun. 2. 2. 45.

— hoc nunc dices.
Ejectos hinc nos, omnium rerum, heus! viciſſitudo eſt.

Viciſſitudo & mutatio ex alio in aliud. Cic. 5. Tuſc. 69. Inde eſt indagatio nata initiorum, & tanquam ſeminum, unde eſſent omnia orta, generata, &c. quæ vita, quis interitus, quæque ex alio in aliud viciſſitudo atque mutatio?

Dierum ac noctium viciſſitudines. Cic. 1. Tuſc. 68. Ut quum videmus ſpeciem primum candoremque cæli, deinde converſionis celeritatem tantam, quantam cogitare non poſſumus, tum viciſſitudines dierum atque noctium.

Laboris ac voluptatis viciſſitudo. Cic. pro Muren. 76.

Diurnæ nocturnæque viciſſitudines. Cic. 1. de Invent. 59. Verum ad utilitates quoque rerum omnium, ſunt accommodatæ & diurnæ nocturnæque viciſſitudines, nulla in re unquam mutatæ quicquam nocuerunt.

Aufert tædium viciſſitudo. Cic. 3. de Orat. 101. Horum viciſſitudines efficient, ut neque ii ſatientur, qui audient, faſtidio ſimilitudinis: nec nos id quod faciemus, opera dedita facere videamur.

Ad actionis ſuavitatem, quid eſt viciſſitudine, & varietate & commutatione aptius? Cic. 3. de Orat. 223.

VICISSĬTAS, ātis. f. Idem: ſed antiquum. Actius Phœniſſis, Viciſſitatemque imperandi tradidit. Nonius 2. 893.

VICTĬMA, æ. f. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Quæ poſt victoriam dextra victrice immolabatur. Ovid. 1. Faſt. 335.

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur.

Frequenter pl. Victimæ. [[illegible], Gl. L. G.] Cic. 1. Att. 8. Ego enim te arbitror cæſis apud Amaltheam tuam victimis, ſtatim eſſe ad Sicyonem oppugnandum profectum.

Amplior victima. Senec. Herc. fur. v. 922.

— victima haud ulla amplior
Poteſt, magiſque opima, mactari Jovi,
Quam rex iniquus.

Devota victima. Hor. 3. Carm. 23. 10.

Impatiens ſacri victima. Lucan. lib. 1. 606.

Maxima victima taurus. Virg. 2. Georg. 147.

Melior victima, Cum prima hoſtia non litabatur, aut effugerat, & ſuccidaneæ hoſtiæ immolabantur ad deos placandos, meliores dari dicebantur. Virg. 12. Æn. 296.

Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis. Quo & proverbium Græcum pertinet, [illegible]. Turnebus, 14. 4.

Sacra victima. Juven. 12. Sat. 113.

Cadet nivea victima ante aras. Senec. Agamem. 6.

Litare victimas. V. LITO.

Mactata victima. Senec. Octav. 4.

Mactare victimam gratiorem. Cic. pro Flacc. 99. Quam poteſtis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum conjugumque veſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepelire conatus eſt, mactare victimam gratiorem, quem, &c.

Præbere ſe victimam alicui. Cic. 2. de Finib. 61. Neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens Conſul cecidiſſet in prælio, ſeque e continenti genere tertiam victimam Reip. præbuiſſet.

VICTIMĀRIUS, a, um. Adj. ut Negotiator victimarius, Qui victimas vendebat. Plin. lib. 7. cap. 12. Et Scipioni in ſervo Serapione, victimarii negotiatoris vili mancipio. Vetuſtum exemplar manu ſcriptum hic aliter legit & diſtinguit, necnon pro Victimarii negotiatoris. Suarii legit.

VICTIMARIUS, i. m. [[illegible], [illegible], Gl. L. G.] Victimarum miniſter, qui in ſacrificiis victimas ligabat, cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua, quæ ſacris erant neceſſaria. Valer. lib. 1. cap. 1. Libros Petilius, Prætor Urbanus, ex auctoritate Senatus, per victimarios facto igne, in conſpectu populi cremavit. Liv. 40. 29. Libri in comitio, igne a victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.

VICTĬMO, āre. Apul. 7. Met. p. 192. Elmenh. Hircum Marti victimant. Hoſtiam victimare. Idem 7. Met. p. 197.

VICTITO, V. VIVO.

VICTORIA, VICTORIATUS, VICTRIX, VICTUS, Partic. V. VINCO.

VICTUS, ûs. m. V. VIVO.

VICUS, i. m. [[illegible], [illegible]. Gl. L. G. & G. L. [illegible], [illegible], L. G.] Pars urbis eſt, quæ ex multiplicatis domibus fit: & ex pluribus vicis urbs conſtat. Dividitur enim urbs in vicos, quaſi in membra minora. Cic. pro Milon. 65. Nullum in urbe vicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta domus. Hor. 2. Epiſt. 1. 269.

Deferar in vicum vendentem tus & odores.

Vicus ex domibus conſtat. In oppido vici, inquit Varro L. L. 4. 32. A via, quod ex utraque parte viæ ſunt ædificia. Vici Romæ fuiſſe dicuntur quadraginta. Hor. 1. Serm. 9. 13.

— cum quidlibet ille
Garriret, vicos, urbem laudaret, &c.

Africus vicus, Varr. L. L. 4. 32.

Ciprius vicus. Varro ibid. & in CIPRIUS.

Coſconius vicus. Varro ibid.

Publilius vicus. Varro ibid.

Sceleratus vicus. Varro ibid. Ovid 6. Faſt. 610. V. SCELUS.
Tuſcus vicus. Varro L. L. 4. 8. V. TUSCUS.
Ædificare vicos. V. ÆDIFICO.
Omnibus vicis ſtatuæ factæ ſunt. Cic. 3. Off. 80.
Magiſter vici. Martial. lib. 10. 79. V. Suet. Aug. cap. 30. & Tiber. cap. 76. V. MAGISTER.
Vicus ruri, ſive ruſticus dicitur, quum plures ſimul villæ, quæ & ipſæ ruſticæ dicuntur, hoc eſt plures ruſticanæ domus conjunctæ ſunt, & aliquo ſpatio remotæ ab urbe, dummodo non ſint clauſæ mœnibus. Cic. 14. Fam. 1. Quod ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum venditurum, quid, obſecro, te (me miſerum) quid futurum eſt? Idem 1. Att. 3. Quod ſi aſſequor, Craſſum divitiis ſupero atque omnium vicos & prata contemno. [Gloſſ. Græcolat. κώμη, Villa, Caſtellum, vicus.
Concurſus ſiunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus. Cic. 5. Att. 16.
Conſcribere ſervos ex omnibus vicis concitatos. Cic. pro Domo 54.
VICĀNUS, a, um. Adj. [κωμητικός, Gl. L. G.] Qui in vico ruſtico habitat. Cic. 1. de Divin. 132.
Non habeo denique nauci Marſum augurem,
Non vicanos haruſpices, non de circo aſtrologos. Ex poeta. Idem pro Flacc. 8. Tmolites ille, vicanus homo, non modo nobis, ſed ne inter ſuos quidem notus, vos docebit qualis ſit L. Flaccus.
VICANEUS, & VICANAUS, i. m. [κωμήτης, Gl. L. G.] Saresb. 8. 21. Tanquam vicaneos tributa perſolvere præcepit.
VICŬLUS, i. m. [κωμίδιον] dimin. accipitur pro Pago & ruſticanis domibus. Liv. 21. 33. Caſtellum, viculoſque circumjectos capit. V. Vopiſc. Aurel. cap. 3.
VICĀTIM, [κωμηδόν, Gl. G. L.] Adv. Per vicos. Siſen. Hiſt. lib. 3. Cum complures menſes barba immiſſa & intonſo capillo, lugubri veſtitu populum vicatim flens una cum liberis circumiret. Nonius 2. 916.
Conſcribere homines vicatim. Cic. pro Sext. 34. Adde Hor. Epod. 5. 97. Suet. Cæſ. cap. 41. & Tacit. 2. Hiſt. 95. & Plin. 6. 26.
VICĪNUS, i. m. [γείτων, Gl. L. G. & C. L.] Qui eundem locum colit, & prope domum noſtram habitat. Cic. 8. Att. 6. M. Lepidus vicinus noſter.
Finitimus ac vicinus. Cic. pro Sull. 158.
Anniverſarii vicini. V. Anniverſarius, in ANNUS.
Bonus vicinus. Hor. 2. Epiſt. 2. 132.
Interior vicinus. Cic. 2. Q. fratr. 2. Et mediocri me dolore putas affici, quum audiam qua ſit exiſtimatione Virgilius, quæ tuus vicinus Cn. Octavius? Nam ſi te interioribus vicinis tuis Cilluenſi & Syriaco anteponis, valde magnum facis.
Proximus vicinus. Cic. 2. Att. 14. C. Arrius proximus eſt vicinus, immo iſta quidem jam contubernalis.
VICINA, æ. f. [γείτων] Gloſſ. Græcolat.
VICĪNUS, a, um. Adj. ut, Vicinum malum, i. e. Proximum. Plaut. Merc. 4. 4. 32. Virg. 9. Ecl. 28.
Mantua, væ miſeræ! nimium vicina Cremonæ.
Jurgia vicina. Cum vicinis. Hor. 2. Epiſt. 2. 171.
Oppidum vicinum. Hor. Epod. 5. 44.
Pecoris vicini contagia. Virg. 1. Ecl. 51.
Terra vicina mihi. Ovid. 3. Triſt. 4. 52.
Villa vicina. Hor. 1. Serm. 5. 79.
Urbes vicinæ. Virg. 1. Georg. 510.
In vicino ſunt terræ. V. IN.
Dialectica vicina & finitima rhetoricæ. Cic. in Orat. 113.
Mala ſunt vicina bonis. Ovid. de Rem. Amor. 323.
Partus vicinus, Inſtans, propinquus. Stat. 1. Achil. 612.
Vicina ad pariendum. Cic. 3. Verr. 48.
Compar. Ovid. 6. Faſt. 275.
Ni convexa foret, parti vicinior eſſet. Subaudi Alicui.
VICĪNE, Adv. Superl. Auguſt. de Doctrin. Chriſtian. 1. 23. Viciniſſime frui.
VICINITAS, ātis. f. [γειτνία, γειτνίασις] Vicinorum propinquitas. Ter. Heaut. 1. 1. 4. Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas, &c.
Amicitiæ, conſuetudines, vicinitates. Cic. Poſt red. ad Quir. 3.
Silvæ vicinitas. Plin. lib. 4. cap. 16.
Cum civibus vicinitas. Cic. 5. de Finib. 65. Serpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus cum civibus.
Cum eo mihi vicinitas & magnus uſus eſt. Cic. pro Cluent. 49.
Meretricia vicinitas. Cic. pro Cœl. 37. Cur te in iſtam vicinitatem meretriciam contuliſti?
Vicinia, Vicinorum multitudo. Cic. 6. Verr. 96. Signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur. Idem pro Roſc. Amer. 134. Cantu vocum & nervorum & tibiarum, nocturniſque conviviis tota vicinitas perſonet. Cic. pro Cluent. 11. Pater hujuſce, Judices, homo non ſolum municipii Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, æſtimatione, nobilitate facile princeps.
Vicinitates & confinia. Cic. 2. Off. 63. In omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, &c.
Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur. Cic. 4. Acad. 138. Nam qui ſummum bonum dicant id eſſe, ſi vacemus omni moleſtia, eos invidioſum nomen voluptatis fugere, ſed in vicinitate verſari. i. e. Parum abeſſe a nomine voluptatis; vel qui potius voluptatis quam virtutis ſtudioſi dicantur.
Oris vicinitatem nares non ſine cauſa ſecutæ ſunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 141.
Artium ſtudiorumque quaſi finitima vicinitas. Cic. de Clar. Orat. 150. V. Exulcerare gratiam alicujus, in EXULCERO.
Numinis vicinitas. Plin. lib. 21. cap. 18.
Virtutibus ac vitiis vicinitas quædam eſt. Quintil. lib. 3. cap. 6.
VICINITUS, Adv. Theod. Cod. l. 15. tit. 1. Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur.
VICINIA, æ. f. [γειτνία. Cl. L. G. γειτνίασις. γειτονεία, G. L.] Locus vicinus, ſeu ipſa vicinitas. Cic. 1. Tuſc. 37. Inde in vicinia noſtra Averni lacus.
Hic viciniæ, & Huc viciniæ. Plaut. Mil. 2. 3. 2.
Certe edepol ſcio me vidiſſe hic proximæ viciniæ, &c. V. HIC & HUC Adverbia.
Urbis vicinia. Columel. lib. 7. cap. 3.
Vicinia, Vicini. Hor. 1. Epiſt. 17. 44.
Sed videt hanc omnis domus, & vicinia tota.
Dives vicinia. Ovid. 3. Faſt. 189.
Reclamat vicinia rauca. Hor. 1. Epiſt. 18. 62. ad Scævam.
Solis vicinia mollit ceras, Propinquitas. Ovid. 8. Met. 225.
Rerum eſt tamen diverſarum quædam vicinia. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Lactis ad viciniam accedens aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.
Virtutum vitiorumque vicinia. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Ex alique rei vicinia. Quintil. lib. 3. cap. 10. vel 8. ut alii diſtinguunt.
Vicinia tropo cum tropo. Quintil. lib. 8. cap. 6. Eſt enim huic tropo cum ſynecdoche quædam vicinia.
VICINIUM, i. n. Senec. de Brevitate vitæ cap. 15. In vicinio verſatur invidia, ſimplicius longe poſita miramur. Alii legunt, In vicino.
VICINĀLIS, e. Adj. [γειτνιακός] Quod ad viciniam pertinet; ut Vicinales viæ. V. VIA.
Bella vicinalia. Juſtin. 41. 1. 9.
Vicinalis uſus. Liv. 21. 26.
VICĪNOR, āri. Propinquum eſſe. Sidon. 2. Epiſt. 11. Si nobis pro ſitu ſpatiiſque regionum vicinaremur. Et Cæl. Aurel. Acut. 2. 23. 90. Autumni tempus, quod Hiemi vicinatur.
VICĪNANS, antis. Partic. ut, Cordis vicinantis cauſa. Cæl. Aurel. Acut. 2. 14. 94.
Loca capiti vicinantia. Idem 2. 6. 27.
Serpyllum terræ vicinans. Macer 2. 9. 1.

V I D

VIDELICET, V. VIDEO.
VĬDEO, vidi, viſum. [βλέπω, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G. [illegible], G. L.] ēre. Oculorum actio & officium eſt. Cic. 7. Verr. 86. Jam hoc ipſo iſtum veſtitu Siculi civeſque Romani permulti ſæpe viderunt. Ovid. 9. Met. 602.
Vidiſſet lacrimas, vultus vidiſſet amantis.
Cernere & Videre. Cic. pro Milon. 79.
Venire, videre, & viſere. Cic. 9. Fam. 23. Sed tamen conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem, & cœnarem etiam.
Abſens abſentem auditque videtque. Virg. 4. Æn. 83.
Magis vidi. V. MAGIS.
Parum videre. V. Proſpicio parum, in PARUM.
Oculis ſuis videre. Ter. Eun. 4. 4. 11.
— hunc oculis ſuis
Noſtrarum nunquam quiſquam vidit, Phædria. Idem Adelph. 3. 2. 31. Certe, hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata. Cic. 3. Catil. 18. Ut eos pæne oculis videre poſſemus.
Oculis ſomnum videre. V. SOMNUS.
Oculis claris videre. V. CLARUS.
Vultu placido videre aliquem, Aſpicere. Tibul. lib. 2. 4. 59.
Manifeſta videre. Lucret. lib. 1. 855.
Pæne videre eſt, Propemodum videri poteſt. Hor. 1. Serm. 2. 101.
Videre, pro Vigilare. Ter. Eun. 1. 1. 28.
Et tædet & amore ardeo, & prudens, ſciens,
Vivus, videnſque pereo. Ubi Donatus, Videre pro Vigilare poſuit: ut etiam Virgilius, quum de Sileno dicit, 6. Ecl. 21.
— jamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Ergo Vivus, Non mortuus: Videns, Non dormiens. [Videns, i. e. Sentiens id ipſum me perire, quaſi oculis cernerem.
Diem videre, Attingere. Cic. 14. Fam. 1. Quem ego diem ſi videro, & ſi in veſtrum complexum venero, ac ſi & vos & meum recuperaro, ſatis, magnum mihi fructum videbor percepiſſe & veſtræ pietatis & meæ.
Ingratum quippiam videre, h. e. Videre aliquid quod nobis non placeat. Ovid. 2. Met. 780.
Licet videre. Cic. 1. Off. 44. Videre etiam licet pleroſque, non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos.
Videre, fere pro Una eſſe vel congredi. Cic. 1. Fam 9. Quippe qui etiam Ravennæ Craſſum ante vidiſſet, ab eoque in me eſſet incenſus. Idem 6. Att. 2. Ego (ut ſpero) propediem te videbo.
Videre aliquem, Convenire, Alloqui. Cic. 4. Att. 12. Graviter ſe acturum cum Aquilio, confirmavit. Videbis ergo hominem. Et 12. Fam. 15. Septimium vide, & Lænatem, & Statilium.
Vidit hic annus Ventidium. V. ANNUS.
Animo aliquid videre. Cic. 4. Acad. 125. Etſi nunc, aut ſi etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinſecus animos noſtros per corpus irrumpere.
Somnia videre, Somniare. Ovid. 9. Met. 474.
Video, Abſolute, de viſu per inſomnium. Tacit. 2. Ann. 14. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque ſe operatum.
Cauſas videre, Intelligere. Lucret. lib. 1. 154.
Videre, Animadvertere. Cic. 1. Verr. 48. In clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum atque exercitatum.
Inſidias alicujus videre. Ovid. 1. de Arte Am. 766.
Spem videre. Ter. Heaut. 4. 1. 46.
Vitium videre in aliquo. Ovid. 2. Amor. 19. 9.
Videre, Prævidere, prænoſcere. Cic. 4. Fam. 9. An tu non videbas mecum ſimul quam illa crudelis eſſet futura victoria? Idem 10. Philipp. 17. An vero, ſi quid eſſet quod a M. Bruto timendum videretur, Panſa id non videret? aut ſi videret, non laboraret?
Animo videre, Prævidere. Cic. 6. Fam. 3. Summa tamen eadem eſt, & idem exitus, quem ego tam video animo, quam ea quæ oculis cernimus.
Futura videre & divinare. Cic. 15. Fam. 15. Sed ſunt ea conſequuta, ut magis mirum ſit accidere illa potuiſſe, quam nos non vidiſſe ea futura, nec homines cum eſſemus, divinare potuiſſe.
Ventura videre. Virg. 2. Æn. 125.
Videre in futurum. Liv. 6. 18.
Videre, Parare. ut, Prandium alicui videre. Cic. 5. Att. 1. Anteceſſerat Statius, ut prandium nobis videret. h. e. Pararet, curaret. Sic ad eundem lib. 14. 21. Quare talaria videamus, quidvis enim potius quam caſtra. i. e. Paremus talaria, ut hinc abeamus.
Videre, Attendere, curare aut intelligere, cognoſcere & perficere. Ter. Heaut. 4. 2. 3.

Digitized by Google

Niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex. Idem And. 2. 2. 36.

Niſi vides, ni ſi ſenis amicos oras, ambis: &c. Cic. 16. Fam. 8. Navem idoneam ut habeas, diligenter videbis; unum illud, mi Tiro, videto, ſi me amas, ne &c. Et 2. Att. Tu iſta omnia vide & guberna.
Sed id quoque videbimus. Cic. 2. Att. 7.
Conſiderare & videre. Cic. 7. Verr. 175. Quamobrem te quoque, Hortenſi, quia monendi locus eſt, ac hoc loco moneo, videas etiam atque etiam, & conſideres, quid agas, quo progrediare, quem hominem & qua ratione defendas.
Intelligere & videre. Cic. 6. Fam. 5. Non mihi ſumo, ut plus ipſe proſpiciam, quam te videm atque intelligere mihi perſuaſerim.
Videre de, Diſpicere, Anquirere. Cic. 4. de Fin. 8. De ſummo bono, mox, ut dixi, videbimus.
Plus videre, i. e. Magis ſapere, rectius conſulere. Cic. 6. Fam. 4. Vidiſſe me plus, quam ceteros. Adde Ter. Heaut. 3. 1. 97.
Quid de illa reſpondeat videat. Cic. 3. Verr. 12.
Videro, pro Cavebo, & attente conſiderabo. Ter. And. 2. 6. 25. Ego iſtæc recte ut fiant videro. Cic. pro Cæl. 35. Videro hoc poſterius. Idem 6. Verr. 36. Compone hoc quod poſtulo de argento: de reliquo videro.
Valde videro Cic. 9. Att. 12. Valde videro, & conſideratius utilitati noſtræ conſuluero.
Viderit [ὄψεται, Gl. L. C.] i. e. Videat, hoc eſt, Hujus rei illi cura ſit, vel hujus opinionis rationem reddat, non ego, inquit Valla in Raudenſem. Sic Videris, viderimus, videritis, viderint. Cic. 4. Acad. 19. Epicurus hoc viderit, & multa alia. Idem ad Brut. 2. Sed de hoc tu videris. Et pro Quint. 55. Viderint, inquit iſta officia viri boni: de me iſta conſiderent.
Utilitas viderit. Ovid. 5. de Arte Am. 671. i. e. Num utilia ſint, quæ præcipio, alii diſpiciant & curent.
Quid concupiſcas, tu videris: quod concupiveris certe habebis. Cic. 3. Philipp. 35.
Videndum eſt ne. Cic. 1. Off. 28. Videndum eſt ne non ſatis ſit juſtos ei, &c. Ter. Hec. 5. 1. 3. i. e. Providendum, cavendum.
Viden', pro Videſne. Ter. Eun. 2. 2. 10. Viden' me ex eodem ortum loco? Et Virg. 6. Æn. 779. —viden' ut geminæ ſtant vertice criſtæ?
Videbis, pro Videbit quis. Virg. 4. Æn. 490. — mugire videbis
Sub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos.
Vide, [ἰδὲ, βλέπε, Gl. L. G.] ſtomachantibus convenit, qui indignatione coguntur quaſi cum aliquo colloqui. Ter. Phorm. 2. 3. 11. Avaritia vide quid facit. Sic in Adelph. 5. 1. 5. Illud ſis vide exemplum diſciplinæ.
Vide modo, inquis: non me hercules. Cœlius Cic. 8. Fam. 2. pr.
Vide ut incedit. Plaut. Aul. 1. 1. 7. Ironia.
Me vide, phraſis comica: pro, Ad me aſpicito, certum id habeto. Ter. And. 2. 2. 13.
Iſtuc ipſum. D. atque iſtoc ipſum nihil pericli eſt, me vide. Idem Phorm. 4. 4. 50. Fient, me vide. [Quod vulgo dicunt, *Sine me facere.*
Hoc vide, præmonentis, & conſulentis. Ter Heaut. 2. 3. 74.
Hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quæſitum, ſcelus?
Quantum fallam vide. Cic. 1. de Finib. 15.
Quid agas vide, Non terrentis eſt, ſed excitentis. Ter. Phorm. 2. 2. 32.
Senex adeſt: vide quid agas, prima coitio eſt acerrima.
Vide ut. Ter. Heaut. 4. 1. 4. At vide, ne ſatis modo contemplata ſis. i. e. Cave ne non ſatis. Alii non habent Vide.
Vide ne. Cic. 1. Tuſc. 85. Illud angit, vel potius exacuit, diſceſſus ab omnibus his, quæ ſunt bona in vita. Vide ne a malis dici verius poſſit. Idem 4. Acad. 62. Vide quæſo etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum, a te ipſo minuatur auctoritas.
Vidĕ ſis, pro Vide ſi vis. Perſ. Sat. 1. 108.
—vide ſis ne majorum tibi forte
Limina frigeſcant. Sumptum a comicis, ut Apageſis, in qua diſtinctione tanquam per hyphen legenda ſit, poeta mediam corripuit. Ter. Heaut. 2. 3. 128.
VIDEOR, [δοκῶ, Gl. G. L.] pro Speciem offero, ſpeciem habeo, & præ me fero. Ter. Eun. 5. 2. 61.
Perum perſpexiſſe ejus videre audaciam. Idem Heaut. 3. 1. 81.
Videre verum, atque ita res eſt, dicere.
Meruit formoſa videri. Ovid. 4. Met. 319.
Mihi videris. Cic. 1. Acad. 26. Tu vero inquam, Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus. Hor. 1. Epiſt. 7. 91.
Videor, pro eo quod barbare dicitur, *Videtur mihi quod.* Cic. 15. Fam. 2. Eaque vos ſtudioſius feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi ſigna videor virtutis, ingenii, fidei, benevolentiæque erga vos perſpexiſſe. Virg. 3. Æn. 174.
Videor, pro Mihi videor, neſcio an Cic. dicat. Perion. in Epiſtola præfixa libro de Linguæ Gall. origine, ejuſque cum Gr. cognatione, in principio, Id ego quatuor libris tam aperte demonſtraſſe videor, ut nec quenquam &c. Atqui hic eſt ambiguum. At Cic. non puto ita uti, ſaltem ubi eſt ex parte ambiguitas. H. St.
Si quid eſt in me, quod jam ſperare videor, quoniam, &c. Cic. 2. de Orat. 122.
Mihi videbor. Cic. 14. Fam. 2. Quod de domo ſcribis, hoc eſt de area, ego vero tum denique mihi videbor reſtitutus, ſi illa erit nobis reſtituta.
Perſpicere videor mihi primum ipſius animum, qui plurimum poteſt, propenſum ad ſalutem tuam. Cic. 4. Fam. 13.
Videor enim videre ementem te ruſticas res, cum villico loquentem. Cic. 16. Fam. 21.
Videre videor jam diem illum, quum hinc egeos. Ter Adelph. 5. 3. 30.
Videre videor mihi hanc urbem, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, ſubito uno incendio concidentem. Cic. 4. in Catil. 11.
Ut videmur. Cic. 5. Att. 18. Simus animis: & quia conſiliis, ut videmur, bonis utimur, ſperemus.
Viſus ſum audire. Plaut. Aul. 5. 2. 4.
Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire viſus ſum.
Viſus ſum mihi cum Galba ambulare. Cic. 4. Acad. 5.
Viſus ſum videri. Plaut. Curc. 2. 2. 10.
Hac nocte in ſomnis viſus ſum viderier.
Viſus eſt mihi dicere. Ter. And. 1. 5. 20.

—id mihi viſus eſt dicere, abi cito, & ſuſpende te.
Videri pro nihilo. Cic. 2. de Finib. 43. Quæ quum Ariſtoni & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo, &c. i. e. Nihili æſtimata ab eis.
Videtur [δοκεῖ, φαίνεται, Gl. L. G.] frequenti in uſu, pro Apparet. Videtur mihi, [δοκεῖ μοι, φαίνεταί μοι, Gl. L. G.] pro Statuo, Cenſeo.
Videtur mihi, pro Placet, cum Infinitivo. Cic. 1. Off. 56. Quum Pompilio videretur unam dimittere legionem, &c.
Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat & longius, videre ſe ad meliora proficiſci: ille autem, cujus obtuſior ſit acies, non videre? Cic. de Senect. 83.
Poſſe dici mihi videtur, valere libertatem. Ulpian. in l. Fidei commiſſa libertas, in princip. D. de fideicom. libert.
Videtur ita mihi, Ita cenſeo. Plaut. Ciſt. 4. 2. 62. Ter. Phorm. 2. 4. 10.
— mihi
Sic hoc videtur, quod te abſente hic filius egit, &c.
Si videtur, Si placet. Cic. 14. Fam. 7. Si tibi videbitur, villis iis utere, quæ longiſſime aberunt a militibus. Idem 7. Fam. 24.
Quibus videbitur. Cicero, Quibus tibi videbitur, velim des litteras nomine meo. h. e. Quibus tibi videbitur dandas eſſe. Idem pro Rabir. 20. Fit ſenatuſconſultum, ut C. Marius, L. Valerius Conſules adhiberent Tribunos plebis, & Prætores, quos eis videretur.
Magnopere videtur. V. in MAGNUS.
Viſum eſt illi. Plaut. Epid. 4. 2. 29.
Quid ſi ſervo aliter viſum eſt? non poteras noviſſe, obſecro. Cic. 5. Att. 17. Sextius ad me ſcripſit quæ tecum eſſet de mea domeſtica & maxima cura loquutus, quid tibi eſſet viſum.
Cælitibus non ita viſum eſt. Ovid. 4. de Pont. 9. 39.
Dis aliter viſum. Virg. 2. Æn. 428.
Superis viſum. Virg. 5. Æn. 2.
Viſum eſt faciendum, vel ut facerem. Cic. 4. Fam. 12.
Videri feciſſe. Illud memorabile, inquit Budæus, quod in ſententiis ferendis, non reum Crimen admiſiſſe pronuntiabant, ſed Admiſiſſe videri. Id quod a Cicerone ſignificatur 7. Verr. 14. quo in loco Verri objicit, quod fugitivos bellum molientes in Italia comprehenſos de conſilii que ſententia damnatos, ipſe poſt pœnæ exemerit. O præclarum (inquit) Imperatorem, &c. Comprehendi juſſit: quis non pertimeſcat? cauſam dicere dominos. Quid ſervis tam formidoloſum? Feciſſe videri, pronuntiavit: ortam videtur flammam paucorum dolore ac morte reſtinxiſſe. Quid deinde ſequitur? verbera atque ignes: & ad metum ceterorum, cruciatus & crux, hiſce omnibus ſuppliciis ſunt liberati. Sic Plin. lib. 14. cap. 13. Cn. Domitius judex pronuntiavit Mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſa, viro inſciente: ac dote mulctavit. Cujus rei exemplum eſt in cap. pri. Ad Turpil. Quæri (inquit Marcianus) poſſit: ſi ita fuerit interlocutus, L. Titius temere videtur accuſaſſe: an calumniatorem pronuntiaſſe videatur. Idque non in judicando modo priſci, ſed teſtificando etiam obſervabant. Cujus inſtituti originem ex Academicorum opinione emanaſſe, Cicero docere videtur circa finem Academicarum quæſtionum, nimirum lib. 4. De Acad. (146.) enim loquens, qui ſcientiam ea catalepſi ortam, a rebus humanis tollebant, ita inquit: Quam rationem majorum etiam comprobat diligentia: qui primum jurare ex ſui animi ſententia quemque voluerunt: deinde teneri, Si ſciens falleret, quod inſcientia multa verſaretur in vita, tum qui teſtimonium diceret, ut Arbitrari ſe diceret etiam, quod ipſe vidiſſet: quæque jurati judices cognoviſſent ut ea, non Eſſe facta, ſed ut Videri, pronuntiarent. Ea eo more eſt illud Ulpiani tractatu De jure fiſci, in l. Quum quidam capitis reus emancipaſſet filium ut hæreditatem adiret: reſcriptum eſt, Non videri in fraudem fiſci factum, quod acquiſitum non eſt. De teſtimonii dicendi more exemplum eſt in oratione Cic. pro Cæcin. 75. Iſte veſter teſtis auſus eſt dicere, feciſſe videri eam, de quo ne cujas ſit argueretur quidem ſcire potuiſſet.
Videbitur, Impersonale. Plaut. Aſin. 3. 3. 94.
Da mihi iſtas viginti minas: vides me amantem egere.
LE. Videbitur. i. e. Videbo, diſpiciam.
VIDENDI, VIDENDO, VIDENDUM; gerundia. Virg. 1. Ecl. 27.
Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?
Avidus videndi. Ovid. 10. Met. 56.
Copia rara videndi. Tibul. lib. 2. 5. 85.
Inſatiabilis cupiditas veri videndi. Cic. 1. Tuſc. 44.
Dare ſe videndum populo. Ovid. 3. de Arte Am. 42.
Offerre ſe videndum alicui. Virg. 2. Æn. 589.
Videndo, gerundii modus a paſſivo. Virg. 3. Georg. 215.
Carpit enim vires paulatim, uritque videndo
Femina, nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbæ. h. e. Dum videtur, ut ajunt Servius & Valla.
VISU, ſupinum. ut Deformia viſu. Ovid. 3. de Arte Am. 217.
Facilis viſu. Virg. 3. Æn. 621. de Polyphemo.
Ferum viſu dictuque. Sil. lib. 1. 175.
Miſerabile viſu. Virg. 1. Æn. 115.
Terribiles viſu formæ. Virg. 6. Æn. 277.
Teonis viſu. Stat 8. Theb 86.
VIDENS, entis. Partic. Ter. Heaut. 5. 1. 40. Se vidente amicam pati ſuam, &c.
Procul videntes, i. e. Spectantes. Flor. 5. 5. 16.
VIDENDUS, a, um. Partic. [ὁρατέος] ut, Cuncta videnda ſunt animo. Ovid. 3. Triſt. 4. 58.
Probus videnda meis oculis. Ovid. 3. Amor. 14. 44.
VISUS, a, um. Partic. [ὀφθείς. Gl. L. C. & C. L.] Ter. Heaut. 5. 2. 9.
Viſa vero eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. Idem Hec 3. 1. 38 Matris vox viſa eſt Philumenæ. Ubi Donatus, Omnia hæc, quæ ſenſu percipi poſſunt, Viſa dicimus. [Ubi ſcilicet, non Partic. Paſſ. vim habet, ſed Perf. verbi Videor eſt, & ſignificat Apparuit.
Non magnopere viſu. V. MAGNUS.
Oculis meis viſa eſt. Ovid. 5. de Pont. 3. 18.
Formæ viſæ correptus imagine. Ovid. 3. Met. 416.
Imago viſa mihi ante oculos. Virg. 2. Æn. 773.
Male viſa, pro Inviſa, Vide Inviſus. H. St. V. MALE.
Via viſa eſt pedum. Ter. Phorm. 2. 2. 12.
Non ita eſt. factum eſt periculum, jam pedum viſa eſt via.
Viſos vultus agnoſcere. Ovid. 1. de Pont. 10. 25.
Senſibus viſa, Apparentia. Lucret. lib. 4. 468.

Viſo eſt opus. Plaut. Capt. 2. 1. 29. ut Facto &c.
VISURUS, a, um. Partic. [ὀψόμενος] Qui videbit.
Viſuros, Ad videndum miſſos, dixit Salluſtius, teſte Quintil. lib. 9. cap. 3.
Abies caſus viſura marinos. Virg. 2. Georg. 68.
Dies belli viſura tumultus. Lucan. lib. 1. 233. conf. in VISO.
VISUM, i. n. [ὄραμα, Gl. L. G. θέα, θέαμα, ὄψις, G. L.] pro Eo quod videmus: ut, Referre viſa. Ovid. 3. Faſt. 40.
Turpia viſa. Propert. lib. 2. 6. 28.
Viſum, [ἐνύπνιον, Gl. L. G. ὄνειρος, G. L.] Somnium, & nocturnum, ſive etiam diurnum phantaſma, quod etiam vigilantibus apparet. Virg. 4. Æn. 456.
Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori eſt. Cic. 1. Acad. 39. Senſus junctos eſſe cenſuit a quadam quaſi impulſione, oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos viſum appellemus.
Viſum eſt enim tale objectum dormienti, ut id, quod evenit, naturæ vis, non opinio erroris effecerit. Cic. 2. de Divin. 143.
Viſa, pl. [ὁράματα, Gl. L. G.] Cic. 1. de Divin. 61. Huic omnia viſa objiciuntur a mente ac ratione vacua.
Somniorum viſa. Cic. 1. Tuſc. 97. Quamobrem ſive ſenſus extinguitur, morſque ei ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert.
A dormientibus multa ſignificata viſis. Cic. in Topic. 77.
Cur, ſi deus iſta viſa nobis providendi cauſa dat, non vigilantibus potius det, quam dormientibus. Cic. 2. de Divin. 126.
VISIO, ōnis. f. [ὀπτασία, ὅραμα, Gl. G. L.] Id quod videtur. Cic. 4. Acad. 33. Nec poteſt iis, cui eſt viſio veri falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omnino veritatis notam. Idem 4. Tuſc. 42. Falſaque ejus viſione ac ſpecie moveri homines dico vehementius.
Adventitia viſio. V. ADVENIO.
Viſio, [φαντασία, Gl. L. G. & G. L. φαντασμα, ὄπτησις, G. L.] Phantaſia etiam dicitur. Quintil. lib. 6. cap. 2. Quas phantaſias Græci vocant, nos ſane Viſiones appellemus, per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis ac præſentes habere videamur.
Inanes viſiones. V. INANIS.
Viſio [δόκησις, Gl. G. L.] apud JCtos idem eſt quod Quæſtio ſeu θεωρία, l. 25. §. 15. de Hæredit. petit. Tribus viſionibus relatis. V. Gothofredi notas, & conf. Tertull. de Anima cap. 9.
VISUS, ûs. m. [ὄψις, Gl. L. G. & G. L. ὅρασις, ὄψεως, G. L.] Aſpectus. Plin. lib. 8. cap. 22. Sed in Italia quoque creditur luporum viſus eſſe noxius.
Connexus viſus. V. CONNECTO.
Torvus viſus. Stat. 10. Theb. 834.
Abducere viſum. V. ABDUCO.
Auferre viſus agris, Obſcurare agros. Stat. 11. Theb. 134.
Effugere viſus alicujus. Ovid. 3. Faſt. 406.
Hærere immoto viſu. Stat. 5. Theb. 723.
Intercludere viſus proſpectu. Stat. 6. Theb. 205.
Laſſari inani viſu. Valer. 2. Argon. 707.
Prælibare vultus alicujus viſu. Stat. 2. Achil. 88.
Satiare lumina longo viſu. Stat. 4. Silv. 6. 34.
Sparſus viſus per omnia. Stat. 5. Theb. 546.
Subdere aliquid viſu oculorum. Lucret. lib. 5. 102. Viſu, pro Viſui.
Umbratus viſus. Sil. lib. 13. 342.
Quod præpinguis fuerit viſus. Intelligo n. dici, Fuiſſe illi viſum præpinguem. Quorſum enim diceret, Illum fuiſſe viſum præpinguem? quaſi vero non fuerit quidem talis, ſed viſus fuerit tantum. H. St. Loci notatio reſecta cultro emendatæ. Sunt autem Suetonii verba in Galba cap. 3. Mira autem loci iſtius enarratio eſt, quaſi ibi τὸ Viſus ſubſtantivum, non Participium ſit. V. GALBA.
Viſus eſt potentia obtutus. Quintil. lib. 1. cap. 3. An poteſt eſſe ulla tam perpetua diſcentis intentio, quæ non ut viſus oculorum obtutu continuo fatigetur?
Orbus viſûs. Orbus oculorum. Sil. lib. 13. 726.
Acer viſus. V. ACER, Adj.
Alacres viſus, Oculi. Serenus cap. 13.
Summa boni eſt alacres homini contingere viſus, &c.
Hebes viſus. Sen. Herc. fur. v. 653.
Hebeteſque viſus vix diem inſuetum ferunt.
Inoccíduis viſibus ſtellatus Argus, h. e. Oculis nunquam dormientibus. Stat. 6. Theb. 277.
Inoffenſi viſus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 116.
— & late pervius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus. h. e. Oculos, quos nihil remoratur, aut impedit, quin acie tranſmiſſa deprehendant interiora lericam.
Puri viſus dempta caligine, Oculi. Serenus cap. 13.
Decipere viſus alicujus. Sen. Herc. fur. 9.
Deprendere aliquid viſu. Valer. 1. Argon. 464. de Lynceo.
Dirigere viſus aliquo. Claud. 2. in Eutrop. 133.
Ducere viſus per omnia. Stat. 1. Silv. 3. 52.
Fallere viſum. Plin. lib. 9. cap. 52.
Fallit imago dubia viſus meos. Sen. Agamem. 10.
Ferre viſus per membra alicujus, Contemplari membra. Stat. 4. Silv. 6. 40.
Flectere viſus aliquo. Stat. 10. Theb. 813.
Fugere viſus alicujus. Ovid. 2. Faſt. 80. i. e. Non videri poſſe.
Habere viſum illuſtrem. V. ILLUSTRATUS.
Hebetat viſus mæror. Sen. Herc. fur. 12.
Marcens viſus. Deficiens, Languidus. Sen. Agamem. 8.
Metiri aliquid viſu. Stat. 10. Theb. 834.
Movere viſum. Lucret. lib. 6. 165.
Obliquare ſuperbos viſus. Stat. 1. Achil. 323.
Perſtringere viſum. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Premere viſus alicujus, Claudere oculos. Stat. 2. Silv. 1. 172.
Prendere aliquid viſibus, Aſſequi oculorum acie. Stat. 4. Silv. 2. 31.
Viſus, pro Apparitionibus, ut vocant. Plin. lib. 7. cap. 22. Nam Cimbricæ victoriæ, Caſtoreſque Romani, qui Perſicam victoriam, ipſo die, quo contigit, nuntiavere, viſus, & numinum fuere præſagia. Liv. 26. Nocturnos viſus dixit.

Viſus, id quod videtur. Virg. 3. Æn. 36.
Rite ſecundarent viſus.
Defixus acerbo viſo. Valer. 8. Æn. 369.
Obſtupuit viſa Æneas. Virg. 5. Æn. 90.
Tremefactus viſu. Virg. 2. Æn. 382.
Turbatur ſubito Scipio viſu. Sil. lib. 13. 449.
Immundo ſomnia viſu. Hor. 1. Serm. 5. 84.
Nocturnos viſus. Tacit. 12. Ann. 13.
Viſus, Species. Cic. 1. de Nat. Deor. 12. Ex quo exſiſtit & illud, multa eſſe probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen, quia viſum quendam haberent inſignem & illuſtrem, his ſapientis vita regeretur.
VISOR, oris. m. [ἐφορος] Viſores, pro Inſpectoribus exploratoribuſque Tacit. 16. Ann. 2. Nec miſſis viſoribus, per quos noſceret an vera afferrentur.
VISIBILIS, e. Adj. [θεωρητικὸς, Gl. L. G. ὁρατὸς, βλεπτὸς, θεατὸς, G. L.] Quod videri poteſt. Plin. lib. 11. cap. 37. Oculi ceu vaſa quædam viſibilem animi partem accipiunt, atque tranſmittunt.
An Viſile? H. St.
VISIBILITER, Adv. Paulin. Nolan. Epiſt. 20. cap. 3. Et viſibiliter & inviſibiliter operaris, &c.
VISIBILITAS, ātis. f. [ὅρασις, φαντασία, Gl. L. G.] Fulgent. Virg. p. 150. edit. Munck. In picturis eſt viſibilitas, deeſt ſenſibilitas.
VISUALITAS, ātis. f. Viſio. Tertull. de Anima cap. 29. Contrarietates viſualitatis & cæcitatis.
VIDĒLICET, [δηλαδή, δηλονότι, Gl. L. G.] Adverbium confirmandi eſt, teſte Donato, ſignificat idem quod Videre licet: ſicut Scilicet, Scire licet: & Ilicet, Ire licet. De hoc ſic Valla; Scilicet & Videlicet, idem ſignificare videntur quod Certe: ſed habent uſum ſuum & præcipuam per amaritudinem quandam eam deriſa permiſtam. Nonnunquam poſt relativum, ſicut ſolet poni Quidem: nonnunquam & ante vel ſine relativo. Et hi ſunt fere modi utendi his duabus dictionibus apud doctiſſimos: apud quos vix reperias illum vulgo uſitatiſſimum modum, quum ea quæ confuſe dicta ſunt, per ſingula poſtea exponimus: quale eſſet, Quatuor ſunt virtutes, ſcilicet, vel videlicet prudentia, juſtitia, fortitudo, modeſtia. Hactenus Valla lib. 2.
Maluit videlicet homines peccare, quam deos. Cic. 4. Verr. 22.
Quidam magnus videlicet vir & ſapiens. Cic. 1. de Invent. 2.
Sapiens videlicet homo cum primis noſtræ civitatis. Cic. 2. de Orat. 124.
Videlicet, cum irriſione. Cic. 2. Philipp. 15. Tuos videlicet ſalutares Conſulatus, perniciosos meos. Idem 4. de Finib. 21. Hæc videlicet eſt correctio philoſophiæ veteris & emendatio, quæ omnino aditum habere nullum poteſt in urbem, in forum, in curiam.
Videlicet, ſine irriſione: pro Nimirum, certe, nam, enim. Ter. Heaut. 2. 3. 22.
— hic de noſtris verbis errat videlicet,
Quæ hic ſumus locuti. Idem Heaut. 3. 2. 3. Cic. 2. de Legib. 24. Caſte jubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia, nec tollit caſtimoniam corporis.
Videlicet, cum relativo. Cic. 3. de Finib. 31. Hæc naturam videlicet vult ſalvam eſſe ſe. Idem 2. de Legib. 14. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit eſſe perſuadere aliquid, &c.
Videlicet, pro Scilicet, ſive nempe. Cic. pro Sext. 28. Veniſſe tempus iis, qui in timore fuiſſent, conjuratos videlicet dicebat, ulciſcendis.
Et videlicet. Cic. 13. Att. 30. Sp. Mummium putaram in decem legatis fuiſſe, & videlicet: etenim, &c. i. e. Et videlicet puto ita eſſe.
Ut videlicet. Cic. pro Cluent. 128. & 129. Statuerunt enim ita majores noſtri ut ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur: ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Idem in Orat. 114. Ariſtoteles dicit rhetoricam quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ: ut hoc videlicet inter ſe differant, &c.
Nihil videlicet eſt eorum. Cic. pro Planc. 96.
Tu videlicet. Cic. 2. de Finib. 77. Hæc quum loqueris, nos barones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe rides.
Videlicet igitur. Cic. 5. Verr. 90. Videlicet igitur, non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniæ ereptæ. Vetus exemplar legit Gloriatur.
Videlicet, quod eſt Videre licet, vel videas licet, ſuæ originis caſum interdum retinet. Plaut. Stich. 4. 1. 49.
Videlicet parcum illum fuiſſe ſenem, qui dixerit. Iterum 4. 1. 51.
Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem, qui illico, &c. Idque eſt tanquam videre licet. Turnebus.
VISO, ſi, ſum, [βλέπω, ἐπισκέπτομαι, Gl. G. L.] ĕre. Ad videndum ire. Ter. And. 4. 2. 25. Ego hanc viſam. Liv. 3. 28. Ite muſis viſite agros veſtros, ferro ignique vaſtatos.
Quum laxati curis ſumus, ſpectare aliquid volumus & viſere. Cic. 1. Tuſc. 44.
Aliquem longo intervallo viſere. Cic. 1. Att. 3.
Orbem peregrinum viſere. Ovid. 1. Met. 94.
Reginam viſere. Hor. 1. Carm. 37. 25.
Viſo ad. Ter. Hec. 3. 2. 4. Nunc ad eam viſam.
Viſo ecquid. Plaut. Bacch. 4. 10. 9.
— nunc Mneſilochum, quod mandavi, viſo
Ecquid eum ad virtutem aut ad frugem opera ſua compulerit.
Viſo ſi. Ter. Eun. 3. 4. 7. Idque adeo viſam, ſi domi eſt.
Viſe redieritne jam, an nondum domum. Ter. Phorm. 2. 4. 5.
Viſo, Ad videndum venio, interprete Donato. Ter. And. 3. 3. 4. Id viſo, tune, an illi inſaniant. I. e. Ob id viſo te.
Viſo, junctum cum Venio, aut Eo, It; ſignificat Video. Plaut. Rud. 1. 2. 6.
Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere,
Ubi rem divinam ſe facturum dixerat. Al. Hac ad. Ter. Hec. 2. 2. 114. Noſtra illico it viſere ad eam, admiſit nemo.
Idem ſignificat junctum cum Gratia, Cauſa, Studio, & hujuſmodi. Ter. Hec. 3. 2. 7.
Non viſas, ne mittas quidem viſendi cauſa quenquam. Cic. 5. Tuſc. 9. Qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſa venirent, ſtudioſeque perſpicerent quid ageretur, & quomodo. [Apud Ter. puto eſſe ἐπισκέψεως.]
Viſendi ſtudio. Virg. 2. Æn. 63.
Undique viſendi ſtudio Trojana juventus
Circumfuſa ruit.

Viſere ii dicebantur, qui ordinaturi Provincias mittebantur. Vellej 2. 94. 3. Nec multo poſt miſſus ab eodem vitrico cum exercitu ad viſendas ordinandaſque, quæ ſub Oriente ſunt, provincias.

Visens, entis. Partic. Catul. 11. 10.

Cæſaris viſens monumenta magni. Idem 61. 48.
Ibi omnia vaſta viſens lacrimantibus oculis.

Viſitur, Paſſiv. Cic. 6. Verr. 4. Idem opinor artifex ejuſdemmodi Cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ viſuntur. Nam alia viſendi cauſa nulla eſt. Idem 1. Off. 138.

Visendus, a, um. Partic. [ἐπισκεπτέος] Cic. pro Lege Manil. 61. Eam quoque rem populus Romanus, non modo vidit, ſed etiam ſtudio omni viſendam putavit.

Viſendos, Spectabilis & admirandus. Plin. lib. 16. cap. 44. Vicina luco eſt ilex, & ipſa nobilis, trigintaquinque pedum ambitu caudicis, decem arbores meliens, ſingulas magnitudinis viſendæ. Idem lib. 10. cap. 29. Upupa criſta viſenda plicatili. Idem lib. 11. cap. 49. Ceu plane viſenda res eſſet, principem terrarum inſidere portentis. Cic. in Vatin. 31. Epulum, omni apparatu, ornatuque viſendo.

Visitor, ōris. m. Apol. 2. Apol. p. 224. Elmenh. In ludo quoque gladiatoriu frequens viſitor. al. Viſitur.

Visito, [ἐπισκοπῶ. Gl. L.G. ἐπισκέπτομαι, G.L.] āre. frequent. a Viſere. Plaut. Curc. 2. 3. 64. Cic. 5. de Fin. 94. In quum aderat podagræ doloribus, viſitaſſetque hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & triſtis exiret, &c. Annuo viſitaſſe. Plaut. Curc. 2. 3. 63.

Visitatus, a, um. Partic. Apul. 4. Met. p. 151. Elmenh. Nocte viſitata. i. e. Conſpecta.

Omnia viſitata & inviſitata temporum neceſſitudine ſunt conſtituta. Vitruv. 9. 4.

Visitatio, ōnis. f. [ἐπίσκεψις] Auguſt. Serm. 185. Per gratiam viſitationis.

Eſt etiam idem ac Apparitio. Vitruv. 9. 4. Luna nova viſitationem facit extremæ rotandationis.

Visitātor, ōris. m. Auguſt. Feria 2. Pentecoſt. Serm. 1. Non viſitator ſubitus, ſed perpetuus conſolator & cohabitator æternus.

Vidua, æ. f. [χήρα, ἡ χήρα. Gl. L. G. & G. L.] dicta eſt quaſi Valde idua, ab Iduum die, qui menſem dividit: hoc eſt a viro diviſa. Plaut. Stich. 1. 1. 2. Quæ tamdiu vidua viro ſuo caruit. Cic. pro Cæcin. 14. Cognitor viduarum.

Avaras viduas venari. Hor. 1. Epiſt. 1. 78.

Vidua etiam dicitur, Quæ nulli nupſerit. Plaut. Ciſt. 1. 2. 46.

Nubet mox noctu: nunquam ego hanc viduam cubare ſivi.

V. Pooman. Obſervat. 2. vol. Progymn. p. m. 97. Grangr. ad Juven. 4. Sat. 4. & Livin. ad Propert. 2. 33. 17.

Viduus, a, um. Adj. [χῆρος] Orbatus, Privatus. Hor. 1. Carm. 10. 11.

Voce dum terret, viduos pharetra
Riſit Apollo. Cic. 2. Tuſc. 25.
Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias. Ex poeta.

Ager viduus pecudibus. Columel. lib. 2. cap. 15.

Nomen viduum ſua fama, Nudum & ſine elogio. Plin. 3. præf.

Solum arboribus viduum. Columel. lib. 2. cap. 2.

Genitivo quoque jungitur. ut, Cæſpes herbæ viduus. Avien. Perieg. v. 939.

Pectus viduum amoris. Ovid. 3. Amor. 10. 18.

Anni vidui. Stat. 1. Silv. 2. 168

—viduos ut tranſmittare per annos. i. e. Ut nunquam nubas.

Cubile viduum. V. paulo poſt, Toro viduo jacere.

Domus vidua. Ovid. 1. Faſt. 36.

Lectus vidous. Lucan. lib. 5. 806.

In ſomnis viduo tum primum frigida lecto.

Lecto viduo diſcedere, Iterum nubere. Ovid. 1. Epiſt. 81.

Manus viduæ. Ovid. 1. Epiſt. 10.

Noctem viduam exigere, Dormire ſine conjuge. Ovid. 19. Epiſt. 69.

Noctes viduas jacere. Catul. ad Flavium, 6. 6.

Puellæ viduæ. Ovid. 2. Faſt. 557.

Thalami vidui. Valer. 2. Argon. 370.

Toro viduo jacere, Sine conjuge. Ovid. 16. Epiſt. 316.

Sola jaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo jaceo ſolus & ipſe toro.

Vir viduus. Plaut. Merc. 4. 8. 13.

Viſi plures ſunt vidui, quam nunc mulieres. Ovid. 8. Epiſt. 86.

Virgines viduæ, Innuptæ. Sen. Agamem. 3.

Arbor vidua. Plin. lib. 13. cap. 4. Hujus arbore exciſa, viduas poſt ſterileſcere feminas. Hor. 4. Carm. 5. 30.

Et vitem viduas ducit ad arbores. i. e. Conjungit vites arboribus, tanquam maritum mulieri viduæ. Alibi dicit, Altas maritat populos. V. marito.

Vitis vidua. Catul. in Carm. Nupt. 60. 49.

Viduālis, e. Adj. ut, Veſtis vidualis. Proſper. Aquitan. de Promiſſ. & Prædict. parte 2. 38.

Viduitas, ātis. f. [χηρία γυναικός, Gl. L. G. & G. L. χήρευσις, G. L.] Cic. pro Cæcin. 13. Æbutius iſte, qui jamdiu Cæſenniæ viduitate ac ſolitudine aleretur. Liv. 40. 4. In viduitate relictæ filiæ ſingulos filios, parvos habentes.

Viduitas, Privatio. Plaut. Rud. 3. 3. 2.

Nunc demum eſt, quum omnium copiarum atque opum.
Auxilii: præſidii viduitas nos tenet.

Viduertas, ātis. f. [ἀφορία] apud Catonem R. R. cap. 141. Calamitas dicitur, teſte Feſto.

Viduvium, i. n. [περίστασιν χηρείας, Gl. L. G.] Viduitas. Sidon. 3. Epiſt. 2. V. ibi Savaron.

Viduo, [χηρεύω. χηρόω] āre. Orbare, Privare. Columel. lib. 4. cap. 2. Sive enim caput ipſum demortuum eſt, duo viduantur flumina, & nova viviradices totidem ſubſtituendæ ſunt: quæ numero ſuo rationem cultoris onerant.

Dexteram viduare enſe. Senec. Hippol. 8.

Orni viduantur foliis. Hor. 2. Carm. 2. 8.

Penates viduare. Stat. 3. Theb. 385.

Urbem viduare civibus. Virg. 8. Æn. 571.

Viduātus, a, um. Partic. [χηρωθείς] ut,

Arva nunquam viduata pruinis. Virg. 4. Georg. 118.

Conjux viduata tædis. Sen. Med. 8.

Leges viduatæ judice. Claud. Conſ. Mall. Theod. 117.

Regna viduata lumine, Tartara. Sil. lib. 3. 601.

Genitivo jungitur. ut, Manuum viduata portenta. Lucret. 5. 841.

Viduātus, ûs. m. Idem, quod Viduitas. Tertull. de Virg. Veland. cap. 9. Virgo in viduatu ab annis nondum viginti collocata. [Non magis vidator eſſe verbale, quam Cælibatus, Principatus, Tribunatus, & ſimilia.

Vidŭlum, i. n. vel Vidŭlus, i. m. [θυλακίσκιον] Loculus, in quo aliquid ſervatur. Plaut. Epid. 1. 1. 20.

—ubi ergo eſt, niſi ſi in vidulo,
Aut ſi in melina attuliſti? Idem Men. 5. 7. 47.
—vaſa & argentum tibi
Reſeram: recte eſt obſignatum in vidulo marſupium. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 7. Obiter vero adjiciatur illud: operimentum pudendorum dici quandoque melinam, quandoque vero etiam vidulum: unde & vetus Plauti fabula Vidulariæ titulo circumlata olim eſt. Sed & nummariam thecam ſignat vidulus. Hæc ille. Porro ſive bulga fuerit ſcortea, ſacculuſve, ſive follis, certe conſtat in Labracis lenonis vidulo apud Plautum infuiſſe auri argentique plurimum, & inſuper ciſtam in qua inerant Palæſtræ puellæ, crepundia, & ornamenta valde multa. Plaut. Rud. 4. 4. 47.

Siquidem hic lenonis ejus eſt vidulus, quem ſuſpicor. Paulo poſt Gripus piſcator & Palæſtra ſic colloquuntur: v. 85.

G. Audi nunc jam, Palæſtra atque Ampeliſca, hoc quod loquor.
Eſtne hic vidulus, ubi ciſtellam tuam ineſſe ajebas? P. is eſt.
G. Perii hercle ego: prius quam plane aſpexit, illico
Eam eſſe dixit. Aliquot poſt verſibus Palæſtra ipſa nominatim recenſet quid rerum ſuarum ineſſet in ciſta, idque verbis non paucis. Ibid. 5. 2. 8.

G. Siquis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo,
Ad Gripum ut veniat. Paulo poſt, v. 22.
G. Quid perdidiſti? L. vidulum cum auro atque argento multo.
G. Ecquid meminiſti in vidulo quid infuerit?
L. Nummi octingenti aurei in marſupio primum infuerunt.
Præterea centum minæ Philippicæ in paſceolo ſeorſus.
G. Profecto eſt hujus vidulus. perge alia tu expedire.
L. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena,
Præterea ſinus, epichyſis, cantharus, gaulus, cyathuſque.

Vidulārius, a, um. Adj. ut Vidularia, Plautina fabula, cujus paſſim meminerunt vett. Grammatici.

V I E

Vienna, æ. f. [Ἰγλιάβινα] Auſtriæ civitas inclita, omnium urbium, quas Danubius ſuſtinet, & ædium magnificentia, & rerum facili copia, clariſſima, quam Vianam Plinius nominaſſe videtur lib. 3. cap. 24. ut placet Hermolao.

Eſt & Vienna, [Οὐίεννα] Allobrogum illuſtris civitas in Gallia Narbonenſi cujus meminit Mela lib. 2. 5. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

Viennensis, e. Adj. Tacit. 1. Hiſt. 65. Veterem inter Lugdunenſes Viennenſeſque diſcordiam, &c. V. 1. 77. & 2. 66. & Plin. 4. Epiſt. 22.

Vieo, ēvi, ētum, [λυγίζω] ēre. Alligare, inflectere: quia vietis virgis ligare poſſumus quidlibet. Unde vimina, & vaſa viminea, teſte Feſto. Varr. de L. L. lib. 4. 10. Viere, inquit, eſt vincire. Unde apud Ennium, Ibant malam viere Veneream corollam.

Viere, In obliquum flectere. Plaut. Men. 5. 2. 76.

Vides tu illi oculos viere, ut viridis exoritur color? al. Virere. Varro 2. de R. R. cap. 23. Ut habeas vimina, unde viendo quid facias, ut ſcirpeas, vallos, crates.

Vietus, a, um. Adj. [μεμαραμμένος, Gl. L. G.] Mollis, languidus, ſine vi, & naturalibus privatus viribus, ut ait Feſtus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 59. Ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento mala vieta fiunt. i. e. Flaccida, marcida, rugoſa. Cic. de Seneſt. 5. Vietum & caducum.

Cor exiguum & vietum. Cic. 2. de Divin. 37. Vel ſuſpicari contractum aliquo morbo bovis exile & exiguum, & vietum cor, & diſſimile cordis fuiſſe.

Ficus vieta. Columel. lib. 12. cap. 15.

Locus vietus. Cato R. R. cap. 9. Salicta locis aquoſis, vietis, umbroſis, propterque amnes ibi ſeri oportet.

Membra vieta. Hor. Epod. 12. 7.

Qui ſudor vietis, & quam malus undique membris
Creſcat odor. h. e. Rugoſis, & vetuſtate confectis, inquit Acron. At Porphyr. Neceſſitate contortis. Hic penultimam nova corripuit Horatius.

Niſi dicemus eſſe συναίρεσιν in ie, ut in Pituita, vide Lambinum. H. St.

Senex vietus. Ter. Eun. 4. 4. 21.

Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex. Ubi Donatus, Vietus, mollis, flacciduſque, & flexibilis corpore. Unde & vimina & vimenta, & vites, & vietores dicuntur: & viere, religare dicitur: quia vietis virgis magis religare poſſimus quidlibet.

Veſtis vieta aranei, Tela flexibilis & mollis. Lucret. lib. 3. 387.

Nec ſupra caput ejuſdem cecidiſſe vietam
Veſtem. H. St. deſiderabitur hæc in edit. Lugd.

Vietor, ōris. m. Qui vaſa vinaria religat, ſtipatque, ut ait Budæus. Ulp. in l. Si ſervus ſervum. § ult. in fine. D. Ad leg. Aquil. Item ſi vietori locaveris lacum vino plenum curandum: & ille eum pertuderit, ut vinum ſit effuſum, &c.

Vinae, cum derivatis, quæ hinc arceſſunt Grammatici, V. ſuo ordine.

V I G

VIG. Vigilum, id eſt cohortum.

Vigeni, V. vigintī.

Vigeo, ui, [θάλλω, ἀκμάζω, Gl. L. G. & G. L.] ēre. Vivere, potentem eſſe, ſive in vigore eſſe, & viriditatem quandam habere. Cic. 3. Tuſc. 75. Quamdiu in illo opinato malo vis quædam inſit vigeat, & habeat quandam viriditatem. Feſtus, Viget, dictum videtur a vi agendo, ſed non hoſtilibus rebus, verum his, quæ celerrimo, concitatoque animo ad bonam tendunt frugem. Cic. 5. de Finib. 26. Ut neceſſe ſit omnium rerum, quæ natura vigeant, ſimilem eſſe finem, non eundem.

Vivere & vigere. Cic. 2. de Nat. Deor. 83. Quod ſi ea, quæ a terra ſtirpibus continentur, arte naturæ vivunt & vigent.
Certamine aſſiduo miles viget. Tibul. 4. 1. 88. ad Meſſalam.
Corporibus vigere. Liv. 2. 30.
Vires & vigent. Lucret. lib. 5. 1181.
Animo vigere. Cic. 4. Att. 3. Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quam cum florebamus.
Animus poſt mortem ſentit & viget. Cic. pro Sext. 47.
Animus viget lætitia. Lucret. lib. 3. 151.
Memoria vigere, Pollere & valere. Cic. 2. de Orat. 355. Qui memoria vigent, ſciunt, &c.
Curæ tibi vigent, animique viriles. Valer. 1. Argon. 55.
Deus eſt qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui providet. Cic. in Somn. Scip. 19.
Florere & Vigere. Cic. 11. Philipp. 39. Nihil ſemper floret, ætas ſuccedit ætati, diu legiones Cæſaris viguerunt, nunc vigent Panſæ.
Citharœdos viget. Suet. in Ner. 20. Terpnum Citharœdum, vigentem tunc præter alios, arceſſiit. H. St. Artis ſcil. fama & celebritate.
Tui politici libri omnibus vigent. Cic. 8. Fam. 1.
Viguit hæc ſecta uſque ad noſtram ætatem. Cic. 1. de Nat. Deor. 11. Hæc in philoſophia ratio, contra omnia diſſerendi, uſque ad noſtram viguit ætatem.
Summo in honore vigere. Lucret. lib. 6. 1149.
Immenſum viguit. Tacit. 3. Ann. 30.
Libertate vigere. Claud. de Bell. Get. 105.
Induſtria ut eorum & in bellicis & in civilibus vigeat. Cic. 1. Off. 122.
Invidia & crimina vigent. Hor. 1. Serm. 3. 61.
Laus venandi & equitandi apud quos viget. Cic. 2. Tuſc. 62.
Leges vigent Lycurgi. Cic. 1. Tuſc. 116. Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant.
Nomen viget Pythagoreorum. Cic. 1. Tuſc. 38. Multaque ſæcula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur.
Purpura vigebat eo tempore. Plin. lib. 9. cap. 39. Quod vulgus dicit, *In curſu erat.*
Regnum viget conſiliis. Virg. 2. Æn. 86.
Studia rei militaris vigent. Cic. pro Cœl. 12.
Urbes vigent populis. Stat. 3. Silv. 5. 76.
VIGENS, entis. Partic. [ἀκμάζων, Gl. L. G.] Cic. 2. de Finib. 65. Quod rationem habeant a natura, mentemque datam & acrem & vigentem.
Vigens & Vegetum differunt. V. VEGETUS.
Animus vigens. Stat. 1. Silv. 6. 54.
Herbæ vigentes rore. Lucret. lib. 2. 361.
Mens vigens. Lucret. lib. 1. 924.
VIGESCO, [ἐπακμάζω] ĕre. Inchoativum. Catul. 44. 8. ad ſe ipſum,
Jam læti ſtudio pedes vigeſcunt. Adde Lucret. 1. 757.
VIGŌR, ōris. m. [ἀκμή. Gl. L. G. & G. L.] Firmitas, robur, integritas. Plin. lib. 7. cap. 25. Animi vigore præſtantiſſimum arbitror C. Cæſarem Dictatorem.
Juventæ vigor. Liv. 1. 57. Quin ſi vigor juventæ ineſt, conſcendimus equos?
Conſtat vigor membris. Lucan. lib. 3. 715.
Crudo vigore aſper equus. Sil. lib. 1. 387.
Experrectus vigor. Columel. in præfat. lib. 1. Et nullius momenti ducimus peritiſſimum quemque villicum facere: vel ſi neſcium, certe vigoris experrecti, quo celerius, quod ignoret, addiſcat.
Habilis vigor venit membris. Virg. 4. Georg. 418.
Vivus vigor. Ovid. 1. Triſt. 6. 31.
In ore gratus vigor. Ovid. 12. Met. 397.
Vigor, Translate. [δύναμις, Gl. L. G. & G. L. ἰσχὺς, ῥώμη, L. G.]
Animi vigor. Ovid. 16. Epiſt. 51.
Ingenii vigor. Ovid. 8. Met. 254.
Vigores, ἀκμαί. Gloſſ. Latinogræc.
VIGŌRO, āre. Hinc
VIGŌRANS, antis. Partic. Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 26. Vinum animæ vigorantis ex vite Chriſti.
VIGORĀTUS, a, um. Partic. Vigore præditus. Apul. 9. Met. p. 227. Elmenh. Vigoratus juvenis.
VIGESIES, VICESIMA, VIGESIMANUS, VIGESIMUS, VIGESIS, VIGISSE, V. VIGINTI.
VIGIL, ilis. Adj. [ἄγρυπνος, Gl. L. G.] Qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes.
Animus vigil. Stat. 1. Achil. 543.
Auris vigil. Stat. 2. Achil. 120.
Aurora vigil. Ovid. 2. Met. 112.
Canum vigilum excubiæ. Hor. 3. Carm. 16. 2.
Curæ vigiles; ab effectu, quod homines dormire non ſinant. Ovid. 3. Met. 396.
Cuſtos vigil. Ovid. 3. de Arte Am. 612.
Cuſtodia vigil. Ovid. 12. Met. 148.
Flamma vigil. Ovid. 4. Triſt. 5. 4.
Ignis vigil. Qui ſemper lucet. Virg. 4. Æn. 200.
Lucernæ vigiles. Hor. 3. Carm. 8. 14.
Oculi vigiles. Virg. 4. Æn. 182.
Senſus vigiles angit dolor. Stat. 5. Theb. 326.
VIGIL, ilis. m. [γρηγορητὴς, Gl. L. G. ἀγρυπνητὴς, G. L.] Qui vigilat. Plur. Vigiles [φύλακες, Gl. L. G.] Nocturnus cuſtos. Plaut. Amph. 1. 1. 195. Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. Cic. 6. Verr. 94. Clamor a vigilibus, fanique cuſtodibus tollitur.
Caſtrorum vigiles. Lucan. lib. 7. 25.
Mundi vigiles Sol & Luna. Lucret. lib. 5. 1435. Vigilant enim & excubant pro mundo: ſol quidem interdiu, luna noctu.
Cædere vigiles. V. CÆDO.
Obſidere portas excubiis vigilum. Virg. 9. Æn. 159.
Tertius vigil. V. Abrupta quies, in ABRUMPO.
VIGILIA, æ. f. [ἀγρυπνία, Gl. L. G. & G. L.] pro Una, vel etiam multis noctibus inſomnibus traducta: ut quod tempus ſomno traducendum erat, alicujus rei diligentiæ impendamus.
Vigiliæ, pl. [ἀγρυπνίαι, Gl. L. G.] Cic. 5. de Fin. 54. Vigilias ſuſcipere. Et 4. Tuſc. 4. Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ, qui dolere ſe aiebat, ſiquando opificum antelucana eſſet victus induſtria?
Affecta labore ac vigiliis corpora ex ſomno moliebantur. Liv. 36. 24.
Agere, ſive Agitare vigilias. V. AGO.
Certare vigiliis ac labore. V. CERTO.
Majorum vigiliarum opus. Cic. in Parad. 1. Quoniam illud majorem vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.
Vigilia, [φυλακή, Gl. L. G.] & frequentius Vigiliæ, arum. Excubiæ dicuntur: ſed tamen hoc inter ſe differunt, quod Vigiliæ ſunt tantum nocturnæ: Excubiæ autem tam nocturnæ, quam diurnæ. Cic. 6. Verr. 93. Præcipitur, & negotium datur Quæſtoribus & Ædilibus, ut noctu vigilias agerent ad ædes ſacras.
Dividebantur autem in quaterna horarum ſpatia, ita ut prima, ſecunda, tertia, & quarta vigilia diceretur. Cic. 3. in Catil. 6. Interim tertia fere vigilia exacta, quum jam pontem, &c. Et 3. Fam. 7. Quum puer tuus ad me ſecunda fere vigilia veniſſet, iſque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiaſſet.
Infra vigilias. Tacit. 13. Ann.
Incurioſæ vigiliæ. Tacit. 5. Hiſt. 22.
Vigiliæ, [φρουρά] Ipſi cuſtodes, qui vigilant. Salluſt. Catil. 32. pr. Et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam. Cic. pro Milon. 68. Si Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, quæ tuum corpus domumque cuſtodit, contra Milonis impetum armata eſt. Idem 1. in Catil. 8. Senſiſtine illam coloniam meo juſſu, meis præſidiis, cuſtodiis vigiliiſque eſſe munitam?
Circumire vigilias. Salluſt. in Jugurth. 45. 2.
Deducere vigilias. Salluſt. in Jugurth. 44. 5.
Manere in vigilia urbis, aut alterius rei, per tranſlationem. Cic. in Piſon. 16. Neque enim, me ſtante & manente in urbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pompejo, omnium gentium victore, unquam ſe illi Remp. delere poſſe duxerunt. Idem 1. Philipp. 1. Manendum mihi ſtatuebam quaſi in vigilia quadam Conſulari ac Senatoria: nec vero uſquam diſcedebam, nec a Rep. dejiciebam oculos.
Reddere vigilia & providentia ſua aliquem vacuum metu. Cic. 7. Philip. 19. Idcirco in hac cuſtodia, tanquam in ſpecula collocati ſumus, ut vacuum pop. Rom. metu noſtra vigilia & providentia redderemus.
Tradere ſuam vigiliam alteri. Cic. 11. Fam. 24. Sed, ut mones, frenum momordi: etenim qui te incluſo omnem ſpem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere, ſed ita ut ne deſim conſtantiæ meæ. Alluſit Cicero ad vigilias militares. Nam qui in caſtris, exploratorum & excubiarum partes noctu obeunt, ſua vigilia ubi perfuncti ſunt, alii aliis vigiliam quaſi per manus tradunt.
Vigilia, pro eo Die, qui feſtum diem præcedit, in quo mos erat vigilare in ſacrificiis faciendis, & ſacris hymnis cantandis. Plaut. Aul. prol. 36.
Is adoleſcentis illius eſt avunculus,
Qui illam ſtupravit noctu Cereris vigiliis. [i. e. In pervigilio, ſeu Sacro nocturno. V. PERVIGILIUM.
VIGILIUM, i. n. [ἀγρυπνία, Gl. G. L.] etiam apud antiquos. Varr. Endymion. Animum mitto ſpeculatum tota urbe, ut quid facerent homines cum experrecti ſint, me faceret certiorem, ſi quis melius operam ſuperat, ut ejus conſilio potius vigilium adminicularem noſtrum, qui videt alium ovantem extremo noctis tempore. Hæc Nonius, 3. 268.
VIGILIĀRIUM, i. m. [φρυκτωρία] pro Excubitorio. Sen. Epiſt. 58. Quid intereſt utrum ſuper aliquem vigiliarium ruat aut mons aut turris. V. ibi Lipſ.
VIGILICIUS, a, um. Adj. [ἄγρυπνος] Gloſſ. Græcolat.
VIGILO, [ἀγρυπνῶ, Gl. L. G. & G. L. ἐγρηγορῶ, L. G.] āre. notæ ſignificationis. Ter. Eun. 2. 1. 15. Vigilabis laſſus. Cic. 2. in Catil. 6. Tardiſſime autem Lentulus, credo, quod litteris dandis præter conſuetudinem proxima nocte vigilārat.
Vigilare uſque ad lucem. Ter. Eun. 2. 2. 67.
Ad multam noctem vigilare. Cic. in Somn. Scip. 1. Me & feſſum de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior, quam ſolebat, ſomnus complexus eſt. V. AD.
Vigilare de multa nocte, Idem. Cic. 2. Q. frat. 15. Ego vero ardenti quidem ſtudio: ac fortaſſe efficiam, quod ſæpe viatoribus, quum properent, evenit: ut ſi ſerius, quam voluerint, forte ſurrexerint, properando etiam citius, quam ſi de multa nocte vigilaſſent, perveniant quo velint. Vetus exemplar omittit Multa.
Noctes vigilare ad ipſum mane. Hor. 1. Serm. 3. 17.
Dolores mei vigilant ſine fine. Ovid. 1. de Ponto. 10. 23.
Ignis vigilat. Stat. 1. Silv. 1. 35.
— an tacita vigilet face Troicus ignis. Loquitur de inexſtincto Veſtæ foco, cujus ſacra Æneas in Italiam tranſtulit.
Vigilare, Vigilanter providere, inquit Servius: ſive ſtudium & diligentiam adhibere. Virg. 1. Georg. 313.
Quid tempeſtates Autumni, & ſidera dicam?
Atque ubi jam breviorque dies, & mollior æſtas,
Quæ vigilanda viris?
Vigilare pro re alterius. Cic. 2. Off. 67. Vigilantem pro re alterius eos ipſos qui aut conſuluntur, aut defendunt rogantem, &c. Idem 6. Philipp. 18. Quamobrem, Quirites, conſilio, quantum potero, labore plus pæne, quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis.
In ſcelus aliquod vigilare. Stat. 5. Theb. 200.
Studiis vigilare ſeveris. Propert. lib. 2. 3. 7.
VIGILOR, [ἀγρυπνοῦμαι] āri. Paſſiv. ut, Noctes vigilantur. Ovid. 12. Epiſt. 169.
Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ.
Vigilatur, Imperſ. Martial. lib. 12. 69.
Otia me, ſomnuſque juvant, quæ magna negavit
Roma mihi: redeo, ſi vigilatur & hic.
VIGILANS, antis. Partic. [ἐπαγρυπνῶν, Gl. L. G.] Ter. And. 5. 6. 8.
— num ille ſomniat
Ea, quæ vigilans voluit?
Amor vigilans. Ovid. 20. Epiſt. 231.
Curis vigilantibus excita, Quæ homines dormire non patiuntur. Ovid. 2. Met. 779.
Dormire vigilantes, dicuntur Remiſſi ſocordeſque ac ſegnes. Plaut. Pſeud. 1. 3. 151.
Ad eam rem uſus eſt hominem aſtutum, doctum, ſcitum, callidum, &
Qui imperata effecta reddat, non qui vigilans dormiat.
Stertis vigilans. Lucret. lib. 3. 1061.

Vigilans,

Vigilans, [illegible, Gl L. G.] Providus & intentus. Plin. 2. Epiſt 17. Vir exercitatus & vigilans.

Vigilans & acutus. Cic. 2. de Lege Agr. 3.

Vigilans, ſobrius, & induſtrius. Cic. pro Cœl. 74.

Vigilans, bonus, & fortis. Cic. pro Roſc. Amer. 139. Unum hoc dico, noſtri iſti nobiles, niſi vigilantes, & boni, & fortes, & miſericordes erunt.

Oculi vigilantes, Intenti in re aliqua. Virg. 5. Æn. 438.

Compar. Cic. 2. Verr. 32. Perficiam ut nemo unquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, compoſitior, ad judicium veniſſe videatur.

Superl. Treb. Pollio in Gallienis, cap. 14. Conſtantinus vigilantiſſimus Cæſar.

VIGILANDUS, a, um. aliud Partic. [illegible, Gl. L. G.] ut, Nox vigilanda cum fletu. Tibul. lib. 1. 2. 78. Vide paulo ante, Vigilare. Quintil. lib. 11. cap. 3. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda.

VIGILATUS, a, um. [illegible] Partic. ut.

Carmen vigilatum, Lucubratum, & nocte vigili compoſitum. Ovid. 4. Faſt. 109.

Primus amans carmen vigilatum nocte negata
Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores.

Labores vigilati. Ovid. 2. Triſt. 11.

Nox vigilata. Ovid. 4. Faſt. 167.

Nox convivio vigilata. Tacit. 13. Ann. 20.

VIGILANTER, Adv. [illegible] Cum diligentia & ſollicitudine. Cic. 10. Fam. 23. Ut vigilanter nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, subornes.

Compar. Cic. Somn. Scip. 29. Enitar multo vigilantius.

Superl. Cic. pro Muren. 32. Quem L. Murena, pater hujuſce, vehementiſſime vigilantiſſimeque vexatum, repreſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit.

VIGILATE, Adv. Vigilanter. Gell. 3. 14. Vigilate & attente aliquid mutare.

VIGILANTIA, æ. f. [illegible, Gl. G. L.] Diligentia. Cic. 8. Att. 9. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt, plane quid futurum ſit neſcio. Ter. Adelph. 3. 3. 44. Vigilantiam tuam tu mihi narras?

Mirifica vigilantia. Cic. 7. Fam. 31.

Animi vigilantia & ſollicitudo. Hermogenianus in l. 1. D. De muner. & honor. Perſonale munus eſt, quod cum corporibus, cum labore, ſollicitudine animi ac vigilantia principaliter exiſtit.

VIGILATIO, ōnis. f. Cœl. Aurel. Tard. 1. 4. 108. Ne ex vigilatione frequenti ſpiritus craſſi fiant.

VIGILABILIS, e. Adj. Varro in Satyra Menipp. Dormitio vigilabilis, quæ me puellum impuberem cepiſti.

VIGILAX, ācis. [illegible] Adj. pro Vigilante. Columel. lib. 7. cap. 12. Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, & circumſpecti magis quam temerarii. De canibus. V. Curax in CURA.

Suburræ vigilacis furta. Propert. 4. 7. 15.

VIGINTI, [illegible, Gl. G. L.] Nomen numerale, indeclinabile. Cic. 3. de Orat. 71. Annoſque natus unum & viginti, nobiliſſimum hominem & eloquentiſſimum in judicium vocarim. Idem pro Planc. 90. Quæ ſi viginti quieſſem dies, in aliorum jugulum Conſulum recidiſſent.

VIGENI, æ, a. Numerale diſtributivum a Viginti. Idem quod Viceni. Columel. 4. 30. Quinis & vigenis jugeribus ligandæ vineæ. Frequentius per [illegible]

VICENUS, a, um. Adj. [illegible] Idem. Plin lib. 10. cap. 53. Plus vicena quina incubanda ſubjici vetant. De ovis. Columel. lib. 3. cap. 3. Vicenas amphoras percipient.

VICENALIS, e. Adj. ut, Vicenalis ſphæra. Apul. de Dogm. Plat. p. 52. Elmenh. al. Vigeſimalis.

VICENARIUS, a, um. Adj. [illegible] Viceſimus. Plaut. Pſeud. 1. 3. 69.

Perii! annon tum lex me perdit quina vicenaria? Ubi interpres, Videtur lex ſare, ut ſi cuipiam crederentur ſupra viginti quinque minas, redhibitio nulla eſſet, nec debitor quicquam deberet. Alii, Quina vicenaria, Centum interpretantur.

VIGESIMUS, a, um. Adj. numerale ordinis, [illegible] quod & Viceſimus dicitur. Cic. 14. Fam. 5. Uno & vigeſimo die.

Annus vigeſimus. Propert. lib. 3. 18. 15.

Ab illo tempore annum jam tertium & vigeſimum regnat. Cic. pro Lege Manil. 7.

VICESIMUS, a, um. ordinis Adj. numerale. [illegible] pro Vigeſimus. Cic. 12. Fam. 25. Altero viceſimo die.

Ætas viceſima. Lucan. ad Piſon. 249

VIGESIMA, æ. f. [illegible] Tributum ſeu exactio, ſicut Decima. Plin. in Paneg. cap. 37. 91. His vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile.

VICESIMA, æ. f. [illegible, Gl. L. G. & G. L.] Vectigal, ſeu tributum, quum de vicenis unum penderetur. Cic. 2. Att 2. Et eo magis, quod portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam, quæ mihi videtur una conciuncula, clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura.

VICESIMANUS, a, um. Adj. Viceſimani, Milites a legionis ſuæ numero ſic appellati. Tacit. 1. Ann. 51. & 64.

VIGESIMARIUS, a, um. Adj. Vigeſimarium aurum a Livio dicitur, [illegible] Quod ex vigeſimis exigebatur. V. ſeq. dict.

VICESIMARIUS, a, um. Adj. ut, Viceſimarium aurum, Quod ex viceſima colligebatur. Liv. 27. 10. Aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit. i. e. Aurum quod ex viceſima colligebatur. Erat autem vectigal, quemadmodum Decima.

Vexillarii viceſimarii. Tacit. 14 Ann. 34. [Niſi Viceſimani ſunt.

VICESIMARIUS, i. m. Qui vectigal viceſimæ colligebat. Gloſſ. Græcolat. [illegible], Viceſimarius. conf. Petron. cap. 65.

VICESIMATIO, ōnis. f. Supplicii militaris genus, quo viceſimus quiſque ſortium puniebatur. V. Capitol. in Macrin. cap. 12. conf. Decimatio, in DECEM.

VIGESIES, Idem quod Vicies. Apul. de Dogm. Plat. p. 51. Elmenh. Vigeſies angula ſphæra.

VIGIES, pro Vicies. Mart. Capell. 6. p. 194. Umbra vigies quater complicata.

VICIES, Adv. [illegible] pro Vigecies. Cic. 4. Att. 2. Æſtimarunt HS vicies.

Bis & vicies. Cic. 12. Att. 1.

Centies vicies denos. Columel. lib. 5. cap. 2.

VICESSIS, is. c. [illegible] Viginti aſſium. Martial. lib. 12. 77.

Amphora vigeſſis, modius datur ære quaterno:
Ebrius & crudus nil habet agricola. i. e. Viginti aſſibus amphora venditur. Alia exemplaria habent Vicenis.

VICENNIUM, i. n. Viginti annorum ſpatium. Modeſtinus in l. Calculatii. D. de adminiſtrat. rerum, &c. V. Expungere rationes, in EXPUNGO.

VIGINTIANGULUS, a, um. Adj. Apul. de Dogm. Plat. p. 52. Elmenh. Forma octangula & vigintiangula.

VIGINTIVIRI, [illegible] Nomen magiſtratus apud Romanos, ut Triumviri. Cic. 2. Att. 6. Ubi nemo ſit præter me, qui quenquam ex vigintiviris unum eſſe ſalvum velit. Erant autem hi a C. Cæſare, agro Campano dividundo creati. V. not. Græv. in locum.

VIGINTIVIRATUS, ûs. m. Munus quoddam in republica gubernanda, cui qui præerant, vigintiviri dicebantur. Salluſt. Utque munere capeſſendo vigintiviratus ſolveretur. Viginti autem viri erant, et hoc declaretur, Triumviri capitales, Triumviri monetales, & Quatuorviri curatores viarum urbis, & Decemviri, qui haſtam centumviralem cogebant. Dio lib. 53. hujus rei auctor eſt, cujus auctoritate freti, hoc de vigintiviris affirmare non temere, totoque poſſumus. Monuit Turneb. Adverſ. 2. 25. V. Cic. 9. Att. 2. & Tacit. 3. Ann. 29. V. Lex. Pitiſc.

VIGOR, ōris. V. VIGEO.

V I L

VILIC. Villicus.

VILIS, [illegible, Gl. L. G. & G. L. [illegible], G. L.] Quod parum valet. Plaut. Trin. 1. 1. 10.

Neque quicquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali. [Pro Abundanti hic poſitum.

Vile, dicitur Quod parvo pretio emitur. Cic. 5. Verr. 195. Frumentum, quoniam vilius erat, ne emiſſes.

Pretioſus & Vilis contraria. Cic. 2. de Finib. 19. Non minor, inquit, voluptas percipitur ex viliſſimis rebus, quam ex pretioſiſſimis.

Levis & vilis. Cic. 1. Q. frat. 1. Semper eos putavi, ſi vulgares eſſent, viles, ſi temporis cauſa conſtituerentur, leves.

Vulgare & vile. Cic. pro Roſc. Amer. 71. Nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cujus, &c.

Quotidie nos ipſa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. Cic. 5. Tuſc. 102.

Habere vile aliquid, Parvi facere. Salluſt. in Catil. cap. 16.

Alimenta vilis. Ovid. 5. Triſt 8. 13.

Annona vilis amicorum eſt, bonis ubi quid deeſt. Facile poſſunt haberi amici, quibus multa deſunt. Acron. Hor. 1. Epiſt. 12. 24.

Aqua vilis. Propert. lib. 3. 15. 18.

Aqua rerum viliſſima. Hor. 1. Serm. 5. 88.

Ova vilia. Hor. 2. Serm. 2. 45.

Pretium non vile. Martial. lib. 1. 77.

O mihi curarum pretium non vile mearum.

Pretium non vile laboris. Ovid. 18. Epiſt. 163.

Servulus vilis. Cic. 3. Off 89. Quærit, ſi in mari jactura facienda ſit, equine pretioſi potius jacturam faciat, an ſervuli vilis.

Supellex vilis. Virg. 1. Georg. 165.

Veſtis viliſque vetuſque. Ovid. 8. Met. 859.

Gratia vilis. Ovid. 2. de Arte Am. 29.

Honor meus vilis vobis. Cic. pro Flacc. 103.

Honos vilis ſtudiis. Stat. 5. Silv. 3. 33.

Oratio vilis, cui opponitur Accurata. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Virtus vilior alga. Hor. 2. Serm. 5. 8.

Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Projecta vilior alga. Virg. 7. Ecl. 42.

Vile, pro Abundanti. Virg. 1. Georg. 227.

Si vero viciamque ſeres, vilemque faſelum. Servius; Vilem, Abundantem: nam omne quod abundat, vile eſt. Ibid. 274.

Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli,
Vilibus aut onerat pomis.

Vili, Ablativus, ſeu Vile, ut in Gloſſ. [illegible, Gl. G. L.] verbis pretii ſolet addi. Plaut. Epid. 1. 1. 49.

Quid iſtanc, quam emit, quanti eam emit? T. vili. Martial. 12. 67.
Inſtructam vili vendis, Atrecte, domum.

Compar. [illegible, Gl. G. L.] Hor. 1. Epiſt. 1. 52.

Vilius eſt auro argentum, virtutibus aurum.

Iſtoc vilius. Ter. Adelph. 5. 9. 24.

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito M. iſtoc vilius. Ubi Donatus, Quaſi, nihil minus. Negatio enim eſt floccum oſtendentis, aut quid tale: cum ἐλλείψει, qua ſubauditur Quicquam, & Non dabo.

Superl. [illegible, Gl. L. G.] Pars viliſſima rerum, opes. Lucan. lib. 3. 120.

VILITER, Adv. [illegible] Apul. 1. Florid. p. 144. Elmenh. Viliter ſemet ipſum colere, ſui contemptus eſt.

Compar. [illegible, Gl. G. L.] Plaut. Curc. 2. 1. 28. Venire poteris inteſtinis vilius.

Superl. [illegible] Plin. lib. 18. cap. 6. Quicquid per aſellum fieri poteſt, viliſſime conſtat.

VILISSIMO, Idem. Scævola, Si fiſco aliquid debebatur, & res ſtipulatoris viliſſimo diſtracta eſt, &c. Budæus.

VILITAS, ātis. f. [illegible, Gl. L. G. & G. L. [illegible], G. L.] cui opponitur Caritas. Cic. pro Lege Manil. 44. Tanta repente vilitas annonæ, ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, unius ſpe & nomine, quantam vix ex ſumma ubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. Idem pro Domo 15. Subito illo ipſo die cariſſimam annonam nec opinata vilitas conſecuta eſt.

Vilitas ſui. Curt. lib. 5. 9. 7. Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui compelluntur ignavi. i. e. Ad deſpicientiam vitæ ſuæ. [Hic Vilitas eſt τὸ [illegible]. C. Mucius apud Liv. 2. 12. Ut ſentias, quam vile corpus ſit iis, qui magnam gloriam vident.

Vilitas

Vilitas & Utilitas ſæpe a librariis confundi, docet Burm. ad Quintil. 5. 7. p. 182.
Vilesco, [ἀνατίζομαι] ĕre. Vile fieri. Avien. in Arat. v. 318.
At poſtquam argento deformis viluit ætas. Hinc Evileſco, apud Suetonium. q. V.
Vilo, [εὐτελίζω] āre. Gloſſ. Græcolat.
Vilito, āre. Vilem facio, ut Nonius ait, 2. 896. Turpil. Lindia. Quin moneam, quin clamem, & queras tua vitia, quæ te vilitant.
Vilifico, āre. ot. Vilificare mulierem. Hieron. in Eſaj.
Vilipendo, ĕre. Plaut. Truc. 2. 6. 58. Etiamnum me vilipendit.
Villa, æ. f. [ἐπαυλιον, ἐπαύλιον, Gl. L. G. κώμη, G. L.] Domus extra urbem ædificata, caſa agreſtis, & ſuburbana domus. Plin. lib. 18. cap. 6. Modus hic probatur, ut neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Villæ deſcriptionem habes in epiſtolis Plinii 2. 17. & 5. 6. conf. eundem de generibus villarum 3. 19.
Villa dicta eſt (inquit Varro de R. R. lib. 1. cap. 2.) quod e villico in eam convehuntur fructus, & evehuntur, quum veneunt.
Frumenta aut in agris, aut in villis ſunt. Cic. 10. Fam. 33.
Otium domus eſt, quæ nulli mearum villarum cedat. Cic. 6. Fam. 18.
Aqua non longe a villa bello ſane fluens. Cic. 3. Q. frat. 1.
Anſer erat minimæ cuſtodia villæ. Ovid. 8. Met. 684.
Culmina villarum fumant. Virg. 1. Ecl. 83.
Aperta villa. Cic. 2. Q. frat. 9. Hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc invitare nolui.
Minuſcula villa. V. Minor, in parvus.
Optima villa. Cic. pro Roſc. Com. 13. Tum erat ager incultus, ſine tecto: nunc eſt cultiſſimus, cum optima villa.
Parva villa. Cic. 2. de Legib. 3. Hoc ipſo in loco cum avus viveret, & antiquo more parva eſſet villa, ut illa Curiana in Sabinis.
Pleniſſima villa, Populoſa. Hor. 1. Serm. 5. 50.
Suburbana villa. Catull. ad Fundum, 42. 7.
Eſſe in agro, & eſſe ad villam. Cic. pro Roſc. Amer. 44.
Contexere villas. V. contexo.
Incluſæ in paucis villis. V. includo.
Villam Columella 1. 6. pr. tripartito diſtribuit, partem unam urbanam, ruſticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Budæus.
Ruſtica villa, eſt ea pars villæ, quam villicus, colonus, vel vinitor, vel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo aut continendo.
Villa urbana, quæ & Prætorium dicitur, ea pars eſt, quam dominus ſibi recepit: itaque quia elegantius, amœniuſque ædificari ſolet & inſtrui, ideo urbana vocatur, quaſi urbani nitoris, & elegantiæ plus quam ruſticæ. Varro lib. 1. de R. R. cap. 13. Fructuoſior eſt certe fundus propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villæ ruſticæ erant majoris, quam urbanæ, quæ nunc ſunt pleræque contra.
Villa publica, erat Locus in Campo Martio, ubi cenſus agebatur. V. Liv. 4. 22. extr.
Villŭla, æ. f. dimin. [ἐπαύλιον, ἀγρίδιον, Gl. G. L.] Cic. 8. Att. 9. Ego Arpini volo eſſe pridie Calen. deinde circum villulas noſtras errare. Eidem 12. 27. Villula ſordida & valde puſilla. Catul. ad Furium, 24. 1.
Proxima Campano villula. Hor. 1. Serm. 5. 45.
Villānus, i. m. [ἀγροικικός] Villani (inquit Budæus) dicuntur, quod villæ (unde villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum majores fuerint, quarum rerum veſtigia non obſcura multis in locis extant: quod tamen nomen loquentium inſcitia in contumeliam jam vertit. Villanum enim & Vilem vernacula ſimplicitas confundit.
Villatĭcus, a, um. Adj. [ἀγροικικὸς] Quod ad villam pertinet. unde Villatica paſtio, dicitur Alimentum quod pertinet ad animalia quæ rure nutriuntur, ut puta, pecudes, aves, piſces. Sic dicitur Villaticus canis, Qui in villa tenetur. Columel. lib. 7. cap. 12.
Ales villatica, quæ in villa paſcitur. Plin. lib. 23. cap. 1. Ajunt, ſi quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutaſque fieri villaticas alites.
Villāris, e. Adj. [ἀγροικικός] Idem quod Villaticus. Plin. lib. 10. cap. 41. Villaribus gallinis & religio ineſt.
Villĭcus, vel Vilĭcus, i. m. uno enim l ſæpe ſcribitur, [οἰκονόμος, ἐπιστολογράφος, καὶ ὁ ἐπὶ ἀγροῦ ἐπιτροπεύων, Gl. L. G. οἰκονόμος, ὁ ἐπὶ τῆς κώμης, G. L.] Villæ gubernator: vel Qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curam habet. Varro de R. R. 1. 2. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa. Columel. lib. 11. Villicus ſemper caveat ne improvidus ab opere vincatur. Hor. 1. Epiſt. 14. 13.
Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.
Villicus quid a Colono differat, V. Colonus, in colo.
Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico ſit. Cic. 1. de Orat. 249.
Silvarum & agelli villicus. Hor. 1. Epiſt. 14. 1.
Dominus villico delectatur. Cic. 5. Verr. 119.
Cuſtos ac villicus. Cic. 5. Verr. 119. Putat ſe bonum in arationibus, fructibuſque ſuis habuiſſe cuſtodem ac villicum.
Villicus procurator. Cic. 14. Att. 17. Quum Piliæ noſtræ villam ad Lucrinum, villicoſque procuratores tradidiſſem. [Ubi videtur Adj.
Villicus non tantum ruſticarum, ſed etiam aliarum rerum Procurator, per Tranſlationem dicitur. ut,
Ærarii villicus. Tibul. 4. 14. 1.
Urbis villicus. Juvenal. 4. Sat. 77.
Villĭca, æ. f. [οἰκονόμου γυνὴ] Uxor villici. Columel. lib. 12. cap. 1. Nec tamen inſtituendo villicam, domeſticarum rerum villico remittimus curas, ſed tantummodo laborem ejus, adjutrice data, levamus. Martial. lib. 1. 56.
Pinguis inæquales onerat cui villica menſas.
Villĭco, [οἰκονομῶ, Gl. G. L.] āre. & Villicor, āri. depon. Villici munere fungi. vel in villam animi cauſa ſecedere. Pomponius Ergaſtulo, Longe ab urbe villicari, quo herus rarenter venit, non villicari, ſed dominari, mea eſt ſententia. Afranius Suſpecta, In Arpinum jam quantum potes exploдam hominem ut villicetur. Plin. lib. 18. cap. 6. Exercituſque ducebant Senatu illis villicante.
Villĭcātio, ōnis. f. [οἰκονομία] Ruſtica negotiatio, vel villæ diſpenſatio. Columel. lib. 11. cap. 1. Qui ſuſceperit officium villicationis.

Villĭco, ōnis. m. [ἐπιστάτης] Idem quod Villicus, vel præfectus villicationis; ut eſt apud Apulejum in Apologia p. 329. Elmenh. qui & Epiſtates dicitur.
Villum, V. vinum.
Villus, i. m. [μαλλὸς, Gl. L. G. & G. L.] Pilus. Martial. lib. 14. 136.
Calfaciant villi pallia veſtra mei. Cic. 2. de Nat. Deor. 121. Quarum animantium aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Ovid. 3. Met. 218. de Canibus venaticis,
Et niveis Leucon, & villis Aſbolus atris.
Albentes villi. Ovid. 11. Met. 176.
Mollibus villis albi greges. Virg. 3. Georg. 386.
Udis villis merſatus aries. Virg. 3. Georg. 446.
Conficere & contexere villos ovium. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Quid enim oves aliud afferunt, niſi ut earum villis confectis atque contextis, homines veſtiantur?
Solutis villis mantile. i. e. Cirris. Ovid. 4. Faſt. 933.
Tonſis villis mantilia. Virg. 4. Georg. 377.
Cani villi arborum. V. canus.
Villōſus, a, um. Adj. [μαλλωτὸς, Gl. L. G. & G. L.] Villis plenus.
Cauda villoſa. Plin. lib. 7. cap. 2. Et lib. 8. cap. 38.
Genua villoſa. Plin. lib. 12. cap. 17.
Guttura villoſa colubris. Ovid. 10. Met. 21.
Pectus villoſum. Columel. lib. 7. cap. 12. Nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villoſoque pectore. Virg. 8. Æn. 266.
Palles villoſæ. Ovid. 12. Met. 319.
Terga villoſa leonis. Sil. lib. 16. 452.
Urſa villoſa. Ovid. 13. Met. 836.
Veſte villoſa tegere corpus. Tibul. lib. 2. 3. 82.
Radice villoſa arbor, quæ & capillaris dicitur. Plin. lib. 12. cap. 32.

V I M

Vīmen, ĭnis. n. [λύγος, Gl. L. G. & G. L. οἰσύα, L. G.] Omne virgultum molle, & ad ligandum aptum, quaſi vincimen, vel a Viendo, ut in ea voce dictum. Columel. lib. 4. cap. 30. Nec refert cujus generis vimen feras, dum ſit lentiſſimum. Cæſ. 6. Bell. Gall. 16. Alii immani magnitudine ſimulacra habent: contexta viminibus membra vivis hominibus complent.
Vimina fiunt ex populorum virgis, ulmi, & ſanguineorum fruticum, & betulæ, & vitis, & coryli inſortæ, & ſalicis, quæ principatum obtinent. Columel. lib. 4. cap. 13. Si viminibus ſalicis aut ulmi ligaveris. Sic lib. 9. cap. 151.
Denſus vimine ſpecus. Ovid. 3. Met. 29.
Fecundæ viminibus ſalices. Virg. 2. Georg. 446.
Feneſtræ factæ viminibus raris. Varro 3. de R. R. cap. 9.
Actæum vimen, Atticum, nam Attica regio prius Actæa dicebatur ab Actæo, qui primus Athenis regnavit. Ovid. 6. Met. 354.
Aſpera ruſci vimina. Virg. 2. Georg. 414.
Breve vimen. Martial. lib. 4. 89.
Fruticoſa vimina. Ovid. 6. Met. 345.
Lentum vimen, Molle & flexuoſum. Virg. 3. Æn. 31.
Lento vimine ſecta alvearia. Virg. 4. Georg. 34.
Querno vimine texant crates. Virg. 11. Æn. 65.
Spiſſo vimine quali. Virg. 2. Georg. 241.
Detexere aliquid viminibus. Virg. 2. Ecl. 72.
Vimentum, i. n. Idem. Tacit. 12. Ann. 16. Mœnia, non ſaxo, ſed cratibus & vimentis, ac media humo, adverſum irrumpentes invalida erant.
Vimĭnētum, i. n. Locus viminibus conſitus. Varro de L. L. 4. 8.
Vimĭneus, a, um. Adj. [οἰσύινος] Quod eſt ex vimine: ut, Vaſa viminea. Plaut. Epid. 1. 1. 26.
Crates vimineæ. Virg. 1. Georg. 95.
Faſces viminei virgarum. Plaut. Epid. 2. 2. 26.
Vimineos qualos ſuperimponunt. Columel. lib. 8. cap. 3.
Viminea tegumenta. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 63.
Vimĭnālis, e. Adj. [οἰσυοφόρος] Quod eſt ad ligandum aptum, ſeu Quod pertinet ad vimina. Plin. lib. 17. cap. 20. Hæc eſt viminalium cultura.
Salices viminales. Columel. lib. 4. cap. 30.
Collis viminalis dictus eſt Romæ, quod ibi viminum ſilva fuit. Plin. lib. 17. cap. 1. In colle Viminali C. Aquilii.

V I N

VIN. Vinalia.
Vin, pro Viſne, Vide quæ notavi in volo. H. St.
Vinaceus, Vinarius. V. vinum.
Vinca, æ. f. Herba a vinciendo dicta. Plin. 5. Epiſt. 17. Adjacet geſtationi interiore circuitu vinca tenera & umbroſa, nudiſque etiam pedibus mollis & cedens. Ubi corrupte legitur Vinea, facili lapſu litteræ c in e.
Vincapervinca. Plin. lib. 21. cap. 11. Vincapervinca ſemper viret, in modum lineæ foliis geniculatim circumdata.
Vincio, vinxi, vinctum, [δεσμῶ, Gl. G. L.] īre. Conſtringere. Virg. 1. Æn. 341.
Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. Plaut. Men. 1. 1. 3.
Homines captivos qui catenis vinciunt.
Vinctum & conſtrictum aliquem alicui tradere. Cic. pro Domo 23. Tu liberos populos L. Piſoni vinctos conſtrictoſque tradidiſti.
Aliquem catenis vincire. Ovid. 15. Met. 601.
Comas vitta vinxi. Propert. lib. 4. 12. 34.
Lacertos vincire auro. Tibul. lib. 1. 9. 70.
Tempora vincire floribus, Coronare. Acron. Hor. 4. Carm. 1. 32.
Lino vincire. Celſ. lib. 7. cap. 19.
Guttura alicujus vincire. Ovid. 10. Met. 22.
Manus vinxerat poſt terga. Virg. 11. Æn. 81.
Linguas hoſtiles vincire. Ovid. 2. Faſt. 581.
Mentem vincire Lyæo. Propert. lib. 3. 5. 21.
Dolia vincire plumbo. Cato R. R. cap. 39.
Locum præſidiis vincire, pro Tenere. Cic. 7. Att. 17. Cæſarem quidem L. Cæſarem

Digitized by Google

L. Cæſare cum mandatis de pace miſſo, tamen ajunt acerrime delectum habere, loca occupare, vincire præſidiis.
Cuſtodiis amicorum vinciri & conſtringi. Cic. 2. Tuſc. 48. Si turpiſſime ſe illa pars animi geret, quam dixi eſſe mollem, ſi ſe lamentis muliebriter, lacrimiſque dedet, vinciatur, & conſtringatur amicorum propinquorumque cuſtodiis.
Fœdere certo vinciri. Propert. lib. 3. 20. 21.
Legibus vincire. Cic. pro Marcell. 24. Omnia quæ delapſa jam fluxerunt ſeveris legibus vincienda ſunt.
Numeris vincire membra orationis. Cic. 3. de Orat. 188. Sæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt, quæ tamen ipſa membra ſunt numeris vincienda.
VINCIENS, entis. Partic. Apul. Apol. 1. p. 132. Venus corpora complexu vinciens.
VINCTUS, a, um. Partic. [δεδεμένος, Gl. L. G. & G. L.] Conſtrictus. Vinctus & aſtrictus. Cic. 6. Verr. 96.
Vinctum & Diſſolutum, contraria. Cic. in Orat. 195. Alterum eſt minus vinctum, ut de induſtria factum appareat; alterum nimis diſſolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur.
Aſpicite religatum aſperis vinctumque ſaxis. Cic. 2. Tuſc. 3.
Tradere alicui aliquem vinctum. Cic. 5. Verr. 37. Translate.
Nexu vincti. V. NECTO.
Nodis ahenis vinctos poſt tergum. Virg. 1. Æn. 299.
Vincta amicitia inter aliquos. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 17.
Caput auro vinctus. Ovid. 11. Met. 165.
Fides vincta teſte numine, Jurejurando obligata. Ovid. 20. Epiſt. 112.
Ille Juppiter, cujus nomine majores noſtri vinctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt. Pro M. Fonteio 222. edit. Lamb. Pro Vinctam, quod affert Faernus ex vet. vulgo Sanctam. H. St. V. not. Græv. & ſupra Sanctus in SANCIO. Extant autem hæc Pro Font. 20.
Foſſor compede vinctus. Ovid. 4. Triſt. 1. 5.
Orbes vincti inter ſe. Cic. in Arat. 243.
Pectore vincto virgo, i. e. Tenui & gracili. Ter. Eun. 2. 3. 22.

— quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient.

Præcordia vincta ferro. V. PRÆCORDIA.
Vinctus, pro Coacto. Hor. 2. Serm. 7. 30.

— ſi nuſquam es forte vocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum olus: ac velut uſque
Vinctus eas: ita te felicem dicis, &c.

I. e. Quaſi ad alienam cœnam ſemper eas coactus. [Quaſi non tuis pedibus ſolutus & liber eas, ſed vinctus & conſtrictus traharis.
VINCTUS, i, m. [δέσμιος, Gl. G. L.] pro Servo & compedito. In compedibus enim vincti ſervi ad agriculturam deſtinabantur. Plin. 3. Epiſt. 19. Nam nec ipſe uſquam vinctus habeo, &c.
VINCTURUS, a, um. Partic. Virg. 2. Georg. 94.

— tenuiſque lageos
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.

VINCTIO, ōnis. f. Arnob. lib. 2. Advers. gent. Neque eſſe omnino diſſolutionis expertes: ſed voluntate Dei regis ac principis vinctione in perpetua contineri. conf. Cic. 1. Tuſc. 72.
VINCTUS, ûs. m. [δεσμός] Ligamen. Varr. 1. de R. R. cap. 8. Et vindemia facta, denique diſcat pendere in palmam aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant ceſtum.
VINCTOR, ōris. m. Qui vincit. Arnob. lib. 6. p. 199. Phidias ſciebat, aurum fuiſſe, lapides atque oſſa informia, diſparata, confuſaque, ſeque horum omnium congregatorem atque vinctorem.
VINCTURA, æ. f. Plin. lib. 16. cap. 37. Pariuntque balthea corticis vincula: & aliæ virgas ſequacis ad victuras lentitiæ. De ſalicibus.
VINCEUS, a, um. Adj. fictum a Plaut. Stich. 4. 7. 55. Potione vincea onerabo gulam. Ubi Turneb. lepide Laqueum vocat Potionem vinceam.
VINCŬLUM, i. n. [δεσμός, Gl. L. G. & G. L.] Ligamen. Dicimus & VINCLUM, i. per ſyncopen. Pl. Vincula, [δεσμοί, Gl. L. G.] Columel. lib. 3. Salix humida loca deſiderat, geniſta etiam ſicca, utræque tamen circa vineam ſeruntur, quum palmitibus idonea præbent vincula.
Digitorum vincula. Ovid. 9. Met. 77.
Juncea vincula. Ovid. 4. Faſt. 870.
Linea vincula. Virg. 5. Æn. 510.
Roſeum vinculum, i. e. Corona. Senec. Med. v. 70.
Spinea vincula. Ovid. 2. Met. 790.
Stuppea vincla. Stat. 3. Silv. 2. 27.
Arcta vincula. Virg. 2. Æn. 147.
Fabrilia vincula. Ovid. 1. Amor. 9. 39.
Immania vincula. Valer. 7. Argon. 593.
Irreſoluta vincula. Ovid. 1. de Pont. 2. 22.
Tenacia vincla. Virg. 4. Georg. 412.
Abducere vincula ab aliquo loco. V. ABDUCO.
Abrumpere vincula alicui. Hor. 4. Carm. 7. 28.
Abdere manus alicujus in vincla. Ovid. 1. Amor. 7. 1.
Adhibere vincula captis. Ovid. 3. Faſt. 293.
Adimere vincula canibus. Ovid. 8. Met. 332.
Aptare vincula collo. Ovid. 10. Met. 381.
Arcebant vincula palmas. Virg. 2. Æn. 406.
Aſtringere vincula. Ovid. 11. Met. 75.
Capere aliquem vinclis. Virg. 4. Georg. 396.
Circumdare vincula collo. Ovid. 1. Met. 631.
Conjicere in vincula. V. CONJICIO.
Conſtricta corpora vinculis. Cic. 1. de Orat. 226. Si corpora capta ſint armis, aut conſtricta vinculis, tamen ſuum jus, &c.
Contendere vincla. V. CONTENDO.
Copulare vinculo. V. COPULO.
Demere alicui vincula. Ovid. 3. Faſt. 320.
Demere vincla pedibus. Ovid. 3. Met. 168. Calceamenta ſolvere.
Dilaniare vincula. Ovid. 10. Met. 387.
Effugere vincula. Hor. 2. Serm. 3. 71.
Emittere ex vinculis. Cic. 1. Tuſc. 75.
Evadere vincla. Sil. lib. 7. 71.
Excidere vinclis, Evadere vincula. Virg. 4. Georg. 405.
Exuta pedem vinclis Dido. Virg. 4. Æn. 518.
Exutæ vinclis palmæ. Virg. 2. Æn. 38.

Frangere digitorum vincula. Stat. 8. Theb. 860.
Gerere vincla. Ovid. 4. Met. 680.
Impediunt firma vincula manus. Ovid. 1. Faſt. 370.
Impediri vinculis. V. IMPEDIO.
Imponere vincla, & Solvere vincla, contraria. Propert. lib. 3. 20. 23.
Impoſita capiti vincla, Corona, diadema, vel ſimile quippiam. Senec. Thyeſt. 6. impoſire capiti vincla venerando gere.
Indere vincula. Tacit. 15. Ann. 56.
Injicere vincula. V. INJICIO.
Innectere vincla gutturi. Hor. Epod. 17. 72.
Innectere vincula cæſa ſilvis. Lucan. lib. 2. 670.
Intendere vincula collo. V. INTENDO.
Levare vincla alicui. Virg. 2. Æn. 147.
Ligare vincla. Sil. lib. 11. 249.
Ligabantur minacia vincla collo. Ovid. 1. Met. 91.
Nectere vincula alicui. Virg. 6. Ecl. 23.
Præſtricte ſecantibus vinclis manus. Senec. Troad. 6.
Recuſantes vincla leones. Virg. 7. Æn. 16.
Rumpere vincula. Virg. 2. Æn. 134.
Solvere vincula. Ovid. 18. Epiſt. 11.
Solvere epiſtolæ vincula, i. e. Aperire epiſtolam. Nepos 4. 4. 1.
Tendere vincula alicui. Virg. 4. Georg. 399.
Tenere vinculis aliquem. Virg. 4. Georg. 405.
Teneor gravibus vinclis coërcita. Ovid. 13. Epiſt. 3.
Vincula, orum. [πέδαι] Compedes, & per tranſlationem Carcer, in quo noxii vincti ſervantur. Venulej. l. 224. D. de verb. ſignif. Vinculorum appellatione, vel privata, vel publica vincula ſignificantur: cuſtodiæ vero tantum publica cuſtodia. Cic. 7. Verr. 17. In vincla conjectus eſt. Ibid. 78. Quid ſi aufugiſſet? ſi vincla rupiſſet?
Abripi in vincula. Cic. 6. Verr. 24.
Abſolutus vinculis. V. ABSOLVO.
Coerceri vinculis. Calliſtrat. in l. Succurritur. D. Ex quibus cauſis majores, &c.
Dicere cauſam ex vinculis. V. DICO, ĕre.
Habere in vinculis. Salluſt. in Catil. cap. 51. extr. Ipſos in vinculis habendos per municipia. Quod cap. ſeq. expreſſit, Ipſos per municipia in cuſtodiis habendos.
Mandare æternis vinculis, V. MANDO, āre.
Necare aliquem vinculis & verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum. Cic. pro Lege Manil. 11.
Eſſe in vinculis, In carcere eſſe vinctum. Plin. lib. 7. cap. 34.
Amicitiæ vincula rumpere, Translate. Lucret. lib. 3. 83.
Tenaciſſimum vinculum ad connectendas amicitias. Plin. 4. Epiſt. 15. ad Fundanum, Quum ſit ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vinculum morum ſimilitudo.
Affinitatis vinculis eſſe cum aliquo conjunctum. Cic. pro Planc. 27. Eſt quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis conjunctus.
Concordiæ vincula. Cic. 2. de Finib. 117. Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ ſunt vincula concordiæ.
Conjunctionis vinculis cum aliquo. Cic. 8. Att. 2. Dixerim me vel plurima vincla tecum ſummæ conjunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt ut ego ea ea, quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim.
Juris vincula. Cic. 3. de Finib. 67. Et quo modo hominum inter homines juris eſſe vincula putant, ſic homini nihil juris eſſe cum beſtiis.
Judiciorum revellere vincula. Cic. pro Cæcin. 70. Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit, non modo judiciorum, ſed etiam utilitatis, vitæque communis.
Legum certe vincula. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Quæſtionis vinculum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Societatis arctiſſimum vinculum. V. ARCEO.
Connubialia vincla, Conjugium. Stat. 5. Theb. 112.
Jugalia vincla, Fœdus matrimonii. Virg. 4. Æn. 59.
Jugali vinclo ſociare ſe alicui. Virg. 4. Æn. 16.
Vinculum ad. Cic. 3. Off. 111. Nullum enim vinculum ad aſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt.
Aſtrictus vinclis. Cic. 4. Acad. 61.
Aſtrictis certis legum vinculis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Copulatus locus vinculo quæſtionis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Habere conſtrictum in vinculis ſuis eum, qui reſponſurus eſt, dicitur cavillatus ſophiſta. Quintil. lib. 7. cap. 3. p. 616. Burm.
Vincla, pro Negotiis. Hor. 1. Epiſt. 7. 67.

— illa Philippo
Excuſare laborem, & mercenaria vincla.

VINCULĀTUS, a, um. Adj. ut, Mutuo amplexu vinculati. Cæl. Aurel. Tard. 4. 8.
Roſæ decuſſatim vinculatæ. Mart. Capell. 1. p. 11.
VINCO, vici, victum, [νικῶ, Gl. L. G. & G. L.] ĕre. Superare, ſuperiorem diſcedere. Cic. 3. in Catil. 27. Mihi vivendum eſt cum illis, quos vici ac ſubegi. Idem 8. Att. 7. Malo cum Pompejo vinci, quam cum iſtis vincere.
Vinci & expugnari. Cic. in Parad. 4. Sapientis animus magnitudine conſilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus ut mœnibus ſeptus, vincetur & expugnabitur, qui ne civitate quidem pelli poteſt?
Vincere ac vinci vultu eodem. Liv. 7.
Vince & vale. Cic. 11. Fam. 25.
Vinci a voluptate. Cic. 1. Off. 68. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate.
Bello vincere. Lucan. lib. 1. 145.
Fame vinci, Expugnari. Ovid. 6. Faſt. 393.
Hoſtem miles vicit. Ovid. 2. Triſt. 49.
Amor vincitur donis. Ovid. 1. Triſt. 5.
Animum vincere. Plaut. Trin. 2. 2. 29.

Tu ſi animum viciſti potius, quam animus te, eſt quod gaudeas.

Clementia vincitur lacrimis. Ovid. 4. Triſt. 9. 3.
Omnia vincit amor. Virg. 10. Ecl. 69.
Omnia vincit animus. Ovid. 2. de Pont. 7. 75.
Omnia vincit labor. Virg. 1. Georg. 145.

Vincere, pro Obtinere. Plaut. Perſ. 4. 4. 23. Fatear ſi ita ſim. c. jam tibi, viciſti. Cic pro Cluent. 124. Vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum. Ibid. 64. Si doceo non ab Avito, vinco ab Oppianico. Budæus.
Judicio vincere. Cic pro Roſc. Com. 53. Itane vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet judicio, ferres tuum. Suo nomine petiit: quod abſtulit, ſibi, non tibi exegit.
Ratione nulla vinci. Cic. 4. Tuſc. 48. Sæpe enim videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincerentur.
Sponſione vincere. Cic. pro Quint. 84. Nam quidquid eſt cauſæ, C. Aquili, quin ſi longe aliter poſſedit, quam Prætor edixit, iſte ex edicto non poſſederit, ego ſponſione vicerim?
Cauſa victa. Cic. pro Dejot. 23. Sed tamen cum ad Cœlium mittebat, utram cauſam illam victam eſſe neſciebat?
Crimina vincere. Martial. lib. 1. 7.
Falſa vincere veris. Lucret. lib. 4. 483.
Furorem vincere ratione. Ovid. 7. Met. 10.
Licitationem vincere. Paulus in l. Locatio, D. de publicanis. Locatio vectigalium quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos & cautiones is qui licitationem vicerit, offerre paratus ſit. Alii legunt Licitatione vicerit.
Vicit ſententia lenior, ut unde culpa eſſet orta, ibi pœna conſiſteret. Liv. 28. 26.
Vicimus, Viciſtis, Noſtra eſt cauſa, Veſtra eſt ratio. Cic. 14. Att. 20. Cui ſi eſſe in urbe tuto licebit, vicimus. Et 3. Verr. 61. Unum oſtende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum eſſe, viciſti.
Viceris. Ter. And. 5. 3. 25. Adducti qui illam civem hic dicant; viceris. Ubi Donatus, Viceris verbum eſt ejus, qui vix ſibi extorquet ut objiciat curam, & proprium patribus, ac familiare iratis.
Carminibus vincere aliquem, Superare, Præſtare. Virg. 4. Ecl. 55.
Certamine pedum vicerat omnes. Ovid. 12. Met. 304.
Gloria vincere aliquem. Cic. pro Dejot. 12.
Moribus vincere aliquem. Propert. lib. 3. 6. 25.
Numero vincere, ætatibus, auctoritate. Cic. 11. Philipp. 39. Nunc vigent Panſæ, vigent Hirtii, vigent Cæſares filii, vigent Planci: vincunt numero, vincunt ætatibus, nimirum etiam auctoritate vincunt.
Te uno vicimus. Cic. 4. Fam. 4. Uno te vicimus, quod de Marcelli Collegæ tui ſalute paulo ante, quam tu, cognovimus.
Aciem vincere ferri. Plin. lib. 19. cap. 1.
Animum divitiis parem, munere vincere. Senec. de Beneficiis, lib. 1. cap. 8.
Cervum vincere curſu, vel cochleam tarditudine: In celeres & tardos dicitur. Plaut. Pœn. 3. 1. 27.
Comites curſu vincere. Ovid. 1. Triſt. 10. 5.
Magnitudinem alterius rei vincere. Cic. in Somn. Scip. 8. Stellarum autem globi terræ magnitudinem facile vincebant.
Omnes officio vincere. Cic. 14. Fam. 4. Salluſtius officio vincit omnes.
Viribus ramum vincere, Hærentem vi evellere. Virg. 6. Æn. 148.
Cibum vincere, Concoquere. Plin. lib. 11. cap. 53.
Difficultates locorum vincere, Superare. Cæſ. 8. Bell. Gall. 41.
Exſpectationem vincere, Facere præter exſpectationem & ſpem aliorum. Cic. 2. Fam. 4. ad fin. Idem 7. Verr. 11. Exſpectate facinus quam vobis improbum, vincam tamen exſpectationem omnium.
Fata ſua vivendo vincere. Virg. 11. Æn. 160.

> Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes
> Reſtarem ut genitor.

Ubi Servius; Vici mea fata, id eſt naturalem ordinem vita longiore ſuperavi: namque hic ordo eſt, ut ſint parentibus ſuperſtites filii.
Memoriam vicit vita iſtius. Cic. in Salluſt. 3. Quod ſi vita iſtius memoriam vicerit, aliam, P. C. non ex oratione ejus, ſed ex moribus ſpectare debetis.
Montes vincere aſcenſu, Superare. Claud. 3. Conſ. Hon. 46.
Noctem vincunt funalia flammis. Virg. 1. Æn. 731.
Opinionem omnium vincere. Cic. 4. Acad. 1.
Pectora dura vincuntur molli prece. Tibul. lib. 3. 4. 76.
Se ipſum vincere. Cic. 10. Fam. 13. Quod maximus conſularis maximum Conſulem te ipſum viciſti, & lætamur, & mirari ſatis non poſſumus.
Virum invictum dolor vicit. Ovid. 13. Met. 386.
Cura vincendi. Ovid. 16. Epiſt. 79.
VINCENS, entis. Partic. Hirt. Bell. Alex. cap. 40. Legio fortiter vincentium impetum ſuſtinuit. Adde Hor. 1. Serm. 1. 115.
VINCENDUS, a, um. Partic. [illegible], Gl. L. G.]
VICTUS, a, um. Partic. [illegible] us,
Victi & ſubacti populi. Cic. pro Font. 26. Aut ſi non poterit, M. Fabium, ſubſcriptorem ejus, rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen ampliſſimum: ut velint iſti aut quieſcere, id quod victi ac ſubacti ſolent, &c.
Galli victi ſilere ſolent; canere victores. Cic. 2. de Divin. 56.
Hoſtis victos terra marique. Hor. Epod. 9. 27.
Opes civitatis victæ. Cic. 7. Verr. 98. Hic primum opes ipſius civitatis victæ, comminutæ, depreſſæque ſunt.
Terga victa dare. Ovid 7. Met. 78.
Urbes victæ. Hor. 3. Carm. 15. 2.
Bellis victi. Stat. 12. Theb. 507.
Natura victus. Cic. 2. de Finib. 49. Itaque idem natura victus (cui obſiſti non poteſt) dicit alio loco, &c.
Prece victus. Hor. Epod. 17. 43.
Somno victus. Liv. 9. 30.
Viribus victa virgo, Expugnato pudore a fortiore. Ovid. 1. de Arte Am. 699.
Voluptate victus. Cic. 1. de Finib. 48. Et qui ſuum judicium retinet, ne voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum.
Vulnere ingenti victus. Virg. 10. Æn. 842.
Clementia illius victa eſt noſtro vitio. Ovid. 2. de Pont. 2. 121.
Corpora victa ſopore. Ovid. 1. Faſt. 420.
Femina victa dolo divûm duorum. Virg. 4. Æn. 95.
Gemitu victus. Tacit. 4. Ann. 8. Effuſum in lacrimas ſenatum, victo gemitu, &c. Victum gemitum dixit, quia is non ſufficeret amplius exprimendo affectui, quo confundebantur.

Ita victa per preces. Ovid. 1. de Pont. 7. 48.
Patientia victa vitiis. Ovid 3. Amor. 10. 1.
Pietas victa furore. Hor. 3. Carm. 27. 35.
Pudor victus amore. Ovid. 3. Amor. 10. 29.
Reus victus. Cic. 3. Verr. 20. Ne actor quidem eſt is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occulte ſurripi, aut impune eripi poſſit.
Victus. Virg. 9. Ecl. 5.

> Nunc victi triſtes, quoniam ſors omnia verſat,
> Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.

Ubi Servius; Victi, id eſt impotes voti. Nam quo modo victores dicimus Voti compotes, qui quod volunt faciunt: ſic victos contrario Voti impotes, qui non poſſunt facere quod volunt.
Victus, A propoſito priſtino recedens. Virg. 2. Æn. 699.

> Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras.

Servius.
Victus & Vinctus confunduntur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 6. 348.
VICTOR, ōris. m. [illegible], Gl. L. G. & G. L.] Qui vicit. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 24. Qui ab decumana porta, ac ſummo jugo collis noſtros victores flumen tranſire conſpexerant.
Multa enim victori, eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt. Cic. 4. Fam. 9.
Belli victor. Stat. 9. Theb. 625.
Gentium omnium victor. Cic. in Piſon. 16. Neque enim me ſtante & manente in urbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pompejo, omnium gentium victore, &c.
Hoſtium victor. Hor. 1. Carm. 6. 2.
Hoſtium ille externorumque bellorum victor. Cic. de Aruſp. Reſp. 49.
Cruentus victor. Lucan. lib. 5. 758.
Ferus victor. Hor. 2. Epiſt. 2. 156.
Violens victor. Hor. 1. Epiſt. 10. 37.
Currus victor, Triumphalis. Ovid. 4. Triſt. 2. 47.
Victor eſt etiam Propoſiti effector, ut interpretatur Servius ad Virg. 2. Æn. 329.

> —victorque Sinon incendia miſcet.

V. Hor. 1. Epiſt. 13. 2. & Ovid. 1. Faſt. 562.
VICTRIX, īcis. f. [illegible] Quæ vicit. Cic. ad Brut. 10. Erat victrix Reſpub. cæſis Antonii copiis, ipſo expulſo.
Victrix filiæ, non libidinis. Cic. pro Cluent. 14. Tum vero illa, egregia ac præclara mater, palam exſultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non libidinis.
Victrix, Voti compos. Virg. 7. Æn. 544.

> Junonem victrix affatur voce ſuperba.

VICTRIX, īcis. Adj. [illegible] us, Arma victricia, pro ipſis Victoribus, & iis qui armis vicerunt. Virg. 3. Æn. 54.

> Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus,
> Fas omne abrumpit.

Ubi Servius, Omnia nomina a verbo venientia, quæ in OR exeunt, maſculina ſunt, ut Victor; quæ in TRIX, feminina ſunt, ut Victrix. Neutra vero non faciunt niſi tantum ex numero plurali: unde eſt Victricia. Sed vide infra in Solum victrix.
Athenæ victrices. Cic. 1. Tuſc. 116.
Catervæ victrices. Hor. 4. Carm. 4. 63.
Dextra victrix. Ovid. 2. Faſt. 335.
Lauri victrices, Quibus victores ſeu triumphantes coronabantur. Virg. 8. Ecl. 13.
Libido victrix. Senec. Thyeſt. 1.
Litteræ victrices, Victoriam nuntiantes. Cic. 5. Fam. 21. Quo autem die Caſſii litteræ victrices in Senatu recitatæ ſunt, id eſt Non. Octob. eodem meæ tumultum nuntiantes. V. Litteræ laureatæ ſ. l.
Manus in cæde victrix. Cic. pro Sext. 79. Quum ſubito manus illa Clodiana, in cæde civium jam ſæpe victrix, exclamat, incitatur.
Palmæ victrices. Lucan ad Piſon. 31.
Solum victrix. Claud. de 6. Conſ. Honor. v. 24.

> — & certius omnia ſurgunt
> Victrici concepta ſolo.

VICTŌRIA, æ. f. [illegible], Gl. L. G. & G. L.] Plaut. Truc. 2. 2. 10. Hic ſunt, quæ habet victorias. Cic. 2 Brut. 15. Facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperiuntur. Idem pro Lege Manil. 28. Cujus adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris, non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli, ſed victoriis, non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta.
Victoria & triumphus. Cic. pro Muren. 11. Finem ſtipendiorum patris victoriam ac triumphum fuiſſe.
Victoria natura inſolens & ſuperba. Cic. pro Marcell. 9.
Compos victoriæ. Paterc. lib. 2. 96.
Facies victoriæ. Tacit. in Vita Agric. 38.
Clementiſſima victoria. Paterc. lib. 2. 86. pr. Victoria fuit clementiſſima, nec quiſquam interemptus niſi paucisſimi, & hi, qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinerent.
Cruenta victoria. V. CRUENTUS.
Facilis victoria. Juven. 15. Sat. 48.

> Adde, quod & facilis victoria de madidis &
> Blæſis, atque mero titubantibus.

Immanis victoria, i. e. Valde magna. V. Facere emolumentum, in EMOLUMENTUM.
Læta victoria. Hor. 1. Serm. 1. 8.
Pulchra & ſpectabilis victoria. Tacit. in Vita Agric. 34.
Adipiſci cruentam victoriam. Cæſ. Bell. Afric 32. Turpe ſibi exiſtimabat tot rebus geſtis, tantiſque exercitibus devictis, tam claris victoriis partis, a reliquis copiis adverſariorum ex fuga collectis, ſe cruentam adeptum exiſtimari victoriam.
Cedere victoriam. Paterc. lib. 2. 85. At illi quum pro abſente dimicaſſent duce, ægre, ſummiſſis armis, ceſſere victoriam.
Ceſſit illi victoria. V. CEDO.
Cohoneſtare victoriam. V. COHONESTO.
Concedere victoriam. Tacit. 5. Ann. 18.
Concelebrare victoriam. V. CONCELEBRO.
Conclamare victoriam. V. CONCLAMO.
Conſequi victoriam. Cic. pro Cœl. 18. Qui cum & ex Reip. cauſa jam eſſet nihi quidem moleſtam, ſibi tamen glorioſam victoriam conſecutus.
Conſtitit victoria. V. CONSISTO.

Conſtituere

Conſtituere victoriam. V. CONSTITUO.
Conſtat victoria magno detrimento, &c. Cæſ. 7. Bell. Gall. 19.
Corrupta toties victoria. Tacit. 4. Hiſt. 35.
Deferre victoriam. Liv. 5.
Differre victoriam. Liv. 23. 18. Illa cunctatio diſtuliſſe modo victoriam videri potuit: hic error vires ademiſſe ad vincendum.
Dare victoriam. Liv. 5.
Edere victoriam. Tacit. in Vit. Agric. 34.
Eripere partam victoriam ex manibus. Salluſt. in Jugurth. cap. 82. extr.
Excidit victoria e manibus. V. EXCIDO 2.
Exercere victoriam crudeliter. Salluſt. in Catil. cap. 38. extr. & Jug. 16.
Extorquere victoriam. Liv.
Facere victoriam. Liv. 2. 37.
Habere victoriam. Liv. Quod primum eſſet, confeſſionem ſe hoſtium habere, nequaquam pares eos eſſe ſibi, brevi & victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore eventu eos ſecum, quam ſpe pugnaturos.
Habere victoriam in manibus. Liv. 30. 30.
Inquietare victoriam. Tacit. 3. Hiſt. 84. h. e. Inquietabant.
Interpellare victoriam. Cæſ. 3. Bell. Civil. 70.
Morari victoriam. Liv.
Naſcitur victoria. Cæſ. Bell. Alex. 76.
Oritur victoria. Cæſ. 3. Bell. Civil. 94.
Parere victoriam. Cæſ. Bell. Afric. 32.
Patrare victoriam. Tacit. 13. Ann. 41.
Portendere victoriam. Liv.
Referre victoriam ex Volſcis. Liv. 4. 10.
Reportare victoriam. Cic. pro Lege Manil. 8. Etenim adhuc ita veſtri cum illo rege contenderunt Imperatores, ut ab illo inſignia victoriæ, non victoriam reportarent.
Retinere victoriam. Salluſt. in Jugurth.
Spectare victoriam. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Stat victoria multorum ſanguine, &c. hoſti. Liv. 23. 30. Multorumque ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit.
Eſſe victoriam in manu. Salluſt. in Catil. cap. 20. Victoria nobis in manu.
Tradere victoriam. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Transferre victoriam. Cæſ. Bell. Alex. 62.
Tribuere victoriam. Cæſ. Bell. Alex. 70.
Victoria de re quacunque dicitur, quæ in certamen vel contentionem venit. Ut victoria in judicio, &c. exempla in ſuperioribus occurrunt.
Victoriam deam vetuſtas, pinnatam & aligeram pinxit, ut e cælo devolantem ad eos, quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet; hinc Auſon. Epigr. 1. v. 2.

Tu quoque ab æthereo præpes Victoria lapſu. Et Prudent. in Symmach. 2. 28.

Marmoreo in templo rutilas victoria pennas
Explicet, & multis ſurgat fumata talentis. Id eo ſcribit, quod aureæ & auratæ victoriæ plerumque ponerentur. Quas & quædam ſimulacra interdum ſuis manibus ſuſtinebant. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. Idem Victoriolas aureas, & pateras, coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat: eaque ſe accipere, non auferre dicebat. Puella autem formabatur, ut Prudentius ait, pennigera, paſſo crine, nudo pede ſuſpenſa, ſtrophio revincta, ſinu veſtis fluitante. Ex Turnebo. [Victoriæ imagines exhibet ex nummis Oiſel. Theſau. Tab. 68. 69.
Agilis Victoria. V. AGILIS.
Velox Victoria. Hor. 1. Epiſt. 19. 64.

VICTORIŎLA, æ. f. dimin. ut, Victoriolæ aureæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. V. paulo ſupra de Victoria dea.

VICTORIĀLIS, e. Adj. ut, Dies victorialis. Treb. Poll. in Gallen. cap. 3. Triumphi victoriales. Ammian. 20. 4.

VICTORIĀTUS, i. m. Genus nummi. Plin. lib. 33. cap. 3. Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus victoria, & inde nomen. Quintil. lib. 6. cap. 4. Dicente quodam victoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murenam emiſſe. Cic. pro Font. 9. Crudoni Porcium, & Numium ternos victoriatos. Vulchalone Servæum binos HS, & victoriatos mille.

VICTORIĀTUS, a, um. Partic. Victoria partus. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 6. Plus victoriatum eſt, quam injuriatum.

VICTORIŌSUS, a, um. Adj. [πολύνικος, Gl. G. L.] Qui varias ſive plures victorias reportavit, qua dictione uſus Cato, teſte Gell. lib. 4. cap. 9. Superl. Vet. Inſcript. Grut. p. 179. n. 2. IVLIANVS NOBILISSIMVS AC VICTORIOSISSIMVS CAES.

VICTORIUS, a, um. Adj. ut, Crux victoria. Tertull. Apol. cap. 16. [Niſi per appoſitionem dictum.

VINCĬBĬLIS, e. Adj. [εὐνίκητος] Quod facile vincitur. Ter. Phorm. 2. 4. 48.

Juſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam.

Gravem terram, vix alia cultura vincibilem. Columel. lib. 3. cap. 12.

VINDĔLĬCIA, æ. f. [Οὐινδελικία] Provinciæ Europæ, ſicuti a Ptolemæo lib. 3. ſcribitur. Eſt autem inter Rætiam, quam habet ab Occaſu & Noricum ab Oriente. Eam Lycius amnis diſterminat a Rætia, Enus fluvius dividit a Norico. A Septemtrione Danubio terminatur, a Meridie Alpibus ſupra Italiam extenſis. Ejus civitas inſignis fuit Auguſta Vindelicia.

VINDELĬCI, ōrum. m. [Οὐινδελικοί] Populi, de quibus diximus in dictione VANDALI. Hor. 4. Carm. 4. 7.

VINDELĬCUS, a, um. Adj. [Οὐινδελικός] ut,
Spolia Vindelica. Claud. de Bell. Get. 415.
Saltus Vindelici. Claud. de Bell. Get. 365.

VINDEMIA, VINDEMIALIS, VINDEMIATOR, VINDEMIATORIUS, VINDEMIO, VINDEMIOLA, VINDEMITOR, V. in VEREM.

VINDEX, icis. c. [ἔκδικος, Gl. L. G. τιμωρός, G. L.] Ultor vel ultrix injuriæ. Cic. pro Flacc. 57. Quum ſpeculatur, atque obſidet Roſtra, vindex temeritatis, & moderatrix officii Curia. Et ad Brut. 17. Quid hoc mihi prodeſt, &c. ſi vindex illius mali, auctor exſtitit alterius, fundamentum & radices habituri altiores, ſi patiamur?
Oppreſſor & vindex dominationis. Cic. ad Brut. 26. Petitur ut vindices atque oppreſſores dominationis ſalvi ſint?
Ultor & vindex. Columel. lib. 7. cap. 12. de cane.
Facinorum & ſceleris ſpeculator & vindex. Cic. 3. de Nat. Deor. 46. Furiæ, deæ ſunt ſpeculatrices, credo, & vindices & facinorum & ſceleris.

Fraudis avaræ vindex. Hor. 4. Carm. 9. 37.
Linguæ magnæ vindex, Vindex ſuperbiæ. Hor. 4. Carm. 6. 2.
Nefariorum carcer vindex. Cic. 2. in Catil. 27.
Scelerum vindex. Lucan. lib. 9. 17.
Juſtiſſimus vindex. Ovid. 3. de arte Am. 303.
Vindex æris alieni, Defenſor, & aſſertor pecuniæ creditæ. Cic. 2. Att. 26. Tuſculanum & Pompejanum valde me delectant, niſi quod me illum ipſum vindicem æris alieni, ære, non Corinthio, ſed hoc circumforaneo obruerunt. Conjuratio Catilinæ propter æs alienum facta eſt, odio maxime creditorum; recte igitur vindex, & ſervator creditorum Cicero, quia conjuratos occiderat.
Vindex honori alicujus. Plaut. Trin. 3. 2. 18.

Atque honori poſterorum tuorum ut vindex fieres. Quod eſt, Eorum honorem contaminares & violares, & tolleres. Quod ſumptum ab his, qui quid vindicant ſuumque aſſerunt, & manum injiciunt, proindeque alteri auferunt: niſi quis Honori vindex fieres, exponat honorem manumitteres & liberares, ne tuis, tanquam addictos, ſerviret, & in familia eſſet: qui ſenſus in Plauto nec inſulſus eſt, nec a ſignificatione alienus. Turnebus. Al. Ulbex. V. Gronov. not.

Libertatis noſtræ exſtitiſti tu vindex. Cic. ad Octav.
Vindex & Judex ſæpe confunduntur. V. Drakenb. ad Sil. 2. 456.

VINDEX, icis. Adj. ut,
Pœna vindex. Catul. Argon. 59. 192.
Vires vindices. Ovid. 9. Epiſt. 13.

VINDICIÆ, iarum. f. [καθαιρέσεις, ἀμφισβήτησις, διαδικασίας, Gl. L. G.] Feſtus, Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controverſia eſt: de quibus Cincius ſic ait, Vindiciæ olim dicebantur quæ ex fundo ſumptæ, in jus allatæ erant. Servius Sulpicius vindiciam eſſe ait, ab eo quod vindicantur res ex controverſia. Hactenus Feſtus. Vindiciæ, id eſt ſententiæ, ut dicunt aliqui, aut verius aſſertiones rei & adjudicationes, ut loquuntur: ubi neſcit judex ſi duo ſint, utrius ſit: vel, ſi ſint plures, cujus. Nihil namque aliud eſt vindicia, quam aſſertio: quæ ſi a ſervitute eſt in libertatem, dicitur Vindicia ſecundum libertatem: ſi vero a libertate in ſervitutem, dicitur Vindicia ſecundum ſervitutem pronuntiari. Unde Prætor dicitur decernere vindicias ſecundum libertatem, quando in libertatem aſſerit. Item dicitur dare vindiciam ſecundum ſervitutem, quando pronuntiat aſſertionem ejuſmodi. Hæc vero omnia luculentiſſime declarat Budæus, his verbis, Ut autem ad vindicias veniamus. Liv. 3. 44. de filia Virginii loquens, ita inquit, Hanc, virginem adultam, forma excellentem, Appius amore ardens, pretio ac ſpe pellicere adortus, poſtquam omnia pudore ſepta animadverterat, ad crudelem ſuperbamque vim animum convertit; Marco Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in ſervitutem aſſereret: neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias: quod pater puellæ abeſſet, locum injuriæ eſſe ratus. Item paulo poſt, Advocati puellæ, quum Virginium Reipub. cauſa dixiſſent abeſſe, biduo affuturum ſi nuntiatum ei ſit, iniquum eſſe abſentem de liberis dimicare; poſtulant ut rem integram in patris adventum differat, lege ab ipſo lata vindicias det ſecundum libertatem. Vindicias ſecundum libertatem dare, & Livius & Pomponius intellexerunt decernere; ut interim, dum pater puellæ arceſſitur, dumque ipſa ſtatus ſui quæſtionem patitur, in poſſeſſione ipſa ſui ac libertatis eſſet. Ut, vindicias poſtulare ſecundum libertatem pro eo quod eſt Poſtulare ut interim libertate potiretur. Quod autem ſequitur de Bruto, qui vindicias ſecundum libertatem dixiſſet in perſona Vindicis Vitelliorum ſervi, Vindicii, non Vindicis legendum eſt, ex eodem Liv. 2. 5. extr. Præmium, inquit, indici pecunia ex ærario, libertas & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus: quidam vindictæ quoque nomen ab illo tractum putant, Vindicio ipſi nomen fuiſſe. Poſt illum, ſervatum ut qui ita liberati eſſent, in civitatem accepti viderentur. Itidem Plutarchus in Publicola. Vindiciarum nomen, non a Vindicio, ut Accurſius putavit, ſed a vindicando tractum eſt: id quod ex Livio 3. 46. intelligi ſatis poteſt, Appius, inquit, quum virginem non defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem locum ſeditionis quærere diceret, non præbiturum ſe illi eo die materiam, jus eo die ſe non dicturum, neque decretum interpoſiturum, a M. Claudio petiturum ut decederet jure ſuo, vindicarique puellam in poſterum diem pateretur. Vindicari puellam Livius pro Vindiciam puellæ ſecundum libertatem dari dixit, hoc eſt aſſeri interim in libertatem, & in poſſeſſione libertatis eſſe uſque in poſterum diem. Idem paulo poſt, Ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis. Hactenus Budæus.
Nunc ſubjiciam verba Aſconii Pediani in 3. Verr. Ciceronis: Lis vindiciarum eſt, inquit, quum litigatur de ea re apud Prætorem, cujus incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor, & ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis vindiciarum adverſario ſuo, quo illi ſatisfaciat nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua jurgium eſſet, rurſus ſponſione ipſe provocatus ab adverſario certæ pecuniæ aut æſtimationis, quam amittat ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit. Cic. 3. Verr. 115. Si habuiſſet, inquit, iſte edictum, quod ante iſtum & poſtea omnes habuerunt Prætores, poſſeſſio Minuciæ genti eſſet data. Si quis teſtamento ſe hæredem eſſe arbitraretur quod tum non exſtaret, lege ageret in hæreditatem: aut prædes litis vindiciarum, quum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret: ita de hæreditate certaret. Hoc opinor jure & majores noſtri & nos ſemper uſi ſumus. Quæ verba Pedianus exponens, ita inquit, Aut peteret ut poſſeſſor eſſet, aut acciperet ab adverſario ſatis pro præde litis vindiciarum: & ipſe ſponſionem faceret, & ita de hæreditate certaret. Fortaſſe autem non prædes apud Ciceronem, ſed præde legendum eſt. Ex ſupradictis ſatis, ut opinor, apparet vindiciarum litem eam eſſe qua controverſæ rei poſſeſſionem fiduciariam petimus, interea dum lis de re ipſa, aut de poſſeſſione diſceptetur. Hujuſmodi enim poſſeſſio, quam Pedianus intelligi ex Cicerone voluit, non juſta & abſoluta eſt poſſeſſio, ſed fiduciaria, & veluti depoſitaria, rationibus reddendis & fructib. obnoxia. Hæc Budæus. [Prædes quid ſint ibidem exponit Aſconius, ut dubium eſſe non poſſit de lectione.
Vindiciæ, inquit Feſtus appellantur res eæ de quibus controverſia eſt: quæ potius dicuntur vindiciæ inter eos, qui contendunt. Sic fere ſenſum in eo conſtituendum credit Turnebus, & ſententiæ ejus exemplum Catonis convenit, quod ipſe profert, Prætores ſecundum populum vindicias dicunt. Sed & vindiciæ dicebantur quæ ex agro afferebantur in jus vindicandi cauſa: etiam vindiciam in ſingulari dicebat rem Servius, de qua controverſia erat ab eo quod vindicabatur.

Ferre vindiciam, eſt ſententia decretoque obtinere rem. Dicebat enim vindicias judex, ferebat vindicias, qui rem obtinebat: ſed ſi vindiciam illis tulerat, qui non debuerat, tribus arbitria datis, duplione damnum luebat: lex enim erat, Si vindiciam falſam tulit, rei ſive litis arbitros tres dato, eorum arbitriis fructus duplione damnum decidito. Significant & Vindiciæ manus correptionem, [illegible] a Cledomente vocatur, a Chariſio [illegible], quod manus brachiale caperetur, qui Carpus dicitur. Id & Gellius indicat ſcribens, Vindiciæ correptione manus in re atque loco præſenti apud Prætorem fiebant. Sunt & Vindiciæ, Libertas, Chariſio auctore, qui ἐλευθερίαν explicat. Ex Turnebo. [Gloſſ. Græcolat. [illegible], Liberalem, Liberale judicium. [illegible] ἐπὶ ἐλευθερίᾳ, Adſeror. [illegible], Vindicta, Adſertio. [illegible], Adſertor, Vindex. [illegible], Adſartio. [illegible], Vindiciæ, ſingulare non habet. Idem Gloſſ. Ἐλευθερία, Libertas, Liberatio. Ἐλευθερία ἐπὶ ἀρχοντος [illegible], Vindicta. Ἐλευθερίας [illegible], Vindiciæ, ſingulare non habet. Cujus rei contrarium ex Feſto ſupra, & ex ipſo Gloſſariis infra oſtendimus. Sed de frequentiore vocis uſu intelligendum videtur. Porro Gloſſ. Latinogræc. Vindigeſtæ, [illegible]. Puto Vindiciæ ſcribendum.

Petere vindiciis ac ſacramentis. Cic. pro Milon. 75. Eum denique, cui nulla lex erat, nullum Civile Jus, nulli poſſeſſionum termini: qui non calumnia litium, non injuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis, petebat. Clodius, inquit, non jam aliquo juris colore quæſito alienas invadebat poſſeſſiones, ut calumniatores & litigioſi ſolent, ſed vi armata apertaque, & renqoam hoſtili prælio. Ex quibus verbis apparet vindicias & ſacramentum, & vindicationis formulam, qua in jure manu conſertum vocabant, ſimiles quodammodo inter ſe ac cognatas actiones formulaſque fuiſſe. Budæus. V. & CONSERO.

Poſtulare vindicias ſecundum libertatem, vel Dare. V. ſupra in ipſa hujus vocis explicatione.

Vindiciæ, pars una juris, pro Jure ipſo. Lucil. apud Feſtum,

Nemo hic vindicias, neque ſacra, aut numina tetur. h. e. Nemo hic jus ullum aſſe putat, aut ulla ſacra, aut numina. Turnebus.

VINDICIA, æ. f. & VINDICIUM, i. n. in Gloſſ. Græcolat. Idem. Prius aliquoties apud Feſt. q. V. ſupra.

VINDICO, [[illegible], Gl. G. L.] āre. Ulciſci, caſtigare, punire. Cic. 2. de Legib. 39. Graviter olim iſta vindicabat vetus illa Græcia: longe providens, &c. Idem de Amicit. 43. Talis improborum conſenſio, non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt.

Dolus malus legibus erat vindicatus. Cic. 3. Off. 61.

Maleficia acerrime vindicare. Cic. pro Roſc. Amer. 12.

Mortem vindicare alicujus. Plin. lib. 10. cap. 43.

Necem alicujus vindicare. Ovid. 6. Faſt. 467.

Offenſas ſuas vindicare enſe. Ovid. 3. Triſt. 8. 40.

Peccata moribus & judiciis vindicare. Cic. 2. de Invent. 80. Tum leges quoque & judicia demonſtranda ſunt, per quæ potuerit id peccatum, quod ſponte ſua reus privatus ſit, moribus & judicio vindicari.

Peccatum in altero vindicare. Cic. 5. Verr. 4. Omnia poſtremo, quæ vindicaris in altero, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt.

Seditionem vindicare. Cic. 1. Fam. 9.

Scelera alterius in aliquem vindicare. Cic. 5. Verr. 178. Atque in eam fraudem videtur mihi divinitus incidiſſe, non ſolum ut eas pœnas, quas proxime meruiſſet, ſolveret: ſed ut illa etiam ſcelera ejus in Carbonem & in Dolabellam vindicarentur.

Vindicare in aliquem. Gell. lib. 11. cap. 18. In ſua lege in fures duplici pœna vindicandum exiſtimavit.

Vindicare ſe ab aliquo, pro Ulciſci. Senec. de Benef. lib. 6. cap. 5. Quum idem homo beneficium mihi dedit, & poſtea fecit injuriam: utrum & beneficium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare.

Vindicare ſe de aliquo. Cic. 3. Q. frat. 1. Præſertim quum is unus eſſet, qui poſſet de abſente ſe vindicare?

Vindicare, Paſſive. Cic. pro Cæcin. 66. Fateor, hoc Interdicto Prætoris vindicari, ſi voluntas & æquitas valeat. Vetus codex habet, Hoc interdictum Prætoris violari

In poſterum diem vindicari. V. paulo ante in VINDICIA.

Vindicatum eſt, Imperſonale, pro Animadverſum eſt. Cic. 7. Verr. 132. Fateor non modo in ſocios, ſed etiam in cives militeſque noſtros perſæpe eſſe ſevere ac vehementer vindicatum. Budæus.

Vindicare, Liberare, aſſerere. Cic. 7. Att. 7. ſub finem, Itaque uſurpavi vetus illud Druſi, ut ferunt, Prætoris in eo, qui eadem liber non juraret: me iſtos liberos non addixiſſe, præſertim quum adeſſet nemo, a quo recte vindicarentur. Addixiſſe (inquit Paulus Manutius) juſſiſſe, pronuntiaſſe. Vindicarentur: ſubaudi in libertatem. Quod præter ipſum alios quoque adeſſe oportet, qui vindicarent. Aderant enim coram Prætore dominus, ſervus, vindex, teſtes, ſcriba: neque ſine his juſta erat addictio liberorum in hoc genere manumiſſionis. Senſus eſt, Druſum Prætor, quum is, quem manumiſerat, eadem liber non juraret, quæ ſervus juraverat, negavit ſe manumiſiſſe. Negabo ego quoque: quoniam iſtos, quos memores beneficii putavi futuros, improbos ingratoſque experior.

Vindicare & liberare. Cic. pro Rabir. 16. At vero ſervos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu, dominorum benignitas una vindicta liberavit: nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore, neque res geſtæ, neque acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt? Idem 3. Q. frat. 1. Teque item ab eo vindico & libero.

A dedecore. Curt. lib. 4. 14. 24. Vindicare ab ultimo dedecore nomen gentemque Perſarum.

Ab interitu vindicare. Plin. in Paneg.

A labore vindicare. Cic. pro Sull. 26. Sed neque honoris, neque ætatis excuſatio vindicat a labore. i. e. Aſſerit, tuetur, immunem præſtat.

A magnitudine doloris aliquem vindicare. Cic. 2. Tuſc. 44.

A moleſtia vindicari: pro Liberari. Cic. 1. Q. frat. 4. Te ſatis innocentia tua & miſericordia hominum vindicat hoc tempore a moleſtia. A ſupplicio. Liv. 1. 26.

Ab impetu libidinum. Cic. 1. de Finib. 46. Sapientiamque eſſe ſolam quæ nos a libidinum impetu & formidinum terrore vindicet.

Ab oblivione & ſilentio hominum vindicare. Cic. 2. de Orat. 7. Vel me hercule etiam ut laudem eorum, jam prope ſeneſcentem, poſſem quantum, ego ab oblivione hominum atque a ſilentio vindicarem.

A ſolitudine ſenectutem vindicari juris Civilis ſcientia. Cic. 1. de Orat. 199.

A vitiis omnibus aliquem vindicare. Cic. de Senect. 55. Et ſenectus eſt natura loquacior: ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare.

Fame & ſine præpoſitione. apud Curt. lib. 9. 10. 18 Itaque fame duntaxat vindicatus exercitus, tandem in Gedroſiæ fines perducitur.

In libertatem vindicare, pro Aſſerere. Cic. 10. Fam. 31. Deinde qui & me, & Rempub. vindicare in libertatem paratus ſim. Idem in Parad. 5. In libertatem vindicari vult?

In libertatem vindicari & ſolvi terroribus. Cic. 1. de Nat. Deor. 56. His terroribus ab Epicuro ſoluti & in libertatem vindicati.

Data vindicare, Compenſare. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 13.

Libertatem vindicare, Defendere vel ulciſci. Cæſ. 7. Bell. Gall. 76.

Se vindicare ad ſuos. Cic. pro Rabir. Poſt. 25. Hoc quidem ſemel ſuſcepto atque contracto perpetienda illa fuerunt, ut ſe aliquando ad ſuos vindicaret.

Se vindicare exiſtimationi hominum. Cic. 5. Verr. 132. Pro dii immortales, hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet, aut quamvis nocens, qui modo judicia Romæ fore putaret, non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum vindicaſſet? [Græv. Venditaſſet. An Exiſtimatione?

Vindicare, ubi pro Aſſerere ponitur, Ubi aliis placet Vendicare ſcribi. V. quæ in ea dictione ſupra notata ſunt. Cic. 1. Off. 22. Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem amici.

Aliquid pro ſuo vindicare. Curt. lib. 10. 9. 19.

Sibi aſſumere & vindicare. Cic. 1. Off. 2. Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi, ſi id mihi aſſumo, videor id meo jure quodammodo vindicare.

Dicere ſuum, vindicare ſuum, vel Confirmare ſuum eſſe: idem ſignificant. Cic. pro Arch. 19. Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant.

Arva, quæ nemo vindicat, Poſſeſſore vacua. Ovid. 1. de Pont. 3. 56.

Cognomen ſibi vindicare. Plin. lib. 13. cap. 19. Sed circa Carthaginem punicum malum cognomen ſibi vindicat. Vetus exemplar habet Cognomine.

Curam. Plin. Epiſt. 47. Quam curam, etiam ſi non mandaſſes, vindicaſſem. i. e. Ultro ſuſcepiſſem.

Laudem alicujus rei ſibi vindicare. Ovid. 4. de Pont. 1. 33.

Nomen aliquid ſibi vindicare. Quintil. in procem. lib. 1.

Partem cæterarum rerum aliquam ſibi quiſque vindicat. Cic. in Orat. 61.

VINDICANS, antis. Partic. Juſtin. 5. 3. 6. Tyrannidis ſibi impotentiam vindicantes.

Diis perjuria & parricidia vindicantibus. Idem. 4. 3. 11.

VINDICĀTUS, a, um. Curt. 3. 12. 16. Jus magis a rege permiſſum, quam vindicatum ab Hephæſtione.

Mare vindicatum. Vellej. 2. 73. 3.

Pars major victoriæ a ſe vindicata. Liv. 44.

VINDICĀTIO, ōnis. f. [[illegible], Gl. L. G. [illegible] G. L.] Ultio vindicta. Cic. 2. de Invent. 161. Vindicationem, per quam vim & contumeliam defendendo, aut ulciſcendo, propulſamus a nobis & a noſtris, qui nobis eſſe cari debent, & per quam peccata punimus.

Vindicatio gregis. Ulp. in l. 3. D. de rei vindic. Marcellus lib. 4. digeſtorum ſcribit: Qui gregem habebat, &c. Et hæc utique gregis (inquit) vindicatione continebuntur.

VINDICTA, æ. f. [τιμωρία, Gl. L. G. [illegible], G. L.] i. e. Animadverſio pro delicto. Paulus in l. Quod Reipub. De Injuriis. Quod Reipub. vindicandæ cauſa ſecundum bonos mores fit; etiamſi ad contumeliam alicujus pertinet, quia tamen, non ea mente magiſtratus facit, ut injuriam faciat, ſed ad vindictam majeſtatis publicæ reſpiciat, actione injuriarum non tenetur.

Vindicta, [[illegible] Gl. L. G [illegible], ἐλευθερία ἐπὶ ἄρχοντος [illegible], G. L.] idem quod Vindiciæ, aſſertio. ut,

Suſcipere vindictam legis. Ovid. 4. de Pont. 6. 33.

Libertatis vindicta. Vellej. 2. 64. 2.

Vindicta. Libertas, ſive Virga qua ſervi libertate donabantur. Nam faciendi liberi tres partes ſunt, Una, ut cenſu liber fiat, cenſebantur enim antiquitus ſoli cives Romani. Si quis conſentiente vel jubente domino nomen detuliſſet in cenſum, civis Romanus fiebat, & ſervitutis vinculo ſolvebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ vindicta vocabatur, ſcilicet virgula, quam Prætor manumittendi ſervi capiti imponens, eundem ſervum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſolennia. atque ideo illa virgula vindicta vocabatur. Plin. 7. Epiſt. 16. Spero, immo confido, facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumiſiſti. Tertia pars faciendi liberi eſt, ſi quis ſuprema voluntate, in teſtamenti ſerie ſervum liberum ſcripſerit. Cic. in Topic. 10. Si neque cenſu, neque vindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber: neque eſt ulla earum rerum, non eſt igitur liber. Hor. 2. Serm. 7. 76.

—quem, ter vindicta, quaterque

Impoſita haud unquam miſera formidine privet. Ubi Acron; Vindicta, i. e. Virga qua percutiebantur ſervi dum liberi fiebant.

Liberare vindicta. Tacit. lib. 13. Ann. 27 Cic. pro Rabir. perd. reo, 16.

VINDICTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], Defenſor, Vindictor.

VINDILIBERTA, V. VINDICIA.

VINDIUS, i. m. [[illegible]] Edulius, Egdubeda, Ortoſpeda; Hiſpaniæ Tarraconenſis inſignes montes ſunt apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. vulgo *Montes de Oca y de Aſturias.*

VINDICŌLA, æ. c. ut, Naiades vindicolæ. Varro apud Non. 4. 50.

VINEA, VINEALIS, VINEARIUS, VINEATICUS, VINEOLA, VINETUM, VINITOR, VINOSUS, VINNICUS, VINNOLUS, V. VINUM.

VINTIUM, i. n. [Οὐίντιον] Neruſiorum in Alpibus litoreis urbe, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgo *Mont Veſol, Veſulo monte.*

VINUM, i. n. [οἶνος, Gl. L. G. & G. L.] Ovid. 1. de Arte Am. 244.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit. A vi deducitur, ut nonnulli volunt, quod vim inferat menti.

Immo ab οἶνος. H. St.

Vinum nullarum virium, & ingentium virium, contraria. Celſ. lib. 3. c. 19.

Vinum cui nihil ætatis acceſſit. Celſ. lib. 2. cap. 26.

Vinum

Digitized by Google

Vinum in dolio placens. Senec. ad Lucilium epiſt. 36. Ariſton ajebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quam hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim bonum fieri, quod recens durum & aſperum viſum eſt: non pati ætatem, quod in dolio placuit. Id eſt (ait Budæus) quod muſtum adhuc, & a lacu recens, maturum jam potui viſum eſt. Vina quippe in doliis inveteraſcere non ſinebant antiqui, ſed in amphoras & cados diffundebant. Inde illud Juven. 5. Sat. 30.

Ipſa capillato diffuſum Conſule potat. & Hor. 1. Epiſt. 5. 4.

Vina bibes iterum Tauro diffuſa. I. e. Tauro Conſule inveterari cœpta. V. Vinum diffundere, in DIFFUNDO.

Vide Doliare vinum infra. H. St. conf. Vinum de dolio ad fin. Puto autem apud Hor. τὸ Iterum, non cum verbo jungendum, ſed Tauro iterum, ſubaudi Conſule.

Vina pluraliter. Cic. 3. Verr. 91. Vina ceteraque quæ in Aſia facile comparantur. Alibi ſæpe. Sic & Horat. paulo ante. V. OLEUM.

Languidus vino. V. LANGUOR.

Plenus vini, Ebrioſus. Cic. Poſt. red. in Senat. 10. Vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma.

Ætas media vini. V. ÆTAS.

Certamen mite vini. Tibul. lib. 3. 6. 11.

Pernicies vini, lymphæ. Catull. ad puerum, 25. 6.

Saporis infirmi vinum. V. INFIRMUS.

Sapores vini quatuor, Dulce, acutum, lene & auſterum.

Violentia vehemens vini. Lucret. lib. 3. 481

Achaicum vinum, quod a Phliunta oppido Achaiæ, & Phliaſium, ab Antiphane prædicatum eſt. Hermol. Barbar.

Albanum vinum. V. ALBANIA.

Allobrogicum vinum. V. ALLOBROGES.

Anicianum vinum, ab Anicio. Cic. de Clar. Orat. 288.

Cæcubum vinum. V. CÆCUBUM.

Calenum. V. CALENUM.

Collina vina. V. COLLIS.

Falernum vinum. V. FALERNUS.

Caurana vina. V. CAURUS.

Indigena. V. INDIGENA.

Opianicum, ab Opio, qui primum vineas bene colere docuit. Cic. pro Cluent. [Nugæ. Alius ibi Oppianicus.

Opimianum, ab Opimio Coſ. ſub quo primum vinum diffundi cœpit, ut ſervaretur diutius. V. Plin. 14. 14. Cic. de Clar. Or. 287.

Signinum vinum. V. SIGNINUS.

Surrentinum. V. SURRENTUM.

Album vinum. V. ALBUS.

Aſperum. V. ASPER.

Atrum. V. ATER.

Auſterum. V. AUSTERUS.

Belliſſimum vinum. Columel. lib. 12. cap. 19.

Calidum. Ovid. 15. Met. 324.

Dilutum vinum. Martial. 1. 107. —rarum

Diluti bibis unciam Falerni.

Edentulum vetuſtate vinum. Plaut. Pœn. 3. 3. 87. h. e. Quod vim ſuam amiſit. Jocus eſt comicus.

Factum vinum. Columel.

Firmiſſimum. Virg. 2. Georg. 97.

Forte. Columel.

Fuſcum. Martial. lib. 2. 40.

Condantur parvo fuſca Falerna vitro.

Hornum. V. HORNUS.

Ignitius. V. IGNIS.

Inveteratum. Plin. lib. 14. cap. 2.

Larga aut Libera vina. Hor. 3. Carm. 18. 6. & de Arte Poet. 85.

Lene vinum. Cic. 5. Tuſc. 13. Tanquam lenia quædam vina, nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata, quam potata delectant. Al. Levia.

Marcida. Stat. 1. Silv. 6. 33.

Merum. V. MERUS.

Molle vinum, Quod caret aſperitate & defæcatum eſt. Virg. 1. Georg. 341.

Mucidum. V. MUCOR.

Nectareum. Martial. 13. 108.

Attica nectareum turbatis, mella, Falernum.

Novitium vinum. V. NOVUM.

Novum & Vetus vinum, contraria. Cic. de Clar. Orat. 287. Ut ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita novo, ut proximis Conſulibus natum velit: nec rurſus ita vetere, ut Opimium, aut Anicium Conſulem quærat.

Operarium vinum. V. LORA.

Peculiare. V. PECULIUM.

Præfamineum vinum, quod præfationibus expiatur. Cato R. R. cap. 141.

Purum. Ovid. 7. Met. 594.

Quietum vinum eſt, Quod extra ebullitionem poſitum quietem nactum eſt. Ex Doleto.

Rubens. Ovid. 5. Faſt. 511.

Spurcum. V. SPURCUS.

Tenue. V. TENUIS.

Torvum. V. TORVUS.

Turbulentum, i. e. Cui fæx permiſta eſt. Doletus.

Vapidum. V. VAPIDUS.

Vehemens, i. e. Generoſum. Celſus.

Vetulum. V. VETUS.

Vini varia genera memorantur, a varia parandi, vel condiendi ratione, ut

Acratophorum vinum, i. e. Purum. Varro.

Aigleuces vinum. V. in AIGLEUCES.

Antoceras vinum, dicitur quod eſt exile ita ut dilui non debeat.

Cibarium. V. CIBUS.

Circumciſitium vinum. V. CIRCUMCISITIUS, in CIRCUMCIDO.

Defratum vinum. V. DEFRUTUM.

Doliare vinum. Ulpianus l. 1. §. ult. D. De periculo & commodo rei venditæ, Si doliare vinum emeris, nec de trahendo eo quicquam convenerit, id videtur actum, ut ante evacuarentur, quam ad vindemiam opera eorum futura ſit neceſſaria. Doliare vinum dicitur ad differentiam Vini pendentis. V. Catonem R. R. cap. 148. quæ ſit lex vini in doliis, & oleæ pendenti. [Quin & ad differentiam Vini diffuſi, ſeu Veteris.

V. ſupra, Vinum in dolio. conf. Cic. de Clar. Orat. 288. V. DOLIUM.

Hippocraticum vinum, Latine Aromatites. V. Aromatites, in AROMATA.

Marathrites vinum. V. MARATHRUM.

Mellitites. Plin. lib. 14. cap. 9. & 36. cap. 89.

Myrtites. V. MYRTUS.

Oenanthinum vinum. V. OENANTHE.

Omphacium vinum. V. OMPHACIUM.

Paſſum vinum. V. PASSUM.

Pramnon vinum. V. PRAMNIUM.

Proticum vinum, Quod primum in lacum ex torculario defluit. Columel.

Protropum vinum. V. PROTROPUM.

Reſinatum. Martial. lib. 3. 35.

Reſinata bibis vina, Falerna fugis. V. Reſinatus, in RESINA.

Sireum vinum, quod Latini Sapam appellant. V. SAPA.

Abſtinere vino. V. ABSTINEO.

Abſumere vinum. V. ABSUMO.

Acere, vel Aceſcere vinum dicitur. V. ACERUS.

Adhibere vinum ægrotis. V. ADHIBEO.

Carere vino. V. CAREO.

Circumcidere vinum. V. CIRCUMCIDO.

Coaceſcit vetuſtate vinum. Cic. de Senect. 65.

Collectum vinum. Plin. 14. 21. Et collecto jam vino differentia in cellis.

Concinnare vinum. V. CONCINNUS.

Corrigere vina. V. CORRIGO.

Defæcatum vinum. V. DEFÆCO.

Diffuſum vinum ex œnophoro. Cic. 2. de Finib. 23. Quibus vinum diffuſum e pleno ſit œnophoro, ut ait Lucilius. Vetus exemplar pro OEnophoro legit Hirſiphon. V. in utraque dictione.

Dant animos vina. Ovid. 12. Met. 242.

Eliquatum vinum a fæcibus. Columel. lib. 10. 27.

Evaneſcunt vetuſtate vina. Cic. 2. de Divin. 117. De vino aut ſalſamento putes loqui, quæ evaneſcunt vetuſtate.

Exſurdant fervida vina ſubtile palatum. Hor. 2. Serm. 8. 38. V. EXSURDO.

Ferre vetuſtatem dicuntur vina. V. FERO. Cic. de Amicit. 69. Veterrima quæque, ut ea vina, quæ vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuaviſſima.

Fugiens vinum. Cic. 3. Off. 19. V. FUGIO.

Fundere vina pateris. Virg. 5. Æn. 98.

Fundere liquentia vina. Virg. 5. Æn. 238.

Infuſcare vinum. V. INFUSCO.

Invergere vina. V. INVERGO.

Liquare ex vino medicamentum. Celſ. lib. 5. cap. 28. §. 12. de Fiſtulis.

Medicata ſuffitione vina. V. MEDICO.

Miſcere vinum aqua. V. MISCEO.

Nutrire vinum. V. NUTRIO.

Olere vina. Hor. 1. Epiſt. 19. 5.

Parant vina animos. Ovid. 1. de Arte Am. 237.

Preſſa vina. Hor. Epod. 13. 8.

Promere languidiora vina. Hor. 3. Carm. 21. 8.

Promens horna dulci vina dolio. Hor. Epod. 2. 47.

Reponere vina menſis. Virg. 7. Æn. 134.

Subtrahere vinum, Uſum vini. Celſ. lib. 3. cap. 2.

Sumere vinum meracius. Cic. 3. de Nat. Deor. 78. Ut ſi medicus ſciat eum ægrotum, qui juſſus ſit vinum ſumere, meracius ſumpturum, ſtatimque periturum, magna ſit in culpa.

Ventilare vinum. V. VENTILO.

Uti largiore vino. V. LARGIOR, largiris.

Vinum de copa. Cic. in Piſon. 67. Panis & vinum a propola & de cupa. V. CUPA.

Vinum de dolio. Cic. in Brut. 287. Si is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet?

Vinum ſæpe pro ipſa Compotatione ponitur, ſeu Perpotatione, & ex ea proficiſcente vinolentia & ebrietate, ut

Ad vinum, Inter convivium & ſympoſia. V. AD præpoſitionem.

Ad vinum diſertus. V. ibidem.

Vina quies ſequitur. Ovid. 3. Faſt. 305.

Regna vini ſortiri talis. V. Talus pro ludo, in TALUS.

Expletus dapibus vinoque ſepultus. Virg. 3. Æn. 630.

Facit ingenium vinum. Ovid. 7. Met. 433.

Facit ſomnum vinum. Ovid. 1. Faſt. 421.

Jacebant graves vino ſomnoque. Ovid. 14. Epiſt. 33.

Impulſus vino. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Incaleſcere vino. V. INCALESCO.

Lavere dulci mala vino, Diluere & abſtergere curas anxias dulci vino. Hor. 3. Carm. 12. 2.

Levare vino curaſque ſitimque. Ovid. 10. Met. 156.

Madent membra vino. V. MADEO.

Marceſcere nimio vino. Ovid. 1. de Pont. 5. 45.

Merſus vino & madens. i. e. Ebrius. Sen. Epiſt. 84.

Pellere curas vino. Hor. 1. Carm. 7. 31.

Sepulti vino conticuere, Sopiti & obruti bibendo. Virg. 9. Æn. 236.

Sepulta urbs ſomno vinoque. Virg. 2. Æn. 265.

Soluti ſomno vinoque procubuere. Virg. 9. Æn. 189.

Tranſire ad vinum, Ad uſum vini. V. AD præpoſitionem.

Vinum, Liber appellatur per translationem, a Libero patre. Cic. 2. de Nat. Deor. 60. Quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. [Non eſt Tranſlatio, ſed Metonymia cauſæ pro effecto, Inventor pro Invento.

Vinum & Bacchus interdum pro eodem. Unde apud Plin. 24. extr. Dionyſonymphas, ex hoc nomen adepta, quod mire vino conveniat. Steph. in [illegible] H. St.

Vina, pro Poculis. Virg. 1. Æn. 728.

Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant. h. e. Implent pocula uſque ad marginem. Hunc verſum legimus etiam lib. 7. 147. Idem lib. 9. 318.

Inter lora, rotaſque viros, ſimul arma jacere,
Vina ſimul.

Vinum vocantur ipſæ etiam Uvæ. Unde Vinum pendens, vide Pendens in PENDEO. Hinc Vindemia, quaſi Vinidemia. H. St. conf. Doliare vinum ſupra.

VILLUM, i. n. [οἰνάριον] dimin. ſicut ab Unus, Ullus. Ter. Adelph. 5. 2. 11. — Interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi: ſic agam.

VINŌSUS, a, um. Adj. [οἰνώδης,] Cupidus vini dicitur, ut ait Valla. lib. 1. Plinius ait idcirco vinoſos dici homines, quod ſoli animalium non ſitientes bibunt. Sic legit Calepinus: ubi nunc ſic legimus lib 23. cap. 1. Vino debemus homines, quod, &c. Ovid. 3. Faſt. 760. — vinoſior ætas.
Hæc erat, & gravidæ munera viſis amans.
Senex vinoſus. Ovid. 3. de Arte Am. 330.
Vinoſus, Ebrius. Plaut. Curc. 1. 2. 79. Quid opus eſt verbis? vinoſiſſima eſt.
Convivia vinoſa. Ovid. 3. Amor. 1. 17.
Fructus vinoſus, Vini ſapore præditus. Columel. lib. 5. cap. 10.
Mordacitas vinoſa ad linguam, h. e. Quæ haud ſecus ac vinum linguam ferit. Plin. lib 21. cap. 18.
Sapor vinoſus. Plin. lib. 12. cap. 13.
Succus vinoſus (ut auctor eſt Plin. lib. 15. cap. 28.) proprie eſt moro, piro, myrto. Idem lib 13. cap 19. & lib. 23. cap. 6. inter mali punici genera, vinoſa quædam appellat, quæ alvum ſiſtunt & ſtomachum.

VINOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Jejuniis cap. 1. Arguunt nos, quod xerophagias obſervemus ſiccantes cibum ab omni carne & omni juruIentia & vividioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus.

VINĀCĔA, vel per i, VINACIA, ōrum. n. [στέμφυλα, Gl. L. G.] ſignificat Grana uvæ jam preſſæ, & etiam nondum preſſæ. Significat etiam interdum Lignoſa illa ſemina, quæ ſunt in acinis, id eſt uvæ grana. Columel. lib. 11. cap. 2. Naturalis autem maturitas eſt, ſi quum expreſſeris vinacea, quæ acinis celantur, jam infuſcata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. Idem lib. 6. cap. 3. Licet etiam ſi ſit leguminum inopia, & eluta & ſiccata, vinacia, quæ de lora eximuntur, cum paleis miſcere. Cato R. R. cap. 7. Hæc in allia, ollæ in vinaceis conduntur.
Vinacium, [στέμφυλον] recto ſing. in Gloſſ. Græcolat. ubi & Briſa ſynonymon additum.

VINACEUS, i. m. pro eodem. [στέμφυλον] Cato R. R. cap. 25. Vinaceos quotidie tecantes ſuccernito. Columel. lib. 3. cap. 1. Humido loco ſciet non recte mandari fructus teneri & amplioris acini, ſed calloſi & anguſti, frequentiſque vinacei.
Illuti vinacei Catoni de R. R. 147. dicuntur, E quibus non eſt facta lora. Lora enim ſit vinaceis aqua perfuſis, id eſt lotis. Turnebus.

VINEACEA, vel potius VINACEA, æ. f. Idem. [γίγαρτον] Columel. lib. de Arbor. cap. 4. Vitem quum panis, fac ut ad Orientem ſpectet adminiculo religata. In imo ſcrobe lapides circa pondo quinque ita ponito ne vitem premant, ſed tamen juxta radices ſint. Præterea poſt hæc vinaceæ heminam uvæ albæ in nigra, uvæ nigræ in alba ponito, atque ita ſcrobem vel ſulcum cum ſtercorata terra ad medium completo. Plin. lib. 17. cap. 22. Circum capita addito ſtercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce.

VINACEUS, a, um. Adj. [στεμφυλίτης, Gl. G. L.] ut, Acinus vinaceus. Cic. de Seneƈt 52. Omitto enim vim ipſam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ceterarum frugum, aut ſtirpium, minutiſſimis ſeminibus, tantos truncos ramoſque procreat. Sed Jobus Ludolfus legit Ex acini vinaceo.

VINACIŎLA, æ. f. Certa aliqua vitis, quam ſoli novere Sabini & Laurentini. Plin. lib. 14. cap. 3.

VINĀLIS, e. Adj. Ad vinum pertinens. Macrob. 7. Saturn. cap. 7. Si qua vinalis fortitudo in hominem reſedit, hanc diluit & extinguit.

VINALIA, ium. n. [Πιθοιγία] Feriæ IX Cal. Maji deguſtandis vinis inſtitutæ, ut ait Plin. lib. 18. cap. 29. Sunt & altera Vinalia, quæ aguntur ad XIII Cal. Septembris, ut ipſe paulo poſt dicit.
Feſta Vinalia, quæ x Calend. Maji fiebant, ab Ænea inſtituta fuiſſe docet Ovid. 4 Faſt. 861.
Vinalia ruſtica, V. Ruſticus, in RUS.

VINĀRIUS, a, um. Adj. [οἰνικός] Quod ad vinum pertinet: ut, Taberna vinaria.
Cella vinaria. [οἰνών, Gl. G. L.] Plin. lib. 14. cap. 13. In quibus erant claves vinariæ cellæ.
Crimen vinarium, Quod ob portorium vini exportandi gratia ſolvendum, a Fontejo conſtitutum in Gallia, accuſator ejus movebat. Cic. pro Font. 9. Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi invidioſiſſimum & maximum eſſe voluerunt.
Lacus vinarii. Columel. lib. 12. cap. 18.
Saccus vinarius. Plin. lib. 24. cap. 1. Qua de cauſa & in ſaccos vinarios additur polenta. V. SACCUS.
Vas vinarium. Cic. 6. Verr. 62. Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi, &c.

VINARIUS, i. m. [οἰνοπώλης, Gl. G. L.] Vini venditor. Unde Lampridius ſcribit Alexandrum Romanum Imperatorem conſtituiſſe corpora vinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium. In vit. cap. 33. Plaut. Aſin. 2. 4. 30.
Sed vina, quæ heri vendidi vinario Exærambo, &c. Idem Pœn. 4. 2. 16.
Vinarius, [οἰνοπότης, Gl. G. L.] pro Vinoſo & ebrioſo, Ulpianus in l. Ob quæ. D. De Ædilicio edicto, Item aleatorem & vinarios non contineri edicto quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait: quemadmodum nec guloſos, nec impoſtores, aut mendaces, aut litigioſos. Ibidem, in l. Ædiles. Utputa ſi imitatione conſervorum apud emptorem talis factus eſt, aleator forte, vel vinarius, vel erroneus ſit. Budæus. [Dicitur eadem forma, ac Ancillarius, Carnarius, &c.

VINARIA, æ. f. [οἶνος, ὁ τόπος] Gloſſ. Græcolat.

VINARIUM, i. n. [οἰνοφόρον, Gl. G. L.] Cadus. Hor. 2. Serm. 8. 39.
— Invertunt Aliphanis vinaria tota. [Niſi de loco exponendum, & in Gloſſ. quoque pr. loco neut. pl. eſt.

VINEUS, a, um. Adj. ut, Vineus latex. Solin. cap. 5.

VINŌLENTUS, vel VINULENTUS, a, um. Adj. [οἰνόφλυξ, οἰνοβαρής, Gl. G. L.] Ebrius, qui vino ſe ingurgitavit. Plaut. Aul. 4. 7. 6.
Te eam compreſſiſſe vinolentum virginem. Cic. 4. Acad. 87. Dormientium & vinolentorum & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quam vigilantium, ſiccorum, ſanorum.
Somnia vinulentorum. Cic. 1. de Lege Agrar 1. Hæc, per deos immortales, utrum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia, &c. videntur?
Furor vinolentus. Cic. 12. Fam. 25. Sic ſum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemque ſuum vinolentum furorem in me unum effunderet.
Bacchatur vinolentus. Cic. in Orat. 99. Furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari vinolentus videtur.
Incidere ſobrium in vinolentiam vinolentorum. Cic. 5. Tuſc. 118. Al. Violentiam.
Medicamina vinolenta, Ex vino parata. Cic. in Piſon. 13.

VINOLENTIA, æ. f. [οἰνοφλυγία] Ebrietas. Cic. in Topic. 75. Cujus etiam generis illa ſunt, ex quibus verum nonnunquam invenitur pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania.
Amor, iracundia, ægritudo, vinolentia. Cic. 2. de Invent. 17.
Vinolentia ſubjecta eſt ægrotationi. Cic. 4. Tuſc. 26. Ægrotationi autem talia quædam ſubjecta ſunt, avaritia, ambitio, mulieroſitas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & ſi qua ſimilia.
Furioſa vinolentia. Cic. 2. Philipp. 101. Quid furioſam vinolentiam tuam proferam?

VINEA, æ. f. [ἀμπελών, Gl. L. G.] Locus vitibus conſitus: vel ipſa Vitis. Cic. 2. de Lege Agrar. 86. Jugera CCC. ubi inſtitui vineæ poſſunt. Columel. lib. 3. cap. 2. Ideo non eſt vineis apta, vix etiam arbuſto.
Brachiata. V. BRACHIUM.
Calvata. V. CALVA.
Capitata. V. CAPUT.
Compluviata. V. COMPLUVIUM.
Campeſtris. Columel. lib. 12. cap. 25.
Collina. V. COLLIS.
Paluſtres vineæ. Columel. lib. 12. cap. 25.
Culta. Tibul. lib. 1. el. 37.
Imputata. Hor. Epod. 16. 44.
Macerrimæ vineæ. Columel. lib. 8. cap. 1.
Floret vinea. Ovid. 5. Faſt. 264.
Induunt ſe uvis vineæ. V. INDUO.
Pubeſcit vinea. Virg. 2. Georg. 390.
Verberatæ grandine vineæ. Hor. 3. Carm. 1. 29.
Conſtituere vineas. Columel. lib. 3.
Decuſſare vineas. Columel. lib. 12. cap. 53.
Fodere vineam. Columel. & Varr. R. R. lib. 1. cap. 31.
Frequentare vineam. Columel. 4. 15. pr.
Jugare vineas. V. JUGUM.
Limitare vineas. Plin. lib. 17. cap. 22.
Occare vineas. Columel. lib. 11. cap. 2.
Ordinare vineam paribus intervallis. V. Ordino, in ORDO.
Palare vineas. Columel. lib. 11. cap. 12. in PALUS, i.
Pampinare vineas. V. PAMPINUS.
Ponere vineas. Columel. Et nos, Publi Silvine, magno animo vineas ponamus, &c.
Purgare vineam. Catull. Argon. 62. 39.
Sternere vineam. Columel. Factis ſalicis optime ſternitur.
Vinea, Inſtrumentum bellicum lignis compactum, inquit Livius, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectum duplici ligno, cratibuſque contexitur, latera quoque vimine ſæpiuntur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne cremenutr, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, junguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant. Plaut. Mil. 2. 2. 111.
Si invenio qui vidit, ad eum vineas, pluteoſque agam. Cic. 15. Fam. 4. Aggere, vineis, turribus oppugnavi, uſuſque multis tormentis. Idem 8. Philip. 17. Conductæ vineæ ſunt, pugnatur acerrime.
Vinias quidam ſcripſerunt per i. Cornutus apud Caſſiodorum 15. ſed reprehendit hanc differentiam. H. St. En verba cap. 1. de Orthogr. Vineas per e quidam ſcribendum tradiderunt, ſi ſignificarent quas in agris viderimus: ac contra per i Vinias illas, ſub quibus latere miles ſolet. Quod diſcrimen ineptiſſimum eſt: nam neque aliunde vineæ caſtrenſes dictæ ſunt, quam quod Vineis illis agreſtibus ſimiles ſunt.

VINEŎLA, æ. f. dimin. Vet. Inſcript. apud Fabrett. p. 283. HVIC. MONVMENTO. CEDIT. CVM. VINEOLA. SOLA. SVO. FINE. VINEAE

VINEĀLIS, e. Adj. [ἀμπελικός] Quod eſt aptum ad vineam. Columel. lib. 3. cap. 12. Sed ne nunc per infinitas terreni ſpecies evagemur, non intempeſtive commemorabimus Julii Græcini conſcriptam velut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.

VINEĀRIUS, a, um. Adj. [ἀμπελικός] Quod eſt vineæ, vel quod ad vineam pertinet: ut, Collis vinearius. Columel. lib. 5. cap. 6.

VINEĀTĬCUS, a, um. Adj. [ἀμπελικός] Idem. ut, Frices vineaticæ. Varro 1. de R. R. cap. 22. Columel. lib. 4. cap. 1. Unum tamen atque alterum reprehendiſſent, quippe ſeminibus vineaticis nimium me paſtinandos cenſuiſſe fieri ſcrobes. Cato R. R. cap. 11. Ferramenta, falces vineaticas ſex.

VINĒTUM, i. n. [ἀμπελών, Gl. L. G.] Locus ubi multitudo vitium conſita eſt, hoc eſt ubi multæ vites, vel multæ vineæ ſunt. Columel. lib. 3. cap. 4. Cui vineta facere cordi eſt, faciat vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire. Cic. 2. de Nat. Deor. 167. Nec vero ita refellendum eſt, ut ſi ſegetibus aut vinetis cujuſpiam tempeſtas nocuerit. Idem 2. de Legib. 21. Sacerdotes vineta virgetaque & ſalutem populi auguranto.
Læta vineta. Lucret. lib. 2. 1157.
Madentia vineta. Stat. 3. Silv. 5. 99.
Reſtibile vinetum, Quod ſingulis annis repaſtinatur, id eſt reſtituitur. Columel. 3. 18. pr.
Conſerere vinetum. Columel. cap. 12.
Infeſtantur vineta Auſtris & Euris. V. INFESTUS.
Inſtituere vineta. Columel. lib. 3. cap. 2.
Ordinare vineta. Columel. lib 4. cap. 27.

VINĬTOR, ōris. m. [ἀμπελουργός, Gl L. G.] Ruſticus vinearum cultor. Columel. lib. 1. Separandi ſunt aratores a vinitoribus. Cic. 5. de Fin. 40. An ea, quæ per vinitorem antea conſequebatur, & per ſe ipſam curabit? Uvæ maturæ vinitor. Virg. 10. Ecl 36.
Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor uvæ. Sed forte refertur ad vocem Cuſtos. Vinitor cuſtos uvæ maturæ. Badius Vindemiatorem interpretatur, Mancinellus Cuſtodem vineæ. Vel cuſtos, inquit Serv. vel cultor vinearum.

VINITŌRIUS, a, um. Adj. [ἀμπελουργικός] Quod eſt vinitoris. Columel. lib. 4. cap. 25. Eſt autem ſic diſpoſita vinitoriæ falcis figura.

VINDĒMIA, æ. f. [τρύγη, Gl. L. G. τρυγὴ, τρυγητὸς, G. L.] quaſi Vinidemia, a Vino (pendenta ſcil.) demendo. V. VINUM ad fin. Virg. 2. Georg. 522.

Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris;
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.

Fructus vindemiæ. Ulpianus in l. Fructus eſſe conſtat. D. Solut. matrimonio.

Coactæ vindemiæ. i. e. Collectæ. Ulpian. in l. Fructus eſſe conſtat. D. Sol. matrim. Si coactis vindemiis altera die divortium intercedat.

Pendens vindemia. Julianus in l. Qui pendentem. D. de action. empt. & vend. Qui pendentem vindemiam emit, ſi uvam legere prohibeatur a venditore, adverſus eum, &c. V. PENDEO.

Percepta vindemia ſi mulier ſtatim fundum viro in dotem dederit, &c. Ulpianus in l. Fructus eſſe conſtat. D. Solut. matrim.

Vindemiam & Vindemias inter ſe differre vult Servius, his verbis, Quum Vindemiam numero ſingulari, dicimus, unius anni ſignificamus: quum plurali, multorum, ut Meſſem, meſſes: hiemem, hiemes. Hæc enim ſemel tantum annis quibuſque contingunt. Multi tamen volunt Vindemiam eſſe totius orbis generaliter, Vindemias ſingularum partium: ut plus ſignificet ſingularis, quam pluralis numerus: ſicut plus eſt quum dicimus, Per terram pluit, quam Per terras: tunc enim omne elementum per ſingularem numerum, non terras aliquas ſignificamus. Virg. 2. Georg. 6. —ſpumat plenis vindemia labris. [Vindemiæ pl. exſtat in Gloſſ. Græcolat. Nempe, quia plurium ſunt, promiſcue ponitur.

Adminiſtrare vindemias. V. ADMINISTRO.

Colligere modicas vindemias. Plin. 9. Epiſt. 28. ad Romanum.

Mellis vindemia. Plin. Prima mellis vindemia melior. Idem lib. 11. cap. 14. & 15.

Olivarum vindemia. Plin. lib. 15. cap. 1.

Scribitur in Gloſſ. Græcol. & Vintemia, Vintemio, mendoſe.

VINDEMIŎLA, æ. f. dimin. [τρυγητίδιον] Cic. 1. Att. 10. Ego omnes meas vindemiolas eo reſervo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem. De fructu ſtudiorum intelligit.

VINDEMIĀLIS, e. Adj. [τρυγητικὸς, Gl. G. L.] Macrob. 7. Saturn. cap. 7. Nuper in Tuſculano meo fui, quum vindemiales fructus pro annua ſolennitate legerentur.

Feriæ vindemiales. Minuc. Felix poſt pr. conf. Suet. Auguſt. cap. 33. & ibi Caſaub. & Stock. Antiq. Convival. 1. 23.

VINDEMIO, [τρυγάω Gl. G. L.] āre. Vindemias colligere. Plin. lib. 14. cap. 2. Noviſſimas vindemiant.

VINDEMIATUS, a, um. Partic. Gloſſ. Gr. Lat. τετρυγημένος Vindemiatus.

VINDEMIĀTOR, ōris. m. [τρυγητὴς Gl. G. L.] Qui vinum legit. Columel. lib. 3. cap. 21. Vindemiatorum aleam ſubeat. Idem lib. 4. cap. 27. Et fructus commodius legitur a vindemiatore.

Vindemiator, Sidus quod tertio Nonas Martii apparet. Columel. lib. 11. cap. 2. dicit illud ſeptimo Calendas Septembris exoriri. Plin lib. 18. c. 31. Stella, quæ Vindemiator appellatur exoriri, mane incipit. Hoc ſidus ita dictum putant, quod ſæpe vindemiis faciat, h. e. Uvas immaturas exurat, vel nimiis pluviis infeſtet, ut jam amplius aliam vindemiatorum operam non poſtulent vites.

VINDEMIĀTOR. ōris. m. per ſyncopem, teſte Porphyrione. Idem, ut, Durus vindemator. Hor. 1. Serm. 7. 30. [Niſi per Synæreſin fit vox quatuor ſyllabarum. V. quæ in PITUITA & VIETUS notata ſunt.

VINDEMĪTOR, ōris. m. [τρυγητὴς] Idem. Ovid. 3. Faſt. 407.

Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes,
Mergetur, viſus effugietque tuos:
At non effugiet vindemitor. Seneca de morte Claudii,
Carpebat raras ſerus vindemitor uvas.

VINDEMIATŌRIUS, a, um. Adj. [τρυγητικὸς] Quod ad vindemiam pertinet. Varro 3. de R. R. cap. 2. Nihilo magis torcula, vaſa vindemiatoria, aut ferias olearias, ut trapeta.

Quali vindemiatori. Ulpianus in l. Inſtrumento. D. de inſtructo vel inſtrumento leg.

VINĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [οἰνοφόρος] ut, Vitis vinifera. Apul. de Herb. cap. 66.

Vinifera terra. Οἰνοφόρος γῆ. Gloſſ. Græcolat.

VINIPŌTOR, ōris. m. [οἰνοπότης] Potator vini. Plin. lib. 24. cap. 54. Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracuſis tamdiu potare ſolitum, donec ab eo cooperta in terra ova fetum ederent. Vetus exemplar legit Potore.

VINNĬCUS, a, um. Adj. [τερπνός] Gloſſ. Latinogræc. vel

VINŬLUS, vel VINNULUS, a, um. Adj. in Plauto Mollis eſt, ex vini diminutione. Cum enim vinum, quod generoſum non eſſet ſignificabant, vinulum & villum appellabant, unde adjectivum Vinolus eſt factum. Turnebus. Locus Plauti eſt Aſin. 1. 3. 70. conſ. Feſt. Non. 2. 198. & Parei Lex. Crit. p. 1300.

V I O

VIOL. Violentia.

VIOCŪRI, orum, m. Viarum curatores. Varro L. L. 4. 34. Publilius & Coſconius vicos, quod ab his viocuris dicuntur ædificati. Idem alio loco, (4. 1.) Quis enim non videt, unde Auriſodinæ & Viocuri? In antiquo lexico ſcribitur, Viaculus, ὁδῶν ἐπιμελητής, ſed vel Viarius, vel Viocurus in eo ſcribendum cenſeo. Turnebus, 22. 26. [V. in VIA. Apud Varr. pr. loco Ab his viceis; altero Viocureis legitur.

VIŎLA, æ. f. [ἴον τὸ ἄνθος, Gl. L. G. & G. L.] notæ ſignificationis. Dicta, ut quidam voluut, per antiphraſim, quaſi minime violata: vel quod non violanda: vel a vi olendi; quamvis aliqui per diminutionem, a Græco ἴον violam dictam velint. Plin. lib. 21. cap. 6. Violis honos proximus. Earum plurima genera, purpureæ, luteæ, albæ: plantis omnes, ut olus, ſatæ. Ex iis vero, quæ ſponte apricis & macris locis proveniunt purpureæ, latiore folio ſtatim ab radice carnoſo exeunt, &c. Abunde de violis in hoc capite tractat. Ibid. cap. 11. Florum prima Ver nuntiantium, viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. Poſtea quæ appellatur purpurea. Proxime flammea, quæ & phlox vocatur, ſilveſtris duntaxat. [Violam nigram eſſe Vaccinium liquet ex Gloſſ. Græcolat. Ἴον, ἄνθος Viola, Vaccinium. Ἴον μέλαν, Vaccinium. V. in hac dict.

In viola, Prov. Cic. 5. Tuſc. 73. An tu me in viola putabas, aut in roſa dicere?

Fuſcæ violæ. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 129.

Mollis violæ. Virg. 3. Ecl. 38.

Nigræ violæ. Virg. 10. Ecl. 39.

Viola alba, [λευκόϊον, Gl. L. G. & G. L.] Caltæ in Gloſſ. Græcolat.

Viola ruſtica, [χαμαίκισσος βότανον, Gl. L. G.] In Gloſſ. Græcolat. ἴον ξανθὸν, Luteolum. V. in hac dict.

Pallentes violæ. Virg. 2. Ecl. 47.

Tinctus viola pallor amantium. Hor. 3. Carm. 10. 14.

Tondere violas manu. Propert. lib 3. 13. 29.

VIOLĀCEUS, a, um. Adj. [ἰώδης] ut Violaceus color. Plin. lib. 35. cap. 16. I. e. Purpureus, qui in violæ florem tendit. Plin. lib. 9. cap. 39. Nepos Cornelius, qui Divi Auguſti principatu obiit, Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat.

VIOLACIUM, i. n. Vinum vel ſuccus e viola. Apic. 1. 4. De viola violacium facere.

VIOLARIUS, i. m. [ἰοβάφος] Violacei coloris infector. Plaut. Aul. 3. 5. 36.

Flammearii, violarii, carinarii.

VIOLARIUM, i. n. [ἰωνιά] Locus ubi naſcuntur violæ, inquit Servius, Virg. 4. Georg. 32.

—irriguumque bibant violaria fontem.

VIOLANTILLA, æ. f. [Ἰάνθη] Græce Ianthis, nomen Mulieris, *Ianthi*. Budæus.

VIOLABILIS, VIOLANDUS, VIOLANS, VIOLATIO, VIOLATOR, VIOLATUS, VIOLENS, VIOLENTE, VIOLENTER, VIOLENTIA, VIOLENTUS, V. VIS.

VIBON VALENTIA, [Οὐιβῶν Οὐαλεντία] Apulorum urbs, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie Bivona, Hippo Plinio. q. V.

V I P

VIPĔRA, æ. f. [ἔχις, Gl. L. G. ἔχιδνα, G. L.] Genus ſerpentis. Dictum quod vi pareat. De quo Plinius abunde multis locis, maxime vero lib. 10. cap. 62. Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit ova unius coloris, & mollia ut piſces. Tertia die intra uterum catulos excludit; deinde ſingulos diebus ſingulis parit, viginti fere numero. Itaque ceteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occiſa parente. Ovid. Rem. Amor. 421.

Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

Brevibus viperis implicata crines Canidia. Hor. Epod. 5. 15.

Læſa vipera ignaro pede. Ovid. 2. de Arte Am. 376.

Venenata vipera ac peſtifera, Homo peſtilens, tranſlate. Cic. de Aruſp. Reſp. 50. Etiamne in ſinu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac peſtiferam habere potuerunt.

Vipera eſt etiam Convicium. Florus, 4. 12. 37. Aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os ſutum, receſſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, Tandem, inquit, vipera, ſibilare deſiſte. V. Donat. ad Ter. Eun. 5. 2. 6.

VIPERĀLIS, e. Adj. ut, Herba viperalis. Apul. de Herb. cap. 89.

VIPĔREUS, a, um. Adj. [ἐχιδνώδης, Gl. G. L.] ut, Carnes vipereas edere. Ovid. 2. Met. 769.

Crinis vipereus. Virg 6. Æn. 281.

Cruore vipereo madent tela. Ovid. 4. de Pont. 7. 36.

Dentes viperei. Ovid. 3. Met. 103.

Pelle vipereo linere ſpicula. Ovid. 1. de Pont. 2. 18.

Nodis vipereis nexa brachia. Ovid. 4. Met. 491.

VIPERĪNUS, a, um. Adj. [ἐχιεῖος] Plin. lib. 11. cap. 53. Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie & humano ſanguine.

Cruor viperinus. Hor. Epod. 3. 6.

Morſus viperinus. Cic. 2. de Flo. 94.

VIPERĪNA, æ. f. Herba, quæ & Serpentaria. Apul. de Herb. cap. 3.

VIPIŌNES, um. m. [μικρογέρανοι] ſunt Minores grues: ſeu Pipiones, Minores columbi. Plin. lib. 10. cap. 49. In Balearibus inſulis & Buteo, accipitrum generis, in honore menſarum eſt: item vipiones: ſic enim vocant minorem gruem.

V I R

VIR. Virgo. VIR. DIAN. Virgo Diana. VIRT. AETERN. AVG. Virtus æterna Auguſti.

VIR, viri. m. [ἀνὴρ, Gl. L. G. & G. L.] Nonnunquam reſpectum ſexus habet. Plin. lib. 10. cap. 63. Viros avidiores veneris hieme, feminas æſtate Heſiodus prodidit.

Vir itaque nominatus eſt, quod major in eo vis eſt, quam in femina, & hinc Virtus nomen accepit. Lactantius de Opificio Dei cap. 12. H. St.

Soboles virûm. Lucret. lib. 4. 1226.

Gens effrena virûm. Virg. 3. Georg. 382.

Genus acre virûm. Virg. 2. Georg. 167.

Vis invicta viri. Stat. 3. Theb. 62.

Famæ magnæ vir. Ovid. 7. Met. 475.

Ingenii jocundi & elegantis vir. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Roboris magni vir. Senec. Theb. 1.

Spiritus ingentis vir. V. INGENS.

Abſurdus vir. V. ABSURDUS.

Acres viri. Virg. 11. Æn. 48.

Ademptus vir. V. ADIMO.

Adoleſcens vir. V. ADOLEO.

Agreſtes viri. Hor. 3. Carm. 1. 22.

Ampliſſimus & ornatiſſimus vir. V. AMPLUS.

Audax vir. Sil. lib. 3. 524. al. Nudatus.

Bellatores viri. Sil. lib. 1. 218.

Bonus vir. V. BONUS.

Bonus vir & prudens. Hor. de Arte Poet. 445.

Bonus vir & ſapiens. Hor. 1. Epiſt. 7. 22.

Cæleſtis vir. V. CŒLUM.

Cenſorius vir. V. CENSOR.

Civilis vir. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Clari viri. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Clarorum virorum animi. Hor. 2. Epiſt. 1. 249.

Clariſſimus vir. Cic. 2. Fam. 2.

Comis & bonus vir. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Conſularis vir. V. CONSUL.

Egregius

Egregius ſanctuſque vir. Juven. 13. Sat. 64.
Excellens vir. Cic. 1 Fam. 7. Virum enim excellentem, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate devinctum, &c.
Æternus vir. Ovid. 16 Epiſt. 308.
Ferox vir. Sil. lib. 10 695.
Fortis vir. Ovid. 13. Met. 383.
Fortis vir ad arma. Ovid. 2. Faſt. 688.
Gravis vir. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Ignoti nova forma viri. Virg. 3. Æn. 591.
Illuſtris vir. V. ILLUSTRIS.
Injuſtus vir. Ovid. 2. Faſt. 688.
Inſignis vir pietate. Virg. 1. Æn. 10.
Inſtructiſſimus vir. V. INSTRUO.
Intemperans vir. V. INTEMPERANS.
Invictum virum vicit dolor. Ovid. 13. Met. 386.
Juriſperiti, an militaris viri laus major. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Juſtus vir & tenax propoſiti. Hor. 3. Carm 3. 1.
Lectiſſimi viri atque ornatiſſimi. V. LEGO, ere.
Litterati viri. V. LITTERA.
Magnus vir. Ovid. 13. Met. 340.
Maximus vir. V. HOMO.
Memor, gratus, & bonus vir. Cic. 2. Fam. 5.
Mendax vir. Virg. 8. Æn. 644.
Molles viri, vel potius Non molles. Hor. Epod. 1, 10.
Nefandus vir. Virg. 4. Æn. 497.
Princeps vir. Ovid. ad Liv. 344.
Sanctus vir. Senec. Hippol. 10.
Sollers vir. Ovid. in Ibin, 279.
Subtilis vir. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Veloces viri. Ovid. 10. Met. 560.
Compellare virum blande. V. COMPELLO.
Congelare virum. V. CONGELO.
Dividere in viros. V. IN præpoſitionem.
Increvit per hos viros ſalutaris profeſſio. Celſ. lib. 1. in procem.
Legere vir virum, in Romana militia dicebatur, cum in conſtituenda acie quiſque ſibi eum deligeret adſciſceretque ſocium pugnæ, ſeu altitem, cujus virtuti plurimum tribueret. Virg. 11. Æn. 631.

Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totam
Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir.

V. Briſſon. de Form. p. 446. Petr. Victor. Var. Lect. 16. 19. & Turneb. Adverſ. 25. 7. conf. etiam Suet. Aug. cap. 35.
Vir, Fortis vir, qui præſenti fortique animo eſt præditus. Ter. Adelph. 4. 2. 26.

Laudo, Cteſipho, patriſſas, abi, virum te judico.

Idem Eun. 2. 2. 74.

Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, vir es.

Cic. 2. Tuſc. 43. Si virtutis compotes, vel potius ſi viri volumus eſſe.
Cadere in virum. V. CADO.
Vir & Homo. Cic. 2. Tuſc. 53. Ita & tulit dolorem, ut vir: & ut homo, majorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. Idem pro Flac. 20. Si civitas per viros bonos, graveſque homines, querelas ad vos detuliſſet. Et 2. Q. frat. 10. Sed quum veneris, virum te putabo, ſi Salluſtii Empedoclea legeris, hominem non putabo.
Matura viro filia, Marito. Virg. 7. Æn. 53.
Durus vir. Ovid 3. Amor. 4. 1.
Perjurus vir. Ovid. 10. Epiſt. 76.
Viduus vir. Ovid. 8. Epiſt. 86.
Conjuncta ô digno viro. Virg. 8. Ecl. 32.
Dare nuptum viro. V. NUBO.
Expertæ virum puellæ. Hor. 3. Carm. 14. 11.
Meruit illa virum dote. V. MEREO.
Nupta viro puella. Ovid. 16. Epiſt. 367.
Nupta ſæva viro. Hor. 3. Carm. 10. 2.
Vir, reſpectum ætatis aliquando dicit. Plinius, Quod non modo in puero ſive adoleſcente, ſed etiam in viro admiratione dignum videretur.
Vir, Maritus. Ter. And. 3. 3. 19.

Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum.

Quærere virum. Petron. cap. 119. Ubi Interpr. Quæ omni corporis habitu & inceſſu mollitiem præferebant, dicebantur virum quærere.
Vir, pro Virilitate. Catull. 61. 6.

Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine viro, &c.

i. e. Poſtquam. Atys virilia ſibi abſcidit.
Vir, de Bruris etiam dicitur. Virg. 7. Ecl. 7.

Vir gregis ipſe caper.

VIRA, æ. f. Feſtus, Feminas antiqui viras appellabant, unde adhuc permanent Viragines & Virgines. V. Serv. ad Virg. 12. Æn. 468.
VIRĀGO, inis. f. [ἀνδρεία, γυναῖκα, Gl. L. G.] Mulier fortis, quæ viro ſimilis ſit, & virilia opera faciat. Plaut. Merc. 2. 3. 78.

— recte ego emero matri tuæ
Ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala.

Cruda virago Gorgone, Pallas. Stat. 11. Theb. 414.
Diva virago, Diana. Senec. Hippol. 1.
Flava virago, Pallas. Ovid. 6. Met. 131.
Metuenda bello virago, Pallas. Ovid. 2. Met. 765.
Regina bellorum virago, Pallas. Stat. 4. Silv. 5. 23.
Virago, [ἀνδρογυνος, Gl. L. G.] [An pro Semimare? In Græcolat. etiam ἐνωπμος ... Viripotens, Virago, Adulta.
VIRĀTUS, a, um. Adj. ut, Uxor virata, Viro juncta. Varro apud Non. 2. 907.
Compar. Novatian. de Trin. cap. 2. Omni robore robuſtior, omni virtute viritior. pro Viratior. [An Virilior?
VIRĀTUS, ûs. m. Viri conditio. Sidon. 7. Epiſt. 9. Bono viratu æmulis magis prodeſſe cupiens quam placere.
VIRIPLĀCA, æ. f. Dea, nomen hoc a placandis viris fertur aſſecuta. Valer. Max. 2. 1. 6. Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesſerat, in ſacellum Deæ Viriplacæ, quod eſt in Palatio, veniebant; & ibi invicem locuti quæ voluerant, contentione animorum depoſita, concordes revertebantur.
VIRIPŎTENS, entis. [ἐνωπμος ἀκμή, Gl. L. G. & G. L. ἐνωπιος, L. G.] Virgo dicitur, quæ apta eſt connubio. Plaut. Perſ. 2. 3. 1. Paulus in l. Si filiæ familias. D. de leg. 3.
Juppiter viripotens. Plaut. Perſ. 2. 3. 2. [A viribus.
VIRIPOTENTIA, æ. f. Puellarum viripotentia, titulo capitis primi, libri ſept. de Hiſt. anim. H. St. Ariſtotelis Latinum interpretem deſignat neſcio quem.
VIRĪLIS, e. Adj. [ἀνδρικός, Gl. G. L.] Quod eſt viri; ut, Opus virile. Et, Forma virilis. Ovid. 4. Epiſt. 76.
Oculi viriles. Ovid. 5. Faſt. 153.
Officium virile. Hor. de Arte Poet. 193.
Proles virilis, Maſcula. Virg. 7. Æn. 50.
Sexus virilis. [ἀῤῥενογονία, Gl. L. G.] Plin. lib. 10. cap. 55.
Stirps virilis. Liv. 1. 1. extr.
Studia virilis. Ovid. 12. Met. 208.
Tela virilia. Ovid. 8. Met. 392.
Toga virilis. Cic. 2. Philipp. 44. Suet. Aug. cap. 36. V. TOGA.
Veſtis virilis. Hor. 1. Serm. 2. 16.
Vultus virilis. Ovid 3. Met. 189.
Virilis [ἀνδρεῖος] Virum decens, Fortis.
Magis virilis. V. MAGIS.
Parum virile. Cic. 2. de Finib. 47. Vereturque quicquam aut facere aut loqui, quod parum virile videatur.
Animus virilis, i. e. Fortis, qualis debet viri eſſe. Ter. Phorm. 5. 8. 64.
Animo virili præſentique ut ſis para. Cic. 14. Att. 21. Acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili.
Cura virilis. Virg. 9. Æn. 311.
Dolor virilis. Cic. 11. Att. 10. Nec res periiſſet, & videremur aliquid doloris virilis habuiſſe.
Habitus orationis virilis. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Igniculus virilis. Cic. 15. Att. 25. Reliqua pars epiſtolæ: illam nemque in utramque: ſed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles.
Inflexio lortis ac virilis laterum. Cic. 3. de Orat. 318.
Partes viriles mandare puero. Hor. de Arte Poet. 177.
Ratio fortis & virilis. Cic. 3. Tuſc. 22. Sententiis tamen utendum eſt eorum potiſſimum, qui maxime forti, & ut ita dicam, virili utuntur ratione atque ſententia.
Sententia fortis & virilis. Cic. 3. Tuſc. 22.
Vox virilis. Cic. pro Sext. 10. Recita quæſo, P. Sexti, quid decreverint Capuæ Decuriones, ut jam virilis tua vox poſſit aliquid ſignificare inimicis noſtris.
Virilis [ἴσον κατὰ ἀναλογίαν, Gl. L. G.] Columel. lib. 7. cap 11. Virilis pars. Eſt autem pars virilis, Pars cujuſque viri. Cic. 5. Verr. 7. Qui præſertim plus etiam, quam pars virilis poſtulat, pro voluntate Pop. Ro. oneræ ac muneris ſuſcipere debeam. Idem 6. Verr. 81. Eſt aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis ſum, quam ille amplam, illuſtrem, claramque reddidit.
Ὅλως τε οὐδὲν ἀπεδύσατο ἀνδρὶ δυνατῷ ἐξιέναι. Appianus p. 142. τῷ μ. Pur. Ubi ſuperfl. ἀνδρὶ δυνατῷ non intelligitur. H. St.
Parte pro virili, Pro viribus. Cic. pro Sext. 138. V. PRO.
Portione pro virili. Tacit. in Vit. Agric. 45.
Vocare aliquos ad virilia. Salluſtius lib. 3. fragm. in oratione Marci Tribun. pleb. ad Plebem. Dein, ne vos ad virilia illa vocem.
Compar. Lamprid. dixit obſcæno ſenſu Heliogab. cap. 8.
VIRILIA, um. plur. tantum, [αἰδοῖα] Verenda, pudenda. Plin. lib. 21. cap. 27. Et in totum ad virilia cauliculis ejus, in vino & aceto tritis, nihil utilius putant.
Ad differentiam ſecus feminei, ut ſi dicam Virilia vocari illa, quæ virilitatem teſtantur. H. St.
VIRILĬTAS, atis. f. [αἰδοῖα, ἀῤῥενότης] Idem quod Virilia, ſeu pudenda virilia. Martial. lib. 9. 7.

Non puer avari ſectus arte mangonis,
Virilitatis damna mæret ereptæ.

Ademptæ virilitatis homo. V. ADIMO.
Exciſa virilitas. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Virilitas de beſtiis. Plin. lib. 23. cap. 1. Utiliter etiam fovetur vino calido virilitas jumentis.
Inceſtæ virilitatis, de Stupratore. Tacit. 6. Ann. 5. Arguitur pleraque, C. Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis, &c. dixiſſe. Id autem ideo de Caligula dixerat Meſſalinus, quod is cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit, ut ſcribit Tranquillus.
Ad animum translatum. [ἀνδρεία, Gl. L. G. & G. L. δύναμις, G. L.] Quintil. lib. 1. cap. 8. Sanctitas, &, ut ſic dicam, virilitas a Tragicis petenda.
VIRĪLĬTER, Adv. [ἀνδρείως, Gl. L. G.] Fortiter & magno animo. Cic. 2. Tuſc. 95. Itaque barbari quidam, & immanes ferro decertare acerrime poſſunt, ægrotare viriliter non queunt.
Viriliter & magno animo. Cic. 1. Off. 94. Quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro & decorum videtur.
Viriliter age, Ἀνδρίζου, Gloſſ. Græcolat.
Defendere viriliter. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Facere viriliter. Hor. 1. Epiſt. 18. 32.
Ferenda fortuna viriliter. Ovid. 1. Faſt. 479.
VIRĪTIM, Adv. [κατ' ἄνδρα, καθ' ἕνα ἕκαστον, Gl. L. G.] Per ſingulos viros, inquit Feſtus. Cic. 3. Tuſc. 48. Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere liceat: ſed ſi facias, partem petam. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 71. Pecus, cujus magna erat ab Mandubiis compulſa copia, viritim diſtribuit.
Ferre legem de aliquo agro viritim dividendo. Cic. de Clar. Orat. 57. Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Trib. pleb. legem de agro Gallico & Piceno viritim dividendo tulerit.
Percrebuit rumor viritim. Curt. lib. 6. 2. 15.
Viritim, de uno etiam dicitur. Curt. lib. 7. 4. 33. Si quis viritim dimicare vellet, provocavit ad pugnam. Hor. 2. Epiſt 1. 92.
Viritim, metaphorice, pro Particulatim. Seneca Natur. Quæſt lib. 5. cap. 7. De ventis in univerſum diximus, nunc viritim incipiemus illos diſcutere. V. Suet. Tiber. cap. 76.
VIRITĀNUS, a, um. Adj. Viritim diſtributus. ut, Ager viritanus Feſt.
VIRŌSUS, a, um. Adj. [ἀνδρομανής] a Vir, primam corripit. ut, Viroſæ mulieres, dicuntur Virorum appetentes, vel luxurioſæ. Lucil. lib. 7.

Dixi ad principium venio, vetulam atque viroſam
Uxorem cædam potius quam egomet me.

Afranius Divortio,
Vigilane

Vigilans ac ſolers, ſicca, ſane, ſobria, viroſa non ſum: & ſi ſum, non deſunt mihi qui ultro dent, ætas integra eſt, formæ ſatis.

Viroſus, a Virus primam producit. V. VIRUS.

VIRIŌSUS, a, um. Idem. Apul. 9. Met. p. 223. Elmenh. Sæva, ſæva, viriuſa, ebrioſa, pervicax, &c.

Virioſus, Robuſtus. V. in VIS.

VIRIĀTUS, a, um. Adj. Magnarum virium. Lucil lib. 26. Contra flagitium neſcis bello vinci a viriato Annibale. Nonius n. 903.

VIRTUS, quod & hinc ducunt, V. ſuo ordine.

VIRBIUS, i. m. dicitur, Hippolytus Theſei filius, quaſi bis vir: quia novercali calumnia necatus, beneficio Æſculapii vel Dianæ revocatus fertur ad vitam. Revera, inquit Servius in 7. Æneid. 761. Virbius eſt nomen conjunctum Dianæ, ut Matri deûm Atys, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis.

VIRDŎMĂRUS, i. m. Gallorum rex, de quo cæſo Claudius Marcellus opima ſpolia Jovi Feretrio conſecravit. Propert. lib. 4. 11. 39.

Virdomari genus hic Rheno jactabat ab ipſo.

VIRECTUM, VIREO, VIRESCO, V. VIRTUS.

VIREO, ōnis. m. [χλωρίων] Plin. lib. 18. cap. 29. Avam partem orienta Sirio, ipſo die non apparere, donec occidat. E diverſo vireonem prodire ipſo ſolſtitii die. Gaza eum intelligit, qui & Ariſtoteli & Plinio vocatur Chlorion.

VIRES, VIRION, &c. V. VIS.

VIRGA, æ. f. [ῥάβδος, Gl. L. G. & G. L.] Vimen in Gloſſ. poſter. notæ ſignificationis. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 12. Porcia lex virgas ab omnium civium Roman. corpore amovit: hic miſericors flagella retulit.

Lentior virgis ſalicis. Ovid. 13. Met. 800.

Arbuteis virgis texunt feretrum. Virg. 11. Æn. 65.

Cornea virga. V. Corneus, in CORNU.

Fraxina virga. Ovid. 11. Epiſt. 76.

Medicata virga. Ovid. 1. Met. 716.

Raſæ haſtilia virgæ. Virg. 2. Georg. 358.

Viſcata virga fallere volucres. Ovid. 15. Met. 474.

Virgæ ſanguineæ. Modeſtin. in l. 9. D. de leg. Pompeja de Parricid. Plin. Si quidem & geniſtæ, & populi, & ulmi, & ſanguinei frutices. Aut igitur e fruticibus virgæ erant, quibus cædebantur parricidæ, ut terror ineſſet in cruento earum colore, aut ad horrorem, ut exiſtimo, cruentabantur. Sic de Bellona ſcribit Maro, 8. Æn. 703.

Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello. & Fecialis haſta ſanguinea & cruenta bellum indicabat. Liv. 1. 32. Ut Fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret. Turnebus. V. SANGUINEUS.

Virga turis. Plin. lib. 12. cap. 14.

Virgam turiam dixit, Virg. 2. Georg. 117.

Aurea virga. Virg. 7. Æn. 190.

Cenſoria virga. Quintil. lib. 1. cap. 5. Quo quidem ita ſunt ſevere uſi veteres grammatici, ut non verſus modo Cenſoria quadam virga notare, &c. Hæc autem virga alias dicitur Obeliſcus, ut annotat interpres Quintiliani.

Cædere virgis. V. CÆDO.

Cædere aliquem virgis ad necem. Cic 5. Verr. 70. Quid erit extremum? ſi damnatus eris, virgis te ad necem cædi neceſſe erit.

Lacerare aliquem virgis. V. Lacero, in LACER.

Morientur in tergo virgæ. V. MORIOR.

Multari virgis. V. MULTA.

Variari virgis. V. VARIUS.

Virgam tribuebant Somno, qua feriens homines, ſoporem inducebat. Papin. —extremo me tange cacumine virgæ. Maro ramum ei tribuit, quem ſoporatum vi Stygia ſuper utraque tempora Palinuri quaſſaſſe dicit: alii etiam ei cornu tribuunt. Ex Turneb. Adverſ. 21. 4.

Virga, Linea colorata. Ovid. 1. de Arte Am. 291. de tauro quodam,

Signatus tenui media inter cornua virga.

Purpureæ virgæ, i. e. Veſtis virgata. Ovid. 3. de Arte Am. 269. V. VIRGATUS.

VIRGĀTOR, i. m. Qui virgis & loris cædit. Gloſſ. Gr. Lat. ῥαβδοῦχος, Lictor, Virgarius.

VIRGĀTUS, a, um. Adj. ut Calathiſci virgati, Virgis contexti. Catul. Argon. 62. 319.

Virgatus, Quod virgas quaſdam in longum aut latum varia ſerie, & colore porrectum habet, virgatum dicitur. ut Virgatæ veſtes, virgata ſagula, quæ diſcoloribus, tanquam currentibus regulis colorum & doctibus, varia cernuntur. Grammatici hac notione contenti non ſunt, ſed ajunt ad Gallorum etiam reſpectum eſſe linguam, quibus Virga purpuram ſignificat, ut virgata ſint purpurea. Sed ſimplex intellectus & Latinus magis convenit. Valerius certe Flaccus Thracum mulieribus virgatas veſtes tribuens, purpureas non intellexit, ſed barbarorum ritu diſcolores, & veluti virgatis ſegmentis contextas. Ejus ſunt verſus, lib. 6. 158.

Jam veniat durata gelu, ſed me quoque pulſam
Fama viro: noſtroſque toros virgata tenebit. Ex Turneb. 2. 14.

Veſtes virgatæ auro. Sil. lib. 4. 145. h. e. Virgis ſeu lineis aureis diſtinctæ. V. VESTIS.

Corpore virgato tigris, Variis coloribus diſtincto. Sil. lib. 5. 148.

Tigres virgatæ. Sen. Hippol. 3.

Ubera virgata. Sen. Herc. OEth. v. 123.

VIRGEUS, a, um. Adj. [ῥάβδινος, Gl. G. L.] Quod eſt ex virgis factum. Virg. 1. Georg. 165.

Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex.

Area virgea. Columel. lib. 7. cap. 3.

Flamma virgea. Virgil. 7. Æn. 463. h. e. De virgis facta: unde eſt flamma validior. Servius.

Pabula virgea, Arbuſcularum frondes in pabulum caprarum decerptæ. Virg. 3. Georg. 320.

Sæpem virgeam interponere. Columel. lib. 11. cap. 3.

VIRGŌSUS, a, um. Virgarum plenus. ut, Virgoſus frutex. Pallad 1. tit. 24.

VIRGĒTUM, i. n. [ῥαβδοφυτεῖον] Locus virgis conſitus ad illigandas vites: qui mos antiquis fuerat ut hodie quoque, dum Amerinæ ſalis aut geniſtæ juxta vites ſeruntur. Cic. 2. de Legib. 21. Sacerdotes vineta, virgetaque & ſalutem populi auguranto.

VIRGINDEMIA, vel VIRGIDEMIA, æ. f. [ῥαβδολογία] Collectio virgarum ob verbera, aut ad aliquid vinciendum. Varro in Agathone, Quid triſtiorem video te eſſe? hæc ſpes eſt argentaria: ideoque ſcapulæ metuunt virgindemiam. Plaut. Rud. 3. 2. 22.

At ego te per crura & talos, tergumque obteſtor tuum,
Si tibi uberem ulmeam eſſe ſperes virgidemiam. [Ficta vox a Comicis, ad imitationem Vindemiæ.

VIRGŬLA, æ. f. dimin. [ῥαβδίον, Gl. L. G.] Cic. 8. Philipp. 23. Quum tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit: dixitque, ſe non antea renunciaturum Senatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet.

Virgula divina dicitur, quoties quicquid optamus, id citra humanam operam quaſi divinitus nobis ſignificamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodum in annulis, ita & in virgis ſecundis exiſtimavit aliquam fatalem, ac ceu magicam inſitam virtutem. Cic. 1. Off. 158. Quod ſi omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quaſi virgula divina, ut ajunt, ſuppeditarentur. Citatur aliquoties, & apud Nonium Marcellum, Varro in Virgula divina; ut appareat hunc fuiſſe titulum alicujus ex Menippeis, qui nimirum & ipſi pleriqua ferebantur proverbiales. Adagium natum videri poteſt potiſſimum ab illa virga Homerica, quam ille Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antiſthenes Cynicæ ſectæ conditor, librum conſcripſerit, eam cum ſuo, ut coujicio, baculo conferens. Eraſm.

VIRGULĀTUS, a, um. Adj. Plin. lib. 9. cap. 33. Jam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, &c.

VIRGĀTOR, ōris. m. [ῥαβδίζων] Qui virgis cædit. Plaut. Aſin. 3. 2. 19.

Ubi ſæpe cauſam dixeris pendens adverſus octo
Aſtutos, audaces viros, valentes virgatores.

VIRGULTUM, i. n. [ἀλσύλλιον, Gl. L. G & G. L. ῥαβδίον, G. L.] Virgulta pl [θάμνοι, Gl. L. G.] Plin. lib. 12. cap. 19. Præcipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus ad longitudinem palmi. Cic. pro Cœl. 42. Ergo hæc deſerta via & inculta, atque intercluſa jam frondibus & virgultis relinquatur. Et 1. de Divin. 49. Omnia arbuſta, virgulta, tecta pervertere [Ubi forte Frutecta legendum. conſ. Liv. 21. 22. extr. Virgultum autem, per ſyncopen pro Virguletum dici puto, a Virgula, ut Virgetum a Virga.

Cornea virgulta. Virg. 3. Æn. 23.

Sonantia ſilvis virgulta. Virg. 6. Æn. 704.

Silveſtria virgulta. Virg. 2. Georg. 3.

Tenera attondent ſimæ virgulta capellæ. Virg. 10. Ecl. 7.

Defodere nova virgulta in terram. Lucret. lib. 5. 788. & 933.

Reſonant avibus virgulta canoris. Virg. 2. Georg. 328.

VIRGULTUS, a, um. Adj. Vallem virgultam per appoſitionem dixit Sil. 12. 354. V. ibi Drakenb.

VIRGI, Hiſpaniæ oppidum, in ſinu quem Virgitanum vocant. Auctor Pompon. lib. 2. 6. Nunc Almeria dicitur, teſte Olivario in Melam.

VIRGILIÆ, V. VERGILIÆ.

VIRGĬLIUS, i. m. [Οὐιργίλιος] Mantuanus poeta celeberrimus, Marone, Moraque natus, qui primum inter Latinos poetas obtinet locum. Sunt ex recentioribus, qui Vergilium, non Virgilium, ſcribi debere autumant: de quo vide Caſtigationes Pierii in Virgilium. ſcripſit Bucolica, Pollione ipſum hortante, atque emendavit triennio. Georgica abſolvit annis ſeptem, cum id ei argumentum propoſuiſſet Mæcenas. Æneida rogatus ab Auguſto ſcripſit quidem annis undecim, ſed inemendatam reliquit, ac moriens juſſit cremari. Cui voluntati ejus Auguſtus reſtitit, Tuccæ & Varo emendatione commiſſa. Hujus vitam non minus docte, quam copioſe ſcribit Petrus Crinitus lib. 3. de poetis Latinis. Virg 4. Georg. 563.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti.

Amantiſſimus Virgilius vetuſtatis. Quintil. lib. 1, cap. 7.

Optimus Virgilius. Hor. 1. Serm 6. 54.

VIRGILIĀNUS, a. um. Adj. poſſeſſ. [Οὐιργιλιανός] ut, Virgiliana virtus, apud Plin. in præf.

Virgilianum illud. Quintil. lib. 1. cap. 3. Habendumque in animo ſemper illud Virgilianum.

VIRGINIUS, i. m. Nomen Romanum, ut L. Virginius, Virginiæ pater, & parricida, pluresque paſſim Livio memorati.

Virginius, Rhetor & Orator Romanus. V. Quintil. 3. 1. extr. & ibi Burm.

VIRGINIA, æ. f. L. Virginii Centurionis filia; quam ſtupro deſtinatam ab Appio Decemviro pater in medio foro occidere maluit, quam pati, ut in fœdam ſervitutem abduceretur. V. Liv. 3. 31.

VIRGO, inis. f. [παρθένος, Gl. L. G] a Vir. Quintil. lib 6. cap. 4. Cicero objurgantibus, quod ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet, Cras mulier, inquit, erit. Ulpianus in l. Alioquin. D. de contrah. empt. Quod ſi ego me virginem emere putarem, quum eſſet mulier, emptio non valebit.

Abſolutio virginum. Cic. 3. in Catil 9. Cinnam ante ſe & Sullam fuiſſe, eundemque dixiſſe, fatalem hunc eſſe annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem, &c. V. Abſolutio in ABSOLVO.

Adulta virgo. V. ADOLEO.

Animoſa virgo. Ovid. 20. Epiſt. 115.

Armata virgo. V. ARMA.

Aſpera virgo. Virg 11. Æn. 664.

Bellica virgo, Pallas. Sil. lib. 7. 459.

Caſſa virgo dote. V. CASSUS.

Corrupta virgo. Ovid. 3. Amor. 8. 30.

Frigida non virgo. Ovid. 2. Amor. 1. 5.

Jugatæ nondum thalamis virgines. Sen. Herc. fur. 10.

Juncea virgo. V. JUNCUS.

Laudatiſſima virgo dote formæ. Ovid. 9. Met. 715.

Matura virgo. Hor. 3. Carm. 6. 22.

Matura viro virgo. V. MATURUS.

Nitidæ virgines. Hor. 2. Carm. 12. 19.

Pulcherrima virgo. Ovid. 9 Met. 9.

Regia virgo. Ovid. 2 Met. 570.

Sanctæ virgines, Veſtales. Hor. 1. Carm. 2. 27.

Tenaræ virgines. Hor. 1. Carm. 21. 26.

Tempeſtiva virgo Feſto dicitur, Quæ matura viro eſt & nubilis & formoſa, velut ὡραία. Auctoritate, inquit, virginis cujuſdam tempeſtivæ nomine Romea

Abſtinere virgine. V. ABSTINEO.

Comprimere virginem. V. COMPRIMO.

Rapere ad virum virginem. Catul in Epith. Juliæ 59. 4.
Virgo, pro Muliere, quæ adhuc ſit in viridi ætate & vigore, poſt liberos etiam ſuſceptos. Virg 6. Ecl. 47. de Paſiphaë,
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras. Virgo, inquit Servius, a viridiore ætate; nam jam mater fuerat Phædræ, Ariadnes, Androgei.
Nobilis virgo in omne ævum. Hor. 3. Carm. 17. 36. Quo in loco Virginem pro Muliere poſuit. Hypermneſtram enim intelligit, quæ Lino marito pepercit.
Virgo pro Filia ponitur. Nepos 15. 3. 5. Cum virgo amici nubilis propter paupertatem collocari non poſſet, &c.
Virginem, Omne incorruptum & intactum dixerunt veteres. Cic. in Orat. 64. Mollis eſt enim oratio philoſophorum, & umbratilis, nec ſententiis, nec verbis inſtructa popularibus, nec vincta numeris, ſed ſoluta liberius, nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil aſtutum, caſta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo; itaque Sermo potius, quam Oratio dicitur. Idem de Clar. Orat. 330. Dum tenemus eloquentiam ſeptam liberali cuſtodia, &c. tueamurque ut adultam virginem caſte. [Non tamen his in locis metaphora, ſed Aſſimilatio eſt.
De rebus omnibus integris & incorruptis Adjective dicitur. ut,
Carnes virgines. Plin. lib. 28. cap. 4.
Equa virgo. Plin. lib. 28 cap. 9.
Porca virgo. Martial. lib. 13. 56.
Te fortaſſe magis capiet de virgine porca,
Me materna gravi de ſue vulva capit.
Tribuitur Sexui virili a Patribus eccleſiaſticis, deque iis dicitur, qui expertes conjugii venereiſque ſunt. ut, Virgo maritus. Chryſol. Serm. 168. V. Hieron. Apol. pro libris adverſus Jovianum.
Virgo eſt etiam Signum cæleſte. Columel. 11. 2.
Virgo, urbis Romæ aqua. V. MARCIA.
VIRGINULA, æ. f. [παρθενικάριον, Gl. G. L.] Sed frequentiore in uſu
VIRGUNCULA, æ. f. aliud dimin. Petron. cap. 20. Utique poſtquam virguncula cervicem inv[illegible]it Et Juven. 13. Sat. 40.
— tunc, cum virguncula Juno. Subaudi Fuit.
VIRGINALIS, e. Adj. [παρθενικός, Gl G. L.] Quod ad virginem pertinet: ut, Virginalis modeſtia. Cic. 1. de Divin. 66.
Habitus atque veſtitus virginalis. Cic. 6. Verr. 5.
Ploratus virginalis. Cic. 2. Tuſc. 21.
Heu virginalem me ore ploratum edere. Ex poeta.
Virginali verecundia homo. Cic. pro Quint. 39.
VIRGINAL, ālis. n. [[illegible]] Virginis membrum naturale.
Virginalia, Conchæ quædam Apulejo Apolog p. 296. Elmenh. dicuntur, a mulierum virginumque natura, id eſt, obſcœna parte. Turneb. conf. Solin. cap. 4. & Indicem Elmenh. in Apulej.
VIRGINĀRIUS, a, um. Adj. [παρθενικός] Plaut. Perſ. 4. 9. 14. Scelеſta fides eſt virginaria.
VIRGINEUS, a, um. Adj. Idem. [παρθενικός, Gl. G. L.] Plin lib. 28. cap. 7. Si purgatio illa poſt virginitatem prima ſit, aut in virginea ætate ſpontanea.
Agmen virgineum. Claud. 2. Conſ. Stilich. 263.
Arcus virginei. Ovid. 3. Met. 164.
Chorus virgineus. Ovid. 3. de Arte Am. 168.
Facies virgineæ. Virg. 9. Æn. 120.
Forma virginea puer. Ovid. 3. Met. 607.
Habitus virgineus. Ovid. 13. Met. 166.
Pudor virgineus. Tibul. lib. 1. 4. 74.
Rubor virgineus. Virg. 1. Georg. 430.
Timor virgineus. Ovid. 10. Met. 361.
Vultus virginei. Ovid. 5. Met. 563.
VIRGINEUM, i. n. [παρθενών, Gl. G. L.] Subaudito Conclave. In Gloſſ. vitioſe ſcriptum Virginem.
VIRGINITAS, ātis. f. [παρθενία, Gl. G. L.] Caſtitas, caſtimonia. Cic. 3. de Nat. Deor. 59. Minerva patrem dicitur interemiſſe virginitatem ſuam violare conantem.
Spolium virginitatis. Ovid. 5. Epiſt. 140.
Matura toris virginitas. Stat. 1. Achil. 292.
Perpetua virginitas. Ovid. 4. Triſt. 3. 14.
Severa virginitas. Ovid. 3. Met. 255.
Carens virginitate. Ovid. 9. Met. 331.
Erepta virginitas. Virg. 12. Æn. 141.
Libata virginitas. Ovid. 2. Epiſt. 115.
Patet virginitas. Ovid. 14. Met. 133.
Raptæ virginitatis præmia. Ovid. 8. Met. 851.
Reſoluta virginitas. Plin lib. 28 cap. 7. Aſperrimamque vim profluvii ejus eſſe primis annis virginitate reſoluta.
VIRGINIUM, i. n. Idem in Gloſſ. Græcolat.
VIRGINENSIS, is. f. Dea, cui novæ nuptæ zonam dedicabant. Auguſt. Civ. Dei, 6. 9.
VIRGINISVENDONIDES, æ. m. Vide VANILOQUIDORUS ex Plauto. H. St Vocabulum eſt joci cauſa confictum a Comico in Perſ. 4. 6. 20.
VIRGINO, āre. [παρθενεύω, Gl. G. L.] Caſte vivere. Tertull. de Virgin. Veland. cap. 12. Virginari volunt ſola capitis nuditate.
VIRIA, æ. f. pl. VIRIÆ, [χαυνιάδες, Gl. L. G.] vel VIRIŎLA, æ. f. [[illegible], ψέλιον, [illegible], Gl. L. G. & G. L. βραχιόνιον γυναικός, G. L.] Ornamentum colli e gemmis viridibus, ut putat Bayfius. Paulus in l. Si tibi electio, De optione & electione leg. Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegiſſem, mihi legatæ ſunt: ſive duæ ſolæ ſint relictæ, ſive ab initio duæ ſolæ fuerint, valet legatum. Jabolenus in l. Medico, De auro & argento leg. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis.
Viriæ, Armillæ ſunt virorum, inquit Iſidorus (19. 31.) quanquam mulieres etiam armillæ viriæ appellari cœperunt. Septimius, (Tertull. de Pallio, cap. penult.) Utique ſicut veſtigia cæſtuum viriis occupavit: ita & endromidis ſolocem aliqua multicia ſyntheſi extruſit. Plin. 33. 3. pr. Viriolæ Celticæ, viriæ Celtibericæ. Contra legitur, ſed mendoſe prorſus, in editis. Turneb Adverſ. 23. 3.
VIRIĀTUS, i. m. [Οὐιρίατος] Luſitanus, primum in Hiſpania, e paſtore venator, a venatore latro, mox juſti exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit. C. Vetilium Prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit. Poſt Cn. Plancius Prætor nihilo felicius rem cum eo geſſit: tantumque terrorem hoſtis bis intulit, ut adverſus eum Conſulari opus eſſet duce & exercitu. Denique a proditoribus conſilio Cæpionis interemptus eſt, & ab exercitu multum deſideratus tumulatuſque honorificentiſſime. Auctor Livius in Epit. 52. & Florus 2. 17.
VIRIATĪNUS, a, um. Adj. ut, Viriatinum bellum. Sueton. in Galba cap. 3. h. e. Quod duce Viriato, Luſitani adverſus Romanos geſſerunt
VIRICA, æ. f. Miſſilis tali genus. Gell. 10. 25. Ejus viricam ſurculum de arbore felici habere. Alii legunt Iuricam.
VIRĬCŬLUM, i. n. [[illegible]] Miſſilis genus, quod Græci Ceſtron vocant: id autem a Virica deductum videtur, cujus fit mentio apud Gellium lib. 10. cap. 25. Et quod virica ſurculum de arbore felici habet. Plin. lib. 35. cap. 11. Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro, id eſt viriculo, donec claſſes Pingi cœpere. conſ. Vericulum in VERU.
VIRIDIS, e. Adj [χλωρός, Gl. L. G. & G. L. χλοερός, G. L.] a Vigore dicitur. Unde dicimus Virides plantas. Quæ nondum aruerunt, & in vigore ſuo ſunt.
Ætas viridis. Columel lib. 1. in præf. Quum iſtud opus, non ſolum ſcientiam, ſed & viridem ætatem, cum robore corporis ad labores ſufferendos, deſideret.
Ævum viride. Ovid. 3. Triſt. 1. 7.
Animi virides auſis, Apti ad audendum. Sil. lib. 1. 187.
Flore viridiſſimo puella. Catul. ad Coloniam, 17. 14.
Juventa viridis. Virg. 5. Æn. 295.
Senectus cruda ac viridis. Tacit. in Vita Agric. 29. Virg. 6. Æn. 304.
Viride, Quod viriditatem habet, Cic. 3. Verr 45. Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco anguſto fieri juſſit.
Lentiſcus ſemper viridis. Cic. 1. de Divin. 15.
Jam vero ſemper viridis, ſemperque gravata
Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. Ex poeta.
Viride, Colore ſui nominis præditum. ut Cic. 2. de Nat. Deor. 98. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum veſtitus viridiſſimos.
Aquæ virides. Ovid. 4. Faſt. 164.
Cæſpes viridis. Virg. 3. Æn. 304.
Color viridis. Ovid. 10. Met. 136. Viridiſſimus color. Vitruvius.
Gemma ingrate viridis. Plin. lib 37. cap. 25.
Gemmæ acriter virides. Plin. lib. 37. cap. 5.
Gramen viride. Virg. 2. Georg. 219.
Herba viridis. Virg. 6. Ecl. 59.
Humus viridis. Ovid. 6. Faſt. 330.
Lapilli virides. Hor. 1. Serm. 2. 80.
Lucus. Virg 8. Æn 95.
Pratum viride. Ovid. 13. Met. 924.
Ripa viridiſſima gramine. Virg. 3. Georg. 144.
Ripa in viridi & opaca inambulare. Cic. 1. de Legib. 15.
Smaragdi virides. Ovid. 2. Amor. 6. 21. al. Fregiles.
Smaragdi viridis lux. Lucret. lib. 4. 1120.
Umbra viridis. Virg 9. Ecl. 20
Viride oleum, Ὀμφάκιον, Gloſſ Græcolat. Viridia, n. pl. V. infra.
VIRIDE, Adv. Plin. lib 37. cap. 8. Comitatur eam, ſimilitudine propior, quam auctoritate, Callais viride pallens.
Compar. Plin. lib. 37 cap. 5. Herbas quoque virentes frondeſque avide ſpectamus: Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius, comparatum illis, viret. [An Vividius?
VIRIDĬTAS, ātis. f. [χλόη, Gl. G. L.] Cic. de Senect. 51. Terra ſemen, tepefactum vapore & complexu ſuo, diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. Ibidem 57. Viriditas pratorum.
Amittere viriditatem. Cic. de Provinc. Conſul. 29. Ac laurea illa, magnis periculis parta, amittit longo intervallo viriditatem.
Imitari viriditatem pari maris Plin lib. 37. cap. 5.
Viriditas, Vis & fortitudo. Cic. de Amicit. 11. Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Idem. 3. Tuſc 75. Sed quamdiu in illo opinato malo vis quædam inſit & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tamdiu appellatur recens.
VIROR, ōris. m. Idem ſignificat quod Viriditas. Apul. 2. Florid p. 348. Elmenh. Pratorum virores.
Novus viror. Vopiſc. in Probo cap 19.
VIRIDĀRIUM, i. n. [ἄλσος] Locus, in quo ſunt herbæ & plantæ virentes, & amœnitate refertæ. Suet. Tiber. cap 60. Militem Prætorianum, ob ſurreptum e viridario pavonem capite punivit. Plin. lib. 18. cap. 2.
Eſt etiam Sepulcrum. Vet. Inſcript. apud Fabrett. p. 225. IN VIRIDARIO PATRIS. P. XIX. M. LIVIVS M. F. CASSIVS DON.
VIRIDARIUS, a, um. Adj. unde, Viridarii ſervi, Ulpiano Juriſconſ. dicuntur, Qui hortos curant, & eorum curam habent.
VIRIDIA, [χλοερά Gl. L. G.] VIRIDIARIA & VIRIDARIA, eodem ſignificatu leguntur. Pomponius. D. de ſervitutibus. l. Quoties, Servitutum non ea natura eſt, ut aliquid faciat quis: veluti viridia tollat, aut amœniorem proſpectum præſtet, aut in hoc ut in ſuo pingat: ſed ut patiatur, aut non faciat aliquid. Sic habent Pandectæ Florentinæ. Haloander tamen Viridiaria legit. Jabolenus, D. de ſervitut. urban. præd l. Ædificia, quæ ſervitutem patiuntur, ne quid altius tollatur, viridia ſupra eam altitudinem habere poſſunt. Et hic Viridia habent Pandectæ, Haloander Viridiaria. Ulpian. D. de uſufructu. l. Si cujus, Vel viridiaria ad alium modum convertere. Idem. D. de inſtructo vel inſtru. leg 1 In inſtrumento, Si etiam viridiaria ſint. Utroque loco ſic habent Pandect. & Haloand. Paulus. D. de verbor. ſignific. l. Impenſæ. Voluptariæ impenſæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: ut ſunt viridia, aquæ ſalientes, incruſtationes, picturæ Sic habent Pandectæ, Haloander Viridiaria. Ulp. tit. vj. ejus libri, qui inſcribitur Tituli ex corpore Ulpiani, Voluptuoſæ impenſæ ſunt, quibus neque omiſſis, deterior dos fieret: neque factis, fructuoſior effecta eſt: quod evenit in viridiariis, & picturis, ſimilibuſque rebus Jabolenus in l. Dolia. D de fundo inſtru. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra aggeſta eſt, & in his viridiaria poſita, ædium eſſe Labeo & Trebatius putant.
Viridia, ſunt Herbæ virides apud Columel. 12. 57.
VIRĒTUM, ſive VIRECTUM, i n. [[illegible]] Locus viriditate plenus: vel ipſæ Herbæ virentes. Virg. 6. Æn. 638.

Devenere

Devenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum.

Viretus, a, um. Adj. probat Calepinus ex lib. 12. Columel. cap. 15. de ficu, Ea porro neque nimium vireta, neque nimium matore legi debet. Ubi nunc ſic legimus, Neque nimium vieta, neque immatura. [Ceterum, quum Salictum, Fructetum, & ſimilia, per ſyncopen, pro Salicetum, Fruticetum, a Genitivis Salicis & Fruticis dicantur, Viretum rectius puto. V. Pier. ad Virg.

VIRIDESCO, ěre. Gloſſ. Gr. Lat. θάλλω, Germino, Vigeo, Virideſco, Vireo.

VIRIDO, āre. [χλοάζω] Gloſſ. Græcolat. & Paſſ.

VIRIDOR, āri. Gratius cum Ovidio de piſcibus, Viridari ab herbis dixit. Sic enim Ovid. in Halieuticis v. 90.
Nam vada ſubnatis imo viridentur ab undis. [Gratius tantum Parti. utitur.

VIRĬDANS, antis. [χλοάζων] ſpecies Participii ſine verbi origine, temporis præſentis. Virg. 5. Æn. 539.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro. Plin. lib. 37. cap. 8. Viridantium & alia plura ſunt genera.
Gramina viridantia. Stat. 5. Theb. 526.
Lua viridans fluvii. Plin. lib. 4. cap. 8.
Toro viridante conſederat. Virg. 5. Æn. 388.

VIRIDĬCANS, antis. ſimiliter Partic. Tertull. de Pudicit. cap. 20. Viridicantes & rubeſcantes.

VIRIDICATUS, a, um. Adj. [ἀμφιθαλής] Cic. 3. Q. frat. 1. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica ſuavitate te villam habiturum, piſcina & ſalientibus additis, palæſtra & ſilva viridicata. [An Viridiata? i. e. Inſtar Viridium facta. Vel eſt Partic. a Viridico? dictumque pro Viridicante, ſeu Viridante.

VIREO, [θάλλω, Gl. G. L.] ēre. Viride eſſe. Cic. 5. Tuſc. 37. alia ſemper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt.
Nemus omne viret. Virg. 7. Ecl. 59.
Pectora felle virent. Ovid. 2. Met. 777.
Vireo [ἀκμάζω, Gl. L. G.] Vigeo, Vegetus ſum.
Genæ virent, Firmæ ſunt. Hor. Epod. 13. 6.
Virere & Nitere ſæpe a librariis mutantur. V. Burm. ad Quintil. Decl. 12. 13. p. 250.

VIRENS, entis. Partic. [χλοερὸς, θάλλων, Gl. G. L.] ut, Ævi flore virens. Sil. lib. 1. 61.
Maligne virens. V. MALUS.
Agelli virentis cultor. Hor. de Arte Poet. 117.
Buxus perpetuo virens. Ovid. 10. Met. 97.
Campi virentes. Hor. 2. Carm. 5. 5.
Hedera virens. Hor. 1. Carm. 25. 17.
Herbæ virentes. Ovid. 4. Met. 301.
Stagna virentia muſco. Virg. 4. Georg. 18.
Silvarum virentium domina Diana. Catull. in Carm. ſecul. 32. 10.

VIRESCO, [ἀκμάζω, Gl. G. L.] ěre. Viride fieri. Columel. lib. 11. cap. 2. Quidam, quum vidiſſent partem aliquam uvarum vireſcere, crediderunt tempeſtivam eſſe vindemiam.
Gramina jnjuſſa vireſcunt. Virg. 1. Georg. 55.

VIRESCERE, V. in VIS.

VIRILIS, V. VIR.

VIRIOLA, V. VIRIA.

VIRIPOTENS, VIRITIM. V. VIR.

VIRITIUM, i. n. auctore Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs, vulgo *Grieſnagen.*

VIROR, V. VIRIDIS.

VIROSUS, V. VIR, & VIRUS.

VIRTUS, ūtis. f. [ἀρετὴ, ἀνδρία ἢ ἀνδρεία, ἰσχὺς, δύναμις, Gl. L. G. & G. L.] a Viro dicta eſt, teſte Cic. 2. Tuſc. 43. Et proprie Fortitudinem ſignificat, quod viri maxime fortitudo ſit. Virg. 5. Æn. 455.
Tunc pudor incendit vires & conſcia virtus. Cic. pro Lege Manil. 36. Non enim ſolum bellandi virtus in ſummo atque perfecto Imperatore quærenda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ, hujus adminiſtræ comiteſque virtutis. Ter. Eun. 4. 7. 8.
Egone? imperatoris virtutem noveram, & vim militum,
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe: qui abſtergerem vulnera.
Cinis omnium virtutum Troja, i. e. In qua præſtantiſſimus & fortiſſimus quiſque periit. Catull. ad Mallium 66. 90.
Inferior virtute alicujus. Ovid. 9. Met. 62.
Actuoſa virtus. V. Actuoſa vita, in AGO.
Animoſa. Sil. lib. 16. 109.
Ardua. Stat. 10. Theb. 839.
Aſpera. Sil. lib. 7. 51.
Atrox. Sil. lib. 13. 369.
Arguta virtus. V. ARGUO.
Bellica virtus. V. Bellicus, in BELLUM.
Crudelis virtus. Stat. 6. Theb. 734.
Damnoſa alicui virtus. Ovid. 10. Met. 707.
Effera virtus. Valer. 2. Argon. 648.
Expertæ virtutis homo. Tacit. 3. Ann. 74. h. e. Exploratæ & cognitæ.
Ferox. Virg. 12. Æn. 20.
O præſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto, &c.
Fervida. Catul. Argon. 62. 218.
Horrida. Stat. 5. Theb. 172.
Ignea. Lucan. lib. 9. 7.
Indomita. Senec. Herc. fur. 1.
Major poſt otia virtus. Stat. 4. Silv. 4. 34.
Spectata virtus belli domique. Hor. 2. Epiſt. 1. 230.
Temeraria virtus nocet. Ovid. 8. Met. 407.
Velox virtus. Sil. lib. 4. 99.
Vivida bello virtus. Virg. 5. Æn. 754.
Affirmare armis virtutem. Tacit. 4. Hiſt. 73.
Conniti virtute. V. CONNITOR.
Defendere terram patriam armis ac virtute. Lucret. lib. 2. 641.
Egreſſa modum virtus. Stat. 10. Theb. 828.
Fracta virtus. Hor. 2. Carm. 7. 11.
Frenata bis juvenum virtus quievit. Stat. 10. Theb. 239.
Præſtans virtute. Virg. 8. Æn. 548.

Punita bona virtus exſilio. Sil. lib. 13. 280.
Tenem locum virtute ſecundum. Virg. 5. Æn. 258.
Fretus mira manuum pedumque virtute. Lucret. lib. 5. 964.
Seneſcit virtus evicta veneno deſidiæ. Sil. lib. 3. 580.
Virtute tua, pro Tuo auxilio. Plaut. Truc. 4. 2. 28.
Virtus, opes, facultates, vires in civitate. Cic. 2. Att. 19. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompejum petulanter invectus eſt. Noſtra miſeria tu es magnus: millies coactus eſt dicere eadem. Virtutem iſtam veniet tempus quum graviter gemes, totius theatri clamore dixit, itemque cetera. Verſus ſunt ex vetere tragœdia. Idem ſcribit Valerius Maximus lib. 6. cap. 2. 9. Senſus eſt, Veniet tempus, quum te tantum potuiſſe pœnitebit. [Niſi ad virtutem Cæſaris, ſoceri ipſius, reſpexit.
Virtus, Vis illa qua res, cujus eſt virtus, perfecta redditur. Cic. 5. de Fin. 36. Atqui in ſenſibus eſt ſua cuique virtus.
Sentire alicujus rei virtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Arboris vel equi virtus. Cic. 1. de Legib. 45.
Formæ virtute, Formæ merito ac bonitate, ob formam egregiam. Plaut. Milit. 4. 5. 12. Idem Moſtel. 1. 3. 17.
Virtute formæ id evenit, te ut deceat quicquid habeas.
Mercis virtus, Id quod valet merx ipſa, Mercis bonitas. Plaut. Mil. 3. 1. 132.
Orationum virtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Verbi vel dictionis virtus. Cic. pro Planc. 78. Non dicam miſer (natura quidem abhorret a virtute verbi) ſed, &c. [Ordo eſt Natura verbi abhorret a virtute. Male igitur Lemma conceptum Verbi virtus. In emendatis libris exſtat, Nam hoc q. a. a. v. verbum.
Dicendi vis & virtus. Cic. 2. de Orat. 120. Alterum eſt in quo oratoria vis illa divina, virtuſque cernitur.
Dicendi virtus, niſi ei, qui dicit ea, de quibus dicit, percepta ſint, exſtare non poteſt. Idem 1. de Orat. 83. Conf. Bellandi virtus a pr.
Diſputatrix virtus. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Certare virtute Virgiliana. V. CERTO.
Virtus, Proprietas. Quintil. lib. 4. cap. 2. Sunt quidem hæ quas ſupra retuli, virtutes aliarum quoque partium.
Virtus, Perferendorum malorum fortis atque invicta patientia. Virtutes, recte Animi affectiones appellantur a Cicerone lib. 2. Tuſc. 43. Cic. 10. Fam. 3. Omnia ſumma conſequutus es virtute duce, comite fortuna. Ter. in prol. Phorm. 34.
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum. h. e. Qui toties excluſus animum non abjecerit, ſed perſeveraverit agere, inquit Donatus. [Niſi Virtus eſt Præſtantia actoris, quem populus revocavit.
Invia virtuti nulla eſt via. Ovid. 14. Met. 113.
Virtus eſt animi habitus naturæ modo rationi conſentaneus. Cic. 2. de Invent. 159.
Virtus eſt per ſe ipſa laudabilis, & ſine qua nihil laudari poteſt. Cic. 2. de Orat. 343.
Virtutes in ſpecie fictæ ſimulationis ineſſe non poſſunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
Vera laus uni virtuti debetur. Cic. 2. de Orat. 342.
Nihil eſt virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Cic. 9. Fam. 14.
Libera ſemper ſola eſt virtus. Cic. 1. de Orat. 226. Poteſtne virtus, Craſſe, ſervire iſtis auctoribus, &c. quæ & ſemper & ſola libera eſt, quæque etiam ſi corpora capta ſint armis, aut conſtricta vinculis, tamen jus ſuum, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat.
Omnia alia falſa, incerta ſunt, caduca, mobilia: virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt, nunquam dimoveri loco. Cic. 4. Philipp. 13.
Virtus animi. Cic. de Clar. Orat. 189. Is virtute animi atque vita fuit bonus auctor in Senatu.
Vir ſingulari virtute præditus. Cic. pro Domo 39.
Singularis & præſtantiſſima virtus P. Lentuli. Cic. Poſt redit. in Senat. 5.
L. Piſo qui tanta virtute atque integritate fuit, ut, &c. Cic. pro Font. 39.
Dignum honore virtutibus ſuis judicare alterum. Cic. pro Muren. 23. Aliis ego te virtutibus, continentiæ, gravitatis, juſtitiæ, fidei, ceteris omnibus, Conſulatu, & omni honore ſemper digniſſimum judicavi.
Inexplebilis virtutis veræque laudis homo. V. INEXPLEBILIS.
Pro tuis maximis, clariſſimiſque virtutibus. Cic. 4. Fam. 7. Ornatus virtutibus. Cic. 1. Off. 46. Qui virtutibus his levioribus erit ornatus, modeſtia, temperantia, juſtitia, &c.
Aditus virtutis. V. Aditus, in ADEO, ire.
Præmium virtutis eſt gloria. Cic. pro Milon. 98.
Sæculum virtutum ſterile. Tacit. 1. Hiſt. 3.
Acris animi virtus. Lucret. lib. 1. 71.
Æterna virtus. V. ÆTERNUS.
Ardens virtus. Virg. 6. Æn. 130.
Ardua virtus. Hor. 3. Carm. 24. 44.
Civiles virtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Clara & inſignis virtus alicujus poſteris. V. INSIGNIS.
Egregia virtus. Cic. 2. de Invent. 114. Si exſiſtant qui apud majores noſtros ob egregiam virtutem tali honore dignati ſunt, nonne, &c.
Egregia virtute progenies. Virg. 7. Æn. 257.
Glorioſa & memorabilis virtus. V. MEMOR.
Immunis non eſt virtus. V. IMMUNIS.
Ingens virtus. Hor. 2. Serm. 7. 102.
Jugatæ virtutes. V. Jugatus, in JUGUM.
Manca virtus. V. MANCUS.
Spectatæ virtutis durior eſt conditio, quam incognitæ. Cic. ad Brut. 16.
Veræ virtutis cuſtos. Hor. 1. Epiſt. 1. 17.
Abundare virtutibus. Plin. 2. Epiſt. 17.
Accedere virtuti. V. ACCEDO.
Adhibere virtutem. V. ADHIBEO.
Adolevit virtus. V. ADOLEO.
Amittere virtutem. Cic. 2. Tuſc. 32. Virtutem autem ſi unam amiſeris, etſi amitti virtus non poteſt, ſed ſi unam confeſſus fueris te non habere, nullam te eſſe habiturum.
Amplexari virtutem. V. Amplexor, in AMPLECTOR.
Amplificare virtutem laudibus. V. AMPLIFICO.
Capere virtutem. V. CAPIO.
Confidere virtuti. V. CONFIDO.

Conteſtata virtus V. CONTESTOR.
Deſerere viam virtutis. Hor. 3. Carm. 24. 44.
Eminere virtutibus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Extendere virtutem factis. i. e. Gloriam. Servius. Virg. 6. Æn. 806. Al. Virtute extendere vires. V. Pier.
Exuere virtutem. Tacit. 1. Ann. 75.
Ferre præ ſe virtutem. Quintil. lib. 6. cap. 13.
Fingere virtutes. Tacit. 6. Ann. 51. Occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus.
Habere & perdere virtutem. Cic. Poſt red. ad Quirit. 20. Recuperata vero ſua dignitate, ſe non commiſſurum, ut, &c. virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidiſſet.
Jacent virtutes. V. JACEO.
Imminuta virtus. V. IMMINUO.
Inchoare virtutem. V. INCHOO.
Involvere ſe ſua virtute. Hor. 3. Carm. 29. 55. de Fortuna,

—ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit, & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem ſine dote quæro.

h. e. Mea virtute me munio, ſola probitate contentus & bona conſcientia.
Laborare virtute ac ſtudiis. Quintil. in proœm. lib. 1.
Locare virtutem. V. Loco, in LOCUS.
Monſtrare ſtudium virtutis alicui. Stat. 4. Silv. 8. 58.
Multare virtutem morte. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Obſoleſcit virtus. V. Obſoleſco, in OBSOLEO.
Ornatus ex ſuis virtutibus. V. ORNO.
Præſtare virtute. Cic. pro Planc. 60. Is gloria maxime excellat, qui virtute plurimum præſtet.
Repræſentare virtutem alicujus. Hor. 1. Epiſt. 19. 14.
Retinere virtutem. Tacit. 1. Ann. 75.
Eſſe parem alicui virtute. Ovid. 4. de Pont. 13. 27.
Superare virtute dolores. Ovid. 8. Met. 518.
Superetur virtus virtute. Cic. 14. Philip. 18.
Catonis virtus, pro ipſo Catone. Hor. 3. Carm. 21. 11.

Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe virtus.

Virtutes pro Vitiis per ironiam aliquando ponuntur, auctore Donato. Ter. Adelph. 2. 1. 22. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus. Plaut. Pſeud. 2. 4. 36.

VIRTUOSUS, a, um. Adj. Virtute præditus; apud Recentiores. Nam τὸ ἐνάρετος recentiorum eſt, ut Virtuoſus, inquit Wolf. in Cicer. Off. 128. Sed pro barbaro habet. Qui inter barbaros haberi non poſſit. Male igitur quidam tantum eſſe dicunt a recentioribus uſurpatum ut ἐνάρετος a recentioribus Græcis. Sed hoc ἐνάρετος cum alii uſi ſunt, tum Seatus philoſ. At vocabuli Virtuoſus non afferunt exemplum. H. St. Reciſa quædam ſunt, puto auctoris alios Græci nomen, qui τὸ ἐνάρετος uſurparit præterea. Quæ facile ſupplebit lectos ex Theſauro Græco noſtri Vol. 1, Col 525.

VIRVESTA, [Βιρουέσκα] Ptolem. lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virdubaſca, Hiſpaniæ urbs, vulgo *Brivreſca*.

VIRUS, indecl. n. [ἰὸς ἰχώρος, Gl. L. G. & G. L. ἰὸς ζῴου ἀλόγου, καὶ ἰχώρ, L. G.] ſignificat proprie Aſperitatem odoris in homine jam adulto: quippe talis odor in puero non eſt, nec ante coitum mulieri. Plin. lib. 35. cap. 15. Virus alarum ſudoreſque ſedat. Idem 28. 3. Signum eſt vernis temporibus odoris virus. Sane (inquit Servius in illud 1. Georg. 129. Ille malum virus, &c.) Virus hodie tres tantum habet caſus, hoc virus, hoc virus, ô virus. Antiqui hoc virus, hujus viri dicebant. Lucret. lib. 2. 475.

—tetri primordia viri.

Viro, Ablativus. Lucret. lib. 6. 26.

Quod fueret naturali viro, atque veniret.

Virus naturale vocat, Incommoda, quæ a natura nobis proveniunt. V. Virus, Vis naturalis; infra.
Muſtelæ virus. Plin. lib. 8. cap. 21. de Baſiliſco, Huic tali monſtro muſtelarum virus exitio eſt. i. e. Necant eos odore. Budæus.
Paludis virus, pro Tætro odore. Columel. lib. 1. cap. 5. Nec paludem vicinam eſſe oportet ædificiis, quia caloribus noxium virus eructat.
Amatorium virus, pro Veneno. Plin. lib. 8. cap. 22. Quin & caudæ hujus animalis creditur vulgo ineſſe amatorium virus exiguo in villo, eumque cum capiatur abjici. De lupo.
Dirum virus. Lucan. lib. 1. 610. al. Nigrum.
Edax virus. Ovid. 5. Faſt. 403.
Grave virus Hor. 2. Epiſt. 1. 159.
Ingenitum corpori virus. V. INGIGNO.
Ingratum virus. V. INGRATUS.
Lunare virus. Lucan. lib. 6. 669.

—taboque medullas
Abluit, & virus large Lunare miniſtrat.

Interpretes intelligunt Spumam Lunæ, aut Menſtruum muliebre.
Malum virus. Virg. 1. Georg. 129. Servius, Bene addidit Malum ad diſcretionem epitheton. Nam Virus & bonum & malum eſt: ſicut Venenum, nam idem eſt. Venit autem e Græco: nam & illi φάρμακον medium habent, id eſt, bonum & malum.
Mortiferum virus. Cic. in Arat. 436.
Nocens virus. Ovid. 2. Met. 800.
Peſtiferum virus. Ovid. in Ibin, 608.
Rutilum virus. Lucan. lib. 9. 813.
Adjicere virus. V. ADJICIO.
Aſpergere virus alicui. Virg. 3. Georg 419.
Extinguere virus ingluvie natum. Plin. lib. 13. cap. 1.
Virus, per metaphoram, Aſperitatem ſaporis ſignificat. Plin. lib. 31. cap. 8. Aqua marina vetuſtate virus deponit. i. e. Amaritudinem illam & ſalſedinem. Idem, Virus mali Medici. i. e. Acor & amaritudo. Idem lib. 34. cap. 17. Æruginis virus.
Virus, Aſperitas coloris. Plin. de ſanguine purpuræ, Tum ſuperadditum decoquitur virus. Idem lib. 9. cap. 36.
Virus, Genitura, id eſt, humor qui e genitalibus fluit. Plin. lib. 28. cap. 11. Virus verrinum e ſcrofa ex coitu acceptum, prius quam terram attingat, contra dolores. Idem lib 9. cap. 50. Niſi editis ovis inter ſe verſando mares & feminæ vitale aſperſerint virus. De piſcibus.
Lentum diſtillat ab inguine virus. Virg. 3. Georg. 281.
Virus, Vis naturalis. Lucret. lib. 2. 850.

Concoctoſque ſuo contactus perdere viro.

h. e. Virtute naturali, ut Marcellus interpretatur: vel Virulentia & illiberali odore, ut Baptiſta Pius.
Virus, Viror, ſeu Herbæ virentes. Stat. 1. Sylv. 4. 104.

—jungam ipſe manus, atque omne benigne
Virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis, &c.

Sed forte non ad Viriditatem reſpexit poeta, ſed ad Odorem. Domitius ſic exponit, Omne virus, Omnes herbas virentes: nam Virus, Virorem ſignificat. [Sed Viror primam brevem habet. Virus, pro Medicamine poſuit, ut locus inſpectus indicat. conf. in QUOTIDIANUS, & VITRUM.
Ad animi vim tranſtulit Sil. 6. 688.

Ingenitum noſcunt virus, flatuſque paternos.

Acerbitatis virus, Tranſlate. Cic. de Amicit. 89 Tamen is pati non poſſit, ut non inquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ.

VIRŪLENTUS, a, um. Adj. [ἰώδης] Plenum veneno. Gell. lib. 16. cap. 11. Ut ſerpentium virulentorum domitores ſint.

VIRULENTIA, æ. f. Sidon. 8. Epiſt. 14. Hircorum vos obtuliſſe virulentiam, Chriſtus ſibi computat.

VIRŌSUS, a, um, Adj. [βρωμώδης] Mali odoris, aut venenatus. Virg. 1. Georg. 58.

At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epirus equarum?

Ubi Servius, Viroſa, id eſt, venenata. Nam licet ſint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abjiciunt egeruntque partum. Et Viroſa dicta ab eo, quod eſt Virus. Alii Fortia accipiunt, a Viribus. Alii Viroſa dici putant ab odoris gravitate.
Viroſus, Cato. Mali odoris. R. R. cap. 157. Et ſi mulier eo lotio locos fovebit, nunquam viroſi fient.
Viruſus, Mali ſaporis. Varro, Rancidam carnem appoſuit nobis & viroſam.
Superl. Scribon. Larg. Compoſ. 103. Viroſiſſimum medicamentum.

VIRIŌSUS, a, um. Idem. Apul. 7. Met. p. 196. Elmenh. Spinæ puncto venenato krioſæ. Pricæus legit Viroſæ.

V I S

VISIC. Viſit. [Puto VICSIT.

VIS, vis, vim. [δύναμις, Gl. L. G. & G. L.] pluraliter Vis, accuſativo Vis, vocativo Vis apud veteres: nunc ab antiquo ſingulari dicimus hæ Vires, virium, viribus, &c.
Vis in Accuſativo plurali. Salluſt. lib. 3. Hiſt. Male jam aſſuetum ad omnes vis controverſiarum. Nonius.
In manibus vis. Cic. 1. Acad. 119. In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, &c. Subaudi Corporis.
Vis, Poteſtas. Virg. 1. Georg. 198.

— ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret.

Idem 1. Æn. 533.

Non ea vis animo nec tanta ſuperbia victis.

Salluſt. in Bell. Catil. pr. Sed noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt. Servius. [Loco poſt. Virgilii, non δύναμις, ſed βία.
Effectus radicum & vis. Cic. 2. de Divin. 47. Et eo quidem loco & prognoſtica noſtra pronuntiabas, & genera herbarum ſcammoneam, ariſtolochiamque radicem, quarum cauſam ignorares, vim & effectum videres.
Facultas oratoris & vis. Cic. 1. de Orat. 142. Quumque eſſet omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes diſtributa, &c.
Natura rei & vis. Cic. 1. de Orat. 196. Ac ſi nos, id quod maxime debet, noſtra patria delectat, cujus rei tanta eſt vis ac tanta natura, ut Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.
Eloquentiæ natura & vis Idem in Orat. 116, Rei potius, id eſt, eloquentiæ vim & naturam explicemus.
Poteſtas & Vis. Cic. 3. de Nat. Deor. 90 Improborum igitur proſperitates ſecundæque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac poteſtatem.
Amicitiæ vis eſt in animorum conſenſione. Cic. de Amicit. 15.
Animi vis miſſa toto corpore. Lucret. lib. 3. 278.
Aſtutiæ. Ter. Heaut. 4. 3. 32.

Qui vim tantam in me & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ.

Boni vis. Ter. Phorm. 1. 2. 57.

Capillus paſſus, ipſa horrida,
Lacrumæ, veſtitus turpis: ut ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.

I. e. Bonæ indoles & probitatis ſignum.
Conſcientiæ vis. Cic. pro Milon. 83. Magna vis eſt conſcientiæ, Judices.
Ingenii vis. Cic. 1. de Orat 172. Antonii incredibilis quædam & prope ſingularis, & divina vis ingenii.
Luminis vis. Tacit. 4. Hiſt. 82. Non exeſam vim luminis.
Magiſtratus hanc eſſe vim, ut præſit, præſcribatque recta & utilia, &c. Cic. 3. de Legib. 2.
Orationis impetus & vis. Cic. in Orat. 229. Enervetur oratio compoſitione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis eſſe poſſit.
Oſtenti vis, ut. Cic. 1. de Divin. 73. Quod oſtentum habuit hanc vim, ut Dionyſius paucis poſt diebus regnare cœperit.
Poteſtatis vis. Cic. 1. Philip. 3. Dictaturam, quæ vim jam regiæ poteſtatis obſederat, funditus ex Rep. ſuſtulit.
Verborum vis, quæ Græcis Energia dicitur. Cic pro Cluent. Ea ſi intellecta, certe nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis ſit, ac nominum.
In fortuna vis magna ad res ſecundas vel adverſas. Cic. 2. Off 19. Magnam vim eſſe in fortuna in utranque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas quis ignorat?
Dicendi vis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Loquendi vis & norma. Hor. de Arte Poet. 72.
Percipiendi vis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Ardens vis fulminis. Lucret. lib. 6. 144.

Auxiliaris vis. V. Auxiliaris, in AUXILIOR.
Blanda vis dei noctivagi. h. e. Somni. Stat. 10. Theb. 152.
Cæca vis, Occulta potentia, ſeu facultas. Sil. lib. 17. 593.
Cæleſtis vis. Cic. 1. de Divin. 65.
Cæleſtis vis & nomen divinum. Cic. pro Milon. 84. Nec vero quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam vim cæleſtem exiſtimat numenve divinum.
Concalefactoria vis. V. Concalefactorius, in CONCALEFACIO.
Coruſca vis. V. Coruſcus, in CORUSCO.
Eximia vis. Cic. pro Lege Manil. 40.
Ignea vis cæli, Ovid. 1. Met. 26.
Imperioſiſſima vis riſus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Incita vis ventis. Lucret. lib. 1. 272.
Ingens vis rerum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Occulta vis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Solida ac virilis ingenii vis. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Tacita vis. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Vera vis. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Vivida vis animi. Lucret. lib. 1. 73.
Afferre vim maximam ad dicendum. Cic. 1. de Orat. 113. Sic igitur cenſeo, inquit Craſſus, naturam primum atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. h. e. Facultatem.
Demittere ad animum auditorem vim dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Diſtracta vis animæ per artus. Lucret. lib. 4. 914.
Dare vim faciendi quid. Cic. 4. Att. 2. Tum profecto doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit.
Habere ſummam vim dicendi. Cic. 1. de Orat. 88. Huic reſpondebat, non ſe negare Demoſthenem ſummam prudentiam, ſummamque vim habuiſſe dicendi.
Habere vim ad aliquid agendum. Cic. 1. de Orat. 258. Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum.
Habere vim & religionem in ſe. Cic. pro Muren. 1. Quod ſi illa ſolennis comitiorum precatio, Conſularibus auſpiciis conſecrata, tantam habet in ſe vim & religionem, quantam Reipubl. dignitas poſtulat, &c.
Habent literæ vim fœderis. Cic. 5. Fam. 8. Has literas velim exiſtimes fœderis habituras eſſe vim.
Impendere vim ſuam in rem aliquam. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Intendere vim. Tacit. 4. Ann. 2. Vim Præfecturæ modicam antea, intendit. h. e. Auget.
Intendere vim verbis. V. INTENDO.
Langueſcit vis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Servare vim ſuam. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Suggerere vim occultam. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Vis ſæpe in malum, de his quæ nocent. ut
Cantharidis vis. Cic. 5. Tuſc. 118. Theodorus Lyſimacho mortem minitanti, Magnum vero effeciſti, ſi cantharidis vim conſecutus es.
Frigoris vis. Cic. pro Rabir. Poſt. 42. Hanc vim frigorum, hiememque, quam nos vix hujus urbis tectis ſuſtinemus excipere.
Morborum vis. Tacit. 11. Ann. 6.
Morbi vis excita. Lucret. lib. 4. 669.
Veneni vim experiri in aliquo. Cic. pro Cœl. 58. Habuiſſe ajunt domi, vimque ejus eſſe expertam in ſervo quodam, ad rem ipſam parato, cujus perceleri interitu eſſe ab hoc comprobatum venenum.
Horrida vis leti. Lucret. lib. 3. 171.
Inimica vis Parcarum propinquat. Virg. 12. Æn. 150.
Magna vis nocendi. Ovid. 5. Met. 457.
Malefica. V. MALUS.
Morbida. V. MORBUS.
Mordax. V. MORDEO.
Mortifera. Lucret. lib. 6. 819.
Violenta vis leonum. Lucret. lib. 3. 297.
Vis, [βία, Gl. L. G.] Violentia. Virg. 2. Æn. 494.
Fit via vi, rumpunt aditus, primoſque trucidant. Ter. Phorm. 2. 4. 18.
Vi coactum te eſſe, invitum, lege, judicio: tenes?
Expers conſilii vis. Hor. 3. Carm. 4. 65.
Vis & violentia. Cic. Anteq. iret. in exſil. 12. Quum inimicorum noſtrorum vim atque violentiam perſpiciat.
Armatorum vis. Cic. pro Cæcin. 63.
Pelagi ingens vis. Lucan. lib. 3. 60.
Neceſſitas ac vis. Cic. pro Quint. 51. Timide tamen & pedetentim iſtuc deſcendunt, vi ac neceſſitate coacti, inviti.
Dura vis. Virg. 4. Georg. 399.
Summa vi aliquid agere, pro Toto conatu. Ter. Adel. 3. 4. 47.
Temperata vis. Hor. 3. Carm. 4. 66.
Ceſſit ægra animæ vis, ac fiducia. Stat. 8. Theb. 551. [An Ægre?
Domatur magna vi flexa ulmus. Virg. 1. Georg. 169.
Frangere vim alicujus. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Incutere vim. V. INCUTIO.
Niti propria vi. Virg. 2. Georg. 428.
Retinere omni vi. Cic. 8. Fam. 16. Hoc a te præſens contendiſſem, atque omni vi te retinuiſſem.
Suſcitare vim ira. Virg. 5. Æn. 454.
Deponunt vim ſuam æquora. Ovid. 2. Triſt. 152.
Rapit acrior vis me. Hor. Epod. 7. 13.
Vis duplex fuit, Publica & Privata. Publica definitur, ea quæ armis, Privata, quæ ſine armis infertur. Privatis enim hominibus armorum uſu, tum in urbe, tum in agro lege Julia interdictum, niſi ſi haberent ea venationis, itineris, navigationiſve cauſſa, legimus in Marciano, tit. ad l. Juliam de vi publica. Idque renovatum a Juſtiniano, ſcribit ipſe in libro Novellarum conſtit. titu. περὶ τῶν ὅπλων. Sed hoc ante legem Juliam, & ante Magni Pompeji edictum, de quo legimus in Plinii naturalis hiſtoriæ lib. 36. qui vetuit in tumultu necis Clodianæ ullum in orbe telum eſſe: primis temporibus inſtitutum, obſervatumque non dubito. Ideo enim, Servio regnante, populum Romanum ad centuriata comitia in campum extra urbem conveniſſe, quia in urbe uſus armorum interdiceretur: ſerpit deinde licentia, quam novis legibus & edictis reprimi neceſſe eſt. Publica vis, vel contra Rempublicam & magiſtratus, vel contra privatos fiebat. Contra Rempub. & Magiſtratus capitalis erat ſemper: contra privatos, non item, ſed tantummodo cum erepta vita eſſet. De publica Prætor cognoſcebat: de privata judices dabat. Nec tamen ſemper de publica cognovit. Nam exſiſtunt controverſiæ quædam de vi, quæ conſiſtunt in jure civili, ut ea pro Cæcina: in qua non Prætor, ſed Recuperatores, qui erant judices a Prætore dati, judicarunt. Ergo de publica vi modo Prætor, cui ea quæſtio obtigiſſet, (is autem nec Urbanus, nec Peregrinus erat, ſed unus de reliquis ſex) modo judices a Prætore dati cognoſcebant. Dabat autem eos, vel Urbanus Prætor, ſi cauſſa eſſet in jure civili, & ageretur inter cives, ut ea pro Cæcina: vel Peregrinus, ſi ageretur inter peregrinos: vel unus de reliquis ſex, ſi cognitio non a jure civili penderet.
De privata vero nunquam Prætor, ſemper judices a Prætore dati cognoſcebant, Prætore autem vel Peregrino, ſi res eſſet inter peregrinos: vel Urbano, ſi civis civem in judicium vocaret, & in jure civili poſita cauſa eſſet, vel uno de reliquis, ſi de jure civili nulla eſſet conſideratio.
Leges de vi fuere Plotia Tribunicia: Conſulares autem Lutatia, Pompeja, Julia, Antonia. Plotia, de vi publica privatis civibus illata. Catilinam ab L. Paulo, M. Lepidi, qui IIIvir poſtea fuit, fratre, accuſatum, in Salluſtio (bell. Catil. cap. 31.) legimus: Clodium a Milone in oratione pro Milone, (35.) M. Tuccium a C. Sempronio Rufo, in epiſtola (8.) M. Cœlii. ad Cic. Quæ omnes cauſſæ, non dubito, quin capitales fuerint, cum Catilinam & Clodium minime levibus flagitiis affines fuiſſe conſtet: cauſam autem, qua in judicium Tuccius eſt vocatus, extraordinariam Cœlius appellat. Hanc legem tulit, opinor, M. Plautius Silvanus Tribunus pl. Cn. Pompejo Strabone L. Porcio Catone COSS. is qui legem judiciariam tulit. Lutatiam de vi Reip. illata Q. Lutatius Catulus conſul. M. Æmilii Lepidi collega, in tumultu Reipub. tulit: quæ feſtis etiam diebus judicium de vi jubebat exerceri, ut ex procemio patet orationis pro M. Cœlio: eaque damnati ſunt, qui de Catilinæ ſociis in urbe remanſerunt. Unde illud in oratione pro Sulla: Severitatem judiciorum, quæ per hos menſes in homines audaciſſimos facta eſt, lenitate ac miſericordia mitigate. Quod exponitur in ea pro Cœlio 70. his verbis, De vi quæritis, quæ lex ad imperium, ad majeſtatem, ad ſtatum patriæ, ad ſalutem omnium pertinet, quam legem Q. Catulus, armata diſſenſione civium, reip. extremis pæne temporibus tulit: quæque lex, ſedata illa flamma conſulatus mei, fumantes reliquias conjurationis exſtinxit. Pompejam tulit Cn. Pompejus Magnus III. Conſul, poſt occiſum P. Clodium. Hæc & pœnam graviorem, quam reliquæ de vi ſuperiores leges, & formam judiciorum breviorem continebat. Jubebat enim, Ut prius, quam cauſſa ageretur, citati teſtes per triduum audirentur: dicta eorum judices conſignarent: quarta die adeſſe omnes in diem poſterum juberentur, & coram accuſatore ac reo pilæ, in quibus nomina judicum inſcripta eſſent, æquarentur: rurſus poſtera die a Quæſitore ſortitio judicum fieret unde LXXX: qui numerus cum ſorte obtigiſſet, ipſi protinus leſſum irent: tum ad dicendum duas accuſator horas, tres reus haberet, reuſque eodem die illo judicaretur: prius autem quam ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus rejiceret, ita ut numerus judicum relinqueretur, qui ſententias ferrent. L. Juliam tulit C. Cæſar poſt victum Pompejum, Ut damnatis de vi aqua & igni interdiceretur. Sic enim oratione (1. Philip. 23.) in Antonium ſcriptum invenimus, Aqua vero & igni interdicere, nihil aliud eſt, quam exſilium non nominatim, ſed re ipſa inferre. Damnato enim neceſſitas imponitur exſilii, ope ea denegata, atque interdicta, ſine qua vivi non poteſt: quod etiam Pompeja, & ante Pompejam Plautia, & aliæ quoque ſuperiores leges, ut puto, ſanxerant: itaque non dubito, quin Cæſar nova lege novam ſententiam, ad vim removendam, attulerit. Hac lege tenebantur, ut Martianus ait, (l. 3. D. ad l. Jul. de vi pub. Qui turbæ ſeditioniſve faciendæ conſilium iniiſſent ſervoſve aut liberos homines in armis habuiſſent, omneſque puberes cum telo in publico deprehenſi. Subjungit idem: de vi privata damnatos, neque Senatores, neque Decuriones, neque Judices eſſe, neque honorem ullum capere. Julia lege, potuiſſe. Cæſare mortuo tulit M. Antonius, (teſte Cic. 1. Philipp. 21.) Ut damnatis de vi ad populum provocatio eſſet. Quod ad conciliandos ſibi multitudinis animos, qui tyrannidem ſpectaret, excogitavit. Ex libro Pauli Manutii de Legibus Romanis.
Divina vis. Ulpianus, De damno Infecto, l. Fluminum. §. Vitium autem; Servius quoque putat, ſi ex ædibus promiſſoris vento tegulæ dejectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri ſi ædificii vitio id acciderit, non ſi violentia ventorum vel qua alia ratione quæ vim habeat divinam. Budæus.
Major vis. Plin. lib. 18. cap. 28. de ſterilitatum cauſis, Ante omnia autem duo genera eſſe cæleſtis injuriæ meminiſſe debemus: Unum, quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque ſimilia, intelliguntur: quæ quum acciderunt, Vis major appellatur, &c. Ex his verbis apparet vim majorem eſſe, quam Ulpianus D. Locati & conducti, l. Ex conducto, Tempeſtatem calamitoſam appellat. Cajus. D. Locati & conducti. l. Si merces. § 6. Vis major, quam Græci θεοῦ βίαν appellant, non debet conductori damno eſſe, ſi plus quam tolerabile eſt, læſi fuerint fructus. Cic. pro Planc. 101. Sin autem vitam mihi fors ademiſſet, aut vis aliqua major reditum peremiſſet. Budæus.
Cæli major vis, aut prædonis inceſſit. Columel. lib. 1. c. 7. Nam ubi ſedulo colitur ager, plerumque compendium: nunquam, niſi ſi cæli major vis, aut prædonis inceſſit, detrimentum affert.
Abducere vi aliquem. V. ABDUCO.
Abſtinere vim ab aliquo. Hor. 2. Serm. 3. 203. Sed omiſſa præpoſitione,
— abſtinuit vim
Uxore & gnato. De Ajace inſano.
Adacta vis mortis. V. ADIGO.
Adhibere vim. Cic. 1. in Catil. 19. V. ADHIBEO.
Adhibere vim pactioni. Cic. 5. Verr. 37. Cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. Al. Prohibitio.
Admovere vim. V. ADMOVEO.
Afferre vim mulieri, Violare eam. Cic. 3. Verr. 62. Quam multis iſtum ingenuis, quam multis matribusfamilias in illa tetra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? V. AFFERO.
Afferre vim ſibi. Tacit. 16. Ann. 17. V. ibid.
Agere vi. V. AGO.
Avellere vi. V. AVELLO.
Auferre per vim. V. AUFERO.

Cogere vi & minis. V. COGO.
Convulſus vi dominationis. Tacit. 6. Ann. 48.
Decutere vi. V. DECUTIO.
Defendere vim. V. DEFENDO.
Defendere vim vi. Cic. pro Milon. 29. Certe illud eſt, non modo juſtum, verum etiam neceſſarium, quum vi vis illata defenditur.
Denuntiare vim alicui. Cic. pro Muren. 49. Sulpicium accuſatorem ſuum numerabat, non competitorem: ei vim denuntiabat, Reipubl. minabatur.
Datus per vim. Cic. 7. Att. 9. Tenuiſti provinciam per decem annos, non tibi a Senatu, ſed a te ipſo per vim & per factionem datos.
Facere vim. [βίαν ποιεῖν, καὶ βιάζειν, Gl. L. G. & G. L.] Cic. 4. Att. 2. Si quæ vis facta eſſet. Senatum exiſtimaturum ejus opera factam eſſe, qui S. C. interceſſiſſet. V. FACIO.
Facere imperium vi. i. e. Metu ac malo. Ter. And. 1. 2. 41.
Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur. Hic oppoſuit Vi facere imperium, & Amicitia adjungere.
Ferre vim, Afferre. Ovid. 4. Met. 402.
— regemque repoſcunt,
Vimque ferunt, ſævíſque parant inceſſere telis.
Ferre vim alicui. Virg. 10. Æn. 77.
Fracta vis & debilitata. Cic. 1. Fam. 9. Quanquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum, qui maximis beneficiis ornatus, in te potiſſimum fractam illam & debilitatam vim ſuam contulit, noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe.
Imponere alicui vim. V. IMPONO.
Inferre alicui vim. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Inferre vim & manus alicui. V. INFERO.
Infringere, V. INFRINGO.
Parare vim, V. PARO.
Paratus ad vim. Ovid. 12. Met. 296.
Pati vim [βιάζεσθαι ὑπό τινος, G. C. L.]
Perferre aliquid vi eadem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Potitur auro vi. Virg. 3. Æn. 56.
Repellere vim vi. Cic. pro Sext. 39. Non verebar, ne quis aut vim vi repulſam reprehenderet. V. REPELLO.
Stuprare per vim. V. STUPRO.
Suſcipere vim contra Rempublicam. Cic. pro Milon. 13. Nulla vis unquam eſt in libera civitate ſuſcepta inter cives, non contra Rempublicam.
Victus vi. Virg. 12. Æn. 245.
Vires, pl. δυνάμεις, Gloſſ. Latinogræc. Plerumque de corporis robore, nonnunquam tamen & per translationem.
Infirmitas virium. V. INFIRMUS.
Ad portionem virium. V. AD præpoſitionem.
Audax viribus. V. AUDAX.
Editior viribus, Fortior. Hor. 1. Serm. 3. 110.
Inferior viribus. Ovid. 4. Met. 652.
Invicti viribus. Virg. 6. Æn. 394.
Prædurus viribus. Virg. 10. Æn. 748.
Agreſtes & horridæ vires, tranſlate de vi eloquentiæ. Cic. 1. de Legib. 6. Fannii autem ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas ſine nitore ac palæſtra.
Firmæ vires. Ovid. 3. Faſt. 39.
Fultatæ vires. Sil. lib. 13. 209.
Infirmis viribus homo. V. INFIRMUS.
Invalidæ vires. Ovid. 1. Triſt. 5. 72.
Magnæ vires. V. MAGNUS.
Maximis viribus vir. Cic. pro Cæl. 59. Quumque ille vir, qui ſe natum huic imperio putavit, tertio die poſt, quam in Curia, in Repub. floruiſſet, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indigniſſime bonis omnibus, atque univerſæ civitati.
Prædoræ vires. Claud. in Gigantomach. 66.
Vaſtæ vires. Virg. 5. Æn. 368.
Veſanæ vires. Ovid. 1. Amor. 7. 25.
In mea veſanas habui diſpendia vires,
Et potui pœnam fortis inire meam.
Violentæ vires. Lucret. lib. 5. 1269.
Abſcedunt vires. V. ABSCEDO.
Abſtulerat vires corporis ipſa timor. Ovid. 6. Faſt. 442.
Abſumit ira vires mora. Ovid. 3. Met. 693.
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures
Inquit, ut ira mora vires abſumere poſſet.
Abuti viribus corporis. V. ABUTOR.
Accipere vim, & vires. V. ACCIPIO.
Acquirere vires. Virg. 4. Æn. 175.
Acquirere novas vires. Lucan. lib. 2. 647.
Adjicere vires. V. ADJICIO.
Adimit dolor vires. V. ADIMO.
Adnixus ſummis viribus. Virg. 5. Æn. 226.
Adolevit robuſtis viribus ætas. Lucret. lib. 3. 450.
Agere pro viribus. Cic. de Senect. 27. Nec nunc quidem vires deſidero adoleſcentis, non plus quam adoleſcens tauri aut elephantis deſiderabam: quod eſt, eo decet uti; & quicquid agas, agere pro viribus.
Alere vires. V. ALO.
Amittit ventus vires. Lucan. lib. 3. 362.
Augentur vires. Ovid. 9. Met. 787.
Capere vires. V. CAPIO.
Carpere vires. V. CARPO.
Colligere vires. V. COLLIGO.
Conferre vires in unum. V. CONFERO.
Confiſus viribus. Juven. 10. Sat. 10.
Contendere viribus inter ſe. Lucret. lib. 3. 784.
Contorſit validis viribus haſtam. Virg. 2. Æn. 50.
Decedunt vires. V. DECEDO.
Deficiunt vires. V. DEFICIO.
Deficere quum me vires cœpiſſent. Cic. 1. de Orat. 199.
Defici viribus. Quintil. in proœm. lib. 4.
Deſiderare vires adoleſcentis. Cic. de Senect. 27.

Dare vires alicui in rem aliquam. Ovid. 1. Faſt. 17.
Domare vires alicui. Sen. Herc. Œth. 9.
Effundere vires ſuas in aliquo. Ovid. 12. Met. 107.
Effundere vires in ventum. Virg. 5. Æn. 446.
Enervare vires alicujus. Hor. Epod. 8. 2.
Eniti viribus. Virg. 2. Georg. 360.
Excellere aliquem pulchritudine & viribus dicimus. Cic. 3. Off. 25.
Exercere vires. Cic. 1. de Orat. 149. Plerique in hoc vocem modo, neque eam ſcienter, & vires exercent ſuas, & linguæ celeritatem incitant.
Experiri vires alicujus. Ovid. 2. de Arte Am. 180.
Explorare vires alicujus. Stat. 8. Theb. 42.
Fractæ vires Danaûm. Virg. 2. Æn. 170.
Frigent effetæ in corpore vires. Virg. 5. Æn. 396.
Gerere res viribus. Cic. de Senect. 17. Non enim viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio, auctoritate, ſententia.
Habere vires alicujus. Cic. de Senect. 33. Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis.
Habere magnas vim dicitur virtus. Cic. in Parad. 2. Neſcis quantas vires virtus habeat.
Infringere magnas vires alicujus. Propert. lib. 2. 14. 17.
Inſtigat & alit vires quies tempeſtiva. Stat. 4. Silv. 4. 133.
Laborare vitio virium. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Metiatur, ac diligenter æſtimet vires ſuas actor. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Obtuſis ceciderunt viribus artus. Lucret. lib. 3. 453.
Oſtentare ſuperbas vires. Stat. 6. Theb. 647.
Progredi viribus ſuis ſine adminiculo. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Proſterni ſuis viribus. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Pugnare viribus ac lacertis. Cic. 4. Fam. 7. Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſa, quæ erant in nobis ſuperiora: ſed lacertis & viribus, quibus pares non eramus.
Recipere vires ſuas. Celſ. lib. 4. cap. ult. ad finem.
Recreat vires cibus. Lucret. lib. 4. 866.
Recuperatis cibo ſomnoque viribus. Tacit. 3. Hiſt. 22.
Reparat vires alterna requies. Sen. Hippol. 4.
Reſolvere vires. Lucret. lib. 4. 951.
Reſtituere vires. Celſ. lib. 4. cap. 21.
Revocare vires victu. Virg. 1. Æn. 218.
Stant ſolidæ vires ſuo robore. Virg. 2. Æn. 639.
Subducere vires alicui. Ovid. 13. Met. 61.
Eſſe bonis viribus. V. BONUS.
Superare viribus aprum. Hor. 1. Epiſt. 19. 51.
Suſtinere omnibus viribus. Cic. 5. Fam. 5. Quæ ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo.
Temperare vires ſuas. Quintil. lib. 1. cap. 2. Ovid. 3. de Pont. 6. 24.
Torpent infractæ ad prælia vires. Virg. 9. Æn. 499.
Torquere lacertis & viribus. Cic. 1. de Orat. 242. A quo quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis viribuſque torquebit.
Tueri vires, Suſtinere, tolerare. Celſ. lib. 3. cap. 19. Ultimum auxilium eſt, in alvum, ptiſanæ, vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus injicere: ſi quidem id quoque vires tuetur.
Valere viribus. Virg. 5. Æn. 67.
Vigent vires. Lucret. lib. 5. 1111.
Uti viribus per clivos. Hor. 1. Epiſt. 13. 10.
Opibus & viribus omnibus elaborandum eſt, ut, &c. Cic. 3. Tuſc. 6. Eſt profecto animi medicina Philoſophia, cujus auxilium, non, ut in corporis morbis, petendum eſt foris, omnibuſque opibus, viribuſque ut noſmetipſi nobis mederi poſſimus, elaborandum eſt.
Eloquentiæ vires. Quintil. in proœm. lib. 1.
Exiguæ vires ingenii. Ovid. 2. Triſt. 532.
Inexhauſtæ vires. Sil. lib. 16. 499.
Maximæ vires, in oratione, per translationem. Cic. in Orat. 76. Orationis ſubtilitas imitabilis quidem illa videtur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. Etſi enim non plurimi ſanguinis eſt, habeat tamen ſuccum aliquem oportet, ut etiam ſi illis maximis viribus careat, ſit (ut ita dicam) integra valetudine.
Occultis viribus egregius fons, i. e. Arcana quadam & incognita virtute ac vi præditus. Juven. 12. Sat. 42.
Abolere vires. Tacit. 4. Hiſt. 39.
Abrogare vires beneficii. V. ABROGO.
Aſſumpſit vires flamma. Ovid. 20. Epiſt. 14.
Grammatica tenuis, a fonte, aſſumptis poetarum hiſtoricorumque viribus, pleno jam ſatis alveo fluit. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Augere vires eloquentiæ. Quintil. in proœm. lib. 1.
Colligit vires ſibi amor uſu. Ovid. 2. de Arte Am. 339.
Concipere vires. V. CONCIPIO.
Concipiunt flumina vires. Ovid. 15. Met. 335.
Concipiunt occultas vires terræ. Virg. 1. Georg. 86.
Conſumpſit fortuna vires ipſa ſuas. Senec. Agamem. 7.
Dejecta trabs inſanis viribus Auſtri. Ovid. 12. Met. 510.
Dare ſententiæ vires. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Firmare vires. Virg. 3. Georg. 209.
Fundare vires alicujus. Sen. Herc. fur. v. 344. — alieno in loco
Haud ſtabile regnum eſt: una ſed noſtras poteſt
Fundare vires, vincta regali face,
Thalamiſque Megara.
Miniſtrare vires alicui. Virg. 11. Æn. 71.
Minuuntur vires amoris. Ovid. 5. Met. 374.
Occupare urbem viribus. Virg. 7. Æn. 258.
Pacatus vindicibus viribus urbis. Ovid. 9. Epiſt. 13.
Poſuere indomitas vires incendia. Virg. 5. Æn. 681.
Quaſſatum eſt corpus validis viribus ævi. Lucret. lib. 3. 453.
Sonant vires incendia. Hor. 1. Epiſt. 19. 85.
Uſus armorum viribus. Ovid. 13. Met. 657.
Uti utendi viribus. Quintil. lib. 2. cap. 16.
In verbis vis, Significatio. Cic. 6. Fam. 2. Quæ vis inſit in his paucis verbis, ſi attendes, quod facis, &c.
Habere certam vim, &c. Cic. pro Corn. Balb. 35. Id habet hanc vim, ut ſit ille in fœdere inferior.
Vis, [πλῆθος.] Multitudo & copia. Cic. pro Lege Manil. 22. Sic Mithridates

datès ſugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium. Cic Parad 6. 2. extr. Nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti, pluris, quam virtus æſtimanda eſt. Vis frumenti. Cæſ. 3. Bell. Civil. Vis ſeminum magna. Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Vis mellis maxima, Cic. 4. Verr. 176. Vis militum, Cic 7. Att. 24. Idem 14. Fam. 1. Vis lacrimarum. Idem 4. Acad. 120. Tantam vim natricum, viperarumque fecerit.

Vide an in his omnibus ſignificet multitudinem. Et magis proprie puto cum ſingulari, ut Magna vis auri: Alicubi junctum cum violentis, & tunc poteſt eſſe ambiguum. Ut Magna vis militum. H. St. Locus Cic. ex 7. ad Attic. falſo notatus eſt, & inquirenti diutius horæ pereunt.

Copia & vis. Cic. pro Marcell 8. Nulla eſt enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique poſſit.

Auri & argenti magna vis. Cic. 5. Tuſc. 90.

Canum vis. Virg. 4. Æn. 132.

Maſſylique ruunt, & odora canum vis.

Equorum vis. Cic. 2. de Divin. 144.

Lacrimarum Infinita vis. Cic. 1. Q. frat. 3.

Negotii vis, Maxima & multa negotia. Plaut. Pœn. 1. 2. 1.

Ranunculorum vis maxima. Cic. 7. Fam. 18.

Rerum optimarum continet mens vim maximam. Cic. 1. de Legib. 16. Quod ſit homini tributum natura, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat.

V i r i c u l a, arum. f. dimin, Apul. 11. Met. p. 271, Elmenh. Nam & viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impenſæ.

V i r i ō s u s, a, um Adj. [δυναμικὸς, Gl. G. L.] Robuſtus. Tertull. adv. Valentin. cap. 16. Vitia oſu viriosa.

V i r i ō s e, Adv. Idem. Compar. Tertull. de Anima, cap. 19. Ultro ambibit & quidem viriosius de ſuo ingenio.

V i r e s c o, ĕre. Vires capere vel recuperare. Furius Antias apud Gell. lib. 18. cap. 11.

Increſcunt animi: vireſcit vulnere virtus.

V i ŏ l a n s, entis. Adj. Idem quod Violentus. Hor. 3. Carm. 30. 10.

Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus.

Homo vehemens & violens. Cic. 5. Philipp. 19.

Victor violens, Horat. 1. Epiſt. 10. 37.

V i o l e n t u s, a, um. Adj. [βίαιος, Gl. L. G. & G. L.] Qui vim facit. Violentus & furens. Cic. 2. Philipp. 68. Neceſſe eſt, quamvis ſis, ut es, violentus & furens.

Tranquillus & Violentus, contraria. Claud. Conſ. Mall. Theod. 140.

— peragit tranquilla poteſtas,

Quod violenta nequit.

Aper violentus. Ovid. 8. Met. 438.

Enſe violento fortiter uti. Ovid. 11. Epiſt. 97.

Impetus alicujus furentes & violenti. Cic. de Aruſp. Reſp. 46.

Ira violenta Ovid. 8. Met. 106.

Ira violentior ſurgit. Sil. lib. 4. 263.

Mora violenta. Tibul. lib. 1. 3. 4.

Opes violentæ. Cic. 1. Philipp. 29. Non opes violentas, & Pop. Rom. minime ferendam potentiam: ſed caritatem civium & gloriam concupiſſe.

Pectora violenta, Superba. Virg. 10. Æn. 151.

Tela violenta ſumere. Ovid 11. Met. 582.

Vis violenta leonum. Lucret lib. 5. 297.

Vires violentæ æris, Duritia ferri vel æris. Lucret. lib. 5. 1269.

Violentior æquo. Ovid 5. Met. 255.

Violentus [σφοδρὸς, Gl. L. G.] Vehemens, Acer. Colum. 5. 5 extr. Supereſt reliqua illa cultura proſtratæ vineæ, quæ niſi violentiſſimo cæli ſtatu ſuſcipi non debet.

Aer violentior incubuit puppibus. Lucan. lib. 5. 717.

Amnis violentior influit in mare. Virg. 4. Georg. 373.

Aura cæli violentior. Stat. 9. Theb. 157.

Fames violenta. Lactant. in Phœnice.

Lues violenta. Valer. 5. Argon. 15.

Tempeſtates violentiſſimæ. Cic. pro Cluent. 138. Populum Rom. ſua ſponte eſſe placatum, hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſſimis tempeſtatibus concitari.

Venti violenti. Lucret. lib. 4. 1005.

Compar. & Superl. exempla ſupra vide.

V i o l e n t e, Adv. Senec. Med v. 605.

Rompe nec ſancti violente mundi

Fœdera ſacra. [Immo Sacro, violente, ſancta F. mundi. ut ſit Vocativus. V. Schoed.

V i o l e n t e r, Adv. [βιαίως, Gl. G. L.] ut vult Acron. Liv. 5. 1. Quia ſolennia ludorum, quos intermitti nefas eſt, violenter diremiſſet.

Gerere violenter Conſulatum, pro Crudeliter. Plin. 9. Epiſt.

Invadere violenter. Columel. lib. 7. cap. 12.

Tolerare violenter, pro Ægre & invito. Ter. Phorm. 5. 1. 4.

Compar. Ovid. 1. de Arte Am. 23.

Facere violentius. Ulpian in l. Quemadmodum. §. pen. D. ad leg. Aquil. Si quid tamen magiſtratus adverſus reſiſtentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia.

Superl. ut, Rivalem violentiſſime perſequi. Columel. lib. 7. cap. 5.

V i o l e n t i a, æ f. [βία, Gl G. L.] Plin. lib. 2. cap. 47. In Narbonenſi provincia clariſſimus ventorum eſt Circius, nec ulli violentia inferior. Idem lib. 17 cap. 2. Sed tanta plerumque violentia, ut auferat tecta.

Vinolentorum violentia. Cic. 5. Tuſc. 118. Ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante diſcedit.

Vultus violentia Ovid. 1. Met 218.

Aeris violentia Lucret. lib. 3. 483.

Effrenata violentia. Cic. 12 Philipp. 26. Novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam

Vehemens violentia vini. Lucret. lib. 3. 482.

Gliſcit violentia. Virg. 12. Æn. 9

Opprimi impetu violentiæ Cic. Antequam iret in exilium 13.

Proſpicere violentiam inimicorum Cic. Anteq. iret in exil. 12.

V i ŏ l o, [βιάζομαι, Gl. L. G. & G. L.] āre. Vim facere, inferre. Et proprie de hominibus dicitur.

Corpus ſanctum manu. Cic Poſt red. in Senat. 6. Fortiſſimi atque optimi viri, Tribuni plebis ſanctiſſimum corpus, non ſolum tactum ac violatum manu, ſed vulneratum ferro confectumque vidiſtis.

Corpus vulnere. Virg 12. Æn 598.

Hoſpites. Cæſ. 6. Bell. Gall 22.

Voce aliquem violare. Cic. pro Domo 82. Sed tametſi nihil de me tuliſti, quo minus eſſem, non modo in civium numero, ſed etiam in eo loco, in quo me honores Pop. Rom. collocaverunt; tamenne eum tua voce violabis, quem, poſt nefarium ſcelus Conſulum ſuperiorum, tot ſedes Judiciis, Senatus, Pop. Rom. totius Italiæ, honeſtatum?

Violare [λυμαίνεσθαι, Gl. L. G.] Devaſtare, Vexare.

Bello violari. Cic. 9 Att. 13.

Rempub. Cic. 1. Tuſc. 72. Vel in Rep. violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent.

Silvam violare ſecuri, Cædere. Ovid. 3. Met. 28. [Subaudi Intactam.

Venas violare. Celſ. lib 7. cap. 12.

Violare, [μιαίνειν, Gl. L. G.] Vitiare, Polluere, corrumpere.

Amores alicujus violare. Tibull lib. 1. 3. 81.

Aurum cibis violare. Stat. 1. Theb. 150.

Cubile alicujus. Catull. ad Januam, 65. 25.

Famam probris flagitiiſque violare. Cic. 5. Verr. 82. Quam apud exteras nationes imperii nominiſque noſtri famam, tuis probris flagitiiſque violaris.

Puellam violare. Tibul. lib. 1. 6. 52.

Speciem ſerenam mundi nubes violant. Turbant & obſcurant ſerenitatem aeris. Lucret. lib. 4. 138.

Virginitatem. Cic. 3. de Nat. Deor. 59.

Violare [ἀσεβεῖν, Gl. L. G. & G. L.] de Rebus ſacris proprie dicitur.

Aras cælicolûm violavit mea dextera. Sil. lib 17. 150.

Loca religioſa. Cic. pro C. Rabir. perd 7. Niſi forte de locis religioſis, ac de locis, quos ab hoc violatos eſſe dixiſti, pluribus verbis tibi reſpondendum putas.

Numina verbo violare Tibull. lib. 1. 2. 83.

Parentes. Cic. 3. de Finib. 32 Ut peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ ſunt in effectu, &c.

Sacra. Cic. de Aruſp. Reſp 8. Qui ſacra Bonæ deæ, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem, aſpici fas eſt, non ſolum aſpectu virili, ſed flagitio ſtuproque violarit.

Vitam patris. Cic. in Parad. 3.

Violare, [παραβαίνειν, Gl. L. G.] Infringere, Rumpere.

Violare amicitiam. Cic. pro Cluent. 118. A me tamen, ut æquum eſt, omnia caute, pedetentimque dicentur, ut neque fides hujus defenſionis relicta, neque cujuſquam aut dignitas læſa, aut amicitia violata eſſe videatur.

Dignitatem. Cic. 1. Fam. 6.

Exiſtimationem alicujus. Cic. 13. Fam. 74.

Fidem violare. Ovid. 7. Epiſt. 57.

Fidem conjugii. Plin. lib. 10. cap. 34.

Fœdus. Liv. 28. 44.

Fœdera communia pacis violare factis. Lucret. lib. 5. 1154.

Jura. Cic. in Somn. Scip. 22. Eorum animi, qui ſe voluptatibus dediderunt, earumque quaſi miniſtros præbuerunt, impulſuque libidinum voluptatibus obedientium, deorum & hominum jura violaverunt.

Jus ſanctum. Cic. pro Roſc. Amer. 109.

Violare, Tingere. Virg 12. Æn 67.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro

Si quis ebur, &c.

V i o l a n s, antis. Partic. [βιαζόμενος, Gl. G. L.] Vulg. Interpr. Malach. 2. 10. Violans pactum patrum noſtrorum.

V i o l ā t u s, a, um. Partic. [βιασθεὶς, Gl. G. L.] ut,

Ab arcu violatus. Ovid. 3. de Pont. 5. 25.

Fletu genas violata Diana. Stat. 9. Theb. 713.

Corpus violatum nullo crimine. Sil. lib. 17. 39.

Juris violati pœna. Cic 2. de Legib. 22.

Jure violata mariti. Ovid. 2 de Arte Am. 381.

Leges violatæ. Claud. 2. in Eutrop. 158.

Poteſtas violata. Lucan. lib 5. 125.

Virtus violata ſuſpicione. Liv. 2. 7.

V i o l a n d u s, a, um. Partic. [βιαστέος] ut,

Fœdera clam violanda. Tibull. lib. 1. 9. 2.

V i o l ā t i o, ōnis. f. [βιασμὸς] Liv. 29. 8. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi, furorem objecit.

Religionum violatio. Senec. Epiſt. 104.

V i o l ā t o r, ōris. m. [λυμεὼν, Gl. G. L.] Liv. 4. 19. Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris?

Fœderis violator. Tacit. 1. Ann 58.

Templi violator. Ovid. 2. de Pont. 2. 27.

V i o l ā b i l i s, e. Adj. [βιαστὸς] Qui violari poteſt. Stat. 5. Theb. 258.

Cor violabile levibus telis. Ovid. 15. Epiſt. 79.

Numen non violabile. Virg. 2 Æn. 154. [An in Gloſſ. Ἀβιάστου legendum?

V i s c u m, i. n. & V i s c u s, i. m. [ἰξὸς, Gl. L. G. & G. L.] Glutinum, quod ad aucupium pertinet. Et ſingulariter tantum declinatur. Plin. lib. 16. cap. 44. Viſcum conficitur ex acinis qui colliguntur meſſium tempore immaturi. Nam ſi acceſſere imbres, amplitudine quidem augentur, viſco vero marceſcunt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, ac conditi in aqua putreſcunt duodenis fere diebus. Unumque hoc rerum putreſcendo gratiam invenit. Inde in profluente rurſus malleo tuſi, amiſſis corticibus, interiore lenteſcunt. Hoc eſt viſcum, pennis avium tactu ligandis, juglandis oleo ſubactum, quum libeat inſidias moliri. Varro 3 de R. R cap 7. Quod intercipere ſoleant accipitres, qui ita accipiuntur, quum ſe oblevèrint viſco. Cic. 2. de Nat. Deor. 144 In viſco inhæreſcere.

Segnaci viſco correpta avis. Valer. 6. Argon 263.

Viſcum, ipſe Frutex qui ex turdorum potiſſimum fæce ſuper arborum quondam ramis delapſa, & a Sole cum humiditate quadam tervefacta naſcitur, viret autem per totam hiemem. Virg 6 Æn. 205.

Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum, &c. V. Plin. lib. 16. cap. 44.

Viſcum pro Ipſa viſcatione poſuit. Plaut. Bacch. 1. 1. 16. Viſcus merus veſtra eſt blanditia.

Viſcum, inquit Nonius 6. 20. poſitum aliquando pro Rete, a tenacitate. Varro Parmenone, Lepuſculi timentes hoc quadrangulum, dedunt ſe in rete,

Digitized by Google

in rete, ſic fugere viſcum nequiverunt, lineamque compedem. Teſtatur & Virg. 1. Georg 139.

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inventum: & magnos canibus circumdare ſaltus.

[illegible] Sub. [illegible]. H. St. Verba ſunt poetæ, cujus nomen aſcribere forſan oblitus eſt.

VISCARIUM, i. n. [illegible] Viſcus. Hieron. Si cum viris feminæ habitent, non deerit viſcarium diaboli.

VISCARIUS, i. m. Auceps. Gloſſ. Græcolat. [illegible], Aucupator, Auceps, Viſcarius.

VISCIDUS, a, um. Adj. [illegible] ut, Acetum viſcidum. Theodor. Priſcian. 1. 2.
Compar. Idem de Diet. 18. Viſcidiores cibi.

VISCOSUS, a, um. Adj. Idem. Pallad. 1.14. Si, quod aſciæ adhæret, fuerit molle atque viſcoſum.

VISCO, [illegible, Gl. G. L.] Sra. Aucupor.

VISCATUS, a, um. Partic. Viſco oblitus. Varro 3. de R. R. cap. 7. Quos columbarii interficere ſolent duabus virgis viſcatis defixis in terram, inter ſe curvatis.
Alæ viſcatæ. Ovid. 1. de Arte Am. 391.
Munera viſcata, & Hamata, pro eodem: h. e. Quibus majora attrahuntur quam quæ dantur. V. Hamata munera, in HAMUS.
Virga viſcata fallere volucres. Ovid. 15. Met. 474.

VISCUS, ĕris. n. [illegible] non tantum Inteſtina ſignificat, ſed Quicquid ſub corio eſt, i. n. Carnem, quæ eſt inter oſſa & cutem, inquit Serv. Singularis numerus rarior in uſu eſt, frequens Plur. VISCERA, ĕrum. [illegible, Gl. L. G. & G. L. illegible, L. G.] Virg. 6. Æn. 253.

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis. Et 3. Æn. 622.
Viſceribus taurorum, & ſanguine veſcitur atro.

Suet. in Vitell. cap. 13. Quin inter altaria, ibidem ſtatim, viſcus, & farra, pæne rapta e foco, manderet.
Soliditas viſcerum. Cic. 2. de Nat. Deor. 18. Quin & humorem & calorem, qui eſt fuſus in corpore, & terrenam ipſam viſcerum ſoliditatem, &c.
Imbutæ venæ viſcerum viperino morſu. Cic. 2. de Finib. 94.
Liquefacta viſcera, Putrida. Virg. 4. Georg. 555. Sic enim Ovid. 15. Met. 365.

— de putri viſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes.

Nudare viſcera. Virg. 1. Æn. 215.

Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.

Patefacta viſcera per vulnus. Celſ. in præf. lib. 1.
Salientia viſcera. Ovid. 6. Met. 390.

— ſalientia viſcera poſſes,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.

Solvere viſcera cultro. Senec. Hippol. 1. Virg. 4. Georg. 302.

Tunſa per integram ſolvuntur viſcera pellem.

Spumantibus viſceribus ardens, pro Valde irato & commoto dixit Juven. 13. Sat. 13.

— exiguamque malorum
Particulam vix ferre potes, ſpumantibus ardens
Viſceribus, ſacrum tibi quod non reddat amicus
Depoſitum.

Sumere aliquid ex viſceribus alicujus. Cic. 2. de Orat. 318.
Torrere viſcera, Aſſare. Virg. 5. Æn. 103.

— fuſique per herbam
Subjiciunt verubus prunas, & viſcera torrent.

Trajecit viſcera ferro. Ovid. 1. Amor. 10. 51.
Periculum incluſum penitus in venis, atque in viſceribus Reip. Cic. 1. in Catil. 31.
Ad animum etiam transfertur. Cic. 4. Tuſc. 24. Permanat in venis, & inhæret in viſceribus id malum.
Pro Liberis ponitur. Ovid. 11. Epiſt. 118.

Diripiunt avidæ viſcera noſtra feræ. Et 2. Amor. 14. 27.
Veſtra quid effuditis ſubjectis viſcera telis?

Montis viſcera avulſa. Virg. 3. Æn. 575. Servius, Viſcera, Partes. Sic autem dixit viſcera, quemadmodum terræ oſſa dicuntur. [Partes ſcil. interiores.
Terræ viſcera. Ovid. 1. Met. 138.

— ſed itum eſt in viſcera terræ,
Quaſque recondiderat, Stygiiſque admoverat umbris,
Effodiuntur opes.

VISCEREUS, a, um. Adj. Viſceribus præditus. Prudent. Apoth. v. 1025.

— quum vas componeret arvo
Nondum viſcereo, ſed inertis glutine limi.

VISCERATIO, ōnis. f. [illegible, Gl. L. G. illegible, G. L.] Epulatio, Crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebat vel in ſolennitate quadam, vel in funere alicujus excellentis perſonæ. Gellius, Tum in Albanum viſceratio Latinis data. Liv. 8. 22. Et populo viſceratio data a M. Flavio in funere matris. Auctor de Viris illuſtr. cap. 32. Mortui huic tantum æris populi liberalitate congeſtum, ut inde filius viſcerationem & epulas publice daret. Cic. 2. Off. 55. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, &c. V. Latinæ feriæ, in LATIUM.
Viſceratio [illegible, Gl. L. G.] Cibi genus. V. ARTOCREAS.

VISCERATIM, Adv. [illegible] ſignificat Per viſcera. Ennius Andromeda, Diſſipat viſceratim membra. Non. 2. 880.

VISCELLATUS, a, um. Adj. Ex viſceribus avium piſciumque confectus, ut eſt apud Barth. Adverſ. 36. 22.
Piſces viſcellati. Plin. Valer. 1. 24. [Niſi idem eſt ac Juſcellatus, de quo V. in JUS.

VISIBILIS, VISIO, VISITO, VISO. V. VIDEO.

VISIO, ire. Flatum ventris emittere. Lucil. apud Non. 11. 46. Viſire minutim per commiſſuras rimarum. V. Scalig. ad Catull. p. 49.

VISSIO, [illegible, Gl. G. L.] ĕre. Idem. unde Gall. *Veſſer*, &

VISIO, vel VISSIO, ōnis. f. [illegible, Gl. L. G.] Ventris crepitus. &

VISSIUM, i. n. [illegible, Gl. G. L.] Idem.

VISONTIUM, i. n. [Οὐισσόνιον] Portugalliæ urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 6. Vulgo *Viſeo*.

VISULA, æ. f. Sarmatiæ in Europa fluvius, Pompon. lib. 3. 4. Viſtula item dicitur, Juſtila, Juſtula, & Iſtula, ut notat Vadianus. Germ. *die Weichſel*.

VISULÆ, arum. f. Vites, de quibus Columel. lib. 3. cap. 2.

VISUM, V. VIDEO.

VISURGIS, is. m. Germaniæ fluvius. Plin. lib. 4. cap. 14.

VISUS, V. VIDEO.

V I T

VITA, æ. f. [illegible, Gl. L. G. & G. L. ζωὴ, G. L.] notæ ſignificationis. Lucret. lib. 3. 984.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

Mala a Vivo ſeparatur. H. St. In edit. Lugd. ſcil.
Blandimenta vitæ. Tacit. 2. Hiſt. 53.
Cauſa vitæ, pro Facultatibus, aut copiis, quibus vitam noſtram ſuſtentamus. Quintil. Decl. 13. Audeto nunc, inquit, laceſſere divitem, quibus vitæ cauſa ſupereſt. Sic & Vivendi cauſam uſurpaſſe Juvenalis videtur, 8. Sat. 97.

— Furor eſt poſt omnia perdere naulum,
Et propter vitam vivendi perdere cauſam.

i. e. Res quibus vita toleratur. Ex Turneb. Adverſ. 22. 32.
Color vitæ. V. COLOR.
Cupiditas vitæ. Cic. 2. Philipp. 37.
Curriculum exiguum vitæ. Cic. pro Rabir. 30. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ.
Debitum vitæ. Curt. lib. 10. cap. 5. p1. Velut omni vitæ debito liberatus.
Delinimenta vitæ. Tacit. 15. Ann. 63.
Petere aliquid diſcrimine vitæ. Ovid. 10. Met. 612.
Dux vitæ dia voluptas. Lucret. lib. 2. 172.
Exemplar vitæ morumque. Hor. de Arte Poet. 317.
Integritas vitæ anteactæ. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Labes vitæ. Ovid. 9. Epiſt. 8.
Cæcæ vitæ lubrica. Stat. 2. Silv. 2. 221.
Deſidis otia vitæ. Stat. 3. Silv. 5. 85.
Lumen vitæ. Lucret. lib. 3. 1055.

Ipſe Epicurus obiit, decurſo lumine vitæ.

Perpetuitas vitæ. V. paulo poſt, Conſtituere vitam.
Patet tranquillæ vitæ ſemita per virtutem. Juven. 10. Sat. 364.
Series atra tuæ vitæ. Ovid. in Ibin, 64.
Solatia dulcia vitæ. Lucret. lib. 5. 21.
Spatium vitæ. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Sortitus brevis vitæ ſpatium. Ovid. 3. Met. 124.
Spes vitæ. Tacit. 12. Ann. 8. Eo uſque ſpem vitæ produxerat.
Summa brevis vitæ. Hor. 1. Carm. 4. 15.
Tædia vitæ. Ovid. 10. Met. 625.
Via vitæ per carmina monſtrata eſt. Hor. de Arte Poet. 401.
Quærere palantis vitæ viam. Lucret. lib. 2. 10.
Abſurdum atque alienum a vita. V. ABSURDUS.
Exſpes vitæ. Tacit. 6. Ann. 24.
Integer vitæ ſceleriſque purus. Hor. 1. Carm. 22. 1.
Plenus vitæ. Lucret. lib. 3. 951.
Securus vitæ. Stat. 4. Theb. 793.
Spirans ac vitæ manifeſtus. Tacit. 18. Ann. 58.
Acerba vita. V. ACERBUS.
Actuoſa. V. AGO.
Amara. Cic. 1. de Finib. 44.
Avida. V. AVIDUS.
Attenta. V. ATTENDO.
Baſilica. V. BASILICUS.
Beata. V. BEATUS.
Brevis eſt vita, curſus gloriæ ſempiternus. Cic. pro Sext. 47.
Cælebs. V. CÆLEBS.
Cara. Ovid. 11. Met. 612.
Conſtans & probata. Cic. in Topic. 78. Quos doctrina præditos vident, quorumque vitam conſtantem & probatam ut Catonis, Lælii, Scipionis.
Crudelis. Virg. 8. Æn. 579.
Deformis vita, Inhoneſta. Stat. 10. Theb. 326.
Dubia. Columel. lib. 1. cap. 3.
Dulcis ſtabiliſque. Lucret. lib. 3. 66.
Enervis vita. Val. Max. lib. 6. cap. 4. 2. de Scipione Æmiliano. Quum haberet conſortem cenſuræ Mummium, ut nobilem, ita enervis vitæ.
Familiaris vita Plaut. Vide FAMILIARIS. H. St.
Fœdiſſima ac miſerrima. Cic. pro Sull. 75.
Fortunata. Hor. 1. Epiſt. 11. 14.
Gravis, cui Jucunda opponitur. Hor. Epod. 1. 5.
Honeſta. Cic. pro Roſc. Amer. 48. Vita ruſtica honeſtiſſima atque ſuaviſſima.
Illuſtris. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Inculta & horrida. V. INCULO.
Infeſta alicui. V. INFESTUS.
Injurioſa. V. INJURIA.
Innoxia. V. INNOXIUS.
Inviſa. V. INVIDEO.
Jucunda. Hor. Epod. 1. 5.
Licentior. V. LICET.
Longa. Cic. 2. de Orat. 204. Docuit enim jam nos longa vita, uſuſque rerum maximarum, &c.
Longa vita digniſſimus. Ovid. 4. Met. 409. Catul. 62. Argon. 215.

Longa gnate mihi jucundior unice vita.

Longinqua. V. LONGUS.
Mæſta. Virg. 10. Æn. 820.
Malefica. Tacit. 4. Ann. 21.
Maritima. V. MARE.
Menſtrua. V. MENSIS.
Meretricia vita. V. Collocare ſe in vita meretricia, in COLLOCO.
Miſeræ vitæ breviſſima portio. Juven. 9. Sat. 128.
Mortalis. Virg. 4. Georg. 326.
Nitidior. V. NITEO.
Pigræ vitæ oblivio. Stat. 1. Silv. 4. 57.
Precaria vita. Tacit. 4. Hiſt. 76.
Rapida, Cito prætereuns. Perſ. 3. Sat. 94.
Rudis. Stat. 2. Achill. 397.

Ruſtica.

Digitized by Google

Ruſtica. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Severe. Ovid. 2. Amor. 18 16.
Similis feris. Ovid. 2. Faſt. 291.
Solitaria. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Sollicitæ jocunda oblivia vitæ. Hor. 2 Serm. 6. 62.
Trita ac vulgari vita vivere. Senec. Epiſt. 123.
Turpis vita. Cic. pro Quint. 49. Mors honeſta ſæpe vitam quoque turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit.
Turpis & nocens vita. V. NOCEO.
Vitalis vita. V. VITALIS.
Vitioſa & flagitioſa. Cic. 2. de Finib. 93. At miſer, ſi in vitioſa & flagitioſa vita afflueret voluptatibus.
Umbratilis vita. Quintil lib. 1. cap 2. V. UMBRATILIS.
Umbratilis & delicata. Cic. 2. Tuſc. 27. Sic ad malam domeſticam diſciplinam vitamque umbratilem & delicatam quum acceſſerunt etiam poetæ, nervos omnis virtutis elidunt. [An Omnes?
Urbana vita. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Urbana vita clarere. V. CLAMENS.
Vulgari vita vivere. Senec. Epiſt. 123.
Abire e vita. V. ABEO.
Abjicere vitam. Cic. Nuſquam facilius hanc miſerrimam vitam, vel ſuſtentabo, vel, quod multo eſt melius, abjecero cum paucis.
Abrumpere vitam. Virg. 8 Æn. 579.
Accipere vitam. V. ACCIPIO.
Addicere vitam. V. ADDICO.
Addicta præmiis vita alicujus. V. ADDICO.
Adducere ad vitam communem. V. ADDUCO.
Adimere vitam. Cic. pro Planc. 110. Sin autem vitam fors mihi ademiſſet. V. ADIMO.
Afferre vitam. V. AFFERO.
Agere, vel Agitare vitam. V. AGO.
Agere vitam ſub dio, & trepidis in rebus. Hor. 3. Carm. 2. 5.
Agere vitam innocentiſſime. Cic. in Salluſt. 4. Vellem mihi reſpondeant, numquid hi, quos protulit Scipiones, & Metellos, vel Fabios, ante fuerint, aut opinionis, aut gloriæ, quam eos res geſtæ ſuæ, & vita innocentiſſime acta commendavit?
Agere vitam pueriliter. Catul. de Leſb 74. 19.
Amittere vitam. Auctor ad Heren. 4. 57. V. AMITTO.
Amittere per ſomnum dedecus vitam. Cic. pro Roſc. Amer. 30.
Amittere vitam in undis. Hor. 1. Serm. 2. 60.
Aſſignare vitam hominum rebus. Quintil lib. 5. cap. 13.
Attingere lumina vitæ, Naſci. Virg. 6. Æn. 818.
Auferre vitam. V. AUFERO.
Aufert reliquias vitæ ex membris. Lucret. lib. 6. 825.
Carere ſenſu & vita. Cic pro Rabir. 29 Quid jam iſta C. Mario, inquit, nocere poſſunt, quoniam ſenſu & vita caret?
Cedere vita, & E vita. V. CEDO.
Cernitur vita beata honeſtate. V. CERNO.
Colere vitam. V. COLO.
Committere vitam ventis, dicuntur navigantes. Virg. 10. Æn. 69.
Commorari in tam turpi vita. Cic. 1. Q. frat. 3.
Commutare vitam cum morte. V. COMMUTO.
Comprobare vita & moribus. V. COMPROBO.
Concedere vitam. V. CONCEDO.
Conceſſit vita per auras ad Manes. Virg. 10. Æn. 820.
Conferta vita voluptatum varietate. V. CONFERCIO.
Conficere vitæ extremum diem morte. V. CONFICIO.
Conſtituere vitam. Cic. 1. Off 119. In tota vita conſtituenda multo eſt major rei cura adhibenda, ut conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmet ipſis.
Conterere vitam in quærendo. V. CONTERO.
Continetur vita corpore & ſpiritu. Cic. pro Marcell. 29.
Decedere de vita. V. DECEDO.
Decurrere ſpatium vitæ. Ovid. 3. Triſt. 4. 33. Conf. Lumen vitæ, ſupra.
Deficere vitare aliquem. V. DEFICIO.
Defuncta corpora vita, Mortua. Virg. 4. Georg. 475.
Degere vitam expertem thalami. Virg. 4. Æn. 551.
Demigrare ex vita. V. DEMIGRO.
Depactus vitæ terminus. Lucret. lib. 6. 1086.
Deſciſcere a vita V. DESCISCO.
Deſerere vitam. Cic. de Senect. 72. V. DESERO.
Deſeruit vita miſerum. Ovid. 19. Epiſt. 202.
Dimittere vitam. Mori. Sil. lib. 17. 265,
At mihi Cannarum campis ubi Paulus, & illæ
Egregiæ occubuere animæ, dimittere vitam
Non licitum.
Dirigere vitam ad normam. V. NORMA.
Diſcedere e vita. Cic. 2. Fam. 2. Qui, cum ſuis laudibus, tum vero te filio, ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ei contigiſſet, ut te ante videret, quam e vita diſcederet. V. DISCEDO.
Diſpergere vitam in auras Virg 11. Æn. 617.
Dare vitam. Cic. Anteq. iret in exil. 8. Neque enim peto ut mihi detis vitam, ſed datam repeto, ut reddatis.
Dare æternam vitam. Virg 12. Æn. 879.
Dare vitam alicui, Concedere vitam, non occidere, Virg. 6. Æn. 145.
Ducere vitam, Vivere. Virg. 2. Æn. 641.
Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitam,
Hanc mihi ſervaſſent ſedem.
Ducere vitam longius Ovid. 11. Met. 702.
Ducere vitam per omnia extrema. Virg 3. Æn. 315.
Ducere dulcem vitam. Lucret. lib. 2. 996.
Ducenda eſt vita ingrata miſero. Hor. Epod. 17. 63.
Edere vitam, Mori, exſpirare. Lucret. lib. 6. 1256.
Extulit vitam ictus ſagittæ, Mortuus eſt. Senec. Herc. OEth. 22.
Effluit vita cum ſanguine V AFFLUO.
Effundere vitam alicui. Ovid 7 Epiſt. 181.
Emigrare e vita. V. EMIGRO.
Eripere vitam homini. Senec. Theb. 2.
Eripere vitam alicui per crimina. Ovid. 6. Faſt. 807.
Eſſe in vita. Cic. 1. Q. frat. 3.

Excedere vita. V. EXCEDO.
Excolere vitam per artes. Virg. 6. Æn. 663.
Exire e vita, vel de vita. V. EXEO.
Exhalare vitam ſub acerbo vulnere. Ovid. 5. Met. 60.
Exigere vitam, pro Traducere. Ter Heaut 2. 3. 39.
Expellere aliquem e vita, i. e. Occidere. Cic. pro Muren. 34. Tamen non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum judicarit.
Expetere vitam. Cic. 1. de Legib. 31. Vita expetitur, quia nos in quo nati ſumus continet.
Explemur fructibus vitæ nunquam. Lucret. lib. 3. 1020.
Extorquere vitam membris. Lucret. lib. 6. 1220.
Facere finem vitæ. Lucret. lib 3. 956.
Ferre incommoda vitæ. Juven. 13. Sat. 21.
Feſſus vita. Plin. lib. 5. cap. 17.
Finire vitam. Tacit. 1. Ann. 9. Quod Nolæ &c. vitam finiviſſet.
Finire vitam enſe. Ovid. 3. Triſt. 7. 49.
Frui vita. Cic. 4. in Catil. 7. V. FRUOR.
Fudit vitam cum multo ſanguine. Virg. 2. Æn. 532
Gubernant ſenſus vitam. Lucret. lib. 1. 549.
Gubernare vitam vera ratione. Lucret. lib. 5. 1116.
Habere vitam ab aliquo. Cic. 2. Philipp. 60. Sed fac te dediſſe mihi quod non ademiſti: neque a te habere vitam, quia e te non ſit erepta.
Jacebat vita in tenebris ac mærore. Lucret. lib. 5. 175.
Impendere vitam famæ. Stat. 5. Sylv. 2. 63.
Impendere vitam patriæ. Lucan. lib. 2. 382.
Implere finem vitæ. Tacit. 2. Ann. 42.
Incolere vitam. V. INCOLO.
Inire limen vitæ. Lucret. lib. 3. 681.
Ingredi in vitam. V. INGREDIOR.
Inſtituere vitam ſapienter. V. INSTITUO.
Interficere aliquem vita. V. INTERFICIO.
Interminari alicui vitam. V. INTERMINOR.
Introire in vitam. V. INTROEO.
Iterare vitam e morte. V. ITERO.
Labefactare vitas hominum. V. LABEO.
Lacerare reliquias vitæ alicujus, atque diſtrahere. V. LACERO.
Largiri vitam. V. LARGIOR.
Linquere vitam. V. LINQUO.
Logare vitam hominum. V. LUCRO.
Mandare vitam fugæ ſolitudinique. V. MANDO.
Manere in vita. V. MANEO.
Manet. vita. Virg. 5. Æn. 724.
Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
Care magis.
Mentiri ſibi vitam. V. MENTIOR.
Metuo de vita. V. METUO.
Migrare de vita vel ex vita. V. MIGRO.
Moratur vita in membris. Lucret. Lib. 3. 181.
Nuncupata vita. V. NUNCUPO.
Objectare vitam proceliis. Claud 3. de Rapt. Prof. 356.
Paciſci vitam pro laude. Virg. 5. Æn. 230.
Paciſci vitam ab hoſte. V. PACISCOR.
Palleſcere ſolitaria & velut umbratili vita. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Parcere vitæ. V. PARCO.
Pati a vita. V PATIOR.
Penetrare alicujus vitam ac famam. Tacit. 4. Hiſt. 7.
Perdere vitam. V. PERDO.
Perducere vitam. V. PERDUCO.
Ponere vitam. Cic. 9. Fam. 24.
Ponere ſibi finem vitæ. Tacit. 6. Ann. 40. Senec. Agamem. 7.
Privare vita aliquem. Lucret. lib. 5. 995.
Prodere vitam. V. PRODO.
Producere vitam. Auctor ad Herenn. lib. 4. 34. Neque erat, quo vitam produceremus. V. PRODUCO.
Profundere vitam pro re aliqua. Cic. 1. Fam. 4. Quid enim aut me oſtentem, qui ſi vitam pro dignitate tua profundam, nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus? V. PROFUNDO.
Prolatare vitam. Tacit. 12. Ann. 37.
Propagare vitam. V. PROPAGO, inis.
Propoſita vitæ telis V. PROPONO.
Redire ad vitam. Celſ. lib. 2. cap 8. Neque is ad vitam redit, qui ex ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt.
Relinquere vitam. Virg. 3. Georg 547.
Reliquit eum vita. Lucret. lib. 5 64.
Relinquit vita artus. Ovid. in Ibin, 337.
Retinere vitam. V. RETINEO.
Rumpere vitam Sil. lib. 7. 33.
Sequi vitam. Cic. Hanc vitam quietam & otioſam ſequuti ſumus, &c.
Seranare vitam. Lucret. lib. 2. 1093. Alii legunt, Serenam vitam.
Spoliare vita aliquem Virg. 6. Æn. 168.
Sum. ut, Eſt ſic vita hominum. Cic. pro Roſc. Amer. 84. Sic vita eſt hominum ut ad maleficium nemo conetur ſine ſpe.
Sumere liberioris vitæ iter. Ovid. 3 Faſt. 778.
Suppetere vitam. Cic. 1. de Finib. 11.
Suſtentare vitam. Cic. 1. Tuſc. 56. Tam natura vita hominis ſuſtentatur, quam vitis, quam arboris.
Tenere vitam, & Vita tenetur. V. TENEO.
Tolerare vitam ſimplici victu & agreſtibus pomis profluenteque aqua. Tacit. 15. Ann. 45. De Seneca. V. TOLERO.
Tractare vitam, Vivere. Lucret. lib. 5. 930.
Volgivago vitam tractabant more ferarum.
Traducere vitam. Cic. ad Brut 16.
Traducatur enim quibus potius hæc vita factis. V. TRADUCO.
Trahere vitam in luctu. Virg. 6. Æn. 92.
Trahere vitam in ſilvis. Virg. 3. Æn. 646.
Trahere vitam in tenebris. Virg 2. Æn. 92. V. TRAHO.
Tueri vitam famamque. Hor. 1. Serm. 4. 118.
Turbare humanam vitam ab imo. Lucret. lib. 3 38.
Vivere vitam. Cic. 4. Verr. 118. Proponeremque ſpem meis hoſpitibus ac

neceſſariis, quo tutiorem vitam ſeſe eo præſidio victuros eſſe arbitrarentur.
Vivere vita. Plaut. Perſ. 4. 3. 24.
Trita ac vulgari vita vivere. Senec. Epiſt. 123.
In vita mea. Cic. 3. Att. 20. Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate.
Ab ineunte vita. V. INEO, Ire.
Vita, Vitæ longitudo. Virg. 4. Georg. 252.
Si vero (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo.
Vita, pro Victu ponitur. Plaut. Trin. 2. 4. 76.
Neque ulli concedam quicquam de vita mea.
Reperire ſibi vitam. Plaut. Stich. 3. 2. 9.
Vita, pro Fortunæ bonis. Cic. 1. Acad. 19. Conſtituebantque extremum eſſe rerum expetendarum, & finem bonorum, adeptum eſſe omnia e natura, & animo, & corpore, & vita. Vita, i. e. Fortunæ bonis ad vitam degendam neceſſariis.
Mea vita, Blandientis vox. Cic. 14. Fam. 2. Obſecro te, mea vita; quod ad ſumptum attinet, ſine alios, qui poſſunt, ſi modo volunt, ſuſtinere.
Vitæ, in plurali, pro Moribus. Ter. Adelph. 3. 3. 61.
Inſpicere tanquam in ſpeculum, vitas omnium
Jubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Sic Vita modica. Cic. de legibus primo pag. penultima. Ubi eſt & ex natura vivere. H. St. Cic. 1. de Legib. 56. Ut ex natura vivere ſummum bonum ſit, id eſt vita modica, & apta virtute perfrui.
Tenues ſine corpore vitæ. Animæ. Virg. 6. Æn. 292. Idem 4. Georg. 224.
VITĀLIS, e. Adj. [ζωτικὸς, Gl. G. L.] Quod vitam præſtat, aut Quod habet vitam.
Vitalis, proprie Quod ad vitam pertinet, quod vitam adjuvat, quod vitæ utile eſt. Lucret. lib. 3. 129.
Eſt igitur calor, ac ventus vitalis in ipſo
Corpore, qui nobis moribundos deſerit artus.
Vitale appellamus, Quod vita præditum eſt, ut Plaut. in Bacch. 4. 9. 73.
Da, ſi eſſe ſalvum vis me, aut vitalem tibi. Hor. 2. Serm. 1. 61.
— ó puer ut ſis Vitalis metuo, &c. Ex Lambino.
Vitale, cui opponitur Mortiferum. Liv. 6. 40.
Ævum vitale. Plaut. Pœn. 3. 4. 14.
Aura vitalis. Virg. 1. Æn. 392. i. e. Aër quo vivimus.
Calor vitalis. Curt. lib. 3. 5. pr.
Calor ſalutaris & vitalis. Cic. 2. de Nat. Deor. 27.
Fetus vitalis. V. FETUS.
Halitus vitalis. Plin. lib. 9. cap. 7.
Homo vitalis haud unquam eſt ante ſeptimum menſem. Plin. lib. 7. cap. 5
Lumina vitalia. Cic. 1. de Divin. 18.
Luce ſerenanti vitalia lumina liquit. Ex poeta.
Motus vitalis. Lucret. lib. 2. 954.
Partus vitales edere. Plin. lib. 7. cap. 13.
Ros vitalis, Lac. Cic. 1. de Divin. 20.
— quæ parvos, Mavortis ſemine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat.
Sæculum vitale, In quo vivitur. Lucret. lib. 1. 203.
Sanguis vitalis, In quo vita continetur. Plin. lib. 11. cap. 37.
Senſum vitalem reddere. Lucret. lib. 2. 889.
Venæ vitales. Lucret. lib. 2. 1128.
Viæ vitales. Ovid 2. Met. 828.
Sic letalis hiems paulatim in pectora venit:
Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.
Vincula vitalia. Valer. 4. Argon. 309. — vitalia donec
Vincula, qua primo cervix committitur artu,
Solvit dextra gravis.
Vim caloris natura habet in ſe vitalem. Cic. 2. de Nat. Deor. 24.
Vita vitalis. h. e. Vitam vivens, vel vita ſuperſtes. Antiqua locutio. Cic. de Amicit. 22. Principio Quis poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua benevolentia conquieſcat? Al. Cui poteſt &c. [Ut ſit pro Vita jucunda.
Vitalis, Vita dignus. Senec. lib. 3. Epiſt. Magni animi magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimia. Illa enim utilia vitaliaque ſunt, at hæc eo quo ſuperfluunt, nocent. Lactant. lib. 6. 13. extr. Unum eſt enim ſapientis & juſti & vitalis viri opus, divitias ſuas in ſola juſtitia collocare. Turneb. Adverſ. 18. 27.
VITĀLIA, um, n. Vitalia, inquit Budæus dicuntur, Cor, jecur, pulmo, cerebrum: in quibus quatuor, vitæ ſumma conſiſtit. Lucan. lib. 1. 618.
— pulmonis anheli
Fibra latet, parvuſque ſecat vitalia limes.
Capitis vitalia, Cerebrum. Plin. lib. 8. cap. 7.
Nuda vitalia. Lucan. lib. 6. 194.
Everberata lamentationibus aſſiduis vitalia. Quintil. Declam. 7.
Ferire ac tueri vitalia. Quintil. lib. 3. cap. 12.
Vacui artus vitalibus. Lucan. lib. 3. 643.
Nom. ſing. apud. Cic. 2. de Divin. 30. Fiſſum familiare & vitale tractant. [Niſi Adj.
VITALĬTAS, ātis. f. [τὸ ζωτικὸν] pro Vita, & vitali motu. Plin. 11. 37. Ceteris corruptis, vitalitas in corde durat. Ibid. cap. 45.
VITALITER, Adv. [ζωτικῶς] Lucret. lib. 5. 145. Vitaliter eſſe animata.
VĪVO, vixi, victum, [ζάω, ζῶ Gl. G. L.] ĕre. notæ ſignificationis. Plaut. Mil. 4. 2. 87.
Quia mille annorum perpetuo vivunt ab ſæculo ad ſæculum. Quintil. lib. 9. cap. 3. Non ut edam vivo, ſed ut vivam edo.
Ætatem vivere. Plaut. Amphit. 4. 2. 3.
Annos vel annis centum vivere: i. e. Annos explere, & implere. Plin. lib. 7. cap. 48. Ibid cap. 50.
Annum, ut, Nemo enim eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe vivere. Cic. de Senect. 24.
Vitam vivere. Ter. Adelph. 3. 4. 3. conf. infra.
Ærumnis omnibus vivere. Lucret. lib. 3. 30.
Conſilio nullo vivere. Propert. lib. 1. e. 6.
Lecto vacuo vivere, Sine uxore aut concubina. Propert. 2. 8. 1.
Moribus antiquis vivere. Plaut. Trin. 2. 2. 17.
Ad naturam vivere. V. AD.
Cum aliquo conjunctiſſime vivere. Cic. 3. de Orat. 11. Sulpicius autem, qui in eadem invidiæ flamma fuiſſet, quibuſcum privatus conjunctiſſime vixerat.
Cum aliquo familiariter vivere. Cic. 6. Att. 6. Decreram enim cum eo valde familiariter vivere. Cic. pro Quint. 13. Ibi cum iſto Nævio familiariter vivit.
Cum aliquo multum vivere. V. MULTUS.
Cum gloria ſumma vivere. Cic. 7. Verr. 180. Et maximis in laboribus, uſque ad ſummam ſenectutem, ſumma cum gloria vixit.
Cum labore vivere. Plaut. Aul. prol. 14.
De die, vel in diem vivere. Cic. 2. Philipp. 87. Cum perditiſſimis latronibus, non ſolum de die, ſed etiam in diem vivere. Ubi Græv. V.
De lucro vivere. Cic. 9. Fam. 17.
E natura vivere. Cic. 3. de Finib. 68. Conſentaneum eſt huic naturæ, ut ſapiens velit gerere & adminiſtrare Remp. atque ut e natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare.
Ex more alterius vivere. Ter. Heaut. 2. 1. 29.
In caupona vivere, Habitare, Vitam tranſigere. Hor. 1. Epiſt. 11. 12.
In diem vel in horam vivere. V. IN præpoſitionem, & paulo ante De die vivere.
In celebritate maxima, & in media Reipub. luce vivere. Quintil. lib. 1. c. 2.
In laude vivere. Cic. 15. Fam. 6. Ea eſt enim profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt.
In oculis civium vivere, Sine timore, & ſecurum in civitate vivere. Cic. 3. Off. 3. Ita qui in maxima celebritate, in oculis civium quondam viximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, & ſæpe ſoli ſumus.
In tranquillitate vivere. Cic. 1. de Finib. 43. Qua præceptrice in tranquillitate vivi poteſt.
Inter prælia vivere. Ovid. 2. Amor. 6. 27.
Inſtituto bonorum vivere. Cic. pro Quint. 36. Etenim ſi vult virorum bonorum inſtituto vivere, multa oportet diſcat atque dediſcat.
Bene & fortunate vivere. Plaut. Milit. 3. 1. 111.
Delicate & molliter, parce, continenter, ſevere, ſobrie vivere. V. PARCUS.
Fortunate beateque vivere. Cic. de Clar. Orat. 4.
Honeſte vivere. Ter. And. 4. 6. 2.
Inculte atque horride vivere. V. INCOLO.
Jucundiſſime vivere. V. JUCUNDUS.
Libenter vivere. V. LIBET.
Liberaliter, vel libere vivere. V. LIBER, Adj.
Magnifice vivere. V. MAGNUS.
Male vivere. V. MALUS.
Molliter vivere. Ovid. 3. Triſt. 2. 24.
Negligentius vivere. Plin. 1. Epiſt. 12.
Obſequenter & obſequentiſſime vivere. V. OBSEQUOR.
Parce ac frugaliter vivere. Hor. 1. Serm. 4. 107.
Parcius vivere. Hor. 1. Serm. 3. 49.
Parce vivere æquo animo. Lucret. lib. 5. 1117.
Placide vivere. Ovid. 2. Amor. 9. 24.
Quiete & libere vivere. Cic. 4. Fam. 7.
Recte vivere. Hor. 1. Epiſt. 6. 17.
Sanctiſſime vivere. Cic. 1. de Orat. 231.
Suavius victurus, quam ſi, &c. Hor. 2. Serm. 6. 130.
Temere inconſulteque vivere. Senec. 1. Epiſt. 1.
Turpiter vivere. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Una prorſus vivere. Cic. in Piſon. 68. Dedit ſe in conſuetudinem, ſic ut prorſus una viveret.
Vivere alicui. Plaut. Bacch. 3. 6. 24. Bene valens vivit tibi.
Vivere ſibi. Cic. ad Octav. Quibus ille ſæpius omnia miſceret, nulli parceret, ſibi viveret.
Vivere pro Eſſe. Hor. 1. Epiſt. 15. 66. Qui metuens vivet. i. e. Metuens erit, vel metuet. Adde 1. Epiſt. 2. 26. & Plaut. ſæpe.
Vivere, Lætam vitam agere. Plaut. Milit. 4. 8. 30.
Conſervi, conſervæque omnes bene valete & vivite. Et Catull. 5. 1.
Vivamus, mea Lesbia, atque amemus. V. Petron. cap. 33.
Ævo extento vivet Proculejus, Longo ævo fruetur felix. Hor. 2. Carm. 2. 5.
Studiis vivere. Cic. 12. Fam. 29. Eſt enim in eo, cum virtus & probitas, & ſummum officium ſummaque obſervantia, tum ſtudia illa noſtra, quibus antea delectabamur, nunc vivimus.
Cum aliquo vivere, pro Jucundiſſime eſſe, ut referatur ad jucunditatem remiſſionemque animorum. Cic. 13. Att. 23. Quum ita ſimus affecti, ut non poſſimus plane ſimul vivere (intelligis enim profecto in quo maxime poſita ſit συμβίωσις) facile patiebar nos potius Romæ una eſſe, quam in Tuſculano. Innuit ſymbioſin poſitam eſſe in jucunditate. Quum enim jucunde non liceat vivere, nulla poteſt eſſe συμβίωσις, id eſt convictus.
In amore jociſque vivere. Hor. 1. Epiſt. 6. 66.
In litteris vivere. Cic. 9. Fam. 26.
In rebus jucundis vivere. Hor. 2. Serm. 6. 96.
Sic ſæpe modo imperandi bene precantes. ut
Felices vivite. Virg. 3. Æn. 493.
Fortes vivite. Hor. 2. Serm. 2. 135.
Memor noſtri vive. Ovid. 11. Epiſt. 123.
Vivite, ſilvæ. Virg. 8. Æn. 58.
Omnia vel medium fiant mare, vivite ſilvæ!
Præceps aërii ſpecula de montis in undas
Deferar. Vivite. i. e. Valete. Nam non bene optantis eſt, ſed renuntiantis. Servius. At ſic Willichius, Vivite, eſt tantum hic quantum Perite, & eſt maledicentis, ſicut in 3. Æn. 493. Vivite felices, eſt bene optantis.
Cauſa vivit, & erigit oculos. V. CAUSA.
Exemplum vivit, Manet. V. EXEMPLUM.
Odia improba vivunt, Permanent. Stat. 12. Theb. 441.
Laude gloriæ vivere, Superſtitem eſſe. Cic. in Piſon. 44. Summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloriæ laude vivit.
Spiritu & laude vivere. Cic. 13. Philipp. 7.
Rapto vivere, Vitam tolerare. Ovid. 11. Met. 291. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Gramine vivunt armenta, Aluntur. Ovid. 15. Met. 84.
Siliquis vivere, & pane ſecundo. Hor. 2. Epiſt. 1. 118.

Vivunt

Vivunt arboris radices; Non exaruerunt, nec emortuæ ſunt. Ulpian. in l. 1. D. Arbor. furt. cæſ.
Invivus vivit. Plaut. Aul. 1. 2. 15.
Vitium alitur, vivitque tegendo. Virg. 3. Georg. 454.
Ita vivam; bene precantis particula. Cic. 16. Fam. 12. Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo. V. ITA.
Ne vivam, i. e. Ne ſim ſalvus; imprecantis particula, pro Diſpeream. Cic. 4. Att. 16. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam ſi ſcio. V. NE.
Vivitur, Imperſonale. Plin. lib. 18. cap. 1. Ipſum quoque, quo vivitur, aerem in perniciem vertimus. Cic. 1. de Finib. 43. Quo præceptrice in tranquillitate vivi poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto.
Parvo bene vivitur. Hor. 2. Carm. 16. 13.
Vivitur ex rapto. Ovid. 1. Met. 144.
Vivitur exiguo melius. Claud. 1. in Ruff. 215.
Vivitur, Perſonale. Ovid. 12. Met. 188.

— vixi
Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas.

Conditio vivendi. Hor. 2. Serm. 8. 65.
Finis vivendi mihi adeſt. Ovid. 3. Triſt. 3. 30.
Voluptas tenet me vivendi. Virg. 10. Æn. 846.
Vincere aliquem vivendo, Poſt eum mortuum vivere. Plaut. Epid. 2. 1. 8.
Ad vivendum firmus. V. AD.
Mihi vivendum eſt ſemper in Barbaria. Ovid. 3. de Pont. 1. 5.
VIVENS, entis. Partic. [βιοτεύων] ut,
In urbe vivens. Hor. 1. Epiſt. 14. 10.
Rure vivens. Hor. 1. Epiſt. 14. 10.
Favilla vivens. Ovid. 4. Faſt. 553.
Fluvius vivens, Perennis. Stat. 9. Theb. 378.
Pectore viventi eripiunt fibras. Ovid. 15. Met. 136.
VICTA, æ. f. Dea victus. Arnob. 3. p. 117. Victa & Potua ſanctiſſimæ, victui potuique procurant. [An Victus potius?
VICTUS, ûs. m. [τροφὴ, Gl. L. G. & G. L.] Ulpian. D. de verb. ſignif. Victus verbo continentur quæ eſui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini ſunt neceſſaria. Cic. 14. Fam. 20. Item cetera, quæ ſunt ad victum & valetudinem neceſſaria.
Victi, Genitivus antiquus legitur apud Plaut. Capt. 4. 2. 75.

Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.

Victus & veſtitus, ſive Cultus & victus. Cic. 1. Off. 12. Ob eaſque cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum & ad victum. Idem pro Quint. 49. Gajus, non modo illæ ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus veſtitaſque neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubjectus eſt.
Victus ex rapina. Plin. lib. 11. cap. 43.
Parcimonia aliquorum in victu. Cic. 5. Tuſc. 99.
Penuria victus. Hor. 1. Serm. 1. 98.
Annuis victibus ſufficiens prædium. Plin. lib. 7. cap. 46.
Aridus victus. V. ARIDUS.
Aſper. V. ASPER.
Baſilicus, V. Baſilicus, in BASIS.
Facilis. Virg. 2. Georg. 460.
Fœdus. Hor. de Arte Poet. 392.
Frugi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Infelix. Virg. 3. Æn. 649.
Inops victus. Ovid. 6. Faſt. 373.
Luxurioſus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Malignus. Sil. lib. 3. 280.
Mundus. Hor. 1. Epiſt. 4. 18.
Parcus & parabilis. Curt. lib. 8. 4. 28.
Sordidus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Tenuis victus. Cic. de Amicit. 88. Multi divitias deſpiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultuſque delectat.
Alitur corpus victu. Lucret. lib. 4. 634.
Attenuare victus. V. ATTENUO.
Carere omni cultu & victu humano. Cic. 5. Tuſc. 63.
Colere victum. Cic. 12. Att. 27. Nunc plane nec ego victum nec vitam illam colere poſſum.
Deducere aliquem a priſtino victu, i. e. A vitæ ratione. Nepos 10. 4. 5.
Diſtat hominum vita multum a cultu & victu beſtiarum. Cic. 2. Off. 13.
Invigilare victu, i. e. Acquirendo victui. Virg. 4. Georg. 158.
Miniſtrare victum. V. MINISTRO.
Mutare ex conſuetudine victus aliquid. Celſ. lib. 1. cap. 10.
Negabat ſeges ægra victum. Virg. 3. Æn. 142.
Tolerare victum lacte. Columel. in præf. lib. 10.
Viget maxime vita victuſque communis in amicitiis. Cic. 1. Off. 58.
Victus, pro Vita poſitum probat Nonius ex Cic. 5. de Finib. 35. ubi legit, Perſequutus Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras, &c.
VICTUĀLIS, e. Adj. Ad victum ſpectans. Apul. de Dogm. Platon. p. 61. Elmenh. Miniſterium ſuggerere victuale.
Subſtantia victualis, Leg. 9. Cod. de epiſc. audient.
VICTUALIA, um. n. pl. [χρησιμεύοντα τῷ μαγειρεύματι, Gl. G. L.] Annona. Caſſiodor. 3. Epiſt. 44. Victualium caritas.
VICTUĀRIUS, a, um. Adj. Idem quod Victualis. Tertull. de Monogam. cap. 8. Victuaria exhibitio.
VIVAX, ācis. Adj. [πολύζωος, Gl. L. G. & G. L. μακρόβιος, πολύχρονος, L. G.] Validus, vigoroſus, inquit Perottus: ſive Qui diu vivit. Virg. 2. Georg. 181.

Palladia gaudent ſilva vivacis olivæ.

Plin. lib. 9. cap. 20. In ſicco quoque repunt, ideo etiam vivaciora talis.
Vivax in pœnam. Plin. lib. 7. cap. 50. Nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent, non ſenectæ in pœnam vivacis.
Aconita vivacia. V. ACONITUM.
Anima vivax. Ovid. 12. Met. 508.
Anus vivax. Ovid. 13. Met. 519.
Apium vivax, Diu viriditatem retinens. Hor. 1. Carm. 36. 16. Acron.
Cervus vivax. Virg. 7. Ecl. 30.
Curſus equi vivaciſſimus. Gell. lib. 5. cap. 2.
Dextra vivax, Animoſa. Lucan. ad Piſon. 171.
Fata vivacis ſenectæ. Lucan. lib. 2. 65.
Gramen vivax, Tenerum & viride. Ovid. 7. Met. 232.
Gratia ſermonum vivax. Hor. de Arte Poet. 69.

Hæres vivacior. Hor. 2. Serm. 2. 132.
Oliva vivax. Virg. 2. Georg. 181.
Pernicitas vivaciſſima. Gell. lib. 9. cap. 4.
Verba vivacia, vel efficacia, vel ad poſteritatem uſque perventura. Lucan. ad Piſon. 60.
Virtus vivax, experſque ſepulcri. Ovid. 4. de Pont. 8. 47.
Compar. & Superl. ſupra exempla ſunt.
VIVACĬTER, Adv. Fulgent. 1. Mythol. p. 22. Res myſticas vivaciter pertractare.
VIVACĬTAS, ātis. f. [μακροβιότης, Gl. G. L.] Naturalis vigor. Columel. lib. 11. cap. 3. Multis etiam locis vivacitatem ſuam uſque in annos decem prorogat.
Impia vivacitas. Quintil. in prooem. lib. 4.
VICTĬTO, [σιτέω] āre. Veſci, & quaſi victu uti. Ter. Eun. 5. 8. 44.

Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas.

Parce victitare. V. Parce, in PARCUS.
Sorbilo victitare Plautus dixit, pro Vapulari & gemere: ſuſpiria enim & gemitus vapulantium imitantur ſpiritum ſorbentium. Ejus verba ſunt, Pœn. 1. 2. 185.

Nam mihi jam video propter te victitandum ſorbilo. Turnebus.

VIVUS, a, um. Adj. [ζῶν, Gl. G. L.] a Vivo; Quod mortuo contrarium eſt. Cic. pro Milon. 91. Ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat.
Exturbari ex numero vivorum. Cic. pro Quint. 49. Is non modo ex numero vivorum exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur.
Vivus & videns. Cic. pro Sext. 59. Vivus (ut ajunt) eſt & videns cum victu ac veſtitu ſuo publicatus. V. VIDEO.
Vivi pervenimus illuc, i. e. Diu vivendo. Virg. 9. Ecl. 2. Servius.
Vivus, Validus, vehemens. Virg. 1. Æn. 725.

— paulatim abolere Sichæum
Incipit, & vivo tentat prævertere amore. Servius.

Vivus, pro Naturali: ut Viva ſæpes, Viva aqua.
Vivo poſſe dici, Quæ neque animo, nec ſpiritu moventur, probat Nonius 6. 47. ex Virg. 1. Æn. 171.

Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo,
Nympharum domus, &c.

Animus vivus & naturalis, apud Plin. Epiſt. 159.
Aqua viva, Naturalis, & ex eo loco nata. Varro 1. de R. R. 11.
Aquæ vivæ, Fluentes. Ovid. 2. Faſt. 259.
Cæſpes vivus, Viridis. Hor. 1. Carm. 19. 13.
Calor vivus. Ovid. 4. Met. 248. de Sole & mortuo Phaethonte.
Caro male viva. Ovid. 15. Met. 380. V. Male in MALUS.
Gutta viva. Plaut. Bacch. 2. 3. 8.
Exemplum vivum. V. EXEMPLUM.
Flumen vivum. Liv. 1. 45. Fluens aqua.
Lacus vivi. Virg. 2. Georg. 469.
Lapis vivus, Ignitus, quod vim habeat emittendi ignem. V. Plin. lib. 36. cap. 19. V. etiam PYRITES, & LAPIS.
Linum vivum. Plin. lib. 19. cap. 1.
Lucernæ vivæ, Ardentes. Hor. 3. Carm. 21. 23.
Plantaria viva. Virg. 2. Georg. 27.
Sanguis vivus. Ovid. 5. Met. 436.
Sæpes viva, Quæ rubis non præciſis, ſed in eo loco natis contexitur. Columel. lib. 11. cap. 3.
Sulfur vivum. V. SULFUR.
Vigor vivus. Ovid. 1. Triſt. 6. 31.
Unda viva. Sil. lib. 12. 750.
Voluptas viva putris. Claud. 1. in Ruff. 209.
Vultus vivos ducere, h. e. Vivam & naturalem effigiem referentes. Virg. 6. Æn. 848.
Detrahere, vel reſecare aliquid de vivo. Cic. pro Flacc. 91. Dat de lucro: nihil detrahit de vivo: minus igitur lucri facit. Idem 5. Verr. 118. De vivo igitur erat aliquid reſecandum, ut eſſet unde Apronio ad illos fructus amtionum hoc corollarium nummorum adderetur. i. e. Non de lucro, ſed de eo, quod aratores pro impendiis perceperant. Budæus.
Reſecare ad vivum. Cic. de Amicit. 18. V. AD præpoſit.
VIVŬLUS, a, um. Adj. dimin. Gloſſ. Græcolat. Ζῶσα. Vivula.
VIVĀTUS, a, um. Adj. & Vividus, a Vi magna a poetis dicantur, inquit Feſtus. Inſcite Lucret. lib. 3. 559.

Ut lacerato oculo, circum ſi pupula manſit
Incolumis, ſtat cernendi vivata poteſtas.

VIVESCO, ſive VIVISCO, [ζωοποιοῦμαι] ĕre. ſignificat Vivere, ſive Vivum fieri. Quod verbum præcipue uſurpamus, quum de aliis rebus ab homine & etiam ab animalibus, quæ communi vita fruuntur, loquimur, ut inanimatis, & hujuſmodi. Plin. lib. 9. cap. 51. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viviſcunt, nec alia eſt earum procreatio. Idem lib. 26. cap. 25. Hoc enim maritantur viveſcentia e terra.
Ulcus viveſcit, & inveteraſcit alendo. Lucret. lib. 4. 1062.
Verbum affixum cordi viveſcit. Lucret. lib. 4. 1138.
VIVĀRIUM, i. n. [ζωγρεῖον ἰχθύων, Gl. G. L.] Locus, in quo vel aves, vel piſces, vel feræ continentur, quæ ad victum duntaxat pertinent. Plin. lib. 9. cap. 54. Oſtrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano. Idem lib. 8. cap. 52. Vivaria eorum (ſcilicet Suum) ceterorumque ſilveſtrium primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Columel. lib. 8. cap. 1. Juven. 4. Sat. 51.

Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem,
Depaſtumque diu vivaria Cæſaris: inde Elapſum &c.

Vivaria, per tranſlationem, apud Hor. 1. Epiſt. 1. 79.

— ſunt qui
Fruſtis & pomis viduas venentur avaras:
Excipiantque ſenes, quos in vivaria mittant.

VIVARIUS, a, um. Adj. ut, Naves vivariæ, Quibus piſces vivi pervehuntur. Macrob. 2. Saturn. 12.
VIVĬDUS, a, um. Adj. [ζωτικὸς, ἰσχυρός, ἀκμάζων, ἰσχυρός, βίαιος, Gl. L. G.] Plenum vigoris. Propert. lib. 2. 31. 8.

Quatuor artificis vivida ſigna boves.

Quaſi ſpirantia, atque viventia. Plin. in Paneg. cap. 44. Amas conſtantiam civium, rectoſque ac vividos animos. [imo Erectoſque.

Animus vividus. Tacit. 13. Ann. 3.
Corpus agile & vividum. Plin. 3. Epiſt. 1.
Imago vivida Martis. Claud. de Bell. Get. 468.
Impetus vividus. Hor. 3. Carm. 4. 10.
Ingenium vividum. Liv. 2. 48.
Membra vivida. Sil. lib. 7. 64.
Odia vivida. Tacit. 15. Ann. 49. Vivida odia intulere.
Virtus vivida bello, i. e. Fortis. Virg. 5. Æn. 754.
Compar. Martial. lib. 8. 6. Vividius merum.
Superl. Vividiſſimus, inquit Paulus. Etſi Viviſſimus excuſem.

VIVIDŬLUS, a, um. Adj. Dimin. Catul. 64. 63.
Vividulo afflatu, &c. Alii legunt, Uvidulum a fluctu.

VIVIDE, Adv. [ζωντικῶς, ἰσχυρῶς, Gl. L. G.] Compar. Gell. lib. 7. cap. 3. Omnia diſtinctius numeroſiuſque ac comptius fortaſſe dici potuerunt: fortius atque vividius potuiſſe dici non videntur.

VIVERNA, æ. f. Γαλέη, Gloſſ. Latinogræc.

VIVICOMBŪRIUM, i. n. Crematio vivorum. Tertull. de Anima cap. 1. De patibulo & vivicomburio.

VIVIFĬCUS, a, um. Adj. ut, Vigor vivificus. Ammian. 21. 1.

VIVIFĬCO, [ζωοποιῶ, Gl. G. L.] āre. In vitam revocare. Apul. in Aſclep. p. 399. Spiritus, quo plena ſunt omnia, permixtus cunctis cuncta vivificat. Tertull. adverſ. Marc. 4. 9. & de Præſcript. cap. 75.

VIVIFĬCANS, antis. Partic. ut, Spiritus vivificans. Sidon. 8. Epiſt. 13.

VIVIFICĀTUS, a, um. Partic. Tertull. adverſ. Valentin. cap. 14. Illa Æon a Chriſto vivificata.

VIVIFICATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurr. carn. cap. 28. Cui anima per occiſionem erepta, reſtituenda eſt per vivificationem.

VIVIFICĀTOR, ōris. m. Tertull. de Reſurr. carn. cap. 37. Spiritus vivificator carnis mortificatæ.

VIVIFICĀTRIX, īcis. f. Proſper. Aquitan. de Ingratis cap. 28.
Dicite plectentes apices, mortiſque miniſtros
Hoc expreſſe operis, quod gratia vivificatrix.

VIVIPĂRUS, a, um. Adj. ut, Piſces vivipari, Qui piſcem vivum pariunt: ſicut Ovipari, Qui ova pariunt. Apulejus in Apologia prima, p. 298. Elmenh. Viviparos eorum & oviparos.

VIVIRĀDIX, īcis. f. [μόσχευμα] Planta quæ cum radice ſeritur, quaſi vivam radicem habens, ad differentiam malleoli & talearum. Plin. lib. 17. cap. 21. In arido ſolo viviradix quoque fruſtra ſeritur. Columella, Sationis autem duo ſunt genera, malleoli, vel viviradicis. Idem lib. 3. cap. 5. Nam depoſitæ ſtirpes valido ſolo quamvis celeriter comprehendant atque proſiliant, tamen quum ſint viviradices factæ, prius quam transferantur, retorreſcunt, nec adoleſcere queunt.

VITELLIUS, i. m. A. Vitellius imperator. De cujus origine Familiæ V. Suet. in Vita Vitell. cap. 1.

VITELLIA, æ. f. Fauni uxor, pro numine culta. V. Suet. l. c. & Ind. Berneec.

VITELLIUS, a, um. Adj. ut, Via Vitellia. Suet. l. c.

VITELLIĀNUS, a, um. aliud Adj. ut, Milites Vitelliani. Tacit. 1. Hiſt. 85.
Partes Vitellianæ. Idem 1. Hiſt. 84.
Vitelliani abſolute dicuntur, Pugillares lutei. Martial. lib. 2. 6.
Hæc ſunt, quæ, relegente me, ſolebas
Rapta exſcribere, ſed Vitellianis. Ubi Interpr. Vitellianis, Pugillaribus luteis, vitello ut credo illitis, quibus res laſcivæ & elegantiores ſcribebantur. Alii a Vitellio neſcio quo, inventore dictus volunt. V. Plin. lib. 34. cap. 7.

VITELLUM, i. n. vel VĬTELLUS, i. m. [λέκιθος ᾠοῦ, Gl. L. G.] a vita dictus eſt: Pars ovi rubra, quod ex eo vivat pullus. Hor. 2. Serm. 4. 57.
Quatenus ima petet volvens aliena vitellus. Martial. lib. 13. 40.
Candida ſi croceos circumfluit unda vitellos,
Heſperius ſcombri temperet ova liquor. Cic. 2. de Divin. 134.
Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? Id enim ex ovo videbatur aurum declaraſſe, reliquum argentum.
Mas vitellus. Hor. 2. Serm. 4. 14.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere: namque marem cohibent calloſa vitellum.

VĪTEX, icis. f. [ἄγνος] Fruticis genus, Græci agnon vocant hoc eſt caſtum: quod, inquit Galenus, caſtitatem conſervet iis, quibus aut eſtur, aut bibitur, aut ſubſternitur: vulgus herbariorum *Agnum caſtum* appellat, utraque voce idem ſignificante. Plin. lib. 24. cap. 9. Non multum a ſalice vitilium uſu diſtat vitex foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet. Et paulo poſt, Duo genera ejus, Major in arborem ſalicis modo aſſurgit: Minor, ramoſa, foliis candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum purpureo, quæ & candida vocatur: Nigra, quæ tantum purpureum.

VIVIARIUM, VITICULA. V. VITIS.

VITILITIGĀTOR, ōris. m. [συκοφάντης] Vitioſus litigator, eſt obtrectator & calumniator. Hi enim vitilitigatores ſunt, quum hoc ſola pravitate contentionem quærunt. Plin. in prol. Nat. Hiſt. 13. Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus compoſuit.

VITILITĬGO, [συκοφαντῶ] āre. Criminari, damnare. Plin. in prol. Nat. Hiſt. 12. Scio ego quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palam proferantur, multos fore qui vitilitigent.

VITILĪGO, vel VITŬLIGO, īnis. f. [ἀλφὸς, ἀλφώδης, Gl. L. G. λευκὴ φαινομένη. G. L.] Diverſi coloris maculæ, per omnia membra diſperſæ. Celſ. in fin. lib. 5. Vitiligo, quamvis per ſe nullum periculum affert, tamen fœda eſt: & ex malo corporis habitu fit. Ejus tres ſpecies ſunt. Alphos vocatur, ubi color albus eſt fere ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Melas, colore ab hoc differt, quia niger eſt, & umbræ ſimilis: cetera eadem ſunt. Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, in eaque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt, ſed in aliis tardius. Hactenus Celſus. Feſtus, Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci alphon vocant, a quo nos album, ſive a vitio dicta, etiam ſi non lædit. Sive a vitulo, propter ejus membranæ candorem, qua naſcitur involutus. Lucilius, Odioſa vitiligo. Plin. lib. 20. cap. 15. Radix ejus vitiligines albas tollit.

VITILIGINŌSUS, a, um. Adj. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀλφώδης, Vitiliginoſus.

VĪTILIS, e. Adj. [πλεκτός] Quicquid fruticis ſic lentum eſt, ut commode flecti poſſit, cujuſmodi vimina ſunt, inquit Budæus. A vinciendo dictum, ut Vitex, vitis, vimen, viticula. Plin. lib. 9. cap. 5. Cucurbita omnimodo faſtigiatur, vaginis maxime vitilibus. Et lib. 4. cap. 16. Ad eam Britannos vitilibus navigiis corio circumſutis navigare. [A Vieo ductum videtur: unde & Vitor, Καλαθοποιός, in Gloſſ. Latinogræc. niſi forte Victor ſcribendum.

VITIO, VITIOSUS. V. VITIUM.

VITIPARRA, æ. f. Avis nomen. Plin. lib. 10. cap. 33. V. ibi Harduin.

VĪTIS, is. f. [οἶνη, ἄμπελος] notæ ſignificationis. Varro. lib. 1. de R. R. cap. 31. Poſterior, quæ ex vitis immittitur ad uvas pariendas, dicta primo videtur a pariendo Parilema, &c.
Vinea & Vitis differunt. Ulpian l. 4. D. de cenſib. Forma, inquit, cenſuali cavetur, ut in cenſum referatur, vinea quot vites habeat.
Cultum vitium. Cic. 4. de Fin. 38.
Propagatio vitium. Cic. de Senect. 53. Cujus quidem non utilitas me ſolum, ſed etiam cultura, & ipſa natura delectat, &c. religatio, propagatio vitium ſarmentorumque, &c.
Putatio arborum ac vitium. Cic. 1. de Orat. 249.
Putator vitis. Ovid. 14. Met. 649.
Alba vitis, cui opponitur Nigra. Columel. lib. 4. cap. 29. non procul a fine, Locis aridis & ſiccis nigram vitem inſerito, humidis albam.
Arbuſtiva vitis. V. ARBUSTUM.
Lanatæ vites. V. LANA.
Miſcella. V. MISCEO.
Ordinaria. V. Ordinarius, in ORDO.
Pergulana. V. PERGULANUS.
Almæ vites. Virg. 2. Georg. 233.
Cicatricoſa. V. CICATRIX.
Fecunda. Juven. 9. Sat. 56.
Inerticula. V. INERS.
Inſana. V. INSANUS.
Lenta vitis. Virg. 3. Ecl. 38.
Luxurioſa. V. LUXUS.
Macrior. V. MACER.
Moruſa. V. MOS.
Nequam. V. NEQUAM.
Obliqua vitis. Columel. lib. 4. cap. 4. V. DEBIS.
Obnoxia vitis procellis. V. OBNOXIUS.
Palmea. V. PALMES.
Pampineæ. Ovid. 10. Met. 10.
Perenilis. V. VERSILIS.
Prævalidæ vites. Virg. 2. Georg. 190.
Purpureis de vitibus collectæ uvæ. Ovid. 8. Met. 676.
Semiputata. Virg. 2. Ecl. 70.
Vidua. Catul. in Carm. Nupt. 60. 49.
Adaperire vites. V. ADAPERIO.
Adjugare vitem. V. ADJUGO.
Adjungere ulmis vites. Virg. 1. Georg. 2.
Æmulatus vitium ulmus. V. ÆMULUS.
Amans gravidæ nonem vitis. Ovid. 3. Faſt. 766.
Amicta vitibus ulmus. Hor. 1. Epiſt. 17. 3.
Applicitæ vites arboribus. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Attondere vitem curvo dente Saturni. Virg. 2. Georg. 407, h. e. Falce quæ eſt in Tutela Saturni.
Carbunculant vites. V. CARBO.
Caſtrare vites. V. CASTRO.
Colere vitem. V. COLO.
Committere vitem ſulco. Virg. 2. Georg. 289.
Compeſcere vitem. V. COMPESCO.
Componere vitem in brachia. V. COMPONO.
Concredere vites ſolo calido. V. CONCREDO.
Contundit grando vites. Hor. 1. Epiſt. 85.
Gerere vites. Virg. 2. Georg. 397.
Diſponere vites certo ſidere. Claud. 2. in Eutrop. 197.
Educat vitis uvam. Catul. in Carm. nuptial. 60. 52.
Enodare vitem. Cato de R. R. cap. 34.
Fluentes vites multo Baccho. Virg. 2. Georg. 190.
Immittere vitem ad uvam pariendam. Varro de Re Ruſt. lib. 1. cap. 31.
Lucidum novellas vites. Virg. 3. Ecl. 11.
Inſtituere vitem. V. INSTITUO.
Intexere lætis vitibus ulmos. Virg. 2. Georg. 221.
Nodare vitem. Cato de R. R. cap. 33.
Ponere vites. Virg. 2. Georg. 284.
Serpens vitis multiplici lapſu & erratico. Cic. de Senect. 52.
Sociata palmite vitis. Stat. 5. Silv. 1. 48.
Vinctæ vites. Virg. 2. Georg. 416.
Vitis interdum Catoni eſt Palmes, vel flagellum vitis: ut cum de inſitione ſic loquitur. R. R. cap. 41. Si vitis vitem continget, utriuſque vitem tenerам præacuito, obliquo inter ſeſe medullam cum medulla libro colligato. Turneb. [Sic & Varro. V. lib. 1. cap. 31.
Vitis, Caſtigamen centurionis, non carnificis, aut lictoris: honorificentior enim pœna quæ a centurione, quam quæ a lictore eſſet illata. Juven. 8. Sat. 247.
Nodoſam poſthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. i. e. Vite pulſabatur in caſtris a centurione. Et Ovid. 3. de Arte Am. 527.
Dux bonus huic centum commiſit, vite regendos.
Jacere haſtas ſub vite dicitur velox, cum eas ſub manu ſurſum mittit. Feſtus.
Præliari ſub vite dicuntur milites, cum ſub vinea militari pugnant. Lucil. apud Feſtum.

VITICŬLA, æ. f. dimin. [ἀμπελίδιον] Cic. 3. de Nat. Deor. 86. At enim minora dii negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. conf. Pallad. 1. 35.

VITICŬLUM, i. n. [ἕλιξ, ἰούλιον] Capreolus vitis, flagellum & claviculus, ut ſunt flagella etiam cucurbitarum & ſimilium. Plin. lib. 24. cap. 11. Prurea eſt, folio ederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis. Rhodiginus. lib. 8. cap. 4. Viticulas appellat gen. fem. ubi vitium ratione vocabulo deflexo.

Digitized by Google

Vitiārium, i. n. [ἀμπελῶνιον] Vitium ſeminarium. Columel. lib 3. cap. 5. Vitiarium neque jejuna terra, neque uliginoſa faciendum eſt: ſuccoſa tamen & mediocri, potius, quam pingui. Idem lib. 11 cap. 2. Quinetiam vitiaria diligenter facienda, malleoliſque quam recentiſſimis curioſiſſime pangenda.

Viteus, a, um. Adj [ἀμπέλινος] ut, Pocula vitea. Virg. 3 Georg 380. Colliculus viteus intortus, ut cincinnus, i. e. Capreolus. Varro R. R. 1.31.

Vitĭgĭneus, a, um. Adj. [ἀμπελοφυής] Quod eſt ex vite. Columel. lib. 12. cap. 16. Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis ſemivietas uvas contegunt. Cato R. R. cap. 41. Eo duos ſurculos vitigineos, quod genus eſſe voles inſertos, obliquos arcito ad medullam. Plin. lib. 30. cap. 6. Vitigineis lignis combuſtus.

Vitineus, a, um. Adj. Florus 3. 20. 4. Vitineis vinculis delapſi. alii legunt Vitigineis.

Vitesco, [ἀμπελόομαι] ĕre. Vitem fieri. Columel. de Arboribus, cap. 7. Reliquas gemmas, quæ in terram abſconduntur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ne in ſumma radice viteſcat. Ita Calepinus. At nunc ita legimus, Ne in ſummo radices vitis citet.

Vitĭcŏla, æ. m. Cultor vinearum. Sil. lib. 6. 193.

Viticolæ nomen pervulgatura Falerni.

Vitĭcŏmus, a, um. Adj. Pampineum fertum geſtans, ſive vitibus ornatus. Avienus in Arateis v. 70.

Et cum viticomo crinem tondere Lyæo.

Vitĭfer, ĕra, ĕrum. [ἀμπελοφόρος] Quod fert vites, In quo proveniunt vites. Plin. lib.6.cap.16. Sequitur regio Margianæ, apricitatis inclitæ, ſola in eo tractu vitifera. Martial. lib. 13. 107. Vienna vitifera.

Arva vitiſera Sil. lib. 7. 207.

Montis vitiferi vertex. Sil. lib. 4. 349.

Vitigĕnus, a, um. Adj. [ἀμπελογενής] Quod genitum eſt a vite. Lucret. lib. 5. 15.

Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe. h. e. Vinum. Idem lib. 6. 1070. Vitigeni latices.

Vitisător, ōris. m. [ἀμπελοφύτος] Qui vites ſerit. Quo nomine dictus eſt Saturnus, Virg. 7. Æn. 179.

Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem.

Vĭtium, i. n. [ἐλάττωμα, σφάλμα, ψόγος, Gl. L. G. & G. L. ἁμάρτημα, μοχθηρία, πλημμέλημα, L. G.] Quod opponitur Virtuti: a Vito, sec. quod vitandum ſit, ac fugiendum. unde Hor. 1. Epiſt. 1. 41.

Virtus eſt vitium fugere. Ter. Heaut. 5. 3. 18.

Nam illi nihil vitii eſt relictum, quin id itidem ſit tibi. Cic. 3. de Finib 39. Virtutibus igitur rectiſſime mihi videris & ad conſuetudinem noſtræ orationis vitia poſuiſſe contraria. Quod enim vituperabile eſt per ſe ipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperari. Si κακίαν malitiam dixiſſes, ad aliud nos unum certum vitium conſuetudo Latina traduceret. Hoc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. Et paulo ante, Quas enim Græci κακίας appellant, vitia malo, quam malitias nominare.

Vitium & Erratum. Cic. pro Cluent. 133. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ, non dicam vitium, ſed erratum.

Vitium & Flagitium. Vitia flagitiis leviora ſunt, teſte Gell. lib. 1. cap. 17.

Vitiorum officina. V. Officina, in officium.

Vitium, Id quod vituperari ſolet. Cic. 1. de Orat. 116. Adeſt enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat.

Convertit natura vitium alicui in bonum, i. e. Hoc efficit, ut quod alioqui vitium in altero judicaretur, in hoc minime culpari poſſit. Cic. de Clar. Orat. 141. Sed quum hæc magna in Antonio, tum actio ſingularis: quæ ſi partienda eſt in geſtum atque vocem, geſtus erat, non verba exprimens, ſed cum ſententiis congruens; manus, humeri, latera, ſupploſio pedis, ſtatus, inceſſus, omniſque motus cum verbis ſententiiſque conſentiens: vox permanens, verum ſubrauca natura: ſed hoc vitium huic uni in bonum convertebat. [An Converterat, ut Verterat pro Verſum erat?

Corrupta bona vitiis. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Deprehendere in aliquo vitio. Quintil. lib. 3. cap 8.

Vitium, Vituperatio, inquit Valla Cic. de Seneſt. 55. Et ſenectus eſt natura loquacior. ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare

Vitium, Culpa. Cic. 4. Acad 49. Huc ſi perveneris me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit: ſin ipſe tua ſponte proceſſeris, tuum.

Vitio vini fecit, Ob vinum, præ ebrietate. Plaut. Truc. 4. 3. 54.

Affinis vitio. Cic. 2. de Invent. 134. Ut ſi avaritia inductum arguas feciſſe, & avarum, eum quem accuſes, demonſtrare non poſſis, aliis affinem eſſe vitiis doceas, & ex ea re non eſſe mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum deliquiſſe.

Gurges & vorago vitiorum. Cic. 5. Verr. 23.

Pinguis vitiis, Per otium & gulam. Hor. 2. Serm. 2. 21.

Princeps omnium flagitiorum & vitiorum. Cic. in Verrem, Vide indicem edit. Lamb. Puto intelligi Et aliorum vitiorum. H. St.

Purum vitio cor. Hor. 2. Serm. 3. 213.

Servum vitiis pectus. Ovid Rem. Amor. 54.

Alimenta vitiorum Ovid. 2. Met. 769.

Ebrietatis vitium. Quintil. 1. 11.

Adulta vitia. V. adoleo.

Commune vitium. V. communis.

Immane vitium. Hor. 2. Serm. 4. 82.

Inera vitium, Livor, Invidia & alienæ felicitatis dolor, vitium quod obſidet tantum & aggreditur ignavos. Ovid. 3. de Pont. 3. 101.

Ingens vitium. Hor. 2. Serm. 3. 92.

Inſigne vitium. Cic. 2. Q. frat. 1.

Magnum vitium. Hor. 2. Serm. 2. 69.

Mediocria vitia. Hor. 1. Serm. 4. 130.

Prævalida & adulta vitia. Tacit. 3. Ann. 53.

Solenne vitium ſecundis rebus, ſuperbia. Claud. 2. in Conſ. Stilich. 161.

Deliciarum vitia. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Abſterrere animum vitiis. Hor. 1. Serm. 4. 129.

Abſtinere ſe a certis vitiis. Cic. 5. Verr. 4. Ut ab iis ſe abſtineant maxime vitiis, in quibus alterum reprehenderunt.

Abeſſe a vitiis. V. absum.

Abundare vitiis. V. abundo.

Accendere & irritare vitia. Ovid. Rem. Amor. 133. V. accendo.

Addere vitium. V. addo.

Addere vitium pudicitiæ. V. addo.

Ægrotare vitio animi. Hor. 2. Serm. 3. 307.

Affectus vitiis. V. afficio.

Apponere modum vitiis. V. appono.

Avocare a vitiis. V. avoco.

Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere. Cic. in Salluſt. 21.

Coarguere aperte vitia. Quintil. lib. 2. cap. 6.

Colligere vitia in aliquem. V. colligo.

Concipere vitium. V. concipio.

Condire vitia ſtudio. V. condio.

Conferre vitia in ſenectutem. V. confero.

Conſequi vitium. V. consequor.

Contaminare vitiis. V. contamino.

Cumulari vitiis. Cic. 2. de Orat. 18. Hoc vitio cumulata eſt eruditiſſima illa Græcorum natio.

Declinare vitia. Cic. 1. Off. 19. Quibus vitiis declinatis, quod in rebus honeſtis & cognitione dignis operæ curæque ponetur, id jure laudabitur.

Delabi in vitium. V. delabor.

Dicere vitium. Gloſſ. Latinogræc. Vitium furi dico, Καταγγέλλω φαῦλον.

Dare vitio, Culpare. Cic. 11. Fam. 28.

Dare ſummam laudem vitio. Cic pro Roſc. Amer. 48. V. do.

Ducere vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Effingere vitia ebrietatis. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Eluere vitia. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Excidit libertas in vitium. Hor. de Arte Poet. 282.

Excuſare vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Exprobrare vitia alicui. Ovid. 2. de Arte Am. 641.

Exuere vitia. Tacit. 6. Ann. 25.

Flecti in vitium. Hor. de Arte Poet. 163.

Fugere vitium eſt virtus. Hor. 1. Epiſt. 1. 41.

Imbuere aliquem vitiis. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Incidere in vitium. V. incido.

Inclinare in vitium. V. inclino.

Inquirere vitia in civitatem. V. inquiro. [Niſi error.

Irritare vitia vetando. Ovid. 3. Amor. 4. 11.

Labi in vitium. Hor. 2. Epiſt. 1. 94.

Laborare vitio. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Laborare diverſis vitiis. Livius lib. 34. Diverſiſque duobus vitiis, avaritia & luxuria, civitatem laborare. H. St. Exſtant cap. 4. pr.

Levare vitiis atque erroribus. V. levis.

Mederi vitiis atque erroribus. V. medeor.

Noſſe enim ſua vitia eſt bellum. Cic. 2. Att. 17.

Notare vitium aliquod. V. nota.

Obvolvere vitium. V. obvolvo.

Offenſus vitiis. Ovid. 10. Met. 244.

Penſare vitia. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Perſecare vitium aliquod ne ſerpat. V. perseco.

Perſequuntur aliquem vitia ab inſtitutione puerili Fab. V. persequor. H St.

Ponere vitium. V. pono pro Depono.

Ponere in vitio, In malam partem ſumere. Cic. 3. Tuſc. 14. Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam Confidens, mala conſuetudine loquendi, in vitio ponitur. Ductum verbum a Confidendo, quod laudis eſt. Ubi obſerva, Laudis eſt, opponi illi, In vitio ponitur. H. St.

Reciſa vitia a ſtirpe. Claud. 1. in Ruff. 56.

Remotus ab omni vitio. Hor. de Arte Poet. 384.

Ridere vitia. V. rideo.

Eſt eodem vitio, quo, &c. Cic. 4. Tuſc. 66. Eodem enim vitio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore contractio.

Eſt tam in vitio, quam, &c. Cic. 1. Off. 23. Qui autem nec defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat.

Eſt hoc in vitio. Cic. 5. de Finib. 31. Hoc quidem eſt in vitio diſſolutionem naturæ tam valde perhorreſcere.

Suppreſſa vitiis pectora. Ovid. Rem. Amor. 75.

Surrepunt vitia. Senec. Epiſt. 91.

Teneri mediocribus vitiis. Hor. 1. Serm. 4. 130.

Vacare vitio. Cic. 3. Tuſc. 19. Sapientis autem animus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet.

Vertere vitio. Cic. 7. Fam. 6. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quam ignoverunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ, opulentæ optimates: quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi illæ vitio verterent, quod abeſſet a patria.

Vertere in bonum vitia. Quintil. lib. 11. cap. 1.

Vitium, [σίνος, ἐπὶ νόσου, Gl. G. L.] non tantum ad animum refertur, ſed etiam ad corpus: unde Vitioſum mancipium, vel Vitioſum jumentum, id eſt, morboſum. Ulpian. in Tit. De Ædilitio edicto, l. 1. Ajunt Ædiles, Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores quid morbi, vitiive ſit. Et paulo poſt, Vitiumque a morbo multum differre: puta ſi quis balbus ſit, nam hunc vitioſum eſſe magis quam morboſum.

Vitium (inquit Nonius 5. 77.) a Morbo prudentia veterum ſic voluit ſeparari: ut ſit Morbus cum acceſſu utique aut temporis, aut contagii: ut Vitium, perpetua & inſanabilis, atque irrevocabilis cauſa. Cic. 4. Tuſc. 29. Quomodo autem in corpore eſt morbus, ægrotatio, & vitium, ſic in animo. Morbum appellat totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium quum partes corporis inter ſe diſſident: ex quo pravitas membrorum, diſtortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipſum ex ſe cernitur. Plaut. Moſtel. 1. 3. 118.

Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant.

Intercutia vitia. V. intercus.

In capite vitium. Celſ. lib. 6. cap. 2.

Opportunus vitio. Celſ. lib. 4. cap. 4.

Oris & linguæ vitia. Quintil lib. 1. cap. 5.

Locorum vitium. Celſ. lib. 5. cap. 21. Si concidere vitio locorum mulier ſolet,

ſolet, cochleæ cum teſtis ſuis comburendæ conterendæque, deinde his mel adjiciendum eſt.
Recens vitium. Celſ. lib. 6. cap. 8.
Valens vitium. Celſ. lib. 5. cap. 20.
Vetus vitium. Celſ. lib. 4. cap. 15.
Alitur vitium, vivitque tegendo. Virg. 3. Georg. 454.
Corripi vitio comitiali. V. CORRIPIO.
Levatur vitium. Celſ. lib. 4. cap. 2.
Occurrere vitio. Celſ. lib. 1. in proœm.
Submovere vitium. Celſ. lib. 6. cap. 6.
Vitium, Corruptio, & ad res ipſas pertinet. Cic. 9. Fam. 15. Si enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.
Vitium in libris. Plin. Librum vitiis plenum.
Paginæ vitium. V. PAGINA.
Cepera vitium materia dicitur. V. CAVEO.
Facere vitium dicuntur ædificia dum vitiantur, corrumpuntur, & aliqua ſui parte labefactantur. Cic. in Topic. 15. Si ædes eæ corruerunt, vitium ve fecerunt. V. FACIO.
Moriens acris vitio herba. Virg. 7. Ecl. 57.
Vitium, Quicquid impedit vel corrumpit, & inutile eſt. Virg. 1. Georg. 88.

—ſive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.

Vitium, Stuprum; unde, Offerre vitium virgini, pro Vitiare virginem, dixit Ter. Hec. 3. 3. 23.
Afferre vitium pudicitiæ. Plaut. Epid. 1. 2. 7.

At pudicitiæ ejus nunquam nec vim nec vitium attuli. Idem dicit Vitium addere, pro Vitium afferre; Amph. 2. 2. 179.
Quia pudicitiæ hujus vitium, me hic abſente eſt additum. [An Hinc abſente?

Vitium, Verbum Augurale, ut Tabernaculum vitio capere, i. e. Non rite, nec addicentibus auſpiciis. V. TABERNACULUM, & VITIOSUS.
Navigare vitio, i. e. Contra auſpicia. Cic. 1. de Divin. 29. Claſſes maximas perdiderunt, cum vitio navigaſſent.
VITIŎLUM, i. n. [ἐλαττωμάτιον, Gl. G. L.] a Vitio Diminutivum, apud Vivem de Off. mariti p. 152. in 8. Vitiola duobus in locis. H. St. Exſtat in Gloſſ. ut adſcripſimus.
VITIŌSUS, a, um. Adj. [ἐπίμωμος, Gl. L. G.] Vitiis plenum. Cic. 2. de Finib. 93. At miſer, ſi in vitioſa ac flagitioſa vita afflueret voluptatibus. Idem 1. Att. 18. Ille alter uno minus vitio vitioſus, quod iners, quod ſomni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος, ſed voluntate.
Civitas vitioſa. Cic. de Petit. Conſ. 43. Et quoniam in hoc vel maxime vitioſa eſt civitas, quod largitione interpoſita virtutis & dignitatis oblivisci ſolet.
Cura vitioſa. Hor. 2. Carm. 16. 21.
Humanitas vitioſiſſima. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Libido vitioſa. Hor. 1. Epiſt. 1. 85.
Progenies vitioſior. Hor. 3. Carm. 6. 48.
Vitioſum, [ὑπουλος, ὑποσεσηπὼς, Gl. L. G.] Corruptum, putridum. Plaut. Milit. 2. 3. 45.

— non ego nunc emam vitam tuam vitioſa nuce.

Corpus vitioſum, cui Integrum opponitur. Cic. 1. de Divin. 80. Animi enim integri, non vitioſi corporis eſt divinatio.
Corpus corruptum vitioſumque. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione Gangrænæ.
Oves vitioſæ, Morboſæ, morbo infectæ. Columel. lib. 7. cap. 3.
Pars vitioſa. Celſ. lib. 1. cap. 9. Subaudi Corporis.
Carmina vitioſa, Plurimis vitiis referta. Ovid. 4. de Pont. 13. 17.
Conſuetudo vitioſa, cui opponitur Pura. Cic. de Clar. Orat. 261. Cæſar autem rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendat.
Opus vitioſum. Cic. 3. Verr. 143. Quid ita? ne vitioſum opus fieret?
Suffragium vitioſum, Corruptum. Cic. 3. de Legib. 35. Quamobrem ſuffragandi nimia libido in bonis cauſis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus quid quiſque ſentiat, tabella vitioſum occultaret ſuffragium.
Magiſtratus vitioſi, dicuntur Vitio creati. Unde apud Livium legimus expugnatum eſſe, ut vitioſus Dictator per augures fieret. Cic. 2. Philipp. 84. vitioſum Conſulem appellet Dolabellam, hoc eſt vitio creatum ex augurum diſciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur cauſa magiſtratuum creandorum, ſolebant augures de cælo ſervare, ſi aut fulmen vidiſſent, aut tonitrua audiviſſent. Quare per augures nuntiato, illi magiſtratus vitio creati eſſe dicebantur, & ita ſe abdicare cogebantur. V. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. [V. omnino Liv. lib. 8. 23.
VITIŌSE, Adv. Male, corrupte. Quintil. lib. 4. cap. 1. Vitioſe in ſcholis facimus, quod exordio ſic utimur, quaſi cauſam judex jam cognoverit.
Cautum vitioſe vel ſatiſdatum eſt. Paulus in l. Quoties. D. Qui ſatiſdare cogant. Quoties vitioſe cautum vel ſatiſdatum eſt, non videtur cautum.
Concludere vitioſe. Cic. 4. Acad. 98. Si recte concluſit, teneo, ſin vitioſe, minam Diogenes reddet.
Intercedit vitioſe contractus pignoris. Modeſtin. in l. Cum vitioſe. D. de pignor.
Habet ſe vitioſe membrum, Vitio affectum eſt. Cic. 3. Tuſc. 19. Aut num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet?
Uſurpari vitioſiſſime aliquid. Columel. lib. 4. cap. 24.
VITIOSĬTAS, ātis. f. [κακία, κακότης, Gl. L. G.] ut Cic. 4. Tuſc. 29. ait, eſt Habitus aut affectio in tota vita inconſtans, & a ſe ipſa diſſentiens. Ibid. 34. Hujus igitur virtutis contraria eſt vitioſitas. Sic enim malo, quam malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant; nam malitia certi cujuſdam vitii nomen eſt, vitioſitas omnium.
Occaſio vitioſitatis. Macrob. 7 Saturn. 10. Ille humor, qui aut de ætatis frigore naſcitur, aut cujuslibet vitioſitatis occaſione contrahitur, ut ſuperfluus ita & noxius eſt.
VITIO, [φθείρω, διαφθείρω, Gl. L. G.] āre. Corrumpere, deſtruere.
Auræ vitiantur odoribus, Cadaverum fœtoribus. Ovid. 7. Met. 545.
Contagia mentis ægræ vitiant artus. Ovid. 1. Triſt. 8. 25.
Facies longis vitiabitur annis. Ovid. 3. Triſt. 7. 33.
Oleum vitiatur in amurcam. Plin. lib. 15. cap. 3.

Virginem vitiare, i. e. Stuprare. Ter. Eun. 4. 3. 12. Plaut. Aul. 1. Potioch. 5. Ejus filiam Lyconides vitiaret.
VITIANS, antis. Partic. ut, Lolia oculos vitiantia. Ovid. 1. Faſt. 691.
Oculi vitiantes omnia ipſo viſu. Ovid. 7. Met. 366.
VITIĀTUS, a, um. [ἐφθαρμένος, Gl. L. G.] Partic. ut,
Auræ vitiatæ. Ovid. 3. Met. 76.
Oſſa vitiata. Celſ. 8. 2.
Significationes comitiorum vitiatæ & corruptæ. Cic. pro Sext. 115.
Venter vitiatus. Ovid. 11. Epiſt. 37.
Virgo vitiata. Ter. Eun. 4. 4. 37.
VITIĀTIO, ōnis. f. Senec. Controverſ. lib. 4. Antea legem vitiationis evertere conatus eſt, nunc tranſferre vult.
VITIĀTOR, ōris. m. pro Stupratore. Senec. Controverſ. lib. 4. Vitiatorem dimiſiſti, virum occides.
VITIABĬLIS, e. Adj. Prudent. Apoth. v. 1059.

— ne jam vitiabilis eſſet.

VITO, [ἐκκλίνω, ἀποκλίνω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Cavere eſt, immo plus quam cavere: & a Vi dicitur, quaſi Vi avertere: a quo Vitium dictum. Cic. 3. Tuſc. 63.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans. Ex poeta.

Vitare & Cavere. V. in CAVEO.
Cavendo vitare. Cic. 3. Verr. 39. Nam eum, qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis.
Æſtum vitare ſub frondibus. Ovid. in Fragm. Somn. v. 7.
Amorem vitare. Lucret. lib. 4. 1067.
Contagia vitare. Ovid. Rem. Amor. 613.
Culpam vitavi, non laudem merui. Hor. de Arte Poet. 26.
Frigus vitare, Cavere ſibi a frigore. Q. Cic. 16. Fam. 8. Vix in ipſis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur.
Inſidias dolumque vitare. Lucret. lib. 2. 558.
Malum aliquod vitare. Propert. lib. 1. 1. 35.
Mortem fuga vitare. Cæſ. 5. Bell. Gall. 20.
Onus jugi juvenca vitans. Catul. de Berecynth. 62. 33.
Patriam vitare. Ovid. 3. Met. 8.
Pericula vitare. Virg. 3. Æn. 367.
Periculum proprium quis non morte vitet? Cic. ad Octav.
Perjuria vitare. Ovid. 20. Epiſt. 185.
Se ipſum vitare, i. e. Non ſibi conſtare, vel ſibi diſplicere propter ſcelerum conſcientiam. Hor. 2. Serm. 7. 113.
Suſpiciones vitare. Cæſ. 1. Bell. Gall. 20.
Suſpicio vitanda eſt ingenii oſtentationiſque. Cic. 2. de Orat. 333.
Vitium vitare. Hor. 2. Serm. 2. 54.
Vituperationem vitare. Cic. de Provinc. Conſ. 44. Utrum hoc, quod non tam ad laudem adipiſcendam, quam ad vitandam vituperationem valet?
Cum Dativo jungitur. Plaut. Curc. 2. 3. 19. Infortunio vitare. Idem Caſ. 2. 2. 35.

— ſemper tu huic verbo vitato
Abs tuo viro.

Vitatu, ſupinum. Hor. 1. Serm. 4. 115.

— ſapiens vitatu, quidque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi.

VITĀTUS, a, um. Partic. ut, Arma vitata. Ovid. 13. Met. 38.

Sed ſibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliadæ animi, vitataque traxit in arma.

VITĀBUNDUS, a, um. Adj. [ἐκκλίνων, Gl. L. G. & G. L.] Idem quod Vitans. Salluſt. Jugurth. cap. 110. Meſius vitabundus hoſtium claſſem, ad oppidum pervenit. Idem in Jugurtha cap. 38 pr. Ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare.
Vitabundus caſtra hoſtium, ap. Tito Livio. H. St. Exſtant lib. 25. cap. 13.
VITĀTIO, ōnis. f. [ἐκκλίσις] Cic. 10. Att. 30. Illud autem, quod fore video, ipſum volo vitare, ne illæ ad me veniant, & una eſt vitatio, & ego nollem, ſed neceſſe eſt. Et 3. Philipp. 24. Quæ vitatio oculorum, lucis, urbis, fori?
Periculi vitatio. Auctor ad Heren. lib. 3. 3.
VITABĬLIS, e. Adj. Arnob. 5. p. 165. Illam fœtor vitabilem reddidit fugiendamque caprinus.
Vitabilis. Ovid. 4. de Pont. 14. 31.

Eſſet perpetuo ſua quem vitabilis Aſcra
Auſa eſt agricolæ Muſæ docere ſenis. H. St. Deſiderabatur hæc dictio in Lugd.

VITRĬCUS, i. m. pr. c. [πατρωός, Gl. L. G. & G. L.] Matris defuncto patre meo, maritus. Plin. lib. 36. cap. 15. Unde enim illi vitricus Sulla, & Metella mater proſcriptionum ſectrix? Cic. 15. Att. 12. Vitricus quidem nihil cenſebat, quem Aſturæ vidimus. Ovid. 1. Amor. 2. 24. ad Amorem,

Qui deceat, currus vitricus ipſe dabit. Intelligit Vulcanum.

VITRUM, i. n. pr. c. [ὕαλος, Gl. G. L.] Materia tranſlucida, quæ ex arena & cinere percoctis fieri dicitur. De cujus origine & ratione faciendi, & ejus generibus multifariis vide Plin. lib. 36. cap. 26.
Perlucidus magis vitro amnis. Ovid. 15. Epiſt. 155.
Undæ vitreæ. H. St. V. infra VITREUS.
Splendidior vitro fons. Hor. 3. Carm. 13. 1.
Deferre merces fallaces & fucoſas, chartis & linteis & vitro. Cic. pro Rabir. 39.
Obſidianum vitrum. Plin. 36. 26. V. OBSIDIUM.
Vitrum, Herba quædam, cujus ſucco inficitur cæruleus & viridis color. Vitruvius, (7. 14.) Item propter inopiam coloris Indici, cretam Selinuſiam, aut anulariam vitro, quod Græci Iſatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici. Iſatin autem ſcribendum in Vitruvio eſt, quod qui ignoravere ὕαλον fecerunt magno flagitio. Accedit auctoritas Oribaſii ſic ſcribentis, Iſatis, quam infectores herbam vitrum vocant. Hinc apud Cæſ. 5. Bell. Gall. 14. quod ſcribitur, Omnes vero ſe Britanni vitro inficiunt: quidam Glaſto repoſuerunt, ſed Vitro legendum eſt. Idem error eſt apud Melam, (3. 6.) quo loco de Britannis etiam agit. Hæc Turnebus lib. 6. cap. 7. [Gemina leges in Ciacconii ad Cæſarem comment. repugnante tamen Daviſio, & τὸ Glaſtum ex MSſ. tuente. Qui mihi tamen non perſuadet, quia peregrinis vocibus, niſi monito lectore, uti Cæſar non ſolet. Pro Vitro ſtat Salmaſ. ad Solin. c. 23. p. 180. & in Gloſſ. Græcolat. ὕαλινον χρῶμα, Ferrugineum redditur. Quid ſi Cæſar Vitro ſe inficiunt ſcripſit, vitroſam intecturæ

Google

ctura naturam indicans? V. quæ de Pliniano loco in v. quotidiano dixi.

Vitreus, a, um. Adj. [ὑάλιν@, ὑάλιν@, Gl. G. L.] Quod eſt ex vitro: ut, Vitreæ ampullæ. Plin. lib. 20. cap. 14. Columel. lib. 12. cap. 4. Vaſa autem fictilia, vel vitrea plena potius, quam ampla.
Vitreum, Pellucidum, & perlucidum quicquid eſt, auctoritate veterum dici poteſt. Varr. Mod. Quam iſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clavos. Nonius 6. 4.
Bilis vitrea. V. bilis.
Fama vitrea. Hor. 2. Serm. 3. 222.
Et furioſus erit, quam capit vitrea fama. h. e. Fragilis. Senſus, Eum qui famæ ſerviat, inſanire dicit. Sic Acron. Porphyrio interpretatur Splendidam.
Hoſtis vel Miles vitreus. Ovid. 2. de Arte Am. 208.
Sive latrocinii ſub imagine calculus ibit,
Fac pereat vitreo miles ab hoſte reus. Lucan. ad Piſon. 181.
Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella.
Undæ vitreæ, Pellucidæ. Ovid 3. Met. 48.

Vitrea, ōrum. n. Plin. lib. 12. cap. 19. Contra revehunt vitrea, & ahena, veſtes, fibulas, cum armillis ac monilibus.
Vitrea fracta, pro Nugis & rebus nihili frivoliſque, perquam ſcite dixit Petronius cap. 10. An videlicet, inquit, audirem ſententias, id eſt vitrea fracta? V. Vet. Grammat. apud Rigalt. p. 271.

Vitreamina, um. n. pl. Vaſa vitrea. Paulus in l. Cum de lanionis. §. Quidam. D. de inſtruc. vel inſtr. leg. Quum in diem mortis ſibi libros, & vitreamina, & veſtiſpicam habuerat.

Vitrārium, i. n. [ὑαλουργεῖον] Gloſſ. Græcolat. Officina vitro flando deſtinata.

Vitrārius, i. m. [ὑαλουργὸς, Gl. G. L.] Qui vitra facit. Senec. Epiſt. 91. Cuperem Poſſidonio vitrarium oſtendere, qui ſpiritu vitrum in plurimos habitus format. Legitur & Vitriarius Sed ita Gronov. edit.

Vitriaria, æ. f. Herba, quæ & Perietaria dicitur. Apul. de Herb. cap. 81.

Vitruvius, i. m. M. Vitruv. Pollio, qui ſub Jul. Cæſaris & Octav. Auguſti principatu vixit, & decem libros de Architectura ſcripſit. V. Fabric. Bibl. Lat. & Reineſ. Var. Lect. 2. 6.

Vitta, æ. f. [ταινία, Gl. L. G.] Faſcia, qua circum capita antiqui, vel crines, vel ſarta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. Plaut. Mil. 3. 1. 197.
Capite compto, crines, vittaſque habeat.
Vittæ aliæ fuerunt virginales, aliæ matronales, quod alio virgines cultu capitis & ornatu, quam nuptæ, matronæque uterentur: argumento eſt illud Propert. 4. 12. 34.
Cinxit & acceptas altera vitta comas. i. e. Poſtquam nupſi. & Maronianum, 2. Æn 168.
Virgineas auſi divæ contingere vittas. Hinc Valer. Flacc. lib. 8. 6. exponendus eſt, cum ſcribit.
Ultima virgineis tum flens dedit oſcula vittis. Erat enim mox nuptura Medæa. Turnebus.
Præſignis vittis victima. Ovid. 13. Met. 191. Virg. 2. Æn. 133.
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ. Ubi Servius, Vittæ, quibus victimæ coronabantur.
Cæruleis vittis ſtant mæſtæ aræ. Virg. 3. Æn. 64.
Leves vittæ. Ovid. 11. Epiſt. 68.
Cinge molli hæc altaria vitta. Virg. 8. Ecl. 64.
Circumdatus nivea infula vitta. Virg. 3. Georg. 487.
Coercet alba vitta neglectos capillos. Ovid. 2. Met. 413.
Evinctus vittis coroniſque. Tacit. 4. Hiſt. 33.
Exuta comam vittis. Stat. 11. Theb. 460.
Ligat purpurea vitta mæſta capita. Sen. Thyeſt. 8.
Redimitus tempora vittis. Virg. 3. Æn. 81.
Solvens crinales vittas. Ovid. 4. Met. 6.
Stringit torta vitta comas. Lucan. lib. 5. 143.
Sumere ferales vittas. Ovid. in Ibin, 103.
Tegere vitta tempora. Virg. 4. Æn. 637.
Velatus albenti tempora vitta. Ovid. 5. Met. 110.
Velatus auro vittiſque juvencus. Virg. 5. Æn. 366.
Vitta pro Pudicitia ponitur. Ovid 4. Faſt. 323.
Sed, ſi crimen abeſt, tu noſtræ pignora vittæ
Re dabis: & caſtas caſta ſequere manus. Ita emendavit Jo. Fred. Gronov. vulgo Vita legitur. V. Broekhuſ. ad Tibull. 1. 7. 71.

Vittātus, a, um. Adj. Plin. lib. 7. cap. 30. Vittatam navem Dionyſius tyrannus Platoni miſit obviam. Plutarchus in Marci Coriolani vita, In Metellorum ait familia fuiſſe, qui Vittatus cognominaretur, ab uſu vittæ qua ulceris tegendi cauſa procedebat in publicum obligata fronte. [Immo Diadematus. V. Plut. p. 218. edit. Francſ. V. & in diadema.
Capilli vittati. Ovid. 1. Amor. 7. 17.
Femina vittata comam. Stat. 3. Silv. 3. 3.
Honos vittatus, Corona poëtica a lauro vel hedera vittis colligata. Stat. 3. Silv. 5. 29.
Sacerdos vittata. Lucan. lib. 1. 595.

Vitula, V. vitulus.

Vitŭlus, i. m. [μόσχ@, Gl. L. G. & G. L.] a Vitulando, id eſt laſciviendo dictus: Bos junior, Juvencus minor, dicitur. Cic. 2. de Invent. 95. Ut in vituli immolatione.
Ferox vitulus templis maturus. Juven. 12. Sat. 7.
Imbelles vituli. Stat. 8. Theb 594.
Lactentes vituli. Ovid. 2. Met. 624.
Tener vitulus. Hor. 4. Carm. 2. 54.
Mactatus vitulus. Lucret. lib. 2. 352.
Tueri vitulos. Virg. 2 Georg. 195.
Vitulus etiam de aliis quadrupedibus majoribus. Plinius de elephantis, lib. 8. cap. 1. Atque ita ſalutato ſidere in ſilvas reverti, vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Quin etiam de piſcibus. Plin. de balænis, lib. 9. cap. 6. Irrumpunt orcæ in ſecreta, & vitulos earum ac fetas, vel etiam gravidas, lancinant morſu.
Vitulus marinus, [φώκη, Gl. L. G. & G. L.] Piſcis genus. Plin. lib. 9. cap. 13. Quæ pilo veſtiuntur animal pariunt, ut priſtes, balæna, vitulus. Hic parit in terra, pecudum more: ſecundas partus reddit initu. Canum modo cohæret, & parit nunquam geminis plures: educat mammis fetum. Non ante XII diem deducit in mare, ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur difficulter, niſi capite eliſo. Ipſis in ſomno mugitus, unde nomen vituli. Accipiunt tamen diſciplinam, voceque pariter & viſu populum ſalutant, incondito fremitu, nomine vocati reſpondent. Nullum animal graviore ſomno premitur.

Vitŏla, æ. f. [μοσχὶς, Gl. G. L.] Vacca tenera, quin & viridioris ætatis. Virg. 3. Ecl. 29. — ego hanc vitulam (ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
Depono. Varro 2. de R. R. cap. 5. Diſcernuntur in prima vitulus & vitula, in ſecunda juvencus & juvenca.
Cæſa vitula. Virg. 4. Georg. 546.
Vitula, etiam Dea hilaritatis præſes. Macrob. 3. Saturn. 2. Hyllus libro, quem de Diis compoſuit, ait Vitulam vocari Deam, quæ lætitiæ præeſt.

Vitulīnus, a, um. Adj. [μόσχει@] Quod ex vitulo eſt: ut Vitulina caro, apud Plaut. in Aul. 2. 4. 5.
Caruncula vitulina. Cic. 2. de Divin. 52. An tu, inquit, caruncula vitulinæ mavis, quam imperatori veteri credere?
Aſſum vitulinum. Cic. 9. Fam. 20. Integram famem ad ovum affero: itaque uſque ad aſſum vitulinum opera perducitur. al. Vitellinum.

Vitulina, æ. f. [μόσχεια] Gl. Græcol. [In Gr. κρέας, in Lat. Caro ſubauditur.

Vitulārius, a, um. Adj. ut, Via vitularia. Cic. 3. Q. frat. 1.

Vitellus, i. m. dimin. Plaut. Aſin. 3. 3. 77.
Agnellum, hœdillum me tuum dic eſſe, vel vitellum.
Vitellus, Pars interior ovi, V. ſuo loco.

Vitellīnus, a, um. Adj. ut, Caro vitellina. Plaut. in fragm Gaſtrion. Fricta vitellina. Apic. 8. 5.

Vitulor, [εὐφραίνομαι] āri. Veteres uſurparunt pro voce Lætari, teſtibus Feſto & Nonio 1. 47. Et Vitulantes dicuntur Lætantes. Plaut. Perſ. 2. 3. 2.
Opes, ſpes, bonas copias commodanti lubens, maritoque vitulor.

Vitulatio, ōnis. f. Macrob. Saturn 3. 2. Piſo ait, Vitulam victoriam nominari, &c. quod poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio.

Vitulāmen, inis. n. [μόσχευμα] Ramus inutilis. Vulg. Interpr. Sap. cap. 4. 3. Spuria vitulamina non dabunt radices altas. V. Ambroſ. in Pſ. 118.

Vitunus, & Vitumnus, i. m. [ζωοδότ@] Deus antiquis erat, qui credebatur vitam largiri: ut Sentinus, ſenſum. V. Auguſt. de Civ. Dei 77. 2.

Vitŭpĕro, [ψέγω, Gl. L. G. & G. L. κατηγορῶ, G. L.] āre. Vitio aliquid dare. Ter. in prol. Aud. 15. Iſti id vituperant factum, i. e. Vitium rei parant, inquit Donatus.
Improbum notari & vituperari. Cic. 2. de Orat. 349.
Graviter vituperari. Cic. 2. de Finib 91. Sit voluptas non minor in naſturtio illo, quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quam in Syracuſanis menſis, quæ a Platone graviter vituperantur.
Artem, ſcientiam, & ſtudium vituperare. Auctor ad Heren. lib. 2. 44.
Cœlum vituperare. Phædrus 4. 6. 25. Proverbialiter dicitur de iis, qui præ nimia ſapientia, vel ſtultitia potius, pulcherrima & abſolutiſſima reprehendere volunt.
Conſilium alicujus vituperare. Cic. pro Muren. 60. Ego tuum conſilium, Cato, propter ſingulare animi mei de tua virtute judicium, vituperare non audeo.
Vituperare, Dativo junctum. Plaut. Caſ. 2. 6. 39. Cur omen mihi vituperat? Al. Omine malo.

Vitupĕrātio, ōnis. f. [ψόγ@, κατηγορία, κακηλογία. Gl. G. L.] Cic. 7. Verr. 99. Hæc autem iſtius vituperatio, atque infamia, confirmabantur eorum ſermone, qui a ſuis civitatibus illis navibus præpoſiti fuerant.
Adducere in vituperationem. Cic. 5. Verr. 140.
Cadere in vituperationem. V. cado.
Effugere vituperationem. Cic. 16. Att. 7. Se autem lætari, quod effugiſſem duas maximas vituperationes, unam, &c.
Liberare vituperatione. Cic. de Aruſp. Reſp. 49.
Relinquere ſtultitiæ vituperationem. Cic. 10. Philipp. 25.
Scribere vituperationes. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Subire vituperationem. Cic. 14. Att. 21.
Vitare vituperationem. Cic. de Provinc. Conſul. 44. Uter hoc, quod non tam ad laudem adipiſcendam, quam ad vitandam vituperationem velet.
Vituperatio, ſi cum Venio, Sum, vel ſimilibus jungatur, Paſſive accipitur. Cic. 6. Verr. 13. Ut propter eum in ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret. Idem 13. Fam. 74. eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. Cic. de Clar. Orat. 97. Eaque res P. Africano vituperationi fuit. [Sic & ſuperiora Adducere, Cadere, Effugere, &c.

Vitupĕrātor, ōris. m. [κατήγορ@, κακολόγ@, Gl. G. L.] Qui vituperat. Cic. 2. Tuſc. 4. Nos autem univerſæ philoſophiæ vituperatoribus reſpondimus in Hortenſio. Et 7. Fam. 3. Hæc tecum coram malueram, ſed quia longius fiebat, volui per litteras eadem: ut haberes quid diſceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes.

Vitupĕrābilis, e. Adj. [μωμητὸς] Dignum quod vituperetur. Cic. 3. de Finib. 40. Quod enim vituperabile eſt per ſe ipſum, id eo ipſo vitio nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperari.

Vitupĕrābilĭter, Adv. ut, Opinionem ſuam vituperabiliter tractare. Caſſiodor. 6. 21.

Vitupĕrium, i. n. Cic. 3. de Legib. 23. Nam iſto quidem modo vel conſulatus vituperio eſt. Ita legit Gruter. & Gebhard. Alii, Vituperabilis eſt.

Vitupĕro, ōnis. m. nove dictum a Nævio pro Vituperatore, ſcribit Gell. lib. 19. cap. 8.

V I V

VIVU. Vivo.
Vivax, Vivacitas, V. vivo in vita.
Vivarium, Vivacius, V. vivus, in vita.
Viverra, æ. f. [γαλῆ ἀγρία, Gl. G. L.] Animal parvum quidem, ſed magni vigoris: muſtela ruſtica dicitur, ut ait Strabo, ab Africa primum importata. Hac utuntur adoleſcentes, ad extrahendas de parietum nidis aviculas

aviculas. Plin. lib 8 cap. 45. Magna propter venatum eorum (ſubaudi cuniculorum) viverris gratia eſt. Injiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra, unde & nomen animali, atque ita ejectos ſuperne capiunt.

Viverrarium, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. Γαλεάγρα, Cavea, Viverrarium, muſcellarium.

Vivicomburium, Vividus, Viviradix, &c. Viviparus, Vivisector, Vivisco, V. vivo, in vita.

V I X

VIX. Vixit.

Vix. Adv. [μόλις, Gl. L. G. & G. L. μόγις, G. L.] ſignificat Cum vi ac difficultate & labore. Ter. Eun. 3. 2. 19 Hic ſunt tres minæ. c. vix. Idem Phorm 1. 1. 9.

Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comparſit miſer. Ubi Donatus, Vix: potuit & unciatim & cito conflari peculium, ut multa pauxillatim & cito fiunt maxima. Merito ergo additum eſt Vix. Cic. 4. Acad. 105. Nos probabilia multa habemus, quæ ſequi facile, affirmare vix poſſumus.

Vix, nedum. Liv. 34. 20. Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſani tulere.

In dicendo excellentes vix paucos proferre poſſumus. Cic 1. de Orat 7.

Vix, Multis modis, vel ſtatim, interprete Donato. Ter. Hec. 3. 1. 17.

Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mi obtrudit pater.
Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea expedivi animum,
Vixque hoc contuleram, en nova res orta eſt.

Vix ægre. Plaut. Pœn. 1. 2. 26.

Nam quum ſedulo munditiis nos habemus,
Vix ægre amatorculos invenimus.

Aut vix, aut nullo modo corrumpi. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.

Vix, refertur ad tempus. Virg 1. Æn. 38.

Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. i. e. Mox, ſtatim. Sic 4. Æn. 545.
— & quos Sidonia vix urbe revelli. i. e. Statim, aut etiam vix. Servius.

Vix, Non, auctore Donato. Lucilius,

— carcer, vix carcere dignus. Ovid. 2. Epiſt. 4.
Vix Priamus tanti, totaque Troja fuit.

Vix ita tamen vivimus. Plaut. Ciſt. 2. 1. 30.

Mihi vero cum his ipſis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Cic. 9. Fam. 8.

Vix dum, [μόλις δὲ, Gl. G. L.] Vix adhuc. Ter. Phorm. 4. 2. 4.

Vix dum dimidium dixeram, intellexerat. Cic. 12. Fam. 4. Dolabella valde vituperatur ab hominibus non inſulſis, quod tibi tam cito ſuccederet, quin tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. Et 9. Att. 4. Vix dum epiſtolam tuam legeram, quum ad me currens ad illum Poſtumus Curtius venit, nihil niſi claſſes loquens & exercitus.

Vix tandem. [μόλις ποτὲ, Gl. G. L.] Ter Phorm. 2. 1. 4. O facinus audax! ô Geta monitor! o. vix tandem. Ubi Donatus, Convenit hoc dictum ei: jam pridem ſe male audire putat: & ideo ſero videtur ad hunc ſenex perveniſſe: quum ille metuens, ſe primum ad accuſationem caderet. Idem And. 3. 6. 21. Vix tandem ſenſi ſtolidus. Cic. 3. Fam. 9. Vix tandem legi litteras dignas Appio Claudio.

Vix ſaltem. Quintil. lib. 6. cap. 5. Illud vix ſaltem præcipiendum videtur.

Vix ut. Plin. lib. 12. cap. 17. Vix ut dignoſci poſſit a maſtiche vera.

Vix eſt, ut. Africanus in l. Tutor. §. 2. D. ad S. C. Vellejanum, Quando vix ſit, ut aliqua apud eundem pro eo ipſo interceſſiſſe intelligi poſſit.

U L C

Ulciscor, ultus ſum, [ἀμύνομαι, Gl. L. G. ἐκδικῶ, τιμωροῦμαι, G. L.] iſci. Vindicare, & injuriam non impunitam relinquere. Et dicimus, Ulciſcor te, pro, Ulciſcor me, & Ulciſcor ſcelus. Ter. Eun. 5. 4. 20.

Ego pol te, pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Ulciſcar, ut ne impune in nos illuſeris. h. e. Puniam. Idem Adel. 3. 2. 15.
Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo.

Perſequi & Ulciſci. Cic. ad Brut. 3. Quos quidem ego omnibus ſententiis ulciſcor, & perſequor, omnibus bonis approbantibus.

Sanare & Ulciſci, contraria. Cic. 2. in Catil. 17. Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo quam ſanare.

Ab aliquo ſe ulciſci. Plin. lib. 34. cap. 14. A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur. Contactum namque eo, celerius ſubinde rubiginem trahit.

Aliquem ulciſci. Cic. 2. de Invent. 106. Ab defenſore, in ejus quem ultus ſit, audaciam ſui conqueſtione, rem non ex nomine ipſius negotii, ſed ex conſilio ejus qui fecerit, &c.

Factum aliquod ulciſci. Ter. Phorm. 2. 4. 12.

Recte; ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam. Cic. 3. in Catil. 24. Ultus eſt hujus victoriæ crudelitatem poſtea Sulla.

Fratres cæſos ulciſci. Ovid. 10 Met. 203.

Funera gentis deletæ ulciſci. Lucan. lib. 2. 84.

Genera ſingula ulciſci. Cic. Poſt. redit. ad Quir. 21. Sic ulciſcar genera ſingula, quemadmodum a quibuſque ſum provocatus.

Illum ulciſcentur mores ſui. Cic. 9. Att. 14.

Injurias ulciſci. Cic. 2. de Invent. 81. Deinde hoc ſi conſtitutum ſit, ut peccata homines peccatis, & injurias injuriis ulciſcantur, quantum incommodorum conſequatur.

Mortem alicujus ulciſci. Cic. pro Rabir. 24. Et ſimilis viri tu ulciſcereris patrui mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet?

Necem alicujus ulciſci armis. Ovid. 7. Met. 458.

Nefas fortiter eſt ulta laqueo. Ovid. 1. de Arte Am. 284. de Biblide.

Patriam cadentem ulciſci. Virg 2. Æn. 575.

Ultum ire. Curt. lib. 10. 8 5. Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverunt. Salluſt. Jugurtha cap. 68. pr. Cum maxima cura ultum ire injurias feſtinat. De Metello.

Ulciscu, ĕre. active forma. Ennius apud Non. 4. 155. Niſi patrem materno ſanguine exantlando ulciſcerem.

Ulciscens, entis. Partic. Ovid. 1. de Pont. 8. 20.

Se nimis ulciſcens extitit ipſe nocens.

Ultus, a, um. Partic. Salluſt. Catil. cap. 33. Ne quæramus, quonam modo, maxime ulti ſanguinem noſtrum pereamus.

Ultio, ōnis. f. [τιμωρία. Gl. L. G. & G. L. ἄμυνα, L. G. ἐκδίκησις, G. L.] Plin. lib. 11. cap. 28. Illis enim ultionis cauſa datum eſt.

Promptus ultioni. Tacit. 11. Ann. 52.
Voluptas ultionis. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Audere ultionem. Tacit. 2. Ann. 62.
Mactare aliquem ultioni & gloriæ. Tacit 2. Ann. 13.

Ultus, us, m. [τιμωρία, Gl. G. L.] Idem.

Ultor, ōris. m. [ἐκδικος, τιμωρὸς, Gl. G. L.] Qui ulciſcitur. Ponitur autem dupliciter. Cic. in Piſon. 23. Piſo vocaretur Catilinæ ultor. Epiſtolarum vero familiarium lib. 2. epiſt. 8. in fine, Tu vero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, ultorem, non modo inimicorum, ſed etiam invidorum meorum. In his diverſus eſt uſus. Nam illud pro Catilina, hoc contra inimicos, velut punitor inimicorum. Cic. de Clar. Orat. 267. Duo præterea Conſulares, quorum Publius ille noſtrarum injuriarum ultor, auctor ſalutis. Idem pro Sull. 85. Conjurationis inveſtigator atque ultor.

Prævaricator & ultor alicujus. Cic. in Piſon. 21. Id autem templum, ſublato aditu, revulſis gradibus, & conjuratorum reliquiis, atque a Catilinæ prævaricatore, tum ultore, armis teneretur.

Dolorum alicujus ultor. Virg. 10. Æn. 864.
Mortis alicujus ultor. Ovid. 3. Met. 53.
Scelerum ultores. Lucan. lib. 2. 531.
Fortiſſimus ultor. Ovid. 15. Met. 821.
Di ultores. Propert. lib. 3. 19. 22.
Dies ultor ſtat auſis olim tam triſtibus. Sil. 2. 495.

Ultrix, īcis. f. [τίμωρος, Gl. L. G. & G. L. ἀμύντωρ, L. G. τιμωρὶς, G. L.] Quæ ulciſcitur. Cic. pro Domo 112. Hæc ultrix afflictæ civitatis, Reip. ſpoliis ornabitur? Virg. 11. Æn. 590.

Hæc cape, & ultricem pharetra deprome ſagittam.

Anima ultrix. Stat. 11. Theb. 563.
Dextra ultrice fuſus Lycus. Sen. Herc. fur. 11.
Flamma ultrix. Virg. 2. Æn. 587.
Tela ultricia, Genere neutro. Stat. 5. Theb. 217.

— poruiens ultricia Grajis
Virginibus dare tela pater?

Ultorius, a, um. Adj. Tertull. adverſ. Marc. 2. 24. Deus immittit mala, non peccatoria, ſed ultoria.

Ulto, pro Ultus ſum, vel Ulciſcor. Accius apud Non. 2. 894. Niſi gnatorum ulto, nullum malis dat finem miſeriis.

Ulcus, ĕris. n. [ἕλκος, Gl. L. G. & G. L.] Sanies collecta intra cutem latitans: quæ ut propere abrupta cute erumpat, emplaſtris ſuperne alligatis ſolet confoveri.

Ulcus & Vulnus hoc diſtant, quod Ulcus tecta, & clauſa eſt malignitas. Virg 3. Georg. 454.

Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Ulceris os: alitur vitium, vivitque tegendo. Vulnus contra hians & patens. Idem 9. Æn. 487.
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi
Veſte tegens Ex Nonio, 5. 49.

Cruſtulas ulcerum rumpit lens. Plin. lib. 22. cap. 25.
Duritias in alto ulcerum perſequitur multipeda trita. Plin. lib. 30. cap. 13.
Eruptiones ulcerum manantes. Plin. lib. 22. cap. 21.
Inflammationes ulcerum. Plin lib. 28 cap. 9.
Impetus ulcerum incipientes ſerpere coercet calx. Plin. lib. 36. cap. 24.
Labra ulcerum. Plin. lib. 26. cap. 14.
Margines ulcerum duriores abſumit cinis Plin. lib. 30. cap. 13.
Margines ulcerum erodit Anonis. Plin. lib 27. cap. 4.
Os ulceris. Celſ. lib. 5. cap. 28. De ſacro igne.
Sinus ulcerum explent, &c. Plin. lib 27. cap. 8.
Sinus ulcerum Chelidonia ſiccantur. Plin. lib. 26. cap. 14.
Altum & anguſtum ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 28. De fiſtulis & earum generibus, Id nomen eſt ulceri alto, anguſto, calloſo.
Atra ulcera ad vivum corpus redigunt lupini ſilveſtres. Plin. lib. 22. cap. ult.
Calloſa ulcera. V. callus.
Cava ulcera commodiſſime implent Sphærion & id quod Philetis vocatur. Celſ lib. 6. cap. 6. De cavis oculorum ulceribus.
Chironium ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 28. De Chironio ulcere.
Corruptius ulcus. Celſ. lib. 7. cap. 4.
Depaſcentia ulcera. Plin. lib. 20. cap. 14.
Deſperatis jam ulcera cicatrice includit mel. Plin. lib. 22. cap. 24.
Difficilia ulcera. Plin. lib. 23. cap. ult.
Durum & rotundum ulcus Celſ lib 6. cap. 3.
Humidum & inæquale ulcus. Celſ. lib. 6. cap. 3.
Inæquale ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 28. De Theriomate.
Incurata ulcera. Hor. 1. Epiſt. 16. 24.
Mala ulcera. Celſ. lib. 3. cap. 28. De ſacro igne.
Nigrum ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De ulceribus quæ extrinſecus, &c. Plin. lib. 27. cap. 8.
Periculoſiſſima ulcera. Celſ. lib. 6. cap. 11.
Putre ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione Eryſipelatum, Si magis putre eſt ulcus, jamque procedit ac ſerpit, opus eſt vehementius erodentibus. Paulo poſt, Poſt uſtionem putris ulceris ſuperponenda ſunt quæ cruſtas a vivo reſolvant, eas ἐσχάρας Græci vocant.
Putria ulcera & tetri odoris emendat aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. ad finem.
Recentia ulcera. Celſ lib. 6. cap. 6. De ulceribus oculorum, &c.
Senilia ulcera ſiccant impoſitæ ſpongiæ. Plin. lib. 31 cap 11.
Sordida ulcera. Celſ. lib. 6. cap. 7. De aurium morbis, Si ſordida quoque ulcera ſunt, melius mulſo eluuntur.
Tætra ulcera. Lucret. lib. 5. 995.
Vetus ulcus ſcalpello incidendum eſt, excidendæque ejus oræ. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione ulceris.
Vetuſtis ulceribus, & vix ad cicatricem venientibus optime ſuccurrit Sphærion. Celſ. lib. 6. cap 6. De cavis oculorum ulceribus.
Adapertum ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 28. De ulceribus quæ ex frigore, &c.

Amble

Ambit rubor ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De ulceribus quæ extrinſecus, &c.
Aperire ulcera. Plin. lib. 23. cap. 7.
Aſtringit & explet ulcera Sil. Plin. lib. 33. cap. ult.
Coercent ulcera quæ ſerpunt lactucæ. Plin. lib. 2. cap. 7.
Cohibet ſevum cum cera quæ ſerpunt. Plin. lib. 28. cap. 18.
Compeſcit ulcera alumen. Plin. lib. 35. cap. 15.
Comprimuntur ulcera acero. Celſ. lib. 4. cap. 4. De difficultate ſpirandi.
Continuatur ulcus ruptis puſtulis. Celſ. lib. 5. cap. 28. De ſacro igne.
Curare ulcera. Celſ. lib. 6. cap. 17. De cancri, qui in cole naſcitur, curatione. Ibidem, De digitorum ulceribus.
Deſcendere ſolet interdum ulcus ad nervos. Celſ. lib. 6. cap. 17. De colis morbis.
Diſcutere manantia capitis ulcera. Plin. lib. 22. cap. 21.
Efferentia ſeſe ulcera. Plin. lib. 26. cap. 14.
Emendantur oris ulcera, &c. Plin. lib. 28. cap. 8.
Emendat butyrum ulcera. Plin. lib. 28. cap. 12.
Erodit ulcera excreſcentia lapis ſarcophagus. Plin. lib. 36. cap. 17.
Erumpentia per ſe ulcera. Plin. lib. 22. cap. 10.
Excidere totum ulcus uſque ad ſanam carnem. Celſ. lib. 5. cap. 28. De Meliceria.
Excreſcentia ulcera. Plin. lib. 24. cap. 5.
Exeſt putria ulcera Ariſtolochia. Plin. lib. 26. cap. 14.
Exeſum ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione ulceris.
Explet cava ulcera Ariſtolochia. Plin. lib. 26. cap. 14.
Expurgat ulcera ſordida Ariſtolochia. Plin. lib. 26. cap. 14.
Facit ulcus ſeptica vi Anemona. Plin. lib. 21. cap. 23. ad finem.
Facta calceamento ulcera. Plin. lib. 26. cap. 14.
Fiunt etiam ex frigore hiberno ulcera, maxime in pueris, & præcipue pedibus digitiſque eorum. Celſ. lib. 5. cap. 28. De ulceribus quæ ex frigore, &c.
Finiuntur ulcera cum inflammatione non ſunt: aut ſupercreſcentia, aut ſordida, aut cava, aut certe vetera eſſe conſuerunt. Ex his ſupercreſcentia collyrio, quod Memigmenon vocatur, optime reprimuntur. Sordida purgantur ex eodem. Celſ. lib. 6. cap. 6. De oculorum ulceribus ſupercreſcentibus, &c.
Fovere ulcera ſucco aliquo. Plin. lib. 24. cap. 14.
Illinitur Gentiana ulceribus quæ ſerpunt. Plin. lib. 26. cap. 14.
Illinitur Beta contra ulcera, quæ ſerpunt. Plin. lib. 20. cap. 8.
Implere ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 24. Enchriſta ad ulcera purganda & implenda.
Imponitur ulceribus manantibus fæx vini cremata. Plin. lib. 23. cap. 2.
Increſcentia ulcera. Plin. lib. 20. cap. 14.
Inducere cruſtas ulceribus. Celſ. lib. 6. cap. 11. ad finem. & lib. 5. cap. 8.
Inhibet infantium ulcera alumen. Plin. lib. 35. cap. 15.
Inſpergitur ulceribus farina. Plin. lib. 23. cap. ult.
Inveterata ulcera. Plin. lib. 26. cap. 1.
Manant ulcera quæ in capite. Plin. lib. 20. cap. 8.
Manantia ulcera. Plin. lib. 26. cap. 14.
Matureſcentia non ulcera. Plin. lib. 22. cap. 23.
Medetur omnium generum ulceribus plantago. Plin. lib. 26. cap. 14.
Naſcuntur ulcera. Celſ. lib. 6. cap. 12. Quæ in latere linguæ naſcuntur ulcera, diutiſſime durant.
Nutrire ulcus lenibus medicamentis. Celſ. lib. 6. cap. 6. De ulceribus oculorum, &c.
Occupat ulcus vetuſtas. Interdum vetuſtas ulcus occupat, Inducitur que ei callus, & circum oræ craſſæ livent: quod fere negligenter curato ulceri ſupervenit. Celſ. lib. 5. cap. 26. De ulceribus quæ extrinſecus, &c.
Oriuntur ulcera. Celſ. lib. 6. cap. 13. Alia quoque ulcera in gingivis plerumque oriuntur: quibus eadem, quæ in reliquo ore, ſuccurrunt.
Percurat ſevum ulcera quæ ſerpunt. Plin. lib. 28. cap. 18.
Perducere ulcera ad ſanitatem. Celſ. lib. 7. cap. 30.
Periclitantur ulcera quæ vermibus. Plin. lib. 30. cap. 13.
Purgare replereque ulcera. Celſ. lib. 5. cap. 26. ad finem.
Perſanare ulcera. Plin. lib. 26. cap. 14.
Prodeſt mire toſtum hordeum ulceribus ex ambuſto. Plin. lib. 29. cap. 3.
Purgandum ulcus maxime melle & reſina eſt: ſed aliis quoque purgari poteſt, quibus purulenta curantur, eodemque modo ad ſanitatem perducendum eſt. Celſ. lib. 7. cap. 30.
Purgantur ulcera & explentur butyro. Plin. lib. 28. cap. 18.
Putreſcentia ulcera. Plin. lib. 20. cap. 7.
Renovare ulcera. Celſ. lib. 7. cap. 30.
Renovatur ulcus. Celſ. lib. 5. cap. 28. De Chironio ulcere.
Repugnantia cicatrici ulcera quæ ſerpunt. Plin. lib. 23. cap. 5.
Repurgatum ulcus ſic ut cetera nutriendum eſt. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione Eryſipelatum.
Reſcindere ca ſummum ulceris. Virg. 3. Georg. 454.
Rubet juſtis ulceribus corpus. Lucret. lib. 6. 1164. al. Inuſtis.
Serpunt ulcera. Celſ. lib. 5. 28. De ſacro igne, Ulcera ſi mediocriter ſerpunt, aqua calida: ſi vehementius, vino calido fovenda ſunt.
Serpentia ulcera. Plin. lib. 24. cap. 6.
Siccat ulcera per ſe farina lupinorum. Plin. lib. 22. cap. ult.
Tendit ad ſanitatem ulcus. Celſ. lib. 7. cap. 28.
Tollit ulcera humida cinis ex oſſibus ſepiarum. Plin. lib. 32. cap. 7. ad finem.
Tollunt ulcera humida in capite ova. Plin. lib. 29. cap. 3.
Trahunt ulcera quæ non cicatricem. Plin. lib. 30. cap. 13.
Trahentia ulcera difficile cicatricem. Plin. lib. 22. cap. 25.
Viveſcit ulcus, & inveteraſcit alendo. Lucret. lib. 4. 1062.
Ulcus tangere, per metaph. eſt Movere dolorem, ejuſque rei facere mentionem, quæ nos magnopere urat. Ter. Phorm. 4. 4. 9.

Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere? Hanc metaphoram M. Tullius oppido quam eleganter expreſſit in Clodium (pro Domo 12.) qui populum fame jam exaſperatum, concionibus inſuper ſeditioſis in rabiem agebat. Ut tu, inquit, in hoc ulcera unquam unguis exiſtiteres. Eraſmus.

Ulcus eſt, quicquid attigerit horum. Cic. 1. de Nat. Deor. 105. Quæro igitur, veſtros deos primum ubi habitet? Deinde quæ cauſa eum loco moveat, ſi modo movetur aliquando. Poſtremo quum hoc proprium ſit animantium, ut aliquid appetant, quod ſit naturæ accommodatum, deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis ac rationis utatur. Poſtremo quomodo beatus ſit, quomodo æternus. Quicquid enim horum attigerit, ulcus eſt: ita male inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. i. e. Ita ab eo defendi non poterit, quin erroris vanitatiſque convincatur.

Ulcus, a nonnullis ſcribitur cum H, quod Græce ἕλκος dicitur.
Ulcuſcŭlum, i. n. dimin. [ἑλκύδριον] Celſ. lib. 5. 28. de puſtularum generibus, Ex puſtulis vero nonnunquam etiam ulcuſcula fiunt, aut aridiora, aut humidiora.
Ulcerarius, a, um. Adj. ut, Herba ulceraria. Apul. de Herb. cap. 45.
Ulcerōſus, a, um. Adj. [ἑλκώδης] Plenum ulceribus. ut, Jecur ulceroſum. Hor. 1. Carm. 25. 15.
Ulceroſum ad arbores tranſlatum. Plin. lib. 17. cap. 14. Ante omnia gemmantes nitere conveniet, nihil uſquam ulceroſum eſſe, aut retorridum.
Ulcĕro, [ἑλκῶ, ἑλκόω, Gl. G. L.] āre. Dilaniare, & multa ulcera facere. Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarum præterquam virginum erodit, emarginat, ulcerat. In veteri codice legitur, Emarginat ulcera. Hor. 1. Serm. 6. 106.

Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.

Jecur alicujus ulcerata, Finde vulnerata. Hor. 1. Epiſt. 18. 72.
Ulcerātus, a, um, Partic. Cic. de Fato 36. Nondum enim ulcerato ſerpentis morſu Philoctetes, quæ cauſa in rerum natura continebatur, fore, ut is in Inſula Lemno linqueretur.
Ulceratio, ōnis. f. Senec. de Conſt. ad Serenum 6. In dolores, damna, ulcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa ſe frementium ſecurus aſpiciat.
Magna ulceratio. Celſ. lib. 5. cap. 28. De Acrochordone, & Thymio, & Myrmecia. Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent, ideoque ne excidi quidem ſine ulceratione magna poſſunt.

U L E

Ulex, ūlĭcis. F. Frutex eſt roris marini ſimilis, aſper, aurumque retinens. Plin. lib. 33. cap. 4.

U L I

Ulīgo, ūlīginis. F. [ἰκμάς, Gl. G. L.] Terræ naturalis humor, ex ea nunquam recedens, inquit Servius. Virg. 2. Georg. 184.

At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta.

Varro 2. de R.R. cap. 2. Solum oportet eſſe eruderatum & proclivum, ut everri facile poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit ovium, ſed etiam ungulas, ac eas ſcabras fieri cogit.
Peſtifera uligo campi. Sil. lib. 8. 380.
Salſam nonnunquam & amaram uliginem vomit terra. Columel. lib. 2. cap. 9.
Ulīgĭnōſus, a, um. Adj. [ἰκμαλέος] Semper uvidum: ut, Uliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus. Varro 1. de R. R. cap. 6. Columel. lib. 2. cap. 4. Igitur uliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis. Plin. lib. 17. cap. 5. Item uliginoſam triſtia terram demonſtrant.
Ulixes, is, m. [Ὀδυσσεύς, Gl. L. G.] Sic ſcribi docti veteri conſuetudine malunt, quam Ulyſſes, q. V.

U L L

Ullus, V. unus.

U L M

Ulmus, i. F. [πτελέα, Gl. G. L.] Arbor ſui generis, vineis amica. Plin. lib. 16. cap. 40. Rigorem fortiſſime ſervat ulmus, ob id cardinibus, aſſamentiſque portarum utiliſſima, quoniam minime torquetur: permutanda tantum ſic, ut cacumen ab inferiore ſit cardine, radix ſuperior.
Alta ulmus. Virg. 10. Ecl. 67.
Exeſa ulmus. Ovid. 3. Faſt. 747.
Fecundæ frondibus ulmi. Virg. 2. Georg. 446.
Fortes ulmi. Virg. 2. Georg. 83.
Frondoſa ulmus. Virg. 2. Ecl. 70.
Patula ulmus. Perſ. 3. Sat. 6.
Specioſa ulmus nitentibus avis. Ovid. 14. Met. 661. al. Spatioſa tumentibus.
Viduæ ulmi, Quibus non adhærent vites. Juven. 8. Sat. 78.
Adjungere vites ulmis. Virg. 1. Georg. 2.
Amictæ vitibus ulmi. Ovid. 10. Met. 100.
Degravat ulmum vitis. Ovid. 5. Triſt. 3. 35.
Intexere ulmea vitibus. Virg. 2. Georg. 221.
Vincitur vitibus ulmus. Ovid. 5. Epiſt. 47.
Ulmeus, a, um. Adj. [πτελέινος] Quod ex ulmo eſt. ut, Virgæ ulmeæ, apud Plaut. in Aſin. 2. 2. 74. Et Epid. 5. 2. 20.

Quem Apelles Zeuxiſque duo pingent pigmentis ulmeis. h. e.

Virgis ulmeis cædent, ad vibices uſque & livorem. Columel. lib. 6. cap. 3. Probatuſque maxime ulmea frons.
Ulmitrĭba, æ. m. [πτελεοτρίβης] Qui ulmum terit, id eſt qui virgis ulmeis cæditur. Plaut. Perſ. 2. 4. 7.
Ulmarium, i. n. [πτελεών] Locus ulmis conſitus, ulmorum ſeminarium. Plin. lib. 17. cap. 11. Differendæ ex arearum venis poſt annum in ulmariis, intervallo pedali in unamquamque partem.
Ulmētum, i. n. [πτελεών, ὁ τόπος, Gl. G. L.] Locus ulmis conſitus.

U L N

Ulna, æ. f. [ὠλένη, ὠλένη] Pars humani brachii, quæ & Cubitus dicitur, a commiſſura humeri ad manum. Plin. lib. 11. cap. 43. Terreſtrium uni homini juguli, humeri, ceteris armi: uni ulnæ. Virg. 3. Georg. 185.

Tres pateat cæli ſpatium, non amplius, ulnas.

Dicta Ulna ut ait Servius, ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id eſt a brachiis, unde & λευκώλενος Ἥρη dicitur. Licet Suetonius unum cubitum velit eſſe tantummodo. Virg. 3. Georg. 355.

— ſeptemque aſſurgit in ulnas. Ubi Servius, Creſcit in ſeptem ulnas. Ulna autem, ut diximus, ſecundum alios utriuſque manus extenſio eſt, ſecundum alios cubitus, quod magis verum eſt, quia Græce ὠλένη dicitur cubitus: unde eſt λευκώλενος Ἥρα. De Ulna vide diligenter Parerga Alciati lib. 1. cap. 18. & Budæum in priorib. annotat.

Leves ulnæ. Claud. 4. Conſ. Hon. 166.

Teneræ ulnæ. Ovid. 9. Met. 651.

Tremula ulna. Catul. ad Coloniam, 18. 13.

Attollere aliquem mollibus ulnis. Ovid. 7. Met. 847. al. Sontibus.

Circumdare aliquem ulnis. Stat. 5. Silv. 3. 266.

Circumligant avidis ulnis matrem. Stat. 1. Achil. 172.

Complectitur niveis reducem ulnis. Claud. 2. in Eutrop. 187.

Ulna, [πῆχυς, Gl. L. G. & G. L.] Menſuræ genus. proprie, inquit Servius, eſt Spatium quantum utraque extenditur manus. V. paulo ſupra.

Toga bis ter ulnarum. Hor. Epod. 4. 8.

U L O

ULOPHONUM, i. n. [ὀλόφονον] Carduus ſilvaticus, ita vocatus ob gravitatem odoris. Plin. 22. 18. & Apul. de Herb. cap. 109.

U L P

ULPIANUS, i. m. [Οὐλπιανός] Juriſconſultus, Alexandri Severi Imperatoris ſcriniorum magiſter, teſte Lamprid. 26. Tyrius fuit. Is utitur auctoritate Pomponii in libris Pandectarum. Qui quum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus eſt, ut notat Raphael Volaterranus. Alius Ulpianus Rhetor, & Scholiaſtes Demoſthenis.

ULPICUM, i. n. [ἀφροσκόροδον] genus Allii grandius inter pulmentaria ruris adſcriptum, auctoribus Plinio & Columel. Plaut. Pœn. 5. 5. 35.

— tum autem plenior

Alli ulpicique, quam Romani remiges? Columel. lib. 11. cap. 3. Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀφροσκόροδον appellant, longe majoris eſt incrementi, quam allium. Idque circa calendas Octobris, antequam deponatur, ex uno capite in plura dividetur. Habet enim velut allium plures cohærentes ſpicas: eæque quum ſunt diviſæ, liratim ſeri debent, ut in pulvinis poſitæ minus infeſtentur hiemis aquis.

ULPIUS, i. m. nomen gentile apud Romanos. ut, Ulpius Trajanus. Inde Ulpia, Urbium nomen a Trajano conditarum. ut, Ulpia Trajana in Dacia, &c. Subaudito Colonia. Hinc & Ulpianus, cognomen adoptivum. q. ſupra V.

U L S

ULS, [ἐπέκεινα] facit Ultra & Ultimus, inquit Feſtus. Nonius, Uls Cato pro Ultro poſuit. V. & mox ULTIS.

U L T

ULTERIOR, ULTIMUS. V. ULTRA.

ULTIO, ULTUS. V. ULCISCOR.

ULTIS, pro ULS, vel Ultra. Pomponius in l. 2. §. Et quia. D. de orig. jur. Quinque viri conſtituti ſunt cis Tiberim, & ultis Tiberim. Sic habent Haloander & Pandectæ Florentinæ.

ULTRA, [ὑπέρ, πέραν, περαιτέρω, Gl. G. L.] ab antiquo Uls derivatur, ſicut Citra a Cis: Præpoſitio Accuſativo caſui ſerviens, ſignificat Præter & Trans. Plaut. Merc. prol. 24.

Sed amori accedunt etiam ultra hæc, quæ diximus. Emendata exemplaria non habent Ultra.

Ultra, ad locum relatum. Cic. 16. Att. 26. Ultra Silianam villam eſt, quam puto tibi notam eſſe, &c.

Ultra annos pueriles. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Ultra modum progredi. Cic. 4. Tuſc. 38. Sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat.

Ultra placitum laudare. Virg. 7. Ecl. 27. Servius, i. e. Nimie, irriſorie. Ultra quam placeo & mereor.

Ultra terminum vagari. Hor. 1. Carm. 22. 10.

Ultra, ad tempus relatum, Adverbium eſt, quum ſine caſu ponitur. Plaut. Stich. 2. 1. 25.

Nunc ultra hoc deportem? haud placet: neque id vero officium arbitror. In emendatis Ultro. Columel. de Arboribus, cap. 5. Quæ ſi refactæ inoleſcunt, nec ultra obſunt vitibus. [Subauditur id tempus, & ſimilis in ceteris ellipſis.

Intendamus ultra animum. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Ultra citrave pervolare. Plin. lib. 11. cap. 23.

Nihil ultra, vel non ultra, pro Nihil ſupra. Cic. 15. Att. 1. Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſime, ſententiis, verbis, ut nihil poſſit ultra cogitari.

Nihil ultra, vel Non ultra, pro Nil præterea. Cic. de Univerſ. 6. Si probabilia dicantur, ne quid ultra requiratis. Non ultra, Non amplius. Liv. 24. 16. Tanta vi ſe in hoſtem intulerunt, ut ſuſtineri ultra non poſſent.

Ultra quam. Cic. 1. de Invent. 26. Remotum eſt, quod ultra quam ſatis eſt, petitur. Idem 1. Tuſc. 17. Ultra enim quo progrediar, quam ut veriſimilia videam, non habeo.

Ultra quam oportet. Quintil. lib. 2. cap. 5. i. e. Ulterius.

Non ultra quam. V. NON.

ULTRATUS, a, um. Adi. ut, Regio ultrata. Hygin. de Limit. p. 156.

ULTERIOR, us. [περαιτέρω] ab Ultra comparativus. Ter. Phorm. 4. 2. 20. Sed eccum ipſum, quis eſt ulterior? [Puto eſſe ab Ulterus, a, um. inuſitato Adj. ut a Supra Superus.

Provincia ulterior, & Citerior. Cic. de Provinc. Conſ. 36. Quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem. h. e. Alter Tranſalpinam, alter Ciſalpinam.

Ripa ulterior, Quam trans flumen eſt. Liv. 42. Paterc. 2. 107.

Mirari ulteriora, præſentia ſequi. Tacit. 4. Hiſt. 59.

Loqui ulteriora. Ovid. 5. Faſt. 530.

ULTERIUS, Adv. [περαιτέρω, Gl. L. G. & G. L.] Ovid. 2. Met. 875.

Inde abit ulterius: mediique per æquora ponti

Fert prædam.

Ulterius juſto. Ovid. 6. Met. 470

— quotieſque rogabat

Ulterius juſto, Prognen ita velle ferebat. h. e. Ultra quam honeſtum foret.

Quærere ulterius. Senec. Epiſt. 102. Et ulterius ſi licuiſſet, juvabat de immortalitate animorum quærere, imo credere.

ULTIMUS, a, um. [ἔσχατος, Gl. L. G.] ab Ultra ſuperlativum; Idem quod Poſtremus, extremus, ſummus. Cic. 1. de Legib. 8. A quibus temporibus capiat ſcribendi exordium. Ego enim ab ultimis cenſeo.

Extremus & ultimus. Cic. 2. de Divin. 91. Cælum ipſum quod extremum atque ultimum mundi eſt.

Ædes ultimæ. Ter. Heaut. 5. 1. 29.

Linea ultima rerum mors. Hor. 1. Epiſt. 16. 79.

Platea ultima. Ter. Phorm. 1. 4. 37.

Sed quis hic eſt ſenex, quem video in ultima platea? Ipſus eſt.

Terra ultima. Cic. de Aruſp. Reſp. 24.

Tempus proximum, medium, ultimum. Cic. de Provinc. Conſ. 43.

Dies ultima exſpectanda homini. Ovid. 3. Met. 135.

Luna ultima. Cic. in Somn. Scip. 8.

Telum ultimum ac maximum. Liv. 4. 28.

Ultimus, pro Primo aliquando ponitur; ſi a poſtremo orſus, ad primum aſcendas, qui tum ſit ultimus. Virg. 7. Æn. 49.

— tu ſanguinis ultimus auctor. Dictus ultimus, quod ultra omnia ſit, ſive ante reſpicias, ſive retro. Servius.

Ultimus pro Primus, vide in meo Indice Terentiano pag. 91. H. St.

Antiquitas ultima. Cic. 1. de Finib. 65. Quod quam magnum ſit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam multis tamque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria inveniuntur.

Initium ultimum. Auctor ad Heren. lib. 1. 15. Rem breviter narrare poterimus, ſi inde incipiemus narrare, unde neceſſe erit, & ſi non ab ultimo initio repetere volemus.

Memoria pueritiæ ultima. Cic. pro Arch. Poeta 1.

Origo ultima, pro Initio originis. Nepos 25. 1. 1. Pomponius Atticus ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatus. [Manut. E ſtirpe Romana. Lambin. Generatus mutat in Generoſus. Boſ. Romano genere natus. Barth. Stirpis regiæ. Rutgerſ. Romæ generatus, vel ut Boſ. Tollius delet τὸ Generatus. Ego non dubito, quin, ceteris intactis, Romano genere ortus ſcribendum ſit.

Principium ultimum. Cic. 2. de Invent. 5. Nobis omnium quicunque fuerunt ab ultimo principio hujus præceptionis, uſque ad hoc tempus expoſitis copiis, quodcunque placeret, eligendi poteſtas fuit.

Stirps ultima. Liv. 1. 47. Ibi Tarquinius maledicta ab ſtirpe ultima orſus, Servum ſervo natum, &c. i. e. A prima ſtirpis origine, ab initio.

Stirps ultima, i. e. Omnium viliſſima ac obſcuriſſima. Vellej. 1. 11. 1. de Pſeudophilippo, Qui ſe regiæ ſtirpis ferebat, cum eſſet ultimæ.

Ultimus, Extremus, ſummus. ut, Ultimum bonum. Cic. 3. de Finib. 33. Eorum, dico qui ſummum bonum, quod ultimum appellant, in animo ponerent. Nonius 4. 483.

Pœna ultima. Liv. 3. 58.

Denuntiare neceſſitatem ultimam. Tacit. 15. Ann. 61.

Ultima in malis hæc ſunt illi. Cic. ad Brut. 17. i. e. Extrema & ſumma mala eſſe videntur.

Ad ultimum. V. AD præpoſitionem.

Ultimum periculi. Curt. lib. 8. c. 15. Lyſimachus enim quondam, quum venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram ſolus. ſed lævo humero uſque ad oſſa laceratus, ad ultimum periculi pervenerat. Gr. εἰς τὸν ἔσχατον κίνδυνον. H. St.

Ultimum in amicitia, Primum. Cic. 1. Off. 56. Efficiturque, id quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. Nonius 4. 483.

Et abſoluta, Cauſæ ab ultimo repetendæ. Quintil. lib. 5. cap. 10. Recte autem monemus, cauſas non utique ab ultimo eſſe repetendas, id eſt ab initio.

Ultima experiri, i. e. Summa. Liv. 2. 28. Celſ. lib. 7. cap. 7. Igitur ubi ultima experiri ſtatutum eſt, &c.

Pati ultima, Extrema ſupplicia. Liv. 37. 54.

ULTIMUM, Adv. [τὸ ἔσχατον] Poſtremum. Liv. 1. 29. De Albanis emigrantibus, Nunc errabundi domos ſuas, ultimum illas viſuri, pervagantur. Curt. lib. 5. ca. 18. Darius Artabazum, ultimum illum viſurus, amplectitur. Liv. lib. 40. Ultimum de cælo, quod comitia turbaret, intervenit. Idem 45. 19. An ultimum mori juſſurum?

ULTIME, Adv. [ἐσχάτως] Apul. 1. Met. p. 105. Elmenh. Ultime affectus.

ULTIMO, [ἐσχάτως] Adv. temp. Denique. Sueton. in Neron. cap. 32. Ultimo templis compluribus dona detraxit, ſimulacraque ex auro vel argento fabricata conflavit.

ULTIMO, are. In ultima parte eſſe. Tertull. de Pallio cap. 1. Cum ultimant tempora patriæ.

ULTRAMUNDANUS, a, um Adj. Apul. lib. 1. de Dogm. Plat. p. 8. Elmenh. Deus ille ſummus, ultramundanus.

ULTRO, Adv. [περαιτέρω, ἑκὼν] ab Ultra fit: & ſignificat Ultra, ſive Inſuper. Virg. 2. Æn. 145.

His lacrimis vitam damus, & miſereſcimus ultro. Ubi Servius, Ultro, non eſt Sponte, nam jam rogaverat: ſed Inſuper. Et venit ab eo quod eſt Ultra: quia plus, quam rogaverat præſtiterunt. Idem 5. Æn. 55.

Nunc ultro ad cineres, ipſius & oſſa parentis. Ubi Servius, Ultro, aut ultra, id eſt inſuper, hoc eſt amplius numina præſtiterunt: aut Ultro, Sponte ſua, non optantibus, aut volentibus nobis.

Ultra interdum idem valet, quod Altera ex parte. Ulpianus in l. 3. D. de condictione cauſa data. Quid ſi ita dedi, ut Stichum intra certum tempus manumittas? Si nondum tempus præteriit, inhibenda erit repetitio, niſi me pœniteat, quod ſi præterit, condici poterit. Sed ſi Stichus deceſſerit: an repeti, quod datum eſt, poſſit? Proculus ait, ſi poſt id temporis deceſſerit, quo manumitti potuit: repetitionem eſſe. ſi minus: ceſſare. quinimmo & ſi nihil tibi dedi, ut manumitteres, placuerat tamen ut darem: ultro tibi competere, quæ ex hoc contractu naſcitur, i. e. Condictionem, defuncto quoque eo. Idem l. 1. §. Interdictum. D. Uti poſſidetis. Interdictum autem quod eſt, Uti poſſidetis, poſſeſſorem prædii tuetur. Actio enim nunquam ultro poſſeſſori datur: quippe quum ſufficiat, quod poſſideat. Paulus in l. 2. D. ad legem Rhodiam. Si laborante nave jactus factus eſt: amiſſarum mer-

crum

cium domini, ſi merces vehendas locaverant, ex locato cum magiſtro navis agere debent. magiſter deinde cum reliquis quorum merces ſalvæ ſunt: ex conducto, ut detrimentum proportione communicetur, agere poteſt. Servius quidem reſpondit, ex locato agere cum magiſtro navis debere, ut ceterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præſtent: immo & ſi non retineat merces magiſter: ultro ex locato habiturus eſt actionem cum vectoribus, quid enim ſi vectores ſint, qui nullas ſarcinas habeant? plane commodius eſt, ſi ſint, retinere eas: ut ſi non, & totam navem conduxerit: ex conducto aget, ſicut vectores, qui loca in nave conduxerunt. Idem in l. Si emptione. §. Item ſi & emptor. D. de contrahenda emptione. Item ſi & emptor & venditor ſcit furtivum eſſe quod venit: a neutra parte obligatio contrahitur: ſi emptor ſolus ſcit: non obligabitur venditor. Nec enim ex vendito quidquam conſequitur, niſi ultro, quod convenerit, præſtet. Quod ſi venditor ſcit, emptor ignoravit: utrinque obligatio contrahitur. Rurſus idem in l. Legavi. D. de liberatione legata. Si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere voluerit, nihil intereſt, heredem ſuum juſſerit, ut eum liberaret, an prohibeat eum exigere. utroque enim modo liberandus eſt debitor, & utroque caſu competit ultro ad liberandum debitori actio. Africanus in l. Si prius quam. D. de novi operis nuntiatione. Si prius quam ædificatum eſſet, ageretur jus vicino non eſſe altius ædes tollere, nec res ab eo defenderetur: partes judicis non alias futuras fuiſſe ait, quam ut eum, cum quo agetur, cavere juberet, non prius ſe ædificaturum, quam ultro egiſſet jus ſibi eſſe altius tollere. Marcianus in l. Ex caſtrenſi. D. de caſtrenſi peculio. Itaque negabimus patrem filio ſalvo communi dividundo agentem proprietatem alienaturum exemplo dotalis prædii. Sed nec ſi ſocius ultro cum eo agat, quidquam agetur: veluti ſi cum eo ageret, cui bonis interdictum eſt.

Ultro, E contrario. Virg. 5. Æn. 446.

> Entellus vires in ventum effudit, & ultro
> Ipſe gravis, graviterque ad terram pondere vaſto
> Concidit. Nam (inquit Servius) ille cadere debuerat. Sed rectius

Donatus videtur interpretari, Nullo impellente.

Ultro, Prave, & perverſe. Ter. Adel. 4. 3. 5.

> Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant,
> Sibi fieri injuriam, ultro ſi quam fecere ipſi, expoſtulant,
> Et ultro accuſant. Donatus.

Ultro, [ἐκὼν, ἑκουσίως Gl. G. L.] Non requiſitus, inquit Valla. Sponte, Voluntarie in Gloſſ. Ter. Phorm. 2. 3. 23. O audaciam! etiam me ultro accuſatum advenit. Idem And. 1. 1. 73. Hac fama impulſus Chremes, ultro ad me venit. Cic. 4. Fam. 13. Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit, optare, quod non ultro mihi Cæſar detulerit.

Dare animum ultro. Virg. 4. Georg. 204.

Compellare aliquem ultro, h. e. Ante quam ille aliquid loquatur. Virg. 2. Æn. 280.

Imputare ultro exemplum. Tacit. 1. Hiſt. 72.

Offerre ſe ultro alicui. Cic. pro Cæl. 21.

Polliceri ultro. Cic. pro Planc. 24.

Ultro citroque, [ἐκεῖσε καὶ ἐνθάδε, τῇδ' ἀλλ' ἐκεῖ παρελθών, Gl. L. G.] Hinc atque illinc, ſive utrimque. In factis & in dictis. Cic. in Somn. Scip. 1. Multiſque verbis ultro citroque habitis ille nobis eſt conſumptus dies. Quum ego te alloquor, tunc verba ultro quaſi ultra ſunt, quum te alloquentem audio, tunc verba ultro quaſi citra veniunt. Sicut pedes quum a loco recedo, tunc ultro eo: quum redeo, tunc citro. Nec elegans eſſet, Huc atque illuc commeabat, niſi errabundum, & incertum iter ſignifices. Hæc Valla lib. 2. Cic. pro Roſc. Amer. 60. Poſtea homines curſare ultro & citro non deſtiterunt. Idem 7. Verr. 170. Ultro citroque navigare. Et 2. de Nat. Deor. 84. Sic naturis his, ex quibus omnia conſtant ſurſum deorſum, ultro citroque commeantibus, mundi partium conjunctio continetur. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 42. Quum ſæpe ultro citroque legati inter eos mitterentur.

Ultrōneus, vel Ultronius, a, um. Adj. [αὐτοπροαίρετος, Gl. L. G. & G. L. ἐθελοντής, ἑκούσιος, G. L.] Senec. 2. Nat. Quæſt. 59. Snadetur deliberantibus: ut ultronei admonentur. Idem ibid. Quid intereſt ad mortem juſſi eamus, an ultronei?

Ultrōtribūta, ōrum. n. Impenſæ ſunt & attributiones operum publicorum faciendorum, & ſartorum tectorum præſtandorum, mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum. De his ſic Livius 39. 4. de Cenſur. M. Porcii Catonis & Valerii Flacci loquens, Vectigalia ſummis pretiis, ultrotributa infimis locaverunt. h. e. Vectigalia, quibus reditus & fructus Pop. Romani conſtabant, quantum potuerunt, Cenſores auxerunt: Ultrotributa, quibus impenſæ ſumptuſque, & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur, quantum potuerunt, pretiis diminuerunt, & ad minimam ſummam perduxerunt. Plutarchus de eadem cenſura loquens ultrotributa ἐργολαβίας vocat, proindeque nobis hujus rei erit aſtipulator. Illud item Livii 43. 16. Qui publica vectigalia, aut ultrotributa conduxiſſent, in eandem ſententiam accipiendum eſt. Quocirca eleganter a Seneca 4. de Benef. cap. 1. ſcriptum eſt, Cum virtutem nec lucrum invitet, nec damnum abſterreat, adeoque neminem ſpe ac pollicitatione corrumpat, ut cuncta in ſe impendere jubeat, ac ſæpius in ultrotributis ſit. Turnebus.

U L V

Ulva, æ. f. [φύκος ποταμοῦ] Herba paluſtris. Virg. 2. Æn. 135.

> Limoſoque lacu, per noctem obſcurus in ulva
> Delitui.

Fluminea ulva. Ovid. 5. Faſt. 519.

Glauca ulva. Virg. 6. Æn. 416.

Leves ulvæ. Ovid. 8. Met. 336.

Limoſa ulva. Lucan. lib. 2. 70.

Paluſtris ulva. Virg. 3. Georg. 175.

Steriles ulvæ. Ovid. 4. Met. 299.

Viridi ulva tectus Rhenus. Ovid. 4. Triſt. 2. 41.

Ulvōſus, a, um. Adj. Sidon. Carm. 7. ſive Paneg. Aviti, v. 324.

> —ulvoſa quem vel Nicer abluit unda,
> Prorumpit Francus.

Ulŭbræ, ārum. f. ſec. e. [Οὐλοῦβραι] Oppidum eſt in Italia, in quo nutritus eſt Cæſar Auguſtus, propter quam cauſam ab Horatio nominatur, quum ſit deſertiſſimus vicus. Hæc Porphyrio apud Hor. 1. Epiſt. 11. 30. Vacuæ Ulubræ. i. e. Deſertæ, vel parum habitatæ. Juven. 10. Sat. 102.

Ulubrānus, a, um. & Ulubrenſis, e. Adj. Cic. 7. Fam. 18. Quid fiet porro populo Ulubrano, ſi tu ſtatueris, πολιτικῶς non oportere? Plin. lib. 3. cap. 4.

Ulŭla, æ. f. pr. l. [ὀλολυγών, Gl. L. G. & G. L. ὀλολυγή, G. L.] Avis nocturnæ genus, dicta ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, inquit Servius, quod eſt ululare & flere. Virg. 8. Ecl. 55.

> Certent & cygnis ululæ, ſit Tityrus Orpheus.

Plin. lib. 10. cap. 12. Uncos ungues & nocturnæ aves habent, ut noctuæ, bubo, ululæ. Ululas Athenas. V. noctua.

Ulŭlo, [ὀλολύζω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Canum eſt & Furiarum, inquit Servius: transfertur & ad alia. Virg. 1. Georg. 468.

> —& altæ
> Per noctem reſonare, lupis ululantibus, urbes. Idem 4. Æn. 168.
> — ſummoque ulularunt vertice Nymphæ.

Sic Plin. lib. 26. cap. 4. Terribili Marte ulularent.

Canes ululant. Virg. 6. Æn. 257.

Galli triſtia ulularunt. Lucan. lib. 1. 562.

Lætis ululare triumphis. Lucan. lib. 6. 262.

Ædes ululant plangoribus femineis. Virg. 2. Æn. 488.

Ripæ flebile ulularunt. Sil. lib. 6. 285.

Ulŭlans, antis. Partic. [ὀλολύζων] Cic. in Orat. 27. Quum vero inclinata ululantique voce, more Aſiatico, canere cœpiſſet, quis eum ferret? Tumultus ululans. Virg. 11. Æn. 662.

Ululātus, a, um. aliud Partic. [ὀλολυγμένος] ut, Prælia ululata. h. e. Luctuoſa. Stat. 9. Theb. 724.

Ululātus, ûs. m. [ὀλολυγμός, Gl. G. L.] Liv. 5. 39. Mox ululatus cantuſque diſſonos, vagantibus circa mœnia turmatim Barbaris, audiebant. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 36. Tum vero ſuo more victoriam conclamant, atque ululatum tollunt. Ibid. lib. 7. cap. 80. Et ii, qui ad auxilium convenerant, clamore & ululatu ſuorum animos confirmabant.

Acutus ululatus. V. acuo.

Flebilis ululatus. Stat. 5. Theb. 554.

Femineus ululatus. Virg. 4. Æn. 667. & 9. 477.

Inſani ululatus. Claud. de Bell. Gild. 134.

Mæſti. Ovid. 8. Met. 447.

Querulis ululatibus implevi Idam. Ovid. 5. Epiſt. 73.

Terrificus ululatus. Claud. 1. in Ruff. 130.

Tremuli ululatus. Stat. 5. Silv. 5. 71. Ululatum dixit pro Vagitu. Loquitur enim de infante.

Complere auras ululatibus. Ovid. 6. Faſt. 513.

Feriunt crebris ululatibus aures. Lucan. lib. 2. 33.

Implere montes ululatibus. Ovid. 4. Faſt. 453.

Incrat auribus ululatus. Stat. 9. Theb. 724.

Ululāmen, ĭnis. n. Idem. Prudent. Hymno exſequiarum v. 114.

> Quid turba ſuperſtes inepta
> Clangens ululamina miſcet?

Ululabĭlis, e. Adj. ut, Clamor ululabilis. Ammian. 30. 15. V. Apul. 4. Met. p. 143. Elmenh.

U L Y

Ulyſſes, vel Ulixes, is. m. pr. h. [Ὀδυσσεύς] Græcorum omnium qui ad Trojam profecti ſunt, ſapientiſſimus, filius Laertæ & Anticliæ. Cujus vitam & res omnes in vita geſtas ſcribit Homerus in Odyſſeide & Iliade. Dicimus Ulyſſes, Ulyſſis, Ulyſſi, Ulyſſem, Ulyſſes. Item Ulyſſeus, Ulyſſei, Ulyſſeo, Ulyſſea, Ulyſſeu, quatuor ſyllabarum: & Ulyſſeus per eu diphthongum, Ulyſſei vel Ulyſſi, trium ſyllabarum. Eſt & vocativus Ulyſſe ab Ulyſſes, e producto: quemadmodum ab Achilles Achille. Nam quod Græcorum alii dicunt Ἀχιλλεύς, Ἀχιλλέως, Ἀχιλλεῖ, vel Ἀχιλλῆι, Ἀχιλλέα, Ἀχιλλεῦ: Dores dicunt Ἀχιλλῆς, Ἀχιλλῆος, Ἀχιλλῆι, Ἀχιλλῆα, Ἀχιλλῆ. Hoc caſu uſus eſt Ovid. 1. Epiſt. 1.

> Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Ulyſſe.

Et 13. Met. 83.

> Quoque ruit, non tu tantum terreris Ulyſſe,
> Sed fortes etiam.

Eodem in libro ſæpius etiam Achille vocandi caſu uſurpatum invenies. Reliquos caſus non omnes Latinis in uſu fuiſſe arbitror. Nam ut Ulyſſei & Ulyſſi ſæpius invenio: ita Ulyſſeus, Ulyſſeo, Ulyſſea, Ulyſſeu, nuſquam. Sic Ulyſſes, Ulyſſis, Ulyſſi, Ulyſſem, uſitata ſunt: Ulyſſes vocandi caſu vix invenies. Poſtremo Ulyſſes, Ulyſſe, nominat. & vocativus, apud Græcos primæ, apud Latinos ſecundæ declinationis, in uſu frequenti ſunt, quorum genitivus & dativus Ulyſſæ, Ulyſſæ, (quemadmodum uſitatum eſt Anchiſæ) a Latinis repudiati ſunt. conf. ulixes.

Multa paſſus eſt Ulyſſes. Cic. 1. Off. 113. Quam multa paſſus eſt Ulyſſes in illo errore diuturno, quum & mulieribus (ſi Circe & Calypſo mulieres appellandæ ſunt), inſerviret, &c.

Ulyſſes & Neſtor ſapientes habiti. Cic. 5. Tuſc. 7. Etiam heroicis ætatibus Ulyſſem & Neſtorem accepimus & fuiſſe & habitos eſſe ſapientes.

Ulyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugit. Cic. 3. Off. 97. Utile videbatur Ulyſſi, ut quidam poetæ tragici prodiderunt; Nam apud Homerum, optimum auctorem, talis de Ulyſſe nulla ſuſpicio eſt: ſed inſimulant eum tragœdiæ ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.

Orator Ulyſſes. Cic. de Clar. Orat. 40. Neque enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyſſi tribuiſſet Homerus.

Socii Ulyſſi. Virg. 8. Ecl. 70.

> Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſſi.

Cautus Ulyſſes. Ovid. 1. Triſt. 2. 9.

Dirus Ulyſſes. Virg. 2. Æn. 261.

Duplicis Ulyſſei. Hor. 1. Carm. 6. 7.

Duri miles Ulyſſi. Virg. 2. Æn. 7.

Experientis Ulyſſi. Ovid. 14. Met. 159.

Fallacis Ulyſſi. Ovid. 13. Met. 712.

Inventor ſcelerum Ulyſſes. Virg. 2. Æn. 164.

Ithacenſis Ulyſſi. Hor. 1. Epiſt. 6. 63.

Laborioſi Ulyſſei. Hor. Epod. 17. 16.

Patientia Ulyſſi. Hor. 1. Epiſt. 7. 40.

Pellacis Ulyſſi. Virg. 2. Æn. 90.

Sævi terram exſecramur Ulyſſis. Virg. 3. Æn. 273.

Solers Ulyſſes. Juven. 9. Sat. 65.
Deprenſus Ulyſſis ingenio. Ovid. 13. Met. 304.
Confidit ſocio ſemper Ulyſſe. Ovid. 13. Met. 240.

ULYSSIPONA, æ. f. [Ὀλυσσιπών, Ὀδυσσέως πόλις] Luſitaniæ metropolis, quam hodie *Lisbonam* vocant, regum Portugalliæ hodie regia eſt. Tradit vetuſtas ab Ulyſſe conditam eſſe. Strabo Ulyſſeam appellari ſcribit lib. 3. Aliqui *Ulyſſippo* ſcribunt, alii *Oliſipo*, ut apud. Plin. lib. 8. cap. 42.

ULYSSIPPONENSIS, vel OLISIPONENSIS, e. Adj. [Ὀλυσσιπωνήσιος] ut, Uliſiponenſe promontorium. Plin. lib. 4. cap. 21.

U M B

UMBELLA, V. UMBRA.

UMBER, V. UMBRIA.

UMBILICUS, i. m. [ὀμφαλὸς ἀνθρώπου, Gl. L. G. & G. L.] ab Umbone derivatur: Ligamentum inteſtinorum, quod mediam fere planitiem ventris obtinet: ad hoc factum, ut per eum, fetus, dum eſt in utero matris, nutriatur.

Umbilicus ovi. *Le germe ou germillon.* Plin. lib. 10. cap. 53. in fine, Umbilicus ovis a cacumine ineſt, ceu gutta eminens in putamine.

Caſtrare umbilicum. V. CASTRO.

Umbilicus, Quicquid in aliqua re eſt medium. Unde Reate oppidum, umbilicum Italiæ eſſe dicimus, quia in medio fere Italiæ ſitum eſt. Cic. 6. Verr. 106. Et raptam eſſe Liberam, quam eandem, Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore, qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, umbilicus Siciliæ nominatur. Liv. 35. 18. Ætolos, qui umbilicum Græciæ incolerent, in armis eum inventurum.

Certus terrarum umbilicus. Cic. 2. de Divin. 115.

Sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obſides. Ex poeta.

Diei umbilicus. Plaut. Men. 1. 2. 45.

Dies jam ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus. [De meridie exponit Turneb. Sed forte intelligit Diem vergentem, & ex jam ſemimortuum. Ad umbilicum, Ad finem, παντελῶς.

Umbilicus, pro Gnomone horarum indice, V. GNOMON.

Umbilici, interprete Porphyrione, Ornamenta quædam oſſea, aut lignea, cornuave, umbilici noſtri formam imitantia, quæ voluminibus jam abſolutis addebantur. Hinc proverbialis figura nata, Ad umbilicum ducere, quod ſignificat Librum finire, atque abſolvere. Hor. Epod. 14. 8.

Deus deus nam me vetat
Inceptos, olim promiſſum carmen, iambos
Ad umbilicum ducere. Martial. lib. 4. epigr. ult.
Ohe! jam ſatis eſt, ohe, libelle!
Jam pervenimus uſque ad umbilicos. Idem lib. 3. 6.
Nigra pagina crevit umbilicis. Et lib. 3. 2.
Pictis luxuriatur umbilicis. Idem lib. 1. 67.
Liber umbilicis cultus atque membrana. Eraſmus. Catull. ad Varum, 20. 7.
— chartæ regiæ, novi libri,
Novi umbilici, &c.

Binis umbilicis decoratus liber. Stat. 4. Silv. 9. 8.

Umbilicus, Parvus circulus in terra deſcriptus ad dignoſcendos ventos. Plin. lib. 18. cap. 33. Per hujus mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere lineam, verbi gratia pedem XI. conveniet: mediamque menſuram, hoc eſt in V pede, circumſcribi circulo parvo, qui vocetur umbilicus.

Umbilici, Parvi ac rotundi, politique lapilli. Cic. 2. de Orat. 22. Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scævola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam & ad Laurentum legere conſueſſe.

Veneris umbilicus, Planta eſt. V. Apul. de Herb. cap. 42.

Umbilicum & Umbonem promiſcue uſurparunt veteres. Gloſſographus, Umbilicus, Ὀμφαλὸς ἀσπίδος, πόπανον. Niſi quid deſideratur. V. Salmaſ. ad Tertull. de Pall. p. 171.

UMBILICARIS, e. Adj. ut, Nervus umbilicaris. Tertull. de Carne Chriſti cap. 20.

UMBILICATUS, a, um. Adj. [ὀμφαλώδης] Quod umbilicos habet, vel aliquid ad umbilici ſimilitudinem. Plin. lib. 13. cap. 4. Et in alvo medio pleriſque umbilicatum. De palma.

UMBO, ōnis. m. [ὀμφαλὸς ἀσπίδος, Gl. G. L.] Media pars clypei eſt. Liv. 4. 19. Aſſurgentem ibi regem umbone reſupinat. Idem 9. 41. Umbonibus incuſſaque ala ſternuntur hoſtes.

Umbo, Scutum: a parte totum. Virg. 9. Æn. 810.
— nec ſufficit umbo
Ictibus. Ibid. lib. 10. 884.

Fortis umbo. Lucan. lib. 6. 192.

Propellere umbone. Curtius 3. 10. 6. Totam aciem ſuo pavore fluctuantem umbonibus poſſe propelli.

Repellere cunctos umbone. Martial. 3. 46. ubi Umbo pro Brachio ponitur. V. Interpr.

Umbo candidus, pro Ætate militari. Perſ. 5. Sat. 33.
— totaque impune Subura
Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo. I. e. Poſteaquam veſtem ſumpſi virilem, & ætatem militarem attigi. Qui enim prætextam poſuerant, ætatis militaris cenſebantur: primis autem ſtipendiis clypeum gerebant ſine ullo argumento & inſigni candidum, velut e Virgiliano verſu notum eſt, 9. Æn. 548.
Enſe levis nudo parmaque inglorius alba. Eos clypeos appellat Nubigeros Papinius 5. Silv. 2. 131.
Quis tibi tam tenero permiſit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactaque cædibus arma? Ex Turnebo. [Niſi potius Umbonem Togæ puræ, ſeu virilis intellexit, de quo V. in TOGA. & Salmaſ. loco in dict. præced. adducto.

Umbo in gemma. Plin. lib. 37. cap. 6. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmæ, aut dejectu renitente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimi coloris.

UMBRA, æ. f. [σκιά, Gl. G. L.] Aër carens ſole: quod fit alicujus corporis opaci objectu, præſertim nubium. Cic. 1. de Orat. 28. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quam illa cujus umbram ſecutus eſt Socrates.

Nemorum altorum umbræ. Virg. 3. Georg. 320.
Æmula umbra. V. ÆMULUS.
Apta umbra paſtoribus. Ovid. 1. Met. 681.
Arborea umbra. Ovid. 10. Met. 129.
Cava umbra, nox atra circumvolat. Virg. 2. Æn. 360.
Denſæ umbræ in montibus. Virg. 1. Georg. 342.
Dulcis umbra. Virg. 1. Æn. 698.
Frigida noctis umbra. Virg. 8. Ecl. 14.
Gravis umbra. Virg. 10. Ecl. 75.
Horrenti umbra atrum nemus. Virg. 1. Æn. 169.
Ingens umbra. Virg. 2. Georg. 19.
Largæ umbræ opulenta ſilva. Stat. 6. Theb. 98.
Levis umbra nemoris. Ovid. 5. Met. 336.
Longæ umbræ. V. LONGUS.
Matutinæ umbræ. V. MATUTINUS, poſt MATUTA.
Nemorales umbræ. Ovid. 3. Amor. 1. 5.
Nocturnæ umbræ. Ovid. 1. Amor. 8. 13.
Nutrix aut noverca umbra. V. NOVERCA.
Obſcura umbra. Virg. 6. Æn. 452.
Pampinea umbra. V. PAMPINUS.
Spiſſæ umbræ noctis. Virg. 2. Æn. 621.
Squalentes umbræ picearum. Sil. lib. 1. 83.
Subluſtris umbra noctis. Virg. 9. Æn. 373.
Tremulæ umbræ. Stat. 5. Theb. 759. [I. e. Arborum ventis agitatarum.
Abluit nigras umbras ſibi terra. Lucret. lib. 4. 342.
Accubat ſacra nemus umbra. Virg. 3. Georg. 334.
Blanditur populus umbra. Ovid. 10. Met. 555.
Cadunt umbræ. V. CADO.
Captare umbras & frigora. Virg. 2. Ecl. 8.
Contrahit umbras dies medius. Ovid. 3. Met. 144.
Dimoverat polo aurora humentem umbram. h. e. Noctem humidam. Virg. 4. Æn. 7.
Diſcutit nigras umbras aër lucidus. Lucret. lib. 4. 342.
Diſcutit pellentes umbras ſol, Nubes diſſolvit. Servius. Virg. 3. Georg. 357.
Duplicat creſcentes umbras decedens ſol. Virg. 2. Ecl. 67.
Efficere umbram. Celſ. lib. 1. cap. 2.
Ire per umbras ſub nocte. Virg. 6. Æn. 268.
Exuberat umbra luxuria foliorum. Virg. 2. Georg. 191.
Facere umbram. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Fecerat exiguas umbras ſol altiſſimus. Meridies erat. Ovid. 3. Met. 50.
Fecerat minimas umbras ſol. Ovid. 14. Met. 54.
Incurrere in umbram. Cic. 2. de Divin. 17. Vident ex conſtantiſſimo motu lunæ, quando illa, e regione ſolis facta, incurſat in umbram terræ, quæ eſt meta noctis, ut eam obſcurari neceſſe ſit.
Inducit umbras terris nox. Hor. 1. Serm. 5. 10.
Ingruit umbra vitibus. Virg. 2. Georg. 410.
Involvit nox cælum magna umbra. Virg. 2. Æn. 251.
Miniſtrans umbram potantibus platanus. Virg. 4. Georg. 146.
Nocent frugibus umbræ. Virg. 10. Ecl. 76.
Obruit auriferis umbris non terram. Lucret. lib. 6. 864.
Obtexitur cælum umbra. Virg. 11. Æn. 611.
Porrigit ingentes umbras murorum campus. Stat. 10. Theb. 257.
Requieſcere ſub umbra. Virg. 7. Ecl. 10.
Sufficiunt ſalices umbram paſtoribus. Virg. 2. Georg. 435. Umbras, Ramos arborum ſegetibus incumbentes.
Viridis umbra, Gramen umbram faciens. Virg. 9. Ecl. 20.
Umbras arborum amputare, i. e. Frondem. Virg. 1. Georg. 157.
Umbræ, inquit Feſtus, vocabantur Neptunalibus, Caſæ frondeæ pro Tabernaculis.
Coit minax umbra. Valer. 2. Argon. 579. I. e. Tempeſtas in nubibus congregatur.
Vacua umbra tonſoris, Officina. Hor. 1. Epiſt. 7. 50.
Rhetorica umbra. Juven. 7. Sat. 173.
Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab umbra. I. e. A declamationibus, quæ fiunt in ſcholis, ad verum certamen, hoc eſt, ad veras lites & cauſas forenſes.

Metuere ſuam ipſius umbram dicuntur, Qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino ſit periculi. Translatum vel ab his, qui forte conſpecta corporis ſui umbra, ſubito expaveſcunt. Vel a melancholicis quibuſdam, qui auctore Ariſtotele, propter oculorum imbecillem ſpiritum, in aëre proximo, veluti ſuam quandam imaginem contemplantes arbitrantur ſeſe ſuos videre Manes. Socrates in Phædone Platonis, Tu vero tuam, quemadmodum dici ſolet, metuens umbram, i. e. Tibi ipſi diffiſus. Cic. de Petitione Conſ. 7. Alter vero, quo, dii boni! ſplendore eſt? primum nobilitate eadem, (qua Catilina) num majore? non: ſed virtute. Quamobrem? quod manius umbram ſuam metuit. Eraſmus. Cic. 13. Att. 20. Etſi mihi videtur iſte qui umbras timet, ad cædem ſpectare, tamen niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus.

Umbræ, proverbiali loco dicebantur olim ii, Qui venirent ad convivium, non ipſi quidem vocati, ſed comites eorum qui vocati fuerant: ſic illos ſequentes, velut umbra corpus, ultro ſequitur. Ad hanc parœmiam alluſit Hor. 1. Epiſt. 5. 28.
— Brutum tibi Septimiumque,
Et niſi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, aſſumam: locus eſt & pluribus umbris. Idem 2. Serm. 8. 22.
Si memini, Varius, cum Servilio Balatrone
Vibidius, quos Mæcenas adduxerat umbras. I. e. Ultroneos comites. Eraſmus.

Velut umbra ſequi dicitur, Qui nunquam deeſt. Nam umbra corpus aſſectatur, velit nolit. Plaut. Caſ. 1. 4.
— quia certum eſt mihi
Quaſi umbra, quoquo ibis tute, perſequi. Unde Aſſeclas individuos, Umbras vocamus, & ultro comitantes ad convivium. M. Tullius lib. 1. Tuſc. Quæſt. 109. Etſi enim nihil in ſe habeat gloria cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra ſequitur. Ex Eraſmo.

Umbra & imago, cui opponitur Solida & expreſſa effigies. Cic. 3. Off. 69.

Sed

Sed nos veri juris germanæque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur.
Ne umbram quidem ejus novit. Ductum ab antiqua pictura videri poteſt, quæ rem durracat umbris ruditer repræſentabat. Cic. 7. Att. 11. O hominem amentem & miſerum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit. Ex Eraſmo.
Gloriæ falſæ umbram conſectari. Cic. in Piſon. 57. Nam ut levitatis eſt inanem aucupari rumorem, ut omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari, ſic &c.
Honoris umbra. Tacit. 3. Hiſt. 73.
Luxuriæ umbra, Signum, veſtigium. Cic. pro Muren. 13. In quo ipſam luxuriem reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas?
Veritatis umbra, Species quædam, & quod veriſimile dicitur. Plin. lib. 30 cap. 1.
Umbræ dicuntur, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ ſunt, ſolidæ videantur. Cic. 4. Acad. 20. Quam multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus?
Umbra & imago alicujus. Cic. pro Rabir. Poſt. 41.
Ne contagio mea bonis, umbrave obſit. Cic. 3. de Orat. 162.
Auxilii umbra. Liv. 32. 21. Qui ſub umbra auxilii veſtri latere volunt, in ſocietatem veſtram confugiunt. Adde 34. 9.
Sub umbra Tribunitia deliteſcere. Liv. 4. 42.
Umbræ, [σκιαί] Inferorum imagines. Virg. 6. Æn. 390.
Umbrarum hic locus eſt, ſomni, noctiſque ſoporæ. Tranquil. in Calig. cap. 59. Satis conſtat, cuſtodes hortorum umbris inquietatos. Plin. lib. 7. cap. 57. Inter inferos umbræ. Servius in illud 4. Æn. 654.
Vixi, &, quem dederat curſum Fortuna, peregi.
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. Bene, ait. Imaginem dixit. Valde enim quæritur apud Philoſophos, quid illud ſit, quod inferos petat. Nam tribus conſtamus: Anima, quæ ſuperna eſt, & originem ſuam petit: Corpore, quod in terram deficit: Umbra, quam Lucretius ſic definit, Supra ſpoliatus lumine aër. Ergo umbra ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo: nec eſt quicquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt eſſe quoddam ſimulacrum, quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petat: & eſt ſpecies corporea, quæ non poteſt tangi, ſicut ventus. Hinc in lib. 6. Æn. 391.
Corpora viva nefas Stygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, ſimulacro Herculis apud inferos viſo. Et ſciendum ſimulacra hæc eſſe animum eorum, qui per apotheoſin dii facti ſunt. Unde aut viſi eſſe apud inferos, aut illuc deſcendiſſe dicuntur. Hor. de Libero, 2. Carm. 19. 30.
Te vidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum. Sciendum tamen abuti poetas, & confuſe vel Simulacrum, vel Umbram dicere. Hactenus Servius.
Dominus umbrarum, Pluto Ovid. 10. Met. 16.
Rector umbrarum. Senec. OEdip. 10.
Rex umbrarum. Ovid. 7. Met. 249.
Crudelibus occubat umbris. Virg. 1. Æn. 551.
Exſangues umbræ. Stat. 1. Theb. 308.
Gelidæ umbræ. Ovid. 8. Met. 496.
Gracilis umbra, Tenuis. Ovid. 4. Triſt. 10. 86.
Imas Erebi deſcendit ad umbras. Virg. 6. Æn. 404.
Infernæ umbræ. V. INFERNUS.
Inhumata umbra. Sil. lib. 13. 445.
Pallentes umbræ. Virg. 4. Æn. 357.
Parentales umbræ. Ovid. 4. Triſt. 10. 87.
Sævæ. Stat. 10. Theb. 398.
Seniles. Ovid. 14. Met. 127.
Silentes. Virg. 6. Æn. 264.
Stygiæ. Ovid. 1. Met. 139.
Tenues Erebi umbræ. Virg. 4. Georg. 472.
Triſtes umbræ. Virg. 5. Æn. 734.
Viventis umbræ vanis exagitari terroribus. Quintil. in Sepulcro incantato, ad finem.
Volantes nocte umbræ. Ovid. 1. Amor. 6. 13.
Adigere aliquem ad umbras infernas. V. ADIGO.
Umbra & Unda confunduntur in libris MSS. V. Drakenb. ad Sil. 4. 682.
UMBELLA, æ. f. dimin. [σκιάδιον] Quo feminæ arcent ſolis ardores. ut, Viridis umbella. Juven. 9. Sat. 50.
Umbella, id eſt σκιάδιον, in plantis quibuſdam dicitur, Floris ſeminiſve veluti pedamentum in plures diviſum longiores pediculos: qui ſimul ex faſtigio eodem orti, in latius continuo radiantur, ſingulique florem vel ſemen ſuſtinent in orbem circumactum: qua floris figura fœniculum, aniſum, ſambucus, pleraque alia ſunt: quod quoniam umbellæ, qua ſolem a vultu mulieres arcent, forma eſt, ob latitudinem circinationemque ſuam ideo umbella & σκιάδιον dicitur. Ceterum Dioſcorides hanc umbellam non in origano in orbem ſe colligere, ſed multifidam & veluti diviſam eſſe inquit, lib. 3. cap. 32. Dicitur & Latine Muſcarium.
UMBRATICUS, A, um. Adj. [σκιατικός] Quod eſt ex umbra, ſeu ad ſimilitudinem umbræ.
Homo umbraticus dictus eſt a Plaut. in Curc. 4. 3. 24. Trapezita, qui in umbra ſub tecto vitam agit otioſam.
Litteræ umbraticæ. Plin. lib. 9. Epiſt. 2. ad Sabinum, Nos quam anguſtis terminis claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi forte volumus ſcholaſticas tibi, atque, ut ita dicam, umbraticas litteras mittere. Alii legunt Umbratiles.
Turba umbratica. Senec. de Benef. lib. 4. cap. 2. In hac parte nobis pugna eſt cum Epicureorum delicata & umbratica turba, in convivio ſuo philoſophantium.
UMBRATICŬLA, æ. c. Umbraticus, mollis. Plaut. Truc. 2. 7. 49.
Mœchum malum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam.
UMBRATILIS, e. Adj. [σκιατραφής] ut, Vita umbratilis & delicata. Cic. 2. Tuſc. 27. Sic ad malam domeſticam diſciplinam vitamque umbratilem & delicatam, cum acceſſerunt etiam poetæ, nervos omnes virtutis elidunt.
Exercitatio umbratilis, Quæ in loco operto atque adeo in umbra fit. Cic. 1. de Orat. 157. Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione & umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in caſtra atque aciem foraſem.
Mora ſegnis & umbratilis. Columel. lib. 5. cap. 2.
Oratio philoſophorum mollis & umbratilis. Cic. in Orat. 64. Quia videlicet philoſophi in umbraculis verſabantur. V. Umbratilis oratio, in ORO.
Vita umbratilis & delicata. Cic. 2. Tuſc. 27.
UMBRATILITER, Adv. Sidon. 2. Epiſt. 20. Umbratiliter effingere. i. e. Levi pictura.
UMBRŌSUS, a, um. Adj. [σκιερός] ior, iſſimus. Opacus.
Arbor umbroſa. Virg. 2. Georg. 66.
Arundo umbroſa. Virg. 8. Æn. 34.
Cacumina umbroſa. Virg. 9. Ecl. 3.
Collis umbroſus. Ovid. 2. de Arte Am. 486.
Nemus umbroſum Ovid. 7. Met. 75.
Ripa. Hor. 3. Carm. 1. 23.
Silva. Ovid. 1. Met. 693.
Tecta. Tibull. lib. 2. 4. 1.
Vallis. Virg. 3. Georg. 331.
Compar. & Superl. Cic. 3. Q. frat. 1. Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam. Plin. lib. 16. cap. 26. Fico folium maximum umbroſiſſimumque. Idem lib. 12. cap. 27.
UMBRIFER, ĕra, ĕrum. Adj. [σκιαφόρος, Gl. G. L.] Ferens umbram.
Academia umbrifera. Cic. 1. de Divin. 22.
Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo
Fuderunt claras fecundi pectoris artes. Ex poeta. Varro 2. de R. R. cap. 2. Circiter meridianos æſtus dum defervescunt, ſub umbriferas rupes, & arbores patulas ſubjiciunt.
Fundo umbrifero Styx livida. Stat. 1. Theb. 57.
Nemus umbriferum. Virg. 6. Æn. 473.
Undæ umbriferæ ſulcator. Stat. 8. Theb. 18. Charontem intelligit & Stygem.
UMBRO, [σκιάζω, Gl. G. L.] āre. Tegendo umbram facere. Columel. lib. 5. cap. 6. Tum omnes pæne virgæ, ne umbrent, eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur. Plin. lib. 19. cap. 1. Marcellus velis forum umbravit.
Montes umbrantur opaci. Virg. 3. Æn. 508.
UMBRANS, antis. Partic. ut, Arbuſtis umbrantibus tegi. Pallad. Auguſt. 1. 8.
Cilio umbrante tegi. Prudent. Hamart. v. 873.
UMBRĀTUS, a, um. aliud Partic. ut, Dux umbratus roſis. Claud. de Bello Gildon. 446.
Currus umbratus. Manil. 2. 139.
Tempora umbrata quercu. Virg. 6. Æn. 772.
UMBRATŪRUS, a, um. Partic. Claud. Nupt. Hon. & Mar. v. 149.
Umbratura Deam retro ſinuantur in arcum
Bellua.
UMBRĀCŬLUM, i. n. [σκιάδιον, Gl. G. L.] Locus compoſitus & tectus frondibus aut re alia quacunque ad umbram prebendam. Varro lib. 1. de R. R. cap. 51. Ubi ea re tecta & loca calida prope aream faciunt, ac umbracula, quo ſuccedant homines in æſtu, tempore meridiano. Virg. 9. Ecl. 42.
— & lentæ texunt umbracula vites.
Tegmen & umbraculum. Columel. lib. 3. cap. 10.
Eruditorum umbracula. Cic. de Clar. Orat. 37. Proceſſerat enim in ſolem & pulverem, non ut e militari tabernaculo, ſed ut e Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis. Idem 3. de Legib. 14. Mirabiliter doctrinam ex umbraculo eruditorum, otioque, non modo in ſolem atque in pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque produxit. Budæus, doctum e σκιαμαχία, id eſt umbratili pugna, exiſtimat. Sententia eſt, Civilem doctrinam & diſputationes de Republica non ſolum ſub tecto ſcholiſque philoſophorum exercuit, verum & ad juſtum prælium deſcendit, ac diſciplinam civilem in concertationes forenſes, & Reip. contentiones, cujuſmodi fere in populari ſtatu exiſtunt, produxit. Doctam potius a Gymnaſiorum ambulationibus, quæ arborum umbraculis erant opacæ: ut in Academia & Lyceo. V. Procedere in Solem, in SOL.
Umbraculum, pro Umbella mulieris. Ovid. 2. Faſt. 311.
Aurea pellebant rapidos umbracula ſoles.
Vincant ſolem umbracula. Martial. 14. 28.
Vincta umbracula ſertis. Tiboll. lib. 2. 5. 97.
UMBRIA, æ. f. [Ὀμβρική] Regio Italiæ, quam Plin. lib. 3. cap. 14. in ſexta regione collocat, ἀπὸ τῶν ὄμβρων, hoc eſt ab Imbre: quod ombri a Græcis quaſi Umbri dicantur, & omnium Italiæ populorum antiquiſſimi inundatione terrarum imbribus fuiſſe credantur. Vel dicta eſt Umbria ab umbra: quod ea regio propter altitudinem montium & viciniratem Apennini, umbroſa ſit. Incipit Umbria ab Apennino, & ultra ac uſque ad ſinum Adriaticum extenditur, multis præclara vetuſtiſſimis oppidis, ſed in primis Sentino, & Fano Fortunæ. In ea etiam ſunt Spoletum: a quo nunc ea regio, Ducatus Spoletanus dicitur: Nurcia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Aſſiſis, Tadertum, Narnia. Trecenta Umbrorum oppida Tuſci debellaſſe reperiuntur. Meminit Umbriæ Cic. 1. de Divin. 92. & Lucan. lib. 2. 463.
UMBER, bri. m. [Ὄμβρος] Qui eſt ex Umbria. Catull. in Egnatium, 37. 11.
Aut parcus umber, aut obeſus Hetruſcus.
Aper Umber. Hor. 2. Serm. 4. 40.
Martius Umber. Sil. lib. 10. 313.
Mariti Umbri rubicunda uxor. Ovid. 3. de Arte Am. 303.
UMBRUS, a, um. Adj. ut, Terra Umbria. Gell. lib. 3. cap. 2.
UMBRĪCA, æ. f. Cretæ ſpecies. Plin. lib. 35. cap. 17.
UMBRICIUS, i. m. Aruſpicis nomen. Tacit. 1. Hiſt. 27.
UMBRO, are; UMBROSUS. V. UMBRA.

U N A

UNA, UNANIMANS, UNANIMIS, UNANIMITAS, UNANIMITER, UNANIMUS, V. UNUS.

U N G

UNCATIO, UNCATUS, V. UNCUS.
UNCIA, æ. f. [οὐγκία, Gl. G. L.] Exiguæ menſuræ genus. Dicta quod una ſit ex duodecim partibus Aſſis. V. AS.
Uncia Pondo. Plaut. Men. 3. 3. 3.

Atque

Atque huic ut addas auri pondo unciam. Idem Rud. 4. 2. 8.
Lepide evenit: neque piſcium ullam unciam hodie
Pondo cepi, niſi hoc, quod fera hic in rete. Celſ. lib. 5. cap. 17. Sed & ante ſciri volo, in uncia pondus denariorum ſeptem eſſe. V. reliqua, & Budæum lib. 5. de Aſſ. Vide etiam LIBRA.
Uncia hæreditatis. Cic. 13. Att. 48. Mortuus enim Babulius. Cæſar, opinor, ex uncia: etſi nihil adhuc: ſed Lepta ex triente.
Uncia agri, Duodecima pars jugeri. Varr. 1. de R. R. cap. 10.
Uncia in menſuris vocatur Duodecima pars pedis. Nos Pollicem dicimus. Unde Plin. lib. 15. cap. 24. Latitudo pollicaris, quæ & uncialis. Frontinus de Aquæductibus, Eſt autem digitus, ut convenit, ſextadecima pars pedis, uncia duodecima.
Uncia, Duodecima pars ſextarii. V. Sextarius Romanus, in SEX.
Uncia uſura, Quæ duodecima pars eſt Centeſimæ, & hujus, velut Aſſis, uncia una. Scævola. l. Titium. §. Præfectus. D. de adminiſtr. & peric. tutorum, Præfectus legionis ita teſtamento cavit: Volo ut ſit in arbitrio tutorum filii mei, ſi voluerint hujus ſummæ uncias inferre uſurarum nomine, ita ne nummi diſpergantur. Quæro, ſi apparuerit pecuniæ feneratæ a tutoribus: judicio tutelæ uncias uſuras, an vero eas, quas ſtipulati ſunt, præſtare debeant. V. infra UNCIARIUS.
UNCIŎLA, æ. f. dimin. [οὐγκίδιον] Juven. 1. Sat. 40.
Unciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem.
UNCIĀTIM, Adv. [κατ' οὐγκίας] Ter. Phorm. 1. 1. 9.
Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comparſit miſer, &c. Plin. lib. 28. cap. 9. Datur & phthiſicis unciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres unciæ e toto reſidant.
UNCIĀLIS, e. Adj. [οὐγκιαῖος] Quod ad unciam pertinet: vel Quod eſt unius unciæ.
Altitudo uncialis. Plin. lib. 18. cap. 16.
Aſſis uncialis, Qui unciam tantum valebat. Plin. lib. 33. cap. 3. Q. Fabio Maximo Dictatore aſſes unciales facti.
Litteræ unciales. Hieronymus in præfatione libri Job, Habeant, qui volunt, veteres libros, vel in membranis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus (ut vulgo ajunt) litteris, onera magis exarata, quam codices. Unciales litteras Hieronymus intelligi voluit, Pollicis craſſitudine exaratas. Bud. de Aſſe lib. 1. [Niſi ad altitudinis modulum potius referendum.
UNCIARIUS, a, um. Adj. [οὐγκιαῖος] ut, Lex unciaria, apud Feſt.
Fenus unciarium, Omnium minimum quod ex centum unciam tantum in annum reddebat. Liv. 7. 16. De unciario fenore a M. Duellio, L. Menenio Trib. pleb. rogatio eſt perlata. Sane vetus urbi fenebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa, eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis ſanctum, ne quis unciario fenore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletum agitaretur. deinde rogatione Tribunicia ad ſemuncias redacta. Poſtremo vetita verſura. [V. plenius Uncias uſuras, & quæ eodem pertinent, explanantem Jo. Fred. Gronov. de Pecun. vet. lib. 3. cap. 13. & in Diatr. de Unciis uſuris. Sunt autem Unciæ uſuræ, cum pars centeſimæ duodecima ſingulis menſibus ſolvitur, h. e. unus in centenos.
Stips unciaria, Duodecima aſſis pars, omnium minima moneta. Plin. lib. 34. cap. 5.
Vites unciariæ, Quæ ita depoſitæ erant, ut inter quamlibet vitem unius jugeri unciæ intervallum æquale faceret. Columel. lib. 3. cap. 2.
UNCINATUS, UNCINUS, UNCIPES, V. UNCUS.
UNCTUM, V. UNGO.
UNCUS, i. m. [ὄγκινος] Fuſtis ab uno latere incurvus ac ſeſe retorquens. A Græco fit: Græci enim ὀγκοῦσθαι extuberare & intumeſcere dicunt: & ὄγκον tumorem: a quo ὄγκινος uncum ſive uncinum: quod ubi incurvatur, quodammodo intumeſcere atque extuberare videatur. Columel. lib. 3. cap. 18. Et velut uncus infixus ſolo, antequam extrahatur, prærumpitur.
Unco puniebantur damnati. Juven. 10. Sat. 66.
—Sejanus ducitur unco Spectandus. Plin. in Paneg. cap. 33. Nemo ſpectator ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco, & ignibus expiavit. Cic. pro C. Rabir. 16. Nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore, neque res geſtæ, neque acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt?
Impactus uncus. Cic. 1. Philipp. 2. Uncus impactus eſt fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaſerat. Quo genere pœnæ afficiebantur, qui ignominioſiſſimo ſupplicio afficiebantur, & vel in ignem, vel ad Gemonias ſcalas, aut in Tiberim trahebantur. Infigebatur autem gutturi, unde a Juvenale ſcriptum eſt, 1. Sat. 156.
—qui fixo gutture fumant. Et a Propert. 4. 1. 141.
Et bene cum fixum mento diſcuſſeris uncum,
Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo. Unco autem ad Gemonias trahebantur, aut in Tiberim, ut honore ſepulturæ privarentur, quo carere acerbiſſimum antiquis erat. Etiam in barathro unci erant, & abjecta in id cadavera his affixa hærebant in barathro pendentia, ut ex Suida notum eſt. Ex Turneb. 13. 9.
Severus uncus. Hor. 1. Carm. 35. 20. Quo loco Turnebus ſic ait, Uncus ſeverus, hamus eſt & anſa ferrea coagmenta rerum tenaciter & aſpere retinens, liquido plumbo addito. Hæc ille.
Ferreus uncus. Liv. 30. 10.
Navalis uncus, Harpago. Valer. 8. Argon. 298.
Uncus, pro Anchora. Val. Flac. 2. Argon. 428.
Has inter lacrimas legitur piger uncus arenis:
Jam remi rapuere ratem, &c.
UNCUS, a, um. Adj. Incurvus. [γαμψὸς, ἀγκυλώδης] Columel. lib. 7. cap. 11. Atque unci digitis alterum quoque teſticulum educito. Plin. lib. 11. cap. 37. Aquaticis unci ungues ſunt.
Lævia & Unca, contraria ſunt apud Lucret. lib. 2. 426.
Æra unca. Ovid. 2. de Pont. 7. 9. i. e. Hami.
Aratrum uncum. Virg. 1. Georg. 19.
Cauda unca minatur ſcorpius. Ovid. 15. Met. 371.
Cornibus uncis feris taurus. Propert. lib. 2. 5. 19.
Dente unco recluditur [illegible]. Virg. 2. Georg. 423.
Hami unci. Ovid. 15. Met. 476.
Labrum uncum. Lucret. lib. 4. 592.
Morſu unco naves alligat anchora. Virg. 1. Æn. 173.
Ora unca. Stat. 3. Theb. 534. De aquilis.
Pedes unci. Virg. 3. Æn. 233.
Retinacula unca. Stat. 3. Silv. 2. 32.
Unguibus uncis timendæ volucres. Lucret. lib. 5. 32.
Vomer uncus. Virg. 2. Georg. 223.
UNCINUS, a, um. Adj. Paulinus Natal. 7. Felic. v. 270.
Staminis uncino, quaſi piſcis, inhæſerat hamo.
UNCĪNUS, i. m. [κόραξ ῥόπτρον θύρας, Gl. L. G. & G. L. ὄγκινος, G. L.] Repagulum. Idem quod Uncus. Apul. 3. Met. p. 135. Elmenh. Peſſulis injectis & uncino firmiter immiſſo.
UNCINĀTUS, a, um. Adj. [ἀγκιστρωτὸς] Uncinis armatum. Cic. 4. Acad. 121. Nec ut illa, qui aſperis & lævibus, & hamatis, uncinatiſque corporibus concreta hæc eſſe dicas, interjecto inani.
UNCO, āre. Auctor Philomel. v. 51.
—urſus ferus uncat. [An Oncat?
UNCĀTUS, a, um. Partic. Inſtar uncini factus. Cæl. Aurel. Tard. 5. 3. 37. Quidam uncati permanent.
Litteræ uncatæ. Sidon. 4. Epiſt. 20.
UNCATIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Acut. 2. 32. Unguium uncatio, quam γρύπωσιν vocant.
UNCĬPES, ĕdis. Cui uncus pes. Tertull. de Pallio cap. 5.

U N D

UNDA, æ. f. [κῦμα, ὕδωρ, καὶ κῦμα, Gl. L. G.] proprie Pars aquæ in ſe collecta, & in unam partem tendens, ut quum fluctuat mare, dicta quod ſit una, & in ſe coacta. Cic. 10. Philipp. 8. O ſpectaculum illud, non modo hominibus, ſed undis ipſis & litoribus luctuoſum, cedere e patria ſervatorem ejus, manere in patria proditores. Apud Plaut. in Milit. 2. 6. 33. Undarum plenum mare.
Unda ponitur pro Aqua, ut pars pro toto. Ovid. 1. Met. 22.
—& terris abſcidit undas. h. e. Mare a terra ſeparavit.
Cæcis erramus in undis, Tenebricoſis. Virg. 3. Æn. 200.
Deformis unda Stygis. Senec. Thyeſt. 8.
Dulces undæ. Virg. 2. Georg. 243.
Flavæ undæ. Claud. 1. in Ruff. 91. al. Refluæ.
Acrius Harpyiis, flavis incertius undis.
Fluctivaga unda. Stat. 1. Theb. 271.
Formoſæ undæ. Propert. lib. 1. 20. 41.
Gelida unda perluit. Hor. 1. Epiſt. 15. 4.
Grata unda ſiti. Ovid. de Rem. Amor. 406.
Humilis unda, Non profunda. Senec. Agamem. 6.
Inertes undæ. Lucan. lib. 6. 107.
Innabilis unda. Ovid. 1. Met. 16.
Lapidoſæ undæ. Ovid. 15. Met. 32.
Limoſæ undæ. Sil. lib. 8. 602.
Liquidæ undæ. Virg. 5. Æn. 859.
Mendax unda ſcrupeis vadis. Doloſa ob vada ſaxoſa, quibus atteruntur naves. Senec. Agamem. 6.
Minax unda. Hor. 1. Carm. 12. 32.
Molles undæ. Lucret. lib. 2. 375.
Nigræ undæ. Lucret. lib. 3. 841.
Nitidis undis argenteus fons. Ovid. 3. Met. 407.
Opaca unda. Ovid. 14. Met. 330. al. Amœna umbra.
Præceps unda. Stat. 6. Theb. 774.
Rapax. Ovid. 8. Met. 550.
Rapida. Ovid. 7. Met. 6.
Rauca unda. Ovid. 11. Met. 783.
Recurvatæ undæ, Anfractoſæ. Ovid. 2. 246.
Quæque recurvatis ludit Mæander in undis.
Sævæ undæ. Lucret. lib. 5. 223.
Salſæ undæ. Lucret. lib. 6. 891.
Salubris unda. Ovid. 2. de Arte Am. 258.
Sequaces undæ, Malæ. Virg. 5. Æn. 193.
Silens unda, Quieta. Valer. 5. Argon. 522.
Spumea. Virg. 10. Æn. 212.
Spumoſa. Virg. 6. Æn. 174.
Stygiæ undæ. V. STYX.
Tacita unda. Virg. 8. Æn. 87.
Lenis, & tacita effluens ita ſubſtitit unda.
Tarda unda innabilis palus. Virg. 4. Georg. 479.
Tenui unda pellucidus fons. Ovid. 3. Met. 116.
Tepidæ undæ. Ovid. 2. Met. 269. al. Antra.
Torrentem undam levis innatat alnus. Virg. 2. Georg. 452.
Tramalæ undæ. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 2.
Triſti unda innabilis palus. Virg. 6. Æn. 438.
Vaga unda. Ovid. 8. Met. 595.
Veloces undæ. Lucan. lib. 1. 433.
Vitreæ undæ. Ovid. 5. Met. 48. al. Antra.
Volucris unda. Valer. 5. Argon. 428.
Agitata ventis unda. Senec. Agamem. 6.
Albeſcentes undæ. Sil. lib. 8. 453.
Alludentes undæ. Ovid. 4. Met. 342.
Aſperat hiems undas Aquilonibus. Virg. 3. Æn. 285.
Conticuere undæ. Ovid. 5. Met. 474.
Currens unda. Ovid. 2. Amor. 16. 35.
Curvata in montis faciem circumſtetit unda. Virg. 4. Georg. 361.
Decreſcentes undæ. Ovid. 1. Met. 345.
Dehiſcens unda terram inter fluctus aperit. Virg. 1. Æn. 110.
Deſilire in undas. Ovid. 2. Faſt. 111.
Deſpumare undam trepidi aheni. Virg. 1. Georg. 296.
Divulſa remis ſonat unda. Ovid. 8. Met. 138.
Dare vela per undas. Virg. 5. Æn. 796.
Exaſperat concuſſus Triton undas. Ovid. 2. Amor. 11. 27.
Exercet indomitas undas Auſter. Hor. 4. Carm. 14. 20.
Exſultantes undæ. Ovid. 13. Met. 892.
Ferventes æſtibus undæ. Ovid. 14. Met. 48.
Haurire undam ab omnibus. Stat. 1. Silv. 2. 259.
Impellitur unda unda. Ovid. 15. Met. 181.
Incaneſcit unda ſpumis. Catull. 62. Argon. 13.

Inhorruit

Inhorruit unda tenebris. Virg. 3. Æn. 195.
Innatare undam. V. INNATO.
Inſilire undis. Ovid. 8. Met. 148.
Inſonuit unda. Ovid. 4. Met. 688.
Intremuere undæ. Virg. 3. Æn. 673.
Labentes undæ. Ovid. 5. Met. 387.
Ludunt per undas delphines. Virg. 5. Æn. 595.
Mergitur unda delphinus. V. MERGO.
Natare placidis undis. Ovid. 13. Met. 899.
Projicere aliquem in undas. Virg. 5. Æn. 859.
Rapere currus ſuſpenſos per undas. Cic. 2. Tuſc. 67. Et equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur.
Ridentes undæ, Nitentes & tranquillæ. Lucret. lib. 5. 1003.
Satiare ora unda. Stat. 3. Theb. 455.
Sonat incurſu undarum unda. Ovid. 11. Met. 496.
Spumans unda. Virg. 4. Georg. 529.
Stridentes undæ. Lucan. lib. 9. 869.
Subſident undæ. Virg. 5. Æn. 820.
Surgentes undæ. Virg. 6. Æn. 354.
A bis ſeptem undis. V. A & AB præpoſitiones.
Aeriæ undæ, Nubes. Lucret. lib. 6. 151.
Unda primi preli, Prima olei prælo expreſſi fluxio. Plin. lib. 15. cap. 4. Ex eadem quippe oliva differunt ſucci. Primum omnium crudæ, atque nondum inchoatæ maturitatis, hoc ſapore præſtantiſſime. Quin & ex ea primi unda preli laudatiſſima, ac deinde per deminutiones.
Undæ comitiorum, per tranſlationem, Varia ſententiarum multitudo, quibus, veluti undis mare, ita etiam comitia fervere videntur. Cic. pro Planc. 15. Sin hoc perſæpe accidit ut & factos aliquos, & non factos eſſe miremur: ſi campus atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum & immenſum, ſic effervescunt quodam quaſi æſtu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant; in tanto nos impetu ſtudiorum & motu temeritatis modum aliquem & conſilium & rationem requiramus?
Bellorum undæ. Claud. 2. in Eutrop. 507.
Unda, pro Hominum multitudine. Virg. 2. Georg. 462.

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.

UNDĀTUS, a, um. Adj. [κυματωτὸς] ut, Undatum imbricatum concharum genus. Plin. lib. 9. cap. 33.
UNDĀTIM, Adv. [κυματωδῶς] Ad ſimilitudinem undarum. Plin. lib. 36. cap. 7. Auguſtum undatim criſpum in vertices: Tiberium ſparſim convoluta canitie. Idem lib. 13. cap. 15.
UNDŌSUS, a, um. Adj. [κυματώδης, κυμαίνων] Undis plenum: ut, Undoſum mare.
Æquor undoſum. Virg. 4. Æn. 313.
Fluctus undoſior. Solin. cap. 88.
Plemmyrium undoſum. Virg. 3. Æn. 693.
Regna undoſa, Fluvius. Sil. lib. 5. 21.
UNDŌSE, Adv. Compar. Ammian. 27. 6. Freto undoſius ab Euxino Ponto labenti.
UNDO, [κυμαίνομαι, κυματοῦμαι] āre. Undas facere. De igne Virg. 12. Æn. 673.

Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cælum undabat vortex, turrimque tenebat. V. UNDANS, Partic.

Regio undat equis, floretque viris. Valer. Flacc. 1. 539.
Undare, Inundare. Stat. 1. Achil. 86.

Quum tuus Æacides tepido modo ſanguine Teucros
Undabit campos, &c.

UNDANS, antis. Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 89.

Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo ſaxeam, aut cælum eruí.

Galea undans fletu. Stat. 2. Theb. 635.

— nec vincla coercent
Undantem fletu galeam. h. e. Lacrimarum inundatio vincula galeæ rumpebat. Lactantius.

Nilus bello undans. Virg. 3. Georg. 28. Servius, quaſi non undas, ſed bella portans, propter Antonii & Cleopatræ graviſſimum prælium.
Vulnere perfundit undanti ſomnum. Stat. 2. Theb. 124. h. e. Sanguine vulneris dormientem perfundit.
Undantia flammis, Βράζοντα. Gloſſ. Latinograec. V. & in ipſo verbo.
Ætna undans. Virg. 1. Georg. 472. Undæ modo flammas evomens. Serv.
Fumus undans miſto pulvere. h. e. Abunde exſurgens. Virg. 8. Æn. 609.
Curis undans, Abundans. Valer. 5. Argon. 303.

Præcipue Æſoniden varios incerta per æſtus
Mens rapit undantem curis, &c. h. e. Curis abundantem, & agitatum fluctuantemque.

Chlamydem undantem facere. Plaut. Epid. 3. 3. 55.
Habenæ undantes. Virg. 10. Æn. 471.
Lora undantia. i. e. Large effuſa. Virg. 5. Æn. 146.
UNDANTER, Adv. Apul. 2. Met. p. 244. Elmenh. Capillo fluente undanter.
UNDABUNDUS, a, um. Adj. ut, Mare undabundum, [κυμαίζουσα θάλασσα] apud Gellium dicitur, Abunde undas faciens. lib. 2. cap. 30. Sed mare eſt etiam atque etiam undabundum.
UNDĀMEN, inis. n. Auſon. Moſell. v. 32. Alii hic legunt Munamen.
UNDULĀTUS, a, um. Adj. [κυματώδης] Undulata veſtis, quæ fit ex hircorum & caprarum pilis, potius quam lanis: quod ad undarum ſimilitudinem picta ſit. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. Et a quibuſdam dicitur eſſe virginis Fortunæ ſimulacrum, ab eo quod duabus undulatis togis eſt opertum, perinde ut olim reges noſtri undulatas & prætextatas togas ſoliti ſunt habere. Nonius 2. 926. Varro, inquit, undulatum nove pro puro poſuit. Plin. lib. 8. cap. 48. Undulata veſtis primo lautiſſimis fuit, inde ſoriculata defluxit.
UNDICŎLA, æ. c. In undis vivens. ut, Naiades undicolæ. Varro apud Nonium.
Piſtrix undicola. Avien. Phænom. Arat. v. 809.
UNDIFLUUS, a, um. Adj. ut, Gurges undifluus. Dracont. Hexaem. v. 233.
UNDIFRĂGUS, a, um. Adj. ut, Fluctus undifragi. Fortunat. Epiſt. præmiſſ. 2. Carm. 3.

UNDISŎNUS, a, um. Adj. [ἠχώδης] ut,
Dii undiſoni. Propert. lib. 3. 20. 18.
Rupes undiſonæ. Stat. 1. Achill. 198.
UNDIVĂGUS, a, um. Adj. ut, Mare undivagum. Eugen. Toletan. Carm. 19.
UNDE, Adv. [πόθεν, Gl. L. G. ὅθεν, G. L.] Ex quo loco: interrogative & infinite accipitur. Ter. Eun. 2. 3. 13. Quid tu es triſtis? quidve es alacris? unde is? CH. ego neſcio hercule. Hic tamen Donatus interpretatur Unde, pro Ad quid. Idem Adelph. 3. 2. 4.

Tot res repente circumvallant, unde emergi non poteſt. Cic.

pro Cæcin. 87. Unde tu. hoc verbum Unde, utrumque declarat, & ex quo loco, & a quo loco. unde dejectus eſt Cincius? ex urbe. unde dejeciſti? ab urbe. unde dejecti Galli? a Capitolio. unde qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio.
Inde, unde. Auctor ad Heren. lib. 1. 14. Rem breviter narrare poterimus, ſi inde incipiemus narrare, unde neceſſe erit.
Unde, A cujus domo: vel Cujus, vel Cujas eſt? Ter. And. 4. 5. 9.

Eho Myſis, puer hic unde eſt? quiſve huc attulit? Idem Eun. 2. 3. 29.
Quid virgo, cuja eſt? CH. neſcio hercle. P. unde eſt? CH. tantundem. Idem And. 4. 5. 11.

Unde domo? i. e. De qua civitate? Virg. 8. Æn. 114.

Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma? Servius.

Ubi, quis, & unde. Cic. 4. Verr. 188. Ego inſtare, ut mihi reſponderet ubi eſſet, quis eſſet, unde eſſet, &c.
Unde, A latere. Plaut. Caſ. 2. 2. 25. Vide quod ſcriptum unde villicus eſt. [Longe alia in editis lectio eſt.
Unde, Ad quid. Hor. 2. Serm. 7. ad finem;

Unde mihi lapidem? quorſum eſt opus? unde ſagittas? [Hic
Quorſum ſignificat Ad quid, non Unde. Unde mihi? pro Ubi capiam?

Unde iſte amor tam improviſus, ac tam repentinus? Cic. 2. de Lege Agrar. 59.
Unde ſæpe vice Præpoſitionis & pron. relativi, pro A quo, vel A qua, ut Eloquentia, unde longe abſum. Cic. de Clar. Orat. 318.
Unde, Ex qua re. Ter. Adelph. 1. 2. 41.

— eſt, diis gratia,
Et unde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt. Cic. de Aruſp.

Reſp. 29. Alterum putabo regem ſi habuerit unde tibi ſolvat. [Vulgo *De quo*.
Dos, unde ſuſtentare ſe poſſit mulier. i. e. Ex qua ſe poſſit alere. Cajus in l. Curator. D. de ventr. in poſſeſſ. mittend.
Unde, A quo homine. Virg. 1. Æn. 10.

— genus unde Latinum. Ter. Eun. 1. 2. 25. E prædonibus unde emerat. Cic. 1. de Orat. 67. De ea multo dicat ornatius quam ille ipſe, unde cognorit.

Hem mea lux, meum deſiderium, unde omnes opem petere ſolebant. Cic. 14 Fam. 2.
Unde petitur, h. e. Debitor. Cic. 7. Fam. 11. Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut a ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent. Idem 1. de Orat. 168. Homo ex diſertorum numero poſtulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque uſitata exceptio daretur, cujus pecuniæ dies fuiſſet.
Unde, Quomodo, qua ratione, ex qua re. Ter. And. 3. 2. 31. Unde id ſcis? D. audivi, & credo. Cic. 1. Acad. 8. Nec erat unde ſtudioſi ſcire poſſent.
Verbum, unde quiſquam poſſit offendi. Cic. pro Sull. 72.
Non recordor unde ceciderim, ſed unde ſurrexerim. Cic. 4. Att. 16.
Unde gentium, Idem quod Unde. Plaut. Aſin. 2. 1. 77. Face id ut paratum jam ſit. L. unde gentium? Idem Ciſtel. 4. 1. 16. Nam, obſecro, unde hæc gentium?
Aliquando geminatur. Plaut. Pſeud. 1. 1. 104.

Atque id futurum unde, unde dicam neſcio. conf. Catull. 65. 27.

UNDECUNQUE, Adv. [πόθεν δήποτε, Gl. L. G. ὅθεν δήποτε, G. L.] Ex quocunque vel quolibet loco. Plin. in Paneg. cap. 80. Poſtremo, velociſſimi ſideris more, omnia inviſere, omnia audire, & undecunque invocatum, ſtatim nomen velut adeſſe & adſiſtere. Et Quintil. lib. 7. cap. 3. Nec, undecunque cauſæ fluxit, ibi culpa eſt.
UNDELIBET, Adv. [ὅθεν βούλει] Auctor ad Heren. 4. 64. Aſt iſtud quidem facile fuit undelibet invenire.
UNDIQUE, Adv. [πανταχόθεν, Gl. G. L.] Ex omni parte. Cic. 5. Verr. 149. Teſtis eſt tota provincia, propterea quod undique ad emendas decumas ſolent eo convenire. Idem 5. de Finib. 26. Quod ita interpretemur, vivere ex hominis natura undique perfecta & nihil requirente.
Cogunt auxilia undique. Virg. 8. Æn. 7.
Perfecta atque abſoluta honeſtas undique. Cic. 5. de Fin. 69.
Perfectus undique eſt mundus. Cic. 2. de Nat. Deor. 38.
Proripere undique aliquem. Cic. 7. Verr. 161. Deinde jubet undique hominem proripi, vehementiſſimeque verberari. [i. e. Ubicunque ſit. Paulo ſupra idem aliis verbis Cic. expreſſit.
Septus locus undique. Cic. 7. Verr. 67.
Tolle religionem aut undique, aut uſquequaque conſerva. Cic. 2. Philipp. 110.
Undique, Ex omni genere. Cic. 5. Tuſc. 86. Sic vita, non ſolum ſi undique referta bonis eſt, ſed ſi multo majore & graviore ex parte bona propendent, beata recte dici poteſt.
Ex omni genere, & undique. Cic. pro Sext. 119. Non ſum tam ignarus, Judices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam ac delibem.
Undique ſecus. Solin. cap. 40. Locus viret undique ſecus agris arentibus.
Undique verſum. Solin. cap. 43. Cremutius auctor eſt, has eaſdem anno quinto in Æthiopia catervatim coire, & undique verſum quot uſquam gentium ſint, ad regiam Memnonis convenire. De avibus Memnoniis. V. Gell. lib. 12. cap. 13.

U N E

UNEDO, UNETERA, UNETVICESIMUS, UNETVICESIMANI, V. UNUS.

UNIO,

Unɢo, unxi, unctum, [ἀλείφω, Gl. G. L.] ĕre. & Unɢuo, ungui, unctum, ĕre. ſecundum Priſcianum: quaſi Unum agere, Unguendo enim copulatur atque unitur caro. Cato R. R. cap. 72. Pice liquida cornua infima ungito. Sic cap. 8. & 95.

Tractare, tergere, ungere. Cic. in Parad. 3. Sed ut in familia, qui tractant iſta, qui tergent, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt, &c.

Olivo ungi. Hor. 1. Serm. 6. 23.

Unguentis ungere. Cic. 6. Verr. 77. Quid hoc tota Sicilia eſt clarius, quam omnes Sageſtanas matronas & virgines conveniſſe, quum Diana exportaretur ex oppido? unxiſſe unguentis, compleſſe coronis & floribus?

Ungi & accumbere. Cic. 13. Att. 50. De Mamurra non mutavit, unctus eſt, accubuit, ἐμετικὴν agebat.

Unɢens, entis. Partic. [ἀλείψας] Vulg. Interp. Jac. 5. 14. Presbyteri ungentes infirmum oleo in nomine Dei.

Unctus, a, um. [κεχρισμένος] Partic.

Unctus cruore, apud Hor. 2. Carm. 1. 5.

Capillis unctis puer. Hor. 1. Carm. 29. 8.

Lapis unctus. Lucret. 5. 1198. Unctum vertier ad lapidem. i. e. Ad ſimulacrum ſe vertere religionis cauſa. Nam in ſalutandis, & precandis diis, dextroverſum ſe vertere ſolebant, & ipſa ſimulacra oleo aut unguentis perfundere. Turnebus Adverſ. 2. 21. al. Velatum. V. paulo ſupra Unguentis ungere.

Manus unctæ, Pingues, non terſæ. Hor. 2. Serm. 4. 79.

Olluſcula uncto pingui lardo. Hor. 2. Serm. 6. 64.

Unctus, Squalido opponitur. Martial.

Ad alia transfertur. ut, Cœna unctior, Lauta. Martial. 5. 46.

Conſuetudo loquendi unctior. V. Conſuetudo, in ᴄᴏɴꜱᴜᴇꜱᴄᴏ.

Patrimonia uncta, Ampla. Catull. 30. 23.

Unctŭlus, a, um. Simio. Varro apud Non. 2. 847. Circumtonſi, & terſi atque unctuli. V. Apul. 3. Met. p. 139. Elmenh.

Unctiuscŭlus, a, um. Adj. [ὑπολίπαρος] dimin. ab Unctus adjectivo. Plaut. Pſeud. 1. 2. 85.

Num quopiam eſt hodie tua tuorum opera conſervorum,

Nitidiſſimum caput? aut num ipſe pulmento utor magis

Unctiuſculo? [i. e. Lautiore.

Unctio, ōnis. f. [ἄλειψις, Gl. L. G.] Plaut. Stich. 1. 3. 73.

Vel unctiones Græcas ſudatorias. Cic. 2. de Orat. 21. Philoſophum omnes unctionis cauſa relinquant.

Unctus, ûs. m. Idem. Apul. 1. Met. ſub finem: Oleum unctui profer.

Unctor, ōris. m. [ἀλείπτης, Gl. L. G. & G. L.] Qui ungit. Martial. lib. 7. 31. Sordidus unctor. Et Cic. 7. Fam. 25. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum unctorem, diſceſſit a me, &c. V. ᴀʟɪᴘᴛᴇꜱ.

Unctūra, æ. f. [ἄλειμμα] Idem quod Unctio. Cic. 2. de Legib. 60. Hæc præterea ſunt in legibus de unctura, quibus ſervilis unctura tollitur, omniſque circumpotatio.

Unctōrius, a, um. Adj. [ἀλειμματικός] ut, Unctorium hypocauſton, Ubi ſervabatur oleum ad unguendum opportunum. Plin. 2. Epiſt. 17.

Unctĭto, [ἀλείφομαι] āre. frequent. Plaut. Moſt. 1. 3. 117.

Nam iſtæc veteres, quæ ſe unguentis unctitant, interpoles.

Unɢuen, ĭnis. n. [ἄλειφαρ] Idem quod Unguentum: ſignificat Succum omnem, ex quo aliquid ungi poteſt. Unguen, Cato R. R. cap. 80. Varro 2. de R. R. cap. 9. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quod muſcæ & ricini, & pulices ſoleant (ſi hoc unguine non ſis uſus) exulcerare. Columel. lib. 6. cap. 32. Unguine ceti. Idem lib. 6. cap. 33. Pice & oleo vel unguine miſtis.

Pingues unguine ceræ. Virg. 3. Georg. 450.

Craſſo vitiarunt unguine pulies. Perſ. 6. Sat. 40.

Pingui fluit unguine tellus. Valer. 6. Argon. 360.

Unɢuĭnōsus, a, um. Adj. [ἀλειμματώδης] ab Unguine: ut, Unguinoſum medicamentum. Plin. lib. 13. cap. 1. Idem lib. 23. cap. 8. Sunt autem recentes nuces juglandes jucundiores, ſiccæ unguinoſiores, & ſtomacho inutiles.

Unɢuentum, & frequentius Unɢuentum, i. n. [μύρον. Gl. L. G. & G. L. ἄλειμμα, L. G.] non eſt Medicamentum, ut vulgus exiſtimat, & tenax illa compoſitio, qua chirurgi utuntur ad vulnera curanda: ſed Commiſtio diverſorum odorum, addito oleo aut balſamo, aut aliquo pingui, ad ungendum capillum, deliciarum & luxuriæ cauſa inventa. Plaut. Moſt. 1. 1. 41.

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica. Pomponius tamen Juriſc. titulo De auro, argento, mundo ornamentis, l. Argumento, ſcribit Unguenta eſſe, quæ valetudinis cauſa comparantur, ſed hæc magis medicamenta dicuntur. Hor. 2. Carm. 7. 23.

— funde capacibus

Unguenta de conchis. V. ᴊᴀᴛʀᴀʟɪᴘᴛɪᴄᴀ.

Compoſitio unguentorum, conditio ciborum. Cic. 2. de Nat. Deor. 146.

Craſſum unguentum. Hor. de Arte Poet. 375.

Lepidum unguentum. V. ʟᴇᴘɪᴅᴜꜱ.

Nardinum unguentum. V. ɴᴀʀᴅᴜꜱ.

Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores. Cic. 5. Tuſc. 62.

Moritur ſuis boris unguentum. V. Morior, in ᴍᴏʀꜱ.

Nitrata unguenta. V. ɴɪᴛʀᴜᴍ.

Perfricare caput ſuum unguento. Cic. 5. Verr. 62.

Stillant unguenta capillo. Tibull. lib. 1. 7. 51.

Unguentum in lenticula, Proverbium eſt notiſſimum, non tamen ſatis intellectum. Turnebo nihil aliud ſignificare videtur, quam in tenuiculo apparatu & victu, ut in lenticulæ pulmento, non eſſe locum unguentis, quibus in lautis opiparisque conviviis uti ſolebant. Quin & cibis interdum unguenta ſolebant admiſcere, quod in lentis pulmento faciendum non eſt, ob edulii vilitatem tam pretioſa non deſiderantis condimenta. Ariſtot. ex Eurip.

Ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον. Hæc ille 21. 4.

Unguentum non recipit u, ſicut nec Ungo, auctore Servio in 9. Æn. 771. Sed V. Cellarii Orthogr.

Unɢuentātus, a, um. Adj. [μεμυρισμένος, Gl. G. L.] Catul. in Epithal. Juliæ, 61. 142.

Diceris male a tuis

Unguentate glabris marite

Abſtinere.

Milites unguentati, i. e. Luxurioſi. Suet. Cæſ. cap. 67.

Mœchus unguentatus. Plaut. Mil. 3. 1. 30.

Unɢuentārius, a, um. Adj. [μυρεψικός] Quod ad unguenta pertinet: ut, Unguentaria vaſa. Plin. lib. 36. cap. 8.

Unɢuentārius, i. m. [μυροπώλης, Gl. G. L.] Qui unguenta conficit ac vendit, a Græcis Myropola dicitur. Cic. 1. Off. 150. Adde huc ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. Hor. 2. Serm. 3. 228.

— pomarius, auceps,

Unguentarius, ac Tuſci turba impia vici.

Unɢuentaria, æ. f. Plin. lib. 8. cap. 5. De elephantis. Et unguentariam quandam dilectam Juba tradit.

Unɢuentaria, æ. f. [μυρεψική] Ars ipſa conficiendorum unguentorum. Unde.

Unguentariam facere. Plaut. Pœn. 3. 3. 90.

Ibi ut balneator faciat unguentariam.

Unɢuentipărus, m. [μυρεψός, Gl. L. G.] [Niſi forte Unguentarius, vel Unguentiparus legendum.

Unɢuēdo, ĭnis. f. Idem, quod Unguen. Apul. 3. Met. p. 138. Elmenh. Pyxides pluſculum deprompſit, atque indidem egeſta unguedine, &c.

Unɢuentiana, æ. f. Acorus dicitur. Apul. de Herb. cap. 6.

Unɢuilla, æ. f. Solin. cap. 40. Vulgus ſimiarum in his eſt, quas paſſim videmus non ſine ingenio æmulandi, quo facilius in manus veniunt. Nam dum avide venantium geſtus affectant, relictis conſulto viſci unguilla, quod mendacio factum vident, oculos ſuos oblinunt: ita viſu obducto, pronum eſt eas corripi.

Unxia, æ. f. Dea unctionum præſes. Arnob. 3. p. 115. Unctionum ſuperest Unxia. Et lib. 7. p. 227. Bos ſterilis Unxiæ mactatur.

Unɢuis, is. m. [ὄνυξ, Gl. L. G. & G. L.] Ablativum habet ungue, & ungui, apud Catullum in Carm. nupt. 60. 43. Proprie eorum animalium eſt, quæ digitos habent ſeparatos, ut ſunt homines, ſimiæ, aves. Plin. lib. 11. cap. 45. Ungues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus unci, ceteris recti, ut canibus, præter eum, qui a crure pleriſque dependet. Ter. Eun. 4. 3. 6.

Ut ego unguibus facile illi in oculos involem veneſico.

Acuti ungues, Furaces. Juven. 5. Sat. 41.

— cuſtos affixus ibidem,

Qui numeret gemmas, ungueſque obſervet acutos.

Adunci ungues. V. ᴀᴅᴜɴᴄᴜꜱ.

Formoſi ungues. Propert. lib. 3. 8. 6.

Quini ungues. Ovid. 2. Met. 670.

Recurvus unguis. Stat. 3. Theb. 538.

Rigidus unguis. Ovid. 2. Amor. 6. 4.

Scaber unguis. Ovid. 3. de Arte Am. 276.

Validi ungues. Valer. 1. Argon. 157.

Demere ungues, Ὀνυχίζω, Gloſſ. Græcolat.

Facio ungues, Ὀνυχίζω. Gloſſ. Græcolat.

Ponere ungues, Deponere. Hor. de Arte Poet. 297.

Purgare ungues cultello. Hor. 1. Epiſt. 7. 51.

Reſecare ungues, Ὀνυχίζειν, Gloſſ. Latinogræc.

Arrodere ungues, caput ſcabere; geſtus hominis ſunt cogitabundi, & de mutando, cujus pœniteat, ſecum agitantis. Unde trahuntur in uſum proverbialem. Hor. 1. Serm. 10. 71.

Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ævum,

Detereret ſibi multa, recideret omne, quod ultra

Perfectum traheretur: & in verſu faciendo

Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.

Sæpe ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſint

Scripturus. Id imitatus Perſ. 1. Sat. 106.

Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. Idem 5. Sat. 162.

crudum Chæreſtratus unguem

Arrodens ait hoc. In ſuperiore tangit poetarum in ſcribendo negligentiam. In altero deſcribit adoleſcentem de mutanda anteactæ vitæ ratione cogitantem. Eraſmus.

Prave ſectus unguis. Hor. 1. Epiſt. 1. 104.

Subſecare ungues docta manu. Tibull. lib. 1. 8. 11.

Diſcedere non unguem latum, aut Tranſverſum digitum, frequentes apud Ciceronem, pro eo quod eſt, Quam minimo ſpatio. Fit autem feſtivior metaphora, quoties his verbis perfectam imitationem, ac plenum undequaque conſenſum ſignificamus, ut Acad. Quæſt. 4. 58. Ab hac regula mihi non licet tranſverſum (ut ajunt) unguem diſcedere. Idem 7. Fam. 25. Urge igitur, nec tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtilo. Sunt illa quidem minus figurata, ſed tamen proverbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aul. 1. 1. 18.

Illic adſtato, ſi hercle tu ex iſtoc loco

Digitum tranſverſum, aut unguem latum excesseris. Eraſmus.

Notare genas ungue. Ovid. 1. Amor. 7. 50.

Oſtendere medium unguem dicitur, Qui maxime contemnit alterum. Juven. 10. Sat. 53.

Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem. Hic duobus adagiis extremum contemptum ſignificavit. Eraſmus.

Ad unguem. V. ᴀᴅ præpoſitionem.

Perfectum ad unguem. Hor. de Arte Poet. 294.

Ad unguem factus homo. i. e. Perfectus. V. ꜰᴀᴄɪᴏ.

Ab imis unguibus. V. ᴀʙ.

Incipere ab unguibus. V. ᴀ vel ᴀʙ.

De tenero ungui. Hor. 3. Carm. 6. 24.

Motus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo, & fingitur artubus

Jam nunc, & inceſtos amores

De tenero meditatur ungui. quod Græci dicunt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. i. e. Ab ætate tenera.

In unguem committi. V. ɪɴ.

Carptus tenui ungui flos. Catull. in Carm. nupt. 60. 43.

Diripere artus inſanis unguibus. Ovid. in Ibin. 601.

Ire unguibus in vultus alicui. Ovid. 1. Amor. 7. 64.

Exercent volucres aduncis unguibus iras. Ovid. 13. Met. 613.

Fœdans ora unguibus. Virg. 12. Æn. 871.

Lacerare unguibus. V. ʟᴀᴄᴇʀ.

Laniare hamatis unguibus ora alicujus. Ovid. 12. Met. 563.

Petere corvis unguibus vultus alicujus. Hor. Epod. 5. 93.
Rapit nigris unguibus hydrum corvus. Ovid. 2. Faſt. 257.
Secari acuto ungui. Hor. 1. Epiſt. 19. 46.
Timendæ uncis unguibus volucres. Lucret. lib. 5. 32.

Unguis, [ὄνυξ] pro Ungula. Columel. lib 6. cap. 12. Si ſanguis in inferiore parte ungulæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad vivum reſecatur. De bobus.

Unguis, de Palmitibus. Columel. lib. 4. cap. 22. Ungues cuſtodum annotinos reſecato.

Unguis roſæ. Plin. lib. 21. cap. 10. Capita foliorum, parteſque, candidæ ungues vocantur.

Unguis arborum. Plin lib. 12. cap. 9. Bactriano nidor ſiccus, multique candidi ungues.

Ungues ferrei, Inſtrumenta quædam, quibus vindemiatores unguium vice utebantur ad colligendas uvas, ne ipſas manibus diſtringerent. Fieri enim non poterat, ut dum unguibus manuum uvæ colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu in terram non dilaberetur. Columel. lib. 12. cap. 18. Et ungues ferrei quamplurimi parandi & exacuendi ſunt, ne vindemiator diſtringat uvam, & non minima fructûs portio diſperſis acinis in terram dilabatur. [His præacutis ſecabant racemos a ſcapi pediculo.

Unguis, Vitium oculi. Celſus lib. 7. cap. 7. De ungue oculorum, Unguis vero, quod pterygion Græci vocant, eſt membranula nervoſa, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Sæpius a narium, interdum etiam a temporum parte naſcitur. V. totum caput. Vulgus vocat *La maille en l'œil.*

Unx, unguis. Nomin. antiquum. Extat in Gloſſ. Græcolat. [Ita propius accidit ad etymon Græcum.

Unguĭcŭlus, i. m. dimin. [ὀνύχιον] Plaut. Epid. 5. 2. 17.

—contemplo, Epidice,
Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſima.

Cic. 5. de Finib. 8. Valetudinem, vires, ſtaturam, formam, integritatem unguiculorum omnium.

A teneris (ut Græci dicunt) unguiculis; i. e. Ab infantia. Cic. 1. Fam. 6. Sed præſta te eum, qui mihi a teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. V. De tenero ungui, in ONUBIS.

Unguicularium, i. n. [Ὀνυχιστήριον, Gl. G. L.] [Puto eſſe inſtrumentum unguibus reſecandis.

Ungŭla, æ. f. [ὁπλή, Gl. G. L.] ab Unguis denominativum, non diminutivum; de his animalibus dicitur, quæ digitis carent. Plin. lib. 11. cap. 45. Solidas ungulas habent, quæ non ſunt cornigera.

Veſtigium ungulæ Caſtoris equi. Cic. 3. de Nat. Deor. 11. Ergo & illud in ſilice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam veſtigium ungulæ Caſtoris equi credis eſſe?

Cava ungula. Ovid. 4. de Pont. 8. 80.
Dura ungula. Ovid. 6. Met. 220.
Levis ungula. Ovid. 2. Met. 671.

Omnibus ungulis; proverbiale eſt, quod ſignificat Omnibus viribus, manuumque pedumque conatu & totius corporis, ut etiam ungues qui in extremitate collocati, intendantur, quos Plinius exiſtimat eſſe ſummas nervorum clauſulas. Cic. 2. Tuſc. 56. Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis aſſerviunt.

Quatit ungula campum quadrupedante ſonitu. Virg. 8. Æn. 596.
Sonat graviter cornu ſolido ungula. Virg. 3. Georg. 88.
Ungulas, pro Unguibus uſurparunt veteres, ut
De gallo gallinaceo, Plaut. Aul. 3. 4. 8.

Ubi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpurire ungulis.

Injicere ungulas. Plaut. Pſeud. 2. 2. 48.

—nunc certe ſcio,
Hoc febrim tibi eſſe, quia non licet huc injicere ungulas.

I. e. Hoc argentum rapere.

Ungula [ὀνύχιον, τὸ ἀκρόποδον, Gl. G. L.] & pl. Ungulæ [ὄνυχες χοίρειοι, Gl. G. L.] Edulii genus ex Porcinis ungulis, V. UNGUELLA. conf. TRUNCULI.

Ungula, Tormenti genus. Conſtantinus, Imperator in l. Etſi. C. de maleficis, Convictus in eculeo deditus, unguliſque ſulcantibus latera perferat pœnas proprio facinore dignas. V. Prudent. Peſſ. 5. 120.

Ungŭlum, i. n. [δακτύλιον, σύμβολον] Plin. lib. 33. cap. 1. Miror Tarquinii ejus ſtatuam ſine annulo eſſe. Quanquam & de nomine ipſo ambigi video: Græci a digitis appellavere, apud nos priſci Ungulum vocabant, poſtea & Græci & noſtri Symbolum.

Ungulātus, a, um. Ungula inſtructus. Tertull. Apol. cap. 16. Altero pede ungulatus. V. etiam Feſt. & Mart. Capella 4. p. 113.

Ungella, vel Unguella, [ὀνύχιον, Gl. L. G. ὄνυχες τὰ ἀκρόποδα, G. L.] dimin. ab Ungula, q. V. ut, Ungellæ coctæ. Apic. 1. 9.

U N I

Unicalamus, Unicaulis, Unicolor, Unicuba, Unicornis, Unicus, Unigenitus, Unijugus, Unimanus. V. unus.

Unio, ōnis. m. [μαργαρίτης μεγάλος μονογενής, Gl. L. G. μονόγαμος, G. L.] quam *perlam* vulgo dicimus. Plin. lib. 9. cap. 35. Quidam tradunt, ſicut apibus, ita concharum examinibus ſingulas magnitudine & vetuſtate præcipuas eſſe veluti duces, miræ ad cavendum ſollertiæ: has urinantium cura peti: illis captis, facile ceteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas ſale in vaſis fictilibus, eroſa carne omni, nucleos quoſdam corporum, hoc eſt uniones decidere in ima. Uſu atteri non dubium eſt, coloremque indiligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti: unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, nec apud Barbaros inventores ejus aliud quam margaritæ.

Unio, Alterum cæpæ genus capitatum, quod fere citra cervicem in caput extuberavit, in cujus nominis ambitu eſt, quæ ſimplex non fruticavit, nec habuit ſoboles adhærentes, qualis eſt Marſica. Hanc vocant unionem veteres ruſtici, ut teſtatur Columella. Quod nomen apud Gallos velut nivialu, hactenus uſurpatum eſt. Siquidem quod ſingulari conſtat, nec pluribus coagmentatur bulbis, unionem Gallica lingua (*ognon*, ſ. *oignon*) nominat. Hæc Ruellius. Columel. lib. 12. cap. 10. Pompejanam vel Aſcaloniam cæpam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant unionem ruſtici, eligito.

Unio, ōnis. f. Uniculus, Unipetus, Unitas, Unitus, Universus, Univocus, Uniusmodi. V. unus.

Unni, V. hunni.

U N O

Unoculus, V. Unioculus in unus.

Unose, Adv. dictum fuiſſe olim pro Simul probat Nonius 2. 881. ex Pacuvio Iliona, Occidiſti, ut multa paucis verba unoſe obnuntiem. Obſoletum.

U N Q

Unquam, Adv. [ποτέ] ſignificat Aliquo tempore. Ter. Heaut. 5. 4. 8.

Et cave poſthac (ſi me amas) unquam iſtuc verbum ex te audiam.

Unquam hodie. Plaut. Amph. 1. 1. 108.

Neque ego hunc hominem hodie ad ædes has ſinam unquam accedere.

Unquam gentium. Cic. 4. Tuſc. 77. Quis homo te exſuperavit unquam gentium impudentia? [Niſi Uſquam ſcribendum.

Raro unquam poſſunt ante judicium ſcire, quid teſtis dicturus ſit. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Semel unquam. Plin. lib. 2. cap. 35.

Ut nemo unquam, pro Ut nemo unquam magis. Cic. 3. Att. 18. Ita ſum afflictus, ut nemo unquam. Ibid. 25.

Non unquam, pro Nunquam. Virg. 1. Ecl. 36.

Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat

U N U

Unus, una, um; [εἷς, μία, ἕν, Gl. L. G. & G. L.] unius Genitivum facit, ſed quum opus eſt corripitur, hac excuſatione, quod quoties vocalem longam vocalis ſequitur, ſuperiori vires detrahit, teſte Servio. Dat. Uni.

Unus principium eſt numerorum. Ovid. 1. Met. 6.

Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos. Virg. 1. Æn. 255.
Navibus (infandum) amiſſis unius ob iram
Prodimur. Ibid. 45.
Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei.

Unus, Solus. Ter. Adel. 3. 3. 82. Illum curo unum, ille ad me attinet. Plaut. Capt. 2. 2. 81.

Mihi uni commodus. Hor. 1. Epiſt. 9. 9.

Unus, pro Solus, Genitivo aliquando jungitur, & fere cum Adjectivo Omnis: aliquando Subſtantivo jungitur, ſed quaſi ſubintelligitur Omnium. Plin. lib. 11. cap. 37. Calvitium uni tantum animalium homini. Cic. 4. Fam. 13. P. Nigidio, uni omnium doctiſſimo, &c. ne benigne quidem polliceri poſſum.

Ad unum. V. ad.

Aliquis unus. Cic. 10. Philipp. 3. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, ut unus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit?

Ad aliquem unum confugere virtute præſtantem. Cic. 2. Off. 41.

Alter & unus, pro Duobus. Cic. 4. Verr. 75. Repente iſte teſtes citari jubet, dicit unus, & alter breviter, nihil interrogatur.

Unus & alter aſſuitur pannus. Hor. de Arte Poet. 15.

Alter aliquando ſubauditur. Virg. 9. Æn. 554.

—vix unus Helenor,
Et Lycus elapſi, quorum primævus Helenor.

Unus aut alter. Cic. 7. Att. 25. Quid enim eſt tantum in uno aut altero die?

Unus & item alter. Ter. And. 1. 1. 50.

Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens,
Unus & item alter.

Unus, alter, plures dies. Cic. 6. Verr. 66. Dies unus, alter, plures: non referri. Ibid. 7. 76. Unum, alterum menſem, prope annum.

Unus, alter, tertius. Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. 1. Acad 15. Fuit ergo jam accepta a Platone philoſophandi ratio triplex. Una, de vita & moribus: altera, de natura & rebus occultis: tertia, de diſſerendo.

Unus aut alter legi & apud Liv. quodam loco, quem notavi in edit Feyrab. *en marge au coté gauche.* Sed ſuſpecti ſunt mihi omnes iſti loci, & puto Et ſcribendum, pro Aut. Quomodo enim Alter pro duobus ſumi poſſet. H. St. Locus Livii eſt 27. 31. V. Cellarii Cur. ſec. p. 426.

Unus, pro Alter. Cic. in Off. 1. 118. Quum duas cerneret vias, unam virtutis, alteram voluptatis. Virg. 4. Æn. 518.

Unum exuta pedem vinclis. [Potius ſæpe & Alter iterare antiquos, pro Unus & Alter, dicemus, & Alterum pro Uno ponere.

Una altera. Ter. Phorm. 5. 8. 90.

—una injuria eſt
Tecum. D. lege agito ergo. P. altera eſt tecum, Chreme.

I. e. Actio injuriarum ex lege, ait Donatus.

Unus atque idem. Cic. 7. Verr 92. Una atque eadem vox erat, quo, &c.

Ejuſdem unius aut plurium verborum iteratio. Auctor ad Heren. lib. 4. 59.

De illis unus. Cic. pro Milon. 66.

De malis unum. Cic. 3. Att. 8. Mihi etiam unum de malis in metu eſt, fratris miſeri negotium.

De multis unus. Cic. 2. de Finib. 66. Tenuis L. Virginius, unuſque de multis, ſexageſimo anno poſt libertatem receptam, virginem filiam ſua manu occidit.

De ſeptem unus, Una de tribus. Columel. lib. 1. cap. 3. Martial. lib. 9. 20.
E multis una. Virg. 5. Æn. 644.
E populo unus. Senec. Epiſt. 10.
E vulgo unus. Quintil lib. 8. cap. 4.
Ex omnibus unus Plaut. Stich. 1. 2. 12.
Ex multis unus, i. e. Pars vulgi, unus e populo. Cic. 4. Acad 5.

Ex omnibus unus erat timendus. Cic. 3. in Catil 16. Idem 4. Acad 117. Sed ſit ingenio divino, quem unum ex Phyſicis potiſſimum probabit? hoc enim plus uno poterit.

Digitized by Google

Ex duobus efficere pæne unum. Cic. de Amicit. 81.
Ex vitiis mediocribus unum. Hor. 1. Serm. 4. 130.
Inter omnes unus. Cic. in Orat. 104.
Unus multorum. Hor. 1. Serm. 9. 71.
Unus, ſubjicitur aliquando. Quintil. lib. 9. cap. 1. Nec deſunt qui tropis figuræ nomen imponant, quorum eſt Cajus Artorius Proculus. V. QUI, æ, od. Pron.
Hic unus, pro Hic tantum. Cic. 13. Fam. 8.
Honos omnibus hic erit unus. Virg. 5. Æn. 308.
Unus, Præcipuus. Virg. 5. Æn. 704.

Tum ſenior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte. Idem 2. Æn. 426. — cadit & Ripheus, juſtiſſimus unus
Qui fuit in Teucris. Servius [Subauditur Omnium, ut dictum ſupra.

Ætas una. Plaut. Capt. prol. 19.

Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic nato ſuo
Peculiarem, quia quaſi una ætas erat. I. e. Ejuſdem ætatis.

Animal unum eſt. Curt. lib. 4. 14. 18. Nam Alexander, quantuſcunque ignavis & timidis videri poteſt; unum animal eſt: & ſi quid mihi creditis, temerarium & vecors; adhuc noſtro pavore, quam ſua virtute felicius.
Animo uno. [ὁμοθυμαδὸν] Ter. Hec. 2. 1. 4.

Itaque adeo uno animo omnes ſocrus oderunt nurus. [Hinc Unanimus.

Canthero uno potare, i. e. In eodem poculo libare. Plaut. Stich. 5. 4. 4.
Exemplo uno omnes vivunt. Plaut. Milit. 3. 1. 129.
Ictu uno. Plaut. Milit. 1. 1. 53. V. ICTUS.
Locum in unum cogi, unum ſub aſpectum ſubjici. Cic. 1. de Invent. 98.
Modi unius, V. UNIUSMODI. Infra.
Moribus unis, & nunquam mutatis legibus vivere. Cic. pro Flacc. 62. Adſunt Lacedæmonii, &c. qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos jam annos amplius unis moribus, & nunquam mutatis legibus vivunt.
Opera una. Plaut. Caſ. 2. 5. 1. V. OPERA.
Quies una omnibus &c. Virg. 4. Georg. 184.

Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.

Res una. Plaut. Capt. 3. 1. 28.

Abeo ab illis, poſtquam video me ſic ludificarier,
Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res:
Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii. Poſterioribus verbis declarat quid velit, quum dicit Una res.

Salus una victis, nullam ſperare ſalutem. Virg. 2. Æn. 710.
Unius ſenſus, Μονόγνωμος, Gloſſ. Græcolat.
Spes una. Ter. Eun. 2. 3. 4.

Una hæc ſpes, ubi ubi eſt, diu celari non poteſt.

Tempore uno, pro Eodem tempore. Cic. 2. Att. 12. O ſuaves epiſtolas tuas uno tempore mihi datas duas! V. TEMPUS.
Verbo uno eloquere. Plaut. Truc. 4. 2. 43. Et Merc. 3. 4. 17.
Viro cum uno fortiſſimo loquor. Cic. 15. Fam. 16. Quanquam quicum loquor? cum uno fortiſſimo viro, qui poſteaquam forum attigiſti, nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimæ dignitatis. [Subaudi Omnium.
Ullus unus. Cic. 2. de Lege Agr. 34. Ratum ſit quod finitor uni ulli, a quo miſſus erit, renuntiaverit.
Voce una Senatus frequens retinendum me in urbe cenſuit. Cic. 1. Att. 19.
Uni, æ, a, pl. Eleganter ponitur maxime cum nominibus, quæ tantum pl. ſunt, ut Athenæ, Litteræ &c.
Ab unis hoſtium copiis bellum geri. Cic. pro Lege Manil. 9.
In unis ædibus. Ter. Eun. 2. 3. 75. Aderit una in unis ædibus. I. e. Iiſdem.
Coire in unum. V. COEO.
Colligere & conferre in unum. Auctor. ad Heren. lib. 4. 53.
Unum, in neutro genere, pro Re una. Ter. Eun. 5. 9. 34. Unum etiam hoc vos oro, ut me in veſtrum gregem recipiatis. Idem And. 3. 2. 26.
Unum venit in mentem modo. Plaut. Caſ. 2. 6. 26.
Unum aliquid inſigniter facere. Plin. Epiſt. 206.

UNÀ, Adv. [ὁμοῦ, Gl. L. G. & G. L. ἅμα, L. G. ὁμοθυμαδὸν, G. L.] acuitur in fine, Unà, ad differentiam Ablativi nominis Unus: ſignificatque Simul. Cic. 7. Att. 10. Si in Italia Pompejus conſiſtit erimus una.
Ambos unà necare. Cic. 2. de Fin. 69. Et ſi id non probares, quo minus ambo unà necaremini, non precarere?
Unà inter ſe. Plaut. Mil. 2. 2. 61.
Una mecum. Ter. Adelph. 4. 3. 7.

Sed quæſo ut unà mecum ad matrem virginis eas. Micio. Virg. 2. Ecl. 31.
Mecum unà in ſilvis imitabere Pana canendo.

Unà cum. Cic. de Amicit. 34. Quod ſummi puerorum amores ſæpe unà cum prætexta, ſumpta toga deponerentur.
Philoſophari unà cum aliquo. Cic. 2. de Finib. 108.
Unà, geminatum aliquando in oratione ponitur, & eandem vim habet quam Cum & tum. Cic. 1. Verr. 1. In ſi mei conſilii cauſam rationemque cognoverit, unà & id quod facio probabit, unà & in hac cauſa profecto neminem mihi eſſe præponendum actorem putabit. Sic legit Valla; at noſtra exemplaria non habent ſecundum illud Unà.

UNALITAS, ātis. f. Marius Victorin. 4. adv. Arium. Et unalitas in Trinitate.

UNIUSMŎDI. [μονότροπος, μοναδικὸς] Indecl. Non varius, uniformis. Ter. Heaut. 1. 2. 31.

— nam parentum injuriæ
Uniuſmodi ſunt ferme: paulo qui eſt homo tolerabilis, &c.

Materia ſemper eſt uniuſmodi, ſuique ſimilis. Cic. de Univerſ. 19.
Principia ſunt uniuſmodi, & ſimplicia. Cic. 1. Acad. 26. Quia ſola cerneret id quod ſemper eſſet ſimplex & unius modi, & tale quale eſſet.

UNUSQUILIBET, unaquælibet, unumquodlibet. Senec. Controv. 26. Ut unuſquilibet ſatis ſit. V. ibi Gronov.

UNUSQUISQUE, unaquæque, unumquodque & unumquidque. [ἕκαστος, Gl. L. G. & G. L.] I. e. Singuli: non facile patitur Superlativum, ut ait Valla, quia illud Unus, vim quandam atque naturam Superlativi obtinet: potiuſque dicimus, Optimus quiſque. Cic. pro Fonte. 27. Movetur eo timore, quo unuſquiſque noſtrûm, quum in eum locum productus eſt. Ibid. 12. Unaquæque de re. Idem 6. Verr. 132. Unumquidque oſtendere.
Unuſquiſque & Univerſi. Cic. 3. Off. 26. Ergo unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas uniuſcujuſque & univerſorum, &c.
Leviter unumquodque tangere. Cic. pro Roſc. Amer. 83.

Sigillatim unicuique calamitati fore ſe denuntiabat. Cic. 6. Verr. 76.
Gradu unoquoque. Cic. 3. Verr. 154. Quis a ſigno Vertumni in Circum maximum venit, quin is unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur?

UNUMQUICQUID. Ter. Adelph. 4. 2. 52.

Nam jam adibo: atque unumquicquid, quod quidem erit belliſſimum, Carpam.

UNUSQUISVIS, uniuſcujuſvis. Ter. And. 5. 4. 1.

Mitte orare: una harum quævis cauſa me, ut faciam, monet.

Si tu ſolus aut quivis unus. Cic. pro Cæcin. 62.
Unumquodvis, n. Lucret. lib. 4. 124.

Horum unumquodvis leviter ſi forte ciebis.

UNĬCUS, a, um. Adj. [μονογενὴς, Gl. L. G. & G. L.] Singularis, ſolus, vel unus tantum inter alias ſpecies: ut Phœnix eſt unica avis. Cic. pro Roſc. Amer. 41. Et quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio. Unicum ſolatium in malis. Idem 4. Fam. 4.
Unicus, *Qui n'a pas ſon pareil.* Vide apud Livium ſæpe, ut ubi Minucius de Scipione loquitur. H. St. Immo de Fabio 22. 27. pr. Illum in rebus aſperis unicum ducem, ac parem quæſitum Annibali. Sic Unice Imperator, Catull. ad Cæſarem. Bibaculus apud Sueton. de Ill. Gram. cap. 11.

Mirati ſumus, unicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum poetam, &c. Quod & dicitur Singularis & Incomparabilis.

Unica liberalitas. Cic. pro Quint. 41. Reſtat ut aut ſumma negligentia tibi obſtiterit, aut unica liberalitas.
Nequitia & malitia unica. Auctor ad Heren. lib. 3. 11.
Turpitudo unica. Auctor ad Heren. lib. 3. 37. Si egregiam pulchritudinem, aut unicam turpitudinem eis attribuemus.
Marito unico gaudens mulier. Hor. 3. Carm. 14. 5.
Unicus eſt etiam Qui ſolus natus eſt patri. Plaut. Capt. 1. 2. 44.

Quid me patrem par facere eſt, cui ille eſt unicus. Et v. 47.
Tibi ille unicus eſt, mihi etiam unico magis unicus.

UNĬCE, Adv. [μοναχῇ] Singulariter: ut, Unice eum diligo. Plaut. Truc. 1. 2. 91. Ain' tu te me amare? A. immo unice unum. Cic. 5. de Finib. 8. Quem unice diligo.
Avus tuus, qui amavit unice patriam. Cic. 3. in Catil. 10.
Negare ei, quem unice diligerem, durum mihi admodum videbatur. Cic. in Orat. 1.

UNIO, ōnis. f. [μονὰς, Gl. G. L.] ut, Unio duarum in Chriſto naturarum, pro Copulatione ſeu conjunctione apud Theologos.
Pro Unitate poſuit Hieron. in Amos cap. 5. Decas decima unione completur. V. & Tertull. de Monogam. cap. 4.

UNIŎLA, æ. f. Gramen. Apul. de Herb. cap. 77. [Forte ab Unione gemma.

UNĬTAS, ātis. f. [μονὰς, ἑνὰς] ab Unus Adjectivo.
Alvei unitas. Plin. lib. 5. cap. 9. Menſura ab unitate alvei, unde ſe primum findit in latera ad Canopicum oſtium CLAVI. De Nilo fluvio.
Solitudinis latæ unitas facta eſt. Quintil. in Apibus pauperis.
Unitas, Indiſcreta ſimilitudo. Plin. lib. 7. cap. 12. Toranius M. Antonio, jam Triumviro, eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat.
Coloris unitas. Columel. lib. 7. cap. 3. Ideo niſi lanatas oves emi non oportet, quo melius unitas coloris appareat.
Foliorum unitas. Plin. lib. 16. cap. 22.
Variare unitatem. Plin. lib. 35. cap. 1.
Venire in unitatem. Plin. lib. 33. cap. 2.
Unitas, pro Convenientia & conjunctione ſeu concordia. Senec. de Vita beata cap. 9. Pigritia & hæſitatio pugnam & inconſtantiam oſtendit. Quare audacter licet profitearis ſummum bonum eſſe animi concordiam. Virtutes enim ibi eſſe debebunt, ubi conſenſus atque unitas erit, diſſident vitia. Idem lib. 4. de Benefic. cap. 18. De laudibus ſocietatis, Hanc ſocietatem tolle, & unitatem generis humani, qua vita ſuſtinetur, ſcindes.
Dicitur de iis, quæ ita commiſcentur, ut unum fiant. Celſ. lib. 4. cap. 19. Donec omnia, quæ indita ſunt, liquata in unitatem quandam coeunt. V. Juſtin. 21. 14.
Facere unitatem. Celſ. lib. 6. cap. 6.

UNĬTER, Adv. I. e. Unimode & æquabiliter. Lucret. lib. 5. 538.

— atque aliam naturam ſubter habere
Ex ineunte ævo conjunctam, atque uniter aptam.

UNIVERSUS, a, um. Adj. [σύμπας, Gl. L. G. & G. L. ἅπας, L. G.] quaſi Omnia ad unum verſus: id eſt, ſine ulla exceptione. Et in ſingulari quidem idem eſt, quod Totus: ut, Univerſus ager, Univerſus exercitus. In plurali ſignificat Omnes conjunctim. Nam ſi dicimus, Omnes ſibi domicilium conſtituerunt, intelligitur, Domicilium ſibi unumquemque conſtituiſſe. Si vero dicimus, Univerſi ſibi domicilium conſtituerunt, ſignificatur, Omnes ſimul unum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe. Ter. Phorm. 1. 1. 17.

Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comparſit miſer,
Id illa univerſum abripiet. Cic. 4. Acad. 73. Hæc loquor de univerſis. Nihil excipit de quo non profiteatur, quid enim eſſe poteſt extra univerſa.

Univerſi, Ὁμοθυμαδὸν, Gloſſ. Græcolat. [An Univerſim?
Unuſquiſque & Univerſus. Cic. 3. Off. 26. Ergo unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas uniuſcujuſque & univerſorum, &c.
Vim oratoris definire univerſam & propriam. Cic. 1. de Orat. 64. [i. e. Communem & propriam, ut alias loqui amat Cic.
Continens univerſa atque omnia communis rerum natura. Cic. 1. de Nat. Deor. 36.
Excipere unum pro univerſis. Cic. de Provinc. Conſ. 23.
Eloquentia univerſa. Cic. de Clar. Orat. 50. Laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in univerſa eloquentia laudem non habet.
Familia univerſa. Cic. pro Cæcin. 58. Tam reſtitues, ſi unus ſervulus, quam ſi familia dejecerit univerſa.
Mare univerſum. Cic. 2. de Finib. 112. Omne cælum totamque cum univerſo mari terram mente complexum.
Naturam contra univerſam nihil eſt contendendum. Cic. 1. Off. 110

Vita

Vita univerſa. Cic. pro Roſc. Com. 44. Eſt tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque univerſæ vox.

Pars & Univerſum, contraria. Cic. pro Quint. 89. Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, quod bonorum poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in univerſis, quæ teneri ac poſſideri poſſunt.

Dividere univerſum in partes. Cic. in Orat. 117. Idemque etiam, cum res poſtulabit, genus univerſum in ſpecies certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur & dividet.

Separatim & Cum univerſis, contraria. Cic. pro Domo 134. Audierat ex illo ſe a me bis ſalutem accepiſſe, ſeparatim ſemel, iterum cum univerſis.

Singula & Univerſa, contraria. Cic. 6. Fam. 10. Singula perſequi non eſt neceſſe: univerſum ſtudium meum & benevolentiam ad te defero.

Singulatim collecta, univerſa perdere. Cic. 2. Verr. 72. Si tantulum offenſum titubatumque ſit, ut ea, quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt, uno tempore univerſi perdamus. conf. Terent. ſupra.

In univerſum. V. IN præpoſitionem.

Unverſum, pro Univerſum. Lucret. lib. 4. 262.

Ventus enim quoque paulatim quom verberat, & quom
Acre ferit frigus, non primam quamque ſolemus
Particulam venti ſentire, & frigoris ejus,
Sed magis unverſum.

UNIVERSE, Adv. [καθόλου, ὅλως] Generaliter, ſive generatim; cui Sigillatim opponitur. Cic. 7. Verr. 143. Quid ego de ceteris civium Romanorum ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim atque univerſe loquar? Idem 5. Att. 2.

UNIVERSIM, vel UNIVERSUM, [ἁμαρτῇ, καθόλου, Gl. L. G.] Idem. Gell. lib. 2. cap. 3. Summatim univerſimque.

UNIVERSATIM, Idem. Sidon. 8. Epiſt. 2. Votis univerſatim ferventibus.

UNIVERSITAS, ātis. f. [τὸ πᾶν, σύμπαν, Gl. G. L.] Cic. 2. de Nat. Deor. 164. Licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremo deducere ad ſingulos.

De univerſitate libri pronuntiare, In genere, vel in univerſum judicare de libro. Plin. 3. Epiſt. 15. ad Proculum, Non temere jam nunc de univerſitate pronuntio, de partibus experiar legendo.

Per univerſitatem, καθ' ὁμάδα. Gloſſ. Græcolat.

Rerum univerſitas Cic. 1. de Nat. Deor. 101. Tum enim cenſet imaginum divinitate præditas ineſſe in univerſitate rerum.

Corpus univerſitatis. Cic. de Univerſ. 13. Quod ſi univerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur, &c.

Currus univerſitatis. Cic. de Univerſ. 37. Singulos adjunxit ad ſingula, atque ita quaſi in currum univerſitatis impoſuit.

UNIVERSĀLIS, e. Adj. [καθολικός, ὁλικός] Quod ad univerſos pertinet. Auctor ad Heren. lib. 2. 17. Nam hujuſmodi in rationibus, non univerſali atque abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. V. Quintil. lib. 2. cap. 13.

UNIVERSALITER, Adv. Cajus in l. quod ſæpe. §. In iis. C. de contrah. empt. Si grex univerſaliter venierit. i. e. Totus una venditione. V. Cellar. Cur. Poſter. p. 102.

UNIO, īre. Unum facere. Tertull. de Anima cap. 17. Cælum mari unitur, ubi viſus abſumitur. V. Sulp. Sever. Hiſt. Sacr. 2. 48.

UNITUS, a, um. Adj. ut, Corpus unita. Senec. Quæſt. Nat. 2. 2. Ratio unita. Apul. 11. Met.

UNITIO, ōnis. f. Unio. ut, Unitio naturarum. Fulgent. de Incarnat. Dom. cap. 3.

UNO, āre. Tertull. adv. Praxeam cap. 27. Qui unum eundemque contendunt patrem & filium, incipiunt dividere illos potius, quam unare.

UNĀNIMIS, e. & UNANIMUS, a, um. Adj. [ὁμόφρων, ὁμόψυχος, Gl. G. L.] Quod unius eſt animi, & ejuſdem ſententiæ cum altero. Liv. 7. 21. Novi Conſules fenebrem quoque rem, quæ diſtinere unanimos videbatur, levare aggreſſi, &c. Virg. 4. Æn. 8.

Quum ſic unanimem alloquitur male ſana ſororem.

Fratres unanimes. Catull. ad Veranium, 9. 4.

Sodalis unanimi. Catull. ad Alphenum, 28. 1.

UNANIMANS, antis. Idem quod Unanimis. Plaut. Truc. 2. 4. 81.

Sed ſociæ unanimantis, fidentis fuit
Officium facere.

UNANIMITAS, ātis. f. [ὁμοφροσύνη, ὁμοψυχία, Gl. G. L.] Conſenſus æquanimitas. Plaut. Truc. 2. 4. 81.

Proh dii immortales, non amantis mulieris,
Sed ſociæ unanimitatis fidentis fuit
Officium facere. Alii legunt Unanimantis. Liv. 40. 8. Mihi Antiocho, & cuilibet regum hujus ætatis nulla re magis quam fraterna unanimitate regnum æquaſſe.

UNANIMITER, Adv. Vopiſc. in Tacit. cap. 4. Quod me unanimiter delegiſtis.

UNICALĂMUS, a, um. Adj. ut, Frumentum unicalamum, quod unicum habet calamum. Plin. lib. 18. cap. 8. Unicalamum præterea, nec uſquam capax ſeriturque non niſi tenui terra.

UNICAULIS, e. Adj. [μονόκαυλος] Quod unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. Plin. lib. 19. cap. 10. Eſt autem unicaulis, radice bulbo ſimili.

UNICŎLEUS, a, um. Adj. Gloſſ. Gr. Lat. Μονόρχις, Uniteſtis, Unicoleus.

UNICŎLOR, ōris. [μονόχρωμος] Unius coloris. Plin. lib. 32. cap. 9. Dulciores, feminæ ſunt & unicolores. Ovid. 11. Met. 611.

At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus. al. Atricolor.

UNICOLŌRUS, a, um. Idem. Prudent. Hamart. v. 819.

Sic animas cæli de fontibus unicoloras
Infundit natura ſolo.

UNICORNIS, is. m. [μονόκερως Gl. G. L.] ſive UNICORNUS, i. vel UNICORNUM. i. n. Animal, quod unicum in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat, & ipſo perforat elephantem. Græce monoceros dicitur. Plin. lib. 8. cap. 21. Aſperrimam autem feram monocerotem: reliquo corpore equo ſimilem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duûm eminente. V. Tertull. adv. Jud. cap. 10.

UNICORNIS, e. Adj. [μονόκερως] Quod unum tantum cornu habet. Plin. lib. 11. cap. 46. Solida ungula, & bicorne nullum: unicorne aſinus tantum Indicus.

UNICORPŎREUS, a, um. Adj. Firmic. lib. 2. cap. 12. Taurus eſt ſignum in cælo femininum, Septentrionale, unicorporeum. Et ſic alibi pleriſque in locis.

UNICŬBA, æ. f. [μονάνδρια Gl. L. G.] Unius viri uxor. Iſidor. Gloſſ.

UNICULTOR, ōris. m. Unius Dei cultor. Prudent. Paſſione Cypriani v. 90.

Edere juſſus eras, quid viveret? Unicultor inquit,
Servo ſaluſeri myſterio conſecrata Chriſti.

UNIFORMIS, e. Adj. Macrob. 7. Saturn. cap. 5. Ut horrore uniformis alimoniæ, edendi deſiderium langueſceret. Uniformem cibum opponit Vario, vocatque etiam Simplicem. Adde Tacit. de Orat. cap. 32.

UNIFORMITAS, ātis. f. Macrob. lib. 7. Saturn. 5. Cur illis providere varietatem laboras, iſti ſqualorem uniformitatis adjicis?

UNIFORMITER, Adv. Apul. Triſmeg. ſub initium; Omnis humana immortalis eſt anima, ſed non uniformiter cunctæ.

UNIGĔNA, æ. c. [μονογενής Gl. L. G.] Cic. de Univerſ. 10. Mundus vocatur, quod ſolus atque unus eſſet, his verbis, Ut hic mundus eſſet animanti abſoluto ſimillimus, hoc ipſo, quod ſolus atque unus eſſet; idcirco ſingularem deus hunc mundum atque unigenam procreavit. Ubi aliqui legunt Unigenam, id eſt, unicum genitum.

Pallas unigena, apud Catullum in Argonaut. 63. 300. quia e Jovis cerebro atque uno parente orta. Budæus.

UNIGENITUS, i. m. [μονογενής] Filius qui unicus eſt: quaſi ſolus genitus, nec fratrem ullum habuit, aut ſororem. Verbum eſt eccleſiaſticum. V. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 7. Salvian. 4. p. 101.

UNIJŬGUS, a, um. Adj. [μονόζυγος] Unijugæ vineæ dicuntur, ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſverſæ perticæ in unum tantum partem ordinis adnectuntur. Plin. lib. 17. cap. 22. Si unijuga erit vinea.

Joſeph unijugus, i. e. Monogamus. Tertull. de Monog. cap. 6.

UNIMAMMIA, vel UNOMAMMIA, æ. f. Unam mammam habens. Plaut. Curc. 3. 1. 75. Et Claſſiam unomammiam.

UNIMĂNUS, a, um. Adj. [μονόχειρ, Gl. G. L.] Unam tantum manum habens. Liv. 35. 21. Capram ſex hœdos uno fetu ediſſe, ex Piceno nuntiatum eſt: & Aretii puerum natum unimanum. Vide & 41. 21.

UNIMŎDUS, a, um. Adj. ut Prudent. Pſychom. v. 768.

Spiritus unimodis texit compagibus unus.

UNIOCŬLUS, vel UNOCŬLUS, i. m. [μονόφθαλμος] Qui unum tantum oculum habet. Plaut. Curc. 3. 22.

Unocule ſalve. CU. quæſo, derideſne me?
i. e. De coclitum proſapia te eſſe arbitror;
Nam ii ſunt unoculi. Quædam exemplaria legunt Une ocule, vel Uniocule. Gell. lib. 3. cap. 12. De Cyclope itidem inquit vel maxime quod unoculus fuit. V. Solin. cap. 25.

UNIPES, ĕdis. c. [μονόπους, Gl. G. L.]

UNISTIRPIS, e. Adj. [μονοστέλεχος] Unius ſtirpis. Plin. lib. 16. cap. 30. In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cupreſſus, ulmus & ſi qua uniſtirpis.

UNITESTIS, e. Adj. Gloſſ. Gr. Lat. Μόνορχις, Uniteſtis, Unicoleus.

UNIVIRA, vel UNIVIRIA, æ. f. Quæ ſemel tantum nupſit, uni tantum viro conjuncta. Grut. Inſcript. p. 748. n. 4.

RENATVS.
VOLVSIAE. IVSTAE.
MATRI. CARISSIMAE.
OMNIVM. FEMINAR.
SANCTIORI. VNIVIRAE. V. etiam Tertull. ad Uxor. 1. 7. Trebell. in Tito cap. 30.

UNIVIRĀTUS, ūs. m. [μονογαμία] Tertull. de Uxor. lib. 1. extr. & de Caſtit. cap. 13.

UNIVŎCUS, a, um. Adj. [συνώνυμος] Cujus & nomen commune eſt, & eadem ſubſtantiæ ratio, quod Græce ſynonymum dicitur. Homo & equus univoca ſunt, quia ſub uno animalis nomine comprehenduntur, & eadem eſt utriuſque ſubſtantia. V. Mart. Capel. 4. p. 95. V. HOMONYMUS.

ULLUS, a, um. [τὶς] Per dimin. ab Unus, Gen. Ullius, Dat. Ulli. Aliquis, quaſi unus aliquis. Nunquam autem affirmative ponitur, ſed vel negative, ut, Non eſt ullus qui curat: vel interrogative, ut, Eſt ne ullus qui curat? vel ſubjunctive: ut, Si ullus me vocabit, ſtatim veniam. Ter. Hec. 4. 4. 102.

Si ullo modo eſt, ut poſſit, quod ſpero fore. Cic. 6. Verr. 7. Nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, præter unum pervetus ligneum, Bonam fortunam, ut opinor. Idem in eundem, 4. 60. Debebat Epicrates ullum nummum nemini.

Objicit mihi quod ullum de libertis meis potuerim facere diſcrimen. Quintil. in Ægro redempto.

Rei ullius emptor nemo. Cic. 2. Philipp. 97. Omnino ullius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor.

Scientiam ullam negat prodeſſe alicui. Cic. 1. de Orat. 250.

UNETVICESĬMUS, a, um. Adj. ut, Legio unetvicesima. Tacit. 1. Ann. 45. V. ibi Lipſ. & Freinshem. Al. Una & viceſimus ſcribunt.

UNETVICESIMĀNI, orum. Tacit. 1. Ann. 37. Non abſceſſere quintani unetvicesimanique. ſcil. Milites.

UNDE, pro UNUM DE, ut Duode quoque, uſurpatur in compoſitis numeralibus ſequentibus, aliiſque a Stephano prætermiſſis.

UNDĔCENTUM, [ἑνὸς δέοντος ἑκατόν] quaſi Uno dempto de centum. Plin. lib. 7. cap. 60. Paruerunt tamen ei annis undecentum.

UNDECENTESĬMUS, a, um. Adj. Ordinale. Valer. Max. 8. 7. ext. 11. Ad undecenteſimum annum.

UNDENŎNĀGINTA, Liv. 37. 30. Hoſtium claſſis undenonaginta navium fuit.

UNDEOCTŎGINTA [ὀγδοήκοντα ἑνὸς δέοντος] natus annos. Hor. 2. Serm. 3. 117.

UNDEQUADRĀGINTA, [τεσσαράκοντα ἑνὸς δέοντος] Adj. indecl. Liv. 23. 57. Ad mille CCCC Carthaginienſium cæſi, undequadraginta vivi capti. al. Undeſexaginta.

UNDEQUADRĀGIES, Adv. [ἑνὸς δέοντος τεσσαρακοντάκις] Plin. lib. 7. cap. 25. Solus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies dimicaverat.

UNDEQUADRAGESĬMUS, a, um. Adj. Valer. Max. 8. 7. ext. 10. Undequadrageſimum volumen.

UNDEQUINQUAGINTA, Adj. indecl. Liv. 37. 58. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt. V. Plin. lib. 13. cap. 4.

UNDEQUINQUAGESĬMUS, a, um. Adj. [ἑνὸς δέοντος πεντηκοστός] Cic.

pro Lege Manil. 35. Ipſe autem, ut a Brunduſio profectus eſt, undequinquageſimo die totam ad imperium Pop. Rom. Ciliciam adjunxit.

UNDESEXAGINTA, [ἑνὸς δέοντος ἑξήκοντα] Adj. indecl. Plin. lib. 36. cap. 15. Adjecit ipſa in Ædilitatis ſuæ commemoratione & ludos undeſexaginta diebus factos. Liv 23. 37.

UNDETRIGINTA, Vitruv. 9 4. Menſibus undetriginta & amplius.

UNDETRICENI, æ, a. Macrob. Saturn. 1. 13. Januarios, Apriles, Junius, Sextiles, Septembes. October, November, Decembes, undetricenis cenſebantur diebus.

UNDETRIGESIMUS, a, um. Adj. [ἑνὸς δέοντος, τριακοστός] Liv. 25. 36. Anno octavo poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

UNDEVIGINTI, [ἑνὸς δέοντος εἴκοσι] Adj. indecl. Cic. de Clar. Orat. 226. Undeviginti annos natus erat eo tempore. Et Liv. 23. 46.

UNDEVICENI, æ, a. Quintil. lib. 1. cap. 10. Porrecti utrimque undeviceni.

UNDEVICESIMUS, a, um. Adj. [ἑνὸς δέοντος εἰκοστός] Cic. de Senect. 14. Anno enim undeviceſimo poſt ejus mortem hi Conſules T. Flaminius & M. Attilius facti ſunt. Et Liv. 10. 47. & 27. 38.

UNDECIM, quaſi Unum & decem. Martial. lib. 2. 44. Debeo undecim millia Phileto.

UNDECIES, Adv. [ἑνδεκάκις] Cic. 4. Verr. 20. n. 8. undecies numeratum eſſe, ob eam cauſam, in qua tenuiſſima quidem dubitatio poſſet eſſe, iſto cognoſcente obtineret. Martial. lib. 5. 80.

Undecies una ſurrexti, Zoile, cœna,
Et mutata tibi ſyntheſis undecies.

UNDECIMUS, a, um. Adj. [ἑνδέκατος] Plin. lib. 11. cap. 54. Duraſſe & ultra undecimum diem pleraſque.

UNDECENI, æ, a. Adj. [ἕνδεκα] Idem quod Undecim. Plin. lib. 36. cap 8. Idemque digreſſus inde, ubi fuit Mnevidis regia, poſuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cubita quatuor.

UNDENI, æ, a. Adj. [ἕνδεκα] Undecim. Plin. lib 11. cap. 25. Patiuntur autem undeni. Idem lib. 8. cap 42. Partum in eo genere undenis menſibus ferunt, duodecimo gignunt. De equis.

UNDECIREMIS, is. [ἑνδεκήρης] Navis undecim remorum ordines habens. Plin. lib. 16. cap. 40. Maxima ea in Cypro traditur, ad undeciremem Demetrii ſuccifa, centumtriginta pedum longitudinis, craſſitudinis vero ad trium hominum complexum. De cedro.

U N X

UNXIA, V. UNGO.

V O

VO. Volero, Votinia, ſcil. Tribus; Voluſus. VO. DE. Vota decennalia.

V O C

VOCABULUM, VOCALIS, VOCATIVUS, VOCATUS, VOCIFERO, &c. VOCITO, VOCO. V. VOX.

VOCONIA, orum. n. [οὐοκώνια] Genera ſunt pirorum, quemadmodum & Volema, apud Plin. lib 15 cap 15.

VOCONTII, orum. m. [Οὐοκόντιοι] Galliæ Narbonenſis populi, ut ſcribit Mela lib. 2. 5. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis. Hinc

VOCONTIUS, a, um. Adj. [οὐοκόντιος] ut, Rura Vocontia. Sil. lib. 3. 467. Alii Vocuntia ſcribunt.

Forum Vocontium. Cic. 10. Fam. 34.

VOCULA, VOCULATIO. V. VOX.

V O G

VŎGĔSUS, i. m. [Οὐόγεσος] Mons in finibus Lingonum, a quo Moſa fluvius profluit, non longe a fonte Matronæ fluvii in Francorum regno ſitus. Lucan. lib. 1. 397.

Caſtraque, quæ Vogeſi curvam ſuper ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

V O L

VOL. Volcanalia. VOLER. Volerus. VOLK. Volcano.

VOLGIVAGUS, V. VULGUS.

VŎLA, æ. f. [θέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρός, Gl. L. G. & G. L.] Media pars manus ſive pedis, ut ait Servius. Plin. lib. 11. cap 45. Vola homini tantum, exceptis quibuſdam.

Pro Veſtigio pedis. Varro apud Non. 4. 480. Nec vola nec veſtigium extat. [i. e. Nec manus, nec pedis veſtigium. V. tamen Feſt.

VOLA oppidum, V. BOLA.

VŎLĀTERRÆ, ārum. f [Οὐολατέρραι] Hetruriæ oppidum ad Cæcinnam fluvium, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5.

VOLATERRĀNUS, a, um. Adj. ut, Vada Volaterrana. Cic. pro Quint. 24.

VOLATILIS, VOLATICUS, VOLATURA, VOLATUS. V. VOLO, āre.

VOLCÆ, arum. m. [Οὐόλκαι] Populi Galliæ Narbonenſis. Volcarum nomen trans Rhodanum in Occaſum celeberrimum fuit, ſicut citra Salluvium ſive Salyum, vel Ptolemæo teſte lib. 2. cap. 10. Volcæ vulgo *Languedoc*. Olivarius in Melam tradit Volcas eſſe eos, qui apud Montem Peſulanum agunt.

VOLCATIUS, vel VOLCATIUS, i. m. [Οὐολκάτιος] L. Volcatius Tullus Conſul, impediit ne Catilina ob accuſationem repetundarum peteret Conſulatum. Auctor Pedianus in argum orat pro C. Cornel.

Volcatius Gallicanus, quintum Conſul ſcripſit vitas imperatorum ad Diocletianum. Ejus tantum extat nunc Avidii Caſſii vita.

Volcatius Terentianus hiſtoriam ſui temporis, id eſt, Gordianorum ſcripſit, ac dicit Gordianum ſeniorem vultum Cæſaris Auguſti valde retuliſſe. Auctor Capitolinus in vit Gord Jun. extr.

Volcatius Epidius grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeji Magni & ejus patris: primus libertinorum, qui hiſtoriam ſcripſerit, quum ab optimo quoque ſcribi ſolita ſit, ut ſcribit Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuitque inter ceteros M. Antonium & Auguſtum. [Ex male inſpecto Tranquillo Rhet 3. & 4.

Volcatius Sedigitus in libro de Poëtis, quid ſentiat de his qui comœdias ſcripſerunt, monſtrat apud Gell. lib 15. cap 24.

VŎLĒMA, ōrum. n. vel VOLEMI, m ut Gloſſ. [χειροπληθῆ, ἄπιοι, Gl. L. G.] Pira Gallis dicuntur bona & grandia: eo quod impleant volam. Apud Catonem R. R. cap. 7. Columel. lib. 5. cap. 10. & 12. 12. Virg. 2. Georg. 88. —nec ſurculus idem
Cruſtumiis, Syriiſque piris, gravibuſque volemis.

VOLENTIA, V. VOLO, vis.

VŎLĔSUS, i. m. Sabinus, qui cum Tatio Romam venit. V. Ovid. 3. de Pont 2. 105.

Voleſus, ſub Auguſto Proconſul Aſiæ. V. Senec. de Ira 1. 5

VOLGIOLUM, i. n inter Ruſtica inſtrumenta connumerat Plin. lib. 17. cap. 10. Seritur menſe Aprili, area æquata cylindris, aut volgiolis, denſum. De ſemine cupreſſi.

VOLITINA, ſeu VOLTINIA Tribus. V. TRIBUS.

VŎLO, [ἱπτάμαι, πέτομαι, Gl. L. G. & G. L. ἵπταμαι, L. G.] āre. Proprium eſt pennas habentium. Virg. 1. Æn. 301.
—volat ille per aëra magnum
Remigio alarum. Cic. in Arat. 47.
Namque eſt ales avis, lato ſub tegmine cœli
Quæ volat, & ſerpens geminis ſecat aëra pennis.

Volare membranis dicuntur cicadæ & veſpertiliones Plin lib. 11. cap. 28.

Alte volare, & Demiſſius volare, contraria. Ovid. 3. Triſt. 4. 23.

Catervatim volare. Plin. lib 10. cap. 24.

Gregatim volare. Quintil lib. 1. cap. 6.

Perniciter volare. V. PERNIX.

Volare transfertur ad alia, quæ celeriter currunt: ut Navis volat, fama volat, & hujuſmodi: pro Celeriter it, vel fertur. Ter. Hec. 3. 4. 24.
Immo, quod conſtitui me hodie conventurum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illic exſpectet, vola.

Volare, & Iter facere. Cic. 10. Philipp. 11. Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres.

Paſſu volat alite virgo. Ovid. 10. Met. 587.

Ætas volat. Cic. 1. Tuſc. 76.

Axis fervidus vi volat. Virg. 3 Georg. 7.

Dicta magna volant ſuperbo. Valer. 5. Argon. 600.

Faces & ſaxa volant. Virg. 1. Æn. 154. Al. Volunt.

Fama volat. Virg. 3. Æn. 121.

Litteræ volant, Quæ celeriter perferuntur. Cic. 2. Att. 19. Litteras Capuam ad Pompejum volare dicebantur.

Spiritus volat altus in auras. Ovid. 3. Triſt. 3. 61.

Tela volant hiberna grandine plura. Ovid. 5. Met. 157.

Vis volat telorum. Liv. 26. 44.

VOLANS, antis. Partic. [πετόμενος] ut,

Curru ſecundo volans. Virg. 1. Æn. 160. & 10. 478.

Currus agitare volantes. Virg. 3. Georg. 181.

Equos inhibere volantes. Ovid. 2 Met. 128.

Fumi volantes. Lucret. lib. 6. 103.

Haſta volans. Sil lib. 16. 587.

Nubes volantes. Lucret. lib. 5. 254.

Sagitta volans. Ovid. 3. Triſt. 10. 55.

Umbræ volantes Ovid 1. Amor 6. 13.

Volantes, loco ſubſtantivi, pro Avibus. Virg 6. Æn. 239. de Averno,
Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis.

VŎLĀTUS, ūs. m. [πτῆσις, Gl L. G. & G. L.] Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Idemque & volatus alitum ſuſtinet, & ſpiritu ductus alit & ſuſtentat animantes.

Aquilæ admonitus volatu. Cic. 1. de Divin 26.

Celer volatus. Claud. Conſ Mall. Theod. 270.

Lenis volatus. Ovid. 12. Met. 527.

Præceps volatus. Martial. lib. 11. 92.

Suſpenſus volatus. Stat. 3. Theb. 463.

In volatu. V. IN præpoſitionem.

VOLATŪRA, æ. f. [πτῆσις] Idem. Varro 3. de R. R. cap. 5. Ibi in prima volatura quum veniunt, morantur dies paucos requieſcendi cauſſa. Columel. lib. 8 cap. 9.

VOLĀTICUS, a, um. Adj. [πτηνός] pro Inconſtanti ac præcipiti. Cic. 13. Att 25 extr. O Academiam volaticam & ſui ſimilem, modo huc, modo illuc! Idem de Aruſp. Reſpon. 46. Illius furentes ac volaticos impetus in ſe ipſos poſſe converti.

Mulieres volaticæ, Strigæ, maleficæ. Feſtus in Strigas.

Volaticus. Epiſt. 42. H. St. Reliqua omiſit.

VOLATICA, æ. f. Tertull. de Pallio cap. 6 Qui volaticam ſpectat. i. e. Geometriam, ut Junio videtur; ſed Jo. Lud. de la Cerda & Salmaſius p. 471. Auſpicem interpretantur.

VOLATĬLIS, e. Adj. [πτηνός] quaſi Volans. Volucres, Volatilis dicuntur, quia volant. Cic. 2. de Nat. Deor. 151 Præterea veſcimur beſtiis & terrenis, & aquatilibus & volatilibus, partim capiendo, partim alendo, Veteres codex legit Volantibus.

Ætas volatilis. Ovid. 10. Met. 519

Ferrum volatile, pro Cuſpide & acie telorum. Virg. 4. Æn. 71.

Pecus volatile facile paſtoris cuſtodiam recipit. Columel. lib. 8. cap. 4. De cibariis gallinarum.

Pueri volatilis arcus. Ovid. 2. Amor. 7. 27. h. e. Cupidinis.

Telum volatile mittere. Ovid. 7. Met. 481.

VOLABILIS, e. Idem. Varro apud Non. 18. 8 & 21. Cervum qui volabile currens ſparo ſecutus tragulave trajicit. Alii legunt Volabilem.

VALOS, quaſi VOLOS H. St. V. f. l.

VŎLĬTO, [ἐπιπέτομαι Gl. G L] āre. frequent Cic. 1. de Nat. Deor. 54. In hac igitur immenſitate, latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum.

Paſſim ac libere volitare Cic. 2. de Orat. 23. Sic enim ſe res habet, ut quemadmodum volucres, &c. levandi laboris ſui cauſa paſſim ac libere ſolutas opere volitare.

Super carpentum volitare. Liv. 1. 34.

Animus vacuus curæ atque labore volitat. Cic 2. de Orat. 23. Animi noſtri forenſibus negotiis atque urbano opere defeſſi, geſtiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore

Favillæ volitant. Ovid. 2. Met. 284.

Umbræ volitans inter vivos. Lucret. lib. 4. 42.

Voces

Voces volitant per aures. Idem. 4. 222.

Volitare, per translationem, pro Diſcurrere ponitur, ut ait Valla. Tacit. 2. Ann. 21. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie fortuna magis, quam virtus deſerebat.

Inſultare & volitare. Cic. pro Flacc. 38. Nunc vero, non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolentius.

Cupiditate gloriæ volitare, h. e. Efferri & vehementer trahi. Cic. in Piſon 59. Valebit apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus & conſtans.

Ante oculos alicujus volitare. Cic. 2. de Lege Agr. 58. Volitat enim ante oculos iſtorum Jubæ regis filius, adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus.

In armis volitare. Cic. 2. in Catil. 15. Nunquam ego a diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ cauſa, ut L. Catilinam ducere exercitum hoſtium, atque in armis volitare audiatis.

In foro volitare. Cic. 1. de Orat. 173.

Per gentes volitare. Cic. 2. de Lege Agr. 98. Ut volitaretis interea per gentes, per regna omnia, cum imperio ſummo, cum judicio infinito, cum omni pecunia.

Per forum volitare. Cic. pro Domo 49. Itaque cum florens ac potens per medium forum popularis volitares.

Toto foro volitare. Liv. 39 30.

Per ora virorum dicitur aliquis volitare. Cic. 1. Tuſc. 34.

> Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu
> Faxit. cur? volito vivu' per ora virûm.

Volitans, antis. ut, Veſpertilio volitans. Plin. 10. 61.

Aſilus volitans. Virg. 3. Georg. 147.

Currus volitans, i. e. Navis. Catull. Argon. 59.

Fama volitans. Virg. 7. Æn. 104.

Simulacra volitantia. Virg. 7. Æn. 89.

Volitans, Diſcurrens. Cic. Poſt red. in Senat. 7. Cum ferro & facibus homines tota urbe volitantes, &c.

Acie tota volitans. Liv. 4. 20. & Tacit. 2. Ann. 21.

In aciem primam volitans. Flor. 3. 10. 4.

Per totum mundum volitans. Manil. 1 742.

Volitātus, ûs. m. Fortunat. lib. 4. de Vita Martini,

> Ecce repens oritur varianti fragore procella,
> Stridula ſidereo volitatu', & multa tumultu.

Vŏlŭcer, ucris, cre. pen. c. [πτηνὸς, Gl. L.G. & G.L.] Celer. de Alitibus proprie.

Alæ volucres. Stat. 5. Theb. 691.

Columba volucris. Virg. 5. Æn. 488.

Cupido volucer. Ovid. 9. Met. 481.

Somnus volucer. Virg. 11. Æn. 794. [Fingebatur alatus.

Aquæ volucres, Fluvii, torrentes. Ovid. 2. Met. 234. al. Equi.

Auræ volucres. Virg. 5. Æn. 503.

Currus volucer. Hor. 1. Carm. 31. 8.

Curſus volucer. Ovid. 1. Triſt. 9. 5.

Dies volucris. Hor. 3. Carm 28. 6.

Equi volucres. Ovid. 2. Met. 234. al. Aquæ.

Fluvius. Virg. 1. Æn. 321.

> —volucremque fuga prævertitur Hebrum.

Fortuna volucris. Cic. pro Sull. 91. O falſam ſpem, ô volucrem fortunam!

Fuga volucris. Sil. lib. 17. 589.

Fumi volucres. Virg. 2. Georg. 217.

> Quæ tenuem exhalat nebulam, fumoſque volucres.

Levitas volucris. Lucret. lib. 4. 204.

> —volucri levitate feruntur.

Nuntius volucris. Cic. pro Quint. 80.

Oratio. Cic. de Clar. Orat. 326. Aliud autem genus eſt non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum.

Pardus. Martial. 1. 15.

> Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.

Procellæ volucres. Ovid. 2. Amor. 11. 33.

Rotæ volucres. Claud. 3. de Rapt Proſerp. 431.

Sagitta volucris. Virg. 12. Æn. 858.

Saltus volucer. Stat. 6. Theb. 569.

Vox volucris. Plaut. Amph. 1. 1. 170. Volucrem vocem geſtito.

Volŭcris, is. f. [πτηνόν, Gl. L. G. & G. L.] Omne id quod volat, non ſolum aves, ſed apes quoque, veſpæ, tabani, & reliqua hujuſmodi. Cic. 2. de Orat. 23. Quemadmodum volucres videmus procreationis atque utilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere nidos.

Nidus volucrum. Ovid. 12. Met. 15.

Advenæ volucres. V. ADVENIO.

Aeriæ volucres. Lucret. lib. 1. 12.

Avidæ volucres. Ovid. 5. Met. 484.

Flumineæ volucres. Ovid. 2. Met. 253.

Fœda volucris. Ovid. 5. Met. 549.

Importunæ volucres. Virg. 1. Georg. 470.

Infandæ volucres. Stat. 10. Theb. 423.

Obſcœnæ volucres, Harpyiæ. Virg. 3. Æn. 241.

Pictæ volucres, Variis plumis ornatæ. Virg. 3. Georg. 243.

Picturatæ volucres. Claud ad Serenam 3.

Rapidiſſima volucris milvius. Ovid. 2. Met. 716.

Tener volucris. Cic. 2. de Divin. 64.

> Hunc ubi tam teneros volucres, matremque peremit.

Hic videtur Adjectivum Volucres, pro Subſtantivo poſitum, quum maſculino jungat. [Niſi malis Teneras.

Vaga volucris. Ovid. 2. Met. 308.

Variæ volucres. Virg. 7 Æn. 33. Lucret. lib. 2. 144. Varias vocat quas Virgil. Pictas. Niſi malis, quod plura ſint earum genera.

Virgineæ volucres. Ovid. 7. Met. 4. Harpyias intelligit, de quibus & Virg. 3. Æn. 361.

> Virginei vultus volucrum, &c.

Conflictatæ volucres ſæviſſima hieme. V. Conflicto, in CONFLIGO.

Fallere volucres viſcata virga. Ovid. 15. Met. 474.

Lacerant corpus volucres. Lucret. lib. 3. 893.

Sentire linguas volucrum. Virg. 3. Æn 361.

Volucrium in Genitivo plurali, teſte Chariſio, citatque Ciceronem de Finibus.

Volucrĭtas. ātis. f. Fulgent. 2. Mythol. Mundus celeri quadam volucritate verſatur.

Volucrĭter, Adv. Ammian. 17. 3. Volucriter congregati.

Perurgere volucriter. Idem 19. 5.

Volucrĭpes, ĕdis. Auſon. Epiſt. 16. extr.

> Volucripes dimetria. V. Sidon. 9 Epiſt. 16.

Volŭcra, æ. f. Columel. de Arboribus. cap. 15. Genus eſt animalis, volucra appellatur: id fere prærodit teneros adhuc pampinos & uvas. Involucrum & Convolvulum quidam vocant. V. in VOLVO.

Vŏlo, vis, vult, volui, [θέλω, βούλομαι, Gl. L. G. & G. L.] velle. Virg. 3. Ecl. 29.

> Vis ergo inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim
> Experiamur.

Volo te, ſubaudi Alloqui: & Volo te paucis, aut tribus verbis. Plaut. Capt. 5. 2. 24. Idem Epid. 3. 4. 24. & Trinum. 4. 2. 101. Ter. And. 5. 3. 1. Quis me volt?

Velint nolint. Plin. in Paneg. cap. 20. Præterea, futuri principes, velint, nolint, ſciant.

Velit nolit, pro Velit, an non velit. Cic. 3. Q. frat 8. Craſſum Junianum, hominem mihi deditum per me deterruit: velit nolit, ſcire difficile eſt. Hircio tamen agente nolle ſe non probabit.

Volo Arpinum, ſubaud. Proficiſci. Cic. 9. Att. 1. Nos autem in Formiano morabamur; quo citius audiremus: deinde Arpinum volebamus. Eodem modo hic ipſe ſæpius utitur verbo Cogito.

Id volumus, id contendimus. Cic. 2 de Fin 72. Id enim volumus, id contendimus, ut officii fructus ſit ipſum officium.

Ne velit emiſſe. Cato R. R. cap. 5. Ne quid emiſſe velit inſciente domino, neu quid dominum celaviſſe velit. h. e. Nihil emat.

Velle, optare, cogitare, efficere. Cic. pro Cluent. 188. Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit.

Volo, pro Opto. Cic. 11. Fam. 19. Eandem rem tibi volo bene & feliciter evenire.

Honorem bene deum fortunare tibi volo, h. e. Vehementer cupio. Cic. 15. Fam. 18. Maxima ſum lætitia affectus, cum audivi Conſulem te factum eſſe, eumque honorem deos tibi fortunare volo.

Clementer volo. V. CLEMENS.

Leviter bene velle alicui. V. LEVIS, & BENE.

Magis vellem. V. MAGIS.

Maxime vellem. V. MAGIS.

Minime volo. V. PARVUS.

Nimis vellem. V. NIMIS.

Nimium volo. V. NIMIS.

Quid vultis amplius? Cic. 5. Verr. 118. & ſæpe alias.

Gratiam tuam volo, i. e. Opto. Plaut. Curc. 3. 55.

Cauſa tua volo omnia, i. e. Tibi bene cupio. Cic. 13. Fam. 22. Nam & ſemper me coluit, diligentiſſimeque obſervavit, & a ſtudiis noſtris non abhorret. Accedit eo, quod Varro Murena magnopere ejus cauſa vult omnia. conſ Epiſt. 15. extr.

Cauſa ejus valde volo. Cic. 16. Fam. 17. Cuſpio, quod operam dediſti, mihi gratum eſt: valde enim ejus cauſa volo.

Cauſa tua volo, abſolute. Cic. 11. Att. 8. Per eos, qui noſtra cauſa volunt, valentque apud illum, diligentiſſime contendas opus eſt.

Defenſum volo, i. e. Cupio defendi. Cic. 13. Fam. 10. Remque & utilitatem ſociorum (cujus rei quantam poteſtatem Quæſtor habeat non ſum ignarus) per te quam maxime defenſam & auctam velis.

Donatum tibi volo. Ulpian. in l. Qui mihi. D. de donationibus. Qui mihi donatum volebat, ſervo communi meo & Titii rem tradidit. Idem in l. hoc jure. D. eod. tit. Si quis dederit pecuniam mutuam Titio reddendam Sejo, cui donatum volebat: deinde, &c.

Excuſatum iſtis me volo. Cic. 3. Verr. 105. His omnibus, qui iſtius injurias norunt, hoc eſt Pop. Rom. univerſo, me vehementer excuſatum volo.

Factum alicui velle. Apul. Apol. p. 314. Elmenh. Sicinium Pontianum, cui factum volo. V. Ter. Adelph. 5. 7. 20.

Liberatum ea te cura quamobrem volo. 3. Q. frat. 1.

Eſt paucis vos quod monitos voluerim. Plaut. Capt. prol. 53.

Nominatum volo eum honoris cauſa. Cic. 2. Verr. 18. Fit obviam caſu ei multitudini C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliæ cauſa, nominatum volo.

Oratum volo a vobis rem juſtam. Plaut. Amph. prol. 33.

Oratos & vos volo eſſe Plaut. Caſin. prol. 21.

Obſequentem amori illius volo. Plaut. Aſin. 1. 1. 62.

Velle ſalvam. Cic. 12. Fam. 28. At debeo pro civili parte Rempub. velle ſalvam.

Velim, [illegible]. Vellem, [illegible]. Gloſſ. Latinogræc.

Velim, Optantis cum deſiderio. Plaut Truc. 2. 5. 28.

> Date aquam manibus, nunc ecaſtor, ut veniret miles velim.

Velim ut velles. Plaut. Moſt. 3. 2. 53.

> Velim ut velles, Tranio: ſed quid eſt negotii?

i. e. Cupio ita tibi eſſe, ut velles.

Volam, pro Velim. Lucil. lib. 27. Plaut. Aſin. 1. 2. 26.

> Meo modo loquar, quæ volam, quoniam intus [illegible] eſt mihi.

Nonius 17. 88. [Futurum eſt, non infrequentis uſus.

Volo, pro Opinor, & Cenſeo. Cic. 1. de Nat. Deor. 29. Quatuor enim naturas ex quo omnia conſtare cenſet, divinas eſſe vult. Et paulo poſt itidem.

Quid ſibi volt iſtud? Cic. 4. Verr. 150. Quid ſibi equeſtres ſtatuæ volunt propter ædem Vulcani? h. e. Quid ſignificant.

Ita mehercule attendi, nec ſatis intellexi quid ſibi lex, aut quid verba iſta vellent. Cic. 3. de Legib. 33.

Apud comicos Volt pro Vult fere ſemper legitur.

Velle, jubere, decernere. Cic. 2. de Legib Ita decernebat Senatus, jubebat & volebat populus. i. e. Suffragiis ſuis comprobabat. V. Liv. 33. 25. & 38. 54. [Reſpicitur formula rogandi populum, Velitis, Jubeatis, Quirites.

Vin' tu, pro Viſne tu, Vide in OPPIDO. H St.

Volens, entis. Partic. [βουλόμενος, θέλων, Gl. L. G.]

Animo volenti aliquid agere. Salluſt. in Jugurth. cap. 73.

Vobis ſi volentibus erit. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 6. Figuras vero quas traxit de vetuſtate, ſi volentibus vobis erit, quum repentina memoria ſuggeſſerit, enumerabo.

Volens, propitius. Plaut. Curc. 1. 1 89.

Potare, ſite mihi volentes propitiæ. Liv. 7. 26. Precatus deinde, ſi divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitiuſque adeſſet.

Volens, pro Benevolo, ut in deorum precationibus. Cato R. R. cap. 141. Mars pater, te precor quæſoque, uti ſies volens propitius mihi, domo, familiæque noſtræ. Livius 1. 16. Pacem precibus expoſcunt, uti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. Turnebus.

Volentia, i. e. Quæ vellent, e voluntate. Salluſt. Hiſtor. lib. 4. Multiſque ſuſpicionibus volentia plebi facturus habebatur. Nonius 2. 900.

Talia plebi volentia fuere. Tacit. 13. Ann. 36. i. e. Grata.

Reſcribere volentia. Idem 3. Hiſt. 58.

VOLENTER, Adv. Idem. Apul. 6. Met. p. 178. Elmenh. Perrexit Pſyche volenter.

VOLENTIA, æ. f. Solin. cap. 36. Volentia reſiſtendi prompta.

Fretus alicujus volentia. Apol. 11. Met. p. 239. Elmenh.

VOLUNTAS, ātis. f. [βούλησις, προαίρεσις, ἐθέλησις, Gl. G. L.] Animi inductio volens, mens & conſilium. Cic. 4. Tuſc. 12. Quamobrem ſimul objecta ſpecies cujuſpiam eſt quod bonum videatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura: id quum conſtanter prudenterque fit, ejuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos voluntatem appellamus. Eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt, Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat.

Libertas & Voluntas. Cic. pro Sext. 69. Eos voluntatem ſemper eandem, libertatem non eandem ſemper habuiſſe.

Mens & Voluntas. Cic. 3. in Catil 22. Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque ſuſcepi.

Senſus & Voluntas. Q. Cic. de Petit. Conſ. 32. Petitori vero neceſſaria eſt, cujus & frons, & vultus, & ſermo ad eorum, quoſcunque convenerit, ſenſum & voluntatem commutandus eſt.

Simulatio & Voluntas, contraria. Cic. 8. Att. 9. Sed tamen ſigna conturbantur, quibus voluntas a ſimulatione diſtingui poſſet.

Nihil tam flexibile, quam voluntas. Cic. pro Milon. 23.

Nihil obſcurius voluntate hominum. Cic. pro Muren 36.

Voluntas ad aliquid agendum. Cic. pro Font. 30. Quod ſi aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum ſententiam, &c.

Voluntate, Ablativus. Ter. Adelph. 3. 4. 44.

Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.

Voluntate, Sponte. Plaut. Mil. 2. 3 40.

Niſi voluntate ibis, rapiam te domum. conf. Ter. And. 3. 4. 44. Cic 5. Fam. 5. & V. Gronov. ad Liv 3. 17.

Omnium voluntate, i. e. Omnibus volentibus & concedentibus. Cic. 13. Fam. 3. Cum iis, qui ſimilem injuriam acceperant, ereptis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adjutor incolumitatis fui.

Sua voluntate, nulla vi coactus. Cic. 1. de Finib. 65.

Remittere aliquid voluntate. Liv. 33.

De mea voluntate. V. DE præpoſitionem.

Ex voluntate. Cic. in Piſon. 46. Illud accidit præter optatum meum, ſed valde ex voluntate.

Ex voluntate alicujus aliquid facere, h. e. Quod aliquis concedat & velit. Cic. 13. Fam. 30. Hoc mihi velim credas, ſi quid fecerim hoc ipſo in bello minus ex Cæſaris voluntate, quod intellexerim ſcire ipſum Cæſarem, me invitiſſimum feciſſe.

Eſſe in voluntate. Cic. contra Rullum.

Legis voluntas, Sententia. Quintilian. lib. 3. cap. 6. Sed voluntate legis ſe tuebitur.

Abdita voluntas ac retruſa. V. Abditus, in ABDO.

Adverſa voluntas. Quintil. lib 4. cap. 1.

Animoſa voluntas Lucan. ad Piſon. 139.

Averſa voluntas. Virg. 12. Æn. 647.

Dubia voluntas. Tacit. 4. Hiſt. 6.

Malefica voluntas. Plin. lib. 9. cap. 59.

Occulta voluntas, multiplex natura. Cic. ad Brut. 1.

Abalienare voluntatem. V. ABALIENO.

Abhorret voluntas ejus a me. Cic. 2 Fam 16 Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti, quam valde Bibuli voluntas a me ſine cauſa abhorreret.

Abjicere voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi. Cic. 2. de Orat. 142.

Accidit voluntas. V. ACCIDO.

Accommodare voluntatem. Ulpian. in l. 1. § in poteſtate. D. de exercit. action. Si ſervus peculiaris, volente filiofamilias, in cujus peculio erat: vel ſervo, vicarius ejus navem exercuit: pater dominuſve, qui voluntatem non accommodavit, duntaxat de peculio tenebitur, ſed filius ipſe in ſolidum.

Adducere in voluntatem. V. ADDUCO.

Adjuvare voluntatem. V. ADJUVO.

Alienare a ſe voluntatem ſuorum V. ALIENO.

Auferre voluntatem. V. AUFERO.

Conformare ſe ad alicujus voluntatem. V. CONFORMO.

Emetiri voluntatem, ſeu (ut alii legunt) Remetiri. Cic. de Clar. Orat. 16 Ipſa mihi tractatio literarum ſalutaris fuit, admonuitque, Pomponi, ut a te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, ſi non pari, at grato tamen munere: quanquam illud Heſiodium laudatur a doctis, quod eadem menſura reddere jubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis. Ego autem voluntatem tibi profecto emetiar, ſed rem ipſam nondum poſſe videor: idque ut ignoſcas, a te peto. h. e. Remunerandi voluntatem tibi præſtabo.

Facere voluntatem. Quintil lib 5 cap 10.

Fert ita corde voluntas. Virg. 6 Æn 675.

Habere voluntatem nocendi in iracundia. Cic. 2. de Orat. 302.

Immutare voluntatem. V. IMMUTO.

Impetrare aliquid voluntate. V. IMPETRO.

Incitata adverſus rationem voluntas. V. INCITO.

Incumbere ad voluntatem. Cic. 1. Fam. 26.

Incutere voluntatem. V. INCUTIO.

Introſpicere voluntates hominum. Tacit. 1. Ann. 7.

Loqui ad voluntatem. V. LOQUOR.

Manet voluntas. V. MANEO.

Mutare voluntatem. Cic. 1. Fam. 9. 59.

Nuncupata voluntas. V. NUNCUPO.

Scrutari alicujus voluntatem. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Stare voluntate. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Sum. ut, Eſt mihi diverſa voluntas. Ovid. 3. Faſt. 529.

Eſt temeraria noſtra voluntas. Ovid. 9 Met. 626.

Suſcipere voluntatem. Cic. 3. in Catil. 22.

Voluntas, pro Favore. Ter. prol. Phorm. 30.

Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit. h. e. Si faveritis. Donatus.

Offenſa voluntas populi. V. OFFENDO.

Voluntas erga quid, pro ea quam vulgo *affectionem* vocamus. Cic 2. de Finib. 96. Sed tu, ut dignum eſt tua erga me & erga philoſophiam voluntate ab adoleſcentia ſuſcepta, fac ut Metrodori tueare liberos.

Grata voluntas in parentes. Cic. pro Planc. 80.

Mutua voluntas, Benevolentia. Cic 3. Fam. 2. Timuiſſent, ne quæ mihi pars abs te voluntatis mutuæ tribueretur.

Officioſa voluntas Ovid. 3. de Pont. 2. 17.

Pauper voluntas. Ovid. 8. Met. 678.

Perpetua & conſtans voluntas. Cic. 13. Philipp. 13.

Singularis voluntas. Cic. pro Rabir. 8. Cum tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur?

Conciliare ſibi voluntatem alicujus. V. CONCILIO.

Conferre voluntatem in aliquem. Cic. 13. Fam. 18. Voluntatem contuliſti.

Copulare voluntatem. Cic. 3. Fam. 4. Non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulandas.

Præſtare voluntatem. Cic. 1. Fam. 9. Eam voluntatem, quam exſpectabam, præſtiterunt.

Profiteri voluntatem. Cic. 10. Fam. 8. Profeſſionem bonæ voluntatis.

Propenſa voluntas. Sil. 16. 289.

Quando ita cælicolûm nobis propenſa voluntas
Annuit.

Spectata voluntas amicitiæ. Lucret. lib. 1. 141. al. Sperata.

VOLUNTĀRIUS, a, um. Adj. [αὐθαίρετος, Gl. L. G. & G. L. ἑκούσιος, G. L.] Quod fit voluntate. Cic. pro Sext. pr. Intueri poteſtis eos, qui omnia divina & humana violarent, non ſolum alacres lætoſque volitare, ſed etiam voluntarios fortiſſimis atque optimis civibus periculum moliri. h. e. Nulla injuria laceſſitus.

Voluntarius adeſt. Liv. 1. 59.

Amicus voluntarius. Cic. pro Cæcin. 14. Ille, quem ſupra deformavi, voluntarius amicus mulieris, non neceſſitudine aliqua, ſed ficto officio, ſimulataque ſedulitate conjunctus.

Inimicus voluntarius. Cic. Anteq. iret. in exſil. 12.

Laudator voluntarius Cic. 6 Verr. 143.

Teſtes voluntarii. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Voluntarii, apud Liv. 1. 30. Milites ſunt diverſæ conditionis a Volonibus. Liberi nempe homines, non ſervi: qui cum, vel propter ætatem, vel quod legitima ſtipendia feciſſent, cogi non poſſent, ſponte militabant. Liv 31. 8. Voluntarios, quos poſſet, duceret, invitum ne quem militem veterem ducendi jus eſſet.

Auxilia voluntaria, Quæ ſponte dantur. Cic. 15. Fam. 4.

Caſus voluntarios. Cic 1 de Fin. 63.

Exitus voluntarius. Tacit. 6. Ann 40.

Interitus voluntarius. Cic. pro Marcell. 14.

Maleficium voluntarium. Cic. 1. de Invent. 102.

Mors voluntaria. Cic. 3. de Fin. 61. Alter propter perpetuam in populari ratione levitatem, morte voluntaria ſe a ſeveritate judicum vindicavit.

Motus animi voluntarius. Cic. de Fato 23.

Oblivio voluntaria. Cic. 1. Fam. 9. Quum mihi cum illo magna jam gratia eſſet, quod ejus omnes graviſſimas injurias communis concordiæ cauſa voluntaria quadam oblivione contriveram.

Oratio neceſſaria, & Voluntaria, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 15. Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit voluntaria.

Societas voluntaria. Cic. pro Quint. 79.

Virtutes voluntariæ. Cic. 3. de Fin. 36.

Herba voluntaria, Quæ ſua ſponte naſcitur, cui opponitur Sativa. Plin. lib. 20. cap. 22. de ſerpyllo, Sativum non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius voluntario, & candidioribus foliis.

VOLUNTARIE, Adv. [ἑκουσίως, Gl. G. L.] Bono & promptu animo, non coacto. Cæſ 3 Bell. Civil. 91. extr. Hæc quum dixiſſet, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter CXX voluntarie ejuſdem centuriæ ſunt proſecuti. De Craſtino viro fortiſſimo. Al. Voluntarii.

VOLUNTARIO, Idem Liv. 1. 30. Inde ob reſiduas bellorum iras, maxime ſollicitatis ad defectionem animis voluntario trahere. Vetus exemplar habet Voluntarios.

VOLŌNES, um. m. [βολῶνες] dicti ſunt Servi, qui bello Punico quum deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in civitatem recepti ſunt: & Volones appellati, quia hoc ſponte voluerunt. Hæc ex Feſto. Liv. 23. 35. Ut tirones (ea maxime pars volonum erat) diſcerent ſigna ſequi. Idem 23. 35. Vetus miles tironi, liber voloni ſeſe exæquari ſineret.

VOLCI, ōrum. m. [Οὐόλκοι] Populi mediterranei Tuſciæ: de quibus Pomponius Mela lib. 2. 4. in deſcriptione Italiæ.

Veruti Volſci. Virg. 2 Georg. 168.

VOLSCUS, a, um. Adj. Virg. 7. Æn. 803.

— Volſca de gente Camilla.

VOLSCE, Adv. Titinn. apud Feſtum; Oſce & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt.

VOLSELLA, V. VELLO.

VOLSOSA, æ. f. Avis, quæ ſe vellit. Feſtus.

VOLSINIUM, i. n. [Οὐολσίνιον] Ptolem. lib. 3. cap. 1. Tuſcorum urbs, hodie *Bolſena*.

VOLSI-

VOLSINIUS, a, um. Adj. ut, Tribus Volſinia. Cic. pro Planc. 38. Alii legunt Voltinia.
VOLSINIENSIS, e. aliud Adj. & abſolute, Incola. Liv. 5. 31. & 9. 41.
VOLSCUS, V. VELSCUS, in VALLO.
VOLTA, æ. f. Monſtrum apud Volſinienſes. Plin. lib. 2. cap. 53.
VOLTUMNA, æ. f. Dea a bene volendo dicta. Hinc Fanum Voltumnæ, Locus Etruriæ. V. Liv. 4. 23.
VULVA, V. VULVA.
VOLUCELLA, V. VULVO.
VOLUCER, VOLUCRA, VOLUCRIS, VOLUCRIPES, VOLUCRITAS, VOLUCRITER, V. in VOLO, āre.
VOLUMEN, V. VOLVO.
VOLUMNIUS, I. m. Philoſophus, ex partibus Bruti & Caſſii, qui de pugna fatali ad Philippos ſcripſit. V. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1. 17.
VOLUMNIA, æ. f. Uxor Coriolani. Liv. 2. 40.
VOLENTAS, V. VOLO.
VOLVO, volvi, vŏlūtum, [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G. [illegible] G. L.] ĕre. a Volo, āre; ut quidam exiſtimant, derivatur. Inter volandum enim quaſi volvi alæ videntur. Plin. lib. 19. cap. 42. Pampinato ſemper orbe ſe volvens.
Quam citatiſſime volvere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
In caput volvi, Præcipitari. Virg. 1. Æn. 120.
In præceps volvi. Ovid. 2. Met. 320.
Ante pedes alicujus volvi, Proſterni. Propert. lib. 3. 8. 18.
Amnis præceps volvitur per devia. Sil. lib. 17. 104.
Annus volvitur in ſe. Virg. 2. Georg. 402.
Equi ſemianimes volvuntur. Virg. 11. Æn. 635.
Flammæ volvuntur per culmina. Idem 4. Æn. 671.
Ignem volvere ſub naribus. Idem 3. Georg. 85. Equus flatu & anhelitu calido indicat magnanimitatem ſuam.
Ignis volvitur ſumma ad faſtigia. Idem. 2. Æn. 759.
Incendia volvunt æſtus. Idem 2. Æn. 706.
Lacrimæ volvuntur inanes, Fruſtra cadunt. Idem. 4. Æn. 449.
Libros volvere, Legere. Cic. de Clar. Orat. 298. Volvendi enim ſunt libri, cum aliorum, tum in primis Catonis.
Mare venti volvunt. Virg. 3. Æn. 196.
Oculos per ſingula volvit. Idem 8. Æn. 618.
Orbem volvere. Liv. 4. 28. V. ORBIS.
Pulvis volvitur ad muros. Virg. 11. Æn. 876.
Saxum ingens volvunt alii. Idem. 6. Æn. 616.
Saxa volvebant infeſto pondere. Idem. 9. Æn. 512.
Vices volvere. Idem. 3. Æn. 376.
Dicitur de verbis celeriter prolatis. ut,
Facile ſoluteque verbis volvere ſententias. Cic. de Clar. Orat. 279.
Volvi uno ſpiritu. Cic. 3. de Orat. 179. Longiſſima eſt igitur complexio verborum, quæ volvi uno ſpiritu poteſt.
Volvere, Cogitare, verſare animo. Virg. 1. Æn. 369.
　At pius Æneas per noctem plurima volvens.　[Subaudi In animo.
Caſus volvere. Idem 1. Æn. 13.
Curas multiplices animo volvebat. Catul. 62. 250.
Fluctus curarum volvere in pectore. Lucret. lib. 6. 33.
Cogitationes volvere, pro Cogitare. Liv. 26. 7.
Iras in pectore volvere. Liv. 35. 18.
Volvere cum animo. Salluſt. in Jugurth. cap. 6. & 108.
VOLVENS, entis. [[illegible]] Partic.
Oculos huc illuc volvens. Virg. 4. Æn. 363.
Senium varica volvens. Valer. 7. Argon. 196.
Verba celeriter ſane volvens. Cic. de Clar. Orat. 240.
Anni volventes. Virg. 1. Æn. 238.
　Certe hinc Romanos olim volventibus annis.　Hic eſt participium pro nomine. Volvens enim eſt qui volvit: Volubilis autem qui volvitur. Anni autem volvuntur, non volvunt, ut eſt 2. Georg. 402.
　Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.　Servius.
Plauſtra volventia, Volubilia. Virg. 1. Georg. 163. Servius.
VOLVENDUS, a, um. [[illegible]] aliud Partic. Virg. 1. Æn. 273.
　Triginta magnos volvendis menſibus orbes
　Imperio explebit.　i. e. Volubilibus. Idem 9. Æn. 7.
　　— volvenda dies en attulit ultro.　Servius.
VŎLŪTUS, a, um. [[illegible]] item Partic. ut,
Amnis per ſaxa volutus. Virg. 3. Georg. 521.
Fluctus volutus ad terras. Virg. 3. Georg. 238.
VOLŪTUS, ûs. m. Apul. 2. Florid. p. 17. Dedit volatus avibus, volutus ſerpentibus.
VOLŪTIM, Adv. Non. 1. 12. Tolutim dicitur quaſi volutim vel volubiliter.
VOLŪBILIS, e. Adj. [[illegible], Gl. G. L.] Quod facile volvitur. Cic. de Univerſ. 28. Deinde animum circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus, cæloque ſolivago & volubili, & in orbem incitato complexus eſt. Cic. 1. de Nat. Deor. 46. Neque vero mundum ipſum animo & ſenſibus præditum, rotundum, ardentem, volubilem Deum, portenta & miracula non diſſerentium philoſophorum, ſed ſomniantium.
Amnis volubilis. Hor. 1. Epiſt. 2. 43.
Fortuna vaga & volubilis. Cic. pro Milon. 70. Vide quam ſit varia vitæ commutabiliſque ratio, quam vaga, volubiliſque fortuna.
Homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi. Cic. pro Flacc. 48.
Malum volubile, Pomum rotundum. Ovid. 20. Epiſt. 209.
Nexus volubiles draconis. Ovid. 3. Met. 41.
Orátor canorus & volubilis. Cic. de Clar. Orat. 105.
VOLUBILITAS, ātis. f. [[illegible]] Cic. 2. de Nat. Deor. 49. Ex utraque re & mundi volubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe non poſſet, &c.
Dare volubilitatem. Cic. de Fato 43. Ut igitur, inquit, qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit.
Fracta volubilitas capitis latiſſima, Rotunditas capitis. Ovid. 12. Met. 434.
Rotundavit Deus cælum ad volubilitatem. Cic. de Univerſ. 31.
Fortunæ volubilitas, Inconſtantia. Cic. 2. de Divin. 15. Quo modo ergo id quod temere fit, cæco caſu & volubilitate fortunæ, præſentiri & prædici poteſt?
Linguæ volubilitas. Cic. pro Planc. 62.
Verborum volubilitas. Cic. 1. de Orat. 51. Eſt enim & ſcientia comprehendenda rerum plurimarum, ſine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda eſt.
VOLUBILITER, Adv. [[illegible]] Cic. in Orat. 210. Sæpe etiam in amplificanda re conceſſu omnium funditur numeroſe & volubiliter oratio.
VOLŪMEN, Inis. n. [[illegible], Gl. G. L.] eſt Quicquid volubile eſt. ut,
Immenſa vinclorum volumina. Virg. 5. Æn. 408.
Celeri volumine cælum torquet ſidera. Ovid. 2. Met. 71.
Sinuare volumina crurum. Virg. 3. Georg. 192. de equis.
Sinuant terga volumine angues. Virg. 2. Æn. 208. h. e. Involutione colligunt in ſinus ſeu annulos atque ſpiras, & curvant.
Trahere volumina dicuntur angues. Virg. 5. Æn. 85.
Verſat ſinuoſa volumina ſerpens. Virg. 11. Æn. 753.
　Corruit igne rogus, nigrique volumina fumi
　Infecere diem.　Ovid. 13. Met. 601.
Sortis humanæ volumina, pro Varietate. Plin. lib. 7. cap. 45.
Volumen, Liber, a Volvendo: quod majores noſtri in libris arborum, id eſt codicibus ſcribebant: & libellos illos quo ferrent commodius, complicabant. Ideoque volumina appellata ſunt, libellis ſimiliora, quam libris. Eſt enim volumen pars codicis, utpote Metamorphoſeôn liber in quindecim volumina diſtinctus. Ovid. 1. Triſt. 1. 117.
　Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ.　Plin. 3. Ep. 5. ad Macrum, Libri tres in ſex volumina propter amplitudinem diviſi. Quaſi in ſex minores libros, ut ſint volumina aliquanto minora quam libri. Volumen igitur pars libri eſt: Liber vero pro toto codice & pro volumine accipitur. Plin. lib. 7. cap. 29. Hæc eſt regio ſecundo volumine a nobis ſignificata. Cic. 3. Tuſc. 6. Quoniam duobus ſuperioribus de morte & dolore dictum eſt, tertius dies diſputationis hoc tertium volumen efficiet. V. Ulpianum in l. Librorum appellatione. D. de legat. tertio.
Epiſtolarum volumen. Cic. 9. Att. 1. Nam quum ad hunc locum veniſſem, evolvi volumen epiſtolarum tuarum, quod ego ſub ſigno habeo, ſervoque diligentiſſime.
Referre epiſtolas in volumina. Cic. 16. Fam. 17. Video quid agas: tuas quoque epiſtolas vis referam in volumina.
Annoſa volumina vatum. Hor. 2. Epiſt. 1. 26.
Lintea volumina. V. Lintea, in LINTEUM.
Planum volumen querelæ iniquiſſimæ. Cic. 3. Fam. 7.
Conficere volumina. Cic. 9. Fam. 16. Audio Cæſarem, quum volumina jam confecerat [illegible].
Creſcit magnitudo voluminis. Auctor ad Heren. lib. 1. 27. Nunc quoniam ſatis hujus voluminis magnitudo crevit, commodius in altero libro de ceteris rebus deinceps exponere.
Explicare volumen. Cic. pro Roſc. Amer. 100. Veniat modo, explicet ſuum volumen illud, quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe.
Implere volumen oraculis falſis. Cic. 2. de Divin. 115. Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implevit, partim falſis, ut ego opinor, partim caſu veris, ut fit in omni oratione ſæpiſſime.
Peragere volumina. V. PERAGO.
VOLUMINŌSUS, a, um. Adj. Sidon. Carm. 9. 76.
　Angues corporibus voluminoſis.
VOLVOX, ŏcis. m. [[illegible]] Vermis qui & Convolvolus dicitur, & Involvolus, & Volucra, ut ſuperius viſum eſt. Plin. lib. 18. cap. 18. Alii volvocem appellant animal prærodens pubeſcentes uvas. V. CONVOLVULUS.
VOLUTINA, æ. f. Dea, quam inter agrorum Deas præfecerunt involumentis folliculorum. V. Auguſt. de Civ. Dei. 4. 8.
VOLŪTO, [[illegible], Gl. L. G. & G. L. [illegible], G. L.] āre. frequent. Columel. lib. 7. cap. 9. Ut paludem rimentur, effodiantque lumbricos, atque in luto volutentur, quod eſt huic pecori gratiſſimum.
Volutare ſe ſupra rem aliquam. Plin. lib. 8. cap. 37.
Circum terram volutari. Cic. in Somn. Scip. 22. Namque eorum animi, qui ſe corporis voluptatibus dediderunt, earumque ſe quaſi miniſtros præbuerunt, impulſuque libidinum voluptatibus obedientium deorum & hominum jura violaverunt, corporibus elapſi, circum terram ipſam volutantur, nec hunc in locum niſi multis exagitati ſæculis revertuntur.
In luto volutari. Cic. 6. Verr. 53. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis veſtigiis invenimus?
Cum aliquo volutari. Cic. in Salluſt. 3. Itaque nihil aliud ſtudet niſi, ut lutulentus ſus, cum quovis volutari.
In ſtupris volutatur, per tranſlationem: h. e. Veluti ſus quædam luto, ita ſtupris delectatur. Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Idem 9. Fam. 3. Laborandum eſt, ne quum omnes in omni genere & ſcelerum, & flagitiorum volutentur, noſtra nobiſcum, aut inter nos ceſſatio vituperetur.
Dedecore in omni volutari. Auctor ad Heren. lib. 4. 20. Non denique in omni dedecore volutatus es?
Volutari, pro Libidinari. Juſtin. lib. 12. non ita procul a fine, de Alexandro magno verba faciens, Qua nocte eum mater Olympias concepit, viſa per quietem eſt cum ingenti ſerpente volutari, nec decepta ſomnio eſt. Nam profecto majus humana mortalitate utero opus tulit. Græv. Onus. Plin. lib. 35. cap. 11. Cleſides innotuit reginæ Stratonices injuria. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piſcatore, quem reginam amare ſermo erat.
Cum ſcortis libere volutari. Cic. de Aruſp. Reſp. 59. Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quam hic, cum ſororibus volutatus?
In veteribus ſcriptis ſtudioſe volutari. Cic. 3. de Orat. 36.
In animo volutari. Liv. 28. 18.
In ſecreto cum amicis aliquid volutare. Liv. 34. 16.
Cum triſti corde volutat hæc. Virg. 6. Æn. 185.
Secum animo aliquid volutare. Liv. 40. 8.
Secum volutare aliquid. Virg. 9. Ecl. 37.
Mente quædam volutat. Lucret. lib. 3. 241.
Animum mentis hujus regis ſæpe tacitus cogitationibus volutavit. Liv. 29. 7.
Dolos dirumque volutat corde nefas. Valer. 2. Argon. 568.
Vocem volutant per atria, Jactant clamores lætitiæ indices. Virg. 1. Æn. 729.
VOLŪTANS, antis. Partic. Virg. 3. Æn. 607.
　— genua amplexus, genibuſque volutans,　Hærebat.
Talia ſecum corde volutans. Idem 1. Æn. 54.
VOLUTĀTUS, a, um. Partic. [[illegible]] Cic. 2. Q. frat. 13. Itaque ad Cal.

ad Calliſthenem & Philiſtum redeo, in quibus te video volutatum, h. e. Cum labore verſatum.

Volutabundus, a, um. Adj. Cic. apud Non. 8. 64. Libidinoſo, & volutabundo in voluptatibus.

Volutatio, ōnis. f. [κύλισμα] Plin. lib. 8. cap. 51. In luto volutatio generi grata. De ſuibus loquitur. V. Hapne. Idem lib. 10. cap. 73. Solidipedum volutatio propria. Cic. in Piſon. 83. An vero tu parum puras inveſtigatas eſſe a nobis labes imperii tui ſtrageſque provinciæ? quas quidem, nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus.

Animi volutatio. Senec. de Tranquill. Animæ cap. 2.

Volutātus, ûs. m. Idem. [[illegible]] Plin. lib. 10. cap. 4. Multum pulverem volutatu collectum, inſidens cornibus excutit in oculos. V. Apul. 4. de Aſin. p. 144. Elmenh.

Volutātim, Adv. [[illegible]] Plaut. Milit. 2. 5. 40. Volutatim demum te rapiam. Sed Gronov. Niſi voluntare ibis.

Volutābrum, i. n. [[illegible], Gl. L. G.] Locus ubi ſues volutantur. Virg. 3. Georg. 411.

Sæpe volutabris pulſos ſilveſtribus apros
Latratu turbabis agens.

Volutābrum, i. n. [[illegible], Gl. G. L.] Cylinder.

Volūta, æ. f. [ἕλιξ] Vitruv. lib. 1. cap. 2. His enim diis propter virtutem ſine deliciis ædificia conſtitui decet; Veneri, Floræ, Proſerpinæ, fontium Nymphis, Corinthio genere conſtitutæ aptas videbuntur habere proprietates, quod his diis propter teneritatem, graciliora & florida, foliiſque & volutis ornata opera facta, augere videbuntur juſtum decorem. Idem lib. 3. cap. 3. & multis aliis locis.

Volutāre, is. n. Vas, quo aliquid volvitur ad abluendum. Apic. 8. 7. Porcellum in volutari perfundes & inferes.

Voluptas, ātis. f. [ἡδονή, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] eſt Elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicujus boni. Unde quicquid cum delectatione animum demulcet, voluptas dicitur. Ter. Heaut. 1. 2. 10. Voluptatem magnam nuntias.

Omnes enim jucundum motum, quo ſenſus hilaretur, Græce ἡδονήν, Latine voluptatem vocant. Cic. 2. de Finib. 8.

Omne autem id, quo gaudemus, voluptas eſt: ut omne, quo offendimur, dolor. Cic. 1. de Finib. 37.

Lætitia & voluptas. Cic. 1. de Orat. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione juris lætitiam & voluptatem.

Abdominis voluptas. V. Abdomen.

Dicendi voluptates. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Voluptas in bibendo. Cic. 2. de Finib. 9. Eſtne quæſo, inquam, ſitienti in bibendo voluptas?

Voluptas mea, Blandientis vox. Plaut. Caſ. 1. 48.

Amœniſſima voluptas. V. Amœnus.

Communis voluptas. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Dia voluptas dux vitæ. Lucret. lib. 2. 172.

Divina voluptas. Lucret. lib. 3. 28.

Egregia. Juven. 14. Sat. 256.

Incredibilis. Cic. 5. Fam. 7.

Ineruditæ voluptates. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Inſatiabilis. V. Insatiabilis.

Jucunda. Lucret. lib. 2. 3.

Levis autem voluptas non illa, & fugax, & ſubinde reficienda, ſed ſtabilis & certa. Senec. Epiſt. 18.

Liquida & libera. V. Liquor, oris.

Liquida & pura. Lucret. lib. 5. 40.

Mediocris. Cic. pro Planc. 1.

Miſeranda. Stat. 6. Theb. 72.

Perpetua. Cic. 3. Fam. 2.

Pura. Lucret. lib. 4. 1069.

Pura voluptas litterarum. Quintil. lib. 2. cap. 18.

Poeticæ voluptates. Idem lib. 1. cap. 1.

Remiſſæ ſapientum voluptates, & modeſtæ, ac pæne languidæ ſunt, compreſſæque & vix notabiles: ut quæ neque arceſſitæ veniant, nec quamvis per ſe acceſſerint, in honore ſint, neque ullo gaudio percipientium exceptæ. Miſcent enim illas, & interponunt vitæ & ludum jocumque inter ſeria. Seneca de Vita beata cap. 12.

Reſupina voluptas. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Sobria ac ſicca voluptas. Seneca de Vita beata cap. 12.

Sincera eſt nulla voluptas. Ovid. 7. Met. 453.

Torva voluptas frontis. Claud. 4. Conſ. Hon. 517.

Vera voluptas. Lucret. lib. 5. 1432.

Viva voluptas prati. Claud. 1. in Ruff. 209.

Accipere voluptatem. V. Accipio.

Adjungere voluptatem ad virtutem. V. Adjungo.

Afferre voluptatem. V. Affero.

Architectari voluptatem. V. Architector.

Aſſumere voluptatem. V. Assumo.

Bacchari in voluptate. V. Bacchor.

Capio voluptatem ejus, pro De eo. Plin. 2. Epiſt. 17.

Capitur mihi mente voluptas. Ovid. 4. de Pont. 9. 37.

Capi voluptate. Cic. 1. de Legib. 31. Nam & voluptate capiuntur omnes: quæ etſi eſt illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam ſimile naturalis boni, lenitate enim & ſuavitate delectat.

Captare Voluptatem. V. Capto in Capio.

Carere voluptatibus. V. Careo.

Condire voluptatibus. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Conquirere & comparare voluptates. V. Conquiro.

Contrectare varias voluptates mente. V. Contrecto.

Corrupta voluptas multo dolore. Hor. 1. Serm. 2. 39.

Creare voluptatem inimicis. V. Creo.

Cumulatus voluptatibus. V. Cumulo.

Deliniri voluptate quadam prava. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Duci ad fidem voluptate, Induci ad credendum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Excluſa animo voluptas. Stat. 3. Silv. 3. 106.

Expleta voluptas flendi. Stat. 2. Silv. 1. 15.

Habere voluptatem. Cic. 2. Fam. 9.

Inclinari ad voluptatem audientium debemus. Quintil. 2. 10.

Indulgere voluptati. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Injicere voluptatem. V. Injicio.

Legere cum voluptate, Cum delectatione. Cic. 5. de Finib. 51. Quid cum fictas fabulas, a quibus utilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus?

Locupletare voluptas in perfectione vitæ. V. Locus.

Loqui ad voluptatem. V. Loquor.

Percipienda voluptas oculis. Ovid. 4. de Pont. 9. 38.

Perfundi voluptate. Cic. de Clar. Orat. 188. Delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quaſi voluptate quadam perfunditur.

Permulcere aures aſſiſtentium pravis voluptatibus. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Permulceri voluptate lætiſſima. V. Permulceo.

Petere voluptatem audientium. Quintil. lib. 5. cap. 1.

Satiata voluptas. Stat. 6. Theb. 294.

Eſſe voluptati, Gratum eſſe. Cic. 1. Fam. 7. Quod mihi de filia, & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam ſperoque & opto, nobis hanc conjunctionem voluptati fore.

Eſſe in voluptate. Cic. 1. de Finib. 38. His rebus inſtructus ſemper eſt in voluptate.

Eſſe in voluptate & Dolere, contraria. Cic. 4. Acad. 21.

Voluptas, mala eſt aliquando. Plaut. Merc. 5. 3. 1. Cic. de Senect. 44. Divine enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod, &c.

Voluptas maxima eſt inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat. Cic. in Partit. 90.

Omnis voluptas honeſtati eſt contraria. Cic. 3. Off. 119.

Capitalis peſtis eſt voluptas. Cic. de Senect. 39. Nullam capitaliorem peſtem, quam voluptatem corporis, hominibus a natura datam, cujus voluptatis avidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur.

Omnium malorum mater voluptas. Cic. 1. de Legib. 47. Vel ab ea, quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet, imitatrix boni, voluptas, malorum autem omnium mater.

In voluptatis regno virtus non poteſt conſiſtere. Cic. de Senect. 40.

A voluptatibus. V. A vel Ab.

Aſſuetudo voluptatum. Tacit. 2. Hiſt. 62.

Condimentum voluptatis. V. Condio.

Miniſtræ voluptatum. V. Miniſter, in Ministro.

Confuſa voluptas amborum. Ovid. 15. Epiſt. 49.

Furtiva voluptas. Ovid. 4. Met. 327.

Indigna homine docto voluptas. Cic. 2. Off. 2. Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his reſtitiſſem: nec rurſus indignis homine docto voluptatibus.

Irritata voluptas. Ovid. 2. de Arte Am. 681.

Libidinoſa voluptas. V. Libido.

Lucroſa voluptas. Ovid. 1. Amor. 12. 15.

Mutua voluptas. Lucret. lib. 4. 1195.

Amplexari voluptatem. V. Amplector.

Avulat voluptas. V. Avulo.

Capere voluptatem cum aliqua, i. e. Concumbere. Plaut. Amph. prol. v. 134.

Dedere ſe voluptatibus. V. Dedo.

Inhærere voluptatibus. V. Inhæreo.

Invenire novam voluptatem. Cic. 5. Tuſc. 20. Xerxes præmium propoſuit qui inveniſſet novam voluptatem.

Liqueſcere voluptate. V. Liquor, ōris.

Mollit blanda voluptas truces animos. Ovid. 2. de Arte Am. 477.

Nocet empta dolore voluptas. Hor. 1. Epiſt. 2. 55.

Perfluere voluptatibus. V. Perfluo.

Placet inconceſſa voluptas. Ovid. 3. Amor. 4. 31.

Properata voluptas. Ovid. 1. Amor. 4. 47.

Sperata voluptas. Ovid. 2. Met. 862.

Spernere voluptates. Hor. 1. Epiſt. 2. 55.

Voluptas dicitur etiam de Spectaculis, Ludis & Certaminibus. Treb. Pollio in Gallien. cap. 20. Quæ voluptates paratæ ſunt? qualis cras erit ſcæna? Et Vopiſc. in Aureliano cap. 34. Datæ ſunt populo voluptates ludorum ſcænicorum. [Pl. tantum, Voluptates.

Voluptātula, æ. f. Diminutivum apud Vivem de Fem. Chriſt. H. St.

Voluptārius, a, um. Adj. Quod voluptatem affert. Plaut. Pœn. 3. 2. 25.

Liberum ut commonſtraremus tibi locum & voluptarium.

Mollis & voluptarius. Cic. 5. Tuſc. 88. Ordiamur ab eo, ſi placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus.

Impenſæ rerum voluptariarum. Cajus in l. utiles. D. de petit. here.

Diſciplina voluptaria. Cic. 1. de Finib. 37. Intelligeretque ea, quæ voluptaria, delicata, mollis, habeatur diſciplina, quam gravis, quam continens, quam ſevera ſit.

Diſputatio voluptaria. Cic. 3. de Orat. 59. Tum ab Ariſtippo, quem illæ magis voluptariæ diſputationes delectarant.

Homo voluptarius. Cic. 2. Tuſc. 18. Ego a te non poſtulo ut dolorem eiſdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut ſcis, voluptarius. Plaut. Men. 2. 1. 34.

Voluptarii atque potatores maximi. Cic. in Piſon. 42. Atque hoc quidem etiam iſti tui dicunt voluptarii Græci. i. e. Voluptatis aſſectores, quales erant Epicurei.

Poſſeſſio voluptaria. Cic. 12. Att. 25. Voluptarias enim poſſeſſiones nolet Silius.

Prædium voluptarium. Ulpian. in l. Si cujus rei. §. fructuarius. D. de uſufr.

Secta voluptaria. Seneca de Vita beata, cap. ult.

Senſus voluptarius guſtatus. Cic. 3. de Orat. 99. Quin etiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcedine præter ceteros ſenſus commovetur.

Voluptuārius, a, um. Adj. Idem quod Voluptarius. Capitol. in Vero cap. 2. Fuit voluptuarius & nimis lætus.

Veneris voluptuariæ filius. Mart. Capell. lib. 9.

Voluptārie, Adv. Apul. 3. Mileſ. p. 138. Tranſactis voluptarie paucis noctibus.

Voluptuōsus, a, um. Adj. [[illegible]] Voluptuoſus homo, qui perquam amat voluptatem.

Res voluptuoſa, Quæ in ſe habet voluptatem, Et plena eſt voluptatis, & quæ voluptate afficit. Plin. 3. Epiſt. 19. Voluptuoſum eſſe utraque opera eodem viatico inviſere.

Super! Sidon. 2. Epiſt. 9. Voluptuoſiſſimum tempus exegi.
Voluptuōse, Adv. Sidon. 5. Epiſt. 20. Ad patriæ ſolum & præter occaſionem voluptuoſe veni.
Compar. Idem 1. 9. Voluptuoſius relegendis verſibus immorabere.
Voluptuor, vel **Voluptuoi**, ări. Voluptate fruor. Apul. 7. Mileſ. p. 143. Quanto me felicior Daphne vicina, quæ mero & prandio matutino ſatiata cum ſuis adulteris voluptatur. V. Quintil. Decl. 3. & Voſſ. Etym. p. 566.
Voluptābilis, e. Adj. [ἡδύς] Gratus, voluptuoſus. Plaut. Epid. 1. 2. 19.
Voluptabilem mihi tuo adventu attuliſti nuntium.
Voluptificus, a, um. Adj. Apul. e. Florid. p. 17. Jovis ſtella benefica, Veneris voluptifica.
Volup, vel **Volūpe**, [ἡδύ] i. e. Delectabile. Plaut. Caſ. 4. 2. 5. Facite animo veſtro volupe. Ter. Phorm. 4. 3. 5. Venire ſalvum volupe eſt. V. Plaut. Aſin. 5. 2. 2. & Gell. 10. 4.
Sic Veſperug, pro Veſperugo, Vide in DOMOS. H. St.
Reſpicit Plautinum locum, ubi in quibuſdam codd. pro Volupe legitur Volup, per apocopen.
Volupia, æ. f. Dea, voluptates hominibus afferens. Auguſt. de Civ. Dei 4. 8.
Vŏlūsius, i. m. [Οὐολούσιος] Poeta fuit Patavinus, qui Ennium ſecutus, rerum geſtarum populi Romani annales carmine ſcripſit. Catullus de Smyrna Cinnæ poetæ, 95. 7.
At Voluſii annales Aduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.
Voluta, **Volutabrum**, **Volutatio**, **Volutabilis**, **Volutatim**, **Voluto**. V. volvo.

V O M

Vomānus, i. m. Fluvius Piceni. Plin. lib. 3. cap. 13. Sil. lib. 8. 439.
Vomer, ĕris. m. V. vomis.
Vŏmĭca, æ. f. [ἀπόστημα, Gl. G. L.] Tumor excreſcens, ſive groſſities illa, quæ naſcitur in aliqua parte corporis, ſaniem frequenter emittens. V. abscessus. Cic. 3. de Nat. Deor. 70. Nec profeſſe Pheræo Iaſoni, is qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non poterant. Plin. lib. 20. cap. 12. Petroſelinum præcipuum ad vomicas.
Putres vomicæ. Juven. 13. Sat. 95.
Erumpit vomica. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Excitat vomicas dolor. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Laborare vomica. Celſ. lib. 4. cap. 8.
Oritur vomica. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Rumpere vomicam. Celſ. lib. 2. cap. 8.
Vomica, de Suppuratione interiore. Celſ. lib. 2. cap. 8. Quod ſi ne rupta quidem vomica, vel pure extrinſecus emiſſo, febris quievit. Idem de interiore ſuppuratione loquens, lib. 3. cap. ult. Omnis tunc vomicæ finis eſt, ut rumpatur, indiciumque eſt pus, vel alvo vel ore redditum. Budæus.
Vomicam non infeſtiviter Plautus vocat Crumenam plenam argenti, in Perſ. 2. 5. 11.
Quid hoc, quod in collo tibi tumet? SA. vomica eſt, preſſare parce.
Vomica, Concava loca, vetuſtate exeſa. Lucil. lib. 29. Tyroneo & non mortifero adfectus vomica & vulnere. Non. 2. 902. Mercer. Vulnera.
Vomicæ Reipubl. apud Quintil. lib. 8. cap. 6. Non enim ſi Cicero recte ſentinam Reipubl. dixit, fœditatem hominum ſignificans, idcirco probem illum quoque veteris oratoris, Perſecuiſti Reipubl. vomicas.
Vomĭcus, a, um. Adj. Senec. Controv. 2. 12. Fabianus Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit, i. e. Malum maximum.
Vomicōsus, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 2. 17. Empyici, id eſt, vomicoſi. conf. Veget. 1. 37.
Vŏmo, ui, ĭtum, [ἐμῶ, τὸ ἐξεμῶ, Gl. G. L.] ĕre. Ejicere: proprie de cibis, ore per nauſeam rejectis, dicitur. Cic. pro Deiot. 21. Quum, inquis, vomere poſt cœnam velle te dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt.
Bibere, vomere, effundere. Cic. in Piſon. 23. Aliquod Lapitharum aut Centaurorum convivium ferebatur: in quo nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an vomuerit, an effuderit.
In conſpectu alicujus vomere. Cic. 2. Philip. 63. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſes in Pop. Rom. conſpectu vomere poſtridie.
In menſam vomere. Cic. 2. de Finib. 23. Nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conviviis auferantur.
Animam ille vomit purpuream, Sanguinem vomens exſpiravit. Virg. 9. Æn. 349.
Flammas ore vomit Cacus. Ovid. 1. Faſt. 572.
Fluctus vomit ac reſorbet Scylla. Ovid. 12. Epiſt. 105.
Vitam vomere. Lucret. lib. 6. 828.
Vomor, ĕris. Paſſ. Plin. lib. 10. cap. 67. Salamandræ ore ſanies lactea vomitur.
Vomitur, Imperſonale. Cic. 2. Philipp. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
Vomens, entis. Partic. Cic. 2. Philipp. 63. Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit.
Fumum vomens ſtupa. Virg. 5. Æn. 682.
Ignes ore vomens. Idem 8. Æn. 199.
Vomĭtus, a, um. Partic. Cæl. Aurel. Acut. 3. 20. Egeſtio vomitorum ſpumoſa.
Vomĭtio, ōnis. f. [ἔμεσις] Cic. 2. de Nat. Deor. 126. Quid ea, quæ nuper, id eſt paucis ante ſæculis, medicorum ingeniis reperta ſunt, vomitione canes, purgante autem, &c.
Inimicæ oculis vomitiones. V. inimicus.
Concitare vomitiones. Plin. lib. 24. cap. 18.
Vomĭtus, ûs. m. [ἔμετος, Gl. G. L.] Idem. ut,
Arenoſus vomitus. V. arena.
Varius vomitus. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Extrahere vomitum. lib. 2. cap. 8.
Facere. lib. 13. cap. 23.
Inhibere. lib. 22. cap. 13.
Invitare. lib. 22. cap. 14.
Movere. lib. 33. cap. 8.
Repetere. lib. 4. cap. 4.
Siſtere. lib. 20. cap. 14.
Supprimere. lib. 4. cap. 5.
Vomitium, i. n. Idem. Mart. Capella lib. 2. p. 25. Nauſea & vomitio laborare.
Vomitor, ōris. m. [ἐμετής] Plin. lib. 23. cap. 1. Non expedire vomitoribus, ſicut neque muſtum, neque ſapa, neque paſſum. Harduin. legit Vomitionibus. Jejuni vomitores. Senec. Epiſt. 88.
Vomitōrius, a, um. Adj. [ἐμετικός] Quod vim vomitum faciendi habet. Plin. lib. 21. cap. 19. Hanc ſtomacho inutilem, & ideo vomitoriam.
Vomitorium, i, n. Vomitoria in ſpectaculis dicimus, Unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt. Macrob. 6. Saturn. 4. conf. Lipſ. de Amphith. p. 31.
Vomax, ācis. Libenter vomens. Compar. Sidon. 8. Epiſt. 3. Anus, quæ nihil litigioſius, bibacius, vomacius.
Vomitina, æ, f. ἔμετος, Gloſſ. Latinogræc.
Vomĭto, [ἐξεμέω] āre. frequent. Columel. lib. 7. cap. 10. Quam quum pecudes biberunt, nauſea correptæ vomitant, atque expurgantur. Et Suet. Vitell. cap. 13.
Vomĭtans, antis. Partic. Sen. Epiſt. 18. Hoc multo fortius eſt ebrio ac vomitante populo, &c.
Vomĭficus, a, um. Adj. ut, Vomificum medicamen. Cæl. Aurel. Acut. 3. 4.
Succus vomificus. Apul. de Herb. cap. 108.
Vomifluus, a, um. Adj. ut, Paſſio vomiflua. Cæl. Aurel. Tard. 2. 14.
Vŏmer, vel **Vomis**, ĕris. m. [ὕνις, Gl. L. G. & G. L.] dicitur id ferrum in aratro, quod liras facit, & utrimque vomit, unde nomen habet. Plin. lib. 17. cap. 18. Vomerum plura genera: Culter vocatur prædenſam, prius quam proſcindatur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus eſt vulgare, roſtrati vectis. Tertium in ſolo facili, nec toto porrectum dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro. Virg. 1. Georg. 46.
Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. Ubi Servius,
Vomer a frequenti aratione atteritur & decreſcit. Lucret. lib. 1. 315.
— occulto decreſcit vomer in arvo. Dicimus autem & hic vomer, & hic vomis: ſed ab utroque hujus vomeris facit. Virg. 1. Georg. 162.
Vomis & inflexi primum grave robur aratri.
Secta vomeribus tellus. Ovid. 1. Met. 102.
Aduncus. Ovid. 4. Faſt. 927.
Curvus. Ovid. 3. Amor. 8. 39.
Duro fumans ſub vomere taurus. Virg. 3. Georg. 515.
Ferreus. Lucret. lib. 1. 315.
Laureatus. V. laureus.
Obtuſi vomeris dentem procudere. Virg. 1. Georg. 262.
Rigidi vomeris ictu verſatur tellus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 196.
Unci vomeris patiens tellus. Virg. 2. Georg. 223.
Perſtringere aliquid vomere. Cic. 2. Philipp. 102. Cujus quidem vomere portam Capuæ pæne perſtrinxiſti, ut, &c.
Pro Membro virili poſuit. Lucret. lib. 4. 1267.
Eicit enim ſulci recta ratione viaque
Vomerem, atque locis avertit ſeminis ictum.

V O P

VOP. Vopiſcus.
Vopiscus, i. m. dicitur Qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partum legitimum ducitur. Plin. lib. 7. cap. 10. Vopiſcos appellabant e geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu. Namque maxima, etſi rara, circa hoc miracula exiſtunt.
De Flavio Vopiſco, hiſtorico, cujus extant vitæ paucorum Imperatorum, V. Voſſ. Hiſt. Lat. 2. 7.

V O R

Vorānus, i. m. [Οὐοράνος] fuit Q. Lutatii furaciſſimus libertus, quem nummularius nummos de menſa ſubtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cæl. lib. 10. cap. 49. Hor. 1. Serm. 8. 39. V. excalcio.
Vŏro, [καταπίνω, Gl. L. G. & G. L.] āre. Cibum non confectum deglutire. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Alia vorant, alia mandunt.
Plaga vorat medullas. Senec. Hippol. 3.
Rapidus vortex vorat navem. Virg. 1. Æn. 121.
Vorare, Avide ſumere. Plaut. Truc. 2. 1. 22.
Adduntur noctes: interim ille hamum vorat. V. Curc. Act. 3. v. 61. & in hamus.
Litteras vorare, Cupide arripere. Cic. 4. Att. 10. Nos hic voramus litteras, cum homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionyſio.
Viam vorare, Celerrime currere. Catul. ad Libel. 35. 7. V. via.
Vorans, antis. Partic. ut, Vorans Charybdis. Propert. lib. 2. 26. 53.
Vorātus, a, um. Partic. ut, Muſca vorata. Martial. lib. 5. 18.
Viſcera vorata. Arnob. lib. 7. p. 249.
Voratio, ōnis. f. [καταποσις] Catullus ad Porcium & Socrationem, 45. 7.
— mei ſodales
Quærunt in trivio vorationes. Alii legunt Vocationes, exponuntque de vocationibus ad convivium. V. Vocatio, in voc.
Vorātor, ōris. m. Hieron. adv. Jovian. 2. 11. Vorator & potator vini.
Vorax, ācis. Adj. [καταφαγᾶς, Gl. G. L.] Plurimum vorans. Cic. 2. Philip. 67. Quæ Charybdis tam vorax?
Voracibus impenſis oneroſus equitatus. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. in fine.
Ventris voracis placare jejunia. Ovid. 15. Met. 94.
Uſura vorax. Lucan. lib. 1. 181.
Compar. Ovid. 8. Met. 819.
— quo copia major
Eſt data, plura cupit, turbaque voracior ipſa eſt.

Vŏrācĭter, Adv. Macrob. 7. Saturn. 5. Voraciter invadere.

Vorācĭtas, ātis. f. Plin. lib. 2. cap. 107. Natura voracitatem in toto mundo evidiſſimam ſine damno ſui paſcit.

Vorāgo, ĭnis. f. [χάσμα, Gl. L. G. & G. L. ...] Barathrum dicitur: quod in eam cadentia, non emergunt, ſed quaſi devorantur. Cic. 1. de Divin. 73. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipſe demiſiſſet in flumen, ſummerſus equus voraginibus non extitit.

Ima vorago. Cic. in Salluſt. 18.

Ingens vorago faucibus vaſtis patet. Senec. Herc. fur. 9.

Lividiſſima, maximeque profunda vorago. Catullus ad Coloniam 18. 11.

Pigra vorago, Limoſa & cœnoſa. Sil. lib. 13. 562.

Tenebroſa vorago. Stat. 6. Theb. 382.

Tenus vorago. Catul. ad Coloniam 18. 26.

Vaſta voragine exæſtuat gurges. Virg. 6. Æn. 296.

Vorago, aliter. Curt. lib. 8. 14. 4. Imber violentius, quam alias, fuſus campos lubricos & inequitabiles fecerat: graveſque, & propemodum immobiles, currus illuvie & voragine hærebant.

Metaph. Vorago patrimonii. Cic. pro Sext. 111. Tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii helluabare?

Scopulus & vorago. Cic. 3. de Orat. 161. Syrtim patrimonii, ſcopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potius.

Vorāgĭnōſus, a, um. Adj. [βαραθρώδης] Voraginibus plenum. Hirt. Bell. Hiſp. cap. 29. Nam paluſtri & voraginoſo ſolo currebat ad dexteram partem.

Amnis voraginoſior. Ammian. 24. 22.

Via voraginoſa. Apul. 9. Met.

Voratrina, æ. f. Vorago. Ammian. 17. 16. Patefactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent.

Eſt etiam Popina. Tertull. Apol. cap. 39. Inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis humandiſque.

Vorsura, V. Verſura, in verto.

Vortex, V. Vertex, in verto.

Vorto, ĕre. V. verto.

V O S

Vos, veſtrûm vel veſtri, [ὑμεῖς, ὑμῶν, Gl. L. G. & G. L.] Pronomen pluralis numeri a Tu. ut Virg. 5. Ecl. 21.

Vos, coryli, teſtes.

Ne cui veſtrûm ſit mirum. Ter. Heaut. prol. v. 1.

Veſtrorum pro veſtrûm dixit Plaut. Moſtel. 1. 3. 120.

Vosmet, cum enclitica. Plaut. Capt. 3. 5. 18. Ita voſmet ajebatis.

Vosmetipsi, [ὑμεῖς αὐτοί, Gl. G. L.] pro Vos ipſi. Cic. 4. Acad. 72. Nos autem dicimus ea nobis videri, quæ voſmet ipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. Et pro Roſc. Amer. 104 Quæ facitis, ejuſmodi ſunt ut ea dedita opera a vobis contra voſmet ipſos facere videamini.

Voster antique, pro vester, q. v.

V O T

VOTA. SOL. PRO. SAL. P. R. Vota ſolvit pro ſalute populi Romani. VOT. SOL. DECEN. Vota ſoluta decennalia. VOT. V. Votis quinquennalibus. VOT. X. Vota decennalia.

Votiēnus, i. m. Montanus, Narbonenſis rhetor & poeta nobilis, a Tiberio relegatus in Baleares. V. Tacit. 4. Ann. 42. Senec. Suaſ. 21. & 28.

Votum, V. voveo.

V O V

Vŏveo, vōvi, ōtum, [εὔχομαι, Gl. L. & G. L.] ēre. Deo aliquid ſancte promittere. Cic. 1. de Nat. Deor. 122. Quid optamus a diis immortalibus? quid vovemus? Hor. 3. Carm. 8. 6.

Ex amiſſione alicujus rei vovere. Cic. 1. de Divin. 31. Quum propter paupertatem ſues puer paſceret, una ex his amiſſa, voviſſe dicitur, ſi recuperaſſet, uvam ſe Deo daturum, quæ maxima eſſet in vinea.

Votum vovere. Liv. 23. 19. Ovid. 9. Met. 793.

Vota puer ſolvit, quæ femina voverat Iphis.

Vovere in eadem verba. Liv. 23. 9.

Vovere, pro Votis optare. Senec. de Benef. lib. 6. Et quicquid inimicus optaret, amantes vovent. Hor. 1. Epiſt. 4. 8.

Quid voveat dulci nutricula majus alumno?

Voveo, [ἀνατίθημι, Gl. L. G.] Voto conſecro.

Caput vovere pro ſalute patriæ. Cic. 5. de Finib. 64. Noſtri imperatores pro ſalute patriæ ſua capita voverunt. i. e. Periculis ſe objecerunt. Al. Devoverunt. [Reſpicit Decios.

Decimam vovere alicui. Cic. 3. de Nat. Deor. 88 Neque Herculi quiſquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet.

Templum vovere Deo. Liv. 1. 12.

Vōtus, a, um. Partic. [ἀνατεθείς] Cic. 3. de Nat. Deor. 43. At earum templa ſunt publice vota & dedicata. Liv. 4. 12.

Delubra vota Menti. Ovid. 6. Faſt. 241.

Vōtum, i. n. [εὐχή, Gl. L. G. & G. L.] Promiſſio facta Deo. Cic. 2. de Legib. 41. Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt. ac voti ſponſio, qua obligamur Deo: pœna vero violatæ religionis juſtam recuſationem non habet.

Voti reus. V. reus.

Preces & Vota. Cic. pro Planc. 97. Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea petere, contendi.

Promiſſum & Votum. Cic. 10. Att. 10. Sed jam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto.

Votum pro. Cato R. R. cap. 83. Votum pro bubus, ut valeant ſic facito.

Amarum votum, Quod male cedit, quale fuit Midæ. Claud. 2. Conſ. Stil 229.

Audax votum. Stat. 9. Theb. 623.

Furialia vota, Deſideria furioſa. Sil. lib. 8. 26.

Furioſa, Furioſa cupiditas. Ovid. 10 Met. 370.

Futile votum, Inane deſiderium. Sil. lib. 10. 340.

Ignavum. Claud. Eutrop. 2. 394.

Modeſta parum vota. Ovid. 3. Triſt. 8. 13.

Nefarium votum. Cic. pro Cluent. 194. Quin etiam nocturna ſacrificia, quæ putat occultiora eſſe, ſceleratasque ejus preces & nefaria vota cognovimus.

Pavidum votum. Claud. de Bell. Gildon. 67.

Pia vota, Piorum preces ad Deum. Ovid. 1. Met. 221.

Publica. Ovid. 7. Met. 450.

Temeraria vota. Tibul. lib. 3. 6. 27.

Triſtia vota. Ovid. in Ibin, 103.

Annuit votis noſtris Deus. Claud. 2. Conſ. Stil. 212.

Aſſueſcere vocari votis. Virg. 1. Georg. 42.

Canere vota divis, Hymnos & preces. Servius. Virg. 3. Æn. 438.

Ceſſare in vota. V. cesso.

Concipere vota. Ovid. 7. Met. 581.

Concepta vota. Sil. lib. 7. 77.

Confugere ad vota. V. confugio.

Corrigere vota ſua, Suos appetitus. Ovid. 2. Met. 89.

Damnari votorum, vel voti. V. damno.

Debere votum. Cic. 6. Verr. 10.

Diſſolvere vota. Cic. 15. Att. 11. al. Diis ſolvere.

Ducere vota ad bonos exitus. Hor. 4. Carm. 8. 34.

Duplicare vota mero. Virg. 8. Æn. 556.

Effundi in vota. Tacit. 1. Ann. 79.

Exſequi annua vota. Virg. 5. Æn. 53.

Facere vota, pro Optare. Cic. pro Milon. 76. Vota enim faceretis, ut in eos ſe potius mitteret, quam in veſtras poſſeſſiones. V. facio.

Facere vota parcius. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 2.

Facere vota de aliquo ægroto. Cic. 8. Att. 25.

Ovid.

Atque aliquis pendens in cruce vota facit. H. St. V. 1. ex Po 6. 58.

Vota homines parcius facerent. Vide Senecam lib. 2. de Benef. cap. 1. ubi dicit etiam Deos precari. Virgil. Ceſſit in vota preceſque. H. St. Poſterius errorem puto.

Inhibere vota alicujus rogando. Ovid. 16. Epiſt. 117.

Liberari voti, pro Voto. Liv. 5. 28.

Nectere vota votis. Lucret. lib. 5. 1201.

Nuncupare vota. V. nuncupo.

Obligare votis caput. Hor. 2. Carm. 8. 6.

Onerare votis æthera, Iterum atque iterum vota deo polliceri. Virg. 9. Æn. 24.

Perfecta vota ordine. Virg. 3. Æn. 438.

Perſolvere votum. V. persolvo.

Poſcere opem votis. Ovid. 3. Faſt. 594.

Reddere vota. V. reddo.

Repetere vota. Quintil. in proœm. lib. 4.

Sacrabat immortale votum diis. Virg. 8. Æn. 715.

Sancire feralia vota diis Stygiis contra aliquem. Stat. 11. Theb. 345.

Solvere vota. V. solvo.

Solvere fidem voti. Ovid. 1. Faſt. 642.

Superare ſupplicibus votis iram numinis. Virg. 8. Æn. 60.

Suſcipere vota. V. suscipio.

Suſpendit tacito vota labello. Catul. Argon. 60. 104.

Timere erecto voto aliquid. Stat. 6. Theb. 756.

Vocare aliquem in vota Virg. 5. Æn. 514.

Vocare divos in vota. Virg. 5. Æn. 234.

Vocare imbrem votis. Virg. 1. Georg. 157.

Vocari votis aſſueſce. Virg. 1. Georg. 42.

Votum [ἀνάθημα] eſt ipſa res Deo dicata. Petron. cap. 19. Stipant graves equi receſſus Danai, & in voto latent. i. e. In equo, quem Græci Palladi voverant. conf. Virg. 3. Æn. 079.

Votum, Voluntas & deſiderium: quod ea valde deſideramus, quæ voto a Deo poſcimus. Cic. 14. Fam. 4. Si hæc mala fixa ſunt, ego vero te quamprimum, mea vota, cupio videre. Sed emendati libri habent, Mea vita.

Ad votum. V. ad.

Compos voti. V. compos.

Voto, ... Gloſſ. Latinogræc.

Matura vota coloni. Ovid. 8. Met. 449.

Deplorata vota jacent. Ovid. 1. Met. 273.

Sternuntur ſegetes & deplorata colonis,

Vota jacent. h. e. Spes valde plorata ab agricolis. Vota autem vocat Frumenta multis votis & precibus expetita.

Expoſcere pacem votis. Virg. 3. Æn. 261.

Fingere voto aliquem. Plin. Epiſt. 110.

Fovere ſua vota animo. Ovid. 7. Met. 633.

Frui votis. Valer. 4. Argon. 760.

Implere votum alicujus. Curt. lib. 4. 13. 24.

Obire vota. Paterc. lib. 2. 35. extr. Catilina non ſegnius vota obiit, quam ſceleris conandi conſilia inierat.

Petere voto, i. e. Optare. Plin. 14. Epiſt. 17.

Potiri voto. Ovid. 9. Met. 313.

Reſpondere votis alicujus, Satisfacere deſiderio. Virg. 1, Georg. 47.

Eſt in voto. Perſ. 3. Sat. 48.

Jure, etenim id ſummum quid dexter ſenio ferret,

Scire erat in voto. h. e. In deſiderio meo ſummum.

Succedere in vota alicujus. i. e. Idem velle quod ante te alius conceperit. Ovid. 11. Met 227.

Superant modum tua vota. Stat. 1. Achil. 1. 45.

Vota, Nuptiæ. Hinc, Cum ſpe votoque uxoris tranſigere, Contrahere matrimonium eſt. Tacit. de German. 19. 4. Melius quidem adhuc quædam civitates in quibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe votoque uxoris ſemel tranſigitur.

Vota ſecunda, i. e. Nuptiæ ſecundæ. Juſtinian. Novel. 2. C. 2. §. 2.

Vota & Nota confunduntur in MSS. V. Drakenb. ad Sil. 3. 14. & 6. 417.

Votivus, a, um. Adj. [εὐκταῖος, Gl. G. L.] Quod ex voto dari promittitur. Hor. 1. Epiſt. 3. 36.

Paſcitur in veſtrum reditum votiva juvenca.

Aures votivæ, Quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. Caſin. prol. 29.

Legatio votiva, Quæ pro voto ac voluntate vel voluntarie ſuſcipitur. Cic. 14. Att. 2. Simulque cogites, quid agendum nobis ſit, ſuper legatione votiva, quod in his locis moneor a multis ne in Senatu Calendis adſim. V. Legatio, in LEGO, are.

Ludus votivos appellat Cic. 2. Verr. 31. Quos Pompejus voverat, ſi Sertorium ſuperaſſet. Aſcon. Plin. lib. 7. cap. 48. Ludis pro ſalute divi Augusti votivis.

Preces votivæ, Quibus aliquid cum voto poſcimus.

Tabella votiva. Hor. 2. Serm. 1. 33. V. Tabella, in TABULA.

Tura votiva. Ovid. 3. Amor. 12. 9.

Noctes votivæ. Tibul. lib. 1. 3. 90.

Votivum, Quod voto deſideratum eſt. Apul. lib. 6. Tota civitas ad votivum conſpectum effunditur.

Votivum, eſt Gratum, ex voto. Trebell. Pollio in Gallien. cap. 3. Conſtabat, votivum illi fuiſſe, quod imminentem cervicibus ſuis gravitatem patriam non haberet.

Voto, āre. frequentat. Onomaſt. Vet. Voto, ὁμολογῶ. V. Jornand. de Regn. Succeſſ. in Julian. Parabata.

Votitus, a, um. Partic. Votitum veteres Religione aliqua prohibitum vel interdictum dici voluerunt. Plaut. Aſin. 4. 1. 44.

Nolo habere illam cauſam, & votitam dicere. Ex Nonio, 2. 215.

Votīvus, ĕra, ĕrum. Adj. Votivus. Stat. 4. Silv. 4. 92.

Votiferaque meas ſuſpendit ab arbore vittas.

V O X

Vox, vōcis. f. [φωνή, Gl. L. G. & G. L.] Omne quod ſonat. Fit ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod eſt voco. Priſcianus lib. 1. Vox dicta eſt, vel a vocando, ut dux a ducendo: vel ἀπὸ τοῦ βοᾶν βοῶ, ut quibuſdam placet. Cic. in Orat. 55. Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum, qui maxime voce commoventur. Ibid. 57. Mira eſt enim quædam natura vocis, cujus quidem e tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, gravi tanta ſit, & tam ſuavis varietas perfecta in cantibus. Idem 1. Acad. 19. In lingua etiam explanata vocum impreſſio.

Vocis genera permulta. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Vocis genera permulta, canorum, fuſcum, lene, aſperum, grave, acutum, flexibile, durum: quæ hominum ſolum auribus judicantur. Idem 3. de Orat. 214. Nam voces ut chordæ ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta, gravis: cita, tarda: magna, parva: quas tamen inter omnes eſt ſuo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa ſunt ab his delapſa plura genera, lene, aſperum: contractum, diffuſum; continenti ſpiritu, intermiſſo: fractum, ſciſſum: flexo ſono, attenuatum, inflatum.

Vocis quantitates inſuper & qualitates varias facit Quintil. lib. 11. cap. 3. Sed ne vox quidem (an) niſi liberalis, actionem habere optimam poteſt. Bona enim firmaque, ut volumus, uti licet: mala vel imbecilla & inhibet multa, ut inſurgere, exclamare: & aliqua cogit, ut ſummittere, deflectere, &c. Paulo poſt, Natura vocis ſpectatur quantitate & qualitate. Quantitas eſt ſimplicior. In ſumma enim grandis, aut exigua eſt: ſed inter has extremitates mediæ ſunt ſpecies, & ab ima ad ſummam, ac retro, multi ſunt gradus. Qualitas magis varia eſt. Nam eſt & candida & fuſca, & plena & exilis, & lenis & aſpera, & contracta & fuſa, & dura & flexibilis, & clara & obtuſa. Ibidem, Non enim tam molli teneraque voce, quam forti ac durabili opus eſt. Paulo poſt, Alioqui nitida illa & curata vox inſolitum laborem recuſabit. Rurſus ibidem, Itaque ſit ipſa vox primum (ut ſic dicam) ſana, id eſt nullum eorum, de quibus modo dixi, patiatur incommodum: deinde non ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effeminata. Et aliquanto poſt, Ornata eſt pronuntiatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aera, auribus ſedens. Ibidem, Nam vox, ut nervi, quo remiſſior, hoc & gravior & plenior: quo tenſior, hoc tenuis & acuta magis eſt. Sic ima vim non habet, ſumma rumpi periclitatur. Paulo poſt, Sic velut media vox, quem habitum a nobis acceperit, hunc judicem animæ dabit. Eſt enim mentis index, & velut exemplar, ac totidem, quot illa, mutationes habet. Itaque lætis in rebus plena, ſimplex, & ipſa quodammodo hilaris fluit: at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus nervis intenditur. Atrox in ira, & aſpera ac denſa, & reſpiratione crebra. Paululum in invidia facienda lentior, quia non fere ad hanc niſi inferiores confugiunt: at in blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogando, lenis & ſummiſſa. Suadentium, & moventium, & pollicentium, & conſolantium gravis: in metu & verecundia, contracta: adhortationibus fortis: diſputationibus teres: miſeratione flexa & flebilis, & conſulto quaſi obſcurior: at in egreſſionibus fuſa, & ſecuræ claritatis: in expoſitione ac ſermonibus recta, & inter acutum ſonum & gravem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compoſitis deſcendit, pro utriuſque rei modo altius vel inferius. Multo poſt, Vox temperata, ac geſtus modeſtus. Ibidem, Fuſa illa vox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit. Iterum, Erecta & concitata voce dicenda ſunt. Paulo poſt, Nam vox quoque Demetrii jucundior, illius acrior erat.

Abſonus voce. V. ABSONUS.

Plenior voce. Cic. 1. de Orat. 132. Ego enim neminem nec motu corporis neque ipſo habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut ſuaviorem mihi videor audiſſe.

Aſperitas vocis. Lucret. lib. 4. 546.

Bona vocis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Cantus vocis. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Contentio vocis & Remiſſio, contraria. Cic. 1. de Orat. 261. V. Contentio, in CONTENDO.

Copulatio inoffenſa vocum. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Diſcrimina vocum. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Flexus vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Intenſio vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Iter vocis. Ovid. 2. Met. 830.

Jucunditas alacritaſque vocis. Quintil. in procem. lib. 6.

Modeſtia vocis. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Remiſſio vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Splendor vocis. Cic. in Brut. 164.

Splendorem voci affert porrum. Plin. lib. 20. cap. 6.

Suavitas vocum. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Varietas vocum. Cic. 2. de Divin. 9. Aut ſi ſurdus ſit, varietates vocum aut modos noſcere?

Abſona. V. ABSONUS.

Abſurda. V. ABSURDUS.

Accuſatoria vox. Liv. 45. 10. Popilius quæ ſinguli univerſique eo bello hoſtiliter dixerant feceranteque, retulit: & vir aſper ingenio, augebat atrocitatem eorum, quæ dicerentur, vultu truci & accuſatoria voce.

Acerba. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Acrior. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Acuta. V. ACUO.

Æquiſſima vox & Turpiſſima, opponuntur. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 14.

Amœnæ voces. Lucan. ad Piſon. 81.

Anguſta. Juven. 3. Sat. 90.

Anhela. Claud. 2. in Eutrop. 414.

Animoſa vox. Senec. de Benef. lib. 2. cap. 16.

Aſſidua. Virg. 4. Æn. 447.

Atrox. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Bona. V. BONUS.

Candida. Quintil. lib. 9. cap. 3.

Canora. V. CANO.

Clara & ſuavis. Cic. 1. Off. 133.

Clariſona vox. Catul. Argon. 62. 320.

Concitata vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Confuſa. Lucret. lib. 4. 566.

Conſona. Sil. lib. 5. 199.

Conſtans. Ovid. 1. Amor. 4. 70.

Contenta vox. Cic. in Orat. 57. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, & ſummiſſa leniter, & inclinata videri gravis, & inflexa miſerabilis. Contenta vox eſt, qua aliquid atrociter inſectamur, ut in Piſonem, Tune etiam immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum, auſus es, &c. Summiſſa vox eſt, qua leniter aliquid, & quadam cum jucunditate pronuntiare ſtudemus; hæc ſuperiori penitus contraria eſt. Inclinata vox eſt, qua aliquid graviter & ſententioſe pronuntiamus; quo genere vocis utimur potiſſimum in exordiis, & alibi, quoties occurrunt graves aliquæ ſententiæ. Inflexa vox eſt, qua conamur auditorum animos ad miſericordiam commovere: qualis in perorationibus frequenter eſſe ſolet.

Contracta. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Denſa. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Diſſona. Stat. 8. Theb. 620.

Dulcis & clara vox. Cic. in Orat. 57.

Dura. Quintil. lib. 12. cap. 3.

Durabilis. Ibid.

Erecta. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Exigua. Virg. 6. Æn. 493.

Facilis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Feminea. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Ferrea. Virg. 6. Æn. 626.

Falſa loquendo. Ovid. 3. Triſt. 3. 85.

Ficta. Lucan. lib. 3. 102.

Flebilis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Fuſca, i. e. Subrauca. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Grandis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Grandior & plenior vox. Cic. in Brut. 288.

Gravis vox, cui opponitur Exilis. Plin. lib. 11. cap. 51.

Hilaris. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Hiulcæ voces. V. HIULCUS.

Horrenda. Virg. 9. Æn. 112.

Incerta. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Inclinata. Cic. in Orat. 57. V. Contenta vox.

Inflexa vox. V. Contenta vox, paulo ante.

Infragilis vox. Ovid. 1. Triſt. 5. 53.

Ingenioſa mutandis ſonis. Ovid. 2. Amor. 6. 18. De pſittaco.

Ingens. Virg. 1. Georg. 477.

Ingloria. Stat. 5. Silv. 3. 119.

Interrupta atque moriens. V. INTERRUMPO.

Iracunda. Ovid. 2. Met. 483.

Lenis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Liberalis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Limpida vox. Plin. lib. 34. cap. ult. De ſandaracha.

Languens, ut, Sine contentione vox, nec languens, nec canora. Cic. 1. Off. 133.

Liquata vox apud Macrobium in Hoſtii carmine, videtur eſſe, quæ liquido gutture defecta, claraque foras editur, quam ſcilicet guttur ipſum liquat, & liquidam tranſmittit: atque ab his, quæ colo liquantur per tranſlationem id dictum eſt. Turnebus.

Liquidæ voces avium. Lucret. lib. 5. 1378.

Lugubris. Lucret. lib. 4. 550.

Mæſta. Virg. 2. Æn. 280.

Magna. Cic. de Senect. 14. Voce magna & bonis lateribus fuiſſem.

Minax. Hor. 1. Carm. 10. 10.

Mollis, Effeminata & muliebris. Cic. 3. de Orat. 38. Sunt enim certa vitia, quæ nemo eſt, quin effugere cupiat, mollis vox, aut muliebris, aut quaſi extra modum abſona atque abſurda eſt.

Moribunda. Stat. 8. Theb. 648.

Nitida. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Obſcura. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Obtuſa. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Parvæ vocis murmura. Ovid. 10. Met. 49.

Peracuta vox. Cic. in Brut. 214.

Permanens vox. Cic. in Brut. 141. I. e. Non fracta, firma.

Plena. Cic. de Clar. Orat. 288. Subſellia grandiorem & pleniorem vocem deſiderant.

Præpinguis. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Pura. Perſ. 5. Sat. 28.

Puſilla. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Rara. Virg. 3. Æn. 314.
Rigida. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Rauca. Ovid. 6. Met. 377.
Recta. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Reſona. Ovid. 3. Met. 496.
Ruſtica. Cic. 3. de Orat. 38. Ruſtica vox & agreſtis quoſdam delectat, quo magis antiquitatem, ſi ita ſonet, eorum ſermo retinere videatur.
Sacra. Ovid. 2. Met. 278. al. Sicca.
Sana. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Serena. Perſ. 1. Sat. 19.
Splendida vox, i. e. Clara. Cic. in Brut.
Suavis & canora. Cic. de Clar. Orat. 234.
Suaviſſima vox. Cic. in Orat. 249. Verbaque ſunt quam ſuaviſſimis vocibus.
Submuca. Cic. in Brut. 141.
Subſurda. Quintil. lib. 11. cap. 3. [Loc. ſupra V. An Subabſurda ?
Summiſſa Ovid. 4. de Pont. 3. 42.
Tenera. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Tenuata. Ovid. x. Met. 373.
Tenuis vox & tinnula. V. Deducere vocem, in DEDUCO.
Teres. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Tinnula. Catull. in Epithal. Juliæ, 59. 13.
Truculenta vox. Plin. lib. 11. cap. 0.
Trux. Sil. lib 1. 68.
Veneranda. Lucan. lib. x. 530.
Virilis. Ovid. 4. Met. 382.
Ululans. Cic. in Orat. 27.
Aboriens vox. V. ABORIOR.
Accommodare vocem. V. ACCOMMODO.
Æquiparare aliquem voce. Virg. 5. Ecl. 48.
Alloqui patriam voce mæſta. Catull. de Berecynth. 61. 49.
Attollere & Submittere vocem, ſunt oppoſita. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Boans vox. Ovid. 3. de Arte Am. 450.
Canere inclinata ululantique voce, more Aſiatico. Cic. in Orat. 27.
Captus dulcedine vocis. Ovid. 1. Met. 709.
Complere timenda voce nemus. Hor. Epod. 6. 9.
Comprimere vocem. V. COMPRIMO.
Concipere mente vocem alicujus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Condere vocem alicujus memoriæ cure. Ovid. 19. Epiſt. 98.
Conferre vocem in quæſtum. V. CONFERO.
Confirmatur vox hoc modo. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Confirmata conſtitutaque vox. Ibid.
Conſiteri magna voce. V. MAGNUS.
Conſequi vocem gradu. V. CONSEQUOR.
Contendere voce. V. CONTENDO.
Continere vocem. V. CONTINEO.
Conturbatur vox. Lucret. lib. 4. 563.
Curata vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Currit vox. V. CURRO.
Cuſtodire vocem. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Deducere vocem. V. DEDUCO.
Demiſſa voce loqui. Virg. 3. Æn. 320.
Deplorare voce lamentabili. V. LAMENTOR.
Deſcendit vox, hoc eſt Deprimitur, ſubmittitur. Quintil. lib 11. cap. 3.
Devorat vocem dolor, Præ dolore loqui nequit. Ovid. 13. Met. 539.
Devoratur vox. Plin. lib. 11. cap. 51. Mira ſunt de voce digna dictu. In theatrorum orcheſtris ſcobe aut arena ſuperjecta devoratur, & in rudi parietum circumjecto, doliis etiam inanibus. Currit eadem concavo vel recto parietum ſpatio, quamvis levi ſono dicta verba ad alterum caput perferens, ſi nulla inæqualitas impediat.
Dicere aliquid acuta voce. Hor 3. Carm. 4. 3.
Diſtinguere vocem lingua. Sil lib. 1. 78.
Dat voces lingua. Ovid. 9. Met. 563.
Dare vocem alienæ perſonæ. Quintil. lib 4. cap. 2.
Ducere longas in fletum voces. Virg. 4. Æn. 463.
Effundere voces ad æthera. Virg. 8. Æn 70.
Eliſa vox, in illum ſonum erumpit, cui Græci κλωγμὸν, nomen, ab immaturo gallorum cantu, dederunt. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Eluctata vox. Stat. 1. Achill. 505.
Emittere vocem. Tibul. lib. 1. 9. 27.
Exaſperatur vox. Quintil. lib 11. cap. 3.
Exaſperant vocem fauces raſæ. Ibid.
Excitare vocem. Cic. 1. de Orat. 251. Tamen me auctore nemo dicendi ſtudioſus, Græcorum more Tragœdorum voci ſerviet, qui & annos complures ſedentes declamitant & quotidie antequam pronuntient, vocem, cubantes, ſenſim excitant: eandemque, cum egerunt, ſedentes, ab acutiſſimo ſono uſque ad graviſſimum ſonum recipiunt.
Exercere vocem pronuntiatione. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Expavere truncam vocem. Sil lib 1. 67.
Exprimere voces. Lucret. lib 4. 553.
Expromere anhelam vocem. Claud. 2. in Eutrop. 390.
Exſtincta vox. V. Exſtinctus, in EXSTINGUO.
Fertur vox ad aures. Virg. 3. Æn. 40.
Flectere vocem. Ovid. 2. Amor. 4. 25.
Fractæ voces ad litora. Virg. 3 Æn. 556.
Frangitur vox vitio faucium. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Fundo extremam vocem cum ſanguine. Virg 4. Æn. 621.
Fuſa vox. Quintil lib. 11. cap. 3.
Glutire vocem. Plin. lib 10. cap. 18.
Impedire vocem loquentis. Ovid. 13. Met. 745.
Inclamare aliquem magna voce. V. INCLAMO.
Includit vocem dolor. V. INCLUDO.
Inducere voces dolentium. Tacit. 4. Ann 12.
Inflectere voces cantu Tibul lib. 1 7. 37.
Inflexa vox ad miſerabilem ſonum Cic. 2. de Orat. 193.
Intendere vocem. Cic. 3 de Orat 214. Voces ut chordæ ſunt intentæ, &c.
Invocare ſollicita voce aliquem. Ovid. 10. Met. 639.
Imitare reſonis vocibus aliquid Ovid. 3. Met. 496.
Jungere vocem fidibus. Quintil lib. 5. cap. 10.
Locare vocem. Juven. 8. Sat. 186.
Loqui primum incerta voce tentavit. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Loqui triſti voce. Ovid. 7. Met. 517.
Mittere vocem. Lucret lib. 3. 943.
Modulari vocem V. MODULOR.
Mutare vocem. Cic. in Orat. 55. Vocis mutationes ſunt totidem, quot animorum.
Obſcurant vocem fauces obtuſæ. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Obſcuratur vox vitio faucium. Ibid.
Obtundere vocem. V. OBTUNDO.
Parcere voci. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Penetrat vox ad aures. Ovid. 12. Met. 42.
Perſequi voce. V. PERSEQUOR.
Prætermeat vox fauces. Lucret. lib. 4. 532.
Premere vocem, Continere vocem, tacere. Virg. 9. Æn. 323.
Proclamare magna voce. Virg. 5. Æn. 345.
Profuſæ voces abiere domos ætherias. Sil. lib. 6. 252.
Profuſa immoderate vox. V. IMMODERATUS.
Referuntur voces uſque. Cic. 1. Q. frat 1. 33. Natum autem ita reſonans, ut uſque Romam ſignificationes, voceſque referantur.
Remittunt vocem nemora. Virg. 12. Æn. 929.
Replere litora voce. Ovid. 1. Met. 348.
Reſolvere vocem atque ora. Virg. 3. Æn. 457.
Reſorbere vocem. Plin. lib. 18. cap. ult.
Roboratur vox. Plin. lib. 11. cap 51.
Rogare ſubmiſſa voce opem alicujus. Ovid. 4. de Pont. 3. 42.
Scinditur vox vitio faucium. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Sequi vocem fugientem. Virg. 2. Æn. 410.
Simulare fictas voces læto tumultu. Lucan. lib. 3. 102.
Strangulare vocem. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Suffocata vox majore riſu minus clara eſt. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Eſſe bona voce. V. BONUS.
Erat vox in curſu. Ovid. 5. Faſt. 245.
Supprimere vocem. Celſ. lib. 2. cap. 10.
Supprimere vocem alicui. Ovid. 1. Met. 725.
Temperata vox. Quintil lib. 11. cap. 3.
Tenuatur vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Terrere minaci voce aliquem. Hor. 1. Carm. 10. 3.
Tollere vocem. Hor. de Arte Poet. 93.
Tollere exiguam vocem. Virg. 6. Æn. 492.
Tollere lugubri voce querelam. Lucret. lib. 4. 552.
Trahere vocem ab imo pectore. Virg. 1. Æn. 375.
Vocare voce aliquem. Virg. 10. Æn. 638.
Vocare plena voce aliquem. Virg. 1. Georg. 388.
Volutare vocem per atria. Virg. 1. Æn. 729.
Urgenda vox non eſt ultra vires. Quintil lib 11. cap. 3.
Utendi voce, multiplex ratio. Quintil. lib. 11. cap 3.
Vox toto inſtructa organo. Proverbii ſpeciem habet, ſignificatque vocem firmam, facilem & tractabilem, quæque per omnes intentionis & remiſſionis gradus ſequax & flexibilis traducitur: tranſlato ſermone a muſicis organis & hydraulis, quæ totius canoræ muſici varietates & flexus vocis & ſoni complectuntur. Quintil 11. 3. Utique habens omnes in ſe, qui deſiderantur, ſonos intentioneſque, & toto, ut ajunt, organo inſtructa. Ex Turnebo.
Simulans vocem ales. Ovid. 2 Amor. 6. 23. de pſittaco.
Sonitus vocis, Vox buccinæ. Virg. 3. Æn 669.
Acutæ vocis Hylactor canis. Ovid. 3. Met. 224.
Cygnea vox. V. Cygneus, in CYGNUS.
Liquidæ voces corvi. Virg. 1. Georg 410.
Tremulæ voces hœdorum. Lucret. lib. 2. 367.
Vigil anſeris. Ovid. 2. Met. 538.

Nec ſervatoris vigili Capitolia voce
Cederet anſeribus.

Compoſitæ voces, quibus opponuntur Simplices. Quintil. lib. 1. cap. 5. [Hic ſunt Dictiones, ſeu vocabula.
Vox, pro Dicto. Sic ſæpe apud Suetonium, ut in Vitellio cap. 2. in fine Hujus & illa vox, eſt Sæpe facies. Sed & alibi ſæpe pro dicto. H St.
Hæc vox, Civis, &c. Cic. 7. Verr. 168. Conſtitue nihil eſſe opis in hac voce, Civis Romanus ſum.
Ambiguæ voces, Dicta ambigua. Virg. 2. Æn. 99.
Blandæ voces. Virg. 1. Æn. 674. Al. 670.
Contumelioſæ voces. V. Contumelioſus, in CONTUMELIA.
Diræ Harpyiæ. Virg. 3. Æn. 228.
Docta. Quintil. lib. 0. cap. 16.
Efferatæ voces. Sen. Herc. fur. 6.
Erudita vox Hortenſii. Cic. de Clar. Orat.
Facunda. Ovid. 4. Faſt. 245.
Falſa. Hor. 2. Carm. 2. 21.
Ferox. Claud. de Nupt. Hon & Mar. 320.
Furialis. Cic. de Aruſp. Reſp. 39.
Inceſta. Ovid. 2. Triſt. 503.
Incorrupta vox bene judicantium. V. INCORRUPTUS.
Infandæ vocis ſonus. Sen. Agam. 13.
Inhumana & ſcelerata. V. INHUMANUS.
Inimica alicui. V. INIMICUS.
Inſana. Ovid. 11. Epiſt. 72.
Legitima. Ovid. 3. de Arte 093.
Libera. Liv. 39. 25.
Mutæ voces murmure. Stat. 2. Silv. 2. 204.
Nuptialis. V. Nuptialis, in NUBO.
Obſcæna. Juven. 11 Sat. 170.
Salutaris. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 10.
Simplices voces. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Sollicita vox. Ovid. 10. Met. 639. & 14. 706.
Superba. Lucret. lib. 5. 1172.
Supplex. Liv. 30.
Tacita. Ovid. 9. Met. 300.
Triſtis Ovid. 7. Met 517.
Viva. Quintil. lib. 2. cap. 0.
Viva vox magis afficit. Plin. 2. Epiſt. 3.
Una vox omnium. Cic. 9. Fam. 14. Atque hæc una vox omnium eſt.

Una

Uno voce, Uno ore, uno conſenſu. Cic. 1. de Orat. 46. Multi erant præterea præclari in philoſophia & nobiles, a quibus omnibus una pæne repelli voce oratorem a gubernaculis civitatum, &c.
Accipere voces. V. ACCIPIO.
Addere voces lacrimis. Ovid. 13. Met. 576.
Alit vox viva. Quintil. lib. 2. cap. 2. Tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius.
Annuere vocibus alicujus. Hor. 4. Carm. 6. 22.
Audire & reddere voces notas. Virg. 6. Æn. 689. I. e. Familiariter loqui, ut ait Servius.
Captare voces auribus. Ovid. 19. Epiſt. 53.
Citus vox præconis. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Compellare aliquem voce. Virg. 5. Æn. 161.
Compeſcere voces. Sen. Herc. OEtb. 11.
Dicere tacita voce aliquid. Ovid. 9. Met. 300.
Elicit vox vocem. Ovid. 1. Faſt. 256. Interrogatio provocat ad reſpondendum.
Eripere vocem ab ore loquentis. Virg. 7. Æn. 119.
Excidit vox ore. Virg. 6. Æn. 686.
Excipere vocem alicujus. Sen. Thyeſt. 1.
Expromere mæſtas voces. Virg. 2. Æn. 280.
Ferre voces ad aliquem. Ovid. 5. Faſt. 478.
Fingere optime ſibi voces. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Fundere voces. Catul. Argon. 62. 125.
Habere voces, Tumultum facere. Cic. pro Muren. 30. Meminiſtis enim, cum illius nefarii gladiatoris voces percrebuiſſent, quas habuiſſe in concione domeſtica dicebatur.
Habere contemptam ſupplicis vocem. Catull. de Ruffo, 58. 4.
Jactare voces inertes. Virg. 10. Æn. 322.
Jactare voces ad ſidera. Virg. 5. Ecl. 62.
Incurrere in voces malevolorum. V. INCURRO.
Ingeminare voces. Virg. 1. Georg. 411.
Iterare voces. Hor. 1. Epiſt. 19. 12.
Laceſſere aliquem voce. Virg. 3. Ecl. 51.
Mittere vocem contra aliquem. Cic. pro Cluent. 88. Hodierno die primum veritas vocem contra invidiam, his Judicibus freta, miſerit. V. MITTO.
Mittere vocem de. Cic. pro Flacc. 6. Vox de Quæſtura nulla miſſa eſt.
Mittere vocem pro ſe, aut pro aliquo. Cic. pro Sex. 4. Conciones haberi quotidie contra me: vocem pro me ac pro Repub. neminem mittere. Idem pro Cæl. 53. An aliquam vocem putatis ipſam pro ſe cauſam & veritatem poſſe mittere.
Mittere voces furiales. V. MITTO.
Mittere Liberam vocem. Liv. 35.
Mittere ſuperbas voces. Lucret. lib. 5. 1170.
Monere voce alicujus. Virg. 3. Æn. 461.
Morari blandis vocibus aliquem. Virg. 1. Æn. 674.
Movere nomina voce. Virg. 4. Georg. 505.
Multiplicare voces acceptas. V. Multiplico, in MULTUS.
Negare conſtanti voce aliquid. Ovid. 1. Amor. 4. 70.
Profundere vocem. Catul. Argon. 64. 202.
Reddere voces. Virg. 1. Æn. 415.
Referre voces pectore. Virg. 5. Æn. 409.
Referre voce, per pleonaſmum dicitur a poetis. Virg. 1. Æn. 213.
Talia voce refert. Servius.
Reverti neſcit vox miſſa. Hor. de Arte Poet. 390.
Rumpere vocem, Loqui. Virg. 2. Æn. 129. Idem. 3. Æn. 246.
— rupitque hanc pectore vocem.
Spargere voces ambiguas in vulgum. Virg. 2. Æn. 98.
Temerantur inceſtis vocibus aures. Ovid. Triſt. 503.
Trahere aliquid pura voce. Verbis puris nec fictis enarrare aliquid. Perſ. 5. Sat. 28.
Tundi aſſiduis vocibus hinc atque hinc. Virg. 4. Æn. 448.
Venit vox ad aures vulgi. Virg. 2. Æn. 119.
Uti falſis vocibus. Hor. 2. Carm. 2. 21.
Loqui Latina voce. Ovid. 3. Triſt. 10. 40.
Vox, pro Littera Vocali. Cic. in Orat. 151. In populari Platonis oratione eſt crebra iſta vocum concurſio, quam magna ex parte, ut vitioſam, fugit Demoſthenes. i. e. Vocalium concurſus, qui hiantem reddit orationem.
Fraudare legitima voce litteram. Ovid. 3. de Arte Am. 293.
VŌCĀLIS, e. Adj. [φωνήεις, εὔφωνος, Gl. G. L.] Quod eſt ſonorum & ſummæ vocis. Plin. lib. 18. cap. 35. Ranæ quoque, ultra ſolitum vocales, ſunt ſigna tempeſtatis. Cic. de Clar. Orat. 242. Addamus huc etiam, ne quem vocalem præteriiſſe videamur, C. Coſconium.
Carmina vocali clarus Philammon. Ovid. 11. Met. 317.
Chordas vocales impellere pollice. Tibul. lib. 2. 3. 3.
Ora vocalia. Ovid. 5. Met. 330.
Vocalis, Loquens. Val. Max. 1. 8. ext. 4. Ægles Samius, athleta mutus, cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accenſus vocalis evaſit.
Vocales litteræ, [φωνήεντα γράμματα] dictæ, quia per ſe voces faciunt.
Coeunt vocales frequentiſſime. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Concurſus vocalium. Cic. in Orat. 77. Habet enim ille tanquam hiatus, concurſu vocalium, molle quiddam.
Compar. Sen. Quæſt. Nat. 2. 29. Vocaliora ſunt vacua quam plena.
Superl. Plin. 4. Epiſt. 7. Eligere vocaliſſimum aliquem, qui legeret, &c.
VOCALIS, is. m. [φωνασκός, Gl. G. L.] Magiſter vocis.
VOCALĬTER, Adv. Apol. 1. Mileſ. Januam vocaliter pulſare incipit. V. ibi Pricæum.
VOCALĬTAS, ātis. f. [εὐφωνία] Conſonantia, quam Græci Euphoniam vocant. Quintil. lib. 1. cap. 5. pr. Sola eſt, quæ notari poſſit, velut vocalitas, quæ εὐφωνία dicitur.
VOCISSIMUS, i. m. [ἠχώ, Gl. L. G.] Echo.
VŌCŬLA, æ. f. dimin. [φωνή, Gl. G. L.] Cic. 2. Att. 23. Et cum recreandæ voculæ cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, hæc dictavi ambulans. Idem 3. de Orat. 96. Quanto molliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ, quam certæ, & ſeveræ? Falſas voculas Budæus interpretatur *Deſchant*, ſ. *dechant*.
Malevolorum voculæ. Cic. 2. Fam. 13. Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed jam etiam in voculas malevolorum.
Eſt etiam Dictio, verbum. Gell. 12. 14. Significatio hujus voculæ.
VOCULATIO, ōnis. f. Accentus vocatur Nigidio, cum ſcribit, Deinde voculatio qui poterit ſervari, ſi non ſciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi aut vocandi ſint? Ex Gell. lib. 13. cap. 25.
VOCĬFEROR, [βοῶ. Gl. G. L. καταβοῶ, L. G.] āri. eſt, inquit Valla, Voce effrenata, non modo dolorem, ſed etiam indignationem (quanquam indignatio, doloris genus eſt) oſtendere. Interdum Sine affectu, ſed tamen vehementius exclamare. Cic. 6. Verr. 30. Minitari abſenti Diodoro, vociferari palam, lacrimas interdum vix tenere.
Libere vociferari. Cic. pro Roſc. Amer. 9. Neque ſatis libere vociferari poſſe intelligo.
Quid vociferabare, decem millia talentum Gabinio eſſe promiſſa? Cic. pro Rabir. Poſt. 21.
Carmina ejus vociferantur. Lucret. lib. 1. 732.
Æra vociferantur, i. e. Sonitum edunt. Lucret. lib. 2. 450.
Res ipſa vociferatur. Lucret. 3. 1050.
VOCĬFĔRO, āre. Activum protulit Cic. (ſi locus mendo vacat) 4. Verr. 51. Nam me dies, vox, latera, deficiant, ſi hoc nunc vociferare velim, quam miſerum indignumque ſit, &c. Al. Vociferari. Varro. 3 de R. R. cap. 9. Item qui alati ſunt, ac vociferant ſæpe in certamine pugnaces. De gallis gallinaceis. Extat & in Gloſſ. utroque.
VOCĬFĔRANS, antis. Partic. [κράζων] Virg. 2. Æn. 679.
Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat.
Grave vociferans. Valer. 5. Argon. 170. V. & Liv. 22. 41.
VOCĬFĔRATIO, ōnis. f. [καταβοή, Gl. L. G.] Cic. 7. Verr. 135. An ea L. Flavii, ceterorumque de L. Herennio vociferatio commovebat?
Sermo & vociferatio. Cic. pro Cluent. 30. Nam in ipſo ſermone hoc & vociferatione mortua eſt.
Aperta vociferatio. Liv. 20. 43.
Furioſa vociferatio. Quintil. lib. 6. cap. 12.
Muliebris vociferatio. Auctor ad Herenn. lib. 3. 23. & 22.
Uti vociferatione. Cic. pro Roſc. Amer. 12. Qua vociferatione in ceteris judiciis accuſatores uti conſueverunt.
VOCĬFĔRĀTUS, ūs. m. Idem quod Vociferatio. Plin. lib. 10. cap. 60. Mares quidem cum vociferatu ſanguinem etiam ex oculis profundunt.
VOCĬFĔRĀTOR, ōris. m. Tertull. adverſ. Marc. 4. 11. Johannes vociferator in ſolitudine.
VOCĬFĔRARIUS, i. m. [φωνασκός, Gl. G. L.] Qui docet vociferari.
VOCĬFĬCO, are. Varro R. R. 3. 16. Quos vocificantes plures perſequuntur etiam paucæ. Sed variant libri. conf. Gell. lib. 9. cap. 3. & Lipſ. lib. 3. Epiſt. Q. epiſt. 6.
VŎCO, [καλῶ, Gl. L. G. & G. L. φωνῶ, G. L.] āre. Clamare, appellare.
Vocare ad ſe, Advocare. Plaut. Capt. 2. 2. 112.
— præcipe
Quæ ad patrem vis nuntiari. vin' vocem huc ad te? T. voca.
Voca illum verbis meis. Plaut. Amphit. 4. 2. Suppoſ. 2. 60.
Clamore vocare ſuos. Virg. 12. Æn. 318.
Clamoribus vocare hoſtem. Virg. 4. Georg. 76. Provocare. Servius.
Nomine aliquem vocare. Virg. 11. Æn. 731.
Voce magna vocavit Æneam. Virg. 10. Æn. 873.
Auxilia vocans fruſtra. Virg. 3. Æn. 521.
Deos vocare auxilio. Virg. 5. Æn. 686.
Concilium vocare. Ovid. 1. Met. 167.
Vocari aliquo. Lucan. lib. 1. 146.
Ad libertatem ſervos vocare, Manumittere. Liv. 34.
Ad pileum, Idem. V. PILEUS.
Ad aliquem vocare. Cic. 4. Acad. 56. Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non aſſentior, potiuſque refellam. h. e. Adducis mihi teſtem Democritum.
Ad exemplar alicujus vocare aliquem, Ei conferre. Plin. in Paneg. cap. 58. pr.
Ad altercationes vocari. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Ad bella ſociare quos vocant. Virg. 11. Æn. 97.
Ad exitium & vaſtitatem. Cic. 2. in Catil. 10. Templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exitium & vaſtitatem vocas.
Ad calculos aliquem vocare: h. e. Ad ineundam accepti & expenſi rationem: quod mox dicitur Ad computationem. Liv. 5. 4. V. CALCULUS.
Ad computationem vocare. Plin. in Paneg. cap. 38.
Ad judicem vocare, Citare. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Ad litteras alias. Cic. 1. de Finib. 1. Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor, qui me ad alias litteras vocent.
Ad probationem vocare. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Ad procurationem rei alicujus vocari. Cic. 4. Att. 1. Et ad ejus procurationem ſermone non ſolum plebis, verum etiam bonorum Pompejus vocaretur.
Ad teſtimonium. Varro de R. R. 1. 4.
Ad verbum. Cic. pro Cæcin. 81. Tu me ad verbum vocas, non ante venio quam recuſaro.
Ad vitam vocare, Revocare deſperantem. Cic. 3. Att. 7. Quod me ad vitam vocas, unum efficis, ut a me manus abſtineam.
Ad utilitatem vocare. Cic. 2. de Orat. 352.
Extra ordinem. Cic. 5. Verr. 8.
In certamina divûm, Provocare. Virg. 6. Æn. 172.
In deorum concilium. Cic. 1. de Divin. 49.
In conſilium. Cic. pro Flacc. 77. Cur autem per te inimicum paternum in conſilium vocavit?
In contemplationem. Plin. lib. 32. cap. 11.
In contentionem. Cic. pro Muren. 14. Reliqui temporis ſpatium in contentionem vocatur; ab utroque diſſimillima ratione tractatum eſt.
In diſceptationem & controverſiam vocari. Cic. 2. de Orat. 291.
In dubium, Dubitare. Cic. pro Deiot. 39. Sed cum de illo laboro, tum de multis ampliſſimis viris, quibus ſemel eſſe ignotum a te oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum ſollicitudinem ſempiternam.

Digitized by Google

In judicium. Cic. 3. Verr. 34. Ex ea die ad hanc diem, quæ feciſti, in judicium voco.
In jus vocare. Cic. pro Quint. 61. Vadari vis: promittit. In jus vocat: ſequitur.
In locum mortui. Cic. 6. Att. 19. Coſconio mortuo, ſum in ejus locum vocatus. Al. Invitatus.
In lucem e tenebris vocare obſcuram familiam. Cic. pro Deiot. 30. Rex enim Deiotarus veſtram familiam, abjectam & obſcuram, e tenebris in lucem vocavit.
In medium vocare rem. Cic. pro Cluent. 77.
In partem vocare, juris verbum eſt, pro Participem facere, & partiarium admittere. Cic. pro Cæcin. 12. Mulieres in partem vocatæ ſunt. Virg. 3. Æn. 222.
—Ipſumque vocamus
In prædam partemque Jovem. Nam & de præda diis immolabant, & partes etiam quaſdam eis interdum ſuſpendebant de tholo & conſecrabant, ut Dianæ aprorum capita & cervorum cornua. Ex Turnebo.
In partem curarum. Tacit. 1. Ann. 11.
In ſermonem longum. Cic. 1. de Legib. 13.
In ſpem. Cic. 3. Att. 13. Hæc niſi vides expediri, quam in ſpem me vocas?
In concionem aliquem, In judicium. Cic. 4. Acad. 144. Quid me igitur, Luculle, in invidiam, & tanquam in concionem vocas?
In crimen, Accuſare aliquem, Criminari. Cic. pro Rabir. 24. Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentiſſimus fuiſſet ſi oppugnaſſet?
In culpam vocari. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In diſcrimen vocare, Periculo committere. Cic. 7. Verr. 632. Non omnes, qui tanto ſe ſcelere obſtrinxerint, ut aut fidem ſuam corrumpi paterentur, aut judicium corrumperent, in diſcrimen ac judicium vocandi?
In diſcrimen vocari de vita & gloria. Cic. 1. Off. 83. Itemque alii de gloria & benevolentia civium in diſcrimen vocantur.
In ſimulationem probrorum. Cic pro Font 29. Tamen in falſam atque iniquam probrorum in ſimulationem vocabatur. [An in inſimulationem?
In invidiam aliquid. Cic. 7. Verr. 132. Etiam illud præcidas licet, quod ſupplicium more majorum ſumpſeris, ſecurique percuſſeris, id circo a me in crimen & invidiam vocari. conf. In odium.
In luctum. Cic. 3. Att. 7. Non faciam ut enumerem miſerias omnes, in quas incidi per ſummam injuriam & ſcelus, non tam inimicorum meorum quam invidorum, ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.
In odium. Cic. 1. Off. 86. Nec vero criminibus falſis in odium aut invidiam quenquam vocabit.
In periculum vocare. Plin. Epiſt. 317.
In periculum ac diſcrimen. Cic. pro Lege Manil. 12. Quid quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur?
In ſuſpicionem. Cic. 7. Verr. 10. Leonidæ cujuſdam Siculi familia in ſuſpicionem vocata eſt conjurationis.
Vocare ad cœnam, Invitare. Cic. 6. Verr. 3. Deinde ipſum regem ad cœnam vocavit.
Ad cœnam per Martial. lib. 6. 14.
Per te, perque tuam, vector laſcive, puellam,
Ad cœnam Selium tu, rogo, taure, voca.
Convivam vocare. Plaut. Aſin. 4. 1. 23.
Domum ſuam vocare aliquem, Ad cœnam, ut vult Scholiaſtes vet. Cic. pro Roſc. Amer. 52.
Eſum & comeſſatum vocare, h. e. Ad cœnam & comeſſationem. Plaut. Men. 3. 1. 11. Idem Stich. 5. 4. 4.
Intra tecta vocare aliquem Virg. 6. Æn. 525.
Vocaverat me in hunc diem. Plaut. Stich 4. 1. 10.
Cras apud me eritis, & vos, & ille, cum veſtris uxoribus.
P. Et apud me perendie: nam ille heri me jam vocaverat
In hunc diem. h. e. Dixerat ut hodie venirem.
Clamore vocare deum. Virg. 1. Georg. 347.
Et Cererem clamore vocent in tecta. i. e. Invocent dari copiam frumentorum. Servius.
Voce vocare aliquem Deum. Virg. 6. Æn. 247.
Ignibus imponit ſacra libamina prima,
Voce vocans Hecaten, cæloque ereboque potentem. Ubi Servius, Voce, non verbis, ſed myſticis quibuſdam ſonis. Nam, ut in Lucano legimus, varie numine invocabantur.
Votis vocari. Virg. 1. Æn. 294.
In vota vocare, Invocare. Virg. 5. Æn. 234.
Pluviam vocat cornix, h. e. Portendit, & ſuo clamore quodammodo appetere videtur. Virg. 1. Georg 388. Servius, Vocat, poetice ait: non enim vocat, ſed denuntiat pluviam.
Vocare aliquem, Nomen imponere. Plaut. Aſin. 3. 3. 62.
Haberi & vocari ſapientem. Cic. 3. de Orat. 135. Sed ut ad Græcos referam orationem, ſeptem fuiſſe dicuntur uno tempore, qui ſapientes & haberentur & vocarentur.
Vocare & Subire. V. in SUBEO.
Vocare pudicam tanti. Juven. 6. Sat. 136.
Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. Senſus eſt, Cæſenniam maritus vocat pudicam, non quidem propterea, quod pudica ſit, ſed quod ei dotis nomine bis quingenta dederit. Dixerat enim,
Optima ſed quare Cæſennia, teſte marito? Mox reſpondet,
Bis quingenta, &c.
Crudelem vocare. Virg. 5. Ecl 23.
Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater.
Cucullum vocare. Viatores ſolebant cultores & vinitores ſero colentes, appellare cucullos in deſidiæ probrum. Plin lib. 18. cap. 66. Dum ſciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporariæ, quam cuculum vocant: dedecus enim habetur opprobriumque meritum falcem ab illa volucre in vita deprehendi, ut ob id petulantiæ ſales, etiam cum primo vere laudantur, auſpicio tamen deteſtabiles videantur. Auſonius quoque in Moſella iſtius petulantiæ ita meminit, 163.
—Inde viator
Riparum ſubjecta terens, hinc navita labens
Probra canunt ſeris cultoribus. Ex Turnebo. V. CUCULLUS.

Quæ vocantur, αἱ ὀνομαζόμεναι Cic. pro Cœlio 500. edit. Lamb. Quæ vulgo vocantur, cum aliquid non eſſe omnibus uſitatum, (ἰδιωτικόν) aut quæ novo quodam nomine ita dicuntur, ſeu recenti. H. St.
VOCANS, antis. Partic. Virg 3. Georg 393.
In nemora alta vocans.
Pulchritudo corporis me ad ſe vocans, Alliciens. Petron. cap 32.
Zephyris vocantibus, Invitantibus Virg 3. Georg 322.
VOCĀTUS, a, um Partic. [καλούμενος] ut, Vocatus atque non vocatus audit. Hor. 2. Carm. 18. 40.
Tenuit mora nulla vocatos. Ovid. 1. Met. 167.
Venit ad exiguas turba vocata dapes Ovid. 2. Faſt 360.
Ad pocula vocatus. Ovid. 14 Met. 294.
Opera eſt vocata. Plaut Stich. 3. 2. 18 h. e. Rogavit me aliquis ut negotium aliquod tranſigerem pro eo.
VOCATIO, ōnis. f. Invitatio ad cœnam. Catullus ad Porcium & Socrationem 45. 7.
Vos convivia lauta ſumptuoſe
De die facitis: mei ſodales
Quærunt in trivio vocationes. i. e. Eo miſeriæ ſunt redacti, ut quærant a quibus vocentur ad prandium.
VOCĀTUS, ûs. m [κλῆσις] Virg 12. Æn. 95.
—nunc ô nunquam fruſtrata vocatus
Haſta meos, &c. Ubi Servius; Vocatus, i. e. Invocationes & preces. Nam appellatio eſt a verbo, quæ ſemper aut in io exit, aut in us. id eſt nomen verbale. Cic. 3. de Orat. 2. Mane Idibus Septembris, & ille, & Senatus frequens vocatu Druſi in Curiam venit. Junge Suet. Calig 39.
VOCĀTOR, ōris. m. [κλήτωρ] Vocatores dicti ſunt Quibus datum eſt invitandi negotium, ſive Qui ipſi vocant ad cœnas. Plin. lib 35. cap. 10. Invitatus, ad regis cœnam venit Indignantique Ptolemæo, & vocatores ſuos oſtendenti, ut diceret a quo eorum invitatus eſſet, &c. Adde Suet. Calig. cap. 39. & Senec. de Ira 3. 37.
VOCATŌRIUS, a, um. Adj. Tertull de Anima cap. 47. Si qua vocatoria.
VOCĀTIVUS, a, um. Adj. [κλητική] a Grammaticis fictum. a quibus Vocativus caſus dicitur, quod per eum vocemus Hic & Salutatorius dicitur. Priſcianus lib. 5. cap. de caſu. Conf. Gell. lib. 14. cap. 5 & V. Scalig. Lect. Auſon 1. 11. p 36. & Ph Caroli Animadv. ad Curt. lib. 3.
VOCATIVE, Adv. [κλητικῶς] apud Gell. lib. 13. cap. 21. Vocative dicit. i. e Per vocativum.
VOCĀBILIS, e. Adj. Compar. Gell. lib. 13. cap. 19. Sonus vocabilior eſt viſus & amœnior. al. Vocalior.
VOCĀBŬLUM, i. n. [προσηγορία, Gl. L. G. & G. L. ὀνομασία, G. L.] eſt id quo res ſingulæ nominantur & vocantur, aut voce efferuntur. Ter. Eun. 2. 2. 33.
Si potis eſt, tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula, paraſiti item ut Gnathonici vocentur. Plin. lib. 3. cap. 1. Vocabula oppidorum. Et lib. 2. cap. 1. Quem Græci noſtrique eodem vocabulo aere appellant. Quintil. lib. 9. cap. 2. Mutatur vocabulis vis rerum.
Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati. Cic. 1. de Divin. 2. Nomen & vocabulum. Cic. 3. de Orat. 137. Nam ſi res ſuum nomen & proprium vocabulum non habet.
Magiſtratuum vocabula. Tacit. 1. Ann. 3.
Cognata vocabula. Hor. 2. Serm. 3. 159.
Incognita nobis vocabula. V. INCOGNITUS.
Media vocabula V. MEDIUS.
Proprium & certum vocabulum. Cic. 1. de Invent. 34 Nomen eſt quod unicuique perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur.
Speciosa vocabula rerum. Hor 2 Epiſt. 2 116.
Vulgaria, & forte occurrentia vocabula. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Conſtruere rerum vocabula V. CONSTRUO.
Dare vocabula terris. Sil. lib. 5. 11.
Immutatis rebus non commutatis vocabulis. Cic. 1. de Legib. 38.
Imponere vocabulum alicui. V. IMPONO.
Tribuere vocabula monti. Ovid. 14 Met. 622.
Vocabulum, pro Nomine ſubſtantivo accipit Gell. lib. 2. cap. 16. Aperte oſtendit Millia & vocabulum eſſe, & ſingulari numero dici. Idem lib. 3. cap. 12. A vocabulis, non a verbis, inclinata ſunt. Ibid. cap. 19. vocat vocabulum nomen Parcus. Idem lib 4. cap. 1. de generibus & caſibus vocabulorum diſſerens. V. Varro de L. L. 7. 41.
VOCABULARITER, Adv. [προσηγορικῶς. Gl. G L.] Appellative.
VOCĀMEN, inis. n. [φώνημα] Lucret. lib. 2. 656.
— & Bacchi nomine abuti
Mavolt, quam laticis proprium proferre vocamen. h. e. Vocabulum & nomen. Arnob. lib. 3. adverſus Gent. Sub iſtius vocaminis appellatione.
Dare vocamen. Solin. cap. 40.
Trahere vocamen de aliqua re, pro Nomen habere. Solin. cap. 65.
VŎCITO, [καλοῦμαι] āre. frequentat. Plaut. Capt. 5. 3. 7.
Pægnium vocitatus eſt. Cic. 2. de Nat Deor. 105.
Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones. Ex poeta. Cic. pro Rabir. Poſt. 23. Phalmeus vocitatus eſt.
VOCITĀTUS, a, um. Partic. Liv. 4 61. Servius Romanus vocitatus.
Lipara antea Melogonis vocitata. Plin. lib. 3. cap. 9.

U P

UPILIO, ōnis. m. [ποιμήν, Gl. G. L.] poſitum eſt a Virgilio, pro Opilione, cauſa metri, 10. Ecl. 19.
Venit & upilio, tardi venere bubulci. V. OPILIO.
UPŪPA, æ. f. [ἔποψ Gl. G. L.] Avis, criſtis e capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper degens. Plin lib. 10. cap. 29. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus poeta, obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque per longitudinem capitis.
Upupa, pro Meretrice. Plaut. Capt. 5. 4. 7.
Itidem hoc mihi advenienti upupa, qui me delectet, data eſt. V. ibi Salmaſ. [In Gloſſ. ſcriptum eſt Epupa, & Gr. ἔποψ, mendoſe, puto.

U R A

URA, æ. f. [οὐρὰ] Cauda. Hinc Ure Scorpii, herba. Apul. de Herb. cap. 49.

URAEUS, a, um. Adj. [οὐραῖος] Caudatus. ut, Uræa cybia, i. e. Pelamides, genu[illegible]. Plin. lib. 32. cap. 11.

URANIA, æ. vel URANIE, es. f. [Οὐρανία] Una ex Muſis, & apud nos Cœleſtis dicitur. Ovid. 5. Faſt. 55.

Excipit Uranie, fecere ſilentia cuncta. οὐρανὸς enim cœlum dicitur, quod viros eruditos in cœlum tollit. Uranoe vero dicitur quaſi oranos (ut ait Ambroſius libro Hexaemeron) ab ὁρᾶν, quod ſit viſui pervium & minime denſum, ut eſt aqua & terra. Catul. in Epithal. Juliæ, 59. 2.

Collis ô Heliconei

Cultor, Uraniæ genus.

Urania Muſa. Cic. 1. de Divin. 17.

Urania eſt etiam Planta. Dioſc. 1. 1.

URANOSCŎPOS, i. m. [οὐρανοσκόπος] Piſcis qui & Callionymus dicitur. Plin. lib. 32. cap. 7. Idem piſcis & uranoſcopos vocatur, ab oculo, quem in capite habet.

URANUS, i. m. [Οὐρανὸς] auctore Bocatio lib. 3. cap. 23. pater Saturni: alio nomine Cœlum vel Cœlius, cui Saturnus filius amputavit virilia. V. Lactant. 1. 11. & 22.

U R B

VRB. Urbanus. Urbs. VRB. C Urbs condita.

URBANATIM, URBANE, URBANITAS, URBANUS. V. URBS.

URBINA, æ. f. Tali genus legitur apud Plaut. Bacch. 4. 8. 46. Sed emendati libri habent Verv[illegible]. q. V.

URBINUM, i. n. [Οὐρβῖνον] Italiæ oppidum in Umbria; a quo,

URBINATES, um. m. Incolæ. Plin. lib. 3. cap. 14.

URBS, urbis. f. [πόλις, Gl. L. G. & G. L.] Oppidum muro cinctum. Dicta ab Urvo, aratri curvatura: quod antiqui junctis bobus tauro & vacca, Hetruſco ritu in condendis urbibus, interiore aratro circumagebant ſulcum, intra quem urbem ædificarent. Hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato, ut urbs foſſa muroque munita eſſet: & locum unde terram fodiſſent, foſſam vocabant. Ovid. 4. Faſt. 819.

Apta dies legitur qua mœnia ſignet aratro. Cic. 1. de Rep. apud Non. 5. 87. Quam quum locis manuque ſæpſiſſent, ejuſmodi conjunctionem tectorum oppidum, vel urbem appellarunt, delubris diſtinctam, ſpatiiſque communibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis cœtus multitudinis, qualem expoſui, civitas eſt. Hic urbem a Civitate claris verbis diſtinxit Cicero. Idem pro Sext. 91. Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure & humano, mœnibus ſæpſerunt.

Inter urbem & Civitatem hoc intereſt teſte Nonio, Urbs eſt ædificia: Civitas incolæ. Virg. 1. Æn. 16.

Urbs antiqua fuit. Enn. Telepho, Et civitatem video Argivum incendier. V. plura apud eundem Nonium 5. 87.

Sic ἄστυ & πόλις, τὸ ἄστυ [illegible], ἡ δὲ πόλις [illegible]. H. St.

Caſus urbis, Ruina. Virg. 2. Æn. 265.

Conditores urbium. Quintil lib. 9. cap. 16.

Incrementum urbis. V. Incrementum, in INCRESCO.

Pars intima urbis. V. Intimus, in INTRA.

Proximus urbi, [illegible]. Coſtinis. Gloſſ. Græcolat.

Acceſſus ad urbem. V. ACCEDO.

Ampliſſima atque ornatiſſima urbs. Cic. 2. de Lege Agr. 75.

Antiqua urbs. Virg. 1. Æn. 16.

Arcta civibus urbs, Plena civibus. Stat. 11. Theb. 073.

Celſa urbs. Virg. 3. Æn. 293.

Clara. Catul. ad ſeipſum. 44. 6.

Egregia. Virg. 2. Georg. 155.

Famoſa urbs. Tacit. 5. Hiſt. 2. h. e. Celebris. De Hieroſolymis.

Florentiſſima urbs. Cic. 2. in Catil. 29.

Frequens populis urbs. Lucan. lib. 1. 506.

Gravis urbs armis opibuſque. Stat. 11. Theb. 873.

Infima urbs. Liv. 4. 59. Qui adverſus Fabium urbem infimam tuebantur.

Magna. Virg. 4. Æn. 174.

Nobilis urbs ſitu. V. NOBILIS.

Nuda urbs præſidio. V. NUDUS.

Opportuniſſima urbs portu. V. OPPORTUNUS.

Opulentiſſima urbs. Catullus in Jul. Cæſ.

Pulcherrima, florentiſſima, potentiſſima urbs. Cic. 2. in Catil. 29.

Summis in urbibus. Catul. Argon. 62. 8.

Vacua urbs. Valer. 3. Argon. 113.

Abire urbe, vel domo. V. ABEO.

Abeſſe urbe, vel domo, &c. V. ABSUM.

Accipere urbem. V. ACCIPIO.

Æquare urbes ſolo. V. Æquo, are, in ÆQUUS.

Cadunt concuſſæ urbes. Lucret. lib. 5. 1236.

Capeſſere urbem. V. Capeſſo, in CAPIO.

Capere urbem. Virg. 2. Æn. 507.

Cedere urbe. V. CEDO.

Cingere urbem. V. CINGO.

Cingere urbes muris. Senec. Octav. 7.

Cingitur urbs obſidione. Virg. 3. Æn. 52.

Condere novam urbem. Virg. 1. Æn. 526.

Convenire ad urbem aliquam. V. CONVENIO.

Evertere urbes. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Extruere pulchram urbem. Virg. 4. Æn. 267.

Incedere ad urbem. V. INCEDO.

Incenſa urbs. Virg. 2. Æn. 353.

Intercurrunt, cinguntque has urbes tetrarchiæ. INTERCURRO.

Interſæpire urbem vallo. V. INTERSÆPIO.

Introire ad urbem. V. INTROEO.

Invadere in urbes vi. V. INVADO.

Inviſere urbes. Virg. 1. Georg 25.

Lacerare urbes. Lucan. lib. 10. 45.

Penetrare in urbem. V. PENETRO.

Petere urbem excidiis. Virg. 2. Georg. 505.

Ponere urbem. Virg. 4. Æn. 018.

Premere urbem ingenti obſidione. Virg. 8. Æn. 647.

Reſerare urbem. & pandere portas. Virg. 10. Æn. 584.

Sepultæ urbis ruinis aſſidere. Tacit. 3 Hiſt. 35. pr.

Spoliare magnas urbes populis. Stat. 4. Theb. 36.

Statuere præclarum urbem. Virg. 4. Æn. 655.

Sternere urbes admotis machinis. Sen. Thyeſt. 4.

Transcribunt urbi matres. V. TRANSCRIBO.

Viduare urbem civibus. Virg. 8. Æn. 571.

Urbs, pro Civitate ipſa aliquando ponitur, id eſt pro Civibus, qui in urbe degunt. Virg. 2. Æn. 265.

Invadunt urbem ſomno, vinoque ſepultam. Per metonymiam dictum, ut ait Quintil. lib. 8. cap. 6.

Beatæ urbes, Divites. Catul. ad Lesbiam, 40. 16.

Infeſtæ urbes imperio. Cic. 3. in Catil. 11. V. ORNO, are.

Lymphata urbs horroribus, Timoris magnitudine furiata. Stat. 10. Theb. 55.

Miſera. Hor. 4. Carm. 15. 20.

Mæſta urbe annonaque. Juven. 11. Sat. 197.

Pavida urbs. Virg. 9. Æn. 873.

Trepida urbs. Lucan. lib. 2. 160.

Turbida urbs. Valer. 3. Argon. 123.

Adjungere urbem aliquam in ſocietatem. V. ADJUNGO.

Afflicta urbs peſtilentia. V. AFFLIGO.

Agitare perdomitas urbes. Lucan. lib. 2. 644. [An Per domitas, diviſa?

Armata urbs. Lucan. lib. 2. 574.

Circumvaſit urbem terror. V. CIRCUMVADO.

Componere urbem. V. COMPONO.

Concuſſa urbs. Virg. 4. Æn. 666.

Domitæ urbes. Virg. 3. Georg. 30.

Emendare urbes judiciis. Quintil. in prœm. lib. 1.

Excire feras urbes. Lucan. lib. 2. 48.

Exedere urbem nefandis odiis. Virg. 4. Æn. 785.

Ferunt arma vicinæ urbes inter ſe. Virg. 1. Georg. 510.

Florent urbes lætæ pueris. Lucret. lib. 1. 256.

Fundare urbem legibus. Virg. 6. Æn. 811.

Implere urbem nomine alicujus, pro Spargere famam alicujus per urbem. Hor. Epod. 17. 60.

Irrumpere ſecuras urbes. Claud. 2. in Eutrop. 075.

Mittere in ſervitutem urbes. V. MITTO.

Redit ægris urbibus vivus calor. Claud. de Bell. Get. 437.

Regebat placidas urbes in pace. Virg. 7. Æn. 46.

Regere conſiliis urbes. Quintil. in prœm. lib. 1.

Victæ urbes. Hor. 4. Carm. 15. 2.

Urbs [ἡ Ῥώμη, Gl. L. G.] proprie dicta eſt Roma, per antonomaſiam, quum cæteræ dicantur Oppida: ut teſtatur Quintil. lib. 9. cap. 2. Marcellus de Verb. ſignif. l. Alfenus, Urbem Alfenus ait eſſe Romam, quæ muro cingeretur.

Genitor urbis Quirinus. Ovid. 15. Met. 863.

Ad urbem eſſe. V. AD præpoſitionem.

Ancipiti diſcordes urbe Tribuni. Lucan. lib. 1. 266.

Colere urbem. V. COLO.

Defendere urbem a vaſtatione. V. DEFENDO.

Luſtrare urbem. V. Luſtro, in LUSTRUM.

URBICŬLA, æ. f. dimin. [πολίχνη] Parva urbs. Onomaſt. Vet. Urbicula, πολίχνιον.

URBICUS, a, um. Adj. [ἀστικὸς] Quod ad urbem pertinet. Gell. lib. 15. cap. 1. Si quid autem poſſet remedii fore, ut ne tam aſſidue domus Romæ arderent, venum hercle dediſſem res ruſticas, & urbicas emiſſem. Martial. lib. 10. præf. Quæ abſolvenda non eſſent inter illas quoque occupationes urbicas. [Fere uno niſi de Urbe κατ' ἐξοχὴν, i. e. Romæ, propriis dicitur.

Miniſteria urbica. Paulus in l. Num quod §. penult. D. de penu legata. Urbica miniſteria dicimus, & quæ extra urbem nobis miniſtrare conſueverunt.

Negotiatores urbici. Suet. Cæſ. cap. 49.

Rationibus urbicis domini fungebatur ſervus. Scævola in l. Prædia. in princ. D. de fundo inſtro.

Uſui urbico deſtinata villa. Paulus in l. Num quod. §. penult. D. de penu legata.

Urbici nomine certi quidam Actores, & proprium quoddam Poetarum genus ſignificabatur. Ut enim Satyræ Græcis tragœdiis interponebantur, ita tragœdiis Latinis ad exhilarandum ſpectatorem Atellanarum exodia interſerebantur: nec hiſtrionibus earum actus committebantur, ſed honeſtis juvenibus: erantque hæ fabulæ urbaniſſimæ, & urbis jocos elegantiamque imitabantur, & ab urbe Atella nomen erant adeptæ. Itaque earum actores Urbici dicebantur. Juven. 6. Sat. 71.

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ, &c. & earum auctores Urbici vocabantur. Martial. lib. 1. 42.

Quod non optimus urbicus poeta. Hinc & illud Fulgentii, Deniqne Batinius augur dicere ſolitus erat, diverſarum urbium honores ſimiliter peragi urbicario mimologo. Ex Turnebo.

URBANUS, a, um. Adj. [πολιτικὸς, Gl. L. G. & G. L.] Idem ſignificat quod Urbicus: aut Eum qui in urbe habitat: cui Ruſticus opponitur. Cic. 2. de Finib. 77. Quam omnes, urbani, ruſtici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant. [Ex hoc fere de his tantum, quæ Urbis Romæ eſſent.

Arbor urbanior. Plin. lib. 16. cap. 19. i. e. Quæ fructu, aut aliqua dote, umbraculive officio humanius juvat.

Excubiæ urbanæ. Tacit. 1. Ann 17.

Familia urbana. Pomponius de Verb ſignifi. l. 166. pr. Urbana familiæ & ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur. Poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe urbanorum ſervorum numero, veluti is qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet, ibique habitet, & non multum abſit a villico.

Mus urbanus. Hor. 2. Serm. 6. 90.

Nimis urbanus, Urbem nimis amans, atque a ſeceſſu abhorrens. Plin. 9. Epiſt. 17. ad Gallum, in fine, Juſſiſne de cauſis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum? quem tu nimis urbanus es, niſi concupiſcis.

Otium

Otium urbanum. Cic. 10. Fam. 1. Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem & urbi, & otio diffiderem urbano.
Prædia urbana. Ulpianus de verb. ſignific. l. Urbana prædia omnia ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ſi Prætoria, voluptati tantum deſervientia: quia urbanum prædium non locus facit, ſed materia. Proinde hortos quoque, ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum eſt in urbanorum appellatione contineri. Plane ſi plurium horti in reditu ſunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) magis hæc non ſunt urbana.
Rebus urbanis abſtinere. V. ABSTINEO.
Servi urbani. Paulus De legatis, l. Servus. Urbani ſervi intelligendi ſunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare ſolitus ſit; quod maxime ex libellis familiæ, item cibariis deprehendi poterit.
Vita urbana, cui opponitur Ruſtica. Ter. Adel. 1. 1. 17.
Vitæ urbanæ commoda. Ovid. 1. de Pont. 8. 29.
Urbanus, [ἀστεῖος, Gl. L. G.] Cultus, diſertus, facetus: hoc eſt, qui in verbis, & ſono & uſu, proprium quendam præ ſe fert urbis guſtum, & ſumptam ex converſatione doctorum tacitam eruditionem. Cic. pro Domo 92. Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum ac venuſtum. Quintil. lib. 8. cap. 3. Favorem, & Urbanum Cicero nova credit. Cic. 3. Fam. 8. Primum te hominem, non ſolum ſapientem, verumetiam (ut nunc loquimur) urbanum.
An in nova hic ſignificatione accipit? H. St.
Comis & urbanus. Hor. 1. Serm. 10. 90.
Frons urbana. Hor. 1. Epiſt. 9. 11.
Homo lautus & urbanus. Cic. 3. Verr. 17.
Sal urbanum. Phædrus 5. 6. 8.
Notæ urbanioris homines. Petron. cap. 116.
Factum atque dictum urbaniſſimum. Columel. 8. 16.
URBANUS, i. m. Civis. Suet. Cæſ. cap. 51.
Urbani, ſervate uxores, mœchum calvum adducimus.
URBĀNE, Adv. [ἀστείως, κομψῶς] Facete. Cic. 1. de Finib. 39. Ut e patre audiebam, facete & urbane Stoicos arridente. Al. Irridente.
Compar. Elahi urbanius. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Recinere & reſonare urbanius. Cic. in Brut. 171. In vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius. Nec hoc in oratoribus modo apparet, ſed etiam in ceteris. Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem faceciſſimum, cum familiari noſtro Q. Granio præcone dicacitate certare: ſed Tincam non minus multa ridicula dicentem Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo. i. e. Neſcio qua ſuavitate domeſtica urbana, patria, Romana. Hoc eleganter exprimit ipſe Cic. 3. de Orat. 42. Me autem tuus ſonus, & ſuavitas iſta delectat, &c. ſed hanc dico ſuavitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut apud Græcos, Atticorum, ſic in Latino ſermone, hujus eſt urbis maxime propria. Paulo poſt, Erudiſſimus homines Aſiaticos quivis Athenienſis indoctus, non verbis, ſed ſono vocis; nec tam bene, quam ſuaviter loquendo facile ſuperabit. Noſtri minus ſtudent litteris, quam Latini: tamen ex iſtis, quos noſtis, urbanis, in quibus minimum eſt litterarum, nemo eſt, quin litteratiſſimum Togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipſo oris preſſu & ſono facile vincat. Quare quum ſit quædam certa vox Romani generis, urbiſque propria, in qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animadverti poſſit, nihil ſonare, aut olere peregrinum, hanc ſequamur: neque ſolum ruſticam aſperitatem, ſed etiam inſolentiam fugere diſcamus. Hæc Cicero. Togati hoc in loco ſunt omnes qui jus habent togæ, ſive ſint nati cives Romani, ſive facti. Q. Valerius Soranus natione Latinus fuit. Urbanius igitur recinere, eſt Lenius, ſuavius, venuſtius, & magis Romane ſonare. Urbanos vocat, in ipſa urbe Roma natos, & lingua patria ſonantes: Latinos, qui Latium incolerent, in ipſo Latio nati. Preſſus oris, eſt aptus labrorum, dentium, ac linguæ habitus, quo ſonus liberalis & venuſtus exprimitur.
Superl. Gell. 15. 5. Urbaniſſime reſpondere.
URBANĀTIM, Adv. [πολιτικῶς] Modeſte & eleganter. Pomponius Alconibus, Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio. h. e. More eorum qui urbes habitant. Nonius 2. 747.
URBĀNICUS, a, um. Adj. m, Urbanici milites. Paulus in l. Qui mittuntur. D. Ex quib. cau. major. Sed & in urbanicis militibus idem divus Pius conſtituit. al. Urbaniciani.
URBANĬTAS, ātis. f. [ἀστειότης, ἀστεϊσμός, χαριεντισμός] Quintil. lib. 6. cap. 3. Nam meo quidem judicio, illa eſt urbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore, geſtuve poſſit deprehendi: ut non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Græcos Atticiſmus ille redolens Athenarum proprium ſaporem. Cic. 2. de Finib. 7. Et ſunt illius ſcripta leviora, ut urbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.
Urbanitatis color. Cic. in Brut. 170. Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribus iſtis externis quaſi oratoribus? Quid cenſes, inquam, niſi idem quod urbanis, præter unum, quod non eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio? Et Brutus, Qui eſt, inquit, iſte tandem urbanitatis color? Neſcio, inquam, tantum eſſe quendam ſcio. Id tu, Brute, jam intelliges, quare in Galliam veneris. Urbanis, In urbe natis, quibus opponit externos. Quaſi oratoribus, quod habiti ſint, non fuerint oratores. Urbanitas quadam urbana & Romana quadam elegantia. Intelliges, audiens contrarium. Galliam citeriorem. Huc facium, quæ paulo poſt ſcripſimus in URBANIUS recinere & reſonare.
Convicium & Urbanitas, contraria. Cic. pro Cœl. 6. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius jactatur, convicium: ſi facetius, urbanitas nominatur.
Nimia urbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Opportuna urbanitas. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Oratoria urbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Subtilis venuſtas atque urbanitas. Cic. 1. de Orat.
Vetus urbanitas. Cic. 2. Q. frat. 9. Aliquando ſubtilitatem veteris urbanitatis & humaniſſimi ſermonis attingerem.
Deponere deſiderium urbanitatis. Cic. 7. Fam. 6. Tu modo ineptias iſtas & deſideria urbis & urbanitatis depone.
In Epiſtola 17. libri 7. autem Manutius pro Rebus Urbanis poni. H. St.
Verba hæc ſunt, Levis in Urbis, urbanitatiſque deſiderio, &c. videhare. [Puto Vitam Urbanam, uſumque Urbis potiſſimum intelligere.
Incurrere in hominum facetorum urbanitatem. V. INCURRO.
Limatus vis noſtrorum hominum urbanitate. Cic. 2. de Nat. Deor. 74.
URBANUS, [πολιτευόμενος, Gl. G. L.] Eri.
URBĬCĂPUS, i. m. Plaut. Milit. 4. 2. 64. Urbicape, occiſor regum.
URBICREMUS, a, um. ſec. c. Adj. Urbes cremans. ut, Nubibus orbicremis ſe ſubducere. Prudent. Hamartig. v. 727.
URBO, ās. Unde URBATUS, a, um. Partic. [illegible], in Gloſſ. Latinogræc. V. Cang. Gloſſ. Inf. Lat.

U R C

URCA, [Οὖρκα] Urbs Tarraconenſis Hiſpaniæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hodie *Aguila*.
URCEUS, i. m. [κάλπη, Gl. L. G. & G. L. ξέστης, L. G.] Vas, quo aqua in urnam vel ahenum infunditur, auctore Paulo Juriſconſulto in l. Cum de lanionis. §. Aſinum. D. de fund. inſtruct. Plaut. Milit. 3. 2. 18.
Neque equidem heminas octo exprompſi in urceum.
Æneus urceus. Cato R. R. cap. 13. Urceum unum æneum quod capiat quadrantalia quinque.
Aquarii urcei. Cato R. R. cap. 10. Sic cap. 11. Urceus muſtarios vocat.
Fictiles urcei. Cato R. R. cap. 13. De urceo fictili tale eſt epigramma apud Martial. lib. 14. 106.
Hic tibi donatur panda ruber urceus anſa,
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.
URCEŎLUS, vel URCIOLUS, i. m. [ξέστιον, Gl. L. G. & G. L. ξεστίον, L. G. [illegible], G. L.] dimin. Columel. lib. 12. cap. 16. Eodem tempore ſorba, manu lecta, curioſe in urceolos picatos adjicito.
De urceolis miniſtratoriis, h. e. Quibus aqua ad menſam bibitoris miniſtrabatur, extat epigramma apud Martial. lib. 14. 105. In Gloſſ. Græcolat. Urciolus & Horciolus ſcribitur.
URCEOLĀRIS, e. Adj. unde Urceolaris herba dicitur, quod ſit lavandis urceolis idonea ſua aſperitate, quæ alias Perdicium dicitur. Plin. lib. 22. cap. 17. Perdicium, ſive parthenium, a noſtris herba urceolaris vocatur, ab aliis aſtericum, folio ſimilis ocimo, nigrior tantum, naſcens in tegulis parietibuſque.
URCEĀTIM, Adv. Plenis urceis. Petron. Fragm. Tragur. p. 16. Urceatim pluebat.

U R E

UREDO, V. URO.
URETĒRES, um. m. [οὐρητῆρες] Græcis dicuntur e renibus ſinguli venæ, colore albæ, quæ ad veſicam feruntur, quod per eas inde deſcendentem urinam in veſicam deſtillare concipiunt. Celſ. 4. 1.
URETHRA, æ. f. [οὐρήθρα] Meatus urinarius in viris, apud Medicos. Gloſſ. Græcolat. Οὐρήθρα [illegible], Fiſtula.

U R G

URGEO, vel, ut Gloſſ. URGUEO, urſi, urſum, [ἐπείγω, Gl. L. G. & G. L. [illegible], [illegible], [illegible], L. G.] ēre. Cogere, premere, impellere. Virg. 3. Georg. 523.
— oculos ſtupor urget inertes. Cic. in Hortenſ. Itaque nunc Democriti manus urgebatur. Plaut. Pœn. 4. 2. 35. At urget onus.
An ab ἐπείγειν; Urſit. Cic. Lepidus urſit me & ſuis, & Antonii litteris, ut Legionem Trigeſimam mitterem ſibi. lib. 10. Epiſt. 32. H. St.
Urgere, Infeſtare, & exercere. Celſ. 2. 8. Deſinuntque urgere cibi faſtidium & potionis deſiderium. Sic idem alibi identidem de morbis acutis. Cic. pro Rabir. Poſt. 2. Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certe eſt inhumanum. Budæus.
Inſtare, urgere, inſectari. Cic. pro Planc. 48. Etiam atque etiam inſto, atque urgeo, inſector, poſco atque adeo, flagito crimen.
Aſſultibus variis urgere aliquem. Virg. 5. Æn. 442.
Convicio aliquorum urgeri. Cic. 4. Acad. 105. Urgebor jam omnium veſtrûm convicio.
Culullis urgere aliquem. Hor. de Arte Poet. 434. V. CULULLUS.
Hortatibus urgere aliquem. Valer. 3. Argon. 550.
Juſſis ingentibus urgere. Virg. 7. Æn. 241.
Laboribus urgere famulas. Ovid. 4. Met. 35.
Dominus non lenis urget mentem, Premit. Hor. 2. Serm. 7. 93.
Mole urgetur corpus. Virg. 3. Æn. 579.
Anguſtiis urgeri. Cic. de Fato 33. Hi enim urgentur anguſtiis, illorum ratio ſoluta ac libera eſt.
Curis multis undique urgeris. Lucret. lib. 3. 1064.
Dolore gravi urgentur. Celſ. lib. 3. cap. 2.
Exſilio urgeri. Cic. 12. Att. 21. al. Ex illo.
Fame ferroque urgeri. Liv. 26. 6.
Hoſte ab magno urgeri. Valer. 8. Argon. 428.
Litteris urgeri. Cic. 10. Fam. 32.
Malis omnibus urgeri. Cic. 5. Tuſc. 23.
Mærore urgeri. Cic. 12. Att. 2.
Morbo urgeri. Cic. de Fato 17. Ut in eo, qui mortifero morbo urgeatur, verum ſit, hic morietur hoc morbo.
Sollicitudine provinciæ urgeri. Cic. 6. Att. 3.
Dies & noctes in aliquo opere urgeri. Cic. 1. de Orat. 260.
Febres magnæ urgent. Celſ. lib. 7. cap. 26.
Fortuna urget miſeros tenaciter. Ovid. 3. Epiſt. 43.
Nox urget diem, & dies noctem. Neque interdiu, neque noctu requiem habeo. Hor. Epod. 17. 25.
Onus urget. Ovid. 4. Faſt. 515.
Periculum urget. Plin. lib. 28. cap. 2.
Somnus urget, Inſtat. Cic. 12. Att. 9. Sed neque hæc digna longioribus litteris, nec erat quid ſcriberem, & ſomnus urgebat.
Tempus urget moriendi. Cic. 1. Tuſc. 103.
Altum urgere, Uſque in alto navigare. Hor. 2. Carm. 10. 2.
Acrius urgere. Hor. 1. Serm. 2. 15.

Digitized by Google

Occaſionem urgere. Cic. 7. Fam. 8. Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem, qua melior nunquam reperietur?
Precibus iratis urgere aliquem. Hor. 2. Serm. 6. 29.
Propoſitum urgere. Hor. 2. Serm. 7. 6. h. e. Perſequi propoſitum ſuum.
Urgere aliquem de. Cic. 2. Q. frat. 2.
Sin tibi id minus libebit, non te urgebo. Cic. 2. de Orat. 16.
Urgere ad ſolutionem. Ulp. in l. Si extraneus. D. de jure dotium.
Urgere, Accelerare. Virg. 9. Æn. 489.

Veſte tegens, tibi quam noctes, feſtina, dieſque
Urgebam, & tela curas ſolabar aniles.

Iter urgere, Feſtinanter ire. Ovid. 6. Faſt. 520.
Urgere, Inſiſtere in diſputatione. Cic. 5. de Finib. 80. Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni: illud urgeam, non intelligere eum quid ſibi dicendum, quum dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Ibid. lib. 4. 77. Urgent tamen, & nihil remittunt.
Diutius urgere. Cic. 2. de Nat. Deor. 97. An quicquam tam puerile dici poteſt (ut eundem locum diutius urgeam) &c.
Jus Craſſus, æquitatem Antonius urgebat. Cic. 3. Off. 67. Jus Craſſus urgebat, quod vitii venditor non dixiſſet ſciens, id oportere præſtari. Æquitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuiſſet, qui illas ædes vendidiſſet.
Urgere cum Infinitivo, pro Inſiſtere multo conatu. Hor. 2. Carm. 18. 20.

Mariſque, Bajis obſtrepentis, urges
Summovere litora.

Urgere, Tegere. Virg. 2. Georg. 352.

Qui ſaxo ſuper, atque ingenti pondere teſtæ
Urgerent. [Premerent. Exempla ſupra ſunt.

Male adminiſtratæ provinciæ urgeri. Tacit. 6. Ann. 29. Græcorum imitatione dictum eſt, ceu Livianum illud lib. 41. 23. Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, nec arguit. [Ellipſis eſt, & ſubauditur Crimine.
Urgens, entis. Partic. [ἐπείγων] Cic. 3. Tuſc. 61. Eſt enim nulla alia, niſi opinio & judicium magni, præſentis, atque urgentis mali.
Fato urgenti incumbere. Virg. 2. Æn. 653.
Senectus Urgens & Adventans. ut, Onus aut jam urgentis, aut certe adventantis ſenectutis. Cic. de Senect. 2.
Compar. Auguſt. Epiſt. 86. Urgentiori actioni non eſt prandium præferendum.
Superl. Cod. Juſtin. 3. 1. 11. l. 1. Si rerum urgentiſſima ratio flagitaverit.
Urgenter, Adv. Cyprian. Epiſt. 30. 1.
Urgenter accerſebat. Gelen. apud Appianum 2. de Bello Civili, p. 848. Gelen. H. St. Deſuit hæc dict. in Lugd.

U R I

Uri, V. urus.
Urica, Urino, V. uro.
Urina, æ. f. [οὖρον, [illegible], Gl. G. L.] a Græco οὐρέω, mejo. A quo οὖρον, urinam dicunt Latini. Eſt autem Humor, qui ex renibus veſicaque profunditur. Columel. lib. 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſurculis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere. Cic. de Fato 5. Ut in ſimul ægrotantibus fratribus, ea in urina, ut in unguibus.
Urina, urinæ & menſtruis efficax. Plin. lib. 20. cap. 1. ad finem.
Utilis urinæ, jocineri, capitis doloribus. Plin. lib. 23. in proœm. 9.
Anguſtiis urinæ utile abrotonum. Plin. lib. 21. cap. 21.
Cupiditas crebra urinæ, ſed magna difficultas eſt. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Difficultates urinæ ſuccus emendat. Plin. lib. 20. cap. 7.
Difficultatibus urinæ medetur. Plin. lib. 24. cap. 19.
Incontinentia urinæ. V. incontinens.
Iter urinæ. Celſ. lib. 4. cap. 1.
Profluvium urinæ. Plin. lib. 28. cap. 6.
Tormina urinæ diſcutit cichorium. Plin. lib. 20. cap. 8.
Alba urina. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Arenoſa. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Bullans. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Candida. Plin. lib. 18. cap. 6.
Craſſa. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Cruenta urina. V. cruentus.
Deterrima. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Difficilis. Plin. lib. 23. cap. 8.
Diluta. Celſ. lib. 2. cap. 4. & 6.
Liquida parum urina. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Mala urina, deterior, peſſima. Celſ. lib. 2. cap. 4.
Mortifera. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Nigra. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Pallida. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Rubens. Plin lib. 28. cap. 6.
Rubra. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Ruſſa. Celſ. lib. 1. cap. 2.
Tenuis Celſ. lib. 2. cap. 6.
Tortuoſior. Plin. lib. 21. cap. 27. V. tortuosus.
Viridis. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Vitioſa. Plin. lib. 28. cap. 6.
Ciere urinam. V. cieo.
Concepta auribus atque oculis urina. Juven. 11. Sat. 168.
Citare urinam & Tardare. Celſ. lib. 2. cap. 19.
Concitare urinam. V. concito.
Defricatus dens urina. Catull. in Egnatium, 35. 20.
Deſcendit urina. Celſ. lib. 7. cap. 27. Ƒam urina deſcendat.
Deſtillat urina. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Excalefacere urinas. Plin. lib. 21. cap. 20.
Excedit urina, h. e. Exit, educitur. Celſ. lib. 7. cap. 26.
Excitam urinam. Plin. lib. 20. cap. 23.
Exinanita prius urina. Plin. lib. 8. 37.
Expellere urinam. Plin. lib. 23. cap. 1.
Facere, vel reddere urinam, pro Mejere. Plin. lib. 8. cap. 16. & Columel. lib. 6. cap. 30.
Impellere urinam. Plin. lib. 21. cap. 26.
Inhibere urinam. Plin. lib. 20. cap. 4.
Inſtillare urinam. Plin. lib. 28. cap. 6. ad finem.
Movere urinam. Plin. lib. 24. cap. 11.

Movetur urina. Juven. 11. Sat. 168.
Mordet urina. Plin. lib. 20. cap. 15.
Nocere urinæ exiſtimatur galbanum. Plin. lib. 24. cap. 5. ad finem.
Pellere urinam. Plin. lib. 20. cap. 5.
Pellit urinam celerrime. Plin. lib. 24. cap. 6.
Prodeſt & urinæ pota modica radix, & menſtruis. Plin. lib. 21. cap. 20.
Profluit urina naturaliter. Celſ. lib. 7. cap. 26.
Solvere urinam. Plin. lib. 26. cap. 8.
Tardare urinam. Celſ. lib. 2. cap. 19.
Trahere urinam. Plin. lib. 24. cap. 13.
Transfluens urina ſi id non reddit. Celſ. lib. 7. cap. 26. ad finem.
Genitalis urina, Genitale ſperma. Plin. 8. 43.
Urinalis, e. Adj. ut, Urinalia medicamenta. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. 25. Virtutes urinales. Idem 2. 13. 158.
Urino, [οὐρέω] are. Urinam facere. [Veteres non uſurparunt. Urinare, vel Urinari, depon. In aquam mergi, & natando emergere. Plin. lib. 11. cap. 37. Eadem eſt cauſa quare ſub aqua diu ranæ & phocæ urinentur.
Urinator, ōris. m. [[illegible], [illegible], Gl. L. G. & G. L.] Qui ſub aqua natat. Calliſtratus Jureconſultus Ad legem Rhodiam. l. Navis onuſta. §. Sed ſi navis. appellat eos qui merces e mari extrahunt, navigii ſervandi gratia jactatas. Liv. 44. 10. Sed in rem emendabilem viſus lapſus eſſe, quod per urinatores omne ferme extractum eſt. Tantuſque pudor fuit regi ejus pavoris, ut urinatores clam interfici juſſerit.
Urinum, i. n. [[illegible]] Ovum quod ſit, explicat Plin. lib. 10. cap. 58. Palumbes, & turtures plurimum terna pariunt ova, nec plus quam bis fere pariunt: atque ita, ſi prior fetus corruptus eſt, quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium, quod irritum eſt, urinum vocant. Idem lib. 10. cap. 60. Urina fiunt incubatione derelicta, quæ alii cynoſura dixere.
Urio, ōnis. m. Genus ludi. Sarisb. 1. 5. Teſſera, calculus, tabula, urio, vel Dardana pugna.
Urium, i. n. [Οὔριον] Hiſpaniæ urbs, ut ſcribit Ptolemæus lib. 2. cap. 4. Aurienſis alio nomine dicta.
Urius Juppiter [Οὔριος Ζεύς] id eſt Imperator. [Immo Felix, vel propitius.

U R N

VRN. MARMOR. MOESTISS. POS. Urnam marmoream mœſtiſſima poſuit.
Urna, æ. f. [ὑδρία, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G. [illegible], [illegible], G. L.] Vas aquarium. Dicta quod in aqua haurienda urinat, id eſt mergitur atque emergit. Plaut. Pſeud. 1. 2. 24.

Tu, qui urnam habes, aquam ingere: fac plenum ahenum ſit cito.

Cato R. R. cap. 10. Urnam quinquagenariam unam, trullas tres.
Aquæ urna. Hor. 1. Serm. 5. 91.
Argenti urna. Hor. 2. Serm. 6. 10.
Liquidi urna, Urna liquoris. Hor. 1. Serm. 1. 54.
Arcta urna. Ovid. 11. Epiſt. 124.
Capacibus urnis excipere & fundere laticem. Ovid. 3. Met. 172.
Demiſſa urna in undas. Ovid. 2. Met. 36.
Declinare undantem urnam. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 70.
Urna quinquagenaria, apud Catonem lib. de R. R. cap. 10. eſt Quæ quinquaginta ſextarios capit, interprete Turnebo.
Urna [[illegible], Gl. L. G.] in quam antiqui, non tantum tabellas judiciarias judicum, ſed & nomina conjiciebant, quum Prætor judices ſortiebatur. Cic. 2. Q. frat. 6. de Sexto Cœlio, Senatorum eum urna copioſe abſolvit, Equitum adæquavit, Tribuni ærarii condemnarunt. Plin. 10. Epiſt. 3. Ut eſſemus in Senatus poteſtate, pateremurque nomina noſtra in urnam conjici. Virg. 6. Æn. 432.

Quæſitor Minos urnam movet. Hor. 3. Carm. 1. 14.
— æqua lege Neceſſitas
Sortitur inſignes & imos
Omne capax movet urna nomen.

Delere urnas. Cic. in Vatin. 34. Nam quis reus in tribunal ſui Quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, urnas deleverit, &c.
Quatere urnam. Stat. 2. Silv. 1. 219.
Vincere urnam Prætoris gratia dicitur, quum contra jus valet. Juven. 13. Sat. 4.

— improba quamvis
Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

Improbam gratiam appellat, Quæ apud improbum judicem valuit. Vicerit urnam Prætoris, h. e. Evaſerit judicium damnationemque Prætoris, qui per fraudem & non recte duxit ſortem ex urna.
Urna imaginis mortui. Cic. 1. Tuſc. 34. Quid poetæ, nonne poſt mortem nobilitari volunt? unde ergo illud?

Aſpicite ô cives ſenis Ennii imaginis urnam: &c.

Solebant autem corporum crematorum cineres in urnis aſſervari.
Feralis urna, In qua mortui reliquiæ conditæ ſunt. Tacit. 3. Ann. 1.
Urnalis, e. Adj. [[illegible]] Quod ad urnam pertinet. Urnales caliculi, vel orcei, Urnam continentes. Plin. lib. 9. cap. 30. Barbas longas pedum triginta, acetabulis, ſive caliculis urnalibus, pelvium modo, dentes magnitudini reſpondentes. Cato R. R. cap. 13. Urceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas.
Urnarium, i. n. [[illegible]] Menſa quadrata, ſuper qua urnæ aqua plenæ in culina reponebantur. Varro περὶ Μιξάνων, Sed quæ neceſſitas te jubet aquam effundere domi tuæ? ſi vaſa habes pertuſa, plumbum non habes? ad quam rem nobis eſt confluvium? ad quam rem urnarium? Ex Nonio 15. 10.
Urnula, æ. f. dimin. [[illegible]] Parva urna. Unde Urnula aqualis. Varro de vita Populi Romani, lib. 1. apud Non. 15. 8. Cic. in Parad. 1. Minuſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuiſſe, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?
Urnĭger, ĕra, ĕrum. Virg. de Signis cæleſt. v. 12.

Et qui portat aquam puer urniger.

U R O

Uro, ĭris, uſſi, uſtum, [καίω, Gl. L. G. & G. L. [illegible], L. G.] ĕre. Concremare, calore nimio conſumere, incendere. Plin. lib. 12. cap. 4. Uritur ahenus odore jucundo.

Sepelire & urere. Cic. 2. de Legib. 58. Hominem mortuum, inquit lex in XII tab. in urbe ne ſepelito, neve urito.
Calore uri. Cic. 1. Tuſc. 69. Ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore.
Flammis ſubjectis urere aliquid, Coquere. Virg. 2. Æn. 37.
Calor urit artus. Lucret. lib. 4. 872.
Doritio corporis, quod quum oritur non ſentit. Cic. pro Domo, 97.
Sol gravis urit arva. Ovid. 6. Met. 339.
Sitis uſſerat herbas. Ovid. 4. Faſt. 299.
Cedrum urere. Virg. 7. Æn. 13.
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum. Hoc antiquorum conſuetudine dictum videtur, quod ex Homero ſumptum. Ignitabulum enim vel focum in mediis ædibus habebant, in quo tædas urebant luminis cauſa, ut narrat Heſychius in vocabulo λαμπτήρ. Turnebus.
Urere, de Frigore etiam dicitur. Lucan. lib. 4. 52.
Urebant montana nives. Cic. 2. Tuſc. 40. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur.
Loris uri. Cædi, flagellari. Hor. 1. Epiſt. 17. 47.
Virgis uri. Hor. 2. Serm. 7. 58. Nam ex virgarum percuſſione corpus caleſit, & inflammatur.
Calceus anguſtior dicitur Urere pedem. Hor. 1. Epiſt. 10. 43.
Uro hominem, per tranſlationem, ſignificat Dolere cogo, interprete Donato: ſive Ango, ut ait Budæus. Inde Uri pro Cruciari. Ter. Eun. 2. 2. 43.
— uro hominem. P. ut falſus animi eſt. Hor. 2. Epiſt. 1. 13.
Urit enim fulgore ſuo qui prægravat artes
Infra ſe poſitas. i. e. Splendore ſui nominis urget & incendit invidia. Liv. 27. 30. Quos, & Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat.
Urit atrox Juno, dixit Virg. 1. Æn. 666. pro Cruciatur ob Junonem.
Uri, de aliis etiam rebus dicitur. Virg. 4. Æn. 68.
Uritur infelix Dido. i. e. Amore conſumitur & conflagrat.
Uri in aliquo. Ovid. 7. Met. 22.
— quid in hoſpite regia virgo
Ureris, & thalamos alieni concupis orbis? i. e. Cur peregrini amore ardes, quum ſis filia regis? Medea ſe ipſam alloquitur.
Doloribus recitis uri. Ovid. 3. Faſt. 489.
Ignibus uri. Hor. 3. Carm. 7. 11. Ignes, intelligit Amores.
Impenſius uri. Catul. ad Leſbiam, 70. 5.
Pectore intimo uri. Catul. in Epithal. Juliæ, 39. 177.
Pectore toto uri. Ovid. 1. Met. 496.
Amor me urit. Virg. 2. Ecl. 68.
Amor violenter me uſſit. Ovid. 1. de Arte Am. 23.
Dolor urit amantes. Ovid. 4. Met. 278.
Urens, entis. Partic. [καίων] ut
Caminus urens ramos. Hor. 1. Serm. 5. 8.
Capellæ urentes culta. Virg. 2. Georg. 196. V. Plin. lib. 8. cap. 50. ad finem.
Manus urentes. Ovid. 4. Faſt. 705.
Urendus, a, um. Partic. [καυστέος] ut, Filix urenda. Hor. 1. Serm. 3. 38.
Ustus, a, um. [κεκαυμένος, Gl. L. G.] Partic. Plin. lib. 10. cap. 70. Conveniunt ex alto etiam piſces ad quoſdam odores, ut ſepiam uſtam.
Ignibus uſtus crudeliter. Ovid. 3. Triſt. 11. 53.
Aer ſiccis fervoribus uſtus. Ovid. 1. Met. 119.
Capillus uſtus. Tibul. lib. 1. 10. 39.
Usta, æ. f. Coloris factitii ſpecies. Vitruv. 7. 11. Uſta ſatis habet utilitatis in operibus. V. Plin. lib. 35. cap. 6.
Ustio, ōnis. f. [καῦσις] Cato R. R. cap. 38. Virgas & ſarmenta quæ tibi uſtioni ſupererant, in ſegetem comburito.
Uſtio, pro Cauterizatione quam vocant. Plin. lib. 34. cap. 15. Quædam uſtione ſanantur: privatim vero canis rabidi morſus. Celſ. 4. 26. Omnes autem hujuſcemodi dolores, vix citra uſtionem finiuntur. i. e. Citra candentis ferri admotionem.
Ustor, ōris. m. [νεκροκαύστης, Gl. L. G.] Qui corpora in buſtuariis cremat. Martial. lib. 3. 93.
Uſtorque tædas præferat novæ nuptæ, &c. Budæus. Catul. de Ruſa & Rufulo, 57. 5.
Quum devolutum ex igne proſequens panem
A ſemiraſo tunderetur uſtore.
Sordidus uſtor. Lucan. lib. 8. 738.
Ustīvus, a, um. Adj. Vim urendi habens. Macer. 2. 8. Uſtivas mire juvat epiphoras oculorum.
Ustilāgo, ĭnis. f. al. Uſtilago ruſtica. Apul. de Herb. cap. 63. & 109.
Ustricŭla, æ. f. Uſtriculæ, Tertull. de Pallio cap. 4. ſunt Mulieres, quæ ſuburendis crinibus operam collocabant. Salmaſius legit Hiſtriculæ. V. ejus Not. p. 284. & Caſaub. in Suet. p. 144.
Usterna, æ. f. [φῶτα νεκρῶν, Gl. G. L.] Idem quod Buſtuarium, vel
Ustrīna, æ. f. [καμεῖον, φρύγμα νεκρῶν, Gl. L. G.] Locus in quo metalla candeſcunt ut laborentur. Plin. lib. 36. cap. 26. In uſtrina ter ſiccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino reſtinguantur albo. Gelenius aliter legit.
Uſtrinæ talis moram non ſuſtinens. Apul. 7. Met. p. 196. Elmenh.
Uſtrina, Locus dicebatur, in quo combuſtus erat, qui alibi ſepultus, mortuus fuerat, ut ait Feſtus.
Ustrīnum, i. n. Idem. Vet. Lap. HVIC MONVMENTO VSTRINVM APPLICARI NON LICET.
Urīto, [αἰθύσσω] āre. frequentat. Plaut. Moſtel. 3. 2. 81.
Calidum hoc eſt: etſi procul abeſt, uritat male. al. Urit.
Ustŭlo, [ὑποκαπνίζω] āre. forma diminut. ſignificat Urere. Pacuvius, Candenti ferro crines uſtulare.
Ustulātus, a, um. Partic. ut, Pali uſtulati. Vitruv. lib. 5. cap. 12.
Ustulandus, a, um. Partic. [καυστέος] Catul. in Annales Voluſii, 34. 8.
Electiſſima peſſimi poetæ.
Scripta tardipedi deo daturam
Infelicibus uſtulanda lignis.
Ustulatio, ōnis. f. Gloſſ. Cyrilli, Ἀπόκαυμα, Uſtilatio, Torres.
Urēdo, ĭnis. f. [καυθμός] Morbus herbarum, fruticum, arborumque, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, & in ceteris rubigo, piſa, plantas, arboresque adurens. Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Nec ſi uredo aut grando quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. Columel. lib. 3. cap. 20. Seu frigidus & pruinoſus, quod non eſt patiens uredinis.
Uredo, Incendium ac pruritus. Plin. de urtica piſce, lib. 9. cap. 45. Tacta uredinem mittit.
Urīca, æ. f. [καυθμός] Satorum vitium ab uſtione. Plin. lib. 18. cap. 17. Commune autem omnium ſatorum vitium urica. conf. URUCA.
Urīgo, ĭnis. f. [καυθμός] pro Uredine, & quæ ex cauſtica vi medicamenti alicui parti admoti provenit. Plin. lib. 20. cap. 20. At in magna duritia ſine fico impoſitum: vel ſi vehementior urigo timeatur, per duplices pannos.
Urtīca, æ. f. [κνίδη, Gl. L. G. & G. L. ἀκαλήφη, L. G.] Genus herbæ notiſſimum, ab urendo dictum: quod ejus folia tacta acerrime urant. V. Plin. lib. 21. cap. 15.
Vivere herbis & urtica. Hor. 1. Epiſt. 12. 8.
Mordax urtica. Ovid. 2. de Arte Am. 417.
Mortifera contactu urtica. V. ROSA.
Urtica, pro Pruritu libidinis. Juven. 2. Sat. 128.
— unde
Hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?
Acres urticæ. Juven. 11. Sat. 166.
Irritamentum Veneris languentis, & acres
Divitis urticæ.
Urtica marina, [ἀκαλήφη, Gl. L. G.] Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 45. Urticæ noctu vagantur, noctuque mutantur: carnoſæ frondis his natura, & carne veſcuntur. Vis pruritu mordax, eademque quæ terreſtris urticæ. [Corrupte alibi in Gloſſ. Virtica marina, ἀκαλήφη.
Urolanium, [Οὐρολάνιον] Ptolemæo lib. 2. cap. 3. aliis Verulanum, Britanniæ inſulæ civitas: vulgo *Saint Albans*.
Uropygium, & Orrhopygium, i. n. [ὀρροπύγιον, ὀῤῥοπύγιον] eſt Anguſta & ultima ſpinæ pars, ſive (ut Julius Pollux inquit) ſpondylis finis podici imminentis, quaſi terminus pygæ, ſive finis vertebræ. Martial. 3. 93.
Et anatis habeas uropygium macræ.

U R P

Urpex, ĭcis. m. [ἅρπαξ] Inſtrumentum ruſticum. Cato R. R. cap. 10. Urpicem unum, crates ſtercorarias quatuor villicum habere oportet. V. IRPEX.

U R R

Urruncum, i. n. Varro declarat 1. de R. R. cap. 48. de ſpica loquens, Illud autem ſumma in ſpica jam matura, quod eſt minus quam granum, vocatur ſtit: quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quam granum eſt, appellatur urruncum.

U R S

Urbs Salvia, [Οὐρβεσαλουΐα] Picenorum urbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. hodie *Urbſa*.
Ursus, i. m. [ἄρκτος, Gl. L. G. & G. L.] Animal ferum. De urſis vide Plinium 10. 63.
Armati unguibus urſi. Ovid. 10. Met. 540.
Informes urſi. Virg. 3. Georg. 247.
Sævis inter ſe convenit urſis. Juven. 15. Sat. 164.
Truces urſi. Valer. 2. Argon. 73.
Turpes urſi. Ovid. 3. Triſt. 5. 35. Stat. 6. Theb. 866.
Veſpertinus circumgemit urſus ovile. Hor. Epod. 16. 51.
Ursŭlus, i. m. diminut.
Ursa, æ. f. Plin. lib. 10. cap. 63. Informia etiam magis quam ſupradicta, urſæ pariunt, rarumque eſt videre parientes.
Villoſæ urſæ catuli. Ovid. 13. Met. 836.
Urſa, Sidus cæleſte, figuram habens ſimilem plauſtri: unde antiqui Græcorum Hamaxam, hoc eſt plauſtrum dixerunt. Noſtri quoque a bobus junctis, Septemtriones appellaverunt, hoc eſt a ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi juncti triones figurantur. Sunt autem duæ urſæ, Major & Minor, quas Græci Ἄρκτους vocant.
Ursīnus, a, um. Adj. [ἄρκτειος] Quod urſorum eſt. ut, Urſinus ſanguis. Columel. de Arboribus, cap. 15. Et Plin. lib. 8. cap. 36. Quoniam potum in urſinam rabiem agat.

U R T

Urtica, V. URO ad fin.

U R U

Urūca, æ. f. [κάμπη, Gl. L. G. & G. L.] Inſectum, oleri & fruges abſumens, quod & Eruca dicitur. [An ſic apud Plin. pro Urica legendum? Vide ſupra in voce.
Urus, i. m. [Βοῦς Γερμανικός, Gl. L. G. βούβαλος, G. L.] qui & Bubulus dicitur a nonnullis, hoc eſt bos ſilveſtris. Plin. lib. 8. cap. 15. Paucıſſima animalia Scythia gignit inopia fruticum, pauca contermina illi Germania: inſignia tamen boum ferorum genera, jubatos biſontes, excellentique & vi & velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa, vituli potius, cervive quadam ſimilitudine. Virg. 3. Georg. 532.
Quæſitas ad ſacra boves Junonis, & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Urvum, i. n. Aratri curvatura. A quo Urvo, are; quod eſt Aratro definire. Feſtus, Urvat, Ennius in Andromeda, ſignificat circumdat. ab eo ſulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quæ fit forma ſimillima uncini curvatione buris & dentis, cui præfigitur vomer. Ait autem, Circum ſeſe urvat ad pedes. V. Varr. de R. R. 4. 27.

U S I

VS. IP. Veſpaſianus Imperator.
Usia, æ. f. [οὐσία] Latine Eſſentia, ſive ſubſtantia dicitur. Ulpianus utitur in l. In venditionibus. D. de contrah. empt. Gloſſ. Græcolat. Οὐσία, Patrimonium, Subſtantia, Res familiaris.
Usio, Usitatus, Usitor. V. UTOR.

Usuram,

U S P

Uſpiam, [πού, Gl. L. G.] Adv. in loco. Ter. Adel. 1. 1. 3. Si abſis uſpiam, &c. Cic. 1. Att. 17. Sed tamen hoc me ipſe conſolabar, quod non dubitabam, quin te ille, aut Dyrrhachii, aut in iſtis locis uſpiam viſurus eſſet. Eidem lib. 7. 10. Inde utrum conſiſtere uſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. [Videtur ab Us præpoſ. pro Uſſpiam, dictum. Uſpiam, In re aliqua, vel aliquo negotio. Plaut. Caſ. 4. 3. 14. Num me expertus uſpiam?

Uſpinio, ōnis. m. Νεκροθάπτης. Gloſſ. Latinogræc. Lego Viſpillo, νεκροθάπτης. V. VESPILLO.

U S Q

Uſquam, [οὐδαμοῦ] Adv. in loco. Cic. 6. Verr. 25. Quam crucem non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos, quibuſcum omnia ſcelera ſua ac latrocinia communicaſſet. [Et hoc pro Uſſquam dici puto.
Nec mihi magis uſquam videor, quam quum aut in foro magiſtratus, aut in curia Senatum video, ſomniare. Cic. 2. de Divin. 42.
Uſquam, etiam ad locum pertinere, probat Valla ex Cic. 1. Philip. 1. Nec vero uſquam diſcedebam. Idem dicit & Donatus in Ter. Cic. 6. Verr. 14d. Cives Romani a me nuſquam diſcedere.
Uſquam, In re aliqua, in negotio aliquo. Ter. And. 2. 5. 9.
Neque iſtic, neque alibi tibi uſquam erit in me mora.
Nec eſt uſquam conſilio aut auctoritati locus. Cic. 2. Off. 2.
Uſquam, aliter. Ter. And. 5. 3. 7.
Vide num ejus color, pudoris ſignum uſquam indicat? i. e. Aliqua parte corporis.
Uſquam gentium, De loco & ad locum. Plaut. Mil. 3. 1. 91.
Nam bona uxor, ſi ea quidem educta eſt uſquam gentium,
Ubi ea poſſit inveniri, Ter. Hec. 3. 1. 23.
Quid conſolare me? an quiſquam uſquam gentium eſt æque miſer?

Uſque, [ἕως, ἄχρι, μέχρι, Gl. G. L.] Præpoſ. quaſi Ad unum vel locum, vel tempus, vel aliud hujuſcemodi: ut ex ſequentibus exemplis patet. Plaut. Men. 1. 2. 62.
Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus h. e. Quoad lux craſtina, aut ſtella diurna a nobis videbitur. Ter. And. 1. 2. 28.
Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem. Cic. 2. Att. 7. Ibi eſſe volo uſque ad pridie Calend. Majas. Ibid. 4. 9. Nos in Formiano eſſe volumus uſque ad pridie Non. Majas. Eidem 3. 17. De Q. fratre nuntii nobis triſtes, nec varii venerant, ex ante diem Nonarum Junii uſque ad pridie Cal. Septemb. [Ab Uſque antiquo, ut cetera ejuſmodi, & ſignificat Ultraque, ac revera Adv. eſt unde & præpoſitionem aſciſcit, præterquam ubi ſubauditur.
Uſque ad eum, pro Excepto eo. Plin. 2. Epiſt. 11. Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares uſque ad Pompeium collegam.
Aſpera arteria ad pulmones uſque pertinet. Cic. 2. de Nat. Deor. 13c.
Ab ultimo principio hujus præceptionis, uſque ad hoc tempus. Cic. 2. de Invent. 5.
Ab ovo uſque ad mala. Hor. 1. Serm. 3. 7. Porphyrio, Id eſt ab initio cœnæ ad finem uſque. Ovum enim olim hodieque initium cœnæ: quippe quum in guſtu ſtatim a balneis offeratur: Mala autem apud veteres inter cetera ſecundæ menſæ afferebantur.
Uſque ſub. Virg. 1. Georg. 211. —ſerite hordea campis
Uſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. I. e. Non uſque ad brumæ finem, ſed circa. Servius.
Uſque Romam, vel Romam uſque. Cic. 1. Q. frat. 1. 33. Quoniam ejuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, judicio eruditiſſimum, natura autem ita reſonans, ut uſque Romam ſignificationes, voceſque referantur: contende quæſo atque elabora. Ter. Adelph. 4. 5. 21. Miletum uſque, obſecro?
Uſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. Cic. de Senect. 50.
Ad jactum teli uſque. Tacit. 13. Ann. 40.
Ad ſerum uſque diem. Tacit. 3. Hiſt. 79.
In noctem, pro in noctem uſque vel Ad noctem uſque. Vide 1 H. St.
Uſque illo, Uſque ad illum locum. Plin. lib. 6. cap. 23.
Uſque, aliquando eſt Adverbium: tunc varia ſignificat, varieque præpoſitionibus, & aliis dictionibus jungitur, ut ex ſequentibus videre eſt. [V. quæ ſupra poſui.
Uſque e, quod & Ab uſque dicitur, eam vim habet quam ſola præpoſitio. Ter. Adelph. 5. 9. 5.
Ego iſtos vobis uſque e pueris curavi ambos ſedulo.
Uſque a mari ſupero. Cic. pro Cluent. 192. Comperi mulierem quandam Larino, atque illam uſque a mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu. [Pro inde a.
Uſque a capite arceſſere. Cic. in Topic. 39.
Uſque ab. Cic. 3. Verr. 87. Hoc illi navigio ad omnes populi Rom. hoſtes uſque ab Dianio, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopen, quæ in Ponto eſt, navigaverunt.
Uſque ab ſtirpe. Plaut. Trinum. 1. 2. 180.
Quod perquiramus uſque ab ſtirpe auctores. Ter. Phorm. 2. 3. 48.
Progeniem veſtram uſque ab avo atque atavo proferens.
Ab uſque. Virg. 7. Æn. 289. — Siculo proſpexit ab uſque Pachyno.
Uſque adeo, [μέχρι τοσούτου, Gl. Gl. L.] In tantum Virg. 1. Ecl. 12.
Non equidem invideo, miror magis, undique totis
Uſque adeo turbatur agris.
Uſque adeo, [μέχρι πότε, Gl. L. G. & G. L.] Tamdiu: & accipit poſt ſe Donec. Ter. And. 4. 1. 38.
Suadere, orare, uſque adeo, donec perpulit. Cato R. R. cap. 67. Amurcam commutet uſque adeo, donec in lacum, qui in cella eſt, poſtremum pervenerit.
Uſque adeo, dum. Idem Ter. Eun. 4. 4. 3.
Uſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba,
Verba dum ſint.
Uſque adeo, pro Eo uſque, ſequente Quoad. Suet. de Illuſt. Grammat. cap. 22. Uſque adeo arguere perſeveravit, quoad Caſſius Severus, interpellatis judicibus, dilationem petiit.
Uſque adeo ut. Ulp. in. l. 1. § Uſque adeo. D. quib. mod uſusfruct. amittit. Uſque adeo autem capitis deminutio eum demum uſumfructum perimit, qui jam conſtitutus eſt, ut ſi in ſingulos annos, vel menſes, vel dies legatus ſit: is demum amittatur, qui jam præceſſit.
Uſque adhuc [μέχρι νῦν] pro Hactenus, vel huc uſque. Ter. And. 1. 5. 27. Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc,
Quæ meo cunque animo libitum eſt facere. Sueton in Domitiano, cap. 18. Uſque adhuc certe animum meum probaſtis, & vultum.
Uſque admodum dum, Idem, ſed antique. Cato R. R. cap. 196. Poſtea ubi iterum occipiet fervere, pauliſper demittito uſque admodum, dum quinquies quinque numeres.
Uſque affatim, Ad ſatietatem quod dicitur. Plaut. Pœn. 3. 1. 31.
Uſque ante. Liv. 25. 12. pr. Romæ Coſſ. Prætoreſque uſque a. d. v. Kal. Majas Latinæ tenuerunt.
Uſque antehac. Ter. And. 2. 1. 3.
Ut animus in ſpe, atque in timore uſque antehac attentus fuit. Ubi Donatus; Uſque antehac, i. e. Antequam tua verba audirem. Et una eſt tantum præpoſitio, velut Adverbium [Immo non una, & Uſque ἐπίρρημα h. l.
Uſque dum, [ἄχρις οὗ] pro Uſquequo, vel quoad. Ter. Heaut. 1. 1. 84.
— nam uſque dum ille vitam illam incolet
Inopem, carens patria ob meas injurias,
Interea uſque illi de me ſupplicium dabo. Cic. 3. Verr. 10. Uſque dum per me licuerit. Idem pro Quint 67. Uſque dum inveniretur.
Interdum aliquid interponitur inter Uſque & Dum. Ter. Heaut. 5. 2. 30.
Immo & ibi nunc ſum, & uſque dudum id egi, dum loquitur pater.
Uſque eo. [μέχρι τούτου, Gl. G. L.] Cic. 8. Fam. 1. Ego, qui ſcirem Q. Pompejum Baulis embæneticam facere, & uſque eo, ut ego miſererer ejus eſuriei, non ſum commotus.
Uſque eo dum, pro Tamdiu quoad, vel ita ut. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.
Uſque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent.
Uſque eo ne. Cic. pro Quint. 59. Inferiorem eſſe penitus duntaxat uſque eo, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus Sex. Nævii cupiditati crudelitatique dedatur.
Uſque eo ut. Varro lib. 2. de R. R. cap. 1. Hoc enim nomine aſini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, uſque eo ut mea memoria aſinus venierit ſeſtertiis millibus LX. Cic. 2. Att. 14. Ego autem uſque eo ſum enervatus, ut, &c.
Uſque a, vel Ex. Plaut. Perſ. 4. 2. 13.
Quas tu attuliſti mihi ab hero meo uſque e Perſia. Ter. Eun. 3. 2. 18. Ex Æthiopia eſt uſque hæc. Hic adverbium uſque de loco, teſte Donato. Cic. 7. Verr. 157. Ut qui uſque ex ultima Syria atque Ægypto navigarent.
Uſque intra ſolitudines deductus. Plin. lib. 8. cap. 17.
Uſque iſtinc. Cic. 1. Att. 11. Noſti jam in hac materia ſonitus noſtros: tanti fuerunt, ut ego eo brevior ſim, quod eos uſque iſtinc exauditos putem.
Uſque hodie, μέχρι σήμερον. Gloſſ. Græcolat.
Trans Alpes uſque transfertur. Cic. pro Quint. 12.
Uſque, pro Diu, aut multum, vel valde: aliquando Pæne, ut ait Donatus. Ter. Adelph. 2. 2. 5.
Ego vapulando, ille verberando uſque ambo defeſſi ſumus. Et Adelph. 4. 2. 21.
Rogitas? Cteſipho me pugnis, miſerum, & iſtam pſaltriam,
Uſque occidit. Hic Uſque, poteſt ſignificare Pæne, auctore Donato. Aut Uſque pro Valde eſt. Occidit, vehementer occidit. Ter. Eun. 2. 1. 14.
Opus faciam ut defatiger uſque ingratus ut dormiam.
Uſque, [διηνεκῶς] Aſſidue, perſeveranter. Cic. 16. Fam. 19. Mihi quidem uſque curæ erit quid agas. Ter. Adelph. 2. 2. 7.
Quid potui melius, qui hodie uſque te præbui. Virg. 9. Ecl. 29.
Cantantes licet uſque (minus via lædet) eamus. i. e. Jugiter, inquit Servius.
Uſque valuiſti? Interrogativa particula, pro Hactenuſne. Plaut. Moſt. 2. 2. 19.
Hera, ſalve: ſalvum te adveniſſe gaudeo:
Uſque ne valuiſti? TR. uſque, ut vides. Idem Merc. 2. 3. 53.
Uſquene valuiſti? CH. perpetuo recte, dum quidem illic fui.
Uſque opperiar. Plaut. Epid. 2. 2. 120.
Uſque omne. Ter. Adelph. 4. 6. 3.
Perreptavi uſque omne oppidum, ad portum, ad lacum. Quo non?
Uſque & uſque, geminatum, Idem. Martial. lib. 1. 22.
Et quicquid petit, uſque & uſque donas. Idem. lib. 5. 62.
Adlatres licet uſque nos & uſque,
Et gannitibus improbis laceſſas.

Uſquequaque, Adv. [πανταχοῦ, Gl. G. L.] Ubique, in unoquoque loco. Cic. 4. Att. 9. Hic quoque, ut loquebantur, & opinor uſquequaque. Idem 7. Verr. 20. Nolite uſquequaque eadem quærere: in metu belli, furandi qui locus poteſt eſſe?
Nuſquam & Uſquequaque, contraria. Cic. 2. de Invent. 63. Atque hoc non alienum eſt, quod ad multa pertineat, ne aut nuſquam, aut uſquequaque dicatur, hic admonere.
Uſquequaque, pro Aſſidue, omnino, quocunque tempore. Cic. 7. Fam. 16. Uſquequaque ſapere oportet, id erit telum acerrimum.
Uſquequaque & ex maxima parte. Cic. 5. de Finib 91. An hoc uſquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota judicabis?
Uſquequaque & Undique. Cic. 2. Philipp. 110. Aut undique religionem tolle, aut uſquequaque conſerva.
Uſquequaque mihi loquitur. Plaut. Bacch. 4. 4. 81.

Uſquequo, Adv. [μέχρι οὗ, μέχρι πότε, Gl. G. L.] pro Donec vel quoad. Varro de R. R. lib. 1. cap. 2. Quod jubet ervum lucidum conjicere in aquam, uſquequo ad tertiam partem decoxeris.
Uſquequo, interpoſitis dictionibus. Martial lib. 2. 64.
Eja age, rumpe moras, quo te ſperabimus uſque?
Uſquequo, pro Quatenus. Ulpian. in l. Si ſuſpect. § 2. D. de inofficio. teſt. Et ideo datæ in eo libertates atque legata uſquequo Falcidia permittit, ſuam habent poteſtatem.
Quouſque, V. in QUO.

Uſquequoque, Adv. [ἀεὶ, πανταχοῦ, Gl. L. G.] An Uſquequaque ſcribendum?

U S T

Uſtica. [Οὐστίκα] Mons in Sabinis, cujus meminit Hor. 1. Carm. 17. 11.
Utcunque dulci, Tyndari, fiſtula
Valles & Uſticæ cubantis

Levia perſonuere ſaxa. Cubantem, inquit Porphyrio, ſuaviter dixit, ad reſupinam ejus regionem attendens.

Ustio, Ustor, Ustrina, Ustulo, Ustus. V. uro.

U S U

Usualis, Usuceptor, Usucapio, Usura, Usurpo, Usus, Usufructus. V. utor, ĕris.

U T

Ut, vel Uti, [ἵνα, Gl. L. G. & G L.] Conjunctio cauſativa: vel, ut ait Valla lib. 2. cauſam finalem dicens, quemadmodum ſi quis dicat, Dedi tibi librum ut legeres. Cic. 1. Fam. 9. Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent. [Hic eſt ὥστε, non ἵνα, nec cauſæ finalis proinde.

Reſolvitur in Infinitivum, ut Opto ut. Cic in Catone Majore, Quam ut adipiſcantur omnes optant: eandem accuſant adepti Lactantius lib 6. c. 23. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod præſtare ipſe non poſſis. pro Id exigere. H. St. Cic de Senect. 4.

Ut eam potiſſimum nominem: per parentheſim poſitum. Cic. 4. Verr. 145. Syracuſana civitas (ut eam potiſſimum nominem) dedit ipſi ſtatuam.

Ut alia obliviſcar. Cic pro Roſc. Amer. 87. Quam ſis audax, (ut alia obliviſcar) hinc omnes intelligere potuerunt.

Ut vere dicam. Cic. 7. Verr. 177. Sed de judicibus, & (vere ut dicam) de te futurum eſt.

Ut ad pauca redeam, uxorem deduxit domum. Ter Hec. 1. 2. 60. h. e. Ut paucis agam, ut ſummatim dicam, ut in ſummam colligam, ut in pauca conferam.

Ut ita dicam Quintil. lib. 8. cap. 3. Si quid pericoloſius finxiſſe videbimur, quibuſdam remediis præmuniendum eſt, Ut ita dicam, Si licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi ſic, &c.

Ut ita dixerim. Pontanus de Conviventia p. 268. bis. H. St.

Ut, adjunctionem aliquando ſignificat. Plaut. Men. 5. 2. 11.

Repente expetit me, ut ad ſeſe irem.

Ut, elegantiæ cauſa aliquando ponitur. Cic. de Senect. 42. Invitus feci, ut L. Flaminium e Senatu ejicerem. Hic nihil ſignificat, niſi Invitus ejeci.

Ut etiam [ἵνα καὶ] Ter Phorm. 4. 3. 64.

Nihil du: Impuratus me ille ut etiam irrideat?

Ut ne addam. Ter. Phorm. 1. 3. 16.

—tu conjicito cetera,

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex iſtac copia:

Ut ne addam quod ſine ſumptu ingenuam, liberalem nactus es. i. e. Ut non.

Ut ne, eleganter pro ſola particula ne uſurpari ſolet, dicendi modus, quo litteratiſſimi illius felicis ſæculi utebantur, qui pro ratione debet eſſe nobis. Ter. Hec. 1. 2. 30.

— nempe ea cauſa ut ne id fiat palam. Idem Eun. 5. 4. 20.

Ulciſcar, ut ne impune in nos illuſeris. Cic. 2. Fam 6. Petivi ſæpe per litteras, &c. non ut decernatur aliquid novi, quod ſolet eſſe difficilius: ſed ut ne quid novi decernatur. Idem 16. Fam. 9. Sed tamen ita velim, ut ne quid properes.

Ut quid, [ἵνα τί, Gl. G. L.] pro Quamobrem, interrogantis eſt. Cic. 7. Att. 7. Depugna, inquis, potius quam ſervias. Ut quid? ſi victus eris, proſcribare, ſi viceris, tamen ſervias.

Ut non, pro Quin. Cic. 1. de Finib. 13. Fieri, inquam, Triari, nullo pacto poteſt, ut non dicas quid non probes ejus, a quo diſſentias.

Ut non, cum Vereor. Quintil. lib. 8. cap. 3. Oppido, quo ſunt uſi paulum tempore noſtro ſuperiores, vereor ut non jam ferat quiſquam.

Ut, cum verbis Metuo, Vereor, & Timeo junctum, dubitationem ſignificat, & pro eo quod quidam Ne non dicunt, ſumitur, ut ex ſequentibus exemplis patet. Ter And 5. 4. 11. Metuo ut ſubſtet hoſpes. Ibid. 4. 2. 22. Dies mihi ut ſit ſatis vereor ad agendum. Cæſ. 1. Bell. Gall. 19. Aut rem frumentariam, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timere dicebant.

Ut, [ὡς, ὥσπερ, Gl L. G. & G. L.] Similitudinem dicit. Plaut. Rud. 4. 4. 55.

Ut tute es, item cenſes omnes eſſe, perjuri caput?

Ut ſi, pro Perinde ac ſi. Corn. Nepos in Datamis vita cap. 3. Vinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret. Sic alibi ſæpius. V. Hor. 1. Epiſt 7. 3. & Cic 2. Fam. 14.

Ut, adverbium ſimilitudinis, cum præterito imperfecto conjonctivi. Cic. 4. Fam. Ejus negotium ſic velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea.

Ut enim. ὥσπερ γὰρ Gloſſ. Græcolat. ἵνα γὰρ Ibid. Quod poſterius finalem cauſam notat.

Ut & Sic. Cic. pro Roſc. Amer. 22. Nam ut illud incredibile eſt, mortem oblatam eſſe patri a filio ſine plurimis & maximis cauſis: ſic hoc Veriſimile non eſt, &c.

Ut & Ita, pro Talis & qualis Plaut. Pſeud. 1. 3. 11. Ut voles eſſe me, ita ero.

Ut, ſimilitudinis, ſuppreſſo Ita. Hor 1. Serm 1. 24.

— quanquam ridentem dicere verum.

Quid vetat? ut pueris olim dant cruſtula blandi

Doctores, elementa velint ut diſcere prima.

Ut, ſuppreſſo Ita, ſæpe accipitur pro Ita ut, quemadmodum ſi dicam, Quotidie hoſpites adveniunt, ut incipiam jam ſtomachari tantam frequentiam.

Ut, pro Ita ut, vel Adeo ut. Hor. Sat. 1. libri 1.

Ummidius quidam, (non longa eſt fabula) dives,

Ut metiretur nummos; ita ſordidus, ut ſe, &c. Quidam vero ex poſterioribus paſſim ſic uſi ſunt ut Suetonius. H. St. Exſtant v. 95. Bentlej autem legit Qui tam, pro Quidam, probante Cuningamo, me vero mirante.

Ut, præcedente Ita. Cic. 2 Tuſc. 27. Molliunt animos noſtros: ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modo, ſed etiam ediſcantur. Cic. pro Marcell. 18. Sed quum ita late pateat ejus poteſtas, quam veremur, ut terrarum orbem complexa ſit, nonne mavis ſine periculo domi tuæ eſſe, quam cum periculo alienæ?

Ut, ſequente Ita. Ter. Hec. 3. 3. 20.

Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.

Ut, in locum Quam, vel Quantum ſuccedit, nunc ſine Ita, nunc cum Ita. Primo modo ſic, ut apud Quintil lib. 10. cap. 18. Non omittenda pars hæc orationis, ſed exigenda, ut optime poſſumus. Et Cic. in 13. Philipp. 49. Quas ut honorificentiſſimis verbis ipſe conſequi potero, complectar mea ſententia. Altero modo ſic, ut apud eundem 2. de Orat. 173. Hæc ut breviſſime dici potuerunt, ita a me dicta ſunt. De poſitivo autem nemini dubium erit Quam & Ut convenire cum Poſſum, ut idem in 2 Philipp 47. Sed reliquum curſum vitæ, quam quidem poſſum breviter perſtringam: & ut potui, breviter perſtrinxi. Hæc Valla lib. 2.

Ut, Tanquam ſi. Plin. 7. Epiſt. 27. ad Suram, Jam ut in limine, jam ut intra limen audiri.

Ut pro Poſtquam, vel Ex quo. Ter. Phorm. 4. 2. 12. Ut abii abs te, fit forte obviam mihi Phormio. Idem Hec. 5. 1. 26.

Segregatum habuiſſe, uxorem ut duxit, a me Pamphilum. Cic. in Anton. Eſt enim annus, ut repulſam tulit. Idem 7. Att. 12. Ut ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin aliquid ad te litterarum darem.

Ut, Statim, poſtquam, ex quo primum. Virg. 2. Æn. 561.

Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi

Vitam exhalantem.

Ut & Confeſtim. Liv. 1. 12. Ut Hoſtius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies.

Ut & Sic. Cic. 3. Verr. 64. Ut hæc audivit, ſic exarſit ad id, quod non modo ipſe nunquam viderat, ſed ne audierat quidem ab eo qui ipſe vidiſſet.

Ut primum, quod & Quumprimum dicitur. Cic. in Somn. Scip. 5. Atque ego, ut primum, fletu repreſſo, loqui poſſe cœpi, Quæſo, inquam, pater ſanctiſſime. Virg. 6. Æn 102.

Ut primum ceſſit furor, & rabida ora quierunt.

Ut quemque viſco offenderant, pro eo quod dicitur. Tot quot, vel ſtatim ut. Plaut. Pœn. 2. 37. Al. Quemquem, omiſſo Ut. Ter. Hec. 5. 3. 4.

Itaque ineptus hodie, dum illic ſedeo, ut quiſque venerat

Accedebam, adoleſcens dic dum quæſo, tun' es Myconius?

Ut quodque primum geſtum erat, ita, &c. Cic. 1. de Invent. 29.

Ut quidque acciderit. Cic. 15. Att. 22. Miſi igitur Tironem, & cum Tirone plures, quibus ſingulis, ut quidque accidiſſet, dares litteras.

Ut quiſque me viderat Cic. 2. Verr. 19. Immo vero ut quiſque me viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur.

Ut & Ita, cum Superlativo, pro Tanto & quanto. Cic. 2. de Orat. 265. Ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum. Ibid. 1. 120. Ut enim quiſque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, &c. Hæc Valla. [Accedente pron. Quiſque nempe omnibus his locis.

Ut in quoque erat auctoritatis plurimum. Cic. 2. Verr. 68. Pro ſe quiſque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur.

Ut, Quippe, vel Utpote, ſequente Relativo. Quintil lib. 10. cap. 2. Nec ignoro quos tranſeo: nec utique damno, ut qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid, &c. Plaut. Curc. 2. 1. 8.

Quando Æſculapi ita ſentio ſententiam,

Ut qui me nihili faciat, nec ſalvum velit.

Ut qui maxime. Tacit. de Germ. 10. Auſpicia ſorteſque, ut qui maxime, obſervant. i. e. Auſpicia ſorteſque ita obſervant, ut illi, qui id quam maxime faciunt.

Ut qui veriſſime: ſubaudi amat. Plin. Epiſt. 199. Amat, ut qui veriſſime: dolet ut qui impatientiſſime.

Ut, Quemadmodum, quomodo. Ter. And. 1. 1. 8.

Ego poſtquam te emi a parvulo, ut ſemper tibi

Apud me juſta & clemens fuerit ſervitus,

Scis. Idem Eun. 1. 2. 47. — tota ſcis, poſt illa quam intimum

Habeam te, & mea conſilia ut tibi credam omnia. Cic. 1. Att. 13. Me vero teſte producto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audiſſe, quæ conſurrectio judicum facta ſit, ut me circumſteterint, ut aperte jugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint.

Ut apparet, ut dicitur. Cic. pro Flacc. 38. Neque in toto Acmonenſium teſtimonio, ſive hic confictum eſt, ut apparet, ſive miſſum domo eſt, ut dicitur, commovebor.

Ut dixi, per parentheſim. Cic. 1. Acad. 4. Quod iſta ipſa de re multum (ut dixi) & diu cogitavi.

Ut ferunt. Liv. 1. 17.

Ut fama eſt. Liv. 21. 12.

Ut eſt conſuetudo. Cic. pro Cæcin. 23.

Ut fit. [ὡς γίνεται, Gl. L. G.] Cic. pro Roſc. Amer. 56. Verum (ut fit) multa ſæpe imprudentibus imperatoribus vis belli, ac turba molitur.

Ut intelligi poteſt. Cic 2. de Finib. 2. Et ceteros ſophiſtas, ut a Platone intelligi poteſt, luſos videmus a Socrate.

Ut perhibent; locutio Virgilio peculiaris, qua utitur quoties aliquid affirmare non audet, aut fabuloſum quiddam eſt dicturus. Virg 8. Æn. 135.

Electra (ut Graji perhibent) Atlantide cretus,

Advehitur Teucros. [Sic Martial. 14 191. neuter tamen abſolute.

Ut ſæpe venit. Columel lib 4 cap. 2. Sive vivit, & (ut ſæpe venit) vel nigri eſt generis, vel parum fertilis, non in uno, ſed in pluribus pedamentis ædificat. [An Sæpe evenit?

Ut, pro Quantum. Plin. in totius operis præfat. Nec quicquam in te mutavit fortunæ amplitudo, niſi ut prodeſſe tantundem poſſes, ut velles.

Ut, pro Quod. Nepos in Annib. 22. 1. pr. Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut Populus Romanus omnes gentes virtute ſuperarit, non eſt inficiandum, &c.

Ut, pro Sicut, Quomodo. Cæſ 2. Bell. Gall. 8. Horum auctoritate finitimi adducti (ut ſunt Gallorum ſubita & repentina conſilia) eadem de cauſa Trebium, Terraſidiumque retinent h. e. Qui mos eſt Gallorum in conſiliis capiendis. Ter. Phorm. 1. 2. 5. Ut nunc ſunt mores.

Ut, Tanquam. Cic. 5. de Finib. 61. Pueri, in quibus, ut in ſpeculis, natura cernitur

Ut par eſt, Ut decet. Cic. 11. Fam. 28. Reſpondebo criminibus quibus tu pro me (ut par erat) tua ſingulari bonitate, & amicitia noſtra ſæpe reſtitiſti.

Ut poteſt. Cic. 1. Fam 2. Nos in Senatu quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, ut poteſt in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus.

Ut, aliquando accipitur quaſi pro Secundum. Cic. de Senect. 11. Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis? quæ ſcientia juris augurii? Multæ etiam (ut in homine Romano) litteræ. i. e. Secundum id, quod ſolent ſcire Rom. Hæc Valla lib 2.

Ut temporibus illis. Cic. de Clar. Orat. 27. Poſteaquam Cliſthenem multum,

Digitized by Google

tum, ut temporibus illis, valuiſſe dicendo. i. e. Secundum illorum temporum eloquentiam.

Ut in tali tempore. Liv. 22. 28.

Ut numerantur Athenienſium ſæcula. Cic. de Clar. Orat 39. Ut Populi Romani ætas eſt, ſenes: ut Athenienſium ſæcula numerantur, adoleſcentes debent eiderí.

Ut in tantis malis, i. e. Secundum quod in tantis malis perfici poterat. Cic. 12. Fam. 2. Nonnihil, ut in tantis malis, eſt profectum.

Ut in licentia hac temporum, i. e. Reſpectu horum temporum, in quibus magna utimur licentia. Plin. 3. Epiſt. 3.

Ut nunc eſt. Cic. 12. Att 28 Quæ ſi manebunt, quærenda eſt excuſatio ad Brutum: & ut nunc eſt, manſuræ eidentur

Non, ut olim ſolebat, Atellanum: ſed, ut nunc fit, mimum introduxiſti. Cic. 9. Fam. 16.

Ut ſe cauſa habet. Cic. 2. Acad. 10. Sed me hercule, ut quidem ſe nunc cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima.

Ut diei tempus eſt. Ter. Heaut. 1. 2. 38.

Tu, ut tempus eſt diei, videſis ne quo hinc abeas longius. Ibid. 2. 1. 116.

— ſed, ut diei tempus eſt,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam.

Ut, pro eo quod barbare dicitur *Quum ita eſſet quod.* Plaut. Men. prol. 63.

Nam rus ut ibat, ut multum forte pluerat,
Ingreſſus fluvium rapidum ab urbe haud longule.

Ut numerabatur forte argentum: h. e. Quum numeraretur, ea hora qua numerabatur. Ter. Adel. 3. 3. 52.

Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit
Homo de improviſo, &c.

Ut ego mihi ſtatuo. Cic. pro Muren. 32. Quo ille quum eſſet, ut ego mihi ſtatuo, talis, qualem te eſſe video, nunquam cum Scipione eſſet profectus.

Ut mea memoria eſt. Idem 13. Att. 22.

Ut viſum eſt illi. Cic. 4. Acad. 124. Tenemus ne quid ſit animus, ubi ſit, denique ſit ne, an, ut Dicæarcho viſum eſt, ne ſit quidem ullus?

Ut, pro Quomodo, interrogantis. Plaut. Perſ. 1. 1. 17. Ut vales? s. ut queo. Ibid. 2. 4. 6.

Quid, id quod vidiſti, ut munitum muro tibi viſum eſt oppidum?

Ut, pro Quam admirantis. Cic 2. Att. 21. de Pompejo: Ut ille tum humilis! ut demiſſus erat! ut ipſe etiam ſibi, non iis ſolum, qui aderant, diſplicebat! Et 3. 21. Quod quum facis, ut ego tuum amorem deſidero!

Ut, pro Quomodo, cum quadam admiratione: & aliquando cum interrogatione. Plaut. Capt. 1. 2. 62.

Ut ſæpe ſumma ingenia in occulto latent? Cic. 5. de Finib. 61. Ut illi efferuntur lætitia, quum vicerint? ut pudet victos? ut ſe accuſari nolunt? quam cupiunt laudari? quos illi labores non ferunt, ut æqualium principes ſint? Ter. Heaut. 4. 1. 51. Ut præter ſpem evenit? Idem Eun. 2. 2. 42. Ut falſus animi eſt? Virg. 8. Æn. 155.

— ut te, fortiſſime Teucrûm,
Accipio, agnoſcoque libens! Idem 2. Æn. 283.
— ut te, poſt multa tuorum
Funera, poſt varios hominumque, urbiſque labores,
Defeſſi aſpicimus!

Ut pro Licet, vel Poſito, vel Dato, ut nunc loquimur. Cic. 8. Att. 3. Quis autem locus erit tutus, ut placatis utamur fluctibus? Idem ad Brut 9. Nos te tuumque exercitum exſpectamus, ſine quo ut reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. Idem 2. de Orat. 221. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent non reperies. i. e. Quamvis, ut vult Budæus. Idem 1. de Lege Agr. 23. Etenim, ut circumſpiciamus omnia, quæ populo grata atque jucunda ſunt: nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. Hor. 2. Epiſt. 2 71.

Plures ſunt plateæ, nihil ut meditantibus obſtet. al. Puræ Liv. Ex Brutio agro, qui, ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat. [Apud Horat. eſt Ita ut.

Ut, pro Utinam, exſecrantis, vel optantis particula. Ter. Heaut. 4. 6. 6.

Ut te omnes equidem di, deæque quantum eſt, Syre,
Cum iſtoc invento, cumque incœpto perduint. Idem Adel. 4. 6. 2.

Quod plerique omnes faciunt, ut. Ter. And. 1. 1. 29.

Ut, Ita ut. Ter. And 1. 1. 108.

Tam illa, ut conſuetum facile amorem cerneres,
Rejecit ſe in eum flens, quam familiariter? Idem Phorm. 1. 2. 57.

Ut, pro Uſqueadeo ut. Cic. in Orat. 56. Ut non jam ſine cauſa Demoſthenes tribueret primas, ſecundas, & tertias actioni. Idem 15. Att. 17. Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſime ſententiis, verbis, ut nihil poſſit ultra cogitari.

Ut poſt Adeo. Nepos 10. 9. 4. Fit ſtrepitus, adeo ut audiri poſſet foris.

Ut, Modo ut. Plaut. Curc. 2. 2. 7. Cic. 5. Verr. 112. In jugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur, perpetua atque æquabili ſatione ager efficit, cum octavo bene ut agatur: verum, ut omnes dii adjuvent, cum decimo.

Ut maxime. Columel. de Arboribus, cap. 7. Diverſæ autem, quæ ſupra terram exſtare debent, ne paſſus fueris plus quam duas, aut, ut maxime, tres gemmas habere. [Ut pro Si maxime.

Ut quum maxime. Cic. 2. Q. frat. 5. Domus celebratur ita, ut quum maxime. h. e. Ut ſi nunquam alias. Budæus.

Ut multum, i. e. Ad ſummum. Martial. lib. 10. 11.

Donaci tamen, inquis, amico millia quinque,
Et togam, ut multum, terque quaterque togam.

Ut plurimum. Plin lib. 15. cap. 3. ad finem, Nec tam numeroſa differentia, tribus, ut plurimum, bonitatibus diſtat

Ut plurimum valet. Cic. 2 de Legib 34. Sequitur enim de jure belli: in quo, & ſuſcipiendo, & gerendo, & deponendo, jus, ut plurimum, valet, & fides.

Utputa, [[illegible] Gl. L. G. & G. L.] V. PUTO, are.

Ut ut, ſignificat Utcunque, ſive quoquo modo, ut ait Donatus. Ter. Phorm. 3 1. 4.

Nam ut ut erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres. Idem Adel. 2. 2. 40.

— immo hercle hoc quæſo, Syre,
Ut ut hæc ſunt facta, potius, quam lites ſequar,
Meum mihi reddat. Ibid 4. 6. 21.

Uti, [[illegible]] particula idem ſignificat atque Ut Plaut. Amph. Cic. 4. Acad. 22. Eos conſuetudine adhibita tam facile internoſceremus, uti minimum quidem ſimiles viderentur.

Putant fore uti, ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere, ut prodire cœperit. Cic. 3. Verr. 28.

Uti eorum, qui audirent, ſic afficerentur animi, ut, &c. Cic. 1. de Orat. 87.

Nihil aliud, niſi uti ne quid per vim agi poſſet. Cic. pro Domo 54.

Neque uti ſatis firmo præſidio defenſus Sex. Roſcius, verum uti ne omnino deſertus eſſet. Cic. pro Roſc. Amer 5.

Cervus uti, pro Uti cervus. Hor. 1. Carm. 15. 29.

Uti rogas. V. Rogare legem, in ROGO.

Uti, pro Atque id, vel tanquam id, aut Nempe quod. Cic 9. Philipp. 17. Quod ſepulcrum ipſius, liberorum poſterorumque ejus ſit, uti quod optimo jure ſepulcrum publice datum eſt.

UTCUNQUE, Adv. [[illegible]] i. e. Quomodocunque. Plaut. Amph 2. 1. 287.

Servus es ne, an liber? s. utcunque animo collibitum eſt meo.

Utcunque, Secundum quod. Plaut. Pœn. 3. 5. 9.

Utcunque eſt ventus, exin velum vortitur. Cic. 5. Finib. 21. Quibus eſſet moderandum, utcunque res poſtularet.

Utcunque, Quoquomodo, omnibus modis. Ter. And. 4. 3. 21.

— tu ut ſubſervias
Orationi, utcunque opus ſit verbis, vide. Cic in Orat. 55. Itaque ille perfectus, quemadmodum jam dudum noſtra judicat oratio, Utcunque ſe affectum videri, & animum ardentius moveri volet, ita certum vocis admovebit ſonum.

Utcunque, pro Quandocunque, ſeu ubicunque. Nam, Ut quidem apud bonos ſcriptores valet interdum Ubi, qua parte, quo tempore, cum ſimulatque. Catullus ad Fur. & Aur. 11. 3.

Litus ut longe reſonante Eoa
Tunditur unda. V. plura apud Lambinum in illud Hor. 1. Carm. 17. 10.

Utcunque dulci, Tyndari, fiſtula, &c.

Utcunque, Prout. Liv. 2. 12. Mea prima ſors fuit: ceteri, utcunque ceciderit, primi, quoad te opportunum fortuna dederit, ſuo quiſque tempore aderunt. Alii legunt Ut cuique. Virg. 6. Æn. 822.

— utcunque ferent ea facta minores,
Vincet amor patriæ, laudumque immenſa cupido.

Sed utcunque aderunt res. Cic. 1. Off. 53.

Utcunque, pro Aliquantum, aliquo modo. Plin. lib. 8. cap. 18. Utcunque rabiem & ipſi ſentiunt.

UTPOTE, Adv. [[illegible], Gl. L. G. [illegible], G. L.] confirmantis; i. e. Quoniam, quandoquidem, nempe. Cic. 2. Att. 24. Ea nos, utpote qui nihil contemnere ſolemus, non pertimeſcebamus. Eidem 5. Att. 8. Me & incommoda valetudo, qua jam emerſeram, utpote cum ſine febri laboraſſem, &c.

U T E

UTENSILE, V. UTOR.

UTER, utra, trum, pr. n. [πότερος, Gl. L. G. & G. L. ὁπότερος, G. L.] Quis unus ex duobus: poniturque interrogative, & aliquando infinite. Plaut. Truc. 1. 2. 51. Sed utriſcum rem eſſe mavis? Idem Men. 5. 2. 29. Uter meruiſſe culpam?

Utrum. [[illegible], Gl. L. G.] Cic. pro Font. 15. Videte igitur, utrum ſit æquius, hominem honeſtiſſimum, virum fortiſſimum, civem optimum, dedi inimiciſſimis atque immaniſſimis nationibus, an reddi amicis.

Poteſt omnino hoc eſſe falſum, poteſt verum: ſed utrum ſit, non eſt mirabile Cic. 2. de Divin. 121 [Pro Utrumlibet.

Utrum igitur eorum accidiſſet, verum oraculum fuiſſet. Cic. 2. de Divin. 115.

Uter repeti ſolet. ut Cic. 1. de Invent. 146. Utra permittat, utra lex jubeat aliquid.

Uter, pro Alteruter. Cic. 5. Verr. 112. Omnium controverſiarum, quæ eſſent inter aratorem & decumanum, ſi uter velit, edicit ſe recuperatores daturum.

Uter alteri dixerit, neſcio. Plin.

Uter utri. Cic. pro Milon. 23. Uter utri inſidias fecerit.

Neuter utri invidet. Plaut. Stich. 5. 4. 52.

Quem, pro Utrum, de duobus Seneca, Thebaide Act. 4.

Sollicita nunc cui mater alterna prece
Verba admovebo? miſera, quem amplectar prius? H. St. v. 659.

UTERCUNQUE, utracunque, utrumcunque. Adj. [[illegible]] pro Utervis vel Uterlibet. Cic. 6. Fam 4. Magnæ utrinque copiæ, ita paratæ ad pugnandum eſſe dicuntur, ut utercunque vicerit, non ſit mirum futurum. Gell. lib. 5. cap. 10. Ne ſententia ſua, utramcunque in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet.

Utrumcunque. Quintil in proœm. 5. Utrumcunque eſt (neque enim hoc loco meam interpono ſententiam) hic liber erit illorum opinione maxime neceſſarius, quo toto hæc ſola tractantur. i. e. Utrumvis. Utrum tandem horum ſit, &c.

UTERLIBET, utralibet, utrumlibet. Adj. [[illegible]] Alter ex duobus: h. e. Uter quem tibi capere libet. Plin. lib. 24. cap 4. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit. Cic. pro Quint. 81. Utrumlibet elige: alterum incredibile eſt, alterum nefarium, & ante hoc tempus utrumque inauditum.

UTERNAM, [[illegible]] Hor. 2. Serm. 2. 107.

— uternam
Ad caſus dubios fidet ſibi certius, hic, qui
Pluribus aſſuerit, &c.
An qui, &c. Cuningam. legit Uterne.

UTERQUE, utraque, utrumque. [[illegible], Gl. L. G. & G. L.] Alter & alter, vel unus & alter: de duobus dicitur. Plaut. Amph. 1. Arg 7.

Uterque deluduntur dolis mirum in modum. Ter. Phorm. 3. 2. 16.

Uterque eſt ſimilis ſui. Idem Eun. 5. 2. 1.

Apud Antiphonem uterque, mater & pater,
Quaſi dedita opera domi erant.

Utrique, [illegible]. Gloſſ. Latinogræc. ἀμφότεροι [illegible]. Idem Gloſſ.

Utrumque. [illegible]. Idem Gloſſ.

Eorum controverſiam non incommodum videtur cum utrorumque ratione exponere. Cic. 1. de Invent. 57.

Horum uterque cecidit victus. Cic. de Aruſp. Reſp. 54.

Domus utriuſque noſtrûm ædificatur ſtrenue. Cic. 2. Q. frat. 4.

Lingua utraque, Græca & Latina. Plin. lib. 12. cap. 1. Eſt platanus una inſignis utriuſque linguæ monumentis.

Manu utraque pulſare aliquem. Virg. 5. Æn. 460.

Palmas utraſque tetendit. Virg. 5. Æn. 685.

Parte in utraque multa dicuntur. Cic. 4. Acad. 124.

Partem in utramque. V. IN præpoſitionem.

Stodii quoniam utriuſque noſtra poſſeſſio eſt, hodie utro frui malis, optio tua ſit. Cic. de Fato 3.

Tempora utraque, dixit Virg. 5. Æn. 855.

Utrique; de pluribus dicitur duo genera facientibus. Cic. 2. in Catil. 10. Quos ego utroſque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. i. e. Quæ duo genere civium. Budæus.

Uterque utrique eſt cordi. Ter. Phorm. 5. 3. 17.

Uterque alterum verberavit, i. e. Hic illum, & ille hunc verberavit. Cic. 1. Off. 28. Quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum.

Utrumque invicem adjumento eſſe, pro Utrumque alteri. Plin. 4. Epiſt. 20. ad Novium Maximum.

Utrique ab utriſque. Ter. Heaut. 2. 4. 14.

Hoc beneficio utrique ab utriſque vero devincimini. Hic in plurali Duo ſignificat, ſed ſic ut in ſingulis multi ſint.

Utervis, utrăvis, utrumvis pr. c. Adj. [ὁπότερος βούλει] Uter, quem tu vis. Cic. de Senect. 33. At minus habeo virium quam veſtrûm utervis.

Utrumvis. Cic. 9. Att. 7. Proquæſtor ego unus, cui utrumvis liceret.

Utrumvis, ſalvo officio ſe facere poſſe arbitrarentur. Cic. pro Roſc. Amer. 4.

Quod certum eſt non facere dum utrumvis licebit. Cic. pro Roſc. Amer. 4.

Utrimque, vel Utrinque, Adv. [ἑκατέρωθεν, Gl. G. L.] Ab utroque latere. Plaut. Amph. 1. 1. 65.

Poſtquam utrimque exitum eſt maxima copia. Cic. 6. Fam. 4. Tum hoc tempore ita magnæ utrinque copiæ. Hor. 1. Epiſt. 18. 9.

Virtus eſt medium vitiorum utrimque reductum.

Utrimque, pro Ab utroque. Plaut. Amphit. prol. 111.

Utrimque eſt gravida, & ex viro, & ex ſummo Jove.

Utrinquesĕcus, pro Undique, ex omni parte. Lucret. lib. 4. 937.

Quare utrinqueſecus quum corpus vapulet, &c. V. Solin. cap. 65.

Utro, Adv. [ὁποτέρως, Gl. G. L.] Verſus quam partem. Plin. lib. 18. cap. 19. Id demum recte ſubactum erit, ubi non intelligitur utro vomer ierit.

Utrubi, V. paulo poſt utrubi.

Utrobidem, Adv. Plaut. Truc. 1. 2. 50.

Utroſque percognovi utrobidem.

Utrobique, Adv. [ἑκατέρωθι, ἑκατέρωθι] Idem quod Utrimque. Liv. 27. 40. Ut eodem tempore utrobique Reſp. proſpere gereretur, adverſa ſecundis penſanda. Cic. 10. Fam. 31. Quum vero non liceret mihi nullius partis eſſe, quia utrobique magnos inimicos habebam.

Eadem veritas utrobique eſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 78.

Utrōque, Adv. loci. [ἑκατέρωσε, Gl. G. L.] Ad utrumque locum. Plaut. Stich. 5. 1. 44.

Ea ibo obſonatum, eadem referam obſonium
Per hortum: utroque commeatus continet.

Utroque verſum. Plaut. Capt. 2. 3. 7. Gell. lib. 5. cap. 11. Ambigua ſint, & utroque verſum dicantur.

Utrŭbi, [ὁποτέρωθι, Gl. L. G. ποτέρωθι, G. L.] Utro in loco. Ulpian. in l. Officium. D. de rei vindicat. Idem in l. unica. D. Utrubi. Utrubi hic homo, de quo agitur, majore parte hujuſce anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Verba ſunt Prætoris. Alii legunt Utrobi. Significat autem, In utrovis loco e duobus: vel, Apud utrum e duobus. *Auquel des deux lieux: ou en la poſſeſſion duquel des deux perſonnes.*

Utrum, [πότερον ποτέ, Gl. L. G.] Interrogandi adverbium, idem quod Num ſignificans, & ſequentem fere ſemper habet particulam An, ut in ſequentibus exemplis vides. Cic. 4. Acad 95. Quid quod eadem illa ars, quaſi Penelope, telam retexens tollit ad extremum ſuperiora, utrum ea veſtra, an noſtra culpa eſt? Idem pro Roſc. Com. 43. Utrum dimidia parte, an pro tuis ſocietatis? planius dicam; utrum pro me? an & pro me & pro te?

Multum intereſt utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur. Cic. 1. Fam. 7.

Quid tu malum curas, utrum crudum, an coctum edim? Plaut. Aul. 3. 2. 16.

Utrum, etiam ſine particula An interrogat. Plaut. Stich. 5. 5. 9.

Utrum tibi accumbo? EA. utrum, ubi tu vis? In codd. emendatis eſt Utrubi.

Utrum gravius aliquid in quempiam dici poteſt? Cic. pro Cæcin. 29.

Utrum, dubitantis. Ter. Phorm. 4. 2. 54.

Utrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, ſcientem an imprudentem, incertus ſum.

Utrum etiam locum habet, quum ex duabus rebus utra ſit, incerti ſumus. V. AN, pro Aut, &c. in An genus eſt loquendi a veteribus uſurpatum, quum de duabus rebus utram redderent, ignorabant.

Utrumne. Adv. [πότερον ἄρα, πότε ἄρα, Gl. L. G.] Hor. Epod. 1. 7.

Utrumne juſſi perſequemur otium,
Non dulce, ni tecum ſimul?
An hunc laborem, &c.

Utrumne, ea. Pomponius in l. Si indebitum. D. Rem ratam haberi. et poſſis diſcerni, utrumne domino condici debeat id quod indebitum ſolutum ſit, ſi is ratum habeat: an vero procuratori condicendum ſit, ſi dominus ratum non habeat. Idem in l. 1. D. de reſcindenda venditione. Sed quæritur, utrumne nihil agatur ex ea pactione: an vero ego quidem liberer, filius maneat obligatus?

Utrumnam, Adv. Idem Liv. 37. 17. Rhodios cum percunctatus eſſet, utrumnam Pataris univerſa claſſis in portu ſtare poſſet.

Uter, ĕri. vel Utĕrus, i. m. [μήτρα, λαγών, κοιλία] Qui continet, & tanquam uter eſt ad fetum continendum proprie enim de mulieribus & reliquis hujuſmodi ſexus dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Feminis eadem omnia, præterquam veſicæ junctus utriculus: unde dictus uterus, quod alio nomine locos appellant. Plin. lib. 8. cap. 43. de aſina, Sed inconnivens uterus urinam genitalem reddit, niſi cogatur in curſum verberibus a coitu.

Uter, [γαστήρ, Gl. G. L.] pro Utero. Cæcil. Umbris, Nunc uter creſcit, non poteſt celari. Nonius 2. 915.

Felices uteri femina. Paterc. lib. 2. 93. Feminam neque ſibi, neque Reipub. felicis uteri.

Gravis utero. Plin. lib. 9. cap. 6.

Potens uteri diva, Lucina. Ovid. 9. Met. 315.

Celare manibus uterum. Ovid. 2. Met 465.

Fert diro utero impia femina. Ovid. 10. Met. 470.

Ignoratus uterus. V. IGNORO.

Impleràt uterum generoſo ſemine. Ovid. 9. Met. 280.

Notavit Lucina rugis uterum. Ovid. 3. de Arte Am. 785.

Tendebat gravitas mihi uterum. Ovid. 9. Met. 287. Verba ſunt Alcmenæ.

Tumens uterus. Stat. 10. Theb. 637.

Uti faciliore utero. Plin. lib. 8. cap. 32.

Uterus, interdum pro Fetu. Tacit. 1. Ann. 59. Subjectus ſervitio uxoris uterus ventrem agebat. Intelligit autem filium, quem utero adhuc geſtabat uxor Arminii.

Parere uno utero marem & feminam. Ulpian. in l. Si fuerit legatum. §. Plane D. de reb. dubiis. *D'une ventrée.* [i. e. Una prægnatione, uno partu.

Uterus, pro Ventre. Virg. 2. Æn. 20.

— uterumque armato milite complent. Plaut. Truc. 1. 2. 97.

Nam equidem uterum illi, quod ſciam, nunquam extumere ſenſi.

Uterum, neutro genere dici auctor eſt Nonius 5. 158. Plaut. Aul. 4. 7. 10. Perii, mea nutrix, obſecro, uterum dolet. Al. Doleo. Afran. Vopiſc. Sedit uterum, non ut omnino tamen.

Utĕrīnus, a, um, [ὁμογάστριος] Qui ex eodem utero prodiit. Inſtitut. lib. 3. titulo De bon. poſſeſſ. Frater, ſororve, conſanguinei vel uterini.

Uter, vel Utris, is. m. ſec. c. [ἀσκός, Gl. L. G. & G. L.] Pellis qua vinum aut oleum deferri ſolet. Plin. lib. 12. cap. 7. Indi in utribus camelorum, aut rhinocerotum lycion mittunt. Virg. 2. Georg. 384.

Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Ovid. 3. Amor. 12. 29.
Æolios Ithacis incluſimus utribus Euros.

Uter vinarius. Plin. lib. 28. cap. 18.

Nare ſuper utres. Curt. 7. 8. 6.

Metaph. pro homine ventoſo. Hor. 2. Serm. 5. 98.

Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.

Utrārius, i. m. Utrarius videtur vocare Liv. 44. 55. Qui utribus aquam ferunt; Poſtremo ſequi ſe utrarios ad mare, quod minus trecentos paſſus aberat, juſſit.

Utercŭlus, ſive Utrĭcŭlus, i. m. dimin. [ἀσκίδιον] Plin. lib. 11. cap. 12. Præterea fronde ac pabulis potos in utriculos congeſtus apum, ore enim eum vomunt, & ad hæc ſucco florum, &c. Idem lib. 11. cap. 37. V. paulo ſupra in UTERUS.

Utriculos Plinius vocat, lib. 18. cap. 10. non procul a fine, quæ Græci ἀθέρας, id eſt ſeminum in frugibus involucra & operimenta, quæ trita & cribro excuſſa, glumæ ſive acus dicuntur. Quin etiam prima illa florum germina, quæ veluti quidam utriculi tument priuſquam flos arborum aperiatur, utriculos vocat, lib. 16. cap. 26. de arboribus loquens, Pariunt vero quum florent: floſque ille ruptis conſtat utriculis.

Uterculus, i. m. dimin. Apul. 1. Mileſ. Sanguinis eruptionem utercùlo admoto excipit diligenter, ut nulla ſtilla compareret uſquam. Elmenh. p. 108. exhibet Vaſculo admoto.

Utrĭculārius, i. m. [ἀσκαύλης] Qui inflat ex utre fiſtulam. Suet. Neron. cap. 54. Voverat ſe produrorum hydraulam, & choraulam, & utricularium.

Utricularii etiam dicuntur, Qui pontes vel naves ex utribus conficiunt. Inſcript. Vet. apud. Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 61. COLLEGIO VTRICVLAR. & p. 171. INTER VTRICVLAR. LVG. Vide Schwarz. Altorfin. præf. in Miſcell. Polit. humanit. p. 27. ſqq.

Utercunque, Uterlibet, Uternam, Uterque, Utervis. V. uter, adj.

Uterus, V. uter, ĕri.

U T I

Utĭca, æ. f. [Ἰτύκη] urbs Africæ minoris in litore Carthaginienſi, & magnitudine & auctoritate ſecunda poſt Carthaginem. quæ illa exciſa, ut metropolis erat, & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. Hæc Strabo lib. ult. Apud hanc Cato ſe interemit: unde & Uticenſis dictus eſt. Nunc volgo *Biſerta* dicitur. Olivarius in Melam.

Beroald. apud App. in Iber. p. 196. in 8. vocat Itycam. H. St.

Uticenſis, e. Adj. [Ἰτυκαῖος] ut, Ager Uticenſis. Liv. 27. 5.

Utilis, Utilitas, Utiliter. V. utor.

Utĭnam, [εἴθε, Gl. L. G. & G. L. ὤφελον, G. L.] Adv optantis. Ovid. 1. Ep. 5.

O utinam tunc, quum Lacedæmona claſſe petebat, &c.

Atque utinam ipſe Varro incumbat in cauſam. Cic. 3. Att. 15.

Utinam ne. Cic. 5. Fam. 27. Illud utinam, ne vere ſcriberem. V. Ter. Phorm. 1. 3. 5. Cic. 3. de Nat. Deor. 75. Utinam igitur, ut illa anus optat,

— ne in nemore Pelio ſecuribus &c.

Quod utinam, ut Quod ſi. Cic. 14. Fam. 4. Quod utinam minus vitæ cupidus fuiſſem, certe nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus. l. 2. Quod ſi modo minus vitæ cupidus fuiſſem, certe, &c.

Utinam geminatum. Cic. 13. Fam. 46. Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe, quum diceres te in Tuſculanum venturum, quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo.

Utĭnum, i. n. [Οὔτινον] Italiæ oppidum juxta Aquilejam, principum Auſtriæ opus inſigne admodum, & arce in medio urbis edito colliculo conſpicuum, ut ſcribit Vadianus.

Utĭque, Adv. affirmandi. [πάντως, Gl. L. G. & G. L. ἐν μέν, L. G.] Certe. Cic. 5. Att. 9. Id unis diligentes litteris, quæ ad me utique perferuntur, conſequerer. Eidem 12. Att. 40. Nam & Piliæ ſatisfaciendum eſt, & utique Atticæ.

Utique,

Utique, pro Etiam, vel igitur. Quintil. lib. 5. cap. 10. Itaque non quia eſt arbor, platanus eſt: at quod non eſt arbor, utique platanus non eſt. Nec quod non eſt virtus, utique poteſt eſſe juſtitia. Ibid. Sol colorat: non utique qui eſt coloratus, a ſole eſt. Vulgus barbarorum dicit, *Non ſequitur propterea quod qui coloratus eſt, a ſole ſit coloratus.*
Utique, ſive hoc ebiero, ſive ero hic oppreſſus, ea maneat opinio. Cic. Anteq. iret. in exſil. 22. [Hic eſt Etiam, ut ſæpe apud Livium.
Mittas utique ad me tabellarios. Cic. 6. Att. 1.
Scire illud vero utique cupio. Cic. 13. Att. 13.
Scribito utique quod cenſes mihi faciendum. Cic. 10. Att. 1.
Sis utique cum tuis apud me quo die venies. Cic. 4. Att. 4.
Teneto utique annum quidem. Cic. 1. Att. 9.

U T O

Utor, uſus ſum, [χρῶμαι, ἄπω, Gl. L. G. & G. L.] uti. Commodum ex re capere. De omnibus rebus dicitur: ut, Utor domo, diligentia, conſuetudine, ſtudio, & hujuſmodi. Ablativo jungitur. Cic. 1. Verr. 21. Sunt hæc & alia in te falſi accuſatoris ſigna permulta, quibus ego nunc non utor.
Utor, Accuſativo junctum. Plaut. Epid. 2. 2. 79.
— immo ſi placebit utiminor
Conſilium: ſi non placebit, reperitote rectius. Al. Uditor. Niſi forte ſic putes exponendum: Si placebit conſilium, utiminor; ſubaudi Eo. Idem Aſin. 1. 3. 47.
Cetera, quæ volumus uti, Græca mercamur fide. Cic. in Acad. Et quæ a ſuperioribus acceperant, utebantur. V. Gell. lib. 13. cap. 2.
Nihil te utor, Nolo mihi quicquam negotii eſſe tecum. Plaut. Trin. 2. 2. 26.
Utor cum Ablativo & Dativo. ut, Uti aliqua arbore carboni, h. e. Ad carbonem faciendum. Plin. lib. 16. cap. 6. Ab hac proxima latifoliæ proceritas, ſed minus utilis ædificiis: atque carbone dotata, vitiis obnoxia eſt. Quamobrem ſolida utuntur carboni.
Alariis uti ad ſpeciem. Cæſ. 1. Bell. Gall. 51. Omnes alarios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſtituit, quod minus multitudine militum legionariorum, pro hoſtium numero, valebat, ut ad ſpeciem alariis uteretur.
Amicis familiariter alicujus uti. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Amicitia alicujus uti bene vel male. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 25. Idem Perſ. 1. 2. 19. Nimis ſtulte amicis utere. Ter. Hec. 5. 1. 17.
Fac eadem ſis porro, noſtra utere amicitia, ut voles.
Amoribus dementer uſa Clytie. Ovid. 4. Met. 259.
Amore uti ſurreptitio, pro Clam amare. Plaut. Curc. 1. 3. 49.
Aquis frigidis uti. Celſ. lib. 1. cap. 1.
Aura nocturna uti dicuntur naves. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 8.
Auribus alicujus uti. V. AURIS.
Balneo uti. Celſ. lib. 1. cap. 2.
Commodis uti. Cic. pro Roſc. Amer. 131. Commoda, quibus utimur, lucemque qua fruimur, ſpiritumque, quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus.
Conſilio uti. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 8.
Criminatione in aliquem uti. Cic. 3. de Lege Agr. 3.
Diſciplina uti. Plaut. Aſin. 1. 3. 49.
Equo uti. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 12.
Exemplis grandibus uti in parvis. Ovid. 1. Triſt. 3. 25.
Fide & præſidio alicujus uti. Cic. 1. Verr. 13.
Fide lenonis uti. Plaut. Rud. 5. 3. 30.
Foro uti. V. FORUM.
Fortuna uti. Virg. 9. Æn. 240.
Honoribus vir ampliſſimis uſus, Functus. Cic. pro Flacc. 52. V. HONOS.
Horis ſuis uti, Conſumere bonas horas & tempus in re aliqua. Cic. 3. Verr. 30. Menſes mihi tres cum eripuiſſetis, ad agendum maxime appoſitos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remiſſurum putaſtis, ut cum horis noſtris nos eſſemus uſi, tu, binis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſponderes.
Hortamine longo non eſt utendum. Ovid. 1. Met. 277.
Hortatione uti. Cic. 11. Fam. 5. Quanquam cum hortatione non egeas: ut ſupra ſcripſi, non utar ea pluribus verbis: faciam illud quod meum eſt.
Humanitate utor abs te. Cic. 2. Q. frat. Mihi docere videbaris iſtius generis humanitatem, qua quidem nihil utor abs te.
Illis utar ut meis. Plin. Epiſt. 132.
Ingenio alicujus uti, i. e. Ingenio obſequi & morem gerere. Treb. Pollio in Trigin. Tyrann. cap. 16.
Judicio ſuo uti de. Cic. 1. Off. 22. De rebus ipſis utere tuo judicio.
Oculis uti. Plaut. Epid. 1. 1. 4.
Officio improbi viri uti. Plaut. Stich. 1. 1. 14.
Opera alterius uti. Plaut. Aul. 2. 2. 29.
Da mihi operam, amabo. M. tua eſt, utere,
Atque impera, ſi quid vis.
Oraculo uti, h. e. Apollinem conſulere. Tacit. 2. Ann. 54.
Parvo uti. Hor. 1. Epiſt. 10. 41.
Patientia incredibili uti. Cic. 10. Philipp. 9. Nam quod vos omnia pati vidit, uſus eſt ipſe incredibili patientia.
Perfugio uti. V. PERFUGIUM.
Permiſſo uti. Hor. 2. Epiſt. 1. 45.
Porta uti, Effugere. Cic. 7. Att. 2. Itaque ſi hoc imperium mihi moleſtum erit, utar ea porta, quam primum videro.
Progreſſionibus uti. Cic. 5. de Finib. 22. Omnium enim rerum principia parva ſunt: ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur.
Poteſtate uti ad quæſtum, i. e. Quæſtus cauſa. Cic. 1. Q. frat. 1. 8. Non ut ea poteſtate, quam tu ad dignitatem permiſiſſes, ad quæſtum uteretur.
Ratione uti. Plaut. Caſin. prol. 25.
Re aliqua ad aliquid faciendum uti. Cic. de Clar. Orat. 277.
Re aliqua contra ſe. Senec. de Benef. 2. 14.
Re aliqua certatim uti. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Senſibus uti. Lucret. lib. 3. 561.
Sermonibus morologis uti. Plaut. Pſeud. 5. 1. 20.
Simulatione itineris uti. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 7.
Solatio aliquo uti. Cic. 15. Fam. 16.
Sorte ſua uti. Virg. 12. Æn. 932.
Spe duplici uti. Ter. Phorm. 4. 2. 13. Gallico proverbio dicitur, *Habere duas chordas in ſuo arcu extenſas.*
Uſitatis uti. Quintil. lib. 1. cap. 5. Uſitatis tutius utimur.
Valetudine uti bona, Bene habere. Plin. Epiſt. 25.
Verbis mollibus uti ad aliquem. Ovid. 6. Faſt. 120.
Via populi uti. Cic. 2. Att. 15. Ego autem neque pugno cum illa cauſa propter illam amicitiam, neque approbo, ne omnia improbem, quæ antea geſſi. Via populi utor.
Via uti ab aliquo. Ulpian. in l. 3. in princ. D. de itinere actuque privato. Si cum a me recte vi utebaris, fundum vendidero, per quem utebaris: Deinde emptor te prohibuerit, licet clam videaris ab eo uti (nam qui prohibitus utitur, clam utitur) tamen interdictum tibi competere intra annum, Labeo ſcribit. Paulo poſt, Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario uſus eſt: recte a me via uti prohibetur, & interdum ei inutile eſt: quia a me videtur vi, aut clam, vel precario poſſidere, qui ab auctore meo vitioſe poſſidet. V. A, vel AB, præpoſitiones.
Vino uti modice. Celſ. lib. 8. cap. 11. ad fin. [Modico mallem, ut ſolet Celſus.
Viribus uti. Hor. 1. Epiſt. 13. 10.
Viribus utendum eſt. Lucan. lib. 1. 147.
Voce uti, Loqui. Cic. 2. Verr. 73. Si univerſa, ut dixi, provincia loqui poſſet, hac voce uteretur.
Vocibus uti ad aliquem, Alloqui aliquem. Virg. 1. Æn. 68.
Ad quem tum Juno ſupplex his vocibus uſa eſt.
Benignis uti aliquibus. Cic. 6. Verr. 6. Ut illis benignis uſus eſt ad commodandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum.
Bonis eloquentiæ male uti. Quintil. in proœm. lib. 1.
Ingenio uti juveniliter. Ovid. 2. Triſt. 118.
Libertate modice uti. V. MODUS.
Muneribus deorum ſapienter uti. Hor. 4. Carm. 9. 48.
Oculo minus uti. Plaut. Mil. 4. 7. 25.
Mariis cauſa hercle hoc ego oculo utor minime. h. e. Ademptus omnino eſt mihi hujus oculi uſus.
Re aliqua bene uti. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Re aliqua honeſte uti. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Uti, cum de amicis aut familiaribus ſermo eſt, accipitur pro Converſari. Cic. pro Roſc. Amer. 62. Et ſeſe ad Cæciliam nepotis filiam, quam honoris cauſa nomino, contulit, qua pater uſus erat plurimum. Idem pro Cluent. 46. His Fabriciis ſemper uſus eſt Oppianicus familiariſſime.
Aliquo uti multum. V. MULTUM.
Majoribus uti. Hor. 1. Epiſt. 17. pr.
Quamvis, Scæva, ſatis per te tibi conſulis, & ſcis
Quo tandem pacto deceat majoribus uti. i. e. Cum majoribus vivere.
Regibus uti. Hor. 1. Epiſt. 17. 13. i. e. Cum regibus vivere.
Vicinis, aliiſque mulieribus quam minimum utatur. Cato R. R. 143.
Amico aliquo uti. Plaut. Aſin. 1. 1. 51.
Quippe qui mage amico utantur gnato, & benevolo. h. e. Plus gnatus eos amaret. Ter. Heaut. 2. 1. 5.
Mihi ſi unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre. h. e. Facilis illi & placabilis pater ero.
Amice uti, Vide in meis Schediaſmaſin. H. St.
Defenſore aliquo uti. Cic. pro Cluent. 56. Sed ipſe his neque defenſoribus uti poſtea, neque laudatoribus potuit.
Homine æquo uti. Cic. 2. Verr. 154. Hic vide quam me ſis uſurus æquo.
Interprete aliquo ad linguam aliquam uti. Cic. 5. Verr. 84. Quo iſte interprete, non ad linguam Græcam, ſed ad furta & flagitia uti ſolebat.
Teſte aliquo uti. Cic. pro Roſc. Amer. 104. Neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam utitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit.
Utimur etiam malis, & contrariis, ut
Beſtiis uti immanioribus. Cic. pro Roſc. Amer. 71. Noluerunt feris corpus objicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur. h. e. Immaniores eſſent erga nos.
Invidia minore uti. Plaut. Aul. 3. 5. 8.
Neceſſitate uti. Tacit. 16. Ann. 61.
Odio civiliter uſus eſt. Ovid. 3. Triſt. 8. 41.
Valetudine uti minus commoda, Ægrotare. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 62.
Ventis adverſis uti. Cic. 14. Fam. 5. Quum ſane adverſis ventis uſi eſſemus, tardeque & incommode navigaſſemus.
Vitio uti ætatis. Cic. 2. Fam. 15. Eos ego fortaſſe nunc imitor, & utor ætatis vitio.
Opera uti alterius ad rem aliquam, Interponere eam. Cic. 4. Acad. 86. Negas opera deorum ſe uti ad fabricandum mundum.
Uti, frui, V. FRUOR.
Bonis ſuis utatur oportet, fruatur, qui beatus futurus eſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 104.

Utens, entis. Partic. [χρώμενος] ut
Ratione utens, & Rationis expers, contraria. Cic. in Topic. 69. Specie autem comparantur, ut anteponantur, quæ propter ſe expetenda ſunt, iis, quæ propter aliud, &c. perfecta, inchoatis: tota, partibus: ratione utentia, rationis expertibus: voluntaria, neceſſariis, &c.
Vectigalibus utens ad liberalitatem. Cic. 2. de Finib. 84. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur, & tamen non tantis vectigalibus ad liberalitatem utens.
Compar. Cic. 2. Off. 71. Sed fac juvare, utentior ſane ſit, honeſtior vero quo modo? Hodie per exemplaria proſeminatum eſt Potentior: credo hominibus ſemidoctis illud Utentior parum placuiſſe, quo tamen cur ſint offenſi, certe non video. Illud conſtat potius hic Ciceronem de uſu divitiarum, quam de potentia verba facere debuiſſe. Hæc Turnebus. 19. 1. [Utentior, Inſtructior. Miror tamen, nihil de eo verbo Grammaticos monuiſſe.

Utendus, a, um. Adj. [χρηστός] Ter. Heaut. 1. 1. 81.
Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea eſt.
Utendum accipere. Cic. 3. Tuſc. 36. Et graviter ferre te, quod utendum acceperis, reddidiſſe.
Utenda & poſſidenda tradere bona alicui. Cic. 4. Verr. 46. Huic Heraclio antequam eſt mortuus, omnia utenda ac poſſidenda tradiderat.

Usus, [χρησάμενος] Partic. Depon.

Usurus, a, um. Partic. [χρησόμενος] ut, Male uſurus donis. Ovid. 11. Met. 103.

Usio, ōnis. f. antiquis idem quod Uſus. Varr. περὶ Μενίππου, Diogenem litteras ſciſſe, domuſioni quod ſatis eſſet. Meminit Nonius, 1. 262.

Longæ uſionis gratia. Vide in FENUS, locum Phavorini ex Gell. 4. 1. H. St.

USUS, ûs. m. [χρῆσις, Gl. L. G. & G. L.] Virg. 3. Georg. 559.

Nam neque erat coriis uſus. Hor. 2. Epiſt. 1. 92.

—aut quid haberet

Quod legeret, tereretque viritim publicus uſus?

Uſus & Abuſus, contraria. Cic. in Topic. 17. Uſus enim, non abuſus legatus eſt.

Laborum uſus. Lucan. lib. 1. 343.

Medicinæ uſus. Plin. lib. 12. cap. 8.

Oculorum uſus ceſſat. Curt. lib. 12. 5. 16.

Sermonis uſus. Plin. lib. 11. cap. 96.

Veneris uſus. Plin. lib. 11. cap. 37.

Virtutis uſus. Cic. 1. Acad. 37. Vitæ autem adjuncta eſſe dicebant, quæ ad virtutis uſum valerent.

Vocis tractatio atque uſus. Cic. in Orat. 59.

Aptus in uſum aliquem. Ovid. 3. de Arte Am. 526.

Ad uſus. Cic. 2. de Nat. Deor. 87. Quod ſi omnes mundi partes ita conſtitutæ ſunt, ut neque ad uſum meliores potuerint eſſe, neque ad ſpeciem pulchriores.

Communis & vulgaris uſus. Cic. 3. de Finib. 3.

Humanis uſibus apta Ceres. Ovid. 2. Faſt. 666.

Medicus uſus. Plin. lib. 22. cap. 8. Sed in medico uſu præter ſupra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus, &c.

Mirificus uſus in re aliqua. Cic. pro Sext. 12.

Nudus uſus alicujus rei. V. paulo poſt, USUARIUS.

Operarius uſus. V. OPERA.

Pervius uſus tectorum. h. e. Tranſitus. Per quæ media eſt via, quæ uſui cedit. Virg. 2. Æn. 453. Verbum juris; via, actus, uſus. Servius.

Quotidianus uſus. Cic. 1. de Orat. 192. Omnia enim ſunt poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano, &c.

Quotidianus uſus, pro Utenſilibus quotidiani uſus. Sall. Catil. cap. 48. Quippe cui omnes copiæ in uſu quotidiano & cultu corporis erant. Loquitur de infima plebe Romana.

Rariſſimus uſus. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Temperatus uſus. Hor. 2. Carm. 2. 4.

Convertere pecuniam publicam in ſuos uſus. Papinian. l. 1. D. de uſur. & fructib. &c.

Deſcendit uſus in noſtram uſque ætatem. Quintilian. lib. 1. cap. 11.

Diſponere uſum divitiarum. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Dare nominis uſum. Ovid. 2. Met. 36.

— ô lux immenſi publica mundi,

Phœbe pater, ſi das uſum mihi nominis hujus, &c. i. e. Si mihi licet te vocare patrem, ſi uti poſſum hoc nomine erga te.

Ediſcere uſum rei alicujus. Ovid 7. Met. 99.

Formare vitulos ad uſum agreſtem. Virg. 3. Georg. 163.

Habere aliquid uſui. Tacit. 3. Ann. 31.

Indiget horum uſus, Hæc ſerviunt uſui, pertinent ad uſum. Virg. 2. Ecl. 71.

Perdere uſum. Quintil. lib. 7. cap. 1. Et artus etiam leniter loco moti perdunt, quo viguerunt, uſum.

Uſu poſſeſſum, Vide in ABBREV ex Varrone Grammatico. H. St.

Præbere uſum aliquem. Hor. 1. Serm. 1. 73.

Præcludere alicui uſum vocis. Ovid. 2. Met. 658.

Promovere membrum a luxatione curatum ad ſuos uſus. Celſ. 8. 11.

Reducere ad antiquos uſus. Celſ. lib. 8. cap. 10. §. 7.

Sum. ut, In uſu eſſe. Plin. lib. 12. cap. 13.

Temperare uſum. Ovid. 7. Epiſt. 179.

Venit uſus, vel uſu, i. e. Accidit. Cic. 4. Verr. 14. Quod ego in paucis tamen uſu veniſſe eo moleſte fero. Ter. Phorm. 3. 2. 20.

Nec cum hujuſmodi unquam uſus venit, ut conflictares malo.

Veniat ſi uſus tibi, i. e. Si res ita ferat, ſi ita opus ſit tibi. Catull. ad Vectium, 95. 3.

Venit non idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis. Cic. 7. Att. 26.

Venit quod in illo mihi ſæpe uſu, idem modo quum te audirem accideret. Cic. 1. de Nat. Deor. 59.

Venire uſu, Accidere, vel evenire. Cic. pro Quint. 49. Nam quid homini poteſt turpius, quid vero miſerius, aut acerbius uſu venire? quod tantum evenire dedecus? Idem de Senect. 7. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſu venirent omnia, reliquiſque omnibus majoribus natu.

Venit uſu ut. Cic. 4. Acad. 56. At non videmus hoc uſu venire, ut quos nunquam putaſſemus a nobis internoſci poſſe, &c.

Vigent artus uſu. V. Perdere uſum ſupra.

Uſus, pro Utilitate & fructu aliquando accipitur, tam in ſingulari, quam in plurali, quod ſoleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus.

Vitæ uſus. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Eſſe uſui. Plaut. Pſeud. 1. 2. 49. Cic. 1. Att. 1. Fuit & mihi & Q. frat. magno uſui in noſtris petitionibus.

Eſt uſu. Plaut. Mil. 3. 1. 6.

Nam bene conſultum, inconſultum ſi ſit, inimicis uſu eſſe poteſt.

Eſſe ſine uſu. Tacit. 4. Ann. 32. extr. Non tamen ſine uſu fuerit, &c.

Eſſe ex uſu, pro Utile eſſe, & juvare. Ter. Hec. 4. 1. 34. Si ea uſu eſſet noſtro hoc matrimonium?

Ex ſuo uſu. Tacit. 6. Ann. 42.

Ex uſu temporis. Tacit. 4. Ann. 5. Quando tempus exigebat.

Uſus eſt, Opus eſt. Virg. 8. Æn. 441.

Arma acri facienda viro: nunc viribus uſus,

Nunc manibus rapidis. Cic. 1. Off. 92. Non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab ejus uſu ſuos, potiuſque & amicis impertientes & Reipub. ſi quando uſus eſſet.

Non uſus facto eſt mihi. Ter. Hec. 3. 1. 47.

De ceteris ſtudiis alio loco dicemus ſi uſus fuerit. Cic. 4. Tuſc. 5.

Uſus eſt hominem ad eam rem. Plaut. Pſeud. 1. 3. 151. i. e. Opus eſt homine, &c.

Uſus venit, pro Opus eſt. Plaut. Ciſt. 1. 2. 28. Ter. Heaut. 3. 2. 42. Non uſus veniet, ſpero h. e. Non opus erit & neceſſe.

Τί χρήσιμον ἀνθρώπῳ ἀνθρώπων; Plato Alcib. primo p. 303. Ald. in fine. Verti, Quis uſus? H. St. p. 223. edit. Gr. Baſil. apud Valder. ad fin.

Eſt ſic mihi uſus: h. e. Sic mos meus eſt, Ita conſuevi. Ter. Heaut. 1. 1. 28.

Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face. Cic. 1. de Fin 29. Sed alii dolore moventur, alii cupiditate: iracundia etiam multi efferentur, & quum in mala ſcientes irruunt, tamen ſe optime ſibi conſulere arbitrantur. Itaque dicunt, nec dubitant,

Mihi ſic uſus eſt, tibi ut opus eſt facto, face. Velut qui ipſi ſibi bellum indixiſſent, cruciari, dies noctesque torqueri, vellent: nec vero ſeſe ipſi accuſarent ob eam cauſam, quod ſe male ſuis rebus conſuluiſſe dicerent. [Niſi melius exponas, Eſt mihi uſus. Opus eſt mihi, Expedit mihi, ut in exemplis ſuperioribus. Porro Efferantur apud Cic. lego.

Eſt omnino Capitoni in uſu, claros viros colere. Plin. 1. Epiſt. 17.

Uſus, pro Conſuetudine, id eſt converſatione. Cic. 9. Fam. 1. Scito enim me, poſteaquam in Urbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt cum libris noſtris in gratiam: etſi non idcirco eorum uſum dimiſeram, quod iis ſuccenſerem. Ita de librorum, quaſi amicorum conſuetudine & familiaritate loquitur.

Domeſticus uſus & conſuetudo. Cic. pro Roſc. Amer. 15. Verum etiam domeſticus uſus & conſuetudo.

Magnus uſus mihi cum eo. Cic. 7. Fam. 33. Quod ſine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primum addubitavi, num a Volumnio ſenatore eſſet, quocum mihi eſt magnus uſus.

Mutui uſus. Curt. lib. 7. 3. 5. Nullo commercio volentem mutuos uſus.

Summus uſus cum aliquo. Cic. 9. Fam. 25. Cum M. Fabio (quod ſcire te arbitror) mihi ſummus eſt uſus.

Cognitus longo uſu. Ovid. 3. Triſt. 5. 9.

Conjungi uſu. V. CONJUNGO.

Junctiſſimus longo nobis uſu. Ovid. 3. Triſt. 6. 19.

Inſinuare ſe in quam maxime familiarem uſum. V. INSINUO.

Intercedit uſus vetus inter ipſos. Cic. 13. Fam. 24. Inter noſmet ipſos vetus uſus intercedit, & Atticus noſter majorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem fecit.

Uſus, Frequens exercitatio. Cic. 1. de Orat. 15. Adjungatur uſus frequens: qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. V. infra.

Uſus & Habitus. Cic. 1. Acad. 37. Nec virtutis uſum modo, ut ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum, &c.

Dicendi uſus. Quintil. lib. 3. cap. 11. ut Loquendi infra.

Uſus eſt magiſter optimus. Cic. pro Rabir. poſt. 9.

Bellorum uſu exercitus, Qui multa & diuturna bellorum exercitatione præditus eſt. Cic. pro Font. 32. Tum vero uſu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc ſunt, exercitus.

Aſſiduus uſus. Cic. pro Corn. Balb. 45. Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit.

Peritus uſu. V. PERITUS.

Adhibere uſum. V. ADHIBEO.

Antecedere uſu rerum. Cic. 6. Verr. 138. Incipit is loqui, qui & auctoritate & ætate, &, ut mihi viſum eſt, uſu rerum antecedebat, Diodorus Timarchides.

Colligere uſum patiendi. Ovid. 1. Amor. 8. 77.

Doceri uſu. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Explorare uſu. Celſ. in præfat. lib. 1.

Facere uſum alicujus rei. Lucan. lib. 2. 97.

Habere uſum. Cic. 13. Fam. 16. extr. Valet ingenio, habet uſum.

Genuit vocabulorum uſus. Hor. 2. Epiſt. 2. 119.

In uſu plerique libros chartas appellant. Ulpian. in l. Librorum. §. Quod tamen. D. de leg. 3.

Accepit uſus. Quintilian. lib. 1. cap. 4. Atque etiam in ipſis vocalibus, grammatici eſt videre, an aliquas pro conſonantibus uſus acceperit.

Concedere alicui uſum loquendi. Cic in Orat. 170. Uſum loquendi populo conceſſi: ſcientiam mihi reſervavi.

Confirmatum uſu. Quintilian. lib 3. cap 2. Hæc confirmata ſunt uſu.

Mancipat quædam uſus. Uſus poſſeſſionem facit, ut in præſcriptione. Hor. 2. Epiſt. 2. 159.

Molliri uſu. Quintil. lib. 1. cap. 5.

USUĀLIS, e. Adj. [χρειώδης] ab Uſu; Quod uſui noſtro ſervit. Marcianus in l. Interdum. D. De publicanis. Quotiens quis mancipia invecta profeſſus non fuerit ſive venalia, ſive uſualia, in pœna commiſſi eſt.

Sermo uſualis, l. 2. Qui in uſu quotidiano eſt. Sidon. 4. Epiſt. 10.

USUĀRIUS, a, um. Adj. Idem. Gell. lib 4. cap. 1. Ex iis autem, quæ promercalia & uſuaria in locis iiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat quæ ſint uſu annuo.

Res uſuaria. Paulus in l. Nomtius. D. de uſu & habit.

USUARIUS, i. m. Qui nudum uſum alicujus rei habet, non etiam fructum, nec proprietatem. Cajus. D. de uſu & habitat. l. 1. Conſtituitur enim & nudus uſus, id eſt ſine fructu. Ibidem Ulpianus l. per ſervum uſuarium. Poterit autem apud alium eſſe uſus, apud alium fructus ſine uſu, apud alium proprietas.

USUSFRUCTUS, ûs. m. [χρῆσις καρπεία, Gl. L. G. & G. L. καρπός, L. G.] dicitur, quum res aliqua, non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atque utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet: definiturque ab Ulpiano l. 1. De uſufructu: quod ſit jus alienis rebus utendi, fruendique, ſalva rerum ſubſtantia. Cic. pro Cæcin. 11. Uſumfructum omnium bonorum ſuorum Cæſenniæ legat, ut frueretur una cum filio.

Amittere uſumfructum. Cic. in Topic 14. Si paterfamilias uxori ancillarum uſumfructum legavit, a filio, neque a ſecundo herede legavit, mortuo filio mulier uſumfructum non amittet. [Solet & diviſe ſcribi, quod voluit forte Gloſſ. Latinogr. quum reddit Νομή, χρῆσις, καρπεία. Niſi ex Græcolat. emendendum eſt, ut poſui.

USUFRUCTUĀRIUS, i. m. Qui uſumfructum ex aliqua re capit. l. 3. Dig. Si ex noxali: Si cum uſufructuario noxali judicio agetur.

USUCĀPIO, cēpi. captum, ĕre Verbum JCtorum. Paul. l 33. De mort. c. Qui alienam rem mortis cauſa traditam uſucapit, non ab eo videtur accepiſſe, cujus res fuiſſet, ſed ab eo, qui occaſionem uſucapionis præſtitiſſet. Cic. 1. Att. 4. De Tadiana re, mecum Tadius locutus eſt, te ita ſcripſiſſe, nihil jam quod laboraretur, quoniam hæreditas uſucapta eſſet. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil uſucapi poſſe.

Nihil mortales a diis immortalibus uſucapere poſſunt. Cic. de Aruſp. Reſp. 32.

Uſu etiam capere dicitur citra compoſitionem. Pomponius in L. Cum ſolus. D. de uſucapionibus, Propius eſt, ut uſu eas capere non poſſis: quia nec pro hærede uſucapi poteſt, quod ab hærede vero poſſeſſum eſt. Neratius, in L. Si rem, eodem titulo, Nihilo magis eam in poteſtatem meam rediiſſe, uſuque capi poſſe exiſtimandum eſt. Papinianus ibidem in L. Hæres ejus. Hæres ejus, qui bona fide rem emit, uſu non capiet ſciens alienam. Paulus in L. 2. D. Pro emptore, Quum Stichum emiſſem, Dama mihi per ignorantiam pro eo traditus eſt, Priſcus ait uſu me eum non capturum: quia id, quod emptum non ſit, pro emptore uſucapi non poſſit. [Ex hac obſervatione & his, quæ ſequuntur, perſpicuum eſt diviſe veteres perpetuo ſcripſiſſe.

Capere uſu, idem quod Uſucapere. Papinianus in L. Juſto errore. D. de uſucapionibus, Non enim idcirco minus capietur uſu puer, quod alienam matrem, &c. Paulo poſt, Cur non capiat uſu, quum bona fides initio poſſeſſionis adſit? Paulus in L. 2. D. Pro emptore, Non capies uſu, quia juris error nulli prodeſt. Paulo poſt, Si eam rem, quam pro emptore uſucapiebas, ſcienti mihi alienam eſſe vendideris, non capiam uſu.

Capere utilitatis cauſa. Idem. Paulus in L. 2. D. Pro emptore, Si a furioſo, quem putem ſanæ mentis, emero: conſtitutum eſt, capere utilitatis cauſa me poſſe.

Facere ſuum uſu. Idem. Pomponius in L. Non ſolum. D. de uſucapionibus, Non ſolum bonæ fidei emptores, ſed & omnes, qui poſſident ex ea cauſa, quam uſucapio ſequi ſolet, partum ancillæ furtivæ uſu ſuum faciunt. [conf. USUFACIO.

Longo tempore capere. Idem quod Uſucapere. Ulpian. in L. Si aliena. D. de uſucapionibus, Hoc jure utimur, ut ſervitutes per ſe nunquam longo tempore capi poſſint, cum ædificiis poſſint. Marcellus eod. tit. L. Si per errorem de alienis fundis quaſi de communibus judicio Communi dividundo accepto, ex adjudicatione poſſidere cœperim: longo tempore capere poſſum. Ulpian. eod. tit. L. Nunquam ſuperficies ſine ſolo capi longo tempore poteſt. Pomponius eod. tit. L. Non ſolum, fundum longo tempore capiam. Sic Paulus in L. 2. D. Pro emptore. Et Julianus eod. tit. L. Qui fundum.

Diutius poſſidendo capere. Idem. Jabolenus in L. Ei a quo. D. de uſucapionibus, Ei a quo fundum pro herede diutius poſſidendo capturus eram, locavi eum.

Diutina poſſeſſione capere. Idem. Paulus in L. Pignori. D. de uſucapionibus, Si mandavero tibi, ut fundum emas, & ex ea cauſa traditum eſt tibi: diutina poſſeſſione capis. Modeſtinus in L. Quamvis, eo tit. Si ex bonis vacantibus, nondum tamen nunciatis, emptor prædii ex iiſdem bonis exſtiterit; recte diutina poſſeſſione capiet. Sic Julianus in L. Qui fundum. D. Pro emptore.

Longa poſſeſſione capere. Idem. Pomponius in L. Non ſolum. D. de uſucapionibus, Lex Julia & Plautia ea demum vetuit longa poſſeſſione capi, quæ vi poſſeſſa fuiſſent. Jabolenus in L. Emptor. D. Pro emptore, Reſponſum eſt, nihil eum ex eo fundo longa poſſeſſione capturum. Ibidem, Reliquas partes longa poſſeſſione capi poſſe, non dubito.

Per longum tempus capere. Idem. Scævola L. ultima. D. Pro emptore, Inteſtatæ ſororis hereditas obvenit duobus fratribus, quorum alter abſens erat, alter præſens. Præſens etiam abſentis cauſam agebat: Ex qua hereditate ſuo & fratris ſui nomine fundum in ſolidum vendidit, Lucio Titio bona fide ementi. Quæſitum eſt, quum ſciret partem fundi abſentis eſſe, an totum fundum longa poſſeſſione ceperit? Reſpondit, ſi credidiſſet mandatu fratris veniſſe, per longum tempus capiſſe.

USUCAPIO, ōnis. f. [νομὴ χρονία. Gl. G. L.] ab Uſu, dicitur Acquiſitio, ſive (ut definit Modeſtinus in L. 3. D. uſucapionibus) Adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, ut puta triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis quam poſſidemus, item trium annorum, ſi res mobilis ſit. Recentiores primam illam, Præſcriptionem vocant: hanc vero Uſucapionem. Cic. pro Cæcin. 74. Fundus a patre relinqui poteſt: at uſucapio fundi, hoc eſt finis ſollicitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, ſed a legibus. [In Gloſſ. ſcribitur Uſurpacio, ſed puto Uſucapio ſcribendum, aut confudit utrumque vocabulum Gloſſolarius.

Uſucapio, Translate. Cic. 1. de Legib. 55. In qua quoniam uſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus.

Currit uſucapio. Ulpianus in L. Si aliena. D. de uſucapionibus, Si aliena res bona fide empta ſit: quæritur, ut uſucapio currat, utrum emptionis initium, ut bonam fidem habeat, exigimus, an traditionis.

Implere uſucapionem. Papinian. in L. Juſto. D. de uſucapionibus.

Impleta uſucapio. Paulus in L. 2. D. Pro herede vel poſſeſſore.

In pendenti eſt uſucapio. Paulus in L. Si is qui. D. de uſucapionibus.

Interpellare uſucapionem. Paulus in L. 2. D. Pro emptore, Non interpellari uſucapionem meam litis conteſtatione. Pomponius in L. Non ſolum. D. de uſucapionibus, Interpellabitur uſucapio. Paulo poſt, Non interpellabitur uſucapio debitoris.

Interrumpere uſucapionem. Pomponius in L. Rerum. D. de uſucapionibus, Rerum mixtura facta an uſucapionem cujuſcunque rei præcedentem interrumpat, quæritur.

Interrumpitur uſucapio. Paulus in L. Si is qui. D. de uſucapionibus. Sic Scævola in L. Qui pro Donato. D. Pro donato.

Procedit uſucapio. Paulus in L. Si is qui. D. de uſucapionibus, Videndum eſt, an heredi ejus procedat uſucapio. Modeſtinus in L. Quamvis. eod. tit. Quamvis adverſus fiſcum uſucapio procedat, ſi tamen, &c. Paulus in L. Nunquam. eod. tit. Vacuum tempus, quod ante aditam hereditatem, vel poſt aditam interceſſit, ad uſucapionem heredi procedit.

Capio, ōnis. f. Idem quod Uſucapio. Jabolenus in L. Ei a quo. D. de uſucapionibus, Ei a quo fundum pro herede diutius poſſidendo capturus eram, locavi eum. An nullius momenti eam locationem exiſtimes, quæro? Quod ſi nullius momenti exiſtimas: an durare nihilominus capionem ejus fundi putes? Paulo poſt appellat Longi temporis præſcriptionem, Ideoque (ait) longi temporis præſcriptio non durabit. Ulpianus L. 1. D. Pro dote, Si ſponſa ſponſo ea mente tradiderit res, ut non ante ejus fieri vellet, quam nuptiæ ſecutæ ſint: uſu quoque capio ceſſabit.

Longa poſſeſſione capio, Idem quod Uſucapio. Jabolenus in L. Emptor. D. Pro emptore, Idem juris eſt, ſi is qui totum fundum emerat, pro indiviſo partem aliquam alienam eſſe ſcit. Eam enim duntaxat non capiet: ceterarum partium non impedietur longa poſſeſſione capio.

USUFACIO, ĕre. Idem, quod Vindicare, Uſucapere. Plaut. Amph. 1.1.259.

Quojus nunc es? So. tuus: nam pugnis uſufeciſti tuum. V. USUCAPIO, ĕre.

USUPERDO, ĕre. Plaut. Amph. 2.2.215. Caveſis ne tu te uſuperduis.

USURA, æ. f. [χρῆσις] Uſus vel Uſio dicitur. Cic. 1. Tuſc. 77. Stoici autem uſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus, diu manſuros ajunt animos: ſemper, negant.

Gaudii uſura. Cic. 6. Fam. 12. Gratulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor: nec ſum tam ſtultus, ut te uſura falſi gaudii frui velim.

Lucis uſura. Cic. pro Rabir. Poſt. 48. Et uſuram hujus lucis & veſtrum conſpectum ne eripiatis.

Temporis uſura. Cic. 3. Fam. 2. Perficiam profecto, ut longi temporis uſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam. Idem 3. de Lege Agr. 2. A vobis autem, quos leviter immutatos eſſe ſentio, parvam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo.

Dare alicui diuturnam lucis uſuram. Cic. 7. Verr. 74. Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ cœperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? V. LUX.

Dare alicui uſuram unius horæ ad vivendum. Cic. 1. in Catil 29.

Eripere uſuram lucis. Cic. pro Sull. 90. Luciſne uſuram eripere vis, plenam lacrimarum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur?

Frui uſura. Quintil. lib. 6. cap. 3. de Ironia, Quaque Cicero uſus eſt, quum Vatinii morte nuntiata, cujus parum certus dicebatur auctor, Interim, inquit, uſura fruar.

Uſura, [τόκος, Gl. L. G. & G. L.] Pecunia, quæ in fenore ſorti accedit. Cic. 5. Verr. 168. Ut quum Senatus publicanos uſura ſæpe juviſſet, magiſtratus a publicanis pecuniam pro uſuris auderet auferre. Pomponius L. Uſum, De verb. ſignific. Uſura pecuniæ quam percipimus, in fructu non eſt: quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt nova obligatione.

Mos fuit apud veteres, ut Idibus uſuræ ſolverentur. Cic. 1. in Catil. 14. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus ſenties. Quod dixit, quia Idibus ſolvere feneratoribus uſuras cogeretur. V. Manut. not.

Penſio uſurarum. Paulus in L. Seja. D. de uſuris.

Præſtatio uſurarum. Modeſtinus in L. Tutor. D. de uſuris.

Uſurarum uſuræ. Marcianus L. Placuit. D. de uſuris.

Centeſimæ uſuræ. V. Centeſimus, in CENTUM.

Illicitæ uſuræ. Paulus in L. Uſuras illicitas. D. de uſur.

Legitimæ uſuræ. Papinianus L. Pecuniæ fenebris. D. de uſur.

Leviores uſuræ. Paulus in L. Seja. D. de uſuris, &c.

Maritimæ uſuræ. Paulus in L. Fenerator. D. de nautico fenore.

Menſtrua uſura. V. Menſtruus in MENSIS.

Quincunces uſuras præſtare, Scævola in L. Cum quidam. D. de uſur. &c. V. Unciæ uſuræ in UNCIA.

Quincunces uſuras ſpondere. Scævola L. Creditor oblatam. D. de ſolut. & liberat.

Semiſſes uſuræ, & Semiſſales. Scævola in L. Qui ſemiſſes. D. de uſur. &c. Qui ſemiſſes uſuras promiſerat, per multos annos minores præſtitit. heres creditoris ſemiſſes petit, quum per debitorem non ſteterit, quo minus minores ſolvat, &c. V. SEMISSIS.

Vorax uſura. Lucan lib. 1. 181.

Accipere uſuram. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Accipere, & Dare uſuras. Scævola in L. Cum quidam. D. de uſuris, &c. Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit.

Certare cum uſuris, & fructibus prædiorum. Cic. 2. in Catil. 18.

Creſcunt uſuræ. Scævola L. Cum quidam. D. de uſuris, &c. Sic temperanda res eſt, ut in futurum duntaxat ex die ceſſationis creſcant uſuræ.

Exigere uſuras ab aliquo. Paulus in L. liberalitatis. D. de uſuris, &c.

Exſolvere uſuras. Scævola in L. Qui ſemiſſes. D. de uſuris, &c. Ibidem, Paulus in L. Seja.

Inferre uſuras. Paulus in L. Cajus Sejus. D. de uſuris, &c. Cajus Sejus, qui rempublicam gerebat, feneravit pecuniam publicam ſub uſuris ſolitis. Fuit autem conſuetudo, ut intra certa tempora non illatis uſuris, graviores infligerentur. Quidam debitores ceſſaverunt in ſolvendis uſuris: quidam plus intulerunt.

Infligere uſuras. Scævola in L. Cum quidam. D. de uſuris, &c. Uſuræ, non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſolventium infliguntur.

Infligere graviores uſuras. Paulus in L. Cajus Sejus. D. de uſuris

Multiplicare uſuram. Plin. lib. 14. cap. 4.

Parere uſuras. Ulpian. in L. Si bene. D. de uſuris. Si bene collocatæ ſunt pecuniæ publicæ in ſortem, inquietari debitores non debent, & maxime ſi pariant uſuras. Si non pariant, proſpicere reipublicæ ſecuritati debet præſes provinciæ.

Pendere uſuram. V. PENDO.

Placitæ inter nos uſuræ. Modeſtinus in L. Tutor. D. de uſuris. Modus uſurarum. Modeſtinus in L. Pœnam. D. de uſuris, Pœnam pro uſuris ſtipulari nemo ſupra licitum modum uſurarum poteſt.

Præſtare uſuras. Scævola in L. Cum quidam. D. de uſuris, &c. Si debitores, qui minores ſemiſſibus uſuras præſtabant, fiſci eſſe cœperunt: poſtquam ad fiſcum tranſierunt, ſemiſſes cogendi ſunt præſtare.

Reddere cum uſura, vel ſine uſura. Cic. de Senect. 51. Terra nunquam recuſat imperium, nec unquam ſine uſura reddit quod accepit, ſed alias minore, plerumque majore cum fenore.

Reddere per aliquot annos uſuras. Scævola in L. Cum quidam. D. de uſuris.

Remittere alicui uſuram. Scævola in L. Cum quidam. D. de uſuris.

Solvere uſuras. Paulus in L. Seja. D. de uſuris, &c.

Teneri in majores uſuras. Paulus in L. Seja. D. de uſuris, &c.

USURARIUS, a, um. Adj. Ex quo capitur uſus. Plaut. Amphit. Argum. 1. 3.

Alcmenam uxorem cepit uſurariam. Et Caſe. 5. 1. Uſurarius puer.

Pecunia uſuraria. V. PECUNIA. Plaut. Truc. 1. 1. 54.

Ubi æra perſcribuntur uſuraria.

UTENSILE, is. n. Quod eſt ad uſus noſtros neceſſarium. Columel. lib. 12. in præf. Utenſilia ex quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Idem lib. 8. cap. 4. vocat utenſilia quæ apes in alvearia conferunt. Varro 1. de R. R. cap. 8. Contra quod in Italia utenſile modo non naſcitur, ſed etiam non egregium fit? Liv. 26. 31. Quæque una ſecum dediderunt, agrum urbemque, divina, humanaque, utenſiliaque, ſive quid

quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites. Calliſtratus in l. 2. D. de nundinis. Si quis ipſos cultores agrorum vel piſcatores deferre utenſilia in civitatem juſſerit, ut ea ipſi diſtrahant: deſtituetur annonæ præbitio, quum avocentur ab opere ruſtico. Quare confeſtim, ubi detulerint mercem, tradere eam, & ad opera ſua reverti debent. Utenſilia, inquit Budæus, hic Edulia, annonamque intelliguntur.

Utensilitas, ātis. f. ut, Ferri & æris utenſilitas. Tertull. de Habit. mulier. cap. 5.

Utilis, e. Adj. [χρήσιμος. Gl. L. G. & G. L. εὔχρηστος, L. G.] Quo utimur, quod nobis confert. Ter. And. 5. 1. 16.

Quibus id maxime utile eſt, illum eſſe quam deterrimum.

Utilis ad. Plaut. Epid. 2. 2. 106.

Quem hominem invenimus ad eam rem utilem? E. hic erit optimus.

Neutro pede ſatis utilis. Cujus neque unus pes, neque alter ſatis ſuum officium facit. Plin. lib. 7. cap. 28.

Arbos bis utilis pomis. Virg. 2. Georg. 150. i. e. Biferæ ſunt arbores. Servius.

Cibus utilis ægro. Ovid. 3. Triſt. 3. 9.

Res utiles & ſalutares. Cic. 1. de Nat. Deor. 38. Perſeus eos dicit eſſe habitos Deos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, ipſaſque res utiles & ſalutares Deorum eſſe vocabulis nuncupatas.

Ventis utilibus intrat urbem, Secundis. Ovid. 13. Met. 630.

Magnifice utile. V. MAGNUS.

Maxime utile. V. MAGIS.

Modice utile. V. MODUS.

Nunquam eſt utile peccare, quia ſemper eſt turpe, Cic. 3. Off. 64.

Utile, n. Abſol. Hor. de Arte Poet. 343.

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.

Compar. Claud. 4. Conſul. Honor. v. 221.

Major & utilior fato conjuncta potenti.

Superl. Ulpian. in l. Judicem. D. Communi divid. Cic. 9. Fam. 9.

Sic enim facillime, quod tibi utiliſſimum erit, conſilii capies.

Utibilis, e. Adj. [χρήσιμος] Idem. Plaut. Men. 5. 6. 23. Ii ſolent heris eſſe utibiles. Ter. Phorm. 4. 4. 9.

Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere? Al. Utile.

Utibile illi. Plaut. Merc. 5. 4. 45.

Utibile ad rem aliquam. Plaut. Mil. 3. 2. 29.

Utilitas, ātis. f. [χρησιμότης, ὠφέλεια, Gl. L. G.] notæ ſignificationis, pro Commodo. Ter. Eun. 2. 3. 57. In ea re utilitatem ego faciam ut cognoſcas meam. Hor. 1. Serm. 3. 98.

Atque ipſa utilitas, juſti prope mater & æqui.

Utilitas & Opportunitas. Cic. 1. de Nat. Deor. 92. Ne hic quidem vos movet, conſiderantes quæ ſit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis membris humanis deos non egere. Idem 2. de Nat. Deor. 58. de Natura, Conſultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium.

Utilitas ex. Cic. 1. de Finib. 69. Ut etiam ſi nulla ſit utilitas ex amicitia, tamen ipſi amici propter ſe ipſos amentur.

Communis utilitas. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Mediocris non utilitas. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Multæ utilitates & magnæ. V. MULTUS.

Publicæ utilitates. Tacit. 1. Ann. 10.

Aberrare a communi utilitate. V. ABERRO.

Abhorret oratio ab utilitate auditorum. Cic. pro Sext. 96. Et ut arbitror, nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa P. Seſtii abhorrebit oratio mea.

Adducere ad utilitatem. V. ADDUCO.

Afferre utilitatem. V. AFFERO.

Capere utilitates. V. CAPIO.

Convellere juſtitiam utilitate aliqua. V. CONVELLO.

Duci utilitate. Quintil. lib. 3. cap. 18.

Finitus ſola utilitate. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Fugit hæc utilitas neminem. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Habere utilitatem dicitur res aliqua. Cic. pro Muren. 23. Omnes enim artes, quæ nobis Pop. Roman. ſtudia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere.

Omittere ſuas utilitates, cui opponitur Servire ſuis utilitatibus. Cic. 3. Off. 42. Nec tamen noſtræ nobis utilitates omittendæ ſunt aliiſque tradendæ, quum his ipſi egeamus: ſed ſuæ cuique utilitati, quod ſine alterius injuria fiat, ſerviendum eſt.

Parere utilitatibus alicujus. Cic. pro Dejot. 23. Teque Alexandrinum bellum gerente utilitatibus tuis paruit. i. e. Commodis inſervire. Budæus.

Præbet æquor utilitatem ſitientibus nautis. Lucret. lib. 6. 895.

Præbere mirabiles utilitates alicui. Cic. 7. Att. 7. Quem quidem ego, niſi mirabiles utilitates mihi præbet, quum valet, in omni genere vel negotiorum vel ſtudiorum meorum: tamen propter humanitatem & modeſtiam malo ſalvum, quam propter uſum meum.

Quærere utilitatem in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 118. Itaque in iis artibus, in quibus non utilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio, quam diligenter & quam prope faſtidioſe judicamus?

Servire utilitati alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1. 19. Eſt autem, non modo ejus, qui ſociis & civibus, ſed etiam ejus, qui ſervis, qui mutis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit, commodis utilitatique ſervire.

Utilitates, in plurali, pro Uſu. Cic. 16. Fam. 5. Utilitatibus tuis poſſum carere. Plura ſupra exempla ſunt.

Utiliter, Adv. [χρησίμως, χρησίμων, Gl. G. L.] Commode. Cic. 4. Acad. 135. Atque illi quidem etiam a natura utiliter dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas.

Facere aliquid utiliter. Ovid. 13. Met. 206.

Servire utiliter. Hor. 1. Epiſt. 17. 70.

Compar. Ovid. 1. Epiſt. 67.

Utilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi.

Superl. Columel. lib. 11. cap. 2. Ficulnea cacumina jam tumentia utiliſſime ponuntur.

Usitor, vel Usito, [χρῶμαι. Gl. G. L.] ſri. frequent. ab Utor. Gell. lib. 17. cap. 2. Tametſi aliquoties verbo ipſo alio quoque modo uſitati ſunt.

Usitātus, a, um. Adj. ex Partic. [συνηθισμένος, Gl. L. G.] ſignificat, Quod in uſu eſt. Cic. 5. Verr. 16. Cur in re tam veteri, tam uſitata quicquam novi feceris.

Non ſolum enim uſitatum, ſed & quotidianum eſt. Cic. ad Brut. 16.

Conſuetudo uſitata, Vulgaris & recepta ac communis. Cic. pro Quint. 67. Jacet res in controverſiis iſto calumniante biennium: uſque dum inveniretur qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet.

Exceptio vetus atque uſitata. Cic. 1. de Orat. 168.

Genus literarum uſitatum. Cic. 4. Fam. 13.

Honos uſitatus. Cic. 15. Fam. 6. Spero autem illum ordinem pro meis ob Remp. ſuſceptis laboribus, me non indignum honore, uſitato præſertim, exiſtimaturum.

Honos uſitatus & pervulgatus. Cic. 14. Philipp. 12.

Judicium uſitatum. Cic. pro Quint. 71. Cui neque magiſtratus adhuc æquus inventus eſt: neque judicium redditum eſt uſitatum.

Mos uſitatus. Cic. 4. Verr. 9. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique in aliquo ingenue peccaſſet.

Potiones non uſitatæ. Hor. Epod. 5. 73.

Scelus leve aut uſitatum. Senec. Theb. 2.

Tempus uſitatum & quaſi legitimum ad aliquid faciendum. Cic. 10. Fam. 25.

Vocabula uſitata. Cic. 3. de Finib. 4. Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi.

Uſitatum eſt. Cic. 7. Verr. 117. Alius ne condemnaretur, pecuniam dedit: uſitatum eſt. Ibid. 126. Non eſt uſitatum, non ſenatorium.

Uſitatum in multis rebus. Cic. pro Cæcin. 45. At vero hoc quidem jam vetus eſt, & majorum exemplo multis in rebus uſitatum.

Uſitatam malitia. Cic. pro Cæcin. 2. Nam id quidem, tametſi improbe fit, in aperta re, tamen malitia eſt jam uſitatum.

Uſitatum fere eſt ſic legare. Africanus in l. Si ſervus legatus. §. Si ita ſcriptum erit. D. de legat. primo.

Compar. Gell. lib. 15. cap. 13. Pars uſitatior.

Superl. Ulpianus in l. Illud uſitatiſſimum eſt. D. de excuſat. tutor.

Mos uſitatiſſimus. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Usitāte, Adv. [συνήθως] Cic. 4. de Finib. 72. Cur igitur quum de re conveniat, non malumus uſitate loqui? Ibid. 5. 89.

Compar. Gell. lib. 13. cap. 9. Dicere uſitatius manente numero poſſet.

Usurpo, [χρῶμαι, ἰδιοποιοῦμαι, Gl. L. G. & G. L.] āre. In frequenti uſu habere, ſive uti, tam verbis tam factis; ut ait Valla lib. 5. Columel. lib. 2. 2. Nam illud, quod in quibuſdam provinciis uſurpatur, ut cornibus illigetur jugum, fere repudiatum eſt ab omnibus. h. e. Fit. Cic. in Orat. 73. Quod ſemper uſurpamus in omnibus dictis & factis, minimis & maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere.

Uſurpare aliquid & Dicere, pro eodem. Cic. in Parad. 5. Præclare enim eſt hoc uſurpatum a doctiſſimis, quorum ego auctoritate non uterer, ſi mihi apud aliquos agreſtes hæc habenda eſſet oratio.

Uſurpare ac retinere. Cic. 7. Verr. 50. Id nunc, nullo novo officio ſuo, tot annis poſt, jure imperii noſtri quotannis uſurpata, ac ſemper retenta, ſumma in difficultate navium a C. Verre protin aſſecuti ſunt.

Uſurpare, Sæpe nomen aliquod in ore habere, & ſæpe nominare. Cic. pro Milon. 18. Quæ cruentata antea cæde honeſti atque innocentis viri ſilebatur, eadem nunc crebro uſurpatur, poſteaquam latronis & parricidæ ſanguine imbuta eſt. Idem de Univerſ. 35. Fratres inter ſe agnatoſque uſurpare atque appellare videmus. Budæus.

Uſurpata aliquod vocabulum, vide ex Plinio in MENTAGRA. H. St.

Uſurpare barathrum. Plaut. Bacch. 1. 2. 41.

Sermonibus crebris uſurpare. Cic. pro Marcel. 5. Soleo ſæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris uſurpare ſermonibus.

Dictum uſurpare alterius. Cic. 3. de Finib. 33. Bonum autem, quod in hoc ſermone toties uſurpatum eſt, id etiam definitione explicetur. Et ad Brut. 15. Neque ſolum, ut Solonis dictum uſurpem, qui & ſapientiſſimus fuit ex ſeptem, &c.

Jus uſurpare, pro eo quod vulgo dicunt *Capere poſſeſſionem*. Liv. 5. 12. Non tamen ultra proceſſum eſt, quam ut unus ex plebe, uſurpandi juris cauſa, P. Licinius Trib. militum crearetur. Idem 27. 8. Nec patrum, nec avorum memoria Dialem quemquam id jus uſurpaviſſe. i. e. Ex jure uſum eſſe et poſſeſſione. Budæus.

Memoriam uſurpare alicujus, h. e. Mentionem facere. Cic. de Amicit. 28. Quis eſt, qui C. Fabricii, M. Curii non cum caritate aliqua & benevolentia memoriam uſurpet, quos nunquam viderit?

Nomen civitatis uſurpare, i. e. Dicere ſe civem & agere. Cic. 7. Verr. 161. Sed cum imploraret ſæpius uſurparetque nomen civitatis, crux, crux inquam, infelici & ærumnoſo, qui nunquam iſtam poteſtatem viderat, comparabatur. Budæus.

Nomen virtutis uſurpare. Cic. in Parad. 2. Nomen tantum virtutis uſurpas: quid ipſa valeat, ignoras.

Nomen falſum beneficii uſurpare. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 5.

Officium aliquod uſurpare. V. OFFICIUM.

Oratio uſurpata apud Platonem. Cic. 5. Tuſc. 34. Apud Platonem hæc oratio uſurpata eſt, ut nihil præter virtutem diceretur bonum.

Otium uſurpare. Tacit. 14. Ann. 55.

Pœnam aliquam uſurpare in improbos. Cic. 4. in Catil. 7. Atque hoc genus pœnæ ſæpe in improbos cives in hac Rep. eſſe uſurpatum recordatur.

Uſurpare oculis, pro Cernere: quemadmodum Uſurpare ſermone dicimus pro Commemorare, & referre. Lucret. lib. 1. 302.

— nec ſignum quimus
Uſurpare oculis, &c.

Ratione uſurpatum. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Senſibus uſurpare rem aliquam, Imaginari animo rem aliquam. Lucret. lib. 4. 972.

Et, quicunque dies multos ex ordine ludis,
Aſſiduas dederint operas, plerumque videmus,
Quum jam deſtiterint, ea ſenſibus uſurpare.

Regionem uſurpare pedibus. Plaut. Trin. 4. 2. 4.

Advenio ex Seleucia, Macedonia atque Arabia,
Quas ego, neque oculis, neque pedibus unquam uſurpavi meis.

h. e. Quas nunquam adii, nec ingreſſus ſum.

Sonitum uſurpant aures meæ. Tranſlatio. Plaut. Caſ. 3. 59.

Uſurpare aliquid ex alterius bonis. Cic. 7. Verr. 7. Non ut aliquid ex hujus bonis uſurparet, ſed ut quibus oculis cruentas cervices filii ſui viderat, iiſdem te condemnatum videret.

Uſurpare, [[illegible], [illegible], [illegible], [illegible]

ſurpari. Gl. L. G. ἰσφαρπάζω, G. L.] Uſucapionem interrumpere. Gell. lib. 3. cap. 2. Q. quoque Mucium Juriſconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ quum Calend. Januariis apud virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, ante diem IIII Calend. Januarias ſequentes uſurpatum iſſet. Non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a viro uſurpandi cauſa ex XII Tab. deberet, quoniam tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

USURPANS, entis. Partic. Suet Claud. cap. 25. Civitatem Romanam uſurpantes ſecuri percuſſit. Uſurpantes, i. e. Utendo invadentes Romanorum civium nomen, qui non erant. Tacit. Agric. 7.
Violentiam ac libidines uſurpans. Tacit. 11. Ann. 16.

USURPĀTUS, a, um. aliud Partic. Cic. 7. Verr. 125. Quid vero illa Segeſtanorum non ſolum litteris tradita, neque commemorata verbis, ſed multis officiis illorum uſurpata & comprobata cognatio?
Conſolationes a viris ſapientiſſimis uſurpatæ. Cic. 3. Fam. 16.
Mulier una uſurpata duplex cubile. Idem 9. Fam. 22. ex poeta.

USURPATIO, ōnis. f. [ἰδιοποίημα, πλεῖσμα, ἐξιδιοποίησις, ὑφάρπαξις, Gl. L. G. σφετερισμὸς, G. L.] Frequens uſus. Cic. de Clar. Orat. 250. Qui hoc tempore ipſo, quum liceat, in hoc communi noſtro & quaſi fatali malo, conſoletur ſe, cum conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renovatione doctrinæ.
Civitatis mentio & uſurpatio. Cic. 7. Verr. 165. Apud te Prætorem, ſi non effugium, ne moram quidem mortis mentione atque uſurpatione civitatis aſſequi potuit?
Vetuſtatis uſurpatio. Cic. 2. de Lege Agr. 31. Sint igitur Decemviri, neque veris comitiis, hoc eſt populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem, atque ad uſurpationem vetuſtatis, per triginta lictores, auſpiciorum cauſa, adumbratis, conſtituti.
Vocis uſurpatione abſtinere. Liv. 27. 19.
Superba uſurpatio nominum. Plin. lib. 33. cap. 2. Et diviſus hic quoque ordo erat ſuperba uſurpatione nominum, quum alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret.
Uſurpatio, apud Juriſconſultos, eſt Uſucapionis interruptio. Oratores autem Frequentem uſum vocant. Hæc Paulus de uſurpationibus ſeu uſucapionibus, l. 2.

USURPĀTOR, ōris. m. [σφετεριστής, Gl. L. G.] Ammian. 26. 7. Uſurpator indebitæ poteſtatis.

USURPĀTRIX, icis. f. Salvian. de Gubern. Dei, 4. p. 133. Uſurpatrix innocentiæ arrogantia.

USURPĀTŌRIUS, a, um. Adj. Impp. l. 8. Cod. de Excuſat. Mun. Si quis uſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere.

USURPABILIS, e. Adj. ut, Uſurpabilis futurus. Tertull. adv. Marc. 2. 6.

U T P

UTPOTE, UTPŪTA, V. UT, & PUTO.

U T R

VTRIC. CORP. ARELAT. Utriculariæ corporis Arelatenſium.

UTRICELASIUS, UTRICULUS. V. UTER, utris.

UTRINQUE, UTRO, UTROBI, UTROBIQUE, UTROQUE, UTRUBI, UTRUM. V. UTER, adj.

UTUT, V. UT.

U V A

VV. Viri. [viventes, vivi] VV. F. Viventes fecerunt.

UVA, ūvæ. f. [σταφυλὴ, Gl. L. G & G. L. βότρυ, G. L.] Fructus vitis: dicta ab Uvore, ut vult Varro L. L. 4. 22. extr. Columel. lib. 3. cap. 6. Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cujus ſingulæ uvæ in ſingulis ſarmentis conſpiciantur. Cic. 1. de Divin. 31. Quamque in quatuor partes vineam diviſiſſet, treſque partes aves abdixiſſent; quarta parte, quæ erat reliqua in regiones diſtributa, mirabili magnitudine uvam, ut ſcriptum videmus, invenit.
Terra feras uvis. Ovid. 2. Amor. 16. 7.
Commentor uvæ Bacchus. Ovid. 3. Faſt. 785.
Acerba uva. [ὄμφαξ, Gl. L. G. ὄμφαξ βότρυς, G. L.] Cic. de Seneẞt. 53.
Apyrenos [ἀπύρηνος] uva, Quæ ſine interioribus vinaceis arte naſcitur.
Bumaſtos uva. V. BUMASTOS.
Cibaria uva. Plin. lib. 14. cap. 3.
Coloratæ uvæ. V. COLOR.
Coctæ uvæ. Ovid. 3. de Arte Am. 102.
Dactylides uva. V. DACTYLOS.
Duracina uva. V. DURACINUS.
Eſcaria uva. Plin. lib. 14. cap. 3.
Flava uva. Stat. 5. Theb. 269.
Generoſæ uvæ fertilis vinea. Ovid. Rem. Amor. 567.
Genialis conſitor uvæ. Ovid. 4. Met. 14.
Gravidæ uvæ. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 466.
Helvolæ uvæ. V. HELVOLUS.
Immatura uva, [ὄμφαξ βότρυς, Gl. G. L.] Quæ & Uva acerba.
Imnitis uva, Immatura. Hor. 2. Carm. 5. 10.
Lageos uva. Virg. 2. Georg. 93.
Lanata uva. V. LANATUS.
Madentes uvæ. Claud. Conſ. prob. & Olyb. 274.
Maturæ uvæ. Virg. 2. Georg. 419.
Miſcellana uva, vel Miſcella. V. Miſcellus, in MISCEO.
Mitis uva, Matura. Virg. 1. Georg. 449.
Nigerrimæ uvæ. Catull. ad Colon. 17. 16.
Nitentibus uvis ſpecioſa ulmus. 14. Met. 661.
Ollaris uva. V. Ollaris, in OLLA.
Paſſa uva. [σταφὶς, Gl. L. G. & G. L.] Plin. lib. 23. cap. 12. quæ & Paſſa in Gloſſ. Græcolat. abſolute.
Penſilis uva. Plaut. Pœn. 1. 2. 99.
Siquidem tu es mecum futura pro uva paſſa penſilis. Uvæ ſæpenumero ſuſpenduntur ut paſſæ fiant: etſi alia ratio earum faciendarum eſt, unde illud Varronis R. R. 1. 68. pr. Penſilia, uvæ, ſorba, ipſa oſtendunt quando ad uſum oporteat promi. Turneb. 25. 6. Hor. 2. Serm. 2. 121. V. Penſilis in PENDEO.
Peracerba guſtatu uva. Cic. de Seneẞt. 53.
Præcoquæ uvæ. V. PRÆCOQUUS.
Pubeſcens uva. Plin. lib. 17. cap. 12.
Purpureæ uvæ. Ovid. 13. Met. 814.
Racemiferæ uvæ. Ovid. 3. Met. 666.

Semiviеta uva. Columel. lib. 10. cap. 13.
Serotina uva. V. SEROTINUS.
Similes auro uvæ. Ovid. 13. Met. 813.
Taminia uva. V. TAMINIA.
Varianæ uvæ. Columel. lib. 3. cap. 2.
Vennucula, vel Vennuncula uva. V. VENNUNCULUS.
Augeſcunt uvæ. V. Augeſco, in AUGEO.
Calcare uvas. V. CALCO.
Decerpere uvam. V. DECERPO.
Deſecare uvam a vite. Columel. lib. 12. cap. 43.
Ducit colorem uva. Virg. 9. Ecl. 49.
Pendentes uvæ plenis vitibus. Ovid. 1. Amor. 10. 55.
Percoquit teneras mora uvas. Ovid. Rem. Amor. 83.
Protexit ulmus labens uvas. Stat. 8. Theb. 547.
Rubens uva incultis pendet ſentibus. Virg. 4. Ecl. 29.
Variari incipit uva. Columel. lib. de Arbor. cap. 12.
Varians ſe uva. Plin. lib. 17. cap. 22.
Varia fieri incipit uva. Plin. lib. 17. cap. 22.
Veniunt illic uvæ feliciter. Virg. 1. Georg. 54. I. e. Melius proveniunt.
Veſtitæ frondibus uvæ. Propert. lib. 3. 13. 31.
Uva, pro Vite aliquando ponitur. Virg. 2. Georg. 60.
Et turpes avibus prædam fert uva racemos. Servius.
Uva, etiam aliarum rerum. Plin. lib. 12. cap. 13. Amomi uva in uſu eſt.
Uva, dicitur in apibus, quando examen congregatum ad ſimilitudinem botri dependet. Columel. lib. 9. cap. 9. Quum agmen glomeratum in proximo frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animadvertito an totum examen in ſpeciem unius uvæ dependeat. Virg. 4. Georg. 558.
— & lentis uvam demittere ramis. Servius, Uvam demittere, in moram uvæ, id eſt botryonis defluere.
Uva, [σταφυλὴ ἀνθρώπου, κιονὶς, Gl. L. G & G. L. γαργαρεὼν, L. G.] appellatur in homine, Caruncula, quæ inter tonſillas ultimo palato dependet, ſub qua eſt minor lingua, quæ dicitur epiglottis: ita dicta quod aliquando ad ſimilitudinem uvæ intumeſcat, cum vehementi inflammatione ac dolore. Dicitur eadem & Columella. Plin. lib. 11. cap. 37. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ: Quod inter eas uvæ nomine ultimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub eo minor lingua epiglottis appellatur. V. Celſ. lib. 6. cap. 4.
Uva, eſt etiam Piſcis in mari vivens. Plin. lib. 32. cap. 11.

UVĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [σταφυλοφόρος] Uvas producens: ut, Glebæ uviferæ. Sil. lib. 7. 263.
Maſſicus uvifer. Stat. 4. Silv. 3. 64.

U V E

UVEO, ēre. Madefacere. Unde

UVENS, entis. Partic. quod idem ac Uvidus ſignificat. ut, Uventibus oculis. Petron. cap. 115. Et Sil. lib. 7. 651.
Uventi ferrum admovit tepefacta palato. V. Drakenb. ad Sil. 3. 322.

UVĬDUS, ūvida, um. Adj. [ὑγρὸς] Humidum ſignificat. Virg. 10. Ecl. 20.
Uvidus hiberna venit de glande Menalcas. Ubi Servius, Uvidus, pinguis. Et Humidum eſt quod extrinſecus habet aliquid humoris: Uvidum vero quod intrinſecus, unde & uvæ dictæ ſunt, quod tamen plerumque confundunt poetæ. Columel. lib. 3. cap. 2. Niſi præpingui & uvida terra. Idem lib. 7. cap. 3. Ubi cæli ſtatus uvidus ventoſuſque eſt.
Bacchus uvidus. Hor. 3. Carm. 19. 17.
Gemma uvida in tenero palmite. Ovid. 3. Faſt. 238.
Veſtis uvida, Humore madens. Plaut. Rud. 1. 4. 31.

UVĬDŬLUS, a, um. Adj. dimin. Catul. 64. 63.
Uvidulum a fluctu cedentem ad templa Deum, me
Sidus in antiquis Diva novum poſuit.

UVESCO, ēre. Uvidum fieri. V. SERESCO.

UVOR, ōris. m. uſus eſt Varro 4. de L. L. 22. extr. ubi ait, Uvæ ab uvore.

V U L

VULCĀNUS, i. m. [Ἥφαιστος Gl. L. G. & G. L.] Deus antiquis putatus eſt, quo ſignificatur ignis, quod canut per aëra volet. Volat enim flamma, & candida eſt. Hic & Mulciber appellatur, quod ferrum mulceat. Fingunt enim poetæ hunc fuiſſe deum, & Jovis ex Junone filium, qui faber Jovi fulmina contra Gigantes fabricarit.
Vulcani (inquit Cic. 3. de Nat. Deor. 55.) fuere complures. Primus Cælo natus, ex quo & Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, ut Ægyptii appellant, quem cuſtodem eſſe Ægypti volunt. Tertius a tertio Jove & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuiſſe. Quartus Mænalio natus, qui tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur.
Ardens Vulcanus. Hor. 1. Carm. 4. 8.
Avidus Vulcanus. Hor. 3. Carm. 4. 59.
Luteus Vulcanus. Juven. 10. Sat. 132.
Vulcanus, pro ipſo Igne aliquando ponitur, quemadmodum Pallas pro Litteris. Plaut. Amph. 1. 1. 185.
Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris? I. e. Ignem in laterna.
Furit immiſſis Vulcanus habenis. Virg. 5. Æn. 662.
Spargere Vulcanum tectis. Virg. 7. Æn. 77.
Superante Vulcano, ruinam dedit domus. Virg. 2. Æn. 310.

VULCANIUS, a, um. Adj. [Ἡφαίστειος] Virg. 10. Æn. 408.
Correptis ſubito mediis, extenditur una
Horrida per latos acies Vulcania campos. V. ACIES.
Ardor vulcanius. Valer. 4. Argon. 686.
Arma Vulcania, a Vulcano fabricata. Virg. 8. Æn. 535. Cic. 2. Tuſc. 33. Pungit dolor, vel fodiat ſane: ſi nudus es, da jugulum: ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt fortitudine, reſiſte.
Inſulæ Vulcaniæ. V. VULCANUS.
Peſtis Vulcania, Incendium. Sil. lib. 14. 423.

VULCANIA, um. n. pl. [Ἡφαίστια, Gl. G. L.] Idem quod Vulcanalia.

VULCANĀLIS, e. Adj. ut, Flamen Vulcanalis. Varro de L. L. 4. 15.

VULCANALIA, um. n. pl. [Ἡφαίστια] Feſta Vulcano dedicata. Columel. lib. 11. cap. 3. Ceterum Auguſto, circa Vulcanalia, tertia ſatio eſt.

VULGA, æ. f. Capacitas, vel ſinus cum laxitate. Lucil. lib. 2. In vulgam penetrare piloſam. Varr. Sexageſ. Eo et viaticum ex arcula adderem in vulgam. Nonius 2. 908. V. BULGA.

Vulgāgo, inis. f. Herba, Aſarum dicta. Macer 2. 24.
Vulgus, Antique Volgus, i. m. & n. [ὄχλος, πλῆθος, Gl. G. L.] ſignificat Multitudinem ignobiliorem. Cic. pro Milon. 28. Quum hic inſidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparaſſet, cum uxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, &c.
Vulgum Accuſ. Hor. 2. Serm. 3. 63. — huic ego vulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Conſilium non eſt in vulgo. Cic. pro Planc. 9. Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, &c.
Imperitorum vulgus. Cic. 3. de Orat. 196. Illud autem ne quis admiretur, quonam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo notet.
Servorum vulgus. Ter. And. 3. 4. 4.
Nihil eſt incertius vulgo. Cic. pro Muren. 16.
Fœmineum vulgus, Vulgus fœminarum. Lucan. lib. 7. 39.
Humile vulgus. Plin. in præfat.
Ignobile vulgus. Virg. 1. Æn. 153.
Imperitum quibus vulgus babulorum nomen imponit. Plin. lib. 8. cap. 15.
Incertum vulgus ſcinditur in contraria ſtudia. Virg. 2. Æn. 39.
Indoctum vulgus. Ovid. 5. Met. 208.
Iners vulgus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 21.
Infidum vulgus. Hor. 1. Carm. 35. 25.
Inutile vulgus. Juven. 15. Sat. 126.
Leve vulgus. Ovid. 12. Met. 53.
Miſerabile vulgus. Virg. 2. Æn. 798.
Mobile. Stat. 2. Silv. 2. 123.
Mutabile. Valer. 2. Argon. 762.
Profanum vulgus. Hor. 3. Carm. 1. 1.
Rude vulgus & expers artis. Ovid. 2. Faſt. 292.
Segne vulgus. Lucan. lib. 3. 58.
Attonitum pavet vulgus. Ovid. 14. Met. 412.
Deſignari digitis vulgi. Ovid. 3. Amor. 6. 77.
Indicare aliquid in vulgus. Cic. de Univerſ. 4.
Mutatur mobile ſemper cum principe vulgus. Claud. 4. Conſ. Hon. 302.
Spernere malignum vulgus. Hor. 2. Carm. 16. 39.
Venit vox ad aures vulgi. Virg. 2. Æn. 119.
Vulgus eſſe. Salluſt. in Catil. Ceteri omnes ſtrenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, ſine gratia, ſine auctoritate.
In vulgus, crebro uſurpant veteres, pro Vulgo, Vulgariter, Promiſcue, In quosvis, ut
Commendatio in vulgus. Cic. 5. Tuſc. 103. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc, quæ expetitur, gloria, moleſtiæ habeat, quam voluptatis.
Fames in vulgus inopia quæſtus, & penuria alimentorum. Tacit. 2. Hiſt. 86.
Gratus in vulgus. Tacit. 1. Ann. 28.
Retinere nomen in vulgus. Cic. 2. de Divin. 87. Fani pulchritudo & vetuſtas Prœneſtinarum etiam nunc retinet ſortium nomen, atque id in vulgus.
Acceptum in vulgus. V. Accipio.
Cadebant ſpolia in vulgus. Tacit. 3. Hiſt. 83.
Celebrata in vulgus Galli laus. Tacit. 1. Hiſt. 71.
Exire hoc atque in vulgus emanare non poterit. Cic. pro Roſc. Amer. 3.
Probari in vulgus. V. Probo.
Spargere voces in vulgum. Virg. 2. Æn. 99.
Fuit in vulgus adverſo rumore. Tacit. 2. Hiſt. 52.
Tribuere in vulgus. Cic. 13. Fam. 71. pr. Quia non eſt obſcura tua in me benevolentia, ſic fit ut multi per me tibi commendari velint. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus.
Vulgus, de Ovibus dixit Virg. 3. Georg. 469.
Continuo ferro culpam compeſce, priuſquam
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.
Vulgo, [πανδημεὶ] Adverbialiter poſitum, ſignificat Paſſim, Catervatim, ut ait Servius. Virg. 4. Ecl. 25.
— Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.
Vulgo, Paſſim. Liv. 31. 34. Adverſus quæ tela, quoſque viros pugnandum eſſet, pavidi vulgo cernebant.
Vulgo & Paſſim. Cic. pro Muren. 72. Num locum ad ſpectandum dare, aut ad prandium invitare? minime: ſed vulgo, paſſim. Quid eſt vulgo? Univerſos. [Subaudi Invitare. cnoſ. 72.
Appellare vulgo aliquem ſuperbum. Liv. 1. 50.
Aſcribit vulgo hominum opinio ſocium me tuis laudibus. Cic. 14. Att. 19.
Audiebam vulgo. Cic. 5. Verr. 62. Non mehercule, qui loquor crederem, Judices, tametſi vulgo audieram.
Colunt Saturnum vulgo maxime ad Occidentem. Cic. 3. de Nat. Deor. 184.
Dicitur vulgo, vel dici ſolet. Ter. And. 2. 5. 15. Plin. Epiſt. 168.
Exaudita vox vulgo per lucos. Virg. 1. Georg. 477.
Loquuntur vulgo. Cic. 7. Verr. 78. Cum vulgo loquerentur ſuppoſitum in ejus locum, quem pro illo probare vellet.
Occidi vulgo, Publice, Paſſim. Cic. pro Roſc. Amer. 80. Ejuſmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur.
Occupare vulgo regnum. Cæſ. 2. Bell. Gall. 1.
Oſtendere vulgo. Cic. 6. Verr. 64. Neque ponere, neque vulgo oſtendere ac proferre voluerunt.
Requirunt vulgo id homines. Liv. 1. 31.
Quæſitus vulgo, pro Spurio. Ulpianus l. ad Tertull. Sed & vulgo quæſiti admittuntur ad matris legitimam ſucceſſionem. Et l. 2. Sive juſte ſint procreati, ſive vulgo quæſiti. Budæus.
Quæſiti vulgo dicuntur, Qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet: qui & Spurii appellantur παρὰ τὴν σποράν. Hæc Modeſtinus l. 23. D. de ſtat. homin.
Vulgāris, e Adj. [κοινός, ἰδιώτης, χυδαῖος, Gl. L. G. Πάνδημος, G. L.] Quod eſt vulgi, hoc eſt vile ac commune. Cic. 2. de Invent. 112. Magna an parva; facilia, an difficilia; ſingularia ſint, an vulgaria. Hor. 2. Serm. 12. 18.
Jejunus ſtomachus raro vulgaria temnit.
Vulgare, Tritum & conſuetum. Quintil. in proœm. lib. 1. Simul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem.
Obſoletum & vulgare, cui Novum & inauditum opponitur. Cic. pro Quint. 56. Vulgaria & obſoleta ſunt, res autem nova & inaudita.
Vile & vulgare. Cic. pro Roſc. Amer. 71. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cujus partem ullam reliquerint.

Vulgare eſt, Tritum. Plin. lib. 8. cap. 2.
Artes vulgares, quæ vulgo *mechanicæ* dicuntur. Cic. pro Roſc. Amer. 134. Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios.
Conſuetudo vulgaris. Cic. 1. de Orat. 248.
Declamatio vulgaris & pervagata. Cic. pro Planc. 48.
Fabula vulgaris. Ovid. 4. Met. 53.
Forma vulgaris, Quæ vulgo videri ſolet. Plin. lib. 20. cap. 48.
Generatio vulgaris. Plin. lib. 7. cap. 14.
Intelligentia a vulgari hæc remotiora ſunt. Cic. 2. de Invent. 67.
Notitia vulgaris. Plin. lib. 20. cap. 5.
Opinio vulgaris. Cic. 1. de Orat. 109.
Oratio ad vulgarem popularemque ſenſum accommodata. Cic. 2. de Orat. 108.
Orator vulgaris & Excellens, contraria. Cic. in Orat. 45.
Prudentia communis & vulgaris. Cic. 2. de Orat. 199.
Sermo vulgaris. Cic. 1. Acad. 5. Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos poſitis, vulgari ſermone diſputant.
Via vulgaris. Quintil. in proœm. lib. 1.
Commendatio non vulgaris, h. e. Non levis, non modica. Cic. 13. Fam. 15. extr. Genere novo ſum litterarum ad te uſus, ut intelligeres non vulgarem eſſe commendationem.
Genus dicendi minime vulgare. Cic. de Clar. Orat. 302.
Mulier vulgaris, Quæ vulgo ſui copiam facit. Suet. Vitell. cap. 2. V. ibi Torrent. p. 503. Vide quæ notavi in marg. Tort. de loco Ovidii, ubi pro Vulgares lego Vulgaris,
Nomina vulgares Veneris celebrata puellæ. Ut ſit τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης. H. St. Locus Ovidii infra notatur, ubi forſan v. ſeq. pro Multa, Nuda legendum eſt. Ceterum nil mutant docti, neque MſS. verſu priore, quia nominatim Erycinam Venerem deſignat poeta.
Puellæ vulgares, Quæ proſtant. Ovid. 4. Faſt. 865.
Simplicitas vulgaris, pro Vulgi ſimplicitas. Ammian. Marcell. lib. 16. Sed ex tapete & ſiſyra, quam vulgaris ſimplicitas Saſurnam appellat. p. 132. Francſ. principio. H. St. Exſtant cap. 5. Valeſ.
Compar. Liv. 25. 17. Et ea vulgarior fama eſt. [Immo Vulgatior.
Vulgarius, a, um. Adj. Gell. 12. 10. In libris vulgariis ſcriptum eſt. Significatio vulgaria. Idem 3. 16. Sic & in aliis Gellii locis. H. St. Deſoit in Lugd. hæc dict.
Temeritas vulgaria. Afranius apud Nonium 8. 48.
Venus vulgaria. Apul. Apol. p. 281. Elmenh.
Vulgāritas, ātis f. Vulgus. Arnob. lib. 3. adverſ. Gent. Palem, ſed non femineam illam, quam vulgaritas accipit, ſed maſculini neſcio quem generis miniſtrum Jovis.
Vulgāriter, Adv. [πανδήμως] Idem quod Vulgo. Plin. lib. 28. cap. 14. Vituli quoque jus vulgariter datum, inter auxilia cœliacorum & diſentericorum tradunt.
Vulgariter & ambitioſe. Cic. 13. Fam. 69. Hæc ad te eo pluribus ſcripſi, ut intelligeres me non vulgariter, nec ambitioſe, ſed ut pro homine intimo, ac mihi pernecesſario ſcribere. Sed in MSS. legitur Vulgare.
Vulgivăgus, Adj. [πανδήμευτος] pro Plebejo. Lucret. lib. 4. 1065.
Vulgivagaque vagus venere. i. e. Sectatus popularem venerem: non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem lib. 5. 930.
Vulgivago vitam tractabant more ferarum.
Vulgo, [δημίζω, θρυλῶ, Gl. G. L.] āre. In vulgus emittere, & quaſi multis audientibus ac non taciturnis dicere, commune omnibus facere. Virg. 10. Æn. 64.
— quid me alta ſilentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Vulgare aliquid per. Liv. 28. 27. Non quod ego vulgari facinus per omnes velim. [i. e. Ad omnes pertinere.
In majus aliquid vulgare. Tacit. 3. Ann. 12.
Famam vulgare. Liv. 27. 34.
Laudem vulgare. Liv. 1. 10.
Librum vulgare. Quintil. in proœm. lib. 1.
Rumor deinde vulgatur duas deeſſe tabulas. Liv. 3. 44.
Voce vulgari. Cic. pro Flacc. 65. Nunne hoc veſtra voce legatum eſt?
Concubitus plebis & Patrum vulgare, pro Permiſcere connubia plebejorum & Patriciorum. Liv. 4. 2. Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis Patrumque? ut qui natus ſit, ignoret cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit: dimidius Patrum ſit, dimidius plebis.
Corpus ſuum vulgare dicitur meretrix. Plaut. Amph. Cui me abſente corpus vulgavit ſuum. [In ſuppoſ. puto.
Morbos vulgare. Morborum in vulgus & paſſim cauſam afferre. Liv. 3. 6.
Rem non vulgabat P. Virginius. Liv. 2. 29. i. e. Non ad omnes referebat.
Vulgari cum privatis dicitur Magiſtratus, quum ad ejus humilitatem ſe admittit. Liv. 3. 35. Nimium in ordinem ſe ipſum cogere, & vulgari cum privatis, non tam properantis abire Magiſtratu, quam viam ad continuandum Magiſtratum quærentis eſſe.
Vulgans, antis. Partic. Tacit. 4. Ann. 58. Properum finem vitæ conjectantes vulgantesque.
Talia vulgantes. Idem 13. 7.
Vulgātus, a, um. [διαπεφημισμένος, διηγγελμένος, διατεθρυλημένος, Gl. L. G.] Partic. ut,
Bella vulgata per orbem fama. Virg. 1. Æn. 461.
Verba vulgata. Plaut. Epid. 3. 2. 14.
Cibus vulgatus, Quo quotidie & paſſim utuntur. Plin. lib. 13. cap. 22.
Corpus vulgatum. i. e. Proſtitutum. Liv. 1. 4. Sunt, qui Laurentiam, vulgato corpore, Lupam inter paſtores vocatam putant.
Navis vulgata omnibus. Cic. de Aruſp. Reſp. 59. Quæ navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam iſtius ætas fuit?
Fama vulgatior. Liv. 1. 7.
Senſus vulgatiſſimi. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Vulgatūrus, a, um. Partic. [φημίσων] ut, Littera vulgatura nefas. Claud. 2. in 1. Conſ. Stilich. 296.
Vulgātius, Adv. Compar. Ammian. 15. 1. Hæc augente vulgatius fama.
Vulgātus, ûs m. Sidon. 8. 1. Sufficere ſuſpicabamur, ſi quid ſapientiore vulgatu protuliſſemus.
Vulgātor, ōris. m. [φημιστὴς] ut, Taciti vulgator. Ovid. 2. Amor. 7. 51.
Vulnus, ĕris. n. [τραῦμα, Gl. L. G. & G. L. ἕλκος, L. G.] eſt Hiatus patenſque apertura corporis, ictu aliquo inflicta.

Color

Digitized by Google

Color vulneris ſi lividus, aut pallidus, aut varius, aut niger eſt, ſcire licet malum vulnus eſſe. Celſ. lib. 5. cap. 26. De ratione victus & notis vulnerum.
Glutinatio vulneris. Celſ. lib. 5. cap. 26. De glutinatione vulnerum.
Impetus vulnerum. Plin. lib. 20. cap. 21.
Impetus vulnerum recentium lenire. Plin. lib. 22. cap. 22.
Inflammatio vulneris. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione adverſus vulnerum inflammationem.
Oræ vulneris. Celſ. lib. 5. cap. 26. De glutinatione vulnerum.
Oras vulneris leviter diducere manibus. Celſ. lib. 7. cap. 19.
Claudus vulnere pars corporis. Virg. 5. Æn. 278.
Invalidus vulnere. Tacit. 1. Ann. 46.
Onuſtus vulneribus. Tacit. 2. Ann. 15.
Saucius vulneribus. Ovid. 12. Met. 207.
Tardus vulnere. Virg. 2. Æn. 436.
Acerbum vulnus. V. ACERBUS.
Altum vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 29. De curatione gangrænæ.
Calidum vulnus. Ovid. 5. Met. 137.
Cruda vulnera. Juven. 2. Sat. 73.
Vulneribus crudis populus modo victor.
Cruenta vulnera. Celſ. lib. 5. cap. 19. in initio.
Fatale vulnus. Valer. 4. Argon. 652.
Grande vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De ratione victus & notis vulnerum.
Gravia vulnera. Celſ. lib. 5. cap. 29. De Leucis emplaſtris.
Immania vulnera. Stat. 5. Theb. 29.
Immitia vulnera. Ovid. de Nuce, 69.
Ingenti vulneri ingens quoque vulnus adjicere. Celſ. lib. 7. cap. 5.
Inhoneſto vulnere truncæ nares. Virg. 6. Æn. 497.
Latum vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De glutinatione vulnerum.
Laxum vulnus. Celſ. lib. 7. cap. 5.
Letale vulnus. Virg. 11. Æn. 749.
Letiferum vulnus. Sil. lib. 10. 295.
Leve vulnus. Ovid. 3. Met. 87.
Magnum. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Malum vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Mortiferum vulnus. V. MUSS.
Nigra vulnera. Ovid. 1. Met. 444.
Pejus eſt vulnus quod etiam colliſum, quam quod tantum diſciſſum eſt. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Periculoſa vulnera. Celſ. lib. 5. cap. 26. Quæ vulnera difficilem curationem habeant.
Purum vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curationibus proprie articulorum, Balneum quoque dum parum vulnus purum eſt, inter res infeſtiſſimas eſt. Nam id & humidum & ſordidum reddit, ex quibus ad cancrum tranſitus eſſe conſuevit.
Recentia vulnera. Plin. lib. 20. cap. 9. Celſ. lib. 5. cap. 26. Paſtilli ad recentia vulnera glutinanda apti.
Sanabile vulnus. Juven. 15. Sat. 34.
Senilis vulnere. Celſ. lib. 5. cap. 19.
Subjecta oculis vulnera. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Tenue vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De curatione gangrænæ.
Tolerabilius vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Triſtis vulnere. Ovid. 5. Met. 57.
Trunca vulnera dejectis membris. Ovid. 3. Met. 725.
Tutiſſimum omnium vulnus quod in carne eſt: & hæc quidem loco vel pejora, vel meliora ſunt. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Vehemens vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 27.
Vetuſta vulnera. Ovid. 4. Triſt. 1. 97.
Abdidit alto nefandum ferrum vulnere. Senec. Troad. 1.
Abluere vulnera lymphis. Virg. 4. Æn. 685.
Accenditur vulnus, ſi parum bibitur. Celſ. lib. 7. cap. 27.
Accipere vulnera. V. ACCIPIO.
Accipere vulnere tergo. Virg. 3. Æn. 242.
Arcebat exiguum ſtimulando vulnus. Claud. 1. in Ruff. 182.
Adfuſum venenum vulneri. Tacit. 1. Ann. 10.
Adhibere medicas manus ad vulnera. Virg. 3. Georg. 455.
Adigere vulnus. V. ADIGO.
Adactum vulnus alte. Virg. 10. Æn. 850.
Adurere vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 27. De curatione adverſus rabioſi canis morſum.
Aggravantur vulnera introitu eorum, qui unquam fuerint ſerpentium caniſve dente læſi. Plin. lib. 28. cap. 3.
Agere humorem in vulnus. Celſ. lib. 7. cap. 27.
Ali vulnus non poteſt. Celſ. lib. 7. cap. 27.
Allevantia ſomenta malum vulnus. Hor. Epod. 11. 25.
Alligare vulnus. V. ALLIGO.
Ambeſum corpus multo vulnere. Sen. Hippol. 12.
Ampliare vulnus. Celſ. lib. 7. cap. 5. *Agrandir.*
Anciſa recenti vulnere membra. Lucret. lib. 3. 661.
Aperire vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 29. De ratione victus & notis vulnerum. Idem. lib. 7. cap. 5.
Aſtrinxit ſicca rigens vulnera ſanguis. Lucan. lib. 4. 291.
Aſtringit & cohibet vulnera Polium, prohibetque ſerpere. Plin. lib. 21. cap. 20.
Cedere per mutua vulnera. Ovid. 3. Met. 123.
Circumactus in vulnus. V. CIRCUMAGO.
Claudicare ex vulnere accepto ob aliquem. Cic. 2. de Orat. 249.
Colligat vulnera bitumen cum farina hordeacea. Plin. lib. 35. cap. 15.
Concidere mutuis vulneribus. V. MUTUUM.
Confectus vulneribus. Liv. 24. 26. Tandem vulneribus confectæ virgines, quum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt.
Confodere aliquem vulneribus. V. CONFODIO.
Conglutinantur vulnera decocto graminis. Plin. lib. 24. cap. 19.
Conglutinant vulnera holoſteon. Plin. lib. 27. cap. 10.
Conſumptus vulneribus. Sil. lib. 10. 286.
Conturbare prima vulnera novis plagis. Lucret. lib. 4. 1064.
Crepitant duro ſub vulnere malæ. Virg. 5. Æn. 416.
Curare vulnus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Deligare vulnus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Deſcendit vulnus magno hiatu. Stat. 12. Theb. 340.
Detegere vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. § 27. Detecto vulnere, conſiderandus color eſt.
Dirigere vulnera. Virg. 10. Æn. 140.
Divellere vulnus. Cæſ. de Bell. Afric. 88.
Dare cæcum vulnus cuſpide. Virg. 10. Æn. 140.
Dare certa vulnera. Ovid. 1. Met. 458.
Dare inania vulnera. Ovid. 3. Met. 91.
Durare ad vulnera. Virg. 3. Georg. 257.
Edere vulnera & conſerere dextras. Stat. 1. Silv. 4. 60.
Eluſa vulnera. Ovid. 12. Met. 104.
Emendantur vulnera capitis lacte muliebri. Plin. lib. 28. cap. 7.
Exanimari gravi vulnere. Cic. 2. de Finib. 97.
Excipere vulnera. V. EXCIPIO.
Exhalans crudeli vulnere vitam. Virg. 2. Æn. 561.
Exſugere vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 27. titulo 3. Homo adhibendus eſt, qui vulnus exſugat.
Explet vulnera creta Eretria. Plin. lib. 35. cap. 6.
Extinctus miſerando vulnere. Stat. 5. Theb. 717.
Facere vulnus. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Feci vulnus in vulnere. Ovid. 10. Met. 49.
Facere vulnera alicui in tergo. Ovid. 3. Met. 232.
Fervens vulnus. Ovid. 4. Met. 120.
Figere iterata vulnera. Stat. 1. Silv. 2. 84.
Fiunt vulnera morſu ſerpentis. Celſ. lib. 5. cap. 27. in principio.
Fovere vulnus aqua calida. Celſ. lib. 7. cap. 26. tit. 5.
Glutinantur vulnera candido ovi. Plin. lib. 29. cap. 3.
Habere grave vulnus. Ovid. 4. Met. 207.
Hiat vulnus abruptis venis. Stat. 2. Silv. 1. 4.
Ictus mortifero vulnere Alexander. Liv. 9. 19.
Illinunt vulneribus Polium. Plin. lib. 21. cap. 20.
Illinitur ad vulnera Teucria. Plin. lib. 26. cap. 8.
Inflammantur vulnera ſuperventu eorum, qui pedibus iter confecerint. Plin. lib. 35. cap. 6.
Immoliari aliquem vulnere. Virg. 12. Æn. 943.
Impingere vulnus. V. IMPINGO.
Implere vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. Quomodo vulnus implendum ſit.
Imponere ſtercus caprinum ſuper vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 27. tit. 5. & tit. 8.
Imponitur vulneribus amurca in linteolis. Plin. lib. 23. cap. 3.
Imponuntur vulneribus folia lilii. Plin. lib. 21. cap. 19.
Imprimere vulnus. V. IMPRIMO.
Incidere circa vulnus ſcalpello. Celſ. lib. 5. cap. 27. tit. 3. & lib. 7. cap. 16.
Inducere cicatricem vulneribus. Celſ. lib. 5. cap. 29. in princ. & cap. 26. ad finem.
Inferre vulnera alicui. V. INFERO.
Inferuntur vulnera quæ per tela. Celſ. lib. 5. cap. 27. in principio.
Infeſtant vulnera & nimius calor, & nimium frigus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Infligere vulnus. V. INFLIGO.
Infligere alicui vulnus. Cic. 2. Philipp. 101.
Inliſa cerebro vulnera. Stat. 8. Theb. 534.
Infundere vulneri acetum. Celſ. lib. 5. cap. 26. in curatione adverſus profuſionem ſanguinis, &c.
Intumeſcit vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26. De ratione victus & notis vulnerum.
Ingeſtis vulneribus concidit. Tacit. 3. Hiſt. 85. pro Inflictis.
Inſequi aliquem infeſto vulnere. Virg. 2. Æn. 529.
Integrare vulnera, Renovare dolorem. Stat. 5. Theb. 29.
Inurere vulnus. Cic. pro Sext.
Lædunt vulnere dracones. Ovid. 4. Met. 601.
Læſum parvo cor vulnere. Ovid. 12. Met. 481.
Lenire vulnera. Sil. lib. 17. 112.
Mederi vulneribus. V. MEDEOR.
Minitans vulnera curvata cuſpide. Ovid. 2. Met. 199.
Miſcent crebris vulneribus prælia. Virg. 3. Georg. 221.
Miſit eum geminato vulnere ad umbras Tartareas. Ovid. 12. Met. 257.
Movere aliquem in vulnera alicujus, i. e. Inſtigare ut vulnus infligat alicui. Claud. 2. in Eutrop. 480. — & Perſas in regia vulnera movit.
Mulcere vulnera. Sil. lib. 13. 455.
Novat repertum vulnus ſtipite. Ovid. 12. Met. 287.
Obligare vulnus. V. OBLIGO.
Occidi vulnera. Quintil. lib. 6. cap. 1. Occiſus eſt, utrum ferro, an igne, an veneno, uno vulnere, an pluribus.
Occidit minimo vulnere. Ovid. 6. Met. 205.
Patet vulnus. Celſ. lib. 7. cap. 16.
Patens vulnus in pectore. Virg. 11. Æn. 40.
Patiens mille vulnera. Ovid. 10. Met. 171.
Paſſi alterna vulnera. Lucan. lib. 5. 1.
Paſſi Martia vulnera pugnando. Virg. 7. Æn. 182.
Penetravit vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Perire vulnere. Hor. 1. Carm. 27. 12.
Petere mortem per vulnera. Virg. 4. Georg. 218.
Poſcunt medicinam vulnera. Sil. lib. 11. 166.
Pulſus pudendis vulneribus. Virg. 11. Æn. 56.
Recidendum eſt enſe immedicabile vulnus. Ovid. 1. Met. 190.
Recrudeſcit vulnus. H. St.
Refricare vulnus. V. REFRICO.
Repetitum vulnus. Quintil. in Proœm. lib. 6.
Reſolvere vulnera. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Reſolvere cæca vulnera. Stat. 5. Silv. 5. 82.
Sanare vulnera. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Satiatur largo vulnere corvus. Claud. 1. in Ruff. 355.
Scinditur novatum vulnus. Ovid. Rem. Amor. 729.
Serebant vaſta vulnera. Lucret. lib. 5. 1289.
Siccare vulnera. Ovid. 10. Met. 187.
Stridet infixum ſub pectore vulnus. Virg. 4. Æn. 689.
Eſt vulnus quod in ſumma parte. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Tardatus vulnere. Ovid. 13. Met. 81.
Valet mel in eo vulnere quod Ceraſtes fecit. Celſ. lib. 5. cap. 27. tit. 8.
Victus ingenti vulnere. Virg. 10. Æn. 842.
Ulciſci ſævo vulnere aliquem. Sen. Herc. fur. 12.
Urere vulnus, & Uſtum vulnus. Celſ. lib. 5. cap. 27. De curatione adverſus rabioſi canis morſum. Et ibidem, Vulnus quod apertum ignem non eſt.

Flebile venis vulnus hiat. Stat. 2 Silv. 1. 4. de morte alumni.
Evicta vulneribus ornus. Virg. 2 Æn. 630.
Scinditur odoro vulnere pinus. Stat. 6. Theb. 104.
Ferre aratri raſtrorumque vulnera dicitur Tellus. Ovid. 2. Met. 286.
Vulnus per translationem accipitur & pro Angore animi, & Damno. Liv. 22. 54. Non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades, cum duobus Conſulibus Conſulares exercitus amiſſi nunciabantur.
Sanare vulnus injuriæ. Cic. 15. Fam. 4. Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderii, ad ſanandum vulnus injuriæ. ut faveas, fautorque ſis. h. e. Injuriam vindicare. [Immo Ad ſolatium injuriæ.
Sanata vulnus Reip. V. Sano, in SANUS.
Sedare vulnera. Stat. 2. Silv. 1. 208.
Turbatus triſti vulnere mentem. Virg. 12. Æn. 160.
Orbitatis vulnus. Quintil. in proœm. lib. 6.
Vulnus pro Amore, & dolore. Virg. 4. Æn. 2.

At regina, gravi jamdudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. i. e. Amoris dolorem ac moleſtiam fovet intra venas. Lucret. lib. 1. 35.

Inconſolabile vulnus mente gerit tacita, Dolorem maximum. Ovid. 5. Met. 426.
Mutua vulnera, Mutuus amor. Ovid. 14. Met. 721.
Servans æternum ſub pectore vulnus. Virg. 1. Æn. 40. De præterito, dolorem dixit: de futuro, metum. Ad utrumque vulnus.
Tabeſcere cæco vulnere. Lucret. lib. 4. 1114.
Vivit tacitum ſub pectore vulnus. Virg. 4. Æn. 67.
Tabularum vulnera recentia, pro Lituris. Cic. 4. Verr. 104. Repente aſpicimus lituras ejuſmodi, quaſi quædam vulnera tabularum recentia.

VULNUSCULUM, i. n. dimin. Ulpian. in l. 1. D. de ædilit. edi. Vulnuſculum modicum.

VULNERARIUS, a, um. Adj. [τραυματικός] Quod ad vulnus pertinet. Plin. lib. 23. cap. 4. Vulnerariis emplaſtris utile.

VULNERARIUS, i. m. [χειρουργός] Qui vulnera ſanat & curat. Plin. lib. 29. cap. 1. Ob id publice vulnerarium eum tradunt fuiſſe vocatum, mireque gratum adventum ejus initio.

VULNIFER, vel VULNIFERUS, a, um. Adj. [τραυματοποιός, Gl. G. L.] Prudent. Pſychom. v. 171.

— vulnifero gradiens intacta per imbres.

VULNIFICUS, a, um. Adj. [τραυματοποιός] Quod vulnus infert. Virg. 8. Æn. 446.

Vulnificoſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Dentes vulnifici. Sen. Hippol. 1.
Enſis vulnificus. Stat. 4. Theb. 87.
Plumbum vulnificum. Valer. 1. Argon. 420.
Sus vulnificus. Ovid. 8. Met. 359.

VULNIFICO, are. ut, Aliquem vulnificare. Fortunat. Carm. 9.

VULNERO, [τραυματίζω, τιτρώσκω, Gl. G. L.] are. Vulnus infligere, Sauciare. Cæſ. 1. Bell. Civil. 46. Vulnerantur amplius ſexcenti.
Servi nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Cic. 1. Verr. 67.
Caput enſe ſævo vulnerat. Ovid in Ibin, 298.
Corpus vulnerare ferro. Cic. Poſt red. in Senat. 6. Sanctiſſimum corpus, non ſolum tactum ac violatum manu, ſed vulneratum ferro, confectumque vidiſtis.
Ferri viribus vulnerari. Cic. pro Sext. 24. Si ad nudum vel fortiſſimi viri corpus acceſſerit, poſſit acie ipſa & ferri viribus vulnerari.
Bono proprio vulnerari. Ovid. 21. Epiſt. 18.
Fortunæ continuo icto vulneror. Ovid. 2. de Pont. 7. 41.
Tranſlate. ut, Vulnerare aliquem voce, Lædere, & offendere verbis. Cic. 1. in Catil. 9. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.
Aures gravior nuntius vulnerat. Virg. 8. Æn. 582.

VULNERATUS, a, um. Partic. [τετραυματισμένος, Gl. G. L.] ut, Vulneratus humerum. Plin. lib. 7. cap. 28.
Mortifere vulneratus. V. Mortifere, in MORS.
Multitudine ſagittarum vulneratus. Cæſ. 2. Bell. Gall. 41.
Tranſlate. ut, Naves vulneratæ. Liv. 37. 24.

VULNERATUS, ûs. m. [τραυματισμός, Gl. L. G. & G. L.] Saucius.

VULNERATIO, onis. f. [τρῶσις] Cic. pro Cæcin. 47. Sin autem vim ſine cæde, ſine vulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis.
Tranſlate. Cic. in Piſon. 47. Major hæc eſt vitæ, famæ, ſalutis ſuæ vulneratio.

VULNERABILIS, e. Adj. Vulnerans. Cæl. Aurel. Acut. 3. 17. Materia acerrima & vulnerabilis.

VULPES, & antique VULPIS, is. f. [ἀλώπηξ, Gl. L. G.] Animal quadrupes maxime aſtutum: cujus naturam vide apud Plinium. Perſ. 5. Sat. 117.

Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem.

Cauta vulpes. Hor. 1. Epiſt 1. 73.
Feta vulpes. Hor. 3. Carm. 27. 4.
Quam facile vulpes pirum comeſt. Proverbium apud Plaut. Moſt. 3. 1. 21. De re facto proclivi: quod nihil negotii ſit vulpi dentatiſſimæ pirum edere. Ex Eraſmo.
Animi ſub vulpe latentes. Hor. in Arte Poet. 437. h. e. Sub dolo & impoſturis adulantium. Acron.
Jungere vulpes; dicitur de re abſurda. Virg. 3. Ecl. 91. [Ἀδύνατα.
Mutat pilum vulpes, non mores. Suet. Veſp. cap. 16.

VULPECULA, æ. f. [ἀλώπηξ, Gl. L. G.] dimin. Hor. 1. Epiſt. 7. 29.

Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam, &c. Bentlejus legit Nitedula.

Cic. 1. de Nat. Deor. 89. Nec unquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos vulpeculaſque ſæpe vidiſſes.

VULPINUS, a, um. Adj. [ἀλωπέκειος] Quod ad vulpem pertinet. Suetonius, Ubi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt. [Non videntur Tranquilli
Lingua vulpina. Plin. lib. 28. cap. 11. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippiturus negant.
Vulpinus, [ἀλωπὸς] Aſtutus. Plaut. Vulpinus animus ne quid moliatur mali. [Forſan ex Plauti ſuppoſitis.

VULPINARIS, e. Adj. ut, Amaſio vulpinaris, i. e. fraudulentus. Apul. 3. Met. p. 186. Elmenh.

VULPINOR, [ἀλωπεκίζω] ari. Mendaciis ac fraudibus vera pervertere, ſive effugere. Tractum ab intorto vulpium curſu. Varro Myſteriis,

Vulpinare modo, & concurſa, qualibet erras. Ex Nonio 1. 226.

VULPIO, onis. m. Homo vulpina indole præditus. Apul. Apol. p. 128. Elmenh. Si ex litteris tuis noſceretur, te etiam prius, quam ad eum migraſſes, etiam cum matri blandireris, tamen jam eum vulpionem & impium fuiſſe.

VULSELLA, V. VELLO.

VULSINII, orum. m. [Οὐολσίνιοι] Tuſciæ oppidum opulentiſſimum, totum fulmine concrematum. Plin. lib. 2. cap. 52. Hujus meminit & Strabo lib. 5.
Vulſinienſes [Οὐολσίνιοι] inde dicti ſunt Incolæ.

VULSINIENSIS, vel VULSINIENSIS, e. Adj. [Οὐολσινιανός] ut, Vulſinienſis lacus. Columel. lib. 8. cap. 16.

VULSURA, VULSUS. V. VELLO.

VULTUR, ŭris. & VULTURIS, is. & VULTURIUS, i. m. [γύψ, Gl. L. G. & G. L.] Avis rapax, carnivora. A volatu tardo dicta, quod propter magnitudinem corporis tarde volet. Plaut. Truc. 2. 2. 16.

Illud eſt: vide jam, quaſi vulturii, triduo
Prius prædivinabant, quo die eſurituri ſient. Ennius,
Vulturis in ſilvis miſerum mandebat homonem.

V. Plin. lib. 10. cap. 6.
Dirus vultur. Valer. 4. Argon. 69.
Edax vultur. Ovid. 2. Amor. 6. 33.
Immanis vultur obunco roſtro. Virg. 6. Æn. 597.
Obſcænus vultur exanima conſumit corpora. Sil. lib. 13. 472.
Vulturius, per tranſlationem, pro homine Rapace. Cic in Piſon. 38. Appellatus eſt hic Vulturius, illius provinciæ (ſi diis placet) Imperator.
Togati vulturii, i. e. Forenſes rabulæ. Apul. 6 Met. V. Cic. pro Sext. 71.
Vulturius, Latus unum talorum dicebatur: aliqui enim interdum fiebant, qui pro numeris effigies animalium habebant, ut vulturem aut regulorum. De vulture in talis. Plaut. Curc. 2. 3. 78. Jacit vulturios quatuor. V. ibi Taubm. p. 115. & Turneb. Adverſ. 5. 6.

VULTURINUS, a, um. Adj. [γύπειος] Quod eſt vulturis. Plin. lib. 10. cap. 4. Vulturinus ſanguis. Sic lib. 29. cap. 6. Vulturinum fel. Et lib. 30. cap. 3. Vulturina ſpecies.

VULTUR, ŭris. m. [Οὐόλτουρ] Mons Apuliæ, in quo ſe dicit fuiſſe educatum Horatius, 3. Carm. 4. 9.

Me fabuloſæ Vulture in Apulo, &c.

VULTURNUS, & antique VOLTURNUS, i. m. [Εὖρος, Gl. L. G.] Ventus ab Oriente hiberno ſpirans, inquit Gellius lib. 2. cap 22. Eum plerique Græci miſtu nomine, quod inter Notum & Eurum ſit, Εὐρόνοτον appellant. Hi ſunt igitur tres venti Orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus: quorum medius Eurus eſt. Hactenus Gell. Columel. lib. 11. 2. Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant. [Cum quo facit Gloſſographus. V. & lib. 5. cap. 5.
Celer vulturnus. Lucan. lib. 2. 403.
Eſt & Vulturnus, ſeu Vulturnum, Campaniæ oppidum, cum fluvio ejuſdem nominis, ut ſcribit Plin lib. 3. cap. 5. Liv. 4. 37. Vulturnum Hetruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam. Pomponius Mela lib. 2. 4. Vulturnus: amnis: Vulturnum oppidum. Sil. lib. 8. 530. — fluctuque ſonorum

Vulturnum. Nunc vulgo dicitur *Volturno*.

Trahens multam arenam ſub gurgite Vulturnus. Ovid 15. Met. 715.
Vulturnus, Deus Tiberinus. Varr. de L. L. 4. 5.

VULTURNALIS, e. Adj ut, Flamen Vulturnalis. Varro de L. L. 6. 3. Vulturnalia Volturno Deo ſua ſacra faciebant. Paulus.

VULTUS, antique VOLTUS, ûs. m [ὄψις, πρόσωπον, Gl. L. G. ὄψις, πρόσωπον, G. L.] dicitur, Indicatio ipſa in homine, quæ pro motu animi in facie oſtenditur ac colligitur. Plin. lib 7. cap. 19. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Piſon. 1. Vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt. Interdum etiam ſignificat, Ipſius corporis faciem. Martial. lib. 1. 32.

Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus.

Vultus, a volendo dicitur, ſicut a colendo cultus, teſte Valla lib. 4. cap. 83. Hinc antiquis Voltus ſcribebatur.
Immo, puto, aliter Valla. Verba Vallæ ſunt, Facies magis ad corpus, Vultus magis ad animum refertur atque voluntatem unde deſcendit. Nam Volo Supinum habet Voltum. Inde dicimus irato & mæſto vultu, potius, quam Facie: & contra Lata aut longa facie, non Vultu. &c. H. St. Ergo non aliter, puto, Valla.
Vultus & Facies hoc diſtant: Vultus eſt voluntas, quæ pro motu animi in facie oſtenditur. Facies, ipſa oris ſpecies. Salluſt. in Catil. cap. 15. extr. Prorſus in facie, vultuque vecordia inerat. V. plura apud Nonium 5. 81.
Vultus qui ſenſus animi plerumque indicant. Cic. 2. de Orat. 148.
Vultus plurimum poteſt. Cic. in Orat. 60. Vultus, qui ſecundum vocem plurimum poteſt, quantam affert tum dignitatem, tum venuſtatem? In quo cum effeceris ne quid ineptum aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio.
Imago animi vultus eſt, indices oculi. Cic. 3. de Orat. 219.
Quidam vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes. Cic. 1. de Orat. 115.
Mutabilis vultu. Hor. 2. Epiſt 2. 189.
Simulacra vultus. Tacit. in vita Agric. 46.
Violentia vultus. Ovid. 1. Met. 238.
Acer vultus in hoſtem. Hor 1. Carm. 2. 40.
Agreſtes vultus. Ovid. 9. Met. 96.
Ambiguus vultus, Quem neſcius puerine ſit, an puellæ. Hor. 2. Carm. 5. 24.
Benignus vultus. V. BENIGNUS.
Bonus vultus. Ovid. 8. Met. 677. in Philemonis fabula,

— ſuper omnia vultus
Acceſſere boni. i. e. Hilares.

Gall. *Bon viſage on monſtre, Il fait bon viſage a quelcun.* Vultus plurali numero, pro ſingulari, ex Cicer. Lamb. in Lucretium p. 16. H. St. Ad lib. 1. v. 93. Ubi duo Cic. loca adducit, alterum ex 10. ad Fam. 30. ubi Cortium V. alterum ex 2. de Orat. 148. Apud poëtas tamen frequens eſt hæc heteroſis numeri.
Compti vultus. Claud. 2. in Eutrop. 137.
Confuſi vultus. Lucan. lib 3. 753.

Conjux ſæpe ſui, confuſis vultibus unda,
Credidit ora viri, Romanum amplexa cadaver.

Confce-

Digitized by Google

Conſceleratus vultus. V. CONSCELERO.
Coruſcus vultus. Claud. 6. Conſ. Hon. 159.
Decorus vultus. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 431.
Dilecti vultus. Stat. 12. Theb 174.
Diſtortus vultus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Durus vultus, Triſtis, ſeverus. Ovid. 16. Epiſt. 10.

Parce precor faſſo, nec dura cetere vultu
Perlege.

Erectior vultus. Quintil lib. 11. cap. ult.
Exanimes vultus. Lucan. lib. 6. 26. Rictum lupi intelligit.
Ferini vultus. Ovid. 7. Met. 271.
Feros vultus. Sen. Hippol. 10.
Formoſi vultus. Ovid. 2. Amor. 1. 37.
Gravis, Juven. 9. Sat. 12.
Hilaris. Ovid. 5. Triſt. 1. 40.
Igneus vultus. Sen. Herc. fur. 12.
Importunus vultus. Cic. Poſt red. in Senat. 14. Si modo vultum importunum in forum detuliſſet.
Infeſtus vultus. Lucan. lib. 5. 206.
Ingenui vultus puer. Juven. 11. Sat. 154.
Inimicus. V. INIMICUS.
Iratus. Claud. 4. Conſ. Hon. 426.
Juveniles vultus. Ovid. 3. Faſt. 437.
Jucundus vultus. Plin. lib. 20. cap. 17.
Læti vultus. Ovid. 10. Met. 5.
Loquax vultus. Ovid. 1. Amor. 4. 17.
Lubricus vultus aſpici. Hor. 1. Carm. 19. 8.

Urit me Glyceræ nitor,
Splendentis Pario marmore purius:
Urit grata protervitas,
Et vultus nimium lubricus aſpici.

h. e. Qui quum aſpicitur lubricos in amorem ſui facit juvenes. Porphyr.
Lucidi vultus Lunæ. Sen. Hippol. 4.
Lugubres vultus. Ovid. 1. Triſt. 7. 21.
Mærens. Ovid. 11. Epiſt. 91.
Mæſtus. Senec. Thyeſt. 6.
Minaci vultu gravis. Valer. 5. Argon. 519.
Modeſtus. Juven. 10. Sat. 300.
Nitidus. Ovid. 4. Triſt. 3. 9.
Præclarae vultus. Lucret. lib. 4. 1027.
Projectus & degener vultus. Tacit. 3. Hiſt. 65.
Ridiculus vultus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Rigidus & trux vultus. Ovid. 4. Epiſt. 72.
Serenus vultus, Non perturbatus. Hor. 1. Carm. 37. 26.
Severus & triſtis vultus. Cic. 2. de Orat. 289.
Sidereus. Sen. OEdip. 5.
Supinus. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Terribilis. Ovid. 2. Met. 265.
Torvus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Torvo vultu ferus. Hor. 1. Epiſt. 19. 12.
Trepidi vultus. Ovid. ad Liv. 275.
Triſtis vultus. Ovid. 17. Epiſt. 15.
Trux vultus. Tacit. 4. Ann. 14. Et Cæſar truci vultu defenſionem accipiens.
Tumidi & truces vultus. Senec. Octav. 4.
Virginei vultus. Virg. 3. Æn. 216.
Virgineus vultus in ore puerili. Ovid. 10. Met. 631.
Virilis vultus. Hor. 3. Carm. 5. 44.
Vitalis vultus. Lucret. lib. 3. 655.
Abdere vultus ſuos tenebris. Ovid. de Rem. Amor. 588.
Addere vultum verbis. Ovid. 5. Faſt. 503.
Adhibere aliquo vultum. V. ADHIBEO.
Advertere vultus ſuos ſacris. Ovid. 8. Met. 488.
Affulſit vultus tuus populo. Hor. 4. Carm. 5. 6.
Appellare vultu. V. APPELLO.
Arat ruga ſenilis jam meos vultus. Ovid. 1. de Pont. 4. 2.
Aſpectans alterno vultu & hunc & illum. Ovid. 5. Met. 30.
Aſpice vultus meos. Ovid. 2. Met. 90.
Aſpicere aliquem molli vultu. Ovid. 10. Met. 609.
Avertere vultus ab aliquo. Ovid. 14. Met. 750.
Componere feros vultus. Ovid. 13. Met. 767.
Compoſitus vultus. Tacit. 1. Ann. 7.
Condere vultus. Ovid. 2. Met. 330.
Confundere vultum alicujus. Ovid. 14. Met. 167.
Conjectare aliquid vultu. Tacit. 1. Ann. 12.
Conſentit vultus cum oratione. V. CONSENTIO.
Convertere vultus ſuos in aliquem. Ovid. 4. Triſt. 3. 9.
Defixus ſilenti vultu. Valer. 7. Argon. 407.
Defixus mæſto lumina vultu. Virg. 6. Æn. 156.
Deformat vultum macies. Virg. 4. Georg. 255.
Dejecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt. Virg. 3. Æn. 320.
Dejectus vultus. Virg. 6. Æn. 862.
Dejectus in humum vultus, Vultus humum aſpiciens. Ovid. 6. Met. 707.
Demiſſa vultum Dido. Virg. 1. Æn. 565.
Depoſuit vultum ſuum in gremio. Ovid. 2. Faſt. 756.
Detinere vultus alicujus. Ovid. 13. Epiſt. 20.
Diſcere vultum alicujus. Virg. 1. Æn. 755.
Diſſimulare vultum. Stat. 9. Theb. 803.
Ducere vultus. V. DUCO.
Exſatiare. Stat. 8. Theb. 650.

Aſpicit, & vultu non exſatiatus amato.

i. e. Vultum illius ſemper aſpicit.
Excidit illi vultus. Ovid. 2. Met. 601.
Excipere pacato vultu aliquid. Ovid. 1. Faſt. 3.
Expreſſi vultus per ahenea ſigna. Hor. 2. Epiſt. 1. 249.
Fecere taciti vultus convicia. Ovid. 1. Amor. 7. 21.
Ferre vultu. Tacit. 4. Hiſt 85.
Figere vultus in aliquo. Virg. 12. Æn. 70.
Fingere vultum. Ovid. 4. Met. 319. V. FINGO.
Fictus & ſimulatus vultus. Cic. pro Cluent. 72. Recordamini facientes que illos ejus fictos ſimulatoſque vultus.
Flagrantes dei vultus. Virg. 1. Æn. 714.
Flectere vultum ad aliquem. Ovid. 10. Met. 235.
Fœdare ſerenos vultus. Virg. 2. Æn. 285.
Fœdati vultus. Ovid. 5. Met. 59. al. Laudatos.
Fuſus prono ſuper oſcula vultu. Stat 3. Silv 3. 177.
Gerit dejectus vultus pudore. Senec. Troad. 12.
Gerere incertus vultus. Senec. Agamem. 7.
Habet pacem vultus, i. e. Præ ſe fert animum pacatum. Ovid. 2. Met. 858.
Hærent infixi pectore vultus. Virg. 4. Æn. 4.
Humectare vultum largo flumine. Virg. 1. Æn. 469.
Immutare vultum. V. IMMUTO.
Induere vultus ſeveros. V. INDUO.
Infecit niveos purpura vultus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 270.
Ire modeſto vultu. Ovid. 1. Amor. 4. 15.
Lacrimare durus vultus mulie neſcit. Sen. Herc. fur. 13.
Lavare vultum profuſis lacrimis. Ovid. 9. Met. 679.
Madentes ſudore vultus. Sil. lib. 12. 642.
Mutare vultum. V. MUTO.
Notare vultus. Tacit. 3. Hiſt. 65.
Obducti vultus ægro luctu. Ovid. 2. Met. 329.

At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat vultus.

Pertulit intrepidos vultus ad fata noviſſime. Ovid. 13. Met. 478.
Prætendere vultum. Quintil. in proœm. lib 1.
Procumbere toto vultu in terram. Ovid. 14. Met. 281.
Promittere aliquid vultu. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Promittere amico vultu aliquid. Ovid. 3. Met. 257.
Referre vultum alicujus. Ovid. 11. Met. 441.
Regi alicujus vultu. Senec. de Benef 6. 7.
Rejicere alto vultu dona alicujus. Hor. 4. Carm. 9. 49.
Renidens falſum vultu. Tacit. 4. Ann 60.
Renidenti cohibens ſuſpiria vultu. Valer. 4. Argon. 359.
Reſpice placido vultu mea munera. Ovid. 2. Faſt. 17.
Ridere ficto vultu. Stat. 1. Achil. 194.
Ridere invito vultu. Hor. 3. Carm. 11. 22.
Rigabat vultum atque ora lacrimis. Virg. 9. Æn. 251.
Rogare ſupplice vultu aliquid. Claud. 1. in 1. Conſ. Stil. 212.
Servat benignum vultum Fortuna. Hor. 1. Epiſt. 11. 20.
Soluto vultu galeas intrare. Stat. 5. Theb. 355.
Solvere vultum riſu. Valerius Maximus lib. 4. cap. 3. de Marco Curio.
Sperſi vultus ſanguine. Ovid 13. Met. 532.
Spectare iniquo vultu aliquem. Ovid. 1. de Arte Am. 313.
Eſſe boni vultus. Ovid. 5. Met. 501.

— quum tu, curaque levata,
Et vultus melioris eris.

V. Bonus vultus ſupra.
Tegere caſtos vultus. Ovid. 4. Met. 709.
Tegit conſilium vultu. Virg. 4. Æn. 477.
Tendens ad ſidera vultus. Ovid. 1. Met. 731.
Tenere immotos vultus. Ovid. 14. Met. 592.
Tenere rectus vultus in aliquem. Stat. 10. Theb. 536.
Tenuare vultum macie. Propert. lib. 4. 3. 27.
Terrere aliquem vultu. Hor. 2. Serm. 7. 44.
Territa pavido vultu. Sen. Herc. OEth 5.
Trahere vultum & rugas cogere. Ovid. 2. Amor. 2. 33.
Velare demiſſos vultus. Lucan. lib. 2. 361.
Vertit vir formoſus mulieres in ſuos vultus. Ovid. 14. Met. 327. in Pici fabula.
Salis placidi vultus. Virg. 5. Æn. 848. i. e. Maris facies.
Omniferi vultus Telluris. Ovid 2. Met. 275.
Purpureus vultus Lunæ. Ovid. 1. Amor 8. 12.
Vulta, neutro genere protulit Lucret. lib. 4. 1205.

— ſed quos utriuſque figuræ
Eſſe vides miſtim referentes vulta parentum.

V. Non. 3. 260.

VULTICŬLUS, i. m. dimin. quo uſus eſt Cic. 14. Att. 23. Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? i. e. Vultus macie attenuatus.

VULTUŌSUS, a, um. Adj. [προσωπικός] Quintil. lib. 11. cap. ult. Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuoſe, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. Cic. in Orat. 60. In quo quum effeceris ne quid ineptum aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio. Ineptum, h. e. Alienum a re, a perſona, a cauſa, a loco, a tempore, a modo: ſunt enim hæc diligenter oratori conſideranda. Vultuoſum, h. e. Vultu ipſo nimis affectatum: ut ſi quis in triſtitia plus, quam deceat, vultum contrahat: quod quidam efficere ſolent, ut triſtiores videantur: aut in lætitia frontem nimis exporrigat. In ſumma Vultuoſum dicitur, Quicquid eſt nimium & præter decorum in vultu. V. Nonius 2. 917.

VULTUOSE, Adv. Donat. in Ter. Phorm. Act. 1. Scene 2. circa finem, Hoc vultuoſe pronuntiandum. H. St.

VULTĬVŎLUS, i. m. Sareſb 1. 12. Vultivoli ſunt, qui ad affectus hominum immutandos, in molliori materia eorum, quos pervertere nituntur, effigies exprimunt.

VOLVA, eodem VULVA, æ. f. [μήτρα, Gl. L. G. & G. L.] dicitur in animalibus quod Uterus in mulieribus. Plin. lib. 11. cap. 37. Feminis eadem omnia, præterque veſicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vulvam. [Ipſi tamen Plinius & Celſus nominibus hiſce, de feminis loquentes, promiſcue utuntur.

Articuli vulvarum. Plin. lib. 20. cap. 23.
Os vulvæ. Celſ. lib. 6. cap. ult. Si anus vel os vulvæ procidit.
Sinus vulvæ gemini in muliere. Plin lib. 11. cap. 37.
Callum vulvarum emollit fel capræ. Plin. lib. 28. cap. 19.
Contractio vulvæ. Plin. lib 24. cap. ult
Converſione vulvarum ſuffocatas excitat odore ſinapi. Plin lib. 20. cap. 22.
Cruciatus vulvæ. Plin. lib 24 cap ult.
Doloribus vulvarum imponitur lac muliebre. Plin. lib 28. cap. 7.
Dolores vulvarum tollit Melitites lapis. Plin. lib 36. cap 19.
Dolores vulvæ ſedat Chamæſyce. Plin. lib 24. cap. 15.
Duritias & converſiones vulvæ emendat piſ. Plin. lib. 24. cap. 72.

Duritiem

Duritiem vulvarum emollit ſevum aſininum. Plin. lib. 28. cap. 19.
Exanimationes vulvarum. Plin. lib. 32. cap. 3.
Exulcerationem vulvarum ſanat ſevum aſininum. Plin. lib. 28. cap. 19.
Exulcerationibus vulvarum prodeſt medulla vituli. Plin. 28. 12.
Fluxionem vulvæ ſiſtit decoctam Palmæ. Plin. lib. 23. cap. 5.
Inflammationes vulvæ. Celſ. lib. 5. cap. 21. Plin. lib. 26. cap. 15.
Inflationi vulvæ, fimum aprinum cum oleo illini prodeſt. Plin. lib. 28. cap. 19.
Morbo vulvæ ſtrangulatas ajunt reſpirare capillorum muliebrium odore ſi crementur. Plin. lib. 28. cap. 7.
Onera vulvæ extrahit reſina. Plin. lib. 24. cap. 6.
Procidentia vulvæ. Plin. lib. 23. cap. 1. & 9.
Strangulationes vulvæ Cuminum potum in vino aperit. Plin. lib. 20. cap. 15.
Strangulationes vulvæ ſedat Aniſum. Plin. lib. 20. cap. 17.
Strangulationibus vulvæ ſuccurrit Crethmos. Plin. lib. 26. cap. 15.
Strangulationes vulvarum diſcutit Bitumen olfactum. Plin. lib. 33. cap. 15.
Strangulationes vulvæ recreat Gagates. Plin. lib. 36. cap. 19.
Strangulatus vulvæ. Plin. lib. 20. cap. 18.
Strangulatus vulvæ Peucedanum uſtum recreat nidore. Plin. lib. 26. cap. 15.
Strangulatus vulvarum diſcutit Crocum. Plin. lib. 21. cap. 20.
Strangulatum a vulvis emendit Agaricum. Plin. lib. 26. cap. 15.
Tormenta vulvæ. Plin. lib. 20. cap. 4.
Vitia vulvæ emendat Ampelos agria. Plin. lib. 27. cap. 7.
Adjuvat vulvam pulmo leporis aridus potus. Plin. lib. 28. cap. 19.
Aperit vulvas contractas Porri ſuccus. Plin. lib. 20. cap. 6.
Apponitur vulvæ concitatæ ſuccus foliorum cypri. Plin. lib. 23. cap. 4.
Contineri vulvas adalligato Samio lapide tradunt. Plin. lib. 36. cap. 21.
Corrigit convulſas vulvas Ruta illita in melle toto ventre & pectore. Plin. lib. 20. cap. 13. & 14.
Dilutus in vino Circea, bibiturque ad dolorem vulvæ & vitia. Plin. lib. 27. cap. 8.
Emolliunt vulvas. Plin. lib. 21. cap. 19. Idem lib. 24. cap. 8.
Expurgant vulvas. Plin. lib. 22. cap. 23.
Exulceratæ vulvæ medetur oleum myrteum. Plin. lib. 23. cap. 4.
Induratam vulvam aperit fel bubulum. Plin. lib. 28. cap. 19.
Inflammatis contractiſque vulvis admoventur ſtrigmenta athletarum. Plin. lib. 28. cap. 4.
Juvantur vulvæ lacte equino colloto. Plin. lib. 28. cap. 19.
Laborans vulva duritie. Plin. lib. 24. cap. 6.
Laborantes vulva ſuffiri felle Crocodili ſalutare tradunt. Plin. lib. 28. cap. 8.
Mollire vulvam. Celſ. lib. 5. cap. 21. Plin. lib. 20. cap. 21.
Præclaſa vulva. Plin. lib. 24. cap. 6.
Procidentes vulvas inhibet Ariſtolochia. Plin. lib. 26. cap. 15.
Procidentes vulvæ reprimuntur ſuffitu fimi a mare bove. Plin. lib. 28. cap. 19.
Procidentes vulvas reſilire cogit Urtica. Plin. lib. 22. cap. 13.
Procidentes vulvas ſiſtere. Plin. lib. 24. cap. 4. & 12. ad finem.
Prodeſt vulvis oleum Cycinum. Plin. lib. 23. cap. 4.
Subvenit ſtrangulantis vulvæ Cedridis odor. Plin. lib. 24. cap. 5.
Suffire vulvam pilo cervino. Plin. lib. 28. cap. 19.
Verſa vulva, ſpiritum ſi incloſit, funebris eſt. Plin. lib. 11. cap. 37.
Vulvam ex porca in deliciis habuere aliquando Romani. Plin. lib. 11. cap. 37. Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejectitia vocatur illa, hæc Porcaria, primiparæ ſuis optima; contra effetis. A partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, livida ac macra. V. STERILIS.
Ampla vulva nil pulchrius. Hor. 1. Epiſt. 15. 41. V. ibi Torreor.
Volva, Antiqui uſurpant. Plin. lib. 11. cap. 22. Volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipſum poſtea in volva, ceu in ovo eſt luteum. Varro 2. de R. R. cap. 1. Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in volvis intimis.
VULVŬLA, æ. f. Farciminis genus. Apic. 2. 3.

U X A

VX. Uxor.
UCAMA, æ. f. Oppidum Hiſpaniæ citerioris, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 3.

U X E

UXELA, æ. f. [Οὔξελλα] Inſulæ Britanniæ urbs, ut ſcribit Ptolem. lib. 2. cap. 3.

U X O

UXOR, ōris. f. [γαμετὴ, Gl. L. G. & G. L. ἄλοχος, γυνὴ, L. G.] Quæ viro tradita eſt. Ter. Adel. 1. 7. 41. Uxor ſine dote veniet? Cic. 15. Fam. 9. Quare gratum mihi feceris ſi uxori tuæ Juniæ, graviſſimæ atque optimæ feminæ, meis verbis eris gratulatus. [In Gloſſ. Græcolat. Γαμετὴ, Uxor nupta, Uxor marita. Quaſi videlicet Epitheto opus eſſet. An delendum poſterius uxor, ut ſint totidem ſynonyma? An vero Juſtæ uxoris periphraſis, quæ opponitur Concubinæ?
Uxor, quaſi Unxor dicitur, inquit Servius in Virg 4 Æn. 458. Mos fuerat, ut nubentes puellæ, ſimul quum veniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo ungerent. Et inde uxores dictæ ſunt, quaſi unxores. Plinius quoque ſcribit lib. 28. cap. 9. Novas nuptas lupino adipe poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. [V. Voſſ. Etym. An pro Uniſors, i. e. Conſors?
Duæ formæ uxoris. Cic. in Topic. 14. Genus eſt uxor: ejus duæ formæ, una matrumfamilias, earum, quæ in manum convenerunt; altera, earum, quæ tantummodo uxores habentur.
Beata uxor creandis pueris. Hor. 1. Epiſt. 2. 45.
Capaciſſima uxor ſeceſti. V. CAPAX.
Feta uxor. Juven. 14. Sat. 167.
Formoſa uxor. Juven. 13. Sat. 43.
Incommoda uxor & importuna. V. INCOMMODUS.
Juſta uxor. i. e. Legitima, opponiturque Concubinæ. Sueton. in Veſpaſ. cap. 3. Poſt uxoris exceſſum Cænidem, Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam ſibi, revocavit in contubernium: habuitque etiam Imperator pæne juſtæ uxoris loco.
Juſta uxore nati. V. JUSTUS & NASCOR.
Legitima uxor. V. LEX.
Liberalis uxor. V. LIBER adjectivum.
Optima uxor. Lucret. lib. 3. 907.
Placens uxor. Hor. 2. Carm. 14. 22.
Abducere uxorem a viro. V. ABDUCO.
Abhorrere a ducenda uxore. Cic. 14. Att. 12. A ducenda uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam jucundius.
Adjungere ſibi uxorem. V. ADJUNGO.
Arceſſere uxorem. V. ARCESSO.
Aſſumere uxorem. V. ASSUMO.
Commutare uxorem. V. COMMUTO.
Ducere uxorem. [γαμεῖν, Gl. G. L.] Cic. pro Sext. 6. Duxit uxorem, patre vivo, optimi & calamitoſiſſimi viri filiam. [An Sed calamitoſiſſimi?
Ducitur tibi uxor. Virg. 8. Ecl. 29.
Facere miſſam uxorem. V. MITTO.
Habere uxorem. Cic. 2. de Orat. 260. Ex tui animi ſententia tu uxorem habes.
Permolere alienas uxores. Hor. 1. Serm. 2. 35.
Prægnans uxor. Cic. 1. de Orat. 183. Cum paterfamilias uxorem prægnantem in provincia reliquiſſet, Romæque alteram duxiſſet, neque nuntium priori remiſiſſet, mortuuſque eſſet inteſtato, & ex utraque filius natus eſſet, mediocriſne res in controverſiam adducta eſt?
Recuſare uxorem grandi cum dote. Hor. 1. Serm. 4. 50.
Reddere gravidas uxores. Lucret. lib. 4. 1232.
Deviæ uxores olentis mariti, Capræ. Hor. 1. Carm. 17. 7.
UXORCŬLA, æ. f. dimin. [γυναικίδιον] Plaut. Caſ. 4. 4. 19.
Ejus uxorcula. V. Apul. Met. lib. 9. p. 219. Elmenh.
UXORCŬLO, āre. Plaut. in Sitellitergo apud Varron. de L. L. 6. 3. Mulieres uxorculavit, ego novi ſcio actioſas.
UXŌRIUS, a, um. Adj. [γαμικός] Quod eſt uxoris, vel quod ad uxorem pertinet. Cic. 3. Off. 61. In arbitrio rei uxoriæ, melius æquius.
Dos eſt uxoria lites. Ovid. 2. de Arte Am. 155.
Jus uxorium. Jabolenus in l. Qui concubinam in princip. D. de legat. 3.
Levamentum uxorium. Tacit. 3. Ann. 34. Quod honeſtius, quam uxorium levamentum?
Bibere uxoria. Quintil. Declam. 15. de eo, cui meretrix potionem odii dederat, Felix protectu qui non niſi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille æs: tu bibis uxoria, tu lacrimis rogas, &c.
Pependiſſe uxorium dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, æs populo dedit. Feſtus. [Hic videtur Subſt. ſubaudito æs.
Uxorius, [γυναικομανὴς, γυναικοκρατούμενος, Gl. L. G. γυναιμανὴς, G. L.] Qui uxori nimis inſervit. Virg. 4. Æn. 266.
— tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem
Exſtruis?
Amnis uxorius. Hor. 1. Carm. 2. 20.
Imber uxorius, Lacrima ob mortem uxoris. Stat. 5. Silv. 1. 31.
UXŌRIŌSUS, a, um. Adj. Gloſſ. Lat. Gr. Uxorioſus, ὁ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα φιλῶν.

X

X

X Latinorum litterarum ultima. Quintil. 1. 4. Noſtrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. Græcis Ξ, ξ, & Hebræorum ס Samech, ordine tam litterario, quam numerali exadverſum reſpondet. Nam apud utroſque populos ס 60 Ξ 60 etiam repræſentat. Vaſti eſſe ſoni innuit Cic. in Orat. 153. Quomodo enim veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga litteræ vaſtioris? Quam litteram etiam e maxillis & taxillis & vexillo & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit. [V. in his vocabulis, & paulo infra.

Liqueſit X littera ab hodiernis Italis, qui pro Alexandro *Aleſſandro* proferunt. [Quod miror non & Gallos ſecutos, qui eam in multis vocabulis finalem habent, ubi vel plane non efferunt, vel inſtar s.

E Conſonis duplicibus X, nam vel CS vel GS (vel etiam CHS) exprimit, uti liquet ex flexione Pax, pacis, Grex, gregis. Immo olim ſcribebatur Pacs, Gregs, idque uſque ad Auguſti tempora ſi Iſidoro fides. Attamen in Columna Duilliana, quicquid de ea ſtatuitur, legimus Exfociont pro Effugiunt. [Niſi forte ex Petri Ciacconii ſupplemento hæc ſunt. Illud certe conſtat antiquiores ſæpius vim & poteſtatem ejus uſurpaſſe, ut in Faxo, Faxim, &c. apparet exoletis.

X tranſit in S, ut ξιλιϰα Siliqua, uti videmus SS in X mutari, ut πίσσα Pix, Ulixes idem qui Ulyſſes.

Tranſit in SC, ut ἰξὸς Viſcus.

Q mutatur in X, ut Coquo, coxi.

V in X, ut Vivo: vixi. Item,

H in X, ut Veho, vexi.

X perinde fit Q, ut e Lax, Laqueus: item V, ut Nix, nivis. Videtur etiam aliquando ex φς fieri, ut νίφας Nix: quod & Latine fit, ut Proximus pro Propſimus; q. d. Propiſſimus.

S poſt X omitti debere contendit Priſcianus, quod Græce σ non ξ ante σ ſcribatur, & X ſit loco CS: ergo Exequor ſcribendum eſſe non Exſequor. At hinc ſequeretur potius ſcribi debere Ecſequor, quo pacto etiam antiquitus ſcribebatur Ecferre. In veterum monumentis inſeri S videmus etiam ubi non eret opus, ut Diſſerit, Uxſor. [Sane v. g. Expolio & Exſpolio etiam ſignificatione diſtant. Adde nec ſ litteram Græcos ξ ſubjungere, cum apud Latinos id perpetuum ſit, ut Extendo, ἐκτείνω, & ſimilia. Valeat igitur Priſciani ratio.

In numeris valet 10, unde in antiquis Codd. etiam pro Denario Romano ponitur. Plin. 12. 10. Meſoſphærum emitur X. LX. i. e. Denariis 60. Unde fit ut numerum exprimat denarium. Vide quæ diximus in V numerus. Errat Priſcianus, qui hanc cauſam adfert, quia ξ eſt decima Græcorum conſona.

X. Decima. Decimus. X. E. Decimæ erogator. X. K. OCT. Decimo Kalendas Octobres. X. P. Decem pondo. X. PS. Decem paſſus. X V. Decem vir.

X A

Xanion, i. n. [ξάνιον] inter Inſtrumenta muliebria poſitum e Polluce lib. 10. cap. 26. [Puto a ξαίνω, Carmino.

Xanthi, orum m. [Ξάνθοι] Populi ſunt in Aſia: qui quum eorum urbs ab Harpago, Cyri regis præfecto, obſideretur, uxores ſuas ac ſervos una cum ſuppellectili in arce poſuerunt, eamque igni ſuccenderunt, deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes, interfecti ſunt, ut ſcribit Herodotus lib. 1.

Xantippa, æ. f. [Ξανθίππη] Uxor Socratis philoſophi. Moroſa admodum fuiſſe fertur & jurgioſa: irarumque & moleſtiarum muliebrium per diem, perque noctem ſcatebat, & reliqua. V. Gell. 17. 1. & Diog. Laert. in Socrate.

Xanthippus, i. m. [Ξάνθιππος] Lacedæmoniorum dux, arceſſitus a Carthaginienſibus, contra Luctatium Conſulem pugnavit. Volaterranus.

Xanthium, i. n. [ξάνθιον] Herba e lapparum genere, qua rufantur capilli. V. Plin. 24. 19. Dioſc. 4. 133.

Xantho, ûs. f. [Ξανθώ] Una fuit ex Nymphis, Oceani & Tethios filia. Virg. 4. Georg. 336.

Xanthus, i. m. [ξανθὰς] Gemma e fulvo candicans. Plin. 37. 10. Alii legunt Xanthenes.

Xanthus, i. m. [Ξάνθος] Latine Flavus dicitur, quo nomine dictus fluvius Trojanus, qui & Scamander dicitur. Nam quod in campis Trojanis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophæa naſcuntur, ideo flumen id Ilienſes Xanthum appellaviſſe dicuntur. De quo Virg. 1. Æn. 477.

Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.

Fluenta Xanthi. Virg. 4. Æn. 143.

Amnis Xanthus. Hor. 4. Carm. 6. 26.

Eſt præterea Xanthus, Flumen & Oppidum Lyciæ, cujus quoque meminit Homerus lib. Iliad. d. & Pompon. lib. 1. 15.

Xanthus Achillis equus nominatus fuit. Claud. 4. Conſ. Hon. v. 556.

Xanthus, antiquus rerum Lydorum ſcriptor. Lydusne an Sardianus fuerit, Strabo ſe dicit incertum habere. Suidas Lydum eum dicit e Sardibus civitate fuiſſe, ſcripſiſſeque hiſtoriam Lydorum libris quatuor.

Xanthus alter, Poëta melicus ponitur ab Æliano.

Xanthus ridiculus philoſophus in commentitia Æſopi vita.

X E

Xenarchus, i. m. [Ξέναρχος] Poeta comicus, cujus fabulas commemorat Athenæus

Xenarchus alter, e Seleucia Ciliciæ, Peripateticus, docuit Alexandriæ primum, deinde Romæ, Arii philoſophi, deinde Cæſaris Auguſti uſus amicitia, uſque in honore habitus. Denique paulo ante mortem viſu orbatus diem obiit. Strabo lib. 14.

Xenarchus alius Rhodius, tantæ homo bibacitatis, ut ex ea re Metreta cognominatus fuerit. Athenæus lib. 10. At Ælian. Xenagoram vocat.

Xeniades, is. m. [Ξενιάδης] Corinthius, qui cum emere vellet Diogenem Cynicum, & quid is artificii noviſſet, percontatus foret, Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Quod reſponſum demiratus Xeniades emit & manumiſit, filioſque ſuos ei tradens: Accipe, inquit, liberos meos quibus imperes. Meminit Gellius lib. 2. cap. 18. & plenius Diog. Laert. in Cynici vita.

Xanion, [ξένιον] Auratum capitis ornamentum, ex Polluce 5. 16.

Xenium, i. n. [ξένιον] dici poteſt Munus hoſpitalitatis, i. e. munus ab hoſpite ſeu amico miſſum: ξένος enim hoſpitem ſignificat. Unde Martial. lib. 13. in quo ejuſmodi munera diſtichis deſcribit, Xenia inſcripſit, quod verſus ipſos pro xeniis mitteret. Inquit enim, epigr. 3.

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello

Conſtabit nummis quatuor empta tibi. &c.

Xenia dicebantur Dona, quæ poſt menſam hoſpitalem effundebantur in amicos non peregrinos. Plin. 6. Epiſt. 31. Summo die abeuntibus nobis (quam diligens in Cæſare humanitas!) xenia ſunt miſſa V. Rader ad l. c. Martial. & Dempſt. ad Roſin. Antiq. 5. 12. p. 65. [Gloſſ. Græcolat. Ξένιος, Hoſpitalis, Ξένιον, τὸ δῶρον, τὸ παρατιθέμενον ξένῳ, Hoſpitale

Xeniolum, i. n. dimin. Apul. 2. Met. p. 119. Elmenh. Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi Byrrhæna xeniola, &c.

Xenius, a, um. Adj. Xenias balneas apud Ciceronem quidam Bajis eſſe ſuſpicantur: ſic ab hoſpitibus, qui ibidem recipiebantur, Xenias, id eſt, hoſpitales fuiſſe cognominatas. Locus Ciceronis pro Cœl. 62. Sed ut venenum, quum e Licinio traderetur, manifeſto comprehendi poſſet, conſtitui locum juſſit balneas xenias, ut eo mitteret amicos, qui deliteſcerent. Gruter. ex MſS. leg. Senias.

Xenius [Ζεὺς ξένιος] Juppiter, Deus erat hoſpitalis, quem hoſpites invocabant ſiquando jura hoſpitalia violarentur, eum quippe vindicem ſperabant. Budæus.

Xenocles, is. m. [Ξενοκλῆς] Spartanus dux contra Perſas in expeditione Ageſilai. Diodorus lib. 14.

Xenocles, Carcini filius, Poeta tragicus. V. Ariſtoph. Ran. Schol. 86.

Xenocles, Adramytenus, princeps Rhetorum in Aſia. Cic. de Clar. Orat. 416.

Xenocrates, is. m. [Ξενοκράτης] nomen philoſophi Chalcedonii auditoris Platonis, & Polemonis præceptoris, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit, & viginti quinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo ut quum eum Plato Ariſtoteli compararet, hunc freno, illum calcaribus indigere diceret. Hic philoſophorum ſeveriſſimus extitit. Ejus verbis tanta fides adhibebatur, ut quum injurati nullius teſtimonium admitteretur, huic ſoli injurato crederetur. Auctor Suidas, & Laërt. in ejus vita. Hunc Athenienſes aliquando vendiderunt, ut ita in exilio degens frangeretur. Obiit ſecundo & octogeſimo ætatis ſuæ anno, quum noctu forte in ſartaginem offendiſſet. Cic. 1. Att. 13. Quæ mihi res multo honorificentior viſa eſt, quam aut illa, quum jurare tui cives Xenocratem teſtimonium dicentem prohibuerunt.

Xenocrates, alter philoſophus, modeſtia nihil ſuperiore inferior, ſcripſit οἰκοσκοπικὸν, id eſt domeſticum auſpicium: quando videlicet, aut muſtela, aut ſerpens, aut his ſimilia in domo appareant, quid portendere ſoleant. Suidas.

Xenodochium, vel Xenodochion, i. n. Item, Xenon, ōnis. m. [ξενοδοχεῖον, ὁ ξενών] Leg. 33. §. 7. & Leg. 35. Cod. de epiſc. & clericis, &c. Gloſſ. Ξενοδοχεῖον, Hoſpitalium.

Xenodochus, i. m. [ξενοδόχος] Qui advenas inopes & debiles hoſpitio excipit. Leg. 33. §. 7. & Leg. 49. §. 3. Cod. Gloſſ. Ξενοδόχος, Hoſpita.

Xenodocus, i. m. [Ξενόδοκος] Statuarius, ſcientia fingendi, cælandique nulli veterum poſtponendus. Cujus meminit Plin. 34. 7.

Xenoparŏchus, i. m. [ξενοπάροχος] Qui hoſpitibus res ad victum neceſſarias præbet. Dig. lib. 50. t. 4. leg. 18. §. 10.

Xenŏphănes, is. m. [Ξενοφάνης] Philoſophus Colophonius Archelai auditor, ſcripſit elegias & iambos contra Heſiodum & Homerum, quæ de diis dixere improbans. Auctor Laertius. Hujus meminit etiam Strabo lib. 4. de Colophone ſcribens. Cic. 4. Acad. 118. Xenophanes paulo etiam antiquior, unum eſſe omnia, neque id eſſe mutabile, & id eſſe deum. Xenophanes, alter poeta, item iambicus, patria Lesbius. Suidas.

Xĕnŏphantus, i. m. [Ξενόφαντος] Tubicen, de quo Seneca de Ira 2. 2. extr. Militaris viri in media pace togati aures tuba excitat, equoſque caſtrenſis erigit crepitus armorum. Alexandrum aiunt, Xenophanto canente, manum ad arma miſiſſe.

Xenophilus, i. m. [Ξενόφιλος] Muſicus, patria Chalcidenſis, Pythagoricus, biennio minor quam Gorgias, qui CVII vixit annis, ſed felicitate non inferior, ſiquidem, ut Ariſtoxenus ait, omnis incommodi humani expers in ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt. Auctor Valer. Max. 8. 13. 3. ext. Felicitatis hujus Xenophili meminit & Plin. lib. 7. cap. 50.

Xenŏphon, ontis. m. [Ξενοφῶν] Grylli filius, Athenienſis, Socratis diſcipulus, ob eloquentiam Muſa Attica vocatus: equorum, venationis, & rei familiaris in primis ſtudioſus, ut ex ejus monumentis deprehendi poteſt. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militavit, ac παιδείαν ejus ſcripſit, non tam hiſtoriæ ſerviens veritati, quam ut perfectum inſtitueret ducem, ut Cic. 2. de Orat. teſtatur. Quintilianus Xenophontis jucunditatem inaffectatam dixit, quam nulla affectatio conſequi poſſit. Cum Platone ſimultates geſſit, ut ſcribit Gell. lib. 14. cap. 5. &, qui pluribus perſequitur hujus vitam, Laertius.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt. Cic. de Senect. 58.

Sermo dulcis Xenophontis. Cic. in Orat. 32. Ibid. 62. Xenophontis voce Muſas quaſi locutas ferunt.

Xenophontes, præter hunc alii tres fuere: unus Antiochenus, qui ſcripſit Babylonica, opus ſcilicet de amore. Alter Epheſius hiſtoricus. Tertius Cyprius, qui ſcripſit Epheſiaca, amores videlicet Cyrenes, Myrrhæ, & Adonidis. Auctor Suidas.

Xenophonthēus, vel **Xenophontius**, a, um. Adj. [Ξενοφώντειος] Cic. 5. Fam. 12. Grottam illam, de qua ſuaviſſime quodam in procemio ſcripſiſti, a qua te flecti non magis potuiſſe demonſtras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate. Cic. in Brut. 132. Molli & Xenophonteo genere ſermonis. i. e. Tali, quali Xenophon eſt uſus.

Xerampĕlīnus, a, um. Adj. [ξηραμπέλινος] ut, Xerampelinæ veſtes, matronales dictæ, ab aridæ vitis colore, qui medius eſt inter coccum & muricem. Merula ſcribit Atrebaticas fuiſſe appellatas apud Juven. 6. 517.

Et xerampelinas veteres donaverit ipſi.

Xerantĭcus, a, um. Adj. [ξηραντικός] Exſiccans. Macer. 2. 88. 3. Xerantica decoctio.

Xerocollyrium, i. n. [ξηροκολλύριον] Collyrium ex aridis compoſitum. Marcell. Emp. cap. 8.

Xerolibya, æ. f. Africæ pars inter Ægyptum & Cyrenaicam. V. Serv. ad Virg. 4. Æn. 42. & 196.

Xerŏlŏphus, i. m. [Ξηρόλοφος] ſignificat Tumulum aridum & ſiccum, ex congeſtis nempe lapidibus. ξηρός, aridus, ſiccus. λόφος, tumulus. Talem fuiſſe Byzantii conſtat, ubi erecta erat columna, & tripodes, quibus multa epigrammata erant inſcripta. Dicunturque adhuc ejus rei non obſcure ſupereſſe veſtigia. Socrates auctor eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 7. cap. 5. ſicuti & Nicaphorus lib. 14. cap. 13. ſignificat celebrem Conſtantinopoleos locum fuiſſe, quem Xerulophon appellabant, ubi & forum Arcadii erat. Meminit & Suidas. Sed optimus teſtis eſt Priſcianus. Is lib. 1. cap. de Accidentibus litteræ, Et epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis qui ſtat in Xerolopho Byzantii, ſic ſcripta, &c. Rurſus lib. 6. Et quod hoc verum eſt, oſtendunt epigrammata vetuſtiſſima, quæ litteris antiquiſſimis ſcripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, qui eſt Conſtantinopoli in loco, quem Ξηρόλοφον vocant.

Xeromyrrha, æ. f. [ξηρόμυρρα] Unguentum ſiccum quaſi manibus confectum. Sedul. Hymn. 2. 81.

Xeromyrrham poſt ſabbatum

Quædam vehebant corpori. Alii leg. Xeromyrum: al. Chriſto myrrham. Sed ita MſſT. [Alioqui commode legi poſſet Sero myrrham &c.

Xērion, vel **Xerum**, i. n. [ξηρόν] Xera ſunt Arida medicamenta, quæ pulveris in modum inſperguntur. Plin. Valer. 3. 22. Alii legunt Xeria.

Xērŏphăgia, æ. f. [ξηροφαγία] Tertull. adverſ. Pſych. cap. 1. Arguunt nos quod jejunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus, quod etiam Xerophagias obſervemus, ſiccantes cibum ab omni carne, & omni juſculentia & uvidioribus quibuſque pomis, ne quid vinoſitatis, vel edamus, vel potemus. V. Voſſ. Etym. fol. 573. & de Vit. Serm. 3. 4.

Xerophthalmia, æ. f. [ξηροφθαλμία] Arida lippitudo. Celſ. lib. 6. Eſt etiam genus aridæ lippitudinis. ξηροφθαλμίαν Græci appellant: neque tument, neque fluunt oculi, ſed rubent tantum, & cum dolore quodam graveſcunt, & noctu prægravi pituita inareſcunt: quantoque minor generis hujus impetus, tanto finis minus expeditus eſt. ξηρός, ſiccus, aridus. ὀφθαλμία, lippitudo.

Xerxes, is. m. [Ξέρξης] Darii filius, maximus omnium regum Perſarum fuit. Ægyptum, quæ a patre deſciverat, recepit. Expeditionem etiam, quam Darius in Athenienſes paraverat, quinque annorum apparatu proſequens, decies centena hominum millia traduxiſſe dicitur. Quem numerum, ut Valerius 9. 13. ext. itemque Herodotus teſtantur, de alta proſpectans ſpecula, fleviſſe fertur, quod poſt centum annos nullus ſupereſſet futurus. Hac igitur multitudine accinctus, ut omnes referunt auctores, & maria pontibus conjunxit, Athon montem continenti abſcidit, vel Plinio teſte lib. 4. cap. 10. victus demum a quatuor millibus apud Thermopylas, navale certamen cum Themiſtocle tentavit: a quo item apud Salamina ſuperatus, turpiter cum paucis parva cymba aufugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipſe profligatus in Bœotia fuit. Demum quum ſe otio ſocordiæque, relicta militia, tradidiſſet, præmium genus luxuriæ novum invenientibus propoſuit, ut ſcribit Valerius 9. 1. ext. 3. Quamobrem a ſuis ſpretus, paucis poſt annis ab Artabano præfecto ſuo in regia interficitur, quum regnaſſet annis octo. V. Juſtin. 2. 12. &c. Lucan. 2. 672.

Xerxes præmium propoſuit qui novam inveniſſet voluptatem. Cic. 5. Tuſc. 20.

Xerxes templa Græciæ inflammavit. Cic 2. de Legib. 20. V. loc.

Xerſcaidem ſovet, quod Victor ac triumphator, Beroſo teſte. Proinde Valer. Max. 9. 5. Jam Xerſes, inquit, cujus in nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo jure quam inſolenter uſus eſt. &c.

X I

Xiphia, vel **Xiphias**, æ. m. [ξιφίας ἰχθύς, Gl. G. L.] Nomen piſcis, de quo Plin. 32. 2. Xiphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe, ab hoc naves perfoſſas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocatur, non procul a Lixo flumine, Trebius Niger auctor eſt. Xiphias etiam Cometarum genus. V. Plin. 2. 25.

Xiphion, i. n. [ξίφιον] Herba quæ Romanis Gladiolus, vel ut Gloſſ. Gladiolum, dicitur, aut Segetalis. Videtur id nominis nacta, quoniam gladii ſpeciem foliis præbeat, iridi ſimilis erant, niſi minore & anguſtiora viderentur, & gladii modo mucronata nervoſaque. In caulem exit cubitalem in quo purpurei flores in ordinem digeſti inter ſe diſtant, ſemine rotundo, radice duplicis ordinis, quarum una inſidet alteri, ceu puſillis bulbis, inferiore gracili, ſuperna vero habitiore, adultiorique, in arvis maxime naſcitur. Plinio 25. 11. in humidis quum primum exit, gladii præbet ſpeciem, caule duûm cubitorum, radice ad nucis avellanæ figuram fimbriata. Folium xiphiu, ut Theophraſtus ſcribit, latum ad enſis effigiem exit, unde nomen herbæ inditum.

Xiphŏīdes [ξιφοειδής] Græcis Enſiforme dicitur, quod enſis vel gladii ſpeciem habet. Ita proprie χόνδρος ξιφοειδής vocatus ab Anatomicis cartilago imæ parti Sterni adnata, quam & Mucronatam juniores vocant. Galen. lib. de oſſib. cap. 12. toti Sterno hanc appellationem tribuit, cartilaginem vero, quam diximus, Triangulam, τρίγωνον χόνδρον, vocat.

X U

Xūthus, i. m. [Ξοῦθος] Hellenis filius, qui cum Theſſalia pulſus eſſet à fratribus, Athenas confugit, dignuſque habitus eſt ab Erechtheo rege, cui filiam deſponderet Creuſam. Pauſan. Achaic. pr. & Herodot. lib. 7.

Alius hoc nomine Philoſophus. Ariſtot. Phyſ. 4. 9.

Xuthus Choraules, apud Plutarch. in Antonio.

X Y

Xylaris, vel **Xylecrios**, i. f. Herba Symphoniaca. Apul. de Herb. cap. 4.

Xylīnæ, ārum. f. [Ξύλιναι] Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Ponti Cappadociæ urbs, vulgo *Sentina*.

Xylobalsămum, i. n. [ξυλοβάλσαμον] Arboris balſami materia, hoc eſt balſami lignum, ut inquit Dioſcor. 1. 18. Columel. 12. 51.

Xylŏcinnămōmum, i. n. [ξυλοκιννάμωμον] Lignum cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. de cinnamomo, Ipſum vero lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur.

Xylon, i. n. [ξύλον] Frutex eſt exiguus laniger. Plin. lib. 19. cap. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon. V. Ruell. 2. 150.

Xylĭnus, a, um. Adj. [ξύλινος] ut, Lina xylina. Plin. 19. 2.

Xylothron, i. n. Herba eadem quæ Pentaphyllum. Apul. de Herb. cap. 2.

Xylophўton, i. n. Herba, quæ Latine Conſolida. Idem c. 59.

Xyris, idis. f. [ξυρίς] Herbæ nomen, quam Romani Gladiolum appellant, quidam Irim ſilveſtrem. Folia iridi ſimilis habet, latiora tamen & in ſummo acuminata: caulem ex mediis foliis exeuntem, cubitalem, ſatiſque craſſum, in quo triquatra ſunt veluti ſiliquæ, & in triquetris illis purpureus flos: & in floris medio puniceus color. Semen in folliculis fabarum modo, rotundum, rubens, acreque. Radix illi eſt crebris geniculis diſſecta, longa, colore ruffo. Sic Dioſcorid. lib. 4. cap. 24. V. Plin. 21. 20.

Xystĭlis, is. f. Meretriculæ nomen. Plaut. Pſeud. 1. 2. 76.

Xystion, i. f. Gemma. Plin. 37. 9.

Xystis, is. f. [ξυστίς] Talaris tunica & muliebris, Cælio lib. 21. cap. 28. Hanc autem ponit Pollux inter veſtimenta communia virorum & mulierum lib. 7. cap. 13. Clemens vero Alexandrinus Pædagog. 2. 10. inter veſtes mulieribus proprias. Nec deſunt, qui dicant eſſe veſtem ſubtilem, a ξύω, quod pulcrum radat: aut ut alii malunt, ἀπὸ τοῦ ξύεσθαι, quod ſit veluti raſum propter tenuitatem. V. rasus & rallus. conf. Suid.

Xystus, i. m. & **Xystum**, i. n. [ξυστός] Vitruv. lib. 6. de Græcanicis ædificiis, Xyſtus Græca appellatione, porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hiberna tempora exercentur. Noſtri autem hypæthras ambulationes xyſta appellant, quas Græci παραδρομίδας, dicunt. Idem lib. de palæſtrarum ædificatione. Cic. 4. Acad. 9. Quum igitur pauca in xyſto locuti eſſemus, tum eodem in ſpatio conſedimus. Idem 1. Att. 8. Xyſtos igitur & Xyſtum ſignificatione differunt, quum tamen ambo Græce ſint idem: ſed aliter Latine uſurpata ſunt. Plin. meminit in epiſtolis. Cic. de Clar. Orat. 10. Quum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi. Budæus.

Xyſtus violis odoratus. Plin. 2. Epiſt. 17. ad Gallum.

Xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctus buxo. Plin. 5. Epiſt. 6.

Præcurrere in alium xyſtum. Phædr. 2. 5. 18.

Xystĭcus, a, um. Adj. [ξυστικός] Ad xyſtum pertinens. Tertull. de Pudicit. cap. 7. Spectaculum quadrigarii furoris, & gladiatorii cruoris, & ſcænicæ fœditatis, & xyſticæ vanitatis.

Xystĭcus, i. m. [ξυστικός] Qui per hiemem ſub tecto exercebatur. Suet. in Auguſt. cap. 45. Nec tamen eo minus xyſticorum concertationes aut gladiatorum pugnas ſeveriſſime ſemper exegit.

Xystarches, æ. m. [ξυστάρχης] Qui præerat certamini & xyſto. Ammian. 21. 1. Xyſtarchæ ſimilis purpurato. conf. Tertull. ad Martyr. cap. 3. [Suid. Ξυστάρχης, Γυμνασίου ἄρχων.

Y

Y Græcum ψιλόν, Vocalis, noſtris in iis duntaxat vocibus uſurpata, quæ a Græcia in Civitatem receptæ ſunt. Inventa eſſe dicitur a Palamede cum grues acie inſtructa volare, & inter volandum mutatis ſubinde ordinibus obſervaſſet effingere Y.

Latini veteres ab hac Græcorum vocali abſtinebant, uti notat Velius Longus. Dixerunt enim vel cum I, ut Silva, Silvanus; vel cum U, ut Purrhum, Fruges, i. e. Pyrrhum, Phryges. Quemadmodum quoque poſteriores Latini ſæpe U retinebant in iis vocabulis, quæ Græco fonte cecidere, neque in Y mutabant, uti Mus, Fuga, Cubus, Purpura, &c. Uti aliquando per O exprimebant, ſicut Ancora, Mola, Nox.

Y apud Anglos ſolos Conſonantis vice fungitur in vocabulo ineunte.

Y Littera Pythagorica. Lactant. 6. 3. Dicunt enim humanæ vitæ curſum Y litteræ ſimilem, quod unuſquiſque hominum, cum primæ adoleſcentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit, partes ubi ſe via findit in ambas, hæreat nutabundus, ac neſciat in quam ſe partem potius inclinet. Adde Auſon. in Monoſyll. de Litteris,

Pythagoræ bivium ramis patet ambiguis Y. Et Perſ. 3. Sat. 56.

Et tibi, quæ Samios deduxit littera ramos

Surgentem dextro monſtravit limite callem.

Nulla vocabula habet littera Y quæ a ſe incipiant, quod a Græcis in initio vocis ſemper aſpiretur. Quærendum ergo ſub H.

Z

Z

Z Græcorum ζῆτα, Hebræorum ז Zain, Conſona duplex, valetque DS. Vide Dionyſ. Halic. π. συνθ. ὀνομάτων. Unde Æoles in originem eam reſolvebant; & pro Ζεὺς dixere Δεὺς. Dores tamen inverſo ordine litterarum per σδ exprimebant, ut συρίσδω pro συρίζω. Ita vulgo Eſdras ſcribitur pro Ἔζρας.

De ejus varia pronuntiatione vide Alciat. Parerg. 5. 14. Græca eſt & repudiata Latinis, Velio auctore. Uſus illius tamen in iis tantum vocibus eſt, quas a Græcis in Romanas litteras convertimus, ut Zephyrus, Zona, Zelus. Unde antiqui, qui nullam peregrinam litteram adhibebant, pro ζ uſurpabant ſimplex S. Z tamen eſt ubi convertebant Latini in duplex SS., ut Maſſa, Patriſſo, Pitiſſo. Aliquando in D. ut ab ὄζω fit Oder. Quas liquet cognatas eſſe litteras, cum aliter, tum ex eo, quod in compoſitionem τῦ ζ, iſtud D, uti diximus, ingreditur. Ita olim, teſte Priſciano, pro Mezentius dicebatur Medentius. Atque hinc etiam in Laconum dialecto duplex δδ pro ζ familiare erat, ut pro μάζα μάδδα. In J conſonam ſæpiuſcule mutatur, ut ζυγὸν, Jugum.

Cum G aliquam cognationem obtinet, ut liquet ex Ionum dialecto, qui φύζα pro φυγὴ ſcribebant, neque id immerito, cum ζ commutetur in γ & δ in futuris ſecundis verborum quartæ.

Z A

Zaba, [ζάβα] Armatura neſcio quæ loricarum prope talarium, qua armatos ſcribit Mauricius fuiſſe equites Buccellarios vocatos, qui in agmine ante Imperatorem exercitus equitabant, & poſt ſequebantur. Annotavit Turnebus. V. Cang. Gloſſ. inf. Græc.

Zabii, orum. m. pl. Chaldæorum Idololatrarum quoddam quaſi corpus fuerunt. V. Reineſ. Var. Lect. 3. 2. p. 513.

Zabŏlus. i. m. [ζάβολος] pro Diabolus, pro Δία enim Æoles ζα dixere. Paulin. Carm. ad Cyther. v. 577.

Quibus peremptis interibit zabolus. V. Ambroſ. de fide contra Arian. cap. 6. [V. Lactant. de Mortib. perſec. cap. 16. & ibi Cellar.

Zabŭlus, [ζάβουλος] Idem. V. Voſſ. de Vit. Serm. 3. 56. p. 643. & Suid.

Zachalias, i. m. Plin. lib. 31. cap. 10. Zachalias Babylonius in his libris, quos ſcripſit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata.

Zachlas, æ. m. Ægyptius Propheta. Apul. 2. Met. p. 187. Elmenh. Sed variant codices.

Zăcynthus, i. f. [Ζάκυνθος] Græciæ inſula eſt, Ætoliæ Propinqua, quicam habens urbem ejuſdem nominis, teſte Liv. lib. 26. 24. Plin. lib. 4. cap. 12. ſcribit ſitam eſſe inter Samen & Achajam, oppido magnificam, & fertilitate præcipuam, & Hyrie aliquando dictam. Nunc ab incolis *Zant* vocatur. Virg. 3. Æn. 270.

Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthus,

Alta Zacynthos Ovid. 1. Epiſt. 87.

Zacynthĭnus, vel Zacynthius, a. um. Adj. [Ζακύνθιος] Nepos in Dione cap. 3. Suorum autem e numero Zacynthinos adoleſcentes quoſdam elegit. conf. Plaut. Merc. 5. 2. 104.

Zălătes, æ. m. Juven. 2. Sat. 164.

Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior.

Zaleucus, i. m. [Ζάλευκος] Legislator & Philoſophus Locrenſis, vinum ægris prohibuit injuſſu medici, pœna capitis indita. Auctor Ælianus Var. Hiſt. c. 37. Apud Valerium Seleucus male ſcribebatur, de quo ab eodem narratur: quod quum ejus filius adulterii crimine damnatus ſecundum jus ab ipſo conſtitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas virtuti & meritis patris crimen condonaret, ipſe ſibi non pepercit: ſed ſuo prius, deinde filii oculo eruto, uſum utrique videndi reliquit. Ex Valer. lib. 6. cap. 5. V. Vitam ejus apud Laert. Diog.

Zăma, æ. f. [Ζάμα] Urbs Africæ, apud quam Annibal magno prælio a Scipione victus fuit. Hanc Strabo lib. 17. Zagmam appellat. Sil. lib. 3. 261.

Et Zama & uberior Rutulorum ſanguine Tapſus.

Zamia, æ. f. [ζημία] Damnum, pœna. Plaut. Aul. 2. 2. 20.

Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam. V. Salmaſ. not.

Zamiæ, ſunt etiam Nuces pineæ. Plin. lib. 16. cap. 26.

Zamolxis, vel Zamolxis, idis. m. [Ζάμολξις] Vir inter Getas natus, Pythagoræ diſcipulus ac ſervus, ad Ægyptios una cum eo penetravit, deinde eorum ritus in patriam deduxit, a ſuiſque poſt mortem habitus deus, ut ſcribit Herodot. lib. 4. V. Suid. & Laert. in Pythag. 2.

Zancha, ſive Zanga, æ. f. Calceamenti genus ex pelle Parthica, quo Imp. Divus Claudius uſus. V. Treb. Poll. in vita ejus 17.

Zanclē, es. f. [Ζάγκλη] Oppidum Achaiæ, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 5. Eſt & Siciliæ civitas eodem auctore lib. 3. cap. 8. condita a Meſſeniis, quam de ſuo nomine Meſſanam dixerunt. Zancle Siciliæ inditum nomen ajunt, quod falcis formam referat. Siculi enim Zanclen, falcem dicunt, ut meminit Thucydides lib. 6. Silius autem lib. 14. 48. nomen accepiſſe ait, quod Saturni falx ibi reperta fuerit. Id autem a poetis idcirco fictum tradunt, quod ſolum Siculum fertiliſſimum habeatur. Ovid. 15. Met. 290. — Zancle quoque nota fuiſſe

Legitur Italiæ, &c.

Zanclæus, a, um. Adj. [Ζαγκλαῖος] ut, Arena Zanclæa. Ovid. 13. Met. 729.

Charybdis Zanclæa. Ovid 4. Faſt. 499.

Saxum Zanclæum in freto Siculo, dictum a Zancle propinquo Siciliæ oppido.

Zanthēnes, is. m. [ζανθήνης] Gemmæ ſpecies, quæ in Media naſcitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Zaplūtus, [ζάπλουτος] pro Διάπλουτος, ut ζάπεδον, pro δάπεδον. Valde dives. Petron. cap. 37. Ipſa neſcit quid habeat, adeo zaplutus eſt. Al. Saplutus.

Zarătus, i. m. Magus quidam apud Medos. Plin. lib. 30. cap. 1.

Zarmizegethūsa, æ. f. [Ζαρμιζεγέθουσα] Regia Daciæ urbs, auctore Ptolemæo lib. 3. cap. 8. Ulpia Trajana deinde dicta.

Z E

Zĕa, æ. f. [ζεά] Frumenti genus, quod Latini Semen a præſtantia frugis appellarunt. Duo ejus genera reddidit Dioſcorides lib. 2. cap. 80. alterum ſimplex & unius tantum grani: alterum quod dicoccon, id eſt gemini & duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctum ſemen habens. Plin. lib. 18. cap. 8. Qui zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maxime, Semenque appellatur. Hoc habet nomen res præclara: propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit: non, ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Ibidem cap. 24. Serere in jugero temperati ſoli juſtum eſt tritici aut ſiliginis modios quinque, farris aut ſeminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei ſex.

Zea, Roſmarini ſpecies. Apul. de Herb. cap. 79.

Zēlo, āre. & Zelor, [ζηλόω] āri. ſignificat Æmulari, Cupide aliquid imitari. Vehementer amare, adeo ut nullam in partem amoris admitti patiamur: ſignificat etiam Invidere. Uſus eſt Tertull. contra Marc. 4. & Vulg. Interp. Pſalm. 73. 3.

Zelātor, ōris. m. Zelotes. Ambroſ. in Pſalm. 51. 15. Ille magnus fidei zelator, qui iniquos docet.

Zelōtes, æ. m. [ζηλωτής] Æmulus, Æmulator, in Gloſſ. Græcolat. dicitur: Amator, qui nullum in amore fert rivalem. Vulg. Interpr. Exod. cap. 20. 5. Dominus *Deus* tuus, fortis, zelotes. V. Tertull. adv. Marc. 1. 28.

Zelōtypus, i. m. [ζηλότυπος] Zelator, ſive æmulator formæ dicitur. In Gloſſ. Græcolat. Pellicator, Pellex. Nam ζῆλος æmulatio eſt, τύπος forma. Qui igitur ita amat ut ſollicitus ſit ne quis amore ſuo perfruatur, Zelotypus eſt. Juven. 5. Sat. 45. — quas in vaginæ fronte ſolebat

Ponere zelotypo juvenis prælatus Hiarbæ. Quintil. lib 4. cap. 2. Nam quid exponet, quæ zelotypum mala tractationis accuſat?

Ex Perotto hæc omnis p. 98. ſed mala. Nam τύπος, non eſt Forma in ea ſignificatione, qua Formam vocamus pulchritudinis. H. St. V. Voſſ. Etymol.

Zelotȳpa, æ. f. Idem de ſexu ſequiore. Petron. cap. 6. Noli zelotypa eſſe. Et Juven. 6. Sat. 277.

Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.

Zelotypia, æ. f. [ζηλοτυπία] V. zelus. Plin. lib. 25. cap. 7. Nymphæa nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Cic 4 Tuſc 18. Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo quod, ipſe concupiverit. [Sic lego, pro Concupiverit.

Offenſio nata a zelotypia. Cic. 10. Att. 8. Judicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis a ζηλοτυπίᾳ mea, quam ab injuria tua nata eſt.

Pro Zelotypia Propert. videtur Invidiam dicere. H. St. V. lib. 1. Eleg. 12. v. 9. & Eleg. 16. extr. & 2. 13. 67. & 19. 74. & 20. 15.

Zelĭvira, æ. f. Idem quod Zelotypa. Tertull. Exhort. ad Caſtit. cap. 9. Omnis mulier zelivira eſt, quamdiu aliena.

Zēlus, i. m. [ζῆλος Gl. G. L.] Æmulatio, Pellicatus, Pellicatio in Gloſſ. Græcolat. ζηλοτυπία, Pellicatus, Pellicatio. Vulg. Interpr. Joh. cap. 2. 7. Zelos domus tuæ comedit me. V. Vitruv. præf. lib. 7.

Zema, æ. f. Vas coquinarium. Apic. 8. 1. Sed Humelbergius Zyma legendum putat.

Zĕno, ōnis. m. [Ζήνων] Philoſophus ex Cittio oppido Cypri, unde Cittieus dictus, Stoicorum ſectæ conditor, ut inquit Cic. pro Muren. 61. tanto in honore apud Athenienſes habitus, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipſum aurea corona & imagine ærea. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex ſchola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu vero terram feriens, illud ait, Ex Niobe

Ἔρχομαι, τί μ' αὔεις; i. e. Venio, quid me vocas? Et continuo ſe ſtrangulans interiit. [Laert. ἀπέθανεν ἀποπνίξας αὑτόν, i. e. Interclusu, vel potius Retento ſpiritu, ſuffocatus obiit. Quo genere mortis & Cynicorum coryphæum obiiſſe docet lib. 6. Segm. 77.

Zeno inventor & princeps Stoicorum fuit. Cic. 4. Acad. 131.

Zeno in uno virtute poſitam beatam vitam putat. Cic. 4. Acad. 131.

Zeno Eleates, Parmenidis auditor, (ſimul cum Perdica) & in philoſophia & in adminiſtranda Republica clariſſimus, teſte Suida. Hunc inventorem dialectices fuiſſe, ſicut Empedoclem rhetorices, Ariſtoteles eſt auctor. Hujus celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cum adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflammaſſet contra Nearchum tyrannum, facto indicio, comprehenſus traditusque eſt tortoribus torquendus. Qui cum laceraretur, ut conſcios conjurationis nominaret, neminem illorum nominavit, ſed amicos intimoſque tyranni participes conjurationis eſſe dixit. Deinde quum quidpiam ſe in aurem tyranni loqui velle ſignificaſſet, eam mordicus correptam non ante dimiſit, quam rapta aure populatum caput reliquiſſet. Sed quum complices conjurationis proferre cogeretur, conciſam dentibus linguam in os tyranni exſpuit. Quo facto cives tyrannum lapidaverunt.

Fuit & alius Zeno philoſophus Epicureus, Ciceronis ſynchronos, id eſt contemporaneus, de quo idem Cic. 2. de Finib. 17. meminit, & eum cum Attico frequenter audiviſſe Epicuri ſententias explicantem.

Plures apud Laert. & Suid. V.

Digitized by Google

Zenobia, æ. f. [Ζηνοβία] ut ex Pollione refert Volaterranus, regina Palmirenorum: poſt Odenati viri mortem, in Syria Romanum rexit imperium: poniturque inter xxx tyrannos qui tempore Gallieni orbem uſurpaverunt. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumpho ducta fuit, ejuſque principis clementia Tibure honeſte degens mortem obiit. Hæc ea caſtitate dicitur fuiſſe, ut ne cum viro ſuo niſi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa, Perſarum fere modo adorabatur: ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependentibus, voce clara, moribus ſeveris. Græci Ægyptiique ſermonis periti ſſima, Latini non ignara. Orientalem Alexandrinamque hiſtoriam in epitomen redegit. Herennianum & Timolaum filios litteris erudiit. De quorum exitu neſcitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti. Ex Treb. Poll.

Zenodotus, i. m. [Ζηνόδοτος] Grammaticus, vixit temporibus Ptolemæi primi, cujus etiam filios erudiit, ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas.

Zenodotus alter, Alexandrinus, grammaticus & ipſe, teſte Suida. Scripſit adverſus Platonem, de Diis, de Homerica conſuetudine, ſolutiones Homericarum dubitationum, item in Heſiodi Theogoniam, & alia. V. Voſſ de Hiſt. Græc. I. II p. 71.

Zenodotus alter Sophiſta, ſub Adriano principe docuit Romæ, ſcripſitque Epitomen proverbiorum Didymi: convertit in Græcum ſermonem hiſtoriam Salluſtii, præterea Genethliacon in Adrianum & alia. Suidas. Alii Zenobium vocant.

Zephyrium, i n. [Ζεφύριον] Locrorum promontorium in Italia, a quo Locri Epizephyrii dicti, in extremo ejus agri jugo ſiti, juxta Heracleam & Crotonem. Plin. lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens venientibus ab Occaſu ventis commodum, qua ex cauſa & nomen aſſequitur. Deinceps Locri Epizephyrii urbs inſignis.

Zephyrus, i. m. [Ζέφυρος] Græcis dictus ventus, quem Latini, teſte etiam Gloſſ. Græcolat. Favonium nominant. Is adverſus Eurum flat, ut ſcribit Gell. lib. 2. cap. 25. Plin. lib. 18 cap 34. Ipſe leniter pluvius, tamen eſt ſiccior Favonius, ex adverſo ejus ab Æquinoctiali occaſu, Zephyrus a Græcis nominatus. Hæc ille. Zephyrus ineunte vere flare incipit: &, ut auctor Varro lib. 1. de R. R. 7. Idibus Febr. Hor. 1. Carm. 4. 1.

Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni. Virg. 1. Georg. 44.
Vere novo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.

Ζωὴ vita, φέρω ferens. Hinc Zephyrus dictus, quaſi vitam ferens. V. Voſſ. Etymol. Vernum enim tempus flante Zephyro incipit, quando herbarum eſt creatio. Lucret. lib. 1. 11.

— genitabilis aura Favoni. V. FAVONIUS.

Auræ tepentes Zephyri. Virg. 2. Georg. 330.
Flamina nova Zephyri. Sil. lib. 16. 365.
Felices Zephyri. Virg. 3. Æn. 120.
Levis Zephyrus. Ovid. 1. Amor. 7. 55.
Modici Zephyri, Modice ſpirantes. Ovid. 15. Met. 700.
Placidi Zephyri. Ovid. 1. Met. 107.
Secundi ſpirant Zephyri. Virg. 4. Æn. 562.
Surgens Zephyrus. Virg. 3. Georg. 273.
Tepente Zephyro victa nix. Ovid. 2. Faſt. 220.
Minuunt frigora Zephyri. Ovid 3. Triſt. 12. 1.
Mulcent flores Zephyri. Ovid. 1. Met. 108.
Poſuere Zephyri, i. e. Deſiere ſpirare. Virg. 10. Æn. 103.
Venit aura mitior a Zephyris. Ovid. 2. Faſt. 148.

Zephyrius, a, um. Adj. [Ζεφύριος] ut, Zephyria ova, Quæ ſunt ſterilia. Plin. lib. 10. cap. 60. Quidam & vento putant ea generari: qua de cauſa etiam Zephyria appellantur, quæ alii cynoſura dixere. V. URINUM Ovum.

Zephyritis, idis. f. [Ζεφυρῖτις] patronym. quo nomine dicta eſt Chloris, ſeu Flora dea Zephyri filia, a Catullo, de Coma Berenicis 64. 57.

Zercon, ōnis. m. [Ζέρκων] Scytha, Mauruſius genere, brevis, gibboſus, diſtortis pedibus, naribus ita depreſſis, ut naſus viz appareret. V. Suidam.

Zerna, æ. f. Impetigo. ut, Zernas tollere. Priſcian. de Diæta cap. 14.

Zeros, i. m. Gemma ſimilis iridi aſpectu. Plin. lib. 37. cap. 9.

Zerynthus, i. f. [Ζήρυνθος] Urbs & antrum Hecatæ ſacrum in Thracia.

Zerynthius, a, um. Adj. [Ζηρύνθιος] ut, Litora Zerynthia. Ovid. 1. Triſt. 10. 19.

Zeta. æ. f. [ζῆτα] pro Numine loci, vel Bibliotheca quidam legunt apud Plin. Ep. 2. 17. Hinc turris, ſub qua zetæ duæ. Quum ex veterum exemplarium fide legi debeat Diætæ. Temere apud Lampridium in Heliogabalo Zeta legitur, teſte Budæo, in hæc verba, (cap. 31.) Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. V. DIÆTA. Hermolaus Barbarus, Zeta & Zetecula, inquit, Plinio Cæcilio in epiſtolis, erat locus capax unius lecti, cum ſellis duabus: qui velis obductis & reductis modo adjicitur cubiculo, modo aufertur. Nomen, quoniam tribus a partibus feneſtras & proſpectus habeat, atque ſolem multipliciter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod eſt, fervere, quando & heliocaminus in ipſa zeta ponitur, hoc eſt, vaporarium quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad ſolis. Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea commodiſſime vivatur, ut quam delicias & amores ſuos vocet idem Cæcil. lib. 2. ad Gallum, epiſt. 17. & lib. 5. ad Apollinarem, epiſtola ſexta, ſicut e converſatione victuque diæta. Hactenus Hermolaus: cujus ſententiam fortiter tuetur adverſus calumniatores Cælius Rhodiginus lib. 12. cap. 18. Vide Beroald. in Sueton. fol. 186. qui putat legi Zeta, pro Diæta apud Plin. H. St. V. & not. Varior.

Zetarius, i. m. Miniſter diætæ ſerviens. Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6.

Zethes, æ. m. [Ζήτης] & Calais, Boreæ Thraciæ regis filii & Orithyiæ, alati juvenes, cum Argonautis profecti e quibus ad pellendas Harpyias miſſi ſunt, ut ſcribit Servius. Ovid. 6. Met. 716.

Implumes Calaiſque puer, Zetheſque fuerunt. In quem locum ſic Lactantius. Zethes legendum eſt, non Zethus: ut fere in exemplaribus eſt depravatum. Alii Zetes legunt. V. CALAIS.

Zethus, i. m. [Ζῆθος] Jovis filius ex Antiopa: Amphionis frater. De quo Cic. 2. de Orat. 155. Miror cur philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. Hor. 1. Epiſt. 19. 42.
Durus Zethus. Propert. lib. 3. 15. (Al. 15.) 29.

Zetus, i. m. Mathematicus, de quo Sidon. Apollin. 4. Epiſt. 3. Nunquam inveſtigare deſtitit cum Thalete tempora, cum Atlante ſidera, cum Zeto pondera, &c.

Zeugites, æ. m. Zeugitæ pl. Calamorum genus. Plin. lib. 21. cap. 12. & lib. 16. cap. 36.

Zeugma, ătis. n. [ζεῦγμα] Latine Connexio, ſive adjunctio dicitur. Figura Grammatica, quum plures ſenſus uno connectuntur verbo. Quod tribus modis fit. Aut præpoſito verbo, ad quod reliqua reſpiciunt: ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut verbo poſtpoſito: ut, Neque is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocarit. Aut in medio ſenſuum poſito verbo: ut, Trojugena interpres divûm.

Zeugma, [Ζεῦγμα] Daciæ urbs. Ptolemæo lib. 3. cap. 8. Vulgo *Claeſenburg.*

Alia ejuſdem nominis urbs Cœleſyriæ ad Euphratem. Stat. 3. Silv. 2. 137.
Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ
Pacis iter. V. Flor. 3. 11. 4. & Geogr.

Zeus, i. m. [Ζεὺς] Piſcis, qui & Faber Gadibus appellatus eſt. Plin. lib. 9. cap. 18. Et lib. 32. cap. 11. Columel. lib 8. cap. 16. Ut Atlantico faber, qui & in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur, eumque priſca conſuetudine zeum appellamus.

Zeuxippus, i. m. [Ζεύξιππος] Sicyoniorum rex, ſucceſſor Pelaſgi. Zeuxippus etiam Macedoniæ ac Thraciæ præfectus.

Zeuxis, is. m. [Ζεῦξις] Heracleotes pictor ſua ætate maximus. Hic teſte Plin. lib. 35. cap. 9. opes tantas acquiſivit, ut in oſtentatione earum Olympiæ aureis litteris in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret. Æquales ejus & æmuli fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, & Parrhaſius, cum quo deſcendiſſe in certamen traditur, ut in ea dictione legere potes. Idem eodem teſte, cap. 10. ſupradicti libri, fertur pinxiſſe puerum uvas ferentem, ad quas quum advolarent aves, eadem ingenuitate proceſſit iratus operi: & dixit, Uvas melius pinxi quam puerum: nam ſi & hoc conſummaſſem, aves timere debuerant. Hujus meminit Cic. 2. de Invent. 3.

Zeuxis Helenam adeo pulchram pinxit, ut ex ea quæſtum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam viſere cupiebant. Itaque Græci lepido cavillo eam Helenam meretricem vocitabant, quod ex ejus lenocinio quæſtum faceret. Auctor Ælianus de Varia hiſtoria 4. 12.

Z I

Zingis, iris. n. [ζίγιρ] Caſiæ genus. Dioſc. 1. 2.

Zimpiberi, Idem quod Zingiberi, apud Plin. lib. 12. cap. 7.

Zingiber, ĕris. n. vel **Zinziber** vel **Zingiberis**, eos. f. [ζιγγίβερις] Genus aromatis. Dioſcorides lib. 2. cap. 149. Zingiberis diverſa a pipere & ſui generis planta eſt. Plurimum in Troglodytica, & Arabia naſcitur: fronde ejus ad multa, & in quibus nos ruta, utuntur, pulmentis potionibuſque eam miſcentes. Habet zingiber, parvas radices quadrati odorati junci formæ, albeſcentes, odoratas, ſapore piperis. Suid. ζιγγίβερις.

Zinzitulo, āre. Auctor Philomelæ v. 43.
Regulus atque Merops & rubra pectore Progne
Conſimili modulo zinzitulare ſciunt.

Zireus, i. m. vel **Zirbum**, i. n. Omentum. Apic. 8. 6. Inteſtina ſuper hœdum componis in zirbo.

Zizania, ōrum. n. pl. [ζιζάνια] vel **Zizanium**, i. n. [ζιζάνιον, Gl. G. L.] V. LOLIUM, & Vulg. Interpr. Matth cap. 13. 38.

Zizipha, vel potius, **Zizypha**, orum. n. pl. [ζίζυφα] Sex. Papinius (teſte Plin. 15. 14.) ex Africa noviſſime Auguſti temporibus primus invexit, in caſtris ſata, & aggeribus præcipue decora: baccis ſimiliora quam malis, & in tecta jam ſilvæ aſcendunt, flore oleæ, ſed odorato magis: baccis cornis ſimile pomum. quo amplius & maturius, eo innocentius. Duplex zizyphi genus, ut Columellæ 9. 4. placet, rutilum & candidum: nam & rutilam & albam zizyphum probatiſſimum ad apum paſtiones tradit, arbor malorum generis. Officinis omnibus *Jujuba* dicta. Zizypha grano ſeruntur. Ruell. ex Plin. l. c.

Zizyphus, i. f. [ζίζυφος] ipſa arbor Zizypha proferens. V. dict. ſuper.

Zmilampis, is. Gemma, quæ in Euphrate naſcitur. Plin. lib. 37. cap. 10. Zmilantis dicitur a Solin. cap. 37.

Zmilus, i. m. Architectus Lemnii Labyrinthi. Plin. 36. 13.

Z O

Zodiacus, i. m. [ζῳδιακὸς] dici poteſt Animalis, ab effigie animalium. Nam ſphæræ circulus eſt major, obliquus æquinoctialem in partes æquales ſecans: cujus una medietas ad Septemtrionem, reliqua ad Auſtrum declinat, in quo duodecim ſigna ſunt in formam animalium figurata, ut Aries, Taurus, &c. Græce enim ζῶα, animalia dicuntur.

Vim quondam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui Græce ζῳδιακὸς dicitur. Cic. 2. de Divin. 89. [Nomen habet a Signis cæleſtibus, quæ Græci ζῴδια appellant. Gloſſ. Græcolat. ζῴδιον, Sigillum, Signum, ζῳδιακὸς, Sigillatum, ζῳδιοφόρος, Signifer. Quod ejuſdem circuli apud Latinos nomen. V. ſuo loco.

Zodiacteus, a. um. Ad Zodiacum pertinens. Mart. Capell. lib. 8. p. 3. Annua peragratio zodiactea.

Zoilus, i. m. [Ζωΐλος] Poeta Ptolemæi temporibus, ſophiſta quiſpiam fuit, hoc facinore potiſſimum nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem auſus eſt, libris aliquot in eum ſcriptis, inceſſere, unde Ὁμηρομάστιξ, cognomen meruit: quod ipſum etiam abiit in proverbium: ſic enim appellari cœpti nobilium auctorum caſtigatores, vel Plinio teſte in præfatione hiſtoriæ naturalis. Hæc Eraſmus. Ovid. de Rem. Amor. 366.

Ingenium magni livor detrectat Homeri:
Quiſquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.

His quum ſua in Homerum ſcripta Ptolemæo regi recitaſſet, rex indignatus nullum ei verbum fecit. Quumque Zoilus inopia preſſus regem rogaret, ut ſibi aliquid, quo viveret, daret; Homerus, rex elt, multos paſcit: quia tu, qui illo doctior es, ſaltem te ipſum paſce. Tandem Zoilus parricidii damnatus, juſſo regis cruci affixus eſt. Zoili mors, inquit Vitruvius in præfatione lib. 7. varia memoratur. Alii eum ſcripſerunt a Philadelpho

eſſe in crucem fixum, nonnulli in eum lapides eſſe conjectos: alii Smyrnæ vivum in pyram eſſe conjectum. V. locum Vitruvii.

Zōna, æ. f. [ζώνη] eſt, Id quo cingimur: unde quidam Cingulum appellant. Gloſſ. ζώνη, Baltheum, Cingulum. Martial. lib. 14. 151.

Longa ſatis nunc ſum; dulci ſed pondere venter
Si tumeat, fiam tum tibi zona brevis.

Conſtringit zona brevis ſinus. Senec. Hippol. 4.
Retinens veſtem zona. Senec. Œdip. 5.
Terna zona. Ovid. 2 Faſt. 320.
Recingere. Ovid. Epiſt 2.

Caſtaque fallaci zona recincta manu. H. St. v. eſt. 116.

Solvere zonam, i. e. Virginitatem perdere, vel Nubere. Catull. 2. 12.

Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum,
Quod zonam ſolvit diu ligatam.

In zonis pecuniam deferebant veteres. C. Gracchus apud Gell. lib. 15. cap. 12. Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.

Perdidit zonam, Proverbium caſtrenſe, in eos, qui nihil habent nummorum: quod quicquid habent milites, in zona ſecum portant, ut inquit Porphyrion. Hor. n. Epiſt. 2. 40.

Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit, &c. Plaut. Pœn. 5. 2. 48.
— iu, qui zonam non habes,
Quid in hanc veniſtis urbem, aut quidnam quæritis? In quibus Plauti verbis duplex eſt alluſio, & ad veſtem Pœnorum more diſcinctam: & ad pecuniam, quæ in zona geſtatur, citra quam in urbe ſumptuoſa, non ſat commode vivitur. Eraſm.

Zona, [ἕρπης] Morbi genus. Scribon. Larg. Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem ſacrum, & ad zonam, quam Græci ἕρπητα dicunt. conf. zoster.

Zonæ cæli. [Ζῶναι ἐν τῷ οὐρανῷ] Plaga. Gloſſ. Græcolat. Plin. lib. 2. cap. 68. Nam quum ſint cæli quinque partes, quas vocant zonas, infeſto rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid eſt ſubjectum duabus extremis utriuſque circa vertices, hanc qui Septemtrio vocatur, eamque qui adverſus illi Auſtrinus appellatur. Virg. 1, Georg 233.

Quinque tenent cælum zonæ, &c. Ubi Servius, Circuli qui cælum ac terram veluti zonæ cingunt, translative: nam proprie zonæ in terris, ſed pro parallelis, id eſt circulis poſuit, Septemtrionalis, Æſtivalis, Æquinoctialis, Brumalis, Auſtralis. Ovid. 1. Met. 46

Lucentes zonæ Stat. 10. Theb. 214.
Nivalis zona, Plaga Septemtrionalis. Lucan. lib. 4. 106.
Rubens zona, Torrida plaga cæli. Claud. de Bell. Gild. 148.
Trita zone flammes rota Phœbi. Senec. Herc. Œth. 11.

Zonŭla, æ. f. [ζωνίον] dimin. Catul. in Epithal. Jul. 59. 53.
— tibi virgines Zonula ſolvunt ſinus.

Zonālis, e. Adj. Macrob. Somn. Scip. 2. 5. Eadem eſt in ejuſdem zonalis ambitus continuatione temperies.

Zonārius, a, um. Adj. Quod ad zonam pertinet. ut Sector zonarius, quem Crumeniſecam alias appellare poſſumus. Plaut. Trin. 4. 2. 20.

Ni illic homo eſt, aut dormitaret, aut ſector zonarius.

Zonārius, ii. m. [ζωνοποιός] Qui zonas facit. Cic. pro Flacc. 17. Quod Mithridates, qui multitudinem illam, non auctoritate, ſed ſagina tenebat, ſe velle dixit; id ſutores & zonarii conclamarunt.

Zonātim, Per gyrum. Lucil. lib. 6. Zonatim circum impluvium cameram is cludebat. Nonius 2. 928.

Zonītis, is. f. [ζωνῖτις] Cingularis, Cadmiæ ſpecies, quæ maculas lineis ſimiles habet. Dioſc. 5. 42.

Zōnăras, æ. m. [Ζωναρᾶς] Hiſtoricus ſua ætate clariſſimus in regno Conſtantinopolitano. Volumen triplex Hiſtoriarum, quas conſcripſit, opus modis omnibus commendandum, tum ob amplitudinem rerumque varietatem, tum ob brevitatem. Deſinit ubi Nicetas incipit. V. Fabric. Bibl. Græc. Vol. 10. p. 241.

Zōŏrўchum, i. n. [ζωόρυχον] Herba eadem cum Leontopodio, Dioſc. 4. 126.

Zōophthalmus, i. m. [ζωόφθαλμος] Herba ſic dicta, quod oculum animalis refert. Plin. lib. 25. cap. 15.

Zōŏphўta, orum. n. [ζωόφυτα] dicuntur, quæ ſunt medium quiddam inter animal & plantam. Cujuſmodi ſunt, quæ mediam naturam inter ſenſibilia & vegetabilia habent. ob hoc zoophyta dicta (aut forte Plantanimantes dicere poſſumus, vel Plantanimalia) ut oſtrea, ſpongiæ, & ſimilia inter animalia & ſtirpes ambigua. Budæus.

Zŏphŏrus, i. m. [ζωφόρος] eſt Vitruvio & architectis, quam vulgo *Friſam* appellant: hoc eſt, *Une platte bande entre l'architrave & la cornicho, en la quelle s'entaillent aucunefois des feüillages, ou autres belles fantaſies de demi boſſe, afin d'enricher la beſogne.* Vitruv. lib. 3. cap. ult. Et lib. 4. cap. 2. & cap. 7. Rurſus lib. 5. cap. 1.

Zōpiſſa, æ. f. [ζώπισσα] Deraſam navigiis cum cera reſinam, zopiſſam aliqui vocant, inquit Dioſcorides (a pleriſque eadem hypochyma appellatur, quod marino ſale maduerit) diſcutiendi vires habentem. Sunt etiam qui collectam ex picea arbore reſinam, zopiſſæ appellatione indicent. Plin. 24. 7. Zopiſſam eradi navibus diximus, cera marino ſale macerata: Optima hæc e tirocinio navium.

Zōpўrus, i. m. [Ζώπυρος] Phyſiognomus dictus eſt, quod profiteretur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte ſe poſſe pernoſcere. Qui cum turpia quædam, & a virtute aliena de Socrate dixiſſet, ac a multis idcirco derideretur, Non errat (Socrates reſpondit) Zopyrus. Hujuſmodi enim natura eſſem, niſi naturam philoſophia ſuperaſſem. V. Cic. de Fat. 10.

Zopyrus alius, ut reſtatur Herodotus circa finem libri quarti, nobilis Perſa, qui, quum Darius rex Perſarum Babyloniam diu & fruſtra oppugnaret, ipſe ſibi naſum, aures, & labia amputavit, & ita ad Babylonios quaſi transfuga ſe contulit, conquerens de crudelitate ſui regis. Receptus igitur a Babyloniis, & dux belli conſtitutus, urbem Dario tradidit, de quo dicere ſolebat Darius, ſe Zopyrum malle integrum, quam viginti capere Babylonas. Zopyri enim aſtu Babylone potitus erat Darius. V. Juſtin. lib. 1. cap. 10.

Eſt & alter Zopyrus, qui, ut auctor eſt Plin. lib. 34. cap. 12. ſculpſit Areopagitas, & judicium Oreſtis in duobus ſcyphis pondo duodecim æſtimatis.

Zopyrus Clazomenius, Orator. Quintil. lib 3. cap. 6.

Zōpўrŏn, i. n. [ζώπυρον] Herba ſimilis Serpyllo. Plin. 24. 15.

Zōrŏaſtres, æ. m. [Ζωροάστρης] Bactrianorum rex, qui primus, ut auctor eſt Plin. lib. 30. cap. 1. artes magicas in Perſide invenit. Emicuit Nini regis temporibus, cum quo bella geſſit. Fuit ante bellum Trojanum annis cccc. Abſumptus eſt igne cæleſti, prædixitque Aſſyriis, ſi ejus cineres ſervarent, regnum eorum non defuturum Feruntur ejus de Natura libri iiii. De lapidibus item pretioſis unus. Præterea Aſtronomica, & alia. Auctor Suidas. Plinius quoque lib. 7. cap. 16. unum eodem die quo genitus eſt riſiſſe teſtatur Eidemque cerebrum ita palpitaſſe, ut impoſitam repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ. V. Diſſert. Joh. Henr. Urſin. Cluver. Antiq. Germ. 1. 23. f. 191. & cap. 24. f. 206. & Juſtin. 1. pr.

Zoroaſtræus, a, um. Adj. Magicus. Prudent. primum temere corr. Apotheoſ. v. 562.

Qui Zoroaſtræos turbaſſet fronte ſuſurros.

Zŏrŏbābel, elis. m. [Ζοροβάβελ] Princeps gentis Judææ. V. Iſidor. 7. 6.

Zōſimus, i. m. [Ζώσιμος] Libertus Plinii Junioris. V. ejus Epiſt. lib. 5. 19.
Zoſimus etiam Hiſtoricus Græcus, qui extat.
Zoſimus alius V. apud Suid.

Zoſter, ēris. m. [ζωστήρ] Cingula, Baltheum, Cingulum, in Gloſſ. Unde Zoſter, genus ignis ſacri, medium hominem ambientis, & enecantis ſi cinxerit. Plin. lib. 26. cap. 11. Zoſter, Frutex maris. Plin lib. 13. cap 25.
Zoſter, Oppidum & Promontorium Atticæ inter Piræum portum & Ceam inſulam. Cic. 5. Att. 12.
Eſt & Zoſter, Italiæ Promontorium, & Sibyllæ Cumanæ domicilium. V. Lycophron.

Zōthēca, æ. f. [ζωθήκη] videtur dictus locus, in quo adſervabantur animalia ad immolandum. Vet. inſcript apud Gruter. p. 4. 9. n. 3. HERCVLI. SAXANO. SACRVM. SER. SVLPICIVS TROPHIMVS AEDEM. ZOTHECAM. CVLINAM. PECVNIA. SVA. A. SOLO RESTITVIT.

Zothecŭla, æ. f. dimin. pro Bibliotheca legitur apud Sidon. Apollin. 8. Epiſt. 16. Per armariola & zothecuLas noſtras non remanſerunt digna prolatu.

Z U

Zuna, æ. f. Afrorum lingua ſemen Paliuri, contra ſcorpiones efficaciſſimum. Plin. 24. 13.

Z Y

Zygantes, um. m. pl. [Ζύγαντες] Populi ſunt Pœnis vicini, ubi, ut auctor eſt Herodotus lib 4. magnam vim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices viri facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur, ac ſimiis veſcuntur: quarum affatim gignitur iis, qui in montibus degunt.

Zygius, a, um. Adj. [ζύγιος] Jugalis, connubialis. Apul. 4. Met. p. 157. Elmenh. Sonus tibiæ zygiæ. [i.e. Paris. Gloſſ Græc Lat. ζύγη, Junctio, Par.

Zygia, æ. f. Carpinus, ex qua fiunt juga jumentis. Vitruv. 2. 9. & Plin. lib. 16. cap. 15.

Zygis, idis. f. [Ζυγίς] Serpyllum agreſte. V. Apul. de Herb. cap. 99. & Dioſc. 3. 4.

Zygoſtăta, æ. m. [ζυγοστάτης] Libripens, in Gloſſ. Græcolat Leg. 2. Cod. Theod. de Ponderat. & auri illatione, Imp. Julianus: Per ſingulas civitates conſtitui zygoſtatem.

Zygoſtaſium, i. n. [ζυγοστάσιον] Librarium in Gloſſ. Græcolat. Munus libratoris. Leg. 1. Cod. Theod. de frumento Alexandrino: Quicquid de Crithologia & Zygoſtaſii munere Eminentia tua diſpoſuit, roboramus.

Zyma, æ. f. Olla, a ζέω, ferveo. Apic. 8. 6. Mittitur in zymam. Alii legunt Zemam. V. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 334.

Zythum, i n. [ζῦθος] Potus ex hordeo aqua reſoluto, qui in Ægypto plerumque fieri ſolet, ideoque poetis quandoque Peluſiacus potus dicitur. Madeſcit aqua hordeum, donec reſolvatur in liquorem vino ſimilem: inebriat hoc, & acre guſtu eſt, quoniam ex putrilagine aceſcente conſtat: hinc vulgus Græcum phocadion appellat. Hæc Ruellius. Plin. lib. 22. cap. ult. ad finem, & frugum quidem hæc ſunt in uſu medica. Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hiſpania, cervíſia & plura genera in Gallia, aliiſque provinciis. V. ibi Harduin. Gloſſ. Græcolat. ζῦθος, Fermentum.

Soli DEO Gloria.

MAG 2011051

8 8 4 vol.

Digitized by Google

